SYNOPSIS CRITICORUM

ALIORUMQUE

S. SCRIPTURÆ INTERPRETUM.

Volumen IV.

Complectens omnes Libros NOVI TESTAMENTI.

Divisum in duas Partes.

Operâ *MATTHÆI POLI Londinensis.*

LONDINI,

Typis *E. Flesher.* Prostat apud *Carolum Smith*, Bibliopolam, ad Insigne Angeli in vico Fleetstreet. *Anno Dom.* MDCLXXIV.

PRÆFATIO ad LECTOREM.

POST emensa Divino beneficio amplissima Veteris Fœderis Atria, ventum est tandem in Augustius Sacrarium Novi Testamenti. Quod cùm finis Veteris sit & complementum, ac proinde & dignitate præstantius, & usu nobilius, & virtute potentius, si Commentationum moles in hanc Sacræ paginæ partem terminos à me præstitutos paulùm excesserit, perpaucos fore credo qui id aut mirum ducent, aut vitio mihi vertent. Cujus rei rationem Subscriptoribus meis Anglicano sermone reddidi. Cùm autem pars hæc prior Quarti *atque* Ultimi Voluminis Synopseos *meæ supra modum excreverit, multique insuper ex iis quibus par est me morem gerere, mihi auctores fuerint ut eam seorsim in lucem proferrem, eorùm monitis hac in re parui, illámque tuis oculis, Candide Lector, lubens jam exhibeo; alteram* hujus Voluminis *partem, si Clementissimum Numen vitam mihi viresque suffecerit, sequenti æstate daturus, atque ultimam huic Operi manum impositurus. Auctores autem ex quibus præcipuè hanc partem contexui sunt qui sequuntur:* Critici *inprimis* Sacri *Londini excusi, qui hìc, ut æquum erat, densiori agmine incedunt,* Munsterus, Valla, Revius, Erasmus, Vatablus, Castalio, Zegerus, Drusius, Casaubonus, Camero, Gualtperius, Ludovicus Capellus, Jacobus Capellus, Grotius, Pricæus, Scultetus *cum multis aliis in duobus* Appendicum Voluminibus *coactis. De* Grotio *Lectorem monitum velim, me hortatu consilióque plurimorum è Subscriptoribus meis, quorum votis obniti religio mihi erat, non solùm præcipuas sententias, sed universa (paucissimis duntaxat, quæ sine ulla sensûs aut Authoris injuria omitti poterant, idque perraró,exceptis,) ipsius verba,exhibuisse. In testimoniis autem aliorum ab ipso citatis liberiùs egi, eáque interdum Authoribus tantùm, vel locis, notatis designavi; interdum verò (præsertim ubi explicationem Textûs propiùs attingerent) vel integra repræsentavi, vel servatis duntaxat primis vocibus Græcis reliquas Latinè exposui. In quo si alicubi, festinante calamo, erraverim, veniam à benigno Lectore & precor & spero. Sequuntur Auctores in* Bibliis, *ut vocantur,* Maximis *coacti,* Lyra, Estius, Menochius, Tirinus, *&c. Deinde* Beza, *vir non Græcâ tantùm, sed & omnigenâ, literaturâ imbutus, quam etiam singulari acumine & judicio ad interpretationem plurimorum Locorum feliciter adhibuit;* Camerarius, *Interpres acri judicio & eximiâ Græcæ linguæ peritiâ præditus;* Piscator, *cujus Scholia in Novum Testamentum, ut ampliora sunt quàm in Vetus Testamentum, ità & graviora usúque præstantiora;* Lucas Brugensis, *qui linguarum rerúmque cognitione supra Theologorum vulgus instructus, Evangelia, ut prolixè, magnâque industriâ, ità doctè & plerumque cum judicio, enarrata nobis dedit; Cl.* Hammondus *nostrâs, antea suo merito laudatus, in eruditissimis ipsius Annotationibus in N. T. in quibus non pauca sunt planè singularia;* Erasmus Schmidius, *Professor Germanus, Græcè doctissimus, in crasso ipsius Notarum in N. T. Volumine; Cl.* Ludovicus de Dieu; *Cl.* Medus *nostrâs; Cl.* Lightfoot, *in Harmonia Evangelica, & Harmoni-*

co-chronico, & Horis Hebraicis, in quibus plurima & nova & fructuosa reperiet Lector, ex intimis Hebræorum penetralibus eruta; Celeberrimus Gatakerus, *in Cinno, Adversariis, Antipsochenio, notisque manuscriptis; Doctissimus* Walæus, *qui multa, eáque interdum eximia, Sacri Textûs interpretamenta ex* Budæo, Buxtorfio, Dallæo, L'Empereur, Seldeno, Montacutio, Petito, Vossio, *aliisque, deprompta selegit.*

Hos autem Scriptores omnes non indiligenter versavi, nec multa in iis esse confido, quæ magno ad Sacrum Textum intelligendum usui atque adjumento sunt, de quibus omissis æquus Lector mihi litem intendet. His quoque alios adjeci non infimi subsellii Interpretes, Chemnitium & Gerhardum, *doctissimis eorum in Harmoniam Evangelicam Lucubrationibus celebres;* Maldonatum, *Scriptorem sanè ingenii atque eruditionis nomine laudandum, sed manifesto partium studio in sequiora non rarò abreptum;* Gomarum, *virum acumine & linguarum rerúmque peritiâ plusquam vulgari præditum;* Junium, *antea meritissimè laudatum, in Parallelis suis; Cl. F.* Spanhemium, *in Opere illo eruditissimo Dubiorum Evangelicorum;* Dan. Heinsium, *in doctis ipsius Exercitationibus in N. T. & in* Aristarcho *sacro;* Toletum, *Interpretem non è multis, in Evangelium* Johannis; Cornelium à Lapide & Sanctium, *in Acta Apostolorum. Ex his non parcâ manu ea collegi quæ in Authoribus suprà laudatis desiderari mihi visa sunt. Multa etiam deprompsi ex eruditis Lucubrationibus Cl.* Bocharti, Glassii, Vossii *de Genealogia Christi,* Capelli, Cloppenburgii, Nortoni Knatchbulli *nostratis, Equitis Aurati, qui Natalium splendorem singulari eruditione, eâque in sacris studiis feliciter collocatâ, honestavit. Ex Cl* Calvino *pauca tantùm decerpsi, ob rationes in* Præfatione Primi Voluminis *memoratas. Habes, Amice Lector, Authores ex quorum Operibus Pars hæc prima contexta est: In qua nihil admissum quod veniâ indigeat, non is sum qui ausim præstare. Sin id mihi jure vendicare possim, me nulli usquam Authori quicquam alieni subdidisse, nulli, quod ad rem scopúmque meum faceret, quicquam de proprio detraxisse, nihil dolo malo immutâsse, (de quibus Candidi Lectoris judicium non reformido,) reliquorum mihi veniam petenti te non difficilem fore confido. Hac ex parte securus ejusdem* Voluminis *partem alteram aggredior; cui dum non ignavâ operâ totus incumbo, extremam hanc patientiæ tuæ usuram mihi pro clementia tua concedas, & unà mecum (quod etiam atque etiam peto) Deum Optimum Maximum ores, ut qui hactenus pro singulari benignitate sua tantas mihi prorsus immerenti supra spem suppetias contulit, me porrò pergentem idoneis omnibus Spiritûs sui & donis penitùs imbuat, & auxiliis constanter simul & fortiter promoveat, quò huic Operi, quod ab imis fundamentis ejus unius gratiâ ad hanc molem excrevit, in ejus unius gloriam & Ecclesiæ commodum, quam sanguine suo acquisivit, & cui sacrum hoc Instrumentum legavit, lætus Coronidem imponam.*

SYNO-

SYNOPSIS
CRITICORUM
ALIORUMQUE
S. SCRIPTURÆ
INTERPRETUM

Voluminis IV.

PARS PRIOR,

Complectens EVANGELIA & ACTA APOSTOLORUM.

Catalogus Auctorum in Evangelia & Acta Apostolorum, cum Abbreviaturis quibus exprimuntur.

Aben Ezra AE.
Ader de morbis Evangelicis Ader.
Beda Bed.
Bertram de Republica Judæorum Bert.
Beza Be.
Bochartus de Animalibus S.S. BA.
Ubi primus numerus *partem*, secundus *librum*, tertius *caput*, quartus *paginam*, denotat.
Bocharti Geographia sacra, cujus pars prima, sive Phaleg BP.
Pars secunda, sive Canaan BC.
Brerewood de ponderibus & pretiis veterum nummorum Brer.
Lucas Brugensis Bru.
Budæus Bud.
Buxtorfius Buxt.
Cajetanus Caj.
Camerarius Camer.
Camero Cam.
Calvinus Calv.
Caninius Canin.
Jacobus Capellus J. Cap.
L. Capellus Cap.
Cartwrighti Mellificium Hebraicum Cart.
Casaubonus Cas.
Castalio Ca.
Chemnitii Harmonia Evang. Chem.
Clarius Cl.
Collationes Criticæ inter Cloppenburgium & L. de Dieu Collat.crit.
Cloppenburgii Epistola ad L. de Dieu, de die in quo Christus Pascha comederit. Clop.
L. de Dieu Di.

Drusius D.
Drusii animadversa D. an.
Observationes sacræ D. obs.
Miscellanea D. misc.
Parallela D. par.
Quæsita per epistolam D.quæs.
Proverbia D.prov.
L'Empereur Emp.
Erasmus Er.
Estius E.
Marquardi Freheri dissertatio de numismatis census Freh.
Fulleri Miscellanea Ful. misc.
Gatakeri Notæ Manuscriptæ Ga.
Gatakeri dissertationes contra Psochenium Ga. Pso.
Gatakeri Cinnus Ga. Cin.
Adversaria Ga.adv.
Gerhardi Harmonia Evang. Ger.
Gomarus Gom.
Glassius Glas.
Grotius G.
Gualtperius Gua.
Hammondus Ham.
Hebræi He.
Heinsius Heins.
Hieronymus Hi.
Matthæus Hostus Host.
Josephus Jo. *vel* Jos.
Junii Parallela Jun.par.
R. David Kimhi K.
Knatchbull Animadv. in N.T. Kn.
Cornelius à Lapide La.
Lightfoot Harmonia & Chronicon N.T. Li. chron.
Harmonia Li. har.
Horæ Li. ho.
Disquisitiones Chorographicæ. Li.dis. chor.

Commentaria in Acta Li.
Lorinus Lor.
Lyra L.
Maldonatus Mal. *vel* Mald.
Menochius Me.
Josephus Medus Med.
Munsterus M.
Petiti Variæ Lectiones Pet.lect.
Piscator Pi.
Pocokii Notæ Miscellaneæ in Maimonidis Portam Mosis Poc.misc. *vel* Poc.not.
Psochenius Pso.
Pricæus Pri.
Quidam Q.
Rabbini RR.
R. Salomon, qui & Jarchi RS.
Revius Rev.
Salmasius Salm.
Sanctius San.
Scaliger Scal.
Schmidius Sch.
Scultetus Scul. *vel* Scult.
Seldenus Seld.
Spanhemius Span.
Strigelius Strig.
Stunica Stun.
Talmud, *vel* Talmudici Talm.
Tirinus T.
Toletus in Johan. Tol.
Tremellius Tre. *vel* Trem.
Valla Val.
Vatablus V.
Vossius de Genealogia Christi Vos.
Walæus Wal.
Waserus de Antiquis nummis & mensuris Hebr. Was.
Zegerus Zeg.

Versiones.

Æthiopica Æth.
Anglicana Ang.
Aquilæ Aq.
Arabica Ar.
Castalionis Ca.

Flacii Illyrici Il.
Ariæ Montani Mo.
Pagnini P.
Piscatoris Pi.
Symmachi Sym.

Syriaca Sy. *vel* Syr.
Theodotionis Th.
Tigurina Ti.
Tremellii Tre. *vel* Trem.
Vulgata Latina Vulg.

Pagnini *Versionem voco, non quòd ejus sit, sed quòd cum Versione ipsius in V. T. compingatur, dissimulato Authoris nomine.*

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

MATTHÆUM.

PROLEGOMENA. [De Titulo totius Novi Testamenti inprimis dicendum. Is sic se habet :] Ἡ καινὴ διαθήκη, *Novum testamentum*, sive *fœdus*. Qui Titulus in nonnullis Codicibus præfigitur; in aliis autem sic se habet, *Novum testamentum*, vel *fœdus*, *Domini & Servatoris nostri Jesu Christi*; in aliis, Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα, *Omnes libri novi fœderis*. Hic autem Titulus consensum Ecclesiæ Catholicæ respicit, & traditionem, quæ testimonium præbet his Libris, tanquam Novum Canonem constituentibus & complentibus. Ἅπαντα, *omnia*, intellige ἐνδιάθετα, h. e. scripta, & Divinâ providentiâ ad Ecclesiam derivata, & in Canonem recepta [a]. Tribus modis homines hominibus obligantur, Lege, Sponsione, Testamento; quæ ità inter se distincta sunt ut tamen communitate juris cohæreant: unde & Legem συνθήκης (*pacti*) nomine definivit Aristoteles ex Sophista Lycophrone, & post eum Demosthenes, quod Papinianus *sponsionem* transtulit, & pacta contractuum *leges* vocantur, & Testatoris voluntas *lex* dicitur, natúmque hinc verbum Testamentis proprium, *legare*. Nam (ut erat in tabulis 12.) *uti quisque rei suæ legâssit, ità jus esto*. Apud Græcos verbum est quod tria ista complectitur, διατίθεσθαι, quod de legibus usurpat Plato, de sponsione Aristophanes, de testamento Isocrates, aliíque. Cui consequens est nomen διαθήκη æquè latè patens: nam & *testamentum* frequentissimè designat, & pro *sponsione* ponitur apud Aristophanem, & pro *legibus* apud Orphicos & Pythagoristas: nam hi præscriptas suo gregi vivendi normas διαθήκας vocabant. Communis quoque est legibus & sponsionibus sanctio: Nam pacta, præsertim publica, quæ *fœdera* dicuntur, antiquitùs sanciri solebant pecude cæsâ: ipsáque vox *sanciendi*, ut rectè à Servio est observatum, à *sanguine* deducitur: Quæ causa Hebræos Magistros movit ut crederent בְּרִית deductum à בָּרָא, quod pro *succidere* usurpatur, & Latinos, ut *fœdus* à *feriendo* derivarent. Atque hinc *fœdus percutere*, loquendi modus Hebræis, Græcis Latinísque pariter usitatus. In legibus autem Sanctio dicitur ea pars quæ sanguinem delinquentis Legi consecrat. Hinc Hebræi voces בְּרִית & חֹק sæpe alteram per alteram exponunt. Rursum Lex cum Testamento hoc habet commune, quòd neutrum conventione indiget. Nam & hæres, eo ipso quòd hæres est, præstare debet factum defuncti, & subjectus alterius imperio, eo ipso quòd subjectus est, ejusdem legibus parere debet. Conventio autem in hoc cum Testamento congruit, quòd & contrahendi & hæreditatis adeundæ initium solet esse liberum: at subjectionis non item, ut quæ multis in locis ex origine sola descendat. Hæc cùm ità sint, quæri potest, cur ό. quos secuti sunt omnes Hellenistæ, atque inter eos viri sancti qui Evangelia atque Epistolas scripserunt, vocem Hebræam בְּרִית interpretari maluerint διαθήκην, quàm aut συνθήκην, ut fecit Aquila, aut aliter etiam, quippe cùm multas ejus significationis voces suppeditet Græcæ linguæ ubertas. Videntur igitur mihi eò respexisse quòd latiùs pateret vox Hebræa בְּרִית quàm Græca συνθήκη, aut alia quæ vim similem obtinet. Nam συνθῆκαι ex consentienti duarum voluntatum testimonio vinculi potestatem accipiunt. At quod Moses aliíque בְּרִית vocant, plerumque est ejusmodi ut nullum partis alterius consensum requirat, cùm obligandi vis eis adsit ex solo superioris, putà Dei, jussu atque imperio, qui tamen interdum sponte suâ se quoque promittendo obliget: ut solent legum Auctores quoties præmia addunt legibus. Quia verò vocem Hebræam unam unâ quoque Græcâ exprimere studebant Senes eruditissimi, ideo etiam ubi בְּרִית ad conventiones mutuas pertinebat, ut 1 Reg. 5. 12. atque alibi, generali vocabulo διαθήκης uti maluerunt; credo, quòd ipsam quoque vocem בְּרִית ab alia notione vocis בָּרָא natam arbitrarentur. Nam בָּרָא, ut propriè *creare*, ità similitudinis jure, *ordinare* atque διατίθεσθαι, significat: quo factum est, ut Judæi Hellenistæ etiam τὸ κτίζειν, quod Hebræo בָּרָא respondet, ad eum significatum produxerint. Neque aliter accipi potest in Ecclesiastic. 11. 16. & 39. 29. & 40. 1, 9. Hinc & Petrus τὴν ἐξουσίαν (*potestatem*) ab hominibus institutam, aut ad res humanas, vocat ἀνθρωπίνην κτίσιν, (*humanam creaturam.*) Voces autem διατίθεσθαι & διαθήκης latiori sensu ab Hellenistis usurpatas, quàm quò vox συνθήκης posset extendi, indicio nobis est locus Luc. 22. 29. multóque magis Eccles. 38. 37. ubi διαθήκη κρίματος nihil aliud est quàm *jus judiciarium*. Viso cur בְּרִית Hellenistæ interpretati sunt διαθήκην, sequitur videamus cur Christiani veteres hunc Librum maluerint καινὴν διαθήκην appellare quàm καινὸν νόμον, (*novam legem*,) præsertim, cùm Hebræi, & Pentateuchum peculiariter, & communiter omnes Libros ad Sacrum Codicem pertinentes, תּוֹרָה sive νόμον (*legem*) appellaverint, & Christiana doctrina suo jure *legis* nomen sibi vindicet, ut Gal. 6. 2. Jac. 2. 8. Existimo igitur, Christianos veteres præcipuè respexisse ad ipsa Christi verba, qui consummatissimam doctrinam morte suâ sanciturus, eam *novi* בְּרִית nomine appellavit. Nam eâ voce haud dubiè est usus pro qua Græci scriptores more Septuaginta virûm posuerunt διαθήκης vocabulum. Propriè autem Fœderis notationem à Christo spectatam ostendit addita sanguinis mentio Matt. 26. 28. Mar. 14. 44. Luc. 22. 20. Quod accuratè explicat Scriptor Epistolæ ad Hebræos. Cujus dicti memores Apostoli, διακόνους καινῆς διαθήκης (*ministros novi fœderis*) dici haberíque se voluerunt, 2 Cor. 3. 6. Accedebat quòd vox *fœderis* aliquantò dilucidiùs exponebat summam bonitatem & συγκατάβασιν (*demissionem*) Dei, ut qui, misso ad nos Jesu Christo, non summo nobiscum jure egisset, ut solent Legislatores, neque imperiosè & minaciter, quæ solet vox esse legum, sed blandè admodum & comiter, planéque ut solent qui bonâ fide inter se contrahunt. Quo factum est ut sancti Scriptores sæpissimè doctrinam Christi νόμῳ (*legi*) opponant, & *gratiæ* appellent vocabulo, aut sicubi eam *legis* voce indigitant, addant condimenta quæ nominis ejus rigorem temperent, ut cùm dicitur *lex fidei*, non operum, Rom. 3. 27. &, *lex libertatis*, Jac. 1. 25. Meritò igitur Christiani, ut ipso nominis sono doctrinam salutarem commendarent, διαθήκης quàm νόμου Titulum præfigere ei maluerunt. Quanquam autem διαθήκη, ut diximus, ubi de doctrina Christiana agitur, *fœderis* potissimùm habeat significationem, cùm tamen Græca vox usitatè admodum *testamentum* denotet, non mirum est, ad hunc quoque vocis usum alludi à Scriptore Epistolæ

[a] Ham.

ad Hebræos, 9.17. præsertim, cùm Testamentum, inprimis ubi hæres sub conditione instituitur, aut fidei ejus aliquid committitur, ad fœderum aut pactionum naturam quàm proximè accedat. Latini autem Christiani, non eo tantùm loco, sed ubicunque διαθήκη invenitur in Novo Codice, quin & in Vetere, etiam ubi διαθήκη Θεῦ nominatur, vocem adhibuerunt *testamenti*; non tam juris forique usum secuti, quàm naturam originémque vocis, quæ apta est omne id complecti quo quis voluntatem suam testatam facit; præsertim verò eam, quâ bonorum quædam universitas alicui confertur: quo sensu, & vox *hæredis*, citra mortis indicationem, sumi solet, ut cùm *hæredes Dei* dicimur. Cùm autem plures olim fuerint διαθῆκαι Θεῦ, ut apparet Rom. 9.4. Eph. 2. 12. ipsáque circumcisio κατ' ἐξοχὴν, ut בְּרִית in Mosis & Prophetarum Libris, receptissimâque Judæorum consuetudine, ità Græcè διαθήκη appellatur Act. 7. 8. promissiones quoque de Christo olim factæ hoc nomine veniant, Luc. 1. 72. Act. 3. 25. Gal. 3. 15, 17. nova tamen διαθήκη, propriè & peculiariter, illi Fœderi publico maximéque solenni, quod in exitu Ægypti inchoatum, & in monte Sinai peractum, adhibitóque pecudum sanguine sancitum est, opponitur; ut apparet Jer. 31. 32. Atque hæ sunt δύο διαθῆκαι, quas ἀντιδιῃρημένας (*contradistincta*) nobis ob oculos ponit Paulus ad Gal. 4. 24. atque ut illam, παλαιὰν διαθήκην, 2 Cor. 3. 14. ità hanc ejus respectu καινὴν vocat v. 6. eodémque modo Scriptor nobilissimæ ad Hebræos Epistolæ illam vocat πρώτην, hanc, modò καινὴν, (*novam*,) modò νέαν, (*novam*,) quin & κρείττονα, (*meliorem*,) itemque αἰώνιον, (*æternam*.) Apparet hinc, Latinè hunc librum *Novum testamentum* dici non posse, nisi laxiore illâ atque recentiore vocis acceptione: non quòd non propriè Testamentum sit quod eo continetur (est enim voluntas Christi morte ipsius confirmata) sed, quòd eo sensu Vetus ei opponi non posit: quare aut *fœdus* dicendum, aut *testamenti* vox extra usûs veteris atque communis terminos producenda est [b]. Διαθήκη in his libris duo significat: 1. *fœdus*, Matt. 26. 28. ut docet adjunctum καινὴ (*novum*) quod opponitur *veteri*. *Vetus* autem, non erat *testamentum* quod mortem necessariò postulat, Heb. 9. 16. (neque enim Deus mori poterat,) sed *fœdus*, sive *stipulatio*, inter Deum & populum ejus. Id quod בְּרִית constanter significat. Sic καινὴ διαθήκη opponitur τῇ παλαιᾷ, 2 Cor. 3. 6, 14. quæ scripta erat *in lapide*, v. 3. ideóque indubiè *fœdus* erat. Vide & Jerem. 31. 31, 32. Porrò, cùm Baptismus & Cœna Dominica Sacramenta sint hujus καινῆς διαθήκης, quemadmodum Circumcisio, τῆς παλαιᾶς, ritus hi sunt fœderales, stipulationes & promissiones quæ iterum *fœdus* respiciunt, non *testamentum*. Sic & Gal. 4. 24. δύο διαθῆκαι, meo judicio, sunt *duo fœdera*. Scopus enim loci est, repræsentare nobis & Legem & Evangelium; ut autem *lex* non est *testamentum*, ità neque Evangelium hoc loco. Semel quidem διαθήκη *testamentum* significat, ut constat ex *morte testatoris*, Heb. 9. 16, 17. At iste vocis sensus secundarius est, & superadditus priori, τῦ *fœderis*, prout ibi usurpatur, v. 15, 20. ubi διαθήκη *sanguine sanciri* dicitur. Usus autem sanguinis erat apud Orientales in fœderibus pangendis, non autem in testamentis conficiendis. Vide Exod. 24. 6, 8. His de causis non absonum est utrumque sensum conjungere, ut διαθήκη sit & *fœdus*, (quod maximè congruit & usui vocis, & naturæ Evangelii, quod, ut omnia fœdera cum subditis icta *leges* sunt, est Lex Christi, exigens conditionem fidei & obedientiæ,) & *testamentum*, in quo, tum hæreditas Christiani ipsi obsignatur, tum mors Christi, ceu Testatoris, fusè describitur. Alii *instrumentum* vertunt, ut utrumque complectantur [c]. [Atque hæc de titulo generali dicta sufficiant. Veniamus ad titulum specialem, Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον.] Antiquissimum esse, & ab ipsis Apostolicis deductum temporibus, *Evangelii* titulum, docet nos Justinus in Apologia, ubi hos [Evangelistarum] Libros admodum significanter ἀπομνημονεύματα vocavit; quâ voce Xenophon eos libros inscripserat quibus præcipua dicta factáque Socratis annotârat, Laertio teste: quo exemplo, Latinè hosce Libros *Commentarios de rebus Christi* rectè appellaveris. Accedit, quòd & Latini, & Syrus, & Arabs, omnésque Ecclesiæ hos Libros *Evangelia* appellârunt [d]. Εὐαγγέλιον est vox πολύσημος, multa significans [*]. 1. Faustum ac lætum nuncium quodcunque [f]. 2. Præmium fausti nuncii. Sic Cic. 2. Attic. epist. 3. 8. *O suaves epistolas tuas, quibus* εὐαγγέλια *quæ reddam nescio*. 3. Sacrificium, quod ob eventum aliquem faustum instituitur, ut in Isocrat. Areopag. *Ob tantas res gestas jam bis* εὐαγγέλια τεθύκαμεν *sacrificia fecimus* [g]. 4. Antonomasticè [h], & κατ' ἐξοχὴν, significat nuncium illud longè lætissimum [i], quod Christus hominibus attulit [k], de remissione peccatorum, &c [l]. 5. Ipsam Evangelii doctrinam, vel promulgationem, ut 1 Cor. 9. 12, 14, 18. 2 Cor. 8. 18. 6. Librum continentem bonum hoc nuncium de Christo [m]: historiam Evangelicam de Christo, ejúsq; doctrina, miraculis, &c [n]. Sicut vocem *Novi fœderis*, ità & hanc [*Evangelii*,] Christiani à summo Magistro accepere, ipse à Prophetis acceperat. Vox Hebræa est בִּשֵּׂר εὐαγγελίζεσθαι, unde Syri per Metathesin satis receptam סבר fecere: nam ס & שׂ constat esse ἰσοδυναμοῦντα, (*æquivalentia*.) Vocem Hebræam latè satis patentem, ità ut, quamvis ἀγγελίαν significet, de doctrina Christi usurpaverat Esaias, c. 52. v. 7. quem in hunc sensum citat Paulus, Rom. 10. 15. Describitur autem ea doctrina apud Prophetam duplici nomine, *pacis & regni Dei*. Atque hinc est quòd hæc doctrina tum ab ipso Christo, tum ab ejus Apostolis, crebrò vocetur *Evangelium regni*, vel, *regni Dei*, ut Matt. 4. 23. & 9. 35. & 24. 14. Marc. 1. 14. neque minùs frequenter, *Evangelium pacis*, Act. 10. 36. Eph. 2. 17. & 6. 15. E quibus locis inter se collatis apparet, propriè & primariò *Evangelium* dici κήρυγμα (*prædicationem*) illud à Johanne Baptista inchoatum, (nam & illi tribuitur τὸ εὐαγγελίζεσθαι, Luc. 3. 18.) à Christo verò, tum per se, tum per Apostolos, (nam per hos ipse Christus dicitur εὐαγγελίσασθαι, etiam Gentibus, Eph. 2. 17.) consummatum, de Regno spirituali Dei in nobis, déque parta remissione peccatorum. Hoc enim κήρυγμα, sicut Legi ac Prophetis, ut majus ac perfectius quiddam, opponitur; ità manifestè ostenditur à Baptista sumpsisse exordium, Luc. 16. 16. ipsúmque, tam Baptistæ quàm Christi, κήρυγμα ad Esa. 52. v. 7. quasi digitum intendit. Johannis enim quasi prima vox fuit, *Adventavit regnum cœleste*, Matt. 3. 2. & Luc. 3. 3. quomodo & Christus annunciationem suam inchoavit, Matt. 4. 17. Marc. 1. 15. ubi hoc ipsum explicatur additâ εὐαγγελίου voce: idque ipsum esse quod εὐαγγελίου voce indicetur apertissimè declarat Luc. 4. 18. Atque hinc est, quòd doctrina quævis à Christi doctrina discrepans, *aliud Evangelium* vocatur, 2 Cor. 11. 4. Gal. 1. 6. i. e. aliud κήρυγμα. Quia verò ad explicandam, illustrandam & confirmandam doctrinam à Christo annunciatam pertinent omnes ejus κηρύγματος circumstantiæ, ideo ipsa quoque historia *Evangelii* nomen accepit, cujus ambitus propriè describitur eo tempore quod ab annunciatione Baptistæ ad Christi ascensum intercessit, ut liquet ex Act. 1. 22. & 10. 37. Hinc est quòd Marcus narrationem incipiens ab annunciatione Baptistæ, titulum ei præfigit, *Initium Evangelii Jesu Christi*, &c. ità ut quæ Matthæus & Lucas, ille de Christi ortu, hic verò etiam de Baptistæ natalibus, edisserunt, itémque comparatio illa Baptistæ & Christi à Johane Apostolo libri sui primordio instituta, anteloquii cujusdam & εἰσαγωγῆς (*introductionis*) habenda sint loco: quod ipse etiam Lucas non obscurè videtur profiteri Act. 1. 1. In hoc sensu secundario, qui, ut dixi, cum doctrina simul historiæ ipsius cohærentiam complectitur, ipse Christus vocem Hebræam בשר, aut Syriacam סברתא videtur usurpâsse, quam Marcus εὐαγγέλιον transtulit, c. 14. v. 9. Justissimis igitur de causis, veteres Christiani hos Libros de rebus Christi εὐαγγέλιον inscripsere: ut ipso quoque nomine admoneretur lector quantò dulciora hic Liber contineat quàm Prophetarum vaticinia, quorum pleraque triste illud nomen מַשָּׂא sibi præscribunt [o]. [Sequitur in titulo κατὰ Ματθαῖον. Quod variè reddunt:] *secundùm Matthæum*, Be. Ti. P. M. Sch. Ham. D. G. &c. *Matthæi*, Trem. Æth. Pers. Sy. in D. *autore Matthæo*, Ca. Sed, Cùm *Evangelium*, hoc loco, non tam scripti genus aliquod declarat quàm scripti sententiam [p], Author ejus potiùs est Deus, vel Christus, Scriptor Matthæus [q]. *Evangelium Matthæi*, &c, *secundùm Matthæum*, synonyma sunt [r]. Fateor, *Evangelium Matthæi*, dici posse, ut *Pauli epistolas* [†], &c, ut Paulus dicit, *Evangelium meum*, Rom. 16. 25. collat. cum Rom. 1. 9 [t]. atque etiam *authorem* pro *scriptore*

[b] G.
[c] Ham.
[d] G.
[*] Sch.
[f] Sch. sic M. Er. Bru. Ham. &c.
[g] Sch. sim. Bru.
[h] Bru.
[i] Sch.
[k] Bru. sim. Be.
[l] Sch.
[m] Sch. ex Be.
[n] Sch. sim. Camer.
[o] G.
[p] Be.
[q] Be. sim. Sch.
[r] D.
[†] Be.
[t] G.

ſcriptore dici ſolere [v]. Sed non puto temerè ſcriptum, *ſecundùm Matthæum*, potiùs quàm, *Matthæi*, vel, *à Matthæo* [x]: vetus enim Inſcriptio erat, *Evangelium Jeſu Chriſti*, ut eſt initio Marci; quia nimirum Argumentum libri erat, ut jam diximus, κήρυγμα Chriſti: ideo non potuit ſcriptoris nomen poni patrio caſu; ſicuti non dicimus, *Vita Cæſaris Plutarchi*, ſed, *ſcripta à Plutarcho* [y]. Eſt ergò *Evangelium—ſecundùm Matthæum* nihil aliud quàm doctrina à Chriſto tradita prout ea à Matthæo conſcripta eſt [z]. [His præmiſsis, veniamus ad celebrem illam quæſtionem. Qu. Quânam linguâ ſcriptum eſt Evangelium Matthæi?] Reſp. 1. Linguâ Hebræâ [a]. [Id ſic probant.] 1. Matthæus in Palæſtina manſit annos minimùm octo (ut Græci aliique exſcriptores ſine libri annotârunt) poſt Chriſti ἔνσαρκον ἐνδημίαν, *(incolatum in carne.)* Quare par eſt credi ſcripſiſſe illum ſermone patrio [b]. 2. Paraphraſtes Syrus, quem Marcum eſſe Syri ex avita traditione conſtanter affirmant, hunc Matthæo præfigit titulum, *Evangelium—Matthæi—quod prædicavit Hebraicè* [c]. [Sed aliud eſt prædicare, aliud ſcribere, & hæc duo diverſis linguis, multis de cauſis, fieri poterant.] 3. Probat hoc piæ antiquitatis conſenſus, quem alii nullis juſtis de cauſis repudiant. Nam Papius, Irenæus, Origines atque alii, quibus ejus rei veritatem quàm nobis exquirere promptius fuit, pro comperto tradiderunt ſcripſiſſe Matthæum Hebraicè. Addit ex Pantæno Euſebius, idipſum Evangelium Hebraicis literis ſcriptum, apud Judæos ſervatum fuiſſe, quibus tradiderat Bartholomæus. Neque unquam ea de re dubitâſſe videtur Hieronymus; quanquam, an illud Hebræum Matthæi eſſet illud ipſum quo ſuo tempore utebantur Nazaræi, quodque, tum in bibliotheca Cæſareenſi, tum Beræe atque alibi, exſtitiſſe ſuâ ætate memorat, in dubio relinquit. Addit Hieronymus tertiò contra Pelagium, ſcriptum fuiſſe Chaldaico Syróque ſermone, ſed Hebraicis literis: ubi, per *Chaldaicum Syrùmque ſermonem* intelligo idioma Hieroſolymitanum, linguam ejus temporis [d]. Certè, ſi plurium Auctorum conſenſum ſpectemus, hæc ſententia alterâ potior eſt. Eam aſtruunt Iren. 3. 1. Orig. tom. 1. in Matt. Chryſoſt. in Matt. Euſeb. hiſtor. Eccleſ. 3. 21. Epiphan. hæreſ. 29. & 30. & 151. Athanaſius in Synopſi Sacræ Scripturæ, Hieron. præfat. in Matth. & diſertiſsimè in catalogo ſcriptorum, &c. Theophylactus in Matt. Nihilominus teſtiſtimonia hæc, 1. non ſunt univerſalia. Chryſoſt. non dicit ſe hoc ſcire, ſed ex fama tantùm habere. Et quidam Veterum inter adulterina ſcripta hoc recenſuerunt, teſte Euſeb. 3. 22. 2. non ſunt idonea, nec ſcientiâ, ſed vanâ credulitate nixa. Veteres ſeducti ſunt à Papia, exigui judicii viro, qui multa fabuloſa tradidit, &c. Cùm autem exſtaret Evangelium Hebraicum Matthæi nomine, Patres, eo aut non viſo, aut non examinato, Authenticum Matthæi falsò crediderunt. Quod eò facilius erat, quia plerique Patres Hebrææ linguæ imperiti erant. Multis porrò indiciis conſtat, Evangelium illud Hebraicum tantopere priſcis celebratum, ab Evangelio Matthæi plurimùm diſcrepare & diſsidere. 1. Evangelium illud Nazaræorum quod *perfectiſſimum* eſſe dixit Epiphan. hæreſ. 29. *corruptum & mutilum* eſſe dicit idem melius edoctus, hæreſ. 30. 2. In illo multa ſunt addimenta Evangelio Matthæi aſſuta, ut ipſe Hieron. obſervat. [Verba vide in Authore.] Quare jure merito hoc tanquam figmentum & pſeudo-Evangelium (qualia multa olim fuerunt, teſtibus Orig. tom. 2. præfat. in Lucam, Euſeb. 3. 22. Epiphan. hæreſ. 46.) reſpuendum [*]. His adde, quòd ſi Evangelium hoc Hebræum verè Matthæi fuiſſe judicâſſent, & Hieron. & Orig. Evangelium Matthæi, non ad Græcam, ut in reliquis Novi Teſtamenti Libris, ſed ad Hebraicam veritatem emendâſſent. Præterea ex Hieron. colligere eſt, duo fuiſſe volumina, ſed in eadem bibliotheca, & iiſdem conſcripta literis, ſed ſermone diverſo; alterum *Chaldaico Syróque ſermone, ſed Hebraicis literis ſcriptum, quo utuntur uſque hodie Nazareni*, &c. Hieron. l. 3. adv. Pelagianos: alterum *in Hebræo ſermone* conſcriptum, literis & verbis Hebraicis. Hieron. ad Matt. 12. Horum ſi alterum erat Matthæi, alterum erat apocryphum. Deinde, Cur, quæſo, Nazareni maluerint Chaldaicum illud quàm Hebræum amplecti? Proinde, ſuſpicor, aut Hieronymum abuti vulgatâ opinione, aut alterum illud volumen fuiſſe verſum ex Græco, ſicut pleraque Latinorum volumina verſa ſunt in eandem linguam [f]. Evangelium hoc Hebraicè repertum fuiſſe non dubito; at, quod bono viro [Hieronymo] impoſuit, non erat Autographum Matthæi, ſed ex Græco verſum in Hebræum, ob Judæos non credentes. Cùm enim illi libris linguâ ſuâ non ſcriptis parùm eſſent amici, quod ex variis hac de re Canonibus elucidari poſſet, videtur aliquis bono zelo excitatus illud transtuliſſe, &c. Idem etiam ſtatuendum de lingua Originali Epiſtolæ ad Hebræos [g]. Vetus illud Evangelium Nazaræorum Beræe habitantium, quod à ſe conſultum translatúmque in linguas alias narrat Hieron. omninò arbitror ex ipſo Matthæi Codice [Hebræo] fluxiſſe: quod ab illis quidem conſtantiſsimè aſſeveratum fuiſſe tradit idem Hieron. Addit Epiphanius, ſed quem non inſpexiſſe apparet, fuiſſe penes ipſos Evangelium Matthæi pleniſsimum. Certè Nazaræi illi Beræenſes genuina erant progenies eorum qui primi in Palæſtina Chriſti fidem erant amplexi. Nam id illis nomen primitùs fuiſſe inditum ex Domini noſtri nomine, qui vulgò *Nazarenus* vocabatur, apparet Act. 24. 5. planè ſicut illi, qui linguâ Græcâ Chriſtum ſunt amplexi, dicti ſunt Χριστιανοὶ, Act. 11. 26. Adde, quod & Epiphanius teſtatur, hos ipſos Nazaræos fuiſſe propaginem eorum qui Divinitùs admoniti Hieroſolymis Pellam diſceſſerant obſidii tempore. Attamen narrationes quædam non perſcriptæ à Matthæo, ſed auditu perceptæ, videntur paulatim à Nazaræis aſſutæ iis quæ penes ipſos erant exemplaribus, unde nata diverſitas inter ipſorum Hebraicum, & quod nos habemus Græcum. Nam hiſtoria de adultera, quæ Johan. 8. in illorum Evangelio [Matthæi] legebatur. Tale illud eſt Matt. 12. illum nempe cum arida manu fuiſſe cæmentarium, &c. Et poſt reſurrectionis hiſtoriam, *Dominus*, inquit, *apparuit ei*, [Jacobo:] *juraverat enim Jacobus ſe non comeſturum panem donec videret eum reſurgentem*, &c. Narrabat etiam fractum fuiſſe ſuperum limen Templi, cùm Chriſtus mortem obiret. Sed & ſententiæ quædam Chriſti ex fama in eum librum ſunt relatæ. Puto autem Tatianum, cùm ex quatuor Evangeliis unum concinnaret, ſecutum in Matthæi verbis non Græcos tantùm, ſed & Hebræos Codices; unde Evangelium illud, quod vulgò διὰ τεσσάρων, *(per quatuor,)* ab aliis dictum, *ſecundùm Ebræos*, ab aliis verò, διὰ πέντε, *(per quinque.)* Sunt qui putant & mutilatum fuiſſe Evangelium Nazaræorum, cujus rei nuſquam idoneum reperio teſtem. Nam Epiphanius contrarium dicit, eos nempe habere Evangelium πληρέστατον, *(pleniſſimum.)* Non ignoro Hieronymum itâ Hebræum Matthæi exemplar citare, ut id commune videatur facere Nazaræis, & Ebionitis. Sed commune illis arbitror fuiſſe, ſicut olim Catholicis commune fuit cum Marcione Evangelium Lucæ, paucis ſcilicet mutatis quæ Marcioni diſplicebant. Itâ & Ebionitæ deleverunt totam Geneologiam, & quæ ſequuntur ad eum locum ubi Chriſtus à Johanne baptizatur, planè ſicut Marcio prima Lucæ capita induxit. Fecerunt autem hoc Ebionitæ pro ſuo inſtituto, ut qui Jeſum credi vellent natum ex Joſephi concubitu, & virtutum merito conſecutum unctionis gratiam, ut alibi dicemus. Hoc autem cur Nazaræi facerent nihil erat cauſæ, qui non probantur in fidei negotio à cæteris Chriſtianis diſcrepâſſe, quanquam ritus Judaicos obſervabant, Apoſtolis non prohibentibus. Benè enim notat Sulpicius, in Palæſtina Chriſtianos penè omnes ad Adriani uſque tempora Chriſtum Deum ſub Legis obſervatione crediditſe. Et cùm dubitet Epiphanius an hi quoque ψιλὸν ἄνθρωπον *(hominem merum)* Chriſtum dicerent, an verò nobiſcum faterentur ipſum διὰ Πνεύματος Ἁγίου γεγεννῆσθαι ἐκ Μαρίας, *(per Spiritum Sanctum conceptum ex Maria;)* ſed & neſcire ſe dicat an abſcindant *genealogias ab Abrahamo uſque ad Chriſtum.* Alii verò nihil planè illis tribuant proprium præter Hebræorum rituum obſervationem. Irenæus verò nullam eorum mentionem faciat in recenſu hæreſεων, in partem meliorem de illis judicandum eſt, eóque magis quòd Auguſtinus, qui vetuſtiores ſcriptores conſuluit, diſertè affirmet, confiteri Nazaræos Chriſtum eſſe Dei Filium: & Origines, cùm duplices facit Ebionæos in diſputatione contra Celſum, ἤτοι ἐκ παρθένου ὁμολογοῦντας ὁμοίως ἡμῖν τὸν Ἰη-σοῦν,

[v] Be.
[x] Be. ſim. G.
[y] G.
[z] G. ſim. Ham.
[a] Val. G. Mald. Stun. &c.
[b] G.
[c] Guz.
[d] G.
[*] Gom. in diſſert. Oper. tom. 3. p. 313.
[f] Eraſm. Apol. ad Stunicam. Append. Crit. pag. 3557.
[g] Li. ho. ad Mat. 1. 23. p. 17.

σῶν, ἢ οὐχ οὕτω γεγεννῆσθαι, ἀλλ᾽ ὡς λοιποὺς ἀνθρώπους, (*sive illos qui nobiscum fatentur Christum ex virgine natum, sive illos qui eum natum volunt more reliquorum hominum*) *Ebionæorum* nomine laxiùs abutens, sub priore illa nota Nazaræos, ut credibile est, describat. Quare Hebræum illud Nazaræorum Evangelium, quod sæpe laudat Hieronymus, est quidem idem ac Ebionis Evangelium, sed, ut rectè judicavit Gelasius, ab Ebione maculatum. Sicut autem Marcus usus est Matthæi Hebræo, ni fallor, Codice, ità Marci libro Græco usus mihi videtur, quisquis is fuit, Matthæi Græcus Interpres: nam quæ Marcus ex Matthæo desumpserat, idem hic iisdem propè verbis posuit, nisi quod quædam à Marco Hebraico aut Chaldaico loquendi genere expressa propiùs ad Græci sermonis normam emollivit. De cujus Versionis, ab ipso Christianismi initio per Ecclesias receptæ, auctoritate ac fide, dubitare nefas arbitror [h]. Utcunque se res habeat, [sive Matthæus Hebraicè scripserat, sive non,] Græca tamen Editio Matthæi Authentica est [i]. Versa enim est in Græcum, vel,ab ipso Matthæo [k], vel, à Jacobo Apostolo [l], vel, ab alio viro Apostolico; & ab Ecclesia primitiva atque Catholica sine dubitatione in Canonem recepta est, ideóque à nobis pari reverentiâ excipienda,acsi eam Hebraicè haberemus [n]. [Hæc de prima sententia, sequitur secunda.] Aut Matthæus Hebraicè non scripsit, aut Hebraicè & Græcè quoque scripsit [o]. Probabilius mihi videtur Matthæum non scripsisse Hebraicè [p], sed Græcè [q]. [Id sic probant.] 1. Matthæus scripsit linguâ Judæis vulgò notâ atque intellectâ. Talis erat lingua Græca [r], quæ ubique plantata erat per victorias Alexandri, & apud omnes ferè Orientales in usu erat, & ferè vernacula; sed & Judæi etiam in Judæa eam pro vernacula ferè agnoscunt, qui tamen omnibus [linguis] præter suam satis invidiosi sunt. Hierosf. Megillah. fol.9. 2. *Etiam de libris sacris non permiserunt sapientes, ut scriberentur in alia lingua quàm Græca.* Et post, *Quatuor sunt linguæ nobiles, quibus utitur mundus: vernaculâ ad cantum; Romanâ ad bellum; Syriacâ ad luctum; Hebræâ ad elocutionem.* Sed quænam hîc *vernacula?* Resp. Græca, ut facilè probatur, tum ex Encomiis ei attributis, quale illud Glossatoris ad illud, *Decor Japheti erit in tentoriis Semi: Decor*, inquit, *Japheti est lingua Græca pulcherrima ex iis linguis quæ sunt filiorum Japheti*; tum ex verbis Midras Tillin, *R. Jochanan dixit, Tres sunt linguæ: Romana ad prælium, Græca ad orationem, Assyriaca ad preces*; tum ex eo quod semel iterúmque occurrit Bab. Megil. fol. 18. 1. בלעז יוני *in vernacula Græca.* Exemplum rei habes Hierosf. Sotah. fol.21. 2. *R. Levi Cæsaream veniens audiit quosdam recitantes Phylacteria Hellenisticé.* Dignum hoc notatu. Cæsareæ floruerunt scholæ Rabbinorum celeberrimæ: Phylacteria etiam præ aliis omnibus rebus Hebraicè recitanda in Judæa meritò opineris. Lingua ergò Græca usurpata erat quasi vernacula. Rursùs, non videtur Matthæus scripsisse linguâ Hebræâ, quia hæc vulgo Judæorum omnino ignota erat, & à doctis tantùm intellecta. Probatur; 1. quòd in Synagogis,cùm legerentur Lex & Prophetæ in fonte Hebræo, lectori semper astitit Interpres, qui in vernaculam redderet. Hinc regulas dant Hebræi de officio Interpretis, Bab. Megillah. fol. 25. & alibi. 2. Quia, circa tempus nati Christi, Prophetæ omnes (i.e. ut numerant Judæi, Josua, Jud. Sam. Reg.Esa.Jerem. Ezec. & 12 minores,) à Jonathane, filio Uzzielis, Hillelis discipulo, in Chaldaicam linguam versi sunt, & Lex non ità multò pòst ab Onkeloso, ut à vulgo aliquantulùm intelligerentur. *Quest.* Sed cur non potiùs transtulerunt in linguam Syram, quam genti Judaicæ in Judæa degenti vernaculam fuisse omnibus in confesso est? *Resp.* Duplex ratio, 1. In Chald. vertentes id egerunt quod usui foret & Judæam habitantibus (qui eam linguam è Babylone ascendentes secum in Judæam reportaverant) & Babyloniam. Longè certè notior toti populo & familiarior fuit hæc lingua quàm Hebræa. 2. Ipsis Judæis gratior erat lingua Chaldaica, quàm Syriaca, utpote cultior & politior, & fratribus etiam in Babylonia vernacula [†]. Christi tempore Judæi Syriacè, non Hebraicè, loquebantur. Ergò Syriacè potiùs quàm Hebraicè scripsit Matthæus. Et hæc nunc sententia est Widmanstadii & Guidonis Fabricii [t]. Neque hoc placet: 1. quia lingua hæc Judæis ingrata erat: Canon est Ebræorum, *In quavis lingua orationes fundere licet, exceptâ solùm Syriacâ.* 2. Cùm jam abdicandus esset populus Judaicus, &c. incongruum certè fuisset, linguam eorum, sive vernaculam Syram, sive affinem Chaldaicam, eò dignitatis evehere, ut lingua Originalis foret Novi Testamenti, aut scribere eorum linguâ, qui præ omnibus,&c. Evangelium maximè spernerent atque oppugnarent [v]. [Atque hoc de primo argumento.] Arg. 2. Si Matthæus scripsit Hebraicè, quî factum sic periisse neglectum, ut nè in Syria quidem exemplar superesset præter unicum illud [x]? Nullum Hebraicum Evangelium nunc exstat [y]. Illud à Munstero editum,non esse Matthæi, adeò certum est, ut nullis indigeat argumentis [z]. Illud Munsteri, nec non aliud Merceri, nihil habent genuinum. Nam styli indicium, additiones ac detractiones quædam, & maxima inter illa varietas, satis arguunt, ea à Judæis diversis & eruditione disparibus, è Græco, aut Latino, esse translata [a]. Arg. 3. Non Hebraicè, sed Græcè, eum scripsisse docet interpretatio Hebraicorum alicubi occurrens, ut Matt. 1. 23. & 27. 33, 46 [b]. Sed hoc argumentum pondus apud me non habet. Solenne enim est omnibus scriptoribus, etiam ό. Interpretibus, vocabula peregrina notabiliora servare integra, sed addito interpretamento,quod aliquoties à ό. factum [c]; ut Gen. 35. 38. 1 Sam. 7. 12 [d]. Sed hæc responsio aliena est: 1.quia hæc versio ό. non est Authentica, ideóque majori libertate utitur. 2. Aliud est, nomen proprium interpretari, quod ab illis interdum fit: aliud, integram sententiam Hebraicè ponere, & Græcè interpretari, quod neque à ό. neque à Latino Interprete veteri, ullibi factum: fit autem Matt. 27. 46 [*]. Nec verisimile est in textu Græco quid additum fuisse, quod in Archetypo non fuerit. Arg. 4. Idem evidenter ex eo demonstratur, quòd Matthæus in plerisque locis quæ ex V. T. adducit, sequitur translationem Græcam ό. Interpretum [g]. Arg. 5. Hoc Evangelium eâdem linguâ scriptum videtur quâ reliqua scripta sunt [h]. Reliqui Apostoli Græcè scripserunt, non modò quæ cunctis promiscuè, sed & quæ Judæis peculiariter, inscripta sunt, ut Jacobus & Petrus [i]. Et cùm gentes ad Evangelium vocandæ erant, congruè scriptum est Novum Fœdus linguâ Gentilitiâ, eâque, quæ inter Gentes nobilissima, Græcâ [k], ut Gentium Idololatriam, Græcorúmque Philosophiam, redargueret. Et quanquam Romani tunc dominabantur, linguam tamen Græcorum, quàm Latinorum, latiùs patuisse, testis est Cicero, in orat. pro Archia Poeta [l]. Eadem de causa Græcè scripsit Paulus ad Romanos, quamvis in ista Ecclesia Romani erant, ad quos scripsisse Latinè videri posset consonantius, & Judæi, ad quos Syriacè [m]. Quemadmodum ergò, ante Christum doctrina sancta eo sermone scripta fuit qui erat proprius & patrius ipsius Ecclesiæ; sic post Christum scripta omnia sunt Græcè, ut ad Ecclesiam ex omnibus nationibus colligendam faciliùs pervenirent [n]. [Atque hæc de nobili hac controversia dicta sunto; de qua fusiùs egi, ut authoritas Græci illius, quod habemus, Evangelii, luculentiùs constaret. Pergendum jam ad alia Prolegomena.] Plures Evangelia scripsisse dicuntur in Luc. 1. 1. Apud Clementem, Orig. Iren. Athanasf. Epiphan. &c. Evangelium Hebræorum, Ægyptiorum, Nazaræorum, Ebionitarum, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Thomæ, Matthiæ, & 12 Apostolorum, legimus. Scripserunt & multi hæretici, aut finxerunt, Evangelia [o], eisque nomina Discipulorum Christi adscripserunt. Quinetiam eò processit audaciæ furor, ut Cajani Evangelium Judæ Iscariotæ nomine scriptum proponerent [p]. Sed Ecclesia quatuor tantùm Evangelia admisit & retinet, tanquam exploratæ & certæ autoritatis [q]. [De horum porrò Authoribus agendum est.] Ex illis duo, Matthæus & Johannes, erant Discipuli & Apostoli Christi, qui, quæ narrant, ipsi audiverant, vel viderant. Reliqui duo, Marcus & Lucas, non quidem erant Apostoli, sed Apostolorum asseclæ & comites perpetui, Marcus Petri, (quo etiam dictante, Marcum scripsisse refert historia Ecclesiastica; cujus rei indicia non desunt; v. g. quòd Petri pœnitentia frigidiùs à Marco describitur quàm à Matthæo,) Lucas autem Pauli, à quo edoctus scripsit Evangelium [r]. Post mortem Christi non opus fuit statim Evangelium scribere, Apostolis omnibus simul adhuc in Judæa

[h] G.
[i] Sch. sim. Ham.
[k] Ham.
[l] Athanasf. in Sch.
[n] Ham.
[o] Be. ad Mat. 1.23. sim. Calv. in Gom.
[p] Er. in Apol. Gom. &c.
[q] Sch. ex Whitak.
[r] Li. ho. 14. sic Sch.
[†] Li. ho. 12. &c.
[t] Sch.
[v] Li. ho. 13.
[x] Er. apol.
[y] Sch.
[z] G.
[a] Gom.
[b] Sch. sim. Be. ad Mat. 1.23. Gom. &c.
[c] G.
[d] Q. in Gom.
[*] Gom.
[g] Span. in Wal.
[h] Er. ad Mat. 7. 23.
[i] Sch. ex Whit.
[k] Li. ho. 15. sim. Sch. ex Whit.
[l] Sch. ex Whit.
[m] Li. ho. 17.
[n] Sch. in Whit.
[o] Mal.
[p] Camer.
[q] Camer. sim. Mal.
[r] Ham.

Judæa versantibus. Sed post aliquot annos, cùm Apostoli ad gentes migraturi erant, scripserunt Evangelistæ, non tamen simul, sed successivè †, & quidem eodem tempore atque ordine quo collocati sunt, ut omnes consentiunt [t]. 1. Matthæus Evangelium suum scripsit Hierosolymæ [v], idque octo post Christi ascensionem annis. Sic ferè Iren. Athanas. Euseb. Chrysost. &c [x]. 2. Marcus scripsit post decimum annum à Christi assumptione [y], teste Theophyl [z]. cujus etiam Evangelium à Petro lectum & approbatum fuit. 3. Lucas quo tempore scripsit, incertum est, & à nullo auctore traditum. Solùm hoc constat, quòd scripsit, quando multi Christi historiam tenere nitebantur, quod certè non fuit in Ecclesiæ primordiis [a]. Scripsit 15 annis post Christi ascensionem [b]. Imò Lucas primus omnium Evangelistarum scripsit [c]. 4. Joannes scripsit 32 post ascensionem Christi anno, ut testantur Iren. Euseb. Hieron. Isid. &c [f]. Hic aliorum Evangelia perlegit & approbavit, & quæ omiserunt alii, amplè supplevit; quædam verò ab eis dicta repetit, ut circumstantias alias adjungat. Et cùm reliqui de Christi humanitate scripserant, hic (rogatus ab omnibus Asiæ Episcopis) de ejus Deitate scripsit. Est autem mira inter omnes Evangelistas, diversis licèt locis & temporibus scribentes, concordia. Aliqua quidem in eis apparet dissonantia, (quæ tamen maxima est veritatis demonstratio, eósque à suspicione liberat, quasi ex compacto scripsissent,) sed ea est tantùm in verbis & in rebus minimis; in sensu autem & in præcipuis dogmatibus, mirè consentiunt [g]. Sciendum est, ità Novum Fœdus Græcè scriptum esse, ut Hebraica sit dictio; quo fit, ut pleraque quæ in Hebræo sermone essent facillima, eadem in Græco, iis qui Hebraicè non didicerint, non solùm sint obscura, sed etiam aliud interdum, quàm quod vult author, significare videantur. Hinc fit, ut multis verbis exponendæ sint pleræque sententiæ, ad quas, si Latino more Latinè dicerentur, nullâ opus esset interpretatione. Adde, quod ut quæque gens suis moribus, sic quæque lingua suâ delectatur loquendi consuetudine, peregrinitatis insolentiam refugit. Hæ duæ causæ, mihi & circa perspicuitatem & circa latinitatem elaboranti, satis magnæ visæ sunt, quamobrem hoc opus sic converterem, ut Hebraismos evitarem [h]. Cæterùm, distinctio Librorum N.T. in capita non fuit ab Evangelistis, sed posteà introducta. Græci accuratiùs distinxerunt in Τίτλους, (quæ vox ex Latina *Titulus* facta est,) deinde rursus in minutiora membra diviserunt, quæ Κεφάλαια (*Capita*) vocàrunt [i]. Etsi non improbo Librorum sacrorum receptam hodie divisionem, commodior tamen esset Veterum distinctio, si quis magnus Theologus eam restitueret. Veteres enim singulos libros in τίτλους, singulos τίτλους in sua κεφάλαια, aptè dividebant. Non, ut hodie, ea dividebant quæ conjunctim potiùs legi deberent, sed diversas potiùs quæstiones, earundémque partes, distinguebant. Numerus autem τῶν τίτλων καὶ κεφαλαίων in Suida habetur. *Matthæus*, inquit, habet τίτλους ξη'. 68. κεφάλαια τνε'. 355. Marcus, τίτλους μη'. 48. κεφάλαια σλς'. 236 [k]. (sed hic numerus est mendosus [l], fortè legendum 236 [m].) Lucas, τίτλους πγ'. 83. κεφάλαια τμη'. 348. Johannes, τίτλους ιη'. 18. κεφάλαια σλβ'. 232 [n].

† Prolegom. in Bi. c. 4. — [t] Mal. — [v] Bi. ib. — [x] Mal. — [y] Bi. sim. Mal. — [z] Mal. — [a] Bi. — [b] Mal. ex Theoph. — [c] Be. — [f] Mal. — [g] Pi. — [h] Ca. — [i] Sch. — [k] Cas. — [l] Cas. Sch. — [m] Sch. — [n] Cas. Sch.

CAP. I.

1. **L**iber (vel, *Descriptio*, Trem. Æth.) *generationis*] Ità P. Ti. Be. Sy. &c. sub. *hic est*, Be. simil. Sch. Cas. Eleganter hîc subauditur verbum ex more, tum Hebræorum, tum etiam Græcorum atque Latinorum, ut statuarum inscriptiones & multa Epigrammata docent [a]. Sed non opus quicquam suppleri, non magis quàm in rubricis quas partes librorum præferunt, aut quoties in orationibus ponitur νόμος, (*lex*,) μαρτυρία, (*testimonium*,) ψήφισμα, (*decretum* [b].) Solent Scriptores inscriptiones hujusmodi breves suis libris præmittere. Sic Marcus, c. 1. v. 1. Ἀρχὴ, &c. *Principium*, &c. & Apoc. 1. 1. Ἀποκάλυψις, &c. *Revelatio*, &c [c]. & Herod. Ἱστορίης ἀπόδεξις, (*Historiæ demonstratio* [d].) Sic & Prophetæ, *Visio Esaiæ*, &, *Verba Jeremiæ*. Nominativus ergò hîc ponitur absolutè & vice tituli *. *Enumeratio generis*. Hoc mallem quàm *Liber generationis*; quibus verbis hæc suberit sen-

[a] Cas. — [b] G. — [c] Sch. — [d] Sch. ex Er. — * Er.

tentia, In hoc libro scribitur quomodo generatus sit Jesus; quæ non est Matthæi sententia. *Liber* non declarat enumerationem, sive nomenclaturam, aut librarium, quod Hebræi סֵפֶר, hic βίβλον vocat; neque *generatio* est Majorum series & genus, sed Latinis est gignendi actio, quam γένεσις h. l. non significat; *genealogiam* enim declarat [f]. Βίβλος, ex usu vocis סֵפֶר [g], non solùm *volumen longius* significat [h], sed etiam *breve scriptum* [i]; quod rectè animadvertit Syrus, qui habet כתבא [k], id quod *scripturam* propriè denotat [l]. סֵפֶר, *liber*, dicitur & venditionis scheda, Jer. 32. 11, &c. &, libellus repudii, Esa. 50. 1 [m]. סֵפֶר denotat enumerationem, sive recensionem, sive catalogum [n], quemvis, sive rerum, sive personarum. Vide Gen. 5. 1. & Deut. 24. 1. Confer Matt. 19. 7. *Liber* γενέσεως respondet τῷ סֵפֶר תּוֹלְדוֹת, ut rectè observant interpretes. Pro plurali autem תּוֹלְדוֹת Matthæus ponit singulare γενέσεως, vel, quia sequitur ὁ. qui sic vertunt; vel, quia solius Christi generationem (& quidem humanam tantùm) intendit, ob quam saltem reliquarum meminit [o]. Liber γενέσεως, *generationis*, est, vel, 1. actionum sive eventorum sive rerum gestarum Christi [p]. Ità *generationis* vox sumitur [q], ut Gen. 2. 4. & 5. 1. Num. 3. 1 [r]. & præcipuè Gen. 37. 2 †. Sed & verbum יָלַד significat ut *gignere*, ità & eventum quemvis *producere*, ut Prov. 27. 1. & Eccles. 4. 14. *Etiam in regno suo* נולד רש *fit pauper*, non, ut nos vertimus, *natus est*, &c [t]. Ità inscriptio hæc est totius Evangelii [v]. Sensúsque est, *Liber*, non tantùm nativitatis, aut Genealogiæ, Christi, (quæ partem tantùm exiguam libri complectitur,) sed *historiæ de ejus nativitate, vita, morte, omnibúsque eventibus*, &c [x]. Vel, 2. Majorum Christi [y]; sic dicitur aliquis superbire τῇ γενέσει, *ortu*, seu *genere*, h. e. Majoribus suis [z]. Vel, 3. nativitatis Christi [a]. Sed hæc dicitur γέννησις, v. 2. & postea [b], quæ temerè confunditur cum voce γένεσις [c]: illa est à γεννάω, *gigno*, hæc à γίνεσθαι, quod non modò *nasci*, sed & *fieri*, vel *evenire*, significat [d]. Γένεσις est *origo*, ut ex Platone transfert Cicero. Est ergò βίβλος γενέσεως, *descriptio originis* *; vel, uno verbo, *genealogia* [f]. Hæc sententia mihi probabilior est; 1. quia γένεσις id propriè, & usitatissimè significat. 2. Sic optimè respondet sequenti Catalogo. 3. Favet Syrus, qui hîc habet, כתבא דילידותה, i. e. *descriptio generis*, vel *ortûs ejus* [g]. Non est hæc Inscriptio totius libri [h], ut quidam putàrunt, sed particulæ primæ, quæ velut extra corpus historiæ prominet [i], sive sequentis Genealogiæ [k]. ¶ *Jesu Christi*] *Jesus* est nomen ejus proprium à Deo inditum, Matt. 1. 21. Luc. 1. 31. & 2. 21. *Christus* est Cognomenti instar, Officii Sacerdotalis, Regii, & Prophetici, index [l]. Nomini *Christi* sæpe in N. T. superadditur nomen *Jesu*, non solùm ut signetur Christus pro Salvatore, sed etiam, ut *Jesus* signetur pro vero *Messia*, sive *Christo*, contra perfidiam Judaicam [m]. ¶ *Filii David, filii Abraham*] h.e. Qui est è posteris Davidis atque Abrahami [n]: nam בֵּן in Hebraismo (quem sequuntur Hellenistæ) tam latè patet quàm Græc. τέκνον, aut Lat. *liberi*; cùm υἱὸς & *filius* primum duntaxat gradum notet [o]. Verum hoc est, Christum tamen *filium*, &c. studiosè vocat, propter promissionum formam, quæ Davidi & Abrahamo polliceri videntur, fore, non tam ut ex ipsorum posteritate, quàm ut ex illis ipsis, Messias oriretur. Erat ergò quasi verus & proximus ipsorum filius, promissionis & fidei virtute *. Sensus hic est ambiguus [p]; vel, 1. Filii Davidis, qui David fuit filius Abrahami [q]: vel, 2. Christus hîc *filius* & *Davidis* & *Abrahami* dicitur [r]: Hoc malo, quia congruentius est, ut verbis sequentibus †, ità & instituto Evangelistæ, quod erat utrumque de Christo demonstrare [t]. *Abrahami* & *Davidis* specialiter mentionem facit [v], ob promissa illis facta [x], de Messia ex ipsis nasciturо [y], *Abrahamo* de populosa progenie, *Davidi* de Regni stabilitate [z], quorum utrumque in Christo eminenter impletum est [a]. De Abrahamo vide Gen. 12. 3. & 22. 18. de Davide, 2 Sam. 7. 12. &c [b]. Vide & 1 Reg. 9. 5. Psal. 89. 3, &c. & 132. 11 [c]. Porrò, *Davidem* præponit, 1. quò commodiùs Genealogiæ series ab Abrahamo inchoando texatur [d], citra repetitionem *: 2. quia Davidis apud Hebræos & recentior & celebrior erat memoria [f]; maximè, cùm de Christo sermo erat; Joh. 7. 42. Davidi clarior data erat promisso: Prophetæ de Christo *Davidis* nomine locuti sunt. Vide Esa. 9. 7. & 55. 3. Jer. 23. 5. Ezec.

[f] Ca. — [g] G. sim. Scul. — [h] Scul. ex erc. Evan. c. 42. — [i] G. sim. Scul. ib. — [k] G. — [l] Bru. — [m] Scul. ib. Span — [n] Span. dub. 1. p. 3. sic V. Be. Pi. Bru. Sch. — [o] Span. ib. — [p] M. Zeg. Span. Ham. Scul. — [q] Ham. Scul. Span. &c. — [r] Ham. — † Span. Ham. — [t] Ham. — [v] Scul. simil. Zeg. — [x] Ham. — [y] Pi. Sch. Be. sim. V. Scul. Bru. — [z] Sch. — [a] M. — [b] Ham. — [c] Scul. ex Er. & Be. — [d] Ham. — * G. — [f] G. sic Sch. sim. Be. Span. — [g] Span. dub. 1. p. 5. — [h] G. sim. Fe. — [i] G. — [k] Be. — [l] Sch. — [m] Li. ho. — [n] G. sim. V. Ca. Bru. Sch. &c. — [o] G. sim. Ca. — * Bru. ex Be. — [p] Er. — [q] Er. Sch. Bru. Be. — [r] Er. Be. Bru. Sch. Pi. Li. Ham. G. — † Bru. — [t] Pi. — [v] G. — [x] G. sim. Pi. Sch. Ham. Bru. — [y] Sch. sim. Pi. — [z] G. sic Ham. — [a] G. — [b] Bru. Sch. — [c] Bru. — [d] Bru. Er. ex Hi. — * Er. ex Hi. — [f] Er. ex Chrys. sim. Bru.

37.24. Amos 9.11. David Rex erat, ideóque clarissimus Regis Christi typus [g]. Quare qui de Jesu majus aliquid quàm cæteri conceperant, *filium* eum *Davidis* vocant, ut multis Evangeliorum locis apparet [h]. Vide Mat. 15.22. & 21.9. & 22.42, &c [i].

2. *Abraham*, &c.] [Antequàm aggrediamur specialem hujus Genealogiæ Christi tractationem, placet nonnonnulla præmittere.] In conciliando stemmate quod est apud Matthæum, & isto quod Lucas posuit magnopere sudârunt veterum & recentiorum Scriptorum ingenia: neque id mirum, cùm ab hostibus Christianismi tantus in ipso limine dissensus objici his libris quotidiè soleret. Sed qui gnari sunt morum populi Judæi, sciunt multas esse posse Genealogias quæ pugnare videantur, nec tamen pugnent; idque non uno modo accidere solere; ut ex iis libris quos Judæi nobiscum agnoscunt facilè est probatu. Cùm verò multæ sint conciliandi rationes, quæ sit optima, post tot secula, amissis pridem tabulis omníque memoriâ, difficile dictu est: verèque hîc illud vetus locum habet, *Qui benè conjexit, vatem perhibebo optimum* †. 1. Maxima est in hac Genealogia difficultas, & quædam inextricabilia videntur [k]. Vix alia controversia est quæ majoribus implicatur difficultatibus [l]. 2. Hinc & Ebionitæ, teste Epiphanio, l. 1. hæres. 30 [m]. & Faustus Manichæus [n], totam Christi Genealogiam ex Evangelio expunxerunt [o]. Et Gentiles adversus eam objectabant, ut Celsus, eúmque sequuti, Porphyrius & Julianus [p]. 3. Omittendæ hîc sunt curiosæ disquisitiones genealogicæ, quæ non sunt necessariæ, nec ad pietatem utiles [q], quarum difficultati longè impar est utilitas [r]. 4. Non est mirandum, si ea nobis sint obscurissima, quæ temporibus Evangelistarum fuerunt notissima, quia antiquissimorum illorum temporum historiâ destituimur, cùm ultrà 1500 annos omnes libri Genealogici Hebræorum interciderint [*]. 5. Certum est, tunc [tempore Christi & Apostolorum.] & integras exstitisse Genealogiarum descriptiones, & rationes earum notissimas fuisse [t]. Privatim & publicis archivis asservatæ fuerunt integræ omnium filiorum Davidis Genealogiæ: indè verò Evangelistæ has Genealogias descripserunt [v]. Erat etiam in Judæis non modò hostilis in Evangelium animus, sed & peculiaris libido contendendi de Genealogiis. Si quid ergò hîc fuisset quod minùs rectè se habuisset, certè illi, qui alia quævis cupidissimè arrodebant & calumniabantur, indubiè hîc acerrimè contradixissent; quod & plausibile fuisset, &c [x]. Cùm autem ipsi Pharisæi nihil hîc reprehendere potuerint, hoc fidei nostræ sufficit, Jesum ex semine Davidis natum esse [y]: nec decet nos id in dubium vocare [z]. Et cùm Matthæus in Judæorum potissimùm gratiam Evangelium suum conscripserit, nisi veritas hujus Genealogiæ illis certò constitisset, stupidissimus sanè fuisset, siquidem statim in limine sine ulla necessitate ità crassè impingere, & se Judæorum cavillis obnoxium reddere voluisset, quod vel cogitatu nefas [a]. [Atque hæc in genere dicta sufficiant, nam speciales difficultates in locis suis occurrent.] ¶ *Isaac*, τὸν Ἰσαάκ] Hebraicis nominibus adduntur articuli, ut casum & sexum possis distinguere [b]. ¶ *Judam & fratres ejus*] Meminit hîc fratrum Juda, non verò antè fratrum Isaac aut Jacob: 1. quia illi omnes adoptati sunt in populum Dei [c], quia ad illos, non istos, facta est promissio de Christo [d]: 2. ut Christum velut cognatum omnibus Israelitis commendaret [*]: 3. ad solatium Decem dispersarum Tribuum, quippè quibus non minùs quàm Duabus, datus est Christus [f]: 4. ad amoliendum Judæorum invidiam, nè videretur solum Judam à Jacobo genitum statuere [g].

3. *Et Zaram*] Hunc addit, ad memoriam illustris rei quæ in horum partu evenit, gradus futurus ad credendum partum è virgine [h]: quia hic & Phares eodem partu editi sunt [i]: quòd Zara prior manum extra uterum proferret, veluti contendens cum fratre uter primogenitus esset & parens Christi [k]. ¶ *De* (vel, *Ex*, Er.) *Thamar*] In tota Christi Genealogia, nulla sanctarum mulierum extat, præter matrem Christi necessariò nominandam [l]: sed *Rahab*, meretricis & alienigenæ; *Ruth*, Moabitidis; *Bersabee*, adulteræ; & hîc *Thamaris*, quæ extra legitimum conjugium conceperat. Prætermisit Evangelista quod ordinarium erat, quod autem singulare & dubium, exposuit [m]. Non dedignatur Christus ex peccatricibus & gentilibus nasci, quia venit ut utrásque salvaret [n]. ¶ *Aram*] Ita Sy. Ar. Æth. Qui Syris & Ægyptiis [o], & Hebræis, רם *Ram* [p], Ruth 4.19 [q]. quod est *excelsus* [r]. [Vide ad Luc.3.33.] Vide & Job 32.2. *Aram* ergò & *Ram* sunt synonyma [*].

4. *Salmon*] Heb. שַׂלְמוֹן & שַׂלְמָא, Ruth 4.20, 21 [t].

5. *Salmon* (quem multi ex Hebræis putant fuisse Ibzan Judicem, Jud. 12.10. sed ex mera conjectura; nec Boozo congruunt 30 liberi Ibzanis, &c [v].) *autem genuit Booz de Rahab*] Sub. *uxore*, Pi. caupona sive meretrice illa Jerichuntina [x]. Hoc non habetur ex V. T [y]. sed ex traditione Judæorum [z]. Fatentur Hebræi Rachabem Principi alicui Israelitico elocatam fuisse, de persona tamen errantes [a]. Qu. Quomodo *Salmon*, qui vixit circa tempora Josuæ, *genuisse* dicitur *Boozum*, qui trecentis pòst annis vixit, circa tempora Heli, teste Josepho [b]? Aut quomodo inter Salmonem & Davidem, non nisi tres viri, Booz, Obed, & Jesse, numerantur, cùm constet 366 annos intercessisse [c]? Resp. 1. Tres fuerunt Booz distincti, filius Salmonis, nepos & pronepos, & tertius saltem duxit Ruth, & hîc nominatur, reliquis duobus hîc prætermissis, ut aliis postea fit [d]. Non placet: hoc non modò fundamento caret, sed & contrarium est tribus Scripturæ locis, ubi in ejusdem seriei enumeratione unius tantùm Booz mentio fit, Ruth 4.20, 21. 1 Par. 2.11, 12. Luc. 3.32 [*]. Resp. 2. Certum est, historiam Ruth non pertinere ad ætatem Heli, sed eâ longè vetustiorem esse [f]. Resp. 3. Alius hic est Salmon ab illo Principe Juda, & alia hæc Rahab ab illa Jerichuntina [g]. Sed hoc non est verisimile, quia gravibus de causis Rachab & Ruth h. l. memorantur [h]. Resp. 4. Non est incredibile, quatuor homines, ejus præsertim temporis quo humana vita, sive naturâ, sive temperantiâ, longiùs tendebatur, 366 annos implevisse [i]. Ponamus, 1. Salmonem & Rachabum juvenes admodum sub ingressum in terram Canaan, & grandævos demùm generâsse Boozum; 2. Boozum, Obedum, Isai, singulos centenarios genuisse; quod illo tempore, quo crudior adhuc & vegeta magis hominum erat senectus, & ætas major, non est mirum, ut patet exemplis Abrahami, Rom. 4.19 [k]. Mosis, qui annos attigit 120 [l], immensis licèt laboribus exercitus [m]; Calebi, Jos. 14.11. Nec desunt exempla eorum qui anno 80 genuerunt apud Plin. 7.14. Intercessit etiam extraordinaria benedictio in Majoribus illis Christi prole ditandis, ut illi charactere quodam extraordinario designarentur [n]. ¶ *Ex Ruth*] Moabitide [o]. ¶ *Jesse*] Virum obscurum & contemptum, ut patet ex 1 Sam. 20.27. & 1 Reg. 12.16 [p].

6. *David Regem*, τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα] Repetitus articulus emphasi non caret [q], ut discernatur ab alio quopiam Davide; ut insignitè Rex intelligatur [r]. Davidem cum emphasi *Regem* vocat †, vel, 1. quòd Hebræi eum honoris causâ sic ferè nominabant: vide 1 Reg. 1 [t]. Vel, 2. ut hîc notet secundum populi sub Regibus statum; nam primus sub Judicibus fuit [v]: vel, 3. quia primus hic fuit Rex Judæ [x], à quo regnum populi Dei fæliciter inchoatum, & per multos posteros propagatum est [y]. Priùs quidem Regnum cœperat à Saule; sed, quia tumultu hoc & improbis populi votis contigerat, censetur demùm legitima in Davide mutatio; præsertim quantum ad Dei fœdus, &c ‖. vel, 4. quia perpetui Regni promissio illi facta est [z]: vel, 5. ut ostenderet, Jesum verum esse Regem, legitimum Regni Davidici hæredem [a]: vel, 6. ut ostenderet, quomodo Regia stirps excisa jam fuerit, &c [b]. B litera hîc [in Δαβὶδ] locum obtinet τοῦ δίγαμμα, quod jam scribi desierat; itaque Græci ipsi literam sextam quæ nunc in numeris ordinem suum servat, at olim, in Alphabeto quoque, eodem quo apud Hebræos loco conspiciebatur, exprimebant hoc modo, βαῦ, ut ex Varrone & Didymo tradiderunt Cornutus, Marius Victorinus, Priscianus, & Donatus [c]. ¶ *Ex*, &c. Ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου] *Ex ea quæ* (*sub. fuerat uxor*, Er. Ti. Be. Pi. Camer. &c.) *Uriæ*, Be. Pi. &c. Similis locutio apud Virgilium, *Hectoris Andromache, Pyrrhin' connubio servas*? Nam & *uxor*, & *quondam*, deest, ut plenus fiat sermo. Mulieres in hoc sensu [lege *censu*]

Marginal notes (left column): g Bru. h G. sim. Bru. i Bru. † G. ad Luc.3.23. k Chem. harm.3. 26. l Vos.p.1. m Glas. philol.1.2. 148. n Span. dub.1.1. o Span.ib. sim.Glas. ib. p Vos.ibid. q Scul.exerc.c.42. r Ham. * Scul. ib. t Chem. p.30. v Chem. p.34. x Chem. 30. y Chem. p.34. z Chem. 30. a Span. Dub. 14. p.74. b Er. c Bru. d Pi. * G. f Li.harm. in quarto p.55. g Span. in Wal. h G. i Bru.sim. Span. in Wal. k Mal. l Mal. ex Hi.

Marginal notes (right column): m Mal. n Bru.sim. Mal.Caj. o Jun. p Pi. Di. q Di.D. r Pi. * D. t D. v Span. dub.3. p.15. x D. y Ham. z G.sim. Ham.Li. a Li. ho. b Span. c Mal. Span. d L. * Span. dub.3. p.14. f Ibid. 15. g Q. in Span. h Span. p.16. i Mal. k Span. l Span. Mal. m Mal. n Span.ib. o Bru. p Bru.sim. Mal. q Be. sim. Er. r Er. † Bru. t G. v Bru. sim. Pi. x Sch. sim. Be. y Bru. ‖ Calv. in Wal. z Mal.ex Be. a Bru. b Sch. c G.

censu] obiter paucæ nominantur, extraneo ortu aut criminibus nobiles, quarum historia ad vocationem Idololatrarum & criminosorum per Christi Evangelium proludit [d]. Porrò, hâc notâ maluit signare Bethsabee quàm proprio nomine, vel, quia res ipsa nomine illius notior erat; vel, quòd ad mysterium Christi & Ecclesiæ pertinebat ejus facti refricuisse memoriam [*]; ut monstraret, tantum absuisse, ut ob crimina hæc resciderit Deus promissa Davidi facta, ut etiam ei placuerit, hujus mulieris ministerio fidem suam liberare [f].

8. *Joram autem genuit Oziam*] Aliàs dictum Azariam [g], 2 Reg. 15. 1. 1 Par. 3. 12 [h]. *Genuit* quidem eum, generatione videlicèt mediatâ [i], intermediis tribus, *Ochosiâ* filio, *Joâ* nepote, *Amasiâ* pronepote [k], ut patet ex 2 Reg. 8. 24. & 11. 2. & 14. 1. & 2 Par. 26 1 [l]. Hîc porrò multi putant defecisse Salomonis lineam, *Ochoziâ* sine liberis moriente, & successisse in Regnum Joam ex posteritate Nathan. Quibus repugnant, 1. hic locus; tunc enim dici non poterat *Joram genuisse Oziam*: 2. alia scripturæ loca, 2 Reg. 11. 2. 2 Par. 22. 11. ubi *Joas Ochosiæ filius* dicitur; & 1 Par. 3. 11. ubi nativam Salomonis progeniem describi ex eo constat; & 2 Par. 23. 3. collat. cum 2 Par. 22. 9. Quibus adde, quòd etiam Salomoni promittitur regnum perpetuum, 2 Sam. 7. 13. nec ob peccata planè auferendum, Psalm. 89. 20, &c. Confer 1 Reg. 11. 11, 12, 13 [m]. Qu. Sed cur hi tres, Achasias, Joasus, & Amasias, hîc prætermittuntur? Resp. 1. Rotundandi numeri causâ [n], quia voluit Matthæus omnes illas generationes in tesseradecadas referre [o], opportuno ad memoriam juvandam compendio [p]. Ut memoriæ consuleret, primùm stemma omne in tria tempora digessit, quibus dilucidas ἐποχὰς attribuit, ante Regnum, Regni florentis, & Regni cessantis: rursúmque ternis his ordinibus personas pari numero adscripsit, ut solent qui memoriæ causâ imagines locis disponunt. Quod ut consequeretur, parvi duxit personas quasdam minùs nobiles transilire, quod & alios historicos, ubi rem in summam conferunt, facere videmus, ut Solinum in Macedoniæ Regibus, & apud Hebræos, Esdram, 1 Par. 4. 1 [q]. ubi *Shobal*, in generatione quinta aut sexta à Juda natus, numeratur ac si filius Judæ esset immediatus. Confer cap. 2. 50. & in Esræ 7. ubi quinque vel sex generationes eraduntur [r]: & apud scriptorem quarti, qui dicitur, Esdræ, initio, ubi sex nomina omitti collatio Paralipomenω̃n docet. Etiam 1 Par. 6. in censu posterorum Aaronis omissos quosdam facilè ex Josepho deprehendere est. Præsertim cùm genuisse non tantùm pater filium, sed & avus nepotem, & pronepotem proavus, salvâ recti sermonis ratione dicatur †. 2. Omissi hi sunt, virtute comminationis de Idololatria, cujus Joram reus erat, 2 Reg. 8. 18. usque ad quartam generationem punienda, Exod. 20. [r]: vel, ob maledictionem super domum Achabi pronunciatam, 1 Reg. 21. 21. 2 Reg. 9. 8 †. quam hîc ratam facere voluit Deus, tres hos Reges, qui erant è posteritate Ahabi, prorsus eradendo, & quasi capite minuendo [t]; ut haberentur quasi nunquam regnâssent aut vixissent [v]. Istam Jorami Idololatriam pariter stigmatizat Deus, indignámque istam familiam ostendit, quæ inter progeniem Davidicam numeretur, 2 Par. 22. 2. *Quadraginta duorum annorum filius Ahazias*, h.e. non ætatis suæ, 2 Reg. 8. 26. sed durationis familiæ Omri, ex qua erat Ahazias [x]. Sed duo hîc objici possunt. 1. Achasias non erat nepos Achabi, sed Omri, nam hujus, non illius, filia dicitur Athalia. Resp. Athalia vocatur *filia Omri*, i.e. neptis more Hebræo, sed reverâ fuit *filia Achabi*: vide 2 Reg. 8. 18, 26, 27 ||. 2. Eadem de causa prætermittendi erant Amasiam secuti, Ozias, &c. Resp. Negatur; quia ira Dei & maledictio non extendit se ultra 3 aut 4 generationem. Porrò, consimili de causa prætermittitur *Dan*, Apoc. 7. ob pristinam Idololatriam, Jud. 18 [y]. sic omittuntur *Cain* in libro Chronicorum; & *Simeon* in benedictione Mosis, Deut. 33. & Joab in catalogo Heroum Davidis, 2 Sam. 23 [z]. 3. Ob Eclipsin quam regnum horum à regno Israelitico passum est, occiso à Jehu Ahaziâ, & Amasiâ à Joaso capto, & sordidè subjugato, 2 Par. 25 [a].

11. *Josias autem genuit Jechoniam*] Inexplicabilis ferè videtur hujus loci difficultas [b], quam idcirco Porphyrius Christianis objecit [c]: quòd Josias dicitur genuisse Jechoniam, cùm tamen ex libris Regum & Paralipomenω̃n constat Josiam habuisse filios quatuor ἐπωνύμους (*aliis nominibus vocatos*) Johanan, qui & Joachaz, Jojakim, qui & Eliacim, Sedekiam, qui & Mattanias, & tandem Sallum. Unde sequitur, Josiam avum fuisse Jechoniæ, non patrem, quia hic fuit filius Jojakim filii Josiæ, 2 Reg. 24. 6. 1 Par. 3. 15, 16 [d]. Omisso Joakimo Josiæ filio, nepos ejus Jechonias solus recensetur; adeóque computatis omnibus secundæ tertiæque tesseradecadis viris, in alterutro unus deesse necessariò videatur [*]. Nec etiam Jechoniæ fratres, quorum hîc, tanquam in Scriptura celebratorum, fit mentio, ullibi leguntur, Joakimi verò fratres tres, Jochanan, Zedekias, & Sallum, memorantur, 1 Par. 3. 15 [f]. [His difficultatibus diversimodò occurrunt.] 1. Textus hic à librariis corruptus est [g]. Quod deest, hîc supplendum, nempe Ἰακεὶμ, inter Josiam & Jechoniam collocandus [h]. Locus ergò sic restituendus, Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε [τὸν Ἰακεὶμ, vel Ἰωαχεὶμ· Ἰακεὶμ, vel Ἰωακεὶμ, ἐγέννησε] τὸν Ἰεχονίαν [i]: vel supplendum, Ἰεχονίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν [k]. Prior emendatio firmatur authoritate, tum vetusti Codicis quo usus Robertus Stephanus, & post eum Henricus filius, tum prisci illius archetypi, cujus meminit Faber Stapulensis. Posterior nititur authoritate Epiphanii. Prior placet Pareo, Kemnit. Maldon. Eam multa probant, 1. Codices aliquot prisci: 2. facilis erat lapsus, quia Græci & Jojakim & Jojacin per Ἰεχονίαν expresserunt [l]: 3. quòd alioquin una generatio deest in tesseradecade secunda [m], vel tertia [n]: 4. quòd Jechonias natus est sub ipsum deportationis Babylonicæ tempus [o]: 5. quòd librarii facilè decipi poterant affinitate nominum, *Jojakim*, filii Josiæ, & *Jojacin*, sive *Jechoniæ*, nepotis Josiæ, ideóque *Jojakim*, quasi redundans expungere, & *Jojacin*, ex Nepote filium Josiæ fecisse [p]: 6. quòd Jechonias nullos fratres habuit [q]; ut probat 1 Chron. 3. 16 [r]. Quin contrarium indè deduci potest †; verba enim sic reddenda sunt, *Filii verò Jehojakimi*; *Jechonia filius ejus* (sub. *&*) *Tsidkia filius ejus* [t]. Nam si Jehojakim habuit filios; ergò Jechonia filius ejus habuit fratres, aut saltem fratrem Tsidkiam, & posteros ejus, qui *fratres* vocantur, more Hebræorum, Gen. 13. 8. collat. cum Gen. 11. 31 [v]. Verùm aliud est *frater*, extra seriem genealogicam sic dictus, ut Gen. 13. aliud in serie genealogica. Neque indè probatur eum *fratres*, sed *fratrem* tantùm, habuisse. Veruntamen neutra harum emendationum placet [x]: 1. quia recepta lectio vetustior est, & plurium Codicum authoritate nixa [y]: quibus & suffragantur Vulgatus, Syrus, Arabs, Æthiopicus, interpretes, & Evangelium Hebræum tam Munsteri quàm Merceri [z]. Illæ gratìs finguntur & sine necessitate: quia à Salomone ad Jechoniam inclusivè sunt 14 generationes [a]. Rectè ergò sic legitur, prout & Kimhi legit ad 1 Chron. 3. 15. *Josias genuit Jechoniam*, nepotem scilicet ipsius ex patre Joachim. Ille autem qui non erat dignus luctu & sepulturâ regum Juda, Jer. 22. 18. non certè dignus erat qui Genealogiæ Christi insereretur [b]. [Alii ergò nodum aliter solvunt.] 2. Eodem Jechoniæ nomine homonymo duo diversi homines designantur, hîc & v. seq [c]. Jechoniæ duo sunt, 1. Joacim [d], Josiæ filius, qui & Eliakim vocatur [*], & hîc *Jechonias* [f]; nec id mirum; quum reges Judæorum non pauci fuerint binomines, vel etiam trinomines [g]; sic *Zedekia* dictus & *Mattania*; sic *Osias* dictus & *Azarias*, &c [h]. nomen verò *Joacim* facilè cum vicino *Jechoniæ* nomine confundi potuit; nam & in Apocrypho Esdræ priore in Latinis exemplaribus hic *Joacim* dicitur *Jechonias* [i]; & ex adverso *Jojakimi* nomen *Jechoniæ* attribuit Clemens Alex. strom. l. 1 [k]. 2. Jechonias, Josiæ nepos [l], & Joacimi filius [m]; quem tamen & ipsum Hebræi temporum digestores יְהוֹיָכִין *Joacin* vocant, quos sequitur Alexandrinus Clemens, Strom. 1. & Ἰωάχιμον Josephus [n]; Quum autem pater dicitur יְהוֹיָקִים, filius, יְהוֹיָכִין, non mirum Jojakimum dictum Ἰεχονίαν, κ conversa in χ, & μ in ν, ob Euphoniam [o]. Obj. Sed quomodo probatur Joakimum filio suo Jechoniæ cognominem fuisse [p]? & si Jechonias pater à Jechonia filio distinctus sit, cur non distincto nomine vocatur, & cur non dicitur genuisse illum, ut in cæteris fit [q]? Resp. 1. Id factum ad vitandum κακοφωνίαν,

Marginal notes (left column): [d] Idem. [*] Er. [f] Bru. [g] Bru. Jun. Pi. Sch. [h] Sch. [i] Span. in Wal. [k] Bru. sic Sch. [l] Sch. [m] Bru. [n] G. ad v. 17. [o] Span. sim. Jun. Pi. Bru. Gom. Chem. &c. [p] Gom. [q] G. ad v. 17. [r] Li. ho. † G. ad v. 17. [r] Li. harm. 4[to]. p. 55. † Span. sim. Bru. Hilar. in Er. ad v. 17. [t] Span. sim. Bru. Li. [v] Bru. [x] Li. ho. || Span. ex Mal. [y] Span. in Wal. [z] Li. harm. 4[to] p. 56. [a] Li. ho. [b] Di.

Marginal notes (right column): [c] Mal. [d] Span. dub. 6. [*] Di. [f] Sch. [g] Q. in Span. Sch. [h] Q. in Di. [i] Q. in Span. sim. Gom. Sch. J. Cap. [k] Al. in Span. [l] Q. in Span. [m] J. Cap. Q. in Span. [n] Q. in Span. [o] J. Cap. [p] Q. in Span. [q] J. Cap. sim. Sch. [r] Span. † Gom. [t] Gom. ex Pi. [v] Gom. [x] Span. [y] Span. sim. Di. [z] Di. [a] Span. [b] Li. harm. 4[to] 56. [c] Gom. ex Hi. & Ambros. & L. sic Span. Q. in Be. &c. [d] G. ad v. 17. sic Gom. Span. [*] Span. [f] G. Span. [g] Gom. [h] Span. [i] G. ib. [k] Span. [l] Span. Gom. [m] G. Gom. Span. [n] G. [o] Span. [p] Q. in Gom. [q] Q. in Span.

νίαν, in *Jechonias genuit Jechoniam* [r]. 2. Hi cognomines [satis] distinguuntur ipso tam longi exsilii intervallo † ipsis interjecto [t]. 3. Non est insolens in S. S. ut in Genealogiis connexio laxetur, & ità generatio innuatur potiùs diversi nominis indicio, quàm exprimatur. Sic 1 Chron. 3. 17, 18. *Salathiel, filius ejus*, (deindè, omissâ hâc connexione, *filii verò Salathielis*, subjicitur,) *& Malchiram, & Pedaia, &c.* ut K. observat. Sic 1 Chron. 6. 24. *Tachath filius ejus*, &c. deinde, neglectâ connexione consuetâ, *Et Elkana filius ejus*, sequitur) v. 25. *Et filii Elkana, Hamasai* &c. Vide & v. 27, 28 [v]. 4. Discrimen satis innuitur inter Jojakim & Jojachin, tum mentione *fratrum*, quibus hic caruit; tum commemoratione geniti à Jechonia Salathielis μετὰ τὴν μετοικεσίαν, &c. v. 12. Atqui solus Jechonias Babylonem abductus fuit, non item Jojakim, Jer. 22. 18, 19. tum quòd in diversis tesseradecadibus ponantur [x]. [quæ tamen ratio minùs valida videtur, quia idem & de Davide dici potest, quem tamen nemo duplicem facit. • Hæc de secundo solutionis modo.] 3. Unus saltem hîc est Jechonias, qui etiam vocatur Joacim, bis autem nominatur, & duorum numerum hîc tenet, patris sui & suum [y]; quasi in angulo constitutus, ob duplicem ejus conditionem, Regiam, ante transportationem, & post eam, privatam, pro duplici genere censetur [z]. Non placet: quia sic una generatio deesset, vel secundæ, vel tertiæ tesseradecadi [a]. [Id verò alii negant:] Nullus est defectus, sive 1. in tesseradecade secunda; quæ extendit se à Davide ad Jechoniam, inclusivè: sive 2. in tertia. Etsi enim 13 tantùm hîc recenseantur, accensetur tamen iis [b], vel, 1. Christus, ut persona ultima tertiæ classis [c]: vel, 2. Virgo Maria, ob peculiarem generationem. Quòd enim in reliquis Genealogiis mulieres non censeantur, id fit, quia viri, ex quibus conceperunt, progeniem faciunt. Quum autem Joseph, hoc loco, non ut pater, sed ut sponsus solùm, recenseatur, ut ex eo prosapia tantùm Mariæ & Christi cognosceretur, sola verò Maria absque marito mater fuerit Christi, meritò inter Josephum & Christum ea speciatim memoratur, ac de ea expressè dicitur, *ex qua natus est Christus*; ut ei hîc generationem penultimam, & ex ea, Christo ultimam, tribuendam esse sciamus. Miror, ni, hanc esse simplicissimam, difficultatibus nullis implicitam, adeóque verissimam sententiam, omnes docti fateantur, eóque nomine, doctissimo viro [Antonio Thysio] ingentes gratias nobiscum agant [d]. Ingeniosa sanè est hæc solutio, obnoxia tamen variis dubiis. 1. Quæstio redit, cur Jojakim hîc omittitur. 2. Obstat v. 12. ubi Jechonias disertè initium tertiæ tesseradecadis constituitur. 3. Maria eundem gradum cum Josepho constituit, nec pro stirpe peculiari censenda est, quia stemma Josephi, non autem Mariæ, à Matthæo contexitur *. ¶ *Et fratres ejus*] At nulla fratrum, germanorum quidem, in S. S. fit mentio. Resp. Intelligit ergò, vel 1. agnatos paternos, nempe filios Josiæ, *Joachaz*, sive *Johanan*. *Sedecias*, &c. 1 Chron. 3. 15 *. Sic propinqui omnes *fratres* vocantur, ut Gen 13. 8. & 20. 12. & 29. 15. & Sedecias ipse, quamvis patruus, *frater* tamen Jechoniæ appellatur, 2 Chron, 36. 10 [f]. vel, 2. alios Jechoniæ agnatos, videl. nepotes ex fratre Sedecia, In Chronicis autem recenseri puto duos Sedechias, i. filium Josiæ: 2. filium Jojakimi; & hic Jechoniæ suffectus est, &c [g]. *Fratres ejus* hîc nominat, 1. quia omnes ferè Regnum Christi tenuerunt [h]: 2. ut hunc patrem à filio distingueret: 3. quòd in tempora illorum inciderint extraordinariæ mutationes: meritò eos cum Jechonia conjungit, utpote, quorum eadem fuit, & culpa & pœna, Regnum impium, & catastrophe funesta [i]: omnes calamitate suâ nobiles: neque id ab hoc loco alienum, nè quis miretur Regiam stirpem ad humilem fortunam detrudi [k]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος] *In transmigratione*, (vel, *demigratione*, Er. *transportatione illa*, Be. vel, *deportatione*, P, Il, *captivitate*, Sy. Ar. *exilio*, M. Tre. Non placet: nam Salathiel, qui v. seq. genitus dicitur μετὰ, &c. *post transportationem*, in ipsa tamen *captivitate*, sive *exilio*, genitus erat: rectiùs ergò vertitur in *transportatione*, quæ *captivitatis* initium fuit [l]: *Babylonis*, Mo. Ti. Pers. &c. Tres erant abductiones in Babylonem, ut constat ex 2 Reg. 24. & 25 [m]. quas μετοικεσίαν num.

r Span. ib. — † G. sim. Span. ex Caj. — t Span. — v Gom. — x Span. — y Salm. & Aug. in Span. — z Aug. &c. in Gom. — a Span. sim. Gom. — b Di. ex Thysio. — c G. — d Di. in Append. ad Matt. — * Span. dub. 16. — * Pi. ex Jun. sim. Bru. Mal. — f Jun. paral. 2. — g Pi. — h Mal. sim. To. in Span. — i Span. — k G. — l Sch. ex Pi. — m Bru.

sing. vocat [n], quia mutuò se consecutæ sunt, creveruntque gradatim [o]: quia intra paucos annos omnes acciderint, & quasi una continuata μετοικεσία videatur, cœpta sub Jojakimo, continuata sub Jechonia, & consummata sub Sedechia [p]. Obj. At Josias in captivitate non genuit, quia ante eum obiit, 2 Chron. 34. 28. collat. cum 2 Reg. 24. 1 [q]. Resp. 1. Hoc diluunt ellipsis, pronominis τοὺς, & verbi substantivi γεγονότας [r], quæ trita est, & commoda constructio †. Vox ἐπὶ non est referenda ad verbum remotius, *genuit*, sed ad proximum, *fratres ejus*, supplendo, qui fuerunt *in deportatione*, &c [t]. Enallage hîc est præpositionis, quæ frequentissima est [v]: ἐπὶ pro ἐκ, & ἐπὶ μετοικεσίας est pro τοὺς ἐκ μετοικεσίας, h. e. *qui fuerunt inter eos qui Babylonem abducti sunt captivi.* Nam μετοικεσία גלות propriè *ipsam multitudinem hominum deportatam*, non verò *transportandi actum*, aut *transportationis tempus*, significat [x]. Vel, ἐπὶ pro εἰς, *in*, vel *ad*, ponitur [y], ut in Herod. l. 1. p. 1. Abnavigantes ἐπ' Αἰγύπτου, *ad Ægyptum*; & l. 2. p. 58. ἐπ' Αἰθιοπίης, item, ἐπὶ Συρίης, *ad Æthiopiam, ad Syriam*, &c [z]. Ità h. l. sensus est, Josiam genuisse Jechoniam (patrem nimirum, h. e. Jojakimum) *in*, vel *ad*, *transportationem*, nec tempus generationis, sed genitorum sors misera indicatur [a], vel nomina eorum qui ante deportationem, sive usque ad eam, geniti fuerunt [b]. Ità egregia est antithesis inter ἐπὶ h. l. & μετὰ, v. seq [c]. & τὸ ἐπὶ coincidit cum ἕως, sicut & μετὰ cùm ἀπὸ, v. 17 [d]. Illa autem verba, *& fratres ejus*, per parenthesin inserta sunt *. Sed parenthesi non opus est: Josias enim & Jechoniam, h. e. Jojakimum & fratres ejus genuit *antè*, vel, *usque ad deportationem.* Porrò, τὸ ἐπὶ τῆς μετοικεσίας referri potest ad omnes generationes antecedentes, illas videl. præcessisse transmigrationem, & ad illam usque se extendisse, quos terminos sibi figit Matthæus etiam v. 17. ità ut v. 12. incipiat describere generationes deportationum subsequentes [f]. 3. Ἐπὶ notat tempus quo res gesta fuit [g], non tamen strictè tantùm, sed interdum cum latitudine [h], ut Marc. 2. 26. Luc. 3. 2 [i]. Ἐπὶ ergò hîc vertendum *sub*, vel *circa* [k]; q. d. instante transportatione [l]. Temporis laxior designatio [m]. Ἐπὶ idem hîc, quod ב Hebræis. ב sæpe valet *circa*, vel *prope*, ut Gen. 2. 2. *Perfecit* ביום *in die septima*, i. e. jam ante illam, & Exod. 12. 15. Idémque de ἐπὶ h. l. probat rei natura. Nec enim Jechonias & fratres simul & semel generati sunt, sed saltem in latitudine aliqua temporis [n].

12. *Post transmigrationem*, &c.] Obj. Genuit illum *in transmigratione*. Resp. Utrumque verùm. Μετοικεσία sumitur, vel, 1. pro μετοικισμῷ, sive ipsa *translatione*, &c. ut h. l. sic genuit *post*, &c. vel, 2. pro toto captivitatis tempore: sic genuit *in*, &c [o]. ¶ *Jechonias genuit Salathiel*] Vel, 1. impropriè [p]: non quòd verè fuerit ejus pater, sed quòd illum successorem susceperit in ea dignitate quæ jam apud Judæos summa erat [q]. [Id probant his argumentis.] Arg. 1. Ex Jer. 22. 30 [r]. ubi Deus minatur non sine juramento, ipsum fore עֲרִירִי *absque liberis*, ut RR. exponunt †. [Respondent alii.] 1. *Improles* dici potest, non absolutè, sed ratione præsentis, ante captivitatem, status [t]: improles fuit ante captivitatem, non post eam [v]. 2. Comminationes sæpe cum tacita conditione fiunt, *nisi resipiscant*; ut Jer. 18. 7, 8. Joh. 3. 4. quòd & hîc locum habet, fatentibus Rabbinis [x]. *Pœnitentiam, inquiunt, egit in carcere, quâ edictum hoc pœnale evacuatum est*, inquit K [y]. 3. עֲרִירִי propriè significat *destructum*, indéque miserum, vel liberis, vel patriâ, bonísque destitutum [z], unde Aq. *sterilem*, Al. *non crescentem*, Sym. *vacuum*, ό. & Th. *abbominabilem* & *abdicatum*, interpretati sunt [a]. Cæterùm ό. habent ἐκκήρυκτον, *voce præconis exterminatum*, extorrem atque abjectum. Optimè hoc convenit cum verbis præcedentibus, Jer. 22. 28. &c. *Cur ejecti essent, ipse & semen ipsius, & projecti in terram quam non nôrunt, &c* [b]. 4. Non negat Deus Jechoniæ, aut semen, aut principatum, sed saltem prosperitatem in principatu, expressè enim dicitur, *Non prosperè aget vir de semine ejus*, &c [c]. Arg. 2. *Salathiel* propriè erat filius *Neri*, Luc. 3. 27 [d]. Resp. Duo diversi *Salathieles* erant, unus Matthæi, ex linea Salomonis, alter Lucæ, ex linea Nathanis *. Inst. At uterque *Salathiel* erat pater *Sorobabel*. Resp. Duo pariter erant *Sorobabeles*. Similis est, duorum aut plurium

n Span. — o Bru. — p Span. — q Q. in. Gom. — r Gom. ex Jun. & Be. & Pi. — † Gom. — t Bru. Gom. Pi. — v Cam. sim. Span. — x Cam. — y Gom. Span. — z Gom. — a Span. ex Gom. — b Span. — c Span. ex Gom. — d Span. — * Gom. — f Span. — g Pi. — h Span. — i Pi. Span. — k Bru. Span. — l Span. sim. Ham. — m G. — n Span. — o Span. — p Pi. sic Li, &c. — q Li. ho. & harm. p. 56. — r g Li. &c. — † Li. harm. ib. — t Gom. — v Span. ex Gom. — x Gom. — y Li. ho. — z Gom. — a Gom. ex Hi. — b Gom. — c Span. — d Pi. G. Li. &c. — * Span. ex Gom.

um eodem ordine succedentium, concursus, Luc. 3. 24. *Matthati, Levi*, & postea, vers. 29. *Matthati, Levi.* Sic 1 Chron. 6. 7, 8. *Amarias genuit Achitub, Achitub genuit Sadocum*, idémque de quatuor eorum nepotibus repetitur v. 12 [f]. [Arg. 3. A paribus exemplis.] Sic Baasha dicitur *pater Ahabi*, 1 Reg. 20. 34. non quia genuit eum, sed quia antecessit [g]. Et 1 Paral. 3. 16. *Zedekias* dicitur *filius*, vel *Joakimi*, cujus quidem fuit frater, vel *Jechoniæ*, cujus fuit avunculus, eò quòd ei in dignitate Regia succederet [h]. Sed hoc alienum est. 1. Nova est illa *filii* significatio, & à Scripturæ phrasi aliena. 2. Non de *filii*, sed de *gignendi*, voce, disceptatur. 3. Zedechias erat Josiæ filius, ibid. v. 15. alius ergò omninò est Zedecias, qui Jechoniæ filius [i]. Vel, 2. propriè [k]. Ità & Pi. qui pristinam sententiam candidè retractat [l]. [Id sic probant.] Jechoniam plures habuisse liberos constat ex Jerem. 22. 28 [m]. & ex 1 Chron. 3. 17 [n]. ubi Genealogia ejus describitur [o]. Resp. *Filium* ibi dicit juris successorem; nam eum in modum solet γενεαλογεῖν. Neque id ipse ignorare nos patitur: nam paulò antè *filium Jechoniæ* fecerat *Sedeciam*, qui ejusdem *Jechoniæ patruus* fuit, 2 Reg. 24. 17 [p]. ¶ *Salathiel autem genuit Zorobabel*] Obj. *Zorobabel* erat *Pedaiæ* filius, 1 Paral. 3. 19. non ergò Salathielis [q]. Resp. 1. *Salathiel genuit Zorobabel*, ratione successionis in principatu [r]. Sed durum nimis est τὸ γεννᾶν, *gignere*, eo sensu sumere [†]. Resp. 2. *Genuit* eum, ut avus [t], mediatè per filium ejus [v], Pedaiam [x]. Quem hic omittit, vel, 1. tanquam virum obscurum [†]: in Zorobabele enim cœpit istius familiæ gloria [‖]. Vel, 2. quia sibi præcisè tres tesseradecades recensere proposuit [*]. Sed neque hæc solutio admittenda, quia *Pedaia* non erat *filius*, sed potiùs *frater*, *Salathielis*; alioquin falsò diceretur, Jechoniæ fuisse plures *filii*, 1 Chron. 3. 17 [y]. Exc. Imò erat & alius Jechoniæ filius, nempe אַסִּר, vel אַסִּיר, *Assir* [z]: quod malo, cum Hebræis, pro nomine proprio, quàm pro appellativo, accipere, cùm & ipsa, ni fallor, constructio id magis exigat [a]. Resp. אַסִּיר potiùs est nomen appellativum, & notat *vinctum* aut *captivum* [b]. Verba sunt וּבְנֵי יְכָנְיָה אַסִּר שְׁאַלְתִּיאֵל בְּנוֹ, quæ sic reddenda, *Filii autem Jechoniæ vincti*, vel *incarcerati*, *Schealtiel filius ejus.* Quam versionem firmant, tum, 1. accentus Zakeph supra אַסִּר, cui Munach infra יְכָנְיָה inservit, id quod conjunctam urget constructionem, יְכָנְיָה & אַסִּר, tanquam subjectivi & adjectivi; tum, 2. vocum ordo: vox enim בְּנוֹ post שְׁאַלְתִּיאֵל collocata, non post אַסִּר, Genealogiam in *Salathiele* figit, non in אַסִּר omnino [c]. Resp. 3. Diversus est hic *Zorobabel* ab eo in 1 Par. 3. quia hujus filius est Abiud, illius autem in 1 Par. 3. non *Abiud*; sed *Mesullam*, &c [d]. Mihi planum videtur non agi ibi [1 Par. 3.] de Ethnarcha Zorobabele, quem Salathielis esse πρωτότοκον, omnibus erat notissimum, sed de alio gentis ejusdem, qui inter cæteros Regiæ stirpis nominatur. Nam & liberi ejus Zorobabelis alia habent nomina quàm quæ aut apud Matthæum aut Lucam exstant: ità ut ad solutionem naturalis & legitimæ successionis confugere hîc non liceat. Et apud Esdram, Nehemiam, Aggæum, Zorobabel Ethnarca, nusquam *Pedajæ*, semper, ut hîc, tam Matthæo quàm Lucæ, *Salathielis*, *filius* dicitur: atque ità eum sæpe appellat Josephus, diligens harum rerum inquisitor. Huic autem Zorobabeli amplissimæ à Deo factæ erant promissiones de Regno in ejus posteritate firmando: unde in ejus personam non minùs quàm in Davidis & Abrahami concurrunt Matthæus & Lucas [*]. Resp. 4. Salathiel fuit primogenitus Jechoniæ: unde κατ' ἐξαίρετον vocatur בְּנוֹ, *filius* (i. e. primogenitus) *ejus.* Valde itaque probabile est, Salathiele absque liberis exstincto, Pedajam fratrem, pro jure Leviratûs, ductâ ejus uxore, semen ei suscitâsse, atque hinc factum, ut *Zorobabel Salathielis*, non *Pedaiæ*, *filius* dicatur, & hîc, & in Esd. 3. v. 2. & Ag. 1. 1 [f].

13. *Zorobabel—genuit Abiud*] Obj. At 1 Par. 3. 19. *filii Zorobabelis sunt Mesullam & Hananias*, non *Abiud*; sed & posteri Abiud h. l. alii prorsus sunt ab iis qui 1 Par. [g]. Resp. 1. Multi binomines erant apud Hebræos [h]. *Abiud* ergò idem est qui alio nomine dictus, vel, 1. *Mesullam* [i]: vel, 2. *Hananias* [k]. Resp. 2. Præter illos 1 Par. 3. memoratos, Zorobabel habuit alios filios, quos ibi præteriit Scriptor ille, velut obscuros, &c. contentus digniores enumerare, &c. ¶ *Abiud autem genuit*, &c.]

[f] Gom. [g] Li. harm. ib. [h] Li. ho. [i] Gom. [k] Gom. ex RR. & Hi. Span. [l] Gom. [m] Span. [n] Span. ex Gom. [o] Gom. [p] G. ad Luc. 3. 23. [q] Q. [r] Pi. [†] Span. dub. 12. [t] Pi. [v] Q. in Span. sim. Bru. [x] Bru. [†] Bru. Li. harm. [‖] Li. harm. [*] Pi. simil. Jun. [y] Span. ib. [z] Q. [a] G. ad Luc. 3. [b] Span. ib. [c] Li. ho. [d] To. in Span. [*] G. ad Luc. 23. [f] Span. ib. [g] Q. [h] Q. in Pi. sim. Li. harm. [i] Li. ib. Er. ad Luc. 3. 23. [k] Eru. Sch.

Quæst. Unde Matthæus hanc Genealogiam contexuit, quum nihil de ea habetur in V. T? Resp. Ex tabulis Judæorum genealogicis, quas illi studiosissimè & conscribebant & asservabant in locis publicis, Archivis urbium, & inprimis in Templo Hierosolymitano. Vide Neh. 7. 64. & Euseb. hist. Eccles. 1. 7. Eas inprimis curabant Judæi quæ de tribu Levi, nè Sacerdotium invaderetur, & de tribu Juda, & maximè de posteris David, ob Messiam indè nasciturum. Harum autem authoritas ἀξιόπιστος & indubitata erat apud Judæos: alioquin Evangelistæ se obnoxios fecissent cavillis Pharisæorum, &c. (qui tamen de ea nullam litem movisse leguntur,) idque sine necessitate, quum facile erat iis, vel, nullam Majorum Christi per Josephum Genealogiam texere, vel, aliquam ex V. T. describere, &c [l]. ¶ *Eliacim autem genuit Azor*] Evangelium Matthæi Hebraicum vetustissimum sic habet, *Eliacim genuit Abner*, *& Abner genuit Azor*, &c [m]. Quâ *Abneri* interpositione completur tesseradecas, quæ alioquin defectiva videtur [n]. Sed nova prorsus hæc est lectio, nullâ Græcorum exemplarium aliarúmque Versionum authoritate comprobata [o]. Aliquot inter Zorobabelis & Christi tempora omittuntur à Matthæo, sine quibus expleri tempora satis commodè non possunt. Quot verò omissi sunt difficile dictu est, cùm sæpe eodem temporis spatio familiæ inter se comparatæ γενεὰς habeant unâ aut alterâ plures & pauciores; quod in omnibus stemmatibus videre est [p].

15. *Matthan autem genuit Jacob*] Ex uxore Estha, teste Euseb. Histor. 1. 6 [q].

16. *Jacob autem genuit Joseph*] Qu. Cur Matthæus Genealogiam Christi hîc ducit ad Josephum, cujus filius ille non erat? Cur non ad Mariam? Quid illud ad Matthæi scopum, qui erat Christi, non Josephi, Genealogiam texere? Sic objiciebant Celsus & Julianus [r]. Resp. 1. Ut se accommodaret multorum opinioni, qui putabant Christum esse filium Josephi, & sic demonstraret ex eorum hypothesi Jesum esse ex semine Davidis [†]. Sed noluit Spiritus S. veritatem falso medio probare [t]. 2. Quia Hebræi non solebant fœminarum Genealogias texere, sed virorum saltem [v]: innuptarum puellarum Genealogiæ petebantur à Patribus nuptarum, necnon desponsarum à maritis: unde axioma Judaicum מִשְׁפַּחַת אֵם לֹא מִשְׁפָּחָה *matris familia non familia* [x]. Obj. Exstant Genealogiæ mulierum, ut Judithæ, cap. 8 [y]. Resp. Aliud est fœminæ Genealogiam describere, quod ibi fit: aliud Genealogiam viri per fœminam [z]. Hoc tamen non solvit quæstionem: poterat enim Genealogia usque ad Mariam per hos viros, de more, duci; Maria verò sola, quia præter consuetudinem conceperat, præter consuetudinem numerari. Itaque hanc rationem alterâ ratione corroborant, de qua statim [a]. 3. Non aliena à Christo existimanda est origo Josephi, cùm natus sit Christus ex ea quam Josephus in matrimonio retinuerit [b]. Nam si ea vis est Legis, ut partus viduæ ex agnato defuncti viri conceptus in omne jus defuncti succedat, non aliter quàm si ex ipsius genitura ortum traxisset [c], (& proles à fratre genita, semen vocatur, non illius per quem suscepta est, sed illius cui suscepta est, nempe fratris sine liberis defuncti, vide Gen. 38. 9 [d].) quidni id quod sine humana opera ex legitima illius conjuge natum est, quasi ipsius solo divinitùs insitum, ipsius proprium censeatur? Atque hinc est, nimirum, quòd non tantùm ab Evangelii scriptoribus Josephus *pater Christi*, nuptiis videlicet patrem demonstrantibus, nominatur; sed & Christus omnia obsequia atque operas illi præstitit quæ exspectari possunt à filio in sacris paternis constituto. Quòd si ubique gentium adoptivi liberi ex ejus gentis, cui velut insiti sunt, nobilitate censentur, quantò justiùs omnia jura gentilitia Josephi, ac promissiones Divinæ ipsius Majoribus factæ, ad Dominum Jesum pertinebant [*]? Abundè constat, adoptiones apud Hebræos obtinuisse ante Legem Mosis; vide Gen. 16. 2. & 48. 5, &c. posteáque in illa ipsa Lege confirmatas, usúque & variis aliis modis constabilitas, ex Leviratione videlicet, & ex Redemptionis jure primario & translatitio; vide Deut. 25. 5, &c. Ruth cap. 3. & 4. imò & ex mera educatione & enutritione, Genes. c. 50. v. 23. 2 Sam. 21. 8. Esther. 2. 7, 15. quæ omnia non nisi in proximis agnatis locum habebant, ut ex dictis locis constat. Ideoque vel ex eo solo quòd quis

[l] Span. dub. 13. [m] Ham. Di. sim. D. [n] Ham. [o] Di. [p] G. ad Luc. 3. 23. [q] Eru. [r] Span. [†] Chrys. & Jans. in Span. [t] Span. [v] Span. ex Chrys. & Ambros. [x] Span. dub. 14. p. 67. [y] Q. in Span. [z] Span. p. 72. [a] Mal. [b] G. [c] G. sim. Spalat. in Span. p. 129. [d] Spalat. ib. [*] G.

quis aliquem pro suo aleret & educaret; indè ille meritò fuit pro agnato proximo & adoptato filio habitus, imò & *filius* appellatus. Cùm ergò Christus à Josepho educatus dicitur, Luc.4. 16. hinc & Josephus Christi parens, & Christus Josephi filius, sæpe vocatur. Hinc concludo, Christum fuisse proximum agnatum & hæredem ipsius Josephi, ac proinde, eum ejúsque matrem Mariam communem cum Josepho Genealogiam habuisse. Versum ergò [Luc. 3. 23.] sic interpretor; *Atque ipse erat Jesus, incipiens esse quasi annorum triginta, ut consuetudine receptum erat, filius Joseph, qui fuit* filius *Heli*: i. e. erat filius Josephi ejusmodi cujusmodi, moribus Lege Mosis confirmatis, Josephus Mariæ maritus adoptare & pro suo habere potuit. Τὸ ὢν hîc conjungi possit, vel, cum voce ἀρχόμενος, vel, cum subsequentibus. Νομίζεσθαι propriè sonat, *Legibus comparatum esse: Moribus*, vel, *Lege moribus confirmatâ, receptum esse*. Sed & מִשְׁפָּט Hebræis non solùm *jus* & *leges* significat, sed & *consuetudinem, imò & id quod lege moribus confirmatâ invaluit* ||. Josephi legitimus hæres Jesus fuit, quippe filius ejus, non quidem naturalis, nec tantùm putatitius, neque adoptivus, sed reipsâ proprius ac legitimus, ipsi legitimè natus ex uxore, quæ ipsi legitimo matrimono junctâ est, ideóque una erat cum Josepho caro, Deo legitimè operante, qui nihil non legitimè operatur, cujus libero dominio non subtrahit uxorem mariti auctoritas. Cùm autem succedat jure Gentium in paternam hæreditatem is qui solius publicæ famæ testimonio filius habetur, quantò magis filius legitimus, &c? Quocirca à Josephi morte Christus erat Regni Davidici hæres. Quod cùm Matthæus demonstrare vellet, fuit ei Josephi Genealogia condenda, non nuda Mariæ, quæ, viris relictis, hæres esse Regni non potuit [f]. Mater filio suo nunquam communicavit tribum, sed solus pater, sive naturalis, sive legitimus. Christus ergò erat verus, non quidem naturalis, sed legalis, Davidis filius, non propter matrem, quæ forsan erat ex stirpe Aaronica, vide Luc. 1. 36. sed propter Josephi, qui erat de domo Davidis, stirpem, quam Christus quidem *naturaliter* per patrem hominem sortiri minimè poterat, eam autem *legaliter*, plenè & perfectè per *legalem* patrem sortitus est. Illustratur hoc exemplo Levirorum, &c [g]. [ut suprà dictum.] Ingeniosa quidem est hæc opinio, & plausibilis admodum. Sed ei nonnulla obstant: 1. quòd Messias nasci debuit è tribu Judæ, *naturali* ratione, non *legali* saltem, ut facilè probatur ex Gen. 49. 10. & Esa. 11. 1. (ubi non dicit *virga inseretur trunco*, sed יָצָא *egredietur de trunco, Isai*:) & Psalm. 132. 11. *de fructu ventris*, &c. quod ad Christum applicatur Act. 2. 30. Et Christum, ratione B. Virginis, descendisse à Davide constat ex Genealogia Lucæ, & ex Rom. 1. 3. Hebr. 7. 14. 2. Matrem filio tribum non communicare in exemplis ordinariis datur, quia id juris paterni erat, hîc negatur, quia pater deerat [h]. 4. Satis erat Josephi Genealogiam contexi, ut indè Mariæ genus dignosceretur, cùm nuptiæ non quærerentur extra Tribus secundùm Num. 36. 8, 9. præsertim à piis, qualis Josephus [i]. Obligabat hæc Lex filias, quæ aut erant unigenitæ, aut nullos habebant fratres, qualem fuisse Mariam Matthæus intelligendum dat [k]. Sed hæc solutio vindicanda est, quia nec paucos, nec leves, patitur scrupulos [l]. Quod receptum est, etiam Mariæ stemma posse ex Josephi stemmate colligi, non arbitror satis rectè superstrui iis quæ vulgò ponuntur fundamentis. Nam quòd aiunt Tribules Tribulibus nubere debuisse, neque perpetuum est, neque si sit, eò usque valere potest, ut etiam ex Davidis familia Mariam fuisse natam indè appareat. Quare statuendum non modò extra tribum, sed nè extra familiam quidem, nubere Mariam potuisse: quod verissimum est, quando fratres consanguineos nullos habuit. Nam puellæ Israelitides, quæ fratres non haberent, Lege Mosis jubentur nubere agnatis proximis: idque definitum exstat, Num. 36. ex specie facti quæ se Mosi obtulerat. Vox enim מַטֶּה, quæ aliquoties ibi reperitur, non *tribum*, si modò *tribus* nomine δωδεκατημόριον [*duodecima pars*] Israelitici populi intelligatur, sed laxiore significatu *stirpem* notat, præsertim hoc loco, ubi additur vox altera מִשְׁפַּחַת, quæ est *familia*: ità ut מִשְׁפַּחַת מַטֵּה אֲבוֹתָם propriè sit *familia stirpis paternæ*. Unde LXX h. l. modò δήμου, modò φυλὴν, nominant. Δῆμον apud illos partem esse integræ tribûs, ex Josuæ libro apparet. Sed & φυλὴν pro *familia* usurpat Josephus, ut cùm φυλὰς ἀρχιερατικὰς (*familias sacerdotales*) nominat Belli Jud. l.4. Sic & ipse & LXX verterunt משפחה [lege מִשְׁפָּחָה] 1 Sam. 20. 6. ubi de familiari, non tribuli, convivio agi videtur. Et vicissim πατριὰ dicitur interdum quæ propriè est φυλὴ, unde 12 πατριάρχαι, Act. 7. 8. i. e. φύλαρχοι aut ἀρχίφυλοι, (*Principes tribuum*,) ut loquuntur alii. Quare manifestum, voces illas non semper idem significare, sed pro materiæ diversitate variè interpretandas. Ut autem h. l. familia intelligatur, exigit hæc ratio Legi addita, Nè bona avita mancipii jure ad extraneos deveniant, quod non tribuum tantùm, sed & gentium familiarúmque, conservandarum causâ constitutum esse, ex simili Lege quæ est de Redempturis intelligi potest. Hinc is qui Tobiæ historiam scripsit, moris Judaici non indiligens observator, Saram virginem conquerentem introducit, quòd pater ipsius filios hæredes non haberet, neque verò esset frater ei, cujus filio se uxorem ex Lege servaret, c.3. 18. Nec secùs is qui Judithæ historiam scripsit, maritum ejus ait fuisse non modò τῆς φυλῆς αὐτῆς, sed τῆς πατριᾶς αὐτῆς. Chrysostomus quoque & Epiphanius, quibus mores Judæorum ignoti esse vix poterant iis in locis viventibus ubi maxima Judæorum erat multitudo, ità Legem quam dixi Mosis interpretantur. Legibus sanè Atticis, quarum antiquissimas ex Mosis Legibus desumptas, ac tantùm non descriptas esse, facillimum probatu est, idem quod diximus invenitur constitutum. Vocabatur autem puella talis, sive sola ex affe hæres esset patri, sive sorores, non etiam fratres, haberet, vulgò ἐπίκληρος, ab ipso Solone ἐπικληρῖτις, ab aliis etiam πατροῦχος. Ad quem ejus nuptiæ lege pertinebant, agnatus nimirum proximus, is dicebatur ἐπιδικαζόμενος, aut, ut Donatus vult, ἐπιδικαζομένη, ex puellæ personâ, quæ lege maritum petit. Eam Terentius Latinè vertit inscripsítque Phormionem: in qua fabula hi sunt versus ad eam legem pertinentes, *Lex est, ut orbæ, qui sunt genere proximi, Iis nubant, & illos ducere eadem hæc lex jubet*. Ibidem Donatus, *Orba proximo nubat*; *Orbam proximus ducat*; *Lex Attica est*. Græca legis verba apud Sopatrem extant, Τῆ ἐπικλήρῳ ἐπιδικαζέσθω ὁ ἀγχιστεύς. Sed & apud Diodorum Siculum lib. 12. indidem sumptum illud Adelphis, *Hic meus amicus illi genere est proximus: Huic leges cogunt nubere hanc*. Et est apud Demosthenem, Isæum, aliósque Oratores Græcos frequens ejus legis mentio, ut & apud Aristophanem & Pollucem. Apparet ergò quod dixi, non ad omnes puellas hoc jus pertinuisse. Quippe, ut Aristophanes ludens ait, non potest ulla esse ἐπίκληρος, ὅλων ἀδελφῶν γνησίων, (*quæ fratres germanos habet*:) quem sensum Isæus sic extulit in oratione de hæreditate Philemonis, οὐ γὰρ δήπου γνησίου ὄντος υἱέος Εὐκλήμονι ἐπίκληρος ἂν εἴη ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ. Atque id ipsum evincit historia Jud. 21. 18. ubi Tribus cæteræ quò minùs filias suas nuptum darent Benjamitis, ostendunt se non Lege Divinâ, sed jurisjurandi Religione, prohiberi. Et David Juda prosatus ex Benjaminis progenie Micholem ducit uxorem, nunquam eo nomine reprehensus. Et de Hillele Pharisæo scriptum reperimus apud Hebræos patrem ei fuisse ex tribu Benjamin, matrem ex tribu Juda. Quod & aliis exemplis confirmabitur ad Lucæ cap. 1. Adjicit Josephus potuisse quasvis virgines cujusvis Hebræo nubere si hæreditatem sibi delatam repudiarent. Quare nec Leviticæ gentis virgines eo vinculo obstringebantur, ut quæ ex Lege rerum soli capaces non essent, ideóque ritè cuivis de populo nuberent: Errant igitur qui non putant salvâ Lege fieri potuisse ut Elizabeth, quæ Aaronicæ esset familiæ, Mariam cognatione attingeret. Nam nihil obstabat, quò minùs pater, avus, aliusve quis Majorum Mariæ, Davide prosatus, Leviticam virginem in matrimonium duceret: neque enim eo facto jura hæreditatum lædebantur. Quanquam verò Maria in re tenui fuerit, quod & hospitium Bethlehemiticum & paupertina turturum oblatio satis ostendit: nihilominùs valere in ipsa jus τῆς ἐπικλήρου debuit, ob Divinas promissiones factas Davidis posteritati, quæ tanto in pretio erant apud Judæos, ut, etiam post excisa Hierosolyma, in exsilii sui sedibus, Patriarchas sibi non aliunde quàm ex Davidis stirpe præfecerint, quibus ferme ut Regibus parebant, quemadmodum Origines, Epiphanius, Theodoretus, Chrysostomus nos docent, &

ea

|| Bert. Luc. fran. p.1144. in Append. Crit.

[f] Bru.

[g] Spalat.

[h] Span. Dub. 22. p.131.

[i] Span. dub. 14. p.67. Mal. ex Hi. & Aug. & Ambros. &c. Bru.

[k] Bru.

[l] Span. p. 68.

ea quæ in Codice Theodosiano est coronarii auri mentio. Ità cùm in Babylonico exsilio Judæi agerent, rerùmque soli præter spem nihil retinerent, virgines tamen μονοκληρονόμοι agnato proximo nubebant, ut ex Tobiæ historia apparet. Non ignoro in Talmudicis scriptis & pòst secutis interpretibus tradi, præceptum illud Mosis de ducendis virginibus proximis tantùm in illis divisionis primæ temporibus valuisse. Sed ut in aliis rebus non paucis ità in hac quoque videntur Thalmudis collectores ex variis Jurisconsultorum sententiis eas tantùm retulisse, quæ tempore collectionis factæ moribus invaluerunt, omissis aliis à quibus discessum erat. Nam si perpetuò is fuisset piorum atque eruditorum consensus, quomodo aut Josephus historiæ conditor id ignorâsset institutus in patrio jure, aut quî in mentem venisset scriptori Tobiæ mentionem facere moris incogniti? Philo quoque hanc legem ut perpetuam refert [m]. [Hæc divellere nolui, aut cum aliorum dictatis compingere, ut magni Authoris sensus in re magna planiùs ac pleniùs intelligeretur. Pergendum jam ad aliorum ὑπομνήματα, & videndum quid adversùs quartam hanc responsionem objiciant nonnulli, & quid alii reponant.] Obj. 1. Lex illa Num. 36. non erat universalis*, sed de hæredibus tantùm [n], quum Maria pauper esset, adeòque sine hæreditate [o]. Resp. 1. Etiam pauperibus ex obitu fratrum, &c. hæreditates obtingere poterant, eæq; opulentæ, ut hîc Mariæ, quia hæc erat ex familia Regia [p]. Resp. 2. Ruth pauperima erat, ea tamen ad Boozum, propinquum suum, se contulit, qui & eam in uxorem duxit [q]. Resp. 3. Hebræi studiosissimi erant servandæ hæreditatis patrum, quam nec, penuriâ cogente, integrè divendere poterant [r]. Resp. 4. Non constat, tam pauperem fuisse Mariam, ut nec agellum haberet †, nec dicitur in stabulo enixa esse, quòd defuit ei pecunia, sed quòd loca commodiora ab aliis antè sunt occupata [t]: imò domum habuit ipsa in Nazareth [v]. Resp. 5. Mariam ἐπίκληρον fuisse dicit Eusebius [x]; & verisimile est, quia nusquam mentio fit *fratris Mariæ*, sed solùm *sororis* [y]. Obj. 2. Dantur plurima exempla in S. S. confusarum tribuum per matrimonia; Aaronis, Exod. 6. 23. & Jojadæ, 2 Par. 22. 11. qui conjuges duxerunt ex tribu Juda [z]; (Sacerdotes, inquit Josephus, quibus nec extraneas, nec captivas, ducere licuit, nulli tamen tribui alligati erant [a].) Davidis, qui duxit Michol, Benjamiticam [b]: Sed & Jud. 21. jurant tribus aliæ, non daturas se filias suas Benjamitis, propter scelus ab iis patratum. Ergò antea id facere solebant [c]. Resp. 1. Quædam ex his exemplis sunt ἀπροσδιόνυσα. Sacerdotibus hoc licebat, quia iis nullæ erant possessiones, ideòque in eis nec Lex, nec causa Legis, periclitabatur. Factum Davidis extraordinarium erat, pariter & Israelitarum, Jud. 21. &c [d]. Obj. 3. Poterat Josephus uxorem ducere de tribu Levi, è qua Maria fuisse videtur, quia cognata erat Elizabethæ, &c. Luc. 1. 5*. Resp. 1. Id fieri potuit, vel, quia aliquis ex Mariæ Majoribus conjugem duxerat ex tribu Levi, vel, Sacerdos aliquis filiam ex cognatione Mariæ [f]. Et Divinâ providentiâ factum est, ut stirps Regia cum Sacerdotali quasi coalesceret in Majoribus Christi, qui & Rex & Sacerdos futurus erat [g]. 2. Poterat Josephus talem ducere, sed non duxit, ut patet ex Genealogia Mariæ, Luc. 3 [h]. Obj. 4. Potuit Josephus ex eadem tribu fuisse, sed ex alia familia [i]. Resp. Lex illa, Num. 36. 6, 7. non solùm de eadem tribu, sed de eadem familia, intelligenda est [k]; quia eadem utrobique suberat ratio, nè possessiones confunderentur [l]: Et Tribus & familias Deus maximè distinctas esse voluit, ut certò constaret ex qua tribu quisque esset, & ex qua familia tribus*. Id etiam docent verba vers. 8. ממשפחת מטה אביה *ex familia tribus patris sui*, &c [m]. Confer Ruth. 3. 12. Adde, quòd Mariam fuisse *ex domo & familia Davidis* dicitur Luc. 2. 4. & apodictice habetur ex Genealogia Mariæ à Luca contexta [n]. [Neque hîc pedem figere licet. Veritas Genealogiæ Christi in Evangelistis descriptæ fundamentum est fidei Christianæ. In qua etiam nonnullas esse difficultates & ἐναντιοφανείας & agnoscunt fideles, & objiciunt infideles. Quibus dissolvendis æquissimum est & planè necessarium, ut aliquantisper insudem, nè in sequenti Operis parte oleum & operam perdere videar. Inprimis committuntur inter se Matthæus & Lucas tanquam ἀσύστατα & contraria referentes.] *Li-*

[m] G.
* Q. in Span.
[n] Mal. sim. Bertram. in Luc. Franktal. c. 6. Vos. ex He.
[o] Q. in Span.
[p] Span. dub. 14. p. 70.
[q] Vos.
[r] Bru.
† Vos. sim. Bru. ex Euseb.
[t] Vos. dissert. de genere Christi, c. 1. sect. 14.
[v] Q. in Vos. ib.
[x] Vos. Bru
[y] Vos.
[z] Q. in Span.
[a] Bert. ib.
[b] Vos. Bert.
[c] Vos.
[d] Span. 71.
* Q. in Span.
[f] Span. sim. Mal. Vos.
[g] Span. ex Nazianz.
[h] Span.
[i] Q. in Span. sim. Bert.
[k] Mal. sic Span.
[l] Span. sim. Mal.
* Span.
[m] Mal. sic Span.
[n] Span. p. 72.

tem hanc Matthæi & Lucæ, infinitam & interminabilem dixit Faustus Manichæus. Sed putidissimam hanc calumniam esse probabimus [o]. In Genealogiis sobriè sapiendum est, Tit. 3. 9. nec omnia nimis scrupulosè excutienda sunt, postquam Genealogiæ jam interierint, &c. Sufficiat ergò nobis ostendere, nullam esse inter Matthæum & Lucam contradictionem. Conveniunt duo Evangelistæ, 1. in scopo, qui est ostendere Christum esse verum Messiam, ex Abrahamo & Davide ortum: 2. in Argumento, quod est contexere Genealogiam Christi: 3. in personis primæ tessaradecadis ab Abrahamo ad Davidem. Dissensus est, 1. in forma seriei; Matthæus progreditur descendendo, Lucas ascendendo; in quo parum situm est [p]: 2. in personis, quæ aliæ sunt Matthæo, aliæ Lucæ; & nominatim ille Patrem Josephi facit Jacobum, hic Heli: 3. in numero personarum & generationum [r]. Lucæ numerus multò plenior quàm est Matthæi: nam Lucas inter Salathielem & Josephum 19, ut Vulgatæ habent editiones, 17, ut nos censemus, personas numerat, cùm decem tantùm recitet Matthæus: quod manifestum est indicium, aliquot personas à Matthæo omissas. Quis enim credat, ex duabus familiis, ab eodem tempore ad idem tempus, hanc alterum tantum habuisse generationum quàm illa haberet? Omninò est hoc incredibile†. Has difficultates diversimodè solvunt [t]. 1. Easdem personas referunt Matthæus & Lucas, sed sub diversis nominibus: Multi enim apud Hebræos binomines, imò trinomines erant: vide ad Num. 10. 29. 2 Sam. 3. 3. 2 Reg. 15. 13 [v]. Non placet. 1. Si de paucis sermo esset, id concedi posset, at omnes hîc diversis nominibus insigniri, non est credibile [x]. Multinomines fuisse Hebræos apparet. Sed ut inter Davidem & Salathielem nullum nomen congruat, neque item inter Zorobabelem & finem stemmatis, præsertim cùm ab Abrahamo ad Davidem nomina omnia congruant, ex sola τῆς πολυωνυμίας causa accidisse, non facilè concedet qui judicio valebit*. 2. Constat alium fuisse Salomonem Matthæi, alium Nathanem Lucæ. 3. Sic saltem æqualis esset in utroque personarum numerus [y]. 2. Matthæus Regale Christi genus, Lucas Sacerdotale, narrat [z]. Non placet [a]. Sententia hæc est ἄζηλος & ἀντίζηλος; nam ex Sacerdotum catalogo in V. T. patet plerosque non fuisse Sacerdotes qui à Luca commemorantur [b]. Christus non debebat descendere è genere Sacerdotali, sed Regio, Heb. 7. 13 [c]. 3. Multò rectiùs judicarunt qui causam diversitatis hanc adferunt, quòd Sanguinis & Juris successio modò convenit, modò discrepat; illius arbitra est natura, hujus lex civilis. Et liberi quidem etiam hæredes; sed non & qui hæredes liberi, cùm sæpe agnati à satis remoto gradu ad cernendam hæreditatem vocentur, quoties propior gradus deficit †. Opinio hæc receptissima est, unum ex Evangelistis descripsisse Genealogiam Christi *naturalem*, quâ per viam generationis ordinariam descendunt filii à patribus; alterum *legalem*, quâ aliquis secundùm jus Leviratus, Deut. 25. fratri semen suscitavit. Ità idem filius duos habere potuit parentes, *naturalem*, à quo genitus, & *legalem*, cui genitus est, & in cujus bona dignitatésque successit. Author hujus sententiæ est Julius Africanus, in Epistola ad Aristidem. Floruit hic circa annum Christi 200. Eum sequuntur August. Ambros. Anselm. aliique & veteres & recentes plurimi. Qui tamen in eo differunt, quòd Genealogiam *naturalem* alii Matthæo, alii verò Lucæ, tribuunt, &c. Utrique autem existimant illum ex Evangelistis, qui legalem recenset Genealogiam, non omnes antecessores legales recensere, sed saltem unum, Josephi videlicet, & hoc sufficere ad diversitatem explicandam. Neque hæc sententia placet. 1. Absurdum est, utrumque Evangelistarum & Mariæ genus prorsus reticuisse, ex qua tamen Christus natus est, & unius Josephi Genealogiam texisse, idque sub diversis nominibus, unde infirmis materia lapsûs, malignis cavillarum. 2. Si idem filius duos fratres dicatur habere pro patribus, coalescet denuò statim linea in avo: at apud Matt. & Luc. plurimæ generationes intercedunt sine ejusmodi coalitione. 3. Falsa hîc hypothesis supponitur; sufficeisse, Christum legitimum Davidis successorem esse, etsi filius naturalis non esset, cui repugnat Esa. 11. 1. &c [d]. [Hæc in genere dicta sunt. Pergendum jam ad variantes eorum sententias.] 1. Plerique statuunt Matthæ-

[o] Gom.
[p] Span. dub. 19. p. 89.
[r] Span. 93.
† G.
[t] Span.
[v] Q. in Span.
[x] Span. p. 96. sim. Mal.
* G.
[y] Span.
[z] Aug. & Ambros. in Mal. Hilar. & Baron. in Span.
[a] Mal.
[b] Span. 98.
[c] Span. sim. Mal.
† G.
[d] Span. p. 98.

[d] G. Matthæum naturæ ordinem sequi, Lucam Juris [d]. Argumenta sunt, 1. Quòd Matthæus perpetuò utatur verbo ἐγέννησε[*], Lucas ἐνομίζετο, quorum illud est naturale, hoc legitimum [f]. Plus est genitum esse ab aliquo, quàm ejus filium dici. Sanè Angeli & Adamus vocantur *filii Dei*; non tamen geniti ab eo, sed creati. Nec filii adoptivi sunt geniti ab adoptante [g]. *Resp.* 1. Illud ἐνομίζετο non ad totum stemmatis contextum pertinet, sed ad Jesum solum, qui Josephi filius non erat, sed vulgò putabatur. In cæteris autem ἐνομίζετο locum non habet; nisi dicere lubeat, & *Davidem νομισθῆναι filium Jesse*, &c. atque ità deinceps, cæteros ad Adamum usque. 2. Sicut *filius* Paralipomenωn Scriptori dicitur, qui Juris est successor, etiam patruus, ità Matthæo γεννᾷν dicitur, qui hæredem aliquem relinquit, Juris scilicet fictione. Sicut & adoptivos parentes Latini per similem κατάχρησιν *genitores* vocant. Et Hebræi, quod plus est, genitum ex fratre mortui vocant *ipsius mortui semen*. Sic τεκνοποιήσασθαι Xenophonti in Laconica Republica is dicitur, qui alium virum ad uxorem admittit, ut ipse, secundùm Laconica instituta, partûs pater dicatur. Sic Augustum *natum Cæsaris* vocat Ovidius, Germanicus autem Augustum *genitorem suum* in carmine Aratæo. Sed & vox Hebræa ילד, quæ per γεννᾷν exprimitur, extra originis fines usum suum latè porrigit, ità ut res gestæ alicujus vocentur תולדות, Hellenistis, qui Hebraismos amant sequi, γενέσεις, ut Gen. 6. 9. Num. 3. 1. & alibi [h]. Arg. 2. Debuit Christus à Salomone descendere, ut patet ex 2 Sam. 7. 12 [i]. Arg. 3. Credibile est, eum qui prior scripsit, qui erat Matthæus, naturalem patrem, qui verò posterior, Lucas scilicet, legalem, naturali jam nominato, nominare voluisse [k]. Arg. 4. Fulcitur hoc authoritate Africani [l]. *Resp.* Africanus non tam diligentiâ, quàm exacto per omnia judicio & linguarum cognitione destitutus fuit, ut probatu proclive est [m]. [Hæc de priore sententia.] 2. Matthæus recenset genus Christi legale, Lucas naturale [n]. Mihi certissimum est, à Matthæo spectari Juris successionem. 1. Nam eos qui Regnum obtinuerunt, quod erat τῶν φερτάτων, privato nemine admixto, recenset. 2. Cùm Salathieli (nam cur diversos [Salathieles] putemus non video) Neri parentem ascribit Lucas, privatum hominem, Matthæus autem Jechoniam; apertissimum est, à Luca jus Sanguinis, à Matthæo jus Successionis, & præcipuè jus ad Regiam dignitatem, spectatum; quod jus, sine liberis mortuo Jechonia, [de quo ex G. & aliis decerpta, vide suprà ad v. 12.] & si qui alii erant è Salomonis posteris, ad Salathielem, caput familiæ Nathanis, legitimo ordine devolutum est; nam inter Davidis filios Salomonem Nathan sequebatur. Quòd enim quidam in Achazia defecisse Salomonis posteritatem putant, non uni S. Historiæ loco repugnat. Sed condonandus ille error est non tam hominibus quàm seculo miserè decepto ab Annianis Pseudophilonibus. Cùm ergò hic constet, jus Successionis à Matthæo respici, à Luca verò jus Sanguinis, si qui alibi Matthæum ad jus Sanguinis, Lucam ad jus Successionis, more desultorio transgredi dicant, non video quas adferre possunt probabiles ejus inconstantiæ causas. 3. Adde his, quòd Lucas ad Adamum naturalem omnium satorem genus perducit; Matthæus autem ab Abrahamo incipit, à quo incipiunt promissiones, unde jus potissimum oritur. 4. Lucæ numerus plenior est, quàm Matthæi, &c. [ut suprà ex G. descripsimus.] Matthæus non numerari à se personas, sed generis summam breviter indicari in τεσσαρεσκαιδεκάδας tres memoriæ causâ digestam, satis apertè profitetur. Nam & inter Joramum Regem & Oziam, qui Azarias, Achaziam, Joam, Amaziam, silentio transmittit, nempe ut ordini ad memoriæ facilitatem instituto consulat: quod in Juris successione demonstranda parum refert. Nam, ut dici solet, *hæres hæredis mei hæres meus est*. At qui naturalem seriem sequi velit, quod facit Lucas, (eam enim ob causam, à Davide ad Salathielem usque, privatæ fortunæ homines memorat, ne ab eo ordine discedat) eum decet de gradu ad gradum, quà sanguis ducit, progredi: quod eum fecisse non dubitamus. Ac si quis tempora rectè putet à Zorobabele ad Christum, videbit, secundùm id quod plerùmque accidit, totum id tempus personis ab illo recitatis rectè expleri; à Matthæo non item. Quare hinc quoque discimus à Matthæo τὸ νομικὸν, à Luca τὸ φυσικὸν spectari [o]. [Atque hæc de tertio solutionis modo.] 4. Matthæus Josephi genus per Salomonem à Davide deducit, Lucas verò Mariæ genus per Nathanem, alterum Davidis filium, ad eundem Davidem refert [p]. Hujus sententiæ argumenta sunt: 1. Sic conciliatio facilis est & commoda [q]. Non jam mirum, diversas lineas referri, cùm ad diversas personas referantur. Nec mirùm, diversas personas ab utroque, aut ab uno plures, ab altero pauciores, enumerari, cùm diversæ prorsùs sint lineæ [r]. 2. Hinc constat, cur Genealogiæ Matthæi aliam Lucas addidit, ut scilicet plena & perfecta exstaret Genealogia Christi ab utroque parente [†]. 3. Huc facit propositi diversitas in Matthæo & Luca. Matthæo sufficit genus Josephi, quia Hebraicè scripsit [t], (idque intra proximum à passione Christi octennium [v],) Hebræis, quibus constabat de agnatione Josephi & Mariæ; ut satis foret, si ab Abrahamo, per Davidem, Genealogia ad Josephum decurreret. Lucæ verò id non satis fuit [x]. Is enim Græcè scripsit Romanis, ac Græcis, &c [y]. quibus de agnatione ista non liquebat. Idémque eadem de causa, non, ut Matthæus, in Abrahamo Genealogiam sistit, sed eam ad communem omnium patrem, Adamum perduxit [z]. Matthæus genus sponsæ in genere sponsi, more Hebræo, quærendum reliquit. Lucas supplevit quod prætermissum erat, & Mariæ stemma descripsit, nè scrupulis aut cavillis locus esset [a]. Qui autem in hac sententia sunt, in duas classes distrahuntur. 1. Q. Putant eundem Zorobabelem & Salathielem in utroque designari, & in Salathiele vel Zorobabele lineam utramque Salomonis & Nathanis coaluisse, sive per nuptias, sive aliâ ratione legali; post Zorobabelem verò, rursùs bivaricari vel decussari lineam utramque, & Matthæum texere Genealogiam Josephi ex Abiud filio Zorobabelis, Lucam Mariæ ex Rhesa filio Zorobabelis altero. 2. Alii putant diversos esse Zorobabeles & Salathieles, & Matthæum quidem rectà deducere genus Josephi à Davide per Salomonem ad Josephum usque; contrà, Lucam genus Mariæ à Davide per Nathanem. Utraque sententia probabilis est, suos tamen habet scrupulos [b], [tum communes utrique sententiæ, tum utrælibet peculiares.] Scrupulos communes suggerit Tossanus, qui sic se habent: 1. Aliorum Genealogiæ, inquit, à Patribus describuntur. Ergò & Christi. *Resp.* Dispar est ratio. Christus erat ἀπάτωρ, unde maternum genus describi oportebat. 2. Tum superflua esset Genealogia Josephi. *Resp.* Imò conveniens illa fuit, ut pateret Mariam nupsisse in domo Davidis, & sic aliquâ ratione ex Salomonis posteris censeri. 3. Non modò Matthæus, sed & Lucas, Genealogiam suam ad Josephum refert. *Resp.* Id facit κατά τι, non originis ratione, sed affinitatis. 4. Multa nomina in utroque similia sunt. *Resp.* 1. Non absurdum, diversos homines ὁμοχρόνους fuisse cognomines. 2. Multa etiam & plura nomina diversa referuntur. 5. Extincta fuit linea Salomonis in Ochozia, ut patet ex 2 Reg. 10. *Resp.* Imò contrarium indè patet, ubi servatur Joas, qui *filius Ochosiæ* semper vocatur [c]. Scrupuli de prima sententia sunt hi. 1. Supponit sine certa probatione in Zorobabele vel Salathiele coaluisse utramque lineam Salomonis & Nathanis. *Resp.* Nihil facilius aut frequentius inter Judæos ejusmodi coalitione per nuptias. 2. Jechoniæ orbitas denuntiatur, Jer. 22. *Resp.* Non est illa orbitas à liberis, nec à dignitate, sed à prosperitate in dignitate. Posterior sententia his scrupulis urgetur. 1. Parum credibile est, diversos fuisse Zorobabeles & Salathieles, qui & ὁμόχρονοι fuerint & ὁμώνυμοι. *Resp.* Nihil frequentius quàm homines cognomines esse ὁμοχρόνους. Sic & Joas & Joram Reges Judæ & Israelis ferè ὁμόχρονοι erant, 2 Reg. 8. 16. quod faciliùs contingere potuit in nominibus eximiis, qualia Salathielis & Zorobabelis. 2. Perpetua confirmatio Regni promissa fuit posteritati Salomonis, 2 Sam. 7. *Resp.* 1. τὸ עולם non semper æternitatem designat, sed longam saltem durationem, ut Exod. 21. 6. collat. cum Levit. 25. 10. 2 Reg. 5. 27. 2 Promissio illa facta erat sub conditione perseverantiæ in bono, à qua excidit Salomon, &c [d]. Mihi posterior sententia magis placet: 1. Quia si in Salathiele coaluerunt lineæ Salomonis & Nathanis, quorsum ante illum linea utraque ità anxiè comme-

[d] G.
[*] Q. in Span. sic Vos. Mal.
[e] Q. in G.
[f] Q. in G.
[g] Vos. de Gen. Christi. 1. 3.
[h] G.
[i] Q. in Span. p. 100.
[k] Mal.
[l] G. Eert.
[m] G.
[n] Q. in Span.
[o] G.
[p] Span. ex Galat. & Jans. Geneb. Gom. Par. &c. sic Vos. Li. harm. 207.
[q] Span. 105.
[r] Span. 113.
[†] Span. 105.
[t] Vos. 4. 5, 35.
[v] Vos. 4. 2, 29.
[x] Vos. 35.
[y] Vos. 30.
[z] Vos. 35.
[a] Span. 121.
[b] Span. 107.
[c] Span. 108. & 112.
[d] Span. 107. & 110.

memoraretur. 2. Quia Zorobabel Matthæi alius videtur à Zorobabele Lucæ. Ille enim diu *post transmigrationem* &c. genitus fuit, quippe cujus pater Salathiel à Jechonia in illa demum genitus fuit; hic verò, vel ante captivitatem, vel initio illius, utpote qui jam maturus annis populum reduxit, Esd. 2. 2. Inter illum & Josephum 9 saltem generationes interseruntur; inter hunc autem & Mariam 17 *. [Hæc de quarto conciliationis modo.] 5. Asserit Beza ad Luc.3.in vetustissimo Codice se reperisse eandem prorsùs Genealogiam, iis tantùm adjectis quos Matthæus in tesseradecadibus constituendis prætererat, eámque ad Salomonem, non ad Nathanem relatam. Et fieri potuit, ut Judæi olim hanc Genealogiam depravârint. Sed insignis hæc erat contextûs depravatio, quibus repugnant & pleraque exemplaria, & Syrus interpres, & Scriptorum veterum consensus [f]. [Ex dictis non difficile erit scrupulos nonnullos speciales, qui reliqui sunt, discutere.] Qu. 1. Quî *Salathiel* fuit & *filius Jechoniæ*, ut ait Matthæus,& *Neri*, ut Lucas? Resp. 1. Filius erat unius *naturalis*, alterius, vel *adoptivus*, vel potiùs, *legalis* [g]. 2. Diversi hi erant Salathieles, ex diversis lineis [h]. Qu. 2. Quomodo Zorobabelis filius in Mat. est *Abiud*, in Luca *Rhesa*? Resp.1.Zorobabelis duo erant filii, Abiud & Rhesa; ex illo genitus est Josephus, ex hoc Maria. Resp. 2. Diversi erant Zorobabeles, &c [i]. Qu. 3. Quomodo Josephus erat filius & *Jacobi* apud Matt. & *Eli* apud Lucam? Hic scrupulus multos torsit [k]. Resp. 1. Josephi pater binominis erat, *Jacobus* & *Heli* [l]. Verùm longa illa, diversi generis, numeróque dispar, differentium nominum continuata apud Lucam series, synonymiam illam minimè admittit. Resp. 2. *Filius* aliquis fit & dicitur, vel, 1. naturâ: vel, 2. lege; vel, 1. communi gentium, sive per adoptionem, ut Gen. 48. 5. sive per conjugium,quo gener soceri ac socrûs, & privignus vitrici, filius dicitur, ut Ruth 1. 11, 12. vel, 2. propriâ Israelitis, jure vindicis, Deut. 25. 5, 6 [m]. Josephus ergò unius filius erat naturâ [n], alterius lege. Sed quânam lege? Resp. vel, 1. vindicis [o]: vel potiùs, 2. adoptionis [p]: vel potiùs, 3. conjugii; ex quo Josephus factus est gener τῷ Eli. Hæc sententia ad scopum Genealogiæ pertinet. Primum modum amplexi sunt Augustinus & plerique Patres, post Africanum [q]: Cujus sententia hæc erat, ut refert Eusebius, l. 1. c. 7. 8 [r]. Matthan, inquit, qui à Salomone descendit †, qui in Matt. tertius est à fine [s], genuit Jacobum: Melchi, qui à Nathan descendit [v], qui in Luca tertius est à fine [x], ex eadem muliere [y], Estha scilicet [z], genuit Eli. Fuerunt igitur fratres, (non quidem consanguinei, sed †,) uterini, sive ex eadem matre, Heli & Jacob. Eli sine liberis mortuo, Jacob illi semen excitavit, nato Josepho. Josephus ergò fuit filius Jacobi secundùm naturam, filius verò Eli secundùm Legem. Quam historiam, non à Christianis [a], sed à Judæis Christi consanguineis, traditum asserit [b]. Eam non omnino spernendam arbitror. Sed intervallum temporis, quod inter Christum & Africanum intercedit,facilè patitur aliquam famæ adulterationem: magis tamen credo ipsius interpretatione corruptum quod rectè acceperat, dum servire studet illi ὑποθέσει quam sibi præfixerat; spectatum à Matthæo *Naturæ* ordinem, *Legis* à Luca. Cui conjecturæ meæ fidem haberi nolo, nisi ipse dictis suis fidem sibi destruit. Hîc [in verbis Africani quæ hîc habet G. quæ ex Gom. & Span. jam produximus] multa errari quis non videt? Nam lex τῆς ἐπιγαμβρεύσεως ad conservanda familiarum jura pertinebat: Familiæ autem ex agnatione censentur: quare Jacobo sine liberis functo, prolem ei gignere debuit, non uterinus, quia agnatus non erat, sed proximus ejusdem familiæ & nominis. Neque si uterinus sponte id officium præstitisset, propterea filius ex demortui nomine censeri & in stemma referri ullo jure potuisset. Quare, ut verum sit, Melchin & Matthanem eâdem usos uxore, id ad conciliandа hæc stemmata valere non potest [c]. Nonnulla hîc sunt non solùm ἄγραφα, sed & ἀντίγραφα [d]. Melchi enim, quem ille patrem immediatum, Lucas proavum, τῷ Eli constituit *. Insignis est hîc error [f], qui huic sententiæ convellendæ sufficit [g], quem à Patribus non animadversum, mirum est [h]. Sed viderunt hoc Patres, nec tamen erroris damnârunt,quia sciebant sic in nonnullis Codicibus legi. Certissimum nobis est, in Genealogia Christi apud Lucam præteritos fuisse tres, *Matth it & Levi* [qui duo intercedunt inter *Eli* & *Melchi*] & *Cainan*: Unde ab Adamo usque ad Jesum Generationes, non 75 quot in vulgatis Codicibus, sed tantùm 72 fuisse, disertè dicit Irenæus, l. 3. cap. 33 [i]. [Hæc de secunda responsione.] 3. Vox *Eli*, non cum *Joseph*, sed cum *Jesu*, construenda est [k], & hæc verba ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ, παρένθετα sunt [l]; & νομίζεσθαι in consueta *putandi* significatione sumitur. Denique, ὡς hîc non valet *sicut*, sed *quum*, prout plusquam vicies in Luca occurrit, ut Luc. 1. 23, 44. & 2. 15. & 11. 1, &c. Sic ergò verba distinguo, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὢν (ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ) τοῦ Ἡλί. Latinè, *Et ipse Jesus incipiebat esse circiter annorum triginta, existens (quum putaretur filius Joseph)* filius *Heli*. Ità Jesus Heli (mediatè per matrem Mariam) filius statuitur, & ad avum (quia patre caruit) refertur [m]. Nihil hîc coactum, aut difficile. Consuetæ sunt hæ parentheses in S. Scriptura: consueta filiorum, quando de nepotibus agitur, nomenclatura: consuetus Hebræis à nepotibus ad avos transitus; præsertim ubi patres exstincti, eóque magis in hoc exemplo, quia Christus ἀπάτωρ erat. Interpretationem hanc sequuntur Jun. & Diod. aliíque multi. Favet & Syrus, qui etsi parenthesin non exprimat, eam tamen exigere videtur; sic enim habet, *& putabatur filius Joseph*, quæ verba dissociari nequeunt. Supersunt tamen tres scrupuli, qui solutiones propositas enervare videntur. 1. Pater Mariæ non erat Heli, sed Joachim, juxta Veteres. Resp. 1. Ἄγραφον hoc est, & precarium. 2. Jehojakim & Eliakim promiscuè poni solent: *Eli* autem contractum est ex Eliakim, (quomodo ex Ἀντίπατρος fit Ἀντιπᾶς, ex Ἐπαφρόδιτος Ἐπαφρᾶς, &c †.) idémque cum eo est, teste Philone Judæo [n]. 2. Si Joseph fuit ex linea Salomonis & Maria ex linea Nathanis, quî Maria Josepho nuberet, qui non erat ei propinquus, sive ex eadem familia? Resp. 1. Familia Davidis ad paucos tunc redacta fuit (quod & portendi videtur, Esa, 11. 1.) ut faciliùs dignosci posset; & forsan deficiebant fœminæ Josepho propinquæ ex linea Salomonis. 2. Lex non videtur ità arctè obligâsse fœminas non hæredes, vel pauperiores, qualis Maria fuit [o]. 3. Si à Mariæ Genealogia Salomo excluditur, Christus esse Christus desinet. Quicquid enim de ejus genere disseritur, in solenni illa promissione fundatum est, 2 Sam. 7. *Sedebit super thronum tuum, successor, qui perpetuò regnabit*, &c. Hujus æterni Regis typus erat Salomo, &c [p]. Resp. 1. Non quicunque Christi typus est, propterea generis illius origo exstitit; ut constat in Melchisedeco [q]. 2. Non eadem debuit esse duratio, vel conditio Regni Salomonis & Christi [r]. 3. Promissio illa, 2 Sam. 7. ad Christum optimè refertur, Heb. 1. 5. non ut ad filium, sed ut ad antetypum, Salomonis, quod solenne est in oraculis illis mistis sive compositis, geminam χροιὰν, & geminum complementum habentibus; unum in typo, alterum in antetypo. 4. Non omnia quæ de genere Christi dicuntur, fundantur in illa promissione, sed & in aliis quæ generaliores sunt, & ad totam Davidis familiam extenduntur, ut Psal. 132. 17. Jes. 11. 1. 5. Maria per desponsationem cum Josepho transiit in familiam Salomonis †. [Hæc de ultimo solutionis modo: & de nobilissima hac quæstione, de qua, postquam ex G. nonnulla addidero, hanc dissertationem finiam.] Est vetus traditio Epiphanio memorata, Josephum fuisse filium Jacobi, qui & *Panther* dictus est: quod omnino spernendum non puto; nam & ipse Josephus sic appellatus est à Celso, quod à Judæis haud dubiò acceperat: nam iidem Jesum *filium Panther* appellant, ut in libro מדרש קהלת & in libro עבודה זרה. Manavit ad posteritatem & alia fama Græcis Scriptoribus memorata, Mariæ patrem dictum *Jehojakimum*, ei patrem *Pantherem*, Pantheri patrem *Barpantherem*, Barpantheri *Levin Melchi filium*: quod non est temere improbandum. Nam cùm res ipsa loquatur, ut alibi ostendimus, Mariam fuisse ἐπίκληρον, ac proinde, κλήρων εἰς τοῦτο ἀναγκαζόντων (*possessionum lege ad hoc eam urgente*,) ut rectè loquitur Epiphanius, nupsisse proximo agnato, sequitur propinquo gradu junctos inter se fuisse Josephum & Mariam; quamobrem & ex Josephi stemmate genus Mariæ discendum nobis proponitur.

* Span. 108. [f] Span. 136. [g] Q. in Span. [h] Span. p. 115. [i] Span. 116. [k] Idem, 117. [l] Q. in Gom. [m] Gom. [n] Gom. Span.Mal. &c. [o] Gom. [p] Gom.& Mal. ex Aug. [q] Gom. [r] Span. Gom. † Gom. G. [s] Span. 119. [v] Gom. Span.G. [x] Span. [y] Gom. [z] Span. † G. [a] Gom. Span. [b] Gom. Span.sim. G. ad Luc.3. [c] G. [d] Span. 120. * Span. Gom.ex Bert. [f] Gom. [g] Span. [h] Gom.

[i] Vos. p.22. [k] Gom. [l] Span. 124 ex Gom. [m] Gom. † Vos. p. 31. [n] Span. 124. [o] Span. 125.& 127. [p] Calv. [q] Gom. [r] Span. ex Gom. † Span. p. 128.

ponitur. Id autem apparebit verissimum, si dicamus, ut illa significat narratio, eundem Levin patruum fuisse Josepho, Mariæ verò abavum. Quòd autem *Panther* & *Barpanther* appellantur Mariæ avus & proavus, eò factum arbitror, quòd cognomen gentilitium positum sit vice nominis per immemoriam obliterati, ut fieri solet. Omnino enim *Panther* videtur commune fuisse vocabulum eorum qui à Melchi descenderant, fortè & longiori parentum serie à Maccabaicis usque temporibus deductum ex rei alicujus memorabilis eventu. Cœperant enim illis temporibus cognomina quædam gentilitia usurpari, sive ex nomine progenitoris, ut cognomen *Hasmonæorum*, sive ex casu aliquo. Jam quod, collectis in unum traditionibus, atque ità acceptis, ut nec cum Matthæo, nec cum Luca dissentiant, verosimillimum mihi videtur, subjiciam legentium judicio, testatus quod jam dixi, arbitraria hæc esse, non explorata. Verum puto, quod οἱ δεσπόσυνοι, sive consanguinei Domini nostri, Africano dixerunt, Estham primùm Matthani, deinde Melchi, conjugem fuisse; itaque esse eos ὁμοχρόνους: in Matthane autem exstinctam stirpem naturalem Abiudis, quæ prima erat stirpium prosatarum ex Zorobabele. Quare ex lege viduæ matrimonium, ad sobolem in nomen mortui excitandam, debitum ei qui Princeps esset familiæ secundæ per Rhesam ab eodem Zorobabele venientis. Atque eum fuisse Melchim, qui Jacobum genuerit, patris naturalis cognomine dictum vulgò Pantherem, legis autem æstimatione, filium Matthanis mortui, & juris omnis successorem. Hujus Jacobi, sine liberis functi, jus devolutum ad Josephum: atque ità Josephum dici *Jacobi filium*, non ex lege τῆς ἐπιγαμβρεύσεως, [quâ quis fratris defuncti uxorem ducere tenebatur,] sed quòd hæreditas ejus ad ipsum pervenisset: quomodo Sedecias, ut diximus, est *filius* Jechoniæ. Erat autem Josephus, si rectè rationem puto, filius fratris Jacobi, ac proinde Jacobus Josephi patruus. Mariam autem, cùm ab altero Melchis filio veniret, & esset ἐπίκληρος, nuptam Josepho, quia nemo exstabat proprior ad cujus tutelam confugeret. In his autem, quæ antè diximus, ità rem exposuimus, quasi duo illa nomina, *Matthat* & *Levi*, inter Elin & Melchin in contextu Lucæ non exstarent: cujus nostræ existimationis, ut & omissi Cainanis, causæ suo loco reddentur. Genealogiæ porrò in Matthæo & in Luca sic se habent. Lucas stemma deducit ab Adamo ad Thare patrem Abrahami: idémque cum Matthæo ab Abrahamo deducunt ad Davidem. Hic dividuntur lineæ: linea Matthæi pergit à Davide per Salomonem usque ad *Assir*, qui post Sedeciam erat Jechoniæ hæres; [quanquam aliis *Assir* appellativè sumitur, tanquam adjunctum Jechoniæ, q.d. *vincti*, ut antè notatum.] linea Lucæ, à Davide per Nathanem, usque ad Neri. Hic coalescunt lineæ in Salathiele, Neri filio, hæredi Assiris & Jechoniæ, & [post eum in] Zorobabele, Salathielis filio & hærede. Deinde rursus dispescuntur lineæ hæ genealogicæ: illa Matthæi procedit per Abiud [unum ex filiis Zorobabelis,] Eliakim, &c. aliósque innominatos, qui ibi omittuntur, usque ad Matthanem, priorem maritum Esthæ, sine liberis mortuum, & Jacobum, qui & Panther, Matthanis filium legalem ex Estha, fratrem Elis & Levis naturâ; altera verò Lucæ per Resa [alterum Zorobabelis filium] pergit ad Melchi posteriorem maritum Esthæ, patrem naturalem Jacobi, & ad Elilevi, à quo *Barpanther*, ab eo *Panther*, ab eo *Jehojakim*, qui & *Eliakim*, ab eo Maria, Josepho nupta. Josephus autem erat filius Elis naturâ, Jacobi hæres, & Mariæ agnatus proximus. Quia verò Mariæ abavus *Levi* vocabatur, indè natus est error Veterum existimantium Christo ex natalibus etiam acquisitum jus Levitici Sacerdotii: in quo multa sunt reprehendenda. Nam nomina quod attinet, ea communia erant tribubus omnibus, ità ut & Levita *Judas*, & ex Juda genitus *Levi*, diceretur; quod nemo mediocriter in istis literis versatus ignorat. Deinde verò jus Levitici Sacerdotii non potuit nisi per mares ex maribus, ut Romani loquuntur, deferri. Quantò erat satius credere Divino Scriptori ad Hebræos disertè neganti, tribum Judæ ex qua ortus est Jesus ullum habere jus succedendi in Sacerdotium; & propterea Christi Pontificium non esse Leviticum, sed ἀπαράβατον (*non transitorium*) Regale, quale Melchisedeci fuerat. Illud addam, omnino me arbitrari Lucæ stemma petitum ex tabulis publicis: nam in iis genera accuratè admodum describi, ac custodiri ad Excidium usque solita, Josephus testatur [t]. [Hactenus de primis versûs 16 verbis actum est, & quidem fusè, ut postulavit rei dignitas. De reliquis strictiùs agendum.] ¶ *Virum*, &c. Τὸν ἄνδρα Μαρίας] *Maritum* (vel, *Virum*, Be. Pi. *Vir* pro *marito* etiam apud Latinos [v]. Vel, *Sponsum*, Sy. Æth.) *Mariæ*, P. Ti. Er. Il. Sch. &c. *Maritus* & *uxor* etiam ex sponsalibus dicuntur [x]: nam, ut Jurisconsulti dicunt, quod de proximo fieri debebat, pro facto habebatur. Sic Rachel desponsa *uxor* vocatur, Gen. 29. 21 [y]. & Deut. 23. 23, 24. qui concubuerat cum desponsata, dicitur *compressisse uxorem*, &c [z]. Sic Servius Jurisconsultus (citante Pomponio) rectè dicebat, *soceri* & *socrûs*, & *generi*, & *nurûs*, appellationem etiam ex sponsalibus acquiri. Ità in epistolis Heroidum Hermione pacta Oresti, *Vir, precor, uxori, frater succurre sorori.* Servius ad Eclog. 8. *Conjugis*, inquit, *non quæ erat*, sed quæ *fore sperabatur* [a]. Non quia non concubitu permixtus, ideo non maritus [erat Josephus [b].] Consensus facit matrimonium, non consuetudo conjugalis, ut regula sæpe repetita in jure docet, *Conjugia mutuo consensu jungi* [c]. Μαρία in Hebræo est מִרְיָם Exod. 15. 20. Sed posteriores Hebræi more Syro, מָרְיָם extulere [*], (q. d. *dominam maris*, quæ mari transmisso cantabat, &c [f].) i. e. Μαριάμ, ut sæpe reperias in Mat. & Luc. & apud Ezechielem Poetam qui Judaicas tragœdias Græcè scripsit. Nam ut Jod consonans in vocalem mutaretur, extorsit Græca literatura eam consonantem ignorans. Cùm verò nulla Græca vox in μ terminetur, eòque omnia in μ sint ἄκλιτα, formam Græci nominis ac declinationis accipere possunt, aut detractione, aut additamento. Josephus ergò effert Μαριάμμη, Luc. & Mat. Μαρία. Ità, cùm λ terminationem Græci nescirent, Punica nomina à Baal derivata, aut auxere, ut Ἱερόμβαλον dixit Philo Byblius, aut imminuerunt, appositâ Græcâ terminatione, ut in Ἀσδρούβας, Ἀννίβας. Tale & Amilcar Ἀμίλκας, & in Josepho, Cain Καΐς. Ità pro Ἀβραάμ, alii dixere Ἀβραάμος, alii Ἀβραᾶς. Sic pro Ἰωσήφ, Ἰωσῆς, Mat. 27. 56. Marc. 6. 3. & 15. 47. Sic ex שַׁבָּת factum est σάββα, σάββατος, σάββατον &. ¶ *De*, &c. Ἐξ ἧς ἐγεννήθη Ἰησοῦς] Ex, (vel, *De*, Mo. Sy. Ar.) *qua genitus* (vel *natus*, Mo. Sy. Ar. Tre. Sch. Ca. Pers. Æth.) *est*, vel *fuit*, *Jesus*, Er. Be. Val. Pi. Disertè hoc dicit, quia Christus est Semen mulieris, non viri [h]. Τὸ ἐξ non patrocinatur iis qui carnem Christi ex cœlo allatam, per Mariam, tanquam per canalem, penetrâsse dicunt: dicitur enim esse *ex Maria*, ut Phares & Zara *ex Thamar*, v. 3. & Booz *ex Rahab*, v. 5. &c. materialiter scilicet, sive ex ipsius substantia [i]. Verbum γεννᾶν *gignere* proprium est viris, sed per catachresin fœminis tribuitur, ut in *Lucian. Canunt*, ——— *Junonem γεννήσασθαι edidisse Vulcanum.* & in Hesiod. Theogon. Ναυσίθοον δ' Ὀδυσῆϊ Καλυψὼ δῖα θεάων Γείνατο, &c. *Nousithoum verò Ulyssi Calypso excellentissima dearum genuit*, &c [k]. & in Quintil. *Si adeò non genuit* [mulier] *filium, sed effudit*, &c [l]. Sic & τίκτειν *parere* fœminis peculiare, & de viris usurpatur, ut in Homer. Iliad. β. v. 728. ——— τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. ——— *quem immortalis genuit Jupiter.* Hebraismum etiam hoc redolet: nam יָלַד sign. & *parere*, & *gignere* [m]. Ἐγεννήθη, *genitus* est, i. e. & conceptus & natus est, nam utrumque hoc verbum significat; prius infrà, v. 20. posterius, Mat. 2. 1 [n]. ¶ *Qui vocatur Christus*] Hebraicè מָשִׁיחַ, Latinè *unctus* [o]: quâ appellatione Regnum & Sacerdotium ejus denotantur; q. d. promissus ille Messias, qui ungendus erat, Dan. 9. 24. oleo, non materiali, sed lætitiæ, &c. Psal. 45. 7. Act. 10. 38. Heb. 1. 9. & *qui vocatur*, verè scilicet, h. e. qui erat, Christus. Sic Luc. 1. 32, 35. *vocabatur filius Dei*, i. e. erit. Sic & Græcis κεκλῆσθαι ἄκοιτιν, *vocare uxorem*, in Homer. Il. ξ. 268. & Hesiod. Theogon. v. 410. ponitur pro, *uxorem esse* [p]. Τὸ λεγόμενος referendum est ad tempus scriptionis: indicat enim de illo Jesu se agere [q], qui jam omnibus *Christi* cognomento innotuisset [r]. Sic & Josephus de Jacobo scribens, *fratrem* eum vocat *Jesu* λεγομένου Χριστοῦ (*qui dictus est Christus* †.) Hoc addit [Matthæus,] ut Salvatorem ab aliis distingueret, qui vel tunc, vel antea, *Jesu* nomine appellati fuerint. Quamdiu

[t] G. ad Luc. 3.
[v] Er.
[x] G.
[y] Wal.
[z] Wal. ex G.
[a] G.
[b] Bru. ex Aug.
[c] Strig.
[*] G.
[f] Bru.
[g] G.
[h] Strig.
[i] Sch.
[k] Pso. Diat.
[l] Val.
[m] Pso. num. 43.
[n] Pi.
[o] M. sic Er. Pi.
[p] Sch.
[q] G.
[r] G. Tim. Bru.
† G.

diu floruit in familia Davidis Regia Majestas, vocati sunt Reges *Christi*: post Regnum abolitum, cœpit hoc nomen, ut ex Dan. 9. 25, 26. liquet, ad unum referri Redemptorem, à quo sperabatur absoluta salutis reparatio [t]. Vocantur Hebraicè משיחים, qui singulari Divinæ Providentiæ beneficio ad eximias dignitates erant provecti, ut *Abraam & Isaac*, Psal. 105. 15. ità ἱερεὺς ὁ χριςὸς, in Vet. Test. est ἀρχιερεὺς (*Pontifex*:) βασιλεὺς ὁ χριςὸς, *Rex eximius*, ut Cyrus, Esa. 45. 1. Rex Tyri, Ezec. 28. 14. καθηγητὴς ὁ χριςὸς, *Doctor eximius*, Mat. 23. 8. κατ' ἐξοχὴν verò Judæi, Prophetarum, ac præsertim Danielis vaticiniis excitati, eo nomine illum appellabant quem à Deo expectabant Regem Doctorémque summum, Joh. 4. 25. Illum autem Christum eximium Jesus se esse professus est, causámque nominis reddit, tum ipse, tum Discipuli ipsius, quòd ad proferendam confirmandámque doctrinam cœlestem vi planè incomparabili esset instructus, ut videre est, Luc. 4. 18. Joh. 3. 34. Act. 4. 27. & 10. 36, 38. Heb. 1. 9. Quo sensu etiam, vitam adhuc agens terrenam, Regem se agnoscit, quia nimirum per veritatem à se testatam jam Regnum in suorum animis obtineret, Joh. 18. 37. Cùm alioqui sensu alio post resurrectionem demùm dicatur esse *constitutus Dominus & Christus*, Act. 2. 36. Adeò autem invaluit hæc *Christi* appellatio, ut apud τοὺς ἔξω (*exteros*, sive *Gentiles*,) vix cognito *Jesu* nomine, agnomen illud in nominis usum transiret. Ità enim eum appellant Tacitus, Suetonius, Plinius, quo factum est, ut Judæi Græco utentes sermone, qui Jesum esse Christum agnoscere nolebant, suum illum, quem frustrà exspectabant miseri, non, ut antè, χριςὸν, sed discriminis causâ, ἠλειμμένον [quod tamen idem significat, h. e. *unctum*,] vocare inceperint [v].

17. *Omnes itaque generationes*] Ità Er. Sch. i. e. per Metonymiam, gradus generationum [x], vel, personæ generatæ [y]: Ità enim loquuntur Jurisconsulti, *Semper generata persona gradum adjicit*. Hoc sensu γενεὰν reperio apud Isocratem Busiride, cùm ait Herculem fuisse Perseo τέτρασι γενεαῖς νεώτερον (*quatuor generationibus juniorem* [z].) Γενεὰ *generatio* hîc pro ætate vitæ unius hominis accipitur [a]. [Alii γενεὰς aliter reddunt.] *Genera*, Ca. Sed hoc ambiguum est, quanquam Herod. quintum γένος (*genus*) dixit, cùm de abnepotis filio ageret [b]. Al. *Progenies*, Be. Pi. Γενεὰ hîc significat hominem genitum unicum, aliàs multitudinem hominum coævorum [c]. Qu. Cur Matthæus hîc partiatur Genealogiam in certas tesseradecades, & quidem in tres; & cur eas per ἀνακεφαλαίωσιν peculiarem collectas Lectori proponit [d]? Resp. 1. Ut doceret hîc aliquid subesse mysterii. 2. Nè quis putaret se errore, aut oblivione, tres Reges prætermisisse [*]. 3. Nè Genealogiæ huic quicquam addi, vel demi, posset [f]; cùm narratio confusa fraudi obnoxia sit [g]. 4. Ut numerum rotundaret [h], perspicuitatis, distinctionis [i], & memoriæ causâ [k]. Hinc, primùm stemma omne in tria tempora digessit, quibus dilucidas ἐποχὰς attribuit, Ante Regnum, Regni florentis, & Regni cessantis: rursúmque ternis his ordinibus personas pari numero adscripsit, ut solent, qui memoriæ causâ imagines locis disponunt. Quod ut consequeretur, parvi duxit personas quasdam minùs nobiles transilire, quod & alios historicos, ubi rem in summam conferunt, facere videmus, ut Solinum in Macedoniæ Regibus; & apud Hebræos Esdram, 1 Paral. 4. 1. & scriptorem quarti qui dicitur Esdræ, initio, ubi sex nomina omitti, collatio Paralipomenῶν docet. Etiam 1 Par. 6. in censu posterorum Aaronis omissos quosdam facilè ex Josepho deprehendere est. Præsertim, cùm genuisse non tantùm pater filium, sed & avus nepotem, & pronepotem proavus, salvâ recti sermonis ratione, dicatur. Quanquam autem de binario & septenario numero, quorum inter se πολλαπλασιασμὸς (*multiplicatio*) efficit 14, aut etiam de senario & septenario, qui idem πολλαπλασιασθέντες (*multiplicati*) totum stemma conficiunt, multa possint subtiliter dici, etiam ex Hebræorum disciplina, qui & in aureo candelabro membra notant fuisse 42, & totidem columnas in tribus porticibus quæ Templi Basilicam ambiebant; abstinere tamen ταύτης τῆς περιεργίας (*hac curiositate*) satius censeo; cùm mihi persuadeam, non affectatum hunc numerum Matthæo, sed quem obtulerat classis prima eâque notissima, eundem in classibus sequentibus expressum [l]. 5. Ab omnibus hæc causa adfertur [m], ut triplicem designet Judæorum statum [n]; 1. sub Patriarchis [o], Prophetis [p], & Judicibus [q]; 2. sub Regibus [r]; 3. sub Ducibus & Sacerdotibus [†]: Ut igitur æræ & computi temporum, & Regnorum ac rerum gestarum descriptiones, certis intervallis distingui solent, quibus insigniores mutationes contigerunt; (quomodo Tacitus orditur Annales suos, *Urbem Romam à principio Reges habuere, post consulatus — Dictatura*, &c.) ità & h. l. habemus tria intervalla eximia, & quasi incrementum, statum, & decrementum Imperii Judaici. Et hoc optimè convenit cum Gen. 49. 10. ubi Juda proponitur, 1. sine sceptro: 2. cum sceptro: 3. sub מחוקק legislatore, usque ad Schiloh [t]. 6. Ut Judæos ad Christum manuduceret [v]; novámque mutationem sub Christo futuram in populo Dei 14 generationibus à capt. Bab. quemadmodum & mutationem insignem populus expertus erat 14 *Generationibus* ab Abrahamo elapsis, aliámque aliis 14, &c. Notare etiam voluit, promissiones non intercidisse tempore captivitatis Babylonicæ, ut videri poterant; sed integram posteritatis Davidicæ memoriam & seriem usque ad Christum à Deo conservatas esse, &c [x]. ¶ *Ab Abraham usque ad David*, &c.] Utroque scilicet connumerato. ¶ *A David*, &c.] Utroque scilicet excluso, tum Davide, inquam, tum Jechoniâ: nam illud, *usque ad deportationem Babylonicam*, perinde valet atque, *usque ad Jechoniam*, ex collat. v. 11 [y]. Terminum hîc figit, non in Jojacimo, in quo captivitas inchoata est, nec in Sedecia, in quo consummata erat, sed in Jechonia, qui medium inter eos locum obtinet. Et ab eo captivitatem orditur Ezechiel per totum librum, ut 8. 1. & 20. 1. & 26. 1. &c [z].

18. *Christi*, &c. Χριςοῦ ἡ γέννησις (olim plerique codices habuerunt γένεσις: sic enim scriptor Dialogi adversus Macedonianos, non semel citat, &c. sed non multum interest, utro legatur modo [a]. Γέννησις de eo dicitur qui natus, sive genitus est: γένεσις originis significationem habet generaliorem, & longiùs etiam retrò abeuntis [b].) οὕτως ἦν] *Christi nativitas* (i. e. tum conceptus, tum partus [c], vel, *generatio*, Vulg. Sy. Mo. Quod hîc non convenit [d], quia non h. l. explicat Incarnationis historiam, sed, ubi & quomodo illum peperit Maria [*].) *ità*, vel *sic*, (vel *hujusmodi*, Sy. *talis*, Er. Ti. Be.) *fuit*, Tre. Be. Il. Pi. Ar. Sch. Bru. vel, *habet*, vel *se habet*, M. Ca. Be. Bru. h. e. sicut sequitur, singulari modo, &c [f].) Hâc præfatiunculâ excitat auditores, rem prodigiosam narraturus [g]. ¶ *Cum*, &c.] Μνηστευθείσης γὰρ, &c.] *Cùm enim*, (vel, *Cùm*, Vulg. Ca. Pers. G. &c. γὰρ hîc non est causale [h], sed expletivum [i], sive explanativum, valétque *nempe* [k], vel, *enimverò* [l]: γὰρ hîc abundat [m], ut Luc. 12. 58. & alibi [n]:) [quando autem, vel in quibus circumstantiis redundat, vide in Schmidio de ea re h. l. criticè disserente.] *desponsa* sive *desponsata esset*, &c. Tre. Il. Be. Pi. Ar. Sch. h. e. sponsa [lege *sponso*, h. e. Josepho, ut addit Auctor] tradita [o], recèns nupta [p]: nam & ipsa vocatur γυνὴ *uxor ejus*, & Joseph ἀνὴρ *vir*, non νυμφίος *sponsus*, ejus [*]. Nisi ità conjuncta fuisset Virgo Josepho, ut sine infamia eam cognoscere potuisset, quod ante nuptias non potuit; rursùs, nisi tamdiu ei nupta fuisset, ut gravida esset, non satis, aut Virginis, aut Prolis, honori consultum fuisset. Minimè verò credibile est, aut cùm jam uterum gestaret, aut postquam peperisset, tum nuptias celebratas, aut eam sponso traditam: & tamen simul eos ut conjuges vixisse constat ex Luc. 2. 42 [||]. *Sponsam* vocat, non quòd ducta non esset, sed, quòd non non magis à viro cognita est, quàm sponsa nondum nupta [q]. Causæ autem cur ex nupta Christus nasci voluerit, sunt hæ [r]; 1. Ut Mariæ (& Christi [†],) genus per Josephum innotesceret [t]. 2. Ut Virginis honori consuleretur; atqui non est consultum, si nondum nupta concepit [v]. 3. Nè Christus spurius videretur, ideóque à Judæis rejiceretur. 4. Ut Joseph castitatis virginitatísque Mariæ custos esset, & testis idoneus [x]; quippe qui eam scire & debuit & potuit, quemque credibilius erat, naturali maritorum zelotypiâ, impudicitiam, ubi non esset, suspicaturum, quàm, ubi esset, defensurum fuisse [y]. [Alii eam tantùm *desponsatam* fuisse volunt.]

[t] Bru. [v] G. [x] Sch. [y] G. sic Sch. [z] G. [a] Bru. [b] Be. [c] Pi. [d] Span. [*] Mal. [f] Span. sim. Mal. [g] Span. [h] G. [i] Span. [k] Span. sic G. Ham.

[l] G. [m] Mal. [n] Mal. sic Span. ex Chrys. & Theoph. Li. &c. [o] Span. [p] Span. Li. harm. [q] Mal. Span. [r] Mal. Span. Li. [†] Mal. sim. Span. Li. [t] Span. dnb. 15. [v] Span. ex Jans. [x] Span. [y] Pi. [z] Li. harm. [a] G. [b] Camer. [c] Pi. sim. Bru. [d] Le. sim. Er. Scul. [*] Be. [f] Pi. [g] Er. [h] Be. Sch. [i] Be. [k] Sch. [l] Be. Sch. [m] G. Sch. [n] G. [o] Bru. [p] Bru. sic Mal. [*] Mal. [||] Bru. [q] Mal. ex Chrys. [r] Mal. [†] Bru. [t] Strig. ex Hi. sim. Bru. [v] Mal. [x] Mal. sim. Bru. [y] Mal.

Græcis μνηστὴρ est *procus*, qui puellæ nuptias ambit, & μνηστεύειν est, vel, *tradere sponsam proco* [z], vel, *in uxorem petere*, ut in Homer. Odys. 6. 276 [a]. Inter sponsalia & nuptias tempus aliquot intercessisse constat ex Deut. 21. 12, 13. Sic & Terentius, *Placuit, despondi: nuptiis hic dictus est dies*. Μνηστεύειν & γαμεῖν Græcis differunt, ut Hebræis ארש & לקח אשה, & Latinis *sponsalia* à *nuptiis* [b]. Est quidem hæc vis verbi μνηστεύεσθαι, sed ea non semper observatur. Nam Maria etiam domum ducta vocatur μεμνηστευμένη, Luc. 2. 5 [c]. [Persica versio sic habet, *Cùm matrem ejus Mariam Josepho nuptum dedissent*.] ¶ *Antequam*, &c. Πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτούς.] *Ante convenire ipsos*, Mo. *antequam*, sive *priusquam* (*ipsi*, Be. P. Pi.) *consociarentur*, Tre. vel, *consortium haberent*, Sy. *sese cognoscerent*, Ar. *congressi fuissent*, Er. sic Camer. *sibi invicem appropinquarent*, Æth. vel, *cohabitarent*, vel, *cohabitatum convenissent*, sive *commigrissent*, Sch. vel, *convenissent*, Ti. Ca. V. sic Pers. scilicet in eandem domum [d]: quin necdum in eodem oppido habitâsse videntur, sed Joseph in Capernaum, & Maria Nazarethæ [*]: q. d. Priusquam illam duxisset domum [f], nuptiis publicè celebratis †. Cùm vox συνελθεῖν, aut *domicilii*, aut *tori conjunctionem* significet, priorem significationem præfero [g], propter id quod sequitur, *nè metuas* παραλαβεῖν (adjungere tibi, i. e. desponsam ducere [h],) *Mariam*, & deinde, παρέλαβε γυναῖκα, &c. Ea enim vox, nisi ubi ad animum refertur, φόρον τινα (*lationem quandam*) significare solet in N. T: idémque hîc esse videtur, quod Joan. 19. 27. λαμβάνειν εἰς τὰ ἴδια (*accipere in sua*.) Est ergò παράληψις, ubi de sponso sponsaque sermo est, id ipsum quod Romani *domum ductionem* vocant. Tobiæ scriptor ejus loco dixit κομίζεσθαι, 7. 15. quo modo eam vocem & Andocides usurpavit, sed addito εἰς τὴν οἰκίαν (*domum*.) Huic hujus loci interpretationi favet traditio vetus Nazarethanorum memorata Hieronymo locis Hebraicis [i]. Sic & Græci dicunt γυναῖκα πρὸς οἶκον ἄγεσθαι (*uxorem domum ducere*) Hesiod. ἔργ [k]. Non videtur perpetuum fuisse, ut à sponsalium die sponsa in sponsi domum transiret; quanquam Chrysostomus id affirmat, credo, quia Antiochiæ suâ ætate id fieri videbat. Cùm Judæi ipsi dissentiant, credibilius est liberi juris id fuisse, aliterque atque aliter usurpatum pro utriusque commodo. Nam Rebecca deducta est ad Isaacum ante nuptiarum solennia, quia Isaaco incommodum erat in Mesopotamiam proficisci. Contrà, Sampsonis sponsa mansit in domo paterna. Et id fuisse usitatius satis probabiliter colligitur ex Deut. 20.7. quod & Romanis moribus proditum est à Modestino, eam quæ desponsa est ante contractas nuptias domicilium non mutare. Cæterùm illud constat, sponsas intactas fuisse, donec, convocato cœtu, matrimonium solenni prece initiaretur: quod non tam lege præceptum, quàm ab antiquissimis, ut arbitror, patribus traditum, Judæi ut olim ità nunc quoque observant; à quibus ad Christianos id institutum honestatis plenissimum manavit: qua de re agemus infrà ad cap. 25. Itaque, etiamsi virginalis pudicitiæ custodiam in se sponsus recepisset, manebat tamen sponsa ad nuptiarum diem, ἐν τῇ γυναικωνίτιδι, à sponso sequestrata, perinde quasi in alia domo ageret. Id enim significari videtur, Gen. 24. 67. Atque eidem mori, ut jam recepto, superstructa est Lex illa de captiva muliere, quæ exstat Deut. 21. 13 [l]. Sensus hujus loci est, Antequam eam accepisset uxorem [m]: ut mox ait Angelus ipse, v. 20 [n]. Videtur enim id hîc intelligi quod desponsationem proximè sequitur, & τὸ συνελθεῖν antecessit. Et inter sponsalia & nuptias tempus intercessit, Deut. 20.7. in quo hoc accidere poterat ut gravida esset, vel videretur. Deinde τὸ συνελθεῖν explicatur per παραλαβεῖν, &c. *accipere*, &c. quod significat uxorem ducere, ut Tob. 7. 13. Vide & Deut. 20. 7. & respicit τὸ διδόναι dare, quod ad patrem sponsæ pertinet, Tob. 7. 11, 13. idque exemplo Dei, Gen. 2. 22 [o]. *In locis plurimis vir fœminam desponsat, ad se autem non ducit, nisi interposito aliquo temporis spatio*, ait Glossa in Maimon. Distinguitur meritò & apertè à Canonibus Judaicis, inter *privatum* ante nuptias inter desponsantem & desponsatam *consortium* vel *colloquium*, & *introductionem* desponsatæ in domum mariti. De utrovis hunc locum intelligas licet, vel de utroque. Non solùm ad se domum eam non deduxerat, sed & solus cum sola, ultra limites colloquii cælibum Canonicos, consortium non habuerat; & tamen inventa est gravida [p]. [Alii locum aliter exponunt.] Non intelligo de consuetudine domestica, sed de conjunctione connubiali [q]; *antequam convenissent*, nempe in cubile nuptiale, h. e. concubuissent concubitu seminis [r]: sic viri dicuntur *ingredi* ad mulieres, Gen. 6. 4. & 16. 2, 4 †. Est ὑποκορισμὸς, quo res inhonesta honesto declaratur verbo [t]. Verecundè significat congressum mariti & uxoris [v]: de quo usurpatur vox συνέρχεσθαι, 1 Cor. 7. 5 [x]. affertur etiam ex Sophocle, συνῆλθον τὸ σὸν (pro εἰς τὸ σὸν) λέχος [y]. Hanc expositionem postulat institutum Matthæi, qui vult ostendere, Mariam fuisse gravidam antequam cum viro suo consuevisset, ac proinde Josephum aliquid hîc vitii suspicatum fuisse, &c [z]. [Aliis hæc sententia non placet:] Ut de conjunctione maritali hîc agatur, nondum permittit ordo rerum, antequam contrahantur nuptiæ; eáque denotatur aliâ phrasi, videl. *cognoscendi*, v. 25 [a]. Neque hoc significat ipsum *conveniendi* verbum, nisi sensu remoto & consequente, ut 1 Cor. 7. 5. ubi etiam de conjugibus loquitur jamdudum cohabitantibus; quod h. l. non fit [b]. Cùm autem dicit, *priusquam convenirent*, non sequitur eos postea convenisse, ut finxit Helvidius [c]: [ut patebit multis exemplis;] si dicam, *Judices de causa pronunciârunt, priusquam causam cognoscerent*, non sequitur eos postea cognovisse, sed tantùm causâ non cognitâ cognovisse; ità & hîc *priusquam coirent*, i. e. absque coitu [d]: Quum dico, *Melchior antequam pœnitentiam ageret, obiit*, non sequitur illum post obitum pœnitentiam egisse [*]: Virgil. Æn. 4. *Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat*; nec tamen potuit *priùs* Dido à terra devorari, deinde pudorem violare. Thucydides, *Remittunt priùs hominem, quàm audierunt*, cùm certè illum nunquam postea audierint. Sic dicimus, *Antequam absolveret domum*, decessit, &c [f]. Explicat id h. l. Evangelista, quod necessarium erat & dubium, videl. unde concepisset; illud tacet quod neque quærebatur, neque erat necessarium [g]. ¶ *Inventa*, &c. Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα.] *Inventa* (i. e. deprehensa, vel reperta [h], subitò, & inopinatò [k],) *est* (à Josepho, qui maritali curâ observabat omnia sponsæ, nec fugitabat illa mariti conspectum, quæ sibi malè conscia non erat [l];) *in utero*, sive *ventre habens*, Mo. Æth. Be. Helenismus geminus [m], 1. ἔχουσα pro ἔχειν [n]: 2. Ellipsis; subauditur τὸ ἔμβρυον (*embryonem*) vel, βρέφος (*infantem* [o].) vel, *gravida*, sive *prægnans*, Sy. Ar. Ti. Sch. vel, *in utero habere*, Tre. sim. P. Ca. *Compertum est eam esse prægnantem*, Pers. indiciis valde probabilibus [p], videlicet ex tumore ventris, &c [q]. post trimestre à Christi conceptione, postquam ab Elisabetha redierat. Luc. 51. 56 [r]. & confer Gen. 38. 24. Spatium trimestre ad rem istiusmodi detegendam assignant Hebræi, *Fœmina*, inquiunt, *viduata non nubit, nisi post 90 dies; ut nempe dignoscatur, utrum gravida sit, necne; atque ut inter sobolem primi mariti distinguatur ac secundi. Pari modo vir & uxor, proselyti facti, per 90 dies à se invicem segregantur, ut dijudicari possit inter prolem in sanctitate genitam* (i. e. intra veram religionem: vide 1 Cor. 7. 14.) *& prolem genitam extra sanctitatem*. Maimon. in Gerushim cap. 11. & Talm. in Jebamoth, c. 4. & Chetubboth, c. 5. fusè †. ¶ *De* (vel *è*, sive *ex*, Er. Be. Sch. Tre. Ti. P. Ca.) *Spiritu Sancto*] Ἐκ ponitur pro ὑπὸ, ut notet causam procreantem, ut Rom. 11. ult. ἐξ αὐτοῦ, &c [t]. τὸ *ex*, interdum materiam notat, ut Johan. 1. 13. *Ex sanguinibus*, &c. interdum verò causam efficientem, ut ibidem sequitur, *ex Deo*; sic Mat. 15. 5. *Donum quod ex me est*, h. e. à me: & 21. 25, *Baptismus Johannis unde est? ex cœlo*, &c? i. e. à Deo, Joan. 8. 44. *Ex patre Diabolo estis*: Rom. 11. 36. *Ex eo, per eum* —— omnia [*]. *A Spiritu Sancto*, tanquam causâ operante hanc conceptionem [v]: q. d. non viri alicujus, sed Spiritûs Sancti operâ [x]. Refertur hoc, vel, 1. ad totum quod præcessit [y]; neque enim Josephus per Spiritum S. intellexit eam gravidam esse: vel, 2. ad proximum verbum *in utero habens* [z]; ut sit anticipatio, & ellipsis pronominis cum verbo, quæ Hebræis non insueta est [a], sub. *istud autem erat* [b], ut locus sic vertatur, *Compertam esse gravidam*, quod erat *è Spiritu Sancto*: Gravidam eam esse didicit ex evidentibus signis; hoc autem esse Spiritûs Sancti opus, ex Angelo

[z] Er. [a] Sch. [b] Be. [c] Mal. [d] V. sim. D. Be. Sch. Li. harm. [*] Li. harm. [f] Be. sim. V. Sch. † Sch. [g] G. [h] V. [i] G. [k] Sch. [l] G. [m] Be. sim. Ham. [n] Be. [o] Ham.

[p] Li. ho. [q] Zeg. [r] Pi. D. † Pi. [t] Mal. [v] Er. sim. Mal. ex Hi. Bru. [x] Be. [y] Pi. [z] Pi. sim. Mal. [a] Ham. [b] Sch. [c] Val. sic Bru. [d] Er. [*] Zeg. [f] Val. [g] Mal. [h] Er. V. Bru. Mal. Pi. [k] Mal. sim. [l] Bru. [m] Pi. [n] Pi. sic Er. [o] Pi. sic Sch. Bru. [p] Pi. [q] Pi. sim. Mal. [r] Bru. sim. Li. ho. † Li. ho. [t] Pi. [*] Gom. [v] Sch. [x] Bru. [y] Q. in Bru. [z] Bru. [a] Be. [b] Pi.

gelo demum cognovit; nec enim aliter, nisi ex revelatione id intelligere potuit [c]. Ut Deus Adamum fecit, ex terra, ita Spiritus Christum, ex sanguine Mariæ [d]. Sic nasci decuit Christum, 1. nè alium haberet patrem præter Deum: 2. nè in peccato orignis nasceretur, quod & Majestati ipsius & Officio contrarium fuisset: 3. ut ab omni libidinis atque impuritatis sorde procul ejus abesset Nativitas [*]. Cæterùm Spiritui Sancto tribuitur [f], non quasi solus Spiritus hoc effecit, nam *omnia opera Trinitatis extra* ipsam omnibus Personis communia [g]; sed per usitatam illam in S. S. attributionem, quâ, quod tribus Personis commune est, propter officium aut proprietatem Uni tribuitur; ut, quod potentiæ est & gubernationis, Patri; quod sapientiæ, Filio [h]; quod benignitatis, liberalitatis, fœcunditatis atque vivificationis [i], & sanctitatis sive puritatis [k], (quale hoc opus inprimis fuit,) Spiritui Sancto [l].

19. *Joseph autem vir ejus, cùm,* &c. Δίκαιος ὤν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν] *Quum* (vel, *Quoniam*, Er. Mal. Causa enim redditur sequentium [m]. *Quamvis*, Calv.) *esset justus*, Be. Ti. Vulg. Sch. &c. *&* (sub. *tamen*, Pi.) *nollet* (vel, *noluit*, Sy. Æth. sic Ar. Pers. Tre.) *eam traducere*, Vulg. P. Ti. (i.e. promulgare, ut *traducendi* vox sæpe sumitur, [de quo vide, si lubet, Erasmum.] Al. *publicare*, Tre. sim. Ar. Pers. *infamare*, Er. V. Il. *ignominiæ exponere*, Be. sic Sch. vel, *exemplum facere*, Mo. Pi. sim. Ca. q. d. *exemplare*, Pi.) *voluit* (θέλω sign. *velle* in genere, βούλομαι sign. *velle deliberatò*; q.d. Non ex levitate aut fervore juvenili hoc voluit, sed honestatis & bonæ famæ studio, re priùs bene deliberatâ [*]:) *clàm* (non quidem conscio nemine, id enim fieri non poterat, cùm mos esset Judæis non minùs quàm Romanis, ut nec contraherentur nec dimitterentur sponsalia, nisi adhibitis testibus [n]: non clam Maria, quod non esset justum [†]; sed privatim, h. e. sine judicio publico, & non redditâ causâ [t], clam judicibus ac proinde populo [v]; opponitur enim τῷ παραδειγματίζειν [x]. Al. clàm eam deserendo [y], peregrinatione in aliam regionem institutâ, clàm dato libello repudii, quem nec evulgari necesse erat, nec repudii causas exponere, Deu. 24. 1 [z]. Videatur codex Talmudicus *Gittin*, ubi agitur de modo tradendi libellum repudii uxori repudiandæ, inter alia, clanculùm posse dari, si modò sic visum esset marito, vel, in manum, vel, in sinum, fœminæ, duobus testibus tantùm præsentibus [a].) *eam dimittere*, Be. vel, *abdicare*, sive *repudiare*, Sch. Val. Sancta Virgo non aperuit marito arcanum, (quod mirum videri poterat,) vel, quia desperabat illa à se persuaderi posse, aut Deo id sapientiùs se commissurum judicabat, à quo cognatæ Elizabethæ jam patefactum fuisse didicerat, Luc. 1. 43 [b]. Ἀπολῦσαι Græcis significat, *volentem abire* (cùm posses jure tuo retinere) *dimittere*. At hîc, ex Hebraismo, sign. *volentem manere à se amandare*, respondétque Hebræo שלח, quod quidem propriè sign. ἐκβάλλειν, *contumeliosè & vi quadam ejicere*, ut Gen. 21. 10. interdum tamen sign. *amicè monere aliquem ut abscedat*, ut Psal. 34. 1 [c]. ἀπολῦσαι est, *repudium mittere* [d]. Libellum autem repudii dare voluit coram paucis arbitris, parentibus aut proximis cognatis, intra privatos parietes [*]. [Duo hîc ulteriùs discutienda restant.] Qu. 1. Quid hîc παραδειγματίσαι? Resp. Est aliquem, vel aliquid, *exemplum facere* [f], h. e. punire [g], publicè supplicium sumere, quod fieri Lex jubebat in adulteras [h]. De lapidationis pœna Lege Mosis statuta in sponsas stupri compertas intelligo. Nam ad id tempus judicia Legis in Judæa per Herodem, qui Legis studiosus videri volebat, exercebantur. Τὸ παραδειγματίζειν de mortis pœna usurpatur, tum apud Hellenistas, ut apparet ex ό. interpretatione, Num. 25. 4. & ex additamentis ad Estherem, c. 14. v. 9. tum in Polybio; unde & Demosthenes διαρρήδην dixit ζῶντα παράδειγμα ποιῆσαι, (*viventem exemplum facere* [i].) Verba sic se habent, *Quod si*——*planè coarguatur ex rebus ipsis quas gessit, præcipuum quidem fuerit, si potestis, ut occidatis*: εἰ δὲ μὴ, ζῶντα τοῖς λοιποῖς παράδειγμα ποιῆσαι, *sin minùs, viventem cæteris faciatis exemplum* [*]. Παραδειγματίζειν hîc accipio de supplicio publico [k], & capitali sponsæ, &c. de qua vide Deut. 22. 14, 15, 21. quo etiam infamata erat & publicata, sive exemplum facta: quæ duo plenam verbi hujus significationem constituunt [l]. Παραδειγματίζειν est, exemplum

c Be. · d Mal. · * Bru. · f Bru. Mal. · g Mal. sim. Bru. · h Mal. · i Mal. Bru. · k Bru. · l Bru. Mal. · m Mal. · * Sch. · n G. · † Pi. · t G. · v Pi. · x G. · y Sch. · z Bru. · a Li. ho. · b Bru. · c Cam. · d G. · * Pi. · f Sch. sim. Ca. G. &c. · g G. ex Theoph. & Aug. · h Ca. · i G. · * Val. · k Pi. · l Ham.

statuere, in jus trahere, publicare, infamare [m], est, ignominiâ afficere, sive pœnâ irrogatâ, sive quocunque alio modo [n]. Archilochus, inquit Plutarchus, obscœnis versibus seipsum παραδειγματίζει, *infamem reddit* [o]. Sed hæc significatio metaphorica est, metaphorâ ab iis sumptâ, qui supplicio publicè affecti, exempla & infames fiunt [p]. Metaphoricè autem hîc accipio, pro, *ignominiæ exponere*; ut accipitur, Col. 2. 15. Heb. 6. 6 [q]. Παραδειγματίσαι non denotat pœnas in genere, neque atrocius aliquod supplicium, (ut ex eo patet quod ei verbo additur vox τιμωρίας in Polybio, lib. 2. ubi de Aristomacho Tyranno agens, *quem*, inquit, *oportebat, non silentio noctis cruciatum, Cenchreis mori, sed per Peloponesum totam circumductum*, καὶ μετὰ τιμωρίας παραδειγματιζόμενον οὕτως ἐκλιπεῖν τὸ ζῆν, i. e. ut Casaubonus vertit, *& exempli causâ per omnium ora traductum, inter tormenta vitam finire*,) sed, pœnæ quandam speciem, neque est tam παράδειγμα ποιῆσαι, *exemplum statuere*, quod omnes pœnæ faciunt, quàm *ignominiâ afficere publicâ*. Sunt nempe pœnarum distincta genera; *mulctæ*, quæ pecuniariæ sunt, κόλασις & τιμωρία, quæ corpus afficiunt, & παράδειγμα, seu παραδειγματισμὸς, qui infamiâ afficit. Sic παραδειγματίζειν sumitur tum à ό. Jer. 13. 22. & Ezec. 28. 17. ἔδωκά σε παραδειγματισθῆναι, *exposui te ridendum regibus*; tum Heb. 6. 6. & Col. 2. 15. ubi simplex δειγματίζειν usurpatur eodem significatu pro composito παραδειγματίσαι, ut patet ex adjuncto verbo θριαμβεύειν, quod est, *ludibrio exponere*, ut in Evagrio, ubi Patriarcha Imperatori sic minatur, θριαμβεύσω σε τοῖς δήμοις, *ludibrio te exponam populis* [r]. Atque ità sumi h. l. docet, quod opponitur hîc publica ignominia privatæ dimissioni [†]. Παραδειγματίζειν apud antiquos Græcos Scriptores est, *supplicio afficere*; apud Græcos autem recentiores est, *traducere*, ac ludibrio habere. Et sic capiendus hic locus, non de capitis pœna, quam si intellexisset, dixisset, μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματισθῆναι, *cùm nollet eam puniri* [‖]; [nempe à Magistratu: neque enim maritus potuit eam capite plectere, potuit autem traducere.] Qu. 2. Quo sensu & qua de causa Josephus h. l. *justus* dicitur? Resp. 1. Sensus est, q. d. Quum esset justus, noluit tamen eum παραδειγματίσαι, ut scilicet videbatur justitia postulare, ut sponsam deferret ad judices qui eam capite mulctarent, ex Lege Deuter. 22. 20, &c [t]. *Justus* erat, i. e. probus [v]; itaque noluit injuriam suam summo jure persequi [x]; malebat eam vitiatam cœlibem videri (qualis putaretur, si clàm divortium fecisset) quàm ut adulteram capite plecti [y]. Obj. At Deus adulterium noluit tolerari, &c [z]. quî ergò Joseph justus erat? Resp. 1. Suspicatus est Josephus (ut sunt bonorum virorum suspiciones proniores in clementiorem partem) eam gravidam ex conceptu qui sponsalia præcessit [a]. Id si contigisset, oportebat Mariam ducere uxorem eum à quo vitium ei oblatum fuit, ex Lege Deut. 22. 28 [b]. & Maria ei potuit nubere, si à sponsione [Josepho facta] liberata esset [c]. [Aliis hoc non placet.] Mihi verisimilius est uteri signa respondisse tempori conceptionis, quod sponsalibus posterius fuit, Luc. 1. 26. Non veritus est Augustinus dicere, *cùm nihil aliud quàm adulteram credidisset*. Similiter & Justinus in Colloq. cum Tryph. Resp. 2. Neque verò, id si ità esset, indignum fuit viro bono puellæ de vita famâque simul periclitanti parcere. Nam, ut omittam quod de vitio in urbe oblato Lex decernit, Deut. 22. 24. ejus esse generis cujus sint pleraque Legum, quæ ità respiciunt id quod ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidit, ut tamen evenire possint facti species in quibus deficiat Lex διὰ τὸ καθόλου, eóque egeat ἐπανορθώματος, etiam, præter vim, multa alia possunt accidere quæ culpam non tollant quidem, sed minuant, in quam partem semper credula est bonitas [d]. Adde, quòd Josepho omnia benigniùs interpretandi causam præbuerunt perspecti Virginis mores [*]. Et, si Ambrosio credimus, non solùm ab ultionis atrocitate, sed etiam ab accusationis severitate, aliena justa persona est. Lex accusatæ & convictæ pœnam irrogat [f], accusationem autem nemini imperat [g], nè marito quidem [h], nisi in ipso facto deprehenderetur, Num. 25. 8. collat. cum Levit. 20. 10. & cum Deut. 22. 28. Joh. 8. 4, 5. alioquin licebat marito adulteram ferre, Jud. 19. 2, 3 [i]. Non præcepit Lex maritis, sed permisit, eas ad pœnam deposcere, Num. 5. 12, &c. neque ad maritos propriè pertinet, sed ad Judices, quod est Deut. 22. 22. *Auferes malum de Israel* [k].

m Bru. · n Sch. · o Sch. Pi. · p Pi. · q Gom. · r Scul. exerc. Evang. c. 45. · † Scul. ib. sim. Gom. · ‖ Salmas. in Wal. · t Pi. · v Er. Be. Pi. Sch. · x Be. · y Ca. · z Cam. sim. Be. · a Q. in Cam. sim. Fe. Pi. · b Be. · c Pi. · d G. · * G. sim. Bru. · f G. · g G. sim. Bru. Li. harm. · h Bru. Li. harm. · i Li. harm. · k Bru.

Aliud Magiſtratûs, aliud privatorum, officium eſt: nec verò ſubditi & privati tenentur, (niſi cùm grave aliquod periculum metuendum eſt) quorum criminum ſoli conſcii ſunt, ea deferre, præſertim verò in eo genere [l]. Τὸ παραδειγματίσαι mortem hîc non innuit, ſed publicam potiùs infamiam. Nam dubitari poſſit, an adultera ad capitale ſupplicium adducenda eſſet. Nam quamvis exhibita fuerat Lex de adulterio morte mulctando, Levit. 20. 10. Deut. 22. 22. ac pari modo hac in cauſa ageretur cum deſponſata, ac cum jam in uxorem ducta; eouſque tamen delenita, nè dicam, enervata eſt Lex iſta per Legem de dando libello repudii, Deut. 24. 1, &c. ut non licuerit ſolùm marito uxori adulteræ ignoſcere, atque ad Synedrium non exigere, ſed vix potuerit, ſi vellet, morti ſubjicere. Quorſum enim aliter indultus eſt libellus repudii? Nihil ergò hîc conatur Joſephus, quod non ſummo cum conſenſu potuit, & Legis, & Gentis. Adultera potuit dimitti: deſponſata non potuit dimitti abſque libello repudii, de quo ſic Jura Judaica: *Triplici modo deſponſatur fœmina, Pecuniâ ſcilicet, aut ſcripto, aut coitu: Et ſic deſponſata, tametſi adhuc non maritata, illius tamen ea eſt uxor. Et ſi quis cum ea præter ipſum coierit, morte mulctandus eſt à Synedrio. Siquc ille ipſe velit eam dimittere, opus habebit libello repudii* [m]. [Hæc de prima reſponſione.] Reſp. 2. Eſt hoc enunciatum cauſale, q. d. Quum eſſet juſtus, voluit eam dimittere [n], ut conſcientiæ ſuæ ſatisfaceret, & nè adulteram fovens criminis particeps fieret, & adulterini partûs ſtultè patiens obſequutor [o]: ut poſſet nubere ei à quo eſſet compreſſa [p]: probus erat, itaque noluit alienam uxorem retinere [q]. Adulteram uxorem nè honeſtè retinendam permittebant Ebræorum mores: nimirum peccâſſe volunt virum, veluti tum lenocinii reum, tum in poſteros, injurioſum. Joſephus ergò, cùm eſſet juſtus, i.e. rituum patriorum obſervantior, retinendam uxorem minimè cenſuit: Cùm autem vir in uxorem agere potuit, aut criminaliter, eam capitis accuſando, aut lege civili, nomine dotis, ſive reſcindendæ ſive minuendæ; maluit eam occultè dimittere, i. e. non quidem ſine teſtibus, ut volunt aliqui, (cùm nullum eſſet legitimum ſine libello repudium, nec ullus ſine teſtibus libellus legitimus) ſed ſine ſtrepitu forenſi, & abſque criminis, aut dotis ſive diſpendii ſive diminutionis, infamia. Neque autem in libello ullo cauſæ divortii mentio adhiberi ſolebat, ſed verba duntaxat quæ matrimonium ritè diſſolverent: cauſa ipſa, ubi pro mariti arbitrio fiebat repudium, nec dotis jactura ſequebatur, in mariti conſcientia repoſita. Ubi verò etiam ſequebatur ex cauſa repudii dotis jactura, aut in actis fori, aut in ore hominum, aut in utriſque, ut fieri ferè amat, ipſa cauſa, unde & infamia ſecuta eſt, publicabatur [r]. Putârunt quidem Chriſoſt. Hieron. &c. non licere viro adulteram uxorem retinere. Idque nè fieret, fuit aliquando Eccleſiaſticis decretis conſtitutum. Sed hæc ſententia à tota Eccleſia deſerta eſt. Lex enim adulteram dimittere permittebat, non jubebat, Chriſto etiam Interprete, Matt. 19. 8. Marc. 10. 4, 5 †. Reſp. 3. Hoc vult, q. d. Juſtus erat, ideóque hoc clanculum facere voluit, ut uxoris famæ conſuleret [t]. *Juſtus* erat, i. e. omni virtutum genere cumulatus: hinc eam voluit occultè dimittere, quod Charitas, virtutum Regina, poſtulabat [v]. Sed non videtur hîc mihi ſignificari juſtitia illa generalis, de qua Luc. 1. 6. ſed potiùs, ſpecialis aliqua [x], neque verò διανεμητικὴ (*diſtributiva*) aut συναλλακτικὴ (*commutativa* [y],) ſed probitas [z], benignitas, clementia, & animi manſuetudo [a], illa quam peculiarter *bonitatem* vocare ſolemus [b]. Phraſis eſt Hebraica: צַדִּיק nempe illis idem eſt quod חָסִיד ἐλεήμων [c]; quomodo & צְדָקָה paſſim [d], in Daniele & alibi [*], ἐλεημοσύνην (*eleemoſynam*) ſignificat [f]; vel, χρηστότητα, *miſericordiam*, quo factum eſt, ut etiam benignitas erga pauperes eo nomine Hebræis ſignificetur [g]. Ità ſumitur Deut. 24. 13. Pſal. 112. 9. Prov. 11. 18, collat. cum 24 [h]. Neque malè huc referas 1 Johan. 1. 9. *fidelis eſt* & δίκαιος, &c. Sed & Tobias, 14. 10. conjunxit ut affinia ἐλεημοσύνην καὶ δικαιοσύνην. Propiùs autem huc pertinet quod Ariſtoteles ait, τὸ ἐπιεικὲς eſſe δίκαιον δίκαιον πρὸς βέλτιον [i]. Et unus Brachmanum in Philoſtrato ridet Græcos, quòd illis δικαιοσύνην tantùm ſit, quæ injuriam aliis inferre prohibet, cùm præcipuum, inquit, illius officium, & vocis ſignificatio, ſit χρηστότης, ἀγαθότης, φιλανθρωπία, *bonitas*, *benignitas*, *humanitas* [k].

[l] Cam.
[m] Li. ho.
[n] Pi
[o] Bru.
[p] Pi.
[q] Be.
[r] Selden. in Wal.
† Mal.
[t] Pi.
[v] Mal.
[x] G.
[y] G. Cam.
[z] Cam.
[a] Cam. ſim. Ham. D.
[b] G.
[c] Cam. ſim. Ham.
[d] Cam. G.
[*] G.
[f] Cam. Ham.
[g] G.
[h] Ham.
[i] G.
[k] Ham.

Donatus ad illud Terentii Andriâ, *juſta fuerit ſervitus. Juſta*, inquit, *moderata*. Præcipuè autem bonitas hæc ſe oſtendit, quoties pœnas legibus præſcriptas non rigidè exigimus: nam, ut ait Sopater Philoſophus, τὸ ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι κείμενον τῆς δίκης οὐκ ἀναίνεται τὸ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον τῶν χαρίτων πρόσωπον (*Ea pars juſtitiæ, quæ circa crimina verſatur, non dedignatur*, ſive *recuſat, clementiam humanámque gratiarum faciem.*) Chriſoſtomus bene hoc loco, Δίκαιος, i. e. χρηστὸς καὶ ἐπιεικής [l]. Sed non opus eſt ut vocem δίκαιος cruciemus, ut ſenſum *manſuetudinis* aut *clementiæ* extorqueamus; nam diviſim conſtructis verſiculi clauſulis, patebit ſenſus clarus, molliſque ſatis. *Joſephus, cùm eſſet juſtus*, non potuit, non voluit, adulteram ferre; *at nolens tamen*, Παραδειγματίσαι, clemens cùm eſſet, atque uxorem amans, *voluit eam clam dimittere* [m].

20. *Hæc*, &c. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος] *Hæc autem* (de dimittenda uxore, &c [n].) *quum cogitâſſet*, Pi. ſim. Mo. Æth. vel, *meditaretur*, Tre. Ar. ſic Sy. vel, *animo agitaret*, G. ſim. Ar. Il. Ti. Ca. ut plerumque vox ſumitur apud Græcos Scriptores, & Act. 10. 19. Videtur enim inclinâſſe quidem ad repudium, ità tamen, ut nihil dum certi conſtituiſſet, &c [o]. Laudatur prudentia, quòd non temerè prorumpit ad verba, vel ad opus, ſed perpendit, &c [p]. *Cùm in animum induxiſſet*, vel, *apud ſe conſtituiſſet*, Be. ¶ *Angelus Domini*] Gabriel [q], haud dubiè; vide Luc. 1. 11, 19, 26 [r]. Hebræi ſpiritus iſtos, qui inter Deum rerum opificem hominéſque ſunt interpoſiti, modò אֱלֹהִים θεοὺς (*deos*,) modò מַלְאָכִים ἀγγέλους (*Angelos*,) vocant. Atque indè eas appellationes ſumpſit Pythagoras, quem multa hauſiſſe ab Hebræis Numenius aliique Pythagorici profitebantur, cujuſque adeò inſtituta eadem eſſe cum Eſſenorum inſtitutis Joſephus prodidit. Sed & eas voces uſurpavit adhibito diſcrimine. Nam θεοὺς vocabat mentes ſublimiores, & ad Divinam naturam propiùs accedentes, quas ſtatuebat ἀτρέπτους (*immutabiles*:) ἀγγέλους autem, eos ſpiritus qui proximum primis illis locum eſſent ſortiti, ὡς ἐκφαίνοντας καὶ διαγγέλλοντας ἡμῖν τοὺς πρὸς εὐζωΐαν κανόνας, (*ceu tradentes nobis regulas bene vivendi*,) ut loquitur Hierocles; qui itidem nos docet, illos communiter dictos ἀγγέλους iterum diſtinctos in claſſas tres, in ἀγγέλους propriè ac peculiariter ità dictos, in δαίμονας ἀγαθοὺς, (*dæmones bonos*,) καὶ ἥρωας, (*heroes*.) Quæ omnia ex Pythagoræ ſchola in Platonicum ſunt derivata. Scriptor eorum carminum quæ olim ab ipſis etiam Paganis pro Orphicis ſunt habita, quem alii Cecropem, alii Onomacritum Pythagoræ diſcipulum aiunt fuiſſe, Angelorum meminit iſtis verſibus, Τῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύμοχθοι Ἄγγελοι, οἷσι μέμηλε βροτοῖς ὡς πάντα τελεῖται (*Igneo autem throno aſtant laborioſi Angeli, quibus curæ ſunt actiones & res mortalium.*) Uſurpant vocem ἀγγέλων hoc ſenſu, & Ariſtides hymno in Minervam, & Porphyrius & Iamblichus paſſim, & Chalcidius in Timæum. At Hebræi Helleniſtæ θεοὺς non libenter eos vocârunt, quia id nomen jam paſſim apud Gentes in Summi Dei injuriam uſurpabatur. Sed & ἡρώων vocabulo repudiato, & δαιμόνων ad maleficos ſpiritus relegato, in uſu apud eos manſit nomen ἀγγέλων, quo & οἱ. utuntur ſæpiſſimè, & eorum exemplo N. Fœderis Scriptores; imò & V. Teſtamenti Chaldæi Paraphraſtæ. Quidam Helleniſtæ Angelos vocabant ἐγρηγόρους, (*vigiles*,) quod nomen & apud Chriſtianos legitur ex Dan. 4. 10 †. ¶ *In*, &c. Κατ᾽ ὄναρ] *In ſomno*, ſive *ſomnis*, Sy. Æth. Ti. Ca. Er. Il. Vulg. Optimè: ità enim loquuntur Accius, Ennius, Virgilius, cùm de viſis nocturnis agunt. Cicero *ſecundùm quietem* dixit. Ferme autem quatuor modis, ut Hebræi rectè notant, ſolet Deus hominibus voluntatem ſuam patefacere, viſis diurnis, viſis ſecundùm quietem, voce, afflatu. Græcè ità dixeris, δι᾽ ὀπτασίας, δι᾽ ἐνυπνίων, διὰ φωνῆς, δι᾽ ἐπιπνοίας. Chalcidius ὀπτασίαν dividit in Viſum, quod à Deo, & Spectaculum, quod per Angelos. Reliqua vocat Somnium Admonitionem, Revelationem ‖. *In ſomnio*, vel *per ſomnium*, Sy. Ar. Er. Tre. Mo. Be. Pi. Sch. Bru. id eſt, nocturnâ viſione [t], per ſpecies in phantaſia formatas [v]. Mariæ vigilanti apparuit Angelus, quia ab ea fides requirebatur, & conſenſus, ut ex Spiritu Sancto conciperet; Joſepho autem dormienti, quòd ſatis illi hoc fuit, & facilè crediturus erat, &c. Nam faciliùs quæ facta ſunt, divinitùs, & præter naturæ Leges, fieri potuiſſe; quàm quæ facienda, fieri poſſe, credimus [x]. Eò autem certior factus erat

[l] G.
[m] Li. ho.
[n] Bru. ſic Mal.
[o] G.
[p] Bru.
[q] Bru. Sch.
[r] Sch.
† G.
‖ G.
[t] Be.
[v] Bru.
[x] Mal.

erat Josephus, quòd de cogitatis suis instrueretur, quas solus Deus novit, &c. Qu. Cur non ante conceptum res significata est? Resp. 1. Tum suspicioni relictus esset locus. 2. Quia res futura difficiliùs creditur quàm facta. Quantò autem magis vel diutiùs angebatur Josephus, tantò firmius est ejusdem veritatem edocti Testimonium. ¶ *Filii David*] Davidis mentione parat Josephi animum ad amplexandam gratiam Dei, & ad exspectandum ex uxore sua Christum promissum Davidi filium [y]. ¶ *Noli*, &c. Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν, &c.] *Nè timeas* (Timebat nè adulteram fovens Deum offenderet [z].) *accipere* (vel, *asciscere*, Ca. *adjungere tibi*, Er. Il. Ti. Sch. V. in consuetudinem vitæ; jam enim acceperat, sed divortium meditabatur [a]: vel, desponsam ducere [b]: vel, *accipere* tradendam tibi à suis ut priùs desponsam. Ἀπολαμβάνειν dicitur aliquis id quod possidere desiit, & postea recuperat; παραλαμβάνειν id quod tunc primùm traditum accipit: vel, *apud te recipere* [c]; vel, *assumere*, Æth. Tre. Pi. in contubernium, sive ad cohabitationem [d].) *Mariam conjugem*, sive *uxorem*, *tuam*, Mo. Sy. &c. i.e. quæ tibi pacta est uxor; nam quæ desponsa erat, jam uxor destinatione habebatur [*], ac proinde, *uxor* vocatur, Genes. 29. 21 [f]. Deut. 22. 24. ubi punitur tanquam adulter qui sponsam corrupit [g]. *Sponsa* etiam Græcis vocatur γυνὴ, in Sophocl. Ismen. v. 578. & 664. & 669. & δάμαρ (*uxor*) in Eurip. Oreste, v. 1095. & 1210 [h]. Possis vertere, ut sit *uxor tua*, ut subaudiatur εἰς τὸ εἶναι, ut apud Hebræos ellipsis τοῦ ל frequens est. Sed prior interpretatio verior est, ob adjunctum h. l. articulum τὴν [i]. ¶ *Quod in ea* (i. e. in utero ejus [k]; vel, *in*, pro *ex* [l]; sic *in ea*, ut etiam *ex ea*, Gal. 4. 4 [m].) *natum* (vel, *conceptum*, Er. V. Bru. Sch. *genitum*, Be. Pi.) *est* (Periphrasis fœtûs [n].) *de* (vel, *ex*, Be. Pi. *à*, Er. Be.) *Spiritu Sancto est*] h.e. Factum & profectum est totum illud à Spiritu Sancto, quomodo accipitur הָיְתָה, Psal. 118. 23 [o].

21. *Pariet autem* (ut vera mater [p],) *filium*] Suum, non tuum [q]; non dicit *tibi*, quia Christus erat ἀπάτωρ [r]; *filium*, non filiam [†]. ¶ *Vocabis* (sive per te, sive per Mariam, Luc. 1. 31. sive per utrumque, ex communi jure parentum [t]. Ità mandat ei Pueri, simul & Virginis tutelam [v]. Vel, *vocabunt*, Vulg. Sy.) *nomen ejus* (Semper fuere admirabiles, quibus ante nativitatem à Deo nomen impositum fuit, ut Salomon, 1 Par. 22. 9. Cyrus, Esa. 45. 3, 5. Johannes, Luc. 1. 13 [x].) *Jesum*, Ἰησοῦν] Aliis nomen hoc erat commune & vulgare, Christo verò proprium, novum & singulare [y]. Nomen *Jesu* ductum est à nomine *Jova*, interpositâ literâ ש Schin [z], ex nomine איש, ut significet Christum & Deum esse & hominem. Id didici ex Exod. 15. 3. יהוה איש מלחמה *Jova vir belli*, &c [a]. [reliqua in Authore videat, cui talia arrident.] Nomen hoc olim יְהוֹשֻׁעַ scribebatur, post capt. Babyl. יֵשׁוּעַ, in locum ה & ו, quæ usus detriverat, productâ sub Jod vocali. Ità scribitur apud Esd. & Neh. idque ex more Syrorum, sive Chaldæorum, qui ex βαριωνᾶ fecerunt βαριωνᾶ, ex כְּנַס, צוֹעַן, ex בַּעַל, בֵּל, &c. Sed & ultima vocis [Ἰησοῦς] litera primùm leviter pronunciata, (ut apparet ex voce Ἀβισουὲ, i. e. אֲבִישׁוּעַ, 1 Par. 8. 3. cui simile est Ὡσηὲ ex הוֹשֵׁעַ, & in simili litera נוּן Ναυῆ.) paulatim & ipsa evanuit: quam soni facilitatem secuti Hellenistæ Judæi Ἰησοῦ scripserunt, & facilioris constructionis gratiâ duobus casibus effigiatis, Ἰησοῦς, Ἰησοῦν. Sic Ἐλισαῖος ab Ἐλιὲ apud ό. & Ἠσαῦ, in Josepho. Et sic nomen istud & scribitur & declinatur, tum apud ό. tum in Sirach. de quo nihil immutàrunt Scriptores N. F. nullâ scripturæ differentiâ distinguentes hoc Christi proprium nomen ab ejus nomine, qui Mosi succedens populumque ducens in terras promissas, Christum, æternæ quietis Datorem, non tantùm nominis sono, sed & rebus gestis, adumbravit; ut videre est Act. 7. 45. Heb. 4. 8. Neque alia significatio hujus vocis comminiscenda est ab ea quam nos Angelus docet ἀπὸ τοῦ σώζειν, quæ cum Hebræa origine manifestè consentit. Est ergò Græcè σωτὴρ, quâ voce tantùm ait significari Cicero, *ut id Latino uno verbo exprimi non possit*. Mihi non videtur deesse vox Latina ejusdem originis atque efficaciæ, sed antiquior, & in Sacris magis quàm in usu populari recepta, *Sospitatoris*. Cæterùm quòd Christiani quidam ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι deducunt, in eo mihi non videntur ad aliam vocem Hebræam respexisse, sed quæsivisse vocem Græcam, quæ Hebrææ יֵשׁוּעַ non solâ significatione, sed sono insuper cohæreret, Philonis more, qui ità ad Græcas voces amat alludere, ut ab Hebræa notatione quàm minimùm recedat. Certum est Hebræum ישע modò valere ἰᾶσθαι, modò, per receptissimam translationem, *salutis dandæ* significationem eâ voce exprimi, sicut & Latinè *mederi alterius malis* dicitur, qui alterum ab incommodo liberat. Unde & ἰᾶσθαι pro σώζειν, Matt. 13. 15. Luc. 4. 18. & vicissim σώζειν pro ἰᾶσθαι ponitur; ut Matt. 9. 21. Marc. 6. 56. Act. 4. 9. Quin & K. ad Jer. 3. 22. *sanare* explicat, *peccata condonare*. Et hinc factum arbitror ut Judæi quidam inter Græcos versantes, cùm hoc ipso nomine Hebræo vocarentur, Græcè sibi nomen *Iasonis* fecerunt, quòd id nomen Græcæ consuetudinis ad Hebræum illud & soni vicinitate & originis significatu proximè accederet [b]. Pro ישוע scribitur ישו [c], defectivè [d], sive per Apocopen [†], quia pronunciatio literæ ע est difficillima [*]: ישו autem est Ἰησοῦ, &, terminatione Græcâ, Ἰησοῦς [f]. ¶ *Ipse enim salvum faciet* (vel, *liberabit*, Be. Sch. Bru. *servabit*, Pi. Quod hîc non placet, ob sequens ἀπὸ [g].) *populum suum* (vel, Judæos [h], ex quibus natus est [i], ad quos peculiariter missus est [k]: ità hæc verba primo saltem maximéque obvio intellectu sumenda arbitror [l], ex collat. Matt. 15. 21. & Act. 5. 31 [m]. Vel, populum sibi datum à Patre, h. e. electos: vide Act. 18. 10. Rom. 11. 2 [n]. omnes credentes [o], qui hîc non incommodè intelligi possunt [p], juxta intellectum arcanum [q].) *à peccatis eorum*, αὐτῶν] Pro αὐτοῦ nam refertur ad λαόν. Sed apud Hebræos nomen collectivum sign. jungitur verbo, vel pronomini, plur [r]. *A peccatis*, ac proinde, à morte æternâ, tanquam stipendio peccati [†]. q. d. Non liberabit eos à Gentium imperio, ut exspectant, sed à peccati ac Diaboli Regno, totius mali unico capite: auferet peccata, & cum iis miseriam & omne prorsus malum, servabit nè in peccata recidant, dabit justitiam, quam suo tempore consequetur perfectissima salus [t]. Cùm triplici modo dici nos possit Christus à peccatis liberare; 1. quia remissionem peccatorum nobis peperit; 2. quia in hac vita efficit nè peccatum in nobis regnet; 3. quia per vitam alteram delebit funditùs & peccatum & mortem peccati stipendium; mihi tamen ad remissionem peccatorum præcipuè videtur respexisse Angelus, quia & Apostoli ejus rei maximè meminerunt ubi vocis istius σωτῆρος vim explicant, Act. 5. 31. & 13. 23, 32, 38 [v].

22. *Hoc autem totum* (i. e. omne, ut Matt. 21. 4. & 26. 56. quantitas continua pro discreta [x]; q. d. quod dictum de Mariæ desponsatione, imprægnatione, &c [y].) *factum est*] Sunt verba, vel, 1. Angeli [z]: vel potiùs, 2. Evangelistæ [a], qui hæc omnia narravit, quum Angelus unam tantùm rem indicavit, nempe conceptionem Christi [b]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα πληρωθῇ, &c.] *Ut perficeretur*, &c. Er. Il. vel, *conficeret*, Ca. *impleretur*, Tre. Ti. Be. Pi. P. Sch. *Promissum implere* dicit Cicero, Epist. 36 [c]. Ut præstaretur [d]. Hâc formulâ utitur, quum Prophetias ad eventa accommodare vult, ut Matt. 2. 15, &c [*]. Non res sunt propter Prophetias, sed Prophetiæ fuerunt propter futuras res. Cæterùm, qui prædixerat quia facere statuerat, facit quia prædixerat, ut verax sit [f]. Quæ vis sit hujus vocis multùm refert rectè intelligatur. Nam hunc similésque locos olim Celsus & Julianus, Judæi veteres olim & nunc quoque soliti sunt Christianis objicere, tanquam minùs fideliter ab Apostolis eorùmque sectatoribus adducta esset Prophetarum auctoritas. Sed notandum est, non pugnare Apostolos adversùs Judæos his quasi testimoniis, ut probant Jesum esse promissum Messiam: pauca enim sunt Oracula quæ in hunc finem usurpant, contenti cæterùm Christi Miraculis & Resurrectione. Nam aut hæc satis erant, aut nihil erat satis. At quibus id jam persuasum erat, his simul ostensum voluerunt, quomodo tota Divina οἰκονομία priorum temporum, hunc ipsum Christum ejúsque res gestas, ut pulcherrimam ac perfectissimam speciem, perpetuò velut ante oculos habens, cætera omnia ad illud instar effinxerit. Huc spectat, quòd dicitur προεγνωσμένος, &c. (*præcognitus ante mundum conditum*,) 1 Pet. 1. 20. Et hæc sapientia Divina quæ in Christo mittendo elucet, προωρισμένη πρὸ τῶν αἰώνων, (*præfinita ante secula*,) 1 Cor. 2. 7. sed maximè perspicuum illud 1 Cor. 10. 11. *Hæc omnia illis evenerunt* τυπικῶς; *scripta autem sunt ad nostri admonitionem*.

Marginal notes (left column): y Bru. z Bru. sim. Be. a Er. b V. ad v. 18. c Be. d Pi. sim. D. * Be. sim. Pi. f Pi. ex D. & Be. sim. Sch. g Be. h Sch. i Be. k Bru. Pi. l Cam. m Be. n Pi. o Cam. p Bru. q Idem. r Sic Er. ex Chrys. † Bru. Mal. t Ham. v Bru. x Idem. y Mal. z Ca. ex Os. a Ca.

Marginal notes (right column): b G. c D. Scul. exerc. Evang. 1. 53. d Scul. † D. * AE. in D. f D. sim. Scul. g Fe. h Bru. sic G. i Bru. k G. l G. sim. Bru. m G. n Pi. o G. sic Bru. p G. q Bru. r Cam. sim. Pi. Bru. † Pi. t Bru. v G. x Sch. y Bru. sim. Pi. z Chrys. & Theoph. in Mal. Wal. ex Jun. a Pi. sic Mal. Bru. b Pi. c Sch. d Bru. * Pi. f Bru.

tionem, &c. Et tempus Christi vocatur πλήρωμα (*plenitudo*) *temporum*, Gal. 4. 4. Eph. 1. 10. Non igitur instituta tantùm Legis umbra Christi fuerunt, sed & res gestæ, præsertim nobiliores. Quod rectè monet Justinus adversùs Tryphonem, necnon Tertul. & Chrysost. [Quorum verba vide in Authore.] Illud autem τυπικῶς sumptum est à pictoribus aut statuariis, qui egregium aliquod opus molientes primùm crassiùs idipsum delineant, deinde paulatim id efficiunt quod animo conceperant. Nam prima illa lineamenta τύποι dicuntur; unde illud Aristotelicum ὡς ἐν τύπῳ oppositum τῷ ἀκριβεῖ. Illud autem ἀκριβὲς (*accuratum*) ab Apostolis vocatur τὸ πλήρωμα, (*plenitudo*;) more Hebræorum, qui מִלּוּאָה vocant cujusque rei τελειότητα, (*perfectionem*,) ut Cant. 5. 12. explicat AE. quo loco LXX habent, ἐπὶ πληρώματι. Quòd si res ipsæ Divino consilio Christum spectant, sanè & signa rerum Divinitùs instituta eodem referenda sunt. Sunt autem signa duûm generum, ὁρατὰ ϗ ἀκουστά, (*visibilia & audibilia*.) Et quæ signantur sunt præterita, instantia, futura. Omnium autem horum generum exempla nobis Christus & Apostoli, &c. suppeditant. Contenti simus paucis, neque aliis quàm in quibus hæc eadem vox τὸ πληρωθῆναι reperitur. Ὁρατὸν signum rei præteritæ, liberationis scilicet ex Ægyptia servitute, fuit Agnus Paschalis. Liberatio autem illa τύπος (*typus*) liberationis nostræ à peccatis. Hac de causâ Christus ostenditur in Paschali Agno fuisse adumbratus, 1 Cor. 5. 7. Impietatem veterum Judæorum Deus providè permisit summæ impietati, quæ in Christum exercita est, quasi præludere. Illa autem vetus impietas præsente signo nummorum haud magni pretii, quo se Deus æstimatum querebatur, Dei ipsius jussu contestata est, Zach. 11. 13. In eo igitur signo ostenditur delineatio fuisse sceleratæ istius pactionis Matt. 27. 9. Ad ἀκουστὰ ut veniamus, ea nimirum quæ voce sunt pronunciata, aut, quasi pronunciata essent, literis præscripta: commemorationem præteriti beneficii habet Os. 11. 1. liberationis nimirum ex Ægypto, quæ majoris libertatis per Christum partæ rudimentum quoddam fuit. Ipsa autem historia Christi nos admonet ità directam à Deo mentem Prophetæ loquentis, ut quod de Israele dicebatur, rectiùs in Christum conveniret, Matt. 2. 15. Ejusdem Argumenti est carmen Asaphi, Psal. 78. 2. cujus verba itidem sunt talia ut in Christum optimè quadrent, Matt. 13. 35. Sic Psal. 72. scriptum honori Salomonis, ut Titulus indicat, ad Messiam referunt Paraphrastes eo loco, & RS. & Saadia Gaon ad Dan. 7. 14. Locutionum, quæ ad instans tempus directè pertinebant, & tamen Divino consilio ad Christum referebantur, hæc habemus exempla: Ea quæ de stragibus suo tempore editis in Bethlehemitica regione dixerat Jeremias, c. 31. v. 15. ità depingunt id quod ab Herode patratum est, ut vix aliis verbis possit id ipsum signatiùs exprimi. Quod legitur Esa. 61. 1, &c. videtur quidem id Propheta dicere de munere sibi imposito consolandi captivos spe reditûs; at ea sunt verba quæ Christo aptata rem ipsam luculentissimè designent, sicut & ipse reditus è Babylonia Christi beneficia figuravit. Cùm verò Veterum nullus majoribus malis à Deo exercitus, rursúmque majori gloriâ affectus fuerit quàm David, planè apparet hoc à Deo actum, ut res Christi in illo propiùs quàm in cæteris præsignarentur. Ideo & verba quibus conqueritur se exosum, ab amicis proditum, &c. ejusmodi sunt, ut ad Christi res nihil possit accommodatiùs dici, quod apparet Psal. 35. 19. [collat. cum] Joh. 15. 25. Psal. 41. 9. cum Joh. 13. 18. Quid quòd quædam ità de se elocutus est David, ut quæ ipsi conveniebant figuratè, ea ad Christum servatâ verborum proprietate pertinerent? quale illud de vestibus, Psalm. 22. 18. Matt. 27. 35. de potu, &c. Psal. 69. 21. Joh. 19. 28. Idem observare est in præsagiis futurorum, nisi quod hæc possumus dicere bis impleri, semel cùm res illa evenit, quæ directè prædicitur, iterùm verò & quidem excellentiùs, cùm id apparet, cui adumbrando ipsa illa res, ac proinde etiam verba eam notantia serviebant. Ità Esa. 9. 1. videtur Galilææ lux aliqua annunciari quæ Ezechiæ temporibus affulserit, sed ità ut ea ipsa lux prævia esset luci à Christo afferendæ; atque adeò omnia Prophetæ verba reperiuntur ad res Christi vel maximè accommodata, Ità possunt, quæ dicuntur Esa. 42. ad Zorobabelem, & quæ leguntur Zach. 9. 9. ad Judam Maccabæum, aut ad alium quempiam, referri; dum tamen fateamur, quod verum est, horum quoque factis Christum fuisse adumbratum, jam tum volente Deo populum suum assuefacere, nè Divina beneficia ex poma strepitúque rerum exteriorum metiretur, atque ità movente mentes Prophetarum, ut eorum dicta & primis eventibus responderent, & per Christum tamen insigniùs præstarentur. Hæc igitur omnia non in vim argumenti propriè adhibentur, sed ad illustrandam atque confirmandam rem jam creditam. Ideo Paulus V. Fœderis Historiam aptans ad annunciati Evangelii tempora, addit, ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα, (*quæ per allegoriam dicuntur.*) Quæ ratio Scripturas interpretandi, præsertim incolumi manente sensu altero simpliciori minúsque elaborato, nullo jure à Judæis improbari potest, ut qui inter genera explicationum numerent maximíque faciant τὸ ἀλληγορούμενον, quod Hebraistæ מדרש; Philo autem Platonem secutus ὑπόνοιαν vocat. Imò Hebræorum Magistri & veteres & novi multis locis Prophetarum sensus duos assignant, atque ipse K. Psalmum 2. tum de Davide tum de Messia exponit. Quod amplius est, etiam ubi factum aliquod veteri simile occurrit, dicunt מתקיים, ἐπληρώθη, sive *comprobatus est*, hic, vel ille, Scripturæ locus. Quòd si sensissent Apostoli omnem Divinam de Christo dispensationem palàm à Prophetis sine ullo involucro fuisse proditam, neutiquam dicerent arcanum id esse quod ab omni ævo absconditum istâ demùm ætate patefieret, 1 Cor. 2. 7. Eph. 3. 9. Col. 1. 26. Quisquis verò credit Jesum esse Christum, quod, ut diximus, etiam extra vaticiniorum fidem, Miraculis ipsius ac Resurrectione abundè probatur, is verò clarè perspicit, quomodo Divina Providentia & res & verba Antiqui Fœderis ad Christum, tanquam ad scopum sibi propositum, certissimè direxerit. Quibus verò sua pertinacia obstat quò minùs id credant, ii in lectione ejusdem Fœderis, quasi velo obnuptos animi oculos habent, neque aufertur id velum nisi his qui se ad Jesum converterint, 2 Cor. 3. 14. Hæc in ipso nostræ commentationis primordio uberiùs paulò præloquenda censui, quia tum ad explicationem locorum aliquot, tum ad diluendas eas obtrectationes quibus adversarii plurimùm videntur confidere, non exigui momenti mihi esse videbantur. Quod dicit, *factum hoc ut consummaretur*, &c. non ità intelligi debet, quasi Deus Christum ex Virgine nasci voluerit hoc propriè consilio, ut quòd Esaias dixerat fieret, cùm potiùs, quia id Deus voluerit fieri, ideo & voluerit per Esaiam dici. Aut ergò hoc vult Matthæus, eò hæc evenisse, quòd Deus decretum suum vellet exsequi, cujus decreti indicium esset apud Esaiam; aut vox ἵνα, ut sæpe, non finem agentis, sed solam rei consequentiam, significat, ut Psal. 51. v. 4. Luc. 14. 10. Rom. 5. 20. & alibi crebrò[g]. Τὸ ἵνα hic, ut sæpe, non est αἰτιατικὸν, sed ἐκβατικὸν, nec causam sive finem denotat, sed eventum sive consequentiam, valétque *ità ut*: neque enim harum Divinarum actionum circa Nativitatem Christi finis erat impletio unius prophetiæ, &c. sed salus hominum, &c[h]. Verùm subordinata non sunt opponenda. Possunt ejusdem rei plures dari fines, & diversis in locis proponi. Sic Christus *passus est, ut relinqueret nobis exemplar*, 1 Pet. 2. 21. quum tamen alii & potiores fines essent, nempe ut reconciliaret nos Deo, &c. Eph. 2. 16. Colos. 1. 20. &c. Ità & h. l. hic unus erat finis, &c. alius tamen erat palmarius, ut *servaret populum*, &c. v. 21 ‖. ¶ *A Domino*] Passim dicitur Deus id dixisse quod dixerunt Prophetæ, primùm, quia ipsam verborum sententiam Deus menti illorum inseruit; deinde, quia & verba ità est moderatus, nè à sententia aberrarent. Nam ut etiam verba à Deo illis dictata sint, sicuti interdum evenisse non est negandum, ità non videtur perpetuum. Atque hinc factum est, ut pro temporum atque loquentium varietate etiam sermo Prophetarum differret. ¶ *Dicentem*, λέγοντος] Mihi nè dubium quidem videtur quin & hic & cap 2. 15. cohæreat iste genitivus cum voce προφήτου.* Nam eædem voces simili modo cohærent, Matt. 2. 17. & 3. 3. & 4. 14. &c*.

23. *Ecce virgo*; ità Mo. Tre. Sy. &c. Ἡ παρθένος] *Virgo illa*, Be. P. Sch. Articulus hic est[i], ut & in Hebræo, Esa. 7. 14. הָעַלְמָה[k]. q. d. Virgo insignis[l], ab æterno electa

[g] G.
[h] Ham.
‖ Span. dub. 33. 272.
* G.
[i] Sch. ex Be.
[k] Sch. sim. Bru.
[l] Be. Bru. Er.

electa [m], & ad hoc destinata [n]: Ut παρθένος, h. 1°. ità & עַלְמָה in Esa. 7. 14. *intactam virginem* significat [p]: quod frustrà negant Judæi [q], ut illum locum nobis eripiant. Eos duo refutant, 1. vocis etymon [r], sive proprietas: ejus enim origo, quæ optima proprietatis index †, est à עלם, *abscondere* [t]: nimirum quia Hebræis, non minùs quàm Græcis, in more positum fuit innuptas diligenter asservare ἐν τῷ παρθενῶνι, ut testantur Hesiodus, Euripides, Seneca in Agamemnone, Papinius. [Verba vide in Authore.] Nec spernendum quod Hieron. adfert de voce Latina *alma*. Nam priscas Latii voces, præsertim in Sacris usitatas, ab Oriente venisse tam multis argumentis demonstrari potest, ut suspicioni fortuitæ συνεμπτώσεως (*coincidentiæ*) non sit locus. *Alma* autem Latinis non ab *alendo* venit, ut quidam existimant, sed idem valet quod *sancta* [v]. 2. Omnium Scripturæ locorum comparatio in quibus vox occurrit, quorum nullus est, uno excepto, qui vel in speciem aliter quàm de virgine explicari possit [x]. Ab origine vocis non recedit usus quem penes loquendi norma est, ut apparet Gen. 24. 43. Exod. 2. 8. Deut. 22. 23. & apertissimè in Cant. 6. 8. ubi ab *uxore* & *concubina* disertè separatur. Et Cant. 1. 3. עֲלָמוֹת à RS. exponitur בְּתוּלוֹת. Et LXX tum Gen. 24. tum Esa. 7. non νεᾶνιν, (*juvenculam,*) ut posteriores τῇ ἑαυτῶν δόξῃ δουλεύοντες, (*suæ se opinioni mancipantes*;) sed παρθένον (*virginem*) verterunt; Aquila, ἀπόκρυφον, (*absconditam.*) Et notat Hieron. mansisse hunc vocis usum ad suam ætatem apud Pœnos, traduces videlicet Phœnicum, quorum lingua Syriaca cognata Hebrææ [y]. Nec evincit contrarium Prov. 30. 19 †. de quo loco triumphant Judæi: scortum impudens, inquiunt, ibi dicitur עַלְמָה *. Sed commune est omnibus linguis, ut voces ἀπὸ τοῦ εἶναι πρὸς τὸ δοκεῖν (*ab esse ad videri*) transferantur. Quippe & Græcè παρθένος & propriè & usitatè viro intactum significat. Attamen apud Aristophanem, ut notat Scholiastes, significat eam quæ virgo putabatur, quomodo & Musæus vocem illam de Hero, & Homerus de Astyoche, usurpant. Quin & Virgilius Pasiphaen trium liberûm matrem *virginem* dixit. Scriptor [ergò] historiæ Alexandrinæ, cui nomen factum est libri tertii Maccabæorum, item Scriptor libri secundi Maccabæorum, cap. 3. v. 9. ut omnem vocis Græcæ ambiguitatem evitarent, dixerunt κατακλείστους παρθένους (*conclusas virgines*) voce Græcis Scriptoribus in hunc quoque sensum usitatâ, exactè exprimente Hebræum עֲלָמוֹת. Eodem sensu Philo θαλαμευομένας παρθένους, (*virgines in thalamo conclusas.*) Contrà, exuti pudoris fœminæ Chaldæis vocantur *in publicum prodeuntes*. Apparet igitur idem esse עַלְמָה & quod Syrus hîc posuit בְּתוּלָה [z]. Res in S. S. ex vulgi usu appellantur, vel, 1. ἀληθῶς, prout res ipsæ verè sunt: vel, 2. δοξαστικῶς, i. e. ex opinione, sive quòd ità habeantur, quamvis non ità sint; sive, συγχωρητικῶς, quòd ità haberi velint, ut Idola vocantur *dii*, & Magi, *sapientes*. Et sic *puellæ* nomen Prov. 30. 14. sumitur, ut apertissimè constat ex v. 15. ubi demonstrat Salomon eam à se nominatim perstringi, quæ se impudenter affirmabat virginem esse. Contendunt porrò Judæi, Esa. 7. 14. de uxore Prophetæ [non de Beata Virgine] accipiendum esse, idque duplici argumento [a]. 1. Quòd alienum erat, signum tam remotum ad rei propinquæ confirmationem adhiberi [b]. Resp. 1. Non est absurdum, si rei propinquæ aut mox futuræ signum in futurum trahatur, ut multa exempla docent. Vide Deut. 18. 21, 22. ubi eventa statuuntur esse Prophetiarum signa. Vide & 1 Sam. 2. 34. 1 Reg. 22. 25, 28. Jer. 44. 30 [c]. Id quod pòst futurum est, signum datur ejus quod præcedit, Exod. 3. 12 [d]. Quamvis non nisi à pluribus annorum centuriis adimplenda erat hæc Prophetia de Virgineo partu, de præsenti tamen certum Achazo fuit & nobile signum, de liberatione Hierosolymæ atque domûs Davidis è manu hostium, quos Achazus metuebat. q. d. Ne metuas: citiùs paritura est Virgo intacta (quod tibi impossibile videtur) quàm corruat domus Davidis *. Resp. 2. Notandum duo Esa. 7. signa afferri; 1. ad revincendam Achazi & Judæorum infidelitatem; huc pertinet commune illud signum & promissio de Christo, v. 14. q. d. Cur diffidis promissis Dei, & signa oblata repudias? Nonne Deus indè à principio dedit Ecclesiæ signum de Semine mulieris & Filio virginis, in quo omnes Dei promissiones sunt Amen? Nonne vobis, ô domus Davidis, nominatim facta est illa promissio, ut ab ea in rebus omnibus pendeatis. 2. Ad promissam liberationem confirmandam; ad quam pertinet Searjasubi pignoratio, vers. 15. q. d. Veruntamen, ut noveris quàm securus sum de propinqua hac liberatione, puerulum meum tibi dedo atque addico tuo arbitratui, nisi evenerit. Hoc primum Judæorum argumentum. Secundum hoc est; Agitur, inquiunt, de Searjasubo, Prophetæ filio, ergò & de matre illius, quæ seq. cap. memoratur. Resp. 1. Prophetia cap. seq. ab hac planè diversa est. 2. Indignum esset Prophetâ, aut uxorem suam vocare *virginem*, aut filium suum, *Immanuelem*, *terræ Dominum*, summâ potentiâ & sapientâ instructum, &c. v. 8, 10. 3. Non unum est hujus capitis & orationis Esaiæ Argumentum, sed multiplex [f]. Prophetis familiarissimum est, à rebus suorum temporum transire ad res N. T. & à judicio Dei in Babylonem, Ægyptum, &c. ad universale judicium, Esa. 13. 9. & 30. 27. Joel. 2. 19, &c [g]. [Audiamus jam Grotium de nobili hoc loco differentem.] Mihi, inquit, nihil videtur periturum veritati, si concedamus aliud apud Esaiam primâ fronte indicari, aliud autem sub involucro tegi, atque ità quidem ut, quod in Psalmis evenisse modò ostensum est, verba ipsa Prophetæ relata ad ultimum illud complementum significatum obtineant magis proprium magisque excellentem. Sed illud simul admonendi sumus, sæpe fieri, ut ejusdem τεμάχους (*sectionis*) non verba singula in Christum congruant, sed præcipua quædam. Ut illa verba, 2 Sam. c. 7. v. 13. *Et firmabo solium regni ejus*, &c. ità de Salomone dicuntur, ut tamen Christum eminentiori quodam modo respiciant, quæ autem sequuntur ad Christum neutiquam pertinent. Videamus nunc quis esse possit verborum sensus primo intuitu se offerens, ut eò rectiùs alterum, tunc in mysterio absconditum, sed Christi temporibus planè revelatum, intelligamus. Rex Achaz perterritus Syrorum & Israelitarum in se conspiratione, neque tantùm de Regno retinendo solicitus, sed & famem cæteráque obsidii mala metuens, nullam spem salutis animo concipiebat, nisi se in fidem & clientelam Regis Assyrii, illis temporibus potentissimi, daret. Contrà, Esaias hortabatur ipsum, ut omissis ejusmodi consiliis, spem suam in Deo collocaret; adfirmans non tantùm irritos fore conatus Regum Syriæ atque Israelis, Regnúmque Hierosolymorum mansurum penes Davidis posteros, sed brevi imminere excidium Israelis Regno, Syri autem potentiam staturam inter suos limites. Quibus pollicitationibus cùm fidem Achaz non adhiberet, Esaias dat illi optionem signi alicujus à Deo expetendi, cujus signi testimonio fides verbis fieret. Sed cùm Achaz verbis honestis, animo autem impio, quippe abjectâ omni in Deum fiduciâ, hoc ipsum recusaret; Esaias, post seriam impietatis objurgationem, ait Deum tamen sponte suâ brevi id effecturum quod tum minimè speraretur, quódque velut arrhabonis esset loco ad obsignandas promissiones cæteras; nam & discessuras ex Judæa copias illas conatu irrito, atque interea temporis Judæos nullâ, quod tum maximè timebatur, laboraturos rerum necessariarum penuriâ. Describitur autem temporis istius ambitus hoc spatio quo puella, quæ tum virgo adhuc erat, nuberet, conciperet, pareret, & infantem educaret, sed intra infantiæ annos, sive priusquam puerilis ætas ad boni malique notitiam perveniret, aut, quod eòdem recidit, priusquam is infans parentes salutare didicisset. Copia autem victûs hâc notâ exprimitur, quòd dicatur ei infanti, donec adolescat, non mel nec butyrum defore. Nam Hebræis *lac* & *mel*, synecdochicè, rerum non necessariarum tantùm, sed & superfluentium, copiam designant, ut Job. 20. 17. & alibi. Sicut autem hâc ratione Achazo ostenditur, quàm iniquè faciat, quòd Deo recuset confidere; ità sequentibus verbis indicatur, quantopere ipsum sit deceptura fiducia in Rege Assyrio posita. Nam indè Judæis mala omnibus quæ metuerent malis graviora imminere, planéque contrarium ei rei quam tam anxiè metuerent eventurum: non enim victûs inopiâ, sed vilitate, laboraturam Judæam præ habitantium infrequentia. Infans autem in quem ista convenirent, quantum ex sequentibus colligere est, non videtur fuisse Ezechias, ut existimant Hebræorum multi, inter quos & Tryphon adversus Justinum

m Bru. n Sch. o Bru. p Li. ho. sic G. Jun. Bru. &c. q G. r Jun. par. 1. 4. † G. t G. sic Jun. Bru. Mal. &c. v G. x Jun. y G. † G. sic Jun. * Jun. z G. a Jun. b He. in Jun. & in Bru. c Jun. d Bru. * Li. ho.

f Jun. ib. g Bru.

num disputans, ut qui, si tempora rectè supputentur, jam ante Achazi regnum ad ætatem aliquam pervenerat, ut rectè à RS. est annotatum, quanquam quæ cap.9. postea dicuntur ad eum rectè videantur posse referri, sed potius, est is infans ipsius Esaiæ filius, natus ex ea quæ virgo adhuc editi vaticinii tempore, testibus Uria & Zacharia adhibitis, Esaiæ nupsit, quæ & ipsa προφῆτις fuisse indicatur. Sicut autem, cùm Regem accederet Esaias, jussus erat secum ducere filium suum, cui *Schearjashub* boni ominis nomen ad spem Judæorum excitandam inditum fuerat; ità huic infanti duo nomina sunt imposita: primùm quidem *Emmanuel*, quo ostenderetur Deus ità adesse Esaiæ ejúsque liberis, ut quæ verbis signísque per ipsos essent prænotata, eadem certò evenirent; deinde verò *Maherschalchashbas*, quâ voce significabatur brevi imminere Assyrii adventum ad spoliandum Syriam ac Samariam. Atque hoc est quod ait Esaias, se filiósque suos à Deo datos in signum & documentum populi; vaticinii sui certitudinem nullis humanis consiliis impediendam, repetitâ exclamatione *Emmanuel*, velut obsignans. Atque hic quidem nobis videtur simplex primóque obvius esse sensus verborum Esaiæ, in quibus tamen inesse mysterium de Christo, Christum agnoscentibus liquidè apparet. Nam si omnes liberationes populi Judaici præsagia fuere ejus liberationis quam Deus per Christum erat effecturus, sanè & illa insignis liberatio ab obsidione hostili, quam Propheta promittebat, eò pertinuit. Stabilitatem Regni Davidici, item à Propheta promissam, verum complementum in æterno Christi Regno habuisse, docet Luc. 1. 32. Illud autem, *Virgo concipiet*, quantò excellentiorem habet sensum, si referatur ad eam quæ ità concepit, ut virgo post conceptum maneret, quod soli Mariæ evenit? Nomen autem *Emmanuel*, sicut & *Jesu*, habere quidem & in aliis suam potest significationem restrictam atque limitatam, at in Christo aliam habet infinitis partibus perfectiorem. Nam is est *in quo* illa præclara *Dei promissa omnia sunt* Ναὶ καὶ ἀμήν, 2 Cor. 1. 20. Is est *Verbum quod caro factum inter nos habitavit*, Joh. 1. 14. *In ipso* denique *habitat plenitudo divinitatis corporaliter*, Colos. 2. 9. In hunc qui non credunt, eos manet *judicium*, &c. Heb. 10. 27. Sed & alterum illud nomen quo tanquam apertiore (id enim valet quod inibi dicitur *stylo humano*) infantem suum insignire Esaias jubetur, perfectissimè Christo congruit, qui celerrimè Diabolum devicit, & victor suis spolia divisit. Vide Luc. 11. 22. & Eph. 4. 8. Sicut autem Christo nomina ista apud Esaiam posita eminentissimè conveniunt, ità & παρθένος nomen, quod in eodem oraculo reperitur, singulariter convenit Mariæ, semper virgini, quæ inter fœminas fuit *benedicta*, &c. Luc. 1. 28. & super quam venit Spiritus Sanctus, Luc. 1. 35. Verissimè ergò à Matthæo scriptum est in Nativitate Christi, verba Esaiæ πληρωθῆναι, i. e. *consummata esse*[h]. [Sententiam Grotianæ planè geminam exhibet Spanhemius ex Musc. Salm. &c. hoc modo:] Varia sunt oracula typica, geminum complementum habentia, unum in typo, alterum in antitypo, ut Mat. 2. 15. ex Ose. 1. 2. Mat. 2. 18. ex Jer. 31. 15. Tale est & hoc oraculum. In typo hîc promittitur, per Prophetam puerum aliquem tunc nasciturum ex juvencula, qui vocaretur *Immanuel*, ad designandam præsentiam Dei inter illos, &c. Hic autem puer typus erat Christi, veri Immanuelis, in quo tanquam antetypo, omnia excellentiore modo implenda erant, &c[i]. [Reliqua videsis in Authore qui de hac sententia sic judicat.] Non omnino rejicienda est hæc intetpretatio, sed tutior videtur altera quæ versus 14, 15. ad solum Immanuelem refert. 1. Hic *Immanuel* statuitur hæres & Dominus Judææ. 2. Dantur quidem oracula talia composita, &c. in illis autem historica impletio & datur, & narratur, ut in exemplis citatis: hîc autem nulla historia proponitur, sed merum vaticinium. 3. Quid in eo miraculosi, puellam ex viro concepturam, &c? Inst. Miraculum erat, quòd prædiceret masculum edendum, non fœminam. Resp. Id vel obstetrices sæpe divinant, &c. 4. Æquè incertum erat hoc promissum, ac priùs de eorum liberatione, donec partus hic nasceretur, educaretur per aliquot annos, &c. At certa erat promissio de Messia, de qua gloriabantur Judæi & dubitare nefas erat. 5. Sic conciderent & scopus & applicatio Matthæi, & singularis Messiæ prærogativa, nasci *ex* עַלְמָה *virgine*[k]. Multa adversus hunc locum objiciunt Judæi, [de quibus aliquid adhuc addendum.] Obj. 1. עַלְמָה non esse virginem, sed puellam, &c. Resp. Opponimus Judæis, 1. vocis & originem, & usum: [de quibus antè dictum.] 2. Authoritatem Targumim *Onkeli* & *Jonathanis* & versionem ό. 3. Rationem, quia promittitur hîc signum miraculosum, quale non erat puellam concipere, &c[l]. Obj. 2. Hic partus erat signum liberationis mox secuturæ, ideóque non erat post multa secula futurus. Resp. 1. Negatur consequentia. Argumentum petit Propheta ab exemplo simili, vel potiùs, à majore ad minus, q. d. Si Deus vobis aliquando daturus est quod majus & difficilius est, ut virgo concipiat Immanuelem, de cujus promissionis complemento nemo ex vobis dubitat, quantò magis dabit Deus vobis quod minus est & facilius, ut liberemini à manu horum Regum, &c[m]. Si Deus & verax est futurus in exhibitione Messiæ, & potens in conservatione domûs Davidicæ usque ad tempora Messiæ; verax utique & potens satis vobis etiam videri debet, in adimplenda promissione à me promulgata de hac vestrî liberatione, &c. Ità Achazum constringit, ut cogatur vel fidere promissioni de conservatione sui, vel promissionem fundamentalem gentis suæ de Messia, &c. labefactare. 2. Solenne est Prophetis, promissiones omnes confirmare per allegationem promissionis de Messia, tanquam unici reliquarum fundamenti, ut Esa. 9. Jer. 23. &c. Obj. 3. Promissioni huic de Messia additur alia [Esa. 7.] v. 16[n]. ubi terra dicitur *deserenda à duobus Regibus*, *antequam* הַנַּעַר *puer ille perveniat ad annos discretionis*. Resp. Frustra hæc verba hic urgent Judæi: nam nova hæc est promissio de præsente liberatione, antequam Schearjashub, vel pueri illi coætanei attingant annos discretionis[o]: הַנַּעַר enim hic sumi potest, vel, 1. individualiter pro Sear Jasubo; vel, 2. specificè, pro quovis puero, ut Esa. 3. 5[p]. Inst. Hic vers. 16. conjungitur cum præced. per particulam causalem, כִּי. Resp. 1. Sic tamen optima est connexio, q. d. Tantum abest ut Reges illi complementum de nativitate & educatione Pueri illius eximii prohibere possint, ut nè nostrorum quidem infantium educationem prohibere possint. Non autem dicit, *statim peribunt*, sed *antequam puer*, &c. vel, *pueri*, &c. quia non paulò pòst, sed quarto demùm anno sequente, erant destruendi[q]. Instant adhuc Judæi, signum conceptûs & partûs non posse referri ad Jesum, quia dicit, *Deus dabit signum vobis*, qui scilicet adestis, &c. Resp. 1. *Vobis*, i. e. domui David, quæ duratura erat usque ad Messiam. 2. Scriptura sæpe multis ea promittit, quæ in posteritate illorum demùm implentur, ut Gen. 13. 15. & 27. 29. Sic & in minis fit, ut Gen. 9. 25[r]. [Hæc de secundo Judæorum argumento.] 3. Complementum hujus vaticinii exhibetur in congressu Prophetæ cum Prophetissa, & filio ex eis nato, Esa. 8. 3, 4. Resp. De alio conceptu & partu sermo hîc est, de alio verò Esa. 7. 14. 1. Differunt nominibus, ille vocatur *Immanuel*, iste, *Maherschalal-chasch-baz*. 2. Ille constituitut symbolum conservationis domûs Davidicæ; iste, symbolum destructionis Damasci & Samariæ. 3. Ille dicitur filius *Virginis*; hic, *Prophetissæ*. Unde etiam post minas effusas, &c. repetitur v. 8. Immanuelis nomen, &c[†]. 4. In puerum de quo loquitur Esaias, cadit ignorantia, quæ in Christum non cadit. Resp. Christus, quoad humanam naturam, non erat omniscius, sed quædam ignorare potuit, ut apertè constat ex Mat. 13. 32. & Luc. 2. 52[t]. [Atque hæc de celeberrimo hoc loco & firmissimo fidei nostræ fundamento fusiùs hîc exponere placuit, quibus & nonnulla addenda restant, de reliquis hujus versûs verbis dicenda.] ¶ *In*, &c. ἐν γαστρὶ ἕξει.] *Concipiet*, Sy. Ar. *Prægnans erit*, Sch. Er. Ti. Æth. Il. sic Pers. *Gravida erit*, Be. Er. *In utero habebit*, Mo. Tre. sim. Pi. Ca. Hieron. legit ἔχει: sed rectius est ἕξει[v]. At in Esa. 7. est הָרָה in præterito. Cur ergò Matthæus utitur futuro[x]? Resp. 1. In eo sequitur ό. nisi quòd loco τῷ λήψεται substituat τὸ ἕξει, quæ promiscua. 2. Nihil frequentius conversione futurorum & præteritorum, &c[y]. 3. Meritò Græcus Interpres [Matthæi] id

[h] G. ad v. 22.
[i] Q. in Span.
[k] Span. dub. 34. p. 296.
[l] Span. 3. 7.
[m] Span. 318.
[n] Span. 288.
[o] Span. 320.
[p] Span. 292.
[q] Span. 320.
[r] Span. 321.
[†] Span. 328.
[t] Span. 333.
[v] Be. sic Er. G.
[x] He. in Span.
[y] Span. p. 312.

id quod in Hebræo hîc est temporis incerti, futuri temporis verbo est interpretatus, quia & quæ sequuntur apud Prophetam, huic verbo cohærentia, futuri sunt temporis [z]. ¶ Et, &c. Καὶ καλέσουσι.] *Et vocabunt*, Sy. Æth. Perſ. Tre. Er. Il. Sch. G. &c. Ità legunt codices optimi [a], & plerique [b], & Syrus [c], & Orig. & Chrysost [d]. At in Hebræo est וְקָרָאת [*]. Id verò rectè hîc exprimitur, quia secunda persona omnino ponitur indefinitè, ut in Terentio. *Quid facias?* pro, *quid faciat, unusquisque scilicet*, inquit Donatus. Sic Servius ad 4 Æneid. *Migrantes cernas, &c. Honesta figura, si rem 3. personæ in 2. referas*; h.e. *si quis cernat*. Postea, *mugire videbis*, i. e. videbit quis. Ità Luc. 5. 34. Μὴ δύνασθε, &c. [*Num potestis*, &c.] i. e. Num poterit aliquis, &c. Hoc ipsum sæpe exprimitur 3. personâ plur. Subauditur enim *homines quilibet*, Mat. 7. 16. Act 13. 39. & alibi [f]. *Vocabunt*, i. e. vocabitur, ut Arabs optimè reddit [g]. Al. *Et vocabis*, Be. Pi. καλέσεις, quod quidem codices & Eusebius sequuntur, est à LXX. [versione Esa. 7. [h]] Τὸ וְקָרָאת, vel habuerunt pro secunda [persona] fœm. gen. non adversante Grammaticâ; vel, pro tertia fœm. gen. ut ponatur pro וְקָרְאָה, formâ נִפְלָאת, Psal. 118.33. הֻבָאת, Gen. 33. 11. & alia verba plurima, ut sensus sit, *Et vocabit* [i]. Chald. [ad Esa. 7.] habet *vocabit*, nimirum, *quilibet homo*. Sic enim & impersonalia exprimi solent [k]: vel legerunt וְקָרָאתָ *Et vocabis*, scilicet, vel, 1. tu ô popule mi, quem Deus sequentibus versibus eâdem personâ pergit alloqui [l]. Vel, 2. tu, ô domus David [m]. Vel, 3. tu, ô Virgo [n], ut sit apostrophe Prophetæ virginem, post tot secula nascituram, quasi præsentem alloquentis. Nec temere tribuit h. l. matri jus nominandi filium, quod herilis imperii testimonium erat, Gen. 2. 19. Dan. 1. 7. & patri potiùs conveniebat, non autem matri, nisi ex consensu patris, ut liquet ex Gen. 35. 18. Luc. 1. 60, 62. Significat ergò, filium hunc fuisse ἀπάτορα (*sine patre* [o].) Sed si ità sit, quid fiet illis Angeli verbis ad Josephum, [v. 21.] *vocabis*, &c [p]? Sed & matres sæpiùs imponebant nomina, ut Gen. 16. 11. *Vocabis* [tu Hagar] *nomen ejus Ismael* [q]. ¶ *Emmanuel*] Vox Hebræa composita à עִמָּנוּ *nobiscum*, & אֵל *Deus* [r]. Hoc nomine Christus celebratur [†]; q. d. θεάνθρωπος, (*Deus* & *homo* [t],) qui nobiscum in terra conversatus est, non, ut olim, in umbris & figuris, sed re ipsâ, verè & plenè nobis conjunctus, & per quem Deus nobiscum est, i. e. nobis propitius [v]. Objiciunt [hîc] Judæi, Dominum nostrum isto *Emmanuelis* nomine non appellatum [x], sed, *Jesu* [y]. Resp. 1. Nomina *Emmanuel* & *Jesu*, non quidem sono, sed sensu, conveniunt & æquipollent [z]. Nam *servare* est, Deum nobis præstare propitium. *Deus* autem *nobiscum esse* Hebræis dicitur, quoties benignus nos respicit atque adjuvat, Jos. 1. 5. Jer. 1. 8. quanquam & latentiorem quendam significatum isti nomini inesse non negaverim [a]. 2. קָרָא & καλεῖν non semper referenda sunt ad appellationem externam nominis, &c [b]. Certè, qui Prophetas non supinè legit, nescire non potest, *vocatum iri aliquo nomine* dici ab illis eum etiam, qui non eo vocis sono sit appellandus, sed cujus rebus celebrandis vox ista conveniat [c]: vel, qui talis & est, & publicitùs celebratur, qualem nomen fore significat [d]: vel, cui nomen illud jure competit [*]. Loca passim occurrunt, Esa. 1. 26. & 9. 6. & 60. 14. & 62.4. Jer. 3. 17. & 23. 6. Ezec. 48. 35. Zach. 8. 3. Ideo, ubi Esa. 14. 20. est יִקָּרֵא, Chaldæus habet יתקיים *manebit*, & יִקָּרֵא Esa. 56. 7. Lucas citans vertit *est*, 19. 46. Tale est infra, *Nazaræus vocabitur, & filii Dei* vocabuntur [f]. Nomina ergò Christi sunt duûm generum: 1. propria & διακριτικὰ, personam monstrantia: 2. περιφραστικὰ, & descriptiva sive personæ, sive officii, qualia sunt innumera, ut *David, Germen, Admirabilis, Consiliarius*, &c. Non ibi ostendere voluit Propheta quomodo Christus nominandus erat, sed qualis futurus erat [g]. ¶ *Quod est interpretatum*] Ità Mo. Ang. &c. vel, *traductum*, Bru. vel, *si interpreteris*, Be. P. Bru. Similes interpretationes Hebræorum nominum in usum eorum qui Hebraicè nesciebant, addidit aliquot in locis optimus interpres, ut Mat. 27. 33, 46. Quas cùm habeat & Syrus, convincitur hinc quoque [eum] Matthæi Librum de Græco, non de Hebræo, transtulisse. Idem de Arabe apparet [h]. Ostendunt hujusmodi loca, vel Matthæum Hebraicè non scripsisse [i]; vel, Hebraicè & Græcè quoque scripsisse [k]. [de quo, vide Prolegomena nostra.] ¶ *Nobiscum Deus*] i.e. Mediator inter nos & Deum [l]: Deus manifestatus in carne, & Deum nobis concilians [m].

24. *Exsurgens*, Διεγερθεὶς] *Experrectus*, Tre. Be. Æth. Ca. *Excitatus*, Er. Il. Ti. ¶ *Fecit*] Nec incredulus, nec immorigerus fuit. ¶ *Sicut præcepit*, &c.] Non disertis verbis, sed patris munus injungendo, *Et vocabis* &c [n]. ¶ *Et* (vel, *Nam*: copulativa pro causali: quod generaliter dixerat, jam per partes declarare incipit [o]. Malim τὸ *et* accipere pro, *id est* exponit enim quod dixerat [p].) *accepit conjugem suam*] Quam anteà desponderat, uxorem duxit [q], nuptiis publicè celebratis [r]: vel, libens admisit, tenuit eam de qua dimittenda cogitaverat [†].

25. *Et* (vel, *Sed*, Ar. Be. Il. &c.) *non cognoscebat eam*] i.e. rem cum ea non habebat [t]. Antiquissima Hebræorum locutio, Gen. 4, 1. [ubi dicta vide.] & alibi; indè porrò in cæteras Linguas derivata [v]. Plutarchus in Romulo, *Hic Larentiam cognovit*: & in *Bruto*, *Serbiliam cognovit Cæsar*. Sic Cæsar Belli Gallici. 6. *Fœminæ notitiam habuisse*, &c. Mos Scripturæ, castè loqui. Complexus conjugalis vocatur *benevolentia debita*, quomodo & Gellio, *venerandum concubii pudici secretum* [x]. Neque tantùm de viris hoc [τὸ *cognoscere*] dicitur, sed & de fœminis, ut Luc. 1. 34. Ovidius, *Turpiter illa virum cognovit adultera virgo* [y]. *Non cognoscebat*, tum ob castitatis studium, tum ob uxoris quam intellexerat dignitatem, & sacri fœtûs honorem [z]. Religione tactus eam non attigit [a]. ¶ *Donec peperit* (vel, *peperisset*, Er. Il.) *filium* (*filium illum*, Be. Pi. Ar. de quo agitur [b].) *suum primogenitum*, τὸν πρωτότοκον] *Illum primogenitum*, Bru. Sch. Articulus hîc emphaticus est, sicut Luc. 2. 7 [c]. q. d. præ cæteris primogenitis eximium & Deo carum [d], quem omnes primogeniti in V. T. præfigurabant, quem adorant Angeli, Heb. 1. 6. in quem credentes fiunt primogeniti, Heb. 12. 23 [*]. Πρωτότοκος aptissimè exprimit Heb. בְּכוֹר quod σχέσιν habet ad antecedentes potiùs quàm ad sequentes, ut בְּכוֹר sit, quem nullus nativitate præcessit; non verò is cujus nativitatem aliorum nativitas sequitur [f]. *Primogenitus* vocatur, qui primus *vulvam matris aperit* [g], ut post LXX. Lucas loquitur, 2. 23 [h]. sive alius sequatur, sive non [i]. *Primogenitum* vocavit, non quòd post eum alii ex Maria nati sint, (ut volebat Helvidius) sed quòd ante eum nullus [k]. *Primi* vox requirit ut nemo antecedat, non ut sequatur aliquis, ut notant ad illud Virgilii, *Hic mihi responsum primus dedit ille petenti*. Et ad illud Æneid. 1. —— *Trojæ qui primus ab oris*. Servius in libro Fuldensi, *Primus post quem nullus*. Et similiter in Jure civili *proximus* dicitur etiam qui solus est. Et res ipsa contra Helvidium loquitur. Respicitur enim hîc ad dignitatem & jura præcipua quæ antiquitùs etiam ante Mosis Legem tribuebantur filiis maribus tam unicis quàm natu maximis. Nec hodie aliter loquimur, ut testantur omnium Gentium leges de feudorum successione. Erant autem πρωτοτόκια tria, ut Hebræi notant Gen. 49. 2. Principatus, Sacerdotium, & Prælatio in hæreditate: quæ omnia in Christum competere, nativitate ipsius indicatum est. De Regno agit sæpe Apocalypsis. De Regno & Sacerdotio Scriptor ad Hebræos. De Prolatione in Hæreditate, vide Rom. 8. 17. Col. 1. 15. Heb. 1. 2. 9 [l]. Etiam unigeniti ex usu Scripturæ vocantur *primogeniti*, ut Exod. 12. 29. *Percussit omnia primogenita*, inter quos indubiè aliqui unigeniti erant, & Exod. 13. 2. & 22. 29. *omnem primogenitum sanctificare* jubentur, ubi & unigeniti intelliguntur; alioqui exspectandum erat, donec alii postea nascerentur [m]. Sic Deus vocat Israelem *primogenitum*, Exod. 4. 22. sine relatione ad alios: nam Ecclesia Gentium primogenituræ hujus particeps erat, utpote insita oleæ, &c. [Rom. 11. 17 [n].] *Primogenitum* autem maluit dicere, quàm *unigenitum*, ut eum sanctum ac dicatum Domino, vel ex ipso nascendi ordine intelligeres [o]. Particulæ ἕως ὅ, ἕως ὅτου, &c. interdum tempus interjectum simpliciter declarant, ut possis hunc locum ità interpretari, *Interim dum erat paritura* [p]: interdum verò ità refertur ad tempus præcedens, ut de sequenti non affirmetur contrarium [q]. *Donec*, cùm in

z G. · a G. sic Er. · b Be. sim. Sch. · c G. Sch. · d Er. G. · * G. He. in Span. · f G. · g Jun. Par. · h G. · i Di. in Append. · k G. · l Di. · m Span. 312. · n Di Be. Pi. · o Be. · p G. · q D. · r Er. sic Zeg. D. &c. · † Eru. · t Be Sch. sim. Bru. · v Bru. · x G. · y Span. · z Span. ex Tertul. Sim. G. · a G. · b Span. p. 313. · c G. · d Bru. · * Span. ib. sim. Mal. ex Just. & Chrys. &c. · f G. · g Span. 314. · h G.

i Be. sim. Li. hatm. · k He. · l D. · m Pi. · n Bru. · o Pi. · p Er. · q Be. sim. Sch. · r Sch. · † Eru. · t Pi. sim. Cas. Scul. Be. Bru. &c. · v G. · x Scul. exerc. Evang. 1. 44. · y G. · z Bru. · a Be. · b Bru. · c Sch. · d Bru. · * Sch. · f Cam. · g Pi. sim. G. · h G. · i Pi. · k Bru. · l G. · m Mal. sim. Span. in Wal. · n Span. · o Bru. · p Ee. · q Be. Sch. sim. Mal.

in vulgari sermone, tum maximè in Hebraico idiomate, absque exceptione excludit; rem nunquam factam, certo tempore exprimit non factam, quo videri facta poterat, sciréque necesse erat non factam; intelligendum relinquens, post multò minùs factam: q. d. Nec recentibus nuptiis, cùm amor conjugum inter se est ardentissimus, eam cognovit; (id quod scire necesse erat, ut constaret Virginem & concepisse & peperisse.) multò minùs postea, &c [r]. Particulæ *donec, usque*, &c. sic sæpe sumuntur †, & valent nunquam [t]; sic Gen. 8. 7. *donec siccarentur*, &c. at nunquam reversus est [v]. 2 Sam. 6. ult. *usque in diem mortis suæ*. Psal. 110. 1. *donec ponam*, &c. collat. cum 1 Cor. 15. 25 [x]. Negationem hanc de tempore ante partum nihil affirmare de tempore posteriore, multis exemplis ab aliis est demonstratum; quibus addo Mat. 12. 20. Judæis adeò notum atque usitatum est hoc loquendi genus, ut & Gen. 49. 10. ità conentur interpretari. De Gen. 28. 15. nemo Judæorum aliter intellexit, neque magis Psal. 110. 2. Adde & 1 Sam. 15. 35. Job 27. 5. Esa. 22. 14. Hìc verò intrà id tempus quod diximus consistere nos jubet ipsa mens Scriptoris, hoc agentis, ut ostendat compertissimum Josepho fuisse partum hunc non esse ex se conceptum: ad quam rem posterioris temporis mentio nullum habere poterat momentum [y].

- r Bru.
- † Mal. sim. Er. Zeg. &c.
- t Er. Ca.
- v Er. Zeg. Pi.
- x Bru. Pi.
- y G.

CAP. II.

1. CUm, &c. Τῦ δὲ Ἰησῦ γεννηθέντος] *Quum natus esset Jesus*, Er. Pi. Tre. Sy. Pers. Ar. Qu. Quo tempore advenerunt hi Magi? Resp. 1. Confestim ut natus est [a]. Non placet, quia multa intercesserunt, &c [b]. Resp. 2. Die 13 post nativitatem. Hæc est opinio vulgaris [c], & Veterum, & Ecclesiæ [d]. Hinc in Calendario ponunt sub titulo Epiphaniæ, die sexto Januarii [*]. Sed hæc opinio non est verisimilis [f]. 1. Quia breve illud temporis spatium non suffecisset & apparatui & confectioni tam longinqui itineris, & commorationi Hierosolymæ. 2. Quis credat, Josephum (post tumultum Hierosolymæ ob sapientum quæstionem, Herodísque scrutinium, irámque ob sapientum illusionem, &c.) Puerum hunc quæsitum ad necem in Templum adducturum, ibi à Simeone & Anna publicè celebrandum [g]. 3. Quia statim post sapientum discessum, Josephus cum uxore & Puero in Ægyptum amandantur, v. 13. quod ante Mariæ purificationem fieri non potuit [h]. Resp. 3. Ante diem Purificationis, sive intrà 6 hebdomadas à nato Christo [i]. Probatur, 1. Ex vocibus γεννηθέντος & τεχθεὶς, quæ sunt particip. aorist. ideóque actum significant recenter editum [k]. Sed fallit hæc observatio: nam μνηστευθείσης dicitur Matt. 1. 18. de re ante quadrantem anni peracta: sed & ipsum γεννηθέντα in Symbolo Apostolico hodie post 1600 annos recitamus [l]. 2. Quòd Magi repererint Jesum Bethlehemi. Post Purificationem autem peractam dicuntur reversi in urbem suam Nazareth, Luc. 2, 39 [m]. 3. Si Magi post purificationem venissent, adeóque post publica Simeonis & Annæ præconia coram omnibus, &c. Luc. 2. 28, 34, 38. non invenissent Jerosolymam hujus nati Regis adeò ignaram [n]. Resp. 4. Biennio post Christum natum [o]. Probatur ex v. 7. *Interfecit pueros à biennio*, &c. *secundum tempus quod à sapientibus perquisivit*, &c. Quæsivit autem de apparitione Stellæ illius, quæ Christi nativitatem comitabatur. Obj. 1. Tunc temporis Magi eum non reperissent Bethlehemi. Quorsum enim tamdiu ibi maneret? Resp. Parentes ejus putabant necessarium fuisse, non modò ut Bethlehemi nasceretur, sed ut ibi educaretur ob cognationem cum domo Davidis. Nec indè eum transferre audebant, nisi monitu Dei. Ex Ægypto etiam redeuntes de Judæa, non de Galilæa, cogitabant, nec Nazaretham, nisi admoniti, profecti essent, v. 22. Unde constat, eum antea non fuisse Nazarethæ. Hinc ergò expono locum illum Luc. 2. 39. nempe quòd Lucas breviter recitat, quod Matthæus fusè narraverat, nec tam designare voluit subitum Christi discessum in Galilæam, quàm admonere nos, ut ipsum exspectaremus in Galilea, in sequenti narratione. Frequentes porrò sunt in S. S. breves hujusmodi transitiones. Vide Luc. 4. 14. ubi Christum ex fastigio Templi statim deducit in Galilæam, quum tamen intercesserint 40 dies quibus in deserto fuit. Et Act. 9. 18, 19, &c. ubi paucis verbis complectitur historiam trium annorum, Gal. 1. 17. 18. Obj. 2. Cur sapientes per biennium post visam stellam moras necterent; nec dum ad Hierosolymam Christúmque venirent? Resp. Factum id divinâ dispensatione; partim ut diutina Christi in Bethlehemo mora omnem prætextum adimeret iis qui ipsum nescirent; & præcipuè, ut & mater & Puer robur colligerent ad fugam suam [p]. ¶ *In*, &c. Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.] *In*, sub. *ea*, Pi.) *Bethlehem* (sub. *civitate*, Er. & sub. *quæ est*, Be. Pi.) *Judæ*, Mo. Tre. Sy. Ar. Pers. vel, *Judææ*, Be. Pi. Sch. &c. Judææ Regionis sic dictæ à tribu Juda, sub qua & Tribus Benjamin comprehenditur [q]. Sic vocatur ad alterius Bethlehem differentiam, quæ est in tribu Zabulon, i. e. in Galilæa inferiore [r], de qua Jos. 19. 15 †. Hìc natus est Christus, 1. quia id prædictum erat, Mich. 5. 2. 2. quia ibi natus David, cujus ipse successor [t]. ¶ *In diebus* (vel, *temporibus*, Pi.) *Herodis*] primi [v], Magni [x], Ascalonitæ [y], Antipatri filii [z], patris Archelai, v. 22 [a]. & Herodis Antipæ, de quo Luc. 3. 1 [b]. Hoc addit, 1. ad historiæ certitudinem: 2. ob rei cum tempore concentum †; tunc Christus exspectandus erat, ablato à Juda Sceptro, Gen. 49. 10. Herodes enim erat alienigena [c]. Obj. Imò Judæus erat, teste Nicolao Damasceno, quem & Torniellus sequitur. Resp. In gratiam Herodis hoc à Damasceno confictum notat Josephus, Antiq. 14. 11 [d]. Herodes, vel Ascalonita fuit [*], vel Idumæus [f]; certè alienigena, ut testantur, Josephus, ib. Euseb. hist. Eccles. 1. 6. Photius in tmemate 238. (ubi scribit, Herodem Romam concedentem nunquam sperâsse sibi Regnum deferendum, ἀλλοφύλῳ ὄντι, *quia alienigena erat*) Niceph. & Patres plerique [g]. Id confirmant hæ rationes. 1. Quòd Antigonus eum in concione *Idumæum* vocat, teste Josepho, 14. 24. 2. Odium ejus erga Judæos, quibus minùs favet quàm Gentibus. Non erat hic Judæus, ex Jacobi familia [h], minùs ex tribu Juda, prognatus, sed Idumæus, religione autem, vel potiùs religionis professione, Judæus erat [i]: Non erat *Hebræus ex Hebræis*, Phil. 2. 5. non *naturâ Judæus*, Gal. 2. 15. sed proselytus erat, quales etiam *Judæi* vocantur, Act. 2. ut Æqui & Volsci, *Romani* dicti [k]. Idumæi porrò seculo ferè ante Herodem Judaismum amplexi sunt, sed & *fratres Judæorum* in S. S. vocantur; erant nihilominus ἀλλοφυλοὶ, ut constat [l]. Unde sequitur jam completum esse illud oraculum, Gen. 49. 10. [de quo vide à nobis fusè congesta, & Span. part. 2. dub. 17.] Natus est Christus anno Regni Herodis 35 [m]. [de quo, vide Li. tum in Harm. tum in Horis. Heb.] ¶ *Regis*] Scilicet Judææ, Luc. 1. 5 [n]. & Regionum ei cohærentium [x], Rex factus est ab Antonio & Augusto, consentiente Senatu [y]. ¶ *Magi*, Μάγοι] Respondet hæc vox voci Hebrææ, vel, אשפים [z], vel, מכשפים [a]. Μάγοι hìc non significatione Græcâ, pro iis qui Magicam artem exercent, accipiuntur [b]. Non sunt præstigiatores aut malefici [c], qui γόητες magis quàm μάγοι dicuntur [d], sed sapientes, seu philosophi [*]; contemplatores syderum [f], & totius naturæ [g]; periti etiam in religione & in rebus politicis [h]. [Alii aliter.] Μάγοι hìc sunt venefici, vel, malis artibus dediti: nam hoc solùm sensu vox accipitur in S. Scriptura [i], ut Act. 8. 9. & 13. 8. & in Græca versione, Dan. 1. 20. & 2. 2, &c. Præstat autem significationem vocis in S. S. usurpatæ ex S. S. petere, quàm ex Persia, Platone, Plinio, &c [k]. Apparet Magos fuisse juris Divini & humani interpretes. Sed jampridem Magi ad nefarias artes conversi sunt, ut ex profanis & sacris Scriptoribus constat [l]. Quò admirabilior est hæc historia de Christo vix dum nato, tam procul Diaboli vates ad sui adorationem evocante, & Gentium primitias ex ipsis inferorum penetralibus ciente [m]. Artibus non usquequaque probandis operam dedisse hos Magos, quod Orig. Ambr. Bas. & Chrys. placet, perquàm probabile faciunt illarum gentium ætatumque mores. Nam si in ipso Dei populo Pharisæi fatorum indicia à sideribus petiverunt, quid

- a Q. in Bru.
- b Be.
- c Bru. Li. harm.
- d Mal.
- * Li. harm.
- f Li. harm. sic Ham.
- g Li. harm.
- h Ham.
- i Sch. Span. in Wal. sic Bru.
- k Span. ib.
- l Li. harm.
- m Span.
- n Sch. sim. Span.
- o Be. Li. harm.
- p Li. harm.
- q Be. sic D.
- r Be. sim. Er. D. Bru. Sch.
- † Bru.
- t Mal.
- v Idem.
- x Mal. Scul.
- y Mal.
- z Scul. ex er. Evang. 1. 2. sim. Mal.
- a Zeg.
- b Mal.
- † Bru.
- c Bru. sic Mal. Scul. Span.
- d Span. M.
- * Euseb. & African. in Span.
- f Al. ib. Bru.
- g Span. 228.
- h Span. 238.
- i Span. ex Scal. & Casaub.
- k Span. 238.
- l Span. 232.
- m Li. ho.
- n Pi. Bru.
- x Bru.
- y Li. harm.
- z Cam.
- a M.
- b Cam. sim. M.
- c Er. Bru.
- d Bru.
- * Er. V. Cam. Ham. Sch. Bru.
- f M. sic Sch.
- g Sch. sim. Bru. Ham.
- h Sch.
- i Li. ho. & harm.
- k Li. harm.
- l Be.
- m Be. ex Theod. sim. Li. harm.
- n Li. harm.

quid par est credi factum ab iis, qui etiam astrorum cultui se mancipaverant*? Illustrat hoc potentiam Christi, gloriámque & Nativitatis & Regni ipsius [n]. [Quæri hîc solet, an hi Magi Reges fuerunt, de quo videat, cui talia sapiunt, Be. Mal. Span. par. 2. dub. 20.] ¶ *Ab*, &c. Ἀπὸ ἀνατολῶν] *Ab oriente*, Tre. Ca. Sy. &c. Jungi hoc debet cum μάγοι, non cum παρεγένοντο, ut μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν sint *Sapientes orientales*, (celebris nempe Oriens sapientiæ nomine) phrasi simili isti, quæ est Job 1. 3. גדול מכל בני קדם*. Ad verb. *Ab ortibus*, Pi. Sim. Mo. sub. *Solis*, Pi. Sch. quod interdum additur, ut Apoc. 7. 2. & 16. 12. interdum reticetur, ut infrà v. 9. & Mat. 8. 11. & 24. 27 [o]. & h. l. q.d. Ex regione ad Orientem Judææ sita [p]. Vel, 1. Forsan ex Mesopotamia, unde Balaam, ex cujus progenie fuisse creduntur [q]. Vel, 2. Ex Media [r], vel, ex Perside †. Probatur; 1. quia nomen *magorum* Persicum est [t]: 2.Orientalis hæc erat Judææ [v]. Probabile est Persarum Magis hæsisse vaticinia multa de Messia è prophetia Danielis [x]. 4. Nec mirum, Persiæ, vel Mediæ, nomen non hic exprimi, quod nusquam alibi occurrit in N. T [y]. 5. Reges adorare, & non sine munere adire, Persarum mos & lex erat [z]. Vel 3. Ex Arabia [a], Fœlice, inquam, sive, Sabæa [b]: [Id sic probant,] 1. Ex prophetiis, Psal. 72. 10. Esa. 60. 3 [c]. Resp. Loca illa non de Magis potiùs quàm de aliis loquuntur [d]. 2. Munera quæ attulerunt Arabica sunt*, non Persica, ut infrà dicemus [f]. Arabia thuri, Sabæorum regio thuris & odoramentorum, ferax; unde illud, *molles sua thura Sabæi* [g]. Verùm & Persarum Magi aurum ex sua, thus & myrrham, vel ex sua, vel ex vicina Arabia, habere facilè poterant [h]. 3. Arabiam Judæi, ut sibi ab Ortu adsitam, hoc nomine vulgò appellabant, Gen. 10. 30. & 25. 6, 18. Job 1. 3. Jud.6.3. 1 Reg. 4. 30. Esa. 11.14. Jer.49.28. Tacitus in descriptione Judææ, *Terra finesque, quâ ad Orientem vergunt, Arabiâ terminantur*. Chaldæi Septentrionalium potiùs nomine censebantur, Jer. 25. 9 [i]. Obj. 1. Quando de Arabia in N. T. mentio fit, disertè illa nominatur, ut Gal. 1.17. & 4.25. 2. Magi apud Arabas inauditi [k]. Verùm non soli Persarum sapientes *magi* vocabantur, sed & alii, ut videre est in Græca Danielis historia. Habuit autem & Arabia antiquitùs sapientes suos, tum naturæ omnis, tum astrorum inprimis, studiosos, quod nos docent Jobi ejúsque amicorum colloquia. Sic Salomon *antecelluisse* dicitur *sapientibus Orientis*, i.e. Arabiæ, 1 Reg. 4. 30. Et Pythagoram sapientiæ causâ Arabes adiisse, scriptum Porphyrio. Quin ipsum nomen Ἐλύμας, quod à Luca μάγος vertitur Act. 13. 8. ab Arabia venit; & Plinius Magorum Arabiæ meminit; & Ptolemæus in Arabia ponit Magorum sinum. Quod autem de *biennio* infrà [v.16.] dicitur, non obstat quò minùs ab Arabia Magi venerint: quippe ex Mesopotamia quoque in Judæam veniri multò celeriùs potuit. Nam eos qui supra Euphratem habitabant, Hierosolyma Josephus venisse ait mensium quinque itinere. Neque verò sequitur, si Herodes, omni modo cavens nè Puer elaberetur, latiùs sævitiam extendit, non minùs in ætate quàm loci ratione, ideo stellam quoque tantò antè apparuisse. Quanquam & stella aliquo tempore ante iter susceptum apparere potuit, ut ipsa suî diuturnitate sapientum animos in se adverteret [l]. ¶ *Venerunt*] Usi camelis aut dromedariis ad itineris celeritatem [m]. ¶ *Jerosolymam*] Tanquam Regni sedem [n], (ubi Regem meritò quærunt [o],) & Divinæ scientiæ arcem, persuasi, illic aut natum esse, aut ubi natus sit sciri [p]; Divino etiam consilio, tum ut Judæi inexcusabiles essent [q], tum ut priùs à Gentibus, quàm à Judæis, Christus Rex annuntiaretur, nè Judæorum de suo Rege testimonium suspectum haberetur [r]. Stella prope Jeros. disparuit, ut ibi eum quærerent, &c †. Quod eò probabilius est, quòd Jerosolymitani stellam non viderint; vide v. 9. ||.

2. *Dicentes, Ubi*, &c. Ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεύς, &c ?] *Ubi* (In qua urbe, vel domo †,) *est Rex* (vel, *ille Rex*, Be. Bru. q. d. ille olim promissus, & hactenus exspectatus [t].) *Judæorum qui natus est*, Sy. Be. Bru. Hoc ordine voces construendæ sunt [v]. Vocum collocationem mutavi, ut sensus esset dilucidior. Eadem trajectio Luc. 19. 38 [x]. Al. *Ubi est natus* (vel, *qui natus est*, Vulg. Ar. Æth. vel, *ille nuper natus*, Pi.) *Rex Judæorum*, Mo. Ar. Mal. &c. Emphaticè dictum; q. d. legitimus & naturalis: Herodes autem erat factitius, & à Romanis datus [y]. Rex ab incunabulis, &c [z]. Non dubitantes interrogant [a], sed certi eum natum esse, & persuasi id omnibus istic notum, quærunt *ubi*, &c. Hoc illos ignorare voluit Deus, & quærere, tum, 1. ut graves hi sapientesque testes hoc Judæis annunciarent; tum 2. ut, animadverso postmodum propheticæ prædictionis & sidereæ demonstrationis consensu, certiores fierent. Audacter autem prædicant hujus nativitatem; vel, 1. quòd putarent rem hanc Herodi atque Judæis, nec incognitam fuisse, (quinimo cœlestibus signis, ut apud se, ità multò magis apud Judæos, declaratam) nec ingratam, quùm Regem illum tamdiu exspectaverant. Vel, 2. quòd Deus ipsis fortitudinem præstitit [b]. ¶ *Vidimus enim stellam ejus* (i. e. quæ eum designat, quomodo *signum filii hominis*, Mat. 24, 30 [c]: indicem nativitatis illius [d]. Sic apud Maronem, *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum*, h. e. astrum ejus honori dicatum*.) *in oriente*] i. e. Regione orientali [f], h. e. in patria nostra [g]. Terra unde venerant, non cœli regio, hac voce denotatur, ut & suprà, & infrà, v. 9 [h]. Illud ἐν τῇ ἀνατολῇ referendum est, vel, 1. ad verbum *vidimus*; ut sensus sit, Nos, dum in Oriente essemus, vidimus stellam ejus super Judæam, sive super domum Messiæ. Non placet; tunc enim altior fuisset stella, quàm ut domus contiguas distingueret: vel potiùs, 2. ad vocem *stellam*, q. d. Apparuit nobis in plaga nostra Orientali, nostróque Horizonte [i]. Sed hæc posterior sententia rem difficilem reddit, quo pacto stella in Oriente visa Regem Judæorum denotaret ||. Quòd dicunt se eam vidisse *in Oriente*, non addunt *in via*, facit ut contra receptam opinionem credam, stellam non præivisse Magis ab Oriente in Judæam usque, non enim Duci cœlesti opus habebant ad regionem notam: Huc facit & v. 9, *Ecce stella*, &c, & quòd, stellâ iterum visâ, valde gavisi sunt [k]. Ἐν τῇ ἀνατολῇ: vel, 1. verti potest *in oriente*; 1. ex collat. v. 9. ubi diversa stellæ loca recitantur; 2. quia ἀνατολὴ in sing. semel *orientem* significat, Apoc. 21. 13. Vel, 2. *ad exortum ejus*, sive, *quum oriretur*: Huc facit, 1. quòd Græcis Astronomis *ortus stellarum* dicitur ἀνατολή, &, ἐπιτολή (ut ἀνατολὴ ἡλίου, *ortus solis*, Apoc. 7. 2.) & *occasus* earum, δύσις: 2. quòd *oriens*, sicut & *occidens*, plur. num. ἀνατολαὶ & δυσμαὶ, plerumque exprimuntur, Mat. 8. 11. & 24. 27. Luc. 13. 29 [l]. Credibile est, apparuisse hanc stellam in ea cœli parte, quæ consensu Astrologorum ad Judæam pertinuit, ut solent ab ejus artis professoribus terrarum regiones certis cœli spatiis ascribi: Quæ dico, non quòd superstitiosis ariolationibus patrocinari cupiam, sed quòd arbitrer Deum ità res disponere, ut ea, quæ, sive jure, sive injuriâ, magni apud homines fiunt, interdum trahat in veri testimonium [m]. Tria hîc inprimis quærenda sunt [n]. Qu. 1. Quidnam hæc stella fuit? Resp. 1. Nihil aliud fuisse videtur, quàm lux illa cœlestis, quæ, ipsâ nocte nativitatis salutiferæ, pastores Bethlehemiticos circumfulsit, Luc. 2. quæ Magis his longè indè semotis, in Arabia scilicet, forsan visa est stellæ instar, (cujus speciem quandam longè discitis exhibet lumen quodvis magnum, aut ignis, noctu obtingens) & quidem Judææ impendentis, unde faciliùs eis esset conjectari omen ad Judæos pertinere [o]. Constat certè & lumen illud & hanc stellam utrisque, tum eodem tempore, tum eodem fine, apparuisse, ut scilicet Christum natum patefacerent. Quidni unum idémque lumen esset [p]? Resp. 2. Fuit Angelus [q], quibus tribuitur, & *stellarum* nomen, Apoc. 1. 20. & curruum igneorum species, 2 Reg. 2. 11. & 6. 17 [r]. Non placet: 1. quia non angelus vocatur, sed *stella*: Angelorum autem apparitiones non solent dissimulari in S.S. 2. Angelorum apparitiones non mutæ esse solent, sed vocales. 3. Nusquam alibi stellarum corpora ab Angelis assumpta leguntur. Loca citata quod spectat, *Angeli*, Apoc. 1. sunt ministri Ecclesiæ: currus illos, 2 Reg. nec veros, nec Angelos, fuisse dicitur †. Resp. 3. Cometa fuit [t]. Cometas nova imperia portendere, apud omnes ferme gentes receptum est. Notum est Lucani illud,

—— *Et terris mutantem regna Cometen.* Vulcanius aruspex, teste Servio, ad Eclog. 9. dicebat Cometâ signifi-

Marginal notes (left): *G. — [n] Li. harm. — *Cam. — [o] Sch. — [p] Pi. sim. Bru. &c. — [q] D. — [r] Be. — † Be. sic Zeg. D. Mal. ex Chrys. Cyr. Theoph. Span. ex Calv. Scal. Cas. Par. Geneb. Petav. &c. — [t] Mal. sic Span. — [v] Span. dub. 24. — [x] Span. sim Be. — [y] Span. — [z] Mal. — [a] G. ex Just. & Tertul. & Epiphan. D. Li. Bru. — [b] Bru. D. — [c] Q. in Span. D. — [d] Span. 293. — *G. Li. harm. Q. in Span. — [f] G. — [g] Q. in Span. sic Li. harm. — [h] Wal. ex Span. — [i] G. — [k] Span. — [l] G. — [m] Bru. — [n] Bru. sic Mal. — [o] Mal. — [p] Bru. — [q] Mal. ex Hi. & Chrys. & Ambros. &c. — [r] Mal. ex Basil. — † Q. in Mal. — || Mal. — † Bru. — [t] Idem. — [v] Idem. — [x] Be.

Marginal notes (right): [y] Mal. — [z] Q. in Be. — [a] Mal. — [b] Bru. — [c] Cam. — [d] V. sic Pi. — *G. — [f] Pi. sim. Bru. — [g] Bru. — [h] G. — [i] Sch. — || Li. harm. — [k] Wal. — [l] Ham. — [m] G. — [n] Sch. — [o] Li. harm. & harm. — [p] Li. harm. 100. — [q] Chrys. in Scul. — [r] Q. in Span. — † Span. p. 2. dub. 27. 310. — [t] Scal. in Scul. G. ex Orig.

cari

cari exitum veteris, & ingressum novi seculi. Idem Servius ad illud Georg. 1. *diri cometæ*; *Quia*, inquit, *sunt & boni*. Et de illo Cometa, Æn. 10. *Hic blandus esse dicitur.* Et Chæremon Stoicus notaverat, interdum per Cometas etiam in melius mutationem prænotari [v]. Verùm Cometam propriè non fuisse patet, ex differentia, 1. situs, quia hæc stella inferior erat, index quippe & viæ certæ, & urbis, & domûs; 2. motûs; 3. apparitionis: Cometæ noctu, hæc stella interdiu visa; 4. durationis [x]. Resp. 4. Stella hæc vera fuit; interim non diffitemur eam à reliquis stellis plurimùm differre, v. g. ortu & interitu, motu, situ, &c [y]. Stella hæc una erat ex iis quæ initio mundi creatæ sunt, sive fixa, sive erratica [z]. Sed multa repugnant; 1. Magorum verba, quòd eam dicant se *vidisse*, i. e. videre cœpisse, eámque *stellam ipsius* vocant. 2. Situs, qui humilior, &c. 3. Apparitionis & tempus, dies scilicet, & novitas, & anomalia; quòd modò apparuit, modò disparuit. 4. Motus ejus, qui non circularis fuit, sed rectus & planus; erat etiam tardus, & interruptus, &c. Obj. At *Stella* vocatur. Resp. Nomina rebus tribuuntur non modò secundùm earum *veritatem*, sed & secundùm *apparentiam*, imò & hominum *opinionem*. Sic *stellæ* vocantur, Apoc. 1. 16. & 8. 10, 12. Ità & h. l. *stella* aptè vocatur, ob figuram, lucem, situm, motum, opinionem Magorum [a]. Resp. 5. Fuit stella nova, in hoc ipsum à Deo condita [b]. Resp. 6. Fuit aliquid stellæ figurâ, ex materia aerea, vel elementari, virtute Angelicâ, aut Divinâ, formatum in aere terræ vicino [c], & motu arbitrario pro Dei voluntate motum, ad designationem eventûs extraordinarii, &c [d]. Cæterùm qualecunque fuit [hoc] sidus, motus ille, quo postea narratur Christi hospitium fuisse monstratum, non modò præter naturam fuit, sed etiam citra exemplum: unde Græci Angelum potiùs quàm stellam fuisse existimant. Simile aliquid in Martyrologio narratur accedisse Diocletiani temporibus, cùm Christiani, quærentes trium Martyrum, Tharaci, Probi, & Andronici, corpora, viderunt subitò velut stellam splendidam de cœlo missam, super singula sanctorum corpora residentem [*]. [Hæc de prima quæstione.]

Qu. 2. Quare Deus hoc medio in vocandis Magis uti voluerit? Resp. Quia conveniebat cœlorum Regem cœlesti aliquo indicio manifestari. 2. Quia conveniebat hoc Magis [f]: voluit Deus eos accommodatè ad scientiam suam erudire [g]; erant autem hi Astronomi, &c [h]. Sic pastoribus Judæis Christum ostendit per Angelos, Simeoni & Annæ per Divinam inspirationem, Josepho per somnum, &c. Ità se ad captum nostrum demittit [i].

Qu. 3. Quomodo Magi ex hac stella nativitatem Messiæ ominari poterant? Resp. 1. Ad hoc artis scientia non suffecit [k]. Resp. 2. Ex Prophetia Balaami, (Num. 24. 17. *Procedet stella*, &c.) è quorum posteritate erant hi Magi [l]. Verùm ut non nego eam ab Hebræis quibusdam tractam ad res Messiæ; (nam & Aquila [lege R. Aquiba] hoc testimonio usus est, ut Barchochebam probaret esse Messiam:) ità obscurior est quàm ut lecta auditáve certi temporis comprehensionem potuerit cuiquam externo insigere; præsertim, cùm commodè possit, imò, quod sensum primum attinet, etiam debeat, ad Davidem Moabitarum victorem referri [m]. Sed non probatur, aut vaticinium Balaami toto Oriente fuisse notissimum, aut hos fuisse Balaami posteros. Nec stella materialis, sed ipse Messias, eâ voce designatur [n]. Resp. 3. Ex Sibylla, maximè Erythræa; quæ orituri hoc sideris indicium prædixit, quin & præcepit, ut conspicati, ducem stellam sequerentur, Regemque magnum adorarent [o]. Verùm carmina illa Sibyllæ Erythrææ de Christo spuria esse, multa docent. 1. Tacitus multa supposititia pro Sibyllinis carminibus jactata fuisse docet. 2. Quis credat, prædictiones de Messia clariores à Diaboli vatibus, quàm à Dei Prophetis, editas? In Sibyllarum carminibus introducitur Messias *omnem morbum curans*, 5000 *in deserto pascens* 5 *panibus*, *&c. mortuos excitans*, *consputus*, *felle & aceto potatus*, *&c. post triduum resurgens*, &c. Præ his omnia Prophetarum scripta sunt meræ tenebræ, nec jam solis *Judæis concredita erant eloquia Dei*, juxta Rom. 3. 2. Ut constet hæc piâ fraude conficta, &c. quod & Casaubonus notat, &c [p]. Resp. 4. Ex vaticiniis Danielis, 2. 44 [q]. & 9. 24 [r]. à quo, utpote inter Magos educato, multa hi eorúmque posteri haurire poterant [†]. Sed hæc Danielis oracula non Chaldæis sunt tradita, sed Judæis, Rom. 3. 2 [t]. Resp. 5. Ex traditione: sive enim Chaldæi hi fuerint, apud eos multa & mira de mente æterna & Dei filio, &c. celebrata sunt, sive à Majoribus accepta, sive ab Hebræis inter eos exulantibus; sive Arabes, habebant hi patrem Abrahamum, qui filios suos ista docuit; erant etiam inter Chaldæos & Hebræos medii, adeóque ab utrisque discere poterant [v]. Multa etiam à Judæis per varias regiones dispersis de Messia sparsa [x]. Esto: Difficultas tamen manet, quî Magi ex ortu novæ stellæ, non dico conjectarent, sed pro certo haberent, Regem hunc natum fuisse, &c [y]. Resp. 6. Magis ad rem pertinet, quod alii monent, receptam fuisse apud Judæos opinionem, circa illa tempora instare Messiæ adventum, idque apud Gentes vulgatum. Dico autem, circa illa tempora, quia cùm definitum tempus ignoraretur, non longè tamen à vero tempore aberravit conjectura. Nam Sibyllina oracula, non nova illa quæ citant Christiani, sed vetera Romæ à 15 viris asservata, nihil aliud mihi videntur fuisse quàm versus Græci Judæorum. Ex his autem depromptum illud, quod Cicero recitat, opus esse, ut, si salvi esse vellent, eum qui Rex esset Regem agnoscerent; itémque Virgilii Idyllium quartum novi cujusdam Regni pollicitationem continens, & quidem ferme verbis eisdem quæ Prophetæ Hebræi usurpant. Hinc quoque factum, ut Herodem Magnum quidam esse Messiam interpretarentur; mox Theudam, Judam Gauloniten, aliósque id genus impostores. Judæorum certè animos, in terris agente Jesu, arrectos fuisse exspectatione Messiæ, eúmque rumorem ad Samaritas etiam manâsse, passim nos docet Evangelii historia. Hinc Baptista interrogatur, an ipse sit Messias; & populus, conspectis Jesu miraculis, statim dubitare incipit, annon sit ipse ille qui exspectabatur: duravítque ea fama, atque adeò Orientem totum pervagata est ad Vespasiani tempora, quod ostendunt Josephus, Tacitus, & Suetonius, imò ad Adriani usque ævum; nam id Barchochebæ audendi occasionem præbuit. Duæ autem præcipuæ notæ in exspectationem Messiæ circa ea tempora Judæos erexerant; numeri annorum Danielis, & destructio Regni Syriaci & Ægyptiaci. Hæc igitur ipsa fama, ex Judæorum vicinia facilè Arabiam pervagata, inusitato sideri auctoritatem adstruxit [z]. Resp. 7. Non ex revelatione peculiari (id enim verò dissimile) sed ex traditione, Deo mentes simul illuminante [a]. Imò ex revelatione Divinâ [b], sive (quod perinde est) ex illuminatione interna mentis, quâ & edocti erant, & excitati ad tantum videndi ac adorandi desiderium, sive ex χρηματισμῷ externo iis facto; sine quo interno sidere frustrà fuisset sidus alterum, &c. Ut Messiæ promissio è cœlo orta, sic & exhibitio cœlestibus tantùm nuntiis indicata, *pastoribus & Josepho* ab Angelis, *Magis stellâ*, *Simeoni* per χρηματισμὸν, *Johanni* è cœlo, *Herodi* è Scriptura prophetica. Nec sine peculiari lumine, & potenti Dei tractione unquam pervenitur ad Christum. Et hoc ipsum solidè colligitur v. 12. ubi *admonentur per insomnium*, &c [c].

Quæri denique possit, cur non alii quoque scriptores hujus stellæ meminerunt? Resp. 1. Fides S. Scripturæ non suspendi debet à Scriptoribus Paganis, &c. 2. Multa sunt & Scriptorum Paganorum, tum Græcorum, tum Latinorum, peculiaria, de quorum tamen fide nemo dubitat. Cur minùs æqui essemus erga Matthæum, hominem candidum, & ab omni fraude alienum, famæque adeò non studiosum, ut se vitæ prioris commemoratione traducat, &c? Et quid opus Matthæum hoc fingere, illâ inprimis ætate, ubi facilè revinci poterat, quum tot hostes & osores haberet, &c? 3. Julianus ipse sideris novi apparitionem fatetur, etsi malignè detorqueat ad certum quoddam astrum post 400 annos ordinariè apparens, quod & Mathesis & experientia satis refutant. 4. Stella hæc & solis Magis illuxit, idque exiguo tempore, in Oriente primò, pòst in itinere Bethleemitano. 5. Multis videtur hujus facta in aliis mentio. Huc illud referunt, *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum*, &c. quod Poeta per poppysma aulicum ad Augustum torquet [d]. Huc & illud Plinii, (qui ex obscura fama auditum refert, qua de re scripsit, ipse ignorans) qui *apparuisse*

---

[v] G. [x] Span. ib. 314. [y] Sch. [z] Q. in Span. [a] Span. 412. [b] Pi. Aquin. in Span. [c] Bru. sim. Span. ex Orig. Aug. [d] Span. 316. [*] G. [f] Sch. [g] Mal. sim. Bru. Sch. [h] Bru. &c. [i] Sch. [k] Bru. [l] Orig. Cyp. Chrys. Euseb. Epiphan. &c. in Span. [m] G. [n] Span. p. 369. [o] Bru [p] Span. 371. ... [q] Q. in Span. [r] Sch.

[†] Q. in Span. [t] G. [v] Bru. [x] Q. in Span. [y] Span. p. 376. [z] G. [a] Bru. [b] Span. 377. Ham. [c] Span. 377. [d] Span. dub. 35.

*ruisse aliquando scribit Cometam candidum, argenteo crine ità refulgentem, ut vix contueri licuerit, specieque humanâ Dei effigiem in se ostendentem**. Testimonium Chalcidii Platonici (modò γνήσιον sit) appositum est, *Sanè notanda est*, inquit, *alia sanctior & venerabilior Historia, quæ perhibet de ortu stellæ cujusdam, non morbos mortésque denunciantem, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conversationis, rerúmque mortalium, gratiam; quam stellam cùm nocturno itinere suspexissent Chaldæorum profectò sapientes viri, & consideratione rerum cœlestium satis exercitati, quæsisse dicuntur recentis Dei ortum, repertâque illâ Majestate puerili, venerati esse, & vota Deo tanto convenientia nuncupâsse*[f]. ¶ *Et venimus adorare*, &c. Προσκυνῆσαι (pro τοῦ προσκυνῆσαι, scil. ἕνεκα. Ellipsis gemina[g].) αὐτῷ] Vel, αὐτὸν, ut in aliis exemplaribus[h]. Hellenistæ vocem hanc modò cum tertio casu componunt, ut hîc, & [apud] Lxx [ad] Gen. 37. 10. modò cum quarto, ut Græci Scriptores. Significat autem procumbentis corporis gestum honoris habendi gratiâ. Græci assueti libertati, hoc modo neminem hominem salutabant, ut nos docent Herodotus aliique. Orientis populos Regibus eum honorem habuisse, & Sacra & profana Historia nos docet. Josephus de Davide Saulem venerante, προσεκυνήσεν αὐτὸν, &c. (*veneratus est eum procidens super faciem, ut moris erat.*) Livius de Legatis Carthaginiensium, *More adorantium (accepto, credo, ritu ex ea regione ex qua oriundi erant) procubuerunt.* Significat Phœnicum, quorum vicini Hebræi, hunc morem fuisse; quod & Euripides notat. Scriptor Latinus Vitæ Cononis, *Necesse est enim, si in conspectum veneris, venerari te Regem, quod προσκυνεῖν illi vocant.* Magi igitur, quibus persuasum erat huic Puero Regnum destinari, more suæ gentis eum venerantur. Describitur ista προσκύνησις infrà vers. 11. verbo πίπτειν, ut & inferiùs 4. 9. & 18. 26. Marc. 5. 22. πίπτειν ἐπὶ πρόσωπον dixit Lucas 5. 12. προσπίπτειν, Herodotus atque alii Scriptores Græci; προσπιτνεῖν, Æschylus Persis, ubi luculenta ejus moris notatio[i].

3. *Turbatus est*] Metu Regni amittendi[k], quòd alienigena erat[l], & Regnum vi obtinebat[m]. ¶ *Et omnis*, &c. Καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα] Et accentus & terminatio docent non vocem fœm. sing. sed plur. neut. ut alibi passim tum in his libris, tum apud Græcos Latinósque Scriptores. Nam quòd apud Ciceronem semel, semélque apud Tacitum, *Hierosolymam* legitur, mendum esse arbitror creatum unius literæ adjectione, cùm illi ipsi Scriptores alibi semper Hierosolyma eam urbem vocent. Neque tamen sine exemplo est, quòd ei componitur illud πᾶσα. Ad rem enim respicitur, non ad vocis sonum. Ità suprà 1. 21. αὐτῶν refertur ad τὸν λαόν. Tale est *Præneste sub ipsa*[n]. Sed cur turbatur Jerosolyma, quæ lætari debuit de Rege suo tamdiu expetito & exspectato[o]? Resp. 1. Præ admiratione novi nuncii[p]. 2. Quòd tristiorem servitutem timerent, Herodis sævitiam scientes, &c[q]. 3. Metu turbarum[r], & mutationis status, quæ sine sanguine fieri non solebat; præsertim cùm Romani adeò potentes essent, &c†. Sic continuis bellis attriti fuerant, ut illis misera servitus cum pace conjuncta optabilis foret[t].

4. *Et congregans* (Herodes scilicet[v],) *omnes principes sacerdotum*] i. e. Sacerdotes primarios[x]; eos qui summi aliquando fuissent Sacerdotes; erant enim jam annui & venales[y]. Verùm *principes sacerdotum* legimus antequàm annui fuerint, 2 Par. 36. 14[z]. Al. Non hîc intelligo eos tantùm qui maximo Pontificatu aut fungebantur, aut functi erant, eorúmque Vicarios, (nam vox πάντων majorem numerum designare mihi videtur, quàm ut paucis illis conveniat,) sed alios quoque[a], [nempe] Principes 24 sacerdotalium Familiarum[b], 1 Par. 15. 12[c]. & 24. 6[d]. qui vocantur, *principes sanctuarii & Dei*, 1 Par. 24. 5*. &, *principes sacerdotum*, 2 Par. 36. 14[f]. Sic Josephus voce ἀρχιερεῖς utitur, Antiq. 20. 7. & Belli Jud. 4. ubi à seditiosis narrat sorte lectos ἀρχιερέας, ex quaque Familia, cùm is honos nascendi ordine deferri soleret[g]. Hi erant ex numero Sanhedrim, ordinariorum Judicum & Consiliariorum, sine quibus nullum cogi posset consilium[h], ut patet ex 1 Par. 23. 4. Matth. 26. 3. Marc. 11. 18. Act. 4. 6. &c[i]. Cùm constaret Synedrium è Sacerdotibus, Levitis atque Israelitis, teste Maimon. in Sanh. c. 2. Sub voce ἀρχιερεῖς hîc, alibíque, ubi de Synedrio agitur, comprehenduntur duo priores, quoquot scilicet è clero erant è Synedrio; & sub *scribis populi*, omnes isti è Synedrio, qui non fuerunt de clero[k]. Fuit hoc συνέδριον, non civile, sed Ecclesiasticum[l], ab illo distinctum[m]. Quod quidam arbitrantur, duos fuisse Senatus summos Judæorum, alterum qui Civilibus, alterum qui Ecclesiasticis, negotiis præesset; de eo quid nobis videatur alibi aptior erit agendi locus. Hoc verò loco, cùm nihil celebratum sit negotii publici, sed duntaxat exquisita Prophetarum oracula ab iis qui eorum scientiâ præstare cæteris credebantur, non videtur mihi certus aliquis atque legitimus Concessus debere intelligi sed doctorum hominum conventus extra ordinem à Rege convocatus. Atque ideo nec πρεσβυτέρων hîc fit mentio, qui plerumque nominantur, ubi aut judicii, aut consilii publici res est[n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ] *Et scribas populi*, Vulg. sic Be. Pi. &c. סופר γραμματεὺς generaliùs quemlibet doctum denotat, & opponitur τῷ בור *rudi*, vel *agresti*, in Bab. Beracoth. fol. 45. 2. & Bab. Sotah. fol. 33. 2. singulariùs eum doctum notat qui scriptioni præcipuè se addixit. At præ omnibus aliis Traditionum Patres *scribæ* audiunt, quod satis liquet in his locutionibus, *Verba scribarum sunt amabiliora quàm verba Legis*, i. e. Traditiones præstant Legi scriptæ: &, *Hoc est è dictis scribarum*, i. e. ex decretis traditionalibus[o]. *Scribæ* triplices erant, 1. *regii*, qui Regibus apparebant, ut 2 Samuel. 8. 17. & 20. 25. 2. *plebeii*, qui & *notarii*, qui privatorum contractus & instrumenta describebant, 1 Par. 2. 55. 3. *sacri*, juris Divini periti[p]. Potiùs duplices erant, *politici* & *ecclesiastici*. סופר, æquè ac כהן, interdum sacrum munus, interdum politicum, notat; quia utrumque in Principibus familiarum olim conjunctum erat[q]. *Scribarum* nomen antiquissimum fuit, Esd. 7. 6. erátque ordinis, vel gradûs, non sectæ; & sic vocabantur homines docti ex quavis tribu[r], qui Legis erant periti†; quorum munus erat (tum in Synagogis tum in Templo[t]) Sacras literas lectitare atque enarrare[v], (indè νομικοὶ dicti, Matt. 7. 29. & 17. 10. & 23. 13. &c[x].) populum instituere, dubia & perplexa solvere, & alia id genus munia obire. Tales Scribæ Schaphan, 2 Reg. 22. 10. & Esdras, &c. *Scribæ* autem dicti sunt, non à scribendo, (quanquam existimant quidam non aliis quàm his licuisse describere Sacros Libros, nè depravarentur,) sed à Scripturis potiùs Sacris, quas servabant, perscrutabantur, &c[y]. vel, quòd Legi scribendæ & interpretandæ vacarent, quasi Sacrarum Tabularum custodes: vide Jer. 8. 8[z]. Γραμματέων nomine cùm Hebræis diversa munia denotentur, hîc officium adsessoris puto intelligi, quo juris studiosi partibus suis funguntur. Nam sicut Romani Præsides habebant comites jurisperitos, quorum consiliis in jure dicendo utebantur; ità & Hebræis Magistratibus, itémque Sacerdotibus, ut docet Thalmud Hierosolymitanum in Joma, & Maimonides titulo De die propitiationis, sui aderant adsessores delecti, plerumque ex Levitica tribu, quæ è publico sustentata, neque domesticis distracta negotiis, ad literarum studia otio abundabat. Sicut autem Lex erat una præceptrix Divini omnis humaníque juris; ità apud Hebræos penes eosdem erat juris utriusque interpretatio. Quò pertinet Ecclesiastic. 38. 25. Et Hebræi סופרים interpretantur רבנים. Nostri Scriptores eos interdum νομικοὺς vocant; Josephus, ἐξηγητὰς νόμων, (*expositores legum.*) Quanquam verò Sacerdotibus præcipuè injunctum erat, ut Legis studio vacarent; tamen, cùm honos successorio jure delatus, interdum ad ingenia minùs idonea delaberetur, factum est, ut ipsi etiam Sacerdotes alieni consilii egerent. Seraja certè sacerdotalis Scriba Davidis temporibus memoratur, 2 Sam. 8. 17. Auctáque proculdubiò ejus muneris necessitas ignaviâ Sacerdotum, &, quæ sequentibus seculis inolevit, honorum nundinatione[a]. Scribarum potestas magna erat, imò aliquo modo judiciaria, ut patet ex Matth. 20. 18. quia præstantiores ex eis in Sanhedrim coaptabantur[b]. *Scribæ* autem *populi* vocantur, vel, 1. quia selecti sunt ex illo ordine nonnulli, qui Sacerdotibus adjuncti Synedrium explerent[c]; vel, 2. quia eorum erat populum docere[d], ut constat ex Matt. 7. 29. & 17. 10. & 23. 2*. ¶ *Ubi*, &c. Ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται] i. e. Μέλλει γεννᾶσθαι[f]; ut Matt. 11. 3. *Tune es* ὁ ἐρχόμενος, h. e. ὃς μέλλει ἔρχεσθαι, (qui

* Sch. [f] Span. ib. [g] Pi. [h] Er. [i] G. [k] Pi. Bru. sic Camer. Li. harm. [l] Bru. sim. Cam. [m] Camer. [n] G. [o] Sch. ex D. [p] Bru. sim. Calv. [q] D. sim. Sch. [r] Pi. sim. Li. harm. Bru. † D. sim. Li. [t] Wal. ex Calv. [v] Bru. [x] Er. Camer. [y] Chrys. & Theoph. in Mal. [z] Mal. [a] G. [b] G. Bru. Mal. Be. Scul. Li. Harm. [c] Scul. exer. Evang. 1. 55. [d] Scul. G. * Be. Bru. [f] Be. Bru. G. [g] G. [h] Bru. Scul. [i] Scul.

[k] Li. ho. p. 27. & 28. [l] Be. sic Sch. [m] Be. [n] G. [o] Li. ho. [p] Be. [q] Span. dub. 38. 395. [r] Span. ib. † Span. sim. V. Camer. [t] Be. [v] Bru. sim. Be. Pi. Span. &c. [x] Be. sim. Bru. [y] Bru. [z] Be. [a] G. [b] Span. [c] Be. [d] Sch. sim. Span. * Span. [f] Cas. Cam.

(*qui venire debet,*) & 17. 11. Elias quidem ἔρχεται, (*venit,*) i. e. ἔμελλε ἔρχεσθαι [g], & 1 Cor. 15. 35. *Quomodo* ἐγείρονται, &c. Sed hîc maximè observandum est, ut intelligamus non loqui Herodem tanquam de re præsenti, sed ut de re incerta & quandoque futura. Nam etsi jam id contigisse ipse ex Magis intellexerat, tamen hoc totum consilium suum Judæos celavit. Ideo ait mox Evangelista, λάθρα [h]. Sensus, Ubi secundùm Scripturas nasci Christum oportet [i]?

5. *In Betlehem Judæ*] Vel, *Judææ*, sub. *urbe*, Sch. Fuit hæc pervulgata opinio. Vide Joh. 7. 42 [k].

6. *Et tu*, &c. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα] *Et tu Bethleem terra Juda*, Er. Be. P. Ti. Il. Pi. &c. *terra*, i.e. terræ portio ei tribui ascripta [l]; quomodo *terra Zabulon*, &c. Matt. 4. 15 [m]. Vel, *terra*, &c. h. e. urbs *Judææ*. Sic in Eurip. Oreste, *Mori Orestem & me, decretum est huic terræ*, i.e. urbi [n]. Per Synecdochen hoc nomen [*terræ*] oppidis tribuitur [o], ut *terra Sodomæ*, &c. Matt. 10. 15 [p]. Sic γαῖα (*terra*) Πελοπείας χθονὸς, in Sophocle. Servius ad Æneid. 11.—*Quâ concidit Ilia tellus*; pro, *Urbs Ilia* [q]. Vel, est ellipsis præpositionis, *terra*, pro, *in terra* [r]. Sic alibi, *copia cibi navalis pauperum* [Prov. 13. 23.] pro, *in navali*, &c. Aut pro γῆ legendum γῆς *terræ*; aut legendum τῆς Ἰούδα, sub. φυλῆς, (*tribus* ‖.) In Mic. 5. est, *Bethleem Ephrata* †; quod est alterum urbis cognomentum [*]; pro quo rectè hîc ponit, *terra Juda*, ut eundem locum nomine suis temporibus notiore (saltem Herodi, homini in Prophetis parum versato [v],) certiùs indicaret [x]. Captivitas nimirum 70 annorum, tantæque mutationes memoriam cognominis urbis à muliere desumpti, 1 Chron. 2. 19. facilè delere poterant. Pro eo ergò aptissimè ponitur *terra Juda*, quia hîc de Messia agitur ex Juda orituro, &c [y]. Regionis autem nomen Bethlehemo [h. l.] additur, quia alterum Bethlehemum erat in Galilæa, Jos. 19. 15 [z]. ¶ *Nequaquam minima es in principibus* (vel, *in ducibus*, Mo. *inter reges*, Sy. Pers. Tre.) *inter duces*, sive *principes*, Er. Be. P. Ti.) *Juda*] Eleganter dicit, *non minima*, pro, *maxima*, ut rectè Priscianus observat. Sic Pythagoras in Herodoto dicitur, οὐκ ἀσθενέστατος σοφιστὴς, [*non ineptissimus sophista*, i.e. solertissimus [a].] Sic Græci οὐχ ἥκιστα, *non minimè*, dicunt, pro, *maximè*. Sic Dejotarus Ciceroni dicitur, *homo minimè stultus*, i. e. valde sapiens [b]. Sed videtur Matthæus non bonâ fide citâsse locum Michææ: Bethleem parvulam esse affirmat Michæas, negat autem Matthæus. Quomodo ergò solvenda est hæc ἀντιλογία [c]? Resp. 1. Scriptores N. T. sensum sæpè, non verba, exprimunt. Si autem nobis licet Authorum sententias citare nostris verbis, quidni idem illis liceat [d]? Resp. 2. Matthæus non tam Prophetæ verba quàm Scribarum referre, & illorum vel oscitantiam, vel ignorantiam [in textibus S.S.] notare voluit, &c [*]. Resp. 3. Sic conciliantur: Parvula erat loci amplitudine ac populi frequentiâ, haud parva verò Principum natalibus. Indè enim orti sunt, Dux Abesan, Jud. 12. 8. Booz, Isai [f], David Rex, & precipuè Christus [g]. [Vel sic;] Minima erat mundano splendore, opibus, &c. ideòque ab hominibus carnalibus contempta: non tamen minima ob aliam ὑπεροχὴν, quòd ex eo prodiret Messias, &c [h]. Resp. 4. [Distingue tempora:] Micheas respicit statum Bethleemi tempore Prophetiæ editæ [i]: Matthæus respexit Prophetiæ exitum, ac proinde *non minimam*, h. e. excellentissimam, vocat, quam Propheta, Christo nondum nato, *minimam* vocavit [k]. Resp. 5. Verba Michææ, צָעִיר לִהְיוֹת וגו׳, aliter verti possunt, *Parum* (vel, *Parvum*, Li. Di.) *est ut sis* (vel, numereris [l],) *in chiliadis Judæ* [m]; nam sublimiori dignitate coronanda es, *ex te enim prodibit*, &c. Et in hunc ferè sensum, ni ego fallor, appertè reddit Chaldæus Paraphrastes, quem in hoc Concilio [*sacerdotum & scribarum*] præsentem suspicamur, כִּזְעֵיר וגו׳, *intrà pauxillum es ut præficiaris*. Vide eundem sensum vocis זְעֵיר in Targ. Hos. 1. 4. &c [n]. [Sed nonnulla hîc objiciuntur.] Obj. 1. צָעִיר nunquam significat *parum*, sed semper *parvulum*, ætate aut dignitate [o]. Resp. 1. צָעִיר generaliùs dici potest de quavis re parva, sive qualitate, sive quantitate, eâque, aut continua, aut discretâ: unde Genes. 19. 20. מִצְעָר הִיא, *parva est*, scilicet urbs: 2 Par. 24. 24. בְּמִצְעַר אֲנָשִׁים, *in paucitate hominum*: Dan. 8. 9. קֶרֶן מִצְּעִירָה, *cornu parvum*. Sit itá. Sumamus hîc צָעִיר pro re dignitate parvula, & vertamus, *parvum est ut sis*, &c. Nec quenquam offendat, quòd masc. צָעִיר vertamus per neutrum, *parvum est* [p]. Quum enim neutro genere careant Hebræi [q], pro eo frequenter quidem fœminino [r], non rarò tamen masculino, utuntur, ut Gen. 2. 17. לֹא טוֹב, *non est bonum* †; קְטַנִּי, *minimum meum*, quod in me minimum est: ità hîc צָעִיר, *parvum*, *parva res*. Apud Syros radix hæc vilitatem & ignominiam significat, ut vertere possis, *Vile, ignominiosum est, ut sis inter millia Judæ* [t]. Obj. 2. Hunc sensum Hebraismus exprimere solet, non voce צָעִיר, sed voce מְעַט [v]. Resp. Illâ quidem voce eo sensu utitur, sed non illâ solâ; utitur enim & voce קָטֹן, 2 Sam. 7. 19. & voce נָקֵל, Esa. 49. 6. quidni & hîc voce צָעִיר [x]? Resp. 6. Verba Prophetæ interrogationem continent [y]; quæ more omnium gentium negationi tantundem valeat, hoc modo, *Tune, Bethlehem, minima sis in censu familiarum tribûs Judæ? Imò verò ex te originem sumpturus est Messias.* Sic Chald. Paraph. id quod est Gen. 4. 24. legit cum interrogatione, interpretatur cum negatione: & Latinus Interpres id quod est Deut. 9. 2. Et locum 2 Sam. 16. 18. alii cum negativa particula, alii sine ea, legunt sensu eodem. Idémque evenit Job. 13. 15. & Esa. 49. 7 [z]. Sic Apostolus expressit locum Davidis, *An est intelligens*, οὐκ, &c. *non est*, &c. Rom. 3. 11. Sic interpretatum lego, οὐχὶ ἡ χείρ, &c. (*Nonne manus mea hæc omnia fecit?*) Act. 7. 50. ubi in Hebræo, *Et omnia ista manus mea fecit*, Esa. 66. 2 [a]. Sensus esset apertior, si adesset ה interrogativum [b], sed id sæpe omittitur [c], ut 1 Reg. 21. 7. Zach. 8. 6 [d]. Job. 41. 20 [*]. Sic *non* pro *nempe* [legendum videtur *nonne*] poni notat Servius ad Æn. 2 [f]. Resp. 7. Notandum voces multas & Hebræis & Arabibus, Græcis etiam & Latinis, intellectibus planè contrariis gaudere [g]. Sic Hebræis, קָדֵשׁ & *sanctum* denotat, & *scortum*, Deuter. 23. 17. בָּרֵךְ & *benedicere & maledicere*: נֶפֶשׁ & *animam* & *corpus inanime*, Hag. 2. 13. חֶסֶד est & *pietas* & *impietas*, Levit. 20. 17. Apud Arabes tot sunt exempla, ut justum volumen implerent. [Ea vide in Cl. & istarum aliarúmque rerum peritissimo, Authore.] Græcis ἁγίζω valet & *polluo* & *consecro*; γεωπονέω, *agrum curo* & *facio*: ἀργὸς, & *piger* est & *velox*. Sic Latinis, *Altum* & *profundum* dicuntur tam de supra quàm de infra nos positis: *infractum* idem est quod *fractum*, eíque contrarium [h]. Idem asserit Grammaticorum Hebræorum Princeps Ebn Jannahius, in libro Radicum, de voce צָעִיר, quæ, inquit, ut *parvum*, ità & *magnum*, sive *excellens*, significat. Id probabo testimoniis Magistrorum, quos de verborum S. S. significatu (ubi de nullo Religionis articulo controvertitur) cæteris libenter præferunt Viri docti. R. Tanchum, postquam dixit à nonnullis exponi verba Mic. 5. 2. quasi per contemptum istius regionis ac familiæ, quæ minor videretur quàm ut Imperio, &c. idonea censeretur, צָעִיר, inquit, rectiùs exponitur, *princeps*, *illustris*, *primaria*, quo sensu, inquit, sumitur & alibi, ut Jer. 48. 4. *Audire fecerunt clamorem* צְעִירֶיהָ, i. e. non, ut vulgò reddunt, *parvuli ejus*, sed, *principes*, vel *præfecti*, *ejus*, quomodo & Chald. ibi vertit. Sic & Zach. 13. 7. *Et convertam manum meam super* הַצֹּעֲרִים, i. e. non, *super parvulos*, ut vulgò vertunt, sed, *super illustres & principes*. Consentiunt LXX & Ar. qui vertunt, *super pastores*, & Syrus, qui, *contra superiores*. His calculum adjicit etiam Glossarii Hebræo-Arabici minimè contemnendi Author, qui inter thematis צער significatus, statuit, *dominator*, *princeps* [i]. Adde, quod vox illa Arabica, quâ Jannahius & Tanchum Heb. צָעִיר reddunt (non quidem *Sagir*, quod sono ad Hebr. *Tsair* proximè accedit, sed) *Jalalo*, quod & *magnum* & *parvum* significat, inquit Alfiruzabadius in Oceano suo linguæ Arabicæ [k]. Ità, ut spero, evicimus τὸ צָעִיר in Mich. idem sonare quod *nequaquam minima* in Matthæo [l]. Nec temere forsan adhibita ista loquendi forma [in Matt.] potiùs quàm alia quæpiam, quæ simpliciter *magnum*, vel *illustrem*, denotat, cùm ità duplex ille τὸ צָעִיר intellectus subinnuatur, utroque expresso, altero licèt prælato, idque non prout accidit, sed certo ac deliberato consilio factum videatur [m]. [Hæc de præcipua inter Mich. & Matt. discrepantia concilianda dixisse sufficiat; notantur & aliæ, sed quæ minoris sunt momenti; inter eas tamen una est paulisper consideranda.] In Mich. est בְּאַלְפֵי *inter chiliadas*, in Matt. *inter duces*. Resp. 1. Matthæus legisse

Marginal notes (left column): g Cam. h Cas. i Bru. sim. Pi. k Bru. l G. sim. Be. Pi. Ham. Bru. m G. n Glas. rhet. 1. 16. 457. o G. p G. Ham. q G. r Li. harm. p. 86. sic D. paral. ‖ D. paral. † Be. sic G. &c. * Be. v Span. ex L. simil. Li. harm. x G. sim. Li. harm. y Li. harm. z G. a Cas. b Scul. exerc. Evang. 1. 57. c Span. dub. 42. p. 410. d Span. dub. 41. p. 408. * Hi. &c. in Span. 409. f Bru. g Bru. Span. 415. h Span. 424. i Sch. k Be. l Li. ho. m Os. & ex eo Forest. in Span. p. 422. sic Scul. Li. ho. Di. n Li. ho. & harm. o Canin. in Di.

Marginal notes (right column): p Di. q Di. Scul. exerc. Evang. 1. 57. r Di. † Di. Scul. t Di. v Jansen. in Li. Span. p. 423. x Li. harm. 109. y G. sim. Be. D. paral. Span. p. 426. z G. a D. paral. b G. c G. sic Be. d G. * Be. f G. g Poc. misc. p. 19. h Poc. 20. i Id. 17. k Id. 25. l Id. 27. m Id. 18.

legisse videtur בְּאַלְפֵי, quod *duces* significat, Gen. 36. 19. Resp. 2. Vox אלפים non tantùm *milia*, sed & *boves*, significat, Psal. 8. 8. Potest etiam *duces* significare, sicut אלופים & *boves* & *duces* significat [n]. Resp. 3. Sensus eòdem recidit: nam *chiliades* & *duces* chiliadum χίλια sunt, & se mutuò ponunt & tollunt [o]. Matthæus capitis appellatione totum corpus synecdochicè designat [p]. Sic Jud. 6. 15. *Ecce* אלפי *dux meus*, &c. LXX vertunt, *chilias mea* [q]. Vox אלף, quæ *chiliada* sonat, partem tribûs, h. e. familiam, designat [r], ut apparet Jud. 6. 15. & ex collat. 1 Sam. 10. 19, 20, 21 [†]. non quòd familiis iste numerus responderet, sed quòd certus numerus positus est pro incerto; ità tamen ut plerumque à proportione non longè recederetur. Quare & *principes millium*, Exod. 18. 25. ii mihi esse videntur quos vocant πατριάρχας, i. e. familiarum Principes, (qui hîc ἡγέμονες, *duces*, vocantur,) sensu contractiore quàm quo vox ea in N. F. usurpari solet [t]. Villæ minùs populosæ in centenarios reducebantur; urbes autem quæ millia producebant, *principes* habebantur, & sic Propheta intelligi potest. Matthæus autem *duces* dicit, potiùs quàm *chiliadas*, quia de *duce* sive *principe* quæstio erat, non de Chiliade [v]. ¶ *Ex te*, &c.] Videtur propriè Propheta originem Messiæ indicare ex familia Bethlehemitica nimirum, sive Davidica, non numerosa per se, à Babyloniis autem, propter Regiam quam obtinuerat dignitatem, omnibus modis atterenda. Voluit tamen Deus, delecto ad Christi nativitatem hoc oppidulo, plenissimè præstare quod Propheta dixerat, & simul ex nascendi loco originem quoque actis publicis testatam facere, ut docemur à Luca, cap. 2. v. 4. ubi πατριὰ Δαβὶδ est idem quod אלף apud Prophetam [x]. ¶ *Dux*, Ἡγούμενος] Participium loco nominis, more Hebræorum [y]. ¶ *Qui regat*, &c.] Sic Mo. vel, *reget*, Ca. sic Ti. vel, *pascet*, Sy. Tre. Pers. Be. &c. q. d. Non Lupi more vorabit, non Tyrannus opprimet, sed reget, ut Pastor, gregem [z]. Homerus Reges vocat *pastores populorum*: & Xenoph. *Idem est officium regis boni & pastoris boni* [a]. In Mich est מושל *dominator* [b]: Cui respondet notum illud Oraculum, quòd *ex Judæa profecti rerum potirentur* [c]. Christus Rex fuit, sed spiritualis, Judæorum, h. e. fidelium. Tacitus, *Judæos* (sic vocat Christianos) *Chresto* (i. e. Christo) *duce, tumultuantes Româ expulit* [d]. ¶ *Israel*] q. d. Non Judam solùm, (quamvis nec inter celebres illius urbes numereris,) sed & totum Israel, ut olim David, &c [*]. Quærendum adhuc restat, an hoc Michææ vaticinium rectè ad Christum à Matthæo applicatur. Id pertinaciter negant Judæi, & ad Zorobabelem referunt [f]. Contrà: 1. Ille non in Bethlehem natus est, sed in Babel [g], dictus Zorobabel, quasi *semen Babel*. 2. Illi nec egressus æternus, nec conversio Gentium, ullo pacto adscribi possunt. 3. Nunquam Bethlehem ob natalem Davidis Ducis longè præstantioris Zorobabele tantopere collaudata fuit, nedum ob Zorobabelem indè ortum in verba hæc emphatica Propheta erupisset. Eisdem de causis nec ad Ezechiam referri potest, cui nec illud *Bethlehemi nasci*, nec reliqua conveniunt. Nec ad Davidem trahi potest qui ante 260 annos obierat, quum de Duce Michææ tempore exituro loquatur. Pertinet igitur ad Christum, cui, & quidem soli, hæc omnia conveniunt [h]. [Vide Synopsin nostram ad Mic. 5. 2.] Ejus ortu ingens decus accessit Bethlehemo. Ejus exhibitionem sequitur conversio Gentium, quas Mich. vocat *residuum fratrum ejus*, &c. De Messia etiam hunc locum accipiunt post Chaldæum R. S. & R. Juda in Galatino [i]. Est tamen quod objiciunt Judæi; 1. Dominator ille Michææ Israelem ab Assyriis liberaturus erat, &c. Resp. 1. Illud spiritualiter intelligendum est, quia Israel externus, sive decem Tribus nunquam reducendæ erant, Ose. 1. Obj. 2. Jesus Nazarenus non dominatus fuit Judæis, sed Judæi illi. Resp. 1. Christus Judæis & olim dominatus est, in ipso exinanitionis statu, (eos ipse compescens, miracula patrans, &c.) & tandem dominabitur, Rom. 11. 25, 26. 2. Dominium habuit habétque Christus, non quidem externum & carnale, non de hoc mundo, ut ipse professus est, sed internum & spirituale, &c [k].

7. *Clàm*] Nè Judæi aut tempus nati Messiæ intelligerent [l], aut insidias ejus animadverterent [m], aut sapientes meliùs erudirent [n]. ¶ *Diligenter didicit*, Ἠκρίβωσε] *Exquisivit*, Be. Pi. Æth. P. sim. Mo. Ca. *Accuratè perquisivit*, Er. Il. Bru. sic Ham. Sch. G. *Compertum habuit*, Pers. sim. Ar. Cam. *Didicit*, Sy. Tre. Eleganter expressit unâ voce quod pòst duabus, ἀκριβῶς ἐξετάζειν. Ità apud Isocratem, οἱ τὸ ἐκείνων ἀκριβοῦντες est, ἀκριβῶς ἐξετάζοντες, (*accuratè perquirentes* [*].) ¶ *Tempus stellæ quæ apparuit*] Ad verb. *apparentis*, i. e. quo apparere cœpit [o]; ut indè sciret, tum quisnam infans eo tempore ibi natus est [p], tum ætatem Christi [q]; putabat enim, id quod res erat, simul cum ortu Pueri, ortam stellam esse [r]. Verba rectè transferas, *quanto jam tempore stella appareret*. Videtur enim electum participium præsentis temporis, [φαινομένου,] ut non initium, sed continuitas, denotaretur. Φαινόμενα Græcis dicuntur stellæ perpetuæ, præsertim αἱ ἀπλανεῖς, (*stellæ fixæ*.) Attamen origo vocis latiùs patet, & ab ipso Aristotele, τῷ ἅλῳ, τῷ παρηλίῳ, τῷ κομήτῃ, etiam aptatur [†].

8. *Et mittens illos*] Πέμπω apud Homerum est idem quod frequentiùs dicitur προπέμπω. Latini dicebant *prosequi*. Nam & hoc propriè est, abeuntem honoris causâ aliquousque comitari: unde ad cætera officiorum genera transferri cœpit [t]. Mirum videri possit, cur nec ab Herode, nec ex Judæis, quisquam Magos comitatus est tam arduum quærentes, & intrà pauca milliaria inventuri. Sed tribuendum hoc, 1. Divinæ dispositioni, nè Herodi proderetur infantulus [v]. 2. Herodis consilio, tum ut certiùs inveniretur Puer, quem parentes ab Herode occultâssent; tum quia de Magorum fraudis nesciâ simplicitate confisus erat [x]; tum nè Judæi insidias suspicantes seditionem molirentur. 3. Judæorum metui, nè ab Herode defecisse viderentur [y]. ¶ *In Bethlehem*] De tempore quæsiverat ab eis, hîc locum eis ipse aperit [z]. ¶ *Ite*] Magos ultrò ituros suo etiam onerat præcepto [a]. ¶ *De puero*] i. e. De ipsius parentúmque statu, & omnibus circumstantiis [b], quando natus, & quibus parentibus; an parentes eum haberent pro Messia Rege, &c. Studiosè *puerum* vocat, sive *puerulum* [c]; est enim vox diminutiva [d]; vel, 1. quòd infantilem ejus ætatem cognoverat; vel, 2. hypocriticè, amorem simulans [*]; vel, 3. quòd *regem* eum dici nollet [f]. ¶ *Et cùm* (vel, *postquam*, Be. Pi. sub. *illum*, Be.) *inveneritis*] Ἐπὰν εὕρητε [g]. ¶ *Ut — adorem eum*] Ità ferociam humilitatis fictione tegit: putabat eum priùs è medio tollere quàm Judæi eum natum rescîssent [h].

9. *Stella quam viderant in oriente*] In patria sua [i]. Significat, stellam haud fuisse ducem totius itineris [k]; nec enim duce opus erat ad Jerosol. urbem satis notam. Fulserat stella ipsâ, ut videtur, nocte nativitatis, atque exinde ad hoc usque temporis disparuerat [l]. ¶ *Antecedebat eos*] Ità Mo. sim. Er. Be. Pi. Sch. Tre. Ca. &c. vel, *ducebat eos*, Æth. Verbum προάγειν significationem habet activam in Græci sermonis usu, i. e. *producendi*. Ità diceretur sidus hoc deduxisse Magos. Sed absolutè ferè reperitur, ut Matt. 14. 22. *Coegit Jesus discipulos navem ascendere*, καὶ προάγειν αὐτόν, *& provehendo trajiciendóque precedere sese*; & Matt. 21. 9. ὄχλοι προάγοντες, *præcedentes*. Sic & Plato in Phædro, πρόαγε δή, *progredere*, seu *perge sanè* [m]. Voluit eis Deus stellam apparere, nè animum dejicerent, quòd in urbe Regia Regem non invenissent, sed nec sciri quidquam de eo nato comperissent; quinimo, allato nuncio, turbari omnes observâssent, & nè quidem se comitem quisquam ipsis adjungeret eorum, quorum erat nativus Rex, quem ipsi exteri adoratum ibant [n]. ¶ *Usquedum veniens staret supra*, &c. Ἐπάνω οὗ, &c.] Ellipsis [o]. *Supra* (sub. *locum*, vel *domum*, *in*, Be. Pi. sic Tre. Sch. &c.) *ubi* (vel, *quo*, Be. Pi.) *erat*, &c. Mo. Æth. Tre. Ca. &c. Nè, si cogerentur anxiè interrogare de Puero, essent qui ad Herodem rem deferrent [p]. Desiit procedere, nec multò pòst, ut credi par est, evanuit, ubi Magi eò pervenerant. Non dissimile est quod Varro secundo rerum Divinarum scripserat, referente Servio ad Æn. 1. ex quo de Troja egressus est Æneas, Veneris eum per diem quotidie stellam vidisse, donec ad agrum Laurentem veniret, in quo eam non vidit ulteriùs. At locum in terris tam exiguum stella cœlestis certò designare non potuit. Domum igitur ipsam invenerunt Magi non solo stellæ ductu, sed *accuratè perquirentes de puero*, fortè & pastorum non longè ἀγραυλούντων (*in agro excubantium*) indicio [q]. Imò hinc apparet, stellam hanc in

[n] Di. in Append. [o] Span. p. 415. [p] G. [q] Pi. [r] G. sim. Pi. [†] Pi. [t] G. [v] Li. harm. 110. [x] G. [y] Pi. ex Be. sim. Bru. Er. [z] Bru. [a] Be. Camer. Ham. [b] Bru. D. [c] Ham. ex D. [d] D. [*] Bru. [f] Span. 428. [g] Id. 432. Li. harm. [h] Span. 432. [i] Id. 429. [k] Id. 430. [l] Bru. [m] Pi. sim. Bru. [n] Li. harm.

[*] G. [o] Pi. sim. Bru. [p] Bru. [q] Pi. Sch. sim. Bru. [r] Bru. [†] G. [t] Idem. [v] Sch. sim. Pi. [x] Bru. [y] Sch. [z] Bru. ad v. 7. [a] Bru. [b] Sch. [c] Bru. [d] Bru. sic Sch. [*] Sch. [f] Bru. [g] Sch. [h] Bru. [i] Idem. [k] Bru. sim. Sch. Li. [l] Li. ho. [m] Camer. [n] Bru. [o] Sch. [p] Bru. [q] G.

in infima aeris regione fuisse sitam. Nihil hîc dicitur de radio stellæ ad culmen domûs demisso, nec de dimissione corporis stellæ, sed disertè dicitur, *stetit* [r].

10. *Gavisi*,&c.] Quòd ducerentur quò Prophetarum oracula pergendum esse docuerant,&c †. Pleonasmus hîc est emphaticus, quo ingens gaudium denotatur [s].

11. *Et intrantes domum*] i.e. Mansionem, nempe stabulum [v]. Hebræi quippe omnem mansionem, etiam bestiarum, *domum* vocant [x]. Sed verisimiliùs est, finitâ ἀπογραφῇ, & digressis hospitibus reliquis, aliud conclave ab iis occupatum [y]. Notatur mentio *domûs*, ut aliud tempus indicari intelligatur, quàm nati Jesu in stabulo [z]. Hinc conjicit Epiphanius Magos huc advenisse, cùm ibi jam ad biennium substitissent Josephus & Maria, neque jam in stabulo versarentur, sed in domo, ut colligi possit ex v. 22. Cur enim ex Ægypto rediens Josephus non esset rectà Nazaretham reversus, si domicilium antea non mutâsset [a]? Sed non possum accedere Epiphanio existimanti fixum domicilium hîc intelligi, quo Josephus & Maria cum Jesu jam ferme bimulo, Nazarethâ relictâ, immigraverint; quanquam favere ejus sententiæ videtur,quòd infrà Josephus Ægypto rediens narratur,metu Archelai impeditus quò minùs Judæam peteret, Nazaretæ larem posuisse, quasi in Ægyptum discedens non ibidem habitâsset. Sed & quod de bimatu dicitur infirmum est, ut jam antè diximus: [de quo vide dicta ad v. 1.] Et ad alterum illud responderi potest, Josephum, cùm ab Ægypto revenisset, causas habuisse domesticas, quæ ad victum parandum, aut ad consuetudinem cognatorum, (quos habebat istis in partibus, ut patet Luc. 2. 44.) aut ad Pueri denique institutionem pertinebant, cur in Judæa quàm in Galilæa habitare mallet, sed metu Archelai consilium mutâsse. Contrà, ut credam Magorum adventum accidisse intrà spatium illud temporis 38 dierum, quod erat puerperis à Divinâ Lege præstitutum, movent me verba Lucæ, qui statim post καθαρισμὸν (*purificationem*) Puerum cum matre Nazaretam deducit; movent & illa superiùs posita,[v.2.] Ἰησοῦ γεννηθέντος.&c. Planè enim verba hæc rem paulò post Christum natum gestam denotant, quomodo Heb. 11. 23. Moses γεννηθεὶς significat paulò pòst *quàm natus erat*; [sed de his argumentis vide à nobis congesta ad v. 1.] & Bethlehemiticam illam mansionem, in qua Magi Jesum salutaverunt, non deducunt à nova aliqua migratione, quæ post interpositum iter Hierosolymitanum & repositam Nazaretæ habitationem contigerit, sed cum ipso puerperio continuant. Quibus accedit, quòd commoratio Bethlehemitica tam exigui fuerit temporis, ut nè minima quidem ejus fama ad populum pervaserit, Joh. 1. 45, 46. Neque scrupulum injicere nobis debet vox παιδίον quasi provectiorem recenter nato indicaret. Nam & de Johanne necdum circumciso usurpatur, Luc. 1. 59. & de Christo jamjam nato promiscuè usurpantur nomina βρέφος & παιδίον. Illud verò perquam credibile est, peracto censu, copiam datam paulò laxioris hospitii, atque adeò ex eo specu, in quo præsepe fuisse antiqui Scriptores memorant, Josephum & Mariam in domum transiisse antequam Magi adventarent; quanquam aliter sensisse videtur Justinus [b]. ¶ *Invenerunt* (In omnibus vetustis exemplaribus legimus, *viderunt* [c]; quomodo est & Syriacè [d].) *puerum cum Maria*, &c.] Non addit, *cum Josepho*, vel, casu, quia tunc aberat; vel, mysterio, nè fortè cum Christi patrem putarent *. ¶ *Procidentes*] Adorantium gestus [f]. Orientales, humi prostrati, Regem adorabant. ¶ *Adoraverunt eum*] Puerum cæteris similem, sine corona, satellitio, in paupere casa, &c [g]. ¶ *Et apertis thesauris*] Θησαυροὺς Græci vocant non tantum, ut Jurisconsulti, depositionem illam veteris pecuniæ cujus non exstat memoria, & quæ proinde dominum non habeat, sed omnes omnino ἀποθήκας & conditoria; quomodo & Varro, *Non fit thesauris, non auro, pectus solutum*. Servius ad 4. Georg. *thesauris*, i.e. repositionibus, *quasi diceret, apothecis*. Et fortè origo non est Græca, sed Orientalis, ex חשירה, quæ vox est 1 Sam. 9. 7. Græcè non tantùm ità loquuntur, Xenophon, Plutarchus, aliique; sed & Josephus. Idem valet אוצר Hebræum, quo Matthæum usum existimo. Quædam exemplaria Epiphanii tempore habebant hoc loco πήρας (*peras*) quod ex interpretamento evenisse arbitror [h]. Θησαυρὸς propriè

Margin notes (left): [r] Sch. — † Bru. — [s] Camer. — [v] Bru. Chrys. Aug. &c. in Mal. — [x] Bru. — [y] Sch. sim. Mal. — [z] Camer. — [a] Be. — [b] G. — [c] Be. — [d] Bru. — * Mal. — [f] Be. — [g] Bru. — [h] G.

significat *quidvis in quo aliquid repositum est*, sive sit *Sarcina*, sive *Theca*. Sic Psal. 135. 7. *Educit ventos de thesauris*, h. e. receptaculis, *suis*. Esa. 45. 3. *Thesauri tenebrosi* sunt infernus. Basilio Deus est *vitæ thesaurus*. Ciceroni memoria *rerum omnium thesaurus*. Virgilio apothecæ servati mellis *thesauri* dicuntur. Deinde & opes in thecis reconditæ thesaurus dictæ sunt [i]. ¶ *Obtulerunt ei munera*] Ex more Persarum, eorùmque successorum Parthorum [k], (qui *Regem non adibant sine munere*, Seneca Epist. 17 [l].) omniùmque Orientalium [m]. Vide Gen. 33. 3. & 43. 26. 1 Sam. 25. 23. Psal. 72. 10 [n]. ¶ *Aurum, thus, & myrrham*] Attulerunt Magi suæ regionis præstantissimas dotes [p]. Nam myrrha non nisi in Arabia nascitur [q]: (ubi tanta est myrrhæ & aromatum ubertas, ut non alia in usu sint ligna, quàm odorata, nè ad ignem quidem fovendum, Plin. 12. 17 [r].) nec thus nisi apud Sabæos, Arabum portionem †: sed & aurifera est Felix Arabia; vide 2 Par. 9. 14 [t]. & quidem eâ copiâ, ut omnis ferè gentis supellex auro argentóque splenderet [v]. Neque aliud spectatum à Magis arbitror, ità ut hîc fortè nihil sit opus ἀλληγορεῖν, si tamen μυστικώτερον aliquid Divino consilio volumus indicatum, mihi non displiceat his signis tribus tria illa notari quæ nunc, abrogatis veteribus sacrificiis, Deo per Christum offerimus; opera misericordiæ, Philip. 4. 18. corporum puritatem, Rom. 12. 1. &, preces, Psal. 141. 2. & Apoc. 5. 8. Et thuris quidem similitudine preces intelligi posse, ipse ille Psalmorum & Apocal. locus apertè nos docet; bonorum autem hujus seculi, quibus aliorum statum sublevamus, quasi communis mensura est aurum; & myrrhæ vix alius est usus quàm ut corpora incorrupta conservet, ut nos docent Plinius & Johan. 19. 39 [x]. [Alii aliter ἀλληγοροῦσιν.] Aurum illi offerunt, ut Regi; Thus, ut Deo colendo [p], quia thure Deo adoletur [q]; Myrrham, ut homini morituro: mortuorum enim corpora in Oriente myrrhâ condiebantur, teste Herod. lib. 2 [r]. Magi forsan hoc non intenderunt, sed Divina dispositio accessit †. Bernardus, cùm totus aliàs mysticus esse soleat, nullum hîc mysterium agnoscit, sed aurum pauperi, (cujus fugæ in Ægyptum hoc pacto consultum erat [t],) myrrham consolidandis infantilibus membris, thus loci fœtori mitigando [v]. Qu. Quid fuit hæc Myrrha? Resp. 1. Id quod Indi hodie *Benzui* vocant, quod in officinis nostris *Benivinum amygdalinum* vocatur [x]. Resp. 2. Eadem erat cum hodierna nostra myrrha, ut multis adversùs eos demonstrat Nicolaus Guibertus Medicus Lotharingus, cujus argumenta vide in Cl. Authore [y].

12. *Et*,&c. Καὶ χρηματισθέντες] Χρηματίζειν est publicum negotium agere, & aliquid publicè referre atque decernere, in Aristoph. & Demosth [z]. Ad publicas actiones responsa pertinent, quæ de sententia consilii, vel Principis, dantur [a]. Χρηματίζειν, inter cætera, est, responsa dare legationibus, dum ad Magistratus refertur; ad Deum relatum, consulentibus aut petentibus oracula reddere [b]. Χρηματίζειν quoque dicitur, quemcunque Deus suo colloquio dignatur [c]. Vide Luc. 2. 26. Rom. 11. 4. Heb. 11. 25 [d]. Verbum χρηματίζομαι in Passiva voce, hâc significatione quâ in his Libris accipitur, non memini alibi legere. In Activa usurpant veteres persæpe. Diodorus Siculus, lib. 15. *Deos enim ipsis hæc κεχρηματικέναι* simil. & l. 15. Moschopulus, χρηματίζω est, χρησμοὺς δίδωμι. Rectè *. Similis hujus vocis [χρηματίζομαι] *usus*, Luc. 2. 26. Act. 10. 22. Heb. 8. 5. & 11. 7. Est autem χρηματισμὸς vox latiùs patens quàm Latina *oraculi*, quod de visis diurnis nocturnisve dici non memini [f]. [Verba sic reddunt:] *Et ostensum est eis*, Tre. Pers. sim. Ar. Sy. *Et responsi*, Mo. *Et responso accepto*, Vulg. Sed quid responsum est his qui nihil interrogaverant [g]? *Et oraculo* (i.e. nuncio Divino [h]; vel, *Divinitùs*, Be. Pi.) *admoniti*, Er. Il. Ti. Be. Pi. sic Ca. Ecce hîc Divinæ dispensationis ordinem, sensim illos ad sublimiora provehentis. Docet eos, 1. nouo sidere: 2. Prophetarum vaticiniis: 3. per se [i]. ¶ *In somniis*; ità Er. Ti. Κατ' ὄναρ] *In somnio*, Sy. Æth. Ar. Be. Pi. sic Tre. P. Mo. *Jura favent vigilantibus*, inquiunt Jurisconsulti; at Deus favet etiam dormientibus [k]. ¶ *Nè*, &c. Μὴ (i.e. ἵνα μὴ,) ἀνακάμψαι] *Nè reverterentur*, Be. Sch. Pi. Ad verb. *Nè reflecterent*. Verbum aptum ac peculiare iter facientibus navigio, aut equis [m]. Τὸ ἀνακάμπτειν verbum navale esse videtur, & propriè esse, [navem]

Margin notes (right): [i] Scul. exerc. Evang. 1. 58. — [k] G. sim. — [l] D. — [m] G. sic Bru. — [n] G. — [p] G. sim. Bru. Pi. Li. harm. — [q] G. — [r] Bru. — † G. sim. Bru. — [t] G. — [v] Bru. — [x] G. — [p] Sch. sic Bru. — [q] Bru. — [r] Sch. sim. Bru. — † Sch. — [t] Ham. &c. — [v] Mal. — [x] Baron. ex Mercato & Amato Lusitano in Scul. — [y] Scul. exerc. Evang. 60. — [z] Camer. sim. Scul. exerc. Evang. 1. 61. — [a] Camer. — [b] Bru. — [c] Bru. Scul. ib. Be. — [d] Scul. ex Be. — * Cas. — [f] G. — [g] Er. sim. Be. — [h] V. — [i] Bru. — [k] Scul. ib. — [l] Pi. — [m] Er. Bru.

[navem] *in contrariam partem flectere*: sicut ἀναστρέφειν de peditibus & equitibus dicitur [n]. ¶ *Ad Herodem*] Id quod promiserant [o].

13. *Qui cùm recessissent*] Non quidem statim [p], sed ἀορίστως, tempore subsequente [q], statim à purificatione [r]. Cùm non exprimatur locus ubi hoc factum est, potest intelligi, aut Hierosolymis id accidisse †, aut etiam Nazaretæ, quò post lustrationem puerperæ Josephus & Maria redierint, Luc. 2. 39 [t]. & indè porrò in Ægyptum concesserint [v]. Nec obstat quòd Herodes non Nazarenos, sed Bethlehemitas, pueros mactavit. Quæsivit enim Puerum, ubi natus erat, discessûs Josephi in Nazareth ignarus [x]. ¶ *Surge*, &c. Ἐγερθεὶς παράλαβε] *Experrectus*, sive *Cùm surrexeris, adsume*. Etiam à somno fugere jubetur, ut tutiùs noctu fugeret. ¶ *Puerum & matrem*] Matri Puer præfertur, quippe matris Dominus. ¶ *In Ægyptum*] Locum fugæ commodum, utpote Palæstinæ vicinum, & in alterius ditione [y]. Duæ erant officinæ vitiorum, Babylon & Ægyptus: illam Christus per Magos adorantem suscepit; (nam & Arabes Chaldæis vicini sunt) hanc suâ præsentiâ sanctificavit [z]. ¶ *Ad perdendum eum*; ità Be. Pi. &c. τοῦ ἀπολέσαι αὐτόν] Ellipsis τοῦ ἕνεκα, vel χάριν [a].

14. *Consurgens*, &c.] Statim explevit quod jussus erat. Ecce parentum Christi paupertatem; non sarcinas ante fugam colligendas, non opes committendas, non debita repetenda, habebant. ¶ *Et matrem ejus*] Significatur, non tam uxoris loco à Josepho Mariam habitam, quàm dominæ, ut Domini sui matris [b]. ¶ *In Ægyptum*] Ubi Judæi innumeri erant [c]. Huc misit Deus Filium suum, mox futuræ reconciliationis arrham [d]. ¶ *Ad obitum Herodis*] Qui post tres vel quatuor menses obiit, scelerum suorum pœnas dans *.

15. *Ut adimpleretur*, &c.] Quid hîc sit πληρωθῇ suprà diximus. Voluit planè Deus beneficiorum V. Fœderis, & eorum quæ Christo & per Christum nobis præstitit, (nam & nostræ ex Ægypto liberationis, de qua dicemus ad Luc. 22. 16. ista res gessit imaginem.) circumstantias quasdam esse similes, ut eò magis constaret consilio quodam peculiari ista disponi. Immeritò igitur vexatus est hic locus olim à Juliano, postea etiam à Judæis. Populus Israeliticus à Deo peculiariter dilectus Christi gessit imaginem: ac, ni fallor, ipse populus, quemadmodum *filius* Dei, *primogenitus* à Deo ipso vocatur, Exod. 4. 22. & Jer. 31. 9. ità & *Christi* appellatur nomine, tum Abac. 3. 13. tum Heb. 11. 25, 26. nempe eodem modo quo patres, unde ortum ducebat populus, *Uncti*, sive *Christi*, vocantur, Psal. 105. 15 [f]. Per *Prophetam* hîc intelligit Matthæus, vel, 1. Mosen, Num. 23. 22. *Deus eduxit illum ex Ægypto* [g]. Vel, 2. Hoseam, c. 11. vers. 1 [h]. Sed objiciunt Judæi, & cum iis Celsus, Porphyrius, &c. & scopum hujus loci à Matthæo depravatum, & sensum detortum. Propheta enim manifestè loquitur de populo Israelitico, ejúsque eductione ex Ægypto, nec enim dicit, *vocabo*, sed, *vocavi*, &c [i]. [Sed frustrà hæc esse constabit ex dicendis.] Dicitur Scriptura multis modis impleri: 1. Propriè [k]; idque, vel, 1. in sensu literali [l], sive cum σχέσει ad aliud; vel per modum typi, ut fit in oraculis typicis, Psalm. 45. & 69. & alibi, & hoc Hos. 11. 1. sive sine σχέσει ad aliud, vel per modum historiæ, ut Esa. 7. 14. in Matt. 1. 22: vel, 2. in sensu mystico, sic in Christo adimpleta ut in antitypo, quæ typicè impleta fuere jam olim in Serpente æneo, in Agno Paschali, &c [m]. Impleri dicitur Prophetia, cùm fit, non id de quo propriè intelligebatur, sed id quod per illud significabatur, ut Exod. 12. 46. in Johan. 19. 36 [n]. Vel, 2. Impropriè & secundariò, in sensu accommodativo, vel transsumptivo, sive ἀναλογικῶς, *per modum analogi*, sive παραδειγματικῶς, *per modum exempli* [o]. Cùm nec id fit de quo propriè intelligitur Prophetia, nec id quod per illud significatur, sed quod illi simile est [p]. Sic Esa. 29. 13. in Matt. 15. 7, 8 [q]. Psalm. 78. 2. in Matt. 13. 34, 35 [r]. His adde, alium modum, quum id quod jam antè factum est, magis ac magis fit, & cumulatissimè perfectissiméque impletur. Ità Hos. 11. 1. in hoc loco. Sæpe enim in Scriptura res *fieri* dicitur, quum magis ac magis fit, ut illi, viso miraculo, dicuntur *credidisse*, Johan. 2. 11. i. e. magis ac magis credidisse; nam antea crediderant †. Ad aliquem ex his modis singula V. T. oracula in N. T.

[n] Be. [o] Bru. [p] Sch. sim. Bru. Clar. [q] Sch. [r] Bru. † G. [t] G. sim. Sch. [v] G. [x] Sch. [y] Bru. [z] Bru. ex Chrys. [a] Sch. Pi. Camer. [b] Bru. [c] Li. ho. & Chron. [d] Bru. * Li. Chron. p. 5. [f] G. [g] Euseb. in D. Par. [h] Er. Bru. Pi. Jun. Ham. Span. &c. [i] Span. dub. 62. p. 475. [k] Span. dub. 72. p. 521. [l] Span. Mal. [m] Span. ib. [n] Mal. [o] Span. ib. [p] Mal. [q] Span. Mal. [r] Span. † Mal.

producta referri possunt; ad quem verò, facilè constat, vel ex verbis ipsis, vel ex natura rei subjectæ, vel ex antecedentibus & consequentibus, vel ex locorum aliorum collatione [t]. [Sed hæc jam ad præsentem locum accommodanda sunt, quem variè explicant.] Tres hîc sunt præcipuæ Interpretum sententiæ, quarum duæ sunt extremæ, tertia media. Vaticinium hoc ad Christum refertur, vel, 1. sensu literali [v]. Locus ille Hos. 11. 1. de Christo propriè & simpliciter accipiendus est [x]. Hoseas eo loco orationem convertit ad verum Israelem, quem erigit ad spem adventûs Christi, & salutis in ipso, 1. ut in capite & primogenito inter fratres; 2. ut in filio dilectionis, &c. Designat autem ibi Propheta, 1. Salutis fontem & causas, quando dicit, *quia puer Israelis est*, (i.e. primogenitus, Sacerdotium obiens, sic enim *pueri Israelis* dicuntur, Exod. 24.) *& diligo eum*. 2. Signum apparentis & adventantis gratiæ, illis verbis, *Ex Ægypto vocavi filium meum*: q.d. Quamvis Israelitæ è medio sui eum expulerint, eum tamen ex Ægypto vocabo, qui Israelem servet, &c. Vel, Ità Deus dilexit Israelem, ut Filium suum ex Ægypto revocârit [y]. Versus sic se habet, *Quia puer Israelis est, ideo diligo eum: & ex Ægypto vocavi filium meum*. Ubi nomen antecedens (*filii*) ex more Hebræorum postponitur: nam regularis collocatio verborum esset hæc, *Quia filius meus est puer*, i.e. minister, *Israelis, idcirco diligo eum*: & (propter utramque causam) *vocavi eum ex Ægypto*; ut scil. in patriam reversus, Evangelium prædicet, &c [z]. Non placet hæc sententia: 1. quia hyperbatica nimis est & contorta in verbis: 2. quia est ἀνακόλουθον in sensu & nexu, &c. 3. נער absurdè ad primogenituram, vel ministerium Messiæ, tantummodò refertur. 4. Nec ישראל est casûs genitivi. 5. Cur hîc mentio potiùs facta evocationis ex Ægypto quàm destinationis, vel missionis in mundum? Rivetus aliique aliter & meliùs explicant, hoc sensu, Quia Israel [populus Israeliticus] meus est *puer*, h.e. imbecillis, ignorantiâ puerili laborans, curæ indigus, dilexi eum, ideóque ex Ægypto vocavi Filium meum, [Christum,] ut ipsum doceat, regat, &c. Neque hoc placet. 1. כי non hîc valet *quia*, sed *quando*. 2. Constat idem suppositum & נער & בן vocari. 3. Sic nimis abrupta est Messiæ commemoratio, &c [a]. [Hæc de prima sententia.] Vel, 2. sensu accommodativo, sive per meram allusionem, sive accommodationem dicti illius Hos. 11. 1. ad rem similem h. l [b]. Non placet. 1. Quia hujusmodi citationes profert Matthæus, ut probet Jesum esse Messiam. At allusiones non probant, &c. 2. Tum non dixisset hoc factum *ut impleretur*, &c. 3. Nec par est, Matthæum, relicto vero loci sensu, allusionem meram captâsse, &c [c]. [Hæc de secunda sententia.] Vel, 3. sensu & literali & mystico. Est enim hoc Hoseæ vaticinium ex eorum numero, quæ *typica*, vel *composita*, vocari possunt, quippe quæ geminum complementum habent, unum *literale*, in typo, ut hîc, in populo Israelitico, alterum *mysticum*, in antitypo, ut hîc, in Christo; & utrumque quidem ex intentione Spiritûs Sancti, partim recensentis beneficium præteritum, partim promittentis futurum. Hæc opinio mihi maximè probatur. 1. A scopo & more V. T. ubi Messiæ Persona, Officium, beneficia, &c. typis sæpe exprimuntur, quod nec Rabbini diffitentur. 2. Ab analogia summa, quæ hîc est inter typum, populum Israel, & antitypum, Christum. Uterque selectus ex aliis, in Ægyptum fugit, &c. 3. Multa sunt loca S. S. de typo & antitypo intelligenda, ut Johan. 19. 36. Heb. 1. 5. Quidni & hic locus [d]? Multa tamen objici solent, vel possunt. 1. קראתי in Hos. est præt. Resp. Enallage fut. & præt. apud Hebræos frequentissima est *. 2. Sic plures unius loci sensus constituuntur. Resp. Rectè quidem, *diversi* nempe *generis*, v. g. literalis & mysticus. Negari nequit, illum esse sensum Scripturæ, quem Spiritus S. proponit, quem Sacri Scriptores declarant, ut in Melchisedecho, uxoribus Abrahæ, serpente æneo, &c. Sensus autem *literalis* est quem verba exprimunt proximè & immediatè ex intentione dicentis; *mysticus*, qui non tam significatur per verba quàm per res verbis designatas [f]. Illustrari hoc potest ex 1 Sam. 20. ubi Jonathan armigerum alloquens ut *sagittas illas tolleret*, & quod designabat, & quod dicebat, & quod intendebat; illud respectu armigeri, istud respectu Davidis. Sic Spiritus S. duo sæpe intendit, &c. Ut

[t] Span. 523. [v] Q. in Span. dub. 63. p. 483. [x] Pi. ex Jun. [y] Jun. in Span. [z] Pi. l. [a] Span. 488. [b] Jansen. & Euc. & Merc. in Span. [c] Span. dub. 64. p. 495. [d] Span. 501. * Id. 505. [f] Id. 506.

verò Jonathan minùs principaliter sagittarum ablationem intendit, magis principaliter id quod significatum volebat Davidi, etsi quoad literam de sagittis potiùs quàm de alia re loqui videretur; ità & Spiritus Sanctus, &c[g]. 3. Ex mystico sensu non potest duci firmum argumentum. Matthæus autem oraculum hoc aliàque hujus generis adducit, ut probet Jesum esse Christum. Resp. 1. Interdum illa adducit, ut ostendat, vel minimas de Messia circumstantias jam olim fuisse prædictas, & h. l. speciatim, non mirum videri debere secessum Christi in Ægyptum, quippe qui jam olim prædictus fuit, nec novum esse, si circa Christum contingat tale quid, quale jam olim contigit circa Dei populum. Resp. 2. Argumenta rectè ducuntur ab illo sensu mystico, quem Spiritus S. declaravit, &c. Resp. 3. Complementum quod præcessit in typo non obstat quominus idem tribuatur antitypo, & in eo completum dicatur, & ex complemento illo ducatur probatio[h]. 4. Objiciunt hæc verba, *ut impleretur*, &c. Resp. 1. Τὸ ἵνα interdum non finem & scopum notat, sed nudum eventum[i]. Ità Luc. 14. 10. *ἵνα ut— dicat tibi—ascende*, &c. 1 Cor. 11. 19[k]. Ità & hoc loco[l]. Resp. 2. Τὸ ἵνα hìc sumi potest αἰτιολογικῶς. Nam & ideo hoc impletum fuit, quia prædictum fuit, & ideo prædictum, ut impleretur. *Impleri* etiam aliquid dicitur in S. S. non solùm in typo, sed & antitypo, ut ex dictis liquet. Nec tantùm hìc indicatur analogia inter typum & antitypum, sed etiam refertur novum complementum & mysticum hujus vaticinii, de quo antè fortè nè cogitatum erat[m], quod tamen Spiritus Sanctus intendit, licèt amanuensis fortassis non subintellexit, &c[n]. [Hæc h. l. fusiùs differere placuit, quia multis sequentibus locis lucem non exiguam fœnerabuntur, de quibus idcirco parciùs dicendum erit.]

16. *Tunc*] Non statim, sed aliquanto tempore post Magorum discessum, quum priùs tentâsset, an Christum invenire posset, &c[o]. ¶ *Illusus esset*, &c.] Scriptura loquitur sæpe de rebus prout apparent, ut Sol & Luna dicuntur *magna luminaria*, &c. Ità illusio hæc apparens tantùm fuit, fundata in imaginatione Herodis, non in Magorum intentione, vel in rei veritate. Frustrà verò urgetur promissum Magorum. Nam, 1. Non constat illud intercessisse. 2. In malis promissis rescindenda est fides. 3. Intercessit prohibitio Divina, &c[p]. ¶ *Mittens*, &c. Ἀποστείλας ἀνεῖλε] *Mittens interfecit*, Tre. sim. Mo. *Misērit interfectum*, Ca. sim. Pers. Æth. Ar. *Missis* (sub. *militibus*, G. Bru. vel, *satellitibus*, Er. vel potiùs, sub. *carnificibus*, Be. P. sim. Sch. Pi. Nam sævitia hæc nullam habuit speciem judicii publici[q].) *interemit*, Be. P. Pi. &c. Verbum hìc absolutè ponitur[r]; sic solet & Heb. שלח[†], Gen. 31. 4[t]. & Psalm. 57. 4. & 105. 20[v]. & Græcum verbum ἀποστέλλω, hìc & Matt. 14. 10[x]. sicut & πέμπω[y], de quo vide ad Matt. 14. 10[z]. ¶ *Pueros*] Masculos[a]. Sed mirantur Christiani, & objiciunt alii, mirum esse hanc cædem, nec à Josepho, nec ab alio quovis Scriptore, commemorari. Quid dicendum? Resp. 1. Nec Scriptorum Paganorum fides solicitatur super iis quæ vel Livius, vel Tacitus, vel Suetonius, &c. sine teste referunt. Cur illis potiùs adhibenda fides quàm Matthæo, Scriptori cujus candor & fides ubique elucent, qui nec sibi nec famæ suæ parcit, &c? 2. An quisquam credat homo sanus, Matthæum confictâ narratione, & quidem rei recenter & in publico atque inter Judæos gestæ, historiam suam inchoare velle? 3. Singulari Dei providentiâ Matthæo suffragatur homo Ethnicus, Macrobius Saturnal. 2. 4. *Quum, inquit, audîsset Augustus inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Judæorum intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait, melius est Herodis porcum esse quàm filium*[b]. Locutio [sequens] ἀπὸ διετοῦς probè est, & apud Pollucem apparet. Latinè admodum quisquis ille est ex quo Macrobius Augusti dicta descripsit, *intra bimatum*; nisi ab ipso Macrobio, qui Theodosianis temporibus vixit honoresque gessit, ac proinde aut Christianus fuit, aut certè legit Apostolorum Libros, hoc additum malumus: quod eò est credibilius, quia non satis rectè dici potest Antipater Herodis filius, jam provectæ ætatis, quique Bethlehemi non fuit inter infantes Bethlehemiticos occisus. Adde, quòd Antipater occisus quinto ante mortem Herodis die; hæc autem laniena antè aliquantò contigit, ut docent quæ sequuntur

g Span. 503.
h Id. 510.
i Span. ib. 519. sim. Mal.
k Span.
l Mal. ex Chrys.
m Span. 517.
n Id. 512.
o Mal.
p Span. dub. 73. p. 525.
q G.
r Be. Sch. Mal. sim. Bru.
† Be. Mal.
t Mal.
v Be.
x Mal. Sch.
y Be Sch.
z Sch.
a Bru.
b Span. dub. 76. p. 533.

v. 19[c]. Videtur ergò Macrobius errore quodam historias duas ejusdem temporis miscuisse[d]. Certè laniena illa infantum, aut ob raritatem habitantium in eo tractu, aut quia tumultûs seditionisve obtentu, dissimulato Regis imperio, fuit peracta, aut denique, quòd majoribus Herodis sceleribus obscuraretur, minùs nobilis fuit quàm ut ad Augusti aures perveniret; quippe cùm nec Josephus, Scriptor tam diligens, ejus meminerit. Deinde, sola filii cædes ad rem pertinet; sævitia autem *in bimulos & infrà* efficere non potuit ut id diceret Augustus. Nota autem hìc impleri in posteris quod in Majoribus fuit adumbratum. Olim insidiatus fuerat Esau Jacobo; nunc Idumæus Christo, qui & *Jacobus* apud Prophetas*. 4. Josephi silentium quod spectat, notandum, 1. Multa rerum Judaicarum, etiam in V. T. narrata, à Josepho pretermissa esse[f]. 2. Illa omnia quæ à Christo & circa Christum gesta, Resurrectio & pleraque opera Christi, à Josepho (quem eo nomine flagellat Egesippus[g]) prætermissa fuerunt, vel suppressa, sive extenuata à Judæis[h]. 3. Huc forsan referri potest illud Josephi, 17. 3. ubi, *prædictionem de novo Rege cædes complures sequutas* ait[i]. ¶ *Et in omnibus finibus ejus*] Scil. Bethlehem[k]: est enim pronomen fœm. αὐτῆς[l], i. e. *In omni territorio ejus*. Ità *territorium coloniæ* dixit Cicero. Est autem territorium, definiente Pomponio Jurisconsulto, *universitas agrorum intrà fines cujusque civitatis*. Sic Matt. 15. 39. ὅρια Μαγδαλά[m]. Τὰ ὅρια hìc vocat, non territorii Bethlehemitici extrema, sed quicquid fuit συνόρων[n]. Dilatavit locum crudelitas, pro abundantia cautionis, &c[o]. ¶ *A*, &c. Ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω κατὰ τὸν χρόνον, &c.] *A bimatu*, Mo. (vel, *A bimulis*, Be. Pi. Ti. Pers. sim. Tre. Sy. Ar. Æth. vel, *Quotquot essent bimuli*, Er. Il.) *& infrà*, Mo. Be. Tre. Pi. Sy. Ar. &c. (vel, *& inferioribus*, P. vel, *& minoribus*, Ti. *aut minores*, Er. Il. *& juniores erant*, Æth.) *secundùm tempus*, &c. Mo. Tre. Be. Pi. &c. Hæc verba, *secundùm tempus*, &c. referenda sunt duntaxat ad vocem *infrà*[p]. Bimulos interfecit omnes, juniores verò juxta tempus ortûs stellæ, i. e. omnes qui ante exortum stellæ (quam cum Magis nati, non nascituri, Christi signum fuisse credebat) & omnes qui non ità diu post exortum stellæ nati fuerant[q]. Non significat, occisos esse omnes pueros qui nati sunt duobus annis post ortum stellæ, sed eos qui nati duobus annis ante ortum ejus[r]. Noverat Herodes stellam intra duos menses ortam, & Nativitatem Christi cum ortu stellæ conjunctam esse[†]. Cautionis tamen & securitatis causâ illos omnes occîdit[t]: & ut loco, ità & tempore, plusquam necesse erat, crudelitatem extendit[v]. Sed sententia hæc, fatente Baronio, nova est, sed & coacta. Quis illis Herodis cogitata patefecit? Et quidni Herodis stellam non nati Christi signum, sed nascituri prænunciam, crederet[x]? Al. Ἀπὸ διετοῦς accipi potest, vel à bimatu incipiente & desinente, & utroque modo vocem sumit Aristot. in Hist. Animalium, illo l. 9. 5. *Cervi*, inquit, *διετεῖς, bimi primùm generant cornua*. At certissimum est, cervos hoc facere ineunte anno secundo: hoc l. 2. 1. *Cervus solus singulis annis abjicit cornua, incipiens* abjicere ἀπὸ διετοῦς, *à bimatu, & rursus generat*. Quod de bimatu expleto necesse est intelligi, ante quod tempus ea non abjiciunt: at, *incipiente trimatu*, vel, τῷ τρίτῳ ἔτει, *tertio anno* (ut idem dicit) *rursus nova generat*. Pariter & apud Latinos *binus* & *bimatus* hoc duplici modo sumuntur. Hoc autem loco illud ἀπὸ διετοῦς omnes intelligunt *à biennio expleto*, ut dicitur, Act. 24. 17. Quod nullo modo placet. Verba sic accipienda puto, *à bimulo & infrà*, nempe incipiendo à bimulis exclusivè, & descendendo ad eos qui infra bimatum erant, q. d. omnes unius anni pueros & infrà. Ab anno enim integro & suprà puer incipit vocari Hebræis בן שנתים, *filius duorum annorum*, i. e. secundi anni; Græcis διετής, Latinis *bimus*. Sic Hesychius, διετής, (*dicitur*,) δι' ὅλου τοῦ ἔτους, *post annum integrum*, διὰ sumpto pro μετὰ, ut Marc. 2. 1. Act. 24. 17. Magis congruit hæc interpretatio cum ratione & scopo loci. Herodes enim occîdit infantes *secundùm tempus quod exquisierat à Magis*, falsò supponens, Christum eodem ipso tempore fuisse natum quo Magi dixerant eis primò apparuisse stellam. Credibile porrò est, Magos statim ab apparitione stellæ accinxisse se itineri, in quo, sive à Persia venerint, sive, quod malim, ab Arabia, non poterant duos annos insumere. At annus facilè insumi

c G.
d G. sim. Span.
* G.
f Span. p. 536.
g Id. 538.
h Id. 537.
i Id. 536.
k Be. Bru. sic Er. V.
l Be. Bru.
m G.
n Be.
o Bru.
p Bru. ex Euthym. sim. Baron. & Jansen. in Li. harm.
q Bru.
r Mal.
† Bru.
t Mal. sim. Bru.
v Mal.
x Li. harm. p. 90.

poterat,

poterat, si consideremus distantiam nonnullarum Arabiæ partium ab Hierosolyma, deserta pertranseunda, præparatus, & varia longorum itinerum impedimenta, & quod Josephus ait, *Eos qui habitabant supra Euphratem fecisse ad Hierosolymam quinque mensium iter.* His adde dies & infanti exquirendo impensos, & purificationi Mariæ, ejusdémque profectioni, tum Nazaretham, Luc. 2. 39. tum deinde, Ægyptum, Matt. 2. 14, 16. & habebis integrum annum. Quanquam fortè Herodes intrà anni spatium occîdit, &c. Concludo verbis Scaligeri, l. 6. de Emendat. temp. *En quàm absurdum errorem* (nempe Jesum fuisse duos totos annos natum cùm Herodes occîdit, &c.) *peperit* διετὴς χρόνος *ille perperam intellectus* *. [* Kn.]

17. *Tunc adimpletum*, &c.] Impletum hoc fuit uno modo tempore Jeremiæ, hîc, alio modo [y]: hîc secundum complementum accepit, &c [z]. Prior illa calamitas hujus figura fuit, & quod illic cœptum erat, hîc impletum est [a]. Sed objiciunt Judæi, Matthæum malâ fide allegare hunc Jeremiæ locum, qui non loquitur de planctu excitando in Bethlehem, sed de planctu jam olim excitato in Rama, nec de innoxiis infantibus martyrio coronatis, sed de populo Israelitico in captivitatem abducto. Quærendum ergò, quisnam sit verus illius loci sensus. Propheta ibi loquitur directè de captivitate, sive Decem tribuum, sive, quod malim, Duarum tribuum. Multa iis promiserat Propheta; sed hæc promissa, excipere poterant, irrita redduntur, insigni hâc calamitate, &c. v. 15. Respondet Propheta, Castigandi quidem estis, sed restituendi, &c. v. 16. Et hinc constat, cur in beneficiorum denunciatione ex abrupto inseratur prædictio de planctu & luctu [b]. Alii hæc Jeremiæ verba referunt ad excidium ultimum Hierosolymitanum sub Tito; quibus obstat, quòd post illud nulla est restitutionis politiæ externæ Judaicæ spes [c]. Al. Propheta in sensu literali directè agit de hac strage Bethlehemitica, quam ibi proponit tanquam signum luculentum adventûs Messiæ, &c [d]. Sed hæc interpretatio abruptam reddit & hiulcam Prophetæ orationem; nam de abductione populi Dei, ejúsque restitutione, agitur, tum in præced. tum in sequent *. Al. Quod Propheta de alia clade dixit, Matthæus, analogicè & per accommodationem, ad hanc cladem transfert; q. d. Tunc de novo impletum est quod olim dictum fuit, &c. ut jure idem de hac, quod de illa, clade dici poterit. Nec novum est Matthæo loca V. T. adducere, interdum per modum *probationis*, interdum tantùm per modum *allusionis* [f]; ut Psal. 78. 2. in Matt. 13. 34, 35. Esa. 6. 9, 10. in Matt. 13. 14. Esa. 29. 13. in Matt. 15. 7, 8. Jer. 7. 11. in Matt. 21. 13 [g].

[y Li. harm. z Ham. a Bru. b Span. dub. 82. 554..... c Span. 556. d Jun. * Span. 563. f Id. 566. g Id. dub. 72. 522.]

18. *Vox in Rama*, &c.] i. e. In agro Ramæ [h]. *Rama* est nomen urbis sitæ in tribu Benjamin [i], juxta Gabaa [k], in confinio Benjamin & Judæ, Jos. 18. 25. Jud. 19. 13 [l]. At בְּרָמָה in Jer. 31. 15. appellativè sumitur, pro *excelso*. Resp. 1. Ità quidam hîc accipiunt, & inter eos Syrus [m]. *In Rama*, i. e. excelso colle [n], *in alto*, unde vox longè latéque exaudiri potest [o]. 2. Et οʹ. & Chald [in Jerem.] proprio nomine transtulerunt [p]. Sed cur *Ramam* nominat, quæ erat in sorte Benjamin? aut quid hoc ad Bethlehem, quæ ab ea longè distabat, erátque in tribu Judæ [q]? Resp. 1. Tribus Judæ & Benjamin conjunctæ erant, ut non mirum sit quod uni accidit alteri adscribi. Vide 1 Reg. 11. 32. & 12. 20 [r]. 2. Dicitur hoc emphaticè, ut longè latéque clamor exauditus intelligatur †. Τὸ בְּרָמָה potest verti, *usque ad Rama*; eò nempe exauditus erat clamor, &c [t]. 3. Rama non multùm distabat à Bethlehem, ut constat ex Jud. 19. 10, 13 [v]. Bethlehem erat in ultimis finibus Judæ, ipsúmque Rachelis sepulcrum in territorio Bethlehemitico, sed proximè agros Benjaminis, Gen. 35. 16, 19, 20 [x]. Non absurdum, Ramam, in duarum tribuum velut confinio sitam, Jud. 19. 1, 13, 16. pro alterutra sumi, nec mirum, in tali loco permistos habitâsse Benjaminitas Judæis [y]. 4. Sic Spiritus Sanctus indicavit planctum illum utrique tribui communem fore [z]; ideóque unam urbem, Bethlehem, ex Juda, alteram, ex Benjamin, Rama, nominavit [a]. 5. Fortè non tantùm clamor cædis Bethlehemiticæ, sed & ipsa carnificina pervenit usque ad Rama, quia strages facta dicitur *in omnibus finibus ejus* [b], quorum etiam determinatio penes carnifices relicta est, qui eos dilatare poterant, &c [c]. ¶ *Ploratus & ululatus*, &c.] Quod in Hebræo constructè dicitur בְּכִי תַמְרוּרִים, id copulatis vocibus optimè redditur [d]. Tria in Græco sunt synonyma, sicut in Jerem. נְהִי, בְּכִי תַמְרוּרִים, *lamentatio, fletus, amaritudines*. Consentit Arabs. At Sy. Vulg. & Æth. omittunt θρῆνος, quod & ipsum cum Hebræo convenire potest, si תַמְרוּרִים vertas *fletus amaritudinum*, i. e. amarissimus, ὀδυρμὸς πολύς *. ¶ *Rachel plorans filios suos*] *Rachel* ponitur pro vicinia Bethlehemitica [f], in qua olim sepulta Rachel [g]; vide Gen. 35. 19, 20. 1 Sam. 10. 2. vel, pro matribus Bethlehemiticis, per Metonymiam [h]. Prosopopœia est [i]. Nec multùm dissimile illud Lucani. *Deplorat libycis perituram Scipio terris Infaustam sobolem: major Carthaginis hostis Non servituri mæret Cato fata nepotis* [k]. *Rachelem* hîc memorat, 1. ob sexum, quo aptè designatur planctus sexûs præsertim fœminini, qui & tenerior est, & cladibus magis obnoxius: 2. ob χήραν matris, quæ liberos ardenter expetivit, & summo cum dolore peperit, eósque idcirco vehementiùs amavit, &c [l]. Qu. Sed cur Rachel, non Lea, introducitur plorans stragem posterorum Leæ, ex qua natus Juda, adeóque Bethlehemitani cives? Resp. 1. Ob cognationem & proximitatem [m] ejus cum omnibus tribubus Israel. Similis locutio Genes. 37. 10. *Et mater tua*, &c. quum tamen Josephi mater obierat [n]. 2. Quia Benjaminitæ, Rachelis posteri, unum duntaxat corpus constituebant cum tribu Juda [o], & Jerusalem, quæ in tribu Benjami, Regni caput erat [p]. 3. Rachel omnium tribuum mater censetur, tum lege conjugii [q], ut uxor patris omnium [r], tum jure antiquæ cohabitationis, quam vicinum nobiléque præstabat sepulcrum †. ¶ *Et noluit consolari*] Ità Mo. Sed hoc passivè rarò dicitur [t]: potiùs, *consolationem admittere*, Be. Tre. Er. Pi. &c. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὐκ εἰσί] *Quia* (vel, *Propterea quòd*, Er. Tre. Il. sic Sy. Ti. Non placet, quia non tam causam exponit quamobrem, quàm rem de qua noluit consolationem admittere [v]. Vel, De eo *quòd*, Be. Pe. Sch.) *non sunt*, Mo. Vulg. Tre. Er. vel, *non supersunt*, Pi. vel, *non exstent*, Sy. vel, *perierunt*, Ca. i. e. quòd perempti sunt [x]. In Hebræo est [אֵינֶנּוּ] sing. pro plur. sensu distributivo, & deest verbum substantivum, quæ ellipsis ei linguæ usitatissima est. *Esse* autem hîc valet idem quod *vivere*, quomodo mortui Latinis *fuisse*, i. e. vixisse, dicuntur. Et Sophocles mortuos dicit οὐκ ἔτ᾽ ὄντας, sicut periisse dicimus id quod conspectum aut notitiam nostram effugit. Nisi malimus illud *non esse* κυρίολεκτως (*propriè loquendo*) dici de homine, quia nec corpus ab animo separatum, neque à corpore animus, *homo* propriè dicitur. Loquitur hunc in modum & Josephus, *Ab eo* (*Deo*) *enim accepimus* τὸ εἶναι καὶ τὸ μηκέτι εἶναι, (*esse & non ampliùs esse.*) Mox sequitur, *anima immortalis semper*. Similis est apud Euripidem locus tragœdiâ Helenâ, ubi animas negat vivere, quas tamen puniri post hanc vitam agnoscit, Καὶ γὰρ τίσις τῶνδ᾽ ἐστὶ τοῖς τε νερτέροις, Καὶ τοῖς ἄνωθεν πᾶσιν ἀνθρώποις. Ὁ νοῦς Τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ᾽ ἔχει Ἀθάνατον εἰς ἀθάνατον αἰθέρ᾽ ἐμπεσών. (*Magno luuntur scelera, & hîc viventibus, Et mox sepultis. Anima post fati diem Jam non ut antè vivit, at sensus tamen Servat perennes, hospes æterni ætheris* [y].) Mos hîc loquendi, [*non esse*, pro, *non vivere*,] phrasis est Scriptoribus familiaris [z], tum Hebræis [a], ut Gen. 5. 24. Psal. 37. 36. & 39. 13. Sirach. 17. 25 [b]. tum etiam Græcis [c]. Sic Eurip. in Hippol. v. 356. —*Discedam ex hac vita Moriens, valete.* Οὐκ ἔτ᾽ εἰμὶ ἐγώ. *Non vivo ego ampliùs.* Et in Alceste, *O liberi, liberi non ampliùs jam.* Οὐκ ἔτι δὴ μάτηρ σφῷν ἐστιν. *Non ampliùs vestra mater superest.* Sic Aristoph. in Plut. *O præclare ocule, hodie extremum te video, Meúmque lucem desero.* Οὐκ ἔτ᾽ εἰμὶ ἐγώ. *Nulla sum ampliùs*, h. e. intermorior [d]. Simil. Homer. Odys. αʹ. v. 289. & Sophoc. Electra, v. 1132. & Xenoph. Παιδείας 8. Sic & Teren. And. 3. 4. *Nullus sum* *.

[h Pi. i Pi. Bru. sic Er. G. D. k Er. Bru. l Bru. m Span. 568. n V. o D. p G. sic Span. 569. q Mal. Span. r Span. 569. † G. t Span. ex Mal. v Mal. Span. sic G. x G. y Span. 570. z Span. Mal a Mal. b Span. ib. c Bru. ad v. 16. d G. * Di. Append. f D. sim. Er. Zeg. Camer. g D. sic Fi. &c. h Pi. i Bru. G. sim. Pi. k G. l Span. 561. sim. Mal. m Span. 571. n Li. harm. p. 113. o Span. 571. p Mal. q Bru. r Li. ib. † Bru. t Be. v Idem. x Be. sic Bru. Pi. Mal. &c. y G. z Be. a Bru. Mal. &c. b G. sic Bru. Mal. c Sch. Pso. d Pso. diatrib. n. 37. p. 21. * Sch.]

19. *Defuncto*, &c. Τελευτήσαντος, &c.] Usitatissima Græcis ea vox, etiam non additâ voce βίον aut αἰῶνος, ut in Sophoc [f]. & in Herod. Clio, Lucian. Μακροβ. Xenoph. &c [g]. *Quum obiisset*, Be. Ad verb. *Quum finiisset*, scil. *vitam* [h]. Mortem hic obiit sceleribus suis dignam, febri, scabie, verendorum putredine, fætore execrando, &c. [De qua vide Li. harm. & Wal.] ¶ *Apparuit*] Non statim, sed aliquot mensibus post mortem Herodis, postquam Archelaus, qui, patre mortuo, Romam profectus fuit, rediit & regnare cœperat [i].

[f G. sim. Sch. g Sch. h Pi. i Er.]

20. De-

20. *Defuncti sunt*, &c.] Non temere est, quòd ipsa verba usurpantur quæ exstant Exod. 4. 19. id enim solet in Sacris literis rei gestæ similitudinem denotare. Sanè Pharaoni quoque, ut Herodi, causam infanticidii Josephus hanc ait fuisse, quòd ex vaticiniis intellexisset magnum Ducem ex Hebræis exstiturum [k]. De uno Herode loquitur [l]. Plur. num. utitur, vel, 1. quia includit Antipatrum, qui, si vixisset, patris molitiones in Christum continuâsset: vel, 2. Sarcasmo Tyrannis digno [m]: vel, 3. per Syllepsin [n], & Enallagen numeri [o], in Scripturis usitatissimam. Sic *Dii*, de uno Deo, Gen. 35.7. *Acceperunt*, &c. de uno Achane, Jos. 7, 11. *Civitates*, de una, Jud. 12.7 [p]. *Portæ fluviorum*, de Tigri, Nah. 2. 6 [q]. Possunt autem hæc verba referri ad carnifices illos Bethlehemiticos, qui justâ Nemesi unà cum Herode exstincti sunt [r]. ¶ *Qui quærebant animam*, &c.] i.e. Vitam †.

21. *In terram Israel*] In fines ejus, in sortem tribûs Dan, aut Simeonis [t].

22. *Quòd Archelaus regnaret*, &c.] Sed cur hoc Josepho novum videbatur, quum credibile erat aliquem ex Herodis filiis regnaturum? Resp. Putabat autem neminem successurum, quia Regnum nullo jure ab Herode fuit occupatum, aut Antipam successurum [v]. Futurum sperabat, ut Judæa in Provinciam redigeretur à Romano Imperatore, à quo minùs sibi metuebat quàm à minutis Regulis, ad omnes suspiciones pavidis, eòque crudelibus [x]. Sed Matthæum hîc invadunt hostes Evangelii; nam Archelao nec Regnum cessit, nec titulus Regius, nec Judæa integra, &c. ut ex Josepho constat. Resp. Rectè tamen dicit Matthæus *Archelaum regnâsse*, Rex enim erat & ab Herode scriptus, & à cohortibus salutatus, & Regium ἀξίωμα sibi vendicavit, & si non nomine, potestate tamen, Regis, Judææ præfuit, mediámque Regni [paterni] partem obtinuit; ideóque meritò dici poterat *regnare vice patris*, quum ejus Imperio nec Philippi, nec Antipæ, fratrum, sive dignitas, sive ditio, conferenda esset. Adde quòd, ut Hebræum מָלַךְ, ità & Græcum βασιλεύειν, latè sæpè sumitur, valétque κρατεῖν, *regere*, éstque, inquit Suidas, ἐξουσιάζειν ἢ ἄρχειν. Eidem βασιλεὺς promiscuè ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος, (*potestas nulli obnoxia.*) Sic Glossarium, βασιλεὺς, *Augustus*, *regnator*, *rex*, *princeps*. Illud hîc maximè notandum, singulari Dei providentiâ factum, ut, Christo Rege exhibito, nullus ampliùs Rex Judæorum designaretur, prout &, eodem exhibito, Sacerdotium, pila & ludus, inter Judæos redditum, Deo Judæos ad alium Regem & alium Pontificem vocante [y]. ¶ *Pro Herode*, &c.] Ἀντὶ, Heb. תַּחַת [z], vel חֵלֶף, ut nunc in Syro, quæ vocula interdum delegationem, hîc verò, aliísque in locis, successionem indicat. Latinè loqui si velis, βασιλεύειν ἀντὶ Ἡρώδου vertendum erit, *Herodi in regnum succedere*, aut, *regnare in loco Herodis*; quomodo Martialis, —*Hæredem—Scribis, & esse tuo vis furiose loco.* Sic 1 Mac. 13.32. dicitur, ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ, (*regnavit ejus loco* [a].) ¶ *Timuit illò ire*, Ἐκεῖ] *Illuc*, Be. Sch. Pi. &c. In Judæam scilicet [b], Bethlehemum [c]. Ἐκεῖ, quod propriè denotat quietem in loco, valétque *ibi*, *illic* [d], interdum motum significat ad locum*, ut h. l. & Matt. 17. 20. Luc. 21. 2. Joh. 18. 3. Rom. 15. 24 [f]. Sed & Lexicographi, Stephanus, Budæus, hanc vocis ἐκεῖ [illuc] significationem adnotârunt, probant autem exemplo minimè idoneo. Ego probo ex Anacreonte, Πρὶν ἔρως ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν Ὑπὸ νερτέρων χορείας, σκεδάσαι θέλω μερίμνας. (*Etenim priusquam ad Orci Rapiar nigri choreas, Volo dissipare curas* [g].) ¶ *Secessit in partes Galilææ*] Inferioris [h]; ubi alter ex Herodis filiis, Herodes Antipas, regnavit [i] Qu. Sed cur non metuit sibi Josephus ab Antipa, æquè ac ab Archelao [k]? Resp. 1. Archelaus erat fratribus suis truculentior [l]; Antipas autem erat mitiori ingenio. 2. Cùm de Rege Judæorum Christo ageretur, plus ab Archelao timendum erat [m]. Nec ulla fuisset in Antipa suspicio de quoquam, qui fratrem & æmulum suum Imperio moveret [n].

23. *Habitavit*, Κατῴκησεν] i.e. Domicilium fixit, (ut ex sequenti Christi appellatione liquet,) patriæ valedicens: τὸ παροικεῖν contrà est, *commorari*, ad tempus [o]. ¶ *In civitate*, Εἰς πόλιν] Εἰς, pro ἐν [p], ut sæpe [q]. Ità Marc. 1. 9. *baptizatus est* εἰς τὸν Ἰορδάνην, (*in Jordanem*;) & 2. 2. εἰς οἶκον ἐστι, (*in domo*;) & 13. 16. εἰς τὸν ἀγρὸν, (*in agro.*) Sic & Luc. 11. 7. Act. 8. 40. & 19. 22. &c [r]. Est heterosis Hebræa †. Heb. enim אֶל pro ב ponitur Gen. 49. 29. & alibi [t]. Verùm hæc præpositionum Enallage, tum Græcis, tum Latinis, Scriptoribus frequens est [v], éstque Atticismus. Sic Sophocles in Ajace, v. 80. εἰς δόμους, pro ἐν δόμοις [x]. Homer. Iliad. 6. v. 81. —ἐν χερσὶ, &c. *in manus mulierum fugientes cadant*, &c. Euripides in Rheso, vers. 52. Εἰς χωρὸν ἥλθες, pro ἐν χωρῷ [y]. Thucyd. lib. 3. *Sedent* εἰς τὸ τῶν Διοσκόρων ἱερὸν, *in—templo*. Sic Varro de Re rustica, 3. 17. *Piscinas ejus despiciebat, quòd in residem aquam—habitarent pisces ejus.* Ulpianus, *In pubertatem mortuus fuerit* [a]. Plautus in Amphit. *Nunc verò mihi in mentem fuit*, pro, *in mente*. Cicero, *Cùm vestros portus in prædonum potestatem fuisse sciatis*. Contrà, ἐν, pro εἰς in Homer. Iliad. 1. v. 592. Κάππεσον ἐν Λήμνῳ, *Decidi in Lemnum* [b]. ¶ *Nazareth*] Hanc sibi eligit, quia hæc ipsius & Mariæ civitas erat [c], & ibi antea habitavit [d]. ¶ *Ut adimpleretur quod dictum est per prophetas, quoniam*, &c. Ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται] Τὸ ὅτι, vel est conjunctio causalis, *quod**, vel completiva, quæ sæpe adhibetur quando verba aliena citantur [f]. Ὅτι vel abundat, vel indicat hæc esse Evangelistæ verba, referentis non tam ipsa Prophetarum verba quàm sententiam [g]. Ὅτι illud, etiam cùm V. Fœderis testimonia citantur, sæpe sensum magis multis ex locis depromptum quàm unius loci verba indicat, ut apparet Act. 10. 42. & alibi [h]. Hic locus, si quisquam alius in toto N. T. calumniæ & cavillis hostium opportunus videtur, & difficillimè vindicatur. Unde Judæi petulanter hîc insurgunt, & Matthæo impingunt, tum, 1. crimen falsi, quia non *Prophetis*, aut ulli Prophetarum, hoc dictum, vel scriptum: tum, 2. illationem inanem, Christum Nazarænum vocandum ob habitationem in urbe Nazareth [i]. [Prius quod spectat diversimodè ei occurrunt.] 1. *Prophetam* legunt Syr. & Æth. & Evangelium Hebræum Merceri [k]. 2. Enallage numeri est, qualis Matt. 27.44. *latrones*, pro, *latrone*, Luc. 23. 39, 40. Sic alibi *in Prophetis*, de uno dicitur, Joh. 6. 45. Act. 13. 40 [l]. 3. Prophetarum tria erant genera; 1. majores, quibus Spiritus Sanctus semper aderat: 2. minores, quibus non quidem semper, sed sæpe, aderat: 3. Prophetarum Interpretes, sive filii Prophetarum, qui à Prophetis dicta Spiritu Dei interpretabantur. Et hujus generis erant hi Prophetæ, qui ex Canonicis Prophetiis hunc sensum eliciebant, fore ut Christus Nazarenus appellaretur [m]. Non placet hæc sententia, quia tertianorum horum Prophetarum testimonia nemo unquam Apostolorum produxit [n]. 4. Non ait Matthæus, *scriptum est*, sed, *dictum est*. Multa autem dicta à Prophetis quæ ab iis non sunt scripta. Sed unde hoc sciret Matthæus? Resp. Vel ex traditione, ut 2 Tim. 3. 8. Vel potiùs, ex Spiritûs S. revelatione [o]. 5. Desumptum hoc ex scriptis Prophetarum, quæ perierunt [p], vel hominum incuriâ, vel injuriâ temporum [q]. 6. Vox νόμου (*legis*) & προφητῶν (*prophetarum*,) modò strictè ponuntur, ità ut partes constituant diversas Sacræ Scripturæ, modò laxiùs, ità ut harum vocum alterutra totam Antiqui Fœderis Scripturam comprehendat; quia scilicet & Moses ipse Propheta fuit, & Prophetæ cæteri Legis Mosi datæ Interpretes. Ità sumitur *prophetarum* vox hîc [r], & Act. 3. 21, 22, 24 †. Pariter Prophetarum & Psalmorum Libri *legis* nomine veniunt, Joh. 10. 34. ex Psal. 82. 6. & 1 Cor. 14. 21. ex Esa. 28. 11. Quid ergò obstat quominus id dici possit, *dictum per Prophetas*, quod exstat Gen. 49. Deut. 33. Jud. 13. maximè cùm Liber Judicum, ut notum, à Prophetis, & quidem pluribus, conscriptus fuerit [t]? 7. *Prophetas* citans, ostendit se, non verba unius Scripturæ, sed multarum sensum, dedisse [v]. [Hæc de priore breviter dicta sufficiant, de posteriore prolixiùs agendum. Quod variis modis expediunt.] Sciendum, Christum à Judæis per contemptum vocatum fuisse *Nazarenum*: vide Joan. 1. 45, 46. Id Evangelista in ipsos retorquet, & nomen hoc illi à Prophetis honoris causâ tributum docet [x]. Qu. Sed unde hoc nomen? Resp. 1. *Nazarenus* dicitur ab urbe *Nazareth* [y], quæ & Heb. & Syr. & Arab. scribitur per Tsade, quæ etiam נֵצֶר dicta est apud Davidem de Pomis, qui hæc habet, נוֹצְרִי וגו׳, *Nazaræus, hoc est, qui natus atque educatus est in* נֵצֶר *civitate Galilææ*, &c. Dicitur autem נצרת *Nazareth*, à נֵצֶר *surculus, germen* [z]; quasi locus surculosus, frutetis & virgultis consitus; vel, quasi urbs florida.

Margin notes (left column): [k] G. [l] D. Sch. Bru. &c. [m] Sch. [n] Span. dub. 85. 576. [o] D. Bru. Span. [p] Span. [q] D. [r] Span. † Be. Pi. Bru. &c. [t] Bru. [v] Mal. [x] G. [y] Span. dub. 86. [z] Cam. [a] G. [b] Sch. Be. [c] Be. [d] Pfo. n. 126. 164. * Pfo. Sch. [f] Sch. [g] Pfo. [h] Bru. [i] Ham. [k] Sch. [l] G. [m] Mal. [n] Ham. sim. Sch. [o] Be. [p] Be. Rev. Pi. Sch. Pfo. &c. [q] Be. [r] Rev. ad Mat. 5.

Margin notes (right column): † Pi. [t] Rev. ib. [v] Pfo. 71. [x] Sch. [y] Pfo. ib. [z] Rev. ibid. [a] Rev. ib. [b] Pfo. [c] Bru. [d] Sch. * Q. in Sch. sim. Er. [f] Sch. [g] Be. [h] G. [i] Span. dub. 87. 584. [k] Di. ap. [l] Go. [m] Q. in Mal. Os. in Span. [n] Mal. sim. Span. pag. 587. [o] Go. [p] Sch. ex Chrysost. Q. in Go. [q] Q. in Go. [r] G. simil. Span. dub. 93. 629. † G. [t] Span. ib. [v] Bru. ex ex Hi. sim. G. [x] Mal. [y] Di. Jun. par. Ham. Mal. [z] Di. ap.

florida[a]: Christus ergò נוצרי Nazarenus est, *germineus, surculeus*: & mens Evangelistæ est, voluisse Deum, ut Christus in ea urbe educaretur, cui à germine nomen, ut & Christus, ejusdem nominis particeps factus, veritatem daret prædictionibus, fore ut Germen vocaretur[b]. Respicit ergò Matthæus ad diversa Prophetarum loca, quibus Christus vocatur נֵצֶר *surculus*, ut Esa. 11. 1. & 60. 21. & cognato nomine, צֶמַח Zach. 6. 12. qui *germinaturus* dicitur *de suo loco*[c], i. e. è Nazaretha, &c[d]. Sed malim respici illum locum, qui Mat. 4. 16. laudatur, nempe Esa. 9. 1, 2. (ubi de Christo agi docet collatio cum v. 6.) ubi disertè, Nazaræus habitatione futurus dicitur. Habes ibi Zabulon, quâ continetur Nazareth, habes & circumlocutionem ex origine ac designatione vocis; nam Matthæus dicit κατῴκησεν, quod est יָבַל, unde Ζαβυλὼν, ab habitatione dicta, habes incolam illius, qui hîc ὤν, quod nomen Messiæ propriè convenit, quo & passim indigitatur. Ignotum autem populum & urbem rectè dixit, cujus nulla in V. T. fit mentio; quod de Nazaretha omnes observârunt. Ibi ergò habes, sed occultè & Propheticè; ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται, h. e. Hebræorum more, erit[*]. Hebræis enim, ut דָּבָר promiscuè significat & *verbum* & *rem*, Exod. 8. 12; &c. & nomina ponuntur pro *personis*, Luc. 6.22. Apoc. 3.4. & 11.13; sic idem sunt & *vocare* & *esse*, ut Esa. 9.6. & 56.7. Mat. 5.19. Marc. 11.17. Luc. 1.32, 36[||]. Divino itaque instinctu Josephus hîc habitavit, quò Christus ab educationis loco hoc nomen traheret, & qui pro vero נֵצֶר non agnosceretur; נֵצֶר tamen vocaretur ab hostibus suis, quamvis illorum ingratiis, & illis omnia alia cogitantibus[*]. Ut autem probemus, hunc locum à Prophetis Christo ad educationem fuisse assignatum, notandum, 1. Quædam à Prophetis clarè exprimi, quædam verò obscurè tantùm innui & ænigmaticè, ut in singulis ferme Prophetiis, quibus Persona Christi fuit adumbrata. 2. Conveniens fuisse, ut sicut Christus à Gente, Matre, tempore & loco Nativitatis, &c. descriptus fuit, sic etiam è loco habitationis describeretur. Id ergò à Prophetis prædictum h. l. significatur, non quidem propriis & claris verbis, sed obscurè & figuratè, & per ὑπαίνιξιν, qualis occurrit, Esa. 21. 11. ubi clamosam Edomæam vocat *Dumam*, q. d. silentem, & Jer. 25. 26. *Rex Sesac*, &c. [ubi à nobis congesta vide.] & Mich. 7. 12. ubi Ægyptus appellatur מָצוֹר. 3. Vocem נֵצֶר nusquam apud Prophetas Hebraicè loquentes legi, nisi Esa. 11. & 60. ac de nemine quàm Christo usurpari. Obj. Occurrit & Esa. 14. 19. de Rege Babyloniæ. Resp. In eo Syrissat, vel Chaldaissat μιμητικῶς, prout variæ in eo capite sunt voces Chaldææ[f]. Sed non possum huic sententiæ planè subscribere. 1. Quia נֵצֶר primitivum est, substantivum & appellativum, ideóque de loco *Nazareth* non enunciatur[g], nec ob id vocari debuit Ναζωραῖος, quod nomen est derivatum, sive appellativum dicatur, sive proprium, sed potiùs Νατσωραῖος, vel, per εὐφημίαν, Ναζωραῖος[h]. Inst. Verùm non est insolens, ex appellativis propria, aut ex substantivis adjectiva & gentilitia, fieri: Sic nomina *Israelis*, *Canaan*, &c. pro ipsorum posteris ponuntur, & *Sidon* pro incolis ejus[i]. Resp. 1. Illa nomina sunt propria, נֵצֶר autem appellativum. 2. Urbium nomina sæpe ponuntur pro incolis promiscuè, non item pro uno individuo[k]. 2. Quia *Nazareth* urbem derivari à נֵצֶר parum probabile est ob scriptionem diversam. Quod si constaret ex Sacris, urbem illam נֵצֶר olim dictam, fateor opinionem hanc probabilem fore[l]. Sed quomodo hæc habitatio Nazarethæ designata dicitur, *ut impleretur illa prophetia*, quæ eam habitationem non omnino respicit? Resp. 1. Ἵνα hîc non est αἰτιολογικὸν, sed ἐκβατικόν. 2. Prophetiæ sæpe impleri dicuntur per accomodationem. Sic Author ad Hebræos, ex interpretatione vocis *Salem* probat Christum esse *principem pacis*, Esa. 9. 6. Quidni Matthæus pariter ex habitatione Nazarethæ concluderet Christum esse illum נֵצֶר prædictum, &c? Præsertim, si expendamus, ut *Cinnereth* Josuæ postea mutatum est in *Genuesareth*, ità & urbem illam in tribu Naphtali, quæ vocatur *En-hazor*, Jos. 19. 37. postea mutatam esse in *Nazor*, & *Nazareth*, ut significaretur *urbs germinis*, vel ubi *Messias, germen*, educaretur[m]. [Hæc de prima sententia.] Resp. 2. Sic dictus est per allusionem, & respectu habito ad *Naziræos* veteres[n], sive *votivos*, sive *nativos*, & inprimis ad aliquos ex illis, qui præ aliis typi Messiæ fuisse, & ad omnes qui ob dignitatem, sive Ecclesiasticam, sive politicam, censebantur velut Naziræi, ut Pontifex summus, & Reges, qui ob munus suum à vulgo videbantur secreti: τὸ נֵזֶר etiam vocatur & Pontificis tiara, Exod. 29.6. & 39.30. & oleum unctionis Levit. 21.12. & Regis diadema, 2 Sam. 1. 10. Psal. 89. 40. Meritò autem hæc à Matthæo ad Christum referuntur, qui fuit verus & Naziræus, & Pontifex, & Rex, & per illos omnes designatus. Mirâ ergò Dei providentiâ factum est, ut Christus occasione educationis suæ in Nazareth vocaretur *Nazarenus*, à Judæis quidem per jocum & contemptum, ob conditionem abjectam urbis Nazareth, à Deo vero sapientissimo consilio, in testimonium genti illi pervicaci, alio planè fine, ut designaretur, Christum esse verè & antonomasticè Naziræum, &c[o]. Qu. In quibus *Prophetarum* locis hoc prædictum est? Resp. 1. In quibus Messias vocatur *Sanctus*, & *Sanctus sanctorum*, ut Dan. 9. 24[p]. 2. In quibus diserta nominis Naziræi fit mentio, & id illis tributum legitur, qui typum Christi gessere. Sedes autem hujus allegationis constituenda videtur in duobus potissimùm typis Christi, in Josepho & Sampsone, quorum uterque disertè & αὐτολεξεὶ *Naziræus* vocatur; ille Gen. 49. 26. & Deut. 33. 16. iste Jud. 13. 5. & 16. 17. Uterque typum Christi gessit, idque in eo ipso, quatenus utrique Naziræi nomen hæsit. An ergò mirum antetypo applicari ab Evangelista, quod jam olim dictum erat de typo, idque cum singulari χάριτι ad Messiam futurum? Si negent Judæi Josephum & Sampsonem fuisse typos Messiæ; 1. id gratis negant, & contra κυρίας δόξας suorum Magistrorum, qui docent omnia Messiam spectâsse in Lege & Prophetis, præsertim personas eminentes & sacras. 2. Facilè revincuntur; tum quia utrique מושיעים *liberatores* fuere suorum; tum ob maximam mirandámque inter illos & Messiam conformitatem, in personis, rebus gestis, passionibus, &c[q]. [de quibus qui plura vult Authorem adeat.] Hæc mihi videtur esse Matthæi sententia. In V. T. eos qui supra communia Legis præscripta peculiari cuidam sanctimoniæ Deo non res suas, sed semetipsos, dedicarent (ut notat Philo de Nazaræis agens) *Nazaræos* vocari; id autem in Christo eminenter impletum, ut qui non vini abstinentiæ, aliísve id genus ceremoniis, sed morti cruentæ atque ignominiosæ, se ultrò devoverit; quò respiciunt Christi verba, Joh. 17. 19. ubi est vox ἁγιάζω, unde ἡγιασμένος, quod apud LXX. ponitur pro Nazaræo. His si conferas Heb. 10. 5. — 10. apertissimè videbis Christo perfectissimo modo competere nomen *Nazaræi*. Dicit igitur Matthæus, ità dispositis à Deo rebus, ut Josephus & Maria ab Ægypto reversi, Nazaretæ larem figerent, hoc actum, ut ex ea habitatione Christi nomen adhæresceret, quo sanctimonia ipsius perfectissima, & votum pro nostra salute susceptum, notaretur. Neque sanè fortuitum videri debet, quòd sermo popularis Dominum nostrum *Jesum Nazarenum* quasi perpetuo cognomento vocaverit, ut apparet Mat. 26. 71. Mar. 1. 24. & 10. 47. & 14. 67. & 16. 6, &c. Unde &, qui ipsius sanctissimæ disciplinæ nomen dederant, *Nazaræi* sunt appellati, Act. 24. 5. Tertul. adv. Marcion. 4[r]. Sed multa huic sententiæ opponuntur[†]. Obj. 1. *Naziræus* scribitur נָזִיר cum ז, *Nazareth* vero semper scribitur per צ Hebræo, Syro, Arabi[t]. Resp. Quanquam urbs hæc Syriacè scribatur per צ, id tamen mihi non satis causæ videtur, quominus credamus Hebraicè antiquitùs scriptum per ז: facilè enim commutatio fieri potuit inter literas soni adeò affinis, ut & hæc & illa eâdem Græcâ literâ exprimi soleat. Sic & pro צרק, Syri זרק, & זדוקיא illis sunt Sadducæi[v]: Sic מווא habet Chald. Par. ad Psal. 1. 4. pro מוצא[x]. Quin & in S. S. harum inter se literarum commutatio apparet. Confer. 1 Par. 16. 32. cum Psal. 96. 12. item Num. 26. 12. cum Gen. 46. 10. Et ubi nunc est ז, Græci legerunt צ, Gen. 49. 24. & ubi est צ, legerunt ז, Esa. 33. 18. Sic Moses Gerundensis, Job 40. 17. יחפץ ait positum pro יחפז, quia duæ hæ literæ sæpe commutantur, addens exempla צעקה & זעקה, item צרב & זרב[y]. Obj. 2. Vox נָזִיר nusquam redditur ab Interpretibus Ναζωραῖος, sed Ναζαραῖος, vel Ναζηραῖος, vel Ναζιραῖος;

[a] Q. in Span. 600.
[b] Di.
[c] Jun. in Span. 599. sim. Ham.
[d] Jun.
[*] Heins. cap. 2.
[||] Ham.
[*] Span. ex Jun.
[f] Jun.
[g] Q. in Jun. Span. 604.
[h] Span. ib.
[i] Jun.
[k] Span. ib.
[l] Span. 609.
[m] Ham.
[n] Span. sim. Ge. Sch. G. Go. &c.
[o] Span.
[p] Q. in Span. 615.
[q] Span. 615.
[r] G.
[†] Span.
[t] Q. in Span.
[v] G.
[x] D. paraf. Go.
[y] G.

ραῖ@; ideóque illa nomenclatio [Ναζωραῖ@] ab oppido Nazareth petitur [z]. Resp. 1. Hoc retorqueri potest; plus enim differunt נֵצֶר & Ναζωραῖ@, quàm Ναζωραῖ@ & Ναζαραῖ@, &c. 2. In translatione ex una lingua in aliam, frequens est literæ unius, vel plurium, mutatio, maximè in nominibus propriis [a]. Quòd apud Lxx. & Hellenistas alios Ναζωραῖ@, vel, Ναζηραῖ@, apud Josephum & Scriptores Christianos Græcos Ναζιραῖ@, in novo autem Fœdere, modò Ναζωραῖ@, modò Ναζαραῖ@ scribitur, pronunciationis est, non vocis, diversitas [b]. 3. Negatur Ναζωραῖον & Ναζηραῖον semper apud Hebræos eo modo distincta fuisse. 4. Discrimen hoc est ex more Syrorum [c]; nam Camets Hebræis per α obscurum, Syris per ω, effertur [d], ut אדם, [Hebræis] *Adam*, Syris *Odom**. Obj. 3. Christus non tantùm dicitur Ναζωραῖ@, quod propiùs accedit ad Naziræorum vocem, sed & Ναζαρηνὸς, nè videretur talis dici à Naziræatu. Imò & periphrasticè & διακριτικῶς simul, idem quandoque vocatur ὁ ἀπὸ Ναζαρὲθ, nè vox illa ad Naziræatum referri possit [f]. Resp. 1. Cùm nomen ab oppido deductum habeat exitum apud N. T. Scriptores Ναζωραῖ@ & Ναζαρηνὸς, (quod in plerisque appellationibus gentilitiis Orientalium populorum usu venire nos docet Stephanus *de urbibus* [g],) maluit Matthæus uti voce Ναζωραῖος, ut quæ recepta esset in significatu votivæ sanctimoniæ [h]: A Matthæo enim hoc mysterium spectatum est. Nec mirum, illum alibi vocari Ναζαρηνὸν, vel, τὸν ἀπὸ Ναζαρὲθ, quando Spiritus S. non directè ad hoc mysterium respicit. 2. Hæc nomina singulari Dei providentiâ in usum promiscuum abiere, ut sic Christo, ex sola ejus habitatione in Nazareth, singula tribui possent [i]. Obj. 4. Nulla datur, vel analogia, vel harmonia, inter causas harum denominationum: aliud est nomen trahere à voto, vel professione, aliud ab urbe, vel patria [k]. Resp. Destinguenda causa nominis Christo tributi ab ejus occasione, causarum itidem secundarum consilium, à consilio causæ primæ. Occasio nominis hujus fuit mora in Nazareth, causa verò consilium Dei, oracula Prophetarum, ὑπεροχὴ, & sanctitas Christi. Idem hoc nomen Christo tributum fuit, & à Judæis per contemptum ob educationem illius in Nazareth; à Diabolo etiam, nè videretur Messias, utpote Nazarethanus & Galilæus; à Deo verò ad ὑπεροχὴν, sanctitatémque ipsius, astruendam [l]. Obj. 5. Nec Joseph, nec Sampson, uspiam in S. S. vocantur typi Christi [m]. Resp. Sic neque David, nec Salomon, nec Jonas, αὐτολεξεὶ, dicuntur fuisse typi Christi, quales tamen fuisse constat [n]. Obj. 6. Perperàm Christus comparatur cum Naziræis veteribus, à quorum ritibus, moribus & institutis, longè diversus erat [o]. Resp. Christus, ut Rex & Pontifex, ità & Nazaræus, non quidem externus, sed spiritualis, erat, & eis eminenter respondit; nec ritus & ceremonias externas præstare debebat, sed res iis designatas, & corpus respondens umbris atque figuris, quia Christus antetypus esse debebat, non typus [p]. Quæ de נֵצֶר adducuntur ex Esa. 11.1. & quæ de Samsone Nazaræo, nobilissimo Christi typo, pondus suum habent non spernendum. Addimus, Posse Matthæum intelligi, loquentem de humili & vili Salvatoris externa conditione; quódque per vocem Ναζωραῖ@, *separationem* ejus innuit, atque alienationem ab aliis hominibus, hominis veluti despicabilis, atque societate hominum indigni. Ità rectè dictum, *per Prophetas*, qui omnes ferè vilem Christi conditionem prædicant, nullus ortum ejus ex Nazareth. David in persona ejus sic ait, מוּזָר וגו׳, *Alienus fui fratribus meis*, Psal. 69. 6. Et si vocem Ναζωραῖ@ deducas à נָזִיר, denotat ista vox non tantùm *separationem* Deo dicatam, qualis erat Nazaræorum; sed separationem etiam hominis quasi indigni ab hominibus, Gen. 49. 26. Sensus ergò Matthæi est, q. d. Josephus, indice Angelo, in Galilæam amandatur, regionem contemptissimam, inque urbem Nazaretham, locum vilissimum; atque adeò adimpletum est, quod à Prophetis toties prædicatur, Messiam fore *Nazor*, *alienum*, vel, *separatum* ab hominibus, ac si vilem nimium, & societate eorum non dignum [q]. Ut נָזִיר in Zach. 7. 3. usurpatur pro *homino afflicto & humiliato*, atque à deliciis vitæ separato; ità hoc Christo tribui potest, tanquam educato in Nazaretha, loco vili, Joh. 1. 46. ut hæc sit pars humiliationis ipsius [r].

[z] Q. in Span. 623. [a] Span. 624. [b] G. [c] Span. [d] Di. sim. Span. D. par. & Di. [f] Q. in Span. [g] G. [h] G. sim. Span. [i] Span. 627. [k] Q. in Span. [l] Span. 631. [m] Q. in Span. [n] Span. 633. [o] Q. in Span. [p] Span. 634. [q] Li. ho. [r] Ham.

CAP. III.

1. *In diebus -- illis*] Quibus Jesus adhuc Nazarethæ habitabat [a], anno Christi circiter 30 [b]. ex collatione sequentium, & Luc. 3. 23 [c]. Ante hanc ætatem nemini Sacerdotis, Doctoris, aut Prophetæ, officio fungi licebat, ut & Hebræi tradunt, & ex Scriptura colligitur, 1 Par. 23. 3 [d]. Qu. Sed cur tot annorum Christi historia hîc prætermittitur? Resp. Quia tot annos Christus latere voluit, tum 1. ut ostenderet se nobis per omnia similem fuisse, & sensim adolevisse, juxta Luc. 2. 40, 52. tum 2. ut doceret, præparatione diuturnâ opus esse ad sacras functiones; tum 3. ut observaret Judæorum morem, & tempus exspectaret, quo cum authoritate doceret. Vide 1 Par. 23. 3 *. ¶ *Venit*] Ità Tre. Ca. Sy. Ar. &c. Παραγίνεται] *Adfuit*, Be. Il. P. *Accedit*, Er. Mo. V. *Prodiit*, nempe in publicum, ministerium ingressus; quum antea domi latuerit plerisque incognitus †. ¶ *Johannes*] Hujus mentio in historia Ebraica (quam composuit Gorionides) l. 6. c. 63. ubi vocatur *Sacerdos magnus*, & *Johannes* הַטּוֹבֵל נִטְבַּל *qui baptizatus fuit*, cùm dici debuit הַטּוֹבֵל *baptizans*. Fortè נִטְבַּל *baptizans continenter*, ut נִדְבַּר *locutus est frequenter*, &c [f]. ¶ *Baptista*] Sic dictus, vel, quòd Christum baptizavit [g]; vel, quòd primus baptizare cœpit [h]. Ut hic titulus intelligatur, sciendum inprimis, quid erant ablutiones inter Judæos. 1. Erat ablutio totius corporis sacerdotum antequam Templum ingrederentur. 2. Erat ablutio Proselytarum, qui in Ecclesiam Judæorum admittebantur, non solùm circumcisione & sacrificio, sed & ablutione totius corporis, in fluvio, &c. Ita admissus fuit Jethro, in Talmud, tract. *Repudii*, ubi etiam notatur Judæos eodem modo initiatos fuisse in Fœdus Dei. Hujus moris mentio in Arrian. Epictet. l. 2. c. 9. ubi Proselyta Judæus vocatur βεβαμμένος, *baptizatus*, & qui non verè, sed simulatè Proselyta fuit, vocatur παραβαπτιστὴς, *simulatè baptizatus*. Ex his ergò hunc morem acceperunt & Johannes & Christus [i]. ¶ *In deserto Judææ*.] i. e. circa deserti aditum, vel partes anteriores [k]. Qu. Quid & quale hoc desertum? Resp. Pontificii [plurimi] contendunt, fuisse planè desertum, & vacuum incolis [l]. Verùm *desertum* hoc non dicitur absolutè, pro loco planè inculto, sed comparatè, pro loco minùs culto, ubi homines sparsim habitant, ubi pagi, vici, oppida rariora [m]. Desertum hoc fuit vasta, paucisque habitata colonis, apud Jordanem, haud procul à Jericho, regio quæ *campestria deserti* vocantur, 2 Sam. 17. 16 [n]. *Desertum* ex vulgi consuetudine hîc vocatur Regio saltuosa [o], ἡ ὀρεινὴ, *regio montana*, Luc. 1. 39 [b]. in qua habitabat Zacharias, Luc. 1. 40 [c]. Et מִדְבָּר & ἔρημ@ hoc modo sæpe sumuntur [d]. Ità *domus Joabi* fuisse dicitur *in deserto*, 1 Reg. 2. 34. & *in deserto* erant *sex civitates*, Jos. 15. 61, 62 *. [Sic & RR. usurpant *eremi* vocem.] *Seah Hierosolymitana excedit seam eremi sextâ parte*, Bab. Erubh. fol. 83. 1. similiter *Menachoth* cap. 7. hal. 1. *Montanum Judææ*, Joannis natale solum, vocatur à Talmudicis *montanum regale*, & à Psalte, *montanum eremosum*, Psal. 75. 6. & tamen *in montano regali erat myrias urbium*. Hieros. Taanith, fol. 69. 1. Sensus ergò hujus loci est; q. d. Johannes vitam ruri egit, non in urbe; agrestiorem educationem ruri subiit, non Academicam, aut Aulicam Hierosolymis [f]. Nec certè Johannes prædicâsset in tali loco, ubi nil nisi saxa & feræ. Obj. At eò confluxit turba hominum. Resp. Antequam id fieret, Johannes ibi prædicavit [g].

2. *Dicens, Pænitentiam agite*.] Ità Sy. Ar. Pers. Ti. Er. Sch. nempe *vitæ prioris*, Er. Μετανοεῖτε.] *Resipiscite*, Tre. Be. P. Æth. V. sim. Mo. Er. Bru. *Corrigite vos*, Ca. τὸ μετανοεῖν est, vitam emendare [h], mentem mutare [i], & deponere falsas opiniones, quas imbiberant, sive à Pharisæis, de justitia operum, traditionibus, cultu, &c. sive

[a] Bru. sim. Be. Camer. [b] Pi. Mal. Camer. Sch. [c] Pi. [d] Mal. * Span. dub. 96. 651. † Sch. [f] D. [g] Mal. [h] Mal. sim. Pi. [i] Ham. [k] Pi. [l] Span. dub. 97. 654. [m] Span. ib. 655. [n] Bru. [o] Be. [b] Span. sic Scul. exer. 1. 14. [c] Pi. ex Be. sic Sch. [d] Span. ib. * Span. ex Be. [f] Li. ho. [g] Span. 656. [h] V. sim. Ham. M. Span. Pi. [i] V. sim. Span. part. 3. dub. 6. p. 8. Bru.

sive à Sadducæis, de resurrectione &c. agnoscere, & damnare, & dolere admissa peccata, eáque in teipso quodammodo ulcisci, 2 Cor. 7. 9, 10, 11 [k]. ab erroribus & vitiis se ad veram fidem pietatémque convertere [l], post factum sapere, & de errore admisso ità dolere ut corrigas. Μετανοεῖν ergò propriè nunquam ponitur nisi in bono, & respondet τῷ שׁוּב; at μεταμέλεσθαι (quod respondet τῷ נִחַם) contritionem tantùm denotat, sive displicentiam, quâ rem factam infectam esse velimus, etiam quum non est locus novo consilio. Vide Mat. 27. 3. 2 Cor. 7. 8 [m]. Verùm & μεταμέλεσθαι interdum sumitur in bonum, ut Mat. 21. 32. & μετανοεῖν de externa tantùm resipiscentia dicitur, Mat. 12. 41. Discrimen itaque veræ & apparentis pœnitentiæ in rerum potiùs quàm in vocum notatione quærendum [n]. [Qui plura de his vocibus vult, adeat Cl. Gatakeri, Adversf. cap. 29.] ¶ *Appropinquavit enim regnum cœlorum*] *Regnum* propriè dicitur Dominatus Regis in populum subjectum. *Regnum cœlorum* in N. T. ponitur, vel, 1. pro Dominatu Dei in Angelos, vel homines, Mat. 6. 10. sive in terra agentes, h. e. in Ecclesiam militantem, sive in cœlis, h. e. triumphantem; vel, 2. pro ipsis Angelis, sive hominibus, ut Mat. 5. 20, 21. vel, 3. pro loco ipso, sive cœlis ipsis [o]. Al. *Regnum cœlorum* in S. S. significat, vel, 1. Regnum gloriæ, ut Mat. 5. 3. vel, 2. Regnum gratiæ, sive internum, quod Spiritus S. exercet in cordibus filiorum Dei; sive externum. *Regnum* autem *gratiæ externum* sumitur, vel 1. objectivè, pro ipsa Ecclesia N. T. quomodo confertur cum *area*, *agro*, &c. vel, 2. formaliter, pro œconomia sive periodo N. T. vel, statu atque gubernatione Ecclesiæ, tempore Messiæ, ut Mat. 11. 11. & 13. 11, 24. & 22. 2. & hoc loco [p]. q. d. Instat fœlix ille status Ecclesiæ sub Messia prædictus à Prophetis [q], quo Deus & cœlorum Regem exhibebit, & Regni cœlestis vim exeret, & extensivè, & intensivè, &c [r]. Alludit ad pristinam liberationem, Exod. 4. 30. q. d. Hactenus servitus, nunc Regnum, &c [†]. *Regnum cœli* apud Hebræos, quorum sermonem Christus sequitur, interdum significat beatissimum illum statum post resurrectionem, cùm Deus erit omnia in omnibus; interdum quæ eò ducunt, i. e. Legem, tum veterem, (nam hanc quoque eo nomine appellant,) tum novam, i. e. Regnum Messiæ, quomodo hîc sumitur: respicitur enim Danielis vaticinium, cujus implementum circa hæc tempora etiam à populo exspectabatur. Hæc omnia dici solent & *Regnum Dei*, ex Psal. 47. Idem enim est Regnum Dei, & Regnum Cœli. Nam quia summum illud cœlum velut arx & Regia est Dei, ideo pro Deo poni solet [t]. *Regnum cœlorum* in N. T. est Regnum Messiæ [v], cujus Rex est Christus [x] quod dicitur, *cœlorum*, i. e. cœleste, quòd à Deo exspectabatur [y]; quòd cœlesti in terris ratione inibatur, in cœlis autem perficiebatur [z]; quòd administratio ejus spiritualis erat, & ut distingueretur à Regno terreno [a], sive carnali [b], quod Judæi exspectabant, quorum de eo opinionem in principio prædicationis Evangelicæ convellit [c]; quòd viva est imago Regni illius quod in cœlo esse credimus. Ut enim Regalis Dei potentia in eo consistit, quòd subditos tueatur & remuneretur, hostes autem puniat atque perdat; tale etiam est Messiæ Regnum, quo mundum sibi subjicit; id quod fit, 1. per descensum Spiritûs, & prædicationem verbi potenter operantis, &c. 2. Per virgam ferream, quâ ulciscitur se de hostibus contumacibus, & nominatim de Judæis. Hoc itaque *Regnum Dei* hæc duo junctim sumpta significat, non solam Evangelii prædicationem, ut communiter supponitur; (illa enim non jam *appropinquavit*, quod tamen ut hîc à Baptista, ità postea ab ipso Christo, dicitur, Mat. 10. 7. Luc. 21. 31.) sed & partem punitivam; id quod multa docent: 1. Quòd officium Regis est, non tantùm regnare & remunerari, sed & punire, Rom. 13. 4. 2. Ex collat. cum Mal. 4. 5. ubi est prophetia de hac Johannis prædicatione, quòd venturus erat ante *magnum & terribilem diem Domini*, i. e. perditionem Judæorum, ubi etiam Deus *venturus* dicitur & *terram maledictione percussurus*. 3. Ex collatione sequentium, tum v. 7. ubi est *ira ventura*, tum v. 10. *Et jam securis*, &c. 4. Ex collat. Luc. 21. 25, 26, 28, 31. ubi Judicium Dei manifestum est, quo inter frumentum & paleas discernit, &c. Huc pertinet *ille dies*, Luc. 10. 12. non certè Judicii universalis, quod personas, non urbes, respicit; sed dies exitii Judæorum, & *adventus filii hominis in Regnum suum*, Mat. 16. 28. nempe, ad remunerandum & puniendum, v. 27. Adde & Luc. 19. 11, 27, 43. Eadem res aliis phrasibus exprimitur, per *adventum Christi*, *finem*, *finem omnium*, *finem seculi*, de quibus suo loco [d]. *Regnum cœlorum* est *Regnum Dei*, ut patet ex collat. Mat. 4. 17. cum Marc. 1. 15. & Mat. 5. 3. cum Luc. 6. 20. & Mat. 11. 11. cum Luc. 7. 28. & Mat. 19. 14. cum Marc. 10. 14. Et שָׁמַיִם, *cœli*, usitatissimè sumitur pro *Deo*, tum in S. S. Dan. 4. 26. Mat. 21. 25. Luc. 15. 21. Joan. 3. 27. tum apud Talmudicos, quorum hæc sunt, *Mors per manum Cœli*, *Profanatur nomen Cœli*, *Adjutorio Cœli*, &c. Phrasis hæc, *Regnum cœlorum*, desumitur ex Dan. 7. 13, 14. cujus adimpletio initium sumpsit illico à prædicatione Evangelii, ut ex hoc loco liquidò constat. Denotat *Regnum cœlorum*, 1. Exhibitionem & manifestationem Messiæ, ut hoc loco, & Mat. 12. 28. Vide & Joan. 3. 3. & 12. 13, &c. 2. Resurrectionem Christi, quâ se Regem manifestavit, &c. Vide Mat. 26. 29. Rom. 1. 4. 3. Vindictam ejus in Judæos; vide Mat. 16. 28. & 19. 28. 4. Dominium ejus per Evangelium inter Gentes, Mat. 21. 43. Phrasis hæc apud Hebræos sæpe occurrit. Dicunt hominem *recipere in se Regnum cœlorum*, sive, *jugum Regni cœlorum*, Berachoth, c. 2. halac. 2. & Gemara Bab. ibid. fol. 13. 2. [& alia, quæ vide in authore,] quâ phrasi internum Dei amorem ac timorem significare videntur: quò forsan respicit Christus, Luc. 17. 21. *Ecce Regnum Dei est in vobis*; q. d. Ipsæ Scholæ vestræ docent, *Regnum cœlorum esse intra hominem*. Interdum tamen hanc phrasin de Messiæ exhibitione accipiunt: vide Luc. 17. 20. & 19. 11, &c. Chald. ad Esa. 40. 9. *Regnum Dei vestri revelatur*, & ad Esa. 53. 2. *Videbunt Regnum Messiæ sui* [*]. Qu. Cur hîc dicit τῶν οὐρανῶν? Hebræi quidem Cœlum, etiam cùm aeream aut sideream regionem significat, appellant voce soni pluralis, aut potius, binarii; at Græci id non faciunt; ideòque passim etiam in his scriptoribus utramvis illam regionem dictam invenies numero unitatis. Quid ergò & hîc & aliis multis in locis sibi vult plurale hoc οὐρανῶν? Nimirum idem quod Hebræi dicunt שְׁמֵי שָׁמַיִם, i. e. cœlum supremum, atque inaspectabile, quod Chrysostomo in Rom. 8. ὁ τῶ οὐρανῶ οὐρανὸς (*Cœlum cœli*.) Mos enim est Hebræis in ejusmodi constructionibus interdum prius membrum subticere: ità חָכְמוֹת (*sapientiæ*) pro excellentissima sapientia; & בְּהֵמוֹת pro eximia ferarum; & אֱלֹהִים, pro Deo Summo. Sic Scriptor ad Hebræos, quæ primùm nominârat ἅγια ἁγίων (*sancta sanctorum*,) mox, per compendium, ἅγια (*sancta*) nominat, cap. 9 [f]. Qu. Sed cur Johannes hortationi suæ ad pœnitentiam hanc subjicit rationem, Quòd appropinquat Regnum, &c? Resp. 1. Sic ostendit, 1. Verum pœnitentiæ incentivum esse oblationem gratiæ, summorúmque beneficiorum Messiæ. 2. Solis pœnitentibus patere aditum ad hoc Regnum. 3. Regnum Christi non terrenum fore, sed cœleste [g]. Resp. 2. Quia ipsi Rabbini pœnitentiam ad receptionem Messiæ necessariam asseruerunt. De quo vide *Sanhedrim* fol. 98. &c [h]. Maxima bona Messiæ temporibus cùm exspectarent Hebræi, satis intelligere poterant, ad ea adipiscenda opus esse amoveri impedimenta, i. e. crimina, quæ ipsos indignos tantis beneficiis essent redditura [i].

3. *Hic est*, &c.] Sunt hæc verba, vel, 1. Johannis de se [k]; ex collat. Joh. 1. 22, 23 [l]. vel, 2. Evangelistæ [m]. At quiritantur Judæi, Matthæum hunc Esaiæ locum tum malè citare, (nonnullis omissis, & mutatis aliis,) tum malè applicare, quia Propheta ibi loquitur de liberatione Babyl. Prius quod spectat, sciendum, verba Prophetarum ab Evangelistis allegari, 1. plerùmque secundùm versionem LXX; 2. non secundùm literam, sed secundùm sensum & substantiam dictorum: Iniquum est ab illis exigi, quod à nemine adhuc in Veterum dictis referendis exactum, quæ nostris sæpe verbis sine ullo fidei vel candoris dispendio referimus [n]. Quoad posterius, notandum, hoc oraculum esse *typicum*, vel *compositum*; adeóque, literaliter ad typum, liberationem è Babylone, mysticè ad antitypum, liberationem per Christum,

[k] Bru. [l] Span. dub. 6. p. 8. [m] Be. [n] Span. 9. 18. [o] Bru. [p] Span. 14. 33. [q] Span. sim. Bru. [r] Span. ib. [†] Bru. [t] G. [v] Ham. Sch. &c. [x] V. [y] Be. [z] V. [a] Bru. [b] V. [c] Bru.

[d] Ham. [*] Li. hc. [f] G. [g] Span. dub. 1. 36. [h] Li. hc. [i] G. [k] Euythm. in Mal. Sch. [l] Sch. [m] Mal. Eru. [n] Span. 19. 48.

Christum referri, &c [o]. Ad quem etiam nonnulli ex Judæis locum illum referunt. Et verba Prophetæ augustiora sunt quàm ut restringantur ad beneficium carnale unius gentis, v. g. quòd *militia* populi Dei *completa* dicitur, & *exoluta iniquitas*, & quòd *omnis caro videret gloriam Dei* [p]. ¶ *Vox*, &c. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἑτοιμάσατε, &c.] *Vox clamantis* (sub. *Dei*, vel, sub. *viri*, sive *præconis*, & sub. *erit*, vel, *audietur*, Bru. vel, *clamans*, Bru. sim. Be. q. d. Adest proclamator, dicens [q], clamaturus dicet [r],) *in deserto*, (sub. *loco*, vel, *solo*, Camer.) *parate*, (vel, *expedite*, Mo. promptam, paratam, expeditam, apertam & oculis intuentium conspicuam, facite; פַּנּוּ [quæ vox est Esa. 40. 3.] à פָּנָה *respexit*. Obstant affectus mundani quò minùs homines videant Christum advenientem; quibus sublatis, jam, ceu præparatâ viâ Domini, conspicitur adveniens salus †.) *viam Domini*, Mo. Sy. Ar. Pers. Æth. sim. Ca. Be. Er. Bru. &c. i. e. quâ ad vos venturus est Dominus: vel, *Domino*, olim exspectato, jam advenienti [t]. Sicut, ingressum alicubi facturo Rege, subditi vias parant, complanant, purgant, ornant, &c [v]. q. d. Ità parate vos, ut Christum honestè digneque excipiatis [x], nempe per pœnitentiam, &c [y]. Rectè LXX. & Mat. פַּנּוּ vertunt ἑτοιμάσατε. Ità sumitur Gen. 24. 31. De sensu, vide quæ dicentur ad Luc. 3 [*]. *Parate*, ergò præsumitur eos fuisse imparatos [z]. Venit Christus, ut animos hominum occuparet. Hos obsederant pravæ affectiones, non secùs ac desertum spinæ, quæ idcirco auferendæ erant. *Via* hominis in SS. mores denotat & institutum vivendi: hæc à vitiis expurganda erat, & virtutibus ornanda [a]. Illud, *parate*, statim exponit, *facite fructum* [b]. Τὸ *clamare*, significat, Johannem non occultè, remissè, aut dubitanter, sed palàm & publicè, liberè, disertè, adseveranter, clarâ fervidâque voce, omnibus de Christo testatum esse, &c. Τὸ *in deserto*, plerique præcedentibus jungunt, ità ut significetur Johannis prædicatio *in deserto* Judææ, h. e. in Judæa deserta, inculta, aspera, & timoris Dei experte: Hebræi jungunt sequentibus, *in deserto* invio *parate viam*, &c [c]. ¶ *Rectas facite* (vel, *Adæquate*, Sy. *Explanate*, Ar. *Complanate*, Tre. Pers. Be. Sch. &c.) *semitas ejus*] Ità Mo. Ti. Ca. Facite ut sint rectæ, i. e. planæ & æquabiles [d].

4. *Ipse autem*, &c.] Huc facit hæc Johannis descriptio, ut constet, eum non in abscondito vixisse, sed omnibus innotuisse, &c [*]. Hic, ut habitationis loco, ità habitu & victu, exemplum edebat pœnitentiæ luctuosæ. Confer. Mat. 11. 17 [f]. ¶ *Vestimentum*] Ità Sy. Pi. Er. Ἔνδυμα] *Indumentum*, Be. Er. Il. P. Ti. Ca. Vox hæc, æquè ac ἱμάτιον, genericè sumitur, ut constat ex Mat. 6. 28. & 22. 11. & 28. 3. Luc. 12. 23. Utrùm verò carni immediatè adhæserit, non hîc docetur, & tam facilè negari, quàm affirmari, potest [g]. ¶ *De pilis camelorum*] Habitus haud dubiè severior, victûs parsimoniæ congruens: qualem Catoni suo Lucanus ascribit, *Huic epulæ vicisse famem, magnique penates Summovisse hiemem tecto, pretiosaque vestis Hirtam membra super Romani more Quiritis Induxisse togam*—— Antea dixerat, *Intonsos rigidam in frontem descendere canos Passus erat, mœstamque genis increscere barbam.* Apud Hebræos in luctu pilis vestiri mos erat, teste Jo. Antiq. 16. Planè tales erant Hebræorum Nazaræi, sive temporarii, sive perpetui. Nam & comam & barbamque promittebant, & hirtâ togâ induebantur, cui togæ nomen erat אַדֶּרֶת, ut nos docent Hebræi. Fuit autem Johannes Nazaræus perpetuus, quod nos docet Lucas, 1. 15. Cùm verò & Elias describatur nobis comâ promissâ, 2 Reg. 1. 8. & toga ipsius illo ipso nomine אַדֶּרֶת vocetur, 1 Reg. 19. 19. sequitur, aut hunc quoque fuisse Nazaræum, aut eundem fuisse habitum Prophetæ & Nazaræi. Quòd eò magis credibile est, quia Zach. 13. 4. habitum Prophetæ vocat אַדֶּרֶת שֵׂעָר, *togam hirsutam*, & Scriptor ad Hebræos, fortè & de aliis, sed de Prophetis præcipuè, agens, eos nobis describit *in pellibus ovinis & caprinis*. Clemens autem Romanus Scriptorem ad Hebræos in multis imitatus, ut veteres nos docent, in Epistola ad Corinthios de Prophetis, quos, inter & Johannem Baptistam nominat, ità loquitur ἐν δέρμασιν, &c. (*in pellibus caprinis & ovinis, & pilorum camelorum texturis incedebant.*) Illud observatu non indignum, factum Divinâ Providentiâ, ut qui veniebat in spiritu Eliæ, Elias propterea à Prophetis nominatus, etiam habitu exteriori Eliam referret [h]. [Quærunt hîc Interpretes, quale fuit hoc indumentum.] Resp. 1. Pannus erat ex camelorum pilis contextus, quem vocamus *Schamlot* [i]. Non placet [k]; quia talis vestis mollis erat, & splendida, qualem de Johanne negat Christus, Mat. 11. 8 [l]. Ut cibus & potus, sic & vestimentum Joannis vile erat [m]. Resp. 2. Ex pelle cameli habente adhuc suos hilos [n]; talis enim erat vestis Prophetarum, 2 Reg. 1. 8. Zach. 13. 4 [o]. Sic Mat. 7. 15. ἐνδύματα προβάτων sunt μηλωταί, *vestes ex ovillis pellibus*, Heb. 11. 37. Pellibus induebantur veteres Heroes, Hercules leoninâ, Acestes, in Virgil. Æn. 5. ursinâ [p]. Non placet; quia hoc indumentum, &, quæ sequitur, zona, materiâ differunt, ideóque diversimodè exprimuntur [q]. Resp. 3. Erat cilicium camelinum [r], villosum †, contextum à pilis cameli [t], rudibus scilicet & impexis, non emollitis & comptis, aut in filum netis; id quod apparet, 1. A scopo, qui est austeritatem habitûs ipsius describere. 2. Ex collatione cum habitu Eliæ, (quem Johannes repræsentabat) 2 Reg. 1. 8. ubi τὸ *pilosus* non spectat corpus ipsius, quod hoc pacto imperfectè descriptum esset, sed vestimentum, quod alioqui per solam zonam imperfectè describeretur. 3. Quòd habitus hic erat luctuosus, saccus nempe & pannus pilosus, qualis erat indumentum Prophetarum tristia nunciantium; adeóque & testium illorum, Apoc. 11. qui induebantur *sacco*, v. 3. qui saccus, τρίχινος, *pilosus* dicitur, Apoc. 6. 12 [v]. Vestis Johannis nec splendida erat, nec sordida, sed simplex tantùm, vilis, rudis, & accommoda tum loco, ubi docebat, ubi Camelorum multitudo erat, tum argumento quod docebat [x]. Camelorum pilos in vestium usum cessisse constat, tum 1. ex hoc loco [y]; tum 2. ex Hebræis, qui eos vocant *lanam camelorum*, quærúntque, an ut lanam ovium, ità lanam camelorum, cum lino miscere Lex vetet, Levit. 19. 19. item, an lepra inficiat vestes ex lana camelorum, Levit. 13, &c [z]. tum 3. ex eo quòd non est credibile, gentem Judæorum industriam satis, quæ ex caprorum pilis texebat aulæa, camelorum pilos prorsùs neglexisse [a]. Pili autem camelorum, ut tenues erant & mollissimi, apud Caspios, Ælian. Hist. 17. 34. & Tartaros, Paul. Venet. 1. 63; ità, hoc loco, asperi erant, &c [b]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ζώνην δερματίνην] *Et zonam*, (vel, *cingulum*, Tre. sic Ca. Er.) *pelliceam*, Mo. Er. P. Il. &c. vel, *coriaceam*, Be. Ti. ut 2 Reg. 1. 8 [c]. Etiam hoc ad severioris vitæ professionem pertinuit, cùm Judæi cæteri cinctum haberent de materia exquisitiore, eúmque ditiores etiam auro & monilibus variarent [d]. Non zonam pretiosam, non baltheum bullis aureis insignitum, sed vilem, &c. ¶ *Circa lumbos suos*] Græcè, *lumbum*: sing. pro plur [*]. Apparet ità vocari partem corporis quæ cingi solet, Luc. 12. 35. Eph. 6. 14. 1 Pet. 1. 13 [f]. Zona pellicea premens stringénsque vestem cilicinam augebat asperitatem [g]. Notum, cinctum, & lumbos cinctos, sæpe commendari, tum in Scriptura, tum in aliis Scriptoribus. Hinc illud, *discincta vestis*, *discincta mens*, & Catonis de Julio Cæsare; *Caverent sibi Romani à puero malè cincto*, &c [h]. ¶ *Locustæ*] Ad ea quæ viri docti de locustarum esu ad cibum notârunt, adde quæ habet Leo Afer. l. 9 [i]. [Sed quærendum h. l. quid sint ἀκρίδες?] Resp. 1. Pro ἀκρίδες legendum ἐγκρίδες, i. e. *lagana*, vel, *dulciaria*. Hoc figmentum erat Ebionitarum [k]. Resp. 2. Erant ἀκρόδρυα, vel, ἄκρα δρύων, vel, ἀκρέμονες, sive, ἀκρίσματα, i. e. *arborum*, vel *herbarum*, *summitates*. In hanc sententiam propenderunt Athanas. Isid. Euthym. Theophyl. &c [l]. necnon Cajetanus & Baronius [m]. De hac interpretatione vide Steph. Forner. Rer. quotid. 6. 27. Eam probabilem faciunt, 1. quòd hîc conjunguntur cum μέλι: 2. quòd Burchardus ait in Descriptione terræ sanctæ, escam se invenisse prope Jordanem, quo Monachi ibi utuntur, genus herbæ quod *locustam* vocant, quo, inquiunt, Johannes vescebatur: 3. quòd Germanæ in Strabone ὑλόβιοι dicti sunt, quòd *in sylvis viverent*, *comedentes folia & fructus agrestes* ‖. Et κεράτια, *siliquas*, sive *summitates frondium*, frequenter esse escam pauperum, testatur post Galen. 2. de Alim. Lobel. in Advers.

Marginal notes (col. 1): o Span. 20. 58. — p Span. 21. 55, &c. — q Be. — r V. — † Er. — t Bru. — v Sch. sim. Bru. Be. Pi. — x Bru. — y Bru. sim. Pi. — * G. — z Sch. — a Bru. — b V. — c Bru. — d Pi. — * Sch. — f Bru. — g Span. p. 2. dub. 98. p. 665.

Marginal notes (col. 2): h G. — i Schindel. in Scul. — k Scul. Pi. Ham. — l Pi. — m Scul. exerc. 1. 17. — n Pi. sim. Sch. Bru. — o Pi. — p Sch. — q Ham. — r Bru. ex Ans. — † Be. sim. Scul. — t Bru. — v Ham. — x Span. 98. 668. — y BA. 1. 2. 78. sim. Span. ib. — z BA. ib. — a Span. ib. — b BA. ib. — c G. sim. Pi. Bru. — d G. — * Bru. — f G. — g Bru. — h Span. 98. 671. — i G. — k BA. 1. 1. 5. 36. & 2. 4. 7. 4 8. — l BA. ib. — m BA. 489. — ‖ Ham.

Advers. Easque etiam Germani adhuc vocant *S. Johannis panem*, sive *escam*, quasi constanter crederent hanc fuisse Johannis escam. Nusquam legi locustas crudas escam fuisse alicujus populi, sed tantùm paratas, &, vel ad ignem coctas, aut assatas; vel, ad Solem arefactas; vel, fumo & sale duratas, vel conditas; quibus artibus, Johannem in deserto usum, non est credibile, sed nec eum laboris tædium in venando eas, vel, aucupando, sumpsisse †. [Aliis tamen non placet hæc sententia:] Nam voces ἀκρίδες & ἀκρόδρυα, nusquam in Scriptoribus verè Græcis confunduntur [n]. Et pugnat hæc interpretatio cum historia ὑλοφάγων, apud Diodorum, l. 3 [o]. Resp. 3. Est herbæ, aut fruticis agrestis, genus [p]. Hoc non omnino negem, licèt id nondum satis liqueat. Certè fruticibus & oleribus olim victitabant Prophetarum filii [q]. Resp. 4. Pro ἀκρίδες, legendum καρίδες, i. e. *squillæ* [r]. At his in toto genere concrorum nihil est præstantius: adeóque non erat cur Johannes ab abstinentia laudaretur; quod etiam objici potest sequenti sententiæ †. Resp. 5. Erant pisces marini, quos Johannes ex Jordane habuit [s]. At hi in fluviis non reperiuntur, sed in mari: [in quod Jordanes non influit.] Resp. 6. Ἀκρίδες mutandum in ἀχράδες, i.e. *pyra sylvestria*. Ità vir maximus & piissimus. Sed non opus est his mutationibus, cùm in receptam lectionem conspirent libri omnes [v]. Resp. 6. *Locustæ* veræ hìc intelliguntur [x]. Harum enim usu variæ nationes victitârunt: Ità Parthi, Plin. 11. 29. & Æthiopes, Plin. 6. 30 [y]. inter quos erat populus dictus *Acridophagi* à locustarum esu [z], de quibus Agatharrides, 5. 27 [a]. & Diod. Biblioth. 3. 11. & Syri, teste Scalig. contra Cardanum, 639. & Libyes, teste Leone, in Descriptione Africæ; *Locustas*, inquit, *vel elixas, vel ad solem desiccatas, in farinam tundunt atque edunt* [b]: & Græci, ut constat ex Aristoph. Acham. Act. 4. Scen. 7. *Vis*, inquit, *pacisci & Lamacho permittere*, (ut dicat) *utrum plus sapiant locustæ, an turdi*, & ex Plutarcho in conviv. Tyrannorum, ubi colonum exhibet, qui *locustas & aves pro frumento & hordeo* (comedendas) colligit. Sic & cicadas esitârunt veteres, ut nos docent Athen. l. 4. & Aristoph. in Horis, & Aristot. hist. animal. 5. 30. & Plin. 11. 26. His adde recentiorum testimonia. Clenardus in Epistolis, *Plaustra plena locustis advehunt Fessam: nam hos hostes vulgò hìc comedunt*. Et Hermolaus Barbarus in Dioscor. 256. *Hodie quoque locustas comedunt Judæi* [c]. Sed, quod rei caput est [d], inter Judæos edulis fuit locusta, Levit. 11. 21, 22 *. Et Talmudici, tract. *Cholin*. c. 3. fol. 65. multis disputant, quibus notis dignoscantur mundæ locustæ, i. e. quibus edere licet, & immundæ sive prohibitæ [f]. Hierosl. *Nedarim*, fol. 40. 2. *Qui voto se obligat de carne, interdicatur carni piscium & locustarum* [g]. Itaque, quòd locustas edebat Johannes, novum non erat; sed hoc in illo fuit singulare, quòd in deserto solùm locustis & agresti melle vescebatur, iisque fortè oblatis, nec aliunde comparatis; ut virum illum Judæi scirent extraordinarium habere munus [h]. Vestitui Johannis respondebat victus, qui parabilis erat [i], non longè quæsitus, vel arte paratus [k], sed quem eremus ultrò suppeditabat [l], crudo, paupere & ingrato carni, adeò ut absque cibo vixisse dicatur, Mat. 11. 18 [m]. Nec tamen Johannes hoc cibi genus superstitiosè affectavit, (opinor enim, illum, cùm apud cives aut Regem ageret, non requisivisse locustas) sed, ut Eliam prophetam referret &c [n]. ¶ *Et mel sylvestre*] Ità Er. Tre. Ca. Pi. &c. vel, *deserti*, Ar. vel, *agreste*, Be. Sy. i. e. mel ab agrestibus & incultis apibus confectum in montibus *, & scissuris petrarum [o], & sylvis [p], de arboribus ultrò defluens [q]. De quo vide Deuter. 32. 13. Judic. 14. 8. 1 Samuel. 14. 25, 26. Psalm. 81. 17. &c. Nec solùm apud Judæos, sed etiam apud Scythas & Moscovitas, aliósque, passim apes in agris aut sylvis mellificabant. Vide Hesiod. Theogon. v. 2301. Virgil. Georg. l. 4. Aristot. Hist. 5. 22. frequentiùs tamen in Judæa, quæ terra dicitur *melle & lacte fluere*, &c. Sed multis mel videtur nimis lautus Johanni cibus. Quidam ergò mel hoc amarum fuisse volunt, quale quidem erat in Sardinia & Corsica, ut constat ex Dioscor. Galen. Diodor. Est & alibi mel venenatum, quod comedentes ad insaniam adigit, testibus Diosc. Xenoph. Diod. Strab.

† Rn. — [n] BA. ib. sim. Scul. — [o] Scul. exerc. 1. 15. — [p] Theoph. in Er. Euthym. &c. in BA. — [q] Er. — [r] Q. in BA. — † BA. ib. — [s] Druthmarus in BA. — [v] BA. ib. — [x] Er. Zeg. D. Cas. Camer. Be. Bru. G. Li. BA. Pi. Ham. — [y] Er. sic Zeg. D. BA. &c. — [z] BA. 490. D. &c. — [a] BA. — [b] D. — [c] BA. 490... — [d] BA. 491. — * BA. ib. sic D. Bru. Li. &c. — [f] BA. — [g] Li. ho. — [h] BA. ib. 492. — [i] Bru. sim. Be. Pi. Er. D. &c. — [k] Bru. — [l] Bru. ex Er. — [m] Bru. — [n] Er. — * Bru. — [o] Zeg. ex Theoph. — [p] Bru. Ham. &c. — [q] Cap. sim. Ham. BA. &c.

Aristot. &c. At in Judæa mel amarum nunquam visum est, sed laudatissimum, & in deliciis habitum. Abstinentiæ tamen erat, quòd solis locustis & melle sylvestri vixit, quia ut in locustis, ità etiam in melle, parum est alimenti, cùm solum & per se sumitur, teste Hippocrate, de Affectionibus, c. 50. Pythagoræ abstinentiam laudant veteres, quòd *sæpe* (non tamen semper, ut Johannes,) solo melle contentus fuit [r]. Possit etiam hoc loco species, *locustæ & mel*, poni pro genere, i. e. pro cibis quibusvis tenuissimis, domesticis, naturâ potiùs quàm arte paratis. Sic *panis* Hebræis sumitur pro cibo consueto: *halimus*, &c. pro cibis vilibus, Job. 30. 4: *mel & oleum*, pro dapibus lautis, Ezec. 16. 13: *mel* & *lac*, pro florente ubere glebæ †.

5. *Tunc exibat —— Jerosolyma*] i. e. Cives Jerosolymæ, præ aliis sapientiæ virtutísque famâ celebres [t]. ¶ *Et omnis regio*, &c. Ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου] *Circumjacens* (vel, *Undique finitima*, Er. Il.) *Jordani*, Be. P. Pi. Tre. Sch. sic Ti. Pers. Denotari mihi videtur regio, quæ Judææ erat trans Jordanem. Certum enim est, hâc voce non circumsita tantùm, sed & adsita, significari [v]. Tum cis Jordanem, ex Judæa & Galilæa, tum trans Jordanem, ut ex Peræa & Batanæa [x]. Idem forsan est περίχωρος, quod *ora*, & *regio per oram*, Plinio, 5. 13. *Regio, inquit, per oram Samariæ*, i. e. Ora maritima, regióque remotiùs juxta istam oram procurrens [y]. Sensus; q. d. Plurima multitudo confluxit, &c [z]. Qu. Sed unde tantus hominum ad Johannem confluxus, ac tam prompta Baptismi receptio [a]. Resp. 1. Ob celeberrimam vitæ ipsius austeritatem & sanctimoniam, adjunctámque generis claritatem. 2. Ob divulgatam prædicationis promissionísque ejus novitatem. 3. Ob admiranda illa quæ in nativitate ejus acciderant. 4. Quòd ab exstructo secundo Templo ad id usque temporis Prophetis caruissent. 5. Quòd ominabantur ipsum posse Christum esse [b]; quia nunc exspectabatur Messias, Luc. 19. 11. elapsis jam hebdomadibus Danielis, &c [c]. id quod nec ipsi Judæi diffitentur in Beracoth, fol. 1. col. 1. ubi Christum à matre, & quidem paupere, natum fatentur, quanquam à ventis abreptum, &c. fingunt [d]. [Vide Cl. Authorem.] Quare non mirum, si, *regnum cœlorum* jam adesse à venerando præcone audiens populus, mirum in modum conflueret *. Miram porrò rerum mutationem, & quasi novam creationem, in adventu Messiæ exspectabant. 6. Quia Baptismus non nunc primùm exhibitus fuit, sed jamdiu notus & frequens apud Judæos [f]. [De quo plura ad v. seq. dicenda.] 7. Quia Baptismus illis erat indicium salutis & conservationis ab imminente clade, infrà vers. 7. Confer Act. 2. 40. 1 Pet. 3. 21. 8. Quia Baptismus hic pœnitentiæ ad Messiæ adventum necessaria habita est [g].

6. *Et baptizabantur*, &c.] i. e. Immergebantur in aquas [h]. Differunt enim hæc tria, ἐπιπολάζειν, (*leviter tingere*;) δύειν, quod est, *fundum petere cum sua pernicie*; & βαπτίζειν, quod est, *immergere*. Non ergò abs re disputatum est de toto corpore immergendo in ceremonia Baptismi [i]. A βάπτω, *tingo*, est βαπτίζω, quod sign. *in aquas immergo*. Versus prisci oraculi de Atheniensibus est, Ἀσκὸς βαπτίζῃ, δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστίν. (*Mergeris quidem utris instar, sed occidere*, i. e. penitus submergi, *fas non est* [k].) Mersatione, non perfusione, agi solitum hunc ritum, indicant & vocis proprietas, & loca ad eum ritum delecta, Joh. 3. 23. Act. 8. 38. & allusiones multæ Apostolorum quæ ad adspersionem referri non possunt, Rom. 6. 3, 4. Colos. 2. 12. Seriùs aliquantò invaluisse videtur mos perfundendi, sive aspergendi, in eorum gratiam qui in gravi morbo cubantes, nomen dare Christo expetebant, quos cæteri κλινικοὺς (*Clinicos*) vocabant. Vide Epist Cypriani ad Magnum. Quòd autem *tingere* pro *baptizare* usurpant Latini veteres, mirum videri non debet, cùm Latinè *tingendi* vox & propriè & plerumque idem valeat quod *mersare* [l]. Verùm in hoc non est posita mysterii hujus vis & ἐνέργεια [m]. Applicatio aquæ est de essentia Baptismi; ast applicatio hoc vel illo modo circumstantiam sonat [n]. Immersio ritus fuit Judæis usitatus & proprius. Judæi *non baptizabant Proselytum, nisi in tali aquarum collectione, quæ idonea erat abluendæ menstruatæ, in qua totum corpus hominis ablui possit mersione unâ. Omnis baptizatus* (vel intinctus, sive à pollutione

[r] BA. 2. 4. 12. 517... — † Span. 99. 677. — [t] Bru. — [v] G. — [x] Bru. — [y] Li. ho. — [z] Bru. — [a] Li. ho. — [b] Sch. — [c] Li. ho. — [d] Li. chron. p. 9. — * Li. ho. — [f] Li. ho. & chron. — [g] Li. chron. ib. — [h] Ca. simil. Camer. G. Ham. ad v. 1. — [i] Cas. — [k] Camer. — [l] G. — [m] Cas. — [n] Li. ho. p. 50.

pollutione

pollutione ablueretur, sive ad proselytismum baptizaretur) *necesse habuit, ut totum corpus intingeret. Atque ubicunque in lege memoratur ablutio carnis, aut vestium, nihil aliud vult quàm ablutionem totius corporis. Nam si quis se totum abluat, excepto apice minimi digiti, ille adhuc est in immunditia sua*, inquit Maimon [o]. Nonnulli tamen ex Judæis conati sunt extirpare hanc immersionem, tanquam nimiæ asperitatis, & periculi. Quare durius foret, hoc jugum Gentibus imponere [p]. Ceremonia hæc nova planè fuit, & vocationi Gentium prælusit. Tradunt enim Hebræi, inquilinos, qui nollent jus civitatis Judaicæ adipisci, non necesse habuisse circumcidi, sed ablutos duntaxat fuisse, ut hoc modo ab idolorum cultu recedere se ostenderent. Atque ità narrant multa hominum millia Davidis & Salomonis temporibus abluta. Sed & nunc qui ex gentibus circumcisi, ut Ismaelitis, Persis, Turcis, ad Judaismum veniunt, ab ipsis baptizantur. Et hujus baptismi Judaici meminit Scholiastes ad Juvenalem, & Arrianus Epicteto. Addunt, eos etiam qui circumcidi vellent, si ab idololatris venirent, insuper ablutos. Sed & fœminas extraneas Judæis nubentes aiunt ablutas, ídque ipsum factum olim Saræ ac Rebeccæ. Sunt & qui scribunt, temporibus Messiæ tantam fore turbam conversorum, ut per lavacrum, non per circumcisionem, sint admittendi. Cùm verò peregrini abluti & non circumcisi solis legibus tenerentur, quas Deus toti hominum generi dederat, intellectu facile est, ablutionem hanc fuisse inter vetera instituta, orta, ut arbitror, post magnum diluvium in memoriam purgati mundi; unde illud celebre apud Græcos, Θάλασσα κλύζει — πάντα τ' ἀνθρώπων κακά. (*Mare expurgat omnia hominum mala.*) Certè, Baptisma ἀντίτυπον esse diluvio, 1 Pet. 3. 21. legimus. Et à Gentibus ablutiones præmissas mysteriis ostendemus ad finem Matthæi [q]. Primum Baptismi usum Jacobo ascriberem, Genes. 35. 2. *Et mundamini*, quod optimè interpretatur AE. *lotionem corporis*, vel Baptismum, quod & suadet ipsa ratio. Totam porrò gentem Israeliticam per Baptismum, inter alia, in fœdus introductam fuisse asserunt omnes Hebræi. *Per tria*, inquit Maimonides, magnus Juris Judaici Interpres, *in fœdus missus est Israel, per Circumcisionem, per Baptismum*, juxta Exod. 19. 10. *& per Sacrificium.* Eodem modo & Ethnici, masculi scilicet, ad fœdus recipiebantur, (unde illud Axioma, *Non est quis Proselytus, usque dum circumcidatur & baptizetur*,) fœminis autem satis erat Baptismus. Parvulos etiam baptizârunt, plerumque cum parentibus. Bab. Cherubb. fol. 11. 1. *Proselytum parvulum baptizant secundùm sententiam*, aut ritum, *Synedrii*; nempe, *ut, si sit orbatus patre, adsit Baptismo Triumviratus, qui ei jam est instar patris.* Et Gemara paulò pòst, *Si cum Proselyto Proselyti facti etiam sint filii sui filiæque, iis cedit in bonum quod à patre eorum factum est. Dicit R. Joseph, cùm adolescunt, possunt retrahere*: ubi Glossa, *Hoc intelligendum de parvulis, qui Proselyti facti sunt simul cum patre eorum.* Jevam. fol. 78. 1. *Ethnica si proselytissa facta sit, cum jam est gravida, filius non opus habet Baptismo: nam ei pro Baptismo cedit Baptismus matris.* Maimon. in Avadim cap. 8. *Si Israelita inveniat infantem Gentilem, eùmque baptizet in nomine Proselyti, ecce, ille est Proselytus.* Ex his constat, 1. Cur Synedrium à Joanne per nuncios suos non quæsiverit de ratione Baptismi, sed de authoritate Baptizantis: non, quid sibi vellet Baptismus, sed unde licentia illi ità baptizandi, Joan. 1. 25 [r]. Joannes autem Baptismum instituit eâdem authoritate quâ summi olim Prophetæ prodierunt, nempe, *ex verbo Domini*, Luc. 3. 2 [†]. 2. Cur in N. T. non præscribitur quinam baptizandi; num infantes, &c. Quia illa ex communi usu Judæis notissima erant. Et si infantes baptizandos noluisset Servator, planâ prohibitione opus erat. 3. Baptismum Appendicem fuisse Circumcisioni Proselytorum inseperabiliter affixam. Et tamen, quod notatu dignum, Servator, rejectâ Circumcisione, appendicem retinuit, eámque in Sacramentum introductionis in Evangelium promovit. Pariter in Eucharistia, agnus erat Divinæ institutionis, & sic quidem panis. Ast unde vinum? At rejecto tamen agno, in pane & vino instituit Christus Sacramentum [t]. Cùm verò τὸ βάπτισμα multa designet, quæ passim apud Apostolos videre est; prima tamen ejus instituti ratio propriè spectasse videtur, ut obsignaret

[o] Li. ho. 46.
[p] Ibid. 49.
[q] G.
[r] Li. ho. 41.
[†] Ib. 41.
[t] Ib. 47.

10 20 30 40 50 60 70

propositum & pollicitationem vitæ emendatioris, quomodo lavacrum hoc describit Petrus 1. Epist. 3. 21. cui consequens deinde fuerit peccatorum remissio. Passim enim Johannis Baptismus vocatur, *Baptismus pœnitentiæ*, addito interdum, *in remissionem peccatorum.* Videtur igitur Johannes hâc Sacrâ ceremoniâ indicare voluisse, Judæos, quamvis Dei veteres fœderatos, in tantum jam à vera pietate descivisse, ut idolorum cultoribus accensendi essent, planéque eorum exemplo totum vitæ genus mutare deberent, si vellent esse salvi. Josephus, ut hanc Johannis lotionem discerneret à lustrationibus prophanarum gentium, quæ aquâ culpas ipsas elui, animósque purgari, existimabant, ait, illo auctore, mentibus primùm justo vitæ proposito purgatis, usurpatam deinde aquam quæ corpora ablueret. Similiter Tertullianus, lib. de Pœnitentia, *Non ideo abluimur ut delinquere desinamus, sed quia desiimus, quoniam jam corde loti sumus*, &c. & Justinus adv. Tryphonem, τὸ μόνον βάπτισμα, &c. *Unicus, qui nos purgat, Baptismus est pœnitentia & cognitio Dei.*) Et addit, βαπτίσθητε, &c. (*baptizamini ab ira, avaritia, invidia*, &c.) Et Clemens Alex. Ἴσθι μὴ λουτρῷ ἀλλὰ νόῳ καθαρός. (*Non* tam ex *lavacro* quàm *in mente purus sis* [v].)

¶ *Confitentes peccata sua*] Damnantes vitam priorem, ac palàm agnoscentes sua commissa [x], quòd modis omnibus peccatores essent [y], & veniam à Dei misericordia peterent [z], & abdicatâ doctrinâ de justificatione per opera sua [a], faterentur se opus habere redemptione Christi [b]. Non hoc vult, quòd viritim confiterentur, vel auriculari aliquâ confessione Joanni factâ, vel specialibus aliquibus peccatis apertè patefactis, sed, quòd baptizarentur in professionem doctrinæ Evangelicæ de fide & pœnitentia [c]. Aliud est summatim confiteri, aliud singulatim enumerare. Priore sensu summus Pontifex Levit. 16. 21. *omnia Israelis peccata confiteri* tenebatur, non posteriore; neque enim possibile erat omnia tot centenorum millium peccata enumerare, &c [*]. Verum est, hoc loquendi genere sæpe nihil aliud indicari quàm actum sive internum, sive externum, sontem se profitentis, 1 Joh. 1. 9. Attamen, accessisse etiam specialem detestationem eorum peccatorum quæ præcipuè Deum irritant, ex Act. 19. 18. intelligi datur. Hoc autem & eos qui Johannem adibant fecisse credibile est, tum ut precibus ipsius apud Deum juvarentur, Jac. 5. 16. tum ut instruerentur consilio ad speciales circumstantias accommodato, Luc. 3. 12, 14. Ἐξαγορεύειν, quod sunt qui putant multùm differre ab ἐξομολογεῖσθαι, pro eodem usurpant LXX, Levit. 5. 5. Num. 5. 7. Neque eos terruit, quòd ea vox in Sacris Gentium usurparetur, cùm alioqui & *altaris* & *templi*, multisque aliis vocibus abstinendum fuerit. Quòd autem disputant viri eruditi, an dictis Legibus Levit. & Num. exigatur tantùm confessio apud Deum & eum cujus interest, an verò etiam apud Sacerdotem, ea de re probabilis maximè videtur eorum sententia qui existimant, etiam apud Sacerdotem factam aliquam particularem culpæ confessionem, in iis quæ cognita, capitis pœnam non adferebant, in cæteris sufficisse generalem; eundémque morem etiam solitò religiosiùs ac liberiùs observatum, credibile est à Judæis, qui ad Baptistam, optimæ fidei hominem, nec Sacerdotem tantùm, sed & Prophetam, accedebant [d]. Res non levis existamabatur apud Judæos admissio Proselyti. Axioma enim erat, *Proselyti sunt noxii Israeli, sicut scabies*: quia aut pristinorum morum suorum tenaces, aut Legis Israeliticæ imperiti, exemplo suo alios corruperunt, &c. Tales ergò non baptizabantur, nisi, 1. interdiu; 2. per consensum judicialem Trium-virorum, discipulorum sapientum, qui rem ritè præstandam caverent, & Catechumenum tum interrogarent de sinceritate conversionis suæ, an ex metu, amore, &c. an verò ex pietate, accederet, &c. tum instruerent de variis Legis articulis, de Deo Uno, de malo Idololatriæ, de præmio obedientiæ, de mundo futuro, de privilegiis Israelis, &c. & de re ipsa judicârent [*]. *Confessio peccatorum* signum erat pœnitentiæ apud Judæos summè requisitum, (*Peccatum non expiatur usque dum* homo *oralem edat confessionem*, inquit Maimon.) atque apud eos qui introducti sunt in professionem Evangelii necessarium; ut per hoc apertè profiterentur, se doctrinæ de justificatione per opera Legis abrenunciare [f]. Ἐξομολογεῖσθαι est *confiteri*, ut Act. 19. 18. Jac. 5. 16. &c [g].

[v] G.
[x] Bru.
[y] Be. sim.
[z] Camer. Li. ho. 51.
[z] Be.
[a] Li. ho. 51.
[b] M.
[c] Li. ho. ib.
[*] Sch.
[d] G.
[*] Lo. ho. 45.
[f] Ib. 35.
[g] Sch.

7. *Videns*

7. *Videns—multos Pharisæorum*] Constructio Græca[h], qualis, *Degeneres canum*, &c[i]. [Sed hîc paulisper sistendum, & de Pharisæis & Sadducæis aliquid dicendum, quo lucem non paucis N. T. locis fœnerabimur.] Multæ erant apud Judæos sectæ, ut docent nos Justinus Martyr. Epiphan. & Euseb. 1. 41. Sed circa tempora Christi tres erant celeberrimæ, Essæi, de quorum dogmatibus, Col. 2. 17, 18. Pharisæi & Saducæi, teste Josepho, 2. 7. & 13. 9[k]. Hæ sectæ ortæ fuisse videntur circa tempora Macchabæorum, occasione quæstionum quæ tunc moveri cœperunt, de animæ immortalitate, resurrectione, &c. Cùm enim plures tunc florerent Scribæ (quorum collegium ab Ezra exordium sumpserat) qui sapientiæ studerent, &, ut jugo Græcorum subjacebant, nonnunquam audirent Græcorum his de rebus fabulas, hinc dissidere cœperunt, ità tamen ut promiscuè versarentur, ut constat ex Act. 4. 1. & 23. 6. & cuivis liceret utri vellet parti adhærere. Populus favebat Pharisæis, Optimates (ut qui libenter excutiunt timorem Dei, quò carni indulgeant) Sadducæis[l], teste Josepho, Antiq. 13. 18. vide & 18. 2[m]. [De Pharisæis inprimis quærendum, 1. De nomine.] Pharisæi sic dicuntur, vel, 1. à פרש interpretari[n]; q. d. Divinæ Legis Interpretes[o]. [Aliis non placet.] 1. Quia tum non dicerentur פְּרוּשִׁים[p], in Pahul, sed פּוֹרְשִׁים, formâ Benoni[q]. Verùm forma Pahul in lingua Chald. & Syr. (cujus usus apud Judæos vernaculus fuit,) activam sæpe significationem habet. Sic ילוד, *pater*, קטול, *homicida*, חטוף, *raptor*, & hujusmodi sexcenta[r]. 2. Quia Scribarum potiùs quàm Pharisæorum hoc erat, [Legem exponere †.] 3. Quia non omnes Pharisæi erant Legis Expositores[t], erant enim ut viri, ità fœminæ Pharisææ, Sotah, cap. 3. halac. 4. quæ etiam utplurimùm erant viduæ & virgines sub velo sanctitatis omnem nequitiam occultantes, ut notant Hebræi, [quorum verba vide in Authore.] 4. Quia non credibile est, Pharisæos, homines astutos, hanc laudem sibi ut peculiarem arrogâsse, quòd essent Legis Interpretes[v]. Vel, à פרש, *separare*, sive *dividere*[x]; quòd vitæ instituto *segregati* essent à reliqua turba[y]. Separatio autem Pharisæorum non in eo posita erat, quòd se à publicis conventibus subducerent; vide Matth. 12. 9, 14. Luc. 6. 6, 7. nec in eo quòd aliorum hominum consortium fugerent; vide Matt. 12. 1, 2. & 15. 1. & 16. 1. Act. 23. 6. (quanquam & hi & alii sapientum discipuli cum vulgo comedere noluerunt) sed in eo, quòd singularem sanctitatem atque devotionem simularent, v. g. quòd multa tangere, vel gustare, nollent, quòd jejunarent, &c[z]. [2. De re ipsa disserendum.] Vera Pharisæorum origo latet, nisi fortè, cum Scaligero, ab Hasidæis veteribus ducamus[a]. Hasidæi erant τάγμα, sive σύστημα, i. e. *corpus*, hominum, qui spontè se addicebant functionibus Legis, & præter præcepta Legis, supererogationes & voluntarias functiones, nullo cogente, obibant; ut quòd hostiam quotidiè immolarent, novem horas [diei] orationi tribuerent, & cùm omnia fecerint, nihil se fecisse existimabant. Sed postquam iste ἐθελοθρησκεία (*cultus spontaneus*) in præcepta cogi, & scripto mandari, cœptus, tum ex istis Hasidem processerunt δογματισταὶ, qui se פרושים, *sanctos*, & tam ab Hasidim quàm à vulgo segregatos dixerunt. Hoc genus hominum in duo sectum est, in ipsos Pharisæos, & Essenos[b]. Vide de his Scaligerum in Elencho Trihæresii, c. 22[c]. Tres [prædictæ] sectæ apud Judæos erant, inquit Josephus, *à temporibus antiquissimis*, 18. 2. *à tempore Jonathæ Pontificis maximi*, 13. 9. quod incidit in annum ante natum Christum 143 circiter[d]. Pharisaismus non simul & semel natus est, sed gradatim. Ejus fundamenta jacta sunt diebus Ezræ & Nehemiæ, quum summâ curâ Israelitæ ab Ethnicis separarentur. Hinc superbi homines etiam ab Israelitis segregandi se ansam arripuerunt, & in eo sanctimoniam ponebant, ut à vulgo, ceu profano, se retraherent, &c*. Ansa Pharisæis data videtur, tum, 1. ex celebri illo sermone Synagogæ magnæ in Pirk. Aboth. memoratæ. *Viri magnæ Synagogæ tria dixerunt, Consultus sis in judicio, multiplica discipulos, sepimentum fac Legi*, nempe privatis interpretationibus, ut exposuerunt Pharisæi, qui hinc glossas suas atque traditiones invexerunt; tum Mal. 4. 4. *Memento Legis Mosis*. Hinc natæ glossæ illæ & traditiones, quas etiam à Mose per manus traditas fuisse fingebant. Hinc & Sadducæi confirmati sunt in errore suo *de resurrectione*, &c. de qua nimirum nihil in Lege Mosis scriptum dicebant[f]. Pharisæi non erant ex tribu duntaxat Simeonis, ut quidam volunt, sed ex quavis tribu orundi[g]. Eorum septem erant genera[h]: [de quibus vide Authores.] *Dogmata* Pharisæorum quod attinet, *primarium* fuit, dari legem non scriptam, sive oralem, & traditiones Seniorum, illásque strictè servandas; *secundaria* erant, corruptelæ circa Legem, de quibus vide Matt. 5. & 23. & alibi passim; item suspensio rerum, partim à fato & astris, partim à libero arbitrio, μετεμψύχωσις animarum bonarum, &c. de quibus vide Jo. Antiq. 18. 11. & Belli Jud. 2. 12. & Epiphanium Hæresi 16[i]. E tribus sectis, Esseni Fato tribuerunt omnia, Sadducæi Fatum inane nomen sine re affirmârunt, Pharisæi mediam viam ingressi, ità Fato tribuebant omnia, ut hominis liberum arbitrium non tollerent[k]. Instituta quibus exercebant se Pharisæi, (& quidem alii eorum per totam vitam, alii per intervalla tantùm,) hujusmodi erant, 1. virginitas seu continentia, nullo cum voto: 2. assiduitas orandi: 3. afflictiones corporis, quæ duæ erant, 1. jejunium; 2. decertatio cum somno; dum alii super dodrantalem tabulam cubabant, alii vel calculos, vel spinas, sibi substernebant, ut ad preces excitarentur[l]. In Scriptura malè audiunt Pharisæi, *hypocritæ*, *avari*, *superbi*, &c. Nec meliùs apud Josephum, quamvis & professione & affectu ipse Pharisæus esset. Vide Antiq. 13. 23, 24. & 17. 3. & Belli. Jud. 4[m]. [Hæc de Pharisæis. Pergendum jam ad Sadducæos.] Ante Hasmonæorum tempora duo erant apud Judæos δογματιστῶν genera; 1. Hasidæi, qui Legis auctario studebant; [de quibus dictum:] 2. Karrai, qui Legi duntaxat studebant, & δευτερώσεις rejiciebant, cum Lege Prophetas etiam & Hagiographa observabant, Resurrectionem etiam, &c. cum Judæis credebant, de qua tamen præcedente tempore dubitatum. Hinc Sadducæi, &c[n]. Sadducæorum & nomen & origo (ut constanter tradunt Hebræi) erant à quodam Sadoc[o]. Post Ezram ejúsque Synagogam magnam, (quæ per multos annos, Ezra jam mortuo, duravit,) sedit Simeon justus, Sacerdotio summo fungens per annos 40. eúmque in Cathedra Synhedriali excepit Antigonus Sochæus, cujus dictum erat, *Nè sitis sicut servi, qui domino famulantur præmii ergò, sed dominetur vobis timor Dei*, Tract. Avoth c. 1[p]. Id bene dictum malè intellexerunt duo ejus discipuli, Zadoc & Baithus[q], sic exponentes, *non esse præmium, vel pœnam, vel ullam omnino in futurum exspectationem*, ait Ramban in locum. At ad Bab. Beracoth, fol. 54. Glossa inquit, *In templo primo non dixerunt nisi, benedictus Dominus Deus Israelis in seculum*. Cùm verò irrumperent hæretici, *qui dicerent, non esse seculum præter hoc, instituit Ezra, & consessus ejus, ut diceretur*, A seculo in seculum, *ad innuendum, duplicem esse mundum*, &c. Hæc ergò hæresis Zadoco antiquior erat, quàm forsan illa sapiunt, Mal. 3. 14. & orta videtur ex malè intellectis verbis Ezec. 37. quæ secundùm literam intelligentes quidam, & simul nullam resurrectionem videntes, nullam exinde futuram somniârunt. Crevítque tandem hoc dogma, atque in sectam superbiit, sub Zadok, &c. Nimirum post obitum Simeonis justi mutatam in pejus rerum faciem notant Talmudici, Hierof. Joma fol. 43. 3. *Post illum lingula coccinea* (quæ semper antea dealbuit) *aliquando rubuit, & lucerna occidentalis* (*quæ antea semper arsit*) *aliquando exstincta est, & ignis in altari* (*quæ semper viguit*) *elanguit*, &c[r]. Adversùs hanc hæresin posteri *introduxerunt phrases illas*, mundum venturum, gehennam, paradisum, Abrami sinum, mortem secundam. Huc spectat & nobile illud argumentum R. Gebika ben Kosem, *Quod non erat, venit in existentiam, quantò magìs id quod antea exstitit?* Juchas. fol. 13. Hæc unica initio fuit hæresis Sadducæorum, nisi quòd Sadoc & Baithus abierunt ad Templum Gerisim, & facti sunt Samaritani, quanquam postea aliam, quæ Judæis nihilo melior videbatur, addiderunt, quod nempe traditiones prorsus rejicerent †. Negabant Resurrectionem argumentis ab absurdo, Matt. 22. 23. & à non scripto. Item dicebant, *Si patres nostri scivissent mortuos resurrecturos, &c. non tam sæpe rebellâssent. Negabant legem oralem*, Elias in Thesbite; *omnésque*

[h] Ec. ex Er.
[i] Be.
[k] Scul. exerc. 1. 20.
[l] Bru.
[m] Scul. ib.
[n] Q. in Cam. sic Be. ex Jo. & D.
[o] Q. in Cam.
[p] Bru.
[q] Q. in Cam.
[r] Cam.
† Span. dub. p. 3. dub. 28. p. 104.
[t] Span. ib. sim. Li.
[v] Cam.
[x] Bru sic Li. Span. Cam. &c.
[y] Cam. sic Li. ex He.
[z] Li. harm. part. 3. pag. 224.
[a] Span. ib. 105.
[b] Scul. ib.
[c] Span.
[d] Scul. ib.
* Li. ho. 55.
[f] Li. harm. p. 142.
[g] Span. 105.
[h] Scul. 1. 24. Li. ho. 56. & Li. harm. 3. 226.
[i] Span. p. 106.
[k] Scul. ib. ex Cas.
[l] Scul. c. 25. ex Epiphan.
[m] Scul. 26.
[n] Scul. 25.
[o] Span. 29. 109.
[p] Li. ho. 58.
[q] Li. ex Ramban. Span. ib.
[r] Li. ho. 58.
† Li. harm. 3. 221.

nesque traditiones & expositiones legis, Jehielides, Author Lexici, *Baal Aruch*, & Gorionides, Hist. 4. 29 [t]. Sadducæi addicti erant ceremoniis, æquè ac Pharisæi, quas tamen ex Scriptura, non ex traditionibus, deducebant [v]. Constans Patrum sententia est, Sadducæos præter Pentateuchum omnes Prophetas respuisse. Huic Josephus Scaliger & Janus Drusius nostrâ ætate primi contradixerunt, his argumentis [x]. 1. Commentator in Aboth dicit, *eos inniti Scripturæ*, sub qua voce Prophetas comprehendunt. 2. In N. T. nulla hujus hæreseῶs mentio. 3. Hi cum Pharisæis non solùm versati sunt, & comedebant [y], sed etiam in Templo sacrificârunt [z]: unde constat eos credidisse, Sionem fuisse locum Sacrificiis à Deo designatum; id quod ex Libris Prophetarum habuerunt. Et cùm in Synagogis legebatur primùm *Parascha*, [lectio ex Lege:] deinde, ἀπολυτικὸν, ex Prophetis. Cùm hoc legeretur, credemúsne Sadducæum aut audire aut legere noluisse, &c? 4. Non impunè licuisset eis Prophetas rejicere, quin à populo lapidarentur; id quod Pharisæi magno emptum voluissent. 5. Josephus *Sadducæos* dicit, πάντα τὰ γεγραμμένα (i. e. *totam Scripturam*) *amplexos esse, & solas* παραδόσεις ἀγράφους (*traditiones non scriptas*) *rejecisse*. Nisi quis putet Josephum Libros Propheticos vocâsse Traditiones non scriptas. 6. Dositheus Prophetas rejecit, eâque, ut videtur, de causa ad Samaritas transiit; frustrà sanè, si Sadducæi eos rejecissent. 7. Pontifex ille Act. 5. 17. videtur fuisse Sadducæus. At Pontificem qui Prophetas rejiceret Jerosolymis fuisse, ridiculum est credere. Mores Sadducæorum erant parum laudabiles: erant enim agrestes erga peregrinos, duri in suos, teste Josepho, 2. 12. erant grati ditioribus, exosi vulgo, Jo. 13. 18 [a]. [Hæc de his sectis hoc loco fusiùs differere placuit, nè opus foret, ea sæpiùs repetere.] ¶ *Venientes ad baptismum suum*] Quod mirandum, quia contrarium hoc erat, eorum, tum, 1. normæ, inter vulgus versari, cujus tantus ibi concursus: tum, 2. doctrinæ, aliquam justitiam somniare præter eam quæ ex operibus Legis [b]. Huc venerunt famâ victi, ut populo pietatem suam venditarent, &c [c]. ¶ *Progenies* (Non tantùm γενεὰ, *generatio*, sed γεννήματα, *soboles* [d],) *viperarum*] Δεινῆς ἐχίδνης θρέμμα (*Sævæ viperæ proles*) dixit Sophocles. Et in Proverbio est, *Mali corvi malum ovum* [*]. Viperas appellat *filios viperarum* per Hebraismum; ut Psal. 29. 1. *Filii arietum*, pro arietibus, &c [f]. At hîc innuit parentum improbitatem in liberos propogatam [g]: malorum parentum deteriores filii: non Prophetarum filii, aut Patriarcharum [h], Abrahami [i], ut jactatis, sed semen serpentis inimicum semini mulieris [k]. Excutit illis vanam gloriationem de majoribus, quâ mirè sibi placebant [l]. Alluditur ad locum Geneseῶs, ubi diabolus serpens [m], et ad Esa. 59. 5 [n]. Viperam constat omnium bestiarum venenosissimam esse [o], & nocentissimam mortem levi attactu incurabiliter infert, Act. 28. 4 [p]. vide Job 20. 16 [q]. Viperæ venenum in lingua, pellis speciosa [r]. Ut viperæ videntur innoxiæ, quia dentes ejus conduntur gingivis; ità hi malitiam hypocrisi occultabant: ut vipera prægnans est veneno; ità hi malitiâ, virus maledicentiæ & falsæ doctrinæ fundentes †. Qu. Cur eos ità acerbè excipit? Resp. Quia non tam verâ pœnitentiâ ducti, quàm hypocrisi, novitatis studio, & æmulatione, advenerant, de baptismo Johannis malè sentientes. Matth. 21. 25, 26 [t]. Quia superbi hi erant, & hypocrisi suæ fisi, Deo atque hominibus illudere voluerunt, & ut eos ad pœnitentiam [v] & agnitionem sui, et salutarem Baptismi usum, perduceret, tam exulcerato capiti lixivio opus erat [x]. ¶ *Quis* &c. Τίς ὑπέδειξεν, &c.] *Quis vobis præmonstravit* (ut sit ὑπὸ pro πρὸ [y], ut in ὑφηγεῖσθαι (*præire*) ὑποφήτης (*propheta* [z],) quis submonuit aut suggessit, vel *demonstravit*, Vulg. Mo. Ar. Fortè legit ἀπέδειξεν: vel est verbum compositum pro simplici, ἔδειξεν [a]: *docuit*, Ti. *commonstravit*, Tre.) *ut fugeretis* (vel, *quâ effugiatis*, i. e. quâ viâ effugere possitis [b],) *à futura* (vel, *imminente*, vel *impendente*, Sch. vel, *ventura*, Er. *ira*? Be. &c. i. e. ab æterno gehennæ supplicio [c], certò brevique exspectando; q. d. Quis vobis (vobis, inquam, qui neminem vobis ipsis præfertis, à quo salutis consilium vobis putetis accipiendum) persuasisse potuit, ut rationem quæreretis verâ pœnitentiâ placandi iratum Deum, et ad baptismum meum cum reliquis confluereτis? Admirantis est; q. d. Non facilè hoc crediderim de vobis, quum inveterata sit vestra malitia [d]. Non discendi studio venistis, aut ad pœnitentiam comparati, sed rei novitate commoti, & ad me spectandum, &c [*]. Sensus, q. d. Miror, si quisquam extitit, cui rectè monenti aures præberetis [f]. Respiciunt hæc verba locum Mal. 4. 6. denotántque excidium gentis miserrimum, jámque ferè impendens. Susceptio Baptismi signavit, sepsítque *ab ira Dei*, sive ruina gentis, illicò ventura. Confer 1 Pet. 3. 20, 21. Cogita ergò, annon et parvulos suos secum adducerent, &c [g]. Sed malim per iram hîc intelligere gehennam, tum quia saluti & Regno cœlorum opponitur, tum quia Christus vocat *judicium gehennæ*, Mat. 23. 33 [h]. Ὑποδείκνυμι est, *exemplum alicui suppeditare*, vel *agendi*, ut Luc. 3. 7. Act. 20. 35. vel *cognoscendi*, ut Luc. 6. 47. & 12. 5. Interdum simpliciter est, *ostendere*, ut Act. 9. 16. Indè verbale ὑπόδειγμα easdem significationes referens [i].

8. *Facite ergò fructum*, Καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας] *Fructum* (vel, *fructus*, Mo. Ti. Tre. Sy. i. e. opera, Act. 26. 20. quæ *fructus* passim appellantur. Lucas dixit καρποὺς (*fructus*) quod & hoc loco in codices quosdam pervasit. Sed καρπὸν, *fructum*, Latinus & plurimi codices præferunt [k],) *congruum* (vel, *dignum*, P. *dignos*. Mo. Ti. Tre. Sy. &c. vel, *convenientes*, Be. Pi. Sch. Di. ex Sy. & Ar. & Æth. *qui deceant*. Er. Il. Br.) *pœnitentiæ*, vel *pœnitentiâ*, Ar. Sy. Mo. Ti. &c. vel, *pœnitentiam*, Er. &c. vel, *conversione*. Tre. sic Pers. vel, *emendatâ vitâ*, Ca. vel, *iis qui resipuerint*. P. sim. Bru. i. e. ea opera quæ veræ pœnitentiæ signa & effecta sunt [l]: fructus parente vestro dignos, & qui iram Dei avertant [m]. Quamvis novisset eorum hypocrisin, id tamen dissimulat, & quasi spem de eis concipiens, adhortatur eos ad pœnitentiam; q. d. Si quis tamen vobis persuasisse id potuit, ut huc veniretis pœnitentes, cùm hîc fucis non agatur, *facite*, &c. & moribus correctis pœnitentiam vestram declarate [n].

9. *Et ne*, &c, Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς] *Et nè cogitetis* (vel, *præsumatis*. Sch. vel, *lubeat vobis*, ut Demosthenes, οὐκ ἐδόκουν μ' ὁρᾷν ἔτι, *Non lubebat ipsis ampliùs me videre*. Neque longè discedit illud Marc. 10. 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, &c. *qui in eo sibi placent quod gentibus imperant*. Simile 1 Cor. 11. 16 [o]. vel, *putate*, Be. Pi. P. sim. Mo. Æth. sub. *vobis*, Be. P. Pi. vel, *sitis hac mente*, Er. Il. V. Cæterùm τὸ δοκεῖν h. l. non est, *videri*, neque, *putare*, ut Luc. 12. 40. 51. sed, *aliquid sibi per arrogantiam persuadere*, vel, *sibi de aliquo placere*, ut accipitur, Marc. 10. 42. Philip. 3. 4 [p]. vel, *nè placeatis vobis*, ut δοκοῦντα exponitur per ἀρέσκοντα in Phavorino. Vide Notam ad Marc. 2 a. & ad Act. 16 [a]. Potiùs tamen δοκεῖν, *videri*, expletivè ponitur [q], & μὴ δόξητε λέγειν nihil aliud est quàm μὴ λέγετε, *nè dicatis*, aut, ut est in Luc. 3. 8. *nè incipiatis dicere* [r]. Formula est Pleonastica, ab Hebræis mutuata †. Sic Matth. 10. 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, *qui imperare videntur*, idem est quod ἄρχοντες, *dominatores*, Matth. 20. 25. Et Luc. 8. 18. ὃ δοκεῖ ἔχειν idem est quod ὃ ἔχει, Matth. 13. 12. & 25. 29. alioquin non poterat ipsi auferri: Et 1 Cor. 10. 12. ὁ δοκῶν ἑστάναι, est, *qui reverâ stat*: Et 1 Cor. 11. 16. *Si quis* δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι (i. e. non videatur, sed revera sit, contentiosus [t].) Sic & in Sophocle, οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι, i. e. *qui natu nobiles sunt* [v].) *dicere* (vel, *dicendo*, Ham. Ga. sic Æth. vel, *ut dicatis*, Er. Il. vel, *cogitare*, ut accipitur, Mat. 9. 21. Luc. 7. 49 [x]. vel *dicendum*, Be. P. Pi. sub. *vobis*, λέγειν, scilicet, δεῖν ὑμᾶς [y],) *apud vos ipsos*, Ti. Tre. Be. P. Pi. Sch. &c. i. e. in cordibus vestris [z], ut Marc. 2. 8. vel, *inter vos*, ut Matth. 20. 26. Præpositio ἐν modò valet *inter*, ut Mat. 11. 11. ἐν γεννητοῖς, &c. *inter genitos ex mulieribus*, &c. Sed prius malim [a]. Composita pronomina tria sunt, ἐμαυτοῦ, &c. σεαυτοῦ, &c. & ἑαυτοῦ. Duo priora plurali carent; idémque de tertio statuit Eustathius, sed perperàm, ut constat tum ex N. T. ut Matth. 14. 15. *ut emant* ἑαυτοῖς *sibi cibos*; & 21. 38. *dixerunt* ἐν ἑαυτοῖς, *apud se*, tum ex prophanis scriptoribus, ut in Isoc. Nic. ἄρχοντας ἑαυτῶν, *magistratus suos*, & Demosth. &c. Porrò hoc Pronomen, ἑαυτοῦ, ἑαυτοῖς, quanquam propriè tertiæ personæ sit, usurpatur tamen &

[t] D. [v] Li. harm. 3. 222. [x] Scul. exerc. 1. 22. [y] D in Scul. [z] D. & Scal. in Scul. [a] Scul. [b] Li. ho. 57 [c] Bru. [d] Li. ho. [*] G. [f] Mal. [g] Sch. [h] Bru. [i] Li. ho. Ham. [k] Li. ho. [l] Bru. [m] G. [n] Cam. sic Li. harm. [o] Mal. sim. Bru. Li. harm. [p] Bru. sic Li. ib. [q] Li. ib. [r] G. † Pi. [t] Sch. [v] Bru. [x] Sch. [y] Bru. ex Be. [z] Be. [a] Eru. [b] Pi. [c] Bru. sim. Pi. Mal.

[d] Bru. [*] Be. [f] Pi. [g] Li. ho. [h] Mal. [i] Sch. [k] G. [l] Bru. Mal. [m] Ham. [n] Bru. [o] G. [p] Be. [q] Ham. [r] Ham. Ga. Cin. 3. 40. † Ga. ib. [t] Ham. sim. Ga. ib. [v] Ga. [x] Sch. [y] Pi. [z] Be. sim. Pi. Sy. Pers. [a] Be.

& in prima persona, ut Act. 23. 14. *Devovimus* ἑαυτοὺς *nos ipsos*. Sic Rom. 8. 23. & 15. 1. &c. & in Demosth. pro corona, *Scitis nos intra Pylas progressos, tractus eos qui circa Phocidem sunt* ὑφ' ἑαυτοὺς πεποιηκότας, *nostros fecisse*; & in secunda persona, (ut Budæus exemplis probat) ut Matth. 16. 8. *Quid disceptatis* ἐν ἑαυτοῖς; *inter vos?* Sic Matth. 23. 31. & 25. 9. & 26. 11. &c. Sic in Xenoph. 6. παιδ. Παράγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ, *Tuis impera:* & in Lucan. Apol. ταῦτα πρὸς ἑαυτὸν λέλεκται σοι, *Ad teipsum hæc dicta sunt* [b]. ¶ *Patrem habemus Abraham*] Duplex erat in Judæis fiducia, dignitatis, sive justitiæ, tum propriæ, tum alienæ: illam eis eripuit, adhortando eos ad pœnitentiam; hanc, ostendendo eos viperarum, potiùs quàm Abrahami, progeniem esse, vel filios carnis, non promissionis. *Patres* vocantur ex Hebraismo, non tantùm qui *generatione*, sed & qui *institutione*, tales sunt. Vide Gen. 4. 20. Ezec. 16. 3. Joh. 8. 44 [c]. Idem, quod hîc, jactabant Joh. 8. 39 [d]. q. d. Ad nos pertinet promissio vitæ æternæ facta Abrahamo & semini ejus*: Deus fidem Abrahæ datam non franget, idcirco non deseret nos, aut perdet [f]: Frustrà ergò nobis iram Dei, & reprobationem à fœdere, minitamini [g]. Bis hîc errabant, 1. quòd singulos Abrahæ filios salvandos putarent: 2. quòd Abrahæ cognationem ex genere magis, quàm ex virtute, æstimarent [h]. Passim Baptista, Christus, Apostoli, dant operam, ut Judæis adimant superbiam & spem impunitatis de parentum sanctitate conceptam, quod illis maximum fuit bonæ mentis impedimentum. Vide Epistolam ad Romanos, & Justinum in Colloquio cum Tryphone. ¶ *Potens est Deus de lapidibus istis*] (quos coràm cernitis [i], in plateis [k], vel ad ripam Jordanis, jacentibus [l],) *suscitare* (vel, *excitare*, Bru. Be. Pi. Sch.) *filios* (Hebraica est locutio [m], ut Gen. 38. 8 [n]. Deut. 25. 5, 7. Ruth 4. 10 [o]. Aliàs dicitur ἀναστῆσαι σπέρμα, Matth. 22. 24. Nam ut nati ex fratre superstite filii erant fratri defuncto, non naturâ, sed lege; ità credentes omnes Abrahamo inseruntur, fiuntque *filii*, non quidem *carnis*, sed *promissionis*, Rom. 9. 8 [p].) *Abrahæ*] Potest, vobis omnibus deletis, posteritatem instaurare ipsi Abrahæ [q]. Figuratum loquendi genus, quanquam Divinæ potentiæ mensuram non excedens. Simile est Luc. 19. 40. *lapides clamabunt*. Subest & allusio; q. d. Nè miremini, si ex lapidibus faciat Deus liberos Abrahami; cùm ipse Isaac ex Abrahamo lapidi jam effœto natus sit. Nam corpus effœtum Abrahami lapidi comparatur, Esa. 51. 1 [r]. Locum intelligunt, vel, 1. figuratè †; de gentibus extraneis, quæ lapides colunt, ideóque in S.S. lapidibus comparantur [t], à quibus non magis quàm à lapidibus vos Judæi fidem ac pietatem expectatis [v]. Vel, 2. ad literam [x]; q. d. Si vos omnes malè pereatis [y], Deus tamen non erit vanus in promissis [z], nec deerit Abrahamo posteritas [a]. Ut formavit Deus Adamum ex terra, sic ex veris lapidibus potest Abrahamo filios suscitare [b], nempe spirituales [c]; non quidem secundùm carnem, sed secundùm fidem [d]; qui Abrahæ opera sequuti, itaque ad cognationem ejus adducti, promissionum benedictione fruantur, filios tales quales requirunt Abrahæ facta promissa. Neque enim carni & sanguini alligatum est Divinum promissum, sed fidei & obedientiæ, & ex fide non ex carne, Abahæ filii censentur: nam & Isaac non tam carnis quàm Dei virtute genitus est. Monet ergò Judæos, quòd & ipsi, si non credant, à cognatione Abrahæ & à promissione excident, & pro alienigenis habebuntur*. [Potest hoc & ad literam fieri. Quid enim impedit quominus Deus eatenus naturam lapidis mutet, ut commodum fiat homini nutrimentum, cujus etiam pars, ut fieri solet, à quovis Judæo sumpta, in semen cederet, unde filius Abrahamo, propriè loquendo, nasceretur?]

10. *Jam enim* (vel, *etiam*, Pi. Ham. vel, *autem:* Καὶ hîc epitasin habet [f]:) *securis ad radicem* (pro, *ad radices*; q. d. non ad ramos, aut truncum, sed ad radicem [g],) *arborum posita est*] Ità Be. Pi. Sch. κεῖται *jacet*, non admovenda, sed jam admota, est [h]. Possunt hæc verba connecti, vel 1. cum v. 7. ut *iram venturam* confirmet, *quia jam securis*, &c. vel, 2. ad v. 8. q. d. Ferte fructum, *quia jam*, &c. q. d. Periculum imminet sterilibus: vel, 3. ad v. 9. q. d. Nè fidatis huic prærogativæ, quæ vos minimè tutos reddet, *quia jam securis* &c [i]. Fiduciam in majoribus excludit v. 9. hîc spem excludit differendæ diu iræ Dei*; q. d. Jam nunc, inquit, urget extremum discrimen, in acie novaculæ res omnis sita est, nihil medium, nulla est mora. Mox aut resipiscendum, aut pereundum. Antea differebat vindictam Deus, ob hominum ignorantiam atque infirmitatem; jam verò, ubi Evangelica doctrina & gratia affulget, nulla excusatio est [k]. Excindet vos Deus, nisi credatis. Desumi hæc [verba] videntur ex Esa. 10. 33. 34. qui locus in *Hierosl. Berachoth*, fol. 5. 1. applicatur ad urbis excidium, atque indè arguitur, Messiam non ità multo ab istius excidii tempore nascendum [l]. *Securis* hîc est, vel, 1. verbum Dei, sive Evangelium ejusque prædicatio, ex collat. Jer. 23. 29. Hos. 6. 5 [m]. vel, 2. Christus [n]: vel, 3. Mors [o]: vel, 4. Divinum judicium [p]; (quod omnia ad vivum resecat) ut apparet, 1. ex circumstantiis [q], ex præced. v. 7. & ex sequent. hîc & v. 12. 2. ex collat. cum Esa. 10. 33 [r]. [Sensus; q. d.] Jam Deus vobis, ni resipiscatis, non levia mala minatur, sed fœderis sui derelictionem; quod est velut arborem radicitùs excindere †. Pœnas hîc intelligit, tum temporales, per Romanos; tum æternas [t]. Ruinam imminentem hîc confert cum præcedentibus. In Babylone v. g. promissum habebant reditum; jam verò vindicta radicem petit, & gentem prorsus exscindet. Phrasis hæc & certitudinem ruinæ, & propinquitatem, exprimit. *Radix* hîc est, vel 1. radix Jesse, de qua Esa. 11. 1. cujus stirps sive linea inter omnes calamitates à Deo conservata est, ob promissionem de Christo indè orituro. Quum ergò ille advenerit, eradicabitur. Vel, 2. fiducia eorum in Abrahamo patre, &c. q. d. Venit tempus, quum nulla erit distinctio inter Abrahami filios, & gentiles; sed quicunque Deum timet, ei acceptus erit. Vel, 3. Jerosolyma, quæ velut radix gentis erat, à qua & religionem & πολιτείαν suam derivabant [v]. Vel, 4. Abrahamus. Obj. At quomodo ille exscindendus? Resp. Non dicit, radicem exscindendam esse, sed arborem à radice, h.e. Judæos ab Abrahamo præscindendos [x]. ¶ *Omnis ergo arbor* (i. e. vel, homo, qui frequenter arbori comparatur [y], ut Matth. 12. 33. Luc. 13. 6 [z]. & in Psalmis, justus fertili, impius sterili; q. d. Quivis homo sine discrimine, etiamsi ipsius Abrahæ nepos sit: neminem liberabunt divitiæ, sapientia, &c [a].) *quæ non facit* (Non dicit, *fecit*, nam continuè perseveranterque operandum est, nec, *faciet*, sed, *facit*; statim scilicet, præsens tempus urget [b].) *fructum bonum* (dignum pœnitentiâ: non dicit, *quæ facit fructum malum*; nec enim satis est non facere fructum malum, si nullum facias: satis est mali, nil fecisse boni [c]:) *excidetur, & in ignem mittetur*] Confer Ezec. 15. 4 [d]. Utrumque verbum Græcum præsentis temporis est, *exciditur* & *mittitur* *, tum ut sententia sit generalis [f], tum ad emphasin periculi proximè instantis [g], ut judicium Dei velut præsens oculis subjiciat [h]. Præsens pro futuro ponitur, 1. quando actio solita indicatur, ut h.l. *exciditur*, i.e. excidi solet. 2. Quando res certissimè & brevi eventura notatur, ut in Lucian. *Si me postposueris Hermoni*, ἄπειμι, *jam statim certissimè abeo*, h. e. abibo. Aristoph. Equit. *Tui causâ hæc* πίπρασκεται *venduntur*, h. e. certò brevi vendentur. 3. Quando commoditas, aut debitum rei agendæ, significatur, ut in Eurip. Hec. v. 163. *Quamnam viam, hancne, an illam*, στείχω *eo*, pro, ibo, i. e. ire debeo? & Aristoph. Plut. 2. 5. Ἡμεῖς δ' ποῖ γῆς, pro, *Quò commodè ibo?* *Omnis arbor*, &c. est explicatio συμβολικὴ legis ejus quæ exstat Deut. 20. 20. quam simili modo Philo interpretatur non uno loco. Vide & Dan. 4. 14 [k].

11. *Ego quidem baptizo vos in aqua*] Vel, *aquâ*, Er. Ar. Sch. &c. ut est Luc. 3. 16 [l]. Præpositio ἐν hîc additur ex Hebraismo, in quo ב omne causarum genus declarat [m]. Potiùs est Pleonasmus Atticus, ut Luc. 23. 9. & in Pind. Olymp. βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς, *rectis consiliis*, item, *Resonans* ἐν αὐλοῖς, *tibiis* [n]. *Aquâ*, solâ nudâque. Hoc non necessariò cohæret cum præcedentibus, sed potiùs cum occasione illa quæ refertur Luc. 3. 15. cùm cogitarent homines ipsum posse esse Christum. Id hîc disertè negat, &c [o]. Al. [Connexio sic se habet; q. d.] Neque hoc tantùm fine missus sum, ut vos ad pœnitentiam hortem; sed etiam, ut Messiam vobis monstrem. Ritum

Margin notes (left): [b] Sch. [c] Span. 3. 33. 120. [d] Bru. * Pi. sim. Bru. [f] Bru. [g] Sch. [h] Bru. * G. [i] Idem. [k] Ham. [l] Sch. [m] Mal. [n] G. Mal. [o] Mal. [p] G. [q] Bru. [r] G. † Ignat. & Clem. in Li. harm. [t] G. sim. Bru. [v] G. [x] Li. harm. p. 46. [y] Bru. [z] Pi. [a] Bru. [b] Mal. ex Bru. [c] Zeg. [d] D. * Bru. [f] Bru. [g] Idem. [h] Idem.

Margin notes (right): [i] Li. harm. 146. [k] Bru. [l] Li. ho. [m] Q. in Li. harm. [n] Greg. in Mal. [o] Athanas. [p] Mal. Li. [q] Mal. [r] Li. lib. † G. [t] Pi. [v] Li. harm. 148. [x] Mal. [y] Bru. sim. Mal. [z] Mal. [a] Bru. [b] Idem. [c] Idem. [d] Cam. * Er. sim. Be. Bru. [f] Er. [g] Bru. [h] Be. [i] Sch. [k] G. [l] Sch. [m] Be. [n] Sch. [o] Bru.

tum hunc, quo baptismus aquæ anteceſſit baptiſmum ignis, Dæmon imitatus eſt in Jndis, de quo vide vitam Apol. l. 3. c.3.p.118.& c. 5. p. 123 [p]. ¶ *In* &c. Εἰς μετάνοιαν] *In* vel *Ad* (vel *Propter*, Perſ.) *pœnitentiam*, Mo. Sy. Ar. Er. P. &c. vel, *converſionem*, Tre. vel, *vitæ emendationem*, Ca. i. e. ut reſipiſcatis [q]; externus enim baptiſmus eos admonebat de vita corrigenda [r]; & ut per pœnitentiam præparati Meſſiam recipiatis †, in profeſſionem [t], & teſtimonium, pœnitentiæ [v], intelligi ge, & inſitionis in Chriſtum [x], vel & remiſſionis peccatorum [y]. Ità diſtinguit baptiſmum ſuum à prophanis lotionibus [z]. Poteſt ſic exponi, *Super profeſſione pœnitentiæ quam facitis* [a]. ¶ *Qui* &c. Ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος] *Ille verò qui poſt*, vel *ponè*, *me venit*, P. Be. Pi. Sch.&c. i. e. qui me à tergo ſequitur [b], ut diſcipulus præceptorem: Vide ad Jo. 1.15. Ὀπίσω propriè eſt loci; poteſt tamen catachreſticè accipi de tempore [c]: *Is qui paulò poſt me munus ſuum auſpicabitur.* Id enim voce ἔρχεσθαι ſignificant ſancti Scriptores [d]. Quum Meſſias circa illa tempora, elapſis 70 Danielis hebdomadis, ſtatim ut certò adventurus ſperabatur, ὁ ἐρχόμενος vocabatur. Vide Matth. 11. 3. Marc. 11. 9. Luc. 7. 19, 20*. Participium hîc eſt præſens [f], ut ſignificet eum jam in via, adeòque proximum [g], non poſt longa tempora venturum, ſed jam actu venientem [h]. ¶ *Fortior* (vel *valentior*, Er. Bru. ſic Pi.) *me eſt*] longè plura, longè alia, poteſt quàm ego, divinâ virtute præditus, &c [i]. Ab illo, non à me, expectate ſalutem &c [k]. ¶ *Cujus* &c. Οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι] *Cujus non ſum dignus* (ἱκανὸς idem valet quod ἄξιος, Joh. 1. 27. Act. 13.46 [l]. vel, *ſufficiens*, Bru. vel, *idoneus*, Er. Ti. Mo. Sy. V. Et ἱκανὸς quidem *alicui rei præſtandæ parem* ſignificat. Atqui (ni fallor) non hîc agitur, quàm ſit aptus ad hoc officium præſtandum, ſed quàm dignus ſit qui cum Chriſto comparetur [m].) *qui vel ut ſoleas* (vel *calceamenta*, Er. Il. Tre. Sy. Mo. Ca. vel *corrigias calceorum*, Ar. ſim. Perſ. vel *lora calceamentorum*, Q. in Camer. Malim *ſoleas*, ità dictas, quòd pedibus ſubligentur [n]; vincula pedum ſunt ὑποδήματα [o]. Ὑπόδημα eſt, 1. omne id quod cuicunque rei ſubligatur: 2. id quod pedibus ſubligatur, ut ſoleæ &c [p].) *portem*, Be. P. Pi. Er. Tre. &c. nimirum ut exutas auferam, hoc enim eſt βαστάζειν [q], vel, qui calceorum ejus curam geram, eos mundem, reponam, mutem, reddam pro Domini (modò induentis, modò exuentis,) libitu, eòque foras prodeunte, portem, ſi illos ponere aliquando loci ſacri aliâve causâ, aut alios aliis mutare velit [r]. In Luc. 3. 16. eſt λῦσαι, &c. quod eodem redit †, idémque planè miniſterium denotat [t]. Forſan βαστάσαι hîc vertas, *ſuſtinere*, ſicut ſuſtinet pedem & calceum aliquis ejus cui calceos exuit [v]. Βαστάσαι hîc, non eſt *onus portare*, ſed vel, 1. *tollere*, ſive *amovere*, idem quod alibi eſt αἴρειν, &c. *tollere grabatum*; atque ità idem eſt quod λῦσαι, Marc. 1. 7. & Joh. 1. 27. quum ideo *ſolvantur*, ut auferantur. Vel, 2. *ferre* calceos, quod in itineribus fieri ſolebat; erátque hoc munus diſcipulorum, qui apud Hebræos Prophetæ, vel Magiſtro ſuo, neceſſaria miniſteria obibant. Vide Ex. 24. 13. 1 Reg. 19. 21. Significat ergò Johannes ſe indignum eſſe qui Chriſti Diſcipulus foret ‖. Senſus eſt, q. d. Cujus ego non ſum dignus ut ſim ſervus [x]; vel, ut operam ſervilem, vel viliſſimam, ei præſtem [y]. *Quomodo*, inquit Maimon. *emititur ſervus? Solvit ementi calceum, portat neceſſaria ei ad balneum*, &c [z]. Proverbialis locutio [a], quâ ſignificatur viliſſimum miniſterium [b], quod viliſſimis ſervis mandari ſolitum [c]. Ex hoc miniſterio *pueri* dicuntur *ſandaliogeruli*, Plaut. Aulul. 3. 5. &, *ancillæ ſandaliogerulæ*. Plaut Trinum, 2. 1 [d]. In expoſitione præcepti vetantis 176. Hebræi vile miniſterium hoc explicant exemplo, putà ut ſolvat corrigiam calceamentorum, aut ut extrahat ea. Huc etiam ſpectant illa in Comœdiis, *date jam ſoleas*; & apud Æſchyl. Agamemn. —ὑπαί τις ἀρβύλας λύοι τάχος, πρόδουλον ἔμβασιν ποδός, (*Soleas age, aliquis ocyùs hos ſolvat mihi, Queis itinerantis induebantur pedes.*) Apud Terent. *Accurrunt ſervi, ſoccos detrahunt.* Apud Tibul. *Vincláque de niveo detrahet ipſe pede**. Vide & Plaut. Truc. 2.4. Mart. Epig. 3.50.& 8.59.& 12.89. & 14.65 [f]. ¶ *Ipſe* (vel, per ſe, vel, per ſervos ſuos [h],) *vos* (i. e. aliquos veſtrûm, nempe Apoſtolos [i], & *vos*, i. e. animas veſtras,) *baptizabit in Spiritu* (ἐν hîc redundat [k],) *Sancto & igni*] [Hoc variè exponunt.] Senſus loci eſt, q. d. Ego vos baptiſo baptiſmate aquæ, i. e. leni quidem & miti. At, niſi reſipiſcatis, venit qui vos aliter baptiſabit, nempe judicio, *per Spiritum*, quo bonos à malis apertè ſeparabit, & vindictâ, *per ignem*. Firmatur hæc expoſitio ex collat. tum v. 10. & 12. ubi hujuſce ignis mentio habetur: tum Mal. 3. 2 [l]. tum Eſa. 4. 4. *ſpiritu judicii, & ſpiritu incendii* [m]. Al. *Spiritu—& igne*, i. e. *igne Spiritûs* [n]; ut habet Evangelium Mercerí [o]. Vel, Spiritu, qui eſt veluti ignis quidem ſpiritualis [p], qui vos purgabit, illuminabit & inflammabit [q]. Eſt ἓν διὰ δυοῖν. Et alludere videtur ad Eſa. 6. 6, 7. *Ecce tetigit illud* [*pruna candens*] *labia tua, propterea receſſit iniquitas tua*, &c. Nam certum eſt, prunâ illâ ardente ſignificari Spiritum Sanctum, ſeu vim ejus purgandi efficaciſſimam; verbis autem illis, *receſſit iniquitas tua*, &c. denotatur Baptiſmus interior, qui totus eſt in purgatione & expiatione peccatorum. Alibi etiam Spiritûs S. vis igni comparatur, ut Eſa. 4. 4. ubi illis verbis, *Spiritu judicii, & Spiritu comburente*, innuitur Baptiſmus Spiritûs Sancti & ignis*. Verùm tunc non dixiſſet, *ſpiritu & igne*, ſed, *igne & ſpiritu*, ut Joh. 3. 5. *ex aqua & ſpiritu*. Sic Cicero, *Semper conſilia mea togæ & pacis, non armorum atque belli, ſocia fuere.* Non dicit, *pacis & togæ*, &c [r]. [Sed figuratam dictionem primò collocat, deinde, propriam.] Simpliciter dictum, *baptizare ſpiritu*, Marc. 1. 8. Joh. 1. 33. ut appareat πυρὶ hîc adjectum ἐξηγητικῶς, (*expoſitivè*,) nimirum, quia ut aeris, ità ignis, ſubtiliſſima atque efficaciſſima natura vim illam Divinam quam in ſe credentibus Chriſtus erat collaturus, optimè exprimit, unde & linguæ ſuper Apoſtolos miſſæ cum venti ſono, ignis ſpeciem prætulerunt, Act. 2. 2, 3. Vide Eſa. 4. 4, 5. Agi autem hîc de Spiritu illo quem in ſe credentibus daturus erat Chriſtus, ità tamen ut non interna tantùm ejus Spiritûs dona, ſed & externa teſtimonia, intelligi debeant, facilè viſurum puto qui rectè attenderit ad loca Act. 1. 5. ubi opponitur Johannis baptiſma per aquam baptiſmo per Spiritum, quem brevi accepturi erant Apoſtoli, & Act. 19. 2. ubi oſtenditur, eos qui à Johanne, aut diſcipulis Johannis, baptizati erant, cum baptiſmo nulla accepiſſe dona, qualia accipiebant ab Apoſtolis baptizati. His adde Joh. 7. 38, 39. Cæterùm ſenſus magis reconditus hîc videtur eſſe, Non ſatis eſſe, Chriſto judice, ſi malis factis abſtineamus, quod lotio indicabat, ſed requiri vim ad bona agentem magno quodam impetu, quæ donis illis conſpicuis adumbrata eſt †. Per *ſpiritum* hîc intellige omnia ipſius dona [t], tum miraculoſa, linguarum & prophetiæ [v], tum regenerationis ſive ſanctificationis [x], juſtificationis, adoptionis & juris hæreditatis cœleſtis. Reſpicit hæc Baptiſtæ promiſſio [y], 1. ad viſibilem Spiritûs S. effuſionem die Pentecoſtes [z]; quò expreſsè refertur Act. 1. 5. & 11. 16. & 19. 4, 6. Quò etiam ſpectant Act. 8. 15, 17. Gal. 3. 2, 5 [a]. 2. ad inviſibilem Spiritûs S. largitionem, tum per baptiſmum, tum per baptiſmi τελείωσιν, impoſitionem manuum, ſive confirmationem [b]. Senſus, Baptiſabit vos Spiritu S. internè, externè verò igne, tanquam illius ſymbolo [c]. Vel *ignis* hîc intellige afflictionum & crucis: hic enim *baptiſmus* vocatur, Matt. 20. 23. Vel per *ignem* intelligitur vigor Evangelicæ gratiæ, qui intùs datur, cùm Judaici ritus fuerint frigidi. Ignis enim inter omnia elementa maximam habet agilitatem, omnia in ſe transformans, ac ſurſum rapiens [d]. Quòd autem Æthiopes, juxta baptiſmum, uſtionem quoque uſurpant, factum arbitror more veterum Chriſtianorum, qui traditis à Chriſto ceremoniis ſigna addebant, quæ verba Scripturæ eandem rem aliter atque aliter adumbrantia ſimul in memoriam revocarent. Talis fuit lactis & mellis prægustatio, ſignatio crucis, dæmonum adjuratio, ſalis admotio, unctio, aliáque ejuſmodi. Morem autem hunc vetuſtiſſimum eſſe, neque proprium gentis Æthiopicæ, docet nos Heracleon, citatus à Clem. Alex. ἔνιοι, inquit, πυρὶ τὰ ὦτα τῶν σφραγιζομένων κατεσημήναντο, (*quidam*, inquit, *aures obſignatorum notabant.*) An Seluciani & Hermiani, quos igne baptizâſſe legimus, hunc morem obſervârint, incertum habeo, ut & de Valentino, de quo Tertullianus, *Bis docuit tingi, traducto corpore flammâ**. Horum mos, ut videtur, librariis audacioribus cauſam dedit delendi hoc loco voculam πυρὶ, quod in quibuſdam codicibus videre eſt [f]. Additur autem

Margin (left): p Ham. q Be. V. ſim. Mal. r Be. † Mal. t Bru. v Pi. x Be. y Pi. z Bru. a G. b Pi. c Pi. d G. * Sch. f Bru. ſim. Sch. g Bru. h Sch. i Bru. k M. l G. m Be. n Bru. o Camer. p Sch. q G. r Bru. † Li. ho. t G. v Be. ‖ Ham. x Li. ho. y Pi. z Li. ho. a Be. b Be. ſim. M. Camer. Pi. Ga. Sch. &c. c G. ſim. Ga. Cin. 380. d Ga. 378. * G. f Ga ib. 378. h Bru. i Pi k Pi. ſic Be. Bru. Er.

Margin (right): l Pinner. in Ga. adv. 28. 297. m Ga. ib. n M. o Di. append. p Q. in Cam. ſim. Zeg. Cap. q Zeg. ſim. V. Bru. * Cap. r Cam. † G. t Bru. v Pi. ſimil. Cap. x Pi. Cap. Bru. y Bru. z Bru ſic Be. Camer. Pi. Bru. Mal. Sch. Scul Ham. Cam. a Be. b Bru. c Pi. d Er. * G. f G. ſim. Er.

autem in nonnullis codicibus, & hîc legitur apud Cyp. Hil. Chryſ. Theoph [g]. omnéſque veteres, Græcos & Latinos. Exprimitur etiam apud Lucam, ſummo codicum conſenſu [h]. Vox autem *baptizandi* de donis illis per tranſlationem uſurpata, eorundem ubertatem ſignificat; ut & Joelis illud, *Effundam de ſpiritu meo*, &c. Act. 2. 17 [i]. Senſus, Vos, inquit, ex rebus viſibilibus me æſtimatis: at longè nobiliora ſunt quæ non videntur. Non ille, uti ego, corpora ſolâ aquâ, ſed animas Spiritu S. largiter & copiosè, in morem aquæ, perfundet; nec, uti ego, ad pœnitentiam duntaxat provocabit peccatorum, ſed & à peccatis mundabit, & cœleſtibus donis imbuet [k]. Si dicamus hîc diſtingui baptiſmum interiorem & ſpiritualem ab exteriore, qui eſt illius ſignum ſacramentale, per *Spiritum* S. hîc intelligitur vis & efficacia Chriſti nos vivificantis & ſanctificantis, quæ per Spiritum S. credentibus inſinuatur, ſicut exterior baptiſmus teſtatur. *Ignis* autem hîc, purgans & illuſtrans hominum mentes, opponitur illi pœnarum igni, de quo v. præced [l]. Forſan etiam *ignis* hîc ſymbolum erat judiciorum Divinorum in Judæos obduratos, &c [m].

12. *Cujus ventilabrum*] i.e. Vannus, vel pala [n]. Inſtrumentum eſt, quo frumenta ad ventum quaſſata à paleis expurgantur [o]. *Ventilabrum* hîc eſt, vel, 1. verbum Evangelii [p], quo homines ventilantur & purgantur [q]. Sicut poſteriora hujus commatis verba de colligendis frugibus & comburendis paleis ad ultimi judicii diem pertinent, ut apparet ex collatione verborum Chriſti infrà 13. 30, 49. cujus judicii adumbratio quædam eſt Pſal. 1. 4. & Dan. 2. 35. ità priora ad ipſam verbi annunciati naturam non incommodè poſſunt referri, cujus tanta eſt puritas, ut magna ex parte etiam in hoc ævo, præſertim quoties crux accedit, probos ab improbis ſegreget. Sed & in ſingulis hominibus ſimilis quædam purgatio inſtituenda, quam ſimilitudine planè eâdem, quæ hîc, Philo depingit, lib. de Caino, Καθάπερ ἐν τῇ ἅλῳ, &c. *Sicut in area ſunt triticum— & paleæ*, &c. Servius ad illud 1 Georg. *myſtica vannus Jacchi. Ideo*, inquit, *quòd Liberi patris ſacra ad purgationem animi pertinebant: & ſic homines ejus myſteriis purgabantur, ſicut vannis frumenta purgantur* [r]. Vel, 2. Extremum Chriſti judicium, quo malos à bonis manifeſtè ſecernet. Prædicavit Chriſtum Salvatorem & Spiritûs S. Donatorem, quod ad primum ejus adventum pertinet; jam & Judicem prædicat, quod ad ſecundum: ut, qui promiſſis non pelliciantur, terrore compellantur †. Ventilabrum hoc triplex eſt, 1. Doctrinæ, quâ prima fit hominum ſeparatio, profanorum nempe à piis, dum credentibus ſalus, incredulis damnatio, annunciari jubetur. 2. Crucis, quæ hypocritas à verè piis diſcernit. 3. Judicii, in decretorio illo die, quo oves ab hircis ſegregabuntur [t]. ¶ *In manu ſua*] Vel, *ejus*, Bru. Be. &c. Significat, Chriſtum paratum judicandum, peccatáque ulciſcendum eſſe [v]. Hebraiſmus hîc eſt, Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. pro, ἐν ᾗ χειρὶ τὸ πτύον [x]. ¶ *Permundabit* (vel, *Perpurgabit*, Be. Sch. i.e. exactè, vel omnino, purgabit [y]; nam hæc eſt vis præpoſitionis διὰ [z]:) *aream ſuam*, Ἅλωνα, &c.] Hæc vox ſimili flexione eſt apud Dionyſium Halicarnaſſenſem [a]. *Areæ* nomine, vel, 1. nihil eſt intelligendum, niſi quod hîc adhibetur illud nomen propter ſimilitudinem, non quidem ullius rei quæ huic nomini reſpondeat, ſed actionis quæ ſequitur hoc nomen: nam in Area fit ventilatio [b]. Vel, 2. Miſcellanea turba piorum & hypocritarum in Eccleſia viſibili [c]. Non placet, quia mundatio hæc non pertinet ad hypocritas. Vel, 3. Electi & fideles, qui *permundari* dicuntur, ab impuritate, non tam interna & inhærente, de qua nulla hîc propriè fit mentio, ſed externa, ab eo quod comitatur atque extrinſecùs accedit; quomodo triticum purgari dicitur, non quòd ſit impurum in ſe, ſed quia permixtum fuit impuro [d]. Vel, 4. Homines in terra habitantes [*]. *Area* hîc ponitur pro frumento. Metonymia continentis pro contento [f]. ¶ *Triticum ſuum*] i.e. Electos, ſive pios [g], qui fœti ſunt virtutibus [h], ſolidi pietate, & conſtantiâ ac perſeverantiâ graves [i]. ¶ *In horreum*] i.e. Regnum cœlorum [k]. ¶ *Paleas*] i.e. Reprobos [l], qui in Eccleſia ſunt [m], ſpecie Religionis nitidi, cæterùm intùs inanes [n], & ſteriles virtutibus, carentes medullâ juſtitiæ. Sub paleis forſan comprehendit quicquid illud eſt quod cum grano tritici natum, à grano ſecernitur atque abjicitur, ut culmos ac ſpicas. ¶ *Igni inextinguibili*] Ità Er. P. Ti. Ar. &c. Tum, 1. in ſe [o], qui extingui nunquam poteſt [p]; tum, 2. in damnatis, quos nunquam extinguit, ſed perpetuò urit & cruciat. ¶ Ἀσβέστῳ] *Inextincto*, Be. Bru. Ca. ſimil. Tre. Æth. i.e. æterno [q], non extincto actu, vel inextinguibili potentiâ. Vide ad Matt. 22. 14. de verbalium, &c. ſignificatione [r]. Sic *inacceſſus* dicitur locus, quò accedi non poteſt †.

13. *Tunc* (Eo ipſo tempore; confer Marc. 1. 9 [t]. Dum Johannes prædicaret & baptiſaret [v]. Sex menſibus poſt prædicationem Johannis inchoatam [x],) *venit* (accedit commodùm & ſuo tempore. Non ad ſe acceríivit Johannem, ut famulum Dominus, ſed venit ipſe humilis, incomitatus, &c [y].) *à Galilæa* (i.e. à Nazareth, oppido Galilææ [z], ubi à pueritia obſcurus vixerat, parentibus morem gerens, & labore manuum victum parans [a],) *in* (vel, *ad*, Tre. P. Ti. Be. Bru.) *Jordanem*] i.e. In Judæam, ad eum locum Jordanis in quo baptizabat Johannes [b]. ¶ *Ut*, &c. Τοῦ βαπτισθῆναι, &c.] Scilicet ἕνεκα [c]. *Ut baptizaretur ab eo*, Be. Sch. Vulg. &c. Qu. Cur Chriſtus à Johanne baptizari voluit? Reſp. Non ex neceſſitate, quia *peccatum non habuit*, &c [d]. Sed, 1. Ut ſic confluentibus eò populis, teſtimonium Chriſto de cœlo præberetur [*]. 2. Ut Johannis prædicationi atque baptiſmo teſtimonium atque auctoritatem daret [f]. 3. Ut baptiſmum nobis ſanctificaret [g], & exemplo ſuo ad illum nos alliceret [h]. 4. Ut Chriſtus, antequam doceret, quodammodo initiaretur [i]. 5. Ut hoc ſymbolo initiaretur in ſocietatem Chriſtianorum, ut per circumciſionem in Judæorum ſocietatem initiatus fuit: ut, Regis inſtar, ſubditis utriſque ſeipſum uniret & gratum redderet [k]: ut, qui novam Chriſtianorum rempublicam condere ſtatuerat, cui non niſi baptizati adſcriberentur, eſſet & ipſe Princeps baptizatus, & ſuſciperet ſimilitudinem, uti carnis peccati, ità & baptiſmi pœnitentiæ ‖. 6. Et præcipuè, *Ut juſtitiam impleret*, &c [l].

14. *Prohibebat*, Διεκώλυεν] *Arcebat*, Bru. *Obnixè prohibebat*, Be. Sch. P. Bru. &c. quam vim præpoſitio διὰ innuit [m], ut v. 12: modeſtè ſe excuſabat [n], abſurdum putans, majorem à minore benedici [o]. Hoc fecit reſpectu, 1. Chriſti, qui nec Baptiſmo, nec pœnitentâ, nec remiſſione peccatorum, indigebat [p]: 2. Populi, nè Chriſtum ex baptiſmo ipſius peccatorem eſſe colligerent [q]: 3. Baptiſtæ, qui & ſeipſum, cum Chriſto conferens, indigniſſimum reputavit, & Chriſtum ſeipſo longè excellentiorem eſſe prædicaverat, quum tamen h. l. tanquam eo minor baptiſmum petit. Qu. Unde Baptiſta novit hunc eſſe Chriſtum, quum dicat, *Ego non novi eum*, Joh. 1. 33 [r]? Reſp. 1. De facie eum non novit †, providente videlicet Deo, nè quid ex pacto geri inter Chriſtum & Joannem, quaſi conjuratos, videretur [t]. 2. Novit eum ex afflatu Spiritûs Sancti [v], quo etiam infans præſentiam illius ſenſerat, Luc. 1. 44 [x], quo & Samuel Saulem novit, 1 Sam. 9. 15, 17 [y]. ¶ *Ego à te debeo baptizari*] Baptiſmo nempe inviſibili [z], Spiritu Sancto, &c [a]. Chriſtus enim non aquâ baptizabat, Joh. 4. 2. Sed Spiritu S. v. 11. Vel, ſi de baptiſmo aquæ intelligas, non loquitur de abſoluta baptiſmi neceſſitate, ſed comparata, ſive de convenientia [b]. [Senſus, q. d.] Si alter noſtrûm omnino baptizandus ſit, ego potiùs abs te, ut digniſſimo, baptiſmum petere debui [c]. ¶ *Et tu venis ad me!*] Emphaticè legendum; q.d. Ad lucernam Sol? Ad ſervum Filius & Dominus? Ad peccatorem Agnus ſine macula, cui ipſi nullo opus eſt baptiſmo, & præſto eſt Baptiſmus Spiritûs, & mihi & cæteris neceſſarius [d]?

15. *Sine*, &c. Ἄφες ἄρτι] *Sine* (vel, *Omitte*, Er. Il. Be. Tre. Pe. ſub. *me*, Be. vel, *Permitte*, Sy. Ar. Æth. Sch. ut ἀφίημι ſumitur, Matt. 23. 13. Marc. 10. 14. (ut conſtat ex antitheſi addita, Καὶ μὴ κωλύετε.) Vide & Matt. 13. 30. & 19. 14. &c [*]. Sine me à te baptizari [f], deſiſte prohibere oratione & manu tuâ [g]. Ἀφιέναι eſt, *ſinere*, ut Matt. 7. 4. & 8. 22 [h].) *interim*, Mo. vel, *modò*, Ar. Ca. vel, *nunc*, Er. Tre. Be. &c. q. d. Fiat nunc quod volo [i]. Ἄρτι ſignif. & *nuper*, 1 Theſ. 3. 6. & in Ariſtot. Phyſ. 4. 13. &, *modò*, ut Matt. 9. 18. &, ἐν τῷ παρόντι, vel, εἰς τὸ παρόν, *nunc*, ut Matth. 26. 53. Joh. 9. 19. 25. & 13. 7, 33, &c. quod etiam liquet in ἕως ἄρτι, *uſque ad præſens tempus*.

[g] Er. [h] Be. [i] G. [k] Bru. [l] Be. [m] Ham. [n] Bru. & Er. ex Aug. ſic Be. &c. [o] Bru. ſim. Zeg. Er. Scul. Ham. [p] M. ſic Pi. [q] Pi. [r] G. † Bru. [t] Scul. ex erc. E vang. 1. 36. [v] Bru. [x] G. ſim. V. Bru. Be. [y] Be. Bru. [z] Ee. [a] G. [b] Cam. [c] Plerique in Cam. ſim. Bru. [d] Cam. [*] M. [f] Zeg. Bru. [g] Pi. Zeg. ſim. Bru. [h] Bru. [i] Bru. ſim. Scul. ib. [k] Bru. ſic M. Zeg. Pi. &c. [l] Pi. [m] Bru. [n] Scul. ib. Bru.

[o] Bru. [p] Be. Bru. [q] Bru. [r] Sch. † Ee. [t] Sch. [v] Ham. ſic Bru. [x] Li. harm. 173. [y] Bru. [z] Bru. ſic Pi. Sch. [a] Bru. [b] Idem. [c] Camer. [d] Mal. [*] Mal. ex Fi. [f] Li. harm. 174. ſic Bru. Mal. [g] Mal. Li. [h] Li. ib. ſim. Mal. Bru. [i] Mal. [k] Li. ‖ Bru. ad v. 15. [l] Mal. Li. ib. [m] Sch. ſic Bru. [n] Sch. [o] Bru. [p] Li. harm. 174. [q] Li. ib. ſic Bru. [r] Li. ib. 174. † Ee. ad v. 16. Bru. Mal. [t] Ee. ad v. 16. [v] Bru. ſic Mal. Pi. Sch. Li. [x] Bru. ſim. Li. [y] Li. harm. 177. [z] Bru. [a] Sch. Li. ib. [b] Li. ib. 177. [c] G. [d] Bru. [*] Sch. [f] Pi. [g] Be. [h] G. [i] Idem.

tempus, Joh. 2. 10. & 5. 17. & 16. 24. & in ἀπ' ἄρτι, *ex hoc*, sive, *à præsenti tempore*, Matt. 23. 39. & 26. 29, 64 [k]. Dicit *modò*, quum nondum sum de cœlo declaratus, &c [l]. q. d. Temporaria hæc est dispensatio, mox celebrandus sum, &c. id quod mox à baptismo accidit [m]. Potiùs, *modò*, quum nondum venit tempus baptizandi Spiritu Sancto [n]. ¶ *Sic*, &c. Οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν] *Sic*, vel *Ità*, (vel, *Ad hunc modum*, Perf. priùs faciendo quàm docendo [o], hâc ratione, dum eo qui nobis debetur cedimus honore, nósque ipsi humiliamus & inferioribus subjicimus [p],) *decet* (*oportet*, Æth.) *nos* (i.e. omnes qui docendi munus suscipiunt [q], nos justitiæ magistros, te & me [r]; me suscipiendo, te dando, baptismum †, aut de se pluraliter loquitur, *me*, cujus est homines & merito & exemplo ad justitiam adducere [s]: *decet nos*, ratione officii nostri [v],) *implere* (i. e. opere perficere [x],) *omnem justitiam*, Tre. Be. Pi. Ca. Sy. Ar. &c. *Justitiam* hîc vocat, vel, 1. omne quod justum est, non tantùm id quod ex præcepto necessarium est, sed & id omne quod virtuti consentaneum & Deo gratum esse cognoverimus [y]. Δικαιοσύνη hîc latissimè sumitur, (sicut δίκαιον, Philip. 1. 7.) ità ut significet non modò τὸ νόμιμον, (*legitimum*,) sed & quicquid ullam æqui ac honesti habet rationem. Nam Lex Mosis de hoc baptismo nihil præscripserat, & cœleste mandatum quod Baptista acceperat, ad peccatores resipiscentes propriè pertinebat. Attamen cùm Christus perfectissimæ innocentiæ exemplar fuerit, nè in ipso quidem inanis erat ceremonia quæ innocentiæ propositum obsignabat. Neque efficaciùs ostendi potuit quantus honos institutis à Deo ritibus deberetur, quàm si Christus ipse usum eorum nobis exemplo suo commendaret. Præterea ipse per hanc ceremoniam, quæ nos populo Dei inserit, eidem populo velut concorporatus est, certósque suo exemplo omnes fecit qui, ut oportet, baptizantur, apertæ ipsis Regiæ cœlestis, consequendi spiritûs & juris filiorum Dei [z]. Τὸ πρέπον ostendit hoc non fuisse necessarium, sed conveniens tantùm [a]. Verùm τὸ πρέπον h. l. non decorum notat, ut 1 Cor. 11. 13 [b]. sed officium debitum [c], ut plerumque in S. S. sumitur, ut Eph. 5. 3. 1 Tim. 2. 10. Tit. 2. 1 [d]. Heb. 2. 10. & 7. 26 [*]. & hoc loco, ut vox *justitiæ* evincit [f]. Vocem πρέπον usurpat, i. e. conveniens officio utriusque, quanquam ipsi non opus fuit baptismo, quia Johanni hoc indecorum visum est, ut notat Chrysostomus [g]. Vel, 2. omnia quæ ad consequendam justitiam credentibus promissam pertinent. Hanc autem justitiam implevit Christus, 1. morte suâ satisfaciendo, &c. 2. applicando eam nobis per media, sive organa, h. e. per ministerium Evangelii, & baptismi, quod Christus baptismo suo sanctificavit. Obj. At obstat τὸ nos, neque enim Johanni, sed soli Christo, hoc congruit. Resp. Christus quidem solus satisfecit, &c. hoc autem applicat hominésque reconciliat per ministros, 1 Cor. 3. 9. 2 Cor. 5. 19 [h]. Non placet hæc sententia, 1. quia durum est, hominem Christo consortem dare, & quasi æqualem, ut voces *sic* & *nos* innuunt. 2. Virtus baptismi Johannis non tam à Christi baptismo quàm à Dei institutione pendebat [i]. Vel, 3. Legitima instituta [k]. Vel, 4. Omnia quæ Deus in hoc ministerii Johannis statu facienda præcepit [l]. *Implere omnem justitiam* est eadem phrasis quæ Deut. 1. 36. & Jos. 14. 14. *implere post Jehovam*; quâ denotatur plenum Deo debitum obsequium. Hoc ergò voluit Christus significare, *Oportet me defungi, non modò legali œconomiâ, sed & tuâ.* Doctrina nempe Johannis non fuit merè Prophetica, neque etiam merè Evangelica, sed nova; ideóque novus tunc erat Ecclesiæ status. Hinc voluit Christus baptizari baptismate Johannis, quia voluit Christus defungi omni œconomiâ. Itaque voluit subjici Legi Ceremoniali, & Politicis Judæorum legibus, & Baptismati Johannis, ità ut nihil sit quod Christus non præstiterit, ut omnis generis peccatores consolationem haberent, eósque sui consortes faceret [m]. Vel, 4. Æquitatem Legis, non quidem moralis, quanquam & hanc implevit, sed ceremonialis, sive typicæ, cujus virtus non tam in præceptis verbalibus, & ritibus corporeis, quàm in repræsentativis & typicis prædictionibus Messiæ venturi, sita erat. Non minùs necessarium erat, ut Christus Legem ceremonialem, quàm ut moralem, impleret. Nam ut Lex moralis erat *lex fidei*, quæ homini suum

[k] Sch. [l] Mal. [m] Bru. [n] Li. harm. 178. [o] Mal. [p] Bru. [q] Q. in Mal. [r] Bru. † Mal. [s] Bru. [v] Sch. [x] Bru. [y] Bru. sim. Mal. [z] G. [a] Mal. [b] Chem. Gom. [c] Gom. sim. Chem. Span. [d] Gom. [*] Chem. Gom. Span. [f] Gom. sic Span. [g] Span. 3. 43. 160. [h] Chem. [i] Li. harm. 180. [k] Camer. [l] Ham. [m] Camer.

ostendit officium, simúlque illius præstandi impossibilitatem, ideóque eum ad Christum deducit, & lex judicialis erat *lex charitatis*; ità lex ceremonialis erat *lex spei*, cujus observatione adventus Christi & in memoriam revocabatur, & optimè adumbrabatur, & spei nostræ proponebatur. Ut ergò Christus Legem moralem implere debebat, hominum omnium gratiâ; ità ceremonialem implere debuit, Judæorum gratiâ. Baptismus porrò sub ritibus legalibus plenè ac planè præfigurabatur, ut antè ostensum. Illa autem ceremonia, ad quam Christus h. l. respexit, fuit ablutio Sacerdotum, quum munus suum inirent, de qua Exod. 29. 4. Levit. 8. 6. cujus æquitas in eo apparuit, quum baptizaretur in initiatione suâ ad Ministerium suum. Atque id quidem præcipuè in causa fuit cur Christus baptizaretur, nempe, ut per baptismum in munus suum inauguraretur [n]. Vel, 5. Quicquid præcepit Deus [o]: omne officium utrique nostrûm à Deo mandatum [p]. ¶ *Tunc dimisit eum*] Vel, *finit*, nempe, baptizari, ut paulò antè [q]: omisit illum prohibere, desiit recusare: ea vera humilitas est quæ obedientiæ non refragatur; nam superbiæ est pertinaciter resistere [r].

16. *Confestim*, &c. Ἀνέβη εὐθὺς] *Ascendit statim*, Be. P. vel, *mox*, Sch. &c. Trajectio est hîc, ut sæpè †. Illud *statim* referendum est, non ad verbum *ascendit*, sed ad seq. *ecce aperti sunt*, &c [t]. ut constat ex collat. Marc. 1. 10 [v]. *Vix ascenderat*. Non enim vult subitò ascendisse Christum ex amne [x], (quorsum id diceret? aut quid baptizatus in flumine fecisset [y]?) sed ut ascenderat, subitò factum quod sequitur [z]; nempe, cœlos apertos esse; id quod dictu utile erat, imò necessarium [a]. In hunc ferme modum εὐθέως utitur Marcus, c. 1. v. 29. & 11. 2. Non dissimile loquendi genus est apud Æschylum Prometheo, ἐπεὶ τάχιστ' ἤρξατο, pro, τάχιστ' ἐπεὶ ἤρξατο. Et in Aristot. Polit. 3. 13. ἐπεὶ θᾶττον ἐγκρατῶς ἔσχον τὴν ἀρχὴν, pro, θᾶττον ἐπεὶ [b]. *Ascendit* autem, nempe, in terram [c]: ergò descenderat, & in flumine baptizatus fuit [d]. ¶ *Ecce, aperti sunt ei cœli*] Vel, 1. apparenter [*], non physicè & materialiter, sed ὡς ἐν ὁράματι, (*tanquam in visione*,) ut Act. 7. 56. Similiter Act. 10. 11. Apoc. 19. 11 [f]. Singularis tantùm erat hæc φανέρωσις Majestatis Divinæ, vel, χάσμα quoddam, sive, φαινόμενον cœli velut dehiscentis [g]. Κατὰ φάσιν hoc intelligendum potiùs quàm reipsâ [h]. Hebræorum quidam nihil aliud esse volunt quàm figuratum loquendi genus, quo significetur factum aliquid, aut ostensum, cœlesti virtute [i]. Vel, 2. Verè & realiter [k], per veram partium cœli separationem. 1. Quia tanquam miraculum hîc refertur [l]. Vel, 2. Quia cœlos fuisse *scissos* & hîc dicit Syrus, & alibi Marcus [m], *vidit*, inquit, cœlos σχιζομένους, quæ vox in S. S. realem semper *scissionem* denotat. Vide Matt. 27. 51. Marc. 15. 38, &c [n]. *Ei*, i. e. vel, 1. Johanni [o], ut liquet ex verbis sequentibus: vel, 2. *ei*, i. e. super eum, scil. Jesum, ut Act. 2. 3. *Visæ sunt* αὐτοῖς *eis*, i. e. supra eos, nempe Apostolos, *linguæ* [p]. *Ei*, i. e. Christo [q]; non solùm oculo Christi, sic enim pariter Johannis oculo aperti erant, sed & precibus Christi, juxta illud, *Pulsate, & aperietur vobis*, sive, ipsius causâ. Ità cœlum, Adamo primo clausum, Adamo secundo aperitur, & omnibus in ipsum credentibus [r]. *Cœli:* Non cœli ætherei †, sed aerei [*], qui hoc nomine veniunt, Gen. 1. 8, 20. Et quod *de nubibus venit*, Exod. 19. 16. Luc. 9. 35. *de cœlo venire* dicitur, Exod. 20. 22. 2 Pet. 1. 18. Vide & Luc. 4. 25. Adde, quòd aeris apertio sufficit & ad descensum Spiritûs S. & ad vocem formandam, & ad convictionem spectatorum atque auditorum. *Apertio* ergò *cœlorum* nihil aliud erat quàm laceratio nubium, qualem conspicimus dum fulgurat, &c [v]. *Apertio cœlorum* erat velut solenne signum prævium Visionibus, ut Ezec. 1. 1. Joh. 1. 51. Act. 7. 56. Sed & pagani cœlestibus ostentis tale aliquid præmitti crediderunt: Livius, lib. 33. *Faleriis cœlum findi visum, velut magno hiatu, quáque patuerit, ingens lumen affulsisse.* Servius ad illud Æneid. 9. *discedere cœlum*; *In Auguralibus libris, inter ostenta etiam cœlum discessisse dicitur* [x]. ¶ *Et vidit*] Quis? Resp. 1. Johannes [y]. Probatur, 1. Quia non referebat ut Christus hæc videret, quæ fierent propter Judæos, ut ipsum Messiam esse crederent [z]. 2. Ex collat. Joh. 1. 32, 33 [a]. ubi hoc Johanni promittitur [b], & in signum proponitur; quod tamen,

[n] Li. harm. 181. [o] V. [p] Pi. sim. Be. [q] Pi. sim. Bru. [r] Bru. † Mal. [t] Mal. sim. Bru. [v] Mal. [x] G. sim. Mal. [y] Mal. [z] G. [a] Mal. [b] G. [c] Bru. [d] Pi. sim. Bru. [*] Q. in Span. sim. Mal. [f] Sch. [g] Span. dub. 3. 44. 104. [h] G. ex Orig. & Hi. &c. [i] G. [k] Span. ib. sic Bru. Li. [l] Span. ib. [m] Span. Li. harm. [n] Span. ib. 164. [o] Pi. Be. Sch. Li. [p] Pi. [q] Sch. Li. [r] Li. harm. p. 192. † Li. ib. 191. [*] Li. Bru. [v] Li. ib. [x] G. [y] Er. V. G. Bru. Be. Camer. ex Theoph. Ham. Li. Pi. [z] Er. [a] Pi. sic Li. Bru. [b] Bru.

tamen, nisi h. l. ità sumatur, à nullo Evangelista impletum refertur, nam Marcus *Jesum vidisse* narrat [c]. Johanni declarandus fuit Christus, non Christus ipse sibi [d]. 3. Quia sequitur ἐπ' αὐτὸν, *super ipsum.* Et licèt αὐτὸς interdum reciprocè sumatur, cur vocalem à communi & propria significatione, sine ulla necessitate dimoveremus [*]? Ego nullam causam video cur non hunc locum interpretemur ex Joh. 1. 32. cùm appareat rem eandem narrari [f]. *Resp.* 2. Christus [g]; ut requirit verborum syntaxis [h]. Joannes non fuit nominatus, & omnia quæ præcedunt verba ad Christum referuntur [i]. Sed non est insolens tum prosanis tum sacris Scriptoribus, ut verbum aptetur personæ, etiam quæ non proximè notata est [k]. Marcus etiam Matthææ Interpres ad Christum refert, Marc. 1. 10. Nec repugnat illud Joh. 1. 33. Viderunt enim & Christus & Johannes & alii. Non omnes Evangelistæ omnia dicere voluerunt. Matthæus & Marcus, de Christo agentes, eum vidisse dicunt. Joannes, de Joanne agens, Joannem vidisse dicit. Turbam, quæ aderat, vidisse nemo dixit, quia de illa agebat nemo [l]. Et turbam hoc vidisse, non est probabile [m]: Tum, 1. Quia non solet Deus summa hæc mysteria, quale est hoc Trinitatis, ab ipso mox initio, semel, integrè aperire promiscuè vulgo, imò nè discipulis quidem familiaribus nisi post triennium spectaculum illud, Matt. 17. patefecit. Tum, 2. Quia Johannes & vulgo & discipulis suis summam Christi excellentiam prædicans, ut Joh. 3. 28. publicum hoc testimonium minimè prætermisisset, neque dixisset, *Vidi*, &c. Joh. 1. 32. sed, *Vidimus*, ego & populus præsens, &c [n]. ¶ *Spiritum Dei descendentem sicut columbam*] Ambiguum videtur loquendi genus. Potest enim intelligi aut species columbæ visa, aut quod visum est ità descendisse quomodo columbæ solent. Cæterùm, cùm Lucas dicat disertè descendisse Spiritum *corporeâ specie*, 3. 22. & Justinus apertè exprimat columbæ speciem, nec quisquam Veterum, quod sciam, aliter sentiat, planè credo columbæ speciem apparuisse, igneam fortè, quomodo linguæ igneæ visæ sunt supra Apostolos. φάσμα ὄρνιθος (*apparitionem avis*) dixit Origines, quanquam veram fuisse columbam affirmat Tertul. Ignem autem eodem hoc tempore in Jordane apparuisse, disertè prodit Justinus Colloquio cum Tryphone, ex tradita haud dubiè fama. Nam & in Ebionæorum Evangelia, quod idem erat cum Nazaræorum, præter si qua Ebion ὑπολήψεως χάριν (*opinionis suæ gratiâ*) interpolavit, ità legebatur, *Et statim lux magna locum circumfulsit.* Et idem reperitur in Liturgia Syrorum in hujus historiæ narratione circa Baptismum [o]. Columbam hanc veram fuisse volunt Tertul. Aug. Aquin. &c. alioquin, inquit Aug. Spiritus S. homines falleret. Sed non is verè fallit, qui ob oculos imaginem ponit, non fallendi animo, sed docendi. Sic enim aboleretur omnium visionum usus, &c [p]. Non tamen placet hæc sententia. 1. Quorsum vera & viva columba, cùm apparens sufficeret ad demonstrandam Spiritûs S. præsentiam? 2. In V. T. apparitionibus, corpora, v. g. ab Angelis assumpta, non erant vera & viva humana corpora, sed iis similia [q]. 3. In omnibus Evangelistis est ὡσεὶ, &c. *tanquam columbam* [r]. Et Luc. 3. 22. legitur, *corporali specie tanquam columbam.* Ubi Syrus, *juxta similitudinem corporis columbæ.* Sic & Arabs. Et Æthiops, *In corpore tanquam specie columbæ.* Putavit ergò Æthiops, corpus fuisse quod apparuit, sed non corpus veræ columbæ [†]. Sicut ignis ille Act. 2. 3. non fuit verus, sed ignis similitudo; ità neque hic vera columba, sed ejus species, figura, similitudo [||]. Al. Verum & solidum columbæ corpus demissum fuisse, duo suadent. 1. Quia non de visione hìc agitur, sed de historia seu descriptione rei gestæ. 2. Quia analogia & χρῆσις à columba apparente ad Spiritum S. non datur, qualis datur à columba reali [t]. Vel ὅραμα fuit, vel potiùs, vera columba ad hoc ipsum creata, ut esset verum Spiritûs S. in Christum effusi visibile symbolum [v]. Non vult descendisse Spiritum S. sicut columba descendit, sed, descendisse in specie columbæ [x]. Id autem ex h. l. colligi non potest, neque ex Marc. 1. 10. Sed sensus est, Spiritum descendisse more columbæ, quæ visibiliter descendit, resque alicui primùm supervolitat, deinde insistit. Constat, Spiritum visibiliter descendisse, sed quâ specie non exprimitur. Præsens autem apparuit Spiritus S. non corporeâ specie, sed (ut Deus in V. T. præsens esse dicitur) per apparitionem Angelorum, aulicorum cœli, quibus idcirco apparentibus, Deus præsens esse dicitur. Confer Exod. 19. 11. *Dominus descendet*, &c. cum Heb. 2. 2. Lex *tradita per Angelos.* Angeli porrò specie lucis, sive flammæ, apparere solent. Vide Matt. 28. 3. Luc. 2. 9. & 9. 29. Act. 2. 3. ubi etiam est ὡσεὶ πυρὸς, *tanquam ignis.* Et adventus Dei promissus, Exod. 19. 11. exhibetur per *tonitrua & fulgura*, &c. v. 16. Sensus ergò hujus loci est; q. d. Angeli, præsentiæ Spiritûs S. indices, in lucida nube, sive in coruscatione fulguris in nube, apparuerunt, eique insederunt, & cum fulgure erat tonitru, & cum tonitru vox, vers. 17 [y]. Qu. Cur apparuit Sp. S. in specie columbæ? *Resp.* Qui testimonium perhibet, debet personæ, de qua loquitur, naturam proprietatésque declarare [z]. Credibile est, h. l. peculiariter spectari vaticinium illud Esa. 42. 1, 2, 3. quia & vox prolata, quæ sequitur, eadem prope verba quæ ibi exstant exprimit. Notum est proverbium, Πραΰτερος περιστερᾶς, (*mitior columbâ*,) sicut & τὸ ἀκέραιον (*simplicitas*) columbæ similitudine exprimitur, Matt. 10. 16. Philo ex Hebræorum disciplina per columbam significari ait sapientiam, non illam φιλέρημον, (*solitudinis amantem*,) qualis erat Baptistæ, sed eam quæ sit ἥμερος, &c. (*mansueta* [a].) Columba animal est mitissimum [f], amantissimum, carmen semper amatorium immurmurans, (unde *sponsa* columba dicitur, Cant. 2. 14. & 5. 2 [g].) homini amicum, gratiosum, fœcundum, bono gaudens odore, simplex, innocens, salutare, miro affectu prosequens pullos suos. Hæc conveniunt & in Spiritum S. omnium gratiarum largitorem, benignum, &c. & in Christum, nè metuamus ad ipsum accedere, &c [h]. Negare tamen nolim tacitè respici veterem figuram columbæ quæ post diluvium signa renovati orbis ad Noam pertulit [i]. Volatu autem significari influxum Divinum notatum & Josepho Jacchai ad Dan. 9 [k]. ¶ *Venientem super se*; ità Zeg. &c. Ἐπ' αὐτόν] *Super ipsum*, Be. Sch. P. Di. ex Sy. & Æth. i. e. Christum [l], ut omnes consentiunt. Αὐτὸν verò variè exponunt, vel, *ipsum*, vel, *se*, ut sit enallage pronominis relativi pro reciproco, ἑαυτὸν, vel, per κρᾶσιν, αὑτὸν [m]. Et sic αὐτὸς sæpe sumitur [n], ut Luc. 12. 27. *Salomon in gloria* αὐτοῦ *sua*: 1 Cor. 7. 37. *Et hoc decrevit in animo* αὐτοῦ *suo* [o]. Sic Joh. 1. 47. *Vidit Jesus Nathanaelem venientem* πρὸς αὐτὸν *ad se.* Ità sumitur & in Græca versione, 1 Sam. 17. 40, 49. & præcipuè Heb. 6. 7. *Terra quæ imbrem sæpiùs* ἐπ' αὐτῆς *in se venientem biberit*: & Marc. 1. 10. *Et statim ascendens* (nempe Jesus) *vidit — Spiritum — descendentem* ἐπ' αὐτὸν *super se* [p]. Scripsit autem forsan h. l. ἐπ' αὐτὸν potiùs quàm εἰς αὐτὸν, ut intelligeremus reciprocationem longiùs se extendere, nimirum, non ad Spiritum Sanctum, quod proximè præmittitur, sed ad Jesum, quod altiùs præmissum est [q]. Non modò descendit Spiritus, sed & mansit super ipsum, Joh. 1. 32. h. e. ut credibile est, super caput ejus [r]. Hujus autem descensûs & mansionis finis primarius erat, docere Jesum esse promissum Messiam; utpote qui & quatenus Deus baptizaret Spiritu Sancto; & quatenus homo, eo esset plenissimè donatus, ad munus suum exsequendum. Prius indicatur Joh. 1. 32. Alterum, de Christo, promissionibus propheticis prædictum, Esa. 11. 2. & 42. 1, 2, 3. collat. cum Matt. 12. 17, &c. Esa. 61. 1. cum Luc. 4. 18, &c [†].

17. *Et ecce* (dum insideret Spiritus, columbæ specie, in capite Jesu [t].) *vox è cœlis*] Sub. *exstitit*, Pi. Sch. Non tam *vox* quàm *filia vocis*, i. e. בת קול, ut RR. appellant. Erat autem genus revelationis Divinæ, sive Prophetiæ, quæ viguit maximè sub Templo secundo, sed & antea in usu fuisse videtur. Certè Jonathan ejus meminit ad Num. 21. 27. & Deut. 28. 15. In Prophetia quatuor erant gradus, 1. Prophetia: 2. Spiritus Sanctus: 3. Urim & Thummim: 4. qui & infimus, Filia vocis; quam Tremellius ad Act. 12. 22. ait fuisse Vocem articulatam. Vocabant autem, *filiam vocis*, vel, 1. quasi natam ex alia voce, qualis est ἠχὼ, *echo* [v]: vel, 2. respectu oraculi Urim & Thummim, quod erat vox ex Propitiatorio missa, quo ablato, ejus loco venit *Bath-kol*, i. e. *filia*, sive successor, *vocis.* Hanc autem vocem non fuisse *Bath-kol* facilè probatur. 1. Quia *Bath-kol* è cœlo

---

Marginal notes (left column): [c] Li. harm. 159. [d] Bru. [*] Li. ib. [f] G. [g] Zeg. Mal. Bru. [h] Bru. sim. Zeg. [i] Mal. [k] G. [l] Mal. [m] Bru. ex Caj. & Richel. sim. Sch. [n] Bru. [o] G. [p] BA. 2. 1. 6. 37. [q] Li. harm. 200. [r] Li. BA. [†] BA. ib. 35. [||] Bru. [t] Span. dub. 3. 46. 172. [v] Be. [x] Val. sim. Er.

Marginal notes (right column): [y] Ham. [z] Mal. [a] G. [f] Mal. sic Bru &c. [g] Mal. [h] Bru. [i] G. sim. Bru. [k] G. [l] V. Gom. [m] Gom. [n] Gom. Ze. &c. [o] Zeg. [p] Gom. [q] Zeg. [r] Li. harm. 202. [†] Gom. [t] Bru. [v] D.

cœlo venisse non liquet. 2. Quia *Bath-kol* Judæis erat infimus Divinæ revelationis gradus; quum *vox è cœlis* & antiquissimus fuit, Gen. 21. 17. & 22. 11. & honoratissimus, Exod. 20. 22. Deut. 4. 33, 36 [x]. Vocem cœlitùs demissam non invenis inter datam Legem & baptizatum Christum. Quæ de *Bath-kol* referunt Judæi, partim pro fabulis habeo Judaicis, partim pro præstigiis, vel Diaboli, ut deciperet populum, vel Magorum, diabolicâ arte, ut res suas promoverent. Gens Judæorum & credulitati & magicis artibus sub Templo secundo præter modum dedita erat. Mirum certè foret, si Deus ordinaria sua oracula populo subtrahens, aut nobiliore eum donaret, aut æquè nobili; idque cùm gens in omnem impietatem, superstitionem, hæresin, &c. prolapsa esset. Certè cùm talia lego, *Bath-kol in Jerichunte, Hilleli testimonium perhibuisse, quòd dignus fuit, in quem habitaret Spiritus Sanctus: Bath-kol in Jabneh idem testimonium perhibuisse Samueli parvo*, &c. Suspicor hæc conficta in honorem Rabbinorum [y]? Qu. Cur vox hîc addita columbæ [z]? Resp. Quia una sine altera Christum non demonstrâsset: vox sine columba in incertum lata fuisset [a], columba muta erat, & ambiguæ significationis; vox autem symbolum declarat [b]. Vox hæc à Deo profecta est, vel, 1. mediatè [c], per Angelum [d]. Sed quis Angelorum Christum *filium suum* vocare auderet [*]? Vel, 2. immediatè, à Deo Patre [f]. Hæc enim, vel similis, vox venisse dicitur *ab excellenti gloria*, 2 Pet. 1. 17. quod certè plusquam Angelum sonat [g]. Temere negat Abulensis, Deum vocem formare posse [h]. Potuit certè Deus, qui omnes humanas voces aere in humano ore formare solet, humanam vocem eodem aere sine ore formare, ut sæpe aliàs, Exod. c. 3. c. 4. Joan. 12. 28 [i]. ¶ *Hic est filius* (vel, *filius ille*, Be. Pi. Sch. Bru. olim à me promissus Rex, Sacerdos, & Doctor [k], ille quem eo fine misi, ut voluntatem meam patefaceret [l],) *meus* (non adoptivus, sed proprius, ex me genitus, &c [m].) *dilectus*, Ὁ ἀγαπητὸς] Repetitur articulus magnâ emphasi [n], *Ille dilectus*, unicè scilicet, tanquam unigenitus [o]. In Esa. 42. est, בְּחִירִי, *electus meus*, nam *electus* & *dilectus* pro eodem poni solent. Vide Psal. 2 [p]. Hæc verba desumpta sunt ex 2 Sam. 7. 14. Psal. 89. 26, 27. Esa. 42. 1. Repetuntur etiam Matt. 17. 5. addito, *Audite eum*, ubi obsignatur in magnum illum Ecclesiæ Prophetam, quem omnes audire tenentur, Deut. 18. 15. ut hîc obsignatur in Pontificem Maximum Ecclesiæ, jam scilicet in munus suum inaugurandum [q]. ¶ *In*, &c. Ἐν ᾧ εὐδόκησα] *In quo complacui*, Mo. Æth. sim. Sy. Er. Tre. Il. Ti. vel, *delector*, Ar. sic Pers. vel, *acquiesco*, Be. P. Pi. vel, *placatus sum*, V. *Qui mihi acceptus est*, Ca. Quem unicè diligo [r]. In hoc verbo explicando variè se torquent. Paucis dicam quid sentio. Δοκεῖν est, *sentire, existimare*. Indè εὐδοκεῖν, quod significat, primò, *approbare*, indè, *bene affectum esse erga aliquem*, indéque, *conquiescere*, sive *acquiescere, in re quapiam* †. Vox hæc, ut Latina *placet*, modò ad voluntatis decretum, modò ad propensum affectum, refertur. Hoc interest, quòd Latina vox de objecto, Græca de subjecto, dicitur. Ad affectum significandum Græci Scriptores dicunt εὐδοκεῖν τινι. At εὐδοκεῖν ἔν τινι, ut hîc, & infrà 17. 5. Marc. 1. 11, Luc. 3. 22. &c. aut, εἰς τινα, ut Matt. 12. 18. 2 Pet. 1. 17. manifestus est Hebraismus, חָפֵץ בְּ, רָצָה בְ, ut Gen. 34. 19. רָצָה בְ, ut alibi. Quod Hieron. dicit loquendi hoc genus à LXX Interp. esse confectum, intelligendum est de ista construendi forma, & de nomine indè derivato εὐδοκία, quod nisi apud Judæos Hellenistas non est invenire. Sæpe autem & רָצָה hoc modo vertunt o'. ut Psal. 40. 14. & 44. 4. &c. Est autem planè sensus idem in his verbis qui in illis Esaiæ, רָצְתָה נַפְשִׁי, ubi & Græci quidam Interpretes habent εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου. Invenies eodem sensu & εὐδοκεῖν cum dativo, omissâ ἐν particulâ. Sic εὐδοκεῖν τῇ λατρείᾳ dicitur 1 Mac. 1. 45 [t]. Sensus est; q.d. Qui mihi solus & singulariter placet, & in quo nihil mihi displicet, sed quicquid per illum agetur, mihi gratissimum est [v]; per quem denique hominibus reconciliatus & placatus sum [x]. Patres omnes Trinitatis mysterium hîc notant, Patris, loquentis; Filii, testimonium recipientis; Spiritûs Sancti, columbæ specie descendentis [y].

[x] Li. harm. 203.
[y] Li. ho.
[z] Mal.
[a] Bru.
[b] Mal. sim. Bru.
[c] Q. in Span.
[d] Bru. &c.
[*] Li. harm. 204.
[f] Span. dub. 3. 49. 183. Li.
[g] Li. ib.
[h] Span. ib.
[i] Mal.
[k] Bru.
[l] Ham.
[m] Bru. ex Leone.
[n] Bru. sim. Be.
[o] Bru.
[p] G.
[q] Li. harm. 204.
[r] V.
† Be.
[t] G.
[v] Bru.
[x] Bru. sim. Be. Sch.
[y] Mal.

CAP. IV.

1. T*Unc*] Statim post baptismum [a]. Discimus hoc exemplo statim post baptismum, i. e. vitæ sinceræ professionem, imminere tentamenta. Vide Ecclesiastici 2. 1 [b]. ¶ *Ductus* (vel, *Actus*, Mo. *Eductus*, Ar. in Di. *Deportatus*, Pers.) *est*] Ità Sy. Sch. &c. Ἀνήχθη] Hebræum est נָשָׂא, ut Ezec. 8. 3 [c]. *Subductus* (vel, *Abreptus*, Mal. *Sublatus*, V.) *fuit*, Er. Tre. Be. Il. Bru. &c. Præpositio ἀνὰ accipi potest, vel, 1. pro χωρὶς, vel ἀπὸ [d], ut vertas, *Abductus*, vel *Seductus*, *fuit*, i. e. seorsum ductus [*], velut è medio abductus [f]: vel, 2. pro ἄνω *sursum* [g], ut Luc. 4. 5 [h]. *Sursum ductus fuit* [i], nempe, à Jordane [k], in montes deserti [l], cujus situs hîc consideratur [m]: ut sunt ferè montes deserti & inculti [n]: Sursum etiam dicitur, quod propiùs abest ab Hierosolymis [o]. Vel abreptus in aera, indéque in desertum [p]. Sed malim eum pedibus ductum, non coactum, sed libentem [q]. ¶ *In desertum*] Judææ proximum, unde prodiit Johannes, Matth. 3. inque ejus interiora [r]: *In desertum* inter Jeros. & Jerico †. Vide ad Luc. 10. 30 [t]. Erat quidem & Johannes in loco deserto; sed Christus in horridiorem solitudinem actus est, in qua feræ degebant, Marc. 1. Complementum [hoc erat] veteris figuræ; nam & populus Israel per solitudinem ductus [v]. Non reversus est Nazaretham, unde venerat, nec tanquam plebeius ampliùs inter homines versatus est [x]; sed in desertum se recepit, & abductus est [y], non temere [z], nec suâ causâ, sed nostro bono & exemplo [a], 1. nè videretur præcedenti testimonio elatus; 2. ut secessu suo auctoritatem compararet [b]; 3. tanquam ad locum tentationi aptum [c]; ut ibi & precibus & tentationibus cùm sustinendis tum propulsandis sese animaret, & quasi armaret ad Ministerium [d]; adeóque muneri suo inauguraretur [*]. ¶ *A*, &c. Ὑπὸ τοῦ Πνεύματος] *Ab eo Spiritu*, Be. cujus ante facta mentio [f], quæ super ipsum descenderat [g]. Lucas habet ἐν τῷ πνεύματι pro quo plenior Hebraismus diceret ἐν χειρὶ τοῦ πνεύματος id enim idem valet quod διὰ τοῦ πνεύματος, ut Matth. 5. 13. ἐν τινι est διά τινος. Lucas eundem sensum extulit 4. 14. his verbis ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος (*virtute Spiritûs*.) Quæ omnia eò libentiùs noto, nè quis cum Veteribus quibusdam novísque existimet, quæ hîc narrantur, non verè, sed κατὰ φαντασίαν, evenisse [h]. Dicit, *à Spiritu*, non quasi non sponte secesserit, sed, ut significet Christum spiritu non humano, sed Divino, actum fuisse [i], &c. ¶ *Ut tentaretur*] i.e. solicitaretur ad peccatum [k]. Tentatus est, 1. invisibiliter per 40 dies: 2. postea, à Diabolo, visibili formâ ei apparendo, ac cum eo congrediendo, idque formâ Angeli lucis [l]. Qu. Sed cur tentari voluit? Resp. 1. Ut in ipso tyrocinio claresceret [m], ut tentationes gloriosè superaret. 2. Ut tentatus ipse & exemplum nobis præberet & adjutorium [n], ut nobis auxiliare posset, Hebr. 2. 18. ut ad tentationes nosmet præpararemus, ut securè cum devicto hoste pugnaremus [o]. 3. Ut doceret, tentationibus probatum Ministerio sacro aptissimum esse [p]. ¶ *A diabolo*] vox ab Hellenistis reperta, quâ vim vocis Hebrææ *Satan* exprimerent. Generalis enim *adversarii* significatio nulli magis quàm calumnioso accusatori convenit ||. [Cur apud veteres quosdam *zabulus* scribitur, vide Er. & G.] Διάβολος propriè est *delator* [q], aut *calumniator* [r], & *criminator*; unde Apoc. 12. 10. vocatur κατήγορος, quòd sanctos apud Deum dies & noctes accuset †, & ἐπίβουλος (ut c'. interdum reddunt) *insidiator*, vel *proditor*. Idem valet quod *Satan, hostis*; q. d. qui se adversarium præbet bonis omnibus [t]. Syrus hîc habet *promulgatorem obtrectationis*, i. e. falsum criminatorem publicum [v]. *Diabolus* autem hîc, (per antonomasiam [x],) ponitur pro Principe Diabolorum, ut Mat. 25. 41 [y]. Apoc. 12. 9. qui ut primum hominem, ità et secundum, aggressus est [z]. Mira hæc audacia Diaboli cum eo, quem satis novit Filium Dei, belligerandi, eò quòd ex antiqua illa belli hujus indictione, Gen. 3. 15. bene nôrit, se calcaneum ejus contriturum [a]. Voluit Christus cum Principe Dæmonum pugnare, ut, duce victo, fugeret exercitus [b].

2. Cùm

[a] Pi. Ham. sim. Bru. Mal. &c.
[b] G.
[c] Cam.
[d] Be. Bru.
[*] Be.
[f] Er.
[g] Be. Bru.
[h] Be.
[i] Bru. sim. Be. G.
[k] G. Li. har. p. 2. 2.
[l] Li.
[m] Be. sic Bru.
[n] Be.
[o] G.
[p] Q. in Li. ib.
[q] Mal.
[r] Bru.
† D. ex Anselm.
[t] D.
[v] G.
[x] Bru.
[y] Be.
[z] Be. Sch.
[a] Sch.
[b] Bru.
[c] Mal.
[d] Sch.
[*] Bru.
[f] Be. sim.
[g] Er. Zeg. G. ex Sy.
[g] P. sic Bru.
[h] G.
[i] Bru.
[k] Bru. Pi.
[l] Li. ho. 65
[m] Mal.
[n] Bru.
[o] Mal. sim. Bru.
[p] Bru.
|| G.
[q] Er. Bru.
[r] Er. Ca. Ham. Bru.
† Ca.
[t] Ham.
[v] Be.
[x] Bru.
[y] Bru. sic Be. Mal.
[z] Bru.
[a] Li. ho.
[b] Mal.

2. *Cum jejunâsset*] Preces accendit jejunium. Ideo Christus, cujus omnis actio nostræ serviebat institutioni, functionem mandati sibi muneris jejunio initiabat. Imitati hoc sunt Christiani veteres, ut apparet Act. 13. 3. & 14. 23 [c]. Hinc discimus, jejuniis vacandum inter tentationes, non deliciis [d]. ¶ *Quadraginta diebus,* &c.] Ut fecerant Moses & Elias [*], ita & hic Christus, utpote promulgaturus orbi Legem novam; cunctaque innovaturus, & ut Evangelium Legi & Prophetis ostenderet consentaneum [f]. Solenne [hoc] jejunii tempus, quò multi pertinere putant dies 40 Ninevitis ad pœnitentiam datos; unde mos ad Christianos videtur derivatus. Certè in Æthiopica aliisque Ecclesiis etiam nunc jejunium, quod rigidissimè exercent, *Nineviticum* appellatur. Sed & 40 dies, quibus aquæ creverant in cataclysmum, & dies totidem quibus peccata populi portare jussus esset Ezechiel, sunt qui non improbabiliter huc referunt [g]. *Noctes* adjicit, ut indicaret, eum non Judæorum more jejunâsse, qui interdiu jejunabant, noctu vescebantur [h]; vel *dies & noctes* ponit pro integris diebus [i]: Tamdiu fulciebat eum Divinitas, &c. Hoc autem tempus non otio impendit Christus, sed orationi, contemplationi, &c [k]. & tentationibus [l]. ¶ *Postea esuriit*] Tum ut se verum hominem monstraret, tum ut Diabolo tentandi occasionem præberet, quasique ad duellum provocaret, objectâ illi velut escâ, humani corporis infirmitate [m], tum ut sequenti tentatione idoneus fieret [n].

3. *Et accedens ad eum* (corporali motu, ut verbum indicat [o], & visibili formâ [p], eâque humana [q]; nam & per 40 dies variis velitationibus eum exercuerat, Luc. 4. 2 [r].) *tentator,* Ὁ πειράζων] *Ille qui tentat,* V. Er. i. e. solet tentare †, sive ad malum incitare [t]. Sic κατ' ἐξοχὴν appellatur Diabolus, 1 Thess. 3. 5 [v]. Participium hic est, loco nominis [x], ut ὁ βαπτίζων (*baptisans*) Marc. 6. pro, βαπτιστὴς, *baptista* [y],) & ὁ ὁρίζων, *finitor circulus*, in Cicer. & οἱ λέγοντες, pro, *oratores*, in Demosthene [z]. Hebræi, cùm verbalibus destituantur, vice eorum Participia usurpant: quod sæpe sequuntur Hellenistæ. Itaque, ὁ πειράζων, est, ὁ πειραστὴς [a]. Est autem πειράζειν, ut *explorare*, Latinis, vox media; sed pro circumstantiis modò in bonum sumitur [b], ut Gen. 22. 1. Psal. 26. 2. 2 Cor. 13. 5 [c]. modò in malum [d], [idque] non uno modo [*]: nam est illicere ad peccandum, ut hic [f], aut calumniam struere, aut etiam irritando patientiæ periculum facere [g], aut temere & per incredulitatem Deo abuti, ut sæpe in Psalmis; unde *Massa* & *Meriba*, Exod. 17. 7 [h]. נחשׁ, inter alia, *tentare* significat; & sic vertit Chald. Gen. 30. 27. Hinc נחשׁ *serpens*, qui Diabolo figuram & nomen præbuit, Gen. 3. 1. Apoc. 12. 2. & 20. 2 [i]. Ὁ πειράζων respondet τῷ המסית, quod de Satana usurpatur, 2 Sam. 24. 1. Rabbinis מסית est, ille qui alium ad Idolatriam solicitat, ex Deut. 13. 6. quomodo etiam hic Satanas Christum solicitat [*]. [Antequam ad tentationes particulares veniamus aliquid de iis in genere quærendum.] Qu. 1. Quomodo intelligendæ sunt? Resp. 1. Hæc non re verâ, sed tantùm in visione, contigerunt, sicut iter illud Jeremiæ, Jer. 13. & Ezechielis, Ezech. 40. Neque enim ex ullo monte poterant revera ostendi omnia Regna terræ [k]. Resp. τὸ *omnia* synechdochicè sumitur; q.d. partem illorum, vel eximia, &c. Resp. 2. Historia hic narratur, & res gesta, ut multa suadent: 1. Motum localem indicat τὸ παραλαβὼν &, sequens ὕπαγε. 2. Non recedendum est à litera sine necessitate. 3. Ut iter Christi in desertum externum erat, & jejunium tale, sic & tentatio. 4. Alioquin multum decideret & de victoria Christi, & de consolatione fidelium. 5. Tentationum Christi mentio sæpe fit, ut Heb. 2, 18. & 4. 15 [l]. Qu. 2. Quomodo concilientur Matthæus & Lucas de ordine tentationum? Resp. 1. Evangelistæ res accuratè narrant, sed ordinem temporum non semper observant, ne ex compacto scripsisse viderentur. Frequentes sunt πρόληψεις & ὑστερώσεις in S. S [m]. 2. Verus ordo videtur esse quem Matthæus habet [n]: nam 1. idem ordo tentationum est & apud Lucam, in vetustissimis quibusdam Cod. ut notat Stapulensis, & in Ambrosio. 2. Matthæus particulis utitur, quæ ordinem innuunt, ut, τότε, v. 5. πάλιν, v. 8. τότε, v. 10. & 11. Lucas iis non utitur, sed indefinitè tantùm loquitur, καὶ ἤγαγεν, &c. 3. Illud ὕπαγε, *Abi*, meliùs connectitur cum impudentissima illa petitione adorationis in monte, (quæ Lucæ secunda, Matthæo verò tertia, est tentatio) quàm cum tentatione illa super pinnis Templi [o]. 4. Lucas ordinem Matthæi invertit hac, forsan de causa; Genealogiam Christi descripserat usque ad Adamum; id quod fecit, ut explicaret partem illam Promissi Adamo facti, *Semen mulieris*: In hac autem historia alteram Promissi partem illustrat, *caput serpentis conteret*. Nec tantùm ostendit, quòd Christus superavit tentationes Diaboli, quibus primi nostri Parentes succubuerunt; sed etiam ex inverso narrationis ordine innuit, has tentationes illis respondisse per quas ipsi ceciderunt. Ut ergò Evam tentavit serpens *ad concupiscentiam & carnis & oculorum, & superbiam vitæ*, 1 Jo. 2. 16. vide Gen. 3. 6; ita & Christum tentavit, 1. ad concupiscentiam carnis, ut panem faceret: 2. ad concupiscentiam oculorum, ostensâ illi mundi gloriâ: 3. ad superbim vitæ, ut præsumens de Promisso se præcipitaret, &c [p]. ¶ *Si* (i. e. Quandoquidem [q]) *filius Dei es*] Τὸ *Si*, hic non est dubitantis aut irridentis, sed affirmantis [r], ut Gen. 4. 24. *Si Cain vindicabitur*, &c†. Novit Dæmon Christum fuisse Filium Dei [t], ex Prophetis, ex eis quæ nato Jesu acciderant [v], Luc. 1. 16, 17, 35. & 2. 11. & 3. 22 [x]. ex vita immaculata, & Joannis testimonio [y]; sed an naturalis filius fuit, an solùm adoptivus, anxius hærebat [z]. Sensus est, Si te Deo charum confidis. Sanè Diabolum majus aliquid homine in Christo agnovisse hoc quidem tempore, constanter, nec sine magnis argumentis, negant scriptores antiqui [a]. Dicitur h. l. υἱὸς sine articulo; & constat *filios Dei* generaliter vocari dignitate aliquâ insigni Divinitùs ornatos [b]. At *Filius Dei* in sing. num. non dicitur in S. S. de quovis homine præter Christum [c]. Imò qui *Filius Dei* vocatur Matth. 27. 54. idem *vir justus*, Luc. 23. 47 [d]. Resp. Utraque vox propriè sumenda est, Erat non tantùm *vir justus*, sed & *Filius Dei* [*]. Non constat Diabolum habuisse notitiam Trinitatis quam initio acceperat, sed per peccatum eam perdidit [f]. Sublime hoc mysterium incarnationis & Deitatis Christi ante ipsius resurrectionem (quæ Deitatis τεκμήριον erat Act. 13. 3. Rom. 1. 4.) paucis vel ex Discipulis Christi enucleatè cognitum est; vide Rom. 16. 25. adde & Matt. 16. 17, 20. ut hoc quoque ipsum Satanam latere potuerit [g]. Nec potest Satan ea cognoscere quæ Deus illum vult ignorare [h]. Postea tamen Diabolus hoc cognovit per Christi miracula &c [i]. Cùm autem jam Jesum passibilem videret, Deus an esset dubitavit præ superbia sua, &c [k]. Id itaque hic explorat, &c [l]. Summa hæc fuit impudentia, quòd ipsum aggredi auderet, quem Filium Dei esse novit; quæ tamen (præter summam superbiam & malitiam ejus) fundata videtur in Gen. 3. 15. ubi ipse *calcaneum* Christi *contriturus* dicitur, & quod hic per tentationem, postea per persecutionem, conatus est [m]. ¶ *Dic* (Compella Deum, ut hoc faciat tui causâ [n]: vel, *dic*, i. e. jube [o], ex Hebraismo, ubi דבר & אמר ita sumuntur [q], ut Job 9. 7. *Qui præcepit Soli* [r], nec aliter ferè οἱ. hæc exprimunt †. Verùm τὸ εἰπεῖν sic sumitur & apud Græcos, Eurip. Hec. vers. 552. &c. & in Iphigen. in Aulide, v. 94, &c [t]. Quibus addere possunt Thucyd. l. 1. & l. 7. Lucian. Epictet. in Arrian 1. 14. Sed Atticorum peculiare hoc esse contendit Stephanus [v]. Non vult ut precibus hoc à Deo impetret, sed ut ipse hoc faceret [x]: *dic*, i. e. præcipe pro omnipotentia tua quam tibi suaviter somnias, & quâ Deus initio omnia τῷ εἰπεῖν fecit, Gen. 1. 2 [y].) *ut lapides isti* (qui hic jacent [z], passim obvii [a]: ideo *lapides* dicit, non *terram*, *arbores*, &c. quarum etiam facilior fuisset mutatio [b],) *panes fiant*] Quibus famem sedes [c], & te Deum probes [d]. Tentatio omnis Diaboli ad peccatum tendit. Peccant autem qui non generaliter Dei auxilium implorant, sed & modum ei præscribunt [*]. Hanc tentationem selegit Satan, tum ob præsentem ipsius famem [f], tum quòd ea successerat in Adamo, &c [g]. Qu. sed quidnam hic malum erat, si Christus miraculum patrâsset, & quidem sibi necessarium? Resp. Tentatio hæc erat multiplex & gravis & ardua, ut Christus, 1. ad suggestionem Diaboli aliquid moliretur;

[c] G. [d] Bru. [*] Bru. Pi. fic G. [f] Bru. [g] G. [h] Mal. ex Bru. [i] Mal. [k] Bru. [l] Sch. [m] Bru. [n] Ham. [o] Bru. [p] Bru. sim. Mal. Pi. Li. [q] Mal. sim. Pi. [r] Sch. † Er. [t] V. fic Bru. [v] Bru. sim. G. [x] Bru. sim. Ca. Sch. Er. Pi. [y] Ca. [z] Sch. [a] G. [b] G. sim. Be. [c] Be. [d] G. sim. Be. [*] G. [f] G. sim. Be. [g] G. [h] Be. [i] G. [*] Cam. [k] Q. in Span. dub. 3. 55. 241. [l] Span. ib. 242. [m] Span. ib. dub. 56. p. 249. [n] Span. Li. harm. p. 2. p. 8

[o] Span. 205. [p] Li. ib. 9. [q] Me. Mal Li. [r] Mal. sim. Li. harm. 2. 20. † Li. ib. [t] T. sim. E. Bru. [v] Bru. Li. [x] Li. ib. 21. [y] Bru. [z] T. sim. E. Bru. [a] G. [b] Be. [c] Li. ib. [d] Be. [*] Li. ib. [f] E. [g] Be. [h] M. [i] E. [k] Bru. ex Beda. [l] Bru. sim. T. [m] Li. ib. [n] G. [o] V. Cam. Bru. Pi. Pso. Ga. Be. [q] Ga. dis. sert. 28. 226. sim. Cam. Be. [r] Cam. † Ga. ib. [t] Pso. 79. 90. [v] Ga. dis. ib. [x] Bru. [y] Sch. [z] Bru. [a] Sch. sim. Mal. [b] Mal. [c] Bru. sim. Pi. [d] Bru. [*] G. [f] Li. ib. 23. [g] Li. ib. sic Bru.

liretur; 2. dubitaret de voce illa cœlesti, Mat. 3. 17[h]; 3. diffideret de providentia & amore Dei[i]; q.d. postquam vides te à Patre deseri, succurre tibi[k]; 4. titillaretur vanâ gloriâ[l]; 5. famelicus panem majori aut quantitate, quàm par erat, aut voluptate, summeret[m], ut concupiscentiâ carnis irretiretur[n].

4. *Respondens*] Sed cur ei respondere voluit? Resp. 1. Nostro bono & exemplo: 2. Ut reliquis tentationibus locum daret[o]. ¶ *Scriptum est*]. Sic dicunt & RR. ubi locum aliquem Scripturæ citant[p], intelligentes κατ' ἐξοχὴν Sacram Scripturam; quâ nulla sunt adversus tentatorem arma validiora[q]. ¶ *Non in solo pane* (vel cibo consueto[r],) *vivit*, (vel, *vivet*, Er. Pi. Be. &c. i. e. vivere solet †, vel, vivere potest[t]: Fut. hîc pro Præs[v].) *homo* (Filius Dei à Diabolo dictus se *hominem* vocat, jactantiam fugiens *, & modestiâ hâc Divinitatis occultatione eluere volens affectationem Divinitatis, quâ primi Parentes perierunt, ostendénsque se non potentiâ & majestate velle vincere, sed humilitate, quo nostræ consolationi magis consuluit‖:) *sed in omni verbo quod procedit* (vel, *egreditur*, Er. Il. sim. P. Ti. Æth. &c.) *de ore Dei*] i. e. ex imperio Dei[x]: in omni re aliâ quâ volet Deus hominem ali[y]. [Locum variè explicant:] Homo constat ex anima & corpore: Anima verbo Dei, corpus pane, alitur. Unde dictitant, *Lex est cibus animæ*. Quin Lex dicitur *vita & longævitas nostra*: unde illud, *Improbi dum vivunt pro mortuis habentur*[z]. Al. Per *verbum* intelligit mandatum Dei, cujus, inquit, observatione homo vivet, & prosperè aget, &c. ut docet collat. cum Deut. 8. 1. Respondet ergò Christus, 1 Cibum suum esse facere voluntatem Patris. 2. Obedientiâ hominem veriùs vivere, quàm usu creaturæ[a]. Al. Sensus est, Deus non indiget usitato cibo, ut servos suos alat[b]; potest enim uno verbo novum formare cibum, ut *Manna*, &c[c]. Tu Satan Dei gratiam pani alligas; at sola Dei providentia & benedictio sufficiunt iis qui Deo credentes obediunt. Cùm ergò præceptum Dei sequutus huc veni, non debeo ego, diffisus Deo, mihi de cibo providere, &c[d]. In omni mandato Divino, sive generali, sive speciali, inest aut expressa, aut tacita, promissio rerum necessariarum. Ex horum mandatorum numero Lex non eximenda, quæ inter alias hanc quoque promissionem habet obedientibus propositam, *Benedictus corbis*, &c. Deut. 28. 5. Imò ipsa Dei verba, Deut. 8. 3. unde hæc Christus deprompsit, eò tendunt ut ad Legis obedientiam animarent Hebræi, cum certa spe Deum quæ necessaria essent ipsis suppeditaturum, sive naturæ ministerio, sive insolitis atque admirandis rationibus, sicut jam fecerat, cùm ad ipsius imperium populus ex Ægypto in vastum solitudinem exiisset. Rectè autem Christus id quod occasione legis communis dictum erat universaliter, etiam ad legem sibi pro eo tempore peculiariter impositam aptat*. In Deut. 8. 3. est, *de omni exitu oris Dei*, i. e. quod indè egressum fuerit, sive quod Deus constituerit[f]. Nec tamen locum malè citat Matthæus: nam in verbis כל מוצא subintelligendum nomen דבר, quod pro *verbo*, vel *re*, promiscuè ponitur. Sic & ῥῆμα, pro *re*, Luc. 1. 37. &c[g].

5. *Tunc assumpsit*, &c. Παραλαμβάνει] *Assumpsit*, Be. Bru. Pi. &c. Assumptum transfert, seu ducit[h], ut ver. 8[i]. Hebraismus est, quo posito uno verbo intelligitur & consequens, ut dicemus infrà 13. 43[k]; sic Esth. 2. 16. *Assumptáque est*, &c. i. e. assumpta & deducta[l]. Factum hoc, non in visione, (1. Quia tunc non fuissent tentationes. 2. Quia Christum statim post tentationes ultra Jordanem reperimus, ideóque à deserto Judeæ avectus erat ad Templum, indéq; ultra Jordanem[m]; sed corporaliter & localiter[n], ut factum Philippo, Act. 8. 39[o]. Nam spirituum virtus dominatur materiæ corporali[p]; in quo specimen habemus providentiæ Divinæ nos conservantis, nè à Satana transferremur quolibet momento, &c[q]. Gestatio autem hæc non fuit violenta, sed voluntaria[r]. Nec fuit Christo indignum hoc permittere, qui id permisit ut crucifigeretur *: & Christus per omnia similiter ut nos tentatus est, &c. Heb. 4. 15. Diabolo interdum data est potestas in corpora sanctorum, ut patet exemplis Jobi, & Mariæ Magdalenæ[t], qualibus Christus hoc exemplo

[h] Span. dub. 3. 57. 253. [i] Span. sic Bru. [k] Bru. [l] Span. [m] Bru. [n] Li. ho. 66. [o] Span. 58. 255. [p] Bru. sic Cam. [q] Bru. [r] Mal. sim. Ham. † Be. Sch. [t] Mal. [v] Be. Sch. * Bru. ‖ Span. dub. 58. 260. [x] Bru. [y] V. sim. Bru. [z] D. [a] Li. harm. 2. 24. [b] Mal. sim. Be. Pi. [c] Mal. sim. Bru. Pi. [d] Bru. * G. [f] Be. [g] Span. 257. [h] Pi. sim. Be. Bru. D. Er. Camer. [i] Be. D. [k] Be. [l] D. [m] Li. harm. 25. [n] Li. ib. sic Bru. Sch. Span, &c. [o] G. [p] Bru. sim. Li. [q] Li. ib. [r] Span. 59. 262. * Bru. ex Greg. [t] Pi.

solatium præstitit[v]. Sed quomodo ipsum assumpsit, variè disputatur, num invisibiliter, ut voluit Cyprianus, an visibiliter, ut alii, quod rectiùs[x]; num paulatim ambulando, an subitò transvehendo[y]: Posterius malim, 1. quòd eum statuisse dicitur, h. l. super pinnas templi, & postea super montem, Luc. 4. 5[z]. Christus volans per aera raptus est[a]. Al. Non gestatus est, aut raptatus, sed deductus[b], pedibus ductus[c]. Sponte secutus est suasum tentatoris eò concedendo: Hoc magis convenit, & majestati dignitatique Domini, & phrasi Evangelistarum: Matthæus enim dicit παραλαμβάνει[d], quod respondet τῷ לקח, Hebræorum *, & Lucas dicit, ἄγει, vel ἀνάγει, quæ tria verba significant, non, *gestare*, *circumferre*, sed, *assumere*, *abducere*, *comitem sibi adjungere*. Vide Mat. 1. 24. & 10. 18. & 18. 16. & 21. 2, 7. Luc. 22. 66. Act. 12. 4. &c. Obj. At dicitur ἵστησιν, *constituit eum*, &c. Resp. Τὸ ἱστάναι latiùs sumitur, & de eo etiam dicitur qui imperat, aut suadet, ut aliquis aliquo loco consistat, vel illum eò ducit. Vide, Mat. 18. 2. & 25. 33. Joh. 8. 3[f]. Al. Probabile est, Christum & volantem per aera, & constitutum super Templum Judæis conspicuum fuisse, eo forsan consilio, ut Diabolus spem eorum vanam de Elia tandem adventuro foveret, adeóque eorum animos à Baptista & Christo averteret: Eliam enim per aera raptatum, &c. 2 Reg. 2. meminerant, ideóque hunc ipsum esse suspicari poterant[g]. ¶ *In sanctam civitatem*] i. e. Jerosolymam †, sic passim dictam[h], ut Neh. 11. 1. Esa. 48. 2[i]. & 52. 1. Dan. 9. 24. Mat. 27. 53. Apoc. 11. 2. & 21. 2, 10[k]. Siclorum inscriptio erat, *Jerusalem sancta*. Vocatur etiam à Christo, *urbs Regis magni*[l], Dei nimirum[m], & *civitas Dei*, Psal. 46. 5. & 87. 1, 3[n]. *Sancta* dicitur, ob Templum[o], & cultum Dei[p], & præsentiam Christi[q]. *Urbem sanctam* hîc vocat, potiùs quàm Jerusalem, 1. Ut ostendat nullum locum à tentatione immunem esse. 2. Ut momentum adderet tentationi, quasi in loco tam sancto nullum esset Christo periculum, quamvis se præcipitâsset[r]. ¶ *Super*, &c. Ἐπὶ τὸ πτερύγιον] *Super pinnas*, Be. Pi. sim. Ca. *In summitate*, Æth. *In apice pinnæ*, Pers. *Super pinnaculum*, Sy. Ar. Er. Tre. Mo. Vulg. &c. propriè, *alulam*, à πτέρυξ, *ala* †, vel, quòd alarum more motetur[t], vel potiùs, quòd ut alæ expansæ pennas distinctas ostendunt; ità hîc eminentiæ quædam ex ambitu *coronæ*, tanquam ex ala, enascantur ‖. Est vox Hellenistica, adumbrata ex Hebræo, כנף, quod *oram* aut *marginem* significat. Græci idem simili voce περίπτερον vocant, interdum & περίδρομον; Latini, *circuitionem* *. Quænam fuit hæc Templi pars, definiri nec potest, nec multùm refert[v]. Fuit, vel, 1. culmen Templi[x]. At columen tecti, neque planum erat, ut Thalmudistæ notant, & horrebat aureis verubus, ut ex Josepho discimus. Vel, 2. id quod Hieron. dixit *Loriculam*, LXX. στεφάνην, Deut. 22. 8[y]. ambitus, quo planum Templi tectum ambiebatur, nè quis indè posset decidere[z]: quod Lex in planis tectis requirebat, id in Templi tecto ornatûs causâ additum erat[a]. Vel, 3. cacumen τοῦ אולם, *aulæ*, sive *vestibuli*, quod in anteriori facie Templi in turris formam ædificatum est, 120 cubitis altum, unde delapsus fuisset in atrium sacerdotum, inter Templum & Altare. Vide Mat. 23. 35. collat. cum Joel 2. 17. cernentibus sacerdotibus, aliisque, qui eò ad rem Divinam convenerant, quibus se Dei Filium ostenderet. Hoc ei persuadere voluit Satan[b]. Τὸ אולם etiam, sive totam πρόναον, (*templi vestibulum*,) non immeritò τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ vocari potest; quòd hæc pars πτέρυγις instar fuerit ipsi Templo, alarum instar latitudinem suam utrinque extendens longè ultra latitudinem Templi; quod observamus alibi; & præcipitium hujus partis fuit ejusdem πτερύγιον[c]. Vel 4. Summitas στοᾶς βασιλικῆς, sive *porticus quem ab australi* atrii gentium *parte erexit Herodes*, *vastæ altitudinis*, *& super immensam vallis profunditatem*, *à cujus culmine*, *si quis despiceret deorsum*, *vertiginaretur*, &c. Jo. Antiq. 15. 14[d].

6. *Si Filius Dei es*] Hoc scire voluit Dæmon *, qui hunc honorem ei invidebat[f]. ¶ *Mitte*, (vel, *Jace*, sive *Dejice*, Be. Pi. &c.) *te deorsum*] q. d. Monstra te eum esse, in Templo, non mihi, sed Judæis qui huc frequentes convenerunt, ut tibi credant, &c †. Ità ostende

[v] Sch. [x] Mal. [y] Pi. [z] Pi. sim. Li. ib. [a] Hi. & Greg. & Strabus in Mal. [b] Span. ib. [c] Mal. ex Euthym. [d] Span. ib. * Span. sim. Cam. [f] Span. [g] Li. harm. 27. † G. Bru. Mal. Pi. &c. [h] Span. 266. [i] G. [k] Span. [l] G. Span. [m] G. [n] Span. [o] Bru. Sch. [p] Pi. Sch. [q] Mal. sim. Sch. [r] Span. 268. † Sch. [t] Er. ‖ Sch. * G. [v] Li. ib. 29. [x] D. [y] G. [z] Be. sim. Pi. Ham. Mal. Sch. [a] G. [b] Bru. [c] Li. ho. [d] Li. ho. sim. Span. 271. * Mal. ex Bru. [f] Bru. † Bru. sim. Span.

ostende te (quod dicis) à providentia Dei pendere[g]. Solicitat eum ad temeritatem, ostentationem & inanem gloriam[h], vanámque confidentiam[i]. ¶ *Scriptum est*] Ex Scriptura revictus Scripturam opponit[k]. ¶ *Quia* (τὸ ὅτι, vel servit mimesi, sive prosopopœiæ[l], & significat hîc, ut alibi, certa alicujus verba aut facta narrari[m]; vel, ponitur αἰτιολογικῶς[n], & rationem reddit eorum quæ præcedunt[o].) *angelis suis* qui sanctis dati sunt in custodiam: vide 2 Reg. 6. 17[p]. [An verò unicuique homini Angelus custos datus sit, vide Span. Dub. p. 3. dub. 61. p. 276..] *mandavit* (vel, *mandabit*, Be. Pi. Bru. ut & Latini codices alii legunt[q],) *de te*, & (sub. *ipsi*, Be. Pi.) *in manibus tollent* (i. e. gestabunt, sive ferent[r],) *te* (non dicit, *in humeris*, sed, *in manibus*, ubi quæ charissima sunt gestamus, ne quis furetur, &c†.) *nè fortè* (Hebræum פן significat *nè*, sed ità ut plerúmque ostendat id quod sequitur esse non *ex necessariis*, sed *ex contingentibus*, ut & infrà 27. 64. & alibi. Ab eadem radice est & אפונה *dubitabo*, Psal. 88. 15. Idem valet Græcis μήποτε, quo Lxx. פן sæpe reddunt. Nam ποτὲ ἄτονον, ut Grammatici Græci annotant, plerúmque non temporis, sed incertitudinis, habet significationem; ut apparet in τίποτε aliísque id genus vocibus. Reperitur pari sensu & ἴσως in Græca versione τῦ אולי, Jer. 36. 3[s]. Al. τὸ μήποτε, mallem reddere, *nè quando*, vel, *nè unquam*[v], quia nullus hic est fortunæ locus[x],) *offendas ad lapidem pedem tuum.*] Proverbialis est locutio non Hebræis tantùm, sed & Græcis, usitata ad damni cujuslibet significationem[y]. Cicero dixit, *caput ad fornicem offendere*; & Columella, *Cornu ad stipitem offendere*: & Græci, Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίθον, (*Turpe est bis ad eundem lapidem impingere*[z].) Sensus; q.d. Angeli te ruentem, Deóque fidentem, excipient & conservabunt illæsum. Callidè huc trahit Psal. 91. 12[a]. Significat [ibi] Psalmographus Deum peculiari curâ sibi dilectos prosequi; ità ut Angelorum ministerio ipsos à malis fortuitis servet. Palàm est, fortuitò hoc loco dici ea quæ contingere poterant, aut insciis, aut invitis. Cavillatur igitur suo more spiritus mendax, cùm hoc transferre vult ad mala sponte quæsita[b]. Peccavit tentator in hujus loci, tum 1. citatione[c]; nam fallendi causâ[d] omisit quod proposito ipsius contrarium erat*, *in omnibus viis tuis*[f], i. e. in omnibus actionibus loci, & muneris tui, sive vocationis tuæ. Ità Hieron. quem plerique sequuntur. Obj. Sed non placet; quia דרך, *via*, non opera vocationis, sed actiones universas totius vitæ, denotat[g]. Resp. Contrarium ex eo constat, quòd Deus non præcepit Angelis, ut hominem in omnibus, etiam malis, actionibus custodirent. Tum 2. Applicatione[h], & depravatione, sententiæ, quâ quod πᾶς (*aliquo modo*) dicitur, ut ἁπλῶς, simpliciter dictum, assumitur, & quod ad pios tantum pertinet, eáque quæ piè faciunt, ad omnes actiones transfert, etiam ad eas quibus tentatur Deus, violatur vocatio, & proditur pietas[i]. Opponit tentator subordinanda, providentiam Dei & hominis officium, *promissa* Dei, & *præcepta*, & protectionem Dei extendit ad illa etiam pericula, in quæ homines se ultrò conjiciunt[k].

7. *Ait illi Jesus*; *Rursum scriptum est*] τὸ πάλιν, referri potest, vel, 1. ad *dixit*[l], (cui repugnat omnium codicum lectio, aliter distincta[m],) atque *iterationem* significat, nam semel antè responderat[n]; vel, 2. ad *scriptum est*[o], atque ità *vicissitudinem* denotat[p], vel, *contrarietatem*[q]; q. d. *vicissim*[r], vel, *è diverso*[s]; πάλιν, pro, ἀντιπάλιν[t]. Al. τὸ πάλιν, hîc non est *repetitivum*, nec propriè *oppositivum*, sed simpliciter (ut ità dicam) *additivum*, quomodo Syris תוב, & Rabbinis, שוב[v]. Scripturam Scripturæ opponit[x], docens nos, non verborum unius loci apices sectari, sed loca locorum aliorum collatione interpretari. Scripturæ, inquit, voci obtemperandum est, non tuæ[y]. ¶ *Non tentabis*, (vel, *pertentabis*: nam præpositio [ἐκ] addita auxesin habet[z]. Potiùs verbum compositum, ἐκπειράζειν, ponitur pro simplici, πειράζειν[a];) *Dominum*, &c.] i. e. nè tentato[b]: Fut. pro Imperat. ex Hebraismo[c]. Citat Christus, Deut. 6. 16[d]. Quem locum, si cum historiis antecedentibus, & cum Psal. 95. 8. conferas, apparebit πειράζειν propriè hîc esse, Dei potentiam aut providentiam velle ampliùs experiri, cùm [illegible] magna jam ejus documenta apparuerint. Sic Act. 15. 10*. Sensus loci; q. d. Satis constat me & Filium Dei, & ipsi curæ esse, non requiram signa, ut hoc probetur, nec dubitationem ostendam de potentia & bonitate ipsius, ut fecerunt Israelitæ, Exod. 17. 7. quò respicit hic locus Deut. 6. 16. ubi prohibitio est, non nimiæ, sed minoris æquo, fiduciæ, sive incredulitatis; id quod hæc phrasis, *tentandi Deum*, significat. Ità sumitur Num. 14. 22. Psal. 78. 17, &c. Esa. 7. 12, &c. Mat. 16. 1, 4[f]. Hoc Christi responsum jugulum causæ petit; q. d. Si non tentandus est Deus, nec tuum est me tentare, (quo innuit se & Deum, & tentatoris Deum, esse,) nec meum tentare Patrem. Frustrà ergò mihi polliceris, vel Dei, vel Angelorum, auxilium in actu tentationis. Simul ostendit, strophas tentatoris sibi notat esse[g].

8. *In montem excelsum valde*] Vel. 1. Propè Hierosolymam, quæ montibus circumdata erat, Psal. 87. 1. & 125. 2[h]. vel, 2. Ultra Jordanem, ubi prima fuit Christi patefactio, &c. Joh. 1. 28[i]. Sed quis fuerit hic mons, & curiositatis est inquirere, & sciri nequit[k]. ¶ *Ostendit ei omnia regna mundi*, & *gloriam eorum*] i.e. amplitudinem, sive majestatem eorum[l]: quicquid in orbe magnificum erat, opes, copias, palatia, triumphos, &c. ut hoc pacto terrenorum amorem in Jesu excitaret[m]; objecta enim movent sensum, sensus autem mentem abripiunt & corrumpunt. Vide Job 31. 1. Psal. 119. 37[n]. Vel, Romam, cum imperio suo & pompa, ut multa suadent; 1. Istud Imperium vocatur πᾶσα οἰκουμένη, (*orbis universus*, quâ voce hic utitur Lucas) tum Luc. 2. 1. tum scriptoribus profanis, ut Paterculo, &c. Omnia [ferè] Regna illi subjacebant: præ illo reliqua omnia sordebant. 2. Roma erat sedes Satanæ, Apoc. 13. 2. qui eam bestiæ concessit[p], sive Antechristo, hæredi ipsius. Illi æternum destinatur exitium, Num. 24. 24. Illa abhominabilis esse dicitur: vide Dan. 9. 27. Mat. 24. 15. Apoc. 17. 5, &c. Adde, quòd hoc tempore Regnum utrumque, & Christi, & Antichristi, cœperunt, & caput serpentis periculo jam erat obnoxium[q]. Christo ergò hîc promittit pompam & potestatem Cæsaream[r], quàm *suam* (veriùs quàm vulgò putatur) dicit, & sibi traditam. Vult Christum, & idem facere quod facit Antichristus, h. e. adorare draconem, & in ipso Antichristi solio collocare†. Qu. Quo modo Diabolus hæc omnia Christo ostendit? Resp. Hoc fecit, partim prospectivæ, sive opticæ artis, vi, quam non ignorat, quâ arte res longissimè distantes per inspicilla exactè cernantur: partim præstigio, perstringens oculos Jesu permittentis[t]: species, vel externæ oculis, vel internæ imaginationi, aut intellectui, Christi, objiciebantur[v]. Sed parum credibile est, Christum ità delusum fuisse, &c. Et quorsum in montem abductus fuisset, &c[x]. Diabolus, quasi in pictura, posuit omnem qui usquam erat Regiæ fortunæ apparatum. Nam, neque oculos, neque vim imaginatricem Christi illusam puto; sed aptiùs à Dæmone effictas quasdam imagines rerum, quæ εἴδωλα Græci vocant; & exponunt, φαινόμενα ἐν τῷ ἀέρι φαντάσματα, &c. (*phantasmata in aere apparentia*, &c[y].) Hæc repræsentatio non erat vera & realis; nullus mons satis altus est, unde vel unum Regnum exactè perspiciatur, nedum Regna omnia, quin & eorum gloria: nullus oculus hæc cernere poterat. Deinde non successivè hoc ostendit, sed *in momento temporis*, Luc. 4. 5. Erat ergò hîc aliqua Diaboli illusio & deceptio visus, quæ non magis derogat Christo, quàm quòd tentaretur; nec peccatum hoc erat, aut imperfectio, sed tantùm indicium veritatis humanæ naturæ ipsius, erátque consequens naturæ ipsius potiùs quàm fructus peccati. Christum porrò in montem duxit Diabolus, non ut hæc verè ostenderet, sed ut fucum ipsi faceret. Quanquam Christus minimè deceptus fuit, nec pro veris, (ut voluit Diabolus) sed pro fictitiis, repræsentationibus hæc accepit. Objecit ergò Diabolus oculis Christi aereum Horizonta, in quo hæc phantasmata produxit Diabolus, qui est *princeps aeris*, Eph. 2. 2. in quo interdum veris effectis, ut in tempestatibus excitandis, interdum autem phantasticis speciebus, ut hîc, & in Ægypto per Magos, operatur. In quibus aera primùm condensat, deinde figuram & colorem imponit, &c. id quod ipsi facile est, tan-

[g] Bru. sim. Span. [h] Span. 272. [i] Bru. [k] Span. 276. [l] Pi. [m] Bru. [n] Sch. [o] Sch. ex Be. [p] Bru. [q] Idem. [r] Bru. Pi. † Mal. [s] G. [v] Val. sic Er. Be. [x] Be. [y] G. [z] Be. [a] Bru. [b] G. [c] Span. 274. [d] Pi. * Bru. [f] Bru. Pi. Span. [g] Scul. ex er. Evang. 2. 4. 1949. ex Rudingero. [h] Span. ib. [i] Scul. ib. [k] Span. 275. [l] Er. [m] Be. [n] Er. [o] Er. Bru. Be. [p] Sch. [q] Er. Sch. [r] Sch. [s] Be. Sch. [t] Cam. [v] Bru. Er. [y] Bru. [z] Camer. [a] Bru. Be. [b] Be. Pi. sic Er. [c] Be. [d] Span. dub. 63. & 280.

* G. [f] Ham. [g] Span. 63. 281. [h] Mal. sic Span. 283. [i] Li. harm. 2. 29. [k] Mal. sim. Span. Li. [l] Pi. [m] Bru. [n] Span. 64. 284. [p] Li. ho. 67. [q] Li. harm. 30. [r] Li. ho. ib. † Li. harm. 32. [t] Bru. [v] Q. in Span. [x] Span. 3. 55. 245. [y] G.

tanquam spiritui ad fraudem faciendam parato[z]. Al. Τὸ *omnia* hîc synecdochicè sumitur[a], pro plerisque[b], sive pro Regnis gentium, quæ Regno Judææ hîc opponuntur, h. e. pro parte illorum Regnorum, vel, pro eo quod in illis maximè eximium est: simúlque edisseruit tentator, quæ singulorum esset gloria, opulentia,&c[c].

9. *Tibi dabo*] Tanquam digno qui sub me hæc administres[d]. ¶ *Si cadens*, (vel, *procidens*, Pi. *prostratus*, Er. V. Be. Gestus adorantis[*],) *adoraveris me*] De hoc more adorandi diximus ad Mat. 2. 2. cùm diceremus, Regibus Orientis exhibitum id honoris. Sed & Deum eodem modo venerabantur Judæi, cæterique Orientis populi, quin & Græci; quò illud spectat Herodoti cùm negant Spartiatæ *sibi licitum esse hominem adorare*. Sed & Prophetis is honos habitus, 1 Reg. 18. 7. unde quæri potest, Regésne Prophetis, an Prophetæ Regibus, an neutri neutris, id honoris detulerint. Mihi distinguendum videtur, an Prophetæ Reges accesserint cum speciali ad ipsos mandato, an verò aliis de causis. Nam Nathan de publica re Davidem alloquens citra mandatum speciale, coram Davide procumbit, 1 Reg. 1. 23. Contrà, Nabuchodonosor Danielem, ut à Deo missum ad se arcanorum interpretem, procumbens veneratur, Dan. 2. 46. & Saul eum, quem putabat esse Samuelem. Cùm ergò ipsum illud externæ reverentiæ signum Divini cultûs proprium non fuerit, quoties extra Divinum cultum usurpatum est, rectène id an secùs fieret, ex sensu tum exigentis, tum præstantis, erat æstimandum. Ideo laudatur apud Sozomenum vir Christianus, qui priùs adoravit Regem Persarum, juxta Legem; postea verò solicitatus ad defectionem à Christo, eodem modo iterum venerari Regem recusavit. Et apud Nazianzenum legimus non Imperatores tantùm Romanos, sed & eorum statuas, etiam à Christianis adorari solitas: sed cùm Julianus suis imaginibus Deos Gentium appingi jussisset, ut *mixtam adorationem* faceret, deceptos quidem simpliciores, sed prudentiores quasvis potiùs pœnas subiisse, quàm ut venerantium speciem præberent[f]. Mira hæc erat Diaboli impudentia[g], & absurditas, hoc à Filio Dei expetere. Quare, non addit h. l. *si filius Dei es*, sed exspectat, siquidem Filius Dei sit, ut respondeat: si verò non sit, eum superare speraret[h].

10. *Vade*, Ὕπαγε] *Abi*, Er. Be. Pi. &c. *Aufer te.* Quod Græcis usitatè ἄπαγε dicitur: Aristophanes similiter tamen in *Nubibus*, ὕπαγε, τί μέλλεις; & ὑπάγειν, ponit Pollux, de feris subducentibus se fugiendo[i]. *Facesse hinc*, G. sic Bru. Est enim aversantis dictio[k]. Jesus suam contumeliam moderatè tulerat, Dei Patris ignominiam non ferens, impudentem à se repellit, &c.[l]. Mali non sunt ferendi, cùm in apertas prorumpunt blasphemias, ubi non confutatione, sed increpatione, opus est[m]. Quod in quibusdam, (in octo vetustis[n], & in vulgatis[o],) codicibus, additur ὀπίσω μου, aliunde assutum est[p], quod & Syrus, & Græci ad hunc locum Scriptores, ostendunt[q]: Abest apud Orig. & Chrysost. & Ambros[r]. ¶ *Satana*] q. d. Hostis Dei, & salutis humanæ[†]. Ostendit, se scire illum non esse Filium Dei, quem se esse simulabat, sed Diabolum, quem dissimulabat[s]. ¶ *Dominum——adorabis*] Sumptum ex Deut. 6. 13. & 10. 20[v]. At, ibi est *timebis*, hîc *adorabis*. Resp. Metonymia est; ex timore enim profluit adoratio[x]: timoris pars non minima est adoratio[y]: & *timere*, & *adorare*, per Synecd. totum Dei cultum significant[z]. *Adoratio* est, exterior veneratio ex interiori profecta[a]. *Adorationis* meminit Christus, potiùs quàm timoris, quia illam tentator flagitaverat[b]. Τὸ תירא (*timebis*) internam reverentiam significat; quomodo & προσκυνεῖν sæpe usurpatur. Rectè autem ab interna reverentia ad signum ejus externum procedit argumentatio. Quanquam enim Diabolo, ut Dei perfugæ, omnis honos negandus est; satis tamen Christo visum est responsum dirigere ad id quod petebatur. Volebat autem Diabolus honorem sibi exhiberi tanquam plenam potestatem habenti in Regna omnia, quod est unius Dei. Multùm ab hac Christi pietate absuit R. Juda, qui in libro Chasidim ait, *Si quis Diabolum videat, sibique ab ipso metuat, procidat coram eo*[c]. ¶ *Illi*, &c. Αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις] *Illum solum coles*. Er. Tre. Ti. Sy. Ca. *Illi soli servies*, P. Mo. Pi. Pers. Eth. At hoc μόνῳ, *soli*, abest in Deut. 6. 13. Peccat ergò Matthæus, qui illud addit[d]. Resp. 1. Οἱ, Lxx. ibi inseruerunt[*]. 2. Hebræorum verborum ordo hoc exigit; neque enim scriptum est, ותעבוד, quod fuisset, καὶ αὐτῷ λατρεύσεις, sed, ואתו תעבוד, quod planè emphasin continet, quæ in Græcis verbis intelligi non potest, nisi vivâ pronuntiatione; ideóque addendum aliquid fuit, quo Lector ejus ἐμφάσεως admoneretur[f]. Τὸ *soli*, includitur in pronomine emphatico, αὐτῷ, *ipsi*[e], quod cum exclusione intelligi postulat; q. d. illi, non alteri, ut in præced. *Dominum*, non alium, aut aliud, adorabis[h]; sic σύ, *tu*, Psal. 2. 6. alios omnes *filios Dei* vocatos excludit[i]. 3. Hanc additionem probat, tum, quòd adoratio soli Deo convenit; tum scopus Mosis, qui erat unius Dei timorem suadere[k]. Τὸ *soli* innuitur in Deut. 6. tum v. 4. *Deus unus est*, ad quod tacita hîc est relatio[l]: tum v. 14. *Non sectaberis Deos alienos*[m]. Quare nec Josephus dubitavit eandem vocem in præcepto hoc [v. 4.] explicando adjicere, *Quia unus Deus est*, inquiens, *& hic solus colendus est*[n]. 5. Apertiùs hoc significatur, Deut. 5. 8[o]. 6. Disertè hoc additur, 1 Sam. 7. 3[p]. Pro λατρεύσεις, in Hebræo est, תעבוד, quæ vox etiam de debita, aut exhibita hominibus, subjectione usurpatur. At hîc, quid significet, ostendunt præcedentia ac subsequentia, præcipuè verò, addita jurisjurandi mentio. Græcam quoque vocem λατρεύειν, neque sui origine, neque usu eorum, quos optimos Græci sermonis auctores habemus, propriam esse Divino cultui, rectè ab aliis est demonstratum. Quin & Lxx. quanquam rariùs, aliquot tamen locis, λατρεύειν laxiùs usurpant. Sed plerúmque λατρεία ipsis est עבודה, cultus, qui conspicuis signis Deo exhibetur. Fatendúmque est, Scriptores Novi Fœderis, eam vocem vix usquam usurpare, nisi de cultu qui Deo vero exhibetur, ut plerúmque, aut sanè de cultu qui exhibetur tanquam Deo, ut Act. 7. 42. Rom. 1. 25. Nam, quòd Levitæ dicuntur, τῇ σκηνῇ λατρεύειν, Heb. 13. 10. item, ὑποδείγματι τῶν ἐπουρανίων, Heb. 8. 5. ad locum modúmque serviendi commodè referri potest. Hinc igitur nata est illa, Augustino etiam celebrata, λατρείας & δουλείας distinctio: non quod δουλεία non ad Deum quoque pertineret; (contrarium enim multa Scripturæ loca evincunt:) nec quòd proprietas vocis λατρείας aliquid haberet peculiare, sed quòd usus primùm Judæorum Hellenistarum, deinde Christianorum, voci δουλείας relicto significatu generali atque communi, λατρείας nomen Divino cultui assignâsset. Græci veteres pagani θρησκείαν dicebant; quod ipsum, quanquam, ut creditur, ab Orphicis mysteriis ductum, Apostoli non reformidârunt; adeò verborum incuriosi, dum mentem commodè explicarent. Proximam huic venerationem iidem Græci θεραπείαν vocabant. Scriptor Libri de Mundo θεῶν θυσίαι καὶ ἡρώων θεραπεῖαι. Quod discrimen secutus Origenes adversus Celsum, l. 8[q]. Constat ex scriptoribus profanis & sacris, ac præsertim ex Apoc. 22. 3. nomine δουλείας etiam comprehendi λατρείαν: usus tamen obtinuit, ut λατρεία, in Libris Sacris, pro cultu sacro, & uni Deo debito, usurpetur, &c[r]. Τὸ δουλεύειν, & λατρεύειν, in S. S. promiscuè usurpantur, & per ea Lxx. promiscuè vertunt τὸ עבד: τὸ λατρεύειν dicitur etiam de servitute hominum, Deut. 28. 48. Vide & Levit. 23. 7. & δουλεύειν, de cultu Dei, Gal. 4. 8[†].

11. *Tunc reliquit*, &c. Ἀφίησιν, &c.] *Omittit*, Sch. Pi. *Missum fecit*, Be. *Dimittit*, Bru. sic Ham. Victus, & abscedere jussus[r], & spe sua frustratus, necdum sciens, (quod expiscari voluit,) num esset Filius Dei. Sic enim Christus temperaverat responsum suum, ut ambiguum relinqueret[v]. Recessit autem, non totaliter, sed *ad tempus*, Luc. 4. 13[x]. Tergeminâ tentatione, ut olim primorum parentum, diúque humani generis, victor; ità nunc victus à Christo, & à Christianis vincendus, 1 Joh. 5. 18. Tentationes autem illæ sunt ab egestate, à confidentia prædestinationis, & à spe splendoris humani[†]. ¶ *Angeli*, (non unus, sed plures, honoris causâ[y],) *accesserunt*.] Accessu indubiè singulari[z], visibili humanâque specie, ut quem Diabolus sumpserat. Venerunt ad eum, ut ad Dominum suum, quo volente absceesserant, 1. Nè Diabolus ipsum ex ministris suis cognosceret. 2. Ut Diabolo liber esset accedendi

[z] Li. harm. 23. [a] Span. 245. [b] Bru. sim. Mal. [c] Span. 246. [d] Bru. [*] Er. [f] G. [g] Li. harm. 236. [h] Bru. [i] Camer. [k] G. [l] Bru. [m] Span. dub. 65. 293. [n] Be. [o] Er. [p] G. sim. Er. Be. [q] G. [r] Er. [†] Bru. [s] Mal. [v] Span. 290. [x] Pi. [y] Bru. [z] Scul. ex. 2. 4. sim. Mal. [a] Bru. [b] Span. 291. [c] G.

[d] Q. in Span. [*] Sch. sic Mal. G. Span. &c. [f] G. [e] Be. sic Bru. [h] Bru. [i] Be. [k] Span. 292. [l] G. [m] G. sic Span. [n] G. [o] Pi. [p] G. Span. [q] G. [r] Be. [†] Span. 67. 303. [r] Be. [v] Bru. [x] Sch. Ham. [†] G. [y] Bru. [z] Wal.

dendi locus. 3. Ne videretur Dominus eorum subsidio aut eguisse, aut vicisse [a]. ¶ *Et ministrabant ei*] Esurienti, cibum [b].

12. *Cùm audiisset*, &c.] Hæc non statim post Christi tentationes acciderunt. Nam ante Johannis incarcerationem Christus & baptizatus fuit, & prædicavit, Joh. 3. 22, 23. & 4. 1 [c]. ¶ *Quòd Johannes traditus esset*] Ità Er. Tre. &c. sub. *commentariensi*, V. vel, sub. *in custodiam*, sive *carcerem*, ab Herode scilicet [d], vel, Herodi, à Scribis & Pharisæis, quorum summa erat in Repub. authoritas, sine quorum consensu & cooperatione, non potuisset Herodes Galilææ tetrarcha Johannem in Judæa Romano præsidi subdita agentem comprehendere [*]. ¶ Παρεδόθη] *Captum* (vel, *Proditum* Sy.) *esse*, Ca. sim. Æth. Intellige, ac proinde non posse continuare in Galilæa prædicationem suam [f]. ¶ *Secessit*, &c. Ità Er. Ti. Mo. Il. Ἀνεχώρησεν, &c. *Rediit*, &c. Pi. sic Be. Sch. P. ut Mat. 2. 12. ut ἀνὰ, idem hìc valeat quod πάλιν. *Migravit*, Tre. Ar. sim. Sy. Æth. Pers. vel, 1. Subducens se periculo [h], sive à Scribis [i], sive ab Herode [k]: ut sese adhuc muneri suo integrum servaret [l]. Obj. At Galilæa erat in ditione Herodis [m]. Resp. 1. Duplex erat Galilæa, 1. Inferior, sive Judæorum, ubi tetrarcha erat Herodes, & ubi erat Nazareth, vide Mat. 2. 22. 2. Superior, sive Gentium, in qua Capernaum, v. 15. & 20 illæ urbes, 1 Reg. 9. 11 [n]. Intellige hìc Galilæam non Herodis, (cujus sævitiam certo consilio, & non sui, sed hominum quibus profuturus venerat, respectu, vitabat,) sed Philippi: Nam huic pars maritima, in qua Bethsaida & Capharnaum, obvenerat, ut clarè perspicere est ex Josepho, Orig. 18. 3. Erat autem Philippus ingenii minimè sanguinarii [o]. Resp. 2. Jesus non fugit Herodem, (quem non offenderat) sed Scribas, &c [p]. Vel, 2. Ut Discipulos ibi colligeret [q]. Duplex erat Christi reditus, à baptismo ac jejunio, è Judæa in Galilæam. Uterque describitur, Joh. 1. 43. & 4. 3. secundus tantùm in cæteris Evangelistis, de quo & hìc agitur; nam primo reditu non hæsit in Galilæa [r]. Non nunc primùm redit in Galilæam, sed nunc denuo redit; nam antea rediit, Joh. 1. 43. & 2. 1, 11. Ante hunc secundum reditum acciderunt ea omnia quæ narrantur à Joh. 1. 29. usque ad 4. 43. †. Rediit Christus priùs in Galilæam inferiorem, in qua Nazareth, Luc. 4. 14, 16. ob cujus ingratitudinem ex ea concessit in superiorem, in qua Capernaum, h.l. v. 13 [t].

13. *Relictâ——Nazareth*] Post transactos illic 26 annos [v]: quam relinquit ob ingratitudinem ejus, &c [x]. Vide Luc. 4. 16, &c [y]. & Joh. 4. 44 [z]. nec unquam eò rediisse legitur. Infoelix Nazareth, quæ primùm Christum repudiavit, & primùm ab eo repudiata est [a]. ¶ *Venit, & habitavit* (i.e. venit habitatum [b],) *in Capharnaum*] Florentissimum emporium [c], & multis frequentatum [d], tum Judæis, tum Gentibus; ut pluribus nota fieret prædicatio ipsius in finibus utriusque Galilææ, ideóque locus erat opportunissimus ei, qui Evangelium in Galilæam inferre statuerat. Ibi sedem habuit, non fixam, sed in domo conducta, ubi frequentiùs diversatus est quàm alibi, vagis alioqui per Galilæam itineribus addictus [*]. ¶ *Maritimâ*.] sub. *urbe*, Pi. Juxta mare, i.e. lacum Tiberiadis, sive Genesareth [f]. ¶ *In finibus Zabulon & Napthalim*] i. e. duarum illarum tribuum [g].

14. *Ut adimpleretur*, &c.] Quod antè diximus de sensu hujus vocis πληρωθῇ, [Mat. 1. 22.] idem hìc repetitum volumus [h]. Qu. An, & quomodo, illud Esaiæ vaticinium impletum h. l. dici potest?] Resp. 1. Prophetia illa, Esa. 9. 1, 2. in sensu literali, ad hunc Christi adventum in illa loca referenda est [i]. Scopus Esaiæ erat, consolari pios in Regno Israelis, contra calamitates paulò pòst eventuras eis à Tiglathpil. & Salman. &c. Eos consolatur, partim ab illarum cessatione, partim ac præcipuè ab exortu novæ lucis, nempe salutis per Christum & Evangelium communicandæ [k]. Totum Israelem per Salman. abducendum innuit Esaias, describens tres plagas terræ sanctæ, quibus Israeliticæ Tribus consederant, Occidentalem nimirum, quam nominat *viam maris*, mare Magnum intelligo; Orientalem, quam vocat πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Peræam significans trans Jordanem situm, quam Tribus Gad, Reuben, & dimidia Manassis, occupârant; & Aquilonarem, quam vocat גליל, i. e. *confinium*, gentium: (Australem autem partem Judæi possidebant, &c [l].) Deinde addit; *Populus——vidit*, &c. q. d. Sicut incolas illorum locorum, gravissimæ præ cæteris oppriment angustiæ; ità & apud ipsos orietur tandem Sol justitiæ, h. e. *puer qui natus est nobis*, &c. v. 6 [m]. Propheta, hoc loco, 1. Ostendit contemptores Emanuelis, ac sui testimonii, h. e. Evangelii, majorem longè calamitatem subituros, quàm subierant loca ista, vel sub primo victore, Benhado, 1 Reg. 15. 20. vel sub posteriore, Rege Assyriæ, 2 Reg. 15. 29. Nam loca ista lucem tandem viderunt sibi restitutam, cùm Evangelium illic jam prædicaret Messias; at contemptores Evangelii in tenebras pelluntur æternas. 2. Prædicit, auroram libertatis, ac Lucis Evangelicæ, illic orituram, ubi primæ captivitatis ortæ fuerant tenebræ ac calamitates ||. Resp. 2. Hoc citat Matthæus tantùm per allusionem, nova veteribus comparans atque illustrans, ob aliquam inter ea analogiam [n]. Resp. 3. Planè videntur Esaiæ verba, directè agere de liberatione aliqua, quæ propiùs illa tempora contigerit; ità tamen ut subesset ὑπόνοια, temporum Christi [o]. Verba ista hìc accipi possunt, vel; 1. *in sensu mystico*; ità ut Propheta *ad literam* loquutus fuerit, & de tenebris desolationis, & de luce externæ instaurationis populi Dei; *in mysterio* verò, de luce spirituali illis regionibus aliquando inferenda à Messia. Vel, 2. Ut per meram *accomodationem*, sive *transumptionem*, applicata fuerint ad tenebras cæcitatis, & ignorantiæ in regionibus illis grassantes, & ad lucem illam insignem, quâ per Christum collustratæ sunt; q. d. Ità id ipsum denuo adimpletum fuit, & potiùs quidem, quod jam olim beneficio externo fuerat adumbratum. Sive prius eligas, sive posterius, parùm in eo situm est, & eòdem res redit. Scopus Prophetæ est, præcedentes minas mitigare; *Non in perpetuum obscurabitur terra illa*, &c. nempe Zabulon, & Napthali, & Galil. quorum potissimùm meminit, 1. Quia prima clades in eas potissimùm incubuit, ut liquet ex 2 Reg. 15. 29. 2. Quia secunda clades indè initium sumpsit, &c [p]. Judæi autem non pauca adversùs hanc Esaiæ, & citationem, & applicationem, à Matthæo factam, objiciunt [q]. Obj. 1. Multa hìc à Matthæo omissa sunt [r]. Resp. Omittit ea Matthæus, quæ ad priscam historiam pertinent, atque ea solùm decerpsit quæ ad institutum suum faciunt †. Citavit Matthæus κατὰ λέξιν, (*ad verbum*) Esa. 9. Sed quia non satis indè intelligi poterat quo de populo ageret Propheta, ideo ex antecedenti versu addidit ea duntaxat quæ ad populi illius designationem pertinebant, omissis cæteris, inter quæ est vox הקל, quam Lxx. verterant ταχὺ ποίει, voce ab ipsis noviter conficta, qualis est & μοσχοποιεῖν, Act. 7. 41. Nam קל, propriè est ταχὺς, (*levis, velox*) & forma verbi est Hiphil, quæ, Græcè, vocibus ex ποιεῖν compositis optimè exprimitur: sed descriptorum vitio vox noviter composita in duas dissiliit, factúmque est ταχὺ ποίει, deindè etiam corruptiùs, ταχὺ πίε· postremò, lectio utraque hæc mendosior, illa propiùs originem referens, in contextum recepta est: jámque Tertulliani tempore, id mendum inoleverat, ut apparet ex Latina ipsius citatione [t]. Obj. 2. Populus hic, de quo sermo Prophetæ, non est Tribus Zab. vel Napth. vel Galilææ populus, sed totius Judææ, & præcipuè, Hierosolymæ, ut contextus docet [v]. Resp. 1. Nulla hìc Hierosolymæ mentio. 2. Zab. & Napth. synecdochicè quidem, ponuntur pro toto populo; at illæ Tribus non sunt excludendæ quæ potissimùm memorantur, &c. Ad eas ergò & tenebræ referendæ sunt, & Lux, &c [x]. Obj. 3. Israelitæ non sunt restituti. Ergò nec Zab. & Napth. [y]. Resp. 1. Multi ex iis restituti sunt, juxta Esa. 11. 12. unà cum Judæis redeuntes, &c. 2. Sequitur ergò aliam restitutionem intelligendam, & spiritualem quidem, quales per beneficia externa à Prophetis sæpe designari notum est [z].

15. *Terra*, &c.] Id est, Regio quæ illis sorte obtigit [a]. ¶ *Via*, &c; ità Sy. Ar. Æth. Pers. Tre. Quod accipi potest, vel in primo casu, *via*, vel sexto, *viâ* [b]. Ὁδὸν, &c.] *Viam* (vel, Ad, sive, Juxta, *viam*,) Er, Be. P. Pi.

[a] Bru. [b] Bru. sim. Pi. Ham. [c] Mal. [d] Pi. sic Bru. Sch. [*] Bru. [f] Pi. [g] Be. [h] Bru. sim. Mal. [i] Bru. Pi. [k] Q. in Be. [l] Bru. [m] Be. [n] Mal. [o] G. [p] Bru. [q] Be. Sch. sic Span. 70. 320. [r] Bru. † Pi. [t] Span. 321. [v] Li. ho. 67. [x] Pi. sim. Bru. Li. ho. [y] Pi. [z] Bru. [a] Li. harm. p. 3. & 145. [b] Bru. [c] Bru. sim. Sch. [d] Sch. [*] Bru. [f] Bru. Li. ho. Pi. Camer. [g] Pi. sim. Bru. [h] G. [i] Q. in Span. 3. 71. 326. [k] Pi. sim. Jun. par. 14.

[l] Scul. exer. Evang. 2. 10. [m] Jun. ib. || Li. ho. 68. [n] Scul. ib. [o] G. [p] Span. ib. 326. [q] Span. ib. 323. [r] He. in Span. † Jun. par. sim. Li. ho. Span. 330. [t] G. [v] He. in Span. [x] Span. 333. [y] He. ib. [z] Span. 336. [a] Bru. sic Pi. [b] Bru.

Pi. Il. Bru. V. &c. subaudiendum ὁδὸν, vel παρὰ[c], sub. *sita*, Pi. Tractus ad viam[d],) *maris*, Mo. Al. *lacum versus*, Ca. *vergens ad mare*, Ti. V. qu. d. Regio per quam est via maris, sive iter ad mare[*]: vel, 1. Mediterraneum[f]; q.d. Viam quæ tendit Tyrum versùs ad mare[†]. Sed Assyriorum Reges eò pervenisse copiis suis nusquam legimus[g]. Vel, 2. Tiberiadis[h], significatur his verbis ἡ παραλία, i. e. ea portio Galilææ quæ est ad locum Tiberiadis[i], ad quam sitæ sunt Capernaum, Bethsaida & Chorasin[k], urbes Prædicatione Christi celeberrimæ[l]. Sic accipio hunc locum. *Terra Zabulon & Napthali*, quæ sunt juxta *viam maris*, sive ad oram maritimam[m]. ¶ Trans, &c. Πέραν τοῦ Ἰορδάνου] Ut עבר Hebræorum, ità & πέραν Hellenistarum, significat tractum omnem conterminum fluvio, sive citeriorem, sive ulteriorem[n]. [hinc variant.] *Ad*, (vel, *Secus*, sive *Secundùm*, Be.Pi.) *Jordanem*. Sic πέραν sumitur Joh. 1.28[o]. Sic & Matth. 14.22. & 16.5. Joh. 10.40[p]. Hinc Luc. 8.26. ἀντιπέραν significat ripam oppositam: πέραν ergò hîc notat ripam citeriorem respectu Judææ[q]. *Ab eo latere Jordan*, Pers. Al. *Transitus Jordanis*, Tre. Ar. *Trans*, vel *Ultra, Jordanem*, Sy. Æth. Er. Il. P. Ti. Ca. Bru. Sch. Junge cum, *via maris*[r]. Tractus trans Jordanem & lacum Genezareth ex parte Orientali[†]. Ità quatuor vicinæ & continuæ regiones hîc designantur, nempe, Tribus Zab. Tribus Nepht. ora lacûs ulterior, i.e. Peræa regio, (in qua Chorazin & Genezareth, quas regiones Christus sæpe invisit;) denique Galilæa Gentium, quæ etsi ex parte conprehendat tribum Nephthalim, tamen ad tribum Aser potissimùm pertinet, quæ maritima erat, & Tyri finibus vicina; quò etiam pervenit Christus, ut narratur infrà 15.21. Atque hoc modo ter repetenda est vox, *terra*, & copulativæ, per asyndeton omissæ, supplendæ fuerint, hoc modo[t], *Terra Zabulon & terra Nephthalim*, & terra juxta *viam maris trans Jordanem*, & *Galilæa gentium*[v]. ¶ *Galilæa gentium*] Galilæa duplex erat, 1. Superior[x], quæ & *Galilæa* simpliciter vocatur[y], quæ Tyriis vicina erat[z]. 2. Inferior[a], circa Tiberiadem[b]. Intelligitur h.l. vel, 1. superior[c]: vel, 2. inferior[d]; nam ibi fuit Capharnaum[*]. *Gentium* dicitur, sive populorum: vel, 1. quia populosissima erat[f]. Non placet[g]. Vel, 2. quòd gentibus vicina erat[h], vel circumdata[i]. Vel, 3. quia illic gentes usque ad Salomonis tempora habitârunt[k]. Vel, 4. quòd Hiramo oblata fuit, 1 Reg. 9[l]. Vel, 5. q. d. *Galilæa convenarum*. Nam tractus iste non unius nationis hominibus, sed undique collectis ob adjacentis maris commoda, habitatus, nomen hoc habuit ab antiquissimis usque temporibus[m]. Nam Gen. 14.1. nominatur Tidhal *Rex gentium*[n]; quod ad gentes illi regioni adjacentes pertinere constabit ex collat. Jos. 12.23[o]. ubi post multos Reges Syriæ Palæstinæ itidem recensetur *Rex gentium*, addito לגלגל, ubi *Gilgal* idem esse videtur quod apud Prophetam hoc loco, & 1 Reg. 9.11. גליל, alibi גלילה, aut גלילות, proprium nimirum Galilææ nomen, sed ex communi limitis notione veniens[p]. Et Strabo notat Galilæam habitatam ab Ægyptiis, Arabibus, Phœnicibus. σύγκλυδας (*convenas*, sive *mixtam colluviem incolarum*) multos fuisse Tiberiade, ait Josephus[q]. Quod hîc *Galilæa gentium*, in Esa. 9.1. dicitur גליל הגוים *circumferentia gentium*, h. e. ea Palæstinæ pars quæ ab Hierosolyma remotissima est, & gentibus circumdata[r]. Nonnulla exemplaria hunc locum sic distingunt, *Trans Jordanem Galilæa. Gentium populus*, &c[†]. Sed hæc ψευδοδιαστολὴ (*perversa distinctio*) facilè refellitur ex textu Hebræo, ubi post גליל הגוים per Silluc Soph-pasuch distinguit, & tum demum novum versum incipit voce העם, *populus*[t].

16. *Populus* (vel, Nempe *populus ille*, Sch Galilææ scilicet[v],) *qui sedebat* (i.e. agebat, erat[x], versabatur[y]: in Esa. *ambulabat*[z]: Sed verbum הלך non motum tantùm progressivum notat, sed & statum atque institutum vitæ; *ambulare* ergò hîc est, *considere*[a]; imò rectè Matthæus dicit καθήμενος, ut designaret moram illorum in tenebris per aliquot secula[b], usque ad Messiam[c]. Al. *positus*, Be. Pi. Duas voces Hebræas ההלכים & יושבי rectè unâ eâdemque voce Græcâ, καθήμενος, transfert, neque subtilior explicatio hîc quærenda est. Nam καθήμενος, simpliciter est degens: quod Hebræi modò *ambulandi*, modò *sedendi*, voce exprimunt. Eadem locutio & eundem Prophetæ locum respiciens, est Luc. 1. 79. Unde apparet his vocibus non solùm locorum, sed temporum calamitates, indicari[d].) *in tenebris* (vel, 1. calamitatum[*]; vel, 2. errorum atque iniquitatum; tum quia longè aberat à Templo, tum quia gentibus vicinus & permixtus[f]: qu. d. Populus verâ Messiæ cognitione destitutus[g],) *vidit* (primus scilicet[h],) *lucem magnam*] Id est, lætitiam, sive salutem oblatam in Christo[i], Evangelii lucem[k], quæ totum orbem illustravit, cui collata lux Legis & Prophetarum, vix scintilla censenda, eáque soli splenduit Judææ[l]. Græcis κοιλώματα loca dicuntur in convallibus posita, & depressa: itaque perelegan̄ter vocatur populus ἐν σκότει καθήμενος, quem in tenebris esse voluit intelligi[m]. ¶ *Et sedentibus in*, &c. Ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου] *In regione & umbra mortis*, Er. Be. P. Pi. &c. i. e. In regione umbræ, sive umbrosa, mortis[n]. Est ἓν διὰ δυοῖν, ut 1 Mac. 12.17[o]. & in Hesiod. Ἄστρου καὶ κυνὸς ἀρχομένου, *astro & cane incipiente*, i. e. astro canis[p]. Σκιὰ θανάτου dicitur quomodo βίου φῶς (*lux vitæ*[*]. Sensus; q. d. In regione quam occupabat umbra mortis[q], i. e. densissimæ tenebræ, sive extrema mala, cujusmodi apud inferos[r], in regione mortifera[†]. ¶ *Lux orta est*, (sic dicit pro, *splenduit*, in Esa. quia splendor Evangelii recens fuerat exortus[t],) *eis*] Τὸ *eis* hîc redundat[v]. Sensus, q. d. Tenebræ mortis in lucem vitæ mutatæ sunt[x]; non quòd ipsi ad lucem, sed quòd lux ad eos, venerit[y].

17. *Exinde*, Ἀπὸ τότε] *A tunc*, ex quo, Johanne tradito, venerat in Capharnaum[z]. *Cœpit——prædicare*] Nempe in Galilæa[a], publicè, assiduè, & ubique[b]. Prædicaverat ante in Judæa[c], sed sensim & parciùs, dum Johannes prædicavit[d]. Verbum ἄρχεσθαι non semper excludit actum præteritum, nec ponit necessariò aliquid novi. Imò sæpe id notat quod jam ante factum, sed alio modo, vel tempore, vel loco. Vide Marc. 6.34. & 8.11. & 12.1. Sic & החל Hebræis quandoque sumitur[*]. Jam Christus munus Propheticum auspicatur, quod in tribus consistit, 1. prædicatione; 2. Discipulorum collectione; 3. miraculorum patratione[†]. ¶ *Pœnitentiam*, &c.] Johannis verbis utitur, ut doceat ipsum fuisse legatum Christi[f], eandémque utriusque doctrinam[g]. Vide Mat. 3.2[h]. ¶ *Appropinquavit regnum cœlorum*] Id est, vel jam advenit[i], vel appropinquat[k], quia jam adsum ego Christus[l]. *Regnum cœlorum* designare potest, vel, 1. adventum Messiæ: vel, 2. statum Ecclesiæ & religionis sub Christo: vel, 3. Regnum Christi inter Gentes propagandum[m]. Pariter patefactio hujus Regni gradatim facta est. Cœpit in baptismo Johannis, Matth. 11. 12, 13. Marc. 1.1, 2. Illustrior autem fuit prædicatione & miraculis, & maximè resurrectione, Christi, Rom. 1.4. de his autem Messiæ indiciis h. l. agit[n]. Porrò, ex *appropinquatione regni*, &c. pœnitentiam urget; 1. quia populus regnum illud expectavit, Marc. 15.43. Luc. 2.25, 38. & 19.11. 2. Quia Judæorum sententia erat, pœnitentiam ad Regnum Messiæ introducendum necessariam fuisse. 3. Quia convenit hoc cum natura illius Regni, tum, 1. cum scopo Christi, qui est *salvare* homines *à peccatis*, Matth. 1.21. tum, 2. cum statu illo Ecclesiæ, quum nullæ forent externæ ablutiones, sed tantùm cordis, &c. tum, 3. cum vocatione Gentium, quam Judæi cum ipsorum abjectione conjunctam fore sciebant, nisi resipiscerent[o]. Quum autem Judæi pœnitentiam & remissionem peccatorum non in interna animi mutatione, &c. posuerunt, sed in externis applicationibus, nempe, in confessione, sacrificio, die expiationis, tolleratione pœnæ à Judicibus illatæ, & præsertim morte, quâ unâ omnia peccata indubiè remitti statuerunt; insanum hunc atque impium ipsorum errorem h. l. (sicut & Matth. 12.32.) evellit Christus hac voce, Μετανοεῖτε, quod internam animi in melius mutationem designat; unâque alium errorem refutat, quo legali justitiâ inflati, pœnitentiâ sibi non opus esse putabant[p].

18. *Ambulans*] Non otiosè, sed quærens sibi Discipulos[q], quos testes haberet omnium quæ faceret & diceret. Vide Act. 4.20[r]. ¶ *Juxta mare Galilææ*] i.e. Vel, 1. mare Magnum, quod alluebat loca Galilææ inferioris[†]. Vel, 2. mare, i.e. lacum Genesarethi[t], qui Galilææ terminus Orientalis erat, separans eam à Galaaditide[v].

[c] Er. ex Theoph. sic Be. Camer. G. Bru. Pi
[d] Sch.
[*] Bru.
[f] Bru. Q. in Jun.
[†] Camer.
[g] Pi. ex Jun.
[h] Er. Be. Pi. Jun.
[i] Be.
[k] Be. ex Er.
[l] Be.
[m] Li. harm. 3.148.
[n] Span. 327. sic Jun. Be. Pi.
[o] G.
[p] Jun. par.
[q] Pi. sim. Be.
[r] Bru.
[†] Sch. sim. Li. harm. ibid.
[t] Be.
[v] Be. sim. Li. ib. Sch.
[x] D. Li. ex Jo. &c.
[y] Li. harm. 3.149.
[z] D.
[a] D. Li. ex Jo. &c.
[b] D.
[c] Be. D. Bru.
[d] Cas. Pi. sim. G.
[*] Cas.
[f] Cas. Pi.
[g] Be. D.
[h] Q. in D.
[i] Ham.
[k] Q. in D.
[l] Q. in D. sic Er. Pi. Be.
[m] G.
[n] G. Ham.
[o] Ham.
[p] G. sim. Ham.
[q] G.
[r] Ham.
[†] Zeg. sim. Camer.
[t] Sch.
[v] Pi.
[x] Bru.
[y] Be. Bru.
[z] Bru.
[a] Span. 330.
[b] Span. sim. Sch.
[c] Span.

[d] G.
[*] Pi.
[f] Bru. sim. Span. 328
[g] Sch.
[h] Bru.
[i] Pi.
[k] Bru. sim. Li. Ham. &c.
[l] Bru.
[m] Cas.
[n] Di. ex Ar. G. Bru. &c.
[o] G. sic Pi.
[p] Di. appen.
[*] G.
[q] Bru. sic Di.
[r] Bru.
[†] Pi.
[t] Idem.
[v] Sch.
[x] Bru.
[y] Bru. ex Chrys.
[z] Bru. sim. Li. harm. 3.156. Sch.
[a] Pi. Bru.
[b] Bru.
[c] Bru. Pi.
[d] Bru.
[*] Wal. ex Span.
[†] Ham.
[f] Mal.
[g] Bru.
[h] Me.
[i] Li. harm. 3.167.
[k] Bru. Li. ibid.
[l] Bru.
[m] Li. ib. 161.
[n] Ib. 167.
[o] Ib. 159.
[p] Ib. 162.
[q] Sch. ex Bru.
[r] Bru.
[†] Camer.
[t] Bru. sim. Pi. Camer.
[v] BA. 1.41.

de [v]. At Matthæum perstrinxerunt Porphyrius & Julianus, quòd parvum lacum *mare* vocavit. Quo inscitiam suam produnt, quum Hebræis id tritum erat, ut qualibet aquarum congregatio *mare* vocaretur. Vide Gen. 1. 10. &c. Quin & vas, &c. in Templo *mare* dictum [x]. Erat autem hic lacus longus stadia 100, latus 40. Stadia autem octo faciunt milliare [y]. ¶ *Duos fratres*] Fratres vocantur, ad significandam concordiam in munere obeundo [z]. ¶ *Simon* (Heb. שמעון [a],) *qui vocatur* (vel, *vocabatur*, V, non tunc, sed postea [b], Matt. 16. 18. Joh. 1. 42 [c].) *Petrus*] Ità distinguit eum à Simone Canaanita [d]. ¶ *Et Andream fratrem ejus*] Fuerant hi discipuli Joannis, qui, eo in vincula conjecto, redierunt ad opera piscationis [*]. ¶ *Mittentes* (vel, *Jacientes*, Pi. &c.) *rete*, &c. Ἀμφίβληστρον est, *Rete jaculum. Fundam* dixit Virgilius. Locutio sumpta est ex Esa. 19. 8 [f]. Sic dictum, quòd *undique complectatur* [g]. Sed multæ, inter Evangelistas de horum vocatione agentes, contradictiones esse videntur, quibus Deus voluit & nostram fidem exercere, & obsequium probare, & diligentiam excitare [h]. [De iis sigillatim agendum suadet & instituti nostri ratio, & impia atque iniqua adversùs Sacram Scripturam ætatis nostræ indoles.] 1. Vocatio eorum secundùm Matthæum erat, 1. eodem tempore, idque dum jacerent rete, &c: 2. post captivitatem Johannis: 3. ad mare Galilææ. At secundùm Johannem, 1. 41, &c. erat 1. [successiva] Andreæ primùm, deinde Simonis: 2. ante captivitatem Johannis: 3. in Bethabara, adeóque in Judæa, Joh. 1. 28 [i]. Resp. Diversæ hæ sunt historiæ, Johannes agit de spontaneo Andreæ & Petri accessu ad Dominum, cui ad tempus adhæserunt, & postea ad pristinum vitæ genus se receperunt; dicitur enim διαλεκτικῶς eos mansisse apud Dominum *illo die*, Joh. 1. 39. De vocatione eorum nihil habet, sed vocatus legitur Philippus, v. 43. Matthæus autem agit de eorum vocatione ad discipulatum & contubernium perpetuum [k]. Duæ erant Petri & Andreæ vocationes, 1. ad familiaritatem, Joan. 1. ut auditores essent: 2. ad discipulatum, ut comites essent, Christúmque, omnibus relictis rebus, perpetuò sequerentur [l]. Prior autem non tam vocatio erat quàm ad eam præparatio [m]. Si conferamus Matthæum h. l. & Marcum, c. 1. 16, &c. cum Luc. 5. 1, &c. crux multiplex Lectori figitur [n]. Respondent multi, diversas esse historias: quod non placet; quia eadem utrobique vocatio, idem obsequium. Nec credibile est, eos, post vocationem & relictionem suorum, ad sua reversos esse. Vide Luc. 9. 62 [o]. [Sed videamus quænam hîc sunt ἐναντιοφανῆ.] 1. A Christo visi sunt simul duo fratres in Matt. & Marc. Simon tantùm in Luc [p]. Resp. Non id dicit Lucas, sed tantùm Simonem à Domino compellatum, ut à terra proveheret, quod prætermittunt Matth. & Marc [q]. 2. Christus vidit eos *jacientes rete in mare*, in Matt. & & Marc; at in Luc. *abluentes retia* [r]. Resp. 1. Non de illis id dicit Lucas, sed indefinitè de piscatoribus, quorum plures erant, Marc. 1. 20. 2. Utrumque à Christo visum, unum refert unus, alterum alii [†]. 3. Τὸ βάλλοντας, &c. forsan non piscationem denotat (quæ longè diversâ phrasi exprimitur, Luc. 5. 4.) sed ablutionem retium in mari [t]. 3. Vocati hi sunt à Christo ambulante ad mare, juxta Matt. & Marc; in nave, juxta Luc [v]. Resp. Eadem circumstantia temporis *in genere* innuitur in Matt. *in specie* autem exprimitur in Luca. Id factum dicitur via ambulante, quod deambulationem istam excipit, sive is adhuc deambulet, sive stet, &c [x]. 4. Vocatio quatuor Discipulorum à Matt. & Marc. narratur; unius Simonis à Luca [y]. Resp. Reliquorum vocatio non negatur à Luca, sed satis indicatur v. 11: à Matt. autem & Marc. explicitè recensentur [z]. 5. Jacobus & Johannes diverso & loco & tempore visi & vocati sunt in Matt. & Marc; conjunctim, ut socii Simonis in Luc [a]. Resp. Id Lucas non dicit, sed tantùm narrat plures vocatos, alios nempe post alios, exiguo intervallo interjecto [b].

19. *Venite post me*] i. e. Sequimini me [c], (Hebraismus, ut 1 Reg. 1. 14 [d].) tam corpore quàm animo, relicto hoc vitæ genere. Jamdudum isti, Johanne prædicante, in Christum crediderant, eique frequenter adfuerant, Joh. 1. 37, &c. Confer Act. 1. 21, 22. Sed nondum indivulsè Christo adhærebant, quin ad artem suam redirent, &c. Vocatio itaque hæc non est ad fidem, sed ad munus, ut sint Discipuli, tandémque Apostoli [*]. ¶ *Piscatores hominum*] Simili modo ἀνθρωποθηρίαν (*hominum venationem*) dixit Plato, τέχνην τῆς ἀνθρώπων οἰκειωτικὴν, (*artem hominum conciliatricem.*) Vide Ezec. 47. 10. Veritatem Prophetiæ piscatoribus patefactam ait Isaac Ben Aram. Vide Nebiensem ad Psal. 107 [f]. Alludit ad vocationem ipsorum, prout solenne Domino spiritualia carnalibus adumbrare, & figuras à re nata petere [g]. Commendat diligens & indefessum studium lucrandi homines Deo [h].

20. *Continuò*, Εὐθέως] *Statim*, Be. Pi. Bru. &c. ut fuerint vocati, tum quia antea crediderant, tum ob energiam Spiritûs S. voci additam, &c. ¶ *Relictis retibus*] Quorum antea meminerant, quæ etiam mox hominum præda fierent. Sed sub retibus cætera omnia comprehendit, ex collat. Matt. 19. 27 [i].

21. *Procedens*, Προβὰς] *Progressus*, Be. Bru. *pusillum* addit Marcus [k]. ¶ *Jacobum*] Majorem, ad differentiam alterius Jacobi, fratris Jose [l], & Judæ, cujus Epistola exstat in N. T [m]. filii Alphæi & Mariæ, sororis Mariæ Θεοτόκου [n], quare *frater Domini* vocatur, Gal. 1. 19 [o]. qui & *minor* dicitur, Marc. 15. 40 [p]. ¶ *Zebedæi*] Nempe filium [q]; cujus mentio facta videtur in Bereschith Rabba, his verbis, *R. Barachias in nomine R. Jacob F. Zebedæi quæsivit*, &c. Fuit enim hic post Christi ascensum in cœlum, & post interfectum ab Herode Jacobum Alphæi F. constitutus Jeros. Episcopus, Judæisque credentibus Legisque zelotis multùm favens, Act. 15. & 21. 20. ideóque & Judæis celebrrimus & gratissimus fuit (ut Scriptores Ecclesiastici referunt;) licet postea per seditionem à Sadducæis interfectus fuerit, teste Jo. Antiq. ult [r]. ¶ *Et Joannem*] Evangelistam [†]. ¶ *Reficientes*, Καταρτίζοντας] *Sarcientes*, Be. Pi. Bru. *Redintegrantes*, Be. Bru. nam ἄρτιον dicitur quod integrum est [t].

23. *Et*, &c. Καὶ περιῆγεν] *Et circumivit Jesus* (vel, *circumduxit se Jesus* per, G. Ἄγειν est, *ducere*, indè, περιάγειν, *circumducere*, ut 1 Cor. 9. 5. προάγειν, *producere, provehere*, ὑπάγειν, *subducere*. Sed ut ἄγω interdum αὐτοπαθῶς usurpatur pro eo quod esset, *duco me in hunc*, vel istum, locum, ut, *Surgite*, ἄγωμεν, *eamus*, Matth. 26. 46. Joh. 14. 31. sic & composita usurpantur, v. g. ὑπάγειν, *abire*, προάγειν, *præire*, & περιάγειν, *circumire*, quod vel absolutè ponitur, ut Act. 13. 11. vel, cum accusativo objecti, ut hoc loco [v]. Non uno aut altero loco hæsit Jesus, ut Baptista, exspectans ut, famâ ejus exciti, eum convenirent quoquot saluti erant avidi, sed ipse ægros pius medicus adit & circumit [x],) *totam Galilæam*] Secundâ vice, non solus, ut & Luc. 4. 15. sed Discipulis comitatus, multa patrans miracula [y]. Galilæa oppidis vicisque populosis abundabat. Vide Jo. Belli, 3. 2 [z]. & de Vita sua, p. 642 [a]. ex edit. Græca Frobenii, An. 1544 [b]. ¶ *Docens*] Non mirum Christo hoc permissum [c]. Nam quamvis docendi authoritas, ex Lege penes Sacerdotes ac Levitas, ex usu verò penes Scribas esset; quum tamen Sacerdotes & Levitæ docendi officium ferè negligerunt; Scribæ verò, populi & Synagogorum multitudini non sufficerent [d], solebat ab Archisynagogis is honos deferri viris gravibus & non ineruditis, ut patet ex Act. 13. 15 [*]. Quod rectè adversùs Marcionem observat Tertullianus, l. 4. *Sed etsi passim synagoga adiretur, non tamen ad docendum, nisi ab optimè cognito & explorato & probato jampridem in hoc ipsum, vel aliunde commendato.* Mansit is mos aliquamdiu in Ecclesia Christiana, ut concessu Episcoporum Scripturas interpretarentur, non Presbyteri tantùm aut Diaconi, sed & qui manuum impositionem nondum sunt consecuti. Vide Euseb. qui Originis aliorúmque exemplo probat, *Laicis prædicare licitum fuisse, modò concessu* προεστῶτος (*præfecti* Ecclesiæ) fieret; quò spectat & 1 Cor. 14. 29 [f]. Duo aditum Christo aperuerunt, 1. fama Doctrinæ & miraculorum ejus: 2. quòd se præberet Ducem sectæ religiosæ. Utcunque enim à Scribis, &c. odio habebantur Christus & Discipuli ipsius, eos tamen inter religiosos numerabant, eodem sensu quo Sadducæos, h. e. distinctos à עם הארץ, à plebeis aut secularibus, quibus Religio parùm curæ [g]. ¶ *In synagogis eorum*]

Marginal notes (left): v Bru. — x Span. 3. 73. 247. — y Bru. — z Idem. — a D. — b Sch. ex Be. — c Sch. — d Be. — * Camer. ex Theoph. — f G. — g Er. sim. Be. Camer. — h Span. dub. 3. 72. 338. — i Span. ib. — k Span. 340. — l Mal. ex Chrys. & Aug. & Theoph. & Euthym. — m Mal. — n Span. 338. — o Span. 341. — p Q. — q Span. 343. — r Q. — † Span. ib. — t Ham. ad Luc. 5. 2. — v Q. — x Span. ib. — y Q. — z Span. 344. — a Q. — b Span. 344. — c Bru. Mal. — d Mal.

Marginal notes (right): * Bru. sim. Pi. — f G. — g Wal. ex Span. sim. Bru. — h Bru. — i Idem. — k Idem. — l Sch. — m D. — n Sch. sim. D. — o D. — p D. Sch. — q Bru. Pi. &c. — r Cap. — † Bru. — t Be. — v Sch. sim. Camer. — x Bru. — y Li. harm. 3. 197. — z Bru. — a Li. ib. — b Li. ho. in præfat. — c G. sim. Bru. Li. ho. 76. — d Bru. — * G. sim. Bru. — f G. — g Li. ho. 76.

Non in deserto, nè pauci tantùm audirent, non in occulto, nè doctrina calumniam pateretur, quasi non esset sibi conscius recti, sed in locis publicè ad docendum destinatis, &c [h]. [Hîc autem commodus est de Synagogis aliquid, sed breviter, dicendi locus; quod multis S. S. locis illustrandis inservire possit.] Vox hæc συναγωγὴ tam latè patet quàm Heb. עֵדָה, aut Lat. *conventus* [i]. Sic appellatur, tum, 1. cœtus [k], quem συναγωγὴν reddunt o'. Exod. 12. 3, 19. Num. 16. 2 [l]. omnis hominum cœtus qui ex instituto est, sive judiciorum, sive publici consilii, sive rerum sacrarum, gratiâ [m]: tum, 2. locus in quo conventus habebatur, ut Luc. 7. 5 [n]. Hîc utrovis modo intelligas, nihil refert. Nè Christianos quidem ab hac voce abhorruisse apparet, Jac. 2. 2. Theophylus adversùs nationes, l. 2. τὰς συναγωγὰς, λεγομένας ἐκκλησίας ἁγίας. (*Syagogas, dictas ecclesias sanctas.*) Eadem loca Philo modò διδασκαλεῖα, modò προσευκτήρια, appellat, alibi, ἱερὸν τόπον, (*locum sacrum.*) Sed & à precibus προσευχαὶ, *proseuche*, vocabantur, teste Philone, legatione ad Caium; Romæ præsertim, quod nos docent Satyræ [o]. Templum Judæis unicum erat, Synagogæ frequentes, & sæpe in una civitate plures [p]. Hebræi narrant, ultimis temporibus in una Jerosolyma Synagogas 480 fuisse. Vide Act. 6. 9 [q]. Quin & hodie Thessalonicæ, sub Turcis, Synagogæ Judæorum 80 numerantur [r]. Synagogas quidem in exsilio Babylonico, quum Templo carerent, primùm constitutas putant, earúmque usum, restituto Templo, retentum †, Judæis Jerosolymitanis Legem in Templo audientibus, Provincialibus verò, cùm ad Urbem venirent, in Synagogis. Ut autem in Templo Sacerdotes & Pontifex primatum gerebant; sic in Synagogis Scribæ, Matt. 23. 6. Publica porrò & solennis alicui indicta correctionis pœna in Synagoga subire consuevit. Vide Matt. 10. 17. Act. 22. 19 [t]. Non formata est Synagoga, nisi ubi essent decem literati, ex professo studiosi Legis. Ex his Decemviris erant, 1. tres, qui Magistratum gesserunt, & vocabantur, *concessus triumviralis*. Hi meritò & propriè vocabantur Ἀρχισυνάγωγοι, quippe quibus incubuit summa rerum cura & summa potestas. 2. Publicus Synagogæ minister, qui à Judæis vocabatur *Angelus Ecclesiæ*, &, *Episcopus congregationis*, (quæ nomina & Ministris Evangelii tributa sunt,) qui oravit publicè, & curavit de lectione Legis, & conciones aliquando habuit. 3. Tres Diaconi, vel Eleemosynarii, quibus cura pauperum; atque hi vocabantur *Parnasim*, vel *Pastores*, de quibus vide Maimon. in Sanhed. cap. 1. & Hierosf. Peah, fol. 21. 1. Atque hi septem fortè reputandi sunt, *Septem boni viri civitatis*, de quibus frequens memoria apud Talmudicos. Hinc forsan fax illi loco, 1 Tim. 3. 13. *Qui bene Diaconatum gesserunt*, &c. Nam cùm *Parnasim* isti, uti & totus Decemviratus, literati fuerint & studiosi, à cura corporum, in qua fideles fuerant, ad curam animarum meritò promoveri poterant. Ejusdem doctæ & studiosæ classis reputandi etiam sunt Diaconi Apostolici. 4. Octavum ex iis חוּרְגְּמָן reputare possumus, i.e. Interpretem in Synagoga, qui linguarum peritus, ac legenti in Lege astans, versiculatim ea vernaculè reddidit, quæ lecta sunt è fonte Hebræo, & licentiâ aliquando usus est exspatiandi in Paraphrasim; cujus exempla occurrunt Hierosf. Biccurim, fol. 65. 4. Sanhed. fol. 20. 3. Bab Beracoth, fol. 28. 1. alibíque: atque etiam in ipso Chaldæo Paraphraste. 5. Nonus & decimus forsan erant Scholarcha Theologicus, ejúsque Interpres, de quibus alibi dicendum. Convenerunt autem in Synagogis, tum die Sabbiti, de quo nulla est quæstio, tum etiam die hebdomadæ quinto & secundo: hinc forsan illud Act. 13. 42. εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον, i. e. diebus intercurrentis hebdomadæ, quibus convenerunt. Tenebantur omnes, temporibus orationum statis frequentare Synagogam; quod qui non facit, *vicinus malus est*, inquit Maimon. in Tephillah, cap. 8. Die Sabbati, inceptis Sacris, septem, quos sibi visum est evocare, evocat Minister Ecclesiæ, lecturos ordine suo Legem. Sacerdotem primò, deinde Levitam, si modò adessent, & post hos, quinque Israelitas. Hinc in editionibus nonnullis Bib. Heb. ad marginem Pentateuchi ascribitur, 1. כֹּהֵן, 2. לֵוִי, 3. שְׁלִישִׁי, 4. רְבִיעִי, 5. חֲמִישִׁי, 6. שִׁשִּׁי, 7. שְׁבִיעִי, denotato per hæc verba lectorum ordine, & portione ab unoquoque lectâ indè emensuratâ. Sic evocatum ab Angelo Eccle-

[h] Bru. [i] G. [k] G. Bru. [l] Bru. [m] G. [n] G. sim. Bru. Mal. Pi. Span. 363. [o] G. [p] Bru. [q] Scul. ex. 2. 11. sim. Bru. [r] Scul. ib. † Scul. sic Bru. [t] Scul. ib.

siæ Nazarethanæ arbitror Christum, Luc. 4. 16. legentémque pro more, ut membrum istius Synagogæ. At nonne in Synagoga erant conciones? 1. Videtur ibi fuisse Catechizatio puerorum. 2. Targumista, sive Interpres, exspatiatus est, &c. ut suprà dictum. 3. Bab. Schabb. fol. 30. 2. *Convenire solitæ sunt fœminæ, & vulgus*, nempe, in Synagoga, *ut audirent expositionem & concionem. Atque illis opus fuit Expositoribus*, vel Concionatoribus, *qui corda eorum afficerent*, cui non dissimile illud Act. 13. 15. Εἰ ἔστι λόγος, &c. Solebant & in his exercitiis proponere quæstiones. Vide Bab. Beracoth, fol. 27. 2 [v]. ¶ *Prædicans*] Apud Græcos Scriptores κηρύσσειν non ità sumitur, sed tantùm de Præconis voce. At Chaldaicè & Rabbinicè כרז (deformatum à κηρύσσω) pro *prædicare* sumitur. Vide Prov. 1. 21. תִּקְרָא, *clamat*, pro quo Targum habet מַכְרְזָא, κηρύσσει [x]. ¶ *Evangelium regni*] i. e. De Regno [y], scilicet Messiæ [z], καθ' ἐξοχὴν sic dicto, ut Dan. 2. 44 [a]. vel, cœlorum [b]; & ratione ejus consequendi [c]. ¶ *Sanans*] Θεραπεύειν impropriè hîc usurpatur [d]; est enim propriè, *mederi pharmacis* *; unde ars medendi à Galeno dicta θεραπευτικὴ [f]. *Sanans*, nempe, solo verbo jussúque. Priùs tamen *docens* animas quàm *sanans* corpora: nam propter doctrinam, sanitatum miracula. ¶ *Omnem morbum*] Pro, ab omni morbo, etiam insanabili [g]. ¶ *Infirmitatem*, Μαλακίαν] Propriè, *mollitiem* [h], rectiùs, *langorem*, Er. sic P. Ti. Pi. Be. Li. Bru. Is est levis ac lentus morbus [i], ex quo non quidem decumbit homo, sed languet, aut contabescit [k]. Al. Satis latè patet hæc vox Judæis Græcè loquentibus, ità ut dolorem malúmque omne includat, respondens Hebraicis vocibus מַכְאוֹב, ut Job. 33. 19. & אָסוֹן, ut Gen. 42. 4 [l]. Μαλακία hîc idem quod νόσος, *infirmitas* quævis est, aut *ægritudo*, ut apud o'. ad Genes. 42. 4, 38. Deut. 7. 15. & 28. 61. 2 Par. 16. 12 [m]. Impletur hîc promissio Legis, Deut. 28 [n].

24. *Et*, &c. Καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ] *Et* (*Tunc*, P. Pi.) *emanavit*, sive *dimanavit*, (vel, exiit, Pi. *pervenit*, P.) *fama ejus*, Be. Er. Ti. &c. i.e. audita de ipso [o]; vel, sermo de factis ejus [p]. Ἀκοὴ, propriè, *auditus*, vel *auditio*, hîc est, *rumor*, *fama*, ut sumitur etiam Matt. 14. 1. & 24. 6. Marc. 1. 28. & 13. 7. & in Thucyd. lib. 1. & in Plat. Phœdro atque Timæo [q]. ¶ *In totam Syriam*] Hoc nomine videntur hîc comprehendi regiones quæ nominantur v. seq [r]. omnis Judæorum regio latissimè sumpta, & intrà & extra Jordanem, quæ ut Romano Syriæ Præsidi suberat, ità & eo nomine venit †. Syriam vocat omnes longè latéque circumjacentes regiones, non tantùm Judæam, Peræam, Bathanæam, Galilæam, Decapolin, Samariam; sed & Idumæam, Palæstinam, Syrophœniciam, Syriam Damasci, Syriam Antiochiæ, Syriam Cœlen, Arabiam, &c. Syriæ enim termini describuntur, ab Aquilone Cilicia, à Meridie Ægyptus, ab Occidente mare Magnum, sive Syriacum, ab Oriente Euphrates [t]. Phœnicia, Damascæna, Mesopotamia, & Babylonia, *Syriæ* nomine venerunt, teste Plin. 5. 12 [v]. Primus hic est, & quidem notabilis, Gentium ad Christum confluxus. Quanquàm missus est Christus ad Israelitas, Gentes tamen ipsum quærentes non rejicit [x]. ¶ *Obtulerunt*] Scil. homines, pro, *oblati sunt* [y]. ¶ *Malè habentes*] Vel, *affectos*, Be. Pi. Sch. Verbum ἔχω adverbiis qualitatis junctum affectionem subjecti notat, ut ἡδέως ἔχειν, *jucundum esse*, ἀδυνάτως ἔχειν, *non posse*, & h. l. κακῶς ἔχων, *ægrotum esse* [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ βασάνοις συνεχομένους] *Et torminibus* (vel, *cruciatibus*, Sy. Be. Il. Ca. Pi. Bru. *vexationibus*, P. *angustiis*, Tre.) *comprehensos*, Mo. &c. vel, *contractos*, Er. Ti. *detentos*, Be. Il. Pi. *constrictos*, Er. Sy. *pressos*, Tre. Βάσανος propriè est coticula quâ aurum exploratur [a]; deinde significat *tormenta*, quibus malefici exanimantur; denique, quosvis cruciatus [b], etiam inferni, Luc. 16. 23, 28 [c]. hîc, tormenta morborum [d], sævos omnes morbos ægrotum acerrimè excruciantes *, quasi reum tormentis & equuleo, veritatis extorquendæ causâ, impositum [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ δαιμονιζομένους] *Et dæmoniacos*, Be. P. Ti. Pi. Bru. &c. i.e. eos qui à Dæmoniis agebantur [g], quorum non tam animas quàm corpora Dæmon occupabat, perturbans sensus & ad insaniam adigens [h], à Dæmone corporaliter obsessos [i]. Non intelligit h. l. quovis modo insanientes, sed impurorum spirituum vi majore correptos atque agitatos;

[v] Li. ib. cap. 4. p. 70. [x] Cam. [y] Bru. [z] Cam. Li. harm. 198. [a] Cam. [b] Pi. sim. Camer. Clar. [c] Pi. [d] Be. ex Er. sim. Bru. Pi. * Bru. Be. &c. [f] Pi. sim. Er. [g] Bru. [h] Pi. ex Er. [i] Er. Sch. [k] Bru. sim. Li. harm. 3. 196. [l] G. [m] Scul. ex. 2. 12. [n] G. [o] Cam. [p] Pi. [q] Sch. [r] Pi. sim. Li. harm. 3. 198. † Li. ib. [t] Bru. [v] Sch. [x] Li. ib. 199. [y] Bru. [z] Sch. [a] Camer. Bru. sim. Sch. [b] Sch. sim. Camer. Bru. [c] Sch. [d] Camer. * Be. sim. Sch. Bru. [f] Be. [g] Er. Bru. [h] Bru. [i] Sch.

tos; quales erant quos Græci νυμφολήπτους, Latini *larvatos, ceritos, limphaticos*, vocabant. Cum hoc enim malo conflictantium copiam magnam exhibuit, non Christi tantùm Apostolorúmque, sed & serior, ætas, ut videre est apud Orig. Tertul. Cyprian. Apud Græcos media est vox δαίμων, & quidem, ut arbitror, initio in partem meliorem usurpata, non ex Græco origine, quòd sint δαήμονες, sed ex Arabica potiùs, דימון. Græcam vocem leviter notatam eodem sensu Syri usurpant: dicunt enim דאיוני. Nam ab Oriente ferme venerunt antiquissimæ Sacrorum voces: quomodo & illud similis notionis κάβειροι, *divi potes*, Latinè, כבירים. Sicut autem Hebraistæ Judæi nolluerunt appellare בעל, quòd ea vox à profanis gentibus esset occupata, alioqui nihil aliud quàm *dominum* significans; ità & Helenistæ Angelos lucis noluerunt appellare *dæmonum* vocabulo; sed in detestationem paganicæ superstitionis nomen id proprium esse voluerunt spiritibus noxiis, quos Græci, discriminis causâ, κακοδαίμονας, veteres Latini, *vejoves*, appellârunt [k]. Δαίμονες à Græcis vocati sunt dii eorum; at in S.S. tum V. T. secundùm LXX, tum N. T. ex illorum imitatione, Angeli tantùm Apostatæ sic vocantur [l]. ¶ *Et lunaticos*; ità P. Ti. Be. Pi. Sch. &c. Σεληνιαζομένους] *Sideratos* vertit Erasmus [m], (nempe, in prima editione, nam in secunda id ultrò mutavit [n],) malè. *Siderati* enim dicuntur, quorum corpora vi quâdam occultâ siderum momento temporis arefacta redduntur, à quibus, ut nomine, ità & re, differunt Lunatici [o]. Quanquam Græci, morbo caduco laborantes, σεληνιακοὺς interdum vocant; videtur tamen hîc malum gravius & à naturalibus causis remotius indicari, cui tamen adsit ἐπίληψις, (*epilepsia*.) Nam infrà 17. 15. & deinceps, qui σεληνιαζόμενος vocatur, ostenditur fuisse & ἐπιληπτικὸς & δαιμονιζόμενος. Firmicus apertè distinguit *lunaticos* à *caducis*; & Æginetâ quosdam σεληνιακοὺς ait esse ὡς ἐνθεαζομένους, (*tanquam numine afflatos*.) Neque aliter interpretantur σεληνιαζομένους, tum Basilius, tum Hieronymus [q]. *Lunatici* dicuntur à *Luna*, quasi qui à Luna, vel in morem Lunæ, aguntur, aut lunationibus afficiuntur [r], i.e. quibus augescit vis morbi, vel decrescit pro Lunæ inclinatione †, quorum morbi sunt, ad motum Lunæ, periodici [s]. Hujusmodi sunt ii qui laborant morbo comitiali sive caduco, qui & σεληνιακὸς, *lunaris*, dicitur [v], tam quòd interlunio nati eo laborare solent [x], quàm quòd illos sub Lunæ defectum corripit [y]. Arabs σεληνιαζομένους vocat, *qui corripiuntur in initiis lunationum*, i. e. in noviluniis, quando interlunium est [z]. Huic morbo Diabolus plerumque se admiscit, ut docet Matt. 17. 15, 18 [a]; ità tamen ut non nisi istis Lunæ intervallis ac periodis, quibus oritur morbus ille, hominem corripit. Lunæ motum quidam quandoque morbi sequuntur, Arthritis, Mania, Catarrhus, sed ordinariò nulli [præter] quàm Hydrops & Epilepsia: ille increscente Lunâ frequenter, quandoque tantùm decrescente, augetur, hæc ipso novilunio, plenilunio, aut pridie ejus diei exacerbatur. Ea autem Epilepsiæ species hîc intelligitur, quæ divinitus immittitur: unde & veteribus Medicis non rarò ἱερὴ [forsan legendum ἱερὴ, *facer*,] νόσος, (*morbus*,) appellatur. Admirandus enim morbus est: & in leviori morbo sæpe multa obmurmurant, multa proloquuntur, quæ futurorum prædictionem spirare videntur [b]. Σεληνιαζομένους Syrus vocat *filios tecti*, [de quo plura videsis in Authore :] quasi tectis addictos, quòd hic morbus eos extra domorum conclavia agit in tecta: hoc enim lunaticorum, sive noctambulonum, proprium est, dum dormiunt, surgere, & instar felium tecta ædium conscendere [c]. ¶ *Et paralyticos*] *Sideratas*. Plautus, *Sideratus est, moveri non potest*. Scribonius Largus, *Facit ad tremulos & sideratione tentatos utrâlibet: una enim ex contractione, altera cum remissione, nervorum, conspicitur*; Σφάκελον *hoc utrumque vitium vocant*. Tralatio ducta est ab arboribus, quæ Caniculari sidere tectæ exarescunt [d]. Celsus Σφάκελον transfert *nervorum resolutionem* [*], 3. 27 [f]. Παραλυτικοὶ sunt enervati, languentibus ac debilitatis corporis membris [g], qui membrorum patiuntur dissolutionem. Eos hîc morbos nominat, qui Medicorum artem superant, ut Christi virtutem humanâ majorem probet [h].

25. *Decapoli*] Regio hæc erat trans Jordanem [i], imò partim citra, partim ultra, Jordanem & mare Galilææ [k]; sic dicta à decem quas complectitur urbibus [l], (ut Τετράπολις olim in Attica fuit quatuor urbium complexus, ut habet Pausanias Attic.) de quarum neque nominibus, neque situ, res est explorata [m]. Omnium tamen consensu, una, eaque maxima, erat Bathsan, sive Scythopolis, citra Jordanem sita, ad egressum illius è mari Galilææ [n]. Inter eas etiam numerant Damascum, Philadelphiam, Gadara, Hippon, Pellam, &c [o]. ¶ *Et de*, &c. Καὶ πέραν, &c.] *Et* (sub. *à*, vel *è*, Er. V. Pi. &c. repetendum ἀπὸ [p]; & sub. *regionibus*, Er. V. Be. Pi. Bru. &c. & sub. *sitis*, V. Bru. Pi.) *trans Jordanem*, Pi. &c. nempe, ex Peræa & Batanæa, quæ Jordani adjacebant, olim Regna Sehonis & Ogi, & ex triplici Arabia [q].

CAP. V.

1. *Ascendit in montem*] Tum ut turbam vitaret [a], tum ut loco apto oraret [b], tum ut commodiùs audiretur [c], tum ut illic doceret populum, certus eum non tam longè abiturum, quin manè rediret, tum ut ipsâ loci celsitudine declararet, doctrinam ipsius sublimem fuisse & cœlestem [d]. Sicut Lex vetus de monte erat promulgata, ità & novam Christus in monte proposuit [*]. ¶ *Et cùm sedisset*] In loco montis inferiori, campestri, æquabili, & multorum capaci [f]. *Sedere*, gestus doctoris [g]. Verbum καθίζω aliàs est ἀλλοπαθὲς, sive μεταβατικὸν, *transitivum*, sign. *colloco*, vel *sedere facio*, ut 1 Cor. 6. 4. Eph. 1. 20. hîc autem est αὐτοπαθὲς ||, sicut & Matt. 13. 48. & 19. 28. & 20. 21. neutraliter significans, nisi reciprocè malimus exponere, *colloco meipsum* [*]. ¶ *Discipuli ejus*] Non 12 aut 70 solùm, sed omnes qui doctrinam ejus sectabantur. Quare οἱ μαθηταὶ sunt iidem qui & hîc & infrà c. 7. v. 28. ὄχλοι, (*turbæ*;) & Luc. 6. 17. ὄχλος μαθητῶν (*multitudo discipulorum*) dicuntur. Atque ità vocem μαθητῶν scimus passim usurpari, ut infrà 12. 49. Luc. 6. 13. Act. 11. 26. &c [h]. Hæc concio non Apostolos, (quales nondum ulli erant,) sed Christianos omnes, spectat [i]. Præcepta quæ propria sunt ac peculiaria segregatorum ad prædicationem Evangelicam, infrà sequentur cap. demum 10 [k].

2. *Aperiens os*] Nempe, cum alacritate ac meditatione & vocis intentione [l]. Significat, eum non temere in verba prosiluisse, sed seria & grandia meditabundum locutum esse [m]. Quando agitur de re magna, usurpatur hæc phrasis, ut Psalm. 78. 2 [n]. Sed hoc perpetuum non est [o]. *Aperiens*, &c. i. e. vel, 1. libere & clarâ voce loquens, ut phrasis sumitur Ezec. 29. 21: vel potiùs, 2. post longum silentium in verba prorumpens, ut Job. 3. 1. i. e. Divina mysteria, quæ antè tacuerat, patefaciens [p]. Designat hæc phrasis tum *dicentis* gravitatem, & παῤῥησίαν, ut Prov. 31. 8, 9. Ezec. 33. 22. & vehementiam, Jud. 11. 35. Job. 33. 2. tum, *dictorum* magnitudinem & momentum, ut Proverb. 8. 6. Matt. 13. 35 [q]. ¶ *Docebat eos*] Discipulos quidem primùm, & cum eis turbam [r].

3. *Beati*] Id principio Christus docet, quod pollicentur omnes sapientiæ doctores; in quo sita est beatitudo, & quæ ad illam via †. Ethici doctrinam suam à beatitudine inchoant [r]. Imitatur Christus Davidem, aut certè eos qui Psalmos veteres in unum corpus collegerunt. Nam quod ei libro Proæmii vice præponitur, descriptionem hominis beati continet, simili verborum initio, אשרי האיש. Neque id ratione caret; nam disciplinæ activæ à finis tractatione ordiendæ sunt, unde pendet bonorum malorúmque notitia. Bonum enim Summum finis ipse, deinde & alia, quatenus eò ducunt; mala quæ abducunt. Ostendit igitur Christus, finem homini propositum esse debere vitam alteram meliorem; & in hac vita pacem conscientiæ & quæ eam consequuntur: proinde cætera hinc æstimanda. Et quò attentiores reddat auditores explicat hoc ipsum per enunciata quædam παράδοξα, beatos pronuntians eos qui à vulgo miseri vocantur [v]. Contraria hîc docet judicio & philosophorum & vulgo, qui beatitudinem à præsenti

---

[k] G. [l] Bru. [m] Stun. in append. crit. pag. 3454. [n] Erasm. in Stun. ib. 3563. [o] Stun. ib. [q] G. [r] Bru. † Bru. sim. Camer. [s] Sch. [v] Bru. [x] Camer. sic Bru. [y] Bru. [z] Di. [a] Bru. sim. Di. Wal. [b] Wal. [c] Di. [d] G. [*] G. Sch. [f] Sch. [g] Camer. Bru. [h] Sch. [i] Sch.

[k] Bru. [l] Bru. sim. Camer. Pi. Sch. &c. [m] Camer. sim. Bru. [n] Bru. [o] Sch. [p] Mal. Bru. [q] Bru.

[a] Idem. [b] Bru. sim. M. [c] Ham. sim. Bru. [d] Bru. [*] G. [f] Bru. [g] Mal. ex Aug. sim. Ham. || Sch. sim. Camer. [*] Sch. [h] G. sim. Ham. [i] Ham. [k] G. [l] Pi. [m] Bru. [n] Cam. [o] Be. [p] Mal. [q] Span. dub. 3. 79. 376. [r] Bru. sic Pi. † Bru. sim. Clar. [r] Sch. [v] G.

præsenti statu æstimant, ut homo lætè & quietè vivat, &c [x]. Præcipitur Deut. 27. ut benedictiones & maledictiones denuntientur à montibus *Gerizim* & *Ebal*; enumeratis singulatim maledictionibus; at benedictionibus non ita. Quod mysterio non caret; cùm maledictionem secum attulerit Lex; at benedictionem qui allaturus, Christus, à longinquo adhuc fuerit venturus. Adest jam benedictiones (idque in monte) proferens, sed maledictiones etiam intonat, *væ, væ*, Luc. 6. 24, &c [y].

¶ *Pauperes spiritu*] Ità Er, Be. Sy. Mo. &c. Dupliciter hi possunt intelligi pro duplici notione vocis πτωχὸς, quæ aut humilem denotat, aut mendicum [z]. Veterum alii de tenuitate facultatum, alii de animi demissione, accipiunt [a]. 1. *Pauperes* hìc intelligit, non figuratè, sed propriè dictos [b], h. e. mendicos, inopes [c]. Probatur, 1. πτωχὸς alio significatu vix putem reperiri [d]. Resp. Imò πτωχὸς absolutè τοῖς ό. non tantùm *pauper* est, sed & *humilis, infirmus*, &c [*]. 2. Quòd Lucas simpliciter habet πτωχοὶ, iisque opponit *divites*, non additâ *spiritûs* voce [f]. Resp. 1. Alia forsan illa apud Lucam concio. 2. Ut *divites* in Luca sunt qui, opibus fidunt, sic *pauperes*, qui se dejiciunt & paupertatem patienter tolerant [g]. *Beatos pauperes* pronuntiat eodem sensu quo & *lugentes*, v. 4. quia plerumque res opimæ & secundæ fomenta sunt vitiorum. Vide Matt. 19. 23. 1 Cor. 1. 26. Jac. 2. 5. Satis quippe est ad veritatem pronuntiati moralis, ut valeat ἐπὶ τὸ πολὺ, (*ut plurimum*,) neque τ' ἀκριβὲς ultrà exigendum est quàm rei fert natura, ut est apud Aristotelem initio ad Nicomachum. Tales sunt & multæ Græcorum sententiæ, [quas vide in Authore.] Tale & Latinum illud, *Bonæ mentis soror paupertas*. Diogenes dicebat paupertatem subsidium esse ad sapientiam αὐτοδίδακτον, quia re doceat quod alii verbis vix docentur. Teles Philosophus duas adferebat causas cur aptior ad sapientiam esset paupertas divitiis; priorem, quòd labores minùs subterfugeret; alteram, quòd aliarum rerum curis minùs distraheretur: quod ipsum Christus quoque significat infrà 8. 22. Lactantius hac de re sic disserit. *Eo fit ut pauperes & humiles Deo credant faciliùs, qui sunt expediti, quàm divites, qui sunt impedimentis plurimis implicati.* Hoc autem, τῷ πνεύματι, quod à Luca prætermissum est, expressit Matthæus, ut ostenderet μακαρισμὸν hunc ad eos pauperes pertenere qui malam fortunam non haberent ostentui, neque verò essent μεμψίμοιροι; sed animo placido in re sua modica acquiescerent, neque divitias appeterent; πνεῦμα enim *animum* hìc significat, ut Esa. 66. 2. Matt. 26. 41. Joh. 11. 3. 3. & 13. 21. Rom. 1. 9. 1 Cor. 2. 11. & 7. 34. Eph. 4. 3 Sic Hebræis רוּחַ נְמוּכָה *spiritus pauper*, i. e. patiens. Sunt ergò πτωχοὶ πνεύματι hi qui non fortunâ tantùm, sed & animo, sunt pauperes; sicut infrà, *puri corde*, qui non operibus tantùm, sed & animo, sunt innocentes [h]. Al. *Pauperes spiritu*, i. e. voluntate, ut vox *spiritûs* sæpe sumitur [i], qui paupertatem sponte amplectuntur, omnia Christi causâ vendentes, vel amittentes [k], [de qua voluntaria paupertate vide, hinc, Bru. & Mal. illinc, Span. Dub. 80.] qui paupertatem suam æquanimiter ferunt, cámque divitiis præponunt [l], sorte suâ contenti [m], & à Deo exspectantes quibus opus habent; demùm, qui divitias, quas habent, non amant, nec illis confidunt, nec avarè adservant, sed dispensant ut oportet, Tim. 6. 17, &c. eásque, ubi pietas id exigit, incunctanter abjiciunt [n]. *Pauperes*, &c. i. e. qui miseri sunt & affliguntur in hoc mundo, quibus peculiariter prædicandum est Evangelium: at divites & prosperè agentes surdi sunt ad Evangelium, nec cœlestia sapiunt [o]. [Hæc de primo sensu.] 2. *Pauperes spiritu* sunt humiles [p]; ità Hilar. Ambrof. Epiphan. & plerique [q]. Suadet hoc vox *spiritus* addita [r]: qui non altos spiritus gerunt, nec iracundi sunt, (nam πνεῦμα pro *ira* sæpe accipitur, ut apud Aquilam ad Prov. 18. 14; unde apud ό. aliósque Græcos authores πνεῦμα θυμοῦ, & πνεῦμα ὀργῆς sæpe occurrunt, & πνεῖν, pro, *irasci*, & πτωχὸς πνεύματι dicitur, qui iræ expers est, ut, πτωχὸς φρενὶ, qui mente caret,) sed humilem, & quasi contritum, dejectum ac submissum, spiritum gerunt †, qui paupertate aliisve calamitatibus domiti, sive ultrò peccatorum suorum sensu tacti, & ab omni superbia remoti, sese Deo subjiciunt, de quibus agitur Prov. 16. 19. Esa. 57. 15 [t]. qui non altùm spirant [v], sed demissè de se sentiunt [x], paupertatem suam spiritualem agnoscunt [y], & deplorant [z], & ad vitam spiritualem pertinentia avidissimè expetunt [a], qui indignitatem suam indigentiámque agnoscunt, neque ullo opere coram Deo gloriantur, Luc. 17. 10. aut coram hominibus gloriam captant [b]. Πτωχὸς ejúsque conjugata, πτώσσω & πτωχεύω, tria significant, teste Hesychio, *petere, timere, humilem esse*, vel, *abjicere se*. Tertia significatio hìc locum habet. Sed etiamsi *petendi*, sive *mendicandi*, significationem urgeas, etiam illa potest hìc locum habere. Pauper est qui caret, vel, qui putat se carere, re quâpiam, eóque illam avidè expetit [c]. Πνεῦμα hìc idem est quod φρόνημα, sive mens animi [d]. *Pauperes spiritu* hìc opponuntur superbis & ferocibus [*], qui suo reti sacrificant, & animo turgidò, vel omnia, vel multa sibi cum Dei & hominum contemptu adscribunt. Paupertas hæc interna, non item externa, piorum peculium est [f]. Certum est, & multos ditiores esse *Pauperes spiritu*, & contrà, plerósque videre licet omnium egenos, qui tamen non sunt *pauperes spiritu*, sed magna flantes & iracundi [g].

¶ *Ipsorum est regnum cælorum*] Idem loquendi genus Matt 19. 14. Sensus est; Talibus enim solent contingere divitiæ cœlestes, cognitio veritatis, remissio peccatorum, donum spiritûs, & quæ alia Regni istius nomine veniunt. Est enim oppositio in voce πτωχοὶ & in voce βασιλεία. Scriptor Tobiæ 4. 22. *Nè metuas, puer, quòd pauperes simus, multa tibi suppetunt si Deum timeas.* Memineris enim, ubi uni virtuti beatitudo aut vita æterna promittitur, id sumendum comparatè ad eos qui tali careant virtute, eóque minùs sint ad illa beneficia accipienda idonei, aut id eò pertinere, ut vis magna in tali virtute sita intelligatur, aliis tamen non exclusis [h]. *Ipsorum est*, &c. i. e. ipsis destinatum est & dabitur; si scilicet reliqua quæ sequuntur accesserint: neque enim in primo hoc gradu subsistendum est [i]. Ipsis jam debetur, certíque sunt se accepturos *regnum*, &c. i. e. vitam fœlicem & æternam [k].

4. *Beati lugentes*] Γνώμη similis superiori, quæ explicatur Rom. 5. 3. Nimirum, *gaudet patientia duris*: contrà autem, res secundæ vitiis sunt obtentui. Neque frustrà dictum, *Juxta Maleam navigans pius eris*; & Plinio, *Optimos esse nos dum infirmi sumus* [l]. Opponitur hoc iis qui fœlicitatem in voluptate collocârunt [m]: Beati, non qui voluptatibus vacant [n], sed *lugentes*, non quidem omnes [o]. Sed propriè hìc lugentes intelliguntur cum sua qualitate, id est, qui mala ab hominibus, aut à Deo inflicta, patienter ferunt [p], lugentes peccata, vel sua [q], vel aliena [r]: lugentes propter injustitiam suam agnitam, cujus modò facta mentio †: qui agnoscunt animi morbos, qui premuntur calmitatibus [t], eásque æquanimiter ferunt [v]: *lugentes*, nempe *spiritu*, quod hìc ἀπὸ κοινοῦ repetendum: vel, *propter Christum & justitiam*, ex collat v. 10, 11 [x]: qui propter regnum cælorum oppressi lugent, ex collat. Luc, 6. 25. ubi lugentibus ridentes, quasi oppressis oppressores, victis victores, opponit [y]. Non placet, quia de persecutione loquetur infrà [z].

¶ *Consolabuntur*] Hìc pro parte, plenè in posterum [a]. Vide Joh. 16. 20. 2 Cor. 1. 4. Jac. 1. 12. Apoc. 7. 17 [b].

5. *Beati mites* Ità Er. Be. Mo. Οἱ πραεῖς] *Mansueti*, Sch. Mal. qui iræ imperant [c], (opponuntur propriè τοῖς ὀργίλοις, *iracundis*, Aristot. Magn. moral l. 1. 23. Plat. 2. de Repub [d].) non statim ad omnes injurias excandescunt, sed illis ignoscunt, déque suo potiùs jure remittunt, quàm rigidè causam suam agunt [*], qui alios placidè ferunt & blandè instituunt [f], qui tranquillè degunt, rectoribus parentes; tales enim terram plerumque possident, juxta Quintum mandatum, quò verba sequentia respiciunt [g], qui nec Deo obmurmurant, sive ob secundas res impiorum, sive ob adversas suas, nec vindictæ de hominibus cupidi sunt, sed eorum improbitatem tolerando vincunt, infirmitati cedunt, placidâ morum suavitate, omnium sibi animos conciliare conantur [h]. Opponuntur hi feris & agrestibus hominibus [i]. Sy. & Ar. [& Perf.] hìc habent *humiles*. Putârunt ergò, πραεῖς hìc superbis & elatis opponi. Hebræis dicuntur עֲנָוִים, quod & *mansuetos*, & *humiles* designat. Sunt certè virtutes affines, & quarum una alteram constituit ‖. Malim πραεῖς hìc dici, qui in secunda fortuna modestiam retinent,

[x] Bru. [y] G. [z] Salmas. in Wal. [a] G. [b] Bru. [c] Bru. sim. Zeg. Mal. G. Scul. ex 2. 13. [d] G. [*] Span. dub. 3. 80. 384. [f] G. [g] Span. ib. 382. [h] G. [i] Mal. [k] Mal. sic Bru. [l] Bru. Mal. [m] Mal. [n] Bru. [o] M. [p] Er. ex Hi. & Aug. & Chrys. & Theoph. sic Sch. Span. Cap. [q] Mal. [r] Span. Hi. in Er. Bc. † Salm. in Wal. [t] Be.

[v] Sch. [x] Span. 380 [y] Pi. Span. sim. J. Cap. [z] Span. [a] J. Cap. [b] Sch. [c] J. Cap. in addend. ad Matt. in Crit. [d] Salmas. [*] Be Span. ib. [f] Span. ib. [g] G. [h] G. [i] Pi. [k] Bru. [l] G. [m] Sch. [n] Be. sim. Bru. Ham. [o] Mal. [p] G. [q] Mal. ex Chrys. Ambros. Cyril. Hilar. sic Span. Bru. [r] Bru. Mal. Span. † Pi. [t] M. sim. Bru. [v] Bru. [x] Span. Dub. 81. 390. [y] Mal. [z] Pi. [a] G. sim. Bru. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] Sch. [f] G. [g] Ham. [h] Bru. [i] Be. ‖ Di. ap.

tinent, quàm eos, quos paupertas atque calamitas depressit, atque invitos vi & ingratiis πραεῖς reddiderit [k]. Objiciunt, etiam Paganos πραεῖς fuisse. Sed aliud est πραότης moralis & Pagana, aliud, *Theologica* & *Christiana*: illa fuit tantùm *virtus mediocritatem servans circa iram*, &c. hæc, singularis veluti ῥᾳότης (*facilitas*) animi, ex vera in Deum fiducia, & verò in proximum amore, profecta, quæ & internos animi motus compescit, & externos actus omnes ad Dei gloriam moderatur. Hi sunt πραεῖς, h. l. & Psal. 37. ubi *impiis*, & *maledictis* opponuntur [l]. ¶ *Ipsi possidebunt* (vel, *hæreditabunt*, Mo. Ar. sim. Sy. Er. Pi. &c. Usurpant hoc verbum [κληρονομεῖν] Helenistæ, ut Hebræum ירש exprimant, id autem non significat *titulo hæreditatis acquirere*, sed *jure mancipii adipisci*, aut *possidere*, quia talia sunt quæ ad hæredes transeunt. Et hoc est quod propriè Græcis dicitur κτῆσις. Opponi enim solet κτῆσις τῇ χρήσει, ut Latinis *mancipium*, *usui* [m]:) *terram*] Sine labore & molestia, ut hæreditatem possidemus [n]. Pacificè hâc vitâ & bonis suis fruentur, eáque ad posteros suos transferent [o]. Desumptum hoc ex Psal. 37. 11 [p]. [ubi dicta vide.] Τὴν γῆν dicere videtur firmas atque constantes amicitias, quæ in terris longè optima est possessio. Has autem comparare sibi facillimè solent qui miti placidóque sunt animo: quanquam & ad alias res minores tuendas multùm valet hæc virtus. Quippe ὁ θυμὸς, (*iracundia*,) ut est apud Philosophum, φόνων αἴτιον, &c. (*causa cædium*, *calamitatis*, *damni*, *ignominiæ*, *paupertatis & exitii comes & auctor*.) Adde Psal. 41. 1 [q]. Αὐθαδείας ξύνοικος ἐστ' ἐρημία, i. e. *morositatis consors solitudo* [r]. Vox *terræ* in Evangeliis sæpe peculiariter ponitur pro terra Judææ, & hic promissa mansuetis & obedientibus (ut supra dictum) disertè respicit quintum Mandatum, ubi prosper in terra status promittitur †. Sed experientia docet, terram esse peculium hominum ferocium & violentorum, haudquaquam mitium, qui illis in prædam cedunt [t]. [Quid ergò hîc dicendum?] 1. *Terra* propriè sumpta h. l. illis promittitur [v], sed cum exceptione crucis, quum eam nobis expedire viderit Deus [x]. Habent pii, & quidem soli, hujusce vitæ & promissionem, & possessionem, legitimam scilicet, quietam & stabilem, quia hi αὐτάρκεις sunt, nihil sibi deesse putant, & etiam nihil habentes *omnia possident*, 2 Cor. 6. 10 [y]. Nemo ferè quietiùs, aut minori cum ab hominibus mota difficultate, suis utitur, quàm mitis animus, rixæ contentionísque osor; quem dum fortè contingit contra fas suis exui, plus imperat ab ultrò largientibus mansuetâ tolerantiâ, quàm ab invitis extorqueat immitis violentia [z]. 2. *Terra* hîc impropriè sumitur, pro terra intelligibili, pro terra viventium ‖, pro cœlo [a], pro orbe terræ futuro, Heb. 2. 5. pro nova terra, de qua 2 Pet. 3. 13 [b]. Cœlum enim interdum apud Prophetas *terræ* nomine venit, & per terram Canaan præfiguratur [c]. Cur igitur *terram* potiùs quam *cœlum* vocat? 1. Varietatis causâ, quia jam cœlum appellaverat, v. 3. 2. Ut terrenæ, ut ità dicam, terræ, cœlestem opponeret, doceretque, mites, qui hujus terræ possessione excludi solent, aliam meliorem possessuros terram, nempe *cœlum*, quod & *Jerusalem* vocatur, Gal. 4. 26. Heb. 12. 22. ut terrenæ Jerusalem opponatur, quâ Judæi maximè gloriabantur. 3. Fortè alludit ad terram Canaan, in quam, cùm omnes contenderent Hebræi, mites tantùm ingressi sunt [d]. 3. Verus hujus loci sensus erui potest è Psalm. 37. ubi piis *terra* & *terræ hæreditas* constanter promittitur v. 9, 11, 22, 29. Quod cùm ibi opponatur maledictionibus illis quæ impiis ibi denunciantur, planum est, hoc tantùm significari piis bene futurum, impiis malè, &c. *Possessio* itaque *terræ*, ibi (ut & h. l.) & in Præcepto quinto, proponitur pro insigni beneficio, per synecd. speciei; quum Israelitis nihil gratius fuit possessione terræ, & talis terræ. Mos est Scripturæ S. & pœnas, vel temporales, vel æternas, describere per ea quæ maximè ingrata hominibus & exosa sunt, per *captivitatem*, *tenebras*, &c. & beneficia, per ea quæ maximè grata sunt, v. g. per *mutationem planctûs in choream*, *comestione pinguium*, &c. Ità & h. l. *possessio terræ* quævis beneficia designat, quibus Deus mites compensat, eáque spiritualia potissimùm *.

6. *Beati qui esuriunt & sitiunt* (i. e. qui injustitiæ & indigentiæ suæ sibi conscii [f], ardenter expetunt [g]; id enim *fames & sitis* significant, ut cùm dicitur, *Auri sacra fames*: & in Plutarcho, ὁ μὴ πεινῶν μηδὲ διψῶν τιμωρίας· atque ità διψᾶν sumitur Esa. 41. 17. & 55. 1 Joh. 7. 37, &c [h]. qui & omni conatu satagunt, & præ ejus desiderio corporis famem sitímque libentes patiuntur [i],) *justitiam*] Et justificantem coram Deo [k], & ædificantem coram hominibus, qui unicè student rectitudini & æquitati, qui & justitiam ipsi operantur, & apud alios promovent, qualis erat Jobus, cap. 29. & 31 [l]. *Justitiam*, i. e. *viam justitiæ*, ut Matt. 21. 32. h. e. doctrinam ejus obedientiæ quam à nobis Deus exigit, quæ obedientia & infrà v. 20. voce eâdem *justitiæ* notatur. Etiam Philo dixit λιμὸν ἀρετῆς (*famem virtutis*) lib. de Allegoriis [m]. *Justitia* hîc, ut generalis est virtus, in se omnes virtutes complectens, accipitur pro omni eo quod virtuti consonum & Deo gratum est [n]; q. d. quorum desideria à rebus mundanis transferuntur ad enixè quærendum favorem Dei, pietatem consummatam, viámque salutis à Christo propositam [o]. Hunc Aphorismum opponit Christus tum terroribus conscientiæ anxiæ, nec apud se invenientis justitiam, tum operariis iniquitatis, tum desideriis hominum carnalium, voluptates, opes, vindictam, &c. unicè sitientium [p]. At Lucas simpliciter dicit, *qui esuritis*. [Quomodo hæc concilianda?] Resp. 1. Diversi sunt Matthæi & Lucæ aphorismi [q]: de corporali fame Lucas, de spirituali Matthæus expressiùs, loquitur [r]. 2. Ostendit horum collatio tale desiderium hîc indicari quo acti homines alia incommoda, putà famem sitimque, libenter subeant †. 3. *Sitis hæc justitiæ* videtur esse inopia juris & æqui, quam & rerum inopia sequi solet [t]: Huic favent, 1. τὸ *nunc* in Luca: 2. verbum διψᾶν in Matthæo, quod, teste Artemidoro, est *summè cupere*. Oppressi nihil æquè sitiunt quàm ut quod justum est obtineant [v]. 3. Status Discipulorum Christi futurus, qui opprimendi erant [x]. ¶ *Saturabuntur*] Ex Psal. 17 15 [y]. Certissimè eam obtinebunt, eáque satiabuntur [z]. Percipient consolationem è sensu gratiæ Dei [a]. Saturabuntur, tum justitiâ [b], quam in hac vita inchoatam [c], in futura perfectam, habebunt; tum omnis generis bonis, &c [f]. Omnia quidem Dei beneficia sub imagine cibi ac potûs describi solent, Esa. 65. 13. Luc. 1. 53. præcipuè verò doctrina cœlestis. Nam & Hebræi Legem *cibum animæ* vocant, & Christus Evangelium suum modò *panis*, modò *aquæ*, nomine appellat [g].

7. *Beati misericordes*] i. e. qui proximorum malis, sive animi, sive corporis, indolescunt, eósque, quoad possunt, sublevant [h], qui & in dandis eleemosynis liberales sunt, & in condonandis injuriis faciles [i]. Stoici docebant, *succurrere esse sapientis*, *misereri non esse*; & misericordiam *vitium* vocabant *animi*. At Christus non opera tantùm misericordiæ præcipit, sed & affectum suo exemplo commendat. Sæpe enim legitur σπλαγχνίζεσθαι, quo effectus & quidem vehemens denotatur. Sic Paulus vult *membra compati*, 1 Cor. 12. 26. Nimirum, ut rectè monet Lactantius, Christiana disciplina neque exscindit affectus, neque mediocritatem indistinctè præcipit, sed rectum eorum usum monstrat, modò intensiorem, modò remissiorem, pro rei dignitate. Qua de re pleniùs agemus ad Lucam 19. 41 [k]. Qu. Quomodo *misericordes beati*, quum & Pagani misericordes fuerint? Resp. 1. In his Aphorismis hoc semper subintelligitur, tales statui beatos, qui sunt *pauperes*, *lugentes*, *mites*, *misericordes*, nempe, *propter Christum*, & *propter justitiam*. 2. Nec Aphorismi isti seperatim, sed conjunctim, sunt considerandi [l]. ¶ *Misericordiam consequentur*] Tum ab hominibus, tum à Deo [m]. Est quidem in usu humano verum illud Publii, *Bona comparat præsidia misericordia*. Item, *Habet in adversis auxilia qui in secundis commodat*. Cæterùm hîc arbitror rectè illud ἐλεηθήσονται, ad Divinam misericordiam referri. Nam sicut omnes hi μακαρισμοὶ, si rectè advertas, in præceptorum traditione explicantur; ità quod hîc dicitur γνωμικῶς, (*per modum sententiæ*,) infrà traditur παραινετικῶς, (*per modum hortationis*,) v. 45. & 6. 14 [n].

8. *Beati* (sub. *qui sunt*, Pi. &c.) *mundo* (vel *mundi*, sive *puri*, Tre. Ca. &c. *corde*] i. e. Animo casto præditi [o], qui purâ sunt conscientiâ, quos nullius peccati

[k] Salm. in Wal.
[l] Span. dub. 82. 398.
[m] G.
[n] D.
[o] Be.
[p] Be. sic G.
[q] G.
[r] Be.
† Ham.
[t] Q. in Span.
[v] Q. in Span.
[x] Ham.
[y] Q. in Span.
[z] Bru.
‖ Al. in Span.
[a] Mal. ex Hi. Basil. Cyr. &c.
[b] Bru.
[c] Al. in Span.
[d] Mal.
* Span. ib. 396.

[f] Span. dub. 3. 83. 401.
[g] Span. sim. Sch. Bru. G. &c.
[h] G.
[i] Bru.
[k] Span. 403. sim. Pi.
[l] Span. ib.
[m] G.
[n] Bru.
[o] Ham.
[p] Span. p. 402.
[q] Span. 404.
[r] Bru.
† G.
[t] Scul. exerc. 2. 13. sim. Calv. & Rupert. in Span.
[v] Scul. ib.
[x] Span.
[y] G.
[z] Ham.
[a] Pi.
[b] Bru.
[c] Sch.
[f] Bru.
[g] G.
[h] Bru.
[i] Mal.
[k] G.
[l] Span. 84. 410.
[m] Bru. Pi.
[n] G.
[o] Pi.

peccati [intellige, probati, amati, atque in eis dominantis] conscientia redarguit [p]: qui animo sunt simplici [q], qualem & mundus maxime despicit, & Christus à suis exigit, Matt. 10. 16 [r]. ἀκέραιοι, i. e. qui à fuco omni & fallaciis absunt, quos *sinceros* vocant Latini. Solet enim τὸ καθαρὸν conjungi τῷ ἀνυποκρίτῳ, 1 Tim. 1. 5. 1 Pet. 1. 22. Atque ità erit hujus γνώμης explicatio πρακτικὴ petenda ex iis quæ infrà cap. 6. disseruntur. Sed magis mihi placet καθαρὸν hîc accipi eum qui sit *integer vitæ scelerisque purus*, quem scriptores Latini etiam *sanctum* & *castum* vocant. Græcè καθαροὶ τὰς χεῖρας (*puri manibus*) dicuntur, qui homicidio affines non sunt, & fœmina καθαρεύειν, quæ concubitu abstinet; ideo addidit Christus, καρδίᾳ, ex Psal. 73.1. nimirum, etiam exigens animi innocentiam. Illo enim censore (ut Taciti utar verbis) *qui deliberant desciverunt*. Ut autem καθαρὸν ità interpreter, movet me quod sequitur, *quia ipsi Deum videbunt*. Nam & 1 Joh. 3. 2. itidem Legimus, *videbimus eum sicut est*, deinde subjungitur, *& omnis qui spem hanc in se habet* ἁγνίζει *(castum*, vel *purum, reddit) seipsum, sicut ipse* ἁγνός, *(castus*, vel *purus,) est*; solent enim pro eodem usurpari ἁγνὸς & καθαρός. Quæsivit nimirum Christus attributa quæ, aut ex simili aut ex dissimili, subjectis convenirent. Ideo his qui puro sunt corde (quatenus scilicet humana permittit fragilitas) præmium proponit, quòd conspecturi sint Deum, purissimam scilicet Mentem. Quare petenda est hujus γνώμης explicatio ex his quæ infrà in præceptis sequuntur, v. 21, 27, &c †. *Mundi corde*, i. e. qui animo sunt integro, virtutisque studioso, & à pravis intentionibus, desideriis & cogitationibus, purgato, qui non solùm mala facta, sed & malas concupiscentias, vincunt; omne quod Deo displicet perosi, simplicissimam puritatem amantes colentésque [t]: qui non sunt corde duplici, Jac. 4. 8. collat. cum Psal. 12. 3. qui puri sunt, non tam corpore, vestibus, &c. ut illi Matt. 23. 25. quàm *corde*, i. e. judicio, voluntate, affectibus; nam *cor*, ut notum, Hebræis omnes animi facultates atque habitus designat [v]. *Puritas cordis* omnem hypocrisin excludit, & mmunditiam carnis atque spiritûs ‖. Audi hoc Pharisæe, cujus omnis laus in munditia externa. Quàm stolida est hæc gloriatio Judæi! *Veni & vide, inquit R. Simeon ben Eleazar, quousque se extendit puritas Israelitica: cùm non solùm statutum sit, ut non comedat mundus cum immundo; sed (nè immundus cum immundo) nè Pharisæus seminifluus cum seminifluo plebeio*. Bab. Schab. fol. 13. 1 [x]. Potest & hoc generaliter accipi de rectâ animi constitutione, quâ ille vacuus est tum à falsis opinionibus de Deo, tum à pravis affectibus, quo sensu generali videtur accipi, Psal. 24. 4 [y]. ¶ *Deum videbunt*] Tum, 1. in hac vita: isti sunt præ cæteris capaces cognitionis Dei; ut enim oculo tenebræ, ità cordi peccatorum sordes, officiunt, quoad visionem Dei [z]: ut in speculo perpurgato fulgens imago liquidò conspicitur, sic in corde puro relucet facies Dei [a]: Seneca Epist. 87. *Animus nisi purus ac sanctus Deum non capit* †. *Videbunt Deum*, i. e. mirabilia Legis Divinæ [b]: tum in vita futura, ubi eum videbimus *ad faciem*, 1 Cor. 13. 12. *& ita ut est*, 1 Joh. 3. 2 [c]. Obj. At Deum nemo videre potest, Exod. 33. 20. Joh. 1. 18. &c. Resp. Nimirum visione, vel corporeâ, vel comprehensivâ, &c; at visione spirituali, quæ nihil aliud est quàm cognitio, Deus videri potest [d].

9. *Beati pacifici*, Εἰρηνοποιοί] Propriè Græcis ità vocantur *pacificatores*, qui aliis dissidentibus medios se interponunt. At Hebræa vox, quam Græcâ voce expressit Interpres, שלומים, latiùs patet, *pacisque studiosos* significat. Sequitur enim hujus dicti explicatio infrà v. 23. &c *. Qui & ipsi quieti & pacati sunt [f], & pacem inter alios conciliant [g], qui paci student [h], qui eos, à quibus ipsi offensi sunt, sibi; eos, qui inter se dissident, sibi mutuò; denique eos quibusquam Deo non convenit, Deo reconciliare conantur [i]: qui pacem amant & colunt; τὸ ποιεῖν enim in S.S. & habitum animi significat & actiones consequentes, ut in ἁμαρτίαν ποιεῖν & δικαιοσύνην ποιεῖν, &c *. *Pacificatio inter vicinos* inter ea numeratur, quæ fructum bonum edunt in hac vita, atque usum fructum in vita futura, *Peah* cap. 1. halac. 1 [k]. ¶ *Filii Dei vocabuntur*] Non falsò utique, sed verè [l], i. e. erunt [m], & esse agnoscentur [n], non dicit *erunt*, quia *nondum apparet quid sunt*, 1 Joh. 3. 2 [o]. Sensus; Et erunt Deo similes [p], ac proinde dilectissimi [q], & habebunt sortem filiorum, gratiam in hac vita, & hæreditatem in futura [r]. *Filii* dicuntur apud Hebræos ratione imitationis, ut *filii Belial*, 1. Sam. 1. 16. &c †. Sic *filii Martis* dicuntur strenui milites [t]. Sic Sirach. 45. 4, 10. *Sis orphano tanquam pater ---- & eris filius Altissimi*: Philo de sacrificantibus, *Qui bene agunt filii sunt Dei*. Sic & Pythagoristæ locuti sunt, ut nos docet Hierocles. Est autem κληθῆς hîc, rem eâ voce indicatam consequi, 1 Joh. 3. 1. *ut vocemur filii Dei*, quod alibi dixerat, *fieri filios Dei*, Joh. 1. 12. Ex hac vera Dei imitatione sequitur porrò etiam Divinæ gloriæ participatio, Rom. 8. 17. 1 Johan. 3. 1 [v].

10. *Beati qui persecutionem patiuntur*] Ità Er. Tre. Ti. Sy. Aut verbis, aut factis; i. e. qui eo sunt animo, non ut persecutionem ultrò accersant, sed ut eam illam sufferant, nec ejus causâ à justitia deflectant [x]. Οἱ δεδιωγμένοι] *Quos persequuntur* homines, Be. *Qui infestantur*, Ca. *Persecutione affecti*, Mo. vel, *expulsi*, Ar. Græcis διώκειν est non tantùm *accusare*, sed & *expellere*, ut διώκειν ἐκ τῆς γῆς, διώκειν τῆς οἰκίας. Sed apud Hellenistas Judæos latiùs ea vox patet, ut exprimat Hebræum רדף, quod omne genus vexationis, præsertim gravioris, continet. Latinè *persequi*, nullâ re adjectâ, hunc sensum non habet: alioqui, *persequi judicio*, *persequi bello*, rectè dicitur. Sed Christiani Hebræos & Hellenistas imitati dixerunt *persequi*, pro quo veteres Romani dixissent *vexare* aut *exagitare* [y]. Superiores ad beatitudinem gradus in actione consistunt, hîc ultimus, in passione. Notandum porrò non sufficere si quis unum ex his gradum conscendat; omnes enim hæ virtutes inter se sunt concatenatæ, unúmque hominem Dei perficiunt, & omnia pariter præmia connexa sunt, & singulis danda [z]. ¶ *Propter*, &c. Ἕνεκεν δικαιοσύνης] *Propter justitiam*, Sy. Er. Tre. Ti. &c. *Justitiæ causâ*, P. Be. Ca. Vox hîc [ἕνεκεν] vix unquam in his libris Finem, at plerumque Causam significat quâ agens impellitur. Latinis *ergò* eandem habet notionem, ut, *virtutis ergò* [a]. Ἕνεκεν hîc causam notat, non finalem, sed procreantem; (ut in Homer. Iliad. α. Οὔτ' ἄρ ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὐδ' ἑκατόμβης· Ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος ---- & in Demosthene, τῆς ἰδίας ἕνεκεν ἔχθρας; justitia enim piorum movet impios ad ipsos persequendum. Potest tamen accipi de causa finali, si referatur ad mentem piorum, qui hoc patiuntur ut justitiam tueantur. Sed prius malim, ut referatur ad persecutores [b]. Ferè fit, ut vir bonus in impiorum, quibus moribus est dissimilis, persecutionem incidat [c]. Δικαιοσύνη hîc iterum *obedientiam Divinorum mandatorum* significat [d]. ¶ *Ipsorum est regnum cœlorum*] Patientibus, tanquam pugnantibus, Regnum ipsum, pro quo pugnant, pollicetur *. Humiliatis & oppressis congruè promittitur exaltatio, potestas, gloria Regni cœlorum [f]. Cùm *regnum cœlorum* modò Doctrinam cœlestem & quæ eam in hac vita consequuntur, modò Gloriam cœlestem, significet, ut priorem sensum suprà, ità posteriorem hîc, amplector, tum ut singulis subjectis singula attributa respondeant, tum quòd omnino proximè sequens comma videatur dicti hujus generalis particularem ἐπεξήγησιν continere; ibi autem *mercedis cœlestis* expressa est mentio. Atque hinc factum est ut jam Clementis temporibus diverso modo hic locus legeretur, Ipse citat, *quia ipsi filii Dei vocabuntur*, quod ex versu præc. irrepsit: Ab aliis legi testatur, *quia ipsi erunt perfecti*; atque etiam, *quia locum habebunt ubi à persecutione immunes erunt*: quæ omnia glossemata esse arbitror explicantia quid h. l. esset *regnum cœlorum* [g].

11. *Beati estis*] Repetit & particulatim explicat superiorem sententiam, sermone ad Apostolos, quos recens sibi delegerat, verso, qui muniendi erant ad versus persecutiones [h]. ¶ *Cùm*, &c. Ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς] *Cùm maledixerint* (vel, *probris affecerint*, Er. Il. Bru. sim. Sy. Tre. Ti, Ca. &c.) *vos*, Mo. sub. *homines*, Bru. Zeg. sim. Er. Be. Ca. quod addit Lucas:

Marginal notes (left column): [p] Hilar. Basil. Hi. &c. in Mal. — [q] Bru. sic Mal. — [r] Mal. — † G. — [t] Bru. — [v] Span. 413. — ‖ Ham. — [x] Li. ho. 78. — [y] Pi. — [z] Bru. — [a] Camer. — † Pri. — [b] Ham. — [c] Bru. — [d] Span. 85. 413. — * G. — [f] Mal. — [g] Mal. ex Chrys. Euthym. Theoph. Sch. &c. — [h] Eru. Mal. — [i] Bru. — * Ham.

Marginal notes (right column): [k] Li. ho. 78. — [l] Bru. — [m] Be. Pi. Bru. Ham. — [n] Pi. sic Bru. — [o] Bru. — [p] Ham. Mal. G. — [q] G. — [r] Ham. — † Mal. — [t] Ham. — [v] G. — [x] Bru. — [y] G. — [z] Bru. — [a] G. — [b] Pi. — [c] Bru. — [d] G. — * Mal. — [f] Bru. — [g] G. — [h] Bru.

Lucas [i]; i. e. verbis fient convitia. Sic postea, *Neque accendunt*, pro, *Neque accenditur*, aut accendi solet. Apud Hebræos Activa sæpe interpretanda sunt per Passiva, aut Impersonalia. Similiter & Latini dicunt, *aiunt, ferunt, perhibent*, scilicet homines, pro, *fertur, perhibetur* [k]. *Cum convitiati fuerint vobis*, P. Pi. ut olim Elisæo factum, 2 Reg. 2. 23 [l]. ¶ *Et persecuti vos fuerint*] Non verbis tantùm, sed opere & factis [m], vos ex tyrannorum edictis ad tribunalia judicum pertraxerint, & autoritate magistratûs publicâ injuriâ affecerint, ut præcedens, ὅτε διώξωσιν, ad convitia privatorum hominum referendum est, & postremum, εἴπωσι, ad testium & judicum iniquitatem: quanquam hæc omnia generaliter accipere commodè possumus [n]. ¶ *Et dixerint omne*, &c. πᾶν πονηρὸν ῥῆμα] *Omne malum verbum*, Er. Sy. Tre. Mo. Ti. &c. i.e. convitia & calumnias [p], ut Ps. 64. 5 [q]: vel *verbum*, pro, *re* [r]. ¶ *Propter me*] Quod alibi, *propter nomen meum*, Act. 5. 41. & 9. 16 †. Meâ causâ, odio mei, quia in me creditis [t]. Respexit Dominus ad sequentia tempora, quibus Gentiles Christianis impegerunt, quòd essent *Homicidæ*; vel, quia innocentes parvulos & occidebant, & vorabant: vel, quia *carnem Christi comedere* putabantur, ex malè intellecto, Joh. 6. 53. *Incesti*, ob promiscuos concubitus, &c. *Sacrilegi*, quia honores Diis & Imperatoribus debitos denegabant; *Publici hostes*, quòd à Gentilium legibus & ritibus discessissent; *Adoratores capitis asini*, quod Judæis primum, deinde & Christianis, affingebatur, imò *Eversores Reipublicæ*, ut testatur Inscriptio in nummis Diocletianis, *Nomine Christianorum deleto, qui Rempublicam everterunt* [v].

12. *Gaudete & exsultate*] Syrus addit, *tunc*; q.d. etiam in mediis malis [x]. ¶ *Merces*] Ex Gen. 15. 1 [y]. Hinc colligitur meritum ex natura relatorum; non quòd nos Deum obstringimus ità ut nobis aliquid debeat, sed se ipse obstringit Deus, vultque nobis ipse debere promissa sua [z]. Vox μισθὸς apud Hellenistas latissimè sumitur, cum quibus Scriptores N. T. ut plurimùm loquuntur. Sic מחיר, Hellenistis non tantùm ἀντάλλαγμα, (*compensatio*,) sed & μισθὸς, (*merces*,) & δῶρον, (*donum*.) Sic אתנן, δῶρον, propriè Hellenistis μισθὸς, Ezec. 27. 15. Sed & שכר, *merces*, pro dono sumitur, ut Psal. 127. 3. Sic infrà 46. μισθὸς, pro quo Luc. 6. 33. est, χάρις [a]. Vox μισθὸς interdum ponitur pro præmio gratioso, ut Luc. 6. 23, 35. 1 Cor. 3. 8. 14. Sic Pindarus Pyth. α. D. 7. *Atheniensium*, χάριν, *gratiam*, sive *donum gratuitum*, vocat μισθόν. Vide & Nem. ζ. G. 7 [b]. ¶ *Prophetas*] Josephum, Mosem, Samuelem, Davidem, Esaiam, Jeremiam, &c. Vide Neh. 9. 26. Act. 7. Mat. 23. 31. Nimirum ità est, *veritas odium parit*, præsertim ea quæ ad mores emendandos pertinet. Hoc si Heraclito, si Democrito, si Socrati, evenit, tantillam faculam allucentibus, quantò magis Christi Discipulis expectandum est? Plato 2. de Republ. ait, Ad explorationem *veræ virtutis* opus esse, ut vir bonus μηδὲν ἀδικῶν, δόξαν ἔχῃ τὴν μεγίστην ἀδικίας, &c. (*quamvis nihil injustè agat, injustitiæ tamen infamiâ laboret, ut etiam tormenta patiatur justitiæ causâ, nè ex infamia ejusve effectis emolliatur*, sive à proposito suo dimoveatur, *sed immobilis persistat usque ad mortem* [c].) ¶ *Qui*, &c. τοὺς πρὸ ὑμῶν] *Qui ante vos*, sub. *fuerunt*, Sch. vel functi sunt munere præconum Dei, quorum memoria, quamvis impii eam abolere conati sunt, apud omnes sacrosancta est [d].

13. *Vos estis* (i. e. esse debetis, ad hoc à me electi estis, ut sitis*,) *sal terræ*] Hæc verba Christi pertinent, vel, 1. ad Apostolos [f]; (imò quosvis Ecclesiæ doctores [g],) quos notanter vocat *salem terræ*; q. d. non paucorum hominum, sed totius orbis [h]: Vox γῆ, &, quæ est v. 14. vox κόσμος, haud dubiè generis humani universitatem significat, quomodo & *terrarum* & *mundi* vox Latinis usurpatur*. Vel, 2. Ad omnes Discipulos [i]. Nihil satis causæ video cur hæc ad Apostolos restringantur: nam & μακαρισμοὶ communes sunt omnibus, & allocutio quæ præcessit, v. 11, 12 [l]. sic & quæ sequuntur [m]. Tum clarum est eósdem dici & *salem terræ* h.l. & *lucem mundi*. At φωστῆρες (*lucernæ*) *in mundo* dicuntur non Episcopi tantùm, sed omnes verè Christiani, ut apparet Phil. 2. 15. Cui simile illud Justini, Ὅπερ ἐστὶν, &c. *Quod est in corpore anima, id in mundo Christiani*. Imò hoc ipsum de *sale* dictum *ad turbas*, ait Luc. 14. 25, 34. Sensus ergò est, Christianos, non exemplum vivendi ab hominibus aliis petere, sed aliis exemplo esse debere. Salis autem præcipua vis est adversus putredinem. Hinc illud Varronis ex Cleanthe desumptum, *Suillo pecori animam pro sale datam, nè putresceret*. Neque alia de causa *salem divinum* dixit Homerus. Hinc sapientia *sal* dici cœpit, ut est apud Comicum, *qui habet salem qui in te est*. Atque eódem respicit Paulus, Col. 4. 6. *Sale condiatur*. Sed proximè ad hoc loquendi genus accedit quod Livius Græciam *sal gentium* vocat. Ostendit ergò Christus officii esse eorum qui veræ sapientiæ præcepta hausissent, aliorum sordes expurgare [n], homines condire [o], Deoq; sapidos & gratos reddere [p], & conservare, nè corrumpantur [r]. *Vos estis sal terræ*; q.d. Conditi estis divinâ gratiâ, quæ *sal* aptissimè vocatur, Mar. 9. 50. 2 Pet. 1. 4. sine qua *sermo putidus* est, Eph. 4. 29 †. Sal putredinem arcet & corruptionem, adeóque aliquo modo ad æternitatem ducit, unde *fœdus salis*, Num. 18. 19. Omnia etiam sacrificia Dei sale condienda erant, Levit. 2. 13. Sal sapientiæ Symbolum erat; unde vulgò sapientes *salsi*, & insipienes *insulsi*, vocantur. Porrò, non verbi solùm & ministerii sacri indicatur h. l. necessitas & utilitas, sed & promissio tacita insinuatur efficaciæ illis divinitus dandæ, ad condiendum mundum, &c [t]. ¶ *Si sal evanuerit*] i.e. evanidum & inefficax fiat [v]. Μωρανθῇ] Putruerit, Æth. *Corruptus fuerit*, Ar. Pers. *desipuerit*, Val. Er. Bru. *Insipidum fiat*, Pi. *Infatuetur*, Tre. sic Sy. Er. Be. P. Ti. Ca. Mo. Bru. Saporem & virtutem amittat [x]. Quod Græci dicunt ἄναλον, ut & Mar. 9. 50. id Hebræis dicitur תפל, ut Job 6. 6. eadémq; vox τὸ μωρόν sign. Job 24. 12 Jer. 23. 13. Thren. 2. 14 [y]. Hebræam igitur vocem quàm proximè potuit, expressit Græcus Interpres [z], & unam ejus significationem pro altera accipit [a]. Μωραίνεσθαι propriè de *personis* dicitur, transfertur tamen & ad *res*. Radices quasdam Dioscorides vocat μωρὰς, *insipidas*, & Martialis betas vocat *fatuas*, & cibi vallæ *fatui*, qui non sapiunt. Ut vox נבל primò de rebus dicitur, & designat id quod marcidum est & corruptum, secundariò, stultum; ità contrà, μωραίνεσθαι sign. primò *infatuari*, secundariò, *corrumpi, marcescere* [b]. ¶ *In quo* (vel, *Per quod*, Be. Quânam re [c],) *salietur*?] Potest hoc referri, vel, 1. ad res cundiendas [d]: q.d. Quid tandem supererit quo uti possis ad saliendum*? vel, 2. ad ipsum salem [g]; ut est Marc. 9. 50 [h]. omni ambiguitate remotâ. Sal in se habere debet vim excoquendi: nam si putruerit, non est quo corrigatur. Sic illi qui à Domino Jesu veram doctrinam hauserant, ipsi emendare alios debebant, non autem exspectare ut ab aliis ipsi emendarentur [i]. Non quòd hoc fieri non possit, sed quòd fieri non soleat, aut difficile possit [k]. Simile est huic proverbio illud Græcis usitatum. Ὅταν τὸ ὕδωρ πνίγῃ, τί δεῖ ἐπιπιεῖν; (*Quum aqua potus aliquem suffocat, quid bibendum est* [l]?) ¶ *Ad nihilum valet*] Hebraismus est, Jer. 13. 7, 10 [m]. Nullius virtutis est [n], aut usus [o]. Solent aliæ res, etiamsi proprium usum amittant, ferè ad aliquid manere utiles [p]. Fractus nummus non serviet commercio, sed serviet aurifici: corruptus cibus non datur homini, datur cani, &c. At sal, &c. nè in sterquilinium valet, terram non fæcundat, sed sterilem reddit [q]. ¶ *Nisi ut mittatur foris & conculcetur ab hominibus*] i. e. A quibusvis [r], nempe prætereuntium †. איש (*homo*) Hebræis est quod ἕκαστος (*quilibet*) Græcè loquentibus [t], ut fine libri Judicum vertunt ὁ [v]. Et alibi sæpe [x]: Proverbialis locutio de re nihili. Sed intelligenda hîc simul pœnæ comminatio, quàm explicat Luc. 21. 24 [y].

14. *Vos estis lux mundi*] Ut in mundum errorum tenebris obsitum in Evangelii lucem inferatis [z]. *Lucem* eos appellat & metaphoricè, & per participationem veræ lucis, quæ est Christus, Joh. 1. 9 [a]. Hebræi dicunt, *Sapientes in terra sunt, quod luminaria in cœlo*. Et *lucis mundi* nomine donabantur tum sapientes in genere, & peculiariter caput Academiæ seu Scholæ, item R. Meir, & R. Aquiba, & R. Juda princeps, tum ipsum sanctuarium [b]. Pontificii hoc Apostolis, tanquam Discipulis, dictum volunt, indidémque concludunt, Ecclesiam Dei semper esse aspectabilem. Absurdè: hoc enim Apostolis dictum est, quatenus Apostoli fuerant, quorum munus erat, Evangelium toto orbe prædicare, neque eorum doctrina, neque vita, debuit, aut potuit esse, clancularia; imò illis præscriptum fuit, ut quæ audierunt clàm, ea publicitus efferrent. Id verò non incumbit semper agendum omnibus Christianis ubique, nè Doctoribus

Marginal notes (left column): k Ca. l G. m Bru. n Be. p Cam. sim. Be. Pi. q Cam. r Pi. † Pri. t Bru. v Scul. exer. 2. 14. x Bru. y G. z Bru. a VVal. ex Span. b Sch. c G. d Bru. * Bru. f Bru. Mal. Camer. g Sch. h Mal. ex Chryf. sim. Bru. * G. i Ga. adv. 43. 441. ex Isid. sic Pi. Ham. &c. l G. sim. Ga. m Ga. ib.

Marginal notes (right column): n G. o Pi. p Bru. r Mal. sim. M. † Ga. ib. 442. t Span. dub. 3. 91. 456 ... v Bru. x Sch. sim. Bru. y G. sim. Ham. z G. a Ham. b Span. 3. 91. 461. c Bru. Pi. d Cl. * Be. g Cl Be sic V. Zeg. Pi. G. h Be. sic Cl. Zeg. G. i G. k Mal. l G. m Cap. n Sch. o Bru. p Bru. Mal. q Mal. r Be. Bru. Mal. † Bru. Mal. t G. sim. Mal. v G. x Mal. y G. z Bru. ex Hil. & Aug. sim. Pi. a Camer. b Dr

Doctoribus

ctoribus quidem, quod vel ipsi Jesuitæ fatentur [c]. *Lucem* eos hîc vocat, non tam ad laudem, quàm ad commonitionem, ut scirent quæ sui essent officii [d]. ¶ *Non potest civitas abscondi*, &c.] Sermo concisus, παρὰ τὰς tantùm exprimitur, non ἀπόδοσις *: deest prima pars similitudinis, *vos estis civitas*, &c [f]. *Non potest civitas*, &c. sic nec vos potestis, latere [g], si quàm maximè volueritis [h]; sed actiones vestræ sunt omnium oculis expositæ [i]: necessariò aut gloriam, aut ignominiam, ingentem reportabitis [k]. Civitas non potest, vos non debetis [l]. Hortatur eos nè lateant [m], aut Evangelii prædicationem subterfugiant persecutionum metu [n]. Non de praxi eorum hîc loquitur [o], sed de officio [p]. Id in S. S. *non posse fieri* dicitur, quod non debet fieri, Matt. 9. 15. Marc. 6. 5. Act. 4. 20. Pessimè ergò hinc colligitur Ecclesiam nunquam posse splendorem externum amittere. Quin & civitas talis vel nebulis, vel nocte, &c. potest oculis nostris eripi [q]. Sunt hæc comminantis potiùs quàm promittentis verba: q.d. Vos Apostoli, fideles, electi, cùm sitis filii lucis, adeóque lux mundi, sedulò vobis cavendum ab operibus tenebrarum; nec enim latere poterunt quæ malè feceritis, sed tantò majus scandalum parient quantò major est dignitas vestra, &c [r]. Vult Christus auditorum suorum integritatem non minùs esse conspicuam, quàm solent esse urbes quæ in montis vertice sunt collocatæ: qualis erat Hierosolyma, Ecclesiæ figura. Vide Ezechielem in fine. De cœtu autem piorum, qui, dum vixerunt Apostoli, faciliùs quàm postea dignosci potuit, hîc directè non agi & præcedentia & sequentia ostendunt †. Fundamentum hujus comparationis est stylus Propheticus, quo Ecclesia civitati sæpe confertur, & sermo frequens de ejus fundamentis, muris, turribus, portis, palatiis, &c [t].

15. *Neque*, &c. Οὐδὲ καίουσι λύχνον] *Neque accendunt* (vel, *lucere faciunt*, Tre. Impersonaliter dictum [v], subaudito rectò [x], *homines* [y]. Καίειν propriè est, *urunt*, sed hîc transitivè sumitur, pro, *accendunt*, vel *urere faciunt*, unde Lucas habet ἅψας [z]:) *lucernam*. Sy. Æth. Er. Be. P. Ti. Mo. &c. Ita vocatur, vel, 1. instrumentum ipsum cui imponitur id quod accenditur; vel, 2. id ipsum quod ardet, putà fax aut candela [a]: *candelam* malim vertere quàm *lucernam*; est enim λύχνος propriè materia τοῦ ἐλλυχνίου sevo aut cerâ circumlita. *Lucerna* verò, ὁ λαμπτήρ, instrumentum est ex quo τὸ ἐλλύχνιον, per certa foramina egrediens, accensum, ad se alimentum attrahit [b]. ¶ *Et ponunt* (pro, *Ut ponant*. Hebræi enim unâ conjunctione vice multarum utuntur [c]:) *eam sub modio*] Μόδιος vox quanquam Græcis minùs usitata, ex Græcia tamen in Latium venit: nam & Dinarchus eâ utitur. Credibile est à Mattho scriptum שאה quod hîc habet Syrus, quod & Hi. in V.F. *modium* vertit [d]. Eadem hæc fuit aridorum mensura, quæ Græcis ἡμιέκτον *, quæ & Hebræis *Satum*, nam Syrus habet סאתא tum h.l. tum Mar. 4. 21. & Luc. 11. 33 [f]. *Sub modio*, i.e. *sub vase*, ut habet Luc. 8. 16. certum vasis genus pro incerto [g]. *Modii* meminit, tanquam mensuræ tunc & Romanis notæ ac usitatæ [h], & Judæis [i]. Reprehenditur h.l. eorum sive invidia, sive ignavia, qui illustribus Dei donis non utuntur, sive in suum, sive in alienum, usum [k]. ¶ *Ut*, &c. Καὶ λάμπει, &c. *Et lucet*, sive *splendet* (vel, *ut luceat*, Vulg. G. Verùm ostendit h.l. quid consequatur, non quid affectandum sit [l]:) *omnibus*, &c. Be. Sic candelabrum in medio Tabernaculo, deinde in medio æde Templi, lucebat [m]. q.d. Ità nec vos meâ luce donavi, ut lateatis, aut persecutionum metu prædicandi officium deseratis, sed ut conspicui omnibus luceatis, &c [n]. Hortatur itaque eos, ut gnaviter & verbis & exemplis luceant, nec labori parcant [o].

16. *Sic luceat lux vestra*] Id est, vestra doctrina [p], & vita [q]. ¶ *Ut videant opera vestra bona*] Doctrinæ illi vestræ conformia [r]. τὸ *ut* hîc potest significare, vel, 1. eventum tantùm & consequentiam †; ità hoc dictum conciliatur cum Matth. 6. 1, 2, 5: vel, 2. finem etiam causámque: licet enim aliquando bonum agere eo fine ut ab hominibus videaris, si modò non propter te, sed propter Deum, videri velis, si gloriam, non tuam, sed Dei, quæris [t]; si id facis ad ædificationem, non ad ostentationem ||. ¶ *Et glorificent*] Hebraismus h.l. est, ἴδωσι-- καὶ δοξάσωσι, pro, ἰδόντες δοξάσωσι [v], ut dum vident--glorificent [x]. Tum verò vocis δοξάζειν notio non Græca est, sed Hellenistica, auctoribus LXX, qui ità optimè putârunt exprimi Hebræum כבד & פאר [y]. *Glorificare* hîc non est gloriam conferre [z], (nam gloriæ Dei nihil aut addi, aut demi, potest [a],) sed gloriam Dei agnoscere, & celebrare [b], Dei attributa omnia patefacere [c], celebrare beneficentiam Dei erga se, dantis nimirum sanctos doctores, per quos viam salutis ostendit [d]; ut reipsâ convicti agnoscant & profiteantur vos esse Dei filios, & doctrinam vestram esse à Deo *. ¶ *Patrem vestrum*] Deum, cujus cultores, præcones, servi, estis [f], qui vos singulari gratiâ dignatus est [g]. Quanquam Deus omnium Opifex rectè eam ob causam *Pater* dici possit, ut, *hominum pater atque deorum*; apparet tamen ex eo quod hîc additur, ὑμῶν, (*vestrum*,) Christum & hîc & aliis in locis magis respexisse ad amorem peculiarem veréque paternum, quo pietatis studiosos Deus prosequitur. Senecæ vir bonus, *vera Dei progenies*, lib. de providentia [h]. ¶ *Qui in cœlis est*] Quid vox pluralis οὐρανῶν in Hellenistarum sermone significet, suprà diximus, nimirum, beatissimam illam regionem, quam solâ mente complectimur, τὸν κόσμον τὸν νοητὸν, (*mundum intelligibilem*.) Quanquam autem Deus sæpe dicitur esse *in cœlis*, non id tamen intelligendum est, quasi Deus ullis extra se spatiis terminetur. Verè enim dixit Salomo Deum nullis cœlis comprehendi, 1 Reg. 8. 27. Ante res conditas Deus haud dubiè sibi suffecit pro loco: neque cùm res condidit, natura ipsius immutari, aut à sui ipsius opificio limitari, potuit. Rectè ergò Hebræi Magistri Deo, inter alia, nomen tribuunt מקום, quia ipsius immensa natura nullo extra se loco tenetur, atque adeò sibi est quasi locus, rebus à se factis infinitò major, easque excellentiùs & efficaciùs continens, quàm locus soleat res locatas. Quam Hebræorum veterum sententiam sic exponit Philo. Ἐπεὶ αὐτὸς, &c. (*Quandoquidem ipse sibi locus, & ipse se plenus, omnia implens atque continens, ipse verò à nullo contentus.*) Eadémque veterum Christianorum sententia, Θεὸς θελήσει, &c. *Deus voluntate suâ omnia complectitur, sicut essentiâ, sic & dignitate*, ut doctè disserit scriptor Responsionum ad Orthodoxos, qu. 11. Theophilus lib. 2. Advers. gentes, Θεὸς οὐ χωρεῖται, (*Deus non comprehenditur, sed ipse est locus omnium*.) Dicitur tamen *in cœlis* esse potiùs quàm alibi, quia sicut in illa regione Majestas Dei singulari & eximio modo apparet; ità & olim in ea regione summa ab ipso præmia expectamus, tunc cùm se plenissimè nobis & Deum & Patrem est demonstraturus. Sed & Græci ut multa ex Oriente, ità hoc quoque, hauserunt. Nam sedem deorum ponunt supra sideream regionem. Aratus de Eridano astro——θεῶν ὑπὸ ποσσὶ φορεῖται, (*sub deorum pedibus fertur*.) Quod imitatus est Callimachus, & ex Callimacho Catullus in coma Berenices, *sed quanquam me nocte premunt vestigia Divûm* [k].

17. *Nolite*, &c. Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον, &c.] *Nè existimate me venisse ut dissolvam legem aut Prophetas*, Be. sic P. Ti. Hoc addit Christus, vel, 1. quòd à Judæis aut accusaretur, quasi Legem solveret [l]. De Messia fuit Judæorum opinio, eum novam Legem editurum, at nullo modo in præjudicium Mosis & Prophetarum: at verò Mosaica ad summum usque apicem promoturum, idque secundùm literam, &c. Scribæ ergò & Pharisæi objecerunt, Jesum non fuisse Messiam verum, quòd dogmata solveret traditionalia, quæ illi pro Mose & Prophetis populo obtrusere. Huic præjudicio Christus h. l. occurrit ||. Vel, 2. ut ad perfectiorem Legis interpretationem transitionem faceret [m]. Vel, 3. ut suo exemplo doceret eos Legem meliùs & servare, & interpretari, quàm fecerunt Scribæ, &c [n]. Per *legem* hîc intelligit quinque libros Mosis [o]: ut patet ex collat. seq. seu doctrinam à Mose traditam, tum de officiis populi Dei præscriptis in Lege, tum de rebus futuris per Christum significatis per promissiones & ceremonias [p]; per *Prophetas*, cæteros V.T. Libros Sacros [q], & doctrinam in eis traditam, tum de officiis populi Dei, tum de futuris per Christum, &c [r]. Spectantur hîc *Prophetæ*, non tantùm ut futurorum præsagi, verùm etiam ut Legis interpretes & quotidiani commemoratores: Quo sensu à præcepto dilectionis *pendere* dicuntur *Lex & Prophetæ*, Matth. 22. 40 *. *Lex* hîc sumitur pro tota œconomia Mosaica, sive V. T. non quidem prout opponitur reformationi ejus à Christo introductæ, (ut sumitur, Rom. 2. 17. & 3. 20, 21, 28, &c.) sed in se præcisè considerata, ut sumitur v. seq. 18, 19. quæ etiam

Marginal notes (left column): [c] Camer. [d] Bru. * Span. 96. 436. [f] Mal. [g] Bru. Pi. [h] Bru. [i] Pi. [k] Bru. [l] Mal. [m] Mal. sim. Bru. [n] Bru. [o] Span. 488. [p] Span. ex Mal. & Hi. & Theoph. [q] Span. ib. [r] J. Cap. † G. [t] Span. 486. [v] Be. Bru. [x] Bru. [y] Sch. Pi. [z] Be. sim. Bru. [a] Bru. ex Be. [b] Sch. [c] V. [d] G. * Sch. [f] Waf. antiq. mens. 2. 4. [g] Bru. [h] Waf. ib. [i] Bru. [k] Waf. ib. [l] Er. [m] G. [n] Bru. [o] Bru. sim. Mal. Sch. [p] Bru. Pi. Ham Sch. [q] Pi. Sch. Ham. [r] Bru. † Mal ex Chrys. & Damasc. &c. [t] Mal. || Span. dub 99. 514. [v] G. [x] Cl.

Marginal notes (right column): [y] G. [z] Be. sic Span. * Wal. ex Span. [b] Span. Bru. Be. Sch. Scul. [c] Wal. ex Span. [d] Pi. * Scul. ex. 2. 17. [f] Bru. [g] Scul. ib. [h] G. [k] Idem. [l] O. in Mal. || Li. ho. 78. [m] Al. in Mal. [n] Mal. sim. Bru. [o] Bru. Pi. [p] Pi. [q] Bru. [r] Pi. * G.

am per *legem & Prophetas*, ut h. l. ità & alibi denotatur, ut Matth. 7.12. & 11.13. & 22.40, &c†. ¶ *Non veni solvere*, Καταλῦσαι] *Ut dissolvam*, P. vel, *destruam*, V. sic Er. Bru. Pi. *reprobem*, Bru. *abrogem*, Bru. sic Er. *aboleam*, Cam, & Cap. Heb. לְבַטֵּל[t], quod idem cum καταργῆσαι; vel ἀργῆσαι, ut ο'. vertunt, Esd. c. 4. v. 24. Eccles. 12.3[v]. ut doceam neminem Legis observatione teneri[x]: vel, ut transgrediar[y]. Quod hîc καταλύειν, infrà λύειν dicitur, v. 19. Est quidem λύειν νόμον, (*solvere legem*,) sæpe apud Demosthenem *abrogare*. Sed hîc vox ista laxiùs paulò sumenda est, pro eo quod est *Legem oppugnare factis dictisve*. Tale est illud, οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γραφή, Joh. 10. 35. & quòd λύειν τὸ σάββατον dicitur, qui contra Sabbatum facit, Joh. 5. 18. Imò illud ipsum λύειν τὸν νόμον apertum est ità sumi Joh. 7.23. pro quo & καταργεῖν τὸν νόμον dixit Paulus, Rom. 3.31. Atque hanc veram esse hujus loci explicationem ostendit id quod sequitur v. 19. ubi ποιεῖν καὶ διδάσκειν, (*facere & docere*,) opponitur τῷ λύειν[z]. Sed multa hîc sunt quæ lectori crucem figere queunt. Contradicere videntur hæc verba aliis S.S. locis[a], ut Joh. 8. 17. *Lex per Mosen, gratia per Christum*, &c[b]: Matth. 9.13. *Misericordiam volo, & non sacrificium:* Joh. 8. 11. *neque ego te damno*[c]: Joh. 5. 18. —*quòd solvisset Sabbathum*, &c[d]. Abrogavit etiam Christus circumcisionem[*], & distinctionem ciborum[f]. Cavillantur ergò Judæi non impletam à Christo Legem, sed solutam[g]. Nulla est in N.T. sententia quam Judæi nobis magis objiciunt, &c[h]. Maimonides in Misna l. 1. pro innato in Christum odio, integrum cap. 9. habet de pœna Pseudoprophetæ qui docet se venisse ut legem solvat, vel in totum & ad semper, ut loquuntur, vel ex parte tantùm & ad tempus[i]. Contendunt Judæi, tum doctrinam Jesu, tum praxin, adversari huic protestationi[k], clamitántque itum ab Apostolis contra Magistri professionem. Sed labi illos rerum nostrarum ignorantiâ vel hinc pateat, quòd hæc ipsa Domini verba Apostoli memoriæ consecrârunt, nunquam id facturi, si ipsorum documenta ab hoc documento discrepâssent. Adde, quòd ille ipse Apostolus, quo nemo constantiùs libertatem Christianam contra necessitatem Hebraicorum rituum defendit, idem de se dicit quod Magister dixerat, Rom. 3. 31. *legem igitur irritam facimus per fidem? Absit: imò legem stabilimus.* At idem dicit Christum *legem mandatorum —abrogâsse*, Eph. 2.15. Rursum, quod hîc Christus dixerat, *venisse se ut legem impleret*, hoc idem non semel agnoscit, ut cùm Christum vocat *finem legis*, Rom. 10. 4. *pædagogum ad Christum*, Gal. 3.24. Jam verò in scriptis Apostolicis est ubi invenias *legem* dici *spiritualem*, Rom. 7. 14. est iterum ubi vocatur *carnalis*, Heb. 7.16. Quare, cùm sano nemini in mentem venire possit, viros graves, & in defensione doctrinæ suæ adeò constantes, non modò alios aliis, sed ipsos sibimet, pugnantia scripsisse, videndum est quomodo dicta ista inter se consentiant. Primùm igitur, notissimum est, jus aliud esse Naturale, perpetuum, commune omnibus, aliud constitutum, quod plerumque peculiare esse solet & mutabile; quale est jus populi cujusque proprium, quod Civile vocamus. Jus naturale, h. e. rectæ rationis præscriptum, animum præcipuè respicit, & externas actiones ex animo æstimat. Jus civile eòdem quidem tendit; sed cùm id per hominum pravitatem obtinere nequeat, contentum est exteriori innocentiâ; &, quod inter homines fieri necesse est, animum ex factis metitur. Itaque corpori præcipuè ponitur, & de rebus agit, quatenus cerni oculis, manibúsque tangi, possunt; consilium conatúmque non punit, nisi in rebus atrocissimis. Hinc Seneca *exiguam rem esse* dicit *ad legem bonum esse*. Cúmque perpetuum illud jus bonos certet efficere virtutis amore, hoc civile malos formidine pœnæ coercet, quo jure opus non fuisset, si homines sinceris naturæ (i. e. rationis à Deo illuminatæ atque adjutæ) præceptis obtemperâssent. Sed cùm parentes darent progeniem indies vitiosiorem, refrænanda fuit gliscens malitia, & resuscitanda notitiæ vestigia, quæ prava consuetudo penè obliteraverat. Ergò *transgressionum causâ addita est* Lex scripta in Tabulis ad Legem illam in mentibus scriptam, Gal. 3.19. Atque adeò, quòd de Lege Mosis dixit Paulus, *legem justo non statui*, 1 Tim. 1. 9. hoc in universum de lege civili Socrates pronunciaverat, νόμον ἕνεκα ἀγαθῶν οὐ γίνεσθαι *legem bonorum gratiâ non fieri*. Quin ad minora etiam quædam delicta externa connivere coguntur leges civiles, nè irrito adversum adulta vitia nisu hebescat acies publicæ auctoritatis. Lex igitur Mosis, cùm data sit uni populo Israelitico, non minùs quàm leges civiles humanæ, habere debuit quædam tralatitia ex jure naturali, quædam verò propria, isti populo istisque temporibus accommodata. Agnoscit hoc discrimen in lege patria Josephus accuratè ea de re differens, Orig. 16. 10. ubi illud jus constitutum vocat τὰ ἔθη, (*mores*;) illud autem perpetuum partim τὸ δίκαιον πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως λυσιτελέστατον, (*justum illud quod omnibus hominibus pariter utilissimum est*, partim τὸ πρὸς καλοκαγαθίαν κοινὸν ἅπασι, καὶ μόνον ἱκανὸν διασώζειν τὸν ἀνθρώπων βίον (*quod ad morum honestatem commune est omnibus, quódque solùm sufficiens est ad conservandam hominum vitam.*) Hebræorum Magistri hæc propriè volunt dici מִצְוֹת, illa חֻקִּים. Justinus in Colloquio cum Triphone idem discrimen clarè Judæo ob oculos ponit, cùm alia esse ait καθόλου καὶ φύσει καὶ αἰώνια καλά, (*in universum & naturâ & æterna bona*,) quæ qui olim præstiterunt, communem cum Christianis gloriam erunt reportaturi: alia verò πρὸς σκληροκαρδίαν τοῦ λαοῦ [*ob duritiem cordis eorum*] (addere poterat, *& ob occasiones temporum & locorum*) διαταχθέντα (*constituta*.) Sic & in Constitutionibus quæ dicuntur Clementis plurimis locis distinguuntur τὰ φυσικὰ τοῦ νόμου (*naturalia legis*) & τὰ ἐπεισακτά (*superinducta*.) Sicut igitur ante Legem conditam vera pietas, sive fiducia in Deum per caritatem efficax, id fuit quod hominem Deo acceptissimum faceret; ità in ipsa Lege voluit Deus extare ejus εὐδοκίας, (*beneplaciti*,) vestigia. Itaque *amari se integro corde* postulat, *cor* vult *circumcidi*, & quæ alia sunt ad eam formam. Sed hoc omne, ut dixi, tralatitium est, neque pars propriè legis ejus quæ erat civilis, sed scopus atque propositum; quomodo & in Zaleuci & in Charondæ legibus, & 12. Tabulis, quædam incerta erant ad animi castimoniam pertinentia. Apparet hoc ex sanctione legis quæ erat civilis. Ea enim capitale supplicium legirupis minabatur; tantum autem abest ut intrà animum peccantibus tale supplicium irrogatum fuerit, ut etiam externa quædam victimis aut verberibus expiarentur. Hoc verò præcipuum habebat lex illa civilis supra humanas leges, quod obsequentibus non tantùm impunitatem, sed & vitam longam atque prosperam, præstabat. At Christi Lex, ut comminationem graviorem habet, perpetui scilicet supplicii, Heb. 2. 3. ità & *melioribus promissis firmata est*, Heb. 8.6. nimirum Regni cœlestis. Videamus nunc quid sit quòd Christus dicit se venisse νόμον πληρῶσαι. Legis scopus erat homines quàm optimos efficere, quales fiunt Dei reverentiâ & caritate mutuâ hominum inter se. Hæc duo maxima vocantur Legis præcepta, Matth, 22.37, &c. Paulus *diligendo hominem alterum legem* ait πληρῶσαι, Rom. 13. 8. Gal. 5. 14. Et Jac. 2, 8. legem regiam ait τελεῖσθαι eâdem dilectione, addens, *secundùm scripturam*, Vet. Fœderis Libros intelligens. Sed quod Lege monstrabatur quidem, Legis populo tamen tempore à paucis in ipso etiam Israelitico populo præstabatur, id ut omnes in se credentes præstare possent, Christus effecit, idque non vi Legis, (quæ malos coercebat magis quàm faciebat bonos,) sed peculiaribus Dei præsidiis, remissionem promittens antecedentium peccatorum omnium, certam faciens fidem beatæ immortalitatis, & largè effundens Spiritus sui copiam. Apparet igitur, quomodo Christus id quod in Lege erat præcipuum atque immutabile, non modò non everterit, sed & stabiliverit atque confirmaverit. Jus autem alterum, quod Constitutum diximus, partim ad Cultum Divinum, partim ad societatem civilem, pertinet. Prius, quod rituale aut Pontificium jus liceat vocare, Christus neque exemplo, neque Doctrinâ, oppugnavit: nam dum in terris vitam vixit mortalem, & ipse præscriptis ritibus paruit, & aliis Hebræis, ut itidem facerent, auctor fuit, Mat. 8.4. & 26.18. Quòd verò postea id jus evanuit, factum est ex ipsius juris natura. Neque enim tale erat ut Deo per se placeret, sed populi ingenio temporibúsque illis aptatum. Nam sacris illis ceremoniisque populum Israeliticum, nimis

† Ham.
[t] Cam. sic Cap.
[v] Cam.
[x] Cap.
[y] Bru.
[z] G.
[a] Span. dub. 3. 105, 526.
[b] Span. 6. 530.
[c] Ib. 535.
[d] Ib. 536.
[*] Ib. 556.
[f] Ib. 587.
[g] Ib. 526.
[h] M.
[i] Cap.
[k] Span. 527.

nimis patentem ad superstitionis contagia, Deus ab aliis gentibus segregare voluit, & occupatum distinere, nè ad falsorum numinum cultum deficeret. Quare, cùm venisset tempus tot vaticiniis prædictum, quo gentes aliæ cum piis Judæis in unius veri Dei cultum coalescerent, impletâ circumcisionis promissione, legis causâ cessante, æquum erat legem quoque ritualem cessare. Data enim hæc lex erat usque dum veniret semen, &c. Gal. 3. 19. Et hoc ipsum non obscurè indicaverant Prophetæ, Novum Fœdus sacrificiáque nulli loco adstricta, & animo peragenda, prænuntiantes; & Prophetis consentiens Christus, cùm diceret imminere tempus quo Deus coleretur non alibi minùs quàm Hierosolymis in spiritu & veritate. Nihil igitur opus fuit legem antiquari, quæ ad tempus constituta, ipsâ temporis maturitate evanuit; sicut leges propriæ belli temporibus, pace factâ, sponte suâ exolescunt. Tantum opus erat pacem hanc Judæorum & Gentium promulgari: quod fecit Christus, tum voce suâ, jam à Discipulis discessurus, tum visis cœlitus missis, tum palàm, spiritu miraculorum opifice dato non tantùm Judæis, sed & alienigenis qui in ipsum crediderant. Nihil ergò à Christo factum est contra legem ritualem, sicut nec contra leges ad belli tempora pertinentes facit, qui pacem sancit atque promulgat. Imò jus hoc quoque à Christo ἐπληρώθη; primùm, quia & paruit ei & pareri præcepit, quamdiu jus illud valere juris auctor voluit: deinde, quia homines perduxit ad puram piámque Dei venerationem, quod solum principaliter Deo fuisse propositum, sacrificiorum ritus ex occasione duntaxat institutos, Moses Maimonides ingenuè fatetur, probátque ex Jer. 7. 22, 23. quo ipso loco adversus Tryphonem idem probat Justinus Martyr. Ut autem πλήρωσις ista magis esset conspicua, voluit Deus Opt. Max. singulas propè circumstantias Judaicorum rituum congruere rebus Christi. Atque adeò demonstratu facile est, ut inquit idem ille Martyr, πάντα τὰ ὑπὸ Μωσέως διαταχθέντα, &c. *Omnia quæ à Mose constituta erant typos fuisse & symbola eorum quæ Christo & Christianis eventura erant*, &c.) Quare, quod de vaticiniis dicit Christus, oportuisse ea in se πληρωθῆναι, idem etiam ad ceremonias suo modo referri potest. Sed ejus rei accuratiùs tractandæ materiam præbebit Epistola ad Hebræos. Restant instituta ad societatem civilem pertinentia. In his autem exigit ubique gentium ipsa Reip. necessitas, ut multa quæ per se non probantur legum auctoribus, permittantur tamen, nè majoribus malis detur occasio, aut etiam nè vilescant sine moribus leges. Quamobrem Cicero sententiam vult dici *ut in fæce Romuli*; *non ut in Platonis Politia*. Sed & ipse Plato, cùm finxisset quandam ex suo ingenio Rempublicam, nullo ad homines respectu, aliam deinde descripsit in legibus, quam vocat *ex hypothesi*. Alius quidam interrogatus, εἰ τοὺς καλλίστους ἔθετο τοῖς πολίταις νόμους (*Num optimas constituit civibus leges*,) respondit, οὐ τοὺς καθάπαξ καλλίστους, ἀλλ' ὧν ἐδύνατο τοὺς καλλίστους (*Non omnino optimas, sed optimas quas potuit.*) Talibus ergò institutis, quæ legum auctori expressit necessitas, si quis non utitur, aut alios etiam tam bonos reddit ut uti eis nolint, nihil profectò committit aut contra legis verba, aut contra sententiam; imò verò censendus est id facere quod legis auctori maximè placet: nam, ut ab Aristotele verissimè scriptum est, omnibus legum auctoribus propositum est cives bonos efficere. Cætera verò instituta quæ ad veram virtutem videri poterant ἀδιάφορα, Christus nusquam oppugnavit: imò ipse eis paruit, & Discipulos docuit cujusque Reip. legibus, quantumlibet humanis, obedire. Bene de Christianis scriptor ad Diognetum, Πείθονται, &c. (*Constitutis legibus obediunt, & vitâ suâ leges vincunt.*) Quòd si humanis ejus generis legibus parere jussi sunt Christiani, multò magis iis quæ Deum habent auctorem. Attamen hoc etiam jus emortuum est, cùm in pœnam Judæorum contumaciæ extinctum est quicquid Reipublicæ restabat; quia sublato eo quod principale est, necesse est etiam accessiones corruere. Quare hanc quidem juris partem Christus oppugnavit: imò, cùm omnia ejus generis instituta tendant ad alendam civium inter se concordiam, ipse ad veram pacem hominum animos flectendo, propositum istius etiam partis implevit. Videmus igitur optimè consentire Apostolos, & secum, & inter se, & cum Christo. Nam illa quæ in lege *naturâ bona sunt & justa*, perfecit Christus, explicans ea clariùs quàm antè unquam explicata fuerant, & præceptis quibusdam exactioribus muniens, & in eorum obsequium animos redigens, promissorum magnitudine, & certitudine, Spiritûsque sui obsignatione. Atque hæc est *Lex* illa *perfecta*, Jac. 1. 25. Ritus autem implevit, & consummavit Christus, id exhibendo cujus causâ ritus erant reperti, quódque ritus ipsi figurabant. Delevit autem eosdem eo ipso implemento ac consummatione, non tollendo legis vinculum, sed causam subtrahendo propter quam ea lex nata erat, & cui morienti ex primævo decreto erat commoritura. *Lex spiritualis* dicitur, ob scopum illum in quem dirigitur; *carnalis*, ob ritus in se spectatos, qui corpus à pœna defendunt, cæterùm spiritum hominis non perficiunt, Heb. 7. 11. & 9. 9 [l]. Al. De Lege Morali, non Ceremoniali, hîc [Mat. 5. 17.] agi ostendunt quæ sequuntur; Attestatio de perpetua Legis duratione, (ceremonialis enim à Christo destruenda erat,) Promissio facta obedientibus Legis, Expositio Legis ipsa *. Judæi naturales justitiæ regulas neglectui habebant, omnem in externis ritibus pietatem collocantes: hoc ergò Christus emendare studens, accuratiorem naturalium officiorum præstationem exigit, quàm antea præcepta credebatur, externam ceremoniarum præstationem in internam & substantialem commutat: legum etiam judicialium æquitatem, consideratis omnibus circumstantiis, observari jubet, omniáque in melius mutat, ac si fractum aut putridum aliquod lignum domo suæ aliquis eximeret, ejúsque loco longè meliùs substitueret, quod certè non esset domum demoliri, (ut stultè dicunt Judæi,) sed reparare [m]. In Lege & Prophetis quatuor erant, quæ omnia Christus complevit: 1. Promissa & vaticinia, exhibendo quæ promissa & prædicta erant. 2. Præcepta Decalogi moralia, meliùs interpretando. 3. Præcepta ceremonialia, quæ per ceremonias significabantur exhibendo, ut pro circumcisione baptismum, & circumcisionem cordis. 4. Præcepta judicialia, quia præmia, & supplicia corporea, & temporalia, in spiritualia æterna commutavit [n]. [Quod ad loca initio producta, tanquam huic Christi sententiæ repugnantia, ea breviter sic solvuntur;] Joh. 1. 17. non simpliciter intelligendum est, sed comparatè, non quasi nulla, sed quia minori mensurâ data, erat sub Lege gratia, & quia gratia per Mosen *annunciata*, per solum Christum *præstita* est, & *exhibita* [o]: Mat. 9. 13. etiam comparatè sumendum [p]. [Vide ibi dicenda, & ad Jer. 7. 22. dicta.] Joh. 8. 11. negat Christus se eam condemnare, condemnatione scil. politicâ, & forensi, quæ illis propria qui habent usum gladii; quare noluit hæreditatem inter fratres dividere. Alioquin peccatum illud ei interdicit, *Nè amplius pecces* [q]. Multa sunt N. T. loca in quibus lex ceremonialis damnari videtur, in quibus tamen non perstringitur lex, sed vitium duntaxat hominum non respondentium perfectioni legis, vel legè abutentium, contra finem suum & scopum, vel, legem, à gratia Christi separantium, vel non distinguentium, sive inter tempora infantiæ, & adultæ ætatis, sive inter temporaria, & perpetua, legis [r]. Ad vindicationem porrò hujus loci à cavillis Judaicis, hæc notanda sunt: 1. Vis verbi καταλῦσαι, quod plus est quàm καταργεῖν, vel ἀκυροῦν, & significat, vel, *pervertere*, ut Cicero reddit, vel, *planè destruere*, *evertere*, ut Mat. 26. 61. Marc. 13. 2. Act. 5. 39. & apud Suidam & Hesychium, & opponitur τῷ οἰκοδομεῖν, Galat. 2. 18. & h. l. τῷ πληρῶσαι, quod est *perficere*, vel *consummare*. Christus ergò Legem nec *evertit*, h. e. destruxit, sive compagem ejus solvit; nec *pervertit*, sive sensum ejus mutando, sive scopum abolendo, sive illam irritam reddendo, sive detorquendo; sed *implevit* potiùs, tum *doctrinâ*, tum *opere*, tum *mandato*. Implevit Legem, tum *ceremonialem*, ostenso ejus fine & scopo, & impletis omnibus quæ ipsum præfigurabant, tum *moralem*, vindicatâ integritate & sensu illius à corruptelis Pharisaicis: implevit etiam præcepta ejus vitâ sanctâ, & circumcisione cordium suorum ad obsequium Legis; jus

[l] G.
* Scul. ex. 2. 18.
[m] Ham.
[n] Mal.
[o] Span. 530.
[p] Ibid. 533.
[q] Ib. 535.
[r] Ib. 547.

jus etiam & minas ejus, factus pro nobis maledictio, Gal. 3. tum *judicialem*, adimpletis iis quæ in ea typica erant, & confirmatis illis, quæ erant juris communis & perpetui. Quin & ipsa legis abrogatio erat impletio ejus: ideo abrogavit Christus, quia implevit, ut notat August †. 2. Lex ceremonialis ad tempus duntaxat data est, & uni quidem genti, ut facilè probatur, 1. ex natura præceptorum ejus, quæ non ex se aut intrinsecè bona erant, sed tantùm extrinsecè, quia præcepta erant: 2. à vaticiniis de rejectione rituum, & subrogatione Novi Fœderis, & cultûs spiritualis. Vide Jos. 11. & 60. Jer. 31. 31, &c. Dan. 9. 27. Mal. 1. 11. & 3. 3, 4: 3. ex amplificatione Ecclesiæ per vocationem Gentium [t]. Præcepta certè illa de Jerosolyma toties adeunda ab omnibus masculis ter in anno, à puerperis, &c. ab aliis quoties polluebantur, &c. de votorum, decimarum, primogenitorum, oblatione, ab omnibus mundi hominibus observari impossibile erat [v]. Quod templum, quæ urbs, omnium capax esse potuit [x]? Exc. Dispensatio, vel relaxatio talium legum facta erat remotis gentibus. Resp. 1. Si legum aliquarum relaxatio conceditur, cur non omnium, quum omnes & ex æquo imperentur, & לְעוֹלָם durare dicantur? Aut cujus authoritate illa fieret, nisi Messiæ, quem scopum & centrum legis fatentur Judæi, à quo etiam legem mutandam, & perfectiorem substituendam, ipsi olim docuerunt [y]? At, inquiunt Judæi, præcepta hæc data sunt לְעוֹלָם. Resp. Id sæpe finitam durationem denotat, ut quum effertur de Levitarum & servorum servitute, &c. Talia præcepta opponuntur duntaxat iis præceptis quæ annua sunt, vel brevi revocanda. Simili sensu Latini meminêre *perpetui Magistratûs*, *perpetuæ Legis*, &c [z]. [Atque hæc de nobili hac quæstione dicta sufficere possunt, de quibus prolixiùs disserui, tum ut retunderentur Judæorum cavillationes, tum ut de multis hujus generis locis sequentibus minus dici necesse sit.] ¶ *Sed adimplere*, Ἀλλὰ πληρῶσαι] *Sed ut impleam*, sive *compleam*, Be. P. Ti. Er. Tre. &c. vel, *perficiam*, Pers. Ca. Bru. sub. *eam*, Be. P. Legem adimplevit Christus, 1. eam, quamdiu vigere debuit, diligentissimè servando; 2. eam bene interpretando; 3. gratiam, per quam impleri potuit, nobis afferendo; 4. in lege promissa atque adumbrata exhibendo [a]. Adimplevit simul & abrogavit, ut pictor, qui inchoatæ, & quibusdam tantùm lineamentis adumbratæ, imagini dum extremam apponit manum & colores superinducit, priorem imaginem abolet, non tam dissolvendo & delendo, quàm perficiendo [b]. Τὸ πληρῶσαι respondet Hebrææ voci כַּלֵּה, & sign. non modò *complere*, vel *præstare*, ut 2 Par. 36. 22. sed & *perficere*, vel *implere*, ut 2 Par. 24. 10. Mat. 23. 32. Atque hoc sensu h. l. sumi docent Veteres, præsertim Græci, ut Iren. 4. 27. *Dominus naturalia Legis non dissolvit, sed extendit, sed & implevit.* Chrys. *In N. F. leges sunt plurimæ, eæque de rebus majoribus*, &c. Confirmatur ex v. 20 [*]. Dicitur Christus *Legem implere*, non sensu Sociniano, h. e. quod deerat ei doctrinâ suâ addere, Lex enim *perfecta* dicitur, Psal. 19. 7. & 119. cui ergò nihil addi, nihil detrahi, vel potest, vel debeat, nec unquam illa in N. T. imperfectionis arguitur [c]. *Implevit*, οὐχ ὡς ἐνδεῖν, &c. *Non quòd aliquid Legi deesset, sed ut Prophetiæ in Lege perficiantur*, ait Clemens Strom. 3 [d]. Sententiam suam sic roborat F. Socinus, quòd Christus dicta sua sæpe Mosaicæ Legis verbis opponit, eáque suis dictis complectitur quæ in Lege non continentur. Quod si verum esset, causam obtineret Socinus. Sed falli ipsum verborum Christi sequentium examen docebit [*]. Non requirit Christus majorem sanctitatem, quàm quæ in Lege præcepta est, sed majorem quàm Pharisæorum; quòd infallibile est veritatis sententiæ nostræ argumentum [f]. [Videmus itaque in quo cardo hujus controversiæ situs est, de quo deinceps plura dicenda.]

18. *Amen*, Ἀμὴν] Hebræorum אָמֵן, *Amen*, sicut in Græco retinetur, sic & in Sy. & Ar [g]. & in omnibus Latinis [h], linguisque vulgatis [i]. Adverbium est asseverantis [k], i. e. *verè & certò*, vel *veritatem*, sive *id quod res habet*, aut *quod verum est* [m]. Aquila πεπιστωμένως, *fideliter*, LXX. γένοιτο, *fiat*, aliquando vertunt [n]. *Amen*, est, vel, 1. confirmantis ante dicta, ut Num. 5. 22. Deut. 27. 26. 1 Cor. 14. 16. Vel, 2. affirmantis dicenda ut hîc, & alibi sæpe. Prior usus in V. T. frequentissimus est, posterior in N. T [o]. *Amen* est confirmandi particula, quæ aut, *verè*, exponitur, aut, *fiat*; illo modo, dum adhibetur ad confirmationem eorum quæ affirmantur; isto, dum ad eorum quæ optantur [p]: vox hæc Hebræa, quæ modò in exordio, modò in clausula, sermonis, ponitur, diversas significationes habet. Nam si sermo sit ἀποφαντικὸς, (*affirmans*, sive *asseverans*,) valet ἀληθῶς, *verè*, atque ità tum à Lxx. tum à Luca redditur. At precandi optandique verbis adjunctum valet *quæso*, aut *utinam*, quo sensu à Lxx. rectè redditur γένοιτο, (*fiat*.) Utramque autem significationem complectitur vox Græca ναὶ, ut quæ modò asseverat, modò desiderii vehementiam exprimit. Quare accuratè Lucas ἀμὴν voce ναὶ transtulit: Paulus autem & Johannes ναὶ & ἀμὴν conjunctum posuerunt, ut altera vox ab altera lucem acciperet. Vox autem hæc Hebræa, ut valde efficax, etiam in Græca lingua ab Hellenistis Judæis servata est: quos secuti Christiani, non in libris duntaxat, sed in usu quoque populari, eam retinuerunt, ut videre est 1 Cor. 14. 16 [q]. Johannes vocem hanc geminat, ἀμὴν ἀμὴν λέγω, *Amen*, *Amen*, *dico*; quæ verba non simpliciter, sed cum juramento, asseverant: ipsam enim veritatem testem citat, quæ quid est nisi ipse Deus, ipse Christus? qui propterea vocatur *Amen*, Apoc. 3. 14. & verus Deus dicitur אֱלֹהֵי אָמֵן, Esa. 65. 16. Adeò ut ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν idem sit atque ἐγὼ ὁ ἀμὴν ὁ ἀμὴν λέγω ὑμῖν [r]. Idémque juramentum, quod in V. T. est *vivo ego dicit Dominus*, in N. T. est, *Amen*, *Amen, dico vobis* †. Nec miretur quis, *vivo ego*, & *amen*, *amen*, quùm à Deo dicitur, ipsi pro iisdem sumi: nam ubicunque in Hebræo est חַי אָנִי, Chaldæus habet קַיָּם אֲנָא, id est, propriè, *constans*, *stabilis*, *firmus*, *ego*, Hebraicè נֶאֱמָן, vel אָמֵן. Vita enim Dei est ipsa veritas, firmitas, stabilitas, essentiæ Divinæ: quamobrem, Psal. 102. 27. quod Psalmistes de Deo dicit, אַתָּה תַעֲמֹד, vitæ immutabilitatem designans, Apost. Heb. 1. 11. vertit σὺ διαμένεις, (*tu permanes*,) Syrus, אנת קים אנת, eâdem voce quâ apud Chald. vertitur *Vivo ego*. Quum ergò Deus asseverat per *suum Amen*, per seipsum, per suam vitam, per essentiæ suæ veritatem & stabilitatem, jurat. Nec aliud notat adjectivum חַיִּים, quum jungitur substantivo מַיִם, quàm constantem & perennem emanationem, *aquas perennes*. Quid? quòd קַיָּם: apud Chald. pro Heb. נִשְׁבַּע, passim ponatur, קַיָּם אֱלָהָא, *juravit Deus*, quasi, rem stabilem, certam, firmam dixit, amen dixit. Adeò ut, *Amen*, *amen*, *dico vobis*, Chald bene vertas מְקַיֵּם אֲנָא לְכוֹן מְקַיֵּם אֲנָא, *juro*, *juro vobis*. Atque hinc factum arbitror, quòd τὸ ἀμὴν passim quidem à sanctis usurpatur quum optant, sed non quum asseverant. Nemo unquam Prophetarum aut Apostolorum dixit, *Amen*, *dico vobis*. Soli Deo Christóque hoc relinquitur, quia ejus est, qui per seipsum asseverat [t]. Istiusmodi asseveratio fuit genti usitata, syllabis licèt aliquantùm immutatis. Bab. Berachoth. fol. 55. 1. הימנותא וגו׳. *In veritate utrumque est mihi prohibitum*, ubi Glossa, *Est phraseologia juramenti*. At Divino summè jure hâc utitur Salvator, 1. Quia ipse est *Amen*, *Testis fidelis*, Apoc. 3. 14. 2 Cor. 1. 20. Vide etiam Esa. 65. 16. & Kimchium ibidem. 2. Quia ipse Evangelium edidit, supremam veritatem, Joan. 18. 37, &c. 3. Divina sua oracula hâc asseveratione meritò opponit insolenti traditionalium Doctorum dementiæ, qui non rarò blasphema & frivola sua, sub hoc sigillo publicarunt, בֶּאֱמֶת אָמְרוּ *In veritate dicunt*: atque *ubicunque hoc dicitur*, inquiunt, *Traditio est Mosis à Sinai* [v]. ¶ *Donec*, &c. Ἕως ἂν παρέλθῃ. &c.] *Donec transierint*, (vel, *præterierit*, Æth. Ca. Be. P. Pi. sic Mo. Er. &c. dissolvatur, i. e. immutetur [x], defecerit, esse desierit, non quod substantiam, sed juxta præsentem statum, quo omnibus mutationibus serviunt [y],) *cælum & terra*, Sy. Pers. sic Tre. Ar. Vulg. Παρέρχεσθαι quidem *interire* hîc sign [z]. ut & 2 Pet. 3. 10. Neque tamen hîc respicitur tempus *conflagrationis*, ut in Petri epistola [a], sed dictum est proverbiale [b], quâ id significatur, quod nunquam futurum est [c], quasi Latinè dicas, *usque dum cælum ruat* [d], vel, citiùs

† Span. 540.
[t] Ib. 549.
[v] Span. ex Euseb. ib. 550.
[x] Ib.
[y] Ib. 552.
[z] Ib. 755.
[a] Mal.
[b] Mal. & Me. ex Theoph.
[*] Ham.
[c] Scul. exerc. 2. 22.
[d] Scul. ib. 21. Camer.
[*] Scul. 21.
[f] Scul. 22.
[g] Di.
[h] Er.
[i] Be.
[k] Pi.
[l] Be. Pi.
[m] V.
[n] Mal. ex Hi.
[o] Mal.
[p] Bru.
[q] G.
[r] D.
† Di. ex Hi.
[t] Di.
[v] Li. hic. 79.
[x] Mal.
[y] Bru.
[z] G. sic Mal. Be. Pi.
[a] G.
[b] G. sic Cap.
[c] Cap.
[d] G.

citiùs cœlum ruet, vel terra miscebitur quàm ut id fiat *. Hoc Lucas nos docet, sententiam sic efferens, *Faciliùs cælum & terram perire quàm*, &c. In quo loquendi genere, non Dei potentia, sed naturalis ordo, respicitur. At secundùm naturam videtur hoc esse *inter impossibilia*, ut cœlum & terra pereat [f]. Huic similis est locutio, Psal. 72. 5. *Timebunt te cum Sole*, i.e. quamdiu erit Sol, &c. Neque enim David hoc vult, ut Christus timeatur & regnet duntaxat ad finem usque mundi, non autem postea; neque Christus etiam hoc vult, fore ut Lex complementum suum accipiat eò usque tantùm, donec transeat cœlum & terra, postmodum verò violandam & abolendam eam esse, cùm vel maximè tum sit perfectissimè implenda, siquidem charitas (quæ Legis est complementum) erit tum perfectissima; sed uterque ejusmodi phrasi durationem æternam designavit [g]. Non infrequens est comparatio cum iis quæ impossibilia aut sunt, aut videntur, ut Jer. 33. 20, 21. *Si fœdus meum de die*, &c. similiter, Luc. 19. 40. Gal. 1. 8 [h]. Similia apud Græcos & Latinos passim reperire est, *Dum terra stabit, dum astra current*, aut in hunc modum, *Desinet esse priùs contrarius ignibus humor*. Atque id ipsum clariùs conspicere est Mat. 24. 35. Luc. 21. 33. ubi ità loquitur Christus, *Cœlum & terra*, παρελεύσονται (*præteribunt*;) *sermones autem mei*, οὐ μὴ παρέλθωσι, (*non præteribunt*.) Nam postrema vox, quæ est modi potentialis, ostendit sensum esse. Priùs fieri posse, ut cœlum ac terra pereant, quàm ut prædicta non impleantur. Quòd autem prior vox [παρελεύσονται] istis locis posita est ὁριστικῶς, (*indicativè*;) id ex Hebraismo venit. Sic Esa. 54. 10. *Nam montes movebunt* —— & *misericordia mea à te non recedet*, &c. i.e. Priùs montes se moverent, & colles nutarent quàm hoc fieret. Simillimum loquendi genus, Psal. 72. 7. [ubi dicta vide.] Adde Jer. 18. 8, 10. & 33. 20, 21 [i]. Syntaxis est, nullum iota aut apex præteribit, usque dum præterierint cœlum & terra, h.e. sicut cœlum & terra nunquam præteribunt, sive interibunt, sive in nihilum redigentur: mundus enim immutabitur, sed non redigetur in nihilum [k]. Mutatio mundi futura non erit substantialis, sed accidentalis [l]. [de qua quæstione, videat cui lubet, prolixam dissertationem in Authore.] ¶ *Iota*, &c. Ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται] *Iota*, (vel, *Jud.* Sy. Ar. Tre. vel, *Vox*, Pers.) *unum, aut unus apex*, (vel, *una lineola*, Sy. Ar. Pers.) *nequaquam præterierit* (non neglectus, non omissus, fuerit [m],) *ex lege*, (Præpositiones ἐκ & ἀπὸ sæpe apud Græcos permutantur, veluti cum dicimus, εἰκὼν ἀπὸ ξύλου, i.e. *imago è ligno*: sic & suprà 3. 4 [n].) *usquedum omnia facta fuerint*, Be. P. &c. Παρελθεῖν est, *irritum fieri*, ut infrà 24. 34 [o]: vel, *ità transire ut penitus aboleatur*, ut 2 Cor. 5. 17. *Vetera præterierunt*, &c. Sic Matt. 14. 15. & 26. 39, 42. Sic Græcis scriptoribus, *præteritum tempus* dicitur, quod nunquam redit. Sic illud Poetæ, Παρέρχεται ὡς ὄναρ ἥβη, (*Juventus præterit velut somnium*, ità ut nunquam restituatur [p].) Ἕως hîc vim habet adversativam; Non peribunt, inquit, quin imò penitùs implebuntur. Quod quomodo ad ceremonias etiam pertineat, suprà diximus. Sed de industria eam rem Christus obscuriùs tractat, nè teneriores animos offenderet. Nam hoc, vel præcipuè, ut prudenter ab Origine est annotatum, inter illa erat, quæ ipsi Apostoli ferre nondum poterant, & quamobrem venire debebat Spiritus, qui eos *duceret in omnem veritatem*, Joh. 16. 13. Proverbiale hoc est, qualia sunt pleraque in Domini nostri sermonibus de medio usu sumpta. Atque necesse est id adagium, ex scribendi ratione quæ tum vigebat originem duxisse: unde sequitur jam tum in Lingua Hebraica, Jod literam minus spatium occupasse, quàm literas cæteras; ac proinde eos characteres, quos sicli præferunt, jam Christi tempore usurpari desiisse, & in usu fuisse quas habemus Assyriacas, ab Esdræ, ut creditur, temporibus scribi Hebræis cœptas [q]. Talmudici dicunt, Scripturam Legis originalem fuisse *Assyriacam*, eámque durasse usque ad degenerem ætatem sub Templo primo, quando ob peccatum & negligentiam populi immutata est in *Hebræam*, h.e. *Trans-Euphratensem*, vel *Samariticam*, vel, si vis, *Cananæam*, (si hæ modò non una eadémque;) at restitutam ab Ezra tandem in primævam *Assyriacam*. Hinc nonnulli viri docti colligunt primitivam Legis Scripturam *Samariticam* fuisse, quod mirum, quum quod de characterum immutatione asserunt Gemaristæ tam fragili nitatur fundamento, ut probabilius longè sit, nullam fuisse mutationem, sed Legem Assyriacè primitùs à Mose scriptam, ac Assyriacè etiam ab Ezra [r]. [de his plura videsis in Authore.] Ut ι Græcis, ita י Hebræis, literarum omnium minima est †. In eundem ferè [qui hic] sensum Gemaristæ in Sanhedrin, fol. 20. 3. *Liber Deuteronomii —— dixit, O Domine universi, in me scripsisti legem tuam: jam verò testamentum vacillans in aliqua parte vacillat in toto. Ecce Salomon conatur à me extirpare Jod* (in hoc scilicet textu, לא ירבה נשים, *non multiplicabit uxores*, Deut. 17. 7.) *Respondet Deus sanctus benedictus, Salomon & mille ei similes peribunt, ast vocula de te non peribit.* Sempiternæ durationis τοῦ י exemplum habemus in Deut. 32. 18. ubi in voce תשי scribitur, vel seipsâ minor, & tamen in hunc usque diem stat immortalis, &c. In Bab. Taanith. fol. 21. 2. memoratur urbecula quædam ob parvitatem *Jod* dicta, & fol. 22. 2. Rabbinus quidam, nomine *Rabb Jod* [t]. Κεραῖαι Græcis dicuntur etiam apices eminentes in aliqua re, ut cornua è cornigerorum capitibus [v]. Κεραίας nomine hîc intelligunt, vel, 1. accentus [x], & puncta vocalia; ut respiciatur hîc punctum Chirek [y]. Non placet. 1. Quia hæc nondum erant [z]. Libros veteres etiam post Esdram sine punctis vocalibus scribi solitos, adeò perspicuis argumentis à viris harum rerum doctissimis demonstratum est, ut id ampliùs inficiari non nisi pertinacium sit [a]. [Aliter forsan sentiet, qui Cl. Buxtorfii dissertationem de Punctis Capello oppositam perlegerit.] 2. Ob vim & usum vocis κεραία, quæ Græcis non significat notam integram, vel characterem distinctum, sed partem tantùm alterius, eámque prominentem tantùm & exstantem aliis [b]. Vel, 2. apices literarum *, h.e. eminentias & summa fastigia, quibus literæ insigniebantur & distinguebantur [c]. Apice ר & ד differunt [d]. *Apices literarum*, ipsos literarum ductus aut partes dixit Gellius; & hinc nata translatio, *de juris apicibus disputare*. Etiam Aristides de Græcorum legibus agens, dixit, νόμου κεραίαν, (*apicem legis*.) In Glossis veteribus, *Apex*, κεραία γράμματος ἄκρον, (*Apex literæ fastigium*.) Sed & apud Plutarchum, Dionem Chrysostomum, Philonem Judæum, &c. exstat vox κεραία eo sensu *: In Hesychio, Κεραία, ἀρχὴ γράμματος, *Apex, initium literæ*; sic certè legendum, non κεραία, ἀρχὴ γράμματι. Epicurus, inquit Plutarchus, contendit, περὶ συλλαβῶν καὶ κεραιῶν, *de syllabis & literarum particulis*. *Apex*, Hebræis est, עוקץ, quod Rabbinis est *cauliculus fructûs cujusvis* [f]; vel, קוץ, quod *spinam* significat, vel, *spinarum aculeos*, quorum figuram referunt κεραῖαι, quâ voce intelligo cornicula quædam, quæ in capite elementorum Hebræorum sunt conspicua [g]. Κεραία à Syro vertitur שרטא, quæ dictio paululum examinanda venit. שרט Heb. est, *incidere*, Levit. 19. & 21. Hinc apud RR. שריטות sunt *incisuræ & lineamenta manuum*, quæ chiromantici observant, & שרטם est, *induxit lineas chartæ ad regulam*, vel *amussim rectam*. Hinc & סרט *signavit*, seu *lineas duxit*, in Chald. ad 1 Sam. 21. 13. Unde colligitur, סרטא esse *lineam*, (quæ, sive scribendo, sive sculpendo & incidendo, inducitur, quæ in charta est quod incisuræ & lineamenta sunt in manibus,) non *apicem*, ut Trem. & Boder. hîc vertunt. Arabs quoque pro κεραία habet quod *lineamentum, sulcum*, significat. Non absurdum, κεραίαν verti *lineam*, sive *lineolam*: etsi enim propriè apicem, extremitatem, quæ instar cornu emineat, denotet; dicitur tamen etiam de linea quæ duobus utrinque cornibus & extremitatibus constat [h]. Hesychius interpres ad Psal. 13. 6. κεραίαν vocat mediam in hoc lemnisco ÷ lineam, quæ supra & infra habet duo puncta [i]. Κεραία etiam in navi dicitur (testibus Stephano & Hesychio) *antenna* apud Homerum, i.e. ut Didymus exponit, lignum in superiori mali parte transversum collocatum, unde velum pendet. Linea ergò & antenna, quæ lineam imitatur, κεραία dicuntur, quia duobus cornibus & extremitatibus absolvuntur. Et quid impedit verba Christi ità acci-

* Cap. [f] G. [g] Cap. [h] Span. dub. 3. 330. 699. [i] G. [k] Pi. [l] Span. ib. 705. [m] Eru. [n] Be. [o] G. [p] Sch. [q] G.

[r] Li. ho. 83. † Sch. [t] Li. ho. 79. [v] D. [x] Q. in Cap. [y] Q. in Cap. & in D. Pi. [z] Cap. sim. D. Span. [a] G. [b] Wal. ex Span. * D. Li. ho. 80. [c] D. [d] D. & G. * ex Hi. sim. Li. * G. [f] Ham. [g] Cap. [h] Di. [i] Di. ferè ex D.

accipere? *Nè unum iota, nec una linea, legis, peribet.* Literæ enim omnes, præsertim apud Hebræos, linearum ductibus absolvuntur. Ex. gr. litera ב tribus lineis constat: primùm ergò nominavit Jod, quæ etsi omnium literarum sit minima, integra tamen est; deinde lineam dixit, quæ literarum pars tantùm est & initium; ut innueret, nec integram literam, etsi minimam, nec partem ejus, adeóque nihil prorsus Legis interiturum, donec omnia finem & complementum inveniant [k]. Sive κεραίαν *corniculum* interpreteris, vel apicem prominentem, sive cum Syro *lineolam*, vel *incisuram*, eódem res redit [l]. Non autem hîc laboratur de literarum apiculis, (cùm non pauca V. T. volumina interciderint,) sed asseveratur, nihil omnino promissum aut proditum in Lege Mosaica, quod Evangelium non absolvat [m], nè minimum Legis, aut præceptum, aut promissum, aut prædictum, aut scriptum, frustrà esse, vel suo cariturum robore, successu, fine, sed omnes homines aut obedituros præceptis Legis, aut luituros pœnas, &c[n]. Nè minimam oraculorum Divinorum partem ab hominibus irritam reddi posse [o]. Hæc videtur esse Christi mens; q. d. Vos putatis me docere Legis neglectum, violationem atque abolitionem; at verò tam longè absum ab hoc crimine, ut contrà, per me futurum sit, ut non modò omnes sententiæ & periodi Legis, sed etiam omnes omnino literæ, vel literarum apices sive cornicula, in quibus putatis magna latere mysteria, complementum suum accipiant. Hyperbolica locutio, quâ absolutissimum Legis complementum significatur [p]. Phrasis similis est, Exod. 10. 26. *Non relinquetur ungula*, &c [q]. Alludit Christus procul dubio ad veterem Judæorum sententiam, quâ putant tempore Prophetarum fuisse quosdam, qui non modò omnes Legis literas habebant in numerato, earúmque sensum exquirebant, sed etiam singulos apices. Non quòd hanc superstitionem probet, &c. Illustratur hic locus ex dicto illo RR. *Nulla est legis literula quæ vel deficit*, vel *abundat*. Quo absolutissimam Legis perfectionem significari volunt [r]. Per *iota* & κεραίαν intelligit h. l. unum de *mandatis minimis* †, ex collat. v. 19 [t]. [Est autem quod huic sententiæ Christi opponi posse videtur;] diversæ nempe lectiones *Keri* & *Chethib*. At illas, maximè probabile est, compactas fuisse ex collatione duorum exemplarium summæ authoritatis, Judaici scilicet & Babylonici: quæ cùm tot locis in apicibus quibusdam scriptionis inter se discreparent; at quod ad sensum, parum aut omnino nihil; sanissimo consilio est cautum, ut utraque reservaretur, ità ut utrique codici sua reservaretur etiam dignitas, & textui sacro sua puritas & plenitudo, dum ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία non periret [v]. Urgeri etiam potest, quòd autogropha Legis & Prophetarum volumina perierunt. Sed, 1. dubitari potest an ulli Libri Canonici interierunt. 2. Non de voluminibus loquitur h. l. Christus, sed de materia in iis contenta. Salva Legis substantia esse potest, abolito etiam illius autographo, prout exustis etiam diplomatibus Principis, [vel] tabulis Testatoris, nè litera quidem, vel κεραία, intercidit, si vel denuntiata ibi, vel promissa, ex asse adimplentur [x]. Dicunt Hebræi in Elle Shemoth Rabba, sect. 6. *In æternum litera ex lege non erit irrita.* Et in Vajikra Rabba sect. 19. *Si omnes nationes mundi sese congregaverint, ut unam corvi alam album reddant, id efficere non possunt: sic, si omnes nationes mundi sese congregaverint, ut unum verbum è lege evellant, haudquaquam possunt* [y].

19. *Qui ergò solverit* (i. e. abrogaverit [z], violârit [a], cui opponitur τὸ ποιεῖν [b]: de λύω vide ad Matt. 18. 18 [c]. Qui transgressus fuerit [d]) *unum de mandatis istis* (i. e. vel, de verbis Legis [f], vel potiùs, de mandatis Regni cælorum, quæ sunt *complementum legis*. Ideo non dicit Christus, ἐκείνων (illorum,) sed τούτων (*horum*,) respiciens, tum ad præcedentia in quibus sub beatitudinis descriptione compendium quoddam eorum mandatorum erat traditum, tum ad sequentia, quæ fusiorem eorum explicationem continent. Est autem talis Christi argumentatio, si Legem rumpere nulli licet, multò minùs impunè feret qui ea ruperit quibus præparandis Lex ancillatur. Vide Heb. 2. 2. Sua autem esse talia ostendit in sequentibus, *Dico autem vobis*, & deinceps [g]: *istis*, i. e. Vel, 1. præcedentibus, de quibus antè loquutus fui, quæ ege veni non solvere, sed implere [h]. Vel potiùs, 2. sequentibus [i]; quæ mox dicturus sum [k]: &, *de istis*, i. e. non [modò] eisdem, sed similibus [l]:) *minimis*] Subauditur κἂν, ut Matt. 25. 40. *fratrum meorum* (supple κἂν) τῶν ἐλαχίστων. Sensus enim est, Si quis vel id contempserit quod minimum est in his præceptionibus. Discant hinc Christiani, nullum esse in his Christi sermonibus præceptum tam leve, quod sine salutis detrimento liceat aspernari [m]. *Minima* hîc vocat, vel, 1. ex opinione Scribarum & Pharisæorum [n]. q. d. Quæ isti præclari Doctores pro minimis habent [o], qualia illis erant officia moralia, ut hinc patet, & ex Matt. 15. & 16. & 23. prout *maxima* illis erant præcepta de sacrificiis, donis in Corban illatis, &c. quippe in quibus consistebat lucellum Sacerdotum. Vel, 2. comparatè, sive respectu majorum; q. d. quæ minoris vel dignitatis, vel, æstimationis, erant [p]. Docet ea quæ mox in medium allaturus est, ad adimplendum Legem, esse non solùm non adversa Legi, sed aliquid Legis, quæ etsi à Lege disertè non jubeantur, ex ipsa tamen Lege penitus examinata consequantur [q]. Sugillat Pharisæos, qui contemptis Dei mandatis proprias statuebant traditiones [r].

¶ *Et*, &c. Καὶ διδάξῃ οὕτω, &c.] *Et docuerit sic*, vel *ità, homines*, Mo. P. Ti. Be. Sy. Ar. Æth. &c. τὸ *sic* magnam continet difficultatem [a]: *Sic*, i. e. sicut ipse facit [b], Legem solvere [c]. q. d. Qui nec ipse servat, & alios docet non esse servanda [d]. *Sic*, i. e. malæ vitæ exemplo: tota autem hæc concio in Pharisæos & Scribas, partim moribus hypocritas, partim Legem depravantes, dirigitur [*]. At non facilè quis ità profligatæ conscientiæ erit, qui publicè doceat violare præcepta Divina; nec si sit, audietur ab aliis [f]. Καὶ (*et*) hîc positum pro ἢ (*aut*.) Nam conjunctionem sæpe pro disjunctione accipi & Grammatici & Jurisconsulti notant. Sensus est, Qui contra fecerit, quive contrà facere docuerit, minimi erit pretii. Clarum hoc faciunt quæ sequuntur verba his verbis directè opposita [g]. Al. Καὶ diversimodè sumitur, [de quo videsis Authorem [h]:] hîc autem exponitur per Καίπερ, vel, Κἂν, h. e. καὶ ἐὰν [i], ut 1 Cor. 16. 12. *Hortatus sum ut ad vos veniret.* Καὶ πάντως, &c. *Ac licèt omnino non erat voluntas nunc proficiscendi; venturus est tamen*, &c. *Licèt ità doceat homines*, Ca. sic Be. h. e. hæc præcepta [k]; i. e. Qui præcepta quidem vitâ violat, ea tamen docet; de quibus vide Matt. 23. 2, 3 [l]. ità ut οὕτω referatur, non ad verbum λύσῃ, sed ad ipsam Legem. Et certè sic meliùs constabit oppositio inter eos qui dicunt & non faciunt, ut isti, & eos qui dicunt & faciunt. Nam qui neque faciunt, neque dicunt quod rectum est, non modò *minimi* habendi sunt in Ecclesia, sed sunt etiam fugiendi, & abigendi, ut qui non sint pastores, sed lupi [m]. *Docuerit sic*, i. e. quemadmodum ego dico, atque præcipio; q. d. Qui non servat, quamvis doceat alios ea esse servanda [n]. Non placet, quia h. l. non solùm vitam eorum, sed etiam doctrinam, reprehendit [o]. ¶ *Minimus* (h. e. abjectissimus [p], ultimus [q], i. e. *nullus* [r]: *minimum* vocat, quia minima violavit mandata per Paranomasiam †,) *vocabitur* (i. e. erit [t], & censebitur [v], nullo loco habebitur: *Minimus numerabitur*, sive *vocabitur*, pro *minimè vocabitur* positum est. Sic Latinè, *nullus dixeris*, pro *Non dixeris* dicitur. *Vocari* autem pro *esse* dicitur; ut Esa. 9. 6. *vocabitur admirabilis*, &c. & Luc. 1. 32. *vocabitur filius Dei.* Sic Cicero dicit, *inter vivos numerari*, pro, *vivum esse* [x]. Sensus h. l. minimi, imò nihili, fiet, sive excludetur [y],) *in regno cælorum*] i. e. Vel, 1. in Ecclesia [z], nempe præsentis temporis [a], sive in cœtu piorum rectè instituto: Considerat enim Christus instaurationem mox secuturam, ruituris Apostolorum operâ Pharisæorum aliisque corruptelis [b]; ejicietur ex Ecclesia. Vel, 2. in die Judicii, qui *regnum Dei* vocatur, Matt. 25. 1. 2 Tim. 4. 1 [c]. in perpetuo Christi regno [d], in summa illa patefactione Divinæ majestatis in fine temporum: sic intelligo propter id quod sequitur, *non intrabitis in regnum cœlorum* [*]. q. d. Cùm de eo admittendo in cœleste consortium agetur [f]: Scriptor Responsionum ad Orthodoxos, *Regnum Dei vocat Scriptura non* ἀνάστασιν, (*reserrectionem*,) *simpliciter*, sed ἀποκατάστασιν, (*restitutionem* rerum,) *quæ post resurrectionem futura est, in qua damnatorum & glorificatorum separatio fiet.* Τὸ ἐν [ante τῇ βασιλείᾳ] ponitur ad temporis

[k] Di. [l] Span. 695. [m] Er. [n] Bru. [o] J. Cap. [p] Cap. [q] Span. 700. [r] Cap. † Li. ho. 80. sim. Pi. [t] Li. ib. [v] Li. ib. 84. [x] Span. 700. [y] Cartw. mellif. lib. 2. c. 2. [z] Med. l. 1. dissert. 2. p. 16. [a] Be. Pi. Sch. Med. [b] Be. [c] Sch. [d] Bru. [f] Hi. in. G. [g] G.

[h] Mal. ex Aug. [i] Mal. ex Chrys. & Theoph. [k] Bru. [l] Mal. [m] G. [n] Pi. sim. Me. Ti. [o] Ec. [p] Span dub. 3. 133. 750. [q] Bru. [r] Zeg. ex Hi. [a] Mal. [b] Mal. ex Chrys. Aug Greg. &c. [c] G. Pi. [d] Mal. [*] Ec. [f] Sch. [g] G. [h] Sch. [i] Sch. sim. Be. [k] Ca. sim. Be. [l] Be. sim. Sch. [m] Be. [n] Mal. ex Hi. [o] Mal. [p] Sch. [q] Bru. [r] Mal. ex Chrys. & Theoph. † Mal. [t] Be. Bru. sic Ca. [v] Be sim. Bru. [x] Ca. [y] Pi. [z] Be. sim. Ham. [a] Q. in Zeg. [b] Ec. [c] Ham. [d] Zeg. [*] G. [f] Bru.

poris designationem, ut in Luc. 14. 14. *in resurrectione justorum.* Nam & alio loco idem Lucas quod dixerat *in regno Dei*, 22. 16. mox exponit, *donec regnum Dei venerit*, v. 18. Sensus ergò hujus loci est, Eum qui contrà fecerit, docueritve, minimi habitum iri, tunc cùm Regni cœlestis consummatio advenerit [g]. Indignus habebitur qui numeretur inter Christianos in hac vita, aut inter Sanctos in futura [h]. ¶ *Qui autem fecerit* (non unum, sed omnia [i], scilicet mandata Legis [k],) *& docuerit* (nempe homines similiter facere [l]. Actionem doctrinæ præposuit, quia priùs factis, deinde verbis, docendum est [m]:) *magnus vocabitur*, &c.] i. e. Illustris erit & gloriâ conspicuus, &c [n]. Quamquam hæc præcipuè Apostolos spectant, non ità tamen ad eos adstringenda sunt ut alii excludantur. Nam Christianorum omnium est, non modò exemplo præire aliis, sed & alios verbis commonefacere, Rom. 15. 14. Col. 1. 28. ubi hæc ipsa vox διδάσκειν reperitur [o]. Qu. Cur de iis non loquitur qui nec faciunt, nec docent, & de iis qui docent, sed non faciunt, &c? Resp. 1. Quia de solis Pharisæis quæstio erat, qui ista quæ minima putabant, nec faciebant, & sic homines docebant [p]. 2. Extrema Salvator divisionis membra expressit; media ad extrema referenda reliquit [q].

20. *Dico*, &c.] Confirmat id quod dixerat de pœna ejus qui mandata sequentia contempserit; id enim erat Scribarum & Pharisæorum [r]. ¶ *Quia*, Ὅτι] Hîc non est particula completiva, sed causalis †: vel, servit mimesi recitationi verborum, quantumvis propriorum, loquentis; quæ potest nominari mimesis reciproca [t]. ¶ *Nisi*, &c. Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον, &c.] *Nisi abundaverit* (i. e. major & perfectior fuerit [v], *superaverit*, G.) *justitia vestra* (h. e. obedientia, ut suprà v. 6 [x]. *justitia*, non imputata [y], sive justitia fidei [z], sed inhærens, quæ consistit in bonis operibus [a]; vel, justitia Legis [b], ut patet, tum ex collatione cum justitia Pharisæorum [c], tum ex sequente declaratione præceptorum Decalogi [d]. Non Evangelium, sed Legem hoc capite explicat, nec ad fidem, sed ad fidei opera vitámque lucidam, invitat [*]. Al. *Justitiæ* nomine hîc intelligo sinceram, h. e. cum verbo Dei, quod est justitiæ norma, congruentem tum vitam, tum potissimùm doctrinam, ut liquet ex sequenti errorum reprehensione [f]:) *plus quàm Scribarum & Pharisæorum*] Qui ista minima esse dicunt [g]: plus quàm justitia quam illi sive docent, sive præstant [h]. Horum justitia & sibi & aliis Judæis abundare & maxima esse videbatur, Act. 22. 3. ob frequentiam lotionum, jejuniorum, precum, &c [i]. *Legisperitos*, (sive *Scribas* [k],) Christus nominat, ut Judæorum eruditissimos [l], & doctores legis atque justitiæ [m]; Pharisæos, ut peculiaris sanctimoniæ famâ nobiles [n], & quorum secta erat in Judaismo ἀκριβεστάτη, (*accuratissima*,) Act. 26. 5. Hinc autem intelligi datur quàm necessaria esset novæ hujus doctrinæ promulgatio, cùm qui sapientissimi ac religiosissimi inter Judæos habebantur, tum à sapientia tum à religione tam longè aberrarent, ipsíque *filii Levi*, aliorum purgatores, *purgandi essent*, Mal. 3. 3 [o]. Vera autem justitia, Pharisaicæ præstat, (ut pergit docere,) in tribus ferè: 1. ut non modò opera nostra, sive effectum, sed & affectum nostrum Legi conformemus; 2. ut quæ Lex necessitate permittere coacta est, ea minimè nobis facienda putemus; 3. ut Legem, non juxta verborum sonum duntaxat, sed juxta Legislatoris intentionem, observemus [p]. Peccabant Scribæ, &c. circa Legem, tum 1. *intensivè*, actus tantùm externos prohiberi credentes: tum 2. *extensivè*, quædam Legis præcepta pro minimis, vel nullis, habentes. Vult ergò Dominus justitiam suorum perfectiorem esse, nempe sinceram, internam, universalem [q]. Docet h. l. Jesus ubi sita sit vera virtus & justitia, videlicet in parendo Legi. Sed quid sit verè parere Legi, ostendit, nimirum non in speciem, sed ex animo ei obedire, conscio & & teste Deo, qui facinoris cupiditatem pro facinore habet atque punit [r]. Multùm ad horum verborum & eorum quæ sequuntur intellectum refert, rectè noscere quale fuerit de obedientia præstanda Deo dogma Legisprudentium & Pharisæorum. A quo autem potiùs hoc discemus quàm à Paulo Apostolo, qui & doctrinam Judaicam à summo Legisperito Gamaliele hauserat, & Pharisaicæ sectæ nomen dederat? Is igitur eo tempore vixisse se ait *inculpatum, quod justitiam attinebat eam quæ est in lege*, Philip. 3. 6. Ubi *legis* nomen palàm est ità usurpari quomodo retulimus à Seneca dictum, *Exiguum esse quiddam ad legem bonum esse.* Quare & Legem hanc idem Apostolus passim discriminis causâ *legem factorum* vocat, eam nimirum legem indicans quam in cognoscendis causis Hebrei judices sequi tenebantur; qui neque animum poterant introspicere, neq; verò ad punienda omnia secùs facta, sed ea duntaxat quæ societatem civilem præcipuè læderent, potestatem acceperant. Quo sensu & Clemens Alexandrinus cordis delictum vocat, ἁμαρτίαν νόμῳ οὐχ ὑποπίπτουσαν, (*peccatum Legi non subjacens.*) Sed paganos tali quidem innocentiâ contentos vixisse minùs mirum est, quos cum Christianis comparans Tertullianus ità loquitur. *Nos ergò soli innocentes? quid mirum, si necesse est? Enimvero necesse est: innocentiam à Deo edocti & perfectè eam novimus, ut à perfecto Magistro revelatam, & fideliter custodimus, ut ab incontemtibili dispectore mandatam. Vobis autem humana æstimatio innocentiam tradidit, humana item dominatio imperavit, unde nec plenæ nec adeò timendæ estis disciplinæ ad innocentiæ veritatem.* At de Judæis minùs id videtur credibile, ut qui scirent Legem latam à Deo mentium inspectore, qui & ex animo se diligi vellet, & pravas cupiditates interdiceret. Sed nimirum ità res fuit, quia talibus præceptis pœna nulla disertè erat apposita, ideò eam interpretabantur in consilii magis partem quàm in Legis necessitatem, aut certè partim quotidianis victimis, partim annuo sacro piaculari, ità putabant eas labes expurgari, ut nulla earum memoria apud Deum restaret. Verum esse quod dico, docet nos idem ille Paulus, qui se attentâ demùm Legis consideratione didicisse ait pravas cupiditates in peccati esse censu, cùm alioqui idipsum fuisset ignoraturus, Pharisaicis nimirum præjudiciis impeditus, Rom. 7. 7. Hinc est quòd Tryphon Judæus adversus Justinum disputans, ait, tam magna támque admiranda sibi videri Evangelii præcepta ut planè videantur à nemine posse præstari; interioris nimirum innocentiæ mandata, & eorum, quæ pro parvis haberi solent, vitiorum fugam, intelligens. Sed nihil apertiùs dici potuit eo quod scriptum reliquit Hebræorum doctissimus D. Kimhi, qui verba ista Psal. 66. 18. *Iniquitatem si vidissem in corde meo non exaudisset Dominus*, planè contra Scriptoris sententiam ità interpretatur, *Etiamsi viderim iniquitatem in corde meo, quam vel paratus essem in actum perducere, utut illa sit coram Deo acsi eam labiis protulissem, tamen non audiet eam Dominus, quasi dicat, Non ducet mihi eam sceleri: cogitationem enim pravam Deus non habet vice facti, nisi concepta fuerit in Dei fidem atque religionem.* En quàm manifestè omnia animi decreta, etiam quæ quominus implerentur penès hominem non stetit, exceptâ solâ defectione à Judaismo, ait à Deo non imputari, neque pro peccatis duci. Et hanc ipsam sententiam à multis Hebræis probatam notat AE. Quin & Josephus in Pharisaismo, ut ipse fatetur, accuratè institutus, Polybium nobilissimum historiarum scriptorem reprehendit, quòd mortem Antiochi ascribat cogitato quidem, sed non perpetrato, sacrilegio, subjiciens, τὸ γὰρ μηκέτι ποιῆσαι τὸ ἔργον βουλευσάμενον οὐκ ἦν τιμωρίας ἄξιον, (Non enim *pœnam meretur* quisquam, *quòd opus* malum *meditatus fuerit, nisi & perfecerit.*) Hæc igitur est innocentia illa Pharisaica, quam Christus contra receptam tunc sententiam apud Deum non sufficere pronuntiat. Clemens Alexandrinus locum hoc modo explicat, Ἐὰν μὴ πλεονάσῃ, &c. *Nisi & abundet justitia vestra plusquam——Pharisæorum, qui abstinentiâ à malis se justos putant, nisi & eam perfeceritis, & proximum dilexeritis eique benefeceritis, non eritis veri Christiani.* Lex enim dilectionis, quanquam factis impletur, tamen non venit ex certo præscripto, sed ex ubere animi bonitate. Sapientissimo autem consilio Christus veræ sanctimoniæ præcepta suis instillaturus, primùm amovet dogmata quæ ejus necessitatem conspici vetabant. Nam, ut rectè ait Seneca, præmitti debent præceptis decreta quædam, ut illis decretis præcepta velut infixa penitùs animo hæreant †. ¶ *Non*, &c. Οὐ μὴ εἰσέλθητε, &c.] *Non* (vel, *Nequaquam*, Pi.) *intrabitis* (vel, *intrare possitis*, Bru. Aut enim Futuri loco est, aut modus potentialis [t], ob geminatam negationem [v],) *in regnum cælorum*] i. e.

[g] G. [h] Ham. [i] Bru. [k] Pi. [l] Bru. sim. Pi. [m] Bru. [n] Idem. [o] G. [p] Mal. [q] Bru. [r] Bru. † Sch. [t] Pi. [v] Pi. sim. Bru. [x] G. [y] Pi. [z] Scul. ex. 2. 19. [a] Pi. [b] Scul. [c] Pi sim. Scul. [d] Pi. [*] Scul. [f] Bc. [g] Mal. [h] Bru. [i] Span. dub. 3. 136. 785. [k] Bru. [l] G. [m] Bru. [n] G. sim. Bru. [o] G. [p] Bru. [q] Span. ib. 780. [r] Ca.

† G. [t] Bru. ex Er. [v] Er.

[x] Q. in Sch. [y] Ec. [z] Be. [a] Sch.

i. e. Vel, 1. in Ecclesiam [x]: q. d. Indigni erunt qui in Ecclesia doceant; nec enim de piis omnibus, sed de solis doctoribus, hic agit [y]. Quod non placet. Etsi enim defectus docentium hic arguit; eos tamen in quibusvis salvandis expleri postulat [z]. Vel, 2. in vitam æternam [a]. *Regnum* autem *cælorum* diversas notiones habet. Hic tamen non de doctrina aut cœtu piorum, sed de præmiis æternis, has voces accipi æquissimum est: Primùm, quia ferme ubicunque in his libris invenitur *regnum cæleste* junctum *intrandi* verbo, gloria illa cœlestis intelligitur; Matt. 7. 21. & 18. 3. & 19. 23, 24, &c. In quibus locis, ut in hoc nostro, tacita est allusio ad comminationes illas in Lege, *non intrabitis in terram*, Num. 14. 30. Psal. 95. 11. Deinde, quia in ipsius sermonis continuatione Christus *regnum cælorum* opponit *Gehennæ*, ut Marc. 9. 47. Hieron. adv. Pelagium, qui dixerat, Regnum cœlorum in V. T. repromitti, *perspicuum esse*, inquit, *regnum cælorum primùm in Evangelio prædicari.* Cui convenit illud Chrysostomi, *Legens legem, legens Prophetas, legens Psalterium, nunquam regnum cælorum audivi, nisi in Evangelio.* Quibus consentit Augustinus, *Denique, quod non temere dixerim, nescio utrum quisquam in illis libris inveniet nomen Regni cælorum.* Et hoc quidem dictum sit quod vocem ipsam attinet: de re verò ipsa agens adversus Pelagium Augustinus, distinguit nomen *Veteris Testamenti:* nam eo intelligi ait aut pactum illud quod in monte Sinai factum est, aut omnia quæ in Mose & Prophetis continentur. Pactum in Sinai monte factum, quod & sæpe *legem* vocat, promissa tantùm terrena habuisse dicit, probátque ex Gal. 3. 12.—*vivet in eis*, i. e. habebit præmium, nè istâ morte moriatur, lapidatione, gladio, &c. Nihilominus fatentur Augustinus & Christiani scriptores alii, etiam Legis tempore non defuisse qui majora terrenis bonis sperarent. Sed hoc haustum aiunt non ex Lege, sed ex Patribus; quibus Deus multis indiciis spem majoris boni fecerat: in quo indiciorum genere non minimum est & illud, quòd multi eximiè boni terrestris fœlicitatis expertes vixerunt; quod argumentum latè prosequitur Scriptor ad Hebræos, cap. 11. Addunt iidem scriptores, terrena illa promissa data Legi operum signa fuisse eorum bonorum quæ Legem spiritûs sequebantur; sed hoc intellectum à paucis: qui scilicet, quanquam V. T. tempore vixerunt, ad gratiam tamen pertinebant eam quæ N. T. temporibus revelata est. Josephus Albo, acerrimi judicii Judæus, hac de re disputans, ait, *Disertè quidem in Mosis lege non promitti spiritualem fœlicitatem, sed signis tamen quibusdam & involucris eam indicari; idque factum, quia lex non tantùm data est doctis & sapientibus, sed universo populo, in quo rudes perspicacioribus erant permixti: quare in communi promulgatione ea poni debuisse quæ ab omnibus percipi, omniúmque animos movere, possent; esse autem ejusmodi* αἰσθητὰ, *(sensibilia,)* cùm τὰ νοητὰ, *(intelligibilia,) apud sapientes tantùm valeant, vulgi autem judicia nè credibilia quidem videantur.* Bona alterius vitæ solâ mente percipi, non oculis, apertè pronunciat Paulus, 1 Cor. 2. 9. Non mirandum igitur, si populo crasso &, quod ex omni historia apparet, valde carnali, Deus non apertè proposuit ea quæ captum illorum excederent: sed ipsorum ingenio se accommodans, rerum aspectabilium commodis atq; incommodis imminuere voluit adultam peccandi consuetudinem: sicut nimirum parentes primæ ætatis liberos non alliciunt spe hæreditatis, quam non intelligunt, sed partim verberum metu à delinquendo absterrent, partim,—*pueris dant crustula.*—Neque tamen per hæc rudimenta exercitis via erat adempta profectûs melioris. Aderant quippe Prophetæ qui obtecta evolverent, & singulis tantum aperirent quantum captus ipsorum & utilitatis ratio ferebat. In publicis autem concionibus Prophetæ ac sapientes ità loquebantur, ut nec in contemptum adducerent arcana sanctioris disciplinæ, & tamen auditorem attentum ad investigandi solicitudinem excitarent, ut post Justinum notat Origenes [quorum verba vide in G.] Atque hinc natum arbitror discrimen antiquitus inter Judæos celebratum, ut ex Josepho, Philone, aliísque apparet, *scriptæ legis*, & *legis vocalis*, quam & *Cabalam*, h. e. *traditionem*, vocant: utramque dicentes à Mose profectam: non quòd res aliæ fuerint in traditione quàm in lege scripta, sed quòd ea quæ lege scriptâ occultiùs continebantur, studiosis indagatoribus enodaret accurata interpretatio. Et hæc quidem docendi ratio apud populum crassior, limatior apud τοὺς προκόπτοντας, *(eos qui profecerant,)* obtinuisse videtur ad ea tempora quæ Babylonicum exsilium sunt secuta. Tum verò gravi periculo imminente, nè populus, solitus ea tantùm audire quæ in sensum caderent, ablato splendore Judaici Imperii, gemens sub externo dominatu, damni, cruciatûs, mortis denique, metu solicitus deficeret à Judaismo, primus omnium Daniel de resurrectione egit apertiùs, confirmans populum spe restitutionis in statum meliorem κρείττονος ἀναστάσεως *(melioris resurrectionis:)* Danielem secutus Ezechiel. Ad quos respiciens scriptor Paræneseos ad Græcos, inter opera Justini, quæ de judicio post hanc vitam habet Plato, ait è Prophetis hausta. Hinc incipiunt *sapientes*, qui humanitus, non Divinitus, eruditi, Prophetis, sed impari auctoritate, successerunt. Hi quoque necessarium judicârunt ex Daniele populum adversus tentamenta præmunire: quòd fieri satis non poterat, nisi palàm Dei causâ morientibus propositâ spe vitæ melioris. Itaque ea tum doctrina velut è latebris educta & certis vocibus obsignata est. Hinc illud Taciti de Judæis, *Animas prælio aut suppliciis peremptorum æternas putant. Hinc moriendi contemptus.* Numenius quoque inter nationes Platoni de animarum immortalitate consentientes posuit Brachmanas, Judæos, Ægyptios. Neque verò animarum tantùm immortalitatem, sed & resurrectionem, i. e. quandam corporis recuperationem, palàm traditam creditámque, tum ex Act. 23. 8. tum ex Heb. 11. manifestissimè apparet. Quibus adde locos illustres duos, 2 Mac. 7. 9. 36. Statum piarum animarum post mortem, ab horto illo in quo Adam initio constitutus fuerit, *hortum Edenis*, sive *Paradisum*, appellârunt, testibus Philone & Josepho. At statum post resurrectionem excellentiori vocabulo dixerunt *Regnum Dei*, aut *Regnum cælorum.* Quò pertinet, inter cætera, locus ille Siracidæ, *Justi autem in æternum vivent, regiúmque diadema——accipient ex manu Domini.* Hoc dogmate animati Maccabaicis temporibus plurimi præ Legis studio exquisitissimas mortes pertulerunt, ut illorum temporum annales nos docent, & Heb. 11. annotatum est. Et Chaldæus Paraphrastes ad Genesin, qui ante Christum fuisse creditur, judicii post hanc vitam, tum alibi, tum in Abelis historia, apertam facit mentionem. Quæ cùm ità sint, haud immeritò quæritur, quo igitur sensu Christus *vitam atque immortalitatem per Evangelium in lucem produxisse* dicatur, 2 Tim. 1. 10. Nimirum, sicut inter Græcos philosophos immortalitatem animorum alii asserebant, alii negabant, Socrates verò id tanquam in medio relinquebat, quem secutus videtur Aristoteles, multùm hìc hæsitans, ut & Latinorum, Cicero & Seneca; ità apud Judæos Dogma tanti ad pietatem momenti erat τῶν ἀμφισβητουμένων *(inter controversa.)* Aiebant Pharisæi, sed negabant Saducæi, quippe nihil recipientes nisi quod totidem verbis in Mose expressum invenirent. Pharisæis contrà ferme nihil habentibus quo probarent quod contenderent præter traditionis auctoritatem, inter diversæ Scholæ certamina fluctuabant multorum animi. De impiorum exitu res erat planè incerta, ut & nunc est apud Judæos. Nam alii resurrecturos credebant, contradicentibus aliis. Christus his tam controversis atque caliginosis attulit definitionis suæ lucem, & pœnas impiorum, & piorum præmia non tantùm diuturna, ut multi putaverant, sed & æterna, & quidem non qualiacunque, sed quæ in Angelorum consortio & Dei ipsius conspicua ac singulari præsentia consisterent, ut rem certam minimèque dubiam publicè omnibus annuncians. Cui doctrinæ obsignandæ cùm mortuos in vitam palàm revocaverit, ipse se post mortem obitam vivum multis ostenderit, quosdam etiam per Apostolos vitæ reddi curaverit, nihil jam potuit ab æquis animis ampliùs ad fidem ei rei faciendam desiderari. Ex his quæ diximus apparet verum quidem esse quod dixerant citati à nobis scriptores, vocem *regni Divini*, aut *cælestis*, hoc sensu à Mose & Prophetis non usurpari, attamen non eam à Christo primitus repertam, sed desumptam ex sermone populari, unde & *Paridisi* & *Gehennæ* nomina accepit. His si jungamus ea quæ modò de Pharisaica

Legis obedientia dicta à nobis sunt, jam clarè apparebit fons ejus erroris qui hîc & omni consequenti sermone à Christo tam diligenter refellitur. Innocentia enim illa factorum habebat suam δικαίωσιν, (*justificationem,*) sed apud homines; & proderat ad temporalem felicitatem. At Regnum cœlorum à Deo Spiritu, non isti corporali innocentiæ, sed spirituali justitiæ, erat destinatum, cujus fons est fides vera quæ in animo sita est. Nam Lex illa exteriùs spectata non poterat *conscientiam purgare*, sed *carnem* tantùm, Heb. 9. 9, 13. Ex hoc pernicioso errore illud etiam sequebatur, quòd cùm facta illa externa crederent non minùs apud Deum quàm apud homines sufficere, de seriò expetenda peccatorum remissione non erant soliciti, neque verò expurgandis animis, exstirpandísque vitiis illis quæ inter homines dissimulari solent, operam navabant; neque Messiâ tali opus sibi putabant, qui medicinam afferret ei parti quam ipsi ægrotare non sentiebant. Et hoc est quod multis locis Christus illis exprobrat, quòd *Dei justitiæ*, quæ est spiritualis, *se non subjicerent, quærentes stabilire suam* quandam, h. e. humanam, *justitiam*. Erant & alii errores Pharisæorum, ut, Quòd hominum constitutiones Divinis mandatis æquarent, interdum præferrent etiam. Quòd sæpe nè exteriorem quidem illam innocentiam præstarent, intenti frigidis quibusdam ceremoniis, quibus etiam gravia delicta expiari posse confiderent: sed istos hoc loco Christus non attingit. Nam benignè illis largiens præstari ab ipsis eam innocentiam quæ pœnas in Lege expressas effugeret, ostendit indè falsò ab ipsis concipi spem adipiscendi Regni cœlestis. Aliam enim longè obedientiam ab iis requiri, qui tantæ gloriæ essent candidati. Hæc si quis diligenter consideraverit, facilè animadvertet ea quæ deinceps dicturus est Christus in hoc sermone, non relinquere consilii libertatem, sed intrà certos fines imponere præcepti necessitatem, neque ad solos Apostolos & Episcopos, sed verò ad omnes eos qui Regni cœlestis participes fieri expetunt, pertinere [b].

[b] G.

21. *Audistis*] Hoc verbum respicit, vel, 1. formulam illam quâ Moses Legem recitans incipit, Deut. 5. 1. *Audi, ô Israel:* vel, 2. morem illum interpretandi Scripturam à Judæis usurpatum, quem שמעתא vocabant [c]. Apud priscos Judæos triplex erat ratio Divinas literas interpretandi. 1. שמעתא, ἀκρόασις, vel *auditio*, cùm historicum sensum exponimus, quem audisse satis est ||, qui ad illa loca S. S. pertinebat, quæ res tantùm factas exprimebant, ut hic locus nuda Decalogi præcepta continet, sine ulla eorum explicatione †. 2. אנדתא, sive *extensio*, cùm historicam sententiam mysticè exponimus. 3. מתלי, h. e. *parabolica*, cùm parabolis utimur, quod Christus passim facit. Porrò, RR. populo historiam tantùm, h. e. *auditionem*, explicabant, qui proptera dicebatur *audire*. Hinc patet cur dixerit, *Audistis*; q. d. Verba tantùm intelligitis, mysterium non item, quod Christus postea explanat. Vel *audistis* dixit, quòd filii à parentibus & sacerdotibus Legis præcepta audire solebant *. Al. *Audistis*, i. e. traditione accepistis. Sanhedrim, cap. 11. halac. 2. אם שמעו אמרו להם, *Si audiverunt*, i. e. traditione dicicerunt, *dicunt eis*. מפי השמועה למדו, *Auditione didicerunt*, i. e. traditione; sæpe in Maimonide [d]. *Audistis*, nempe à Scribis vestris ità docentibus *. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις] De horum quoque verborum sensu, qui non parùm ad consequentium intelligentiam facit, variant Interpretes. Alii enim τοῖς ἀρχαίοις positum putant pro ὑπὸ τῶν ἀρχαίων, (*ab antiquis*;) alii, pro πρὸς τοὺς ἀρχαίους, (*ad antiquos* †.) [Hinc variant.] *Quòd dictum* (vel, *pronunciatum*, Mo.) *sit*, vel *fuit*, *veteribus*, sive *antiquis*, Sy. Ar. Pers. Er. Il. Tre. P. Ca. Ti. &c. i. e. majoribus vestris pravè informatis à doctoribus suis *. Ità per τοὺς ἀρχαίους intelligeret Christus populum, sive auditores; quod non placet; 1. quia tunc dixisset, πρὸς τοὺς πατέρας· 2. tunc ad verbum ἐῤῥέθη subintelligendum esset, *à priscis doctoribus* [f]. Al. *à veteribus*, Be. sic Pi. Jun. paral. Scul. nempe, doctoribus [g]: quod malim, 1. quia Christus se tanquam Doctorem his opponit [h]. Verùm non tam se hîc opponit antiquis doctoribus quàm suos auditores (quos accuratè nunc instruit) majoribus ipsorum falsâ Legis interpretatione seductis [i]. 2. Quia significat quo argumento Scribæ expositionem suam populo commendârunt, nempe, quòd eam acceperint ab antiquis doctoribus [k]. *Antiquos* memorat Christus, quia venerandæ apud Judæos erant Patrum traditiones, quarum tamen inanitatem arguere voluit *. Mihi magìs placet prior versio, *antiquis*, sive *ad antiquos*: 1. quia constructio ista istum semper sensum habet, ut Rom. 9. 12. Apoc. 6. 11. & 9. 4. *dictum est ei*, sive *eis*. 2. Christus Doctores vocare solet πρεσβυτέρους, γραμματεῖς, νομοδιδασκάλους, nusquam verò ἀρχαίους. 3. Multa ex sequentibus non tantùm dicta sunt à Scribis, sed & *ad antiquos* indè à promulgata Lege, qualia, *non occides*, sed & quæ postea novis glossis corrupta sunt. *Antiqui* itaque illi, qui alibi *patres* vocantur, h. l. sunt Judæi, ad quos talia olim à Magistris suis dicta sunt [l]. Ego pro comperto habeo Dandi casu, non eos qui verba fecerant, sed eos ad quos verba facta erant, indicari. Evidens enim est oppositio, *Dictum est antiquis*, *Ego autem dico vobis*: quare quomodo hoc, *vobis*, ità & illud, *antiquis*, sumendum est. Ac passim videre est in his libris nomina Dativi casûs adjuncta verbis quæ dicendi habent notionem hoc sensu usurpari: nec Græcorum, qui in hunc locum scripsere quisquam aliter est interpretatus [m]. Τοῖς ἀρχαίοις Dativo, non Organico, casu, accipiendum esse, in confesso est. Dativum autem hîc intelligunt, vel, 1. causæ, ut Matt. 17. 3. *visus est* αὐτοῖς, *illis*, pro, ab illis; *celebrande mihi*, pro, à me; *nec cernitur ulli*, i. e. ab ullo: ità hîc, *antiquis*, pro, ab antiquis. Vel, 2. Dativum objecti, cui, vel ad quod; *antiquis*, vel *ad antiquos* [n]. Utraque sententia commodè ferri possit [o], præsertim quum docentes & auditores sint correlati. Posteriorem tamen præfero, 1. quia Dativus in N. T. non causam exprimit, sed objectum cui, ut liquet Matt. 22. 31. Rom. 9. 12, 26. Gal. 3. 16. &c: 2. quia quoties causa exprimenda est cum verbo *dico*, per Genitivum, addito ὑπὸ, vel διὰ, exprimitur, ut Matt. 1. 22. & 2. 15, 17, 23. & 3. 14. &c [p]. Superest videamus ad quæ tempora Antiquitas hæc sit referenda. Alii referunt ad Mosis tempora, alii, ad ætatem quæ Esdræ & Christi tempora intercessit. Ego priori sententiæ accedo, ob has causas. 1. Quòd vox illa ἀρχαῖος, & plerumque apud Græcos, longævam quandam vetustatem significat, & apud N. T. Scriptores eundem ferme usum habet. Nam excepto Act. 21. 16. alibi ad Prophetarum aut Mosis ætatem, aut etiam ulteriùs, refertur, ut videre est Luc. 9. 8. Act. 15. 7, 21. 2 Cor. 5. 17. 2 Pet. 2. 5. Apoc. 12. 9. & 20. 2. 2. Verba quæ recitat Christus, ea ipsa sunt quæ in Lege reperiuntur, ut infrà 27, 31, 33, 38. Et quod hîc adjicitur, *obnoxius erat judicio*, quódque infrà additur, v. 45. *hostem odio habebis*, non esse extra Legis sententiam infrà explanabitur. 3. Quòd plerumque Apostoli comparationem instituunt inter eos qui Mosem doctorem ducémque habuerunt, & Christi sectatores, & ità quidem ut his majorem multò quàm illis lucem affulsisse testentur, 1 Cor. 10. Heb. 2. Quin & pactum hoc N. Fœderis ostendunt multis partibus præstare pacto Sinaitico, Gal. 4. 24. Heb. 8. 6, &c. Quare videtur Christus de Jure Mosaico hîc agere eo sensu quo de eo Jure loquebantur Legis periti & Pharisæi, & quomodo id Jus in judiciis forensibus vigebat, ad quæ Christum alludere ex v. seq. patet. Et verò credibile est etiam Mosis tempore multos de populo illo, ut erant *carnales*, nec penetrâsse in ea quæ sub umbra latebant, nec multùm attendisse ad ea mandata, quæ contrà facientibus nullum supplicium minabantur. Sensus ergò est, Majoribus quidem vestris ista dicta sunt, quæ illi, ut erant σαρκικοὶ, non nisi σαρκικῶς interpretabantur: At ego, qui colligere volo populum spiritualem, sicut clarè & sine involucris præmia vobis propono spiritualia, & pœnam quæ non sit hujus vitæ contumacibus denuncio; ità etiam apertè atque explicatè vobis dictabo præcepta, quorum vim potissimam in ipso spiritu consistere minimè obscurum sit [q]. [Sed de his paulò fusiùs agendum, quærendúmque utrum Christus Legem Mosis correxerit, eique contraria ac nova præcepta opposuerit, an Legem tantùm à corruptelis glossisque perversis Scribarum vindicârit. Hîc enim in partes itum est. Meum est utriusque sententiæ Authores indicare, & rationum momenta utrinque allata proferre. Judicium sit penes Lectorem.] Inter eos qui nova præcepta h. l. Legi

Marginal notes: [c] Ham. || Canin. sim. Ham. † Ham. * Canin. disq. c. 7. [d] Li. ho. * Bru. sim. Pi. Scul. † G. * Sch. [f] Pi. [g] Be. sic Pi. [h] Pi. [i] Sch. [k] Pi. sim. Be. * Li. ho. [l] Span. dub. 3. 119, 559. [m] G. [n] Sch. [o] Sch. sim. Camer. [p] Sch. [q] G.

Legi volunt assuta, familiam ducit F.Socinus,qui summâ curâ hanc causam egit [r]. Idem statuunt tum Anabaptistæ, tum Pontificii †. Sed & magni viri,Euseb.Chryf. August.Josephus Scaliger,& alii,ità senserunt *. [Argumenta hujus sententiæ sunt.] Arg. 1. Christus h. l. dicta sua puris ac putis Mosaicæ Legis verbis opponit [t], & multa corrigit, quæ constat non à Pharisæis introducta, sed in Lege expressa [v]; v.g. de dimissione uxoris, & libello repudii, & præcepto tertio de Juramento [x]; de vindicta, & de odio inimicorum [y]. Resp. 1. Verba quidem Legis hîc adducuntur, verùm non ut nuda verba Mosis [z], sed, vel truncata, vel mutata, vel perperàm intellecta [a], & vestita Glossematibus Scribarum, quod præ aliis planissimè patet ex ver. 43 [b]; satisque etiam ex his verbis, *quicunque occiderit, reus erit judicio* [c]; quæ non sunt verba Legis, ergò Scribarum. Hi autem, ut faciliùs voluntatem populi opinionibus suis conciliarent, eas Mosis verbis eloquebantur, etsi sensu multùm diverso. Sic quod Moses de æquis Juramentis Votisque dixerat Levit. 19. 12. id illi ad illicita detorserunt, Matt. 5. 33: quod ille de pœna publica, Exod. 21. 24. illi ad privatam vindictam converterunt [d]. Resp. 2. ad speciales instantias. 1. Divortium permissum quidem erat*, Deut. 24. 1. non autem probatum [f], aut præceptum [g]. 2. Nihil Legi additum est de juramento [h], nec enim solum perjurium in ea prohibetur [i], sed & juramentum leve ac temerarium, quale permittebant Pharisæi [k]. Causæ etiam quæ à Christo adducuntur cur non sit jurandum per *cœlum, terram, caput*, eæ locum habebant etiam in V. T. unde & desumptæ sunt, *Non per cœlum, quia est thronus Dei*. 3. De vindicta per Magistratum Moses loquitur, ut patet ex Deut. 19. 18. Christus, de vindicta privata. Non ergò opponit Christus sua Mosi, sed Pharisæis, adeóque nihil addit Mosi. 4. Falsò contendit Socinus, permissum fuisse à Lege odium inimici, præceptúmque tantùm amorem τῦ רֵעַ, h. e. *proximi*, quæ vox Israelitam tantùm significat. Vox enim רֵעַ, quam LXX vertunt ἕτερον, *alium*, Gen. 31. 49. Esa. 13. 8. quemvis hominem significat, ut patet ex Exod. 11. 2. ubi Ægyptiis accommodatur, & ex Exod. 20. 17, ubi vetatur *concupiscentia uxoris proximi tui*. Sed & Levit. 19. 34. jubet *advenam æquè ac indigenam diligere sicut seipsum*. Nec obstat particula conjunctiva v. 18. adversativè à doctissimis interpretibus reddita. Quin & Ethnici omnes homines *proximos* vocârunt, iisque quædam officia debere agnoverunt. Arg. 2. Christus dicit, venisse *se non solvere Legem*, sed πληρῶσαι, i. e. *implere*; metaphorâ ductâ à vase, cui quidem multum inest, quod tamen nondum plenum est ||. Resp. Id si verùm esset, dixisset, *Non veni Legem evacuare, sed implere*. Nec τὸ πληρῶσαι defectum notat, sed perfectionem, ut Rom. 8. 4. & 13. 8. Galat. 5. 14 [l]. [Hæc de prima sententia. Sequitur secunda.] Christus non Mosi aut Legi se opponit, sed Legis explanatoribus, Scribis [m]; nec Legem, sed Scribarum traditiones & interpretationes, corrigit [n], quibus tota vis Legis ad actus externos restringebatur, &c [o]. Hanc sententiam etiam Strabus, Abulensis, Ferus, Sa, Bellarminus, aliique præter nostros, astruunt [p]. [Argumenta hujus sententiæ sunt.] Arg. 1. Non opponit Christus se aut doctrinam suam Legi, aut Mosi, sed tantùm falsariis Legis [q]: quin passim provocat ad Mosem, & hoc inprimis amoliri studet, quòd doctrina sua Mosis doctrinæ contraria esset [r]. 2. Justitiam suam Christus opponit justitiæ, non Mosis, sed Pharisæorum, v. 20†. quæ tota ad externos actus refertur. Vestris, inquit, Doctoribus illud frequenter in ore, dictum esse jam olim Majoribus vestris, & hoc illis ad justitiam sufficisse, *non occidere, non mœchari*, &c. Frustrà autem verba ista Legis proponunt, quum sensum corrumpunt, &c [s]. 3. Quæ h. l. à Christo urgentur, in ipsa Lege Mosis continentur; vel, αὐτολεξεὶ *verbis expressis*; vel, per consequentiam [v]. Ipsa etiam Lex internam requirit cordis obedientiam, *diligere Deum ex toto corde*, &c [x]. Lex vetat *irasci fratri*, Levit. 19. 17, 18. *concupiscere uxorem alterius*, &c. Exod. 20. 17 [y]. Nihil est boni quod non ad dilectionem Dei, vel proximi, sit referendum; utraque verò, eáq; perfectissima, ac secundùm vires omnes, in Lege imperatur. Per eandem hanc *dilectionem*, atque *per observationem mandatorum*, via ducit ad vitam, ut in N.T. Matt. 22. 37, &c;

[r] Scul. exerc. 2. 21. † Span. dub. 3. 118, 595. * Scul. [t] Socin. in Scul. [v] Q. in Span. [x] Q. in Span. sic Socin. [y] Socin. in Scul. [z] Li. ho. [a] Span. dub. 3. 119, 602. [b] Li. ho. [c] Li. ho. sic Scul. [d] Scul. * Scul. Span. [f] Scul. [g] Span. [h] Scul. [i] Span. [k] Span. Scul. || Socin. in Scul. [l] Scul. [m] Bru. [n] Span. 600. [o] Id. 595. [p] Id. 600. [q] Id. 602. [r] Id. 597. † Id. 596. [s] Id 600. [v] Id. 596. [x] Sch. [y] Scul.

ità & sub Lege. Vide Levit. 19. 18. Deuter. 4. 1, 2. & 6. 5 [z]. 4. Christus hîc, v. 20. firmitatem atque immutabilitatem Legis astruit. Quomodo hoc congruit cum correctione Legis, tanquam contrariæ Evangelio [a]? [Est autem quod adversùs hanc sententiam objiciunt.] 1. Christus hîc opponit homines *antiquos*, h. e. Mosaicos, sive legales, & Christianos [b]. Resp. Non dicit Christus, *Dictum est antiquis*, sed, *Audistis*, nempe, à Doctoribus vestris, hoc vel illud *dictum fuisse antiquis*; q.d. Hâc præfatione authoritatem sibi conciliant, ut suprà dictum [c]. 2. Si id voluisset Christus, dixisset, *Audistis à Scribis*, &c [d]. Resp. 1. Frustrà id repeteretur, quia eorum mentio fit v. præced. 2. Nec Scribæ soli, sed & Doctores præcedentes, ità dicere consueverant *. 3. Pharisæi non poterant vocari *antiqui*, utpote non multò antiquiores Christo [f]. Resp. 1. Ἀρχαῖος dici potest, homo nobiscum vivens, ut Act. 21. 16. 2. Sic vocari possent, quòd traditiones suas velut antiquas venditabant. 3. Ἀρχαῖοι hîc dicuntur non Pharisæi, sed majores Judæorum, quibus ista olim dicta sunt [g]. [Videamus jam Cl. Medum de hac quæstione differentem.] Q. volunt Christum tanquam Legislatorem novas leges Ecclesiæ condere. Alii, eum nova tantùm additamenta, sive novas amplificationes Legi, antè datæ adjungere. Theologi nostri plerique sentiunt eum tantùm glossas Scribarum imperfectas pravásque corrigere, & Legis pleniorem explicationem dare. A quo non abludit Hebræa notio vocis πληρῶσαι. Hebræi enim glossas suas sive explicationes in Talmude ipsorum vocant *Gemara*, πλήρωσιν, sive πλήρωμα, h. e. *complementum, supplementum, perfectionem*, sonat. Nam גְּמַר est, *perfecit, complevit, absolvit*. Atque hanc veram esse de scopo Christi sententiam non dubito, ità tamen ut altera etiam sententia ex parte vera sit, nimirum, quòd Christus venit *ut legem perficeret*, non tantùm eam pleniùs interpretando, sed etiam novas circumstantias novámque modificationem addendo. Certum enim est, Legem deinceps servandam fuisse secundùm Novum Fœdus, per fidem in nomine Christi, ac proinde, correctionem atque additionem aliquem huic congruam necessariò admisisse †. [Atque hæc de illustri hac quæstione semel dicere placuit, nè eadem sæpiùs repetere cogerer. Redeo ad sequentia textûs verba.] ¶ *Non occides*] Nempe propriâ auctoritate [h]: in propria persona atque manu propriâ: talis enim tantùm homicida Synedrii judicio obnoxius fuit, ut tradunt Magistri [i]: [quorum verba vide in Authore.] Solum homicidium hîc prohibitum docebant [k]. ¶ *Reus*, &c. Ἔνοχος ἔσαι τῇ κρίσει] *Obnoxius* (vel, *Reus*, Sy. Æth. Tre. Il. *Damnas*, Be.) *erit* (Al. *Tenebitur*. Pe. Pi. sic Ca.) *judicio*, Er. Ti. Mo. V. Pi. Bru. *judicii*, Be. Tre. i.e. *Condemnabitur* [l], Judicum politicorum examini atque censuræ subjicietur [m]. Trahi possit ad consessum aliquem Judicum, &c [n]. Non exstat quidem hoc totidem verbis in Lege, sed sensus est apertus, Lege præcipi, ut homicida deducatur ad Judices, & ex eorum sententia condemnatus capitali supplicio afficiatur, Num. 35. 30 [o]. Κρίσις autem, sive דִּין, hîc, & v. seq. est, vel, 1. Consessus Triumvirorum, sive pedaneorum Judicum [p]. Quod non placet [q]. Hi enim de causis tantùm primariis, non autem de capitalibus, (quale erat homicidium,) cognoscebant [r]. Vel, 2. Synedrium minus †, sive domus judicii parva [t], sive consessus 23 virorum [v], ut colligitur ex Misnajoth, de Synedrio, cap. 1. & 10 [x]. à quo capitales causæ cognoscebantur [y]. Auditorium Judicum, qui in portis cujusque civitatis jus super causis majoribus reddebant, & in homicidas etiam Lege agere solebant, de quibus agitur Deut. 21. 2. Quanquam enim capitalia judicia hoc tempore Judæis erant adempta, erat tamen mos iste judiciorum notus omnibus & in recenti memoria. Cùm autem consessum istorum Judicum Hebræi omnes dicant fuisse viginti trium, mirum multis videtur, quòd Josephus, quem patrii moris nihil latuit, in legum descriptione septem solos statuere videatur. Sed mihi ipse Josephus hunc nodum solvere videtur, cùm addit, Ἑκάσῃ δὲ ἀρχῇ ἄνδρες δύο ὑπηρέται διδόσθωσαν ἐκ τῆς τῶν Λευιτῶν φυλῆς. Nam ἀρχὴν intelligit singulos Magistratum gerentes, quibus singulis bini erant additi assessores periti juris, quos Josephus ὑπηρέτας vocat, quod est Hebraicè שׁוֹטְרִים. Septem ergò municipes loci erant Judices,

[z] Span. 596. [a] Id. 595. [b] Mal. [c] Span. 601. [d] Mal. * Span. ib. [f] Mal. [g] Span. ib. † Med. l. 1. differt. 46. p. 359. [h] Bru. [i] Li. chron. in epist. [k] Bru. &c. [l] V. [m] Bru. [n] Pi. [o] G. [p] Canin. in Petit. [q] D. sim. G. Li. Petit. [r] Bru. &c. [s] Petit. ex D. † D. Scul. 2. 23. [t] D. [v] Bru. D. Scul. Petit. J. Cap. &c. [x] J. Cap. [y] Bru. &c.

Judices, prӕterea Assessores 14, qui ex Levitis maximè sumebantur. His supernumerarii accessisse videntur unus & alter[z].

22. *Ego autem dico vobis*] Consutantis est, vel quӕstionem determinantis, sӕpe apud Hebrӕos[a]. Illud *ego* acutè pronunciandum, ut in Terentio, *Militem ego rivalem recipiendum censeo*[b]. Nota est se ab aliis secernentium, suisque quàm aliorum verbis plus tribui volentium, ut Gal. 5. 2. *Ego Paulus*, &c[c]. Dictum per antithesin; q. d. Nè moveamini prӕtextu antiquorum, sed attendite quid ego dicam[d]. *Ego*, prӕceptor vobis è cœlo missus, Propheta Mosi similis, Deut. 18. 18[*]. Nec tamen se Mosi opponit, aut Legi[f], quum ut Legem Patris venerabatur[g], sed Scribis[h]; quorum ex professo corrigit doctrinas atque traditiones[i]. ¶ *Omnis*] Etiam qui ipse lӕsus est à fratre[k]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ] *Qui irascitur fratri suo*, Vulg. sic Æth. [τὸ εἰκῆ planè omittunt, quod alii reddunt,] *immeritò*, Mo. Ca. *temere*, Er. Tre. Ti. Sy. Sapientissimè Christus delicta omnia refert ad ejusdem generis prӕcepta. Nam quia ex ira & convitiis nasci solent homicidia, ideo iram ejúsque propagines ad prӕceptum de homicidio refert. In hac [porrò] tractatione diligenter distinguenda sunt τὸ πάθος, ἡ ὁρμὴ, συγκατάθεσις. Πάθος est facultas illa quâ irascimur, τὸ θυμοειδὲς, quod à natura nobis insitum evelli nequit, & in rebus est medis quibus rectè aut secùs uti liceat. Quia autem pars ista animi in qua sunt τὰ πάθη per se est ἄλογος, (*rationis expers*,) indè fit ut, non exspectato rationis judicio, ὁρμαὶ se exserant: quӕ nisi diligenter refrӕnentur, solet sequi συγκατάθεσις, cùm scilicet pars illa quӕ data est moderandis affectibus, habenis remissis trahi se patitur. Est igitur, ut Gellius dicit, συγκατάθεσις voluntaria, fítque hominis arbitratu. Sed & primi illi motus, quos Philosophi comparant oculorum nictibus, nè aut durent diu aut invalescant, diligenti attentione atque exercitatione, ante omnia verò Dei Spiritu, obtineri solet. Oportet igitur, ut Plutarchus inquit, *irӕ motus corrigere*, &c. sed addit, ἐπιμελείας εἰς αὐτὸ δεῖ καὶ μελέτης, (*diligentiâ & curâ ad illud opus est.*) Alii ὁρμὰς vocant προπαθείας· easdem autem adultas vocant πάθη. Hieron. Epist. ad Demetriadem, *Impossibile perturbationis initiis* (quas Grӕci significantiùs προπαθείας vocant) *carere quempiam*. Idem ad Eustachium, de Custodia virginitatis, *Ille laudatur, qui ut cœperit cogitare sordida statim interficit cogitatus*, &c. Ipsa quoque πάθη gradibus quibusdam distingui solent. De quo egregiè Seneca, de Ira, 2. 4. *Est primus* [irӕ] *motus non voluntarius, quem ratio non potest vincere, sicut illud, nè nos aliena oscitatio solicitet: alter cum voluntate non contumaci, tanquam oporteat me vindicari, cùm lӕsus sum: tertius motus est jam impotens, qui non, si oportet, ulcisci vult, sed utique, qui rationem evicit. Ille autem motus qui judicio nascitur, judicio tollitur*[l]. Vetabat Lex occidere. Scribӕ & Pharisӕi videbantur esse justi, quia non occidebant: id negat Christus. Non est satis reipsâ non occidere. Cùm enim sit animus corpore multò excellentior, is verè homicida est qui homicidam habet animum: qualis est qui sine causa alteri irascitur aut convitiatur: idem enim & sine causa maledicere & pulsare & occidere potest. Neque enim longiùs abest maledictum ab ira, aut pulsatio à maledicto, aut cӕdes à pulsatione, quàm injusta ira à ratione: ut qui rationem irâ opprimat, idem facilè ad convitia cӕdémque impellatur. Nam ubi semel rationis limites transieris, nullus est peccandi modus. Dicet aliquis, At Lex non tam severa est: nec enim iram aut convitium capite sanxit. Credo. Commisit enim supplicii irrogationem magistratibus, qui, cùm homines sint, facinora, non voluntatem, & illata damna, non cogitata, puniunt. Cùm autem Regnum Christi cœleste sit, Judex erit cœlestis, Testimonia cœlestia, Cœleste judicium, in quo nullus ignorantiӕ locus erit, ibi etiam animus homicida punietur, & ӕternas pœnas dabit. Ac quod hîc de homicidio diximus, idem deinceps de adulterio & cӕteris intellige[m]. Christus hoc versu ab ira leviori ad graviorem progreditur, id quod ex pœnӕ diversitate liquet[n]. Tres hîc sunt gradus[o] eorum qui contra hominum opinionem pro homicidis à Deo censentur[p]; 1. irascentium: 2. iram sono aliquo incerto significantium: 3. in manifestum convitium prorumpentium[q]. Loquitur hîc de ira vulgari[r], nuda & simplici, quӕ lӕvissima est, interna atque occulta, quâ turbatus animus alteri malè velle solet[†]: quӕ [ira] est motus animi tendens ad ultionem doloris, nimirum primus ad homicidium gradus[t]. *Irӕ* hӕc *restricti animi* scitè vocatur à Tertulliano, quâ quis intùs duntaxat adversùs proximum commovetur[v]. Non tamen iram tantùm propriè dictum Christus hîc intelligit, sed simul omnes affectus malevolos cognatos, ut odium, invidiam, malevolentiam, & rancorem quemcunque[x]. *Fratri*, i. e. alteri cuivis[y]: Hebraismus. Nam Hebrӕi ità loqui solent, Genes. 26. 31. Joel. 2. 8. etiam de rebus inanimis, ut Exod. 26. 3. Ezec. 1. 23. & 3. 13[z]. Hîc igitur *frater* est homo quivis[a], quià omnes ab eodem parente, Adamo, prognati sumus[b]. Sic infrà, *Nisi remiseritis hominibus*[c]. Nomen *fratris*, quod constanter in N. T. fideles denotat, intelligi possit ex collatione nominis *proximi* in V. T[d]. In Scholis Judaicis *frater* Israelitam genere & sanguine significat, *proximus*, Israelitam religione & cultu, h.e. proselytam. Quo nomine excludere solet omnes Ethnicos. At in N. T. vox *fratris* ad fideles restringitur, Matth. 18. 15, 17. 1 Cor. 5. 11; vox *proximi* ad alienos extenditur, Luc. 10. 29, 30, &c[*]. Εἰκῆ abest in Vulg. & Æthiop[f]. & *in plerisque codicibus antiquis & bonӕ fidei*, inquit Hieronymus, qui vocem hanc eradendam censet[g]. Addita videtur hӕc vox ab audaculo quopiam, qui ceu mitigari voluerit quod alioqui duriùs dictum videbatur[h]. Multò credibilius est, inductam [sive erasam fuisse hanc vocem] ab iis qui metuebant nè hîc omnis ira ex justa aliqua causa procedens, probari videretur, cùm vox εἰκῆ latiùs pateat. Eam certè legisse apparet & LXX & Justinum Epistolâ ad Zenam & Serenum, & Irenӕum l. 2. c. 56. & l. 4. 31[i]. Legunt & Syrus[k], & Arabs[l], & omnes hodierni codices, Grӕci & Latini[m]. Meritò hoc additum. Neque enim iracundus est quisquis irasci solet, sed qui οἷς οὐκ δεῖ, &c. (*quibus non oportet, & de quibus non oportet, & magis quàm oportet*,) ut Aristoteles loquitur[n]. Non omnis ira damnatur, ut quӕ zeli nomine commendatur, & quam Peripatetici fortitudinis cotem vocant, sed quӕ vel injusta est, vel immoderata, Eph. 4. 26[o]. Est igitur εἰκῆ, aut, *sine causa*, aut etiam, *sine modo*. Illa ira optimam causam habet quӕ concipitur ex dolore lӕsi Numinis, qualis illa fuit Christi, Marc. 3. 5. Sed & in humanis rebus honesta esse potest ira, prӕsertim, cùm non tam nostra quàm aut virtutis ipsius, aut etiam hominum aliorum, res agitur. Sed tunc quoque oportet nos modum tenere. In modo autem comprehenditur, tum nè plus ӕquo irascamur, tum nè ӕquo diutiùs. Adversùs priorem partem hujus cautionis delinquunt, qui ob parva delicta vehementer succensent, qui non permittunt delinquentibus scire quando plus minúsve deliquerint. In alteram partem peccant illi, qui plumbeas & immortales iras gerunt. Hӕc est nimirum *radix illa*, πικρίας, (*amarulentiӕ*,) &c. de qua Heb. 12. 15. quò & illud Pauli monitum pertinet, cùm nos ità vult irasci, ut nè peccemus, i. e. nè ӕqui modum excedamus, quod ipse ità explicat, nè ad Solis occasum producamus iram, Eph. 4. 26. Et hӕc dicta sunto, quò rectiùs intelligatur vis vocis εἰκῆ, quam quidem Syrus Interpres tam propriam atque significantem hoc loco existimavit, ut retinere eam maluerit quàm vertere[p]. Εἰκῆ modò significat *frustrà, sine effectu*, ut Rom. 13. 4. 1 Cor. 15. 2. Gal. 3. 4. & 4. 11. modò, *temerè, sine causa antecedente*, ut h. l. & Col. 2. 18. & in Lucian. ἑταῖρ. 4. μοί ποτε χαλεπαίνοντα εἰκῆ, *mihi aliquando succensentem temere*. ¶ *Reus erit judicio*] Illo scilicet, cui obnoxium esse vultis homicidam[q]. Tantum de irato pronuncat Christus quantum Scribӕ de homicida[r]. *Judicio*, i. e. pœna judicii[†], sive quӕ à judicibus infligitur[t]. *Judicio*, vel, 1. 23 virorum[v], ad quos crimina capitalia deferebantur; q.d. Morte dignus erit[x]. Κρίσεως autem, sive *judicii*, pœna usitatissima erat gladius, quia de homicidis ibi cognoscebatur, ut & Moses nos docet, & Christus, vers. 21[y]. Vel, 2. Judicio Divino[z], quo politicum illud minùs grave, minùs exactum, minúsque severum est. Dupliciter itaque errabant Scribӕ, tum quod iram hoc prӕcepto prohibere negarent, tum quòd

Margin notes (left column): z G. — a Li. ho. — b Wal. ex Pric. — c Pric. — d Fl. — * Bru. — f Bru. E. — g E. — h Bru. E. — i E. — k Bru. — l G. — m Ca. — n Gua. — o Be. sim. Er. & Zeg. ex Aug. — p Be.

Margin notes (right column): q Er. ex Aug. sim. Be. — r Er. Bru. — † Bru. — t Er. — v Be. — x Sch. — y G. sic Er. Ca. D. Bru. Li. — z G. — a G. sim. Ca. — b Ca. — c G. — d Li. chron. in epist. — * Li. ho. — f Di. in append. — g D. sim. Er. — h Er. — i G. — k Di. Gua. — l Di. J. Cap. — m J. Cap. — n G. — o Be. — p G. — q Sch. — r Bru. — † D. — t Be. — v J. Cap. — x G. — y J. Cap. — z G. — Bru. sic Li. ho.

quòd politicum tantùm judicium homicidæ subeundum putarent [a]. Quomodo *judicium* hoc differat à *judicio synedrii* membro seq. disce ex Talmudicis, apud quos duplex occurit judicium, 1. hominum, sive Synhedrii; 2. cœli, sive per manum Dei: quidam autem, ut porrò notant, judicio tantùm Synhedrii, quidam judicio tantùm Dei, quidam etiam utroque, vel implicantur, vel absolvuntur. Verba ergò Christi sic accipi possunt; q.d. Audiistis quòd dictum sit à veteribus. Quicunque alium quovis modo occiderit, sive per servum, sive per bestiam immissam, &c. reus est Judicio Dei, non autem Judicio Synhedrii: & quicunque immediatè & per se occiderit proximum, hic reus judicio Synhedrii: at ego dico vobis, quòd quicunque irascitur fratri suo temere, hic reus erit Judicio Dei, & qui dixerit fratri suo Raca, hic reus Synhedrio [b]. Legisperiti, inquit Christus, ea tantùm pro delictis habent, quæ solent legitimis pœnis coerceri; ideóque ab homicidio absterrent homines, quia homicidas gladio feriri Lex imperat: at ego etiam iracundiam volo caveatis, certò persuasi, ei quoque propositam esse pœnam in seculo altero non minùs gravem, quàm ea est quam hîc homicidæ sustinent. Quòd si quis iracundiæ maledicentiam adjunxerit, is pœnam istâ graviorem feret, qualis est pœna lapidationis; aut etiam, si atrocior fuerit maledicentia, exquisitiores cruciatus sentiet, quales esse illorum solent qui in valle Hinnomi lentis ignibus ustulantur. Hæc mihi simplicissima videtur hujus loci παράφρασις. Κρίσις est, consessus 23 virûm; quanquam & magnus Senatus vocatus est דין, unde is qui alter erat à principe Senatûs vocari solebat אב בית דין, *pater domûs judicii*; sicut & vicissim consessus 23 Judicum appellabatur συνέδριον; sed distinctionis causâ videtur usu receptum, ut consessus ille singularium civitatum, κρίσις, summus autem ille, συνέδριον, vocaretur. Volens autem indicare Christus, pœnarum gradus futuros in altero seculo pro delictorum gradibus, ei rei explicandæ similitudinem adhibuit diversarum mortium quæ populo notæ cruciatûs magnitudine differebant [c]. Alludit Christus ad civilia Judæorum judicia, quæ tria erant: 1. Triumvirorum, qui de pecuniariis minimísque causis cognoscebant [d], ac proinde levioribus pœnis castigabant [*]: 2. 23 virorum, qui causas capitales tractabant, gravioresque pœnas sanciebant [f]: 3. Summum συνέδριον 70, sive 71, quod de gravissimis rebus statuebat [g], & quæ irent in exemplum [h]; quod etiam pœnarum genere quadruplici utebatur, laqueo, gladio, lapide, igne [i]. Verùm & consessus 23 virûm eisdem pœnis utebatur [k]. Mihi verò non placet hæc allusio atque explicatio: 1. quia consessus 3 virûm causas capitales non cognoscebat: 2. ob vocem συνέδριον in secundo tantùm membro usurpatam, quæ cur medio duntaxat illi 23 virûm consessui tribueretur, cùm singula ex tribus, ac inprimis summum, nomine illo donabantur, non video: 3. quia coactum est *gehennam ignis* de pœna à Synedrio summo inflicta accipere. Fateor Christum h. l. ad aliquos Judæorum mores in Judiciis suis alludere, de quibus nondum dicam, &c [l]. ¶ *Qui autem dixerit fratri suo raca*] Sub. *iratus*, Er. vel sub. *temere*, sicut & in membro sequente [m]. Repetendum [hîc] ἀπὸ κοινοῦ quod præcessit, εἰκῆ ὀργιζόμενος. Agit enim de eo qui temerariæ iracundiæ indulgere solitus, etiam ad maledicta prorumpat. Non est autem in ipsa voce crimen positum. Quippe & ἄνθρωπε κενέ, (*homo vane*,) dixit Jacobus 2.20. quod est propriè *Rica* (nam & Græci quidam interpretes quod est Judic. 11. 3. אנשים ריקים, verterunt, ἄνδρες κενοί, & Hesychius Ῥακά κενός.) & μωρέ, (*stulti*,) ad Pharisæos Christus extulit, Mat. 23. 17, 19. & ἀνόητοι, (*insipientes*,) Discipulos suos vocat Christus, Luc. 24. 25. & Galatas Paulus, Gal. 3. 1, 3. Ut jam omittam quæ duriora sunt, ut, *progenies viperarum, simulatores*, &c. Sed nimirum dicta sunt hæc ab iis, quibus alios castigandi officium incumbebat, quíque nihil in eo privatim spectabant, ex causis gravissimis, atque eo proposito, ut aliorum animi talibus stimulis ex veterno excitarentur. At Pharisæi non tantùm modum non servabant, sed innocentissimum quemque, &c. conviitiis impetebant animo malevolo, quod Christus & ipsius sectatores sæpissimè sunt experti. Nimirum hic quoque morbus ab aliquoties jam indicato errorum fonte processerat. Lex enim Mosis id genus injurias non exsequebatur, nisi quis aut parentibus, aut Principi, maledixisset [n]. [Sed de ῥακὰ ulterius quærendum, quæ vox sit, & unde deducta, & quid denotat.] Vox est Syriaca, sive Chaldaica [o]: רקא, Talmudicè scribitur ריקא, vel ריקא [p]; deducitur, vel, 1. à רק, *sputt* [q]; ut contemptum significet, quem quis in terram despuendo ostendit [r]: significat καταπτυστον, *conspuendum* [†]. Vocem arbitror esse μιμητικὴν, quæ actionem indignantis & proximum despicientis innuat [t]. Vel, 2. à ריק, *inanis*, sive *vacuus* [v]; ut sit quasi vox convitii levioris, ut μωρὸς convitii gravioris est [x]. Quin magnum hoc esse convitium patet, quia *Rekim* dicuntur homines Belial, Jud. 9. 4. 2 Chron. 13. 7 [y]. Vox est contemnentis summo contemptu, apud Scriptores Hebræos usitatissima [z]: [de quo statim.] Significat *vacuum*, vel, 1. cerebro, sive ratione [a]: sed hoc non videtur convitium minus, quàm si vocetur *stultus* [b]. [Concedit hoc V. ideóque locum aliter expedit:] Debet [inquit] rursum subaudiri, *Audistis*, &c. nam hæc verba, *Qui autem — Raca*, &c. verba sunt Scribarum: quæ autem sequuntur, verba sunt Christi: eóque ante illa subauditur *Ego autem*, &c. hoc sensu. Majores vestri, cùm Legem non satis intelligerent, dixerunt illum qui fratrem vocâsset *Raca*, &c. Ego autem Legem sic interpretor, Eum qui *fatuum* vocaverit, quod est minus convitium quàm si vocâsset *Raca*, (*Raca* enim hominem *nequam & nullius frugi* significat) reum fore gehennæ ignis [c]. Vel, 2. sign. *vacuum*, opibus scilicet, aut dignitate, &c [d]. Hac voce exprobrat fratri vitium aliquod naturæ aut fortunæ [*]. Al. vox *raca* est velut interjectio, quâ nihil certi, sed tantùm animi indignatio, significatur [f]. Non est hoc apertum convitium, sed vocula contemptûs insignis index, ídque cum gestu aliquo, &c. ut si Gallicè dicas, *fy*, & simul despuas [g]. Hanc autem vocem adhibet Christus [h], quia apud scriptores Hebræos usitatissima erat, & tritissima, in ore gentis [i]. Tanchum. fol. 5. col. 2. *Rediit quidam ad pœnitentiam: Dixit ei uxor*, ריקה, *Raca, si statutum est tibi pœnitentiam agere, ipsum quo te accingis cingulum non erit tuum.* Idem fol. 18. col. 4. *Dixit Ethnicus Israelitæ, Paratum tibi apud me est esculentum appositissimum. Quale? inquit alter. Cui ille, Caro suilla. Raca, inquit Judæus*, de bestiis etiam mundis *apud vos non comedendum*, &c. Midras Tillin in Psal. 137. *Nupta est Regis filia sordido cuidam nebuloni: imperat ille, ut ea sibi adstet ut servula, & sit à poculis. Cui illa, Raca, ego sum filia Regis* [k]. ¶ *Reus erit concilio*, Συνεδρίῳ] *Consilio*, sive *Concilio*, Æth. Er. Il. Tre Ti. &c. *Consessu*, P. Ca. sic Be. Mo. *Synedrio*, Pi. magno, nempe 72 Judicum [l]; qui de gravissimis rebus statuebant [m], & morte puniebant [n]; ubi nulla erat elabendi spes, nec tam de damnando reo, quàm de supplicii modo, deliberabatur [o]. Significat ergò convitium *Raca* non leve esse, ut vulgus Judæorum opinabatur, sed longè gravissimum [p]. Quia hîc primùm hæc vox [συνέδριον] occurit, quanquam ab aliis multa satis dicta sunt, addam tamen quæ historiæ lucis aliquid afferant. Sicut in memoriam 12 liberûm marium primi gradûs, quos genuerat Jacobus, factæ sunt tribus 12, & Phylarchæ totidem; ità in memoriam eorum capitum quæ Jacobus in Ægyptum adduxerat, Israelitæ, ut qui à cæteris seorsim habitarent, viros 70, aut potiùs 72, (qua de re dicemus ad Lucam) sibi præfecerunt, qui res eorum curarent ac moderarentur quantum Regia imperia permittebant. Hi ab ætate ex qua legebantur *Senes* sunt vocati, unde & apud Græcos γερουσίας, & apud Romanos *Senatus*, vocabulum. Apud hos senes ante alios jubetur Moses exponere mandata quæ à Deo acceperat, Exod. 3. 16. quod & fecit, Exod. 4. 29. Ex horum numero & illi videntur fuisse, à quibus Ægyptii ἐργοδιῶκται quotidiani laboris rationem exigebant, 5. 14. Postea cùm soceri consilio Moses Judices constituisset, qui lites minores dijudicarent, causarum majorum cognitio penès Mosem solùm mansit, ad quem & de minoribus causis difficiliores controversiæ referebantur, Exod. 18. 22. Ergò ad id tempus 70 illi nullam habebant judicandi potestatem; ut constat ex Exod. 24. 14. ubi apertè Moses pro absentiæ suæ tempore suas judicandi-

[a] Bru. [b] Li. ho. [c] G. [d] Scul. sim. Be. Canin. in Petit. [*] Be. [f] Scul. sim. Be. [g] Petit. lect. c. 5. ex Canin. sim. Be. Scul. [h] Petit. [i] Scul. Canin. in Petit. [k] Petit. ib. [l] Li. Chron. epist. [m] Zeg.

[n] G. [o] Zeg. D. Gua. Be. ex Tre. Di. Span. &c. [p] D. [q] Di. M. sim. D. e. [r] Theoph. [†] Li. [t] D. ex Th. [v] Di. [x] M. D. Gua. Scul. [y] Scul. [z] J. Cap. [a] Li. ho. [a] Gua. Bru. Pi. sim. Er. D. &c. [b] Span. 798.

[c] V. [d] Span. ib. sim. Bru. [*] Bru. [f] Er. ex Aug. sim. Zeg. D. [g] Be. [h] Li. Chron. epist. [i] Li. ho. sim. Chron. [k] Li. ho. [l] Bru. Li. Pi. Scul. &c. [m] D. [n] Scul. J. Cap. [o] Er. [p] D.

candi, partes non illis 70, (nam numerus iste disertè exprimitur,) sed Aaroni & Huri, delegat. Aliquanto demum pòst tempore cùm quereretur Moses isti quoque supremorum judiciorum ac relationum oneri se non sufficere, *Sume*, inquit Deus, *tibi è senibus Israelis 70, quos scis populi senatores & moderatores.* Hebebant ergò jam tum curam rerum populi: Deinde eos Deus spiritu novo, judiciali scilicet, instruens, jubet partem oneris ferre, quod solus Moses hactenus sustinuerat; h. e. supremorum judiciorum ac relationum. Eorum autem verborum quæ leguntur Deut. 17. 8, &c. hæc videtur esse sententia, Cùm sacerdotes, opimo fruentes otio, omnibus sapientiæ partibus præter cæteros operam darent, æquum erat ex horum numero aliquammultos allegi in ordinem illum, cui jam suprema etiam judicia credita fuisse diximus: quanquam neminem fuisse qui originis dignitate eum locum sibi posset vindicare, scripsit Maimonides; atque adeò nè Pontificem quidem maximum eò adlectum, nisi de sapientia ipsius probè constaret: quam in rem instituta erat δοκιμασία, (*probatio*,) quæ manuum impositione obsignabatur. Sed, ut dixi, florentibus Hebræorum rebus, fieri aliter non poterat quin in Sacerdotum classe plurimi reperirentur digni eo loco. His addebantur alii qui in aliis tribubus doctrinâ ac sanctimoniâ eminebant. Ità enim vox רָאשֵׁי accipienda videtur, 2 Par. 19. 8. Quamobrem Moses Deut. 19. 17. de falsi testimonii cognitione agens, & Senatum hunc describens, *sacerdotes* & *judices* nominat. Alibi autem, ubi agitur de exploranda diligentia Judicum inferiorum in conquirendo homicida, soli sacerdotes, tanquam ejus Senatûs pars præcipua, nominantur; additúrque, ex eorum præscripto omnes controversias & vulnerum quæstiones definiendas. Quoties autem Deus cœlesti indicio aliquem populo præfecerat, qualis fuit Josua, Gedeon, Jepthes, Samson, Samuel, eis etiam citra Senatum judicandi jus erat, ut apparet Jud. 8. Vocabantur autem tales Reip. liberæ summi Magistratus, ac veluti interreges שׁוֹפְטִים; quod nomen etiam vicinæ gentes usurparunt. Nam & apud Tyrios interreges ità vocabantur: ex quorum Archivis hæc adfert Josephus, Μετὰ τοῦτον δικασαὶ κατεστάθησαν, &c. *Post eum Judices constituebantur*, &c.) ubi δικαστὰς haud dubiè vertit Josephus, quos Tyrii vocabant שׁוֹפְטִים. Nam & Tyriorum coloni Carthaginenses idem nomen retinuerunt, quod Romani scriptores *Suffetem* pronuntiant, literâ Schin emollitâ, quomodo Ephraimitæ in eam partem vergentes pronuntiabant. Josephus talem à Deo excitatum præsidem etiam *Prophetam* vocat, qui Prophetiæ dono, ut Josua & Samuel, aut alio non dissimili ipsos animante, & successus dante, præfulgere solebant, quod & Maimon. notat. Iisdem, quanquam minùs propriè, ob potestatem ἀνυπεύθυνον (*nemini obnoxiam*) & *Regum* datur nomen, Jud. 9. 6. & 18. 1. Quibus verò temporibus neminem talem Deus exciverat, recurrendum ommino erat ad Senatum, in quo ferme eminebat Pontifex Max. Nam & Moses, cùm abesse cogeretur, Aaroni partes suas mandabat. Hoc jure Heli Sacerdos summus principatum in Republica obtinuit, idémque observatum fuit Asmonæorum temporibus. Vult igitur Deus à Judicibus civitatum, si quid incidisset obscurius, quod aut juris subtilioris, aut etiam medicinæ, peritiam desideraret, adire Pontificem Max. ut eruditione præstantem, sive eum qui à Deo excitus Suffetis dignitatem obtineret. Ad utraque enim tempora Deus sermonem accommodat. Horum responso parere omnes tum minores Judices, tum privati, jubebantur, proposita etiam mortis pœnâ in contumaces. Judicat autem Deus sedem ejus Senatûs fore in loco publicorum conventuum; qui primùm habiti sunt Silunte, postea Hierosolymis. Quod ergò dicitur Deut. 17. 9. *Adibis sacerdotes — & suffetem*, explicandum est ex ver. 12. *sacerdoti, vel suffeti.* Nam in Hebraismo non minùs quàm in linguis omnibus receptum est, ut conjunctiva vim habeat disjungendi. Neque verò alia fuerunt judicia sacerdotis, alia Senatûs; id enim omnes Hebræorum Magistri constanter negant. Josephus etiam & Philo clarè ostendunt, eundem fuisse consessum, & sacerdotes fuisse Judices quæstionum, &c. Idem & ex Sacro Codice demonstrare non est difficile. Nam primùm, hoc ipso loco [Deut. 17.] non distinguuntur causarum genera, neque verò causæ ullæ nominantur quæ propriæ videri possint Sacerdotales, sed si quid controversi incidisset, de homicidio, de lite, de vulnere, jubentur adire Sacerdotes, aut Suffetes. Rursum sine ullo causarum discrimine, quod hi pronunciaverint, id omnes jubentur exsequi. Pœna in non parentes eadem. Deinde verò constat tam inter Hebræos quàm inter recentiores interpretes à Josaphato Rege restituta fuisse judicia ad vetus instar. Esdras autem, aut quisquis est Paralipomenωn scriptor, primùm narrat ab eo constitutos Judices civitatum, súique officii admonitos. Tum pergens, 2 Par. 19. 8. *At Hierosolymis*, inquit, *constituit -- è levitis & sacerdotibus & ex præcipuis Israeliticarum gentium ad judicia Dei, & ad lites*, &c. *Judicia Dei* ex notissimo Hebraismo judicia significat, quæ non humano arbitratu, sed ex Legis jussu, peragenda sunt. Sequitur in historia ver. 9. *Præcepit eis --Hoc agite religiosè*, &c. *Quæcunq; lis ad vos relata fuerit*, &c. Ecce quàm apertè omnes illos de omni causarum genere vult cognoscere. Nec obstat v. 11. *Amarias --princeps vester in omni negotio Dei, et Sabadias--in omni negotio Regio, & magistri levitæ vobis adsunt.* Nam primùm, hinc quoq; apparet in eodem Senatu fuisse agitatas res Dei, i. e. Legis, & res Regias: ei autem Senatui interfuisse & Amariam, sive is Pontifex, Max. sive alius Sacerdos, fuerit, & Sabadiam. Neque posse per *Dei negotia* res solis sacerdotibus mandatas intelligi, palàm est ex altero ejus historiæ loco, ubi Hebronitæ quidam narrantur à Davide præfecti partibus Rubenis, Gadis & Manassis, impositíque omni negotio, tum Dei, tum Regis, Solebant ergò utriusque generis negotia, tum judiciorum, tum deliberationum politicarum, à Senatu tractari. Sed nimirùm hæc est dicti loci παράφρασις. Nolite animum despondere quasi pares non sitis tanto oneri inopiâ eruditionis quæ ad res tantas desideretur. Habetis viros egregios qui vobis consilio prælucere possint; qualis est princeps vestri Senatûs Amarias Sacerdos, vir in judiciis versatissimus: Quòd si quid inciderit ad civilem magis prudentiam quàm ad juris cognitionem pertinens, adest vobis Sabadias, qui in eo deliberandi genere primas obtinet; deinde habetis assessores Levitas multarum artium peritiâ excellentes. Videtur omnino Sabadias fuisse princeps Senatûs, sive נָשִׂיא, quâ voce Hebræi vocem נָגִיד exponunt. Ex dictis apparet, etiam Regno constituto, magnàm fuisse Senatûs auctoritatem, & Regiæ velut parem, quippe, ut Hebræi Magistri rectè notant, Rex ipse de quibusdam causis non judicabat, & sua judicia non nisi gladio exsequebatur. Atque huc pertinere videtur illud, Jer. 38. 5. *Rex contra vos nihil potest.* Quin nè venisse quidem Regem in Senatum, nè suâ sententiâ aliis censendi adimeret libertatem, Hebræi notant, excepto Davide. Quod diximus, in summo hoc Senatu fuisse sacerdotes, non refellitur ex Jer. 26. ubi sacerdotes videntur accusare Jeremiam, & Senatores absolvere. Nam ut taceam posse videri magis esse disputationem collegarum inter se, qualis Joh. 7. 50. & Act. 5. 35. quàm legitimam accusationem, judicantibus aliis. Certum est multos fuisse sacerdotes extra Senatum, & si qui eorum accusatoris personam susceperint, sibimet judicandi ademisse potestatem. Erant quidem munia sacerdotalia, docere populum & singulos consulentes tum de rebus aliis, tum præsertim de iis omnibus quæ ad sacra ceremoniásque pertinerent, Levit. 10. 10, 11. Ezec. 44. 23. Agg. 2. 12, 13. Præterea, sicut aliæ Tribus suos habebant moderatores qui tribûs communia curarent, ità & in Levitica tribu sacerdotum potissimi tribûs suæ rebus erant præpositi, per quos curabatur perceptio & erogatio decimarum aliarúmque obventionum, quæ Sacerdotum ac Levitarum alimentis, Templique usibus, erant destinata, ut videre est 2 Reg. 22. & 2 Par. 34. Sed hæc omnia nihil ad judiciariam potestatem pertinebant, quæ non erat penès collegium aliquod merè Sacerdotale aut Leviticum, sed penès Senatum quem dixi, cujus bona pars ex sacerdotibus constare probatum est. Ideo de sacerdotibus, ut in eo Senatu præcipuis, dicitur Ezec. 44. 24. *In causis cognoscendis jus servanto*, &c. Idem verò Ezechiel speciatim meminerat Senatûs magni,

ni, 70 *Senes* nominans, & eorum principem *Jaazaniam*, c. 8. 11. In exsilio Babylonico hos 70 auctoritatem suam apud Judæos retinuisse non est dubitandum. Imò & judicia capitalia ab hoc Senatu exercita concessu Regum Persarum tradunt Hebræi. Domum autem reversis judiciaria potestas concessa est à Rege Artaxerxe, Esdr. 7. 25, 26. Postea, armis adversus Antiochum reddità libertate, summa rerum penès hunc Senatum fuit, unde & sceptrum Regium in curia asservabatur. Erat autem curia in ipso Templo parte Australi, vocabatúrque לשכת הגזית, *conclave excisi lapidis*. Mansit is ordo continuâ surrogatione, per manuum, ut diximus, impositionem, ad Herodem usque M. cujus potentiam atque audaciam magis magisque contra leges insurgentem, cùm non in tempore severis, ut oportuit, judiciis repressissent Senatores, Deo ità res disponente, graves neglecti muneris pœnas dedêre, interfecti ab Herode omnes, extra unam Sameam, quem talia monentem sæpe contempserant. In peremptorum locum Herodes alios surrogavit, suam haud dubiè factionem, ex iis qui beneficio ipsius ad sacerdotia aut honores alios pervenerant. Sed & antè non parum imminuta Senatûs Hierosol. auctoritas, cùm post Pompeii victoriam Gabinius Syriæ præses alios quatuor consessus erexisset, Gadaris, Amathunte, Hierichunte, Sephoris, sed non pari jure cum Hierosolymitano. Nam Herodes nondum Rex de rebus in Galilæa gestis causam dixit apud Senatum Hierosolymitanum. Fuerunt ergò consessus illi curandæ magis Reip. quàm judiciorum causâ instituti, aut si & judiciorum causâ, sub Senatu tamen Hierosl. Quin & extra Palæstinam Judæi ad exemplum hujus Synedrii Senatus suos habebant. Ità γερουσίας Judæorum, tum Alexandriæ, apud Philonem, tum Galilææ, apud Josephum, mentio fit. At Senatûs Hierosl. arctior facta est potestas Augusti temporibus, cùm pars Judææ potior in provinciam esset redacta, constituto, ut ferme in omnibus provinciis Romani Imperii, nè Senatus quequam mortis supplicio afficeret, nisi Romani Præsidis consensu; servatâ ei reliquâ judiciariâ potestate. Et hoc est quod aiunt Thalmudici titulis de Synedrio & Sabbato, *Judicia animarum*, i. e. capitalia, *ablata fuisse ab eo Senatu* 40 *annis ante excidium Urbis*. Nam excisis demùm à Tito Hierosolymis, simul & is Senatus planè interiit. Nomen usitatissimum hujus Senatûs fuit συνέδριον, non quòd alii quoque Judicum cœtus non ità appellarentur, sed quòd ob excellentiam propriè maximus ille consessus eo nomine honestaretur, qui & Athenis atque in aliis Græcis civitatibus usus erat ejusdem nominis. Postquam Macedones illis in partibus præpolluerant, ut multæ aliæ voces Græcæ, ità hæc quoque, in Hæbræorum sermonem migravit. Itaque Thalmudistis vocatur hic Senatus modò סנהדרין simpliciter, modò cum additamento סנהדרין גדולה, *Synedrium magnum*. Vox hæc συνέδριον pro *Senatu*, aut etiam pro *Senatûs curia* sæpe ponitur in N. T. Vocatur & γερουσία, Mac. 12. 6. & in Josepho, itémque Act. 5. 21. quo nomine etiam Spartiatæ utebantur. Item πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, Luc. 22. 66. ut distinguatur à consessibus civitatum, qui itidem πρεσβυτέρια vocabantur. Senatores ipsi modò communiter vocantur πρεσβύτεροι, aut, ἄρχοντες τοῦ λαοῦ; Josepho etiam, γηραιοὶ τοῦ δήμου, modò distinctè ità appellantur hi qui Senatores erant extra Sacerdotes. Adsidebant his consilii causâ Legisperiti, ut antè diximus, οἱ γραμματεῖς τῆς βουλῆς, (*scribæ concilii*,) ut Josephus loquitur, qui Aristæum quendam eo honoris nomine indigitat: unde passim videmus eum Senatum hisce partibus describi, præcipuis Sacerdotibus, Senibus aliis, & Legis peritis. [Hæc, licèt ad interpretationem loci minùs pertinentia, plenius descripsi, tum quia id à me petierant non pauci è subscriptoribus meis, ut Grotium, quantum potuerim, integrum exhiberem, tum quia hæc non levis sunt momenti & ad multorum S. S. locorum intelligentiam non parum proficua. Redeamus jam in viam.] His explicatis, ad Christi verba veniamus. Si quis rectè advertat ad ea crimina quæ soli summo Synedrio reservabantur, inveniet gravissimis eorum pœnam lapidationis aut usu, aut lege, esse constitutam, quæ ad ipsos etiam falsos Prophetas, & perduellionis reos, pertinebat, Deut. 17. 5, 1 Reg. 21. 10. Quare hanc pœnam, ut gladio graviorem, in secundo gradu positam arbitror [q]. ¶ *Qui autem dixerit Fatue*, Μωρέ] Stultus dicitur μωρὸς; q. d. insipidus & ingratus homini sapienti [r]. At quidnam, quæso, gravius in voce μωρέ, quàm in ῥακὰ [†]? Resp. Utraque contemptum denotat, sed ῥακὰ cum gestu contumelioso, μωρὲ autem cum verbis contumeliosis & injuriosis [t]. Resp. 2. Vox ῥακὰ ad naturæ [aut fortunæ] vitium pertinet, μωρὲ ad vitium animi & conscientiæ, quod longè gravius est [v]. Salomon ubique per *stultum* intelligit *improbum* & *reprobum*. *Raca* morositatem quidem denotat & morum vitæque levitatem, at μωρὲ de statu spirituali & æterno acerbè judicat [x]: & præterea Scribas vellicat, qui se *sapientes* nominari passi sunt, de vulgo autem sic senserunt, *Turba hæc quæ non novit Legem, execrabilis est*, Joan. 7. 49 [y]. In S. S. נבל, μωρὸς, sive ἄφρων, hominem malum sive impium designat, vide 2 Sam. 3. 33. Psal. 14. 1. 1 Pet. 2. 15. Et *flagitium* quodvis vocatur נבלה, Gen. 34. 7. Deut. 22. 21. Jud. 19. 23 [z]. Sensus loci est, *Qui dixerit*, (sub. *iratus*, Bru. Er. & ad confundendum eum coram aliis, alioquin & Christus Scribas *stultos* vocat, Matth. 23. 17. 19 [a].) *Fatue*, i. e. cujus ira eò prorumpit, ut proximo suo contumeliam dicat sceleris alicujus, etiam veri [b]. Resp. 3. Gradatio quidem est h. l. eáque duplex; 1. tribunalium, quæ fit per ascensum; 2. delictorum, quæ fit per descensum, ut sciamus etiam ea quæ videntur hominibus levissima, coram Deo tamen esse morte æternâ digna. Sensus loci, q. d. Etiamsi qui fratri dicit *Raka* sæpe leviùs peccet quàm qui fratri succensens [iram premit &] abstinet convitio, tamen hæc culpa coram Deo mortem meretur non secus ac ea crimina de quibus Synedrium magnum judicat. Rursus, quantumvis gravius convitium sit *raka* quàm *fatue*, quantumvis leviculum vobis videatur delictum quo quis fratrem *fatuum* vocat, tamen id quoque gehennâ dignum est, multóque magis antecedentia. Resp. 4. Si hoc non placet, quid vetat quominus sit h. l. progressio potiùs quàm gradatio. Ut enim nulla pœnarum (sed tantùm tribunalium) diversitas hìc proponitur, ità forsan neque delictorum ulla est inæqualitas, quæ sermonis scopo necessaria non est. Tres tantùm delictorum species hìc proponit Christus, quibus hoc est commune; 1. quòd in civili Judæorum foro nullâ pœnâ puniebantur: 2. quòd nè in poli quidem foro mortalia credebantur à Judæis. Christus autem docet, etiam illa mortalia esse [c]. ¶ *Reus*, &c. Ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς] *Obnoxius* (vel, *Reus*, Syr. *Damnas*, Be.) *est*, vel *erit* (Al. *Tenebitur*, P. Ca. Pi.) *gehennæ*, vel *gehennâ*, P. Ca. Pi.) vel, *ad gehennam*, Er.) *ignis*, Tre. Er. Sy. Æth. i. e. igneæ, sive ardentis [d], ex Hebraismo [*], ut *caro peccati*, pro, *peccatrix*, & *homo avaritiæ*, pro, *avarus* [f]: vel, *incendio*. Er. Il. Ti. Al. Hypallage est, *Gehenna ignis*, pro *igne gehennæ* [g], ut, *viriditas herbæ*, pro *herba viridi* [h]. Hìc etiam tertius sequitur gradus. Ut autem priores duo gradus enuntiati sunt per comparationem aspectabilium cruciatuum, ità & hic tertius. Cùm autem supra lapidationem nulla pœna in usu Judaico esset, (nam ignis pœna non erat lenti, vivicomburii, sed immisso in viscera candente ellychnio,) quæsivit Christus aliunde nomen horrendi cruciatûs, qui & gladium, & lapidationem, excederet. Nota autem res erat Judæis omnibus, quomodo extra urbem Hierosolyma majores ipsorum, turpiter imitati crudelem Phœnicum superstitionem, instituissent miseros infantes ignibus ad mortem usque cruciare, circumstrepentibus interim tibiis tympanísque, nè dolore expressus clamor exaudiretur. Locus tam sævo sacro dicatus *Tophet* dicebatur: ipsius loci locus amplior, *vallis filiorum Hinnonis*, גיא הנום, quod posteriorum temporum pronunciatio extulit γέεννα. Quod autem ex R. R. affertur, eò delata fuisse cadavera, congruit cum Jer. 7. 32. cœptúmque id fieri per Josiam, 2 Reg. 23. 10. qui locum illum ità polluebat. Mos enim erat Judæis loca vetitis ceremoniis usurpata eo modo impura atque abhominanda efficere, ut videre est ib. v. 16. & in Joseph. Orig. 18. 3. Sed hoc ad verborum Christi explicationem non pertinet. Apparet enim à Christo cruciatum, & quidem gravissimum, indicari. Sicut autem hìc graviora futuri seculi suppli-

[q] G. [r] Pi. [†] Li. ho. [t] Sch. [v] Span. dub. 3. 139, 799. [x] Li. ho. [y] Li. chro. epist. [z] Span. ib. [a] Sch. [b] Bru. [c] J. Cap. [d] Bru. sic Er. Be. Pi. [*] Pi. Ec. [f] Ec. [g] Di. sic Pi. Sch. [h] D.

supplicia Gehennæ ignibus comparantur, ità alibi, comparatione in consuetudinem migrante, hoc ipso nomine pœnæ ævi alterius significantur. Et hoc sensu vox hæc invenitur in Paraphrasi Hierosolymitana, Gen. 3 [i]. *Gehennom*, sive *Vallis Hennom*, erat locus prope Jerosolyma [k], Jos. 15. 8. amœnissimus ob arbores, fontes, &c [l]. Pro Inferno autem, sive loco æterni impiorum supplicii, usurpatur [m], tum à Christo [n]; tum apud Sibyllam his verbis, —— *suppliciumque Ignis inextincti jussi perferre gehennæ* [o]: tum à Judæis [p], ut in Chald. Par. ad Esa. 26. 15. & 33. 14, 17. & Ruth 2. 12. & in R. S. ad Esa. 24. 22. & Baal Tur. in Gen. 1. 19.) idque ob fœdam loci idololatriam [r], inauditam crudelitatem, quâ liberos cremabant †, fœtidam spurcitiem [t], jumentorum cadaveribus, excrementis, & sordibus, eò delatis [v], & perpetuum ignem [x], ad exustionem cadaverum atque sordium [y]. Sensus loci est, q.d. Ab humano tribunali pro merito puniri non potest, æternarum pœnarum reus, quas solus Deus inferre potest [z]. In Misnajoth de Synedrio sic legitur, *Omnibus Israelitis est pars in seculo venturo*, h. e. æterna vita. Paucos tantùm excipiunt, nempe Epicureos, *qui dicunt, Non est resurrectio, Lex non est cœlitus data, & eos qui legunt libros exoticos*, h. e. ad confirmationem falsæ religionis scriptos, & *tres Reges, Jeroboam, Achab, Manasse, & quatuor idiotas*, nempe, *Balaam, Doeg, Achitophel, & Giezi, & qui vulnera curans incantationibus, ait*, Nullam quam Ægyptiis imposui plagam imponam tibi, quoniam ego Dominus sano te: &, ut Abba Saul dixit, *eum qui pronunciat nomen tetragrammaton*. Hinc discimus quàm paucos Judæos excludant à vita æterna, eòque quàm pauca crimina censeant æternâ morte puniri. Crassis his erroribus Christus tremendos, sed justos & veros, canones opponit, quibus docet, coram Deo morte dignas etiam eas esse culpas quibus homines nullam pœnam infligunt [a]. Al. *Reus erit gehennæ ignis*, i. e. summo Synedrio 72, quod illis verbis circumscribitur, quia quadruplici suppliciorum genere utebatur, strangulatione, gladio, lapidatione, vivicomburio; inter quas pœnas gravissima erat vivicomburium [b]. Al. Sensus est, In hujus criminis sontem sævitum erit post mortem. Observandum hîc, quod mirum tot fugisse interpretes, non dixisse Christum, ut in precedentibus, *reus erit τῇ γέεννῃ*, sed, mutato loquendi genere, *εἰς τὴν γέενναν*. Quod satis arguit aliquid subintellegendum esse, quod vulgum latet. Maxima fuit apud Judæos sepulturæ cura. Quare etiam hostes suos sepeliebant, & affectos supplicio. Illi autem in quos gravius sævitum ire vellent Judices, omnino insepultos abjectos fuisse non dubitamus, vide Jer. 22. 19. Joseph. Belli. 5 1. Insepulta autem horum cadavera suspicamur ex K. ad Psa. 27. in vallem Hinnonis fuisse projecta; ibiq; ossa illorum fuisse igne combusta, qui huic fini perpetuò ardebat in hâc valle. Hoc ergò vult Christus, q.d. Debet damnari Εἰς τὴν γέενναν, ut Græci dicunt, εἰς κόρακας, (*ad corvos*, & Latini, *ad Gemonias scalas*. Debet insepultus projici in Gehennam, sive vallem Hinnonis, quòd ignominiosissimum erat [c]. Εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς, scil. βληθῆναι καὶ κατακριθῆναι; *projici & condemnari*:) quorum illud paulò pòst v. 29, 30. expressè additur: hoc ex Matt. 23. 33. facilè colligi potest [d]. Christus hoc versu variis peccatis variam pœnam justissimâ paritate, atque æquissimâ compensatione, adaptat; Injustæ iræ, *justam Dei iram & judicium*: publico ludibrio, *publicum examen: ignem gehennæ*, censuræ ad ignem Gehennæ adjudicanti [*].

23. *Si*, &c. Ἐὰν οὖν προσφέρῃς, &c.] *Igitur* (Οὖν est nota corollarii [f]: alibi quidem est ratiocinativa, hîc autem redundat, aut τῷ Δὲ æquipollet, ut Matt. 7. 24. & 10. 26, &c [g].) *si attuleris* (vel, *offeras*, Bru. sic. Be. i. e. offerre cupias, oblatum eas [h], proximus sis Altari, ut offeras [i], ut sequens comma ostendit. Nam propriè fit oblatio, cùm res Altari imponitur [k], quando difficile est hoc mandatum præstare [l].) *Munus tuum ad altare*, Pi. &c. *Muneris* loco habere dignatur Deus id quod ipsi de muneribus ipsius offerimus [m]. Videtur Christus in voce δῶρον respexisse ad נדיבות, *oblationes spontaneas*, ut quæ Deo gratissimæ videbantur; eas quoque negans esse Deo acceptas, si ab eo fiant qui fratrem offenderit, &c [n]. Pro δῶρόν σου Syrus habet קורבנך. Significatur autem eo nomine alibi quidem pecunia quæ in gazophylacium mittebatur; hîc verò, sacrificium voluntarium, cujus ritus præscribitur Levit. 1. 2. ubi eandem vocem Hebræam reperire est. Idem pleniùs vocatur δῶρον τὸ ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου, Matt. 23. 18. Est & ubi id quod ex imperio legis offerebatur, venit δῶρα nomine, ut Mat. 8. 4 [o]. Patres post Apostolos antiquissimi hoc Christi institutum, per modum anticipationis, intelligunt de sacra Eucharistia, quam innuit Evangelicam oblationem fore, cujus peculiaris ritus esset solennis hæc reconciliatio. Hinc panem & vinum, quæ singuli Eucharistiam percepturi offerre solebant, δῶρα, *dona*, vocabant, quæ cùm offerrent, Diaconus edixit. Μή τις κατά τινος, *Nemo quicquam habeat adversus fratrem*, deinde singuli se fratribus reconciliabant. Est ergò hoc Præceptum Evangelicum, ut facilè probatur; 1. quia nihil tale, in V. T. sacrificantibus præceptum erat. Non autem verisimile est, quòd Christus sacrificiis mox abolendis novum ritum præscriberet. Quare præceptum hoc est Evangelicum. 2. Quia tota hæc concio habita est ad Discipulos, ut eos instrueret in mysteriis Regni Dei, ac proinde summam continet eorum quæ ipsi prædicare debebant, adeòque tota ejus doctrina est Evangelica. 3. Proponitur hoc tanquam exemplum illius justitiæ, quâ Christiani justitiam Scribarum antecellere debebant. 4. Videtur hoc cum sequentibus pars, esse πληρώσεως, sive complementi, legis, de quo Christus jam antè loquutus erat [p]. Duo autem sunt quæ per hunc χαρακτηρισμὸν Christus nos docet: 1. Quanquam vera in Deum religio cæteris officiis præstat, id tamen non protendendum ad rituum observationem: charitatis enim benevolæ officia rituali curæ antevertenda: quod latiùs infrà prosequitur 9. 13. & 12. 7 [q]. Dei cultus præcipuè in animo, in charitate, situs est, tum verò in operibus externis, sacrificio, &c. Prima itaque de animo & charitate cura esse debet. Adhæc, si offenderis Deum, charitatis lege violatâ, pœnitentiâ (quâ non minùs colitur Deus quàm sacrificio) illud resarcias oportet ante nova munera [r]. 2. Nè placere quidem Deo sacra quantumvis sumptuosa, aut operosa, quæ animo celebrantur irâ aut odio æstuante, quod clarè nobis ob oculos ponit Caini historia: nimirum quia, ut Seneca etiam vidit, *non in victimis, licèt opimæ sint, auròque præfulgeant, Dei sit honos, sed in pia ac recta voluntate venerantium*. Similia habent Plato & Philo, [quæ vide in Authore.] At contrà, Legisperiti & Pharisæi sacrificia & dona Templo oblata valere putabant ad expiationem omnium culparum quas Judices non puniunt, etiam citra animi emendationem †.

¶ *Et*, &c. Κἀκεῖ, &c.] *Et illic* (κἀκεῖ, pro, καὶ ἐκεῖ [*].) *memineris fratrem tuum* (i. e. alterum, ut modo dictum est ‖,) *habere aliquid* (*quiddam*, sive *quandam rem*, Huic simile Matth. 20. 20. *petens aliquid*, & Luc. 7. 40. *habeo aliquid tibi dicere* [v]:) *contra te*, Be. Pi. &c. i. e. habet quod de te queri posset [x]: Ità enim locutio eadem sumitur Apoc. 2. 4, 14, 20: pro quo Paulus dicit, μομφὴν πρός τινα ἔχειν, Col. 3. 13 [y]: *aliquid*, i. e. aliquam offensam, sive causam iræ [z]. Emphasis præcipuè est in τι. Nam, quod Judæi ad damna pecuniaria solùm restrinxerunt, (*Qui surripit quicquam à proximo, etiam vel quadrantem, tenetur ad restituendum*, Bava Kama cap. 9. hal. 5: imò *possessorem inquirere tenetur, etiam usque ad Insulas in mari remotas, & restituere*, ait Maim. in Gezelah c. 7. & ib. c. 8. *Non offertur oblatio pro reatu, nisi prius restituatur ablatum*. Simile habet & Bava Kama c. 9. hal. 12. Hæc autem restitutio fieri potuit sine animo charitativo,) Christus ad omnia in fratrem offendicula extendit, atque charitatem urget, animíque reconciliationem cum fratre de quavis causa offenso [a]. Sed quid hoc ad rem? Christo hîc propositum est præcipere, ut nos resistamus iræ & odio: at hîc loquitur de ira & odio proximi erga nos. At, inquam, Christus respicit ad ingenium nostrum: quod tale est, ut quum recordamur nobis irasci proximum, mox & nos ipsi irascimur [b]. Al. Docuerat Christus quid Lege, *Non occides*, prohibitum sit; nunc docet quid eâ mandatum sit quod Scribæ non intellexerint, charitatem nempe mutuam sacrificiis præ-

[i] G. [k] Bru. sic Sch. [l] Scul. [m] Span. sim. Ca. Gua. Li. Scul. Bru. &c. [n] Span. 802 [o] Ca. [p] Span. ib. Li. [q] Li. Chron epist. [r] Li. ho. sim. Span. † Bru. sim. Span. Li. ho. [t] Bru. sim. Span. [v] Bru. [x] Li. ho. sic Span. [y] Span. [z] Bru. [a] I. Cap. [b] Canin. in Petit. [c] Petit. lect. 5. [d] Sch. [*] Li. ho. [f] Pi. [g] Sch. [h] G. sim. Be. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. [m] Bru. sim. Sch.

[n] Be. [o] G. [p] Med. lib. p. 1. dissert. 46. [q] G. [r] Bru. ad v. 24. † G. [*] Sch. ‖ G. [v] Val. [x] G. sim. Bru. [y] G. [z] Pi. [a] Li. ho. [b] Pi.

10 20 30 40 50 60 70

præferendam [e]. Al. Opponit charitatem Christianam quæ illatas etiam injurias obliviscitur, iracundiæ & malis inde nascentibus, simúlque innuit plerumque accidere ut difficiliores sese ad reconciliationem præbeant, quos potiùs petere veniam oportuit [d]. Al. videntur mihi hæc cum præcedentibus hoc modo cohærere; Cùm jam intellexeritis quantopere Deo displiceat irascendi & convitiandi libido, primum quidem fuit, ab omni tali delicto diligenter sibi cavere. Quòd si quid tamen per humanam infirmitatem tale tibi evenerit, superest πλοῦς ὁ δεύτερος, nempe, ut celeri pœnitentiâ id ipsum eluas. Id fiet, si qui prior offendisti, prior quoque ineas pacis viam: & id quidem properiter adeò, ut nihil sit, quantumvis speciosum, quod ei curæ prævertendum putes [*]. Al. Referuntur hæc ad præcedentia, *Qui fratri dixerit Raca, fatue*, &c. q. d. Si memineris quòd hoc ei dixeris, aut aliam ei feceris injuriam, &c [f].

24. *Relinque* (vel, *Omitte*. Pi. Suspende paulisper, aut differ [g],) *ibi* (vel, *tum*, sive *statim*, ut Luc. 12. 18. Καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα, *Et tum statim*, (postquam scilicet horrea extruxero ampliora *colligam omnia* [h],) *munus tuum ante altare*] Coram Altari. Non igitur cùm super Altare fuerit, discedi ad fratrem jubet, nisi animi affectione. Affirmativum hoc præceptum intelligendum est ità ut cætera, quando id permittit prudentiæ ratio. Interdum differri potest accessus ad fratrem in tempus à sacrificio: animi autem præparatio pœnitentiáque nunquam sunt differenda [i]. Plerumque affectibus potiùs, aut effectibus, quàm pedibus, ire debemus [k]. Mirum videtur, Christum hîc id præcipere, quod & novum erat, (de aliis quidem causis, v. g. labe bestiæ, vel offerentis immunditiâ, oblationem sacrificii ad Altare jam præsentati remorantibus, pluribus agunt Juris periti Hebræorum, de hac autem causa nihil:) & penè impossibile: nam frater offensus longè abesse poterat, ità ut non nisi post multos dies conveniri posset, &c. At respondeo, 1. Moris atque legis apud Judæos fuit, ut sacrificia hominum particularium non illico, cùm jam debita essent, ad Altare adducerentur, sed ut ad proximè sequens festum reservarentur tunc offerenda, Bab. Sanhedr. fol. 11. 1. *Puerperæ*, &c. *columbas suas reservârunt, usquedum ascenderent ad festum* Hieros. Rosh hashanah fol. 56. 2. *Oblationes quæ sacratæ sunt ante festum, offerentur ad festum*, &c. Aderant autem ad festa omnes Israelitæ, & non longè remotus ab Altari tunc fuit quivis frater, in quem quis peccaverat: ad quod tempus, & gentis morem, alusisse Christum par est credere. 2. Tacitè castigat curiositatem adhibitam in mora sacrificii allati circa minora; cùm hoc, quod majus, extra oculos esset, docétque frustrà coli Deum absque vera charitate in fratrem. Idem etiam ferè fatentur Gemaristæ, Bab. Joma fol. 87. 1 [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὕπαγε πρῶτον διαλλάγηθι, &c.] Πρῶτον, *primum*; vel, ad *vade*, vel, quod malim, ad *reconciliare*, referri potest [m]. [Hinc variant.] *Et vade prius, & reconciliare, fratri tuo*, Ar. Mo. sic Pers. Ca. &c. Al. *Et abi, prius*, vel *primum, reconciliare*, &c. Er. Tre. Be. Ti. Al. *Et abi, prius judicii periculum facito cum*, &c. Æth. Non est semper διαλλάττεσθαι, quod vult Scholiastes ad Thucydidem, τὸ δὲ αὐτῷ τῷ ἐχθρῷ παρακληθῆναι καὶ φιλιωθῆναι αὐτῷ, (*hortatu ipsius inimici cum ipso reconciliar.*) Nam & hîc ei tribuitur qui de restituenda amicitia solicitus est, quomodo καταλλαγῆναι θεοῖς, (*reconciliari diis.*) Etiam Latini utrovis sensu dicunt, *redire in gratiam* [n]. Verba διαλλάττειν & διαλλάττεσθαι in voce passiva sensum habent in N. T. peculiarem. In aliis Authoribus significant, *reconciliari*, hîc autem (secundùm notationem reciprocæ conjugationis Hithpahel apud Hebræos,) *reconciliare se alteri*, sive *alterius favorem ambire*, ut Rom. 5. 10. 1 Cor. 11. 7. 2 Cor. 5. 20. Ita h. l. διαλλάγηθι, &c. *cura ut ille tibi reconcilietur*, vel, *reconcilia te illi*. Quo sensu etiam sumitur sequens ἴσθι εὐνοῶν· non hoc vult ut tu bene animatus sis erga illum, sed, ut favorem amicitiámque ejus quæras. Pariter & καταλλάττειν non, ut in aliis, est, *pacificare* alium, sed, *restituere homini gratia malterius*, 2 Cor. 5. 19. Probantur hæc omnia ex usu verbi Heb. רצה in singulis conjugationibus [*]. Διαλλάττω interdum sign. *permuto*, ut in Plat. 2. de Rep. Ἀντὶ ἀργυρίου διαλλάττειν, argento *permutare*, seu *vendere*; interdum, [a] *discrepo*; ut in Aristot. Eth. 10. Διαλλάττει γὰρ οὐ μικρόν, (*Non parum differunt:*) interdum verò, ut h. l. *reconcilio*, ut in Thucyd. Διαλλάττω σοι ἐκεῖνον, *Tibi illum reconcilio.* & in Isoc. ad [illegible] Διαλλάξας τὰς πόλεις πρὸς ἀλλήλας, *Quum reconciliasset civitates inter se.* Et Isoc. Evag. διαλλάττεσθαι τοῖς ἀποστᾶσι, *Cum iis qui defecerant reconciliari* [o]. Sensus autem [loci] est, Dandam operam, ut cum eo quem atrociore vultu aut facto offendimus, redeamus in gratiam: id autem fieri solet testando nolle nos factum, quod Latini vocant, *satisfacere*. Eventus enim non semper in nostra est manu. Sed ut hîc eum qui læsit ad quærendam pacem Christus excitat, ità apud Marcum 11. 25. eum qui læsus est monet, nè difficilem se præbeat ad condonandam injuriam, quod dilucidè explicat Paulus Col. 3. 13 [p]. In tractatu Talmudico Joma c. 8. sect. 9. dicitur, *Transgressiones hominis adversus proximum suum dies expiationum non expiat, usque dum homo proximum suum placatum reddit*, Et in Gemara fol. 87. 1. R. Isaac dixisse memoratur, *Quisquis vel verbis offendit proximum suum, se ei reconciliet necesse est* [q]. In lib. Musar fol. 18. p. 2. *Qui offendit fratrem suum, debet eum placare, si nolit, adducit secum tres ex amicis suis qui pro eo intercedant; idque facit bis terve. Si nec tunc velit reconciliari, abit sibi & relinquit illum. Talis quia implacabalis est, vocatur* חוטא, *peccator. Hic est mos Israelis, si frater ejus mortuus fuerit ante reconciliationem, adducit secum decem homines ad sepulchrum ejus, & dicit coram illis, Peccavi in Deum, & in hunc fratrem meum, cui sic & sic feci. Si debet ei pecuniam, reddit eam hæredibus ejus. Si non novit ullos hæredes, relinquit pecuniam in curia, & confitetur* [r]. ¶ *Et tunc*, &c. Καὶ τότε ἐλθών, &c.] *Et tum veniens offer*, &c. Redundat hîc vox ἐλθών, ut sæpe: *offer*, i.e. consumma oblationem, munus imponendo Altari. Antè enim dixerat, *Relinque munus pro altari* [†].

25. *Esto*, &c. Ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου] *Esto bene sentiens* (vel, *benevolus*, Tre. sim. Er. Ti. vel, *amicus* P. *Compone*, Be. Ca. *Fac convenias*, V.) *adversario tuo*, Mo. P. &c. vel, *cum adversario tuo*, Be. Ca. &c. vel, *erga adversarium tuum*, Tre. Compone, transige cum eo, redi cum eo in gratiam, fac ut sis ei amicus [s]. Plane idem est quod antè dictum erat, διαλλάγηθι. Errant autem qui hæc trahunt ad allegorias obscuriores, cùm hæc dicta Christi sint admodum popularia [v]. Roga eum quem offendisti, ut tibi parcat, nè te in jus trahat [x]: quære gratiam ejus [y]. Al. *Esto intelligens*, Æth. & Ar. in Di. *adversario tuo*, Æth. vel, *de adversario tuo*, Ar. videntur εὐνοῶν accepisse pro eo qui bonâ mente, bonâ intelligentiâ, præditus est. Ut sensus sit, Nè ex pertinacia obdura animum, ut solent qui cedere nesciunt, sed prudenter cum adversario tuo age. Nisi forsan *intelligere* sumatur ipsis, ut Belgicè dicimus, *intelligunt se mutuo bene*, i.e. bene inter eos convenit. Sic verteremus, *Intellige bene cum adversario tuo*, i e. conveniat tibi cum eo [z]. Al. *Esto concors*, sive *consentiens*, &c. Er. Vulg. Di. Certè Syrus omnino ità est interpretandus. אוויתא enim habes pro *consensu, unanimitate*, 2 Cor. 6, 16. & 13. 11. Eph. 4. 3. Phil. 3. 16. 1 Pet. 3. 8. Amicitiæ vocabulum est: nam idem velle atque idem nolle, ea demum vera est amicitia. Hoc vult, q. d. *Sis amicus*, &c. idem cum ipso velis [a]. Ἀντίδικος hîc intelligitur contralitigator [b], adversarius litis, sive causæ [c], actor, qui reum in jus trahit [d]: vel, creditor, qui alicui litem movet nomine debiti, ut percipitur ex sequentibus: Synecdoche generis [*]: vel, idem ille qui habet aliquid contra te, v. 23 [||]. qui etsi fortasse tibi adversarius esse, téque in jus trahere, nolit; iniquitas tamen tua, & causæ illius æquitas, reum te agunt, & ad Dei tribunal trahunt. Monuit nos antea Christus, curare ut mox redeamus cum iis quos offendimus in gratiam, si Deo placere velimus: hoc idem rursus monet, terrens Divini judicii severitate, ni fecerimus, allato à judiciali hominum consuetudine exemplo [||]. Antea reconciliationem ambiendam arguerat Christus à pietate, arguit jam à prudentia, atque honesta hominis de seipso cura [†]. Ἀντίδικος est vox latissima, & tam actorem, quàm reum, designare potest. Sic vocantur & diabolus, 1 Pet. 5. 8. & qui à vidua accusatur, Luc. 18. 3 [f].

[e] Eru. [d] Be. [*] G. [f] Mal. [g] Sch. sim. Bru. [h] Sch. [i] Bru. [k] Mal. [l] Li. ho. [m] Bru. sim. Ec. [n] G. [*] Ham.

[o] Sch. [p] G. [q] Cartw. Mellit. 2. 1. [r] D. [†] G. [s] Bru. sim. Ec. [v] G. [x] Pi. [y] Ham. ad 2. 24. [z] Di. in Append. ad Mat. [a] Be. Eru. Sch. [c] Er. Bru. [d] Bru. [*] Pi. [||] Span. Eru. [f] Wal. et Span.

Cùm ad cœleste regnum viam doceat Christus, & antea locutus sit de offerendis Deo, non homini, muneribus; non hîc suos instruit quo pacto se debeant in humanis controversiis gerere; sed docet, quod prudenter faciunt in humanis controversiis, idem in Divino negotio faciendum. Quemadmodum malunt prudentes homines cum adversario decidere, quàm ad judicem venire; quoniam adversarius potest agere mitiùs, judex autem est severissimus, & summo jure agit; ità præstat, si quem offendisti, aut si odio ab aliquo dissides, cum eo componere, & inimicitias maturè, dum in hujus vitæ cursu licet, deponere, quàm in severum Dei judicium incurrere, in quo sera futura sit pœnitentia [g]. Ex eo quod inter homines fieri videmus, docet nos Christus conjecturam capere, quid à Deo sit exspectandum, quod apertè indicat Lucas 12. 58. Inter homines benignioribus conditionibus depaciscitur qui cedit in tempore. At qui pertinaciter judicio contendit, is in solidum condemnatur, & sine gratia cogitur judicatum facere. Sic & apud Deum, in quem præcipuè delinquunt, etiam quorum injuria directè hominem alterum petit, matura pœnitentia veniam impetrat, dilata severitatem provocat. Hæc sine dubio verborum sententia: sed quia satis manifestum est quò tendat comparatio, ideò hîc, ut alibi sæpe, ἀνταπόδοσις subticetur. Cæterùm non alienum fortè ab hoc loco est quod ex libro Tanaith discimus, Hebræis creditum à mortuis accusari apud Deum vivos eos, quibus in hac vita conciliati non fuere [h]. ¶ *Dum es in via cum eo*] Dum res adhuc pendet [i], dum unà ambulatis in jus [k], sive ad magistratum, ἐπ' ἄρχοντα, Luc. 12. 58 [l]. ubi clarè distinguitur inter ἄρχοντα & κριτὴν, ità ut per ἄρχοντα Judices in infimis Synedriis intelligas, per κριτὴν Judices in summo. Ad litigationes pecuniarias hîc alludi patet ex v. seq. vbi *ultimi Quadrantis* fit mentio. Sensus ergò est, Damni alicujus, vel pecuniæ debitæ, accusat te proximus? Jámque in via ad consessum triumviralem, (cujus erat de rebus pecuniariis judicare,) litem exagitaturi, pergitis? Compone cum eo, nè te ad superius tribunal cogat, quod illi licet [m]: *dum——in via*, &c. h.e. in via hujus vitæ [n], dum hîc una vivitis [o], & ambo pergitis ad mortem [p], & ad Dei tribunal [q]. Ὅτε, quod hîc extat, ut & Luc. 13. 8. & 15. 8. & 22. 16, 18. Joh. 9. 18. Atticum est pro, ἕως [r]. Ἕως ὅτε idem hîc valet quod simplex, ἕως Marc. 6. 45. h. e. *interim dum*, ut Matth. 14. 22 [†]. ¶ *Nè*, &c. Μήποτέ σε παραδῷ, &c.] *Nè fortè* (Potiùs, *Nè quando*, Be. Pi. sic Bru. &c. hujus vitæ cursu evoluto [t],) *tradat te adversarius judici*, Vulg. Bru. i. e. causam obtineat apud Judicem [v]. Tradit adversarius Judici, h.e. Deo; vel, quia vindictam ipse Deo reliquit tradidítque judicanti justè, ut 1 Pet. 2. 23; vel, quia causa ipsius æqua reum te agit [x]. ¶ *Et judex tradat te ministro*, Ὑπηρέτῃ] Custodi carceris, ut sequentia docent [y], carnifici [z], apparitori sive lictori [a], qui Judicis sententiam exsequitur [b], τῷ πράκτορι, Luc. 12. 58 [c]. In Hebræo fuerit לשוטר [?]. Latinè dicendum est, *viatori*. Ità enim in jure Romano appellant exsecutores litium. Græci JC[ti] vocant, ἐκβιβαστὰς [d]. Ὑπηρέται in genere dicuntur qui subserviunt, (quasi *subremiges*, metaphorâ à re navali sumptâ [*],) vel quilibet ministri [f], iidem qui διάκονοι, Matth. 20. 26 [g]. Est autem vocis παραδιδῶναι usus valde similis apud Aristiden. *Rhetor*, inquit, *injurias arguens* παραδιδῶν, (*tradit*,) *judici——qui ipsum tradit* ὑπηρέταις, (*viatoribus* [h].) Per lictorem hîc intellige Diabolum, aut angelos ejus [i]. ¶ *In carcerem mittaris*] Vel, projiciaris, loco pœnarum addicaris [k]. Hinc apparet, apud Judæos, itidem ut apud Græcos Romanósque, solitos fuisse in carcerem conjici qui se ære alieno non exsolvebant. Vide Mat. 18. 29 [l].

26. *Non exies indè donec reddas novissimum* (vel, *ultimum*, sive *extremum*, Er. Be. Ti. &c.) *quadrantem*] Ejus summæ quam debes [m]: i. e. nunquam exibis [n], quia nunquam solves ultimum quadrantem [o]. *Donec* itaque hîc sumitur ut Matth. 1. 25 [p]. Sensus, qu. d. Summo jure tecum agetur [q], nulla tibi à morte indulgentia expectanda est [r]. Eodem sensu Cicero dixit, ad *nummum solvere* [†]. Κοδράντης est Latina vox Græcè declinata, qualia multa sunt in N. T. ut, ἀσσάριον, *assarius*, δηνάριον, *denarius*, κῆνσος, *sensus*, κολωνία, κουστωδία, &c. [t].

g Ca. — h G. — i Bru. — k Pi. — l Li. ho. Sch. — m Li. ho. — n Sch. sim. Bru. — o Pi. — p Bru. — q Bru. sim. Sch. — r Sch. — † Be. — t Eru. — v Ec. — x Bru. — y Pi. — z Eru. — a Bru. Be. Sch. Li. ho. — b Bru. sim. Li. ho. — c G. Ham. — d G. — * Be. — f Pi. — g Wal. ex Be. — h G. — i Bru. — k Idem. — l G. — m Bru. — n Mal. ex Aug. sic Scul. Camer. Pi. Heins. — o Aug. in Heins. — p Mal. — q Be. sic Scul. — r Bru — † Be. — t Be. sim. Sch.

Quadrans minimum in nummorum genere, teste Plutarcho. Juvenalis, *Pieria quadrans tibi nullus in arca*. Hinc *meretrix quadrantaria*. Apud Horatium, *& qui nondum ære lavantur*; tanti enim plebei lavabantur in balneis [v]. Unde Seneca Epist. 76. balneum vocat *rem quadrantariam* [x]. *Quadrans* continet λεπτὰ δύο, *duo minuta*, Marc. 12. 42 [y]. sive *duas prutas*, ut Talmudici disertè dicunt. [Vide Authorem.] Luc. 12. 59. est ἔσχατον λεπτὸν, i. e. *ultima Pruta*. Pruta erat numisma Judæorum, & quidem minimum, unde dicunt Talmudici, *Qui minus prutâ furatur*, *non tenetur ad solvendum quintuplum*. Quadrans erat numisma Romanorum minimum. Utrumque dum memorat Christus, loquitur ad captum omnium. Κοδράντης, *quadrans*, erat quarta pars, non denarii, sed assarii, qui quàm minima pars fuit Denarii [z]: est quarta pars assis, ut as est decima pars denarii sive drachmæ [a]. Æthiop. hîc vertit, *Donec reddideris exactè omnia* [b].

27. *Non mœchaberis*] לוא תנאף [c], Exod. 20. 14 [d]. quod Hebræi plerique explicant de concubitu cum fœmina nupta, de quo agitur Deut. c. 22. ver. 22. AE. putat latiùs protendendam significationem ad omnem venerem non conjugalem. Et sanè ut πορνεία interdum μοιχεία sign. ut infrà v. 32. ità novum non est, μοιχείαν dici quæ πορνεία propriè diceretur. Ità Danaen Jupiter dicitur μοιχεῦσαι apud Lucianum, & Ovidius Medeam vocat *adulteram virginem*. Fuit autem in Judaico populo etiam πορνεία hactenus vetita, quòd neque meretriciam vitam agere puellæ permittebantur, & qui inuptam stupraverat, ducere eam, aut, si parentes nollent, dotare, cogebatur; & quæ polluto corpore nupserat, aut, sponsa cùm esset, alteri si substraverat, lapidata fuit, Deut. 22. Quo nomine legis Hebraicæ puritatem eximiam prædicant Origenes & Philo. Veruntamen servanda potiùs videtur vocis proprietas, quæ solet μοιχείαν ἀπὸ τῆς πορνείας discernere, ut apparet infrà 15. 19. Gal. 5. 19. Heb. 13. 4. quomodo & Hebræi discernunt נאף & זנה, ut videre est Os. 4. 14. quia in Decalogo non omnia delicta, nè ea quidem quæ lege civili puniuntur, comprehensa sunt; sed ea duntaxat quæ in quoque genere summam habent atrocitatem: neque enim vulnerationis fit mentio, sed homicidii, neque omnis lucri cum jactura alterius, sed furti; neque omnis perfidiæ, sed falsi testimonii. Accedit huc, quòd Judæorum haud pauci ita legem de meretricatu interpretabantur, ut censerent id vitæ genus puellis Hebræis interdictum, non etiam vetitum nè peregrinæ in populo habitantes, sed à Judaismo alienæ, quæstum corpore facere sinerentur: imò & cum bello capta primum concubitum censent impunè habitum, & quæ de ea in lege dicuntur, intelligenda de ea quæ concubitûs causâ retineatur: neque verò virili sexui legem positam existimabant, nimirum, ut in Comœdia est, *non esse flagitium scortari hominem adolescentulum*; ex Catonis etiam sententia, *Nam simulac venas inflavit dira libido, Huc juvenes æquum est descendere*. Hæc opinio cùm moribus etiam invaluisset, (nam & coram Salomone judicio se stitisse ejus quæstûs fœminas legimus,) factum indè est, ut זונה, quod *peregrinam* significat, [de quo ipse viderit,] ad meretricem denotandam usurparetur, ut Prov. 5. 3. Sic & veteri jure Attico, quod ex Hebræo derivatum diximus, nulli civi Atticæ prostare licebat: & si quis virginem Atticam vitiâsset, ducere eam cogebatur, ut Comœdiæ etiam nos docent. Neque tamen meretrices deerant, quas propterea similiter, ut Hebræi, appellabant ξένας quod secutus est & Terentius, cùm *peregrinam* Andriam dixit. Sed quod de aliis rebus jam antè diximus, etiam hîc repetendum est, non omnino fuisse excusandam hanc Judæorum sibi blandientium supinitatem. Satis enim constare ipsis poterat, multa Deo non placere, quæ tamen erant extra legum pœnam. Instituerat Deus nuptias liberûm quærendûm & honestè educandûm gratiâ. Non poterat cum eo instituto non pugnare concubitus qui & à matrimonio arcet, & suâ naturâ efficit, ut aut proles incerti sit patris, aut certè, non ità uti par est, communi parentum studio educetur. Apparet enim, causam vetandi fuisse ipsam facti turpitudinem. Meritò igitur Paulus stragem illam, cujus mentio est Num. 25. evenisse refert

v G. — x Scul. exerc. 2. 27. — y Li. ho. Bru. — z Li. ho. — a Bru. — b Di. — c G. — d Sch.

fert ob crimen πορνείας, (*scortationis*,) 1 Cor. 10. 8. Neque sanè debebant Judæi, Lege adjuti, nescire quod multos in Gentibus sola ratio ac recta institutio docuerat. Job suam non à nuptis tantùm, sed & ab innuptis, abstinentiam prædicat. Epictetus jubet καθαρεύειν τῶν ἀφροδισίων πρὸ τοῦ γάμου, (*se purum servare à rebus venereis ante nuptias*,) idémque aliquot argumentis probat Dion Chrysostomus. Sed inprimis præclara sunt ista Musonii, Ὅσαι συμπλοκαὶ, &c. (*Omnes commixtiones cum fœmina quavis quæ non sunt secundùm legem turpes sunt, & ex intemperantia fiunt, magnúmque probrum conflant iis qui illas venantur.* Porphyrius, de non esu animantium 4. Ἐπεὶ καὶ ἑταίραις ὁμιλεῖν ἀπαγορεύει τοῖς πολλοῖς, nempe, ὁ νόμος ὁ πολιτικὸς, (*Cum meretrice consuescere non vetat*, lex nempe politica; *id tamen turpe est*, & *merces ex meretricibus quæsita modestis viris probrosa ducitur.*) Hæc naturalis suggestio obstitit quò minùs vaga Venus uno impetu, aut etiam sine discrimine pudoris, septa perrumperet. Est enim memoriâ non indignum quod ea de re Chrysippus prodidit, Πρῶτον μὲν ἔξω πόλεως ἐν πορνεῖα κεκλείμεναι, &c. *Meretrices olim extra urbes & faciebus tectis se quibusvis locabant*, &c: quæ verba eò libentiùs refero, quia quod dicit antiquitus meretrices non in urbibus, sed in agro, (moris cujus vestigia etiam apud ipsos Peruanos & Tartaros reperta sunt) neque aperto, sed obtecto, vultu prostitisse, verissimum esse ex ipsius Mosis narratione apparet, Gen. 38. 14. Apud Romanos, qui virginem ingenuam stupràsset, pœnâ capitali afficiebatur. Neque meretricia vita permittebatur, nisi eam vitam professis, quas leges existimabant, ut inquit Tacitus, satis ipso pudore cruciari. Quare, quod ad Judæ ac Tamaris historiam Hebræi notant, scorti usum ante Legem permissum fuisse, concedi potest, si de impunitate est quæstio; non item, si de eo agitur quod sine turpitudine fieri potuit. Atque adeò etiam primum cum bello capta congressum illicitum censuit R. Johannes Maimonidæ memoratus. Gerundensis verò & alii censent dissimulatum magis quàm probatum*. Sola adulteria, & quidem reipsâ patrata, docebant Scribæ hoc præcepto [*non mœchaberis*] inhiberi [f]. Sic enumeratio 613 præceptorum legis ad illud hæc habet, *Hoc est præceptum legis* 35, *Nè scilicet quis coeat cum uxore aliena* [g]. Cordis autem & cogitationum impuritatem Lege vetitam non putabant Scribæ. E quorum numero Josephus Antiq. 12. 13. scribit. *Voluisse tantùm, ac non perfecisse, sacrilegium, non videtur res supplicio digna.* Et K. ad Psal. 66. 18. *Etiam si viderim iniquitatem in corde meo——tamen non audiet eam Dominus*, h. e. *non ducet eam mihi sceleri* [h].

28. *Omnis*, &c. Πᾶς ὁ βλέπων] *Quicunque aspicit*, Be. Pi. &c. Βλέπειν plus est quàm ὁρᾶν [i]; notat enim, cum intentione animi aspicere [k]: vide Eph. 5. 15 [l]. q. d. qui attentè, curiosè & cum voluptate contemplatur [m]. Quia nimirum *oculi sunt in amore duces*, ut ille ait, aut, ut Plato loquitur, Ἀρχὴ τοῦ ἔρωτος ὅρασις, (*Aspectus initium amoris.*) Alius, *Concupiscentia per oculos intrat*, de quo Plut. sympos. 3. 6. Hinc *oculi pleni adulterii*, 2 Pet. 2. 14 [n]. Hebræi dicunt, *Oculi & cor proxenetæ amoris* [o]. Exempla habes, Susannæ, v. 32. 1 Esd. 4. 19 [p]. Hinc solicita veterum hac de re monita [q], Sirach. 9. 5, 8 [r]. & 42. 12 †. Clemens Alex. *Oculis, inquit, maximè parcendum est, quoniam melius est labi pedibus quàm oculis.* Epiphanius, *Fenestræ sunt nobis corporis sensus, visus. &c. per quos mors in nos ingreditur.* Gloriatur Greg. Naz. se didicisse *oculos* σωφρονίζειν, *coercere*. Agnoverunt & Gentiles pudoris impudentiæque sedem esse oculos. Hinc Sappho ad amatorem Alcæum in Theoc. Idyl. 5. dicit Μέγα δ' ἄχθομαι, &c. *Molestè fero, quòd tu me audes rectis oculis aspicere.* Libanius de Paride, *Oculis injustis vidit Helenam* [t]. Sic Propertius, Eleg. 2. 12. *Qui videt, is peccat: qui non te viderit ergò, Non cupiet, facti crimina lumen habet**: Seneca, *Huic oculi adulterium monstrant, huic incestum*, &c. Βλέπειν πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, est quod *hiantibus videre oculis* Plautus vocat; *oculos libidinosè impingere*, Tertul. Ἰδεῖν ἡδέως (*cum delectatione aspicere*,) Athenagoras, secum dicere, *Felix est vir sive uxor ejus cum isto*, sive *ista cubans*, ut est in Arriano, & Plauto, & Plut ||. ¶ *Mulierem*, γυναῖκα] *Uxorem*, scilicet alterius [v]. Potiùs, mulierem quamcunque, non suam matrimonii jure [x]: sive nuptam alteri, sive innuptam [y]. Potest de quavis muliere sumi, ut sequens μοιχᾶται sumatur laxiùs, atque adeò vetetur hîc etiam τῆς πορνείας prolusio. Simplicius tamen est, ut γυναῖκα intelligamus nuptam, quomodo sæpe ea vox sumitur, ut & Latina *mulieris*: non quòd non etiam τὴν πορνείαν, (*fornicationem*,) quippe etiam Judæis inter se vetitam, vehementer improbet Christus, sed quòd in eodem peccandi genere intráque easdem personas maluerit consistere, quò aperior esset actuum internorum atque externorum comparatio [z]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς] *Ut eam concupiscat* Pi. Be. &c. scil. ad concumbendum cum ea, Synecd. gen [z]. hoc animo aut fine, ut eâ se oblectet, ejúsque amore accendatur [a]. Verùm πρὸς h. l. non ut alibi, finem significat aspectûs, sed adjunctum, quo declaratur aspiciendi modus, vel certè eventum (ut 1 Joh. 5. 16.) qui ex aspectu existit, etiam præter propositum aspicientis [b]. Hoc est propriè quod dicit Job. 31. 7. *Si animos oculus est insecutus.* Hebræi posteriores id vocant *pascere oculos illicito spectaculo.* Apparet ergò à Christo eum hîc notari qui, impuro amori animum mancipans, vulnus suum fovet aspectu. Petulcos impudicorum hominum intuitus hîc notari, ait Salvianus. Tertullianus, *Christianus salvis oculis, fœminam videt, animo adversus libidinem cæcus est.* Quintilianus pater, *Tu alienam matronam aliter quàm leges permittunt, aspexisti.* Quamvis autem τὸ ἐπιθυμεῖν soleat & in bonam partem accipi, hîc tamen, ut alibi sæpe, in vitio ponitur, ut *cupere* apud Afranium, *amabit sapiens, cupient cæteri*; atque ità accipiunt Justinus, Clemens, & Athenagoras: [quorum verba vide in authore.] Posset & ἐπιθυμῆσαι hîc interpretari, *solicitare*, ut in Canone 4. Synodi Neocæsariensis, quomodo & חמד Hebraicum sumi solet [c]. ¶ Jam, &c. Ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν, &c.] *Jam mæchatus est* (vel, *adulteravit*, Be. Er. Pi. &c. i.e. constupravit, violavit: species pro genere [d],) *eam in corde suo*, Pi. &c. Omnem impudicitiam Christus verbo *Mœchari*, (quo gravissimum scelus arguitur) notat, adversus eos qui scortationis flagitium elevabant*. Etsi non corpore, corde tamen, sive voluntate, eam læsit, quam corde, ut semetipsum, diligere debuit [f]. Homines qui de animo nisi ex signis exterioribus judicare non possunt, delicti nomem actui ultimo imponunt. Et tamen ipsi Jurisconsulti fatentur animum distinguere maleficia. Itaque si telum manu fugit, qui hominem occidit homicida non est, Contrà, Romanis legibus etiam is homicida est, qui hominis occidendi causâ cum telo ambulavit; quod & ad Mosis Legem trahit Philo, [cujus verba vide in G.] Ostendunt nimirum leges quid cupiant; sed quod cupiunt plenè præstare non possunt. Bene Tertullianus, *Mediocritas humana de factis solùm judicat, quia voluntatis latebris par non est.* *Latro est*, inquit Seneca, *etiam antequam inquinet manus. Exercetur atque aperitur opere nequitia, non incipit.* Ejusdem est, *Fecit quisque quantum voluit.* Aristophanes, Δύναται γὰρ ἴσον τῷ δρᾶν τὸ νοεῖν, (*Idem valent cogitare & efficere.*) Apud Deum mentium exploratorem, qui voluit scelus, is fecit. Vide apud Herodotum de Glauco historiam, quæ & apud Juvenalem extat cum hoc epiphonemate, *Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.* Ejusdem est, *Nam scelus intra se tantùm qui cogitat ullum Facti crimen habet.* In ipso hoc adulterii crimine verum hoc esse vidit magister nequitiæ, *Siqua, metu dempto, casta est, ea denique casta est. Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit. Ut jam servàris bene corpus, adultera mens est: Omnibus exclusis intus adulter erit.* Seneca, *Non immeritò in numerum peccantium refertur qui pudicitiam timori præstitit, non sibi.* Pater Seneca, *Incesta est etiam sine stupro quæ cupit stuprum.* Præcipuè autem hoc dictum Christi locum habere potest post τὴν συγκατάθεσιν, h. e. quum voluntas concupiscentiæ succumbit ac consentit. Tertullianus, *Voluntas*, inquit, *facti origo est, quæ nè tunc quidem liberatur, cùm aliqua difficultas perpetrationem ejus intercepit: ipsa enim sibi amputatur, nec excusari poterit per illam perficiendi infelicitatem operata quod suum fuerat.* Pertinet huc quod Judæi olim dixerunt, *Messiam ablaturum ab homine malum fomentum*, τὴν ἐπιθυμίαν [g]. Buxtorfius à Talmudicis dictum refert, *Quicunque*

* G.
[f] Be sim. Bru. Sch. Jun. Li. ho. &c.
[g] Li. ho.
[h] Bru.
[i] Be. Sch.
[k] Ham. sic Be. Sch.
[l] Ham.
[m] Ham. ex Theoph.
[n] G.
[o] Scul. exerc. 2. 24.
[p] Ham.
[q] Scul.
[r] Ham. Scul.
† Ham.
[t] Scul.
* Cap.
|| Pri.
[v] V. Pi. &c.
[x] Bru.
[y] Be.
[z] G.
[z] Pi.
[a] Bru.
[b] Pi.
[c] G.
[d] Bru.
* Be.
[f] Bru.
[g] G.

cunque aspicit mulierem cum intentione, perinde est acsi cum ea rem habuisset. Et in Erubin, fol. 18. 2. *Qui numerat pecuniam è manu sua in manum mulieris, ut eam aspiciat, etiamsi similis sit Mosi, non evadet judicium gehennæ* [h]. Hierosf. Challah, fol. 58. 3. *Calcaneum mulieris aspiciens, est ac si uterum aspiceret: Uterum autem aspiciens, est ac si cum ea coiret.* Bab. Beracoth, fol. 24. 1. *Intuens vel in minimum digitum fœminæ, est ac si intueretur in locum pudendum* [i]. Cicero de Finibus, *In libidine esse peccatum certum est, etiam sine effectu.* Phœdra, inconcesso privigni amore percita, apud Euripidem, χεῖρες μὲν ἁγναί, φρὴν δ' ἔχει μίασμά τι, (*Manus quidem castæ sunt, mens autem quodammodo inquinata.* Similiter in Ovidio, ——*Temerata est nostra voluntas: Ut nihil adjiciam, non possum innoxia dici.* Huc pertinent & ista Jurisconsultorum ad legem 225. *Furem, adulterum, aleatorem, aliquâ significatione, ex animi propositione cujusque quis dicere possit, &c. si modò ejus mentis sit, ut occasione datâ, id commissurus sit* †.

29. *Quòd si oculus tuus dexter* (i.e. quamvis dexter sit; quod ideò dictum, quia *naturâ dextrum sinistro potius esse* ait Aristoteles [k]: dextræ partes potiores sunt, & expeditiores ad opus, ac proinde etiam chariores [l]:) *scandalizat te*; ità Mo. Ar. &c. Σκανδαλίζει σε] *Tibi officit*, Ca. *Aberrare te fecerit*, Æth. *Tibi fraudem fecerit*, Pers. *Offendiculo*, vel *Obstaculo, tibi fuerit*, Sy. Er. Ti. *Facit ut tu offendas*, Tig. Be. Pi. sic Sch. sive, *impingas*, Pi. in via Domini [m]: tibi impedimento est ad veram pietatem [n], ac beatitudinem: offendiculo, vel causa perditionis, tibi est [o]: facit ut tu cadas [p]: illaqueat te [q]: offert tibi id quod peccati & ruinæ causa esse possit; v. g. mulierem non tuam [r]. Metaphora sumpta est ab ambulantibus aut currentibus †. *Scandula* vocantur & res; v.g. saxa, sive alia viæ impedimenta, & personæ quæ iter agenti scandalum objiciunt [t]. Peccata sunt velut saxa ad quæ impingimus, vel etiam corruimus [v]. Est in verbo, σκανδαλίζειν, significatio machinationis ad capiendum & implicandum, ut Tendiculis fit [x]. Hebr. מוקש, σκάνδαλον, (*scandalum*,) vertunt Lxx, Psal. 69. 22. quos sequitur Paulus, Rom. 11. 9. Et certè respondet primitiva significatio. Nam σκανδάληθρον apud Aristophanem Interpres exponit, τὸ ἐν τῇ παγίδι ἐπικαμπὲς ξύλον, *lignum in decipula incurvum.* Similiter & Pollux. Idem autem esse σκάνδαλον docet nos Hesychius. Sed & σκῶλον nomine res eadem significatur, quâ voce מוקש interdum transferunt Lxx Interpretes. Per tralationem designat hæc vox omne id quod exitii causam præbet, ut Psalm. 140. 5. ut & Judith 12. 2. ac proinde etiam id quo quis ad delinquendum incitatur, ut Deut. 7. 16. & passim in N. T. Sensum affinem, quanquam aliunde ductâ similitudine, habet vox מִכְשׁוֹל, quod propriè est πρόσκομμα, cujus vocis addimento vocem σκάνδαλον interpretatur Paulus, Rom. 14. 13. Quare mirum non est, quòd Syrus hîc σκάνδαλον vertit מכשלא, cùm & Lxx מִכְשׁוֹל verterint σκάνδαλον Levit. 19. 14. Id ipsum *offensam* dixit Seneca, *Per hujusmodi*, inquiens, *offensas emetiendum est confragosum hoc iter.* In hunc [porrò Matthæi] locum, ni valde animi fallor, multa congeruntur subtiliora quàm ferat sermonis popularitas. Mihi tum illud, εἰ δ', tum quòd hæc verba non præceptorum congeriem sequuntur, sed indivulsâ continentiâ annectuntur ei quod de adulteris amoribus dictum est, præterea verò repetitum *oculi* nomen, quod paulò antè præcesserat, planum facere videntur hujus sententiæ, quamvis ejus vis latiùs se porrigat, occasionem natam ex his quæ dicta erant v. præc. ità ut ad tacitam quandam objectionem responderetur, argumento ab eo quod majus est ducto in hunc modum; Dicat fortè aliquis hæc audiens. Fœminæ, præsertim formosiores sunt, ἀλγηδόνες ὀφθαλμῶν, (*dolores oculorum*,) quod de Persicis dici solebat: & naturâ ità est comparatum, ut difficile sit non amare quod pulchrum est. Quapropter, *Casso saltem delectamine Amare liceat, si potiri non licet.* Respondetur, Ex duobus incommodis eligendum esse id quod est minus; nempe, ut Poeta hoc argumentum ex prudentiæ, non ex pietatis, præscripto tractans dixerat, *Dura aliquis præcepta vocat mea: dura fatemur Esse; sed, ut valeas, multa dolenda feres.* Si gangræna partem corporis quamvis caram occupâsset, æquum est ut patereris eam præcidi

[h] Cart. mell. f. 2. 1.
[i] Li. ho.
† Fri.
[k] G.
[l] Bru.
[m] M.
[n] Zeg. sim. Be. Camer.
[o] Zeg.
[p] Bru.
[q] Ham.
[r] Bru.
† Pi.
[t] Bru.
[v] Be.
[x] Camer.

potiùs quàm proserpens malum toti corpori exitium crearet, ut est apud Plutarchum, quantò justiùs id faciendum esset, ubi æterna animi corporísque pernicies imminet, ni antevertas. Simili ferme modo argumentatur idem ille quem dixi, *Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes; Arida nec sitiens ora levabis aquâ. Ut valeas animo quicquam tolerare negabis?* Subticetur autem id quod ab auditore facilè suppleri potest in hunc sensum, Atqui, cùm majus sit periculum quod tibi monstro, quàm hujus vitæ mortalis jactura, minus tamen est quo vitari id periculum potest, deberes, si aliter te servare non posses, vel oculum tibi eruere; at mihi satis est, si eum à vultu illecebroso avertas: manum deberes tibi præcidere; egò nihil ampliùs postulo quàm ut eam arceas ab impudicis contrectationibus. Eorum qui pedem sibi abscindi passi sunt habemus exempla: mihi sufficit, ut aliò, quàm ubi mali fomenta sunt, gressum dirigas; *Perfer, & invitos currere coge pedes.* Non dissimile est dictum apud Senecam, *Projice quæcunque cor tuum laniant: quæ si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis evellendum erat.* Sensus hic ipse quem dicimus latè fuséque tractatus exstat apud Porphyrium, lib. 1. circa finem, *De abstin. ab animalibus.* Ostendit enim & ille, cùm corporis servandi causâ tam dura patiamur, multò majora patienda, ut Divina immortalitas animis paretur; & hanc tamen plerumque minoris constare, nempe, voluptatum abscissione. In hac circumlocutione Pedum quoque memini, quia & eorum fit mentio infrà 18. 8. & Marc. 9. 45. quibus in locis, id quod hîc occasione ejus affectûs, qui solet esse impotentissimus, dictum erat, generaliter omnibus vitiis aptatur. Est enim eadem ratio. Hinc Job. 31. de fuga tam injustitiæ quàm obscœni amoris agens, ait, *fœdus se cum oculis pepigisse, manibus nihil adhæsisse iniqui, pedem suum non festinavisse ad dolum.* Summa igitur hujus præcepti est, Vitanda pravarum cupiditatum alimenta. Cupiditas enim actum parturiens, si eum eniti prohibeatur, abortum faciens, ipsa quoque interit. Neque verò dubito quin & hoc Christus, minimè novandi cupidus, sumpserit ex veterum Hæbreorum præceptis, unde & Philo hæc hausit, Διόπερ ἑλέσθ', &c. (*Mallent vel mediocriter instituti excæcari quàm quæ non decet aspicere, surdos fieri quàm perniciosos sermones audire, linguas suas excindi quàm quæ non dicenda erant eloqui*, &c.) Chrys. de Jejunio, serm. 2. præceptum hoc Christi, quod durum videtur, ait esse mitissimum. Durum futurum fuisse, si jussisset nos adesse fœminis, eas aspectare & abstinere. Adde, si id præcepisset quod Xenocratem præstitisse narrat Valer. Max [y]. *Oculus*, i. e. Libido in oculo sese exserens per aspectum mulieris: τὸ *dexter* charissimum quodque significat [z]. Per *oculum* intellige occasiones libidinis, qui plerumque per oculos excitatur [a]. Alii per *oculum* & *manum* intelligunt cognatos, vel amicos conjunctissimos, quos, si nos à Deo alienant, à nobis repellere debemus [b]. Mihi perire videtur sensus, & gratia locutionis, nisi oculum manúmque propriè intelligamus [c]; quæ duæ corporis partes & nobis carissimæ sunt, & maximè necessariæ [d]. ¶ *Erue eum*] Intellige hoc, 1. non propriè *; quia repugnat hoc & sexto præcepto, aliísque Dei mandatis. Vide Levit. 19. 28 †: creaturam Dei nemo suâ sponte mutilare debet [g]. Non jussit Christus aut Petrum manu peccantem, Matt. 26. 51. eam amputare, aut mulierem peccatricem, Luc. 7. 48. oculos eruere. Nullum nobis exemplum hujus reliquit primitiva Ecclesia [h]. Originem & alios, qui sese servandæ castitatis causâ exsecuerunt, Ecclesia damnavit [i]. 2. Sed figuratè [k], allegoricè & hyperbolicè [l], & cum exceptione, si fieri posset aut liceret, ut Gal. 4. 15. *Si fieri potuisset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.* Potuit utique, sed non licuit. Signif. quodvis potius damnum debere nos subire quàm culpam, & vel oculum eruere, &c. si aliter peccatum effugere non possumus: sed quia semper possumus, nefas est partem corporis amputare [m]. Non vult auferenda corpori membra, sed regenda, atque ab opere proprio continenda, etiam summo cum dolore detrimentóque, siquidem ut offendas faciant. *Erue eum:* q. d. Cohibe ab opere visionis, nega tibi illecebrarum peccati adspectum, perinde acsi oculi tibi eruti essent [n]. Quicquid ad peccandum te impellit, vitandum & abjiciendum est,

[y] G.
[z] Pi.
[a] Sch.
[b] Hilar. & Cyr. & Theoph. in Mal.
[c] Mal.
[d] Mal. sim. Camer.
* Sch. sim. Mal. &c.
† Sch.
[g] Camer.
[h] Sch.
[i] Mal.
[k] Camer.
[l] Be.
[m] Mal.
[n] Era.

est, etiamsi sit oculo charius [o]. ¶ *Projice abs te*] Hoc verbo Latini quoque rei contemptum indicant. ¶ *Expedit enim tibi*] Minus enim malum præ majore eligendum, Arist. Rhet. 1. 6 [p]. Verbum συμφέρω alibi sign. *comporto*, ut Act. 19. 19. hîc, *conduco*, sive *prosum*, sicut & Joh. 18. 14. 1 Cor. 6. 12. & 10. 23. & in Thucydide, &c [q]. ¶ *Quàm*, Καὶ μὴ] Hebraismus ולא, quod valet *nè*. Quare locum optimè verteris, *Expedit enim tibi unum membrorum tibi perire, nè totum corpus projiciatur in gehennam*. Vox γέεννα, quæ modò comparatè supplicia alterius seculi figurabat, nunc translatè eadem notat. Et Matthæus quidem nihil ultrà addidit, quippe Palestinæ habitatoribus scribens, apud quos pridem vox ista eum sensum acceperat: ut ex veterum Hebræorum libris apparet. Marcus verò, ut & qui eo vocabulo minùs sueti erant, vim ejus intelligerent, apposuit ignem *inextinguibilem*. Ponitur autem in his libris ubique pro suppliciis post resurrectionem, non pro statu qui mortem & resurrectionem intercedit [r].

30. *Si dextera manus*, &c.] i. e. Concupiscentia se in manu exserens per contactum mulieris alienæ. Metonymia subjecti, ut v. præced †. Si manus tibi pruriat ad tangendum id quod te ad peccatum trahat, nega tibi illius contactum, &c [t]. Bab. Niddah, fol. 13. *Quicunque manum ad membrum virile admovet, abscindatur manus ejus*, &c. Et paulò post, *Præstatur ut findatur venter ejus, quàm ut ipse descendat in puteum corruptionis* [v]. Manus & oculi ferè carnis concupiscentiæ inserviunt [x].

31. *Dictum est autem*] Nimirum à Mose, jussu Divino, non privato Mosis consilio, quod senserunt Origines & Ambrosius, & quidam Ptolemæus quem eo nomine graviter accusat Epiphanius; nisi hoc eos sensisse putemus, à Mose hæc & alia hujusmodi pro prudentia sua excogitata & relata ad Deum, qui ea deinde, ut isti populo & temporibus commoda, probaverit. Certè Deut. 1. 3, & 5. 1. & 6. 1. apertè dicitur Moses populo proposuisse ea quæ Deus præceperat. Indè autem ad caput usque de divortio unus est atque continens sermo. Neque verò credibile est Mosem, qui de specie controversa juris hæreditatum respondere nihil voluit Deo inconsulto, in re momenti multò majoris quicquam constituisse Dei injussu. Obj. At Mosi hoc ascribit Christus, Matt. 19. 8. Resp. Ea passim quæ à Deo profecta sunt, Moses, quippe lectus in eam rem à Deo minister, dixisse ac præcepisse memoratur, ut infrà 8. 4. Marc. 7. 10 [y]. Non dicit h. l. *Audistis quia dictum est antiquis* [z], (ut antè, ubi scil. novi præcepti declarationem aggreditur, hîc autem in eodem præcepto explicando pergit [a]:) sed tantùm, *dictum est* [b]; quo significat, hoc non esse præceptum à Mose aut alio quoquam antiquo illi populo datum, sed nudam permissionem [c]. In Lege hoc non sic expressim habetur, ut sequentia de talione, &c. Sensus videtur, Dictum esse, seu sententiam in ore hominum tunc volitâsse, si quis uxorem sibi displicentem velit dimittere, id ritè fieri, nullâ causæ ratione habitâ, dato ei libello repudii. Quæ sententia fuit celeberrimi R. Aquibæ sub ipsis Christi natalibus nati, adeóque dissentientibus in eo ævo Hillelianis & Sammæanis, his non nisi ob rem turpitudinis, illis ob causam quantulamcunque, divortium permittentibus; quorum sententia postea à Magistris amplexata est [d]. Quidam Legem hanc rectè interpretati sunt, quòd *dimissio uxoris est odiosa*, ut dixit R. Johanan, nec *permissa, nisi ob adulterium*, Gittin, cap. 9. halac ult. Quod de uxore prima concesserunt alii, Maim. in Gerushim, cap. 10. & R. Eliezer in Gittin, sed non de superinductis. Alii uxorem dimittendam pronunciàrunt, quavis de causa, v. g. *si modesta & bene morata non sit*, Maimon. & Gittin; *si eam oderit, si esculenta mariti nimiâ salsedine, aut tostione, malè conficiat*, Gittin & RS. & R. Nissin ibi, *si ictu aliquo Divino muta reddatur, aut fatua*, &c. imò, *si quis mulierem viderit uxore suâ formosiorem, quia dictum est, Si gratiam non assequatur in oculis ejus*, dixit R. Akibah. Inter capita doctrinæ Talmudicæ nullum est, de quo copiosiùs agitur quàm de divortiis, ubi tamen non tam de justa causa laborant, quàm de modo & forma. Particula porrò δὲ, *autem*, emphasin hîc habet, ut tacitam objectionem insusurret. Dixerat Christus, *Qui aspicit*, &c. *mœchatus est*. At dixerunt Juris periti Judaici, *Si videat quis mulierem quam in deliciis habeat præ uxore, uxorem dimittat, atque eam ducat* [e]. ¶ *Quicunque*, &c. Ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστάσιον] *Quisquis dimiserit* (absoleverit [f], solverit vinculo conjugii [g], vel, *repudiaverit*, V. Bru. G. quia id actum animi maximè denotat quem testatur libellus, unde sequitur divortium. Neque enim recepit usus, nè Jurisconsultorum quidem, ut divortium post nuptias, repudium ante nuptias, dicatur, sed ipsa renunciatio, sive ante nuptias, sive post eas, ità appellari solet. Cajus Jurisconsultus, *In repudiis autem, i. e. in renunciatione, comprobata hæc sunt verba*, Tuas res tibi habeto. *Item hæc*, Tuas res tibi agito. *In sponsalibus quoque discutiendis placuit renunciationem intervenire oportere, in qua re hæc verba probata sunt*, Conditione tuâ non utar. Paulus, *Per calorem misso repudio si brevi reversa est uxor, nec divortisse videtur*. Justinus Martyr ad Senatum Romanum, τὸ καλούμενον παρ' ὑμῖν ῥεπούδιον, (*dictum à vobis repudium*,) de matrimonio dirimendo agens [h]:) *uxorem suam*, (Nam maritis id jus concessum, non vicissim mulieribus, ut apud Romanos. Prima enim apud Judæos Salome Costobari uxor contra antiquos mores eam licentiam usurpavit, teste Josepho. Differentia hæc originem habuit ex jure maritali. Nam uxores Jure Hebræo in manu erant conjugis, ut multis indiciis apparet [i]:) *det ei libellum* (vel, *scriptum*, Tre. *instrumentum*, Ca.) *abscessionis*, Be. Pe. Tre, vel, *discessionis*, Pi. vel, *liberæ dimissionis*, Pers. vel, *repudii*, sive *divortii*, Sy. Ar. Er. Il. Tre. Ca. Cas. dimissionis, seu repudiationis, testimonium: Græcè, ἀποστάσιον, q. d. *repudionale* [k]; vel, *abscessionale*: ità hîc libellus videri possit non uxoris dimissæ, (cui non licebat à marito recedere, aut illi repudium dare; vide Deut. 24. 1. Mal. 2. 16;) sed mariti ab uxore sese sejungentis respectu vocari, idque non sine mariti infamia [l]. Sed repugnat hoc doctrinæ Judæorum canonicæ, *In libello*, inquiunt, *scribendum est, Ecce, tu dimitteris, ecce, tu pelleris*, &c. *Si autem scribat, Ego non sum sponsus*, aut *vir*, *tuus*, &c. *non est justus libellus: nam dictum est, Ille eam dimittet, non, Ille dimittet seipsum*. Maim. in Gerushin, Cap. 1 [m]. Jubet maritus uxorem domo suâ exire, &c [n]. Infrà [Matt. 19. 7.] est, βιβλίον ἀποστασίου, *libellus divortii*, ut vocatur etiam Josepho, Papiniano, & Imp. Diocletiano. Origo nominis ab ἀφίστασθαι, quod est, *discedere*. *Divortere* autem & *discedere* propriè in Latino sermone uxor dicitur, quæ sponte suâ matrimonium dirimit. At fœminis Judæis id non licebat. Virorum autem propriè est τὸ ἀποπέμπεσθαι, (*dimittere*.) Rectè autem *libellus divortii*, aut *discessionis*, dicitur etiam is quo maritus jubet uxorem à se divortere, aut discedere. Id autem continebat expressè, continétque etiamnum hodiè, Judaici libelli formula, quæ talis est, *Meâ sponte, nullius coactu te uxorem, hactenus meam, dimittere à me, deserere ac repudiare, decrevi; jam adeò te dimitto, desero ac repudio, atque à me ejicio, ut quæ tuæ sis potestatis, tuóque arbitratu ac lubitu quò libet discedas, neque id quisquam ullo tempore prohibessit. Atque ità dimissa esto, ut cuivis viro nubere tibi liceat*. Veterem esse hanc formulam Josephus nos docet, cùm ait, Γυναικὶ, &c. (*Mulieri, nè separatæ quidem, nubere licet, nisi priore marito id permittente*.) Et hinc est quòd hic actus dicitur ἀπόλυσις. *Domo egredi jussa*, inquit Quintilianus, & Juvenalis, *Collige sarcinulas, dicet libertus & exi*. Martialis, *Uxor vade foràs*. Simil. Titinnius & Varro. Sed & *ejiciendi* verbum, quod Judæi usurpant, Latinus sermo eodem sensu recepit. Cicero, *Mimam exegit*. Heb. ספר כריתות est, *libellus abscissionis*, i. e. χωρισμοῦ. Nam χωρίζεσθαι est, *divortium facere*, 1 Cor. 7, 10, 11, 15. *Dissolvere, separare, dirimere matrimonium*, dicunt Latini Jurisconsulti. Errare autem eos qui putant Judæis non licuisse uxorem dimittere, nisi causâ apud Judicem probatâ, satis ex hoc loco apparet. *Dictum* enim *esse* ait Christus, *Qui uxorem dimissam vult, libellum det repudii*. Dubitationem omnem nobis Josephus eximit, qui de se agens, ità ait, Καθ' ὃν δὴ καιρὸν καὶ τὴν γυναῖκα μὴ ἀρεσκομένος αὐτῆς τοῖς ἤθεσιν ἀπεπεμψάμην, (*Illo tempore & uxorem meam, cujus mores mihi non placebant, dimisi*.) Verum tamen est, hunc actum non minùs quàm hæreditatis cessionem atque alios solenniores solitos coram Judicibus peragi, quod nos Digesta Talmudica docent. Sed erat hoc jurisdictionis voluntariæ, non contentiosæ, quomodo manumissio apud Prætorem jure Romano.

o Cam. sim. Be. — p G. — q Sch. — r G. — † Pi. — t Bru. — v Li. ho. — x Bru. — y G. — z Bru. Ham. — a Bru. — b Ham. Seld. in Wal. — c Ham. — d Seld. — e Li. ho. — f Eru. — g Li. — h G. — i Idem. — k Bru. — l Be. — m Li. ho. — n Cat.

Romano. Cognitionem igitur suam Judex non interponebat, nisi de dote aut donatione propter nuptias controversia inciderat; planè ut & apud Romanos. Nam Romano veteri jure instituta erat de moribus actio, quâ victa mulier dotem aut totam aut partem ejus amittebat. Sed & postulare mulier poterat, si innocentiæ suæ confideret, ut scripto testaretur aut maritus, aut Judices, nullius se flagitii compertam. Alioqui quoties, ut Romani loquebantur, bonâ gratiâ fiebat divortium, nullâ opus erat cognitione. Exemplum hujus illustre est in Jos. Orig. 17. 1. Sed & illos falli apertum est, qui apud Mosen עֶרְוַת דָּבָר stupri ad suspicionem trahunt: quanquam ea non nova est, sed vetus Sameæ interpretatio, dissentiente Hillele, quem *Pollionem* Josephus appellat. Nam si Moses in ea duntaxat specie divortium concessisset in qua eam concessit Christus, non diceret Christus, eam concessionem factam ob *duritiem* Judæorum contra originale institutum, Matt. 19. 8. Marc. 10. v. 5. Neque rectè tum dixisset Moses, *Si non sit gratiosa apud eum.* Quid enim id opus dicere de adultera? Ex diversis igitur Scholæ Authoribus nata illa quæstio, *An liceret viro uxorem dimittere ob omnem causam*, Matt. 19. 3. Hodie Judæi neque Sameam sequuntur, neque Hillelem. Probant enim divortium non ob quamlibet causam, ut Hillel, sed ob multas causas præter scortationem, quæ enumerantur in Digestis Thalmudicis, & nunc quoque à Magistris anxiè expenduntur. At Sameam ille sequebatur cujus hoc proverbium exstat de uxore, *Os quod tibi contigit rode.* Huic, quæ de vocum istarum explicatione est, quæstioni adhæret altera inter Sacrorum Librorum Interpretes multùm agitata, An scil. jus illud in Deuteronomio constitutum effecerit, ut rectè id de quo agitur fieret, an duntaxat ut fieret impunè? Quin Deus potuerit introductum à se matrimonii vinculum relaxare, si vellet; quinetiam potuerit, manente vinculo, Judicibus dissimulationem imperare, dubitari non potest: sola ergò voluntatis conjectura est. Mihi id quod posteriùs dixi verosimilius videtur. Primùm, quia ob duritiem Judæorum hoc permissum fuit, nimirum, nè duriori tractationi aut veneficiis daretur occasio. Ad talem autem finem sufficit sola impunitatis concessio: neque solet malitia hominum privilegiis sublevari. Accedit huc, quòd consuetudo, Legis Interpres, nullam à marito causam dirempti matrimonii exigeret. Alioqui enim non potuisset Josephus Mariam clàm dimittere. Potuit igitur maritus dicere, quod Romæ dixit Paulus Æmilius, *Sibi optimè notum quà calceus urgeret.* Atqui, aut nulla aut levissima de causa uxorem dimittere, ut jam de primæva Dei institutione nihil dicam, vel sola charitatis lex prohibebat, sive uxorem respicias, quæ veluti supplex ad mariti tutelam confugit, sive communes etiam liberos. Non potuit igitur factum quavis ex causa divortium rectum probúmque censeri. Unde sequitur, permissionem hanc, saltem in nonnullis casibus à pœna, non à vitio, liberâsse. Quin nè exemplum quidem ullius laudati viri, qui licere id sibi voluerit, invenitur. Et Romani, cùm nulla lex repudium vetaret, annos tamen 700 sine exemplo repudii egerunt. Nec quisquam ferme Scriptorum est, qui non graviter reprehendat Ciceronem, quòd levibus de causis Terentiam dimiserit. Voluit igitur Deus vocibus illis עֶרְוַת דָּבָר, quæ *probrum*, aut, ut LXX verterunt, ἄσχημον πρᾶγμα, (*rem indecoram*,) significant, admonere Hebræos nè temere uxores dimitterent: cæterùm, ut graviora mala evitarentur, & veritatem & gravitatem causæ noluit ad alienum arbitrium referri, sed ipsius mariti animo id æstimandum permisit. Quod mirum non est, cùm veterum Gallorum aliorúmque gentium leges jus vitæ ac necis in uxores maritis concesserint. At notum est quosvis Judices, quorum summæ ac liberrimæ potestati res aliqua permittitur, insontes non esse, si ab æqui boníque regula discedant. Jus ergò fuit, ut quavis de causa uxorem maritus posset expellere, sed eâ notione quâ Prætor *jus reddere* dicitur, etiam cùm injustè discernit, ut Paulus Jurisconsultus loquitur: qui & alibi dixit, *non omne quod licet honestum est. Licere* enim in communi usu aliquid dicitur, quod extra pœnam est, & quominus fiat à nemine impediri potest. Ità licebat ante Antonini tempora dominis servos occidere indictâ causâ. Sed tamen qui id facerent ob causas non admodum graves, eorum inhumanitas bonis odio erat; & Augustus narratur Senatori cuidam eo nomine succensuisse. Seneca optimè, *In mancipio cogitandum est, non quantum illud* Impune *pati possit, sed quantum tibi permittat* Æqui Boníque *natura.* Sed Judæi & humanitatis & caritatis immemores, quod Lex dissimulabat, in eo nihil à se peccari arbitrabantur, aut certè causas quantumvis futiles admittebant in morositatis suæ patrocinium. De loco Mal. c. 2. v. 16. qui est obscurior, illis assentior qui כִּי שָׂנֵא שַׁלַּח interpretantur, *quia odit Deus* τὸ ἀπολύειν, (*illud dimittere*, vel *dimissionem*) Neque tamen arbitror id de quovis repudio intelligendum, sed de eo quod mittebatur fœminis planè innocentibus ex sola causa infæcundi uteri, qui & Romæ primus repudii obtentus fuit: unde & maximas in matrimonio discordias nasci notavit Aristot. de Repub. 5. De hac duritie ait Propheta fœminas apud Deum conqueri: & ut ostendat facti iniquitatem, exemplo utitur Abrahami, viri cordatissimi, qui cum justissimo teneretur desiderio prolis, tamen uxorem sterilem in matrimonio retinuit. Nam אֶחָד Abrahamum vocari solere Judæi magno cousensu tradidere. Videtur autem nomen illud אֶחָד Abrahamo adhæsisse, ex eo quòd unus ex tanto hominum numero à Deo esset electus Auctor sancti & immensi generis. Indicare hoc videtur Scriptor ad Hebræos, 11. 12. Διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς (h. e. מֵאֶחָד) ἐγεννήθησαν, quo trahi potest & Heb. 2. 11. *Et sanctificans, & sanctificati* ἐξ ἑνὸς πάντες, (*ex uno omnes.* Nam mox sequitur, σπέρματος Ἀβραὰμ ἀντιλαμβάνεται). Sicut autem Abrahamus אֶחָד, ità filius ejus Isaacus cognomento vocatus est יָחִיד, i. e. unigenitus, Gen. 22. 2. Heb. 11. 17. Sanchuniatho in Phœniciis, Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, &c. (*Mos erat veterum in gravissimis periculis, ut rectores urbis aut gentis dilectissimum filiorum immolandum tradebant— Saturnus igitur, quem Phœnices vocabant Israelem, regioni imperans—ex nympha* Ἀνωβρὲτ, *Anobret, filium habens unigenitum*, quem propterea appellabant Ἰεοὺδ, *Jeud, quo pacto etiamnum Phœnices unigenitum vocant, in summis bellorum periculis constitutus, altari constructo filium sacrificavit.*) Quibus verbis homo Tyrius multis modis Sacram Historiam depravans, quod ferè omnibus contigit non Judæis qui res Judaicas tradiderunt, *Israelem*, pro *Abrahamo*, h. e. nepotem, pro avo, nominavit, eundem dicens esse *Saturnum*, nimirum quia posteri ejus Saturni die feriebantur. Ἀνωβρὲτ autem, ni fallor, הַנִּבְרַת, ἐκλεκτὴν, (*electam*, sive *eximiam*,) vocavit Saram. Nam Ἰεοὺδ, pro, Ἰεχὶδ, dialectus magis est quàm corruptio vocabuli. Sic & Orpheus μουνογενῆ posuit pro τοῦ ἑνὸς, יָחִיד, pro אֶחָד, i. e. Isaacum, pro Abrahamo, cùm ei dicitur nemo fuisse qui Deum verum rectè cognosceret, Εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν Χαλδαίων· ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείας, (*Nisi unigenitus qui propago erat gentis in superiore parte Chaldææ, peritus enim erat in astrorum cursibus.* Nam sideralis scientiæ famam Abrahamus habuit, non Isaacus. Berosus, Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, &c. (*Decimâ post diluvium generatione erat apud Chaldæos vir quidam justus, & magnus, & cœlestium peritus.*) Eupolemus, Γενέσθαι Ἀβραὰμ, &c. (*Abrahamus genere, nobilitate & sapientiâ, omnes antecelluit, qui etiam astrologiam atque Chaldaicam invenit.*) Artapanus, Τὸν δ' Ἄβραμον, &c. *Abramus autem scientiæ astrologicæ peritus venit in Phœniciam, & Phœnices astrologiam docuit, postea in Ægyptum profectus est.*) Nicolaus Damascenus, Θαυμαζόμενος, &c. (*Admirationi habitus erat*, Abrahamus scilicet ab Ægyptiis, *ob summam ejus intelligentiam, hic Arithmeticam atque Astrologiam illos docuit: nam ante adventum Abrahami Ægyptii horum imperiti erant: à Chaldæis enim hæc venerunt in Ægyptum, indè verò ad Græcos.*) Orpheus igitur, quem in Ægypto fuisse docet nos Diodorus Siculus, ibi de Abrahamo déque Mose ea intellexit, quæ deinde aut ab ipso, aut (quod Tatiano placet) ex ipsius libris ab Onomacrito in versus, relata sunt. Hæc quidem probabiliter de illo Philonis Byblii ità loco dicta sunto. Dubitare enim cogor annon illud Ἰσραὴλ errore apud Eusebium scriptum sit pro Ἰλ, quia tali compendio Ἰλ Græcis Christianis, Ἰσραὴλ, (*Israel*,) notabatur: Ἰλ autem apud Philonem Biblyum nomen fuerit Regis cujus vocabulum datum fuerit sideri Saturni. Nam & alibi idem Philo Byblius Ἶλον ait Phœnicibus dici qui

ci qui Κρόνος, (*Saturnus*,) est Græcis, אֵיל scilicet, pro quo alii אֵל°. [Hæc ex Grotio fusiùs decerpsi, tum ob causam antè dictam, tum ob maximum rerum momentum, sive ad præsentis loci ac quæstionis, sive ad aliorum S. S. locorum, elucidationem. Redeamus jam in viam.] Libellus repudii [cujus formam illi Grotianæ parem vide in Li.] sigillo mariti roboratus & subscriptione testium, duobus præsentibus, tradendus erat uxori, cui licuit, si vellet, eum ad Synedrium adducere, ubi inter Archiva conscriberetur, &c. Licuit etiam illi cuivis nubere, si non in libello obicem, clausulâ aliquâ id prohibente, posuisset maritus. Judæi porrò de hac lege Repudii gloriabantur, acsi indulta eis esset è mero privilegio. At ista permissio corda illorum dura innuebat, Matth. 19. 8. & illis data est ad vitanda uxoricidia, &c [p]. Locus, quem Christus hîc respicit, est Deut. 24. 1, 2, 3, 4 [q]. cujus sententiam, non verba, refert [r]. Docebant Scribæ, tradito libello repudii, absolvi conscientiam coram Deo: quod negat Christus. Aliud est, aliquid ut justum præcipere, quàm quod mutare non possis, mitigare quantum possis †. Legis quidem species erat Deut. 24. nimirum, ut si quis uxorem dimitteret, id saltem non faceret absque libello repudii. Sed ipsam dimissionem à Legislatore probari indè non sequitur [t], non magis quàm odium, cujus hîc quoque fit mentio, v. 3. Cancellos quidem circumscribit Moses huic malo, malum ipsum, neque probat, neque propriè permittit [v]. Permisit quodammodo Moses, Christus autem hanc permissionem, sive indulgentiam, revocat, præcipitque nè ei in Christianis societatibus sit locus [x]. Si accuratè expendantur verba Mosis, non tam permissio ibi est divortiorum quàm prohibitio alia, nè, si contingeret uxorem dimitti à marito, illi integrum esset ad jus suum redire, & mulierem semel ejectam denuo ducere, ut sic à divortiis illis temerariis absterrerentur potiùs Judæi, quàm ad illa invitarentur [y]. Ejusmodi enim libellis, quibus cavebatur mulieri potiùs dimissæ quàm viro dimittenti, maritorum levitas aut improbitas arguebatur [z].

32. *Ego*, &c.] Quod antè diximus, nullum juris per Mosem promulgati partem à Christo infringi, at præcepta interim dari meliora quàm Lex illa, præsertim quatenus in judiciis observabatur, exigebat, ei tamen Divinæ voluntati convenientia, cujus vestigia in Mose & Prophetis apparerent, hîc in memoriam revocandum est. Sensus enim est, Lex Mosis, nè quid gravius eveniret, tibi de uxore judicium indulsit. Tu vide ut tantâ potestate humanè utaris, certus nulla Deo placere divortia, nisi quæ summa necessitas extorsit. In expositione sententiarum Ben-syræ legitur, Si quis uxorem habeat morosam, & eam non repudiet, eum non venire in judicium, i.e. eâ patientiâ Deum obtinere propitium [a]. ¶ *Qui dimiserit* (à thoro & cohabitatione in perpetuum separaverit [b],) *uxorem suam, exceptâ*, &c. Παρεκτὸς λόγου πορνείας] *Extra* (vel, *Præter*, Ar. Ti. παρεκτὸς ponitur, vel, absolutè, ut 2 Cor. 11. 28. *quæ* παρεκτὸς, *extrinsecùs*, &c. vel, cum articulo, nominaliter & adjectivè; vel, cum genitivo, ut h. l. & Act. 26. 29. παρεκτὸς τῶν δεσμῶν, &c. *exceptis vinculis*, &c [c].) *rationem* (vel, *causam*, Ti. Ar. sic Tre. Al. *exceptâ ratione*, sive *causâ*, Mo, Tre. simil. Er. Il. Λόγος hîc notat causam, vel actionem, ferè ut δίκη [d].) *scortationis*, Be. P. Pi. &c. vel, *fornicationis*, Mo. Tre. Ar. vel, *stupri*, Er. Ti. Ca. Sy. in G. vel, *adulterii*, Pers. Be. Sch. Lact. in G. Πορνεύεσθαι, *scortari*, dicitur de uxore quæ palàm omnibus prostat *. Πορνεία non adulterium tantùm [f], sed & incestum [g], & omnem illicitum concubitum, comprehendit [h]; omnem modum imminutæ pudicitiæ, ut Plautus aliique *stuprum* pro *adulterio* posuerunt. At sunt qui πορνείας vocem, imitatione Hebraismi, latiùs porrigi velint, ad ea etiam delicta, quæ ad pudicitiæ damnum non pertinent. Argumentum sumunt ex loco Jud. 19. 2. ubi de concubina Levitæ dicitur וַתִּזְנֶה עָלָיו, quo significari videtur non concubinam cum ipso Levita consuêsse, (id enim nihil novi, neque concubina, apud Hebræos, stupri, aut lege, aut infamiâ, tenebatur, cùm à matre familiâs tantùm dignitate distaret, & eò quòd liberis ex ea natis jus non esset succedendi patribus in rebus soli:) sed potiùs, eam ipsi communiter immorigeram fuisse, ac tandem (quod sequitur) fugâ deseruisse ipsius contubernium. Quam interpretationem &

[p] Li. ho. [q] J. Cap. [r] D. paral. † Be. [t] J. Cap. sim. Ham. [v] J. Cap. [x] Ham. [y] Wal. [z] Be. [a] G. [b] Bru. [c] Sch. [d] Idem. * Be. [f] Bru. [g] Sch. [h] Bru.

constructio vocum exigere videtur, & clarè exprimit Chald. Interpres, Lxx verterunt, ὠργίσθη αὐτῷ, (*irata est ei*;) Josephus, ἀλλοτρίως ἔχει, (*alienavit se* ab eo;) deinde, καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα, (*deserens maritum*.) Alterum quod affertur de falsorum deorum cultu, qui eodem nomine indicari solet, minùs firmum est, cùm in ea tralatione maneat adulterii significatus, quia nimirum fœdus cum Deo initum matrimonii habet similitudinem. Ergò, cùm vox πορνείας, & quæ huic sunt παρώνυμα, tum apud Græcos, tum apud horum librorum Scriptores, perpetuam impudicitiæ significationem habeat, nè hîc quidem recedendum ab usu & proprietate vocis existimem. Interim, ut hujus loci sensus rectè accipiatur, observandum est, Christum toto hoc sermone non leges constituere civiles, sed animis singulorum dare præcepta; & hîc nominatim ab eo exponi, quo casu vir bonus legis communis ad divortia spectantis beneficio uti possit. Quare, cùm lex ipsa maritum ad Judicem non remittat, nè Christus quidem id facere censendus est. Et sanè si maritus paratus esset probare adulterium Judici, jam non de dirimendo matrimonio, sed de punienda adultera ageretur. Quòd ergò stuprum justa esse divortii causa dicitur, id referri debet aut ad maritos lenes, qui ad pœnam deposcere uxores nolunt, qualis erat Josephus Mariæ conjunx, aut ad eos, qui quod ipsi credunt, aut fortè etiam certò compererunt, probare tamen se in judicio posse diffidunt, quò illud Hieronymi pertinet, *Ubicunque est fornicatio & fornicationis suspicio, liberè uxor dimittitur*. Quod tamen non ità accipiendum est, ut quivis motus animi suspicacis ad piè sanctéque faciendum divortium valere debeat; sed, nè ad legum subtilitatem res exigatur. In isto autem quæstionum genere nihil certi definiri potest. Sed omne hoc ex æquo bonóque æstimandum est, medio itinere inter anxiam credulitatem & crassam supinitatem. Theodosius junior Imperator Christianus, & pius, & Episcoporum quotidiano usus consilio, in quæstione divortii, impudicitiæ conjecturas ad sui seculi mores temperans, sufficere judicavit, si mulier, viro ignorante, vel nolente, extraneorum virorum convivia appeteret; si ipso invito, sine justa & probabili causa, foris pernoctaret nisi apud suos parentes; vel si Circensibus theatralibúsve ludis, aut arenarum spectaculis, ipso prohibente, gauderet. Quibus istas addit Justinianus; si uxor de industria abortum fecerit; si commune lavacrum cum viris habuerit; si, cùm est in matrimonio cum alio viro, de matrimonio egerit. Restat difficilis quæstio, An quod hîc dicitur, *extra adulterii causam*, tam rigidè sit accipiendum, ut nulla alia causa animum possit tranquillum reddere. Qui in hac sola causa consistunt, urgent verba, ἐκτὸς, εἰ μὴ, & quod dici solet eam esse vim exceptionis, ut positæ definitionis generalitatem adstruat. Sed contrà, notat Origines verba hæc poni magìs enunciando quàm jubendo. Neque rarum est, ut in tali sermone id quod ex occasione dicitur exempli magìs quàm adstringendi vim habeat. Non enim in humanis tantùm, sed & in Dei Legibus, palàm est sæpe facti aliquam speciem frequentiorem exprimi, ex qua deinde cætera colligi debeant, ut Exod. 21. 18, 19, 20, 26. Deut. 19. 5. Atque ea interpretatio multò faciliùs procedet, si παρεκτὸς λόγου πορνείας hîc interpretemur, *cùm nulla subsit causa adulterii*; & si Matt. 19. 9. cum codice Complutensi legamus, non, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, sed, μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, i. e. *non ob adulterii causam*. Nam tales locutiones (quas utroque loco de industria Syrus videtur expressisse) speciem facti declarant magìs quàm strictam exceptionem. Sed etsi ponamus esse exceptionem, potest eadem manere sententia. In omnibus enim legibus, etiam maximè odiosis, quales sunt quæ pœnam irrogant, receptum est, ut, ubi eadem est ratio, jus idem valeat: in benignioribus autem legibus etiam à paribus ad paria procedit interpretatio. Quòd si diligenter advertamus ad naturam omnium Christi præceptorum, reperiemus & originem eorum & consummationem in charitate consistere, quæ ità nos vult aliis consulere, ut nè in nos ipsos crudeles simus, ut docet Paulus, 2 Cor. 8. 13. Quavis de causa uxorem protrudere sævum est, inhumanum est. Ciceroni exprobrabat Antonius, *quòd uxorem ejiceret eò quòd ipsa consenesceret*. Dictum prudenter à Varrone, *Uxoris vitium tollas opus est, aut feras. Qui*

tollit

tollit vitium, uxorem commodiusculam sibi præstat; qui fert, sese meliorem facit. Ad quem locum apposite Gellius, *vitium ait ferendum esse, quod ferri scilicet à viro honestè potest, vitia enim flagitiis leviora esse.* Quantò autem hoc justiùs à Christiano patientiæ disciplinam professo exigitur? Qui in ipsos inimicos benignus esse jubetur, is in sociam vitæ erit implacabiliter iracundus? Hîc statim succurit, Nulláne igitur de causa dimittere licet, nè quidem si alienæ libidini se substraverit? Imò verò eadem æquitas quæ uxori consuluerat, hîc & viro consulit, nè retinere cogatur impudicam. In Clementis Constitutionibus legitur, Ὁ κατέχων, &c. (*Qui vitiatam retinet, legem naturæ transgreditur, qui adulteram retinet, insipiens est & improbus.* In canone 8. Synodi Neocæsareensis, Ἐὰν μετὰ τὴν χειροτονίαν μοιχευθῇ (γυνή τινος) ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτήν. (*Si post ordinationem [Clerici] uxor ejus scortata fuerit, debet eam dimittere.*) Eliberini Concilii canon 65. *Si cujus Clerici uxor fuerit mœchata, & scierit eam maritus suus mœchari, & non statim eam projecerit, nec in fine accipiat communionem: nè ab his qui exemplum bonæ conversationis esse debent, ab eis videantur scelerum magisteria procedere.* Et hæc causa videri potest cur Marcus, 10. 11. & Paulus, 1 Cor. 7. 10. hoc Christi præceptum commemorantes, verbis utantur generalibus nullâ exceptione appositâ: nimirum quia tales exceptiones ex naturali æquitate venientes tacitè insunt legibus quantumvis generaliter pronuntiatis. Videndum ergò est, an eadem æquitas non possit etiam in aliis casibus, quanquàm minùs frequentibus, ideóque memoratu haud æquè necessariis, locum habere. Quid si enim uxor veneno vitæ marito insidiata fuerit? quid si, quod ponit Origenes, communia pignora interfecerit? Dicat hîc fortè aliquis adulterium magis quàm cætera crimina pugnare cum fine matrimonii. At enim non prolis solius, sed & mutui auxilii, causâ conjugium est institutum: nec quicquam potest contractui tam arctæ societatis magis esse adversum, quàm quod in vitam committitur. Romani veteres distinguebant in divortiis inter mores graviores & leviores, ac fortè putet aliquis tale discrimen à Christo respici, & notissimo exemplo declarari. Christiani, quos dixi, Imperatores extra adulterium aliquot scelera enumerant, quibus probatis, maritus uxorem sine ullo damno repudiet: &, quod est amplius, ea si probare nequeat, non simpliciter repudium vetant, sed in arbitrio mariti relinquunt, malítne uxorem retinere, an dotem reddere & amittere quod propter nuptias donavit. Fœminis Judæis non licebat sponte suâ à marito divortere. Neque Christus quicquam de illis pronuntiat, nè quidem in adulterii casu. At legibus Romanis par erat jus mariti & fœminæ, quos propterea pari sorte componit Paulus 1 Cor. 7. 15. Justinus Martyr, Apostolicis temporibus proximus, laudat fœminam Christianam, quæ marito ultra fas libidinanti repudium misit, & ab eo divortit, *nè in societate ejusdem mensæ thorique manens, particeps etiam esset scelerum ipsius.* Sed additur, fecisse hoc illam postquam diu monendo precandóque nihil apud eum profecerat. Viri autem scortantis uxorem eam ob causam discedere à matrimonio non potuisse, observatum perpetuò inter Christianos notant Græci ad Canon. Apostolicum 48. & Basilius Responso 9. Idémque in Occidente observatum apparet ex Eliberino can. 9. *Fœmina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur, nè ducat: si duxerit, non priùs accipiat communionem, nisi [is] quem reliquerit priùs de seculo exierit.* Hæc aliáque hujus generis cogitatu sunt non indigna. At mihi expendenti ea quæ Paulus ad Corinthios scribit, certum fit, Christi hæc verba non ulteriùs extendenda quàm ad conjuges, quorum uterque Christi disciplinam profitetur: De his enim Paulus præceptum Dominicum ait exstare; de aliis disertè aliquid à Domino præceptum negat. Augustinus epist. 89. *Ambobus quippe Christianis Dominus præcepit, nè quisquam dimittat uxorem, exceptâ causâ fornicationis;* quæ distinctio maximi est momenti. Nam inter tales, etiamsi quid peccatum sit gravius, non est desperanda reconciliatio, quamdiu uterque manet in eadem professione: sunt enim communes monitores quorum æquis consiliis parere debeant. Ab hac professione non vitium quodlibet, sed præfracta in vitiis contumacia, excludit: Qui enim, ut Tertullianus loquitur, *excedunt de regula disciplinæ, desinunt haberi Christiani.* Quo rectè expenso, cessare videntur præcipuæ quas movimus difficultates. Esto enim, deliquerit conjunx in conjugem: debet esse pœnitentiæ, debet & veniæ, locus. Iracundia & ultionis cupiditas abesse debent. Quid igitur obstat quominùs in matrimonio retineatur ea quam seriò facti pœnitet, nisi pudicitia sit imminuta? Quo tamen ipso casu, multi Christianorum ab altero matrimonio abstinebant, quod ipsum ità probare videtur Clemens Alexandrinus, ut tamen non exigat quasi necessarium. Quidam etiam, ut Hermas, putabant mulierem post unum delictum, verâ pœnitentiâ tactam, recipi iterum debere; atque ob eam spem ab altero matrimonio abstinendum. Quam sententiam ex bonitate peculiari magis ortam, quàm ex communi receptáque lege, tum ex aliis, tum ex Tertulliano, apparet, qui non uno loco ostendit, solitos suo tempore ad matrimonium alterum admitti, qui ob adulterium uxorem dimisissent. Idem suo tempore à quibusdam Episcopis permissum narrat Origenes: sed & seriùs Conciliis, Eliberino & Aurelianensi & Arelatensi primo, decretum est id licere: quod nunc quoque Græci observant. Vide Chrysostomum oratione alterâ de his qui cum Judæis jejunabant, circa finem. Etiam Lactantius dixit, *adulterum esse qui à marito dimissam duxerit, & eum, qui præter crimen adulterii uxorem dimiserit, ut alteram ducat.* Lex [porrò] per Mosem data fœminæ dimissæ libertatem concedit migrandi ad alteras nuptias; sed post eas contractas, vetat eam ad priorem maritum redire, nè scilicet specie divortii alii aliis uxores darent usurarias, quod profani etiam scriptores in Lacedæmoniis & Catone reprehendunt. Et libellus ipse, ut diximus, continet expressam ejus libertatis mentionem. Neque hîc potest dici, quod modò de marito dicebamus, permitti quidem ipsi arbitrium, sed quo debeat ex bono & æquo uti. Nam marito liberum est uxorem retinere; uxori autem non semper liberum est ad maritum reverti. Neque poterat maritus judicio cogi ut dimissam reciperet. Nec cuiquam interdictum erat repudiatam ducere, præterquam sacerdoti, cujus uxor, ut ille dicebat, non culpâ tantùm, sed & culpæ suspicione vacare debebat, Levit. 21. 7. Ezec. 44. 22. Cæteris ergò ritè nubebat. At Christus, quod majoris mali vitandi causâ Lex Mosis dissimulabat, ex naturali æquitate prohibet sua instituta sectantibus[i]. [Hæc ex G. indivulsa exhibere placuit. Sed quærendum ulteriùs, ad explicationem atque vindicationem præsentis loci, An nulla detur causa legitima Divortii præter scortationem?] Resp. 1. Sunt aliæ nonnullæ causæ, sed eæ æquè separant à quavis inter homines societate, nec diutiùs separant, quàm ipsæ actu vigent[k]. Constitutiones humanæ, tum Civiles, tum Ecclesiasticæ, alias Divortii causas probant, quæ tamen jus Divinum non probat[l]: [de quo vide Authorem.] Illæ autem secundùm Doctores hæ sunt: 1. Hæresis conjugis[m]. Hæc quidem impedit matrimonium contrahendum, at contractum non solvit, ut liquet ex 1 Cor. 7. 12, 13[n]. Sævitia conjugis[o], si vitæ alterius insidias struit, veneno, aut gladio ||. Sed neque hoc dissolvit conjugium, quia non directè impingit in naturam & formam conjugii[p]: multa etiam sunt illi malo remedia, prudentia, patientia, &c[q]. [Reliqua, quæ leviora sunt, vide in Mal. & Span. Unica restat, eáque non exigua difficultas.] Videtur hoc Christi dicto contradicere quod dicit Paulus, quòd desertio est causa legitima dirempti matrimonii, 1 Cor. 7. 15. *At si incredulus discedit, discedat,* οὐ δεδούλωται, *non est servituti subjectus frater aut soror in hujusmodi* rebus. Hoc diversimodè expediunt[r]. Resp. 1. τὸ δεδούλωται limitatè accipiendum est. Liberatur quidem talis, sed ex parte tantùm, nempe à toro & cohabitatione; non autem à vinculo conjugali †. Non placet; precaria est hæc distinctio, & absurda: Ubicunque manet vinculum, ibi manet obligatio ad torum & cohabitationem, &c. [Qua de re prolixè disputantem vide Spanhem. dub. 150. & Bellarmini atque Maldonati argumenta in partem contrariam refellentem.] Quid quæso est hæc δουλεία, *servitus,* nisi obligatio ad cohabitationem, &? Servitus illa tunc demum tollitur, quando

[i] G.
[k] Bru.
[l] Span. dub. 3. 147. 887.
[m] Mal.
[n] Span. ib. 891.
[o] Mal.
|| Q. in Span.
[p] Span. 890.
[q] Ib. 892.
[r] Span. dub. 3. 148.
† Q. in Span.

do conjux sui juris sit, & proprium corpus in potestate habet. δεδουλῶσθαι idem est quod δεδέσθαι, ut patet ex 1 Cor. 7. 27. Δέδεσαι γυναικὶ, &c. (*Alligatus es uxori, &c* [t]?) Resp. 2. Christus loquitur de conjugiis paribus, Paulus de imparibus, ubi fidelis alligatus est infideli. In his tantùm locum habet casus desertionis, in illis non item [v]. Neque hoc placet. 1. Christus h. l. omni conjugio legem figit. 2. Quæ ratio, cur jus conjugis minus esset in conjugiis paribus, quàm in imparibus, quum eadem sit utrobique natura matrimonii [x]? Resp. 3. Christus h. l. unâ specie, fornicatione, expressâ, alias designat, vel similes, vel graviores, ut in lege, unâ specie mandato vel affirmativo vel negativo expressâ, aliæ omnes illi affines designari & comprehendi solent [y]. Speciosè quidem hoc dicitur, non tamen solidè. 1. Tunc Christus duplicem exclusivam minimè posuisset, quin potiùs adjecisset, καὶ εἴ τι τοιοῦτο, (*& si quid simile.*) 2. Alia quidem crimina æquè gravia sunt, sed non æquè ac directè impingunt in naturam conjugii atque fornicatio. 3. Alia est ratio *præceptorum*, alia *exceptionum* ad præcepta adjectarum. *Præcepta* ità efferri possunt, & solent, ut una specie comprehendantur aliæ: Exceptiones autem debent esse designativæ casuum exceptorum, ad vitandam ambiguitatem, &c. Resp. 4. Vera conciliatio hæc est, Christus *activè* loquitur, de divortio voluntario, & quando licet divortium facere: Paulus verò loquitur *passivè*, de divortio involuntario, & quod altera pars patitur ab altera deserta, ideóque libertati suæ restituta [z]. Inst. At, juxta Paulum, talis non δεδούλωται; juxta Christum verò, *qui talem duxerit, mœchatur* [a]. Resp. Dispar est ratio. Christus loquitur de conjugibus dimissis, dato divortio specie juris, quorum uterque in culpa divortii, vel qui consentiebant ad divortium, idque ob causas leves. Paulus loquitur de conjugibus desertis, & quidem nolentibus, ac sine ulla culpa sua, quorum sanè non erat præstare culpam desertionis, & de conjugibus qui vivebant sub Magistratu infideli, adeóque non poterant adigi ad instaurandum conjugium [b]. [Plura qui velit de hoc argumento, Cl. Auctorem adeat de his fusè & eruditè disserentem.] ¶ *Facit eam mœchari*] h. e. Si mœchetur: vel etsi actu non mœchetur, reus tamen est de omnibus dimissæ libidinosis æstuationibus, quibus *mœchari* dicitur aliquis, v. 28 [c]. Quod ex se est, causa est illi ut mœchetur: nam sive alteri nubat [d], ipso adhuc vivente [*], id quod repudii libellus finit; sive ut innupta fornicetur, quorum alterum facile est ut repudiata amplectatur, adulterium committit [f], alteri præbendo occasionem, &c [g]: manet enim primum conjugii vinculum, neque hominis repudium infringit sanctionem Dei [h], nec jus naturale seu morale, quo uxor ejus est, tollitur per dispensationem juris civilis [i]. Fieri poterat fiebátque sæpe apud Judæos (quos *projectæ libidinis* Tacitus notat) ut mulier ignominiâ divortii notata, &, ut Moses loquitur, polluta, maritum alterum non inveniret, atque ità dejecta à spe nuptiarum tandem ad vagos concubitus delaberetur; nam eas quoque μοιχείας voce indicari solere, jam antè indicatum est. Ejus autem mali culpam meritò Christus in eum rejicit, qui levi de causa suæ fidei tutelæque traditam, neque dum ullius talis flagitii compertam, à se inclementer amoverat. Quin etiamsi casu fortè eveniret, ut illibata maneret mulieris pudicitia, tamen, quia per illum non stetit quò minùs res pessimè verteret, meritò illi quod fieri potuit pro facto imputatur. *Quàm periculosum*, ait Ambrosius, *si fragilem adolescentulæ ætatem errori offeras* [k]. Hic insuper addendum ex c. 19. v. 9. ipsum inprimis virum, qui ità uxorem repudiavit, mœchari, si aliam duxerit [l]. ¶ *Et qui dimissam* (quamcunque ob causam, etiam ob fornicationem [m],) *duxerit, mœchatur*] Quia scil. illa, quam ducit, adhuc est uxor viri qui ipsam dimisit [n]. Abfuisse hanc particulam à quibusdam exemplaribus testatur Augustinus: at nunc in omnibus legitur, ut & infrà cap. 19. Videtur autem Christus agere de ducente dimissam à viro, qui tamen disciplinæ ejusdem maneat, ac cujus proinde ingenium haberi debeat sanabile. Nam de talibus conjugiis à Christo agi Paulus, ut dictum est, nos docet. Alioqui manente Mosis Lege, ut certè manebat eo tempore, durum fuisset sine discrimine tanquam adulteros damnari qui dimissam duxissent. Quid si enim fœminam alienâ injuriâ proculcatam, & de pudicitia periclitantem, misericordiâ motus aliquis in matrimonium suscepisset? Intelligendum hoc ergò de illis qui dimissas excipiebant, non tentatis priùs omnibus viis ad reconciliandum prius matrimonium, quod omnino faciendum docet Paulus, 1 Cor. 7. 11. aut, quod pejus est, alienis uxoribus inhiantes per divortia sibi nuptiis sternebant viam. Neque aliò mihi spectare videntur pleniora verba Matt. 19. 9. ubi dicitur *committere adulterium* maritus prior, hoc addito, *si aliam duxerit*; atque itidem, *committere adulterium qui dimissam ducit*; ut scilicet in illum recidat adulterii crimen, qui novo matrimonio spem restituendæ concordiæ abrupit. Clemens stromat. Οὐ μόνον, &c. (*Nec is solùm qui dimisit hujus causa est, sed & qui illam recipit, adeóque illi præbet occasionem peccandi: si enim ille non reciperet, ea ad maritum rediret.*) Canon 10. concilii Eliberini sic se habet, *Quòd si fuerit fidelis quæ ducitur ab eo qui uxorem inculpatam reliquit, & cùm scierit illum habere uxorem quam sine causa reliquit, placuit huic nec in fine dandam communionem*. Hac scilicet de causa Theodosii lege constitutum fuit, ut mulier, quæ viro misisset repudium, intra quinquennium nubendi non haberet potestatem: & Anastasii lege, nè etiam bonâ gratiâ sive communi consensu facto divortio, intra annum liceret mulieri ad secundas nuptias convolare. Nec longè abit, quòd Athenis mulier à viro divortere volens, non per aliam, sed per se, ipsa ferre libellum ad Magistratus debuit, eóque virum vocare, ut Plutarchus Alcibiade notavit. Quæ omnia sicut prudenter & salutariter sunt constituta ad fovendam spem reconciliationis, & nè per divortiorum facilitatem adulteria nuptiis agglutinarentur; ità durum visum est Imperatoribus, eam, quæ à viro sit dimissa, nullo unquam tempore, ac nè quidem post tentata omnia quæ ad reconciliationem faciebant, exploratámque insanabilem & indignam Christiano homini contumaciam, ad alteras nuptias admitti: itaque Constantini lege, uxor mariti absentis, post interventum annorum quatuor, nullo sospitatis ejus accepto indicio nubere alteri permittitur: quod quanquam sublatum est ab Imp. Justiniano, aliud tamen ab eodem constitutum est in quo multò minus est æquitatis, nimirum, ut marito aliquanto tempore in captivitate detento, solvi posset matrimonium. Quod verò Paulus ait 1 Cor. 7. 39. manere fœminas maritis obnoxias vitâ manente, ad divortiorum quæstionem non pertinet, cùm nihil aliud ibi probare instituerit Paulus, quàm ultra mortem mariti conjugale vinculum non extendi, ac proinde secundas nuptias non rectè damnari. Quin idem Apostolus alibi, quanquam diverso fine, idem enuntiatum usurpans, Legem Mosis citat autorem, Rom. 7. 1. At Lege Mosis dubium non est, etiam ante mortem posse divortio connubium dirimi. Sed ad Christi verba redeamus. Dicit is adulterii crimine teneri eum qui dimissam arripit, non modò quia festinatæ post divortium nuptiæ suspectæ esse solent retrò adulterii, quò spectans Martialis, dixit,—*toties quæ nubit, adultera lege est: Offendor mœchâ simpliciore minùs.* Et Mimus, *Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.* Verùm etiam, quia adulterium est, apud Deum, quicquid matrimonio adversatur, neque multùm refert amorem conjugi debitum in se derivet, quod adulterium esse, etiamsi actus non sequatur, jam antè apparuit, an verò semet interponat, nè post frigusculum amor redintegretur. Sed hæc, quæ de divortiis dixi, eo dixi animo, ut piis & eruditis occasionem darem rei diligentiùs excutiendæ. Nihil definio, nihil certi pronuntio. Valeat in dubio ea sententia quæ quàm maximè sanctam & inconcussam vult esse matrimonii fidem, nè temere rumpamus vinculum à Deo institutum [o].

33. *Non, &c.* Οὐκ ἐπιορκήσεις] *Non pejerabis*, Er. Be. Il. Ti. P. Mo. Pi. sic Ar. Ca. *Non jurabis falsum*, Æth. *Non mentieris in juramento tuo*, Sy. Tre. sic Pers. Respondent hæc verba verbis Mosis Levit. 19. 12 [p]. ubi perjurium prohibetur, ad quod totum de jurando peccatum reduxerunt Scribæ, quid, qualiter, quoties, quàm temerariè, jurarent, parum curantes, modò quod jurarent verum esset [q]. Arbitror hîc à Christo usurpata ipsa Decalogi verba, *Non sumes —— in vanum.* Nam לשוא, quod

[t] Span. 896. [v] Al. in Span. [x] Span. 897. [y] Al. in Span. [z] Span. 898. [a] Q. in Span. [b] Span. 899. [c] Li. [d] Bru. [*] Pi. [f] Bru. [g] Pi. [h] Bru. [i] Pi. [k] G. [l] Pi. [m] Bru. [n] Pi. sim. Bru. [o] G. [p] Wal. ex Span. sim. Bru. Li. [q] Li. ho.

quod Philo vertit ἐπὶ ματαίῳ, quomodo & ό. & Hebræorum doctissimi, intepretantur *falsò*, ut nimirum propriè ac primariò vetetur omnis disconvenientia aut animi aut facti cum jurejurando. Sanè שָׁוְא & שֶׁקֶר, quod *mendacium* denotat, pro eodem poni ex ipso etiam Decalogo apparet. Nam quod Exod. 20. 16. עֵד שָׁקֶר id ipsum Deut. 5. 20. scribitur עֵד שָׁוְא. Utrobique ό. verterunt, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, &c. Sic τὸ שָׁוְא Hierosf. interpres vertit דשקר, quo ipso loco ό. cùm vertant ματαίαν, satis ostendunt sibi ματαίαν idem valere quod ψευδῆ. Sic & in Psal. 12. 2. שָׁוְא יְדַבְּרוּ, μάταια ἐλάλησεν, haud dubiè est, *mentiti sunt:* sequitur enim, χείλη δόλια, (*labia dolosa.*) Zach. 10. 2. *Somnia* הַשָּׁוְא ό. vertunt, ψευδῆ. Sic & Psalm. 24. in descriptione viri pii, &c. cùm dixisset, *non levavit animam suam* לַשָּׁוְא h. e. ἐπὶ μάταια, (respicitur formula jurisjurandi. *Ità vivam.*) statim explicat וְלֹא נִשְׁבַּע לְמִרְמָה, *& non juravit in dolo.* Hieron. etiam שָׁוְא voce *mendacii* aliquoties reddidit: unde apparet non satis certam esse eorum sententiam, qui dictis Decalogi verbis directè putant vetari juramenta ob causas non satis graves. Nam, ut modò dixi, Decalogus summa peccata nominat, cætera ex mente Auctoris vult colligi [r]. [Alii tamen aliter de voce לַשָּׁוְא existimant, ut videre est in Collectaneis nostris ad Exod. cap. 20. vers. 7.] τὸ שָׁוְא interdum *mendacium*, vel *falsum*, significat, longè autem crebriùs, *vanum*, quod frustrà vel gratis fit, & *sine justa causa.* LXX interdum vertunt, ψευδὴς, sæpiùs autem μάταιος, item κενός. Vide ad Psalm. 31. vers. 7. Quare לַשָּׁוְא Exod. cap. 20. Lxx reddunt, ἐπὶ ματαίῳ, Aq. εἰς εἰκῆ, Targum למגנא, quod idem valet quod Heb. חִנָּם, pro qua voce Psal. 35. vers. 13. Targum habet מגן, quæ vox apud Syrum quoque interpretem respondet voci δωρεὰν, Joh. 15. 25 †. Quid [porrò] sit τὸ ἐπιορκεῖν, de eo non idem Philosophi existimârunt: atque inter alios duo nobiles Magistri Porticus diversa tradiderunt. Cleanthis erat sententia, τὸν ὀμνύοντα εὐορκεῖν ἢ ἐπιορκεῖν κατὰ ὃν ὀμνύει χρόνον· ἐὰν μὲν γὰρ οὕτως ὀμνύῃ ὡς ἐπιτελέσων τὰ κατὰ τὸν ὅρκον, εὐορκεῖν· ἐὰν δὲ πρόθεσιν ἔχων μὴ ἐπιτελεῖν, ἐπιορκεῖν· (*Jurantem aut bene jurare, aut pejerare, secundùm tempus quo jurat:* si enim *ità juret tanquam jurata perfecturus, bene jurat*; *sin propositum habeat non perficiendi quod juravit, pejerat.*) At longè aliter sentiebat Chrysippus; aliud enim est τὸ ἀληθορκεῖν, aliud τὸ εὐορκεῖν· item aliud τὸ ἐπιορκεῖν, aliud τὸ ψευδορκεῖν· quod ità explicat; verba enim ipsa apponam, quia ad horum verborum intellectum apprimè faciunt: Τὸν μὲν γὰρ ὀμνύντα καθ' ὃν ὀμνύει καιρὸν πάντως ἢ ἀληθορκεῖν ἢ ψευδορκεῖν. τὸ γὰρ ὀμνύμενον ὑπ' αὐτοῦ ἢ ἀληθὲς εἶναι ἢ ψεῦδος, ἐπειδὴ ἀξίωμα τυγχάνει ὄν· τὸν δ' ὀμνύντα μὴ πάντως καθ' ὃν ὀμνύει χρόνον ἢ εὐορκεῖν ἢ ἐπιορκεῖν ὅτι μὴ πάρεστιν ὁ χρόνος εἰς ὃν ἡ ἀναφορὰ τῶν ὅρκων ἐγίγνετο· ὃν τρόπον γὰρ λέγεταί τινα εὐσυνθετεῖν ἢ ἀσυνθετεῖν, οὐχ ὅτε συντίθεται, ἀλλ' ὅτε οἱ χρόνοι ἐνίστανται τῶν κατὰ τὰς ὁμολογίας, οὕτω καὶ εὐορκεῖν τις καὶ ἐπιορκεῖν ῥηθήσεται, ὅταν οἱ καιροὶ παραστῶσι καθ' οὓς ὡμολόγησεν ἐπιτελέσειν τὰ κατὰ τοὺς ὅρκους. Quibus verbis significat Chrysippus verba juramenti promittentis, in futurum concepta, veritatem suam aut falsitatem habere non ex eventu, qui sit incertus, sed ex animo jurantis: quare verbum, *Hoc faciam*, ità accipiendum, *Dico ex animi sententia me facturum.* Nam ità si proferatur enuntiatio, jam hoc ipso tempore aut vera est aut falsa: quia verò per talem prolationem juratam voluntas antè solute [lege *soluta*] ità colligatur ut perseverare debeat, eò fieri, ut cùm ab eo proposito disceditur, quod apparet ubi implendi tempus advenit, dicatur tum demum perjurium committi. Et hanc sententiam amplexus est Cicero de officiis 3. Cæterùm communior usus non tam subtiliter ista distinguens promiscuè usurpat ἐπιορκεῖν & ψευδορκεῖν, tum de eo juramento quod fallendi animo committitur, tum de levitate ejus qui promissa non implet [t]. Ἐπιορκεῖν, *pejerare*, hîc duo complectitur, 1. falsum jurare: 2. quod ex animi tui sententia juràris, non facere [v]. Ψευδορκεῖν est, *contra animi sententiam jurare*, ἐπιορκεῖν est, *juratum non præstare* [x]. Patres Traditionum dupliciter in hoc capite de juramento peccârunt.

[r] G.
† Span. dub. 3. 123. 629.
[t] G.
[v] Bru. sim. Span.
[x] Sch.

1. Quòd de veritate tantùm rei juratæ caverent, non autem de vanitate jurandi [g]. Juramenta quidem vana & temeraria aliquâ censurâ notarunt, sed ea arctissimo circulo concluserunt, & quatuor tantum modis fieri dixerunt; cùm scilicet aliquis jurejurando assereret, vel, 1. quod notissimæ veritati esset contrarium, verbi gratiâ, *virum esse fœminam*, *se vidisse camelum in aere volitantem*, &c. Vel, 2. quod indubitatum erat, v. gr. *cœlum esse cœlum*, &c. Vel, 3. se facturum quod erat impossibile, v. gr. *se per triduum non dormiturum*, &c. Vel, 4. ab eo abstinere quod præceptum erat, v. g. *se non gestaturum Phylacteria*, &c. 2. Quòd per creaturas jurare solerent [y]. ¶ *Reddes*, &c. Ἀποδώσεις, &c.] *Reddes*, (vel, *Persolves*, Er. i. e. ἀποδώσεις, ut supra, vers. 26 [z]. Vocem ἀποδιδόναι eodem sensu [*persolvendi*] de voto usurpat Aristides [a].) *autem Domino* (i. e. præstabis ad gloriam Domini. Neque enim hoc videtur restringendum ad vota, quæ aliàs dicuntur Deo persolvi [b],) *juramenta tua*, Bru. ex Vulg. vel, *quæ tu juraveris*, Be. Pi. Bru. quæ jurando [c], per nomen Dei [d], promiseris, sive Deo, sive proximo *. Expositio est ejus quod præcessit: Nam qui nolit pejerare, eum oportet implere fidem jurisjurandi [g]. Videtur hoc desumpta ex Deut. 23. 21. *Cùm aliquid voveris Domino, non differes illud reddere.* Ità ὅρκος hîc erit *votum quod jurejurandum confirmatum est.* Sic enim vota utplurimum concipiebantur, ut eò essent rata magis atque certa [h]. Sed & verba propè eadem exstant Num. 30. 2 [i]. Verba ista non improbat Dominus, sed corruptelas tantum illis adsutas, quibus restringebantur juramenta prohibita duntaxat ad illa quæ directè in Dei nomine concepta erant, & ad perjuria [k]. Igitur strictam & angustam nimis Legis interpretationem Christus hîc dilatat [l]. Sensus, Non infringes juramentum tuum, sed persolves, veluti obnoxius etiam Deo, nedum homini [m]. Deo autem persolvi dicitur id quod juratum est, quia etiam qui homini aliquid promittit, Deum testem & perfidiæ ultorem invocans, simul Deo se obligat [n]. Ideo Num. 30. 2. conjunxit Moses Votum & Jusjurandum. Apparet hinc propriè Christum hoc loco agere de juramento Promissorio: nam de Testimoniali exstat alterum Mosis præceptum: quanquam verum est, quæ de illo dicuntur etiam ad istud ex paritate rationis intra certos limites & posse & debere aptari. Vir bonus, Psal. 15. inter alia hâc notâ depingitur, *Quòd juratus aliquid, etiam cum damno suo id præstet.* Sapienter à Seneca notatum est, quædam non rectè facta, extra fori cognitionem poni debere, quò magis in voluntariis actionibus eluceat virtutum, vitiorùmque discrimen; atque adeò in ingratos nullam apud plerosque populos prodi actionem. Plato de legibus 11. Venditori, qui de rei venditæ pretio in creditum iverit, actionem negat; quod & Charondæ placuisse notàrunt alii. At Romæ, ex pacto actio non dabatur nisi aut συνάλλαγμα, (*conventio*, sive *contractus*,) aut solennis stipulatia, accessisset. Apud Judæos nulla pacta in judiciis valuisse videntur, nisi quæ firmata essent Religione jurisjurandi, neque verò cujuslibet jurisjurandi, imò & testium & signorum in contractibus, quia vix inveniebatur qui quovis modo datam fidem falleret; ità par credi est, & apud Judæos, initio non adeò frequentem fuisse jurisjurandi consuetudinem: sed crevisse eam, crescente perfidiâ [o].

34. *Ego autem dico vobis*, *non*, &c. Μὴ ὀμόσαι ὅλως] *Ne*, (vel, *Non*, Mo. Sy.) *jurate*, sive *juretis*, (vel, *jurabitis*, Sy. *jurare*, Mo. Verùm τὸ ὀμόσαι positum pro imperat. ὀμόσατε, nisi præced. λέγω interpreteris, *jubeo*, ut infrà vers. 39. [p]. Λέγω μὴ ὀμόσαι, ad verb. *dico non jurare*, scil. ὑμᾶς, *vos*, i. e. præcipio nè juretis. Græcismus [q].) *omnino*, Er. Tre. Be. Ti. P. Ar. &c. vel, *unquam*, Pers. Graviter falluntur, qui solam à Christo improbari putant cousuetudinem jurandi per res alias extra Deum. Nam Jacobus, optimus Christi interpres, ait, *Non jurandum, neque per cœlum, neque per terram, neque aliâ quâvis jurandi formulâ*, Jac. 5. 12. Imò sensus Christi est, Non jurandum, nè quidem *per cœlum*, &c. quod

[y] Li. ho.
[z] Be.
[a] G.
[b] Pi.
[c] Pi. sic Bru.
[d] Pi.
* Bru. Pi.
[g] G.
[h] Cap.
[i] G.
[k] Span. 3. 630.
[l] D. paral.
[m] Zeg.
[n] G. sim. Bru.
[o] G.
[p] Be.
[q] Pi.

quod ostendit membrum oppositum, *Sit sermo vester, Est*, &c. Causa hujus dicti non dubiè hæc est, quòd Judæorum Magistri probatiores ità absterrerent homines à facilitate jurandi, ut id tamen vellent ad eas duntaxat formulas pertinere, quibus directè Deus nominaretur, quale est illa Judæis sanctissima חי אלוה, quod corruptè Martialis extulit, *Jura, verpe, per Anchialum*. At, quominus in usu quotidiano per res minores jurarent, non intercedebant. Apertissimum hoc est ex Philone; qui, cùm indecorum esse dixisset, ob res quaslibet ἐπὶ τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἀνατρέχειν, (*ad Opificem ac Parentem universi recurrere*,) addit, jurari posse per parentes, terram, solem, astra, universum. Planè, ut ad Homerum notant Interpretes, Græcorum vetustissimos non esse solitos *temere per Deum jurare, sed per quidvis aliud*. At optimus veri Magister ostendit hæc misera esse mali moris præsidia, hoc usus argumento, quòd illæ etiam formulæ per res alias, tacitè tamen ad Deum referrentur, quod deinde singulatim explicat: Verum hoc esse vidit & Ulpianus Jurisconsultus: *Qui per salutem*, inquit, *suam jurat, Deum jurare videtur: respectu enim Divini nominis jurat.* Erat & alius Judæorum error, quòd, ex illis formulis minoribus jurandi, alias putarent vim obligandi habere, alias non habere; sed istud, quia ad horum verborum Christi explicationem non pertinet, alibi tractabitur. Videamus ergò quid sit ὅλως. Maimonides, ex Antiquissimis Hebræorum Magistris, hausit hanc sententiam, *Optimum esse homini non jurare* כלל, *i. e. prorsus*. Et similis est apud Epictetum locutio, Παραίτησαι ὅρκον εἰς ἅπαν, (*Prorsus recusare juramentum*.) Apparet idem esse כלל, ὅλως, εἰς ἅπαν. Sic Christianis vetitum esse *jurare omnino*, ait Chrysostom. Sic & Justin. Hilar. Ambros. Hieronym. &c. Apud Eusebium, Basilides quidam, Origeni coævus, jusjurandum exactus, ait, μὴ ἐξεῖναι, &c. (*Non licere ipsi omnino jurare, quum sit Christianus*.) Sed & apud alios Scriptores, quantumvis Paganos, exstant dicta, non minùs latè patentis soni; ut Platonis, Ὅρκος περὶ παντὸς ἀπέστω, (*Juramentum præ omnibus absit*.) Chærili, Ὅρκον τ' οὔτ' ἄδικον χρεὼν ἔμμεναι οὔτε δίκαιον. (*Juramento nec justo opus est, nec injusto*.) Et Menandri, Ὅρκον δὲ φεῦγε κἂν δικαίως ὀμνύῃς· (*Juramentum fuge, quamvis justè juraveris*.) Opponitur ergò, τὸ ὅλως μὴ ὀμνύναι, tanquam majus, atque sanctius quiddam, ei quod præcesserat, id est, τῷ εὐορκεῖν; quasi dicat Christus, Quamvis proposueris facturum te quod promittis, tamen jurare noli. Sic explicatur hoc præceptum, collatum cum præcepto Legis veteris, in lib. 7. Constitutionum quæ dicuntur Clementis, Ὁ εὐορκεῖν νομοθετήσας, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν ἀπαγορεύσας τὸ μηδ' ὀμνύναι παρήγγειλε. (*Qui sanctè jurare lege sanxit, & pejerare vetuit, idem non jurare præcepit*.) Hîc verò rursus illa exoritur quæstio, An igitur hæc interdictio nullam ferat exceptionem? Veteres Christiani, quorum aliquos jam nominavimus, sæpe ità loqui videntur, quasi nulla admittenda esset exceptio: sed benigna interpretatio illorum quoque dictis debet succurrere. Quis enim credat Paulum præcepti Dominici fuisse immemorem? At ejus sunt verba, *Testis mihi est Deus*, Rom. 1. 9. simil. 2 Cor. 11. 31. Gal. 1. 20. Non potuit jurari expressiùs. Nihil enim aliud est jusjurandum, quàm *religiosa affirmatio*, ut Cicero definit, aut μαρτυρία, &c. (*Testatio Dei de re controversa*.) Ergò aliquod adhibendum est temperamentum. Ideo Epictetus addit, εἰ μὲν οἷόν τε, (*si fieri potest*:) Quintilianus, *In totum jurare, nisi ubi necesse est, gravi viro parum convenit*. Augustinus, *Juramentum cave*, inquit, *quantum potes*. Alio loco dixit, *quantum in te est*. Clemens Alexandrinus, Christianum esse, ait, οὐκ εὐεπίφορον ἐπὶ τὸ ὀμνύναι, (*non esse proclivem ad jurandum*) quod interpret. *rarò ad jurandum pervenire*. Illud primùm extra controversiam est, Pessimè facere τοὺς ἔθει πονηρῷ χρωμένους καὶ ἀνεξετάστως ὀμνύοντας ἐν τοῖς τυχοῦσι, (*qui ex prava consuetudine abundè & temere, & quàvis occasione, jurant*;) addens, nasci ἐκ πολυορκίας ψευδορκίαν (*ex frequentia jurandi perjurium*:) sicut & Ulpianus dixit, *nonnullos esse faciles ad jurandum contemptu Religionis*. Sapiens Hebræus, Eccles. 23. 9. Ὅρκῳ μὴ ἐθίσῃς, &c. (*Ne assuefacias os tuum juramento*, &c. Et mox, Ἀνὴρ πολύορκος, &c. (*Qui multùm jurat, replebitur iniquitate, nec recedet plaga à domo ejus*.) Quò & illud Platonis pertinet, 11. de Legibus, Θεῶν ὀνόματα μὴ χραίνειν ῥᾳδίως. (*Deorum nomina nè facilè polluas*.) Et Hieroclis illud, Μελέτω δὲ ἀρίστη τῷ τηρεῖν τὸ περὶ αὐτὸν σέβας, τὸ μὴ πυκνῶς μηδὲ ὡς ἔτυχε χρῆσθαι τῷ ὅρκῳ, μηδὲ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσι, μηδὲ εἰς ἀναπλήρωσιν λόγου, μηδὲ εἰς πίστωσιν διηγήματος· (*Cura præcipua servare circa ipsum reverentiam, nec crebrò, nec ubivis, adhibendum est juramentum, nec quàvis occasione, neque ad complementum sermonis, neque ad confirmationem narrationis*. Et postea, Τὸ δὴ, Σέβου ὅρκον, &c. (*Hoc autem*, Reverere juramentum, *non solùm sanctè jurare, sed & à juramento abstinere, jubet. Sic enim semper illud servabimus sanctè jurare, si non admodum juramenta usurpemus. Ex frequentia enim jurandi facilè in perjuria delabimur*, &c.) Neque tamen sic videtur consistendum, ut facilitas duntaxat, & assidua jurandi consuetudo, vetetur, quò scilicet tutiores à perjurio simus. Mihi persuasum est, non tantùm à Christo, sed & ab his quos dixi, Judæo Maimonide, Græcis, Chærilo, Menandro, Epicteto, plus indicari. Juravit Paulus, at non in re sua, non in re modica alterius, sed in negotiis maximi momenti ad Deum & salutem aliorum pertinentibus. Nos hodie, si ità res ferat, de peculiola juramus, & quidem in re etiam nostra, quod Plato valde improbat. Et tamen Christiani haberi volumus, quasi nefas sit reverentiâ Divini numinis nummorum aliquot jacturam facere. Utinam ea saltem jurisjurandi religio nos teneret, quæ non paucos à Christo alienos tenuit. Isocratem audiamus, Ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχου διὰ δύο προφάσεις, ἢ σαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ μεγάλων κινδύνων διασώζων· ἕνεκα δὲ χρημάτων μηδένα θεὸν ὀμόσῃς, μηδ' ἂν εὐορκεῖν μέλλῃς· δόξεις γὰρ τοῖς μὲν ἐπιορκεῖν, τοῖς δὲ φιλοχρήματος ἔχειν. Ecce duas tantùm causas admittit jurisjurandi, & quidem judicialis, ut infamiam fugias, aut ut unicum è magno periculo serves: Quo exemplo & Simplicius ad Epictetum utitur, adjiciens, aut ut patriæ magnam operam naves. Hi ergò de re pecuniaria jusjurandum omne improbant. Clinias Pythagoricus, cùm trium talentorum mulctam jurejurando effugere posset, maluit tantæ pecuniæ damnum facere quàm jurare; quod exemplum sui seculi Christianis exprobrat Basilius. Hierocles similiter nullum probat jusjurandum, nisi ob res necessarias atque egregias, & quæ obtineri citra jusjurandum nequeant. Verba ejus aurea ad aureum Pythagoræ carmen hæc sunt. Τηρεῖν αὐτοῦ (τοῦ ὅρκου) τὴν χρείαν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις ἅμα καὶ τιμίοις, καὶ τότε ὅτε ἀδήλια ἄλλη τῶν τοιούτων σωτηρία παραφαίνηται, εἰ μὴ διὰ μόνης τῆς ὅρκου ἀληθείας. Et hoc quidem illi dixerunt de jurejurando quod præstatur testandæ veritatis ergò. In pollicitationibus autem & pactionibus, de quibus propriè hîc agit Christus, vix est ut tam gravis aliqua causa possit obtendi, nisi fortè ea res sit in qua salus publica vertatur; quanquam & in ejusmodi negotiis idem fortè præstare posset nuda promissio, si adjiceretur ad eam sanciendam pœna perjurii, quæ plerosque plus terret quàm jurisjurandi religio; & monerentur qui aliquid spondent, nè quid agerent, nisi deliberatò serióque, &, quod apud Romanos etiam vicem jurisjurandi implevit, *Ex animi sui sententia*. Cæterùm eos etiam qui indistinctè videntur omne jusjurandum rejicere, aliquas tamen admittere exceptiones, præsertim magnæ utilitatis publicæ, multis indiciis apparet. De Essenis, dixit Josephus, *eos juramenta fugisse*, quod & alii testantur. Atqui idem Josephus eosdem docet jurejurando adactos ad observationem Religionis, *Deum colere, erga homines justos se fore, impios odio habere, viris justis auxiliari, Magistratibus parere, neminem injuriâ afficere*, &c. A qua narratione non longè discedit quod de veteribus Christianis, quorum instituta multis partibus cum Essenis congruebant, narrat Plinius, *Quod essent soliti se sacramento non in scelus aliquod obstringere, sed* nè

nè furta, nè latrocinia, nè adulteria committerent, nè fidem fallerent, nè depositum appellati negarent. Juràsse Christianos, *per salutem te Cæsarum*, memorat Tertullianus; & alii juramentum, *per genium Cæsaris*, detrectantes causam attulerunt, quòd is genius esset Dæmon, non quòd jurare sine ulla exceptione esset illicitum, ut mox videbimus. Athanasius, qui, sermone de passione & cruce Domini, jusjurandum videtur indiscriminatè rejicere, ipse tamen per calumniam accusatus, purgat se Constantio hunc in modum, *Tuæ pietati, magnâ & clarâ voce, manùque extentâ, quod ab Apostolo didici, Deum in meam ipsius animam testor,* —— *quòd nunquam in malum tui mentionem feci apud fratrem tuum Constantem Augustum, neque illum adversum te irritavi.* Et mox, *Vellem hunc hominem, quisquis is est, hîc in præsentia adesse, ut delato juramento, sub attestatione veritatis, hæc ab eo sciscitarer: quæ enim ità dici audirique volumus, quasi Deo præsente, ea sub hac formula jurisjurandi NOS CHRISTIANI HOMINES CONCIPERE SOLEMUS.* In Synodo Ephesina, cui multi interfuerunt, quorum scriptis itidem jurandi mos videtur oppugnari, & Nestorio & Victori impositum videmus jusjurandum, ità ut sequentium temporum mentionem facere nihil sit necesse [r]. [Hæc ille. Videamus jam quid alii de hoc loco dicant.] *Ne juretis*, &c. Sic ferè R. Jonah, in libro Timoris, *Non jurabit omnino*, inquit, *nè quidem per agnomina Dei*, qualia sunt, שדי, אל; neque per proprietates, uti sunt חנון, רחום; *sed neque per opera ejus, ut sunt Cœlum, Angeli; neque per Legem, neque per veritatem, quia Deus vocatur Veritas* †. Dupliciter peccabant Judæi circa jurejurandum: 1. Quòd eo passim utebantur in convictu quotidiano. 2. Quòd illegitimas juramenti formulas usurpabant. His opponit Christus interdictum suum [t]. *Ne jures*, quantum in te est, nec nisi in re necessaria, aut admodum utili, ubi id tibi extorquet alterius diffidentia [v]. *Falsa juratio exitiosa est, vera juratio periculosa est, nulla juratio secura est.* Jurare, per se sumptum, malum morale est, ad irreverentiam erga Deum spectans. Ut autem occidere hominem, nudè sumptum, malum est; justitiæ verò circumstantiis vestitum, bonum est, & laudabile; idem & in juramento obtinet, &c [x]. *Nè juretis omnino*, temere scilicet, aut fallaciter, nec directè per nomen Dei, in quo juramento solo, Scribæ perjurio locum concedebant, vers. præceden. nec per nomen creaturæ, ubi perjurio locum esse non putabant, ut sequentia docent [y]. Al. *Nè juretis omnino*, nempe per creaturas, ut apparet ex collat. sequentium [z]. Τὸ ὅλως, non tam ad verbum ὀμόσαι refertur, quàm ad modos hosce jurandi prohibitos [a]. Iuramenta juxta Hebræos erant, vel, 1. necessaria & judicialia, quæ in judicio jurabantur, quæ ab actore aut Judice deferebantur reo, vel testibus, ut veritas affirmetur & stabiliatur. Vel, 2. voluntaria, quæ fiebant extra judicium, & sine Judicis auctoritate. In illis per solum Deum jurabant Judæi, teste Maimon. tract. שבועות, Perek 11. nec licere putabant addere creaturam Deo sociam; ratio est, apud Maimon. quia, cùm de veritate affirmanda agitur, honos habetur ei per quem affirmatur, atque is uni Deo est habendus: in his autem licere putabant per creaturas jurare; significatùrque hoc juramento, eum, cum quo res est ei qui jurat, debere persuasum habere rem de qua loquitur non minùs certam esse, quàm sit res illa per quam jurat. Juramentum porrò per creaturam non censebatur propriè juramentum, nec ratum, sive juratum, habebatur, sed οὐδέν ἐστι, *(nihil erat,)* nec putabant illos qui ità juraverant ὀφείλειν, *(debere*, sive *teneri ad præstandum,)* [Vide Mat. 23. 16, &c.] nec illos existimabant lege teneri perjurii, aut juramenti temerarii, vel vani, excepto juramento per aurum Templi, itémque juramento בקורבן. Qui verò per Deum juraverat, tenebatur lege perjurii. Id quod Gentilibus ignotum non erat. Martialis de Judæo loquens, *Ecce, negas*, inquit, *juràsque mihi per Templa tonantis: Non credo:* (noverat enim hoc *nihil esse*, ut dixit Christus, Mat. 23. 16.) *jura, verpe, per Anchialon*: i. e. per Deum: *An: chi alon: Non: vivit Deus.* אין, sive אן, confunduntur enim hæ duæ voces, i. e. *Non*: חי *vivit*: עליון, *Alon*, ut è Plauto pronunciatum fuisse constat, Dei nomen: est ergò jusjurandum hominis inficiantis crimen cujus accusabatur. Duo itaque hoc loco docet Christus; 1. juramenta per res creatas esse omnino illicita: 2. Deum quoque hujusmodi juramentis interpellari: nam *cœli sunt thronus Dei*, &c [b]. ¶ *Neque*, &c. Μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ] *Neque per cœlum*, sub. *juraveris*, Bru. cœlum testem invocans veritatis, & vindicem mendacii [c]. Ad verb. *in cœlo*: quæ phrasis sæpe reperitur, Mat. 23. 22 [d]. Est autem nata ex Hebraismo *, quo ב sæpe ponitur pro jurantis adverbio, ut Gen. 22. 16. Jos. 2. 12 [f]. Græci dicerent ὀμνύειν οὐρανὸν, *(jurare cœlum,* phrasis est ἐνθηπτικὴ, pro *jurare*, sub. *nominantem, cœlum* [h]:) aut etiam κατὰ τοῦ οὐρανοῦ [i], *per cœlum* [k]. Per cœlum jurare solebant & Judæi, ut constat ex Philone, & ex Orig. adv. Celsum, 6 [l]. (& ex RR. Bab. Berachoth. fol. 55. *Per cœlum ità res est.* Talmud. tract. שבועות, cap. 4. *Si quis alium adjurat per cœlum aut terram, reus non est.* Similia habet Maimon [m].) & Ethnici, Aristophan. Pluto, Νὴ τὸν οὐρανόν· Sophoc. Antig. Οὐ τὸν Ὄλυμπον [n]. *Cœlum* autem hîc par est regionem sideream intelligi. Jam diximus, non hos modos jurandi à Christo specialiter prohiberi, sed nè hos quidem à prohibitione excipi. Judæis Lege Mosis vetitum erat deum alium jurare, præter Deum Israelis; itaque jurare illis nefas erat per Baalem, Astarten, aliáque id genus falsa numina. Quamobrem, & Christianos sui temporis reprehendunt Tertullian. & Hieronym. qui aut ignorantia, aut consuetudinis vitio, dicerent *Mehercule*, & *Medius-fidius*. Eâdem hâc causâ Judæi Alexandrini recusabant per Caii Cæsaris nomen jurare, ut Josephus narrat, quia nomen suum, ut Dei, in jurejurando Caius usurpari volebat. At nominare quædam, ut Philo loquitur, τῆς θείας δυνάμεως ἀπεικονίσματα, *(Divinæ potestatis imagines;)* ità scilicet ut animi Religio Deum spectaret, inter vetita habitum non est. Jurat Josephus, Gen. 42. 15. *Ità vivat Pharao*, more quidem Ægyptiorum, ut AE notat; sed quem imitaturus non fuisset, si quid in eo irreligiosi esse existimàsset. Et quid est aliud, *Ità vivat Rex*, quàm, *Ità Regem sospitem Deus præstet?* Elisæus Propheta, 2 Reg. 2. 2. Eliæ ità jurat, *Vivit Deus, & vivit*, (aut, *vivat*, potiùs: nam Hebraismus ista non distinguit) *anima tua.* Nec aliter Urias, 2 Sam. 11. 11. Sed & Paulus, per Resurrectionem, aut per Conscientiam suam, jurare videtur, cùm dicit, νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, 1 Cor. 15. 31. Narrat Tertul. Christianos non juràsse, ut cæteros, *per Genium Principis*, quod Græci dicunt τὴν Καίσαρος τύχην, quod jusjurandum Polycarpo delatum, & ab eo recusatum, legimus; meritò, quia isti voci inerat falsi numinis sensus; (siquidem, ut explicat Origenes, per τύχην, *Dæmona*, vel *genium principis, intelligerent, atque adeò per Diabolum jurarent: quòd si fortunam illâ voce designarent Ethnici, ea certè Deus non est, nec quicquam subsistens, aut potens aliquid efficere.*) Sed eosdem Christianos Tertullianus eodem loco juràsse ait *per Salutem Principis omnibus geniis augustiorem.* Postquàm verò Imperatores Christo nomen dederant, institutum est hoc sacramentum militare, ut jurarent *per Deum, & Christum, & Spiritum Sanctum, & per Majestatem Imperatoris, quæ, secundùm Deum, genere humano diligenda est & colenda*: quod nos Vegetius docet. Sic Marcellinus, in collatione Carthaginensi, secundùm allegationes partium se judicaturum *per salutem principum* jurat. Et hoc ipsum esse juramentum quod Episcopi faciebant, memoratum Canone 25 Chalcedonensi, notant ibi Græci interpretes [o]. Hic autem jurandi mos manavit, ut credibile est, ex intellectu pravo quorundam locorum Scripturæ, ut Amos 4. 2, *Juravit Dominus, per sanctitatem suam*, i. e, (ut Kimchi & Aben Ezra exponunt) per cœlum. Nam jurantes manum ad cœlum elevabant. Huc refer & Exod. 17. ver. 16. *Manus super thronum Jah* [p]. Judæi mandatum illud jurandi *per Dei nomen*, de solo tribunali Magistratûs intelligebant: & inde colligebant, extra tribunal non licere modò, sed &. præstare, per creaturas jurare, nè

[r] G. † Cap. [t] J. Cap. [v] Bru. ex Aug. [x] Bru. [y] Pi. [z] Be. [a] Sch.

[b] Petit. var. Lect. cap. 16. [c] Pi. [d] Be. * Be. sic G. [f] Be. [g] G. sic Pi. [h] Pi. [i] G. [k] Pi. [l] G. [m] Li. ho. [n] Sch. [o] G. [p] D.

nè frequentiori per Creatorem juramenti usu violetur Majestas ejus [q]. ¶ *Quia thronus Dei est*] Ex Esa. 66. 1. Hæc eò dicta sunt, ut ostendatur omnibus jurandi modis tacitè Deum contineri [r]. Id clarè apparet ex Matth. 23. 22 †. *Solium* autem *Dei* dicitur, quòd in eo opificio pulcherrimis astris picturato, ejúsque perpetuo & æquabili motu, Divina Majestas eximiè eluceat, quemadmodum Regum gloria tunc maximè conspicua est, cùm solio suo insident. Et formula hujus juramenti, & causa ejus, apparet in versu isto ex Sophoclis Menalippa, Ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός· (*Juro per sanctum æthera, domicilium Jovis.*) Sed & Julianus cœlum vocat *Dei thronum* [t]. Christus docet violari Majestatem Creatoris dum per creaturas juratur [v], quia creaturæ omnes ejus sunt, & in potestate ejus [x], omnibus ipse præsens adest, omnes denique veritatis & gloriæ ejus sunt symbola. Non ergò in creaturis subsistit jurisjurandi religio, sed Deus ipse, veritatis præses, & perfidiæ ultor, appellatur [y]. Sensus est, q. d. Cœlum est res pretiosa, ut quæ Majestati Dei demonstrandæ inservit: Deus ergò ulcisc etur eum qui per cœlum falsò aut temere jurat, adeóque illud tanquam rem vilem contempserit [z].

35. *Quia*, &c. Ὅτι ὑποπόδιον, &c.] *Quia scabellum*, &c. Tre. Be. Pi. &c. q. d. suppedale. Alludit ad Esa. 66. 1 [a]. q. d. Terra quoque servit suo loco & gradu demonstrandæ Majestati Dei, &c [b]. Docet Dominus, nihil tam vile esse in creaturis Dei, ut per hoc quisquam perjuret, quando à summis usque ad infima Divinâ providentiâ creata regerentur [c]. Terram velut pedibus Dei subjectum describunt Proclus in Timæo, Macrobius & Orphæus. [verba vide in G.] הדם habet Esaias, 66. 1.] quod ὑποπόδιον vertunt ο'. ut Ps. 110. 2. Quo obiter significari videtur vilitas terræ cœlo comparatæ. Varro nos docuit, quæ unius sunt scansionis, *scabella*, quæ plurium, *scamna*, appellari. At Syrus vertit כבשא satis apposite, quia *throni* mentio præcessit. Est enim כבש 2 Par. 9. 18. scabellum solii regalis, quod ipsum ο'. eo loco ὑποπόδιον vocant, quale pictum videre est sub seliquastro Cassiopeæ in libro Germanici quem edidimus olim. Alterius generis sunt *cava scamna*, quorum Ovidius meminit, quæ Græci αἴθεγνα appellant. Suppedanei sub throno regali meminit Pausanias non uno in loco [d]. ¶ *Neque*, &c. Μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα] At antè dixit, ἐν τῇ γῇ. Hellenistæ promiscuè pro Hebræo ב modò ἐν, modò εἰς, usurpant. Ut Romani *per Romam* jurârunt, Ovidius, *per patriæ numen* [*], ità Judæi per Jerosolymam [f]: Tosapht ad Nedarim, cap. 1. *Qui dicit, Per Hierosolymam, nihil dicit, nisi intento animo voverit Hierosolymam versus.* Ubi etiam variæ adduntur jurandi, aut vovendi formulæ, *Per Hierosolymam, Templum, Altare, Agnum*, &c [g]. *Quia civitas est magni Regis*] Psal. 48. 2 [h]. vel, 1. Davidis [i]; vel, 2. Dei, qui sic vocatur, Mal. 1. 14 [k]. q. d. Civitas delecta à Deo ad cultum suum, &c [l]. Hoc eò pertinet, ut qui per Hierosolyma jurat, intelligatur per eum jurare qui Hierosolymis Regnum suum posuit, quemadmodum qui per Templum jurat, jurat per habitatorem Templi, infrà 23. 21 [m].

36. *Neque per caput*, &c.] Ulpianus, *Cæterùm, si ego detuli ut per Deum jurares, tu per caput tuum jurâsti.* Ovidius, *Per caput ipse suum solitus jurare*—. Martialis, *Per tua jurares sacra tuúmque caput.* De eo jurandi modo hîc agitur, non de eo ad quem alludit Juvenalis, cùm ait, —— *nondum Græcis jurare paratis Per caput alterius.* Cujus itidem passim exstant exempla: & conjunctim, *pérque tuum nostrúmque caput.* Apud Synesium, Νὴ τὴν ἱερὰν σου κεφαλὴν καὶ τὴν τῶν παίδων μου σωτηρίαν. (*Per sacrum caput tuum & per filiorum meorum salutem* [n].) *Jurant homines per id quod multùm amant: ut, per caput, & per animam*, ait K. Ægyptii, teste AE. *jurabant per caput regis*; *quod jusjurandum qui violabat, capite plectebatur* [o]. Sanhedr. cap 3. halac. 2. *Tenetur quis proximo jurare, & dicit ille, vove* vel *Jura, mihi per vitam capitis tui*, &c [p]. *Per caput*, i. e. per vitam, quæ ex capite prorsus pendet [q]. Non hîc, ut in præced. rem notat quæ tanquam testis citatur in jurando, sed rem quam promittimus nos daturos nisi verùm juraverimus [r]. ¶ *Quia non potes unum capillum album facere aut nigrum*] Nimirum, extempore, vel pro arbitrio tuo †: non potes vel canos inducere, vel amovere [t]: multò minùs totum caput habes in potestate tua [v]. Hoc tale est quale quod infrà dicimur *non posse cubitum unum ad staturam adjicere.* Sed *pili* hîc potiùs fit mentio, ut nè minimum quidem naturæ à nobis posse immutari ostendatur. Nam Hebræi, ut & Græci & Latini, *pilum* dicunt ad rei minimæ indicationem [x]. τὸ ἤ, *aut*, deest in octavo exemplari, ut sensus sit, Non potes capillum, qui albus sit, nigrum efficere [y]. Capilli quidam nigri vel rufi facilè albi reddi possunt: at ex albo niger verè & constanter fieri non potest [z]. Verùm non loquitur h. l. de colore ascititio, sed nativo; q.d. In nullius potestate est, ut capillus suus nascenti albus sit aut niger [a]. Hoc eò pertinet ut probetur per Deum jurare qui *per caput suum* jurat, non minùs quàm qui *salutem suam* jurat; quod jusjurandum respectu *Divini numinis* fieri, Ulpianus etiam dixit. Causa utriusque dicti est, quia homo nec salutis nec capitis sui est Dominus. Sic Menander Dyscolo dixit, hominem κύριον εἶ μηδ' ἑαυτοῦ, (*neque sui ipsius dominum esse* [b].)

37. *Sit autem sermo vester* (familiaris scilicet & quotidianus [c],) *Est, est*; *non, non*: Ναὶ, ναὶ, Οὒ, οὔ] *Etiam, etiam* (vel, *Certè, certè*, V.) *non, non*, Tre. Be. Bru. &c. i. e. ut Jacobus explicat, (5. 12 [d].) *sit vestrum* τὸ ναὶ, ναί· καὶ τὸ οὔ, οὔ· *sit vestrûm est, est*, (sive etiam, etiam,) *& vestrûm non, non* [f], sine jurejurando [g]. Conduplicatio h. l. ad eundem non pertinet, sed prior pars ad interrogantem pertinet, posterior ad respondentem [h]. At sic scribendum esset, Ναί; ναί· Οὔ; οὔ· vel sic accipias, Si sermo vester affirmat, verè affirmet; sin negat, verè neget [k]. Sed sequentia indicant hîc agi de affirmandi & negandi formula, non autem de ipsius affirmationis & negationis veritate. Quomodo enim hæc cohærent, *Verè affirmate* —— *quod autem supra hæc*, &c. Quare de non jurando locum interpretor [l]. Prolepsis est, quâ sermo dividitur in affirmantem, & negantem [m], i. e. in ναὶ & οὔ: quæ sic usurpari liquet ex 2 Cor. 1. 17. *Sermo meus non fuit* ναὶ & οὔ, *etiam & non*, h. e. varius & inconstans, ut parasiti in Terentio, *Negat quis? nego: ait? aio* [n]. Hîc ergò sermo adfirmans jubetur simplex & nuda adfirmatio esse; negans verò, simplex & nuda negatio [o]. Geminantur hîc particulæ emphaseωs causâ [p]: vel, 1. quòd in omni perpetuò sermone velit nos simpliciter affirmare vel negare [q]. Vel, 2. quòd ferè juramus ut nobis credatur, jubet ut geminâ potiùs affirmatione & negatione utamur, quàm Dei nomen temere usurpemus [r]. Ausonius ad Paulinum, —— *Cùm multa loquaces Ambiguis sererent verbis, contra omnia solùm Est respondebat, vel Non* †. Apud Talmudicos, *in periculo, ità; si non cum periculo, non.* Est Proverbium Arab. apud Erpenium, 11. 40. *Sit sermo tuus etiam aut non, ut sis verax apud omnes homines*; i. e. nè multùm nec temere jurato; talibus enim fides haberi non solet: verax habeberis si sermo tuus fuerit simplex, affirmans vel negans [t]. Maimon. in Peah, cap. 5. *Datio & acceptio* (i. e. transactio) *inter discipulos sapientum sit in veritate & fide, dicendo, Est, Est, Non, Non*; vel verbatim, *de Etiam, Etiam, de Non, Non* ‖. *Cùm negandum est*, [sapiens] *dicit, Non*; *cùm verò affirmandum, dicit, Etiam* †. Tam ναὶ quàm οὔ hoc loco formulæ sunt quibus ad stipulationem respondebatur. Nam de promissionibus, ut diximus, institutum sermonem Christus prosequitur. Itaque Syrus rectè pro ναὶ posuit אין, quæ respondendi particula est. Romana lingua in respondendo interrogantis verbum repetit: ut *Dabis? Dabo. Facies? Faciam.* Sed & si quis interrogatus, *Dabis?* responderit, *Quidni?* in ea causa esse, ut obligetur, scripsit Ulpianus; quia vox *Quidni?* solet habere significationem Græci ναί. Sicut autem ad interrogationem aientem, per ναὶ, ità ad negantem, per οὔ, respondebatur. Quòd verò hîc & Jac. 5. 12. dicitur, oportere ut ναὶ sit ναί, & οὔ sit οὔ, eum sensum habet, Debere facta dictis congruere, aut, ut Justinus rectè explicat, debere nos *semper vera dicere.* Est enim figura, quam Græci ἀντανάκλασιν, quidam & πλοκήν, vocant, ubi vox eadem continuò repetitur significatu paululum mutato, ut, *Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.*

Marginalia: [q] J. Cap. [r] G. † G. sim. Bru. [t] G. [v] J. Cap. [x] Bru. sim. J. Cap. [y] Bru. [z] Pi. [a] Bru. [b] Pi. [c] Zeg. [d] G. [*] Idem. [f] G. sic Li. ho. [g] Li. ho. [h] D. G. [i] He. in D. [k] D. [l] Bru. sim. Pi. [m] D. [n] G. [o] D. [p] Li. ho. J. Cap. [q] Bru. [r] Pi. † Idem. [t] Li. ho. [v] Pi. sim. Be. [x] G. [y] Be. [z] Q. in Sch. [a] Sch. [b] G. [c] Pi. sim. J. Cap. Ham. [d] Be. Bru. [*] G. [f] Bru. [g] J. Cap. [h] Er. [i] Be. [k] Er. [l] Be. [m] Be. sic Bru. [n] Be. [o] Bru. sim. Di. [p] Q. in Be. sic. Bru. [q] Bru. [r] Be. † D. [t] Di. ‖ Li. ho. † Maim. in Cap.

Ad illum diem Memmius erat Memmius, & similia. Nam priore loco ναὶ dictum significat; posteriore, factum ipsum, quod dicto significatur. Ità Paulus *Dei promissa* — ait *esse* ναὶ, voculam hanc posteriore quem dixi significatu usurpans, ut indicaret omnia promissa per ipsum impleri. Quod autem de ναὶ diximus, idem de οὒ vocula intelligendum est: nempe eam quoque primùm pro nota promissa negantis, deinde pro effectu, poni. Est autem locutio hæc, ut pleræque aliæ Christi & Apostolorum, sumpta ex medio usu illorum temporum [v]. Γνώμη enim tritissima erat, *Justorum Etiam est Etiam, & Non eorum est Non* [x]. Contrà, quorum facta dictis discrepabant, apud hos dicebatur esse ναὶ καὶ οὒ, 2 Cor. 1.18,19. i.e. ναὶ ipsorum dicebatur esse οὒ, & οὒ dicebatur esse ναί. Festus ad vocem *naucum*; *Quidam ex Græco*, ναὶ καὶ οὐχὶ, *levem hominem significari*. Cùm verò ναὶ, ut & hujus loci cohærentia & Pauli verba ostendunt, ad *promissa* pertineat, rectiùs Latinè per *fiet*, quàm per *est*, transferetur. Sensus verborum Christi est, Fidem à nobis præstari debere in promissis etiam injuratis, perinde quasi jusjurandum accessisset: Quem sensum apertiorem facit, quod apud Jacobum sequitur, μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε, i.e. nè fallaces inveniamini, quod Christianos minimè decet. Simile est illud Alexidis, Ὅρκος βέβαιός ἐστιν, ἂν νεύσῃ μόνον· (*Est quasi juramentum firmum, si pollicear tantùm.*) Philo, Ὁ τοῦ σπουδαίου λόγος, &c. (*Viri boni sermo sit, tanquam juramentum, stabilis, immutabilis, mentiri nescius.* Et Hierocles dixit, *nihil viris bonis veritate carius esse debere, sive juraverint, sive injurati sint.* Talis esse debet Christianus, &, ut Clemens Alex. loquitur, τὸ πιστὸν, &c. (*Fidem professionis suæ in constantia ac immutabilitate sermonis vitæque ostendere.*) Optimè autem hoc cohæret cum præcedentibus: quia, ut inquit Philo, *Optimum est* ——— *sic veritatem in singulis colere, ut etiam sermones tanquam juramenta habeantur.* Josephus de Essenis, Πᾶν τὸ ῥηθὲν, &c. *Quicquid ab illis dicitur, jurejurando firmius est: juramentum autem fugiunt, illud vel perjurio deterius existimantes.* &c. Quoniam igitur apparet de promissorum præstatione hìc agi à Christo, exigit hic locus videamus id quousque pertineat. Sunt qui existimant promissa per se vim obligandi non habere, sed eam accipere à lege civili certâ formâ modóque. Sed ei sententiæ consensus gentium repugnat. Verum sanè est, simplicem asseverationem de eo quod quis facturus sit debere quidem ex eo animo proficisci, qui tum temporis id velit facere quod se facturum dicat; at non item ex eo teneri eum, qui dicit, in proposito perseverare; quia voluntas humana habet jus sua decreta mutandi, neque id jus solo sui respectu sibi potest auferre. At in promissione plus est. Habet enim promissio simul juris translationem, sicut enim dominus rei corporalis eam potest in alium transferre signo aliquo voluntatis, ità etiam jus ipsum, quod quis habet ad suos actus aut res, potest in alterum transferri, in solidum, aut pro parte definita. Et quia tali facto jus aliquod in alterum transit, ideo voluntas jam ultrà se honestè mutare non potest, quia nemo honestè potest aut velle aut facere contra jus alteri quæsitum. Hinc votorum quæ Deo fiunt, & promissorum inter homines, vis oritur. Sed ut jure naturæ valeat promissio, tria sunt necessaria; nempe, ut qui promittit ad promittendum sit idoneus; & ut res ipsa promissi sit capax; deinde ut res possit præstari à promittente. Prima conditio deficit in his qui rationis usum non habent. Nullum enim velle esse potest sine intellectu. Ideo infantium & furiosorum verba non habent promissi efficaciam. Secunda deficit in rebus quæ aut per naturam rerum fieri non possunt, ut, cœlum digito attingere, aut quæ per se sunt inhonesta; quale erat Johannem Baptistam occidere. Quod enim facere non licet, id nè promitti quidem validè potest, cùm promissio ad factum tendat. Tertia conditio desideratur quoties actus qui promittitur non est in jure promittentis, ut si servus non domino operas promittat. Nam cùm promissum emanet è jure promittentis, nihil potest efficere ultra juris illius amplitudinem. Et hæc quidem ipso naturæ lumine ità sunt clara, ut probationis non indigeant. Veruntamen sæpe lex aliqua efficit ut rectè promissa non præstentur, quod mirum videtur his [qui] judicium in istis rebus subactum non habent. Putant enim legem ejusmodi pugnare cum jure naturali, quod sit immutabile; id verò non ità est. Neq; enim constituunt leges, nè promissa, quæ quis promittendi jus habuit, alteri jus ex promissione nacto non præstentur; quod esset contra jus naturæ: sed ipsa materia mutationem accipit: quod etiam citra legem fit, quoties stipulator promissorem liberat. Hìc enim nemo dicturus est, promissorem adhuc teneri, & contra naturam facturum, ni faciat quod dixerit. Jus enim ejus cui promissum est, quod fundamentum erat obligationis, interiit, ac proinde nulla jam restat obligatio. Solet autem lex efficere nè promissa ad effectum perduci debeant, duobus modis; aut anteverten do orituram alioqui obligationem, aut, ortam tollendo. Utrumque ex probabili causa facere lex potest, ut quæ in singulos atque jura singulorum ad utilitatem publicam jus quoddam superius obtineat eo jure quod est penès singulos. Antevertitur obligatio, ut, cùm constituitur nè efficax sit promissum uxoris, nisi maritus auctor accesserit. Hìc enim, jure ad obligandum se uxori adempto, nasci obligatio non potest. Orta extinguitur duobus iterum modis, aut, quia lex jus, quod alicui quæsitum est, aufert, aut, quia non hoc tantùm facit, sed etiam ei qui promisit aufert implendi libertatem. Illo casu licet non implere, quia lex jus alteri quæsitum abstulit: hoc casu non licet implere, quia hoc quoque jus sublatum est imperio legis, quæ plus singulis potest, pollétque. Illud addam, esse leges quasdam quæ obligationem nec oriri impediant, nec ortam rescindant, sed tantùm in foro de eo jus dici vetent, ut leges Romanæ de pactis nudis. Charondas de rebus creditis. Hoc casu promissor adversus fidem delinquit, si non stet promisso. Non enim jus omne stipulatoris sublatum est, sed sola coactio ei denegatur. Quod religiosis animis diligenter est annotandum, nè pravis magistris usi latebram perfidiæ quærant [y]. ¶ *Quod*, &c. τὸ δ' περισσὸν τούτων] *Quod*, vel, *Quicquid præter*, vel *supra*, vel *ultra*, *hæc*, sub. *est*. Tre. Ca. vel, *adjungitur*, Er. Il. V. J. Cap. vel, *redundat*, Be. P. Pi. *Quod hæc* (vel, *hæc duo*, Ar. id quod est ultra ναὶ καὶ οὒ [z]:) *excedit*, Sy. sic Pers. Ar. Juramenta quæ affirmationi, aut negationi, superadduntur [a], à vobis scilicet injussis, ac in convictu quotidiano [b], vel cùm minimè necessarium est [c]. ¶ *A*, &c. Ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν] *A*, vel *Ex*, (vel, *Id à*, Ca.) *malo* (vel, *maligno*, Sy. vel, *illo improbo*, Be.) *est*, Mo. P. Ti. Ca, &c. vel, *emanat*, sive *proficiscitur*, Be. Er. Il. Πονηροῦ esse putant, vel, 1. à recto, ὁ πονηρὸς, quâ voce Diabolus indicatur [d], autor omnis mali, & eorum quæ impia sunt [*]. Sic. 1. Joh. 3. cùm dixisset, *Qui peccatum committit, à diabolo est*, v. 8. postea exemplum adducit, *Non ut Cainus, qui, cùm à Malo esset, fratrem suum occîdit* [f]. Πονηρὸς plus est quàm κακὸς, nempe is qui in omni scelere exercitatus est, & ad injuriam cuivis inferendam totus comparatus: cui opponitur ὁ χρηστὸς, qui est usui omnibus [g]. Vel, 2. à recto, τὸ πονηρὸν, ut 1 Joh. 5. 19. mundus jacet ἐν τῷ πονηρῷ [h]: *A malo*, i.e. infirmitate ejus, qui tibi credere nolens, te jurare cogit [i]: ex malo aliquo principio, ut superbia, &c [k]. à malitia, à consuetudine vanitatis & doli mali. Ex hominum vitiis natum docet juramentum, quòd plerique sint mendaces, subdoli, varii, nec alter alteri credit, &c. Nonnulli ergò, ut iis credas, ad omnem sermonem jusjurandum adjiciunt, cùm nemo minùs fidem mereatur eo qui frequenter jurat [l]. Intelligo hìc, τὸ πονηρὸν, morem non standi promissis. Nam, ut ex Polybio dicebamus, mos jurandi ex eo maximè est frequentatus, ex quo labare cœpit dictorum fides: quod etiam Philo & Sophocles notant. [Verba vide in G.] Levitas hominum & inconstantia diffidentiam genuit, cui remedium quæsitum est jurejurando. Est autem hujus dicti cum superioribus hæc connexio. Nè putate vos ab hominum commercio excludi, si jurejurando quàm religiosissimè abstineatis. Nam, cùm de vitiis ortus sit jurandi mos, facile est, eisdem sublatis, tollere jurisjurandi necessitatem. Id autem fiet, si tam constanter quævis dicta ac promissa impleatis, ut injuratis vobis, potiùs quàm juratis aliis, credatur. Non igitur eò tantùm pertinet Christi præceptum, nè Christiani à Christianis exigant jus-

[v] G.
[x] G. sic D.
[y] G.
[z] G. sic Bru.
[a] Pi. sim. Be.
[b] J. Cap.
[c] Be.
[d] Q. in G. sic Ca. Be. Camer. Pi. Sch.
[*] Camer.
[f] Ca.
[g] Be.
[h] G.
[i] Zeg. ex Aug.
[k] Ham.
[l] Eru.

jusjurandum; verùm etiam, nè jurent Christiani, à quocunque tandem exigatur. Nam, ut rectè explicat Clemens, decet Christianum, etiam πρὸς τοῦ ἔξω, &c. (*apud exteros*, h. e. Ethnicos, *tantâ fide vitam ducere, ut juramentum ab eis nemo exigat.*) Sed, ut antè etiam dixi, omnia hæc præcepta non tam ex verborum apicibus, quàm ex rei ipsius natura, metienda sunt. Non vetat Christus jusjurandum ut rem per se malam, sed ut rem quam, nisi in negotiis maximi momenti, usurpare non liceat. Quæ autem sint res ejusmodi, non tam certis definitionibus comprehendi potest, quàm spiritu charitatis dijudicari [m]. Non dicit h. l. *malum est*, sed, *à malo est*; quo & fugam illius suadet, dum eo opus non est, & permittit usum, dum opus est. Bonus enim est usus quarundam rerum, quarum ex malo origo est [n]. Christiani veteres putabant id [τὸ jurare] sibi non licere. Ità Basilides in Euseb. 6. 4. Tertul. de Idolol. p. 733. Chrysost. in Acta homil. 9. p. 118. &c. De Waldensibus sic Seissellus adversus eos scribens, *Non nisi coacti*, h. e. à Magistratu jussi, qui cogendi jus habet, *jurant, raróque nomen Dei in vanum proferunt* [o].

38. *Dictum est*] Vel, 1. ab antiquis: vel, 2. antiquis; ut in præced [p]. majoribus vestris. Ostendit hoc quoque illud ἐῤῥέθη ad antiquum tempus referri, cujus ad posteros fama pervenerit [q]. ¶ *Oculum pro oculo*] sub. *erue tu Judex* [r]: vel, sub. *reddet qui injuriam fecerit* †, qui alterius oculum eruit [t]. Hæc ad literam intelligebant Baithusæi hæretici veteres. Sapientes autem satis esse putabant, si reus pretium oculi solveret [v]. Est autem hoc jus [talionis] vetustissimum apud omnes gentes. Aristoteles τὸ ἀντιπεπονθὸς vocat, & dictum ait jus Rhadamanthi isto versu descriptum: Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο. (*Ut idem patiatur aliquis quod fecit, justum est.*) Ex Græcia & hoc Romam transit, unde in 12 tabulis, *Si membrum rupit talio esto.* Apparet autem ex Lege Mosis, præcipuè ex Deut. 19. 21. non exactam talionem judicis decreto. Nimirum ut rectè Lucretius dixit. *Amplius ex ira quod enim ex se quisque volebat Ulcisci, quàm nunc concessum est legibus æquis: Iccirco est homines pertæsum vi colere ævum.* Quam sententiam Honorius & Theodos. Imp. ità expresserunt *Icciroo judiciorum vigor jurisque publici tutela videtur in medio constituta, nè quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem.* Verum quidem est in quibusdam casibus leges aliquid indulsisse justo dolori, sicut jura Romana permittunt patri adulteram filiam aut filiæ raptorem occidere: Quomodo & apud Hebræos homicidium vindicare manu privatâ proximus agnatus potuit, ità tamen, quemadmodum ab Hebræorum Magistris rectè notatum arbitror, ut, si prius illud homicidium dolo malo patratum esset, ipse ultor capitis pœnam subiret. Sed in delictis, quæ infra homicidium sunt, nihil ultrà concessum læsis quàm adire judicem, & ab eo ultionem tanquam jure suo exposcere. Et hoc pœnæ genus est quod τιμωρίαν propriè vocant Plato, Aristot. &c. quam definit Clemens Alex. κακοῦ, &c. (*mali retributionem ad ulciscentis commodum relatam.*) Ubi τὸ συμφέρον, (*commodum*,) paulò laxiùs sumitur, ut & apud Aristot. κέρδος in hoc ipso argumento. Quia enim plerisque,——*vindicta bonum vitâ jucundius ipsâ*; ideo quod adversario nocet, ipsis quasi prodesse intelligitur; quod ità Mimus extulit, *Læso doloris remedium inimici dolor.* Aristoteles in arte Oratoria, τιμωρίαν esse dicit τοῦ ποιοῦντος ἕνεκα, &c. ubi ὁ ποιῶν est is qui ultionem exigit. Facere enim censemur etiam quod per judicem facimus. Non dubito autem, quin si jus strictum respicimus, licuerit vulnerato à judice præcisè exigere, ut adversario quoque vulnus infligeretur, quemadmodum Bathos docebat, & Josephus disertè testatur. Quod autem apud Hebræos, ut notant eorum Magistri atque idem Josephus, & apud Romanos, teste Gellio, pro membro pecunia solvi solebat, id natum ex læsorum æquitate, quæ multis exemplis in morem transsierit. Sed hæc ipsa pecunia, quatenus damni dati æstimationem & impendii excedebat, ultio erat, non imperata Hebræis, sed concessa: cujus generis & apud Romanos erant tum accusationes publicorum judiciorum, tum ex privatis delictis actiones pœnales, in duplum, triplum, quadruplum [x]. Hæc sunt ipsa legis verba, *Oculum*, &c [y]. Exod. 21. 23, 24, 25. Levit. 24. 19, 20 [z]. Non autem Mosem aut legem reprehendit Christus [a], sed falsam Scribarum glossam [b], qui hoc trahebant ad privatam vindictam [c], quæ tamen vetita est, Levit. 19. 18 [d]. Prov. 24. 29 [*]. Nec privatis hominibus permisit lex talionem referre, sed magistratui tantùm [f].

39. *Dico vobis, Non*, &c. Μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ] *Nè resistatis* (vel, *Non obsistere*, Mo. Infinit. pro Imperat [g]. μὴ ἀντιστῆναι, pro, ἵνα μὴ ἀντιστῆτε [h]: *Non esse resistendum*, Ca.) *malo*, Er. II. P. Ti. vel, *maligno*, Ar. vel, *injuriæ*, Ca. vel, *improbo*, Be. Τὸ πονηρὸν hîc accipi potest, vel, 1. de re [i]; pro injuria, quam non licet injuriâ pensare [k]: *malo*, i. e. injuriæ illatæ; nec eam quæ infertur propulsa, nec de illata te vindica, animo nempe vindictæ cupido [l]. Al. *Noli resistere* cuiquam, *malo*, i.e. injuriâ aut versutiâ [m]. Vel, 2. de persona [n]; de homine [o]: *malo*, Heb. לָרָשָׁע, Exod. 2. 13 [p]. scelerato [q], ἀδικοῦντι, *ei qui injuriam fecit* [r], ut κατεπονούμενος est, qui injuriam patitur, Act. 7. 24 †.] homini malefico [t]. Manifestum autem est non posse τὸ ἀντιστῆναι universè sumi. Nam resistit & qui innocentiam suam verbis testatur, quod fecerunt Christus & Apostoli [v]. Non vetat Christus injuriam declinare; nec eam inculpatæ tutelæ moderamine propulsare, neque magistratibus vindicandam committere [x], sed privatam vindictam prohibet [y], nè malum malo repellas, h. e. convitium convitio, vulnus vulnere, &c [z]. nè oculum ei effodias qui tibi oculum effoderit [a]. Servanda hîc est propria vis verbi, ἀντιστῆναι, quod de eo dicitur qui vim vi opponit, ut par pari referat. Sic ἀνθεστηκότες, *ii qui sanæ doctrinæ obsistunt*, 2 Tim. 3. 8. differunt ab ἀντιδιατιθεμένοις, 2 Tim. 2. 25 [b]. τὸ ἀντὶ in compositione sign. *vicem referre*, ut ἀντιπάσχειν, & ἀνταποδοῦναι sunt, vel, *pati*, vel, *dare per modum retaliationis*, & ἀντικαλεῖν est, *invitare eum qui te prior invitaverat*, Luc. 14. 12. Vetat ergò h. l. *malum pro malo reddere*, ut Rom. 12. 17. Cùm autem ἀντιστῆναι [apud ό.] valeat, lege aut judicio cum alio contendere, ut Jer. 49. 19. & 50. 44. inhibetur etiam h. l. vindictam vel legalem à Magistratu exigere. Et cùm ἀντιστῆναι violentam etiam resistentiam significet, tum Rom. 13. 2. tum in Hesych. Hom. &c. ea etiam hîc prohibetur, nè injurias, leves præsertim, quales hîc memorantur, vi aut sanguine repellamus. Confer Jac. 5. 6 [c]. Al. Nè sic in injuriosum insurgas, ut legem talionis in eum exigas [d]. Cùm præcedentia verba, quibus hæc sententia opponitur, agant περὶ τῆς τιμωρίας, (*de vindicta*,) omnino τὸ ἀντιστῆναι eòdem referri debet, quod & Paulus nos docet, hoc præceptum his verbis explicans, *Nemini malum pro malo reddatis*, Rom. 12. 17. quæ perspicua est τιμωρίας descriptio. Ex quo etiam apparet quid sit eodem Pauli loco μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες. Nam ἐκδικεῖν cùm modò *ulcisci* significet, modò *defendere*, necesse est ibi pro ultione accipiatur: qui enim se defendit tantùm, is non reddit malum pro malo, sed is demum qui se ulciscitur; quod & sequentia Pauli verba declarant, *sed dantes locum iræ*, i. e. Divinæ ultioni. Aristoteles passim τὸ ἀμύνειν, (*vindicare*,) ponit in virtutis parte; quem secutus Cicero vindicationem ad jus naturæ refert, *per quam*, inquit, *vis & injuria defendendo aut ulciscendo propulsatur.* Ejusdem est in Officiis illud, *Justitiæ primum munus est, ut nè cui noceat, nisi lacessitus injuriâ. At*, inquit Lactantius, *Nocendum nemini, nè ei quidem qui prior nocuerit.* Quod Plato propiùs cæteris perspexit, Ejus enim est in Critone, Οὐδὲ ἀδικούμενον, &c. *Nè injuriâ lacessitus eam retaliare debes, quicquid ab alio patiaris.* Quod latè explicat, demonstratis incommodis quæ ultionem sequi solent, sectator dogmatum Platonis Maximus Tyrius, diatribâ; cui titulum fecit, Εἰ τὸ ἀδικήσαντα ἀντιδικητέον· (*Num ei qui injuriam fecerit retalianda sit injuria.*) Sed & Hierocles dixit, τῷ ἀνταδικεῖν, &c. (*Injuriam rependendo in eandem cum eo qui injuriam infert malitiam delabimur.*) Lacedæmonii precibus addere solebant τὸ ἀδικεῖσθαι δύνασθαι, (*posse injuriam ferre.*) Dignum memoriâ & Menandri illud, οὗτος κράτιστος, &c. (*Is qui injuriam pati scit, optimus est mortalium.*) Inter Pythagoræ scita refert Iamblichus, Μὴ [illegible] ἄρχειν, &c. (*Neque inchoare convitia, nec convitiantes ulcisci*;) Metellus, *Probi injuriam faciliùs accipiunt* quàm

Marginal references (left): [m] G. [n] Bru. [o] J. Cap. [p] Pi. [q] G. [r] Pi. sic Be. † G. [t] Mal. [v] D. [x] G. [y] Be.

Marginal references (right): [z] Er. [a] Be. [b] Bru. sim Be. [c] Pi. sic Be. Bru. Cap. Span. [d] Span. Bru. [*] Span. 655. [f] Bru. [g] Bru. [h] Pi. [i] Er. Q. in Be. [k] Chrys. in B. sim Eru. [l] Bru. [m] Er. ex Chrys. [n] Er. Ec. [o] G. [p] Be. G. Ham. [q] Be. [r] G. sic Ham. Pi. † Ham. [t] Pi. [v] G. [x] Eru. [y] Sch. sim. Bru. Ham. [z] Er. [a] J. Cap. [b] Ec. [c] Ham. [d] Li. ho.

quàm alteri tradunt. Seneca, *Immane*, inquit, *verbum est Ultio, & ab injuria tantùm distans ordine. Qui ulciscitur non nisi excusatiùs peccat.* Sed & hoc ipsum, excusatiùs peccare qui rependit injuriam, non concedit is quem dixi Maximus, quo judice, ὁ τιμωρῶν τῦ προϋπάρξαντος ἀδικώτερος, (*Ulciscens, vel ipse qui injuriam prior intulit, injustior est.*) Musonius, τὸ σκοπεῖν, &c. (*Prospicere quomodo mordentem quis vicissim mordeat, & malum malo rependat, ferarum est, non hominum.*) Et hæc quidem videri possunt propriè ad ulconiem eam pertinere ubi quis aut manu statuit aut dolo se vindicare. At Christi præceptum apertè illud ultionis genus respicit quod minùs immodestum videri solet; certè publicè non æquè periculosum est cùm apud magistratum exercetur actio ad vindictam instituta. Nam hoc ipsum vetat quod Deus per Mosem non quidem indistinctè probaverat, (semper enim ei lenitas præ iracundia placuit,) sed quod fieri erat passus & de quo judicium reddi voluerat, ut majoris mali vitaretur occasio: nam alioqui lex ipsa hoc agebat, ut si fieri posset, homines à vindictæ cupiditate retraheret: quod agnoscit Philo, apud quem Judæi Alexandrini Deum ità alloquuntur. Οὐκ ἐφηδόμεθα, &c. (*Non delectati sumus pœnis hostium, in sacris legibus humanitatem edocti.*) Sed quis scopus fuerit Legis per Mosem latæ, ac quomodo ea non pugnet cum præcepto hoc Christi congruente cum Prophetarum monitis, videtur mihi satis perspicuè exposuisse Tertullianus adv. Marcionem, *Novam planè patientiam docet Christus, etiam vicem injuriæ prohibens permissam à creatore, oculum exigentem pro oculo —— contrà, ipse alteram ampliùs maxillam offerri jubet, &c. Planè hæc Christus adjecit, ut supplementa consentanea disciplinæ creatoris. Atqui adeò hoc statim renuntiandum est, an disciplina patientiæ prædicatur penès creatorem. Sic per Zachariam præcepit, nè unusquisque malitiæ fratris sui meminerit, sed nec proximi. Multò magìs patientiam indixit injuriæ, qui indixit oblivionem. Sed & cùm dicit, Mihi vindictam, & ego vindicabo, proinde patientiam docet vindictæ exspectatricem. In quantum ergò non cupit, ut idem videatur, & dentem pro dente, oculum pro oculo, in vicem injuriæ exigere, qui non modò vicem, sed etiam ultionem, etiam recordationem & recogitationem, injuriæ, prohibet, in tantum aperitur nobis quomodo oculum pro oculo —— censuerit, non ad secundam injuriam talionis permittendam* (intellige ut rectè ac piè exigeretur,) *quam prohibuerat, interdictâ ultione, sed ad primam coercendam quam prohibuerat talione oppositâ, ut unusquisque respiciens licentiam* (i. e. permissonem illam facti cum auctoritate juris civilis) *secundæ injuriæ à prima semetipsum contineret. Faciliùs enim vim comprimi scit repræsentatione talionis quàm repromissione ultionis. Utrumque autem constituendum fuit pro natura atque fide hominum, ut, qui Deo crederet, ultionem à Deo exspectaret; qui minùs fideret, leges talionis timeret. Hanc legis voluntatem, de intellectu laborantem, Dominus et sabbati & legis et omnium paternarum dispositionum Christus & revelavit & compotem fecit, mandans alterius quoq; maxillæ oblationem, ut tantò magìs vicem injuriæ exstingueret, quam & lex per talionem voluerat impedìsse, certè quam Prophetia manifestè coercuerat, & memoriam injuriæ prohibens, & ultionem ad Deum redigens. Ità si quid Christus intulit, non adversario sed adjutore, præcepto, non destruxit disciplinas creatoris. Denique, si in ipsam rationem patientiæ præcipiendæ & quidem tam plenè atque perfectè considerem, non consistet, si non est creatoris qui vindictam repromittit, quæ judicem præstat. Alioquin si tantum patientiæ pondus, non modò non repercutiendi, sed & aliam maxillam præbendi, & non modò non remaledicendi, sed etiam benedicendi, &c. in vacuum patientiam præcepit, non exhibens mihi mercedem præcepti, patientiæ dico fructum, quod est ultio, quam mihi permisisse debuerat, si ipse non præstat; aut si mihi non permittebat, ipse præstaret. Quoniam & disciplinæ interest injuriam vindicari. Metu enim ultionis omnis iniquitas refrænatur. Cæterùm, passim emissâ libertate dominabitur utrumque oculum effossurâ, & omnem dentem excitaturâ, præ impunitatis securitate.* Locum hunc lectu & consideratu non indignum transcripsi eò libentiùs, quòd indè intelligi possit, cur & quatenus etiam in Christianorum terris retineri possent ejusmodi leges, quæ talionis aut pœnæ formidine eos coercent qui sponte rectè facere nondum didicerunt; incolumi interim piis omnibus manente patientiæ regulâ, quam obscurè Natura insinuat, commendant non Prophetæ tantùm, sed & Philosophi; præcipit autem disertè Christus. Hujus præcepti memores Christiani meliorum seculorum non dubitabant ad ipsorum hostium testimonium provocare, quod faciunt Justinus in Apologetico, & Athenagoras, [quorum verba vide in G.] Lubet in pudorem eorum, qui se nunc Christianos dici volunt, verba adferre Musonii propriè ad hanc judicialem vindictam pertinentia. Ait is, Ὕβρεως γραφὴν οὔτ' ἂν αὐτὸς γράψαιτό τινα ποτὲ οὔτ' ἂν ἑτέρῳ συμβουλεύσαι (*Contumeliæ dicam, nec ipse unquam scribit, nec cum altero* id agente *consilia communicat.*) Et apud Lysiam legimus, Ἀνελεύθερον, &c. (*Sordidum est & contentiosum ob contumeliam litem alicui intendere:*) causámque sententiæ suæ explicans, *Irrideri, conspui, verberari denique, non est turpe*, ait, *sapienti; sed irridere, conspuere, verberare.* Mox, prolatis exemplis eorum qui illatas injurias dissimulaverant, ità concludit, Πόσῳ κρεῖττον, &c. *Quantò satius est philosophum se monstrare, veniámque ipsi, qui tibi infert injuriam, dare, quàm videri quidem teipsum vindicare, dum illum in jus vocas, sed reverâ indecorè se gerere, & ea, quæ dictis suis minimè congruunt, patrare.*) Zenon dicenti, Ἀπολοίμην, &c. (*Perii, nisi te ulciscar,*) respondit, *Ego verò perii, nisi te amicum reddidero**. Certè dum malum malo resistitur, ignis, ut aiunt, igni additur, ex parvo magnum, aliúdque ex alio, propagatur, crescunt molestiæ, animi pax amittitur, & inimicus habetur offensior, qui tollerantiâ vinci potuisset [f]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ὅστις σε ῥαπίσει, &c.] *Sed qui* (vel, *quisquis*, vel *siquis*, Vulg. fortè legit εἴπῃς [g], quod molliùs cohæret cum sequent [h].) *te cædet*, &c. Be. &c. vel, *te percusserit*, Sy. Ar. Vulg. Mo. &c. propriè *palmâ ceciderit*, sive *depalmârit*, V. vel, *tibi alapam*, sive *colaphum*, *impegerit*, &c. Er. Ti. Ca. Quid sit ῥαπίζω meritò quærunt Interpretes [i]. Ῥαπὶς sign. & *virgam*, sive *baculum* [k], (unde Mercurius χρυσόῤῥαπις Poetis, h. e. *aureum baculum gestans* [l],) & *crepidam* [m], sive *sandalium* [n]. Hinc ῥαπίζω propriè est, *percutere sandalio* [o], (sicut Omphale sandalio caput Herculis verberabat ||,) sive baculo [p]. Sed repugnat mentio maxillæ, quam nusquam gentium bacillis, sed pugnis, cædere solebant. Est ergò *virgis cædere*, eò quòd in gymnicis certaminibus virgis cæderentur segniores [q]. At nec virgarum ictus in faciem propriè, sed in verticem, diriguntur [r]. Deinde in genere est *percutere*, quolibet instrumento, ut hìc, & Matth. 26. 67 †. Significat h. l. *alapam impingere* [t], ut docet *maxillæ* mentio, sive κολαφίζειν [v]; (at Matt. 26. 67. κολαφίζειν & ῥαπίζειν manifestè discernuntur [x]:) quo sensu sumitur tum in V. T. in LXX. ad Ose. 11. 14. tum in N. T. Marc. 14. v. 65 [y]. [tum in aliis Authoribus,] in Nonno ad Joh. 18. 22; in Glassario vetere, ubi Ῥαπίζω, *expalmo, alapo*; in Sedulio Poeta, qui ῥαπίζειν vertit, *cædere palmis* [z]. Præterea quæ à Græcis JC. ῥαπίσματα servorum manumittendorum vocantur, Latini auctores *alapas* vocant [a]. Erat autem atrox injuria alapam viro honesto impingere. Ideo Basilius ῥάπισμα *infimam servorum plagam appellat.* Histriones ad excitandum risum sibi os percidi & batui alapis patiebantur: Martialis, *Os tibi percisum est*, &c. Tertullianus libro de spectaculis, *Insuper contumeliis alaparum sic os objicit quasi de præcepto Domini ludat.* Cyprianus item de spectaculis, *Ictibus infelix facies locatur.* Unde Terentio & Livio proverbialis loquendi mos fluxit, *os præbere alicui*, h.e. morigerum esse [b]. Hæc memorat Christus h. l. quæ indignissima videbantur, & non toleranda à generositate Judæorum. Quorum doctrina hæc erat, *Impingit quis colaphum proximo in maxillam, det ei solidum*, imò *minam*, vel, 200 *Zuzæos: si alterâ manu impegerit colaphum, det ei* 400, Bava Kama. Rationem mulctæ tam severæ petunt ex opprobrio rei, & à dignitate Israelitarum, quorum *pauperrimi*, inquit Maim. *reputandi sunt acsi generosi essent, quia sunt filii Abrahami*, &c. Legem talionis hìc citat Christus, ut ex istius Antithesi clarior eluceat charitas & condonatio Christiana. At cur data lex talionis? Nempe, ut lex lethifera de adulterio, in terrorem scilicet, ac demonstrationem, peccati. Utraque ex charitate emollienda; hæc condonatione,

* G.
[f] Bru.
[g] Eru. sim.
Be.
[h] Be.
[i] Cas.
[k] Be. sic
Cas. Scul.
Sch.
[l] Sch. &
Scul. ex
Cas.
[m] Be.
[n] Sch.
[o] Sch. ex
Be.
|| Be.
[p] Cas. Be.
Sch.
[q] Faber.
in Scul.
[r] Scul. 2.
26.
† Sch.
[t] Cas. Scul.
ex Er. Be
[v] Scul.
[x] Pi.
[y] Scul.
[z] Cas. Scul.
[a] Cas.
[b] Scul. ib.

tione, illo libello repudii, aut, si sic marito visum, condonatione quoque[c]. Qu. Quomodo hoc intelligendum est? Nam nec Paulus alteram maxillam præbuit percutienti, Act. 23. 3. nec Christus ipse Joan. 18. v. 23[d]. Aut ergò hoc non est præceptum, aut verba non, ut sonant, intelligenda. Partim ergò præcepti est, partim consilii. Præcepti hæc sunt; nè vindictam quæramus, ut jure nostro cedamus, cùm charitas & gloria Dei id exigunt, &c. Consilii est, ut mortificationis nostræ causâ hoc interdum faciamus, &c[*]. Proverbialiter hoc dicitur[f], & hyperbolicè[g]: Seneca de beneficiis, 7. 22. *Quædam præcepimus ultra modum, ut ad verum & suum redeant. Cùm dicimus, Meminisse non debet* dati beneficii, *hoc volumus intelligi; Prædicare non debet, nec jactare*, &c. & c. 23. *In hoc omnis hyperbole excedit, ut ad verum mendacio veniat*[h]. Sæpe in Hebraismo accidit, ut adversativa comparationem in se includat: quâ additâ, sententia erit planissima, hunc in modum, Noli si quis te malo affecit, ei vicissim malum rependere, aut odium ejus induere: quin potiùs ferienti maxillarum unam alteram quoque cædendam obverte[i], potiùs quàm te ulciscaris[k]; aut alapam regeras, aut illi resistas cum quo pacem exercere debes, aut malum malo penses[l]; & quidem prætextu legis Divinæ de talione[m]. Deinde ex proverbio petitum est, *maxillam obvertere cædenti*, pro eo quod est, *patienter aliquid ferre*, ut videre est Thren. 3. 30. Est autem & hîc, ut suprà aliquoties, solutio tacitæ objectionis. Nam qui jubetur ab ultione omni abstinere, ei statim in mentem venit Mimi illud, *Veterem ferendo injuriam invitas novam.* Christus igitur, ne quis hoc obtentu sibi blandiatur, multò ait potius esse ut altera injuria accipiatur, quàm ut sumatur ultio. Et hoc est quod Plato dixit, non referendam injuriam, *quamvis his graviora patiamur.* Est eadem objectio & apud Maximum Tyrium, *Propter hoc, inquiet aliquis, vir bonus opum jacturam, & carcerem & infamiam, sustinet.* Respondet nihil mirum talia viro bono evenire, quia parum præsidii sit in nuda innocentia apud pravos judices: licere illi interim cum magna animi fiducia exclamare Achilleum illud, φρονέω δ' τετιμῆσθαι Διὸς αἴσῃ, (*Puto me honoratum fore Jovis voluntate*[n].) Non est æqui interpretis syllabas aucupari, sed attendere ad loquentis consilium. Vult Christus h. l. suos ad constantem patientiam formare, nè offensi deficiant[o]. Præcipitur hîc summæ moderationis atque patientiæ studium injuriis perferendis[p]. Dicit, *obverte ei alteram*, nempe sinistram, non quòd sinistra maxilla præstat dextræ, sed quia plus est duplicem injuriam patienter ferre quàm simplicem[q].

40. Et, &c. Τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι] *Ei qui vult tecum judicio contendere*, Vulg. P. Ti. Ità olim plerique indubiè intellexerunt. Et sic sumitur τὸ κρίνεσθαι apud ο'. ad Job. 9. 3. Eccles. 6. 10. Ose. 2. 2. Joel. 13. 2. Salvianus hoc loco juberi ait, ut ea ipsa, de quibus lis est, relinquamus dum litibus exuamur[r]. Σοὶ κριθῆναι, ad verb. *tibi judicari*[*]; i. e. vel, 1. à te judicari, sive in judicium vocari: multi enim hujusmodi occasiones captant majoris inferendæ injuriæ: vel, 2. σοὶ, pro πρὸς σε, *adversùm te judicari*[||]. Al. *Ei qui te velit in jus trahere*, Er. Il. At sic vel dixisset σὲ κρίνειν, vel σοὶ acciperetur pro ὑπὸ σοῦ, qu. d. *qui velit à te in jus trahi*, i. e. qui occasionem tibi præbet ipsum in jus vocandi, erepto tibi pallio, &c. Quæ interpretatio violenta est, &c[†]. Sed nihil necesse est hanc phrasin, σοὶ κριθῆναι, accipere de legitima lite apud Judicem contestanda[*]; cùm accipi possit & debeat de lite sive rixa inter privatos subitò exorta[t], in quo alter quod est alterius per vim vult illi ereptum[v]. *Ei qui velit tecum contendere*, sive *litigare*, Sy. Ar. Pers. Æth. Tre. Be. Ca. Pi. Q. in G. & מדון quidem pro *contentione* poni constat[x]. Κρίνεσθαι respondet voci Hebrææ דין, quæ etsi de forensibus propriè controversiis dicitur, ut Græcis κρίνειν & κρίνεσθαι[z], tamen etiam *rixari* & *contendere* (verbis scilicet[a],) declarat[b], ut 2 Sam. 19. 9[c]. Jer. 15. 10[d]. ubi ἄνδρα διακρινόμενον posuere Græci pro איש מדון, quod alibi vertunt μάχιμον[*]. Κριθῆναι hîc ponitur pro μάχεσθαι, sive ἐρίζεσθαι[f], (quæ dativum regunt[g], ut in Poeta, *Cui nec certaverit ulla*, i. e. quîcum[h];) tum quia Syrus hîc habet נדון, tum quia

[c] Li. ho. [d] Me. Pi. [*] Me. [f] J.Cap. [g] J.Cap. sic Pi. Er. [h] J.Cap. [i] G. [k] G. sim. Er. Bru. J. Cap. Pi. Ham. [l] Bru. [m] Pi. [n] G. [o] Bru. [p] Sch. ex Camer. [q] Pi. [r] G. [*] Bru. Pi. [||] Bru. [†] Be. [*] Cap. [t] Cap. sim. Pi. ex Be [v] Cap. [x] G. [y] Pi. ex Be. [z] Be. [a] Pi. [b] Be. sic Pi. G. [c] G. [d] Be G. [*] G. [f] Be. sic Pi. G. [g] Pi. sim. Be. [h] Be.

Lucas pro κρίνεσθαι habet αἴρειν, (*tollere*,) vi scilicet, non judicio[i]. Non agit h. l. Christus de judiciis & magistratibus, sed de tolerandis injuriis vi illatis, quas privatâ vindictâ retaliare vetat[k]. Christus ab uno injuriæ genere, quod ad corpus aut etiam ad dignitatem pertinet, transit ad alterum quo fortunæ læduntur, quod ostendit ipsa copula quæ præcedens comma cum isto connectit. Quare & hîc pari modo sensus videtur suppleri posse, addito comparandi signo; Si quis vi cupiat à te tunicam auferre, etiam pallium potiùs illi permitte quàm illi noceas, aut odium ejus animo concipias. Et hoc est quod Lucas dixit, μὴ κωλύσῃς. Nam κωλύειν ibi est, non verbis raptorem commonefacere, aut etiam quod suum est retinere, sed nocendo absterrere aut abspellere. Quòd si tamen demus κρίνεσθαι significare h. l. *litem movere*, poterit & hoc intra certum modum intelligi, nimirum, nè causâ rei cujusvis, & talis qualis est pallium aut tunica, litem subire liceat. Nam quæ adversus lites hoc loco dici à tractatoribus solent, ea mihi videntur circumstantias satis frequentes litium, magìs quàm ipsa judicia, respicere. Dixit quidem Paulus hoc ipsum esse ἥττημα, 1 Cor. 6. 7. non [tamen] ἁμάρτημα· quia scilicet, sicut præclari atque excelsi est animi suum amittere potiùs quàm judicio persequi, ità nullum de ea re præceptum Christi omnino universale extitabat. Alioqui non rejecisset lites ad arbitria piorum hominum. Quid enim differt pius judex, præsertim cùm bonâ partium gratiâ aditus, ab arbitro, nisi quòd publicè est lectus juris minister? Quare, si diu de jure suo incerti judicem adeant, aut aliquis ut viduam aut pupillum defendat, aut domui suæ consulat, aut ut habeat quod pauperibus largiatur, jure suo confisus, ob rem momenti maximi ad judicium provocet, nullo interim odio flagrans, sed æquo animo laturus quicquid judicatum fuerit, nescio an in charitatem peccare sit dicendus. Verùm si spectentur quæ plerumque litibus solent accedere, animus exulceratus, vafræ artes, sine fine ampliatio, impendia, avocatio à negotiis melioribus, odia denique, non dubium est quin vir bonus & prudens multò, si possit, libentiùs sit iturus ad arbitrum, aut etiam quâvis tolerabili pactione tot molestias redempturus. Aristides eos *laudari* vult, *qui injuriam pati malint quàm contendere*, &c. Cicero de officiis 2. laudat à litibus quantum liceat, aut etiam paulò plusquam liceat, abhorrentem. Certè de veteribus Christianis, qui non tam subtiliter, quàm fieri nunc solet, Consilia à Præceptis distinguebant, sed in omnibus rebus id sectabantur quod erat optimum, dixit Athenagoras, οὐ δικάζονται τοῖς ἁρπάσασι, (*raptorem jure non persequuntur.*) Altera ex hoc loco difficilior oritur quæstio, An, quod leges permittunt, vim vi repellere, id Christianæ etiam disciplinæ conveniat. Nam quin legibus multa concedantur quæ bonitatem & patientiam hominis Christiani non decent, dubitandum non est. Et esse quædam talia in hoc etiam genere existimo, quale interdum esse potest quod Lex Mosis concedit, furem nocturnum occidere, &, quod lex Romana addidit, etiam diurnum, si se telo defendat: multóque magìs, quod interpretes juris Romani addiderunt, quemlibet bonorum nostrorum invasorem rectè necari, si aliter servari possessio nequeat. Neque hîc stetit Jurisconsultorum indulgentia, non animis tantùm, sed & Reip. ni fallor, periculosa. Si ob bona hoc licet, quidni servandæ existimationis causâ, inquiunt. Est autem turpe fugere: licet igitur homicidium facere etiamsi fuga pateat. Item turpe est convitium pati, præsertim viro nobili; ergò etiam ea de causa homicidium patratum culpâ vacat. Quin & singulares dimicationes habent suos patronos, & res omnibus legibus vetanda etiam legibus ordinatur. Eò ventum est, ut inter Christianos crucis candidatos quotidie palàm publicè fiat quod profanarum gentium leges severè puniissent. Adeò pati injuriam dedecus putant; laus hominem occidere. Ego verò, neque illud quod honorem vocant, qui non est honor, sed vanorum hominum stulta persuasio, neque possessiones ullas cum vita hominis, etiam vilissimi, comparandas puto. Et quæ tandem charitas finit nos istas regulas nostras pluris facere quàm quod hic orbis dignissimum habet, vitam humanam, cui res conditæ omnes famulantur. At leges permittunt. Imò

[i] G. [k] Be.

Imò horum pleraque leges improbant: sed sunt ista Jurisconsultorum seculo suo blandientium commenta. Longè aliter olim Ulpianus, *Furem nocturnum si quis occiderit, ità demum impunè feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit.* Quid si tamen permitterent? Non probant, non laudant; tantùm præstant impunitatem. Est autem qui Christiano existimet sufficere si pœnas legum effugiat, in scelera tantùm, non etiam in vitia, constitutas? Sed illud etiam videamus, quantum liceat homini pro vita tuenda facere. Sunt & hîc JC[ti] qui existiment, etiam innocentem, qui dirimendæ rixæ se interponit, interfici posse, si alia ratio nulla sit expediendæ salutis; quod confido paucis placiturum. Et nè illud quidem recipit religiosus animus quod à nonnullis est proditum, non esse expectandum dum præsens immineat periculum, sed tollendum in tempore qui credatur nociturus. Non enim eousque timori indulgendum est. Rectiùs Cicero, *Quis hoc statuit unquam, aut cui concedi sine summo omnium periculo potest, ut eum jure potuerit occidere à quo metuisse se dicat, nè ipse posteriùs occideretur.* Estque in eandem rem apud Gellium dissertatio l. 7. c. 3. Sunt rursum alii, qui nè aggressorem quidem occidi posse arbitrantur, etiamsi vita, ni id fiat, omnino sit amittenda. Quæ sententia multos habuit auctores in primis Christianismi seculis, quo tempore fervida pietas facilè honesta omnia pro præceptis amplectebatur. Origenes Celso, Christianos seditiosos appellanti, respondet, *Christianis non licere* ὑ ὅπλα, &c. (*arma vel pro domesticis sumere, nec hostes aut quoslibet homines interficere,* &c.) Ego, si quis sit tam forti animo, ut vitam eripi sibi patiatur potiùs quàm alterius, quantumvis infesti, morte eam redimat, laude aut etiam admiratione dignum censeam. Rara dilectio est pro inimicis atque improbis mortem oppetere, inquit Paulus, Rom. cap. 5. vers. 6, 7, 8. Sed an præcepti jure à Christianis hoc exigatur, videndum est ampliùs. Nam Christi hæc verba propriè de ultione agere videntur, aut etiam de vi ad arcendum malum quod facilè sit reparabile. At hinc utrinque vitæ res vertitur: ut aut indè moriatur qui hoc malum in se accersivit, aut hinc, qui invitus eò necessitatis detruditur. Jam verò, nè in bonis quidem vitæ huic servientibus, nè inter amicos quidem, per præcepti modum à nobis exigitur, ut aliis esse velimus ἄνεσιν, nobis θλίψιν, ut Paulus loquitur, 2 Cor. cap. 8. vers. 13. Cur igitur de vita aliud dicamus? Nam si dicas vitam alterius bonis esse digniorem, sanè tantò & vita nostra bonis est dignior. Itaque manet eadem ἀναλογία. Sunt qui præceptum Noe ejúsque liberis datum urgent quo vetatur fundi sanguis humanus. Verùm idem hoc natura præcipit: at omnia præcepta naturalia, quantumvis universaliter enuntiata, habent suas ex æquo & bono exceptiones. Et videmus populos omnes, quorum consentiens judicium non temere sperni debet, nam, ut Heraclitus dicebat, ὁ ξυνὸς λόγος πιστὸν τεκμήριον (*vox communis est certum* recti *indicium,*) ità jus illud naturæ interpretari, ut innocentem pronuncient qui, cùm aliter vitam tueri nequiret, vim sibi inferentem occideret. De quo Cicero dicit *non scriptam exstare, sed natam, legem, quam non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex ipsa natura hausimus.* Videtur autem debere Lex Dei, idem dictans quod natura, ità accipi quomodo ipsa natura accipiendam monstrat, nisi addatur aliquid expressius. Una causa est quæ vitæ periculo æquanda videatur, si quis, stuprum corpori parans inferre, aliter quàm occidendo arceri nequeat. Neque enim leges tantùm hoc permittunt, sed solent facta ejusmodi apud omnes populos laudari, exstántque etiam in veteri Christianismo ejus exempla. Quod tamen de vita armis, si necessitas urgeat, tuenda dictum est, id non audeo proferre ad arcendam vim quæ infertur à publica potestate. Nam id neque leges indulgent, &c, si indulgeatur, Reip. sit periculosum. Cessat & ratio quam attulimus. Non enim æqualia inter se sunt bona, tranquillitas publica, & vita quantumvis innocentis. Itaque Petrus, in causa quæ omnium justissima videri poterat armatam vim incœptans, à Christo reprehensus est, & ipse, Dominici præcepti memor, aliis in simili necessitate positis præscribit patientiæ leges, 1 Pet. 4. 15, 16. Et hoc Christiani religiosissimè observârunt; adeò ut, siquam per vim obstitum esset grassanti sævitiæ, id publicè ipsorum universitas improbaret. Videtur tamen alia esse causa eorum qui decreto superiorum potestatum inferioribus resistunt. Inferiores enim, quatenus superiorum mandata egrediuntur, privatis sunt accensendi. Quò referendum est factum Nehemiæ & sociorum, quos contra vicinos præsides armabat regii edicti auctoritas. Absolutâ quæstione de sui tutela, veniamus ad alteram, quæ est de judiciis publicis præsertim capitalibus. Nam ea quoque à Christo his verbis prohiberi, sunt qui existimant. At jam ostendimus de ultione Christum agere, sive ea in jure, sive extra jus, exigatur. Longè autem aliud est ultio, aliud pœna quam, nullo postulante, leges exigunt. Ultio ex ira postulatur. *Judex verò*, ut Seneca verè dixit, *nunquam minùs irascitur quàm cùm punit.* Exigitur ultio, quia factum est quod non oportebat; pœna verò publicorum judiciorum ideo exigitur, nè peccetur in posterum. Est enim aut νουθεσία, (*castigatio monitoria,*) aut παράδειγμα, (*exemplum,*) ut Philosophi rectè distinguunt; Νουθεσία vult eum qui peccavit meliorem facere, ut paterna castigatio liberûm, quam ab iis quoque usurpari intelligo domi, qui eam in Republ. reprehendunt, παράδειγμα autem exemplo tristiore alios à delinquendo absterret. Sæpe enim conjungitur castigatio cum exemplo. Utrúmque autem ab ultione longissimè differre, tum ex origine, tum ex fine, apparet. Quomodo igitur quæ de ultione dicta sunt, à Christo ad rem adeò diversam producentur? Dicam aliquid amplius. Ipsa illa supplicia ultionis, sive τῆς τιμωρίας, quod attinet, Christi præcepto is qui læsus est ea exigere doloris reponendi causâ prohibetur, non prohibetur judex, si exigantur, lege agere. Nam manebat adhuc Mosis Lex tota, quam Christus profitetur hoc ipso sermone à se nulla in parte infringi. Poterat autem Christus, salvâ lege, imperare læso nè talionem postularet: quia hoc lex illi non imperabat, sed concedebat: nihil autem contra legem facit qui concesso non utitur. At judici interdicere nè secundùm legem judicaret, incolumi lege, non poterat: quia non permittebat hoc lex judicis arbitrio, sed districtè & additâ comminatione hoc imperabat, ut videre est tum alibi, tum præsertim Deut. c. 19. v. 21. Pertinet autem hoc argumentum etiam ad capitis judicia. Nam ad ea quoque judicem lex obligabat, nisi quatenus vi majore, ut putà potestate Romanorum, prohibebatur. Quare, cùm & Lex Christi, statim ut promulgata erat, auditores obligaverit, & Lex Mosis eo tempore non fuerit antiquata, sequitur ut utrique simul pareri potuerit. Quòd si tempore promulgationis verba Christi non obstiterunt publicis judiciis, nè nunc quidem obstare possunt. Manet enim ea, quæ initio fuerat, verborum sententia. Nec est quòd quisquam regerat excidio Judaicæ Reip. Leges Mosis concidisse, neque enim id quæritur, an ex Legibus Mosis judicari debeat in illis populis quos Lex Mosis nè tunc quidem obstrinxit cùm publicaretur, sed, an cum Christi præcepto pugnet aut easdem aut similes leges figere. Illud quidem certum est, supervacuum esse ut tales leges ferantur in eos qui ex Christi vivunt disciplina. Nam qui sponte suâ rectè faciunt, eos nihil opus est coerceri mali formidine. Verùm docent nos vaticinia, docet rerum eventus, mundum non esse Christianum, sed verè Christianos minimam mundi portionem: leges autem respiciunt id quod plerumque accidit. Quare, cùm humani generis pars major nunc sit non minùs σαρκικὴ quàm erat Mosis ætate gens Judæorum, simili morbo similia sunt adhibenda remedia. Neque enim sine publicis judiciis nunc tutior esse potest innocentia quàm tum fuit. Quanquam verò lex Hebræa, ut diximus, à Deo data sit populo Hebræo, tamem dubium non est quin eam rectè imitari potuerint gentes cæteræ. Nihil igitur allatum, quo constet publica judicia Deo displicere. Imò contrarium Paulus docet, cùm dicit publicam potestatem *à Deo ordinatam, & Dei ministram, esse.* Neque enim intelligi id potest de sola provida permissione & directione, quomodo etiam latrocinia Deus permittit, eísque utitur.

Nam

Nam ex ea ordinatione, sive institutione, Paulus colligit honorem eis & obedientiam etiam ex animo deberi: quod de latrociniis rebúsque aliis à Deo permissis dici non potest. Sentit ergò Deo grata esse ac placere publica Imperia. Quicquid autem est in quo Deus εὐδοκεῖ, id rectè præstatur. Capitalia autem judicia adeò non excludit Paulus, ut de ea parte Imperii publici præcipuè agat. Ait enim publicam potestatem Dei esse *ministram ad iram*, i. e. pœnam, (nam eum sensum plerumque ea vox habet) *adversùm maleficos:* &, quod amplius est, ait, *non frustrà ab ea gladium ferri*, ad istud scilicet ministerium, ut contextus verborum docet. *Gladii* autem nomine publica judicia tanquam à nobilissima sui parte nuncupantur; unde & in Jure *jus gladii* est jus publicarum animadversionum. Colligitur hinc probari à Deo ipsum etiam gladii usum adversùm maleficos. Cùm verò Deus non habeat decreta sibi contraria, neutiquam potest esse peccatum in eo quod Deus probet, nisi aliunde vitium accedat. Ac nè quis putet probari à Deo hanc potestatem, sed non probari ut ea sit penès Christianos, notet primùm, ea quæ hîc exstent præcepta comminationem habere jacturæ Regni cœlorum & gravis supplicii. Ad omnes igitur pertinent. Deinde apertè testatur Paulus, *velle Deum omnes homines salvos fieri, & ad cognitionem veritatis Evangelicæ venire*, etiam *Reges*, 1 Tim. 2. 2, 3, 4. Possunt igitur & Reges per Evangelium servari, quod intelligendum, etiam non exutâ Regiâ dignitate, ostendunt verba præcedentia: vult enim *pro Regibus orare, ut tranquillam vitam agamus:* at hoc præstare Reges non possunt nisi quà Reges sunt. Vult ergò orari pro Regibus, etiam quà tales sunt, additâ causâ, quia vult eos Deus servari, etiam quâ tales scilicet, ut rectè procedat argumentatio. Tranquillam autem vitam quomodo Reges præstant? Laudando bonos, malos puniendo, etiam gladii jure, juxta Rom. 13. 3, 4. Vult ergò Deus Reges, quà Reges sunt, & quà utuntur gladii jure, posse per Evangelium servari. Neque aliter verba Apostoli acceperunt Christiani veteres. Justinus, Εὐχόμενοι, &c. (*Precantes ut Reges, cum Regia potestate mentem etiam sobriam habentes inveniantur.*) Preces autem istæ Christianorum, & antiquissima vaticinia de Regibus Christo famulaturis, extra controversiam in Constantino ejúsque successoribus eventum habuerunt. Ab his autem ità recepta est Christi doctrina, ut nec Imperio excederent, neque pubica imperia abolerent. Neque verò in tanta Episcoporum multitudine quisquam fuit qui eos, ut id facerent, hortaretur; quod mihi certissimum esse videtur indicium, constanter ab omnibus creditum, nihil esse in istis judiciis Christi præceptis & Imperatorum saluti contrarium, cùm alioqui libertatis Episcoporum adversùs Reges peccantes illustria exstent exempla. Nimirum meminerant & Sergium Proprætorem olim à Paulo ad Christi fidem conversum, neque tamen exactum, ut se Proprætura, in qua continebatur & jus gladii, abdicaret. Videbitur fortè quibusdam aliter sensisse Tertullianus, cùm dicit, *Sed & Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent seculo necessarii, aut si & Christiani potuerunt esse Cæsares.* Sed fortè hoc voluit Tertullianus, cùm is esset Romani Imperii status, ut Christianum Imperatorem ferre non posset, Divino interim numine ità res gubernatas, ut per paganos Imperatores aliquatenus publicæ tranquillitati consuleretur. Nam idem ille Scriptor jam suo tempore dicit Tribus, decurias, palatium, Senatum, forum, impleta fuisse Christianis. Alia etiam veterum loca, quæ obstare publicis judiciis videntur, commodiorem longè interpretationem recipiunt. Nam aut hoc dicitur, Christi Præcepta nullas habere sanctiones aspectabilium pœnarum, quales Lex Mosis habuit, & sine ejusmodi suppliciis in Christi populo servari disciplinam; quo sensu ab eodem Tertulliano dictum est, *Nova Lex se non vindicat ultione gladii:* aut magistratum suscipere dissuadent, non ut rem illicitam, sed & multis delinquendi periculis expositam. Hoc sensu Tatianus ex Christiani persona dicit, *Præturam recuso. Christianus nec ædilitatem affectat*, inquit Tertul. *multòque justius æstimat abstinendum judiciis de capite & pudore.* Et tamen ejusdem est, *Bonum esse cùm puniantur nocentes nemo negat.* Et alibi, justitiam vocat *violentiæ vindicem.* Origines verò adversùs Celsum, objicientem Christianis quòd magistratum defugerent, respondet, Οὐ φεύγοντες, &c. (*Ipsos non tam talia ministeria defugere, quàm Diviniori ministerio seipsos reservare.*) Clemens autem, utroque antiquior, loquens de Christiano qui jam ad summum probitatis gradum pervenerit, Κἂν εἰς ἀρχὼ, &c. inquit, (*Si in Magistratu constitutus fuerit, ut Moses, ad salutem subditorum potestate suâ utetur*, &c.) Veruntamen ut illa publicorum judiciorum potestas exerceatur citra dispendium Christianæ lenitatis, multis cautionibus opus esse video, quæ passim negligantur. Ut notissimis utar exemplis, Legem de necandis ob captam feram agricolis miror tantâ diligentiâ à Jurisconsultis defendi, cùm multò meliorem posituri essent operam in seria talium dissuasione. Tale etiam est, quòd necari fures jubentur, & quidem iis in locis ubi adulterium, tantò extra controversiam gravius delictum, vix censoriâ notâ perstringitur. Ego sanè non video quid nos cogat Lege Hebræâ esse immitiores. In istis homicidiis non tam factum nudum spectandum videtur, quàm quæ anteacta vita occisoris fuerit, veneritne ad hoc facinus impetu, an deliberatione, &, quod præcipuum est, sitne ingenium sanabile. Nam hoc & Seneca præcipit, *nè quis pereat nisi quem perire etiam pereuntis intersit:* quod ipsum tamen videtur aut nunquam aut rarissimè locum habere posse. Quando enim constabit spem omnem pœnitentiæ præcisam? Hæc discrimina à Judicibus expendi multò esse satius, quàm alios ex solo facti nomine audito ad mortem rapi, aliis, qui gratiâ & amicis valent, per indulgentiam principalem plenam contingere quantumvis atrocium facinorum impunitatem. Nam quòd quidam existimant homicidio naturaliter respondere capitis pœnam, in eo falluntur. Pœnæ enim delictorum non sunt ipso naturæ jure, aut ullâ Dei perpetuâ Lege, constitutæ, sed pro modo indè imminentis periculi intendi ac remitti solent. Docet nos Caini Historia, primâ illâ mundi ætate pœnam homicidii fuisse latam fugam, cujus accessio erat, quòd pii purique homines ità contaminatorum aspectum contactúmque declinabant. Cujus antiquissimi instituti & Euripides meminit. [Verba vide in G.] Quem morem reduci volebat Plato. Feritas, quæ ante diluvium humanos mores invaserat, occasionem novæ legi dedit, ut nimirum homicidæ sanguis effunderetur: quæ Lex, ut illis temporibus accommodata, à Deo in ipsa humani generis post diluvium instauratione promulgata est, [Genes. 9. 6.] Sed optimus suæ Legis Interpres Deus id refert ad cædem quæ fit deliberatè structísque insidiis, Exod. 21. 14. Diu stetit & floruit Romana Respublica cùm Magistratuum cognitio deportationem non excederet. Postea quoque, cùm jam leges latæ essent de morte puniendis homicidis aliorúmque criminum convictis, multas tamen exceptiones usus repperit; ità ut sæpe intra relegationem severitas consisteret. Difficile est exactam servare mediocritatem: at si quid peccandum est, in istam lenitatis partem potiùs peccandum est. Fortè non pauciores à delinquendo absterreret ad opus damnatio quàm mors ipsa: & simul, quod præcipuè spectandum est Christianæ dilectioni, daretur spatium agendæ pœnitentiæ, quæ nunc interdum supplicii præcipitatione præciditur. Certè & Constantinus, cùm primùm Christianam probavit Religionem, in plerisque delictorum generibus supplicia capitalia inhibuit, quæ mox reducta sunt *ob sceleratorum licentiam*, ut nos docent Historiæ. Itaque & quod de puniendis gladio adulteris legimus Constantini constitutione, quæ inserta est codici Justiniano, deest in antiquiori codice Theodosiano. Restat controversia de Bello, qui itidem à plerisque ad hunc locum tractari solet. Si Christi verba moderatam sui defensionem singulis non prohibent, minùs obstabunt iis armis quæ publicâ auctoritate pro necessaria totius populi defensione suscipiuntur. Nam quantò pluris est multorum quàm unius salus, tantò etiam justiùs propugnatur. Rursus, si piis Regibus uti licet jure gladii in latronem unum, quidni liceat in plures, qui, ut rei fiant, acie vincendi sunt? Neque Sacrarum Literarum, etiam Novi Fœderis, auctoritas hic nobis deest, quanquam vetitum affirmantibus justiùs incumbit onus probandi. Ut enim omittam Baptistæ verba, [Luc. 3. 14.] & Centurionis illius fidem

dem à Christo prædicatam, & operam à Paulo datam, ut contra Judæorum insidias præsidio militari servaretur, vel unum illud sufficere mihi videtur, quòd Cornelius, non deposito Centurionatu, & Baptismum à Petro acceperit, & à Deo Spiritum Sanctum, neutiquam tacitum Lucâ, si Cornelius vitæ prioris professionem deseruisset; cùm nunquam soleat omittere signa resipiscentiæ, & hoc vel maximè ad docendam posteritatem pertineret. Neque aliter sensisse reperio Christianos veteres. Nam & sub Marco constat Christianos militâsse, & Tertullianus non solùm militum Christianorum meminit, sed tantum eorum indicat fuisse numerum ut castra propè implerent. Origenes quoque apes ait nobis documentum à Deo datas περὶ τὸ δικαίως, &c. *(ut bella, si quando inter homines oriri opus sit, justa sint & ritè ordinata.)* Quòd autem interdum Christianos militiam detrectâsse legimus, ideo evenit, quòd illorum temporum Imperatores à militibus exigerent aut expressam à Christo discessionem, aut tacitam, dicto scilicet sacramento per deos, vel per Imperatorem ut Deum, aut etiam quòd, propositis contra Christianos edictis, quotidie ad ea exercenda manu militari uterentur. Talibus enim temporibus Christiani monebantur defugere militiam, &, si qui militarent, à piis cœtibus arcebantur. Neque aliò pertinet quod in Nicena Synodo constitutum est adversùs eos, qui, semel depositâ sub Licinio militiâ, cingulum resumpsissent, nempe sub eodem Licinio, qui, ut nos Eusebius docet, *milites illos exauctorari jussit qui dæmonibus litare noluerint.* Nam, ut generaliter de omni militia is Canon intelligatur, Historiæ temporum repugnat. Quippe major pars exercitûs Constantini ex Christianis erat. Et si qui Christiani sub Licinio militiam omiserant, iis liberum fecit Constantinus, an militiam resumere vellent, an à militia vacare. Quòd autem militiam interdum dissuadent Scriptores, simile est ei quod de honorum fuga dicebamus: partim etiam causas habet temporum illorum proprias, ut ad Luc. cap. 3. ostendemus. Neque verò dubito quin multò impensiùs dissuasuri fuerint, si bellorum nostri temporis rabiem & castra perjuriis, stupris, latrociniis, omni denique vitiorum confluxu, inquinata vidissent. Eò ventum est, ut rem magnam præstare videatur miles Christianus, si non veteris & paganæ Romæ militem, ipsos denique Turcas, flagitiosis moribus vincat. Longè alii milites sint oportet cum quibus ex Evangelio agamus: nam istos & sensus communis, & comparatio veteris disciplinæ, satis condemnant. Ut verò quæ fusiùs à multis de bello tractata sunt, paucis complectar, &, si quid à pietate alienum illis probatur, obiter refellam, constat tres esse belli partes; initium, progressum, exitum. In ipso initio spectari debent leges justitiæ, prudentiæ, caritatis. Justam causam belli suscipiendi esse non arbitror hoc unum, quòd populus alter à recta pietate abhorreat. Quis enim in illum populum alteri pópulo, aut Regi, id judicium dedit? *Spartam quam nactus es orna.* Et rectè à Plutarcho dictum, *prætextum esse avaritiæ, barbaras gentes mansuefacere.* Quòd si etiam populus alter nos læserit, tamen ad vim confugiendum non est quamdiu res potest verbis disceptari. Hinc mos res repetendi antequam bellum indicatur, apud Hebræos, Græcos, Romanos. Si is quîcum agimus paratus sit de rebus controversis ad arbitros ire, abstinendum adhuc bello est. Οὐ γὰρ, &c. *(Neque enim æquum est, cum eo qui jus nobis offert ac cum eo qui injustè se gerit, pariter agere,)* ut ait apud Thucydidem Archidamus. Nullo autem modo recipiendum est quod quidam tradiderunt, justum utrinque esse bellum posse: nam id nè in lite quidem potest contingere: nisi justum intelligi volumus, id quod ex moribus receptis jura habet captivitatis, prædæ, postliminii. Sed quæ hoc sensu justa dicuntur, plerunque nihil sunt aliud quàm magna latrocinia. Vel Senecam audiamus; *Homicidia compescimus & singulas cædes: Quid bella, & occisarum gentium gloriosum scelus —Ex senatusconsultis plebisque scitis sæva exercentur, & publicè jubentur vetita privatim. Quæ commissa capite luerent, tum quia paludati fecerunt, laudamus. Non pudet homines, mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, bella gerere, gerendáque liberis tradere, cùm inter se etiam mutis & feris pax sit?* Sanè si jus naturæ respicimus, quid interest, [an] uno myoparone piratâ mare infestum habeat, an Asiam cum exercitu & classe Alexander? Nec multis refutandi sunt, qui justa bella suscipi docent ab his, qui sedibus suis expulsi, aut egressi, in alienarum sedium possessionem recipi volunt; aut qui metuunt, nè crescens potentia aliquando ipsis periculum faciat. Verùm etiam cùm justa est causa bellandi, sæpe obstabunt prudentiæ leges. Utrinque ferrum, aut corpora humana: nec in ejusdem potestate est initium belli & finis. Sed inprimis Christiano spectandum est quid charitas exigat. Nam si, lites vitari suadens, Paulus dixit, *Cur non potiùs injurias sustinetis?* quantò magis æquum est quantumvis dura nos pati, quàm ad eam venire disceptationem quæ bonos malósque iisdem malis involvit? Privata defensio in periculum adducit solùm invasorem; supplicia capitalia in facinorosos sunt constituta: At in bello innocentes, non minùs quàm nocentes, utrinque pereunt & spoliantur. Principi Seneca præscribit, ut *alieno sanguini tanquam suo parcat, sciátque, homini non esse homine prodigè utendum.* Quid illum exigere credimus, qui *pacem* nobis *cum omnibus, quantum fieri potest,* tam solicitè commendavit. Nimirum ista omnia, si quo modo debent, expendantur, videbimus non frustrà ad externa quoque bella & alias bellorum causas aptari posse quod Favonius dixerat, χεῖρον εἶναι μοναρχίας παρανόμου πόλεμον ἐμφύλιον, *(bellum civile vel tyrannide deterius esse;)* & pia arma ea demum esse quæ sunt necessaria, h.e. quæ suscipiuntur ad evitanda mala armis sæviora. Ad belli progressum leges istæ pertinent, ut pacta serventur quàm religiosissimè, ut pacato noceatur nemini, ut quàm minimo sanguine decertetur, nè sæviatur in captos, in deditos, in pueros, in fœminas, in agricolas, & cæteram imbellium turbam. Postremò, circa exitum belli videndum est, nè irâ & ultionis cupiditate bellum trahatur; sed appareat nihil aliud bello quàm pacem quæsitam: quod fiet, si quâvis tolerabili pactione ab armis discedatur, aut etiam post victoriam nihil victis dematur præter injuriæ licentiam. *Bellorum,* inquit ille, *egregii fines, ubi ignoscendo transigitur.* Et hæc quidem ad eos præcipuè pertinent, quos belli suscipiendi, regendi, finiendíque, jus est. De sociis illud addendum est, non caritati tantùm, sed & justitiæ adversari ea fœdera quæ aut inferentibus, aut etiam propulsantibus, bellum, auxilia pollicentur sine causarum discrimine. Hi verò qui bello ministerium duntaxat exhibent, scire debent, si subditi sunt, subditos quoque Regibus obsequium non sine exceptione debere. Et ut probabilis aliqua causa excusat parendi necessitatem, certè qui mercede conducti militant cives, multóque magis externi, nihil habent quo causam suam possint tueri, nisi planè ipsis constet justè piéque susceptum esse bellum cui operam addicunt. Et ut hoc constet, tamen graviter peccant, quicunque non caritate populi periclitantis, sed mercede aut prædâ, illecti, bellum in genere quæstûs habent. Rident hæc multi, & negant Rempublicam sine injuriâ geri posse; sua retinere, privatæ domûs, de alienis certare, regiam, aiunt esse laudem; qui alios perdere possit, eum perdendum in tempore: nihil injusti in eum, qui quod justum est recuset: quæque alia sunt in eam formam. Dicant quod velint, & ubi solitudinem faciunt pacem appellent. Ex illorum scitis, quæ verè scripta sunt humano sanguine, Rex ille pacis de genere humano non judicabit. Imò verò id potiùs vereor, nè in hac tractatione, in eam partem, quæ bello nimium indulget, fuerim æquo pronior. Quare sciat Lector non definiendi animo hæc à me dicta, sed ut verum diligentiùs inquiratur. Interim suadeo omnibus, injurias ferant potiùs quàm humanum sanguinem, quamvis nocentem, fundant, & illius dicti sæpe meminerint, *Quod dubitas nè feceris* [l]. [Hæc quanquam à præsenti loco nonnihil aliena h. l. inserui, aliáque ejusmodi in sequentibus descripturus sum, ut votis responderem multorum, qui integrum, quoad fieri posset, Grotium in Synopsi mea describendum poscerent. Redeam jam ad textum.] ¶ *Et,* &c. Καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον] *Ac tunicam tuam capere, dimitte illi etiam pallium,* Tre.Be. &c. q.d. Paratus sis vel graviorem injuriam ferre [m]; jacturam etiam pallii, quod majoris pretii est [n]; quo etiam magis opus habes [o], quàm tunica [p]; potiùs quàm cum detrimento pacis & charitatis

[l] G.
[m] Bru.
[n] Bru. Ham. Cas.
[o] Bru.
[p] Bru. Ham.

tis judicio contendas [q]; vel potiùs quàm teipsum vindices, & vim ei opponas [r]. Qu. Quid hîc χιτών; & quid ἱμάτιον; Resp. His duabus vocibus synechdochicè totum hominis vestimentum complectebantur veteres, quòd multis sufficerent illa duo †. Sic Act. 9. 39. Omnia viduarum vestimenta vocibus χιτῶνα & ἱμάτια continentur*. Ἱμάτιον nonnunquam generaliùs, pro quovis indumento sumitur [t]. Ità sensus est, Si quis tollat unam aliquam vestem, concede illi potiùs si quid aliud habes vestium quàm contendas [v]. Χιτὼν etiam de veste extima interdum dici observat Eustathius, Iliad. 6 [x]. Al. Ἱμάτιον Talmudicis est חלוק, χιτὼν verò iis est טלית, de qua sic Aruch, *Talith est pallium*, sic dictum, quia est supra omnes vestes, i. c. quia est vestis extima. In veste hac exteriori intextæ sunt fimbriæ istæ, Num. 15. 38. Hinc illud Bab. Shabb. fol. 23. 2. *Qui curat de peniculamentis, meretur* לטלית, *tunicam bonam.* Indè auctum opprobrium simul cum injuria, cùm tolleretur illud, de quo non parùm jactantiæ, imò & in quo non parùm Religionis [y]. [Plerique autem aliter distingunt.] Χιτὼν, *tunica*, vestis est interior [z], ut constat ex Joan. 19. 23 [a]. Χιτὼν, τὸ ἐνδότερον, (*interius*,) ait Moschopulus ad Hesiod. p. 70. Sic in Eustath. in Il. β΄. ὑπέδυνε, (*subjicitur*,) ὁ χιτὼν, ἐπέδυνε, (*imponitur*,) τὸ φᾶρος. Ubi etiam χιτῶνα deducit à χέω, (*fundo*,) *quia corpori proximè atque immediatè circumfunditur.* Porrò χιτὼν idem est quod Hebræis כתנת, quod vestis erat sacerdotalis interior & linea, cui, inter alia, superimponebatur מעיל, *pallium.* Vide Cod. Joma, c. 7. §. 5. Plutarchus, De conjugalibus præceptis, *Cùm ventus conaretur homini* τὸ ἱμάτιον, (*pallium*,) *auferre, constrinxit magis*, &c. *cùm autem Sol ipsum calefaceret*, &c. καὶ τὸν χιτῶνα τῷ ἱματίῳ ἀπεδύσατο, (*non modò pallium, sed & tunicam, exuit.*) Sed & vox Latina *tunica* (ex Heb. כתנת orta, per transpositionem literarum) propriè est vestis interior & linea, ut in Proverbio, *Tunica propior est pallio.* Et in Plauti Aulul. cùm deperditum quiddam quærunt, *Agedum*, inquiunt, *excute pallium*, deinde sequitur, *nè inter tunicas habeas.* Tunica ergò est vestis interior [b]. Χιτὼν est ὑποδύμιον, sive *camisia* [c]. Hinc Judæ, v. 23. Χιτὼν *à carne inquinata* legitur, id quod vestem illam carni proximam esse ostendit. Et vestis illa quam Josepho abripuit hera ejus, Genes. 39. 12. erat, inquit Isidor. Pelus. χιτὼν ἡ ἔνδυσις, *camisia quæ nuditatem tegat.* Sic & *tunica* accipitur in Propertio, qui de deabus sic loquitur, —*quas Pastor viderat olim Idæis tunicam ponere verticibus.* Hâc voce sic explicatâ, vox sequens ἱμάτιον, quæ quodvis in genere vestimentum denotat, ex analogia ad illam facilè intelligitur [d]. Ἱμάτιον ergò h. l. est vestis exterior*; quæ Romanis est *toga*, Græcis *pallium* [f]. Sed præposterus hic sermo videtur [g]. Et Lucas, 6. 29. priore loco ponit ἱμάτιον, quod rectiùs [h]: nam exterior vestis priùs detrahitur quàm interior [i]. Rectè quidem Lucas, de violenta ablatione agens, ἱμάτιον præponit, quod priùs detrahitur. Christus autem h. l, de civili ablatione sub specie juris loquens, meritò illud præponit quod minoris pretii fuit, & subjicit quod erat pretiosius, ut doceat nos, leviore acceptâ injuriâ, vindictam non meditari, nec vim opponere, quamvìs hoc pacto graviorem injuriam nobis accersamus [k]. Ὁ χιτὼν interdum accipitur pro interiori veste, *indusio*, *interula*; interdum, & sæpiùs quidem, pro exteriori, ut hoc loco. Hinc Græci armati χαλκοχίτωνες, quasi *æreâ tunicâ*, vel *æreo thorace*, *induti*, Homero aliquoties dicuntur. Ἱμάτιον in genere est vestis quæcunque, sive exterior, ut Mat. 9. 20. Marc. 6. 56. & alibi passim; sive interior, ut hîc accipi videtur; sicut & Joh. 19. 23, 24. ubi ὁ χιτὼν Christi ἄρραφος, (*inconsutilis*,) tunica videlicet exterior sorti subjecta erat, τὰ δ' ἱμάτια, (*vestes scilicet interiores*,) dividebantur. At Luc. 6. 29. harum vocum significatio inversa videtur, *A tollente* τὸ ἱμάτιον, *vestem exteriorem*, rapinæ faciliùs expositam, & minùs necessariam, etiam χιτῶνα, *interiorem*, rapinæ minùs expositam, & magis necessariam, *nè cohibeas* [l].

q Bru. r Ham. † J. Cap. * Ham. t Be. sim. Er. v Er. ex Aug. x Be. y Li. ho. z Er. Be. Cas. J. Cap. Ham. &c. a Be. b Ham. c Cas. ex Hi. sic Ham. d Ham. * Er. Cas. J. Cap. Be. Ham. f Er. sim. Be. g Er. h Be. sic Pi. i Be. sim. Er. k Ham. l Sch.

41. *Et quicunque te angariaverit*, &c. Ἀγγαρεύσει μίλιον ἓν] *Angariaverit* (vel, *Adegerit*, Er. Tre. Il. Ti. P. V. vel, *Cogere velit*, Ca. sub. *ad*, Er. Tre. Be. Sy. &c.) *milliare* (vel, *parasangam*, Pers.) *unum*, Mo. Æth. &c. Μίλιον una est earum vocum quæ cum Romano Imperio non in Græciam tantùm, sed & in Palæstinam, pervenerunt: quam & Syrus hîc usurpat, & passim Hebræorum Magistri. Tria injuriarum genera Christus ponit, primum, quod in corpore committitur; alterum, quod contra jus dominii; tertium, quod contra libertatem. Hebræi, ex quo Persarum potentia Orientem invaserat, coacti fuerunt, inter cætera ejus servitii incommoda, etiam onus Angariæ ferre, cujus immunitas ipsis à Demetrio concessa est: ut apud Josephum videre est Orig. 13. Indè factum, ut ad rei vehementer exosæ nomen etiam ad privatas vexationes producerent, ut apparet Matt. 27. 32. & ex multis Hebræorum Scripturæ Interpretum locis. Atque in eum sensum vocem hanc Christus usurpat [m]. Hortatur Christus ad patientiam, 1. sub aperta injuria, v. 39; 2. sub injuria cui prætenditur jus in foro, v. 40; 3. sub injuria, coactione, aut violentia, cui patrocinatur autoritas Regalis, aut superiorum [n]. Verbum ἀγγαρεύω formatione Græcum est, sed Persicum origine [o], factum à nomine אנגריא, *Angaria* [p], quâ voce utuntur Talmudici [q], & Nigidius apud Gellium, 19. 14. In Lex. Chald. Munsteri, אנגריא, *habitatio, mansiuncula.* Non vanum est. Nam ἄγγαρα propriè, *mansiones*, sive *diversoria*, in quibus angari diversabantur [r]. *Angari* Persis dicebantur Regum nuncii, sive tabellarii †, qui certis stationibus dispositi erant, quorum alter alteri tradidit literas, ut ità celeriùs perferrentur [t]. Hodie *Postas* vocamus [v], (quasi positas cursorum stationes [x]:) sed hoc interest, quòd hodie certis spatiis collocati sunt, qui Principum stipendiis aluntur, ut equos habeant ad cursum paratos. Persarum verò cursoribus, [sive *Angaris*] fas erat ad cursum rapere cujusvis equos, vel naves †; vel plaustra [t]; vel ipsos etiam homines [v], Mat. 27. 32 [x]. Christus hîc loquitur de angaria hac personali. Angariæ autem locus erat præcipuè expeditionis tempore, quo milites, dum exercitus procederent, angariare solebant [y]. Hâc voce, *angariæ*, utuntur Scriptores Ebræi. In libro Παιδείας, cap. 10. *R. Eleazar—peragrabat oppida & regiones studio discendæ Legis. Invenerunt eum servi ejus, fecerunt ei angariam: dixit eis, Sinite me ut abeam ad discendum Legem.* In Nedarim, cap. 4. *Cur punitus fuit Abraham, & afflicti filii ejus in Ægypto? Quia angariavit discipulos Sapientum*, juxta Gen. 14. 14. *Armavit Catechumenos suos.* In Sota, *Cur punitus est Asa? Quia angariavit discipulos Sapientum*, juxta 1 Reg. 15. 22, *Convocavit omnem Judam, nemine excepto* [z]. Bava Mezia, c. 6. hal. 3. *Si angariatus fuerit asinus*, i. e. ait Glossa, *si eum arripiunt ad opus aliquod Regis* [a]. De hac angaria loquitur Arrianus in Epictet. Dissert. 3. 18. *Si angaria fit, & miles apprehendat animal tuum, nè renitaris, neque obmurmures* [b]. Erat autem hoc servitutis genus penè intolerabile [c]. Sensus hujus loci est, *Si quis te angariaverit*, i. e. onere imposito compulerit ut eas [d]; si tuo servitio, vel bajulando, vel currendo, vel comitando, uti voluerit*, ad unum milliare [f]. Milliare autem est quarta tantùm pars Parasangæ, sive stationis, cuilibet cursori constitutæ. Levis ergò erat hæc & tolerabilis injuria, sicut & præcedens ῥάπισμα, & tunicæ ablatio. Eos ergò hîc reprehendit Christus qui præ impatientia levium injuriarum vim opponunt, aut vindictam meditantur [g]. Vult Christus, ut parati simus iteratas potiùs injurias tolerare, quàm ut tyrannidi resistamus, aut nosmet vindicemus [h]. ¶ *Vade cum illo & alia duo*] Græcè deest *alia* [i]. Duplum concedendum simplum extorquenti [k]. Hîc autem supplenda sententia addito μᾶλλον. Ut enim iterum vapulare, majúsque damnum accipere, ità & duplum operæ ejus quæ exigatur, præstare nos satius est, quàm ultionem aut per nos ipsos, aut per Judices, exigere, aut alio quovis modo peccare in diligendi Legem. Aut certè hoc vult Christus, quæ præstari à nobis sine magno incommodo possunt, qualis est milliaris unius deambulatio, ea non recusanda etiamsi per injuriam exigantur. Nihil autem hæc obstant quò minùs placidis atque sedatis rationibus jugum grave à nobis arceamus. *Si liber esse potes, eo potiùs utitor*, &c. 1 Cor. 7. 21, 23. Est enim ad res multas agendas instrumentum partim utile, partim necessarium, libertas: ut non immeritò vetus Poeta dixerit, Ἥμισυ τῆς ἀρετῆς ἀποαίρεται δούλιον ἦμαρ, (*Dimidium virtutis aufert servilis status* [l].)

m G. n Li. ho. o Sch. p D. q Li. ho. r D. † Gua. sic D. &c. t Gua. v Gua. sic Be. Eru. x Gua. † Be. Eru. t Sch. v Be. Bru. Sch. sic Wal. ex Salmas. Ham. x Eru. Salmas. y Salm. z D. Li. ho. a Li. ho. b Salm. c Be. D. d Zeg. * Sch. f Sch. Zeg. g Ham. h Eru. i Er. k Bru. ex Er. l G.

42. *Qui*, &c. Τῷ αἰτοῦντι σε] *Petenti te*, &c. i. e. abs

te, Bru. Docuerat non resistendum malo, nunc liberalitatem suadet[m]. Aliam morum partem Christus ordinat, eam scilicet quæ ad beneficia pertinet[n]. Beneficium autem maximè necessarium est sublevare egentes. Qui solent duorum esse generum: aut enim sunt πτωχοὶ, qui nullam spem habent reddendi quod accipitur; aut sunt ἐνδεεῖς, qui temporariâ fortunâ afflicti pecuniam non donatam, sed mutuam, postulant. Ab his igitur beneficiis quæ non tam homini præstantur quàm humanitati, neminem vult Christus excludi: quod haud dubiè ex æqui boníque regula intelligendum est, quatenus & nostræ facultates ferunt, & ipsorum necessitas postulat, ut Paulus ad Corinthios docet. Quòd si omnibus sublevandis pares non simus, æquum est eos præferri quos pietatis professio nobis conjungit[o]. Lucas c.6.30. habet, *cuivis petenti*, munus scilicet, sive eleemosynam[p]: qui tuam implorat opem quacunque in re[q]: quisquis sit[r]; sive dignus, aut bene de te meritus, videatur, sive non †; sive amicus sit, sive inimicus, sive referre gratiam possit, sive non possit[t]: non personarum, sed paupertatis, sed caritatis, habenda est ratio. Interea caritas habet ordinem suum, quem Christus perficere haud dubiè voluit, non evertere, ut v. g. parentibus potiùs quàm alienis, & amicis potiùs quàm ignotis, subveniamus. Intellige, si æqualiter egeant; præferendi enim sunt qui magis egent[v]. Quando autem hæc locum habent aut non habent, una virtutum magistra prudentia discernit[x]. ¶ Et, &c. Καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς] *Et volentem* (vel, *cupientem*, Be. ex Er. *Velle* est βούλεσθαι, sed θέλειν aliquando expressius aliquid declarat[y]: *volentem*, fortassis præ verecundia petere vix audentem[z]:) *mutuari* (vel, *qui mutuum petit*, Tre. Bru.) *abs te*, *nè aversator*, Be sic Er. P. Ti. Bru. ex Aug. vel, *adverseris*, Il. Salmas. in Wal. vel, *recusato*, Ca. *deneges*, Sy. Æth. *repellas*, Ar. *prohibeas*, Tre. Æth. q. d. Succurre ei, ídque hilari ac benigno vultu, nè sis asper, tetricus, aut difficilis[a]. Δανείζεσθαι Græcis modò significat, *pecuniam sumere mutuam*, modò, *fœnori sumere*. Sed cùm fœnus Judæis inter se interdictum fuerit, & quorum in arcto res sunt fœnore jugulentur magis quàm adjuventur, omnino ad significatum priorem vox hîc trahenda est. Nam fœnus nè speciem quidem habet beneficii[b]. Hîc αἰτεῖν & δανείζεσθαι differunt. Αἰτεῖ non redditurus quod petit; at δανείζεται, (sive αἰτεῖται, quod eodem modo sumitur,) h. e. mutuatur, qui reddendi quod accepit animum habet[c]. Sensus est, Neminem qui mutuum à te petit rejicias quasi defectum facultatibus; quíque, pignoribus vel sponsoribus datis, cavere reddendam pecuniam non queat, vel, qui malâ voluntate affectus debitum possit inficiari, & solutionem recusare[d]: sive alienigena sit, sive Judæus; sive sit spes reddendi, sive non, ex collat. Luc. 6. 35*.

43. *Diliges proximum tuum*; ità Be. Tre. &c. Τὸν πλησίον σου] Sub. ὄντα[f]; eum qui propè est[g]; propinquum[h]; quod Scribæ *amicum* interpretabantur[i]. רֵעַ Hebræis, & Græcis πλησίον, plerumque non simpliciter alterum significat, sed eum qui conjunctus nobis est sanguinis, vicinitatis, aut amicitiæ, vinculo. Et quidem apud Mosen, Levit. 19. 18. quem locum hîc respicit Christus, רֵעַ est is ipse qui ibidem dicitur בֶּן עַם, i. e. *popularis*. Judæi hoc arripientes ab alienigenis adeò liberalitatem suam arcebant, ut nè communia quidem humanitatis officia illis præstarent, quale est, viam monstrare comiter, quod qui non faceret, is apud Athenienses diris devovebatur, ut nos Diphilus docet. [Verba vide in G.] Hujus generis & illa sunt quæ Cicero dicit tribuenda vel ignoto, *Non prohibere aquam profluentem*, *pati ab igne ignem capere*, *consilium fidele deliberanti dare*. Hæc ipsa autem non solita esse à Judæis præstari hominibus extraneis testatur Juvenalis, *Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti*; *Quæsitum ad fontem solos deducere verpos*. Sed & Tacitus, *Apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, adversùs omnes alios hostile odium*. Sed nimirum hic quoque error inhumanus Judæorum ex sæpe jam indicato fonte oriebatur, quòd abundè se omnes officiorum partes implêsse crederent, si iis præceptis paruissent quibus ipsorum civilis societas continebatur. At certè neque lex Judaica naturalem tollebat, neque societas illa propior antiquiorem generis humani, societatem, ad quam ille respexit qui se κοσμοπολίτην, (*totius mundi civem*,) dixit; & Florentinus Jurisconsultus, cùm à natura cognationem quandam inter homines ait institutam. Indè illud, *Homo sum: humani nihil à me alienum puto*, & quæ sunt alibi in eandem sententiam. Hoc ipsum est quod apologo Samaritani Judæo vulnerato succurrentis, quem Sacerdos & Levita prætererant, Christus docuit. Non negat Judæum Judæo esse τὸν πλησίον, arctiore nexu consanguinitatis & propriæ ipsorum legis vinculo. Sed ostendit id non obstare quò minùs communis ortus & lex ipsa naturæ omnem hominem omni homini faciat esse τὸν πλησίον, i. e. non alienum, sed necessitudine quadam cohærentem, ac propterea neminem esse, cui non datâ occasione benefacere debeamus. Illud quidem fatendum est, cùm victûs rationem peculiarem Deus Israelitis præscripsit, hoc ipso significatum, consuetudinem admodum familiarem externarum gentium, utpote corruptissimarum, ipsis esse defugiendam: quod ad illorum temporum rationem erat accommodatum. Atque hinc est quod passim legimus in his libris, Judæos non solitos συγχρῆσθαι, συνεσθίειν, κολλᾶσθαι, συντέρχεσθαι, (*consuescere cum*,) alienigenis. Et hoc ipsum Apollonius Molo, M. T. Ciceronis præceptor, invidiosè objiciebat Judæis, ὅτι μὴ παραδέχοιντο, &c. (*Quòd eos qui secùs quàm ipsi de Deo sentirent—excipere noluerint, aut cum eis communicare*;) quod Josephus non negat, sed exemplo Laconicæ ξενηλασίας, (*quâ peregrinos à se abegerunt*,) defendere conatur. Et passim apud Josephum, inimici Judæis objiciunt τὸ ἄμικτον, τὸ ἀσύμφυλον, quod alio loco vocat, τὸ διαίτας ἀμίκτους (*quòd se cum aliis non miscerent*.) Sed qui sapiunt, facilè vident extra legis præscripta & sententiam à Judæis itum, cùm communia etiam officia eis debeantur, quos à propioris necessitudinis vinculo aut lex arcet aut ratio. In Lege Mosis Deus, ut cum Tertulliano loquar, *quorundam fidem paulatim ad disciplinæ Christianæ nitorem*, *primis quibusque præceptis balbutientis adhuc benignitatis informabat*. Quare, cùm illam indefinitam dilectionem illi præstare nondum possent, neque promiscuam consuetudinem ferret ipsorum infirmitas, in tanto præsertim vitiorum atque impiarum superstitionum Regno, saltem in consortes sanguinis & religionis omnia benevolentiæ officia exhiberi Deus voluit, ídque ipsum, præter communes naturæ regulas, lege promulgatâ sanxit. *Quamdiu*, ut ad Tertulliani verba redeam, *intra Israelem erat sacramentum*, *meritò in solos fratres misericordiam mandabat*: (nempe in fœderis formula.) *At ubi Christo dedit gentes hæreditatem*, *& possessionem terminos terræ*, *exinde Christus in omnes legem paternæ benignitatis extendit*, *neminem excludens in miseratione*, *sicut in vocatione*[k]. Vox רֵעַ (cui respondet πλησίον[l]:) aliquando significat *socium* & *amicum*, aliquando generaliter, alium quemlibet[m]. Cùm ergò præcipitur, ut amemus רֵעַ, ambiguum est utrum amicum, an omnes, amare jubeatur. Pharisæi priore modo acceperunt; Christus autem posteriori modo intelligendum statuit[n]. Paulus igitur, cùm idem Dei mandatum referret, Rom. 13. 8. non dixit τὸν πλησίον, sed τὸν ἕτερον[o]: רֵעַ *proximus* dicitur etiam ratione cohabitationis, vel ratione occursûs fortuiti, ut liquet ex Exod. 11. 2. Jud. 14. 11, 20. Quare τοῖς LXX generaliter sæpe redditur, modò γνώριμος, (*notus*,) 2 Sam. 3. 8. modò πολίτης, ut sæpe, modò ἕτερος, (*alius*,) ut Gen. 31. 49. & ἑταῖρος, Exod. 18. 16. Multa etiam Paganis sub V. T. exhibebantur [à viris piis] officia, quæ hominibus debebantur reduplicativè quà talibus, non quà idololatris. Sic Davidi intercessit amicitia cum Rege Ammonitarum, Salomoni cum Hiramo, (qui illum *fratrem* vocat, 1 Reg. 9. 13.) cum Regina Seba, &c[p]. Nomine *proximi* hîc intelligitur, qui quacunque ratione nobis junctus fuerit, sive vinculo affinitatis & sanguinis, sive vinculo civilitatis, sodalitatis, vicinitatis, officii, aut etiam fortuiti congressûs[q]. Nomen *proximi* à sapientioribus Judæis non fuisse restrictum ad amicos, liquet ex quæstione illius, Luc. 10. 29. quærentis, *quisnam sit proximus suus*: non utique ignorabat amicum ex vi illius præcepti diligendum, sed exspectabat à Domino extensionem istius nominis ad inimicos, prout & Christus ibi exponit, &c[r]. *Proximus* hîc sumitur, ut in Præcepto nono,

m Me. n G. ex Tertul. o G. p Pi. q Bru. r Mal. † Pi. t Bru. v Mal. x Bru. y Be. z Bru. a Idem. b G. c Salmas. in Wal. d Salm. * Pi. f Pi. g Pi. Eru. h Bru. i Sch. Bru. &c.

k G. l Cas. m Cas. sim. Ca. n Ca. o Cas. p Span. dub. 3. 128. 681. q M. r Pi.

nono. *Non dices falsum testimonium adversus proximum tuum*, i.e. alium quemlibet, sive amicum, sive inimicum. *Dicit* proximum, *non quod liceat falsum testari adversus alium, sed mos est loquendi talis Scripturæ quo per proximum intelligit eum quicum nobis negotium est.* Sunt verba K. ad. Psal. 15. Quo nihil verius, nec Glossæ Pharisaicæ de hoc textu magis contrarium †. ¶ *Et odio habebis inimicum tuum*] Hoc nusquam in Lege exstat [t]; sed à Pharisæis additum est [v]; ex non percepto probè vocabulo *proximi* [x]; quo amicum intelligebant [y]; & porrò à positione unius contrarii—ad positionem alterius argumentabantur, & ut amandos amicos, ità odio esse habendos inimicos, docebant [z]. Hebræi Doctores vindictam & iram ac inimicitias non modò permittebant, sed & interdum exigebant. In codice Joma quæritur. *Quare punitus fuit Saul? quia honorem suum violantibus*, 1 Sam. 10. 27. *pepercit. Dixit R. Jochanan, Qui sese non ulciscitur, & servat inimicitiam instar serpentis, non est discipulus sapientis.* Illud etiam Levit. 19. 18. *Non ulcisceris*, &c. intelligendum dicunt de opibus, non de honore, cujus violationem omnino vindicandam sentiunt [a]. Moses de Kotsi, *Si* [*proximum*] *sæpius corripueris, & non admiserit correptionem tuam, tum tibi licebit illum odisse* [b]. Hos ergò Doctores Christus meritò carpit [c]. Adduci huc possunt venenati Hebræorum canones, *Israelitæ qui hæretici sunt, aut Epicurei, aut qui transgrediuntur ut irritent, ex præcepto sunt occidendi, si fieri potest, palàm; sin, clàm & astutè machineris eis mortem.* Et paulò post. *Gentilibus verò quibuscum nobis non est bellum — non mortem machinantur, at prohibitum est eos à morte liberare, si de morte periclitantur.* O extremam charitatem [d]. [Quantò rectiùs senserunt Ethnici.] Themistius orat. 9. ἐιδ' ἐπεὶ, &c. *Rectè fecit Socrates sermonem à multis probatum corrigens, Amicis benefaciendum, inimicis verò malefaciendum*: pro quo monebat dicendum, *Ex inimicis amicos reddendos* [*]. Hîc [In his verbis, *Odio habebis inimicum tuum*,] multi putant firmum se habere argumentum, quo probent omnia quæ Christus antiquis ait dicta, non ad Mosis Legem, sed ad interpretationem legisperitorum referenda. Nos autem, qui cum veteribus plerisque arbitramur Mosis verba respici, sed ità ut simul refellatur prava interpretatio eorum, qui ex obedientia legis illius, quà propria erat Judæorum, non tantùm vitæ hujus commoda, sed & Regnum cœleste, sibi spondebant, neglectis naturæ & caritatis legibus, etiam horum verborum sensum in Mosis Lege extare non dubitamus. Jubentur quidem in ea lege Judæi beneficia quædam vulgaria præstare etiam inimicis, Exod. 23. 4. Sed popularibus scilicet, quod collatus locus qui est Deut. 22. 1. apertum facit. Rursum verò Exod. 34. 11. & Deut. 7. 1. vetantur Hebræi cum septem illis populis, Chittæo, &c. affinitatem jungere, fœdus facere, aut etiam eorum misereri. Habemus ergò hostes, habemus & odium, non tamen ferinum, sed certis limitibus circumscriptum. Nam his ipsis populis pacis conditiones offerri debuerunt, ut, si vellent, exitium imminens servitute redimerent, ut rectè notant Hebræi ad Deut. 20. 10. Et quòd post pacem repudiatam sine ulla venia jubentur internecione deleri, ad ejus ætatis homines, non etiam ad eorum posteros, pertinet: nam eos in servitutem Salomo recepit laudatissimis Regni sui temporibus, 1 Reg. 9. 20. His septem populis asscribi possunt Amalecitæ, in quos Hebræi jubentur habere πόλεμον ἀσπονδον, (*bellum irreconciliabile*) atque eos delere funditùs, Exod. 17. 16. Deut. 25. 19. quod itidem intelligendum puto, ut aut occidione delerentur, aut deditītiorum essent numero. Ammonitarum & Moabitarum paulò esse alia videtur ratio. Nam quod de illis dicitur Deut. 23. 6. nolim cum Hebræis quibusdam ita accipi quasi arma illis inferri possent priusquam ad pacem invitarentur. Neque enim jus ullum Hebræis Deus in illorum populorum terras concesserat, ut liquet Deut. 2. 19. Sed nec Jephthes Ammonitis bellum intulit, nisi post tentatas æquæ pacis vias, Jud. 11. 14. & David pacem cum iis servavit usq; dum atrocissimis injuriis lacesseretur, 2 Sam. 10. Quare illis Deuteronomii verbis sola fœdera συμμαχίας, (*societatis bellicæ*,) vetari existimo. Videmus igitur quousque Hebræi illos populos odisse aut abhominari potuerint. Neque verò ea præcepta cum lege naturæ pugnant; nam, ut sontes justâ pœna afficiantur, cum jure naturæ non pugnat, quin potiùs ei valde est consentaneum. Sicut autem quælibet potestas publica in sui imperii subditos id jus habet, ità in Reges & populos summus omnium Rex Deus: qui hanc pœnæ exsecutionem, quam per se facere potuerat, maluit Hebræo populo mandare, idque post longissimi temporis patientiam, cùm jam ipsarum gentium sacrilega sacra, ferina crudelitas, incesta libido, ad summum pervenissent. Vide Levit. 18. 24. & lib. Sapientiæ cap. 12. & 13. Quare hoc jus ex speciali Dei sententia venit, non ex lege aliqua communi, ac proinde in cæteros ἀλλοφύλους, (*alienigenas*,) idem non licuit. Quod ut rectiùs intelligatur, distinguenda sunt tria ἀλλοφύλων genera. Alii enim sunt qui cum circumcisione Judaismum recipiunt, qui vocabantur προσήλυτοι, ac proinde (ut rectè notat Justinus) pari cum Hebræis jure erant, hoc excepto, quòd qui ex Ammonitis & Moabitis facti erant προσήλυτοι ad honores non admittebantur. Erant alii qui à falsorum deorum cultu abstinebant, & cæteris parebant quæ in commune Adami Noæque posteris erant imperata à peculiaribus Hebræorum institutis. His quoque permissum erat inter Hebræos vivere, ut liquet ex Deut. 14. 2. ubi *peregrinus* est πάροικος, cum Judæis habitans, sed jus non habens civitatis; *extraneus* autem, cui extra fines Judæorum domicilium erat. Judæi igitur incolas istos Judaismum non professos, sed pios tamen, quos vocabunt חסידי אמות, (*pios gentiles*,) ut non lædebant, ità nec beneficiis ullis sublevabant, sed ea tantùm cum illis habebant commercia quæ communis necessitas indicabat. Alioqui eos nec accedebant, nec alloquebantur, ut apparet Act. 10. 28. Nam quicquid est in lege quod peregrinos amare & sublevare jubet, ut Deut. 10. 19. id Hebræorum Magistri ad solos τοὺς προσηλύτους referunt: nec dubium est quin eodem habuerint loco homines extraneos, si qui extra fines Judaicos eodem, quo incolæ isti, more vivebant. Cæterùm, quicunque falsorum deorum cultu se inquinabant, eos Judæi nullo discrimine pro hostibus habebant, neque eos aut necare, aut spoliare, si quà possent, religio erat: quod fatetur atque etiam defendit Josephus Albo in disputatione adversùs Christianos, hanc rationem adferens, quòd qui sine lege vivat, is communis omnium hostis meritò habeatur, ideóque in eum nihil sit illicitum. Verè igitur Tacitus dixerat esse Judæis *adversus alios omnes* (nam omnes populi à vero Deo desciverant) *hostile odium.* Addit is, quem dixi, Josephus Albo, idem Philosophis placuisse. Et sanè sunt quædam apud Philosophos talia. Nam Democritus planè maleficos homines quosvis feris & serpentibus comparabat, atque ideo qui eos occidisset, innocentem pronuntiabat, sive id fecisset privatâ manu, sive jussu publico. Nec longè hinc abit Aristoteles, qui Græcos in id natos ait ut Barbaris imperent, quà in re creditur Philippo & Alexandro, bellum in Asiam molientibus, ultra æquum gratificatus. Neque Judæi soli tales fuere in externos, sed & Græci, ut Thucydides ex Homero probat. Quin & in Romanorum Jure inhumanitatis istius exstant vestigia: censebant enim suum fieri quod ad se pervenisset ex populo non fœderato. Nec quodvis fœdus adversus hoc jus proderat, sed id demum in quo de amicitia aliquid convenerat; planè quasi natura nullam inter homines amicitiam constituisset. Sed lux artium & disciplinarum legem naturæ, sub pravis moribus sepultam, paulatim resuscitavit. Verùm ad Hebræos ut redeamus, receptam fuisse apud ipsos sententiam, rectè occidi ac spoliari eos qui à veri Dei cultu defecerant, multa ipsorum scripta ostendunt. Atqui in Lege Mosis Deus certos populos nominatim puniendos delegans, satis ostendit in alios, quamvis falsis cultibus implicatos, non idem juris esse, præsertim cùm temporis maturitatem sui voluerit esse arbitrii. Quanquam enim valde corrupti erant istarum gentium mores jam Abrahami temporibus, tamen nondum eum impleverant modum quem Divinæ lenitati visum erat opperiri, ut Moses nos docet Gen. 15. 16. Jam verò ut de Idumæis taceam, Ægyptios constat ante Hebræorum exitum Bovis simulacrum coluisse: nam inde exemplum

† De. obs. 7. 13.
[t] Bru. & Sch. &c.
[v] Er. sic D. par. Sch. &c.
[x] D. paral. sim. Bru.
[y] Bru.
[z] Cas. sim. Bru. Sch. Span.
[a] Cart. mellif. l. 2. c. 1.
[b] J. Cap.
[c] Cart ib.
[d] Li. ho.
[*] J. Cap.

emplum fœdæ superstitionis ad Hæbræos manavit: Neque tamen permittit lex Hebræos nocere Ægyptiis. Sed & meliorum temporum consuetudo, legis interpres, Judæis adversatur, nunquam enim aut populus Hebræus aut boni Principes in populos quantumvis superstitiosos bellum moverunt, nisi novis causis provocati. Mendosè igitur Judæi quod in populos definitos à Deo constitutum erat, aliovorsum traxere. Sed illud quoque notari convenit, non omnia præcepta Divinæ Legis omnium fuisse temporum. Nam quæ de prædiis erant constituta, ea certum est in exsilio Babylonico non potuisse observari, cum prædia victor obtineret. Sic etiam post translatam in Romanos summam imperii, etsi manebant aliqua veteris Reip. vestigia, leges tamen de bello indicendo gerendóque silebant, quia eminentior illa potestas, quæ armorum movendorum jus in se complectitur, ad Romanos transierat. Non erat ergò quòd Christi tempore Judæi leges ejus generis suo in alias gentes odio obtenderent. Sublatis igitur illis exceptionibus quas certis causis Deus præscripserat, integrum manebat jus naturæ, quod homines omnes hominibus commendat. *Nemo viro bono inimicus*, veteres sapientes dicere solitos ait Hierocles. Hinc Christus, Judæos retrahens, præcipit aliquid majus lege civili Judaicâ. Ideo non malè Tertullianus, *Lex vetus amorem docet in proximos, nova in extraneos*. Neque tamen quod Christus docuit cum Lege Mosis pugnabat, imò & apud Mosem juris istius perpetui non obscura exstabant vestigia. Nam eo jure vixerunt Abrahamus, Isaacus, Iacobus, Josephus, homines demerendis hominibus nati, qui omnem beneficii collocandi occasionem ponebant in lucro; quanquam illorum temporum dilectio non talis ac tanta erat quantam Christus præcepit, & exemplo suo monstravit [f].

44. *Diligite inimicos vestros*] Qui proximorum loco habendi sunt, &, quatenus homines sunt, diligendi: id quod Lex quoque & Prophetæ sæpe docent, Exod. 23. 4. 5. Levit. 19. 17, 18. 2 Reg. 6. 21, 22. Job 31. 39. Prov. 25. 21 [g]. Ἐχθροὺς vocat eosdem quos μισοῦντας, qui hostili in nos sunt animo: potéstque id de totis populis intelligi, ut, quod sequitur, μισοῦντας, ad singulos pertineat. Docet Christus delicto alterius non tolli naturam, & propterea benevolentiam in neminem debere claudi. Neque sanè ulla potest esse præclarior victoria quàm si, cùm ab altero cœperit injuria, à nobis beneficium incipiat. Plutarchus libro De Utilitate ex amicis capienda. Ἐχθροῦ δ' ἐπὶ καιρῷ τιμωρίαν, &c. (*Cæterùm oblatâ occasione ulciscendi inimicum, eum missum facere, æquitatis est sive clementiæ. Si quis autem ipsi condolescit afflicto, & petenti opem fert, & filiis ejus in necessitate constitutis promptè succurrit, qui generosam hanc indolem non diligit, cor huic est adamantinum*, &c [h]. ¶ Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς] Hoc non est in Vulgato; & fortè ex Luca irrepsit: est tamen in Syro [i]. *Benedicite*, (vel, *Beneprecemini*, Er. Il. Tre. Ti. V. Be.) *iis qui exsecrantur*, (vel, *devovent*, P. Pi. sic Er. Il. Ti. Sch. *imprecantur*. Ca. *maledicunt*. Ar. Æth. Pers. sic Mo. Sy. Tre.) *vos*, B. P. &c. vel, *vobis*, Æth. Ar. &c. Εὐλογεῖν alibi est *laudare*, hîc autem, *beneficio afficere* [k]. Per gradus scandit oratio, ab affectu ad verba, à verbis ad res, ventura [l]. Docemur eos diligere animo & veritate, linguâ orando, opere benefaciendo [m]. Ut differat τὸ εὐλογεῖν a sequente προσεύχεσθαι, omnino putem εὐλογεῖν hîc esse, *benignis verbis compellare*, quo sensu & Hebræum ברך poni solet. Nam & Paulus εὐλογίαν vocem ità videtur usurpare Rom. 16. 18. & κατάραν, quæ τῇ εὐλογίᾳ directè opponitur, tum hîc tum Rom. 12. 14. & Jac. 3. 10. frequenter idem valet quod Latinè *maledicti* voce exprimitur. Certè Paulus quoque opposuit inter se εὐλογεῖν & λοιδορεῖν, 1 Cor. 4. 12. Rectè ergò verteris, *Benedicite maledicentibus*, non tamen ex vulgari usu earum vocum, sed quomodo Plautus & Cicero loquuntur [n]. Κατάρα, *imprecatio, diræ*. Hinc καταρᾶσθαι, in voce media, *diris devoveo*, *execror*; quod modò absolutè ponitur, ut Rom. 12. 14. modò construitur cum Accusativo, ut hîc, & Marc. 11. 21. modò cum Dativo, ut Luc. 6. 28 [o]. ¶ *Benefacite*, &c. Καλῶς ποιεῖτε τοῖς, &c.] Phrasis est Græcæ linguæ peculiaris, ut ποιέω regat Accusativum personæ. Sic dicunt, κακῶς ποιῶ σε, ubi fortassis σε, pro, κατά σε, *malefacio tibi*, h. e. secundùm te [p]. At h. l. in vetustis omnibus exemplaribus scribitur, τοῖς, &c [q]. ¶ *Et orate* (sub. *Deum*, Bru.) *pro*, &c. Ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς] *Pro iis qui vos lædunt*, Er. Il. Ti. sim. Ca. vel, *infestant*, P. Pi. sic Mo. Sch. Be. *vexant*, V. *ducunt in vincula*, Tre. *per vim tractant*, Pers. *violenter trahunt*, Ar. sic Di. Quod olim Moses fecit, postea Christus, ejúsque exemplo Stephanus, Paulus, alii. Narrant Hebræi inter Hasidæorum instituta fuisse ità precari Deum, *Remitte & condona omnibus qui vexant nos*. Hi Hasidæi, iidem qui aliis Esseni, potissima sementis Christianorum in Judæa. Differunt διώκειν & ἐπηρεάζειν ferme quomodo *injuria* & *contumelia*. Ἐπηρεάζων, inquit Aristot. φαίνεται καταφρονεῖν (*videtur spernere* [r].) Verbum ἐπηρεάζω (ab Ἄρης, *Mars, bellum*, deductum †) hostilem ac veluti bellicum insultum notat [t]; est, *molestiâ, injuriâ*, vel *contumeliâ afficere* [v], Thucyd. l. 1. κατ' ἐπήρειαν ἐκέλευον, *per contumeliam jubebant* [x]: *violentam contumeliam* significat [y]: est apertissimâ & infestissimâ vi appetere [z]. Al. Ἐπηρεάζειν est vocabulum forense [a], & sign. *calumniari* [b], ut facile est demonstrare ex Glossario [c], (vetus Glossarium sic vertit [d],) & ex Demosthene, Thucydide, Aristot. &c [*]. Ità & 1 Pet. 3. 16. ἐπηρεάζειν, &c. *calumniari bonam conversationem*, &c. pro quo 1 Pet. 2. 12. est καταλαλεῖν [f]. Sed nimis dilutum hoc videtur. Διώκειν [quod hoc loco sequitur] est propriè verbum forense, notátque hîc juris obtentu ad Magistratum trahere [g].

45. *Ut sitis* (i. e. ut esse agnoscamini [h], videlicet ex effectis filiorum Dei propriis [i]. Aliquid sæpe in SS. *esse* dicitur cùm *esse intelligitur*: alioqui nemo hæc præstare potest nisi qui jam antè sit filius Dei, &c [k].) *filii patris*, &c.] i. e. patri similes, ex collat. vers. 5. & 48. unde & quidam pro υἱοὶ hîc legerunt ὅμοιοι [l]: filii non degeneres, sed germani, patrem imitantes, &c [m]. Illud ergò ὅπως γένησθε non finem, sed connexionem, significat; ut si cui dicam, Præsta te bonum civem ut patrem imiteris [n]. *Patris vestri*, i. e. qui vos adoptavit [o]. ¶ *Qui Solem suum* (quem ipse fecit atque constituit [p],) *oriri facit*, &c.] Sic Er. Tre. Ca. Be. &c. vel *finit*, Ti. Eodem argumento utuntur Plinius, in Panegyrico, *Sol & dies non oritur uni & alteri, sed omnibus in commune*; & Seneca, *Sceleratis sol exoritur*: & alibi, *Ne deos quidem immortales ab hac tam effusa benignitate sacrilegi negligentésque eorum deterrent: Utuntur naturâ suâ, & cuncta, interque ipsos munerum suorum malos interpretes, juvant*. Sensum hunc Hierocles non malè expressit de viro bono, in hunc modum loquens, Μιμούμενος, &c. (*In amicitiæ mensuris Deum imitatur, qui neminem hominum odio habet, virum autem bonum singulari amore complectitur* [q].) Πονηροὶ, qui respondent *inimicis*, v. 44. hîc sunt *injurii*, ut contra, ἀγαθοὶ non tam *justi* sunt quàm *amici* vel *benigni* [r]. Verbum τέλλω rarioris est usûs, extat tamen in Pind. Olymp. α'. g. 11. τέλλεται, *apparet* †. Ἀνατέλλω sumitur, vel, 1. neutraliter, sive αὐτοπαθῶς [t]; sive intransitivè [v], pro, *oriri* [x]; ut Matth. 13. 6. *Sole exorto*, Jac. 1. 11. 2 Pet. 1. 19, &c [y]. vel, 2. ἀλλοπαθῶς [z]; vel μεταβατικῶς, *transitivè* [a], pro, *oriri facio* [b], ut apud Homerum sumitur. Solent Hellenistæ omnia verba intransitiva eo significatu usurpare [c], ut exprimant Hæbræum Hiphil [d]. Ità suprà v. 15. καίουσι, est, *faciunt ut ardeat*, & in Psalm. 148. הַמַּצְמִיחַ vertitur, τῷ ἐξανατέλλοντι [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ βρέχει] *Et pluit*, Be. P. Pi. Ar. Mo. *Et pluviam mittit sive demittit*, &c. Er. Il. Tre. Ti. sim. Sy. Æth. Pers. nempe Deus, ex collatione membri præcedentis [f]. Mos antiquissimus omnium propè gentium naturæ effectus referre ad naturæ Autorem. Ità Romani veteres *Jove tonante, Jove fulgurante*, dicebant: nec aliud intelligitur cùm per ellipsin dicimus, *pluit, tonat* [g]. Ad verb. *Et rigat*, videlicet pluviâ [h]. ¶ *Super justos & injustos*] Restrictè igitur intelligendum est illud Sapientiæ cap. 12. Μὴ δῷς ἀσεβεῖ, (*Ne des impio*,) & quod bis ponit, *Ne opem feras scelerato*; ut sensus sit, aut si tale sit liberalitatis genus quod in multos spargi nequeat, ut tum præferatur vir melior, aut etiam nè quid malis detur quo instructior sit eorum malitia. Sic ferè Hierocles, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς, &c. (*Viros bonos, tanquam humanæ naturæ perfectionem retinentes, propter naturam atque sententiam nobiscum communem toto corde amplectamur*,

[f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Be. sim. Bru. Zeg. [k] Be. [l] G. [m] Bru. [n] G. [o] Sch.

[p] Pi. [q] Be. [r] G. † Sch. ex Be Scul. &c. [t] Be Scul. 2. 27. [v] Sch. [x] Sch. ex Camer. [y] Camer. [z] Be. [a] Scul. ex Cas. [b] Cas. Scul. G. [c] Scul. [d] G. ex Cas. [*] Scul. [f] Scul. sim. Be. [g] Be. [h] Pi. sim. Be. Sch. Bru. Camer. [i] Pi. sim. Bru. [k] Be. [l] G. [m] Sch. [n] G. [o] Bru [p] Idem. [q] G. [r] Ham. [r] Sch. † Sch. ex Camer. [v] Pi. [x] Camer. sic Sch. [y] Sch. [z] Camer. Sch. [a] Pi. G. [b] Be. Pi. &c. [c] G. [d] G. sim. Be. Bru. Pi. [*] G. [f] Pi. [g] G. [h] Be.

mur, impios verò ob naturam tantùm communem diligamus[i].)

46. *Si diligitis eos*, &c.] Sub. *tantùm*, Bru. Pi. Sch. ex collat. tum v. seq[k]. tum præced. ubi & inimicos diligendos legimus[l]. ¶ *Quam mercedem* (vel, *gratiam*, Er. compensationem dandam in vespera mundi à Deo[m],) *habebitis?*] Sic Be. Præs. ἔχετε, pro fut. ἕξετε[n]; ut & infra 6. 1. vel, *habetis?* Be. i. e. meremini[p]? nimirum apud Deum[q]. Nam apud homines habent ista mercedem[†]: non apud Deum, tum quia tales mercedem quærunt & recipiunt ab hominibus, tum quòd vicariam meritámque dilectionem rependunt[t]. ¶ *Nonne & Publicani*, &c.] Qui scilicet mercedem à Deo non consequentur, nisi resipuerint[v]. Optimè autem Christus ostendit quàm exiguæ virtutis sit bene merentibus benefacere, quando idem faciant non modò legisperiti & Pharisæi, quos longè superandos à nobis antea dixerat, si in cœlum ingredi vellemus, verùm ipsi etiam profani & vitæ alterius securi homines, quales vulgò existimabantur esse Publicani. Talium enim est ista sententia, Μισοῦντα μίσει καὶ φιλοῦντ' ἀντιφίλει, (*Odio te habentem vicissim odio habeas, & te amantem redama*,) & quæ alia sunt ad eam normam[x]. [Qui autem & quales erant Publicani, meritò hîc quærendum, quo non huic modò textui, sed & aliis S. S. locis, lux non exigua accendetur.] Id autem è loco unde originem sumpserunt habendum est[y]. Τελῶναι dicti sunt οἱ τὰ τέλη ὠνούμενοι, *qui vectigalia emebant*[z]: *Publicani* dicti à publico[a]; quòd bona publica administrabant[b]. Hi vectigalia, aliósque populi Romani reditus, certo pretio redemptos, colligebant[c]. Horum ordo Romæ honestissimus erat, nempe equestris dignitatis, ut ostendit Cicero[d], Pro Plancio, *Flos*, inquit, *Equitum Romanorum*, *ornamentum civitatis*, *firmamentum reip. Publicanorum ordine continetur*[*]. [Plura vide in Was.] Porrò, Judæâ à Romanis in provinciam redactâ per Pompeium M. in ipsam profecti sunt Publicani. Hoc autem munere non modò exteri & Româ profecti fungebantur, sed & Judæi[f]. Publicanos Judæos fuisse malè negat Tertullianus[g]; quem propterea Hieron. redarguit, epist. 146[h]. quem & Matthæi & Zachæi exemplum evincit[i]: quanquam existimo etiam in Judæa, ut in aliis provinciis Romanis, *mancipes* (qui erant emptionis auctores, pro quibus alii ex Publicanis, *prædes & socii* dicti, sponsores Reip. facti sunt[k];) fuisse Equites Romanos. Sed quia illi per se exercere publicum non poterant, Judæis elocâsse, aut certè eos admisisse in partem quæstûs, ut nos docet Gemara de damno dato l. 1. c. 10[l]. Publicani insuper ut omnibus provincialibus odiosi erant, ità maximè Judæis[m]; illi præsertim Publicani qui ex ista gente orti sunt[n]. Eodem loco habebantur quo Ethnici, & à Deo alieni, ex quo ἁμαρτωλοὶ, (*peccatores*,) Hebræorum Magistris dicti, h. e. παράνομοι, ἄτακτοι, qui neque legis neque disciplinæ Judaicæ ullam habebant rationem. Propterea modò junguntur *Ethnicis*, modò *peccatoribus*, ac nominatim *scortis*, ut multis in locis videre est. Quare & Justinus pro τελῶναι ponit πόρνοι, quia pariter isti omnes impuri atque intestabiles habebantur, neque sacris tantùm, sed & communi convictu indigni, ut alibi apertum fiet. Atque hinc etiam factum reor ut pro τελῶναι quidam codices scriberent ἐθνικοί, tanquam ista tantundem valerent[o]. Illi præterea non recipiebantur in Synagogas, ad Legem audiendam & preces, &c. Vide Matth. 18. 17. sed neque in Synedria, h. e. consessus sive collegia Judicum[P]. Inter eos, qui nec ad judicandum idonei fuerunt[q], nec ad testimonii dictionem admissi apud Judæos judices[r], numerantur exactores & Publicani[†], ut in Pandecte Thalmudico perscriptum est[t]. *Hi*, inquiunt Thalmudici, *legitimè rejiciuntur in judicio*, *Fures*, *Fœneratores*, *Pastores*, *Diecetæ & Publicani*[v]. Conjunguntur Publicani cum sicariis & latronibus, in Nedarim c. 3. halac. 4[x]. Causa autem tantæ infamiæ non erat, quòd munus ipsum esset damnabile[y]; sed, 1. summa eorum improbitas; quæ quanta fuit, tum Baptistæ de ipsos sermo docet, tum & J.C[ti]. inter quos Ulpianus, *Quantæ*, inquit, *audaciæ*, *quantæ temeritatis sint publicanorum factiones*, *nemo est qui nesciat*. Exstat apud Livium narratio de Posthumio publicano, qui multis annis parem fraude avaritiáque neminem habuerat. Apud Plutarchum est de Græcis, τὸ τελωνεῖν, &c. (*Publicanum esse probro ducunt*[z].)

Avari hi erant, rapaces, crudeles, nunc fraude, nunc vi, plus quàm deberent extorquentes[a]; πεπρωτωνημένοι, hos onerantes, illis indulgentes, &c. Maimon. in גזלה c. 5, *Hominum, de quibus præsumitur eos fures esse, omnésque eorum opes per rapinam congestas esse, veluti Publicanorum & latronum, opibus uti non licet, nec est eorum nummus cum tuo commiscendus*[b]. 2. Odium Romani jugi[c]. Judæi non tantùm improbitatem quæstui plerumque connexam, sed ipsum etiam quæstum exsecrabantur: nimirum, quòd indignum crederent Judæo homine instrumentum fieri externæ servitutis quam ipsi ægerrimè tolerabant, adeò ut multi ipsa etiam tributa & vectigalia specie pietatis abnuerent, ut Josephus nos docet & Evangelii Historia[d]. Cùm Judæi decimas tantùm suis sacerdotibus pendere solebant, inviti Romanorum Publicanos videbant[*]. 3. Quòd Judæi ferè cùm essent[f], cum Romanis[g], h. e. profanis & incircumcisis, qui canum loco Judæis erant[h], societate jungerentur[i]; & operam suam illis locarent, ad fratrum Judæorum (qui liberam gentem se jactabant[k],) tyrannicam oppressionem[l]. Τελῶναι in N.T. potiùs sunt *portitores*, quàm *publicani*. *Publicani* erant, qui publica conducebant vectigalia, quæ tamen aliis exigenda committebant: *Portitores* erant, qui in portibus & teloniis sedebant ad colligenda & exigenda portoria. Hi, non illi, erant odiosi. De his intellexit Comicus, Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες. *Omnis ibi raptor*, *omnis ibidem portitor*[m].

47. *Si*, &c. Ἐὰν ἀσπάσησθε] *Si salutaveritis*, Vulg. osculo scilicet & complexu; qui mos erat illarum gentium[n]. *Si complexi fueritis*, Be. Pi. &c. amanter scilicet[o]. *Si complectendo salutaveritis*, V. Rectè interpretatur Syrus de blanda compellatione, qualis est ista, *Ut vales? Rectène omnia?* Id enim propriè est quod Hebræi & Syri dicunt, *de pace interrogare*. Hæc autem officia Judæi solis fratribus, i.e. Judæis, præstabant; cæteros indignos habentes quos salutarent: quod Christiana disciplina adversùs eos solos observavit qui Christum professi postea ab eo defecerant, ut docemur 2 Joh. 10[P]. ¶ *Fratres*] i. e. cognatos[q], populares[r]. Judæi Judæos *fratres* vocabant, Act. 3. 22. ex Deut. 18. 15[†]. Vetusti omnes codices legunt φίλους, *amicos*[t]. Sed hoc est ex interpretamento[v]. ¶ *Quid*, &c. Τί περισσὸν, &c. *Quid amplius* (vel *præstantius*, Sy.) *facitis?* Be. P. Vulg. Æth. sub. *quàm alii*, Be Bru. quàm Publicani: sicut in Phariseorum comparatione τὸ περισσεύσῃ suprà usurpavit[x]. *Quid eximium*, vel *excellens*, &c. Er. Il. Ti. Pi. sic Tre Pers. vel, *redundans?* Pi. sic Mo. scil. supra omnibus Ethnicorum[y]; supra populum terræ: quid extraordinarium[z]? ¶ *Nonne & ethnici*, &c?] Ità Æth. in Di. & tres Codices[a]. Quibus ipsa natura hoc dictat. At plerique codices habent, *publicani*[b]: [ut est in textu Græco, τελῶναι.]

48. *Estote* (vel, *Eritis*, Er. Sed præceptum hoc est, non promissio[c]. Futurum ponitur pro imperativo[d]; in præceptis tum affirmativis, ut hîc & v. 43. tum negativis, ut suprà v. 21. 27[*].) *ergò vos* (emphaticè, q. d. *vos*, qui publicanorum virtute nolitis contenti esse, quique, ut Deo dignè serviatis, à Gentibus estis segregati[f]:) *perfecti*, τέλειοι] Perfectâ virtute præditi[g]; *perfecti*, dilectione ac benignitate erga omnes[h]; vel observatione omnium præceptorum quæ h. l. vobis tradidi[i]. Fuerit fortè in Hebræo Matthæi קדשים, ut sumpta sit sententia ex Levit. 19. 2. & 20. 7. unde eam Petrus accepit 1 Pet. 1. 16. aut תמימים, ut Deut. 18. 13. Valde affinis sunt significationis ἅγιος & τέλειος, unde & τελειοῦν Græcis & Scriptori ad Hebræos est ἁγιάζειν, (*sanctificare*,) propriè autem τὸ τέλειον, sive sanctitatem, hîc Christus vocat bonitatem veram atque sinceram, quæ sit ἐν τῷ εὖ, non τῷ δοκεῖν. Nam & תמים LXX modò vertunt τέλειον, (*perfectum*,) modò, ἄπλαστον, (*non fucatum*,) ut Genes. c. 25. c. 27. Rem benè explicat scriptor ad Diognetum, Ὅστις, &c. (*Qui proximi onera in se suscipit, qui quæ à Deo accepit egentibus suppeditat—accipientium Deus fit, & imitator Dei.*) Ità optimè cohæret hoc ἐπιφώνημα monitis superioribus, simúlque sequentia connectit. Confirmat eandem interpretationem Lucas, qui quod hîc est τέλειοι, exponit, οἰκτίρμονες, *benefici*: quod & Justinus Martyr facit. Ità & Hellenistæ eam vocem usurpant. In Dei imitatione summam hominis felicitatem esse positam quidam etiam Philosophorum viderunt.

Marginal notes (left column): [i] G. [k] Sch. ex Bru. Pi. [l] Pi. [m] Idem. [n] Be. Bru. [p] Be. Bru. [q] G. sim. Pi. [†] G. [t] Bru. [v] Pi. [x] G. [y] Was. de antiq. numis Heb. c. 18. [z] Sch. [a] Bru. [b] Sch. sim. Bru. [c] Bru. sim. Was. Camer. &c. [d] Canin. disq. c. 8. sim. Was. [*] Bru. Was. [f] Was. [g] G. [h] Was. [i] G. sim. Was. [k] Was. [l] G. [m] J. Cap. [n] Li. ho. [o] G. [p] Was. [q] Li. ho. [r] G. sic. Li. ho. [†] Li. ho. &c. [t] G. [v] Canin. [x] Li. ho. [y] Eru. sim. Was. [z] G.

Marginal notes (right column): [a] Bru. [b] Li. ho. [c] Be. [d] G. [*] Canin. in Append. Crit. p. 3703. [f] Bru. [g] Was. Bru. [h] Was. [i] Eru. sic Was. [k] Li. ho. [l] Bru. [m] Salm. in Wal. [n] Be. sic Bru. [o] Pi. [p] G. [q] Bru. [r] Ham. [†] Sch. [t] Be. [v] G. [x] Idem. [y] Pi. [z] Ham. [a] Be. sim. G. ad v. 46. [b] Bru. [c] Sch. [d] Sch. ex Be. [*] Sch. [f] Bru. [g] Pi. [h] Bru. sim. Ham. [i] Salm. in Wal.

viderunt. Plato dicebat, τέλ@, &c. (*Summum bonum est Deo quantum potes similem fieri: similis autem ipsi fies, si justus sanctúsque cum prudentia fueris.*) Idémque optimus est Dei cultus, ut Pythagorei dicebant. Hanc autem imitationem Pythagorei peculiariter etiam spectari volebant in beneficentia erga homines quosvis. Nam *vir bonus*, inquit Hierocles, μιμῦται, &c. (*In amicitiæ mensuris Deum imitatur, qui neminem hominem odit, sed totius humani generis amantissimus est.*) Errant autem qui hinc colligunt ea, quæ in his sermonibus à Christo dicuntur, consilia esse, non præcepta, aut certè præcepta peculiaria iis qui perfectionem assecuti sunt. Verba enim apertiora sunt quàm ut negari possit præcipi hæc, & quidem omnibus qui intrare cupiunt in Regnum cœleste. Ità & Paulus omnes Christianos vult esse *perfectos*, Col. 1. 28. & 4. 12. & imitatores Dei Eph. 5. 1. Adde Luc. 6. 36. Jac. 1. 4. & 3. 2. 1 Joh. 3. 3. Sed & Justinus in dialogo cum Tryphone, τέλειον γενέσθαι, ipse interpretatur, *Christianum fieri*. Quanquam scio alibi vocem τέλειοι Christianorum inter se comparatione accipi: sed hîc ei significationi locus non est[k]. Consequens hîc ponitur pro Antecedente: Nam *perfectio* hîc Patientiam significat. Non enim nos jubet Christus imitari excellentiam naturæ Dei; tantùm hortatur ut ejus patientiam imitemur. Quoniam verò patientia est documentum animi exercitatissimi in pietate, ideo *perfectio* dicitur, & metaphorâ hinc ductâ Deo tribuitur. Est sanè quoddam rudimentum pietatis *amare à quibus ameris*; at eos amare qui te odio habent, id verò est documentum animi defuncti omnibus officiis veræ pietatis. Hinc *patientes* τέλειοι hîc dicuntur[l]. τέλει@ dicitur, vel, 1. *absolutè perfectus*, ut Jac. 1. 25. *lex perfecta*: vel, 2. *excellens*, ut, *donum* τέλειον, *præstans*, Jac. 1. 17. *vir perfectus*, Jac. 3. 2: vel, 3. *confirmatus* in re aliqua, qui opponitur novitiis & infirmis, ut 1 Cor. 3: vel, 4. *perfectus inchoatione, conatu, studio*, ut Col. 1. 28[m]. Stoici in sapientiæ studio alios esse προκόπτοντας, (*proficientes*,) alios τελείυς, (*perfectos*,) tradunt. Hunc τέλειον, ipsorum sapientem, rarò aut nunquam inventum fatentur. Pro perfecto tamen est qui perfecto proximus, qui hoc unum studet, [*perfectum esse*,] in eóque se totum exercet. Talis autem pro captu suo, & si cum aliis comparetur, τέλει@, *perfectus*, est[n]. ¶ *Sicut & Pater vester*, &c.] Qui vos à Gentibus segregavit, & in filios adoptavit[o]: τὸ *sicut* h. l. non æqualitatem declarat, sed qualitatem & similitudinem[p], quantum viatores assequi possunt[q]. Proponit nobis Christus signum ad collimandum, quò scit nos pervenire non posse, ut, quò possumus, perveniamus. Non vult nos eò usque progredi, sed non stare[r].

[k] G. [l] Cam. [m] Sch. [n] Salm. in Wal. [o] Bru. [p] Mal. sic E. Me. T. [q] E. [r] Mal.

CAP. VI.

1. *Attendite*,] Ità Be. Tre. &c. vel, *Cavete*, Be. ex Aug. vel, *Adhibete animum*: nam προσέχειν est, *adhibere*, & subauditur, τὸν νῦν[a]. Constructio hîc esse potest, vel, 1. προσέχετε μὴ ποιεῖν. Vel, 2. cum accusativo, προσέχετε ἐλεημοσύνην, *attendite ad eleemosynam*. Vel, 3. προσέχετε, sub. ἑαυτοῖς, *vobis*, ex collat. Luc. 12. 1. cum Mat. 16. 6, 11, 12*. ¶ *Nè*, &c. Τὴν ἐλεημοσύνην, &c.] Duplex hîc lectio in cod. Græcis[b]. [Quæritur quænam sit melior.] Resp. 1. Δικαιοσύνην[c]. Ità Syrus & Arabs[d]; [Arabem autem Di. aliter reddit] & Vulgatus, & Patres aliquot, & duo MSS. vetustiss*. Altera ergò lectio (ut sæpe factum) ex interpretamento glossematis nata est. Quia enim δικαιοσύνη, in sensu ἐλεημοσύνης, erat glossema, i. e. vox minùs usitata, & Judæis Hellenistis, quàm Græcis, notior; ideo ascripta est vox altera usûs frequentioris[f]. Græcus fortè aliquis, non intelligens quid hîc *justitia* esset, *eleemosynam*, quam v. seq. legit, pro ea posuit[g]. *Justitiam* autem hîc intelligunt, vel, 1. in genere; ut, præmissâ sententiâ generali, descendat Christus ad particularia justitiæ opera, eleemosynam, orationem, & jejunium[h]. Quæ tria Christus cohærenter hîc ponit: quia passim ista ut ὁμογενῆ jungi solebant. Vide Tob 12. 9[i]. *Justitiam facere*, hîc idem est atque, *justè & rectè vivere*[k]. Vel, 2. misericordiam, vel eleemosynam, quæ *justitia* dicitur[l], tum in SS. Gen. 19. 19[m]. Deut. 24. 13. Psal. 112. 9. & præcipuè, Pro. 10. 2[n]. & Dan. 4. 27[o]. tum apud Hebræos, teste Eliâ Levitâ[p]. Hinc cista pauperum dicebatur, קפא של צדקה, *cista justitiæ*[q]. Sic autem dicta est; vel, 1. quia ex officio requiritur, nec sine peccato omitti potest[r]. Pauperes vocantur *Domini bonorum nostrorum*. Vide Pro. 3. 27. ideóque pauperibus dare est, suum cuique tribuere: quæ justitia est Aristotelica. Hinc formula mendicandi, זכון בי, *puta me dignum*, vel, *justum est ut accipiam*; imò &, *Da mihi præceptum*. Huc respexit Christus, Luc. 16. 9. Μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, h. e. opes injustè eis denegatæ quibus debebantur †. Vel, 2. quia Pharisæi eam ex ipso opere operato justificare ac salvare putabant. Bab. Bava Bathra. *Ob quadrantem unum pauperi datum in Eleemosynam, particeps fit homo beatificæ visionis*. Berachoth, *Eleemosyna nunc expiat, ut olim sacrificia*. Hierosl. Peah, *Si Eleemosynas praestiteris, custodiet te Deus ab omni damno & nocumento*[t]. Resp. 2. Ἐλεημοσύνην[v]. [Probatur hæc lectio:] 1. Plerique codices ità legunt, fatente Bezâ[x]. 2. Ità Ar. *misericordias vestras*, Æthiop. *ad eleemosynam vestram**. 3. Ex serie sermonis; versus enim 1. & 2. unâ absolvuntur periodo, cujus προσέχετε v. 1. negans est; ἀπέχουσι v. 2. affirmans. Hæc habet *eleemosynam*, ergò & illa. 4. Christus de eleemosyna sæpe loquitur, nec ullibi eam *justitiam* vocat[y]. 5. Non dicit, ποιεῖν δικαιοσύνην, sed, ποιεῖν τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν; at phrasis Hebræis usitata, pro *exercere justitiam*, illa est, non ista. Suspicor *justitiam* hîc à quopiam repositam esse ex Syro[z]. Christus indubiè dixit צדקה, *justitiam*, sed hæc vox tunc temporis *eleemosynam* significavit, eámque vulgus intellexit[a]. Ἐλεημοσύνη, propriè est, *misericordia*[b], vel *beneficentia*[c], in pauperes[d]: hîc notat stipem egenti datam*; ut Luc. 11. 41. & 12. 33. Act. 3. 2, 3, 10[f]. & quicquid officii præstatur egentibus[g], sive miseris[h]. ¶ *Ut*, &c. Πρὸς τὸ θεαθῆναι] *Ut*, vel, *Quò spectemini*, Er. Be. Ti. Sy. P. Tre. &c. *Ut innotescatis*, Æth. *Ut vos ostentetis*, Pers. sim. Ca. *Ut videamini*, Vulg. Sed plus est θεαθῆναι, *spectari*, quàm ὀφθῆναι, *videri*[i]. Alluditur h. l. ad theatrum, in quo spectacula fiebant, & contentiones victoriæ gratiâ. Id docent, 1. Vox μισθὸς, *merces*, quæ in illis erat tantùm θεαθῆναι, & δοξασθῆναι. 2. Vox σαλπίζειν; gladiatores enim, &c. tubâ populum convocabant, idque, ut sequitur, *in vicis*, &c. 3. Vox sequens, ὑποκριταὶ, quæ propriè significat *histriones*, qui personam induunt, &c[k]. Non vetat conspici rectè facta, suprà 5. 16[l]. ad gloriam Dei, aliorúmque ædificationem; ut patet ex 2 Cor. 8. 21, 22. Phil. 2. 15. 1 Pet. 2. 12[m]. sed non vult hoc animo, hoc fine, fieri, ut spectemur[n]. Docet hîc non posse Deo probari quæ ideo fiunt, ut aut laus captetur, aut gratia. Quam sententiam Philo facundè, ut solet, his verbis exprimit, Ἑυρήσεις &c. (*Reperies qui dicuntur beneficium dare vendentes, veriùs quàm dantes, & qui accipere putantur revera emunt; dantes enim laudem venantur*, &c. Sic & AE. *Nè largiaris pauperi spe gloriæ apud homines consequendæ, sed potiorem ducas gloriam quæ est à Deo*, &c[o]. R. Jannai, cùm videret quendam pauperi dantem luzum, (quadrantem Sicli,) nonnullis præsentibus, dixit, ei meliùs fuisse non omnino dedisse. Talmud in Chagig. *Qui facit justitiam suam in secreto, vir melior est quàm Moses*[p]. *Vir bonus non tam videri quàm bonus esse vult*, inquit Plato, ex Æschylo. Egregiè Hierocles, Πᾶν γὸ, &c. (*Quicquid animum reddit meliorem, revera virtus est. Quæ autem venustatem laudémque apud homines captant, sunt illiberalia sophismata, & umbræ tantùm virtutum*, &c.) At, *plerisque hominum*, ut dicebat ille, *major famæ sitis est quàm virtutis*[q]. ¶ *Alioquin*; Ità Sy. Ar. Be. Pi. Εἰ δὲ μήγε] *Sin minus*, P. sim. Camer. Ad verb. *Si autem non sanè*, Pi. sim. Mo. Camer. nempe, Attenderitis ad hoc[r], vel faciatis quod jubeo †. Quem justitiæ amor non tenet, damni timore refrænat. ¶ *Mercedem*, &c.] Merces est præmium operi debitum, non ex operis dignitate, sed ex Dei promissione[t], & gratiâ[v]. Voces Hebrææ, quæ Græcæ huic sæpe respondent, נדר & אתנה, promiscuè *mercedem* & *donum* significant, quò magis appareat non eam

[a] Be. * Ham. [b] D. [c] Be. Mal. G. [d] G. * Be. [f] G. [g] Mal. [h] Bru. ex Aug. sim. Be. [i] G.

[k] Be. [l] Bru. D. &c. [m] Di. [n] Mal. [o] Be. sic D. [p] D. qu. 2. 81. [q] Greg. obs. 14. [r] Ham. † Greg. ib. [t] Li. ho. [v] Scul. Di Sch. Pi. Er. ex Chrys. [x] Scul. Sch. * Di. [y] Scul. ex. 2. 29. [z] Pi. [a] Li. ho. [b] Pi. sic V. [c] Bru. sic V. [d] V. * Pi. Sch. [f] Sch. [g] Bru. sim. Sch. [h] Sch. [i] Be. Bru. [k] Ham. [l] Bru. [m] Span. [n] Bru. sim. Sch. &c. [o] G. [p] Greg. obs. 14. [q] G. [r] Camer. † Pi. [t] Bru. [v] Bi.

eam esse vim hujus vocis, ut æqualitatem inter factum & rem desideret. Sed neque Latina vox id exigit. Est quidem *merces*, ut Varro vult, à *merendo*: at *merere*, aut *mereri*, Latinis veteribus erat consequi. Terentius, *Egóne illam cum illo ut patiar nuptam unam diem? nil suave meritum est.* Cicero, *Quid enim merear, ut Epicureus esse desinas*, & similia. Merces illa, quam Deus rependit obedientiæ nostræ, fundamentum habet in liberali ac misericordi ejus promissione. Alioqui non digna sunt quæ hîc patimur (est autem patientia pars nobilissima obedientiæ nostræ) glorioso præmio quod nobis obventurum est. Bene Salvianus, *Indignum est ad futuræ gloriæ comparationem omne opus humanum.* Sed de his pleniùs ad Luc. 17 [x].

2. *Noli*, &c. Μὴ σαλπίσῃς] *Nè excites clamorem*, Tre. *Nè proclamaveris*, Sy. *Nè tubâ clanxeris*, Mo. Ti. sim. Ar. Pers. Er. Il. *Nè curato buccinâ cani*, Be. Pi. sim. P. Bru. Sch. Quod quis facit per alium, ipse facere putatur. Sic 1 Cor. 15. 52. *Christus* σαλπίσει, i. e. curabit *tubâ cani*, nempe per Angelos, ex collat. Matt. 24. 31. Sic Livius, *Militum decimum quemque ad supplicium legit*, i.e. legi curavit [y]. Videntur Pharisæi dum eleemosynas distribuerent, tubâ clanxisse, eo quidem prætextu ut pauperes, revera autem ut spectatores, convocarent [z]. Sed id nullo testimonio aut exemplo probant [a]. Non inveni, quæsiverim licèt multùm serióque, vel minimum tubæ hujus vestigium. Eleemosynam triplicem dederunt Judæi; 1. in canistrum publicum, pro pauperibus mundi, h. e. mendicis quibusvis ostiatim petentibus. Hæc exigebatur quotidie ab oppidanis per tres viros intra fores singulas. Nullus hîc tubæ usus. 2. In arcam pauperum, pro pauperibus istius urbis. Colligebatur hæc in Synagoga Sabbato. Confer 1 Cor. 16. 2. Aderat quidem turba in omni Synagoga; at, num adhibita dum præstarentur Eleemosynæ, adhuc quæro. Subit illud in Hierosf. Demai, fol. 23. 2. *Exactores Eleemosynæ non proclamant die festo, sicut proclamant die communi; sed exigunt clanculùm & reponunt in sinu.* Sed num hæc proclamatio palàm faceret quid ab unoquoque esset datum, an admoneret de non dando, nisi quod ritè dari posset, judicent doctiores. 3. Ex agro; decimas, manipulos, &c [b]. Non id moris fuit apud Judæos, [ut tubâ clangerent, &c.] sed locutio est proverbialis [c]. Nam tubâ convocare populum Hebræi solebant, ut Moses nos docet: atque indè ad Tyrios, à Tyriis ad Tyrrhenos, qui & ipsi propago sunt Tyriorum, ut nominis vestigium indicat, à Tyrrhenis ad Græcos, tubæ usus pervenit [d]. Aut Christus Metaphoricè hîc loquitur, aut, si tuba adhibita, adhibita est ad Eleemosynas peculiares atque extraordinarias [*]. Σαλπίζειν [hîc] est populum testem quærere [f]. Hoc pruritu laborabant Judæi, qui tamen summè approbârunt Eleemosynas secretò præstitas. Hinc *Gazophylacium silentum* nobilis memoriæ in Templo, quò *Eleemosynas suas contulerunt religiosissimi quidam silenter & clanculùm*, &c [g]. ¶ *Sicut hypocritæ*, Ὑποκριταὶ] *Simulatores*, Be. Bru. &c. Quorum sunt, ut cum Poeta loquar, *mores personati*. Vetus dictum est, *Totus mundus exercet histrioniam* [h]. *Histriones*, Er. sic Be. Bru. Scul. Talis est, qui alia persona cùm sit aliam agit [i]; eámque ad amussim exprimere conatur, ad captandum applausum [k]. Huc pertinet τὸ *ut spectemini*, quod verbum est theatrale [l]. Scholiastes Demosthenis, *Veteres*, inquit, ὑποκριτὰς vocabant quos nunc Comœdos & Tragœdos vocamus [m]. ¶ *In synagogis*] i.e. Congregationibus, conventiculis [n], i.e. locis in quibus Judæi ad tractanda sacra conveniebant [o]; h. e. in areis, quæ ante ædes hujusmodi publicas esse solent, quæ & ipsæ ad eas pertinent [p]. Rectiùs ἐν ταῖς συναγωγαῖς transferas, *in circulis*: latissimè enim patet vocis usus: neque hîc restringi debet ad Proseuchas, quod & sequentia ostendunt: quin & nunc Judæi liberalitatem suam maximè ostentant in exsequiis mortuorum [q]. In conciliabulis, sive conventiculis, quæ solent fieri in plateis, ac foro, seu triviis [r]. Ut קהל, ita συναγωγὴ, quemlibet *conventum*, sive civilem, sive Ecclesiasticum, denotat, & hîc, & v. 5. ubi cum *vicis* & *angulis platearum* conjungitur. Sic & Mat. 10. 17. & 23. 6, 34. Marc. 12. 39. Luc. 8. 41. & 12. 11, &c †. ¶ *In vicis*] Ità Er. Il. Tre. Mo. vel potiùs, *plateis*, Be. sic Sy. Æth. P. Ham. Ῥύμη enim, cùm deducatur à ῥύω,

x G. — y Sch. — z Bru. sim. L. Euthym. & Strab. in Mal. — a Mal. — b Li. ho. — c G. ex Chrys. & Theoph. — d G. — * Li. ho. — f G. — g Li. ho. — h G. — i Mal. sim. Scul. ex. 2. 30. sim. Er. Be. Bru. — k Bru. — l Mal. ex Er. — m Scul. — n V. — o V. sim. Bru. Mal. Gua. Be. — p Bru. — q G. — r Er. — † Ham. ad v. 5.

i. e. ὁρμῶ, eum in urbe locum significat, in quem omnes certatim confluunt [t]. Al. ῥύμη, à ῥύω, *traho*, significat tractum illum viæ in urbe utrinque ædificiis septæ [v]. ¶ *Receperunt*, &c. Ἀπέχουσι, &c.] *Acceperunt*, vel *Receperunt*, Sy. Ar. Pers. Tre. Camer. Er. Sch. sim. Pi. Ergò non accipient demum, non restat illis merces apud Deum [x]. *Abstulerunt*, Ti. Camer. i. e. jam habent [y]. *Habent*, Er. Il. V. Aug. sic Ca. Ità & Latinè dicimus, *habeat sibi*, i. e. nihil ultrà exspectet. Apud Arrianum Epicteti. Ἀπέχεις πάντα· (*habes omnia* [z].) Plutarchus Solone, Ὁ δὲ ἐν γάμῳ, &c. *Qui matrimonii honestatem spernit*, [scortator scilicet] *ostendit se non liberorum, sed voluptatis gratiâ, cum muliere rem habere, jámque* μισθὸν ἀπέχει, *mercedem suam recepit*, nempe voluptatem, *nec jus ullum habet Natos appellandi*, &c [*]. *Accipiunt*: congruit hoc cum Matth. 5. 46. *habetis mercedem* [a]. *Excipiunt*, Mo. *Referunt*, P. *Perceptam habent*, Be. Æthiopicus hîc vertit, *Amiserunt*: q. d. Aliam mercedem non consequentur. At v. 16. *absolverunt*, aut *finiverunt*, i. e. totam habent, quantam quantam exspectare possunt ||. Al. verto, *Prohibent*, &c. q.d. Captando gloriam apud homines, prohibent mercedem suam apud Deum. Apud omnes Lexicographos κωλύω, ἀπέχω, & ἐμποδίζω, idem significant. Ità ἀπέχω sumi puto (pace Bezæ & Grotii) apud Plut. in Solone, *Qui nuptiarum decus vilipendit palàm ostendit, se non liberorum gratiâ, sed voluptatis, mulierem asciscere*, τόν τε μισθὸν ἀπέχει, *& non reliquerit sibi libertatem loquendi ad natos suos, quibus ipsum nasci fecit probrum.* In eo quòd non reliquerit sibi libertatem loquendi ad natos suos, ἀπέχει τὸν μισθὸν, *prohibet mercedem suam* alimoniæ, quam ab honestè natis liberum fuit parentibus lege postulâsse. Idem Plutarchus De defectu Oraculorum, versùs finem. Οὐδὲν ἀπέχει τὸ μαντικὸν ἀναθυμίασιν, &c. *nihil prohibet vaticinandi spiritum*, &c. Sed & Dion Halic. Οὐδείς με ἀφέξει φόβος μὴ οὐχ ἃ φρονῶ λέγειν, *Nullus me prohibebit terror, quò minus dicam quod sentio* †. Ἀπέχειν, propriè est, *abesse* [b]; ut Luc. 7. 6. & 15. 20 [c]. modò, *abstinere* [d], vel *cohibere*, ut Act. 15. 20, 29. Et notum est proverbium, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου, (*Sustine & abstine*:) modò, *avertere*, *abstrahere*; ut Odyss. ο'. 33. Νῆα ἑκὰς νήσων ἀπέχειν, *Navem longè ab insulis detinere* [*]; hic autem idem valet quod ἀπολαμβάνειν, vel ἀποφέρειν [f], i. e. ex re aliqua percipere [g], habere id quod ab aliquo acceptum fit [h]; vel, *accipere*, *reportare*, ut Luc. 6. 24. Phil. 4. 18. Philem. v. 15 [i]. unde ἀποχὴ, scriptum quo creditor debitorem absolvit [k]; sive quâ fatemur nos aliquid accepisse, ac proinde ei cujus interest de exactione porrò non facienda cavemus; q. d. *quietantia*, &c. Ἀπέχει, est, *sufficit*, Marc. 14. 41 [l]. ¶ *Mercedem suam*] Gloriam [m] ab hominibus [n]: quæ una eorum merces est; laudari cupiunt [o]. Directè opponitur hoc Christi enunciatum opinioni Hebræorum sentientium opera misericordiæ quæ fiunt invocato Deo, spe tamen & respectu humanæ laudis, minus habitura mercedis apud Deum, neque tamen mercede caritura. At Christus docet habituros eos quod voluerunt, inanem scilicet gloriam, nec quicquam præterea [p].

3. *Nesciat* (vel, *Nè noverit*, Be. P. Nè permittas ut sciat [q],) *sinistra tua* (sub. *manus*: multa enim substantiva, utpote nota, omittuntur, ut, ἐπ' εὐθείας, scil. γραμμῆς· (*ad rectam*, sub. *lineam*:) πρὸς ὀρθὰς, scil. γωνίας· (*ad rectos*, sub. *angulos* [r]:) *quid faciat dextera tua*] i. e. Quomodo porrigit Eleemosynam †. Proverbiale est [t]; & hyperbolicum dicendi genus [v]: qu. d. Tantùm absit ut aliis ostentes [x], quamvis conjunctissimis [y]; ut, si fieri potest, ipse nescias quod facis [z]; nec ejus memineris, aut mente tuâ volvas versésque cum oblectatione [a]. Non dissimile illud Imperatoris, qui interrogatus quando signum itineri daret, dixit se tunicam quoque abjecturum si consciam putaret [b]. Sensus est, Benefac quàm potes occultissimè [c]: Animo simplici da, nec cura ut aliis innotescat. Metaphora hyperbolica, quatenus manibus tribuitur intellectus [d]. q.d. Adeò fuge virtutis tuæ ostentationem [*]; aut testes [f], ut, si sinistra manus oculos haberet, videre non posset [g]. Cave nè per ambitionem ostentes ei, qui ad sinistram assidet, id quod dextrâ tuâ porrigis [*h]. Quod dexterâ solâ donari potest, nè utrâque manu porrigas, quod ostentationis genus est [i]. Alludere videtur ad morem Judæorum: Maimon. in Shabb. c. 29.

t Be. — v Pi. — x Idem. — y Camer. — z G. — * G. Be. Scul. 2. 30. — a Val. — || Di. — † Kn. — b Be. sic Sch. — c Sch. — d Bru. Sch. — * Sch. — f Be. sic Bru. — g Bru. — h Pi. ex Luth. sim. Be. — i Sch. — k Be. sim. Camer. Sch. — l Sch. — m Scul. sim. Be. Ca. &c. — n Be. sic Ca. — o Ca. — p G. — q Bru. — r Sch. — † Pi. — t Be. sic G. — v Be. sim. — x Er. Zeg. — y Zeg. — z Er. sim. Bru. — a Bru. — b G. — c G. sim. Bru. — d Pi. — * T. — f Me. Mal. — g Mal. Me. T. — h J. Cap. — i Mon. in Wal.

Poculum vini, ad sanctificandum ingressum Sabbati adhibitum, dextrâ manu sumendum erat, auxilio sinistræ non admisso. In Bab. Joma refertur de Shammæo, quòd noluit se cibare nisi manu unâ [k].

4. *Ut sit* (ἦ, i.e. γένηται [l].) *eleemosyna tua in abscondito.*] Prorsus occulta [m]; Deo & tibi soli cognita [n]. Nihil minus ambias quàm conspectum laudémque hominum, aut tui etiam in teipso oblectationem. Quòd si vel proximi necessitas aut ædificatio, vel Dei gloria, desideret ut publica sit, adeò non peccas, ut majus sit bonum [o]. Ebræi gazophylacio Templi, sive corbona hoc superscribunt, *Donum in occulto flectit iram.* In libro Musar. *Maxima est merces ejus qui dat in occulto, —— ità ut qui accipit nesciat à quo accipiat.* Dicunt etiam Hebræi, *Debet homo facere præcepta propter ipsa, &* לשם שמים, *in nomine Dei* [rectiùs forsan reddas, *ad honorem Dei,*] *non ut laudetur ab hominibus* [p]. ¶ *Pater tuus*] Creatione, sustentatione & gratiâ [q]. ¶ *Qui,* &c. Ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ] *Qui intuetur occulta,* Pi. vel, *quod in occulto est,* Ar. & Æth. in Di. vel, *occultè.* Hebraismus [r]. *Qui aspicit* (sub. *te*, Tre. Be. Il. vel sub. τὸ, *hoc*, G. Be. nempe opus tuum, vel eleemosynam tuam †: Deest articulus, ut Mat. 22. 30. ἐν οὐρανῷ, pro quo Marcus habet, οἱ ἐν οὐρανῷ. Sic Mat. 10. 23. ἐν τῇ πόλει, positum pro, οἱ ἐν τῇ πόλει. Marc. 8. 26. ἐν τῇ κώμῃ, pro, τῷ ἐν τῇ κώμῃ [t].) *in occulto*, Tre. Be. Il. &c. Cujus oculis patent abditissima quæque, Heb. 4. 13. Illius intuitu & conscientiâ contentus esto [v]. ¶ *Reddet*, &c. Αὐτὸς ἀποδώσει σοι, &c.] *Ipse* (Αὐτὸς vel abundat [x], vel Patrem hunc distinguit ab eo in quem confertur beneficium [y];) *reddet* (sub. *mercedem tibi*, Bru.) *in propatulo*, Er. Il. &c. vel, *palàm*, sive *manifestè*, V. Ar. Æth. Ca. Zeg. coram oculis mundi [z], *in resurrectione justorum*, juxta Luc. 14. 14 [a]. cùm manifestabuntur omnia bona maláque opera [b]. Τὸ *in oculto* abest in Vulgato, nec non in vetustissimo codice meo [c]; & in eo codice quo Augustinus usus est [d]; Adest autem in Syro*; & apud Chrysost [f].

5. *Non eritis* (i.e. nè sitis [g]: Enallage modi Hebraica [h],) *sicut hypocritæ*] Quorum execrabili nomine ipsos à vitii imitatione avocat [i]. ¶ *Qui*, &c. Ὅτι φιλοῦσιν] *Quia* vel, *Nam amant*, Pi. Bru. &c. i.e. affectant [k]: vel, *gaudent*, V. vel, *solent*, Er. V. Pi. Sch. ut φιλέω sæpe sumitur. Herodot. διὰ φιλέει, &c. (*quale in bello fieri solent.*) Aristoph. φιλεῖ, &c. *Solent aliter verti* [l]. Metonymia efficientis; nam quod quis libenter facit, idem crebrò facit [m]. ¶ *In synagogis*] Atqui Synagogæ precibus destinatæ sunt [n]. Tanchum, *Pergit ad Synagogam ad orandum.* Berachoth, *Cùm quis vespere ab agro se domum confert, primò se conferat ad Synagogam & ibi legat aliquid, deinde precetur.* Persuasum nempe iis erat, preces Synagogæ certè esse auditas [o]. Non ergò omnes in Synagoga orationes damnat [p]; (nam & ipse in & cum Synagoga oravit [q];) sed quòd non nisi in Synagogis orarent [r]; quòd ad orationem locum seligerent publicum & frequentem †; quòd, dum preces publicæ in Synagoga funderentur, preces privatas & à Synagoga discretas mussitarent, quò intentiùs in precantem oculi omnium converterentur. Hierosl. in Berachoth fol. 8. 3. *Non oravit quis orationes matutinas? Ingressus Synagogam reperit illos orantes orationem additiam? Si pro certo habeat se incepturum ac desiturum,* ità ut *post Angelum Ecclesiæ respondeat Amen, Oret* [t]. Fortè Συναγωγὰς hîc appellat quosvis hominum in foro & locis celebrioribus cœtus, ut suprà v. 2 [v]. [vide ibi dicta.] ¶ *Et in angulis platearum*] i.e. Ubi desinunt viæ in angulos [x]; ubi ferè sunt trivia, quadrivia, compita [y]. Cicero dixit, *in compitis*, Catullus & Musæus, *in triviis* [z]; ubi solebat plebis esse concursus [a]; unde *verba trivialia* [b]. Ibi multis conspicui erant. Crassa hæc & pudenda hypocrisis, profana, adeóque animum distrahentia, loca ad orationem eligere [c]. Æthiopicus vertit, *in angulis platearum portæ.* Nè spernas. Plateæ enim multæ, apud Orientales, portis claudebantur, atque à se invicem distinguebantur [d]. De recitandis Phylacteriis precibúsque adjunctis adeò cautum est [à Magistris,] intra justum tempus id fieri, ut ubicunque quis esset positus, v. g. *asino insidens*, vel, *in culmine arboris*, (sunt ipsissima Canonistarum exempla:) cùm adveniret præfinitum tempus, descenderet & ad orationem se reciperet. Ansam hinc nacti curabant, ut, adveniente illo tempore Canonico quod eos ad preces coegit, in plateis deprehenderentur, & ab admirante vulgo conspicerentur. Hierosl. *Dixit R. Jochanan, Vidi ego R. Jannai stantem atque orantem in plateis Tsipporis, & progredientem ad quatuor cubitos, atque orantem orationem additiam.* Hoc etiam adjiciebant; ut longissimâ pausatione uterentur, per horam totam ante preces inceptas, & tantum temporis post eas finitas, ità ut per tres horas continuas usitatissimè conspicerentur in habitu positi & Statu precatorio. vide Bab. Berachoth fol. 30. 2. & 32. 2. Ità ut non sine ratione insaniverint Canonistæ, cùm ab ortu Auroræ ad horam diei usque tertiam spatium indulserint precibus Phylactericis. Præterea ad ejaculationes & preces se addixerunt ex occursu cujuslibet ferè rei, vel in plateis, vel in via, obviam euntis. *Cùm videret quis locum ubi aut miraculum editum fuerat, aut idolum sive jam aderat, sive antea ablatum fuerat, oratiunculâ est utendum. Cùm videret quis Æthiopem, nanum, curvum mancum &c. benedicendum. Arborem videns pulchram aut faciem formosam benedicat, Benedictus sit ille qui creavit creaturæ formositatem,* &c. Berachoth. cap. 9 ¶ *Stantes*] Non situm damnat, sed quòd situm hunc eligerent quò pluribus essent conspicui*. Stantes orabant Judæi, vide Dan. 9. 20. (nec non Christiani [f].) nisi luctûs tempore, aut in quadragesima, quod tempus pœnitentiæ dicatum; tunc enim orabant proni aut in genibus: diebus autem Dominicis, & in Pentecoste, i. e. totis 50 diebus post Pascha, non nisi stantes, testibus Tertul. & canone ultimo Synodi magnæ Nicænsis. Et qui pœnitentiam agebant delictorum intra præstituta tempora erant ὑποπίπτοντες, (*succumbentes,*) postea, Συνεστῶτες, (*stantes.*) *Statio* igitur, apud veteres, non quemvis, sed receptissimum, orandi modum significat, Ità Marc. 11. 25. *quando stantes orantes.* Luc. 18. Pharisæus stans orat, & Neh. 9. 5. populus ad preces jubetur consurgere. Et Gen. 18. 22. pro, *stabat coram Deo*, Chald. habet, *orabat.* Neque aliter stándi verbum usurpatur Job. 30. 20. Jer. 15. 1. & 18. 20. Atque ità vocem *stationis* usurpant tum Judæi tum Christiani veteres, interdum & Synedochicè pro piorum conventu [g]. Musar. *Sine stationibus non subsisteret mundus.* Christiani suas habebant *stationes*, in quibus stantes orabant, teste Tertul [h]. & Cypr. *quando stamus ad orationem* [i]. Hinc עמידה, *statio*, unum ex 7 nominibus orationis, Pesictha fol. 66. col. 3. *Non est aliud statio quàm precatio*, Manahem [k]. Hierosl. *Ingreditur quis in Synagogam, invenitque illos stantes in oratione.* Maimonides in Thephillah cap. 5. in orante hæc requiri ait, nempe ut stet, caput operiat, oculos figat deorsum, &c [l]. Al. Cùm flexis genibus orandum docent & natura & usus, Luc. 22. 41. Act. 9. 40. & 20. 36. & 21. 5. Malim *stantes* hîc interpretari fixi & immobiles, quasi homines animo in cœlum rapti; vide Matth. 20. 3. 6. Luc. 18. 11 [m]. Al. Forsan post vocem ἑστῶτες pronuntiatio paulisper sustinenda, ut non ad προσεύχεσθαι referatur, sed ad præcedentia ἐν ταῖς γωνίαις, ut merus hîc sit idiotismus [n]. Et Heb. עמד [o], & voces εἶναι & καθῆσθαι non tam stationem, vel sessionem in loco, quàm præsentiam vel existentiam significant [p]. [Prior, sive εἶναι] in Mat. 16. 28. Marc. 11. 25 [q]. item Mat. 20. 3. & 11. 5. Luc. 23. 10. Act. 5. 20. & 7. 55. & 11. 13. & in Artemidoro, l. 5. sect. 68. ἐν τῇ πλατείᾳ ἑστὼς, i. e. ὢν, quod ipsum hîc habemus [r], & in Hesychio, Ἕστηκε, inquit, κεῖται, ἑσταθῶν, ὕπαι, imo, & ἔστατο, (*stetit,*) ἐκάθητο, (*sedit* †.) [Posterior sive καθῆσθαι] in Mat. 11. 16. & 27. 36 [t]. & Luc. 24. 49. Sed & Latinum *sto* non semper situm denotat, sic verto, *Amant in collegiis esse* aut *adesse.* Non hîc docet quo corporis statu precarentur [x]. ¶ *Ut videantur*, &c.] Intellige & laudentur. Non tam verè orabant, quàm orare videri cupiebant [y].

6. *Intra in*, &c. Εἰς τὸ ταμιεῖόν (σου)] *In conclave tuum*, Er. Il. Sy. Be. Pi. vel, *cellam*, Ti. V. Er. *cubiculum*, Mo. *penetrale*, Ar. Tre. Locum secretiorem significat in quo aliquid recondimus [z]. Non improbat morem in publico orandi, sed tantùm intentionem animi corrigit [a]. q. d. Secessum potiùs quæras quàm

[k] L. hc. [l] G. [m] Bru. [n] Mal. [o] Bru. [p] D. [q] Sch. [r] Be. † Sch. [t] G. [v] Bru. [x] Be [y] Be ex Er. sim. Sch. [z] Pi. [a] Bru. [b] Er. ex Theoph. [c] Be. [d] Er. Be *Be. [f] Zeg. [g] Sch. sim. [h] Pi. [i] Eru. [k] Idem. [l] Sch. [m] Pi. [n] Be. [o] Li. ho. [p] Li. ho. sim. Bru. Pi [q] Li. ho. [r] Pi. † Bru. [t] Li. hc. [v] Be. sim Ham. [x] Be. sic Bru. [y] Bru. [z] G. [a] G. sim. Bru. D. Clar. Camer. [b] G. [c] Bru. [d] Di.

*Bru. [f] D. Ham. [g] G. [h] D [i] G. [k] D. [l] Li. ho. [m] Mal. [n] Pri. [o] Ham. ex Ca. [p] Pri sic Ham. ex Ca [q] Ham [r] Pri. † Ham.. [t] Pri. [v] Ham. [x] Ca. [y] Bru. [z] Be. sic Bru. [a] Me. ex Mal. sim. Eru.

quàm testes ambitiose desideres, soli Deo placere velis & studeas [b]: Non magis affectes ut homines te precantem laudent, quàm si abditus in retrusissima ædium parte solus preceris [c]. Agit hîc Christus maximè de precibus quæ non in commune fiunt, sed in usus peculiares quales erant illæ Cornelii Centurionis. Alioqui δοξολογίας, (*gratiarum actiones,*) & preces pro bono communi non vetat palàm in conventibus fieri, imò alibi etiam jubet, ut infrà 18. 19. Præterea omnia ista, quæ de conclavi & obserando ostio dicuntur, sunt desumpta ex communi usu ad ea denotanda quæ sine strepitu fiunt. Vide Esa. 26. 20. ¶ *Patrem,* &c. Τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ] Placet hæc lectio, quam & infrà v. 18. ipse Latinus Interpres sequitur; ut id notet quod ex Hebræorum literis hausit Orpheus, ità de Deo unico loquens, — ἐδέ τις αὐτὸν Εἰσορᾶᾳ, &c. (*Neque quisquam mortalium ipsum videt, ipse verò videt omnia*). Sed & Philemoni idem est. Ὁ πάντ' ὁρῶν τε κ' αὐτὸς ἐχ ὁρώμεν@. Est locus huic loco non dissimilis in Epicteto Arriani 1. 14. Ὅταν κλείσητε, &c. (*Quum fores clauditis, & tenebras intus facitis, memineritis vos non esse solos, nam & Deus intus adest* [d].)

7. *Nolite,* &c. Μὴ βαττολογήσητε] *Ne loquamini inania,* Mo. vel, *incompositè,* Æth. vel, *multa vana,* Pers. *Nè eadem blaterate,* Be Pi. *Nè sitis multiloqui,* Er. Tre. Ti. Scul. vel, *garruli,* Il. sim. Ca. *otiosè garruli,* Sch. Βαττολογία est πολυλογία, ut Suidas describit [*], & constat ex sequente hujus versûs membro [f]. Favent versiones & Arabis, apud Kirstenium, *Non multiplicate verba* [g], & Syri, qui hîc habet מפקין, i. e. *Ne sitis multiloqui* [h]; voce deductâ, vel ab Heb. פכה, quod Ezec. 47. 2. *aquarum decursum* denotat *ubertim tanquam è* פך, *phiala, manantium*; vel ab Heb. בקק *vacuavit*, unde מבקק, quasi מבקק, is erit, qui quicquid intus est verborum temerè exinanire solet atque profundere [i]. Respexit hîc Christus ad Sirach. 7. 5. Μὴ δευτερώσῃς, &c. *Nè iteres sermonem in precibus tuis* [k]. Βαττολογία est ταυτολογία· βάττ@ propriè est, qui non potest planè eloqui, sed unam syllabam sæpe iterat priusquam eam integrare queat. Hinc βατολογεῖ, qui eadem sæpiùs repetit in loquendo [l]. Βαττολογεῖν dicitur, vel à Batto nescio quo homine balbo, & hæsitanti ore, impeditaque linguâ; quales, cùm nè semel quod cupiunt effari possunt, voces easdem iterant [m]: vel potiùs à Batto, quodam poeta; cui Ovidius hæc tribuit. *Montibus, inquit, erant, & erant in montibus illis*: cui par pari referens Mercurius, ——— *& me mihi perfide prodis, Me mihi prodis* [n]? Preces hîc damnat Christus vel immodicè prolixas, vel superstitiosè & sine fine iteratas [o]. Dixit quidam, *Non veretur Deum ex corde qui multùm loquitur*: Josephus Albo, Judæus Hispanus, *In precatione rectâ tria requiri* ait; *brevitatem, consensum oris cum corde & humanitatem* [p]. Non vetamur aliquamdiu continuare orationem, quod fecerunt Christus & Apostoli: neque id quod solicitè expetimus aliquoties repetere, quod itidem Christum fecisse videmus, præsertim in suprema illa pro Apostolis & credenbus precatione, ut & Paulum [q]. Non damnat preces (re postulante, aut affectu serio exprimente [r],) longas [†]; (cùm ipse pernoctârit sæpiùs in oratione [t], & perpetuò orandum docuit [v]; Luc. 18. 1. 1 Thess. 5. 17. Colos. 4. 2 [x].) nec nudam earundem petitionum reiterationem [y], sive in iisdem terminis, sive in Synonymis [z]; (nam & ipse ter eadem protulit [a], Matth. 26. 44 [b].) sed vanam opinionem, quasi aliquid virtutis ut pietatis esset in istis battalogiis [c], eæque apud Deum citiùs audirentur [d]. Prohibemur Deo verba annumerare, quasi ille preces ex prolixitate potiùs & labore externi istius operis quàm ex intimo animi affectu, cui excitando, non indicando, in precibus verba inserviunt, metiretur [*]. Prohibet etiam eo animo multum loqui, ut hominibus benè orare videamur [f]. Exempla hujus βαττολογίας plurima reperies in Romanensium Breviariis [†] & in Psalterio Jesu, ubi 15. hujusmodi oratiunculæ proponuntur, *Jesu, Jesu, Jesu, miserere mei, Jesu, Jesu, Jesu, adjuva,* &c. quarum singulæ decies docentur repeti [‖]. ¶ *Sicut ethnici*] Homines alterius gentis & religionis [g]. Ἐθνικοί Judæi Hellenistæ vocabant τὸς ἀλλοφύλες, ex strictiore usu ejus vocis. Quanquam enim significatu laxiore etiam Judæi ἔθν@ vocantur, Joh. 11. 51. Act. 10. 22. & 24. 10. receptius tamen erat ut Judæos vocarent λαὸς, cæteros ἔθνη, quomodo Hebræi [lege, Hebraicè] illi עם, isti גוים, vocabantur. Atque ità opponuntur inter se λαὸς & ἔθνη, Act. 26. 17, 23. Causæ distinctæ appellationis hæc, quòd ἔθνη vocarent quamvis hominum multitudinem, λαὸν autem, cœtum jure ac legibus sociatum, quod in Judæos eximiè competebat. Quo sensu Deus, gentes prophanas ad Evangelium vocans, dicitur sibi comparâsse λαὸν ἐξ ἐθνῶν, Act. 15. 14. Exemplum petit Christus ab Ethnicis, quia Judæi huic vitio minùs erant obnoxii, ut qui potiùs docerent preces concisas esse debere, ut constat ex A E. &c. Et apud Sirachidem est, Μὴ δευτερώσῃς λόγον, &c. ubi δευτερῶν τὸν λόγον idem est quod βαττολογεῖν [h]. Atqui Judæi in hac re parùm minùs peccârunt quàm Ethnici; ut enim hi battologias miscuerunt in precibus, ità illi Synonymias, idem proferentes variatis phrasibus, ut ex eorum Liturgiis constat. Sed & axioma apud eos erat, *Omnis multiplicans orationem auditur,* Hierof. Taanith fol. 67. 3. *Ethnicos* ergò feriens h. l. Christus ferit & *Judæos*; at *Ethnicorum* solùm fit mentio, tum quòd Ethnicam cæcitatem hoc saperet, tum præsertim, nè preces publicas Judæorum sine causa damnaret, in quibus non ex Synonymia peccatum est omnino, si ea ex pio corde adhiberetur [i]. In eo peccabant Ethnici quòd multiloquio suo putarent Deum & doceri de suo statu, & flecti [k], ut eos faciliùs exaudiret [l]. Vide Battologiam Ethnicorum supplicantium civilem, apud Lampridium in Commodo, *Parricida trahatur. Rogamus, Auguste, parricida trahatur. Hoc rogamus, Parricida trahatur* [m]. Sic in gratiarum actione [ad Deum:] unde illud in Comœdia, *Obe, jam desine deos, uxor, gratulando obtundere, Tuam esse inventam gnatam; nisi illos tuo ex ingenio judicas, Ut nil credas intelligere nisi idem dictum est centies*. Contra eum morem est illud Plauti in Pænulo, *Paucis verbis rem divinam facito*. Centies idem est βαττολογεῖν. Idem & in precibus fieri consuêsse ostendunt hymni Græcorum, & quæ in eam rem disserunt Plato, Juvenalis, Persius [n]. In Æschilo centum reperies versus simul factos ex meris Tautologiis, ἰώ, ἰώ, & φεῦ, φεῦ, & ἒ, ἒ, ἒ, quibus deos suos invocant [o]. Sic & 1 Reg. 18. 26 [p]. & Act. 19. 34. Hujus generis erant & carmina quibus deos [incantabant [q]. Huc spectant innumera eorundem deorum nomina, (ut Luna, & *Isis*, & *Lucina*, & *Diana*, & *Trivia*, & *Hecate*, vocabatur,) quæ deinde & Numina diversa æstimabantur. Sed & in Arabicis Canticis, centum ampliùs nomina veri Dei nonnunquam ità congeruntur, ut nihil præter adjectam singulis invocandi interjectionem admittant [r]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ πολυλογίᾳ] *Ob* (vel, *Per,* Sy. V. Sch. Præp. ἐν sæpe instrumentum aut medium significat [†]:) *multiloquium suum,* Er. Il. quia longæ orationis tædio se defatigant: πολύλογοι autem solent iidem esse βαττολόγοι quia, ut multa dicant, necesse habent sæpe jam dicta repetant. At quæ nihil nisi quod opus est complectitur oratio non potest πολύλογ@ dici. Facetè Philemon, τὸ μὴ λέγοντα, &c. (*Eum qui nihil quod opus est dicit longum puta, si duas tantùm syllabas pronunciet: Qui autem ad rem loquitur, longus non est, quamvis multa & diu loquatur. Exemplum habes in Homero, quem nemo longum vocat, licèt multas versuum myriadas scripsit* [*].)

8. *Scit,* &c.] Non ergò verbis ad eum multis est opus [t]: rogator sis oportet, non expositor, rerum tuarum. ¶ *Pater*] Cui non potest non proclive esse filiorum indigentiæ succurrere [v]. ¶ *Quid opus sit vobis*] Solebant Græci Romanique etiam inhonesta à diis clàm petere, ut passim docemur. Christus tamen eò non respicit, sed quòd, non contenti in genere se suáque commendâsse, longo verborum ambitu exprimerent quæ bona sibi vellent dari; vitam longam, robur corporis, formam, victoriam, eloquentiam, gratiam potentum: quæ omnia latè exsequitur Juvenalis. At Plato potiùs orandum vult cum Poeta, Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις Ἄμμι δίδε· τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν, (*O Jupiter Rex, bona nobis des sive petentibus sive non petentibus: mala autem à nobis, etiam petentibus, arceas.*) Consentit Poeta vetus, Μή μοι, &c. (*Nè mihi contingant quæ vellem, sed quæ expedit.*) Quos secutus Juvena-

Marginal notes (left column): b Bru. — c Er. — d G. — * Ham. — f Scul. Sch. Ful. — g Scul. ex. 2. 30. — h Scul. Ful. — i Ful. misc. 2. 16. — k Q. in Scul. — l Salmas. in wal. — m Er — n Be. ex Er. sim Mal. — o Er. — p D. — q G. — r Sch. — † T. ex Mal. sic Sch. — t T. — v T. ex Mal. — x Mal. — y Li. ho. sim. Mal. — z Li. ho. — a Li. ho Mal. — b Mal. — c Li. ho. — d Li. ho. sim. Mal. — * G. — f Mal. — † Be. — ‖ Scul. ex Cas. — g Camer. s. m. Be.

Marginal notes (right column): h G. — i Li ho. — k T. — l Mal. — m Li. ho. — n G. — o Ham. — p Mal. Li. ho. Ham. — q Ham. — r Seld in Scul. ex. 2. 20. — † Sch. — * G. — t Me. — v Bru.

Juvenalis, cùm dixisset, *Evertere domos totas optantibus ipsis Di faciles:* idque multis comprobâsset exemplis, tandem ità concludit, —— *Si consilium vis, Permittes ipsis expendere numinibus quid Conveniat nobis, rebúsque sit utile nostris. Nam pro jucundis aptissima quæque dabunt Di. Carior est illis homo quàm sibi; nos animorum Impulsu & cæca magnâque cupidine ducti Conjugium petimus partúmque uxoris; at illis Notum qui pueri, qualisque futura sit uxor.* Addit & formulam precandi; *Orandum est ut sit mens sana in corpore sano.* Ex quibus satis apparere arbitror quomodo hæc Christi verba cum superioribus cohæreant. Quid, inquit, multis verbis opus est ea commemorare quæ ad vitæ hujus usum pertinent? satis sit generaliter optare id quod expedit. Nam quid cuique expediat plerumque ipsi homines nesciunt; at scis Deus. Confer v.32 [x]. Simplicius in c.13. Epicteti, Πολλὰ ἡμῖν ἀρέσκει, &c. (*Multa nobis placent etiam quæ nobis mala sunt, sive ob ignorantiam naturæ nostræ, sive ob brutos nostros appetitus.*) Plautus Pseud. *Stulti haud scimus frustrà ut simus, cùm quid cupienter dari Petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus noscere* [y]. ¶ *Antequam petatis eum*] Vel, *ab eo*, Sy. Er. Be. &c. imò antequam ipsi sciatis [z].

9. Sic ergò vos (Quos ab Ethnicis distinguit [a]; *vos*, qui laudem apud Deum, non apud homines, quæritis: *vos*, à me edocti, Deum non multitudine verborum, sed magno affectu, exorari [b]:) *orabitis*] Vel, *orate*, V. Er. Docent nos Hebræorum libri, non tam formulam hanc à Christo suis verbis conceptam quàm in eam congestum quicquid in Hebræorum precibus erat laudabile; sicut in & admonitionibus passim utitur notis eo seculo proverbiis. Tam longè abfuit ipse Dominus Ecclesiæ ab omni affectatione non necessariæ novitatis [c]. Formam hanc orationis Christum ex seniorum traditionibus & Euchologiis collegisse, hâc ex illis recollectione patebit; *Pater noster qui es in cœlis, fac nobis gratiam, Nomen tuum, Domine Deus noster, sanctificetur, & memoria tua glorificetur in cœlo desuper, & super terram infernè*, Sepher Tephillim Lusitan, p.115. *Regnum tuum regnet super nos in seculum, & in æternum*, Sepher Hammussar, 49.1. *Pii priores dicebant, Remitte & condona omnibus iis qui vexant me.* Com. in Pirck. Aroth. fol. 24. *Nè inducas nos in manus tentationis, sed libera nos ab occursu malo*, Sepher Hammussar, 9.12. *Quia tuum est regnum, & regnabis gloriosè in secula seculorum* [d]. Quod consuetum Salvatori, cum Ecclesia gentéque in religiosis civilibúsque, modò licitis, utplurimum conformem se præbere, id in hac orationis formula compingenda clarissimè etiam elucet. Statæ Judæorum orationes illo tempore erant 18 aut circiter, Hieros. Taanith, fol. 65.3. Bab. Berachoth, fol. 28.2. Illæ (ut tradunt RR.) sub Rabban Gamaliele, (præceptore illo Pauli) in ordinem redactæ sunt. Illarum insuper summula sive Epitome facta est, tum recitanda, ubi prolixiorem orationem recitare prohibuit aut memoriæ tenuitas, aut negotiorum necessitas. Vide Bab. Berachoth. Solebant porrò Doctores Judæorum orationum formulas & sibi ipsis struere, & discipulis suis, Luc. 11.1. & Gemara Babylon. Berachoth; quas etiam statis & consuetis gentis formulis superaddebant, ac rebus propriis & peculiaribus adaptabant, non autem statas illas abdicabant. Pariter Christus, non preces Ecclesiæ statas enervat, (quin publicæ se liturgiæ in Synagogis atque in Templo associavit:) nec, nè privatis precibus utantur, suis interdicit; sed hanc perfectissimam omnium orationem summulam, reliquis, pro more gentis, superaddidit: ut frustrà sint qui hodie quærunt, cur nos orationem Dominicam nostris subjungimus [*]. Non præcipit hâc solâ semper oratione uti, sed orandi dat formulam ad quam aliæ omnes petitiones exigendæ sunt [f], ut nihil huic orationi contrarium peteremus [||]. *Sic*, i. e. vel, 1. in his verbis, ex collat. Luc. 11.2. *Dicite*, h. e. Facite *in hæc verba.* Quæ enim alia est in S.S. phrasis quæ hunc sensum exprimit? Occasio etiam illius dicti consideranda est, Luc. 11.1. *Dixerunt, doce nos orare, &c. ut Johannes, &c.* h.e. Formulam trade à nobis usurpandam, tanquam signum Discipulatûs nostri: alioquin ignorâsse ipsos hactenus quid aut quomodo orarent, absurdum est credere [g]. Vix potuit Christus clarioribus indiciis universalem ac constantem hujus orationis usum, tum privatim, tum publicè, indigitare quàm quibus usus est. Omnibus enim hoc præcipit sine ulla exceptione, aut distinctione: sequitur præterea h.l. ritum morémque gentis suæ usitatum, secundùm quem etiam non dubium est quin Discipuli Christi hanc formulam reciperent. Docuit Johannes suos, sicut magistri inter Judæos suos, formulam exhibendo ab omnibus suis, assiduè verbatim & in terminis adhibendam [h]. Vel, 2. in hunc sensum. Non enim præcipit Christus verba recitari, quod nec legimus Apostolos fecisse [i], (quanquam id quoque fieri cum fructu potest) sed materiam precum hinc promere. Et sanè nihil est dignum oratu quod non in partes hujus formulæ tanquam in locos suos rectè digeri possit, *Oratio enim hæc*, inquit Tertul. *quantum substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus* [k]. Qu. An Christus bis, an semel tantùm, hanc orationem tradidit? Eam enim hîc sponte tradit, at in Luc. 11.1. rogatus. Resp. 1. Semel tantùm. Quorsum enim eosdem orationem eandem bis docuisset? Nisi dicamus, quod non displicet, Christum apud Lucam solos Discipulos, à quibus rogatus fuerat; hîc verò omnem turbam auditorum, quæ eam orationem nondum audiverat, docuisse. Si autem semel tantùm traditam dicamus, dicendum erit, Matthæum non unam solùm Christi concionem recitare, sed quæ ille diversis temporibus & locis docuisset, in unum locum conjicere voluisse [l]. Resp. 2. Bis [m]: semel in Matthæo, super montem, in 2. post baptismum anno, & iterum in Luca rogatus idque in 3. anno post baptismum [n]. Sed cur antea à Christo edocti, in Matthæo, rogant iterum, ut doceat eos orare, in Luca? Quid? Numnam illi istius orationis illic exhibitæ obliti? Numnam eam pro formula orationis exhibitam, ac usitandam, ignorârunt [o]? Putabant Christum in monte, non formulam, sed tantùm exemplar, precum ipsis dedisse [p]. At potiùs primam istam pro publica orationis formula reputabant, tum ex adjectione Coronidis Antiphono publico in Templo adeò similis, tum præsertim ex adjectione *Amen*, non nisi in cœtibus usitati. Orant ergò iterum, ut privatim eos orare doceat, & ille eandem repetit formulam, omissis verò Coronide & *Amen*, quæ publicum usum sapuerunt. Habes ergò signum publici usûs, tum in adjectione *Amen*, tum in Coronide, ex consonantia ejus ad Antiphonum in Templo; & privati, ex absentia *Amen*, & ex consonantia ejus ad ejaculationem in precibus Phylactericis [q]. Partes hujus orationis sunt quatuor. 1. Exordium, *Pater*. &c. 2. Propositio, constans petitionibus. 3. Confirmatio, *Quia tuum est*, &c. 4. Epilogus, *Amen* [r]. Petitiones hîc sunt septem [†]: quatuor primis precamur bona, tribus reliquis deprecamur mala: tribus primis æterna petimus, & quæ in Dei gloriam respiciunt: quatuor reliquis temporaria & nobis necessaria. Nam ut Lex duabus Tabulis distinguitur, quarum prior pietatis erga Deum officia continet, altera charitatis erga proximos: sic orando Christus partim Dei gloriam quærere jubet, partim nostris necessitatibus consulere permittit. Hæc porrò oratio à fine rerum expetendarum incipit, & desinit in initium & rationem quâ iniri efficique illæ in nobis possint & conservari [t]. [His præmissis accedamus ad explicationem consummatissimæ hujus Dominicæ orationis.] ¶ *Pater noster qui es in cœlis*] Notissimum hoc erat apud Judæos Dei Epitheton, & usitatissimum. Maimon in Tephilloth, *Pater noster qui est in cœlis, sic nobiscum agas, sicut promisisti*, &c. Jona, *Benedicti vos, ô Israelitæ, quis vos purificat? Pater vester, qui est in cœlis.* Simil. Sotah, & Hieros. Maaseroth. Sed & Deus ipse docuit Israelitas, & quidem omnes, non autem regenitos tantùm, eum sic vocare, Esa. 63.16. & 64.8. quia nimirum eos in professionem sui vocâsset, quia eos curavit ac instruit, &c [v]. Deus dicitur *Pater*, tanquam naturæ creatæ Autor, Conservator & Tutor, eximiè autem respectu Christi [x], qui Deum & suum & nostrum Patrem vocare consuevit [y]. Deus est Pater omnium, Eph. 4.6. sed peculiari modo credentium & regenitorum [z]. *Patris* nomen & eximiam Dei bonitatem prædicat [a], adeóque nos excitat ad fiduciam

impetrandi,

[x] G. [y] Pri. [z] Bru. [a] Bru. ex Er. [b] Mal. [c] G. [d] Greg. not. 38. [*] Li. ho. [f] Bru. [||] Mal.

[g] Med. l. 1. dissert. 1. [h] Li. ho. 124. [i] G. sim. Mal. [k] G. [l] Mal. [m] Rupertus in Mal. [n] Med. ib. [o] Li. ho. [p] Med. ib. [q] Li. ho. [r] Sch. [†] Bru. ex Aug. sic Mal. Sch. &c. [t] Bru. [v] Li. ho. [x] Camer. [y] Bru. [z] Mal. [a] Bru.

impetrandi, & benevolentiam Dei captat [b]. Nomen autem *Patris* h. l. notat, vel, 1. Deum communiter [c], sive totam Trinitatem [d]: *Pater* enim hîc dicitur, non à relatione quâ Christum respicit*, sed à relatione quâ nos respicit, ut creator, conservator, adoptator, &c. Hæc autem Paternitas est sine dubio toti Trinitati communis [f]. Alloquimur quidem Patrem Christi, oramus tamen & Christum & Spiritum Sanctum, qui unus sunt Pater, exauditor, largitor, &c [g]. Vel, 2. primam Trinitatis Personam [h]: Hoc suadet, 1. usus: quia *Pater noster* semper in N. T. sic sumitur, dicitúrque & *Pater Christi cœlestis*, Matth. 18. 35. & *Pater noster cœlestis*, Matth 5. 48. Confer Joh. 20. 17. Distinguitur etiam à Christo Filio in solenni illa precatione, *Gratia* ——*à Deo Patre nostro, &*——*Christo*, &c. 1 Cor. 1. 3. & 2 Cor. 1. 2. 3. 2. Interpretatio ipsius Christi, qui Patrem nostrum orandum à se distinguit, & suum esse declarat. Vide Joh. 15. 15, 16. & 16. 23, 26, 27, 28. Distinguitur etiam ille quem invocamus, *Abba ô Pater*, à Spiritu Sancto, Rom. 8. 14, 15 [i]. *Noster* dicit, non meus [k]; 1. ut nos distinguat, tum à Christo, qui *Patrem meum* appellare potuit, quia singulari modo erat Pater ipsius; quum eo modo quo noster est Pater, est & omnium Pater: tum ab infidelibus, qui spurii sunt, &c [l]. 2. Ad reprimendam superbiam, Dum Rex v. g. pro mendico orans, eúmque fratrem vocans, illum sibi honore æqualem agnoscit. 3. Ut admoneret nos mutuæ charitatis, ut singuli orarent pro omnibus membris, &c [m]. ut in quacunque solitudine aut distantia positi nosmetipsos recognosceremus cum Ecclesia conjunctos, ejúsque felicitatem pariter ac nostram apprecaremur. Canon est in Bab. Berac. fol. 30. 1. *Orantem oportere semper, cùm orat, se cum Ecclesia consociare*; quod Glossa sic explicat, *Nè quis* (licèt summè solus) *oret orationem brevem* (i. e. aliam à precibus statis) *numero singulari, sed plurali* [n]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς] Subintellige ὢν, vel ὂν in vocativo. Et quum articulus vulgò dicitur vocativo carere, sciendum est, omnino vocativum articuli dari in omni gen. & num. nominativo similem, ut ὁ hîc, & Matth. 11. 26. Ναὶ ὁ Πατὴρ, & οἱ Matth. 25. 34. Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι· (*venite ô benedicti.*) Ità & in Platone, Sophocle, &c [o]. [de quibus vide Authorem.] *In cœlis*, nempe beatorum [p], ubi habitat Deus, quam omnium gentium opinionem esse testatur Aristoteles [q]; non ibi inclusus, sed ibi κατ' ἐξοχὴν [r], quia ibi gloria ejus elucet †. Commendat hoc potentiam Dei, quâ perficitur basis fiduciæ nostræ [t]. q. d. Nos in terris patrem nescimus: ex te uno pendemus [v]. ¶ *Sanctificetur nomen tuum*] Rectè Hebræi hoc ad pietatis opera referunt. Vide dicta suprà 5. 16. 1 Pet. 2. 12. Benè autem notant Veteres primis his tribus membris pia desideria potiùs exprimi, quàm petitiones: neque verò opus est ut singulis sensus proprios atque distinctos assignemus. Nam & Lucas videtur tertium omisisse ut prioribus comprehensum [x]. Chessellus vir doctus & pius anxiè desiderabat accuratam trium primarum petitionum discriminationem. Sic autem discrevit primam à secunda, quòd istic postulari videtur *cognitio quæ est ex parte*, qualis electis contingit in hac vita; hîc verò *cognitio facie ad faciem*, qualis contingit in altera: Clariùs, In prima suspiramus ad Regnum Gratiæ, in secunda ad Regnum Gloriæ [y]. Tres primæ petitiones ad Deum glorificandum & colendum pertinent, idque convenientissimo ordine. Sicut enim Regi alicui bene volentes primùm optamus ut longè latéque fama ejus, & gloria, spargatur: secundò, ut quàm latissimè regnet: tertiò, ut subditi ejus omnes perfectè ei obedient. Idem & Deo optamus & volumus, &c [z]. *Sanctificetur*, &c. Sic & Judæi in Euchologiis suis. Seder Tephilloth, p. 115. *Nomen tuum, Domine Deus noster, sanctificetur, & memoria tua glorificetur, Rex noster, in cœlo desuper, & super terram infernè* [a]. Per *nomen Dei* hîc intelligitur, tum, 1. ipse Deus [b], ut inter homines nominatur & cognoscitur [c], sive Majestas Divina [d], refulgens in operibus & virtutibus suis, potentiâ, sapientiâ, veritate, &c*. quo sensu *nomen Dei* dicitur *invocari, blasphemari, amari*, &c. ut idem sit quod, *gloria Dei*, Psalm. 106. 20. Jerem. 2. v. 11 [f]. tum quicquid ad Deum quoquo modo pertinet [g], vel, *super quod invocatum est nomen ejus*, hoc est, quod ipsius est peculium, (ut phrasis illa exponi debet. Vide Gen. 48. 16. Esa. cap. 4. v. 1.) ut omnia quæ Deo sacrantur, sive res, sive personæ, sive loca, sive tempora, sint [h]. *Nomen tuum sanctificetur*, id est, sanctè observetur, aut sanctè prædicetur [i], celebre reddatur [k], sanctè colatur [l], ametur, timeatur [m], sanctum declaretur [n], sive habeatur [o]. *Sanctum* dicitur, non solùm purum & impollutum, verùm etiam venerandum & inviolatum [p]. *Sanctificetur*, vel, 1. ab omnibus [q]; q. d. In omnibus perfectissimè regnet per gratiam, per gloriam in piis, in impiis per justitiam [r]. Vel, 2. à nobis; q. d. Da nobis hanc gratiam, ut parati simus ad illud sanctificandum quâvis occasione, h. e. ut non nisi sanctè & reverenter de te & operibus tuis cogitemus & loquamur †. Sanctificatio & pollutio nominis Dei pendet ab operibus nostris [t]. Porrò, *sanctificetur nomen Dei*, si alieni à Dei cognitione & cultu convertantur, si fideles sanctè vivant, si ei ut veraci credant, eum ut justum timeant, ut bonum diligant, &c. si omnia Dei opera probent, si unquam de ipso loquantur aut cogitent sine summa veneratione. Huic sanctificationi nominis Dei opponitur ejus pollutio sive profanatio, quum scilicet detrahitur sive Majestati sive operibus ejus, &c. Hâc itaque petitione, respicimus ante omnia in Dei gloriam; cæterùm ex consequenti, & pro nobis & pro omnibus oramus, ut in nobis & per nos ea Deus operetur, per quæ nomen ejus sanctificatur, ut nos gratias Deo debitas solvamus, ut Deum non hîc modò, sed & in altera vita, perfectè sanctificemus [v]. *Sanctitas* cujusvis rei in eo constat, quòd discernatur ab aliis rebus per modum exaltationis atque eminentiæ [x]. Hoc enim nomine *sancta* dicuntur & *oleum*, & *thymiama*, Exod. 30. 31, 32, 35, 37, 38. &, *sanctus populus*, Levit. 20. 24, 26. Deut. 26. 18, 19. Et pro *separare*, Deut. 19. 2, 7. ponitur *sanctificare*, Jos. 20. v. 7. Et ut quod impurum est *commune* dicitur, Act. 10. 14. ità sanctum est quod *à pollutione* atque *à communi separatum*. Propterea, *sanctificare*, est, vel, in sancto statu ponere, sive *consecrare*; vel, si res jam talis sit, eam *usurpare prout sanctitatem ipsius decet*, h. e. *habere cum discrimine*, ab usu communi secernere, singulari & proprio & digniore modo uti. Hoc modo sanctificabantur, & oleum, & thymiama, & populus Dei: vide Lev. 20. 24, 25, 26. Videamus jam quo pacto Nomen Dei sanctificandum est, tum in se, tum in rebus super quas invocatur. *Sanctitas* ergò duplex est; 1. Absoluta, Originaria & Essentialis, in Deo; vel, 2. Relativa sive Derivata, in rebus quæ ipsius sunt, h. e. in rebus sacris. Prior sanctitas est illud ἀξίωμα, sive illa eminentia Divinæ Majestatis, quæ aliis communicari nequit, quâ ab omnibus aliis eminentiis discernitur, iisque præfertur. Hinc Deus sæpe dicitur *Sanctus Israelis*, i. e. Eximius ille & qui communicari nequit. Cùm dicimus *Deus est sanctus*, idem est acsi diceremus, est Majestas incomparabilis potentiæ, sapientiæ, bonitatis, &c. *Sanctificare* ergò *nomen Dei*, est, id ipsi facere quod Sanctitas ejus postulat, pro duplici ipsius respectu, nimirum, ipsum colere & glorificare, propter eminentiam ejus; & id agere cultu singulari, & separato & peculiari, propter sanctitatem ejus. Prius non agere, est *Defectus religionis & Atheismus*, h. e. non agnoscere Deum tanquam Supremam eminentiam; posterius non servare, est *Idololatria*. Verbo dicam, Omnis Dei cultus, sive internus sive externus, nihil aliud est quàm *Sanctitatem Dei*, h. e. incomparabilem ejus potentiam, bonitatem, &c. cognitione, verbo, & opere, recognoscere, eíque id ascribere quod nulli alteri tribuimus. Hoc discimus ex magnis illis cultûs Dei exemplis, Esa. 6. 3. Apoc. 4. 18. Hæc de priore & personali Nominis Dei sanctificatione. Sequitur secunda, sive relativa, quâ personæ aut res Deo sacratæ à communi & promiscuo usu separantur, & sacro illi fini atque usui assumuntur atque reservantur [y]. [De quo fusè h. l. agentem Cl. Authorem videat cui lubet.]

10. *Adveniat regnum tuum*] Scil. *ad nos*, Pi. Axioma est Judaicum in Bab. Beracoth, fol. 40. 2. *Ista oratio, in qua non est memoria regni Dei, non est oratio* [z]. *Regnum*, non generale, quò toti universo dominatur, quod præsens est, ideóque optari nequit ut veniat [a]. *Regnum*, [nempe gratiæ,] quo Deus in cordibus justorum regnat [b], quod

[b] Mo. ex Mal. [c] Q. in Gom. [d] E. Me. Bru. Mal. * E [f] E. sim. Mal. [g] Bru. [h] Gom. sic Cyprian. Chrys. & Rup. in Mal. [i] Gom. [k] Bru. Mal. [l] Mal. [m] Bru. [n] Li. ho. [o] Sch. [p] Pi. sim. Mal. [q] Mal. [r] Pi. † Mal. [t] Bru. [v] Er. [x] G. [y] Scul. exerc 2. 31. [z] E. [a] Cap. [b] Bru. sic Mal. Med. [c] Bru. [d] Med. Bru. * Bru. [f] Med. l. 1. dissert. 2. [g] Mal.

[h] Med. [i] V. [k] M. sic Mal. Bru. [l] V. Be. sic Me. Mal. Bru. [m] Mal. [n] Er. ex Aug. [o] Pe. [p] Er. [q] Bru. Mal. ex Tertul. [r] T. † Pi. [t] D. ex He. [v] Bru. [x] Med. ex K. [y] Med. dis. 2. [z] Li. ho. [a] Bru. [b] Ambros. & Hi. & Greg. in Mal. sim. M.

quod *regnum Dei* vocatur Rom. 14.17 [c]. Non placet [d]: Tum quia illud præsens est, meliúsque augeri optetur atque propagari, quàm advenire; tum quia illud petitur in sequent. petitionibus *. Al. *Regnum*, nempe gloriæ [f], quod antonomasticè dicitur *regnum Dei*, prorsus pacatum, quo Deus in sanctis sine hoste regnat, quod à morte inchoatur in sanctorum spiritibus, & perficitur à resurrectione. Oramus insuper, ut destruatur Regnum Satanæ; quod Regno Dei est contrarium, ut Christus veniat ad judicium, ante quod Regnum Dei non aderit, ut ipsi, ceu paternorum bonorum hæredes, cum Deo regnemus [g]. Sed non puto hunc esse sensum, ut rogare jubeamur ut gloria vitæ alterius quàm celerrimè adveniat. Potiùs enim orare solebant Christiani veteres pro mora finis [h]. Quare magis est ut hoc pertineat ad ejus doctrinæ, quæ tum Judæam duntaxat personabat, propagationem per omnes terras [i]. Hic petimus quæcunque ad hujus Regni profectum, honorem & complementum, pertinent; vel, ut augeatur numerus credentium, &c [k]. Vide Luc. 9.27 [l]. Petimus ut Deus absolutè & sine adversario regnet [m]. Vide 1 Cor. 15.28 [n]. ¶ *Fiat voluntas tua*] Tropus est. Non fiunt verba nostra cùm perficitur quod jussimus, sed cùm jubemus & volumus. Nec fiunt vota nostra cùm contingit quod optamus, sed optando fiunt. Ità fit voluntas nostra cùm datur volendi facultas. Est itaque hîc Hebraismus [o]. qu. d. Fiat quod tu vis [p]. Sed & Quintilianus *Facere voluntatem* dixit, & Cicero, *Conservare voluntatem*, h.e. id facere quod quis voluerit. Et idem Cicero, *Chaldæorum promissa consequi*, h. e. res promissas, &, *propositum assequi*, h. e. id quod tibi proposueris. Quale est illud Maronis, ——*Sua nunc promissa reposci*. Sic sæpe χαραὶ, pro τὰ γεγραμμένα, & ἐλπὶς, pro τὸ ἐλπιζόμενον, & ῥῆμα, seu λόγος, pro τὸ λεγόμενον [q]. *Voluntas*, vel, 1. decreti [r]: τὸ θέλημά σου, i.e. quod tu decernis ut fiat †. Non placet [t]. Hæc enim voluntas semper fit in terra; vide Psal. 135. 6 [v]. *In hoc dicto ad sufferentiam nos ipsos admonemus*, inquit Tertullianus. Neque aliter hoc loquendi genus usurpatur, Matt. 26.42. Act. 21.14. Sed quæ sequitur comparatio videtur ad Imperia potiùs Divina pertinere, non excluso tamen eo, quem diximus, sensu: Nam & hoc inter imperata est, ut quicquid de nobis statuerit Divina Providentia æquo feramus animo. Pythagoras apud Iamblichum, Ἐπιστημονικὸν τοῦτο καὶ εὔλογον, τὸ μὴ ἀντιτείνειν καὶ ἀγανακτεῖν τῇ θεία προνοίᾳ. (*Scitum hoc est & consentaneum, nè reluctemur aut indignemur Providentiæ Divinæ.*) Similia habent Cleanthes, Hierocles, Clemens Alex. &c [x]. [quorum verba vide in Authore.] Vel, 2. Voluntas præcepti [y]. q. d. Flecte voluntates nostras in obsequium verbi tui [z]. *Fiat*, nempe à nobis [a], & ab omnibus quod tu vis, præcipis, consulis [b]. Ità *voluntas Dei* passim sumitur, ut Matt. 7.21. Joh. 9.31. Rom. 12.2. 1 Thes. 4.3 [c]. Verùm nec de sola obedientia, nec de sola patientia, loquitur. Ex utraque una confletur interpretatio. *Fiat*, &c. & à nobis, & in nobis [d]. Precati celerem adventum & Regni Patris & Christi ad Judicium, nè intereà jaceat Imperium Patris in terra, & nè nos imparatos offendat dies ille, oramus, *Fiat*, &c *. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς] Ἀνακόλουθον. Deest οὕτως: plenè dicitur, οὕτως ἐπὶ τῆς γῆς †; vel, οὕτω καὶ, &c. Ellipsis particulæ redditivæ ‖. Hîc καὶ vim habet ἀποδόσεως. Plutarchus similiter, ὡς γὰρ δι' ὁμίχλης τὰ σώματα, καὶ δι' ὀργῆς τὰ πράγματα μείζονα φαίνεται (*sicut per nebulam corpora, ità per iram res majores, apparent* *.) *Ut in cœlo*, id est, ἀκωλύτως, (*liberè* [f],) ubi nemo repugnat [g], promptè, alacriter, exactè [h], integrè, ex amore, sponte, purè, constanter, & perseveranter, ad Dei gloriam [i]. *Quænam est oratio brevis? R. Eliezer dicit, Voluntatem tuam fac in cœlis, & dato quietem spiritus timentibus te infrà*, vel *in terris*, Bab. Berac. fol. 29. 2 [k]. Illud *in cœlo* possis interpretari, vel, 1. de astrorum cursu. *In cœlo nihil fit* ἀπὸ αὐτομάτου, (*temere & fortuitò*,) inquit Aristoteles. Sic & Lucanus sapientis animum ità se habere ait, ——*sicut cœlestia semper Inconcussa suo volvuntur sidera motu* [l]. Vel potiùs, 2. de Angelis [m], Psal. 103.21 [n]. *Sic & in terra*, h. e. à nobis qui degimus super terram [o]. Τὸ *sic* similitudinem notat, non autem æqualitatem [p]. Quamvis nunquam futurum hoc sit in terra, tamen perrectè id oramus, tum quia debet fieri, tum quia convenit hoc

c Bru. d Bru. Mal. * Bru. f Pi. Bru. Tertul. & Cypr. & Chryf. & Aug. in Mal. g Bru. h G. i G. sim. E. k E. l G. m Mal. ex Theoph. & Rup. sic Me. n Mal. o Er. p Er. Ca. q Ca. r Q. in Bru. † Be. t Bru. Scul. v Bru. x G. y Bru. sic Pi. Scul. z Pi. a Pi. Eru. b Bru. c Scul. d Mal. * Bru. † Camer. ‖ Pi. sim. Be. * G. f Sch. g Er. h Me. i Bru. k Li. ho. l G. m G. sic Bru. Pi. &c. n Bru. G. o Pi. sim. Er. p Eru. sim. Be.

nos voto testari, hoc desiderare, &, quod ex nobis est, conari, &c [q].

11. *Panem*, &c. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον] *Panem* (vel, *Cibum*, Æth. *Victum*, Ca. [d] Ἄρτον dixit Interpres, ut exprimeret Hebr. לֶחֶם, aut Syr. לחמא, quod *cibum* sign. & peculiariter, ciborum præcipuum, *panem*: imò, si Athenæo credimus, Syri panem, non merum, sed cum lacte, oleo & sale, λάχυαν vocabant. Sic ἄρτοι τῶν ἐθνῶν sunt *edulia gentium*, Tobiæ, 1. 10. ex collat. Dan. 1. 8. Æquè latè patet [*panis*] ut in Jure Romano *victus*, appellatio [r]; comprehendit ea quæ esui, potui, cultuíque corporis, quæque ad vivendum hominibus sunt necessaria †, *victum & vestitum*, ut loquitur Paulus, 1 Tim. 6.8. & Philo, & ea omnia, *Queis humana sibi doleat natura negatis*. Hæc sola nobis in N. F. Deus promittit, hæc sola vult à nobis postulari, neque in antecessum, sed quantum in præsens sat est; cùm contra Judæi à Magistris suis didicissent magnam sibi opulentiam precari [t]. *Panem*, crassiorem nempe ac domesticum, h. e. cibum ordinarium. Sic Horat. *panem* opponit *libis*, &c. Epist. 1. 10. *Utque sacerdotis fugitivus liba recuso, Pane egeo, jam mellitis potiore placentis* *.) *nostrum* (sic vocat, non quasi noster sit proprio jure, quem Deus nobis debet, sed qui vitæ nostræ deputatus est [v], nobis destinatus tuâ providentiâ [x], qui nobis à te dari solet [y], qui & Dei est, cùm ab illo datur, & noster fit, cùm accipitur [z]. Vel, *nostrum*, non alienum, non furto aut otio partum [a]. Vel, *nostrum*, i. e. hominum, non pecudum [b].) *quotidianum* (vel, *continuum*, M. ex Evangelio Hebraico, i. e. quo jugiter & continuò opus habemus [c]. Vel, *supersubstantialem*, Mo. vel, *crastinum*, Ar. vel, *alimentarium*, Ca. vel, *cujusque diei nostri*, Æth. Al. *Panem necessitatis nostræ*, Tre. *Panem qui diei necessarius est*, Pers.) *da* (pro Dei gloria orans, fidentiùs dicit in 3. pers. imperat. *Sanctificetur*, &c; pro se orans, submissiùs in 2. pers. *Da*, &c [d].) *nobis* (perseverat charitas, persistitque oratio communis *:) *hodie*, Be. sic Er. Il. P. Ti. Pi. Vox *hodie*, 1. tollit curam crastinæ diei [f]: 2. frænat aviditatem: 3. monet hanc orationem familiarem & quotidianam esse debere: 4. docet nos omnes quotidie à providentia Dei pendere. Qu. An diviti opus est hoc quotidie precari? Resp. Omnino. Possunt opes vel perire aut subtrahi, vel usum suum amittere, ut v.g. cibus non nutriat, &c. nisi succurrat Deus [g]. [Quærendum hîc de voce ἐπιούσιος,] quæ & Grammaticorum & Theologorum hactenus carnificina fuit [h]. In oratione tantùm Dominica reperitur [i]. Ut vox, περιούσιος à Lxx conficta est, ad exprimendum Heb. סְגֻלָּה, Deut. 7. 6, & 14. 2 *. (Similiter & ὁμοιούσιον, συνούσιον, ἐπιούσιον, Græci novâ quâdam Etymologiæ formâ dixerunt [k].) Ad hujus exemplum & similitudinem ab Evangelistis formata est vox ἐπιούσιος *. Quæ deducitur vel, 1. ab ἐπὶ & οὐσία, *substantia* [m]. Obj. At sic esset ἐπούσιος: ἐπὶ in compositione ante vocalem literam ι solet amittere: itaque Platonici ἐπουσιώδης vocant *quod substantiæ accedit* [o]. Resp. Id non semper verum est; non solùm dicimus ἐπιορκεῖν, sed & ἐπίορκος, *perjurus*, (ι manente,) ab ἐπὶ & ὅρκος, prout & Caninius observat [p]; & ἐπίουρος, (*custos*,) & multa alia [q]. Veruntamen, ut ἐπὶ in talibus plerumque, ità ante voculas ab εἰμὶ deductas semper, τὸ ι abjicit, ut Ἔπειμι, Ἔπεσι, Ἐπεῖναι, Ἐπουσιώδης, &c. non Ἐπίειμι, &c. Sic & in aliis, ut ἐπέχω, ἐπέρχομαι, ἐπαινεῖν, &c. non dicimus ἐπιέχω, &c. Exceptis paucissimis, ut ἐπιανδάνω, *complaceo*, ἐπιαίνω, *remitto*, ἐπιεικὴς, *æquus*, ἐπίορκος, & si quod fortè est aliud *. Vel, 2. ab ἐπιὼν [r], quod est ab ἐπιέναι, *advenire*, vel *supervenire*. Sic à περιὼν, περιούσιος, *quod superest*, aut *abundat*. Ità ab ἑκὼν, ἑκούσιος, ab ἐθέλων, ἐθελούσιος [v]. Ἐπιούσιος verbale est ab ἔπειμι, *post venio*, *sequor*, unde infinitum ἐπιέναι, & particip. ἐπιὼν, unde ἐπιοῦσα, *subiens*, vel *sequens*, vel *proximè futura* [x]. Est autem ἄρτος ἐπιούσιος, vel, 1. τοῦ ἐπιόντος, i. e. *ejus qui advenire debet*, vel, *qui venturus est*, in die nempe Judicii, ut Christus hîc intelligatur [y]. Vel, 2. τῆς ἐπιούσης, *sequentis*, sub. ἡμέρας, *diei*, ut Act. 16.11 [z]. & 20.15. & 21.18. Alibi suppletur substantivum, vel *nox*, ut Act. 23.11. *Sequenti nocte*; vel *dies*, ut Act. 7. 26. *Die sequente*. Sic in Euripide, ἐπιὸν σέλας, *crastina lux*, vel *dies*; & in Thucydide, τῷ ἐπιόντι ἐνιαυτῷ, *sequenti anno*; & in Platone, Ἐπιόντος χρόνου, *Sequente tempore* [a]. Cùm autem nomina quæ à parti-

q Bru. r G. † G. sim. Bru Mal. M. Pi. Ham. &c. t G. * Scul. ex. 2. 33. v Bru. x Pi. y Mal. z Mal. ex Greg. a Bru. b Q. in Mal. c Di. d Bru. * Idem. f M. sim. Bru. g Bru. h Scul. ex. 2. 32. i Gom. * Med. l. 1. dissert. 28. 168. k Be. * Med. m Be. Ca. Gom. ex Theoph. & Hi. n Canin. disq. 14. o G. p Gom. [m. Ca.] q Ca. * Sch. r Salm. in Wal. sic Scul. Canin. G. Scal. v Salm. x Q. in Gom. y Salm. z Scul. Sch. sic Scal. a Sch.

participiis deducuntur, à fœminino fiunt, ἐπιούσιος fit ab ἐπιοῦσα[b]. Id quod alii negant hâc ratione, quia à nullo participio nomen verbale adjectivum formatur. Quibus hæc repono: 1. A περιοῦσα fit περιούσιος, *abundans*; à γηροῦσα, fœminino inusitato verbi γήρω, quod nunc quidem & inusitatum est, fit γερούσιος, *senilis*, & γερουσία, *senatus*. 2. Hoc fœmin. ἐπιοῦσα ratione significationis non amplius participium manet, sed in nomen degenerat. 3. Si unicum hoc daretur exemplum, quis nescit multa in diversis linguis esse singularia[c]? [Exempla vide in Authore.] Hæc de origine vocis[d], de qua amplius quæri non debet: tantùm restat videamus quæ sit vocis significatio*. *Panis* ergò ἐπιούσιος intelligitur, [vel, 1. figuratè:] Nec enim in precatione tam cœlesti Christus loqueretur de pane quem & gentes à parentibus suis accipiunt[f], aut nos quicquam terrenum postulare doceret[g]. Sed hoc prorsus repudiandum est[h]. 1. Constat hîc omnia à Deo petenda comprehendi[i]; inter quæ certè est panis, ut constat ex Prov. 30. 8. 2 Cor. 9. 10[k]. 2. Præceptum hoc cœleste est, non terrenum, non tam panem quærere jubet, quàm docet unde & quatenus quærere debemus[l]. Panem, aliaque hujus vitæ necessaria, à Deo precari est opus, & obedientiæ; quia Deus sua bona peti vult, Matt. 7. 7. & fidei, erga Deum, tanquam datorem bonorum omnium, Jac. 1. 17. etiam corporalium, Psal. 127. & 128. & fiduciæ in Deo collocatæ, 1 Tim. 6. 17[m]. Hâc petitione non tam corporis curam habet Christus quàm animæ, & hoc pacto cavet, nè peccata fiant, &c[n]. Adde, quòd cura & providentia humana de pane, &c. est officium nostrum. Vide Act. 11. 28. 1 Tim. 5. 8[o]. 3. Quod addit Lucas, τὸ καθ᾽ ἡμέραν, manifestè declarat de cibo hoc agi quo in singulos dies nobis opus est[p]. [Videamus tamen quomodo isti locum intelligunt.] Panis hic est *supersubstantialis*, ad verbum, *superessentialis*[q], nempe Christus[r], qui noster panis est †, & dicitur, Joh. 6. 41[s]. & qui venturus est, ut cum eo, & in eo, resurgamus, virtute ejus corporis quod in pane Eucharistiæ sumimus[v]. Corpus Christi intelligitur, quod à nobis supersubstantialier sumitur[x]. Duo tamen obstant: 1. quòd in crastinum petere prohibeamur: 2. quòd velut rem quotidie necessariam postulamus: at corpus Christi quotidie sumere non est necessarium. [Vel, 2. propriè:] Probabilius est *panem*, h. l. omnem necessarium cibum appellari[y]. Dicitur autem panis ἐπιούσιος, i. e. vel, 1. panis crastinus[z], i. e. in futurum, sive in reliquum vitæ[a]. Da pridie quantum sufficit postridie[b]. In codice Nazarenorum Hieron. reperit מחר, *crastinum*[c]. Obj. Sed coactum hoc est[d]. Sic Christus pugnantia diceret, cùm v. 34. vetet in crastinum esse solicitos*. Resp. Hebr. מחר non significat strictè *diem proximè sequentem*, sed *quicquid futurum imminet*[f], ut Exod. 13. 14. ubi LXX habent μετὰ ταῦτα, (*post hæc*,) Jos. 4. 6. Prov. 27. 1. quibus locis servàrunt vocem αὔριον: quo sensu αὔριον usurpat Lucas, 13. 33. Sicut & exactum tempus dicitur תמול, i. e. *heri*. Est ergò ἐπιοῦσα omne id spatium vitæ quod nobis emetiendum restat, incognitum nobis, Deo cognitum; ἐπιούσιον, id quod ei spatio sufficit. Multi homines, incerti quamdiu sint victuri, senectutis exspectationem avaritiæ prætendunt: & sæpe quò minus est viæ, eò plùs quæritur viatici. Vult Christus nos Deo hanc curam committere, ut quantum vitæ superest, tantum nobis suppeditet alimentorum: neque ità tamen ut poscamus omne id nobis repræsentari. Est enim valde illiberalis animi, non credere Deo nisi sub pignore. Quemadmodum igitur hi qui in potestate sunt patrisfamiliâs & boni & sapientis & divitis, non postulabunt ut alimenta in multos annos sibi in cellis recondere liceat, sed contenti erunt dimenso diurno; ità & Christus abesse vult à nostris precibus tum diffidentiam, tum aviditatem. Est ergò hîc σήμερον positum pro σήμερον σήμερον, i. e. Lucâ Interprete, τὸ καθ᾽ ἡμέραν: unde Græcè καθημερόβιοι, Latinè *in diem viventes* dicuntur, qui contenti sunt præsentibus, neque in longum sunt soliciti. Sic & ζῶσιν καθ᾽ ἡμέραν dixerunt Alexis & Antiphanes. Quod LXX Dan. 1. 5. dixere τὸ τῆς ἡμέρας καθ᾽ ἡμέραν. Ità optimè hoc consentit cum v. 34[g]. Panis ἐπιούσιος est panis *succedaneus*, hoc est, qui pani jam absumpto succedit, & ut succedat, natura corporis postulat[h]. Vel, 2. panis quotidianus[i]. Ità Vulgatus[k], nempe ad Lucam, non ad Matthæum[l]. Obj. At Lucas cap. 11. v. 3. pro σήμερον habet καθ᾽ ἡμέραν. Si igitur ἐπιούσιον est καθημερινὸν, ut vult Suidas, otiosa & odiosa est repetitio[m]; dicendum enim fuerit, *panem nostrum quotidianum da nobis quotidie*[n]. Resp. 1. Non est tautologia, quia καθημερινὸς notat *diurnum*, *diarium*, seu *diei convenientem*. Atque ità phrasis similis est illi, Jer. 52. ult. *Dedit ei rex rem diei*, i. e. victum diurnum, *in die suo*, h. e. quotidie[o]; q. d. *panem nostrum hodiernum*, h. e. in hodiernum diem necessarium, *da nobis hodie*. Ità non est verborum antithesis, quam quidam, ubi non est, quærunt; sed cognatio, similitudóque sententiæ. Vocavit autem *quotidianum* potiùs quàm *hodiernum*, ut generalior esset sententia, significarétque, Deum singulis diebus servis suis necessarium cibum dare solere[p]. Resp. 2. *Panis quotidianus* pro vulgari ac consueto accipitur[q], ut scilicet à delitiis ac superfluis distinguatur. Quemadmodum à Philologis, *cœnam quotidianam alicui apponere* citatur ex Plin. 9. 35. & *victus quotidianus*, ex Cicerone[r]. Vel, 3. panis *substantialis*, i. e. quo sustentamur †; vel, *alimentarius*, sive qui ad victum pertinet. Ἐπιούσιος, (ut dictum est,) ab οὐσία, quæ in S. S. idem est quod τὰ ὑπάρχοντα, aut βίος, h. e. *facultates*, aut *victus*, ut apparet Luc. 15. 13[s]. Vel, 4. panis necessitatis, vel indigentiæ, nostræ[v]; qui sufficiat nostræ naturæ sustentandæ[y], & necessitati[z], non voluptati, aut deliciis[a]; naturæ nostræ congruens[b]; idem qui *panis præscripti*, Prov. 30. 8[c]. [ubi annotata vide:] τὸ ἐπιούσιον significat, *quod plus satis*[d]; à περὶ, *ultra*, vel *super**: τὸ ἐπιούσιον, *quod satis est*[f]; q. d. τὸ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ, *substantiæ* nostræ *apta & adæquata*[g]. Illud Salomo deprecatur, Prov. 30. & Christus deprecari jubet, hoc precatur, &c[h]. Bab. Berac. ubi suprà, *Sit beneplacitum tuum ut des unicuique* (ex populo tuo Israele) כדי פרנסתו, *quod sufficit in alimentum*[i]. *Dies* in S. S. sæpe notat totum vitæ tempus, ut Psal. 95. 7. Heb. 3. 7. Ità & h. l. accipio τὸ *hodie*, quod Matthæus ex usu Hebræorum posuit, pro quo Lucas habet καθ᾽ ἡμέραν, i. e. quotidie, sive toto tempor quo hîc vivimus. Sensus autem petitionis idem est in utroque ‖.

12. Et, &c. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν] *Et remitte nobis debita* (vel, *peccata*, Æth. Pers.) *nostra*, Er. Tre. Sy. P. Be. &c. Locutio est Syriaca (quales in N. T. multæ sunt) *remittere debita*, pro, *delicta condonare*. Pro Hebræo סלח, vel נשא, *ignoscere*, *perferre*, *parcere*; Syri habent שבק, *dimittere*, vel *remittere*, ut Chald. paraph. ad Gen. 50. 17. & ad 1 Reg. 8. 34. Et pro Hebr. חטא, *peccator*, *peccatum*, Syri habent חיב, *debitor*, חובא, *debitum*, ut Psal. 1. 1[k]. Sicut Græci dicunt ὀφείλειν δίκην, Latini, *pœnas debere*, ità Hebræis חוב, quod *debitorem* significat, etiam de his qui pœnæ obstricti sunt, usurpari solet, ut Dan. 1. 10. Tertul. *Debitum in scripturis delicti figura est, quod perinde judicio debeatur & ab eo exigatur.* Quod ergò hîc Interpres κατὰ λέξιν expressit, id Ἑλληνικώτερον reddidit Lucas cùm posuit ἁμαρτίας. Sic idem Lucas in eodem sensu, cùm prius dixisset ἁμαρτωλοὺς, mox posuit ὀφειλέτας, c. 13. v. 2, 4. ἀφιέναι autem ἁμαρτίας opponitur τῷ κρατεῖν. Est autem utrumque dictum de Deo ἀνθρωποπαθῶς, quia homines ea, quæ bonâ fide condonant, quasi ex animo projiciunt; quæ condonare nolunt, asservant. Similia sunt, *non meminisse delictorum*, Jer. 31. 34. & *in mare delicta projicere*, Mic. 7. 19. Sic etiam inter se opponuntur χαρίζεσθαι & λογίζεσθαι, sed apertiùs ductâ tralatione à debitis pecuniariis. Servius ad 11. Æneid. *Luisti supplicium. Juris*, inquit, *verbo usus est. Luere enim debitor dicitur, qui pecuniam solvit: quod hic usurpatum est in capitalem pœnam.* Illud, *usurpatum est*, Servio significat λεγόμενον καταχρηστικῶς. Erràsse autem eos qui putàrunt hanc precationem ad paucos duntaxat pertinere, aut debere quidem omnes ità precari, non tamen pro se, aut à quibusdam hoc pronunciari etiam pro se humiliter, non veraciter, docet nos optimus Christi Interpres, Johannes, Epist. 1. cap. 1. v. 8. 9, 10. Ex quo simul intelligimus hanc orationem alligandam ad sola peccata quæ fiunt post nomen datum Christo, sive illa sint ἁμαρτίαι strictè nominatæ, de quibus Johannes pergit agere c. 2. v. 1. sive πταίσματα, de quibus agit Jacobus, c. 3. v. 2. & quæ potissimum hîc respici putat Augustinus, sed referendum insuper ad delicta quæ Christianam professionem antecesserunt.

Marginal notes (left): b Canin. c Sch. d Gom. * G. f Er. g Q. in Mal. h Gom. ex Be. i Be. k Gom. l Mal. m Gom. n Mal. o Gom. p Be. q Er. ex Vulg. r Salm. Zeg. † Salm. s Zeg. v Salm. x Tertul. Ambros. Cyprian. &c. in Mal. y Mal. z Li ho. Q. in Er. a Ham. b Canin. c G. d Be. * Ca. f G. ex Hi. g G. h Di. i Be Scal. Mal. V. k Scal.

Marginal notes (right): l Val. m Q. in Gom. Scal. n Scal. o Gom. p Mal. q Gom. ex Be. r Gom. † V. s Ca. v Scul. ex. 2. 32. Sy. in Di. y Bru. sim. Be. z Di. ex Suida. a Bru. b Camer. & Scult. & Gom. ex Basil. & Theoph. Med. c Be. ex Merc. d Scul. Med. * Med. f Scul. g Med. h Scul. i Li. ho. ‖ Med. l. i. dissert. 23. k Canin. disq. 12.

cesserunt. Quanquam enim N. Fœderis ictu promisit Deus veniam antecedentium delictorum omnibus in Christum crediturìs eámque etiam in animis credentium obsignat, noluit tamen ejus juris effectum, id est, liberationem à morte, cui connexa est gloria æterna, nobis contingere, nisi hac lege, ut dum in hac vita sumus demissè semper coram Deo agnoscamus etiam exacti temporis culpam, & in petenda eo quoque nomine venia perseveremus. Vide Paulum 1 Cor. 15. 9. & 1 Tim. 1. 15. ubi se vocat *peccatorum præcipuum*, quæ pia est Hyperbole. Vide Chrys. orat de statuis 12 [l]. *Remitte*, i. e. condona, nè punias, nè postules à nobis satisfactionem [m]. Tria sunt in peccato; actus, qui transit; macula, quæ manet; pœna, quæ debetur. Tunc itaque dimittit peccatum, quando actum habet eo loco acsi non fuisset; maculam, restituto suo nitori atque integritati animo, eluit, & pœnam debitam remittit. Et istud omne hîc oramus. Peccata *debita* vocantur, quòd debitores nos faciant reparandæ injuriæ quâ adfecerimus Deum, tum Legem ipsius transgredientes, tum creaturam ipsius violantes, nosmetipsos inprimis. Eam autem injuriam cùm reparare non possumus, reliquum est ut pœnæ addicamur, cujus luendæ debitores constituimur [n]. Peccator tum pœnam Deo, tum injuriæ compensationem proximo, debet [o]. Intelligendum porrò hîc nobis dat Christus, 1. neminem nostrûm esse sine peccato: 2. non esse ob frequentia delicta desperandum, semper paratam esse veniam rogantibus, &c [p]. ¶ *Sicut &* (vel, *Nam &*, Gom. sic Pi. &c. ut exponit Lucas, c. 11 [q]. est enim ratio petitionis [r]: ὡς interdum valet ὅτι, sive γὰρ, *quia, nam*, ut probat Steph. exemplis ex Thucyd. adductis. Quibus addo Æsch. in Persis, ὡς πάντα, &c. *quia omnia ista facta sunt*, & Sophocl. in Elect. ὡς οὐκ, &c. *quia scilicet nihil meorum malorum mihi notum fuit*. Utrobique Scholiastes notat, ὡς pro ὅτι accipi †:) *nos dimittimus* (vel, *remittimus*, Pi.) *debitoribus nostris*] Id est, proximis [t], qui in nos deliquerunt [v]. Sensus est, Non frustrà hanc indulgentiam à te speramus, cùm nos filii tui tuo exemplo simili indulgentiâ alios prosequamur, i. e. læsi vindictam nec facto, nec voto, expetamus. Sensus idem qui Eccles. 28. 2. &c [x]. Non conditio, sed similitudo, significatur [y]. q. d. Ut nos erratis nostris mutuò ignoscimus, ut facere par est ejusdem familiæ filios, ità sis & tu propitius Pater, &c [z]. Τὸ ὡς *sicut*, non significat modum remittendi, quia Deus perfectè remittit, sed rationem [a]: non est regula, quia Deus nobis & plura & majora, & liberalius, &c. remittit [b], sed conditio [c]: quod non absolutè intelligendum, quasi hac solâ conditione nobis remittat Deus, sed si cætera accedant; pœnitentia, &c. Hoc enim interest inter negantes & affirmantes promissiones aut conditiones, quòd illa absolutè, hæ verò cum exceptione, intelligantur. (sic Mar. 16. 16. *Qui non crediderit, condemnabitur*. Hoc absolutè verum: *Qui crediderit & baptisatus fuerit, salvus erit*, nempe si cætera habeat necessaria [d]. Æquissima certè est hæc conditio, ut fratribus veniam (& quidem offensarum longè minorum) demus quam à Deo petimus, &c. Vide hîc quantum est eorum crimen qui hac prece utuntur, odium servantes in fratres. Mentiuntur sanè Deo, & Divinam in se invocant ultionem [*]. Aboth. fol. 24. p. 2. *Pii priores* [*Judæi*] *dicebant, Remitte omnibus qui vexant nos* [f].

13. *Et nè nos inducas* (vel, *inferas*, Mo. Er. Camer. Pi.) *in tentationem*] Ità Sy. Ar. Tre. Er. P. &c. Frequens Hebræis [petitio [g].] *Nè inducas*, vel *adducas*, *nos in manus tentationis* [h], vel, *in manus peccati*, ut habent in libro Musar 9. 12. & alibi. Sic dicunt *hominem adduci in manus timoris & mansuetudinis*, vel *in manus somnii*, aut *morbi*, &c. [Vide Authorem.] *Procul recede à præcepto prohibitivo levi; fortè adducet te in manus gravioris*, est Dictum sapientum [i]. In Seder Tephilloth precantur. *Nè me inducas in peccatum, neque in tentationem, neque in contemptum; & remove à me figmentum malum* [k]. Non hic sensus est, nè Deus nos permittat *incidere in tentationes*, quæ communis sors est Christianorum omnium, ac maximè provectiorum, Jac. 1. 2, 3. sed, nè nos sinat oneri succumbere [l]. Nam εἰσφέρεσθαι εἰς πειρασμὸν significat, ità involvi illecebris aut periculis, ut non extriceris, Matth. 26. 41 [m]. Plenius interdum dicunt Hebræi, *intrare in manum tentationis*, i. e. potestatem ac dominium. Hinc in forma Hiphil dicitur Hebraicè, הֵבִיא. Syris (nam illis על valet בוא) העל, quod & hîc reperitur & apud Danielem cum epenthesi הנעל, *facere intrare*, quod Hellenistæ vertunt εἰσφέρειν. Certum autem est & ab Hebræis traditum, verba ejus formæ, quam Hiphil vocant, non semper significare actum κατηγορικὸν, (affirmativum,) sed sæpe ἀποφατικὸν, (*negativum*,) duntaxat, sæpe etiam non causam, sed occasionem, eâ flexione indicari. Deus non tantùm homines impios vitiis suis sæpe relinquit, juxta Rom. 1. 24. sed eos etiam qui viribus suis plus æquo confidunt ad tempus velut abdicat. Hoc jubemur agnitione infirmitatis nostræ & assiduis precibus antevertere, ut apparet ex dictis locis [n]. *Inducere in tentationem* dicitur Deus, non quòd ipse nos tentationi succumbere facit, qui nec peccati, nec tentationis, autor est, sed quòd justo suo judicio neget nobis gratiam illam singularem, quâ prorsus opus est ut tentationes superare possimus: Sicut qui extremè ab aquis periclitantem aliquamdiu juvat, tandem verò deserit, & mergi sinit, rectè illum dicitur morti tradere; & quòd inclinat malas hominum atque Dœmonum voluntates, ut hunc præ aliis tentent, vel quòd offert, donat, aut servat id homini quo ipsum novit abusurum, &c [o]. *Nè inducas*, &c. i. e. Nè permitte nos Satanæ arbitrio [p], ut cor nostrum impleat, juxta Act. 5. 3 [q]. & tentando nos vincat [r]. Vis præpositionis εἰς, *in*, diligenter considerandа est †. *Inducit*, &c. Deus, non impellendo, aut incitando, sed permittendo tentari. Nostræ infirmitatis memores, non solùm, ut vincamus, petimus; sed etiam nè in certamen descendamus, nè fortè vincamur †. Tentatio duplex est; 1. quâ experimentum duntaxat sumitur virtutis nostræ, de qua Jac. 1. 2. 2. quâ simul opera datur, ut ad peccatum pertrahamur, de qua Jac. 1. 13. De hac, non illâ, sermo h. l. est [v]. Πειρασμὸν vocat, Hebraicâ consuetudine, res adversas & casus tristiores, quibus periculum fieret animi voluntatisque alicujus [x]. Πειρασμὸς aliquando *periculum* significat, ut Luc. 22. 40. & 1 Tim. 6. 9. aliquando *tentationem* & *ad malum sollicitationem*, ut hîc & alibi sæpe. Sic Ciceroni *tentationes morborum* dicuntur, cùm morbus nos tentat & invadit [y]. ¶ *Sed libera nos à malo*; ità Sy. Er. Mo. Tre. Ἀπὸ τοῦ πονηροῦ] *Ab illo improbo*, Be. *A maligno*, Ar. *Ab omni malo*, Æth. *A malitia mali*, Pers. Hebræi dicunt מכל רע. Membrum hoc priori opponitur. Ità Petrus dixit, ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι, similiter & Johannes Apoc. 3. 10. Facit autem hoc Deus, aut explorationem clementer temperando, ad eas quas acccepimus vires, aut vires etiam augendo arcanis & ineffabilibus auxiliis. Nam utroque modo præstatur *posse nos perferre*, 1 Cor. 10. 13. Utrum autem sit potius, paternæ Dei providentiæ permittendum est [z]. Τὸ πονηρὸν potest sumi, vel, 1. in gen. masc [a]; de persona [b], de Diabolo [c]: ut suadent, 1. articulus additus [d], quasi illum digito demonstrans [*]. 2. Nomen πονηρὸς, *malus*, vel *malignus*, quo Diabolus vocari solet [f], ut Matth. 13. 19. 1 Joh. 2. 13. & 5. 18 [g]. Sic dicitur per antonomasiam, sive κατ' ἐξοχὴν [h]. Quanquam multæ tentationes sint *ex concupiscentia*, Jac. 1. 14. multæ etiam ab hostibus nostræ professionis, Luc. 8. 13. solet tamen utrumque genus Diabolo ascribi, quia ille miris artibus & cupiditates inflammat & hostes instigat; unde ὁ πειράζων, (*tentator*,) dicitur. Ità *tentatio ex incontinentia*, 1 Cor. 7. 5. ad Diabolum refertur, neque minus gravioris metûs incussio, Luc. 22. 31 [i]. Vel, 2. in gen. neutro [k]; ut ad rem referatur [l], & generaliùs sumatur, ab eo quod est πονηρὸν [m]. non refragor, hoc sensu nimirum, ut jubeamur precari non immunitatem ab incommodis omnibus, sed animum invictum adversus tentamenta. Nam & Hebræi ità dicere solebant, *Nè nos inducas in manum tentationis, sed nos libera ab occursu mali* [n]. *A malo*, i. e. ab omnibus malis & adversis rebus [o], à peccato, quod summum est malum [p], à malitia [q], à tentatrice atque illice concupiscentia [r]. Multi existimant hanc partem superiori jungendam, ità ut sex duntaxat hîc sint petitiones †: planum enim est hanc sententiam cum præcedente cohærere per antithesin, cujus nota est ἀλλὰ, *sed* [t]. Verùm non vetat hoc duo hîc rogari, in priore membro, nè tentationibus vincamur; in seq. nè tentationibus ullisve malis affligamur [v]. *Rabbi* (Judah) *precari sic fuit solitus, Sit beneplacitum tuum ut liberes nos ab impudentibus & impudentia, ab homine malo*, &

[Marginal notes, left column:] l G. m Pi. n Bru. o Be. p Bru. q Bru. sic Pi. r Pi. † Gom. t Pi. v G. sim. Pi. x G. y Er. Bru. z Er. a Pi. b Mal. c Mal. Sch. d Mal. * Bru. f D. g G. h D. G. i D. k Cap. l G. m G. sim. Ham.

[Marginal notes, right column:] n G. o Bru. p Be. sim. Pi. q Be. r Pi. † Mal. ex Tertul. Cypr. Aug. &c. v Bru. x Camer. y Ca. z G. a Bru. b Be. c Be. Camer. Ca. Bru. Er. Zeg. Ham. D. obs. Mal. ex Tertul. Chrys. &c. * Be. Er. Mal. &c. * Mal. f Mal. sim. Pri. D. obs. 13. 16. g D. Pri. h Pri. i G. k Bru. l Er. m Q. in G. n G. o Camer. p Bru. q Er. r Bru. ex Aug. † Bru. t Pi. v Bru.

& ab occursu malo, ab affectu malo, à Jocio malo, à vicino malo, à Satana destructore, à judicio duro, & ab adversario duro, &c. Berac. fol. 16. 2 [x]. ¶ Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, &c.] *Quia tuum est regnum*, &c. q. d. Atque hæc omnia à te petimus, confidimúsque à te impetraturos, freti tum voluntate tuâ, tum potentiâ. Scimus enim, te inchoâsse in nobis Regnum gratiæ, & præparâsse nobis Regnum gloriæ, idque ad illustrationem æternam gloriæ tuæ: deinde scimus, te esse omnipotentem [y]. Sed de hac Doxologia controversia est, quæ adeò crevit, ut in dubio sit utrum pars Scripturæ fuerit necne [z]. In contextum irrepsit [a]: ex Græciæ consuetudine cœpta est asscribi magis quàm pars precationis, Latinis omnibus ignota [b]. [Argumenta hujus sententiæ sunt:] 1. Græcorum mos, qui ad finem concionum solebant adjungere, *quia tibi laus, & gloria & regnum*, aut aliquid simile [c]. Ecclesia Græca hanc clausulam æque subjungit huic & aliis precationibus. Vide Eucholog. fol. ϛγ' B. & ια' B.&ρμα' A.&c. Invenimus aliquando Ὅτι σοῦ ἐστιν,&c. ubi non est Πάτερ ἡμῶν, & contrà, πάτερ ἡμῶν, ubi non est ὅτι σοῦ ἐστιν, &c. Insuper quandocunque immediatè junguntur, semper tamen distinctè recitata invenimus, & *Pater noster*, &c. populi est; *quia tuum est*, &c. Sacerdotis ubique est repetitio. Plus itaque contra nos facit Græcam Ecclesiam eâ clausulâ usam fuisse quàm Latinam omisisse. 2. Non exstat in vetustissimo illo Evangelio Nazaritarum [d]. 3. Abest hæc in Luc. cap. 11. vers. 4 [*]. Resp. 1. Nec Lucas habet *Amen*, quod tamen Matth. 6. etiam apud Latinos habetur. Resp. 2. Unus sæpe Evangelista præterit quod alter addit [f]. 4. Abest in omnibus codicibus Latinis [g]. Resp. Quomodo constat eam potiùs in Græcos codices irrepsisse, quàm ex Latinis excidisse? *Quæ, quæso, editio est mater? quæ filia?* &c [h]. 5. Abest & in vetustissimis aliquibus codicibus Græcis [i]. Resp. Illis præjudicat reliquorum consensus [k]. 6. Latini expositores [l], Cyprian. Aug. & Chrysost.—non explicant, etiam ubi ex professo totam hanc precationem interpretantur [m]. Resp. 1. Latini non explicant, quia in Latina versione aberat [n]. 2. Iis Græcos opponimus, & nominatim Chrysost. qui eam explicat [n]. [Hæc de prima sententia, sequitur secunda, hanc clausulam authenticam esse. Quod his argumentis astruunt:] 1. Extat apud Syrum interpretem [o], qui vetustissimus est, & vetustissimos codices Græcos secutus est [p], & apud Arabem, non illum solùm ab Erpenio editum, sed & M.S.S. bonæ notæ in colleg. Regin. Oxon. Non occurrit autem in exemplari Medicæo, nec in Kirstenio, qui tamen hanc notam adscribit, *Non hæc in Ægyptiaco, & sunt in Syriaco & Romano*, hoc est, Græco hîc, nam אלרומי etiam ità significat [q]. Resp. Cùm exstet hæc clausula & in Syriaco & in Latino contextu & in Arabico, docet nos non Arabicam tantùm & Latinam versionem, sed & Syricam, factam postquàm Ecclesiarum λειτουργία formam certam acceperat [*]. 2. Est in omnibus Græcorum exemplaribus [r], excepto uno Parisiensium codice †. 3. Legunt Græci Patres, Chrys. Theoph. Euthym. &c [v]. quorum potior sanè habenda est ratio, ubi sermo est de Græcis codicibus vetustis, quorum fides illis optimè perspecta est [x]. Resp. At solebant Tertul. & Cypr. Græcis exemplaribus uti, & Hieron. Latinam editionem ad Græcam correxit, nec tamen eam legunt [y]. Attentè consideranti patebit, Christum hanc formam Orationis de industria collegisse ex Seniorum traditionibus atque Euchologiis: [id in petitionibus antè ostensum,] idémque de hac clausula liquet. Sepher Hammussar, 9.12. *Quia tuum est regnum, & regnabis gloriosè in secula seculorum.* Hujusmodi Doxologiam invenies ad finem Orationis Noæ, & omnium ferme formularum precationis vulgarium inter Orientales populos. Ideóque eadem est ratio pro hac clausula quæ pro tota oratione, eáque firma & manifesta [a]. Maximus erat apud Judæos hujus Doxologiæ usus, tum, 1. privatus, in ejaculationibus singulorum, in orationibus Phylactericis, ubi eam tacitè & leni susurro protulerunt; vide Bab. Pesachin, fol. 56. 1. tum, 2. publicus, in Liturgia publica in Templo, ubi vice *Amen*, quod tradunt *responsum non fuisse in Domo Sanctuarii*, hoc fuit pro Antiphono, quod omnium clarâ voce pronunciatum est, *Benedictum sit nomen gloriæ regni ejus in sempiternum*, Hierosf. Berac. fol. 13. 3. Vide & Bab. Joma. 39. 1. & 41. 2. & 66. 1. & Bab. Taanith. 16. 2. ubi hujus Doxologiæ redditur ratio in Glossa [b]. 5. Antiquitas & authoritas hujus clausulæ astrui videtur ex Luciano, in Philopat. ὥς ἐάσον τέτοις (inquit Triephon ad Critiam) τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Πατρὸς ἀρξάμενος, καὶ πολυώνυμον ᾠδὴν εἰς τέλος ἐπιθεὶς, *Precationem recita quæ incipit à Patre, & ad finem ejus adde Hymnum decantatum.* Rigaltius ad Tertul. ait Ethnicum, per ἀρχὴν ἀπὸ τῦ Πατρὸς orationem Dominicam intelligere: quidni igitur πολυώνυμος ᾠδὴ sit hæc Doxologia? Ità aderat hæc clausula tempore Trajani, aut M. Anton. Philosophi, 200 minùs ab illius compositione annis. Et hoc voluisse Lucianum verisimilius fiet, quoniam Interlocutores in Dialogo id agunt ut Christianis convicientur. Primò Sanctam Trinitatem aggrediuntur; *Deum altè regnantem—æternum Filium, Spiritum—unum ex tribus & ex uno tria.* Dein Paulus illis dicitur *Galilæus calvus, naso aquilino, in tertium cœlum per aerem vectus, & ibi mirabilia edoctus.* Demum, quicquid libuit de oratione Dominica, & in contemptum Christianæ religionis locuti, applicant se *Ignoto in Athenis* [c]. ¶ Ἀμήν, *Amen*] Apparet hoc non à Christo additum, sed ex more veteris Ecclesiæ publicam vocum recitationem eâ voce approbantis. Id enim factitâsse Christianos veteres docemur 1 Cor. c. 14. v. 16. idque, ut multa, exemplo Hebræorum Deut. 27. 15. & deinceps. Sic & in Latinis codicibus ex Rituali Latino multa adhæserunt, ut infrà 21. 17. hæc verba, *& docebat eos de regno Dei*; Luc. 18. 13. *Amen*, in quibusdam exemplaribus [d]. [Sed de voce Amen nonnulla hîc addenda sunt, quæ duo Clarissimi harum literarum Antistites nobis, ut multa alia insignia, suggerunt.] Vox *Amen* usurpatur, tum, 1. in optando, quando preces sacræ hac voce clauduntur, ut 1 Cor. 14. 16. & Justin. Apolog. 2. Ità apud Judæos, si quis voventi votum Nazaræatûs, aut rem sacram, interposito jurejurando, *Amen* ἐπιλέγει, reus fit ejusdem voti, teste Maimonide; tum, 2. in affirmando. Affirmat autem vox ista in dictis Christi passim in Evangelio: at verò unde petita sit non explicant docti. Nullus dubito repetenda ista esse è juramentorum formulis: nam judex adjurabat; qui jurabat, respondebat *Amen.* Quare, cùm dicit Christus, *Amen dico vobis*, idem est acsi diceret, *Juratus vobis dico.* Hinc Apoc. 1. 7. ναὶ ἀμήν, (*Etiam, Amen,*) confirmat quæ dixit simplici asseveratione, & deinde jurejurando. Similiter 2 Cor. 1. 20. *Promissiones—in ipso sunt* ναὶ καὶ ἀμήν [*]. Sunt qui dicunt voce *Amen* Jusjurandum significari. Quod non credo, nec enim juramentum existere potest sine ulla juramenti forma. In juramentis autem semper interponitur Deus & Testis & Judex. Nihil aliud est *Amen* quàm asseveratio, sive confirmatio sermonis, (eáque, quum duplicatur, vehementissima, ut Neh. 8. 6. Psalm. 41. vers. 13.) Probatur. 1. Ità censent Hebræi linguæ suæ peritissimi, & cum iis Hieronymus. 2. Aquila Psalm. 72. vers. 19. reddit πεπιστωμένως, hoc est, *fideliter*; ad verbum, *firmatè, firmè.* 3. Pro ἀμήν ponitur ἀληθῶς, (*verè*,) vice interpretamenti, ex collat. Matth. cap. 16. vers. 28. cum Luc. cap. 9. vers. 27. & Marc. cap. 12. vers. 43. cum Luc. cap. 21. vers. 3. Quin &c. antea *Amen* ità reddiderunt. Vide & Luc. cap. 4. vers. 24, 25. 4. Ἀμήν & ναὶ ubique tanquam ἰσοδύναμα, (*ejusdem significationis*,) ponuntur, ut patet ex Matth. cap. 23. vers. 36. collat cum Luc. cap. 11. vers. 51. 2 Cor. cap. 1. vers. 20. Apoc. cap. 22. vers. 20. Est ergo *Amen* [in precationibus] ἐπιφωνηματικῶς attextum, πίσωματος instar ex fide profecti ad firmum & flagrans precantis desiderium votumque declarandum, quo congruenter & opportunè claudatur, ac firmiter in mente supplicantis obsignetur, oratio [f].

14. *Si enim dimiseritis hominibus* (utpote æqualibus vestris [g], quibuscum Pater cœlestis hîc confertur [h]. Jubet ut homines esse meminerimus, & planè nostri similes, eos à quibus offendimur [i]:) *peccata eorum*; ità Æth. Ar. Val. sic Pers. Ca. Παραπτώματα] *Lapsus*, Mo. Pi. i.e. Injurias quibus vos læserunt, lapsi in recto vitæ cursu [k]. *Stultitias*, Sy. *Errata*, Er. Ti. sic Tre. *Offensas*, Il. Be. P. sic Camer. Significat παραπίπτειν, aliquid amplius quàm παραπτῆναι, vel πταίειν, id est, ità impingere ad aliquid ut concidas, Rom. 11. 11. Παράπτωμα est omne id quo Deus vel proximus læditur, temere tamen & inconsideratè potiùs quàm destinatâ improbitate factum [l]: complectitur omnia delictorum

x Li. ho. — y Ti. — z Greg. not. 38. — a Be. — b G. — c Mal. — d Greg. not. 38. — * Huntl. Camer. — f Glas. philol. p. 151. — g Huntl. — h Glas. ib. 150. — i Be. sic G. — k Glas. 151. — l Huntl. — m Be. Huntl. — n Glas. ib. — o Be. Mal. Glas. — p Glas. 149. — q Greg. ib. — * G. — r Er. Bel. & Bru. in Glas. — † Bru. in Glas. — v Glas. Mal. — x Glas. — y Mal. — a Greg. ib.

b Li. ho. — c Greg. — d G. — * Pet. lect. c. 17. — f Ful. misc. 1. 2. — g Sch. ex Be. Bru. — h Be. — i Be. — k Pi. — l Be.

delictorum genera, & hîc, ut præcedentia evincunt, & alibi, ut Rom. 4. 25. Col. 2. 13. Alibi verò opponitur τῇ ἁμαρτίᾳ, & significat delicta minora, ut Eph. 2. 1 [m]. Repetit hîc Christus rationem quintæ petitioni adjectam [n], & causam exponit cur eam adjecerit [o], nimirum ut eò quantumvis difficiles cogamur [p], quia necessum sit ad obtinendam veniam, &c [q]. Qu. Sed cur Christus, prætermissis cæteris hujus precationis membris, hoc unum repetit? Resp. 1. Quia precationis hujus fundamentum est fides, quæ ex charitate æstimatur [r]: ex charitate autem omnium nostrarum petitionum concessiones quodammodo suspensæ sunt. 2. Quia ægrè ad hoc officium trahimur †. 3. Quia filii non sunt Patris quem compellant, qui fratres inter se non sunt [t]. Docet hîc Christus, sicut Regnum cœleste, ità eam, quæ Regnum præcedit, peccatorum indulgentiam, non patere nobis nisi sub conditione novæ obedientiæ, cujus pars magna sit lenitas in condonandis injuriis. Non vetat Christus παιδείαν καὶ νουθεσίαν, quam parentes liberis, imò & alii aliis, debent; neque, ut suprà ostendimus, judiciorum leges tollit, quanquam certum est in illis etiam exercendis clementiam requiri; sed vult nos ab ultione animo esse alieno, ità ut eam nec exigamus ipsi, nec à Judice, imò nè à Deo quidem, postulemus, sed, ut modò dicebat, benefaciamus iis qui nos læserunt. Beneficium autem est etiam precibus ipsos apud Deum adjuvare. Neque verò, ut quidam putant, præstandum hoc est iis solis qui pœnitentiam factis testantur, sed illis etiam, qui errore quodam in nos sæviunt, Christi exemplo, Luc. 23. 34. Illi verò, qui maligno animi proposito inexcusabiliter peccant, Deo permittendi sunt. Danda autem est opera ut delicta aliorum benignissimè interpretemur, præsertim quæ in nos sunt commissa, cùm alioqui in partem sequiorem nimiùm suâ sponte provergat dolens animus. Est autem hæc etiam Christi sententia ex veterum Hebræorum placitis; quod & apud Talmud legitur, & Ecclesiastic. 28. 3. Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, &c. *Homo adversus hominem iram servat, & quærit à Deo veniam.* &c? Ubi tacitè ex nomine *hominis*, & *similis*, & *carnis*, datur intelligi Deus tantò major, sicut hîc ex voce Patris cœlestis intelligitur oppositum *terrestris* & *fratris*. Senecæ est, *Ut absolvaris, ignosce*: & in Tragœdia, *Det ille veniam facilè cui veniâ est opus* [v]. ¶ *Dimittet*, &c.] scilicet, nisi aliunde desitis. Cæterùm qui hoc ex animo præstat Dei misericordiâ adducetur ad cætera ad veniam necessaria [x]. ¶ *Pater*, &c.] Graviùs peccatur in patrem, quàm in alium [y], maximè in Patrem cœlestem [z], qui in cœlis dominatur, qui nos creavit, &c [a].

15. *Si autem non*, &c.] Elegans antithesis, ad excitandam attentionem; quâ oratio plenior & illustrior facta est [b]. Præcisa & irrevocabilis sententia, Condonantibus condonantur peccata, ultoribus parata est ultio [c].

16. *Cùm autem jejunatis*] Redit Christus ad superiorem doctrinam [d], & post eleemosynam & orationem, de jejunio tractat *, spontaneo scilicet [f]. Non agit hîc de communibus populi jejuniis, sive unum circa dies sacri piacularis, & tria alia addita exsilii temporibus, sed de his quæ privatim sibi quisque indicebat, sive per continuos aliquot dies extra ordinem, sive perpetuo quodam more statis diebus, nimirum Lunæ & Jovis, ut plerique Pharisæi, quorum qui videri volebant religiosiores etiam Martis & Veneris diem adjungebant. Erat autem severa admodum Pharisæorum ἀσιτία, (*inedia*,) nam cibum planè nullum sumebant ante Solem occasum, & tunc quoque non nisi oleribus aut ovis vescebantur. Sed & in cubitu erant in se duriores: neque enim tantùm ab uxoribus secubabant, sed alii humi cubabant, alii, teste Epiphanio, etiam spinas sibi substernebant quominus conquiescerent. Christus, ut non improbat jejunii exercitationem, ità eos hîc notat, qui per talia famam sanctimoniæ aucupabantur. Quòd præcipuè in Pharisæos convenit, qui nomen etiam indè acceperant, quòd non contenti implere ritus Lege præceptos, aliis severioribus institutis à reliqua plebe discernerentur. Vide Luc. 18. 12 [g]. ¶ *Tristes*] Ità Æth. Scul. G. Pi. Bru. sim. Mo. Vide Luc. 24. 17. & LXX. ad Gen. 40. 7. Dan. 1. 10 [h]. Σκυθρωποί] *Tetrici*, Sy. Er. Il. Ti. V. Ca. Pi. Er. vel, *Mœsti vultu*, V. *Tetrico vultu*, Be. sic Sch. Σκύζειν est *irritare* [i], σκυθάζεσθαι est *irasci* [k]: σκυθρὸς est *tetricus* [l], & opponitur τῷ φαιδρῷ καὶ ἱλαρῷ, *læto & hilari* [m]: Xenophon. Ἱλαροὶ δ' ἀντὶ σκυθρωπῶν ἦσαν, *posito vultu tristi læti erant*, ubi ex antithesi vis vocis pulcrè perspicitur [n]. Hinc σκυθρωπός, q. d. σκυθρὸς τὰς ὦπας [o], est iratum tristémve vultum gerens [p], vultu severo atque inamæno [q]. Al. *Atrati, sicut qui accipiunt vultum*, Tre. ex Sy. Vox enim Syra (כמירא) significat nigris vestibus indutos [r]. At significat etiam *tristes*, ut Luc. 24. 17 †. [De quo plura vide in Di.] ¶ *Exterminant*] Impropriè dictum [t]: nam *exterminare* est, extra fines expellere [v]. Ἀφανίζουσι γὰρ, &c.] *Nam*, (vel, *Qui*: כי, quod hîc, ut paulò antè, est γὰρ, sæpe relativum est [x]:) *obscurant facies suas*, Er. Il. Mo. P. Ti. V. i. e. earum nitorem inducto squalore [y]. Al. *Alienant*, vel *Perimunt*, &c. Camer. *Tegunt*, &c. ut mos erat lugentium. Ἀφανίζω est *tegere*, *occultare*, Hesychius: similiter & Phavorinus [z]. *Tristes & tetricas ostendunt*, Pers. *Atras præbent, & immutant*, Ar. *Deturpant*, Sy. *Corrumpunt*, Tre. Æth. Pi. Bru. *Liverunt scilicet facies suas cineribus*, Taanith. c. 2. ut ille 1 Reg. 20. 38. *De R. Joshua-- dicunt, Nigra semper fuit facies ejus præ jejuniis* *. *Deformant*, Be. V. Ca. G. Val. Ham. quomodò faciem neglectam *perire* dixit Ovidius. Pictor apud Stobæum dicitur *colorem* ἀφανίζειν ἐκ τοῦ σώματος, *delinire de corpore*. Cæterùm Christus hîc non tam agit de macie & pallore, quæ inediam naturaliter comitantur, quàm de affectatâ quadam vultûs tristitiâ & gestibus, quales illi, Esa. 58. 5 [a]. *E conspectu auferunt*, Er. Omnium [versionum] eadem sententia [b]: studiosè immutant, & vitiant nativum faciei colorem [c], fictâ macie, affectatóque pallore [d], aut tristitiæ simulatione, aut medicamenti usu *: vultum squalore deformant [f]: comptum & munditiem omnem subtrahunt, illuvie & squalore fœdi prodeunt, quasi nativum vultum è medio tollerent [g]. Ἀφανίζειν est, aliquid *ad nihilum redigere, & corrumpere, ità ut nusquam appareat* [h], propriè est, *è conspectu auferre*, & synecdoc. *delere*, sive *abolere* [i]: Hinc sign. *perire*, Act. 13. 41. & *evanescere*, Jac. 4. 14 [k]. Al. Τὰ πρόσωπα, h. l. non *faciem* significat, sed *aspectum*, sive *vultum* [l]; ità vertas, *Vitiant*, sive *deformant*, *vultus suos*, vel affectatâ tristitiâ, vel sordidis vestibus [m]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις νηστεύοντες] *Ut appareant*, (vel, *constet*, Æth. sim. Et. Il. *ostentent*, Ar. *videantur*, Ti. i. e. Ut omnes intelligant [n], ex squalore inducto [o], sub. *ipsos*, Er. Il.) *jejunare*, Be. P. Ti. &c. vel, *jejunium suum*, Ar. vel, *jejunantes*, Sy. Mo. Participium pro infinito, more Græcorum [p]: [exempla vide in Sch.] Est hîc contradictionis species, ἀφανίζουσι ὅπως φανῶσι, *obscurant ut appareant*, sed non est ad idem, obscurant faciem, ut squalor appareat [q].

17. *Unge caput*, &c.] At Talmudici dicunt, *Nefas est lugenti se lavare*, nempe faciem. Hoc autem dicit Christus, non imperandi, sed concedendi, modo; q. d. *Unge* — potiùs quàm ut affectatâ deformitate caput tuum inquines [r]. Et lavari & ungi solebant Judæi, eorúmque vicini extra luctûs tempora †; præcipuè verò quoties solitò erant lætiores [t]; ut diebus festis, Ruth 3. 3. 2 Sam. 12. 20. Est. 2. 12 [v]. Ad unctionem autem plerique utebantur oleo, Psal. 104. 15. & in Homer. Odyss. 2. nitidiores etiam aliis unguentis. Vide Judith. 10. 3. & 16. 8 [x]. Calorem regionis lotione temperabant, odori deturpationíque (ex sudore ortis) unctione occurrebant [y]. Christiani quoque veteres unguentis non in totum abstinuerunt. Vide Clementem Pædagog. 2. 18. ubi nobile illud Aristippi dictum refert, *Pereant cinædi qui rem tam bonam infamârunt*. Sed rerum ejusmodi honestas ant turpitudo non tam ex ipsarum natura æstimanda est, quàm ex gentium moribus, *quos etiam secutos fuisse Christianos victu & vestitu*, &c. ait Justinus [z]. At lugentes his abstinebant, 2 Sam. 14. 2 [a]. Jejunantes nec se unxerunt, nec laverunt. Joma cap. 8. halac. 1. *Die expiationis prohibitum est edere, bibere, lavare, ungere se, induere sandalia, & coire cum uxore* [b]. [Sensus loci;] Nè præ te ferto mœstitiam, sed

Marginal notes (left column): m G. — n Pi. — o Pi. Eru. — p Bru. — q Bru. sim. Pi. — r Heinf. — † Car. — t Heinf. — v G. — x Bru. — y Ec. sic Bru. — z Bru. — a Ec. — b Ec. — c Bru. — d Bru. — * Bru. Sch. — f Sch. — g G.

Marginal notes (right column): h G. sic Scul. — i Sch. — k Pi. — l Sch — m Pi. sic Sch. — n Scul. ex. 2. 34. sim Pi. — o Pi. sic Be. Camer. Sch. — p Pi. — q Bru. ex Er. — r Tre. — † Di. — t Zeg. — v Val. sic Er. — x Ca. — y Pi. — z Ham. — * Li. ho. — a G. — b Bru. — c Bru. sim. Mal. — d Bru. — * Mal. — f Ca. — g Be. — h Ca. — i Pi. — k Bru. — l Camer. — m Ham. — n Be. Bru. — o Pi. — p Er. sim. Sch. — q Pi. — r J. Cap. — † G. — t G. sim. Be. Bru. &c. — v G. sim. Bru. — x G. — y Bru. — z G. — a Bru. — b Li. ho.

sed potiùs lætitiam [c]: præfer vultum & habitum quotidianum [d].

18. *Qui est in abscondito*] Non minùs quàm in publico [*]. ¶ *Qui videt*] Nempe cum desiderio & delectatione, ut vox βλέπειν innuit [f]. ¶ *Reddet tibi*] Habet ergò jejunium suam quoque mercedem [g], nimirum, non seorsim spectatum, (nam *corporale exercitium exiguum per se usum habet* :) sed quatenus pietati inservit, quæ *promissiones habet*, &c. 1 Tim. 4. 8. De usu jejunii vide Salvian. l. 1. de Divina Providentia. Τὸ ἐν φανερῷ, quod pauciores codices hîc addunt, ex locis superioribus repetitum est [h].

19. *Nolite thesaurizare*, &c.] Hactenus inanis gloriæ studium damnavit, deinceps usque ad finem capitis avaritiam damnat [i]. Putavit Cœlestius omnem rerum non necessariarum possessionem, quas *divitias* vocamus, hîc prohiberi. Quod validè refutatur 1 Tim. 6. 17. Sed in alteram quoque partem errari potest, ut si hîc aut eos tantùm putemus notari, qui genium suum fraudantes auro defosso incubant, aut qui per vim dolúmque malum lucra sectantur, quorum illud vitium φειδωλίαν, hoc πλεονεξίαν, distinctè Græci vocant: cùm hîc potiùs notetur vitium τῆς φιλαργυρίας, *pecuniæ studium*, quod v. 25. & seq. cum his antecedentibus connexio manifestum facit. Hi sunt, quos Paulus, 1 Tim. 6. vocat βουλομένους πλουτεῖν, ubi βούλεσθαι ità ferme sumitur, quomodo βούλεσθαι τὰ τῶν Συρακουσίων dicuntur, οἱ τὰ αὐτῶν φρονοῦντες, (*res ipsarum curantes.*) Est quidem vox θησαυρίζειν per se media, ità ut de factis laudabilibus, 1 Cor. 16. 2. aliisque non in vitio positis, usurpetur, 2 Cor. 12. 14. Sed ei voci accidit, quod aliis pluribus, ut interdum πράξειν, interdum verò, ut hîc, τὸ ἔξιν, significet, cui conjuncta esse solet tenacitas erogandæ in alienos usus pecuniæ. Nam qui hoc agunt ut quamplurimum habeant, aut id faciunt, ut ipsi lautiùs, molliùs, aut superbiùs, vivant, aut nudâ possessione delectantur. Utrumque autem obstat beneficentiæ. Eodem sensu sumitur τὸ θησαυρίζειν, Luc. 12. 21. & Jac. 5. 3 [k]. Θησαυρὸς, *thesaurus*, est id quod pretiosum est, & magnâ curâ reponi ac custodiri solet [l]. ¶ *Ubi*, &c. Ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει] *Ubi tinea & ærugo* (vel, *& erosio*, Il. Be. P. Bru. Al. *Ubi ærugo & tinea*, Vulg. Ar. Er. Mo. Ti. Miror ordinem hîc mutari, nam σὴς indubiè *tineam* declarat [m] :) *corrumpunt*, Sy. Tre. sic Be. Pi. &c. vel, *exterminat*, Mo. Ἀφανίζειν hîc est quod Menandro λυμαίνεσθαι, Lucæ διαφθείρειν [n]. Qu. Quorsum hîc *tinea*, quæ in lapides & pretiosa metalla, ex quibus potissimùm thesauri constant, nihil potest [o]? Resp. Non solùm gemmæ & metalla, sed vestes quoque à veteribus in thesauris repositæ fuerunt [p]: ut constat ex Esdr. 2. 69. Neh. 7. 72. Job 27. 16 [r]. item ex Jos. 7. 21. 2 Reg. 5. 22. Jac. 5. 2. & ex Homer. Odyss. θ'. vers. 440. & Odyss. υ'. vers. 136. & 217 [†]. & ex Plutarcho, qui purpuram in Regiis thesauris ab Alexandro repertam scribit. Hinc Messapus, Æneid. 9. describitur, —— *dives pictai vestis & auri* [t]. Βρῶσις, sive βρῶμα, est ferè Synonymum τοῦ σὴς: est enim *tineæ* species, Pro עָשׁ, Esa. 50. 9. Th. habet σὴς & Aq. βρῶσις, teste Procop. in Esaiam. Et Baruch 6. 11. de Gentium diis, ait *eos non liberari*, ἀπὸ ἰοῦ, καὶ βρωμάτων, *ab ærugine, & tineis* [v]. Hebræi אָכַל, quod Græco βρώσκειν respondet, usurpant de quavis consumptione, etiam per ignem aut gladium. Hinc factum ut id præcipuè, quod rem intus depascitur, diceretur אכלה, quod hîc posuit Syrus, i.e. βρῶσις· unde σητόβρωτα, *quæ à tineis depascuntur*, Jac. 5. 2. Hoc verò loco cùm σὴς specialiter nominetur, generis vox ad omnes alias ejusdem generis species referenda est, ut id quod Græci ἰὸν, Latini pro materiæ diversitate *æruginem*, aut *ferruginem*, vocant. Nam quod σὴς est in vestibus, hoc ἰὸς, sive βρῶσις, est in metallis : unde ista frequenter conjungi solent ; ut Jac. 5. 2, 3. (ubi haud dubiè hæc Christi verba respexit) & in Menandro [x]; [verba vide in G.] Al. Σὴς καὶ βρῶσις videtur esse ἓν διὰ δυοῖν, pro σὴς βρώσκουσα, (*tinea corrodens* [y],) unde *vestimenta* σητόβρωτα, Jac. 5. 2 [z]. Sed repugnat quòd eadem hæc quæ hîc per copulativam conjunguntur, v. 20. per disjunctivas dividerentur, dicitur enim οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις, quæ divisio duas diversas species innuere videtur [a].

[c] Pi. [d] G. [*] Bru. [f] Wal. ex Novar. [g] G. sim. Bru. [h] G. [i] Bru. [k] G. [l] Gua. [m] Be. [n] G. [o] BA. 2. 4. 25, 617. [p] BA. ib. sim. Ham. [r] BA. ib. [†] Ham. [t] BA. ib. [v] BA. ib. 615. [x] G. [y] Cas. Scul. Sarrav. in Pri. [z] Cas. [a] Pi.

Al. Βρῶσις hîc est *ærugo* [b]. At *ærugo* est ἰὸς, βρῶσις verò nusquam ità sumitur [c]. Al. Βρῶσις metonymicè denotat omnia quæ solent depasci res in terra defossas [d]. Sed hoc aliunde probari nequit. Malim βρῶσιν accipere de ipsa edendi actione [*]. Thesauri enim tribus potissimùm in rebus consistunt, in vestibus, in cibo sive penu, quo fruges pecudésque comprehenduntur [f], in pecunia reliquáque suppellectile. Vestes corrumpuntur à tineis, penu absumitur per βρῶσιν, pecunia ac supellex auferuntur à furibus [g]. Rectè autem conjunxit σῆτα & βρῶσιν : quod enim tinea est vestibus, id esio est cibo; ambo ἀφανίζουσι, faciunt nè res ampliùs appareat, secùs quàm ærugo, quæ metalla quidem inficit & corrumpit, sed raro planè depascitur & abolet [h]. Pro βρῶσις, Evangelium Hebræum habet חָסִיל, quod non est *ærugo*, ut vertit M. sed *bruchus*, insectum depascens fruges. Non aspernor: etsi βρῶσιν generaliùs sumi velim pro omni frugum absumptione, sive per homines, sive per feras, sive per insecta, fiat [i]. Fortassis tamen autor Hebraicæ versionis per βρῶσιν & חָסִיל intellexit *rubiginem*: nam apud Lxx. חָסִיל non tantum vertitur *bruchus*, & *locusta*, sed & *rubigo*. Vide 1 Reg. 8. 37. Joel 1. 4. Veruntamen noli intelligere rubiginem quæ ferri vitium est, illúdque erodit, sicut ærugo æs, sed quæ segetes vitiat, spicásque ità exedit ut in pulverem friabiles reddat, ut ex locis jam allatis liquebit [k]. Simili argumento liberalitatem suadent & Martialis, & Menander, & Xenophon. Rabirius dixit, *Hoc habeo, quodcunque dedi* [l].

20. *Thesaurizate in cœlo*] i.e. Apud Deum, ut Luc. 20. 4. ἐξ οὐρανοῦ, i. e. à Deo [m]; vel cœlestes, sive quibus fruuntur qui degunt in cœlo, nempe gaudium, & gloriam cœli. Congeruntur autem hi thesauri per studium pietatis & beneficentiæ: Vide Mat. 19. 21. & 25. 34, &c [n]. τὸ ἐν οὐρανῷ non tam locum quàm materiam thesauri denotat; q. d. thesauros fidei, spei, charitatis, patientiæ [o]. Hi thesauri sunt bona opera, 1 Tim. 6, 17, 18. ut quæ Deus in memoria sua asservet olim nobis profutura. Inter quæ eximium locum obtinent benefacta in pauperes, quæ peculiariter *thesaurum in cœlo* Christus vocat Luc. 18. 22. Sed & Tobiæ scriptor, ut appareat & hoc ex veteribus esse dictis Hebræorum. Est locus planè huic similis apud Xenophontem, de Cyro. Est & locutio huic non dissimilis apud Philostratum de Herode Sophista [p]. [Verba vide in Authore.]

21. *Ubi—thesaurus—ibi—cor*] *Cor* hîc significat, vel, 1. affectus cordis [q], desiderium, curam, studium [r], gaudium, fiduciam, spem, metum, &c [*]. Alterum hoc est argumentum institutæ cohortationis: sententia est, Ubi est thesaurus, ibi est, i. e. esse debet, cor. At thesaurus vester est in cœlo. Ergò illic esse debet cor vestrum. Vel sic, Ubi est thesaurus, illic erit cor. At cor vestrum non debet esse in terra, sed in cœlo; illic ergò & thesauros debetis congerere [†]. Al. *Ubi thesaurus*, &c. i. e. Ut quis in hanc vel illam partem studio incumbit, ità animus, vel in ima deprimitur, vel in altum attollitur [t]. Si ergò thesaurus tuus sit in terra [v], cor tuum terrâ obruis [x], in terra fixus erit animus ille tuus cœlestis, & ad cœlestia natus atque vocatus [y], quíque Patrem invocat in cœlo [z]: quo quid indignius [a]? In cœlo ergò locandus thesaurus: sic enim eò cor tuum rapietur [b]. Vel, 2. Animi intentionem & intuitum; ut Terentius loquitur, *Animus est in patinis*, h. e. animum intentum habet in patinis [c]. Καρδία, i. e. νοῦς (*mens*,) ut Justinus hunc locum profert, Apolog. 2. Verissimam esse hanc sententiam ostendit Aulularia Plauti, Diligenter asservare ea demum solemus, quæ magni facimus. Hoc ergò vult Christus, Prout de rebus judicamus, ità nos erga eas affici. Si in divitiis positam credimus felicitatem, futurum ut nihil prævertamus conquirendæ pecuniæ studio: sin veram virtutem solidum credimus bonum, ei nos omnem daturos operam. Et sanè verum est, quod Philosophi etiam docent, ex decretis in animo conceptis sequi τὰς ὁρμὰς καὶ τὰς ἐκκλίσεις (*appetitus & aversationes.*) Epictetus, ut solet, nervosè, ὅπου τὸ συμφέρον, ἐκεῖ καὶ τὸ εὐσεβὲς (*ubi utilitas, ibi & pietas.*) Unde etiam monent solicitos nos esse debere ut discamus rem quamque suo

[b] Q. in Pe. [c] Di. ex Be. [d] Be. [*] Di. sic Plam. [f] Di. in append. [g] Di. sim. Ham. [h] Di. [i] Di. in append. [k] Di. append. sim. Ham. [l] G. [m] G. [n] Pi. [o] Scl. [p] G. [q] Bru. [r] Pi. sic Bru. [*] Bru. [†] Pi. [t] Car. [v] Bru. sic Me. [x] Me. [y] Bru. sim. Me. [z] Bru. [a] Bru. Me. [b] Me. [c] Scul. ex. 2. 35.

pretio æstimare. Bene ergò Horatius,——*Quod magis ad nos Pertinet, & nescire malum est, agitamus, utrumne Divitiis homines an sint virtute beati.* Atque alibi avaritiæ Staberii hanc causam adfert, ——*Quoad vixit, credidit ingens Pauperiem vitium, & cavit nihil acrius; ut si Fortè minus locuples uno quadrante periret, Ipse videretur sibi nequior.* Neque tamen excusanda sunt vitia, quia ex corruptis judiciis nascuntur: nam, ut rectè dicit Hierocles, Τὰ δεικνύμενα ὑπὸ τοῦ θεοῦ οἱ πολλοὶ οὐχ ὁρῶσι, διὰ τὸ μὴ ὀρθῶς χρῆσθαι ταῖς ἐννοίαις ἃς συγγενεῖς ὁ δημιουργὸς τῷ λογικῷ γένει πρὸς ἐπίγνωσιν ἑαυτοῦ. (*Multi illa non cernunt quæ Deus ostendit, quia non rectè utuntur notitiis illis communibus, quas Opifex mundi congenitas fecit rationali creaturæ ad cognitionem sui.*) Est ergò nostri officii, τὸν νοῦν προσέχειν, (*animum adhibere,*) & pravas illas judicationes, aut non admittere, aut admissas ejicere; quam ad rem datæ nobis sunt illæ κοιναὶ ἔννοιαι, sive προλήψεις, ut ad earum trutinam minimè fallacem opinationum pondera examinemus, ad quas Christus hìc provocat [d]. *Ubi thesaurus*, &c. Apparet hoc fuisse proverbium de medio sumptum, qualia multa, & hoc, & seq. cap [e].

22. *Lucerna corporis tui est oculus tuus*] Hinc oculi φάεα Græcis, Latinis *lumina* [f]. *Lucerna*, i. e. quasi lucerna. Est autem ordo hìc inversus, pro, *Oculus est lucerna corporis* [g]. Quod est lucerna in domo, id est oculus in corpore [h], cujus beneficio omnia membra ritè officium faciunt suum [i]. Quod Physici de corporali oculo affirmant, qualis scilicet is est, tale esse & totum corpus, hìc transfertur ad oculum animi [k]. Comparat hìc Christus judicium oculis, animum corpori, similitudine etiam apud Philosophos usitatâ. *Quod oculus corpori*, Galen. vel, *Quod visio in oculo*, Aristot. *id νοῦς ἐν ψυχῇ, mens in anima*, Aristot. Galen. Similia habent Aristides, Plut. Proclus, M. Antoninus; & apud Judæos, Philo [l]. [Verba vide in G.] *Oculus* hìc est, vel 1. affectus animi [m]; vel, 2. mens [n], ingenium mentis vel animi [o]. Quoniam oculi sunt præcipui mentis indices, ideo pro toto hominis ingenio, apud Hebræos, *oculus* ponitur. Itaque mentis ipsius judicium hìc significatur, cui comparando potiùs quàm opibus accumulandis incumbere nos oportet, ut sicut oculis corpus, itá rectâ ratione, i.e. Spiritu Dei, illustrata tota vita nostra regeretur [*]. Vel, 3. tota animæ superior portio, voluntas intellectui conjuncta, quæ cæteras animæ vires illustrat, i.e. regit nè errent [p]. Monet eos Christus, ut accensam in se veritatis notitiam foveant, nè suffocent, nè eam sibi eripi patiantur, ut lucernam atque oculum servamus & fovemus [q]. ¶ *Si oculus*, &c.] Eodem sensu Epicharmus, Καθαρὸν, &c. (*Si puram mentem habeas toto corporo purus es* [r]. Sensus, Si oculus purus sit, nullo pravo humore vitiatus, omnia corporis membra itá illustrabuntur ut rectè sua peragant officia †. Si cor tibi sit simplex & mundum & cœleste, omnes affectus tui suas habebunt actiones rectè compositas, & opera tua erunt bona [t]. Si animi tui intuitus in cœlestia dirigatur, totum actionum tuarum corpus in luce justitiæ versatur, & contrá [v]. *Oculus simplex* est qui purus est & integer, & puri animi testis, cui opponitur *improbus*, i.e. vitiatæ mentis testis [x]. Ἁπλοῦς oculus, qui non fallit, cui opponitur πονηρὸς oculus, fallax. Hebræis ille תם, hic רע. φωτεινὸν hìc valet πεφωτισμένον, *illustratum* [y], quod luce oculorum, i.e. recto cernentis judicio, illustratur [z]: ut σκοτεινὸν ἐσκοτισμένον, *tenebris in volutum* [a], vitiosis nimirum affectibus qui luminibus mentis afficiunt [b]. Sensus est, Si mens in inferioribus hìc occupata lumen amittat, quo monstrare viam etiam inferiori debuerat parti, quantæ erunt hujus partis tenebræ: atque hinc fit ut multa & gravia peccent homines quæ nè peccata quidem esse intelligunt [c]. Al. Si recta fuerit intentio tua [d], non sordidata appetitu rerum terrenarum, si opera tua fiant intentione supernâ, & fine illo charitatis, &c [*]. totum corpus actionum, quas illa intentio dirigit, lucidum & pulchrum erit [f]; opera tua bona erunt & Deo placebunt [g]. Pleræque corporis actiones ductu oculorum diriguntur: ideo corpus dicitur oculis rectè se habentibus illustrari; ægrotantibus, tenebris involvi. Hierocles, Ὥσπερ γὰρ ἐν ὀφθαλμῷ, &c. *Ut enim oculus lippiens & impurus lucidissima intueri nequit, itá nec anima, virtute vacua, veritatis pulchritudinem cernere potest* [h].) Al. De avaritia hìc agi docet contextus utrinque, v. 20, 21, & 24. Ostendit hìc Christus quantis tenebris animum obnubilet avaritia, ac solicitudo nimia de mundanis [i]. Ἁπλοῦς in Phavorino est ἐλεύθερος, (*liberalis*,) & ἁπλότης in N. T. est *liberalitas*, ut Rom. 12. 8, 2 Cor. 8. 2. & 9. 11, 13. Hoc autem epithetum oculo adscribitur; 1. ut similitudo procedat in ἀνταποδόσει. 2 Quia hæc precipuè corporis pars versatur circa opes, ut patet ex Eccles. 5. 11. unde & avaritia dicitur *concupiscentia oculi*, 1 Joh. 2. 16. 3. Quia hæc phrasis congruit cum dialecto S. S. Deut. 15. 18. Prov. 23. 6. & 28. 22. Ecclesiastic. 14. 8, 9, 10. ubi *malus oculus* significat invidiam ceu liberalitati contrariam, prout & Heb. רשע opponitur τῷ צדיק & τῷ חסיד [k]. Hinc *oculus bonus* est benignus [l]. Vide Prov. 22. 9 [m]. Mat. 20. 15 [n]. Bava Bathra. fol. 14. 4. *Qui dat donum det oculo bono* [o]. Hoc sensu hi duo versus cum præced. & seq. aptè connectuntur, & de eodem liberalitatis negotio agunt, alioquin hiatus erit in contextu [p]. Al. In præced dehortatur ab avaritia, in seq. à diffidentia & solicitudine de victu, &c. hìc à vitio illis cognato, invidia; quod non mirum, quum omnes isti pravi affectus occupantur in bonis terrenis, de quibus dolet invidia, quum illa videt penès proximum. *Si oculus simplex*, &c. i.e. Si proximi bona aspexeris æquis oculis, nec ei invideas, sed potiùs gratuleris, *corpus tuum*, &c. i.e. tu totus, corpore & animâ, lucidus eris, i.e. hilaris ut passim in S. S. *lux* hilaritatem significat, ut Est. 8. 16. Job. 29. 24. & 30. 26. Psal. 97. 11 [q].

23. *Si oculus —— nequam*, [Πονηρὸς] *Vitiosus*, V. Bru. Lemâ, malo humore, aut alio vitio, laborans [r]: *Pravus*, Camer. *Perversus*, Er. V. *Improbus*, malè affectæ mentis testis †: *Malignus*, i.e. invidus [t], & avarus [v]: Utitur hìc voce πονηρὸς, quæ propriè dicitur de malo moraliter, & oculo spirituali potiùs convenit quàm corporeo, ut intelligeremus ab oculo corporis transcundum esse ad oculum mentis; præsertim cùm hæc similitudo suam apodosin, sive redditionem, expressè non habeat [x]. ¶ *Totum corpus —— tenebrosum*] i.e. In tenebris versabitur & errabit [y]: vitium oculi cedet in totius corporis perniciem [z]. Sensus, Si cor tuum fuerit avaritiâ aliâve quâvis cupiditate (nam eadem omnium ratio) excæcatum [a], omnes affectus tui, & omnia membra agentia tenebris involventur errorum & peccatorum [b], nihil rectè agent, non cernes quid Legi Dei aut rectè rationi sit consonum, sed in hoc unum incumbes ut cupiditati tuæ satisfacias, eóque tendent omnes affectus, studia, opera omnia [c]. Al. *tenebrosum erit*, i. e. triste & languidum, ut planum est ex antithesi [d]. ¶ *Si ergò lumen* (i.e. ea pars quæ tibi data est vice luminis [*], i. e. oculus [f], animus [g], intentio cordis [h], (quæ lumen quoddam est [i],) judicium, ut diximus, *oculus mentis*, ut [dicitur] Eph. 1. 18. similiter & Socrati & Hierocli [k],) *quod in te est tenebræ sunt*] i. e. In tenebras vertatur [l], excæcetur appetitu terrenorum [m]. Σκότος positum est pro σκοτεινὸν, more Hebræo [n]. ¶ *Ipsæ tenebræ quantæ erunt?*] i. e. Actiones aliæ, quæ de se lumen non habent, nisi illud à bona intentione mutuentur, quantâ caligine malitiæ obsitæ erunt [o]? In quantas tenebras incurrent cæci & indomiti affectus, qui in tenebras ex se proni sunt, quum à corde, à quo debuerunt cohiberi corrigíque, in tenebras etiam aguntur [p]? Quàm cæcos affectus necesse est sequi judicio mentis corrupto [q]: [& ejus verba in G.] *Ipsæ tenebræ*, &c. Reliqua corporis membra, quæ naturâ suâ tenebræ sunt, quia nullum nisi ex oculis lumen habet. Tenebras hìc *lumen* vocat, non quia est, sed quia esse debuit [r].

24. *Nemo potest duobus dominis servire*] Nempe diversis & dissidentibus: concordes enim essent instar unius †: vel, *servire*, pari scilicet affectu & promptitudine. Sententia proverbialis est, è publico vulgi sermone & rerum experientia sumpta, si non semper, certè ut plurimùm, vera. Rari sunt tam unanimes domini, & moribus similes [t], ut unius ingenio æquè accommodi esse queant [t]. Occurrit Christus, ut mos ipsius est, objectioni tacitæ. Facilè enim ὁ φιλάργυρος vitio suo hunc in modum patrocinetur, Fateor intendi à me animum ad divitias

[d] G. [e] Mal. [f] G. [g] Pi. [h] Bru ex Er. [i] Bru. Me. sim. E. [k] Wal. ex Vales. [l] G. [m] Er. [n] Pri. Cla. [o] Sch. [*] Be. [p] Bru. [q] Car. [r] Pri. † Me. ex. Bru. [t] Bru. [v] Scul. ex. 2.35. [x] Be. [y] G. [z] Be. [a] G. sim. Fe. [b] Fe. [c] Cla. [d] Zeg. ex Aug. [*] Zeg. ex Aug. [f] E. [g] Aug.

[h] G. [i] Li ho. [k] Ham. [l] Ham. Li. ho. ex He. [m] Ham. [n] Ham. Li. ho. [o] Li. ho. [p] Ham. [q] Pi. [r] Bru. † Be. [t] Pi. sic. Ham. [v] Ham. Li. ho. [x] Me. [y] Bru. [z] Me. [a] Bru. [b] Bru. sim. Sch. [c] Bru. [d] Pi. [*] Bru. [f] Pi. [g] V. [h] Zeg. Me. [i] Me. [k] G. [l] Bru. [m] Zeg. ex Aug. [n] G. [o] Me. [p] Bru. [q] G. [r] Mal. † Camer. sic. Be. D. prov. 1. 3. 33. [t] Bru.

divitias parandas; verùm interim nec omittam ea quæ Divini sunt cultûs. Respondet Christus, *Nemo*, &c [v]. Intelligendum autem est hoc proverbium de dominis in solidum, quomodo & ICti dicunt non posse duos esse dominos ejusdem rei. Sunt autem tales domini Pietas,& Opum cupiditas: utraque enim totum sibi hominem postulat. Nam si studia literarum & opum cupiditas in unam sedem convenire non possunt, ut Juvenalis contendit. *Quis locus ingenio nisi cùm se carmine solo Vexant, & dominis Cyrrhæ Nisæque feruntur Pectora vestra, duas non admittentia curas?* & Quintilianus, *Neque enim se bonâ fide in multa simul intendere animus totum potest: & quocunque respexerit, desinit intueri quod propositum fuerat*, & alibi, *Mentem tantæ rei intentam vacare omnibus aliis, etiam culpâ carentibus, vitiis oportet*. Quantò minùs unus idémque homo poterit & pietati se, quantum opus est, impendere, & simul circa divitias quærendas servandásque perpetuâ solicitudine distrahi? Epictetus, Τοῦ ἑτέρου ἐπιμελούμενον τοῦ ἑτέρου ἀμελῆσαι πᾶσα ἀνάγκη. (*Qui alterum curat alterum negligere omnino necesse est.*) Simil. Ælian. 2. 27. Ἀδύνατον ἐστιν, &c. (*Fieri non potest ut qui rebus exiguis tantùm impendit curam, ad res magnas studium adhibeat*, &c. Persius, —*Duplici in diversum scinderis hamo. Hunccine, an hunc sequeris? subeas alternus oportet Ancipiti obsequio dominos.* Arrianus Epicteto 4. 2. οὐδεὶς δύναται ἀμφοτέροις δουλεύειν φρονίμως· (*Nemo ambiguus* sive *incertus* animi *proficere potest* [x].) ¶ *Aut enim unum — diliget*] Dilectionem comitatur promptitudo cupiditásque obsequendi; ut odium, obsequendi difficultas [y]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει] *Aut uni*, (vel, *unum*, Mo. Sy. Ar. Tre. vel, *huic*, Er. Il. *hunc*, Ca.) *adhærebit*, (vel, *tuebitur*, Ca. *honorabit*, Sy. Ar. sim. Tre *amplectetur*, Di. sic. Mo. ut in ὁ ad Prov. 3. 18 [*]. *reverentiam exhibeat*, Pers.) *& alterum*, (vel, *illum*, Ca.) *contemnet*, Be. P. Ti. Pi. Sy. Ar. sim. Mo. Pers. vel *negliget*, Er. Il. Tre. Ἀντέχεσθαι est *adhærere*, *deditus*, *studiosus*, *esse*. Sic Xenoph. τῆς ἀρετῆς ἀνθέξονται. *virtuti operam navabunt*; & Isoc. ἀντέχεσθαι τῆς εἰρήνης, *Sectari pacem*: & Plato Ἑρμίου ἀντέχεσθαι, *Hermiæ adhærere*. Sic & Tit. 1. 9. *Episcopus* sit ἀντεχόμενος, &c. *firmiter adhærens fideli sermoni* [z]. ἀντέχεσθαι apud Hesyc. & Phavorin. est *assistere*, vel *opem ferre*, id quod servus domino debet, 1 Tim. 6. 2. malim autem hîc esse *curam gerere*, quia opponitur τὸ *contemnere* [||]. Repetitio hîc est ejus quod præcedit [a]. Sententia facilis est, sed locus difficilis [b]. Nulla tamen hîc est φορτικὴ, (*odiosa*,) sive inepta repetitio [c], ut quidam putant. Docet Christus, quî fieri nequeat ut duobus dominis idem serviat; Quia, inquit, vel unum odio habebit, alterum amans; aut etiam, licèt amet utrumque, fieri poterit ut, dum in alterius voluntate exsequenda erit intentior, erga alterum gerat se negligentiùs. Distinguatur igitur inter ἀγαπᾶν & ἀντέχεσθαι, & omnis fuerit sublata difficultas [d]. Sed non videtur mihi sanè Dominus hîc concedere, posse servum duos simul dominos amare, sed & expressè negare: & ἀντέχεσθαι est actio ipsius ἀγάπης, καταφρονεῖν autem ipsius μίσους. Sensus esse videtur, Tantum abesse ut unus servus duobus dominis servire queat, ut contrà, amorem & odium inter utrumque reciprocari necesse sit, adeò ut si unum amet, alterum sit odio habiturus: si eundem, quem antea amavit, odio habeat, tum alterum sit amaturus, idque ampectendo unum, contemnendo alterum, demonstraturus. Causa in promptu est, quia servus domino totum se addicere tenetur [*]. Mihi hic *unus* accipitur pro primo, *alter* pro secundo. Ità sensus facilis est, Aut unum, i. e. primum, odio habebit, & alterum, i. e. secundum, diliget, aut primum sustinebit, [vel, *primo adhærebit*, ut reliqui ferè reddunt,] & secundum contemnet. Verbo dicam, Non opponit personam personæ, sed odium personæ ejusdem amori [f]. Planum erit, si ità, substitutis nominibus propriis, verba disposueris, *Aut Petrum odio habebit, & Joannem diliget*; *aut Petro adhærebit, & Joannem contemnet* [g]. Potest & prius referri ad affectum, *Aut unum diliget* [h]; posterius ad actiones [i], sive ad officium & obsequium præstandum, *Aut uni adhærebit*, &c [k]. tum nobis istis subtilitatibus non erit opus [l]. ¶ *Non potestis Deo servire* (nempe pari affectu ac promptitudine [m],) *& Mammonæ*, Μαμωνᾶ] vox Hebr. hæc non est ut volunt August. & Euthym [n]. sed Syriaca [o], ut omnes testantur, & ostendit hoc etiam loco Syriaca interpretatio. Quòd si Syriaca est, etiam Punica, ut notat Aug. nam Pœni Sarra oriundi [p]. Occurrit & Luc. 16. 9 [q]. Significat *pecuniam* [r]; vel *lucrum* [†]; ut in Chald. par. ad Gen. 37. 26. מה ממונה, *Quid lucri nobis* [t]; vel *thesaurum*, ex ממון, *thesaurus*. Id si verum est, optimè hæc cohærent cum superioribus, *de non thesaurizando*, &c. Hesychius certè μαμωνᾶ θησαυρὸν interpretatur. Non longè abit vox Chaldæa מכמני, nam pro *thesauris* usurpatur, Dan. 11. 43 [v]. significat *divitias* [x]: Ità Hieron. & Suidas, & Chald. paraph [y]. ad Gen. 13. 13. & Hab. 2. 9. aliique Hebræi, ut Ben Syra, R. Nathan & Elias [z]. [quorum verba vide in Authore.] Apud Thalmudistas sæpe vox hæc occurrit [a]. Nam illis דיני ממונות sunt *judicia pecuniarum* [b], ענש בממון *mulcta pecuniaria* [c]. *Mammon* porrò deduci videtur ab אמן *firmitudine*, sive *potentia* [d], prout & Hebr. & Chald. opes, חיל & חסן, à *robore dicuntur*, & Latinis *facultates* & *copiæ*, quia *pecuniæ obediunt omnia*. Sed & Numen quod pecuniæ præesse veteres crediderunt, appellatum fuit *Mammon*, teste Tertulliano, ut Ægyptiis *Serapis*, sive *Osiris*, Græcis *Pluto* [*]. Vocem Syriacam Græcus interpres sine interpretatione posuit, quo prosopopoeia hîc dilucidior sit, tanquam si Mammona sit dæmonis aut idoli proprium nomen. Constituit enim hîc Christus Deum & divitias, tanquàm dominos duos, &c [f].

25. *Ideo*] Quia scilicet non potest animus simul in pietatis & divitiarum studia intendi [†]. ¶ *Ne* &c. Μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν] *Ne soliciti sitis animæ vestræ*, Sy. Tre. Er. Il. vel, *de*, sive *pro*, *anima* (vel, *vita*, Ti. V. Ca.) *vestra*, Æth. Be. P. Pi. &c. *Anima* hîc pro vita ponitur [g], ut Job 2. 6 [h]. & in Gellio 19. 1. quia ea parte vivimus [k]. Non laborem vetat [l], sed solicitudinem, nempe anxiam & immodicam [m], ex diffidentia ergà Deum profectam [n], quâ animus in diversas partes, modò huc, modò illuc, rapitur [o], & vexatur metu, vel etiam desperatione afficitur, quâ homo totus in eo est ut sibi prospiciat, nihilque Deo commendat, &c [p]. Vox μεριμνᾶν & nomen μέριμνα haud dubiè mediæ sunt significationis, 1 Cor. 7. 32, 33, 34. 2 Cor. 11. 28. Phil. 2. 20. Neque hîc per se videtur poni in partem sequiorem, quia infrà sequitur, *cras* μεριμνήσει, &c. Sed additæ circumstantiæ vitium denotant. Nam ista. τί φάγητε, &c. (*quid edatis*, &c.) ad tempus futurum referenda sunt. Unde apparet hîc & ver. 31. solicitudinem, quæ finem modúmque nesciat, describi: quo sensu eadem vox usurpatur, Phil. 4. 6. & 1 Pet. 5. 7. Lucas idem vocat μετεωρίζεσθαι, h. e. *suspensô esse animo*. Res ut intelligatur, sciendum & hîc Christum suo more objectionem tacitam solvere. Esto enim, dicat aliquis, ut de supervacuis non sit laborandum; at eorum quæ natura desiderat non eam habeo copiam quæ in vitam omnem possit sufficere; quam ubi sum habiturus, finem faciam studio habendi. Christus hanc objectionem ostendit procedere ex diffidentia de bonitate ac potentia Divina. Nam Deum nobis & posse & velle prospicere de necessariis, etiamsi nos obiter tantùm curantes ea quæ præsens usus requirit, omnem animi vim intendamus in studium pietatis: quod illustribus argumentis fulcit. Laudat alicubi Seneca animum curiosum ad corpus pertinentium, non anxiè tamen [q]. ¶ *Quid manducetis*, Τί φάγητε, καὶ τί πίητε] Ultima clausula deest in latinis codicibus [r]; at habetur in omnibus Græcis codicibus [†], quibus assentior. Græcus Poeta, Ἐπεὶ τί δεῖ, &c. (*Duobus tantum opus habent mortales, cibo & potu*,) & Latinus, — *Satis est populis fluviúsque Cerésque*. Neque obstat quod sequitur ἐνδύσησθε solius mentio. Nam eo nomine, ut & Latino *cibariorum*, potus etiam comprehenditur. ¶ *Neque corpori* &c.] Ad vitam sustentandam cibariis opus est, vestitu autem ad defendendum corpus contra cœli injurias. Aristides, Ἐσθῆτος, &c. (*Vestimento & tegumento & cibariis nobis opus est*. ¶ *Nonne anima plus est*, &c.] i. e. pluris facienda? Rectè Aristoteles, *Melius quòd propter se eligendum est quàm quod propter aliud*: & trita est regula, *Qui finem vult, idem vult & necessaria ad finem* [t]. [Sensus

[v] G. sim. Bru. [x] G. [y] Bru. [*] Di. [z] Sch. [||] Ham. [a] Bru. sim. Be. [b] Mal sim Cas. [c] Cas. sic Be. [d] Cas. [*] Di. [f] Mal. [g] Scul. ex. 2. 36. sim Pi. Sch. Be. [h] Be. Cla. [i] Be. [k] Cla. [l] Ee.

[m] Bru. [n] Scul. ex 2. 36. [o] G. Er. Scul ex. Hi & Chryf. [p] G. [q] D. [r] Q. in Be. [†] Al. in Be. Was. de num. antiq. 1. 2. G. ex Aug. [t] Was. [v] G. [x] V. Zeg. Was. D. &c. [y] D. Was. [z] Was. [a] G. [b] G. D. [c] D. [d] D. Was. Pi. [*] Was. [f] Bru. [†] G. sim. Bru. [g] Er. Bru. Mal. Pi. [h] Bru. [i] Pi. [k] Mal. [l] Bru. sic Zeg. [m] Bru. [n] Mal. sim. Bru. [o] Sch. [p] Bru. [q] G. [r] Be. ex Er &c. [†] Be. [t] G.

sus est,] Deus est qui vitam & corpus nobis dedit †, quæ pluris sunt [v], deditque nobis nihil solicitis, quin neque existentibus [x]; Quidni igitur dare & possit & velit bona quæ ad utrumque tuendum sunt necessaria [y], & quæ minoris sunt & illorum causâ dantur [z].

26. *Volatilia cœli*] i. e. In aere versantia [a]: non altilia, quæ curâ humanâ sustentantur [b]: Lucas hîc speciem posuit *corvi*, nimirum quòd id animal in volucrium genere cibi sit avidissimum [c]. ¶ *Non serunt*, &c. Non solicita sunt, &c [d]. ¶ *Neque congregant in horrea*] Non reprehendit hîc Christus omnem συγκομιδὴν, non magis quàm sementem & messem: sed argumentum est à majori; Si Deus volucribus prospicit adversus inediam, quibus non est ea industria quæ est hominibus, quantò magis hominibus prospiciet. Simile est argumentum infrà 28. In Thalmudico libro Kiddushim, *Vidistine unquam bestiam vel avem quæ tenuerit artificium aliquod? & tamen aluntur, neque difficulter* *. ¶ *Pater*, &c. Signanter, q.d. Illis creator est & Dominus, vobis autem Pater [f]. ¶ *Nonne*, &c. Οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν] *Nonne vos illis præstatis?* P. Pi. sim. Sy. Ar. Pers. Tre. V. vel *magis excellitis?* Mo. sic Er. *longè præcellitis?* Er. Ti. *multò præstatis?* Be. Bru. τὸ μᾶλλον hîc redundat [g], ut & Marc. 7. 36. 2 Cor. 7. 13. & Aristot. αἱρετώτερον μᾶλλον & μᾶλλον κάλλιον dixit. Similia & apud Demosth. & Plat. reperias [h]. Sic & *magis* sæpe apud Plautum [i]. Majoris emphaseos gratiâ junctæ videntur duæ voces comparationem significantes; q. d. Vos ad imaginem creavit, adoptavit in filios, ad Regnum cœleste vocavit, & vestri gratiâ cætera condidit [k]. *Nonne præstatis eis?* ad verb. *differtis ab eis?* Synecdoche generis; nam etiam quod deterius est differt à præstantiore [l]. Διαφέρειν significat, modò, *differre ab invicem*, modò, *excellere, præstare*, ut Matth. 10. 31. & 12. 12. Sic 1 Cor. 15. 41. Ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει, *Stella superat stellam gloriâ*, Gal. 4. 1. οὐδὲν διαφέρει δούλου, *nihil servo præstat*. Sic Isoc. de pace, *Tantùm stoliditate* διενέγκαν πάντων, *superârunt omnes*; & in Encom. Helenæ, *Et genere, & pulchritudine* —— πολὺ διήνεγκε, *multùm excelluit*: & ibid. διαφερόντων ἐπ' ἀρετῇ, *excellentium virtute*. Lucianus, διαφέρω πάντων τὰ πολεμικά, *Antecello omnes peritiâ militari*. Plato, διαφέρων τὴν φύσιν, *excellenti naturâ præditus*, & alibi, διαφέροντες Ἀθηναίων, *Excellentiores, ex Atheniensibus*. Similiter ferè Terentius, *Stulto intelligens quid interest?* Et τὰ διαφέροντα sunt *præstantiora*, Rom. 2. 18 [m].

27. *Quis —— potest adjicere*, (vel, *apponere*, Be. P. Æth.) *ad staturam suam cubitum unum*] Ità Tre. Mo. Ar. &c. Πῆχυς, *cubitus*, est mensuræ species, quæ pro genere ponitur, h. l. sicut & Joh. 21. 8. Apoc. 21. 17 *. Ἡλικία significat, vel, 1. *staturam* [n], vel, *corporis quantitatem, sive magnitudinem* [o], ut Luc. 12. 25. & 19. 3 [p]. & in Plutarcho, Luciano [q], [verba vide in Be.] Aristotele de plantis, 1. 4. Constantino Porphyrogenneta, c. de castro Chersonis. Sic & Luc. 2. 52 [r]. & in Niceph. &c †. Argumentum est à minori ad majus, quod nos docet Lucas 12. 25, 26 [t]. Redit Christus ad id quod dixerat *de anima & corpore*. Hæc extra controversiam pluris sunt quàm mensura corporis: parum enim refert quâ quis sit staturâ. Quòd si hoc quod minus est Deus efficit citra studium nostrum, quantò magis citra anxiam nostram solicitudinem illa potiora in nobis conservabit, ac proinde largietur quæ ad conservationem eorum sunt necessaria *? Christus sic argumentatus fuerat, Anima plus est quàm esca, & corpus quàm vestis. Subaudi, sed animam & corpus non vos, sed Deus fecit. (Quam propositionem antè suppressam hîc probat.) Ergò escam & vestem non vos debetis quærere, sed Deus. Illam autem partem minoris propositionis, animam & corpus vos facere non potestis, nunc probat: Non potestis unum cubitum facere, ergò multò minùs totum. Illud ergò, cubitum unum adjicere, &c. *minimum* vocat comparatione, non cibi, aut vestis, (hæc enim invenire illo longè facilius est) sed totius corporis & animæ [v]. Al. Sententia est, Si corpori vestro, quo nihil magis videtur esse in potestate vestra, nihil addere potestis, quid anxii estis circa ea quæ ab aliena pendent voluntate, & providentia Divina [x]? Vel, 2. *ætatem* [y]. Huc facit, 1. quòd h. l. dehortatur à solicitudine de vita, cui, inquit, nè minimum potestis addere. 2. Quòd *cubitus* magnam habet proportionem ad staturam corporis, nec sperare poterant auditores Christi se decimam cubiti partem addere potuisse. Contrà, *cubitus* exigua videbitur portio ætatis humanæ. 3. Quòd *cubitus* est mensura longitudinis cujuslibet spatii, ut Jos. 3. 4. Joh. 21. 8 [z].

28. *Considerate*, &c. Καταμάθετε τὰ κρίνα, &c.] Μεταβατικῶς, (*transitivè*,) ut rectè verterunt Syr. & Vulg. Ità καταμανθάνειν τὴν φύσιν, *naturam rerum considerare*, dixit Plutarchus [a]. *Cognoscite*, (vel, *Discite*, Ca. Pi. sic P. *Considerate*, Sy. Tre. Ti. *Contemplamini*, Scul. sim. Æth. Pers. Mo. ut verbum sumitur, Sirach. 9, 5, 8. & in Lexico vetere, καταμανθάνω, *considero* [b]: *Exemplum sumite*, Ar.) *lilia*, (vel, *flores*, V. Scul.) *agri quomodo crescant*, Er. Il. P. &c. Al. *quomodo augescant lilia agrorum*, Be. i.e. nascentia in agris *, quæ omnem decorem suum uni Deo debent [c], non in hortis [d], quæ videri possunt aliquid humanæ curæ debere. A victu transit ad vestitum, cujus loco est floribus sua pulchritudo *. Sermo hic habitus erat sub dio, & quidem in monte, Matth. 8. 1. ut ergò Christus à fonte Jacobi petivit tropicam de aquis S. Spiritûs concionem, Joh. 4. ità hîc è re præsenti Divinæ providentiæ argumenta colligit. In concionis enim cursu, volitantibus forsan aviculis, digitum in eas intendit. *Respicite volucres*, &c. Deinde auditores deducit ad contemplationem florum quibus vicinæ valles erant vestitæ. Κρίνα hîc generatim denotat *flores*, neque enim solis liliis ornabantur illæ valles. Sic & Exod. 25. 34. & Psal. 45. 1. quod aliis τὰ κρίνα, Symmachus vertit τὰ ἄνθη, *flores*. Sic & λείρια (*lilia*) vocantur omnes flores, ut testantur Lucianus, & Schol. Apol. Rhodii: *Tanta est floris Lilii dignitas*, inquit Pollux, ut Homerus omnes flores vocaverit λείρια [f]. ¶ *Non laborant*] Ut viri [g]; ut agricolæ, quorum propriè est τὸ κοπιᾶν, Joh. 4. 38. 2 Tim. 2. 6 [h]. ¶ *Neque nent*] ut fœminæ [i].

29. *Nec Salomon*] Studiosissimus perquisitor omnis pulchritudinis [k]: quem nominat, quia ejus temporibus ob longam pacem & navigationem in terras auriferas res Judæorum fuerunt florentissimæ [l]. ¶ *In omni gloria*] i.e. pulchritudine, ut *gloria* sumitur, Esa. 35. 2. 1 Cor. 15. 40 [m]. vel Majestate [n], vel splendore, [o] sive fulgore, ut *gloria* ponitur Act. 22. 11 [p]. vel, cùm augustâ specie (trabeâ auratâ, ut mos Regibus) in solio eburno aurato sedens (de quo vide 2 Par. 9. 17.) jura daret civibus, aut responsa externis. Vocatur enim illud solium *thronus gloriæ*, quò alluditur Matth. 19. 28. & 25. 31. aut etiam *solium judicii*. Nimirum ars nulla potest cum natura contendere. Simile dictum Solonis, qui cùm, Regem Crœsum in throno sedentem conspicatus, interrogaretur num pulchrius ullum vidisset spectaculum; Vidi, inquit, gallos scilicet, pavones & phasianos: *qui naturali flore ornantur* & longè pulchriore [q]. ¶ *Coopertus est*, Περιεβάλετο, *Amictus*, (vel, *vestitus*, Ar. Æth. sic Ca.) *fuit*, Tre. P. Be. &c. Ità verti solet Heb. לבש [r].

30. *Si autem fœnum*] Ità Mo. χόρτον] *Herbam*, Be. P. Pi. Ca. Æth. Pers. Bru. De segetibus hîc agi puto, iisque omnibus quorum grana pinsi consueverunt, cùm clibani fit mentio, præcipuè de virentibus spicis quibus torrefactis usi sunt Hebræi, Levit. 2. 14 [t]. Non placet. Ex præced. apparet significari hîc quicquid in hortis & pratis nascitur quod siccatum nulli rei usui esse possit nisi ut in ignem conjiciatur. Non autem in *clibanum* mitti dicitur ut panis coquendus, sed ut stipulæ, &c. quibus furnos suos calefacerent [v]. Al. *Flores*, Ar. *Gramen*, Er. Il. Tre. Sy. Zeg. Ità vocat ipsum lilium. Nam Hebræi τὰ φυτὰ distribuunt in duo genera, עשב & עץ, ut videre est Gen. 1. 11. Hellenistæ, cùm voces Græcas non haberent æquè latè patentes, עץ vertunt ξύλον, quo continentur Arbores, Frutices & similia; עשב autem, aut etiam חציר, χόρτον, quod Thalmudistæ scribunt כרתי, in quo genere sunt Farra, Herbæ, Flores. Hoc sensu ità δένδρα & χόρτος pariter posita comprehendunt omnia ea quæ terrâ nascuntur, Apoc. 8. 7. & apud Jacobum idem vocatur ἄνθος & χόρτος, & conjunctim, ἄνθος χόρτου, 1. 10, 11. ut

† G. sim. Bru. Ca. [v] Ca. sic Eru. [x] Bru. [y] G. [z] Ca. [a] Bru. [b] Sch. sim. Bru. [c] G. [d] Bru. * G. [f] Eru. [g] Be. Pi. G. [h] G. [i] Be. [k] Bru. [l] Pi. [m] Sch. * Sch. [n] G. Be, &c. [o] Be. sim. Er. [p] Be. [q] Be. G. [r] G. † Ham. [t] G. Mal. * G. [v] Mal. [x] Me. [y] Er. Ham.

[z] Ham. [a] G. [b] Scul. * Pi ex Be. [c] Bru. [d] Er. Bru. * Bru. [f] Scul. ex 2. 38. [g] Bru. [h] Ham. [i] Bru. [k] Bru. [l] G. [m] Cam. [n] Be. Pi. [o] Be. Cam. [p] Cam. [q] G. [r] Idem. [t] Be. [v] Cas.

ut & 1 Pet. 1. v. 24. Qui loci desumpti sunt ex Esa. c. 40. v. 6 [x]. ¶ *Quod*, &c. Σήμερον ὄντα]. *Quæ hodie exstat*, Pi. vel, *subsistit*, Sch. vel, *est*, sub. *in agro*, V. vel in rerum natura [y]. Brevis duratio indicatur, ut Psalm. 90. 5, 6. ¶ *In clibanum*, &c.] Bene Syrus תנורא, ut Gen. 15.17. Exod. 8.3. Levit. 2.4. & 26.26. Psalm. 21. 9. Neque solet semper distingui subtiliter ἰπνὸς & κλίβανος [z]. Κλίβανος hîc pro ἰπνὸς, sive pro quovis furno [a]. Κλίβανον κάμινον exponit Schol. Aristoph. solebant autem furni incendi non tantùm ramalibus arborum, sed & floribus postquàm exaruerant, quemadmodum & paleis & lolio. Ulpianus, *Lignorum nomine in quibusdam regionibus, ut in Ægypto, ubi in arundines & papyrum comburuntur —— veniunt & herbulæ, & sarmenta, & superamenta materiarum, & vitium stirpes* [b]. ¶ *Quantò magis vos?*] Sub. *amiciet*, Camer. sim. Pi. *Vos*, emphaticè, tantò herbis præstantiores, & immortalitati à se conditos [c]. ¶ *Modicæ fidei*, Ὀλιγόπιστοι.] *Minimæ fidei*, V. Bru. *Exiguâ fiduciâ præditi*, Be. sic Er. קטני אמנה Hebræis etiam vocantur hi qui, cùm in præsens habeant satis, futuri incertitudine cruciantur. Vox autem אמנה, quam exprimit vox πίστεως, præsertim in usu Hellenistarum, non semper significat persuasionem quâ credimus vera esse quæ dicuntur, sed sæpe fiduciam quam in alicujus bonitate ac potentia ponimus, etiamsi verba nulla intercesserint: quæ significatio hoc loco videtur amplectenda. Quanquam enim promissiones exstant in Lege ad hanc rem pertinentes, non tamen indè argumentum ducit Christus, sed à manifestis bonitatis potentiæque Divinæ testimoniis [d].

31. *Dicentes*, *Quid*, &c?] Prosopopœia notans solicitudinem [*], quæ hujusmodi cogitationibus, ceu continuis quibusdam æstibus, hominem exagitat [f].

32. *Hæc omnia*] Id est, copiam sufficientem in omne tempus [g], victum, vestitum, opes [h]. ¶ *Gentes*] Aliæ scilicet [i], Ethnici [k]: *Gentes hujus mundi*, Sy. in Bru. & in Di. quæ non agnoscunt, vel, 1. Dei providentiam [l]: vel, 2. alia his majora bona [m]. ¶ *Inquirunt*, Ἐπιζητεῖ] *Exquirunt*, Er. Vehemens studium designat [n]. q. d. Huc cumprimis labores, curas, cogitationes omnes, dirigunt [o]. ¶ *Pater*, &c.] Triplex emphasis: *Pater* est creaturarum omnium; *vester*, speciali providentiâ, qui vos ut fratres meos, & filios suos, curat; *cœlestis*, q. d. Qui est in statu bonitatis, omniscientiæ & omnipotentiæ [p]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι χρῄζετε, &c.] Opus esse vobis illis rebus ad vitam & valetudinem tuendam. Sunt enim hæc in genere τῶν πὼς ἀναγκαίων, (*quodammodo necessariorum*,) ut loqui amant Philosophi [q].

33. *Quærite primùm*] Ante omnia [r], posteà demum quærite victum & amictum [†]. *Hoc agite*, ut in Sacris dici solebat [t]: in hoc sint labores, curæ, studia vestra [v]. Neque enim contentus est Deus aut perfunctoriâ aut dimidiatâ operâ: sed vult in sui cultu præcipuè nos esse occupatos. Nam plerique πάρεργον ἔργον faciunt, & ἔργον πάρεργον. Respicitur hîc non obscurè historia 1 Reg. 3. 11 [x] ¶ *Regnum Dei*] sive cœleste [y], à Deo paratum electis [z]: de quo suprà v. 10 [a]. ¶ *Et justitiam ejus*] Id est, Dei [b]: nam αὐτοῦ ad βασιλείαν referri non potest [c]: quam Deus requirit & probat [d]: fidem & bona opera [*]: *regnum*, ut metam, *justitiam*, ut viam, quâ ad Regnum perveniatur, quomodo hæ voces suprà ponuntur, 5. 20 [f]. ¶ *Et hæc omnia* (mortali vitæ necessaria [g],) *adjicientur*, Προστεθήσεται ὑμῖν] Addentur ἐν προσθήκης μέρει, velut additamentum [h], auctarium & cumulus [i]. Significanter admodum loquitur Christus: nam προσθήκην Græci vocant, quod & ἐπίδοσιν, προσθήκην, ἐπιμέτρον, *Latini corollarium, accessionem, auctarium, mantissam*. Habet quidem pietas promissa utriusque vitæ, 1 Tim. 4. 8. Marc. 10. 30 [k]. Sed principale est gloria vitæ alterius: quæ ad hanc vitam desiderantur accessionis habent vicem [l], quapropter etiam parciùs solent piis contingere, quò magis rebus illis honos & pretium detrahatur. Atque adeò ipso etiam veteris legis tempore, sicut mercedis temporariæ gratiâ operantibus constanter Deus præstitit eam ubertatem quam lex pollicebatur, ità his, qui Spiritûs ductu ad cœlestem patriam anhelabant, interna magis solatia exhibuit quàm rerum exteriorum affluentiam, sine ullo ipsorum damno, cùm pro vilioribus meliora acciperent, ut videre est Heb. 11. At sic in illis paucis anticipata est ea dispensatio quæ post Christi adventum latissimè diffusa. Vidit hîc nonnihil Plato cùm dixit, Διττὰ, &c. (*duplicia sunt bona, humana hæc, illa divina, & si quis majora obtineat, minora simul possidet.*) Hebræorum est proverbium. *Qui suscipit in se jugum legis, tollitur ab eo jugum onerum publicorum & molestia quærendæ vitæ* [m].

[x] G. [y] Bru. [z] G. [a] Cas. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] Pi. sim. Bru. [f] Bru. [g] G. [h] Bru. [i] Camer. [k] Pi. sim. Ham. [l] Ham. sim. Bru. [m] Bru. [n] G. sim. Bru. [o] Bru. [p] Sch. [q] G. [r] Bru. [†] Pi. [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] G. sim. Bru. [z] Pi. sim. Bru. [a] Bru. [b] Bru. Pi. [c] Bru. [d] Bru. sic Pi. [*] Pi. [f] G. [g] Bru. sim. Ham. [h] Pi. [i] Be. [k] G. [l] G. sim. Be.

34. *Soliciti —— in*, &c. Εἰς τὴν αὔριον] *In crastinum*, Pi. sub. *diem*, Camer. Pi. Sch. & sub. *respicientes*, Pi. Hæbræorum phrasis est [n]; apud quos ב valet *de*, vel *propter*, ut Prov. 27. 1 [o]. Sed & Græcorum. Nam Athen. l. 7. dicit φροντίζειν εἰς τὴν αὔριον [p]. Sensus, Nolite curam in longum promittere [q]. *Cras* sumitur pro tempore futuro [r]. Alludit hîc ad id quod de Manna, nobili pignore Divinæ providentiæ, legimus, Exod. 16. v. 20 [†]. ¶ *Crastinus enim dies solicitus*, &c. Μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς] *Curabit* (vel, *Solicitus erit*, Be. P. &c. Per prosopopœiam diei tribuit quæ homini competunt [t]:) *sua ipsius*, Mo. sim. Ti. subaudi πράγματα, vel, μεριμνήματα [v]: vel, *de se*, Eth. Ar. &c. *de rebus suis*, Be. P. Pi. q. d. Quantumcunque soliciti sitis, non minus curarum cras adfert, nec onera illius reddetis leviora. Quid ergò necesse est ante tempus miseri sitis [x]? ¶ *Sufficit* (sub. *cuique*, Pi.) *diei malitia sua*, sic Mo. Ar. Κακία αὐτῆς] *Malum suum*, Sy. Tre. Be. sic Ca. Pers. *Nequitia sua* Æth. *Afflictio sua*, Er. Il. P. Ti. *Vexatio sua*, Pi. G. ex Tertul. Nam in Hebræo proverbio quo Christus utitur est צרה, quod οἱ. θλῖψιν solent vertere, Sic & κακότητα pro *vexatione* sumi docet Plutarchus. Græci sæpe ità usurpant vocem κακίας, ut exprimant Hebræum רעה, ut Amos. 3. 6 [y]. κακία hîc ponitur pro κακότης [z], vel κάκωσις [a]. Ærumna sua [b]: *sua*, i. e. ipsi accidens ultrò. Sensus, qu. d. Ut miseri sitis satis secum curarum malorùmque adfert præsens quisque dies, ità non opus sit futuri temporis accersere molestias [c]. In lib. Heb. Selectarum gemmarum. *Cur*, inquit, *mæstus eris ob vexationem quæ nondum advenit? Sufficit vexatio in hora sua* [d].

[m] G. [n] Cas. ex Be. [o] Be. Bru. [p] Cas. sim. G. [q] G. [r] D. ex He. sim. G. [†] G. [t] Bru. sic Pi. [v] Sch. [x] Bru. [y] G. [z] Be. [a] Scul. Bru. [b] Be. Bru. [c] Bru. [d] D.

CAP. VII.

1. NOlite, &c. Μὴ κρίνετε] *Ne condemnate*, Er. *Judicium nè facite*, Pers. Meliùs, *Nè Judicate*, G. ità Sy. Be. Ti. sic P. Tre. Ca. &c. quia Lucas cùm dixisset, μὴ κρίνετε, addit, μὴ καταδικάζετε [a]. Redit h. l. ad dilectionem proximi [b]. Non est anxiè quærenda in Evangelistis sententiarum connexio, quia res non eo ordine scribere voluerunt, quo factæ, vel dictæ, sunt [c]. *Nè judicate*, sub. *quenquam*, Bru. Non agitur h. l. de qualibuscunque judiciis, ut sequentia docent [†], non de judicio publico & legitimo [d], quod & sanctum est & necessarium [*], sed de privato [f], eóque non quovis, sed temerario & maligno [g], quo proximum temere damnamus, sinistrè interpretantes dicta & facta illius [h], de eo quod rigidè exercetur, & *sine misericordia*, Jac. 2. 13. Hebræi dicunt, *Judico omnem hominem ad lancem innocentiæ, etiam si quem viderim peccare* [i]. Extra controversiam est apud omnes non pervicacis ingenii homines, de malignis tantùm rerum vel personarum censoribus hîc agi [k]. Vetat hîc Christus, nè, cùm ipsi iisdem, aut majoribus fortè, peccatis obstricti simus, curiosè in aliorum mores inquiramus, (sic condemnationi judicium, sicut sententiæ judiciali inquisitionem, anteponit,) aut de iis judicemus; multò verò magis, nè de iis detrahendo judicemus [l]. Nè aliena dicta factáque iniquo oculo observes & iniquo animo condemnes [m]. Ebræi dicunt, *Qui odit fratrem suum, semper judicat illum lance peccati: qui verò amat eum, judicat lance æquitatis*. Quò pertinet dictum illud, *Judica quemvis hominem lance meriti, sive æquitatis* [*]. ¶ *Ut non judicemini*] Vel, 1. ab aliis hominibus [n], qui vos talione punient, & simili ratione damnabunt [o]. Plerumque homines experiuntur tales vitæ suæ censores quales ipsi egerint alienæ [p]. Vel potiùs

[a] G. [b] Bru. [c] Mal. [†] G. [d] Bru. sim. Mal. E. [*] Bru. [f] E. Bru. [g] Bru. sim. Er. Zeg. D. Camer. [h] Pi. [i] G. [k] Be. [l] Mal. [m] M. [*] D. [n] Q. in Mal. sic Pi. [o] Pi. [p] Bru.

potius, 2. à Deo q; quod multò terribilius est r: qui nihil vobis indulgebit, aut impunitum relinquet †: Hoc postulat antithesis, Nè judicate de hominibus nè à Deo judicemini t.

2. *In quo judicio, &c.*] Quales vos fueritis erga proximum, aut benignè illius facta interpretantes & excusantes, aut rigidè judicantes, & condemnantes, talem & vos Deum judicem experiemini v, aut rigidum, aut benignum x. ¶ *Quâ mensurâ——remetietur, &c.* Ἀντιμετρηθήσεται] *Eadem mensurabitur*, V. vel, *Alii metientur*, V. Er. *Remensum vobis ibitur*, G. *Vicissim mensurabitur*, Sch. sic Bru. ut Luc. 6. v. 38. præpositio ἀντὶ sæpe vicissitudinem vel retributionem notat y. Par pari refertur z. Justissima improbis merces est Talio. Vide Levit. 24. 19. Jud. 1. 7. Abd. v. 15 a. Proverbium hoc (quo Christus ad res diversas utitur b,) tritum usu Hebræorum c: Dicunt enim מדה כנגד מדה, *mensura pro mensura*, sive, *par pari* d: & in Bab. Sanedrim, במדה שאדם מודד בה מודדין לו *. In Massecheth Beracoth, c. 9. fol. 56. in Misna. Quærit, quid sit illud, *amabis Deum toto corde*,——ובכל מאדך *totisque viribus tuis*; quod dupliciter explicat, 1. בכל ממונך, *omnibus opibus tuis*: 2. ut sit בכל מדה ומדה, &c. *omni mensurâ quâ tibi admetitur, & tu ipse celebra eum.* Sensus est, *sive bono sive malo te Deus affecerit, oportet te illi gratias agere* f. Utuntur & Arabes g [hoc Christi proverbio. Sed & alii utuntur.] Tale est in mimis Publii, *Ab alio exspectes alteri quod feceris* h. Seneca de inferorum pœnis, *Quod quisque fecit, patitur: autorem scelus Repetit: suoque premitur exemplo nocens* i. Scholiastes vetus ad illud Horatii l. 1. Sat. 3. *In trutina*, &c. *Idem*, inquit, *judicium de ipso erit, & eadem æstimatio*, ἀντιστρόφως. *Nam qui ignoscit peccatis alterius, mox eandem veniam consequetur.* Polybius de Timæo dicit, *eum inexorabilem factum alios etiam tales expertos fuisse.* Planè autem statuo de Dei judicio hîc agi, sicut Jac. 2. 13. Mos nimirum erat Christo dicta de rebus humanis usurpari solita ad Divinas transferre k.

3. *Quid* (vel, *Cur*, V.) *autem vides*, (vel, *aspicis*, i. e. consideras l, *spectas*: βλέπειν plus est quàm ὁρᾷν m. significatur curiositas intuendi in alienos errores studio reprehendendi n:) *festucam*, &c.] Sic. Sy. Ar. Tre. Er. P. Ti. Ca. Mo. Be. Scul. Camer. vel *stipulam*, Æth. Κάρφος est, vel, 1. minima ligni particula, quales nonnunquam incurrunt in digitos, ant in oculos involant o, Bene Hesychius, κάρφος, [inquit, est] κεραία ξύλου λεπτή, (*frustulum ligni exiguum.*) Sed & o'. טרף Gen. 8. 11. vertunt κάρφος p. Huc facit & Judæorum proverbium, *Qui dicunt aliis, Evelle* קיסם, *exiguum ligni frustulum, ex dentibus, respondetur eis, Exime trabem oculis tuis.* Favet & oppositio τῷ δοκῷ q. Vel, 2. *festuca*, i. e. *herbæ culmen*, aut *aliquid stipulæ instar*. Aristophani κάρφη sunt *sarmenta*, ubi Interpres, κάρφη καὶ φρύγανα [ponit Aristoph.] ἐκ παραλλήλου, tanquam *ejusdem significationis.* Medici κάρφος vocant *floccos & minutissima quæque apparentia in stratis.* Hinc καρφολογεῖν, in Galen. *floccos evellere, & festucas colligere*, quod est phreneticorum symptoma. Et χεῖρας ἀποκαρφολογούσας dixit Hippocrates. ¶ *Trabem*, Δοκὸν] *Trabem, sive tignum*: non dicit δοκίδα, *trabeculam, sive parvam trabem.* Sic enim Græci distinguunt. Est etiam in voce δοκὸς pulcra allusio ad *opinionem*, quâ inflati homines tument, aliósque despiciunt r. Per *festucam* significantur peccata minora levioráque, aut revera, aut peccatorum tuorum comparatione: per *trabem*, majora & graviora †. Sensus, q. d. Quare tam oculatus & curiosus es in cernendis atque arguendis aliorum vitiis, & cœcus indulgénsque in tuis, longè gravioribus t? q. d. Summa impudentia est v. Proverbium inter Judæos frequentatum, ut ex ipsorum quoque libris appparet x. *Tolle trabem ex oculo tuo*, exstat in Gemara, necnon in libro Musar y. Quod autem Christus hîc explicat, idem ferme Phryx ille fabulator intellectum voluit narratiunculâ de duabus manticis; quarum altera alienis vitiis onusta, ante oculos, altera verò nostra ferens vitia, retrò, pendeat: unde illud dictum est, *Sed non videmus id manticæ quod in tergo est.* Libet hoc illustrare ex aliis. Menander, Οὐδεὶς, &c. (*Nemo sua mala clarè discernit, alterius autem errata quisque*

r Bru. | † T. | t Mal. | v Me. sim. Bru. | x Bru. | y Sch. | z Bru. | a Scul. ex. 2. 39. | b G. | c G. sim. Cap. D. | d prov. 1. 3. 36. | d D. ib. G. | * Li. ho. sic G. | f Cap. | g G. | h D. ib. | i Scul. ib. | k G. | l Pi. | m Be. | n Bru. sim. Be. | o Bru. | p G. | q Ham. | r Scul. ex. 2. 40. | † Bru. | t Bru. sim. T. Ham. &c. | v Bru. | x G. | y D. Prov. 1. 3. 32.

videt.) Cicero Tusc. 3. *Stultitiæ proprium est aliorum vitia cernere, oblivisci suorum.* Et hæc quidem propriè pertinent ad vitia quæ nos cum aliis habemus communia, quæque in aliis securè advertimus, cùm ignoscamus nobis, ut apud Horatium Mænius. At quorundam malignitas ultrà progreditur, ut etiam quæ bonam capiunt interpretationem in pessimam partem rapiat. Aut etiam, quod ulcus hîc tangit Christus, ad minora aliorum vitia perspicaces, ad sua longè majora connivent: qualis ille quem Flaccus ità objurgat, *Cùm tua prævideas mala lippus inunctis, Cur in amicorum vitiis tam cernis acutùm?* Et deinde ità admonet,——*denique te ipsum Concute, num qua tibi vitiorum inseverit olim Natura*——Hoc enim facto appariturum quàm nos dedeceat rigida illa Censoris persona, *Qui nè tuberibus propriis offendat amicum Postulat, ignoscat verrucis illius, æquum est Peccatis veniam poscentem reddere rursus.* Seneca, *Det ille veniam facilè cui veniâ est opus* z. Et [alter] Seneca,] *Papulas alienas observatis, obsiti plurimis ulceribus* a. ¶ *Non vides?* Οὐ κατανοεῖς] Οὐ γινώσκεις, ut Meander loquitur; παραβλέπεις, ut alter Comicus; *prævides*, i. e. *prætervides*, Horatio b. *Non animadvertis?* Sy. Er. Be. P. &c.

4. *Quomodo* (Quâ fronte c, quâ ratione d,) *dicis*, &c.] Vel, *dices*, &c. Be. Pi. &c. ¶ *Sine*, &c. Ἄφες ἐκβάλω, &c.] *Sine* (sub. *ô frater*, V.) *eximam* &c. Pi. &c. i. e. ἵνα, vel, ὡς ἐκβάλω *.

5. *Hypocrita*] חנף Job. 8. v. 13 f. *Hypocritas* vocat qui, cùm sceleratissimi sint, videre velint alienissimi à vitiis, ut qui eis infensissimi nec minima ferant g. ¶ *Ejice*, &c.] Vetus est proverbium in Zemach David h. ¶ *Tunc* (purgatus oculis, & amotâ trabe visum aut tollente aut vitiante i,) *videbis* (vel, *dispicies*, i. e. dispicito, vel dispicere poteris: sed prius malim k:) *ejicere*, &c.] Id est, ut ejicias l: dispicies qualis sit, & quomodo evellenda m: tunc idoneus eris, ità ut tibi & aliis satisfacere queas n. *Tunc videbis*, &c. Non tantùm quia culpâ careat oportet qui paratus est in alterum dicere, sed quia severi isti castigatores plerumque habent ulcus in animo latens, quod obstat quo minus æquâ lance aliorum facta examinent, superbiam scilicet cum contemptu, aut etiam odio, aliorum. Hunc morbum ubi expulerint, tum demum idonei erunt qui de aliis judicium ferant o.

6. *Nolite dare sanctum canibus*] [Connexio sic se habet:] Aliorum correctionem suadet v. 5. hîc monet nè, ubi nulla proficiendi spes est, correctionem adhibeamus p. Al. Candidæ erga omnes simplicitati quam præcepit (c. 6. v. 29 q.) vult prudentiam junctam esse r. Al. Egerat Christus de temerario atque inclemente judicio; nè quis hinc suspicaretur omnem, etiam de rebus manifestissimis, judicandi libertatem tolli, subjungit præceptum ad eam prudentiam pertinens quam alibi vult cum simplicitate conjungi †. *Sanctum*, id est, res sanctas t, sive Deo consecratas, putà oblationes: vide Hagg. 2. 12. Sed metaphoricè intelligit v doctrinam Evangelii x. Vel sanctas admonitiones ex verbo Dei y. Quod in universum de omnibus sapientiæ præceptis dici solebat apud Hebræos, id Christus suæ sapientiæ præceptis, præsertim interioribus, applicavit, docens quâ cautione ea aliis sint impartienda, quod erat non Apostolorum duntaxat, sed piorum quoque omnium officium, etsi non æquali jure ac gradu a. Sub. V. T. res consecratas nemo nisi consecratus tractare, nemo nisi mundus comedere, posset. Antiquæ hujus ceremoniæ symbolum hîc explicat. *Canis* erat immundum animal, tum quia nec ungulam findit, nec ruminat, Levit. 11. 26. tum & aliis rationibus, quia omnia comedit etiam putrida & immunda, salacissimum est, resumit vomitum, &c b. adeóque execrandum erat, ut nè pretium quidem indè redactum consecrare fas esset c, Deut. 23. 18 d. & quæ erant profanissima canibus darentur, Exod. 22. v. 31. Suem edi vetitum Mosis Lege Græcis quoque & Romanis notum erat. Conjunxit hæc duo animalia etiam Petrus 2. Epist. 2. 22. & in quo maximè conveniant docet, nempe in projectissima immunditie *. *Canes & porci* hîc sunt profani homines, qui Evangelii Mysteria despiciunt, & súsque déque habent f. Idem hîc docetur quod membro seq. eadem doctrina, quia divina

z G. | a D. prov. ib. | b G. | c Be. Bru. | d Ham. | * Sch. Pi. | f G. | g Bru. | h G. | i Bru. | k Pi. | l Bru. | m Be. | n Bru. | o G. | p Q. in Mal. | q Mal. | r Bru. | † G. | t Bru. Me. | v Pi. | x Bru. sim. BA. 1. 2. 57. 704. | Sch. | y Pi. | a G. | b Bru. | c G. sim. Bru. | d Bru. | * G. | f BA. ib.

vina est, vocatur *sanctum*; quia pretiosissima, *margarita:* iidem *porci*, qui *canes*, nempe qui sordibus gaudent, vitiis dediti, quibus, cùm vitia in naturam sint versa, nulla est conversionis spes [g]. Quòd si accuratiùs libet distinguere inter eos [h], *Canes* hîc sunt illi qui monitis impudenter oblatrant [i]: quales illi Act. 13. 45. & isti quos Paulus *canes* vocat, Phil. 3. 2. ac fortè iidem sunt qui *canes* appellantur, Apoc. 22. 15. Nam & Psal. 22. 16. quos *canes* vocârat, interpretatur *synagogam malignorum. Porci* autem intelligi poterunt qui non contradicunt quidem, sed vitæ impuritate ostendunt quanto contemptui monita habent [k], impii & Epicuræi, qui se volutant in cœno pecuinarum voluptatum [l]. Nam hos propriè sub porcorum imagine à Judæis intellectos apertum fiet ad c. 8. sub finem. Idque discrimen hîc sequitur Chrysostomus. Et sanè videntur hoc discrimen requirere quæ sequuntur: Nam aliud est datum proculcare, quod porcorum est; aliud porrigentem morsibus petere, quod canum. Sensus loci est, Prudentiam adhibendam; neque hæc inculcanda iis qui, admoniti de apertis manifestísque flagitiis, in veteri tamen luto fœdarum voluptatum pergerent volutari. Nam & Christus pœnitentiæ prædicationem prædicationi cœlestis Regni voluit antecedere. Et cùm Apostolos ad docendum mitteret, explorare eos jussit, ecquis dignus esset, Matt. 10. 11. Non dissimilem sensum habet Platonis illa cautio, Εὐλαβοῦ, &c. (*Cave nè hæc hominibus patefacias indoctis, quibus illa ferè ridicula videbuntur.*) Et Lysidis Pythagorici, Μὴ κοινὰ, &c. (*Nè communices bona sapientiæ cum impuris hominibus*, &c.) Chaldæi, Hebræi, Ægyptii, vetustissimi sapientiæ professores præcepta sua tradebant in symbolis, ut docet Clemens Alex. Pythagoras hunc morem in Græciam attulit, sive ex Ægypto, ubi vixit aliquamdiu, sive ex Syria, unde erant magister ipsius Pherecydes, &, ut quidam existimant, ipse Pythagoras. Nam Tyrrhenum fuisse multi prodiderunt; alii Tyrium. Sed & Tyrrheni origine, ut diximus, Tyrii erant. Sed & Judæos adierat, ut complures de eo Scriptores prodiderunt. Neque verò morem tantùm præcipiendi, sed & ipsa præceptorum verba, à Barbaris Philosophis accepit Pythagoras. Cujus rei magnum est argumentum, quòd illud, τὸ πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, (*ignem gladio nè fodices,*) cujus, ut Pythagorici præcepti, in Numa Plutarchus meminit, totidem verbis reperitur in Gnomologico Arabum. Talia sunt & illa, Χελιδόνα ἐν οἰκίᾳ μὴ ἔχειν, &c. (*Hirundinem in domo nè habeas. Ollæ ab igne ablatæ typum in cinere nè relinquas. Surgens è lecto confunde stragula. Nè naviges super terram. Fabis abstine.* Ejusdem generis & hoc est, *Nè date sanctum canibus*, &c. quem sensum Pythagorici hoc dicto exprimebant, Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν, (*Cibum nè immittas in matulam* [m].)

¶ *Nè fortè conculcent eas* (i. e. Nè doctrinam cœlestem contemnant [n], & blasphement [o].) *pedibus suis*] Tanquam instrumento. Vel, *in pedibus suis* [p], i. e. inter pedes suos [q]. Similis phrasis Heb. 10. 29. Cùm prophanis hominibus sacrosancta mysteria promiscuè objiciuntur, duplex indè malum exsurgit; 1. quòd illa contemnuntur. Atque hic contemptus redundat, tum, 1. in auctorem Evangelii, ipsum Deum, cujus gloria sic offuscatur, ut lumen Solis nube interpositâ; tum, 2. in contemptorum perniciem, qui sic reatum adeóque supplicium suum augent. 2. Quòd impii irritantur, & ex contemptoribus persecutores fiunt [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς] *Et conversi* (vel, *versi*, Bru. Er. Il. sub. *in vos*, Er. Primùm enim ad id se vertunt, canes inprimis, tum etiam porci, quod objectum fuerit: id verò, ubi, inventum suo esui haud esse accommodum, contempsere, convertuntur in eum qui objecit [†]. Vel, *commoti*, ut explicabimus τὸ στραφέντες ad cap. 16 [t]. Sed malim aut linguæ Idiotismum hîc subesse, (vide Matt. 18. 3. Luc. 9. 55. Joh. 20. 16.) aut potiùs significari eo [voce στραφέντες] naturam illud genus animalium, quæ non rectà & antrorsum irritata lædunt, at in latus deflexa. Horatius, *Verris obliquum meditantis ictum.* Ovid. Epist. —*Obliquo dente timendus aper.* Et in Metamorph. *Ille ruit, spargitque canes, ut quisquis furenti obstat, & obliquo latrantes dissipat ictu.* Apuleius in Apologia de Stellionum exuviis, *Nisi confestim eripias, illicò convertuntur & devorant.* Usum similem vocis στραφέντες habemus Luc. 12. 37 [||].) *lacerent* (vel, *dirumpant*, Mo. Ar. Vulg. *prosternant*, Æth.) *vos*, Trc. P. Ti. Be. &c. Morsibus suis [v]. Dicitur autem hoc, vel, 1. de canibus & porcis simul [x]: vel, 2. de porcis [y]. Plinius, de apro loquens, *lacerare* dixit; Apuleius, *laniare*; Ovidius, *dissipare*; unde mirum de voce illa ῥήσσειν ab eruditis adeò scrupulosè agi [z]. Apris id quidem convenit potiùs quàm porcis domesticis. Tamen etiam sues quandoque hominem lacerare scribit Plin. 10. 63. Et *lacerare* Græcè est ῥῆξαι, cujus compositum συῤῥῆξαι, vel συῤῥήγνυσθαι, tam de sue quàm de apro dicit Pollux, 5. 15. Et de Belgarum suibus dicit Strabo, l. 4. *In agris pernoctant, proceritate, robore—præstantes, ad quas nemo insuetus nisi cum periculo accedit* [a]. Vel, 3. de canibus. Est itaque hîc ἐπάνοδος, sive ὕστερον πρότερον, quâ ex duabus rebus propositis posterior priùs tractatur. Cujus multa suppetunt exempla: Matt. 12. 22. *Cæci & muti & loquebantur & cernebant*, i. e. cæci cernebant, & muti loquebantur. Sic Matt. cap. 23. Memorat Christus juramenta, primùm, per *Templum*, v. 16. deinde, per *Altare*, v. 18. utrumque autem resumit ver. 20. & ab *Altari* incipit. [Reliqua vide in Cl. Authore:] Ità & h. l. quum priùs *canes*, posteà *porcos*, memorâsset, incipit à *porcis*, &c [b]. [Sensus verborum est,] Nè, ubi sacra violaverint, vos etiam, qui ea protulistis, contemnant, irrideant, verbis & factis persequantur [c]. Plerumque fit ut obstinati contemptores Divinæ veritatis in ejus professores, ut commodis aut gloriæ suæ adversos, & diversitate morum sua ipsis flagitia exprobrantes, immane odium concipiant, plebémque & potestates in ipsos concitent: quod in Judæis præsertim Christus ejúsque Apostoli experti sunt. Talem Crescentem Cynicum Philosophum noverat Justinus, & ab eo non vanus Vates mortis suæ causas exspectabat. Sicut autem Christus horum solorum causâ non vult proponi sacram doctrinam, ità neque illorum causâ eam vult reticeri [d].

7. *Petite* (scilicet oratione à Deo [*]; non addit quid, ut quidlibet intelligas, quod rectè petatur [f]; quicquid vobis est opus [g]:) *& dabitur* (vel, *ut detur*, Pers.) *vobis*] Ità Er. Be. & omnes. Diversis modis hæc solent cum superioribus connecti. Mihi videntur multis specialibus præceptis generalia quædam subjungi, atque hîc tradi ratio, quomodo consequi possimus dona illa quæ, ad insistendum constanter hoc iter à Christo monstratum, sunt necessaria. Nam de impetrando Spiritu hîc agi docet Lucas [11. 13.] Idem hoc donum *sapientiæ* nomine videtur Jacobus appellare c. 5. Paulus utrumque conjungit, Eph. 1. 17, 18. *Ut Deus vobis det spiritum sapientiæ & revelationis, mentis oculos illustratos*, &c. Nimirum suprà dixerat Christus ad affectus rectè dirigendos opus esse ut mentis oculi luceant. Ad hanc rem impetrari à nobis vult lumen cœleste, idque contentis precibus [h]. Exhortatio [hîc est] ad orationem, quâ impetretur Dei auxilium, ad observationem eorum quæ hactenus docta fuere, cumprimis necessarium [i]. Quia suprà valde difficilia docuerat, hîc ostendit quâ ratione teneri possunt [k]. Al. Sensus est, Si feceritis quæ hactenus dixi, Petite & accipietis, &c [l]. Ego cum oratione Dominica hoc conjungendum puto; tum quia de oratione hîc agitur, tum quia Lucas cum illa conjungit, c. 11. 9. Sed major quæstio est, quomodo hoc verum sit, cùm experientia doceat multa nos, quæ petimus, non accipere [m]. Resp. Affirmantes propositiones plerumque cum exceptione intelligendæ sunt. Sæpe enim petimus, & non accipimus [n]; vel quòd mala, h. e. non petenda, petimus [o], aut malè [p], aut in malum finem, Jac. 4. 3. aut nocitura [q], aut ea quæ majus bonum impediunt [r]: vel, quòd indigni simus [†]; vel, quia non eo modo quo oportet petimus [t], eâ fide aut fiduciâ [v], eâ attentione, demissione, fervore, constantiâ, &c [x]: vel, quòd nobis non expediat [y], vel, ut meliora, quàm petimus, accipiamus [z]. ¶ *Quærite*, &c.] Commoratio in eadem re [a]. Hîc verbis αἰτεῖν, ζητεῖν, κρούειν idem denotatur, studium scilicet precandi [b]: ter idem iterat & urget, tum quia lenti & pigri sumus ad orandum, & parùm liberaliter de Dei beneficentia sentimus, tum ut nos doceat, non obiter aut defunctoriè, orandum esse, sed cum sedulitate & intentione magna, quam *quærendi* vox innuit, & cum ardore, constantia & perseverantia, quæ *pulsandi* voce intel-

[g] Bru. [h] G. [i] G. ex Clem. sim. Pi. [k] G. [l] Pi. [m] G. [n] Bru. [o] Pi. [p] Bru. [q] Bru. ex Er. [r] BA. ib. [†] Bru. [t] G.

[||] Pri. [v] Be. [x] Be. sim. Bru. [y] Mal. Pri. Sch. [z] Pri. [a] BA. ib. 705. [b] Ham. [c] Bru. [d] G. [*] Eru. sic Pi. [f] Bru. [g] Pi. [h] G. [i] Bru. [k] Hilar. Chrysost. Theoph. in Mal. [l] Al. in Mal. [m] Mal. [n] E. sim. Mal. [o] Mal. [p] E. [q] Bru. [r] Mal. [†] E. Mal. [t] Bru. [v] Mal. Bru. [x] Bru. [y] E. [z] Mal. [a] Pi. [b] G. ad. v. 8.

intelligenda datur. Non vult Deus dona sua nimiâ facilitate vilescere [c].

8. *Omnis enim* (q. d. Non soli Apostoli, aut alii nescio qui, sed *omnis*, sine exceptione, dives, pauper, &c [d].) *qui petit, accipit: & qui quærit*, &c.] Apud hominem preces sæpe incassum funduntur, vel, quia non potest præstare, vel, quia non vult; apud Deum nunquam [*]. Hæc autem tria non seorsim, sed conjunctim, accipienda sunt [f]. Qui plenâ fiduciâ *petit*, magnâ diligentiâ *quærit*, constanti perseverantiâ *pulsat*, certò optata consequetur, si non jam, saltem opportuniori tempore; & si non in specie, seu formaliter, saltem eminenter, seu in alio meliori [g].

9. *Aut*, &c. Ἢ τίς ἐστιν—ὃν ἐὰν αἰτήσῃ—μὴ λίθον, &c.] *Nam* (vel, *An*, sive *Num*, Er. Ti. Bru. V. *Aut*, Vulg. Tre. Sch. Quod non convenit, cùm hîc non sit disjunctivæ locus [h]. Verùm *aut* h. l. non est disjunctivum, ut in illis, *Aut dies est, aut nox*, sed enumerativum, ut sæpe; q.d. Si istud vobis generale argumentum non sufficit, perpendite hoc alterum. Similis hujus particulæ usus, Matt. 16. 26. & 20. 15. &c [i].) *quis* (vel, *quisquam*, Er. V. *quisnam*, Tre.) *est ex vobis* (vel, *vestrûm*, Er. *inter vos*, G.) *homo* (emphaticè [k], q. d. homo tametsi sit, malus utique, non naturâ, sed corruptione [l]: vel sic, siquidem homo sit, nec prorsus ἄσοργος [m].) *si filius ejus petierit ab eo panem, det* (vel, *daturus sit*, Er. Ti. Interrogatio per τίνα repetitur, & nominativus, *ille*, aut similis, omissus [n].) *ei lapidem?*] Quo se lædat prius quàm famem sedet [o]? *Lapidem* nominat, tanquam *pani* & simillimum colore & formâ, & dissimillimum naturâ & usu [p]. Adagium hoc ab Hebræis ad alias etiam gentes transiit, ut ex Plauto apparet, *Alterâ manu fert lapidem, panem ostentat alterâ*. Mirum videri potest quòd interrogativo τίς alterum interrogativum μὴ subjungitur. Sed notandum est apud Hebræos τίς sæpe poni non tam πυσματικῶς quàm ὑποθετικῶς, pro *si quis*, ut & infra cap. 12. v. 11. & c. 24. v. 45. Luc. 11. 5, 11. Jac. 3. 13. Sic & Agg. c. 2. v. 3. *Quis ex vobis reliquus qui viderit*, &c? Nemo enim videtur Zorobabelis comitum fuisse qui Templum à Salomone conditum videre potuisset; sed hoc vult Propheta, Si quis nunc vestrûm esset qui prius Templum vidisset, quàm valde hoc Templum præ illo sorderet! Hujus igitur loci sensus est, *Si quis inter vos est quem filius panem poscit, an lapidem ei dabit?* nam τὸ ἐάν, post ὃς positum, solet redundare, ut Matt. 5. 19. & 10. 14, 42. & 11. 27. & alibi, sed & post ὅσος, ὅ, ὅτι, aliaque relativæ notationis, ut passim in his libris videre est: μὴ autem interrogativum hîc est; quo sensu & vox Judaica, sed ex Græco sermone veniens, דלמא, in Gemara & alibi [q]. q. d. Num utilia petenti dabit noxia [r]? Seneca de Benefic. 2. 7. *Verrucosus beneficium, ab homine duro asperè datum, panem lapidosum vocabat*, &c [†].

10. *Serpentem*] Figurâ persimilem pisci; usu longè distantem [t].

11. *Cùm sitis mali*] Vel, 1. Deo comparati [v]: vide Job. 15. 14, 15 [x]. Vel, 2. naturali propensione [y], & corruptione [z], voluntate etiam & moribus [a]. q. d. Qui sæpe delinquitis [b]. Vel, *mali*, i. e. invidi, illiberales, ut Matt. 6. 23 [c]. ¶ *Bona data*, Δόματα ἀγαθά] *Dona bona*, temporaria licèt sint [d]. ¶ *Dabit bona*] Dona Spiritûs Sancti, ut suprà diximus. Vide Jac. 1. 17. & confer cum v. 5. eodem capite. Benè autem vetus Interpres δόματα *data* transtulit. Est enim ea vox Latinis substantiva. Glossarium vetus, δόσις, *datum*. *Plenus datorum*, de Deo dixit Ausonius [*].

12. *Omnia*, &c. Πάντα ὅσ', &c.] *Quæcunquo igitur volueritis* (rectè scilicet [f],) *ut faciant vobis homines, ità & vos*, &c. Be. Similitudo significatur, non æqualitatis, sed proportionis, propter conditiones dispares, patris & filii, &c [g]. Quæritur quorsum hæc pertineant [h], [& quæ cum præcedentibus connexio.] *Resp.* 1. Τὸ οὖν hîc redundat [i], ut sæpe fit in hujusmodi concisis sententiis, & certè Syrus hîc omittit [k]. Nihil hîc præcedit, ex quo conclusio hæc elici possit, sed est simplex mandatum à superioribus sensu distinctum. Vel οὖν hîc est particula ordinis, non causalis, ut Heb. כן, Hos. 2. 14. al. 16. Interdum transitioni servit, Joh. 9. 18. 1 Cor. 14. 23 [l]. *Resp.* 2. Aliud hoc caput est de societate hominum inter se, quod non ex proximè antecedentibus infertur, sed ex iis quæ cap. 5. & initio hujus cap. 7. dicta sunt, ad proximorum spectantia dilectionem [i]. Epilogus est omnium quæ tribus hisce capitibus dicta sunt [k]. Al. Cùm de precibus dixisset Christus, jam ea addit quæ conatus nostros excitent. Oportet enim ista conjungi, *ut quod operamur optemus, & quod optamus efficere studeamus*, ut ex Pythagoræ disciplina tradit Hierocles: nè otiosi Divinam opem exspectemus: τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ Θεὸς συλλαμβάνει, (*laboranti succurrit Deus:*) quod & sequente adhortatione prosequitur. Jubet autem Christus operam nos dare ut aliis præstemus ea quæ ratio dictat non iniquè nos ab aliis postulaturos. Hoc autem ideo dicitur, quia plerumque rectiùs videmus quid æquum sit, ubi nobis nihil decedit. Laberius hoc voluit, *Homo semper in se aliud fert, in alterum aliud cogitat.* Contingit autem hoc ex nimio nostri amore. Salustius, *Nemini suæ injuriæ leves videntur.* Atqui æquissimum est id quod idem ille Mimus dixit, *Ab alio exspecies alteri quod feceris.* Severus Imperator narratur in ore habuisse nobilem hanc sententiam à Christianis, aut à Judæis, acceptam, *Quid tibi non vis, alteri nè feceris.* Sensus idem in Appii Cæci oratione apud Halicarnassensem. Non frustrà autem adjicit Historicus, *aut à Judæis:* nam & illis in ore fuit hoc dictum, *Quod odio habes nemini feceris*, ut patet ex Tob. 4. 15 [l]. Bab. Schabb. *Gentilis quidem adiit Hillelem, dixitque, Proselytum me fac, ut discam totam Legem, uno stans pede. Ille eum proselytum fecit, dixitque, Quod tibi odiosum est, proximo nè feceris, nam hæc est tota Lex* [m]. Ergò, ut rectè judicemus, persona mutanda est [n], & ubi aliorum res agitur, nos ipsos adspiciamus [o]: idémque statuendum in altero quod in nobis æquum sumus existimaturi [p]. [Similia habent & Ethnici:] Mecænas apud Dionem Cassium, Ὅσα ἂν ἕτερον, &c. (*Quæ alium tibi imperantem facere velles, idem tu etiam non rogatus agas.*) Isocrates ad Nicoclem, *Sic versare cum inferioribus tuis, quomodo superiores tuos tecum versari velles.* Laertius de Aristotele, *Interrogatus quo pacto nos geremus adversus amicos, respondet, ut optares illos adversùs te.* Simil. & Simplicius, ad cap. 37. Epictet [q]. ¶ *Hæc est enim Lex & Prophetæ*] i. e. Doctrina eorum [r], sive ejus summa [†], & scopus [t]. Quicquid in illis exstat de colendis judicio, misericordia, &c. huc refertur [v]. *Hinc pendet Lex & Prophetæ*, Matt. 22. 40. Per hoc *lex πληροῦται*, Rom. 13. 8. Gal. 5. 14. Hic est scopus quem sibi Lex proponit. Nam quæ præcessit sententia idem planè valet illi sententiæ, *Dilige alterum quemadmodum te diligis.* Hoc autem intelligendum est de Lege & monitis spectantibus mutua inter se hominum officia. Nam quæ ad Dei cultum pertinent, altero præcepto comprehenduntur, ut infrà apparebit [x]. q. d. Hæc summa est totius secundæ Tabulæ Legis [y]: nec enim hîc dicit, *Hæc universa lex est*, &c [z].

13. *Intrate* (h. e. Intrare contendite, ut Luc. 13. 24 [*].) *per angustam portam*] Sicut *via* plerumque apud Hebræos & Hellenistas, ità & hîc *porta*, vitæ institutum significat [†]. Temporalis vita & *porta* hîc dicitur & *via*, quia in ea non subsistitur, sed per eam itur ad terminum, vel in domum, &c [a]. Cœlum & infernum h. l. confert domui, quæ portam habet, &c [b]. Nè quis causaretur, ardua esse quæ hactenus præceperat, occurrit Christus & docet, difficilem esse ad beatitudinem viam [c]. *Angustam* vocat viam suam, quòd constringat hominem terminis virtutis, nec huc illuc evagari sinit [d]. *Obj.* At *jugum meum suave est*, &c. Matt. 11. 28. *Resp.* Suave est conantibus, & spiritualibus, & prospicientibus in futuro, Rom. 8. 18. durum autem carnalibus, quorum etiam segnities difficilius reddit [*]. ¶ *Spatiosa via*, ità Sy. Er. Be. Mo. &c. Εὐρύχωρος] *Amplum spatium occupans*, Sch. Alludere videtur Christus ad regulas apud Juridicos Judæorum de viis publicis & privatis. *Apud quos via privata erat cubitorum quatuor latitudine*; publica, cubitorum 16 [f]. Si compares verbo membri oppositi, videbitur τὸ πλατὺ opponi τῷ στενῷ: at τὸ εὐρύχωρον τεθλιμμένῳ. Potest via aliqua lata esse quæ non sit εὐρύχωρος, h. e. campestris, sed confragosa; nam id valet τεθλιμμένη. Puto igitur viam pietatis *angustam* dici, quia externis impedimentis, quasi muricibus quibusdam, strata est: sed has molestias vincit consuetudo, auxilium Spiritûs, 1 Joh. 5. 4. & spes præmii. De consuetudine est Hesiodi sententia,

Marginal notes (col. 239): c Bru. — d Idem. — * Idem. — f Bru. Me. ex Aug. & Chrys. — g Me. — h Be. — i Bru. — k Bru. Be. — l Bru. — m Be. — n Sch. ex Be. sic Bru. — o Bru. — p Mal. — q G. — r Ham. — † Li. ho. — t Bru. — v G. sic Mal. — x G. — y Mal. sic Bru. — z M. Bru. — a Mal. — b Bru. — c Ham. — d Bru. — * G. — f Bru. sim. Zeg. — g Bru. — h Mal. — i Glas. gram. 3. 7. 21. 629. sim. Bru. — k Bru. — l Glas. ib.

Marginal notes (col. 240): i Bru. — k Chrys. Euthym. & Theoph. in Mal. — l G. — m Li. ho. — n G. — o Bru. — p G. — q Pri. — r Bru. sim. Ca. — † Ca. Pi. — t Bru. — v Bru. sim. Pi. — x G. — y Bru. — z Bru. ex Aug. — * BA. 214. 4. 18. 481. — † G. — a Bru. — b Pi. — c Bru. — d Bru. sim. Mal. — * Mal. — f Li. ho.

sententia, τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα, &c. (*Ante virtutem dii posuerunt sudorem, semita ad illam longa est & recta, sed & aspera initio: postquam verò ad culmen perveneris facilis est*, &c [g]. [Similia habent alii, quæ vide in Authore.] At deserenti virtutem spatiosa est via, per diversa vitiorum genera, in excessu, & in defectu, &c [h]. ¶ *Multi*, &c.] Bias verè dixit, *plures malos esse*. Neque id mirum, Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί· (*Boni* [*sunt homines*] *simpliciter*, sive *uno modo, mali verò omnibus modis.*) Vitia latè patent, & quibusvis affectibus famulantur: Pietatis unica via est, non cupiditatibus nostris indulgens, sed Divinis præceptis undique circumsepta [i].

14. *Quàm angusta*, &c. Ὅτι στενή, &c.] *Quia angusta est porta*, Be. Pi. &c. Causa datur cur per angustam portam sit intrandum, quia ducit ad vitam. Æthiopicus vertit, *Valde angusta*. Fuit ipsi ὅτι particula ἐπιτατική, quam vim sæpe habet cum superlativis, ut, ὅτι πλεῖστος, *quamplurimus*, i. e. valde multus, ὅτι μάλιστα, *quàm maximè*, i. e. admodum valde. An etiam cum positivis, inquirendum. Apud Thucyd. certè & Plat. ὅτι τάχος, valet, *valde celeriter*. Addimus, ut Heb. כי, ità Hellenistis ὅτι, interdum esse particulam confirmandi, pro, *certè, utique*, ut 1 Joh. 3. 20. ὅτι μείζων, &c. *utique major est*, &c. Ità h. l. *Utique angusta*, &c. Sed & כי Hebræis, sæpe valet כי אם, *sed*, ut Gen. 45. 8. 2 Sam. 16. 8. Ità forsan hîc, *Sed angusta*, &c. [Alii sic vertunt;] *Quàm angusta*, &c. Ità Vulg. Sy. Ar. & Evangelium Hebræum [k]. In quibusdam codicibus legitur τί στενή, &c [l]. Τί est particula admirantis; q. d. *Papæ, quàm angusta*, &c [m]! Al. τί pro ὡς Hellenistarum est. Nam Psal. 8. 1. ubi Lxx ὡς θαυμαστόν, alii Græci Interpretes habent τί μέγα, Psal. 31. 19. ubi Lxx ὡς πολύ, Sym. posuit τί πολύ [n]. Sub hac phrasiologia [*portæ*] exprimuntur plurima in religione, tum in S. S. Gen. 28. 17. Psal. 118. 19, 20. Mat. 16. 18. tum apud RR. *Porta pœnitentiæ* memoratur à Chald. par. in Jer. 33. 6. *porta precum, & porta lacrymarum*, Bab. Berachoth. fol. 32. 2. *Ex quo excisum est Templum, occlusæ sunt januæ orationis, at non occlusæ januæ lacrymarum* [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός] *Et stricta* (vel, *angusta*, Tre. *arcta*, Æth. Ca. &c. *ardua*, Pers. *mœsta*, Ar. *confragosa*, G. ad v. 13. ad verb. *pressa*; res enim compressione fiunt arctiores [p]. q. d. Via in qua gradientes multis ærumnis premuntur [q]. Difficultas hæc oritur, tum ex persequutionibus & solicitationibus mundi ac Diaboli, tum maximè ob carnis concupiscentiam [r]. ¶ *Pauci sunt qui inveniunt eam*] Sic Be. Pi. &c. vel, *assequuntur eam*, ut Mat. 11. 29. Luc. 1. 30. & alibi †. *Inveniunt*, ipso facto, i. e. gradiuntur per eam. Lata sponte se offert, nam errantium est via; arcta quærenda est & docenda. Plerique verò non inveniunt, quia nec quærunt, aut cæci pravis cupiditatibus non vident præsentem, aut inventam non ingrediuntur, difficultate deterriti, aut ingressam derelinquunt [t]. Quare autem non assequuntur? Quia de rerum finibus, viisque ad finem, non rectè judicant, neque, ut rectè judicare possint, operam ponunt. *Incertè errat animus: præter propter vitam vivitur.* Magna autem hujus rei culpa est penès malos magistros, de quibus consequenter agit Christus. Ulpianus ad Demosth. οἱ ἀγαθοὶ, &c. (*Boni pauci sint necesse est, cùm plurimi mali sint.*) Opponitur autem hoc dictum, ut & cap. 7. Apocal. falsæ Judæorum opinioni de universali hominum pietate temporibus Messiæ [v].

15. *Attendite*, Προσέχετε] Scil. ὑμῖν, *Attendite ad vos* [x]. *Cavete vobis*, Be. Pi. &c. ¶ *A falsis prophetis*] i. e. A falsis doctoribus [y], ut interpretatur Petrus, 2. 2. 1 [z]. Nam Hebræis *Prophetæ* dicebantur, non tantùm præsagi futurorum, sed & alii qui ad populum docendum procedebant [a], præsertim si mandata cœlitus data præ se ferrent. Quales erant Simon & Barjesus, quem *Pseudo-prophetam* Lucas vocat, Act. 13. 6. Hos *Pseudo-prophetas* Christus distinguit à Pseudo-Christis, Mat. 24. 24. qualis erat Barchochebas. Neque tamen hîc de quibusvis Pseudo-prophetis agi arbitror, sed de iis qui se Christi sectatores profiterentur, ob ea quæ cohærent, infrà 21. *Falsos* autem vocat, non ratione missionis, ut ex eodem v. 21. convincitur, sed ob doctrinam falsam atque exitialem [b]. ¶ *Qui veniunt ad vos*] Ex seipsis, legitimè non missi, ut Jer. 23. 21 [c]. vel miris artibus se ingerunt in ædes vestras, 2 Tim. 3. 6 [d]. & simulant se viæ arctæ doctores, &c *. *In vestimentis ovium*] Non tam in vestibus laneis, quàm in ipsis ovium velleribus, ut extrinsecus viderentur oves [f], ἐν μηλωταῖς, ut Heb. 11. 37 [g]. pellibus ovillis [h], mentientes ovinam, fraudisque nesciam, simplicitatem [i]. Habitus hic ferme erat Prophetarum [k], Eliæ & Elisæi, 1 Reg. 19. 13. & 2 Reg. 2. 13. ubi Græci habent, μηλωτὴν [l], partim ex fuga superbiæ & ostentationis, partim ex egestate ob persecutionem, &c. non autem quòd ordinis peculiaris habitus esset, alioquin & Danielem eis uti oportuit [m]. At Christus, ut ex opposito membro liquet, sub habitûs nomine omnem exteriorem innocentiæ speciem in vultu, verbis, & operosis ritibus, vult intelligi, præsertim verò illas χρηστολογίας καὶ εὐλογίας, Rom. 16. 18. idque exemplo Zach. 13. 4 [n]. ¶ *Lupi rapaces*] Qui sub specie simplicitatis occultant doctrinam exitialem [o], sub specie pietatis persequuntur pios [p], *non Christo serviunt, sed ventri*, Rom. 16. 18. & *pietatem quæstui habent*, 1 Tim. 6. 5. ex dispendio & interitu vestro suum facientes compendium [q]. Sic & in Æsopi fabulis, lupus inducitur ovinâ pelle intectus [r].

16. *A fructibus eorum cognoscetis eos*] Vel, 1. ex operibus & studiis eorum †, ex operibus iniquitatis, ut infrà dicitur, v. 23. Atqui, dicat aliquis, jam dictum est pietatem ab istis vel maximè simulari. Sanè, sed verum est illud Mimi, *citò ad naturam ficta reciderunt suam*. Interdum morâ aliquâ, interdum attentione solâ, opus est. *Secerni*, inquit Cicero, *blandus amicus à vero & internosci tam potest, adhibitâ diligentiâ, quàm omnia fucata & simulata à sinceris & veris.* Vide 2 Tim. 3, 5, 9. 2 Pet. 2. 1. Fructus eorum hi esse solent. Quòd perpessiones defugiunt; allectant eos qui in vitiis hærent, præsertim opulentiores; quæstiones movent nihil facientes ad profectum pietatis; libenter obtrectant aliis, præsertim in dignitate positis, ut eâ libertatis specie se apud populum jactent; & ad istas res dogmata sua accommodant, ut videre est in utraque ad Timotheum, in Judæ Epistola, & Petri secunda: atque ità se ostendunt tales esse quales revera sunt, fastuosos, odii & invidentiæ plenos, maledicos, avaros, neque tam alienos à voluptatibus quàm existimari volunt, ut iisdem locis videre est. Quæ, si quis diligenter conferat cum eis quæ de Cerintho, déque Nicolao, aut, si Clementi credimus, Nicolai nomen falsò obtendentibus Gnosticis, aliisque primævæ veritatis adulteris, apud Ecclesiasticos scriptores leguntur, facilè inveniet ab illis ferme omnibus summam religionis constitutam, aut ἐν τῇ γνώσει, (*in scientia*,) aut in ceremoniis; multa autem cum Christi præceptis pugnantia posita in numero ἀδιαφόρων (*indifferentium*,) aut certè necessitatem præceptorum variis obtentibus imminutam [t]. Vel, 2. à doctrinis quas vobis infundent, quum authoritatem apud vos obtinuerint, &c [v]. à doctrinis verbo Dei repugnantibus [x], ab effectis doctrinæ ipsorum [y]. Nam vitam quod attinet, potest fieri ut quis malè vivat, & tamen bene doceat [z]. Notantur h. l. fructus tales quos proferunt, non ut homines, sed ut Pseudo-prophetæ [a]. ¶ *Numquid*, &c. Μήτι συλλέγουσι, &c.] *Num colligunt*, &c? Pi. i. e. colligere poterunt [b], sub *homines*, V. Bru. i. e. Num colliguntur, &c [c]? Et hîc activum personale pro passivo impersonali est positum, ut sæpe [d].

17. *Arbor bona*] Talis permanens, nisi degeneret, sylvescat, aut putrefiat *. ¶ *Mala*; ità Sy. Ar. Tre. &c. Σαπρὸν] *Putris*, Er. Il. Be. P. Ti. &c. *Marcida*, vel *Cariosa*, Be. V. Mo. sic Er. Non loquitur de apertè flagitiosis, sed de eis qui arbores referunt, foris quidem speciosas, intus verò carie vitiatas, ut ex fructibus putribus apparet. Malim autem vertere [f], *Vitiosa*, Be. sic V. Bru. Σαπρὸν est באוש, quod interdum sic, interdum πονηρὸν, vertunt Græci [g]. Targum pro רע sæpe usurpat באיש, *beesch*, ut Syrus Interpres pro πονηρὸν habet בישא *bischa*, & ità etiam hæc vox accipitur infrà 13. 48 [h].

18. *Non potest*, &c.] Sic Menander, Οὐδεὶς πονηρὸν πρᾶγμα χρηστὸς ὢν ποιεῖ· (*Nemo bonus malè agit.*) Propiùs etiam accedit illud M. Antonini, Ὁ μὴ θέλων, &c. (*Qui*

[g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Di. [l] Be. [m] Theoph. in Be. sim. Bru. [n] G. [o] Li. ho. [p] Be. ex Camer. [q] Be. [r] Bru. † G. [t] Bru. [v] G. [x] Camer. [y] Bru. G. Pi. Ham. &c. [z] G. [a] G. sim. Bru. [b] G.

[c] Bru. sim. Sch. [d] Sch. * Bru. [f] Li. ho. [g] G. [h] Pi. [i] Bru. sim. Be. Pi. &c. [k] G. sim. EA. Ham. Be. &c. [l] EA. 1. 3. 10 827. [m] Sch. [n] G. [o] Pi. [p] Zeg. [q] Bru. [r] G. † M. sim. Mai. [t] G. [v] Ham. [x] Sch. [y] Pi. [z] Pi. sim. Sch. [a] Sch. [b] Glass. gram. 246. [c] Bru. [d] G. sim. Bru. * Bru. [f] Be. [g] G. [h] Be.

(*Qui non vult improbum peccare, ei similis est qui ficum* [arborem] *nolit ficus* [fructum] *proferre*. Causa redditur Mat. 12. 34. quia *ex ubertate cordis os loquitur*; quod simili ratione ad facta protendi debet. Philosophi dicunt actiones similes esse qualitatibus: quæ omnia, ut in moralibus intelligenda sunt, ἐπὶ τὸ πολύ. Hoc ergò vult Christus, Si verè essent isti amantes pietatis quales haberi volunt, non talia admitterent [i]. Non autem hîc dicit, quòd arbor mala non possit fieri bona; sed, quòd arbor, dum sit mala, non possit bonos fructus edere [k]. *Non dabit arbor mala bonos fructus, si non inserantur: & bona malos dabit, si non colatur* [l]. *Non potest*, nempe naturâ suâ. De iis loquitur quæ plerumque accidunt; nec certum hîc indicium, sed probabile signum, Christus tradere voluit [m].

19. *Omnis arbor*, &c.] Sententia ex Daniele desumpta. Vide suprà 3. 10 [n]. ¶ *Exciditur*, &c.] i.e. Excidi solet [o]. Hîc obiter excidium minatur falsis doctoribus, ut sic deterreat eos [p].

20. *Igitur* Ἄραγε] *Nempe igitur*, Be. Pi. Mihi idem valet quod ἄρα οὖν, & præter illationem, habet etiam vim confirmandi [q]. ¶ *Ex fructibus*, &c.] Cùm libenter homines moribus suis convenientia doceant, ex factis istiusmodi suspectos ipsos habete priusquàm dogmata sua vobis instillent. Quales enim magistri sunt, tales facturi sunt & discipulos [r].

21. *Non*, &c. Οὐ πᾶς, &c.] Quanquam ista locutio Hebræis universaliter negat, hîc tamen manifestum est, negationem esse particularem; nam & qui obediunt Deo comprehenduntur in ista universalitate dicentium, *Domine, Domine*, i. e. eorum qui se Christi sectatores profitentur, Joh. 13. 13. Communis utriusque est professio Christianismi, secundùm quam *auditores verbi* dicuntur, Jac. 1. 22. at obedientia eos distinguit †. Peculiare quid habet nomen πᾶς, quando cum negatione copulatur. Si antecedit negatio, ordine scilicet naturali, eáque ad πᾶς refertur, significat particulariter negativè, valetque *quidam non*, ut h. l. *Quidam dicens mihi, Domine, &c. non intrabit, &c.* non autem, *Nemo dicens*, &c. Nam etiam pii, ex Spiritu, Christum κύριον vocant, 1 Cor. 12. 3. Sic Joh. 13. 10, 11. Οὐχὶ πάντες, &c. *Nequaquam omnes mundi estis*, i. e. quidam vestrûm non sunt mundi, Sic Rom. 9. 6, 7. 1 Cor. 6. 12. & 10. 23, &c. Si verò sequitur negatio, vel saltem, si non ad πᾶς, sed ad verbum, sive expressum, sive subaudiendum, refertur, etiamsi præcedere videatur, inducit significationem universaliter negativam, *nullus, nemo*: Marc. 7. 18. Πᾶν τὸ ἔξωθεν —— δύναται, &c. *Omne extrinsecùs ingrediens non potest*, i. e. nihil, vel nullum, potest. Sic Luc. 14. 33. Rom. 9. 33. Eph. 4. 29. & 5. 5, &c. Dixi, *ordine naturali*, id enim maximè necessarium est, ut Mat. 24. 22. Οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ, ubi ordo naturalis est, Πᾶσα σὰρξ οὐκ ἐσώθη, *Nulla caro salvaretur*, non, οὐ πᾶσα, &c. *non omnis caro salvaretur*, i. e. quædam caro non salvaretur: id enim fieret, etiamsi dies illi non decurtarentur. Sic Act. 10. 14. Οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν, &c. ubi negativa ad verbum pertinet, ut liquet ex collat. Act. 11. 8. Sic Rom. 3. 20. Οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ. Vide etiam Luc. 1. 37. & 21. 15 [t]. *Non quisquis*, &c. Conclusurus sermonem Dominus, monet auditores, non satis esse si in ipsum credant [v], si vera & salutaria doceant, aut profiteantur [x], nisi fidei addant opera, & audita verba præstent [y]; nisi Deum ex corde quærant [z]; nisi vita doctrinæ & professioni sit conformis [a]. [Sensus est, q. d.] Et quamvis [falsi doctores] verbis præ se ferant se solos esse servos Dei, &c. ex istis tamen fructibus de iis judicare non potestis, quia *non omnis*, &c [b]. ¶ *Domine, domine*] q. d. Qui nomen meum plenis buccis confitetur [c]. *Christum Dominum vocare*, est, *ad illum venire*, ut exponitur in loco huic parallelo, Luc. 6. 46, 47 [d]. h. e. in illum credere, ipsum agnoscere [*], & invocare [f], & salutem ab ipso sperare [g]. Κύριε, κύριε, geminatum in N. T. semper reprobis tribuitur, ut h. l. & v. seq. & Luc. 6. 46 [h]. Hîc non tam vehementiam significat quàm frequentiam [i]: reprehendit etiam battologiam hypocritarum [k], sicut solent hypocritæ in bonorum titulis multi esse, &c [l]. ¶ *Intrabit in regnum*, &c.] i.e. In æternam felicitatem. Vide dicta ad Matt. 5. 20 [m].

[i] G. [k] G. ex Chrys. [l] Tertul. in G. [m] Mal. [n] G. [o] Val. [p] Pi. [q] Be. [r] G. † G. [t] Sch. [v] Bru. [x] Pi. [y] Bru. [z] M. [a] Pi. [b] Ham. [c] Pi. [d] Med.l.1. dis. 40. p. 301. [*] Med. Bru. [f] Bru. [g] Med.ib. [h] Sch. [i] Bru. [k] Sch. sim. Er. [l] Sch. [m] G.

¶ *Sed qui facit* (i. e. facere studet [n], qui servat [o],) *voluntatem Patris*, &c.] i.e. Mandata Patris [p], quæ hactenus exposui, &c [q]. *Facere*, &c. dicuntur, qui serium habent obediendi propositum, nimirum *fidem habentes quæ per charitatem operatur*. Neque enim rarum est, ut agendi verbis significetur studium, sed tale quod datâ occasione actuosum est. Justinus in Colloquio cum Tryphone refutat noxiam opinionem, non Judæorum tantum, sed & quorundam qui Christiani dicerentur, οἳ λέγουσιν, &c. (*qui dicunt, quamvis peccatores sint, si tamen Deum cognoscant, Dominum peccata illis imputare nolle*.) Idem in Apologetico, *Qui autem non vivunt ut Christus docuit, non sunt Christiani, quanquam hoc verbis profiteantur*, &c [r]. [Similia habent Ignat. Basil. Salvian. quorum verba vide in G.] ¶ *Ipse intrabit*, &c.] Hoc vulgatus addit, quod tamen per se satis intelligitur, neque in Græcis codicibus, neque in Syra Paraphrasi, legitur †; neque in Arabe, aut Æthiopico. Legitur tamen in Evangelio Hebræo utriusque editionis [t].

22. *Multi*] Ad confirmationem ejus quod dixerat, non omnem, qui credit, salvandum fore, addit h. l. aliud majus ac terribilius; multos etiam non salvandos qui cum fide miraculorum dona habuerunt, &c [v]. ¶ *Dicent*] Vel, voce; vel potiùs, solâ cogitatione [x]. ¶ *Mihi*] Significat se Judicem fore: non autem apertè id dicit, ne offenderet, ut arrogans, infirmos auditores [y]. ¶ *In illa die*] Quâ intrabitur in Regnum cœleste [z], in die extremi judicii [a]; qui h. l. sicut & 2 Tim. 1. 12. & 4. 8 [b], emphaticè & antonomasticè vocatur *illa dies*, etiam ubi nihil de illa antecessit [c]. q.d. Certa illa, & singularis, cui nulla similis est, terribilis & celeberrima [d], & exspectata [*], insignis, quam nemo ignorare debet, aut oblivisci, quâ manifestabuntur opera hominum & corda, &c. ¶ *Domine, Domine*] Repetitio hîc vehementiam declarat, profectam ex perculsione, ubi se excludi vident, &c [f]. ¶ *Nonne*, Οὐ] Particula οὐ propriè est negans indefinita, interdum tamen interrogantis vice fungitur, idque quum affirmare certiùs volumus [g]. ¶ *In*, &c. τῷ σῷ ὀνόματι] *Nomine tuo*, Mo. Ti. Ca. quasi dixisset, ἀντὶ σοῦ, i. e. *vice tuâ* [h]. Profitendo nos id facere ad testandum potentiam tuam. Ita enim in his Libris passim sumuntur illa, τῷ ὀνόματι, ἐν ὀνόματι, ἐπὶ τῷ ὀνόματι quorum verborum explicatio petenda est ex Act. 16. 18. & 19. 13. Miror Origenem, tantum Philosophum, hoc argumento niti, ut contra Aristotelem probet nomina non esse ex instituto, quasi ipsa syllabarum prolatio, & non potiùs Dei voluntas testatam facere cupientis veritatem syllabis expressam, ad miraculum valeret, præsertim cùm ipse etiam narret, juxta nomen Jesu in exorcismis solitas etiam referri res gestas Jesu præcipuas [i]. *In tuo nomine*, Vulg. Sy. Ar. Tre. &c. *Per nomen tuum*, Er. Il. Be. P. Pi. Sch. i. e. virtute & Majestate nominis tui [k], freti mandato tuo [l], & facultate à te acceptâ [m], ex auctoritate, & delegatione, tua, ut Jer. 27. 15. Nomen Dei, aut Christi, in S. S. est id unde inter homines cognoscitur, nominatur, celebratur. Nunc itaque declarat Dei Majestatem, Potentiam, &c. nunc Christi celebratissima merita, &c [n]. ¶ *Prophetavimus*] i. e. Vel, 1, futura prædiximus [o]; de factis enim admiratione dignis hîc agitur [p]: vel potiùs, 2, verba tua nunciavimus, docendi in Ecclesia officio functi sumus; ut 1 Cor. 13. 2 [q]. proficuè docuimus & disseruimus de mysteriis Christi. ¶ *Et in nomine tuo*] Hîc explica, per virtutem potestatemque tuam; vel, invocato seu adhibito nomine tuo, ut Act. 16. 18 †. ¶ *Dæmonia*] Impuros spiritus, &c [t]. Vide Luc. 10. 20. Munera publica, & ministeria legitimè collata, auctoritatem habent, & efficaciam suam sortiuntur, etiamsi ministri boni non sint [v]. ¶ *Virtutes multas*, &c.] Ita Sy. Er. Tre. Be. &c. *Efficientias*, &c. Mo. *Potestates*, Be. Bru. *Potentias*, sive *vires*, Pi. Potenter facta [*]. Δυνάμεις vocat cœlestis δυνάμεως, i. e. virtutis atque potestatis, effecta [y], miracula [z]: commemoratâ enim unâ specie miraculorum, generaliter deinde hoc addit [a]. Cùm autem miracula in testimonium veritatis data sint, mirum non est etiam per eos fuisse edita qui veritatem palàm agnoscebant, quanquam animum ad ejus obedientiam

[n] Pi. [o] Bru. [p] Bru. sim. Pi. [q] Bru. [r] G. † Di. ex Be. [t] Di. [v] Bru. [x] Bru. ex Aug. [y] Bru. [z] G. Bru. [a] Bru. sic Pi. Sch. Ham. Mal. Me. Ti. [b] Bru. sic Pri. [c] Bru. [d] Mal. [*] Me. [f] Bru. [g] Bru. ex Be. [h] Be. [i] G. [k] Sch. [l] Pi. [m] V. sic Pi. [n] Bru. [o] Bru. sim. G. [p] G. [q] M. † Bru. [t] Be. [v] Bru. [*] Er. [y] Bru. ex Be. [z] Bru. Pi. sim. Be. Ham. [a] Bru.

tiam non composuissent. Plerumque enim non tam ad commendandos eos per quos fiebant, quàm ad convincendos spectatores, adhibebantur: quanquam ipsa Christi promissio, quæ exstat Marc. 16. 17. præcipuè credentes, h. e. pœnitentiâ ductos, in Christum confisos, eique obedientes, respiciebat, teste Petro, Act. 2. 38. & 5. 32. Vide Justin. Orig. &c [b]. [& eorum verba in G.] Monet nos, nè falsis prophetis credamus, vera etiam miracula facientibus. Qu. Nullúmne ergò ad probandam veritatem doctrinæ & Ecclesiæ ex veris miraculis argumentum sumi potest? Resp. Non dico nullum, sed probabile tantum, non necessarium [c].

23. *Et tunc*] In illa die [d]: nunc enim dissimulat, Rom. 2. 4 †. ¶ *Confitebor*, (vel, *Profitebor*, Sy. Be. Il. Pers. Pi. *Respondebo*, Ar. *Apertè dicam*, Ca. V.) *illis*] Ità Er. Tre. Mo. P. Ti. Æth. Ὁμολογῶ propriè est, *confiteri*, sed hìc amplius aliquid declarat *. Græci hanc vocem isto sensu non usurpant. Sed quia Heb. הודה, quod sæpe valet, *confiteri*, latiùs patet, & quamvis publicam professionem significat, ideo & τὸ ὁμολογεῖν Hellenisticus usus eousque extendit [f]. Publicè profitebor [g]. ¶ *Nunquam*, &c. Ὅτι οὐδέποτε, &c.] *Nunquam novi vos*, Sy. Tre. Il. P. Ti. Bru. &c. τὸ ὅτι redundat [h], éstque tantùm expletiva particula, non causalis [i], &, vel non verti debet [k], vel sic verti, *scilicet*, vel, *dicendo*, ut Matth. 10. 7. & 26. 72. Rom. 3. 8 [l]. Sæpe ὅτι inservit mimesi, dum videlicet verbis vel propriis, vel aliorum, quæ recensentur, præponitur. Sic Mat. 4. 6. & 5. 20. & 19. 18. & 20. 7. [m]. [Alii τὸ ὅτι hìc vertunt,] *Certè*, (vel, *Equidem*, Ar. vel, *Quòd*, Pers.) *nunquam novi vos*, Be. P. Mo. ὅτι hìc confirmandi vim habet [n], ut & 1 Joh. 3. 20 [o]. Estque h.l. quædam Aposiopesis; q. d. Scitote jam quòd ego vos nunquam noverim [p], scientiâ nempe amicitiæ [q], & approbationis [r], vel meos, sive pro meis †: *Nunquam vos pro meis habui*, ut Gal. 4. 9. more Hebræorum, apud quos ידע (*cognosco*) ità sumi solet, 1 Cor. 8. 3. 2 Tim. 2. 19 [t]. Sic Rom. 7. 15. Sic Cicero de legibus, *Atqui vereor nè istam causam nullus noscat*, i. e. probet: Paulò pòst, *Ego arbitrabar posse id populo nostro probari* [v]. Sunt autem hæc verba non ignorantis, sed acerbissimè eos repellentis [x]. ¶ *Discedite à me*] Et à gaudiis Regni in ignem æternum [y]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ ἐργαζόμενοι ἀνομίαν] *Operantes iniquitatem*, Mo. sic Ar. Il. Vulg. P. Ti. *Malefici*, Ca. *Qui operam datis iniquitati*, Be. V. Pi. *Operarii iniquitatis*, Sy. Tre. Bru. sic G. ut Lucas vertit [z]; i.e. Omnibus flagitiis addicti homines, & qui velut artem peccandi exercent, sicut Latini *medicinam*, *argentariam*, &c. facere dicunt; qui ἁμαρτωλοὶ, *peccatores*, in Sacris Libris passim dicuntur. Confer 1 Joh. 18. & 3. 8 [a]. Utitur autem hoc Christi dicto Paulus, 2 Tim. 2. 19 [b].

24. *Qui audit verba mea hæc*] i. e. Doctrinam quam hìc tradidi & c. 5 [c]. & 6. & alia hujusmodi [d]. Sicut modò ostendebamus ex Jacobo ἀκροαταὶ, (*auditores*,) dici eos qui Christianismum profiterentur, ità hìc verbo ἀκούειν tota professio designatur *. Pronomen μου trajectum hìc est, nam regitur à sequente λόγους· quæ trajectio in N. T. frequens est. Beza verò τὸ μου conjunxit cum verbo ἀκούει, ut qui verterit, *audit ex me sermones istos*. [sic etiam vertunt Er. Il. Ti. P. Alii vertunt, *meos*, ut Sy. Tre.] Et sanè disertiores Græci ità loquuntur. Parum refert; sensus utrobique idem est †. ¶ *Et*, &c. Καὶ ποιεῖ αὐτούς] *Et facit ea*, i. e. Constanter observat, & secundùm ea vivit [f]. ¶ Ποιεῖν, ut modo diximus, propositum agendi significat. Atque hìc notandum est discrimen assensionis contemplativæ & assensionis activæ. Nam ut assensio fiat activa hæc tria requiruntur: primùm, ut diligenter consideretur quæ sit via à Christo præscripta, quæque difficultates internæ atque externæ eam comitentur: deinde, ut attentè iterum expendatur magnitudo æternæ ejus gloriæ quam Christus promittit: tertiò, ut benè infigatur animo certa connexio viæ istius & metæ, nempe ut constet fieri non posse quin isthàc eò venitur, nec aliâ eundo eòdem posse perveniri. His benè perceptis atque meditatis, flectitur voluntas in obedientiam intellectæ veritatis, unde insurgit in animo dilectio, quæ radicis & fundamenti vicem præstat, Eph. 3. 17, 18, 19. Confer quæ infrà sunt cap. 13. & Luc. 14. 29. Hæc est quæ adversùs blanditias voluptatum, formidinem doloris, paupertatis, exsilii, ignominiæ, mortis denique, & novam falsi magisterii disciplinam, assensionem illam priorem & contemplativam, ejúsque professionem inconcussam, retinet. Contrà, qui rebus non benè expensis, neque jacto tali fundamento, veracem doctrinam intellectu atque etiam professione approbant, peccandi illecebris, metu imminentis mali, novitatis lenocinio, facilè eò adducuntur, ut, quod libidini suæ adversatur, malint non esse verum, & quovis modo quærentes effugium dubitent primùm, paulatim labascant & à professione deficiant. Consequens enim est, ut qui bonam conscientiam aut non acquirunt aut non conservant, etiam fidei naufragium faciant, 1 Tim. 1. 19. Bonæ autem conscientiæ comitem antè dederat [Paulus] *dilectionem sinceri cordis*, v. 5. Est autem similis ædificii comparatio in Philone. Οἶκον, &c. *Invisibilem animam terrestrem invisibilis Dei domum jure dicamus, ut domus sit firma & pulchra, cujus fundamenta sint bona indoles & doctrina, virtutes autem cum bonis actionibus ei inædificentur.*) Sensus ferme idem in dicto Hebræorum, *Cujus scientia major est quàm opera, similis est arbori, cujus rami multi sunt, radices paucæ; in quam irruens ventus evellit eam radicitùs & subvertit.* Accedit illud Plutarchi Sertorio, Ἀρετὴν εἰλικρινῆ, &c. (*Virtutem sinceram & constantem non percellet, at de statu suo dejiciet fortuna*, &c [g].) ¶ *Qui ædificavit*, &c.] Significatur is, qui suam conversationem, & vitæ institutum, quod non in una operatione, sed in constructione universæ vitæ consistit, fundat super solidum fundamentum, &c [h]. ¶ *Super petram*] Est enim firma & solida vitæ ejus instituendæ ratio [i]. *Petram* hìc intellige, vel 1. Christum, *lapidem* illum *electum & pretiosum*, 1 Pet. 2. 6 [k]: vel, 2. observationem doctrinæ Evangelicæ, rectam fidem & bona opera [l].

25. *Descendit pluvia*] Vehemens & procellosa, quam terrarum eluviones sequuntur, Hebr. גשם *nimbus* [m]. Βροχὴ] *Nimbus*, Be. *Imber*, Er. Il. Ti. *Pluvia*, Sy. Tre. P. Mo. Pi. &c. à βρέχειν *rigare* [n], quod pro ὕειν (*pluere*) ponitur, Matth. 5. 45. Luc. 17. 29. unde βροχὴ, pro ὑετὸς (*pluvia* [o].) *Pluvia, flumina* & *venti*, significant varia persecutionum & tentationum genera, tandémque extremi judicii tempestatem [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ προσέπεσον, &c. *Et inciderunt* (vel, *irruerunt*, Sy. Tre. Ti. sic Ca. *impegerunt*, Er. Il. Pi.) *domui illi*, Be. P. Mo. vel, *in domum illam*, Er. Il. Pi. &c. sic Pers. *Et oppresserunt*, &c. Æth. *Et percusserunt*, &c. Ar. ¶ *Fundata*, &c. Τεθεμελίωτο, &c.] Ità hæc vox exstat in omnibus cod [q]. cùm usus postularet ἐτεθεμελίωτο [r]. Sic & apud Josephum aliquoties invenies πεποιήκει †, necnon εἰργασμένην, & λελαλήκειν, Antiq. 5. 3 [t].

26. *Qui audit*, &c.] Atque ità audit ut etiam credat & profiteatur. ¶ *Super arenam*] Quæ cùm sit fluxa, & humescat, mollescátque facilè [v], & aquis alluentibus, aut imbribus, facilè eluitur [x], nullam potest domui stabilitatem dare [y].

27. *Venerunt flumina*] *Inundatio* in Psalmis sæpe res adversas significat: quod & Βάπτισμα infrà vocatur 20. 20. 22. Sic & Isa. 59. 19. hostilis adventus *fluvio* comparatur. Et eidem Deus dicitur *protectio contra inundationem*, 25. 4. ¶ *Et flaverunt venti*] Compara Dan. 7. 2. Christus contra fluvios & ventos firmum præsidium, Esa. 32. 2 [z]. ¶ *Ruina illius magna*] Integra absque spe restitutionis, quippe ab imo fundo eversa [a].

28. *Admirabantur*, Ἐξεπλήσσοντο] *Stupuerunt*, V. sic Bru. Er. Il. Ca. &c. *Percellebatur*, Pi. sic Tre. Be. *Attonitæ factæ sunt*, V. Ad ver. *Excutiebantur*; nam qui obstupescunt, illis, veluti valido aliquo ictu, mens excutitur [b].

29. *Erat enim docens*] Periphrasis Hebræa, Græcis etiam familiaris [c]: [exempla dat Sch.] Habet vim frequentativi, pro, *crebrò docebat* [d]. Alibi moram vel perseverantiam denotat *, ut Marc. 1. 39. Ἦν κηρύσσων, *Erat occupatus in prædicando*, Luc. 8. 40. & 19. 47. Hìc autem nuda actio intelligitur [f]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς ἐξουσίαν ἔχων] *Ut habens autoritatem*, Er. Il. Be. P. Ti. Mo. vel, *dominium*, Pers. *potestatem*, Sy. Ar. Æth. Tre. potestatem & jus dicendi [g], ut Autor

Marginal notes (left column): [b] G. [c] Mal. [d] Mal. † Eru. * Be. [f] G. [g] Mal. sim. Bru. Ec. &c. [h] Bru. [i] Glas. gram 3. 7. 18. 617. sim. Ham. [k] Ham. sim. Glas. [l] Glas. [m] Ham. [n] Glas. [o] Be. Steph. in Glas. [p] Steph. [q] Be. [r] Mc. † E. Me. T. Mal. sic D. ex. Aug. † Bru. [t] G. [v] D. [x] Be. sic Camer. [y] Bru. [z] G. [a] Be. [b] G. [c] Bru. sim. Mal. [d] Mal. * G. † P. [f] Bru.

Marginal notes (right column): [g] G. [h] Me. sim. Bru. [i] Bru. [k] Sch. [l] Me. [m] Be. [n] Be. sic Pi. [o] Be. [p] Bru. [q] G. [r] G. sim. J. Cap. † G. [t] J. Cap. [v] Bru. [x] Sch. [y] Bru. [z] G. [a] Bru. [b] Be. [c] Be. Bru. [d] V. * Sch. sim. Be. Bru. [f] Sch. [g] Bru. sim. Er.

tor [h], & Legislator [i], non ut interuntius [k], & interpres Legis [l], alienæ authoritati nitens [m]: tanquam αὐτοκράτωρ, qui pro suo jure de vita & morte disseruit [n]: quúmque Prophetæ dictis suis præfigerent, *Hæc dicit Dominus*, Christus ait, *Ego dico vobis* [o]. Sed manifestum est ex eo quod sequitur, non Prophetis vetustis Christum comparari, quos plebs illa nunquam loquentes audierat, sed Legisperitis, quos quotidie audiebant Legem interpretantes [p]. Præter Divinam doctrinæ Christi veritatem, profunditatem, & vim convictricem, non audierant antea quenquam eâ αὐθεντίᾳ, quâ ille, dissertantem. Fidem doctrinæ suæ mutuati sunt Scribæ à Traditionibus atque earum Patribus, &c ‖. Al. intrepidè docebat, sine acceptione personarum, tantâ etiam dicendi majestate & perspicuitate, tantâ verborum simplicitate & gravitate, tantâ rerum exponendarum dignitate [q], tantâ denique spiritûs efficaciâ, ut dicta in hominum pectoribus imprimeret [r]. Doctrinam etiam confirmabat, tum singulari vitæ integritate †, tum miraculis [t]. Legisperiti, omni efficaciâ miraculorum destituti, nè ipsi quidem aliud quàm doctrinam humanæ institutionis præ se ferebant, laudantes sententiarum suarum auctores; alii Sameam, alii Hillelem, alii alios. Christus contrà eâ majestate loquebatur, quâ solebant qui à Deo præfinita mandata acceperant, *in demonstratione spiritûs & potentiæ*, ut loquitur Paulus. Atque hoc ipsum novum jam & insolitum erat, quando jam aliquot à seculis Prophetia, certè illa quæ erat ordinaria & quasi publica, defierat. Solent annotare Judæi ad Esdræ tempora, *Hactenus Prophetæ deinceps viri eruditi*, החכמים. Nam hoc erat vice ἱερῶν. Vide 1. Mac. 9. 27. Et si quid erat difficilioris controversiæ id indefinitum relinquebant *donec Propheta surrexerit*, 1 Mac. 4. 46. & 14. 41. Hoc igitur est quod narrat Lucas 7. 16. dixisse populum, *Magnus Propheta inter nos excitatus est, & invisit Deus populum suum.* Atque hinc apparet ἐξουσίαν hic significare *jus ac potestatem extraordinariam*. Vide infra 21. 23. Huic autem ἐξουσίᾳ appositè aliquot locis additur δυνάμεις, tanquam nota τῆς ἐξουσίας, Luc. 4. 36, & 9. 1 [v]. ¶ *Non sicut Scribæ*] Quorum doctrina erat frigida [x], torpida, elumbis, diluta, fucatáque, sine majestate, sine efficacia, de rebus minutissimis & supervacaneis, vide Mat. 23. 23. Marc. 7. 3, 4. 1 Tim. 1.14. Tit. 1. 14. & 3. 9. neglecto interno, eóque præcipuo, Dei cultu [y].

[h] Zeg. sim. Be. [i] Bru. [k] E. [l] Zeg. sic Bru. E. [m] E. [n] Be. [o] Sch. ex Be. Er. [p] G. ‖ Li. ho. [q] Bru. [r] Bru. sim. Me. † Bru. [t] Bru. E. [v] G. [x] Bru. sim Pi. [y] Bru.

CAP. VIII.

1. *Cum — descendisset de monte*] De quo, cap. 5. 1. ubi habuerat sermonem cap. 5. 6. & 7. contentum [a].

2. *Et ecce*] Commodùm signorum offertur occasio quâ doctrina præcedens stabiliretur [b]. ¶ *Leprosus*] *Lepra*, ἀπὸ τοῦ λέπειν, *decorticare* [c], in Glossario est *depetigo*; Arnob. Senecæ aliisque Latinis scriptoribus est *vitiligo* [d], cutis vitium aut deformitas:* est genus pertinacissimæ scabiei [f]. Psoram & Lepram conjunctim describunt Galen. de tumor. præter nat. c. 13, Actuarius, l. 2. & Ægineta, 4. 2. qui sic scribit, *Uterque affectus cutis aspritudo est pruriens, in qua corpus paulatim absumitur* [g]. Alba hæc scabies est & squamis deformis [h]. Marcus cap. 1. & Lucas cap. 5. alia miracula priùs narrant. Itaque incertum est quænam præcesserunt [i]. Hinc quidam colligunt diversas has esse historias. Quibus repugnat, quòd utrobique idem est leprosi gestus, & eadem tum leprosi, tum Christi, verba. Matthæus autem ordinem h. l. non servat, sed sermoni huic in monte postponit; cujus causa petenda est ex Mat. 4. 23. *prædicans — & sanans*, &c. Juxta hanc methodum refert, primò prædicationem, cap. 5. & 6. & 7. deinde miracula, Christi; in quibus primum hoc erat in Galilaico illo itinere patratum. Obj. At vox *ecce* videtur hoc restringere ad Christi descensum de monte. Resp. *Ecce* rem denotat, non tempus, sicut & Mat. 9. 2 [k]. ¶ *Veniens*] Non in via, quum jam descendisset Christus, sed in quadam urbium Galilææ, Luc. 5. 12. ¶ *Adorabat eum*] Videlicet gestu [l], vel, 1. flectens genua [m]; quod non placet, quia minor hæc erat venerandi species [n]: vel, 2. prostratus [o], in faciem procidit [p], projecto in terram corpore, Luc. 5. 12. itâ scilicet ut genua Christi contingeret, quod est γονυπετῶν apud Marcum. Sic pro προσκυνεῖν, Matth. 9. 18. Marcus & Lucas dixerunt, πίπτειν πρὸς πόδας. Alibi quod hic noster προσκυνεῖν dixit, Lucas exponit, πίπτειν ἐπὶ πρόσωπον. Videtur omnino vitiliginosus iste magnum aliquid & eximium de Jesu animo concepisse, nimirum liberrimam sanandi potestatem. Sed, an hunc esse promissum Messiam crediderit, dubitari potest, cùm ipse Jesus id nondum palàm esset professus, neque is rumor in vulgus manâsset [q]. Al. *Adorabat*, non solùm urbanitatis causâ, tanquam Prophetam, aut sanctum, sed religionis [r], & cultu divino †, tanquam Deum, ut sequentia ostendunt, *Si vis, potes*, &c [t]. ¶ *Domine*] Moris erat Judæis hoc modo quemvis etiam ignotum appellare, Joh. 20. 15. ¶ *Si vis, potes*] Persuasio de potentia Dei initium esse solet pietatis. Nam hinc fit ut *ad Deum accedamus*, Heb. 11. 6. &, si quid promisit, ei habeamus fidem, quantumvis difficillimum videatur id quod promissio continet, Rom. 4. 21. Heb. 11. 19. Sic etiam Christianæ religionis principium est, confidere Dei potentiæ in Christo, per quam etiam corpora nostra sunt revictura: quod ut signo visibili adumbraretur, sanitatem corporis, alterius majoris sanitatis imaginem, iis demum Christus conferre voluit qui ipsum id posse confiderent. Vide Matth. 9. 28 [v]. Brevis hæc oratio, magnæ fidei index [x], & insignis modestiæ [y]. A Deo correptum se humiliter agnoscens (morbus enim ille plerumque à Deo in pœnam criminis alicujus, maledicentiæ præsertim, ut Num. 12. immittebatur,) nihil postulare apertè audet; tantùm, quid Christum posse credat, testatur [z], & voluntati ejus se submittit [a]. ¶ *Me mundare*] A lepra [b]. Καθαρίζειν autem, טהר, propriè dicitur de lepra [c].

3. *Extendens manum*] Signum hoc & potentiæ & voluntatis sanandi [d]. ¶ *Tetigit eum*] Ut appareret neque fortuitò redditam sanitatem, neque virtutem eam aliunde quàm ab ipso Jesu profectam *. At contactus leprosi in lege contagiosus erat, Levit. 14. 2 [f]. Cur ergò Christus tetigit [g]? Resp. 1. Ut doceret se non fuisse legi subditum [h]. Cui repugnant & Mat. 5. 17. & Gal. 4. 4. Resp. 2. Ut ostenderet etiam carnem suam, propter conjunctionem cum Divinitate, vim salutiferam & vivificam habere [i]. 3. Quia ea in Christo erat puritas, quæ non tantùm non inquinetur, sed & sordes omnes absorbeat, nec legem proinde transgrediebatur [k]. Istis factis immunditia quidem aliqua contrahebatur, non autem propriè peccabatur in legem; nam alioqui nec pollincire, nec condere corpora, nec scabiem sanare, licuisset [l]. 4. Leprosum non tetigit, sed mundum, quia ipso tactu eum mundum à lepra reddidit [m]. 5. Certum est omnia opera patrata virtute Divinâ semper exempta fuisse præceptis ritualibus [n], quemadmodum de lege Sabbati infrà dicemus [o]. Vide 2 Reg. 4. 34 [p]. Mirum fuit, quòd Sacerdos, dum officium suum præstaret de lepra judicanda, contagione ejus non læderetur. Observandum est Aaronem, eodem reatu cum Miriame ligatum, non eandem pœnam, lepram, tulisse, Num. 12. Et Uzziam non Sacerdotem ostendere voluit Deus ex plaga leprosa. Christus autem ex contactu leprosi, non tantùm illius contagione tactus non est, sed & læso medetur ‖. ¶ *Volo, mundare*] Sim. Er. V. Be. Actiones imperare etiam homines solent: at, res solo imperio effectas dare, verè Divinum est. Ideo Christus ad miracula sæpe usus est vocibus imperandi passivis. Nam & Moses creationem itâ descripserat, *Et dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux:* quibus in verbis Majestatem esse miram & σεμνότητα τοῦ λόγου rectè animadvertit paganus homo, Longinus Rhetor [q]. [Cujus verba vide in G.] ¶ *Mundata est lepra*] i. e. Mundatus est à lepra [r]: Formula loquendi è medio petita: neque enim lepra mundata fuit, sed sublata †.

4. *Vide* (i. e. cave [t],) *nemini dixeris*] Scil. de contactu [v], intellige, antequam te sacerdoti ostenderis [x], (neque enim diutiùs silentium imperâsse videtur [y],) nè, si antè ad Sacerdotes pervenisset rumor ab Jesu hoc factum, Sacerdotes, quorum ea notio erat, invidiæ veneno

[a] Pi. [b] Bru. [c] Gua. [d] Cas. * Scul. ex. 2. 46. [f] Be. Bru. [g] Gua. [h] Scul. ib. [i] Mal. [k] Li. harm part. 3. p. 202. [l] Pi. [m] Pi. sic V. Q. in G. [n] G. [o] Pi [p] M. [q] G. [r] Me. † E. [t] Me. ex E. [v] G. [x] Bru. [y] Bru. sic G. [z] G. [a] Bru. [b] Pi. [c] G. [d] Bru. * G. [f] Bru. sic Mal. [g] Mal. [h] Q. in G. sic Chrys. Ambros. &c. in Mal. [i] Mal. & Me. ex Cyr. [k] Bru. [l] G. [m] E. [n] G. sim. E. [o] G. [p] G. E. ‖ Li. ho. [q] G. [r] Bru. sic Pi. Sch. † Sch. [t] Bru. [v] Zeg. [x] Me. ex Mal. Zeg. [y] Pi. sic G. [y] G.

nó tacti, eum adhuc immundum pronuntiarent [z]. Notandum enim est hoc miraculum in Galilæa accidisse, quod priora ac posteriora indicant, & apertissimè Marcus 1. 39. Sacerdotes autem Hierosolymis erant: quare sanatus iste à Christo jussus est, quantum poterat, properare: id enim notant illa apud Marcum, εὐθέως ἐξέβαλε· scilicet nè fama ipsum anteverteret. Evocandus autem erat extra portam Sacerdos, ut ibi de morbo judicaret [a]. Quanquam præsentes jam essent turbæ, non ideo tamen videbant; nè enim observarent, eum mox à se ablegavit, Marc. 1. 43 [b]. Christus sæpe silentium indixit, ut Matth. 9. 30. & 12. 16. & 16. 20, 21. & 17. 9 [c]. cujus diversæ causæ afferuntur [d]: 1. nè turba, in solis miraculis obstupescens, non satis ipsi spatii ad docendum relinqueret [*]. 2. Nè gloriam suam quærere videretur [f]. Alibi non nego modestiæ exemplum nobis à Christo datum [g]. [Hîc alia causa erat, ut diximus ex G.] 3. Ex misericordia ergo Pharisæos, nè ad illos perveniret miraculorum fama, quos eis abusuros noverat, quíque adeò non convincerentur iis, ut in blasphemiam erumperent, ipsúmque crucifigerent. 4. Nè ipsum Pharisæi, [invidiâ moti,] ante tempus suum occiderent. 5. Nè, miraculis à Discipulis suis divulgatis, res ex compacto inter eos geri videretur. 6. Quia Christus commodiorem ea propalandi occasionem quæsivit, post mortem scilicet ipsius (quam ipsi à Judæis inferendam prædictum erat) & resurrectionem, quâ divina ipsius potentia elucceret, & omnes typi in ipso complerentur, ac proinde pervicacissimi hostium convinci possent, &c [h].

¶ *Ostende te sacerdoti*] Cuivis è Sacerdotum numero cui cæteri eam provinciam delegaverant, Levit. 13. 22. Sacerdotes autem Hebræi, non minùs quàm Ægyptiorum παστοφόροι, (*thalamiferi,*) omnibus sapientiæ partibus operam dabant; atque inter eas etiam cognoscendæ rerum naturæ corporúmque affectionibus: in qua parte qui plurimùm profecisset, ei morbidorum inspectio mandabatur [i]. [Qu. Cur hoc præcepit Christus?] Resp. 1. Ut nobis det humilitatis exemplum [k]. 2. Ut ostenderet se Legem servare [l]. 3. Ut leprosus accepto beneficio frueretur, & rediret in civitatem [m]; quod illi non antè licuit quàm à sacerdote absolutus esset [n]. 4. Ut inexcusabiles essent Sacerdotes qui in Christum non crederent [o]. 5. Ut caveret sibi à scandalo, sicut Matth. 17. 27. atque sanato à schismate. Noluit eum (credentem licet, ut & verba & gestus satis arguunt,) Christus retrahere à communione Ecclesiæ, (à qua separaverat eum lepra sua,) sed restituere, idque more solito, ac instituto: q. d. Nè jacta extraordinariam sanationem, nec ob eam te liberatum putes à vinculo Legis, &c. Et quamvis Sacerdotium jam degener esset, & ab institutione sua, & ab officio, privilegia tamen ejus reservari ei vult. Corruptio institutionem Divinam fœdat quidem, sed non extinguit [p]

¶ *Offer munus*] i. e. Sacrificium [q], sub quo complectitur omnem purificandi leprosi rationem, Levit. 14 [r]. Duplex munus debebat scabie purgatus, primùm passerculos duos cum cedro, cocco & hyssopo, deinde & agnos duos, aut, si pauperior esset, agnum unum cum pari turturum aut columbarum, additâ similâ & oleo. Sed cùm Marcus & Lucas disertè exprimant *donum pro purificatione*, prius illud munus hîc intelligi satius est quod dabatur *die purificationis*, Levit. 14. 1, 7. cùm posterius illud daretur octavo pòst die, idque partim in sacrificium ἱλασμῶν, partim in holocaustum [†]. [In mundatione leprosi quænam peragenda erant, vide in Li. ho.]

¶ *Quod præcepit Moses*] Scil. purgatis à lepra, Levit. 14 [t].

¶ *In*, &c. Εἰς μαρτύριον αὐτοῖς] *In testimonium* (vel, *Ut hoc sit testimonio*, Be.) *ipsorum*, Tre. Pers. vel, *ipsis*, Sy. Ar. Æth. Er. Il. P. Ti. Be. vel, *contra ipsos*, ex collat, Luc. 9. 5. ubi est μαρτύριον ἐπ' αὐτούς, *contra eos*, nam ἐπὶ respondet Hebrææ particulæ עַל. Αὐτοῖς hîc respondet Heb. בָּהֶם, literâ ב valente *contra*; & sic οἱ ό. reddunt; Deut. 32. 46. 1 Sam. 8. 9. 1 Reg. 2. 42. Eodem sensu phrasis usurpatur Gal. 5. 3. *Testificor*—παντὶ ἀνθρώπῳ, *contra omnem hominem*, &c. Et sic hanc phrasin expressit Beza Marc. 13. 9. item Jacob. 5. 3. ubi similiter & Syrus [*]. Fateor pro αὐτοῖς Marc. 6. 11. poni ἐπ' αὐτοὺς Luc. 9. 5. *adversus ipsos*, nec alium sensum fert contextus: id autem hîc locum non habet, nec Marcus & Lucas aliter quàm Matthæus hæc verba Domini effantur [||]. *Ipsis*, i. e. vel, 1. tibi, te esse perfectè sanatum [v]: vel, 2. sacerdoti [x]: ut testetur te sanum esse; vel, ut testeris illi te esse sanum [y]. Utrique sententiæ refragatur, quòd dicit, αὐτοῖς, non, αὐτῷ· posteriori insuper repugnat, quòd præcepit ei ut *nemini diceret*, ac proinde nè sacerdoti quidem, ipsum à Christo sanatum fuisse, quod tamen planè necessarium erat, ut ipsis testimonium esset [z]. [Hanc tamen sententiam, sed paulisper variatam, alii astruunt:] *ipsis*, i. e. sacerdotibus [a], aliisque hostibus meis [b], ut hi primi sint miraculorum meorum testes [c], & proprio ipsorum testimonio eorum incredulitas arguatur [d]: nè, si non obtuleris, curationem tuam calumnientur, & ut muneris acceptio pro cognita approbatâq; curatione perpetuum sit contra illos testimonium [*]: Ut post id munus acceptum fateri debeant te mundum esse. Neque enim recipiebatur munus nisi post valetudinem diligenter exploratam. Ità illud, μαρτύριον αὐτοῖς, pro argumento, quo quis convinci possit, sumitur infrà 10. 18. Marc. 6. 11. & 13. 9. Jac. 5. 3 [†]. ut testata illis fiat sive innocentia mea, quem calumniantur legis adversarium, sive virtus mea operantis miracula [f]. Hæc itaq; verba (*in testimonium illis*) referuntur ad verba *ostende*, & *offer*, ut multi sumunt [g]. Respicitur hîc ad consilium, non leprosi, nec Mosis, sed Christi, qui hoc fine illud imperabat. Præp. εἰς notat finem, ut Joh. 1. 7. *Johannes venit* εἰς μαρτυρίαν, *in testimonium*, i. e. ad dandum testimonium, ut mox declaratur [h]. Al. Hæc clausula refertur ad verba, *præcepit Moses* [i], *ut esset eis testimonio*, i. e. ut eo munere testatum esset, sanatos esse à lepra qui obtulissent [k]. Al. *Quod præcepit*, statuit, *illis*, nimirum sacerdotibus, *in testimonium*, h. e. legem & jus, (ut *testimonium* sæpe sumitur, Psalm. 119.) unde partem illi suam habeant: nolo enim beneficio meo autoritatem aut jura Ministerio debita adimere [l]. Al. *Quod præcepit Moses*, sub. offerri, *in præmium testificationis ipsis*. Ut ità μαρτύριον h. l. non sit Testimonium, sed præmium testimonii exhibiti de lepra ablata: sicut Εὐαγγέλιον est & *lætum nuntium*, & *qui illud fert*; ἆθλον & *certamen*, & *præmium quod strenuè certanti datur*; aliáque similia [m]: [quæ vide in Autore.] Vel, 3. *ipsis*, i. e. turbæ, v. 1. cui hoc testimonium destinatum erat, ut scirent ipsum esse Dei Filium. Fatentur quippe Judæi lepram esse *digitum Dei*, morbum quem solus Deus immittit, & solus tollit. Vide 2 Reg. 5. 7. Unde inter indicia Messiæ hoc ponitur, quòd *leprosi mundantur*, Matth. 11. 5 [n].

5. *Cùm autem*, &c.] Qu. An eadem hîc historia, atque Luc. 7. 1. &c? Resp. 1. Diversæ historiæ esse videntur [o]: 1. quia gestæ diversis temporibus, hæc statim post sermonem in monte, ut patet ex hoc cap. v. 1. [ubi dicta vide] idque ante sanatum paralyticum: ille autem Luc. 7. post illum sanatum, quippe de quo agitur Luc. 5 [p]. 2. Hîc Centurio ad Christum accedit, ille Luc. 7. misit alios, primùm Seniores Judæorum, deinde amicos, excusavítque se quòd non ipse veniret [q]. Resp. Sicut Latinè *convenire aliquem* dicimur etiam per epistolas, ità & προσέρχεσθαι Græcè usurpatur citra præsentiam corporis. Sic & Deo προσέρχεσθαι dicimur, Heb. 4. 16. & 7. 25. & 10. 22. & 11. 6. Et προσάγγελμα pro libello supplice sumitur. Quanquam etiamsi proprietas vocis hac in parte non suffragaretur, sufficere deberet illud in Jure receptissimum, *facere nos & quod per alium facimus*. Ità & infrà 11. 3. Johannes dixisse dicitur quæ per Discipulos nuntiabat. Atque ità hoc & sequentia exponenda esse non dubito [r]. Coram judice comparere dicitur etiam qui per procuratorem comparet [†]. Dicunt Judæi, *Apostolus cujusque est quisque*: unde dicit Christus Matth. 10. 40. *Qui vos recipit me recipit*. Sic Christus *prædicasse* dicitur, Eph. 2. 17. 1 Pet. 3. 19. nempe per alios. Et Jacobus atque Johannes dicuntur *venire ad Christum, & petere*, &c. Marc. 10. 35. nempe per matrem suam, ex collat. Matth. 20. 20 [t]. Inst. At Seniores Judæorum Luc. 7. rogant ut veniat, hîc verò rogant nè veniat [v]. Resp. Seniores illi id apud Lucam de suo addiderunt, eum enim non rogâsse Christum ad se venire patet ex Luc. 7. 6, 7 [x]. [Hæc de prima sententia.] Resp. 2. Historia est eadem [y]. Quis credat duo miracula facta esse in eodem & loco, & tempore, & servo Centurionis, eóque paralytico [z]? Ut aliam credamus historiam à Luca narrari, tanta circumstantiarum ταυτότης non

Margin notes (left column): z G. sim. Mal. Me. Pi. — a G. — b Bru. — c Ham. — d G. — * Be. — f Chrys. Ambros. Th. &c. in Mal. sim. Bru. Zeg. — g G. — h Ham. — i G. — k Me. ex Mal. — l Tertul. Chrys. & Hi. in Mal. sim. M. E. — m Q. in Mal. — n Idem. sim. Bru. — o Mal. — p Li. ho. — q Bru. sic Pi. — r Bru. — † G. — t V. — * Pi.

Margin notes (right column): || Scul. ex. 2. 46. — v Q. in Ham. — x Al. in Ham. — y V. — z Ham. ex Scul. — a Mal. Me. Pi. — b Pi. — c Me. ex Mal. — d Mal. Me. Pi. — * Mal. ex Th. — † G. — f Bru. — g Bru. sim. Mal. &c. — h Pi. — i Q. in Mal. — k Ca. sim. Camer. Scul. — l Scul. ib. — m Sch. — n Ham. — o Pi. sim. Q. in Mal. — p Pi. — q Q. in Mal. sim. Pi. — r G. — † Mal. — t Ham. ad Luc. 7. 3. — v Q. in Mal. — x Mal. — y Mal. sim. Li. Bru. G. &c. — z Mal.

non patitur: neque magis vero simile est, post allegatos ad Christum Judæos & familiares alios, ipsum Centurionem venisse ad colloquium Christi, cùm eadem planè κατ' λέξιν Lucas narret per amicos dicta quæ hîc ascribuntur Centurioni; additque, cùm rediissent amici ut legationis suæ eventum renunciarent, revaluisse servum. His adde, quòd Lucas vocem λέγων, eandem quæ hîc exstat, usurpat de Centurione, ea commemorans quæ verbis ipsius per alios dicebantur: Et τὸ παρακαλεῖν ipse à Centurione allegatis tribuit, quod hîc tribuitur Centurioni. Est ergò hoc unum ex iis quæ à Matthæo παχύτερον, (*crassiùs*,) tradita, Lucas ἀκριβέστερον, (*accuratiùs*,) exequi voluit [a]. Lucæ transitio, *quum finivisset omnes sermones istos*, ostendit verum ordinem ab ipso servatum [b]. ¶ *Centurio*] Homo Gentilis, quia tunc Judæi erant sub Romanis [c], princeps centum [d].

6. *Puer meus*] Vel, 1. filius [*]: vel, 2. servus [f], ex collat. Luc. 7. 3 [g]. Mos veterum dura molliter efferendi. Hebræi ità loquuntur, 1 Sam. 21. 2, 5. 1 Reg. 20, v. 14. Esth. 2. 2 Aristophani, παῖς, & Terentio, Ciceroni, Horatio, *puer*, servum significat. Sic & dominus *paterfamiliâs* dicebatur. Macrobius, *Nostri majores omnem dominis invidiam, omnem servis contumeliam, detrahentes, dominum Patremfamiliâs, servos Familiares, appellaverunt*. Vide, si libet, Servium ad illud Maronis, *Claudite jam rivos pueri*: & Plinium in Epistolis [h]. ¶ *Jacet*] Ità Mo. Sy. Ca. Βέβληται] *Projectus est*, Be. P. Bru. Pi. In lecto scilicet, quasi cadaver [i]. מוטל. Sic מת מוטל, *mortuus projectus*, ut efferatur. Vis & dominium morbi sic exprimitur. Infirmus adeò jacet, ut ab aliis solùm moveatur, ipse se movere nequeat; sed est quasi tantùm non elatus [k]. Toto corpore *prostratus jacet* [l]. *Infirmus est*, Æth. *Decumbit*, Er. Il. Tre. Ti. G. Sch. ut infrà ver. 14. & initio cap. seq [m]. Verbum hoc non semper denotat violentiam projectionis aut prostrationis, sed continuationem actûs jacendi [n]. Decumbebat ergò iste, &, quod Lucas addit, cum mortis periculo: quare credibile est παραλυτικὸν hîc dici non partis, sed totius corporis, resolutionem; *Apoplexiam* scilicet. Nam suo tempore hanc etiam *Paralysin* dictam docet Celsus. Accedit quòd Medici *Apoplexiam* vehementiorem dicunt insanabilem: quod auget orandi causam & magnitudinem beneficii [o]. ¶ *Et*, &c. Δεινῶς βασανιζόμενος] *Valde afflictus*, Æth. *Æger valde*, Ar. *Pessimè affligitur*, Tre. *Vehementer vexatus*, P. *Ac graviter discruciatur*, Er. Il. Ti. sic Ca Bru. Subita hæc fuisse paralysis videtur, lentæ enim paralysis tormento carent [p]. Vox hæc est, ut multæ aliæ, isto sensu Hellenistica, quam propterea, ut minùs Græcam, culpat Lucianus Pseudosophista [q]: non autem dolorem vox ista significat, quo carent siderati, sed miseram corporis constitutionem [r], vel quamvis pœnam, ut vers. 29. & Matth. cap. 18. ver. 34. Βασανισταὶ *lictores*, *commentarienses*: βασανίζω est & *crucio*, & *coerceo*, tanquam in carcere †.

7. *Ego veniam*, &c] Promptus est Jesus ad beneficentiam, plus facere vult quàm optabatur [t].

8. *Respondens*] Per amicos quos misit [v], secundâ legatione [x], quæ Christo jam adventanti obviam processit [y]. ¶ *Centurio*] Romani in Judæa, non minùs quàm per alias Imperii sui partes, in potissimis urbibus milites habebant ad continendos in officio provinciales. Josephus de Vespasiano, ἐγκαθιστὰς ἑκατοντάρχας πόλεσι. Hierosolymis major erat numerus sub Tribuno & Centurionibus. Cæsareæ, Capharnaumi, &c. pauciores erant sub Centurionibus; quam Romanam vocem, ut vulgo notissimam, Syrus servavit [z]. ¶ *Non sum dignus*] Ità Sy. Tre. Be. P. &c. Quippe Gentilis, ac proinde peccator [a]. Ἱκανὸς] *Sufficiens*, Pi. vel, *Idoneus*, Er. Mo. Pi. Sciebat se magnam vitæ partem exegisse in cultu falsorum deorum & aliis mundi inquinamentis. Videbat Judæos, in quorum gratiam etiam synagogam exstrui curaverat, convictum ipsius propiorem abhorrere. His motus de se quàm humillimè sentiebat [b]. ¶ *Dic*, &c. Εἰπὲ λόγον] *Dic verbum*, Pers. Er. Tre. Mo. Pi. &c. vel, *verbo*, Sy. i. e. Jube [c]: more Hebraico [d]: vel, uno verbo præcipe [*]. Excitavit Centurionem fama tum eorum quæ fine capitis quarti narrata sunt, tum proximè sanatæ vitiliginis: neque enim ille servaverat reticentiæ legem, ut ex Marco & Luca apparet. Sed talibus narrationibus, etiamsi testimoniis validis nitantur, fidem nemo adhibet, nisi qui de Dei potentia rectè sentit [f]. Divinam in Christo efficacitatem agnoscit, sive Deum eum crediderit, sive (quod probabilius est) Redemptorem Judæis promissum, cui à Deo subjecta essent omnia [g].

9. *Nam & ego homo sum*, &c.] Hebraismus, εἰμὶ καὶ ἐγὼ, pro, ὢν ἐγώ. Sensus enim est, *Nam & ego, cùm sim alienæ subditus potestati, tamen militibus, in quos potestatem habeo, verbo quid fieri velim edico*. Simil. Rom. cap. 6. ver. 17. ὅτι ἦτε δοῦλοι ——— ὑπηκούσατε δὲ, &c. pro, ὅτι οἱ πρὶν ὄντες δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας ὑπηκούσατε. Vide & Matt. 11. 25. & 18. 21. item 23. 15. Neque enim reprehenditur in Pharisæis quod proselytos faciant, sed quòd factos corrumpant [h]. Argumentatur à minori ad majus [i]. Tacitè se alieno imperio subditum, nec potestate præditum, nisi quæ esset ὑπάλληλος, (*subalterna*,) Christo comparat, quem planè summâ ac liberrimâ potestate præditum agnoscit [k]. Ait autem se esse ὑπὸ ἐξουσίαν, nimirum non Imperatoris tantùm & Procuratoris, sed & Tribuni. Et propriè hîc sumitur vox ἐξουσίας, quomodo οἱ ἐπ' ἐξουσίας dicuntur, qui aliis imperant, & tutela definitur, ἐξουσία κατ' ἐλευθέρας κεφαλῆς, (*potestas super caput liberum* [l].) Vulg. Sy. Ar. constanter legunt, ——— *vir sum sub potestate constitutus*, &c. solus Æthiopicus vertit, *Nam ego etiam vir sum præfectus, habens quibus præsum milites*. Videtur sic distinxisse, ——— ἄνθρωπός εἰμι, ὑπὸ ἐξουσίαν ἔχων ὑπὸ ἐμαυτὸν στρατιώτας. Perperam sanè [m]. Quidam sine ulla distinctione sic legunt, ——— ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν ἔχων ὑπ' ἐμαυτόν. Mihi hoc placet, ut τὸ, ὑπὸ ἐξουσίαν, & ὑπ' ἐμαυτὸν, Hebræorum more ἐκ παραλλήλου ponantur. Hanc lectionem & Chrysostomus annotat, *Nam & ego homo cùm sim, sub me ac potestatem meam habens milites*. Obstare tamen videtur quòd Lucas legit, ——— ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν [n]. ¶ *Vade, & vadit*] Citra exceptionem, ut mos habet disciplinæ militaris, quæ non sciscitando imperia sed parendo constat. Ideo apud Tacitum reprehenditur miles qui imperia Ducum interpretari mallet quàm exequi [o]. ¶ *Et servo meo*] Familiari, in quem mihi privatum est jus [p].

10. *Miratus est*] Nempe, mirantis more se habuit & locutus est [q], ut astantes idem admirari atque imitari doceret [r]. Propriè enim admiratio est de rebus inopinatis, inopinatum autem nihil est omniscio †. *Mirari* dicitur, ut irasci dicitur, Deus, non propriè, sed quod more irati puniat [t]. ¶ *Non inveni tantam fidem*] *Fides*, juxta Hebræos, est, *certitudo quædam quâ quis non dubitat illud, quod credit, verum esse*: est certa animi persuasio per Spiritum Sanctum de Dei bonitate atque promissis [v]. Πίστις hoc loco, firmam, de Divina in Jesu potentia, animi persuasionem significat [x]. Alibi *fides* est, vel, 1. quâ credimus illa omnia quæ Deus revelat, ut Heb. 11. 3. &c: vel, 2. dictamen conscientiæ probantis actionem aliquam ceu legitimam, ut Rom. 14. 22. 23: vel, 3. fiducia in oratione, &c. Vide Jac. 5. 15: vel, 4. fidelitas, sive in Deo, ut Rom. c. 3. v. 3. sive in homine, ut Gal. 5. 22. quâ promissa sua servant [y]. ¶ *In Israel*] Id est, Inter Israelitas [z], antehac sanatos [a]; qui tamen Scripturas Sacras de Christo loquentes ab infantia docti sunt [b]. Hic enim vim Divinam credebat efficacem satis esse sine ullo contactu. Vide 2 Reg. 4. 30 [c]. Non autem comparat Centurionis fidem cum fide singulorum, etiam Apostolorum, B. Virginis, &c. sed cum populi fide: sic enim solemus aliquando generaliter loqui, ut eos, de quibus dubium non est, excipiendos intelligamus. Sic Rex dicens, talis est ditissimus Regni mei, seipsum excipit [d].

11. *Ab Oriente & Occidente*] Id est, A locis vergentibus ad Orientem, &c [*]. à toto orbe terrarum extra Regnum Judæ; posuit enim duas remotissimas (& præcipuas [f]) partes pro omnibus [g]. Apud Lucam est plenius, *ab Ortu & Occasu & Aquilone & Austro*, quomodo Græci quoque & Latini loqui solent quoties significare volunt omnes orbis regiones: sed & Hebræi, ut patet Esa. 11. 12. & 43. 5. Sensus est, Quemadmodum hic

ἀλόφυλος

Margin notes, left column: [a] G. [b] Li. chron. p. 26. [c] Mal. [d] Bru. sim. Er. M. Mal. &c. [*] Er. Ec. Pi. [f] Er. Be. Bru. V. M. G. &c. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. ex Be. [k] Li. ho. [l] Er [m] G. [n] Sch. [o] G. [p] Bru. [q] G. [r] G. sic Ham. † Ham. [t] Bru. [v] Bru. [x] G. [y] G. sim. Bru. [z] G. [a] Bru. [b] G. [c] V. Bru. Ca. [d] Be. [*] Pi.

Margin notes, right column: [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Be. Bru. [k] G. sim. Be. Bru. [l] G. [m] Di. [n] Heins. [o] G. [p] Bru. [q] T. ex Bru. sim. Mal. [r] T. sim Mal. ex Aug. † Bru. [t] Mal. [v] M. [x] G. sim. Ham. [y] Ham. [z] Pi. Ham. sic G. [a] G. [b] Bru. [c] G. [d] Me. [*] Camer. [f] Bru. [g] Me. ex Mal. sim. Bru.

ἀλλόφυλος, de Divina in me potentia supra Judæos persuasus, sanitatem corpori afflicto impetravit, ità ex Gentibus plurimi, simili persuasione ad me confugientes, æternam salutem consequentur. Apertè autem respicit Christus promissionem Jacobo factam, Gen.28. 14 [h]. Ad verb. *ab ortibus & occasibus*, scil. Solis, h.e. ab iis mundi plagis ubi Sol oritur & occidit. Pluralis numerus notat ortum occasúmque triplicem. Sic ab Aristot. de mundo, cap. 4. distinguuntur ἀνατολαί, *ortus*, in ortus æstivos, æquinoctiales, & hybernos. Eadem est ratio occasuum [i] ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀνακλιθήσονται] *Et recumbent*, Æth. Ar. Mo. &c. h.e. requiescent [k]: vel, *sedebunt*, Pers. *accumbent*, sive *discumbent*, Er. Il. Tre. P. sic Be. Ti. Ca. Pi. Ad mensam [l], metaphorâ sumptâ à conviviis [m], in quibus homines præcipuè gaudiis & hilaritati operam dant [n], & quibus significari solet Regnum cœlorum [o]: vide Luc. c. 22. 29, 30 [p]. item Esa. 25. 6, 7, 8. Apoc. 2. 7. [q]. qu. d. Cœlestibus gaudiis fruentur [r]. Spiritualia describi solent imaginibus sensibilium. Ità virtutes Divinæ humanis membris exprimuntur: cœleste gaudium convivii specie depingitur. Qui mos à vetustissima ætate deductus Poetis & Talmudistis & Mahumeti uberem fabulandi materiam præbuit. De more discumbendi agemus infrà 26. 20. [de quo vide Ham. ad hunc locum.] Est autem notanda emphasis in verbo ἀνακλιθήσονται †. qu. d. Omnes Judæi tam sanctos se existimant ut cum extraneo nolint cibum capere, at multi extranei cum ipsorum majoribus, quorum nomina Judæi solent jactare, cibum capient, ipsis Judeis exclusis [t]. ¶ *Cum Abraham*, &c.] Cum Patriarchis [v], quibus primis facta est promissio Messiæ [x], & Regni cœlorum, quod vel hinc constat Patribus promissum fuisse; id quod disertè docetur, Heb. 11. 9, 10 [y]. Hi tres nominantur, 1. quòd Deus *eorum Deus* vocabatur [z]: 2. quòd illis promissa erat Canaan, typus cœli [a]: vel, 3. tanquam primi & præcipui fundatores Reipublicæ Judæorum, qui velut in capite mensæ sessuri sunt, ut significetur, Gentes cum illis, i.e. proximè illos, sessuras esse, Judeisque præferendas, sicut Centurionis fides illorum fidei præfertur [b].

12. *Filii autem regni*] Id est, Indigenæ, quos vocant vulgò *naturales subjectos* [c], quia ex Patribus oriundi, hæredes Regni [d], ad Regnum destinati [*], & vocati [f], qui ad Regnum cœlorum, h.e. Dei, pertinent [g]; quibus Regnum promissum erat, & qui in ejus quodammodo possessione erant [h]. Sicut *filius mortis* Hebræis est *mortis damnas*, & *filius thalami, qui in thalamum admittitur*, ità *filii regni* sunt, quibus ex fœderis privilegio Regnum præ cæteris destinabatur, nisi ipsi sibi obsisterent. Vide Rom. 9. 4 [i]. ¶ *Ejicientur*] Ex Regno [k]: hìc ex Ecclesia, posthac ex cœlo [l]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον] *In tenebras* (*illas*, Be. Pi.) *exteriores*, Vulg. vel, *extimas*, Be. Bru. Comparativus pro Superlativo, ut 1 Cor. 13. 13 [m]. *imas*, Ca. profundissimas [n], *ultimas*, Æth. *extremas*, Tre. Ar. sic Pi. i.e. extra Regnum [o], obscurissimas [p], & longè positas à vera luce [q], sive à luce Regni [r]. Significat in Reguo nihil nisi lucem esse, extra illud nihil nisi tenebras [r]. Periphrasis inferni †: qu. d. in tenebricosum inferni carcerem: excludentur à cœlesti gloria [t], de qua hìc agitur sub allegoria convivii. Solebant autem antiqui convivia vespere agitare, ideóque aulam in qua discumbebant, multis facibus accensis, illuminare [v]: qui autem extra aulam sunt, in magnis versantur tenebris [x]. Locorum nominibus statum vitæ alterius exprimi antè diximus: quare *externæ tenebræ* & hìc & infra 22. 13. & 25. 30. pœnas significat non quaslibet, sed graviores, quibus ad pleniorem notationem omnibus iisdem locis additur *fletus & dentium stridor*. Agitur autem omnibus istis locis de iis quibus maximè testata fuit Dei voluntas, quod genus hominum duplis suppliciis puniendum alibi Christus pronunciat. Est ergo σκότος ἐξώτερον, status qui longissimè remotus est à cœlesti gaudio, quod *lucis* nomine solet appellari. Hunc statum mysticè notat Psalm. 49. 19. Josephus ᾅδην σκοτιώτερον dixit Belli Jud. l. 3. quomodo Æschylo & Græcorum aliis τάρταρος νέρθεν ᾅδε· & Statius, *Indeprensa tenent nobis qui tartara, quorum Vos estis superi*——ζόφον σκότος

h G. | i Pi. | k Bru. | l Mal. sic Bru. | m Mal. Bru. sic Pi. Be. Scul. | n Pi. | o Me. ex Mal. sim. Be. Scul. | p Mal. | q Scul. ex 2.47. | r Pi. | † G. | t G. sim. Me. | v Bru. Ham. | x Ham. | y Bru. | z Hi. in Mal. | a Theoph. ib. | b Mal. | c Be. Bru. | d Bru. | * V. | f Me. Pi. | g D. | h Mal. | k Bru. Sch. | l Ham. | m Bru. ex Aug. sic Er. | n Bru. | o V. Bru. | p V. | q V. sim. Bru. Be. | r Bru. sim. Er. | † Pi. | t Me. | v Me. ex Mal. | x Mal.

Petrus & Judas [y]. Forsan *tenebræ exteriores* hìc sunt tenebræ Ethnicorum, cæcitas, &c. nam Judæis Ethnici erant οἱ ἔξω [z]. Sensus, Ejicientur in statum obdurationis & perditionis [a]. Dei filiis est universitas sua, extra quam quicquid est dicitur *exterius*, 1 Cor. 5. 12. 13. Sic et *exotici* libri dicuntur Judæis, qui pertinent ad falsæ Doctrinæ confirmationem ||. ¶ *Fletus*] Esa. c. 65. v. 14 [b]. vel, 1. Lacrymarum [c]; vel potiùs, 2. fletus vocum [d], planctus atque ejulatus [*]. Ità κλαυθμὸς (à κλαίω *clamo*) sumitur [à ο'. ad] Num. 11. ver. 10. Esd. 3. 13. Job. 30. 31 [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων] *Et stridor* (vel, *fremitus*, Mo. *collisio*, Pers.) *dentium*, Sy. Ar. P. Ti. Be. &c. Ex Psalm. 112. 10 [g], Ex pœna intolerabili, quam dentium sono lenire conabuntur [h]: ex indignatione & rabie [i]; vide Act. 7. v. 54: cum igne jungitur, Matth. 13. 42, 50 [k]. Βρυγμὸς est fremitus aut crepitus dentium, qualem edunt qui rigore febris corripiuntur [l].

13. *Vade*, Ὕπαγε] *Abi*, Be. Pi. &c. Hebraismus. Est concedentis quod rogabatur [m]; ut 1 Samuel. cap. 17. vers. 37. 2 Sam. cap. 14. v. 8. Interdum addunt Hebræi, *in pace* [n], ut 1 Sam. 1. 17 [o]. Sic ὕπαγε usurpatur Marc. 5. 34. & 7. 29. & 10. 52. & πορεύου, Luc. 7. 50. & 8. 48. Alibi ὕπαγε est aversantis, est & imprecantis, ut Matth. 21. 28. Marc. 6. 38. & 16. 7. Has significationes distinguebat pronunciatio. Nec dubium quin Syri זל, quod hìc habet Interpres, simili modo usurpaverint, ut non tam verbi quàm interjectionis vim haberet. Est eadem vox Esd. cap. 5. ver. 15 [p]. ¶ *Sicut credidisti*] me absentem verbo sanare posse [q]. Quod me posse credidisti, effectum habe [r]. ¶ *In illa hora*] Eo ipso momento †. Sic Dan. 4. 33. Vide & Matth. c. 15. v. 28. & 17. 18 [t]. Æthiopicus hìc addit, *Quum reversus esset dux in domum suam, invenit puerum sanatum:* (Id quod etiam in nonnullis veteribus codicibus Græcis reperitur [v].) Nihil horum Vulgat. Sy. & Ar. & Evang. Hebræum: undè liquet, ex nulla harum versionum factam esse Æthiopicam [x].

14. *Et cùm venisset*] Hæc & quæ sequuntur usque ad cap 10. acciderunt ante sermonem Domini in monte, ut patet ex Mat. 9. 9. & ex aliis. Sed cùm historia ordine ad Capharnaum rediisset, hoc adjungit, quod similiter Capharnaumi acciderat [y], idque post concionem illam ibi habitam, Marc. 1. v. 21, 22. Luc. 4. 31. 32 [z]. ¶ *In domum Petri*] Quæ Capharnaumi fuisse colligitur, tum ex serie historiæ hìc, tum clariùs ex Marc. 1. 29. & Luc. 4. v. 38 [a]. Fuit potiùs Bethsaidæ, (cujus civis erat, (Joan. 1. 44.) quæ cum Capharnaumo vicinissima erat, (sesquihoræ tantùm itinere distans [*],) Christus exiens ex synagoga Capernaitarum, Bethsaidam pransum, aut cœnatum, ire potuit [b]. Obj. At Petrus non jam habebat domum, sed eam reliquerat, Matth. 19. v. 27. Resp. *Domus Petri* vocatur, quia ejus antè fuerat, sed eam jam uxori & socrui reliquit [c]. Vel, domus hæc erat domus socrûs Petri [d], *Petri* dicta, quòd ibi hospitaretur, &c [*]. In hanc domum Petrus & Andreas, (cujus etiam domus dicitur apud Marcum ||,) quoties erant Capharnaumi, recipere se solebant. Credibile enim est socrûs domum fuisse, cùm Petrus & Andreas Bethsaidæ habuissent larem antequam Christum sectarentur †. ¶ *Vidit*] Juvandi affectu, quanquam permiserit se rogari, ut alii narrant [f]. ¶ *Socrum ejus*] h.e. Matrem uxoris Petri [g]. Solus Petrus, inter Apostolos, legitur conjugatus fuisse [h]. ¶ *Febricitantem*] Locus enim (sive Caphernaum fuerit sive Bethsaida, utercque enim erat ad littus maris Galilææ) calidus erat, siccus, salsus & retorridus, unde tale mulieris temperamentum, &c [i].

15. *Dimisit eam febris*] Continuò; quum qui naturâ duce aut arte curantur, multo opus habent tempore ut robur recuperent [k]. ¶ *Ministrabat* (apparando cibum [l], & necessaria [m],) *eis*] Id est, Jesu ejusque Discipulis [n], qui ipsum sequuti fuerant [o].

16. *Vespere autem facto*, Ὀψίας δὲ γενομένης] sub. ὥρας [p], quod exprimitur Marc. 11. 11 [q]. Neque enim Substantiva sunt Ὀψία, Πρωΐα, ut nonnulli putant, sed Adjectiva, Ὄψιος, ὀψία, &c. Unde aliqui subintelligunt φυλακῆς (*vigiliæ* [r].) Est & hìc ellipsis, τῆς ἡμέρας. Verto, *Quùm serum diei esset* †. Habent hæc verba emphasin;

y G. | z Li. ho. | a Ham. | || J. Cap. | b G. | c Q. in Bru. in. Mal. | d Bru. | * T. Ham. | f Ham. | g G. | h Bru. | i Me. sic Ham. | l Ham. | l Me. | m Bru. Mal. sic G. | n G. | o Mal. | p G. | q Bru. | r G. sim. Camer. | † Bru. sim. Be. | t G. | v Be. Er. | x Di. | y Bru. | z Mal. | a Pi. | * Bru. | b Mal. sic Me. | c Mal. | d Bru. | * Bru. sim. Mal. | || Pi. | † ?. | f Bru. | g Ader. de morbis Evang. 8. | h Bru. | i Ader. | k Bru. | l Pi. | m Ham. | n Bru. Sch. | o Sch. | p Camer. Sch. Pi. | q Pi. & Sch. ex Camer. | r Sch. | † Pi.

sin[t]: ut significet, Christum, ut morbos hominibus demeret, nullos labores, quantumvis intempestivos, defugisse[v]. Al. *Vespere*, &c. Addit Marcus, *cùm sol jam occidisset*; exiissetque jam Sabbatum[x]: quod finiebatur vesperâ, Levit. 23. 32[y]. sive Sole occidente[z]. Dum Sabbatum adesset, duxerunt illicitum ægrotos sanare[a]. [De more Judaico tum in inchoando, tum in finiendo, Sabbato vide Li.ho. ad h.l. & Li.chron. pag. 18. & 19.] ¶ *Dæmonia habentes*] A quibus obsessi erant[b], & acti[c]. Etiam Euripides, in Phœnissis, δαιμονῶντας, vocat eos qui Dæmonum agitatione insaniunt[d]. Multi eo tempore dæmoniaci erant, partim Satanâ magis insaniente, quòd præsensisset adventum Christi, partim Deo permittente, ut ostenderet Filium à se missum, ut dissolveret opera Diaboli[*]. ¶ *Et omnes*] Scilicet sibi oblatos[f].

17. *Ut adimpleretur*, &c.] Sed incongrua videtur hæc allegatio. Loquitur Esaias de Messia in se portante hominum infirmitates; Matthæus de eo eas sanante in aliis: Esa. de morbis animæ; (vide 1 Pet. 2. v. 24.) Matth. de morbis corporis[g]: Esa. de tempore passionis, & quid tunc ipse passus est; Mat. de tempore actionis, & quid fecit pro aliis[h]. At optimè convenit utrique, hoc sensu; qu. d. *Sanavit—verbo, ut impleretur* istud Esaiæ, Iste est qui cum ærumnis atque ægritudinibus nostris negotium habuit, eásque ferre & portare potest: & sic an ad morbos animæ applices, an corporis, sensus æquè facilis. Ulteriùs quidem porrigitur sensus Esaiæ, nempe quòd Messias erit ipse vir ærumnarum, &c. at non excluso eo quem memoravimus, quem causæ suæ optimè quadrantem retinet Matthæus quàm aptissimè[i]. Petrus quidem locum applicat ad morbos animi, h.e. peccata, qui sensus primarius est, sed hunc non excludit[k]. Puto verba Esaiæ latè accipienda, ut morbos etiam corporis comprehendant, quibus sanandis Christus quasi specimen & imaginem exhibuit sanationis animi, quæ fit criminum condonatione. Proinde cùm paralyticum sanaret, *Confide*, inquit, *fili: remissa sunt tibi peccata*, Mat. 9. 2[l]. Ut ergò Christus pronuncians remissionem—sanat simul ægritudinem corporis, ità Apostolus [Petrus] sub titulo *portandi peccata* comprehendit insuper *portationem morborum*[m]. Isaias propriè & primariò loquitur de peccatis[n]; quod Matth. ad morbos corporis accommodat, sive quia Christus corporis morbos non nisi propter morbos animi curabat[o]; sive quia morbi corporis peccati pœna fructúsque sunt[p]. Forsan etiam de corporis morbis loquitur Propheta, quos Christus accepit, non ut ipse haberet, sed ut à nobis auferret[q]: secundariò loquitur Propheta de peccatorum pœnis, non æternis modò, sed & temporalibus, à quibus omnibus liberat nos Christus[r]. Nihil obstat quo minus Propheta primò de morborum sanatione intelligatur, ex persona Judæorum ad fidem conversorum; q. d. Verè morbos nostros potenter abstulit cùm nobiscum versaretur, unde intelligere debuissemus, dispensatione fieri ut ipse flagella pateretur; at nos in cruce putavimus eum malè pati, nec consideravimus id esse propter iniquitates nostras[†]. Quia peccata sua, æternásque miserias homines non vident, nec spiritualem gratiam æternáque bona in Christo quærunt, ideo Matthæus in morbis corporis voluit peccata & miserias suas hominibus considerandas proponere, & per corporales sanationes mentes eorum sublevare ad agnoscenda & expetenda spiritualia & æterna Messiæ beneficia. Ostendit ergò Matthæus h. l. sensum, finem & usum, miraculorum Christi non hunc esse, quasi morbi atque miseriæ corporales maximum essent hominibus malum, aut quasi earum tantùm levatio in Christo quærenda esset, sed, quia morbi corporis sunt effectus & pœnæ, item quasi typi & figuræ, morborum animæ, ac præludia pœnarum spiritualium & æternarum, ut his miraculis doceremur, fore ut in hac persona implerentur quod Esa. 53. de redemptione à peccato & morte æterna scriptum est; nec minus promptum ac potentem eum esse ad tollendas spirituales & æternas nostras miserias, quàm se exhibuit h.l. ad tollendos morbos corporis. Nè ergò in externis istis beneficiis hærerent, útque scirent quò illa essent referenda, allegat c. 53. Esaiæ, in quo totum redemptionis, justificationis, &c. negotium describitur. Ità non contorta & aliena, sed convenientissima est, allegatio Matthæi[t].

[t] G. ex Theoph. [v] G. ad v. 17. [x] Li. ho. [y] Bru. [z] Li. ho. [a] Li. ho. sic Bru. [b] Be. [c] Er. [d] Be. [*] Bru. [f] Me. [g] Li. harm. & ho. [h] Li. harm. 3. 193. [i] Li. ho. [k] Li. harm. 194. [l] D. par. [m] Li. harm. ib. [n] Me. T. [o] Me. [p] Me ex Chryf. [q] Me. [r] T. [†] Bru. [t] Chem.

Sicut veterum res gestæ rerum Christi figuram habuerunt, ità & ipsius Christi actiones aliæ aliis denotandis inservi verunt. Nam beneficium corporibus redditæ sanitatis quin figuram remissionis peccatorum & sanatarum mentium tulerit, dubitari non potest[v]. Bis ergò impletum est hoc vaticinium, priùs, cùm Christus semet defatigans ad vesperam usque aliorum morbis levandis vacavit, h. l; posterius, cùm crucis supplicium perferens remissionem peccatorum nobis impetravit, 1 Pet. 2. 24[x]. Nam eundem locum Esaiæ à Petro respici docet collatio versionis LXX quam ferme κατὰ πόδας Petrus sequitur[y]. Unde apparet, eandem Scripturam Propheticam duplicem πληρώσιν, *completionem*, habere posse[z]. ¶ *Infirmitates*] Levius quiddam videtur *morbis*, à quibus hîc distinguitur; q.d. Invaletudines, vel debilitates[a]. Ἀσθενείας, חֳלָיֵנוּ, [Esa. 53. 4.] propriè admodum οἱ. & Petrus [vertunt] ἁμαρτίας, respicientes sensum secundum & pleniorem[b]. Ἀσθένεια in N. T. dicitur de defectu virium, sive corporis, ut 1 Cor. 15. 43. sive animi, in peccato jacentis, ut Rom. 5. 6[c]. ¶ *Accepit*; ità Ar. Pi. Ἀνέλαβε; *Suscepit*, Pers. Ti. Ca. Pi. Er. nempe in se[d]. q.d. In humeros sustulit[*]. ¶ *Portavit*; ità Er. Mo. Ti. &c. Ἐβάστασεν] *Tulit*, Ar. Ca. *Sustulit*, Pers. *Abstulit*, Tertul. in G. Bru. Aliò portavit[f]. Sed est in hac voce, ut & in Hebræa סָבַל, & ei simili, טְעַן, quam hîc Syrus posuit, *oneris* quædam, i. e. molestiæ, significatio. Sensus est ergò, Christum, ut morbos hominibus demeret, nullos labores, quantumvis intempestivos, [*post solis occasum*,] defugisse. Non omittendum est, quòd Christus inter hæc penè oblisus sit hominum concurrentium turbâ, quod Marcus & Lucas annotandum putaverunt, cùm paralitici sanati historiam referrent. Sanè Esaias etiam, præter mortem, molestias ærumnásque multas Christi in obeundo munere describit. Eandem vim verbi סָבַל Paulus expressit Rom. 15. 1. & Gal. 6. 2. Hoc enim vult, sublevandos alios etiam cum nostro aliquo incommodo. Bis igitur impletum est Esaiæ vaticinium, primùm in morborum sanatione, non sine Christi molestia, deinde, multò perfectiùs in ipsa morte quæ animi morbos sustulit[g]. Varia erant morborum genera, à quorum contactu delicatior Medicus, vel nauseâ motus, vel contagium timens, abhorruisset. Christus verò omnibus manum imposuit, ut ostenderet, tum salvificam potentiam carnis suæ, tum immensam ejus misericordiam & φιλανθρωπίαν[h].

18. *Videns—turbas*] Causa trajectûs redditur, ut fugeret multitudinem[i]. ¶ *Jussit*, &c. Ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν] *Jussit* (vel, 1. turbam[k]; quia Christus mox trajecisse dicitur[l]: vel, 2. Discipulos suos[m];) *abire* (vel, *abiri*, sive *discedi*, Er. vel, *ut abirent*, Tre. P. Er. Il. Pers. *ut discederent*, Ti. *ut abiretur*, Be. Pi. Sch. *facere ut abire possint*, ut ἀπελθεῖν transitivè sumatur[n]:) *in ulterius*, Mo. vel, *ab altera parte*, Pers. *trans fretum*, Ar. *in ulteriorem*, sub. *ripam*, Be. Bru. Pi. sic Sy. Tre. &c. ex Luc. 8. 26[*]: vel, sub. *partem*, nempe fluminis[o], vel stagni Genesarethi[p], ut docet mentio *naviculæ*[q]. Ellipsis hîc est, *jussit abire*, pro, *jussit omnia parare ad abitum*. Nam in navi cùm esset, tum demum jussit se transvehi[r]. Non ità hoc est accipiendum, quasi Discipulos trans lacum ablegârit, ut qui unà cum ipsis trajecisse postea dicatur: sed significavit illis se trajicere lacum constituisse, nempe, ut navigium & cætera necessaria compararent[†].

19. *Unus Scriba*] Εἷς hîc non numeraliter accipitur, sed indefinitè[t], pro τὶς, vel, εἷς τις[v], *quidam, aliquis*[x], ut Marc. 14. 51. Luc. 5. 12. & 8. 22. &c. Sic & Latini, Plautus, ——*Quis iste homo est? Unúsne amator?* Catullus de Suffeno, —*Unus caprimulgus aut fossor, Rursus videtur*— Terent. And. *Forte unam aspicio adolescentulam*; ubi Donatus, *Unam ex idiotismo dixit pro quandam*[y]. ¶ *Magister*] Sic Rabbi dicitur de Doctoribus, Joh. 20. 16[z]. Διδάσκαλος non hîc ponitur strictâ, h. e. relativâ, acceptione, sed laxiore illâ, quâ minus noti humaniter compellari solebant, ut apparet ex Luca, qui hîc Κύριε habet. Donatus ad 3. 2. Adelph. *Magister, Medicus, Orator, sunt nomina ad aliquid, quibus tamen nos velimus ab omnibus appellari*[a]. ¶ *Sequar te*, &c.] i. e. Paratus sum ex Discipulis tuis esse, adeóque te sequi[b]. Erat hic Legisperitus, quales plerique ejus ævi, honorum & lucri studiosus: quare cùm magnam Christo,

[v] G. [x] G. sim. Ham. [y] G. [z] Ham. [a] Be. [b] G. [c] Be. [d] Pi. [*] G. [f] Bru. [g] G. [h] Chem. [i] Bru. sic Mal. [k] Camer. Zeg. & Aug. & Chrysost. [l] Camer. [m] V. Er. Zeg. Camer. Bru. Be. Sch. Pi. [n] Sch. [*] Bru. [o] Pi. [p] V. sim. Er. Be. [q] Er. [r] G. [†] Be. [t] Sch. [v] Pri. [x] Sch. [y] Pri. [z] Be. [a] Pri. [b] Bru.

sto, tot miracula edenti, potentiam brevi adfuturam opinaretur, sectam ejus profiteri voluit. Sed Christus, paupertatem suam profitens, ipsum hominis ulcus tetigit [c].

20. *Dicit ei*] Christus ad animum, non verba, Scribæ, respondet [d]. Cognovit enim eum non tam perfectionis quàm lucri aut gloriæ causâ venisse [*]. ¶ *Vulpes* (inutiles & invisæ hominibus bestiæ [f],) *foveas*, &c ; ità Er. Il. Mo. &c. φωλεοὺς] *Lustra*, Sy. Ar. Be. Pi. Ti. *Latebras*, Ca. sic Bru. Scul. Est in hac comparatione δεινότης quam Plutarchus observat in simili illa Tyberii Gracchi [g] : [vide verba in G.] ¶ *Nidos* ; ità Be. Pi. Er. Tre. &c. Κατασκηνώσεις] *Umbracula*, Mo. Bru. sic Er. Σκηνὴ enim à σκιά, (*umbra*,) derivatur, declaratque tabernaculum ex frondibus & ramis contextum, quo modo etiam nidi ab avibus construuntur [h]. Quin vox hæc ad arborum ramos pertineat dubitaturum non puto qui loca infrà 13. 32. & Marc. 4. 32. inspexerit. ¶ *Filius ——— hominis*] Objecerunt Christianis Pagani & sectarii hanc appellationem, quasi virginali partui contrariam : quod quomodo solverint veteres videre est apud scriptorem Responsionum ad Orthodoxos. Simplicissimum erat id dicere quod Tryphoni dixit Justinus, πατέρας, &c. (*Patres fœminarum sunt etiam patres liberorum qui fœminis geniti sunt* [i].) *Filius hominis* dicitur, ut filius Abrahami & Davidis : [h. e. mediaté.] Vel, *filius hominis* dicitur pro homine [k]. Sed cùm Christus nunquam hoc modo nisi à seipso appelletur, quærenda est alia vocabuli hujus ratio [l]. [Id variè explicant :] 1. Ut indicaret se illum esse qui dicitur *filius hominis*, Dan. 7. 13. quíque Judex mundi futurus erat, nempe Messiam. Confer Apoc. 14. 14 [m]. 2. *Filius hominis* dicitur, i. e. Adæ [n] ; vel, ut ostendat se patrem hominem non habere, sed per Virginem ex Adamo usque genus traxisse [o] : vel, quòd ex ejus posteris propagatus esset, ex quo prodiissent & cæteri mortales universi [p]. 3. *Filius hominis* dici possit, quia hominibus datus est, Esa. 9. 6. Vel, 4. ut summam humanæ naturæ miseriam exprimat. Ut enim *filius ancillæ*, Psal. 116. 16. plus est quàm servus, & servituti addictior est qui ex serva servus natus est, quàm qui fortunâ servus factus est ; ità miseriæ magis obnoxius est, qui ex misero homine miser homo natus est [q]. Vel, 5. ut veritatem humanæ suæ naturæ significaret [r], eámque à Divina ipsius natura distingueret [†]. Vel, 6. humilitatis, sive abjectionis, causâ [t] : q. d. Homo ex infima sorte natus [v], *vermis*, *non homo*, Psal. 22. 7 [x]. Ex pluribus elogiis quæ Messiæ data fuerant, elegit omnium modestissimum. Ità verò vocatur Messias, Psal. 8. 4. (quod à Davide dici in persona Christi constat ex 1 Cor. 15. 27. Heb. 2. 6, 7, 8.) Psal. 80. 17. Dan. 7. 13. q. d. Ego sum is de quo Psal. 8. & 80. & Dan. 7 [y]. Sciendum, בן אדם & אדם Hebræis sæpissimè designare hominem contemptæ sortis. Palàm est אדם ità sumi Psal. 82. 7. nec aliter בנות האדם, Gen. 6. 2. veteres Hebræi interpretantur, quibus opponuntur בני האלהים, i. e. האיתנים, υἱοὶ τῶν ἡρώων, aut, ut Græci post LXX verterunt, δυναστευόντων, ut & Chald. vertit, quomodo decem illos primæ ætatis pios Patres appellare solebant Hebræi. Sic & Psalm. 49. 2. opponuntur τοῖς בני אדם οἱ בני איש, quod LXX vertunt γηγενεῖς, i. e. *ignobiles*, quos Latini *terræ filios* vocant. Sic Ezec. Dan. Zach. cum Angelis versantes appellatione *filii hominis* suæ fragilitatis admonentur : quo significari vilitatem notatum & Jacchiadæ ad Daniel. 10. 16. Neque aliter בר איש accipiendum Dan. 7. 13. ubi de Messia agitur. Dicit enim ei qui *filius hominis*, h. e. contemptæ sortis, videbatur, datam esse Regiam potestatem. Descripsit ergò hâc voce Christus suam illam κένωσιν de quâ agitur Phil. 2. 7. Nec aliud est hîc *filius hominis* quàm Esa. 53. v. 3. נבזה וחדל אישים [z]. ¶ *Non habet* (domum propriam [a],) *ubi* (fessus [b],) *caput reclinet*] Non tantum loci possidet quantum ad caput reclinandum satis esse possit [c] : adeò remotus est à divitiore fortuna. Habitavit ergò Capharnaum in conducto, aut divertit apud Discipulos. Vide suprà v. 14 [d]. Frustrà itaque ad illum venis quæstûs gratiâ [*]. Locus hic ex iis desumptus est quæ de adventu Messiæ tradebant Gemaristæ, qui dicunt, *Si veniat, non fore locum ubi consideat* [f].

21. *Alius*] i. e. Ἀλλὰ [g] ; sed & ἕτερος non semper tantùm de duobus ponitur [h]. Philippum hunc fuisse docet nos Clemens Alexandrinus ex antiqua traditione [i]. ¶ *De discipulis ejus*] Non ex duodecim illis, assiduis ejus comitibus [k] ; ex quo intelligitur Christum palàm indicâsse suam trajectionem, ac proinde non paucos sese ad illum sequendum comparâsse [l]. ¶ *Permitte me*] Hoc petit, quia priùs Christus illi dixerat, *sequere me*, quod Matthæus tacet, Lucas dicit, c. 9. 59 [m]. ¶ *Primum ire*] Antequam te sequar [n]. ¶ *Et sepelire patrem meum*] i. e. Ei seni inservire donec moriatur [o], eousque patri adesse donec ei faciam supremum officium. Vide Tob. 14. 10. Satis maturè post patris mortem putabat se Christi sectatorem fore, & præcepta ejus hausurum. Christus ostendit auditioni sermonum suorum nihil esse antehabendum, sed rapiendam ambabus manibus discendi occasionem. Agi enim rem maximam, consecutionem aut jacturam vitæ æternæ, *Etiam sepelire patrem tardum erat fidei*, ait Tertul. lib. de Idololatria [p]. Aliis pater ejus jam mortuus fuisse videtur. Ità Chrys. Basil. Theoph. Hoc rectius : non enim verisimile est eum tam longi, támque incerti, temporis inducias petivisse. Obj. Non tam crudelis fuisset Christus ut tantillum temporis illi concedere noluerit. Resp. Christi consilium erat, docere, cùm ab eo vocamur, nè unius quidem diei, aut horæ, moram, etiam pietatis causâ, etiam ad sepeliendum jam mortuum patrem, interponi debere, quo minùs è vestigio vocantem sequamur [q].

22. *Sequere me*] Relictis omnibus, mihi individuus adhæreas & pareas [r]. ¶ *Dimitte* (vel, *Sine*, Be. Pi. &c.) *mortuos* (nempe spiritualiter [†], mortuos animâ, per separationem à Deo [t], homines ψυχικοὺς, neque de Evangelii doctrina solicitos [v], infideles [x], irregenitos [y], peccatores [z],) *sepelire mortuos* (corporaliter scilicet [a],) *suos*] *Suos*, i. e. sibi similes, quia utrique, quamvis non eodem modo, mortui sunt. Vel, *suos*, i. e. suum quemque patrem, &c [b]. Christus ex rebus obviis occasionem sumere solebat suarum sententiarum. Ità cùm ille ab ipso vocatus excusâsset se sepulturæ officio, Christus & Legem & Legis sensum spiritualem illi atque aliis in memoriam revocavit. Lex tum Pontifici maximo, tum Naziræo, præscripta erat Levit. 20. & Num. 6. nè quantumvis proximorum exsequiis interessent. Nam corpus animâ cassum, ut Philo explicat, significat res omnes quæ corporales sunt & ad animum nihil pertinent. Ab harum rerum cura abstrahere se debent qui Deo inserviunt. Jam verò Christiani *sacerdotes* vocantur & *Nazaræi*. Ad hos igitur, & inter hos peculiariter ad Evangelii præcones, præcipuè pertinet præceptum illud intellectum πνευματικῶς (*spiritualiter*, sive *mysticè*.) Philo de Sacerdote, Ἀμίαντος ἀεὶ διατελείτω, &c. (*Impollutus semper maneat*, nec *cadaver attingat*, *ut precibus & sacrificiis —— offerendis idoneus sit. —— Nimirum Deo addictus eatenus alienari debet à parentibus, fratribus, &c. ut nihil aut negligat aut differat eorum quæ statim fieri meliùs esset.*) Est autem in dicto hoc Christi docta allusio in duplici significatu vocis νεκρῶν. Nam νεκροὶ dicuntur propriè ipsa cadavera, ut in parte dicti posteriore, per quæ tamen, ut diximus, intelligi debent res omnes ad animum non pertinentes ; impropriè verò, homines à vera disciplina, quæ animi vita est, alieni. Clemens, Ἐν τῇ βαρβάρῳ, &c. (*In barbara*, inquit, *philosophia mortuos vocant qui dogmatibus exciderunt, & mentem suam affectibus mancipârunt.*) Et Philo mortem ἐν σημείοις definit, *quum anima virtutis vitâ moriatur, vivit autem in vitio.* Multáque in eam sententiam occurrunt apud Hebræos & Arabas Scriptores. Hausit hoc quoque, ut alia, ab Orientis Philosophia Pythagoras, *qui Judæorum sententias imitatus est*, ut de eo scribebat Hermippus ; siquidem & ad Hebræos venit, ut de eo ex Diogene scribit Malchus : unde mos ortus, ut his qui cœtu Pythagoreorum essent ejecti cœnotaphia struerentur, quod Hipparchæ cuidam factum legimus. Sensus ergò verborum Christi est, Eorum esse curam rerum corporalium animi culturæ antevertere quibus animus hebes atque iners torperet. Sunt & aliæ leges duæ apud Mosem quæ significationem aliquatenus habent similem. Nam qui nec Sacerdotes essent, nec voto adstricti, non vetabantur cadaver tangere ; sed, si tetigissent, erant ad tempus aliquod impuri, & aquâ lustrandi. Deinde, Judæi omnes vetabantur edere carnem animalis fato suo emortui. Cujusmodi

Marginal notes (left column): [c] G. [d] Bru. [*] Mal. [f] Bru. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Mal. [l] G. [m] Scul. ex. 2. 48. ex Tertul. [n] Er. Greg. Nazian. in Mal. [o] Greg. Naz. [p] Er. [q] Bru. [r] Tertul. in Mal. [†] Mal. ex Aug. [t] Me. Mal. [v] M. [x] Mal. [y] J. Cap. [z] G. [a] G. sim. Bru. Ham. [b] Bru. [c] Idem. [d] G. [*] M. sim. Bru. [f] Heins. [g] Camer. [h] Camer. Sch.

Marginal notes (right column): [i] G. [k] Be. sim. Bru. [l] Be. [m] Mal. [n] Pi. [o] Bru. [p] G. [q] Mal. [r] Bru. [†] D. T. Sch. [t] Eru. [v] Be. [x] Camer. Hilar. & Chrys. & Hi. & Ambros. in Mal. [y] Pi. [z] Mal. Me. [a] Pi. [b] Mal.

jusmodi instituta etiam extra Judaicam Rempublicam observare est. Testantur Euripides, Chrysippus, Calpurnius, Tacitus, [quorum verba vide in Authore,] homines impuratos, & à Templo atque Altari abactos ob contactum mortuorum, atque puerperarum: quæ & Lex Mosis præscribit, incertum an, ut alia quædam, etiam antè moribus usurpata, ut videri hæc possint à Noæ liberis profecta. Hierocles inter Pythagoræ præcepta refert, τὸ θνησιμαίων ἀπέχεσθαι, (*à morticiniis abstinendum*;) quo avocatos ait discipulos ipsius à cura rerum mortalium. Meminit ejus moris & Porphyrius Epistolâ ad Anebonem, & Ælianus, l. 4[c]. Curare patris funus & pia res erat & necessaria: vult tamen Christus eam posthaberi, dum eodem tempore melioris longéque majoris negotii opportunitas daretur. Observationis non alienæ vestigium etiam in Pontificio Romanorum Jure occurrit, Virgil. 11. de Ænea,—*Quanquam & sociis dare tempus humandis Præcipitant curæ, turbatâque funere mens est, Vota Deûm primo victor solvebat Eoo.* Ubi Servius, *Consuetudo Romana fuit ut polluti funere minimè sacrificarent*, &c. —*Unde etiam Horatius Pulvillus in Capitolii dedicatione, cùm filius ei nunciaretur occisus, ait, Cadaver sit: nec voluit funus agnoscere, donec templa dedicaret.* Vide & ad Luc. 9. 60[d]. Antanaclasis hîc est, quâ eadem vox in eodem loco repetitur, sed sensu diverso. Cujus exempla habemus & Levit. 26. 21, 24. Psal. 18. 26. &c. Ità & h. l. Locutio hæc aut proverbialis est, aut æmula proverbii alicujus, quale hoc, *Simile ad simile*; *Viventes ad viventes, mortui ad mortuos* [e].

23. *Discipuli ejus*] Hîc quoque plures illis duodecim intelligi satis apparet ex v. 27 [f].

24. *Ecce motus magnus*] *Magna procella*, Jon. 1. 4. *Moti fluctus*, Virgilio; aliis, *motum mare*. Sed & *quati æquora* dicunt Poetæ [g]. Σεισμὸς usitatè de terra concussa, hîc de mari, dicitur [h]. ¶ *Dormiebat*] Somno vero [i], laboribus enim fessus erat [k], sed & voluntario, sive accersito, ut tempestas sine ejus consilio oriri videretur [l], & suorum ὀλιγοπιστία retegeretur [m].

25. *Perimus*] Nisi tu nos adjuves. Fidem produnt, dum ad Christum confugiunt, exiguam tamen; dum existimant eum dormientem nullam gerere ipsorum curam [n].

26. *Modicæ fidei*] Quòd non crederent, se ab ipso, licèt dormiente, exaudiendos & servandos fore [o]. Confidere debuerant, se, dum Christum comitabantur, in peculiari esse Dei tutela, quia id Divinæ bonitati erat consentaneum. Ostendit ergò Christus δειλίαν, h. e. trepidam illam formidinem, quæ de sede sua animum dimovebat, prolem esse τῆς ὀλιγοπιστίας. Nimirum, ut Varro olim dicebat, Deus à religioso veretur, à superstitioso timetur, anxio scilicet metu; cujus exemplum nobile habemus in illo, qui ad quemvis tonitrûs sonum abditissimas latebras quærebat. Contrà, verum est quod Aristoteles aliovorsùm tamen dixerat, habere cur forti excelsóque sint animo qui de rebus Divinis rectè judicant [p]. ¶ *Imperavit*, &c.] Tranquillitatem imperio suo compescuit. ¶ Ἐπετίμησε, &c.] *Increpavit*, sive *Objurgavit*, Er. V. Pi. Be. Sy. in Di. &c. Hoc verbo utitur, quia vis vi objici & opponi videtur [q]; aut, quòd mare præ immensitate sua atque agendi insania nulli cedere velit, Dei autem nutui velociter cedit [r].

27. *Homines*] Qui aderant, Discipuli, & illi quorum erat navis, & qui in cæteris erant navibus, Marc. 4. 36 †. ¶ *Qualis* (vel, *Quis*, Tre. Pers. *Quantus*, Æth.) *est hic?*] Ità Er. Il. Mo. &c. Non dicit ποῖος, sed ποταπὸς [t], quod admirationis habet emphasin [v]. Sic Marc. 13. 1. ποταποὶ, &c. *quales quantique lapides*, &c; Luc. 7. 39. ποταπὴ, *quæ & qualibus quantisque sceleribus polluta*; 2 Pet. 3. 11. Ποταποὺς, *Quales & quàm accuratos*, &c! Ità & h. l. *Qualis quantusque* [x]! Alius sit oportet quàm putavimus [y]. Incipiunt majus quiddam humanâ magnitudine in Christo suspicari. Nam Dei Epithetum est, *compescens fremitum marium*, Psal. 65. 7 [z].

28. *In regionem Gerasenorum*, Γερασηνῶν] *Gergesenorum*, Be. Pi. Lectionis hîc est varietas [a]. Syrus habet *Gadarenorum*, quomodo & Syriacè & Græcè est apud Marcum & Lucam [b]. In Libris autem melioribus etiam apud Marcum & Lucam legitur Γεργεσηνῶν, perinde ut apud Matthæum [c]. *Gergeseni* erant ex reliquiis Cananæorum [d], Deut. 7. 1. qui olim Jordani fluvio ultra citràque assederant [*], quique ad adventum Josuæ fugerunt in Africam, ut refert R. Samuel Ben Nachman [*]. Quod mirè convenit non modò cum historiola Talmudica, quâ Africani, apud Alexandrum M. hoc nomine possessiones suas avitas velut actione repeterent; sed etiam cum veteri illa apud Procopium inscriptione in Mauritania Tingitana reperta, quâ indicatum est, incolas priscos illuc à facie Josuæ F. Nun aufugisse. Non omnes tamen aufugisse constat, tum ex Jos. 24. 11. tum ex Evangelio [f]. *Gergesa* oppidum est [g], quod Chaldaicè vocatur גנוסר, Jos. 11. 2. ubi in Hebræo est כנרות כינרות [h]. Non placet, nam כנרות, sive כנרת, urbs erat, Tiberias deinde dicta, testibus Schindlero & Mappa Judaica: à qua mare Galilææ Hebræis ים כנרת, Chaldæis, יַמָּא דְגִנּוֹסַר, Syris ימתא דגנסר, *Mare Gennezareth*, aliàs *Tiberiadis*, dictum est: erat autem ea urbs cis mare, Gergesenorum regio ultra mare ad oppositum planè latus [i]. *Gergesa* civitas trans Jordanem, &c [k]. Pro, *Gergesenorum*, est, *Gadarenorum*, Marc. 5. 1. & Luc. 8. 26. [Quomodo conciliantur?] Resp. 1. *Gerasa*, sive *Gergesa* & *Gadara*, est eadem urbs diversis nominibus dicta [l]. Sed contrarium probabimus ad Marc. 5. 2 [m]. & constat ex Josepho, qui ea oppida, tanquam diversa, numerat, *de Bello Jud.* l. 2. 19, 20 [n]. Resp. 2. Diversa hæc erant oppida [o], sed vicina [p], eorúmque fines commixti erant [q], eadémque utriusque regio [r], ut ab utroque ager denominari posset †. Non ergò respiciendæ hîc sunt urbes, sed regio in qua hæ urbes sitæ fuêre. Unde Luc. 8. 37. *multitudo*, non simpliciter, *Gadarenorum*, sed τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν: ne intelligas cives urbis Gadaræ, sed incolas adjacentis regionis [t]. ¶ *Duo*] At Marcus & Lucas unius tantùm meminerunt. Resp. Id factum, quia unus erat, vel nobilior [v], vel potiùs sævior [x], de quo idcirco plura recensent, &c [y]. Illi non tam soliciti erant numerare personas, quod ante illos fecerat Matthæus, quàm miraculum narrare [z], & quod singulare erat, singulariter persequi [a]. ¶ *De monumentis*] i. e. Sepulchris [b], quæ Judæi in agris constituebant, non in urbibus [c], ne contaminarentur [d]. Qu. 1. Quî poterant in iis habitare? Resp. Id facilè ex forma veterum sepulchrorum intelligitur [*]. Ea ampla fuerunt, ut patet ex Esa. 65. 4 [f]. alta & lata, fornicibus obducta [g], cubiculis similia [h], vel cellis vinariis [i], quæ plures homines possent capere [k]: erant cavernæ, aut in rupibus excisæ, aut lapideo, vel lateritio, opere cameratæ; vide Matth. 27. 60. Luc. 24. 3. Joh. 20. 6. Qu. 2. Cur dæmoniaci in sepulchris habitabant? Resp. 1. Quia exclusi erant domibus, Luc. 8. 27. ideóque in has quasi cameras sese recipiebant [l]. 2. Dæmones hoc agebant, ut errorem illum confirmarent, mortuorum animas in Dæmonas commutari [m]; quæ sententia viguit eo tempore [n], & posteà Chrysostomi tempore, ipso teste [o]. Mihi verosimilius est creditum à multis animas mortuorum circa cadavera hærere, & in Dæmonum esse potestate. Nam & nunc Judæi talia tradunt, & olim ei probando historiâ Pythonissæ Samuelem Sauli excitantis abutebantur, quæ opinio ad Christianos etiam manavit, ut videre est in colloquio Justini cum Tryphone. Hanc ergò opinionem καὶ τὴν νεκυομαντείαν ut in animis hominum foverent Diaboli, multùm in sepulcretis versati sunt, ac pleraque φάσματα ad hominum mortuorum instar effinxerunt [p]. 3. Ut obsessos acriùs torquerent [q], horrore & fœtore loci [r]. 4. Ut odio humani generis mortuorum corporibus illuderent †. 5. Ut viatores illinc aggressi majori horrore percellerent [t]. ¶ *Sævi*] Ità Tre. Be. P. Pi. &c. χαλεποὶ] *Mali*, Sy. *Pessimi*, Ar. Æth. *Atroces & maligni*, Pers. *Periculosi*, Hilar. in Er. ¶ *Ità ut nemo posset transire per viam illam*] Quæ nempe erat sepulchretis illis vicina [u], quin ei molesti essent, &c [x].

29. *Ecce*] Res mira: Ad Christi tribunal coacti Dæmones non magis sui nunc compotes sunt quàm hactenus obsessi, &c. ¶ *Clamaverunt*] Jussi à Christo relinquere obsessos, ut habent Marc. & Luc [y]. ¶ *Quid*, &c. Τί ἡμῖν καὶ σοί] *Quid* (sub. *rei*, Er. Be. Ti. Ca. Bru. V. vel, *negotii*, Pi. Bru. vel, sub. com-

---

Marginal notes (left column): c G. — d Pri. — e Ham. — f G. — g Idem. — h Sch. — i Mal. Me. Bru. — k Bru. — l Me. ex Mal. — m Bru. — n Idem. — o Idem. — p G. — q Be Bru. — r Bru. — † Bru. — t Er. — v Er. sic Be. Bru. Sch. — x Sch. — y Bru. — z G. — a Scul. ex 2. 49. — b Bru. — c Theoph. in Scul.

Marginal notes (right column): d G. Bru. Wal. ex Seld. — * Bru. — f Seld. in Wal. — g D. — h M. — i Di. — k Bru. ex Hi. — l Er. ex Hi. Be. — m Cas. — n BA. 1. 2. 57. 697. — o Pi ex Tre. sic D. BA. Di. Li. &c. — p Pi. ex Tre. D. &c. — q Pi. ex Tre. — r Di. sim. Pi. Li. ho. — † Ba. ib. — t Di. — v Mal. ex Aug. — x Mal. ex Chry. & Th. sic Sch. Li. Chron. 32. — y Mal. — z Li. Chron. — a Mal — b Mal. Pi. — c Me. T. — d T. — * Mal. — f Me. — g T. — h Me. — i Mal. — k Me. sim. T. — l Mal. — m Mal. ex Chrys. & Th. Ham. — n Th. in G. — o Mal. — p G. — q T. sim. Mal. — r Mal. — † Q. in Mal. — t Bru. — v Sch. — x Bru. sim. Sch. — y Bru.

commune, Bru. Sch. aut, *juris*; malim enim δίκαιον hic subintelligi, quàm πρᾶγμα [z]: & sub. *est*. Er. Be. &c.) *nobis & tibi*? Sy. Tre. Mo. vel, *nobis tecum*? Er. Be. Ti. &c. vel, *tibi nobiscum*? Ar. Quid commercii inter nos est, ut res nostras cures [a]? Nullum tibi nobiscum est δίκαιον, sive jus, commune [b]; tu es Filius, nos Dæmones, &c [c]. Quid ergò nostra curas? Relinque nos ut à te alienos, & ad te nihil pertinentes. Nulla inter nos & te lis est, non te vexamus, sed peccatores, qui nostri juris sunt: quid ergò nos infestas? Frequens est hæc phrasis exponenda pro ratione subjectæ materiæ [d]. Eam si ex usu Latini sermonis interpreteris, contemptum videtur inducere. Ità enim Latini aiunt, *Quid tibi mecum est?* At Hebræis aliud significat, nimirum, Cur mihi molestiam exhibes? Quod clare apparet 2 Sam. 16. 10. & 2 Par. 35. 21. Sed & Joel. 3. 4. Negat enim [ibi] Deus se iis causam ullam dedisse cur populo suo infesti essent. Sic & Scythæ, apud Curtium, *Quid nobis tecum est? nunquam terram tuam attigimus* *. Locutio hæc est, & Hebræis familiaris [f], Jos. 22. 24. Joh. 2. 4 [g]. & Græcis [h]; Anacreon, Τί μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς, *Quid mihi cum longis tibiis*? Demosthenes, τί νόμῳ καὶ βασάνῳ; *Quid legi cum quæstione* [i]? Aristoph. Τί γὰρ Ἐρεχθεῖ καὶ κολοιοῖς καὶ κυνί; *Quid Erechtheo cum graculis & cane?* In cujusmodi locutionibus subauditur, vel, τὸ δίκαιον [k], vel, τὸ πρᾶγμα [l], [quod & interdum exprimunt] Demosth. *Jurans* μηδὲν εἶναί σοι καὶ Φιλίππῳ πρᾶγμα, (*nihil tibi esse cum Philippo negotii.*) Herod. Σοὶ καὶ τούτοισι πρᾶγμα τί ἐστι, *Quid tibi cum hisce negotii commune est* [m]. Sed præcisè etiam interdum sic loquuntur Latini; Cicero, *Quid huic cum Fabio?* Idem, *Cum Vatinii legionibus quid erat Antonio* [n]? Sensus h. l. est, q. d. Quid tibi mali facimus, quamobrem nos ejicias *? ¶ *Fili Dei*] i. e. Messia, seu Christe: ipsum enim sciebant, Luc. 4. 41 [o]. quantum & quamdiu voluit Christus [p]. Non autem voluntatis fuit ista confessio, sed necessitatis extorsio [q]. ¶ *Ante tempus*] Scil. nobis torquendis à Deo destinatum [r]. Πρὸ καιροῦ] *Ante tempus constitutum*, Be. Ante diem illum judicii †, quod à Filio hominis exercendum intellexerant, Dan. 7. 13 [t]. in quem [diem] servari se nôrunt impuri spiritus, 2 Pet. 2. 4. Jud. 6 [v]. ¶ *Torquere nos?*] Torquentur Dæmones, dum homines lædere & tentare prohibentur [x]; dum coguntur obsessos relinquere & alterius imperio cedere: metuebant etiam nè in abyssum ablegarentur [y]. Mali, cùm injuriam facere non sinuntur, injuriam se accipere existimant. Hoc est mitti εἰς ἄβυσσον. Vide quæ ad Lucam [z]. Sunt hæc verba conquerentium & expostulantium [a].

30. *Non longè*, &c.] Græcè est, μακρὰν [b], in omnibus exemplaribus [c]. Legendum tamen videtur, οὐ μακρὰν [d], quia erat in conspectu *: *ibi*, Marc. 5. 11. *in monte* vicino, Luc. 8. 32 [f]. Parum refert utrum legas [g]. Utrumque verum erat comparate: *procul* erant, habito respectu ad spatium propinquum; *non procul*, ad remotum [h]. Hebr. רחוק, cui μακρὰν respondet, sæpe dicitur de re simpliciter ab alia remota, etsi non in longa distantia, ut Psal. 38. 12. ubi *stare è longinquo*, & *stare è regione*, sunt synonyma, valentque, non accedere. Sic Luc. 18. 13. Publicanus *stetit* μακρόθεν: nec tamen longè aberat à Templo: unà enim cum Pharisæo eò accesserat. Sed, quia non adeò penitus introivit in atrium atque Pharisæus, dicitur *procul stetisse*. Optime ergò Syrus hic habet, *ultra eos*, vel, *ulterius ab illis* *. ¶ *Grex—porcorum*, &c.] Solere & sues gregatim pasci, Ælius Marcianus in Juris Romani Institutionibus probabat ex Homero [i]. [Verba vide in G.] Qu. Unde tot porci apud Judæos [k]? Porcus non nisi mortuus quibusvis prodest, Judæis verò nè mortuus quidem, quippe nec ad sacrificium licitus, nec ad esum; *cujus causa est*, inquit Maimon. *ejus sordities, quòd res sordidas comedat: Lex autem sordes omnes anxiè prohibet* [l]. Porcos alere erat, 1. res infamiæ plena. Hierof. Shekalim. *Dixit mulier*, [exprobrans ei,] *Tu es fœnerator, aut altor porcorum*: 2. canone prohibitum, idque sub maledictione, teste Maimonide [m]: [verba vide in Li.] In Baba Kama 7. 7. aiunt, *Non educabit Israelita porcos ullo loco*. In Gemara, *Maledictus sit vir qui alit canes & porcos* [n]. *Prohibebatur* etiam *mercaturam facere rei cujusvis immundæ*, Glossa in Kama ||. [Quid hîc dicendum.] Resp. 1. Judæis lege vetitum erat porcos edere, non item alere. Vendere poterant Gentibus, vel lardo uti ad ungenda plaustra, &c. Ac solitos ipsos eorúmque proselytos porcos alere, quos non facilè mactarent, vel illud Augusti dicterium docet, *Malle se Herodis porcum esse quàm filium*. Ali autem poterant à Judæis tunc temporis maximè, vel ad suppeditandam annonam Romanis militibus: qua ex causa multa suariis privilegia concessa leguntur [o]. Resp. 2. Judæi nonnulli, inter Gentiles commorantes, Magistrorum placitis se astringi passi non sunt [p], sed ea lucro suo posthabuerant: Romanis enim aliisque Ethnicis caro aprugna & suilla in pretio erat [q]. 3. Porci hi non erant Judæorum, sed Ethnicorum [r], qui inprimis Transjordanenses regiones incoluerunt, & in iis Gadaram, & Gergasam †, qui inter Judæos Gadarenos habitabant; qualis commixtio usitatissima ibi erat [t]. Gadara urbs erat non Judaica, (ut ex Strabone liquet, qui hoc scribit, *Gadaram quoque Judæi suam fecerunt*, per vim nempe [v],) sed Græcanica [x], ut patet tum ex Josepho, qui inter Ἑλληνίδας πόλεις, *urbes Græcanicas*, in Cælesyria, quas Pompeius Judæis ademit, Gadaram nominat [y], qui & affirmat plerosque incolas Syros, non Judæos, fuisse, De bello Jud. l. 2 [z]. tum ex virorum doctorum copia Gadaris ortorum, circa tempora Christi, quorum meminerunt Cicero, Strabo, Quintil. Asconius [a].

31. *Rogabant eum*] Christo vel inviti tribuunt potestatem & super se, & super obsessos, & super porcos [b]. ¶ *Mitte*, &c. Ἐπίτρεψον ἡμῖν, &c. *Permitte nobis abire*, &c. Be. Pi. Permissio ergò voluntati perperàm opponitur, neque injustus Deus, cùm rebus quas condidit, ad suam ipsius gloriam, etiam cum ipsarum exitio conjunctam, utitur [c]. Eandem vocem habent, & Marcus, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς, & Lucas bis. Quare cùm hoc ipsum Marcus etiam πέμψον, &c. (*mittere in porcos*,) vocet, apparet verissimum esse vocibus activis sæpe nihil aliud quàm permissionem, præsertim sapientem ac providam, indicari. Vide loca Gen. 20. 6. & 31. 7. Exod. 3. 19. & 12. 23. Psal. 16. 10. Act. 2. 27. Ejicere Diabolum ex homine, Christi fuit actio; in porcos ut irent, nullâ actione Christi erat opus; hoc enim optabant ipsi Diaboli, & viribus nativis id ipsum efficere poterant, dum nè vi majore impedirentur. Non ergo Christus in hac re vim agentem exseruit, sed vim impedire valentem sustinuit, magnis haud dubiè de causis [d]. Rogabant hoc Dæmones, 1. odio hominum, ut si non corporibus, saltem bonis ipsorum, nocerent *, & incolas novâ clade afficerent. 2. Ut Christum in odium adducerent [f]; incolásque à Christo ejúsque prædicatione absterrerent [g].

32. *Ait illis, Ite*] Qu. Sed cur Christus hoc permisit? Resp. 1. Ad gloriam Dei, & patefaciendam per totam regionem Christi virtutem [h]. 2. Ut appareret verè Dæmones exivisse hominum corporibus [i]. 3. Ut puniret incolas, &c [k]. ut illos, qui contra legem porcis utebantur, porcorum jacturâ puniret [l]. 4. Ut pateret Dæmonum vis & multitudo [m], & quàm atrocia in homines committerent, nisi à Deo cohiberentur. 5. Ut doceret nullam fortunarum jacturam comparandam cum hominis à Dæmone possessione [n]. 6. Ut refutaret Sadducæos, qui Dæmones non essentiales spiritus, sed pravas corporum & animorum hominum affectiones, esse fingebant [o]. 7. Ut liberati beneficii magnitudinem agnoscerent [p]. 8. Ut eâ vexatione incolas ad salutem adduceret [q]. 9. Ut ostenderet, quomodo Deus sapientissimus vim Diaboli limitibus quibusdam circumscribat, ut in Jobi historia videre est: quod ni esset, haud dubiè acturum cum hominibus Diabolum quemadmodum cum porcis istis agebat. 10. Ut ostenderet Græcis, Judæorum religionem esse ex Dei præcepto. Græcis in more positum erat ridere Judaica instituta; præsertim verò abstinentiam à suillis carnibus, tanquam humanæ superstitionis inane commentum. Notum est illud Juvenalis, *Nec distare putant humanâ carne suillam*. Anaxandrides, Οὐκ ἐσθίεις, &c. (*Non comedis suem, ego verò*

eâ

z Sch. a V. b Sch. c Bru. Sch. d Bru. * G. f D. sic Cap. Bru. g D. h D. Be. Sch. i D. k Sch. l Sch. ex Be. sic D. misc. 2. 26 m D. Sch. n Di. * Mal. o Bru. p Bru. ex Aug. q Bru. ex Hi. r Pi. † G. sic Bru. Zeg. Sch. Be. &c. t Bru. v G. sim. Bru. x Zeg. y Bru. z G. a Bru. b Bru. Be. &c. c Be. sim Er. d Pi. sic Be. Zeg. Bru. * Be. Bru. Sch. f Sch. Mal. g Er. h Glas. philol. 1. 2. 20. 180. sim. Er. * Di. i G. k Emp. in Car. l BA. 1. 2. 57. 698. m Li. hc.

n Car. || Li. ho. o Bru. p Emp. in Car. sim. Li. ho. q Li. ho. r Li. ho. sim. Emp. † Emp. t Li. ho. sim. Bru. v Cas. in Baron. exerc. 13. 34. x Cas. sic Be. Pi. Ham. y Cas. ib. z Ham. a Cas. ib. b Bru. c Be. d G. * Q. in Mal. f T. g T. ex Euthym. sim. Bru. Mal. ex Chrys. Me. h Bru. sim. Mal. i Bru. k T. l Rupert. in Mal. m T. ex. Chrys. n T. ex Bru. o T. ex Bru. sim. Mal. ex Hilar. p Mal. q Mal. ex. Hi.

eâ delectior.) Plato Comicus, Τῶν γὰρ τετραπόδων,&c. (*Quadrupidum nullum fas est occidere, præter suem, cujus caro suavissima est, & ex qua* [vivente] *nihil nobis suppetit præter setas, & cœnum, & clamores,*) Neque alia sententia cujusdam, apud Plutarchum,qui Judæos dicebat abstinere eo cibo qui omnium esset justissimus. Eandémque ob causam dicebat Æsopus, ex omni animantium genere sues maximum clamorem tractas edere, quia scirent se nisi morientes nulli esse usui, [ac propterea ad mortem trahi.] Sic & Caligula Judæos Alexandrinos cum irrisu interrogabat, *cur porcinis carnibus abstinerent.* Varii varias causas conjectabant: vel, ut quidam in Plutarcho, quòd veneratione ejus animalis tenebantur, quò & Persius respicit, *Et vetus indulget senibus clementia porcis:* vel, ut illi in Tacito, *memoriâ cladis, quòd ipsos scabies quondam turpaverat, cui id animal obnoxium.* Christus autem ad Legem Mosis [de carne porcina non comedenda] ut verbis aliàs, ità nunc facto, digitum intendit, simúlque Judæos qui se Græcorum moribus nimiùm aptabant, contra majorum constitutionem factam Hyrcani temporibus in sepimentum Legis, *Nè cui porcum alere liceret,* admonuit de mystico Legis sensu, significans, homines qui se in fœdis voluptatibus suum more volutarent,Deo quàm maximè displicere & Diaboli esse mancipia. De quo vide Barnabam Apostolum, Philonem, Lactantium: [& eorum verba in G.] Confer. & 2 Pet. 2. 22 [r]. ¶ *Et ecce,* &c. Καὶ ἰδοὺ ὥρμησε] *Et ecce, ruit,* Be. P. Ca. Pi. vel, *irruit,* Mo. *direxit se,* Tre. *rectâ contendit,* Sy. in Di. *ferebatur,* Er. Il. Ti. *prosiluit,* Ar. *magno impetu abiit,* Vulg. in Di. Valde arridet,neque enim hîc ultimus tantùm casus describitur, quo de præcipitio deturbati sunt in mare, sed (quæ & Syri mens fuit) totus ille cursus quo à Diabolis correpti, è pascuis abrepti fuere in scopulos, & per præcipitia tandem in mare acti †. ¶ *Per,* &c. Κατὰ τοῦ κρημνοῦ] *Præceps,* Ti. *Per præceps,* Er. Il. Mo. Ca. Vulg. Non placet [t]: ponitur enim κατὰ pro ἀπὸ [v], ut in Homer. Odyss. ξ'. κατὰ πέτρης βαλέειν, *de saxo dejicere* [x]. *E præcipitio,* Be. P. Pi. *In rupem,* Tre. ex Sy. *Sursum in rupem;* Sy. in Di. & in Bru. ¶ *In mare*] i. e. Vel, 1. in lacum Genesareth [y]: quod mox Dominus transmiserat, cujus frequens hactenus facta est mentio. Nam propè illud contigisse hoc miraculum discimus ex Marc. 5. 2. Luc. 8. 27 [z]. Vel. 2. in aquas Gadarenorum, quæ procul abfuere à Lacu Genesaretico [a].

33. *Fugerunt*] Partim territi spectaculo, partim nunciaturi damnum dominis suis, &c [b].

34. *Rogabant ut transiret,*&c.] Vel, *decederet,* Er. *digrederetur,* Be. Pi. Perculsi partim religione, partim damni accepti dolore [c], partim ex metu [d] majoris damni, ut Lucas explicat. Nimirum peccatorum sibi conscii vim in Christo Divinam metuebant. Confer 1 Reg. 17. 18. & Job. 22. 17 [*]. Timebant nè eos, ut ab ipsius religione alienos, perderet. Reverebantur in eo refulgentem Dei Majestatem ac potentiam, eum tamen ut Salvatorem non susceperunt, pluris opes facientes quàm veritatis cognitionem & salutem animarum [f]. Sic quotidie vilissima etiam quæque mundus salutis suæ jacturâ redimit [g].

[r] G. † Di. [t] Be. [v] Be.Bru. [x] Be. [y] Er. & Cas. ex Hi. Eru &c. [z] Bru. [a] Cas. [b] Bru. [c] Bru. [d] G.Bru. [*] G. [f] Bru. [g] Be.

CAP. IX.

1. **E**T *ascendens,* &c.] Facile eorum precibus annuit,quibus gravis erat beneficiis suis, nè margaritas porcis spargeret, præsertim non missus nisi ad oves perditas Israelis. Placuit tamen ut illis gentibus aliqua luceret veritatis scintilla [a]. ¶ *Transfretavit,* Διεπέρασε] *Processit,* Æth. *Trajecit,* Er. Be. Mo. Bru. &c. scilicet lacum Genesareth [b], reversus est in Galilæam, absentiâ ipsius irritatis omnium desideriis [c]. ¶ *In,* &c. Εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν] *In suam,* (vel, *propriam,* D. Bru.) *urbem,* Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. Nazaretham [d]: vel, 2. Capharnaum [*], ut mihi certum est ex Marc. 2. 1 [f]. quò Christum immigrâsse jam antè à Matthæo erat proditum [g]: quam *suam* vocat, quòd ex omnibus hanc sibi peculiariter quasi delegisse videretur [h]; quòd,relictâ Nazareth,eò commigravit [i]; quòd in ea frequentiùs habitabat [k]; ibique domicilium id temporis habebat [l]. Etiam in Romano Jure *civitas nostra* dicitur ubi larem fiximus [m]: Christus tres patrias habuit, Bethlehem, ubi natus; Nazareth, ubi educatus; Capharnaum, in qua versari solitus postquàm, relictâ Nazarethâ, eò commigravit [n], & quàm frequentibus miraculis veluti adoptavit in patriam [o].

2. *Offerebant ei*] Sedenti & docenti,Luc.5.17. idque domi ipsius, Marc. 2. 1. per apertas tegulas [p], ob turbam, &c. quod, à Matthæo tacitum, narrant Marcus & Lucas [q]. ¶ *In lecto*] Quippe omnibus membris captum, ut fit in paralysi [r]. ¶ *Et videns* (vel, *Cùm vidisset,* i. e. cognovisset manifesto signo †, laborioso illo conatu, Marc. 2. 4 [t].) *fidem illorum*] Fides in N. T. cùm ei salus aut optatæ rei consequutio tribuitur, duo complectitur, 1. firmum mentis assensum in ea quæ de Deo & Christo credenda sunt, Matth. 8. 10. & 9. 28. 29. Heb. 11. 1. 2. fiduciam in Deo ac Christo ex assensu illo nascentem, Matth. 6. 30. & 14. 31. & 17. 20 [v]. *Illorum,* i. e. & offerentium [f], & ipsius paralytici, ut patet ex verbis sequentibus [g]. Sicut Centurionis servo profuerat Domini fides, ità prodest huic ægroto fides amicorum [h]; quanquam & ipsi fiduciam non defuisse credibile est [i], quia se ad eum modum offerri passus est [k]; & quia alioquin Christus illi non remisisset peccata [l]. Aliena fides prodesse potest ad consequendam sanitatem, tum corporis, tum etiam animæ, eatenus nimirum ut impio pœnitentiam impetret à Deo †. ¶ *Confide*] Bono animo esto [m], sicut etiam vertit Syrus & hîc & infrà 22. Hanc enim significationem habet vox ista ubi ponitur intransitivè. Hinc θαρρεῖν ποιεῖν, *animum addere* [n]: plus enim quàm petis, impetrabis. Petis corporis sanitatem [o], eam impetrabis [p], & præterea animi sanitatem [q]. ¶ *Fili*] Amica & blanda compellatio, ut Marc. 10. 24 [r]. Magna consolationis vox conscientiis peccatorum †. ¶ *Remittuntur,* (vel, *Remissa sunt,* Pi. Be. Bru. scilicet hoc ipso quo hoc pronuncio [t]:) *tibi peccata tua*] At ille non peccatorum remissionem, sed corporis sanationem, quæsivit. Cur ergò peccata illi remittit Christus? Resp. 1. Voluit Christus morbi originem & indicare & priùs tollere quàm morbum ipsum [v]. q. d. Tollitur morbi tui causa [x]. Scitum illud est, *Nisi essent peccata, non essent flagella* [y]. 2. Ut doceret, quid primo loco paralyticus petere debuit [z]. 3. Ut Scribis calumniandi occasionem præberet, sibique occasionem probandi Divinitatem suam [*]. 4.Percellebat ipsum haud dubiè facinorum graviorum conscientia, quæ timebat obstitura sibi quominus sanitatem reciperet. Nam quia non omnia contra Legem delicta ad Judicum cognitionem perveniebant, ideo Deus mortis intempestivæ atq; etiam morborum comminationibus Legem sanxerat,Deut.28. 22,27.Sunt quidem & naturales interdum morborum aut vitiorum corporalium causæ, Deo permittente,ut videbimus Joh. 9. Sed hic morbus haud dubiè causam trahebat ex ipsius hominis culpa: Quod sæpe contingere docemur Joh. 5. 14. 1 Cor. 11. 30. Quare Christus,ut eum in spem sanitatis erigat, testatur veniam ipsi factam peccatorum [a]. q. d. Quoniam video te agnoscere quòd hunc morbum peccatis tuis sis commeritus, ac proinde veniam petere, remittuntur tibi, &c [b]. Non dubium est quin eum pœnituerit malè anteactæ vitæ, ubi tanto fervore se offerri cupivit publico pœnitentiæ præconi. Jesus itaque eum ducit ad perfectiora, ad credendum, ipsi [Christo] esse potestatem sanandi non modò corpus, sed & animam [c]. Non omnino alienum est ab hoc loco quod Plato à Zamolxi dictum refert, Ὥσπερ ὀφθαλμοὺς, &c. (*Sicut sanationem oculi non decet aggredi sine* [sanatione] *capitis, nec capitis sine* [sanatione] *corporis, ità neque corporis, sine* [sanatione] *animi* [d].) Quæri hic possit, quomodo ex remissione peccatorum sequatur sanatio, cùm justificati etiam morbis & morti sint obnoxii: Est locus huic non dissimilis, Esa. 33. 24. *Non dicet, Ægroto, quia remittentur peccata,* &c. In talibus locis videntur respici maledictiones Legis transgressoribus denunciatæ Deut. 28. inter

[a] Bru. [b] Pi. Bru. [c] Q. in G. [*] Er.V. Ca. L G. Be. Camer. Li. Bru. Sch. [f] G. sim.V. Sch. [g] G. [h] V. [i] Er. [k] Mal. ex Chrys. & Th. [l] Bru. [m] G. [n] D. [o] Bru. [p] Pi. [q] Mal. [r] Bru. † Be. [t] Bru. [v] Idem. [f] Idem,sim. P. Mal.Me. [g] Pi. [h] G.sim. Mal.Me. [i] G.sim. Bru. Me. [k] Bru. [l] Q. in Mal. † Bru. [m] Bru.G. Mal. [n] G. [o] Mal.Me. [p] Bru. [q] Me.ex Mal. [r] G. † Bru. [t] Idem. [v] Mal. ex Hi. & Th. [x] D.Bru. [y] D. [z] Mal. [*] Mal. ex Chrys. [a] G. [b] Pi. [c] Bru. [d] G.

inter quas morbi sunt, ver. 21, &c. Hinc mos ortus peccatores insanabiles tradendi τῷ חרם, sive maledictioni Divinæ. Qui processus judicialis authoritate verbi Dei, ejusdémque fide nixus, sæpe effectum suum obtinuit, & peccatorem reddidit *maledictionem inter populum*, ut Num. 5.27 [*]. Verbum ἀφέωνται est Præteritum Perfectum 1 Joh. 2. 12. Ionicum Indicativi modi pro ἀφεῖνται, facta diæresi ει in εω [f]. 'Αφέωνται Atticè dicitur pro ἀφεῖνται [g].

3. *Intra se*, Ἐν ἑαυτοῖς] *Inter se*, alii cùm aliis, murmurabant [†]. Ἐν & αὐτοῖς sæpe significant *inter*, ut Exod. 17. 7. Matth. 16. 7. 2 Cor. 13. 5 [*]. Rectiùs, *Apud*, vel *intra*, *se*, Mal. Pi. &c. i.e. in cordibus suis, Marc. 2. 6 [h]. h. e. cogitabant, ut loquitur Lucas, 5. 21 [i]. & v. sequens docet [k]. ¶ *Blasphemat*] i. e. Impiè loquitur [l], de Deo & rebus Dei [m]: non Deo maledicendo [n], sed quod Dei (proprium [o]) est sibi arrogando [p]. Vide Matth. 26. 65. & Marc. 2 [q]. Detrahit Deo, & authoritatem ejus minuit [r]. Vox βλασφημεῖν, quæ apud Græcos disertiores valet *calumniari*, sive *maledicere*, hîc significatione peculiari usurpatur [†]. Sed vocem hanc in Græco etiam sermone propriè referri ad Dei injuriam, præter cætera, istis Menandri versibus docemur, Ὁ λοιδορῶν τὸ πατέρα δυσφημεῖ λόγῳ, τὴν εἰς τὸ θεῖον δ' μελετᾷ βλασφημίαν· [ubi δυσφημεῖν de patre terrestri, βλασφημεῖν de Deo, dicitur.] Est & apud Pythagoricos frequens ejus verbi usus. Hierocles τὸ βλασφημεῖν exponit ἀρᾶσθαι κατὰ θεοῦ ἀνόσια, (*impiè maledicere Deo* [t].)

4. *Cùm* —— *vidisset cogitationes*] Erat id inter notas Messiæ, ut contra Barchochebam observant Thalmudici, titulo de Synedrio [v]. Argumentum hoc est Divinitatis Christi [x]. Ostendit sibi competere quod Deo proprium est, *scrutari corda*, 1 Sam. 16. 7. 2 Par. 6. 30. 1 Cor. 2. 10 [y]. ¶ *Ut quid*, Ἱνατί] *Quid*, Be. *Quare*, Pi. Malim, *Quo fine*, ut in Plat. ἱνατί, &c. *Quo fine ista dicis?* Aristoph. Nubibus, ἵνα δὴ τί. &c. *Quo fine veterem — lunam apposuit*. Est διὰ τί ver. 11. & 14. Utrumque reddunt, *quare*. Verùm differunt: nam ἱνατί de causa finali quærit, διὰ τί autem de causa antecedente [z]. ¶ *Cogitatis mala*] Quòd scil. blasphemem [a]. Non zelo Dei movebantur, sed libidine obtrectandi Christo: alioquin cur inquirebant, cùm tot suppeterent argumenta pietatis Christi adversùs Deum [b]?

5. *Quid*, &c. Τί γὰρ ἐστιν εὐκοπώτερον, &c.] *Quid* (vel, *Utrum*, Er. Be. Il. Sch. Sy. Ti. &c.) *enim est facilius dicere*, &c? Tre. Mo. Interrogatio hîc negat; q. d. Neutrum altero est facilius; sed utrumque æquè difficile, ac soli Deo possibile [c]. At difficilius est (ex natura rei [d],) remittere peccata [*], quàm creare cœlum & terram [f]: quia altioris est ordinis quàm omnia naturalia. Respon. Christus illud proponit ut facilius, nostro judicio fallaci, qui res corporeas, ut meliùs capimus, ità pluris facimus, quàm spirituales, aut morales [g]. Plus est condonare peccatum quàm sanare morbum [h]: sed non æquè facilè vanitatis convincitur, qui rem inconspicuam pollicetur, quàm qui id se facturum spondet quod sub aspectum cadit [i]. Res quidem hæc facilior, sed probatio ejus est difficilior. *Dicere* autem h. l. nec pro solis verbis, nec pro solis rebus, ponitur, sed pro verbis externâ effectûs probatione conjunctis [k].

6. *Ut autem sciatis*, &c.] Est ἀνανταπόδοτον· nam subaudiendum est consequens hoc, *Attendite quid sim facturus.* Rhetores vocant ἀποκοπὴν τὸ ἑπόμενον [l]. Plenus loci sensus est, *Ut autem sciatis* me *habere potestatem in terra remittendi peccata*, (supple, *ideo dixi Paralytico*, *remittuntur tibi peccata:* sæpissime enim siletur quod intelligitur) & *tum demum*, ut viderent utrumque sibi esse ex æquo facile, *jubet Paralyticum surgere*, &c [†]. Miraculum aspectabile specialiter adhibitum ad probandam rem alteram quæ spectari non potest, firmam ejus fidem facit [m]. Non enim potest falsum miraculo confirmari, redderet enim Deus testimonium falso [n]. ¶ *Quia*, (vel, *Quòd*, Bru.) *filius hominis* (i.e. ego [o], etsi sum homo [p], non ut qualiscunque homo, sed homo Deus [q],) *habet potestatem* (vel, *autoritatem*, Be.) *in terra dimittendi peccata*] Τὸ *in terra* conjungendum, vel, 1. cum τῷ *habet potestatem* [r]: vel, 2. cum verbo ἀφιέναι, ut Marcus nos docet [†]. Ac similis constructio λύειν ἐπὶ τῆς γῆς, quanquam non eodem remittendi sensu, invenitur infrà 18. 18. Significanter autem à Christo dictum est, sibi, quanquam inter homines vitam agenti mortalem, tantum jus esse concessum. Non igitur agit Christus de annunciatione veniæ, quæ Nathani etiam ad Davidem & aliis Prophetis mandata fuerat, sed de potestate peccata suo arbitrio remittendi. Distinguenda tamen est potestas Christo ut homini in terris agenti data, ab ea quam post resurrectionem sibi datam profitetur: Illa potestas ad ea extendebatur quæ ad ministerii tum suscepti functionem pro locorum & temporum ratione pertinebant; altera, nullis locorum limitibus circumscripta, cœlestia omnia ac terrestria complectebatur [r]. Significat h. l. Salvator, nè procul quærenda sit remissio peccatorum, in sua persona, quasi ad manus, eam esse hominibus exhibitam, quæ priùs secundùm carnis sensum longè posita erat, in cœlo quærenda [v]. ¶ *Surge, tolle lectum tuum*, (ut, qui infirmitatis testis fuerat lectus, jam fiat restitutæ sanitatis [x],) *& vade*, &c.] Hæc tria verba ad evidentem curationis probationem adjecit [y]. Neque ullas hîc preces adhibet, sed imperium nudum. Et æger non sensim, sed subitò totúsque, revaluit [z].

7. *Et surrexit*, &c. Vocem res illico consequuta est. Signum hoc perfectæ sanitatis. En igitur Jesu literas testimoniales, quibus obsignata est ipsius authoritas ad remittendum peccata, quam an haberet, nostrâ inprimis intererat scire [a].

8. *Timuerunt*] Ex stupore rei novæ [b]. Ἐθαύμασαν] *Admiratæ sunt*, V. Bru. ¶ *Potestatem talem*] Et peccata remittendi & miraculis id ostendendi [c]. ¶ *Hominibus*] Enallage numeri [d], familiaris omnibus propè linguis, quoties aliquid ἀόριστον (*indefinitum*) denotare volumus. Tale est, *Sepultus in urbibus Galaad*, *Descendit in latera navis*, & quæ notabimus infrà 21. 7. & 27. 44. Non enim hoc plebs admirabatur, isti potissimùm Jesu Nazareno hoc jus esse concessum, sed ulli hominum tantum juris datum esse cum stupore intelligebat. Nullum enim talis rei exemplum in omni vetustate exstabat. Hæc autem omnia eò tendebant ut libentiùs majoreque cum fiducia homines se in Christi traderent disciplinam, confisi se veniam peccatorum non tantùm per ipsum, sed & ab ipso, consecutores [*]. Nihil adhuc nudo homine majus in Christo agnoscunt, etsi crederent potestatem hanc illi concessam [f]. Loquuntur quod non intelligebant. Christus enim autoritatem sibi vendicârat, quæ Dei propria, ipsorum testimonio, Matth. 9. 6. quæ nè Christo, nisi Deus esset, fuerat attribuenda. Deinde hanc miracula edendi potestatem cum aliis communem faciunt [g].

9. *Et cùm*, &c. Καὶ παράγων] *Et præteriens*, Er. Ti. vel, *cùm transiret*, Tre. sim. Pi. vel, *progrediens*. Hîc ἄγειν ponitur pro βαδίζειν, ut in illo Terentii, *Quò te agis?* Παράγειν multa significat, hîc autem *digredi*, ut ostendit particula ἐκεῖθεν, domo videlicet egressus [h], & ad mare exiturus, ut habet Marcus [i]. ¶ *Vidit*] In itinere [k]. ¶ *Sedentem*] Occupatum pecuniariis officii sui negotiis [l]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ τὸ τελώνιον] *Ad telonium*, Er. Be. Pi. &c. Locum in quo publicum exigebatur [m], in quo sedet publicanus exigens tributum [n], quod Græcis τέλος dicitur [o]; ad mensam publicanorum, ad quam tributa numerabantur [p], quæ erat in loco aliquo publico juxta mare [q], ut ibi solveretur pensum à transfretantibus. Confer Marc. 2. 13. 14 [r]. ¶ *Matthæum nomine*] Eum nimirum qui Apostolus postea factus est, ut apparet infrà 10. 3. quíque hunc Librum scripsit [†]: de se hîc loquitur in tertia persona [t]. Hic nominatur Levi, Marc. 2. 14. & Luc. 5. 27 [v]. quod nomen erat honorificentius quàm Matthæi, quo nomine se vocat, modestiæ causâ [x]. Video omnes hodiè existimare eundem esse *Matthæum* & *Levin:* & sanè congruunt narrationum circumstantiæ. Tamen neque *Matthæus* usquam se *Levin* vocat, neque Marcus & Lucas Levin *Matthæum* nominant, neque in recensione Apostolorum Matthæum alio quàm *Matthæi* vocant nomine, cùm alios cognomentis suis indigitent. Sed magis me movet quòd Heracleon, illis temporibus proximus, recitans eos quibus publicum testimo-

Marginal notes (left): [*] Li. harm. 3. 231. [f] Scul. ex. 2. 50. ex Guarino. [g] Sch. [†] Q. in Mal. Er. Ham. [*] Ham. [h] Bru. Pi. V. Er. [i] Pi. [k] Sch. [l] Be. Bru. [m] Bru. [n] G. [o] Bru. Mal. [p] G. sim. V. Bru, Pi. &c. [q] G. [r] V. [†] Be. [t] G. [v] G. [x] Mal. [y] Bru. [z] Sch. [a] Pi. [b] Bru. [c] Pi. [d] T. [*] T. sic Me. & Mal. ex Aug. [f] Chrys. & Aug. in T. [g] T. [h] G. [i] G. sim. Mal. Me. T. [k] Mal. [l] Pi. [†] Kn. [m] G. [n] Me. [o] Bru. [p] Pi. sic Bru. [q] Mal. Me. [r] Bru.

Marginal notes (right): [†] G. sim. Bru. [r] G. [v] Bru. [x] Idem. [y] Me. ex Mal. [z] G. [a] Bru. [b] Bru. [c] Bru. sim. E. Ham. [d] G. Bru. E. [*] G. [f] Me. ex Bru. [g] Be. [h] Be. [i] Pi. [k] Bru. ex Be. [l] Bru. [m] G. [n] Er. V. [o] Er. [p] Bru. sim. Mal. [q] Mal. [r] Li. ho. [†] G. [t] Bru. [v] D. sic Pi. Mal. Li. harm. 283. Me. [x] Me. & Mal. ex Hi.

testimonium apud potestates Christi exhibendi negata est occasio, nominat Matthæum, Philippum, Thomam, Levin; quódque ea verba ità citat Clemens Alex. ut quod dicitur non obscurè approbet. Sed & Origenes, adversus Celsum disputans, cùm dixisset Matthæum publicanum fuisse, negat tamen *Levin Apostolum fuisse, quanquam Marci quædam exemplaria id præferre videantur:* unde conjectare licet, in recensu Apostolorum Libros quosdam Marci nomen *Levi* seorsim à nomine *Matthæi* habuisse. Fortè is Levis, simul cum Matthæo vocatus, frater fuerit Jacobi, quando utrique pater Alphæus ascribitur; unúsque non illorum duodecim, sed aliorum Christi sectatorum. Quod si recipimus, in hujus domo, non in Matthæi domo, ut qui tum omnia sua reliquerat, dicemus celebratum convivium: nam Levin dominum domûs nominant alii; Matthæus autem nudè *domum* dixit, domino non nominato. Fortè Levis fuit ἀρχιτελώνης, ut Zacchæus, in cujus ministerio fuit Matthæus [y]. ¶ *Secutus est eum*] Duo hîc notanda, 1. quanta est virtus Divinæ vocationis: 2. exemplum rectæ promptæque obedientiæ [z].

10. *Discumbente eo*] Ad mensam paulò pòst [a]. ¶ *In domo*] Nempe Matthæi [b], ut liquet ex Marc. 2. 15. & clariùs ex Luc. 5. 29 [c]. quod Matthæus modestiæ causâ reticet. ¶ *Publicani*] Vide Matth. 5. 46 [d]. ¶ *Et peccatores*] i. e. Publicani, vel potiùs, Publicanorum socii, qui ferè provinciales erant [*]; vel, *flagitiosi*, qui publicè erant infames vitiis [f], qui toti deditі sunt peccatis [g]: suprà diximus ità Judæis vocatos esse eos quos ipsi, ob vitæ institutum aut morum impuritatem, non minùs quàm prophanos ἀλλοφύλους detestabantur [h]. Illa nomina, sive denominativa, sive verbalia, quæ in ηλός & ωλός desinunt, habitum ejus rei, quam notant, habentem significant, ut ἀπατηλός, *fraudulentus*, ὑπνηλός, *somnolentus*, σιγηλός, *taciturnus*, φειδωλός, *tenaciter parcus*, ψευδωλός, *mendaciis deditus*, αἰτωλός, *mendicitati deditus*: ità & ἁμαρτωλός, *peccaminosus*, *peccatis deditus* [*]. Al. *Peccatores* hîc vocantur, vel excommunicati à Judæis, Joh. 9. 22, 34. [i]. vel, Legis desertores, qui Gentilibus sponte se associabant [k], qui promiscuè cum quibusvis, etiam Gentilibus, commercium habebant [l]. ¶ *Venientes*] Vel, 1. ultro allecti, tum exemplo Matthæi, tum humanitate Jesu [m]: vel, 2. à Matthæo invitati [n], ut sermonibus Christi converterentur [o].

11. *Videntes*] i.e. *Cùm animadverterent:* neque enim præsentes fuisse videntur. Eodem sensu vox ista sæpe invenitur [p]. ¶ *Discipulis ejus*] Quos petunt, tanquam non satis ad respondendum armatos [q]. ¶ *Quare cum publicanis*, &c?] Contrà quàm fieri oportere legisperiti docebant. Publicanos autem & similis vitæ homines eodem habebant loco quo τοὺς ἀλλοφύλους [r]. Convictus duplex est, 1. ad consuetudinem vitæ & morum: 2. ad conciliationem. Prior vetitus est in Lege; posterior laudatus [†].

12. *Non opus est valentibus* (qui integris sunt viribus [t],) *medico*, &c.] Loquitur Christus ex suppositione, si vos tales estis quales vobis videmini, sanè meæ operæ non indigetis. Sic Antisthenes, cùm objectum illi esset, quòd cum improbis versaretur, *Etiam medici*, inquit, *cum ægrotis*. Et Diogenes rogatus, cùm Lacedæmoniorum laudaret instituta, cur non apud eos viveret; *Medicus*, inquit, *inter sanos non commoratur*. Simile habent Pausanias & Ovid. [vide G.] Pharisæi tam egregii erant pietatis simulatores, ut non aliis tantùm, sed & sibi, imponerent. Vide Luc. 18. 11. Interea animus erat plenus odii, invidiæ, fastûs, avaritiæ, crudelitatis. Adeò verum est faciliùs sanari corporis quàm animi morbos; quia cùm corpus ægrotat, animus morbum intelligens corpori consulit; at animo ægrotanti corpus, quippe brutum, consulere non potest, & animus ipse morbo impeditur quominus morbum intelligat, quem sentire pars aliqua est sanitatis. Vide quæ ad Marc. 2 [v]. ostendit Christus se pro officio versari cum peccatoribus, ut eos sanet [x], eorúmque medicum esse, non socium [y].

13. *Euntes autem discite*] Hebraismus [z], ut Exod. 10. 8. *Ite, servite*, &c. Jud. 10. 14. *Ite, & invocate*, &c. Ità h. l. *Ite & discite* [a]. Ablegat rejicítque à se, jubens ut abeant, & apud se expendant atque discant, quum ab ipso nollent discere [b]. *Profecti discite*] Tale illud Virgilii, *I nunc & verbis virtutem illude superbis*. Discite priùs quid vestri sit officii, quàm velitis me docere quid sit mei [c]. ¶ *Quid est*] i.e. Quid sibi velit hic Scripturæ locus [d]. ¶ *Misericordiam volo & non sacrificium*] Dictum exstat Hos. 6. 6 [*]. Illud, *& non*, non simplicem, sed comparatam, negationem designat [f]; q. d. magis quàm [g], ut liquet ex verbis Hoseæ sequentibus, *& religionem præ holocausto* [h]. Sic Mat. 10. 20. *Non vos* —— *sed Spiritus* — Joan. 7. 16. *Non mea*, &c. i. e. non tam mea, quàm Patris [i]. Notus est apud Rhetores locus de legibus non ex auctorum proposito, sed casu aliquo, inter se pugnantibus. Græci hanc ἀντινομίας speciem vocant τὴν ἐκ περιστάσεως μάχην (*pugnam ex circumstantiis.*) Ad talis controversiæ dijudicationem regulæ quædam tradi solent, quarum præcipua est hæc Ciceronis, *Primùm igitur*, inquit, *leges oportet contendere, considerando utra lex ad majores, h. e. ad utiliores, ad honestiores ac magis necessarias, res pertineat: ex quo conficitur ut si leges duæ, aut si plures, aut quotquot erunt, conservari non possint, quia discrepent inter se, ea maximè conservanda putetur quæ ad maximas res pertinere videatur* [k]. *Sacrificium* hîc Synecdochicè omnem rituum observationem significat [l], quia in eo operum genere sacrificia excellebant. חסד apud Oseam est [m], quod nos *pietatem* vertimus, secundùm Hebræos [n]; & hîc est ἔλεος [o], *beneficentia* [p], vel *benignitas*, sive *benevolentia*, nempe hominis erga proximum [q]. Comprehendit omnia humanitatis officia, sive beneficia, erga proximos, & præcipuè spiritualia, quæ animæ miserias sublevant [r]. Sub priori membro [ἔλεος] comprehenditur peccantem hominem ad bonam frugem revocare; sub altero [θυσία] abstinere à convictu hominum flagitiosorum. Quanquam autem posterius hoc non erat disertè præceptum in Lege Mosis, tamen, cum experientia doceat multos inquinari pravorum consuetudine, neque possint viri graves apertiùs ostendere quantum sibi displiceat vita turpis, quàm si talium hominum congressum conspectúmque defugiant, qui mos, ab antiquissimis seculis deductus, omnes propè gentes pervaserat, non improbat tale institutum Christus, ut alibi apertiùs demonstrabitur, sed comparatis inter se duabus legibus, alterâ naturaliter honestâ, quæ dilectionem & beneficentiam erga quosvis homines à nobis exigit; alterâ rituali, quæ vitare nocentes præcipit, ex Osea docet utra utri præponderare debeat. Docet nos Oseas Dei nomine, pietatem in animo sitam, & humanitatis officia apud Deum multò majoris esse momenti quàm rituum observationem. Causa in promptu est, quia Dei reverentia & vitæ integritas ac beneficentia per se & προηγουμένως (*antecedenter*) Deo probantur; ritualia autem opera ἑπομένως (*consequenter*) duntaxat, quatenus ex instituto, non naturaliter, pietatem testantur: unde sequitur, illa Deo nunquam non placere; hæc verò non aliter nisi illa præcesserint. Rectè igitur Christus colligit ità observandum illud institutum de vitanda familiari consuetudine improborum, ut non negligantur interim occasiones eos reducendi in rectam viam: quamobrem, cùm palàm appareat se vocatum ad eos venire qui spem melioris vitæ facerent, neque alio animo quàm ut Dei fugitivos ad Deum retraheret, iniquissimè id sibi vitio verti. Hinc Paulus Christianos monet *non commisceri iis qui verbo* Evangelii *non obedirent*, 2 Thes. 3. 14. sed, nè quis omnem ad eos aditum indiscriminatim vetitum putaret, adjecit, *non pro hostibus ducendos* (quod facere solebant Judæi) *sed fraternè admonendos*. Nimirum, resoluto illo nexu propiore qui pietatis studiosos inter se colligat, manet commune naturæ humanæ vinculum, & prioris amicitiæ memoria. Bene monet Hierocles, cùm dixisset amicum à nobis separandum διὰ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολὴν (*propter mutationem in deterius*) addidit, ἡ δ' ἀπέχθεια, &c. (*Cavendum tamen nè abjectio illius in inimicitiam vertatur: si enim ille ab amicitia* nostra *se subducat, nos tamen decet diligentiam omnem adhibere, ut revocetur*, &c [†].) ¶ *Non enim veni* (in mundum, à Patre missus [t],) *vocare*,

y G. z Bru. a Bru. b Bru. Mal. Sch. Be. c Sch. sic Bru. d Bru. * Be. f V. g D. sim. Pi. h G. * Sch. i Q. in Bru. k Bru. l T. sim. Bru. m Bru. n Bru. sic Pi. o Pi. p G. q Bru. r G. † Bru. t Bru. v G. x Bru. sim. Pi. y Bru. z Bru. Mal.

a Mal. b Bru. c Pi. d Pi. sim. Bru. * Pi. f G. g Bru. Mal. Pi. Sch. h G. i Mal. k G. l G. sim. Sch. Ham. m G. n M. o G. p M. ex He. G. Pi. q Pi. sic Bru. r Bru. † G. t Bru.

vocare (vel, *ut vocarem*, Pi. i. e. invitarem ad Deum, aut potiùs, cum effectu adducerem; sic enim frequenter Apostolus eâ voce utitur, ut significet id quod primùm operatur gratia Dei in homine à Deo alieno, quò ad salutem adducatur [v]) *justos*, ([vel, 1. verè tales:] sive quia tales non indigent [x]; jam enim vocati & ad Deum conversi atque adducti sunt [y]: sive quia nulli sunt per se justi qui non indigent meo adventu [z]. Vel, 2. qui sibi justi videbantur, quales erant Pharisæi [a]:) *sed peccatores*] i. e. Qui à Deo alieni sunt [b], qui suorum peccatorum sensu vulnerati ad Dei misericordiam confugiunt [c]. Illud, εἰς μετάνοιαν, nec Vulgatus legit, nec Syrus, nec Hieron [d]. nec Æthiopicus [*], nec Evangelium Hebræum; legit autem Arabs [f]. Legitur & in veteribus [Græcis] codicibus [g], & in Chrysostomo [h].

14. *Tunc*, &c.] Calumnia calumniam excipit. ¶ *Discipuli Johannis*] Qui zelo quodam pro magistro suo ducti sunt in invidiam Christi [i]. At Luc. 5. 30. *Pharisæi* accessisse dicuntur. Resp. 1. Johannis Discipuli à Pharisæis summissi erant [k]: neque enim Pharisæi ausi sunt ad Christum accedere, ideóque Discipulos ejus aggressi sunt, v. 11 [l]. 2. Utrique accesserunt [m]. An autem Pharisæi eodem tempore eandem hanc controversiam moverunt, incertum est: quanquam Marcus ista connectit [n]. ¶ *Jejunamus frequenter*; ità Mo. P. Ar. πολλὰ] *Plerumque*, Er. Il. Ti. *Multùm*, Sy. Tre. Be. &c. Neutrum plurale πολλὰ sæpe adverbialiter usurpatur. Xenoph. πολλὰ μὲ ἐπιμελοῦντες πολλὰ δ' ἐξιώμενοι Κῦρον. Sic hoc loco, & Marc. 3. 12. & 5. 10. &c. Et cum articulo, τὰ πολλά, &c. *Sæpe impeditus fui* [o]. Agitur & hîc, ut suprà, non de publicis jejuniis [p], antiquâ lege decretis, Levit. 23. 29. sed de illis, quæ, vel ex magistrorum jussu, vel ex proprio cujusque consilio, statis diebus observabantur [q]; de iis quæ privatim suscipiebantur: quod fiebat à Pharisæis quidem, ob aucupium famæ; à Baptistæ autem Discipulis, ob captivitatem Magistri, pro quo preces apud Deum fundebant. Hoc enim ostendere videtur & ratio temporum, & quæ apud Lucam est δεήσεων mentio [r]. Pharisæos quod spectat, notum est, eos bis jejunâsse unaquâque septimanâ, Luc. 18. 12. [ubi dicenda ζῶ' σῶ' vide] Jejunârunt etiam sæpe eo fine, ut desideria sua assequerentur, (v. g. R. *Josi jejunavit* 80 *jejunia*, & R. *Simeon* ——— 300, *ut viderent R. Chaijah Rubba*,) vel ut mala intentata propellerent; vel ut felicia adipiscerentur insomnia, vel insomnii interpretationem, vel ut malum insomnii omen averterent †. ¶ *Non jejunant*] Supple, *frequenter*, ut præcessit, & extraordinariè [t]; *non solent jejunare*. Nam verbum hoc (vel hujusmodi) ut & alibi, frequentiam actûs significant. Ità Marc. 14. 12. *Quo tempore Pascha* ἔθυον, i. e. *mactare solebant*; & 15. 6. ἀπέλυε, *solebat dimittere*. Lucas pro eodem dixit, *edunt & bibunt*, i. e. vivunt populariter: vide Mat. 11. 18, 19 [v]. In Discipulis Christum ipsum notant, qui singularem præ se tulit sanctimoniam, & doctrinam etiam perfectiorem quàm Johannis aut Pharisæorum adferre voluit videre [x].

15. *Numquid possunt filii*, &c. Οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος] *Filii sponsi*, Er. Mo. Æth. vel, *sponsaliorum*, Ar. vel, *thalami*, Er. Be. Sy. Pers. thalami *nuptialis*, Er. Ti. V. Bru. i. e. Qui versantur cum novo marito, qui intersunt nuptiis [y]; qui intra thalamum admittebantur [z], nempe cum sponso, sicut cum sponsa virgines [z]; sponsi comites, sive socii, Jud. 14. 11. ubi νυμφαγωγοὺς verterunt o'. Sed νυμφαγωγὸς propriè est *auspex*, cui respondet *pronuba*: hîc magis est, ut παρανύμφιοι intelligantur; ὁμήλικες Græcis, *æquales* etiam Latinis, Hebræis posterioribus שושבינין. Johannes dixit ὁ φίλος τοῦ νυμφίου, Joh. 3. 29. quomodo & αἱ παρανυμφίαι virgines, ידידות, i. e. αἱ φίλαι, Psal. 45. 1. & רעות ibid. v. 15. ubi o'. vertunt αἱ πλησίον. Est autem Hebraismus. Sic, apud Oseam, בנים מים sunt *maritimi*, & 1 Mac. 4. 2. υἱοὶ τῆς Ἄκρας, *Acræ custodes* [b]: Sic *filius mortis*, i. e. dignus morte, 2 Sam. 12. 5. vide & Joh. 17. 12. &c, in genere, υἱοὶ dicuntur ad aliquid destinati, alicui addicti, vel adjudicati. Sic & in Homero, Il. φ'. 151. δυστήνων παῖδες, *infelicium eventuum filii* dicuntur qui infelices sunt. Sic Παῖδες Μουσικῶν, Ἰατρῶν, φιλοσόφων, sunt *studiosi Musicæ, Medicinæ, Philosophiæ* [a]. Apud Græcos prior cubitum ibat novus maritus, ad quem deinde nova nupta deducebatur, ut nos docet Epithalamium Helenæ apud Theocritum. Contrà Romæ factum, ex Catullo discimus, *Jam licet venias, marite: Uxor in thalamo est tibi*. Utrum apud Hebræos observatum sit haud facilè dixerim. Narrant Judæi, collocatis in cubili novis conjugibus, hos sodales extra thalamum stetisse, ac deinde in thalamum regressos ad cognoscenda signa illa de quibus agitur Deut. 22. 17. Apud Pollucem invenio, Κλειδοῦχος, &c. (*vocatur autem aliquis amicus sponsi & janitor, qui ad ostium stat & arcet fœminas*, &c.) Hâc autem comparatione Christus, omissis jejuniis Pharisaicis, de quibus egerat antehac, propriè respondet Baptistæ Discipulis, ostendens causam, propter quam ipsi jejunarent, in suos Discipulos nunc quidem non congruere; sed ventura tempora, cùm ipsi quoque, Magistro orbati, non jejunia tantùm, luctûs scilicet signa, sed graviora etiam, tolerarent. Æquum igitur esse, quos tam acerba manerent, eos interim frui brevis gaudii interusurio. Sic obiter Baptistæ Discipulis in mentem revocatur tum ipsius Baptistæ dictum, qui Jesum νυμφίου nomine designaverat; tum locus Ose. 2. 16 [d]. Symbolicè indicat Christus se unicum esse *sponsum* Ecclesiæ juxta Joh. 3. 29. salutis & lætitiæ auctorem, cujus servi erant Moses & Johannes [*]. Meditatione dignum est, Discipulos, præsente Christo, nullam omnino persecutionem passos, absente omnimodam [f]. Qu. Cur non dicit, *jejunare*, sed, *lugere*? non enim de luctu, sed de jejunio, quærebatur. Resp. Genus posuit pro specie & à negatione generis [*luctûs*] ad negationem speciei [jejunii] fortiùs argumentatur. *Lugere* autem hîc non significat plangere, sed tristem esse [g]. *Lugere*, i. e. jejunare, ut vides Marc. 2. 19. Et paulò pòst jejunium vocat *luctum* [h]. Jejunia luctûs signa aut magni periculi, 1 Mac. 3. 17. 47. 2 Mac. 13. 12. 1 Sam. 14. 24. unde Sabbato jejunare religio erat Judæis, quia Sabbatum lætitiæ dicatum. Quare peccatum est à Romanis scriptoribus ignorantiâ moris Judaici, aut certè vox *sabbati*, per abusionem, sumpta pro quovis religioso die, cùm ità scribit Martialis, *Et jejunia sabbatariorum*. Persius autem, *Exercent ubi festa mero pede sabbata Reges*. Nam nudipedalia certum est dies esse jejuniorum. Christiani Judæorum exemplo à jejuniis abstinuerunt diebus Dominicis & totâ Pentecoste, quia totum illud tempus 50 dierum post Pascha, non minùs quàm Dominici dies, consecrati erant memoriæ resurrectionis [i]. ¶ *Cùm auferetur* (raptus à Judæis ad supplicium [k],) *ab eis sponsus*.] Per mortem & assumptionem in cœlos [l]. ¶ *Jejunabunt*] i.e. Lugebunt [m], ac proinde jejunabunt [n]: operibus virtutum luctuosis operam dabunt. Alludit ad veterem morem lugendi mortuos, adhibito jejunio [o]: sæpissimè in luctu erunt, intérque multa incommoda, etiam fame & siti torquebuntur, 1 Cor. 4. 11. 2 Cor. 6. 5. & 11. 27. sed & jejunia sibi indicent, Act. 10. 30. & 13. 2, 3. & 14. 23. 1 Cor. 7. 5. Ostendit autem in sequentibus Christus factum Dei benignitate, nè tanti labores Discipulos suos exciperent adhuc infirmos [p].

16. *Nemo autem immittit*, &c. Ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου] *Indit*, (vel, *Immittit*, Er. Il. Tre. P. Ti. *Adhibet*, Ca. *Assuit*, Er. V. G. nam *pannum assuere* etiam Horatius dixit [q]. Malim ἐπιβάλλειν idem hîc esse quod ἐμβάλλειν, & τὸ ἐπιρράπτειν, quod habet Marcus, vertere, *insuit* [r],) *panniculum novum*, Be. Pi. ῥάκος propriè est vestis detrita & lacera, hîc potiùs materiæ vocabulum, & *pannum* significat, ut idem sit ἐπίβλημα ῥάκους, quod ῥάκος ἐπιβαλλόμενον, i. e. pannus qui parti laceræ inditur †: vel, q. d. *indumentum panniculi*, i. e. additamentum constans panniculo [t]: Al. *panniculum impexum*, P. Al. *assumentum*, (vel, *additamentum*, V. Bru. Mal. *frustum*, Ti. *pittacium*, Ca. *plagulam*, Tertul. in G. ἐπίβλημα est συμβολή, מחברת, Exod. 26. 4 [v]. *immissuram*, vulgò, *peciam* [x]: *commissuram*, Vulg. Sed hæc vox potiùs commissionem ipsam & futuram declarat quàm illud quod insuitur [y]:) *panni rudis*, Er. Ti. G. Ca. i. e. recentis [z], vel,

[v] Idem. [x] Mc. [y] Bru. [z] Me. [a] Be. sim. Me. [b] Bru. [c] Be. [d] Be. Di. [*] Di. in append. [f] Di. [g] Be. [h] Er. [i] Bru [k] Me. ex Mal. [l] Mal. [m] Me. Aug. in Mal. [n] G. [o] Sch. [p] G. [q] Bru. [r] G. † Li. ho. [t] Me. [v] G. [x] Bru. [y] V. [z] G. sic Be. Pi. Scul. [a] Bru. sic Sch. [b] G.

[a] Sch. [d] G. [*] Bru. [f] Li. ho. [g] Mal. [h] V. [i] G. [k] Pi. [l] Bru. [m] Bru. Pi. [n] Pi. [o] Bru. [p] G. [q] G. [r] Be. † Idem. [t] Pi. [v] G. [x] Er. [y] Ec. [z] Er.

vel, *novi*, Tre. vel, *impexi*, sive *impoliti*. V. nunquam interpolati: nam & Jurisconsulti *nova vestimenta* opponunt *interpolis*. Et Lucas, quod hîc est ῥάκ☉ ἄγναφον, dixit ἱμάτιον καινὸν, quomodo & Syrus hîc vertit [a]: ἄγναφον vocat rudem adhuc & recentem [b], qui nondum à fullone pexus sit, & politus [c], & à sordibus purgatus: qui tamen per synecd. catachresticam hîc ponitur pro panno novo, licet pexo: neque enim moris est vestimentis assuere panniculos impexos [d]. ¶ *In vestimentum vetus*] Longo usu detritum & lacerum [*]. ¶ *Tollit*, &c. Αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα αὐτῦ ἀπὸ τῦ ἱματίυ] Τὸ πλήρωμα & nominandi & accusandi casûs esse potest [f]. [Hinc variant:] *Illud enim ipsius* (vel, ipsius à quo inditum est [g]; vel, intellige τῦ ῥάκυς [h].) *supplementum* (πλήρωμα idem quod ἐπίβλημα, illud videlicet quod ad implendam & sarciendam rupturam inditur [i]:) *tollit* (sub. *aliquid*, Be. Il. P. V. G. Pi. Ti. Sch. subauditur τὶ, sicut alibi τινὸς, cùm ἀπὸ sequitur, subaudiri solere infrà ostendemus c.27. v.9. Atque ità hæc omnia accepit Syrus [k]. Vel, sub. *partem vestimenti*, V.) *ex illo vestimento*, Be. Er. &c. Significat hîc πλήρωμα, *commissuram*, sive *juncturam*, *rudis panni cum veste vetere*, Hebræorum exemplo, apud quos מלאים, seu מלאית, dicuntur *commissuræ*, & מלא, *committere*, ut Exod. 25. 7. & 28. 17. cujus originis nomen etiam Syrus tum hîc, tum apud Marcum, posuit. Hebræorum Magistri omne id quod concavitatem implet vocari aiunt מלאת, aut מלאה, aut מלאים. Vocem מלאת, quanquam sensu paulùm diverso, πλήρωμα verterunt etiam LXX, Cant. 5. 12. Dicitur igitur illa commissura *partem vestis abrumpere*, i. e. causam rupturæ dare. Exstat non dissimilis sententia apud Philonem, ubi exponit legem *quæ lanam & linum contexi* vetat, *Non solùm*, inquit, *diversitas consociationem respuit*, ἀλλ' ἡ ἐπικράτεια δατέρυ, &c. (*sed prævalescentia alterius rupturam potiùs efficit quàm conjunctionem* [l].) *Aufert enim id supplementum partem vestis*, Ca. *Ut non auferat plenitudo ejus de illo vestimento*, Sy. in Tre. Regia meliùs [Syrum vertit,] *Nè detrahat supplementum ex illo vestimento*. Vel sic vertas, *Nè attrahat supplementum ejus de ista veste*. Non malè exponit quid sit αἴρει, &c. *tollit de vestimento*, nempe attrahendo ad se: quia cùm fortior sit pannus novus veteri & attrito, rapit iste hujus fila, & scissuram majorem reddit [*]. [Alii aliter:] *Nam ipse* [*panniculus*] *eximeret plenitudinem suam*, Ar. *Nè robore suo trahat illam vestem infirmam*, Pers. *Aufert enim supplementum suum*, id est, quod ipse assuerit vestimento [m]. *Tollit enim* (sub. *commissura panni rudis* [n],) *plenitudinem ejus*, &c. Vulg. Bru. Mal. sic Mo. sive, *suam*, Bru. Πλήρωμα Hebraico idiomate hîc vocat eam vestimenti partem quæ, cùm commissura illi immittitur, adhuc integra est [o]. [Sensus,] Si rudis & nondum detriti panni particulam veteri tritæque assuas, ut laceram vestis partem resarcias, ea particula, quam vesti addideris, erit rigidior quàm vestis, itaque assuta non diu hærebit, sed usu agitata divelletur, & eam vestis partem auferet cui per futuram adhærebit. Ità fiet, ut quam vis obstruere rupturam, eam imperitiâ reddas majorem. Vocat autem *veterem* vestem, tritam: sicut contrà Lucas, 5. 36. *novam* vocat, non tritam, quomodo vulgò loquimur [p]. ¶ *Et pejor scissura* (vel, *ruptura*, Er. Cas.) *fit*] Quod priùs in se videbatur integrum, accessione durioris indumenti rumpitur pejus, &c [q].

17. *Neque mittunt*, (nempe homines,) docti rei vinariæ, i. e. non mittitur [r],) *vinum novum* (i. e. mustum nuper expressum [†],) *in utres veteres*] Loquitur ad Syriæ consuetudinem [t]. Veteres utribus coriaceis pro vasis utebantur [v]. Hinc ἀσκὸς αἴγος, *uter caprinus*, in qualem sanguine plenum Tomyris Cyri caput demersit; ἀσκὸς βοὸς, *pellis bovis*, apud Homerum; & *utres camelorum*, ac *rhinocerotum*, apud Plin. 12. 6, 7. Est autem Polluci quoque ἀσκὸς inter vasa vini conditoria: *vinarii utres*, in Apuleio. Hebræis *vas coriaceum* dicitur *Nebel*, quod LXX vertunt ἀσκὸς, 1 Sam. 1. 24. Solebant autem vinum utribus includere, maximè itinerum causâ [x]. ¶ *Alioquin*, &c.] Ità Be. Ti. Ca. Æth. Sch. Εἰ δὲ μήγε ῥήγνυνται, &c.] *Ut non rumpantur*, &c. Tre. sic Sy. Pers. *Nam rumperentur*, &c. Ar. *Sin minùs*; *rumpuntur*, &c. P. sic Mo. &c. Negativæ particulæ interdum affirmativè intelligendæ sunt. Sic μήποτε, *nè quando*, accipitur quandoque pro εἴποτε, *si quando*, vel, εἰ ἄρα, *si fortè*, Luc. 3. 15. 2 Tim. 2. 25. Sic εἰ δὲ μὴ, *quod si non*, quod subjicitur non solùm affirmativis sententiis, ut Luc. 10. 6. Joh. 14. 2, 11. Apoc. 2. 5, 16. sed etiam negativis, ubi, contra quàm sonant, affirmativè accipiendæ sunt, ut Matt. 6. 1. 2 Cor. 11. 16. & hoc loco, *Quod si non*, h. e. *sin autem*, vel, *quod si*, scilicet infundant vinum novum in utres veteres, *rumpuntur*, &c [y]. novi & adhuc bullientis vini violentiâ [z]. Mustum fervet (*sic vocant*, inquit Plin. *musti in vinum transitum*,) gignitque halituosos spiritus, qui inclusi in liberiorem aerem vi perrumpunt, quod eleganter describitur Job. 32. 19 [a]: ubi forsan *utres novi* dicuntur hi in quibus est vinum novum: continens pro contento [b]. His autem duabus de veste & vino similitudinibus significat quod antè docuerat de nuptias agentibus, scilicet tam ineptum esse Discipulos, ipso adhuc præsente, jejunare (quæ tristitiæ res est, cùm magis lætari debeant) quàm si quis ità vestem resarciat ut dicit, aut vinum novum in veteres utres recondat: Quemadmodum proverbio dicimus, *In lente unguentum*, quo rem significamus absurdam [c]. Docet, indulgentiam, quâ in suos utitur, non esse negligentiæ, sed artificii, quòd nondum pares sunt oneribus istis, rigidæ disciplinæ, jejuniorum, precum extraordinariarum [d], aliisque severioribus vitæ præceptis [*]. Ostendit, haberi humanæ infirmitatis rationem à Deo, qui suos paulatim ad militiam assuefacit, quod & in Apostolis præstitit, quos primùm minis, mox verberibus, exercuit, &c [f]. Docet, genus vivendi ad Discipulorum captum consuetudinemq; accommodandum esse, nec illis, utpote faciliori vivendi rationi assuetis, genus vitæ difficilius prorsùsque dissimile subitò præscribendum [g], nè difficultati succumbant, & à bene cœpto vitæ instituto desistant [h]. Obj. Discipuli novi erant, ideóque veteribus, &c. malè comparantur. Resp. Veteres appellantur, aut propter veterem consuetudinem omnino dissimilem [i], aut propter infirmitatem [k].

18. *Hæc illo loquente*] Nempe de jejunio & panniculo novo, &c. Quæ cùm dicta fuerint in convivio Levi, Luc. 5. 29, 33. & cùm multum temporis intercesserit, plurimæque res gestæ fuerint, inter vocationem Matthæi sive Levi, Marc. 2. 14. Luc. 5. 27. & adventum Jairi, Marc. 5. 22. Luc. 8. 41. in quo hæc dicta sunt, apparet idoneum temporis spatium fuisse inter vocationem & convivium Levi. Hæc quidem tres Evangelistæ, Matt. Marc. & Luc. qui historiam Levi referunt, simul ponunt, ut historiam illam simul pertexerent [l]. Hæ duæ quæstiones v. 11. & 14. non illo die in domo & convivio Levi propositæ sunt, sed alibi, nempe quum Jesus esset juxta mare, Marc. 5. 21. occasione tamen ab hoc convivio sumptâ [m]. ¶ *Ecce*, &c. Ἰδὺ ἄρχων] *Ecce princeps*. V. unus ex Synedrio minore 23virali [n]: *magister*, Camer. *præfectus*, Be. Pi. &c. nempe *synagogæ*, quod addit Lucas, 8. 41 [o]. nomine Jairus, in Marc. & Luc [p]. Archisynagogus, *cujus jussu decernebantur res synagogæ, nempe quis leget Prophetam, quis recitabit Phylacteria, quis transibit coram Arca* [q]. Erat autem hæc primaria apud Judæos dignitas [r]. Notandum est Synagogæ Judaicæ Præpositos fuisse viros spectatæ probitatis, qui vocabantur פרנסים, i. e. ποιμαίνοντες, Chaldaico sermone, & in Itinerario Benjamini, aut etiam רבים, ut Syrus, apud Marcum, posuit, aut כשישים, quod est *congregatores*, aut *disceptatores*, quod in Actis apud Syrum legitur. Hellenistæ hos vocabant ἀρχισυνάγωγυς, Act. 13. 15 [†]. quorum plures ibi erant in uno cœtu [t]. Sed inter eos unus eminebat, eruditionis nomine prælatus cæteris, cujus proprium erat munus Legem interpretari & preces concipere, teste Just. in Tryph. Is Hebræis vocabatur ממנה, aut etiam, רשׁ הקהל, Syriacè ראש כנושתא, Græcè ἄρχων τῆς συναγωγῆς, quam vocem hîc Syrus retinuit, & κατ' ἐξοχὴν, ὁ ἀρχισυνάγωγος, Luc. 13. 14. Philoni, ὁ ἱερεὺς, interdum etiam ὁ πρεσβύτατ☉, cui tribuit τὰ μὴ γνώριμα, &c. (*Abstrusiora S. Scripturæ explicare, disserere, & hymnum præcinere.*) Talis fuit Jairus iste Caphernaumi, ubi unam duntaxat Synagogam fuisse arbitror. Quare nihil necesse est hîc τὶς subaudiri [v], (quod tamen exprimitur in tribus vetustis exemplaribus; in 4 etiam exemplaribus scribitur εἷς, unde Vulg. hîc habet, *unus* [x],) cùm unus duntaxat ἄρχων fuerit, quamvis ille idem esset, ut Marcus loquitur, εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων.

Non

Marginal notes, column 271: [a] G. [b] Pi. [c] Pi. sim. Er. Be. Bru. [d] Pi. [*] Bru. [f] Mal. [g] Be. [h] G. [i] Be. sim. V. Ca. [k] G. [l] Idem. [*] Li. [m] V. [n] Bru. Mal. [o] Iidem. [p] Ca. [q] M. [r] Bru. [†] Ga. adv. cap. 28. p.296. [t] Ca. [v] Scul. ex. 2.52. sim. Ca. Bru. [x] Scul. ib.

Marginal notes, column 272: [y] Glas. gram. 3.7. 5.595. [z] Bru. [a] Scul. ib. [b] G. [c] Ca. [d] Bru. [*] Zeg. [f] Be. [g] Mal. ex Euthym. & Th. [h] Mal. ex Euthym. & Th. sim. M. Zeg. Bru. &c. [i] Mal. [k] Euthym. in Mal. sim. Bru. [l] Li. chron. p. 21. [m] Sch. [n] Ham. [o] G. sic Be. Camer. Pi. [p] Pi. [q] Li. ho [r] Bru. [†] G. [t] G. sim. Bru. [v] G. [x] Be.

Non erant autem isti Archisynagogi Sacerdotes: nam Sacerdotum opera Templo erat assignata; isti in suis urbibus morabantur. Quin &, diruto Templo, mansit ordinum discrimen. Constantinus in lege quæ exstat Cod. Theod. titulo De Judæis, *Hieros & Archisynagogos & patres synagogarum*, ubi *patres* sunt quos dixi פרנסים. Epiphan. nominat ἀρχισυναγώγες, ἱερέας, πρεσβυτέρες, &c, de quibus infrà dicetur, ἀζανίτας. Idem Epiphan. alibi ait Ebionitis suos fuisse πρεσβυτέρες καὶ ἀρχισυναγώγες. Et Severum Imp. quòd Judaismo favere crederetur, legimus convitio *Archisynagogum & Archierea* fuisse appellatum[y]. ¶ *Adorabat*] Non tanquam Deum, sed tanquam virum Dei eximium[z]. ¶ *Modò*, &c. Ἄρτι ἐτελεύτησεν] *Modò* (vel, *Nuper*, Ar.) *obiit*, Be. sim. Er. Il. Mo. Pi. G. &c. [Alii aliter:] *Propè defuncta est*. Ἄρτι significat *vicinum*, &c, *quod brevi futurum est*, teste Phavorino. Non fuisse omnino mortuam, patet ex locis parallelis[*]. *Hæc moriebatur*, Luc. 8. 42. *In extremis est*, Marc. 5. 23[a]. h. e. In agone est, jamjam exspiratura est. Quomodo hæc conveniunt[b]? Resp. 1. Eam jam mortuam esse conjecit, aut dolor orationem ejus exaggeravit[c]. 2. Utrumque dixit, initiò, *in extremis est*, deinde, *mortua est*, quod familiares postea venientes nunciabant[d]. Matthæus, qui studio brevitatis omittit id quod Marcus & Lucas narrant, (hi enim accuratiores sunt in Historiis recensendis, Matthæus, in verbis Domini:) jam proficiscentibus Jesu & Archisynagogo, nunciatam fuisse ejus mortem, in ipso exordio ponit, quod in progressu factum est. Nec enim verisimile est, primo accessu tantam fuisse ejus fidem, ut crederet vitæ ab Jesu restitui posse filiam mortuam, cui, allato mortis filiæ nuncio, animus à Christo addendus fuit ut crederet, Marc. 5. 36. Postea verò rogavit id quod hîc refertur, si non verbis, at desiderio, & actionibus, &c[†]. 3. Ἄρτι non semper exactum tempus, sed sæpe præsens, significat, εἰς τὸ παρόν, ut interp. Græci Scholiastæ. Sic Sophocles, Ἔνδον γὰρ ἀνὴρ ἄρτι τυγχάνει, (*Vir enim jam intus est.*) Similiter Philostratus. Atque ità plerumque in his Libris sumitur, ut Matt. 3. 15. & 26. 53. Joh. 9. 19, 25. & 13. 7. & hinc ἀπ' ἄρτι, *deinceps*, & ἕως ἄρτι, *hactenus*, passim occurrunt. Ità & h. l. Non enim hoc significat Jairus, multum parùmve temporis effluxisse ex quo mortua sit filia, sed hoc ipso tempore, cùm Christum compellaret, non dubitare se quin exspirâsset, idque ideo quia jam [eam] animam agentem reliquerat. Cui convenit, quòd colloquenti cum Christo supervenit nuncius, pro certo affirmans, quod ille ex conjectura dixerat, filiam scilicet exspirâsse, ut Lucas ait. ¶ *Impone manum*, &c.] Notum erat Judæis, solere Deum Prophetis hunc exhibere honorem, ut in alios dona sua conferret ad Prophetarum preces, quarum symbolum erat manuum impositio. Ità Moses Josuæ jussus erat manus imponere, ut ille eâ ratione ad Mosis preces Divini Spiritûs augmenta acciperet, Num. 27, 18, 20. Et Naaman invocationem Dei conjungit cum manuum impositione, 2 Reg. 5. 11. Propriè manuum impositio designat efficaciam Divinæ potentiæ. Nam, *manum extendere*, de Deo ità usurpatur Act. 4. 30. Ideo quia per preces Divina potentia pro altero invocabatur, usitata erat cum precibus manuum impositio. Vide quæ infrà 19. 15[f]. Impositio manûs attentam voluntatis affectionem indicat, & potestatem significat imponentis. Vide Luc. 4. 40[g]. Videtur autem Jairus minùs præclarè de Christo sensisse quàm alii, qui solo contactu (aut quàm Centurio, qui solo jussu[h],) sanitatem à Christo sperabant, quam Jairus, ut credibile est, arbitrabatur ab Jesu non nisi precibus posse præstari[i].

20. *Mulier quæ*, &c. Αἱμοῤῥοοῦσα] *Sanguiflua*, Mo. *Sanguinis profluvio laborans*, Be. Il. P. &c. Morbus vocatur αἱμοῤῥοΐς, vel αἱμοῤῥαγία. Hæc, teste Galeno, est, *copiosa sanguinis effusio*; illa, *cùm sanguis dissultando ac paulatim exit*. Idem, *Hæmorrhois est dilatatio vasorum sedem contexentium*[k]. Erat hæc hæmorrhoissa, non à venarum hæmorrhoidalium, quæ sedem perreptant, defluxu; non enim tanti momenti fluxus est, nec tam assuetus mulieribus, nec tam importunus, sed ab utero, ob cujus fluxus, morbos, eósque graves, contingere narrant Hippoc. Aphor. 57. 5. & Galen[l]. Significatur h. l. fluxus muliebris, in sanis menstruus; in hac perpetuus[m]. Laborabat infirmitate internâ membrorum vitalium, ità ut alimentum propè omne converteretur in sanguinem ineptum ad nutritionem, quem nativa virtus non posset in venas digerere; itaque effluere cogebatur per partes secretiores. Fœdus & pudendus morbus[n]. Fluxus hic feminis erat, qui honestiori vocabulo *fluxus sanguinis* vocatur[o]. ¶ *Duodecim annos*, Δώδεκα ἔτη] Subauditur κατὰ, *per*. Fuit ergò morbus pertinax[p], inveteratus[q], & incurabilis[r]; infirmitate velut in naturam versâ: id quod ad miraculi exaggerationem facit[†]. ¶ *Accessit retrò*, Ὄπισθεν] *A tergo*, Be. Pi. Bru. quasi clam Domino[t], partim ex pudore[v], ob morbi fœditatem[x]; partim ex metu[y], nè à turba, cui se admiscuerat, abjiceretur, quippe lege immunda & contagiosa, Levit. 15. v. 25[z]. ¶ *Tetigit*] Quòd Christus hoc passus est, nihil fecit contra Legem, ut suprà de factis similibus dictum est: quanquam & illud addi potest ex Tertul. Legis interdicto contineri profluvium solenne ex officio naturæ, non ex vitio valetudinis[a]. ¶ *Fimbriam*, &c. ità Er. Be. Il. Sy. Ar. &c. Κρασπέδου, &c.] *Oram*, Ca. Bru. *Extremitatem*, Tre. Bru. *Laciniam*, Pers. Videri potest & huc spectare Mal. 4. 2. *Sanatio* בכנפיה, *in fimbriis ejus*. Nam Deut. 22. 12. כנפות Lxx vertunt κράσπεδον. Et Syrus infrà 14. 36. vocem κρασπέδου vertit כנפא. Videntur autem & hîc, & Matt. 14. 36. & 23. 5. κρασπέδου nomine synecdochicè intelligi filamenta illa ἐν τοῖς κρασπέδοις quæ ציצית Hebræi vocant, ut & Zac. 8. 23. ubi in Heb. est כנף, in Græco, κρασπέδου. Sic Deut. 22. 12. pro Heb. גדלים, quod *filamenta* significat, Chald. posuit כרוספדין, quæ vox est ipsa Græca κράσπεδον. Erat autem hæc pecularis nota sanctimoniæ Israeliticæ[b]. Cæterùm non respexisse hanc mulierem ad legales illas fimbrias, nec in eis fiduciam posuisse, patet ex vers. seq. ubi *vestimentum* tantùm memorat[c].

21. *Si tetigero*, &c.] Quamvis vestimentum Christi neque naturâ suâ, neque Divinâ institutione, valeret ad morbos pellendos, non tamen superstitiosè, sed religiosè, hoc dixit mulier[d]. Cùm Christus miracula patrâsset manuum impositione aut attactu, mulier, non tam manibus Christi illa tribuens, quàm Deo, confisa est non minùs id Deum facturum, si contingeret, &c[*]. Videtur hæc fœmina partim rectè, partim non rectè, de Christo sensisse. Rectè, quòd Christum totum, quantus esset, plenum esse intelligeret Divinæ virtutis; & quemadmodum unguentum, fusum in caput Sacerdotis, ad imas usque vestimenti oras defluebat, ità ab ipso undique vim mirificam emanare. Non rectè, quòd hanc emanationem putaret naturalem magis esse quàm arbitrii ac dispensationis Christi ipsius; sicut Philosophi multi dicebant Deum omnia agere *naturâ*, *non electione*, quos solidè refutat Scriptor Responsionum ad Græcos. Hinc spem aliquam conceperat, sanitatem se posse ab ipso furtim subducere[f].

22. *Conversus*] Et conquestus quòd ab aliquo esset tactus, &c. ut addunt Marcus & Lucas[g]. Vertit se, quasi ignoraret & quæreret, quis ipsum tetigit, &c. Quod ideo fecit, ut mulier videns se latere non posse, proderet sese, & miraculum referret[h]. ¶ *Confide*, &c. Θάρσει, &c.] *Bono esto animo*, &c. G. Er. Zeg. Bru. Solent enim trepidare qui clàm aliquid agunt, timentes nè deprehendantur, sicut hæc mulier, quæ verebatur nè Christus contactum suum ut impurum declinaret. At Christus simul errorem ipsius corrigens, & tamen quid in ea probandum esset ostendens, significat, non contactum, sed insignem illam de Divina potentia persuasionem, ipsi ad sanitatem profuturam: quod præsagium fuit, ut aliquoties jam diximus, veniæ delictorum & salutis æternæ consequendæ per obedientem in Deum & Christum ejus fiduciam: unde etiam factum est ut hoc Christi effatum frequens esset in ore Christianorum, quod etiam Celsus Christianis objecit quasi signum animi non rationibus fulti, sed cæco quodam assensu occupati. Huic duobus locis respondens Origenes, fatetur doctrinam Christi simpliciter traditam, ut quæ salutifera esse deberet non hominibus tantùm studio literarum vacantibus, sed quibusvis de plebe, etiam maximè occupatis, à quibus iniquum esset exigere disputandi subtilitatem: Interim verò istam συγκατάθεσιν, sive πίστιν, niti certissimis argumentis, hinc Dei potentiâ, indè virorum optimorum consentiente testimonio. Clemens autem, idem dictum explicans, rectè monet, *non simpliciter & quomodocunque*

[y] G. [z] Bru. [*] Kn. [a] Mal. Bru. Pi. &c. [b] Pi. [c] Mal. ex Euthym. & Th. [d] Mal. [†] Bru. [f] G. [g] Bru. [h] Idem. [i] G. [k] Gua. [l] Ader de morbis Evang. 12. in append. Crit. pag. 3686. [m] Be. sim. Pi.

[n] Bru. [o] Chrys. & Th. in Mal. [p] Pi. [q] Me. [r] Bru. Mal. Me. Pi. [†] Bru. [t] Sch. [v] Sch. ex Bru. [x] Bru. Pi. [y] Sch. ex Bru. [z] Bru. [a] G. ad v. 21. [b] G. [c] Bru. [d] Me. [*] Bru. [f] G. [g] Pi. [h] Mal. Me.

dicunque credentes salvari, sed eos demum qui pia opera (datâ scilicet occasione) fidei adjunxerint, h. e. eos qui fidem habuerint vivam atque efficacem. De Pythagora Iamblichus, Ἐπῆγε δ' αὐτῷ, &c. (*Inerat ei ex pietate etiam fides de diis: semper enim monuit, nihil de diis tanquam mirabile diffidendum, nec de Divinis dogmatibus; siquidem dii omnia possunt.*) Vide Dan. 6. 23 [i]. *Fides tua*, quâ scilicet credidisti me sanaturum te, ut qui sim Christus, de quo Deus prædixit ejusmodi sanationes [k]. ¶ *Ex illa hora*] i. e. Momento quo tetigit, &c [l]. Duo, inquit Euseb. vidi Paneade ænea simulacra, quæ ferunt ab hac muliere posita in rei monumentum, &c. Huic narrationi repugnat, quòd hæc mulier *omnes facultates suas* antea *erogâsse* dicitur in Marc. & Luc [m].

[i] G. [k] Pi. [l] Bru. [m] Dal. in Wal.

23. *Vidisset tibicines*, Αὐλητὰς] Qui adhibebantur in luctu [n], cantum lugubria [o]. Θρηνωδοὺς videlicet & ὠλοαυλοὺς [p]. In luctu enim erat ὠλοαυλία, sive unius tibiæ tristis concentus [q]. Apud veteres αὐλὸς fuit θρηνητικὸν ὄργανον· nam mortuos deflebant πρὸς τὸν αὐλὸν, teste Luciano; Lyrâ autem non nisi in rebus lætis utebantur, teste Sophocle [r]. [Verba vide in Cas.] Tibiarum usus erat, tum in nuptiis, tum in funeribus puerorum atque puellarum. Talmud, *Tibiæ adhibentur ad exhilarandum sponsum & sponsam, aut ad plangendum mortuum* †. Quia innupta hæc erat puella, tibiæ, quas in nuptiis habitura fuerat, de more gentis ad funus adhibentur [t]. Sed moris ejus alium Authorem non habeo [v]. Tibias in luctu usitatas apud Judæos docet nos Joseph. Bel. Jud. c. 3. 15 [x]. *Etiam pauperrimus inter Israelitas*, uxore mortuâ, *præbebit ei non minùs quàm duas tibias & unam lamentatricem*, Chetubboth, c. 4. hal. 6. Idem & Maimon. scribit [y]. Hunc morem acceperunt Judæi à Gentilibus [z]. Homerus, Hectoris cadavere allato, affuisse ait ἀοιδοὺς (qui hîc αὐληταὶ) θρήνων ἐξάρχους. Apud Romanos erant tibicines, qui tecto capite sanabant, Valer. Max. 2. 5. Cicero de Clodii funere, *sine tibia, sine cantu* [a]. Ovid. Fastorum 4. *Cantabat mœstis tibia funeribus* [b]. Petronius Arbiter, de ægroto desperatæ salutis, *Licèt*, inquit, *ad tibicines mittas*. Hi Apuleio dicti *monumentarii choraulæ*, Græcis τυμβαῦλοι [c]. Puto autem falli eos qui à profanis gentibus morem hunc ad Hebræos putant deductum. Rectè enim ab aliis demonstratum est, exstare in antiquissimis Hebræorum scriptis ejus moris vestigia: sicut & præficarum mentio est Jerem. cap. 9. vers. 17. neque verò in lege ulla ejus rei interdictio invenitur. Denique tota pompa funeralis non novitium erat inventum, sed Abrahami, If. Jaac. Jos. exemplo, nitebatur. Quo convincitur Taciti error putantis curam corporis, moremque condendi magis quàm cremandi, ab Ægyptiis ad Judæos pervenisse. Apparet enim ex S. S. multò antè quàm Hebræi in Ægyptum immigrâssent, eundem morem ab ipsorum majoribus usurpatum. Vero autem simile est ritus funerales, præsertim verò humandorum corporum morem (qui apud omnes gentes crematione est antiquior) originem habere à primis post diluvium temporibus, ad detestationem τῆς ἀνθρωποφαγίας, quæ inter cætera extremæ feritatis scelera pristinum orbem invaserat. Nam & ejus rei famam ad Græcos manâsse ostendunt versus Moschionis, [quos vide in G.] Sic & luctus septemdialis, cujus mentio est Gen. 50. 10. & Sirach. 22. 12. & apud Josephum, fine sexti & libro 17. Originum, apud Judæos mansit, non ex lege ulla, sed ex antiqua, & lege non vetita, consuetudine. Quin & apud Josephum, ejusdem moris ad ultima usque tempora servati memoria est, & apud Clem. Strom. 4. Sed nè hoc quidem peculiare fuisse Judæis, sed aliis quoque gentibus usurpatum discimus ex Marcellin. l. 19. [Verba vide in G.] His adde quæ infrà dicentur 11. 17. Tibiam tamen non antiquissimis temporibus, sed seriùs, adhibitam funeribus notat Plutarchus, libro περὶ τοῦ Εἶ. At idem, aut quisquis est Auctor libri de Musica, ait, Ὄλυμπον ἐπὶ τῷ Πύθωνι ἐπικήδειον αὐλῆσαι Λυδιςί. (*Olympum de Pythone epicedium cecinisse more Lydico* [d].) Multi quidem ritus in V. T. usitati erant in funeribus mortuorum, quales, *carnem lacerare, capillos radere*, &c. Jer. 16. 6, 7. Ezec. 24. v. 17. Erant insuper & cantica lugubria, Jerem. 9. 17. & 22. 18. & 34. 5. Amos. 5. 16. sed quæ voce, non instrumentis, peracta sunt, ut refert Schickardus de Jure Regis, p. 162. Instrumentorum autem Musicorum in funeribus nulla est in V. T. mentio: quin ex adverso, usus Musicæ in luctu memoratur inter importuna, Ecclus, 22. 6 *. *Majoris ætatis funera ad tubam proferebantur, minoris ad tibiam*, inquit Servius ad Virgilium. Idémque testatur Statius, *Tibia cui teneros suetum producere manes*, &c. Hæc autem vocatur *puellula*, Marc. 5. 23. simil. Luc. 8. 42 †. ¶ *Et turbam tumultuantem*] Ità Er. Be. Il. Sy. P. Multitudinem cognatorum & cognatarum [f], vel domesticorum [g], deplorantium mortem immaturam puellæ [h]. Concurrebant autem, vel, 1. ut ederent & biberent; nam adhibitæ tunc temporis quædam epulæ: Hieros. Berachoth, fol. 6. 1. *Decem pocula ebibunt in domo luctûs*, &c [i]. Vel, 2. ut defunctæ parentes consolarentur [k]. Vel, 3. ut funus prosequerentur [l], ut munus suum charitatis & vicinitatis præstarent: nam summi officii esse arbitrabantur, mortuos plangere, curare funus, feretro subire, &c. quod idcirco peculiari sensu præ omnibus aliis charitatis demonstrationibus *retributionem*, vel *exhibitionem misericordiarum*, vocant [m]. Hæc notat Evangelista, ut eam verè mortuam esse probet [n].

[t] D. [t] Theoph. in Mal. [v] Mal. [x] G. Scul. [y] Li ho. [z] Eru. sim. Mal. T. Scul. Sch. [a] Scul. ex 2. 55. [b] Me. [c] Ham. [d] G. [n] Ca. [o] Pi. [p] Be. [q] Sch. ex Camer. [r] Cas.

* Ham † Kn. [f] Bru. [g] Me. [h] Bru. sim. Me. Ti. Pi. [i] Li. ho. [k] Me. [l] Me. sim. Be. [m] Li ho. [n] Mal.

24. *Recedite*, ità Sy. Pi. &c. Ἀναχωρεῖτε] *Secedite*, V. Tre. Be. Il. Ti. *Discedite*, Ca. *Procul este*, Pers. q. d. A luctu desistite [o]. Qu. Cur jubet turbam recedere? Resp. Causa indicatur Marc. 5. 43. & Luc. 8. 56. ubi Christus parentibus præcipit, ne quis id sciret. Ideo turbam excludit, quæ continere secretum nescit [p]. ¶ *Non est mortua puella, sed dormit*] Hoc dicit, vel, 1. ironicè, occurrens hoc miraculum calumniaturis, quasi sopitam tantùm excitasset [q]. Vel, 2. *non mortua*, nempe eo modo quo vos putatis, scilicet ut maneat in morte [r]: dicit eam *dormire*, vel, quia tam facilè poterat illam à morte, quàm à somno, excitare †: vel, quia mox excitanda erat [t]. Vel, 3. *non mortua erat*, nempe in oculis ipsius. Secundùm naturam mortua erat, sibi ipsi mortua erat, parentibus, turbæ [v]; non autem Christo [x], cui omnia vivunt, à quo suscitanda erat [y]. Ἐυφημισμὸς est, qualis ille apud Antiphanem, Οὐ γὰρ τεθνᾶσιν, &c. (*Non enim mortui sunt, sed eâdem viâ, quâ omnes ire necesse est, præcesserunt.*) Καθεύδει ἐυδαίμων (*Dormivit beatus*) inquit Menander de mortuo [z]. Ambiguè loquitur Christus, ut deluderet turbam, quam noluit miraculum divulgare [a]. Hæ autem locutiones, ut & quòd mortuos μάκαρας, (*beatos*,) aut μακαρίτας, vocabant, & quod Tertul. apud Romanos antiquitus usurpatum scribit, *Abiit, & reverti debet*, vestigia esse videntur antiquissimæ traditionis, opposita Sadducæis, quorum sententiæ favisse videtur Jairi domus [b].

[o] Bru. [p] Me. ex Mal. [q] Be. [r] T. ex Mal. † Me. [t] Be. [v] Bru. [x] Bru. sim. Pi. [y] Bru. [z] G. [a] Mal. [b] G.

25. *Et*, &c, Ὅτε δὲ ἐξεβλήθη, &c] *Cùm autem fuisset ejecta turba*] Nempe è cubiculo in quo erat cadaver puellæ. Non adhibit arbitros, vel ad vitandam pompam & inanem gloriam [c]; vel ad declinandam Pharisæorum invidiam, &c [d]. Ἐκβάλλω, quod sæpe sign. *per vim expellere*, interdum sign. tantùm, *emittere*, vel *educere*, ut infrà 38. Matth. 12. 20, 35. & 13. 52. &c *. ¶ *Tenuit*, &c. Ἐκράτησε, &c. *Prehendit*, vel *Apprehendit, manum ejus*] Vox propriè sign. *vi adhibitâ* aliquid *retinere*, ut cùm reluctantem trahimus. Hîc autem & alibi sæpe valet ἅπτεσθαι *prehendere*, vel *tangere*, Marc. autem 7. 3, 4. pro *retinere*, & quippiam *studiosè observare*, accipitur [f]. Κρατεῖν τῆς χειρὸς, est etiam, *manu ducere*, aut, *sustentare*, ut apud LXX, Esa. 41. 13. & 45. 1 [g]. Significat autem manûs apprehensio, tum studiosam voluntatem & intentionem id efficiendi quod præ manibus est, tum efficacitatem adhibitam, tum & vivificandi virtutem in ipso sitam, juxta illud, Joh. 5. 21. vide suprà c. 8. 15 [h]. Solo verbo suscitare poterat, sed manum tenuit, quia à patre rogatus fuit, ut manum illi imponeret [i]. *Tetigit manum*, sicut solemus facere cùm aliquem ex somno excitamus. Ità demonstravit Christus non minùs Deo in proclivi esse mortuos in vitam revocare, quàm expergefacere dormientes [k]: quod ad fidem nostram confirmandam maximi erat momenti. Nihil autem hâc contactione Christum in Legem deliquisse apparet ex dictis ad cap. 8 [l].

[c] Eru. [d] Mal. * Ham. [f] Be. [g] G. [h] Bru. [i] Mal. [k] G. sim. Mal. [l] G.

27. *Clamantes*] Clamorem sanitatis amor exprimebat & ardor fiduciæ: ex rumore enim spem conceperant, &c. ¶ *Fili David*] Ille Davidi promisse, & à nobis hactenus, & inprimis hoc tempore, (vide Luc. 3. 15. Joh. 4. 25.) expectate Salvator [m]. Periphrasis Messiæ seu Christi [n]. *Fili David*, de quo prædictum

[m] Bru. [n] Pi. sim. Bru.

dictum est, quod *cæcorum oculos aperiret*, &c. Esa. 35. v. 5. & 42. 7 *. Idem valent *Filius David* & *Christus*, ut apparet infra 12. 23. Frequentiora & majora veteribus exemplis miracula jam hoc effecerant, ut à quibusdam Jesus non Propheta tantùm, sed prômissus ille Messias crederetur. Vide Joh. 7. 31 [o].

28. *Cùm autem venisset domum*] Nempe suam, in Capharnaum [p], ex collat. Marc. 6. 1. *venit in patriam suam*, i.e. urbem Capharnaum [q]. Notant JC[ti] Romani, *domum alicujus dici etsi quis in aliena domo habitet*, *sive in conducto*, *sive gratuitò* [r]. Qu. Cur non in via curavit? Resp. 1. Ut secretiùs domi curaret †. 2. Ut eorum fidem & perseverantiam experiretur [t]. ¶ *Creditis —— quia* (vel, *quòd*, Er. &c.) *hoc possum facere?*] Non dicit, *impetrare*, sed, *facere*, meâ scilicet virtute. Fidem ergò exigit Divinæ suæ virtutis & potentiæ, non autem de particulari tantùm potentiæ exsertatione [v]. Vide dicta ad Matth. 8 [x].

29. *Secundùm fidem*, &c.] Si creditis me id posse, fiat [y].

30. *Aperti sunt oculi*] Id est, viderunt: antea aperti erant, sed clausi esse dicebantur, quia non magis videbant quàm si clausi essent [z]. Hebraismus est significans facultatem utendi instrumento sensûs. Vide Marc. 7. 34. ubi de auribus dicitur, ut h. l. de oculis. Vide Psalm. 146. 8. cujus hîc complementum [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐνεβριμήσατο αὐτοῖς] *Et comminatus* (vel, *interminatus*, Er. Il. P. Ti. *graviter interminatus*, Be. Pi. Bru.) *est illis*, Mo. sic Æth. Ca. vel, *præcepit illis*, Ar. *inhibuit eis*, Tre. *objurgavit eos*, Sy. A βρέμειν, *fremere*, ortum videtur βριμάζω, vel βριμάω, indéque ἐμβριμάομαι [b], quod plus est quàm ἐπιτιμᾶν, & significat, *additâ increpatione & cum fremitu aliquid edicere* [c]; vel, *acriter ac velut iracundè comminari cùm austeritate* [d]. Hîc autem significat tantùm *graviter & seriò præcipere* *. Ἐμβριμῆσαι in Phavorino est, *injungere*, *mandare*, *pro imperio statuere*; & ἐμβριμώμενος est, *cum austeritate & ira præcipiens*: in Hesychio est, *præcipiens cum comminatione* [f]: Suidas explicat, *cum austeritate interdixit*, quod huic loco convenit, non item reliquis locis, ubi de Christo usurpatur [g]. Verbum hoc modò sumitur ἀπειλητικῶς [h], ut h. l. & Marc. 1. 43. & 14. c. 5 [i]. pro, *severè interminari*; modò αὐτοπαθῶς [k], sive neutraliter [l], ut Joh. 11. 33, 38 [m]. pro, *fremere* apud se, & vehementer in animo, & quasi cum fremitu atque indignatione, commoveri [n]. Ideo autem comminatus est, quòd jam multi præceptum hoc transgressi sunt, & ut significaret, verè & sincerè se non tenere inanis gloriæ desiderio [o].

31. *Diffamaverunt eum*; ità Mo. Διεφήμισαν αὐτὸν] *Divulgaverunt* (vel, *Sparserunt*, Sy. Pers. Be. Pi.) *eum*, P. Ca. vel, *hoc*, Ar. vel, *famam ejus*, Tre. Er. Il. Ti. Be. V. *Famâ percelebraverunt eum*, V. *Famam de ipso dissipaverunt*, Camer.

32. *Obtulerunt*] Sub. *offerentes*. Verbum sine supposito, Hebræorum more. Eadem hæc historia, quæ Luc. 11. v. 14. quia eædem utrobique circumstantiæ [p]. ¶ *Mutum*, &c. Κωφὸν, δαιμονιζόμενον] *Mutum dæmoniacum*, Er. Il. B. &c. *Mutum*, *dæmoniacum*, Mo. vel, *furiosum*, Ca. vel, *in quo erat dæmonium*, Sy. Ar. Tre. Ipsum dæmonium, Luc. 11. 14. *mutum* appellatur ab effectu, quia hominem efficiebat mutum [q]. Κωφὸς *surdum* potiùs quàm *mutum* significat, quanquam hæc duo conjuncta sint, ut scilicet qui surdi sint à nativitate, etiam muti sint, cùm discere nunquam potuerint quomodo voces formandæ sunt [r].

33. *Ejecto Dæmone*] Scil. Christi imperio. Cùm nec linguæ esset compos ut salutem postulare, nec mentis ut optare, posset, non ab eo quidquam Salvator requirit, sed fidei offerentium intuitu sanat eum †. ¶ *Nunquam apparuit sic*; ità Er. Mo. vel, *tale quid*, Sy. Ar. Ti. sic Il. Be. P. Pi. Οὐδέποτε ἐφάνη οὕτως] Subauditur τι, ut suprà quoque, ac præterea, γινόμενον. Sic & Marc. v. 2. v. 12. [t] *Nunquam fuit visum hujusmodi*, Tre. sim. Æth. *Ab antiquo tempore hujusmodi quispiam ortus non est*, Pers. *Nemo unquam sese ità ostendit*, vel, *Nihil unquam ità apparuit*, Camer. Non ad peculiare illud miraculum tunc editum tantùm referri hæc videntur, sed ad omnia. Perpende quot [facta] uno isto die, imò tempore pomeridiano. Curatio hæmorroussæ, cæcorum, &c [v]. Sensus est, Tot signa, tam admirabilia, tam celeriter, neque contactu tantùm, sed & verbo, & in omni morborum genere, à nemine antehac edita, nè à Mose quidem [x]. Locutio eadem Jud. 19. v. 30 [y].

34. *Pharisæi*] Livore sive invidiâ cæci [z]: rem inficiari non poterant, modum, quo facta est, malitiosè calumniantur [a]. ¶ *In principe* (vel, *Per principem*, Pi. Bru. Be. &c. ἐν, pro, ἐν χειρὶ, (*in manu*,) ut suprà quoque admonuimus [b]) *dæmoniorum*] Id est, Ope summi, sive primarii, Dæmonis: non Divinâ virtute, sed arte magicâ, hoc efficit. Præsunt inter Dæmones alii aliis, & unus omnibus [c]. Ut caput est electorum, nempe Christus; ità etiam impurorum spirituum caput est qui vocatur *Diabolus*, Matth. 25. 41. ubi ab Angelis suis distinguitur, & *Satan*, & *Tentator*, & *Beelzebub* [d], & *Princeps mundi* *. Nomen etiam *principatuum* & *potestatum* tribuitur Regno tenebrarum, Colos. 2. 15 [f]. De hujus loci sensu agemus infrà 12. 24 [g].

35. *Omnes civitates*] Regionis in qua tunc erat [h], h. e. Galilææ [i]. ¶ *Et castella*, &c. Καὶ τὰς κώμας, &c.] *Ac vicos*, sive pagos, *docens in synagogis eorum*, Be. V. Pi. Erant quidem plerumque in urbibus tantùm synagogæ, ad quas conveniebant omnes qui in earum urbium erant territorio, οἱ τῆς περιοικίας. Cæterùm in vicis quoque majoribus ac frequentioribus aliquas constitutas ex hoc loco videtur posse colligi. Sic etiam primis Christianismi temporibus fieri solebat, *omnium per urbes & agros habitantium conventus*. Et Cenchreis, qui portus erat Corinthiorum, Ecclesia fuit jam Pauli tempore [k]. ¶ *Et prædicans*, &c.] Differunt in usu N. T. διδάσκειν, *docere*, & κηρύσσειν, *prædicare*: hoc idem est quod εὐαγγελίζεσθαι, & μαθητεύειν, & significat novam aliquam doctrinam propalare; illud est, eos qui doctrinam illam sunt amplexi ampliùs erudire. Vide Act. 5. 42. & 15. v. 35. Pariter differunt *Doctor* & *Evangelista*; necnon, *verbum* & *doctrina*, 1 Tim. 5. 17. illud infideles spectat, Matth. 13. 19. Act. 4. 4. hæc fideles [l]. ¶ *Omnem languorem*; ità Pi. &c. Μαλακίαν] *Infirmitatem*, V. Er. Notant Grammatici, in morbis, propriè de mulieribus, dici μαλακίζεσθαι; de viris, ἀσθενεῖν [m]. De nullo alio sancto viro scribitur, quòd curavit omnem morbum, imò nullum sanavit, ut fecit Christus, propriâ virtute, &c [n]. *Omnem*, i.e. quemvis [o], omnis generis morbos [p].

36. *Misertus est*, sim. V. Ἐσπλαγχνίσθη] *Commiseratione intimâ commotus est*, Be. Pi. Indicat summam & vehementem commiserationem ex intimis visceribus profectam, Luc. 1. 78 [q]. ¶ *Eis*, Περὶ αὐτῶν] Pro ὑπὲρ αὐτῶν, *super eis*, i. e. eorum causâ [r]. ¶ *Quia erant vexati*, &c. Ἐκλελυμένοι καὶ ἐῤῥιμμένοι] *Dissipati* (vel, *Destituti*, Er. Il. sic Ti. *Errantes*, Ar. Ham. *Afflicti*, Æth. *Lassi*, Tre. Pers. sic Mo. Ham. Sch. *Viribus exhausti*: nam ἐκλύεσθαι ubique sign. *languere*, *debilitari*, ut Matth. 15. 32. Gal. 6. 9. Heb. 12. 3. 5. & in Aristot. & Plutarcho †. [Verba vide in Sch.] Fateor verbum alibi denotare *dissolutionem spirituum*, sive *languorem*, ut quando conjungitur cum κάμνειν, Gal. 6. 9. Heb. 12. 3. hîc autem potiùs significat deviationem, & aberrationem, à se invicem, ut docet sequens ovium, &c. similitudo [t]. *Dissipati*. ad verb. *Exsoluti*, quia quæ soluta sunt & dejuncta, eadem quoque sunt dissipata [v]: *Dissoluti*, Er.) & *disjecti*, Be. P. Pi. Ar. vel, *dispersi*, Er. Il. Mo. Ti. *dissipati*, Tre. *destituti*, Sy. *collapsi*. Pers. *rejecti*, Æth. *abjecti*, sive *depositi*, Camer. Pro ἐκλελυμένοι alii legunt ἐσκυλμένοι. Ità Hilar. & Hi. & Aug [x]. & sex vetusti codices [y], & Syrus [z], qui posuit דלאין [a]. Ἐσκυλμένοι, i. e. *vexati* [b], ut Marc. 5. v. 35 *. non tam corpore, quàm animo [c]: *jactati*; vetus Glossarium, σκύλλομαι, *jactari* [d]: *fatigati* *. Σκύλλεσθαι propriè non de quavis molestia dicitur, sed de fatigatione ex via [f]: σκύλλειν est *fatigare*, ut docet H. Stephanus ex Herod. l. 4. *Cum paucis equitibus proficiscitur, nè totum exercitum*, σκύλλῃ, *fatigaret* [g]. Ità & Chrys. utitur. Tom. 7. p. 167. l. 3. & p. 163. li. 16 [h]. Videbat Christus plebem Israeliticam pessimè haberi ab iis qui pascere ipsos debebant, Sacerdotibus & Legisperitis, ut qui suis studerent commodis, *vindicantes* (ut loquitur Salvianus) *improbissimis quæstibus nomen religionis*, & *præferentes ad sordidissimas negotiationes titulum sanctitatis*. Videbat præterea miseros homines hinc à Pharisæis, indè à Sadducæis, in partes diversas trahi; ità

Marginal notes, left column: * Ham. o G. p Bru. Pi. sim. Be. q Pi. r G. † Chrys. & Th. in Mal. t Bru. Mal. v Bru. x G. y Bru. z Mal. sim. Bru. a G. b Pi. c Bru. ex Be. d Er. * Mal. f Ham. g Cas. h Sch. ex Camer. i Sch. k Camer. Sch. l Pi. m Sch. sim. Pi. Camer. n Sch. o Bru. p Mal. q Me. ex Mal. r Me. † Bru. t G. v Li. ho.

Marginal notes, right column: x G. sim. Bru. y G. z Bru. Mal. a Bru. b G. c Bru. d Be. * Be. sic G. f Be. g G. Ham. h Pi. i Bru. P. Li. chron. 35. k G. l Ham. m Camer. n M. o Be. Pi. p Pi. Camer. q Be. sim. Bru. r Bru. ex Be. † Sch. t Ham. v Bru. ex Be. x Er. Zeg. y Er. z G. Di. a G. b Bru. ex Vulg. sic Ham. * Ham. c Sch. d Di. Ham. * Bru. ex He. f Di. Ham. h Ham.

ità ut quid sequerentur, quid fugerent, non satis esset ipsis exploratum. Ità ἐκλελυμένοι ad malam tractationem, ἐῤῥιμμένοι ad sectarum studia, pertinebit. Confer Jer. 50. 6. & figuram hujus rei, Esth. 3. v. 8 [i]. ¶ *Oves*] Quæ, pastore destitutæ, temere vagantur, multis malis obnoxiæ, &c [k]. ¶ *Non habentes pastorem*] Qui nimirum pastorali animo gregem curet, gregis commodo, non suo, studens, quod est boni pastoris officium, Joh. 10. 11. Locutio hæc sumpta ex Num. 27. 17. & 1. Reg. 22. ver. 17 [l]. Notatur h. l. Sacerdotum atque Scribarum supina adeóque crudelis ignavia, qui populum, simplicem per se & minimè fucatum, non studerent piis monitis instruere, aut ab erroribus & vitiis revocare, sed honori lucróque suo unicè inservirent [m].

37. *Messis quidem multa*] Id est, copiosa: multitudo est populi [n], (tum apud Judæos [o], qui veram habebant religionem, & per Johannem erant præparati; tum apud Gentiles, ex quibus proselyti multi erant, Joh. 12. v. 20. Act. 8. 27, &c [p].) alba ad messem, Joh. 4. 35 [q]. matura & parata ad accipiendam doctrinam salutis [r]: multi qui avebant audire verbum Dei †: animi multorum satis erecti exspectatione sanioris doctrinæ, & ἕυθετοι ad Regnum Dei, &c. Act. 18. 10. Figura hujus rei Ruth. 2 [t]. Electos Galilæos significat jam esse maturos vocationi [v].

38. *Rogate*] Ingens enim donum hoc est [x]. ¶ *Dominum messis*] Id est, Deum [y]; vel, Christum [z]: seipsum tacitè significat, Dominum Ecclesiæ, cujus inprimis est de ministris fidelibus Ecclesiæ suæ providere [a]. Sed malim Patrem intelligere, quem *agricolam* vocat Christus Joh. cap. 15, ver. 1. & *vineæ Dominum*, Mat. c. 21. ver. 33. 38. pro quo se sementem facere & metere docet [b]. ¶ *Ut mittat*] Ipsius enim est mittere, non hominum seipsos ingerere, &c [c]. Ὅπως ἐκβάλῃ] *Ut expellat*, V. vel, *ejiciat*, V. Er. Zeg. ex Hilar, *extrudat*, Pi. Er. V. ut intelligamus, vel, celeriter esse mittendos; vel, invitos & cunctantes extrudendos [d]. Significat pigritiam eorum qui ad Evangelium prædicandum vocantur *. Sed ἐκβάλλειν non semper *ejicere* aut *extrudere* significat, sed etiam *emittere*, aut *depromere* [f]; non aliud sæpe est quàm ἐξάγειν, Joh. 10. 4. aut προφέρειν, Matth. 12. 35 [g]. Nec enim vel, ille oves ex caula, vel, hîc bona ex cordis sui repositorio, extrudit; sed emittit atque promit [h]: hîc idem est quod ἀποστέλλειν, Rom. 10. 15. Utroque significatur non sola Divinæ providentiæ dispensatio, sed collatio specialis potestatis, cum peculiaribus mandatis donísque. Ità olim missi Moses, Elias, Jeremias, atque alii. Optimè autem cum his verbis cohæret sequens Historia de missione Apostolorum, quo cœpit impleri id quod Christus optandum dixerat [i]. ¶ *Operarios*] Non titulo, sed re ipsâ, tales, muneris exercendi studiosos [k]. Ἐργάτην γῆς *agricolam* vocant Græci, ut Plutarchus. Hîc apparet *messores* intelligi, ut similitudo suis partibus constet [l].

i G. k Bru. l G. m Bru. n Bru. Mal. &c. o Bru. E. p E. q Bru. sic G. r Bru. sim. Mc. † Mal. sim. Ham. t G. v Pi. x Bru. y Pi. z Chrys. & Euthym. in Mal. a Bru. b Mal. c Bru. d Er. Be. Bru. * Pi. f Ca. g G. sim. Ca. h Ca. i G. k Bru. l G.

CAP. X.

1. **E**T *convocatis*] Quod illos rogare jussit, v. præced. sponte hîc facit, non expectatis eorum precibus [a] ¶ *Duodecim Discipulis*] Qui familiariores cæteris & convictores quotidiani aliquantò priùs à se selecti, ut ex Luca apparet [b]: qui, ubi fuissent individui comites, continuíque ipsius doctrinæ auditores, & spectatores operum, idonei essent qui orbi Christum annunciarent [c]. Qu. Sed cur 12? Resp. Non casu hoc factum, sed consilio & mysterio [d]: ut numero responderent 12 Patriarchis: sicut enim hi omnium Judæorum, sic Apostoli omnium Christianorum, parentes sunt *. Notare voluit instaurationem Ecclesiæ, cujus typus erant 12 Tribus Israel [f]. Olim ad dividendum, 12 factæ partes per Achiam Silonitem, nunc ad colligendum, 12 per Christum [g]. Respexit morem Judæorum, qui ad res graviores firmandas, 12 testes adhibere solebant [h]. De numero duodenario, tribubus Israelsticis symphono, vide Luc. 22. 30. Apoc. 21. 12, 14 [i]. ¶ *Dedit illis potestatem*, Ἐξουσίαν] *Authoritatem*, non tamen αὐτοκρατορικὴν, sed ministerialem, Act. 3. 12 [k]: non virtutem inhærentem ad hæc præstanda, qualem ipse habuit, sed auctoritatem, cui ipse virtute suâ assisteret. Dominum se, Patri æqualem, declaravit, quando non tantùm habuit ipse, verumetiam aliis dedit, hanc facultatem [l]. Hîc Christi Divina vis manifestiùs quàm unquam antea elucet. Fecerant mira etiam Prophetæ, sed mira faciendi potestatem nemini suopte arbitrio concesserant, nè Moses quidem Josuæ, nec Elias Elisæo *. Jam restituit donum miraculorum, quod diu evanuerat [m]: sigillum hoc erat auctoritatis Divinæ, & legationis suæ, quod illis, ingenio & facundiâ destitutis, fidem & reverentiam apud populum conciliaret. ¶ *Spirituum immundorum*] i. e. Qui ingenio & moribus impuri sunt, qui rebus moribúsque hominum immundis gaudent [n]. Sic dicuntur, ut clariore Antithesi opponerentur *Spiritui Sancto*, Spiritui puritatis [o]. *Spirituum*, i. e. adversùs spiritus, &c [p]. Vide Matth. 12. 31 [q]. *Spiritus immunditiæ* est, Zach. 13. 2. Et *spiritus immundi*, Apoc. 16. 13, 14. sunt spiritus Diabolici in Pseudoprophetis decipientes Pythones. Cur autem innumerus jam erat Dæmoniacorum numerus, & vix duo sunt exempla in V. T. duas hîc causas suspicor. 1. Quòd Judæi jam ad summum, ut impietatis, ità & maledictionum, Levit. 26. & Deut. 28. apicem jam pervenerint. 2. Quòd gens, præter modum artibus magicis dedita, etiam Dæmona ambierit, invitaverítque ut inhabitaret [r]. ¶ *Ut ejicerent eos*] Quod antè faciendum erat quàm morbi curari possent. Possessio enim Diabolica corporeos & visibiles affectus sibi adjunctos habuit †.

2. *Duodecim autem Apostolorum*] i. e. Legatorum [t]: qui שלוחים Ebræis, & צירים, Abd. 1 [v]. q. d. quos *Apostolos* nominaverat [x]. Heb. שלוח LXX vertunt ἀπόστολον, 1 Reg. 14. 6. Propriè autem vocabantur in Thalmudicis libris שליחין qui decimas atque alia percipiebant & ad Levitas deferebant. Augustus in edicto ad Asiæ civitates eosdem vocat ἀποδοχέας, Philo etiam ἱεροπόμπους τῶν χρημάτων ἀρετινδην ἐπικρίθεντας· functionem eorum ἀποστολὴν Julianus & Epiphanius. Mansit hoc nomen inter Judæos etiam post Urbis excidium, nam Patriarcharum adsessores vocabantur ἀπόστολοι, teste Epiphanio. Honorius & Arcadius in lege de Judæis, *superstitionis indignæ est ut archisynagogi, sive presbyteri Judæorum, vel quos ipsi Apostolos vocant, qui ad exigendum aurum atq; argentum à Patriarcha certo tempore diriguntur, à singulis synagogis exactiam summam atque susceptam ad eundem reportent.* Ad quod exemplum, etiam primâ Christianorum ætate, qui ad perferenda ultro citróque Ecclesiarum munera ab Ecclesiis mittebantur, dicti sunt ἀπόστολοι ecclesiarum à quibus mittebantur, ut videre est 2 Cor. 8. 23. Phil. 2. 25. Ignatius eosdem, modò θεοδρόμους, modò θεοπρεσβύτας, appellat. Quanquam autem vox ἀπόστολον per se latissimè patet, (nam & Christus ipse eo nomine appellatur, Heb. 3. 1. & apud Justinum Martyrem atque alios,) credibile tamen est hac appellatione [ipsum] alludentem ad usum Hebræorum, simúlque ad Mosis Historiam, qui 12 exploratores in eandem terram dimiserat, ubi in Hebræo est שלח, in Græco, ἀποστέλλειν, significatum voluisse & se habere ministros quos cum mandatis, sed longè aliis, mitteret, qui sibi fructus optatos reportarent. Data autem hæc appellatio peculiaritur illis qui cum eximia potestate mittebantur; numero 12 testes omnium rerum Christi dum in terris vixit, ut docemur Act. 1. 21. Post Christi resurrectionem idem honos datur Matthiæ, Paulo, Barnabæ, fortè etiam aliis Ecclesiarum fundatoribus, de quibus suo tempore erit agendi locus. Christus [porrò,] spirituale Regnum exstructurus, exprimit Judaicæ Reip. imaginem, quò clariùs appareat Regni æterni promissiones in ipsos solidè impletas. Sicut enim Tribus 12, ità 12 erant φυλάρχαι eximiâ dignitate; ad quam alludunt verba Christi infrà 19. 28. Vide Apoc. 21. 12, 14 [y]. ¶ *Nomina*] Magni retulit sciri horum nomina ex quorum consentiente testimonio veritas erat æstimanda [z]. Non defuerunt enim qui id nomen ementirentur [a]. ¶ *Primus, Simon*] *Primus* hic vocatur: 1. non quia maximus natu erat inter Apostolos; nam Andreas ipso senior erat: 2. non quia primus crediderit, nam Andreas prior credidit, Joh. 1. 41 [b]: 3. ordine enumerationis [c], quòd

a Bru. b G. c Bru. d Mal. * T. sim. Bru. Mal. f Bru. g G. h Q. in Bru. i Li. ho. k Ee. l Bru. * G. m Li. ho. n Bru. o Li. ho. p Bru. sic Er. V. Zeg. Be. q Bru. r Li. ho. † Ham. t V. D. Be. v D. x Bru. y G. z G. sim. Bru. a G. b Bru. c Q. in Bru.

quòd primus occurrit [d]: 4. quòd dignitate & auctoritate excelluit inter ipsos [f]. Princeps [hic] haud dubiè collegii à Christo designatus, ad retinendam corporis compagem. Nec offendat quenquam quòd Gal. 2. 9. Cephas medius inter Jacobum & Johannem legitur. In manuscripto enim antiquissimo, qui ex Græcia in Angliam devenit, abest ibi id nomen: Græci posteriores apposuere [g]. [Sed de his vide polemicos scriptores.] Primatum inter Apostolos libenter concedimus Petro, sed ordinis inter pares, non gradûs inter inferiores [h]. Certè ex ordine recensionis non efficaciter colligitur, quis cui sit præferendus: siquidem ubi multi numerantur, aliquis primus sit oportet [*]. 5. Ex ejus πρωτοκλησίᾳ [i]; quòd primus vocatus sit, ut liquet ex Matth. 4. 18 [k]. & Marc. 1. 16. Ut mirer viris eruditis in controversiam hoc potuisse deduci, quis primus Apostolorum vocatus fuerit. Nec dubium est, quin ex ordine vocationis hîc recenseantur [l]. In hoc ordine nihil mysterii latere declarat, quòd alius sit ordo Marc. 3. & Luc. 6. vide & Gal. 2. 9 [†]. Et quid si hæc vox [*primus*.] ab aliquo addita est [m]? Est certè hîc ἀναπόδοτον· quia non sequitur δεύτερος, τρίτος, &c [n]. סימון nomen Talmudicis usitatissimum pro שמעון, quo nomine etiam noster appellatur, Act. 15. 14 [o]. ¶ *Qui dicitur Petrus*] Quo cognomine distinguitur à Simone Cananæo [p]. Πέτρος, i. e. lapis. Vide ad Matth. 16. 18 [q]. Tribus, interioris suæ familiaritatis, Discipulis Christus immutavit nomina; *Simoni, Jacobo, & Joanni. Simon* dictus *Petrus*, vel *Petrosus*, i. e. referens ad Petram, eò quòd Ecclesiæ in Petra ædificandæ non solùm plurimum opis contulerit, sed & opis primum, cùm, clavibus sibi commissis, ostium fidei Cornelio aperiens, Evangelium primus ad Gentes intromisit [r]. [De voce πέτρος Cl. Hammondus h. l. fusè eruditéque disserit.] ¶ *Andreas*] Est & hoc nomen Talmudicum [†]. ¶ *Jacobus Zebedæi*] Nempe filius [t], ut distinguatur à Jacobo Alphæi [v].

3. *Philippus*] Judæi, mixti gentibus, liberis suis etiam gentium nomina imponebant [x]. ¶ *Bartholomæus*] בר תלמי, i. e. *filius Thalmai*, sive *Tholmi*, 2 Sam. 13. 37 [y]. sive *Tholomæi* [z]: Θολομαῖος occurrit in Jo. Antiq. 20. 1. Idem hic videtur, qui nomine proprio *Nathaniel* dicitur. Computa ordinem, quo vocati sunt Discipuli Joan. 1. cum ordine quo ut plurimùm recensentur, Bartholomæum in eundem locum cum Nathaniele coincidentem reperies [a]. ¶ *Matthæus*] Quem alii præponunt Thomæ, ipse autem se postponit, modestiæ causâ. ¶ *Publicanus*, Ὁ τελώνης] *Ille publicanus*, nam articulus vim habet [b]; sub. *quondam*, Bru. sim. Er. Hoc addit, vel, ut se dejiciat; vel, ut ostendat, omnibus patere aditum ad Christum [c]. ¶ *Jacobus* (sub. *filius*, Bru. Pi. &c.) *Alphæi*] Non illius Alphæi, cujus filius Matthæus fuit, Marc. 2. 14. sed illius qui fuit maritus Mariæ Cleopæ, sororis matris Domini Joh. c. 19. v. 25. Hic *Jacobus minor* dictus est, Marc. 15. 40. (ut Zebedæi filius, *Jacobus major*,) quia junior erat, & *frater Domini*, Gal. 1. 19. Affines elegit Jesus, quia affines non sunt rejiciendi ab officiis, quibus idonei sunt [d]. Apud Talmudicos occurrit nomen חלפי, flexile in duplicem pronuntiationem, nempe ut vel *Alphai* sonet, vel, *Cleophi*. Hinc Alphæus iste, quatuor Apostolorum pater, vocatur etiam Cleopas, Luc. 24. quod & ex hoc satis liquet, quòd ea, quæ vocatur *Maria mater Jacobi minoris & Josis*, Marc. 15. 40, à Joanne vocetur *Maria uxor Cleopæ*, Joan. c. 19. v. 25 [†]. ¶ *Et Thaddæus*, Καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος] Ità legitur in omnibus Græcis codicibus [*]; & in Syro & Arabe [f]. *Et Lebbæus, qui cognominatus est Thaddæus*, V. sim. Pi. Zeg. &c. Verba autem hæc transposita videntur, & sic ordinanda, *Et Thaddæus qui cognominatus fuit Lebbæus*, ut colligitur, tum ex Marc. 3. 18. ubi *Thaddæus* tantùm nominatur, tum ex Luc. 6. 16. ubi *Judas* dicitur, pro quo Syriacè dicitur Thaddai [g]. Sed non mirum est τὸ ἐπικληθεὶς hîc usurpari de nomine maximè proprio. Nam & Appianus dixit, Κράσσος ὁ Μάρκος ἐπίκλησιν· (*Crassus Marcus cognomine.*) Et Johannes dicitur ἐπικαλούμενος Μάρκος, Act. 12. 12, 25 [h]. *Lebbæus*, לבי dictum: vel 1. à לב, *corde* [i]; i.e. *corculum* [k]: quod fuit apud Romanos Scipionis illius Nasicæ cognomentum [l]. Nomen à prudentia inditum

> [d] Chrys. in Mal. [f] Bru. sim. E. Mal. Me. [g] G. [h] Be. [*] Er. [i] Salm. in Wal. [k] Pi. Be. ex Theoph. [l] Salm. in Wal. [†] Be. sim. Er. [m] Be. [n] Pi. [o] Li. ho. [p] Bru. ex Er. [q] Pi. [r] Li. ho. [†] Idem. [t] V. Bru. Pi. &c. [v] Bru. [x] Bru. [y] Li. ho. [z] D. [a] Li. ho. [b] Bru. [c] Bru. ex Er. [d] Bru. [†] Li. ho. [*] Di. ex Be. [f] Di. [g] Pi. [h] G. [i] D. Pi. &c. [k] D. G. ex Hi. Be. Pi. [l] Be. sim. G.

videtur [m]. Plinius *Corculos* nominatos refert qui sapientiâ præstabant [n], Vel, 2. à לבי, *leone* [o]: Hebræi enim eos qui nomen habebant *Judæ*, *leones* vocabant, ex *Jacobi* vaticinio [p]. At leo Syriacè vocatur, non לביא, quod Hebraicum est, sed אריא [q]. Vel, 3. ab oppido Galilææ maritimo, dicto *Lebba*, de quo Plin. 5. 19. *Promontorium Carmelum — Juxta Getta Lebba. Thaddæi* quoque nomen notum Talmudicis [r]: éstque cognomentum Judæ [†]; est deflexio nominis *Judæ*, ut rectiùs hîc distingueretur ab Iscariota [t]: idem est nomen, quod *Judas*, cujus nominis pronunciatione quidam Judæi, ut videtur, abstinebant, ob concursum literarum τοῦ τετραγραμμάτου [v], יהודה, cujus literæ omnes in יהוה concurrunt [x]. Origo, ni fallor, eadem est, sed alia flexio. Neque novum, ut pro vocali longa ponatur geminatio consonantis [y]. *Thaddæus* ejusdem est & derivationis & significationis cum *Juda*, ab הודה, *confiteri*, *laudare* [z].

4. *Simon Cananæus*, Κανανίτης] Non originem significat, quomodo Urias *Chittæus* dicitur [a]; quia Christus Judæos solos in Discipulos elegit, non Gentiles; imò, nec voluit ut Evangelium Gentibus prædicaretur ante passionem ejus [b]: sed est cognomen Hebræum קנא, quod Lucas propriè reddidit Ζηλωτὴς [c], Luc. 6. 15. Act. 1. 13 [d]; quomodo & LXX eam vocem reddiderant, Exod 20. 5. & alibi [*]. Quare & Syrus per ק hoc nomen expressit, non per כ [f], ut fit in כנעני *Cananæus*, Gen. 10. 15, 18 [g]. Quærendum, an hic fuerit ex numero eorum qui ζηλωταὶ vocabantur, de quibus Theoph. Suidas, & alii [h]: Id si dixeris, non magis injurius ei fueris, quàm si Matthæum Publicanum dixeris, utrumque scilicet ante conversionem [i]. Græcanicam terminationem nomini addidit Græcus Matthæi interpres, repetitâ ν. literâ, & interpositâ vocali, ut magis ad Græcam formam hæc vox accederet: quomodo Athenodorum Philosophum Κανανίτην vocabant, sed à pago quodam, ait Strabo. Sic Ἄνναν Josephus Ἄνανον vocat, simili literæ ejusdem repetitione [k]. Syrus habet קנניא *Cananaia*. A קנא *zelotes*, esset קני, i. e. *Cannæus*, &, Dages in Nun converso, קנני, quod legebant, *Cananæus*, vel *Cananita*, ut מואבי, *Moabita*, &c [l]. Pro κανανίτης legendum videtur καννίτης, *Cannites*, vel καννaῖος, *Cannæus* [m]. Al. *Cananæus* dicitur à *Cana*, vico Galilææ [n]. Sed obstat quòd *zelotes* alibi nominatur [o], ut hoc sit professionis, aut pietatis & zeli, elogium [p]. Forsan & à loco & à zelo sic dictus est; acsi quis Valentiæ natus vir fortis esset, & Valentinus gentili formâ, & Valens à fortitudine, sed per allusionem ad nomen urbis suæ, vocaretur [q]. ¶ *Et Judas Iscariotes*, Ἰσκαριώτης] Meus vetustissimus Codex hîc & in Marc. & Luc. habet, Σκαριώτης· unde Syrus scripserit סכריוטא, *Sekarjuta* [r]: Judas etiam *Scariotes* dicitur apud Orig. unde *Iscariotes*, præposito ι, ut sæpe fit in nominibus à gemina consonante incipientibus, ut Ἰσπανία, pro Σπανία, & *Iscopia*, Turcis, pro *Scopia* [†]. Hic autem *Iscariotes* dicitur, ut distinguatur à Juda Jacobi fratre [t]. [Sic autem vocatur:] vel, 1. à *Secharjut*, *marsupium*, unde *Secarjuta*, *marsupium habens*, Joh. 12. 6 [v]. Vel, 2. per anticipationem; q. d. *strangulatum*; nam *Secar* Syris est, *strangulare*, & *Mascera*, strangulatio [x]. Si nomen hoc ipsi post mortem datum sit, deductum putu ab אשכרא, quod Gemaristis est *strangulatio* [*]. Docet Elias, apud medicos Hebræorum אסכרה esse morbum, quem vocant *suffocationem* [†]. Vel, 3. à שכר, *merces*, & נטה, *defecit*, *declinavit* [y]. Vel, 4. contractum est ex איש ישׂשכר [z]; quod exstat Jud. 10. 1. sed additâ terminatione Græcis familiari [a]. Vel, 5. (si nomen ei vivo inditum sit) à סקורטיא אסקורטיא, quod & scribitur, quod Gemaristis est *indumentum coriarii*; ità ut *Judas Iscariotes* idem fortè significet quòd *Judas cum cinctorio*, Anglicè, **apzon**: in cinctoriis autem consuebantur crumenæ, &c. Aut quid si *coriarius* esset, ut Simon ille, Act. 9. 43 [b]? Vel, 6. quasi איש־קריות, *vir Kerioth*, urbis in tribu Juda, Jos. 15. 25 [c]. Sed & meus Codex ubique apud Johannem (5. nim. locis) scribit, ἀπὸ Καριώτου, *à Carioto*, id est, Cariotensis [d]. Similiter Esd. cap. 2. vers. 22, 23. dicuntur *viri Anathoth*, *viri Netupha*, &c. qui ex eis locis oriundi erant [*]. Verùm Apostolorum nullus in hoc catalogo à patria, sed à sanguine, aut à vocatione, aut à studio, appellatur [f].

> [m] Pi. [n] G. [o] Os. in D. [p] G. [q] D. [r] Li. ho. [†] D. [t] Li. ho. [v] G. sim Bru. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] E. [c] G. sim. Be. Pi. Bru. [d] B. Bru. [f] G. sim. Bru. [g] Bru. [h] D. sim. Li. ho. [i] Li. ho. [k] G. [l] D. [m] Be. [n] Me. T. ex He. [o] Pi. Scul. D. [p] Scul. ex. 2. 8. [q] Mal. [r] Be. [†] D. [t] Er. [v] Q. in Jun. [x] Jun. [*] Li. ho. [†] Di. [y] Tre. [z] G. sim. Er. [a] G. [b] Li. ho. [c] Be. ex Canin. sic. Pi. Ham. Sch. [d] Be. [*] Bru. [f] Jun.

5. *Misit*,

5. *Misit*, Ἀπέστειλεν] *Emisit*, Bru. Sch. *Amandavit*, V. *Emandavit*, Er. Bru. i.e. Cum mandatis emisit. Voluit illos Christus specimen sui dare, & vivo adhuc Magistro, leviori palæstrâ se exercere, &c[g]? ¶ *Præcipiens eis*, Παραγγείλας αὐτοῖς] *Addidit eis mandata*, Be. Pi. *Cùm priùs instruxisset monitis & præceptis*, V. Priusquàm emittit, collectos simul omnes communi instruit sermone, nè discreparent, &c[h]. Παραγγείλας idem quod παραγγέλλων, nam præterita hujusmodi sæpe per præsentia reddenda sunt, quale illud ἀποκριθεὶς εἶπεν, *respondens dixit*, nec enim priùs respondit quàm dixit, sed ea responsio ipsa dictio est. Similiter hîc verto, *Dimisit Jesus, eis ità præcipiens*, vel, *dimisit & præcepit*. Nam ea missio ipsa præceptio est, cùm jubet eos *ire ad Israel*. Iisdem enim verbis & mittit & præcipit[i]. ¶ *In viam* (i.e. In vias: singulare collectivè positum: vel, *viam* infinitè ponit[k]:) *gentium* (i.e. versùs Gentes, ut Jer. 2. 18[l]. vel, quæ ducit ad Gentes[m]:) *nè abieritis*] Nempe ex professo: non enim vetat, nè obiter, aut datâ occasione, eos docerent: nec si qui ex illis ad eos venirent, rejiciendi erant[n]. Vetat Christus legatis suis egredi fines Palæstinæ[o]. Qu. Cur ità? Resp. 1. Ut tolleret Judæis excusationem, &c[p]. 2. Ut ostenderet, se injuriarum, quas à Judæis acceperat, non meminisse[q]. 3. Nè genti suæ occasionem præberet odii[r]. 4. Vulgaris & vera responsio est, Quia Judæi erant *filii regni*, Matth. 8. 12. & *illis facta est promissio*†, Gen. 17. 1. Reg. 15. 8. *illisque primùm prædicari oportebat verbum Dei*, Act. 13. 46[t]. voluit Christus servari Judæis nobilitatis suæ privilegium: quod neque tantum erat quantum ipsi existimabant, hâc prope solâ fiduciâ securi; neque tamen momenti erat exigui, ut Paulus docet. Hujus igitur prælationis illustre signum hoc est, quòd Christus in ipsis instituendis primam curam poni voluit: quod etiam post Christi resurrectionem ab Apostolis diligenter servatum est, ut liquet Act. 2. 39. & 13. 46[v]. Privilegia sua Judæis reservat, usque dum ipsi ea perversitate suâ alienarent perderéntque[x]. ¶ *Et in civitates Samaritanorum*] Græcè, *in urbem*, &c. Pi. sic V. Er. G. &c. sub. *ullam*, Er. Ca. D. G. sic Joh. 19. 36. *Os non confringetur*, i.e. nullum os confringetis[y]. *In urbem*, i.e. urbes. Sic, *abscondit se in arbore paradisi*, Gen. 3. 8. i.e. inter arbores[z]. Per agrum Samaritanorum transiri non vetat, (erat enim is transitus opportunus ex Galilæa tractum Hierosolymitanum petentibus,) sed prohibet oppida intrari, ut appareat Samaritanorum causâ non institutam hanc legationem[a]. Distinguit Samaritanos & à Judæis, & à Gentilibus, quia propriè neque Gentiles erant, neque Judæi, sed ex utroque mixti[b]; & tamen Israelitæ videri volebant, ideo ad eos ire vetitum[c]. Samaritani partim erant & ipsi externæ originis, non consociati cum Judæis consortio religionis, partim erant Judæi qui, relictis patriis ritibus, ad illos defecerant[d]. Hi Judaicam religionem Gentium superstitionibus miscebant*: *nesciebant quid adorabant*, Joan. 4. 22. se filios Jacobi jactârunt, Joan. 4. 12. Legem Mosis amplexi sunt, Messiam exspectabant; eos tamen Christus pro ovibus nihilò magis agnoscit quàm Ethnicos: Apostatæ enim erant à gente Judaica & fide, atque odiis in eos ardentes plusquam Ethnici, ac plusquam in Ethnicos. Hinc pro Ethnicis eos habuit gens Judaica [Vide Li.] ideóque Christus, nè genti ista esset offendiculo, parallelos Ethnicis statuit Samaritanos, atque æquè distantes ab Evangelii participatione[f].

6. *Ite ad oves* (*oves* vocat, quia veluti grex Dei erant[g]:) *quæ perierunt*] Vel, *perditas*, Pi. Be. &c. Respexit ad Jer. 50. 6. *Populus meus sunt oves perditæ*. Perditio autem hæc intelligenda non est de reprobatione (nam ad reprobos propriè Christus non est missus, sed ad electos,) sed de aberratione & seductione earum, ibid. *Faciunt eos aberrare*. Esa. 53. 6. *Omnes nos quasi oves erravimus*[h]. ¶ *Domûs Israel*] Quibus servandis Christus missus est, infrà 15. 24. Nam ut plena constaret fides promissis quæ Deus Judæorum majoribus fecerat, ipse Christus se exhibuit *ministrum circumcisionis*, Rom. 15. 8. Luc. 1. 54, 55[i]. Externis autem nulla nisi obiter beneficia præstitit, exspectans patientissimè Judæorum ad se conversionem, ut deinde per ipsos cum summa ipsorum gloria gentes aliæ converterentur[k]. Nondum hîc generalis & perpetua Apostolis legatio mandatur, sed præconium duntaxat temporale, quo & specimen præberent obeundæ postea generalis functionis, & Judæorum mentes erigerent ad Christum audiendum, &c[l].

7. *Dicentes—Appropinquavit*, &c.] Idem prædicate quod ego & Johannes[m]. Si quis hoc conferat cum proclamatione Baptistæ & exordio sermonum Christi, reperiet nihil nunc quidem ultra mandatum Apostolis quàm ut Judæos ad vitam meliorem hortarentur, & ad Christum audiendum pertraherent, à quo accepturi essent cætera quæ ad salutem ipsis essent necessaria[n].

8. *Mortuos suscitate*] Abest hoc à vetustissimis exemplaribus[o], à Complutensi aliisque Græcorum exemplarium editionibus, nempe ab exempl. 4. & 5. & 6. & 7. 8. & 9. & 11. & 12. & à Syriaca Imperatoris editione[p]: neque agnoscitur à Græcis hunc locum exponentibus[q], Theoph. & Euthym[r]. Nec miror: nullum enim mortuum ab Apostolis vitæ redditum legimus ante Christi resurrectionem. Adjectum ex aliis locis eò est credibilius, quia Syrus & Latinus non eodem loco ponunt hoc membrum†. Hanc potestatem illis non dederat, v. 1. nec verisimile, Christum eam potestatem Apostolis dedisse tanquam ordinariam, quâ non videtur ipse nisi parcè usus[t]. ¶ *Gratis accepistis* (potestatem hæc faciendi[v], & ægros sanandi, & Evangelium prædicandi; de utroque enim loquitur[x]:) *gratis date*] Dictum est Hebræorum, qui illud, Deut. 4. 5. *Docui vos —— sicut præcepit* —— sic explicant, *Ego gratis edoctus sum ista à Deo, vos etiam à me ea gratis didicistis, ità & vos gratis docete alios*[z], ut Maimon. ex Talmude refert. Hoc Judæorum decretum de nugis & Traditionibus suis, Christus ad Evangelium accommodat, ne hâc in parte Discipuli sui Judæorum Magistris inferiores essent*. Et superbiam reprimit[p], & avaritiam, simúlque eos liberales esse docet[q], in usu doni miraculorum[r]: solemus enim largiter & copiosè dare quæ gratis accepimus†. Cùm Medicorum discipuli non nisi magno temporis impendio, & magnâ Magistris mercede solutâ, qualemcunque morborum medendorum peritiam accipiant, vos hanc plenissimam facultatem uno momento sine ullo vestro sumptu accepistis. Hinc χαρίσματα dici solent istæ δυνάμεις. Ostendit hinc Christus nec grave nec iniquum esse quod imperat, ut earum potestatum actus gratis quoque exerceantur. Et quidem mercedem pacisci pro actu tali qui directè ordinatur ad Dei gloriam, haud dubiè Dei gloriæ adversatur: quod ipsa dictat ratio naturalis, ex quo Simonem Magum, hujus alioquin præcepti ignarum, acriter convincit Petrus. Nam si, *civilem scientiam pretio nummario non esse æstimandam nec dehonestandam*, dixit Ulpianus, quantò id justiùs de donata Divinitus virtute dicitur? Cæterùm, citra pactionem pro actu ejusmodi dona sponte oblata recipere non habet naturalem turpitudinem. *Quædam* enim, ut idem ait Ulpianus, *tametsi honestè accipiantur, inhonestè tamen petuntur*. Græcorum Philosophi, ut notat Origenes, *à familiaribus acceperunt ad usus necessarios*. Qui Prophetas consulebant, solebant iis munuscula donare, 1 Sam. 9. 7, 8. & 1 Reg. 14. 3. quæ tamen illi non semper recipiebant, sed pro temporum ac personarum circumstantiis. Ideo à Satrapa Syro nihil omnino accipere voluit Elisæus, nè apud hominem externum vilesceret accepti beneficii gratia, 2 Reg. 5. Confer & Gen. 14. 22. Dan. 5. 17. Christus, qui videbat multum decessurum auctoritati doctrinæ Evangelicæ, quin neque extra calumniam futuros Discipulos suos, si pro actibus, qui ad testandam duntaxat veritatem pertinere debebant, aliquid acciperent præmii, non fœdas tantùm pactiones, sed omnem omnino ex rebus ejusmodi, aut etiam ex ipsa docendi opera, quæstum prohibuit. Quod à veris Apostolis eorúmque successoribus sanctissimè est observatum, apud quos, ut Tertul. loquitur, *Nulla res Dei pretio constabat*. Interim & Christus & Apostoli, tum verbis, tum exemplo, docuerunt æquum esse, ut qui, rebus omnibus neglectis, procurandæ aliorum saluti vacarent, ab ipsis vicissim honestè alerentur. Quomodo à Quintiliano notatum est; & Socrati, collatum ad victum, & sapientes, si res familiaris id exigeret, passos sibi gratiam referri. *Sustentationem necessitatis*, ut August. loquitur, *recipie-*

[g] Bru. [h] Idem. [i] Ca. [k] Bru. [l] G. [m] V. sic Be. Bru. [n] Bru. [o] G. [p] Hi. & Aug. & Th. in Mal. [q] Chrys. & Euthym. in Mal. [r] Cla. † Mal. sic M. [t] Mal. [v] G. [x] Li. ho. [y] Ca. [z] D. [a] G. [b] Me. ex Mal. [c] Mal. [d] G. * Me. [f] Li. ho. [g] Mal. [h] Cap. [i] G. sim. Bru. [k] G.

[l] Bru. [m] Bru. [n] G. [o] G. [p] Bru. no. tat. in Bib. [q] G. [r] Bru. † G. [t] Bru. [v] Idem. [x] Cap. & G. [z] Cap. sim. G. * Cap. [p] Bru. sim. T. Mal. ex Chrys. & Th. [q] Bru. sim. Mal. Me. [r] Me. † Bru. sim. Mal. Me.

cipiebant à populo; mercedem dispensationis, à Domino: quanquam huic quoque juri suo Apostoli, & Paulus præsertim, sæpissimè cesserunt, manibus suis victum sibi potiùs quærentes, quàm aut pauperculis oneri essent, aut ad malevolorum calumnias paterent. His artibus Evangelica veritas per totum orbem propagata est: A quibus quantopere recesserint posteriorum temporum mores, tam dictu supervacuum est, quàm triste cogitatu [t]. Non negat Christus licere Ministris Evangelii accipere stipendia, contrà 1 Cor. 9. sed vetat duntaxat, nè Discipuli sui & Ministri Evangelii sub prætextu novæ & tam admirabilis doctrinæ quæstum faciant, corradendo undique pecunias, &c. Non enim in hunc finem Christus eos docuerat, sed ut eorum operâ homines à veteri errore liberaret, &c [v].

9. *Nolite possidere*] Quæ interpretatio mala est, & totam loci sententiam pervertit [x]. Μὴ κτήσησθε] *Nè comparate*, Be. Pi. &c. sic V. Er. Κτᾶσθαι non tam sign. *possidere*, quàm *parare* [y], vel *acquirere ad possidendum*; ut in Demosth. *Facilius est quæ habeas* φυλάττειν, *servare*, *quàm* κτᾶσθαι, *acquirere quæ non habeas* [z]. Sic & Act. 22.28. & in veteri Glossario, κληστάμενος, *adeptus*, *indeptus* ‖. Apud Aristot. κτᾶσθαι & παραλαμβάνειν τὴν οὐσίαν opponuntur [a]. Et eidem Aristot. κτητικὴ est ars omnis quâ victum paramus. Et à propria hujus verbi significatione pendet hujus loci cum Marc. 6. & Luc. 9. conciliatio: [de quâ suo loco.] Κτᾶσθαι h. l. est, αἴρειν εἰς τὴν ὁδὸν, *itineris faciendi causâ*, extra ordinem videlicet, *aliquid sumere* [b]. Κτᾶσθαι hîc est in antecessum comparare, quod συλλέγεσθαι & ἑτοιμάζεσθαι dixit Menander. In Hebræo haud dubiè fuerit קנה, quod eo significatu usurpari notissimum est [c]. *Nè comparate*, i. e. nè sumite ad iter, ut explicatur Luc. 9. 3 [d]. Hæc, quæ à Salvatore Discipulis interdicuntur, usitatissima erant itinerantium viatica*. Cùm vetuisset mercedem pro sanatione accipi, non dubitabat quin statim in mentem venturum esset Apostolis, Oportet nos igitur hoc iter non incipere, nisi rerum omnium commeatu pulchrè instructos. Huic cogitationi occurrens Christus, affirmat, Deum, cujus res gerant, prospecturum ipsis de rebus necessariis. Quò autem certius habeant documentum, jubet illos sine ullo commeatu proficisci [f]. Non tantùm interdicit illis possessionem thesaurorum, sed & viaticum, nempe ut omni solicitudine expediti penderent toti à Deo, toti Evangelio insisterent, & exemplo contemptûs terrenorum omnes ad Christum traherent *. Hoc symbolum pro illo tempore præceptum, quò certior ipsis esset Divinæ providentiæ experientia [g]; res symbolo notata, fiduciæ securitas, in perpetuum erat valitura [h]. Al. Prohibitio hæc Christi de pecunia non habenda, non ad hanc solùm missionem, sed ad omnes, & omnino ad totum Apostolorum officium, pertinet: quia eædem, quæ hîc adducuntur rationes, in omnibus missionibus valent, v. g. nè officium impediat solicitudo, &c. &, *gratis accepistis*, &c. &, *dignus est operarius mercede*, &c [i]. Mandatorum hujus capitis quædam pertinent ad hanc tantùm legationem, ut illud v. 5. quædam ad generalem legationem, quædam ad utramque, ut pleraque omnia, non tamen eodem modo intellecta. Hæc enim v. 9. & 10. non præcisè & ad literam Apostolis præcepta indicat, quòd nec Christus (Luc. 8. 3. Joh. 13. 29. nec Apostoli (1 Cor. 9. 5. 1 Thes. 2. 9. 2 Tim. 4. 13.) illa semper observârunt [k]. ¶ *Aurum*, &c.] i. e. Nummos aureos, argenteos, æreos [l]; tres enim hæ erant pecuniarum species [m]. Ærea fuit primùm moneta, vel ferrea [n]. Ærei erant Romanis asses & quadrantes [o]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὰς ζώνας] *In zonas*, Ti. Pi. *In zonis*, Be. P. Mo. *In crumenis*, Er. Il. Sy. Ca. sim. Æth. Pers. &c. Pro εἰς ζωνὰς videtur legendum, ἐν ζώναις, subintellecto *gestandi* verbo κομίζεσθαι per enallagen & ellipsin Scripturæ usitatas [p]. Ζώνην rectè βαλάντιον (*marsupium*) dixit Lucas 10. 4. & 22. 35 [q]. tum, 1. quia veteres (præsertim itinerantes & milites [r],) in zonis solebant nummos deferre†, in crumenis in zona ipsa factis, aut zonæ attextis [t]: unde adagium, *Zonam perdidit*, de eo cui nihil erat pecuniæ [v]. C. Gracchus, apud Gellium, *Zonas quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli.* Eundem vocis usum apud Horat. Sueton. Spart. & Juris auctores alii annotârunt [x]. Adolescens jam profecturus, in Plauto, dicit, *Zonam sustuli* [y]. [Vide plura in Scul. & Nebris. quinquag. c. 50. & Was. de numis antiquis, Heb. l. 1. c. 19.] tum, 2. Quia *zonas* etiam pro *crumenis* posuere Græci, & inter hos Plutarchus, qui pro *zonâ* βαλάντιον ponit, in Tiberio [z].

10. *Non peram*] i. e. Saccum viatorium [a]. Πήραν] *Manticam*, G. in quam viatores obsonium condere solebant [b]. ¶ *In via*, Εἰς ὁδὸν] *Ad iter*, Bru. Pi. Be. &c. ¶ *Neque duas tunicas*] i. e. Tunicas mutatorias [c]; quarum unâ in itinere, alterâ in locis ubi hæreant, utantur [d]: qui mos ferme eorum qui minimo contentos se putant. Unam vestem habere valde pauperum, quales subulci apud Homerum, Odys. ξ. Inter Essenorum, unde plurimi Christiani, instituta Josephus memorat, *Nec vestes, nec calceos, antè permutant quàm rumpantur*, &c *. ¶ *Neque*, &c. Μηδὲ ὑποδήματα] *Neque soleas*, Pi. Bru. vel, *subligacula*; quæ plantas tantùm pedum muniunt, superiorem pedum partem relinquunt nudam [f]: vel *calceos*, Li. ho. sic Bru. repete δύο [g]; h. e. duo calceorum paria [h]: alioquin Marc. 6. 9. permittuntur eis *sandalia*. Discrimen esse inter *calceos* & *sandalia* (contrà quàm statuunt Er. & Be.) constat, tum ex his locis collatis, tum ex scholis Judaicis, quæ distinguunt inter *extractionem calcei*, leviri, Deut. 25. 9. & *extractionem sandalii*, &c. [verba vide in Li.] Usûs delicatioris fuerunt calcei; durioris atque utilioris sandalia [i]. *Neque*, &c. Μηδὲ ῥάβδον] *Neque virgam*, Er. Vulg. vel potiùs, *baculum*; nam virga tenuior est quàm ut viatoribus magno usui esse possit [k]. At Marc. 6. 8. concedit eis virgam. Resp. 1. Per *virgam* hîc intellige arma [l]. 2. Baculus in Marco intelligitur itinerarius, seu sustentatorius [m]; hîc, defensorius [n]; ut colligitur ex Luc. 22. 36. ubi pro *baculo* ponitur *gladius* [o]. 3. Intellige hîc baculum alium quàm quem manu geritis, sicut & soleas alias quàm quibus nunc induti estis. Nam hunc esse sensum ostendit, tum quod præcessit, *duas tunicas*, h. e. vestem alteram ab ea quâ vestimini, tum quod apud Marcum est, ubi disertè permittitur unus baculus quem gerebant, & soleæ illæ quibus erant induti. Nimirum, quia iter facientibus soleæ facilè atterebantur, neque rarò fiebat ut baculus frangeretur, aut alicubi adhæresceret, ideo in sarcinulis solebant ponere alias soleas aliosque baculos. Hâc cautione Christus Apostolos suos vult abstinere; quocunque iter facturi essent reperturos & victui & itineri necessaria [p]. 4. Ῥάβδους habent & h. l. quidam Libri [q], & Lucas [r]; pro quo vox ῥάβδον hîc facilè potuit irrepere †. ¶ *Dignus est—operarius cibo suo*] i. e. mercede sua, ut legitur Luc. 10. 7. & 1 Tim. 5. 18 *. Sumitur hîc τροφῆς nomen generaliùs, quomodo JC[ti] pronunciant, legatis alimentis cibaria & vestitus & habitationem deberi, quia sine his ali corpus non potest [t]. Prolepsis est: poterant cogitare, unde nobis cibus sine pecunia? Respondet, ego procurabo, ut cibum vobis præbeant auditores, nam scio, *operarium*, &c [v]. Nititur hoc promissum justitiâ Dei, quæ fallere non potest; tanti est vocatione suâ defungi [x]. Quanquam autem referri hoc possit ad Divinæ benignitatis æstimationem, tamen cùm Lucas & Paulus apertè hanc μισθὸν ponant, non inter Deum & Evangelii præcones, sed inter eosdem præcones, & qui eorum præconio edocentur, putem hîc quoque ejusdem pronunciati eandem esse sententiam; ut hoc dicat Christus, Deo providente victum accipietis ab illis ipsis quibus docendis sanandísque operam navabitis; ídque jure æquissimo: vide 1 Cor. 9. 11. Atque hîc iterum apparet μισθὸν dici citra æqualitatis rationem; neque tantùm ubi merces operam excedit, quod alibi ostendimus, verùm etiam ubi indigna est merces quæ ad operam comparetur [y].

11. *Quis—dignus sit*] Scil. vobis hospitibus: confer Heb. 11. 38 [z]. quasi Apostoli darent, non acciperent, beneficium [a]: *dignus*, nempe Evangelio [b], vel pace Evangelica, *filius pacis*, Luc. 10. 6 [c]. *dignitate præditus*, gravis & bene audiens [d], non inhumanus, aut infamis *; pius & timens Dei [f]; bonis moribus & hospitalis [g]. Ἄξιος hîc est *idoneus* [h], h. e. commodus hospes [i]: Malim *dignus*: Ad Ecclesiastici ministerii dignitatem hoc pertinet [k]. ¶ *Ibi manete*] Apud illum

Marginalia (left column): [t] G. — [v] Cap. — [x] Be. — [y] Er. sim. Be. Sch. Cas. — [z] Sch. ex. Be. — ‖ Ham. — [a] Cas. — [b] Be. — [c] G. — [d] Pi. — * Li. ho. — [f] G. — * Me. — [g] G. ex Chrys. sim. Be. — [h] G. — [i] Mal — [k] Bru. — [l] Pi. — [m] Bru. — [n] V. — [o] Bru. — [p] Was. de antiq. num. Heb. l. 19. — [q] G. — [r] Bru. — † Scul. ex. 2. 56. e D. sim. Er. V. Was. Pi. Bru. — [t] Bru. — [v] Bru. ex D. — [x] G.

Marginalia (right column): [y] D. — [z] Was. ib. — [a] Pi. sim. Bru. Ham. — [b] G. sim. Ham. Bru. T. — [c] Pi. — [d] T. ex Bru. — * G. — [f] Bru. — [g] Pi. Mal — [h] Mal. — [i] Li. ho. — [k] Be. — [l] Bru. M. — [m] Pi. sic Me. — [n] Pi. sim. Me. Ham. — [o] Ham. — [p] G. — [q] Bru. — [r] Pi. G. — † Pi. — * Be. — [t] G. — [v] Pi. sim. Bru. — [x] Be. — [y] G. — [z] Bru. — [a] Mal. — [b] Pi. — [c] V. — [d] Ca. — * Bru. — [f] Pi. sic Bru. — [g] Mal. — [h] Er. — [i] Be. — [k] Ec. Bru.

lum hospitem [l]; in domo illius [m]: non mutantes hospitium quasi vel, leves sitis, vel, appetentes mensæ lautioris [n]: vel, nè priorem hospitem offendatis [o]. Displicet Christo levitas desultoria: nihil vult temere mutari. Qui parvo didicit vivere, is neque cœnas lautiores captabit, neque timebit nè hospitem sumptu exhauriat [p]. ¶ *Donec exeatis*] Ex urbe aut pago [q]. Vide Luc. 10. 7 [r].

12. *Salutate eam*], i. e. Habitatores ejus [†]. Salutatio signum est benevolentiæ, amicitiæ & dilectionis [t]. Arbitror in Hebræo fuisse שאלו שלום, quomodo est in Syriaco. Ità apposite secuta est mentio *pacis*, v. seq. At Græcus interpres non verbum verbo reddidit, sed vim Hebraicæ locutionis Græcâ notissimâ voce expressit. Alii postea, cùm non putarent satis cohærere quod sequitur, *pax vestra*, voces aliquot ex Luca huc infarserunt. Atqui vis ipsa vocis εἰρήνης, h. e. *salutis*, sive *incolumitatis*, in illo ἀσπάζεσθαι satis comprehendebatur [v]. Pro, *salutate eam*, Syrus habet, *petite pacem domus* [x]. Quod hîc sequitur in quibusdam Græcis & plerisque Latinis Libris, *Pax huic domui*, ab aliis omittitur [y]. [De quo additamento, vide Er. Mal. Be. Camer. ejúsque explicationem in Ca.] *Pacis* nomine in salutationibus Hebræi denotant omnem prosperitatem, temporariam scilicet, Christus etiam felicitatem æternam [z].

13. *Domus illa*] i. e. Familia, ut οἰκία sumitur in Xenophonte: sic & Joh. 4. 53. 1 Cor. 16. 15. Phil. 4. 22. Sed istis in locis familia ab ipso capite distinguitur, hîc verò ipsum patremfamiliâs simul comprehendit: quomodo & in usu Romano *familiam* dici Ulpianus notavit. ¶ *Digna*] Ἀξία h. l. vocatur familia, quæ animo est docili, non à pietate averso; ac quæ proinde speretur responsura vocationi: sicut contrario modo qui sunt affecti dicuntur *indignos se judicare vitâ æternâ*, Act. 13. 46. Pothinus Lugd. Episcopus interrogatus à Præside, quis esset Christianorum Deus, respondit Ἐὰν ᾖς ἄξιος, γνώσῃ (*si dignus sis, cognosces* [a].) ¶ *Veniet*, &c. Ἐλθέτω] *Veniat*, vel, *venito*, Be. Bru. V. Val. Er. ¶ *Pax vestra*, &c.] i. e. Prædicate illis Evangelium, atque ità participes eos efficite pacis quam eis fuistis precati [b]. *Eveniat*, vel *Eveniet ei vestra salus*, h. e. felicitas, quam eis optabitis salutando [c]. Hellenistæ, Hebræorum imitatu, hâc (*pacis*) voce appellant quicquid in bonorum censu habetur, h. e. quicquid expeti atque optari solet [d]. *Pax—veniet*, &c. i.e. acceptabunt eam quam offertis salutem, vósque simul libenter admittent hospites [*]. ¶ *Revertetur* (vel, *Revertatur*, Er. V. Bru. sic Be. Pi. &c.) *ad vos*] Incolumis, & vos aliò, ubi gratiores sitis, deducat [f]. Oblatam pacem revocate, & vos aliò pergite [g]. Nolite eis prædicare Evangelium, ut participes eos reddatis pacis, &c [*]. Al. Eveniet vobis, quod ei precati estis: ut Psal. 35. 14. *Oratio mea in sinum meum convertetur* [h], vel potiùs, *revertetur*, i. e. illis non eveniet [i], eventu optato carebit, ut Esa. 55. 11 [k].

14. *Et*, &c. Καὶ ὃς ἐὰν μὴ δέξηται ὑμᾶς] *Et quicunque non exceperit vos*, Be. Pi. pro, εἴ τις μὴ δέξηται, *si quis non exceperit*; ut apparet ex enuntiati hujus consequente. Est sermonis ἀκολουθία [l]. Formulæ consequentiæ apud Græcos, plerumque per duos genitivos exprimuntur, ità & locutione nominativâ præstari possunt: Sic in Thucyd. l. 1. *Atticæ naves——pugnâ abstinebant*, διὰ τὰς οἱ στρατηγοὶ, &c. pro διδόντων τῶν στρατηγῶν, *timentibus ducibus interdictum Atheniensium*, vel periphrasticè, ἐπεὶ ἐδεδίεσαν οἱ στρατηγοὶ. Sic Aristot. sect. 34. problem. 12. Εἶτα ἀνιξάντες τοῦ σώματος τοὺς πόρους, καὶ βιβρώσαντες, πάλιν γίνεται τὸ πῦρ, pro, ἀνοιξάντων ἡμῶν, &c. Homer. Il. γ´. 211. Στάντων μὲν [αὐτῶν] Μενέλαος ὑπείρεχεν —— Ἄμφω δ' ἑζομένω, (pro ἀμφοῖν ἑζομένοιν, vel, ἐὰν ἄμφω ἕζωνται, *Si ambo sedeant*, ad verb. *ambo sedentibus*,) γεραρώτερος, &c. *venerabilior erat Ulysses*. Ità & h.l. ὃς ἐὰν, &c. pro, μὴ δεξαμένων ὑμᾶς αὐτῶν [m]. ¶ *Excutite pulverem de pedibus vestris*] Vel, *pedum vestrorum*, qui adhæserit pedibus vestris [n]. Ad testandum scil. vel, 1. se nihil terreni commodi ab eis ambivisse [o]. Vel, 2. quòd ipsorum impietas tanta sit, ut etiam pulverem, quam calcant, inficiant [p]. Vel, 3. quòd nullam volunt sibi esse cum illis communionem [q]. q. d. Veneramus huc non nostri commodi, sed salutis vestræ, causâ: Nunc quando monitis nostris auscultare non vultis, res vestras vobis habete: nihil nobis vobiscum ultrà commercii est, quin adeò nè tantillum quidem vestri expetimus. Hunc sensum postulare videtur, quod Lucas uno loco imperativè posuit, *excutite*, &c. 9. 5. altero enunciativè ipsorum Apostolorum verbis, *excutimus*, vel, *extergimus*, &c. 10. 11. contrà scilicet quàm fecerat Neeman, 2 Reg. 5. 17. Bene autem addunt Marcus & Lucas, *in testimonium ipsis*: quia eodem ritu simul testatum sit venisse ad ipsos Doctores veritatis: ut Ezech. 2. 5. *ut sciant Prophetam fuisse*, &c [r]. Vel, 4. iram Dei in illos effundendam esse [†]: in signum anathematis, maledictionis, eis impendentis [t]. Vel, 5. quòd hic pulvis in die Judicii testis contra eos futurus est. Solebant enim Judæi aliquid notabile facere, ut testimonium esset rei factæ: sic vestes lacerabant [v], lapidem vel altare erigebant, &c [x]. Sed non videtur mihi hîc ritus directè quidem denunciationem Divini judicii continere, qualem Nehemias excusso brachio, & Romani projecto lapide, volebant intelligi [y]. Vel, 6. se urbem istam, utcunque Israeliticam, pro Ethnica, profana, impura, reputare atque abhominari. Pulverem terræ Ethnicæ ex contactu inquinare docuerunt Scribæ [z]. [quorum verba vide in Li.]

15. *Tolerabilius erit*, &c.] i.e. Minùs punietur [a]. *Sodomam & Gomorrham* præ aliis nominat, non tam ob summa flagitia, quàm ob singulare exitii genus, ut omnibus seculis essent in exemplum & nomina earum abhominationi, 2 Pet. 2. 6. Jud. v. 7 [b]. ¶ *In die judicii*] i.e. Vel, 1. excidii Hierosol. & Judææ [c]: vel, 2. Judicii universalis & communis [d]: quem diem ἡ κρίσις alibi significat [*]: hinc & Lucas per notam eminentiæ dixit ἡμέραν ἐκείνην, (*diem illum* [f]:) quâ phrasi dies ultimus significari solet [g], ut Judas dixit κρίσιν μεγάλης ἡμέρας. Non respicit Christus tempus præteritum quo urbes istæ cœlesti incendio conflagrârunt, sed futurum, ut ostendit verbum ἔσται. De Sodomis ergò non tam judicatum est olim, quàm præjudicatum [h]. Significat eos atrociorem pœnam subituros quàm olim sustinuerint [i]. ¶ *Quàm illi civitati*] Licet Israeliticæ [k]: illis enim Evangelium non fuit prædicatum [l], nec promissio salutis oblata, nec pœnitentia tot miraculis, tot beneficiis, provocata [m]. Neque verò iniquum nobis videri debet, si gravior pœna imminet Evangelii contemtoribus quàm illis fœdissimâ libidine & omni vitiorum genere inquinatissimis. Peccata enim non præcisè tantùm ex suapte natura, verum etiam ex aliis circumstantiis rerum & personarum, æstimanda sunt. Habuerunt Sodomi notitias naturales & parentum traditionem; Judæi Legem Mosis multò clariorem. Habuerunt Sodomi monitorem Lotum; at Judæi Apostolos tanta adferentes promissa, tantis miraculis spectabiles. Atque hinc quoque non minùs quàm ex aliis locis plurimis apparet, contemptum Evangelii non esse effectum necessarium alicujus vitii quod sit commune humano generi, sed aut culpam esse peculiarem, & quæ vitari potuit, aut certè culpæ talis certum testimonium. Quod enim ex culpa aliqua necessariò fluit, id, supra sortem ei culpæ communem, pœnam alicujus gravare non potest [n].

16. *Mitto vos*] Præsentis temporis verbo futurum simul complectitur. Quæ enim sequuntur non tam ad hanc legationem pertinent, quàm ad eas quas Christus postea Apostolis erat mandaturus [o]. ¶ *Sicut oves* (sub. *quis emitteret*, V.) *in medio luporum*] *Ut oves*, i. e. imbelles [p]; inermes [q]; humanis præsidiis destitutos, simplices, innocentes, mansuetos, nullis malis artibus vosmet ulciscentes aut protegentes, sed à solius Dei pendentes protectione. Lupis nihil est inter quadrupedia crudelius, rapacius, voracius, & infestius, ovibus maximè. Significantur Apostolorum persequutores atque hostes, quibus illi undique obsessi sunt [r]. ¶ *Estote ergò prudentes*] i.e. Circumspecti [†], in declinandis insidiis [t], quantum per officium vobis licebit, ut sciatis quomodo vos habere ac gerere debeatis [v]. Dictum hoc videtur συγγνωμικῶς [x], sive per modum permissionis [y]. q.d. Liceat vobis prudentiam serpentis imitari, modò tam expertes malitiæ sitis quàm columbæ [z]. Verba Imperativi modi in S. S. quanquam præcepti formam habeant, sæpe tamen prædictionem tantùm rei eventuræ, vel permissionem rei faciendæ, significant. Sic Mat. 23. 32. *Implete*, &c. i.e. implebitis: Luc. 21. 19. *Possidete*, &c. i.e. possidebitis. 1 Cor. 7. 23. *Nè sitis servi hominum*. Non hoc præcipit,

Marginal notes (left column): l Ca. m Pi. sic G. n Bru. sim. Mal. ex Chrys. Th. &c. o Mal. p G. q G. sic Ca. Bru. Pi. Er. r G. † Pi. sim. Be. t Eru. v G. x D. y Bru. sim. V. z G. a G. b Pi. c Ca. d G. * Eru. f Bru. g Euthym. in Mal. sim. Pi. * Pi. h Mal. i Me. k G. sim. Mal. Ham. l Pi. m Sch. n Bru. o Zeg. p Pi. q Ca. sim. Bru Pi. Tertul. in G.

Marginal notes (right column): r G. † Pi. t Bru. T. ex Orig. Hil. Hi. &c. v Mal. Me. x Mal. y G. z Li. ho. a V. sim. Bru. b Bru. c Pi. d Bru. sic Pi. G. * G. f G. sic Pi. g Pi. h G. i Bru. k Bru. l Mal. m Bru. n G. o G. sim. Pi. p Bru. q Mal. Bru. r Bru. † Pi. sic M. t Pi. sim. Bru. v Bru. x J. Cap. y Ham. z J. Cap. sim. Ham.

cipit, sed permittit, &c. Ità & h. l. neque enim vetitum illis erat in summa pericula incurrere, &c[a]. ¶ *Sicut serpentes*] Respexisse videtur ad Gen. 3. 1[b]. Serpentum prudentia imitatione digna hæc est: 1. quòd in certaminibus capitis potissimùm rationem habet[c], ut hoc illæsum servet, quod testantur Epiph. Chrys. Cæsar. Isidor. Tzetzes Chil. 9. 263[d]. [verba vide in BA.] 2. Quòd bibiturus venenum exspuit suum, nè sibimet ipsi noceat aquas venenatas bibendo[*], ut referunt Epiphan. Cæsar. Eustath. 3. Quòd cùm senium præsensit, quærit petram, & in rimam se insinuat, pronúsque per foramen transire nititur, & senectutem exuit, ut omnes asserunt[f]. Nescio an id spectaverit Christus, quod dicitur Psal. 58. 6. [ubi dicta vide.] Sed & pedes hominum, nè ab iis obterantur, diligentissimè observant. Simplicissimum est ut dicamus respici τὸ ὀξυδερκὲς, quod serpentibus est proprium, —*tam cernis acutùm Quàm aut aquila aut serpens Epidaurius*[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀκέραιοι] *Et sinceri*, Tre. Ca. vel, *innocentes*, P. Æth. sic Bru. V. *simplices corde*, Ti. Per. *innoxii*, Il. *simplices*, Sy. Ar. Er. Be. Mo. Pi. quibus nihil admixtum est doli[h]; versutiæ atque calliditatis prorsus expertes[i]; nemini ullam vobis nocendi occasionem præbentes[k]; injurias non ulciscentes[l], innocui & mites[m]; humiles & integri vitâ, neminem offendentes verbo aut exemplo[n]; simplicieter pergentes quocunque fert Dei vocatio[o]. Bene monet Cicero 2. de offic. multos esse qui, versutos homines & callidos admirantes, malitiam sapientiam judicent. Ideo Christus commendationem Prudentiæ ab omni fraude dolóque segregans, comitem ei adjungit Innocentiam, sive simplicitatem. Etiam Martiali, inter ea quæ beatiorem vitam efficiunt, est *prudens simplicitas*[p]. Qui alibi ἁπλοῖ *simplices*, hìc ἀκέραιοι, vocantur à voce deductâ, vel, 1. ab α privante & κεράω, *misceo*: q. d. cui nihil alienum sit admixtum quo adulteretur[q]: vel, 2. ab α & κέρας, *cornu*; q. d. nulli noxii[r]; ad verb. *absque cornibus*, Bru. vel, 3. ab α & κεραία, *prominentia*, qualis in pomis, &c. q. d. prominentiâ carentes, sine obstaculo globosi, simplices & uniformes[†]. ¶ *Sicut columbæ*] Quæ felle carent, nemini nocent, nè iis quidem à quibus malè afficiuntur, direptoribus ovorum atque pullorum[t]. Non absimile huic dictum illud RR. *Dixit Deus Israeli, vel de Israele, Apud me sunt innocentes ut columbæ; sed inter nationes mundi sunt callidi ut serpentes*[v]. Huc facit illud Hermippi. *Speciem quidem habes agni, intus verò nihil à dracone differs*[x].

17. *Cavete*, &c. Προσέχετε δὲ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων] *Cavete ab hominibus*, Be. Pi. vel, 1. quibusdam[y]; *illis hominibus*[z], id indicante articulo[a], malis videlicet[b], hostibus Evangelii: vel, 2. indefinitè; q. d. à plerisq; omnibus[d]: *ab omnibus hominibus*, siquidem sit articuli vis expendenda. Nam οἱ ἄνθρωποι valet *homines*: ἄνθρωποι autem cùm dicitur, quosdam intelligimus[*]. Exponit quos antè dixerat lupos[f]: *homo* enim *homini lupus*[g]; præcipuè in religionis causâ[h], Porphyr. de abstinentia, 3. p. 272. Ἐστι γὰρ αὐτῶν, &c. (*Tolerabilior enim est illarum*, i. e. ferarum, *malitia quàm hominum.*) Anacharsis, apud Stobæum, c. 2. τί ἐστι τὸ πολέμιον ἀνθρώποις; αὐτοὶ ἑαυτοῖς; (*Quid est hominibus inimicum? ipsi sibi?*) Seneca, epist. 103. *Quid ista circumspicis, quæ raro contingunt, incendium, ruinam, &c? Ab homine homini quotidianum periculum: adversùs hoc te expedi. Erras, si istorum, qui tibi occurrunt, vultibus credis, hominum effigies habent, animos ferarum*[‖]. Dictum est eleganter à Comico vetere, Ὡς χαρίεν, &c. (*Quàm gratiosa res est homo, siquidem homo sit.*) Sed contrà, nihil hoc animante sævius, ubi semel ab humanitate descivit. Ovid. *Mitius inveni quàm te genus omne ferarum.* *Cavere* ergò *homines* jubentur Apostoli, i. e. de commodis & honoribus hujus ævi cum aliis non contendere, vitare offensas quantum fieri potest, incorruptâ veritate, ipsa veritatis verba non perdere apud eos quorum deplorata est improbitas[i]. Al. *Cavete ab his hominibus*, i. e. à lupis, inter quos vos mittam. τῶν, pro τούτων, ut sæpe. Vide ad Matt. 11. 19[*]. Προσέχειν cum Syntaxi ferè mutat significationem: Cum dativo est, *adhærere, sectari, deditum esse*; cum præpos. ἀπὸ regente genitivum rei, vel personæ, *cavere diligenter*, &c. ut hìc & Mat. 7. 15. Luc. 20. 46[k]. ¶ *Tra-*

a Ham. b Scul. ex. 2. 56. sic D. Prov. 2. 5. 37. c J. Cap. ex Epiphan. Scul. &c. d BA. 1. 1. 4. 24. * J. Cap. ex Epiph. sic Scul. BA. f BA. ib. 28. g G. h Pi. i Be. k Me. ex Mal. l Mal. ex Chrys. sim. Bru. m Zeg. n M. o Bru. p G. q Be. r Q. in Fe. † Sch. t Bru. v Cart. mel lif. 2. 2. x D. prov. y V. z Er. a Er. sim. V. b Er. c Pi. d Bru. * Cas. f Bru. Mal. g Mal. Be. h Be. ‖ Ga. i G. * Kn. k Sch.

dent] i. e. Sistent, præsentes captivósque vos exhibebunt[l]. ¶ *In*, &c. Εἰς συνέδρια] *In concilia*, Er. V. Tre. & Di. ex Sy. i. e. consessus Judicum[m]. vel, *synedria*, Pi. vel, *tribunalia*, Di. ex Tre. & Sy. Suprà vidimus à Christo *synedrium* dici propriè Synedrium magnum[n]. Talia autem Gabinius quinque instituerat in Judæa[*]; teste Jos. Belli Jud. 1. 6. unde vox hìc plur. est[o]. Horum aliqua (nam de omnibus non arbitror) superesse potuerunt Christi tempore. Quod si placet intelligere consessus minores 23 Judicum, nè id quidem cum vocis usu pugnabit[p]. Factum hoc Act. 4. 5, 7. & 5. 27. & 6. 12[q]. Al. *Concilia* hìc sunt tribunalia Gentium[r]. At de iis agit v. seq[†]. ¶ *Et in synagogis suis flagellabunt vos*] Tam obscurus viris doctissimis hic locus visus est, ut suspectam haberent lectionem omnium Codicum fide munitam. Sed nimirum imposuit illis, quòd *synagogarum* nomine Proseuchas intelligerent[t]. Cùm neque *synagogas* alibi inveniam de judicii domibus dici, neque in Synagogis fuisse sumptas civiles pœnas, mihi suspectus est hic locus[v]: at sine causa prorsus[x]. 1. Possunt *synagogæ* intelligi vulgari significatu loci conventuum, præsertim extra Romanum Imperium. Sæpe enim Regum beneficio illis in partibus Judæis αἰχμαλωτάρχαις concessa est animadversio in populares, quam in Synagogis solitam exerceri incredibile non est. Nam & Epiphanius narrat, Judæum quendam, cùm ad Christianos deficere vellet, in Synagoga flagris cæsum. Vide quæ Act. 22. 19. & 26. 11. Et apud Eusebium citatur liber, imperante Commodo, adversùs Montanistas scriptus; ubi ait, eorum gregis neminem in Synagogis Judæorum flagellatos aut lapidatos esse[y]. Judæi in Synagogis suis, ubi lex legebatur, solebant flagellare delinquentes in Legem[z]. Fortè significat, tantùm fore eorum furorem, ut quum Apostoli prædicarent in Synagogis, præfecti illarum eos statim flagellarent, nec eos deferrent ad Judices civiles[a]. In unaquaque Synagoga erat consessus triumviralis, qui judicarent de rebus litigiosis intra Synagogam istam emergentibus, per quos *flagellatio* erat, Sanhed. cap. 1. hal. 2. Sic flagellatio illa Pauli, 2 Cor. 11. 24. fuit in Synagoga[b]. Certum est συναγωγὰς dici etiam civiles & juridicos conventus, 1 Mac. 7. 12. Additamentis ad Danielem 13. 41. Nec dubito quin hìc scandat oratio à Synedriis ad Synagogas: quod ut intelligatur notandum est, solitos fuisse interdum Judæos, in rebus ad summam religionis aut imperii spectantibus, advocare ad Synedrium quotquot habere poterant tribuum Primores aliísque honoribus præditos, ut quod constituerent, legis potiùs à populo probatæ quàm Senatusconsulti haberet auctoritatem. Talis conventus vocabatur Hebræis קהל, Græcè interdum ἐκκλησία, interdum συναγωγὴ μεγάλη. Ejusmodi fuit is conventus 2 Par. 30. 2. Sed & alibi Josephus narrat convenisse γερουσίαν σὺν τοῖς φυλάρχαις, inter cætera, Josuæ temporibus. De anathemate, quo Esdræ tempore puniti contumaces, narrant Hebræi factum à Synedrio majore & minore, 1 Mac. 14. 28. Ità Hebræorum Magistri *magnam Synagogam* vocant cœtum illum 120 virorum circa tempora ædificationis Templi secundi, in quo cœtu, præter τοὺς συνέδρους, & Prophetæ fuerunt & Primores alii. Josephus talem cœtum vocat ἐκκλησίαν πάνδημον, qualem coactum ait ab Herode M. convocatis multis, non ex urbe tantùm, sed & ἐκ τῆς χώρας, (*ex agro*, sive *regione.*) Sic Herodem eundem, nondum Regem, ob interfectum Ezechiam accusatum ait Gorionides coram Synedrio majore & minore. Verissimum esse quod dico ostendet eventus, Christi verbis ad amussim respondens, Act. 4. Sistuntur Petrus & Johannes Pontificibus, Senioribus & Legisperitis, quorum consessus ibidem ut & alibi συνέδριον vocatur v. 15. Mox Act 5. narratur Pontifex convocâsse non tantùm συνέδριον, sed & πᾶσαν τὴν γερουσίαν, &c. v. 21. quia scilicet populis ex omnibus oppidis ad Apostolos confluentibus, ut narratur v. 16. res hæc ad summum Reip. periculum spectare videbatur, ità ut operæ pretium esset omnium honoratorum suffragia exquirere, aut saltem, ut in duobus exemplis suprà jam adductis, Senatum urbis Hierosolymitanæ cum Senatu populi conjungere. Hæc ergò fuit Synagoga magna. Sensúsque verborum Christi est, Non tantùm ordinariis

l Bru. m Er. V. D. n G. * G. sim. Scul. 2. 58. Di. o Di. p G. q Bru. r Q. in Mal. † Mal. t G. v Be. x Li. ho. y G. z Q. in Bru. a Pi. b Li. ho.

riis consistoriis sistemini, sed & conventus extraordinarii vestri causâ habebuntur. Coram tali autem conventu extraordinario cæsos virgis Apostolos apparet dicto Actorum capite, v. 40 [c].

18. *Ad præsides*] Nempe Provinciarum [d]; quales Pilatus, Matth. 27. 2. Felix & Festus, Act. 23. 24 [*]. ¶ *Et ad Reges*] Ut Act. 12. & 26 [f]. Quanquam Hebræis מלכים dicuntur interdum qui vicariam aut mandatam habent potestatem, quo sensu nomen illud etiam Pilato aptari videtur, Act. 4. 26. 27: cùm tamen ἡγεμόνων mentio præcesserit, necesse est vocem illam hîc strictiùs accipi. Eadem oppositio ἡγεμόνων & βασιλέων 1 Pet. 2. 13, 14. Constitit igitur huic oraculo sua fides, cùm Petrus apud Neronem, Joannes apud Domitianum, alii apud Parthorum, Scythorum, Indorum, Reges, causam dixere [g]. ¶ *In*, &c. Εἰς μαρτύριον] *In testimonium ipsis*, Er. Il. P. Pi. &c. *Ut hoc sit testimonium eis*, Be. *Ut sitis testimonio iis*, Ca. Ut illis de me testimonium constanter, fortitérque patiendo, præbeatis: intelligent enim, non esse rem vanam pro qua vos mori paratos viderint [h]. Quæ sit vis hujus locutionis vide ad cap. 8. Hoc facto convincentur, inquit Christus, auditæ veritatis [i]. Al. Ut testatum sit ipsis pervenisse ad eos Evangelium [k]. Al. *ipsis*, i. e. contra eos, ut est Luc. 9. 5 [l]; in die Judicii [m]. Dum illi molientur vobis parare perniciem, & Evangelium excludere, testimonia publica parabunt adversùm se, per quæ patefiet, justo Dei judicio, illos, tum modò, tum in extremo Judicii die, puniri, exstirpari & rejici à Regno Dei [n]: quia non possunt suæ incredulitati prætendere ignorantiam. ¶ *Et gentibus*] i. e. Populis qui illis subjecti sunt [o], qui illorum tribunalibus astabunt [p]. Non solùm in Judæa, sed & in locis remotioribus [q].

19. *Nolite*, &c. Μὴ μεριμνήσητε] *Ne sitis anxii*, sive *soliciti*, V. Er. Val. Zeg. Pi. Vox μεριμνᾶν non qualemcunque meditationem, sed animi anxietatem, significat & laboriosam præparationem, qualis esse Oratorum solet. Vide quæ diximus ad cap. 6. 25. προμεριμνᾶν dixit Marcus, προμελετᾶν Lucas [r]. ¶ *Quomodo aut quid*] Nam de utroque solent esse soliciti qui causam acturi sunt apud Principes; & quid dicendum, & quâ ratione ac formâ [†]. ¶ *Dabitur* (i. e. suggeretur [t], à Deo Patre, v. seq. vel, à me, Luc. 21. 15 [v].) *vobis* (rogantibus tamen [x],) *in illa hora* (dictum ut supra 8. 13. & 9. 22 [y].) *quid loquamini*) Respicit ad Exod. 4. 11. Etiamsi quid vobis antea desit, eo ipso tempore ope cœlesti supplebitur, Spiritu Divino suppeditante & animo sapientiam, & ori eloquium, non calamistratum, sed simplici gravitate ipsam nudæ veritatis naturam referens. Hujus promissionis complementum in Petro & Stephano videmus; imò in omnibus martyrologiis. Ab Apostolis exigit Christus, ut suæ doctrinæ velint præbere testimonium, ut rectè id faciant ipse præstiturus [z]. Victoriam promittit, non quâ vita ipsorum in tuto sit, sed quâ triumphet gloria Evangelii, quo nihil clarius sit oportet [a].

20. *Non vos*, &c.] Nempe ex vobis ipsis [b]. Non tam vos quàm per vos Spiritus S [c]. Negatio absolutè, non comparatè, intelligenda [d]; ut Mat. 9. 13 [*]. Nè consternarentur tantis periculis, magnum illis auxilium promittit, non Angelos, sed ipsum Dei Spiritum, quo nihil majus promitti potuit [f]. ¶ *Patris vestri*] Ejus enim, non humanum, negotium geritis [g].

21 *Tradet — frater fratrem*, &c.] Nullus inter eos erit fidus affectus, quorum diversa est fides [h]. Hæc signa temporum Messiæ asserunt Hebræi in Thalmude, titulis *Sanhedrim* & *Ketubath* [i].

22. *Et eritis odio omnibus*] i. e. Plerisque [k]: ità enim sumi solent particulæ universitatis. Petronius Arbiter, *Si quis vitiorum omnium inimicus rectum iter vitæ cæpit insistere, primum propter morum differentiam odium habet. Quis enim potest probare diversa* [l]? ¶ *Propter nomen meum*] i. e. Propter me [m], quem prædicatis & colitis [n]; quòd vos Discipulos meos profiteamini. Hæc enim est significatio *nominis*, quia moris erat Discipulos vocari ex Magistrorum nomine. Explicatur hoc 1 Pet. 4. 16. Confer & Act. 5. 41 [o]. *Nomen* hîc & alibi professionis studii & cultûs symbolum est:

[c] G. [d] Be. Eru. Pi. sic Er. [*] Bru. [f] Bru. Pi. [g] G. [h] Me. ex Mal. [i] G. [k] V. [l] Be. Pi. [m] Mal. Me. sic Pi. [n] Bru. [o] Pi. [p] G. [q] Bru. [r] G. [†] Bru. [t] Pi. Bru. [v] Bru. [x] Idem. [y] G. [z] Idem. [a] Bru. [b] Bru. [c] G. sic Bru. Mal. &c. [d] G. [*] Mal. [f] G. [g] Bru. [h] Bru. Me. [i] G. [k] Pi. G. [l] G. [m] V. Bru. [n] Bru. [o] G.

quem enim colimus aut profitemur, sæpe nominamus & in ore habemus [p]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ δ' ὑπομείνας] *Qui substiterit*, Be. vel, *sustinuerit*, Bru. Pi. ut vertendum est, Heb. 12. 7. & alibi [q]: vel potiùs, *duraverit*, sive *perseveraverit*, Cas. Bru. Videntur enim propriè ὑπομένειν dici ea quæ subsistunt, nec amittunt τὸ εἶναι, sicut à Philosopho dicuntur *partes temporis* οὐχ ὑπομένειν [r]. Vim vocis ὑπομένειν optimè Virgilius illo versu expressit, *Durate, & vosmet rebus servate secundis* [†]. Patientiam enim cum expectatione boni alicujus significat [t]; *Beatus* המחכה, Dan. 12. 12. Benè autem monet Irenæus, ὑπομονὴν esse duplicem, aliam ἐξ ἀρχῆς, (ab initio;) aliam ἐκ μετανοίας, (*ex pœnitentia:*) Ad illam Apostolos hortatur Christus, ità tamen ut hanc interim à spe salutis non excludat [v]. Ὑπομένειν significat quietum & constantem sub onere permanere [x]. Qui patienter & constanter toleraverit persecutiones propter me [y]. ¶ *Usque in finem*] Vitæ; qui etiam persecutionum finis erit [z]. Declarat neque momentaneam, neque perpetuam, hanc conditionem fore [a]. ¶ *Hic* (omnis & solus [b]) *salvus erit*] Vel, 1. salute temporali, ut σωτηρία sumitur Act. 7. 25: *salvus*, à fatali illo exitio Judæorum & Jerosolymæ, ex collat. v. seq. & Matth. 24. 13 [c]: vel, 2. salute æterna [d]; *salvus erit*, licèt morte affectus [*].

23. *Cùm — persequentur vos* (nempe homines, Judæi; de quibus ferè hoc capite sermo est [f]:) *in civitate ista* (i. e. in urbe aliqua [g]: Synecdoche speciei. Et sic Pronomen illud in distributionibus usurpari solet [h]: vel, ἐν τῇ πόλει positum pro, οἱ ἐν τῇ πόλει· quod quia erat obscuriùs, ideo adjecta est olim interpretatio διώκουσιν ἐκ τῆς πόλεως, quæ deinde, ut fieri solet, in aliquorum Codicum textum admissa est [i]: vel, *in ea urbe*, nim. quam ingressi fueritis [k]:) *fugite in aliam*] i. e. In aliam aliquam. Articulus hîc habet vim indefinitam [l]. Cùm sequatur φεύγειν, planè arbitror διώκειν hîc strictè sumendum pro ἐκβάλλειν [m]. Objicere poterant Apostoli, Prædicis nos capiendos, & neci dandos, quomodo igitur prædicabimus, &c? Solatur ergò eos fugam concedens, & suam promittens eis inter adversa præsentiam [*]. Sensus est, Ex una urbe per vim ejecti nè desistite ab imposito vobis munere [n]. Idcirco fugite non in solitudinem aliquam ubi sitis tutiores, sed in urbem aliam, ibi quoque experturi proventum vestræ institutionis [o]. Permittit fugam periculorum, sed junctam cum Evangelii propagatione [p]. Apparet igitur non rectè ex hoc loco peti argumentum ad quæstionem de Fuga voluntaria solo vitandi periculi respectu. Non est autem facile de Fuga quicquam universim definire, cùm pro circumstantia temporum & locorum aliter atque aliter sit statuendum. Tertulliani sententiam, qui fugam omnem damnabat, Cyprianus, alioqui magni ejus auctoritatem faciens, exemplo suo improbavit [q], & Hieron. adversùs Ecclesiam scriptam esse dicit [r]. Optimè Clemens Stromateon 4. & 7. quæ pericula subeunda, quæ vitanda sint, animo, mortem neque optanti, neque metuenti, ex Dei gloria & hominum usu æstimandum relinquit. Vide Origenem, ad Johannem, & adversùs Celsum, & Athanas. libro ejus argumenti, & Augustinum in Epistola ad Honoratum [†]. Licita est in persecutionibus fuga, quando eam permittit incumbens nobis officium, nec prohibet charitas, nec constat venisse horam mortis nostræ [t]. Quod Christus hîc tradit, modò præceptum est, modò consilium, pro diversis rerum & personarum, &c. circumstantiis. Modò fugere licet, modò debemus. Præceptum est; 1. Apostolis, ut sese propagando latiùs Evangelio reservarent, nec se in primo statim prælio objicerent morti: 2. Nobis aliisque omnibus, cùm major Dei gloria, & Ecclesiæ utilitas à nobis exigit: tunc non fugere peccatum est. Addit Chrysost. fugere licere, & nescio an oportere, cùm ejus, si manserit, fides periclitabitur. *Christum*, inquit, *fugiendo non negat, qui ideo fugit, nè neget* [v]. Tunc fugere licet, cùm sine fidei macula, & cum ejusdem utilitate, fuga iniri potest [x]. ¶ *Non*, &c. Οὐ μὴ τελέσητε] &c. *Nequaquam absolveritis* (vel, *obieritis*, Be. P. ad verb. *finieritis*, Be. vel, *perambulaveritis*, Er. Il. Ti. Scul. *perlustraveritis*, Ca. *circuieritis*, Bru.) *urbes Israelis*, Pi. Sy. Ar. Tre. i. e.

non

[p] Bru. [q] Cas. [r] Cas. Scul. [†] G. [t] G. sim. Bru. [v] G. [x] Be. [y] Bru. sim. Pi. [z] Bru. [a] Be. [b] Bru. [c] Ham. [d] Bru. sim. Pi. [*] Bru. [f] Bru. [g] Pi. sic Camer. [h] Pri. [i] G. [k] Be. [l] Pi. [m] G. [*] Bru. [n] G. sim. Be. [o] G. sim. Bru. [p] Bru. [q] G. [r] Mal. [†] G. [t] Bru. [v] Mal. [x] Me.

non finem feceritis prædicandi in civitatibus Israel [y]. Τελέσητε πόλεις, pro, τελέσητε διδάξαι τὰς πόλεις, qualis Infinitivi Ellipsis alibi annotata est [z]. Al. *Non consummabitis*, &c. i.e. nunquam consummatas perfectásque reddere vestrâ poteritis prædicatione†. Τελεῖν non est *peragrare*, aut *obire*, sed *perficere doctrinâ*, ut in illo Nasonis, *Phillyrides puerum citharâ perfecit* (i.e. ἐτέλεσεν) *Achillem*. A quo fortasse non abludit, quòd τελεῖν τὰ μυστήρια, (*mysteria consummare*, sive, *peragere*) dicunt. Cui Hebr. כלה, Latin. *consummare*, proximè accedit ||. Objici poterat, si ex tot urbibus ejiciendi simus, ubi manendum? Respondet, semper aliquem locum fore, ídque in Judæa, quò confugiant [a]. Notatur obiter incredulitas Judæorum, quibus convertendis Apostoli futuri sint satis occupati, donec Filius hominis veniat [b]. ¶ *Donec*, &c. Ἕως ἂν ἔλθῃ, &c.] *Priusquam* (vel, *Quin*, Be. Pi. ἕως ἂν, pro, πρὶν [c]; vel pro, πρὶν ἤ [d]; ut Mat. 5. 18*.) *filius hominis*, Bru. i.e. Quin ego venero. At Christus jam venerat [f]. Quis autem hîc adventus intelligendus sit, discrepant interpretes [g]. 1. Adventus per resurrectionem suam [h], Rom. 1. 4. Confer Act. 3. 19, 20, 26. A resurrectione Christi, epocha Messiæ [i]. 2. Adventus ad judicium [k]: nec usquam, quod sciam, adventus Filii hominis aliter sumitur [l]. Significat prius Gentiles, quàm Judæos [omnes,] ad fidem venturos, Rom. 11. 25[m]. 3. Adventus ad perdendos persecutores [n]. q.d. Priusquam manifestis indiciis cernatur Divina ultio appropinquare: quæ vel demonstrata est in eversione Jerosolymæ, vel demonstrabitur in eversione totius mundi [o]. 4. Non adventus hîc intelligitur, sed adventûs patefactio [p]: *quin venerit*, &c. i.e. quin jam senserint præsentiam meam gratiosam, quâ efficax per vos fuero in plurimis convertendis: quæ res vos sustentare poterat contra persecutiones alias [q]. Veniam ad vos, proferam me, Evangelii profectui, simul & vobis, prospiciens, vósque solans & adjuvans [r]. 5. *Venire* hîc est, *auspicari Regnum suum*, ex collat. Matth. 16. 28. —— *priusquam viderint Filium hominis venientem in Regnum suum*, cum Marc. 9. 1. ubi est, *usquedum viderint Regnum Dei adveniens in potentia* †. Mihi constat, *adventum Christi* in hisce Libris multis modis dici, & sæpe eo non corporis præsentiam, sed virtutis documenta, intelligi, in quo genere excellit missio illa copiosissimæ gratiæ Spiritûs S. nec in Apostolos tantùm, sed in credentes alios, quo certissimo indicio constitit Regnum illud, diu expectatum, jam advenisse, & Christum ejus Regem cum plenissima potestate à Patre constitutum. Fundum do huic sententiæ meæ Johannem Apostolum, apud quem Christus, jam clariùs aliquantò explicans quod hîc obscuriùs dixerat, adversùs omnem vim ingruentium periculorum Discipulos suos eo solatur, quòd missurum se dicat ipsis *Spiritum illum veracem*, statímque addit, —— *venturus sum ad vos*, 14. 18. ubi apertissimum puto Christi adventu missionem Spiritûs significari. Confer Act. 2. 33. Est ergò verborum Christi hæc paraphrasis, *Dixi quæ mala vobis imminerent; dixi nihilo minùs vestrum esse instare cæpto: Sed nolite animum despondere, præ foribus est mea magna & regia potestas, quæ apparitura est brevi, imò antequam finem feceritis docendis Judæis intra fines Palestinæ.* His verbis ostendit Christus gratiam Spiritûs anticipaturam ipsorum longinquas profectiones. Nam & postea, jam jámque ab Apostolis discessurus, mandatum dedit omnes gentes instituendi, sed ità tamen ut ab Hierosolymis exordium facerent, ibiq; subsisterent donec promissus ille Spiritus ipsis supervenisset, Luc. 24. 47, 48, 49. Act. 1. 4, 5, 8. Optimè ergò cohærent quæ sequuntur. Nam si Christus ad istam gloriam pervenire nisi per gravissimas calamitates non potuit, non debent Christi sectatores eandem sortem defugere [r].

24. *Non est discipulus super magistrum*] i.e. Potior Præceptore suo [v]. Adagium [hoc est] Hebræis receptissimum [x]; quod habet AE. ad Hos. 1. 2 [y]. quod [tamen] videtur pugnare cum adagio Græco, Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων (*Multi discipuli potiores præceptoribus.*) Sed hoc agit de iis qui discipuli fuere; illud, de iis qui discipuli manent [z], sicut Christi Discipuli nunquam debent desinere ejus esse Discipuli [a]. Intelligendum hoc, vel de omnibus discipulis, non quòd semper, sed quòd plerumque, fiat [b]; vel, de solis Christi Discipulis. Vel certè, non tam docet quales discipuli esse soleant, quàm quomodo se erga magistrum gerere debeant [c]: nempe, sic ut non existiment melioris quàm ilium conditionis se esse debere [d]. Hoc autem, ut & sequens proverbium, Christus non eodem semper sensu usurpat, ut videre est Luc. 6. 40. Joh. 13. 16. & 15. 20. quod & in aliis proverbiis occurrit. Hîc par eventus significatur ob doctrinæ ejusdem ingenium *.

25. *Sufficit* (vel, *Sufficiat*, Be. i.e. Sufficere debet [f]. Ἀρκετὸν, sub. ἐστὶ, est, vel, ἔστω, sit [g].) *discipulo ut sit sicut magister ejus*] Proverbium est Judæorum, usurpatum in Talm. tract. de Benedictionibus [h], & in Juchas. fol. 93. 1 [i]. & in Midrasch ad Psal. 110 [k]. Quæ patienter à Domino fertur conditio, eam subire servi recusare non possunt [l]. ¶ *Si patremfamiliâs* (me scilicet [m]:) *Beelzebub*, &c. Βεελζεβούλ] *Beelzebul*. Pi. Li. &c. Sed hoc aut Scriptoris aut pronunciationis est corruptio, quæ in postremas literas sæpe incidit. Ità Ἀβακούμ, pro Ἀβακούκ, in ό, & Σεννηχαρίμ, pro Σενναχηρείβ. Sic pro Μαναήν, Act. 13. 1. Syrus habet מנאיל, & pro בליעל passim legimus Βελίαρ [n]. Verùm non est nomen hoc corruptum à Græcis librariis, ut putat Hieron. [& Er.] sed ità immutârunt illud Judæi in opprobrium idoli [o]. Quod faciendum esse præcipiunt eorum sapientes [p]. Hierof. Avodah Zarah, fol. 43. 3. R. Lazar dicit, *Illud quod vocant Faciem Dei, vocent Faciem canis. Quod vocant* גדייה *Fortunam, vocent* גליא *Fœtorem. Quod Bethel, Bethaven*, &c [q]. Ergò ex *Beelzebub* fecerunt *Beelzebul*; q.d. *Jupiter stercoreus*: nam *zebel* est *stercus* [r]: זבול, *stercus*, vel *stercorarium* †. Sanè idola per contemptum vocantur גלולים, h.e. *stercora*, 1 Reg. 15. 12. 2 Reg. 17. 12 [t]. Hierof. Berachoth, fol. 12. 2. *Etiam illis qui manus suas extenderunt in Stercorario* (i.e. in Idoleo) *est spes*. Et paulò post, *Qui videt eos stercorantes* (i.e. sacrificantes) *Idolo, dicat, Sacrificans diis alienis sit Anathema.* Pharisæos ergò vocem hanc *Beelzebul* enunciâsse ità non dubito, ut vacillare sensum, si aliter scribatur, etiam non dubitem [v]. Al. *Beelzebub* legendum [x], cum Vulgato [y], & Syro [z]: sic enim legitur in quodam exemplari [a]; & in 2 Reg. 1. 2 [b]. Fuit hoc Accaronitarum idolum [c], quod illis, ut & Phœnicibus aliis dictus Βεελσαμήν, ut, præter Philonem Byblium, Augustinus docet, ad Jud. 2. h.e. Ζεὺς οὐράνιος, aut Ζεὺς Ὀλύμπιος. (*Jupiter cœlestis*, sive *Olympius*,) ut Dius scribebat in Phœnicum Historia; qui etiam inter deos gentium excellere credebatur: à Judæis autem per contumeliam dictus est *Beelzebub* [d], i.e. *deus*, sive *dominus*, *muscæ*, sive *muscarum*, sive *muscarius* *. Nam μυίαγρος, σμινθεύς, & similia, minorum numinum sunt vocabula [f]. Apollo σμινθεύς, (sive *Sminthius* [g],) sive *murum*, apud Phrygios [h], *à muribus à se occisis*, quos Mysii σμίνθας vocant [i]; & Hercules κορνοπίων, apud alios. Vide Clementis προτρεπτικὸν & Strabonem [k]. Plinius 29. 6. Deum hunc *Myiodem* vocat, rectiùs *Myiotheon*, i.e. *deum muscarum* [l]. Sed quæri adhuc potest unde origo contumeliosi nominis. Dicam quod videtur. Narrant magno consensu Judæi veteres inter alia privilegia quæ Deus Templo Hierosolymitano concesserat, hoc etiam fuisse, quòd cùm tantus quotidie victimarum numerus cæderetur, nulla tamen unquam in Templo musca conspecta sit; quod cùm præstare non posset ille celeberrimus inter profanas gentes Ζεὺς οὐράνιος, sed perpetuò templum ipsius muscarum gregibus scateret, ideo à Judæis *muscarum Jupiter* appellatus est [m]. [Alii aliter.] Sic dicebatur, vel, quia Satan, in forma muscæ magnæ ab incantatoribus adjuratus, dabat oracula de valetudine hominum [n]; vel, quia adversùs muscarum pestem potissimùm invocabatur [o]. Plin. 10. 28. *Invocant*, inquit, *& Ægyptii ibes suas contra serpentum adventum, & Elei Myagrum* (Græcè μυίαγρον · q.d. *muscarum venatorem*, aut *interemptorem*,) *deum muscarum pestilentiam auferentem* [p]. Coluerunt Phœnices, & eorum coloni Carthaginienses, *deum cœlestem*, qui est בעל שמין, & *deam cælestem*, quæ est בעלת שמין; Esaiæ, מלכת השמים, (*regina cælorum*;) *Juno* Maroni. Sed dubitandum non est quin illo vocabulo Solem, isto Lunam, indicaverint, omnia propè gentium Numina. In veteri epistola Nabuchodonosoris quam describit Abydenus Assyriorum Historiographus בעל est Βῆλος, בעלת, Βῆλτις. Cæterùm Judæi, ex Prophetis edocti deos gentium Dæmonia esse, h.c. oracula,

Marginal notes (left): y V. sim. Pi. — z G. — † Zeg. — || Heins. in Wal. — a Sch. — b Me. ex Mal. — c G. — d Bru. ex Be. — * G. — f Be. — g G. — h Li. ho. sim. M. Mal. ex Beda. — i Li. ho. — k Mal. & T. ex Hilar. — l Mal. — m Mal. T. — n Ham. — o Zeg. — p Be. — q Pi. — r Eru. — † Scul. ex. 2. 59. — * G. — r G. — v Eru. — x G. sic Ham. — y Ham. — z G. sim. Me. ex Mal. — a G. — b Mal.

Marginal notes (right): c Me. ex Mal. — d Me. ex Mal. sic E. — * G. — f Be. Camer. — g H. — h Be. ex Tre. — i D. — k G. — l Eru. — m Idem. — n G. — o D. — p D. sim. Li. ho. — q Li. ho. ad Matth. 12. 24. — r D. — † Li. ib. — t D. — v Li. ho. ib. — x Eru. sim. Be. Pi. Cas. Gua. G. — y Be. — z Eru. Gua. G. — a Be. — b Be. Gua. — c Be. sic Cas. G. Er. Pi. Gua. — d G. — * Bru. Be. Er. Cas. G. Gua. — f G. — g Gua. ex Tre. — h Cas. — i Gua. — k Cas. — l Gua. sic Ee. — m G. — n Gua. — o Mal. ex Eru. — p Mal.

quæ ab ejusmodi deorum statuis edebantur, non vi istorum siderum edi, quod putabant gentes, sed operâ impurorum spirituum, ad quos proinde revera omnis cultûs illius honos redundaret, malorum Dæmonum Principem eo appellârunt nomine, quo creditorum falsò deorum Princeps appellabatur. Vide infrà 12. 24. Jam verò cùm plebi persuasum vellent Pharisæi, quæ à Christo ederentur miracula edi virtute illius Principis Dæmonum, ideo ipsum quoque Christum per summum scelus, tanquam Dæmonis istius procuratorem ac vicarium, *Beelzebub* appellârunt. ¶ *Quantò magìs domesticos ejus?*] Dictis respondet eventus. Apostolos γόητας (*præstigiatores*) vocat Celsus; Ulpianus Jurisconsultus Christianos, qui exorcizabant, *impostores* appellat; Tacitus eos dicit *convictos in odio humani generis*. Passim Christiani & ἄθεοι pari loco ponebantur. Hanc gratiam à mundo ineunt incorrupti veritatis doctores [q].

26. *Nè ergò timueritis eos*] Ità scilicet ut propter eorum convitia & persecutiones à prædicatione, &c. desistatis [r]. ¶ *Nihil est opertum, quod non revelabitur*] Quod tandem non patefiet [†]; aut in die Judicii [t]; aut progressu temporis etiam in hac vita [v]. *Tempus omnia in lucem profert*, inquiunt Sophocles, Euripides, Menander [z]. [Verba vide in G.] Obscurum est, quomodo hoc cohæret cum præced. Sed plenum est, si observetur synecdoche in præced. *Nè timete eos*, h.e. usque adeò ut prædicationem omittatis; sed potiùs publicè & intrepidè prædicate quod hactenus à me privatim didicistis: nam in hoc quoque negotio locus est proverbio illi, *Nihil est opertum*, &c [a]. Nè abjicite spem divulgandi in futurum Evangelii, quòd obscurum illud & ignobile videtur; veniet tempus quum latiùs spargetur, palámque emerget, & omnia obstacula superabit. Vel sic, Est hæc nova consolatio Apostolorum impiorum injuriis patentium. Quia enim ferè felix scelus virtus habetur, innocentia autem afflicta damnatur [b]; admonet fore ut tandem vincat veritas [c], & tum ipsorum innocentia, tum adversariorum improbitas, appareat [d]. Neque aliter accidit. Nam & Judæorum calumnias de magicis artibus & imposturis Christi atque Apostolorum, & Paganorum improbissima mendacia de incestis congressibus & sanguinis humani potatione, dies revicit. Adde Deut. c. 32. v. 35 [*].

27. *In tenebris*] i.e. Secreto colloquio [f]: vel, in parabolis [g]. ¶ *In lumine*] i.e. Palàm & disertè [h]. ¶ *In aure*] Vel, *In aurem*, Be. Bru. &c. Privato congressu. Translatum ab iis qui, propiùs admoti, ad aurem insusurrant quæ nolunt ab aliis exaudiri [i]. Alludit ad morem Scholarum, ubi Doctor è Cathedra insusurravit in aurem Interpretis, atque ille voce sonorâ toti Scholæ reddidit [k]. [De quo vide Li. & Ham.] Unusquisque autem Magister Interpretem habuit. Christus hìc se Magistrum statuit ipsis dictantem verba vitæ, quæ illi, tanquam κήρυκες, divulgare debebant [l]. [Sensus;] Non ea tantùm quæ ego nunc ad populum loquor, sed & quæ posthac vobis solis familiariter edisseram, & postea per Spiritum clariùs explicabo, ut de promiscua Gentium vocatione, & exspiratione Judaicorum rituum, palàm omnibus enunciate [m]. ¶ *Super tecta*; sic Pi. &c. Ἐπὶ τῶν δωμάτων] *De tectis*, V. *In solariis*, Be. i. e. in ipsis ædium tectis, populo circumstanti aut prætereunti [n]; publicè, ut solent præcones, &c [o]: de locis editis, ut à pluribus audiatur [p]. Alludit fortè ad morem istum, de quo Bab. Shab. fol. 35. 2. Sexies tubâ cecinit Minister Synagogæ, vesperâ Sabbati, in tecto domûs excelsæ valde, ut indè omnibus innotesceret de introitu Sabbati [q]. Tecta ibi non erant acuminata [r], sed plana [†]; & in illis erant consessus & stationes [t]; ibi ambulare & versari poterant, ut liquet ex Deut. 22. 8. 2 Sam. 11. 2. Act. 10. 9 [v]: ibi confabulabantur, sicut nunc in foro. Cùm autem locus hic editus esset, ac patulus, ibi dicta facilè à vicinis audiebantur [x]. Δῶμα idem est quod οἶκος, *domus*, aut certè ea pars domûs quæ inhabitatur [y]; hic autem, per Synecdochen [z], significat supremam partem ædium [a]. Al. Δῶμα (quod respondet גג [b]) propriè non est *domus*, sed *tectum* [c]; & sic passim à LXX usurpatur, ut Jer. 32. 29. Vide & Jos. 2. 6. Jud. 9. 51. & 16. 27. Glossarium vetus, δῶμα, *tectum*. Non est autem vox δῶμα vel à LXX vel ab Apostolis efficta, ut aliqui putârunt, sed usurpatum à Theoc. & Hom [d]. [Vide Scul.]

28. *Et*, &c. Καὶ μὴ φοβηθῆτε] *Et nè timete* vobis, Bru. Pi. sic Be. ità scilicet ut Evangelii prædicationem omittatis [*]. ¶ *Qui occidunt corpus*] Ἀποκτείνειν potiùs est *trucidare*, quo declaratur cædes cum crudelitate conjuncta [f]. ¶ *Animam* (propriè dictam, quæ immortalis est [g]:) *autem non possunt*, &c.] Sententia [hæc] haud dubiè celebris inter Judæos ab Esdræ temporibus. Vide Sapientiæ, 16. 13. & librum περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, qui Josepho ascribitur. Simili argumento probat Hierocles parentibus non esse obtemperandum si quid injusti præcipiant, quia sævitia illorum ultra corpus extendi non potest. [Verba ejus & Josephi & Sap. vide in G.] Arrian. Epict. 1. 9. Οἱ τύραννοι, &c. (*Tyranni videntur potestatem in nos habere quoad corpus* [h].) ¶ *Qui potest & animam & corpus perdere* (irrecuperabiliter: plus hoc est quàm occidere [i]:) *in gehennam*] Vel, *in gehenna*, Bru. Pi. &c. i. e. ità perdere ut crucientur in Gehenna [k]. Pro *occidere* de industria posuit *perdere*, quod cruciatum denotat, ut in Tiberii Epistola ad Senatum. [Verba vide in G.] Suprà c. 5. egit Christus de corporis supplicio in Gehenna, nunc addit, Deum esse qui & animam possit perdere, *animæ* nomine non vitam intelligens totius hominis, quam nemo non homini potest eripere, sed substantiam illam nobiliorem, quæ simul cum corpore hominem constituit: quæ aliis in locis πνεῦμα appellatur. Sic R. Israel, de Anima, c. 8. ait Israelitarum, qui in corpore peccârunt, & corpus & animam comburi. Quomodo autem pereat anima ità Hierocles explicat, ὡς ἀΐδιος, &c. (*quomodo immortalis substantia perire potest, non quod ad τὸ non esse transeat, sed quòd à bene esse excidat.*) De impiorum autem animis non idem sensisse Hebræos Magistros suprà quoque attigi. K. ad Psal. 1. & ad Psal. 104. v. 30. ex receptiore Talmudistarum sententia tradit eos exstingui unà cum corpore, sicut Seneca dixit, *Mors individua est noxia corpori, Nec parcens animæ*. Eadémque est sententia R. Bechai quod ἀλλοφύλους attinet: nam resurrectionem propriam esse vult Israelitarum. At R. Higgaon, R. Saadia, & AE. omnes Israelitas, qui non resurrecturi sunt ad vitam æternam, mansuros aiunt in statu ignominiæ finem non habituræ. Eandem fuisse alibi Eliezeri sententiam, tradere videtur ille Kimhi ad 1 Sam. 25. 29. Tacitus Judæis eandem fuisse ait de inferis persuasionem quæ esset Ægyptiis. Crediderunt autem Ægyptii quorundam sceleratissimorum gravia & æterna supplicia, aliorum temporaria. Hinc suam νεκυίαν hausit Homerus, quem in Ægypto fuisse constat, apud quem Tantalus & Tityus perpetuò cruciantur, sicut apud Virgilium——*Sedet æternúmque sedebit Infelix Theseus*— Quos secutus Plato, in libro de Anima, de summè facinorosis ait, τούτους, &c. (*Hos fatum adveniens projicit in Tartarum, unde nunquam exeunt.*) Minùs autem sceleratos ad tempus torqueri existimat. Hierocles adversùs eum qui persuasione interituræ animæ sceleribus suis blanditur, *Judices*, inquit, *apud inferos, qui juxta veritatis*, sive *justitiæ*, *regulam sententiam ferunt, non decernunt animam non esse oportere*, &c. [Verba vide in G.] Sapienter Philo, lib. de Præmiis & Pœnis, Ἄνθρωποι, &c. (*Homines quidem existimant finem pœnarum esse mortem, quæ earum vix initium est. —Hæc autem est pœna* [*post mortem*] *vivere semper morientem, & mortem quodammodo sine fine sustinere*, &c.) Sed de animarum immortalitate disserendi posthac se dabit benignior occasio [l].

29. *Passeres*; ità Mo. Στρουθία] *Passerculi*, Sy. Tre. Be. P. Pi. &c. Diminutivum est à στρουθός animal minutissimum, notissimum, vilissimum [m]. Moschopulus ait στρουθία vocari *omnes aves parvas* [n]. Sed de omnibus aviculis hoc non est verum [o]. ¶ *Asse*; ità Mo. Ca. i. e. quatuor denariolis [p]: Ἀσσαρίου] *Minuto asse*, Er. Ti. Il. *Dipondio*, Sy. *Quadrante*, Ar. *Assario*, Tre. Be. P. Pi. Vocabulum est Romanum [q]. *Assarium* est semissis [r], vel dimidium assis [†]. Falluntur: *Assarium* idem quod *as*. Glossæ Latino-Græcæ, *Asse*, Ἀσσαρίῳ. Glossæ Græco-latinæ Philoxeni, Ἀσσάριον, *Hic as*. Et alibi, *Sesquas*, Ἓν ἥμισυ (sub. &) ἀσσάριον [t]. *Assarius* erat quarta unciæ pars [v]; erat decima pars Denarii [x]: valebat 96 partem Zelag, sive Sicli [y]. Syrus habet *assar*, quâ voce pro assario Hebræi etiam sæpe utuntur [z]. אישר, vel איסר, nummus est valens dimidium τοῦ λεπτοῦ [a]. *As* nummulus erat vilissimus.

[q] G. [r] Bru. [†] Bru. [t] Hi. & Bed. in Mal. [v] Mal. ex Chrysost. Euthym. & Th. [z] G. [a] Pi. [b] Bru. [c] Be. sim. Camer. [d] Be. sim. Bru. Mal. Me. Camer. [*] G. [f] Bru. [g] Ham. [h] Bru. [i] Idem. [k] Li. ho. sic Ham. [l] Ham. [m] G. [n] Be. Bru. [o] Pi. sic Er. [p] V. [q] Li. ho. [r] Bru. [†] Bru. Mal. P. sim. Ham. Be. [t] Mal. [v] Be. [x] Mal. [y] Be. [z] Sch. [a] Be. sim. Sch. [b] Cas. [c] Cas. Scul.

[d] Scul. ex 2. 56. [*] Bru. [f] Be. [g] D. [h] G. [i] Bru. [k] Pi. sim. Bru. [l] G. [m] Bru. [n] G. ex D. [o] D. [p] V. Zeg. ex Bud. [q] Bru. ex Be. [r] Q. in BA. [†] Bru. sic Be. [t] BA. 2. 1. 23. 157. [v] Be. Pi. [x] Camer. [y] Gua. ex Mo. [z] BA. ib. [a] G.

mus[b]. Hinc Catullus in Vibennios, *Fili, non potes asse venditare*. Et in quendam, *Non assis facis? O lutum, lupanar?* Misna, *Si in præcepto leviori, de re quæ vix assarii est*, &c. Pro *assario obolum* dixissent Græci vetustiores: *obolus* autem valet *duos assarios*, teste Polybio[c]. ¶ *Non cadet*] i. e. Non peribit[d]: non cadere solet[*], nempe dejectione violentâ, quum impetitur sagittis aut globulis[f]. A minori ad majus procedit[g]: docetque hostes non posse eos trucidare[h], quin nec lædere, nisi Deo visum fuerit[i]. ¶ *Sine patre vestro*] i. e. Non interveniente voluntate & decreto Patris vestri[k]: non sciente, aut non permittente, Deo[l]. Non dissimiliter Oppianus, Τί γὰρ μερόπεσσιν ἀνιηρὸν νόσφι θεῶν; &c. (*Quid enim homines sine Deo perficere possint? imò nec pedem attollere, nec palpebras aperire*, &c[m].) *Pater* hîc emphasin habet: q. d. Pater vester est, non passerculorum; *vester*, & creatione, & adoptione[n]. Ut σὺν θεῷ est, Deo volente, ità ἄνδ θεῷ est, sine Dei voluntate[o]. Epicurus Providentiam omnino negat; Aristoteles eam cœlo includit; Arabes nonnulli circa universalia eam volunt occupari, non circa singularia: quam sententiam in Græcis etiam Philosophis notat, & ut impiam reprehendit, Justinus initio colloquii cum Tryphone. Hebræorum aliqui, circa homines, non circa bestias: quod & didicisse ab Hebræis & Græcos docuisse videri potest Pythagoras. Ità enim Hierocles, Μὴ ταραττέτω, &c. (*Nè turbet nos anomalia quæ in brutis plantisque cernitur*, &c. *si enim illa fortuitò fiant, indè non sequitur nos Providentiâ non regi.*) Quod Christus hîc docet, idem monstrat recta ratio, ut docet Athenagoras, Δεῖ, &c. (*Qui Deum omnium Opificem agnoscunt, ejus sapientiæ atque justitiæ omnia committant oportet*, &c.) Verum quidem est, non circa omnia uno modo se habere Providentiam; sed hoc ipsum, ut rectè dixit Chrysost. προνοίας μέγιστον εἶδός ἐστι· (*nobilissima* Providentiæ *pars*.) Nam cùm Dei infinita sit scientia & potentia, constetque eum in multis agere præter naturæ ordinem rebus insitum, modò apertiùs, modò verò occultiùs, sequitur ut quæ naturali ordini permittit, eadem certo ac sapiente consilio permittat, quippe impediturus si aliter ipsi visum esset. Hominem curat, ut animal Deo proximum & propriæ felicitatis fruendæ causâ conditum; bestias verò, ut in usum hominum ordinatas. Itaque genera ipsa bestiarum conservari videmus, quod sine singularum sustentatione fieri non potest, cùm in singulis rebus consistat generis cujusque universitas. Egregiè Plato de leg. 10. medici & nautæ exemplo demonstrat totius partem non consistere sine partium etiam minimarum cura: unde infert minimè dignum esse creditu, τὸν θεὸν, &c. (*Deum, qui sapientissimus est*, rerúmque *curam gerere & potest & vult, res parvas, quarum cura facilis est, non curare*, &c.) Quare quæ effata negare videntur Dei curam circa bestias, comparatè sunt intelligenda: quod Paulo apparet quærente *an Deus boum gerat curam*, 1 Cor. 9. 9. Nam ipse Legem Mosis citaverat, quæ bovi trituranti os vetat obligari. Negari non potest quin qui eam Legem jussit, gesserit & boum curam; sed non præcipuè, neque tam boum quàm hominum causâ, ut sequentia apud Apostolum explanant. Plutarchus ex Homero probat antiquorum sapientum fuisse sententiam, curari Divino nomine *non boves solùm, sed & omnia animalia*, &c. Sed & circa homines ipsos sunt certi Providentiæ gradus. *Novit viam justorum*. inquit de Deo Psaltes, i. e. peculiariter eam curat ac fovet. Vide Jacchiaden ad Dan. 7. 3. Sic aliter Reges ac Regna respicit Dei Providentia; aliter privatos. Quare ubi dicit sapiens Hebræus de Deo, 6. 8. ὁμοίως, &c. (*Similiter providet de omnibus*,) illud ὁμοίως intelligendum ἀπροσωπολήπτως, (*sine respectu personarum*:) præcessit enim, *nullius reveretur magnitudinem*[p].

30. *Vestri* (q. d. *De vobis*[q]; *Vestrûm*, inquit, qui non tantùm estis homines, verum etiam nuncii Divinæ veritatis, quos proinde Deus, ut Ministros suos, in tutelam specialem suscipit[r]:) *autem capilli* (h. e. minutissima quæque[†]: *Pilus* significat rem minimam, etiam Græcis & Latinis. Hinc Hebræa locutio, *Nè pilus quidem ejus peribit*, i. e. Nè minimum quidem damnum sentiet, 1 Sam. 14. 45. Luc. 21. 18. Act. 27. 34. Seneca Epist. 20. 9. *Et legem barbæ & canorum nondum natus infans habet*[t]:) *omnes numerati sunt*] Illorum Deus numerum exactè novit, & eos, veluti quæ sub numero alicui sunt commendata, custodit[v]. Phelictha, fol. 18. col. 4. *Nonne omnes capillos omnis creaturæ ego numero*[x]? Est dictum proverbiale. Numerare enim solemus ea quæ habemus in pretio, sicut ea quæ contemnimus dicimus *nullo loco numerare*, vel, *extra numerum habere*. Sensus ergò est, Utcunque in vos sæviant homines, certi estote nihil damni vobis eventurum nisi quod futurum sit in vestram aliorúmque utilitatem: alioquin minimè id Deum permissurum, qui vos amat, quíque plus omnibus potest pollétque[y].

31. *Multis passeribus meliores estis*; sic Ar. i. e. pretiosiores, nempe apud Deum[z]: Διαφέρετε] *Præstatis*, Tre. Be. Sy. P. Pi. &c. *Pluris estis*, Er. Il. Ti. G. antè enim dixerat, *duas aviculas unius assis æstimari*[a]. Ad verb. *Differtis*. Synecdoche generis, Græcis usitata[b]. Habet verbum hoc cum genitivo significationem discriminis excellentis. Xenophon, τούτῳ διαφέρει, &c. *Hoc discrimine præstat homo cæteris animantibus*. Et ibidem, πολὺ διαφερόντως, *eximio discrimine*[c]. [Vide dicta ad Matt. 6. 26.]

32. *Qui*, &c. Ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ] *Qui confitebitur* (vel, *agnoscet*, Be. Ca.) *me*, Er. Il. Sy. Be. Ca. &c. vel, *in me*, Mo. Ἐν pro את Hebraico articulo accusativi. Nisi fortè ὁμολογεῖν positum sit pro Hebr. Hithpahel התודה, quod propriè significat, *palàm, & quodammodò gloriando confiteri*; q. d. Quisquis in me gloriabitur, &c[*]. Heb. יודה לי: nam ל particulam in hac constructione passim Hellenistæ per ἐν vertunt, quomodo & Syrus hîc posuit דנודא בי[f]. *Qui confitebitur de me*, i. e. περὶ ἐμοῦ[g]. Hebraismus, ut Psal. 87. 3. *Mirabilia dicuntur in te*, i. e. de te. Estque phrasis ἑλληνιστική, *de me*, scil. qui me agnoscit pro Filio Dei & Salutis Autore, &c[g]. Ἐν hîc respondet, vel, Hebr. על, Neh. 9. 2. *Et confessi sunt super iniquitatibus suis*, h. e. iniquitates. Vel, Heb. ב; quod sæpe redundat, ut Job. 16. 10. *distendunt* בפיהם *in ore suo*, pro, *os suum*, ut est Job. 29. 23. Sic Psal. 82. 8. *qui tu possides in omnibus gentibus*, i. e. omnes gentes. Ità & h. l. ἐν redundat[h]. *Qui confitebitur me*, i. e. qui ingenuè, disertè, & constanter, fatebitur me esse Filium Dei, & Salvatorem, quem colat, & mihi adhærebit & Doctrinæ meæ[i]. Qui profitebitur se ex meis esse[k]. ¶ *Coram hominibus*] Hostibus meis. Nè putes te operam perdere, quia minùs idonei sunt auditores. ¶ *Confitebor & ego*, &c.] Illum agnoscam pro meo, in die Judicii scilicet, ex collat. Marc. & Luc. Zelum nostrum accendit, quia res & odiosa est & periculosa Christi confessio[l].

33. *Qui*—*negaverit me*, &c.] h. e. Se credere in me. etiamsi fortè corde credat. Negaverit autem, sive metu, sive cupiditate rerum humanarum[m]. Qui publicè profitetur nec se ad me, nec me ad ipsum, pertinere[n]. Qui renunciaverit fidei in me atque obedientiæ præceptis meis, ingruente periculo[o]. Non cordis tantùm fidem, sed & oris confessionem, Christus exigit, Rom. 10. 10. Sicut autem antecedens promissio perseverantiæ includit conditionem, ità hæc comminatio tacitam in se habet conditionem, Nisi subsecuta sit seria pœnitentia, ut Petro evenit, sed ante acceptum fortitudinis spiritum[p].

34. *Pacem*, &c. Βαλεῖν εἰρήνην, &c.] *Ad mittendum*, sive, *Ut mittam*, (vel, *Jacere*, Mo. *Ut injicerem*, Ar. *Conciliatum*, Ca. Βαλεῖν, vel pro, ὥστε βαλεῖν[*]; vel pro, ἵνα βάλω[†]; vel pro, τὸ βαλεῖν, scil. ἕνεκα, i. e. Ut afferam[q]:) *pacem in terram*, Er. Il. Tre. Sy. Pi. &c. i. e. inter homines[r]: ut multi existimabant ex Esa. 11. malè intellecto[†]; & ex Esa. 2. 3, 4. & 9. 6, 7. & Mic. 4. 1, 2, &c. & Christus *pax nostra* dicitur, Eph. 2. 14. vide Luc. 2. 14. & 10. 5[t]. Sed *pacem* hîc intellige qualem improbi optant[v]; tranquillitatem terrenam, sive externam[x]; ut liberè possint emere, vendere, comessari, & vitiis, nemine prohibente, servire[y]. q. d. Non veni ut Christianam professionem perpetuâ prosperitate donarem, &c[z]: vel, ut homines omnes inter se concordes agant, animis, morbis vitiisque. Admonet igitur suos Christus, ut se ad prælium comparent pro testimonio veritatis, cui plerosque repugnaturos significat, ideóque confessionem, quam postulavit, molestam fore[a]. ¶ *Sed gladium*] Id est, vel, 1. persecutionem[b]: vel, 2. belli calamitatem[c]. Quasi digito monstrat horrendas illas strages, & bella civilia Judæorum inter se, qualia nec ulla unquam vidit ætas, nec audiit historia[d]. [De quibus, vide Li. ho. & Jo. aliósque.]

Marginal notes (left column): b Er. sim. BA. — c BA. ib. — d Bru. ex Ec. — * Pi. — f Pi. sim. Bru. — g Bru. — h Ham. — i Bru. — k Bru. ex Be. sic Zeg. ex Hilar. — l G. ex Cyp. — m G. — n Bru. — o Sch. — p G. — q Er. — r G. — † Bru. — t G.

Marginal notes (right column): v Bru. — x D. — y G. — z Me. — a G. — b Pi. — c Camer. — * Mal. — f G. — g Pi. — h Ga. in Psoch. cap. 18. p. 183. — i Bru. T. — k Me. — l Bru. — m Bru. — n Sch. — o Ham. — p G. — * Be. Camer. — † Camer. — q Pi. — r Idem. — † G. sim. Bru. — t Bru. — v Me. sim. Mal. — x E. sim. Bru. M. — y Me. ex Mal. — z Ham. — a Bru. — b Pi. sic Ham. — c Be. sic Li. — d Li. ho.

aliósque.] Vel, 3. dissidia sive dissensiones[*]: *Gladii* voce non Bellum (neque enim bellum est ubi alter cædit, alter vapulat tantùm, quemadmodum factum est puris illis Christianæ innocentiæ temporibus) sed Dissidium debet intelligi, quod ex Luca apertissimum est, quia pro eodem posuit διαμερισμὸν (*separationem*) 12. 51. ubi tamen quædam exempl. habent *gladium*, idémque hîc sequentia declarant. Tralatio indè sumpta, quia gladii proprium quasi officium est *dividere*, quo alluditur Heb. 4. v. 12[f]. Dissidia, nempe inter fideles & infideles[g]; his Evangelium oppugnantibus, illis propugnantibus[h]: ut scilicet mala pax solvatur, & qui me sequuntur placitis & moribus discordent à sectatoribus mundi. Gladius ergò hîc est Evangelium[i]. Quod autem hîc manifestissimum est, verbis, *veni ut mitterem*, &c. non propositum, saltem τὸ ϖροηγούμενον, Christi, cujus omnia consilia & vota ad pacem atque concordiam spectabant, sed eventum potiùs intelligi; ejus meminisse ad aliorum quoque locorum explicationem debemus. Similia apud omnes scriptores occurrunt, ut in veteri Epigrammate, *Hoc peperi flammis, cætera, dixit, aquis*. Nisi quòd hîc præter eventum præcognitio eventûs, & eo non obstante, veritatis seminandæ firmum consilium, intelligi debet. Sensum talem ἐκβατικὸν vocant Græci, etiam Christiani. Tale illud, *Perdam sapientiam sapientum*, 1 Cor. cap. 1. vers. 19[k]. Hæc dissidia excitat Evangelium, non ex sua natura, sed aliorum vitio[l]; qui nolunt vel bene monenti obsequi, vel, obsequentibus id impune esse. Per accidens ergò, & præter intentionem Christi, hoc fit[m].

35. *Veni enim separare*; ità Æth. Ar. Διχάσαι] *Dividere*, Mo. *Ut dissidere faciam*, Sy. Er. Tre. P. &c. Significat in duo deducere quæ priùs conjuncta erant[n]. *Ad dissociandum*, Ca. ¶ *Hominem* (i. e. vel, 1. filium[o]; ut *homo* accipitur, Prov. 15. 20[p]. & Sirach. 3. v. 13[q]. איש pro בן, ut Deut 22. 30[r]: ità & h. l. ob antithesin patris[†]: vel, 2. indefinitè, pro, unum quempiam[t]:) *adversus patrem*, &c.] Ostendit ventura tempora non minùs periculosa quàm ea fuerant quæ deplanxerat Micheas 7. 6. ideo verba ejus repetit[v]. Bellum intestinum erit & domesticum. Ardens nimirum studium, hinc sui & mundi, illinc Evangelii, humanos affectus omnes superabit[x]. ¶ *Nurum*; sic Pi. Be. &c. Νύμφην] *Sponsam*, Er. V. Sed hîc opponitur socrui[y]. Νύμφη, si ad maritum referatur, *sponsam* significat, si ad parentes sponsi, *nurum*[z].

36. *Domestici*, &c.] qu. d. Qui olim fuerant intimi conjunctissimíque, fient inimicissimi, eò ut omnia naturæ jura pro nihilo ducantur, nulláque colatur humanitas[a].

37. *Qui amat patrem——plusquam me*] Id est, supra me, sive præ me[b]: qui, ut placeat patri, negat me, sive doctrinam meam[c]. ¶ *Non est me dignus*] Id est, nomine, consortio, Regno, promissis meis[d]: non convenit meæ disciplinæ, ut Lucas interpretatur 14. 26[*]: non est me Domino & Præceptore dignus[f]; sed tanquam indignus à me repudiabitur[g]. Paulus jubens nos *cum omnibus pacem colere*, providè adjecit, *quoad fieri potest, & quantum in vobis*. Semper enim amicior esse debet veritas & salutaris sapientiæ studium. Vide exemplum Abrahami, Gen. 12. Hierocles, Εἰ δὲ δεῖν, &c. (*Si autem parentes ea jusserint quæ Divinis legibus repugnant, quid faciendum? Majoribus certè & minoribus bonis propositis, his certè illa præferenda sunt, & potioribus obsequendum est, atque in illis tantummodo parentibus non est parendum in quibus & ipsi Divinis legibus non parent*, &c.) Et alibi, Εἰς πᾶσι, &c. (*In omnibus ferendi sunt amici, uno excepto, si nempe virtutis viam deserant, & ad deteriora delabantur*, &c[h].

38. *Qui*, &c. Ὃς οὐ λαμβάνει] *Qui non accipit* (i. e. à me impositum admittit, seu recipit[i], libenti animo[k]: λαμβάνειν, *accipere*, pro δέχεσθαι, *recipere*[l]: vel, *tollit*: λαμβάνω, pro αἴρω, ut Heb. לקח, *accipere*, pro נשא, *tollere*, *portare*[m]: Quod hîc λαμβάνειν, infrà 16. 24. & Marc. 8. 34. & 10. 21. & Luc. 9. 23. dicitur αἴρειν; Lucæ autem 14. 27. βαστάζειν: quæ loca si conferas cum Historia passionis Christi, in qua itidem est vox αἴρειν, infrà 27. 32. & Marc. 15. 21. & βαστάζειν, Joh. 19. 17. apertissimè constabit hæc loquendi genera morem illum respicere quo *quisque eorum*, *qui pœnas corpore luebant*, *crucem suam efferebat*, ut Plutarchus loquitur. Itaque λαμβάνει hîc verterim, *suscipit*. Nam eodem sensu *suscipere onus*, *pericula*, *labores*, *dolorem*, dixit Cicero. Hebræi, onus in humeros tollere נשא dicunt, quod Hellenistæ modò vertunt φέρειν, ut Esa. 53. 4. modò, ἀναλαμβάνειν, ut Matth. 8. 17. modò λαμβάνειν, ut Levit. 17. 16. & alibi[n]:) *crucem suam*: i. e. Divinitus sibi destinatam[o]; tanquam à me impositam[p]: *suam*, i. e. ut ego meam[q]. Sensus, Qui non fert æquo animo afflictiones propter me[r]: qui non est paratus pro me mori[†]. Reperitur hoc loquendi genus etiam apud RR. Crux atrocissimum & plenissimum ignominiæ supplicium[t], Romanis usitatissimum, apud quos ea vox transferri ad omnia incommodorum genera cœpit, ut, *I in malam crucem*; *Summum jus summa crux*; *Cruciare*. Ad Judæos igitur, quibus non erat avitum id supplicii genus (nam Judaica suspensio alterius erat modi) locutio ista venit aut à Romanis, quorum imperium jam per aliquot annos pertulerant, aut etiam à Persis: nam hos quoque usos crucis supplicio, etsi fortè à Romana cruce aliquatenus diversæ, ut viri docti monent, tum ex Josepho, tum aliis multis auctoribus constat: quò inter cætera pertinet locus ille in decreto Darii, Esd. 6. 11. ubi est זקיף vox Chaldæa, quam hîc etiam posuit Syrus. Cæterùm Christus ità vocem generalem usurpavit, ut tamen ad propriam quoque notionem digitum intenderet, significans nè illud quidem infame & atrox supplicium defugiendum esse veritatis causâ[v]. Respexit Christus ad crucem suam, cujus imitatione omnes afflictiones, cruciatus, mortem, eâ voce denotat, ostendens non leves solùm afflictiones, sed & planè extremas, Discipulis suis esse ferendas[x]. Hæc autem Christi adhortatio, præter generalem sui usum in Christianis omnibus, etiam peculiarem habuit eventum in Petro aliisque Apostolis & Martyribus, qui illam ipsam pœnam crucis, Christi exemplo dedicatam, fortissimè pertulerunt. Quæ cùm cogito, videtur mihi non fine Providentiæ Divinæ instinctu olim Plato dixisse de Repub. 2. de vero justitiæ cultore, πάντα κακὰ παθὼν ἀνασχινδυλευθήσεται. Nam, ἀνασχινδυλεύειν, per ἀνασκολοπίζειν exponunt Græci interpretes[y]. ¶ *Et sequitur me*. Ὀπίσω μου] *Retro me*, Bru. *ponè me*, Be. Ità sequitur, ut post me incedat[z]; ut me verbo præeuntem sequatur[a]: imitatur me, qui quotidie crucem meam fero[b]. Crucem bajulabant qui illi affigendi erant[c]; Joh. 19. 17. quò h. l. alludit[d]. Purus putus [hic est] Hebraismus. Nam Hebræi verbis *sequendi* subjungunt per Pleonasmum particulam אחרי, ut Jud. 4. 16. Psal. 143. 3. & alibi. Idem sensus locutione Græcanicâ effertur, Matth. 16. 24. ἀκολουθείτω μοι; quomodo etiam loquitur Marcus & Lucas uno in loco. Ità ut subtiliorem interpretationem comminisci sit supervacuum. Sectatur autem Christum qui vitam suam, quatenus fieri potest, ad dicta ipsius ac facta componit[*]: qui insistit vestigiis ejus in doctrina & vita[f].

39. *Qui*, &c. Ὁ εὑρὼν, &c.] *Qui invenerit animam suam*, Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. vitam suam[g]: quod non placet[h], ob Joh. 12. 25[i]: vel, 2. animam propriè dictam, quæ corpori vitam præbet; & per synecdochen partis nobilioris pro toto[k], semetipsum; genere loquendi Hebræis & Syris familiari[l]: vide Amos. 6. v. 8. &c. Sic *anima quæ peccaverit*, sive, *obtulerit*, &c. sæpe occurrit in Libris Mosis[m]: Quin & ipse Lucas ità interpretatur[n], Luc. 9. 25. collat. cum Mat. 16. 26[o]. *Invenit*, i. e. amat[p]; conservat[q]. Quod hîc *invenire*, vocat *salvum facere*, Matth. 16. 25. & *amare*, Joh. 12. v. 25[r]. Εὑρίσκειν est & *reperire* & *parere*, sive *quærere* & *comparare*[†]. *Invenit*, i. e. se periculis, &c. salvum exemerit. Hujusmodi enim tanquam invênit, recuperavit, ac lucrifecit, seipsum, cùm perditioni esset proximus: nam & *invenire* Latinis Græcisque inter alia significat, labore, vel industriâ, parare & acquirere sibi aliquid[t]. Dicuntur autem semet lucrari[v], non ex veritate[x]; sed per concessionem[y], & ex sua ipsorum, (& vulgi[z],) opinione, qui abnegatiatione veri periculum effugiunt[a]: quia vulgus nullam magni facit aliam salutem quàm hujus vitæ[b]. ¶ *Perdet eam*] Æterno exitio[c]; in futuro seculo[d]: ζημιωθήσεται αὐτὴν, ut infrà 16. 26. *sui ipsius damnum faciet*[*]. ¶ *Qui perdiderit*,

[*] Bru. Me. T. [f] G. [g] Li. ho. Bru. [h] Bru. [i] Me. [k] G. [l] Bru. [m] T. [n] Bru. [o] Pi. sic Be. D. [p] Be. D. [q] D. [r] Be. [†] Pi. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. [y] Be. [z] Bru. ex Er. [a] Bru. [b] Be. Bru. [c] Bru. sim. Pi. [d] Bru. [*] G. sim. Bru. Me. [f] Pi. sim. Bru. [g] Pi. [h] G. [i] Be. [k] Bru. [l] Be. [m] Mal.

[n] G. [o] Bru. T. [p] Sch. [q] Mal. [r] V. sim. E. T. [†] Mal. Me. [t] G. sim. Bru. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] Camer. [a] Be. [b] Bru. [c] P. sim. Bru. [d] Bru. [*] G. [f] Sch. [g] V. Be. &c. [h] Bru. sic G. [i] G. [k] Bru. [l] G. sic Bru. [m] Bru. [n] G. [o] G. Bru. [p] V. [q] Me. [r] Bru. [†] Ca. [t] Bru. [v] G. sim. Bru. [x] Mal. [y] Bru. [z] Bru. sim. Mal. [a] G. [b] Bru. [c] Pi. sic Bru. [d] Bru. [*] G.

derit, &c.] Scilicet in hoc mundo [f]. ¶ *Propter me*] Id est, confessionem mei [g]: Hoc addit, quia sunt qui temere, & ambitionis, vel furoris, causâ vitam profundunt. ¶ *Inveniet eam*] Id est, Recuperabit, Non postquam sese perdiderit, sed mox ut se visus fuerit perdidisse [h]: custodiet eam in vitam æternam [i]. Sensus loci, qu. d. Hoc futurum prædico, quòd nonnulli, ut persecutionem vitent, Christianismum abjicient, & sese persecutoribus Judæis adjungent; qui tamen hoc tantùm lucrabuntur, ut pereant cum Judæis in fatali gentis illius ruina: quum fideles periculo illo persecutorum suorum eximentur, & pace fruentur, aut hîc, aut in vita futura [k].

40. *Qui recipit vos*] Hospitio, & humaniter benignéque tractat & juvat [l]. Solatur iterum Discipulos Christus, ostendens inter tot infesta non defore ipsis solatia, quos Deus in id ipsum excitet magnâ propositâ mercede [m]: ità Abrahamo olim dictum fuit, *Benefaciam tibi benefacientibus*, Gen. 12. 3 [n]. ¶ *Me recipit*] Cujus legati estis. Sic Rex sibi factum reputat id officii aut honoris quod fit legato, &c [o]. [*Apostolus cujusque est quisque*, Hebræorum dictum esse, antè notatum.]

41. *Qui recipit Prophetam*] Id est, Evangelii doctorem [p]; de iis enim loquitur [q]: vide Matth. 7. 15, 22. Ab Apostolis descendit ad quoslibet verbi prædicatores [r]. Si quis rectè advertat, videbit tres poni Discipulorum Christi gradus. Primus est infirmorum, qui hîc μικροὶ vocantur, ut & infrà 18. 16. Marc. 9. v. 42. Luc. 17. 2. aut ἐλάχιστοι, ut infrà 25. 40, 45. & νήπιοι *in Christo* 1 Cor. 3. 1. τεκνία & παιδία 1 Joh. 2. 12, 13. qui in primis adhuc Christianismi rudimentis versantur, ac proinde faciliùs offendi solent. Secundus gradus est mediocrium, qui hîc & infrà 13. 17. vocantur δίκαιοι, alibi νεανίσκοι, 1 Joh. 2. 13. Tertius eorum qui jam maxima Spiritûs dona acceperunt, qui & hîc & dicto loco 13. 17. προφῆται· ἄνδρες τέλειοι, Eph. 4. 13. πατέρες, 1 Joh. c. 2. v. 13, 14. Sic & Clemens Alexandrinus tres ponit Christianorum gradus: In primo illi est ὁ ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρέφων, (*ex gentibus* nuper *conversus*:) in secundo ὁ εἰς γνῶσιν ἀναβαίνων, (*in cognitione provectus*:) in tertio ὁ κορυφαῖος γνωστικός, (*Coryphæus in scientia*.) Alibi dixit κλητούς, ἐκλεκτούς, τελείους· Origines, τοὺς ἀπλουστέρους, τοὺς ἐπὶ πόσον ἀναβεβηκότας, τοὺς τελείους †. ¶ *In*, &c. Εἰς ὄνομα προφήτου *Nomine*, vel, *In nomine* (ad verb. *In nomen*, Be. Mo. εἰς pro ἐν posito [t]:) *Prophetæ*] Hoc est quod barbarè vulgò dicitur, *in qualitate Prophetæ* [v]: quatenus talis [x]: non quia cognatus, aut dives, aut potens [y]: sed quòd Propheta est [z]: eo nomine, vel, tanquam Prophetam [a]. Idem quod antè dixit, Qui missum accipit tantum meretur quantum si mittentem acciperet. *Qui vatem aliquem accipit nomine vatis alterius*, h. e. quoniam à Vate missus est [b], vel nomine alterius advenientem, v. g. Elisæum nomine Eliæ, & Apostolos nomine Christi [*]. ¶ *Mercedem Prophetæ*] Vel, 1. à Deo destinatam iis qui receperunt Prophetam: Genitivus notat causam procreantem [c]. Probabilis interpretatio [d]: *Mercedem vatis* breviùs, & ideo obscuriùs pro, *mercedem ob acceptum vatem*; sicut cap. 12. v. 31. *Blasphemia Spiritûs*, pro, *in Spiritum*: qu. d. Idem præmium habebit quod haberet si Vatem illum, à quo is missus est, accepisset †. Vel, 2. mercedem quam illi Propheta dabit, quia docebit eum Evangelium: sic & seq. *Mercedem justi*, i. e. quam justus illi impetrabit, orando pro illo, aut quia ejus causâ Deus illi dabit. Vide Luc. c. 16. v. 9 [f]. Vel, 3. Eandem quam Propheta accipiet [g]; vel respondentem dignitati ipsius Prophetæ: ídque, aut quia diligit eum quà talem & beneficus erga eum est [h]; quia ipsi voluntate & affectu conjungitur [i]: aut quia Prophetæ cooperatur [k], dum illi præbet hospitium aliásque commoditates, quò faciliùs officio fungatur suo [l]: sicut David dixit, *æqua pars erit descendentis in prælium, & remanentis ad sarcinas*, 1 Sam. 30. 24. & sicut August. sæpe dicit Paulum, dum lapidantium Stephanum vestimenta servabat, omnium manibus lapidasse; & ut sæpe Principes, & rebelles, & eos, qui illos domo recipiunt, occultántve, eâdem pœnâ punire solent [m]. Ut promovendo & probando, peccatis communicamus alienis; ita etiam virtutibus; & præmium aut supplicium simile illi alieno operi debito meremur. Talem

[Margin: f Bru. g Pi. h Bru i V k Ham. l Bru. m G. sim. Bru. n G. o Bru. sim. Me. p Mal. sic Bru. q Mal. r Bru. † G. t Be. sic Sch. v G. x Med. l. 1. dissert. 23. y Er. Bru. z V. sic Bru. Pi. Sch. Be. &c. a Bru. b Ca. sim. Ham. * Ham c Pi. d Mal. † Ca. f Mal. g Me. ex Mal. sim. Bru. E. h Bru. i E. k Bru. E. l Bru. m Mal.]

autem qualem Propheta accipiet, sed non æqualem, qualitate scilicet, non quantitate, eandem [n]; utcunque amplissimam accipiet, qualis Prophetam manet, Dan. 12. 3 [o]. ¶ *Justum*] Insignem virtutibus virum, etiamsi Prophetæ munere non polleat [p]; virum pium, ac inprimis qui persecutionem patitur [q]: vel, qui ab alio missus est ad propagandam pietatem inter homines [r]. ¶ *In nomine justi*] Justitiæ pietatisve respectu. ¶ *Mercedem justi*] Talem qualem ipse justus, respondentem dignitati ipsius justi †.

42. *Uni*, (vel, Vel *uni*: ἕνα, pro, καὶ ἕνα· quantò magis qui pluribus [t]:) *ex minimis istis*] Vel, *pusillis*, V. Er. i. e. obscuris & pauperculis [v], scil. qui in me credunt [x], quod exprimitur Matth. 18. 6. Intelligit postremos inter fideles & contemtissimos. Vide 1 Cor. 6. 4 [y]. ¶ *Aquæ*, &c. ψυχροῦ] *Frigidæ*. sub. *aquæ*, Er. V. Pi. Sic loquuntur & Latini, *Frigidâ lavat*: & *frigidam poposcit* [z]. Sic ἄκρατον, pro, οἶνον ἄκρατον (*vinum merum*) in Theoc. simil. in Aristot. Sic Latini dicunt *merum*, *frigidam*, sed & *caldam* [h. e. calidam] Martial. *Jam defecisset portantes calda ministros*—— Idem, *Frigida non deerit, non deerit calda petenti*. Extat & apud Plautum [*]. Proverbiale loquendi genus, quo hodiéque in multis linguis utimur quoties minimum aliquod beneficium significatum volumus [a]: qui vel infimum ministerium præstat, &c [b]. Docemur hîc facta ex animo, non animum ex factis, apud Deum æstimari [c]. ¶ *Tantùm*] Μόνον potest referri, vel ad superiora, ad calicem; ut sit sensus, Si quis frigidam duntaxat exhibuerit: vel ad sequentia, ut intelligas satis esse quidvis, modò id fiat tanquam Christi Discipulo. ¶ *Non perdet mercedem*] Quæ pro Divina liberalitate tali operi queat esse debita [d].

[Margin: n Bru. o Bru. sic Med. ibid. p. 113. p Bru. q Pi. r Ham. † Bru. t Pi. v Idem. x Bru. Pi. y Bru. z Er. * Ga. ex Steph. a G. b Bru. c G. d Bru.]

CAP. XI.

1. CUM *consummâsset præcipiens*] Vel, *finem fecisset præcipiendi*, Be. Bru. Pi. vel, *instruendi*, V. *præceptis instruendi* [a]: vel, *præcipere*, Bru. Mal. Particip. pro infinitivo [b]. ¶ *Transiit inde*] Datâ operâ, ut occasionem haberent Apostoli & mandata perficiendi, & sui periculum faciendi [c]: vel, nè suâ præsentiâ eorum auctoritatem minueret, claritatémque miraculorum obscuraret [d]. ¶ *Ut doceret & prædicaret*] Etiam ipse, illis licèt ad id operis emissis. Non suffecit Christo vicaria Apostolorum opera. Sic ostendit nullum esse præstantius opus docendi munere. *Prædicare* plus est quàm *docere*, nempe publicitus & palàm docere [*]. ¶ *In civitatibus eorum*] Vel, 1. per quorum nempe fines transiit [f]: vel, 2, Discipulorum, qui Galilæi erant, Act. 2. 7 [g]. vel, 3. in quibus Apostoli prædicassent, ex collat. Luc. 10. 1. *Misit eos —— in omnem civitatem quò ipse venturus erat* [h]: vel, 4. Judæorum [i]: ut aut relativum sit positum sine antecedente [k]; ut solent Hebræi dum tale sit quod facilè possit subintelligi. Sic Psal. 99. 8. Matth. 12. 9. Luc. 4. 15. Vide & Luc. 5. 17 [l]. aut non ad proximum, sed ad remotum antecedens, referatur [m]; Judæos nim. quos cap. præced. depinxerat [n].

2. *In*, &c. Ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ] *In carcere*, Er. Pi. In Machærunte arce, &c [p]. ¶ *Opera Christi*] Miracula [q]: facta nimirum cum veteribus de Christo Oraculis apertissimè congruentia [r]: quibus se probavit esse *Christum*; quâ voce hîc emphaticè utitur. ¶ *Mittens duos*] *Duos*, tum honoris Christi causâ, tum ut testes legitimi essent, & certiùs referrent responsum †. ¶ *De discipulis suis*] [Qu. Cur hoc fecit?] Resp. 1. Ut etiam vinctus, quatenus poterat, defungeretur mandato sibi Judicis munere [t]. 2. Non suâ, sed Discipulorum suorum, causâ; qui æmulatione pro Magistro à Christo alieniores erant: Vide Matth. 9. 14. Joh. 3. 26, 28 [v]. nè ipso mortuo deficerent à Christo [x]. Misit ergò ad ipsorum informationem [y]; ut testes essent oculati operum Christi [z]. Ità agit quod fidelis Ministri erat, Discipulos non sibi retinet, sed ad Christum ablegat [a].

[Margin: a Be. b Mal. c Bru. d Mal. * Bru. f Sch. g Sch. ex Be. sim. Euthym. & Hugo in Mal. h Q. in Mal. i Bru. Zeg. G. Mal. ex Bede & Euthym. k Mal. sic G. l G. m Mal. n Bru. p Sch. q Pi. r G. † Bru. t G. v Bru. x Ham. sim. Bru. y Bru. z G. a Bru.]

3. *Ait illi*] i.e. Ipsi per eos dici curavit [b]. ¶ *Tu* (vel, *Tune*, Pi.) *es*, &c?] Ratio hujus legationis non erat, quòd personam Christi ignorarent, vel Johannes (de ea cœlitus edoctus) vel Discipuli, qui certè Johanni id docenti crederent; sed quia hæsit illi [vel potiùs Discipulis ejus] hic scrupulus, Quare, Christo tot miracula patrante, mortuos suscitante, &c. ipse non liberaratus erat è carcere. Fortè Johannes cum Discipulis Christi Regnum Christi terrenum expectabat, &c [c]. Non dubitavit de Christo Johannes, (quanquam sic senserunt Just. & Tertul.) sed Discipuli ejus [d]: qui Magistrum suum putabant modestiæ causâ noluisse fateri quod res erat, sed Jesum sibi prætulisse: Jubet autem rogari suo nomine, tanquam si ipse dubitet, ut faciliùs Discipuli & rogare audeant *, & se instrui paterentur [f]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ἐρχόμενος] *Qui venturus erat*, Be. vel potiùs, *est*, ex collat. membri seq [g]. Ille de quo verbum illud *veniendi* usurpârunt Jacobus. Gen. 49. 10. & Esaias 35. 4 [h]. Qui diu venturus expectatur ex vaticiniis Prophetarum, h.e. promissus Messias, sive Christus [i]; cujus quia personam noménque ignorabant, ipsum per circumlocutionem exprimere solebant [k]; & ἐρχόμενον vocabant [l]; ut Mat. 21. 9. Luc. 7. 20. & 13. 35. Joh. 12. 13. Heb. 10. 37 [m]. unde & status Christianismi vocatur *regnum veniens*, Marc. 11. 10. & *seculum venturum*, vel, *mundus venturus*, Heb. 2. 5. & 6. 5 [n]. ¶ *An alium expectamus?*] Ità Sy. Er. Mo. Ti. &c. vel, *expectabimus?* Be. sim. Pers. Ar. Ca. Obliquè perstringit Discipulorum suorum socordiam, qui pridem certò docti tamdiu fluctuabant [o].

4. *Renunciate Johanni*] Ut ipse, cui vos fidem adhibetis, dicat vobis quid de eo, qui ista sit facturus, Prophetæ dixerint: ità Propositio erit certissima, nixa Divinâ auctoritate; Assumptio quoque indubitata, quippe constans oculatâ fide: unde consecutionis necessitate sequitur Illatio quæstionem definiens [p]. Remittit eos ad Johannem, cujus tamen mentem non ignorabat, prudenter dissimulans id quod & Johannes [q], ut tantò se faciliùs doceri & persuaderi paterentur [r]. Cùm imus ad vitia, duces esse volumus: ad virtutem pudet nos ire sine duce †. ¶ *Quæ audistis & vidistis*] De quibus vide Luc. 7. 21 [t].

5. *Cæci vident*, &c.] Respicit ad locum Esa. 35. 5. ubi quidem de spirituali immutatione ac liberatione præcipuè agitur; verùm cùm Christus corporum sanatione ostensurus erat se spiritualem esse medicum, utrumque Propheta complecti voluit [v]. Qu. Sed cur non apertè respondet, se Christum esse? Resp. Homines incredulos non verbis convincere voluit, sed factis [x]; quod certius erat testimonium & calumniæ minùs obnoxium. Hic enim miraculorum finis erat, ut declararent Jesum esse verum Messiam, Joh. 5. 36. & 10. 25. ¶ *Mortui resurgunt*] Non id tunc viderant Discipuli, sed recens factum audierant; quod etiam ad Johannem retulerunt, Luc. 7. 18. Id significatum Esa. 35, 10. ubi de cœlesti beatitudine loquitur, quæ perfecta demum erit à resurrectione mortuorum, cujus non obscurè se Auctorem esse ostendit [y]. Verum est quod Judæi proverbio celebrant, *Deum, promissa beneficia præstare non contentum, aliquid ad cumulum addere.* De cæcis, surdis, claudis, sanandis vaticinatus erat Esaias, & Psalmographus Psal. 146. 8. Addidit Deus, quod ampliùs est, mortuorum resuscitationem [z]. ¶ *Pauperes*, &c. Πτωχοὶ εὐαγγελίζονται] *Pauperes* (nempe Apostoli) *prædicant Evangelium* [a]; ut εὐαγγελίζομαι activè sumatur pro *annuncio*, ut Luc. 2. 10 [b]. Sed hoc mirum non esset. Solent enim homines abjectissimi magnarum sæpe rerum esse nuntii [c]. Εὐαγγελίζονται ergò passivè sumitur [d]; ut Heb. 4. 2. & 1 Pet. 1. 25. & 4. 6 *. & Jac. 2. 5 [f]. Ità & h.l. ut ex Esa. 61. 1. certum est: ut solent Græci passiva formare etiam ab activis Dativum regentibus; cùm εὐαγγελίζω etiam cum Accusativo reperiatur. Sic infrà ponitur vox διακονηθῆναι, 20. 28 [g]. [Sic ergò verba reddunt:] *Pauperes evangelizantur*, Mo. P. Ar. Æth. vel, *beantur*, Pers. *lætum accipiunt Evangelii nuncium*, Er. Tre. Ti. V. Pi nempe de peccatorum remissione [h]: vel, *Evangelium docentur*, Ca. V. *Pauperibus evangelizatur*, Sy. Il. Be. Pi. Pauperibus promittitur Regnum cœlorum: quid admirabilius quàm pauperem Regem fieri [i]? Idiotismus est in V. & in N. T. quo verba passiva effectum etiam connotant & immutationem in Patiente factam. Sic Esa. 65. 1. *Quæsitus sum*, &c. nempe cum effectu, ut sequitur, *inventus sum*, &c. vel, *patefactus sum*, ut citatur in Rom. 10. 20. Sic πειράζεσθαι est, à *tentatione vinci*, Gal. 6. 1. Ità & h.l. εὐαγγελίζεσθαι est, Evangelium recipere [k]. Præcipuè videtur Christus hoc vaticinio uti, ut ostendat quantum sua docendi ratio distet à moribus Doctorum sui seculi. Nam legisperiti vix quenquam nisi magno pretio docebant, contemnebant plebem, quam vocabant *populum terræ*; imò proverbium repererant & stultum & superbum, *Spiritum non requiescere nisi super divitem.* Olim Prophetæ ad Reges potissimùm mittebantur, Christus piscatoribus se primùm patefecit [l]. Citatur hîc locus Esa. 61. 1. quem Christus de se exponit Luc. 4. 21 [m]. Est autem ibi vox ענוים, quam *pauperes* vertunt Mat. h. l. & Luc. 4. & ὁ. ad Esa. 61 [n]. nec malè: ענו enim, quod ejusdem est originis cum עני, non semper animo mitem, sed sæpe sorte humilem atque abjectum significat; præsertim apud Esaiam. Nam & Esa. 11. 4. דלים עניי ארץ sunt iidem quos vocat, i.e. *pauperes* [o]. Tenue est discrimen ut vocum, עני & ענו, ità & rerum: nam ut divites ferè sunt superbi ac feroces, ità contrà pauperes, humiles ac mansueti. *Pauperes* autem spiritu hîc intelliguntur, qui, si opes habeant, non illis cor apponunt, nec ideo se pluris faciunt; si non habent, non suprà modum desiderant, qui se pauperes, miseros, viles, atque abjectos, esse agnoscunt: quales faciliùs sunt inopes & afflicti, quàm qui prosperè agunt [p].

6. *Beatus est*] Utcunque vincula aliáve incommoda patiatur [q]: Respicit præsentem Johannis statum qui Discipulis ejus præbere posset ansam dubitandi [r]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί] *Qui non fuerit offensus* (vel, *scandalizatus*, Mo. sic Sy. vel, *in dubitationem adductus*, Pers. sim. Ar.) *in me*, Be. Il. Pi. Tre. P. Ti. Mo. Ca. vel, *per me*, Er. vel, *de me*, Pers. Qui non ceperit offendiculi occasionem ex me †; ut nullâ re quæ in me sit absterretur, quo minus in me credat [t]; v. g. statu meo humili ac paupere [v]; & imminentibus mihi vexationibus: vide infrà 26. 31. 1 Cor. 1. 23 [x]. Doctrinæ meæ severitate, aut mortis vilitate. Christus *petra scandali* est, 1 Pet. 2. 8. non suo vitio, sed nostrâ aut infirmitate, aut malitia [y]. Σκανδαλίζεσθαι aliquando est *lædi*, vel *detrimentum accipere*, quod Latini *offendere* dicunt, ut Rom. 14. 21. Sensus est, q. d. Ego sum lapis in quem offenditur: Beatus est qui ità se gerit ut ego ei sim utilis, non detrimentosus [z]; qui acquiescit in Divina mea dispensatione [a]; qui unde vitam haurire debuit, mortis occasionem non acceperit [b]. [De vocibus σκάνδαλον & σκανδαλίζεσθαι fusè hîc differit Ham.] Occultè hîc taxat Discipulos Johannis, quòd in ipso offenderentur, monétque omnes, pugnandum esse cum scandalis quæ fidem impediant, quia nunquam occasiones nobis deerunt eys repudiandæ [c].

7. *Abeuntibus*] Πορευομένων, *euntibus*, videtur esse pro ἀπερχομένων, *abeuntibus* [d]; ut est Luc. 7. 24. vel in viam se dantibus *: non antè; nè Johannem coram Discipulis ejus adulatoriè laudare videretur [f]. ¶ *Quid exîstis*, &c?] Alludit ad illud Matth. 3. 5. & Luc. 3. 7 [g]. ¶ *Arundinem vento agitatam*, Σαλευόμενον] Propriè, *undantem & fluctuantem*, undarum more huc illuc impulsam [h]. Sensus est, Habuistis, puto, causam aliquam ob quam tanto studio in loca illa deserta cucurristis: Neque enim credibile est vos coivisse ut arundines, &c. videretis. Hoc ideo, quia extra Johannem nihil ferme aliud in istis locis erat spectare [i]. *Arundinem*, &c. i.e. rem ludicram & vilem, cujus spectandæ causâ nullus meritò pedem moveat; ut declarat antithesis hominis opulenti & cujus luxum ac magnificentiam spectare omnes gestiunt [k]; vel, hominem levem aut inconstantem [l]; qui ad quamlibet occasionem vacillat & sententiam mutat: quin & vos facto vestro monstrâstis, unanimiter judicâsse vos eum hominem esse magnum & admirabilem [m]; & constantem Dei servum [n]. Nè ergò putate Johannem priorem de

[b] Pe. sic Sch. [c] Li. ho. [d] Mal. * Bru. sim. Mal. [f] Bru. [g] Pi. [h] G. [i] Bru. sim. Pi. [k] Ham. [l] Ham Bru. [m] Ham. sim. Sch. [n] Ham. [o] Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Bru. sim. Mal. † Mal. [t] Bru. [v] Bru. [x] Mal. ex Chrysost. & Rup. sim. Bru. [y] Bru. [z] G. [a] Th. & Euthym. in Mal. [b] Val. [c] Mal. [d] G. sic Mal. Pri. * Mal. [f] Pri. [g] G. [h] Pi. sim. M.

[i] Bru. sim Mal. [k] Ham. [l] G. [m] Bru. [n] Bru. sic G. [o] G. [p] Bru. [q] Li. ho. [r] Ham. sim. Li. ho. † Bru. ex Be. [t] Bru. sim. Ham. [v] G. sim. V. Pi. Bru. &c. [x] G. [y] Bru. [z] Ca. [a] Li. ho. [b] Mal. [c] Bru. [d] Bru. ex Be. * Be. [f] Mal. ex Chrys. & Euthym. [g] Mal. [h] Bru. ex Be. [i] G. [k] Be. [l] Bru. sim. Pi. [m] Bru. [n] Pi.

de me sententiam (Joh. 1. 26. & 3. 28. & 5. 33. & 10. 41 [o].) mutâsse, aut dubium evasisse, &c [p].

8. *Mollibus*, &c.] Sericis: nam serica *molles lanas* etiam Virgilius dixit. Sericorum autem tanta erat caritas ut auro contrà pensarentur [q]. *Mollibus vestitum*, i. e. delitiis vestium ac ciborum gaudentem, ut ex hoc mollis facilè videri posset & mutabilis [r]. ¶ *Mollibus*, Μαλακοῖς] Sub. ἱμάτια, *vestimenta* †, ex membro præcedente [t]. ¶ *In domibus regum sunt*] Non in locis desertis: quare ne ista quidem concursûs vestri causa esse potuit [v]: captant illi aulas Regum, ideóque in eos corruptæ sententiæ, inconstantiæ, aut assentationis, suspicio cadere potest. Johannis autem infractus animus minimèque enervatus, sed & præsens ejus carcer, satis testatur ipsum non ad gratiam cujusquam olim de me tam magnificè loquutum, & nunc mutâsse sententiam [x]. Johannem laudat ab asperitate vitæ; q.d. Qui sic vixit sanè incorruptis fuit moribus, ideóque illius testimonium de me verax erat & sibi constans [y].

9. *Prophetam*] Sic eum vocat Gorionides [z]; & sic de eo sensit populus, Mat. 21. 26. *Prophetam*, i. e. sanctum veritatis Doctorem à Deo missum [a]. ¶ *Plusquam Prophetam*] Vel, *Excellentiorem Prophetâ*, V. sic Bru. Pi. scilicet vidistis [b]: nempe quoad doctrinam ejus [c]: hic enim Christum, tanquam præsentem, palàm & expressè prædicavit [d]; & populum illi paravit [*].

10. *Hic est enim*] Ratio cur Johannes plusquam Propheta [f]. ¶ *Mitto angelum meum*] Nuncium meum, antonomasticè; q. d. eximium illum. Fuit hîc *homo* naturâ, *angelus* autem, & ministerio, & vitæ puritate [g]. מלאכים, sive ἄγγελοι, dicebantur non quivis Prophetæ, sed qui de re magna à Deo ad populum erant legati, ut Moses, Num. 20. 16. Aggæus, 1. 13. & Malachias, cujus nomen ipsum *angelum* significat, unde veteres Christiani eum sic sæpe appellârunt. Dictus est *angelus* in Ecclesia Christiana ὁ τοῦ πρεσβυτερίου προεστώς, (*præses Presbyterii*,) ut qui Dei nomine verba ad populum ferre soleret; quòd scilicet eundem locum in Ecclesia obtineret quem in Templo Magnus Sacerdos, qui & ipse מלאך, i. e. *Angelus*, dicitur, Mal. 2. 7. & à Diodoro Siculo, apud Photium [h]. ¶ *Ante faciem tuam*] i. e. Proximè [i], ante te [*]. Πρὸ προσώπου σου] Hæc verba non habentur in Malachia, sed nihil addunt sententiæ †. Apparet hinc etiam verba Prophetarum non citari à Christo κατὰ λέξιν, sed ità ut voces interdum mutentur, manente sententiâ: quomodo & apud Græcos sæpissimè citantur Homeri versus, mutatâ personâ aut modo verbi. Nam apud Prophetam dictio ad populum dirigitur, hîc ad ipsum Messiam; & quod hîc est ἔμπροσθέν σου, apud Prophetam, ἔμπροσθέν μου [k]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς κατασκευάσει] *Qui præparabit* (vel, *diriget*, Tre. vel, *munitam reddet*, Pers. Mal. 3. 1. est פנה *expediet*, removendo scilicet obstacula, ut via possit conspici [l]; vel, *complanabit, verret* & *emundabit*, ut alii reddunt. Eadem locutio est & Esa. 40. 3 [m]:) *viam tuam coram te*, Pi. &c. Describitur officium metatoris: quam vocem Romanam ità exponit Suidas, ὁ προαποστελλόμενος πρὸ τοῦ ἄρχοντος, (*præmissus ante Principem*.) Confer quæ suprà 3. 3. ex Esaia [n]. Metaphora à more Principum deducta [o]; qui cum pompa & amplo equitatu adventare solent [p]; quorum adventus multo antè tempore nunciari solet, ut ipsis majore cum pompa occurratur [q]: quos etiam jam advenientes nobilis aliquis aperto capite proximè antecedit, & sceptrum præfert, Regémque subsequentem monstrat, ac de via secedere omnes facit [r]. Ità duplicem h. l. morem respicit, ideóque Christus hîc repetit τὸ לפני, vertitque semel, *ante faciem tuam*, semel, *ante te*, ut utrumque indicaret officium quo Johannes functus est. Nam & nunciavit adventum Christi instantem, & præparavit ei viam Baptismi & pœnitentiæ prædicatione. Nam ut semestri Johannes ante Christum conceptus & natus est; tantillo etiam ferme tempore, ante Christum prædicare cœpit: deinde Christum jam advenientem monstravit, &c †.

11. *Non*, &c. Οὐκ ἐγήγερται] *Non apparuit*. Neque aliud est apud Lucam, ἐν γεννητοῖς, &c. quàm *in rebus humanis esse, aut ab hominibus conspici*. Notanda sermonis proprietas. Nam Prophetæ propriè dicuntur ἐγείρεσθαι Luc. 7. 16. Joh. 7. 52 [t]. *Non est suscitatus*, Be. Pi. nempe divinitus, sive per Divinam vocationem [v]: ut significetur, Prophetas peculiari quadam Dei voluntate in mundum prodire, vel, jam natos ex reliquorum numero seligi [x]. *Non surrexit*, Di. ex Ar. & Vulg. i. e. exstitit, vel exortus est [y]; ut Gen. 41. 30. Exod. 1. 8. Sic Manahem — *Non surrexit Propheta sicut Moses*. De Mose Ægyptio dictitant, *A Mose usque ad Mosem non surrexit sicut Moses*. Cui simile dictum Eliæ Levitæ de Paulo Fagio, *A Paulo usque ad Paulum non surrexit sicut Paulus* [z]. קם *surrexit*, pro, *exortus est*, frequentissimum, ut 1 Reg. 3. 13. 2 Reg. 23. 25. at הוקם, *suscitatus est*, [ut Be. habet] eo sensu usurpari non meminimus. Nec obstat, quòd ἐγήγερται sit formæ passivæ: *surgendi* enim significationem passim habet, ut Mat. 9. 7. & 12. 42. & 24. 11. quis ibi *suscitandi* verbo utatur? Talia esse puto Luc. 7. 16. & Joan. 7. 52. ubi rectiùs *surgendi* quàm *suscitandi* voce uteris [a]. ¶ *Inter natos* (vel, *genitos*. Be. Pi. sim. P. vel, *filios*, Pers. Gr. *In genitis*, Pi. vel, *In natis*, Mo. Ca.) *mulierum*] Ità Sy. Ar. &c. vel, *hominum*, Tre. vel, *è mulieribus*, Be. Pi. Syntaxis qualis Joan. 6. 45. διδακτοὶ θεοῦ, *Dei*, i. e. ὑπὸ θεοῦ, *à Deo* [b]: h. e. inter homines [c]: sic homo dicitur ילוד אשה, γεννητὸς γυναικός, Job. 14. 1. & 15. 14. & 25. 4. & apud Syrachiden 10. 17 [d]. Locus difficilis est, quia Johannem extollere videtur supra omnes, adeóque supra Christum ipsum [*]. Resp. 1. Τοὺς γεννητοὺς propriè hîc accipio, ut ad virum referatur, qui prolem gignit ex muliere. Heb. tamen ילד tam de patre quàm de matre dicitur: vide Job. 15. 14. sic & γεννᾶν, Luc. 1. 13. de matre dicitur [f]. 2. Joannes h. l. non cum omnibus, sed cum solis sanctis veteris Testamenti comparatur [g]. ¶ *Major Joanne*] Scilicet Propheta [h], ut Lucas disertè addit [i]. Major nemo erat, vel vitæ sanctitate, vel (quod hîc inprimis respicitur) prophetandi docendíque munere, & sublimitate doctrinæ. Tanto eum ornat elogio, ut attentiùs observarent Judæi ipsius legationem. Erat ante Joannem magna Evangelii ignorantia, partim affectata, vitio seculi; partim simplex, ob obscuritatem Prophetiarum. Debuit ergò Johannes lucem afferre, &c. vide Luc. 1. 76, 77. & desiderium adventûs Messiæ excitare, ad quem homines semper ablegavit. Doctrina itaque illius neque fuit, quoad circumstantias, doctrina Legis & Prophetarum; neque Christi & Apostolorum, sed medium quid, ut docet Christus, Luc. 16. 16. *Summus Prophetarum* hîc vocatur, quia Christum vidit, & digito ostendit [k]. ¶ *Qui autem minor est*] Minor illo, scil. ætate, prædicandi ordine, & præsertim opinione vestrâ: Hoc de seipso loquitur Christus, modestè confirmans illud Johannis testimonium, Marc. 1. 7. Joh. 1. 27, 30 [l]. [Alii aliter:] Comparativus pro superlativo [m]: *minor*, pro, *minimus*, ut 1 Cor. 13. ult [n]. μικρότερος hîc est ἐλάχιστος, ut & Luc. 9. 48. Nulla igitur necessitas nos cogit ad duos hanc comparationem restringere, ut indè porrò colligamus Christum de seipso hîc agere. Nam quod affirmat vir harum rerum peritissimus, μείζων, & μικρότερος, nisi adsit expressum nomen pluralis numeri semper de duobus dici, in eo ipsum falli docemur infrà. 18. 1. ubi sine plurali est τίς ἄρα μείζων, &c. neque tamen ibi inter duos comparationem sisti apertius est quàm ut probationis indigeat [o]. *Minimus*, doctor scilicet, qui tamen donis Spiritûs nequaquam sit cum Johanne comparandus [p]. ¶ *In regno cælorum*] Vel, *cœli*, h. e. Dei, ut est Luc. 7. 28. Vide & Luc. 15. 18. *Cœlum* inter epitheta Dei apud Hebræos. Hinc *timor cœli*, &c, *excusserunt jugum cœli* [q]. *In regno*, &c. i. e. in tempore & statu N. T [r]. in prædicatione Regni cœlestis; quod antehac adumbratum, non apertè annunciatum, à Prophetis fuerat †. Al. τὸ, *in regno cælorum*, ad sequentia, *major est*, refertur [t]; hoc sensu, Dei & sanctorum Angelorum judicio, ideóque rectò judicio [v]. Verùm in omnibus codicibus est distinctio post οὐρανῶν, ut plenissima illa lux sub N. T. cum ea scintilla conferatur quæ ante Johannem emicuerat [x]. ¶ *Major*] Naturâ, sanctitate, virtute, docendo, præstando, &c [y]. *Major*, i. e. præstantior [z]; nempe

o Bru. p Bru. sic Mal. ex Hi. Chryf. Th. Cyr. &c. q G. r Bru. † Pi. V. t Pi. v G. x Bru. y M. z G. a Bru. b Bru. Pi. c Bru. d M. sim. Me. * M. f Bru. sic Mal. g Bru. h G. i Bru. * V. Bru. † Pi. k G. l Pi. m Bru. n G. o Pi. ex Be. sic Bru. Mal. p Pi. q Be. sim. Bru. r Bru. sim. T. † Bru.

t G. v Pi. x Be. y Bru. sic D. Di. z D. a Di. b Pi. c Bru. G. d D. * Mal. f Be. g Mal. h Bru. ex Hilar. Pi. i Bru. k Cam. l Bru. m Be. sic Sch. n Pi. o G. p Pi. q D. r Pi. sic Be. † G. t Bru. ex Hilar. & Chryf. & Th. v Bru. x Be. y Bru. z Be. Pi. &c.

nempe quoad genus doctrinæ: quippe quæ tum erit longè illustrior & jucundior [a]. Non comparantur hîc inter se personæ, sed impar doctrinæ cœlestis dispensatio [b]. Comparatio tota est in ipso dono Prophetiæ, quod Lucas apertiùs expressit. Quantò ergò Johannes præstitit omnibus ante se Prophetis, tantò Prophetæ N. Fœderis, etiam infimi, antestabunt Johanni, nimirum amplitudine notitiæ de liberatione humani generis: Nàmque id ante Johannem mysterium fuit, Johannis tempore cœpit illucescere; post Christi passionem & resurrectionem, & missum Spiritum S. meridianâ luce clarius patuit. Sic infrà 13. 17. ait Christus multos Prophetas optâsse ea posse videre quæ videnda dabantur Discipulis suis [c]. Comparatio hîc non fit, quoad officium, vel dignitatem, vel sanctitatem; quis enim eum in his antecessit? sed quoad cognitionis perspicuitatem in dijudicanda natura & qualitate Regni cœlorum. Videtur enim Johannes, cum Discipulis Christi totâque gente temporalem etiam redemptionem exspectâsse, ut suadent austeritas vitæ Johannis & crebra jejunia, &c [d]. *Major* eo dicitur, quia non potuit Johannes Christum mortuum & resuscitatum, &c. prædicare [*].

12. *A diebus Johannis*] Ex quo prædicare cœpit [f]. ¶ *Usque nunc*] Vel, *Ad hunc diem*, V. Bru. Non tamen negat id deinceps futurum [g]: nec phrasis, *usque ad*, semper rei finem designat, &c [h]. ¶ *Regnum cœlorum*, (i. e. vel, 1. vita æterna [i]: vel, 2. Ecclesia, aut Evangelium [k]: nova Evangelii doctrina [l]:) *vim patitur*; ità Er. Il. Mo. Ti. Ar. &c. Βιάζεται] *Vi invaditur*, [sive *occupatur*, V. Er. sim. Tre. ex Sy. Pers. Quasi impetu quodam in illud perrumpitur [m]: dum scilicet homines avidissimè recipiunt testimonium Johannis de Christo [n]. Prædicatione enim Johannis excitatum est vehementissimum desiderium illius Regni quod antea languidum fuit, adeò ut non patienter ferant exspectationem illius Regni quod hîc tanquam mox futurum proponitur, nempe post Christi ascensum in cœlum: tum enim propriè cœpit *regnum cœlorum*, h. e. Ecclesiæ Christianæ status atque constitutio [o]. Magno concursu hominum invaditur [p]; & rapido impetu violentóque fervore [q]: magno studio properabant homines, quasi alii aliis certatim festinarent antevertere [r]: id quod Divinam satis arguit & docentis & doctrinæ dignitatem [†]. Olim populus vetitus, βιάζεσθαι, ad montem Sinai scandendum: est enim ea vox in versione Græca, Exod. 19. 24. Nunc id licet in montem illum μυστικώτερον (*mysticum* [t].) Melanchthon βιάζεται neutraliter accipit, *vi erumpit, enititur*; non potest Evangelium impediri hostium vi, &c. Sed passivæ significationi favet orationis series: describitur enim qualitas & præcellentia Ecclesiæ N. T. in qua illustrior est Dei agnitio & cultus frequentior; dum ut olim Israelitæ terram promissam vi occupabant, ità fideles dulcissimas de Christo promissiones ad se rapiunt, (ut sequentia innuunt,) precando, patiendo, diligendo, vincendo [v]: *vim patitur*, i. e. mortificatione, pœnitentiâ, ignominiâ, paupertate, obtinetur, & eâ ad illud itur viâ, quam Johannes verbis & factis demonstravit [x]. Al. Regnum cœlorum fuit hæreditas parata omnibus, tum Judæis, tum Gentibus: Judæis autem, tanquam fratri seniori, primò oblatum est. Illi verò, maximè Doctores & Sacerdotes, illud respuebant. Jam verò, inquit, *vim patitur* [y]; quia quibus nullum jus Regni esse videbatur, putà peccatores, publicani, meretrices, Gentiles [z], (vulgus, quem vos *maledictum* vocâstis, Galilæi, unde nihil boni venturum proverbio significâstis [a],) in illud jam irruunt, & præ filiis Regni intrare contendunt [b]. Sensus est, Regnum cœlorum non intra unum populum, ut olim, conclusum est, sed omnibus apertum & expositum, ut quicunque velit in illud irruat, & illo potiatur [c]; & quia non jam generi & hæreditati datur, sed virtuti & perseverantiæ, quâ multi cœlum quasi bello & armis obtinebant, ut Centurio, Matth. 8. 6. & mulier illa, Matth. 15. 22. & legitimos hæredes, quia ignavi erant, ab eo deturbabant. Rapere enim dicimur quod alterius manibus extorquemus [d]. Regnum cœlorum, Judæis, tanquam filiis, velut debitum ex pacto, violentiâ fidei occupatur à servis, à Gentibus [*]. Excludit his verbis murmur Judæorum, qui indignabantur quòd ad, ipsis promissam, Evangelii gratiam quoscunque reciperet. Imò, inquit, non illos recipio, sed ipsi, vobis cunctantibus, irrumpunt [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ βιασαὶ, &c.] *Et violenti* (in illud scilicet [g]:) *rapiunt* (vel, *diripiunt*, ut citatur ab Hilario & legit Er. in aureo Codice [h]:) *illud*] Metaphora ab arce quæ ab irrumpentibus hostibus diripitur [i]. Ostendit Christus magno opus esse animo his qui possessionem velint adipisci Regni illius cœlestis; quod à Prophetis obscuriùs prædictum, à Johanne propiùs indicatum, ab ipso Christo apertissimè erat revelatum. Sic Josuam Deus ad invadendam Cananæam, Regni cœlestis imaginem, *forti & intrepido esse animo* jubet, Jos. 1. 6, 7, 9 [k]. Non tradetur, inquit, nisi iis qui legitimè certaverint, & vicerint, qui, inquam, non frigidè & defunctoriè, sed viribus omnibus, illud expugnaverint, & non tam Regno illi, quàm sibi ipsis, vim inferunt, cupiditates atque affectos suos omnes cedere cogentes cupiditati quâ flagrant Regni obtinendi. Ad hunc autem scopum tendit hæc sententia, Inexcusabiles esse, qui manifestam Dei virtutem, quæ tam in Doctoribus, Johanne & Jesu, quàm in auditoribus, refulgebat, contemptim, velut clausis oculis, præteribant, nec observabant præsens Regni ac salutis, ipsiúsque Salvatoris Messiæ, tempus [l].

13. *Usque ad Johannem*] i. e. Johannis prædicationem [m]: non quòd tunc statim extinctæ sunt, sed quòd tunc mori cœperint [n]. Non hoc vult, cum adventu Johannis emortuam legem; debebat enim illa durare usque ad solennem illam missionem Spiritûs S. neque, nulla vaticinia ultra Johannem extendi; sunt enim quæ ad postremum Hierosol. excidium pertinent; sed, Messiam illum novi Regni Principem, quem Legis ceremoniæ adumbraverant, Prophetæ prædixerant, & doctrinam perfectiorem, simul cum Johanne & per Johannem cœpisse cognosci. Vide quæ ad Lucam [o]. ¶ *Prophetaverunt*] Sensus hujus loci duplex, pro duplici verborum distinctione; vel sic, *Omnes Prophetæ & Lex prophetârunt usque ad Johannem*, nempe de adventu Christi: q. d. prophetiæ illæ non extendunt se ultra tempus Johannis, sed præcisè in illud incidunt. Ità ratio est tantæ violentiæ, &c. v. præced. quia scil. auditores ex Johannis prædicatione didicerunt, jam esse tempus ut vaticinia de adventu Christi impleantur; vel sic, quod magis probo, *Omnes Prophetæ & Lex* (sub. οἱ γενόμενοι, *qui fuerunt*) *usque ad Johannem, prophetârunt*, nempe de adventu Christi [p]. *Prophetârunt*, propriè [q], & emphaticè [r]; nempe de adventu Christi [†]: procul & sub obscuris umbris prædixerunt [t]; non autem præsentem ostenderunt, ut Johannes [v]. Relinquit intelligendum, A Johanne autem Christus præsens sistitur, palàm & cominùs adest [x]: supplendum h. l. ex Luc. 16. 16. *Ab eo tempore Regnum Dei annuntiatur* [y]. Futura tantùm prædixerunt, quæ nunc præsentia perspicuè cernuntur [z]. Προφητεύειν non tantùm est prædicere futura, sed obscuriùs & tectiùs loqui [a]. Atque ità cohæret, vel, 1. cum v. 11. ut probet neminem fuisse Johanne majorem [b]: vel, 2. cum v. 12. q. d. Mirum non est si Deus tam potenter operetur in hominibus, aut si homines non frigeant, quia Christus cum Regno suo præsens adest [c]. [Al. sic:] *Prophetârunt*, i. e. Viguerunt, durârunt, officio suo functi sunt [d]: q. d. Antè homines erant quodammodo ligati lege, nec licebat unicuique in Regnum cœlorum irrumpere [*]; lex enim solis Judæis data est, nec homines juvabat, sed gravabat [f]: At nunc licet, & iter patefactum est, atque expeditum [g].

14. *Si*, &c. Εἰ θέλετε δέξασθαι] *Si vultis, recipite*, Sy. Pers. Tre. *Si vultis accipere eum*, Æth. Ca. *Si vultis* (sub. *hoc*, Be.) *recipere*, Er. Be. Il. P. &c. i. e. advertere, sive intelligere [h], vel credere [i]. Si patimini verum vobis dici [k]. At quamvis accipere nollent, ipse ille Elias erat. Sunt ergò absolutè intelligenda hæc, etsi hypotheticè prolata. Similem loquendi modum vide Luc. 9. 13. Act. 26. 5. 1 Cor. 9. 17. & 11. 16. Sic Lucilius, *Si nôsti, non magnus homo est* —— Cicero, ad Atticum, 13. 22. *Cæsaris epistolam misi, si minus legisses*, Antonius moriens, *Si jam me dimittitis, vale vobis dico* [l]. Quia novum hoc erat, & pro Jesu faciebat, benevolentiam captat [m]; dum non cogit auditores ad fidem, sed suæ libertati relinquit [n]. Al. Si velletis veritatem admit-

[a] Pi. [b] Be. [c] G. [d] Li. ho. [*] Cam. [f] Bru. ex Be. sic Pi. [g] Bru. sim. E. [h] E. [i] Greg. & Beda in Mal. [k] Mal. [l] Er. [m] Be. Pi. Bru. [n] Pi. [o] Cam. [p] G. sim. Bru. Li. ho. Er. [q] Bru. sim. Li. ho. Er. [r] Bru. ex Chrys. [†] Li. ho. [t] G. [v] Scul. ex 2. 61. [x] Me. sic Basil. Chrysost. Hi. Aug. &c. in Mal. [y] Ham. [z] T. ex Bru. [a] Ham. [b] Bru. T. ex Hilar. & Ambros. [c] Me. ex Mal. [d] Mal. [*] Er. ex Hilar.

[f] Er. Zeg. [g] Bru. [h] Be. [i] Bru. ex Be. [k] G. [l] Bru. [m] Bru. Mal. Me. [n] Me. ex Mal. [o] G. [p] Pi. [q] Bru. [r] Pi. sic Bru. [†] Pi. [t] Eru. sim. Chrys. Hi. &c. in Mal. Span. T. [v] Pi. [x] Bru. [y] Span. in Mal. [z] Be. [a] Span. [b] Pi. [c] Bru. [d] Mal. [*] Me. [f] Mal. [g] Me. [h] Me. [i] Bru. [k] G. [l] Pri. [m] Bru. [n] Bru. ex Chrys.

admittere, agnosceretis hunc esse Eliam; quod tamen verum est, licet non admittatis[o]. Suspicionem verba innuunt, eos hoc non recepturos, sed Eliam personaliter venturum expectâsse[p]. Al. Si vultis, hic erit vobis (non verè, sed officio & effectu) Elias, quia vos ad Deum convertet; si non vultis, non erit[q]. ¶ *Ipse est Elias qui venturus est*] Scil. ex doctrina Scribarum vestrorum[r]: secundùm prædictionem, Mal. 4. 5†. Significat officium certo Dei decreto præfinitum[t]. *Elias*, non in propria persona, ut Judæi putabant, malè intellectâ Scripturâ S[v]. sed *in spiritu & virtute Eliæ*[x]; Luc. 1. 17. i. e. pari auctoritate & Spiritûs efficacitate[y]; pari fortitudine. Elias corruptissimis temporibus nullo periculo absterritus est quominus Regi omníque populo peccata ipsorum ob oculos poneret. Idem spiritus in Johanne apparuit. Ob hanc zeli eminentiam Judæi animam Phineæ in Eliam venisse fabulabantur. Sed à vetustioribus dictum puto fuisse, *Eliam venisse in spiritu Phineæ*[z]. Joannes non erat Elias, [propriè,] id enim ipse negat, Joan. 1. 21. sed in spiritu Eliæ venit[a].

15. *Qui habet aures audiendi* (vel, *audire*, Mo. vel, *ut possit audire*, V. vel, *quibus audiat*: ἀκούειν, pro, ὥστε ἀκούειν[b]: vel, *ad audiendum*, V. Be. Pi. ἀκούειν, pro, τοῦ ἀκούειν, scil. ἕνεκα[c]. Cui datum propositúmque est uti auribus ad audiendum, quo fine à Deo datæ sunt: significat non omnes habere aures ad audiendum[d]; i. e. dociles & obedientes esse*. Vide ad Mat. 13. 9[f]. Cui cor datum in hunc finem ut audiat, h. e. audiens intelligat & credat: Synecdoche[g].) *audiat*] Hæc, & audita observet[h]; veráque esse credat[i]. Lucas alibi ità explicat, *Ponite in auribus*, &c. Talia apud Poetas, *Audire est operæ pretium*: &, *Audite atque animis advertite vestris*. *Aures* autem hîc aliísque locis per translationem positæ sunt ad significandam intellectivam facultatem, quomodo & *mentis oculus* dicimus. Sic *oculos & aures animæ* dixit Hierocles[k]. Epiphonema est[l]; quo Christus (& eum secutus in Apocalypsi Johannes[m],) sæpissimè claudunt pronunciata sua de rebus magni momenti[n]. Erat autem res, de quo agit Christus, maximè notanda, vel ideo quòd tota Prophetia in illis ipsis verbis desierat, & quando, post longi temporis intermissionem, instauranda esset, indicium fecerat: Judæi autem sicut Prophetiæ privilegio maximè gloriabantur, ità ejus jacturam graviter ferebant[o]. Plurimùm eorum intererat, ut legem evanescere scirent, nec ullum ipsis salutis remedium superesse, si in lege confiderent[p]. Mysticum hoc erat, & seriâ egens intelligentiâ[q].

16. *Cui autem*, &c.] Scil. rei[r]. Exordium familiare Judæis parabolam incoeptantibus, ut apparet tum ex Talmudicis libris, tum ex Marc. 4. 30. Luc. 13. 18. 20†. ¶ *Generationem* (vel, *Gentem*, Pi. sim. Be. *Ætatem*, Camer.) *istam*] Hoc hominum genus[t], tam præfractum & contumax[v]; hujus ætatis sive seculi homines[x]: incredulos Judæos, ut sequentia docent[y]; Pharisæos & legisperitos[z]; corúmque asseclas[a]; ut docemur, Luc. 7. 30. Γενεὰν] Hominum genus certo tempore ac loco circumscriptum. Ità *ferream prolem*, in Arateis, dixit Cicero[b]. ¶ *Similis est pueris*] Semel notandum est, quia sæpe occurrit, vim istius Dativi non esse, ut denotet ipsum comparationis terminum, qui plerumque non illâ proximâ voce sed totâ insequenti narratione, continetur. Neque enim Judæos Christus comparat illud puerile carmen in foro cantantibus, sed potiùs carmen illud ait in ipsos quadrare[c]. Sic infrà 13. 24. dicitur *regnum cœlorum simile esse satori*, cùm tamen non satorem Regno comparet Christus, sed rem Regni cœlestis ità se habere dicat quasi aliquis serat, & deinde quæ sequuntur eveniant. Sic & alibi idem Regnum dicitur *Regi esse simile*[d]. Non personas personis, sed negotium negotio; nec partes partibus, sed totum toti, h. l. comparat, ut in Parabolis fieri solet*. Pueri hîc sunt, vel, 1. Scribæ & Pharisæi[f], vel, 2. Johannes & Christus[g]. Sed frustrà hæc sunt. Totum sententiæ corpus intuendum est, & integrum ex integra parabola trahendum; nè in partes divisum pereat atque dissolvatur[h]. Non dictum ipsum hîc spectandum, sed dicti sententia. Neque enim Judæi hîc comparantur puerulis, sed iis quos compellant pueruli[i]; non pueris clamantibus, sed audire nolentibus. Hoc ergò vult: q. d. Similiter accidit in Judæis atque in pueris, &c[k]. ¶ *Sedentibus*, &c.] i.e. Qui sedere ac ludere solent. Similitudinem desumit ex vulgari puerorum ludicro[l]; à pueris morosis, quibus nulla placet cantilena, nec ad læta, nec ad tristia, à sodalibus adduci possunt: sed, dum lætum aliquid canitur, se mœstum aliquid malle significant: contrà verò lætum; si triste & lugubre proponatur. Videtur respicere ritum aliquem illius temporis, nobis non satis notum[m]. Mos erat apud Judæos, tum in Festis, ut, aliquo præcinente, reliqui saltarent; tum in Funeribus, ut, præeuntibus præficis, reliqui lamentarentur. Hunc morem imitabantur pueruli Judaici in ludis suis[n].

17. *Cecinimus*, Ἠυλήσαμεν] *Cecinimus*, Tre. Sy. Pers. Ar. *Fistulavimus*, Ca. *Tibiis cecinimus*, Be. Pi. sim. Er. Il. P. Ti. Mo. Sapienter præfatur Æmilius Probus, ad vitas virorum illustrium, leve multis visum iri, quòd in Epaminondæ virtutibus commemoretur saltâsse eum commodè. Sed respondet, hoc se ab iis demum exspectare qui, expertes Græcarum literarum, nihil rectum, nisi quod moribus ipsorum conveniat, putent. Addit, talia non omnibus honesta esse atque turpia, sed ex majorum institutis judicari. Judæorum hac in parte mores Græcis quàm Romanis propiores fuere. Neque enim turpe illis visum fuit publica aut privata gaudia tam saltatione quàm cantu testare: quò refero usitatos in Epiniciis ludos, quorum mentio apud Josephum, Orig. 12. 12. Quin hodiéque Judæi tum in conventibus sacris, tum in nuptiis, usurpant motus quosdam satis inconditos, abolitâ pridem apud ipsos veteris harmoniæ memoriâ. Quanquam autem Christianos maximè deceat gravis persona, ac proinde non dubitem etiam in rebus ejusmodi Romanos mores præ Judaicis ac Græcis ipsis antiquitus placuisse, tamen non indignum notatu est, quæ in Synodis antiquis ea de re constituta sunt non tam ad mera tripudia quàm ad molles mimicásque gesticulationes pertinere[o]. ¶ *Lamentavimus*, Ἐθρηνήσαμεν] *Luximus*, Er. *Ploravimus*, Val. Lugubria cecinimus[p]: quod Græcis significat θρηνεῖν[q]. Θρηνεῖν est, *lessum facere*, aut *næniam canere*, ut solebant apud Romanos præficæ, ad quarum κέλευσμα plangebatur. Scriptor de mundo, *Sicut in choro, Coryphæo præeunte, concinit totus chorus*. Ità apud Euripidem & Senecam, lessu præit Hecuba, sequuntur Troades. Planè morem apud Judæos similem obtinuisse tum ex hoc loco discimus, tum ex Jo. Belli 3. Eustathius, ad Iliad. ult. *Barbaricum* οἱ τῶν θρήνων ἔξαρχοι (*Duces cantionum lugubrium*[r].) Quod Christus hîc Judæis exprobrat, id ipsum est quod dicitur, Pro. 29. 9. *Vir sapiens*, &c. i. e. Quum viro sapienti ac probo res est cum stulto & improbo, quovis modo corrigere eum tentat, nunc indignatur, nunc ridet; jam rigidè, jam blandè, eum tractat, nec tamen efficere potest, ut à malo quiescat ac abstineat. In quem locum commentarius exstat in Gemara: ubi hoc ipsum est proverbium, *Dicit Deus, Succensui Achazo & tradidi eum in manus Regum Damasci. Ille verò diis ipsorum sacrificavit*, 2 Chron. 28. 23. *Lusi cum Amasia, & dedi Reges Edom in manum ejus. At ille deos eorum adoravit*, 2 Chron. 25. 14. *Ait R. Papa, Hoc est, quod dicit Vulgus, Flevi viro, at non agnovit: risi viro, at non agnovit. Væ viro qui non discernit inter bonum & malum*†. ¶ *Non planxistis*; ità Er. Tre. Be. &c. Οὐκ ἐκόψασθε] *Non flevistis*, Æth. Non estis provocati ad planctum[t]. Sensus, q. d. Nullis rationibus potuistis commoveri[v]. Comparat eos pueris morosis, & contumacibus quibus cantilenæ, studia & instituta, sodalium suorum nunquam arrident, qui nolunt se illis accommodare & socii esse lusûs[x]. Quemadmodum canunt illi pueri, suos æquales nec læto carmine ad saltandum, nec næniâ ad plangendum, excitari[y].

18. *Venit*] A Deo missus. Accommodat similitudinem, demonstrans, Deum omnem ad eos salvandos adhibuisse diligentiam, quam tamen ipsi repulerunt: unde jam, non Dei morositate, sed suâ culpâ, pereant[z]. ¶ *Neque manducans*, &c.] Scilicet communi hominum more[a]; Hyperbole[b]: vel Synecdoche generis: nam edit locustas, Matth. 3. 4[c]. *Non manducare* dicitur, aut quia parcè manducabat[d]; aut alieno more à vulgari usu*; non more hominum, sed potiùs ferarum[f].

Johannes

o J. Cap. / p Li. ho. / q Mal / r Bru. / † J. Cap. sic Pi. / t G. / v Bru. / x Bru. ex Be. sic M. G. Pi. &c. / y Bru. / z G. / a Mal. / b Camer. / c Pi. / d Bru. sic Mal. / * Mal. / f Bru. / g Pi. / h Bru. / i Mc. / k G. / l Bru. G. &c. / m G. / n G. sim. Mal. / o G. / p Mal. / q Bru. / r Bru. / † G. / t V. Be. / v Be. sic Bru. / x Bru. sic Camer. Sch. sim. Be. / y Pi. / z G. sim. Bru. / a Bru. / b G. / c G. / d G sim. Mal. / * Mal. / f Q. in Mal. / g Hi. & plerique in Mal. sim. Ca. / h Mal. / i Be.

k Ca. / l Bru. / m Mc. / n Ham. sim. Bru. / o G. / p Er. / q Be. / r G. / † Di. / t Bru. / v V. / x Bru. / y Ca. / z Bru. / a Be. sim. Pi. / b Be. / c Pi. / d Mc. ex Mal. sic Bru. / * Bru. / f Mc. ex Mal.

Johannes ergò quasi lugubrem canebat cantum, ut eos ad Deum per luctum & pœnitentiam attraheret[g]. ¶ *Dæmonium habet*] i. e. Melancholiâ, sive passione hypochondriaca, laborat[h]; malè sanæ mentis est; vel, inhabitatur à Dæmone, cujus virtute illum potest vitæ rigorem ferre[i]. Solent dæmoniaci intemperiis acti, absurdis uti cibis, & aliquando multo tempore nihil manducare aut bibere[k]. Dici solet, *Omnis solitarius aut Deus est, aut Angelus, sive Dæmonium*; vel, ut alii dicunt, *aut fera bestia*[l].

19. *Manducans*, &c.] i. e. Vulgari hominum more vivens[m]; ut eos, qui Johannis austeritate non sunt commoti, Christi civilitate comitatéque vincerentur & ad Deum adducerentur[n]. ¶ *Vorax*, φάγος] *Edax*, vel *Comedo*, Er. Cas. *Comessator*, vel *Cœnipeta*, G. ¶ *Et*, &c. Καὶ οἰνοπότης, &c.] *Et vini-potor*, Bru. Sch. cui opponitur ὑδροπότης, *aquæ-potor*[o]. *Bibaculus*. Nam Hebræis שותה שכר, aut שותה יין dicitur, non quivis vinum bibens, sed qui vino indulget, ut Psal. 69. 12. Prov. 31. 4. Amos 6. 6[p]. Non leve hoc convitium fuisse patet ex Deut. 21. 20[q]: cujus occasionem forsan sumpserunt ex illo miraculo, Joh. 2. 9, 10[r]. ¶ *Et peccatorum*] Scil. manifestorum, h. e. scelestorum †. Sed his Christus familiarior fuit, ut à peccatis ipsos revocaret, &c[t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς] Difficilis locus. Qu. 1. Quid *sapientia*[v]? Resp. 1. Christus[x]; qui *sapientia* nominatur, Prov. 8[y]. 2. Divina providentia, quæ Judæos peculiariter, tanquam proprios filios, gubernabat[z]. 3. Sapientia, quam ego doceo, quam hæc generatio damnat[a]; quæ in me & Johanne eluxit, quæ per nos se declaravit studiosam procurandæ omnibus modis Judæorum salutis[b]; Evangelium[c]; sapientissimum *Dei consilium*, ut vocatur Luc. 7. 30. Judæos & Johannis severitate, & Christi comitate, ad pœnitentiam revocantis, nè quid inexpertum relinqueret, atque etiam nè quid illi causari possent. Placebant sibi multi vitæ austeritate; hac ipsa in re multùm illos Johannes antecessit: Alii popularitatem requirebant; Christo nemo unquam fuit popularior. Rursum, Johannes, ut pœnitentiæ præco, ad severitatem compositus, Matth. 3. 4. Luc. 1. 15. Christus comis, ut veniæ largitor. Illum rara neque imitabilis vivendi ratio, hunc miraculorum vis maxima, commendabat[d]. Qu. 2. Qui *filii sapientiæ*? Resp. 1. Omnes Judæi, qui sapientiam aut receperunt aut rejecerunt, qui sapientes aut erant, aut esse debebant, aut esse sibi videbantur*. 2. Pharisæi & Legisperiti, qui & sibi & aliis *sapientes* videbantur: vide Luc. 7. 30, 35[f]. 3. Publicani & de plebe aliqui, qui *Deum justificare* dicuntur, Luc. 7. 29[g]: qui *filii* sive cultores *sapientiæ* dicuntur, non quia jam tum sapiebant, sed quia piâ quâdam Divinæ sapientiæ reverentiâ tenebantur: Simili modo *filium pacis* dixit Lucas 1. 6[h]. Tacita hîc est antithesis inter nothos sapientiæ filios, qui inanem titulum sine re obtendebant, & genuinos, qui Johanni & Jesu crediderunt, qui tamen minimè omnium sapientes habebantur, cùm Scribæ, &c. pro sapientibus se venditarent, qui hîc innuuntur minimè sapientes fuisse[i]. 4. Electi Dei[k]; sapientes, qui vocantur *filii sapientiæ*, per Hebraismum[l]; discipuli sive studiosi sapientiæ[m]; ut medicinæ studiosi vocantur Παῖδες, &c. *Medicorum filii*, &c. & discipuli *Prophetarum filii*, 2 Reg. 4. 38. Vide dicta ad Matth. 9. 15[n]. Qu. 3. Quid sit *justificari*? [Resp. Id videbimus, quum versiones & interpretationes verborum protulerimus, quod jam præstandum.] *Et* (vel, *Sed*, Be. P. Il. Pi.) *justificata* (vel, *perfecta*, Pers.) *est sapientia* (vel, *hæc sapientia* : ἡ pro αὕτη, ut Luc. 21. 23. & in Hesychio, sic Marc. 6. 2. τίς ἡ σοφία, &c. *Quæ est hæc sapientia*, &c ‖.) *à filiis suis*, sive *ipsius*, Er. Mo. Ti. i. e. sapientiæ; nam αὐτῆς ad σοφίαν refertur[o]: vel, *ex operibus suis*, Sy & Æth. in Di. append. Pers. Nè mireris[p]; nam in quibusdam Evangeliis legitur, *ab operibus suis*[q]. Sapientia enim non petit vocis testimonium, sed operum[r]. Vel, *à cultoribus suis*, Tre. [de quo vide Di.] *Justificata est*, i. e. agnoscitur, recipitur †; justa prædicatur[t]; approbatur, aut etiam laudatur, ut δικαιοῦν sumitur Psal. 51. 4. Rom. 3. 4. Luc. 7. 29[v]. Vide & 1 Tim. 3. 16[x]. liberata ab omni calumnia, & justa accusationis causa[y]: δικαιοῦν est, *absolvere*, à δίκη scripta liberum pronunciare, Matth. 12. 37. Luc. 18. 14. Act. 13. 39[z]. Probata est, hoc nempe indicio, quòd hæc sapientia à magnatibus & sapientibus rejecta est, & à vulgo recepta, prout de ea prædictum est[a]. Sensus, Discipuli mei sapienter judicârunt veram esse sapientiam quam doceo[b]. Hoc autem ideo Christus addidit, ut intelligeretur non omnino sterilem hactenus fuisse operam tum Johannis, tum suam[c]. *Justificata est*, i. e. justa declarata, non modò à bonis, qui crediderunt, eam amplectendo, sed etiam à malis, qui eam repudiârunt: nam dum nec Christi cantu, nec Johannis luctu, moverentur, satis ostenderunt, se nullo modo velle credere[d]; & per se, non per Divinam sapientiam, stare quominùs converterentur*. Cùm enim hi crediderint, quid obstitit quominus etiam alii credere possent[f]? Puto autem hoc esse proverbium Judaicum, sed præsenti instituto accommodatum[g]. Sensus, A sapientibus & piis justitia colitur; cùm alii illam respuant: qui [sensus] confirmatur ex Luca, qui addit πάντων[h]. [Alii aliter accipiunt:] *Et sapientia judicatur*, Q. in V. Camer. Sch. vel, *prœmaturè in judicium vocatur*, Sch. vel, sententia de ea pronunciatur tanquam in judicio*; vel, damnatur[i]; *à sobole sua*, ab iis qui illam ut pueri audire debebant[k]: quo quid magis perversum aut præposterum[l]? Certè δικαιοῦν (quod in S.S. est *absolvere*, apud alios Scriptores[m],) significat *damnare*, ut notant Phavorinus & Suidas[n]; & Thucydides l. 3. *Si hoc feceritis——vos ipsos δικαιώσετε*, i. e. condemnabitis, ut exponit Scholiastes[o]. Quin & *punire* significat[p]; ut notant Hesychius, Harpocration ex Thucydide, Julius Pollux, & Synesius: [quæ vide in Ham.] Juxta hunc Atticum verbi δικαιοῦν usum sensus esset, Christus, qui est sapientia Patris condemnabitur & morti tradetur, ab iis, quibus maximè probandus erat, qui scilicet laudem sapientiæ affectabant. Sed prior sententia mihi magis placet, ex collat cum Luca[q]. Al. *Justificata est*, i. e. victa, h. e. pudefacta, & quasi silentio coercita, *à filiis suis*, i. e. à vobis qui sapientiæ filii esse debebatis[r]. Sed, quia non qui justificat, sed qui justificatur, vincit, sensus potiùs esset; Vicit filios suos, eósque pudefecit & silere coegit: q. d. Deus tam sapienter omnia salutis media erga filios suos adhibuit, ut ipsimet cogantur sapientiam ejus justificare, eique victoriam tribuere, ac silere coram ea: quod certè non displicet. Obstat tantùm quòd δικαιῶσαι nusquam sign. *vincere* †. Al. *Estque suis aliena sapientia*: i. e. Israelitæ, ad quos propriè pertinebat Evangelium, id repudiant. Δεδικαίωται autem significat *liberum esse*, & *nihil habere cum aliquo*, ut Rom. 6. 7. ubi δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας (*absolutus est à peccato*) idem est, quod οὐκ ἔτι δουλεύει τῇ ἁμαρτίᾳ, &, quòd κατήργηται αὐτῷ ἡ ἁμαρτία, aut κατήργηται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, sicut Rom. cap. 7. vers. 2. κατήργηται, i. e. δεδικαίωται, *liberata est à lege viri*, hoc est, νόμος, *lex viri est ei* ἀργὸς, *otiosa*, nihilque ad eam pertinet. Ità & h. l. δεδικαίωται, i. e. κατήργηται, ipsis est ἀργὸς, *nihil ad eos pertinet, ab eis repudiatur tanquam aliena*. Quòd addit Lucas, πάντων, non ità accipiendum est quasi omnes Judæi Christum repudiarent, sed ferè omnes. Alii exponunt, [ut dictum] *approbatur à suis*: sed neque adversativa conjunctio [*sed*, καὶ, *&*] præponitur, neque est ὑπὸ, sed ἀπὸ, τέκνων[t]. Non assentior Castellionis versioni. Nam ut δικαιῶσαι fatear à Paulo accipi pro ἐλευθερῶσαι, *liberari*; aliud tamen est *liberari* quàm *alienum fieri*[v]. Nec valent rationes ejus[x], [adversus receptam sententiam.] 1. Καὶ, *&*, sumitur pro ἀλλὰ, *Sed*, Hebræorum exemplo, apud quos ו sæpe ità ponitur. Sed & ὁ ἀληθινὸς Theophrastus καὶ aliquoties eo sensu dixit[y]. 2 Ἀπὸ pro ὑπὸ sæpe ponitur[z]; & causam efficientem notat, ut Matth. 12. 38. *Volumus* ἀπὸ σοῦ σημεῖον ἰδεῖν, *à te exhibitum signum videre*. Apoc. 12. 6. *Locum ipsi paratum* ἀπὸ Θεοῦ, *à Deo*. Sic in Isocrat. Pace, *Calamitates quæ procedunt* ἀπ' αὐτῶν, *ab ipsis*[a]: & in Thucydide. Ἀπὸ πολέμου ἐρῆμωθέντες, (*à bello vastati sunt*:) Et in veteribus Synodis passim reperitur hæc formula, ἀπὸ πάσης συνόδου ἐλέγχθη. Particulæ ἀπὸ & ὑπὸ sæpe permutantur, ut Matth. 16. 21. Marc. 8. 31. Luc. 9. 22. & 17. 25[b].

20. *Tunc*] Emissis ad prædicandum Apostolis[c]; ut constat ex Luc. 10. 1, 13[d]; quum & ipse magister prædicaret in civitatibus eorum*, Corazin, Bethsf. Capern. quæ

g Bru. h Ham. i Bru. k Me. l Sch. m Bru. sim. Pi. n Bru. o Idem. p G. q Hins. r Bru. † Pi. t Bru. v Mal. x Q. in Mal. Pi. y Pi. z Mal. a V. b Bru. c Ca. d G. * Mal. f Q. in Ham. g Ham. ex G. & Bru. h G. i Bru. k Bru. Pi. l Bru. Mal. m Sch. sim. Pi. n Sch. ‖ Kn. o Bru. p Di. q Hi. in Di. & in D. r Di. † Be. sim. M. t Pi. sic Sch. ex Be. v G. x Sch. y Q. in Mal.

z Sch. a Ham. b V. c G. d Mal. * Mal. sim. Me. f Me. g G. h Camer. * Sch. ex Camer. i Q. in V. k Sch. ex Camer. l Sch. m Ga. in Pso. c. 8. p. 82. n Ham. o Camer. Ga. Ham. p Ham. Ga. q Ham. r Di. ex Coc. † Di. t Ca. v Be. sic Sch. x Be. y G. z Sch. sim. G. a Sch. b Be. c Bru. sim. Mal. d Mal. * Bru.

quæ quia Evangelium recipere noluerunt, ideo Apostolos ad remotas misit civitates [f]. ¶ *Cœpit*, &c. Ἤρξατο ὀνειδίζειν] *Cœpit exprobrare*, Tre. Er. Il. Ti. &c. vel, *convitiari*, Be. *cum exprobratione arguere*, Be. sim. Pi. *exprobrando convitiari & accusare*, V. *probro exponere*, Di. ex Sy. id est, laudem atque gloriam illis adimere, ac verbis eas dehonestare. חסד Hebræis sign. *gratiam*, sive *elegantiam*, rei, indéque, per Antiphrasin, *probrum*, quo gratia omnis adimitur. Hinc חַסֵּד Syris, *probro affecit*, idem quod Heb. חֵרֵף [g]. Dixit & Plato, ὀνειδίζων ἕνα ἕκαστον, (*unumquemque probro afficiens* [h].) ¶ *Pœnitentiam*] Hic enim miraculorum scopus Christo fuit, non ut ipsum laudarent, &c [i].

21. *Væ tibi*, &c.] Deplorantis est & ruinam prædicentis. *Corazin* & *Bethsaida* erant civitates ad littus maris Galilææ, sive Tiberiadis; sed hæc citra mare in Galilæa, illa ultra; media inter utramque Capharnaum erat [k]. [De etymologiis nominum videat, cui vacat, D. ad locum.] ¶ *Si in Tyro & Sidone*] Has civitates confert cum civitatibus Judæorum [l]: 1. quòd Gentiles erant [m]; & Canaaniticæ, stirpis maledictæ [n]: 2. quòd vicinæ [o]; imò conterminæ Galilææ: 3. quòd apud Judæos infames [p]; ob idololatriam [q]; omnémque impietatem & vitiositatem [r]; qualia ferè sunt maritima loca ab exteris frequentata, &c. Hæc autem loca nunquam Hebræorum acceperunt imperium, nedum religionem, Deo id credo nolente, ut à Gentium commerciis alieniores essent Hebræi †. Quanquam autem non ea fuerit Tyriorum & Sidoniorum durities Ezechielis tempore quæ fuit magnæ partis Galilæorum ætate Christi; id tamen Tyrios à culpa non liberat. Satis enim damnabat ipsos Lex inscripta mentibus, æquitatem in commerciis exigens, & misericordiam adversùs eos quorum res erant afflictæ; cùm illi contrà vim dolúmque miscerent mercimoniis, &, solâ spe derivandi ad se quæstûs, Judæis, amicis veteribus ac fœderatis suis, sed à Chaldæo victis jam atque prostratis, crudeliter insultarent: quæ omnia atque alia insuper videre est apud Prophetam. Etiam in Homero & Philostrato Phœnices sunt avari, astuti & fraudulenti. His accedebat, quòd tanta Judæorum propinquitas, communis lingua, quotidiana commercia, non patiebantur eos ignorare certissima argumenta cultûs uni Deo debiti; præsertim cùm ab eodem Deo missi Prophetæ ipsos nominatim aut voce, aut literis, sæpiùs compellarent. Hæc igitur atque alia Phœnices aut emendare, si vellent, aut, si nollent, contumaciæ convincere, poterant, etiamsi miracula illa tot ac tanta, quæ sapientissimo Dei consilio Messiæ temporibus asservabantur ipsis, non contingerent. Nostrum est gratâ manu accipere dona quæ Deus largitur, non quæ ac quanta dare debeat ipsi præscribere. Quod autem hîc Christus conqueritur, idem & olim conquestus est Deus, si eam, quam Judæis impendebat, operam impendisset iis populis quos Judæi ut feros ac barbaros contemnebant, aliquantò plus se profecturum fuisse, Ezec. 3. 6. Ostendens simul incommeritam suam bonitatem erga Judæos, bonorum parentum malam progeniem, viámque sternens demonstrandæ justitiæ suæ in uberrima illa, quæ per Christum ventura erat, Gentium profanarum vocatione, cujus gratiæ ipsi illi adeò despecti Judæis Tyrii & Sidonii participes fuere, nec sine fructu, ut apparet Act. 21. & 27 [t]. ¶ *Factæ* (vel, *Editæ*, Be. Pi.) *essent virtutes*] i. e. Miracula [v]. Miraculorum haud dubiè magna vis est ad incutiendam hominibus Divini numinis reverentiam, & ad obsignandas promissiones ac minas. Quòd, nisi miracula, conjuncta cum iis adminiculis quæ miracula comitari solent, ad corrigendos animos valerent, non diceret Christus peculiarem atque insignem culpam talium beneficiorum contemptu contrahi. Vide Joh. 15. 24. Nec obstat illud, Luc. 16. 31. *Si Mosi —— non auscultant*, &c. De iis enim loquitur qui cùm non ignorarent Legem Mosis magnis miraculis esse comprobatam, tamen vitam instituerent quam scirent Legi Mosis directè adversari. Tales enim homines hoc ipso ostendebant, ità se vitiis suis delectari ut nullâ miraculorum reverentiâ ea vellent exuere. Longè autem alia est ratio tum eorum ad quos Lex Mosis non pertinebat; tum eorum quibus alia annunciabantur quàm quæ satis certò scirent Mosis Lege comprehendi. De utroque hoc hominum genere hîc agit Christus. Adde quæ ad Lucam dicemus [x]. ¶ *Olim*] Jamdiu [y]; mox ut factæ fuissent [z]; non exspectâssent tamdiu quàm vos, non tot exhortationes, tot miracula, desiderâssent [a]; vel, quum maximè florerent negotiatione & opibus, ac proinde etiam voluptatibus & vitiis, ut Esa. 23. Ezec. 26. & 27. ideóque magis elatis & obstinatis animis esse potuissent [b]. Πάλαι illud ad vetusta tempora refero, ut Heb. 1. 1. Designat tempora quibus vixit Ezechiel, qui Tyrios & Sidonios de peccatis ipsorum & imminente Divina ultione graviter admonuit. Dicit igitur Christus, si eo tempore ad illas Ezechielis conciones miracula talia ac tanta accessissent qualia Christus in Galilæis urbibus ediderat, illos pœnitentiam acturos, &c. Hinc colligit quanta sit illorum culpa qui suam Divinam ac salutarem doctrinam, tantis signis admoniti, non recepissent [c]. ¶ *In cilicio* (Vestimento non tantùm vili, sed & duro, aspero, ac carnis afflictivo, quod interulæ loco constringebat lumbos [d]:) *& cinere*] Sub. *sedentes*, Be. Pi. D. vel, caput opplentes aut aspergentes *. Mos hîc lugentium [f]; (ut patet ex Joh. 2. 8 [g]. & ex Homero & Plutarcho [Vide verba in Be. & D.]) & pœnitentium [h]. Vide Thren. 2. 10. Jon. 3. 6. [i]. Conjunguntur hæc, σάκκος & σποδός, etiam Esa. 58. 5. Jer. 6. 26. Dan. 9. 3. Judith 4. 11. *Saccus* non idem est Hebræis quod Latinis: his *receptaculum* significat aut pecuniæ, aut frumenti, aut alterius rei; illis est *cilicium*, quod aliud est quàm saccus: *Imperata*, inquit Cicero, Verrin. 3. *civitatibus cilicia & saccos*. Sed Hellenistæ Hebræam vocem sensu Hebraico usurpârunt etiam in Græco sermone, quos & Josephus sequitur Orig. 20. 5. imò & Plutarchus & Menander [verba vide in G.] Idem & Christiani facere cœperunt, nec in Græco tantùm, sed & in Latino. Ità in Tertulliano legimus *preces in sacco & cinere factas* ob anni siccitatem. *Cineris* autem nomine Hebræi sordes omnes intelligunt. Itaque Job. 2. 8. *in cinere*, LXX vertunt, ἐπὶ τῆς κοπρίας, & Latinus, in sterquilinio [k]. ¶ *Pœnitentiam egissent*] Pœnitentiam intelligunt, vel, 1. externam [l]: qualis illa Achabi, 1 Reg. 21. 27 [m]. & Ninivitarum [n], Jon. 3, 6, 11. Matth. 12. 41 [o]. quæ utcunque salutaris non erat, conservativa tamen erat ab impendente flagello [p]. Sensus, q. d. Tanta est vestra contumacia, ut mea miracula nec ad internam conversionem vos commoverint, nec ad externam [q]. Vel, 2. internam [r]. Hinc sufficientem Dei gratiam [omnibus datam] firmari statuunt; quòd ea gratia, quæ oblata fuit Galilæis urbibus, sufficiens fuerit ad credendum in Christum, ut constat, quia ea si Tyriis, &c. data fuisset, credidissent †. Sed si Tyrii credidissent, &c. quis hoc tribuere ausit externo objecto, non efficaciæ Spiritûs aperientis cor, &c? Deinde non sic vindicant justitiam Dei, sic enim statuitur Deus negâsse objecta externa quibus excitari potuisset consensus in nobis, quod est affine blasphemiæ. Sic enim esset in nobis bonitas quædam, quæ quòd se non prodidit, id profectum non est ex subjecti culpa, sed ex objecti defectu. Alius planè est h. l. Christi scopus, & sententia simplex est, *Chorazaitas —— Tyriis —— graviùs peccâsse*, ideóque graviùs plectendos [t]. Christus ex sua loquitur sententia, ut præscius futurorum [x]; ut Deus sciens omnia, ea præsertim quæ est operaturus vel absolutè, vel positâ conditione [y]. Prævidet Deus etiam futura contingentia, novítque quidnam, quo posito antecedente, fuisset secuturum, etiamsi neutrum evenerit. Similis locus est Ezec. 3. 6, 7 [z]. Quanquam verò non dubium mihi est, fuisse in Christo certam cognitionem de rebus iis quæ positâ aliquâ conditione eventuræ erant, tamen cùm hi, quos alloquebatur eo tempore, tantam Christo non tribuerint, satius arbitror hæc, ut alia Christi dicta, exponere populariter, ut dixerit quod humano judicio, rebus bene expensis, admodum erat probabile. Quò respiciens, ut videtur, Latinus Interpres, quod mox sequitur, ἐμίνεαν ἄν, vertit, *fortè mansissent* [a].

22. *Veruntamen*] Ità Ar. sic Sy. Ità obliqua erit conclusio hoc modo: Tyrii quidem, si ea miracula apud ipsos fuissent facta, quæ apud vos impœnitentes, pœnitentiam egissent: veruntamen, ut tolerabilior eorum est culpa, ità tolerabilior quoque eorum erit in die Judicii conditio quàm vestra †. Πλὴν] *Attamen*, Er. Tre. Ti. sic Matth. 26. 39. Valet enim, teste Hesychio, ἐκτὸς * sive

[Left margin notes: f Mal. g Di. h G. i Eru. k Eru. l Li. ho. m Mal. sic Li. n Li. ho. o Mal. Bru p Bru. q Mal. r Bru. sic Mal. † Eru. t G. v J. Cap.]

[Right margin notes: x G. y Bru. Mal. z Eru. a Mal. b Bru. c G. d Eru. * D. f Pi. ex D. sic Gua. g D. h Pi. ex Be. sic Camer. D. Bru. Mal. i Bru. Mal. k G. l J. Cap. Gom. in Wal. sic Li. m J. Cap. Gom. n Gom. sic Li. ho. o Gom. p Li. ho. q J. Cap. r Q. † Q. in Gom. t Cam. x Bru. ex Aug. y E. z Gom. in Wal. a G. † Gom. * Gom.]

sive ἕως[c]; ut accipitur, Luc. 10.11,20. & 22. 22. &c. Interdum valet, *sed*, ut Luc. 6. 24. & 13. 33. & 23. 28. Verto, *Quinetiam*, est species correctionis, quâ utimur cùm superiora non quidem reprehendimus ut falsa, sed tamen amplificamus. Nonnullis placet illativam esse †. *Proinde*, V. vel, *Itaque*, Ca. Glas. Be. & Steph. in Gom. *Quapropter*: Ità sumitur & Matth. 26. 64. Luc. 6. 35. & 12. 31. & h. l. ut præcedentia ostendunt[f]. Ità directa erit conclusio. *Præter*, vel *Præterquàm*, ut Marc. 12.32. John 8. 10[g]. *Quod ad vos autem*, Æth. sim. Pers. Latinè vertas, *Hoc amplius*. Alibi valet, *cæterùm*, ut solent particulæ illæ varias habere significationes[h]. ¶ *Remissius erit*, Ἀνεκτότερον ἔσται] *Tolerabilius erit*, Er. Il. Tre. P. sim. Be. Pi. Ti. i. e. Non tam severè punientur[i]; quia pauciores illis erant admonitiones[k]. ¶ *In die judicii*] Extremi atque communis[l]. Cur non diem ἐπισκέψεως specialis, sed commune generis humani judicium hîc intelligendum putemus, causam reddidimus ad caput proximè antecedens[m].

23. *Tu Capharnaum*] Duplex est lectio; Καπερναούμ, & Καφαρναούμ[n]: posterior melior est[o]. ¶ *Numquid*, &c. Ἡ ἕως, &c.] *Quæ es usque ad cœlum exaltata*, Pi. D. ex Hi. & Sy. sim. Be. &c. Præsentiâ meâ & habitatione[p]; doctrinâ[q]; & miraculis meis[r]. q. d. Quæ tantâ gloriâ aucta es, ut ad cœlum usque excrevisse videaris †. Hoc non dubito quin ad res hujus vitæ pertineat, ut in his quæ sequuntur v. 24. assurgat oratio. Florebat Capharnaum piscatu, mercatu, & quæ alia esse solent commoda ad mare sitarum urbium. Neque enim frustra παραθαλασσία dicitur suprà 4. 13. neque sine causa Christus huc habitationem suam transtulit. Proverbialis autem est locutio, etiam Græcis & Latinis, *ad astra tolli*, aut *sublimi vertice sidera ferire*, pro eo quod est, *rebus florentibus & illustri loco esse*. Huic contrarium est εἰς ᾅδου: [de quo statim.] Eadem hîc sententia quæ 1 Sam. 2. 6. *Deus facit descendere ad inferos & ascendere*: quod in Tobia ità explicatur, *Ille castigat, & miseretur, deducit* εἰς ᾅδην *& reducit*. Interim sciendum est, Divinâ providentiâ dirigente factum, ut talia loquendi genera in Propheticis scriptis exstarent, quæ figuratè significarent liberationem à cladibus, ipsâ tamen vocum proprietate latens resurrectionis mysterium adumbrarent, quod & in Psalmorum, Danielis & Ezechielis, aliquot locis observare est[t]. ¶ *Usque*, &c. Ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ] *Usque in infernum descendes*, Vulg. Legisse videtur, καταβήσῃ[v], & rectè: sic enim antiqua Græca & Latina Manuscripta exemplaria legunt[x]; vel, *deduceris*, Er. Val. vel, *depri-mêris*, Tre. Be. Bru. Pi. &c. nam καταβιβάζω est, *ab alio dejici*, vel *detrudi*, cui apponitur ἀναβιβάζω, *in altum attollere*[y]. *Usque ad inferos*, &c. Ad verb. *Usque ad Plutonis*, sub. *domum*, ellipsi Atticâ. Est periphrasis Gehennæ[z]; quæ ᾅδης dicitur Luc. 16. 23[a]. Ità & Mat. 16. 18. Apoc. 1. 18. & 6. 8. & 20. 13, 14[b]. Al. *Usque ad sepulchrum*, Sy. in Pi. Sensus, ad infima loca, qualia sunt sepulchra, demergêris, quo fortunarum eversio significatur. Vide Esa. 14. 15. & 57. 9[c]. Ἅδης nullum denotat locum, sive animarum, cœlum, aut infernum; sive corporum, ut sepulchrum; sed tantùm *statum mortis*, ἀφανισμὸν, *invisibilem statum*. Ità sumitur tum in S. S. ut Gen. 37. 35. Psalm. 16. 10. collat. cum Act. 2. 27. Apoc. 6. 8. ubi post *mortem* sequitur ᾅδης, i.e. permansio in statu mortis. Vide & Esth. 13. 6, 7. Baruch. 3. 19. Ecclef. 48. 5. 2 Esd. 4. 41. tum etiam in aliis scriptoribus, Cornuto, Heraclito, Philemone, &c[d]. [Verba vide in Ham.] Sensus loci, Cadet fama tua, funditus vastata eris, extremâ ignominiâ, & æternis suppliciis, afficiêris[*]. Gravissimas clades ei denunciat, quas non dubitamus evenisse bello Vespasiani & motibus qui tum in Galilæa acciderunt[f]. Vulgatus hoc membrum cum præcedente sic reddit, *Numquid usque in cœlum exaltaberis? usque in infernum descendes*. Similiter habet Evangelium Hebræum Munsteri 'וגו הלא *Num usque*, &c. Sensus est, Nequaquam usque ad cœlos exaltaberis, sed ad infernum descendes. Verùm aliud est הלא *An non*, aliud ה, sive לא *num*. Verto itaque, *An non usque ad cœlos exaltaberis? usque ad infernum descendes?* Quum autem interrogatio affirmativa neget apud Hebræos, negativa autem affirmet, sensum esse arbitror, Utrumque tibi continget, quod & ad cœlum exaltaberis, & ad infernum descendes[*]. ¶ *Fortè* (potiùs, *Utique*. Glas. gram. p. 497.) *mansissent*] Quasi verò dubitaret Deus quid futurum esset de Sodomis, &c[g]. Particula ἂν non semper est dubitativa[h]: sæpius est expletiva; vel certè sumitur pro *sanè, utique*, ut Joh. 4. 10[i]. Præteritum vel Aoristum indicativi cum particula ἂν æquipollet affirmationi vel negationi, quæ per subjunctivum effertur[k]. Ipse Vulgatus alibi transfert per affirmativum, ut Heb. 8. 7. &c. Certè inconstantiæ est, & infidelis translationis tam variè transferre[l]. Salvator hîc, ut v. 21. loquitur, vel ut præscius futurorum, vel quatenus ea ex rebus ipsis humanitus percipi poterant[m].

24. *Terræ Sodomorum*, &c.] i. e. Sodomitis. Cætera, ut mox v. 22. & suprà 10. 15[n]. Simplex Christi mens hæc est, Capernaumi, &c. incolas non minùs impios fuisse Sodomæis, neque minùs horrendum commeruisse à Deo supplicium[o].

25. *In illo tempore*] Postquam Discipuli redierunt, ut apparet ex Luc. 10. 21[p]; eíque narrârunt, plebem avidè excepisse Verbum Dei, quod Pharisæi oppugnabant[q]. Vel, occasione ex antecedentibus exprobrationibus sumptâ[r]. ¶ *Respondens*] i. e. Subjiciens, vel ...dens †; vel, continuans sermonem[t]; vel, verba faciens, sive exorsus[v]; in verba erumpens occasione arcanorum Dei judiciorum, quæ partim verbis superioribus expresserat, partim secum cogitabat[y]. Catachresis Hebraica[z]. ענה non solùm est interroganti respondere[a]; sed, tum incipere, tum continuare, sermonem[b]. ¶ *Confiteor tibi*; ità Mo. P. Sy. Ar. Æth. Pers. Ἐξομολογοῦμαί σοι] *Confiteor tibi*, i.e. Laudo & gratias ago, gratulor, vel, testor coram te, sive agnosco[c]. *Gratias ago tibi*, Er. Il. Ti. Ca. M. Be. ex Er. sic Bru. Sic Heb. הודה significat[d]. Malim, *Laudo*, vel *Celebro, te*, Di. Pi. vel, *Gloriam tibi tribuo*, Di. Be. Med. p. 120. Neque enim hîc de beneficio agitur Christo à Patre collato, cujus nomine gratias Patri agat; sed describitur εὐδοκία aliquod Patris, quod à nemine vituperandum, sed ab omnibus laudandum ac celebrandum est: sicut in Psalmis 'וגו הודו, *confitemini Domino*, Targum exponit, *laudate*; & ὁμολογεῖν est, *celebrare*, Heb. 13. 15[*]. Testatur his verbis Christus, se in hoc Patris decreto, licèt ab humano sensu illud discrepet, acquiescere. ¶ *Domine cœli & terræ*] Significatur, non fieri Dei impotentiâ, quòd sapientes Evangelio non obediant, fieri autem pro arbitrio voluntatis Dei, quòd parvuli obediant. Totius enim orbis cùm sit Dominus, facit quæcunque vult[f]. ¶ *Quia abscondisti hæc* (nempe mysteria Regni cœlorum[g]; thesaurum vitæ æternæ[h]:) *à sapientibus*] Qui ingenio & doctrinâ pollent. Sic vocat per concessionem[i]; quia sapientes à mundo habentur[k]. Intelligit, vel, 1. Judæos, Legis scientiâ ornatos[l]: vel, 2. Scribas & Pharisæos, & eorum similes[m]; totam domum Hillelis & Sameæ[n]. Hos *sapientes* vocat, quia tales aut esse deberent, aut esse sibi viderentur, ut Hilar. aut revera essent, sed secundùm carnem, ut Chrysost[o]. Eruditio ingeniique acumen nullius est momenti ad fidem obtinendam, nec inscitia obstat misericordiæ Dei. Abscondit Deus, non quia videnda non proponit externâ prædicatione, sed quia non revelat per Spiritum Sanctum, non illuminat mentes ità ut videant & credant[p]. ¶ *Et revelasti* (Illustrans mentes per Spiritum tuum. & corda aperiens, ut credant[q]:) *ea parvulis*; ità Er. Il. Tre. Æth. Νηπίοις] *Imbecillis*, Mo. *Puerulis*, Sy. *Infantibus*, Be. Ti. P. Ca. Pi. i. e. rudibus & indoctis[r]; simplicibus minimeque malis †; & imperitis rerum[t], nempe humanarum, 1 Cor. 1. 26. vide & Luc. 1. 48[v]. To פתי voce νηπίοις LXX reddunt Psal. 19. 7. &c[x]. idiotis, qui nullo sapientiæ titulo clarent, nullius fiunt à mundo[y]: stultis mundi opinione ||. Al. Humilibus[z]; humiliter de se sentientibus[a]; opponuntur enim σοφοῖς i. e. iis qui sibi multùm sapere videbantur[b]. Hoc glossemate eludunt argumentum hinc petitum pro libertate Dei in vocatione hominum ad salutem. Sed frustrà: 1. Gratia Dei facit humiles, non invenit. 2. Agitur hîc de initio, non de incremento, agnitionis Christi. 3. Non mirum erat, Deûm mansuetis se potiùs quàm superbis revelare, cujus ratio patet, nec opus tunc fuisset ad εὐδοκίαν Dei recurrere[c]. Erat hæc γνώμη antiquitùs celebrata inter Judæos, Sirach. 3. 19. *Multi sunt sublimes & illustres, sed mansue-*

mansuetis revelantur mysteria. Vide infrà v. 29. & Psal. 25. 14. Hebræi omnes notant, Mose neminem fuisse humiliorem, nemini plus à Deo revelatum. Adde & Matt. 13. 11. Etiam Pythagorici, ab Hebræis, ut multa alia, ità hoc quoque, edocti, dicebant Deum se non omnibus patefacere, ut commodè explicat Hierocles: [cujus verba vide in G.] Huic ordini, Divinæ patefactionis intùs peragendæ, accommodata fuit etiam dispensatio exterior. Nam Regno cœlorum præmittitur prædicatio pœnitentiæ, Christo Baptista: Tum verò & Baptista & Christus ipse nullo fulgebat rerum exteriorum apparatu, ac nè eloquentiæ quidem aut sapientiæ humanæ præsidiis, quò magis appareret, nullam in rebus ejusmodi ponendam esse fiduciam, sed humilem obedientiam præstandam humili magisterio. Huc spectant & superiora, ut cùm de se dixit Christus, *Beatus qui in me non offendetur*, & de Baptista loquens, *Si vultis accipere.* Sed notandum est, sicut cap. 10. de prima Apostolorum legatione ità egit Christus, ut multa attexeret ad posteriores legationes pertinentia; ità hoc etiam loco de iis, quæ contigerant hactenus, ità agere Christum ut occultè etiam ventura præmonstret. Nam sicut vaticinia de mittendo Messia non intellexerunt homines scientiâ inflati, ob statum ipsius despicabilem, quod principium erat exinanitionis ipsius; ità postea, crux Christi & auctus indè ignominiæ metus iisdem obstitit quominus in Christum jam apertiùs revelatum crederent; ità semper dispensationes suas Domino temperante, ut idem iter admitteret humiles & excluderet superbos[d]. Qu. Cur Christus gratias Patri agit quòd absconderit, &c. quasi ob eorum damnationem gratuletur? Resp. 1. Non propriè abscondit, sed abscondisse dicitur, quia nolentibus recipere retraxit[*]. 2. Est Hebraismus, qualem suprà observavimus, 8. 9[f]. Neque enim pro occultatione, sed pro revelatione, propriè gratias agit Christus[g]. Usitata locutio esset, Ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις[h]. q. d. Quòd cùm absconderis mysteria verbi tui sapientibus, tamen ea revelâsti gratiosè simplicibus. Similia loca sunt Rom. 6. 17. 1 Tim. 1. 13, 14[i].

26. *Ità*, Ναὶ] *Etiam*, Be. Bru. Pi. *Certè*, Val. Zeg. *Næ*, Mal. *Ità est*, Cap. *Rectè*: q. d. Sic profectò fecisti, & quidem rectè[k]. Particula est, quâ testatur se in Patris consilio prorsus acquiescere[l]. ¶ *Pater*, Ὁ πατήρ] *O Pater*, Cap. Nominandi enim casus Græcis est pro vocandi[m], ut Matt. 27. 29, 40. Marc. 15. 34. Rom. 8. 15. Gal. 4. 6. Sic in Aristoph. ὁ παῖς, &c. (*ò puer sequere huc.*) Forsan Hebraismus est, quo ה & nominativo & vocativo inservit[n]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου] *Quia ità*, vel *sic*, *libuit* (vel, *placuit*, Il. P. Pi. sic Mo. vel, *fuit beneplacitum*, Tre. Pi. *fuit voluntas*, Pers. *fuit bona voluntas*, Er. V. Ti.) *apud te*, Be. Er. Ti. vel, *tibi*, Il. P. Pi. Cap. vel, *coram te*, Tre. Æth. Pers. sic Mo. Formula est in Euchologiis Judæorum, *Fiat* רצון, i. e. εὐδοκία, *coram te, Domine*[o]. Non dicit quâ ratione sic ei placuit, sed tantùm, quia placuit, non delectatus malo reproborum, sed justo Patris judicio. Non discutienda sunt Dei judicia, illos reprobantis, hos eligentis, sed laudanda & prædicanda, vel hâc solâ ratione, quòd Deo sic placeat, cujus voluntas, quando nobis cognita est, pro summa ratione atque justitia celebranda. Nec reprobationis, nec prædestinationis, horum præ aliis, causa quærenda est alia quàm Dei voluntas. Ità Discipulos à fastu præmunit, docens electionem sui, non ipsorum meritis, sed gratuito Dei beneplacito, adscribendam[p]. Εὐδοκία est vox Hellenistica, quæ alibi *propensum affectum*, hìc verò, & aliis in locis, *decretum Divinum*, significat. Ità εὐδοκεῖν sumitur 1 Cor. 1. 21. & 2 Mac. 14. 35. Neque eâ voce ostenditur, causas nullas fuisse cur ità visum fuerit: imò contrà, laudat Christus in hoc decreto Dei & æquitatem & sapientiam. Et sic etiam in humanis negotiis eam vocem usurpavit Paulus, Rom. c. 15. v. 26[q].

27. *Omnia* (i. e. Omnes homines qui veniunt ad Patrem, Joh. 6. 39[r]. *Parvuli* illi, de quibus v. præc. nec obstat quòd πάντα est neutrius generis: hoc enim & de personis dicitur, ut Mat. 18. 11, 14. 18. Heb. 7. 19. & 12. 13†. Vel, Omnis potestas gubernandi servandique homines[t], ut Matt. 28. 18. quo invitat homines ut ad se veniant[v]: τὰ *omnia* hìc restringendum ad id de quo agitur, nempe ad salutem electis conciliandam[x]: omnia quæ Pater habet, natura, potentia, voluntas, dominium, &c. ut Joh. 16. 15[y].) *mihi tradita sunt*] Non per alienationem, sed per communicationem, quæ facta est ab æterno per generationem. Nè inferior putaretur Patre, cujus unius beneplacito excæcationem & illuminationem tribuerat, significat se esse Patri æqualem, illásque operationes esse sibi cum Patre communes[z]. Ideo hæc dixit, nè Patri tanquam minor gratias egisse videretur†. Malim hoc cum sequentibus copulare, ut rationem redderet eorum quæ dicturus erat, *Venite ad me*‖. Pergit Christus agere de decretis Divinæ dispensationis, ex quibus consequens esse, ut nec ad cognitionem mysteriorum veniatur nisi per fidem sibi habitam, neque ad fidem nisi per sensum miseriæ & pœnitentiam. Monstrat orationis series agi de mysteriis ad salutem humanam pertinentibus, quorum revelatio Filio est credita[a]. Sensus, q. d. Utcunque sapientes isti me spernant, in me tamen solo sita sunt omnia ad felicitatem spectantia[b]. ¶ *Nemo novit Filium* (Divinam ejus generationem, naturam ac Majestatem[c]: vel, quid Filius facturus passurúsque sit, quæ ipsum maneat gloria[d]:) *nisi Pater*] Qui [hæc] præfinivit ab æterno[*]. Intellige hic [illegible] ex membro sequente, *aut cui voluerit Pater revelare*†. Hoc dicit, nè quis miretur, quòd Scribæ, &c. non crederent: quia nemo novit aut Patris consilia, quâ ratione velit homines servare, aut Filii officium, cujus causâ venit, nisi, &c‖. ¶ *Neque Patrem*, &c.] Deum esse, & genuisse Filium sibi æqualem[f]: vel, quomodo Pater dispensari velit vocationem Judæorum primùm, deinde & Gentium. Nam nè Prophetæ quidem ea, quæ super istis rebus prædixerunt, viderunt, nisi per transennam. Vide 1 Pet. 1. 10[g]. ¶ *Et cui voluerit* (pro suo beneplacito[h]:) *Filius revelare*] Hoc ad utrumque referendum, tum ad id quod de Patre, tum ad id quod de Filio, noscitur. Filii enim sapientiæ permissum erat, & quibus, & quantum & quando vellet, aperire. Neque ille aperuit mysteria omnibus, sed partem aliquam jam in se credentibus, partem Apostolis solis. Vide infrà 13. 11. Rom. 16. 25. 1 Cor. 2. 7. Eph. 3. 5. Col. 1. 26[i].

28. *Venite ad me*] Affectibus fidei & spei religiosæ[k]; & desiderii[l]. *Venire* est, *credere*[m]; ut constat ex Joan. 6. 35, 37[n], 44[o], & Heb. 11. 6. Nec tantùm est, credere Christum esse unicum salutis hominum medium à Deo institutum, sed & ad Christum confugere, &c[p]. Nè Majestas ipsius jam declarata homines absterreret, omnes ad se humanissimè invitat[q]. Revelationem mysteriorum dixerat non omnibus dari. Ad fidem verò in se omnes vocat, excluso nemine: sed ità ut præire velit pœnitentiæ præparationem. *Non enim omnium est fides*[r]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι] *Laborantes* (vel, *Fessi*, Ar. sim. Be. Il. P. Sy. *Laborantes ad defatigationem*, Sch. sic Pi. Qui molestiam patimini[t],) *& onusti*, Ca. sim. Tre. Be. &c. vel, *dolentes*, Æth. Est ἐν διὰ δυοῖν, ut Gen. 3. 16. Matt. 3. 11. q. d. *Qui laborant*, vel, *fatigati sunt onerati*, vel *onere*[v]. Qui peccati onere suspirant & ad libertatem aspirant: quales illi Baruch 2. 18. vide & Joh. 6. 37[x]. qui sub Lege anhelant, & ex Legis operibus salutem exspectant, qui operosam illam Pharisæorum justitiam sectantur, quorum oneribus alibi memoratis Evangelium hic opponit[y]: qui onus peccati sentiunt, tum pœnæ, (vide 2 Reg. 9. 25. Gal. 6. 5.) tum etiam turpitudinis, (vide Psal. 38. 5, 6. Esa. 1. 4, 6.) respectu, & sub eo gemunt dolentque corde contrito, Psal. 51. 17. 2 Cor. 7. 10[z]. qui fessi succumbunt oneri, sive jugo, peccatorum, concupiscentiarum, quæ inquietè solicitant ad peccandum, & miseriarum hujus vitæ; qui remorsum conscientiæ iramque Dei sentiunt, &c[a]: qui Satanæ & peccato duram serviunt servitutem[b]: qui ærumnis cùm exterioribus tum interioribus premuntur; qui operibus suis justificari se non posse intelligunt; qui cum judicio & irâ Dei luctantur, & penè desperant, &c†. ¶ *Reficiam vos*] Vel, *Recreabo vos*, V. Er. &c. nempe à lassitudine[c]; à molestia & onere[d]: faciam ut requiescatis, nempe in gratia Dei[*]: securos vos præstabo à peccatis antehac commissis, & liberos à peccati dominio in posterum, tandem etiam à morte & miseriis[f].

29. *Tollite jugum meum*] i. e. Imperium, ut *jugum* sumitur, Gen. 27. 40. Psal. 2. 3. Jer. 2. 20[g]. Evangelium;

[Marginal notes, left column: d G. — * Mal. — f G. — g G. sim. Glas. gram. 3. 7. 19. 621. — h G. — i Glas. gram. 3. 7. 19. 621. — k Bru. — l Be. — m Bru. — n Be. — o Cap. — p Bru. — q G. — r Hi. & Beda in Mal. — † Ham. — t Mal. ex Bru. — v Mal.]

[Marginal notes, right column: x Be. — y Bru. — z Idem. — † Hilar. Chrys. & Th. in Mal. — ‖ Mal. — a G. — b Be. — c Eru. — d G. — * Idem. — † Mal. ex Chrys. — ‖ Mal. — f Eru. — g G. — h Eru. — i G. — k Bru. sim. Med. — l Med. — m G. Med. — n Med. — o G. — p Med. oper. 1. 31. 206. — q Eru. — r G. — t Eru. — v Med. ib. 201. — x G. — y Cam. sim. Chem. — z Med. 202. — a Eru. — b Ham. — † Chem. — c Er. — d Eru. — * Pi. — f G. — g Eru.]

um [h]; mandata mea [i]; ut vox sumitur Act. 15. 10. Confer 1 Joh. 5. 3 [k]. quorum primum est de suscipienda cruce [l]. Requies, inquit, quam vobis promitto, non in eo sita est, ut ab omni opere vacetis, aut exleges vivatis; sed in eo, ut, excusso veteris hominis jugo, meo colla submittatis [m]. Phrasis hæc erat RR. In Machazor, fol. 54. a. *Omnes*, inquit, *illi*, nempe beati Angeli, *suscipiunt in se jugum Regni cœlorum*, h. e. creatoris, ut explicatur in Seder Tephilloth (i. e. *libro Precum*) Lusitanorum, p. 116. h. e. Deo se præbent obsequentes. Ità & h. l. sensus est, q. d. Estote mihi obsequentes, sicut Angeli beati: simulque innuit, non posse eos revera in se suscipere jugum Regni cœlorum (quod tamen profitebantur se velle facere) nisi se sibi subjicerent [n]. ¶ *Discite à me*] Puto absolute poni sine relatione, quomodo μανθάνειν & alibi usurpatur, Joh. 6. 45. 1 Cor. 14. 31. 1 Tim. 2. 11. ut sensus sit, Date vos in meam disciplinam [o]: sitis mei Discipuli [p]. ¶ *Quia* (vel, *Quod*, Bru.) *mitis sum* (non ad ulciscendum pronus, sed ad ignoscendum, ut πρᾶος describitur in Aristot. Æth. 4. 5 [q]. mansuetus, placidus, miniméque difficilis moribus [r]:) *& humilis*] Junguntur ferè πρᾶος καὶ ταπεινὸς [†]: neque id immeritò: morosum enim & inhumanum quiddam est superbia [t]: & humilitatem mansuetudo plerumque comitatur, ut ex qua nascitur [v]. Respicitur hìc locus Zach. 9. 9. [Sensus; q. d.] Non est quòd me formidetis ob peccatorum conscientiam. Non sum quales illi superbi atque inclementes magistri. Humilis humiles amo, clemens pœnitentiâ ductis ignosco [x]. Al. Sensus loci est, Discite meo exemplo, mites & humiles esse [y]. Malim sic; Probare hìc vult, jugum suum suave esse, &c [z]. *Discite*, &c. i.e. sublato jugo meo experimini, vel experientiâ probate, me mitem esse, &c [a]; non tyrannum, sed benignum. Propterea invitat ut ad se veniant [b]. Non tam explicat jugum suum, quàm cavet nè præ superbia aut impatientia illud refugiant; q. d. Non molestum vobis erit jugum meum, si meo exemplo mansueti humilésque fiatis: mansuetudo enim non contendit, humilitas nihil detrectat. ¶ *Corde*] i. e. Non externâ tantùm morum specie, sed verâ animi temperantiâ [c]. ¶ *Et* (vel, *Nam*; est ratio illius, *Venite*, &c [d].) *invenietis* (eo ipso quo jugum meum tolletis: non aliâ re opus erit ut eam assequamini [*]:) *requiem animabus* (non dicit, *corporibus*: vide 2 Cor. 4. 16 [f].) *vestris*] Amat Christus loqui Prophetarum verbis. Exstant hæc in Jerem. 6. 16 [g].

30. *Jugum meum* (Hoc dicit, quia jugum requiem præstare non solet, sed molestiam [h]:) *suave est*; ità Sy. Tre. Di. ex Ar. & Steph. χρηστὸς] *Commodum*, Er. Il. Ti. Ca. Bru. V. Camer. *Blandum*, Er. V. Mo. Bru. *Facile*, Be. P. Pi. scilicet portatu [i]. *Lene*, Aug. in Bru. quod asperitate non atterit colla, &c [k]. *Benignum*, vel *Gratiosum*, ut sumitur Psal. 34. 8. Rom. 2. 4. 1 Pet. 2. 3 [*]. ¶ *Et onus meum* (idem *onus* quod *jugum* [l]; nempe imperium [m]: Lex Christi [n]: Lex moralis: vel potiùs, fides & cultus spiritualis, quem Christus substituit Mosaico, duro illi & gravi jugo, Act. 15. 10 [o].) *leve*] Considera Epithetorum proprietatem: onus enim gravitate, jugum asperitate, molestum esse solet [p]. Qu. Quomodo hoc verum est [q]? *Arcta* enim *est via*, &c. Matt. cap. 7. v. 13 [r]. Resp. 1. Onus hoc non suo, sed nostro, vitio durum est & δυσβάστακτον [†]. 2. Leve est comparatè ad legis onus [t], in qua multa erant eáque gravia onera [v]. 3. Quamvis quædam carni dura præcipiat, leve tamen est, [multis nominibus.] 1. Quia non nostris viribus impletur [x]; sed Spiritus auxilio [y]; Jerem. 31. 33. Ezec. 36. 26, 27. Lex Evangelii adfert ipsa secum implendi facultatem. 2. Quia non tam timore cogit quàm amore Dei & justitiæ, quo invitat volentes ad sui observationem [z]. Augustinus, *Quicquid difficile est in præcepto, leve est amanti.* Seneca, *Paulatim voluptati sunt quæ necessitate cœperunt.* Idem, *Sunt facilia; cùm vero meditatus accesseris, jucunda quoque.* Terent. —*Hæc dum incipias gravia sunt, Dùmque ignores; ubi cognoveris, facilia* [a]. 3. Ob magnitudinem ac certitudinem propositi præmii, 1 Joh. 5. 4 [b]. 4. Præcepta Christi etiam per se talia sunt ut naturæ humanæ conveniant, quippe in diligendo Deo & hominibus sita [c]; ità ut si par ponatur consuetudo, unius hominis ad rectè vivendum, alterius ad flagitia, non dubiè multò dulcior sit futura vita quæ secundùm virtutem est. Gravissima enim tributa pendunt qui ambitioni, qui avaritiæ, qui libidini, serviunt. Verum est illud Chrysostomi, Δυσκολώτερον, &c. (*Difficilius est vitium virtute.*) Vide Philonem & Salvianum [d]: [& eorum verba in G.]

h Mal ex Hil. & Bed. sim. Bru. — i G. sic Pi. — k G. — l Pi. — m Bru. — n Cap. — o G. — p Camer. — q Sch. — r Bru. — † G. sim. Bru. — t G. — v Bru. — x G. — y Chrys. & Aug. &c. in Mal. — z Mal. — a Mal. Me. T. — b Mal. — c Bru. — d Pi. — * Bru. — f Idem. — g G. — h Bru. — i Pi. sim. Bru. — k Bru. — * Ham. — l Bru. sim. Pi. — m Er. — n Bru. — o J. Cap. — p Bru. — q Hi. in Mal. — r E. — † J. Cap. — t D. — v D. sim. Mal. — x Bru. — y G. Bru. — z Bru. — a Pri. — b G. sim. Bru. — c G. sim. Ham. — d G.

CAP. XII.

1. *In illo tempore*] Quæ phrasis non semper connectit historias eodem temporis puncto, sed tantùm transitionem facit inter diversas historias longo intervallo distantes, ut Gen. 38. 1. Deut. 10. 8. vide & Matt. 3. 1 [a]. ¶ *Abiit*, Ἐπορεύθη] *Ambulavit*, V. *Ivit*, iter fecit [b]. ¶ *Sabbato*; ita Be. P. Pi. sic Sy. Ar. Tre. Æth. Τοῖς σάββασι] *Sabbatis*, Er. Ti. Plurale in sensu singulari [c], ut Matt. 28. 1. Act. 13. 14 [d]. Sic Levit. 23. 32. pro שבת Lxx habent σάββατα. Ità & hìc, Sabbatis, i. e. Sabbato, ut v. 2. habetur. Vide & v. 5, 10, 11, 12. Luc. 4. 16. Act. 16. 13 [*]; Sabbato quodam [f]; ut alibi, *In urbibus*, i. e. in aliqua urbium [g]; Sabbato δευτεροπρώτῳ, Luc. 6. 1 [h]. [de quo suo loco dicendum; ibíque σὺν Θεῷ reponenda quæ Li. ho. & Mal. hìc habent.] Suprà diximus voces Hebræas ad Græcorum nominum figuram flecti additione aut imminutione. Ità ex שבת fit & σάββατον & σάββα σάββατος, unde plur. σάββατα. Sed posterior vox in sing. num. usurpari desiit; unde & apud Horatium, *sunt hodie tricesima sabbata* [i]. *Sabbato*, propriè dicto [k]; manè ante publica officia [l]. ¶ *Esurientes*] Non sibi prospexerant de necessariis, cui fortè nec otium erat præ frequenti populi occursu [m]. Jejunos eos adhuc tenuerat gentis consuetudo, quemvis non passa, si non ægrotum, quicquam gustare Sabbato, ante peractas in Synagoga preces matutinas: jámque indè itum est ad prandium. Ac diebus etiam profestis, idque tempore pomeridiano, Canonibus cautum est, *Nè quis ab opera sua domum vespere rediens, vel edat, vel bibat, vel dormiat, ante fusas ab eo in synagoga preces* [n]. ¶ *Cœperunt* (intereundum [o]:) *vellere* (vel, *defricare*, Sy. Ar. τίλλειν hoc Lucas interpretatur ψώχειν, *fricare*, quo sensu vox τίλλειν est & apud Diodorum Siculum; & in Glossis, τιλμὸς ὀσπρείων [p].) *spicas, & manducare*] Hoc jure Judaico non licebat. Prohibebatur & *pater operis*, (ut loquuntur,) qui erat segetem demetere; & *proles* ejus, qui erat vellere spicas, per agrum segetibus virentem tempore pluvio incedere, &c [q]. Vellere spicas in agro alieno licebat per legem, Deut. 23. 25. quæ non impunitatem, sed jus ad factum, concedit. Sed an Sabbato vellere ac fricare liceret alia erat quæstio. Lex Mosis interdicit Sabbato facere opus servile. In Jure Pontificio Romano, cujus pars magna ab Ethruscis erat, Ethrusci autem ab Hebræis acceperant, *Nè famula opera patranto*, nempe festis diebus. Sed apud Romanos usus indulgentior multas exceptiones famulorum operum invenerat. Itaque apud Virgilium hæc sunt ex Jure Pontificio petita, ut nos Macrobius docet, *Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas & jura sinunt, rivos deducere nulla Religio vetuit, segeti prætendere sepem, Insidias avibus moliri, incendere vepres, Balantúmque gregem fluvio mersare salubri.* Hebræi tales exceptiones non admittebant, quippe gnari decreto Dei lapidatum hominem quòd lignatum ivisset in Sabbato. Ac nominatim in Pandectis ipsorum spicas confricare numeratur inter famula opera. Neque negat Christus opus esse famulum, sed ex circumstantiis ostendit factum hoc Discipulorum legis sententiâ non comprehendi. Est ergo quæstio τοῦ ῥητοῦ καὶ τῆς διανοίας, *status scripti & voluntatis*, ut hac de ipsa re agens Tertullianus loquitur [r].

2. *Pharisæi*] Qui cum turba Dominum comitabantur, ut observarent carperéntque dicta & facta ejus [†]. ¶ *Videntes*] Nempe *eos* [t]; quod addunt duo exemplaria [v], & Syrus: h.e. illud Discipulorum factum [x]. ¶ *Dixerunt ei*] Christo. At Luc. 6. 2. est, *Discipulis*. Resp. 1. Utrisque dixerunt. 2. Quod Magistro dixerunt, Discipulis dixisse videbantur [y]. ¶ *Discipuli tui*] Quorum facta tuam doctrinam exprimunt [z]. ¶ *Quod non licet*, &c.] Vulsionem spicarum intelligunt, non deambulationem. Nam ambulat & Christus: at Pharisæi solos

a 1 Chron. — b Bru. — c Sch. sim. Glas. G. — d G. — * Glas. gram. 3. 1. 26. 94. — f V. Bru. — g V. — h Sch. — i G. — k Bru. — l Ham. — m Bru. — n Li. ho. — o Bru. — p G. — q Di. — r G. — † Bru. — t Be. Bru. — v Be. — x Bru. — y Mal. — z Bru.

solos Discipulos notant. Iter majus Hebræi famulis operibus accensebant; minus non item, ut quod ad reficiendum animum magis quàm ad laboris speciem pertinebat. Discrimen autem inter Iter & Ambulationem, naturâ indefinitum, ut certi aliquid esset in judiciis, lege humanâ definitum erat spatio bis mille cubitorum. Hac igitur in parte nihil habebant Pharisæi quod calumniarentur [a]. De re ipsa non litigant, quia licita, Deut. 23. 25. sed de re patrata Sabbato. *Metens Sabbato vel tantillum, reus est. Et vellere spicas est species messionis. Et quicunque aliquid decerpit à germinatione sua, reus est sub nomine metentis*, ait Maimon. Schabb. c. 8. Opera prohibita, &c. erant vel primitiva, qualia sunt 39, ibidem, ut arare, serere, &c. vel derivativa, quæ scilicet sunt istis similia, ut fodere, quod ejusdem generis est cum arare, &c. Qui autem talia ex præsumptione fecerunt lapidandi erant, ut idem notat. Causam ergò Discipulorum eò ardentiùs egit Salvator, quia jam de capite agebatur. Hinc itaque defensionem suam orditur, hoc eos necessitate fecisse, stimulante fame, non ex legum contemptu [b].

3. *Non legistis*, &c.] Objicit opinione scientiæ legis inflatis legis ignorantiam [c]. Si legistis, hoc licitum esse didicissetis; si non legistis, pudeat vos ignaviæ vestræ. Interrogatio vim habet admirandi & reprehendendi [d]. *Scire leges*, inquiunt Jurisconsulti, *non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem; quia prior atque potentior est, quàm vox, mens dicentis.* Ideo quoties certis indiciis comprehendi potest mens ejus qui legem scripserit, præferri debet διάνοια τῷ ῥητῷ. Rectè Cicero, *Nullam rem neque legibus, neque scripturâ ullâ, denique, nè in sermone quidem quotidiano, atque imperiis domesticis, rectè posse administrari, si unusquisque velit verba spectare, & non ad voluntatem ejus, qui verba habuerit, accedere.* In legibus autem prohibitoriis plerumque verba latiùs patent quàm mens ipsa legis. Nam, ut ibi Cicero, *non omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sunt, tacitis exceptionibus, caventur.* Hinc æquitatis, quam ἐπιείκειαν vocant, proprium esse dicit Aristoteles ἐπανορθοῦν, &c. *(corrigere legem quatenus deficit propter universalitatem.)* Ea nisi adhibeatur, jus illud summum, τὸ ἀκριβοδίκαιον, fit summa crux, summáque injuria. Neque verò ea quæ diximus in humanis tantùm legibus locum habent, sed & in Divinis; ejus nempe generis quod non naturâ justum est, sed constitutione. Deus enim, cum hominibus loquens humano more, ità vult intelligi quomodo idem dicens homo intelligeretur. Inter omnes autem exceptiones, quæ tacitè insunt legibus, nulla est aut receptior aut justior quàm ea quæ fluit ex necessitate. Bene Seneca, *Necessitas, magnum humanæ imbecillitatis patrocinium, quicquid cogit excusat.* Neque verò necessitas ea demum intelligenda est quæ in extrema, ut ità dicam, linea consistit: sed habet & illa suam latitudinem, modò majorem, modò minorem, pro necessitate, aut utilitate, legis ipsius. In omni autem legum genere minimæ necessitatis utilitatísque sunt leges sacrorum rituum & institutorum civilium, quas certum est non ob id ipsum quod in lege est, sed aut συντάξεως aut significationis alicujus gratiâ repertas. In harum igitur legum interpretatione necessitas sumitur paulò laxiùs. Poterat hìc Christus multa afferre ex Judaico Jure huc pertinentia. Nam Maccabaicis temporibus decretum est, ut pugnare in hostem Sabbatis liceret. Sed & ex sententia receptiore cursores publici & mercatores statis temporibus proficiscentes ἐν συνοδίᾳ, quam nunc *Carvanam* vocant, lege Sabbati eximebantur. Sed quia hæc solâ consuetudine nitebantur auctoritate, nec deerant qui dissentirent, cujus rei magnum est argumentum, quòd post Maccabaica tempora bis Hierosolyma Sabbato sunt expugnata, Christus ex ipsis literis sacris validissimum à pari causa sumit argumentum, quod tale est; In pari causa jus idem esse oportet: Lex Sabbati & lex de Propositis panibus non edendis nisi à Sacerdotibus, ambæ sunt rituales: David ejúsque comites, pari necessitate pressi quâ nunc premuntur Discipuli mei, fecerunt contra τὸ ῥητὸν legis de Panibus, neque tamen fecisse censentur contra τὴν διάνοιαν. Sequitur ergò nec Discipulos meos hoc facto quicquam adversùs Legis sententiam committere [e]. ¶ *David*] Vir ille juxta cor Dei, 1 Sam. 13. 14 [f]. Qui Nobam accessit vel Sabbato, vel Sabbato jam tantùm elapso. *Non enim edendi erant panes Propositionis, nisi in diem unum, & noctem unam, Sabbato scilicet & exitu Sabbati*, ait R. Esaias ad 1 Sam. 25. 5. quem locum sic reddo, *Cohibitæ sunt à nobis mulieres nudiustertius*, (ità ut nulla apud nos sit immunditia ex contactu menstruosæ,) *& sanctâ fuerunt vasa adolescentum etiam in via communi:* (i. e. dum more & itinere communi proficiscеremur,) *multò ergò magis sanctè illis est, quoad vasa, hoc die*, i. e. Sabbato. Et forsan Doegum adduxerat reverentia Sabbati adoraturum, & adhuc eum illic detinuit [g]. ¶ *Quando esuriit, & qui cum eo erant*] Scil. esurierunt [h]. Nimis aperta sunt hæc verba quàm ut negari possit Davidem ejus fugæ comites habuisse [i]. Nec eludi possunt verba Marci 2. 26 [k]. aut Lucæ 6. 4 [l]. Obj. At *solus* fuisse dicatur 1 Sam. 21. 1. Resp. 1. *Solus* comparatè ad nobilem illam catervam quâ stipari solebat [m]. Non enim eò accessit fugientis more, sed consulentis de eventu belli [n]. Sic Regem *solum* dicimus, cùm paucos habet comites [o]. 2. *Solus* dicitur, quia comites alibi substiterunt [p]; 1 Sam. 21. 1, 2. quibus ex panibus dederit: solus tamen erat cùm panes accepit [q]. Simili ferè Davidis exemplo itidem utuntur quidam Judæi. Tradunt RR. *licere profanare Sabbatum cùm mortis ingruit periculum, quia David fugit*, &c. 1 Sam. 21. 10. nempe, die Sabbati, ut putant [r].

4. *In domum Dei*] Id est, Templum †. Sed Templum adhuc nullùm exstabat [t]. In Tabernaculum [v], i.e. in atrium ejus [x]. ¶ *Panes Propositionis*, Προθέσεως] Ità sæpissimè vocant, modò ἐνώπιον, modò προσώπου, modò προκειμένους [y]: panes appositos [z]; Heb. *facierum*; quia perpetuò appositi erant coram Domino, &c. ¶ *Comedit*] Sine culpa; quod Christus pro confesso sumit, quia David vir erat Deo & hominibus probatus [a]: & quia nec David reprehenditur eo nomine, neque Achimelech Sacerdos religiosissimus concessurus fuerat quod sciret cum Lege pugnare [b]. ¶ *Quos non licebat*, &c.] Lege communi [c]: κατὰ τὸ ῥητὸν rigidè sumptum; fas autem erat κατὰ διάνοιαν, ut probatum [d]. Obj. David dicit panes hos fuisse *more*, sive loco, *profanorum*, 1 Sam. 21. 5. quia nempe à conspectu Domini remoti erant. Resp. Non quæ exempta erant consecrationi statim populi fiebant, sed sacerdotibus cedebant. Quare Aquila ἀρτοὺς λαικοὺς, h. e. *qui populi usibus jam exponi possent*, eruditè reddidit. Nec David hos panes *profanos*. sed דרך חל, *quasi profanos*, esse dixit *. ¶ *Neque his*, &c.] Multóque minùs his: nam David erat Propheta, & Rex designatus, & cui illud concessum videri poterat [f]. ¶ *Nisi*, &c. ità Er. Mo. Tre. Pi. &c. sic sententia depravatur [g]. Εἰ μὴ, &c.] *Sed*, Be. Ca. Pi. Il. Æth. Glas. Heb. כי אם, pro *sed*, ut Gen. 24. c. 38 [h]. At ibi est conjunctio conditionalis, *nisi* [i]. Hoc dicendi genus è medio petitum est, multis omissis. Plena oratio esset, *Nec ullis aliis nisi*, &c. Simil. Terent. *Nescio nisi deos mihi fuisse iratos scio* [k]. Adverbia excludendi, ἐὰν μὴ, vel εἰ μὴ, *præterquam*, *nisi*, pro conjunctione adversativa, ἀλλὰ, *sed*, peculiari idiotismo ponuntur, ut hìc & Luc. c. 4. v. 27. Joh. c. 17. v. 12. Gal. c. 1. v. 7. & 2. 16 [l].

5. *Aut non legistis in lege*] In Libris Mosis [m]. Exemplum prius erat in Prophetis, juxta illam Librorum divisionem, Luc. 24. 44. vide & suprà 5. 17 [n]. Alterum Christi argumentum à minori ad majus [o]; Lex sabbathi eam recipit interpretationem ut non obstet operibus Templi: Ergò nec Propheticis operibus obstare debet. Antecedens probatur ex lege Num. 28. 9. & notissima consuetudine: unde regula erat Juris Judaici, *In Templo non esse Sabbatum.* Consequentiam probat Christus v. seq [p]. ¶ *Sabbatis* (i. e. singulis Sabbatis [q]: quæ maximè observanda erant [r]:) *sacerdotes* (qui maximè debebant Sabbatum colere †:) *in Templo* (loco ubi maximè coli oportebat [t]:) *Sabbatum violant*, Βεβηλοῦσι] *Profanant*, Er. Il. Ti. &c. ut 1 Mac. 2. 45 [v]. Hoc plus est quàm, non observant [x]. Omnia itaque hìc emphasin habent [y]. *Polluunt*, Æth. Non verè [z], sed impropriè, & quoad speciem [a]; & κατὰ τὸ ῥητόν. Hoc loquendi genere utuntur RR. cùm dicunt rectè interdum violari Sabbatum; idque probant exemplo operarum sacerdotalium. Addunt & historiam, quâ & Justinus adversus

[a] G. [b] Li. ho. [c] Mal. & Me. ex Euthym. sim. Bru. [d] Bi. [e] G. [f] Bru.

[g] Li. ho. [h] Bru. [i] G. [k] G. sim. Mal. [l] Mal. [m] Li. ho. sim. Q. in Mal. [n] Li. ho. [o] Mal. [p] G. sim. Mal. Me. [q] Mal. Me. [r] Cap. † Ca. [t] G. Me. [v] Bru. Mal. Me. sim. G. [x] Bru. V. [y] G. [z] Be. Bru. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. [d] G. * Heins. [f] Bru. [g] Be. [h] Idem. [i] Glas. [k] Ec. [l] Glas. gram. 3. 5. 26. 499. [m] Pi. sim. Bru. [n] Bru. [o] G. sic Bru. [p] G. [q] Bru. ex Be. [r] Mal. † Idem. [t] Idem. [v] G. [x] Mal. [y] Mal. ex Chrys. [z] Mal. Me. [a] Bru.

adversus Triphonem utitur, Arcæ circa Hierichuntem portatæ Sabbato non minus quàm diebus cæteris. Sic ex Jure Pontificio veterum Romanorum, *Umbro negabat pollui qui opus ad deos pertinens sacrorúmve causâ fecisset* [b]. *Violâsse* dicuntur, quia ea fecerunt, quæ nisi cultus Dei excusaret, facere non licuisset [c], opera nempe genere suo servilia [d]; cujusmodi sunt, sacrificia mactare, excoriare, mundare, secare, ignem struere, &c [*]. His adde circumcisionem [f], Sabbato usurpatam, Joan. 7. 22. quâ etiam *sabbatum profanari* dicunt. Rabba in Gen. sect. 7. *Non profanatur Sabbatum—nisi propter filium Israelitidis* [g]. Sabbato nempe, ut RR. Docent, circumcidebant, denudabant, sanguinem, cùm opus esset, exprimebant, vulneri cataplasma imponebant, aquâ calidâ, tum quæ pridie Sabbati, tum quæ in Sabbato, calefacta est, abluebant; animam quippe hìc dicebant periclitari, &c [h]. *Profanant*, i. e. operantur eo die perinde atque profesto [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀναίτιοί εἰσιν] *Et inculpati*, vel *insontes sunt*, Mo. P. Ca. Bru. vel, *irreprehensibiles*, Tre. sim. Be. vel, *crimine vacant*, Er. Il. Ti. sim. Pers. Ar. Æth. *Et nihil eis imputatur*, V. *Et quòd sine crimine sunt*, Sy. in Bru. quia scilicet contra Legis διάνοιαν nihil admittunt [k]: non habentur profanatores Sabbati aut transgressores Legis [l]. Itaque Sabbati Lege omnia opera non prohibentur sine exceptione. Sacerdotes excusabat Templi cultus; me, quòd Dei opus facio [m].

6. *Templo major*, (i. e. sanctior, dignior [n]: vel, *majus*: in nostro enim libro est μεῖζον [o]; ut habent pleraque vetera exemplaria & Th [p]. quam lectionem confirmant similes loci, infra v. 41, 42 [q]. ut sit vel majus Templum, nam & alibi *templum* Christus suum corpus vocat [r]: vel, majus quippiam†, quàm illud templum [r]:) *est hic*, [r] ὧδε] In hoc loco [v]. Plus Templo erat omnis Propheta: unde Prophetis extra Templum sacrificare licuit, ut Eliæ. Jesus autem plusquam Propheta, infra 41 [x]. Deus, seu Dei Filius, ut hìc subindicat, & operibus suis declaravit. Si ergò Templi ministerium excusat opera alioqui servilia [y], multo magis præsentia mea [z], & ministerium mihi exhibitum [a], & permissio mea [b], ipsos excusat [c]. Sed dicat aliquis, Templi ritus observari non poterant nisi labor aliquis die Sabbati insumeretur; quæ autem talis connexio est inter Propheticum Christi ejúsque Apostolorum munus, & inter spicarum vulsionem? Nimirum ista, quòd Christus ejúsque Apostoli ità occupati fuerant in obeundo suo munere, ut non vacaret ipsis cibum sibi parare quo Sabbati die vescerentur. Aut ergò intermittere debuerant munus Propheticum, aut facere contra τὸ ῥητὸν Legis Sabbati. Sacerdotale autem munus non intermittebatur ob Legem Sabbati; igitur nec Propheticum, quod majus erat, intermitti eo nomine debebat [d]. Hoc fecerunt Discipuli mei, ut naturæ satisfacerent, & mihi ministrarent propalanti Patris Regnum, quod opus Deo gratius est sacrificiis [*].

7. *Si—scieritis*, &c.] Arguit eos ignorantiæ ex animi feritate profectæ, ostendens eos externo Sabbati cultu magis duci quàm charitatis affectu [f]. ¶ *Misericordiam*, &c.] De quo vide suprà 9. 13 [g]. Tertium Christi argumentum petitum ex loco de contrariis legibus. Quoties leges ex circumstantiis colliduntur; ità ut simul utraque servari nequeat, servanda est lex potior. Potior autem est lex quæ beneficentiam præcepit, quàm quæ ad ritus pertinet; Præferenda igitur. Propositio notissimi est juris. Assumptio probatur Oseæ verbis. Restat complexionis generalis ad hanc speciem applicatio. Lex quæ beneficos nos esse jubet, haud dubiè ante omnia à nobis exigit, ut quantum in nobis est æternæ aliorum saluti consulamus, & quidem quàm celerrimè, cùm nemo sibi possit crastinum polliceri. Legem de Sabbato esse ritualem res ipsa docet. Simul non poterant Christus docendis, Apostoli ad ejus doctrinam præparandis, hominibus incumbere, & ea parare quæ ad rigidam Sabbati observationem pertinebant, ut antè etiam diximus. Debebat ergò, ex eo quod antè conclusum erat, Lex Sabbati cedere præcepto sanctæ institutionis. Quod autem hìc ex Osea probatur, Leges omnes rituum multò minoris esse pretii apud Deum quàm leges morum, præsertim verò religionis ac beneficentiæ, conspectissimæ est veritatis, quæ multos etiam ex profanis gentibus non effugit. Vide Platonem Alcibiade, & versus, sive Menandri, sive Philemonis, & Persium, & Hieroclem [h]: [& eorum verba in G.] ¶ *Nunquam condemnâssetis*; ità Sch. Pi. &c. κατεδικάσατε] *Condemnâstis*. Græci, quoties opus est imperfectis aut plusquamperfectis optativi aut subjunctivi, assumunt cognata tempora, vel Aorista indicativi [i].

8. *Dominus*, &c.] Constructionis ordo est, *Filius hominis est Dominus etiam Sabbati* [k]. *Filius hominis* hìc est, vel, 1. Christus [l]: q. d. Ego, qui dignatione miser & vulgaris sum homuncio: vide suprà 8. 20 [m]: qui *Dominus est Sabbati*, i. e. in Sabbati observatione dispensare potest [n]; utpote qui unus est cum Patre creator, institutor, Legislator, qui possum illud pro arbitrio meo abrogare, multò magis rigorem illius temperare, aut cum aliquibus aliquando dispensare [o]. Eâdem sum auctoritate & potestate decoratus, quoad Novi Testamenti administrationem, quâ Pater, quoad Veteris [p]. Christum hìc intelligi ostendunt, tum verba præced. *major Templo*, tum usus phraseos, *filius hominis*, & Dan. 7. vers. 13. & in reliquis 88 locis quibus occurrit in Novo Testamento [q]. Vel, 2. homo quivis, ut apertissimum est ex Marc. c. 2. vers. 27, 28. cujus loci verba non cohærent, si *filium hominis* interpreteris Messiam missum cum potestate Legis antiquandæ. Adde, jam quòd Jesus eo tempore se esse Christum, populo aut Pharisæis nec prædicavit, nec prædicari voluerit. Vide Mat. 16. 20. Marc. 8. 30. Sed & Hebræis בן אדם hominem quemvis significat, quanquam interdum ad minus illustres restringatur. Atque ità intelligo v. 32. ut ibi dicetur. Sensus igitur Christi verborum, quæ plenius aliquantò sunt à Marco expressa, hic est, Quod alterius rei causâ comparatum est, id cedere debet ei cujus causâ comparatum est. At Sabbatum comparatum est hominis causâ: debet ergò homini cedere, nimirum ubi de hominis salute agitur. Κύριος εἶναι Græcè, ut Hebraicè בעל, dicitur, qui *aliquâ re utendi jus habet*: sicut homo in tali casu jus habet vertendi in usum suum etiam Sabbati diem. Penè idem est quod dixit R. Jonathan, *Sabbatum traditum esse in manum hominum, & non homines in manum Sabbati.* Nam *tradi in manum* idem est quod *esse in dominio*. Ergò hìc etiam notam inter Judæos regulam Christus usurpavit [r]. [Alii Evangelistas aliter conciliant:] Utrumque dixit Christus, & quod Matthæus narrat, ut probaret se Templo esse majorem, quia Templum Sabbato serviebat, ipse autem Dominus erat Sabbati; & quod Marcus, ut probaret, hominum salutem Sabbati observationi esse præferendam †. Al. Affirmat Marcus, *Sabbatum hominis gratiâ institutum*, ideóque ipsum non obligare ad id quod naturæ ipsius & saluti contrarium est: indè tamen non sequitur, hominem esse Dominum Sabbati, (nam & Rex constituitur *in bonum tuum*, nec tamen tibi subditus est,) sed tantum, quòd ille, qui Legem illam fecit, hominem obligare voluit in quibusdam casibus, &c [t]. Connexio juxta Marcum sic se habet; Cùm Messias sit Dominus hominum & eorum quæ ad hominum utilitatem & salutem pertinent, ideo Dominus est etiam Sabbati [*].

9. *Venit*] Postea, altero quodam Sabbato, Luc. 6. 6 [v]. ¶ *In synagogam* (quæ scilicet die Sabbati congregabatur [x]:) *eorum*] Nempe Pharisæorum [y]; qui priùs Discipulos accusaverant [z]; quos ipse ob id redarguerat [a].

10. *Ecce homo*] Qui cæmentarius fuisse dicitur in Evangelio Nazaræorum [b]. ¶ *Manum*] (Et quidem dextram, Luc. 6. 6. [c]. *Manus* autem nomine totum brachium intelligit, ut & in Hippoc. sumitur [d];) *habens aridam*] Emortuam [*]; emaciatam & excarnem [f]; ad opus omne inutilem: mancus, qui miseriam suam sublevationis ergô omnibus testabatur [g]. Laborabat enim duplici morbo: 1. Atrophia, quâ pars sensim absumitur, & ob defectum alimenti statim exarescit: 2. Spasmo, sive Convulsione; parte enim per inanitatem arefactâ, non possunt non ejus nervi & musculi obrigere, contrahi. Hæc autem intemperies frigida, & obstructio in nervis, sæpe oritur ex assiduo attactu rerum frigidarum, ut cæmenti ex aqua & luto confecti. Magna hæc erat miseria, mendico inprimis [h]. ¶ *Interrogabant eum*] Nempe Scribæ & Pharisæi, Luc. 6. 7 [i]. Obj. At Christus *eos interrogâsse* dicitur, Marc. 3. 4. & Luc. 6. 9. Resp. Utrumque verum [k]. Illi anteverten-

tes

[b] G. [c] Me. ex Mal. [d] Me. sim. T. Bru. [*] Bru. sim. Mal. Me. Pi. &c. [f] Heinf. sic J. Cap. Mal. ex Hi. [g] J. Cap. [h] Heinf. [i] V. [k] G. [l] Bru. [m] Be. [n] Eru. [o] Cam. [p] Be. Caf. sim. Glaf. gram. 3. 1. 21. 76. [q] Glaf. sic Caf. [r] Camer. † Camer. Be. [t] Camer. [v] Bru. [x] G. [y] Eru. [z] M. sim. Bru. Me. T. [a] Bru. sim. T. [b] Me. [c] Bru. Me. &c. [d] G. [*] Eru. [f] Bru. [g] Bru. Mal.

[h] G. [i] Sch. [k] Bru. [l] Cam. Ham. &c. [m] Bru. [n] Me. ex Mal. sim. Cam. Bru. Pi. [o] Eru. [p] Li. ho. [q] Ham. [r] G. † Mal. [t] Ham. [*] Chem. [v] Bru. sim. Mal. Me. Pi. [x] Mal. [y] Mal. Pi. Bru. [z] Me. [a] Bru. [b] D. [c] Pi [d] Ader de morbis Evang. c. 11. in append. Crit. 3684. [*] Bru. [f] Ader ib. [g] Bru. [h] Ader ib. [i] Pi. [k] Me. sim. Camer. Mal.

tes interrogârunt eum, & ipse eos denuo[l]; ut altercando fit[m]. Diversæ sunt quæstiones[n]: Quærunt Scribæ, an liceret curare. Quærit Christus, an liceat benefacere[o]. q. d. Si benefacere licet in Sabbatis, curare licet[p]. Quæstionem immutavit Christus, ut ipsos magis pungeret & pudefaceret, eorúmque malignitatem coargueret[q]. ¶ *Si licet* (i.e. licétne[r]: Εἰ, *si*, pro, *num*, ponitur, & Græcis, & Latinis, ut in Terentio, *Visam si domi est* †:) *sabbatis* (sub. *quempiam*, Pi. hominem ægrum[t]:) *curare*, θεραπεύειν] *Mederi*, ut sanetur, ex collat. seq. *ovem extrahere* —— ut servetur[v]. *Sanare*, Bru. Non quidem solo verbo, (quod non putabant prohiberi,) sed externo aliquo opere[x]. Non tam quærentium est, [hæc quæstio] quàm negantium. Sic enim determinant, *Sani medicinam nè adhibento Sabbato*; *Dolens dentibus acetum nè absorbeat, iterum exspuiturus: ast absorbere licet, modò deglutiat. Fomentationes*, aut *olea loco affecto nè applicent*, &c. Quæ omnia utcunque sanationi à Christo peractæ verba tantùm extra metas fuerint, ansam tamen iis cavillandi præbuerunt. Hunc etiam Canonem addiderunt, *Quicquid possibile factu fuit vespere Sabbati, non pellit Sabbatum*[y]. ¶ *Ut accusarent eum*] Tanquam adversarium Legis[z]: Evang. Heb. Merc. *Ut deferrent eum ad domum judicii*, i.e. Sanhedrim, minus scilicet; ubi plectebantur Sabbati violatores, quippe mortis rei[a]. Significatur, illos responsum affirmativum exspectâsse, ex superiore dissertatione Christi[b].

11. *Quis erit ex vobis*] Modus loquendi, quo Judæi formabant τὰς ὑποθέσεις, ut ad c.7. observavimus[c]. ¶ *Homo*] Redundat, ex Hebraismo[d]. ¶ *Ovem unam*] i.e. Unicam: Sabbati religio non cogit ut vel ovicula una sinatur perire aut malè habere[*]. ¶ *Si ceciderit —— in foveam, nonne*, &c. Οὐχὶ κρατήσει, &c.] *Nonne apprehendet*, (vel, *capiet*, Val.) *& eriget eam*? V. Er. sic Be. Pi. &c. i. e. extrahet, nè vel illo die sit ei malè[f]. Argumentum ducit ab ipsorum recepta veráque sententia[g]. At contrarium videtur affirmari à Thalmudistis[h]. Dissentiebant in explicatione Legis Sabbati Esseni à cæteris, vix ullam recipientes excusationem: At communior interpretatio exceptiones admittebat. Jure Judæorum novissimo, quod Christi ætate aliquot seculis est posterius, constituitur, ut pecus in fossam prolapsum in Sabbato alatur, &, si opus sit, stramine subjecto fulciatur, ut duret in diem sequentem[i]. Itâ habet Moses Kotsiacensis, sub finem mandati negativi 65[k]. Quòd si talis sit fossa quæ demersura sit pecudem ni continuò educatur, quid nunc facturi sint Judæi omitto, certè Christi ætate receptior erat sententia, non obstare Sabbati religionem quominus vitæ pecudis consulatur. Hoc enim est quod in veteri Babylonico Hebræorum Jure legitur, *Periculo animæ pelli Sabbatum*. Verba in Misnaioth sunt, *Omne opus prohibetur in Sabbato nisi sit pro anima*. Atque adeò recepta erat apud Judæos ista exceptio, ut in multis codicibus Legi vice interpretamenti ascribi cœperit; quod ex Tertul. 4. adv. Marcionem, & Hieron. ad Esa. 28. [quorum verba vide in G.] colligo. *Animæ* autem nomine antiqui interpretes pecudis vitam comprehendebant. Quare nova illa interpretatio rigidior odio Christianorum est excogitata, sicut & Dositheus ille, cujus Origenes & Epiphanius meminerunt, statim post Christi ætatem exasperavit interpretando Legem Sabbati. Ex hac ergò Juris regula Christus fulcit argumentum illud quod suprà tertio loco propositum diximus. Non est ab hoc loco alienum quod ex Romanorum Jure Pontificio Scævola notaverit, *Si bos in specum decidisset, eúmque paterfamiliâs adhibitis operis liberâsset, non esse visum ferias polluisse*. Meminit Macrobius Saturn. 1. 16[l]. Multa Judæi, gliscente superstitione, illicita putârunt, quæ tempore Christi licita adhuc illis erant, v. g. pulicem mordentem capere licere, fugientem autem insequi non licere, &c. At Maimon. Misnæ, tom. 1. *Depulsio Sabbathi, quemadmodum & reliquorum omnium mandatorum, fit propter periculum animarum. Quamobrem ægro subministrantur omnia necessaria ex præscripto Medici.* R. Moses de Kotsi negativo mandato 65. *ob periculosas infirmitates licet violare Sabbatum.* At, inquies, periculosum est, quod differri non potest. Christi autem sanationes differri potuerunt. Verùm quæ Lex Divina aut humana pronunciaverat unquam miraculosas sanationes operibus servilibus esse deputandas[m]? Οὐχὶ sumitur, vel, 1. interrogativè, *nonne*, ut Mat. 5. 46. & 6. 25. Joh. 11. 9. &c. vel, 2. negativè, *nequaquam*, vel *non*: & tunc Atticè ponitur pro οὐχ, sicut passim in Homero οὐκὶ pro οὐκ. Itâ usurpatur Luc. 1. 60. & 12. 51. & 13. 3, &c[n]. & h. l. *Non apprehendat eam & erigat?* Interpretationis vis hîc non est in οὐχὶ, sed in πῶς[o].

12. *Quanto*, &c. Πόσῳ οὖν διαφέρει, &c.] *Quanto igitur*, (vel, *autem*, Be. Pi. Οὖν hîc non sumitur ratiocinativè[p], sed subsumptivè[q]; pro ἀλλὰ[r], vel δὲ[*], ut apparet quia statim subjicitur argumenti conclusio[t]. Heterosis conjunctionis rationalis pro transitiva[v]:) *præstat*, (vel, *interest*, Val. *differt*; Synecdoche generis[v]. *Quanto discrimine præstat*, Camer.) *homo ovi*? Bru. Pi. &c. vel, *ab ove*? Pi. Itâ ut magis juvandus & curandus sit[x]. Nè objicerent Pharisæi in suo jure agi de vita, hîc de membri integritate, occurrit Christus, ostendens tantò hominem pecude esse potiorem, ut meritò hominis sanitas pecudis vitæ præponderet[y]. ¶ *Itaque*, (vel, *Quapropter*, Tre. ex Sy.) *licet*] Itâ Er. Il. Be. P. &c. Ὥστε ἔξεστι] *Proinde oportet*, Pers. vel, *optimum est*, Ar. ¶ *Benefacere*] Non dicit, *curare*, nè ansam accusationis arriperent, sed generatim, *benefacere*[z], quod efficacius est[a], & sub se includit *curare*[b]. Forsan in genere significat, Legem de feria Sabbati nullum rectum opus, prioris aut posterioris Tabulæ, impedire[c]. Opponit Christus beneficium servitio, subdocens, servitium, non autem beneficium, Sabbati religione excludi[d]. Marcus & Lucas habent ἀγαθοποιῆσαι, quod Luc. 6. 9. Act. 14. 17. ut & ἀγαθοεργεῖν, 1 Tim. 6. 18. idem est quod εὐεργετεῖν. Christi sententia pleniùs intelligitur ex Marco & Luca, ubi interrogat, Licétne —— ἀγαθοποιῆσαι, an verò κακοποιῆσαι, ubi κακοποιῆσαι est, *nocere*; sed eo sensu quo necare dicitur qui alimentum negat. Nam sic nocet qui miserum non juvat quem potest juvare, sive Divinâ ope, sive etiam arte humanâ. [Narrationem de nauta sabbatario ex Synesio, & de Jonathane ex Josepho, vide in G.] Ubi ergò ægrotus aliquis aut debilis, auxilium quod in tua sit facultate implorat, restat aut opem ei benignè feras, aut crudeliter deneges. Utrum verò, inquit Christus, vobis videtur diei festo ac sacro meliùs convenire? Repetendum memoriâ est quod suprà diximus, ut locum habeat æquitatis exceptio, Non requiri ultimam necessitatem, sed talem quam facilè admittat Legis natura[*].

13. *Ait*] Jubet, simúlque suggerit facultatem præstandi quod jubet[f]. Verâ doctrinâ de Sabbato expositâ, jam omnem calumniæ ansam præcidit. Nam sine contactu solâ voce hominem sanat, quod nè speciem quidem violati Sabbati habere poterat[g]. *Et*, &c. Καὶ ἐξέτεινε, καὶ ἀπεκατεστάθη, &c.] Hic quoque conjunctio cum verbo vim participii habet. Sensus enim est, ἐξέτεινε ἀποκατασταθεῖσαν, &c. neque enim extendere manum potuisset, nisi Divinâ virtute restitutam[h]. ¶ *Sicut altera*] Ἄλλη, i. e. ἑτέρα[i]. *Sicut socia ejus*, Sy. in Bru. quæ nihil unquam mali passa fuerat[k]: *altera*, nempe sinistra, ut Mat. 5. 39. Luc. 6. 29. Ἄλλος sæpe est *alter è binis*, ut Mat. 27. 61. Joh. 18. 15, 16. & 19. 32[l].

14. *Exeuntes*] Ex Synagoga scilicet[m]; in qua hæc gesta erant, v. 9[n]. relictâ turbâ, apud quam mutire non audebant confusi[o]. ¶ *Pharisæi*] Et cum eis Herodiani[p]. ¶ *Consilium*, &c. Συμβούλιον ἔλαβον] *Consilium ceperunt*, vel, *inierunt*, Sy. Pers. Be. Pi. Bru. &c. inter se mutuò & cum aliis deliberabant[q]. Συμβούλιον λαμβάνειν, aut, ut Marcus loquitur, ποιεῖν, non est *concilium vocare*, sed *consilium capere*, sive id fiat in legitimo consessu, sive aliter. Itaque infrà cap. 27. post convocationem cœtûs sequitur, συμβούλιον λαβόντες. Pharisæorum autem seorsim nullus erat cœtus legitimus. Est ergò συμβούλιον idem quod Platoni συμβουλή, qui & συμβουλὴν ποιεῖν dixit, ut hîc quidam Codices ex interpretamento habent συμβούλιον ἐποίησαν. In Hebræo fuit נועצו, quod LXX modò ἐβουλεύσαντο, modò συνεβουλεύσαντο, vertere solent[r]. ¶ *Quomodo*, (Quâ ratione, quonomine †: ὅπως, *ut*, vel *quomodo*, i. e. πῶς, indefinitè acceptum, ut in Demosthene, Σκοπεῖτε ὅπως τοῦ λόγου ἀκούσητε[t].) *perderent eum*] i. e. Occiderent. Non fere-

[Marginal notes, left column: l Th. in Camer. — m Camer. — n Mal. — o Me. ex Mal. — p Me. — q Mal. — r Bru. ex Pe. sim. Pi. — † Be. — t Bru. — v Pi. — x Bru. — y Li. bo. — z Bru. — a Di. in append. — b Pi. — c G. — d Pi. — * Bru. — f Idem. — g Bru. — h J. Cap. — i G. — k J. Cap. — l G.]

[Marginal notes, right column: m J. Cap. — n Sch. ad Mat. 6. 25. — o Sch. — p Sch. — q Sch. sim. Pi. Be. — r Be. — * Be. Pi. — t Be. — v Pi. — x Bru. — y G. — z Me. — a Mal. — b Mal. sim. Pi. Bru. — c Be. — d Bru. — * G. — f Bru. — g G. sim. Bru. — h G. — i Pi. — k Bru. — l Sch. — m G. Bru. Pi. — n G. — o Bru. — p Li. chron. p. 24. — q Bru. — r G. — † Bru. — t Be.]

ferebant invidi gloriam Jesu, populum sibi devincientis, &c [v].

15. *Sciens*] Per suam omniscíam Deitatem [x]. ¶ *Recessit*] Secessit, tum nè rabiem illorum magis acueret; tum quia nondum aderat mortis tempus. Cùm posset vitam suam miraculis tueri, secedendo maluit infirmitatem nostram subire: Pars hæc erat exinanitionis ejus, de qua Philip. 2. 7 [y]. Hinc constat licitam esse fugam [z]. ¶ *Multi*] Græcè, *Turbæ multæ*. Turba propensiore erat in Christum animo propter beneficia sanitatis quæ ipse præstabat: non enim invidebat gloriæ illius. ¶ *Curavit eos omnes*] Nempe qui opus habebant [a]: qui sanari ab ipso cuperent: quomodo sæpe interpretandæ sunt particulæ universales [b]. Ostendit summam Christi bonitatem, nè perversorum malignitate exacerbatam; docetque ità pericula declinare, ut fiat absque detrimento doctrinæ & beneficii [c].

16. *Præcepit*, Ἐπετίμησεν] *Increpavit*, Pi. Val. Bru. *Interminatus est*, Bru. Pi. Præcepit acrioribus verbis, tanquam minis, additis [d]. Vide ad Mat. 8. 26 [*]. ¶ *Nè manifestum eum* (vel, *se*, Pi.) *facerent*] Ante tempus resurrectionis scilicet [f]. Nè divulgarent miracula ejus [g]. Qu. Qua de causa? Resp. 1. Nè à Pharisæis eum occidere volentibus deprehenderetur [h]. 2. Ut fugeret gloriæ captatæ suspicionem [i], nobísque exemplum præberet modestiæ [k]. 3. Quòd seipsum occultatum vellet ab iis qui eum nollent cognoscere. Eodem refert hæc prohibitio, quo illud Mat. 13. 13. *Per parabolas*, &c. Noluit ab illis sciri, qui noluerunt eum scire [l]. 4. Ut testaretur, à se non quæri Magistratuum exacerbationem [m]. Non videtur mihi hoc loco notam censoriam meruisse, qui injuncti silentii causam eandem esse putat quæ secessûs fuerat. Nam & quod ex Propheta sequitur eum videtur sensum postulare. Greg. Nazianz. non malè inter causas justæ fugæ adfert τὴν φειδὼ τῶν διωκόντων· (*ut persequentibus parcatur*,) quod Origenes Aristotelis quoque exemplo illustrat, qui Athenis discedens, dixerit id se facere nè occasionem daret Atheniensibus alterum scelus admittendi post cædem Socratis, καὶ δεύτερα εἰς φιλοσοφίαν ἀσεβεῖν· (*& secundâ vice impiè agendi in Philosophiam.*) Videbatur adhuc excusabile aliquo modo si non omnium, saltem magnæ partis, Pharisæorum studium pro avitis traditionibus. Itaque, additis aliis super alia miraculis operiri illorum pœnitentiam Christus voluit, interim eos arcens ab atrocitate facinoris, donec suam ipsi conscientiam oppugnantes, ut mox quosdam ipsorum fecisse videbimus, magis magísque meruissent innoxio sanguine inquinari, eóque scelere gravissimas in se pœnas accersere, quod fieri non oportebat nisi consummatâ Christi doctrinâ, ut Tertullianus, nimiùs alioqui fugæ accusator, non malè observat. Origenes Celso hoc ipsum objicienti, præter id quod diximus, respondet, ipsum secessisse, οὐ διὰ φόβον, &c. (*non metu mortis*, *sed ut vivens & peregrè agens*, *aliis prodesset*, *donec tempus mortis ipsius adveneerit*, *quod commodissimum erat*, *& hominibus utilissimum* [n].)

17. *Ut adimpleretur*, &c.] Sub. *hoc factum est*, Pi. Sed quorsum hoc? Aut quomodo hoc impletum [o]? Resp. Sensus est, Quod signum Esaias prædixit de modo administrationis Christi, id Christus reipsâ præstitit. Dixerat Esaias, c. 42. quòd ille neque contentiosè cum ullo ageret, sed humilitate maxima, v. 2. neque infirmis ad Regnum Dei venturis offensionis præberet argumentum, sed potiùs lenitate prudentiâque maximâ infirmitatem suorum præsentem levaret, futuràmque præcaveret, v. 3. Maluit ergò amplitudinem personæ suæ & vocationis & beneficiorum sensim instillare in mentes infirmas, & effectis sive operibus suis leniter ostendere, quàm intempestivo clamore, ac prædicatione sui nominis, aut infirmis dare occasionem pedem referendi à schola ipsius, aut adversariis in ipsum irruendi [p]. Reddit h. l. causam; vel, 1. cur prohibuerit miracula divulgari, nè Pharisæorum æmulatio exacerbaretur: nolebat enim *arundinem quassatam confringere*. Vel, 2. cur fugeret, nè resistendo *confringeret*, &c. i. e. nè minùs mansuetudinis ostenderet, quàm prædictum est. Vel potiùs, 3. cur omnes curaverit, quia, ut prædictum fuit, adeò benignus erat, & mansuetus, & misericors, &c [q].

[v] Bru. [x] Sch. sim. Bru. Pi. [y] Bru. [z] G. ex Athan. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. [d] Bru. [*] Be. [f] G. [g] Bru. [h] Val. [i] Er. sim. Bru. [k] Er. [l] Li. ho. [m] Bru. [n] G. [o] Mal. [p] Jun. [q] Mal.

Sensus, q. d. Dum cederet Jesus furori hostium, dum afflictæ plebi benefaceret, dum caveret hostium exacerbationem, omnem denique gloriam ac strepitum mundi rejiceret, completum est vaticinium. Reges terreni, læsi, se mox ulciscuntur & hostes perdunt, vulgum aspernantur, nec tam benefaciunt illi, quàm dominantur, Luc. 22. 25. Pompam affectant, quocunque veniunt magnos concitant clamores, oppida tumultu implent. Contraria prorsus Christi Regis conditio à Prophetis describitur, &c [r].

18. *Ecce*] Demonstrat spiritu Prophetico, quem Johannes digito, Joan. 1. 27 [*]. Vox est Dei Patris quasi digito ostendentis quem missurus sit [t]. ¶ *Puer*, &c. Ὁ παῖς μου] *Puer*, (vel, *Filius*, V. Er. Iren. in D. paral. vel, *Servus*, Tre. D. Di. ex Sy. *Servus ille*, Be. Pi.) *meus*, V. Pi. Heb. est עַבְדִּי, *servus meus* [v], ut homo [x], qui *formam servi accepit*, Phil. 2. 7 [y]. *Servus meus*, non vulgaris, sed per excellentiam [z]; in quo meritò glorior, cui possim proprium Dei officium committere [a]; nempe homines redimendi [b], totam Ecclesiam gubernandi, Regnum perditum recuperandi, 1 Cor. 15. 24 [c]. Παῖς & *puer* pro *servo* sæpe ponitur, quod & Hesychius notat [d]. Terentius, —*puerum*— *conveni Chremis*. Cicero, *Pueri tui mihi à te literas reddiderunt* [*]. Aristophanes in Vespis, *Etiam senem*, inquit, *puerum vocamus*, *si plagis obnoxius sit*. Παῖς maximè denotat minorennium illam conditionem quâ nihil à servo differunt, Gal. 4. 1 [f]. Lxx multis in locis de suo quædam addiderunt ad explicandam Hebraicorum verborum sententiam: ut h. l. ante ὁ παῖς μου posuerunt Ἰακώβ, & ante [seq.] ὁ ἐκλεκτός μου, Ἰσραήλ, atque ità bis citat Justinus. Quod enim ait Eusebius, *Hæc nomina apud* Lxx ὠβέλισται, ità accipiendum est, A Criticis ea verba obelo notata tanquam quæ adjecta sint, cùm in Hebræo sermone non exstarent. Nam eum fuisse obeli usum in editionibus versionis Græcæ V. T. docent nos Epiphan. Hi. Aug. Errat igitur vir summæ eruditionis qui ideo negat hæc verba à Lxx Interpretibus scripta esse. Neque dubito ab illis [Lxx] hunc Prophetæ locum ità intellectum quasi de Hebræo populo ageret, idque propter c. 41. 8. & 43. 1. cùm tamen ex aliis Esaiæ locis, præsertim verò ex Esa. 44. 6. observare debuissent agi hìc de eo qui lucem allaturus sit tum Judæis, tum Gentibus: quod rectè vidit Chald. par. qui *Messiæ* nomen hìc addidit. Cæterùm Justinus, ut Lxx Interpretum auctoritatem in suas partes perduceret, *Jacobi* & *Israelis* nomine Christum vult indicatum; quòd mihi hìc quidem verisimile non videtur [g]. ¶ *Quem*, &c. Ὃν ᾑρέτισα] *Quem elegi*, Pers. Be. P. Ca. Bru. Er. Ti. Quam interpretationem & verbum ipsum admittit, nec sententia videtur respuere: sequitur enim in Heb. *electus meus* [h]. *Elegi*, ut hominem [i]; pro omnibus creaturis, ut esset mihi filius germanus, & Redemptor mundi [k], & Rex, & ut verbum meum prædicaret [l]. *Quem cupivi*, Ar. *In quo complacui*, Sy. sic Pers. Tre. *Quem assumpsi*, Pi. ex Jun. Heb. *Quem sustento*. *Assumere* pro *sustentare* per metonym. & synecd. Nam inter alias causas cur quis aliquem assumat, & hæc est, ut illum sustentet [m]. Τὸ *sustentare* Matthæus convenientissimè reddit αἱρετίζειν, quod non est, ut plerique volunt, *eligere*, sed potiùs, ut Varinus, (sive Phavorinus [n],) exponit, προσλαμβάνειν καὶ ἑαυτῷ αἱρεῖν, *sibi asciscere atque assumere*, quod ipsum Hebræi sæpe dicunt, *sustentare*, ut Gen. 48. 17. Exod. 17. 12. Psal. 41. 13. & 63. 9 [o]. Αἱρετίζω est aliis omnibus *anteferre*, & ad munus aliquod *eligere* sive *assumere* [p]. Eruditè atque efficaciter expressit Matthæus vocem אֶתְמָךְ, neque minùs rectè Hieron. cùm vertit, *quem suscepi*. Nam αἱρεταὶ Græcis dicuntur, *qui stant ab alicujus partibus*, qui, si potentiores sint, vocantur Latinè *susceptores*. Hinc rubrica in Codice Justinianeo, *ut nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos*: hinc *suscepti*, apud Salvianum, Symmachum, atque alios. Idem valet ἀντιλαμβάνεσθαι, quod hìc posuerunt Lxx, quæ vox eodem significatu reperitur, Luc. 1. 54. ubi Latinus interpres itidem reddidit, *suscepit*; quo verbo hìc quoque utendum fuit ad exprimendam Græcæ vocis proprietatem, quæ Hebrææ optimè respondet [q]. ¶ *Dilectus meus*] Heb. *Electus*, Bru. Verùm Evangelistæ, citantes vaticinia, non verba numerant, sed sensum sequuntur [r]. Apparet hinc eandem

[r] Bru. [*] Mal. [t] Bru. [v] Bru. sic Be. [x] Mal. sim. Bru. [y] M. Bru. sic. Clop. [z] Mal. ex Bru. [a] Mal. [b] Bru. [c] Mal. [d] D. paral. [*] D. [f] Clop. col. lat. Crit. in append. Crit. p. 3992. [g] G. [h] Pi. [i] Mal. [k] Bru. [l] Mal. [m] Pi. [n] Ham. [o] Jun. [p] Ham. [q] G. [r] Bru. ex Hi. in m. D. paral.

eandem esse vim vocis ἀγαπητὸς & ἐκλεκτὸς. Verbum verbo reddiderunt Lxx, noster Interpres rem ipsam expressit: sicut contrà quod sequitur רצתה, noster magis propriè, & ut alibi solent Lxx, expressit per εὐδόκησε, cùm ipsi Lxx hoc loco posuerint προσδέξεται. Sed de vocis εὐδοκεῖν significatione egimus ad c. 3. quæ eadem quoque est, etsi minùs efficax, in verbo προσδέχεσθαι †. ¶ *In quo*, &c. Εἰς ὃν εὐδόκησεν, &c.] *Quem exoptavit*, &c. Sy. *Quem vehementissimo amore prosequor*, V. sim. Bru. *Animo meo charissimus*, Ca. *In quo acquiescit*, (vel, *delectatur*, Tre. sim. Æth. Mo. Ar. vel, *sibi bene complacuit*, Er. Il. Ti. vel, *placata est*, V.) *anima mea*, Perf. Be. P. Pi. *Cui bene vult*, &c. Pi. Vide ad Mat. 3. 17 [t]. ¶ *Ponam* (i. e. Dabo: Heb. *Dedi* [v]: *Judam*, Be.) *spiritum meum*, &c.] Spiritum propriè mansuetudinis & humilitatis, designatum visibili Columbæ signo: quem sensum exigunt, tum quæ sequuntur apud Prophetam, tum occasio quæ Matthæum ad citandum Prophetam adduxit [x]. Non, *de spiritu meo*, sed, *spiritum meum*, integrè ac perfectè, Joh. 3. 34. omnia dona Spiritûs mei, de quibus Esa. 11. 2, 3 [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ] *Et* (hoc meo Spiritu instructus [*]:) *judicium* (i. e. quod ego judico & probo, ac solum justum rectúmque est, *omne consilium meum*, Act. 20. 27 [z]. Evangelium [a]; ut & v. 20. [b]. justam & veram doctrinam Evangelicam [c]; rectam cultûs Divini rationem [d]; Legem Evangelicam [*]; vel statum compositum, verâ Religione propagatâ, ejectísque superstitionibus: quod ubi fit, ibi *regnare* dicitur Dominus, & *judicare*, i.e. rebus præesse & moderari [f]:) *Gentibus* (i. e. populis, tum Judæis, tum Gentibus, vel per se, vel per Apostolos [g]:) *annunciabit*, Be. Er. Il. P. Pi. &c. vel, *prædicabit*, Tre. ex Sy. Heb. *proferet*, vel, *exire faciet*, nempe ex penetralibus pectoris sui [h]. Originem vocis יוציא τὸ ἀπαγγέλλειν secuti Lxx, posuerant ἐξοίσει. Cæterùm, propriè ἐξαγγέλλειν ea voce significari apparet Deut. 22. 19. & alibi: unde etiam collectu facile est, quæ significatio vocis πολυσημος משפט, quam κρίσιν passim vertunt Hellenistæ, hîc maximè quadret; ea nempe quæ *legem* sive *normam vivendi* indicat. Legis enim maximè proprium est publicari. Verum hoc esse ostendit quod mox in Hebræo sequitur, *Ad legem ejus longinquæ gentes exspectabunt* [i].

19. *Non*, &c. Οὐκ ἐρίσει] *Non contendet*, sive *litigabit*, Er. Il. Be. Sy. &c. cum contradictoribus, cum adversariis, ut Evangelii veritatem illis persuadeat [k]. *Hypocriticè non aget*, Perf. *Non strepitabit*, Æth. ¶ *Neque clamabit*] Nempe vociferatione vehementi & turbulentâ [l]; vel iracundè: non agetur perturbationibus: nihil per vim aget aut tumultum contra adversarios suos, ut solent terreni Principes; quin cedet dabítque locum invincibili malitiæ [m]. Cùm in Hebræo duæ sint voces ejusdem significationis *clamorem* denotantes, rectè noster Interpres alterius loco substituit ἐρίζειν, ut ostenderet de eo clamore hîc agi qui signum esse solet excandescentis animi. Hinc Paulus, cùm nominâsset πικρίαν, θυμὸν καὶ ὀργὴν, addidit κραυγὴν, & Quintilianus *clamosum altercatorem* dixit [n]. Seneca, *Quædam iræ sunt, quæ intra clamorem consîdant*, &c. Plutarchus, *Mihi neque oculi truces sunt, neque os turbidum, neque immaniter clamo, &c. hæc enim omnia signa esse irarum solent.* Lucianus de Demonacte, *Nunquam visus est κεκραγὼς— ἢ ἀγανακτῶν, clamans—aut irâ effervescens* [o]. In Lxx est, οὐ κεκράξεται, οὐδὲ ἀνήσει, scilicet φωνὴν: (*non clamabit, neque attollet vocem.*) Attamen Justinus altero loco citat, οὐκ ἐρίσει, οὔτε κεκράξει· altero, οὐ κεκράξει tantùm. Symmacho, qui ישא transtulit ἀπατηθήσεται, errandi causam præbuit exemplar in quo apex τοῦ ש perperam fuit notatus, quanquam sic quoque ἀπατήσει potiùs quàm ἀπατηθήσεται transferre debuit [p]. *Non clamabit*, nempe ob illatas injurias, aut malum malo reddet, quin omnibus placidum & mitem se exhibuit [q]. ¶ *In plateis*, &c.] Quas quærunt jactabundi ostentatores, ut audiantur videanturve ab hominibus: q. d. A jactantia alienissimus erat. Vel, sensus hujus membri & præcedentis est, Domi intus si doceat, eâ utetur in loquendo temperantiâ, ut vox ejus foris non exaudiatur: q. d. summâ erit modestiâ [r]. Justinus altero loco citat, *Neque audietur foris*, &c. altero verò, *Neque audiet aliquis*

[Margin: † G. — [t] Bru. — [v] Idem. — [x] G. — [y] Bru. — [*] Idem. — [z] Idem. — [a] Bru. Ham. — [b] Ham. — [c] V. sic Zeg. Sch. — [d] Pi. sic Ham. — [*] Mal. — [f] Be. — [g] Bru. — [h] Pi. — [i] G. — [k] Bru. — [l] Camer. — [m] Bru. — [n] G. — [o] Pri. — [p] G. — [q] M. — [r] Bru.]

in plateis, &c. Credo quia nunc ex tempore citârat Prophetam ità ferme ut hîc legitur; nunc inspecto Codice ὁ. Interpretum. חוץ [ut est in Heb.] ad verbum est ἔξω· quia verò platea est extra ædificia, ideo eo nomine frequentissimè appellatur. Marc. 11. 4. utrumque conjungitur, ἔξω ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου. Extra fores clamitare iracundiæ signum est, & *canis proprium*, inquit Menander. Plautus dixit *pipulo ante ædes differre*. Haud dubiè ostendit proverbialis hæc locutio, Christum eâ fuisse bonitate ut palàm fieri nollet eorum vitia de quibus aliquid superesset bonæ spei, quod & Justinus faciendum suadet †. [Cujus verba vide in G.]

20. *Arundinem quassatam* (vel, *contritam*, sive *comminutam*, Er. Ti. sic Mo. Sed quî fieri potest ut quod jam comminutum est & contritum confringas [t]? aliquatenus jam fractam [v]: *concussam*, non prorsus fractam. Minùs aliquid est רצץ quàm שבר, quæ Hebræa hujus loci verba sunt [x]. Justinus uno loco, ut ὁ'. συντεθρυμμένον· altero, συμπεπτωκυῖαν. Sicut autem Hebræa רצץ & שבר non multùm differunt significatu, quod Hebræis est, *frangere*; neque apud Græcos eximium aliquid discrimen est inter συντρίβειν, συνθλᾶν, κατάγνυμι [y]:) *non confringet*] Ità Be. Il. Mo. &c. vel, *conteret*, Sy. Non ultra franget [z]. Cœptam fracturam, præ rei vilis vanæque contemptu, non consummabit, quin potiùs eriget & corroborabit [a]. Significatur summa Christi incedentis (per incessum autem omnes vitæ actiones notantur, ex Hebraismo,) lenitas, præ qua, si vel super *arundinem*, &c. pedem ponat, eam non *confringat*, &c. & si per *stuppam fumigantem*, eam *non extinguat*. Quomodo Hispani de simili homine dicunt, *Etiamsi super pavimentum ovis stratum ambularet, nullum frangeret* [b]. Al. Sensus est, Non tantum strepitûs edet, quantum fit ex fractione arundinis jam contritæ & semifractæ, aut ex sibilo lini fumigantis tantùm, injectâ aquâ. Res suas silenter transiget absque applausûs venatione, aut jactantiæ strepitu. Huc applicanda hæc verba patet ex præcedentibus [c]. Al. Infirmos & desperationi proximos non contemnet, sed consolabitur & reducet [d]: territas conscientias eriget & recreabit [*]. Mente fractos, fide infirmos, qui non procul absunt à ruina, non pessundabit, sed mitissimè tractabit †. Inimicis parcit, quos confringere potest, eósque patienter exspectat ad resipiscentiam [f]: vel sic, Imbecillos in religione non opprimit, sed confovet, donec progressu temporis proficiant ad meliora [g]. Non præcipitabit in ruinam imbecillitate aliquâ lapsos, quales ad istum diem videri poterant Pharisæorum plerique, imò contrà *contritum obligabit*, ut Ezec. 34. 16 [h]. Infirmum, qui in peccata prolapsus est, in quo tamen superest aliquid boni, Christus adeò non perdit, ut eum *restituat spiritu mansuetudinis* [i]. Al. Per *arundinem* hic intelligit vulgus, pauperes plebeiósque, inanes & instabiles instar arundinis: *quassatam*, i. e. variis tum corporis, tum animi, malis affectos. Hos enim solent Reges fastidire, opprimere, &c. At Christus eos humanissimè ad se admisit, &c [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ λίνον τυφόμενον, &c.] *Et linum* (i. e. funiculum lineum, sive canabinum [l], ellychnium [m]: materiæ nomine posito pro eo quod ex materia confectum est [n]: ut alibi λίνα dicuntur retia ex lineis contexta [o], λίνον sæpe ponitur pro *lineo filo*, & generaliter, pro quovis *filo*, item pro *linea piscatoria*, & pro *carbasis*, seu *velis* [p]:) *fumigans*, &c. Be. Il. Ti. Mo. Bru. obscurè ardens [q]; *quod propè est ut extinguatur* [r]; ut verbum Hebræum significat: qualia sunt ellychnia in quibus fumus aliquod flammæ vestigium refert, quæ proinde faciliùs flammam ad se rapiunt quàm si planè refrixissent †. *Et lucernam crepitantem*, &c. Tre. ex Sy. vel potiùs, *candelam fumigantem*, &c. Di. ex. Sy. & Ar. Allegoria eadem quæ in membro superiore [t]: nam & ellychnium vile & leve est, & obscuritas mala animi corporísque denotat [v]. Designat fidem exiguam & propè exstinctam [x], quæ erat in turbis Christi sequacibus: illæ enim non tam fide, quàm cupiditate sanitatis acquirendæ & videndorum miraculorum Christi, accensi, Christum sequebantur. Eos tamen in quibus aliquid erat bonæ spei mirè fovet Christus doctrinâ & miraculis, &c [y]. *Lucernam moribundam non extinguet*, Perf. τυφόμενον habent & quædam exemplaria ὁ'. ut & Justi-

[Margin: † G. — [t] Be. sim. Bru. — [v] G. sim. D. in Prov. 2. 2. 1. — [x] Bru. — [y] G. — [z] Idem. — [a] Bru. — [b] Mal. — [c] Li. ho. — [d] M. — [*] Pi. — † D. Prov. 2. 2. 1. — [f] Zeg. ex Chryf. & Euthym. — [g] Zeg. — [h] G. — [i] Ham. — [k] Bru. — [l] Idem. — [m] Bru. Be. V. Li. Zeg. Pi. — [n] Di. ex P.c. sim. Pi. — [o] Be. — [p] Gua. — [q] Bru. — [r] G. sim. Pi. Ham. D. prov. — † G. — [t] G. sim. Bru. — [v] Bru. — [x] D. prov. 2. 2. 2. sim. Bru. — [y] Bru.]

[Line numbers in gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

Justinus citat, quanquam in aliis est κατινίζουσιν, sensu eodem[z]. Notanda hic est phraseologia sacrorum Scriptorum[a]. Est λιτότης, quâ minus exprimitur, & majus intelligitur, ut hic; q. d. Non solùm non confringet, extinguet, sed etiam redintegrabit, accendet[b]. Sic 2 Cor. 13. 6. *non gaudet*, &c. i.e. valde dolet. Eph. 5. 11. *Inutilia opera*, i. e. perniciosa, &c. Sic ἄχρειος non tantùm est *inutilis*, sed & *nequam*, sive *impius*, tum in Sacris Scripturis, tum in Hesiodo, & in Glossario Philoxeni, & in Cyrilli Græco Glossario. Sic *illaudatus* est omnium pessimus, apud Gellium 2. 6[c]. ¶ *Donec*, &c. Ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν] Non assentior Hieronymo suspicanti omissum hic aliquid exscribentium vitio. Sed verba ποιητικῶς πλεονάζοντα omisit Matthæus. Nam quod in Hebræo interjicitur, לא יכהה ולא ירוץ, nihil aliud significat quàm, Non exstinguetur, scilicet ipsius operâ, ellychnium ampliùs quàm exstinctum est; neque frangetur, scilicet arundo, ampliùs quàm fracta est. Sunt enim voces repetitæ ex priori commate, unde apparet verum est quod diximus, voces ibi positas non ἀντιδιαστέλλεσθαι (*ex adverso opponi*) suâpte vi, sed ex eo quod sensus exigit. Nam quæ voces usurpatæ sunt de imperfecta fractione atque exstinctione, hic de perfecta usurpantur. At LXX Interpretes, quasi non de arundine atque ellychnio, sed de ipso Dei servo, ageretur, transtulerunt, ἀναλάμψει καὶ οὐ θραυσθήσεται, (*resplendebit & non confringetur*,) putantes, *non caligabit*, dictum esse καὶ λάμψει, pro *splendebit*. Sed & quod bis dixerat Esaias, *ad veritatem judicium educet*, &, *donec ponat in terra judicium*, rectè contraxit Matthæus, & *donec* retinuit ex posteriori membro, ex priori autem id posuit quod Græcus Interpres transtulit, εἰς νῖκος, sensum plenissimè exprimens, quod malo quàm ambiguitate vocabuli Syriaci lapsum dicere Interpretem[d]. [Verba sic reddunt:] *Donec* (Quo non certi terminum temporis, sed rei eventum, notat[*]: vel, *Usque dum*, Be. *Quoad*, Tre. ex Sy. *Eo usque ut*, Ca.) *proferat* (vel, *producat*, Ar. *perducat*, Ca. *efferat*, P. Bru. *restituat*, Æth. *ejiciat*, Er. Mo. Bru. sic. Ti. ἐκβάλῃ, ut infrà v. 35. pro ἐκφέρει τὰ πονηρὰ, i. e. pronunciet & ferat, sed cum vi quadam, frustrà videlicèt obsistente Satana & mundo[f]:) *ad victoriam* (vel, *cum victoria*, Pers. Ar. sim. Ham. vel, *in sempiternum*, D. Ità quidem εἰς νῖκος in V. T. sumitur, ut Lam. 5. 20. Amos. 1. 11. cùm scilicet reddit, לנצח, quod & *ad victoriam*, & *in æternum*, significat[g]: hic autem reddit, לאמת, *ad veritatem*[h]:) *judicium*, Il. Pi. sic Be. Er. Mo. Tre. ex Sy. &c. vel, *jus*, Ca. vel, sententiam, quâ se revera victorem declaret omnium hostium. Tunc enim rebellium colla confringet, non jam clemens & humilis, sed severus Judex & Majestate plenus[i]: donec efferat judicium eousque ut victoriâ potiatur[k]. *Judicium* hic, ut antè, significat Evangelium, h. e. Christianam sive Evangelicam justitiam, quam Christus in mundo plantat[l]. *Donec deprompserit*, sub. *in terra*, i. e. donec rectam & veram Evangelii doctrinam docuerit, ad vincendum hostes suos, ut expugnet eos; q. d. Mitem se præbebit, furori hominum cedet, quoad promulgaverit Evangelium[m]. Sensus est, Mansuetudine, modestiâ, benignitatéque istâ suâ, id efficiet, ut judicium sive Evangelium ejus ubique obtineat & vincat. Heb. est, *Educet judicium ad veritatem*, i. e. faciet ut Evangelium ab omnibus verum esse agnoscatur: *victoriæ* autem voce, quæ pugnando acquiritur, indicat Evangelium non sine magno certamine propagandum[n] משפט, sive κρίσιν, hic aliter quàm suprà interpretor, pro *causa quæ in disceptationem vocatur*, receptissimâ significatione. *Ergò* κρίσιν ἐκβάλλειν, aut ἐκφέρειν (hæc enim nihil differunt) εἰς ἀλήθειαν (ut vertunt ό.) sive εἰς νῖκος, (ut Matthæus eâdem planè sententiâ dixit,) sive εἰς τέλος, ut Job. 23. 7. aut etiam ἐκφέρειν νῖκος, is dicitur, qui justa sua ità manifesta facit, ut quovis judice victoriam referre possit. Vide Psal. 51. 4. Hoc autem fecit Christus, cum summâ illâ lenitate ac patientiâ malos Judæorum mores pertulit, nihilque operæ pepercit eis ad meliorem frugem revocandis. Ità, apud Esaiam, Deus referens quanta beneficia vineæ suæ præstitisset, quantáque cum patientia probas uvas expectâsset, ad judicium provocat, c. 5. 3. qui locus mirè huic explicando facit[o]. Al. Sensus loci est, Christus in mundo strepitum pompæ aut fastûs non edet, sed in humilitate, silentio, paupertate & patientiâ, res suas aget, tandem verò *proferet judicium*, tum *ad victoriam*, h. e. Judicem, vindicem, victorem, se exhibiturus in gentem istam Judæorum nequissimam, à qua talia passus est; tum *ad veritatem*, se verum Messiam coram omnibus asserturum, causam suam ab inimicis suis ulciscendo, modo tam conspicuo & tremendo. Atque hinc est, quòd prolatio atque executio ista judicii in istam gentem in N. T. semper ferè vocetur *adventus ejus in gloria*. Observetur etiam, quòd, post mentionem istius *Judicii* & *victoriæ* in Judæos, illico sequatur, *Et in nomine ejus Gentiles sperabunt*[p]. Τὴν κρίσιν accipio pro *condemnatione*, ut Marc. 3. 29. Joan. 3. 19. & passim[q]: Non repugno[r]. Ἐκβάλῃ, verto, *ejiciat*: εἰς νῖκος, capio sicut 1 Cor. 15. 54. *ad victoriam usque*, i. e. sic ut victoria de ea sit reportata. Ità h. l. *donec ejecerit condemnationem ad victoriam usque*: vel, *in æternum*, ut εἰς νῖκος sæpe apud ό. sumitur, 2 Sam 2. 26. Job. 36. 7. &c. נצח Hebræis, ut *victoriam*, ità & *æternitatem*, significat. Sed prius videtur ut magis proprium, ità magis emphaticum. Vel εἰς νῖκος ponitur pro, ἐν νίκει, εἰς pro ἐν, ut sæpe: éstque phrasis Hebræa בנצח, *in victoria*, i. e. victoriosè. Sensus est, Non est quod quisquam fidelium severitatem ejus metuat, ne quidem qui instar quassatæ arundinis, &c. fuerit, non conteret eos sed fovebit, donec condemnationem, quam metuunt, victoriosè ejecerit & expulerit. Ità etiam expono Esa. 42. 3, 4. *In veritate exire faciet judicium*, i. e. verè ejiciet condemnationem ——— &, *Donec posuerit in terra judicium*, i.e. donec aboleverit condemnationem. Nota est phrasis Hebræa, *cadere in terram*, pro perire, sive interire. Ità h. l. *ponere in terra*, est, facere ut intereat: idem fortè quod *ponere in pulvere*†. Sed coactum hoc videtur[r]. Verùm אדמה, *terra*, etiam *pulverem* denotat, & עפר, *pulvis*, etiam *terram* valet[v]. At de phrasium, *ponere in terra* & *ponere in pulvere*, affinitate non potest judicari ex *terræ* & *pulveris* affinitate, sed ex verborum magis usu, quibus actio *collocandi in terra*, aut *pulvere*, exprimitur, ut Psal. 7. 6. & 22. 16: verbum autem שום, quod adhibetur Esa. 42. occurrit (quod sciam) tantùm Job. 20. 4. alio planè sensu. Deinde Heb. הוציא Esa. 42. cui hic respondet τὸ ἐκβάλλειν, vix puto de rei exosæ hostili *ejectione* accipi; illam enim exprimit גרש[x]. Verùm הוציא interdum idem est quod גרש, ut 2 Sam. 13. 18. 2 Reg. 23. 6. Sic in N. T. de ejectione Dæmoniorum Syrus passim dicit אפק i.e. הוציא, Matth. 8. 16. Marc 1. 34, &c. imò & in Kal. נפק i. e. יצא, pro, *ejici*, Mat. 8. 12. quod & Hellenismus imitatur, Marc. 7. 19. *In secessum* ἐκπορεύεται, ejicitur[y]. Agnosco; ac lubens id ex tua observatione disco, הוציא vocem esse mediam: qualis est & ἐκβάλλειν, quæ vox interdum vim nullam denotat, ut Matth. 13. 52. idémque valet quod ἐκπέμπειν, vel, προφέρειν, vel ἐξάγειν, *educere*, ex collat. Joan. 10. 3, 4. Εἰς νῖκος interpretor, *ad victoriam æternam*, atque ex collat. 1 Cor. 15. 57. accipio pro *dono vitæ æternæ*. Κρίσιν accipio pro universali & extremo Judicio, ad quod Christus apparīturus est, éstque emphasis in voce ἐκβάλῃ, (quam expressam censeo periphrasi illâ apparitionis istius luculentâ, quæ est Psal. 50. 1.—— 6.) quod scilicet judicio illo, discussis tenebris quibus usquam sepulta jacet veritas, omnia etiam occulta & perperam judicata, judicabuntur ex vero. Totum itaque locum sic intelligo, *Donec proferat*, vel, si mavis, *protrudat*, *publicum illud judicium*, *in quo*, *depressis hostibus*, *decernet victoriam*, *atque æternum in vita æterna triumphum*, *electis Dei*. Hoc loco agnosco potentiam Christi notari quâ sibi potest subjicere omnia, sed illi censeo non opponi τὴν κρίσιν, sed subordinari[z]. Hanc sententiam tuam agnosco esse ἐμφαντικωτέραν meâ[a].

21. *Et* (vel, *Tunc*, ubi Evangelium gloriosè propagaverit[b]:) *in nomine ejus*] Ità & ό. habent, quod nullum est exscriptorum vitium, nam & Justinus bis ità citat: & noster, [Vulgatus] qui toto hoc loco ό. non est secutus. Nimirum תורה Hebræis frequenter significat id quod ipsi, aliàs דרך, Græci elegantiores dicunt, ὄνομα, Hellenistæ autem idem vocant ὄνομα, quia mons

z G. a Ham. b Pi. sim. Ham. c Ham. d G. * Eru. f Ee. g Ham. h Eru. i Ee. k Eru. l Ham. m V. n Eru. o G. p Li. hô. q Di. r Clop. collat. crit. p. 3992. † Di. r Clop. v Di. x Clop. y Di. in collat. crit. z Clop. a Di. ib. b Eru.

moris est sectatores ab instituti sui auctore nominari. Ità Paulus negat se quenquam *in nomine suo baptizâsse*, indicans nullius se novi instituti esse auctorem. Putârunt igitur ό'. qui locum hunc de populo Israelitico interpretabantur, hoc velle Prophetam, Exteras gentes fiduciam collocaturas in professione Judaïsmi; cùm sensus sit, ut Matthæus & res ipsa nos docet, id ipsum facturas Gentes in professione Christianismi, qui in se Judaismi perfectionem continet [c]. *In nomine ejus*, i. e. in nominatissima ejus potentia & bonitate. Vide Matth. 6. 9. & 7. 22 [d]. ¶ *Gentes*, (A Deo alienæ, Eph. 2. 12. ad quas nihil jam spectare Christus & promissa Divina putantur [*]: in Heb. est איים, quod non semper *insulas*, sed sæpe *regiones* quasvis, significat, ut Gen. 10. 5 [f]. saltem remotissimas, ut Esa. 49. 1. & 51. 5. & 60. 9 [g]. Rectè igitur & ο' & noster vertit, *gentes* [h]:) *sperabunt*, Ἐλπιοῦσι] Futurum Atticum pro ἐλπίσουσι [i]: Ità optime vertunt ייחלו: nam ità & alibi exponunt tum ό'. tum Hebræi [k]. *Sperabunt*, nempe salutem: Christum avidè excipient, colêntque ut salutis Auctorem [l]. Optimè hoc cum præcedentibus cohæret. Meritò enim fiduciam Gentes collocant in ejus bonitate qui Judæos immorigeros tantâ lenitate pertulit [m]. *Gentes* nominat potiùs quàm Israelitas, tum quia harum conversio inexspectata fuit, tum quia inter illas præcipuè Evangelium fructificaturum erat [n].

22. *Tunc* (Circa illud tempus [o]:) *oblatus est ei*, &c.] Eadem hæc historia videtur quæ Luc. 11 [p]. ut & plerique putant [q]: sed revera non est [r]. Lucas enim talia illi annectit quæ huic minimè congruunt. Observandum est, Christum, iisdem sæpe hostium cavillationibus obnoxium, eadem quoque verba repetivisse, quæ antea dixerat, quemadmodum Moses in Deuteronomio quæ antè dicta & gesta fuerant repetit [†]. De illo Lucæ Dæmonio scribit Matthæus, 9.33 [t]. ¶ *Cæcus & mutus*] Vel, 1. naturæ vitio, aut morbo [v], læsis organis [x]: vel, 2. Dæmonis malevolentiâ [y]. ¶ *Ita*, &c. Ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν] *Adeò ut qui cæcus ac mutus* fuerat, *& loqueretur & videret*, Be. pro, *& videret & loqueretur*. Est Chiasmus: qualis Philem. 5. *Audiens tuam charitatem, & fidem, quam habes in Christum, & omnes sanctos*: ubi *fides* refertur ad *Jesum*, *charitas* ad *Sanctos* [z]. Sic & in Homer. Ill. δ'. 450. Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν Ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων· ubi οἰμωγή, *ejulatus*, refertur ad ὀλλυμένων, *pereuntium*, & εὐχωλή, *gloriatio*, ad ὀλλύντων, *perdentium* [a].

23. *Stupebant*, Ἐξίσταντο] Sic admirabantur ut vix essent apud se [b]. ¶ *Numquid hîc est filius David?* Davidi promissus [c]: h. e. Messias [d]. Ob miracula cum quibus venturum Messiam populus exspectabat. Quid enim justius quàm eum, qui Princeps futurus erat Prophetarum, etiam miraculorum magnitudine anteire Prophetas cæteros? ut mira sit Judæorum cæcitas qui nunc, contra veteres auctores omnes, Messiam negant miracula facturum [*].

24. *Pharisæi*] Invidiâ moti [f]. ¶ *Nisi in*, &c. Ἐν τῷ βεελζεβοὺλ, &c.] rectiùs scribitur Βεελζεβοὺβ. [De quo vide ad Matth. 10. 25.] *Per Beelzebul*. Ἐν pro διὰ [h]. Olim illis dictus *Samael*, quem *Principem omnium dæmonum* faciunt, in Rabbath ad Deuter. ult [i]. Aliis Hebræorum *Asmodæus* [k]. Occurrunt apud Talmudicos nomina plurima Dæmoniorum. Inter omnia, Dæmona istum pessimum ac Principem duxerunt qui dominatus est in Idolis, & per quem edita sunt miracula & oracula apud Ethnicos & Idololatras. Illo, inquiunt, adjuvante, hoc præstat, ut populum ad cultum dei alieni impellat [l]. Inter impuros spiritus unum esse qui præsideat & Judæorum & Apostolorum scripta nos docent. Is est *Princeps mundi*, Joh. 12. 31. & 14. 30. & 16. 11. *Princeps hujus αἰῶνος*, 1 Cor. 2. 6, 8. *Princeps potestatis aeris*, Eph. 2. 2. Solebant autem incantatores, ubi omnia tentando nihil proficerent, postremò adversùs Dæmones uti vi ac potestate illius Dæmonum Principis, cujus etiam arcanum nomen enunciaturos se minabantur, de quo, apud Lucanum, Erichtho, & Tiresias, apud Papinium. Porphyrius hunc Principem Dæmonum vult dici *Serapin* [verba horum scriptorum vide in G.] Ad illum pertinent minarum formulæ apud Iamblichum, l. 6. c. 5. 6. 7 [m].

25. *Sciens*, &c.] Virtute sua Divina, & verba quæ populo insusurrabant, & mentem quâ id facerent, non inscitiâ aut temeritate, sed malitiâ, datâ operâ & dolo malo, contra dictamen conscientiæ suæ [n]. En tibi, ô Pharisæe, signum veræ Messiæ, etiam quod optas! subolet ei improbus. Bab. Sanhedrim fol. 93. 2. *Scriptum est de Messia*, [Esa. 11.] *odorare eum faciet*, &c. *Ben Cozba dixit*, *Ego sum Messias*. *Dixerunt ei RR. De eo scribitur quòd odorabit & judicabit*, ubi Glossa, *Subolebit ei de homine*, *& judicabit*, *& cognoscet num reus sit*. *Videamus num tu id possis*. *Non poterat*. *Quare interfecerunt eum* [o]. ¶ *Omne regnum* (Quamvis amplum & invictum [p]:) *divisum*, &c.] Vel, *dissidens*, Be. i. e. in varias factiones scissum [q]. Gnome notissima inter Hebræos, qualis illa Salustiana, *Concordiâ res parvæ crescunt*, *discordiâ maximæ dilabuntur*. & illa Ciceronis, *Quæ domus tam stabilis, quæ tam firma civitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit everti*. Est autem hoc argumentum Christi validissimum ad id conficiendum quod vult, nempe ad evertendam ὑπόληψιν illam quam à Magis Pharisæi mutuabantur, Dæmones scilicet vi aliorum Dæmonum coactos aliqua facere, de quo vide Porphyrium & Clementem Alexand. [& eorum verba in G.] Hoc ità convellit Christus: Sapere Dæmones constat; At qui sapiunt hoc agunt ut res suas stabiliant, quod nisi concordiâ fieri non potest: Non dissident igitur Dæmones, quod tamen necesse esset, si alter alterum cogeret, ut vos populo persuasum vultis. Quare notanda ἔμφασις in voce ἐκβάλλει [r].

26. *Si*, &c. Εἰ ὁ Σατανᾶς, &c.] *Si Satanas* (i. e. quivis spiritus impurus: alibi ὁ Σατανᾶς est Princeps Dæmoniorum, Diabolus. Vide Apoc. 20. 2 [†].) *Satanam*, Be. &c. Dæmon unus alium [t]. ¶ *Adversus se divisus est*] Nimirum ὁ Σατανᾶς, i. e. universitas Satanica [v], corpus Satanæ, sive turba Dæmonum [x]. Non valet hoc argumentum de quavis ejectione: quum (ex pacto Satan interdum se patiatur ejici, ut falsam religionem stabiliat [y], Vide Deut. 13. & Mat. 24. 24 [z]. Dæmones aliquando inter se colludunt; & sponte cedunt unus alteri; quod semel & iterum fieri potest. Atqui Christus aperto Marte illos aggressos est, ut illos prorsus dejiceret, idémque rebus ipsis manifestè se Diaboli inimicum undequaque declaravit; nec unum sed plurimos expulit, idque summa cum facilitate & auctoritate [a]. De vera, non simulata, ejectione hîc loquitur [b]. Oportet conjungere cum ejectione doctrinam cujus sigillum erant miracula, & quâ præcipuè destruebatur Satanæ Regnum super homines [c]: vel, argumentatur ex hypothesi Judæorum, quorum proverbium erat, *Satanas Satanam non ejicit* [d].

27. *Filii vestri*] Alterum argumentum ab auctoritate & experimento [*]; [vel à pari.] In pari, inquit, causa par judicium fieri oportet: Creditis vos discipulos vestros Dæmonia ejicere vi Divinâ. Cur de me idem non creditis? Si illi gloriam operis ad Deum vestrum referunt, idem ego facio [f]. *Filii*, i. e. discipuli, *vestri* [g]: Intelligit, vel, 1. Apostolos [h]: qui omnes filii Judæorum erant [i]: Hos enim reversos & edita à se miracula narrantes turba audierat [k]. Hi autem non in nomine Beelzebub ejecerunt Dæmonia, sed in nomine meo, & virtute meâ, ideóque major sum Dæmonibus, neque ego in nomine Beelzebub eos ejicio [l]. Vel, 2. discipulos Pharisæorum, inter quos erant exorcistæ [m]; quales illi Act. 19. 13, 14 [n]: quos à Salomone accepisse rationem conjurandorum Dæmonum perhibet Josephus, Antiq. 8. 2 [o]. At Satan cum istis Act. 19. potiùs collusit quàm seriò ejectus est, &c [p]. Non Apostoli [hic intelliguntur] qui à Pharisæis unà cum Christo accusabantur, sed populares Pharisæorum atque discipuli; neque inter eos illi (qui herbis, suffitibus, & vinculis, adversùs Dæmonas utebantur, (quod non erat institutum origine Judaicum atque à Salomone deductum, quod vult Josephus, sed à Gentibus desumptum, ut rectè docet Tryphonem Justinus) sed ii qui Dæmonas ejiciebant, non quidem ipsius *Jesu* nomine, quod tum nemo faciebat præter Christi sequaces, sed invocantes *Deum*

---

[c] G. [d] Bru. [*] Idem. [f] G. [g] Mal. [h] G. [i] Sch. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] Bru. [o] Bru. [p] Li. chron. 30. [q] Mal. [r] Li. ib. sic Mal. [†] Li. [t] Mal. [v] Mal. ex Hi. [x] Me. ex Tolet. [y] Bru. sim. Mal. [z] Cas. Sch. [a] Sch. [b] Sch. sim. Be. Bru. [c] Bru. sim. Pi. Er. &c. [d] Er. Camer. Mal. Me, &c. [*] G. [f] Bru. [g] D. [h] Pi. [i] Cap. [k] EA. 2. 4. 9. 501. [l] Li. ho.

[m] G. [n] Bru. [o] Li. ho. [p] Bru. [q] Be. sim. Camer. [r] G. [†] Pi. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. [y] Be. sim. D. prov. i. 3. 65. [z] Be. [a] Bru. [b] D. prov. ib. [c] Be. [d] D. ibid. [*] Bru. [f] G. [g] D. [h] Be. Pi. Mal. ex Hilar. Chrys. Hi. Th. Sch. [i] Sch. [k] Be. [l] Mal. [m] D. Li. sim. Bru. [n] Bru. Li. ho. [o] Bru. [p] Be.

Deum Abrahami, *Deum Isaaci*, *Deum Jacobi*. Nam has fuisse solennes carminis formulas, quas à Salomone manâsse non negaverim, disertè prodiderunt non Judæi tantùm, sed & Christiani scriptores; Justinus adversùs Tryphonem, Iren. l. 2. c. 5. Tertul. contra Marcionem, Theoph. adversùs nationes: [quorum verba vide in G.] Eorúmque nominum recitatione ostendit Origenes suo ævo non Judæos tantùm, sed & Ægyptios, in exorcismis usos, adv. Celsum, l. 1. & l. 6. [Verba sunt in G.] Cujus rei vestigium me deprehendere memini in Luctatio Papinii interprete. Idem Origenes l. 4. non ista tantùm nomina *Dei Abraham*, *Isaac & Jacob*, sed & *Zebaoth* & *Adonai*, usurpata ait ad fugandos Dæmonas. *Assyriorum nominum* meminit & Iamblichus, de Mysteriis 7. 4. Per *Assyria* autem intelligit Hebraica: quomodo & Themistius illud, *Cor regis in manu Dei*, dicit esse ex libris Assyriis [q]. Et literæ quæ nunc habentur Hebraicæ propriè sunt Assyriæ, quas Judæi tempore captivitatis coacti ab iis sunt usurpare pro antiquis ipsorum literis, quæ nunc *Samaritanæ* vocantur. [De quo tamen lis est inter doctos.] Pausanias in Eliac α'. ritus describens in Pyretheis usurpatos, *Magus*, inquit, *ligno altari imposito, deum quendam invocat formâ barbarâ, nec à Græcis intellecta, deinde legit carmen* ἐκ τοῦ βιβλίου, *ex libro*, (possis vertere, *ex Bibliis*, Sacris scilicet) *& statim lignum concipit ignem* [r]. A Dæmonibus ad morbos quoque mos transiit. Marcellus Empiricus in Corci dolore, *In nomine Dei Jacob, in nomine Dei Sabaoth*. Vide & Nicephorum in Synesii librum de somniis †. Celebris memoratur incantatio apud Trallianum in curatione Arthritidis [t]. Ejusmodi autem exorcismi eventum sæpe suum habuerunt; non quòd vis ulla in syllabarum pronunciatione esset sita, sed quòd verus Deus illis potissimùm nominibus nosci appellarique vellet, atque ideo vim suam tum demum exsereret, cùm apertissimâ locutione constaret ipsum, non aliquem Gentilium deorum, esse invocatum [v]. ¶ *In quo* (vel, *Per quem*, cujus operâ aut virtute [x]: per Beelzebúlne, an per Spiritum Sanctum [y]:) *ejiciunt*] q. d. Scio vos responsuros, illos nomine & virtute Dei eos ejicere [z]. ¶ *Ideo ipsi judices vestri erunt*] i. e. Testabuntur contra vos in die Judicii [a]: collatis inter se ipsorum & meis gestis, reipsâ condemnabunt vos invidiæ atque odii in me concepti & perfidæ in Deum blasphemiæ [b]; quòd de actionibus similibus dissimile fertis judicium [c]: quanquam in me illustriora sint Divinæ præsentiæ argumenta [d]. Ipsorum factum sufficiet vobis convincendis atque condemnandis, ut infrà 41. & 42 *.

28. *Si autem*, &c.] Hoc assumit tanquam jam demonstratum [f]. ¶ *In Spiritu Dei*] Quem hîc opponit spiritui impio atque immundo [g]. Per potentiam Dei [h]. Passim Scriptura S. Spiritui tribuit ἐνεργητικὸν, (*potentiam activam*, sive *efficacem*.) Hinc idem Spiritus vocatur *potentia Altissimi*, & hoc loco, apud Lucam, Mosis exemplo, *digitus Dei* [i]. ¶ *Igitur*, &c. Ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς, &c.] *Ergo* (vel, *Nempe*, Be. *Jam*. Ar. *Utique*, Ti.) *pervenit* (vel, *appropinquavit*, Ar. Sy. *prævenit*, V. Sch. *antevertens venit*, vel, *occupavit venire*, Be. *vestrâ opinione citiùs pervenit*, Sch. Φθάνειν propriè est, *prævenire*, vel, *antevertere*, hîc autem valet, *pervenire*, ut in Homer. Il. α'. ubi de Ate loquens, ait, ——— φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν, &c. *Pervenit ad omnem terram homines lædens* [k].) *ad vos* (vel, *super vos*, Æth. Ham.) *Regnum Dei*, Er, Il. &c. Cujus signum illis indubitatum hoc erat. Hoc vult, Se primum fuisse qui ejiceret Dæmonia; illud autem quod ab iis præstitutum per exorcismos, non tam ejectio Dæmonum erat, quàm delusio populi; cùm *Satan Satanam non ejiceret*, nisi ex compacto, ut magis deluderet [l]. Regnum adduco, non Satanæ, ut vos calumniamini, sed Dei, eripiens homines Diaboli imperio, multos corporaliter, plures spiritualiter [m]. *Regnum Dei*, sive *cæli*, est Ecclesia militans, tam vetus, quàm nova, ut olim Lex, ita nunc Evangelium [n]. Sensus, q. d. Adest vobis Messias [o]. Seipsum & adventum suum *Regnum Dei vocat*, quia initium fuit Regni Dei, & aditum nobis ad illud patefecit [p]. *Regnum Dei* vocatur tempus Messiæ, ut Dan. 2. 44. & 7. 14. Quomodo autem sequitur, si ista Dæmonum ejectio fiebat Divinâ virtute, tempus illud advenisse? Quia Jesus expressè ista faciebat ac se facere prædicabat, ut se à vero Deo missum probaret; quod providentia Divina nunquam permisisset, nisi res ipsa vera fuisset cui testandæ miracula adhibebantur, ut apparet, quòd legimus Deut. 17. signa facienti non esse credendum si populum perducere conetur ad cultum falsorum deorum; quia scilicet Deus post tot támque eximia signa, in conspectu populi patrata, tam certum atque exploratum fecerat omnibus, se esse verum atque unicum Deum, ut nullis prodigiis inducti ab ea fide deberent discedere: ex qua exceptione rectè Judæi regulam colligunt, Ei qui miracula faciat credendum, si non sit auctor cultûs idolorum. Nam nisi in Lege sua certam aliquam normam judicandi de miraculis Deus statuisset, inania fuissent omnia illa ostenta quibus Prophetæ missionem suam confirmabant. Sicut autem multa ac magna miracula à Mose edita per Dei digitum signum erant instantis liberationis ex Ægypto, ità Jesu miracula plura ac majora significabant, eam liberationem instare quæ prioris beneficii memoriam esset obumbratura. Vide Psal. 146. 7, 8 [q].

29. *Aut*] Ità Pi. Di. ex Sy. Particula hæc non semper disjunctionem infert, sed sæpe novum argumentum tantùm indicat, ut Mat. 7. 9. & 12. 5. & 20. 15 [r]. Ἢ] *Alioqui*, Er. *Nam*, Be. Sch. Ἢ interdum ponitur causaliter †; ut probat Budæus [t]. Sic in Aristoph. Plut. 2. 4. fine, *Ne præsumatis ambo hoc facere*, Ἢ τί γ' ἂν ἔχοι, &c. *Nam quid possit aliquis justè* (meis dictis) *porrò contradicere* [v]? ¶ *Quomodo potest*, &c.] Tertium Christi argumentum, quod non, ut priora, certis duntaxat hominibus refellendis inservit, sed rem ipsam planè conficit, Qui summum rebus alterius dispendium adfert, is ostendit se cum eo non colludere, sed hostem esse ejus, atque adeò victorem: Hoc autem ego facio; doctrina enim mea homines à vitiis, in quibus sita est Diaboli potentia, ad veram vitæ sanctimoniam perducit [x]: Dæmona ex corporibus animísque hominum ejicio [y]. ¶ *In domum fortis* (vel, *robusti*, Pi. Bru. sub. *alicujus*, Be. Pi. Referri hoc potest, vel, ad copias sive facultates, vel, ad strenuum animum, vel, ad robur corporis [z]: vide Esa. 49. 24. Joh. 16. 11 [a].) *& vasa*, &c. Τὰ σκεύη, &c.] *Vasa ejus*. Mo. Tre. Er. Be. &c. i. e. vel, instrumenta bellica [b]: vel potiùs, spolia [c], & *suppellectilem* [d]; [ut vertunt Pers. Ar. Ca.] instrumenta, res ejus [f]; h. e. miseras animas, quas in captivitate detinebat [f]; arma quibus homines invadit, Regnumque suum munit, ut sunt tentationes, peccandi voluptas, consuetudo, &c [g]. ¶ *Nisi priùs*, Πρῶτον] *Primò*, Pi. Superlativus pro comparativo, ut Mat. 5. 24. & 7. 5. & in illo Solonis, Ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι· *Impera, si priùs imperium ferre didiceris* [h]. ¶ *Alligaverit*, &c.] Vicerit, aut in vincula conjecerit. Hoc præstitit Christus, peccata remittendo, homines à peccato & Satana ad virtutis Deíque cultum traducendo, &c [i].

30. *Qui non est mecum, contra me est*] Proverbium Judaicum in utramque partem usurpatum. Nam & dici solebat, *Qui non est contra vos, pro vobis est*, Luc. 9. 50. Sic Pythagorici modò dicebant, λεωφόρῳ (*viâ publicâ*) βαδίζειν, modò, λεωφόρῳ μὴ βαδίζειν· & in Gnomis Salomonis, *Respondeas stulto*, &, *Ne respondeas stulto*, quæ omnia veritatem suam habent pro materia cui aptantur [k]. *Mecum*, i.e. à meis partibus [m], ex meo præscripto agens [n], mihi favens ad tyrannum hunc destruendum [o]. Qu. De quo Christus hîc loquitur [p]? Resp. 1. De auditoribus suis, ut eos terreret qui medii ità se gerebant, ut nec adhærere Christo, nec oppedere vellent. Occasione belli, quod sibi cum Satana esse dixerat, addit, bellum esse universale, à quo nemo se subducere possit [q]. Ad neutrales hoc dicit, eósque in turba, qui, ut illi, 1 Reg. 18. 21. ἐπαμφοτερίζοντες erant, sive claudicantes in utrumque latus, qui in suspenso hærebant inter Christum & Pharisæos, adeóque utriusque partis benevolentiam captabant. At, inquit Christus, nihil proficitis, alterutri parti vos adjungite; ego enim tales pro hostibus habeo *. Qui innocentiam meam non defendit contra calumnias adversariorum [r]. Resp. 2. De Diabolo †: Sensus est, Satanas, cujus virtute dicitis me ejicere Dæmonia, non solùm

Margin (col. 335): q G. — r Ham. — † G. — t Ham. — v G. — x Eru. — y Pi. — z Eru. — a Pi. — b Bru. — c Pi. sim. Bru. — d Bru. — * G. — f Pi. — g Bru. — h Ham. — i G. — k Pi. — l Li. — m Bru. — n D. — o M. — p Me. ex Mal.

Margin (col. 336): q G. — r Di. — † Be. sim. Sch. — t Be. — v Sch. — x G. — y Bru. — z Be. — a G. — b V. sic Me. — c Mal. — d Me. ex Mal. Be. Ham. — * Bru. — f Mal. sim. L. M. Bru. — g Bru. — h Sch. — i Bru. — k G. — m Be. sic Eru. — n Be. — o Bru. — p Mal. — q Bru. — * Chem. — r Pi. — † Hilar. Chrys. Hi. Th. &c. in Mal.

solùm mecum non est [t], aut mihi amicus [v]; sed etiam contra me [x], & maximè mihi adversarius [y]; & non solùm non congregat mecum homines in horreum Dei, sed eosdem etiam dispergere studet, & à Deo abducere. Itaque ex operum diversitate constat inter me & Dæmonem nullam esse concordiam [z]. Videtur autem mihi proverbium istud hoc loco à minori ad majus hoc modo procedere, si in bello internecino, quale est inter Dei servos & Dæmonas, nemini licet neutrarum esse partium, sed medii pro hostibus habentur, quantò magis ego hostis censendus sum Diaboli, qui non modò illi non prosum, sed obsum quàm maximè? Neque contra hanc interpretationem movere quenquam debet, quòd de se loqui videtur Christus. Id enim non est necessarium, cùm in sententiis ejusmodi modò primæ, modò secundæ, modò tertiæ, personæ pronomina usurpentur ἀορίστως, pro quovis homine: quod ad multorum locorum interpretationem memoriâ tenendum est. Tale est quod infrà notabimus 26.31. Nec dissimile illud, apud Virgilium, *Neve tibi ad Solem pergant vineta cadentem, Nec mihi tum molles sub divo carpere somnos; Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas. Non enim*, ut Quintilianus explicat, *nescio cui alii prius, nec postea sibi uni, sed omnibus, præcipit* [a]. Resp. 3. De Pharisæis, quorum hypocrisin hîc reprehendere voluit. Sententia est, q. d. Vos Pharisæi vultis in causa Christi judices haberi, & ad vos pertinere de religione ac miraculis judicare [b]; judices indifferentes & æqui videri vultis, qui nec pro me sitis, nec contra me, sed pro veritate. At ne erretis, nec alios decipiatis. Nam etiamsi, quod vos simulatis, nec pro me, nec contra me, vos esse, verum esset, adhuc tamen ob hoc ipsum essetis in culpa. Vos enim qui Scripturarum, scientiam profitemini, primi pro me esse debuistis, nec minus peccatis quàm is peccat, qui, cùm suo Regi adesse debet, & opus est, eum deserit [c]. ¶ *Et qui non congregat mecum* (sub. *in ovile meum*, V. non se aggregat mihi, non adhæret mihi [d]:) *spargit*] Vel, *dissipat*, Camer. i.e. oves periculo exponit*. Non dissimile est illud Quintil. 8.6. *obstat quicquid non adjuvat* [f]. Depingitur his verbis, tum, 1. ingenium Satanæ, qui *oves dispergit*, Joh. 10. 12. & felicem hominum statum dissipat, &c: tum, 2. officium Messiæ, quod est, dispersas à Satana oviculas rursus congregare & servare [g].

31. *Ideo*, Διὰ τοῦτο] *Propterea*, Be. Pi. Ob impium illud maledictum [h], de quo v. 24 [i]. Non ex proximo versu hoc infertur [k]; sed ex tota oratione quæ præcessit, hoc modo, Cùm tam manifestis rationibus constet quæ facio non Dæmonum, sed Dei, virtute fieri [l], idque vos ipsi, si velitis, facilè animadvertatis [m]; videte quàm gravem in vos pœnam accersatis, cùm dicitis ista vi Dæmonum effici. Hanc connexionem docet nos Marcus 3.30. Neque tamen solis argumentis suis confisus hoc Christus dicebat, sed simul, ut modò dixerat Matthæus, *videns cogitata eorum*. Videbat nimirum mentium inspector agnoscere ipsos virtutem verè Divinam, sed quidvis potiùs comminisci quàm ut plebem paterentur à suo magisterio ad Christum transire [n]. *Propterea*, ut nimirum intelligatis, quàm graviter Pharisæi peccent calumniando mea miracula, ac proinde calumnias eorum non approbetis [o]. ¶ *Omne* (i. e. Omnis generis [p],) *peccatum & blasphemia*] Sub. *omnis*, i. e. quævis præter illam in Spiritum. Verba bifariam exponi possunt: i. e. vel, omne peccatum blasphemiæ: vel, peccatum speciatim sumptum, sive peccatum reliquum & blasphemia [q]. Βλασφημία propriè est convitium quodvis, sive maledictum [r]; vel, in Angelos, Jud. v. 9. vel, in homines, Eph. 4.31. vel, in Deum, Apoc. 13.6 †. ¶ *Remittetur*] At constat multa esse peccata quæ non condonantur. Notandus ergò hîc est Hebraismus, ut suprà ad c. 5. in illis verbis Lucæ, *Cœlum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt*, quod alibi idem Lucas ità extulit, *Facilius est cœlum & terram præterire quàm*, &c. Et ità sæpissimè Hebræi dicunt, *Hoc fiet, & istud non fiet*, non quòd prius membrum affirment, sed quòd ostendere velint, quod posteriùs ponitur multò esse difficilius: quomodo Latini dicunt, *Antè pererratis amborum finibus exul Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrin.* Sensus ergò est, Facilius est quicquid criminum unquam patrari poterit, atque adeò calumnias etiam omnes, quæ in criminibus primum facilè locum obtinent, remitti, quàm ut remittatur ea calumnia quæ adversùs Spiritum Dei committitur. Vide similem comparationem, 1 Sam. 2. 25 [t]. Al. *Remittetur*, i.e. Remissibile est [v]. Verba actionis quandoque de facultate seu potestate tantùm agendi intelliguntur, ut Job. 9.6. *Qui commovet terram*, &c. i.e. commovere potest. Psal. 22. 18. *Numerabo ossa mea*, i.e. numerare possum. Prov. 20.9. *Quis dicit*, i.e. dicere possit [x]? ¶ *Hominibus*] Pœnitentibus scilicet [y]. ¶ *Spiritûs*, &c. Τῆς πνεύματος βλασφημία] *Blasphemia* (vel, *Convitium*, Er. Pi. Tre. *Contumelia*, vel *Maledictum*, Camer.) *Spiritûs*, Bru. P. Mo. Pi. sub. *Sancti*, P. sic Bru. Pers. Æth. Pi. vel, *in*, sive *contra*, *Spiritum*, Sy. Ar. Pers. Be. Il. Ti. Mal. Sch. sic Tre. Ca. Bru. Camer. Er. Zeg. ut explicatur v. seq. & Marc. 3.29. & Luc. 12. 10 [z]. Genitivus objecti, non subjecti [a]. Sic *reverentia parentum*, i.e. ergà parentes [b]. Convicium quo impetitur Spiritus, ut declaratur v. seq [c].

32. *Quicunque dixerit verbum*] Offensivum, aut contumeliosum [d]. Al. Qui opponit se aut resistit, nam apud Hebræos τὸ *loqui*, sæpe valet, *agere*, & *verbum* pro *re* ponitur*. *Contra filium hominis*, Κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου] Per υἱὸν ἀνθρώπου, quamvis addito articulo, hominem quemvis intelligo, nè Christo quidem excepto. Est enim sæpe articulus signum generalitatis, ut, ὁ ἐθνικὸς, Matth. 18. 17. τῷ ἱερεῖ, Mar. 1.44. τὰ τέκνα, Apoc. 2.23. Sensus est, Satis grave esse crimen innocentem hominem calumniari; nam Lege Mosis in id crimen tanquam gravissimum capitis pœna est constituta: Cogitate ergò quantò gravius sit Dei ipsius opera calumniis oppugnare, peccare *manu elatâ*: quod exponitur, *Deum probris afficere*, Num. 15.30. ut Core cum suis. Illustrat hunc locum illud Act. 5.4. *non mentitus es hominibus, sed Deo*: antè autem dixerat propositum fuisse Ananiæ ψεύσασθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Sicut ergò ille propriissime dicitur *Deo mentiri*, qui præsentem Spiritum Dei non reveretur; ità ille jam non hominem, sed Deum, calumniatur qui, cùm intra se Dei opera agnoscat, tamen perstat in calumnia. Quantum autem hoc sit crimen quantòque aliis omnibus antistet, tribus comparationibus intelligi potest. 1. Isto Ananiæ exemplo, qui præsentem in Apostolis Dei Spiritum non reverebatur. 2. Exemplo Simonis Magi, qui cùm donum Spiritûs S. nundinationis proposito dehonestâsset, audit à Petro, *Pecunia tua tibi in perniciem sit*, &c. Ecce tanti pendit hanc culpam Petrus, ut de venia penè desperet. 3. Pharaonis: quod hîc respici à Christo, ex Luca, qui ipsa Mosis verba usurpat, manifestum est. *Quamvis*, inquit Moses, *magi dicerent Pharaoni, Digitum Dei ibi esse, tamen Pharaonis cor semet obstinavit*: post quod tempus Deus ità mentem ei ademit, ut nullis ostentis monitus resipisceret, sed præceps ferretur in ruinam. Ità οἱ ἐνυβρίζοντες, &c. (*Contumeliâ afficientes Spiritum Sanctum*) ut vocantur Heb. 10. 29. ex Num. 15. 30. *incidunt in manus Dei viventis*. Adde Heb. 2. 2, 3. *Si contumacia adversùs præcepta per Angelos*, &c. *quid æquum est eos exspectare qui hanc salutem neglexerint quæ à Deo per tot signa atque ostenta testimonium accepit?* At nulla ὕβρις esse potest gravior quàm quæ contemptui calumniam adjungit, qualis erat hæc Pharisæorum [f]. Al. *Contra filium hominis*, i.e. contra me Christum [g], hominem tantùm existimatum [h], & quidem pauperem [i], nondum cognitum ex Divina virtute [k]; ex doctrina & miraculis meis, quibus convincerentur homines me Messiam esse [l]. Qui mihi maledixerit, vel, me persecutus fuerit, quia id ex ignorantia facere potest [m]. In Christum, ut hominem, peccare dicuntur qui in eo nondum spiritualia vident opera. Talis erat Paulus nondum Christianus: qui si agnitum persecutus esset, nunquam ei venia data fuisset*. ¶ *Qui autem dixerit* (sub. *verbum*, Bru. vel sub. *blasphemiam*, Glas. gram. 3.3.20. 287. qui obloquutus fuerit, vel, *contumeliam fecerit*, Heb. 10.29 [n].) *contra Spiritum Sanctum*] [Sensus loci.] Alloquitur Dominus Pharisæos, qui Patris œconomiam, quæ ante Christi adventum vigebat, insuper habuerunt, suam item blasphemantes spreverant. Ait ergò, Licèt œconomias illas, quamdiu duravere, contempserint, esse tamen spem veniæ sub tertia, quæ Spiritui Sancto tribuitur. Sancti verò Spiritûs œcono-

Q

[t] Me. [v] Mal. ex Hi. &c. [x] Me. [y] Mal. ex Hi. &c. [z] Me. [a] G. [b] Mal. [c] Me. ex Mal. [d] Bru. * V. [f] G. [g] Chem. [h] Gom. [i] Mal [k] Bru. [l] G. sim. Bru. [m] Bru. [n] G. [o] Pi. [p] Gom. [q] Idem. [r] Gom. sim. Pi. Camer. Chem. † Gom.

[t] G. [v] Bru. sic Glas. [x] Glas. gram. 3.3. 5. 244. [y] Bru. [z] Mal. [a] Sch. [b] Sch. sim. Camer. [c] Pi. sim. V. Er. [d] Bru. * Ham. [f] G. [g] Bru. sim. M. Zeg. Chem. Bru. Ham. Pi. [h] Bru. sim. Pi. [i] Pi. [k] Bru. [l] Ham. [m] J. Cap. * Ca. [n] Bru.

œconomiam si prosequantur odio, sublatam esse omnem veniæ spem, quia quarta œconomia minimè exspectari debet [a]. [Sed hîc paulisper sistendum est, & quærendum, quid sit peccatum hoc in Spiritum Sanctum, quod remitti nequit, de quo tot sunt & altercationes inter Theologos & turbæ in conscientiis.] 1. Non est hoc, si quis post baptismum peccet, ut constat exemplis Corinthiacorum & Galatarum, qui, post baptismum graviter lapsi, tamen Deo sunt reconciliati, 2 Cor. 2. 10. Gal. 4. 19. Confer Matth. 18. 22. 2. Non, ut putabant Novatiani, si quis tempore persecutionis agnitam veritatem abnegaret, ut constat ex Joh. 21 15. 3. Non peccatum quodvis ex proposito & scienter admissum, ut docent exempla Adami & Davidis [b]. 4. Est tale peccatum, quod pugnat cum officio, donis, & operatione, Spiritûs Sancti [c]. Quodnam autem sit illud officium & operatio Spiritûs Sancti in Ecclesia, id Christianis ignotum esse non potest. In Scriptura S. ut Patri creatio, & Filio redemptio, ità Spiritui sanctificatio, tribuitur. Spiritûs ergò officium est, per ministerium Verbi & sacramentorum colligere Ecclesiam, quæ redemptionem Filii amplectatur, & Patri reconcilietur, &c. Qui ergò hoc ministerium Spiritûs aspernatur atque conculcat, qui Verbo contradicit, qui sacramenta spernit, is non hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum, &c. 1 Thes. 4. 8. Animi reprobi & incurabilis nota est, si qui, Dei Verbum scientes, volentes contemnunt, oderunt, persequuntur, & Spiritui Sancto, volenti corda ipsorum illuminare, impiè ad finem usque, 1 Thes. 2. 16. resistunt [d]. Blasphemiæ hujus reus est, qui Sancti Spiritûs interno testimonio, conscientiam convincenti, bellum indicit [*]: qui destinatâ malitiâ, contra proprium animi sui sensum, Spiritûs S. gratiam ac virtutem, Deíque gloriam, oppugnat; Dei virtutes sibi patefactas, aut in ipsius operibus relucentes, ad salutem humani generis, in quibus celebrari Dei gloriam decebat, in ejus dedecus malitiosè convertit, inque Divini nominis contumeliam, datâ operâ, prosilit [f]: qui habitantem in se Spiritum sciens extinguere conatur [g]: cui innotuit veritas Dei per Spiritum Dei, ità ut nequeat dubitare, sed mens ipsa sentit apertissimè vim Spiritûs, sentit opus esse Dei, non Satanæ; & tamen non vult dare gloriam Deo [h]: qui clarissimis tum Dei, tum doctrinæ & miraculorum Christi, testimoniis se opponit [i]: qui Divinis operibus & Spiritu S. factis, adeòque claris & perspicuis ut contradici non possit, tamen contradicit & resistit; nec sibi persuaderi patitur id quod refelli non potest, adeòque est pertinax, durus, & indocilis [k]: qui manifesta Spiritûs S. opera (scienter [l],) Dæmoni tribuit [m]; quod Scribæ h. l. fecerunt [n]. Materia, seu objectum circa quod hoc peccatum versatur, est Spiritus Sanctus, & quidem κατ' ἐξοχὴν, de veritate Evangelii testans. Testatur autem duobus modis: 1. Evangelii revelatione, & illuminatione mentis, Heb. 6. 4. 2. Miraculis per Christum editis, suprà 28. Joh. 5. 36. Forma est, blasphemia adversus hoc Spiritûs S. testimonium; eáque, tum, 1. ex odio destinato; tum, 2. contra conscientiam: nam, alterutrum si desit, blasphemia in Sp. dici non potest. Prius erat in Paulo; non autem posterius, 1 Tim. 1. 13. 14; & in *primoribus*, &c. nonnullis scilicet, Act. 3. 17. Posterius fuit in illis Act. 26. 11. non autem prius. Utrumque fuit in nonnullis Pharisæorum, Matth. 21. 38, 45, 46. Marc. 3. 30. & in illis Heb. 6. 5, 6. & 10. 29. Finis autem hujus blasphemiæ est, odium & oppressio gloriæ Christi, quæ cupiditatibus eorum obstat, ut securiùs cupiditatibus inserviant, Joh. 3. 19. & 7. 7 [o]. Qu. An quisquam adeò amens est, ut Dei gloriam sciens volénsque oppugnet? Resp. Audacia illa procedit ex cordis cæcitate, sed in qua malitia (& virulentus furor [p],) exsuperet [q]; ut liquet in Pharisæis invidiâ odióque excæcatis. Qu. Sed cur vocatur hæc blasphemia in Spiritum S. potiùs quàm in Patrem aut Filium, quibus tribus, ut debetur unus honor, ità una infertur contumelia? Resp. Solet Scriptura singulis personis sua attributa adscribere, communia illa quidem in se omnibus; sed usurpatione uni propria; & quidem Spiritui S. amorem, bonitatem, ac proinde dona, gratias, virtutes, miracula, &c. ad salutem humani generis spectantia [r]. Qui ergò Dei gratiæ ac virtuti detrahunt, Spiritum rectà impetunt, à quo prodeunt, & in quo nobis apparent [†]. [Hæc pro operis nostri scopo dicta sufficiant. Qui plura volunt, petant ex Tractatibus de hoc peccato conscriptis.]

[a] Cam. [b] Chem. [c] Chem. ex Aug. [d] Chem. [*] J. Cap. [f] Bru. ex Calv. [g] Calv. [h] M. ad v. 31. [i] Ham. [k] Ca. [l] Mal. ex Aug. [m] Me. ex Mal. sim. Bru. [n] Bru. [o] Gom. [p] Calv. [q] Bru. ex Calv. [r] Bru. [†] Calv.

¶ *Non remittetur ei*] Id est, Vix & ægrè remittetur [t]. Verùm expressiora sunt verba Christi quàm ut adeò futiliter eludi queant [v]. Nunquam remittetur [x], nisi speciali & actuali pœnitentiâ interveniente: hoc non est unum ex illis peccatis *ignorantiæ*, quibus solis destinabantur sacrificia sub V. T. Num. 15. 28. Heb. 9. 7. nullum huic superest sacrificium, Heb. 10. 26, 27, 28, 29. nec sacrificium Christi obstat quominus moriatur, &c [y]. Qu. Cur non remittitur hoc peccatum? Resp. Non quia Spiritus Christo superior est [z], aut dignior [a]; sed vel, 1. quia excusationem nullam habet [b], infirmitatis [c], aut ignorantiæ [d]; sed insignis est malitiæ [*], & contra conscientiam fit [f]. Non placet, nam electi sæpe taliter peccant. Vide 2 Sam. 11. 6. & 12 13 [g]. Vel, 2. quia talibus non contingit resipiscentia [h], Heb. 6. 6 [i]; nec ad eam aspirant [k]: imò directè oppugnant id sine quo pœnitere nequeunt [l], putà bonitatem Divinam [m], Spiritum Sanctum ejúsque gratiam [n], omnémque tam internam quàm externam mentis illuminationem [o]; unde magìs excæcantur & obdurantur, tandémque in reprobum sensum traduntur [p]; Deo hoc pacto gratiæ suæ contemptum ulciscente [q]. Sic morbus ille dicitur incurabilis, qui directè impedit & oppugnat id sine quo curari nequit, qui non admittit cibum aut medicinam, licet Deo curabilis sit [r]. ¶ *Neque in hoc* (pro, ἐν τούτῳ in decem vetustis exemplaribus legitur, ἐν τῷ νῦν, i.e. *in præsenti* [†]:) *seculo* (vel, *ævo*, Camer. Ham. vel, *mundo*, Sch. ubi proprius est remissionis locus [t]:) *neque in futuro*] Hinc constat quædam peccata remitti in futuro seculo [v]. Hinc Purgatorium & preces pro defunctis extruere conantur, sed ineptissimè, ut videbimus [x]. Sensus loci est, *non remittetur unquam*, vel, *in æternum*, ut explicatur Marc. 3. 29 [y]. Sed non Matthæus hac in re per Marcum, sed contrà Marcus, qui breviùs, per Matthæum, qui copiosiùs, scripsit, est explicandus; *nunquam*, i.e. *nec in hoc seculo*, &c. Sed quid sit id futurum seculum ego ignoro. Potest enim dubitari utrum de nostro hoc seculo loquatur, quod tum erat futurum, & quod Paulus vocat *ultimum tempus*, an de æterna vita, quæ seculum hoc sequatur [z]. Seculum futurum inchoatur, vel, 1. à die Judicii supremi, quando *remitti* dicuntur peccata, quia tunc eorum remissio declaratur, & fideles plenum illius fructum percipiunt. Vel, 2. à die mortis singulorum. Quia verò remissio, morienti data, propriè respicit futurum seculum, ideo dicit, non remittetur, neque in hac vita, ut sæpe fit, 2 Sam. 12. 13. neque in mortis articulo, ad quem multorum absolutio differtur [a]. Sensus est, Non remittetur, neque ante mortem, neque, quod vos somniatis, post mortem [b]. Λιτότης est [c], vel μείωσις, quâ negatio contraria maximè affirmat [d]: Sic, *non gaudet stulti pater*, &c. i. e. valde dolet. *Non prosunt thesauri*, &c. i.e. plurimùm obsunt, &c [*]. Sic &, *non remittere*, pro, *punire*, ut in Mandato 3. *non remittet*, i. e. severè puniet [f]. Ità h. l. *Non remittetur*, i. e. punietur [g], graviter [h], certò & absque ulla venia [i], & in hoc & in futuro seculo [k]; hîc reprobo sensu, illic igne æterno [l]. Huc facit quòd sic loqui solebant Judæi. Nam in Misnaioth legimus נפרעין מן האדם בעולם הזה ואין לו חלק לעולם הבא. Et Eleazarus, in Epitome Jasonis Cyrenæi, *Si*, inquit, *transeam* εἰς ἀλλοφυλισμόν, *Omnipotentis manus non effugiam*, *neque vivus*, *neque mortuus*, 2 Mac. 6. 26. Nec aliter Maimonides, in Regulis Pœnitentiæ, c. 6. *Quosdam*, ait, *peccatores esse de quibus pœna exigatur & in hoc seculo & in futuro*. Videtur tamen Christus de industria utrumque seculum nominâsse, ut Judæis auferret eam, quâ sibi blandiebantur adversùs gravissima delicta, persuasionem. Existimabant enim peccata commissa ab his, qui in Judaismi professione perseverarent, remitti, aut per meram pœnitentiam, ut quæ admitterentur contra præcepta jubentia; aut in die solenni Reconciliationis, ut quæ admitterentur contra præcepta vetantia; aut per hujus vitæ castigationes, ut quæ mortis aut excidii pœnam adjunctam habent; aut saltem post mortem, sive statim, sive post temporis alicujus moras, ut quæ cum contemptu facta essent Divini Numinis. [Eadem ferme habentur in Hierosl. Sanhed. fol. 37. 3. & Bab.

[t] Me. sim. T. Mal. ex Chrys. [v] Calv. [x] Bru. [y] Ham. [z] Calv. [a] Chem. [b] Mal. sim. Calv. [c] Me. Mal. [d] Me. ex Mal. sim. Calv. [*] Me. [f] Q. in Chem. [g] Chem. [h] Pi. sim. Chem. Bru. Me. T. [i] Chem. [k] Calv. sim. T. [l] T. ex Bru. [m] T. [n] Bru. [o] T. [p] T. ex Bru. sim. Calv. Chem. [q] Calv. [r] Bru. sic T. [†] Be. [t] Bru. [v] E. sic Bru. Mal. T. &c. [x] Ee. [y] Gom. [z] Ca. [a] Be. [b] Li. ho. [c] G. ex Chrys. [d] Be. [*] D. [f] J. Cap. [g] Be. Bru. G. D. J. Cap. [h] G. [i] Be. [k] G. sim. Be. Bru. &c. [l] Bru.

Bab. Joma fol. 86. 1. quorum ipsissima verba producit Li. ho.] Hinc illa precatio morientium, *Sit mors mea remissio peccatorum meorum omnium.* Hinc illa precandi formula pro mortuo quam קדיש vocant; hinc Talmudicum illud enunciatum, *Omnis Israelita partem habet seculi futuri.* Contrà ergò Christus docet, ea peccata, quæ gravem Dei contemptum continent, & hîc & in posterum sine fine modóque plectenda. Tertul. blasphemiam [hanc] vocat *crimen & in hoc & in futuro seculo irremissibile.* Similiter Clem. Constitut. 6. 18. [Verba vide in G.] Confer Apoc. 14. 10, 11. & 20. 10. Quod jam indicavimus, creditum à Judæis plerisque, eos, qui gravibus morbis aut aliis incommodis in hac vita premerentur, liberari à pœnis vitæ alterius, ejus opinionis multa exstant in Hebræorum scriptis & proverbiis hodiéque manentibus vestigia. Quod & Origenes, ab Hebræo homine temere dictum, nimiâ facilitate arripuit. [Verba sunt in G.] Antiquiorem autem Christi temporibus esse persuasionem de peccatis quibusdam post mortem remittendis, apertissimum est ex eo, quem dixi, Jasone Cyrenæo, qui oblata narrat sacrificia pro peccatis mortuorum. De Ecclesiæ Christianæ judicio hîc agi planè persuadere mihi non possum: ità enim locutum credo Christum quomodo loquentem se sciebat optimè à Judæis intelligi [m]. Triplex seculum futurum notat Abarbenel: 1. Seculum Messiæ. 2. Post hanc vitam. 3. Post resurrectionem mortuorum [n]. De primo locus hic intelligi potest [o]: de quo & Apostolus loqui videtur, Act. 2. 5. & 6. 5 [*]. Credebant autem Judæi veteres tempore Messiæ remissum iri omnia peccata; unde *Jesus* vocatus est ab Angelo, quia *liberabit populum suum à peccatis suis* [p]. At vobis nulla spes est qui impœnitentes estis, nec alius vobis exspectandus est Messias [q].

33. *Aut facite* (i. e. ponite, vel statuite [†], fatemini, scilicet in vestris de me sermonibus [r]: Ità & Latini dicunt, *fac*, pro quo Græci dicerent, θέτε (*ponite* [*].) *Facere*, pro, *affirmare*, ut Joan. 8. 53. *Quem tu te facis* [v]?) *arborem bonam, & fructum ejus bonum*, &c.] Verissima est Christi sententia, Ex actibus aut perpetuis, aut frequentioribus, aut diuturnis, de animi qualitate judicium fieri debere. Qua de re egimus ad cap. 7. 16 [x]. Referuntur hæc verba, vel, 1. ad Diabolum; q.d. Quomodo potest Diabolus, *arbor mala*, bonum fructum facere, qualis est Dæmonum expulsio [y]? Vel, 2. ad Pharisæos; quorum hypocrisin hîc reprehendit [z]: quòd, cùm bona arbor videri vellent, malos tamen fructus facerent, aut quòd, cùm mala arbor essent, bonos videri vellent fructus facere: jubétque, aut apertè malos, aut apertè bonos, esse [a]. Sententia est, Hoc pro certo habete, necesse esse, quæ arbor sit bona, ejus fructum esse bonum; & qui fructus sit malus, eum arboris esse malæ. Atqui ista vestra verba malus fructus est: ex quò consequens est, vos stirpem esse malam. Mali bene loqui nescitis [b]. Testantur verba vestra qualis sit animus vester. Fieri potest ut subdolus animus aliquamdiu, sed non perpetuò, dissimulet perversitatem suam [c]. Fatemini vos esse arbores malas, quum feratis fructus malos, iniqua odia & calumnias. Aut, si vultis haberi pro arboribus bonis, ferte fructus bonos, dilectionis scilicet Dei & proximi [d]. Vel, 3. ad Christum [*]. Si vultis, inquit, latere invidiam vestram, consistentia loquimini [f]. Cur aliter de me, aliter de meis operibus, judicatis [g]? Fructus arborem sequitur [h], & opus autorem. Argumentatur ab effectu ad causam [*]. Aut me simul cum operibus laudate, aut me, tanquam arborem malam, unà cum operibus damnate [i]. At vos laudatis opus, damnatis auctorem [k]. Opera bona sunt, Dæmones expellere, cæcos, surdos, &c. curare [i]. Cùm ergò reprehendere me non possitis, nec opera mea, par est, ut me recipiatis [m], & Spiritum Sanctum, non Dæmonem, meorum miraculorum agnoscatis effectorem esse [n]. Opera Christi omnia plena erant beneficentiæ, doctrina omnis ad pietatem spectabat; quæ igitur causa sequiùs de ipso aliquid suspicandi? Σαπρὸν Hebræis בוש; [rectiùs באש] Syris בישא: Ità illi quicquid est malum vocant; quæ locutio & infra 13. 48 [o]. באש, בישא, à באש *putruit, fœtuit*, primò est *putris*, vel *fœtidus*, indéque *malus* [p]. Vide Matth. 7. 17 [q].

34. *Quomodo potestis* (vel, *possitis*, Be. Bru. Pi. Indicativus pro Optativo, aut Potentiali [r]: cujus exempla habet Budæus, p. 1333 [†].) [è quo duo producit Be.] *bona loqui*, (i. e. de operibus meis rectum pronunciare judicium [t]:) *cùm sitis mali?* | Corde, animo erga me odio atque invidiâ pleno. Hoc subaudit, nam ex corde, ut radice, pendet præcipuè hominis bonitas sive malitia. Corrigit id quod dixerat: q. d. Quid moneo ut rationi consona loquamini? fieri id non potest cùm mali sitis, & ex malis majoribus orti [v]. A vobis, inquit Christus, documentum sumite quàm vera sit illa [præcedens] sententia. Nam, cùm intùs mali sitis, videmus etiam mala esse quæ profamini. Neque aliter fieri potest: nam quantumvis dissimulatum ingenium facillimè prosilit. Non agit hîc Christus de communi hominum imbecillitate, sed de gravissimis vitiis odii, invidiæ, atque arrogantiæ, quæ Pharisæi suâ sponte contraxerant. Et pro subjectæ materiæ ratione τὸ δύνασθε (*posse*) intelligendum, non κατὰ τὴν φυσικὴν ἀκρίβειαν, sed κατὰ τὴν ἠθικὴν πλατύτητα (*non accuratè, sed cum latitudine quadam*;) &, *bona loqui*, non de uno & altero actu, sed de eo quod plerumque accidit [x], quod naturale est & usitatum [y]; quod etiam subjecta ratio apertissimè ostendit. Sic Jer. 13. 23. Joh. 8. 43. & 12. 39. 1 Cor. 2. 14. Vide ad Marc. 6. 5 [z]. Quod secùs fit, præter naturam est, nec diuturnum est [a].

¶ *Ex abundantia*, &c.] i. e. Ex eo quod redundat in corde, nempe ex cogitationibus [b]. Sicut ventriculus quod in se abundat evomit, ità & cor. *Abundantiam cordis* & postea *thesaurum* vocat ipsam ἕξιν, (*habitum*:) & quod de operibus in universum dixerat, hîc ad sermones aptat. Idem dicit Menander, Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται· (*Qualis sit homo ex sermone dignoscitur.*) Et Aristides, Οἷος, &c. (*Quales mores, talis sermo.*) Quintil. 11. 1. *Profert enim mores plerumque oratio, & animi secreta detegit. Nec sine causa Græci prodiderunt, Ut vivat quemque etiam dicere* [c]. Non generaliter hoc intelligendum, neque enim semper animus & os consentiunt, sed est peculiariter à Christo in Pharisæos dictum; q. d. Ex eo quod in corde vestro redundat, os vestrum illam blasphemiam evomit [d].

35. *De bono thesauro* (bonarum cogitationum [*], & affectionum; quarum cumulum hîc vocat *thesaurum* [f]:) *profert* (depromit, ore scilicet [g]:) *bona*, τὰ ἀγαθὰ] *Quæ bona sunt*: mox addit, πονηρὰ, *mala*: ut notetur diversitas articuli adjecti & omissi [h]. In corde optimo cogitationes sunt & bonæ & malæ: has supprimit, illas tantùm profert. Malus autem perfectè talis est, & originaliter & actualiter, ideóque mala depromit, absque omni delectu aut discrimine [i]. *Bona*, i. e. bonos sermones [k].

36. *Verbum otiosum*, &c. ità Be. P. Pi. Mo. Ar. sic Er. Tre. ex Sy. Ti. &c. Ἀργὸν] *Inane*, Pers. Κενὸν Paulus vocat Eph. 5. 6. Latinè *sermonem vanum* dixerim [l]. *Malum*, Ca. Argumentum est à minori ad majus: q. d. Si de otioso, quantò magis de blasphemo [m]. *Otiosum*, i. e. vanum, inutile [n]; quod sine utilitate loquentis dicitur & audientis [o], alioqui minimè nocivum, aut reprehensibile [p]; quod non facit ad Dei gloriam, & proximi salutem [q]. Hebræi vocant דבר בטל [r]. Al. Puto non eum sermonem hîc notari qui quoquo modo sit inutilis, sed eum qui veri soliditate caret [†]; mendacem [t]: ut שוא usurpatur [v], Exod. 20. 6 [x]. Sic Prov. 30. 8. μάταιον λόγον καὶ ψευδῆ, *vanitatem & mendacia*. Ἀργὸς quasi ἄεργος, sine operibus congruis. Sic κενὸς λόγος, Eph. 5. v. 6. est *fallax*, quo homines decipiuntur. Porrò, ἄκαρπος, Eph. 5. 11. & μάταιος, non tantùm negationem utilitatis denotat, sed & contrarium, similem nempe improbitatem. Pythagoras dicit, *Lapidem potiùs temere projice quàm ἀργὸν λόγον*, i. e. saltem verbum *temerarium*, quo vel ipse lædaris vel alius, tanquam à lapide temere projecto. Ità ἀργὸν idem quod πονηρὸν, (quæ est alia lectio apud R. Stephanum,) Matt. 5. 11. nempe, contumeliosum, de quo suprà 24. certè tale ob quod homo condemnabitur, v. seq [y]. Sed malim cum veteribus verbum frustrà dictum intelligere, quia videtur Christus exaggeratione uti, & novi aliquid atque admirandi dicere voluisse; quale non fuisset, si de verbis calumniatoriis loqueretur [z]. Sensus est, Omne verbum quod non ædificat proximum, indignum est homine Christiano, & conscientia ejus hominem damnabit, v. seq [||].

37. *Ex verbis — tuis* (Non minùs quàm ex operibus [a]: sola verba sufficient [b]. Non excludit opera, sed ad id de quo agebatur orationem dirigit [c].) *justificaberis*]

Marginal notes (left): m G. n D. o D. qu. Ebr. 1. 12. sim. Ham. * Li. ho. p D. q Ham. † Be. Bru. Camer. r Bru. ex Be. * G. v Ca. x G. y Hi. in Mal. z Mal. ex Aug. sic Me. a Me. ex Mal. b Ca. c M. d Pi. * Hilar. Chrys. Euthym. & Ih. in Mal. &c. f Bru. g Hilar. &c. in Mal. h Bru. * Be. i Me. ex V. sim. E. Bru. T. k Bru. l Hilar. &c. in Mal. m Me. n T. o G. p Di. q Bru. r Sch. ex Be. sim. Bru. † Sch.

Marginal notes (right): t Bru. v Idem. x G. y Me. ex Mal. z G. a Mal. b Pi. sic Bru. c G. d Be. * V. Bru. f Bru. Pi. g Bru. h Cas. Sch. i Sch. k Pi. l G. m Mal. sim. G. n Bru. sim. Be. ex Ter. tul. D. Camer. Sch. o Bru. sic Mal. ex Hi. Chrys. &c. p Bru. q Pi. r D. † G. Ham. t Mal. v Mal. G. Ham. x Mal. y Ham. z Mal. || M. a Bru. ex Be. b Me. ex Mal. c Be.

ris] *Justificari* hîc non est justum fieri seu reddi [d], quia opponitur τῷ *condemnari* [*]; sed justum declarari [†], sive pronunciari [||]. Proverbium hoc, in judiciis humanis frequentatum, ad Divinum judicium, quod sub humani judicii forma describi nobis solet, Christus refert: q.d. Etiamsi facta alia non exstarent, ex solis sermonibus facile constabit probi an improbi sitis [f]. Christus dictorum perinde ac factorum rationem habebit [g]. ¶ *Et* (pro, *Vel* [h]: Καὶ vim habet disjunctivam [i], ut Exod. 25. 15, 17. Num. 30. 4, 5, 6 [k].) *ex verbis tuis condemnaberis*] Peccati pœnæque promeritæ, idque ob verba frivola, multò magis contra conscientiam & falsò dicta tanto auditorum incommodo [l].

38. *Tunc responderunt*] i. e. Allocuti sunt eum [m]: sic ἀποκρίνεσθαι sumitur etiam apud Aristoph. Plut. 1. 1. Καὶ ταῦτ' ἀποκρινόμενος (scilicet μοι) τὸ παράπαν οὐδὲ γρῦ· *Et ad hæc, me hac de re ipsum interrogante*, vel *compellante, nihil omnino quicquam respondet* [n]. ¶ *Quidam*] Hoc addit, nè putarentur iidem esse qui Christum magicæ artis accusaverant. Nam hi non accusantium, sed dubitantium, speciem præferebant [o]. Alii hi erant, ut patet ex Luc. 11. 16 [p]. ¶ *Volumus* (i.e. cupimus [q]: *Velimus*: θέλομεν, pro, θελοίμεν ἄν. Est enim petentis [r].) *à te* (i.e. ex te [†]:) *signum videre*] Miraculum aliquod [t], omni exceptione majus, quo probetur missio tua, &c [v]. Solent interdum apud Hellenistas promiscuè usurpari σημεῖον, τέρας, δύναμις· sed sæpe inter se distincta invenias σημεῖον & δύναμιν, sæpe etiam tria ista δύναμιν, τέρας, σημεῖον, nempe voce σημεῖα modò laxiùs, modò angustiùs, usurpatâ. Hîc σημεῖον opponitur δυνάμει. Nam vis, quæ in sanandis hominibus expellendísque Dæmonibus ostenditur, propriè & strictè vocatur δύναμις. Hujus generis prodigia cùm satis multa essent à Christo edita, iis tamen satisfieri sibi Pharisæi isti non patiebantur, sed, quasi ista res non Divini, sed sui, esset arbitratûs, exigebant non δύναμιν, sed σημεῖον, nec qualecunque [x], sed *de cælo*, ut exponit Lucas [y], 11. 16 [z]. & alio loco Matthæus [a], ut fecit Moses, mannâ, tonitru, igne, &c. q. d. non ex inferis; ut constet tibi cum Deo, non cum Satana, consuetudinem esse. Quæ autem fecisti, vides in dubium vocari [b]. Importunè atque inverecundè [dictum;] cùm ipsa sanandi ratio quâ Christus utebatur aut nudo contactu, aut voce solâ, itémque doctrina Dæmonum votis contraria, Divinam virtutem apertè ostenderunt. Sed Deus, qui in negotio pietatis ità cum hominibus agit, ut malitiam revincat plenissimè, non ut immoderatis hominum cupiditatibus inserviat, sciebat ea, quæ erant præstita, abundè sufficere, nisi ipsi honorum aut commodorum aucupes undique incredulitati suæ mantellum quæsiissent. Adde, quòd Legis severitati convenerant signa terribilia; Servatoris personæ, signa benefica [c]. Christus miraculis, quæ hominibus salutem adferrent, ostendere voluit se Salvatorem hominum esse [d].

39. *Generatio* (vel, *Gens*, sive *Natio*, Bru. Be. Pi. &c. Genus hominum [*]. Isti Scribæ & Pharisæi [f]. Vel potiùs, Tota natio cujus isti erant capita [g].) *mala*] Duo fatentur Talmudici: 1. Non exspectanda esse signa & miracula, nisi à generatione idonea, [sive digna,] Hieros. Sotah, fol. 24. 2. [Verba vide in Li.] 2. Generationem istam, in qua venturus Messias, longè sceleratissimam fore, ut antè ostendimus [h]. In eos ità invehitur, quia Deo ingrati, tot ejus virtutibus malignè spretis, perverso animo signum petebant [i]. ¶ *Adultera*] Tum propriè, ob nefandam eorum Polygamiam, quæ quid aliud erat quàm perpetuum adulterium? nec minùs nefanda uxorum repudia [k]. [Tum impropriè:] i. e. Peccatrix, ut exponitur Marc. 8. 38 [l]. Alludit ad Esa. 57. 3 [m]. Degener, quæ à majoribus suis degeneravit [n], & à cultu Dei defecit [o]: spurii & degeneres, quos Hebræi vocant *filios extraneæ*, Psal. 144. 7 [p]. *Adulterina soboles*, q.d. *supposititia*, quæ falsò parentes jactat Abrahamum, &c. Ità intellexit Syrus, qui ponit נוּרִיתָא. Ità accipio ob locum Joh. 8. 39. ubi, cùm Christus negâsset Judæos istos Abrahami esse sobolem, respondent, *Nos non sumus nati ex scortatione*. Erant quidem ex Abrahamo secundùm carnem, sed spiritu non minùs ab illo alieni quàm quos mater ex adulterio concipit [q]. ¶ *Signum quærit*, Ἐπιζητεῖ] *Requirit*, Be. Bru. Pi. *Studiosè quærit*, Sch. sic Be. sub. *præter doctrinam meam*, Sch. Sig-

[Margin notes, col. 1: d Bru. Be. — * Bru. — † Be. Bru. Mal. Me. &c. — || V. — f G. — g V. — h Bru. — i G. sim. Bru. — k G. — l Bru. — m V. Sch. sic G. — n Sch. — o G. — p Bru. sim. G. — q V. Bru. — r Pi. — † Bru. — t Bru. Pi. — v Pi. sim. Bru. — x G. — y G. Bru. — z Bru. — a G. — b Bru. — c G. — d Bru. — * Mal. — f Pi. sim. Camer. — g Bru. — h Li. ho. — i Bru. — k Li. ho. — l D. — m Be. — n Mal. sim. Bru. — o Pi. sim. Bru. — p Be. sim. Mal. — q C.]

num sibi exhiberi pro suo arbitratu, non contenta hactenus exhibitis [r]. Præp. ἐπὶ non tantùm significationem intendit, sed præterea vel insuper quærendi significationem inducit [†]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Be. Bru. Sch. Καὶ, pro ἀλλὰ, *sed*, ut supra 11. 19. Act. 10. 28 [t].) *signum non dabitur ei*] Non dabitur ipsorum rogatu [v], ut olim aliis, Jud. 6. 17, 36. Esa. 38. 22 [x]. non quale ipsi volunt [y], *de cælo*, ut declarant Marcus, c. 8. v. 11. & Lucas, 11. 16 [z]. nam alioqui multa [pòst] signa edidit Christus [a]. Σημεῖον, ut dixi, opponitur τῇ δυνάμει, quasi majus aliquod atque excellentius. Sensus ergò est, q. d. Nullum ostentum illis dabitur majus atque excellentius quàm id quod dabitur, non ex cœlo, ut ipsi fastidiosè postulant, sed contrà, ex ipsis terræ visceribus; non tam illis convertendis, qui post tot δυνάμεις converti noluerunt, quàm testandæ innocentiæ meæ simúlque ipsorum immanitati, ut qui in me innocentem odia sua ad mortem usque extenderint. Vide Joh. 2. 18. & 16. 10. Luc. 11. 29, 30. Quia autem signum hoc ratione majoris partis Pharisæorum & Legis prudentium ἐλεγκτικὸν magis erat quàm παθητικὸν, ideo nulli eorum Christus post mortem redivivus apparuit. Satis enim datum erat illorum contumaciæ [b]. ¶ *Nisi* (vel, *Sed*, Bru. Εἰ μὴ diversum aliquod hîc notat [c], non exceptum [d]; nam Christus non dixit generatim, non dabitur ullum signum, nam plurima postea edidit, sed de uno signo, & quidem tum petito, loquitur; quod, quia singulare erat, exceptionem non admittit: ut ergò *nisi* apud Latinos interdum, ità & εἰ μὴ apud Græcos, valet *sed*, ut Joh. 17. 12. Gal. 1. 7. Apoc. 21. 27. Ac similiter synonymum ejus, ἐὰν μὴ, Rom. 14. 14. Gal. 2. 16. Sensus ergò est, Non dabitur ei, quod jam petit, signum, sed aliud dabitur ei, nempe [g],) *signum Jonæ*, &c.] i. e. Quod Jona eventu suo præfiguravit [h], mors scilicet mea (à vobis mihi infligenda) & sepultura atque Resurrectio, quæ mihi summa gloria, vobis summum erit tormentum [i]. q. d. Dabitur vobis signum quale minimè desideratis, non è summo cælo [k], ut credatis [l], sed ex ima terra [m], quo semel opprimamini [n], sive ut condemnemini [o]: ut vel credatis, vel pereatis [p]. Eleganti utitur verborum ambiguitate [q]: Non dabitur signum ad persuadendum, sed ad condemnandum, i. e. argumentum quo condemnabimini, ut sequitur v. 41 [r]. Christus porrò h. l. tacito stimulo Judæos pungit, hoc docens, convertendas ab eo Gentes post suum è terræ visceribus reditum, prout conversa erat Nineveh Ethnica post restitutum Jonam [†].

40. *In ventre ceti*] Vel, *lamiæ*, seu *carchariæ*, BA. 2. 742. [De quo vide dicta ad Jon. c. 2. v. 1.] Tanquam mortuus [t], aut sepultus [v]: nec enim nisi miraculo vel ad horam illic vivere poterat [x]. Ut Jonas ob salutem navigantium ultro se obtulit in mare projiciendum, &c [y]. ¶ *Tribus diebus*, &c.] Subaudi, Quibus transactis, evomitus est vivus in terram, & probatus hoc miraculo Propheta à Deo missus, prædicavit Ninevitis [z]. ¶ *In corde terræ*] i. e. In ima terra [a]: in intimo, sive medio, terræ [b]: vel, intra terram [c]: i. e. in sepulchro [d]: animâ autem in limbo, vel inferno [*]: non enim sepulchrum, sed infernum, est in medio terræ [f]. [Verùm] alludit hîc Christus ad verba Jonæ, qui se projectum dicit *in corde maris*, Jon. 2. 3. Sicut autem Jonas non fuit in meditullio maris præcisè, ità nec Christus in meditullio terræ: sufficit enim ad hujus locutionis veritatem, quòd Christus intra terram in specu abditus fuerit. Nam & Paulus, Eph. 4. 9. hoc ipsum vocavit *inferiores partes terræ*, oppositè nimirum ad id quod *superficies terræ* vocari solet [g]. Sic Tyrus est *in corde maris*, Ezec. 27. 4. non in medio maris, quia non procul à continente distabat [*]. *Cor* pro *medio* accipitur [h]; & ad res inanimas transfertur, ut Exod. 15. 8 [i]. Arabes τὸ μεσουράνημα appellant *cor cæli*. Theophrastus medullam arborum vocat *cor*; & Aristoteles interiorem cavitatem clepsydræ, *cor clepsydræ* [k]. ¶ *Tribus diebus & tribus noctibus*] Præstitisset, ad exprimendum tempus continuum, servâsse quartum casum, *Tres dies*, &c [l]. Sed in temporis designatione Græci discrimen quarti & tertii casûs non rigidè observant. Videtur autem mihi Latinus Interpres vetus non imprudenter sextum casum elegisse [m]. *Dies noctibus* anteponit, non temporis, sed dignitatis, ratione. Nam captus est Christus exeunte nocte tertiâ ante resurrectionem [n]. Sed hîc

[Margin notes, col. 2: r Bru. — † Sch. — t Be. — v Mal. sim. Me. — x Mal. — y Me. ex Mal. sim. Bru. — z Mal. ex Hi. — a Me. — b G. — c Gom. — d Gom. sim. Bru. — g Gom. — h Zeg. sim. Pi. — i Bru. — k Bru. sim. Mal. — l Mal. — m Bru. Mal. — n Bru. — o Mal. — p Bru. — q Mal. sim. Pi. — r Mal. — † Li. ho. — t Bru. — v Ham. — x Bru. — y Zeg. — z Bru. — a V. — b Bru. Be. — c Be. Camer. — d Be. Bru. Pi. Mal. ex Bed. & Euthym. — * Bru. Mal. — f Mal. — g G. — * Gom. — h Be. sic Sch. — i Be. — k Sch. — l Bru. — m G. — n J. Cap.]

hîc oritur difficultas, quæ tamen gravior, quàm est, videri solet [o]. Non enim ibi hæsit Christus per tres dies & tres noctes [p], sed tantùm parte sextæ feriæ, toto Sabbato, & parte primæ feriæ [q]: duabus tantùm noctibus, & die completo †; primi diei tribus horis, secundo die integro, à vespera ad vesperam sequentem, tertio, à vespera ad primam matutini temporis partem ||. Synecdoche ergò est, quâ pro toto pars ponitur [r]. Hoc aliis non satisfacit, nempe quòd disjungant noctes à diebus, cum quibus sunt potiùs conjungendæ. *Dies* autem & *noctes* distinctè nominavit, ut tres naturales dies significaret, & eos, ab usualibus, ut vocant, diebus distingueret †. Hebræi, quia voces componendi libertatem sua ipsis lingua non indulget, coguntur uti circumlocutionibus, quas sequuntur Hellenistæ [t]: hinc phrasi *diei & noctis* naturalem diem declarare solent [v]. Quod Hebræi vocant ערב בקר, Gen. 1. 5. Dan. 8. 14. Græci νυχθήμερον vertunt, 2 Cor. 11. 25. Ità hîc nihil aliud significatur quàm futurum Christum in sepulchro τρία νυχθήμερα· cui sensui implendo sufficit eum sepultum fuisse tempore eo, cujus partes ad tria νυχθήμερα pertingerent [x]. Ubi enim Lex Mosis dierum numerum exprimit, ut in circumcisione, receptum apud Interpretes etiam semihoram unius νυχθημέρου diem facere: quia *dies legalis*, aiunt, *non computatur de tempore ad tempus* [y]. Vide AE. ad Lev. 12. 3. Cui similis est illa Romani juris locutio, de qua Paulus JC. in L. *Mones*, D. de Feriis, *Quicquid in his 24 horis actum est, perinde est quasi quâvis horâ lucis actum esset* [z]. Gemaristæ dicunt, *Quantulacunque pars* τῆς עונה *concludit totum.* [Vide Li.] עונה autem quibusdam idem est quod medietas [sive dimidium] diei naturalis, quibusdam idem quod νυχθήμερον, totus dies naturalis [a]: sic jejunârunt illi *tribus diebus & tribus noctibus*, Esth. 4. 16. non quidem integris, (nam Esther die tertio Regem adiit, Esth. 5. 1.) sed duabus tantùm noctibus, & uno die pleno. Ex consuetudine loquendi, annus, mensis, dies labens, pro uno anno, mense, die, accipiuntur [b]. Adde, quòd Christus ipse sic exponit, cùm ait, *tertio die resurget*, Matt. 16. 21. Et cùm hoc prophetice memoratur, dicitur, *post duos dies* fieri, Hos. 6. v. 2 [c]. Similiter Luc. 9. 28. *circa octo dies post*, pro quo dicitur, Matt. 17. 1. & Marc. 9. 2. *post sex dies*, sex nempe completos, duos imperfectos [d]. Sic Olympias, vel, quod omnes idem fatentur, Lustrum, licèt quatuor tantùm annos complectatur, tamen pro quinque annis (h. e. quatuor annis exactis, & quinto inchoato) accipitur, apud Lucianum, Ovidium, Varronem, &c*. [quorum verba vide in Authore.]

41. *Surgent* (vel, *Resurgent*, Be. P. Mo. Bru. nempe ex morte [f]: nam certum est hîc agi de extremo Judicio [g]: quod cum Resurrectione mortuorum fiet [h]. Verùm non loquitur hîc de resurrectione quæ Ninevitis cum Pharisæis communis erit, sed de peculiari actione judiciali, quam illi cum Pharisæis instituent [i]. Vel, *stabunt*, Pers. Ar.) *in judicio*] Ità Er. Il. Trc. Sy. Pi. Ca. Rursus judicium Divinum ad humani judicii formam describitur [k]. *Surgent*, non ad judicandum, neque enim Judicis est surgere, sed sedere, Matt. 19. 28. sed ad accusandum [l]: ut partes litigantes, quæ ambæ in judicio stare solent [m]; ut testes, cùm testimonium sint dicturi, surgere solent ex subselliis [n], quod ut apud Romanos, ità & apud Judæos, moris fuisse ostendit Marcus, 14. 57. Adde Act. 6. 13. Præstant autem vicem testium Ninevitæ, quia ostendunt sufficisse ad convertendos animos multò minora beneficia. Nam & barbari erant, & nulla Jonæ miracula conspexerant, & pauca duntaxat verba audierant, cùm se ad pœnitentiam composuerunt [o]; eique, excidium licèt annuncianti, credunt. Judæi autem, cultores Dei, inter Sacras literas enutriti, audiunt Filium Dei, tribulem suum, Messiam sibi promissum, miraculis probatum, omni populo utilem ac beneficum, &c [p]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης] *Cum gente hac*, sive *ista*, Be. Pi. h. e. hujus temporis natione [q]. Nam & rei stabant [r]. Cum Scribis & Pharisæis †. *Adversus hoc genus hominum.* Sic infrà [t]. Verùm non dicit Christus, κατὰ, sed, μετὰ, pro quo Syrus habet עם *cum* [v]. ¶ *Et condemnabunt eam*] Sibi collatam, non judicandi potestate, sed comparationis exemplo [x]. Testabuntur contra illos, ex quo Deus Judex ipsos condemnabit [y]. Efficient ut condemnetur, quomodo & suprà dixit, *judices vestri erunt*. Ità Cicero, à se Verrem, Tacitus à Domitio accusatore *condemnatam* ait Claudiam. ¶ *Pœnitentiam egerunt*] Non exspectato fine 40 dierum, quod isti neque nunc faciunt, neque facient exspectari per 40 annos [z]. ¶ *Plus*, &c. Πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε] *Plus* (Quiddam amplius [a]; res major, dignior, ac testatior [b]: vel, major quidam [c],) *quàm Jonas* est *hîc*, Sch. vel, *in hoc loco*, Be. Pi. Bru. vel, apud hanc generationem [d]. Plus vobis præstitum est quàm illis in Jona. Non enim persona tantùm personæ, sed beneficia per eos præstita, inter se comparantur *. Defectiva oratio. Subaudiendum, non tamen generatio ista ad pœnitentiam convertitur, sed nec, viso resurrectionis miraculo, convertendi sunt [f].

42. *Regina Austri*] i. e. Vel, 1. Æthiopiæ, ut Josephus apertè dicit, Antiq. 8. 2 [g]. vel, Meroes Æthiopicæ; quæ insula erat in Nilo [h]. Probatur; 1. Hæc sola שבא dicta: Arabica autem שבא: [Bochartus tamen contrarium asserit.] 2. *Saba Æthiopica* (non item Arabica) inquit Plin. 6. 29. *diu Reginis paruit, quæ communi nomine Candacæ appellatæ sunt.* Et Strabo de Æthiopibus dicit, Βασιλεύονται, &c. (*Dominatur illis fœmina, sub qua est & Meroe.* 3. Æthiopia, tempore Christi & Salomonis habitus fuit ultimus terræ habitatæ & cognitæ terminus; non sic Arabia Dives, ultra quam erant, hinc, Persia & India, illinc, Ægyptus & Æthiopia [i]. Vel, 2. Sabæ Arabiæ Divitis [k], sive aromatiferæ [l]; quam & Arabes vocant ימן *Jeman*, & cum articulo, אלימן, quod etiam iis Austrum sonat [m]. [Plura vide hujus sententiæ argumenta, in Synopsi nostra, ad 1 Reg. 10. 1.] ¶ *A finibus terræ*] Hyperbole [n]; i. e. E longinqua regione [o]. Habet autem hoc vim in comparatione, quia Christus ipse ad Judæos venit, ità ut nullum iter ipsius causâ necesse esset suscipi, quod illa fecerat, Regno relicto [p]. Illa verò Gentilis erat, Regni negotiis districta, difficillimum iter arripuit, &c [q]. ¶ *Audire sapientiam Salomonis*] Διὰ παραβολῶν, qui Regum inter se mos antiquissimus. Hæc autem σοφία partim in historia naturali consistebat, cujus argumenti multos Libros à Salomone scriptos legimus; partim in doctrina de officiis, de qua Libri ejus, aut potiùs Librorum ἐκλογαὶ, etiam nunc exstant. ¶ *Plus*, &c.] Plenitudo Divinæ sapientiæ ad æternam hominum salutem ultro se offerens [r].

43. *Cùm autem immundus spiritus exierit* (Divinâ fugatus virtute †:) *ab homine*, Ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου] *Ex homine quovis*: quod pari ratione etiam ad populum applicatur, qui, per multas quamvis ætates continuatâ successione, unius hominis vice censetur. Vide Flori breviarium, & Juris Romani autores. Mihi videtur hæc non esse Parabola, sed commune enunciatum pictum multis translationum luminibus, quod deinde peculiariter Judæis applicatur: cujus sensus hic est, Eos, qui, cùm inquinamenta mundi semel effugerint, iidem rursus implicantur, graviùs quàm antè ruere, contemptum gratiæ suæ Deo ulciscente. Cujus interpretationis fundum do Petrum, qui & ipsa Christi verba, *fit novissima eorum conditio pejor priore*, in hunc sensum usurpat, 2 Pet. 2. 20. Illud interest, quòd Petrus, sui temporis habens rationem, agit de his qui Christianismum sunt professi; cùm Christi enunciatum ad omnia se tempora extendat. Nec aliò tendit illud à Christo dictum Joh. 5. 14. Dici autem passim à spiritu maligno possideri eos qui mundo huic serviunt, adeò obvium est, ut probationis non egeat. Sensus est huic persimilis apud Dionem Prusæensem [t]. [Verba vide in G.] Reddit h. l. Christus rationem, cur Pharisæi non crederent, quòd septem Dæmonibus, i. e. in reprobum sensum, ob contemptum Dei gratiam, traditi essent. Similem enim incredulitatis eorum rationem reddit Christus alibi, ut Mat. 15. 13. Joh. 6. 44. & 8. 47 [v]. Docet, pejores esse Judæos, quàm si nunquam Deum nossent. Diabolus enim per Legem quodammodo ejectus, ob Christum contemptum, &c. redit in eos, &c [x]. Terret h. l. Judæos, denuncians eis pœnam, &c [y]: quòd præter prædictam ultimi Judicii pœnam in futuro seculo solvendam, aliam etiam in hoc seculo experientur *. Id hîc comparatè exponit. Comparatio autem non est paritatis, sed similitudinis †: quæ de-

[o] Mal. [p] Bru. Ham. sic Mal. &c. [q] Mal. sim. Eru. Scul. † Li. ho. || Gom. [r] Mal. ex Aug. Hi. Th. Ecd. sic Bru. Ham. &c. † Mal. [t] G. [v] Mal. [x] G. [y] G. Ham. [z] G. [a] Li. ho. [b] Scul. exer. Evang. 2. 64. [c] Ham. [d] Ham ex Nebris. * Nebris. quinquag. 1 25. [f] Bru. ex Be. [g] Be. [h] Q. in Sch. [i] Sch. [k] G. sim. Be. [l] Mal. [m] Sch. [n] G. sim. Pi. [o] G. [p] Eru. [q] Idem. [r] G. † Pi. [t] V. [v] Be. [x] Bru. [y] Pi.

[z] G. [a] Camer. [b] Eru. [c] Pi. [d] Bru. * G. [f] Bru. [g] Sch. ex Bru. [h] Sch. sic Bru. Mal. [i] Sch. [k] Q. in Sch. sim Be. [l] EP. [m] EP. sim. D. [n] G. [o] G. sim. Eru. [p] G. [q] Bru. [r] G. † Bru. sim. Gom. [t] G. [v] Mal. [x] Mal. ex Hilar. & Hi. & Beda. [y] Bru. * Gom. sim. Eru. † Gom.

desumpta est; vel, 1. à re ficta [z]: vel 2. à re interdum facta: potest enim hoc usuvenire, ut qui à Dæmone liberatus est, amplius peccans, ei rursus permittatur; quod illustrari potest ex Joh. 5. 14. Hoc autem simili & Pharisæos terret; & sanatum à se dæmoniacum, v. 22. pœnæ metu ad officium extimulat [a]. Sed non est probabile, ejectum à Christo aliquod Dæmonium in quenquam rediisse, à quo fuerat ejectum. Loquitur ergò Christus magis secundùm captum & deceptionem vulgi hoc credentis, quàm secundùm rei veritatem. Alludit ad expulsionem Dæmonum per exorcismos, quam artem prout optimè callebant Judæi, ità in ea tractanda figmentis concinnis opus fuit & collusionibus. Diabolus non minùs in locis aridis requiem invenit, quàm in irriguis: sed hoc fingebant exorcistæ in artis suæ famam. Hoc vult Christus ejectum primò è gente Judaica Diabolum per Evangelium, intérque Gentes requiem sibi frustrà quærentem, exagitante eum undique Evangelio, in eam rediisse, sedem fixisse, multóque magis eam possedisse quàm anteà. Patet hoc in horrenda ista Apostasia Judæorum innumerorum, qui Evangelium amplexi ab eo nequissimè sunt relapsi [b]. Docet Christus, eorum quos alloquebatur exemplo, homines qui Evangelium ipsis elucescens, destinatâ præsertim malignitate, suffocàrint, deteriores evadere, &c [c]. ¶ *Ambulat*, Διέρχεται] *Perambulat*. Loquitur de Diabolo tanquam de homine [d]. ¶ *Per loca arida*] Sim. Er. V. Bru. &c. vel, *siticulosa*, V. ac proinde sterilia, deserta*; loca in quibus nemo libenter habitet [f], quales sunt Libyæ *squallentes arenæ* Poetis in hunc sensum celebratæ. Talia autem sunt Dæmoni loca omnia extra hominem, ut qui solus vitii sit capax [g], ingrata scilicet, & tanquam triste exsilium ac deserto similia [h]. Applicat ad sensum moralem Christus quod apud Hebræos receptum erat, Dæmonas locis desertis gaudere, & ob id dici שדים. Id verò ideo dictum, quòd illi spiritus inimici sunt humanorum cœtuum ac civitatum, ἀφρήτορες, ἀθέμιστοι, ἀνέστιοι [i]. Parabolam aptavit Dominus ad opinionem vulgi, quæ fortè fuit eadem quam meminit Psellus de Dæmoniis, *quòd versentur in locis penitissimis, quæ extremè frigida sunt & sicca*. Sed & *Jesum Diabolus duxit in desertum*, Mat. 4. 1. in loca ubi ipse maximè versabatur †. Mirum est, sed experientiâ certum, in incultis locis sagas plerumque inveniri [k]. Hoc ad Allegoriam plerique referunt, quasi *loca arida* Gentiles appellet, Deíque ignaros; quibus, tanquam sibi jam obstrictis, non contentus, alios quærit qui scientiam Dei, quam habebant, contempserunt. Ego Christum puto de Diabolo loqui, tanquam de hominibus, qui domo suâ pulsi, huc illuc per sola desertáque loca vagantur, ut sedes sibi quærant, &c [l]. ¶ *Quærens requiem*, Ἀνάπαυσιν] i. e. Habitandi locum: ità enim Hebræi usurpant מנוח [m]. ¶ *Non invenit*] Discruciatur enim, quamdiu extra homines habitat, nec illos infestat [n].

44. *Tunc dicit*] Ingenium Satanæ describit, quòd nunquam cesset à malo inferendo, &c. ¶ *Revertar*, &c.] Omnem movēbo lapidem ut revertar. ¶ *Unde exivi*] Sponte scilicet, quæ stoliditas mea fuit, aut ignavia. Non dicit, pulsus sum, nec enim id vult superbus agnoscere [o]. ¶ *Vacantem*] Ità Be. Tre. Er. Pi. Ca. &c. Σχολάζοντα] *Vacuam*, Sy. Bru. nempe habitatore, Deo, ejúsque gratiâ [p]. ¶ *Scopis mundatam*] Sic Er. Il. Mo. Ti. Ca. &c. Σεσαρωμένον] *Versam*, Tre. Be. P. Pi. Bru. à σαίρω, *verro* [q]. Sic esset σεσαρμένον. Potiùs à σαρόω, *verro* [r]. ¶ *Ornatam*] Ità Tre. Be. Er. Il. &c. Κεκοσμημένον] *Præparatam*, Sy. Pers. G. Bru. Ac si invitaretur & cupidè rursus exspectaretur hospes †: peccatis suis ad excipiendum Dæmonem idoneus. Nam licèt peccata sint sordes, iis tamen Dæmon delectatur tanquam ornamentis [t]. Non solùm nihil invenit quod impediat, verum etiam quod alliciat & oblectet [v]; securitatem & otium [x]. Quia homo *domus* hîc dicitur, ideo à domo sumitur reliquum translationis. Tales Diabolo sunt homines qui ad vias suas non attendunt. Tales Hebræi sub Regibus, & post reditum è Babylone [y].

45. *Assumit* (sibi socios invitatos habitationis commoditate [z]: vel, ut eorum præsidio se defendat, nè iterum expellatur [a]:) *septem*, &c.] i. e. Multos [b]. Vocatur ἑβδομὰς (*numerus septenarius*) τελεσφόρος (*perfectus*,) ut notat Philo. Ideo quicquid in suo genere ad plenam mensuram pervenit, eo numero significatur: ut 1 Sam. 2. 5. Esa. 4. 1 [c]. Sic *septem spiritus* de Dei Spiritu dixit Johannes, Apoc. 1. 4 [d]. quibus opponuntur hi *septem spiritus* mali. ¶ *Nequiores se*] Sceleratiores, nocentiores*. ¶ *Novissima*, &c.] Vel, *Extrema*, i. e. Quæ postremo loco accidunt homini illi, pejora iis quæ primo loco illi acciderunt [f]. ¶ *Sic erit & generationi huic pessimæ*] Vel, 1. Scribis & Pharisæis, (ut suadet contextus,) qui sic vocantur suprà 39. & Mat. 16. 4 [g]. Vel, 2. Judæorum populo [h]: quibus eventura prædicit: q. d. Ejicio ego ex hoc populo Dæmonia, ex corporibus omnium, ex animis eorum qui me recipiunt, hoc pro viribus ago, ut eos, ex Diaboli tyrannide ereptos, ad Deum adducam. Sed alius erit rei eventus. Abactus à me Dæmon, me morte sublato, in eos redibit, eósque, ob neglectam contemptámque oblatam Dei gratiam, aliáque scelera, idoneos sibi inveniet; ideóque aggregabit sibi omnes malos spiritus; mendacii, blasphemiæ, contumaciæ, excæcationis, &c [i]. Videtur mihi Christus populum Hebræum intueri ab eo tempore quo in Babyloniam adductus est ad Titi excidium. Ante deportationem gravia erant populi flagitia, quæ videre est apud Prophetas. In ipso exsilio cœperunt se emendare plerique, atque ità, Deo occasiones disponente, in patriam redierunt: sed Asmonæorum temporibus rursum in vitia vel Barbaris pudenda prolapsi, adjecerunt his omnibus contemptum Messiæ tantis cum miraculis tantáque cum clementia missi: Quo facto, à Deo derelicti, evaserunt homines omnium sceleratissimi, quales eos Josephus in ultimorum temporum Historia describit [k].

46. *Ecce mater ejus & fratres ejus*] Vel diffidentiâ moti [l]; vel ambitione, ut ostenderent se esse cognatos Christi, & aliquam in eum auctoritatem habere [m]. *Fratres* Christi erant, non filii Joseph ex B. Maria, post Christum, nati, ut voluit Helvidius, satis ab Hieron. refutatus: sed, vel, 1. filii Joseph ex alia & priore uxore; ut putant omnes Græci auctores, eósque, ut solent, secuti Hilar. & Ambros. [n]. Vel potiùs, 2. fratres patrueles, sive consobrini [o]; Jacobus minor, Jose, Judas & Simon, qui filii erant Mariæ Cleophæ, Mat. 27. 56. Marc. 15. 40. quæ soror erat Mariæ virginis. Sic cognati *fratres* vocantur, Gen. 13. 8. & Gen. 29. 15 [p]. ¶ *Stabant foris*] Vel, 1. quia præ turba ingredi non poterant, Luc. 8. 19 *: vel potiùs, 2. quòd intus agere non possent quod decreverant: alioquin miserunt alium intrò, Marc. 3. 31 ‖. ¶ *Quærentes* (i. e. Cupientes [q], studiosè occasionem quærentes, ut ζητεῖν sumitur in Aristoph. Plat. &c [r].) *loqui ei*] Latinè, *conventum ipsum volentes* †: nimirum quia, intellectis Pharisæorum adversùs ipsum conspirationibus, quovis modo periculo studebant subtrahere [t]: hoc enim series historiæ & ea quæ apud Marcum sunt, indicare mihi videntur [v]. Huic consilio prætexebant, *ipsum in furorem versum esse*, Marc. 3. 21 [x]. Propositum illis erat, eum, ab officio abstractum, domum abducere atque illic continere [y].

47. *Quidam*] Ab illis missus [z]. At in Marco & Luca plures hoc dicebant. Resp. Unus priùs, multi deinde, ut fieri solet, cùm nondum exiret, renunciàrunt [a].

48. *Quæ est mater mea*, &c?] Interrogatio indignantis [b]. Non abnegat matrem, sed urget antiquum propositum præferendi negotia Divina humanis [c]. Ostendit se in mandato sibi officio neque affectus, neque consilia, carnis, sequi. Conjunge Luc. 2. 49. Joh. 2. 4. Vide & Mat. 16. 23 [d]. In negotiis Reipublicæ aut Religionis non multùm apud nos valere debet corporalis affinitatis affectus*. Non carnales parentes negat, sed spirituales præfert [f], docens, religiosiores esse mentium copulas quàm corporum [g].

49. *Extendens manum* h. e. δακτυλοδεικτῶν, ut Græci loquuntur [h], manu Discipulos designans [i]. ¶ *Ecce mater mea*, &c.] Ità Andromache Hectori, apud Homerum, —σὺ μοί ἐσσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ, &c. (*tu mihi pater es, & veneranda mater*, &c.) Quicum confer illud Cant. 8. 1. Significat Christus; Quo quis Deo est obse-

Left margin notes: z Q. in Gom. — a Gom. — b Li. ho. — c Ec. — d Bru. — * Bru. sim. Be. — f G. sim. Camer. Bru. — g G. — h Bru. — i G. — † Kn. — k Be. — l Mal. — m G. — n Eru. — o Bru. — p Idem. — q Camer. — r Sch. — † Bru. — t Gom. sim. Bru. — v Bru. — x Be. — y G. — z Bru. sim. Mal.

Right margin notes: a Chrys. &c. in Mal. — b V. Me. T. &c. — c G. — d G. sim. Bru. — * Bru. — f V. sim. Bru. — g Gom. — h Q. in Gom. — i Bru. — k G. — l Aug. in Er. — m Tertul. Chrys. & Th. in Mal. — n Mal. — o Bru. & Mal. ex Hi. — p Mal. — * Mal. — ‖ Bru. — q Bru. Sch. — r Sch. — † G. — t G. sim. Mal. — v G. — x Mal. — y Bru. — z Bru. — a Mal. — b Pi. — c Bru. — d G. — * Er. — f Mal. — g Mal. ex Ambros. — h G. — i Bru.

obsequentior, ità & sibi esse propiorem: qui mysticus est sensus Cantici Canticorum. Neque ullo modo trahenda hæc verba sunt ad sanctissimæ matris injuriam [k]; quæ & Christum orbi peperit, & voluntatem Dei accuratissimè implevit. Considerans autem Christus matrem ex sola carne, uti homines solent, spiritalis cognationis vinculum sanctius habet. Detestanda est nostra ingratitudo, nisi, posthabitis omnibus carnis votis, Christo adhæreamus [l].

50. *Quicunque fecerit*, &c.] Pendet hoc ex Christi officio. Significat enim, non paucis quibusdam à Patre se datum esse, cognatis scilicet, sed multis, quos eò adducat ut Patris voluntatem faciant, &c [m].

[k] G. [l] Bru. ad v. 50. [m] Bru.

CAP. XIII.

1. IN *illo die*] Quo scil. mater & fratres advenerant [n]: eodem illo tempore, (dies enim sæpe pro tempore ponitur,) postridie fortassis [o]. ¶ *Exiens—de domo*] Quæ angustior erat quàm ut auditores caperet, ut apparet suprà 12. 46 [p]. ¶ *Sedebat*] Docentium more, ut suprà 5. 1 [q].

2. *In naviculam* (Quod vice suggesti, ut sæpe colliculus [r]:) *ascendens*] 1. Nè à multitudine opprimeretur. 2. Ut audiri posset †. 3. Ut omnes auditores ante conspectum suum, & in se intentos, haberet [t]. ¶ *Turba stabat*] Sic mos gentis, ut Magistri sedentes prælegerent, Discipulis stantibus. Qui mos honorarius, ad mortem Gamalielis senioris continuatus, tunc eousque periit, ut sederent etiam Discipuli, sedente Magistro [v].

3. *In parabolis*] vel, *Per parabolas*, Pi. Bru. &c. non nudè & apertè [x], sed per comparationes & similitudines [y]. Παραβολὴ, cui respondet Heb. משל, latiore significatu (nam arctiùs definiunt Rhetores) est rerum differentium inter se comparatio, quæ adhiberi solet ἢ αὐξήσεως, &c. (*aut amplificationis, aut efficaciæ, aut elucidationis*, *gratiâ*, ut apud loquendi Magistros legimus. Cicero *collationem* dixit. Hujus duæ sunt partes, παράθεσις [sive πρότασις, *propositio*,] & ἀνταπόδοσις, (*redditio.*) Παράθεσις aut à rebus veris, aut à fictis, petitur. Ad fictam παράθεσιν pertinent fabellæ quas Græci αἴνους vocant: quales illæ sunt Jud. 9. 7. 2 Sam. 12. 2 Par. 25. 18. & illa apud Hesiodum, de Accipitre & Luscinia. Talis & illa fabella quâ Menenius plebem Romanam Senatui reconciliavit, & quâ Demosthenes evasit nè Alexandro dederetur, & quâ Themistocles Magistratuum mutationem dissuasit. Posterior ætas has ἀπολόγους vocavit, in quo genere maximum nomen consecutus est Phryx ille fabulator. Sæpe autem subticetur ἀνταπόδοσις. Cujus moris hanc causam adfert Phœdrus, in fabellis—*Servitus obnoxia, Quia quod volebat non audebat dicere, Affectus proprios in fabellas transtulit, Calumniámque fictis elusit jocis.* Sed credibile est etiam majestati orationis consultum à sapientibus, & simul excitatam auditorum diligentiam: αἶνος autem concisus vocatur παροιμία, (*proverbium*;) quale est illud quod habuimus, *Margaritas porcis non objiciendas*; ideo *fabellam breviorem* Quintilianus vocat. Sed Hebræi & παραβολὴν & αἶνον משל dixere; & latiùs, ut fieri solet, porrecto significatu, eâdem voce appellârunt πάντα λόγον ἐσχηματισμένον, ut videre est tum alibi, tum Ezec. 20. 49. Porrò autem quia γνῶμαι solebant efferri tali sermone, ideo omnes γνῶμαι, etiam quæ figuram non continebant, idem nomen acceperunt, ut videre est, 1 Sam. 24. 14. & in Titulo Libri Solomonis, qui multas continet γνώμας ἀσχηματίστους. Sic & Latini quasvis sententias *proverbia* dixere. Judæi Hellenistæ, qui, ut vim Hebraicarum vocum quàm proximè effingant, ad Græci sermonis proprietatem minùs solent attendere, משל modo παροιμίαν modo παραβολὴν, vertunt. Atque ità hos Christi αἴνους (nam paucæ sunt plenæ παραβολαὶ) cæteri scriptores παραβολὰς, Johannes παροιμίας, dixit: sicut vicissim γνώμη vocatur παραβολὴ, infrà 15. 15. Familiare esse Syris, & maximè Palæstinis, uti parabolis, docet nos qui in illis locis vixit Hieronymus, infrà ad cap. 18 [z]. Scatent ubique eis paginæ Judaicæ, naturali quodam gentis genio. Quo magis mirum, Judæos in cortice ceremoniarum hæsisse, nec parabolicum ac spiritualem earum sensum expiscari potuisse. Christus ergò (cum vulgo semper & ubique loquens) hoc loquendi genere utitur [a]. Sed quo fine, dicetur ad v. 13 [b]. ¶ *Qui seminat*, Ὁ σπείρων] *Sator.* Nam Hebræos linguæ penuria coegit pro verbalibus participia ponere. Deum autem satori comparare frequens Hebræis. Vide Philonem [c]: [ejusque verba in G.]

[n] Li. chron. 31. [o] Bru. [p] G. sim. Bru. [q] G. [r] G. † Mal. [t] Mal. ex Chrys. & Th. sim. Bru. [v] Li. ho. [x] Bru. [y] Be. sim. Bru. Camer.

4. *Dum seminat*] i. e. Semen longè latéque spargit [d]. ¶ *Quædam*] Sub. *semina*, V. Pi. sic Bru. ¶ *Secus* (vel, *Juxta*, Pi. &c.) *viam*] Publicam & & tritissimam, incultam, duram, & semini suscipiendo ineptam *. Viæ & semitæ apud Judæos erant per agros satos, tam communes, quàm privatiores, Matth. 12. 1. Vide tract. Peah, cap. 2 [f]. [& verba ejus in Li.]

5. *In petrosa*] Sub. *loca*, Bru. In petrosas agri partes [g]. Dicitur hoc pro natura terræ Israeliticæ, quæ valde saxosa erat, nec tamen culturæ inidonea. R. Simeon dicit eum à legibus seminum Heterogeneorum *solutum esse qui seminat juxta mare supra petras, & saxosa* [h]. ¶ *Continuò*, &c. Εὐθέως ἐξανέτειλε] *Statim*, vel *Protinus* (vel, *Eadem horâ*, Tre.) *exorta sunt*, Er. Il. Ti. Be. P. Pi. nempe cum mora aliqua temporis, ut ipsa natura docet. Sic εὐθέως sumitur Marc. 1. 21. Jac. 1. 24. sic מְהֵרָה, *citò*, Psal. 37. 2. exponitur per אַחֲרִית, *tandem*, seu *in extremo* [i]. Ἀνατέλλειν & ἐξανατέλλειν usurpatur, vel ἀλλοπαθῶς [& transitivè,] *exoriri facio*, *excito*, *produco*, ut Matth. 5. 45. & in Hom. Plut. &c. [verba vide in Sch.] Vel, αὐτοπαθῶς & neutraliter, *exorior*, *existo*, *enascor*, *apparere incipio*, ut hîc, & in Pausan *. Dicitur & de plantis & de Sole ‖. ¶ *Quia non habebant altitudinem* (vel, *profunditatem*, Bru. Pi. &c.) *terræ*] Obsistentibus saxis [k]. Quia deorsum penetrare non potest, vim sursum erigit [l], calore accedente [m]; &, quia à terræ superficie non longè abest, statim se ostentat. Huic loco & versui 21. intelligendo non inutile est hoc apud Quintilianum, *Aut adstricta citra conatum sata sub ipsis tabuere sulcis, aut levi rore evocata radix in pulverem incurrit, aut perustis torrido sole herbis moribunda seges palluit.* Et illud, *Nam ut terra altiùs effossa generandis alendísque seminibus fœcundior est, sic*, &c [n].

6. *Sole—orto*, Ἀνατείλαντος] *Fulgente*, ut Heb. זרח interdum accipitur [o]: Sole fervescente [p]: illâ anni tempestate quâ incalescit Sol [q]. ¶ *Æstuaverunt*, Ἐκαυματίσθη] *Ardore tacta* (vel, *Exusta*, V. Er.) *sunt*, Be. *Æstu perierunt*, Er. V. *Torrefacta sunt*, Pi. G. ut Columella loquitur. Quæ talia sunt ἡλιόκαυμα vocat Aristoteles. Æstus hîc imago gravis vexationis ut infrà exponitur, & Apoc. 16. 8 [r]. ¶ *Quia non habebant radicem*, &c.] Sufficientem scilicet †. Ἀνάλογον, &c. (*Quod os animalibus, id radix plantis, quâ nutrimentum accipiunt*, &c.) inquit Aristoteles. Hæc ergò semina, quia deorsum vergere non potuerunt, defecta sunt radice, ac propterea etiam humore qui ex terra per radicem bibitur. Humoris autem penuria, accedente calore externo, efficit ut exarescant. Vide Aratum de Sirio, & Senec. epist. 86 [t]. [& eorum verba in G.]

7. *In spinas*] Non adultas, quia cum semine oriri & crescere dicuntur: in terram feracem spinarum [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀνέβησαν, &c.] *Et ascenderunt*, Pi. vel, *assurrexerunt*, Be. D. i. e. excreverunt. Ità *assurgendi* voce utitur Plinius [x]. Sic Virgil. *Carduus & spinis surgit paliurus acutis* [y]: *succreverunt*, Er. celeriùs, altiùs densiúsq; quàm bona semina, ut solent lolia. ¶ *Suffocaverunt ea*] Bona semina jam in culmos excreta suppresserunt. Hîc major affulserat spes, quia radix erat, germen, culmus, sed quæ conciderat [z].

8. *In terram bonam*] Cultam, aratam, sartam [a]; non lapidosam, spinosam, &c [b]. ¶ *Aliud*, &c. Ὃ μὲν ἑκατὸν] *Aliud quidem centena*, Be. sub. *grana*, Be. sic Er. Pi. Camer. vel, *centuplum*, Er. ad verb. *centum*, Be. ἑκατὸν, pro, κατὰ ἑκατὸν [c]: quod de Sybaritano agro à Varrone proditum, De re rustica; à Plinio, de Byzacio & Babylonia [d]. Loquitur pro fertilitate terræ Israeliticæ *. Post ὃ μὲν subintelligitur κόκκος, propter mutatum genus in Græcis [f]. Sed genus hîc non mutatur [g]; ὃ [enim est] cum accentu [h]; qui neutrum genus indicat [i]. Ità [ὃ habent] optimi

[z] G. [a] Li. ho. [b] Mal. [c] G. [d] Bru. * Idem. [f] Li. ho. [g] Pi. [h] Li. ho. [i] Glass. gram. 3. 5. 9. 444. * Sch. ‖ Pi. sim. Sch. [k] Bru. [l] G. sic Bru. [m] Bru. [n] G. [o] G. [p] Bru. [q] Ham. [r] G. † Sch. [t] G. [v] Bru. [x] Be. [y] G. [z] Bru. [a] G. sim. Bru. [b] G. [c] Sch. [d] G. * Li. ho. [f] Be. [g] Sch. [h] G. sim. Sch. [i] Sch.

optimi Codices. Perseverat oratio in neutro genere; neque masculinum aliquod nomen hîc subintelligendum est [k].

9. *Qui habet aures*] i.e. Qui utitur, cui datum statutúmque est uti auribus [l]. ¶ *Audiendi*, Ἀκύειν] *Ut audire possit*, V. Cui à Deo donatum est ut audita intelligat [m]. *Ad audiendum*, ad agendum id ad quod aures creatæ sunt, quod est audire quæ decet, & quomodo decet, non calumniandi vel irridendi animo, &c. aures dociles & obedientes [n]. Ità excitat auditorum animos, &c. Vide Matth. 11. 15 [o].

10. *Accedentes*] Privatim, missâ turbâ, Marc. 4. 10. ¶ *Quare in parabolis loqueris eis?*] i.e. Turbis, quibus consultum optant non minùs quàm sibi [p]. q. d. Nos quidem seorsim multa perspicuè doces, apud turbam autem loqueris δι' αἴνων, qui, quia ὁπλιμύδιον non accedit, habent aliquid ἀνιγματῶδες. Et hoc est quod Josephus Albo imprimis Legi Christianæ objicit, quòd tradita sit δι' αἴνων, cùm lex debet esse perspicua. Sed quod sibi sumit longè à vero recedit. Nam ipsa credendi, sperandi, vivendíque, præcepta jam antè Christus tradiderat apertissimis verbis, ut apparet Matth. 5. & 6. & 7. & apud cæteros N. Fœderis Scriptores. At illa sunt quæ propriè Legis habent rationem. Quæ verò δι' αἴνων explicat, sunt alterius generis, quæ Christus ipse appellat *mysteria regni*. In quibus partim explicatur dispensatio Divina admirabilis; partim, quis futurus sit Evangelicæ institutionis eventus tum in Judæis, tum in Gentibus, prædicitur. Solere autem vaticinia proponi verbis obscurioribus, fatentur Judæi. Finis enim præcipuus est, ut postea, cùm res evenit, Divinæ præscientiæ certitudo appareat. Hinc προφητεία sæpe vocatur *liber signatus* [q].

11. *Quia*] Causa redditur rei propositæ [r]. ¶ *Vobis*] *Infantibus, humilibus*, ut Matth. 11 †. cupidis audiendi simul & intelligendi, & obsequendi [t], qui præcepta illa, apertissimis verbis proposita, humili ac docili accepistis animo [v]. ¶ *Datum est*] A Patre scilicet [x], à quo habetis usum aurium: vide Psal. 40. 7 [y]. ad quem sua omnia Christus solet referre. Δέδοται γνῶναι est pro una voce Hebræa הודיע [z]. ¶ *Mysteria*, &c.] Sacra arcana [a], quæ naturæ facultate inveniri non possunt [b]; quæ Christus soli Ecclesiæ patefacit [c]: Doctrinam Regni cœlestis [d], & humanæ salutis. ¶ *Illis autem non est datum*] A Deo Patre, quia nec usus aurium ad audiendum Dei Verbum illis datus est, Deut. 29. 4. *Illis*, turbæ illi, quorum alii Verbum Dei ex me nec audire cupiunt, nec curant intelligere: alii contemnunt etiam & irrident, vel calumniantur [*]: *illis*, qui præsens Dei beneficium aspernantur [f]: *illis*, qui sibi videntur *sapientes & prudentes*, atque adeò præcepta illa ad humilitatem & mansuetudinem ducentia, quæ omnis pietatis elementa sunt, fastidiosè respuunt. Cùm autem tales multi essent in turba, sufficiebat hæc ratio cur ea, quæ utilia magis erant quàm ad salutem necessaria, obscuriùs proponerentur. Si qui erant discendi cupidi, poterant extra turbam Christum privatim accedere, & explicationem petere eorum quæ per se non satis assequebantur: quod & Prophetarum temporibus factitatum, teste Justino: [cujus verba vide in G.] Simile est illud Jamblichi de Pythagora, συνεπικρύπτεσθαι αὐτὸν, &c. (*Multa tectè & occultè dixit, ut qui puro animo discerent ea intelligerent; aliis verò ægrè esset qui cùm sermones ipsius audirent nihil perciperent* [g].) Gratiam Discipulis factam Christus amplificat, quia peculiariter illis sit datum quod aliis negatum est [h]. Qu. Sed quæ hujus discriminis causa? Resp. 1. Quia Apostoli digni erant, quia intelligere atque credere volebant & quærebant, juxta Marc. 4. 10. alii indigni, quia credere nollent atque intelligere [i]. Resp. 2. Hoc non aliò referendum, quàm in gratuitam Dei electionem, qui illos quidem Misericors elegit; hos autem suæ perversitati Justus reliquit: quod quidem significatur repetitâ voce, *Datum*: q.d. Vos magnificis Dei donis gratis augemini: illi quales sunt relinquuntur [k]. Catholici, qui Augustini de prædestinatione sententiam sequuntur, illis datum ajunt, quia prædestinati sunt; his non datum, quia reprobati erant. Quod mihi non placet, &c [l].

12. *Qui enim habet, dabitur ei*] Æquitatem Divini consilii, cujus ipse præscriptum sequatur, ex tritissima inter ipsos sententia probat, quâ & alibi in rem paulò diversam utitur, ut in γνώμαις fieri solet [m]. Subauditur hîc, *Ut verum sit quod vulgò dici solet, Qui habet*, &c [n]. Simile apud Hispanos proverbium est, quo significatur, divitibus omnes dare, pauperibus auferre. Id explicatur parabolâ de talentis, Matth. 25. 28. Id etiam ex nostris moribus discimus. Si enim pecuniam negotiandi causâ daturi sumus, illi potiùs mercatori damus, qui bene negotiando dives evasit, quàm illi, quem suâ negligentiâ pauperem videmus, à quo id etiam, quod illi fortè dederamus, nè perdat, repetimus [o]. Significat hîc Christus, *Eos qui magni faciunt dona Dei locupletari novis donis, contemptores autem oblatæ gratiæ privari illo lumine quod illis affulserat* [p]. *Qui habet*, i. e. qui non contempsit Dei gratiam, sed aliquantulum in ea profecit [q]: *qui habet*, scilicet quod debet, quem à se electum semel cœpit Deus formare, suísque ornare beneficiis [r]. Frequens autem est, ut in sententiis hujusmodi vox eadem modò hoc, modò alio, sensu usurpetur, ut paulò pòst, *videntes non videant, & audientes non audiant.* Sic h.l. ἔχειν modò est, *uti*, modò simpliciter, *accepisse*. *Qui habet*, inquit August. *i.e. cum benignitate utitur eo quod accepit*, &c. Tale est illud Mimi, *Tam deest avaro quod habet, quam quod non habet.* Deest, quia non utitur. Sic *non habuisse* talentum infrà dicitur, qui sub terram defoderat; *habuisse*, qui in fœnore nummos posuerat. Et Aristot. Nicom. 7. 5. dicitur is cui perturbatus animus notitiam recti *habere quodammodo & non habere.* Columella, ex Xenophonte, *Paupertatem certissimam esse, cùm alicujus indigeas, uti eo non posse* †. Ἔχειν, inquit Phavorinus, est, *curare, custodire.* Ità forsan χάριν ἔχειν sumitur Heb. 12. 28 [t]. *Dabitur* autem ei, inquit Tertul. adauctio fidei, vel intellectus, vel salus ipsa [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ περισσευθήσεται] *Et amplius habebit*, B. *Et ditescet datis.* Opponuntur apud Paulum περισσεύειν καὶ ὑστερεῖσθαι. Simile est illud Mimi, *Beneficia plura recipit qui scit reddere* [x]. *Et abundantior* (vel, *cumulatior*, Sch.) *reddetur*, Er. Tre. Bru. Pi. Dabitur ei abundantiæ incrementum, & id quidem continuum, ad perfectionem usque. Deum suæ liberalitatis intuitus ad continuum largitatis fluxum provocat. Meminerimus ergò & nos, quicquid nobis quotidie beneficiorum accedit, ex illo fonte manare, quòd liberalitas Dei inchoatum nostræ salutis opus velit absolvere. ¶ *Qui autem non habet*] Scilicet quod debet, quem à se reprobatum Pater permittit sibi, nec ullis eum donis salutiferis exornat [y]: i.e. qui non utitur, &c [z]. ¶ *Et quod habet*] Nempe donorum naturæ aut gratiæ [a]: naturalis cognitio [b]: *quod jam accepit*, atque eatenus habere dicitur: quanquam alio sensu apud Lucam dicitur *videri* potiùs *habere*. HABERE, inquit Ulpianus: *dupliciter accipitur: nam & eum habere dicimus qui rei dominus est; & eum qui dominus quidem non est, sed tenet: denique habere rem apud nos depositam solemus dicere.* Itaque, si cui aliquid datum est sub conditione, is habet, quia tenet; non habet, sed habere videtur, quatenus non habet jus plenum. Cajus JC[tus], *Non videtur perfectè cujusque id esse quod ex casu auferri potest* [c]. *Quod habet*, i. e. *quod habere videtur*, ut dicitur, Luc. 8. 18 [d]. At sic nihil illis verè auferretur, adeóque nulla hæc esset eis pœna, quam tamen Christus eis cominatur [*]. Cur ergò dicit, *quod videbatur habere?* Quia perinde erat ac si non haberet, cùm eo non uteretur [f]. ¶ *Auferetur ab eo*] i.e. Ab hoc populo, Regnum Dei quo gloriantur, rectus sensuum facultatúmque naturæ usus, &c [g]. A majori argumentum. Ingratis, aut qui non utuntur datis, quod datum est, si justè auferri potest, aut ex lege communi, aut ex pacto, auferri solet; tantum abest ut plura accipiant: Æquum igitur non est, ut istis, quamdiu pridem data & ad salutem necessaria fastidiosè respuunt, alia ingeram. Quin tacitè innuitur, fore ut tandem etiam humana prudentia, quâ superbiebant Judæi, ipsis auferretur: quod & contigit [h].

13. *Qui videntes* (miracula mea [i], certissima eorum, quæ dico, argumenta [k]:) *non vident*] i.e. Non considerant, non dijudicant, contemnunt, non intelligunt [l], nec intelligere, nec credere, volunt [m]. At Mar. & Luc. habent, ἵνα βλέποντες — μὴ ἴδωσι, &c [n]. (prout & h.l. in 6. exemplari scriptum erat; i. e. *Ut conspicientes*, nam hîc accipitur

Marginal notes (left column): k G. — l Bru. — m V. — n Bru. — o Bru. Mal. — p Bru. — q G. — r Bru. — † G. — t Bru. — v G. — x G. sic Bru. — y Bru. — z G. — a Bru. sic Fe. — b Bru. — c Be. — d V. sim. Bru. — * Bru. — f Be. — g G. — h Bru. — i Me. ex Mal. — k Bru. — l Mal.

Marginal notes (right column): m G. — n V. — o Mal. — p Cam. — q Be. — r Bru. — † G. — t Ham. — v G. — x Idem. — y Bru. — z Ham. — a Bru. — b Mal. — c G. — d Q. in Mal. — * Mal. — f Mal. ex Aug. — g Bru. — h G. — i Bru. Mal. Me. — k Me. ex Mal. — l Bru. — m Me. ex Mal. — n G.

pitur βλέπειν pro ὁρᾷν, *non videant* [o].) Sed optimè alterum alteri cohæret. Ideo, inquit Christus, obscuriùs ad illos loquor, nè posteriora intelligant qui priora clarè proposita in animum admittere noluerunt [p]. Populum Judaicum in cæcitatem, stuporem, & duritiem, cordis, jam olim & diu ante mortem Christi, rejecerant Pharisaismus & deliria Traditionum. Ast, adventante Evangelio, spicilegia inter eos habuit sua Dominus, de quibus sermo est, Rom. 11 [q]. ¶ *Et audientes* (Verbum Dei [r].) *non audiunt*] Heraclitus, Ἀξύνετοι, &c. (*Qui audiunt & non intelligunt, surdis similes sunt*, &c.) Sed Christus propriè hîc agit de intellectu assentiente †. ¶ *Neque intelligunt*] Non curant intelligere, calumniari potiùs & irridere. Posterius hoc est explicatio prioris, *non audiunt*, nempe quia auditionem ad proprium finem non dirigunt. Sensus ergò est, q.d. Sermonem meum attempero statui illorum. Si nudam eis veritatem proponerem, eam contemnerent, ut *canes sanctum*, &c. Parabolas ergò adhibeo, quas nec intelligunt, nec exponi sibi desiderant, ut omnino sint quales esse volunt, audientes & non audientes, itaque pro meritis puniantur, &c [s].

14. *Et*, &c. Καὶ ἀναπληροῦται, &c.] *Et* (vel, *Itaque*, Be. Pi. vel, *Ità ut*, Bru. sic Zeg.) *adimpletur*, V. Val. sic Er. &c. vel, *impleatur*, Bru. Zeg. &c. Dictum quidem apud Esaiam de hominibus sui temporis, uti & locus ostendit, & collatio Act. 28. 25, 26. sed ità ut illi horum gererent imaginem, atque in his multò etiam pleniùs quàm in illis eadem verba implerentur. Videtur autem Christus de industria dixisse, ἀναπληροῦται, non, ἀναπεπλήρωται, quia istius dicti completio in Judæis tractum temporis habuit, ab adventu Christi usque [ad] excidium Templi, magis magisque crescente & apertiùs erumpente Judæorum malitiâ [v]. *Impleri* quandoque dicitur Scriptura impropriè, & secundariò, per analogiam, aut exemplum, quando simile quid contingit illi quod jam olim vel factum, vel dictum, vel prædictum. Sic Esa. 29. 13. in Matth. 15. 7, 8. & Esa. 6. 9. h.l. ubi per meram accommodationem & transsumptionem ista Judæis his applicantur [x]. Sensus, q.d. Non minùs jam impletur quàm olim [y]. Non mirum videri debet, quòd jam olim prædictum est, ut populus, qui adventum Messiæ adeò sitiebat, ubi is advenisset, rejiceret ipsum [z]. Dicit, ἐπ' αὐτοῖς, pro, ἐν αὐτοῖς, sicut Heb. 8. 1 [a]. ¶ *Auditu*, &c. Ἀκοῇ ἀκούσετε] *Auditu* (vel, *Audiendo*, Tre. Ar. *Auribus*, D. Ti.) *audietis*, Er. Il. Be. Mo. P. &c. Eadem locutio est Zach. 6. 15. & similis Job. 42. 5 [b]. Omnino audietis, Messiam scilicet promissum & desideratum qui vobis aderit [c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὐ μὴ συνῆτε] *Et non* (vel, *Sed nequaquam*, Pi.) *intelligetis*, Er. Il. Be. P. &c. Non erit vobis curæ intelligere, potiùs rejicietis [d]. Identidem audite, sed non intelligite *: Sic Hebræa Esa. 6. 9. reddit Hier. quod o'. consultò mutarunt, nè impiis daretur ansa blasphemiæ, quasi Deus esset Autor mali. Sed cùm plura talia sint in S.S. v. g. *Induravit--cor*, &c. *Fiat mensa--in laqueum*, &c. non oportuit offendi hoc uno, sed agnoscere potiùs idioma sermonis Divini, qui hâc figurâ comminatur ac terret impios, ceu jubens eos id facere quod suâpte malitiâ facturi sunt [f]. Hic modus loquendi significat, per Deum id ipsis licere, h.e. ab irato & reprobante ipsos Deo permitti quod malè facturi sunt. Confer Joh. 13. 27 [g]. *Neque intelligatis*: Imprecatio est, qualis, Psal. 69. 23 [h]. Non assentior: quia constat hæc verba sæpe pro futuris usurpari, præsertim addito οὐ μὴ quod dupliciter h.l. negat [i], sicut etiam in Herod. & Platone. [Vide Rev.] Reperitur etiam in hoc constructionis genere triplex negatio, Matth. 24. 21. Marc. 14. 25. Heb. 13. 5. Apoc. 18. 14 [k]. Quamvis autem οὐ μὴ plerumque sint particulæ negantes, interdum tamen ἀπαγορευτικῶς (*per modum prohibitionis*) ponuntur, ut in Eurip. οὐ μὴ ἐρεῖς, *nequaquam dixeris*, & in Aristoph. Οὐ μὴ σκώψῃς, &c. *Nequaquam irriseris, neque feceris quæ fæculenti isti dii solent.* Sic etiam commodiùs accipi posse videtur Gal. cap. 5. vers. 16 [l]. Ad quem locum Beza inconsideratè dicit, οὐ μὴ solere construi cum Subjunctivo pro imperandi modo. Verùm non pro imperandi modo, sed pro Futuro Indicativo, venit hic Subjunctivus. (sive cum una, sive absque ulla, negatione, ut Marc. cap. 12. vers. 14. δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν, (*Dabimus, an non dabimus?*) Vide & 1 Thes. 5. 3. Heb. 8. 11, 12. & 10. 17. Apoc. 2. 11. & 3. 3, 12, &c [m].

[o] Be. [p] G. [q] Li. ho. [r] Bru. † G. [s] Bru. [v] G. [x] Span. in Wal. [y] Pi. ad v. 15. [z] Bru. [a] Pi. [b] D. [c] Bru. [d] Bru. * Pi. [f] Er. [g] Bru. [h] Val. [i] Er. sim. Rev. [k] Rev. [l] Be. [m] Rev.

Quia Hebræi obscuriora sunt, eò quòd Imperativis utantur pro Futuris, ideo LXX. reddunt per futura [n], sensu optimè expresso: eósque sequuntur Matthæus h.l. & Paulus, Act. 28. 25. Sicut autem jam vidimus in antecedenti oratione Christi, quæ hoc vaticinio confirmatur, à Matthæo culpam Judæorum exprimi, ut causam impellentem; à Marco autem, finem ipsum, cur Christus apud turbam obscuriùs loqueretur, pœnam scilicet; ità utrumque horum in Esaiæ verbis arbitror apparere, sed pœnam priùs, deinde causam pœnæ, αἰτιολογικῶς. In membro priore Esaias utitur verbis Imperativis; o'. autem partim Indicativo, partim Subjunctivo: sed si quis animum advertit, eodem res recidit: ea enim pars quæ Græcè Indicativum Futurum habet, concessionem significat; quæ Subjunctivum, comminationem: utrumque autem solet etiam imperandi modo significari. Sed Interpretes o'. vitârunt τὸ ἀμφίβολον. Ut si dicam, *Audite auribus quantum lubet, nihil intelligetis*, &c. idem valebit acsi dicam, *Audietis quidem, sed ità ut nihil intelligatis* [p]. ¶ *Videbitis*] Miracula mea. ¶ *Et non videbitis*] i.e. Non cognoscetis: nolitis enim Messiam agnoscere [q]. Ἰδεῖν & βλέπειν, v. 17. de externa visione dicuntur, sine ullo discrimine, & τὸ βλέπειν, ver. 16. est, *cernere* [r]: hîc autem ἰδεῖν differt à βλέπειν †, & hoc illo minus est [t]; sicut minus est *audire* quam *intelligere* [v]. Βλέπειν, est, *videre*, ἰδεῖν, *perspicere & cernere* [x], quòd potiùs est animi quàm oculorum [y].

15. *Incrassatum est*, &c.] Ità Er. Il. Tre. Sy. Ar. Æth. sic Mo. Ti. Ἐπαχύνθη, &c.] *Obtenebratum*, &c. Pers. *Obtorpuit*, &c. Ca. *Pinguefactum est*, &c. P. Pi. Bru. ex o'. Hac voce ostendit proximam excæcationis causam, quòd scilicet illi ità saginarint voluptatibus carnem, ut mentem suffocarent, & ad Verbum Dei obdurescerent. Ut cor nimiâ pinguedine offusum hebetatur, aut etiam suffocatur; sic mens deliciis corporeis ebria hebetatur, aut etiam excæcatur [z]. Cor magnum & obesum notant declarare ingenium hebes & stolidum [a]. Hoc, παχύνεσθαι καρδίαν, non quamvis ἀπροσεξίαν, (*negligentiam*, sive, *socordiam*,) significat, sed eam quæ ex rebus secundis nascitur, ut videre est Deut. 32. 15. Sic Græci dicunt, Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον: (*Pinguis venter non gignit mentem subtilem.*) Erant quidem Judæi sub Romano Imperio, sed ità ut moderatè ac clementer satis regerentur, multa retinentes vestigia αὐτονομίας, demptâ tantùm rebellandi licentiâ. Hæc porrò causa est quæ Deum movit cur eos ità compellari vellet tum Esaiæ, tum Christi, temporibus; quia nimirum quæ videre poterant, & debebant, videre noluerant. Obstat huic interpretationi apud multos, quòd Deus apud Prophetam verbis videtur uti imperativis, perinde quasi præcipiat Prophetæ, ut ipse cor oblimet, & oculos hebetet, & aures aggravet, quomodo exposuit etiam apud Judæos Abrahamus Rabbinus. Quod quanquam accipere sensum quendam figuratum, eúmque non incommodum, potest, nempe ut jubeatur Propheta facere id quod futurum prædicit, ut Jer. 1. 10. tamen cùm Hebraicæ voces non minùs ad Infinitivum modum quàm ad Imperativum referri possint, Josepho, Kimchi & plerisque aliis Hebræorum Magistris assentiri malo ad Infinitivum referentibus, ità ut subaudiatur עַל, vel לְ, q. d. διὰ τὸ παχῦναι τὴν καρδίαν τοῦ λαοῦ τούτου. Notum enim est in ejusmodi usu verba transitiva & passiva promiscuè usurpari, ut mox ἐπιστρέψωσι. Ità erit idem sensus qui est in o'. quíque tum Christi, tum Pauli, proposito meliùs convenit quàm alterum illud quod dixi. Nam quod apud Johannem est, *Excæcavit eorum oculos*, &c. & apud Paulum ad Romanos, *Dedit eis Deus Spiritum soporis*, &c. puto propriè circumlocutionem esse non hujus commatis, sed ejus quod præcessit, *Audiendo audietis*: quanquam Johannes, ut & Marcus, partem istam priorem cum hujus commatis posteriori membro contexuit, quippe reddito magis universè sensu quàm verbis singulis, cùm Matthæo Pauloque in Actis propositum fuerit, ut palàm videre est, ipsa verborum vestigia legere [b]. Heb. est, *Pinguefac*. Nempe quod Propheta narrat, sibi à Domino præceptum ut prædicatione suâ in isto populo (quanquam per accidens, nec ullâ

Verbi

[n] Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Be. † Be. ex Er. [t] Be. sim. [v] Bru. [x] Be. [y] Be. sim. Bru. [z] Bru. [a] Be. [b] G.

verbi cupâ) efficeret, id Christus monet in suis auditoribus per prædicationem suam effectum esse [c]. Sunt in Hebræo non tantùm Imperativa pro Futuris, sed & certa persona pro incerta. *Excæca*, scil. quicunque, h. e. excæcetur. Sic *impingua, aggrava, claude*: verba irati, non imperantis, sed ferentis justam in impios sententiam, deserentis, inquam, exponentísque malis. Excæcantur autem partim ab ipso Deo, quò respicitur Joh. 12. 40. Rom. 11. 8. præcipuè verò à seipsis; quo respexerunt ό. eósque secuti Matthæus, & Lucas Act. 28. 26. Itaque *excæcetur*, i. e. irato me deserente ac permittente, excæcabunt ipsi corda sua [d]. Act. 28. propinquam excæcationis causam designat, nempe malitiam Judæorum. At Rom. 11. ex altiore & magis recondito fonte deducit. Si enim sola Dei electio gratuita reliquias servat, (quod ibi dicitur,) sequitur occulto, sed justo, Dei judicio alios omnes perire. Semper quidem (fateor) quoscunque Deus excæcat, hâc pœnâ reperiuntur digni, sed non semper propinqua causa apparet, &c [*]. ¶ *Et auribus graviter* (vel, *obtusè*, Ca.) *audierunt*] Ità Be. Ti. P. &c. vel, *audiunt*, Tre, Sy. &c. Surdastri sunt, surditate animi affectatâ [†]. Heb. *Aggrava*, i. e. aggraventur, me justè deserente, ipsi aggravabunt, i. e. tanquam sordibus obturabunt. Id fit, cùm aures ità assuefiunt audiendis turpiloquiis rebúsque vanis, ut ad res Divinas audiendas arrigi nequeant [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν] *Et oculos suos*, (vel, *sibi* G.) *occluserunt*, Er. Ti. Sy. sic Tre. Mo. Ca. G. &c. vel, *sugillaverunt*, G. *Et oculis suis conniverunt*, Be. Il. P. Pi. sic G. &c. nam id Præteritum in Latino sermone probat Priscianus. Totius biennii prædicatione nihilo facti erant meliores [g]. Dicuntur *connivere* non naturâ cæci, sed qui se videre dissimulant quod vel inviti vident [h]. Καμμύω (per Syncopen [i],) pro καταμύω [k], *valde nicto*, sicut καμμίξαι, pro, καταμίξαι, καμμένειν, pro, καταμένειν, &c. κατ' in compositione significationem intendit [l]. ¶ *Nè quando* (vel, *Nè fortè*: Hæc particula ostendit quorsum prosit videre & intelligere, ut scilicet homines ad Deum conversi bene & feliciter habeant [m]:) *videant*, &c.] Cohæret apud Prophetam & ejus interpretes cum posteriori sensu, qui non comminatur, sed comminationis causam reddit; q. d. Hoc egerunt, nè quid intelligerent: neque malè Marcus & Johannes eadem ad pœnam referunt; quia & Deus apud Prophetam, & Christus hoc loco, ostendunt pœnam fore culpæ similem. Ità apud Mosem legimus, *Induravit Pharao cor suum, & induravit Deus cor Pharaonis* [n]. Significat, reprobos illos studiosè affectare & fovere cæcitatem suam, consuetudinéque suâ augere, ità ut nolint aliter secum agi, aut meliùs intelligere; imò & vereantur quasi, nè tot tandem visis auditísque convincerentur, &c. Hic status fuit Scribarum & Judæorum plerorumque eo tempore [o]. ¶ *Et sanem eos*] Heb. *Et medicetur ei*, aut, *& sanitas ei obveniat*, à me scilicet: nam Deus loquitur. Ideo rectè verterunt ό. ἰάσωμαι, (*sanem* P.) Quidam, *Et sanet eum*, scil. Christus medicus à me missus [q]. Hæc autem medicina est, peccatorum venia [r]. Ideo Marcus pro eo ponit, *& remittantur eis peccata*. Quòd autem Marcus id ipsum, ut & quod præcessit, ad pœnam refert, potest, ut Chrysostomo visum est, aut maximam difficultatem significare impetrandæ veniæ, aut etiam severitatem Divinam ad tempus aliquod duraturam. Nam & apud Esaiam, comminatio non ultra Babylonicum exsilium extenditur: & eorum, de quibus agit Christus, nonnullos, post Christum crudeliter trucidatum, cum acerrimo cordis morsu ad pœnitentiam versos credibile est. Ità enim humanum est ingenium, bona obvia spernere, negata ardentiùs concupiscere; *Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quærimus invidi.* Sed & de sui temporis Judæis agens Paulus, cùm dixisset eos πωρωθῆναι, & cæcutiente spiritu teneri, addidit, *usque ad hodiernum diem*. Neque malè à veteribus annotatum est, sæpe ipsorum hominum interesse ut differantur remedia, quò magis quicquid intus impuri est, se promat. Facilè enim recrudescunt citò obducta vulnera. De quo vide Origenem, περὶ ἀρχῶν [†] [& verba ejus in G.] Notatur h. l. ordo & consequentia donorum Dei in nostri justificatione, 1. est, videre: 2. intelligere: 3. converti: 4. sanari, seu justificari [t].

16. *Vestri autem beati sunt oculi*, &c.] Vel, 1. oculi mentis; de quibus actum v. præced. Itaque aliis verbis idem dicitur quod suprà 11. Quod & connexio v. 18. apertum facit [v]. At prophetæ Christum oculis mentis viderunt [x]. Vel, 2. oculi corporis [y]. Vel, 3. oculi & corporales & spirituales: q. d. Beati vos qui me meáque opera & oculis cernitis, & sanâ simplicíque mente capitis ac probatis [z]. At Joan. 20. 29. dicitur, *Beati qui non viderunt & crediderunt*. Resp. Illos meritò præfert Christus iis qui, oculis fidem metientes, nihil credunt nisi quod vident [a]. Eos autem qui Christum in carne viderunt, &c. non meliores pronunciat, & Deo gratiores, sed feliciores [b]; quòd quæ Prophetæ longè, obscurè, & spiritu tantùm, illi propè, perspicuè, & oculis, viderent, manibúsque tenerent, juxta 1 Joh. 1. 1, 2. & 2 Pet. 1. 18, 19 [c].

17. *Multi* (Non dicit, *omnes*, non, quia non omnes, sed, quia non necesse sit scire an omnino omnes [d]. *Multos* hîc pro *omnibus* posuit, ut Rom. 5. 19. & alibi fit, ut Apostolis, qui pauci erant, opponeret [*].) *Prophetæ* (qui tamen conscii fuerant adventûs Messiæ eorúmque quæ per eum gerenda erant [†]; qui ista aliis revelaverant [‖]:) *& justi*] Quibus Deus ità favet, ut se iis valde familiariter patefaceret [†]. Lucas ad Prophetas non *justos*, sed *Reges*, addit, 10. 24 [f]. Nominat nobilissimas quasque personas, quæque dignissimæ fuisse videbantur [g]: quo magis gratiam & felicitatem Apostolis à Deo concessam commendet [h]. Causam reddit, cur Apostoli beatos se eo nomine, h. e. peculiari gratiâ à Deo affectos, æstimare deberent; quia multis Prophetis, &c. is honos non contigisset, nempe discendi tam multa arcana Divinæ dispensationis, quæ in Messiæ tempora Deus servaverat, ut alibi à nobis dictum est. Ità ad submissionem animi Apostolos revocat, facilè alioqui cogitaturos, quando ista patefactio Judæis aliis ob crimina denegaretur, sibi eam virtutem meritò tribui. Huic errori Christus occurrens, Imò, inquit, meliores non estis Abrahamo, Isaaco, Jac. Esa. Jerem. &c. quibus ea felicitas donata non est. Vide Esa. 64. 4. Ergò quòd Judæis aliis negatur, justitiæ est; quod vobis tribuitur, Divinæ dispensationis & gratiæ [i]. ¶ *Cupierunt*] Summis votis, ità tamen ut Deo non obstreperent, sed tranquillâ fide & patienter se Deo submitterent, animósque suos suspenderent, usque ad maturum revelationis tempus. ¶ *Videre*] Propè & præsentia, pro animi inprimis recreatione sive voluptate, quæ major est rebus ex promisso præsentibus, quàm futuris; tum propter desideratum effectum præsentem; tum quia perfectiùs intelliguntur, &c [k]. ¶ *Non viderunt*] Non ista omnia, neque tam clarè, intellexerunt, Hebr. 11. 13. 1 Pet. 1. 10. 11 [l].

18, *Audite parabolam*] i. e. Intelligite parabolæ significationem [m]: jam enim parabolam audiverant [n].

19. *Omnis*, &c. Παντὸς ἀκούοντος] *Omnis audientis*, &c. Val. vel, *Omni audiente*, &c. Val. Pi. Bru. vel, *Quum quivis audit*. &c. V. sic Bru. *Quoties quispiam audit*, &c. Be. Pi. Di. *Omnis qui audit*, &c. Di. ex Vulg. Barbarè quidem Latinis auribus, sed eleganter quoad Hebraismum: quod enim hîc Lucas per Genetivos absolutos enunciavit, id Hebræi, Syri & Arabes, solent per absolutos Nominativos. Vide 1 Sam. 2. 30 [o]. [& ibi dicta.] ¶ *Verbum Regni*] Vel, *de Regno illo*, Be. Pi. nempe cœlesti & æterno [p], quod prædico [q]. Optimè λόγος semini comparatur, Nam & Latinè *sermo* à *serendo* dici creditur; & Græci dixerunt ψιθύρους καταβολὰς, (*mendacii projectionem*, sive *disseminationem*.) Aristot. Nicom. 10. Δεῖ προδιειργάσθαι, &c. (*Animam auditorum* bonis *moribus præparari oportet*, ——— *tanquam terram quæ semen fovet*) Cicero Tusc. 2. *Philosophia præparat animos ad satus accipiendos, eásque mandat his, &, ut ità dicam, serit, quæ adulta fructus uberrimos ferant.* Etiam Plutarchus τὸν λόγον vocat *semen* [r]. Quod semen est terræ ad procreandas fruges, id Verbum Dei est nobis, ad producendas omnes virtutes, &c [†]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ συνιέντος] *Et non intelligit*, Er. Il. Tre. P. Ti. Sy. Ar. &c. i. e. non qui non assequitur intellectu [t]; nam hoc non semper culpa est [v]; sed qui non recondit altè in animo [x], non fovet, non meditatur, & quasi terrâ cordis

[c] Pi.
[d] Bru.
[*] Calv.
[†] Be.
[f] Bru.
[g] G.
[h] Be.
[i] Sch.
[k] Sch. ex Be.
[l] Sch.
[m] Bru. ex Calv.
[n] G.
[o] Bru.
[p] G.
[q] Bru.
[r] G. ex Ca.
[†] G.

[t] Bru.
[v] G. Hi. & Chrys. in Mal.
[x] Mal.
[y] Q. in Mal.
[z] Bru.
[a] Mal.
[b] E.
[c] Mal.
[d] Bru.
[*] Mal.
[†] Idem.
[‖] Ham.
[†] Idem.
[f] Mal.
[g] G. Me. ex Mal.
[h] Mersim. Bru.
[i] G.
[k] Bru.
[l] G.
[m] Mal. sim. Bru. Sch.
[n] Mal.
[o] D.
[p] Be. sim. Bru. Pi.
[q] Bru.
[r] G.
[†] Bru.
[t] Bru. sim. Mal.
[v] Mal. Me.
[x] Me. ex Mal. sic Ee.

cordis suis tegit [y]: cui non est curæ mente concipere, considerare, probare, retinere; qui negligit, vel, quod pejus est, oppugnat, aut contemnit [z]; qui apud se auditum non considerat: Syrus habet לאמסתכל, à שכל Hebræo, quod significat *animum in aliquam rem circumspectè considerandam intendere*, ut Psal. 41. 2 [a]. Συνίημι est, *considerare*, aut, *attentè cogitare*, ut exponunt Didymus, Suidas, & Hesychius; & hâc voce reddunt מַשְׂכִּיל. Heb. משכיל, Psal. 106. 7. Prov. 21. 12 [b]. Al. *Et non attendit*, Be. Pi. συνιέντος, i. e. προσέχοντος, ut exponitur apud Homerum, σὺν νόῳ ξυνίει. Ità in Psal. 41. 2. ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχόν. Non temerè olim in sacris acclamatum, *Hoc age* [c]. Emphasis verbi Græci est, *simul mittere*; quum scil. auditor mentem suam simul mittit cum sermone, ut pari quasi passu incedant: quod facit, quum aut illum intelligit, aut saltem ad eum attendit [d]. Non loquitur hîc Christus de hominibus prorsus rudibus & qui nihil intelligunt, aut qui audita penitus recusant, (ut apparet ex eo quòd istis eripi dicitur à Satana quod in ipsis satum fuerat,) sed de iis qui audita nihil curant [*]. ¶ *Venit malus*, Ὁ πονηρὸς] *Ille improbus*, Be. *Ille malus*, Pi. Bru. ille desperatè & immutabiliter malus, semper vigil ut malefaciat [f], nempe Diabolus [g], ut Matth. 6. 13 [h]. qui Avibus in parabola respondet [i], quod apud Judæos novum non erat, qui soliti Dæmonas *aves* appellare, ut patet in libro Zoar [*] & de morte Mosis [k], [nec sine causa, quia] Dæmones versantur in cœlo, sive aere, terræ proximo, Eph. 6. 12. unde infestent homines, & signanter insidientur bonis initiis, ut famelicæ aves jactis seminibus, summâ agilitate, pernicitate, voracitate, ac superbiâ, præditi: qui etiam semper præstò sunt, & si quis verbum negligat aut contemnat, mox observant, &c. ¶ *Et rapit*] Procuratâ oblivione, alia vana animo objiciens, &c [l]. Hominum negligentia potestatem Diabolo in ipsos facit. Quod ergò homines, cùm audiunt, contemnunt expendere, id ille etiam è memoria delet; ità fit, sicut Lucas docet, ut non credant: unde discimus incredulitatis causam frequentissimam esse τὴν ἀπροσεξίαν [m]. ¶ *Quod seminatum est in corde ejus*] i. e. Super cor ejus, intrò tamen minimè receptum [n]. ¶ *Hic*, &c. Οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρεὶς] [Quidam referunt ad semen;] *Hoc est* (sub. *semen*) *quod juxta viam seminatum fuit*, V. Tre. ex Sy. At Sy. & Ar. in masculino habent, *Hic*, &c [o]. [Alii ergò referunt ad personam;] *Hic est qui juxta viam seminatus fuit*, Er. Ti. sic Mo. Æth. Pers. &c. i. e. qui significatur per eam terram, quæ, cùm sit juxta viam publicam, semen excepit [p]. Τὸ εἶ, *esse*, interdum valet, *significare*, vel, *significari* [q]; ut denotet rem unam quæ alteri respondet, sive signum sit, ut h. l. sive res significata, ut v. 20. ὁ ἐστιν —— ἀκούων, & ver. 22, 23 [r]. Quærunt, quomodo seminatio, quæ grano competit, auditori tribuitur. Sed res non est valde difficilis. *Seminari* enim dicitur & semen †, & ager, sive terra [t]: nam & *sata* dicuntur agri ipsi qui seruntur [v]. Sic *seminare agrum* dicunt & Plut. & Columella [x]: sic *aspergitur & humor*, & *vestis humore* [y]. Verùm τὸ οὗτος non refertur ad eum qui semen excipit, sed ad illud quod seminatur, vel, ὁ σπόρος, *semen*, vel, ὁ λόγος, *Verbum*, ut apparet tum ex ipsa parabola, in qua ei respondet τὸ, ἃ μὲν ἔπεσε, &c. *quædam ceciderunt*, &c. tum ex loco parallelo, Luc. 8. 11. ubi dicitur, ὁ σπόρος ἐστὶν ὁ λόγος, *semen est Verbum*, & v. 14. ubi pro σπαρεὶς, est, τὸ πεσὸν, *quod cecidit*, quod granum, non terra, sit, necesse est; tum ex Marc. 4. 19. ubi granum (non terra aut homo) dicitur *infrugiferum esse*. Quare ut οὗτος, *ille*, pertinet ad totam præcedentem orationem, *quum quispiam audit*, &c. ità ὁ σπαρεὶς est totum illius partis parabolæ, semen, & terra, & seminatio, &c. & tunc ἐστὶ [ut antè notatum] valet, *eo denotatur*, sive *significatur* †. Οὗτος, i. e. *Qui talis est μεταφορικῶς dici potest juxta viam consitus*. In his comparationibus totum complexum, quod vocant, complexo respondet, non minimæ particulæ particulis. Ideo Lucas homines semini comparat, συνεκδοχικῶς, ex parte complexum denotans [z]. Quia in hac parabola, ὁ σπόρος, *semen*, est *Verbum Dei*, Luc. 8. 11. quod undequaque bonum est, ideóque quadruplex hæc veritas in agri potiùs conditione quærenda venit, idcirco σπαρεὶς hîc & ver. 20, 21, 22. & πεσὸν & σπα-

ρέντες, Marc. 4. 16, 18, 20. & πεσὸν, Luc. 8. 14. in hac parabola, per Metonymiam, pro partibus agri semen accipientibus accipi debent [a]. Al. *Hic est qui juxta viam semen excepit*, Pi. ex Be. sic Sch. *qui satus est*, i. e. semen accepit [b]. Πεσὸν non tantùm est, qui cecidit, aut delapsus est, sed etiam, *qui in se aliquid delapsum excepit*; quod maximè patet in composito περιπίπτειν, vel, λῃσταῖς, Luc. 10. 30. vel, πειρασμοῖς, Jac. 1. 2. vel, νοσήματι, Xenoph. 6. Παιδ. quod valet, *incidere in latrones*, vel, *in tentationes*, vel, *in morbos* [c].

20. *Qui* —— *super petrosa*, &c.] i. e. *Qui metaphoricè dici potest super saxosa consitus* [d]: qui designatur per terram petrosam [*]. ¶ *Continuò* (vel, *Statim*, Pi. avidè, ferventer, mox ut prædicatur [f]:) *cum gaudio* (i. e. libenter, ut Heb. 10. 34 [g]:) *accipit* (vel, *excipit*, Be. λαμβάνων, i. e. δεχόμενος [h], ut est Marc. 4. 20 [i]. in cor recipit, mente concipit, considerat, probat [k]:) *illud*] Recondit, terrâ cordis tegit [l]: mirâ alacritate exsultat ob Evangelium sibi revelatum, delectatus illius luce, pulchritudine, rectitudine, & utilitate [m]: illud cupidè amplectitur, non respuit Verbum Dei, aut ei fidem abrogat, sed illud amabile est illi, & apud eum reverentiam aliquam obtinet [n]. Significat illius levitatem; nulli enim minùs constantes aliquando sunt, quàm qui initio maximè videntur ardere [o]. Cùm verò hic opponatur τῷ μὴ συνιέντι, & infrà positum sit συνιῶν pro eo quod hîc est, μετὰ χαρᾶς λαμβάνων, videmus hinc fieri vix posse, ut, qui ad Verbum Dei animum diligenter advertat, eidem non adhibeat assensum. Tertullianus Apologetico, *Qui audierit, inveniet Deum: qui etiam studuerit intelligere, cogetur & credere* [p].

21. *Non habet* —— *in se radicem*] Nempe constantiam, quia non habet terram multam [q]: non habet cor aptum, in quod Verbum radices agere queat [r]. Optimè cohæret cum eo quod dixerat, εὐθὺς. Ità de præcoci ingenio dixit Quintilianus quod de præcoci & malè cocto affectu Christus hîc dicit, *Non multùm præstat, sed citò; non subest vera vis, nec penitus immissis radicibus innititur*. Similis est illa Callidori comparatio in Pseudolo Plautina, *Quasi solstitialis herba paulisper fui: Repentè exortus sum, repentinò occidi*. *Radix* igitur hic est bene meditatum, rebus omnibus expensis, propositum Summi Boni adipiscendi, spretis rebus aliis †, & omnia tolerandi quæ præscribit Evangelium [t]. Hoc ipsum, τὸ στερέωμα τῆς πίστεως, Paulus vocare videtur, Col. 2. 5. & qui id consecuti sunt, ἐῤῥιζωμένοι ἐν ἀγάπῃ, Eph. 3. 17. Eâdem similitudine usus Cicero virtutem dixit *altissimis defixam radicibus* [v]. Habet hîc desideria quædam bona & affectiones pias, sed non seriò imbutus est veræ pietatis affectu, majorem cordis partem occupantibus pravis & pristinis affectibus: unde fit ut nequeat semen vitæ corde suo penitus imbibere & radices stabilis pietatis agere, quia non certo ac firmo consilio & proposito constituit Summum Bonum in Regno Verbi adipiscendo [x]: totum cor ejus solidè non penetrat Verbum, ideóque fidei non suppetit continuus humor ad perseverantiam [y]. ¶ *Sed est temporalis*, Πρόσκαιρος] *Temporarius*, Er. Ti. Be. Pi. &c. Ad tempus credit [z], ut exponit Lucas 8. 13. quousque καίριον, *opportunum*, illi videtur: nam καιρὸς est, *opportunitas temporis* [a], sed non est perpetuus [b]. Sicut Paulus πρόσκαιρα opponit αἰωνίοις, 2 Cor. 4. 18. ità hîc πρόσκαιρος opponitur stabili καὶ ἐῤῥιζωμένῳ, i. e. ei qui vim solidam usque durabilem in se continet. Constat is sibi, dum res sunt satis prosperæ, ut ad Lucam exponit Syrus [c]: quamdiu detrimenti nihil accipit quoad res temporales, gaudet, laudat Verbum, jactátque se ejus cultorem [d]. ¶ *Factâ autem tribulatione*, &c. Θλίψεως ἢ διωγμοῦ] Sumitur & vox θλίψεως generaliter ut alibi diximus, & θλίψις, pro eo quod frequentiùs διωγμὸν dicimus, ut Act. 11. 19. Alioqui h. l. θλίψιν accipiendum puto pro privata [*], sive à privatis hominibus suscitata [f]; διωγμὸς pro publica, vexatione [g], per tyrannos aut magistratus [h]. Θλίβειν, est, πιέζειν, (*comprimere*,) & tam arctè aliquid stringere ut opprimas: unde *Thlibiæ* Eunuchi. Interdum verò vehementiorem tantùm pressuram declarat, & θλίψις levius quoddam est quàm στενοχωρία, Rom. 8. 35. 2 Cor. 4. 8. & 6. 4 [i]. ¶ *Propter Verbum*] Si ob Evangelii confessionem intentetur exsilium, carce , &c [k]. ¶ *Continuò*

[Marginal notes, left column: y Me. ex Mal. — z Bru. — a Be. — b Ham. — c G. — d Pi. — * Be. — f Bru. — g Ca. sic Mal. Me. Bru. G. Pi. &c. — h Pi. — i G. sim. Bru. — k G. — l Bru. — m G. — n Bru. — o Di. — p Bru. — q Ham. ex Aug. — r Ham. — † Mal. — t Mal. sim. Er. Be. Pi. — v Mal. — x Pi. ex Steph. — y Er. — † Ham. — z G.]

[Marginal notes, right column: a Sch. — b Ca. — c Sch. — d G. — * Bru. — f Idem. — g G. — h Be. sim. G. — i Be. — k Bru. — l Mal. — m Bru. — n Calv. — o Me. — p G. — q Mal. — r Bru. — † G. — t Ham. — v G. — x Bru. — y Calv. — z V. Bru. sim. Er. Camer. Sch. — a Sch. — b V. — c G. — d Bru. — * G. — f Bru. — g G. — h Bru. — i Be. — k Bru.]

tinuò (priusquam tangatur ipse, solo timore [l]. *Statim*, Be. vel, *Repentè*, ut repentè verbum admiserat [m]:) *scandalizatur*, Σκανδαλίζεται] *Offenditur*, Be. Bru. Er. Tre. &c. Adversitate, velut offendiculo, turbatur & impeditur quò minus prosequatur iter quod cœperat, & pergat Evangelio adhærere [n]. *Subvertit illud*, Æth. *Fit apostata*, Pers. *Deciscit*, vel, *deficit*, ut est Luc. 8. 13 [o]. Est hic Metalepsis quæ ex antecedente consequens significat. Nam ἐκ τῦ σκανδαλίζεσαι vult intelligi τὸ ἀφίςαθχ, quod Lucas expressit; sicut qui viæ salebris offenditur, aliam sibi viam eligit. Causa defectionis ad instabilitatem animi refertur, quæ ex securitate nascitur, securitas ferme ex nimia sui fiducia. Hinc Christus toties suos monet, ut in tempore, & antequam periculum ingruat, vigilent ac precentur [p]. Non pervenit hic ad frugem, sed neque pervenisset, etsi nulla adversitas orta fuisset: verùm tribulatio manifestum eum fecit, &c [q]. Est huic similis imago apud Lucianum Hermot. Ad virtutis, inquit, [& sapientiæ iter ἀνέρχονται τινές, &c. (*ascendunt quidam fortiter, & aliquatenus proficiunt, in medio autem itinere, quum in molestias ærumnásque incidunt, redeunt —— quia laborem ferre non valent* [r].)

22. *Qui Verbum Dei audit*] Sedulò & concipit mente, considerat, probat, retinet, piis desideriis Deum quærit, ut cultus aratro; vacuum se præbet vitæ prioris affectibus, tanquam petris †. Repete hîc ἐκ κοινοῦ, *& cum gaudio excipiens*, aut, ut suprà infrâque dicitur, συνιῶν [t]. Unum tantùm deest, quòd non exstirpat, aut saltem resecat, enascentes spinas, &c [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ μέριμνα, &c.] *Sed*, (*Et*, pro *Sed*, quod frequens Hebræis [x]: Καὶ Hebræo more positum vice relativi [y]:) *solicitudo* (vel, *cura*, Tre. Er. *anxietas*, Mo.) *seculi*, (vel, *mundi*, Sy. Ar. Pers. Æth. vel, *ævi*, G. vel, *vitæ*, Ca. Bru.) *hujus*, Be Pi. &c. suscepta pro rebus ad hanc vitam pertinentibus [z]: vel, de retinenda felicitate hujus seculi [a]. Idem hoc videtur quod *superbia vitæ*, 1 Joh. 2. 16. studium scilicet earum rerum quæ in hac vita splendidissimæ videntur, in quo genere excellit honorum & gloriæ cupido, quæ sapientibus etiam novissimè exuitur [b]. Mallem idem esse quod μεριμναὶ βιωτικαὶ, Luc. 21. 34. βίου πραγματείαι, 2 Tim. 2. 4. κοσμικαὶ ἐπιθυμίαι, Tit. 2. 12. τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, 1 Joh. 2. 15 *. ¶ *Et fallacia* (vel, *seductio*, Be. Bru. Pi.) *divitiarum*] i. e. Divitiæ fallaces, vel deceptrices, vel seductrices [c], (sic dictæ, non quod *fallant*, h. e. frustrentur, hominem, sed, quòd *à via deducant* [d], id enim propriè est ἀπατᾷν * siquidem πάτος, *via trita* [f]; quia cùm expetantur & amentur plurimùm, facilè abducunt hominem à recto, sive ut comparentur, sive ut conserventur †:) vel solicitudo de eis acquirendis, aut conservandis *. Pro *divitiis* sapienter hîc posuit Matthæus ἀπάτην τῦ πλούτου, ostendens, esse quidem divitias in rerum mediarum numero, sed plerumque inescari earum dulcedine homines: qua de re insignia exstant veterum dicta; Menandri & Ciceronis, [quæ vide in G.] Hoc est Johanni *concupiscentia oculorum*. Cæterùm, cur tertiam causam, quæ itidem suffocare solet pietatis studium, voluptates scilicet corporis, quas Johannes dixit *concupiscentiam carnis*, Marcus, hoc loco, *cupiditates* περὶ τὰ λοιπὰ, (*de rebus aliis*,) Lucas, *delicias*, sive *voluptates*, *vitæ*, Matthæus omiserit, causam hanc fuisse suspicor, quòd, divitiis nominatis, eas satis putaret intelligi, quia ferme propter voluptates corporis divitiæ expetuntur [f]. ¶ *Suffocat Verbum*] Segetem enascentem opprimit ut emergere nequeat, obruit tandem atque extinguit conatus, curas, & affectus, omnes vitæ melioris [g]. *Suffocare Verbum*, idem h. l. quod in Pythagoreorum fragmentis, τὸν λόγον μηδαμῶς συμπνίγειν ἐᾶν (*Nullo modo sinere ut sermo proficiat*.) Ità hîc evenit quod Donatus scripsit *amatoribus* evenire, *quorum disputationes* (secum scilicet, non cum amatis) *intermiscent quædam sanæ mentis consilia, quæ tamen resurgentis amoris sævitiâ devincuntur*. Et Quintilianus, cùm dixisset nihil tam occupatum, tótque ac tam variis affectibus laceratum, quàm malam mentem, addidit, *Quis inter hæc literis aut ulli bonæ arti cultus? non hercle magis quàm frugibus in terra sentibus ac rubis occupata* [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἄκαρπος γίνεται] *Et fit fructus expers*, Be. Pi. sive ipse sermo, sive is qui sermonem sic audit [i]. Lucas habet, ὐ τελεσφοροῦσι, h. e. *ad messem usque frugem non perferunt*. Cùm per gradus procedat comparatio, videtur hîc de iis agi qui majores, quàm secundi illi, profectus in pietate fecerant, atque adeò, actis radicibus, cœperant fructum non illaudabilem proferre, sed variis cupiditatibus, quas purgare neglexerant, obruti, vim illam frugiferam perdunt. Exemplum habemus in Dema, 2 Tim. 4. 10 [k].

23. *In terram bonam*] i. e. Bene cultam, subactam & purgatam [l]. Planè simili modo Philo ἀρίστην χώραν (*terram felicem*, sive *uberem*) vocat *animam ratione præditam*, quæ à Deo sit consita [m]. [Plura vide ex Ph. in G.] ¶ *Et intelligit*] Quæ vox non solùm cognitionem Verbi declarat, sed etiam æstimationem, studium, & retinendi curam, ut constat ex cæteris Evangelistis [n]: vel, *Et attendit*, Pi. ¶ *Et*, &c. Ὃς δὴ καρποφορεῖ] *Qui*, (vel, *Quod*, nempe Verbum; nam suprà *semini* idem tribuit: Verbum autem semen est: alioquin possit referri ad hominem [o]. At Christus non de uno aliquo homine, sed de uno hominum genere, loquitur; cujus varias species enumerat [p]:) *denique*, (vel, *scilicet*, Bru. sic Pi. Sch. Be.) *fructum fert*, Er. Bru. Sch. i. e. τελεσφορεῖ, ut oppositionis ratio monstrat. Hoc est quod Lucas hîc dixit, καρποφοροῦσιν ἐν ὑπομονῇ. Notum est in Apostolicis scriptis ὑπομονῆς voce plerumque significari *perseverantiam*, nec quamlibet, sed eam quæ ad finem usque perdurat, juxta illud Christi, *Qui perdurat ad finem usque, servabitur*. Ex quorum locorum collatione discimus hîc *fructuum* nomine non præmia operum, sed opera, designari [q]. Sensus, Qui ità se comparat omni ex parte ut fructum ferat maturum & absolutum [r]. ¶ *Aliud* (sive unum, ejusdem nempe Verbi granum †: vel, *Alius*, nempe homo [t]; ità clarior est sententia [v]:) *quidem centesimum* (vel, *centena*, scilicet grana, è singulis quæ inter seminandum excepit [x]. Centuplus fructus, cujus meminit & Plinius, pro summa ubertatis mensura ponitur, Gen. 26. 12. & apud Poetas [y]:) *aliud autem sexagesimum*, &c.] Potest simpliciter intelligi significata fructuum diversitas pro vario soli ingenio & culturæ industria. Neque tamen ineptè fructum triplicem referas ad triplices, ut alibi diximus, Christianos; *pueros*, *juvenes*, *patres* [z]: vel, ad tres gradus profectûs spiritualis; incipientes, proficientes, perfectos. Ut sterilium, ità & fructuosorum, auditorum triplex est varietas. Docet non spernendos qui minimè excellunt, modò boni sint. Auditorum autem differentia partim esse potest ex varia eorum natura atque ingenio, prout alius alio est perspicacior, æquior, diligentior; præcipuè verò ex diversitate culturæ agricolæ, h. e. Christi, Joh. 15. 1. & pro varietate donorum quibus Christus dignatur præparare, excolere, & augere. Christus enim est qui aperit corda, ut excipiant Verbum, Luc. 24. 45. Act. 16. 14; qui hominem bonum reddit & fœcundum, 1 Cor. 3. 6, 7. 2 Cor. 9. 10 [a].

24. *Aliam parabolam*] Non absimilem præcedenti. Ut in illa præmonet, nè exspectent ut Evangelium ex auditoribus omnibus fructum referat: ità in hac præmonet, nè exspectent ut omnes in Ecclesia sancti & boni sint [b]. Ostendit hîc semper fore malos permixtos bonis [c]. ¶ *Simile*, &c. Ὡμοιώθη, &c.] *Simile est Regnum cœlorum* (vel, Ecclesia, militans scilicet: *Regnum* dicitur & populus regnatus [d]: vel, doctrina Evangelii *: vel, *Similis est* Rex cœlestis Messias [f]:) *homini*, &c.] h. e. *Alicui*, more Hebræo, Tota narratio toti significato comparatur. Utrumque autem, ut diximus, synecdochicè indicatur particulis quibusdam sæpe non directè respondentibus; q. d. *Ità se habet res Evangelii acsi quis eat satum*, &c. quod clariùs exprimit Marcus, [4. 26 [g].] Tale quid accidet in Ecclesia, quale, si quis, &c [h].

25. *Cùm —— dormirent homines*] Omnes scilicet [i]: Periphrasis noctis [k]. Ἀνθρώπους hîc indefinitum est, non universale; q. d. *Cùm dormiretur*. Descriptio est opportunitatis [l]. ¶ *Zizania*] Quæ vox vel Syra est [m]; vel potiùs Græca [n]: quæ denotat vel *viciam*, & *lolium* [o]: vel [in genere] frugum vitia, quibus strangulantur [p]: omnem noxiam fruticationem quæ frugibus officit, &c [q]. Cl. Brederodius, mecum deambulans, duas mihi ostendit spicas ex uno culmo prodeuntes, quarum una florens grana, altera adusta paleas, ostentabat. *Ecce tibi*, inquit, *Scultete, zizania cum tritico in eodem culmo enata*.

l Bru. m G. n Bru. o Ca. p G. q Bru. r Pri. † Bru. t G. v Bru. x Bru. sim. Be. y G. z Bru. a Pi. b G. * Bru. c Bru. V. Pi. d Er. * Er. Be. f Er. † Bru. * Bru. sim. Pi. f G. g Bru. h Pri. i Pit

k G. l Mal. m G. n Bru. o Er. p Be. q G. r Bru. † Idem. t Bru. Pi. v Bru. x Pi. y G. z Idem. a Bru. b Bru. c M. sim. d Bru. * Ca. f V. g G. h Bru. sim. Be. i Bru. Mal. k Bru. l G. m Mart. in Wal. n La. in Wal. Gua. o Q. in Scul. Gua. Camer. p Camer. q Bru.

enata. Falluntur qui viciam & lolium intelligunt, quippe quæ facillimè à frumento discernuntur: quum zizania difficulter discerni dicat Christus. Illa porrò species tritici adusta vix potest avelli quin triticum unà evellatur. Non de manifestè sceleratis loquitur, sed de hypocritis, &c. Hanc sententiam ejus ut genuinam verámque omnibus commendo [r]. Idémque Brederodius literis ad me datis vocem plenius exposuit, *Zizania*, inquit, per *lolium* interpretantur. Lolium autem duplex est: unum propriè dictum, quod peculiare granum habet, de quo Plin. 18. 17. & 22. ult. quòd ineunte hyeme provenit, nunquam vere, & folio lanuginoso, teste Theophrasto, hist. plant. l. 7. quod etiam culmo & foliis, uti & fructu, optimè à tritico hordeóque discernitur. Aliud ergò ab hoc lolio est zizanium, quippe quod & tritico simillimum est, & ante messem nascitur. Est itaque altera lolii species, quæ ex tritico, aliísve frumenti speciebus corruptis, nascitur; de quo Julius Pomponius Sabinus, vetus Georg. interpres in versum, *Infelix lolium*, sic scribit. *Triticum & hordeum in lolium mutantur.* Et Rembertus Dodonæus. *Primum*, inquit, *inter vitia frugum locum obtinet Lolium. Gerit id folia culmósque tritici aut hordei, hirsutiora tamen, & cum iis nascitur, seminibus ipsorum corruptis, aut in deterius mutatis*; quod fit, ut alii notant, vel per incuriam. vel ex nimia humiditate, vel ex nimio calore, &c. Et hoc est zizanium, quia grandis hìc est similitudo [*]. [Plura videat, cui lubet, in Authore.] Ζιζάνιον est, inquit Suidas, ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα, *lolium frumenti, corruptio frumenti, semen frumentaceum ex corruptione proveniens* [†]. Utitur hac voce solus Matthæus, & quidem semper in plurali [t]. Sic dicitur quasi σιτοζάνιον, quòd ἵζάνῃ *insideat* σίτῳ [v], & cum eo crescit [x]. Talmudici vocant זונין, quod est *species quædam Tritici, quæ in terra mutatur, & quoad formam, & quoad naturam*, inquit Glossa. Triticum ergò hìc duplex notatur, nobile & degener atque sordidum, quo intelligit bonos & malos Christianos, utrosque ab aliis hominibus distinctos, ab Ethnicis scilicet, at distinctos etiam inter se [y].

26. *Herba.* Ὁ χόρτος] Quàm latè hæc vox apud Hellenistas pateat, vide ad Matth. 6. 30 [z]. ¶ *Et fructum fecisset*] Id est, Proxima esset fructui ferenda [a]. Spicam, vel grana, protulisset [b], ut jam formatum fructum liceret aspicere [c]; messis enim nondum venerat [d]. Descriptio [hæc est] non messis, sed ejus temporis quo apparere sata incipiant. Marcus, ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός· i. e. חנט Cant. 2. 13 [*]. ¶ *Apparuerunt*, &c.] Nam in prima herba vix discerni poterant [f].

27. *Accedentes*, &c.] Hæc allocutio non habet in Christi explicatione ullam specialem ἀνταπόδοσιν. Et multa sunt talia in istis aliisq; apologis, quæ non sunt ad vivum resecanda: adhibentur enim ad contextum narrationis [g], non ut parabolæ partes, sed tanquam emblemata [h]. Parabolis utendum tanquam pictâ tabellâ, ubi non omne quod pingitur significationem habet, &c. Qui ergò omnia in iis ad vivum resecant, non interpretantur, sed vexant & torquent, parabolam [‖]. ¶ *Nonne bonum*, &c?] Hebraismus, pro, *Certè tu probum semen severas* [i].

28. *Vis imus & colligimus ea?*] Vel, *eamus & colligamus ea?* V. sic Pi. &c. Ἀπελθόντες hìc redundat, ut ἀπελθεῖν, quod modò præcessit, & πορευόμενοι, Luc. 8. 14. quòd semel dictum non est cur sæpe repetatur [k].

29. *Nè fortè —— eradicetis simul cum eis & triticum*] Est enim lolii genus quod à tritico visu discerni vix potest [l]. Vult dari locum pœnitentiæ: nam qui hodiè depravatus est, cras resipiscere potest [m]. Si autem hæc ratio desit, h. e. si periculum nullum subsit revellendi unà cum lolio tritici; sed potiùs periculum sit nè triticum ipsum evellatur, relicto lolio, nihil vetat quò minùs jam opportunum malo adhibeatur remedium [n]. Christus hìc meminit tantùm providentiæ Dei, quâ fit ut improbi in hac vita floreant, pœnas aliquando daturi. Perperàm ergò Anabaptistæ hinc colligunt, non esse fas Magistratui animadvertere in homines sceleratos [o]. Cavendum tantùm monet, nè bonis noceant, dum malos è medio tollunt [p]. Gellius 17. 15. *Utriusque* (hellebori nempe) *hæc vis est, ut humores noxios, in quibus causæ morborum sunt, extrahat; periculum autem est, nè inter causas morborum, omni corporum viâ patefactâ, ea quoque ipsa, in quibus causa vivendi est, exinaniantur* [q].

[r] Scul. ex. 2. 65. [*] Scul. ib. [†] Gua. [t] Sch. [v] Gua. Sch. [x] Gua. [y] Li. ho. [z] G. [a] Bru. [b] Mal. sim. Bru. [c] Bru. [d] Mal. [*] G. [f] Bru. [g] G. [h] Mal. [‖] Cam. [i] G. [k] G. [l] G. sim. Bru. Zeg. [m] Zeg. ex Hi. [n] Zeg. ex Hi. [o] Cam. [p] Me. [q] Pri. ad v. 30.

30. *Sinite*, Ἄφετε] Similis locus in Bereschit Rabba [†]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῷ καιρῷ] *Præstituto tempore*, ideóque exspectando, non autem temere occupando [t].

31. *Aliam parabolam*] Duabus sequentibus comparationibus indicari puto exiguum numerum Judæorum qui in Christum erant credituri, & incredibilem multitudinem quæ istorum operâ ex Gentibus ad veram religionem esset perducenda. Quàm latè enim & quàm brevi tempore sparsum sit Verbum salutare, quantósque sine ullis humanis præsidiis profectus fecerit, discimus ex Actis Apostolicis & Epistolis Pauli, & ex scriptoribus sequentis ævi. Iren. l. 1. 3. Ecclesias nominat *Germaniarum, Galliarum, Hispaniarum, Orientis, Ægypti, Libyæ, Meridiei*. Memorat præterea Tertullianus (ipso quidem junior, qui tamen scribebat circa annum à Domini natali 200) inter nationes, suâ ætate Christo subditas, *Getulorum varietates, Maurorum multos fines, Britannorum inaccessa Romanis loca, Sarmatarum & Dacorum & Scytharum, & multarum Gentium Romanis ignotarum.* Adde Origenem, Hom. 4. in Ezech. Arnob. lib. 2. Athanasium epistolâ Synodicâ, quæ apud Theodoretum, hist. 4. 3. Hieron. epist. ad Evag. Chrysost. serm. de Pentecoste, Theodoretum, Therapeutico [v]. Tertia hæc ejusdem generis parabola, de semente, &c. Prima declarat diversum Evangelii effectum in bona & mala terra. Secunda, quomodo adulteratur Evangelium. Tertia, quanta ejus vis, & ex quàm parvo initio in quantam magnitudinem excrescat [x]. ¶ *Simile est regnum*, &c.] Id est, hoc Regnum cœleste & Divinum quod ineo, Evangelium scilicet [y], parvis incrementis tandem summum evadet [z].

32. *Quod*, &c. Ὃ μικρότερον, &c.] *Quod minimum quidem est omnium seminum*, Be. Pi. &c. Vide dicta ad Matth. 11. 11 [a]. At alia sunt minutiora, ut semen papaveris [b]. Resp. 1. Fit comparatio ad eas herbas quæ in Judæa erant notiores [c]. 2. *Minimum* dicitur proportione; nullum enim tam parvum tantam rem producit [d]. 3. *Minimum* dicitur, non quòd omnium minimum, sed quòd ex omnium minimis unum, sit. Non solemus philosophicè & subtiliter, sed populariter, & ex opinione vulgi, loqui, in proverbialibus sententiis; qualis hæc fuit apud Hebræos [*]. *Granum sinapis* pro re minima dicitur, & Matth. 17. 20 [f]. & apud Rabbinos, qui frequenter dicunt, *Pro quantitate grani, sive guttulæ, sinapis* [g]. Μικρότερον, pro, μικρότατον [h]; Comparativus pro Superlativo [i]: ut 1 Cor. 3. ult [k]. Luc. 9. 46 [l]. Joh. 10. 29. & in prophanis scriptoribus. Nilus, πάντων χαλεπώτερον, &c. *Omnium laboriosissimum est, animabus præesse.* Synesius, Βαρύτερος, &c. *Gravissimus*, &c. Curtius, *Duo majora omnium navigia*, &c [m]. ¶ *Majus est omnibus oleribus*] Majus omnibus quæ ex semine proveniunt [n]. ¶ *Fit arbor*] In arboris magnitudinem excrescit [o]. In Talmud Hierosf. legitur de quodam Simone——qui retulit se habere in prædio suo plantam sinapis tantam, ut ipse in summitatem ramorum ejus posset conscendere. Et alius ibidem refert de alia planta sinapis, cujus tres essent rami, quorum unus incurvatus fuit ad umbraculum faciendum figulis, qui sub eo in æstate operabantur: ex quo ramo tandem tres Cabi seminis fuerint collecti. Herodotus *in agro Babylonico etiam milium & sesamum arborescere testatur* [p]. In calidioribus locis longè supra humanam staturam assurgit [q]. Vidi ego sæpe in Hispania, sinapi, loco lignorum, magnos futuros [lege furnos] ad coquendum panem calefieri [r]. ¶ *Et habitent*, &c.] Id est, Ut quasi habitent in ramis ejus, Psal. 104. 12. Neque enim de nidis tantùm agitur [†]. Καὶ κατασκηνοῦν] *Et nidulentur*, &c. Be. Pi. Er. Sed nec verbum id propriè significat, nec sententiæ veritas respondet. Nam ego, qui magnas aliquando sinapi sylvas vidi, insidentes sæpe aves vidi, nidos non vidi. Rectiùs ergò vertitur, *habitent*, i. e. sedeant, ut contrà, *sedere* ponitur pro *habitare* [r]. Vox κατασκηνοῦν, à σκηνὴ, *tabernaculum*, loco convenit: frondosæ enim arboris rami sunt aviculis veluti tabernaculum. Altera similitudinis pars, quam intelligendam relinquit, est hæc, Ità Evangelium, quod ex omnibus doctrinis minimum habet splendoris & commendationis, multisque videatur stultitia, &c. ubi divulgatum fuerit, omnes alias doctrinas celebritate, firmitate, æternitateque superabit, & se longè diffundet, & omnes gentes requiescent in umbra ejus, &c [v]. Respiciunt hæc verba

[†] G. [t] Be. [v] G. [x] Mal. [y] M. Mal. [z] V. sim. Eru. M. [a] G. [b] G. in Mal. [c] G. [d] Me. [*] Mal. [f] G. sic Mal. [g] Li. ho. [h] Pi. Sch. [i] Pi. Camer. Sch. Glas. [k] Pi. [l] Mal. [m] Glas. gram. 3. 1. 18. 72. [n] Ham. [o] G. [p] Gua. ex Tre. [q] Mal. sic Bru. [r] Mal. [†] G. [r] Mal. [v] Bru.

Dan. 4. 12. ubi est ידרון. Vide & quod suprà dictum est ad cap. 8. Christi Regnum inter cætera Nabuchodonosoris Regno comparat etiam Tertullianus dicto loco [x].

33. *Aliam*, &c.] Quâ idem inculcat [y]; Ecclesiæ nempe, vel doctrinæ Evangelicæ, vim & incrementum [z]. ¶ *Fermento*] Quod, ob diversas ejus proprietates alibi in malum, ut Matth. 16. 6. 1 Cor. 5. 6, 7. hîc in bonum, ponitur. Est enim corruptio quædam massæ nimis calefactæ. Et quia conceptum in se calorem habet, vim etiam continet, ea, quibus immiscetur, augendi [a]. ¶ *Mulier*] Id est, Divina sapientia, aut, si mavis, Ecclesia [b]: vel Doctor Evangelicus. Verùm *mulier* non est pars parabolæ, sed ideo nominatur potiùs quàm vir [c]; quia pinsere magis muliebre, quàm virile, officium est [d]. ¶ *Abscondit*; ità Mo. Ar. Æth. sic Sy. Miscuit, confudit [*], ità ut non appareret [f]. Ἐνέκρυψεν] *Condidit*, Be. Ca. *Recondidit*, Tre. Pi. &c. ¶ *In*, &c. Εἰς ἀλεύρου σάτα τρία] *In farinæ satis* (vel, *mensuris*, Pers. Ar.) *tribus*, Er. Il. Tre. Pi. &c. סאה, Chaldaicè סאתא, unde σάτον *satum*, mensura est non solùm aridorum, sed & liquidorum, capiens sex Cabos [g], sive ova 144 [h], vel sesquimodium Italicum [i]. Sed cur *tria* dicit? *Resp.* 1. Numerus terminatus pro interminato [k]; *tria*, pro multis [l]: ut ostenderet ingentem farinæ magnitudinem, quæ tamen tota paululo fermento afficiatur [m]. 2. Quòd Ephi, quæ usitatissima erat mensura, tria Sata contineret [n]. 3. Quia tantum misceri solebat, ut apparet Gen. 18. 6 [o]. Jud. c. 6. v. 19. 1 Sam. 1. 24 [p]. 4. Symbolum est orbis in tres partes distributi [q].

34. *Locutus est*——*in parabolis*] Major Salomone. Suprà 12. 42 [r]. ¶ *Non loquebatur*] Hoc scilicet tempore aut concione, quod disertè subaudiunt Græci, nec enim semper sic fecit †.

35. *Ut impleretur*, &c.] Ità Pi. sic Sch. &c. Ἀπολογικῶς potest & ἐκβατικῶς reddi, *Atque sic completum fuit* [t]. *Ut*, h. l. non significat causam, ob quam per parabolas locutus sit [v], quæ non erat ut Davidis dictum impleretur, nec enim prophetia erat, sed historia, de qua David ibi agebat, sed quia auditores indigni erant, ut explicatum est, v. 11, 12, 13. Quod ergò à Davide alio sensu dictum erat, Christus ad similem sensum accommodat [x]. Ὅπως non significat propositum Asaphi (qui hîc *propheta* generaliori notione dicitur) sed eventum talem cui verba illa excellentiùs, imò etiam magis propriè, congruerent. Nam Asaphus משל & חידות dixit pro *narratione sententiosa*, κατηχητικῶς· quæ tamen ipsa narratio latentes rerum Messiæ figuras continebat. Hîc verò eo nomine indicantur αἶνοι, qui propriè sunt חידות, &, si addatur ἀπόδοσις, משלים [y]. Nè novum putetur & insolens hoc dicendi genus, adducit Prophetam, qui & ipse eo utitur, &, cùm gerat Christi typum, prædicit Christum usurum †. ¶ *Aperiam*, &c.] Id est, Loquar parabolas [z], graviter & frequenter, quæ est phraseos emphasis. Agit ibi [Psal. 78.] de tota Israelis gubernatione & beneficiis, &c. ab egressu ex Ægypto ad sua usque tempora. Hæc cùm *parabolas* vocet, significat ea fuisse figuras & typos (ut dicitur 1 Cor. 10. 11.) rerum ad Christum ejúsque Ecclesiam pertinentium [a]. ¶ *Eructabo*; ità Er. Il. Be. Tre. Mo. P. Pi. &c. Ἐρεύξομαι] Ità Heb. אביעה exponunt Hebræi, & ο'. quoque aliis locis, ut Psal. 19. 3 [b]. sic & Psal. 119. 171. & 145. 7 [c]. quanquam hîc posuerunt, φθέγξομαι. Significat hæc vox orationem largè erumpentem [d], instar aquæ ex fonte: נבע est, *scaturire*, sive *exundare*. Verto, *Profundam*: Hesychius, ἐρεύξεται, βρύσεται [*]. *Effabor*, Ca. sim. Ar. Æth. *Proferam*, Sy. ¶ *Abscondita*; ità Er. Il. Ti. Sy. Ar. &c. Κεκρυμμένα] Sic vertit חידות, quod ο'. *problemata* vertunt: alii *ænigmata*, i.e. res arcanas, graves, & difficiles; arcana, inquam, Regni cœlorum. Idem significatur quod per *parabolas*: est enim ejusdem rei repetitio [f]. Participium autem, κεκρυμμένα, positum hîc est vice nominis, *ænigmata*, aut *problemata*; quia verba sequentia cum Participio rectiùs cohærent. ¶ *A*, &c. Ἀπὸ καταβολῆς κόσμου] Hoc non tam explicando quàm applicando dicit, pro, מני קדם, quod est, *ab antiquo tempore*; propriè autem significat, ut & ο'. transtulerunt, *ab initio* [g]. *A constitutione mundi*, Er. Il. Mo. Ti. Vulg. sub. *quæ sunt*, sive *fuerunt*, Bru. sic Tre. Ca. Sy. Pers. Malim, *à jactio fundamento*, &c. Be. sic P. Pi. *à fundatione*, &c. Er. Fundatus enim fuit mundus primo statim die; constitutus autem sexto [h]. *Ab initio*, Æth. *Ante fundationem mundi*, Tre. ex Sy. sim. Pers. A prima rerum origine, h. e. ab æterno, nam antea non erat cui Deus hæc revelaret [i]. *A creatione mundi*, Ar. sic Bru. G. Translatum ab ædificiis loquendi genus passim usurpatur in N. T. ut apparet receptissimam eorum temporum phrasin fuisse [k]. Καταβάλλειν est, *deorsum jacere*, ut fit in ædium fundamentis [l]: unde καταβολή, *fundamentum* [m]: quæ vox cùm de quovis ex superiore loco in inferiorem jactu dicatur, videtur subaudiri in hac locutione genitivus, τῶν θεμελίων, *fundamentorum*; id quod exprimere studui [n]. Hæc sunt ea occulta de quibus sermo est, Rom. 16. 25 [o]. 1 Cor. 2. 7. Colos. 1. 26. Sæpe autem, ubi de Evangelii doctrina Deíque circa eam dispensatione agitur, mentio fit creationis mundi, ut ostendatur jam tum hoc in Dei consilio fuisse agitatum, atque eò directa omnia [p].

36. *In domum*] Unde manè exiit, hospitium suum [q]. ¶ *Edissere*; ità Be. Pi. Bru. Φράσον] *Dissere*, V. Er. *Dic*, Er. Declara & explica [r]: Id φράζειν significat, in Plut. passim. *Maximum omnium*——ἔρχομαι φράσων, *expositurus venio*: Aristot. 7. polit. φράζοντας καὶ διορίζοντας, *exponentes & determinantes*: Sophoc. Oed. Tyr. v. 291. μὴ ταρβῆς τὸ μὴ οὐ φράσαι, *Nè omittas quò minùs exponas*. Et Hesychius φράζειν exponit, ἑρμηνεύειν †. Φράζειν interdum idem valet quod λέγειν, vel λαλεῖν· hîc ab eo differt [t], & omnino plus quiddam est quàm *loqui* [v]: unde φράσις Græcis dicitur qui Latinis *stylus* [x]. Sciscitandi fiduciam acceperant ex dictis suprà v. 11. Hanc autem parabolam præ cæteris explicari postulant, quòd & difficilior videretur, & horribiles comminationes adjunctas haberet [y].

37. *Respondens*] Facilem se rogatus exhibet, &c [z]. ¶ *Est*, &c.] Id est, Significat, aut denotat; hîc enim σημαντικῶς, alibi ὑπαρκτικῶς, verbum ἐστὶ sumitur [a]. ¶ *Filius hominis*] Ego [b]. Sic se vocat, quia ut homo seminatorem in terra egit. Se unum nominat, tanquam operis Auctorem: Apostoli enim, &c. erant instrumenta tantùm illius [c].

38. *Ager*—*est mundus*] Id est, imago mundi [d], h.e. Ecclesiæ visibilis [*]. Nè putarent Discipuli in sola Judæa, ut hactenus, spargendum id semen [f]. Etiam Gentes Christo dabuntur, Psal. 2. 8. Esa. 49. 6 [g]. ¶ *Bonum verò semen*, (Id propriè est Verbum Regni [h]: hîc autem per Metonymiam sic vocantur homines per bonum semen significati [i]; quia ex bono semine nati [k], vel, propter hujus seminis, & eorum qui exceptum fovent, contemperationem, & veluti transelementationem [l]:) *hi* (antecedens nomen hîc per istud pronomen repetitur, non quoad vocem, sic enim dicendum fuisset, τοῦτο, sed quoad sensum [m]:) *sunt filii regni*] Sic vocat non ut suprà 8. 12. omnes qui sunt in Ecclesia, sed eos tantùm qui etiam Ecclesia sunt [n]: prædestinatos ad Regnum [o]: cives & domesticos Regni cœlorum, h. e. Ecclesiæ, in quibus Deus regnat, qui tandem in cœlo regnabunt, quos v. 43. *justos* appellat. Hos *seminare* dicitur, non quòd de integro creet, sed quòd eos regeneret, & efficiat *sicut luminaria in mundo*, Philip. 2. 15 [p]. Usu hîc venit, quod suprà ex Luca observavimus in prima parabola. Nam ut ibi ille dixerat, τὸ εἰς τὴν ἀγαθὴν γῆν οὗτοί εἰσιν, &c. pro eo quod propriè magis Matthæus dixerat, ὁ εἰς τὴν ἀγαθὴν σπαρεὶς οὗτός ἐστιν· ità hîc τὸ καλὸν σπέρμα, (*bonum semen*,) pro toto complexo ponitur, cùm alioqui dicendum fuisset, οἱ τῷ καλῷ σπέρματι σπαρέντες, (*bono semine consiti*.) Crassè igitur Manichæi & sequentibus verbis colligebant naturas ipsas bonas malásque à Deo & Diabolo seri [q]. ¶ *Filii sunt nequam*, τοῦ πονηροῦ] *Malitiæ*, ut sit neutrius generis [r]. Soboles improba [*]. *Illius nequam*, sive *illius mali*, Er. V. Bru. Pi. &c. nempe Diaboli †, non creatione, sed imitatione [t]. Ut *filii Dei* dicuntur qui Divinam imitantur bonitatem, ut suprà 5. 45 [v]. ità *filii Diaboli*, qui Diaboli imitantur malitiam, Joh. 8. 44 [x]. qui vel doctrinâ, vel vivendi modo, & sese & alios perdunt, ut mox explicatur v. 41. Diabolus illos gignere dicitur, non substantiæ, sed qualitatis corruptæ, respectu; & quia Satanæ astu talia hominum monstra in Ecclesiam irrepunt [y]. Non qualescunque mali homines per Lolium denotantur, sed hi qui Christianismum profitentur. Hoc est quod dictum erat, *lolium seri inter triticum*, & infrà, *è Regno ejus*. Et mox in similis sensûs comparatione, τὰ καλὰ (*bona*) καὶ τὰ σαπρὰ (*putria*) sunt in eodem everriculo [z].

39. *Qui seminavit ea*] Magna vitiorum seges enascitur

[x] G. [y] Bru. sim. [z] Me. [a] Mal. [b] Zeg. [c] Mal. [d] Mal. sim. Bru. [*] Mal. Bru. [f] Mal. [g] D. [h] V. sim. D. Bru. [i] Mal. ex Jo. & Hi. D. ex Bed. & Ans. Ee. [k] Zeg. [l] Chrys. in Er. [m] Er. [n] Mal. ex Bru. [o] G. sim. Mal. Bru. [p] G. Bru. [q] T. ex Aug. & Cæsar. sim. Me. [r] G. † Bru. sim. Mal. [t] Sch. [v] Mal. Me. [x] Mal. [y] G. † Eru. [z] Eru. ex Be. sim. D. [a] Bru. [b] G. sic Ham. [c] Ham. [d] G. [*] Ham. [f] Eru. [g] G.

[h] Be. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. ex Be. [m] Bru. [n] Be. [o] Bru. sim. G. [p] G. [q] Bru. [r] Be. Bru. sic Sch. † Sch. [t] Be. [v] Er. [x] Be. [y] Bru. [z] Bru. [a] Sch. [b] Ca. [c] Bru. [d] Pi. sim. [*] Pi. [f] G. [g] Bru. [h] Bru. sim. Be. [i] Pi. sim. Be. [k] Bru. [l] Be. [m] Pi. [n] Be. [o] Pi. [p] Bru. [q] G. [r] Er. [*] Camer. † Ca. ex Er. sic V. Camer. Be. Bru. Pi. [t] Bru. [v] G. [x] G. sim. Bru. Pi. [y] Be. [z] G.

tur hominum somnolentiâ, Diaboli astu, Dei sapiente ac justâ permissione [a]. ¶ *Diabolus*] Qui homines depravat, &c. Hoc dicit, non ut homines absolvat à reatu, sed, 1. nè quid maculæ Christo adspergatur propter hoc vitium: 2. nè miremur, quòd improbi fidelibus se permisceant, quum semper ad nocendum vigilet Satan [b]. ¶ *Consummatio seculi*] Quæ Scriptori ad Hebræos est tempus destinatum Messiæ adventui; Matthæo, tempus Judicii universalis. Ità Hebræis, *seculum futurum*, modò est tempus Messiæ, modò resurrectionis. Et *Regnum Dei*, sive *cœli*, modò hoc, modò illud, significat [c].

40. *Colliguntur*] Et separantur à tritico. ¶ *Sic erit.*] Sic agetur [d]: *Ità fiet.* Εἰναι & γίνεσθαι pro se invicem ponuntur. Vide Matth. 26. 2 [*].

41. *Mittet*] In mundum universum [f]. ¶ *De regno ejus*: Ecclesia visibili [g]. ¶ *Scandala*] Id est, vel, 1. Malitiam; vel, 2. Metonymicè [h], Authores scandalorum [i]; qui falsâ doctrinâ, aut impurâ vitâ, aliis cadendi, aut peccandi, præbuerint occasionem [k]. Auctores, defensores, fautorésque, errorum ac vitiorum; qui non solùm ipsi iniqui fuerint, verumetiam alios vi, prece, doctrinâ, consilio, aut exemplo, ad iniquitatem traxerint, vel provocârint [*]. ¶ *Et* (*Et*, pro, *Id est*. Exponit enim quos vocat *scandala* [†]:) *eos qui faciunt iniquitatem*] Id est, vel, 1. qui iniquitatis artem factitant: magis enim habitus quàm actus hâc phrasi denotatur [l]: qui sceleribus addicti sunt & serviunt [m]: qui sese sceleribus patrandis dedunt absque ullo Dei metu [n]. Vel, 2. omnes iniquos, ut Matth. 7. 23. quocunque vitiorum genere corruptos. Sunt enim qui ità peccant, ut nulli præbeant offendiculum [o]. [Alii totum sic accipiunt:] *Detrimenta maleficósque*, i. e. improbos aliis detrimentosos [p]. *Scandala* vocat, qui designârunt turpia & aliis nocentia facinora; id quod explicatur statim ἐξηγητικῶς nimirum facientes injustitiæ facinora, i. e. perseverantes in peccatis [q]. In hoc tota vis est comparationis. Initio, Christiana Ecclesia erat admirandæ puritatis, ex hominibus constans plenis Spiritu Sancto, aut certè Spiritum illum jam jam exspectantibus. Sed ubi prima illa dilectio refrixerat, jam ipsis Apostolorum temporibus, multóque magis postea, immiscere se Christianis cœperunt duo hominum vitiosorum genera, alii prava docentes; alii puram professionem vitâ turpi dehonestantes. Prioris generis homines *scandala* vocantur. Neque enim ea vox factis tantùm, sed & hominibus, tribuitur, ut infrà 16. 23. Sicut autem Paulus, Rom. 16. 17. conjunxit διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχήν, ità hîc *scandala* sunt οἱ διχοστατοῦντες, seorsim abeuntes à veræ pietatis doctrina. Nam & quod Christus dixerat, *Necesse est ut veniant scandala*, Paulus ità extulit, *Oportet hæreses inter vos esse*, 1 Cor. 11. 19. Atque ità hanc vocem usurpare solebant Christiani veteres. Ità Origenes 5. contra Celsum: [cujus verba vide in G.] Tales præcipuè fuerant Nicolaitæ & Gnostici, specialiter notati in Epistolis Petri & Judæ; qui sub specie libertatis Christianæ docebant ἀδιάφορα (*indifferentia*, sive *licita*) esse ea quæ naturali honestati repugnant. Alterum genus hominum sunt, qui nihil quidem pravi docent, sed non ex regula Christiana vitam instituunt, 2 Thes. 3. 6, 11. Cum utroque hoc hominum genere Apostolis eorúmque successoribus multum fuit negotii. Neque dubium est quin si tales, quales erant cùm Christus hæc loqueretur, mansissent, Apostoli optaturi sæpiùs fuerint, ut ignis de cœlo tales homines consumeret, ut fecerunt Luc. 9. 54. Adversùs hanc vehementiam, non quâ oportet lenitate temperatam, munit eos Christus, ostendens hoc suum consilium, Pati in Christianismo probos improbis, prava docentes recta docentibus permixtos vivere usque dum maturuisset universalis Judicii tempus. Cur autem sibi ità videatur, causas Christus hîc non exponit, nisi quòd obscurè innuisse eas videri potest, cùm dixit, Cavendum nè cum lolio simul evellatur triticum. Sed ex aliis S. literarum locis eas colligere non usquequaque difficile est. Nam primùm, quod ad pœnas generales attinet, quales sunt diluvia, incendia, aliæque id genus pestes, cùm non possint ità infligi ut solos improbos contingant, proborum etiam paucorum causâ Deus aut iis abstinet, aut certè eas temperat. Vide Gen. 18. 32. Matth. 24. 22. Deinde inter prava docentes, aut extra regulam viventes, sunt alii aliis sanabiliores, quorum pœnitentiam Deus patienter opperitur, ob quam causam ultimus Judicii dies differtur, 2 Pet. 3. 9. Præterea verò pravi doctores, & qui vitæ sunt inemendatæ, bonis ac probis materiam præbent in qua constantiam suam & lenitatem exerceant; constantiam, dum malis exemplis non patiuntur se abripi; lenitatem, dum eos quovis modo student ad meliorem vitam retrahere. Hoc est quod dicitur 1 Cor. 11. 19. Quanquam verò certissimum est, hoc Christi dicto neque Magistratibus publica judicia adimi, quæ malos formidine pœnæ coerceant, neque Ecclesiæ jus segregandi à suis cœtibus eos qui aut doctrinam adulterent, aut vitæ turpitudine maculent, nomen Christianum; tamen quin lenitas ac patientia Divina aliquâ saltem ratione hominibus omnibus, atque inter cæteros etiam Magistratibus & Ecclesiæ Præpositis, imitanda proponatur, minimè est dubitandum. Nam etiam in lenitate adversùs malos Patris nostri bonitatem jubemur exprimere, Matth. 5. 45. Et de clementia quidem, in publicis judiciis adhibenda, suprà aliquid diximus: quæ sanè tum præcipuè locum habere debet, cùm aut apparet ingenium esse sanabile, aut propter multitudinem peccantium exerceri pœna aliter nequit, nisi ut sontibus insontes involvat; quod præcipuè locum habet quoties delicti causâ bella suscipiuntur. Sed & Ecclesiæ judicia magno cum temperamento ac lenitate exercenda esse passim docemur. Sunt enim & in dogmatibus errores ejusmodi in quibus locum habere debeat illud Rom. 14. 1. Et abstineri quidem à familiari nimiùm convictu τῶν ἀτάκτων vult Paulus; ità tamen ut non habeantur pro deploratis, sed fraternè admoneantur. Jam verò quoties magnus erat peccantium numerus, atque inter eos, ut fit, multi excusabiliter prolapsi, remissum aliquid de rigore disciplinæ multis exemplis probari potest. Et notæ sunt Augustini in eam rem sententiæ. Scriptor quæstionum ad Orthodoxos, itémque Chrysost. & Hieron. hanc Christi parabolam de hæreticis interpretantur, non malè; cùm ex collatione aliorum locorum, ut jam diximus, appareat *scandalorum* vocem huc potissimùm pertinere. Augustinus eandem secutus interpretationem diu ejus fuit sententiæ, ut existimaret nullas omnino pœnas usurpandas in hæreticos. Sed, post multa cum Donatistis, hominibus satis pertinacibus, certamina, hactenus sententiam mutavit, ut eas pœnas non improbaret quæ pœnitentiæ tempus relinquerent: capitalibus autem suppliciis intercessit sæpissimè. Si vetustioris Christianismi exquiramus sententiam, inveniemus sanè argumenta, quæ ipsi ut validissima torquent adversùs paganos, id comprehendere quod adversùs hæreticorum supplicia non minùs rectè possit usurpari. Neque enim contenti veritatem fidei suæ defendere, probant, Etiamsi graviter errarent, ejus tamen causâ pœnas in se non esse exercendas. Constantinus Imperator cùm primis edictis liberum debere esse omnibus ex animi sui sententia Dei cultum professus esset, postea, seu quòd Imperio ità conducere arbitraretur, seu quòd Episcopi laborem quotidianæ disputationis subterfugerent, pœnas constituit in eos qui se à communione τῆς μεγάλης ἐκκλησίας separaverant, sed maximè pecuniarias. Inter segreges istos erant & Novatiani; homines, ut apparet, minimè mali (non de sectæ Institutoribus, sed de eorum posteris, loquor) & in dogmatibus satis consentientes cum cæteris, cupidi tantùm rigidioris cujusdam disciplinæ. Secuti Imperatores, ut expedire rebus suis judicabant, ità aut coercuerunt, aut dissimulârunt, conventus segreges, qui indies novi novíque succrescebant; ità ut Christianarum sectarum inire numerum res sit difficillima. At pœnæ capitales adeò omnibus invisæ erant, credo, ob memoriam paganæ sævitiæ, ut in Gallia Episcopi, qui auctores Potestatibus fuerant ut in Priscillianistas, pravissimorum dogmatum auctores, & vitæ inquinatæ homines, gladio animadverteretur, eam ob causam ab Ecclesiarum amoti sunt communione, & in Oriente damnata Synodus quæ in Bogomili exustionem consenserat. Certè Ario, Macedonio, Nestorio, Eutycheti, novarum sectarum principibus, nihil durius relegatione evenit. Videntur Ariani Imperatores, & ejusdem sectæ in Africa Reges, primi graviora supplicia instituisse; deinde etiam imbuisse manus dissidentium sanguine. Quæ postea

[a] G. [b] Bru. [c] G. [d] Bru. [*] Sch. [f] Bru. [g] Pi. [h] Sch. [i] Pi. sim. Sch. Mal. [k] Bru. ex V. sim. M. ad v. 24. [*] Bru. [†] V. [l] Mal. [m] Me. [n] Pi. [o] Bru. [p] Ca. [q] Camer.

postea secuta sint tempora, nihil opus est referre. Non quævis mors visa sufficere: sed in exquirendis suppliciis ingenium suum sævitia exercuit. Anathemata non in homines, sed in populos, pronunciata; &, nè bruta hæc essent fulmina, accensi Reges, ut ferro flammâque provincias exscinderent, nullo ætatis, nullo sexûs, discrimine. Ità ubi solitudinem fecerant, pacem appellabant. Et his omnibus obtendi solet studium Divini nominis, sed plerumque obtendi tantùm. Nam Deus dedignatur coacta servitia, nec placere illi potest quod vi humanâ exprimitur. Reipsâ solent qui id faciunt, non nomini Divino, sed suis honoribus, suis commodis & tranquillitati, consulere; quod scit ille qui mentes introspicit. Atque ità fit ut lolium evellatur cum tritico, innocentes cum nocentibus; imò ut triticum sæpe sumatur pro lolio. Non enim tam bene agitur cum rebus humanis, ut semper meliora pluribus, aut validioribus, placeant. Sed ut in grege taurus, ità inter homines, qui viribus est editior, imbecilliorem cædit; & iidem sæpe, quæ pati se querebantur, mox in alios audent. At ità passim agere si fas est, non video cur nobis dicere non liceat, *militiæ nostræ arma carnalia esse*; quod negat Paulus: non video quæ futura sit Christianæ patientiæ exploratio, aut cur non inverti in partem alteram possit quod dictum est, *Qui secundùm carnem natus est, persecutus est eum qui secundùm spiritum*, Gal. 4. 29. Sunt qui sævissima quæque defendunt Judaicæ legis exemplo. Ut jam nihil dicam de Legis veteris novæque diverso spiritu, Quos tandem ferit illa Lex? Nimirum eos qui malignissimo proposito hoc agebant, ut homines ab uno vero Deo abducerent, ab eo, inquam, Deo, quem & natura docebat, & tot miracula apertissimè testabantur. At Christianæ religionis pleraque non naturâ nobis nota sunt, sed cœlesti patefactione; & miracula, quibus olim ea religio obsignata est, ad summam doctrinæ pertinebant, non ad singula capita quæ in controversiam veniunt. Imò fatentur veteres, etiam apud eos quos vocabant hæreticos aut schismaticos, (sæpe laxato nimiùm nomine, ut apud Epiphanium imprimis videre est,) fieri miracula, Deo scilicet id curante, non in erroris confirmationem, sed in testimonium ejus doctrinæ quæ diversis cœtibus erat communis. Hæc autem non eo dico animo, quòd judicio eximere velim Gaulonitas & Theudas, qui, mentito religionis nomine, bella excitant, aut imperii statum concutiunt, aut circumcelliones in Africa latrociniis grassantes, aut si quid est horum simile; scelera enim manent scelera quocunque nomine commendentur, imò eò sunt exsecrabiliora quò speciosiorem sibi titulum induunt: sed facta velim discerni ab opinationibus, ut quæ non æquè sint ἐφ' ἡμῖν, *(in nostra potestate.)* Opinationum autem ambitu simul ea comprehendo quæ opinationes quasi necessariò sequuntur. Sed & opinationum observari discrimen, tum ex ipsarum natura, prout à vera pietate plùs minúsve abducunt, tum ex causa quæ homines in errorem pellexit. In dubiis autem rebus semper eligi id quod est mitius leniúsque, nè ille, quem Dominum nostrum profitemur, necesse habeat nobis dicere, *Nescitis quo spiritu ducamini* [r].

42. *Mittent*] Projicient, terrâ dehiscente [†]. ¶ *In caminum* (vel, *fornacem*, Tre. Be. Sy. Ca. Pi. Bru. &c. quâ conclusus non potest supplicium evadere, aut unquam evadere [t]:) *ignis*] Ità Er. Il. Mo. P. i. e. ardentem, ut Psal. 21. 10 [v], igne repletam [x]; cujus ignis nunquam extinguitur [y]. Desumptum ex Dan. 3. 6 [z]. Periphrasis inferni [a]: q. d. In Gehennam ignis, ut Mat. 5. 22, 29, 30. & 10. 28. & 18. 9 [b]. Lolium atque alia id genus in ignem conjici solere, patet ex iis quæ suprà 3. 12. & 6. 30. & alibi. Plutarchus ab Ædilibus quibusdam ait cautionem interpositam, nè balneorum conductores ad ignem lolio uterentur. Simul autem alluditur ad supplicium vivicomburii, quod in Oriente erat usitatum [c]. ¶ *Ibi erit fletus*, &c.] Pœnæ intolerabiles & ineluctabiles [d]. Vide suprà 8. 12 [*].

43. *Tunc*] Emphaticum est: tacitam enim continet antithesin tum statûs electorum & statûs reproborum; tum præsentis statûs & ultimæ instaurationis, cujus spe fideles suos Christus sustentat [f]. *Tunc*, cùm Ecclesia ab omni malorum hominum contagio erit purgata [g]. ¶ *Justi*] Qui Dan. 12. 3. משכילים [h], i. e. *habentes intellectum* [i]; qui sapienter vitam instituunt [k]: Vera autem pietas vera est sapientia [l]: sinceri purique professores Christianismi [m]. ¶ *Fulgebunt sicut sol*] Ut Christus, Matt. 17. 2 [n]. Hinc videmus *fulgorem cœli*, Dan. 12. 3. esse Solis πείρασιν, ut sæpe *jubar* apud Latinos. Sed & Paulus gloriam eorum, qui inter justos maximè excellunt, Soli comparare videtur, 1 Cor. 15. 41, &c [o]. ¶ *In Regno Patris eorum*, Αὐτῶν] *Sui*, à quo adoptati sunt in filios Regni. Poterat dicere, *mei*, maluit, *sui*, ut spem illorum eò magis erigeret. *Regnum filii* antè vocaverat, quamdiu scilicet in hoc mundo situm est, in fine verò mundi erit Patris Regnum. Vide 1 Cor. 15. 24, 25, 28 [p]. ¶ *Qui habet aures*, &c.] Admonet eos, ut hæc diligenter audiant, & apud se expendant, ut quod ipsorum maximè intersit [q]. Puto clausulam hanc ad præcedentia potiùs quàm ad sequentia referri. Nam similem usum ejusdem ἐπιφωνήματος habuimus hoc capite. Hoc ergò dicit Christus, Advertite animum ad exitum cui pii atque impii destinantur: id vobis adversùs præsentis ævi molestias & impiorum prospera erit solatium [r].

44. *Simile est*, &c.] Hæ fabellæ, sive Apostolis solis, sive coram turba, propositæ, ex prioribus explicationem accipiunt. Itaque duas harum priores, quanquam ἐπιμύθιον non habent, ut satis intellectas, peculiariter sibi explicari non desiderant Apostoli, ut apparet infrà 51 [†]. Antè alias hujus Regni proprietates declarat [t], hîc pretium ejus summum [v]. ¶ *Thesauro abscondito*] Vide Esa. 64. 4. 1 Cor. 2. 7 [*]. Suprà verba Evangelii dicta erant κεκρυμμένα, vers. 35. Est ergò *Thesaurus* ὁ λόγος [†]. ¶ *Abscondit*] Rursus ingestâ terrâ obtexit [x], ibi occultatum reliquit, & tacuit [y], nè aut sibi præriperetur thesaurus ab alio [z], aut à Domino negaretur ejus venditio [a]. Hoc, si quicquam, significat, eum, qui Evangelium invenerit, occasionem tenere, nè elabatur, oportere [b], & omnem continuò adhibere diligentiam, ut illud obtineat [c]. Hoc est abscondere, non, nè alius inveniat, (ut in thesauris terrestribus fit, quos, si alius invenerit, ipsi perdimus,) sed, nè ipse perdat. Malim tamen hanc non esse partem parabolæ, sed emblema, nec quicquam significare, sed parabolam tantùm implere [d]. ¶ *Præ*, &c. Ἀπὸ χαρᾶς αὐτοῦ] *Præ* (vel, Ex, Pi.) *gaudio suo*, Sy. Ar. At sic esset αὐτῆς [*]. vel, *illius*, Mo. Æth. vel, *quod habet super eo*, Er. Il. Ti. sive, *propter illum*, V. vel, *quod accipit ex eo*, Be. P. sic Bru. *Præ gaudio*, Tre. Pers. sim. Ca. [τὸ αὐτοῦ negligunt.] ¶ *Vadit*, Ὑπάγει] *Subducit se*, Be. Pi. &c. clàm discedit [f]. ¶ *Vendit universa*, &c.] Significat, nimium studium gloriæ, divitiarum, & voluptatis, abjiciendum, &, si pressura ingruat, omnia, etiam vitam ipsam abdicandam [g], ut verbum salutare sit non usu tantùm temporario, sed jure mancupii, nostrum; h. e. ut in ejus verbi obedientia ad finem perseveretur. Petenda ergò explicatio ex dictis ad v. 20, 21, 22. Videtur jure Hebræo thesauri proprietas agri dominum secuta [h]. ¶ *Et emit agrum illum*] Quum enim de jure communi, thesauri dimidium inventori, alterum dimidium fundi illius possessori, cedere debeat, utrumque sibi servare voluit [i]. *Emit*, &c. i. e. omnimodò nititur fidem suam firmam ac stabilem reddere, ut sit non ἕξις tantùm, sed, ut Clemens Alex. loquitur, ἕξις πεφυσιωμένη, *in naturam versa* [k]. Non significat, emendum Evangelium, sed maximi æstimandum [l].

45. *Simile—negotiatori*] Non homini, sed margaritæ, illud simile est: sed sensus est, Idem accidere in eo inveniendo acquirendóque, atque si quis mercator, &c [m]. ¶ *Quærenti bonas margaritas*] i. e. Gemmas, sive lapides pretiosos: videtur enim species pro genere posita [n]. Doctrina Evangelica quibusdam affulsit neque de Deo, neque de vita emendanda, neque de spe vitæ alterius, quicquam cogitantibus; quales erant plerique in gentibus externis, quibus illud vaticinium Paulus aptat, *Inventus sum non quærentibus me*. Erant & sapientiæ studiosi inter Judæos atque alibi, qui veritatis cognoscendæ desiderio quodam tangebantur, quive Prophetam aliquem, aut ipsum etiam Messiam, avidis animis exspectabant. Priores respicit Thesauri comparatio; posteriores, ista de Unione [o].

46. *Inventâ* (venali scilicet [p],) —— *unâ pretiosâ* (vel, *magni pretii*, Be. Pi. &c.) *margaritâ*] Notum Judæis mercimonium maris Rubri vicinitate. *Principium*, inquit Plinius,

[r] G. [†] Eru. [t] Idem. [v] Be. [x] Pi. [y] V. [z] G. [a] Eru. [b] Mal. [c] G. [d] Eru. [*] G. [f] Eru. [g] G. [h] Mal. sic C.

[i] Mal. [k] G. sic Mal. [l] G. [m] Ham. [n] Bru. [o] G. [p] Bru. [q] Bru. sim. Mal. [r] G. [†] G. [t] Mal. [v] M. Mal. [*] Mal. [†] G. [x] Be. [y] Bru. [z] Bru. sim. Be. Sch. [a] Bru. [b] Mal. [c] Mal. sim. Be. [d] Mal. [*] Sch. [f] Bru. ex Be. [g] G. sim. Mal. Bru. [h] G. [i] Sch. [k] G. [l] Mal. [m] Idem. [n] Bru. sim. Mal. [o] G. [p] Pi.

Plinius, *culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent.* Sicut ergò *thesaurum invenisse* dicitur, qui ingens bonum est adeptus, ità res pretii maximi *Unioni* optimè comparatur. Respexit autem Christus notam inter Judæos γνώμην, quæ docet sapientiam præferendam auro & margaritis, Prov. 8. 10, 11 [q]. Evangelii doctrina (quæ *regnum Dei* vocatur hîc & Matth. 3. 2. & 11. 11. & 21. 43. & Act. 13. 46.) cum margarita meritò confertur: 1. Illa è remotis locis, & ultimo Oriente veniunt; hanc è cœlis attulit Oriens ex alto, Luc. 1. 78. 2. In illis candor maximi fit, hîc nobis offertur calculus candidus, Apoc. 2. 17. Vide & Esa. 1. 18. 3. Ob utriusque firmitatem, sive soliditatem, splendorem atque ornatum, pretium maximum. Ut autem margaritarum pretium barbaros latet, &c. ità Evangelium multis tectum est, 2 Cor. 4. 4 [r]. ¶ *Vendidit omnia,* &c.] Pluris illam unam faciens: paratus quicquid obstat relinquere: in quo defecit adolescens ille, Matt. 19. 21, 22 †.

47. *Regnum cœlorum*] Evangelium, aut, quod eodem redit, Ecclesia [t], populus Deo regnatus, Ecclesia militans, ut suprà 24 [v]. ¶ *Sagenæ,* Σαγήνῃ] *Everriculo.* Ulpianus Jurisconsultus, *Si quis me prohibet in mari piscari,* vel *everriculum,* quod Græcè σαγήνη dicitur, *ducere.* Et ità appellavit Varro, De re rustica. Hujus ea natura est, ut quicquid obvium est secum trahat. Hinc Cicero de dolo malo judicium *everriculum* vocat *malitiarum,* quia nullum genus malitiæ ejus judicii formulam potest effugere. Homerus hoc ipsum retis genus πανάγρην vocavit, ut Plutarchus notat. Hinc videmus cur hoc potissimum retis genus hîc Christus nominaverit [x]. ¶ *Ex,* &c. Ἐκ παντὸς γένους] *Ex omni genere,* Er. Il. Tre. &c. sub. *rerum,* P. vel, sub. *animalium,* Pers. vel, sub. *piscium,* Bru. V. Er. G. Zeg. &c. quod Vulgatus exprimit [y]. Rectè, ut sermonis continentia palàm indicat [z]; quia de piscatione agitur [a]: quanquam solent & alia venire in everriculum. Solemus enim quiddam commune, sed definitum, animo complecti, cùm *omne genus* dicimus [b]. Inculcat quod dixerat, semper fore malos permixtos bonis: tum nè turbentur Discipuli ejus, ubi non viderint in Ecclesia eam quam optarent puritatem; tum nè sibi placeant inani Ecclesiæ, aut fidei, titulo, &c [c].

48. *Educentes,* Ἀναβιβάσαντες] *Producentes,* Mo. *Subduxerunt,* Er. Il. Tre. Sy. &c. Piscatores *subduxerunt,* Be. Hoc est quod Romani Jurisprudentes vocant *retia è mari subducere* [d]. ¶ *Bonos,* Καλὰ] *Bona,* scil. piscium genera [*]. ¶ *Malos,* Σαπρὰ] *Vitiosa,* V. *Putria,* Be. Bru. Pi. Vel, 1. algam, silices, sordes, aliáque quæ cum piscibus ex aquarum fundo everriculo attrahuntur [f]. Vel, 2. putres pisces. Synecdoche generis [g]: pisces inutiles, vel noxios, serpentini, inquam, generis [h]: nugamenta & quisquilias piscium, quod genus, ut servatu indignum, videmus à piscatoribus abjici [i].

49. *Sic erit,* &c.] Idem ἐπιμύθιον, quod in comparatione Lolii & Frumenti. Sunt ergò hîc οἱ πονηροὶ, ut suprà, οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ, illi qui, in prædicatione Evangelica pertracti ad Christianismi professionem, delectûs tempore mali comperiuntur. Ultrà enim extendi comparatio non debet, neque similium natura patitur ut minima quæque eodem modo se habeant. Sententiam hâc fabellâ indicatam ità exprimit Tertullianus Apolog. *Qui semel æternum judicium destinavit post seculi finem, non præcipitat discretionem, quæ est conditio judicii, ante seculi finem* [k]. ¶ *Exibunt,* Ἐξελεύσονται] *Prodibunt,* Be. à me Judice emissi [l]. *Venient,* Er. Id est, ἐλεύσονται, neque id malè. Nam Hebræorum more Saepe intelligitur consequens ex antecedente, ut suprà 4. 5. Et ità accipitur πορευθεὶς, pro ἐλθὼν, Luc. 14. 10. 1 Pet. 3. 19. ¶ *Et separabunt*] Morti videlicet secundæ [m].

50. *Ibi erit fletus,* &c.] Non potest Christus satis eis inculcare horrorem istarum pœnarum, &c [n].

51. *Intellexistis,* &c?] Noverat id Christus, sed sic parabat docere eos rationem instituendæ doctrinæ [o].

52. *Ideo,* Διὰ τοῦτο] *Propterea,* Be. Pi. &c. Cujus rei causam reddit, non constat: hinc variant [p]. Subaudiendum, Hoc interrogavi vos *propterea* quòd *omnis,* &c [q]. Al. *Ideo,* quia intellexistis, dico vobis, *omnis,* &c [r]. Al. *Ideo,* quia Regnum cœlorum thesauro simile est, debet *omnis,* &c †: quia jam nôstis quàm pretiosus sit hic thesaurus, vos qui à me constituimini *Scribæ* debetis, &c [t]. Al. *Ideo,* quia hâc meâ docendi ratione assequuti estis intellectum mysteriorum, &c [v]. & potestis quæ dico percipere, jam vos admoneo, ut reipsâ verorum Doctorum munere defungamini, quandoquidem vobis Dominus suam familiam pascendam committet [x]. Al. Διὰ τοῦτο, nil ad connexionem facit, sed abundat. Confer Matt. 23. 34. Marc. 12. 24. Joh. 5. 16. & 8. 47 [y]. ¶ *Omnis Scriba*] i. e. Literatus: sic vocant Doctores, quos & *sapientes* & *magistros* vocant, teste Eliâ [z]. Omnis Doctor [a], nempe Evangelicus, quem legali nomine *Scribam* appellat [b]. Enarrator Scripturarum rerúmque Sacrarum [c]. Γραμματεῖς propriè dicebantur adsessores Magistratuum, ut ad c. 2. vidimus: sed quia iidem erant Legisperiti (ut & apud Romanos JC. erat adsidere Magistratibus) ideo γραμματεῖς dicuntur, qui aliàs, νομοδιδάσκαλοι, aut νομικοί. Ità Esdras vocatur ספר ab Artaxerxe. Mos autem est Christo, ut & Prophetis, nominibus apud Judæos receptis significare cùm dona, tum munia, quæ futura erant in Ecclesia Christiana. Vide Esa. 66. 21. Joel. 2. 28. Act. 2. v. 17. Propriè autem τοῖς γραμματεῦσι respondent ii qui in Ecclesia Christiana dicti sunt διδάσκαλοι, (*doctores:*) quod nomen in Actis & in Epistolis Pauli aliquoties legitur [d]. ¶ *Doctus,* &c. Μαθητευθεὶς εἰς τὴν, &c.] *Edoctus* (Qui Scriba, me Præceptore, effectus est [*], rudiori doctrinâ præparatus [f], ex discipulo Doctor factus [g], מחכם, Psal. 58. 4. Prov. 30. 24. bene paratus atque eruditus [h]:) *in regno,* &c. Be. Bru. Zeg. &c. i. e. in Ecclesia, in qua regnat Deus; vel, (per Metonymiam,) in Doctrina quæ in Ecclesia regnat [i], quæque ducit ad Regnum cœlorum [k]. q. d. Prædicator, vel Doctor, Regni, &c. ut Judæi *scribam in lege* vocabant Enarratorem Legis, Esd. 7. 6, 21 [l]. Εἰς, pro ἐν, ut sæpe [m]. Al. *in,* vel *ad, regnum,* &c. Mal. G. &c. i.e. ad tradenda præcepta Regni cœlestis [n]. Sic Lucas dixit εὔθετον, &c. (*idoneum ad regnum cœlorum,* &c.) Quare non videtur h.l. εἰς pro ἐν positum [o]. ¶ *Profert,* Ἐκβάλλει] *Extrudit,* quasi summâ copiâ & alacritate [p]. *Promit,* Sch. convivis suis [q]. ¶ *De thesauro suo*] i. e. Apotheca sua [r], ut diximus ad Matt. 3. 12 †. E penu, sive promptuario [t], ubi annonam providè reposuerat, &c [v]. ¶ *Nova & vetera*] i. e. Novas & veteres fruges, ut cùm dicimus, *mensis novorum,* scil. fructuum [x]. Disputatum sæpe in Scholis erat, quibusnam frugibus utendum erat in Sacris, & ritibus quibusdam, recentibus, an veterioribus, anni scilicet præsentis, an præteritorum. Hic ergò & his & illis instructus erat, &c [y]. Vel, omne genus edulia, tam quæ servari solent quàm quæ servari non possunt [z]: omnia iis alendis necessaria & utilia [a]: cibos calidos & frigidos, jam paratos, & antea relictos [b]: omnem ciborum varietatem, pro personarum & temporum qualitate [c]: quæcunque novit eis grata [d]. Hâc autem similitudine monentur Apostoli, ut ad exemplum à Christo datum studeant pietatis dogmata condire quâdam tradendi varietate. Nam, *Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.* Ennius, virum sapientem, Catum Ælium Sextum describens, dixerat, —*multa tenens antiqua, sepulta, vetusta, Quæ faciunt mores veterésque novósque tenentem* [*]. Significat, Scribam Evangelicum, non tunc primùm discere debere, cùm docendum est illi [f], sed omni Divinæ scientiæ [g], omni exemplorum & similitudinum genere [h], instructum esse oportere [i], & in promptu omnia habere, quæ proferat, pro rei, loci, ac auditorum, conditione & natura [k]. Al. *Nova & vetera,* i. e. Novum & Vetus Testamentum [l]: nam indè omnia sua dogmata exstruit [m].

53. *Transiit,* Μετῆρεν] *Transtulit* se, Pi. Bru. i. e. digressus est [n], vel navigio, vel pedibus [o]: ישא רגליו, ut Gen. 29. 1 [p].

54. *Veniens in patriam suam*] i. e. Nazaretham [q]: de quo dubium non est [r]: in quo omnes Interpretes, Hi. Chrys. Th. &c. conveniunt, & constat ex Luc. 4. 16 †: & ex eo, quòd cùm tres Christo essent patriæ [t], Bethlehem, ubi natus; Nazareth, ubi educatus; Capernaum, ubi frequenter versatus fuit [v], in Bethlehem autem non legitur eum venisse [x], aut ullum miraculum fecisse [y], in Capernaum multa signa edidit [z], Matt. 11. 15. in Nazareth tantùm pauca fecit, infrà 58. Marc. 6. 5 [a]. Erat ergò Nazareth [b]. *Patria* autem rectè vocatur ex longo parentum incolatu. Credibile enim est, ex quo

Margin notes (left column): q G. — r BA. 2. 5. 8. 718. — † Bru. — t Mal. — v Bru. — x G. — y Bru. — z Zeg. — a Be. — b G. — c Bru. — d G. — * Bru. — f Be. — g Pi. — h Bru. ad v. 47. — i G. ad v. 47. — k G. — l Bru. sim. Be. — m Be. — n Bru. — o Idem. — p Mal. — q V. — r Q. in Mal. Me. — † Mal. ex Aug. Me. — t T.

Margin notes (right column): v Bru. — x Be. — y Pri. — z D. — a Be. Bru. Mal. — b Mal. — c Bru. — d G. — * Bru. — f Er. ex Orig. — g Er. Bru. — h G. — i Be. — k Pi. — l Bru. — m Be. sic Bru. — n G. sim. Mal. — o G. — p Be. — q M. sim. Bru. — r D. sic G. — † G. — t Bru. sic V. Be. D. Ham. &c. — v Bru. — x D. — y Li. ho. — z G. — a T. sim. Me. — b Ham. — c Mal. — d M. — * G. — f Bru. — g Mal. sim. Bru. Me. &c. — h Mal. — i Mal. sim. Bru. Me. — k Li. ho. — l Hilar. Chrysost. Aug. Hi. Th. &c. in Mal. Q. in D. — m D. sim. Mal. — n Bru. — o Pi. — p G. — q Be. Bru. Mal. Pi. G. &c. — r G. — † Mal. — t Be. sim. Mal. — v Mal. — x Be. — y Mal. — z Be. sic Mal. — a Mal. — b Mal. sic Be. &c.

quo vilescere, imò & suspecta esse imperantibus, Davidis posteritas cœperat, Mariæ eosdémque Josephi majores domicilium fixisse in loco obscuriore. Hinc Christus dicitur *è Nazareth*, Joh. 1.46. Act. 10.38 [c]. Et discimus ex sequentibus cognatos eorum ibidem habitâsse [d]. Hic prædicavit, (non quidem initio, ob causas dictas Luc. 4.13. sed partâ rebus alibi gestis auctoritate & nominis celebritate, quâ invidiâ popularium superior esse posset,) tum nè suos despicere videretur, tum ut probrum illud præsens refelleret, quòd *in furorem actus esset*. ¶ *Docebat eos*] Quid, vide Luc. 4.21 [*]. ¶ *In synagogis eorum*; ità Sy. in G. Ἐν συναγωγῇ, &c.] *In synagoga*, &c. Pi. G. Bru. &c. Id rectius. Nam Nazaret, urbs haud ampla, facilè contenta fuit unâ Synagogâ [f]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε ἐκπλήσσεσθαι αὐτοὺς] *Adeò ut*, vel *Ità ut*, *percellerentur*, Be. P. Pi. vel, *mirarentur*, Tre. Æth. vel, *obstupescerent*, Sy. Bru. Sch. sic Er. II. Ti. (ut verbum sumitur Matt. 19.25. Marc. 6.2. & 7.37. Luc. 2.48. & in Aristoph. Plat. &c [g].) scil. rei novitate perculsi [h]. Percellebantur, tanquam gravi aliquâ calamitate premerentur, quia Christi auctoritatem, quam sibi tot miraculis pepererat, invidis oculis intuebantur [i].

55. *Nonne hic est fabri*, &c.? Ὁ τοῦ τέκτονος υἱός] *Ille fabri* (vel, *artificis*: τέκτων enim quemcunque artificem, sive mechanicum hominem, significat [k]:) *filius?* Be. Bru. Pi. in fabrili domo & arte educatus [l]. *Fabri*, vel, ferrarii [m]; ut est in Evangelio Hebræo utriusque editionis [n]. Vel potiùs, lignarii [o]; ut Syrus & Arabs accipiunt [p]. Neque aliter sensisse Christianos veteres apparet ex dicto illius, qui, contumeliosè à pagano interrogatus *quid faceret fabri filius*, respondit, *eum feretrum Juliano fabricare*. Quin Christus ipse *faber* vocatur, Marc. 6.3 [q]. Quare non audeo eis refragari qui Christum Josepho adfuisse in fabrili opere tradunt, &, ut Justinus ait, aratra fecisse & juga. Neque id indignum eo statu quem assumpserat, *seipsum exinaniens*. Nam præterquam quòd ἔργον οὐδὲν ὄνειδος, (*artificium nullum probrosum est*,) ut ab Hesiodo dictum est, mos sanè laudabilis inter Hebræos fuit, ut etiam, quibus res esset lautior, adversùs omnes fortunæ casus opificium aliquod addiscerent; atque illi etiam qui sapientiæ studiis operam dabant, quorum alios sutores, alios pistores, alios pelliones, fuisse legimus [r]. Alioquin quid, quæso, faceret Christus per 30 annos [†]? ¶ *Nonne mater ejus*, &c.] Etiam in matre offendebantur, quam χερνῆτιν fuisse, id est, aut netricem, aut alio manuum labore victum parantem, Christianis Celsus objicit. Sic impletur illud Esa. c.49. v.7 [t]. Quòd *Joseph* non nominat, ostendit eum jam defunctum esse [v]: neque in Passionis historia ulla illius est mentio, &, nisi mortuus is fuisset, non transtulisset Johannes Domini matrem in domicilium suum. ¶ *Fratres ejus*] Vel, 1. filii Josephi ex priori matrimonio, ut vult Epiphanius, quem Græci sequuntur. Sed docet nos Origenes famam hanc ortam ex libris qui falsò Petri & Jacobi nomen præferebant [x]. Vel, 2. Fratres cognatione, fratres patrueles, fratres, ut Joseph pater, ex conjugii tantùm lege & vulgi opinione; nepotes Joseph, filii Mariæ Clephæ, sive Alphæi, aliorúmque fratrum aut sororum Joseph [y]: Christi consobrini [z]. Eadem enim, quæ in Mat. & Marco dicitur *Maria mater Jacobi & Jose*, Johanni dicitur *Maria soror matris Domini*, quâcum cruci Christi astitit. Quòd si ea est mater *Jacobi & Jose*, erit sanè & Simonis & Judæ, ejus nempe qui in Epistola se *fratrem Jacobi* nominat, quíque in Apostolorum recensu cum eodem Juda par unum facit. Is autem Jacobus, ad discrimen alterius, qui fratrem Johannem, patrem habebat Zebedæum, *minor* vocatur, ætatis, ut puto, ratione, & *Alphæi filius*: unde colligere liceat Clopan, sive Cleopan, à quo Maria ista denominatur, patrem ejusdem Mariæ fuisse; Alphæum autem conjugem. Hic ergò est Jacobus quem *Jesu fratrem*, i.e. consobrinum, loquendi genere etiam Græcis & Romanis noto, vocat non Paulus tantùm, sed & Josephus, qui eum à populo lapidatum fuisse, Anano Pontifice, refert. Illud autem Joh. 7.5. *Fratres ejus non credebant in eum*, de remotioribus consanguineis, non de consobrinis istis, certè non de omnibus, intelligendum puto. Eos autem quos modò cum matre ad Jesum venisse legimus, hos ipsos fuisse consobrinos vero persimile est, ut qui, Josepho jam mortuo, Mariæ rerum curam gerebant [a]. ¶ *Jacobus*] Alphæi, Mat. 10.3 [b]. ¶ *Joseph*] Ità quidam Codices habent, ex vetere haud dubiè interpretamento [c]. ¶ Ἰωσῆς] *Joses*, Bru. ex Sy. Jacobi frater, Matt. 27.56 [d]. *Joses* idem est nomen cum *Joseph*, sed abjectâ, ut fieri solet etiam ab Hebræis ipsis, literâ ultimâ, deinde appositâ terminatione Græcanicâ. Itaque tum de isto, tum de Barnaba, cui idem fuit nominis, Syrus & Latinus modò *Jose*, modò *Joseph*, nomen usurpant [*].

56. *Sorores ejus*] i.e. Cognatæ [f]: consobrinæ aut alioqui cognatæ proximæ [g], patrueles, neptes Joseph ex fratribus aut sororibus [h]: quas pauperculas fuisse apparet: nam id quoque offendebat Nazarenos. Has [porrò] Epiphanius, & post eum Theophilactus, *Mariam* & *Salomen* vocant, Clopam etiam faciunt Josephi fratrem. Sed addit Th. Clopæ mortui uxorem nupsisse Josepho, atque indè natam Mariam, dictam *Clopæ* ex Lege, & *Salomen*. Sed puto hæc omnia esse ex libris suppositiis, & ex non satis intellecta significatione vocis *fratrum* & *sororum* [i]. ¶ *Apud nos sunt*] Nobiscum habitant, obscuræ conditionis, &c. ¶ *Unde ergò huic*, &c.!] Emphaticè; q. d. Homini obscuro & genere & conditione [k]. Cùm neque antehac Nazaretâ abfuerit, neque domi à suis potuerit ista discere, ut quorum nemo sit literis suprà plebem imbutus [l].

57. *Et scandalizabantur* (vel, *offendebantur*, Be. Pi. &c.) *in eo*] Vel, *super eo*, i.e. ob humilitatem generis [m], & educationis [n]. Non puto eos tantæ fuisse malitiæ ut hæc Christi opera Diabolo ascriberent: neque enim tale quid illis exprobrat Christus. Sed quominus admiratio in reverentiam transiret, obstabat natalium sors illis cognita. Vide suprà 11.6. Erat autem hoc signum neque satis æqui, neque de potentia Divina satis magnificè sentientis, animi. Atqui erant in ore ipsis sententiæ, quæ dicunt, *Ex pulvere à Deo suscitari quos in procerum solio collocet*, &, *Felicem eum esse qui de homine contemptæ sortis æquè judicet* [o]. Injustum erat hoc scandalum, & à se accersitum. Propriâ enim de doctrina & miraculis Christi confessione se jugulant, & à Deo in Christo operante, datâ operâ, oculos convertunt ad obscuros ejus cognatos, ut velum manifestæ luci opponant: quum potiùs eum amplecti deberent tanquam Divinitus edoctum, & de cœlo delapsum. Non ergò simplex hæc fuit ignorantia [p]. ¶ *Non est propheta* (id est, Doctor, aut Præco, Verbi Dei [q]:) *sine honore*, &c.] Dictum proverbiale [r], & hyperbolicum; q.d. ità plerumque fit [†]. Adagium celebre inter Judæos, quod, ut de aliis sententiis diximus, cum comparatione intelligendum est; q. d. Nusquam magis quàm inter populares suos contemni viros eximios, quales inprimis sunt Prophetæ [t]. Hujus causa duplex. 1. Quia familiaritas contemptum parit; tum, quia familiaribus innotescunt, si non vitia, at saltem infirma, naturæ; tum, quia homines pluris facere solent peregrina & adventitia, quàm domestica [v]. Nimirum, *Quicquid quæritur, optimum videtur* [x]. 2. Invidia, malum inter notos & conjunctos sanguine, civitate, societate, commune [y]. Vitium est magnis parvísque civitatibus commune super ignorantiam recti invidia. Sententia est huic persimilis apud Aristidem, Πᾶσι, &c. (*Omnibus philosophis difficilis videtur in patria vita.*) Nec abit illud quod Scopelianum Sophistam dixisse Philostratus memorat, cùm rogaretur ut in patria declamaret, τὴν ἀηδόνα, &c. (*lusciniam in nido non canere.*) Plinius, de Protogene, *Sordebat ille suis, ut plerumque domestica.* Sic David à sua domo contemptus, 1 Sam. 16.11. & 17.28 [z]. Non est quidem Prophetæ ambiendus honor, ubi tamen ille non honoratur, sed invidiâ contemptúque excipitur, nihil illic boni potest præstare [a].

58. *Propter incredulitatem*] Pertinacem, cum contemptu conjunctam [b]. Atqui linguarum donum dixit Paulus datum esse, ut sit signum *non credentibus*, *sed incredulis*. Notandum igitur non dici hic *nulla fecisse Christum miracula*, sed, *non multa*. Fecit passim Christus miracula, ut hi, quibus de ipso nihil constabat, in ipsum crederent. Credere incipientibus alia addidit, quibus in fide jam inchoata confirmarentur. Prima spernentibus plura non ingessit, nè vilesceret Divina liberalitas. Ità solet Deus alternis beneficia præstare & officia

Marginal notes (left column): c G. — d G. sim. Mal. — * Bru. — f G. sim. Bru. — g Sch. — h Bru. — i Novar. in Wal. — k V. sim. Bru. — l Bru. — m Hil. & Bed. in Bru. — n Di. — o Mal. ex Chrys. Di. G. ex Jo. & Justin. — p Di. — q G. Mal. — r G. — † Mal. — t G. — v Bru. — x G. — y Bru. — z G. ex Hi.

Marginal notes (right column): a G. — b Bru. — c G. — d Bru. — * G. — f Be. Pi. — g G. — h Bru. — i G. — k Bru. — l G. — m V. sic Bru. — n Bru. — o G. — p Bru. — q Idem. — r Pi. — † Pi. sim. Camer. Bru. — t G. — v Bru. — x G. — y Bru. — z G. — a Bru. — b Idem.

officia exigere [c]. Non fecit miracula, &c. quia Nazareni aut illa non petebant, aut non ex fide, quæ in talibus necessaria erat, Marc. 9. 23 [d].

c G. d E.

CAP. XIV.

1. IN *illo tempore*] Quo peragrabat Jesus Galilæam, docens & miracula edens, emissis etiam quaquaversum 12 Apostolis [a]. Qu. Quî tam serò Herodi Jesus innotuit? *Resp.* 1. Raro Tyrannis dicuntur quæ audire eos non juvat [b], sive res bonæ & sanctæ [c]. Impediunt aulici, nè talia ad eorum cognitionem perveniant. Laborant etiam Principes fastu & incuriâ rerum bonarum. 2. Justè Deus voluntariam ignorationem necessitate ignorandi punit [d]. 3. Pleraque Christi miracula contigerant dum Herodes erat in Romano itinere [*]; de quo Joseph. Antiq. 18. 7 [f]: vel, dum Arabici belli negotia illum distinuere [g], erátque in expeditione Arabica contra Regem Aretam [h]. Non placet; tum, quia hoc bellum per legatos gestum est, teste Josepho; tum quia serius fuit, &c [i]. [de quo vide Cas.] 4. Quia mors Johannis non multò pòst, quàm Christus prædicare cœpit, accidit, ut colligi potest ex Matt. 11. 4 [k]. Quidam cædem Johannis in tertio anno prædicationis Christi, alii dimidio contractiùs, ponunt [l]. ¶ *Herodes*] Nempe Antipas, sive Antipater [m], ut habent Historia Ebraica, & Annales Regum Israel, sive Chronicon Templi secundi, ubi etiam sequens Historia occurrit [n]: [vide D.] Filius Herodis Magni, de quo Matt. 2. 1 [o]. Hujus mentio Luc. c. 13. v. 31. & 23. 11. Act. 4. 27. & 13. 1 [p]. ¶ *Tetrarcha*] Scilicet Galilææ [q], Luc. 3. 1 [r]. Distinguntur interdum Reges à Tetrarchis, ut Horatio, —*modò Reges atque Tetrarchas, Omnia magna, loquens*: modò Tetrarchæ ipsi, ut Dejotarus Ciceroni, *Reges* appellantur. Origo nominis ex Galatia, cujus tres partes singulæ quatuor habebant Principes. Indè ad alios, gentis alicujus parti imperantes, nomen transiit †. De Tetrarchis quotuor vide ad Luc. 3. 1 [t]. ¶ *Famam*, τὴν ἀκοὴν] Ità Hellenistæ transferunt Heb. שמע, quod *famam* sign. Exod. 23. 1. Neque tantùm audienti, sed & famam vulganti, ea vox aptatur, ut Esa. 53. 1. Simili ferme modo *auditionem* pro *fama* dixit Tacitus [v].

a Bru. b G. c Chrys. & Th. in Mal. d Cas. in Wal. * G. sim. Bru. f Bru. g G. h Q. in Cas. i Cas. in Wal. k Mal. l Cas. in Wal. m Be. Camer. D. Bru. Sch. n D. o Sch. sim. M. p Scul. ex. 1. 2. q Bru. Pi. Scul. ib. r Scul. ib. † G. t Sch. v G.

2. *Pueris suis*] i. e. Ministris, sive famulis [x]; domesticis & familiaribus [y]; militibus suis, ut parati essent ipsum tueri adversus seditiones forsan orituras, &c [z]; aulæ mancipiis [a]. ¶ *Hic est Johannes*, &c.] Assertivè hîc loquitur; at Luc. 9. 9. percontativè ac dubitativè. [Quomodo hæc concilianda?] Apud Lucam loquitur populis, cupiens eis eximere suam de Johanne opinionem [b], ideo finxit se non credere [c]; hîc verò suis [d], quibus liberiùs loquitur [*], id quod palàm & coram aliis non auderet confiteri [f], iisque refert quod erat in ore vulgi [g]. Al. Herodes primùm dubitavit, postea credidit [h]. Non temere dixit Virgil. *Omnibus umbra locis adero: dabis, improbe, pœnas*. Dubitari non debet quin sanctissimi & innocentissimi viri, per scelus trucidati, imago noctu diúque Herodis animo oberraverit. Conscientiæ stimulis accessit comes indivulsus Tyrannorum metus. *Eo quoque tempore*, inquit Seneca, *quo non captantur, peti se judicant, nullúmque momentum immune à metu habent*. Utrumque conjungitur Sapient. 17. 11 [i]. Metuit aut graviorem reprehensionem, aut vindictam Divinam [k]; aut nè populus seditionem moveret [l]. ¶ *Baptista*] Ità & Josepho vocatur, & נטבל Hebræis: nam quin ibi Niphal sit positum pro Piel, ut à Rabbinis sæpe, dubitari non debet: ità Zach. 9. 9. נושע Lxx vertunt σώζων. Vocant eundem Johannem Hebræorum Magistri כהן הגדול, (*Sacerdotem magnum*:) unde arbitrari liceat Zachariam fuisse familiæ suæ Principem: sed cùm nunquam id dicat Sacra Historia, imò contrarium potiùs indicet, cùm sortitò Zachariæ λειτεργίαν dicit obtigisse, inducor ut credam Johannem כהן, i.e. *Sacerdotem*, dictum κατ᾽ ἐξοχὴν, ut intelligeretur excellens Dei Minister, quomodo & Moses in Psalmo כהן vocatur. Nam & Chald. Paraph. haud dubiè ex more Judæorum Eliam & Jeremiam vocat *Sacerdotes magnos* [m].

x Er. V. Be. &c. y Bru. z Zeg. a G. b Zeg. c Mal. d G. Zeg. * G. f Mal. g Zeg. h Mal. ex Chrys. & Euthym. i G. k Bru. l Zeg. m G.

¶ *Ipse surrexit à mortuis*] Resurrectione, vel Pharisaicâ, per μετεμψύχωσιν Pythagoricam; vel potiùs, verâ [n]. Inter varias Hebræorum de Anima sententias credo antiquitus fuisse (nam nunc à multis Cabalistis id defendi non dubium est) qui transitionem in alia corpora docerent, atque indè haustum Pythagoricum Dogma παλιγγενεσίας. Nam quòd quidam Johannem satis sibi notum (erat enim à gente Sacerdotali) cùm adhuc viveret, esse putârunt Eliam, alii Jeremiam, non potest, me Judice, ad Resurrectionem, aut etiam ad Spitûs similitudinem, referri; sed ostendit creditam animarum μετενσωματώσιν. Quin & Hebræorum nonnulli tradiderunt Phineæ & Eliæ eandem fuisse animam; alii, eandem Adami, Davidis, & Messiæ. Illam autem μετενσωματώσιν vocant גלגול נפשות. Josephi tamen locum eò trahendum non arbitror: agit enim non de quibusvis ex plebe Judaica, sed de Pharisæis, qui, ut & Scriptis Apostolicis alibi docemur, crediderunt non παλιγγενεσίαν, sed ἀνάστασιν. Ipse Josephus alibi ità eorum Dogma exprimit, Ἀθάνατον, &c. (*Immortalem vim animis inesse credunt, & sub terra eas aut pœnâ aut præmio affici, prout vel virtute, vel vitio, operam dederunt dum viverent, & has perpetuo carcere includi; illas facilè in vitam redire.*) Videtur igitur Josephus ità accepisse mentem Pharisæorum, Non eadem corpora animis reddi, sed alio eas corpore à Deo vestiri, non ut hîc vivant, sed in locis nostram notitiam fugientibus. Et hoc esse quod dicit, ψυχὴν, &c. (*Animam omnem immortalem esse, animas verò bonorum tantùm in aliud corpus migrare.*) Quod etiam manifestius est ex Belli Jud. lib. 3. & Libro altero adv. Appionem. [Verba vide in G.] Sic ex sua & aliorum quorundam sententia K. ad 4. Malachiæ, Eliam ait venturum in novo corpore, vetere pridem resoluto. Cæterùm illa Herodis atque etiam aliorum è vulgo opinio (nam ab aliis ortam docet nos Lucas) ad παλιγγενεσίαν pertinere non potest, quia ex illa sententia animæ non jam adultis, sed nascentibus, insinuantur. Sequitur ergò ut crediderint Johannis animam, aut novum assumpsisse corpus, aut etiam rediisse in corpus illud quod à discipulis erat sepultum. Neque id novum adeò videri debet, cùm resuscitatorum ab Elia & Elisæo corporum veteres Historiæ exstarent. Suspicionem hanc auxit, quòd audiretur idem esse κήρυγμα Jesu quod Johannis fuerat, de Pœnitentia & Regno cœlesti [o]. Judæorum scientia de Resurrectione rudis tunc admodum erat, nondum clarè docta, &c. Johannis porrò sanctitati tribuit, quòd statim à morte (quæ ante menses aliquot obtigerat) redierit in vitam: Pharisæorum enim opinio erat, animis bonorum facilem esse reditum ad vitam, teste Josepho, Antiq. 18. 2 [p]. At Herodes fuit Sadducæus, ex collat. Matt. c. 16. v. 6. & Marc. 8. 15. Sive id verum fuit, sive Resurrectionem agnovit olim futuram, ut Pharisæi, qui tamen Resurrectionem jam recens mortui nè somniârunt quidem, videntur hæc verba extorta fuisse è conscientia horroris & reatûs aculeo stimulata, &c [q]. ¶ *Et ideo*] Scilicet quia Deus eo modo testatam velit Johannis innocentiam & Herodis sceleratum facinus [r]. Al. *Ideo*, quia resurrexit à mortuis, quo Divinior factus erit †, vel sanctior [t]; vel, quia à Deo majore cum potestate missus erit ad me puniendum: antea enim *signum nullum* fecit, Joh. 10. 41 [r]. ¶ *Virtutes* (i. e. miracula [v]: vel potiùs, dona miraculorum effectricia †:) *operantur* (vel, *fiunt*, Tre. *exeruntur*, Pers. *agunt*, Er. Be. P. Pi. Bru. *vim suam exserunt*, Ti. G. Ità enim intransitivè hæc vox usurpatur, Gal. 2. 8. Eph. 2. 2 [x]: vigent [y], efficaces sunt [z], patrantur [a],) *in eo*] Ità Il. Mo. Ar. Er. Be. &c. vel, *per eum*, Sy. Bru. τὸ ἐνεργεῖν opponitur τῷ ἐν δυνάμει εἶναι, valétque, *in actu esse* [b].

n Mal. o G. p Bru. q Li. ho. r G. t Bru. r Mal. v Bru. V. † G. sim. Bru. x G. y Bru. sim. Mal. z Bru. a V. b Mal.

3. *Herodes enim*, &c.] Est παρεμβολὴ, ex occasione narrans quod antè erat gestum, ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς. Neque dubium est quin multa passim sint talia in V. & N. F. etsi non ubique tam conspicua: ut non immeritò dixerint Judæi, *in S. literis non esse prius & posterius*, h. e. ordinem illum temporum non exactè observari, sed obiter narrari ut se tulit occasio. Minus autem obscuritatis inesset figuris talibus, si haberent Hebræi discrimina transacti temporis, ut habent Græci & Latini imper-

Imperfectum, Perfectum, & Plusquamperfectum. Hîc etiam Vulgatus vice Plusquamperfecti posuit Aoristum. Sic Gen. 12. 1. ויאמר vertendum, *dixerat*, apparet ex Gen. 11. 31. & Act. 7. 3 [c]. Herodes tres erant, quos sic distinguunt; *Herodes Magnus pueros, Antypa Johannem, Téque, Jacobe, Agrippa necat, Petrum & capit idem* [d]. Herodis Magni filius hic fuit [*], & frater Archelai illius Mat. 2. 16, 22 [f]. quo in Viennam relegato, auctum fuit Herodi illi Imperium [g]. ¶ *Tenuit*, Κρατήσας] *Tenuerat*, V. *Cepit*, Er. *Postquam tenuisset*, Bru. scil. injectâ manu [h]. ¶ *Alligavit*, ἔδησεν] *Alligaverat*, V. Be. *Vinxerat*, Pi. scilicet jam anteà, Mat. 4. 12, &c [i]. Hæc autem commodissimè h. l. veluti per digressionem inserta sunt [k]. ¶ *Propter Herodiadem*] Ejus tum causâ, tum impulsu [l]: in ejus gratiam. Quanquam Josephus alteram causam refert, Quòd metuerit Herodes defectionem populi, non, arbitror, quòd Johannem hominem seditiosum crederet, cujus tota vita ad pietatem erat composita, sed quia oderunt & metuunt mali Principes quicquid vitiis inimicum est. *Boni*, inquit ille, *quàm mali suspectiores sunt; semperque aliena virtus formidolosa est.* Ità videmus à pessimis quibusque Imperatorum pulsos Urbe Judæos, Christianos, etiàmque sapientiæ professores, nè quid usquam honestum oculis occurreret. Nam ut viri boni quàm maximè taceant, quod tamen non semper fas est, tamen ipsa illorum vita Tyrannis sua flagitia exprobrat. Cui rei non aliud inveniunt remedium quàm ut magno odio magno metu compescant [m]. Hæc Herodias erat, vel, 1. filia Aretæ Regis Arabum [n]. At hæc fuit prima uxor Herodis, ut Eusebius ex Josepho refert, quam secundam Herodis uxorem, hanc scilicet Herodiadem, esse credidit Ruffinus, quem sequutus est Hieron. eúmque Beda, &c. Adeò facilè alienorum errorum contagionem trahimus, dum alienæ operæ confidimus [o]: vel, 2. neptis Herodis Magni ex filio Aristobulo [p]. ¶ *Uxorem*, &c. Γυναῖκα Φιλίππου, &c. *Uxorem Philippi fratris sui*, Be. Pi. &c. Deest nomen *Philippi* in plurimis veteribus Codicibus, ut & Luc. 3. 19. sed scribitur in omnibus exemplaribus, Marc. 6. 17. & est in Syro [q]. Cùm nomen hoc exstet in Marci exemplaribus omnibus, in antiquissimis etiam Matthæi & Lucæ, atque omnibus istis locis apud Syrum & Latinum Interpretes, sollicitanda lectio non est [r]. At juxta Josephum hæc erat uxor, non Philippi, sed alterius Herodis, Herodis hujus fratris [†]. [Quid dicendum?] 1. Josephus hîc, ut sæpe, aut ignorantiâ, aut oblivione, lapsus est. Josephus ergò ex Evangelistis, non ex Josepho Evangelistæ emendandi: illi enim & plures erant, & fide digniores [t]. Non errare hîc potuisse eos scriptores, facilè, ut arbitror, vel à non Christiano evicerim. Consentiunt enim tres scriptores qui illis ipsis temporibus, aut certè propiùs ea tempora quàm quisquam alius, rem istam non obscuram, neque ignobilem, sed, ut res sunt Regum, omnibus notissimam memoriæ mandârunt. 2. Judæorum non unus hujus fœminæ maritum Philippum nominat [v]. Ità Josephus Gorionides, &c [x]. Josephi tamen summa fides & diligentia, &, quæ passim in eo apparet, intima cognitio rerum familiæ istius, meretur nè quid temere contra eum pronunciemus [y]. [Alii ergo aliter respondent.] Idem Philippus nomine, Herodes cognomine, vocatus est [z]. Hoc si probant, facilis est solutio [a]. Verissimum credo, inter Herodis Magni filios, qui novem fuere, duos appellatos fuisse *Philippos*; sed horum alterum, qui natus erat ex Simonis Pontificis filia, dictum fuisse *Philippum Herodem*, quomodo & iste, de quo hæc narratur historia, *Antipater*, aut *Antipas*, *Herodes* dicebatur; atque isto additamento Philippum hunc minorem distinctum ab altero majore, qui Trachonitidis fuit Tetrarcha. Neq; duos in tot liberum numero dictos fuisse *Philippos*, magìs mirum videri debet, quàm duos itidem eodem in numero dictos *Antipatros*: nam *Antipatri* & *Antipæ* idem est nomen. Neque dubito quin inter Herodis Magni progenitores Philippus aliquis fuerit, unde id nomen in multos ejus gentis propagatum est [b]. An Philippus tunc in vivis erat, dubitat Augustinus, negant Tertul. Chrys. Theoph. Euthym. affirmant Hi. & Beda & Strabus [d]: quod & verius est [*], ut constat ex Joseph. Antiq. 18. 6 [f]. & Hegesipp. 2. 12 [g]. Vixitque Philippus ad annum 20 Tiberii [h]. Philippus porrò frater erat Herodis germanus, licèt non uterinus: hic enim ex Malthace Samaritide, ille ex Cleopatra Jerosolymitide, natus est [i].

4. *Dicebat*, &c.] Constanter, intrepidè [k], palàm, ac multis præsentibus; erat enim peccatum publicum, & pessimi exempli. Rectè autem reprehendebat Herodem Joannes, tanquam Propheta, &c [l]. ¶ *Non licet tibi.*] Per Dei & naturæ leges [m]. *Nefas est tibi*, utpote circumciso, ac proinde obligato ad observationem Legis per Mosem datæ. Jus Romanum Principem legibus solutum pronunciat; at Mosis Lex Regi non magis quàm privato sui gratiam facit: quanquam illud Herodis flagitium, tunc certè cùm patrari cœpit, non Mosis tantùm, sed & naturæ, Legibus adversabatur, quæ omnes utique gentes & gentium Reges tenent. Bene Euripides, Οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών· (*Non decet Principes ea tenere quæ non oportet* [n].) ¶ *Habere eam*] Nempe in matrimonio [o]: non ut ἔχειν Λαΐδα, &c. *Quis herì Chrysidem habuit?* Nam Herodes *Conjugium vocat: hoc prætexit nomine culpam.* Id enim & apertè Josephus & Marcus habent. Scriptor Postprædicamentorum inter opera Aristotelis, λέγεται, &c. (*Dicitur & vir uxorem habere, ut uxor virum, sed alienissimus videtur hic tropus, nam per habere nihil aliud intelligimus quàm cohabitare.*) Atqui minor est abusio, cùm vir dicitur mulierem habere, quàm cùm mulier virum. Nam plerarumque gentium legibus atque institutis uxor in manu est mariti; certè Hebræorum Jure, qui propterea maritum בעל vocant, ut κύριον Attici. Causam, cur nefas Herodi fuerit, Marcus explicat, cùm ità Johannem loquentem facit, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*: quibus verbis cùm digitum intendere videatur Baptista in legem eam, Levit. 18. 16. facilè adducor, ut credam, maritum Herodiadis, cùm ista Johannes diceret, defunctum fuisse. Videmus enim etiam in Lege γυναῖκα dici eam quæ non ampliùs sit ὕπανδρος, relatione factâ ad id quod fuerat. Duplex hîc fuit Herodis παρανομία (*transgressio.*) Nam, viventi marito uxorem, non ab ipso dimissam, abducere, raptus atque adulterium erat, hoc insigniore injuriâ quòd in fratrem committebatur. Accedebat adulterio crimen incesti, ex Lege Mosis, quæ unam duntaxat habebat exceptionem, Si maritus mortuus esset illiberis. Herodiadis autem maritus & vivebat eo tempore, [cùm scilicet Herodes eam duceret] & filiam ex ipsa habebat Salomen, cujus hîc fit mentio. Breviter utrumque delictum perstrinxit Josephus, cum dixit, μεθ' ἧς (Σαλώμης) τὰς γονὰς Ἡρωδιὰς ἐπὶ συγχύσει φρονήσασα τῶν πατρίων (Legem Levitici indicat) Ἡρώδῃ γαμεῖται τοῦ ἀνδρὸς τῷ ὁμοπατρίῳ ἀδελφῷ διαστᾶσα ζῶντος. Apparet hoc ex loco falli eos qui existimant Herodiadem Herodi nupsisse post mortem demum mariti prioris. Videntur præterea illa verba, διαστᾶσα ζῶντος, hoc innuere, maritum priorem non diu supervixisse isti divortio. Et sanè Johannes non initium accusat, sed ipsum τὸ ἔχειν. David contra Legem uxorem Uriæ usurpaverat; at, mortuo Uria, uxorem eam habuit optimo jure, quia, soluto matrimonio priore, nulla lex erat alia quæ nuptias impediret. At hîc etiam, mortuo marito priore, aut etiam dum viveret, testato se eam uxorem sibi esse nolle, obstabat lex alia; ea nempe quæ vetat *habere uxorem fratris*. Adversùs hanc legem facere, erat, συγχέειν τὰ πάτρια, (*confundere patrios mores*;) quod nec Regi licebat. Notat idem crimen in Archelao Josephus, qui fratris Alexandri mortui uxorem duxit Glaphyram liberos habentem, ἀπόμισον ὄν, &c. (*quum Judæis lege interdictum esset uxores fratrum ducere.*) Addit Lucas, reprehensum fuisse Tetrarcham à Baptista non hujus tantùm delicti nomine, sed & *de omnibus reliquis sceleribus ipsius* [p].

5. *Volens*, &c. Θέλων, &c.] *Quum vellet* (vel potiùs, *Cum cuperet*: nam θέλειν h. l. plus est quàm *velle* [q]:) *eum occidere*] Non definitâ voluntate, sed ambiguus animi. Oderat liberum castigatorem, ut mos eis qui injustè agere volunt. Præterea famæ ipsius invidebat. Sed nondum pervenerat ad ultimam improbitatis lineam quæ voluptatem ponit in magnitudine infamiæ. Reverebatur populi de se judicia, si talem virum occideret; reverebatur suam quoque conscientiam, solitus olim ipsius monitis auscultare, antequam illicitus amor mentem transversam ageret: ità in dubio fluctuantem ani-

animum leve momentum in pejorem partem impulit [r]. In Marc. 6. 19, 20. Herodias eum tollere conabatur, Herodes autem impediit †. Quod tamen cum hoc loco non pugnat. Herodes enim Joannem non amabat, sed reformidabat, & populum metuit, &c [t]. Herodes principio obstitit, postea verò Herodiadis victus precibus eum occidere voluit, &c [v]. ¶ *Timuit populum*] Et popularem motum [x]. ¶ *Sicut prophetam*] Veluti Propheta esset [y]: *Ut hominem à Deo missum*: ità enim hæc vox infrà explicatur, 21, 25, 26 [z].

6. *Die*, &c. Γενεσίων δὲ ἀγομένων] *Cùm autem esset inter natalia*, ad verb. *nativitatem*, quam ponit pro convivio tunc exhibito [a]. *Die autem natalitio*, Pers. sim. Ar. Æth. *Cùm autem agerentur* (vel, *celebrarentur*, Er. Il. Ti.) *natalitia*, Be. P. Sy. Pi. Bru. i. e. convivium solenne in memoriam diei natalis [b]. Mos hic erat Ethnicorum [c]; Ægyptiorum, Gen. 40. 20. & Regum Orientis, teste Herodoto, & Regis Agrippæ, teste Josepho: [verba hujus & Herod. vide in G.] & Antiochi [d], 2 Mac. 6. 7 [*]. ubi tamen actus videtur ejus natalis, non quotannis, ut ab aliis, sed quotmensibus [f]. Partem cultûs Idololatrici ducunt Scholæ Judaicæ celebrata natalitia. Avodah Zarah, cap. 1. hal. 3. *Hæc sunt tempora Idololatrarum, Calendæ, Saturnalia,* Γενέσια *Regni*, & *Dies nativitatis*. Dum autem γενέσια distinguunt à *die nativitatis*, initiationem Regni ejus intelligunt: de qua distinctione multa disputant Gemaristæ [g]. Γενέσια, propriè *dies natalis*, de Regibus dicta, denotant diem Regni, sive quo creatus est Rex, qui Ose 7. 5. *dies Regis* dicitur. Ab eo, ut natali, annos supputabant, 1 Sam. 13. 1. *erat filius unius anni*, i. e. annum nec amplius regnaverat [h]. Γενέσια, i. e. γενέθλια. Nam Atticis, ut & Herodoto, γενέσια aliud quiddam significat, nimirum annua sacrificia in memoriam parentum [i]. Quod tamen an satis liquet, alii judicent. Γενέσια, celebratio festivitatis diei natalitii, aliàs γενέθλια, numero plurali, ut Festorum nomina, ἐγκαίνια, Joh. 10. 22. ἐλευθέρια, *Saturnalia, Liberalia*, &c. Ἀγομένων hîc est, *dum transigerentur*, sive *agerentur*. Ità Græci ἄγειν, & Latini *agere*, usurpant, ut ἄγειν Διονύσια, *agere Bacchanalia*: sic *pacem* ἄγειν, *agere*, in Demosth. & Salust, & ἄγειν ἀπραξίαν, *feriari*, sive, ut Plautus loquitur, *ferias agere* [k]. ¶ *Saltavit*, Ὠρχήσατο] *Saltaverat*, Be. Pi. *Tripudiavit*, Bru. Non tam ex levitate, quàm ex more gentis, in gaudiis publicis, atque etiam in solennitatibus quibusdam sacris, in demonstrationem scilicet lætitiæ, atque ob celebritatem diei. Exempla sunt & in S. S. & apud RR. Herodem ergò non tam captavit puellæ motus, quàm animus ac affectus erga ipsum, ejúsque natalem [l]. Al. Vox Græca significat *lascivâ gesticulatione saltare* [m]; vel, *gesticulari ut in choreis* [n]. *Saltavit, motibus Ionicis*, ut inquit Horatius; non rudi illo atque incomposito saltandi genere quod in publicis gaudiis matronis virginibúsque Judæis antiquitus usurpatum diximus. A finitimis Regnis mos iste in aulam Judaicam pervaserat [o]. ¶ *Filia Herodiadis*] Ex marito deserto, Salome nomine, Jo. antiq. 18. 7 [p]. filia matre digna [q]. ¶ *In medio*] Palàm [r], *inspectantibus convivis*, ut rectè interpretatur Syrus †.

7. *Unde cum*, &c. Μεθ' ὅρκου ὡμολόγησεν] *Cum juramento*, (vel, *Juratò*, G.) *spopondit*, Mo. vel, *spoponderat*, Be. P. Pi. *se obstrinxit*, Pers. *pollicitus est*, Er. V. Il. Ti. sic Tre. Ca. G. *testatus est*, V. ad verb. *confessus fuerat*. Synecdoche generis κατὰ χρηστικῶς. *Confiteri*, pro confiteri seu promittere se præstaturum id de quo fit stipulatio, & hoc pro polliceri ultro absque stipulatione [t]. In mutua stipulatione, cùm unus quærit, *spondes*, alter respondet, *spondeo*: posterior iste dicitur ὁμολογεῖν, i. e. assentiri, & confessione suâ sese ad id præstandum obligare. Indè generaliter accipitur pro ὑπισχνεῖσθαι (*promittere*;) sicut & *spondere*, apud Latinos [v]. Phrases huic similes alibi occurrunt, quales σῷ ὅρκῳ λέγειν, *juramento confirmare*, Odyss. ξ. 151. & in Xenophonte, ἀρνεῖσθαι μεθ' ὅρκου, *mediante juramento negare*: Mat. 26. 72. μεσιτεύειν ὅρκῳ, *mediante juramento rem confirmare*, Heb. 6. 17 [x]. Vide quò tandem jurandi facilitas evaserit, non jam apud profanas dico gentes, sed apud eos ipsos qui Mosis Legibus teneri se profitebantur. Philo, Libro περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων, Ἐισὶ γὰρ, &c. (*Sunt enim qui jurant se commissuros furta, sacrilegia,*—*eáque prætextu juramenti implendi sine mora perficiunt.*) Ubi etiam exemplum addit divitis adolescentis qui juraverat se de facultatibus suis nemini quicquam benefacturum. Tales & illi erant Act. 23. 12 [y]. ¶ *Ei dare*, Αὐτῇ δοῦναι] *Se daturum ei*, Be. Pi. Puto αὐτῇ pendere ac regi à verbo ὡμολόγησεν ad verbum autem δοῦναι subintelligi & alterum αὐτῇ, & τὸ ἑαυτὸν [z]. ¶ *Quodcunque postulasset*] Idem Philippus Macedo Satyro histrioni promisit, apud Diod. Siculum, l. 16. Marcus addit, *usque ad dimidium Regni*. Quod loquendi genus proverbiale est Regibus usitatum, ubi liberrimam optandi facultatem cuiquam faciunt. Vide Esth. 5. 3 [a].

8. *Præmonita*] Ità Cas. Ham. Προβιβασθεῖσα] *Producta*, Be. P. Mo. Pi. Plinius 9. 5. *Nullâ sponsione ad hoc productus* [b]. Ex cujus loci observatione perplacet mihi hæc versio [c]. Προβιβάζειν, est, *producere*, Act. 19. 33 [d]. Mihi non placet, quia nec exprimit vim præpositionis πρὸ, quæ h. l. tempus respicit; neque vim verbi, quod *instructionem*, vel *subornationem*, significat [*]. [Alii ergò aliter vertunt:] *Subornata*, V. Ca. Camer. *Instructa*, Er. Il. V. Pi. sim. Ar. Pers. *Propterea quod edocta esset*, Tre. ex Sy. *Priùs instructa*, sive *edocta*, Ti. Cas. Bru. Ham. V. ut Advocatus à cliente, aut discipulus à Præceptore [f]. *Impulsa*, Camer. Mal. *Instigata*, Mal. Ham. Προβιβάζω, in Hesychio, & in Glossario, est, προάγω, *promovere, provehere*; in Suida, *persuadere, instigare*; in Lxx. idem quod שנן *acuere*, Deut. 6. 7 [g]. Inducta priùs & persuasa [h]. Συμβιβάζειν in his Libris solet significare, *astruere dicendo*, sive *docere* [i]. ¶ *A matre*] Ad quam egressa erat, Marc. 6. 24. Magni refert quales parentes nactus sis. ¶ *Da mihi*—*hîc*] Hoc loco & tempore, coram convivis his; nè, decocto vino, & digressis testibus, refrigesceret Regius animus, & à promissione resiliret [k]. ¶ *In disco*] Ità Mo. Ar. Ἐπὶ πίνακι] *In patina*, Er. Tre. Be. Ca. &c. cui cibus imponi solet. Hoc factum ludibrii causâ, quasi & hic missus quidam esset genialis hujus convivii [l]. ¶ *Caput Johannis*] Hoc petit, tum ob vindictam de eo quem unum adversarium senserat, tum ob metum repudii forsan futuri, si Herodes Johannem audire pergeret. *Caput* petit, tum ut certior sit de viri morte, tum ut linguæ illi illudat quæ pellicatui ipsius adversabatur [m]. Aptissimè, prout iniquissimè, respondit petitio puellæ sponsioni Regis; q. d. Vovisti *per caput tuum*, (hæc enim usitatissima erat jurandi formula,) Da mihi *caput*, &c [n].

9. *Contristatus est*] i. e. Dolorem simulavit, volebat enim eum occidere, v. 5 [o]. Al. Non simulatè, sed verè, indoluit, ob viri innocentiam, sanctitatem, dignitatem, & facti hujus infamiam damnúmque metuens [p]: quia & Johannem reverebatur, Marc. 6. 19, 20. & metuebat sibi à populo, quibus Johannes gratiosus erat; denique, quia genialem hunc diem & festum noluisset cæde contaminari, quod etiam Paganis malum omen habebatur, & genium suum offendere credebatur †. Exemplum ἀκρασίας (*incontinentiæ*.) Dictat ratio non occidendum innocentem. Ab altera parte memoria liberæ castigationis iram instigat: Accedit amor hoc fervidior, quòd vetitus: illa inimicum ulcisci; hic uxori morem gerere, imperat. Rei inhonestæ speciem aliquam honesti addit indefinita pollicitatio & pudor nè metuere plebem videretur. Ità animus dudum assuetus sequi pejora, ejecto rationis fræno, permisit se raptandum concitatis affectibus. Notârunt Christiani veteres admodum diligenter in Poetis horum motuum descriptiones. Celebre præ cæteris illud Medeæ, de qua & Ovidius,—*video meliora probóque, Deteriora sequor*, & Seneca, Act. 5. & Tragicus Neophron: [quorum verba in G.] Ità alternis ratio & affectus huc atque illuc hominem trahunt. Est etiam sæpe in hominibus non tam rationis cum affectibus, quàm affectuum inter se, pugna; qualem in Herode Magno circa Mariamnem prudenter notat Josephus. Cæterùm ad excusanda facinora ejusmodi multa homines prætexunt, modò Deum, ut ille, Αἲ, αἲ, &c. (*Heu, heu, divinitus immissum est hoc hominibus malum, Quum quis bonum cernit, sed non facit:*) modò naturam, ut alter, Ἀλλ' οὐδὲν ἡ φύσις, &c. (*Nihil me latet*

[Marginal notes, left column: r G. — † Mal. — t Be. — v Mal. — x Bru. — y Val. — z G. — a Jun. — b Pi. — c Bru. — d G. — * Bru. — f G. — g Li. ho. — h Heins. in Wal. — i Camer. — k Sch. — l Li. ho. — m V. — n Er. Bru. — o G. — p Bru. sim. Mal. — q Bru. — r Be. Bru. — † G. sim. Be. Bru. — t Pi. — v Be. — x Sch.]

[Marginal notes, right column: y G. — z Pi. — a G. — b Be. — c Cas. — d Sch. — * Scul. ex. 2. 66. — f Ham. — g Idem. — h Be. sic Bru. — i Cas. — k Bru. — l Er. — m Bru. — n Li. ho. — o Glas. rhet. 1. 4. 63. sim. Hilar. Hi. &c. in Mal. — p Bru. — † Ham.]

latet eorum de quibus me admones ——— *sed natura vim mihi infert.*) Sed causam non aliam vult agnosci Clem. Alex. quàm quòd ipsi nos prodimus [q]. ¶ *Propter juramentum*] h. e. Nè violaret jusjurandum [r]. Erant, ut dixi, causæ veteres: sed hæc quoque species arrepta est, infirmissima alioqui per se. Nam quid facilius dictu quàm juramenti verba, generaliter enunciata, ità esse interpretanda ut illiciti nihil comprehendant? Neque dubito quin ità votum suum interpretatus sit Jephthes, eòque filiam non mactaverit, ut quidam volunt, sed ut rem sacram Deòque dicatam ab hominum commercio sesposuerit. Deinde verò, quid si διαῤῥήδην (*disertè*) pollicitus esset Herodes insontis cædem? Nonne cogitare debuit id quod per se illicitum est interposito jurejurando licitum fieri non posse? Prætermittere non possum quin hîc apponam Philonis locum insignem de id genus juramentis, ἴστω δὲ πᾶς, (*Sciat autem quicunque juratus mala patrat* ——— *quòd qui juramenta impia præstat, crimen criminibus cumulat, eique longè satius esset talia omittere*, &c.) Neque, hoc ignoratum viro sapientissimo Josuæ, in mentem mihi potest venire, quanquam video Augustinum atque alios quosdam ità existimare, permotum jurisjurandi Religione fecisse eum contra Legem Divinam quæ Cananææ possessores internecioni devovebat. Planè enim verissimum puto quod dixi ad cap. 5. legem illam collatione legis alterius, quæ in Deuteronomio est, ità temperandam, ut in eos demum valeret, qui, bello ritè denunciato, dedere se Hebræis in servitutem recusâssent †. Quantumvìs ea fuisset Herodis mens, se daturum quicquid peteretur, sive justum illud foret, sive injustum, (quum promissiones hujusmodi generales, apud sanæ mentis homines, commodam accipiunt interpretationem, pro rebus licitis & honestis,) non tamen stare promisso debuerat, ut perjurium evitaret, qui perjurium jam commiserat, quòd jurâsset ea facere quæ, per Dei præceptum, facere non posset [t]. Rex impiè religiosus esse voluit. Neque excusabat illum juramentum quod erat factum contra Dei mandatum [v]. Tanta [tamen] erat apud Judæos religio jurisjurandi, ut etiam quæ contra fas jurata essent, non servare nefas ducerent; ut constat ex Jos. 9. 15. & Jud. 11. 35. quæ tamen non fuisse servanda monent Orig. Chrys. Ambros. Hi. & probat Euthym. exemplo Davidis, 1 Sam. 25. 22. collat. cum 32. 33 [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοὺς συνανακειμένους] *Et eos qui simul accumbebant*, Be. Bru. Pi. convivas clarissimos, primos Galilææ, ut scribit Marcus [y]: qui, ut mos est aulæ, captantes Herodiadis gratiam, labantem Herodis animum impellebant [z]; nec unus fuit inter eos, qui Regem ab infando scelere vel verbulo revocaret, quamvis tristitia Regis opportunitatem suggereret. Confer Mat. 17. 12 [a]. Similis historia apud Herodotum, ubi Amestris, Xerxis uxor, in convivio petit à Marito Masistis uxorem [b]. Non tam metuebat vindictam Dei, si non servaret jusjurandum [c], quàm nè à convivis haberetur levis atque inconstans [d]. Sic Cajus, apud Josephum, quum Agrippam, idque in convivio, jussisset, ut aliquid peteret, ipse autem petiisset, ut mandatum suum de statua in Templo Jeros. erigenda revocaret, *indecorum existimans*, inquit Josephus, *coram tot testibus mendacem fieri* ——— *concessit* [*]. Non itaque Religio Herodem constrinxit, sed mera ambitio præcipitem egit [f].

10. *Misitque*, &c. Καὶ πέμψας ἀποκεφάλισε] *Et mittens* (vel, *misit*, Sy. Ca. D. vel, *misso*, Pi. &c. sub. *ministro*, Er. vel, *carnifice*, Er. Tre. V. Be. D. sic Ti. vel, *spiculatore*, ut exprimitur Marc. 6. 27 [g].) *decapitavit*, Mo. sim. Ar. vel, *decollaverat*, Be. Pi. *decollatum*, Ca. sic Æth. *qui amputaret caput*, Sy. sim. Camer. *qui decollaret*, D. *per quem decollaret*. Ità enim Hebraismi vim rectè exprimi puto, ut Mat. 2. 16. & 27. 19. Theophanes in vita Justini Imp. πέμψας ἀποκεφαλίσεν. Sed in Hebræo haud dubiè fuit, *misit & decollavit*. Nam ita Hebræi loquuntur, ut Psal. 57. 3. *Misit è cælo & liberavit me*, pro, *qui me liberaret*: & Psal. 105. 20. *Misit Rex, & solvit*, &c. i. e. *Misit per quem eum eximeret vinculis* [h]. Πέμπειν hîc ponitur absolutè, ut in Plut. Πέμψας γὰρ ᾔτει, &c. (*Mittens autem petiit juvenes*, &c.) & paulò pòst, Πέμπουσι Θηβαῖοι, ἐξαιτοῦντες, &c. (*Mittunt Thebani, deposcentes autores cædis*:) & in Demosthene & Sophocle. [Verba vide in Sch.] Non est ergò hîc Hebraismus, ut fingunt, sed purus Græcismus [*].

[q] G. [r] Bru. † G. [t] Bru. [v] M. [x] Mal. [y] Bru. [z] G. [a] Bru. [b] G. [c] Pi. [d] Pi. sim. Bru. Fri. [*] Fri. [f] Bru. [g] Pi. [h] G. [*] Sch.

Hoc decuit ornari scelere natalem Herodis diem, digni cui ille *labentes apponat candidus annos* [i]. Factum hoc contra morem veterum Romanorum, qui, inquit, Varro, *cùm die natali munus annale genio solverent, manum à cæde ac sanguine abstinebant, nè die quâ ipsi lucem accepissent, aliis demerent* [k]. At Titus Flaminius, ut Cicero docet, *cùm esset Consul in Gallia, exoratus in convivio à scorto est, ut securi feriret aliquem reorum capitis*. Cui hæc objecta sunt in Senec. Controvers. 26. 5. *quòd meretricem habuit*, *quòd aliquem occidit*, *quòd noctu*, *quòd in convivio*, *quòd rogante meretrice* [l]. Decapitationem Baptistæ arbitramur fuisse paulò ante Pascha, ex collat. Joan. 6. 4. (Credibile enim est, Discipulos Johannis, Magistro sepulto, ad Christum statim se contulisse, eique cautionem dedisse ut saluti suæ consuleret. Is, re audità, transit in desertum *Bethsaidæ*, atque illic 5000 homines pavit, cùm adesset jam Pascha, inquit Johannes) cùm carcerem jam passus fuerat per sesquiannum, prout per sesquiannum liberè prædicâsset antè incarcerationem [m]. ¶ *In carcere*] Ut mox ad cœnam caput adferretur. Publicè non fecit, metu seditionis [n]. Johannem Machærunte incarceratum docet Josephus Antiq. 18. 7. At Machærus erat extremus Perææ limes versùs Austrum, Jo. Bel. 3. 4. (erátque Peræa intra ditionem Herodis, Jo. Belli, 2. 9.) ac proinde longè aberat à Tiberiade, ubi Regia Tyranni; & carnifici opus erat itinere bidui, nec nisi post dies aliquot à celebratis natalitiis caput Johannis puellæ præsentari poterat [p]. Apparet [autem] celebratum hoc convivium Machærunte [q]: quæ in finibus Galilææ & Arabiæ erat [r]: carcer enim convivio vicinus erat †. Trucidatur vir sanctus, nè Judiciorum quidem ordine servato. Nam sontes, populo omni inspectante, plecti Lex Mosis jubet. Romæ Flaminius accusatus est imminuti Magistratûs crimine, quod hominem haud dubiè nocentem, non more majorum, sed in convivio, jussisset interfici [t].

11. *Allatum est*, &c.] Ad mensam: epulæ humano sanguine mistæ sunt, & convivæ fœdare oculos coguntur. Qui magnatum mensis assident sæpe multis sceleribus implicantur. ¶ *Attulit matri*] Sceleris architectrici. Exsultat Herodias voti compos facta, sed postea illa simul & Herodes, opibus exuti, natali solo pulsi, Lugdunum relegati sunt, teste Jo. Antiq. 18. 9 [v]. Herodiadis autem filia in itinere suo, *brumali tempore, fluvium trajectura glacie constrictum, pedes eum transire voluit. Glacie autem ruptâ, idque non sine Dei numine, demergitur illa statim capite tenus, & inferioribus corporis partibus lasciviens, molliùsque se movens, saltat, non jam in terris, sed in undis. Caput verò scelestum, frigore & glacie concretum, deinde etiam convulneratum, glaciei crustis à corpore resectum, in glacie ipsa saltationem lethalem exhibet* [x].

12. *Sepelierunt illud*] Testantes & gratitudinem erga Magistrum, & se doctrinam ipsius tenere, &c [y].

13. *Quod*, &c. Καὶ ἀκούσας] *Cùm audisset*, sub. *hæc*, vel, *illa*, Be. Pi. quæ narrata sunt initio capitis [z], Johannem fuisse interemptum [a], & se Herodi innotuisse [b], ac de se sermones in aula haberi [c], & Herodem sibi minari [d]. Ex divorticulo redit unde abierat [*], ad narrationem in principio capitis inchoatam [f]. ¶ *Secessit inde*] Ex eo Galilææ loco ubi Discipuli reduces ipsum invenerant Capharnao, aut loco vicino [g]: ex locis Galilææ frequentioribus [h]: è patria sua in quam isse dicitur, Matth. 13. 54. Marc. 6. 1. vel, ex illo loco in quo erat quando mors Johannis ei est annunciata [i]. Qu. Cur secessit? Resp. 1. Nè Herodi peccandi ipsúmque occidendi materiam præberet [k]. 2. Ut fugiendo se verum hominem, qui teneri, & occidi posset, ostenderet [l]. 3. Ut præstaret Apostolis requiem, Marc. 6. 31 [m]. 4. Quia *nondum venerat hora ejus* [n]. 5. Ut sine ullo dispendio mandati muneris imminentem sibi Herodem evitaret [o]. Herodem non fugit, quia postridie huc rediit, vel in locum vicinum, infrà 34. Joh. 6. 17 [p]. ¶ *In navicula*] Non pedibus, nè turbæ eum sequerentur [q]: ut Discipuli in itinere ab ipsis essent liberi [r]: & quia lacus trajiciendus erat †. Non placet: quia Bethsaida erat citra, non ultra, lacum: erat in Galilæa, ut patet

ex

[i] Bru. [k] Fi. [l] Scul. ex 2. 66. [m] Li. ho. [n] Bru. [p] Li. ho. [q] G. sim. Mal. Bru. ad v. 11. [r] Mal. † Bru. [t] G. [v] Bru. [x] Montac. in Wal. [y] Bru. [z] Pi. [a] Be. [b] Bru. [c] G. sim. Bru. Pi. [d] Be. [*] G. sim. Be. Bru. [f] Pi. [g] Bru. [h] G. sim. Pi. [i] Cas. [k] Hi. & Beda in Mal. [l] Th. in Mal. [m] Bru. Mal. [n] Mal. [o] G. [p] Bru. [q] Mal. ex Chrys. sim. Bru. [r] Bru. † Q. in Mal.

ex collat. Matth. 26. 72, 73. cum Joan. 1. 44. Non ergò Christus totum lacum, sed sinum aliquem, aut potiùs promontorium, lacûs, trajecit [t]. At Bethsaida non est in Galilæa, (ut aliquando cum aliis opinati sumus, ut & Tabulæ chorographiæ eam disponunt,) sed *in inferiori Gaulonitide*, ab ora Maris Gennesaretici Orientali, in Peræa [v]. ¶ *In locum desertum*] Situm in agro Bethsaidæ, ut patet ex Luc. 9. 10 [x]. ¶ *Pedestres*] Itinere pedestri [y]. Hinc colligunt Capernaumum & Bethsaidam in eodem maris littore fuisse, alioquin quomodo turba potuit eum pedibus sequi [z]? Optimè, inquam, transito Jordanis ponte prope Tiberiada, à qua distabat Bethsaida 3. tantùm, vel 4. milliaribus [a], &c. [de quo vide Cl. Authorem.] Joannes quidem dicit, Christum abiisse trans mare, cap. 6. 1. Sed sic vocatur, quòd Judæis ex Ægypto venientibus ultra mare esset [b].

14. *Exiens*] Vel, 1. Secreto montis in quem secesserat, Joh. 6. 3 [c]. vel, 2. è navi, quia turbæ ipsum prævenerant, ut Marcus aperte dicit [d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐσπλαγχνίσθη, &c.] Vox emphatica notans affectum commiserationis vehementem [*]. Amant uti Hellenistæ hac voce, ut exponant Hebræum verbum רחם, cujus origo est à nomine רחם, quod σπλάγχνα (*viscera*) significat. Lucas. 1. 78. σπλάγχνα ἐλέους dixit, Esaiam secutus, apud quem מעיך, i. e. ad verbum, τὰ σπλάγχνα σου, significat οἰκτιρμούς, (*miserationes*,) ut ο'. vertunt. Estque idem usus vocis σπλάγχνων apud Euripidem, & in fabulis Æsopeis [f]: ἐσπλαγχνίσθη autem ideo hîc additum est, quia Christus quietem, refovendo corpori quæsitam, illorum causâ neglexit [g]. ¶ *Et curavit*, &c.] Necnon docuit eos, &c. Marc. 6. 34. Luc. 9. 11 [h].

15. *Vespere* (vel, *Vespertino*, sub. *tempore*, Pi.) *facto*] i. e. Die incipiente declinare, Luc. 9. 12 [i]. Cùm infrà post cibum sumptum & secessum Christi iterum legamus, ὀψίας γενομένης, [v. 23.] negari non potest duas fuisse ὀψίας Hebræis, h. e. ערבים, inter quas duas ὀψίας edi debuit Pascha, ut in Exodo & Levitico legimus. Cæterùm, non debere duas istas ὀψίας crepusculi spatio definiri ex hoc loco mihi videtur apertissimum. Nam quæ inter eas narrantur hîc facta, aliquot horas exigunt. Quare certissimum puto, ὀψίαν priorem incipere simul atque Sol à meridie ad occasum cœpit vergere, majore diei parte exactâ, posteriorem autem à Sole occaso: ità illud, בין הערבים, interpretantur RR. Quin & in Mechilta legimus, hanc esse traditionem antiquissimam, à qua recedendum non puto. Precandi igitur tempus vespertinum medium ferme fuit inter initium prioris vesperæ & vesperam posteriorem [k]. Ὀψία significat totum tempus Solis occasi, usque ad Solem ortum, sive manè sequens. Sic Matth. 28. 1. post ὀψὲ σαββάτων, *vesperam sabbati*, sequitur, τῇ ἐπιφωσκούσῃ, &c. *quum manè illucescit*, &c [l]. Incipit vespera ab hora nona [nobis *tertia*] pomeridiana, duràtque usque ad noctis tenebras. ¶ *Accesserunt*] Ex monte, in quo permiserat eos requiescere, & cibum sumere, interea dum ipse curaret populum, &c [m]. ¶ *Discipuli ejus*] Nempe Christi, 12 Apostoli, ut constat ex Luc. 9. 12. At Joannes factum aliter narrat, Joh. 6. 5. 6 [n]. Discipuli primùm Christo suggesserunt, ut Matth. ait, deinde Christus, ut narrat Joannes, Philippum aliósque Discipulos interrogavit, tum tentandi causâ [o]; tum ut miraculum futurum magis illustraretur [p]. ¶ *Desertus*, &c.] Ubi nullus suppetit cibus, ideóque locus aptus edendo miraculo [q]. ¶ *Hora*, &c. Ἡ ὥρα, &c.] *Tempus*, vel, 1. vesperæ, respectu spatii quod receptui sufficeret [r]: vel, 2. diurnum †, ut innuit articulus [t]; tempus prandii [v]. In hoc tempus distulit miraculum, ut & illustrius & gratius esset miraculum, & ut declararet quàm semper in promptu habeat opem pro eis qui ipsi fidunt, &c [x].

16. *Date illis vos*, &c.] Hoc dicit exercendæ eorum fidei causâ, ut agnoscentes inopiam suam, ad ipsum recurrerent, & ad miraculum attentiores essent [y]. Non dicit, Ego pascam, nè arroganter de se loqui, & miraculum jactare, videretur [z].

17. *Quinque panes*, &c.] Allatos à puerulo, ut venderentur, Joan. 6. 9 [a]. Observa hîc Apostolorum

[t] Mal. [v] Li. ho. [x] Sch. sim. Bru. Pi. Mal. [y] Bru. [z] Q. in Li. ho. sim. Mal. [a] Li. ho. [b] Mal. [c] Bru. sim. Pi. [d] Mal. [*] Pi. [f] G. [g] G. sim. Bru. [h] Pi. [i] Bru. [k] G. [l] Ham. [m] Bru. [n] Mal. [o] Mal. ex Chrys. & Th. [p] Mal. ex Cyr. [q] Bru. [r] Be. † Pi. Camer. [t] Pi. [v] G. Bru. [x] Bru. [y] Bru. [z] Leontius in Mal. sic Bru. [a] Li. ho.

tum, 1. fidei exiguitatem; tum, 2. frugalitatem & neglectum copiæ [b].

18. *Afferte*, &c.] Hoc præcepto exercet Discipulorum fidem, obedientiam, & liberalitatem in egenos [c].

19. *Discumbere*] Ità Be. Pi. &c. Significatio celebrandi convivii [d]. Ἀνακλιθῆναι] Ad verb. *Reclinari*, curari ut discumberent, non confusè, sed ordine, collocati [*], ut notant Marcus & Lucas [f]. ¶ *Super*, &c Ἐπὶ τοὺς χόρτους] *Super gramina*, Pi. Bru. *Super terram* Sy. in Bru. *Per herbam*, G. sic Be. Pi. ut sæpe Poetæ: nam id quoque χόρτῳ voce significatur, & Marcus explicat, dicens, χλωρῷ χόρτῳ [g]. ¶ *Acceptis*] In manus, coram omnibus, quò constaret & de miraculo, & de se Auctore [h]. ¶ *Aspiciens*, (vel, *Suspiciens*; ἀνὰ hîc idem valet quod ἄνω, *sursum*; & Aoristus, ἀναβλέψας, pro Præsenti, ἀναβλέπων. Significatur enim precantis gestus [i]:) *in cœlum*] Ut testatum faceret non aliunde se quàm à Patre missum [k]; ab eóque se, cum Divinitate, etiam vim miraculorum faciendorum accepisse [l]; & se sua omnia illi accepta ferre [m]; & se non esse contrarium Deo: ut ostenderet, unde in omnibus rebus petendum auxilium [n]: ut doceret nos, cibum non ante sumere quàm Deo gratias egerimus pro eo [o]. ¶ *Benedixit*] Ità Il. Be. Sy. Mo. Pi. &c. Εὐλόγησε] i. e. Εὐχαρίστησε, *gratias egit*, G. V. Be. inquit Johannes [6. 11 [p].] vide & Marc. 8. 6. Rursus, pro εὐλογήσας, Matth. 26. 26. & Marc. 14. 22. est, εὐχαριστήσας, Luc. 22. 19. 1 Cor. 11. 24 [q]. Sed non possunt probare, εὐλογεῖν, *benedicere*, accipi pro εὐχαριστεῖν, gratias agere: imò refutatur id ex Luc. 9. 16. ubi est εὐλόγησεν αὐτοὺς, *benedixit illis*, non, ut oportuit, si gratiarum actionem intellexisset, εὐλόγησεν ἐν αὐτοῖς, aut, ἐπ' αὐτοὺς, *benedixit in illis*, vel *super illos*. Sic & 1 Cor. 10. 16. ipsum *calicem benedicere* dicitur, quomodo hîc Christus panem benedixisse dicitur. At si gratias egisset, Patri utique, non pani, egisset. Quin contrà, εὐχαριστεῖν poni pro εὐλογεῖν facilè liquebit; quia gratiarum actio his in locis nihil, benedictio autem maximè, ad rem pertinebat. Volebat enim Christus panem multiplicare, nondum multiplicàrat: non ergò Patri gratias agebat, quòd multiplicàsset; sed panem benedicebat, ut multiplicaretur. Porrò benedictio, & ad Deum, ut Auctorem, dirigitur, & ad panem, ut materiam, benedictionis. Adde, quòd Christus non legitur panem benedixisse, nisi cùm in melius mutare, aut multiplicare, voluit. Denique, εὐχαριστεῖν, in Johanne, non significat, egisse gratias, sed gratiam Patris in panes, ut multiplicarentur, invocâsse [r]. Τὸ εὐλογεῖν spectare potest, vel, Deum, ut sit, *gratias agere*; vel, panem & pisces, ut sit, *benedicere*. Posterius malim, quippe cui magis favet usus phraseos & hîc & in Marc. 6. 41. & 8. 7. Sic *benedici* dicitur & *dies septimus*, Gen 2. 3. & *sacrificium*, 1 Sam. 9. 13. Hoc autem idem est quod ἁγιάζειν, *sanctificare per preces*, 1 Tim. 4. 5. quod ad omnes creaturas pertinet, non ad res duntaxat Deo consecratas †. *Benedixit*, scil. panibus & piscibus. *Benedixit*, i. e. dedit illis multiplicationis vim, ut vox sumitur, Gen. 1. 22, 28. E converso, *maledicere terræ*, est, eam sterilem reddere, Gen. 3. 17. Vide & Marc. 11. 21 [t]. Probat Christus ut alios ritus Judaicos à sapientibus introductos, ità & hunc benedicendi cibis. Vide dicenda ad Matth. 26 [v]. ¶ *Et fregit*] Ut paterfamilias. Hîc cœpta est multiplicatio, quæ aucta est in Discipulorum distributione [x], perfecta autem inter manus edentium [y]. ¶ *Dedit discipulis*] Tum ut testes essent certiores miraculi [z]; tum ut decorum in ministerio servaretur [a]; tum ut per eos, tanquam ministros, miraculum fieret, atque ità illius gloriam quodammodo à se in eos transferret [b]. ¶ *Panes*] Hos repetit, non pisces, quia illi, non hi, frangi dicuntur.

20. *Manducaverunt omnes*] Ut ostenderetur signo conspicuo adesse jam tempus quo impleretur illud Esa. 55. 1 [d]. ¶ *Saturati sunt*] Ad miraculi evidentiam [*]. Ἐχορτάσθησαν] Τὸ χορτάζεσθαι propriè jumentis convenit, quorum pabulum χόρτος, i. e. *fœnum*. Indè Hesiod. βοῦς χορτάζειν, deinde de hominibus dici cœpit; cujus exempla habes apud Pollucem, 6. 8. Casaub. ad Athen.

[b] Bru. [c] Bru. [d] Bru. ad v. 17. [*] Bru. [f] Pi. [g] G. [h] Bru. [i] Be. [k] Bru. [l] Mal. ex Chrys. Th. &c. sim. Bru. [m] Bru. [n] Mal. [o] Bru. [p] G. [q] O. in Mal. [r] Mal. † Ham. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. sim. Mal. [y] Bru. [z] Mal. sim. Bru. [a] Bru. [b] Mal. [d] G. [*] Mal sim. Bru.

Athen. 3. 21. Vide & ipsum Athenæum ibidem[*]. Christi omnia miracula talia erant quæ subservirent utilitati ac necessitati hominum, non voluptati, aut curiositati. Et in eo distinguuntur ejus miracula à falsis miraculis Antichristi[f]. ¶ *Reliquias*] הותר, 2 Par. 31. 10. Plus hoc est quàm aut Moses in Manna impetraverat, aut in farina Elias[g]. Intelligit id quod pauperibus ex usu Judæorum servabatur. Hinc R. Eleazar. *Quisquis panem residuum non facit, nunquam benedictionis signum videbit*[h]. Admonemur h. l. 1 nè reliquias perdamus; 2. frugalitatis, nè major Dei largitas luxuriæ irritamentum sit[i]. ¶ *Duodecim*] Pro numero Apostolorum[k]. Singuli Apostoli, ut videtur, cophinum attulerant, more Judæis usitato, quoties longiùs ab oppidis iter facerent[l]. ¶ *Cophinos*, Κοφίνους] Κόφινος idem quod סל, Gen. 40. 16, 17[m]. vel דוד, quod ὁ. alibi κάλαθον; Psal. 81. 7. verterunt κόφινον[n]. Est mensuræ genus[o], Judæis adeò familiaris[p], ut indè dignoscerentur[q]. Juvenalis, Satyrâ 3. ——— *& delubra locantur Judæis, quorum cophinus fœnúmque supellex.* Alibi de Judæo, ——— *cophino fœnóque relicto*[r]. Cum cophino ibant Judæi Româ ad proseuchas, quæ erant in nemore Aricino ad decimum lapidem, & quidem cum fœno, quod esset lecti vice. In his cophinis, aut etiam sportulis, ferre secum panem solebant[s], Matth. 16. 7. Marc. 8. 14[†]. *Cophinus* est mensura Bœotica, res & aridas & liquidas metiens, teste Polluce[t].

21. *Quinque*, &c. Ὡσεὶ, &c.] *Quasi* (i. e. ferè[v],) *quinquies mille*, Be. Bru. &c. *Exceptis mulieribus*, &c. Judæi enim solos viros numerare solebant[x].

22. *Compulit*] Ità Er. V. &c. Ἠνάγκασεν] *Coegit*, Bru. Pi. Quod alibi dixit, *jussit*, Matth. 8. 18[y]. Cogere oportuit, quia se ab illo divelli ægrè patiebantur[z]. Illos autem abesse voluit[a]; 1. nè in partem venirent ejus molitionis, quâ plebs Regnum ipsi destinabat[b], Joh. 6. 15[c]. 2. Ut turbas citiùs dimitteret[d], & ipse solus oraret, v. seq. 3. Ut miraculo sequenti occasionem præberet. Obj. Verùm Discipuli non jussu Christi, sed proprio consilio, abiisse videntur, Joh. 6. 16. Resp. Utrumque credendum, Christum priùs id præcepisse, &c. ipsos deinde ad noctem usque reditum ipsius sperâsse[*]. ¶ *Præcedere eum trans*, &c. Εἰς τὸ πέραν] *In ripam alteram*, Be. sive, *ulteriorem*, Bru. Pi. Integrè diceretur, εἰς τὸ μέρος τῆς γῆς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, *in eam terræ partem quæ ultra mare sita erat*[f]. In ripam oppositam[g], non ex diametro[h], non trajecto lacu in Peræam, sed sinu duntaxat[i]; non in alteram ripam[k] totius lacûs[l], sed in eandem[m]; in vicinam[n], in ripam sinûs interjacentis inter Bethsaida, unde solverunt, & Capernaum, quò iverunt, Joh. 6. 17. Hinc Marc. 6. 45. est, εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδὰν, i. e. *in ulteriorem ripam respectu Bethsaidæ*, sive *Bethsaidæ oppositam*[o]. Bethsaida autem, (& eremus[p],) & Capernaum, in eadem lacûs ripa sitæ erant[q]. Πέραν non aliud est quàm τὸ, ex hac terra in illam, mediis aquis, ut trajectus intelligatur[r]. Al. *Trans fretum*, i. e. ultra totum lacum, in regionem Gerasenorum, v. 34. quæ ultra lacum erat, ut constat ex ibi dicendis[†]. ¶ *Donec* (malim, *Dum*: neque enim hìc declaratur finis temporis alicujus, sed medium potiùs intervallum, sicut apud Hebræos עד pro עוד usurpatur; hìc, ἕως ὗ, sicut Matth. 5. 25. est, ἕως ὅτου.) *dimitteret turbas*] Quæ, præsentibus Discipulis, iis semper adhæsissent, exspectantes Christi ad ipsos reditum[v].

23. *Ascendit in montem*] Tum, ut effugeret vim statuentium creare ipsum Regem; tum, ut cogeret turbam abire; tum, ut oraret[x]. Bis im montem ascendit: 1. ante miraculum factum: 2. post illud, Joh. 6. 3, 15[y]. ¶ *Solus*, Κατ' ἰδίαν] *Seorsum*, vel *secretò*, Er. V. Bru. Secessus orationi commodus est, nobis præsertim qui minimis quibusque evocamentis languescimus[z]. ¶ *Vespere facto*] Sic ver. 15. sed alio sensu: ibi serum diei denotat, hìc serum noctis. Sic Talmudicis ערב non solùm partem diei declinantem significat, sed & noctem. Vide Berac cap. 1. hal. 1[a]. *Vespere*, i. e. quum obtenebresceret, Joh. 6. 17[b].

24. *In*, &c. Μέσον, &c.] Pro, ἐν μέσῳ, ut habet Marcus. Ante μέσον subaudi, ἀνὰ, vel, κατὰ[c]. *In medio maris*, Bru. vel, *maris*, Pi. i. e. In profundo[d]: in alto; ut ad locum transferamus quod dici de mari solet[*]. Syrus habet, *Cùm jam recessisset à terra stadiis multis*. Significat periculi magnitudinem[f]. Μέσον non solùm loci meditullium designat, sed & quodvis spatium brevius ab ambitu oráve extensum, *quicquid est inter finem & initium*; vel, *quicquid à principio recedit*, inquit Servius, Sic Virgil. 3. *Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthus*. Idem, *Interea medium Æneas jam classe tenebat*. Idem, *Solvitur, atque virum mediis exponit in undis*: cùm tamen ad littus quassaretur. Plautus, de servo ad vapulandum in altum sublato, *Facite inter terram atque cœlum ut medius sit*. Sic Matth. 12. 40. *In corde terræ*, i. e. in terra. Sic Luc. 21. 21. ἐν μέσῳ αὐτῆς, pro, ἐν αὐτῇ. Vide & Marc. 7. 31. Luc. 4. 30[g]. ¶ *Jactabatur*; ità G. Βασανιζόμενον] *Vexatum*, Be. P. Pi. sic Mo. Tre. Ca. *Afflictabatur*, Er. Il. V. Camer. *Agitabatur*, Ti. sic Sy. Ar. Huc illuc raptatum[h], ut ii quibus per tormenta (quæ dicuntur βάσανοι, Luc. 16. 23[i].) aliquid extorquetur[k].

25. *Quartâ* ——— *vigiliâ noctis*] Quæ *Vigilia matutina*, Exod. 14. 24[l]. 1 Sam. 11. 11[m]. Post gallicinium[n]: appropinquante jam die[o]. Olim tres tantùm erant vigiliæ, & singulæ, 4 horarum[p]. Judæi veteres, dum penès ipsos jus armorum fuit, noctem in ternas vigilias diviserunt, quod à K. aliisque rectè est notatum[q]; unde hoc apud eos tritum, *vigilia est tertia pars noctis*. Vide com. Heb. ad Jud. 7. 19. Non, quòd non noctem in 4 partes diviserint, sed, quòd 4. partem, aut vigiliam, non tam pro nocturna, quàm pro matutina, æstimârint, eáque πρωῒ est, Mar. 13. 35. Hinc *vigilia noctis media*, Jud. 7. 19. quæ totius noctis secunda erat; at profundæ noctis media, à finita scilicet vigilia prima ad mediam noctem[r]. Sed quid si *media* illa dicta sit, non primæ & matutinæ, ità ut tres tantùm fuerint, respectu, sed quòd mediâ nocte terminaretur? Nam ut diebus, ità etiam noctibus, 12. horæ semper attribuebantur, commodissimè in ternas horas quatuor quadrantibus attributæ[†]. Romani noctem in 4 vigilias diviserunt: cui mori jam à Pompeii temporibus Judæi assueverant, Græcorum vetustiore exemplo: nam πεντάμοιρον νυκτὸς φρουρὰν Euripides dixit. Quare, quod hìc dicitur, ex Romano, non ex Judaico, more interpretandum[t]. Nox in 4 vigilias militari arte divisa est, quòd vigiles quater mutarentur[v], singulis scil. ternis noctis horis. Hæ porrò vigiliæ Marc. 13. 35. sic enumerantur, ὀψὲ, μεσονύκτιον, ἀλεκτοροφωνία, πρωῒ[y]. & sic distinguntur, ut prima incipiat à vespera; secunda ad μεσονύκτιον pertingat; tertia ad gallicinium transeat; quarta in ortu luminis adimpleatur[z]. ¶ *Ambulans super mare*] Illúdque procellosum, ac sæviens[a]. Gravitatem corporis inhibente vi Divinâ[b], (non quod corpus suum leve reddiderit, sed quod gravitatis actionem impedierit[c]:) an solidato aquæ summo[d], an naturâ quâdam inconspicuâ inter corpus aquámque interpositâ, etiam veteres ostendunt sibi non constare. Videtúrque mihi rerum ejusmodi libera esse conjectura; definitio autem temeraria[*]. Cæterùm, hoc quoque facto insigniter Christus Divinam suam potentiam ostendit. Nam de Deo dictum est, Job 9. 8. *Super mare ambulans tanquam super terram.* Et sanè pleraque de Deo dicta in Libris Prophetarum Christus visibiliter implevit[f].

26. *Videntes eum*] i. e. Aliquem: neque enim Jesum dignoscebant[g]. ¶ *Phantasma*] Ità Mo. Ar. Φάντασμα, *Spectrum*, Er. V. Be. Tre. Il. P. Ca. Bru. &c. *Visio mendax*, seu *fallax*, Sy. in Bru. Illusio diabolica, non homo[h]. Εἴδωλον, ut alii appellabant. Vide Ciceronis epistolam ad Cassium, lib. 5[i]. Vox hæc non denotat imaginem aliquam animo duntaxat conceptam, sed aliquid præter naturæ ordinem, formâ visibili sese conspiciendum præbens[k]; quicquid corporeâ apparet formâ, quod corpus non sit, sive Angelus, sive Dæmon, sive alius spiritus, sit. Talia aliquando videri, vulgaris opinio erat: vide Luc. 24. 37. Act. 12. 15[l]. Opinio hæc ex Pharisæorum disciplina, qui spiritus ut exsistere per se putabant, ità & indutos humana figurâ hominibus apparere[m]. *Terriculum nocturnum*, V. sim. G. quod Hebræis לילית dicitur: de quo non minùs portentosa fabulantur, quàm de Strige Latini veteres. Metuebant autem

tem Apostoli, tum, quia mali spiritus noctu potiùs quàm interdiu ostentare se creduntur [n]; tum, quia [tales spiritus] aut nocuisse multis, aut nocere posse, credebantur [o], & præsens exitium navigantibus portendere [p].

27. *Statimque*, &c.] Ubi summè crevit periculum, tum præsens instat Dei auxilium. ¶ *Ego sum*] A quo nihil timendum, sed liberatio speranda. Phrasis naturæ Christi conveniens, & cum Deo communis. Vide Exod. 3. 14. Joh. 18.6. ¶ *Nolite timere*] Sive à spectro, sive à mari [q].

28. *Jube*, &c.] Ità scilicet ut res sequatur. Non ad ostentationem hoc petiit, &c [r].

29. *Descendens*, &c.] Quòd enim Jesus erat qui id jussit, cognovit, tum ex fide, securitatéque in animo ipsius nata, tum quòd tentanti undæ non cederent. ¶ *Super aquam*] Ità cautum nè quis de veritate carnis Christi dubitaret, tanquam levis & aeriæ naturæ; cùm de Petri natura non sit dubitandi locus †.

30. *Videns*, Βλέπων] *Conspiciens*, Be. i. e. sentiens [t], animadvertens, translatione à corpore ad animum [v]. ¶ *Timuit*] Oculis à Christi virtute jussionéque ad ventos undæque naturam translatis, timere cœpit; quum experientiâ suâ magis confirmari debuisset [x]. ¶ *Cùm cœpisset mergi*, Καταποντίζεσθαι] Sic Græci vertunt טבע, Exod. 15.4 [y]. *Demergi*, Er. Il. Tre. Be. Sy. Ti. &c. Permisit hoc Jesus, ut Petrus, perspectâ fidei sui teneritudine ac inconstantiâ, nihil sibi, sed omnia Deo & Jesu, adscriberet [z].

31. *Modicæ*, &c. Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας;] *O exiguâ fide prædite*, Pi. sic Be. &c. *quare* (vel, *quid*, Be. Mo. P. Bru. ad verb. *ad quid?* Be. Pi. expressâ scil. voce Hebraicâ למה [a], pro διὰ τί [b], *quorsum* Bru.) *dubitâsti?* Ti. Ca. Pi. &c. vel, *hæsitabas?* Er. Il. Tre. vel, *vacillâsti?* V. Διστάζει, cujus animus nunc huc nunc illuc rapitur [d]; qui incertâ mente vacillat & claudicat [*]; qui δύο στάσεις, id est, duas quasi stationes, in mente habet [f]; qui ex duabus viis non satis novit utram sequatur [g]. Διστάζειν hîc opponitur τῷ πιστεύειν, quomodo πίστις opponitur τῷ διακρίνεσθαι, Matth. 21. 21, 22. Jac. 1. 6. & τῷ ἐνδοιάζειν, (*dubitare*,) necnon τῷ ἐπαμφοτερίζειν, (*ancipitem sive ambiguum esse*,) in Philone: [cujus verba vide in G.] & τῇ καρδίᾳ δισσῇ, in libro qui Ecclesiasticus dicitur, & Hebræorum veterum sententias continet, 1. 28. Καρδία διστάζουσα est, quæ inter fidem ac diffidentiam fluctuat. Idem ipsum est quod RR. post. Chald. par. Num. 16.39. est הרהור. Unde intelligimus, Credere nihil hîc esse aliud quàm Potentiæ Dei in Christo confidere: quod cur Christus plerumque ante beneficia sua exegerit, cœptum est dici ad cap.8. Insigne fiduciæ suæ argumentum Petrus dederat, cùm ostendit credere se, solo Christi verbo fieri posse quod per naturam fieri non poterat: sed, quod de se nesciebat promptus ille semper & calens animus, non parùm adhuc sibi deesse ad plenum fidei robur, id Christus ipsum experimento dicere voluit; ut quod deerat, supplici prece ac nisu impetrare contenderet. Hanc ὀλιγοπιστίαν multis in locis Discipulis suis Christus objicit, quæ, comparata ad solidam fidem, ἀπιστία etiam nominatur, ut Marc. 9. 24 [h].

32. *Cùm ascendissent*, &c.] Jesus & Petrus [i]: non antea; ut meliùs expergefierent Discipuli, tum ad expetendam, tum ad sperandam, ejus gratiam [k]. ¶ *Cessavit*, Ἐκόπασεν] Hoc verbo solent LXX exprimere Hebræum שכך, ut Gen. 8. 1. Est. 2. 1. & 7. 10 [*]. aut etiam שקע, quod LXX sic reddunt Num. 11. 2. Verbum hoc de lacu usurpat scriptor Problematum quæ exstant sub Aristotelis nomine 23. 34 [l]. [Sic vertunt:] *Conquievit*, Er. Il. Tre. Sy. Ti. Pi. sic Mo. P. Camer. Sic Herodotus, Polymniâ, *Venti procellas*, ait, *Magos carminibus & sacrificiis sedâsse*, ἢ ἄλλως κως αὐτὸς ἐθέλων ἐκόπασε, *nisi aliter fortè ille requievit*, seu *cessavit suâ sponte* [m]. *Pacatus* (vel, *Sedatus*, Pers. vel, *Placatus*; Ca.) *fuit*, Be. quasi videlicet flando delassatus [n], aut fractus [o]. Κοπάζειν [propriè] est, *defatigatum quiescere*; deinde, ex quavis causâ *cessare* [p]. Κόπος est, *gravis labor*: indè κοπάζειν propriè dicitur de ea quiete quæ vehementissimam aliquam motionem consequitur [q]. Al. Κοπάζειν propriè est, *conquiescere ab ira*, ut notat H. Stephanus; deinde per Metaphoram illustrem (quam ἐνάργειαν vocant) tribuitur rebus inanimis cum impetu grassantibus, & tanquam iratis, ut vento, hîc & Marc. 4. 39. & 6. 51. & igni, Num. 11. 2 [r].

[n] Idem. [o] Mal. sim. Bru. [p] Bru. [q] Bru. [r] Bru. † Bru. [t] V. [v] Bru. ex Be. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] Pi. [b] Be. Pi. [d] Be. Bru. sim. V. Pi. [*] Scul. ex. 2. 67. [f] Pi. Scul. ib. [g] Be. sic Bru. [h] G. [i] Bru. ex Er. & Be. [k] Bru. [*] Cas. [l] G. [m] Camer. [n] Be. [o] Pi. [p] Sch. [q] Be. [r] Pi.

33. *Qui —— in navicula erant*] i.e. Remanserant, qui non, ut Petrus, navi exierant: vel, 1. reliqui Discipuli †, sive Apostoli [t]; vel, 2. nautæ [v]; & vectores: nam Apostoli dudum id credebant quod sequitur [x]. ¶ *Verè Filius Dei es*] Apparet hoc cognomen vulgò Messiæ datum, Joh. 1.49. nimirum ex Psalmo 2. quem Hebræi veteres κατὰ τὸ μυστικώτερον de Messia interpretabantur. Itaque pro eo quod dicitur, *Christus Filius Dei viventis*, Matth. 16. 18. Marcus & Lucas contenti fuerunt *Christi* vocabulo. Adde quæ infrà 26. 63. & Heb. 5. 4, 5 [y]. *Filius*, non modò Davidis, sed & *Dei*, qualem te ipse prædicas [z]; non adoptione, de qua dubium non erat, sed naturâ [a]: quo sensu Pharisæi negabant, Joan. 10. 33 [b].

34. *Et*, &c. Καὶ διαπεράσαντες] *Et transfretantes*, Mo. &c. *Cùm trajecissent*, Er. Il. Be. Pi. Bru. In ulteriorem ripam [c]. Ut ad v. 22. dicebamus πέραν non esse accipiendum de altera ripa; ità h.l. διαπερᾶν non est, *trajicere*, sed, διαπλεῦσαι, (*pernavigare*, sive *enavigare*) & διανύσαι τὸ πλοῦν, (*navigationem perficere* ;) quod ex iis facilè intelliges quæ dicemus ad Joh. 1. 28 [d]. ¶ *In terram Genesar*, Γεννησαρέτ] *Genesareth*, Pi. Fatetur Hieronymus (& ante ipsum Origenes) ignorare se vocis hujus originem. Neque id mirum: non est enim vox Hebræa, sed pravâ pronunciatione corrupta ex Hebræo כנרת, quod nomen multi inditum lacui putant ex eo quòd citharæ imaginem referret, quasi ex lacu terra deinde nomen acceperit; quum Josephus contrà ex terra lacum vocari putat. Sed maximè probabile est tum lacui, tum regioni, nomen factum ab antiquissima urbe, quæ in Josuæ Libro modò plurali numero כנרות vocatur, ut cap. 11. 2. modo כנרת, c. 19. 35. Lacûs vocabulum postera ætas emolliens, *Ginosar* maluit dicere, quod apud Chald. par. in V. T. sæpe occurrit pro כנרת. Γεννησὰρ scribit auctor primi Maccabaici [*]. Lacum hunc describit Egesippus [f]: [cujus verba videat cui lubet & vacat in D. De nomine ejus vide Span. in Wal.]

35. *Cùm cognovissent*] Vel rumore [g]; vel etiam facie [h]: quia Christus jam antè ibi fuerat, Matth. 8. 28 [i]. & multi ex eis Jesum ante viderant [k]. ¶ *Miserunt*] Scil. nuntios [l]. Ellipsis, qualis in Terentio, *Misit porrò orare ut ad se veniam*: & in Cicerone ad Atticum, *Itaque obviàm illi misimus Athenas* [m]. ¶ *In*, &c. Εἰς ὅλην τὴν περίχωρον] *In totam circumviciniam illam*, Mo. *In totam circumjacentem* (vel, *undique finitimam*, Er. Il.) *illam regionem*, Be. P. Pi. Bru. Argumentum insignis, & fidei in Jesum, & charitatis in proximum, quòd non contenti privatâ Christi fruitione, volunt illam & vicinis omnibus esse communem [n]. Qui antea Christum ejecerant, Matth. 8. 34. nunc avidè illum excipiunt. Creverat nimirum cum fama miraculorum Christi eorum fides. Hoc Christus non ignorabat. Itaque, qui priùs, sciens eos non esse maturos ad accipiendum Evangelium, indè discessit, nunc maturos esse sciens, quasi ad messem rediit [o].

36. *Ut vel fimbriam —— tangerent*] Vide Matth. 9. 20 [p]. i.e. Ut sibi permitteret tangere [q]: neque enim quivis ægrotus Jesum valet euntem sequi, nisi placeat illi vel subsistere, vel propiùs accedere [r]. ¶ *Quicunque tetigerunt*, &c.] Cum fiducia recipiendæ sanitatis †. Vide Marc. 5. 34. Luc. 8. 48 [t]. Ità enim ex circumstantiis restringendæ sunt particulæ universales [v].

† Bru. [t] Chrys. &c. in Mal. [v] Mal. G. [x] Mal. [y] G. [z] Bru. [a] Mal [b] Mal. sim. Bru. [c] Bru. [d] Cas. [*] G. [f] D. [g] Mal. ex Hi. [h] Mal. [i] Mal. sim. Ham. [k] Er. [l] Bru. Er. [m] Be. [n] Bru. [o] Mal. [p] G. [q] Pi. sim. Bru. [r] Bru. † G. sim. Eru. [t] Eru. [v] G.

CAP. XV.

1. TUnc] Cùm tot fecisset miracula [a]. ¶ *Ab*, &c. Οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων, &c.] *Quidam* qui *Hierosolymis* advenerant, &c. Be. Οἱ i.e. Τινές, ut legitur Marc. 7. 1 [b]. & subauditur ἐλθόντες, ut ex articuli trajectione apparet [c]. Simpliciter vertas, *Qui ex Hierosolymis* erant. i.e. Hierosolymitani [d]; ut Matth. 27. 57. *Homo dives* ἀπὸ Ἀριμαθαίας, pro, ὁ ἀπὸ Ἀριμ. scil. ὤν, i.e. Arimathæensis [*]. Erant & alibi Scribæ ac Pharisæi [f]: sed hi authoritate atque eruditione cæteris præcellebant [g], & primas tenebant [h]; omniúmque arrogantissimi erant [i], & censuram omnium doctrinarum sibi arrogabant [k]. Hi

[a] Mal. sim. Bru. [b] Be. sic Pi. [c] Be. [d] Di. sim. Bru. P. Pi. [*] Pi. [f] Di. sim. Bru. [g] Di. [h] Bru. [i] Mal. [k] Bru.

à Synedrio missi sunt ut Christum tentarent [l], & illaquearent [m]. Credibile hoc est, & eorum ingenio, atque consuetudini rectè convenit [n]. Al. Non erant hi missi à Synedrio; sicut nec discipuli illi Pharisæorum & Herodianorum: quorum infrà fit mentio 22. 16. Nusquam enim legimus in Synedrio fuisse Herodianos, &c, ut fuerint, constat majorem fuisse Sadducæorum quàm illorum auctoritatem: Atqui à Sadducæis nemo mittitur. Fuit igitur privata exploratio, sed ab illis instituta qui scholarum habebant principatum. Nam doctissimi quique, ut diximus, γραμματεῖς vocabantur. Horum autem auctoritatem sequebatur Pharisæorum familia, hoc tantùm distincta à cæteris, quòd super communia præcepta peculiares sibi ἐθελοθρησκείας injunxerat. Ideo autem ab Hierosolymis venerunt, quia in primaria urbe habitabant nobilissimi Magistrorum & partium illarum duces [o]. Pharisæi perfectioris rituum observantiæ exemplum, Scribæ scientiæ auctoritatem, sibi vendicabant. Utrique convenerant ut Jesum reprehenderent [p].

l Q. in Mal. sim. 1 i. Chron. p. 38.
m Li. ib.
n Mal.
o G.
p Bru.

2. *Quare discipuli tui*] Qui ex tua pendent institutione. Confer Matth. 12. 2 [q]. & Matth. 9. 14. Non dicunt, *quare tu*, quia non ausi sunt ipsum accusare [r]. ¶ *Transgrediuntur* (non Legem Dei; cujus transgressæ eos accusare nequeunt †, sed *) traditionem seniorum?*] Παράδοσις (quam *institutum*, sive *constitutionem*, vertere possumus [t],) nihil aliud est quàm quod Græci Philosophi vocant δόγμα, Christus, διδαχὴν, Matth. 16. 12. nam παραδιδόναι est, διδάσκειν, ut & Latinis, *tradere*; velut cum Cæsar ait, *Druides multa de deorum vi ac potestate juventuti tradere:* unde & *traditionis* vocem effinxit Gellius. Ità & παραδιδόναι & παράδοσις usurpantur de dogmatis Christianismi, Rom. 6. 17. 1 Cor. 11. 2. 23. & 15. 3. & 2 Thes. 2. 15. Judæ v. 3. Et ἀντίστροφον (*ex adverso respondens*) huic est לקח, λῆψις, pro dogmate quatenus admittitur. Sic Ovidius,——*pro magno teste vetustas Creditur: acceptam parce movere fidem.* Δόγματα cùm dico, non ità strictè accipio vocem quomodo sumi solet, cùm opponitur τῷ παραινέσεων, (*consiliis*,) sed ità ut eas quoque comprehendat. Tam enim quæ agenda, quàm quæ credenda, præscribuntur, eo nomine veniunt, ut apparet dictis locis, & ex 2 Thes. 3. 6. Commenta ergò merè humana vox ista per se non significat, sed eò quoque vocis istius, ut & δογμάτων, latitudo se extendit. Ideo addi plerumque aliquid solet, ut, *traditiones hominum*, Col. 2. 8. aut, *seniorum*, ut hîc atque alibi. At Hebræi posteriores קבלה dixerunt non quamvis *traditionem*, sed [duntaxat] ἄγραφον, (*non scriptam*.) Nunc autem nè omnis quidem *non scripta traditio*, sed ea demum quæ est μυστικώτερ☉, hoc vocabulo appellatur. Alioquin origo vocis latiùs patet: est enim à קבל, i. e. παραλαμβάνω, quod ex adverso respondet τῷ παραδιδόναι, ut apparet Gal. 1. 9, 12. Col. 2. 6. &c. Sed & veteres Christiani laxiùs usurpant, ut Cyprianus, *Unde est ista traditio, utrùmne de Dominica & Evangelica auctoritate descendens, an de Apostolorum mandatis & Epistolis veniens* [v]? Præter Legem scriptam erat à Pharisæis commendata doctrina quædam quam diversis nominibus appellabant: nam & dicebatur παράδοσις, *traditio*, מסורה, quòd esset ἐκ πατέρων διαδοχῆς, (*ex Patribus successivè tradita*;) & קבלה, διαδοχὴ, & שמעתה, ἀκοὴ, *auditio*; item δευτέρωσις, משנה, ad verbum, *duplicatio*, δευτερονόμιον. Porrò קבלה & מסורה sunt correlata, ut dare & accipere. Præterea hæ voces omnes, simpliciter positæ, in bonam partem sumuntur, ut constat ex Esa. 53. 1. 1 Cor. 11. 23. Gal. 3. 2. Ipsum Dei Verbum *traditio* est, quia ab alio cognoscendum traditur: at quoties aliquid adjicitur, sanè in vitio ponitur, & mendacium significat. Quare traditiones istæ Pharisæorum nunquam in N. T. simpliciter & absolutè vocantur *traditiones*, sed notantur semper aliquo elogio, ut, *traditiones Seniorum, Patrum, humanæ, vestræ*, hîc & Col. 2. 22. Primum Pharisæorum dogma erat, quòd *negârunt omnia quæ spectant ad religionem scripta esse*, ut dicit Josephus Antiq. 13. 13. Itaque docebant duplicem esse Legem, nempe שבכתב & שבעל פה, *oralem & scriptam*: nempe Scripturam docebant esse minùs perfectam & minùs perspicuam. Unde ortum duplex שניות, *traditionum*, genus; unum earum, quæ aliquid, per occasionem interpretandi Scripturam, adjiciebant Scripturæ, ut solet fieri; alterum genus earum, quas ex abdito quodam & mystico sensu Scripturæ eruebant: quod est & Pontificiorum hodiernorum dogma. Porrò Christus hoc illis objicit, quòd in utroque genere peccarent [x]. *Seniores* hîc vocantur Sanhedrim, quorum decretis universus populus tenebatur [y]. Non placet: quia Synedrii erat judiciis præsidere, non docere populum, aut leges etiam novas constituere. Leges enim, quo tempore regnabantur Hebræi, constitui solebant à Regibus, ut apparet 1 Sam. 30. 25; liberâ autem Republicâ, *à populi conventu*, 1 Mac. 4. 59. & 7. 49. Neque dubium est quin ab eo instituta fuerint jejunia illa quorum Zacharias meminit. Quin & in exsilio Judæi, quatenus illis αὐτονομίαν aliquam Reges externi concesserant, eodem jure usi sunt. Nam dies Purim institutus est communi gentis consensu, Est. 9. 20, &c. Quanquam non negem *Synagogam magnam*, de qua egimus aliàs, quasi compendium populi, locum implêsse conventûs; præsertim subsecutâ populi totius approbatione. Docere autem populum non erat aut Synedrii totius, aut cujuslibet è Senatu, sed eorum qui eximium eruditionis nomen apud populum erant consecuti, sive Senatores essent, sive privati. Nam sicut Romæ olim de jure respondere non pro beneficio impetrabatur, sed licebat eis, qui fiduciam sui habebant, eam artem profiteri; ità & apud Judæos. Hi dicebantur החכמים. Sed & πρεσβύτεροι non malè vocantur; seu quia id nomen omnibus aut dignitate, aut etiam solâ auctoritate, eminentibus dari solebat, quomodo & nomen *Patrum*; sive quia antiquitus sapientes, præsertim aliquo post mortem tempore, apud Hebræos vocabantur הקדמונים: indè illud 1 Sam. cap. 24. vers. 13. *Ut dicit proverbium* הקדמני, *antiquorum*, quod propriè idem est cum eo quod Theocritus, itidem de proverbio aliquo agens, dixit, ὡς σοφὸς εἶπεν, (*ut sapiens dixit*.) Estque nunc etiam liber Hebræus continens veterum institutorum recitationem, cui libro titulus est משל קדמני. Sic & Plato γνώμην vocat παλαιὸν λόγον, Plautus & Terentius, *verbum vetus* [z]. *Seniorum*, i.e. majorum [a]; sive veterum doctorum, quos ἀρχαίους vocat Matth. 5. 21 [b]: vel, *senum*, i. e. sapientum, ut Psal. 105. 22. Forsan intelligit Hillelem, & Samæum senem; quorum ille ante natum Christum Princeps fuit Judicum Synedrii magni; hic pater domûs judicii [c]. *Traditionem* vocant non suam, sed *seniorum*, ut & majorum auctoritate Christum gravarent [d]. Seniorum porrò dogmata aut traditiones ut diversi erant generis, ità non omnes uno ordine nobis sunt habendæ. Quædam enim interpretationem continebant eorum quæ in Lege ambigua videbantur, ut quod diximus de *duabus vesperis*. Alia definiebant id quod Lex Divina viri boni arbitrio permiserat, quale illud erat de itinere quod Sabbato facere fas esset. Alia erant quæ ipsi vocabant *sepimenta Legis*, i. e. cautiones quibus muniti homines à Lege violanda longiùs arcerentur, quomodo Canonas Ecclesiasticos Justinianus dixit παραφυλακὰς τῶ θείου νόμου, (*custodes Legis Divinæ*.) Exempli causâ, cùm 40 plagas infligi sontibus neque plures Lex permitteret, illi unum detraxere, [2 Cor. 11. 24.] Ità & Azymorum & Sabbati tempus antevertere docuerunt. Sed hæc pro consiliis primùm habita, postquam ad auctoritatem eruditorum usus populi & longa dies accessit, cœperunt in præcepta verti; neque in talia tantùm præcepta quibus externa societas contineretur, sed quæ etiam, nemine inspectante, animum obstringerent. Hæc Pharisæorum sententia erat, teste Josepho: [cujus verba vide in G.] quum Sadducæi contrà *scripta tantùm pro legitimis habebant*; de majorum autem institutis dubitare in laude ponebant [*]. Infinitæ erant cæcæ hujus gentis traditiones, v.g. *quòd in die solenni non liceret, aut pisces venari, aut sufflare ignem per follem, cùm id similitudinem habeat operis artificis; aut ovum eo die natum contingere, vel comedere; aut ligni congeriem ædificio similem igni imponere*, &c. *Licebat autem anseres & gallinas, quæ domi habentur, venari; ignem per concavam cannam sufflare*, &c [f]. Ex nimia Magistrorum reverentia veniunt illæ sententiæ, *si dixerint Scribæ (i. e. Doctores) dexteram esse sinistram, & sinistram esse dexteram, audi eos.* Ità Bachai. Item, *Quicquid sapientes vetant palàm fieri, id etiam in penetralibus vetitum est.* Nec æquare contenti sunt sua commenta Divinis legibus, tandem etiam præponere cœperunt. Ità enim

q Bru.
r Bru.
† Eru.
t Er.
v G.
x Cam.
y Q. in l e.
z G.
a Camer.
D. Bru.
b Be.
c D.
d Mal.
* G.
f M.

enim aiunt in Talmud [vide G.] *Plus est in verbis Scribarum quàm in verbis Legis*[g]. Item, *Nè putes legem scriptam fundamentum esse; imò potiùs lex oralis fundamentum rectum est*[h]. Item, *Graviora sunt verba* Πρεσβυτέρων, *quàm verba Prophetarum.* Item, *Qui dixerit, Non esse Phylacteria, transgrediens verba Legis, reus non est; at qui dixerit, Quinque esse Totaphoth, addens ad verba Scribarum, hic reus est.* Item, Πρεσβυτέρῳ *credendum, licèt sigillum Dei non ostendat, Prophetæ non credendum sine sigillo, sic enim de Propheta scribitur,* Ostendet tibi signum: *at de Senioribus*, Secundùm legem quam te docebunt, &c*. Adultæ superstitioni color ex mendacio quæsitus. Persuasum enim credulæ plebi ista instituta non esse quidem perscripta in Lege, attamen à Deo Mosi data, deinde à Mose Josuæ, ejúsque assessoribus, à quibus porrò ad Prophetas manârint; à Prophetis autem tradita sint Esdræ & qui cum eo erant: deinceps verò parentum commemoratione transierint ad posteros, unde hanc præceptorum *congeriem*, תורה שבעל פה, h. e. τὸν ἐν στόματι νόμον, appellant. Neque dubitant Judæi quin eâ ipsa præcepta nunc in Thalmudicis libris contineantur, Scripturæ scilicet mandata, nè oblivione atteri possent. Docet autem nos Epiphanius in Dissertatione adversùs Ptolemaitas, Hebræorum traditiones alias à Mosis venisse ævo (quod de melioribus quibusdam negandum non est, ut de Lege ter in hebdomade legenda in Synagogis, de precibus ante cibi sumptionem, & si qua sunt similia) alias à R. Akiba, alias ab Adda, qui & *Judas*, alias ab Asmonæis: quo ex loco emendandi codices ejusdem scriptoris, *De scribis*; ubi ἀνδῶν scriptum est pro Ἀδδᾶν, & adversùs Marcionem, ubi est, τοῦ μὲν Δαβίδ, pro, τοῦ μὲν Ἀδδᾶ. Ex quo loco etiam discimus, Akibam illum fuisse antiquiorem exsilio Babylonico, Addan autem post tempora postliminii extitisse[i]. Non mirum, Scribas violatione traditionum seniorum citò offensos fuisse, quòd eo & ipsorum auctoritas elevari videretur, qui jam seniorum locum tenerent, illorum successores & institutorum propagatores[k]. ¶ *Non*, &c. Οὐ γὰρ νίπτονται, &c.] *Non enim lavant* (vel, *lavantur*, Sch. sic Æth.) *manus suas cùm edunt* (i. e. quum esuri sunt: Enallage temporis[l]:) *panem*, Be. Pi. &c. i. e. sumpturi cibum[m]. Propriè loquitur: nam, ut Pollux docet, νίψασθαι est ante cibum, ἀπονίψασθαι, post cibum. Hæc autem lotio Judaica, quam Marcus accuratè describit, non erat rusticitati opposita, cujus non exigua pars est ἡ ἀλουσία, sed fiebat definitis gestibus & ὁσίας χάριν, (*sanctitatis ergò.*) Causa hac erat, quòd arbitrarentur Hebræorum Magistri, (cæci nimirum cæcorum duces,) si quis ἀλλόφυλον, aut alioqui juxta Legem impurus, aut cibum ipsum potúmve attigisset, aut quicquam quod cibum potúmve contingeret, putà ipsorum manus quibus cibum sumpturi erant, quæ pars corporis maximè ad contactum patet, aut vasa in quibus obsonium coqueretur, aut pocula è quibus erant poturi, eum cibum potúmve talis inquinamenti contagium ad corpus primùm suum, deinde ad animum, immittere: quapropter καθαρισμὸν (ut Johannes vocat) repererant, accuratâ lotione, nimirum inanis metùs inane remedium, ut lepidè dixit Menander: [cujus versus vide in G.] Hujus Pharisaicæ opinionis non leve vestigium est in Apostolis, cùm Christi dictum de fermento ità interpretantur quasi nefas esset vel à Pharisæis, vel à Sadducæis, cibum comparare. Et notant Hebræorum Magistri Judæos Samaritis, Samaritas Judæis, obviis proclamâsse, *Noli attingere.* Josephus de Essenis notat, provectiores, à minùs provectis contactos, abluere se solere, quasi à contactu ἀλλοφύλων. Velârunt haud dubiè hanc suam sententiam Divinæ Legis auctoritate, quæ quorundam corporum contactu corpora impurari voluit, ità ut etiamsi id postea rescisceretur, purgamentum aliquod esset adhibendum, quomodo & Esseni, Josepho teste, crediderunt pollui se levatâ alvo, sed aquâ sumptâ purgari. At nè illis quidem rebus, quas Lex Dei impuras vocat, culpam contrahebat animus, nisi post neglectum Divinæ jussionis. Neque ista Deus προηγουμένως, (*antecedenter*, vel *propter se*,) præceperat, sed ut populum, nimis amantem ceremoniarum, istis ritibus distineret, quibus res etiam meliores signabantur. Dogma autem illud, quod hîc Apostolis Christi objiciunt Legisperitorum & Pharisaicæ sectæ legati, planè falsâ nitebatur persuasione.

[g] G. [h] D. * Li. ho. [i] G. [k] Bru. [l] Pi. [m] Bru. sim. V. Be. Pi.

Existimabant enim primùm aliquos contactus immundos esse sui naturâ, de quibus Lex Dei nulla exstabat; deinde etiam ignorantis animum affici eâ impuritate; postremo autem elui posse maculam animo inustam ritu quem Deus non imperaverat, sed ipsi erant commenti. Ex simili stultitia ortum habuit τῶν ἡμεροβαπτιστῶν [*qui quotidie baptizabantur*] superstitio: quam Mahometes, ut multa alia undique corrasa, in legem suam transtulit[n]. *Qui manibus illotis panem edit, perinde peccat ac si apud meretricem cubaret*, inquit R. Jose; imò *reus est mortis*, ait R. Aquiba; qui, cùm in carcere aqua ei ad bibendum, & simul ad lavandum, præberetur, & pars major casu effusa fuerit, maluit lavare manus quàm bibere, dictitans, *melius esse mori quàm majorum traditiones violare*[o]. R. Eleazarus, quòd *vilifaceret lotionem manuum*, à Synedrio excommunicatus est, &c, cùm mortuus esset, jubente Synedrio, lapis magnus feretro ipsius impositus erat. *Res erat summæ sanctitatis*, & scala cœli *Pharisaica, ut homo se separet à vulgo, utque eos non tangat, nec cum iis comedat, aut bibat*; nam *separatio talis inducit in puritatem corporis ab operibus malis*; *puritas corporis inducit in puritatem animæ ab affectibus malis*, &c. inquit Maimonides. Hierosol. Berachoth, *Quicunque habitat in terra Israelis, & cibum suum communem manducat in munditia, & linguâ loquitur sanctâ, & manè & vespere recitat Phylacteria; confidat ille se vitam adepturum mundi futuri*[p]. [Vide justum Dei judicium, stupendámque gentis istius, quæ nostrum suúmque Dominum & Messiam cruci affixit, cæcitatem, quòd contra constantem etiam Prophetarum sententiam, salutem externis his & inanibus ritibus, verâ pietate insuper habitâ, sibi polliceri audeat.]

3. *Quare & vos*, &c.] Elegans ἀντέγκλημα, i. e. recriminatio, repetitis ipsis eorum vocibus per quandam ἀνθυπαλλαγήν[q]. Opponit Jesus quæstionem similem simili, & per antistrophen in ipsos regerit contrarium ejus quod in ipsum ejaculabantur, accusans ipsos servatarum traditionum, cùm ipsi eum accusarent transgressarum[r]. Nihil de traditione lavandi manus dicit, nè, si laudaret, approbare; si non laudaret, vituperare, videretur, & sine necessitate in invidiam incurreret†. Christus, antequam de illa quàm objiciebant traditione disputet, convellit fundamentum ipsum cui tota illorum ratiocinatio innitebatur. Pro certo enim ponebant, standum sine ulla exceptione receptis Sapientum sententiis, ut quorum consensio esset ἀναμάρτητος· quod falsum esse Christus ostendit exemplo evidentissimo recepti dogmatis quod cum Lege Divina ἀντικρὺς pugnabat[t]. Sensus est, q. d. Si hoc esset peccare, leve tamen esset præ peccato vestro. Nam hæc lotio manuum ad quandam civilem tantùm elegantiam à majoribus est instituta, quæ si prætermittatur, non est quasi facinus judicandum. At vos ipsam Dei Legem irritam facitis, &c[v]. ¶ *Quare & vos transgredimini—propter*, &c. Διὰ, &c.] *Per traditionem vestram*, Pi. Bru. Sch. ex collat. Marc. 7. 13[x]. ut significetur causa per quam[y]; ut διὰ sumitur in Demosthene[z]: [vide Pi.] Al. *Propter*, &c. Bru. Er. Pi. Di. Sch. quod ἐμφατικώτερον est[a]. Nam præterquam quòd διὰ cum accusativo id usitatissimè significet, res ipsa ità fert, eos præcepta Dei facilè transgressos esse, quòd paternas traditiones majoris facerent*. Cæterùm res eodem redit, præ studio traditionis, adducti auctoritate traditionis[b]: ἀνόμως illa præceptorum Dei & per & propter traditiones fiebat[c]. Ostendit, hujusmodi traditiones eos abducere à Lege Dei, unde discimus & quanti illæ faciendæ sint, & quid criminis illas nonnunquam præterire. Illi dixerant, *seniorum*, Christus regerit, *vestram*, significans & traditiones has nuper inventas esse, ipsósque eas defendere, non seniorum observatione, aut amore veritatis vel pietatis, sed ambitione motos, ut nempe, qui seniorum jam locum tenerent, suam tuerentur auctoritatem, similia, ubi liberet, tradendi atque instituendi[d].

4. *Honora patrem*, &c.] *Honoris* voce intelligit omnia filiorum officia erga parentes*. Vox Hebræa est כבד, quâ comprehenditur etiam officium honestè alendi parentes[f]. In quem sensum voces τιμὴ & τιμᾶν usurpantur, tum 1 Tim. 5. 3, 17[g]. tum in Hierocle[h]. [Verba vide in G.] Id etiam colligitur ex hoc loco, ubi ho-

[n] G. [o] D. [p] Li. ho. [q] Pi. [r] Bru. † Mal. ex Chrys. & Euthym. [t] G. [v] Cl. [x] Pi. sic Bru. [y] Bru. ex Be. [z] Pi. [a] Sch. * Di. [b] Bru. [c] Sch. [d] Bru. * Be. ex Er. [f] G. [g] G. sim. Mal. [h] G.

 neri

nori huic opponit, dicere illud *Munus*, &c. v. seq. multò etiam clariùs ex Marc. 7. 12. —— *quicquam facere patri*, &c[l] ? ubi ποιεῖν est, ἀγαθοποιεῖν, (*benefacere*.) Neque aliter exponunt Hebræorum eruditissimi Num. 24. 11. & qui eorum hoc ipsum præceptum explicant, aiunt cibi, potûs, & vestimentorum, præbitionem eo contineri. Itaque non erat quòd in eo probando Christus laboraret. Quin Græcorum quoque & Romanorum leges idem præcipiunt[k]. *Debet filius*, inquiunt JC[ti]. Hebræi, *parentem pauperem alere. Quòd si nolit, cogendus est.* Sic acceperim, Prov. 3. 9. *Honora Deum de opibus tuis*, & Sirach. 38. 1. *Honora medicum.* Symmachus, ad Patrem, *Mihi*, inquit, *utrumque honorem fecisti*, elogio nempe & facultatibus me auxisti, ut Juretus explicat[l]. Jus Hebræorum erat, *Filius tenetur ad cibandum patrem,—ad vestiendum, inducendum, & educendum, & ad lavandum ejus faciem, manus, & pedes.* Imò, *tenetur filius pro patre mendicare*, Hierosl. Kiddushin. Judæi ergò directè parentum alimoniam non negârunt, imò præscripserunt, hortati sunt, &c. at apertissimè per consequentiam, ex hac traditione deductam, omnia ista frustranea fecerunt[m].

¶ *Qui*, &c. Ὁ κακολογῶν, &c.] *Qui* (vel, *Quicunque*, nemine excepto, quocunque sub voto sit: nam Levit. 20. 9. est, איש איש, *quicunque*[n]:) *maledixerit patri vel matri*, Be. Pi. Desumptum hoc ex Exod. 21. 17[o]. (ubi est, *patri & matri*: sed, &, ibi non constituit enunciatum copulativum ex parte antecedentis; sed simile enuntiatum annectit ζευγματικῶς· q. d. Qui maledixerit patri, morte plectitor: & similiter, qui maledixerit matri, morte plectitor[p]:) Levit. 20. 9. Prov. 20. 20. Ezech. 22. 7. In quibus locis est קלל, ideóque κακολογεῖν secundùm scopum Christi idem significet oportet quòd Heb. קלל: nimirum, tum positivè, *injuriâ afficere*; tum privativè, *vilipendere*, sive verbis, sive factis; ideóque, non alere[r]. קלל directè opponitur τῷ כבד: nam ut כבד suâ origine est, *pondus addere*; ità קלל est, *pondus detrahere*. At LXX. quos Mat. sequitur, notissimo exemplo rem declarantes, dixerunt, ὁ κακολογῶν· in quem sensum certum est vocem Hebræam, quanquam latiùs patentem, sæpissimè accipi. Non frustrà autem & hoc Christus adjecit. Constat enim inter Dei præcepta ea esse maximi ducenda quæ capitali pœnâ sanciuntur. Ostendit ergò Christus non quodlibet præceptum Legisperitorum auctoritate violari, sed tale quod inter præcipua habendum Deus ipse testaretur †. *Maledixerit*, i.e. dehonestaverit, contumeliâ dedecoréve affecerit: species pro genere[t].

¶ *Morte moriatur*] Id est, Ità moriatur ut nunquam in vitam redeat[v]: omnino & absque ulla spe veniæ moriatur[x]. Ἀναδίπλωσις notat vehementiam, aut certitudinem, ut Gen. 2. 17[y]. Morietur, si non temporali, at certè æternâ, morte[z]. Non est dignus vitâ, qui in eos injurius est à quibus accepit vitam. Ostendit non leviter à se præcipi, quod tam severè jubet puniri[a].

5, 6. *Vos autem* (ipsos Deo opponit[b]:) *dicitis* (i. e. docetis[c], sequentes traditionem[d]: hæc non erant ipsorum verba, sed docebant liberos ad eum modum loqui patri *: λέγειν *dicere*, ut אמר Hebræis ||.) *Quicunque* (filius[f]) *dixerit patri*, *vel matri*, (nempe opem postulanti[g],) *Munus quodcunque est ex me*, &c. Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, v. 6. καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ, &c.] [Locum hunc difficilem variè & reddunt & exponunt:] Alii uno spiritu omnia [verba illa v. 5.] pronunciant sine ulla distinctionis nota: alii distinguunt, vel sic, Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ: alii, quod rectiùs, sic, Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς[h]. *Munus, quod si ex me juveris, & non honorificabit*, &c. Mo. *Munus, quodcunque est ex me tibi proderit, & non honorificabit*, &c. Ti. *Sua donaria illi profutura, nihil opus esse ut honoret*, &c. Ca. *Dono quodcunque à me erit* (vel, *quod à me profecturum erat*, V.) *juvaberis*, P. V. *etiamsi nequaquam honoraverit*, &c. P. i.e. Quicquid doni Templo dicaturus eram, in tuum vertetur commodum. Taxat oblationem quæ fiebat contra præceptum Dei de parentibus alendis[i]. *Quicquid doni à me profecturum erat, id in tuum vertitur commodum; &* (vel, *etiamsi*, Il.) *non honorabit*, &c. Er. sic Il. *Oblatio mea est, id unde utilitatem capias à me, & non*, &c. Tre. Al. *Hæc res quam vobis do, à me munus est; & non permittitis homini ut honoret*, &c. Pers. *Donum illud quod ex me fuit quo tibi proficerem, non honorabit*, &c. Æth. *Donum* (sub. *est*, Be. Cas. Camer. vel, sub. *erit*, Pi.) *quodcunque à me juvari posses, &* (vel, *ità*, Pi.) *nequaquam honoraverit*, &c. Be. Pi. Δῶρον hîc, sicut & Matth. 5. 23, 24. non quodvis δῶρον significat, sed δῶρον τῷ θεῷ, ut veterum quidam hîc citant[k], sive id quod Deo sacratur[l], (in quo non est ellipsis, sed Synecdoche generis pro specie[m]:) ut constat ex Marc. 7. 11. ubi est κορβᾶν[n]; quæ vox per se posita in S. S. donum Deo consecratum denotat, & vox *Dei* rarissimè additur, ut Levit. 23. 14. Num. 9. 13. & 31. 50. Observanda etiam hîc est constructio ὠφεληθῇς cum accus. ὃ pro dat. ᾧ, per ellipsin τοῦ κατὰ, ut Matth. 16. 26. τί γὰρ ὠφελεῖται, &c. Marc. 5. 26. μηδὲν ὠφεληθεῖσα, &c. 1 Cor. 13. 3. οὐδὲν ὠφελοῦμαι[o]. ἐὰν pro ἂν, potentiali particula, ut alibi sæpe[p]: Mat. 5. 19. & 8. 19. & 10. 14. & 16. 19[q]. Ὃ ἐὰν universalem enunciationem declarat, & *quodcunque*, potiùs quàm *quod*, significat[r]. Ὠφεληθῇς hîc est δυνητικὸν, ut sic exprimas, *juvari possis* †. Cohæret conjunctio ἂν cum verbo Subjunctivi modi, ὠφεληθῇς, ad notandum modum quem vocant Potentialem. Ἐξ ἐμοῦ dicitur, vel pro, ὑπ᾽ ἐμοῦ, ut notetur causa agens[t]; vel vertendum, *ex meo*, sive *ex re mea*; ut τὸ ἐμόν, *res meæ*, apud Sophoclem[v]. Syntaxis igitur horum verborum est hæc, ὃ ἐὰν ὠφεληθῇς ἐξ ἐμοῦ, δῶρον. Disertiores autem Græci pro, ὃ ἐὰν ὠφεληθῇς, dicerent, ὠφεληθείης ἂν[x]. [Veniendum jam ad variantes hujus loci interpretationes] Illæ tres sunt[y]; [vel potiùs duæ, nam 2. cum 1. ferè coincidit, ut notat Cam.] Hæc filii ad parentes verba exponunt, vel, 1. de aperta fraude, & pietatis, ac benevolentiæ quadam simulatione: vel, 2. de aperta honoris debiti, cum indignatione & ira, negatione. Primum bifariam intelligunt; vel, 1. ut enuntiationis hujus subjectum sit, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, *quo à me juvari possis, ac deposcis*; & prædicatum sit *Corban*, donum est, Deo consecratum, ideóque non licet tibi hoc conferre. Et licèt præpostera sit hæc constructio, prædicatúmque præcedit ordine verborum suum subjectum; hæc tamen ordinis inversio non est contra Hellenismum, neque insolens, sed in S. S. usitatissima, ut infrà v. 7. *Prophetavit——Esaias*; & v. 8. *appropinquat—populus*; & v. 28. *magna est fides tua*; & Matth. 5. à v. 3. ad 11. ubi prædicatum, μακάριοι, suis subjectis octies præponitur. Ità explicant Chrys. & Th. [quorum verba vide in Gom.] Vel, 2. ut subjectum sit, δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, prædicatum, ὠφεληθῇς· ut sit sensus, Donum quod à me offertur, tibi proderit; ut sit prætextus, cur parenti opem non ferat filius, quòd pro salute & felicitate, non solùm sua, sed etiam parentis, sacrificium obtulerit; ideóque tantundem esse ac si in usus illius contulisset[z]; & filium officio satisfecisse, etiamsi patrem non juverit opibus, quia id quo patrem juvaret, donum Deo obtulerit[a]. Sensus loci, *Qui dixerit*, &c. *quicquid ex me est doni* tibi debiti, dicatum ac votum in rem sacram Deo, *hoc tibi*, ô pater & mater, *proderit*, quia Deum tibi reddet propitium ac beneficum, intellige, *is benedictionibus replebitur*, vel, *longævus erit*, &c. *& honorabit* per congrua subsidia ejusmodi filius, sic à vobis edoctus, *patrem suum*, sive *matrem*: vel, ut Marcus 7. 12. clariùs habet, *& ultrà non dimittitis eum quicquam facere patri*, &c[b]. Verba sunt filii aversantis petitionem patris, hoc argumento; quia *quicquid ex me lucrareris*, sive *utilitatis caperes*, i. e. omnes facultates meæ, sunt *corban*, sive *munus* Deo consecratum: nec tibi ergò id petere licet, nec mihi concedere, ex Divinis enim utilitatem caperes, quòd voto meo repugnat. Hoc est quòd Marcus dicit, *Non exinde permittitis ut quicquam parentibus eroget* †. Judæi Sacerdotes pelliciebant homines ad conferenda in Templum donaria, ídque non Dei, sed suâ, causâ; quoniam ea ad ipsos redibant. Ac nè quis filius ideo minus conferret, quòd sua in parentum alimoniam (ut præceptum erat) vellet impendere, illi eam religionem pravâ Legis interpretatione sic elevabant; Demonstra patri tuo, id quod tu in Templum confers, ei esse profuturum apud Deum; nec esse necesse, ut eam pecuniam in eum impendas; cùm tam eum honores libando pro te, & pro ipso, quàm si alioquin in eum insumeres. Etiamsi non aliter parentes honores, non tamen contra Legem feceris[c]. Sed non placet hæc interpretatio[d]. 1. Repugnat ὃ ἐὰν, quod de re certa non dicitur, sed hypothesin, seu conditionem, satis apertè notat *. 2. Non credibile est, Judæos ità

Marginal notes, left column: [l] Mal. · [k] G. · [l] D. par. · [m] Li. ho. · [n] Ham. · [o] Ham. Pi. · [p] Pi. · [q] Ham. · [r] Idem. · † G. · [t] Bru. · [v] V. · [x] Bru. · [y] Pi. · [z] Ham. · [a] Bru. · [b] Bru. · [c] Bru. G. · [d] Bru. · * Er. · || G. · [f] Bru. · [g] V. sim. Bru. · [h] Cap. p. 459. in crit. · [i] V.

Left column line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Marginal notes, right column: [k] G. · [l] G. sic Gom. · [m] Gom. · [n] Gom. sic G. · [o] Gom. · [p] Gom. sim. Pi. · [q] Gom. · [r] Be. · † G. sim. Er. · [t] Pi. · [v] Kn. · [x] Pi. · [y] Cam. · [z] Gom. · [a] Q. in Cam. · [b] Zeg. · † Di. · [c] Ca. · [d] Cam. sim. · * Gom. · * Cam.

ità fuisse impudentes, ut patri sic dicerent. Nec enim re ipsâ, nec ullâ specie, illa inter se pugnabant, offerre dona, ut prodessent non minùs parenti quàm filio, & simul parenti opem ferre; quia utrumque Lege Dei probatum erat: neque etiam ex Thalmude (in quo veterum Pharisaicarum farrago continetur) aut ullis Judæorum scriptis hoc, probatur; & Paulus Burgensis, Judæorum, & Christianorum sui ævi, doctissimus, contrariam Judæorum sententiam esse tradit, & ex Maimon. comprobat [f]. 3. Dixerat Christus, ὁ κακολογῶν, &c. Jam verò nulla erat hîc omnino κακολογία, si filius verè,& modestè, &, ut res fuit, enuntiavit, nempe sacrata antea fuisse sua omnia [g]. Hanc tamen interpretationem probat vir summus, Josephus Scaliger, addens tantùm ellipsin esse, ut sit sensus, *Donum quod à me* profectum est, tibíque *prodest*, intellige, *me absolvit jure quod in me habes*. Cùm enim, inquit, de formulis aut proverbiis citandis agitur, vulgatum est ut citentur concisè. Verùm nec mos iste est Scripturæ, & refellitur hæc sententia ex jam dictis [h]. [Hæc de prima sententia.] 2. Non est excusatio omissi honoris, [quæ est prima interpretatio:] sed aperta recusatio honoris ac subsidii conferendi, cum indignatione quadam, sub cultûs Dei specie [i]. [Id autem bifariam intelligi potest:] vel, 1. ut sit juramentum. Sic lego, *Munus, quòd si ex me juveris*. Est votum adversùs parentes juramento,per *Munus*, juxta traditionem, gravissimè conceptum, quod ejusmodi esse solet, *Quodcunque ex me juveris*, vel *tibi proderit, interdictum tibi est*: q.d. *Sanctum munus* juro, me esse damnatum, *si quid* proficiscatur *ex me quod tibi prosit* [k]. Fundamentum hujus sententiæ est, quòd juramentum erat solenne apud Judæos *Corban* dictum, teste Jo. contra Appion.l.1. quo per Corban, seu donum Deo oblatum,jurabant. Sed interpretatio hæc aliena est. 1. Ellipses habet non necessarias. 2. Non dicit Christus, Δῶρον ἐὰν, *donum si*; sed, ὃ ἐὰν ὠφεληθῇς, *quocunque juvari posses*. Nam, si ἐὰν, non pro ἂν, sed pro *si*, accipiatur, ὃ redundat. 3. Ipsa traditio, quam ponit, *Quodcunque ex me tibi profuerit, interdictum tibi est*, non juramentum, sed votum, est [l]. [Alii paulò aliter:] Juramentum est,sive exsecratio, quâ filius Deo devovet quicquid posset à se profectum patri prodesse [m]. Quam Masii sententiam Scaliger refellere conatur, unico, eóque levissimo, argumento; Quòd nihil opus fuerit jurantem inducere filium. Sed hoc pugnat, 1. cum rei veritate: nihil enim magis consuetum est, quàm ut filius rebellis & contumax vel patrem, vel seipsum, exsecretur: 2. cum scopo Christi verbísque illis, *Quicunque maledixerit*,&c. Reprehendit igitur eos,quòd docerent, *Non esse numerandum inter maledicta in patrem, si quis patrem hoc pacto exsecraretur*, Δῶρον, &c. Obj. At carebat hæc doctrina omni [veritatis] *specie*. Resp. Hæc exsecratio, si oratio ipsa spectetur, nihil minùs esse videbatur quàm maledictum, quin consecratio fuit, & votum,&c [n].Vel, 2.ut sit simplex votum [o]: *Quodcunque ex me tibi profuerit*, (sub.*sit*, vel, *esto*, Cap. G. Li. ho. Coc. in Di. Poc. Gom. ex Mas. Vox enim קרבן, ut & חרם, apud Hebræos, quoties sola ponitur,includere solet vim verbi substantivi [p]:) *donum*, sive *Corban*, Cap. sic Poc. G. Li. &c. vel, *donum* sacratum, Li. ho. vel, *Deo dicatum*, G. i.e. sicut sacratum [q]; sicut Corban, nempe illicitum & prohibitum [r]: res enim sacratæ non erant in usus communes erogandæ †, sed credebantur omnino esse extra hominum potestatem atque commercium. Hinc illud קרבן in hac formula non malè Hebræi interpretes exponunt, אסור עליך, i.e. *probibitum*, sive *præclusum, esto tibi* [t]. Sanciebant Pharisæi, illicitum esse filio post emissum ejusmodi votum benefacere parentibus, nè scilicet voti violati reus fieret [v]. Non quòd hoc pacto bona sua Deo, vel absolutè, vel sub conditione, consecraret, (quæ tamen opinio multos Interpretes in errorem induxit;) contrarium enim planè docent Hebræi, [vide Cl. Authorem:] sed quòd illi, cui ex se utilitate capiendâ interdixerat, benefacere non liceret [x]. His verbis ad bona sua sacranda nullatenus tenebatur, ad non juvandum patrem tenebatur inviolabiliter: aliis prodesse ex opibus suis potuit, isti non potuit [y]. [Hæc erat Scribarum doctrina.] Sed quia in nomine κορβᾶν Dei mentio erat inclusa, (nam קרבן est, ut diximus, *res Deo sacra*: unde Josephus, de iis qui se Deo devovent,

[f] Gom.
[g] Li. ho.
[h] Cam.
[i] Gom.
[k] Mo in Scul. ex. 2.69.
[l] Gom.
[m] Cam. ex Mas.
[n] Cam.
[o] Gom.
[p] G.
[q] Li. ho.
[r] Cap. p. 465. sim. Poc. p. 411.
† Li. ho.
[t] G.
[v] Cap. p. 459. sim. Poc. 413.
[x] Poc. ib.
[y] Li. ho.

οἱ κορβᾶν αὑτοὺς ὀνομάζοντες) ideo hoc votum non esse nudum, sed jurisjurandi religionem complecti, credebatur. Hinc Tyrii, cùm vetarent *juramenta peregrina*, speciatim nominârunt *juramentum dictum* κορβᾶν, auctore Theophrasto, lib. de legibus: cujus juramenti mentio fit, & Matth. 23. 18. Planè frequens fuisse Judæis, ut non voto tantùm, sed & jurejurando, se obstringerent, nè huic aut illi benefacerent, tum ex Hebræorum Magistris

10

discimus, tum ex Philone, cujus hæc verba sunt notatu ad hanc rem digna, *Sunt quidam naturâ* ἄμικτοι καὶ ἀκοινώνητοι, (*insociabiles*,) ——*qui vel ex odio hominum, vel ex iracundia*, ὅρκῳ τὴν ἀγριότητα πιστοῦνται τῶν ἠθῶν, (*feritatem suam juramento confirmant*,) οἵ τινες ἢ φασὶν ὁμοτράπεζον ἢ ὁμορόφιον ἕξειν τὸν δεῖνα, ἢ πάλιν ΤΩ ΔΕΙΝΙ ΜΗ ΡΕΞΕΙΝ ΩΦΕΛΕΙΑΝ ΤΙΝΑ, ἢ παρ' ἐκείνου τινὰ λήψεσθαι, καὶ μέχρι τελευτῆς· (*qui dicunt se alium quemvis non habiturum commensalem, vel contubernalem, suum; vel rursus, Huic nihil utile facere, aut ab illo quicquam accipere,usque ad obitum*:) ubi apertè describit id votum quod He-

20

bræi נדר הנאה, h.e. εὐχὴν τῆς ὠφελείας, vocant. Hoc autem votum quò firmius sanctiusque esset, solebat, ut ex Matthæo Marcóque discimus, adjici consecratio rei in eum casum si quando τῷ δεινὶ quicquam daretur. Quòd si is qui votum tale nuncupâsset, postea, immutatâ voluntate,largiri aliquid vellet τῷ δεινί, Sacerdotes, quorum pars magna erant Pharisæi, rem ex voti lege sacro ærario vendicabant. Ejus autem ærarii obventiones, partim in opera Templi,partim in usus pauperum, partim in ipsos Sacerdotes ac Levitas, erogabantur. Quo

30

magis credibile est,Pharisæos,qui *avari* erant,Luc.16.14. contumaciter adsuisse utilitatibus ærarii contra quorumvis hominum justa. Nam vota etiam Jure Romano homines ità obligabant, ut votum implere cogerentur. Cæterùm,quod Origenes hîc narrat ab Hebræo se didicisse, etiam creditores sæpe nomina transcripsisse gazophylacio, ut debitoribus suis duriorem adversarium obtruderent, ut verum credo, ità huc propriè non pertinet [z]. Hic porrò locus, nisi consultis Judæorum traditionibus, non facilè intelligi potest [a]. In eum autem promptè com-

40

menteris, perlectis tractatibus Talmudicis, *Nedarim* & *Nazir*, ubi agitur de votis, aut juramentis; votúmque aut jurandi formulam fatur hæc Phrasiologia,Δῶρον,&c [b]. Ut ergò locus hic intelligatur, sciendum est, 4 fuisse apud Judæos sacrorum vinculorum genera, quibus quis ultro se Deo obstringebat; ut habet Misna: 1. חרם, *Anathema*; 2. נזירות, *Nazaræatus*; 3. שבועה, *Juramentum*; 4. נדר, *Votum*. Tria priora huc non pertinent. Voti autem duo genera sunt: 1. נדר הקדש, *votum rei sacræ*, quo scilicet aliquid Deo devòvebatur, sive conse-

50

crabatur, ídque, vel, 1. ad sarta tecta Templi; vel, 2. ad sacrificia: illud redimi poterat,vel mutari, hoc non item. 2. נדר איסר, *votum interdicti*, quo scilicet aliquis interdicebat, vel, 1. sibi usum rei cujuscunque, ídque vel, absolutè, vel, sub conditione, ad tempus, vel, in perpetuum; v. g. sé nunquam gustaturum lac, carnem, &c: vel, 2. sibi usu rei non suæ; v. g. se nolle beneficium ullum accipere à Petro, &c: vel, 3. alteri usum rei suæ; v. g. equi, vestium, cibi, &c. Eum qui hoc voti genus concipiebat, vocabant מדיר, *devoventem*; eum, adver-

60

sùs quem conceptum est, מודר, *devotum*, &, si de cibo votum esset, מודר מאכל, *interdictum cibo*; si de omni re, מודר הנאה, *interdictum omni commodo*. Porrò vota illa concipiebantur, vel, disertis & expressis verbis; vel, synonymis & æquipollentibus. Primum fiebat, vel oratione plenâ & integrâ, vel defectâ & mutilâ. Priorem formam vocant עיקר נדר, *formale votum*. Quales sunt hæc formulæ: דבר זה אסור עלי, *Res ista esto mihi illicita*, seu *probibita*. Item, ככר זה עלי קרבן, *Frustum hoc* (panis putà, aut carnis) *esto mihi Corban*,

70

vel, כקרבן, *sicut Corban*, h.e. Tam mihi nefas sit eo vesci, vel uti, quàm nefas est mihi uti Corban. Item, קרבן שאני אוכל לך, *Corban esto illud quo ego te cibare possem*. Item, קרבן שאני נהנה לך, *Corban esto illud omne quo ego tibi possem esse utilis* [c]; quod tamen rectiùs vertas, *Corban esto illud omne quo ex rebus tuis utilitatem capiam* [d]: [de quo vide Cl. virum ibi disserentem.] Posteriorem formam vocant ידות, *ansas*, sive *manubrium*; quia scilicet, ut si quis prehendat ansam vasis, reliquum vas sponte sequitur, ità vox omissa, quæ facilè subintelligitur,

[z] G.
[a] Poc. 416.
[b] Li. ho.
[c] Cap. p. 454.
[d] Poc. 412.

telligitur, sponte sequitur reliqua voti verba à se prolata. Talia sunt, מודר אני ממך, vel, מופרש אני ממך, hîc enim subaudiunt vel אוכל, vel הנאה; ut sensus sit, Ἀπαγορευθεὶς ἐγὼ ὑμῖν ἀπὸ σοῦ τὸ βρῶμα, vel τῆς ὀνήσεως, (*Interdictus sum à te cibo*, vel *omni commodo.*) Posterius vocant כנוי נדר, cùm scilicet loco & vice vocis קרבן, vel אסור (quæ sunt velut propriæ & formales voti voces) usurpatur aliqua harum trium quæ à Sapientibus veteribus excogitatæ, nempe קונם, קונס, & קונח; quibus vocibus votum conceptum non minùs obstringit quàm quod vocibus formalibus conceptum est. Statuunt nempe, כנויי נדרים, esse, כנדרים. Ex his videre est quis sit sensus hujus formulæ, קרבן שאני נהנה לך, *Illud omne, quo tibi utilis esse possem, esto mihi Corban.* Impium certè votum, sed cujusmodi exempla sexcenta sunt in Misna: Sic vir uxorem devovet, v. g. קונם וגו', *Devoveo me rem tecum non habiturum.* Item, *Devoveo id omne quo uxor utilis mihi esse possit*, &c. & uxor virum, & liberi parentes, &c. [vide Cl. Authorem.] Atque hinc planum est quæ sit Christi h. l. mens, & quæ Pharisæorum sententia, nempe si quis hâc voti formula in parentes usus esset, non licere ipsi benefacere eis, &c *.

* Cap.

Vota erant Judæis duplicia; 1. *consecrationis*; cùm aliquid devoveretur in usus sacros: 2. *obligationis*, vel *prohibitionis*; cùm se quis voto stringeret ab hoc vel illo, quod in se licitum erat. Ex omnibus votorum formulis planissima est vox κορβᾶν, quæ apertè rem sacratam effatur. Et in tractatibus Talmudicis sæpe occurrunt. קונם שאני נהנה לך, & קרבן שאני נהנה לך, ipsissimum idem sonant, ni valde fallor, cùm his verbis Κορβᾶν, vel Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς [f]. Formula hæc ex Hebræis Magistris citatur in hunc modum, קרבן שאתה נהנה לי; & sic etiam, קרבן כל מה דתתהנא מני: unde non longè abit Syrus, qui hoc loco ità posuit, קרבני מדם דתתהנא מני [g], [quam versionem variè reddunt:] *Donum meum quocunque juvari possis à me*, quæ ipsissima est Judæorum formula, קרבן מה תהנה ממני. *Res est sancta quicquid à me profectum tibi prodesse possit.* Itaque מדם non fuit ab Interprete Syræ versionis exponendum, *id quod*, sed potiùs, *quodcunque* [h]. Boder. vertit, *Oblatio mea est id, quod tibi proderit ex me.* Sensum assequitur, non constructionem Syriacam. Itaque Tremel. *Oblatio mea est, id unde utilitatem capies ex me.* Possit & sic verti, *Oblatio mea est, quod ex me lucraveris*, ut sensus sit, q. d. Non licet mihi quod petis lucrum concedere; est enim oblatio mea, quam egomet Deo obtuli, quæque non est ampliùs mei juris. Sic erat [Hebræorum] votum, quum facultates suas facerent δῶρον, כל מה שאני עושה לפי אבא כקונם, i. e. *Quodcunque ego paro*, i. e. acquiro & comparo, *erit respectu patris mei velut sacra oblatio*, quam scilicet attingere non licebat. Rursus, הקודש יהא כל מה אשני עושה מלבוא על פי אבא, i. e. *sacrum erit quicquid parabo in posterum respectu patris mei*: hoc voto interdicebatur pater omnibus bonis filii, tanquam re sacrâ [i]. Videamus jam quid sit, κορβᾶν, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Interpretes ejus quam [paulò suprà] dixi formulæ totidem propè verbis exprimunt, מה שאתה נהנה ממני, & nomen הנאה aiunt tam latè patere ut & alimenta, & omne id quo homo ab homine juvari potest, comprehendat. Ea vis meliùs exprimi non potuit quàm Græco verbo ὠφελεῖσθαι [k]. [Atque hæc de natura hujus voti dixisse sufficiat, videamus jam ejus impietatem.] Bis peccârunt gravissimè Pharisæi. 1. Quòd diras & exsecrationes, ab ira odióque in proximum subitò & temere expressas, honesto *Voti* titulo cohonestarent [l]; quum votum concipi debeat animo composito, sedato, & seriò de re quam agit & vovet cogitante. 2. Quòd impia illa vota obligâsse voventem censuerint [m]. In hoc voto violatur utrumque Dei mandatum à Christo propositum; religiosum quidem de honorandis parentibus: politicum verò de pœna capitali ei inferenda qui parenti malediceret [n]. Impium erat hoc votum, utpote charitati in proximum planè adversum [o]. Non immeritò Christum Pharisæis exprobrâsse, quòd mandata Dei traditionibus suis abrogarent, patet vel ex hodierno (sed ex traditione antiqua derivato) Canone, apud Maimon. quo sancitum est, *Vota cadere in res mandati*, sive locum habere etiam in rebus Lege præceptis, iisque obstringi posse aliquem, nè liceat illi sine gravi peccato facere quæ Lex facienda præceperit: adeo ut אם נדר וגו', *Si votum nuncupaverit, quod ut ratum erat abrogandum sit mandatum, ratum fieri debeat votum ipsius & abrogari mandatum.* Subtiliter autem hîc distinguunt inter votum & juramentum, & quod de voto asserunt de juramento negant, negant enim hoc *in res à Deo præceptas cadere* [p]: [quàm fragili autem fundamento nitatur hæc distinctio, vide in Poc.] Verùm Judæi olim (ut hodie Pontificii vota continentiæ, à Monachis suis suscepta,) traditionis suæ impietatem non excusabant modò, sed defendebant etiam, hoc modo; Sibi quidem non probari, si quis irâ & odio percitus ejusmodi voto se obstringat, multò minùs si filius erga parentes eo se obliget; veruntamen vota semel emissa Deóque nuncupata exsolvi debent, vi legis, Num. 30. 2. Sed frivola est hæc exceptio. Nam licèt in re adiaphora, quæque in nostra potestate est, votum, quamvis temere emissum, strictè observandum sit, cùm tamen id vovetur quod impium vel injustum est, vel quod non est nostri juris & arbitrii, tum tam in voti nuncupatione, quàm in ejus observatione, peccatur, neque possunt apud Deum esse rata ejusmodi vota. Id quod ex eo constat, quòd Deus vetet rata esse vota quæ vel liberi insciis parentibus, vel, uxor inscio viro, nuncupabant. Id etiam voti ipsius natura & ratio ostendit. Nam quid aliud est votum (de votis hisce legalibus jam loquor, non de iis quibus nos ad officium faciendum novo vinculo nosmet obligamus) quàm voluntatis quidam actus quo nobis ipsi ultro eripimus potestatem quam in rem aliquam alioqui habemus. Ut ergò in *voto rei sacræ* rem, quam Deo consecramus, oportet esse nostram, ut fatentur Judæi, ità in *voto interdicti* rem in nostra potestate esse oportet. Jam verò proximo & parentibus, cùm opus est, benefacere justum & sanctum est; non benefacere contrà impium & injustum est; ideóque posterius hoc aut voveri non debet, aut, si votum fuerit, rescindendum est. Urgeri tamen potest, quòd quædam ejusmodi vota (quæ diras & exsecrationes rectiùs dixeris) Lege Mosaicâ rata & sancita esse videantur. Duo enim fuerunt, ut videtur, sub Lege τοῦ חרם, sive *Anathematis*, genera: 1. quo Dei & populi ejus hostes internecioni devovebantur; 2. quo quis devovebat alterum qui sub sua erat potestate, v. g. filium, servum, &c. quem Lex jubet interfici, Levit. 27. 28, 29. [De quo vide quæ hîc habet Cl. Author, & quæ nos ex eo decerpsimus ad Jud. 11. 41.] Sed, 1. Non est eadem Dei & hominum hac in parte ratio. 2. Rigor ille non obtinebat in simplici voto, seu נדר, sed tantùm in חרם, *Anathemate*. 3. Rigor iste obtinebat tantùm erga subditos, non item erga pares. Porrò notandum, Magistros uno flatu omnia hæc impia vota dissipare, Docet Misna, sect. 4. c. 9. Eum, qui talia adversùs proximum vota emisit, solvi nexu voti, si admonitus à sapiente aliquo quem pœnitentiâ ductus consulit, se hocce suo voto peccâsse (adversùs Legem illam, *Non ulcisceris te*, &c. & illam, *Non odio habebis fratrem*, &c. & illam, *Diliges proximum*, &c. & illam, *Vivet frater tuus tecum*, &c.) ità respondeat ut testetur se pœnitere voti, velléque rem infectam. Hoc sanè est aliquid dicere; at id tamen satis non fuit. Nam edocendi præterea erant homines, vota talia nullius conscientiam obligare, neque ad dissolutionem eorum opus esse Magistri conscientiâ & absolutione [q]. Quæ autem Magistri de votorum dissolutione docent, ostendunt eos plus Sapientum honori & traditionis auctoritati, quàm aut Dei gloriæ, & mandato, aut hominum bono, tribuere [r]: [de quo vide quæ Poc. & Cap. hîc addunt.] At hoc Misnæ decretum repugnare videtur illi Christi dicto, Marc. 7. 12. *Non permittitis*, &c. ideóque Christus Pharisæis imposuit. Sed id non sequitur; Forsan Magistri ex occasione hujus reprehensionis de rigore veteris sententiæ aliquid remiserunt; quòd sanè fieri potuit, cùm Misna 200 post Christum annis conscripta fuerit. Deinde satis fuit ad justam eorum reprehensionem, quòd docerent eum tali voto constrictum teneri, nisi eo à Sapientibus solveretur †. [Et quis sanæ mentis credat Christum, quâ erat sapientiâ, aliquid Pharisæis publicè impingere voluisse, quod ab ipsis non sine magna Christi invidia, negari poterat? Atque hi locum sic explicant. Al. aliter:] Non placet quòd *Corban* interpretantur de iis quæ alendis parentibus

[f] Li. ho.
[g] G.
[h] Cam.
[i] Di.
[k] G.
[l] Cap. 455. & 458. & 461.
[m] Cap. 461.
[n] Gom.
[o] Cap. 457.
[p] Poc. 415.
[q] Cap. 459...
[r] Poc. 416. & 418.
† Cap. 464.

parentibus impendi possunt: Repugnant leges Judæorum. Nam nullâ se poterant exceptione tueri, quin alerent parentes. Regula Juris eorum erat, *Cogitur filius alere parentem.* Hiscuni Hebræus, apud D. Legimus, *Honora Deum de opibus tuis*: &, *Honora patrem*, &c. *Deus honorandus, si habeas; parentes, sive habeas, sive non: nam si nihil habes, debes mendicare ostiatim pro eis.* Eadem habentur in lib. Musar, cap. 5. Debebant & liberi parentibus præsto esse, ut eos in publicum prodeuntes deducerent, & domum reducerent. Fuerunt porrò apud Judæos, de quibus legitur lex Levit. 27. *Corban* dicti, teste Jo. Antiq. 4. 4. qui in templo ad tempus ministrabant; qui tamen numeratâ Sacerdotibus pecuniâ à λειτουργίας opera redimi poterant. Existimamus ergò liberos illos impios religionis prætextu se excusâsse, nè parentibus adessent, hâc exceptione, Κορβᾶν, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφελήθῃς. Sensus est, Κορβᾶν, q.d. Ego, ô parentes, devovi me ministerio Templi, itaque cogor vobis deesse: cæterùm, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, i.e. *Quod tamen cunque per me est*, ubi vacabo & otium erit ἀπὸ τῆς λειτουργίας, vobis adero & juvabo. At poterant facilè hoc negotio defungi *solventes pecuniam*, teste Jo[t]. Porrò ellipsis hîc est, quæ dura quidem videri possit, tamen nec ratione caret, nec exemplo. Christus enim proculdubio ipsa traditionis verba recitavit. In hujusmodi autem citandis testimoniis solent prætermitti quæ sunt omnibus nota, ut solent Jurisconsulti prima legum, quas citant, verba proferre[v]. Verba hæc absolutam non habent sententiam[x]. Negari nequit quin abrupta & imperfecta sit sententia, Marc. 7. 11. nam post ὠφεληθῇς, nihil sequitur quod sensum complere possit[y]. [Variè autem supplent:] *Quicunque dixerit patri aut matri, Donum* est *quocunque à me* (ἐξ ἐμοῦ, i.e. Gallicè, *de ma part*[z]:) *juvari posses*, Be. &c. Subaudiendum; vel, 1. ἀναίτιός ἐστιν, *insons est*, sive *reus non est*[a]; quod exprimitur Matth. 12. 5. & respondet Hebræorum formulæ, נקה, Gen. 24. 8. cui opponitur ὀφείλει & ἔνοχός ἐστι[b]. Vel, 2. sub. *benefacit*, Er. ex Glossa; vel, *rectè facit*, Bru. satis hoc est, non amplius requiritur[c]. Vel, 3. *benedictionibus replebitur*[d]. Vel, 4. *honorat patrem*, &c. [quod tamen ad vitandam κακοφωνίαν ob sequentia, *& non honorabit*, initio ponit.] Locum sic verto, *Nam Deus mandavit, honora patrem*, &c. *Vos autem dicitis*, Honorat patrem suum, & matrem suam, (quæ verba, vel subaudienda, vel, mutatis mutandis, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetenda sunt, ut sæpe fit) *quisquis dixerit patri vel matri, Donum* est *quicquid juvatus fueris ex meo, & non honorabit* (nempe in posterum) *patrem*, &c. Ità debere exponi liquet ex Marci verbis, Οὐκέτι ἀφίετε, &c. *Non sinitis eum ampliùs aliquid facere patri*, &c. i.e. eis persolvere debitum alimoniæ; quod clarè monstrat eum id antè fecisse quàm à Pharisæis edoctus esset, quomodo eluderet præceptum Dei, & cum specie etiam sanctitatis parentes fraudaret, ut sic ipsi cum filiis partirentur opes. Sed quid sibi vult, *honorat*, & *non honorabit?* Resp. Honorat parentes voto suo, (secundùm Pharisæos) quo Deum ipsis propitium reddit, & non honorabit eos alimoniâ[*]. Vel, 5. supple אסור *interdictus est*, seu voto interdicti obstrictus nè illis benefaciat, vel אסורין בהנאתו, *interdictum est illis ab ipso utilitate capiendâ*[f]: vel simpliciter, *Votum est*, vel voto obstrictus est[g]. [Atqui hi ellipsin subesse putant, moti ut videntur verbis sequentibus, καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ, &c. *& non honorabit*, &c. Aliis autem secus videtur, & verba ista sequentia aliter reddunt.] Non puto hîc esse ἀποσιώπησιν, ut multi arbitrantur, sed potiùs redundare Hebræo more καὶ, ut Matth. 28. 9. Marc. 13. 34. Luc. 2. 15, 21, 27, 28, &c. Itaque sic interpretor, *Vos autem dicitis, Qui dixerit patri* —— Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, *nè alat patrem aut matrem suam.* Et apud Marcum, *Si quis patri matrive dixerit*, Κορβᾶν, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ, ὠφεληθῇς, *non permittitis eum quicquam ultrà patri matrive præstare*[h]. Al. Oratio hæc perfecta est, & à conditione absoluta, & libera, ut Christus non sua, sed Pharisæorum, verba recitet, ad sententiam cœptam absolvendam: scilicet ut Aoristus subjunctivus (qui indubiè Futuri habet significationem) non conditionaliter, sed absolutè, & quidem pro Imperativo, hoc loco accipiatur, ut Matt. 5. 17. Μὴ νομίσητε, *Nè existimate*; v. 36. Μήτε ὀμόσῃς, *Nè jurato*: Sic & Matt. 6. 2, 5, 13. Sic in Theognide, μηδεὶς ἀνθρώπων πείσῃ, *nullus hominum persuadeat*, h.e. persuadeto: & in Isocrate, μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς, *nulli calamitatem exprobrato.* Obj. At hoc loco non est simplex, sed geminata, negatio, οὐ μή. Resp. Hoc nihil orationis formam mutat, sive Aoristus subjunctivus pro Futuro indicativo accipiatur, ut Matt. 5. 26. οὐ μὴ ἐξέλθῃς, *nequaquam exibis*; sive pro Imperativo, ut Gal. 5. 16. οὐ μὴ τελέσητε, *nè perficite*, ità h. l. *& nequaquam honoret* ille, &c. Sententia ergò hæc est, *Quicunque dixerit patri*—*quodcunque ex me tibi prodesse posset, donum* est, aut esto, *etiam nequaquam honoret patrem*, &c. ut colligi potest ex Marc. 7. 11, 12. *Corban,—quodcunque ex me tibi prodesse posset; & non ampliùs permittitis eum*, &c. Hinc enim apparet, post ea filii verba, ei a Pharisæis fuisse interdictum parenti ullam opem ferre; quod interdictum h. l. his verbis continetur, *etiam nequaquam honoret*, seu *honorato ille.* Obj. At sic τὸ καὶ superfluum esset. Resp. Negatur: nam καὶ, seu *etiam*, emphasin habet, scilicet ut antecedentis dicti, à filio, consequentiam necessariam declaret, ut si dicam, Si promisisti, etiam solvas: si confessus es crimen, etiam pœnam perferas[i]. *Quicunque dixerit patri*, ——— *Munus* ———, *ille non ampliùs honorabit*: τὸ *&* Hebraico more affirmat & exponit atque colligit hoc loco, ut & verbis sequentibus, *Et*, pro, Atque ità *irritum fecistis*, &c[k]. *Quicunque dixerit* ——— *Donum sit, quocunque possis à me juvari: tunc nequaquam honoret*, &c[l]. ut פ apud Arabes, sic ו, apud Hebræos, significat, *&*, nec tam copulativum est, quàm consecutivum, & in consecutione denotanda sæpe redundat, ac non rarò interrogationi inservit. Sic forsan & καὶ accipi possit, ut sensus sit, *Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri, Donum est quod ex me lucraberis, an non honoraverit patrem suum aut matrem suam?* i.e. Annon is satis magno honore affecerit parentes, qui dixerit ipsis, munus se Deo obtulisse, unde & ipsi utilitatem capere possint? Non, inquit Christus: hoc non est satis honorare patrem, sed *abrogare mandatum Dei.* Hebraicè diceretur, ולא יכבד, & ולא potest idem valere quod 1 Sam. 20. 14. ולא אם עודני חי, *Annon, si adhuc vixero, annon facies mecum misericordiam?* Nolim tamen hanc interpretationem valde urgere ob Marc. 7. 11[m]. [de quo ante dictum.] [Atque hæc de obscurissimo, & vexatissimo, & nobilissimo hoc commate dicta sunto, pergendum jam ad alterum comma v. 6.] ¶ *Et*, &c. καὶ ἠκυρώσατε, &c.] *Et irritum fecistis præceptum Dei per* (vel, *propter*, Er. Tre. Il. Mo. &c. vide v. 3[n].) *traditionem vestram*, Be. P. Pi. *Et rescidistis*, &c. Ca. vel, *abrogâstis*, &c. Sy. Ar. Pers. Bru. *antiquâstis*, Bru. spoliâstis auctoritate[o], & imperio suo in homines, dum non modò transgredimini, sed & transgredi licere atque oportere docetis[p]. Κῦρος est *plena auctoritas atque imperium*[q]: indè κυρόω, *auctoritatem do, ratum habeo, ratum facio*, unde ἀκυρόω, *auctoritate privo, aboleo*[r]. Heb. תפרעו, Prov. 1. v. 25. i.e. *otiosum redditis & inutile*, quod ο'. sic vertunt, ἀκύρους ποιεῖτε, Chald. *mutâstis*: rectè: nam καταλύειν, *abolere*, & ἀλλάττειν, *mutare*, cùm de mandatis Dei agitur, eòdem redeunt, & simul ponuntur Act. 6. 14. Solenne hoc fuit Pharisæis, non quidem in speciem abolere Legem, sed verba Legis in alienum sensum detorquendo eam reapse abrogare[†]. *Irritum fecistis*, non quoad rem ipsam, nam invito Satanâ stabunt in Ecclesia præcepta Dei, sed quoad vestros conatus[t], sive quantum in vobis est. Meritò accusat hoc Legisperitorum dogma Legis Divinæ optimus Vindex. Nitebantur illi hoc argumento, in quo latiùs quàm par est extendendo, & alibi, eos lapsos vidimus. Quòd præcepta Deum spectantia iis essent anteferenda quæ ad hominum utilitatem pertinerent: In illo autem genere ponebant Vota ac Juramenta, in hoc autem omnia beneficentiæ munia. Sed non animadvertebant homines, miserâ superstitione fascinati, Vota & Juramenta modos esse quibus obligemur, omnem autem obligationem ex jure eo, quod nobis competat, debere proficisci: quare materiam obligationis esse non posse id quod antè ademptum sit nostræ libertati, ut est, Parentes non alere. Nam & naturalis æquitas & Lex per Mosen edita efficiebant nè id liceret. Lex autem, quæ Vota & Juramenta servari vult, intelligenda haud dubiè est de Votis ac Juramentis legitimis, h.e. quibus id vovetur aut juratur quod honestum est,

[t] Pet. lect. 1. [v] Be. [x] Zeg. [y] Di. [z] Be. [a] Cap. ex Be. sic Aug. [b] Be. [c] Q. in Ham. [d] Zeg. [*] Kn. [f] Poc. sim. Ham. [g] Poc. 410. [h] G.

[i] Gom. [k] Scul. ex. 2. 69. ex Mo. [l] Li. ho. [m] Di. [n] Pi. [o] Bru. sim. Be. [p] Bru. [q] Bru. ex Be. [r] Sch. [†] Cam. [t] Be.

est, quódque est in voventis aut jurantis potestate. Quare hoc casu lex illa objici non potest; debet ergò valere lex altera quæ pietatem in Parentes præcipit. Pertinet huc Gangrensis Synodi canon. 16. Εἴ τινὰ τέκνα γονέων, &c. (*Si qui liberi, prætextu religionis à parentibus, præsertim fidelibus, recedant, nec debitum eis honorem tribuant, —Anathema sint.*) Imò, ut rectè contra populares quosdam suos Philo pronunciat, nec si adversùs alterum quemvis, qui neque Parens sit, neque sanguine proximus, conceptum sit tale votum, & jurejurando consecratum, valere debet; cùm hominem alterum alteri opem ferre, præcipue verò quà potest egestatem ejus sublevare, Deus & natura imperent [v]. Statuebant Magistri, quòd si quis voto ipsis Legis præscriptis, v.g. phylacteriorum usu, scenopegiorum ritibus, &c. sibi interdixerat, ab eis omnino abstinendum esset, pœnâ insuper verberum violationi voti adjectâ. Quod tamen in juramentis non obtinuit. [Ratio discriminis est:] Qui jurârat, v.g. se tabernaculum non exstructurum in scenopegiis, id quod ex præcepto faciendum erat, planè jurârat se non facturum. In voto autem, res ipsæ ex ipsa voti vi interdictæ sunt, tanquam res omnino consecratæ, aliósque in usus, juxta sui æstimationem, convertendæ. Etenim formula ferè erat, *Corban*, seu *oblatio*, seu *res consecrata, sit tabernaculum quod ego fecero.* Atque indè res ipsa (seu ejus, atq; operæ circa illam impendendæ, pretium, si nondum à vovente possideretur, conficeretúrque,) in naturam נדבה, seu *voluntarii sacrificii*, seu *oblationis*, transiens, præcepto, ex eorum sententia, velut exuebatur, voti rationi jam tantummodo obnoxia, quo nec exsolvere se fas voventi ipsi habebatur [x].

7. *Hypocritæ*] Appositè eos sic vocat [y], quia cùm diligentissimi Legis observatores videri vellent, eam tamen transgrediebantur [z]. Fontem aperit totius mali, hypocrisin inquam, Dei cultum hominúmque sanctitatem in externo ceremoniarum operúmque splendore constituentem [a]. Cùm toties hypocritas vocet Christus Hierosolymitanos doctores, juvat hîc audire testem minimè suspectum. Is est R. Nathan (qui hoc ipso Christi seculo floruisse videtur) apud Rabba in sect. 1. *Si scortationes*, inquit, *hujus seculi dividantur in decem partes, novem Alexandriæ convenient, una reliquo mundo. Si divitiæ — novem Romæ —— Si præstigiæ — novem Ægypto —— Si robur ——— novem Chaldæis ——— Si majestas —— novem Judææ —— Si pulchritudo —— novem Hierosolymis ——— Si sapientia ——— si lex, novem terræ Israelis — Si hypocrisis ——— novem convenient Hierosolymis, una reliquo mundo* [b]. ¶ *Bene prophetavit*, &c.] Exactissimè conveniunt illius prophetia & vestra opera [c]. At Esaias loquebatur de populo Judaico, & quidem sui temporis. Non sunt ergò hæc verba vaticinantis, sed accusantis. Accommodat ista Pharisæis, &c [d]. Pulchrè [in vos quadrat querela illa Esaiæ de populo isto*. Confirmat Christus dictum suum, non solùm ab exemplo, sed & ab authoritate Prophetica, hoc modo, De toto Judæorum populo hoc vaticinatus est: vos estis de numero istius populi. Ergò, &c [f]. Verba quidem Esaiæ primò spectare videntur ea tempora quæ Babylonicam obsidionem antecesserunt, sed ità ut non minùs, imò magis, quadrent Christi temporibus, quod manifestò constabit, si inspiciatur tota περικοπή. Dicit enim Deus effecturum se, ut Judæi, præsertim verò Hierosolymitæ, sacra Prophetarum effata legentes non intelligant; idque in pœnam corruptæ religionis, quam à vera pietate ac dilectione ad inanes & commentitios ritus traduxissent. Itaque futurum ut ipsi Magistri, qui omnium sapientissimi habebantur, in fœdos errores incidant. Ecquid potuit in istos homines aptiùs dici? Sciendum est, quod sæpe notatum est, posse unum idémque vaticinium plus semel impleri, ità ut & huic & illi tempori conveniat, non solo eventu, sed Divinâ etiam verborum directione [g].

8. *Populus*, &c. Ἐγγίζει, &c.] *Appropinquat mihi populus hic*, &c. Be. Pi. &c. i.e. Mihi ministrat, cultu nempe exteriore [h]: amicum se mihi præbet, ut Jac. 4. 8 [i]: accedit ad templum meum, ut oret [k]. ¶ *Longè est*, Πόῤῥω ἀπέχει, &c.] *Procul*, vel *longe abest*, P. Ca. Er. Il. Pi. Bru. &c. sive *distat*, Be. Ar. i.e. A me alienum est, me minimè honorat, aut colit, longè diversâ à mea voluntate cogitat, desiderat, amat, ad me non respicit, &c [l].

9. *Sine causa*; malè [m]: Μάτην, &c] *Frustrà*, &c. Er. Be. Bru. Pi. Di. *In vanum*, Ar. in Di. *Inaniter*, Di. ex Sy. Bru. Sine fructu [n]. Hæc verba non sunt in Hebræo, nec in Chaldæo, sed à ό. inserta sunt [o]. Apparet, ό. pro ותהי, quod nunc legimus, [apud Esaiam,] legisse ותהו, & accepisse תהו pro eo quod plerumque dicitur לתהו; id enim est μάτην, aut, εἰς μάταιον, ut iidem ό. transferunt Esa. 49. 4. Apparet autem non hoc tantùm, sed multis aliis ex locis in Veteri Scriptura Hebraica, Vau & Jod literas vix potuisse discerni. Sed & hoc, non omnes discrepantes lectiones à Masoritis fuisse annotatas: quod apertissimum facit Codex Samaritano charactere descriptus, collatus cum exemplaribus quibus Judæi utuntur: item Psalmi duo Alphabetici, 37. & 145. in quorum priore initium versûs incipientis ab ע, in altero initium versûs à נ, deest, quo loco Vulg. Latina versio ostendit pleniores Codices ibi quidem habuisse עולים & aliquas voces alias; hîc vero & Græca & Latina ostendit fuisse נאמן & aliquid præterea, quanquam tacente hîc Masoritarum diligentiâ. Verùm utro modo hîc legas, nihil refert. Necesse est enim frustrà Deum colant quorum cultus Deo displicet [p]. ¶ *Docentes* (sequentes ipsi, & alios docentes ut sequantur [q]. Verbum διδάσκοντες adjecerunt ό. ut commodior esset constructio [r]:) *doctrinas*, &c. Διδασκαλίας ἐντάλματα, &c.] Appositio †, ut Rom. 8. 23 [t]. *Doctrinas mandata*, sive *præcepta* (vel, *mandatorum*, Sy. Ar. Tre. sic Ca. vel, *injunctiones*, Ham. *constitutiones*, Æth. *traditiones*, Pers. vel, quæ sunt *præcepta*, Be. sic Bru. P.) *hominum*, Pi. &c. Quod hîc est παραθετικῶς, (per appositionem,) ibi [apud ό. in Esa.] est συνδετικῶς, (*per conjunctionem*,) ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας. In Hebræo est, מצות אנשים מלמדה, ad verbum, ἐντολὴν παρ' ἀνθρώπων δεδιδαγμένην· hoc autem est, dogmata quæ in faciendo consistunt [v]. Sensus, Non observantur ab eis mandata mea, sed eorum loco constituuntur traditiones eorum. Vide Mar. 7. 7 [x]. *Mandata hominum*, intellige, quæ ità sunt hominum, ut non sint Dei [y]: quæ homines, sine spiritu Dei, suopte ingenio effingunt [z]: quæcunque extra Verbum, de consilio hominum, in Sacris constituuntur [a]: deinde quæ ad pietatem nihil conducunt [b], vana & futilia [c], ut lotiones illæ superstitiosæ [d]: denique quæ adversantur mandatis Dei *. Damnat h. l. omnes ἐθελοθρησκείας, sive cultus fictitios [f]. *Humana dogmata* dicuntur Esaiæ & Christo, neque sola quæ pugnant directè cum Lege Divina, (neque enim hoc Oraculo Christus utitur tantùm ad confirmationem ejus quod jam dixerat, sed etiam ut viam sternat ad sequentia, quibus Apostolos ostendit non rectè accusatos:) neq; omnia quæ homines docent facienda, puta probabili interpretatione ejus quod ambiguum est, aut definitione æquâ ejus quod in arbitrio relictum est, aut fideli consilio circa ea quæ ad pietatem aut charitatem pertinent; sed ea quæ fundamentum habent in persuasione merè humana, & non Divinitùs tradita, qualia sunt illa de quibus nunc agebatur, ut mox explicatiùs ostendetur [g].

10. *Et convocatis ad se* (quæ, dum ad Pharisæos loqueretur paulò remotiùs stabant [h], nihili ducentes Scribarum λογομαχίαι [i]:) *turbis*] *De plebe hominibus*, quos Legisperiti ut indoctos, Pharisæi ut parum religiosos, præ se fastidiebant [k]. Relictis Scribis ac Pharisæis, qui præ invidia & fastu indociles erant atque insanabiles, advocat turbam, tanquam docilem, & à pravis illis affectibus liberam [l]. ¶ *Audite* (hactenus vobis inauditum, & doctrinæ Scribarum contrarium [m]:) *& intelligite*] Considerate & expendite [n]. Attentionem desiderat Christus [o], & intelligendi studium [p], quia plerumque homines nolunt, *Quæ juvenes didicere, senes perdenda fateri* [q]. Odit Deus crassam ignorantiam & intelligendæ veritatis negligentiam [r].

11. *Non* (i.e. Nihil, ex Marco, ut sit propositio universalis †:) *quod intrat in os* (i.e. in hominem [t]; h.e. cibus [v]:) *coinquinat*, Κοινοῖ] Ad verb. *Communicat*, Bru. sim. Be. *Communem reddit*,) Pi. sic Er. Mo. *Polluit* Sy. Æth. Be. Il. Pi. Bru. sim. Er. Pers. Ar. Tre. Ca. Ti. &c. Ut κοινὸν, *commune*, Hebræi dixerunt pro *profano* [x], quod promiscuo omnium usu quasi inquinatum est [y]; ità κοινῦν

Margin notes (col. 399): [v] G. — [x] Seld. in Wal. — [y] Bru. — [z] Me. ex Mal. — [a] Bru. — [b] J. Cap. — [c] Bru. — [d] Mal. — * Pi. — [f] Jun. — [g] G. — [h] Bru. — [i] G. — [k] V.

Margin notes (col. 400): [l] Bru. — [m] Be. sim. Er. — [n] Er. Mal. — [o] Di. — [p] G. — [q] Bru. — [r] G. — † Be. sic Er. Bru. — [t] Be. — [v] G. — [x] Ham. — [y] Bru. sim. Er. V. Mal. T. Pi. — [z] Bru. sim. E. T. — [a] Chem. sim. Calv. — [b] E. sim. Bru. — [c] Ti. — [d] T. sim. E. — * Bru. sim. Mal. E. T. Me. — [f] Calv. — [g] G. — [h] Ham. — [i] Bru. — [k] G. — [l] Bru. — [m] Idem. — [n] Idem. — [o] G. sic Bru. — [p] Bru. — [q] G. — [r] Bru. — † Bru. — [t] Idem. — [v] Zeg. sim. Ham. — [x] Be. sic Bru. — [y] Be.

ῥύπτειν, *polluere* [z]: vide Marc. 7. 2. [a]. Pharisæi homines pollutos pro hominibus communibus aut vulgaribus æstimârunt: è contrà, vir religiosus apud eos est יחיד, *vir singularis*. In Act. 10. 14. κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον idem sonare videntur quod, פסול או טמא, Talmudicis [b]. *Polluit*, i.e. reddit hominem immundum, invisum, aut ingratum, Deo [c]. Κοινῶν, טמא, opponitur τῷ ἁγιάζειν, & meritò: nam quæ sancta sunt, Deo quasi separantur. Cætera sunt vice extra Dei peculium. Hæc, cùm ad animum referuntur, ut hoc loco, τὸ ἁγιάζειν culpæ immunitatem, τὸ κοινῶν culpam contractam, significat: μιαίνειν, pro, κοινῶν, dixit Porphyrius, [verba vide in G.] hunc locum, aut certè hoc Christianorum dogma respiciens [d]. Qu. Quomodo hoc verum, quum cibi multi Judæos immundos reddebant? Vide Lev. 11. Nonne Nabal ingurgitans seipsum polluit, 1 Sam. 25. 36? Resp. Verba hæc sunt intelligenda secundùm subjectam materiam, quæ hîc non sunt propriè cibi in se & per se considerati, sed eorum usurpatio, eâque illotis manibus. Deinde, non loquitur hîc Christus de Levitica impuritate, sed de munditie coram Deo [*]. Putabant Pharisæi ità immunda esse quædam naturâ suâ, ut per se, non ex instituto, animum polluerent. Docet hoc præter cæteros Judæus scriptor libri, περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, qui Josepho ascribitur. Ὁ τὸν νόμον κτίσας, &c. (*Legis conditor cibos naturæ nostræ congruos permisit, ei verò contrarios prohibuit.*) Id Christus hîc negat: *quod ingreditur in os* igitur hîc ex subjecta materia intelligi debet, quod ità ingreditur ut nihil vitii accedat ab humana voluntate. Ideo Marcus dixit, *extra hominem intrans in ipsum*. Nihil igitur hîc Christus docet contra legem ciborum discriminatricem: neque enim tempus advenerat; quanquam obliquè, dum ostendit nihil esse naturâ immundum, contrà quam Pharisæi existimabant, simul significat legem illam non esse immutabilem. Nam & Paulus eodem argumento utitur, quia *omnis creatura Dei bona*, 1 Tim. 4. 4. Ità æqua interpretatio legis de ciborum discrimine, ut & antè de Sabbato, earundem legum antiquationi viam molliter præstruxit. Valde enim eò pertinebat intelligi materiam istarum legum per se esse ἀδιάφορον, & quod præceptum erat non esse præceptum φυσικῶς, sed datâ occasione, aut alterius rei causâ [f]. ¶ *Sed quod procedit* (vel, *egreditur*, Bru. Pi.) *ex ore*] i. e. Ex homine [g], ut Marcus habet [h]: Synecdoche [i]; h.e. ea quæ ex voluntate procedunt. Sed quia eorum multa solent aut ore peragi, ut *blasphemiæ*, &c. aut certè non sine oris adminiculo, quemadmodum ex rixis *cædes*; ex impudicis colloquiis & lenociniis nascuntur *adulteria: fornicationes & furta* plerumque conjunctam habent mendacium, ideo hoc exempli causâ Christus addidit quò evidentior esset ἀντίθεσις. Simillima est oppositio eorum quæ per os intrant atque exeunt, apud Platonem, in Timæo, fortè ex barbara philosophia, unde multa in eo sunt libro: [verba vide in G.] Quem locum ità φράζει Plato Judæus, Philo scilicet, Σῶμα τ... &c. (*Per os, inquit Plato, ingrediuntur corruptioni obnoxia, cibi scilicet & potus, mortalis corporis peritura alimenta, exeunt verò, per sermonem, immortalis animi leges æternæ, per quas vita hominis gubernatur* [k]. ¶ *Hoc coinquinat*, &c.] Sæpe scilicet, non omne, sed solum [l]; est enim & quod sanctificat [m]: ex ore procedunt etiam laudes Dei. Sensus est, non ideo coinquinant quia intrant, sed quia exeunt, nec ex ore tantùm, sed & ex corde inquinato. Obliquè innuit, non suos Discipulos manuum illotarum sordibus, sed ipsos malignis & calumniatoriis verbis, inquinari [n].

12. *Scis*] Non observâsti? ¶ *Pharisæi —— scandalizati sunt*] q. d. Mirum est quòd non occurreris scandalo, neque clariùs hoc explicueris [o]. Videbaris illis legem de ciborum delectu abrogare [p]. Verùm huc tracta ab ipsis Christi verba credibile non est, cùm omnia undique crimina conquirentes nunquam hoc illi objecerint. [Potius offensi sunt;] quia Pharisæi maximi faciebant traditiones Sapientum, & in observatione tum earum traditionum, tum rituum quorundam quos sibi ipsi imperaverant, maximam Divini cultûs partem constituebant [q]. *Offensi sunt*, quò minùs tibi crederent [r]: *offensi*, i. e. contristati tanquam re contraria pietati, ut Rom. 14. 15. collat. cum 21. sic Joh. 6. 61. Alias

[z] Bru. ex Be. [a] Bru. [b] Li. ho. [c] Bru. [d] G. [*] Chem. [f] G. [g] Bru. G. [h] G. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. sim. Mal. [m] Bru. [n] Mal. [o] Bru. [p] Mal. & Me. ex G. [q] G. [r] V.

σκανδαλίζειν significat, malo exemplo ad peccandum inducere, ut Matth. 18. 6 [†]. *Offensi*, quòd non jam obliquè, sed ex professo, suas lotiones, omnésque illas exteriores observationes, quibus putabant se bellè Legem implere, tanquam nugas rejiceret. *Pharisæi* autem potiùs quàm *Scribæ* offensi fuerunt [t], quia illi his se sanctiores esse putarent [v]; illarúmque rerum ut Scribæ disputationem & scientiam, ità Pharisæi exactam observationem, profitebantur [x].

13. *Omnis plantatio*, &c.] Φυτεία, *plantatio*, hîc pro φυτὸν, *planta* [y]. Φυτεία, quæ non *plantam* unam denotat, sed *seminarium plantarum*, aptè exprimit societatem hominum, quales erant hi Pharisæi [||]. Per *plantam* hîc intelligunt, vel, 1. homines [z]; Scribas & Pharisæos [a], quos v. seq. *cæcos* vocat, & quos, tanquam homines perditos & profligatos, dimittendos esse significat [b], & succidendos; de quibus proinde non curandum quomodo scandalizentur [c]. Solet Scriptura homines plantis comparare [d], & eorum in hoc mundo constitutionem, plantationi, Esa. 5. 2. Jer. 2. 21 & 12. 2. Amos 9. 15 [*]. sic Esa. 60. 21. & Joan. 15. 2 [f]. Homines omnes à Deo creati sunt, & plantati in mundo: sed quia hæc plantatio vitiata est, opus est novâ à Deo replantatione. Itaque plantati propriè à Deo dicuntur, qui ab ipso renovati, adoptati, & in Christum insiti, ut Esa. 60. 21 [g]. & 61. 3. Ezec. 34. 29. & *plantatio hæc à Deo non plantata*, heterodoxos impios, & hypocritas, notat, qui in Ecclesiæ horto atque externâ societate inveniuntur [h]. Vel, 2. doctrinam [i], sive dogmata; quæ vocantur φυτεία eâdem ratione quâ appellantur Semen. A Deo autem non sunt dogmata quæ fundamentum non habent in revelatione Divina rectéque rationis usu. Ostendit Christus ità vitanda esse offendicula, (de quo monuerat antea sæpiùs,) ut tamen non eò minùs liberè docerentur quæ ad solidam pietatem facerent, etiam cum refutatione dogmatum quæ pietatis profectui obstarent. Ignatius, quod de dogmatis Christus dixerat, ad dogmatum auctores transfert, sensu salvo, epist. ad Trallenses, Οὗτοι, &c. (*Hi*, inquit, *non sunt plantatio Patris, tunc enim non essent hostes crucis Christi, sed palmites maledicti*, &c [k].) Vel 3. Fidem Pharisæorum; quæ, inquit, non provenit à Deo, quippe non ipsius doctrinâ & testimonio fundata, (tunc enim omnia mea dogmata amplecterentur, non, quod faciunt, multa ex eis spernerent, quæ scilicet honoribus commodísque suis minùs faverent,) sed fides est partialis & hypocritica, ideóque non diu duratura; non ergò mirum quòd scandalizantur, &c [l]. ¶ *Eradicabitur*] Ut prava & inutilis exscindetur, & in ignem æternum mittetur. Jam subaudiendum venit, Tales plantæ sunt Pharisæi, &c [m]. Ἐκριζωθήσεται, i. e. *oportet eam evelli*: nempe ducendo homines ad veri cognitionem, ut ex sequentibus apparet [n].

14. *Sinite* (vel, *Omittite*, Er. Tre. Sy. Be. Il. Ti.) *illos*; ità Ar. Æth. Mo. P. Ca. Ἄφετε αὐτοὺς] *Missos facite illos*] V. Pers. Relinquite illos sibi [o]: quomodo dicimus, *jubeas miserum esse lubenter*. Significat Christus eorum offensas tanti non esse, ut propterea deserenda sit causa, facientis ad salutem, veritatis [p]. Nè soliciti sitis de illorum offensione, de quorum eradicatione constare vobis debet. Nemo unquam scandala magis cavit quàm Christus, h. e. dicere aut facere quidquam quo aliquis posset à pietate & salute revocari, vel impediri, (id enim est scandalizare,) sed reprobi, ex cunctis ferè dictis & factis ejus, sibi ipsi scandala struxerunt, i. e. occasiones acceperunt alienandi se ab ipso & à veritate [q]. *Sinite eos*, i. e. abeant, si hoc illis scandalo sit [r]: vel, fugite eorum consuetudinem [†]. ¶ *Cæci*, &c. Ὁδηγοί, &c.] *Duces*, (vel, *Viæ duces*, Be.) *sunt cæci cæcorum*, Tre. Pi. Bru. &c. Occurrit objectioni. Illi, quos offendis, duces sunt. Respondet Christus, Duces quidem sunt, & doctores se aliis præbere volunt, quales oportet esse oculatissimos: at cæci sunt. Non ergò vos moveat, quòd sint principes, doctores, & exempla, populi [t]. Videtur mihi hic esse sensus atque connexio, Si illi consuli sibi nolunt, at plebi consulamus, quæ alioqui tam cæcis ductoribus usa, ipsa quoque cæca in exitium ruet. Similis comparatio in Horatio, *Ut si cæcus iter monstrare velit*, & in Sexto Empirico: [vide in

[†] Pi. [t] Bru. [v] Scul. ex 2. 72. ex Mo. [x] Bru. sim. Mo. ib. [y] Pi. [||] Ham. [z] Mal. ex Athan. Hi. Aug. Chrysost. &c. Bru. E. Chem. [a] Mal. Me. E. [b] Mal. [c] E. [d] Bru. sim. E. [*] Bru. [f] E. [g] Bru. [h] Glass. rhet. 1. 11. 289. [i] Hilar. Th. & Euthym. Chrys. in Mal. [k] G. [l] Ham. [m] Bru. [n] G. [o] Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Ham. [†] Pi. [t] Bru.

in G.] Erat autem vetus traditio apud Hebræos quæ exstat in Midras Thillin ad Psal. 146. *Doctores cæcos fore quo tempore Deus inter ipsos habiturus esset tabernaculum.* Vide Esa. 42. 7. & infrà 23. 24[v]. ¶ *Cæcus — si cæco*, &c.] Et magistri, & qui eos sequuntur, pereunt[x], nec ignorantiâ excusari possunt[y]. Respicitur locus Esa. 3. 6, 8[z].

15. *Respondens — Petrus*] Imò *discipuli*, Marc. 7. 17. Resp. 1. Syllepsis est Scripturæ familiaris, quâ plures ponuntur pro uno, cùm omnes ejusdem sint generis, ut Matth 26. 8. collat. cum Joan. 12. 4. & Matth. 27. 44. collat. cum Luc. 23. 39, 40[a]. Ità h. l. Petrus enim omnium nomine loquitur[b]. *Inst.* Christus in plurali respondet v. seq. *Et vos.* Resp. Ità & Matth. 26. 10. *Quid molesti estis*, cùm unus Judas murmuraret[c]. Resp. 2. Petrus exorsus est, alii eum secuti sunt[d]. ¶ *Parabolam istam*] i. e. γνώμην, illam scilicet de eo quod in os intrat, quódque ex ore proficiscitur. Ità משל sæpe sumitur[*]. *Parabolam* vocat, vel propter obscuritatem[f]; vel quia aliud significatum putaret quàm verba præ se ferrent, quia verba propriè sumpta non traditioni tantùm, sed & legi, Levit. 11. Deut. 14. contraria videbantur[g].

16. *Adhuc*] Ità Er. Il. Be. P. Ti. Ἀκμὴν] *Adeóne*, Ca. *Usque nunc*, Tre. ex Sy. *Usque ad hanc horam*, Pers. *Nuncne etiam*: Theoc. Idyl. 4. Ἀκμὴν ὦ δείλαιε. Polyb. Ἀκμὴν ἕτοιμοι πολεμεῖν ἦσαν, *Adhuc*, seu *tunc quoque*, *parati erant ad bellum*, &c. & mox, διαπορεῖν τε δ' ἀκμὴν, &c. *cùm adhuc dubitaret*, &c[h]. Ἀκμὴν valet, ἔτι καὶ νῦν, quod Polyb. ἐκ παραλλήλου ponit l. 15[i]. Marcus interpretatur οὕτω, 7. 18. *Siccine*. Casaub. in Polybio utplurimum vertit, *cùm maximè*[k]. Ἀκμὴν videtur per Ellipsin poni pro, κατ' ἀκμὴν τούτου τοῦ χρόνου. De ἀκμὴ vide ad Apoc. 14. 18[l]. ¶ *Et vos*, &c. Καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε;] *Et*, (vel, *Etiam*, Sy. Tre. Ca. Pers. Καὶ hîc est nota majoris: Discipulos cum aliis hîc confert[m]:) *vos* (qui jamdudum à me discere debuistis quæ sunt illa in quibus vera pietas consistit[n]: qui jamdiu à latere meo non discedítis, & privatim jam sæpe à me instituti estis[o]:) *intelligentiâ caretis?* Er. Il. Be. &c. Ità ut sermonis mei propriè accepti, ut debet, veritatem non intelligatis[p]?

17. *Omne —— in ventrem* (ex stomacho[q],) *vadit*, (sub. *& non in cor*, quod Marcus hîc addit[r],) *& in secessum*, (vel, *latrinam*, Be. P. Pi. &c: ἀφεδρῶνα dictum à seorsum sedendo †, ab ἀπὸ & ἕζεσθαι, *sedere*[t]:) *emittitur*] Vel, *ejicitur*, sub. *ac proinde non polluit hominem*, &c[v]. Intelligendum hoc est pro subjecta materia, nempe quatenus in eo dici posset aliquid esse immundi. Ità commodissimè solvitur id quod Christo hac in parte objectum narrant Hieron. & Zacharias[x]: quòd aliquid remaneat, quo corpus alitur. Id scilicet Christus nesciebat, quod nemo nescit. At Christus loquitur non philosophicè, sed populariter, quia minimum remanet[y]. Nullam esse in cibo naturalem immunditiam, quæ ad animum possit penetrare, dilucidè Christus explicat. Supponit autem id quod constabat inter Judæos, Cor sedem esse animi, ejus præsertim partis quâ volumus, ex qua culpa nascitur. Unde sequitur, si à cibo immunditia ad cor non pertingit, nè ad animum quidem pertingere. At cibus, dum adhuc permixtus est suis fæcibus, non ad cor defertur, sed εἰς κοιλίαν, in partem ventris depressiorem, in qua est ventriculus. Deinde purgatur cibus, & quicquid naturâ suâ immundum est, ac proinde homini alendo non idoneum, id per alvum dejicitur. Apparet ergò, nec ante purgationem, nec post purgationem, quod in cibo est naturaliter immundum ad cor pervenire, multóque minus ad animum. Hunc sensum nos Marcus docet, cùm dicit, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα[z]. Supponit hîc Christus, nihil posse hominem polluere, nisi cor, quod fons totius hominis, aut quod in eo hæret, aut quod ex eo procedit[a].

18. *Quæ autem* (pleraque scilicet, non enim sputa, vomitus, &c. hîc considerat[b]:) *procedunt de ore*, (qualia sunt non verba solùm, sed & facta, quæ homines solent corde primùm concipere, deinde eloqui ore, ad extremum perficere[c]:) *de corde*, &c.] i. e. Ex anima, propriisque ejus facultatibus, intellectu, & voluntate[d].

19. *De corde enim exeunt cogitationes* (vel, *ratiocinationes*, Mo.) *malæ*.] Ità Er. Il. Tre. Sy. Be. P. Ti. Ca. Pi. Pers. Ar. &c. cujusvis generis peccatorum, non obrepentes illæ insciis aut invitis, sed animo scienti prudentíque placentes[*]. Pravæ cogitationes quas, effectu non secuto, Judæi nè apud Deum quidem in crimine poni putabant, ut alibi observatum est[f]. Idcirco fortasse eas primo loco ponit: simul quia fons sunt cæterorum omnium peccatorum, verborum & operum[g]. Dixit autem διαλογισμοὺς πονηροὺς etiam Dionysius Halicarnassensis sensu simili[h]. Hæ *exeunt*, i. e. nascuntur, ut effectus ex causâ, quanquam non erumpant, sive in verba, sive in opera, sed in corde maneant[i]. Al. Διαλογισμοὶ hîc non sunt *cogitationes*, quia *exire* dicuntur *ex corde* h. l. & *ex homine*, Marc. 7. 20. Fortè *pravas sermocinationes* notat, à λόγος, *sermo*, non à λόγος, *ratio*; unde Hesychius vertit *garrulitatem*, sive *multiloquium*, quod congruit cum mentione *oris*, ver. 11, 18. nisi quòd *os* pro toto homine ponitur. Alia ergò est significatio hujus vocis. Christus hoc loco peccata memorat in secundam Tabulam, idque juxta ordinem Præceptorum, & in plerisque quidem duabus vocibus expressa, ut omnia id genus peccata comprehendat. Ut ergò, φόνοι, *cædes*, summum istius peccati gradum denotant, ità forsan διαλογισμοὶ πονηροὶ proximum gradum significant, nempe *impias machinationes* adversùs vitam alterius, quo sensu vox διαλογισμοὶ sumitur, 1 Mac. 2. 63. 1 Tim. 2. 8. Hinc οἱ ο'. τὸ מזמה vertunt, διαλογισμοὶ, Psal. 139. 20. quod alibi reddunt, ἐγχείρημα, *conatus*, *machinatio*, Jer. 23. 20. & 30. 24[k]. ¶ *Homicidia*, φόνοι] In nonnullis Codicibus scriptum φθόνοι, *invidiæ*[l]. ¶ *Fornicationes*, Πορνεῖαι] *Stupra*, Er. Sed hæc vox magis significat vim mulieri illatam[m]. *Scortationes*, Be. Obiter hîc Christus ostendit non μοιχείαν tantùm, ut crassiores Judæi existimabant, sed & πορνείαν, Lege Divinâ, eâque perpetuâ, interdici; cùm alioqui nunquam hoc ex professo demonstret, quia scilicet Magistri Hebræorum meliores ea in re non hallucinabantur. Hessenorum ἐγκράτειαν (*continentiam*) à Josepho laudatam exponit Abraham Zacuth, *Custodiebant seipsos à scortatione.* Imò congressum cum scorto ità impurum habent ut proverbii loco usurpent, veluti cùm dicunt, *Panem edere illotis manibus perinde est atque cubare cum scorto.* Ad quam sententiam fortè hîc Christus allusit, ut quæ illi comparabant, ea multùm inter se differre ostenderet. Quomodo autem hæc dicantur ex ore proficisci, suprà [ad ver. 11.] diximus[n]. Al. Πορνείαν hîc, ut alibi sæpe, intelligo peccatum contra naturam[o]. ¶ *Blasphemiæ*] Sive in Deum, sive in homines[p]. Βλασφημίαι] *Sermones impii*, V. *Convitia*, V. Ham. *Calumniæ*, Ham. *Maledicta*, Pi. Sic in Cyrilli Lexico, Βλασφημὸς, *maledicus*, βλασφημία, *infamia*, βλασφημῶ, *jurgo*, *maledico*[q].

20. *Hæc sunt*, &c.] Subaudi, Igitur ex homine exeunt ea quæ hominem polluunt[r]. ¶ *Non lotis*, &c.] Non dicit, *impuris* manibus, sed, *illotis*, quia ad lavandum tenebantur, quamvis conscii non forent manus fuisse immundas †. Ex consequenti antecedens vult intelligi. Ideo enim ad puritatem animi nihil referebat manus lavare necne, quia id quod illi lavando putabant emundari, tale non erat ut animum bene sibi conscium posset inquinare[t].

21. *Secessit*] Latendi nonnihil & quiescendi gratiâ[v]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὰ μέρη, &c. *In partes*, i. e. regiones[x], vel agrum, sive territorium[y]: *pars* pro *agro*, ut Amos 4. 7[z].) *Tyri & Sidonis*] i. e. Phœniciæ, cujus præcipuæ hæ erant urbes[a]: urbes erant Gentiles, & maritimæ, & Galilææ vicinæ[b]. Huc se recepit; vel, 1. quia Judæi ejus doctrinam recipere noluerunt[c]: confer Act. 13. 46[d]. vel, 2. quia paulò antè Legis ceremonias abrogâsse videbatur, voluítque ad Gentiles veniendo docere, non esse jam Judæum, & Græcum, &c[*]. Non tamen videtur Christus in regionem ipsam Gentilium ingressus, quod Apostolos facere prohibuerat, Matth. 10. 3. sed tantùm in fines ejus[f]. Εἰς hîc est, *versùs*, ut transtulit Syrus. Nam, εἰς τὰ μεθόρια, inquit Marcus, i. e. *ad confinia*, &c. Neque enim videtur exiisse Christus terræ Hebræorum fines[g].

22. *Ecce* (cùm vellet ipse latere[h]:) *mulier*] Ad Christi feminam, Deo eventus ità disponente, ut quemodo

Margin notes (left column): v G. — x Mal. sim. Eru. — y Mal. — z G. — a Mal. — b Mal. sic Eru. — c Mal. — d Euthym. in Mal. — * G. — f Mal. — g Eru. sim. Be. — h Camer. — i Cas. — k Scul. ex 2. 70. — l Sch. — m Fi. — n G. sim. Eru. — o Pi. — p Eru. — q Eru. — r Idem. — † Be. Eru. sic Pi. — t Pi. — v Eru. — x G. — y Mal. — z G. — a Mal. — b Eru. — c Mal. — d Eru.

Margin notes (right column): * Eru. — f G. sim. Eru. — g Eru. — h G. — i Eru. — k Ham. — l Be. ex Er. sim. Eru. V. — m Be. — n G. — o Ham. — p Eru. — q Ham. — r Eru. — † Li. ho. — t G. — v Eru. — x Be. — y Eru. sim. D. — z D. — a Eru. — b Mal. — c Hi. Bed. & Th. in Mal. — d Mal. — * Chrys. in Mal. — f Mal. — g G.

do antecedens disputatio antiquationem Legis ritualis, ità hæc adoptionem Gentium, adumbraret [i]. ¶ *Chananæa*] Quæ Marc. 7. 26. dicitur *Græca* [k], & *Syrophænissa* [l]. *Chananæa* dicitur, vel, 1. à Cana majore, oppido tribûs Aser, Jos. 19. 28 [m]. Non placet [n]: quia dicitur Χαναναία, non Καναναία [o]; & in Heb. כנענית, non קניית [p]. Verùm LXX & Evangelistæ, dum Græcè scribunt, Hebraicas literas [quales כ & ק] permutare solent [q]. Vel, 2. à terra Canaan [r]. *Chananæi* nomen h. l. accipitur, non [generaliter,] ut complectatur septem illas gentes, &c †; inter quas erant Perizzæi, qui non omnino recitantur inter filios Canaanis, Gen. 10. sed speciatim & distinctivè [t], strictè ac peculiariter [v], pro una illarum gentium, à reliquis distincta, ut Deut. 7. 1. Jos. 3. 10 [x]. item Jos. 9. 1. & 11. 30. Jud. 4. 2 [y]. quæ *ad mare habitavit*, Num. 13. 29 [z]. in Sidone & Tyro, & [eo] quod adjacet oræ maritimæ. Et disertè Tyri cives *Cananæi* vocantur, Esa. 23. 8. Rursum Sidonii accensentur Cananæis, Jud. 1. 31. & Procopius, ad Genesin, Chananæos explicat, *Sidonios* [a]. Ibi Canaan habitavit cum primogenitis suis, *Sidone & Heth* : & Reges *Tyri & Sidonis* vocantur *reges Hittæorum*, 1 Reg. 10. 29 [b]. Hæc mulier *Syrophænissa* vocatur, quia Chananæa & Phœnicia eadem erat regio [c]: & ὁ. *Phœnicum* & *Chananæorum* nomen promiscuè usurpant. Sic idem Saul dicitur *filius* τῆς Φοινίσσης, Exod. 6. 15. & τῆς χαναναίτιδος, Gen. 46. 10 [d]. & pro *Canaan* in Hebræo LXX habent Φοινίκης, vel, Φοινίκων, Jos. 5. 1 [*]. item Exod. 16. 35 [f]. Stephanus Χνᾶ, *sic Phœnicia vocatur*; ubi Χνᾶ est כנע, omissâ literâ ν, quam paragogicam Hebræi fatentur. Sic & Philo Byblius ex Sanchun. apud Euseb. præpar. 1. 10. ἀδελφὸς Χνᾶ τοῦ πρώτου μετονομασθέντος Φοίνικος, (*Chna, qui Phœnicis cognomine primus insigniebatur.*) Hi autem sunt Φοίνικες dicti Homero, Straboni, Plinio, &c. iisque celebrati ex navigatu & mercatu, ut Salomoni, Esaiæ, Oseæ, Zachariæ Cananæi. Ipsi quoque in Africa Phœnices, interrogati qui essent, responderunt Punicè, *Canaani*, teste Aug [g]. Qu. Cur ergò Phœnices nusquam Græcis *Cananæi* vocantur? Resp. 1. Puduit eos sui nominis, tum propter Anathema contortum in patrem suum Chanaan, tum quia videbant se à Judæis bello peti, quòd Chananæi essent. 2. Hoc nomen non prorsus latuit Græcos: nam Eupolemus, apud Euseb. hæc habet, *Chanaan genuit Phœnicum patrem* [h]. Vocis autem *Phœnicis* originem frustrà viri eruditi ex Syriaco quærunt. Neque enim à seipsis ità vocabantur, sed *Cananæi*. Phœnicas autem Græci dixere, ut Aristoteles refert, quòd latrocinantes, ut, in quamcunque oram appulerant, homines occiderent. Nam veteribus Græcis φοινίξαι dicebatur, φονίξαι· quod & Aristophanis Interpres ad Acharnenses notavit. Eadémque de causâ etiam Cares dicti Φοίνικες Bacchylidæ & Corinnæ [i]. *Syrophænissa* dicitur hæc fœmina, quia *Syra* fuit, non tamen ex Judæa, aut Palæstina, aut Cœlesyria, aut Mesopotamia, aut Babylonia, aut Damascena, (quæ omnes *Syriæ* nomine continebantur, ut docent Plin. 5. 12. & ex Strabone Eustathius,) sed ex *Phœnicia* [k]. *Syri* adjectio, ut sæpe apud Poetas, nihil aliud quàm Phœnices Asiæ αὐτόχθονας à colonis ipsorum Africanis Phœnicibus distinguit [l], ut pridem rectè est observatum. Hinc Syrus Marc. 7. 26. Φοινίκισσα dixit, *Punicum Syriæ*. Nec aliter interpretandum Horatii illud, *Et uterque Pœnus serviat uni*, Syrophœnices scilicet & Libyphœnices. Quòd autem Ἑλληνὶς, *Græca*, dicitur, significat nec Hebræam fuisse gente, nec Ἰουδαΐζουσαν. Neque tamen sequitur fuisse idolorum cultricem. Nam & in Judæa, & in vicinis regionibus, & alibi, multi erant viri fœminæque εὐσεβεῖς σεβόμενοι τὸν Θεὸν, extra professionem Judaismi, quales Cornelius, Lydia, &c. de quibus vide Act. 10. 2. & 17. 4, 17. Atque hoc sensu Ἕλληνας sæpe dixit Paulus, omne humanum genus in Græcos & Judæos dispertiens [m]. Scriptura Ἕλληνας vocat quotquot à professione fidei Israeliticæ sunt alieni, ut patet ex Gal. c. 3. v. 28 [n]. *Græca* dicitur pro *Gentilis*, nam Ἕλλην utrumque significat [o]. Unde Canon Concilii Chalced. vetat συνάπτειν πρὸς γάμον αἱρετικῷ ἢ Ἰουδαίῳ ἢ Ἕλληνι P. Ἑλληνὶς *Græca* dicitur, quòd Græcorum religionem & mores sequeretur, *Græcorum* enim *nomen*, inquit Isoc. in Panegyr. *non tam generis* quàm *opinionis*, *sive disciplinæ*, *nomen esse* videtur [q]. Fuit hæc mulier ut *Phœnissa* habitatione, atque indè *Cananæa* nomenclaturâ, ità *Syro-Græca* gente. Quamvis diutissimè succubuerant Judæi, & totus ferè mundus, sub jugo Romanorum, nondum tamen evanuerat memoria Regni *Syro-Græci*, nominéque gentis [r]. ¶ *A finibus* &c.] i.e. Finium, sive partium illarum. ¶ *Egressa*] Non è finibus illis, quos Jesus fuerat ingressus, sed è domo suâ ibi sita. ¶ *Clamavit*] Testata desiderium suum, nec tamen ausa accedere ad virum sanctum ut immunda †. ¶ *Miserere mei*] *Mei* dicit potiùs quàm *filiæ meæ*, vel, ut Christum magis moveret [t]; vel, quia filia sine sensu jacebat : ipsa verò & sui, & filiæ, sentiebat dolorem [v]. ¶ *Domine*] Sic viros honoratos vocare solebant. ¶ *Filii David*] i.c. Promisse Messia [x], de quo ex vicinis Judæis hæc aliquid inaudiverat [y]; qualémque se Christus rebus ipsis declaraverat coram omnibus, Marc. 3. 8. Luc. 6. 17 [z]. ¶ *Malè*, &c. Κακῶς δαιμονίζεται] *Malè* (vel, *Miserè*, V. Er. Il. *Pessimè*, Tre.) *dæmonizatur*, Mo. vel, *furiata est*, Ca. Non probo, nè quis morbum naturalem hunc faciat [a]. Vel, *à dæmonio agitatur*, sive *vexatur*, Er. Il. P. Be. Pi. sic Tre. ex Sy. *Valde gravia à diabolis patitur*, Pers. Credebat ipsum, licèt absentem, eam sanare posse: fides illi non absimilis, Matt. 8. 8 [b].

23. *Non respondit ei verbum*, λόγον] Vel, *verbum*, unum scilicet, pro, οὐδὲ λόγον. Ellipsis adverbii comparativi, ut Matt. 5. 36. & 6. 29 [c]. Vel, *quicquam*, Be. Bru. sic Er. *Verbum*, pro indefinita particula. Hebraismus [d]. Ità Lucilius, *Non audet dicere muttum*, i. e. verbum, ut rectè ad Persium Scholiastes, qui mos loquendi manet in lingua Romanensi Francorum [*]. Exhibuit se durum erga illam [f], quasi nè verbo dignam judicans ||. Vel, 1. nè sibi contrarius videretur; quia Discipulos vetuit ire ad Gentes, Matt. 10. 5 [g]. Vel, 2. ut ostenderet quàm grata ei esset in oratione importunitas [h]. Vel, 3. ut mulieris fidem constantiámque vel probaret [i], vel aliis patefaceret [k]. Vel, 4. ut ostenderet se non sponte, sed invitum, & quasi coactum, Gentibus hanc gratiam impertiri, &c [l]. ¶ *Rogabant*, Ἠρώτων] i. e. Ἐδέοντο [*]: nam sicut *rogare* Latinis ambiguum est ad *orare* & *interrogare*, ità apud Græcos, ἐρωτᾶν, Marc. 7. 26. Luc. 7. 3, 2. 2 Thes. 2. 1 †. Sic & ἐπερωτᾶν sumitur Matt. 16. 1 ||. ¶ *Dimitte eam*; ità Pi. Ἀπόλυσον αὐτήν] *Absolve hanc*, G. sic Er. V. *Ablega*, amanda [m]; cum exauditione, vel satisfactione [n]; concedens ei quod petit [o]; ut colligitur ex Christi responso, v. 24. & 26 P. ¶ *Quia clamat post nos*] Quia molestiâ nos afficit [q], & dedecore [r] : vel, propter importunitatem ejus : vide Luc. cap. 11. v. 8. At Marc. cap. 7. v. 25. domum ingressa ad pedes Christi procidit. Resp. Primùm, in domo hoc fecit, deinde, Christum, eâ neglectâ, exeuntem secuta est, & clamavit, ut hîc dicitur †.

24. *Non sum missus* (vel, *ablegatus*, Camer. nempe à Patre [t], ut Legatus, sive Apostolus [v], ut Christus vocatur Heb. 3. 1 [x] : vel, ut Propheta [y] :) *ad* (εἰς, pro, πρὸς, cùm illud de inanimis, hoc de animatis, utendum moneat Gaza [z]. Sophocles tamen dixit, *adjutorem advenire* εἰς ἐχθρούς, *adversus hostes* : & Aristophanes Pluto, εἰς φειδωλόν, i. e. *ad sordidum atque parcum* [a] :) *nisi ad oves quæ perierunt* (vel, *perditas*, Be. Bru. &c. i. e. homines à Deo alienos, ut Matt. 9. 36. & 10. 6 [b]. electos ad vitam, sed qui adhuc ignorabant viam [c] : potiùs, Judæos omnes; quippe qui in fœdere fuerant, quibus etiam Christus & promissus est, & sine exceptione se patefecit [d] :) *domus Israel*] i.e. Populi Israelitici [*]. Hoc mandatum, inquit, à Patre accepi, tanquam ab eo missus, ut Judæis proponam verba salutaris doctrinæ & miraculis consignem. Nam semen illud numerosum, ex Gentibus Christo promissum, erat demum post mortem, cùm jam non amplius futurus esset Legatus, sed Rex assidens dextræ Patris. Neque tamen hoc obstabat quominus intra Judææ fines ἀλλοφύλῳ uni atque alteri benefaceret. Sed Christus veri partem enuncians, partem reticens, perseverantem fœminæ fiduciam testatam facere voluit in opprobrium Judaicæ gentis [f]. Christus erat totius humani generis Redemptor, sed Apostolus tantùm Israelitarum, indè *Minister circumcisionis* dictus Rom. 15. 8. & illis, non Gentibus, promissus erat; atque ideo rarò & ægrè Gentibus se præbebat, ut omnino se probaret Judæis eum qui fuerat ipsis promissus [g]. Itaque huc non venit ut prædicaret, &c. sed ut lateret, teste Marco [h]. Judæis

[Marginal notes, left column:] i G. k G. Sch. l Bru. Mal. G. &c. m Q. in Mal. n D. Be. o D. sim. Bru. p Be. q Mal. r D. &c. † Bru. sim. Li. ho. t Li. ho. v G. x Bru. y Li. ho. z G. sic Bru. a G. b Li. ho. c Cap. sim. G. EC. d Wal. ex EC. sic Cap. * G. EC. ib. f Cap. g G. h EC. in Wal. i G. k Sch. l G. sim. Mal. m G. n Scul. ex 2. 71. o Scul. ex Hi. p Scul. q Scul. ex Camer.

[Marginal notes, right column:] r Li. ho. † Bru. t Mal. v Mal. ex Chrys. & Th. & Euthym. x Bru. y Mal. sim. Bru. z Bru. a Be. b Bru. c Pi. d Bru. ex Be. * G. f M. || Mal. g Hi. & Beda. in Mal. h M. i Mal. ex Chrys. k Mal. ex Chrysost. sim. M. l Mal. * Bru. † Bru. ex Be. || Be. m Bru. n Sch. sim. Ham. o Bru. Mal. sim. Ham. p Ham. q Hi. in Mal. sic Bru. r Bru. † Mal. t Bru. Pi. v Bru. x Be. Camer. y Pi. z Be. ex Camer. a Camer. b Bru. c M. d Bru. * Bru. ex Be. f G. g Bru. h Mal.

[Line numbers in gutter:] 10 20 30 40 50 60 70

dæis ergò per se prædicavit[i], Gentilibus per Apostolos, &c[k].

25. *Venit*] Coram eo, quod antea ausa non fuit: ità fides ejus tot repulsis aucta est[l]. ¶ *Adjuva*, βοήθει] *Succurre*, Be. Bru. Pi. βοηθεῖν indè dictum quòd ad vocem periclitantis & quiritantis accurritur[m]; id quod & βοηδρομεῖν vocant[n].

26. *Non est bonum*, Καλὸν] *Honestum*, Er. V. *Pulchrum*, vel *Decorum*, Pi. V. i.e. Non decet[o]. Alibi pro συμφέρει, ut Matt. 18. 8, 9. Marc. 14. 21. 1 Cor. 7. 1[p]. Non est justum, sive æquum[q]; i. e. pessimum est[r]. Τὸ καλὸν enim hìc opponitur potiùs τῷ ἀδίκῳ, *iniquo*, quàm τῷ ἀπρεπεῖ, *indecenti* †. ¶ *Sumere*] i. e. Eripere[t]. ¶ *Panem filiorum*] i. e. Liberis alendis propositum debitúmque, subaudi ex Marco, *illis nondum saturis*[v]. *Panem*, nempe totum[x]. *Panem* vocat gratiam Evangelicam[y]; doctrinam & miracula sua[z]. ¶ *Mittere*, βαλεῖν] *Projicere*, Camer. V. *Objicere*, Be. Bru. Pi. ¶ *Canibus*, Κυναρίοις] *Catellis*, scilicet, cujusmodi tu es. Diminutivo uti videtur, vel,quòd de domesticis canibus loquatur[a]: vel, ut pusillos & nullius utilitatis ac pretii canes significaret *. Verum est, Canes Hebræis & Græcis veteribus dici solere eos quos contemnimus[b], homines vilissimos, ut 2 Sam. 3. 8. & 16. 9. 2 Reg. 8. 13[c]. Sed vox κυνάριο ei significationi non convenit. Ità enim appellari vulgò solebant canes qui in deliciis erant, quales Melitenses. Tantùm ergò indicatum voluit Christus discrimen quod ad id tempus erat inter filios promissionis & extraneos[d]. *Canes* vocat, non tam ex sensu suo *, cui non erant adeò exosi[f], sed ex communi gentis loquela, & sententia[g], ut loqueretur cum vulgo[h]; cùm tamen sciret vices brevi mutandas fore, &c[i]. Midras Till. fol. 6. 3. *Ethnici assimulantur canibus*. Sed in proprio capite recidit hoc saxum à Deo in ipsos reallisum. Vide Psal. 59. 6. Philip. 3. 2. Apoc. 22. 15, &c[k]. *Canes* vocat, tum comparatè ad Judæos, qui Deo magis curæ erant: tum quòd publicè impudentérque cum idolis scortarentur[l].

27. *Etiam*; ità Tre. Sy. Be. P. Ti. Ναὶ] *Utique*, Mo. Ar. *Certè*, Er. Ti. *Ità est*, Ca. Ità se res habet ut dicis[m]. Sim sanè canis, hoc est quod volo, atqui indè sic disputo[n]: [ut sequitur.] *Imò*, Il. V. Cui favent sequentia[o]. Alibi est particula juratoriè affirmandi[p]: confirmantis est, non refellentis[q]: est nota assensûs[r]; sed ità ut obsecrationi inserviat †. Quanquam non valde refragor viro doctissimo [Cas.] qui putat ναὶ esse obsecrantis particulam, tamen simplicissimus mihi hic sensus esse videtur, *Verum dicis, Domine, Panes filiorum catellis non objici: contenti enim catelli esse debent micis*, &c. q.d. Et ego nec multa nec magna beneficia postulo, sed unum, quod obiter & sine aliorum detrimento concedi mihi potest. Nam hoc supplere facillimum est ex similitudine à Domino proposita, quam persequitur. Reliquias canibus dari receptum ubique, ut notant Euripides, Philostratus, Aristoteles, &c *. [quorum verba in G.] Al. Mihi ναὶ hìc non est particula assentientis, ut omnes h. l. accipiunt, quomodo & alibi in his libris accipitur[t], sed obsecrantis & obtestantis, ut Philem. v. 20. Ναὶ ἀδελφὲ, *Obsecro frater*[v]: & Apoc. 22. 20. Ναὶ ἔρχου, *Obsecro veni*[x]: & in Eurip. Ναὶ, &c. *Obsecro te per dextram tuam*: & Aristoph. Nub. 5. 2. Ναὶ ναὶ, *Quæso quæso revere patrium Jovem*[y]. Sic & h. l. Nam cùm visus esset Christus ei non concedere quod petebat, illa vehementiùs orat, deinde rationem addit, &c. Non puto eam hæc dicere, ut dictum Christi confirmet, sed à simili potiùs argumentari. Non est autem dubium ναὶ in hac significatione manâsse è fonte Hebraicæ linguæ, quæ *na* & *ana* similiter usurpat[z]. Sed malim ναὶ esse concedentis, ut *esto*, apud Latinos †. Ναὶ, *Ità est*; q. d. Vici, vici, contumeliam teneo curationis pignus, spondet mihi salutem *canis* appellatio: cùm sim familiæ pars, Domini fruar mensâ. Insignis lepor, constans inversione. Græci vocant βίαιον, quando aliquid in contrarium vertitur: ut quando Ulysses accusatur, quòd interfecerit Ajacem, *Tu sepeliisti*; *Ergò occidisti*: ille invertit, *Imò si occidissem, non sepeliissem*[a]. ¶ *Nam*, &c. Καὶ γὰρ, &c.] *Etenim*, Be. P. Ti. Sy. Pi. Conjunctio causalis, καὶ γὰρ, propriè hìc accipitur ad confirmandum scilicet sermonem Domini, per ἀντίθεσιν, sive διάκρισιν, diversorum; qu. d.

[Margin: i Bru. | k Bru. sic Mal. | l Bru. | m Er. sim. | n Ge. Bru. | n Er. | o Pi. sic G. ex Sy. | p G. | q Bru. Pi. | r Pso. pag. 101. | † Bru. ex Be. | t Mal. | v Bru. | x Pi. | y Mal. | z Bru. | a Idem. | * Mal. | b G. | c Mal. | d G. | * Li. ho. sim. Bru. | f Li. ho. | g Bru. | h Li. ho. | i Bru. | k Li. ho. | l Bru. | m Bru. | n Mal. sim. | o Mc | o V. | p Sch. | q V. | r G. sim. Be. Pi. | † Be. | * G. | t Cas. | v Cas. Sch. | x Cas. | y Sch. ex Cas. | z Cas. | † Pri. | a Scul. ex. 2. 70. 2]

micis tantùm, non integro pane[b]. Al. *Etiam*, Tre. Æth. Pers. *Attamen*, V. *Et tamen*, Ca. *Veruntamen*; qu. d. Concedo non esse bonum, veruntamen hoc affirmo, &c[c]. *Sed &*, &c. Καὶ pro ἀλλὰ, ut sæpe[d]. Sit sane, ut dicis, te ob Judæos venisse; ad eos tamen solos bonitatem tuam non restringi pro certo obtineo *. Non graviter fert convitium, nec Judæis invidet illam miraculorum gratiæque copiam, sed micam petit, i.e. sanationem filiæ, &c[f].

28. *O mulier*] Vox admirantis[g]: exclamat tanquam victus[h]. Fides verè Israelitica in extranea muliere. Nam Jacobo, cùm ei *Israelis* nomen inderetur, dictum est, *nam prævaluisti cum Deo, & cum hominibus prævalebis*, Gen. 32. 28. quod optimo jure huic fœminæ dici poterat. Insigne præsagium vocationis Gentium[i]. Nullius fidem admiratus est Christus nisi Gentilium, hìc & Matt. 8[k]. *Magna* erat hæc fides, tum, 1. in se; quòd illa, modicâ doctrinæ scintillâ duce, tanta crederet de Christi potentia & officio, de populo Dei, & de conditione Gentium: tum, 2. in effectis; dum firmam fiduciam humilitate ab omni invidia aliena sic condit, ut neque sibi temere quicquam arroget, neque fontem gratiæ sibi præcludat pusillanimi indignitatis propriæ sensu. ¶ *Fiat*, &c.] Utitur verbo imperantis ad restaurandam creaturam. Confer Gen. 1. & Psal. 148. 5[l].

29. *Secus* (vel, *Juxta*, Er. Tre. Il. &c. *Ad*, Pi.) *mare*, &c.] i. e. Stagnum, apud quod majori ex parte diversabatur. Vide Matth. 4. 18[m]. *Mare* pro *flumine*, in Virgil. *It mare præruptum*. Sic accolæ Padi stagna ejus vocârunt *septem maria*, Herodian. 8. Pin. 3. 16[n]. *Ad lacum Galilææ*, Ca. ¶ *Sedebat ibi*] Exspectans Israelitas ad se confugientes[o].

30. *Habentes*, Ἔχοντες] *Adducentes*, Er. V. Nam id quoque significat ἔχω[p]. Quod nusquam reperio, sed usurpatur interdum pro φέρω, (*fero*;) item pro ἐλαύνω, i. e. *ago*. Sed hæc ad *habendi* significationem referri & possunt & debent[q]. ¶ *Claudos*] Ità Tre. Sy. Er. Be. Il. &c. [Græcè χωλὰς.] ¶ *Mutos*] Ità Bru. Pi. Be. sic Sch. Tre. &c. Opponuntur enim eis *loquentes*, v. seq[r]. Κωφὰς] *Surdos*, Bru. Sch. *Surdos*, quia muti erant †. Κωφὸς utrumque complectitur. Vide Matth. 12. 22. Marc. 7. 32[t]. ¶ *Debiles*] Ità Vetus Interpres vertit κυλλὰς, latissimè, & rectè; cùm de eo hìc agatur cui membra non desint, sed facta sint ἄχρηστα. *Debiles* enim non sunt οἱ ἀσθενεῖς, sed ii qui vitio aliquo impediuntur quominus omnibus membris corporis sui uti possint. Itaque Cicero *debilitatem* & *integritatem* corporis opponit. Et Plinius *Sacerdotes non potuisse creari debiles* ait[v]. Huc facit, quòd hi κυλλοὶ non *redintegrati suis membris*, (quod de mancis dici oportuit,) sed *sanati* tantùm, dicuntur; quod *debilibus* optimè convenit[x]. [Alii tamen aliter reddunt:] *Mutilos*, Æth. Er. Tre. Ti. Ca. *Mancos*, Sy. Ar. Il. Be. P. Mo. Pi. Camer. Non quibus manus est truncata, ut propriè dicuntur infrà 18. 8[y]. sed membris captos, quorum manus[z], aliáve membra, aut naturæ vitio, aut paralysi aliísve morbis, debilitata erant[a], & usui inepta[b]. Cùm vox κυλλὸς Græcis, & quidem usitatissimè, *mutilum* significet, atque ità extra controversiam sumatur infrà & apud Marcum, neque alio significatu in his libris appareat, & Syrus eum in modum interpretetur, non video quid obstet quominus & talia corporis vitia à Christo sanata credamus, quanquam alibi nihil tale legitur: ità ὑγιεῖς infrà sumendum erit pro ἀρτίους[c]. Κυλλὰς etiam dicunt quorum pedes læsi sunt & inutiles, ut claudicarent. Sic Vulcanus Homero est κυλλοποδίων[d]. Κυλλὰς *parte præcipuâ læsos* dixere Græci; *debiles* Latini *. ¶ *Projecerunt*, &c. Ἔῤῥιψαν, &c.] *Abjecerunt* (vel, *Apposuerunt*, V.) *eos ad pedes*, &c. Be. Pi. Sch. &c. cum festinatione, & studio præveniendi alios[f]; ut Christus eorum conspectorum misereatur. Significatur hâc voce, cùm oblationum miserorum multitudo, tum fides offerentium in potentia & clementia Christi[g].

31. *Ità ut turbæ mirarentur*] Videntes impleri vaticinium, Esa. 35. 5[h]. ¶ *Mutos* (i. e. Qui antè muti erant[i]: intelligit sensu diviso[k]:) *loquentes*, &c.] ¶ Κυλλὰς ὑγιεῖς | Hoc non legunt Vulg. & Ar. & Evang. Heb[l]. Legunt autem omnes nostri vetusti Codices & Syrus[m]. ¶ *Deum Israel*] i.e. Qui, exhibito Messia promisso, Israelem visitavit, &c[n].

32. *Convocatis discipulis suis*] Ut sua cum illis consilia

[Margin: b Pi. | c Pi. ex Luth. | d Scul. ib. | * Pri. | f Bru. | g Mal. | h Bru. | i G. | k Mal. | l Bru. | m Bru. | n Ga. ex Scal. | o Bru. | p Er. | q Be. | r Bru. | † Ham. | t Bru. | v Scul. ex. 2. 70. ex Cas. | x Scul. ib. | y Be. | z Bru. | a Bru. ex Be. | b Bru. | c G. | d Gamer. | * Heins. in Wal. | f Sch. | g Bru. | h G. | i Pi. sic Bru. | k Bru. | l Di. | m Be. sic Di. | n Bru.]

silia communicaret [o]; ut eorum fidem exploraret [p], & attentionem ad sequens miraculum excitaret [q]; ut futuri miraculi occasionem captaret. Christus enim nunquam sine magna compertaque necessitate miracula fecit [r]. ¶ *Quia triduò jam perseverant mecum*, Προσμένουσί μοι] *Adhærent mihi*, Bru. *Permanent apud me*, Be. Bru. A latere meo non discedunt †; adeò doctrinæ & miraculis intenti, ut de victu non cogitarent, aut de familiis suis, &c. ¶ *Non habent*, &c.] Quia nihil secum attulerunt commeatûs [t]. ¶ *Jejunos*] *Impastos*, ut loquitur Virg. jejunos [v]; non dato cibo [x]. Nihil illos cibi sumpsisse non est verisimile [y]. ¶ *Nè*, &c. Μήποτε ἐκλυθῶσιν] *Nè* (vel, *Nè quando*, Mo. Ti. *Nè fortè*, Sy.) *deficiant*, Er. Il. P. Mo. Ti. &c. vel, *viribus deficiant*, Be. vel, *langueant*, Sy. *defessi sint*, Pers. *infirmentur*, Ar. *fatigatione deficiant*, Tre. ad verb. *exsolvantur*, quòd in animi deliquio nervi resolvantur. Adeò extenuati sunt inediâ [z].

33. *Unde ergò in deserto*, &c?] Nota locum miraculo idoneum. Nota etiam quàm parum profecerant, obliti prioris miraculi, &c [a]. ¶ *Ut saturemus*; ità Er. Il. Tre. Be. &c. Ὥστε χορτάσαι] *Ut saturare*, Mo. *Ad explendam*, Sy. *Quibus saturemus*, Æth. sim. Pers. Synecdoche speciei catachrestica, nam χορτάζειν propriè est *fœno*, seu *gramine*, *pascere* [b].

34. *Quot habetis panes?*] In familiæ nostræ annonam repositos, quia Christus in eremo sæpe egit, &c [c]. ¶ *Paucos*, Ὀλίγα] Vox & *paucos* significat numero, ut Matth. 7. 14. ubi opponitur *multis*, & 20. 16. & *parvos* mole, ut 1. Tim. 5. 23 †.

35. *Ut discumberent*, Ἀναπεσεῖν] *Discumbere*, Pi. *Considere*, V. Supra, ἀνακλιθῆναι [d]. Sign. *humi considere*, non lectis [*]. Sed hoc nusquam legi [f]. Planè nihil differunt ἀναπίπτειν, ἀνακλίνεσθαι, & ἀνακεῖσθαι, ubi de conviviis agitur [g]: neque refert humine, an in lectis, discumbatur [h]. Canon Synodi Ancyranæ quintus, de iis agens qui in idoleo cœnaverant, ὅσοι, inquit, —ἀναπεσόντες ἔφαγον, i.e. ἀνακείμενοι sequitur enim μεταξὺ δι' ὅλης τῆς ἀνακλίσεως δακρύοντες ||. Remiges cùm impellunt remos, dicuntur προπίπτειν, quòd corpore propendeant in caput; cùm remos adducunt, ἀναπίπτειν, quòd corpus resupinent. Hinc factum ut hæc vox accipiatur pro ἀνακλίνεσθαι, & ἀνακεῖσθαι, *accumbere*, vel *recumbere*, ad cibum capiendum, ut constat ex Luca, qui de ultimo Pascha loquens dixit, ἀνέπεσε, Matth. autem, ἀνέκειτο [i]. In Græci sermonis usu ἀναπεσεῖν aliud significat [k]. Passim in his libris ἀναπίπτειν significat, *discumbere ad cœnam*; cujus significationis, etsi minùs usitatæ, exstant tamen apud disertiores auctores exempla. Euripides Cyclope, Ἀνέπεσε φάρυγος αἰθέρ' ἐξανεὶς βαρύν· (*Recubuit, ex faucibus halitum emittens gravem.*) Alexis Poeta Comicus, Μετὰ ταῦτ' ἀναπεσεῖν ἐκέλευον αὐτὴν πρὸς ἐμέ· (*Posthæc eam juxta me recumbere jussi* [l].)

36. *Gratias agens*] Deo pro hac facultate sibi data, &c. εὐχαριστήσας idem quod εὐλογήσας, ut suprà vidimus [m]. Cùm plures convescuntur, inquiunt Hebræi, debent junctìm gratias agere, hoc est, unus pro reliquis gratias agit [n].

37. *Septem sportas*] Pro numero panum: antea supererant 12. cophini. Hoc discrimen esse voluit Deus, nè duo miracula confunderentur [o]. Σπυρίδας] *Sportas*, vel *corbes*, Gua. Qu. Unde hæ in deserto? Resp. Aliqui forsan in sportis cibum venalem attulerant: una aut altera forsan erat in familia Christi, &c [p]. Distinguitur infrà *sporta* à *cophino* [q]. Verisimile est hunc illâ minorem fuisse [r]. Fortè ad iter, quod diuturnius fore putabant, sportas potiùs quàm cophinos assumpserant †.

39. *In fines* (i. e. In agros locáque vicina [t]:) *Magedan* Μαγδαλά] *Magdala*, Be. Pi. Sch. &c. Ità Ar. & Evangelium Hebræum [v]. Alii legunt Μαγαδάν, *Magedan*. Ità Vulgatus [x], & unum exemplar [y]. Ità olim habuit Græca lectio, ut ex Hieron. & Aug. apparet, atque etiam nunc optimæ notæ Codices [z]. Syrus habet מגדו, *Magedu*, iisdem literis cum מגדו [a], de quo Jos. 17. 11. Jud. 1. 27. Hunc locum esse puto [b]. Sed quia ex Jud. 1. 22. liquet, urbem hanc fuisse in tribu Manassis cis Jordanem, procul à mari Galilææ, versùs mare Mediterraneum, non quadrat huic loco ea regio; ut nec *Magdala*, quæ in tribu Juda constitui solet: nimis enim ea procul à mari Galilææ distat quàm ut Dominus, conscenso navigio, eò profectus dici queat. Exhibetur autem in mappa Judaica urbs cis mare Galilææ in ipso littore, cui nomen מגדליתא, *Magdalitha*. Sed certum, videtur, Dominum hìc profectum ultra mare, tum quia Dalmanutha, de qua Marc. 8. 10. erat ultra mare; tum, quia indè abiisse dicitur in ulteriorem ripam, ibid. v. 13; & v. 22. venisse Bethsaidam, quæ erat cis mare: opposita ergò ripa ultra mare [c]. Neque tamen nego fuisse locum qui *Magdala* appellaretur, unde *Magdalena* nomen fuerit: imò ex ejus nominis vicinitate errorem natum arbitror [d]. Non rejicio μαγδαλά tanquam mendosum: sed idem esse arbitror מגדן *magdan* & מגדל *magdal*, permutatis tantùm ejusdem organi literis ל & ן; quippe ambabus lingualibus: sicut ex אלמנה, *vidua*, fit Syris ארמלא; ex נתן, *dedit*, יתל, *dabit*; pro יהוא, *erit*, להוא, apud Dan [*]. In Marco, pro Δαλμανουθά quidam Codices habent μαγδαλά, & olim haud paucos Codices ibidem habuisse Μαγεδά, commemorat Augustinus: Quod mihi quidem non sufficit, ut lectionem quæ apud Marcum est solicitem; [ob rationem mox dandam.] Sed, cùm id quod in quibusdam est Marci Codicibus, interpretamentum esse arbitrer ex hoc Matthæi loco desumptum, videtur mihi hoc quoque ad cætera testimonia ejus quàm dixi lectionis Μαγαδάν accedere. Suadeo & hìc & ubicunque lectiones discrepant, vetustissimos Codices consulant si quibus nanciscendi est copia [f]. Marcus habet *Dalmanutha* [g]. Vel, 1. idem locus erat binominis [h]: ejusdem regionis nomen erat & *Magdala*, & *Dalmanutha*, fortè & *Magedan* [i]. Vel, 2. propinqua erant loca. Vel. 3. alterum erat regio, alterum vicus [k]. Nemo autem credat, Magedan fuisse Dalmanutha, sed eadem fuit utriusque regio, quippe quæ inter utrumque vicum sita fuerit [l]. Ex tabula Judææ quam Judæi dederunt, discimus eundem esse tractum in quo vici *Magadan* & *Dalmanutha* [m]; ità ut ab utrovis denominari is tractus potuerit, sicut idem est tractus Gadaræ & Gergesæ, ut suprà dictum est [*].

CAP. XVI.

1. *Et accesserunt*, &c.] In plerisque Codicibus non habentur 3 vel 4 primi hujus cap. versus [a]. Omnes tamen Græci Latinique Codices legunt hic, & apud Marcum. Dices, eadem narrari suprà, Matth. 12. 38. Resp. Illic Scribæ erant & Pharisæi; hìc Pharisæi & Saducæi. Nihil autem vetat, alios eadem aliàs interrogâsse [b]. ¶ *Pharisæi & Sadducæi*] Illi superstitiosi; hi nullius penè religionis [c]: sibi mutuò adversarii, conspirantes tamen in Christum [d]. ¶ *Tentantes*, Πειράζοντες, *Quærentes calumniæ occasionem*: ità vox eadem infra sumitur 19. 3. & 22. 18. & alibi [*]. Vide ad Matth. 4. 3. Non sinceris animis, nec studio discendi [f], ut veritatem cognoscerent [g], & in Christum crederent [h], sed captiosè & malo animo [i], ut experirentur virtutem Christi quàm illa nulla esset [k], & reprehensionis occasionem arriperent; vel impellente illos diffidentiâ, aut curiositate importunâ [l]. ¶ *Rogaverunt eum*; ità Pi. &c. Ἐπηρώτησαν] *Orarunt*. Ἀκυρία λόγου, *sermonis improprietas*, Evangelistæ usitata [m]. ¶ *Signum de cœlo*] Quale ediderunt Josue, Solem sistens; Samuel, tonitrua eliciens; Jesaias, umbram reducens [n]; Elias, 2 Reg. 1. 10 [o]. vel potiùs, Moses in manna [p]; ex collat. Joh. 6 [q]. Priora ipsius miracula enervare conantur tanquam incerta an à Deo profecta, quippe terrestria, & quæ Magiæ artibus, sive naturalis, sive dœmoniacæ, adscribi possint. *De cœlo*, ut constet te habere auctoritatem è cœlo [r].

2. *Vicitis*, *Serenum*, Εὐδία] *Serenitas*, Mo. P. Er. Il. Be. Sy. &c. propriè aeris bonitas, sive bona constitutio, ab εὖ, *bene*, & Διὸς, *Jovem*, h.e. cœlum, sive aerem †. *Lucida regio*, Æth. sub. *erit*, Æth. Sy. Er. Be. Bru. cras scilicet [t]. ¶ *Rubicundum*, &c. Πυρράζει, &c.] *Rubet enim* (instar ignis, quæ est emphasis Græci verbi [v]:) *cælum*, Pi. Be. &c. i. e. aer [x].

3. *Tempestas*; ità Mo. Sy. Er. Il. Be. &c. venti [y], aut

Margin notes (left): [o] Hi. in Mal. [p] Mal. [q] Bru. [r] Mal. † Bru. ex Be. [t] Bru. [v] Be. [x] Bru. [y] Be. [z] Bru. [a] Bru. [b] Pi. [c] Bru. † Sch. [d] G. [*] Er. [f] i.e. [g] G. [h] G. sic Be. || G. [i] Pe. [k] Camer. [l] Cas. [m] Bru. [n] Li. ho. [o] Bru. [p] Idem. [q] G. [r] Gua. † G. [t] Bru. [v] Di. [x] Di. sic G. [y] Be. [z] G. [a] Di. [b] Ham.

Margin notes (right): [c] D. [d] G. [*] Di. [f] G. [g] Er. Be. &c. [h] Q. in Er. sic Me. ex Mal. [i] Camer. [k] Me. sim. Mal. [l] Di. [m] G. sim. Di. [*] G. [a] Hi. in Mal. [b] Val. [c] Bru. [d] Bru. sim. Mal. [*] G. [f] Bru. [g] M. [h] Eru. [i] Be. [k] Bru. [l] Be. [m] Pi. [n] Be. [o] Pi. [p] Bru. sim. Be. [q] Be. [r] Eru. † Pi. [t] Bru. [v] Pi. [x] Bru. Pi. [y] Bru.

aut pluviæ [z], ut vox sit à χέω, *fundo* [a]. Χειμὼν] *Hyemalis tempestas*, Tre. sub. *erit*, vel *futura est*, Be. Ca. Tre. &c. *Pluet.* Æth. ¶ *Rutilat*, &c. Πυῤῥάζει γὰρ συγνάζων ὁ οὐρανός] *Rubet enim triste* (vel, *obnubilatum*, Æth. vel, *tristitiam adferens*, ad tempestatem proclive [b].) *cœlum*, Sy. Er. Il. Mo. Tre. &c. Vespertinum ruborem, serenitatis, matutinum, pluviæ, signum esse longa experientia docuit [c], nec opus est de ea re philosophari [d]. [Causas tamen proferunt, Bru. & T.] Eadem prognostica habent Aratus, Plin. 18.35 *. [Verba vide in Be.] ¶ Ὑποκριταὶ] *Hypocritæ*, Be. Pi. Hanc vocem non legerunt Vulg. & Evang. Heb. legerunt autem Sy. & Ar [f]. Pharisæos sæpe hoc nomine compellat. Cur & Sadducæos, qui negando vitam alteram vim religionis apertè satis evertebant? Nimirum videri volebant φιλοπάτριδες, & legum publicarum acerrimi custodes, teste Josepho: atque hac ratione summos honores adipiscebantur, ut idem notat [g]. *Hypocritas* vocat, quia sapientes videri volebant, cùm essent insipientissimi [h]: vel, quia videri volebant omne studium in rebus Divinis collocare, quum plus studii fideíque tribuerint rebus naturæ [i]. ¶ *Faciem*, &c. Πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ γινώσκετε διακρίνειν] *Faciem* (i.e. Vultum [k]; quem Virgilius & feris tribuit, & mari [l]; [verba vide in Be.] habitum, dispositionem [m]; speciem externam, quæ *facies* Hebræis dicitur [n]:) *cœli nostis discernere*, Be. Pi. &c. vel, *scrutari*, Sy. ità discernere ut indè prædicetis quæ immineat tempestas [o], atque ad ea præsagia, sive, ut Græci vocant, ἐπισημασία, componatis res vestras. Sic astra à Deo in suas significationes discreta dicit Aratus [p]. [Verba vide in G.] Curiosi admodum erant Judæi in observandis tempestatibus cœli [q]. [De quo vide Li.] ¶ *Signa*, &c. Τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε] *Signa verò* (i.e. Notas, indicia [r]: rectè σημεῖα· nam prognostica, quæ causas ex qualitate cœli trahunt, ad signorum genus referri notavit & Quintilianus l. 5. c. 10 †.) *temporum* (vel, *illorum temporum*, Be. Bru. æternò prædestinatorum, promissorum deinde *, & à Prophetis prædictorum ||; ac jam demum impletorum †; & quæ vestrum fuit potissimùm nosse, & cæteris indicare [t]. Vel, *opportunitatum*, i.e. opportuna salutis tempora quæ Deus vobis largitur [v]: καιρὸς enim non tam *tempus*, quàm *temporis occasionem & opportunitatem*, significat [x]. Vel, *temporis hujus*, Sy. Ar. Pers. Tre. Di. G. i. e. gratiosæ visitationis Dei à Prophetis prædictæ, & suo tempore faciendæ [y]. Lucas singulariter dixit, τὸν καιρὸν [z].) *non potestis?* Pi. sic Mo. Er. Ti. Ca. Æth. Interrogatio reprehendens; q.d. Quum possitis illud, debebatis & hoc [a]. Quî fit ut videre nequeatis, nisi quia non vultis? ὅτι οὐ δοκιμάζετε τὸν καιρὸν, ut est apud Lucam [b]. Hoc maximè deberetis; & si non possitis, nullâ veniâ digna est vestra sive negligentia, quâ hæc non observatis; sive affectata cæcitas, quâ videre non vultis; sive irritandi Dei cupiditas, quâ plura exigitis [c]. Sensus hic est, Si Divina providentia tam benigna fuit in homines, ut sereni, venti, pluviæ, signa quædam præmitteret; quantò æquius credi est ab eadem providentia data esse signa imminentis adventûs Messiæ; cùm ea res sit infinitò majoris momenti, non ad susceptionem dilationémve itineris alicujus, sed ad vitam omnem instituendam pertinens? Sed vos ad illa signa consideranda satis estis diligentes; de adventu autem Messiæ signa poscitis, quasi nulla sint data; cùm data sint & multa & certissima, sed ad quæ vobis aut non vacat, aut non lubet, attendere. Nam si Prophetarum oracula tam solicitè inspiceretis, quàm aliquò profecturi cœli faciem intuemini [d], agnosceretis haud dubiè instare finem hebdomadum Danelis *; ablatum Syriæ & Ægypto Regni decus [f]; sceptrum Judaicum ablatum, juxta Gen. 49. 10 [g]; nullam vobis esse jugi, sub quo estis, excutiendi spem [h]; populi mores depravatissimos [i]; ipsos ductores populi, qui vos estis, aut exstinguere pietatis ignem, adempta spe vitæ melioris, aut omnem religionem in frigidas ceremonias convertere: contrà, à me proponi doctrinam conspicuæ puritatis; accedere signa, non quæ animi gratiâ fiunt, sed quibus homines juventur; cæcis reddi visum, claudis gressum, ægrotis sanitatem: quæ omnia certissima sunt signa Regni Messiæ [k]; miracula à me edita, qualia nec antea visa, nec audita [l]; testimonia [de me] Angelorum, stellæ, Patris è cœlo, Spiritûs S. Johannis, Dæmoniorum [m]; confluentem infinitam multitudinem ad professionem Evangelii; atque excitatos omnium animos in præsentem exspectationem Messiæ. Signa ista insignia sunt, & quasi digito demonstrant adesse dies Messiæ. Stupenda ergò est vestra cœcitas, voluntaria pariter ac cœlitùs immissa: peccatum simul & pœna [n]. Est autem comparatio non omnino dissimilis apud Plutarchum. Ἄτοπον γὰρ, &c. (—*Absurdum autem est*, ut inquit Democritus, *corvorum crocitationibus*—*aliisque ventorum imbriúmve indiciis studiosè attendere*; *corporis autem motus & morborum præludia non præcavere*, *neque hyemis in nobis futuræ prognostica tenere.*) Cætera quæ huc pertinent explicata sunt suprà ad c. 12. Notemus interim res easdem plùs semel à Christo dictas factásque: quod cùm sæpe ex unius scriptoris narratione appareat, eò minùs laborandum est nobis, sicubi scriptores diversi interdum rebus eisdem diversa loca, aut tempora, aut circumstantias, assignant [o].

4. *Generatio mala*,] Apostrophe ad circumstantes. ¶ *Adultera*] Spirituali adulterio, videl. defectione à cultu Dei ad sua somnia [p]. Vide hæc explicata Matth. 12. 39 [q].

5. *Et*, &c. Καὶ ἐλθόντες, &c.] *Et cùm venissent*, &c. Be. Bru. vel, *venirent*, &c. Bru. Mal. *irent*, &c. Bru. Pi. *proficiscerentur in ulteriorem ripam*, G. ἐλθόντες, pro, ἐρχόμενοι [r] & ἔρχεσθαι, *venire*, pro, πορεύεσθαι, *ire* †, ut infrà vers. 13. 24. apertissimè verò Luc. 15. 20. sed & Luc. 2. 44 [t]. & Joh. 6. 17 [v]. Constat enim ex Marc. 8. 14, 15. hos sermones in ipso itinere atque adeò in navi habitos [x]: quia post eos dicitur venisse εἰς Βηθσαϊδὰν, ib. v. 22. pro quo hîc, εἰς τὸ πέραν, i.e. *in*, vel *versùs*, *ulteriorem* ripam: de qua phrasi vide dicta ad Matth. 14. 22 [y]. Nam quæ apud Lucam est historia c. 12. ab hac diversam esse arbitror. Hîc de fermento & Pharisæorum & Sadducæorum agitur; ibi de fermento Pharisæorum duntaxat: hîc Discipulos solos Christus alloquitur; ibi totam populi multitudinem: ut jam taceam ibi potiùs de malis exemplis agi, quæ *fermentum* vocantur & 1 Cor. 5. 6; hîc de ipsis dogmatibus [z]. ¶ *Obliti sunt*] Vel, *fuerant*, &c. Be. Bru. Pi. pro, Tunc demum animadverterant se oblitos esse [a]. At Evangelista oblivionem tantùm allegat, non ejus agnitionem [b]. ¶ *Panes accipere*, λαβεῖν] *Sumere*, secum ad iter [c]: emere, eo loci unde discesserant [d]: septem enim sportas, quas plenas habuerant, Matth. 15. 37. aut sponte, aut Christi jussu, in pauperes distribuerant *.

6. *Intuemini* (vel, *Videte*, i. e. Providete [f],) *& cavete*] Duplicatio verborum—epitasin cautionis habet; q.d. Diligenter cavete [g]. ¶ *A fermento*] i.e. A doctrina [h]. Natura fermenti est vim suam latè spargere: ideo suprà vera doctrina fermento comparata est. Hîc & Galat. 5. 9. falsa dogmata fermento comparantur eandem ob causam, sed & præterea ob saporis amaritiem, & fermentatio corruptio quædam est, teste Plutarcho: [verba habet G.] Alibi, ut dixi, mala exempla, quæ & ipsa nocent transitione; præsertim verò ea quæ sunt hominibus inflandis. Rabbini malos appetitus *fermentum* vocant [i]. At *fermentum* hoc *hypocrisis* est, Luc. cap. 12. vers. 1. Resp. Eorum doctrina sic vocatur, vel, quia ad hypocrisin tota spectabat; vel, quia aliud docebant, aliud faciebant. At jussit Christus *facere quæ hi dicunt*, Matth. 23. 2. Resp. Credendum eis est dum *super cathedram Mosis sedent*, i.e. Legem Mosis explicant: hîc autem non de Lege Mosis, sed de proprio eorum fermento, loquitur, à quo cavere jubet [k]. ¶ *Pharisæorum*] Qui traditiones astruebant, &c. & Legem corrumpebant interpretatione suâ, &c. Vide Matth. 5. 23, 29. & 15. 8. ¶ *Sadducæorum*] Qui negabant carnis resurrectionem, Matth. 22. 23. & spiritum, Act. 23. 8. & animæ immortalitatem, Jo. Antiq. 18. 2. quorum mores doctrinæ pares erant, belluini, inhumani, &c. ut refert idem Josephus [l]. At pro, *& Sadducæorum*, est, *& Herodis*, Marc. 8. 15 [m]. Resp. 1. Christus omnium trium meminit [n]. 2. Sadducæorum nonnulli simul erant Herodiani, h. e. Herodem Magnum esse dicebant Siloh à Jacobo promissum. Quod rectè à Tertul. de Herodianis esse proditum, docere nos potest etiam Persius & vetus ad eum Annotator; ut planè immeritò id negârit

Marginal notes (left column): [z] Bru. sim. Pi. — [a] Pi. — [b] Bru. — [c] Me. ex Mal. — [d] Mal. — * Be. — [f] Di. — [g] G. — [h] Mal. — [i] Bru. — [k] Be. Bru. — [l] Be. — [m] Bru — [n] Bru. ex Be. — [o] G. sim. Bru. — [p] G. — [q] Li. ho. — [r] Bru. — † G. — * Bru — || Be. — † Bru. — [t] Be. — [v] Di. — [x] Di. sim. Be. — [y] Pi. — [z] G. — [a] Pi. — [b] G. — [c] Bru. — [d] G. — * G. sim. Bru. Li. ho. — [f] G. — [g] Bru. — [h] Li. ho. — [i] G. sim. Li. ho. — [k] G. — [l] Li. ho.

Marginal notes (right column): [m] Bru. — [n] Li. ho. — [o] G. — [p] Pi. — [q] Bru. Mal. — [r] Pi. — † Pi. G. — [t] G. — [v] Pi. — [x] G. ex Hi. sim. Pi. — [y] Pi. — [z] G. — [a] Be. — [b] Sch. — [c] Pi. — [d] Bru. — * Mal. — [f] Camer. — [g] Bru. — [h] Bru. Mal. Pi. — [i] G. ad v. 5. — [k] Mal. — [l] Bru. — [m] Mal. Ham. sim. G. — [n] Ham.

negârit Hieron. ad Matth. 22. qui tamen ipse contra Luciferianos scribens idem affirmaverat. Idem de Herodianis tradit Epiphanius, nisi quòd ad Herodem Baptistæ interfectorem trahit id quod ad Herodem Magnum pertinebat. Non erat autem talis opinio aliena ab illis qui in hujus vitæ felicitate & florenti Reip. statu spes omnes collocabant. Nam Regni gloria, intermissa ab excidii Babylonici temporibus, in Herode demum Judæis erat restituta, qui ità comiter observabat Romanam majestatem, ut interim plena haberet Regni jura. Quare mirum non est, si, vivente & regnante Herode, Sadducæi ad dignitates maximas pervenerunt, quod Josephus notat. Duo igitur dogmatum genera solicitè vitanda Christus docet, ea quæ præcipuam pietatem ponunt in externa rituum, præsertim ab hominibus repertorum, observatione, & ea quæ religionem transformant in Regnum hujus mundi [o]. Sadducæi Herodi & Romanis adhæserunt, quum Pharisæi Cæsarem pro usurpatore habebant [p].

7. *Cogitabant*, Διελογίζοντο] *Disceptabant*, Be. Pi. sim. Er. V. ¶ *Intra se*] i.e. Apud se. Syrus, *In animis suis*. Vel, *Inter se*, mutuò scilicet; alius in alium culpam conferens [q]. Non tacitos tantùm cogitâsse, sed inter se collocutos, certissimum est ex Marc. 8. 16 [r]. ¶ *Dicentes*] Sub. *Ideo scilicet hoc dixit*, G. sim. V. Glass. qualis ellipsis est & v. seq. & apertissima Matth. 25. 9 †. In oratione seu propositione connexâ, interdum deest integrum membrum, idque vel prius, ut h.l. & Marc. 3. 30. *Quoniam* (pro, *Hæc dicebat illis, quoniam*) *dicebant*, &c: Luc. 9. 13. *Nisi* (pro, *Non possumus eis dare nisi*) *nos profecti emamus*, &c: 2 Thes. 2. 3. *Nisi* (pro, *Non adveniet dies Christi extremus nisi*) *venerit defectio*, &c. Vel posterius, ut Matth. 8. 9. *Nam ego* —— sub. *quantò magis tu*: Marc. 11. 32. *Si dixerimus*, &c. (sub. *quid fiet nobis?*) *timebant enim*, &c [t]. ¶ *Quia panes non accepimus*] i.e. Obliti sumus familiæ de panibus prospicere [v]. Existimabant Jesum, cùm sciret deesse illis panes, monere eos in tempore nè panem sibi ab hominibus Pharisaicæ aut Sadducaicæ sectæ compararent [x]: planè quasi is panis ipsos esset inquinaturus. Tam citò illis Christi præcepta exciderant, quibus docuerat, nullam esse vim in rebus istiusmodi ad animum inquinandum [y]. Simul autem, nè panis penuriâ laborarent, anxiè metuere cœperunt; præsertim circumscriptâ, ut existimabant, & in magnas angustias redactâ, emendi libertate [z]. Duo videntur fuisse præsertim, quæ Discipulos in erroneam horum verborum interpretationem adegerint. 1. Quòd curiosè admodum caveretur à Canonibus Pharisaicis, quo fermento utendum, quo non: sparsim occurrunt disputationes, an utendum fermento *Ethnico?* an *Cuthæo*, &c. Vide Hieros. Schabb. fol. 3. 3. quâ cautelâ & Christum ipsos de fermento Pharisæorum instruxisse putabant, simùlque corripuisse de non adductis panibus. 2. Quòd *fermentum* de affectibus malis & cordis pravitate sæpe adhibitum audivissent, [vide Li.] de prava verò doctrina, rarò vel nunquam [a].

8. *Sciens*] Vi suæ Divinitatis [b]. ¶ *Quid cogitatis*, &c? i.e. Quid existimatis hoc à me ea de causa dictum, quòd panum copiam non habeatis, quasi scilicet necesse sit vobis aut fame perire, aut ab hominibus panes accipere, sed cavendum omnino nè à Pharisæis aut Sadducæis eos accipiatis? Annon ego vos possum pascere etiamsi à nemine homine panem comparetis? Itaque non erat quòd vobis eo nomine tam solicitè Sadducæorum & Pharisæorum commercia interdiceretem [c].

9. *Nondum intelligitis*] Sive modum loquendi docendíq; meum; sive virtutem meam & curam quam pro his gero qui mihi adhærent [d]. ¶ *Quinque panes*, &c. Ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων] *Panes*, (sub. *illorum* Er. Be. Bru.) *quinque millium*. Er. V. Be. Pi. Bru. ex Sy. i.e. quibus tot pavi [*]: vel, *cùm essent quinque millia*, Er. Ti. quasi τῶν πεντάκις absolutè positum esset [f]. Vel, *in quinque*, &c. sub. *distributorum*, Bru. Camer. sim. Zeg. In aliis libris scribitur, & *quinque*, &c. qui scil. pasti sunt [g].

10. *Sportas*] Constanter retinent Evangelistæ in hoc miraculo *sportæ*, in priori *cophini*, nomen; ut intelligas variam utriusque mensuram [h].

11. *Quare*, Πῶς, &c.] *Quòmodò*, &c. Bru. ex Sy. Be. Pi. Expostulantis est [i], & admirantis [k]; ut in Cicer. de amicitia, *Quomodo*, inquit, (*ut alia omittam*) *mortem filii tulit* [l]? *Quî fit ut non intelligatis?* Er. sic Be. Bru. ¶ *Dixi*, &c. Εἶπον ὑμῖν προσέχειν] Iterum ellipsis, pro, εἶπον ὑμῖν ὅτι εἶπον προσέχειν. Quam constructionem qui non intellexerunt, addiderunt, προσέχετε δὲ [m].

12. *Sed à doctrina*, &c.] Vel, *à* fermento *doctrinæ*, ut ζύμης repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, cujusmodi ellipsin annotavimus suprà 5. 20. & 1 Pet. 1. 7 [n].

13. *Venit*, Ἐλθὼν] *Cùm venisset*, Be. Bru. Pi. potius, *cùm proficisceretur*, ut suprà [o]: habiti enim sunt hi sermones ἐν ὁδῷ, Marc. 8. 27 [p]. At Luc. 9. 18. habiti sunt ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον καταμόνας. Resp. 1. Hoc sic verto, *postquam solus oràsset*. Hebraismus, quo *in* vel *cum* sumuntur pro *postquam*, ut Psal. 126. 1. *In convertendo*, &c. i.e. postquam convertit, aut cùm convertisset, &c. Hab. 3. 2. *In ira*, &c. i.e. cùm, vel postquam, iratus fueris, &c [q]. 2. Non significat Marcus habitos in via publica (nam contrà ex Luca discimus habitos in secessu quodam ubi Christus precabatur) sed antequam ad itineris finem perventum esset [r]. ¶ *Cæsareæ Philippi*] Vel, *Cæsareæ ejus quæ cognominetur Philippi*, V. sim. Er. Pi. Bru. quia condita à Philippo Tetrarcha †, Herodis Magni ex Cleopatra filio [t], idque in honorem Tiberii [v]; de qua vide Jo. Antiq. 18. 3 [x]. Sita hæc erat ad radices Libani [y], & ad fontes Jordanis [z]. Additum, *Philippi*, nè intelligeretur Cæsarea quæ (ut vetustior & nobilior [a],) simpliciter dici solet [b], tum in Actis Apostolicis [c], tum in Josepho [d], ab Herode condita: cui nomen vetus *Stratonis turris* [*]. ¶ *Quem*, &c. Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; [Variant:] *Quid dicunt homines de filio hominis?* Ar. *Quem* (i.e. Qualem, non tam sanctitate, quæ notissima erat, quàm opinione dignitatis auctoritatísque suæ [f]:) *dicunt homines* (i.e. turbæ, ut Lucas exponit, sive plebeii; de primatibus enim constabat, eos nihil de ipso boni prædicare [g]:) *esse filium hominis?* Æth. Vulg. Mal. &c. i.e. me [h], (sic enim solet de se loqui, ut Mat. 8. 20 [i].) qui omni paratu exteriore nihil præter de plebe hominem profero [k]. Studiosè sic loquitur, nè jactanter hoc quærere videatur [l]. *Quem*, vel *Quemnam*, *esse me dicunt homines*, *filium* (vel, *filium illum*, Ti. Pi.) *hominis?* Be. Pi. Ti. Dictum per appositionem, quanquam με videatur redundare, & quum esset glossema, irrepsisse in textum [m]. Abest με in uno Codice Græco; nec Hieron. id legit [n]; nec liquet Orig. & Chrys. legisse [o]. At legit Epiphan [p]. & Theophylactus [q]. *Quem me dicunt homines, qui sum filius hominis?* Tre. *Quem me dicunt homines esse, me homine natum?* Ca. *Quem me dicunt homines esse?* (sub. *an*, quam ellipsin invenio infra 18. 21. in duplici etiam interrogatione, sicut hoc loco [r]:) *filium hominis?* Mo. P. Be. Vox τίνα non tam de persona hîc quærit, quàm de qualitate personæ, ut מי in 1 Sam. 17. 55. בן מי non *filius cujus*, sed *filius qualis viri*, hîc juvenis? Incertæ & vagæ erant Judæorum opiniones de persona Messiæ, an is è vivis oriundus esset, ignoto originis modo, an è mortuis, & victorias ejus terrestres somniabant. Quare non tam quærit, an Messiam illum agnoscerent (hoc enim agnoverunt non modò Discipuli, sed & cæci illi, Mat. 9. 27.) quàm, Messiam agnoscentes, qualemnam eum conciperent; quò respicit responsum Petri, Dico te esse *Filium Dei*, &c. Errores Judæorum confutat hîc titulus, *Filius hominis*, qui, nec humanitatem ejus solùm, nec humilitatem, (ut colligitur ex Joh. 5. 27.) sed *semen* Adamo *promissum*, enuntiat, cujus victoria est contritio capitis serpentis, non subjugatio gentium †.

14. *Alii Johannem, alii*, &c.] Vide dicta ad Mat. 11. 3. & 14. 2 [t]. Pharisæi animarum μετάβασιν, sive transmigrationem, docebant, sed non omnium, verùm bonorum. Hinc natus multiplex de Christo sermo, quem tamen omnes eximiè bonum testabantur; quòd in ejus corpus hominum præstantissimorum animam ingressam putabant [v]. Cur hoc ad παλιγγενεσίας opinionem referri nequeat, suprà diximus. Multi Hebræorum putabant eos demum resurgere, qui ob Legem Divinam mortem oppetiissent, ut ex Tacito alibi notavimus: quò & illud pertinere videtur, 2 Mac. 7. 9. Certè de his firmior quàm de cæteris fuit persuasio. Quare qui-

[o] G. [p] Ham. [q] Bru. [r] G. sim. Bru. † G. [t] Glass. gram. 4. 2. 4. 708. [v] Bru. [x] G. sim. Bru. [y] G. [z] G. sim. Bru. [a] Li. ho. [b] Bru. sim. Ec. [c] G. [d] Bru. [*] Be. sic Bru. [f] Be. [g] Bru. [h] Bru. sim. Ham.

[i] Bru. [k] Ec. Bru. [l] Ec. [m] G. [n] Ec. [o] G. [p] G. sic Mal. [q] Mal. [r] G. † Pi. sic Er. Camer. Fe. Ham. Bru. Mal. &c. [t] Pi. [v] Ec. Bru. Pi. [x] Bru. ex Be. [y] Ec. Bru. Pi. [z] Pi. M. [a] Bru. [b] G. sim. Bru. [c] Bru. sic G. [d] Bru. [*] G. sic Bru. [f] Bru. [g] Idem. [h] Bru. G. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. [m] Pi. sim. Ec. [n] Be. [o] Er. [p] Be. [q] Er. [r] Be. † Li. ho. [t] Mal. [v] Scul. ex. 2. 74.

quibusdam etiam in hoc seculo repræsentari resurrectionis tempus crediderunt [x]. ¶ *Eliam*] Ex personæ gravitate, prædicandi libertate, miraculorum famâ [y]. Hoc neque ad παλιγγενεσίαν, neque ad ἀνάστασιν, propriè referendum [z]. Nam, quia Elias corpore sursum raptus legitur, ideo is ipse rediturus putabatur, & quidem ante Messiæ tempora. Quam receptam fuisse Magistrorum sententiam, nimirum ex malè intellecto Malachiæ vaticinio [4. 5.] infrà docemur 17. 10. Exstant ejus sententiæ vestigia in Hebræorum libris; quorum tamen nonnulli venturum eum volunt in alio corpore, ut K. ibi notavit [a]. ¶ *Jeremiam*] Cur hunc solùm ex veteribus Prophetis nominant, vide ad Mat. 27. 9 [b]. Hoc potest ad παλιγγενεσίαν referri: Certè Hebræi exspectabant Jeremiæ reditum, ut ex Gorionide apparet. Imò quidam animam Jeremiæ renatam in Zacharia existimabant, quomodo animam Phineæ in Elia. Sed potest & de resurrectione accipi, ut quod sequitur [c]: Et quidni suspicarentur Jeremiam resurrexisse [d]? ¶ *Aut unum ex Prophetis*] Nempe cæteris [*], antiquis jam redivivum [f]; qui nunc resurrexit, Luc. 9. 8 [g]. E mortuis potiùs eum deducunt quàm è vivis, tum, quia in his minor exspectari posset pietas quàm in istis eluxerat: tum, quia Regnum Messiæ à resurrectione exorsurum existimarent; quod opinantibus propinquum erat, ipsum Messiam nobiliorem aliquem è Sanctis mortuis fuisse opinari, ipsúmque resurgentem reliquos secum adducturum [h]. Hæc autem qui opinabantur, eos apparet nihil audivisse de natalibus Jesu, primámque de eo famam ex miraculis, & quidem nuper admodum, accepisse. Possis etiam interpretari, *unum Prophetarum*, Prophetam novum, sed veteribus parem; cujus opinionis meminit Marcus 8. 28 [i]. Sed ut hoc crederent, majora erant quæ gerebat, quàm ut permitteret invidia in æquales [k].

15. *Vos autem*] Emphaticè, q. d. Ità vulgus, &c; at vos, perpetui auditores & familiares mei, &c. ¶ *Quem*, &c.] Quâ dignitate auctoritatéque præditum? Quousque profecistis in fide? Ab iis qui aliorum erant doctores destinati, oris confessionem exigit, eos laudaturus, si rectè sentirent; sin minùs, emendaturus [l].

16. *Respondens Simon Petrus*] Silentibus reliquis, & hæsitantibus quid dicerent, Petrus primam sententiam dixit [m], qui *os Apostolorum* erat. Vide Joh. 6. 68 [n]. Unus pro omnibus loquitur, ob εὐταξίαν, ordinem sive decorum, né confusè loquerentur omnes, & ad unitatem sanciendam [o]. Petrus loquitur, vel, 1. ut Princeps [p], sive jure πρεσβείας [q]. Quod non placet ob ea quæ narrantur infrà 18. 1. & alibi. Quare, quòd in recensu Apostolorum additur illi nomen *primi*, h. e. πρεσβύτερος, credibile est esse πρεσβείας quia, cùm ista scriberentur, eum honorem obtinebat, quod ex loco Act. 1. 15. aliísque ità manifestum puto, ut extra controversiam poni debeat. Vel, 2. διὰ τὸ πρόθυμον, (*ob alacritatem*, sive *promptitudinem*) quod in eo ubique elucet [r]; quòd calido fuit ingenio [†], & ardentioris fidei [t]; quòd jam arderet veritatis divinitus sibi revelatæ amore. Suam dicit, non collegarum, sententiam, cum quibus rem non contulerat. ¶ *Tu es Christus*, Ὁ Χριστὸς] *Ille Christus*, à Lege & Prophetis olim promissus, à sanctis omnibus hactenus exspectatus & desideratus, unctus consecratúsque à Deo [v]. *Christus* non est nomen proprium, sed officii [x]. ¶ *Filius*, &c. Ὁ υἱὸς, &c.] *Ille filius* (dilectus, unicus [y], non adoptione, qualem omnes esse putabant, quales & prophetæ illi, quibus Christus h. l. opponitur [z], sed naturâ [a], quoad Personam ejus Divinam [b]:) *Dei vivi*, sive *viventis*, Pi. Bru. &c. i. e. Dei non cujuslibet [c], non fictitii, quales erant Heroes gentibus [d], sed veri [*]. חי cognomen Dei antiquissimum, ut discimus Gen. 16. 14. quo Judæis frequenter usos apparet infra 26. 63. Rom. 9. 26. Heb. 3. 12. & 9. 14, &c. Videtur autem eo nomine Deus verus discerni à diis gentium, qui revera non vivebant, sed hominum erant commenta. Vide Act. 14. 15 [f].

17. *Beatus es*] Ob hanc tuam fidem, ejúsque professionem, quâ beatitudinem aliáque dona maxima consequeris [g]. ¶ *Simon*] Σίμων haud dubie est שמעון, Συμεὼν ut scribitur 2 Pet. 1. 1 [h]. ¶ *Bar Jona*, Βαριωνᾶ] i. e. *Filius columbæ* [i]; potiùs, *filius Jonæ*, sive *Joannis* [k]. Ità Epiphanius. Videtur esse Syncope, Ἰωνᾶ, pro Ἰωάννου, ut in *Jacob*, pro *Jaacob* [l]. Βαριωνᾶ, pro Βαριωάννα, detritâ more ejus seculi literâ gutturis, ut י in שמעון, ità hîc ח. Ità Luc. 3. 30. Ἰωνὰν videtur esse יוחנן [m]. Alibi dicitur *Johannides* [n]. Nomen autem *Barjona* hîc adjectum reor [o], vice agnominis, quo carent Hebræi [p]; quòd ità vulgo appellari soleret antequam se in Christi disciplinam daret. Moris enim erat apud Hebræos, ut nomini paulò communiori discriminis gratiâ adderetur πατρωνυμικὸν, ut videre est Mat. 10. 3. & 23. 35. Marc. 2. 14. Joh. 6. 42. aliísque & V. & N. F. Libris. Quoties autem nomen alicui mutatum legimus, ibi videmus & prioris & posteà dati nominis fieri mentionem, ut discrimen appareat, ut Gen. 17. 5. & 32. 28. Ad id exemplum Christus, cùm primùm novum nomen Petro inderet, meminit veteris, ut Joh. 1. 42. Id Christus hîc repetit; quippe rationem redditurus mutati nominis [q]. ¶ *Caro & sanguis* (i. e. vel, 1. ratio carnalis, sive humana, qualis cum carne nascitur [r]; humana & terrena intelligentia [†]; humana natura, vel ità ut est corrupta, ut hîc, & 1 Cor. 15. 50. vel qualis est in se, ut à spirituali & excellentiore & Divina natura distinguatur, ut Eph. 6. 12. Heb. 2. 14 [t]. Vel, 2. homo [v], carne & sanguine constans [x]. *Caro & sanguis*, quoties Deo opponuntur, *hominem* significant in Hebraismo [y]: ut Joh. 1. 13 [z]. Gal. 1. 16. ubi post revelationem sibi à Deo factam negat se contulisse cum homine quoquam [a]. Sic Hebræi sæpe loquuntur, Bab. Berachoth, *Adducturi me sunt, non coram Rege carnis & sanguinis, sed coram Rege Regum*. Tanchum, *Deus non agit, prout agit caro & sanguis*, &c [b].) *non revelabit tibi*] i. e. Nec alius homo te docuit, nec tu ipse aut perspicaciâ tuâ hoc assequutus es, aut ex adulatione suggessisti. ¶ *Sed Pater*, &c.] Qui cor tuum illuminavit, fidémque inspiravit, &c [c]. Ostendit Christus hac oppositione, cætera quæ Apostoli dixerant vulgò de Christo jactari, esse commenta hominum; illud verò quod Apostoli per Petrum profitebantur, esse ipsissimam veritatem, nunc à Deo Patre velut in antecessum revelatam, brevi per Spiritum revelandam [d].

18. *Et*, &c. Κἀγὼ, &c. *Et ego autem dico tibi*, non casso sermone, sed quem res ipsa consequetur [*]. *Sed & ego*, &c. Be. Pi. Vox est reponentis, *Ego verò*, qualis Psal. 35. 13. & referri debet ad ea quæ antecedunt, non proximè, *Beatus es*, &c. sed remotiùs, v. 16. *Tu es Christus*, &c [f]. q. d. Sed & istud præterea tibi dico: vel, Sicut hoc tibi patefecit Pater, ità etiam ego tibi dico [g]. Tu de me dixisti quod sentis, ego vicissim dicam tibi quid de te & de tua responsione sentiam [h]. Tu me indigitâsti *Christum*, ego te *Petrum* nuncupo [i]. Ego vicissim pro illa tua libera confessione hoc tibi repono [k]. Similis locutio Luc. 22. 28, 29 [l]. item Mat. 21. 24. Luc. 20. 3 [m]. Intenta hæc & solicita præfatio ostendit, Christum aliquid hîc agere quod sit singulare [n]. ¶ *Tu es Petrus*] i. e. Cognominavi te *Petrum*, propterea quòd aliquando pronunciaturus esses me esse Petram, &c [o]. Tu non temere à me dictus es *Petrus*, Joh. 1. 43. i. e. *rupes*, seu *saxum*, quatenus per fidem inniteris mihi tanquam rupi, super quam Ecclesia ædificata est [p]. *Petrus* hîc non tam nomen est quàm titulus ei à Christo inditus; quo dignitatem ei atque authoritatem conciliaret: sicut antea *Christus* nomen est designans officium. Alioquin frigida esset oratio & inepta, ac si quis diceret, *Marce, ego verò dico tibi, Tu es Iulius*. Sic infrà, filii Zebedæi dicuntur *Boanerges*, non ut eo nomine appellarentur, sed ad significandum honorem quendam peculiarem qui eis à Christo concessus est [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ] *Et super hanc Petram*, Er. Il. Mo. Be. &c. Καὶ est Hebræorum ו copula, & sæpe non συνθετικὸν, sed ἀντιθετικὸν, est; valétque ἀλλὰ, *sed*, & non compositionem conjunctarum, sed pugnantium, rerum oppositionem notat. Ità sæpe sumitur à LXX. Adversativè etiam sumitur 1 Joh. 2. 20. fortasse etiam Mat. 12. 35. & 15. 4. Hîc autem malim copulativè sumi, ut hæc ad Petrum referantur [r]. *Super hanc petram*, i.e. Super me ipsum [†]. Digito seipsum intendebat, sicut cùm dixit, *Destruite hoc templum*, Joh. 2. 19 [t].

Petram

Marginal notes (left column): x G. — y Eru. — z G. — a G. sim. D. — b Li. ho. — c G. — d Cam. — * Pi. — f Eru. — g G. — h Li. ho. — i G. — k Bru. — l Eru. — m Bru. — n G. ex Chryſ. & Aug. — o Caſ. in Wal. — p Mal. — q Q. in G. — r G. — † Caſ. ex Chryſ. — t Mal. ex Hilar. & Hi. — v Eru. — x Te. — y Eru. — z Mal. — a Mal. — Cam. — b Cam. — Er. — d Eru. — * Eru. Mal. — f G. — g Eru. — h G.

Marginal notes (right column): i Zeg. ex Hi. — k Er. D. sic M. Pi. — l D. — m G. — n Ca. — o G. — p V. — q G. — r Pi. — † Camer. — t Be. — v Ca. sic V. D. Be. Bru. Ham. Li. ho. Mal. — x Mal. sic Bru. — y G. sim. Mal. Li. ho. — z Mal. — a G. — b Li. ho. — c Eru. — d G. — * Bru. — f Cam. — g Be. — h J. Cap. — i Cam. — k G. — l G. sim Cam. — m G. — n Cam. — o V. — p Pi. — q Cam. — r Cam. — † Aug. in Mal. — t Q. in Cam.

Petram hanc Christum esse, ostendit collatio Scripturarum, in quibus vox *Petræ* Christo, sive Jehovæ, sæpe tribuitur, ut Deut. 32. 18. Psal. 18. 3. & 31. 3. & Christus unicum Ecclesiæ fundamentum esse dicitur, 1 Cor. 3. 11. & 1 Pet. 2. 6 ‖. Verba hæc de Petra, super quam Ecclesia ædificanda, planè desumuntur ab Esa. 28. 16. quæ interprete N. T. locis quamplurimis, Christum sonant apertissimè. Cùm ergò Petrus primus omnium clarissimè mysterium & Incarnationis, & Deitatis, Christi, fuisset elocutus, meritò ad ista verba Esaiæ revocantur mentes Discipulorum, ut agnoscere discant, quisnam ille lapis positus in Sion pro fundamento nunquam concutiendo; & unde istius fundamenti inconcussio, indè nempe, quòd ille non creatura, sed ipse Deus, Filius Dei. Cognomen ergò indè sortitus est Petrus, non ut Petram illam eum esse indè argueretur, sed quòd ei non minimum negotii esset in ædificatione ista Ecclesiæ super Petram, &c †. Al. *Super hanc petram*, i. e. super hanc fidem, vel fidei confessionem, quâ me *Filium Dei vivi* esse dixisti. Ità Hilar. Chrys. Gregorius Nyss. Cyr. &c ‖. Al. *Petram* hîc vocat Petrum [v]. Locus sic verti potest, *Tu es Petra*, (nam πέτρος, Syr. *Cepha*, non est h. l. nomen proprium) *& super hanc petram*; q. d. *Tu es petra super quam*; antecedens loco relativi: meritò ergò tibi dedi *petræ* nomen [x]. Quidam dicunt πέτρος esse vocem Græcam, & significare *saxum*; quod verum est apud eos Scriptores qui Atticâ usi sunt dialecto, non autem in S. S. ubi pro ea λίθος & πέτρα usurpantur Rom. 9. 33. ideóque non est credibile Evangelistam nomen Syriacum כאפא isto nomine minùs usitato voluisse commutare. Ad Petrum hæc referri multa suadent [y]: 1. Alioquin temere & nullo consilio dixisset, *Tu es Petrus*, nisi aliquid hîc Petro promittit [z]. 2. Christus his verbis Petrum singulariter & seorsim compellat, nominibus etiam quæ reliquis Apostolis non sunt communia, proindeque & singulare quidpiam illi tribuit. Obj. At Petrus omnium nomine hoc dixit. Resp. 1. Tum dixisset Christus, *Beati vos*, non, *beatus tu*. 2. Ad priorem Christi interrogationem, *Quem me dicunt homines esse?* omnes responderunt, *Alii Eliam*, &c. ad posteriorem, *Vos verò*, &c. unus respondet Petrus, eúmque solum Christus alloquitur. Et cùm zelus in Petro singularis fuerit erga Christum, (ut ex variis N. T. locis constat,) præ quo etiam h. l. primus & solus respondet, reliquis tacentibus, quidni Christus Petrum singulari quâdam prærogativâ insigniret atque illustrem redderet? Porrò, cùm non temere, sed certa aliqua de causa & sapienti consilio, mutentur instituta nomina, vel nova indantur, nè ab homine quidem prudente, nedum à Deo, quod & exempla *Abrahami*, *Saræ*, *Jacobi*, &c. & res ipsa, demonstrant, nomen *Petri* huic uni inditum ostendit aliquid singulare fuisse illi datum: nam quò titulus sine re? Quid autem illud sit, & quantum, superest disquirendum. Non certè erat authoritas aut jus in reliquos Apostolos, neque potestas ulla eminentior Apostolicâ; non erat jurisdictio illa quam Episcopus Romanus sibi arrogat, ut multis rationibus demonstrari potest. Quid ergò? Πέτρος, *Petrus*, appellatur ἀπὸ τῆς πέτρας, quæ *lapidem*, sive *saxum*, sign. Petrus ergò *lapis*, sive *saxum*, vocatur, metaphoricè scilicet, ob similem proprietatem, quæ duplex est, vel absoluta, rigor & durities; vel relativa, quâ lapis idoneum est ædium fundamentum [a]. Sic ergò dicitur *Petrus*; vel, 1. ob fidei ejus soliditatem [b]. Non placet, quia fides Petri etiam post hanc confessionem instabilis fuit, & sæpe vacillavit. Vide Mat. 27. & Gal. 2. 11. Vel, 2. quòd usum lapidis præstaret, essétque futurus Ecclesiæ fundamentum; non quidem sensu Pontificio, quasi Petrus solus fundamentum Ecclesiæ vel unquam fuerit, vel futurus esset, seu suâ, seu successorum, personâ, sed diversa omnino de causa [c]. Petrus hîc *lapis* dicitur per modum eminentiæ. Eminebat hic inter Discipulos, illi Christus singulares indulsit favores, ut Mat. 17. 1, &c. illi primùm apparuit Christus post resurrectionem, 1 Cor. 15. 5 [d]. hic ubique præit usque ad Act. 7 *. Hic omnium Apostolorum primus jecit fundamenta Ecclesiæ, tum Judaicæ, Act. 2. tum etiam Gentilis, Act. 15 [f]. Sensus ergò est, *Super hanc petram*, &c. h. e. Tu eris Ecclesiæ meæ fundamentum: eâdem mente quâ & reliqui Apostoli erant fundamenta, Apoc. 21. 14. & *columnæ*, Gal. 2. 9. quorum scilicet operâ Ecclesiæ moles fulcitur atque sustentatur, & à quibus Ecclesiæ conditæ sunt, postquam scilicet Petrus opus inchoâsset, &c. qui primus hujus operis auctor fuit. Nihil interim hoc Papam juvat; jacta enim pridem sunt, non jacienda, Ecclesiæ fundamenta, &c [g]. [Aliis tamen hæc sententia non placet:] 1. Quia solus Christus est fundamentum Ecclesiæ [h]. Resp. Idem tamen elogium, licet ratione longè diversâ, Apostolis tribuitur, ut jam dictum. Christus *lux* dicitur, sic & Apostoli, Mat. 5. 14. Sic solus Christus *habet claves Regni cœlorum*, quæ tamen Petro dantur [i]. 2. Si hoc voluisset Christus, cur ambagibus usus est? Cur non dixit, Καὶ ἐπὶ σοὶ, Πέτρε, vel, καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ πέτρῳ· quod multò concinnius fuisset, quum πέτρος *saxum* significet? Cur de industria genus mutat [k]? Resp. 1. Christus figuratè loqui voluit, & allusione, ad Petri nomen, ut alibi facit, &c. 2. Christus non mutavit genus, siquidem Syriacè locutus est [l], hoc modò, *Tu es cepha*, (i. e. petra,) *& super hanc cepha* [m]. At nihil, vel in ratione, vel in gentis dialecto, prohibet, quò minùs Christum hac Græca dictione usum arbitremur; cùm istiusmodi *Græcizationes* tunc temporis apud gentem istam non fuerint insolitæ. At esto, Syriacè eum loquutum fuisse, nego tamen ipsissimâ eâdem voce כיפא hîc usum, quâ illico; ast eam vel, more Græco, *Cephas* enuntiâsse; vel Syriaca formatione, in adjectivo sensu protulisse כפאי. Alioquin dicant cur eâdem voce non usus Matthæus Græcè, si eâdem usus Christus Syriacè [n]? Cur ille πετρὸν dixit, non, πετράν [o]? Resp. 1. Quia noluit uti voce inusitatâ, qualis πέτρος pro *lapide*. 2. Non patitur Lingua Græca ut viris, nisi fortè per ludibrium & contemptum, nomina fœm. gen. tribuantur. Inst. At potuit כיפא λίθον vertere. Resp. Sanè potuit, nam & Arabs כיפא vertit (& quidem utrobique) חגרת. Sed ratio Græci sermonis non admittit nomina, aut cognomina, quæ propriè res significant, & quæ naturâ suâ sunt appellativa, nisi inflexa nonnihil & detorta [p]. [De quo vide Cam.] Quomodo *super Petro ædificentur* credentes, obscurum non est ex collat. Eph. 2. 20. & Apoc. 21. 14. Neque obstat quòd alibi Deus *petra* dicitur, & Christus *unicum fundamentum*; cùm novum non sit easdem similitudines ad diversas res diverso modo significandas solere adhiberi. Nam & alibi Paulus se *architectum* vocat, quod officium Christus hîc sibi vendicat. Neque verò aliter *petræ*, aut *fundamenti*, nomen tribuitur Apostolis quàm σώζειν, (*servare*,) Rom. 11. 14 [q]. ¶ *Ædificabo*] Ego, qui quidvis possum, ædificabo merito mortis & afflatu gratiæ meæ, diversos homines, tanquam tot lapides, aptè jungens, ut unum fiant sancto fidei virtutisque consensu spirituale ædificium [r]. Verbum οἰκοδομεῖν metaphoricè sumitur h. l. sicut & Gen. 16. 2. & 30. 3. Ecclesia dicitur *Templum* & *domus Dei*, Eph. 2. 20, 21, 22. quo velut fundamento tota nititur, quæ assurgit ex coadunatione *lapidum vivorum*, &c. Itaque quo sensu *ædificare* dicitur qui sobolis est author & pater, & *destruere*, qui sobolis procreationem prohibet, eodem penè sensu in N. T. *destruere* dicitur, qui homines alienat ab Ecclesia, Rom. 14. 20. contrà *ædificare*, qui homines Deo conciliat & Ecclesiam colligit per Verbi prædicationem. Qu. Sed cur dicit in Fut. οἰκοδομήσω; Annon etiam priùs Christus ædificaverat Ecclesiam suam, & jam ædificabat? Resp. Certè Christus herì & hodie fuit, & erit in æternum, fundamentum & caput Ecclesiæ: sed sic loquitur, tum, 1. comparatè, quia post ascensionem Christi longè clarior Evangelii lux effulsit quàm antea, & ea revelata sunt quæ antea latebant: tum, 2. ratione Gentium ad Christum vocandarum, &c †. Cùm dicit, *ædificabo*, tempus illud respicit quo Petrus fidem nactus solidissimam missi Spiritûs auxilio, primus omnium Judæis, Act. 2. 14. deinde & alienigenis, Act. 10. & 15. 7. erat annunciaturus id ipsum quod hîc profitetur, nempe *Jesum esse Christum, & unigenum Dei Filium*; postquam nimirum Deus hoc ipsum apertissimè declarâsset, hunc ipsum Jesum in vitam resuscitando: quo invictissimo argumento Petrus hujus suæ professionis veritatem probat dictis Actorum locis. Ideo Christus paulò post hæc dicta ex omne Apostolorum numero Petrum cum duobus illis, qui unà cum Petro *columnæ* Ecclesiæ vocantur, Gal. 2. 9.

[Margin, left: ‖ Chem. — † Li. ho. — ‖ Mal. sic Zeg. ex Aug. Er. ex Th. — v Bru. Mal. &c. — x Bru. — y Cam. — z Cam. p. 488. — a Cam. 491. — b Q. in Cam. — c Cam. 493. — d Ham. — * Cam. — f Cam. sim. Ham.]

[Margin, right: g Cam. 494. — h Q. in Cam. — i Cam. 489. — k Q. in Cam. — l Cam. 489. — m Bru. — n Li. ho. — o Q. in Cam. — p Cam. 488. — q G. — r Bru. — † Cam. 490.]

 testem

testem esse voluit ut antehac excitatæ Jairi filiæ in suæ resurrectionis quasi arrhabonem; ità tunc suæ μεταμορφώσεως, quæ futuræ gloriæ erat præsagium: & post resurrectionem, Discipulis universis, & nominatim Petro, imperavit, ut in Galilæum irent ibi ipsum conspecturi: Petro insuper specialiter apparuit, 1 Cor. 15. 5. Resurrectionem igitur Jesu, cui consequens est eum esse Christum & Dei Filium, crediderunt & Judæi & Gentes tum communi Apostolorum, tum peculiari etiam Petri, testimonio, qui hoc ipsum suum testimonium sparsum per omnem Judæam, perque omnem Judæorum διασποράν, (*dispersionem*,) confirmavit vitæ sanctimoniâ, miraculis, postremò etiam toleratâ morte, & quidem in Urbe mundi principe. Per hunc modum Petrus factus est *petra*, sive *fundamentum*, populi Christiani, *firma fidei petra*, ut Chrysost. loquitur. Ac simul apparet quomodo quæ sequuntur cum his cohæreant [t]. ¶ *Ecclesiam meam*] Non, *tuam*, aut alterius hominis, 1 Cor. 1. 12, 13. sed Jesu, ut ædificatoris, redemptoris, collectoris, & Domini [v]. Ἐκκλησίας vox adeò nobilis in Christianismo hoc primùm loco occurrit, quam Syrus optimè vertit עדה, quod significat, ut nos docent Hebræorum Magistri, *cœtum* οὐ τὸν τυχόντα, (*non quemlibet*,) sed eum qui *ex certo constet hominum genere*, cùm קהל *cœtum qualemcunque* denotet. Sed solent istæ voces in usu permisceri, nec Lxx distinxerunt: nam קהל συναγωγὴν vertunt, Levit. 4. 13, 14; at, ἐκκλησίαν, 1 Paral. 13. 2. Psal. 26. 5: עדה etiam συναγωγὴν reddunt, Levit. 4.13, 14. Prov. 5. 14. Et Scriptor Libri qui *Ecclesiasticus* vocatur, *collectionem promiscuam turbæ* vocat ἐκκλησίαν ὄχλων. Sed plerumque ἐκκλησία nihil aliud est quàm populus Israel, ut Ecclesiastici 24. 1. & 44. 15. & 1 Mac. 2. 56. & 3. 13. & 14. 19. & Act. 7. 38. Neque dubitandum est, quin hæc significatio huic loco optimè conveniat. Nam populus ille Israeliticus una in regione habitans, multitudinis Christianæ per totum orbem dispersæ gessit imaginem. Ideo multitudo Christiana passim λαὸς nomine appellatur, ut Act. 15. 14. Rom. 9. 25. 2 Cor. 6. 16. Tit. 2. 14. Idem autem est, ut diximus, λαὸς & ἐκκλησία. Eximiè autem hunc locum illustrat Paulus, 2 Cor. 6. 16. *Vos estis templum*, &c. Nam quod de Israelitico populo dictum fuerat, aptat Christianorum multitudini, simúlque *templum Dei* eos nominando, explicat quid hîc sit *ædificare*. Nec dubito quin hæc ipsa verba respexerat Petrus, 1. 2. 5. *Et vos ut lapides vivi*, &c. eosdem mox vocans λαὸν εἰς περιποίησιν. Sic credentes Θεοῦ οἰκοδομὴ vocantur, 1 Cor. 3. 9 [x]. Ἐκκλησία dicitur ab ἐκκαλεῖν, *ab evocando*; éstque cœtus hominum ad certi aliquid spectandum, audiendum, agendúmve, evocatus, ut Act. 19. 32, 39 [y]. Non tamen ideo putandum est populum Christianum h. l. sic dici, quòd sit cœtus hominum ad justitiam salutémque evocatorum, &c. Deus enim in Scriptura ubique καλεῖν, nusquam ἐκκαλεῖν, & vocatio fidelium κλῆσις, non ἔκκλησις, constanter dicitur, & fideles κλητοὶ dicuntur, non ἐκκλητοί. Sed, cùm apud Lxx non solennes modò conventus populi Judaici, ex quo solo Ecclesia Dei olim constabat, verumetiam Gentis illius multitudo ἐκκλησία nuncupetur, nomen hoc, Scripturæ usu jam celebratum, visum est Christo populo imponere quem ex Judæis & Gentibus erat in unum collecturus. Nam *Synagogæ* nomen Judæi sibi fecerant peculiare: unde factum est, ut illis tanquam proprium fuerit relictum. Huc & illud accedit, quòd ἐκκλησίας nomen Græcis *concionem* & *populi conventum* significat. Nec prætereundum est, quòd suorum cœtum Deus non βουλὴν, aut σύγκλητον, quæ Optimatum propriè est, sed ἐκκλησίαν, quæ est *populi cœtus*, etiam plebeculæ & ignobilium, appellari voluit. Vide 1 Cor. 1. 26. Itaque ἐκκλησιάζειν Græcè est, *concionari, cum populo agere*. Ecclesia ergò N. T. est fidelium multitudo toto orbe terrarum dispersa [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς] *Et portæ inferorum non superabunt* (vel, *destruent*, Pers.) *eam*, Be. sim. P. vel, *non prævalebunt ei*, sive *adversùs eam*, Sy. Æth. Mo. Ti. Pi. Sch. sic Er. Tre. τὸ κατὰ hîc non intendit significatum, sed contrarietatis vim habet, ut Act. 19. 16 [a]. *Ei*, vel, 1. petræ [b]; vel, 2. doctrinæ [c]; vel, 3. Ecclesiæ [d]: si scilicet in hoc fundamento constiterit [*]: non poterint eam avertere à fide & salute.

[t] G. [v] Eru. [x] G. [y] Eru. [z] Cam. [a] Sch. [b] Er. [c] J. Cap. [d] Bru. Pi. J. Cap. Er. &c. [*] Er.

Confer Joh. 10. 28, 29 [f]. Non satis constat quid sint hæ *inferorum portæ* [g]. Phrasis occurrit & in Homero, Il. α'. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν [h]: & in Eurip. Hecuba, ubi ᾅδου πύλαι, pro ipsis locis inferis [i]: & in Eurip. Hippol. ubi πύλαι νερτέρων [k]. Sunt potestas tenebrarum [l]. De hostibus Ecclesiæ loquitur, tanquam de Regno munito, quod modò σκότος, modò ᾅδης vocatur. *Portæ* itaque hîc sunt urbes consilio & propugnaculis munitæ [m]. *Portæ* ponuntur pro eis qui intra portas habitant & per eas exeunt, præsertim pro potestate publica, quæ exercendi judicii causâ in portis residet [n], & pro propugnaculis [o], & præsidiis [p], militum, qui in portis excubare solent [q]. *Portæ*, i. e. Principes, qui in portis urbium sedebant, & ibi jus exercebant, Ruth 4. 1, 11. 2 Sam. 19. 8. 1 Reg. 22. 10, &c [r]. Per *portas inferorum* intelligit, vel, 1. doctrinæ & vitæ scandala †: vel, 2. hæreticorum atque Tyrannorum persequutiones: vel, 3. potentiam, consilia [v]; jurisdictionem sive auctoritatem [x], Diaboli [y], & organorum sive satellitum ejus [z], Imperiorum Ecclesiam oppugnantium [a], in quibus potens est Diabolus, qui ἰσχυρός est, Luc. 11. 21. & cujus conatus vocantur ὀχυρώματα, 2 Cor. 10. 4. ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, κοσμοκράτορες, Eph. 6. 12 [b]. Loquebatur Christus de Ecclesia, tanquam de civitate aliqua [c]: opponítque ædificium ædificio, civitatem Diaboli civitati Dei. Nihil dicit de humana potentia, tum, quòd sub Satanica intelligatur, ut minor sub majore; tum, quòd hæc ferè non, nisi Satana agente, oppugnet Ecclesiam [d]. Diaboli ergò potentiam hîc significari non dubium est [*]. Al. De Diaboli, aut etiam de improborum, molitionibus tanto consensu hunc locum exponi valde miror [f]. Non placet. Neque enim portæ sunt urbium munimenta, (sed mœnia, fossæ, agger, id sunt,) nedum oppugnacula, unde impetus fiat in urbem, sed propugnacula potiùs: quum hîc oppugnantium hostium vis describitur. Hinc Maldonatus *portarum inferni* nomine intellexit, non eam vim quâ Satanas Ecclesiam oppugnat, sed eam quâ se tuetur adversùs Ecclesiæ insultus. Nempe Ecclesiam vult ultro inferis bellum inferre [g]. Sensus est, Ecclesia omnem Diaboli potentiam expugnabit, ità ut nullâ arte aut vi possit resistere [h]. Verùm nè sic quidem res conficitur. Nam κατισχύειν non est obsessorum, sed obsidentium. Et quis dixerit domum (cui hîc comparatur Ecclesia) oppugnare? Neque κατισχύειν de consiliis, sed de vi & robore, usurpatur. Quare consulamus Scripturam, optimum sui interpretem. Exstat similis locutio Job 38. 17. Psal. 9. 14. & 107. 18. eadem verò Esa. 38. 10. In quibus locis clarum est notari vim mortis & sepulchri in miseros mortales. Affinis huic locutioni est illa splendidissima hyperbole, *Funes mortis circumdederunt me*, quâ notatur supremum mortis imperium, &c. Mens ergò Christi h. l. esse videtur, *Jaceant fideles ad tempus demortui, mors in illos dominetur, eósque in sepulchro velut in carcere teneat conclusos, haud tamen usque & usque obtinebit; valebit quidem certè, at non prævalebit.* Vox ᾅδης nusquam in Scriptura, unicus modò locus excipiatur [i], aut apud Hellenistas, aut in Nov. Fœdere [k], *infernum* significat [l], sed constanter, aut *mortem* [m], aut *sepulchrum*, aut *statum post mortem* [n]; quæ omnia sunt inter se affinia. A Lxx שאול verti ᾅδην, à multis demonstratum est. *Mortem* ᾅδης significat, Sap. 1. 14. Ecclesiastic. 9. 17. & in Historia Maccabæorum aliquoties, ubi & συντέμπειν εἰς τὸν ᾅδην invenias, quod itidem apud Græcos usitatissimum est. *Statum* potiùs *mortuorum* quàm *mortem* ipsam designat eadem vox Eccles. 41. 7. Reperias sæpe & θάνατον & ᾅδην inter se conjuncta in utroque significatu, ut Esa. 38. 18. Ecclesiastic. 48. 5. & 51. 8. Sap. 2. 1. nec minùs 1 Cor. 15. 55 [o]. Apoc. 20. 13, 14 [p]. ubi ᾅδης dejici dicitur *in stagnum ignis*: absurdè autem infernus in infernum dejici diceretur [q]. In Apoc. 6. 8. dicitur, ᾅδης sequi θάνατον, ubi θάνατος ipsum *moriendi actum* significat, ᾅδης *statum sequentem*, qui & ipse aliàs sæpissimè vocatur θάνατος, Act. 2. 27, 31. Vocem ᾅδου respondere Hebraicæ שאול notissimum est. Suprà autem 11. 23. & Luc. 10. 15. ostendimus figuratam esse locutionem, quæ *mortis* aut *sepulchri* nomine maximas miserias denotat, sicut & pericula gravia ᾅδου voce appellantur. Restat unicus

[f] Pi. [g] Cam. [h] Scul. ex. 2. 74. [i] Be. [k] Scul. ib. [l] M. [m] Be. [n] Bru. [o] V. [p] Bru. V. [q] Bru. [r] J. Cap. † Orig. Hi. & Eeda in Sch. [t] Euthym. in Sch. [v] Ham. sic Bru. [x] D. Ham. [y] Bru. Mal. Sch. D. Ham. &c. [z] D. sim. Scul. [a] Scul. sim. Ham. [b] Scul. ib. [c] Mal. [d] Bru. [*] Mal. [f] G. [g] Cam. [h] Mal. [i] Cam. [k] G. [l] Cam. [m] G. [n] G. sic Cam. [o] G. [p] G. Cam. [q] Cam.

unicus locus, Luc. 16. 23. ubi is qui est ἐν βασάνοις, dicitur esse ἐν τῷ ᾅδῃ. Sed nè ibi quidem ᾅδης per se βασανιστήριον significat, ut ostendemus cùm eò ventum fuerit. Vocem autem ᾅδου de Angelorum defectorum sede aut statu, aut de improbis mortalem hanc vitam agentibus, usurpatam, neminem esse puto qui legerit. Nec quid hîc significent πύλαι ᾅδου difficilis est conjectura, cùm eadem locutio reperiatur Esa. 38. 10. Opponitur autem ibidem τῷ ᾅδῃ ἡ γῆ ζώντων. Sic & Psal. 9. 13. & 107. 18. & Sap. 16. 13. Non sunt aliud πύλαι ᾅδου quàm quod βασίλειον ᾅδου dixit Scriptor Libri Sapientiæ, κράτος θανάτου, Heb. 2. 14. Græci ut πέμπειν εἰς ᾅδου, καταβαίνειν εἰς ᾅδου, ita & πύλας ᾅδου, dixere, à Syris edocti. Locis ex Homero notatis adjungi potest iste veteris Comici, χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα, κ' ᾅδου πύλας· & ille incerti Authoris, φωνῆ δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι. Reperias ᾅδου πύλας & in Euripidis Alcestide, & in Agamemnone Æschyli. Themistius Theodosium laudans, quòd eos qui in eum deliquerant, à morte liberâsset, ἐπαναγαγεῖν, ait, εἰς τὸ ἥλιον ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ Ἀχέροντος· & postea, ἀνθρώπους ἐκ τῶν τοῦ ᾅδου προθύρων εἰς τὸ ζῆν ἐπανήγαγε. Etiam Pythagoras, recitante Laertio, fabas, eò quod nihil de se gignant, similes dicebat ᾅδου πύλαις. Apud Plutarchum de superstitione, ᾅδου πυλαὶ ἀνοίγονται πύλαι βαθεῖαι. Lucianus Menippo Magos ait ἀνοίγειν τοῦ ᾅδου τὰς πύλας. Sic πρὸς πύλας ᾅδου καθεστῶτας, Mac. 3. Hunc in sensum Chrysost. ᾅδου πύλας interpretatur *pericula exitio proxima*. Sicut ergò de Christo Capite dictum est, *Mors ei non ampliùs dominatur*, Rom. 6. 9. simil. Act. 2. 24. ità hîc Christi corpori, i.e. populo credentium, promittitur fore ut mors ipsa, cujus maximum & insatiabile est Regnum, non eos vires habeat ut eos detinere possit sub suo jure ac potestate. Nam, *qui credit, transiit de morte in vitam*, Joh. 5. 24. & 11. 25, 26. nunc quidem spe & fiduciâ; eventu autem olim cùm ultimus hostis triumphabitur, 1 Cor. 15. 55. cùm Christus Ecclesiam suam *gloriosam constituat*, Eph. 5. 25. Nisi fortè de Ecclesia hîc agitur universim, non partitim, & ejus perpetua duratio promittitur, juxta dictum Hebræorum, *Omnis Ecclesia quæ fit propter Deum firma permanebit*. Confer Act. 5. 39 [r]. Sensus ergò loci est, Perituram omnem mortis & sepulchri vim. Accedit, quòd Christus, suos confirmaturus, iis proponit immunitatem à mortis & sepulchri imperio, beatámque resurrectionem, Joh. 6. 39, 40, 44. in cujus spe fidei & salutis caput atque summa collocatur, 1 Cor. 15. 55. Quid igitur? Non meminit hîc Christus tentationum atque insultuum Satanæ? Sanè, sed consequenter: nam, nisi cœlitus Christi ope detur exire è tentationibus, mortem & sepulchrum dominari necesse est †. Locus porrò hîc potest respicere, vel, 1. Ecclesiam in complexo, sive totam congregationem fidelium; atque ità promittit, eam nunquam totaliter & irreparabiliter perituram [t]. Verum quidem est, Ecclesiam semper fore in terris, sed id ex hoc loco non rectè colligitur; nam si Ecclesia desineret esse in terris, non idcirco vinceretur à portis inferorum, sed eas potiùs vinceret [v]. Vel, 2. personas particulares, sive credentes, ex quibus constat Ecclesia; atque ità promissionem continet; vel, 1. quòd mors non dominabitur credentibus [x]: vel, 2. quòd qui verè fideles sunt, certò perseverabunt, alioquin portæ inferorum prævalerent adversùs Ecclesiam, & fieri poterit, ut Ecclesia Dei in terris extincta sit [y]. [De quo argumento plura hîc habet Cam.]

19. *Et tibi*] (non alteri [z]: imò tibi, reliquísque Apostolis, vestrísque successoribus: Synecdoche membri, ut patet tum ex collat. præcedentium, ubi & Christus rogavit de fide omnium, & Petrus omnium nomine respondet; tum ex collat. Joh. 20. 23. [a]. ubi claves, quas hîc Petro promittit, dat Apostolis omnibus &c [b].) *dabo* (non, *do*: promittit, non nunc dat [c]; sive, quia nondum conditum erat hoc Regnum, nec claves ipsæ Jesu morte fabricatæ; sive, quia claves ipse adhuc sibi servaret [d]:) *claves Regni cœlorum*] i. e. Ecclesiæ *, nempe in terræ militantis, ut Mat. 3. 2. quam hîc *Regnum cœlorum* vocat, ut sciat Simon potestatem, quæ ipsi promittitur, spiritalem & cœlestem esse, quâ ità regantur homines ut ad æternam vitam queant perduci [f]. Potestas hæc alibi *clavis* dicitur, ut Esa. 22. 2. Apoc. 3. 7. aptè, quia unâ clave solet domus aperiri: hîc autem *claves*, quia Regnum multis constat civitatibus, quarum unaquæque suam habet clavem [g]. *Claves*, non illas Propheticas, quas sibi creditas Hebræorum Magistri abdiderant, &, quantum in ipsis erat, aditum hominibus præcluserant ad Regnum cœleste, i. e. ad gloriam illam æternam, (vide Luc. 11. 52.) sed Apostolicas, quarum pars magna consistit in illo quod diximus testimonio de Christi resurrectione, quâ notâ Apostolicum munus describitur, Act. 1. 22 [h]. *Clavis*, per metaphoram, appellatur potestas aperiendi & claudendi Regnum cœlorum [i]. Hac metaphorâ significatur œconomi potestas (ut apparet Esa. 22. 22.) quâ funguntur Ministri in Ecclesia, Mat. 18. 18. Ministerium enim Evangelicum rectè dici potest *clavis Regni cœlorum*, quia Evangelium est virtus Dei ad salutem credentibus, aliis autem odor mortis [k]. *Claves* summam potestatem significant [l]; vel potiùs, inferiorem, sive œconomi, cui διοίκησις sive administratio familiæ commissa est *: quâ quis potest quoslibet domo aut urbe intromittere, vel excludere [m]. Traditio clavium symbolum est potestatis atque auctoritatis collatæ, ut patet ex Esa. 22. 22. Apoc. 3. 7. quæ tamen h. l. non est Regia, sive summi Magistratûs, ut docet Mat. 20. 25. sed ea quæ est promicondi in familia, atque spiritualis: quanquam soleat Christus αἰνιγματωδέστερον de statu Regni sui Apostolorúmque in eo dignitate loquens, id subinnuere verbis Regiam dignitatem significantibus, ut Mat. 19. 28. Alludit porrò ad morem Judæorum, apud quos Doctorum inauguratio clavium traditione peragebatur [n]. *Tibi dabo claves*, &c. i. e. Tu primus aperies ostium fidei Gentibus. Quod à Petro præstitum, Act. 10. & 15. 7 [o]. ¶ *Et quodcunque ligaveris*, &c.] A clavium metaphora transit ad aliam [p]. Aptiùs dixisse videretur *aperire* & *claudere*; sed maluit *ligandi* & *solvendi* vocibus uti [q]: vel, 1. ut significaret excellentiam, & amplitudinem potestatis Petro datæ, per quam & claudit & aperit, & ligat & solvit [r]. Vel, 2. ut ostenderet quàm misera sit conditio eorum quibus cœlum clauditur, quippe qui obstricti manent peccatorum vinculis †. Δεῖν, (*ligare*,) est, κρατεῖν, (*retinere*:) λύειν, (*solvere*,) est, ἀφιέναι, (*remittere*;) ut apparet Joh. 20. 23. Utrumque propriè tribuitur Deo Patri & Christo, Mat. 9. 6. Luc. 5. 24. Eph. 4. 32. Col. 3. 13. Apostolis, ità ut σώζειν, (*servare*:) nimirum ob eam quâ funguntur legationem *reconciliationis*, 2 Cor. 5. 18, &c. Remisit hoc modo Petrus peccata credentibus, retinuit iis qui impegerunt ad sermonem, ut ipse nos docet, Epist. 1. 2. 7, 8. Vide & Act. 2. 38. & 10. 43. Hæc legatio *in terris* peragitur, i.e. per homines mortalem vitam viventes, ut eadem locutio usurpatur citatis modò Mat. Marc. & Luc. locis; rata autem est *in cœlo*, i. e. apud Deum. Hebræi similiter Legis interpretibus tribuunt אסר, δεῖν, & התיר, vel פתר, λύειν· Sed illi tam malè erant functi hoc officio, ut multos ab illis ligatos solvere debuerint Apostoli, & solutos ligare, quia Religionem veram in superstitiosa commenta verterant [t]. Scribæ, Pharisæi, etiam inter Ethnicos superstitiosi Hierophantæ, hominum animos perversâ quâdam religione vinctos tenebant, dum de vera interim eos juberent esse securos, vel certè eam securitatem dissimularent. Petri & Apostolorum erat superstitione quidem exsolvere, contrà, verâ religione mentem humanam obstringere: dum ea cum authoritate præscribunt quæ Deus ipse præscripsit, vetántque quæ is vetuit; obsequentibus interim veniam & beatam immortalitatem promittentes, contumacibus verò denunciantes æternos cruciatus, tam certo eventu quàm si Deus voce cœlitus emissâ id foret testatus In quo mihi Dominus videtur allusisse ad Pharisæorum morem, qui sibi *ligandi* & *solvendi* potestatem tribuebant. Itaque eorum posteri, quod illi nefas esse voluerunt, id אסור, *ligatum*, contràque, quod illi jus fásque esse jusserunt, id מתר, *solutum*, vocant. Itaque אסורים, *ligantes*, & rursus מתירים, *solventes*, dicuntur. Id verò Christus haud dubiè notavit, Mat. 23. 4. *Ligant onera*, &c. Sanè Josephus, De bello Jud. 1. 4. Pharisæorum potentiam in rebus civilibus iisdem ferme verbis describit, quibus Christus hîc usus, *Mox*, inquit, *omnia pro arbitrio administrabant*, διώκειν τε καὶ κατάγειν οὓς ἐθέλοιεν, λύειν καὶ δεῖν, h. e. *ità ut quos libebat in exsilium pellerent*, vel ab

r G. † Cam. t Ham. v Cam. x Ham. y Cam. z Eru. a Pi. b Pi. sim. Be. c Bru. sic Be. d Bru. * Bru. M. E. ex Jansf. f Eru.

g E. h G. i Me. ex Mal. k Be. l Bru. T. * Ham. m Eru. sic Ham. n Cam. o Li. ho. p Bru. q B. sim. E. r E. † Be. t G.

ab exsilio revocarent, *in carcerem conjicerent*, vel *vinculis solverent*; sed aliâ mente & locutione diversâ: aliud enim est, ὃ ἐς λύσῃς, &c. aliud, ὃ λύσῃς, &c. illud de personis, hoc de rebus, dicitur. Vide & quæ notamus ad Mat. 18. 18 [y]. Christus cum vulgo hîc loquitur. Jam verò, *ligare* & *solvere*, Phraseologia in Scholis Judaicis usitatissima, de rebus enuntiabatur, non de personis, quòd & hîc etiam observandum in articulis ὃ & ὅσα, Matt. 18. 18. Myriada exemplorum adducere possem, sed paucis contentus ero, unde frequens & usus hujusmodi locutionis eluceat, & sensus. Hierof. Jom tobh. fol. 6. 1. *R. Jochanan dixit* (Tiberiensibus) *Quare hunc seniorem ad me adduxistis? Quodcunque ego solvo, ille ligat; quodcunque ego ligo, ille solvit.* Alibi, *R. Chaia dixit, Quodcunque ligavi tibi alibi, solvo tibi hîc.* Al. *Quæsivit à Sapiente uno, & ille ligavit: nè quærat à Sapiente alio, nè fortè solvat.* Al. *Quamvis è Shammæanis ac Hillelianis, hi ligarent, & illi solverent; non prohibiti tamen sunt, quo minùs purificationes facerent hi secundùm illos.* Al. *Sapiens qui judicat judicium, polluit & mundat,* (i.e. pollutum declarat, aut mundum) *solvit, aut ligat.* Bab Berachoth, fol. 23. 1. Num licet ingredi latrinam cum Phylacteriis ad mingendum tantùm? *Rabbena solvit, Rabb. Ada ligat.* Hierof. Horajoth, *Doctor mysticus, qui nec ligat, nec solvit.* Pesachin, *In Judæa opera* (servilia) *fecerunt vespere Paschatis,* (i.e. die Pascha præcedente) *usque ad meridiem; at in Galilæa non. At quod ad noctem Schola Shammæana ligat; Schola Hilleliana solvit, usque ad ortum Solis.* Hierof. Shabb. *Speculam inspicere mulieribus non licet, si modò parieti affigatur: sed Rabbi solvit, at Sapientes ligârunt.* Ibid. *Lavantibus in thermis Sabbato ligant lotionem, solvunt sudationem.* Bab. Sanh. fol. 100. 1. *Nunquam solverunt nobis corvum, nec ligârunt nobis columbam.* Maimon. *Scribæ fermentum ligârunt.* Al. *Quæsivit à me, Quid si eatur in forum? Et ego illud ei ligavi.* Tanchum, *Necessariò solverunt salutationem Sabbato.* [Alia exempla vide in Doctissimo Authore.] Ex his liquet, 1. hanc phraseologiam adhiberi in doctrina & judiciis, de rebus licitis, aut non licitis, in Lege. 2. *Ligare* idem esse ac *prohibere*, aut *prohibitum declarare*; & *solvere* idem ac *permittere*, aut *declarare*, *licitum*. Christum, communi Phrasiologiâ utentem, communi & vulgari sensu ab auditoribus intellectum, ridiculum dicam? an amentiæ esset? non opinari. Huc ergò recidunt hæc Christi verba. Cùm jam adesset tempus, quo Lex Mosis partim enervanda, partim continuanda, esset, Petro hîc, reliquisque Apostolis, Mat. 18. 18. potestatem concedit, ut enervarent aut confirmarent, prout sibi visum foret Spiritu Sancto ad hoc edoctis: q. d. Quodcunque in Lege Mosaica vos prohibueritis, prohibitum erit, sanciente authoritate Divinâ; & quodcunque permiseritis, erit licitum & permissum. Hinc prohibuerunt circumcisionem, aliáque, Act. 15. & permiserunt purificationem Paulo, Act. 21. 24. Sensus ergò loci est, q. d. Ædificaturus sum Ecclesiam Gentilitiam, tibíque, ô Petre, do claves Regni cœlorum, ut tu primus ostium fidei eis aperias: si autem quæras, quânam normâ regulanda sit ista Ecclesia, cùm norma Mosaica isti videri possit admodum aliena, tu ità à Spiritu Sancto ducêris, ut quodcunque Legis Mosaicæ illis prohibueris, sit prohibitum, quodcunque concesseris, erit concessum, idque sub sanctione in cœlo. Hinc Petrus, clavibus suis usurus, edocetur cœlitus soluta fuisse quæ antea ligata erant; nempe & consociationem *Judæi* cum *Gentili*, & comestionem animalis cujusvis, &c. Verba ista Joan. 20. 23. in eundem sensum cum his sub manibus coguntur; cùm longè alium secum ferant. Ibi agitur de personis per Apostolos puniendis, aut non puniendis; hîc de doctrinis, rebúsque licitis aut non licitis in religione, determinandis ab Apostolis [x]. Ordinatio Ministri, apud Judæos, hâc vel simili formâ facta est, *Accipe tu potestatem ligare & solvere*, vel, *docere, ligare & solvere*, ut constat ex Maim. Sanhed. (Verba vide in Authore.) Christus ergò h. l. Discipulos suos constituit in statu Ministeriali, ut docerent quid [esset] *ligare* & *solvere*, quid faciendum & quid non faciendum; id quod Ministris omnibus tribuitur, Apostolis verò modo eminentiore, ut ostensum [y]. *Ligare* aut *solvere* juxta quosdam nihil aliud est quàm homines jam à Deo aut ligatos, aut solutos, docere sive declarare; sicut in veteri Lege Sacerdotes leprosos neque faciebant, neque curabant, sed declarabant, &c. Ità Hieron. hîc docet, & post eum Rabanus, aliique nonnulli Theologi, quos Calvinistæ sequuntur. Contrà: 1. Sic nihil aliud hîc daretur Petro quàm quod Scribæ & Pharisæi antea habebant, Mat. 23. 2. quod absurdum. 2. Tunc Christus verba invertisset, dixissétque, *Quæcunque ligata erunt in cœlis, ligabitis super terram*, &c [z]. His verbis, *Quicquid ligaveris*, &c. claves, h. e. potestatem ministerii, distribuit in partes; sed sub alia metaphora. Significat autem, eos, quibus cœlum clauditur per denunciationem iræ Dei, quasi ligari ut conjiciantur in Gehennam; sicut alibi dicit hypocritas conjectum iri ligatis manibus ac pedibus in tenebras, &c. Contrà, eos, quibus cœlum per annunciationem gratiæ Dei aperitur, solvi vinculis peccati, ut expeditè introeant in cœlum [a]. *Clavis* hîc est Verbum Dei, quo *aperitur regnum cœlorum*, h.e. remissio peccatorum & vita æterna promittitur credentibus, sicut non credentibus *clauditur*, &c. i. e. negatur remissio, &c [b]. Hâc metaphorâ *ligandi* & *solvendi*, idem significatur quod superiori, nimirum suprema potestas remittendi aut retinendi peccata, excommunicandi, & absolvendi [c]. Peccata *vincula* vocantur, tum ob maculam, quâ hominem fœdæ captivitati Diaboli subjiciant, verámque, quæ ex virtute est, libertatem adimant; tum ob reatum, quo hominem pœnæ debitorem reddunt. Ligat Petrus, dum pœnas ei infligit, excommunicationis, &c; solvit, cùm pœnas remittit. Dicit, *super terram*, h. e. tu in terra judicem agens in eos qui degunt in terra. Ad mortuos non extenditur hæc Petri potestas, nisi impropriè. ¶ *Erit ligatum*] i. e. Firmum ratúmque. ¶ *Et in cœlo*] i. e. Idem erit meum Patrísque judicium, quod fuerit tuum. Intellige, si Petrus potestate hâc legitimè utatur, non ex odio, favore, &c. sed justè judicet, sequatur leges Dei & Christi. Nam si insontem ligaret, id non esset ratum in cœlo. Hæc ergò auctoritas Petro data nullum præjudicium adfert juri Dei, quasi is ut pedarius judex subscribere cogatur hominis sententiæ [d].

20. *Tunc præcepit*, διεστείλατο] *Edixit*, Er. Bru. *Interdixit*, Be. Pi. Tre. Sch. *Disertè mandavit*, ut vox ferè sumitur in Aristot. & Plat. [Verba vide in Camer.] *Graviter interdixit*, Cam. sim. Scul. ut in Athen. l. 6 [*]. Διαστέλλειν propriè est, *dividere* & *diducere*; ubi contrà, συστέλλειν, *contrahere*, & quasi *condensare*, significat. Unde postmodum διαστέλλειν dicitur de præcepto aliquo singulari & ab aliis distincto & quasi separato. Ità sumitur verbum & in N. T. & apud prophanos Scriptores [f]. ¶ *Discipulis suis*] Illis prohibet, non sibi; qui illud docuit, quando noverat expedire, ut Joh. 5. 18. & 18. 37 [g]. ¶ *Quia* (vel, *Quod*, Er. Bru.) *ipse esset Jesus Christus*] vel, *ille Christus*, Bru. Pi. Clarior est sententia omissâ voce *Jesus* [h]; quam omittunt & Syrus, & vetustissima tum Græca, tum Latina, exemplaria [i], & Orig. & Ambros. & Theophylactus [k]. Et sanè videtur abundare [l]. Ἰησοῦς haud dubiè interpretamentum fuit [m]: & irrepsit in textum tanquam glossema pronominis αὐτὸς [n]. Sed hoc fingitur sine ulla ratione [o]. Ἰησοῦς legunt Codices plerique, & quidem optimi, tum Græci, tum Latini [p]. *Jesus* nomen est proprium, quo apud omnes noscebatur; *Christus* nomen est dignitatis [q]. Sed videtur hoc Christi interdictum pugnare tum cum bonitate Christi, quia fidem impedivit; tum cum sapientia ejus, quia Discipulos antea miserat ad prædicandum Evangelium, Matth. 10. *Resp.* 1. Non impedivit hoc fidem eam quâ quis salutem consequi potest. Aliud est credere in Messiam, vel quid sive qualis sit Messias, aliud credere hunc hominem, putà Jesum, esse Messiam; quod aliquamdiu ignorari poterat sine jactura salutis. Non interdixit eis ne docerent esse aliquem Redemptorem, sed nè dicerent se illum esse. 2. Discipuli Matth. 10. non sunt emissi ad prædicandum Evangelium propriè dictum, sed tantùm ut auditores & discipulos sibi pararent, & animos hominum erigerent in adventum Messiæ, ut liquet ex Matth. 10. 23 [r]. Apparet ex hoc loco [Matth. 16. 20.] in legatione, cujus

y Cam.
x Li. ho.
y Li. chron. p. 40.
z Mal.
a Pi.
b M.
c Me. ex Mal.
d Bru.
* Scul. ex. 2. 75.
f Cam.
g Bru.
h Idem.
i G. sic Bru. sim. Er.
k G.
l Be. ex Er. Pi.
m G.
n Pi.
o Glas. philol. l. 2. p. 181.
p Glas. ib. ex Bru.
q G.
r Cam.

cujus antea facta est mentio, notam [eos] omnibus fecisse Jesu sanctimoniam & miracula, agendum pœnitentiam, & non longè esse Regnum cœlorum; Jesum autem esse Christum, h. e. Regni illius Regem, id non esse ab ipsis publicatum, sed ejus rei enunciationem reservatam ipsi Domino pro ratione locorum & temporum dispensandam. Vide Marc. 14. *61*, *62*. Joh. 5. 18. & 8. 58. & 10. 30. & 11. 27 †. Qu. Sed cur tandem hoc eis interdixit? Resp. 1. Ad vitandam calumniantium Scribarum invidiam [t]: nè videretur gloriam indè captare velle [v]. 2. Ut populus ipsum esse Messiam statueret, non tam ex domesticis suorum testimoniis, quàm ex sermonibus & miraculis ipsius, quibus id demonstravit [x]. 3. Quia aliud fuit, idque commodius, tempus hoc vulgandi [y]. 4. Apostoli nondum idonei erant ut rem tantam prædicarent [z], eámque omnibus persuaderent [a]; conturbatis nimirum ob instantem Christi mortem ipsorum animis, necdum misso Spiritu S. à quo corroborandi erant. Quare noluit eos onerare invidiâ prædicationis Evangelii [b]. Multò majore cum fructu promiscuè ad omnes perferri ea fama potuit, postquam Christus possessionem Regni sui erat adeptus, idque ipsum testatus erat resurrectione, ascensu in cœlum, & missione Spiritûs S. non ultrà obnoxius humanis infirmitatibus, quarum respectus à recta veneratione ipsius evellere homines poterat. Eòdem facit quod infrà est 17. *9* [c]. 5. Nè tenella fides, hominum animis insita, imminentis passionis tempestate subverteretur absque omni spe restitutionis [d]: ut colligitur ex v. seq. & clariùs ex Luca *. Absurdissimum enim omnibus visum erat, vel Deum occidi posse, vel Messiam à sua gente reprobari [f]. Noluit ergò Christus eos docere, quòd esset Jesus (quod, quia servatorem significat, Dei nomen est, ut Christus, hominis nomen) & Filius Dei vivi, i. e. verus & naturalis [g]; id quod nec ipse apertè declaravit: quin & offensos eò quòd Deum Patrem vocaverat, ambiguitate nominis ludificatus est Joh. 10. 34, 35, 36 [h].

21. *Exinde*, &c. Ἀπὸ τότε, &c.] *Ex tunc*, Bru. *Ex eo tempore*, Bru. Pi. &c. quo suam illis Divinitatem declaraverat, ut absolutissimè illos instrueret doceretque mysteria reparandæ salutis humanæ [i]. Cùm se Filium Dei confessi fuissent, idonei videbantur ut futuræ mortis illis mysterium explicaretur [k]. Qu. Cur non antea hoc eos docuit? Resp. Nè, si mortis ipsius mentionem fecisset, antequam ab Apostolis tanquam Filius Dei aut cognitus, aut declaratus esset, offenderentur, & ab eo discederent [l]. Qu. At cur postea? Resp. Nè, si non præmoniti Christum patientem viderent, de ejus Divinitate dubitarent [m]. Nè deficerent, cùm eum mori viderent [n]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι δεῖ, &c.] *Quòd oporteret*, Bru. sic Be. Pi. &c. i. e. necessarium esset, non necessitate coactionis, sed finis; non consequentis, sed consequentiæ [o]; non absolutè, sed posito Dei decreto de humano genere per Christi mortem redimendo [p]: ad satisfaciendum Prophetarum vaticiniis, Patrísque mandato, ac suo ipsius consilio de redemptione hominum [q]. Al. Optimè vertitur, *Quòd futurum esset* [r]: & δεῖ sæpe nihil aliud significat, ut Matth. 24. *6*. Marc. 13. 7. Act. 4. 12. Apoc. 1. 1. & 4. 1. & 22. *6*. Ità Matth. 17. 10. δεῖ ἐλθεῖν, de Elia, quod Matth. 11. 14. est, μέλλει ἔρχεσθαι. [Ità h. l.] Neque enim hîc aut de præfinito Dei consilio, aut de utilitate rei, agitur, ut alibi, sed res futura prædicitur. Atque ideo Petrus Christo conatur persuadere, ut hoc ipsum evitet; quod vix credibile est facturum fuisse, si eo ipso momento intellexisset hoc esse præfinitum Dei consilium †. ¶ *Abire*] Non ampliùs rediturum hac vitæ formâ. ¶ *Jerosolymam*] Destinatum suæ morti locum; tum, 1. ut ibi rem ipsam exhiberet, veram pro peccatis hostiam, Heb. 10. 10, 12. ubi umbræ, Pascha aliæque sacrificia, offerebantur: tum, 2. ad supplicii augmentum, ut probrosissimum esset: tum, 3. ad gloriam ejus, ut fama hujus rei faciliùs per totum mundum divulgaretur. ¶ *Et multa pati*] Multas verborum rerúmque injurias, non nudam mortem, &c [t]. ¶ *A*, &c. Ἀπὸ (pro ὑπὸ [v],) τῶν πρεσβυτέρων, &c.] *A presbyteris*, Er. *A senioribus*, Be. Pi. Πρεσβύτεροι hîc sunt *Senatores* [x], Hebræis זקנים Deut. 21. 2 [y]. sicut & 1 Mac. 14. 20. (qui plerumque vocantur πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, ad discrimen eorum qui erant οἱ πρεσβύτεροι τῆς πόλεως, Judices scilicet minorum causarum; quales erant non in aliis tantùm oppidis, sed & Hierosolymis:) unde συνέδριον ipsum non rarò πρεσβυτέριον vocatur, Luc. 22. *66*. Act. 22. 5. ut & alibi γερουσία, significatu eodem. Quanquam autem in eodem Senatu plerumque erant & Sacerdotum Principes, tamen solent hi peculiariter nominari ob eminentem auctoritatem. Γραμματεῖς autem tanquam adsessores aderant Senatui. Tria hæc hominum genera videmus ordine promiscuo in his libris nominari, quoties Synedrii coacti fit mentio [z]. *Seniores* hîc dixit pro *senes*. *Senes* autem vocabant Judices utriusque Synedrii, magni, & parvi. Hîc de magno loquitur, quod tantùm judicabat de falsis Prophetis. Hos Ebræi *Sanhedrin* appellant, Josephus γερουσίαν. *Senes* etiam hîc intelligi possunt sapientes Israel, qui alio nomine *Pharisæi* dicebantur [a]. Nomen hoc non tam ætatis est quàm dignitatis [b]. Auget hoc probrum mortis Christi, quòd non à plebe levi & facilè incitata, sed ab eis quorum erat jus dicere, & insontes tueri, ab omnibus ordinibus conspirantibus, occideretur, adhibito Gentium ministerio. ¶ *Et occidi*] Christus Discipulis suis integrè tandem, sed paulatim & servato ordine, aperuit consilium Dei. Postquam ergò eos firmâsset in fide Deitatis suæ, nè Regnum Christi terrenum sperarent, mortem suam prædicit, simul muniens eos adversùs procellam illam, &c [c]. ¶ *Et tertia die* (scil. à sui occisione: vide suprà 12. 40 [d].) *resurgere*] Nimirum, ut sic etiam κατὰ πόδας impleretur quod metaphoricè dictum erat Ose. *6*. 2. & præsignificatum in Isaaco, qui die tertio quasi in vitam fuit restitutus, Gen. 22 *. *Resurgere*, nempe à morte ad vitam immortalem. Hoc addit, nè Discipuli, morte ejus auditâ, dejicerentur animis, &c. *Suscitandi* verbum metaphoram habet à somno; *resurgendi*, à casu, sumptam; mors enim nunc casui, nunc somno, comparatur [f].

22. *Et*, &c. Καὶ προσλαβόμενος, &c.] *Et apprehendens*, Bru. sim. Er. Be. Pi. ex Marco [g]. Vel, *abduxit*, Tre. sic Sy. *assumens*, Mo. *cùm assumpsisset*, Ti. vel, *manu prehendens*, sive arripiens, ut solent qui asperius aut liberius quid dicturi sunt [h]: ut solemus amicum, declarantem inopinatò absurdi quid sibi esse propositum, quasi oblitum sui, retinere & retrahere [i]: *subducens*, Q. in Mal. sic Be. seorsim abducens [k], ut familiariùs dicturus [l], non ausus eum coram aliis increpare [m]. Vel, *respondet*, Æth. sic לקח, *accipere*, ponitur pro *alloqui*, Num. 16. 1. Puto phrasin hanc Hebraicam esse similem Gallicæ, quâ dicimus, *il le vous à pris*, i. e. increpavit, &c [n]. Al. Cùm προσλαμβάνεσθαι Græcè, inter cætera, *complecti* significet, videtur id h. l. optimè convenire. Hoc enim gestu summum suum amorem in Christum testari Petrus voluit. Neque aliunde ducta videtur translatio quæ Rom. 15. 7. aliísque in locis apparet [o]. Posset forsan sic verti, *commiseratione commotus*; nam προσλαμβάνειν, *assumere*, sæpe significat *misereri*, Rom. 14. 1. & 15. 7 [p]. Vel, *clàm dixit*, Pers. ¶ *Cœpit increpare*, Ἐπιτιμᾷν] *Objurgare*, Sy. P. Ca. &c. vel, *vetare*, Ar. Non jurgantis authoritate, sed amantis ac miserantis affectu, indigna hæc putans Filio Dei [q]. ¶ *Absit*, &c. Ἵλεώς σοι] *Propitius tibi*, sub. *sis*, vel *esto*, Er. Il. Tre. Be. &c. Respice te, parce tibi, nè hoc tibi persuadeas [r]. Vel, sub. *erit*, vel *sit*, V. Camer. Er. Deus scilicet †; quod etiam subauditur 1 Mac. 2. 25. & apud ό. ad Gen. 43. 23. 1 Sam. 14. 45. 2 Sam. 20. 20. Quod autem sequitur, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, est hujus locutionis ἐξηγητικόν. Futurum enim more Hebræo positum est pro Optativo. Tantundem ergò hoc est, q. d. μὴ γένοιτο, quomodo ό. sæpe vertunt חלילה, quod locis jam citatis è Samuele & alibi verterunt ἵλεως, ut Jos. 22. 19. 1 Sam. 26. 11. Pro eodem ponitur μηδαμῶς ἐμοί, 1 Sam. 14. 7. Et ubi illi habent ἵλεως, aliorum versiones Græcæ habent, μὴ γένοιτο. Ità Latinè tantundem valent, *Avertat Deus*, & *Absit*. Josephus pro eodem dicit, ἀπείη πεῖρα τοῦ λόγου (*Absit experimentum dicti* [t].) Syrus ad verbum locum sic vertit, *Pepercit tibi* (sup. *Deus*) *Domine, ut hoc tibi fiat*, i. e. non adeò tibi iratus Deus est, ut hoc tibi contingat, sed pepercit tibi [v]. [De qua versione plura videsis in Cl. Authore.]

23. *Qui*

Margin notes (left column): † G. — [t] Me. — [v] T. — [x] Scul. ex Basil. — [y] Me. — [z] Cam. — [a] T. ex Chrys. — [b] Cam. — [c] G. — [d] Bru. sim. Mal. T. — * T. — [f] Bru. — [g] Mal. ex Ambros. & Euthym. — [h] Mal. — [i] Bru. — [k] Mal. — [l] Mal. ex. Chrys. & Euthym. & Th. — [m] Mal. ex Th. — [n] M. — [o] Bru. — [p] Mal. — [q] Bru. — [r] G. ex Sy. — † G. — [t] Bru. — [v] Camer. Be. — [x] G. — [y] Be. Bru. sic G.

Margin notes (right column): [z] G. — [a] D. — [b] Be. Bru. — [c] Bru. — [d] Idem. — * G. — [f] Bru. — [g] Bru. — [h] Pri. — [i] Bru. — [k] Camer. sim. Be. — [l] Be. ex Er. — [m] Chrys. & Hi. & Euthym. in Bru. — [n] Mal. — [o] G. — [p] Mal. — [q] Bru. — [r] Idem. — † Camer. V. G. ex Sy. Er. — [t] G. — [v] Di.

23. *Qui*, &c. Ὁ δὲ στραφεὶς] *At ille conversus*, Pi. sive *se convertens*, Be. ad Petrum à latere sibi adstantem, manúque se prehendentem, vultu torvo[x], sive ad majorem severitatem composito. Ità Luc. 9. 55. στραφεὶς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς. Nam ibi quoque nulli alii erant quos alloqueretur quàm Discipuli; ut & hîc; neque verò Petrum solum, sed Discipulos omnes intuitus est Christus cùm hoc diceret, ut ex Marco discimus. Ità & Joh. 20. 16. στραφεῖσα animi aut vultûs immutationem indicat. Et Act. 16. 18. ἐπιστρέψας τῷ πνεύματι, est, *animo commotior*. Eadémque significatio est vocis ἐπιστρέψαντος, Act. 21. 40. Vide & suprà 7. 6. Solet easdem significationes habere Hebræum פנה, quod hîc posuit Syrus[y]. ¶ *Vade*, &c. Ὕπαγε ὀπίσω μου] *Abi*, vel *Abscede*, *post me*, vel, *retro me*, Be. Pi. Bru. &c. vel, *à me*, Pi. Bru. i. e. extra conspectum meum[z]. Vide suprà 4. 10[a]. q. d. Facesse hinc, discede[b]; desine me sequi & comitari[c]: ex oculis enim se recipere &, aversis in contrariam partem vestigiis, abire solet (quod est, *post nos*) is qui prorsus à nobis repellitur: non agnosco te Discipulum meum, si scilicet perstas in hac sententia[d]. Al. *Vade post me*, q. d. Deberes potiùs sequi, imitaríque passionem meam, quàm ab ea me revocare[*]: vel, Sequere potiùs meam sententiam quàm tuam[f]. Sed non dubium est quin oratio hæc sit facessere jubentis, ut Matth. 4. 10[g]. ¶ *Satana*, Σατανᾶ] Apparet jam Christi seculo enunciatam hanc vocem Συριστί. Nam Hebræum est שטן, quod ο'. modò σατὰν, ut 2 Sam. 19. 22. 1 Reg. 5. 4. modò διάβολον, reddiderunt, ut Psal. 109. 6. Hebræam vocem retinuerunt eodem quo hîc ponitur significatu, 1 Reg. 11. 14. Σατὰν, i. e. *hostem*, ut Tertul. reddit. Quare mirum non est à Matthæi Interprete retentam vocem Hebræam, cùm esset ea & Hellenistis in usu[h]. Vox Σατανᾶς potest bifariam accipi: vel, 1. significatione generali[i], pro adversario[k]: ut *Satan* sumitur 2 Sam. 19. 22[l]. & Num. 22. 32. q. d. qui mihi hostis es, & obstaculum[m]. Ostendit Christus, Petrum, amoris specie, revera sibi esse adversatorem[n], & consultorem pessimum[o]; causámque reddit, ὅτι οὐ φρονεῖς, &c. nam τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς Θεόν, Rom. 8. 7[p]. Vel, 2. significatione speciali, pro Cacodæmone: cui favet, quòd Evangelista retinuit vocem Hebraicam, quâ Dominus fuit usus: quum generalem significationem potiùs expressisset voce ἀντικείμενος, aut ἀντίδικος. Sensus, q. d. Diabolo similis es[q]; ejus instinctu hoc dicis[r]; ejus partes obis, idémque cum eo moliris, nè scilicet salvetur humanum genus[†]. Nomen *Satanæ* iis tribuitur qui voluntati Dei adversantur vel obstinatâ malitiâ, ut Judas, Joan. 13. 27. vel incogitantiâ quâdam, aut etiam arrogantiâ, ut hîc Petrus[t]. Quem tam durâ increpatione refellit, non tam ut illius arrogantiam retunderet, quàm ut imprimeret menti illius, quanti interesset ipsum mori, &c[v]. ¶ *Scandalum* (vel *Offendiculum*, sive *Offendiculo*, Sy. Tre. Be. vel, *Obstaculo*, Er. Il. Ti. V.) *es mihi*] i. e. Offensionis & ruinæ mihi causa es[x], quantum in te est[y], dum avocas me ab obedientia quam Patri debeo[z], & horrorem mihi ignominiæ, cruciatuum, & mortis, injicis. Quem horrorem in Christi carne modò majorem, modò minorem, fuisse apparet. Vide infrà 26. 38. Heb. 2. 18. & 4. 15[a]. Per te non stat quò minùs iter vocationis meæ abrumpam, impedimento hoc mihi objecto[b]. Est autem hoc, *scandalum mihi es*, explicatio vocis *Satanæ*. Nam & sic qui Judæos à Legis observatione abducebant, dicuntur facti εἰς διάβολον τῷ Ἰσραήλ, 1 Mac. 1. 36. i. e. εἰς παγίδα, & εἰς σκάνδαλον, ut ibidem exponitur, & 5. 4[c]. ¶ *Quia non*, &c. Οὐ φρονεῖς, &c.] *Non sapis* (vel, *cogitas*, Tre. Ar. Pers. *consideras*, Æth.) *quæ sunt Dei*, (i. e. ea quæ probat sapientia Dei, mortem inprimis meam[d]: decretum Dei non capis[*]:) *sed quæ sunt hominum*, Be. Pi. &c. i. e. quæ caro & sanguis suggerunt, quæ probant homines, quorum judicium plerumque à judicio Dei dissonat[†]. Res æstimas non ex voluntate & decreto Dei, sed ex sensu carnis & hominum judicio[f]. Non studes promovere gloriam Dei, sed commoda humana, tum mea, tum tua ipsius[g]. Eadem phrasis Rom. 8. 5. φρονοῦσι τὰ τῆς σαρκὸς[h]; i. e. Ea curas magníque facis quæ ad vitæ hujus commoda pertinent, posthabitis Dei negotiis, quæ nobis omnibus commodis esse debent potiora, ut sequentibus verbis Christus explicat. Quem jam modò beatum prædicaverat, ei nunc quàm sit adhuc infirmus demonstrat, ut morbum agnoscens à Deo remedium expeteret. Φρονεῖν autem & hoc & aliis in locis non arrogantiam, sed animi studium, significat. Ità Græcè dicimus, φρονῶ σοι φίλα, φρονῶ σοι κακά, φρονεῖν τὰ δέοντα· neque aliter Hellenistæ. Ità, φρονεῖν τὰ ἡμῶν, in 1 Mac. 10. 20. &, φρονεῖν τὰ Ῥωμαίων, in Jo. Antiq. 14. 10[i]. Al. φρονεῖν significat Petrum arrogantiâ & falsâ quâdam de se persuasione peccâsse[k]. Non placet. Summam θερμότητα, (*fervorem*,) in Petro notant veteres, sed sine fastu[l]: nec φρονεῖν superbiæ significationem habet, sed simpliciter est διαλογίζεσθαι, *cogitare*, *mente uti*; μέγα φρονεῖν, de *superbiente* dicitur, sicut ταπεινοφρονεῖν, de *humili & modesto*[m].

24. *Tunc*] Post patefactum Petri errorem acrémque increpationem, &c[n]. ¶ *Dixit discipulis*] Imò *turbæ*, inquit Marcus, *ad omnes*, Lucas. Resp. 1. Christus Apostolis vel solùm, vel præcipuè, id dixit, sed præsentibus turbis, & quasi testibus advocatis, qui etiam sibi dictum putabant[o]. 2. *Discipulos* hîc intellige quosvis Christi sectatores[p]. ¶ *Si quis vult post me venire*, Ἐλθεῖν] i. e. πορεύεσθαι. Nam ὀπίσω πορεύεσθαι dicunt Hellenistæ pro ἀκολουθεῖν, ut Jer. 2. 25. & passim[q]. Synecdoche generis pro specie[r]: *post me venire*, i. e. me sequi, non pedibus, sed imitatione[†]; meus esse Discipulus[t]. Moris erat, ut Discipuli præeuntem Magistrum sequantur[v]; Matth. 4. 19. Act. 20. 30[x]: non autem ut præeant, ut cœperat Petrus, quasi quid Christum deceret meliùs prospiceret quàm ipse Christus[y]. ¶ *Abneget* (vel, *Abdicet*, Be. Camer.) *seipsum*] Ità Er. Il. Mo. &c. i. e. Neget se esse aliquid[z]: omnino neget se nosse. i. e. habeat se quasi non [se] nôrit, h. e. amet[a]: veterem hominem exuat, novum induat[b]: exuat affectus naturales erga commoda hujus vitæ, & spirituales induat, &c[c]: nullam sui habeat rationem[d], quæ ipsum vel tantillum à Deo abducat[*]: se, cùm opus est, pro Christo contemnat[f]. *Se*, i. e. *animam suam*, ut Syrus habet. Confer Matth. 10. 39. Luc. 14. 26[g]. *Animam*, i. e. vitam corporis, ut Mat. 10. 30[h]. vel, voluntatem suam, & quicquid ei jucundum est, ubi scilicet non consonat voluntati Dei[i]: non ex humano affectu vivat, sed meditetur vitam Deo dignam, & sese committat curæ Dei[k]. Quid sit nos abnegare disces, si expendas quid sit alios abnegare: hoc autem est, alios contemnere ac deserere, eos eorúmque vitam pro nihilo ducere[l]; eos non nosse pro suis, communionem eorum recusare, negligere, atque aversari. Sic Judæi & Mosem *abnegâsse* dicuntur, Act. 7. 35. & Christum, Joh. 19. 15. Act. 3. 13, 14. & *abnegare impietatem* dicitur eodem sensu. Seipsum abnegare jubetur quis non simpliciter, sed secundùm quid, nimirum quatenus homo Deo adversatur, &c[m]. ¶ Ἀπαρνησάσθω, &c.] *Renunciet sibi ipsi*, Ca. *A seipso procul absit*, Pers. *Odio habebit animam suam*, Æth. Ἀρνεῖσθαι, est, *negare*[n], cui etiam vim adjicit addita præpositio[o]; ut notet, Aliquid perinde habere atque si nihil ad se attinere quispiam testetur, quod fieri inficiatione consuevit[p]. Translatio sumpta ab iis qui partes alicujus deserunt, idque palàm profitentur. Ità ἀρνεῖσθαι de tali desertione quæ non verbis quidem, sed reipsa, fit, figuratè usurpatur, 2 Tim 2. 12. & 3. 5. Tit. 1. 16. Heb. 11. 24. 2 Pet. 2. 1. Judæ 4. Est ergò hîc *abnegare*, &c. מאס, quod apud Lucam, μισεῖν, &c. 14. 26. Loquitur autem Christus ex vulgi opinione, quam deinde refellit. Nam is vulgò *desertor sui suique prodigus* dicitur, qui vitæ commoda vitámque ipsam non omni studio conservat: φιλαύτους (*sui amatores*) *vocant*, inquit Aristot. De moribus 9. 8. *sibi nimium tribuentes in opibus, honoribus & voluptatibus corporis. At*, inquit, *homo dici debet* τὸ κυριώτατον, *quod in homine præcipuum est*, *& qui hoc diligit & huic gratificatur, is maximè se diligit, quamvis pro eo mori cogatur.* Quæ sententia an rectè defendi possit à philosopho nulla agnoscente præmia pœnásve post hanc vitam, non immeritò dubitatur. Augustinus certè, sublatis illis præmiis pœnísque, verum staturam ait à partibus Epicuri. Ipse Apostolus, post tot accepta à Dei dona, inquit, *Si in hac vita tantùm*, &c. [Cor. 15. 19.] Laudant multi dictum illud Antigoni, unde ortus

Marginal notes (left column): x Eru. — y G. — z G. sic Ca. Eru. — a G. — b Bru. — c V. — d Bru. — * Hil. sim. Orig. & Hi. in Mal. — f Aug. in Mal. — g Mal. — h G. — i Pi. — k Pi. sic Bru. Ham. &c. — l Ham. Heins. in Wal. — m Heins. — n G. — o Bru. — p G. — q Pi. — r M. — † Bru. — t Be. — v Bru. — x Idem. — y G. sim. Bru. — z Bru. V. — a G. — b Ec. — c G. — d Bru. — * V. — † Eru. — f Scul. ex Cas. — g Pi. — h Pi. sim. G.

Marginal notes (right column): i G. — k Be. — l Cas. — m Scul. ex 2. 76. — n Gom. sim. Bru. — o Mal. — p Gom. — q G. — r Gom. — † Bru. — t Be. Bru. Gom. — v Gom. sim. Pi. Sch. — x Gom. — y Be. — z Camer. — a Bru. — b Hi. in Mal. — c Pi. — d Be. Mal. Ham. — * Be. — f Mal. — g Bru. — h Mal. — i Bru. — k M. — l Mal. ex Chrysost. — m Gom. — n Be. — o Be. sim. Bru. — p Be.

ortus dicitur Sadducaiſmus: neque nego potuiſſe illum rectiùs ſentire quàm qui hoc dicto abuſi ſunt. At miſericors Deus, ſicut mancipiorum eſſe ait ſolâ pœnæ præſentis formidine malis abſterreri, & ingeniorum ſatis vilium ſpe rerum caducarum officium facere; ità veram illam cœleſtem atque æternam mercedem perpetuò nobis ob oculos ponit. Imò divinus ad Hebræos Scriptor religionis ipſam velut ſubſtantiam in eo locat, ut agnoſcamus, *quòd Deus eſt, & quòd ſit remunerator*, &c. Hebr. 11. 6. Chriſtus quoque h. l. nos ad faciendam rerum mortalium vitæque ipſius, ſi opus ſit, jacturam hoc argumento invitat, quòd in ea jactura maximum ſitum ſit lucrum [q]. ¶ *Tollat*, &c. Ἀράτω, &c.] *Tollat*, vel, *Attollat*, (nempe in humeros [r], vel caput, portandam †:) *crucem ſuam*, Pi. Be. propriè patibulum [t]; i. e. adverſitatem quamcunque [v], nempe *ſuam*, h.e. non quam meritus eſt, aut temere ſibi acceſſit, cùm ſine officii læſione eam declinare poſſet & deberet, Matth. 10. 23. ſed contrà, quam Deus vult, h.e. officii neceſſitas poſtulat, 1 Pet. 2. 19, 20. & 3. 17 [x]; quam Deus ipſi deſtinavit [y]; quam pro Chriſti nomine patitur. *Crucis* nomine innuit conſociationem noſtram in ejuſmodi ærumnis cum Chriſto [z], qui à Judæis religionis odio afflictus crucem impoſitam portavit, Joh. 19. 17 [a]. *Suſcipiat crucem ſuam*: quo ſenſu ſuprà dictum, λαμβάνειν σταυρὸν, 10. 38. alibi, βαστάζειν, h.e. Nè detrectet mala quæ ipſi inferuntur ob cauſam pietatis. Nam de hoc malorum genere propriè hîc agitur [b]. Αἴρω, eſt, *tollo*; item, *porto, geſto, fero*; propriè, *ſublatum porto*. Sic & נשא Hebræis [c]. ¶ *Et* (pro, Atque ità [d],) *ſequatur me*] Qui præeo, crucem ferens *, & meipſum abnegans [f]. In hoc commate duabus locutionibus, alterâ [i. e. primâ] Helleniſticâ, alterâ Græcâ, res eadem exprimitur. Senſus enim eſt, qui me ſequi vult, ſe abdicet, crucémque in humeros ſuos tollat, ut verè ſequi me poſſit [g]. *Sequatur me*, i. e. meum exemplum, &c [h].

25. *Animam ſuam*] Vide ad Matth. 10. 38 [i]. i. e. Vel, vitam [k]; vel potiùs, ſeipſum: per Synecdochen [l]; ex collat. Luc. 9. 25 [m]. ¶ *Servare*] Scil. in hoc mundo [n]. ¶ *Perdet eam*] In futuro ſeculo [o]: in æternum [p]. ¶ *Inveniet eam*] i. e. Eam recipiet [q], ſalvam faciet [r], lucrifaciet. Confer Luc. 17. 33. Nam εὑρίσκειν Græcis eſt, *labore ſuo aliquid conſequi*, teſte Ulpiano; & *invenire*, Latinis eſt, *parare ſibi & acquirere*, teſte Donato †.

26. *Quid*, &c. Τί γὰρ, &c.] *Quid enim prodeſt*, &c. Be. Pi. Γὰρ hîc non eſt cauſale, ſed communicativum; q. d. Quid, quæſo, juvabitur homo [t]? ¶ *Animæ*, &c. Τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ;] *Animæ verò ſuæ patiatur defectum?* Tre. vel, *jacturam fecerit?* Pi. ſic Ar. Ca. Ham. *Animâ verò ſuâ mulctetur?* Be. Mal. Metaphora de foro ſumpta, in quo ſi quis de poſſeſſione locupleti, & de vita litigaret, nihil lucraretur, ſi poſſeſſionem quidem obtineret, ſed vitam perderet [v]: nam de judicio Dei agitur v. ſeq [x]. & ζημιοῦσθαι apud Græcos eſt vox forenſis, ſicut *mulctare*, apud Latinos [y]. Sed ſignificatio hæc forenſis non eſt perpetua, & aliam habet Syntaxin. Vide Theſaurum H. Stephani [z]. Cùm de judiciis agitur, dicunt Græci ζημιοῦν θανάτῳ, non autem, ζημιοῦν τῇ ψυχῇ [a]. In Agathia tamen l. 3. p. 82. hanc phraſin legimus, *Quid ſi totam Perſidem lucremur*, τὰς δὲ ψυχὰς ἐζημιωθῶμεν, *& animas*, ſive *vitas*, *noſtras amittamus* [b]? Al. Ellipſis hîc eſt τὸ κατὰ ante ψυχήν. Ad verbum ſonaret phraſis integra, *Secundum animam ſuam damnum paſſus fuerit*, ut rectè vertit Stephanus, quod & confirmat tum ex antitheſi hujus loci, ubi κερδαίνειν & ζημιοῦσθαι opponuntur, tum ex collatione loci ſimilis, Phil. 3. 8. ubi κερδῆσαι Χριστὸν opponitur τῷ πάντα ζημιωθῆναι [c]. Nihil mihi videtur certius quàm ζημίαν hîc ſimpliciter opponi τῷ κέρδει, ut apud Ariſtotelem, De moribus, 5. 7. Idem valet נחסר apud Syrum. Bene ergò vertit Vetus Interpres [d]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα, &c.] *Quam* (vel, *Quid*, Tre. Ti. Ca. Ar.) *dabit* (Futurum hîc pro Potentiali, per Hebraiſmum; & τί eſt ἐρώτημα αὐξητικόν, (*interrogatio exaggerans*,) ut cùm dicitur, Pſal. 8. 2. מה אדיר, ubi Lxx, ὡς θαυμαστὸν alii, τί μέγα. Ergò, τί δώσει, eſt, πόσα ἂν δώσῃ *) *homo* (vel, *quiſpiam*, Be.) *compenſationem* (vel, *permutationem*, Sy. Mo. *redemptionem*, Æth. vel, *in permutationem*, Tre. ſic Ar. vel, *cujus permutatione redimat*, Er. Ti. vel, quo *æquiparet*, Ca. Ἀντάλλαγμα vocat id quo dato redimitur aliquid, juxta priſcorum commercia, quæ non monetâ, ſed rerum permutatione, conſtabant [f]. q. d. Id quo ſeipſum redimat [g]. In Hebræo fuerit מחסיר, aut כפר, pro quo Lxx ſolent ponere ἐξίλασμα, aut λύτρον. Nam ſicut Lxx pro pretio redemptionis dicunt interdum ἐξίλασμα· ità viciſſim Scriptor Eccleſiaſtici, 44. 17. ἀντάλλαγμα dixit, ubi propriè dicendum erat ἐξίλασμα. Sunt enim hæc vicinæ ſignificationis [h]:) *animæ ſuæ*, Pi. Be. P. Tre. vel, *pro anima ſua*, Æth. Ar. vel, *animam ſuam*, Er. Ti. Ca. i. e. Quam pecuniam poterit dare homo quâ redimere poſſit vitam amiſſam [i], vel, quâ redimat ſeipſum perditum in altero ſeculo? q. d. Nihil; damnum eſt inæſtimabile & irrecuperabile [k]. Proverbium eſt haud dubiè tritum eo ſeculo, &, ut puto, ſumptum ex Job. 2. 4. ubi Lxx, pro יתן, habent ἐκτίσει· quo verbo rectè expreſſerunt vim τὸ ἀντάλλαγμα·τος· q. d. Quàm multa ac magna libenter daret homo in mortis periculo conſtitutus ſui conſervandi gratiâ? Optimè autem Chriſtus proverbium hoc ſuo inſtituto aptat: argumentatur enim à vita hac temporaria ad vitam illam æternam. Nam ſi omnia quæ poſſidemus arbitramur rectè impendi, ut noſmetipſos in hac vita ſervemus, certè multò magis eadem omnia, ipſaque hæc mortalis vita, impendenda ſunt, ut ad vitam immortalem perveniamus, quæ infinitò ampliùs hanc vitam ſuperat, quàm vita hæc omnia quæ poſſidemus. Hæc indubiè vera hujus loci interpretatio, quæ optimè monſtrat ſequentium cohærentiam. Huic Hebræorum γνώμῃ ſimilis eſt illa apud Græcos, ψυχῆς γὰρ οὐδέν ἐστι τιμιώτερον· & alia Sophoclis & Q. Smyrnæi [l]: [quæ vide in G.]

27. *Filius enim*, &c.] Confirmat quæ jam dixerat [m], nullam fore pro anima permutationem, quia Judex veniet *in gloria*, &c. ideóque bonorum noſtrorum non indigebit [n]. Aptè ergò judicii hîc meminit, in qua anima vel ſalva fiet, vel peribit, ità ut redimi non poſſit [o]: & conſolatur Diſcipulos, quibus hactenus nil niſi triſte tum prædixerat, tum præceperat, revelandæ ſuæ gloriæ promiſſione [p]. ¶ *Filius hominis*] i. e. Chriſtus Mediator, ſive θεάνθρωπος [q]. q.d. Ego, qui nunc vivo in carne, homo vilis & contemptus, mox conculcandus, &c. De ſe loquitur in tertia perſona, nè arrogans videretur [r]. ¶ *In* (vel, *Cum*, Be. Mal. Gom. ut Luc. 1. 17. *in ſpiritu*; & 4. 32. *in poteſtate*; Rom. 15. 29. *in plenitudine*: ſic Heb. ב pro עם, ut Hoſ. 4. 3. *in beſtia agri*, i. e. cum ea †:) *gloria Patris ſui*] i. e. Eâ fulgens gloriâ, quæ tanti Patris Filium decet [t]: vel, eâ gloriâ quam Pater habet [v]. *Gloriam Patris* vocat, vel, 1. quia, etſi ipſius erat, Pater tamen illi unà cum natura dederat [x]. Vel, 2. ut ſignificet, illam ſibi communem eſſe cum Patre [y]. Cùm autem eadem ſit utriuſque gloria, eadem eſt & natura, Philip. 2. 11 [z]. Eadem gloria vocatur & Chriſti gloria, Matt. 25. 31. & Patris gloria, quia eſt à Patre, Joh. 17. 5. Atque ità forſan interpretandum illud Joh. 1. 14. *gloriam tanquam unigeniti à Patre*, i.e. gloriam talem qualem Parentes dare ſolent filiis unicis [a]. *Gloria Patris* exponitur verbis ſequentibus, *cum Angelis*: שכינה enim, ſive ſpecialis Dei præſentia, quæ ejus *gloria* vocatur, conſiſtit in apparitione Angelorum ejus [b]. Hanc gloriam opponit præſenti ipſius aſpectui. ¶ *Cum Angelis ſuis*] Nempe *Sanctis*, infrà 25. 31 [c]. quod in ſecundo exemplari additur [d]: & exprimitur in Marc. 8. 38. & Luc. 9. 26 *. Solebant Hebræi Deum de rebus magnis agentem deſcribere ad exemplum Regis conſidentis in cœtu procerum, ut 1 Reg. 20. & Chald. par. ad Job. 1. Et ſic quidam ἀνθρωποπαθῶς explicant illud, *Faciamus hominem*. Vide & Deut. 33. 2. & Dan. 7. 10 [f]. Inter alia Angelorum S. officia hoc eſt, quòd Chriſtum venientem ad Judicium comitentur, ut hinc conſtat, & ex 2 Theſ. 1. 7. & electos tunc ab impiis ſegregent, & utroſque ſeorſim colligant, Matt. c. 13. v. 41, 42, 49 [g]. ¶ *Et tunc reddet unicuique ſecundùm*, &c. Κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ] *Secundùm actionem ipſius*, i. e. opera, ſive facta, ex collat. Rom. 2. 6. Singulare collectivè pro plurali [h]. Enallage numeri [i]. כמעשהו, Pſal. 62. 12. κατὰ τὰ ἔργα, Rom. 2. 6. κατὰ τὸν ἴδιον κόπον, 1 Cor. 3. 8. πρὸς ἃ ἔπραξεν, 2 Cor. 5. 10. Qui loci, præſertim 1 Cor. 3. 8. non tantùm differentem exitum bonorum malorúmque videntur oſtendere, ſed & gradus tum præmiorum, de

quibus

Marginal notes (left column): q G. r D. Bru. Be. † D. t Pi. v Bru. ſim. Be. Gom. x Gom. y Bru. z Be. a Gom. b G. c D. d Pi. * Pi. ſim. Bru. f Bru. g G. h Gom. i G. k V. Be. l Bru. ex. Be. m Be. n Bru. ſim. Pi. o Bru. p Be. Pi. &c. q Be. r Bru. † Be. t Sch. v Mal. x Be. ſim. Mal. y Be. z Pi. a G. b Ham. c Pi. d G. * Idem.

Line numbers (inner margin): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Marginal notes (right column): f Bru. ex Er. g Be. h G. i V. k Bru. l G. m Bru. n Mal. o Me. p Bru. q Cam. r Bru. † Gom. in Wal. t J. Cap. v Bru. x Me. ex Mal. y Mal. ex Chryſ. & Euthym. ſic Bru. Me. z Bru. a G. b Ham. c Bru. d Be. * Sch. f G. g Sch. h Bru. i G.

quibus intelligi solet illud 1 Cor. 15. 41. tum pœnarum, de quibus illustris est locus, Matt. c. 11. v. 22, 24. quæ indubiè constans fuit omnium veterum Christianorum sententia. Πράξιν autem hîc intelligere debemus omnem hominis actum in quo bonitas aut malitia locum habeat [k]: internum præcipuè; externum quatenus interno congruit [l]. Nè ergò blandiatur sibi hypocrita de splendore operum exteriorum; trutinabit enim Deus internos animi motus, ejúsque constitutionem. Ex hoc loco constat mercedem à Deo reddi secundùm opera [m], & dari meritum operum [n]. Verùm Deus homini *retribuere* dicitur non propriè, id enim disertè negatur, Rom. 11. 35. sed metaphoricè, & ἀνθρωποπαθῶς, quia id reddit quod sponte promisit, &c [o]. [Plura vide sis in Authore.]

28. *Amen dico*, &c.] Monuerat Dominus crucem tollendam, &c. sed & gloriam suam demonstrandam [p]. Nè autem id post longa tempora futurum, pericula autem sua imminentia, reputantes animis dejicerentur; propiore eos fiduciâ erigit, &c [q]. ¶ *De hîc*, &c. Τῶν ὧδε ἑστηκότων] *Eorum qui hîc stant*, *sive adstant*, Bru. sic Be. Pi. i.e. adsunt, sive præsentes sunt [r]. ¶ *Non gustabunt mortem*] i.e. Non morientur [†]. Dura videri possit translatio, sed usitata est etiam disertioribus [s]. Hebraismus est: Sic & Luc. 9. 27 [v]. & Heb. 2. 9 [x]. Polybius dixit, γεύεσθαι φόνου, pro, *patrare cædem* [y]: forsan potiùs, pro, *homicidiorum initium facere*, *degustare sanguinem humanum* [z]. *Non gustabunt*, i.e. non sentient [a], non experientur. Sic Homer. Odyss. υ'. 181. γεύεσθαι χειρῶν, *pugnis ferire*; & Odyss. φ'. 98. γεύεσθαι οἰσῦ, *sagittâ vulnerari*, *sagittæ acumen in se experiri*; & Il. υ'. 258. γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν, *experiemur alter alterum hastis*, vel, *tentabimus vires nostras mutuò hastis* [b]. Metaphora hæc sumpta est, pro more Scripturæ, à calice, qui tanquam propinetur morituro, mortem continente [c]; vel, ab iis qui venenum epotant [d]. Adde quòd שעם [lege טעם.] Hebræis est, *experiri*, Psal. 34. v. 8 [*]. *Gustare mortem*, idem est quod, *videre mortem* [f]: ut apparet Joh. 8. 51, 52 [g]. & Heb. 11. 5 [h]. & Psal. 89. 49 [i]. Jonathan & Jerosl. ad Deut. 32. 1. scribunt homines esse testes qui gustant mortem in hoc seculo; cœlum autem ac terram esse testes qui non gustant mortem in hoc seculo [k]. ¶ *Venientem* (i.e. apparentem [l],) *in regno suo*] i.e. In gloria seu magnificentia Regni quod ipsum manet [m]. [Hoc autem variè explicant:] 1. In ultimo Judicio [n]; de quo v. præced. Sed quis adstantium eousque vixit? 2. In transfiguratione seq. de qua accipiunt Orig. Hil. Hi. omnésque veteres: quam *regnum* vocat, i.e. Regni futuri figuram, sive imaginem [o]; quam non omnes, sed soli Petrus, Jacobus, & Johannes, viderunt [p]: *venientem in regno*, i.e. talem qualis est in Regno cœlesti. Viderunt autem specimen ejus in monte, capite sequente [q]. Sed res adeò momentanea, tam paucis conspicua, vix videtur dici posse *adventus in regnum*. 3. In Regno gratiæ [r]. Sensus loci, qu. d. Videbunt me, qui jam moriturus sum, potenter regnantem in Ecclesia & in orbe, & tanquam Salvatorem mundi à multis prædicatum & adoratum [†]. Intellige hoc de ascensione Christi, iisque quæ postea consecuta sunt, de quibus magnificè scribit Paulus, 1 Cor. 15. 23. Eph. 4. 10. vide & Matth. 28. 18 [t]. Crediderim occupationem esse ad quæstionem quæ ex præcedentibus nasci poterat, *Túne igitur hinc discessurus es in gloriam cœlestem, ut indè ad judicium redeas? Id quidem*, respondet Christus, *tam certum est*, *ut quidam ex adstantibus*, videl. Apostoli, *id visuri sint*. Obj. At omnes Apostoli id viderunt; hîc autem dicit, *quidam*. Resp. Christus hæc non modò ad Discipulos, sed & ad turbam, dixit, Marc. 8 [v]. [Juxta hanc interpretationem verba sic reddi possunt, *Donec videant —— euntem*, i.e. ascendentem, *in regnum suum*: nam *venire*, pro *ire*, tritum & sæpe notatum.] Marcus exponit, *donec viderint regnum Dei veniens in potentia*, 9. 1. Quæ verba satis clarè, ni fallor, indicant agi hîc de resurrectione, ascensu in cœlum, missione Spiritûs S. & propagatione Evangelii per signa & miracula; quibus certissimis testimoniis cognoscebatur Christum jam regnare. Messiæ autem Regnum & Hebræorum Magistris *regnum Dei* dicitur, & nostris Scriptoribus passim. Vide Luc. 22. 18. Atque adeò quæ de Regno Messiæ dicuntur in Psal. 110. ad ea quæ dixi tempora refert Petrus, Act. 2. 33, &c. Neque id superioribus malè cohæret. Ut enim credant quod dixerat, se Judicem humani generis fore, dicit propediem adfutura signa conspicua Regni sui, tunc scilicet præcipuè cùm Sceptrum ipsius, Lex N. Fœderis ex Sione esset exitura. Quanquam enim quorundam populorum institutis distingui solent, ipsâ tamen rerum naturâ inter se cohærent, βασιλεία, (*regnum*,) νομοθεσία, (*legis latio*,) κρίσις, (*judicium*.) Vide Jac. 2. 8. & 4. 12. Meritò igitur jubentur Judicem credere quem visuri sunt Legis Conditorem [x]. 4. *In regno suo*, i.e. in exercitio Regiæ potentiæ suæ, quâ, suis primùm segregatis, hostes puniet, & Judæis inducet πανωλεθρίαν illam, de quâ Matt. 24. quæ *regnum Dei*, & *adventus Christi*, vocatur; quæ etiam *in illa generatione* ventura erat, Matt. 24. 34. quam proinde viderunt quidam ex præsentibus, Johannes scilicet [y]. In Regnum gratiæ tum demum advenit Christus, cùm, eversis Hierosolymis, aboleretur Legis jugum, ut ipsi etiam Judæi uni gratiæ jugo subessent, Deúmque ubique terrarum colerent, &c [z].

Marginal notes (col. 431): [k] G. [l] G. sim. Bru. [m] Bru. [n] Q. in Cam. [o] Cam. [p] Zeg. [q] Bru. [r] Idem. [†] Be. Pi. V. D. [s] Cas. [v] Mal. [x] Be. Mal. &c. [y] Cas. [z] Sch. [a] Camer. Bru. [b] Sch. [c] Bru. [d] V. [*] G. [f] G. sim. D. Mal. [g] G. [h] D. [i] Mal. [k] D. [l] Euthym. in Eru. [m] Bru. [n] Q. in Mal. [o] Mal. [p] Me. [q] V. [r] Glas. gram. 3. 6. 4. 526. [†] M. [t] Be. [v] Scul. ex. 2. 77.

Marginal notes (col. 432): [x] G. [y] Ham. [z] J. Cap.

CAP. XVII.

1. *Post dies sex*] i.e. Sexto die, scil. ab illa promissione v. præced [a]. At Lucas *octo dierum* meminit. Resp. 1. Matthæus & Lucas à diversis terminis tempus illud ducunt [b]. 2. Lucas non præcisè, sed confusè, tempus notat [c]. Matthæus designatum tempus posuit; Lucas satis habuit παχυμερῶς loqui, ut solemus cùm à mensura aliqua celebriore non longè absumus: ut si dicam, *Mensis est*, rectè dixisse intelligar, etiamsi absint dies aliquot. Quod enim Lucas dicit, ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ, tale est quale cum vulgo dicimus, *post septimanam circiter*. Nam Judæos *octo dies* appellâsse id quod ab uno Sabbato est ad alterum, apparet Joh. 20. 26. Jo. Antiq. 7. 9. cùm dixisset ἐπὶ ἡμέρας ὀκτὼ, statim explicat, ἀπὸ σαββάτου ἐπὶ σάββατον [d]. 3. Matthæus & Marcus dies tantùm supputârunt interjectos inter sermonem habitum & montem aditum; Lucas duos etiam extremos, nempe eam quo prior habitus est sermo, & eum quo montem conscenderunt [*]. ¶ *Assumit secum*] Non omnes, nè res divulgaretur; sed tres tantùm, qui ad testimonium sufficerent, Deut. 19. 15 [f]. ¶ *Petrum & Jacobum & Johannem*] Non dubito quin de 12 Apostolis hi tres plurimos Christo Discipulos collegerint: unde Petro vocabulum illud de quo antè egimus datum est, & cæteris duobus *Tonantium* nomen. Hos ergò Christus assumpsit, ut non duorum tantùm, sed abundanter, trium scilicet, testimonio res tanta constaret: quò spectant Petri verba in Epistola 2. 1. 16, 17, 18. Et sicut futura Christi gloria tres habere testes debebat de cœlo, & de terra totidem, Joh. 1. 5, 7, 8. ità & hoc ejus gloriæ rudimentum tres quasi de cœlo testes habuit, Deum Patrem, Mosen, Eliam; tres itidem de terra, Petrum, Johannem, & Jacobum [g]; quos testes esse voluit & suscitationis puellæ illius, Marc. 5. 37. & agonis horrorísque in horto, Matt. 26. 37. & eorum omnium quæ gessit: quippe quibus à principio ad se vocatis (supra 4. 19, 21.) ad majora statuerat uti; id quod novis nominibus quæ iis imposuit, Marc. 3. 16, 17, satis declaravit [h]. Petrum Apostolici cœtûs πρεσβεῖα [i]; Johannem, qui post omnes Apostolos superstes testimonium hoc ad sequentem ætatem vivâ voce erat transmissurus; & Jacobum, nempe Zebedæi filium, ut apparet [k]: qui primus Apostolorum sanguine testimonium erat obsignaturus. Errant ergò qui Syrorum Epistolis Jacobi, Petri, & Johannis, hunc præfigunt titulum, *Tres Epistolæ trium Apostolorum, ante quorum oculos Dominus noster se transfiguravit*: nisi illam fortè Epistolam Jacobi Zebedaidæ crediderunt, contrà quàm veteres omnes sentiunt, qui Jacobo Alphæi, aut etiam Jacobo Episcopo Hierosolymorum, (quem nonnulli à Jacobo Alphæi diversum faciunt,) eam assignant, haud dubiè temporum rationi congruentiùs [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀναφέρει] *Et ducit*, Mo. Vulg. vel, *subducit*, sive *subduxit*, Sy. Tre. Be. P. Ti. Pi. Bru. *ascendere fecit*, Æth. יעל ἀνάγειν & ἀναφέρειν vertunt Græci:

Marginal notes: [a] Bru. sim. Pi. &c. [b] Scul. e 2. 78. sim. Camer. [c] Mal. [d] G. [*] Er. ex Chrys. sim. Camer. ex Th. Zeg. Scul. Mal. ex Hi. & Aug. &c. [f] Bru. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] G. sim. Bru. [l] G.

Line numbers in gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

ci [m]: ἀναφέρει, pro, ἀνάγει, ut φέρειν & ἄγειν sæpe permutantur, infra 17. & suprà 4. 1 [n]. ¶ *In montem excelsum*] Nempe Thabor, sive Itabyrium [o], haud dubiè, ut & vetus traditio habet, & ab aliis demonstratum est; quem *montem sanctum* Petrus vocat, non alia de causa quàm quia Divina Christi majestas ibi se videndam præbuit: quomodo Deus, Mosi potentiam suam in rubo ostendens, Horebum eo nomine *sanctum* appellabat, Exod. 3. 5 [p]. Ridebitur scio, si montem hunc Tabor fuisse dubitem: liceat tamen scrupulos proponere, Christus in historia præced. erat *in finibus Cæsareæ Philippi*, Matt. 16. 13. Marc. 8.27. Luc. 9. 18. nec, quod ex Evangelistis elici potest, locum mutavit ante hanc historiam. Obj. At indè proficisci potuit ad Taborem. Resp. Interjacebat tota ferè longitudo Galilææ. Quorsum autem tam longo itinere se fatigaret, ut Taborem sibi ad transfigurationem deligeret, in quo nunquam antea legitur versatus, cùm montes alibi essent, ubi sæpe versaretur? Mallem fuisse hunc montem illum altissimum, teste Josepho, prope Cæsaream. In isto loco, Dan olim dicto, ubi erecta fuit prima idololatria, ibi exhibetur æternus Dei Filius, &c *. [Plura vide in Cl. Authore.] Qu. Sed cur in montem ascendit? Resp. 1. Ut ibi oraret, ubi & solitudo major erat, & cœli conspectus liberior, ut Marc. 6. 46. Orationem autem rebus omnibus majoribus præmittere solebat. 2. Quia Dei gloria plerumque in montibus ostendi solet, ut in monte Sinai †. ¶ *Seorsum*, Κατ' ἰδίαν] Sub. τόπον, vel, χώραν, vel simile [t]. *Privatim*, Pi.

2. Et, &c. Καὶ μετεμορφώθη] *Et transformatus est*, Ar. Be. Pi. vel, *transfiguratus est*, Mo. vel, *in aliam formam est mutatus*, Camer. sic Sch. pro μορφῇ, seu formâ, ἀνθρωπίνῃ, quâ hactenus apparuit, μορφὴν Divinæ gloriæ & majestatis in se ostendit [v]. Μορφὴ sæpe Græcis est ὄψις, θέαμα, *facies rei exterior*, quam εἶδος vocavit Lucas. Ità Cicero, *Formam quasi ipsam & tanquam faciem honesti vides*. Et alibi *formam* & *figuram*, quanquam distingunt Grammatici, promiscuè usurpat [x]. Mutatus est, non corporis sui naturâ, sed externâ tantùm specie & figurâ [y], & qualitate faciei [z]. Manente charactere, i. e. lineamentis & proportione [a], sive figurâ faciei familiari ac notâ Discipulis [b], accessit splendor mirificus [c]: ut verba sequentia hoc explicant [d]. Voluit Christus hîc exhibere specimen suæ gloriæ, atque fidem facere eorum quæ illis prædixerat de sua potestate & gloria *. ¶ *Ante eos*] Discipulis cernentibus, nè suspicio esse posset Angeli, aut alterius, loco Jesu substituti. ¶ *Resplenduit facies ejus*] Quæ animi index est. Regno Satanæ tenebræ congruunt, ob horrorem ac miseriam; Regno Dei splendor & lux, ob beatam lætitiam [f]. ¶ *Sicut sol*] *Ut fulgur*, Dan. 10. 6. *Ut lux*, Abac. 3. 4 [g]. ¶ *Vestimenta*] Quæ reliqui corporis splendor penetrabat & tingebat. ¶ *Alba*] Lux in suo fonte, Sole, inquam, aut igne, aurea fulvâve apparet; transparens autem per velamen alba apparet. Hinc discrimen in facie & vestibus Christi [h]. ¶ *Sicut nix*] Ità est in quodam exemplari [i], & in Æth. & in Evang. Heb [k]. & in Marc. 9. 3. & in Hilar. &c. quæ comparatio similior est, [quàm *ut lux*] & usitatior [l]. Proverbium est, *Nive candidior*. Thren. 4. 7. simil. Num. 12. 10. Psal. 51. 7. Lucem *splendentem* lego, Prov. 4. 18. non item, *candentem*, aut, *albam* [m]. Ὡς τὸ φῶς] Ità Sy. & Ar. in Di. Ità omnia ferè exemplaria Græca [n]: videtur sic & Latinè scriptum fuisse, *ut lux* [o]; quod errore Scribæ facilè mutari poterat in, *ut nix* [p]. Hæc sibi mutuò non adversantur. Nam ut sua caligo est tenebris, ità luci suus candor. Hinc Marcus habet & στίλβοντα, *coruscantia*, propriè *lucis*, & λευκὰ, *candida*, propriè *nivis*, de una eademque veste: & Lucas, λευκὸς ἐξαστράπτων *albus elucens*. Hinc conjunguntur *lucidum* & *candidum*, Apoc. 19. 8. Hinc apud Theophrastum, καθαρὸς ἥλιος, & in Parmenide, πῦρ φῶς καθαρὸν ἐν οὐρανῷ [q]. *Ut lux*, nempe Solis, non in Sole, sed alio corpore, excepta [r], aere, lunâ, &c †, sic vestes Christi ex ipso Christi corpore lucem accipiebant. Talis autem lux solet candida apparere. Sic & Angeli passim nobis describuntur vestibus & candidis & coruscantibus. Confer quod infrà Matth. 28. 3. Marc. 16. 5. & Joh. 20. 12. cum Luc. 24. 4. Hoc est quod Herodes Agrippa imitari voluit veste illa argentea, quæ,

[m] G. [n] Be. [o] D. sic G. [p] G. * Li. ho. ad Marc. 9. 2. † Mal. [t] Sch. [v] Idem. [x] G. [y] Mal. [z] Pi. [a] T. ex Th. [b] Bru. [c] Bru. sim. T. [d] Bru. * M. [f] Bru. [g] G. [h] Bru. [i] Be. [k] Di. append. [l] Mal. [m] D. [n] Scul. ex evang. 2. 79. [o] Bru. [p] Er. [q] Scul. ib. [r] G. sim. Bru. † Bru.

inquit Josephus, *Solis radiis illustrata mirificè splenduit*; quo conspecto, populus illum Deum vocavit, i.e. Angelum mortali naturâ præstantiorem, ut Josephus explicat. Simile factum Clearchi Heracleensis Tyranni, apud Memnonem [t]. [Verba vide in G.]

3. *Ecce*, &c. Ἰδοὺ ὤφθησαν αὐτοῖς] *Ecce conspecti*, sive *visi, sunt* (vel, *apparuerunt*, Mo. Ar.) *iis*, Sy. Tre. Be. Er. Il. Ca. &c. i. e. ὑπ' αὐτῶν, *ab eis*, nempe tribus Discipulis [v]. Non hîc curiosè quærendum, an verè in suis corporibus apparuerint; an exstatica fuerit visio [x]. Strabus vult non verè ipsos, sed eorum imagines, apparuisse. Probabilius est, quod omnes alii sentiunt auctores, utrumque verum, utrumque integrum, fuisse. Non enim conveniebat, ut veritas mendacio, vel imaginariis testibus, probaretur [y]. Hæc visio non videtur fuisse exstatica, & ἐν φαντάσματι duntaxat, sed omnino oculis Apostolorum corporeis usurpata [z]. Vero ac suo corpore, in fidem resurrectionis, & Christi, & nostræ, eos apparuisse eò credibilius est, quia hæc corpora videri possunt à Deo in hunc usum asservata [a]. Nam Eliæ corpus in superna raptum est [b]; ideòque de eo res est expedita & facilis. De Mose major est difficultas, quem mortuum & sepultum fuisse constat ex Deut. ult. Sanè nihil temere ausim affirmare. Videtur tamen vero propius, ut Moses in proprio apparuerit corpore, & quidem non ad momentum assumpto, sed postmodum non deposito. Quidni enim corpus Mosis post mortem ejus ipsi à Deo redditum esset, vel paulò post eam, vel duntaxat in hac visione, quod non definio? ut, sicut Enochus ante Legem, & Elias post Legem, & animâ & corpore à Deo ad se assumpti fuerint, tanquam typi resurrectionis fidelium, idem & Mosi, Legis promulgatori, obtingeret. Huc facit, quod Judæi, teste Maimonide, dicunt *Mosem non esse mortuum, sed ascendisse, & Deo in cælo ministrasse*. Non quòd Mosen mortuum negant, (nam de eo fabulantur, Deum ad Mosem in vertice montis descendisse, & osculando eum animam è corpore ejus eduxisse, & veluti exsuxisse,) sed quòd reddita postmodum fuit à Deo corpori Mosis anima, &c [c]. Mosis corpus non [est] inventum, & custoditum [erat] Angelico ministerio, nè perveniret in potestatem Diaboli *habentis potestatem mortis*, Heb. 2. 14. quem *Angelum mortis* Hebræi vocant, & cujus imperio aiunt corpus in pulverem dissolvi; quod ut rectè intellectum à vero non abit; ità ab illis magno fabularum cumulo involvitur. Sed quod dixi à putredine asservatum Mosis corpus, id indicare videtur in Epistola Judas. Josephus autem, de Mose agens, eum ait ἀφανισθῆναι, quomodo & de Enocho & de Elia loquitur [d]. ¶ *Moses & Elias*] Qui apparuerunt ἐν δόξῃ, *in gloria* *, i.e. induti cœlesti splendore & gloriâ [f], sed minore haud dubiè quàm illa erat Christi; quantum scilicet sidera Soli cedunt, 1 Cor. 15. 41 *. idque in honorem non modò personæ, sed & doctrinæ, Christi, ut agnoscerent splendorem Evangelii præ nebulosa obscuritate Legis & Prophetarum ||. Atque hæc tum gloria illis quasi promutuo data est, proprium solidúmque jus adepturis postea. Nondum enim eo tempore acceperant τὴν τῆς ἐπαγγελίας, ut ex Scriptore ad Hebræos facilè collectu est, si quæ sunt in fine cap. 11. cum ejusdem cap. commate 23—28, 35—38. attentè conferas [g]. Aliquos interesse voluit Christus, tum nè res Apostolis ficta videretur; tum ut futurum Christi Regnum ad vivum repræsentaretur, sub cujus adventum duo testes mittendi erant: vide Apoc. 11. 3 [h]. Decebat, Jesu, cœlestem gloriam induto, & futuri adventûs imaginem exhibenti, adesse aliquod cœleste consortium, tum ut spectaculum suâ præsentiâ ornarent, tum ut testimonium perhiberent veritati [i]. Hos autem potiùs quam alios adesse voluit, ut per Mosen Lex, per Eliam Prophetæ significarentur, & utrosque in Christo terminari, nec Christo contrarios esse, doceremur [k]. Moses Legis promulgator [l], severus in transgressores [m]; Elias Prophetarum nobilissimus [n], qui pro Dei gloria magno zelo ductus est [o], quos etiam in 40 dierum jejunio Christus expresserat, in hoc adsunt, ut ostendant quod Lucas indicat, perpessiones Christi, tum Legis ritibus figuratas, tum Prophetarum oraculis prædictas [p]. Moses primus Propheta Judæorum, & Elias primus Propheta Gentilum, Magistro suo hîc

[t] G. [v] Pi. [x] Be. [y] Mal. [z] Cap. [a] G. [b] G. sic Cap. [c] Cap. [d] G. * G. sim. Pi. [f] Fi. * G. || Li. ho. [g] G. [h] Mal. [i] Bru. sim. Mal. [k] Mal. ex Hi. & Chrys. & Hil. &c. [l] G. Bru. [m] Bru. [n] G. sic Bru. [o] Bru. [p] G.

hîc ministrant q. Cùm baptizaretur Christus, Sacerdotium suum Evangelicum jam initurus, voce cœlesti obsignatur pro Summo Pontifice, atque ungitur Spiritu Sancto, prout soliti sunt Summi Pontifices oleo sancto. In hac transfiguratione sua obsignatur pro summo Propheta: nam adverte, 1. Ut confluant ad eum duo maximi è Prophetis. 2. Ut addatur ad verba ista, *Hic est filius*, &c. clausula ista, *Hunc audite*; quo respicitur ad Deut. 18. 18 r. *Prophetam*, &c. i. e. successionem Prophetarum, usquedum advenerit magnus Propheta, qui obsignaret visionem & Prophetiam †. 3. Ut vox cœlestis è nube prodierit: & ut nubes gloriæ discessit ad mortem Mosis, magni istius Prophetæ, ità nubes istiusmodi jam adest ad obsignationem Prophetæ maximi t. Qu. Unde norunt Apostoli Mosem & Eliam quos nunquam conspexerant? Resp. 1. Non ex facie & lineamentis vultûs v. At quidni eorum formæ vel in Hebræorum libris describi, vel ex traditione cognosci, possent x? 2. Internâ Dei inspiratione hoc nôrunt y. Deus, qui eos adduxit, notas etiam & signa dedit quibus innotescerent, sive illa fuerint monumenta aliqua rerum ab ipsis gestarum, sive habitus ipsorum in Scriptura S. descriptus, 2 Reg. 1. 8 z. sive colloquia quæ inter se miscebant a; verba vel ipsorum, vel Jesu, de rebus ab ipsis olim gestis b. Sic eos, quos de nomine & fama tantùm novimus, si se fortè nobis offerant, interdum ex colloquio agnoscimus c. ¶ *Cum eo loquentes*] Vel, *colloquentes*, Be, Bru. Pi. &c. tanquam cum majore, quem uterque observabat, ceu Divini negotii Summum Pontificem, cujus ministri, testes, & prænuntii, erant; cum quo etiam rationes muneris à se quondam obiti communicabant, ità ut Apostolis significarent, ipsorum ministerii finem Christum fuisse. Quare hoc colloquium est consensus Legis & Prophetarum cum Jesu & Evangelio, quo scirent non esse novam Jesu religionem, &c d.

4. *Ad Jesum*] Tanquam præcipuum, à quo res omnis penderet *. ¶ *Bonum est nos hîc esse*] Id est, Jucundum, vel beatum, ob adspectum gloriæ tuæ & sanctorum f. Quid de cœna cœlesti existimandum est, cujus promulsis adeò Petro allubescebat? Hæc omnia eò pertinebant ut adversùs futuras calamitates spe meliorum animi munirentur: Nam falli arbitror qui aliovorsum trahunt Petri verba g. ¶ *Tria tabernacula*, &c.] Præposterum Petri votum: nam nec Moses & Elias tabernaculis indigebant; nec Petro quærenda erat corona ante certamen h.

5. *Ecce nubes* (Nubes signum Divinæ præsentiæ, ut Exod. 40. 34 i. vide & Exod. 16. 10. Num. 11. 25 k. & Divinæ majestatis Christi l:) *lucida*] Lucida ad discrimen Legis Veteris, quæ data in nube densa ac caliginosa [Exod. 19. 9. & 20. 21.] quo diversa temporum οἰκονομία datur intelligi m. Argumentum hoc erat tum exhibitionis rei ipsius claræque veritatis, tum amoris & benevolentiæ. ¶ *Obumbravit*, Ἐπεσκίασεν] Operuit cinxítque instar umbraculi n: neque enim umbra caliginosa hîc est concipienda o. ¶ *Eos*] Jesum, Mosem, Eliam, & tres Discipulos p. ¶ *Ecce vox*, &c.] Cùm jam Prophetæ evanuissent q: nè dubium esset ad quem referretur r. ¶ *Hic est filius meus*] Non servus, ut Moses Heb. 3. 5, 6. & Prophetæ cæteri, Heb. 1. 2. vide ad Matth. 3. 17. Discit hîc Moses plusquam prædixerat Deut. 18. 18 †. Mortem Christo suam prædicárunt Moses & Elias, quale est præconium Legis & Prophetarum, Luc. 24. 44. Vox cœlestis ipsum Deum verúmque Messiam indigitat. Vide 2 Pet. 1. 16, 17 t. ὁ υἱὸς, *filius ille*, naturalis & unigenitus v: qualem nuper confessi estis x. ¶ *Dilectus*, Ἀγαπητὸς] Qui non tantùm diligitur, ἠγαπημένος, sed qui dilectione fruitur y. ¶ *Ipsum audite*] Tanquam Doctorem & Legislatorem omnibus datum z: *Jesum*, emphaticè, q. d. supra Mosen, supra Prophetas, ut complementum Mosis & Prophetarum a. Sunt autem ipsa Mosis verba Deut. 18. 15. quæ ità de Jesu filio Nun, fortè etiam de Prophetis cum secutis, dicta sunt, ut Divinâ directione multò magis atque excellentiùs in hunc Jesum, Dominum ac Principem Prophetarum, quadrent; ut Petrus docet, Act. 3. 22. Et notanda sunt quæ sequuntur apud Mosen; quasi dicatur, Postulâstis ipsi nè Deus vobiscum signis illis ad terrorem facientibus ageret: Præstat Deus quod voluistis. *Verbum caro factum est: Inanivit se, & servi formam induit.* En illum qui cùm vehementiâ zeli in domum Dei Eliam vincat, simul mansuetudine Mosen superat. Non illi tonitrua, non caligo, non ignis de cœlo, testimonium præbent, sed blanda lux, & comitas vocis paternæ b. Ipsi fidem adhibete & obedite tanquam mihi, quæcunque docuerit aut mandaverit c.

6. *Ceciderunt in faciem suam*] Vel proni adorantes d: vel præ metu *; ut docet v. seq f. Horror hic erat, vel potiùs stupor, ob magnitudinem miraculi. Ideo Marcus in re simili, ἐξεθαμβήθησαν, 16. 5. ubi Lucas, ἐμφόβων ἢ γινομένων. Perculsi hîc Apostoli & de statu mentis dejecti, ut alii scriptores [Marc. & Luc.] nos docent, nihil aut loquebantur aut faciebant animi judicio. Sicut autem lux subita efficit ut oculos in terram dejiciamus, cujus rei exemplum est Luc. 24. 5. ità mirum non est si major consternatio corpora ipsa in terram dejiciat. Confer Dan. 8. 17. qui locus hunc manifestè explicat. Neque videntur mihi quæ hîc sequuntur aliam interpretationem pati. Confer locum, Num. 16. 22 g. Corporis mole gravati in plenum Dei consortium pervenire non possunt h.

7. *Accessit Jesus*] Non terretur voce Divinâ, nec inflatus laude dedignatur Discipulos viles. ¶ *Tetigit*] Nè fortè spectrum suspicarentur i.

8. *Solum Jesum*] Ut de illo solo vocem intelligere possent k.

9 *Nemini* (nè condiscipulis quidem vestris l:) *dixeritis visionem*, τὸ ὅραμα] *Hanc visionem*, Pi. Bru. *Hoc visum*, Camer. vel, *spectaculum*, quia *visum* magis est φάντασμα, ut nos Cicero atque alii docent: quod tamen & ipsum ὅραμα sæpe Sacris Scriptoribus Interpretibúsque. Lucas, quod hîc est ὅραμα, dixit ὀπτασίαν utraque vox exprimit Hebræum מראה, quod est apud Prophetas & Danielem m. Hoc jubet, vel, quia incredibile foret; vel, quia post tantam gloriam sequuta crux apud rudes animos scandalum faceret irreparabile. Vide ad Matth. 16. 20 n. ¶ *Donec*, &c.] Tunc enim fidem inveniret & fructum o, quum alia gloriæ suæ specimina ederet, resurgendo, ascendendo in cœlos, &c p.

10. *Quid*, &c. Τί οὖν οἱ γραμματεῖς, &c.] *Quid* (vel, *Cur*, τί, pro, διὰ τί, למה.) *igitur Scribæ dicunt oportere ut Elias primùm* (vel, *priùs*, V.) *veniat*, Be. Pi. &c. Adde ex sequenti commate, ἢ ἀποκαταστήσει πάντα. Nam utrumque tradebant Magistri Hebræorum, & venturum Eliam, & omnia curva correcturum. Imò & Eliam fore dicebant qui Messiam esset uncturus in Regem, eúmque populo notum facturus; quod pro certo affirmat Tryphon in disputatione contra Justinum. Quin hodiéque Judæi ad omnes quæstionum nodos solent dicere quod de Messia Samaritis, *Quando venerit Elias docebit nos omnia.* Occasio hujus dicti Apostolorum non aliunde petenda est quàm quòd Eliam vidissent quidem, sed ità ut iterum abiisset è conspectu. Atqui, inquiunt, ex recepta eruditiorum sententia venire debebat non abiturus, sed omnia emendaturus, docturus populum, monstraturus Messiam r. Judæi exspectárunt Eliam adventurum, [de quo vide Li.] idque, ut videtur, pridiè ante apparentem Messiam. Dixerat AE. *Absque controversia est, visum fuisse Eliam in diebus Sapientum nostrorum sanctorum.* Innumeræ occurrunt historiæ apud Talmudicos de apparitionibus Eliæ. In quarum plurimis (nec enim omnes pro fabulis haberem) suspicor præstigias & spectra Diaboli eludentis gentem hanc decipi volentem, ut obliterata esset vel capacitas observandi, quòd Messias jam advenerat, quum prodromus ejus Elias postea sæpe appareret, acsi Messiam denotaret adhuc adventurum †. Sudant Interpretes in reddenda ratione τοῦ οὖν, sive interrogationis Christo à Discipulis factæ. Sensus simplicissimus esse videtur t; q. d. Quid tibi vis hoc tuo interdicto? Cùm enim Judæis persuasissimum esset, & Scribæ docerent ex Mal. 4. 5. Eliam immediatè ante Messiam venturum; id autem jam impletum videretur, adeóque efficacissimum hoc esset argumentum, Christum esse Messiam, cur hoc evulgari vetas v? Illud πρῶτον, *primùm*, respicit diem Judicii; q. d. veniet ante diem Judicii x. Quod non placet, quia hæc interrogatio conjungenda est cum iis quæ præcedunt; non autem cohæreret cum iis illo sensu y. Venturus erat Elias *ante*

magnum

q 1 i. chron. 1. 41. r Li. ho. † Li. chron. t Li. ho. v Cap. x Euthym. in Mal. y Al. in Mal. z Bru. a Th. in Mal. b Bru. c Cap. d Bru. * Bru. f Bru. sim. Mal. g G. h Bru. i G. sim. Bru. Mal. k Bru. l Mal. m G. n Bru. o Sch. p Bru. q Li. ho. sim. Bru. r Mal. ex Chrys. † G. t Li. ho. v Be. x Bru. y Sch. z Bru. a G. sim. Bru.

b G. c Bru. d Be. * Be. sic Mal. f Mal. g G. h M. i Bru. k Pi. sim. Bru. l Bru. m G. n Bru. o Bru. sic Be. ex Isid. p Bru. q J. Cap. r G. † Li. ho. t Lud. Cap. p. 919. in crit. ad Mat. v L. Cap. sim. Cam. x Q. in Cam. y Cam.

magnum illum & terribilem diem Domini, quo scilicet Judæi increduli prorsus exscinderentur, reliquiis tantùm servatis, &c[z]. *Primum*, scilicet antequam veniat in Regno suo Christus. Videtur Petrus ex dictis Matth. 16. 21. collegisse, Jesum propediem moriturum & resurrecturum. Cum resurrectione autem conjungit initium Regni ipsius; & rectè[a]. Auditâ mentione resurrectionis Christi[b], quam non intelligebant, ut innuit Marcus[c], rotundè hoc retorquent, *Quare —— dicunt, —— Eliam prius venturum*, i.e. priùs quàm sit resurrectio, & dies Judicii[d].

z Ham.
a Pi.
b Be. sim. Li. ho.
c Li. ho. sim. Be.
d Li. ho.

11. *Elias quidem venturus est*, Ἔρχεται] *Venit*, Præsens pro Futuro*: ut ἐρχόμενος, pro ἐλευσόμενος, passim occurrit[f]. Dicitur autem hoc respectu non ipsius rei gestæ, sic enim jam venerat, ut statim dicetur, sed respectu prophetiæ Malachiæ[g]. q.d. Rectè docent Scribæ ex Mal. fore ut Elias primùm veniat*. Qu. Quis hic Elias? Resp. 1. Elias in propria persona[h], nempe ante diem Judicii, ut credidit Ecclesia vetus, teste Tertulliano. Ut Johannes fuit πρόδρομος prioris adventûs Christi, sic Elias erit posterioris[i]. Hæc sententia & Pontificiorum, & Judæorum[k]. Resp. 2. Johannes Baptista[l]: quem rursus ante secundum adventum Christi venturum crediderim, ut sicut Christo, sic & prodromo ipsius, duplex adventus tribuatur[m]. [Videamus jam argumenta utriusque sententiæ, quæ quidem candidè & sine omni partium studio proferam, id quod in præcedentibus me fecisse spero, & in sequentibus facturum spondeo. Posterior sententia hinc probatur:] Eliam hunc Johannem esse & Discipuli intelligebant h. l. v. 13. & Christus affirmat tum h. l. v. 12. tum Matth. 11. 14[n]. Liquidum mihi videtur verba hæc eòdem spectare quò ea quæ sequuntur, nempe ad Johannem[o]. Fateor, Eliam, qui ante primum adventum promissus fuerat, fuisse Johannem, non tamen negat Christus, sed disertis potiùs verbis confirmat, venturum etiam Eliam ante secundum adventum suum esse venturum[p]. Prioris sententiæ hæc sunt argumenta:] 1. Johannes negat *se esse Eliam*, Joh. 1. 21[q]. Resp. Nempe ex eorum mente & qualem Judæi fingebant, novo corpore indutum, &c. Sic Christus Matth. 19. 17. tacitè negat se *esse bonum*, nempe ex mente Scribæ, qui eum merum hominem esse putabat[r]. Rogabant Judæi an esset Elias propriè dictus. Id verò verè negavit ||. 2. Christus, h. l. de Elia loquitur in Futuro, *venturus est*: at Johannes jam venerat †. Resp. Id factum ut ostendat veram fuisse veterem illam traditionem rectè acceptam de venturo Elia; non quòd venturus adhuc esset quum Christus loqueretur. Sic Christus de Baptista loquens, Matth. 11. 14. ait, *Hic est Elias*, ὁ μέλλων ἔρχεσθαι· nec tamen tum erat venturus: imò cursum suum ferme absolverat morti vicinus. Sed, ὁ μέλλων ἔρχεσθαι, est, ὃς ἔμελλεν ἔρχεσθαι. Ità & h. l. ἔρχεται καὶ ἀποκαταστήσει, aut, ut Marcus loquitur, ἐλθὼν ἀποκαθιστᾷ, —— nihil aliud est quàm ἔμελλεν ἔρχεσθαι καὶ ἀποκαθιστάναι, quomodo & suprà 2. 4. —— ποῦ γεννᾶται, i. e. μέλλει γεννᾶσθαι, & 11. 3. ὁ ἐρχόμενος, est, ὃς ἔμελλεν ἔρχεσθαι, & Luc. 24. 44. ὅτι δεῖ πληρωθῆναι, pro, ἔδει πληρωθῆναι. Verissimum hoc esse apparebit, si considerare libeat unde sumpta sit vox ista ἀποκαταστήσει[t]. [De quo mox.] Christus h. l. Malachiæ prophetiam primùm adfert his verbis, *Elias jam* ἔρχεται, (*venit*, vel *venturus est*:) tum deinde eam explicat, *sed dico vobis*, *Eliam jam venisse*. Adde, quòd ἔρχεται non modò sign. *illum qui venit*, aut *venturus est*, sed etiam, *qui debuerat venire*: ut sit sensus, Ἠλίας ἔρχεται, h. e. *Elias is est qui debuerat venire*, *cæterum jam venit*. Sic Matth. 11. 3. *Tu es* ὁ ἐρχόμενος, h. e. *is quem oportet venire*[v]. 3. Elias hic venturus erat *ante diem terribilem Domini*, Mal. 4. qui est dies Judicii[x]. Resp. 1. Etiam prior Christi adventus in S. S. dicitur terribilis ex collat. Act. 2. 17. cum Joel 2. *securi* nimirum tunc *ad radicem positâ*, Matth. 3. 10. Resp. 2. Judicium duplex est, nempe universale, totius mundi, & particulare, Reip. Israeliticæ; quorum alterum alterius est typus[y]. De hoc, non de illo, agitur, Mal. 4[z], vide ad Matth. 3. 10. & Act. 2. 17 †; & hoc, non illud, præcessurus erat Johannes: ut patet, tum, 1. quia hic *convertere* debuit *corda*, &c. ideóque non debuit statim sequi dies ultimi Judicii, sed restitutio potiùs Ecclesiæ per pœnitentiam: tum, 2. ex iis verbis, *ne feriam anathemate terram*. Quoties autem vox

* Bru. sim. Be. Mal. Sch. G.
f Be.
g Pi.
* Pi sim. M. V. Be. J. Cap.
h Bru. Mal.
i Scal.
k Cam.
l Cam. G. Med. &c.
m Med. l. 1. dissert. 25. p. 129.
n Cam.
o G.
p Mal.
q Q. in Cam.
r Cam.
|| J. Cap. ad v. 12.
† Mal.
t G.
v Cam.
x Q. in Cam.
y Cam.
z Cam. sim. G.
† G.

terræ in V. T. reperitur sine adjectione, toties significatur terra Israelis. Accedit quòd Judæi fatentur de Elia agi sub initio Mal. 3. Atqui ibi agitur de primo adventu Messiæ; etenim pollicetur Deus *se missurum Angelum suum*, &c. & tunc *venturum Dominum in Templum suum*[a]. 4. *Elias restituet omnia*: quod non fecit Johannes[b]. [Responsionem vide ad verba illa mox proferendam.] 5. Discipuli Eliam verè & propriè dictum intellexerunt[c]. Resp. Sanè, sed hunc illis errorem abstulit Christus[d]. 6. Absurdè *Elias* diceretur qui non est Elias, sed alius, nempe Johannes*. Resp. Hic Elias dicitur, ut Messias dicitur *David*, Ose. 3. 5[f]. & Ezec. 37. 24[g]. [7. Traditio huic sententiæ favet:] Fateor ac do libenter, non solos Magistros Hebræorum qui Christi vivebant tempore, sed & eos qui aliquot ante fuerunt seculis, verba Malachiæ κατὰ τὸ ῥητὸν [de ipso Elia] accepisse. Nam & ο'. ad vocem Ἠλίαν addiderunt Θεσβίτην, ad quem & Ecclesiastici scriptor verba Malachiæ refert. Sed pleraque vaticinia ità sunt concepta ut ante eventum intelligi vix queant, ità ut mirum non sit in eorum explicatione labi viros & pios & eruditos; quod hodie quoque in explicanda Apocalypsi multis arbitror contingere. Scio objici veterem traditionem de redituro Elia ante mundi exitum. Sed non quicquid Tertullianus credidit, & aliis persuasit, utique Apostolica traditio habenda est. Irenæus à Discipulis Apostolorum manâsse ait hanc traditionem, *Enochum & Eliam in paradisum esse translatos. Ibi vos manere usque ad consummationem, coauspicantes incorruptelam.* De reditu aut Enochi aut Eliæ nihil, nè ibi quidem ubi tractat indicia adventûs Antichristi. Si posteriores consulimus, quorum in æstimandis traditionibus non potest par esse auctoritas, dissentiunt Procop. & Primas. dubitat Nazianzenus; quod satis est ut liqueat nunquam hoc ità creditum quasi dissentire nefas esset. Ego verò arbitror persuasionem istam ab Hebræis ortam, in quorum libris reperimus Eliam post tempora Messiæ occultatum iri, iterùmque se patefacturum in diebus Gog & Magog. Nam quia Apocalypsis quoque meminit *Gog & Magog*, ideo quicquid aut in Prophetis de iis dictum est, aut quicquid ad Prophetas adjecit Hebræa credulitas, solent Christiani scriptores ad Antichristi tempora referre; quod multis exemplis probari posset, nisi ea tractatio rectiùs alii loco reservaretur. Neque tamen nego esse & in ipsa Apocalypsi quod huic opinioni favere videatur, ubi nempe de duobus illis testibus agitur, quos alii Enochum & Eliam, Hilarius, ut mihi videtur, probabiliùs Mosem & Eliam, vult intelligi: quia sicut illud, *Ignis exibit de ore eorum*, ad Eliam videtur pertinere; ità altero illo, *Potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem*, Moses videtur significari. Sed etiamsi ipsa Mosis & Eliæ nomina ibi extarent, ut apud Malachiam extat nomen Eliæ, possemus, duobus maximis auctoribus, Christo & Angelo Dei, vaticinium illud interpretari de veri Doctoribus venturis in spiritu Mosis & spiritu Eliæ[h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀποκαταστήσει πάντα] *Et restituet* (vel, *instaurabit*, Bru. vel, *componet*, Li. ho.) *omnia*, Be. Pi. &c. non in pristinum statum, sed meliorem[i]; non tamen plenè & perfectè, sed [hoc dicit] comparatè ad statum V. T[k]. Sensus, q. d. Israelem omnem reliquum ad fidem in me salutémque adducet, & Gentium plenitudini uniet, Rom. 11. 25[l]. Erant *tempora restitutionis omnium* à Deo determinati, Act. 3. 21. quibus omnia componenda erant in statum Evangelicum, & Messiâ dignum: Fundanda Ecclesia, & disseminanda doctrina Evangelii, unienda corda *Judæorum* patrum filiis *Gentilibus*, & corda filiorum *Gentilium* patribus *Judæis*, quod opus, à Baptista inceptum, à Christo atque Apostolis est perfectum, &c[m]. Mihi pro certo est vocem ἀποκαθιστάναι sumptum esse ex Mal. 4. quod ο'. sic reddunt, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς, &c. ubi apparet השיב Hebræum versum esse per ἀποκαταστήσει· non malè: nam ἀποκαθιστάναι, inter cætera, est, *reponere in verum & naturæ congruentem statum*. Ità membrum ἀποκαθίσταται, cùm sanatur, suprà 12. 13. & mores, cùm emendantur. Qui autem negant ista Malachiæ verba Baptistæ aptari posse, contradicunt Angelo, qui illa de Baptista interpretatur, Luc. 1. 17. ubi τὸ ἀποκαθιστάναι exponit per verbum ἐπιστρέψαι, & quod hic est πάντα

a Cam.
b Mal.
c Q. in Cam.
d Cam.
* Hc. in Cam.
f Cam.
g Med. ib.
h G.
i Li. ho.
k Cam.
l Bru.
m Li. ho.

τα fusiùs explicat [n]. Hæc ergò ἀποκατάστασις consummata est, cùm doctrinam pœnitentiæ publicavit Johannes & baptismo obsignavit, *dirigens pedes in viam pacis*, ut pater ipsius loquitur, Luc. 1. 79. Nam in verbis hujusmodi sæpe non tam fructus operæ quàm opera ipsa respicitur, quanquam & opera Johannis fructu magno non caret [o]. Ἀποκαταστήσει duo significat: 1. *complere*, sive *perficere*, apud Hesychium & Phavorinum. Ità sensus est, *Et complebit, stabiliet, constituet, omnia*, & præstabit omnia quæ de Elia prædicta sunt, & claudet sive concludet primum mundi statum, illum nempe Oeconomiæ Mosaicæ; & secundum, sive illum Messiæ, inchoabit. Ità vox ἀποκατάστασις sumitur Act. 3. 21. nimirum, pro *completione omnium prædictionum*, &c: 2. *restituere*, sive *reducere*, ut Act 1. 6, 7. Ità sensus est, *Et restituet*, &c. restitutione non carnali, ut illi putabant, sed spirituali, adducens eos ad pœnitentiam, &c [p]. Solis ἀποκατάστασιν Astrologi vocant reditum ad locum unde abiit. Sensus ergò est, Eò revocabit omnia quò deberent, ut sit expeditum iter Christo ad exsequendum ea propter quæ advenisset [q]. Johannes *omnia instauràsse* dicitur: 1. Quia operam, eámque strenuam, dedit, ut id fieret. 2. Quia prædicationem illius in Judæa secuta est magna rerum conversio. Vide Matth. 3. 5. 6, 7 [r]. & Matth. 14. 5. & 21. 26 [†].

12. *Elias*] i. e. Johannes, qui *Elias* dicitur, Mal. 4. 5 [t]. ¶ *Venit*] Adfuit, præcessit. Est enim Præt. temp. ἦλθε, functus est officio Præcursoris [v]. ¶ *Non cognoverunt eum*] vel, *agnoverunt eum*, Be. Pi. J. Cap. nempe Eliam esse [x], & Præcursorem Christi [y]. ¶ *Fecerunt in eo* (vel, *in eum*, Sy. Tre. Ar. vel, *super eum*, Æth. vel, *ei*, Il. Be. Ca.) *quæcunque voluerunt*] Ità Pi. &c. vel, *quicquid ipsis collibitum est*, Deo non impellente, sed sapienter permittente [z]. Non spectârunt illi voluntatem Dei, (quamvis extra eam nihil fecerint) sed libidinem suam in eo expleverunt [a]. Deest autem Nominativus, qui diversis modis suppleri potest. Mihi intelligendum videtur *Judæi*, quæ vox tam Herodem & Galilæos proceres, quàm Pontifices, Senatores & Legisperitos, illos Baptistæ, hos Christi, interfectores comprehendit [b]. Interfecit eum Herodes, Scribis applaudentibus, Matth. 14. 9. 10 [c]. ¶ *Ab eis*] Non propriè ab eisdem à quibus Johannes passus fuit; sed ab impia ista gente, inimica Evangelii, cujus pars & Herodes fuit cum suis [d].

14. *Genibus*, &c. Γονυπετῶν αὐτὸν] *Genu cadens ipsi*, Mo. *Flectens genua illi*, Er. Ti. *Adorans eum*, Ar. *Qui supplex incurvavit se ei*, Æth. *Et incurvavit se super genua sua*, Tre. *Procidens*, vel *Accidens*, *ei ad genua*, Be. P. Il. Supplicantium scilicet more [*]. Malim, *Procidens in genua coram eo*, ad verb. *ei*, i. e. in honorem ejus: nam γονυπετεῖν intelligendum videtur de genubus procidentis, non autem illius coram quo quis procidit [‖]. Γονυπετὴς, Euripidi, *qui in genua procumbit*; Arato, ὁ ἐν γόνασι Latinis, *nixus*. ὁ. de Salomone 2. Par. 6. 13. ἔπεσεν ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ. Γονυπετεῖν modò est, *genibus advolvi*, quod dicitur, προσπίπτειν τοῖς γόνασι, ut Luc. 5. 8. qua de re diximus suprà, ad initium cap. 8. modò, *in genua procidere*; qui gestus diversi sunt. De advolutione ad genua passim multa apud Homerum, Euripidem, Latinósque scriptores. *Hominis genibus*, inquit Plinius, *religio quædam inest observatione gentium: hæc supplices attingunt*. Ad flexionem genuum pertinet illud ejusdem scriptoris, *Regem adorant, genua submittunt*. Et Ovidii istud, *Et genibus pronis supplex similisque roganti*. Dicunt autem Hellenistæ, γονυπετεῖν τινι, &, γονυπετεῖν τινα, ut Marc. 1. 40. & 10. 17. pro eo quod est, γονυπετεῖν ἔμπροσθεν τινός, ut infrà 27. 29. Lucas quoq; pro γονυπετεῖν aliquoties dixit, θεὶς τὰ γόνατα, Marcus, θεὶς τὰ γόνατα προσεκύνει αὐτῷ, & Paulus, γόνατα κάμπτειν. Hoc quidem loco τὸ γονυπετεῖν posteriore significatu Syr. & Latinus Interpretes accipiunt [f]. Servius ad Æn. 3. *Physici genua misericordiæ consecrata volunt, ut aures memoriæ*, &c. Apul. 2. *Cujus diu manus deosculatus & ipsa genua contingens, Miserere ait Sacerdos, miserere*. Bene autem hìc γονυπετῶν, cùm de sanatione agitur & medico. Seneca, *Videbis ægros —medicorum genua tangentes* [g].

15. *Quia*, &c. Ὅτι σεληνιάζεται] *In quem dæmonium potestatem habet*, Pers. sim. Æth. Ar. *Quia lunaticus est*, Sy. Mo. Er. Il. Ca. Pi. Be. &c. q. d. lunatus, i. e. à Luna patitur [h]. Vide dicta ad Matth. 4. 24 [i]. Juvencus hoc verbum sic expressit; *Nam cursus lunæ natum mihi dæmonis arte Torquet* [k]. Causam hujus morbi fuisse Dæmonium apparet infrà v. 18. Solent autem Dæmones, quâ pollent scientiâ, etiam naturales causas ad suam vim adjungere. Ità hic Dæmon ea tempora occupare solebat quibus cerebrum est infirmius, quod Lunaribus intervallis contingere solet [l]. Constat ex Marco & Luca, hunc comitiali morbo laboràsse, ut qui, elisus in terram, volutaretur spumans, &c. qui tamen morbus h. l. non erat naturæ vitio, sed Dæmonis procuratione, qui morbos sæpe efficit naturalibus similes, ut in hoc ipso quem surdum mutúmque reddiderat, Marc. 9. 25 [m]. Idem hìc dicitur & *lunaticus* & δαιμονιζόμενος, sive *arreptitius*; quia nimirum Dæmon talem induxit corporis dispositionem, quæ hominem reddit Lunæ operationi obnoxium [n]. Morbus hic erat epilepsia, ut patet ex Luc. 9. 39. sed quam invexit Dæmon, &c [o]. Loquuntur Evangelistæ ex vulgari gentis opinione, quæ erat morbos quosdam graviores, eos præsertim quibus vel distortum est corpus, vel mens turbata & agitata phrenesi, malis spiritibus attribuere. Vide Maimon. & Aruch, &c. [& eorum verba in Cl. Auctore.] Surdus & mutus hic fuit à nativitate, accreverat isti infortunio Phrenesis aut Lycanthropia, atque hìc reipsâ aderat Dæmonium [p].

16. *Obtuli eum*] Sanandum. ¶ *Discipulis tuis*] Qui potestatem sanandi à te acceperant, Matth. 10. 1 [q]. qui ad radicem montis consiterant, dum Christus cum tribus illis in cacumine versaretur [r]. ¶ *Non potuerunt*, &c.] Hoc dicit, non ut Discipulos ejus accusaret, sed ut Dæmonis malignitatem, malíque gravitatem, exaggeraret [†].

17. *O generatio*] (vel, *natio*, Pi. *genus* vel, *ætas*, Camer.) *incredula*] Incredulitas Divinam potentiam detinet, & quasi ligat, &c [t]. Discimus ex his verbis & sequ. Deum, ut miracula benefica hominibus præstet, ὡς τὸ πολὺ duo requirere; fiduciam in eo qui signum sit editurus, & fiduciam in eo cui signum sit profuturum; ità tamen ut magna atque excellens fiducia horum alterius supplere possit quod alteri deest. Neque id mirum, cùm omnia hæc eò tenderent, ut commendaretur vis veræ in Deum fiduciæ, per quam beneficia æterna creduntur & credendo impetrantur, ut alibi explicatum est [v]. Qu. Quænam est hæc fides cujus defectum culpat? Fides justificans non respicit objecta miraculosa, defectus fidei miraculorum vitio non vertendus est. Resp. Fides est firmus animi assensus quem præbemus Deo in verbis loquenti, sive narret præterita, sive prænunciet aut promittat futura. Promissiones sunt vel generales, quæ omnibus factæ sunt ut vitæ æternæ credentibus, 1 Joh. 5. 9, —16. vel speciales, quæ certis personis factæ, qualis hæc Apostolis facta de ejiciendis Dæmonibus, modò credant. Hi ergò peccabant, quòd non crediderunt verbo Christi [x]. Dictum hoc vel, 1. ad patrem ægroti [y], (cujus fidem imbecillam fuisse refert Marcus [z]) ejúsque amicos: ità tamen ut ex eorum exemplo commune Judaicæ gentis vitium accusaretur [a]. Dictum & ad alios præsentes [b], Scribas inprimis [c], vide Marc. 9. 14 [d]. qui jam in infidelitate obdurabantur & exsultabant [*], Christúmque cum Discipulis dicteriis proscindebant [f]. Judæi dubitabant de potestate Christi, &c [g]. Vel, 2. ad Apostolos, sive Discipulos [h]: quorum fides vacillavit [i], ex perspicua rei difficultate, cùm tot in unum coaluerant mala, ídque à nativitate [k]. Sumpta hæc verba ex Deut. 32. 20 [l]. ¶ *Et perversa*] Vel, *distorta*; q. d. O præfractos & pertinaciter incredulos [m], qui neque editis miraculis evincuntur, & non editis convitiantur [n]. Γενεὰν διεστραμμένην dixit Paulus, Phil. 2. 15 [o]. ¶ *Quousque*, &c. Ἕως πότε, &c.] *Quousque tandem*, &c? q. d. Quid hìc ago? quamdiu frustrà versor apud vos, & luctari pergam cum contumacia vestra? Meritò vos deseram ut intractabiles [p]. ¶ *Usque quo patiar vos?* Ἀνέξομαι ὑμῶν] *Sufferam*, (vel, *Tolerabo*, Sy. Il. Mo. P. Pi. *Feram*, Ca.) *vos*. Πάσχειν dicitur de iis qui inviti & repugnantes patiuntur: ἀνέχεσθαι autem dicitur de eis qui, onere imposito, sub eo perdurant [q]. Ostendit Christus ultima Divinæ erga Judæos

[n] G. [o] G. sim. Ham. [p] Ham. [q] Camer. [r] J. Cap. [†] Cam. [t] J. Cap. sim. Bru. Me. [v] Bru. [x] J. Cap. [y] Bru. [z] G. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. [d] Pi. [*] Bru. sim. Ec. [‖] Pi. [f] G. [g] Pri.

[h] Pi. [i] Bru. sic G. [k] Cas. [l] G. [m] Bru. [n] Cam. [o] Ham. [p] Li. ho. [q] Bru. [r] Me. sim. Mal. [†] Mal. [t] Bru. [v] G. [x] Cam. [y] G. sim. Bru. Pi. Mal. ex. Hil. Chrys. Hi. Th. Cam. [z] Pi. [a] G. [b] Bru. [c] Bru. sic Li. ho. [d] Li. ho. Bru. [*] Bru. [f] Li. ho. [g] Cam. [h] Li. ho. Cam. Glas. rhet. 559 Orig. in Mal. [i] Li. ho. sim. Cam. [k] Li. ho. [l] G. [m] Bru. [n] Li. ho. sim. Bru. [o] G. [p] Bru. [q] Ec.

Judæos patientiæ tempora nunc agi, tacitè respiciens quod in Deuteronomio sequitur de Gentium surrogatione [r].

18. *Et*, &c. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ] *Et imperavit*, vel *comminatus est illi*; nam & id verbum sign †. *Et increpavit illum*, vel *illud*, Sch. Pi. Er. vel, 1. Dæmonium [t]: ut constat, tum ex. v. 21. tum ex Marc. 9. 25. & Luc. 9. 42. Hebraismus, quo relativum præponitur antecedenti [x], & suppletur prius membrum ex posteriori [*]. Vel, 2. Lunaticum [y]: cui cum increpatione præcepit ut moderatiùs ageret, & medelam suam acceptaret. Legitur etiam Jesus increpâsse morbis, ut Luc. 4. 39. nempe ob spiritus qui morbos nobis infligunt, ut patet ex Job 2 [z]. Ἐπιτίμησις hæc præ se fert & imperium Jesu in Dæmonem, ut in subditum, qui obedire cogatur; & indignationem ejus in eum ut hostem, qui invitus obediat, & iniquè gaudeat mortales affligere [a].

19. *Secretò*] Non coram populo, suadente pudore, & verentes nè suâ culpâ hoc accidisset [b].

20. *Propter incredulitatem vestram*] Voces πιστὸς & ἄπιστος aliter sumuntur apud Græcos scriptores, aliter apud Judæos Hellenistas. Græcis πιστός est, *qui stat promissis*, ac proinde *dignus cui fidem habeas*; ἄπιστος, *perfidus*: quibus significationibus eas voces in his libris reperire est. At illud Hellenistarum proprium, πιστὸν dicere *eum qui credat alicui atque confidat*; ἄπιστον, qui aliter sit animatus. Ἀπιστίαν vocat τὴν ὀλιγοπιστίαν, comparatè scilicet ad eam quam, pro ratione diuturnæ institutionis & impositi muneris, habere debebant fiduciam [c]: sic vocat fidem imperfectam, vide Marc. 9. 24. Luc. 17. 5 [d]. fidem minorem, quàm decebat Apostolos tam diu cum Christo versatos [*]. Dedit illis Christus potestatem ejiciendi quævis Dæmonia: at illi hîc hæsitabant [f], ob singularem difficultatem, & forsan quia non jam in illa legatione erant cui annexa erat potestas ejiciendi illa, &c [g]. Incredulitatem h. l. reprehendit & Judæorum, idque publicè; & Apostolorum, sed privatim, ut eorum auctoritati consulat [h]. Ad miraculi patrationem requiritur fides & edentis miraculum, & ejus cui editur [i]. ¶ *Si habueritis fidem*] Nempe fidem miraculorum [k]. Non placet: 1. Christus non reprehendisset eos ob hujus defectum. Est enim donum Dei non ex humana, sed ex Divina solùm, voluntate pendens, quale & donum prophetiæ [l]. Eo [itaque dono] carere non est τῶν ψεκτῶν (vituperabile,) sed [illud] habere potiùs raræ est felicitatis [m]. 2. Incredulitas, quam reprehendit, eadem erat & in patre adolescentis, & in Apostolis: at in illo ea erat quâ de Christi Divinitate potentiâque dubitabat. 3. Nemo hortatur alium ut donum miraculorum habeat, sicut neque ut habeat prophetiam, donum linguarum, &c. quia hæc non sunt in nostra potestate [n]. Itaque fides hæc potiùs conditio est requisita ad usum doni. Hæc autem ipsa fides aptata beneficiis æternis ea est quæ, dilectione accedente, ad salutem proficit, ut dicto loco Paulus demonstrat. Nam nisi dilectio accedat, erit quidem illa fides, sed non viva, non efficax. Fit autem viva atque efficax, ubi diligenter expendimus non tantùm quid Deus possit ac polliceatur, verumetiam quid à nobis exigat [o]. Πίστις hîc est fides per fiduciam operans, vide Matth. 6. 30. & 9. 2, 28. quâ & Dei omnipotentiam constanter claréque credimus, & de Dei bonitate concipimus fiduciam impetrandi id quod expedit, sive ad salutem propriam, qualis fides omnibus necessaria est; sive ad salutem aliorum, aut Dei gloriam, qualis fides paucorum est, & inter peculiaria Dei dona numeratur, 1 Cor. 12. 9 [p]. [Quod tamen donum non paucis illâ ætate concessum est, qui etiam ad usuram istius doni fidem præstare debebant: cujus idcirco defectus in illis meritò culpatur.] ¶ *Sicut granum sinapis*] Cui fides h. l. confertur, vel, 1. efficaciâ [q], vehementiâ, fervore, & acrimoniâ [r]: vel, 2. parvitate †. Hoc malim: 1. Quia huic comparari solent res parvæ, ut Matth. 13. 31, 32. 2. Alioquin dixisset, *ut sinapi*, ut ejus naturam & effectum significaret, non, *ut granum sinapis*; quo res parva denotatur. 3. Ob antithesin inter granum sinapi, & montem [t]. Proverbium [hoc] inter Hebræos celebre exigit ut ad quantitatem hoc, non ad qualitatem, referatur: quomodo & supra grani sinapis, tanquam rei minimæ, facta est mentio. Latinè diceremus ἀνακτικῶς, *Si vel tantillum haberetis fiduciæ*, quòd cùm dicit Christus, non negat esse aliquam Apostolis fiduciam, sed, ut dixi, habitâ temporis & muneris ratione, dicit eam fiduciam esse minimâ minorem, h. e. perquam exiguam [v], sive minorem quàm habere deberent. Est ergò hyperbole & exaggeratio [x]. ¶ *Dicetis*] i. e. Dicere, vel jubere, poteritis [y], quoties videlicet inspiratio mea vobis dictaret id esse faciendum [z]: vel quando necessarium aut perutile id esse judicaveritis ad Dei gloriam, vel salutem hominum: alioquin nihil magis fidei contrarium est stultis & incompositis carnis votis, &c. ¶ *Monti huic*] Prægrandi & immobili. Monstrabat vicinum aliquem montem [a]. Et hoc proverbiale est, ut apparet ex 1 Cor. 13. 2. Sensus ergò est, Res difficillimas præstaretis [b]. Neque pugnant verba Christi, qui *montes transferre* exiguæ fidei attribuit, & Pauli, qui ad maximam fidem hoc ipsum videtur referre [c]. Nam illa exigua fides quam Christus exigit, ejus est mensuræ quæ miraculis quibusvis sufficiat; supra quam si quid accedat, id miraculorum efficientiam ad plenitudinem perductam augere non potest [d]. *Minimam* hanc fidem vocat Christus comparatè ad eam quam illos habere oportebat; *maximam* Paulus, comparatè ad eam quam alii vulgò habebant [*]. Non negarim etiam κατὰ τὴν κυριολεξίαν (*propriè loquendo*) interdum impleri quod hîc dicitur, cùm Nonnosi precibus ingentis molis saxum ad Soracte translatum Martyrologia prodant, & idem ab Episcopo Armenio præstitum, instante Calipha Babylonio, An. 1225. haud spernendi auctores sint. At sensus allegoricus est, Nihil fore tam excelsum quod non ad eorum preces evanescat. Vide Apoc. 8. 8. [f]. Non legimus Apostolos transtulisse montes, quod tamen forsan fecerunt; neque enim omnia Christi miracula scripta sunt. Nec Apostoli omnia, quæ poterant, fecerunt, sed quæ postulabat Dei gloria [g], aut quæ opportunum erat fieri: fecerunt tamen alia nihilo faciliora, quando mortuos suscitârunt, &c [h]. ¶ *Transi*; ità Mo. Μετάβηθι] *Demigra*, Er. Il. P. Æth. &c. *Transgreditor*, vel, *Abi*, Be. ¶ *Nihil impossibile*, &c.] Restringendum hoc est ad subjectam materiam. Nihil, eorum scilicet quæ ad testimonium doctrinæ & conciliandam muneri vestro auctoritatem pertinebunt [i]; nihil quod facit ad gloriam Dei [k]; nihil afflatu meo susceptum [l].

21. *Hoc autem genus*] Nempe Dæmoniorum pessimorum [m], & obstinatissimorum [n], & ferocissimorum [o]: vel, quæ diu hominem possederunt, ut difficillimum est inveteratos curare morbos [p]: vel, quæ in pœnam facinorum & quidem graviorum immittuntur. Hæc vera indubiè hujus loci interpretatio. Nec obstat quod apud Marcum est, vexatum hunc fuisse à malo spiritu παιδιόθεν. Neque enim certum est verti debere, *ab infantia*, cùm παιδία Græcis dicantur etiam qui ad ætatem vitiorum capacem pervenerunt. Syro igitur assentior, qui isto loco eam posuit vocem quam Adolescentiæ potiùs quàm Infantiæ convenire collatio loci alterius, qui est 18. 4. declarat [q]. Hinc agnoscimus, varia esse Dæmonum genera [r], nec omnia esse aut naturæ virtute, aut malitiâ, paria†. Confer Matth. 12. 45 [t]. ¶ *Non ejicitur nisi per orationem & jejunium*] Est Hendyadis, pro, per precationem cum jejunio conjunctam [v]. Non multùm absimile est illud in Bab. Taanith, *Ob spiritum malum* licet viro religioso seipsum jejuniis affligere [x]. Sensus, q. d. Cùm vestri populares ejiciant quædam Dæmonia solâ precatione, quædam autem addito ei jejunio, Dæmonium hoc est ultimi generis, utpote contumacius [y]. Suprà dixerat Christus, fiduciâ opus esse ad hæc præsertim notæ majoris miracula. Nunc ostendit quomodo ea parari possit, precibus nimirum fervidis. Jejunium adjungit [z], non tanquam partem pietatis aut cultûs Dei, (qualis non magis est quàm lachrymæ aut fletus; alioquin enim non excusâsset Christus neglectum à suis jejunium, Matth. 9. 14.) sed ut animum aptiorem reddat ad Deum colendum [a]; & quia ad preces inprimis requiritur animus demissus, cui inservit jejunium [b]. Unde plerumque conjungi videmus jejunium & orationem, ut Luc. 2. 37. Act. 10. 30. & 14. 23. 1 Cor. 7. 5. Vide Jacchiaden ad Dan. 10. 3. Utinam verò nunc quoque inter Christianos ne-

[r] G. † Mal. ex Euthym. [t] Er. Be. Il. Mal. Pi. Bru. &c. [x] Be. Bru. [*] Bru. [y] Sch. Zeg. &c. [z] Sch. [a] Bru. [b] Bru. [c] G. [d] Bru. [*] Mal. [f] J. Cap. [g] Li chron. p. 41. [h] Mal. sim. Bru. [i] Bru. [k] Chrys. & Euthym. & Th & Calv. in Mal. [l] Mal. [m] G. [n] Mal. [o] G. [p] Eru. [q] Aug. in Mal. [r] Bru. sim. Orig. & Hi. & Bed &c. in Mal. † Mal. sim. Bru. [t] Mal.

[v] G. [x] Mal. [y] Bru. Pi. M. [z] J. Cap. [a] Eru. [b] G. [c] G sim. Mal. [d] G. [*] Mal. [f] G. [g] Mal. [h] Bru. [i] G. [k] M. Bru. [l] J. Cap. [m] Bru. sim. Cam. & Pi in Mal. [n] Bru. Mal. [o] Mal. [p] Q. in Mal. [q] G. [r] Cam. † Bru. [t] Mal. [v] Pi. sim. M. [x] Li. hoc. [y] J. Cap. [z] G. [a] Cam. [b] G. sim. Cam.

que vilescant jejunia, neque εἰς τὸ διατεικὸν καὶ παρέδαγμα degenerent. Porrò Diabolos vitiorum gerere imaginem passim apparet. Quare sententia, quam Christus hac occasione in perpetuum valituram est elocutus, hoc significat, esse quædam tam gravia aut tam adulta vitia, quæ nisi magno nisu humilis precationis nequeunt expugnari[c]. At suprà dixerat, Dæmonia fide ejici, quomodo ergò nunc precibus? Resp. Utrumque verum; quia hoc fit fide per preces operante. Fides promissione nititur: promissio includit conditionem precandi, Marc. 11. 24. & omnis vis precum est à fide. Qu. Sed, cùm Christus neget suis jejunandum esse, Matt. 9. cur hîc exprobrat iis quòd non jejunarint? Resp. 1. Negat Christus eos jejunâsse, nempe τὰ πολλὰ καὶ πυκνά, ut Johannis Discipuli, & Pharisæi fecerunt: qui autem rarò tantùm & extraordinariè jejunat, dici potest non jejunare. 2. Discipuli solebant quotidie edere miracula, & Dæmonia extempore ejicere: Itaque credibile non est eos, cùm Dæmonia essent ejicienda, postulâsse sibi tempus ad jejunandum, & tum postea illa ejecisse. Quare Christus hoc tantùm vult, Dæmonia hæc ordinariè non ejici, nempe à Judæis, nisi oratione & jejunio; ideóque opus ipsis fuisse magnâ fide ut ea ejicerent[d]. Non placet quòd locum accipiant de Dæmoniorum genere, &c. de quo non dixisset, nullo modo potest ἐξελθεῖν, *exire*, (quasi impotentia Dæmoni imputaretur quæ fuit in Discipulis) sed, ἐκβάλλεσθαι, *ejici*. Neque est credibile, [ut jam dictum,] Discipulos, priusquam illa ejicerent, postulâsse sibi tempus jejunandi. Sic ergò intelligo, *Hæc generatio*, hominum scilicet qui habent fidem sicut granum sinapis, [Quidni, *Hoc genus*, nempe fidei, quâ talia patrantur?] *non procedit*, vel, *progreditur* (— ἐξελθεῖν enim quandoque sign. *progredi*, vel, *procedere*, i.e. in altiorem statum evehi, ut, ἐξέρχονται εἰς τοὺς ἐφήβους, *progrediuntur*, vel *procedunt*, *in ephebos*, in Xenophonte) *nisi precibus & jejunio*. Per fidem solam ejecerunt Dæmonia, & ob fidei, non ob precum & jejunii, defectum, hoc eos facere non potuisse dixerat ver. 20. fides verò non erat à Deo impetranda, nisi fervidâ prece & jejunio[*].

22. *Conversantibus*, &c. Ἀναστρεφομένων, &c.] *Ipsis autem revertentibus*, &c. Be. sic. Ar. Id verbum significat[*], ut Act. 5. 22. & 15. 16. & in Xenoph. & Luciano[f]: nec malè convenit huic loco[g]: nam indè digressus rediit Capernaum per Galilæam, ut constat ex Marc. 9. 30[h]. Ex historiæ serie videtur intelligi gesta esse hæc post reditum Christi è Cæsarea Philippi in Galilæam[i]. Tunc autem, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, positum est pro, εἰς τὴν Γαλιλαίαν, prout scriptum in uno Codice[k]. Al. *versantibus*, sive *cùm versarentur*, Er. Il. Tre. Be. Cas. Ca. &c. Hoc malim[l], tum ob Marci verba παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας[m]: tum quòd quæ hactenus narrata sunt, apparet gesta esse in descensu à monte Itabyrio, qui est in Galilæa. Gesta igitur hæc in itinere à partibus Nazaretæ vicinis lacum versùs. Vide quæ ad Marcum[n]. Ἀναστρέφεσθαι sign. *versari*, ut Eph. 2. 3. 1 Tim. 3. 15. Heb. 10. 33. & 13. 18[o]. ¶ *In Galilæa*] Ubi Christus versabatur maximam ejus temporis partem quo munus suum obiit[p]. ¶ *Tradendus*, &c. Μέλλει παραδίδοσθαι] Varius in hac re usus est hujus vocabuli. Nam & Pater dicitur Filium tradidisse, quia eum malorum hominum potestati permisit; & Filius sese, quia volens mortem subiit; & Judas eum tradidisse Pontificibus & Legisperitis, & Pontifices ac Legisperiti Pilato, & Pilatus militibus. Ego, cùm hîc simpliciter dicatur, εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, putem de Patre hæc intelligenda, qui Filium ità hominibus tradiderit ut ei fecerint quod ipsis esset collibitum, ut suprà Christus loquebatur, ver. 12. Neque absurdum fortè sit, si eodem modo interpretemur id quod suprà est 4. 12. Ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη. Nam *Dei* nomen in verbis subintelligi satis usitatum est[q]. Frequenter prædicit Discipulis mortem suam, tum, ut certissimam præscientiam suam deliberatámque [patiendi] voluntatem monstraret, tum, nè inopinato periculo labefactaretur eorum fides, &c. Novam porrò hîc circumstantiam addit, quòd scilicet tradendus erat *in manus hominum*, impiorum scilicet, inimicorum suorum, Scribarum, &c[r].

23. *Contristati sunt*, &c.] Tum horrore mortis dilecti Præceptoris sui, tum frustrati spe gloriosi Regni Christi, &c. Nec solabatur eos resurrectionis mentio, quia eam aut non intelligebant, aut non considerabant[†].

24. *Capharnaum*] Urbem suam, in qua hactenus domicilium habebat. Vide Matth. 4. 13. & 9. 1. & 13. 1[t]. ¶ *Qui didrachma accipiebant*] i.e. Qui solent à singulis accipere[v]: qui exigebant, vel, colligebant[x]: vel, 1. Publicani Romanorum[y]: vel, 2. Missi à Sacerdotibus quos שליחים Hebræis, Hellenistis ἀποστόλους, aut ἀποδοχεῖς, vocari alibi diximus[z]. [Sed quid hîc τὰ δίδραχμα? Quærendum & de voce & de re] Plurale est à sing. δίδραχμον[a]. Et hîc & in seq. versûs membro plurale est, habitâ ratione multorum à quibus accipiebatur, quorum unusquisque pendebat unum Didrachmum[b]. *Didrachma* valet duas drachmas[c]: δραχμὴ est vox Græca, quæ tamen pervenit non modò ad Romanos, sed & ad Judæos, ut Esd. 2. 69. ubi est דרכמונים, vox Græca, quæ levi mutatione ο'. reddunt δραχμαί[d]. *Drachma* valet sex obolos. Indè *Didrachmum*, duplum drachmæ, & *Tridrachmum*, & *Tetradrachmum*, quorum omnium meminit Julius Pollux, l. 9[*]. *Didrachma* valet 7. solidos Turonicos[f], vel 15 Denarios Anglicanos[g]. Æth. pro *drachma* hîc habet, *tributum denarii*, i.e. quod eâ monetâ persolvebatur; alioquin duobus denariis census absolvebatur[h]. Drachma & Denarius & זוז *Zuza* idem valent, súntque quarta pars Sicli[i], nempe Sacri[k], adeò ut δίδραχμον sit dimidium Sicli[l]. Non dissimulandum tamen δίδραχμον ο'. vocari integrum Siclum Sanctuarii. Quorum error refellitur communi Hebræorum sententia & testimonio Josephi, & hinc forsan ortus est, quòd à Communi Siclo, qui drachmis constabat duabus, ad Sacrum hoc abusivè translatum fuit, etsi is quatuor constaret[m]. [De quo vide Cl. Auctorem.] Verùm ο'. ab aliis differunt non re, sed verbis: illi enim ubique drachmis utuntur duplaribus, i. e. Alexandrinis. Josephus autem, ut & hîc Matthæus, de drachma Attica agunt[n]. Stater[o], sive Siclus, valet 4. drachmas Atticas[p], testibus Josepho[*], Hesychio & Phavorino[q]. Quid autem τὰ δίδραχμα hîc significat, non convenit inter Interpretes. [Duæ sunt celebriores sententiæ.] 1. Plerique putant agi hîc de *Capitatione* quam Romani vocabant[r], sive de Tributo Cæsariano[†], quod Augustus Judæis imposuit, cùm omnes describerentur, Luc. 2. 1[t]. cujus modus erat Didrachmum[v]: à quo tributo Judæi se rebellando exemerant, ideóque Vespasianus, expugnatis Jerosolymis, illud reposuit[x]. Hoc autem tributum ex imitatione parilis pensitationis semisicli, sive Didrachmi Sacri, inductum videtur à Romanis, putantibus nimirum Judæos isti solutioni assuetos parem etiam Cæsari solutionem libentiùs præstituros. Constat enim [ex loco jam citato Jo. Bel. 7. 26.] Didrachmi Sacri solutionem seorsim mansisse usque ad Vespasiani tempora, cùm item ad Romanos etiam ipsum transferebatur[†]. Si ità accipiatur, (neque enim de eo contendimus) videntur verba sequentia, *Magister vester non solvit didrachma?* hoc ferè sonare, Num Magister vester est de secta Judæ Galilæi[y]? At stare non potest hæc sententia. 1. Nulla apud Josephum mentio de ejusmodi tributo[z]. Imò Vespasianus tantum Judæis tributi imposuit, quantum antè Templo solvebant, inquit Jo. Bel. Jud. 7. 26. quod, ut dixi, ab Augusto antè impositum fuerat[a]. Erat quidem tum tributum impositum familiis, quod Agrippa remisit; at non fuit id capitatio. Illud autem mandatum Luc. 2. fuit universum, ut Augustus cognosceret nomen & opes populorum suorum, non verò ut tributum imponeret. Nec tributum Judæis impositum, quod Appianus in Syriacis dicit fuisse gravissimum, huc pertinet: erat enim centesima pars bonorum uniuscujusque patrisfamiliâs: non ergò fuit dimidium Sicli in singula capita, sed varium fuit pro rata cujusque parte bonorum. 2. Capitatio illa exigebatur à nolentibus: hi autem agunt cum Christo ac Petro acsi volentes & ultro solverent. 3. Tunc Paralogismus esset in verbis Christi, *Reges terræ non exigunt tributa à filiis suis: Ergò ego non solvam*[b]. 4. Tributum hoc pensitatum erat numis Romanis, Matth. 22. 17, 19, 21. Illi autem numos Denariis majores (qui scilicet essent in vulgari usu) non percusserunt[c]. Sed neque agitur h. l. de dimidio Siclo quatenus interversus erat à Romanis,

Margin notes (left column): c G. — d Cam. — * Kn. — * Be. sic Sch. — f Sch. — g Be. sim. Cas. — h Be. — i Cas. — k Be. — l Cas. sim. G. — m Cas. — n G. — o Sch. — p Cas. — q G. — r Eru.

Margin notes (right column): † Bru. — t Eru. — v Er. — x Bru. — y Q. — z G. — a Bru. — b Di. append. ad Matth. — c Zeg. Ham. — d Ham. — * Er. — f V. — g Ham. — h Di. — i Di. sic M. — k Di. — l Di. sic Gua. Ham. — m Di. — n G. — o Ham. — p Ham. G. — * G. — q Ham. — r Cam. — † Pet. ex Hi. &c. in Wal. — t Mal. — v Pet. in Wal. — x Mal. — † Pet. in Wal. — y Li. ho. — z Cam. — a Mal. — b Cam. — c Bru. c. 1.

Romanis, ut alii volunt: nam, 1. Tributum h. l. voluntarium erat. 2. Tributum quod pendebatur Sanctuario non fuit interversum à Romanis nisi post deletam à Vespasiano Hierosl. teste Jo. Bel. Jud. 7. 28 [d]. 2. Agitur hîc de Hemisiclo annuatim penso in ærarium Templi [*], in usum Sanctuarii [f]. Hic à singulis solvendus erat, Exod. 30. 12, &c. Idémque mandatum post intermissionem restauratum fuit, 2 Par. 24, 5, &c. Ejus meminit & Jo. Antiq. 18. 12. & De Bel. Jud. 7. 26 [g]. ubi ad Vespasiani tempora durâsse refert [h]: de quo miror dubitari, cùm clara sunt Josephi verba: [quæ vide in G.] Notârunt idem Maimon. lib. cui *Manus* nomen, Suetonius Domitiano, & Dion. Cocceius. Appianus Syriacis φόρον σωμάτων, (*vectigal corporum*, sive *personarum*,) vocat. Ità quod ultro pendebant Judaicæ religionis homines in necessitatem usúsque longè alios versum est: quomodo Theodosius quoque & Valentinianus aurum coronarium, quod dare Judæi Patriarchis suis solebant, compulsu exigi & suis largitionibus inferri jusserunt. Neque dubium quin de Didrachmo hoc Vespasianeo agat Martialis, cùm, τὴν τῶν Ἰουδαίων περιτομὴν obscœniùs eloquens, *damnatam* ait *tributo*. Et hæc est, ni fallor, *calumnia fisci Judaici sublata* postea, ut nummi veteres testantur. Nullum enim aliud onus impositum peculiariter τοῖς Ἰουδαίοις legimus [i]. [Argumenta hujus sententiæ sunt:] 1. Testimonium Josephi, qui testatur tributum hoc in usum Sanctuarii pendi solitum ad deletam usque Hierosolymam [k]. 2. Ipsa vox, quâ census hîc vocatur, δίδραχμα. De hoc sic Jo. De Bel. 7. 27. φόρον, &c. (*Tributum Judæis singulis imposuit duas drachmas, ut eas quotannis in Capitolium deferrent, ut antea in Templum Jeros.*) & Dion Cassius, l. 66. Καὶ ἀπ' ἐκείνου δίδραχμον ἐτάχθη, &c. (*Et ab eo Didrachmum constitutum est, ut qui patrios ritus suos observarent, illud in Capitolium quotannis deferrent* [l].) 3. Responsio Christi cùm se dicit esse Filium istius Regis, in cujus usum pensio ista exigebatur [m]: nam indè coemebantur sacrificia, &c [n]. Obj. At neque hoc voluntarium fuit, sed lege impositum. Resp. Esto: poterat tamen huic quæstioni esse locus, si habeamus rationem, vel, 1. loci; non enim in Judæa hoc quæsitum fuit, [*An Christus solveret*, &c.] sed in Galilæa, idque Capernaumi, ubi magna fuit morum licentia, & licebat per Magistratum si non profana, saltem sacra, violare; tum quia nihil indè decedebat Romanis, sed Deo; tum quia Judæorum Resp. attrita jam erat & penè excisa. Vel, 2. temporis: hoc enim tempore disciplina Judæorum fuit omnis ferè soluta. Hinc gloriatur Pharisæus Luc. 18. 12. quòd *decimas solveret*, quas, licèt à Deo præscriptas, propter licentiam temporum pii duntaxat solvebant, nec quisquam cogebatur solvere [o]. Est & alia, non facilis admodum responsu, objectio. Tempus solutionis Didrachmorum erat circa festum *Paschatis*, quod jamdiu elapsum erat, appropinquavítque festum Tabernaculorum. Resp. 1. Matthæus h. l. seriem temporis non observat; quippe qui inter omnes Evangelistas maximè historiarum tempora disolocat. 2. Christus forsan ad Pascha præteritum aut non affuit, aut ob insidias Judæorum hoc debito modo solvere non potuit. Vide Joh. 6. 4. & 7. 1. 3. Potuit solutio Didrachmorum hujus anni in annum sequentem prorogari, urgente aliquâ necessitate. Hinc duæ collectoribus erant cistæ, in unam quarum pensum anni præsentis reposuerunt; in alteram, præteriti. Obj. Sed cur collectores nunc solutionem exigunt, quam non nisi 15. [die] mensis Adar inceptum est efflagitare? Resp. Quia eum præsentem illic habebant, & incerta fuit ipsius mora, & jam instabat festum Scenopegiæ, quando Hierosolymas profecturi rationem forsan collectionis suæ erant redditurí [p]. [Objicitur porrò adversùs hanc sententiam] quòd *census* vocabulum Ebræis exoticum & Romanos mores planè redolens, non ità signanter adhiberetur, si Tributum hoc Sacrum fuisset [q]. [Sed quamvis de Tributo Sacro sermo esset v. præc. poterat nihilominus Christus, exemplum à Regibus terræ desumens, hoc versu, ipsorum etiam vocabulum usurpare.] Sunt qui mandatum illud Exod. 30. 12, &c. volunt fuisse temporarium, & semel duntaxat in deserto usurpatum: sed rationes eorum sunt levissimæ. Deinde, etsi tributum hoc non fuisset perpetuum, constat tamen ex dictis, Josephi tempore hoc solvi solitum. Et in Judæorum libris nempe in יד Rambam, l. 3. tract. 7. mentio fit hujus consuetudinis, tanquam legis de dependendo quotannis dimidio Siclo in usum Sanctuarii [q]. Quanquam verò plerique Hebræorum putant Legem illam Mosis fuisse perpetuam, mihi tamen magis placet eorum sententia qui temporariam fuisse existimant, sed, temporibus ità exigentibus, repetitam. Nam quoties Decimæ cæteræque obventiones Leviticæ, accedente etiam Regum liberalitate, ut videre est 1 Par. 26, 26, 27. ad Templi necessitates sufficiebant, quid opus erat tributo Didrachmi? At post defectionem Decem tribuum, multùm imminutis reditibus Levitarum, cœpit iterum ad exemplum Legis antiquæ Didrachmum imperari, 2 Par. 24. 6. 9. Nehemias verò rationem, ut credibile est, habens præsentis paupertatis, & onerum quibus populus premebatur, pro semisse Sicli imperavit trientem, quod Græci Interpretes vocant τρίτον τοῦ διδράχμου, nempe Alexandrini. Sed postea ad Didrachmum commune reditum ex Josepho vidimus; atque id pensitatum non modò ab his qui sub Synedrii qualicunque potestate vivebant, sed etiam in Galilæa; imò & per totum terrarum orbem, sed ab his sponte, ac religione privatâ. Et Hierosolymis quidem colligebatur Didrachmum in ipso Templo 25 die mensis Adar à mensariis ei negotio præpositis. In aliis partibus idem factum per alios [r]. [Al. paulò aliter:] Maimon. *Mensarii 15 mensis Adar sedent in urbibus* (ad exigendum Hemisiclum) *& 25 sedent in Templo* [†]. Locus est insignis, & ad horum verborum interpretationem perutilis, apud Jo. Orig. 18. 12. ubi de Judæis agens qui erant *Babylonicæ dispersionis*, & de urbe Nisibi, Ἰουδαῖοι, inquit, τῇ φύσει τῆς χωρίου πιστεύοντες τό δίδραχμον τῷ θεῷ κατατιθέναι ἐκάστοις πάτριον ταύτῃ κατετίθεντο. Maimonides in urbe Nehardea idem factum memorat. Quare aut ad δίδραχμον propriè pertinet, aut certè δίδραχμον etiam comprehendit, quod Cicero pro Flacco ait, *aurum Judæorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus Romanis provinciis exportari solitum*; & quod Tacitus ait, *tributa & stipes Hierosolyma congeri solita*; & Philonis locus 2. De Monarchia. Σχεδὸν, &c. (*In omni ferè urbe ærarium est pecuniarum sacrarum, in quod qui eo advenerant, primitias reposuerunt*, &c.) Item edicta illa tum Augusti, tum Præsidum Romanorum, quorum apud Philonem & Josephum frequens mentio, quæ Judæis permittunt colligere pecunias, & Hierosolyma deferre [t]. [Hæc de nobili hac quæstione dicta sufficiant. Pergamus jam ad verba hujus versûs sequentia.] ¶ *Ad Petrum*] Qui civis fuit Capernaiticus, & apud quem Jesus divertere solebat [v]; quem solum fortè foris domo repererant, & noverant Jesu familiarissimum [x]. Jesum ipsum non interpellant præ reverentia [y], ob maximam quam ibi habuit auctoritatem; quia repulsam veriti sunt, &c [z]. ¶ *Non*, Οὐ τελεῖ, &c.] *Non* (vel, *Num*, Er. Il. Ca. *Nonne*, Sy. Æth.) *solvit*, &c. Be. Pi. P. &c. Quærit, vel, 1. num jam solvisset [a]. ut sit Præsens pro Præt [b]. vel potiùs, quia τελεῖ est Præs. temporis, an solvere deberet [c], vel soleret [d]. Non pro imperio agunt, ut aut Romanorum, aut Regis Herodis Publicani. Credibile est multos, quia non cogebantur, id onus detrectâsse. Norbanus in edicto ad Sardianos ex Augusti imperio permittit Judæis ea colligere quæ tribuebantur ἐκ τῆς ἰδίας προαιρέσεως, (*sponte & ex pietate erga Deum.*) In his erat τὸ δίδραχμον, ut jam diximus [*]. De Jesu dubitabant, quia ille judicio Scribarum, &c. Legi & Templo minùs æquus putabatur [f].

25. *Ait, Etiam*] Vel, *Certè*, V. scil. solvit, vel solet solvere. Novit Petrus & consuetudinem & voluntatem Magistri. Christus enim *factus* erat *sub lege*, Gal. 4. 4 [g]. & *nobis similis* cæteris omnibus, *excepto peccato*, Heb. 4. 15 [h]. ideóque ut homo tributum debebat [i]. ¶ *Cùm intrâsset*, &c.] Petrus scilicet, quod Syrus exprimit [k]. ¶ *Prævenit* (vel, *Præoccupavit*, Sy. Tre.) *eum*] Ità Er. Il. Be. &c. nempe sermone [l], de eo quod Petrus cogitabat: ut ostenderet se Filium Dei Dominumque esse. ¶ *Quid tibi videtur*?] Ex dictamine rationis æquitatísque naturalis [m]. ¶ *Reges terræ à quibus accipiunt tributum* (vel, *tributa*, Er. Bru. Pi. V. Gene-

d Cam. * Li. ho. sim. Bru. Cam. G. &c. f Cam. Bru. g Bru. h Bru. G. i G. k Cam. l Li. ho. m Li. ho. sim. Cam. n Li. ho. o Cam. p Li. ho. q Pet. in Wal.

q Cam. r G. † Li. ho. t G. v Chem. harm. c. 91. x Bru. y Mal. ex Chrysost. Hi. Th. &c. sic Eru. z Bru. a Q. in Er. sim. V. b V. c Er. d Be. sim. Bru. G. Mal. * G. f Bru. g Bru. h Pru. sic Mal. i Mal. k Bru. l Pi. sim. Er. V. Bru. m Eru.

Generale nomen est [n] :) *vel censum?* Κῆνσον] *Censum*, Pi. &c. Vox est Latina [o], quam, ut alia, Græci suam fecerunt [p]; unde apud JCtos ὁμόκηνσοι dicuntur, *qui eodem tributo censi sunt* [q]. Vox apud Hebræos posteriores frequens [r], cœpta apud ipsos usurpari à Pompeianis temporibus. Ità autem vocantur onera quævis aut personarum, aut prædiorum, ut ex titulo Digestorum De censibus apparet †. Solent plerumque res peregrinæ & aliunde invectæ suæ gentis vocabula secum adducere [t]. Syrus legit, *argentum capitationis* [v]. Ut Romani cum Græcis nummos, ità & vocabula permutant, & hi cum illis. Plinius sæpe *probata* dicit pro *oves*. Et ut Latini Consulti vocibus Græcis, *hypothecâ*, *chirographo*, &c. utuntur, sic & Græci κυράτορα πάζονα, &c. Apud Ignatium habes ἐξεμπλάριον, δεσέρτωρ, &c. Et in Actis Synodi Nicenæ, *Johannes* λήγατος, [*legatus*] *sedis Apostolicæ*. Non ergò Evangelistæ de hoc in jus vocari possunt [x]. ¶ *A filiis suis*] Vel, 1. propriè dictis [y], hæredibus Regni [z]; i.e. à familia sua [a]. Vel, 2. *filiis*, i. e. veris & naturalibus, ut vocant, subjectis, quibus opponuntur populi vi armorum subacti [b]. Non placet, 1. Quia naturales subditi tributa solvebant: ità Judæi omnes, Exod. 30. 13 [c]. & Romani cives, usque ad L. Pauli Macedonici triumphum [d]. 2. Quia illo sensu nulli erant Judæis ἀλλότριοι, quos scilicet ipsi armis suis subjugaverant. *Filiis suis* opponit ἀλλοτρίους, i. e. filios alienorum, ut ἀλλότριος δοῦλος est, *alterius servus*, cui opponitur ἴδιοι δοῦλοι, *servi ipsius* *. Similitudinem à Regibus terræ ad cœli Regem deducit, hoc modo, Videmus passim à Regibus immunes tributorum haberi, si non & alios, certè filios suos: At hoc δίδραχμον nomine Dei exigitur: Quis igitur dubitet, quin Deus me Filium suum unicum, qui נגיד, i. e. *Princeps*, Dan. 9. 25, 26. velit hoc onere sublevatum? Imò Filius major est Templo, suprà 12. 6. non solet autem major minori tributum pendere. Ex mente igitur ipsius Dei, cujus negotium se agere Sacerdotes dicebant, liberum se Christus probat. Plurali numero utitur, non quod ad alios eam extendat libertatem, sed quòd comparatio id exigebat sumpta non ab unius, sed ab omnium Regum, more ac consuetudine. Dei nomine exactum hoc tributum ex Josepho vidimus. Tum illud huc potissimùm pertinet, quòd Titus apud Josephum obsessis commemorat, δασμολογεῖν ὑμῖν τῷ Θεῷ ἐπετρέψαμεν· (*Concessimus vobis ut Deo tributa colligeretis:*) quod ipsum evidenter ostendit mansisse hunc morem ad excidii tempora. Tributum ab Augusto indictum, quòd non Judæorum erat proprium onus, sed commune omnium provinciarum, ut jam dicere cœpimus, non est hujus loci; multóque minùs id quod Agrippa remisit non Judæis, sed Hierosolymitis: id enim non personarum, sed domuum, erat onus [f]. Qui de tributo Sacro locum capiunt, *Regum* hìc nomine etiam Deum O. M. contineri volunt, Christúmque ut Regis illius æterni Filium indicari. At Deus *Rex mundi* & *Rex cœlorum* passim nuncupatur ab Ebræis: hìc autem signanter dicit, *Reges terræ*, nempe Israeliticæ, quæ simpliciter *terra* sæpe vocatur tum in N. T. tum in RR. Neque ad rem attinebat de aliarum terrarum more in solvendis tributis suis interrogare. Ut autem solenne est in scriptis Talmudicis, adeóque linguâ etiam Christi seculo in usu, de seculis vetustissimis ità loqui acsi ipsa res jam ageretur; ità hæc ipsa quæstio forsan accipi possit de more Regum veterum ditionis Judaicæ, quum Regnum integrum erat, necdum accisum; qui scilicet alienis in suam ditionem redactis tributa pro libitu semper imposuere, non item, nisi extra ordinem, subditis suis originariis. Quòd si de Regibus Mundi ipsorúmque filiis ageretur, ad solum Christum hoc spectabit, non item ad Petrum [g]. [His positis,] palàm est *filios* hìc dici populum Israeliticum, (ut dicimus, *filii Israel*, *filii Ammon*, &c. pariter ut Reges vocantur *Patres patriæ*,) qui [scil. populus] hìc immunis dicitur, respectu ad avitum & singulare ipsorum privilegium habito: *alienos* autem, populos in Judæorum potestatem victoriâ seu ditione redactos [h].

26. *Ab alienis*] Ἀλλότριοι hìc opponuntur filiis familiarum. Ità in Jure Romano sumitur vox *extranei hæredis* [i]. ¶ *Ergò*, Ἄραγε] *Nempe igitur*, Be. Bru. Pi. Vide Matt. c. 7. v. 20 [k]. Ità infert ut simul confirmet [l]. ¶ *Liberi sunt*] Nempe à pendendis tributis [m].

[n] Bru. [o] Gua. J. Cap. [p] J. Cap. [q] Gua. [r] G. sim. Bru. † G. [t] Bru. [v] Gua. [x] Scul. ex. 2. 15. [y] Be. sim. Ham. [z] Bru. [a] Be. Ham. [b] He. in Be. [c] Ham. [d] Be. * Ham. [f] G. [g] Pet. in Wal. ad v. 24. [h] Pet. ib. ad v. 25. [i] G. [k] Be. [l] Bru. [m] Pi. sim. Bru.

27. *Ut autem non scandalizemus eos*] Vel, *offendiculum præbeamus ipsis*, Pi. sim. Be. Bru. i. e. causam ipsis præbeamus malè sentiendi loquendíque de nobis, habendi nos tanquam Legis contemptores [n]: nè dicant à me Templum contemni. Docet nos Christus exemplo suo etiam cum dispendio aliquo, si ità opus sit, redimere sinistras suspiciones [o]. Suo jure abstinendum, damnum sustinendum, quidvis potiùs agendum ac ferendum quàm scandalum alicui dandum [p]. Scandalum hoc acceptum erat, quod tamen fugiendum putàrunt & Paulus Rom. 14. 21. 1 Cor. 8. 13. & Christus h. l. qui tamen scandalum hoc contempserat, Matth. 15. 14. gloriâ nimirum Dei sic postulante ne ob Pharisæorum scandalum à docenda veritate desisterent; hìc autem facilè posset tributum solvere, adeóque scandalum vitare [q]. [Aliis scandalum hoc datum videtur.] Hoc suapte naturâ offensivum esset, causámque [scandali] præbuisset istis Jesus, quia ignotum ipsis erat Jesum esse Filium Dei, neque adhuc id scire tenebantur quod nondum clarè satis à Jesu prædicatum fuerat, & Apostolis quidem ipsis etiam prohibitum divulgare suprà 16. 20. ¶ *Vade ad mare*] Galilææ, quod hanc urbem alluit [r]. ¶ *Mitte*, &c. Βάλε ἄγκιστρον] *Jace* (vel, *Mitte*, Er. Il. Be.) *hamum*, Pi. Ca. sim. Sy. Ar. Æth. Tre. nempe piscarium. ¶ *Qui primus ascenderit*] Nempe è fundo lacûs ad superficiem †, vel ad hamum, inescatus [t]. ¶ *Invenies* (nempe in ore ejus [v],) *staterem*] Videntur verba magìs id innuere, notum Christo in eo pisce esse Staterem, quàm factum ut Stater in pisce exsisteret [x]. Sed non solent pisces pecuniam, si quam fortè deglutiant, in ore, sed in ventre, habere. Christus ergò Staterem in ore formavit, &c [y]. *Stater* autem valebat drachmas quatuor [z]; sive duo Didrachma [a]; quantum & Siclus [b]. Didrachma verò viritim pensitabant [c]. Unde arrepta à Christo est hæc occasio Petrum simul sublevandi. Credibile omnino est exactum Didrachmum eò loci ubi quisque larem habebat. Christum Capernaumi habitâsse extra controversiam est. Vide suprà 4. 16. Petrus olim Bethsaidæ habitaverat; sed ex quo, rebus relictis, Christo assiduus comes hæserat, in ipsius familia censebatur [d]. ¶ *Illum—da*] Qu. Cur non ex loculis suis tributum desumpsit? Resp. 1. Quia Discipuli qui gestabant loculos tunc aberant *. 2. Ut ostenderet terræ marísque Dominum esse [f], ideóque se sponte pauperem vitam degere [g]. 3. Ut nec publicanos offenderet, nec suum perderet privilegium, dum non ex suo, sed ex invento, solveret [h]. ¶ *Pro me & te*, Ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ] i. e. *Meam tuámque vicem*. Nam hoc est Græcis ἀντὶ, & Syris חלף [i]. Ἀντὶ valet ὑπὲρ, *loco*, vel *vice*, alicujus. Vide Marc. 10. 45 [k]. Qu. Sed quare pro Petro potiùs quàm pro aliis Apostolis [l]? Resp. 1. Ut authoritatem assereret Petro [m], tanquam Patrifamiliâs, cujus unius erat tributum pendere [n]. Quod vanum est, quia tributum hoc à singulis pendebatur. 2. Fortè reliqui Apostoli aberant. 3. Fortè pro reliquis solvit, quanquam id non memoretur [o]. 4. Petrus solus habebat familiam Capernaumi [p], unde ibi socrus ejus sanata est à febre [q].

CAP. XVIII.

1. *In illa hora*] Quando Jesus erat Caphernai domi [a]. At Marc. 9. 33. hoc accidit *in via* ad Capharnaum [b]. Resp. 1. Etiam aliàs, ut ex collatione Scriptorum videtur colligi, hac de re egerunt [c]: sæpe de ea re contenderunt [d]. 2. Matthæus in unum cogit duas Marci historias, nempe collocutionem eorum in via, & quæstionem Christo propositam * [in domo.] Ut bene inter se consentiant, ordo gestorum talis statuendus est. Venit Christus in Caphernaum, c. 17. 24. dum eò irent, quærebant, *Quis major*, &c. Domum pervenerunt. Misit Petrum ad piscandum, &c. Postquam rediit, quærit Christus, Quid in via tractabant. Illi pudore suffusi tacebant. Sedens verò Dominus, vocavit illos. Tunc *accesserunt* ‖, nempe à Christo convocati †. Qu. Quæ occasio hujus quæstionis? Resp. 1. Quia videbant Petrum in tanta esse authoritate apud Jesum [f]: parémque pro utroque censum dari [g]. Non placet: 1. Quia hoc quærebant in via, ante solutionem tributi. 2. Quia nullius erat prærogativæ, aut præeminentiæ, pendere didrachma,

[n] Bru. [o] G. [p] Bru. [q] Mal. [r] Bru. † Pi. [t] Bru. sic Pi. Be. [v] Bru. [x] G. [y] Mal. [z] Ca. sic Er. V. D. Be. G. &c. [a] Pi. [b] V. sic Ham. [c] V. [d] G. * Mal. [f] Mal. ex Chrys. & Euthym. Bru. [g] Bru. [h] Mal. [i] G. [k] Be. [l] Mal. [m] Q. in Cam. sim. Mal. [n] Q. in Cam. [o] Cam. [p] Cam. sim. Li. chron. 42. Be. & Ham. ad v. 25. [q] Cam. [a] Bru. [b] Mal. Li. chron. pag. 42. [c] G. [d] Chrys. & Euthym. in Mal. * Li. ib. ‖ Me. † T. [f] Camer. [g] Cl. sim. Er. ad Mar. 17. 27.

ma, sed potiùs subjectionis [h]. Resp. 2. Quia Christus Petrum Jacobum & Johannem secum in montem assumpserat [i]. 3. Instante jam Christi morte, meritò quærunt de ipsius hærede & successore [k]. 4. Quòd Christus dixerat, se, tanquam Filium Summi Regis, & quidem Regis istius populi, non teneri ad pendendum tributum [l]. 5. Ex audita toties resurrectionis mentione [m]; quâ peractâ, velut hostibus devictis, Christi Regnum non merè spirituale, verùm etiam aspectabile, quale Judæi omnes sperabant, inchoatum iri arbitrabantur. Vide Act. 1. 6 [n]. Doctrina de Messiæ Regno terreno, quam à Doctoribus suis acceperant & cum primo lacte imbiberant, adeò animis ipsorum insedit, ut nullis Christi verbis exstirpari posset; imò nec repetitâ toties mortis Christi mentione; imò nec morte ejus visâ, cùm pariter visa esset ejus resurrectio. Vide plura ad Matt. 24. 3 [o]. ¶ *Quis*, &c. Τίς ἄρα μείζων, &c.] *Quis* (vel, *Quisnam*, Be. Bru. Pi. *nostrum* scilicet [p], ut Lucas indicat [q], & Marcus: quod tamen non addunt, nè suam prodant ambitionem [r]:) *major* (i. e. maximus †, ut alibi notatum est [t]: comparativus pro superlativo [v], more Græcorum [x]. q. d. Regi Christo auctoritate & dignitate proximus [y]; & cæteris præponendus [z]:) *est* (i. e. erit: Præs. pro Futuro [a]:) *in regno cœlorum*] Quod idem cum *regno* & *gloria Christi*, Matth. 20. 21. Marc. 10. 37 [b]. qu. d. in Regno tuo [c]: vel, 1. in cœlesti gloria [d], de qua agit ver. 3. Credibile enim est de eodem Regno, de quo Apostoli interrogaverant, respondisse Christum: vel, 2. in Ecclesia. Hoc malim, tum ex collat. Luc. 9. 48. tum ex eo quòd in cœlo maximum esse, caritas est; in Ecclesia, ambitio. Ludit ergò h. l. Christus nominis ambiguitate, &c [*]. *Regnum cœlorum* hîc & ubique in Evangelio est Christi, sive Dei, Regnum, sive status & conditio Ecclesiæ Christianæ. Sic enim à Judæis & olim & hodie dictum est Messiæ Regnum. Quod *cœlorum regnum* dicitur; 1. quia Rex ejus cœlestis est è cœlo: 2. quia ejus subditi cœlestes fiunt & spirituales, conversatione scilicet: 3. quia sedes ejus est in cœlis, illinc Rex ille regnat, indè exserit potentiam suam: ibi certa sedes subditorum ejus, qui hîc peregrini sunt, &c: 4. quia ratio gubernationis ejus cœlestis est & spiritualis. Duplex porrò Regni illius status est, Gratiæ scilicet & Gloriæ, unde Regnum cœlorum modò illud, modò & quidem plerumque hoc, significat [f]. Credebant Apostoli Regnum hoc in cœlis æternum fore, priùs tamen hoc in mundo surrecturum, splendidum & gloriosum, cujus Rex Christus esset, Christi studiosi cives, &c [g]. Non dubitabant quin præcipua Regni munia ad ipsos ut domesticos Regis essent perventura; sed, inter ipsos quis principem, quis deincipem, locum esset obtenturus, æmulantes inter se disputabant. Nam quod paulò pòst exigit Zebedæi uxor, ut sui liberi à dextra sinistráque Christo assideant, nihil est aliud quàm ut duo prima Regni munia ejus qui נשיא, & ejus qui אב בית דין, vocabatur [h].

2. *Et advocans Jesus parvulum*, Παιδίον] *Puerulum*, sive *puellum*, Bru. sic Er. V. Be. &c. quendam in domo illa agentem, & fortè obvium [i], admodum pusillum, qui ab omnibus passionibus liber est [k]: vel, majusculum, ut qui ambulare posset [l], ut ostendit illud προσκαλεσάμενος [m]. Verùm Christus dicitur *puerulum* hunc λαβεῖν, *sumpsisse*, Marc. 9. 36. &, ἐπιλαβόμενος, *injectâ manu apprehendisse*, Luc. 9. 47. Sed & alibi, προσκαλέσασθαι, *advocasse*, dicitur βρέφη, *pueros lactentes*. Ad talem sanè pertinet blanda hæc Christi compellatio. Παιδίον ergò hîc sumitur, ut Matt. 2. 20. Neque enim puer adultior idoneum fuisset hujus humilitatis & simplicitatis exemplum [n]. Infantem hîc accipe jam primùm balbutientem atque iturientem [o]. טליא est apud Syrum [p]. Quidam hunc Ignatium fuisse volunt [q]. [Vide Wal. & Li. Chron. 42.] Hâc autem adhibitâ conspicuâ imagine, sententiam quæ sequitur altiùs imprimit animis ac memoriæ [r].

3. *Nisi*, &c. Ἐὰν μὴ στραφῆτε] *Si non*, vel *Nisi*, *conversi* (vel, *mutati*, Ca.) *fueritis*, Er. Tre. Mo. P. Æth. Sy. Il. vel, *converteritis*, sub. *vos*, Pi. sic Be. i. e. Nisi resipueritis †, phrasi Hebræâ [t]: hæc enim eadem esse docuimus, ad Matt. 3. 2. Nisi conversi sitis ad Deum ab ea quæ vos aversos tenet ambitione [v]. Στρέφεσθαι ubique in his Libris passione reciprocâ usurpatur. Vide Act. 3. 26 [x]. Nisi animum vestrum superbum in humilem mutaveritis. De στρέφομαι vide Act. 13. 46 [y]. Non dicit, ἐπιστρέψητε, sed simpliciter, στραφῆτε: nam. στρέφεσθαι non significat simpliciter *mutationem*, sed *pœnitentiam*, in Scriptura. Hîc autem, etsi pœnitentiæ locus fuit, (ἀπόστατον enim erat, ut tali fastu affecti possent esse cives Regni cœlorum,) tamen Christus noluit hoc significare, sed tantùm mutationem ingenii & affectus [z]. Districtè satis Christus Apostolis imperat istud eminendi studium ex animo evellere. Aristoteles virtutibus annumerat τὴν μεγαλοψυχίαν, (*magnanimitatem*,) quâ qui sit præditus, τιμῆς ἑαυτὸν μάλιστα ἀξιοῖ, (*se honore dignissimum judicat.*) Addit, τὰς δυναστείας, &c. (*imperia honoris ergò esse eligibilia.*) Negat etiam eum, talis qui sit, libenter iturum ubi alii primas obtinent. At contrà, μικροψυχίαν, (*pusillanimitatem*,) in vitio ponit, ut per quam bono quo quis dignus sit ipse se privet. Et hoc præscripto vixisse apparet Græcos Romanósque penè omnes, etiam qui maximè laudantur. Meliùs Plato de Repub. 1. Imperium ait esse procurationem rei alienæ. Neminem autem esse qui alienis negotiis immiscere se studeat nisi propter mercedem; Mercedem autem aut in pecunia, aut in honore, consistere. Cùm verò vir bonus ac sapiens neque φιλάργυρος, (*avarus*,) sit, neque φιλότιμος, (*ambitiosus*,) sequi ut publicos honores ne cupiat quidem, nisi fortè mali alicujus gravioris evitandi causâ: utpote si alioqui videret in malorum hominum potestatem perventuram Rempublicam, *Si quis Episcopatum appetit*, inquit Paulus, *bonum opus appetit*, sed iis temporibus cùm Præfectura Ecclesiastica onus esset gravissimum, mille periculis expositum. Quòd si tum nemo se studuisset ei muneri reddere idoneum, secutura erat vastities Ecclesiarum cum magno dispendio veritatis. At qui rebus secundis ac placidis munera civilia aut Ecclesiastica studiosè affectant, vix est ut absint ab hoc φιλαρχίας vitio, quod quàm saluti sit contrarium, discimus ex Christi verbis. Imò sæpe ad φιλαρχίαν, (*dominandi cupidinem*,) etiam φιλαργυρία accedit & cupido vitæ paulò molliùs transigendæ. Id verò jam non cum Christi tantùm regulis, sed cum naturali etiam æquitate, pugnat, tutelam alienæ rei sibi deposcere, non hoc maximè voto ut alteri prosis, sed ut tibi; quod, ut alia omnia absit injuria, ipsum per se satis injustum est. Puero autem similes vult fieri Christus sectatores suos, quòd ea ætas longissimè absit ab isto studio, quòd nè ad juventam quidem, sed ad virilem & robustam ætatem, referri solet. Nam, ut Horatius ait, *Conversis studiis ætas animúsque virilis Quærit opes & amicitias, inservit honori* [a]. *Ut pueruli*, i. e. humiles sed dimissè de vobis sentientes [b], expertes ambitionis [c], & invidiæ, omnibus cedentes, nulli vos præferentes [d]; ut pueri nihil sciunt aut cogitant de gloria & principatu [*]: tales sitis voluntate, quales illi sunt ætate [f]. ¶ *Non*, &c. Οὐ μὴ εἰσέλθητε, &c.] *Nequaquam ingrediemini*, &c. Gemina negatio apud Græcos fortiùs negat [g]. Non admittemini, excludemini [h]. Tantum abest ut primas sedes habituri sitis, [ut] nè partem quidem habebitis in Regno cœlesti. Discipuli voce *regni cœlestis* intelligebant cum Hebræis cæteris Regnum aspectabile, sed de cœlo datum. Christus, verum Regni sui naturam explicandam aliis temporibus reservans, agit de gloria post resurrectionem, quæ & ipsa *regnum cœleste*, & quidem excellentissimè, dici solebat. Ità sæpe à pane hujus vitæ ad panem vitæ alterius nos revocat [k]. Interrogaverant illi de primatu in Ecclesia, Christus respondit de Regno cœlorum, ludens in ambiguitate vocis [l]. Longè aberratis qui de primo loco contenditis, quibus nullus illic erit locus, nisi mutetis animos, &c. Horribilis sententia, perpetuæ nempe abdicationis, &c [m].

4. *Quicunque ergò humiliaverit se*, Ταπεινώσῃ ἑαυτὸν] *Sese submiserit*, Be. vel, *humilem reddiderit*, Er. V. vel, *demiserit*, Bru. Pi. i. e. humiliter demisséque de se senserit, qui alios omnes se meliores & honore digniores esse persuasus gaudeat sibi anteponi [n]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς τὸ παιδίον τοῦτο] *Sicut puerulus iste*, sub. *est*, Be. sic Er. vel subaudi, ταπεινόν ἐστι [o], *humillimus est*, conditione scil. ætatis [p]; vel, sub. *sese humiliat*, sive demittit [q]. Ellipsis eadem hîc quæ & Psal. 131. 3. quò manifestum est Christum respicere. Ibi LXX habent, Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν ἀλλὰ ὕψωσα τὴν ψυχήν μου, ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον, &c. Neque enim ταπεινοφρονεῖ τὸ βρέφος, sed ταπεινόν ἐστι. Quales igitur pueri naturâ sunt, ab ambitu scilicet alieni, tales nos esse jubemur τῇ προαιρέσει.

Simile

Marginal notes (left): [h] Sch. [i] Li. chron. ib. simil. Mal. [k] Mal. [l] Pi. [m] G. sim. Bru. [n] G. [o] Li. ho. [p] Bru. sim. Pi. G. [q] G. [r] Bru. † G. Bru. Be. Pi. [t] G. [v] Bru. Mal. [x] Mal. [y] Bru. [z] Be. [a] Bru. [b] G. [c] Pi. [d] Chrys. & Euthym. in Mal. [*] Mal. [f] Cam. [g] Bru. [h] G. [i] Sch. [k] Bru. [l] G. sim. Mal. [m] G. [n] Cam. [o] Bru. [p] G. [q] Be. [r] G. † Be. sic Bru. [t] Be. [v] Bru. [x] Be.

Marginal notes (right): [y] Sch. [z] Cam. [a] G. [b] Pi. [c] T. sim. Sch. Bru. [d] T. Bru. [*] Sch. [f] T. [g] Pi. [h] Bru. [k] G. [l] T. sim. Mal. [m] Bru. [n] Bru. [o] G. [p] Bru. [q] Pi.

Simile est quod Paulus nos vult τῇ κακίᾳ νηπιάζειν, 1 Cor. 14. 20. i. e. ἀκάκως εἶ). quales sunt pueri. Chalcidius, ad Timæum, *Avaritia, libido, crudelitas, cæteraque hujusmodi pestes nihil in pueritia grande designant, sed sunt confirmatâ jam ætate noxia.* Simile habet Pythagoras, & Plato. Vide & Clementem, Euripidem, &c[r]. [eorúmque verba in G.] ¶ *Hic est major*, &c.] Vel, maximus ille de quo quæritis †. ¶ *In regno cælorum*] Non in hoc mundo, ejúsque Regnis, ubi humiles ferè contemnuntur, & primas obtinent qui ambitioni maximè student, sed in Regno cœlorum [t], i. e. in Ecclesia Christiana, quæ passim sic dicitur; vel, in cœlo [v]. Sed prius malo, ut sensus loci sit, Vestra vera dignitas in hoc sita est, ut demissè quisque vestrum de se sentiat [x]. Vel, q.d. Non est quòd hîc, vel in cœlo, πρωτοκαθεδρείας somnietis & ambiatis, sed eum habeatis maximum qui à superbia longissimè recesserit [y].

5. *Qui*, &c. Ὃς ἐὰν δέξηται, &c.] *Quisquis exceperit*, Be. Pi. &c. nempe hospitio; quo uno omnia officia intelligit [*]. Vox δέχεσθαι, quæ propriè hospitalitatem notat, hîc pro omni beneficiorum genere accipitur, ut Act. 21. 17. quod apparet ex collat. Marc. c. 9. v. 41 [z].

¶ *Parvulum* (vel, *Puerulum*, Bru. Pi.) *talem*] Vel, 1. propriè sic dictum, sive ætate [a]: quales in nomine Christi suscipiuntur, quando vel ad baptismum, vel ad instructionem, in doctrina Christiana, promoventur [b]. Vult Christus probare, eum majorem [fore,] qui minimo similior est: quia sibi puer simillimus est, & ipsius personam gerit: id autem probat, quia qui puerum suscipit, ipsum suscipit [c]. Vel, 2. metaphoricè, sive voluntate; humilitate nempe & modestiâ [d], quempiam ità se demittentem ut puerum referat [*]: ideo τοιοῦτον dicit, de qualitate; non τηλικοῦτον, de statura seu quantitate [f]: tam humilem, *qui sit sicut puer iste*, ut vertit hîc Syrus. Ex similitudine fit translatio, ut sæpe. Ostendit Christus, quanti hanc virtutem faciat, cùm non his tantùm qui câ sunt præditi primas sedes pollicetur in Regno cœlesti, sed & beneficia in ipsos collata sibi patitur imputari [g]. Vulgò dicunt, *Eum, qui sese ovem facit, luporum lanienæ se exponere.* Istos igitur contrà maximè sibi curæ esse, Dominus testatur; nec impunè laturos qui eos interturbârint, &c [h]. ¶ *In nomine meo*] Quia Discipulus meus est [i]; & ex mea doctrina hunc in modum se exinanit. ¶ *Me suscipit*] Illos mihi æquo, illúdque remunerabor, acsi me excepissent [k].

6. *Qui——scandalizaverit*] i. e. Offenderit [l], impingere fecerit [m], causam præbuerit ruinæ in via justitiæ vel salutis [n], vel vi, vel falsâ doctrinâ, aut malo exemplo, vel irrisione, contemptu, dissuasione, &c [o]. Hoc uno præcipuo animæ nocumento, omnia nocumenti, injuriæ, contemptûsque, genera intelligit, quia ferè ex contemptu fit ut scandalizentur pusilli, & ab humilitate modestiáque desciscant [p]. Sed *scandalizare* h. l. non est, ut aliàs, malum præbere exemplum [q], sed injuriâ afficere [r], vel contemnere. Nulla autem est major injuria quàm alium facto aut verbo ad impietatem provocare, occasionémque dare ad ruinam †. Τὸ *scandalizare* hîc opponitur τῷ *suscipere*, v. præced [t]. Evenire plerumque solet, ut qui demissè se gerunt, contemnantur ab aliis. Is autem contemptus fieri non potest quin sæpe optimum quemque à studio pietatis absterreat. Hoc Christus fieri non negat; sed gravia minatur contemptoribus. Ità sumpta vox σκανδαλίζειν simul & beneficiis, de quibus actum est, opponitur, & sensum tamen à sequentibus diversum non habet [v]. ¶ *Unum* (vel, *Unum solum* [x]: ἕνα pro τινά, ut v. præced [y].) *de pusillis* (τῶν μικρῶν, i. e. κὰν τῶν μικρῶν [z]:) *istis*] i. e. Humilibus, qui puerulis similes facti sunt [a]. Non tantùm si Prophetam aliquem, aut alium magni professûs Christianum, contempserit, sed si vel eum spreverit qui in minimo est verè credentium censu. Ità vox μικρῶν & ἐλαχίστων accipi solet. Vide quæ suprà 5. 19. & 10. 42. & infrà 25. 40. Solent etiam qui ad summum gradum pervenerunt, interdum commoveri nonnihil improborum injuriis; quod nòn rectè hîc negare videtur Origenes; sed illi maximè qui in tyrocinio sunt pietatis [b]. Al. De pusillis ætate hîc loquitur [c]. Non placet: Infantes enim à scandalo immunes sunt [d]: atque ideo addit, *qui credunt*, ut de adultis sermonem esse constaret [*]. At fides est etiam in infantibus [f]. [De quo vide Polemicos.] ¶ *Expedit ei*; ità V. D. Συμφέρει αὐτῷ] נוח ליה [g]. Sic dicunt, *Expedit homini ut cadat in medium fornacis ardentis, & non pudefaciat socium suum coram multis*, lib. Musar. 133. 2 [h]. *Præstiterit ei*, Be. Pi. sim. Bru. *Confert*, vel *conducit*, *ei*, Be. Pi. Sed comparatè hoc accipiendum [i]: subauditur μᾶλλον, *magis* [k], ex collat. Luc. 17. 2. ubi est ἤ, *quàm*, & Marc. 9. 42. ubi καλὸν μᾶλλον. Matt. autem hîc μᾶλλον omittit, more Græcorum [l]. Συμφέρει αὐτῷ, pro, συμφέρει ἂν αὐτῷ. Et deest ἀντισκανδαλίσῃ, quæ ex collatione idem narrantium ità supplenda est, *potiùs quàm tale quid committeret* [m], id est, parvulos offenderet [n]. Vel, *expedit*, pro, *melius est*; quia Hebræi carent comparativo [o]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς, &c.] *Ut* (vel, *Si*: τὸ ἵνα hîc non est causale, sed conditionale [*]:) *suspendatur mola asinaria* (vel, *lapis molæ*, Ar. *lapis asinariæ molæ*, Pers.) *in collo* (vel, *circa collum*, Be.) *ejus*, Be. Pi. &c. Ὁ μύλος interdum idem est quod μύλη, *mola*, tota machina molitoria, vel, totum ædificium molæ, (aliàs, ὁ μύλων, Matt. 24. 41.) ut in versu proverbiali, Ὀψὲ Θεοῦ ἀλέουσι μύλοι, ἀλέουσι δὲ λεπτά. Quod planè consentit cum illo Valerii Maximi, *Lento quidem gradu Divina procedit vindicta, sed tarditatem gravitate compensat* [p]. Interdum (ut h. l.) est, *lapis molæ superior*, qui circumactus super *inferiore immobili*, qui ὄνος dicitur, frumenta comminuit [q]. Al. Est hæc mola inferior, quæ ὄνος vocatur, & crassior esse solet, cùm superiori substernatur [r]. Quanquam catillus Græcis ὄνος dicitur, pars scilicet molæ non inferior, ut quibusdam placet, sed superior, ὁ ἀλέθων Polluci, τὸ ἄνω τῆς μύλης Hesychio, Hebræis רכב, tamen ut id ipsum dicatur μύλος ὀνικὸς sine exemplo est, neque id patitur ἀναλογία. Μύλη autem nomine synecdochicè hîc intelligitur *saxum molare*, & Apoc. 18. 21. Docet id Marcus hoc loco [9. 42.] qui μύλον exponit λίθον μυλικὸν, inferiorem scilicet eundémque majorem, quam *metam* vocat Paulus Jurisconsultus, τράπεζαν Græci, Hebræorum Magistri שכב. Nam רחיים putant nomen esse utrique saxo commune. Adjicitur autem ὀνικὸς †, διακελευστικῶς [t], ut molam indicet majorem ac graviorem, qualis est quæ non manu, sed asinorum operâ, versari solet; quomodo & Syrus & Latinus Interpretes intellexerunt [v]: vel, in distinctionem molarum istarum minutissimarum, quibus Hebræi aromata commolere sueti sunt, de quibus RS. ad Jer. 25. 10 [x]. Molarum nempe duo erant genera, asinariæ, & trusatiles, Cat. Rustic. 10. Hæ manu trudebantur, illæ ab asino circumagebantur. Ovid. l. 6. Fast. *Et quæ puniceas versat asella molas.* Luciani asinus, Εἰσάγει με εἰς τὸν μυλῶνα, &c. Et eum imitatus Apuleius, l. 7. *In pistrinum me introduxit, ubi magnam conservorum jumentorum copiam cerno*, &c. Et asinus ità loquitur Anthol. 1. 33. Οὐχ ἅλις, ὅττι μύλοιο περίδρομον ἄχθος ἀνάγκης, &c. *Nonne satis fuerat, quòd cæcus, & actus in orbem, Nocte diéque molas irrequietus ago* [y]? ¶ *Et demergatur in*, &c. Ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης] *In profundum* (vel, *æquor*, Ca. vel, *pelago*, Mo. D. Er.) *maris*, Er. Il. Ti. &c. Πέλαγος propriè, *altum maris* [z], quod βάθος nominatur Luc. 5. 4 [a]: vel, *cor*, sive *medium*, *maris*, ut inquit Pomarius, unde *pisces pelagii* opponuntur *littoralibus*: unde etiam Psal. 46. 2. *in corde maris* Targum vertit, *in pelago maris*: simil. & Targ. Jon. ad Exod. 15. 8. Id scribunt פלגוס, vel פילגוס [b]. Postea verò *pelagus* (per Synecdochen [c],) pro ipso mari cœpit usurpari [d]. *Maris æquor* pro mari positum. Sic idem significantia duo verba ponuntur, Gen. 1. 14. ubi *cœli liquidum* pro cœlo ponitur [*]. Locutio ἐκ παραλλήλου, ut, *terra pulveris*, *lutum cœni*, &c [f]. Supplicii genus hoc erat grave, ignominiosum, cum exitio certo, violento & horribili conjunctum [g], & peculiare Palæstinis [h]. Fides esto penès Hieron [i]. Hoc genus mortis nullibi, certè nunquam apud Judæos, usitatum est [k]. Inter genera suppliciorum Judæorum hoc non reperio [l]. Morem hunc καταποντισμοῦ, saxo ad collum appenso, usitatum Judæis fuisse vix crediderim, cùm nulla ejus in Lege exstet mentio: imò sola quatuor supplicia apud eos nota fuisse ex omni Historia & Interpretum consensu appareat, Ignem, Lapidationem, Gladium, Strangulationem. Quare à vicinis Syris tractum hoc loquendi genus. Nam & in Eusebii Historia invenimus exempla βυθισμοῦ in Syria. Mos idem in Græcia. Scholiastes ad Equites Aristophanis,

Margin notes (left column): [r] G. | † Eru. Pi. sim. Er. | [t] Eru. | [v] J Cap. | [x] Cam. | [y] J. Cap. | [*] Eru. | [z] G. | [a] Eru. | [b] T. | [c] Mal. | [d] Bru. | [*] Be. sim. Sch. | [f] Sch. | [g] G. | [h] Pe. | [i] Eru. sim. Sch. Pi. | [k] Eru. | [l] Me. | [m] Pi. | [n] T. ex Eru. | [o] T. | [p] Eru. | [q] Mal. ex Chrys. & Euthym. | [r] Mal. ex Chrys. M. sic Me. | † M. | [t] Eru. | [v] G. | [x] Eru. | [y] Pi. | [z] G. | [a] Eru. | [b] G. | [c] Sch. | [d] Eru. sim. Le. | [*] Eru. | [f] Sch. sim. Chem.

Margin notes (right column): [g] D. Li. ho. | [h] D. | [i] Be. | [k] Pi. Sch. | [l] Sch. | [m] G. | [n] G. sim. V. | [o] V. | [*] Sch. | [p] Idem. | [q] Sch. sim. Er. | [r] Camer. Q. in Be. | † G. | [t] BA. | [v] G. | [x] Li. ho. | [y] BA. 1. 2. 13. 188. | [z] Sch. ex Be. sim. Bru. D. | [a] Sch. | [b] D. | [c] Be. | [d] Be. Eru. sic Sch. | [*] Ca. ad v. 9. | [f] D. | [g] Bru. | [h] Er. ex Hi. &c. | [i] D. | [k] Li. ho. | [l] L.

nis, ὅταν γὰρ κατεπόντιζον τινάς, βάρος τὸ τῷ τραχήλῳ ἐνεδέσμουν (cùm demergerent aliquos, pondus à collis suspendebant [m].) Erat hoc supplicii genus apud Græcos erga sceleratissimos homines, ut patet ex Diod. Sic. l. 16. Ejus autem ratio & modus fuit alius quàm apud Palæstinos. Non enim saxum collo alligabant Græci, sed fontem in plumbeum vas conjiciebant, teste Athenæo, l. 14. Neque hoc supplicium inter gravissima habitum docet Polybius, l. 2 [n]. [Verba ejus & Athen. vide in G.] Christus hoc modo loquitur, aut in aggravationem rei, aut in allusionem ad submersionem in mari Mortuo; in quo mergi quis non potuit absque pondere aliquo ei appenso; & in quo quid submergere communi Phrasiologiâ notabat, abjectioni, odio, atque execrationi, devovere: quod observavimus alibi [o]. Certissimus interitus ex gemina causa indicatur, profunditate maris, & pondere annexo [p].

7. *Væ*, Οὐαὶ] אוי Hebræum, & sumptum indè καὶ Hellenistarum, plerumque dolentis vox est: pro quo οἴμοι interdum ponunt LXX, ut Psal. 120. 5 [q]. Mala extrema summáque pericula impendent [r]. Miseret me æterni exitii. ¶ *Mundo*] i. e. Hominibus mundi †: scandalorum vel auctoribus [t]: [vel objectis;] parvulis illis, qui in mundo sunt, de quorum scandalo mentionem fecerat, quibus multa scandala imminere significat [v]: illis quibus offendiculum objiciendum est calumniis, injuriis, persecutionibus [x]. Κόσμῳ (*mundi*) nomine, ut sæpe, humanum genus hîc intelligitur, in quo sunt & οἱ σκανδαλίζοντες, & οἱ σκανδαλιζόμενοι, qui scilicet offensi aliorum improbitate aut à pietate deficiunt, aut alioqui graviter delinquunt. De his agit Christus, v. 8, 9. de illis v. 10. Utriusque generis infelicitatem Christus deplorat [y]. ¶ *A scandalis*] Ità Sy. P. Mo. Ἀπὸ τῶν σκανδάλων] *Ab offendiculis*, Er. Il. Tre. Be. Pi. *Propter scandala*, sive *offendicula*, Ar. V. Pi. Quæ pusillis meis assiduè creat, mundus scilicet [z]. Pro, *scandalis*, Æth. habet, *tentationibus*. Explicare voluit, quid hîc sunt scandala, quæcunque scilicet hominem ad peccandum tentant & sollicitant, unde & v. seq. *si manus tua te scandalizaverit*, i. e. ad peccandum tentaverit [a]. [Ca. hoc cum præced. sic vertit, *Sunt quidem calamitosæ mundo incommodationes.*] *Scandalum* modò dicitur πρόσκομμα, i. e. *cui pes allisus offenditur*, Heb. נכשל, à כשל, *cespitare, & cespitando in humum affligi*; modò παγίς, *laqueus*; modò σκῶλον. Est autem σκῶλον *lignum acuminatum desinens in cuspidem*. Itaque scandalum est, quo quis læditur imprudens. Scandalum est, cùm animus dejicitur: quod fit, vel cùm præpeditur gaudium, sive pax animi, unde quis minùs alacrem possit operam exhibere in pietatis negotio, de quo Rom. 14. 15. vel, cùm quis exemplo ad peccandum inducitur. Scandalum est, vel, 1. *acceptum*, quod fit illius vitio qui offenditur eâ re quæ in se scandalum non est: vel, 2. *datum*, quod fit culpâ illius qui scandalum objecit: cùm quis alium in errorem (qui est in omni scandalo) inducit, sive hortando, sive exemplo, sive dum abutitur libertate suâ, idque vel superbè, ut infirmioribus insultet, vel negligenter, ut sit lata culpa: de quibus vide Rom. 14. & 1 Cor. 8. Rursus scandalum dicitur, vel, 1. quod lapsus sequitur: vel, 2. quod in se scandalum est, sive lapsus sequatur, sive non sequatur [b]. ¶ *Necesse est enim ut veniant scandala*] Necessitate, non Physicâ [c], non absolutâ [d], sed conditionis *, & consequentiæ [f]; præsuppositâ nimirum hominum malitiâ [g] congenitâ [h], (quâ & ipsi mali sunt, & alios conantur malos reddere [i]:) & calliditate & malignitate Diaboli [k]. Ego, sicut hanc (necessitatem consequentiæ) à Christo poni atque substerni non nego, quo sensu, M. Antoninus Imperator dixit, οὐ δύνανται ἐν τῷ κόσμῳ ἀναίσχυντοι μὴ εἶναι, (*Non possunt non esse in mundo impudentes*:) ità vocem ἀνάγκης aliò referendum puto, ad finem nimirum ob quem Deus, in cujus potestate sunt homines humanæque actiones, offendicula non impedit vi majore, sed permittit. Aristoteles de part. animantium, l. 1. ait ἀνάγκην sæpe non ex materia, sed ex fine, dici; quando scilicet εἰ ἐκεῖνο ἔσται τὸ οὗ ἕνεκα, ταῦτα ἀνάγκη εἶναι ἔχειν, (*si illud sit cujus gratiâ res fit, hæc necesse est habere*,) quam necessitatem ait præteritam à Physicis qui ante Democritum, cùm tamen fit potissima. Hæc autem necessitas ex fine manans in Physicis paulò pressiùs, at in moribus ac gubernationibus pro rei subjectæ natura laxiùs, sumenda est, ut magnam rei utilitatem sive cum fine proposito convenientiam indicet. Quare quòd hîc Christus, in genere de offendiculis loquens, dixit, ἀνάγκη ἐστιν, idem Paulus agens de ea specie quæ maximè excellit, atque in falsorum dogmatum propagatione consistit, per δεῖ εἶναι extulit; ipsum etiam finem clarè designans: nimirum ut eo modo explorentur hominum animi. Neque rarum est apud Græcos scriptores, ut ἀνάγκη, aut ἀναγκαῖον, id significet quod fieri aliqua de causa oportet. Ità ἀνάγκην sumi apparet Luc. 14. 18. Heb. 9. 23. Jud. 3. & ἀναγκαῖον, 2 Cor. 9. 5. Phil. 2. 25. Lucas hoc loco dixit, ἀνένδεκτόν ἐστι μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· quomodo alibi dixit, οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλήμ, i. e. non convenit. Sic & ἀδύνατον sæpe sumunt Græci. Nam quod Plato Timæo dixerat, ἀδύνατον εἰ θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, Cicero vertit, *Difficillimum factu est à diis ortis fidem non habere*: & in eodem libro, ἀδύνατον λέγειν, interpretatur, *nefas in vulgus indicare*. Sensus igitur est, Maxima offendicula evenient, neque mirum videri debet ea à Deo non inhiberi, cùm æquum rectúmque sit ea permitti, ut integri à fictis, constantes à levibus, discriminentur [l]. Durum videtur nonnullis, peccatum esse quod necessarium est [m]. Hoc ergò dictum emolliunt, *Necesse est*, i. e. utile est, vel expedit [n]. Non placet: 1. Incurrunt hi in illud quod vitare volunt. Nam si utile & bonum est scandala evenire, quidni necesse sit ut quod bonum est eveniat. 2. Obstat Christi consilium, quod erat docere quàm damnosa essent scandala, non quàm utilia. 3. Repugnant Christi verba: quia quod hîc, ἀναγκαῖον ἐστι, Luc. 17. 1. est, ἀνένδεκτον μὴ ἐλθεῖν, quod sanè non significat *utile esse*, sed, *non contingens non esse*, h. e. impossibile est non esse, vel, quod idem est, necessarium est esse. Alii, minùs adhuc tolerandi, concedunt scandala in genere esse necessaria, non autem hoc vel illud scandalum, putà Christi proditionem per Judam. At si scandala in genere evenire malum non sit, quia scilicet necessarium est, neque in specie & individuo ea evenire malum erit. Quis enim adeò stupet, ut quod generi convenit, individuis convenire neget? Neque enim genus est, nisi in specie & individuo. Deinde hoc pacto tollitur è medio maxima pars Providentiæ Divinæ, nisi scandala essent certa & definita, quoad authores, locum, tempus, & eos quibus objiciuntur scandala [o]. [Sed quam σχέσιν habeant scandala ad Providentiam Dei, & quomodo idem necessarium sit & peccatum, fusè h. l. disserit Cl. Cam. quæ hîc mitto, quia sunt alterius loci.] ¶ *Verumtamen*, Πλὴν] Adversativa hæc ostendit sapiente Dei permissione culpam peccantium non levari: unde sequitur de tali hîc agi necessitate quæ libertatem non tollit. Sic & infrà 26. 24 [p]. Occurrit tacitæ objectioni, nè quis putaret scandala impunè edi, quia dixerat, *necesse est*, &c [q]. ¶ *Væ homini illi per quem*, &c. Δι' οὗ, &c.] Per quem objicitur alicui causa ruinæ, aut impedimentum salutis; q. d. Quamvis dixi hoc necesse esse, non tamen excusandus est scandali author: non enim ipse necessitate coactus, sed pravâ voluntate ductus, ea edit [r]. Nulla hîc est coactio, sed tantùm necessitas, eáque non à Deo, sed ab homine, corruptione voluntariâ. Nec ergò Deus peccato involvitur, nec peccator injustè punitur. Nemo enim invitus est alteri offendiculo, sed vel, per incogitantiam, vel sponte †. Propriè scandala eveniunt διὰ τῶν ἀνθρώπων, (*per homines*,) non διὰ τοῦ Θεοῦ, (*per Deum*,) quanquam nec ἄνευ τοῦ Θεοῦ, (*sine Deo*.) Vide quæ suprà 10. 29 [t].

8. *Si autem manus*, &c.] [Connexio sic se habet:] Quòd si scandalum non ab alio, sed à teipso, tibi ipsi offeratur, si manus pruriat ad immunditiam, ad cædem, &c. pes ad adeundum consortia impiorum, &c. Scandalizare h. l. impropriè tribuitur humanis membris, eò quòd sensui offerant irritamenta peccati [v]. Hyperbolica hæc est locutio; q. d. Si daretur optio, potiùs perire nobis permitteremus oculum, manum, pedem, (quæ nobis charissima sunt,) quàm ut pateremur nos authores esse scandalorum; quippe quibus æternam pœnam nobis accersimus [x]. Est à majori sumptum argumentum: Vel carissima corporis membra præcidenda essent ut evitaretur æternum exitium, cùm mortis in hoc seculo vitandæ causâ id ipsum fieri soleat. Quantò magis à nobis abjiciendæ

Marginal notes (left column): [m] G. — [n] Cas. — [o] Li. ho. — [p] Sch. — [q] G. — [r] Bru. sim. Mal. Me. — † Pi. — [t] Q. in Mal. — [v] Mal. ex Chrys. Euthym. & Th. — [x] Me. — [y] G. — [z] V. — [a] Di. — [b] Cam. — [c] Sch. — [d] Bru. Mal. ex Chrys. Sch. — * Bru. — [f] Sch. — [g] Me. sic T. Bru. Sch. — [h] Sch. — [i] Bru. — [k] Bru. sim. Sch.

Marginal notes (right column): [l] G. — [m] Q. in Cam. — [n] Chrys. in Cam. — [o] Cam. — [p] G. — [q] Bru. — [r] Idem. — † Be. — [t] G. — [v] Bru. — [x] Cam.

jiciendæ cogitationes minùs rectæ, quas aliorum improbitas suggerit y. Docet quanto studio scandala vitanda sunt z. Hunc versum & seq. explicatum, vide ad Mat. 5. 29. 30 a. *Manus, Pes*, &c. dicuntur *nobis esse scandalo*, cùm eas res amittendi metus nos inducit ad peccandum. Vicissim ea membra *abjicere* dicimur, cùm malumus eorum jacturam facere quàm officio nostro deesse b. ¶ *Abscide eum*, &c. Αὐτὰ] Συλληπτικῶς neutro genere αὐτὰ, scil. τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα d. Habe tibi ac si ignorares ea tibi suppetere membra, nega tibi hac in re illorum usum, ac si truncatus eis fores, &c. Hoc fac in periculo animæ, quod faceres in periculo corporis*. ¶ *Bonum*] i. e. Melius f: nam Hebræi carent comparativo g. Malim hîc subintelligi μᾶλλον, *magis* h, ut in Homero, Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι (*Vellem ego populum salvum esse* (*magis*, vel *potiùs*,) *quàm perire.*) Sic & in Latinis, Tacitus, *Claris majoribus quàm* (pro, *magis quàm*) *vetustis*. Plautus, *Bona mulier tacita quàm* (pro, *magis quàm*) *loquax* i. ¶ *Ad vitam*] Æternam scilicet & beatam, quæ sola meretur vitæ nomen; ad locum vitæ, ad cœlos f. Mutilus dicitur in cœlum ingredi, quia mutilus erat cùm corpore egrederetur, &c g. ¶ *Quàm*, &c. Ἢ δύο χεῖρας, ἢ δύο πόδας, &c.] Prius ἢ est collationis, alterum distributionis, vel distributæ enumerationis h.

9. *In gehennam ignis*] i.e. Igneam, ardentem. Vide ad Mat. 5. 23 i.

10. *Ne contemnatis*, &c.] Ut *honorare* interdum valet, *præmio afficere*, ut Jud. 13. 17. 1 Tim. 5. 3, 17. ita καταφρονεῖν, (sicut etiam בוז, Prov. 14. 21. cui opponitur ibi מחונן) non modò *contemnere* sign. sed & *negligere*. Consilium Christi est reprimere Discipulorum fastum, qui alios (sive Apostolos, sive aliùs ordinis) in Christum credentes contemnebant, quòd non essent tot donis atque privilegiis ornati, &c k. Suprà utitur *scandalizandi* verbo, hîc, *contemnendi*; tamen ut significet omne læsionis genus à se vetari, quàm ut fontem aperiat totius mali: contemptus enim facit ut audacter illis scandala objiciantur, lædantur, &c l. ¶ *Unum ex his pusillis*] Qui parvuli sunt, vel, 1. ætate aut mole corporis m: μικρὸς enim idem quod Heb. קטון, aut צעיר n: qui in Ecclesiam Evangelicam recepti sunt cum credentibus parentibus o. Non placet, quia hos *credentes* vocat, v. 6 p. Vel, 2. & suâ q, & multorum, sed non Dei, æstimatione r: q. d. humilium †, sive piorum r; vel, conditione & statu vitæ, contempti ob paupertatem, imperitiam rerum, &c. Ità voces Heb. קטון & צעיר abjectam conditionem denotant, illud Gen. 32. 10. Deut. 1. 17. hoc Jud. 6. 15. unde verbum צער est, *contemptibilem*, sive *inglorium, esse*, Job 14. 21. Jer. 30. 19 v. *Parvos* hîc vocat electos & fœderatos & filios Dei x. ¶ *Angeli eorum*] i.e. Angeli, eorum custodes & tutores y; qui pro salute fidelium excubant z: ut constat ex Psal. 34. 8. & 91. 11. Heb. 1. 14 a. Apoc. 1. 4. & 4. 5 b. Sensus loci, Eo more, quo ministrant Angeli credentibus adultioribus, ministrant & istis ||. *Angeli fidelium* dicuntur, qui tanquam nuncii mittuntur, non à fidelibus, sed ad fideles, ut Paulus Rom. 11. 13. *Apostolus Gentium*, h. e. missus ad Gentes, non à Gentibus c. Sensus est, q. d. Quanquam hîc contemnantur, à Deo tamen honorantur, &c d. An verò singuli Angeli singulis parvulis designentur, hîc non definitur*. Probabilius id esset, si dixisset num. sing. *Angelus uniuscujusque ex illis parvis*, & non indefinitè, *Angeli parvulorum illorum* f. Cùm dicitur Esa. 3. 4. *Magistratus populi* pueros fore, nemo indè collegerit singulis è populum datum esse quendam Magistratum g. Quare nec h. l. Angeli intelliguntur cuique ex illis in individuo affixi à nativitate, sed curæ eorum in genere destinati h. Al. Cùm Christus ità solitus sit loqui quomodo se loquentem à Judæis optimè sciebat intelligi, Judæi autem veteres novique crediderint, singulis, saltem piorum, additum à Deo custodem Angelum; quæ opinio ad Christianos etiam manavit, ut apparet ex loco Act. 12. 15. & multis vetustis scriptoribus, probabile admodum est eam sententiam hîc à Christo approbatam. Constat sanè Angelos administros esse Divinæ Providentiæ: unde credibile est pro gradibus Providentiæ munia Angelorum distingui. Præter universalem Providentiam est aliqua communis quâ Deus civiles hominum societates conservat ac dirigit. His autem singulis suos attributos esse Angelos, ex Daniele magno consensu & Judæi & Christiani veteres colligebant, idque velut extra omnem controversiam ponit Clemens Alexandrinus. Sicut autem res Regnorum ad statum universi, ità res singulorum ad statum regnorum, plerumque Deus ordinat. Sed eximuntur communi huic sorti hi qui verâ fide Deo se consecrant, ac proinde ipsius peculium censentur. Hos Deus sicut peculiari providentiâ fovet, ità singulos donare videtur custode Angelo, qui scilicet ipsorum gressus conatúsque adjuvet, aut perpetuò, aut certè donec ad plenissimam Divini Spiritûs possessionem devenerint. Ità enim veteres Christianos credidisse video. Vide Orig. hom. 8. in Genesin, & Tertul. de Baptismo. Neque dubitat Clemens à barbara, h.e. Hebræa, sapientia profectum asseverare quod apud Platonem est, ἑκάστῳ ὃν εἵλετο δαίμονα τοῦτον φύλακα συμπέμπειν τοῦ βίου καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων· (*Unicuique quem elegerit genium dari custodem vitæ & executorem eorum quæ elegerit.*) An autem unicuique hominum datus sit Angelus in ambiguo relinquit Clemens. Origenes unicuique & bonum & malum Angelum attribui probare conatur ex libris Pastoris & Barnabæ: quanquam Barnabæ quem citat locus nè hoc quidem dicit, sed viæ lucis præesse Angelos Dei, viæ tenebrarum Satanam. Origenis sententiam hac in re, ut in multis aliis, sequitur Gregorius Nyssenus, De Vita Mosis. At viris eximiis multos videmus dari Angelos custodes, ut Jacobo, Gen. 32. 1, 2. Elisæo, 2 Reg. 6. 17. Cæterùm, cùm tota hujus mundi administratio tandem bono cessura sit eorum qui futuræ gloriæ erunt participes, rectè à Scriptore ad Hebræos omnes omnino Angeli dicuntur *mitti*, sive *ordinari, in eorum gratiam qui salutis hæredes sunt futuri* i. ¶ *In cœlis*] i. e. Cœlestes, quo distinguuntur à malis Angelis, qui habitant in inferis k. ¶ *Semper*] Ità Er. Il. Ar. &c. Διὰ παντὸς] *Per omne*, sub. *tempus*, P. Be. Bru. Pi. Quod non est torquendum; nam idem de Salomonis servis dicitur, 1 Reg. 10. 8 l. ¶ *Vident* (vel, *Contemplantur*, Cam.) *faciem* (i. e. *Deum sicut est*, 1 Joh. 3. 2. *facies* enim manifestam visionem declarat, quæ non *per speculum fit*, &c m.) *Patris mei*] Consequens pro Antecedente n: q.d. sunt Apparitores & Ministri Dei, parati ad ipsius nutum o, Deo proximi & familiarissimi p, semper exspectantes ejus jussa q, de ipsis emittendis ad horum custodiam r: liberrimâ facilitate summâque fiduciâ agunt cum Deo, ad eum referentes caussam & res parvulorum †, & accusantes apud Deum illos à quibus injuriam accipiunt r; possúntque in contemptores facilè à Deo vindictam impetrare ||. Non ergò impunè quisquam eos lædat aut contemnat v. Hoc eò pertinet, ut non quivis, sed insigniores, Angeli intelligantur piorum custodiæ assignati. A Regum enim more sumpta est similitudo, quos aspicere quotidie non cuivis ministrorum licet, sed solis Regni proceribus, 1 Reg. 10. 8. quod ipsum significari putant Hebræi voce אחשדרפנים, unde fluxit nomen *satraparum*. Ἐξατράπην propiùs ad Persicum idioma dixit Theopompus, loco qui est apud Photium. Idem est *videre faciem Regis*, & *stare coram Rege*. Talis Angelus erat Gabriel, *stans coram Deo*, Luc. 1. 19. & מלאך פניו, Esa. 63. 9. fortè & עמדים שרפים, Esa. 6. 2. Sed & Daniel somnium expositum sibi dicit ab uno adstantium, 7. 16. cùm antea *adstantes* ab aliis *ministrantibus* discrevisset: quomodo intelligi potest Zac. 3. 7. *Eris* בין עמדים. Sic & apud Reges qui intimæ sunt admissionis dicuntur παρεστηκότες, 1 Sam. 22. 6. & 25. 27. Denique discrimen hoc Angelorum celebre fuisse apud Judæos, multa ipsorum scripta evincunt. Inter hos primores Angelos septem eminere credebantur: quod ipsum quoque credo profectum ex aula Persica; quam imitatæ aulæ minores. Vide Jer. 52. 25. Est eorum septem mentio apud Chald. paraph. Gen. 11. 7. & in Jac. ad Dan. c. 10. v. 13. apud Tobiæ Scriptorem. Credo & Apoc. c. 1. ver. 4. addito 8. 2. Danieli sunt השרים הראשנים, 10. 13. Hebræorum Rabbini hos *oculos Dei* vocant. Clemens Stromat. 6. Ἐπὶ τῶν τὴν μεγίστην δύναμιν ἐχόντας πρωτογόνους ἀγγέλων. Non voluit autem Christus nos pascere inutilibus speculationibus, ut illi, quos Paulus dicit, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύειν, Colos. 2. 18. sed quanto pretio pii homines sint

y G. z Mal. a Mal. sim. Eru. G. b J. Cap. d Sch. *Bru. f Eru. Pi. &c. g Eru. h D. sim. Sch. i D. f Bru. g J. Cap. h Sch. i Bru. k Cam. l Eru. m Q. in Cam. sic Sch. n Cam. o Li. ho. p Cam. q Ham. r Zeg. † Bru. r Be. v Cam. x J. Cap. y V. fi. Be. Eru. z Cam. sim. Ham. Eru. a Eru. b Ham. || Li. ho. c Cam. d Bru. * Ham. f Span. in Wal. g Cam. h Span. i Cam.

i G. k Bru. l Cam. m Bru. n Cam. o Cam. sim. Be. Pi. Ham. p Eru. q Be. sim. Pi. r Pi. † Bru. || V. || Me. v Bru.

sint apud Deum significantissimè ostendit, cùm dixit Angelorum primores illis datos custodes & internuncios, qui velut inter Deum atque ipsos commeent, quod *ascendere* & *descendere* vocatur, Gen. 28. 12. unde intelligi potest quantum sit facinus eorum innocentiæ ac simplicitati insultare [x]. ¶ *Qui in cœlis est*] Auxesis, tacitáque antithesis inter Deum & homines; q. d. cœlestis & Omnipotens [y]. Deus ubique est, dicitur autem singulariter esse in cælo, ubi nullum est peccatum, nulla miseria aut perturbatio, ut Deum cogitemus invisibilem, gloriosum, &c [z].

11. *Venit enim Filius*, &c.] Alterum argumentum providentiæ ac benevolentiæ Dei erga hos parvulos: Non mirum, inquit, Angelos his tutores delegari, cùm & Filius pro his missus sit, &c [a]. Collato commate [seu versu] 6. apparet argumentum esse ductum à majori: Deus Filium suum misit, ut aversos adhuc à se homines ad pietatem pertraheret; quantò magis jam pertractos non vult aliorum injuriis ab instituto pietatis averti [*] Vide similem Pauli argumentationem Rom. 5. 8, 9. 10. Adde Rom. 15. & 1 Cor 8. 11 [b]. Non contemnendos parvulos probat, quia ob horum salutem Christus venit [c]. Tota hæc periodus in nonnullis Græcis Codicibus non reperitur [d], nec eam attingit Orig. nec Hieron. In nonnullis contrà reperitur, ut in Chrys. & Th. & Hilar [*]. & in Sy. & Ar. & Evangelio Hebræo [f]. ¶ *Quod perierat*] i. e. Quod proximum erat ut periret, humanum genus, &, inter cæteros, pusillos istos, qui cæteris non erant dissimiles, donec à me liberati essent, &c [g]. Loquitur Christus ex hominum opinione, quibus pusilli hi videbantur esse maximè peccatores. Vide Joan. 9. 34 [h].

12. *Si fuerint*, &c.] Hanc comparationem alibi quoque fine aliquantùm diverso Christus usurpat: quod & in aliis comparationibus observare est. Sensus est, Magnopere gaudere Deum conversione hominis peccatoris. Cætera accessio sunt comparationis, quæ sigillatim applicari ad ἀπόδοσιν nihil necesse est [i]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ τὰ ὄρη] Hoc jungunt, vel, 1. præcedentibus [k], τὰ ἀφεὶς [l] ità enim & Lucas, ὁ καταλείπει —— ἐν τῇ ἐρήμῳ. Plerumque montana loca sunt cæteris desertiora. Hinc Christus in montes secedit solitudinem captans. Et τὰ ὀρεινὰ, in quibus concionabatur Johannes, vocantur ἔρημος [m]. Ità h. l. *relinquit —— in montibus*, ubi pascuntur, alterius custodiæ commissæ [n]. Vel, 2. cum sequente, πορευθεὶς [o], ut pleraque antiqua exemplaria distinguunt: quod rectius; ut tantò majus quærendæ per deserta aberrantis ovis studium demonstretur [p].

13. *Si*, &c. Ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ] *Si invenerit eam*, Sy. Æth. *Si fiat*. (vel, *acciderit*, sive *contigerit*, Er. Il. Ti. Be. Pi.) *invenire* (vel, *ut inveniat*, P. Be. &c.) *eam*, Mo. ¶ *Gaudet —— magis*, &c.] Quia singularis erat ratio lætandi, ob præteritam tristitiam, &c [q]. ¶ *Quæ non erraverunt*] Non significat, aliquos fuisse homines, qui non erraverunt; sed tantùm propter eos qui erraverunt Christum venisse [r].

14. *Sic*] Accommodat similitudinem proposito [†]: q. d. Sicut pastor ille non patitur ovem perire, &c. sic minùs vult Deus perire minimos istos, quàm maximos illos [t]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἔστι θέλημα, &c.] *Non est voluntas* (vel, *optatum*, Æth. Heb. רצון, quod δεκτὸν vertunt Lxx, Exod. 28. 38. & Esa. 61. 2. & Luc. 4. 19. idem verò θέλημα vertunt, Psal. 40. 8. & Heb. 10. 7. sed plerumque verti solet, εὐδοκία. Est autem λιτότης · *non est gratum Deo*, pro, *Deo quàm maximè displicet*. Faciunt ergò qui pios offendunt contra veram ac seriam Dei voluntatem [v]:) *ante* (vel, *apud*, Ti.) *Patrem vestrum*] Vel, *coram Patre vestro*, Tre. Bru. Hebraismus est [x], ex Regum edictis sumptus, quæ ab eorum conspectu, ut firma habeantur, dicuntur prodiisse [y]: simil. 1 Sam. 12. 3. *Testificamini coram Domino*, tale scilicet testimonium quod firmum ratúmque sit, etiam ante Deum [z]. [Ità hîc,] q. d. Firmum decretum à Patre emanavit [a]. Non dicit, *voluntas mea*, sed, *Patris*; ut significet, tum eandem esse utriusque voluntatem, tum se à Patre missum ad salvandos perditos [b]. Non autem dicit, *meum*, sed, *vestrum*, accommodatè ad id de quo agebat, amorem scilicet & misericordiam Dei erga homines [c]. Al. *Non vult Pater vester*, Be. Pi. ¶ *Ut pereat*, &c.] Vel, *perdatur*, i. e. scandalis conficiatur, aut quâvis ratione justitiam deserat, nedum ut æternùm pereat [d]. Ἀπόλλυσθαι hîc est, *à Deo averti*, cui opponitur σώζεσθαι, ut apparet Rom. 15. 1 Cor. 8. 11 [*].

15. *Si autem*] Ut antè humiles, ità jam peccatores, contemnendos non esse docet. Cùm absurdum esset lædi contemnive qui neminem lædunt, æquum videri posset, ut is qui lædat vicissim lædatur. Atqui, inquit, ille non tantùm lædendus non est, sed & salus illius à te curanda est [f]. Christus, ut alibi diximus, sicut quicquid erat in Judaicis traditionibus τῆ πονηρᾶ κώμης (*malæ notæ*) liberè reprehendit; ità quæcunque ad pietatem ac probitatem faciebant, ad verbum propè in sua dogmata transtulit; cujus generis est id quod sequitur, ut ex collatione receptarum apud Hebræos sententiarum, quas alii citârunt, manifestè apparet. [Vide D.] Dixerat suprà Christus, eum qui offenditur fortiter obniti debere nè eo dimoveatur de statu pii propositi: nunc addit aliquid amplius, vertendum siquid tale acciderit in occasionem beneficii [g]. Alloquitur hîc Christus eos, non tanquam Apostolos, (ut hactenus,) sed tanquam Discipulos, quia hîc præcipit non quæ Apostolis peculiaria, sed quæ ipsis cum omnibus Christianis communia sunt; v. g. patienter ferre, & studere ut frater resipiscat, &c [h]. ¶ *Peccaverit* (Errore, aut ignorantiâ, aut infirmitate humanâ [i]. Agitur propriè de delictis quæ imbecillitati humanæ ex ira, invidia, habendi cupidine, solent obrepere [k]:) *in te*] [Hoc non eodem modo explicant:] *In te*, i.e. te tantùm conscio [l], privatim, vel secretò: nam publicè peccantes sunt publicè arguendi, 1 Tim. 5. 20 [m]. Non placet [n]. 1. *In te*, pro *privatim*, exemplo caret [o]. 2. Si tu solus hoc scias, quorsum adhibendi testes? Ille negabit, tu affirmabis, &c. Pugnat cum prudentia & pietate, ea peccata in lucem proferre quæ latent ità ut in lucem proferri non possint; quale hoc est cujus tu solus conscius es [p]. 3. Tunc non opus esset ὑπάγειν, *adire*, peccantem, cùm ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensus possit ibidem argui [q]. *Si peccaverit in te*, i.e. Si, te præsente ac vidente, aliquod scelus admiserit, & ità te offenderit. De publica injuria, quæ Deo fit, loquitur [r]. Al. *in te*, i.e. contra te [†]; i.e. Si te lædat & offendat [t], dicto vel facto. Sic legimus, *peccare in puerum*, Gen. 42. 22. *in Davidem*, 1 Sam. 19. 4. *in proximum*, 1 Reg. 8. 31 [v]. Ità h. l. Si injuriâ te affecerit [x]. [Probatur:] 1. Apertissimum hoc est ex Luc. 17. 3 [y]. ubi *condonandi* mentio fit, unde discimus quod infrà Petrus interrogat v. 21. ad hanc ipsam facti speciem pertinere [z]. Condonare autem neque solemus, neque possumus [a], culpam in Deum admissam [b], sed tantùm injuriam nobis factam. 2. Hinc Syrus ἁμαρτήσῃ vertit, אלכל, eo verbo quod Lxx itidem ἁμαρτάνειν sæpe vertunt: interdum magis propriè, ἀφρόνως πράττειν, (*stultè agere*) ut Gen. 31. 28. 3. Ità est & in Hebræis sententiis, *Si te injuriâ socius tuus affecerit* [c]. 4. Sic Christi hortatio, quæ alioquin mutila esset, numeris omnibus absoluta est. Suprà hortatus est, nè fratres contemnamus, quod certè facit qui peccantem videt nec succurrit, hîc addit quid agendum quando lædimur à fratre, hortatúrque ad patientiam & charitatem [d]. Sed simul meminisse debemus morem esse Divinæ Legis in facti specie nobilissima indicare quid in rebus aliis, servatâ tamen proportionis æquitate, sequendum sit [*]. Certum est, Christi doctrinam non tam angustis finibus cohiberi, ut de privatis tantùm injuriis loquatur [f]. Sub peccato in te commisso quodvis peccatum intellige [g], in te [h], aut Deum [i], aut proximum; quodvis peccatum sive morum, sive doctrinæ, ut patet ex 2 Tim. 2. 25. & Tit. 3. 10 [k]. modò publicum non sit [l]. Voluit Christus h. l. occulta peccata à manifestis distinguere [m]. Qu. Cur ergò dicit, *in te*? Resp. 1. Quia de eo tibi certiùs constat [n], quàm alteri. 2. Quia correptio tua, qui es læsus, plus habet energiæ apud læsorem, considerantem te non vindictæ tuæ, sed salutis suæ, studiosum esse [o]. 3. Quia acerbi & diserti reprehensores esse solemus eorum qui in nos peccant. Ibi ergò nobis frænum injicere voluit, ubi maximum periculum erat, nè præcipites ageremur [p]. ¶ *Frater tuus*] i.e. Christianus [q], ex collat. v. 17. & 1 Cor. 5. 12 [r], qui eandem pietatis normam sequi se profitetur, ὁ ὁμόζηλος,

Margin notes (left column): x G. — y Bru. — z Cam. — a Bru. — *G. sim. Bru. — b G. — c Mal. sim. Me. — d Be. sic Er. — *Er. — f Di. — g Bru. — h Mal. — i G. — k Ità Bru. ex Vulg. & Th. G. ex Sy. Er. — l Er. — m G. — n Bru. — o Sch. ex Be. & Ti. & Steph. — p Be. — q Bru. — r Mal. — † Bru. — t Mal. — v G. — x Bru. Mal. — y Mal. — z Q. in Mal. — a Bru. — b Bru. — c Mal.

Margin notes (right column): d Bru. — *G. — f Bru. — g G. — h Cam. — i Bru. — k G. — l Be. sic Chem. &c. — m Be. — n Cam. J. Cap. Mal. — o Mal. — p Cam. — q J. Cap. — r V. — † Mal. — t Cap. sic Cam. — v Cap. — x Bru. sim. G. Hi. Chrys. Aug. — y G. sic Cam. Mal — z G. — a G. sim. Cam. — b Cam. — c G. — d Cam. — *G. — f T. — g Bru. sim. Mal. Pi. Chem. &c. — h Pi. sic Mal. — i Mal. sic Pi. Bru. — k Faber. in Append. crit. tom. 2. p. 3714. — l Bru. sim. Fab. ex Amb. &c. — m Fab. ib. — n E. sim. Bru. — o Bru. — p Mal. sim. Bru. — q Bru. Mal. — r Mal.

λ⊛, ut loquitur Philo, quod sequentia declarant †; quem *pusillum* antè, nunc *fratrem*, vocat, docétque eum, si quid fortè peccaverit, non severè, & tanquam hostem, sed misericorditer, & tanquam fratrem, esse tractandum; sicut eum Christus tractat, qui venit ut salvaret[t]. ¶ *Vade*] Non exspectes dum ipse veniat culpámque agnoscat, sed quæras ipse opportunitatem[v]. Sic fecit Deus Gen. 3. 8. sic bonus Pastor, quem Christus modò ad imitandum proposuit. Nemo vereatur nè quid existimationi suæ decedat[x]. ¶ ¶ *Et corripe* (vel, *argue*, Be. Pi.) *eum*, ἔλεγξον] Ità Heb. הוכח in Levitico transferunt LXX, quos sequuntur alii Hellenistæ, ut Eccli. 29. 15. Hoc est quod *castigare* dixerat Plautus[y]. Nè pars lædens contumacior fiat, sibique in nequitia blandiatur, *argue eum*, i. e. peccati gravitatem pœnámque ei ob oculos pone[z]: *argue*, modestè quidem & fraternè, sed ità tamen ut convincas eum[a]; primùm mollibus verbis: deinde, si opus sit, paulò acrioribus, ut rectè præcipiunt Hebræi. Cicero, *Habenda ratio & diligentia est primùm ut monitio acerbitate, deinde objurgatio contumeliâ, careat*[b]. Præceptum hoc est, [*corripere peccantem*,] sed affirmativum, quod semper quidem obligat, sed pro personarum, loci, temporis, &c. opportunitate[c]. Cùm scilicet spes est spiritualis lucri[d]. Non adeò morosos nos esse vult Christus, ut ob quodvis delictum turbas demus*; ut ob humanas infirmitates, & offensas non magni momenti, querelas ingeminemus; sed ob talia tantùm peccata, quibus vel honor Dei, vel dilectio proximi, læditur, & in quibus homo perire posset, nisi corrigeretur[f]. Ratio hujus præcepti fundatur in charitativa ista lege, Levit. 19. 17. *Non odio habebis——sed corripiendo corripies*, &c. Unde colligunt Hebræi *eum ad secundam correptionem teneri*. Et quærunt, *Usquequo corripiendum*? Rabh. dicit, *Usque ad ictus*, i.e. dum correptus correptorem percutiat. Samuel dicit, *Usque dum irascatur*[g]. Mimus dixit, *Amici vitia si feras, facis tua.* Cicero, *Molesta veritas, siquidem ex ea nascitur odium: sed obsequium multò molestius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit.* Vide & Plautum, [in G.] Videmúsque hoc officii genus disertè præcipi Levit. 19. 17. sed observandum hîc diligenter nè eâ castigatione nostra potiùs commoda, aut victoriam, sectemur quàm amici salutem. De quo vide Hieroclem, & Justinum ad Zenam: [eorúmque verba in G.] Præterea verò ità danda opera est amico corrigendo, ut simul, quantum fieri potest, famæ & pudoris ejus habeatur ratio, juxta illud dictum Hebræorum, *Melius est homini ut conjiciatur in caminum ignis quàm ut palàm proximum suum ignominiâ afficiat*: quod quomodo fieri debeat, Christus hîc per gradus quosdam explicat. Scopus autem est quem Justinus præscribit, *Peccatorem non esse publicè corripiendum, nisi opus fuerit*, διὰ τὸ ὑπερόπτικον, (*propter superbiam & contumaciam*[h].) In hac porrò affirmatione tacita latet negatio[i]: q. d. Non continuò aliis patefacias, aut accuses eum apud judicem[k], vel apud Ecclesiam[l]; multò minùs te ipse ulciscere[m]; sed priùs peccatum corrige[n]. Nec tamen dicit, *dimitte*, nisi pœnitenti: sic enim aliis ignoscendum est, ut etiam vitia corrigantur[o]. ¶ *Inter te & ipsum solum*] Ità Be. Pi. &c. vel, *Interim dum tu & ipse soli estis*, V. studens correctioni, parcens pudori[p]; ut videat suam salutem, non infamiam, quæri[q]. Dicunt Hebræi, *Amicus qui tibi crimen tuum indicat inter te & ipsum solum, melior est quàm si daret tibi denarium aureum*[r]. ¶ *Si te audierit*] i.e. Si monitis pareat †. Si resipiscat, ut Lucas explicat[t]: cujus sanè spes aliqua est, quum hanc tuam prudentiam sincerámque dilectionem animadvertet: quum contrà, si publicè eum traducas, verecundiam amittet, & abstinationis callum sibi obducet[v]. ¶ *Lucratus eris* (vel, *es*, Bru. Pi.) *fratrem tuum*] Tum sibi, qui salutem æternam amissam recuperat[x]; tum tibi, ex hoste eum amicum reddendo[y], & per illius salutem tibi quoque salutem acquirendo[z]; tum Deo[a], à quo alienus fuit, cui eum reconciliâsti. Christus, qui solus fratrem lucrifacit, suum nobis honorem transcribit[b]. Κερδαίνειν est, *ad bonam frugem revocare*, ac proinde, *in salutis viam reducere.* Ità vox hæc sumitur 1 Cor. 9. 19, &c. 1 Pet. 3. 1. Explicat hoc Jacobus, 5. 20. Loquendi genus non dissimile Gen. 12. 5. *Animas quas acquisiverant*, i. e. Chaldæo interprete, *quas subjecerant Legi.* Non ait Christus, *tibi bene consuluisti*, sed, *fratri*: id enim præcipuè propositum nobis læsis esse debet. Nam nostra tantùm aut res, aut existimatio, agitur temporaria; illius salus æterna[c]: de qua potiùs nos solicitos esse vult quàm de nostro damno[d]. Hic correptionis finis, ut lucrifiat. Quare, si vel non est perditus, ut si peccata non sint mortifera, vel nosti eum sponte resipiscere, vel non est spes ipsius lucrandi, non præcipitur tibi correptio fraterna*.

† G. [t] Mal. [v] Bru. [x] Chem. harm. 92. [y] G. [z] Chem. [a] J. Cap. [b] G. [c] Bru. [d] Mal. * J. Cap. [f] Chem. [g] Li. ho. [h] G. [i] Mal. [k] Bru. [l] Mal. [m] Eru. [n] Mal. ex Eru. [o] Bru. [p] Idem. [q] M. sim. Chem. Ham. [r] D. † G. sim. Pi. Bru. [t] G. [v] Bru. [x] Idem. Eru. Chem. [y] Chem. [z] Eru. [a] Bru. Chem. [b] Bru.

16. *Si te non audierit*] Peccatum vel negans, vel defendens & excusans, vel certè in eo perseverans[f]. ¶ *Adhibe* (vel, *Accipe*, sive *Assume*, Bru. Be. Pi.) *tecum adhuc unum vel duos*] Sub. *testes sceleris admissi*, V. vel separatim[g]: vel potiùs, simul; ex fine cur adhibendi sunt, & citato Deuteron. loco[h]: quot fratris emendatio requirere videtur, viros honoris Dei fraternæque salutis studiosos, quos apud eum auctoritate valere putas[i]. Idem exigunt Juridici Hebraici à peccante in fratrem. Hieros. Joma. fol. 45. 3. *Qui peccat in fratrem, dicat ei oportet, In te peccavi. Si audiat, bene. Si non, adducat alios, & placet eum coram iis.* Ast altiori charitate exigit hîc Salvator, ab eo scilicet in quem peccatur[k], ut pars offensa quærat offendentis emendationem[l]. Pari modo maritus zelotypus, *coram duobus testibus uxori indixit, Nè colloquaris cum N*[m]. Qu. Cur testes adhiberi vult? Resp. 1. Ut eo modo, si fieri potest, pudor ei exprimatur[n]: ideo tales assumi debent quorum aliquid apud ipsum auctoritas valeat[o]: ut pudefactus corrigatur[p]. 2. Ut severior sit reprehensio[q]: ut efficaciora ægroto huic adhibeantur pharmaca, ut qui, te monente, minùs docilis erat, victus auctoritate plurium emendet errata[r]. 3. Ut testimonium perhibere possint, vel, 1. de quæstione facti, quod ille negare non potuerit †, cùm tot testes affirment[t]: vel, 2. de moderatione diligentiáque tua erga illum[v]; te officio tuo functum esse[x]: vel, 3. de contumacia ipsius, si fortè negaverit[y]; ut coram Ecclesia accusari possit[z]. ¶ *Ut in* (vel, *ex*, Be. Pi.) *ore* (i.e. sermone, sive testimonio[a]. *Os* pro sermone, ut Num. 3. 16. atque adeò pro tacito etiam testimonio, cùm res ipsa per se loquitur, ut infra 21. 16[b].) *duorum vel trium testium* (connumerat ipsum correptorem[c]:) *stet* (vel, *consistat*, Er. Tre. Ti. V. *statuatur*, Ca. *stabiliatur*, Il. Pi. *confirmetur*, Be. Pi. *ratum sit*, Pers. V. ratum firmúmque habeatur[d]: ut revinci possit*, coram Ecclesia[f]. עמד, *stare*, hîc est vim atque effectum habere: vide antithesin in Psal. 33. 9[g].) *omne verbum*; Ità Er. Tre. Ti. &c. Σταθῇ πᾶν ῥῆμα] *Constet omne verbum*, Sy. i. e. negotium de quo agitur[h], fraterna ista tua correptio[i]: vel, *de re omni*, Ca. Sunt ipsa verba Legis ex Deut. 19. 15. ex versione LXX, Sapienter Lex Divina exigit tot testes in quaque causa, primùm rejiciens singularia testimonia, deinde ostendens eam posse esse viri alicujus famam, ut facilè non uni tantùm, sed & duobus testibus, sit ἰσοπάλαιον (*æquivalens.*) Tunc igitur tertius non [illud *non* forsan irrepsit, & sensum turbare videtur.] exigetur testis: Nam probationum pondera angustis finibus circumscribi non possunt, sed pro personarum rerúmque circumstantia boni viri arbitrio æstimanda veniunt. Cæterùm lex ista Mosis propriè, ut diximus, ad facti controversias pertinens, in proverbium transiit, ità ut de rebus aliis usurpetur, ut videre est Joh. 8. 17. 2 Cor. 13. 1. Sensus hic est, Ut is qui peccavit, si te unum non est reveritus, illos saltem testes revereatur, & illorum consensu motus iniquitatem facti sui agnoscat[k].

17. *Quod si*, &c. Ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν] Id est, ἐὰν μὴ μετανοήσῃ (*si non pœniteat eum.*) Vox frequens, & ό. & aliis Græcis scriptoribus[l]. *Si verò eos neglexerit*, Mo. vel, *non audierit*, Er. Il. Tre. ex Sy. Ti. Ca. sic Pers. Ar. Æth. vel, *neglexerit audire*, Be. Bru. Pi. i. e. non sit audire dignatus, aut audire dissimulârit: ut παροςᾶν dicuntur qui non dignantur aspicere, vel fingunt se non videre[m]; ad verb. *præteraudierit*. Huic apponitur τὸ ὑπακούειν, q. d. *subaudire*, pro quo dicitur, *obedire*, quasi *obaudire*[n]. ¶ *Dic* (i. e. Aperi rem totam[o]:) *Ecclesiæ*] *Coram multis*, inquit liber Musar; κατὰ κοινὸν, Justinus. Nempe ut ei eveniat ἐπιτιμία ὑπὸ πλειόνων, 2 Cor. 2. 6. ἔλεγξις ἐνώπιον πάντων, 1 Tim. 5. 20. Agitur quidem istis in locis de peccatis gravioribus. Sed etiam quæ sui initio leviora sunt, pertinaci monitorum contemptu gravibus æquantur.

[c] G. [d] Cam. J. Cap. * Bru. [f] Bru. [g] Hi. in Mal. [h] Mal. [i] Bru. [k] Li. ho. [l] Li. chron. p. 43. [m] Li. ho. [n] G. ex He. sim. Bru. Mal. [o] G. [p] Bru. [q] Q. in Mal. sim. Bru. [r] Bru. † J. Cap. [t] Mal. ex Chrys. & Aug. & Th. [v] J. Cap. [x] Euthym. in Mal. sim. Li. ho. [y] Bru. [z] Q. in Mal. [a] V. Bru. sic Pi. [b] Be. [c] Bru. [d] Be. Bru. sic V. * V. sim. Be. [f] Be. [g] G. [h] Be. Bru. [i] Eru. [k] G. [l] G. [m] Bru. ex Be. [n] Pi. [o] Bru.

æquantur. Porrò permittentis, non imperantis, esse hæc Christi verba sentio. Causam addit liber Musar, *ut detegantur hypocritæ.* Sed hæc secundaria est. Primaria autem est, ut vel sic ad rectam viam reducatur, motus tot piorum factum suum improbantium consensione [q]. Verbum εἰπὲ est quidem imperandi: At Deus sæpe jubendo non imperat, sed indulget: ut, cùm jubet Adamum vesci fructibus, &c. Quæ mandatorum formâ concipiuntur in S. S. modò ad indulgentiam pertinent, si scil. res præscriptæ sint beneficia, & privilegia; modò ad imperium, si sint officia: quale hoc est de fratre corrigendo, &c*. Qu. Quid hîc vult τὸ *Ecclesiæ?* Ego hanc altercationem non ineo. Utcunque eam sumas, non tam hîc certè agitur de censura personæ peccantis, quàm de vindicatione corripientis, ut omnibus constaret se munere suo functum, ac animam suam liberâsse [r]. Resp. 1. Magistratui politico †. Quod certè novum est & insolens [t]. Non dat hîc Christus præcepta œconomica, sed quæ ad conscientiam spectant, nec de damni restitutione agit, sed de fratris emendatione & reconciliatione, de mansuetudine & patientia [v]. Non docet, quomodo damnum nostrum commodissimè sarciamus, quod ille, ut βιωτικὸν, ex prudentiæ & æquitatis regulis unicuique æstimandum relinquit, sed quomodo errantem reducamus in rectam viam [x]. Non suadet Christus res summo jure peragi, sed potiùs vetat, mitiora quærens remedia: vide Matth. 5. 25, 40. 1 Cor. 6. 1 [y]. Resp. 2. Judæorum Synagogæ [z], vel, Synedrio; magno scilicet, quod πρεσβυτέριον κατ' ἐξοχὴν appellatur, Luc. 22 [a]. Tres Senatus inter Judæos notat Maimon. De Synedrio, c. 1. Sect. 10. 1. 3—viralem, qui de civilibus causis agebat; 2. 23—viralem, qui de capitalibus; 3. 10—viralem, qui de rebus ad Synagogam pertinentibus. Hic Senatus Ecclesiasticus fuit, qui Synagogam repræsentavit, de quo hic agi puto [b]. Non placet hæc sententia. 1. Cur Christus Synedrium illud *Ecclesiam* vocat, novâ & insolenti appellatione [c]? Id certè עדה aliquando in S. S. dicitur; at quoties ea vox Synedrio tribuitur, toties Græcè vertitur, συναγωγή. *Ecclesia* autem, קהל, in V. T. cœtum duntaxat populi significat, & quidem externum, non cum χάριτι ad religionem, quam [χάριν] vox *Ecclesiæ* in N. T. habet ||. Nusquam Synagoga in N. T. *Ecclesia* vocatur *. Adde, quòd Synedrium illud fratrem ex more corpore mulctâsset: hoc verò non esset dissidia inter fratres componere, sed odia accendere †. 2. De illa Ecclesia loquitur, cui data est potestas ligandi & solvendi, v. seq [d]. [Alii tamen huic sententiæ favent:] Nihil hîc à Christo novum præcipitur, sed mos rectè introductus probatur. Judæi, quamvis omnes in unum Templum coirent, & Templi ceremoniis inter se sociarentur, habebant tamen varia corpora disciplinæ causâ instituta. Ità Pharisæi à Sadducæis, utrique ab Essenis, institutis & cœtibus propriis distinguebantur. Rursum, inter eos qui Legisperitorum auctoritatem sequebantur, Scholæ erant diversæ. Philo vocat ὁμίλους, κοινοὺς, συλλόγους, κοινὰς συνόδους. Pythagoristæ ὁμαῖον vocabant cœtum suum: ἱερὸν σύλλογον interpretatur Hierocles. In his cœtibus tractari solebant quæ ad concordiam atque εὐταξίαν cujusque cœtûs pertinebant. Talem cœtum, manente etiam Lege, neque factâ à Judæis cæteris secessione, Christus jam colligere cœperat; quem ipse more Hebræorum vocabat עדה, discipuli Græcè scribentes, ἐκκλησίαν, interdum & συναγωγὴν· ut solebant olim eæ voces promiscuè usurpari. Notatur in libro פרקי אבות, decem homines facere עדה, i. e. ἐκκλησίαν. Idem est in Gemara Melilah, cap. 3. Nec tamen πρεσβυτέριον τῆς συναγωγῆς solùm hîc indicatur, ut ex dictis puto apparere. Mos enim fuit Hebræis rem ultimo loco ad multitudinem τῶν ὁμοζήλων, i. e. eorum qui eadem instituta sectarentur, perducere; cujus tamen multitudinis judicia Seniores, tanquam præsides, moderabantur: quod, ut multa alia, servatum à Christianis tum alii scriptores, tum Tertullianus, nos docet, *Coimus*, inquit, *in cœtum*, h. e. ἐκκλησίαν, *ut ad Deum quasi manu factâ precationibus orantes:* deinde, *Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura Divina:* mox, *Præsident probati quique seniores.* Similia videmus apud Cyprianum atque alios *. Resp. 3. Ecclesiæ Christianæ [f]. At, inquiunt, Christi verba de Synedriis Christianis non possunt intelligi, cùm ea nondum essent constituta *. Resp. 1. Christus non solius præs. sed & fut. temporis rationem habuit, & toti posteritati prospexit. 2. Potuit Christus *Ecclesiæ* nomine designare eos Judæorum consessus quorum authoritate fiebat aliquis ἀποσυνάγωγος quorum imitatione Christiani quoque suos habuerunt Senatus Ecclesiasticos, quorum authoritate fiebat quis ἀκοινώνητος †. *Ecclesiæ* autem, non universali; (vix enim id fieri potest,) sed particulari, cui proximè adhæres, convivis, & subes [g]. Malè ergò hinc colligunt Pontificii *Ecclesiam errare non posse*: quippe quod nec ipsi singulis Ecclesiis ascribunt, sed Conciliis tantùm Oecumenicis, quæ sanè cogenda non erant quando frater fratrem offenderat. Erat præterea hæc quæstio facti, in quo Ecclesiam errare posse fatentur [h]. [Hîc autem in partes itum.] *Ecclesiæ*, i. e. vel, 1. cœtui, aut congregationi publicæ, sive multitudini [i]. Huic sententiæ favet mos Judæorum, qui talem pudefaciebant coram multis [k]: & quòd *Ecclesiæ* nomen nusquam aliter sumitur [l]. Quod falsum esse constat [m], tum ex eo quòd Heb. עדה *conventum Judicum* non semel significat, ut Psal. 82. 1 [n]. tum ex hoc loco, ubi tanquam de Judæis hæc dici apparet ex illis verbis, *sit tibi sicut Ethnicus*, &c. Et certè nisi Christus locutus esset secundùm morem temporum suorum, eum non intellexissent [o]. Jam satis constat judicia in Israele non fuisse exercita per plebem [p], sed per certos quosdam & constitutos Judices [q], sive per Seniores [r]. Adde, quòd potestas ligandi, &c. quæ huic Ecclesiæ, h. l. tribuitur, non omni multitudini, sed solis Apostolis, tradita est †. Vel, 2. Ecclesiæ Præposito, sive Præsuli, qui publicam Ecclesiæ personam gerit, & totius Ecclesiæ nomine singulorum habet curam, nec administrat hanc provinciam, si bene administrat, absque consilio, vel totius multitudinis, vel selectorum probatiorum ex ea: idcirco Ecclesiæ declarari dicitur quod ipsi declaratur [t]. Vel, 3. Ductoribus Ecclesiæ; quam [*Ecclesiæ*] vocem eo sensu primus usurpavit Christus, ac ejus usum exemplo suo commendavit [v]: Presbyterio Ecclesiam repræsentanti [x]: cujus mentio fit 1 Tim. 4. 14 [y]. quod Paulus 2 Cor. 2. 6. τοὺς πολλοὺς vocat, & ἀπὸ τοῦ πλήθους distinguit [z]. Obj. At vox *Ecclesiæ* in N. T. de multitudine dicitur [a]. Resp. Ità & vox *sancti*, quæ tamen quibusdam tantùm ex sanctis, h. e. gubernatoribus Ecclesiæ, tribuitur, 1 Cor. 6. 1. Pariter *Ecclesiam* hîc dicit quosdam ex Ecclesia [b], qui judicant nomine Ecclesiæ. Synecdoche integri, κατ' ἐξοχὴν [c]. Ecclesiæ rectè dicuntur dici quæ dicuntur ejus rectoribus, ut corpus videre dicitur, cùm soli videant oculi. At, inquiunt, verba, *sit tibi ut Ethnicus*, &c. non possunt referri ad Ecclesiam N. T. sed ad Judaicam. Sed constat, Christum, de temporibus & rebus N. T. loquentem, uti loquutionibus ductis à consuetudine sui temporis, & Ecclesiæ Judaicæ. Sic & Paulus, 1 Cor. 16. 22 [d]. ¶ *Si autem Ecclesiam non audierit*] Redarguentem *, vel rectè monentem: alioquin ea non est audienda. Sic filii jubentur in omnibus parere parentibus, nimirum sapienter & piè monentibus. Sic dum pater liberos commendat Pædagogo, illis minùs obsequentibus interminatur, hoc tamen semper subaudit, modò ne turpe quicquam præscribat: quod si fiat, laudatur qui authoritatem ejus aspernatur [f]. ¶ *Sit tibi velut Ethnicus & publicanus*] Loquendi modus hic est, quem Rhetores διασυρτικὸν vocant, quo utuntur cùm de re aliqua agitur quam student reddere exosam [g]. *Esto tibi socius vilis*, inquiunt Hebræi. Quando omnia monita contempsit, libero te illius curâ: habe eum quo loco [k], vel tu habes, vel Judæi habent, *Ethnicum* [l]; h. e. à religione planè alienum [m], & ab Ecclesia [n]; (Sic vox *Gentes* usurpatur διασυρτικῶς, & per contemptum, Gal. 2. 15. confer Eph. 2. 11. & vox ארמאי, *Aramæus*, sive *Syrus*, de quovis Gentili, apud Chald. par. ad Levit. 25. 47 [o].) aut *publicanum*: q. d. aut Judæum quidem, sed ἁμαρτωλὸν, sive *flagitiosum*, quales haberi solebant meretrices [p], & Publicani; vide ad Matth. 5. 46 [q]. q. d. Habeatur pro homine impio & profano [r]: non ut odii Judæorum sis imitator, sed Ordinis juridici, qui tum apud Judæos etiam cordatos obtinebat †. Fraternis erga eum officiis es solutus, æquè ac solutos officiis se reputant Judæi erga Ethnicos (quos non reputârunt pro fratribus aut proximis, vide Aruch) & Publicanos, (de quibus sic Hierof. Demai, fol. 23. 1.

Marginal notes (left column): q G. — * Cam. — r Li. ho. — † Erastus & Bilson in J. Cap. — t J. Cap. — v Cam. — x G. — y J. Cap. — z Q. in Mal. — a Calv. — b J. Cap. — c Mal. Cam. — || Cam. — * Mal. ex Aug. — † Cam. — d Mal. — * G. — f Q.

Marginal notes (right column): * Bils. in J. Cap. — † J. Cap. — g Bru. — h Cam. — i V. sim. D. — k D. — l Q. in Be. — m Be. sic Cam. — n Cam. — o Be. — p Cam. sim. Be. — q Cam. — r Be. Mal. &c. — † Mal. — t Bru. — v J. Cap. — x Pi. sim. Be. Cam. — y Cam. — z Be. — a Q. in Cam. — b Cam. — c Pi. — d Cam. — * Bru. — f Cam. — g Cam. — k G. — l J. Cap. — m G. sim. Be. Bru. — n Pi. — o Cam. — p G. — q Bru. sic G. Cam. — r Cam. — † J. Cap.

Religiosus, qui evadit Publicanus, pellendus est è societate religiosa:) quibus utrisque Judæi fraterna officia negabant, nec cum iis comedebant. Maimon. Gezelah, cap. 11. *Prohibitum est reducere deperditum quid Ethnici*, Nedarim. Publicanos licet fallere, idque juramento falso. Mos erat apud Judæos, obstinatos peccatores, post indultam admonitionem, publico præconio in Synagoga notare, ac infamiam eis inurere. Vide Bab. Sanhed. fol. 26. 2. Maimon. in תשובה, cap. 12. & 14[t]. [& eorum verba in Li.] Sensus loci, Tunc demum jus fásque tibi erit propius amicitiæ vinculum resolvere, & familiarem illius convictum defugere, ut posthac ab illo illacessitus vivas: satisfecisti jam officio. Ethnicis autem & Publicanis non desinebant deberi communia humanitatis officia, ut malè sentiebant Judæorum plerique, sed ea tantùm quæ ad propiorem amicitiam pertinebant. Neque erat quod in illis monendis multum operæ poneretur, nisi nova spes pœnitentiæ se ostenderet. Vide Demosthenem, Ciceronem, Aristot. & Chrysippum[v], [eorúmque verba in G.] Nihil cum Ecclesiæ contemptoribus debet nobis esse negotii, donec resipuerint[x]. Abstinendum ab omni hujus consortio, non tantùm in negotiis religionis, sed & consuetudinis hujus vitæ, 1 Cor. 5. 11. Joh. Epist. 2. 10[y]. Quod Judæi faciunt Ethnicis & Publicanis, (quos Synagogis excludebant, cum quibus nec cibum sumebant, nec matrimonia sociabant,) id tu facito contumacibus, quos nec privatæ, nec publicæ, monitiones possunt à peccato revocare. Hanc esse Christi mentem patet ex 1 Cor. 5. 2, 9, 10, 11. & 16. 22. & 2 Thes. 3. 6. Etiam apud Ethnicos ἐναγεῖς (*sanctiores, sive bene moratos,*) tales his tribus pœnis afficiebantur, Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος. Ut ἀφρήτωρ, arcebatur à fratriarum & confarreationis jure: ut ἀθέμιστος, arcebatur à sacris. Horat. 3. 1. *Odi profanum vulgus & arceo:* ut ἀνέστιος, arcebatur à tecto, multò magis à mensa. Horatius, *Vetabo sub iisdem sit trabibus, fragilémque mecum solvat phaselum*[z]. Tales autem vitari vult Christus, tum, ut resipiscant, 1 Cor. 5. 5. tum, nè sani ex eorum consortio contagionem trahant, 1 Cor. 5. 11. vide & Tit. 3. 10, 11[a]. Al. *Sit tibi velut Ethnicus*, &c. i. e. excommunicatus ab Ecclesia †: excludendus à Synagoga vera, h. e. Ecclesia, ut qui gratiæ Dei & vitæ æternæ partem nullam habeat; siquidem à Diabolo gubernari se patiatur[b]: excommunicetur[c], non admittatur ad communionem Sacramentorum, sed tantùm ad auditum Verbi[d]. Sed non puto hîc agi de excommunicatione, de cujus antiquitate & necessitate alibi erit dicendi locus: quanquam ad eam ex hoc etiam loco non absurdè argumentum duci possit. Alioqui non est idem, *habere aliquem pro socio vili*, &, ἀποσυνάγωγον ποιεῖν. Hoc totius est cœtûs; illud singulorum, maximè verò ejus qui injuriam accepit: quem in sensum hunc locum rectè, ni fallor, acceperunt plerique veterum, quod & sequentia ostendent*. Ἔστω σοι dicit, non, ἔστω τῇ ἐκκλησίᾳ, quia non hîc agitur de omni peccante, ut Levit. 19. 17. sed de peculiari & privato scandalo in hominem singularem; [quod tamen alii antè negârunt,] cui idcirco justa causa est cur solvetur à lege fraternæ admonitionis: reliquis autem in Ecclesia non est eadem causa[f]. [Sed de hac quæstione consule Polemicos.]

18. *Amen*] Pendent hæc verba à præcedentibus[g], eáque explicant & confirmant. ¶ *Dico*] Ego penès quem est suprema in Ecclesiam meam auctoritas *dico* efficaciter, do potestatem istam. ¶ *Vobis*] Apostolis meis vestrísque successoribus[h]. Sed, cùm qui præcessit sermo ad eum dirigatur qui injuriam accepit, omnino & hæc continuo sermone enunciata eò pertinent: quod ostendit & Petri interrogatio, v. 21. Rectè igitur Origenes videri ait hæc omnibus dicta qui peccantes ter arguerint. August. de Verbo Domini, hom. 15. *Si fratrem habes pro Ethnico & publicano, ligâsti illum in terra: si correxeris fratrem, solvisti illum in terra.* Similiter Theophylactus, qui hoc addit, *Non enim solùm quæ solvunt sacerdotes sunt soluta, sed quæcunque & nos injuriâ affecti vel ligamus, vel solvimus, & ipsa erunt ligata, vel soluta.* Neque mirum nobis videri debet *ligare* hoc & *solvere* Christianis singulis tribui. Nam si hæc eadem & Christo tribuuntur & Pastoribus, servatâ proportionis ratione, quidni extendi possent ad singulos, eâdem ratione servatâ? Nam & σώζειν (*servare*) quod modò Christo, modò Pastoribus, tribuitur, videmus & singulis tribui, eodem de quo hîc agitur sensu, Jac. 5. 20. *Ligat* igitur qui alterum culpæ convincit; *solvit*, qui eum rectis monitis ad pœnitentiam perducit, atque etiam pro ipso Deum precatur, ut sequentia declarant[i]. At perspicuum est, Ecclesiam h. l. distingui & ab eo contra quem peccatum est, & à testibus; ut soli Ecclesiæ hoc dictum, sensúmque esse, si Ecclesiæ liganti non obediverit, sit tibi ut Ethnicus, &c[k]. ¶ *Quæcunque* (i. e. Quemcunque fratrem[l]:) *alligaveritis*] Excommunicationis aliísve vinculis[m]. ¶ *Erunt ligata in cælo*] Pro, *in cælis*. Interdum enim hæc confunduntur. Vide ad Matth. 16. 19[n]. ¶ *Solveritis*, &c.] A vinculo iræ & pœnæ Divinæ[o]. [Hunc locum intelligunt, vel, 1. de personis:] Quos aut contumaces anathematizatis, aut pœnitentes absolvitis, sententiam vestram Deus suffragio suo ratam faciet[p]. [Vel, 2. de rebus.] Non dicit, ὅσους, *quoscunque*, sed, ὅσα, *quæcunque*. Porrò, in Ecclesia Judaica Christi tempore hæc verba usitatissima erant, & אסר, *ligare*, significabat, *interdicere, prohibere*; (ut cùm dicunt, *Ezechielem & Davidem nihil ligâsse, nisi quod esset ligatum in Lege:*) contrà, *solvere* significabat, *permittere, concedere:* ut sensus sit, Quæ Ecclesia, causâ cognitâ, declarabit esse injusta, ea Deus declarat esse injusta; contrà, quæ Ecclesia pronunciat esse justa, ea Deus justa pronunciat. Vide ad Matt. 16. 19[q]. Egerat Christus de solutione ab officio fraterno in causa quadam particulari: agit jam de autoritate & potestate Apostolorum *quidlibet* solvendi, vel ligandi, prout illis visum fuerit à Spiritu S. in omnibus manuductis: eâdemque autoritate, quâ illic Petrum, quoad hoc, omnes Apostolos hîc donat. Ædificata est hæc potestas super fundamentum illud nobile, Joan. 16. 13. *Spiritus veritatis ducet vos in omnem veritatem: vos* omnes sanctos, *in omnem veritatem* sibi ad salutem necessariam: *vos* Apostolos, & quidem solos, in omnem veritatem, & sibi ipsis necessariam, & toti Ecclesiæ. Hinc quodcunque illi in Lege firmaturi, firmandum erat; quodcunque evacuaturi, evacuandum[r].

19. *Iterum*, πάλιν] *Rursus*, Er. Be. Pi. &c. Πάλιν duo tantùm significat: est enim particula, vel, 1. repetitiva, sive rei jam factæ, sive sermonis jam dicti: vel, 2. oppositiva, cùm sign. *contrà, è diverso*. Neutrum hîc valet, nam nec Christus hîc repetit quod antè dixerit, neque facit oppositionem. Quare locutio est Syriaca, in qua תוב, quod respondet τῷ πάλιν, valet, *iterum, præterea, etiam*. Ità hîc, & Matth. 4. 7. & 5. 33 †. Sed nil vetat πάλιν hîc esse oppositivum: nam Christus hîc obviàm it duabus objectionibus; 1. Rei, Quî potest esse tanti sententia Synedrii, sive Presbyterii, cùm sæpe vix 2 aut 3 Judicibus, aut collegis, constat? Eam ergò ductorum Ecclesiæ paucitatem hîc admittit Christus, quò spectat & *duorum* tantùm *testium* mentio, Apoc. 11. quum *tota terra Bestiam sequitur*, Apoc. 13. At, inquit, non propterea peribit Veritati, aut Ecclesiæ, suum jus. 2. Judicum, sive Pastorum, Si quidquid jubeamus, Deus quoque jubet, non refert quàm bene fungamur nostro munere. At Christus iis præsentiam suam pollicetur, modò 1. concordiam inter se foveant, hoc v. 2. Deo reverentiam exhibeant, v. seq[t]. ¶ Ἀμὴν] *Amen*, Er. V. &c. Reperitur hoc in antiquis omnibus [Græcis] Codicibus[v]; vel, in plerisque. Abest autem in Sy. & Latino[x]. ¶ *Dico vobis*] Hæc phrasis, sicut &, *Dico tibi*, non sunt oscitanter legenda, hîc præsertim, ubi promittitur Ecclesiæ res opt. & max. necessariæ. Locutiones hæ sunt, vel, 1. constitutivæ, h. e. significant [rei] constitutionem, ut Marc. 2. 11. *Dico tibi, Surge*, & Psal. 82. 7. *Ego dixi*, (quæ vox est potestatis constituentis,) *Vos Dii estis*: vel, 2. affirmativæ & asseverativæ, sed cum autoritate[y]. ¶ *Si* (sub. *vel*, Pi. vel, sub. *tantùm*, G. sic Bru. &c.) *duo*] & v. 20. *duo vel, tres*, non præcisè, sed pro, paucissimi, ut Os. 6, 2. *A duobus diebus*, &c. i. e. brevi nos liberabit. Prospexit Christus futuras Ecclesiæ tempestates, cui non semper licet, ut Regibus licet, conventus habere frequentissimos[z]. *Si duo*, multò magis si plures[a]; aut Ecclesia universa[b]. ¶ *Consenserint*; ità Er. Il. Tre. Be. &c. Συμφωνήσωσιν] *Concordes fuerint*, G. Bru. sic Sy. Concordes, inquam, meo Spiritu, non affectu,

Marginal notes (left column): t Li. ho. — v G. — x Calv. — y Bru. — z J. Cap. — a Mal. — † Pi. — b Waſ. de antiq. num. Heb. 1. 18. — c Chem ſic Ham. &c. — d Chem. — * G. — f Li. ho. — g Li. ho. — h Bru. ſim. Ham. J. Cap. &c.

Marginal notes (right column): i G. — k Mal. — l J. Cap. ſim. Bru. — m Bru. — n G. — o Sch. — p J. Cap. — q Cam. — r Li. ho. — † Cam. — t J. Cap. — v Be. — x Bru. — y Cam. — z Idem. — a Bru. Pi. — b Bru.

fectu moti humano, sed unanimes, quærentes quæ Dei sunt[c]. Translatio est à corpore ad animum: nam de voce & cantu propriè dicitur[d]. *Cantus* autem unius est, συμφωνία verò, *concentus*, qui plurium est. Gen. 14. 3. est חברו (quod valet, *convenerunt in unum locum ut consilia communicarent*;) pro quo Lxx habent, συνεφώνησαν. Et Os. 6. 8. חבר significat *collegium* & *societatem hominum idem sentientium*. Συμφωνία ergò hîc consensum hominum in eodem loco coeuntium, & animis non modò eódem, sed & eâdem viâ, tendentium[*]. Manifesta mihi videtur cum superioribus connexio. Dixit, *quod hîc solverimus, in cœlo solutum fore*. Id universali propositione confirmat, Quia Deus præstat quicquid duo concorditer petunt, sicut in ea de qua egit specie, & is qui fratrem admonuit, & frater admonitus, aut etiam alii si qui fuerunt adhibiti, Deum precantur ut culpam condonet. Hoc est quod Jacobus dicit, *Fatemini——Orate*, &c. 5. 16. Sæpe quidem Deus etiam uni precanti concedit quod rogat, sed pluribus inter se concordibus largitur & libentiùs, & plura, & citiùs[f]. Argumentum est à majori ad minus. Si quicquid duo petierint, Deus illis concedit, quantò magis Ecclesiæ judicium ratum habebit, & ligabit Deus quod vos ligaveritis, &c[g]? Sed quorsum hoc de oratione addit Christus? Resp. Quia intelligebat, Apostolos, & quicunque solvendi ligandíque potestatem haberent, eâ non usuros fore, nisi præmissâ oratione, ut Deus illis gratiam daret rectè judicandi[h]. Al. Christus concordiam, de quâ loqui cœperat v. 15. hîc commendat, eámque tantùm valere dicit, ut quoties duo ad aliquid à Deo petendum conspiraverint, obtenturi sint[i]. Al. In antecedentibus dictum est de determinatione Apostolica, in omnibus quoad homines: hîc de eorum gratia & potentia impetrandi apud Deum. *Si duo consenserint*, nempe ad aliquid à Deo impetrandum, ut docent sequentia; putà de impertiendo Spiritu per impositionem manuum, de exhibendo hoc vel illo miraculo, &c. Hinc junctim agunt *Petrus* & *Joannes*, Act. 3. 1, 3, 12. & 8. 14. item Paulus & Barnabas, Act. 13. 20[*]. ¶ *Super terram*] Opponitur ei quod sequitur, *in cœlis*[k]; ut significet, eos, quamvis longè à cœlo distarent, ibi tamen exaudiendos fore[l]. In terris necessitas est, in cœlis auxilium[m]. ¶ *De*, &c. Περὶ παντὸς πράγματος οὗ ἐὰν αἰτήσωνται] *De omni* (vel, *quacunque*. Pi. Ti. Cam. sic Er. Il. &c. id enim significatur quoties ἐὰν sequitur postpositivum, ὃς, ἤ, ὃ, ut Matth. 15. 5[n].) *re* (vel, *negotio*, Sy.) *quam petierint*, Tre. Be. Æth. &c. sive parva sit, sive magna; sive facilis, sive difficilis[o]. Universalis vox ex rei natura restringenda est, si boni petant bona bene ad bonum. Prima restrictio docetur Joh. 9. 31. & in Epist. 1. 3. 21, 22. Secunda, suprà 7. 11. Tertia, Luc. 18. 1. Jac. 1. 5, 6, 7. Quarta, Jac. 4. 3[p]. Hoc vult, Quoties vos unanimi consensu, & studio decernendi ex præscripto Verbi Dei quid fas aut nefas sit, in unum locum conveneritis, quæcunque ad hanc rem subsidia petieritis, impetrabitis. Differunt ἀξιοῦν & αἰτεῖν. Illud est, *postulare aliquid*, nempe *ex jure*; at αἰτεῖν, seu αἰτεῖσθαι, est, *suppliciter aliquid petere*: unde προσαίτης est, *mendicus*. Sic describitur precantium affectus[q]. ¶ *Fiet illis*] Nempe, sicuti petierint[r]. Si contumacem fratrem non reprimat Ecclesiæ auctoritas, est vobis aliud refugium, publica & concors oratio, ut Deus ipsum convertat, aut reprimat[†].

20. *Ubi enim*, &c.] Confirmatio est aut v. 19[t]. cur scil. preces eorum sint efficaces, &c[v]; aut v. 18. cur quicquid ligaverint Deus ligaret, &c[x]. ¶ *Duo vel tres*] Quum Judæi doceant עדה, *cœtum*, saltem decem requirere[y]. Trita [tamen] est inter Hebræos sententia. *Ubi duo consident, sermonem habentes de Lege, Schecinah est inter ipsos*[z]. ¶ *Congregati*] Ad postulandam precibus à Deo, vel tractandam inter se, rem quamcunque[a]; vel ad hanc partem disciplinæ exercendam[b]. Συνηγμένοι] Sicut modò συμφωνεῖν ab ore ad animum transferebatur, ità συνάγεσθαι, per tralationem, est, ὁμονοεῖν, hîc & Act. 4. 27. quomodo Latinè etiam dicimus, *convenire*[c]. *Congregari* hîc est, consentire[d]. Sed verba sequentia, *ibi sum*, &c. ostendunt eum de cœtu & consessu agere. Alludit ad morem Judæorum, qui in congregationibus judicium exercebant[*]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα] *Nomine* (vel, *In nomine*, Mo. P. Sy. Er. Be. &c.) *meo*, Pi. Ca.

[c] Bru. [d] Bru. ex Be. [*] Cam. [f] G. [g] Mal. [h] Me. sim. Mal. [i] Chrys. Hi. & Th. in Mal. [*] Li. ho. [k] Bru. sim. Mal. [l] Mal. [m] Bru. [n] Cam. [o] Mal. [p] G. [q] Cam. [r] Be. sim. Bru. [†] Bru. [t] Bru. [v] Bru. sim. Mal. [x] Mal. [y] He. in Li. ho. [z] G. sim. Heins. Li. ho. [a] Bru. [b] Ham. [c] G. [d] Hil. & Chrys. & Th. in Mal. [*] Mal.

i. e. 1. Propter me, meâ causâ[f]: ità ut meam gloriam quærant[g], & causam meam agant[h]. 2. Nomine meo invocato[i]: nam de oratione agebatur[k]. 3. Animo sequendi præscriptum meum[l]: non item, si Dei veritatem impugnant. 4. Non subnixi viribus suis[m], sed fiduciâ mei[n], meíque auxilio[o]; ut Joh. 14. 13, 14. Sic בשם, 1 Sam. 17. 45. & Psal. 20. 5, 7. significat fiduciam quam in aliquo ponimus[p]. 5. Ex vocatione[q], h. e. me jubente[r]: auctoritate meâ[†], tanquam gerentes personam meam[t]. Sic alibi *nomen Dei*, vel *Christi*, auctoritatem, vel potentiam, denotant: ut 1 Sam. 17. 45. Matth. 28. 19. Act. 3. 16. Act. 4. 7. collat. cum Matth. 21. 23. 1 Cor. 6. 11. ex mandato meo, ut 1 Cor. 5. 4[v]. ¶ *Ibi sum* (Non dicit, *ero*, non enim cunctatur, sed, *sum*, jam illic invenior[x]:) *in medio eorum*] Id est, inter eos, operans intus in eis, & extra pro eis, ut eorum precibus, consiliis, conatibus & eventibus, benedicam[y]. *Ibi sum*, nempe gratiâ Spiritûs S. & potentiâ Deitatis meæ; ut scilicet vel puniam rebelles, vel resipiscentiam eis dem per vestrum ministerium[z]. Latinè *adesse alicui* dicitur, qui ei favet auxiliúmque præbet[a]. Videri possit hîc esse pleonasmus, (qui tamen haberet emphasin, quomodo Græci dicunt πάλιν καὶ πάλιν, Latini, *etiam atque etiam*,) sed non est: nam, *esse in medio*, non tantùm est, *adesse*, ut Gen. 23. 6. Ezech. 1. 1. sed & reliquis præsidere[b]. q. d. Ibi tanquam supremus Judex inter eos sedebo[c]. Locus enim Præsidis in cœtibus judicialibus medius est, ut omnes audire, & ab omnibus audiri, possit. Vide Psa. 82. 1[d]. Speciali modo Deus *in medio* eorum *esse* dicitur quos tuetur, & à malis eximit, ut Deut. 1. 42. & 7. 21. & 31. 17[*].

21. *Tunc accedens*, &c.] Propiùs, interrogandi causâ[f]. Connexio obscura est[g]. Occasionem sumpsit Petrus ex dictis, v. 15, &c. *Si peccaverit in te frater*, &c[h]. dubitans quoties ei ignoscendum esset[i]. At non ibi agitur de injuriæ remissione, sed de fraterna correptione. Sed Christus, cùm dixisset, *Si peccaverit in te*, &c. hoc subjecit, (quod & Lucas hîc addit 17. 4.) *Si septies in die peccaverit*, &c. Hinc sumpta occasio, &c[k]. ¶ *Quoties* (q. d. Forsan toties peccet, ut veniâ non dignus videatur, tanquam illusor, cui mea indulgentia sit peccandi illecebra[l]:) *peccabit—— & dimittam ei?*] Hebraismus, pro, *Si peccet, dimittam*[m]. Græci dicerent, ἁμαρτήσαντι ἀφήσω· ut Matth. 17. 20. ἐρεῖτε καὶ μεταβήσεται, pro, κελευόντων ὑμῶν μεταβήσεται[n]. *Dimittam?* i. e. dimittere debeo? ut Luc. 3. 14. *quid faciemus?* i. e. facere debemus? Sic Mal. 1. 6. *honorat*, i. e. honorare debet[o]. Cùm autem condonatio duplex esse possit, altera quâ vindictam injuriámque neque exigimus per nos, neque à Deo hominéve deposcimus; altera quâ retinemus aliquem aut restituimus in pristinum amicitiæ gradum, priore adversùs omnes uti debemus, posteriore adversùs verè resipiscentes, quam ἐκ μετανοίας ἀνάκλησιν, (*revocationem post pœnitentiam*,) vocat Hierocles. De posteriore agere hîc Petrus videtur. Dixerat enim Christus, teste Luca, ἐὰν ἐπιστρέψῃ ἐπὶ σε, &c[p]. ¶ *Usque septies?*] Qui numerus ei æquo major esse videtur, ex carnis sensu[q]. Bab Joma, fol. 86. 2. *Homini in alterum peccanti semel remittunt; secundò remittunt; tertiò remittunt; quartò non remittunt*[r]. Quod Christus infinitè dixit, *Septies*, i. e. quotiescunque peccaverit, ut Prov. 24. 16. id Petrus definitè intellexit[†]. *An septies?* non quotidie, (ut Christus dixerat, Luc. 17.) sed septies per totam vitam[t]. *Septies* dicit, ex traditione, ut credo, Judæorum, qui non ultrà extendebant condonandi necessitatem, in peccatis etiam levioribus. Nam Christi quæ apud Lucam sunt verba occasionem errandi Petro dedisse non arbitror; neque enim ibi est *septies* simpliciter, sed, *septies in die*; quod Hebræorum more significat, *quàm sæpissimè*, ut Psal. 119. 164. Prov. 24. 16[v].

22. *Sed usque*, &c. Ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά] *Usque septuagies septies*, Be. Pi. Sch. ἑπτὰ pro ἑπτάκις positum more Hebræorum, quibus שבע utrumque declarat[x]: vel, *septem*, Er. V. sub. *peccatis*, Er. Be. sic Sch. vel, sub. *remissionibus*, V. i. e. 490 vicibus[y]. Desumptum ex Gen. 4. 24[z]. ubi שבעים ושבעה interpretandum est, *septuagesies*, *& id ipsum septies*: Lxx ibi habent, ut hîc, ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, quanquam aliter accepit Josephus[*]; i. e. in infinitum[a], idque si frater toties eodem die peccet, teste Luca[b]. Latini dicunt, *sexcenties*[c]: &, *milies audivi*.

[f] Bru. sic Chrys. & Euthym. in Mal. [g] Chrys. Euthym. sic Me. T. [h] J. Cap. [i] J. Cap. sic Mal. Me. T. [k] Mal. [l] Cam. [m] J. Cap. sim. Cam. [n] G. sim. Cam. J. Cap. [o] Cam. [p] G. [q] Cam. sic J. Cap. [r] Cam. [†] Cam. J. Cap. Bru. Mal. Me. T. [t] Bru. &c. [v] Pi. [x] Bru. sic Mal. ex Orig. & Chrys. & Euthym. [y] Bru. [z] Pi. [a] G. [b] Cam. [c] Bru. sic Mal. [d] Cam. [*] BA. 2. 4. 15. 558. [f] Bru. [g] Mal. [h] Hi. in Mal. sim. Bru. Li. ho. [i] Hi. [k] Mal. [l] Bru. [m] Bru. sic G. [n] G. [o] Glas. gram. 3. 3. 6. 247. [p] G. [q] Bru. [r] Li. ho. [†] Mal. [t] Sch. [v] G. [x] Be. [y] V. Er. Bru. [z] Bru. Mal. sim. G. [*] G. [a] Mal. sim. Bru. Me. [b] Mal. ex He. & Beda. [c] V. Er.

audivi [d]. *Ad numerum usque septuagies septenum.* Idem voluit Syrus, *ad tempora usque septuagies septena*, non, ut alii, *quatuordecim vicibus septuagies.* Nam שבע שבע non significat *quatuordecim*, sed *septena*, ut Gen. 7. 2. δύο δύο pro *binos* dixit Marcus 6. 7 *. Sensus, quotiescunque peccaverit [f], & sibi remitti petiverit [g]. Clementia tua major esse debet, quàm fratris iniquitas. Magnum hîc peccatoribus pœnitentibus solatium: nam si tantam à nobis exigit clementiam, quanta est ipsius clementia [h]! Cæterùm, quod hîc de donandis offensionibus à Christo dicitur, temere ad Ecclesiastica judicia de gravioribus delictis nolim extendi. Aliud enim est de suo largiri, aliud de publico: multùmque interest privatim recipias amicum, an vigorem laxes communis disciplinæ, in qua & honos & sanitas Ecclesiæ magna ex parte consistit. Quare vetustissimi Christianorum in idololatriam, homicidium, aut adulterium, lapsos Dei quidem misericordiæ commendabant, non tamen ut ad communionem admitterent: aliis criminibus fœdatos non ad solam pœnitentiæ professionem, sed, post longi temporis experimenta, ad communionem, recipiebant; iterum aut sæpiùs relapsos non item. Chrysostomi igitur illud, χιλιάκις μετανόησας εἴσελθε, dictum in calore certaminis adversùs Novatianos benignâ interpretatione molliendum est. Locus autem hic Evangelii, in Hebræo Codice, qualis à Nazarenis servabatur, sic se habebat, *Si peccaverit frater tuus in verbo, & satis tibi fecerit, septies in die suscipe eum. Dixit ei Simon—Septies in die? Respondet Christus——Etiam usque ad septuagies septies. Etenim in Prophetis quoque, postquam uncti sunt Spiritu S. inventus est sermo peccati* [i].

23. *Ideo*] Vel, *Propterea*, Be. Pi. sub. *dico vobis*, G. vel sub. *audi*; q.d. Ut id quod dixi meliùs intelligas, declarabo tibi similitudine [k]: ut intelligas quàm æquum sit fratri toties ignoscere: quia difficile est nos ad misericordiam flectere, & tædium nobis obrepit, ubi multa fratrum vitia toleranda sunt [l]. ¶ *Assimulatum* (sub. *à me*, Bru. vel, *Simile*, Be. Pi. Ac simile vobis esse declaro [m]; nempe quod attinet ad causam exclusionis ex illo [n]:) *est regnum cælorum*] Id est, tempus post adventum Messiæ. Res rei comparatur. *Ità*, inquit, *se res habebit in regno meo, ut si Rex*, &c [o]. ¶ *Homini Regi*] Id est, Cuidam Regi [p], ut Matth. 20. 1. quomodo איש solet sumi Hebræis [q]. ¶ *Qui voluit rationem* (vel, *rationes*, Ca. G.) *ponere*, Συνᾶραι] *Conferre*, Er. Il. Be. Ti. Mo. Ca. Bru. *Exigere*, Pers. *Recipere*, Sy. sic Tre. *Dispungere*, ut Jurisconsulti & Seneca loquuntur [r]: inire computationem †. ¶ *Cum servis suis*] Non mancipiis, sed ministris, ut suadent tota narrationis series, & collat. v. 28, 29 [t]. quibus crediderat bonorum suorum administrationem [v]. Confer Matth. 25. 14. & Luc. 19. 13 [x]. Ubi de Regibus agitur, *servi* dicuntur omnes subditi, sed præcipuè qui in aulico sunt ministerio, ut 1 Reg. 9. 22. ubi vox עבד in eodem commate significatu duplici, & quidem opposito, invenitur [y].

24. *Qui debebat*, &c. ὀφειλέτης μυρίων ταλάντων] *Debitor decies mille talentorum*, Be. Pi. &c. i.e. 6000000 aureorum coronatorum [z]: vel 1875000 libras Anglicanæ monetæ [a]. Opes immensæ, ac planè regiæ: grandis enim provincia huic tradita fuit, quam vel negligenter administravit, vel audacter prodegit? Optimè hoc exprimit gravitatem peccatorum nostrorum, &c [b]. Arabs habet tantùm, *summæ talentorum*, h.e. plurimorum. Fortè μυρίων non derivavit à μύρια, *decem millia*, sed à μυρία, *infinita*, *innumerabilia*. Vel, quod res est, numerum finitum pro infinito poni existimavit [c].

25. *Jussit eum—venundari*, &c.] Liberi homines cum uxoribus & prole, ubi solvendo non essent, servi fiebant creditorum, moribus Hebræis, quod docemur, 2 Reg. 4. 1. & à Josepho: [vide G.] Servi autem, nè iis quidem exceptis quos parentes in servitutem vendiderant, vendi à dominis poterant, extra id quod de filia vendita cavetur, Exod. 21. 8. Minatur igitur Rex venditionem, jure creditoris [d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀποδοθῆναι] *Et reddi*, Mo. P. &c. sub. *debitum*, Be. P. Pi. Bru. *Atque ità solvi*, Ca. sim. Sy. Tre. Pers. sub. *debitum*, Pers. *Ac fieri solutionem*, Er. Il. Ti. V. Conflatâ ex omnium venditione pecuniâ *.

26. *Patientiam*, &c. Μακροθύμησον ἐπ' ἐμοί] *Esto patiens*, vel *longanimis* (vel, *Differ*, sive *Cohibe*, *iram*, P. Pi. Bru.) *erga me*, Er. Il. Tre. Sy. Mo. &c. *Exspecta me diutiùs*, Ca. sim. Pers. *Proroga mihi*, Ar. Μακρόθυμον vocant Hellenistæ quem Hebræi ארך אפים, ut videre est Psal. 86. 15. Quo sensu & nomen istud, & verbum μακροθυμεῖν, aliquoties in his libris invenire est: idque hîc sequitur Syrus. Est tamen ubi sine *iræ* significatione *patientem exspectationem* significat, ut Heb. 6. 15. & Jac. 5. 7. quomodo hîc vertit Latinus, ad sensum, ni fallor, aptiùs [f].

27. *Debitum*; ità Sy. Pi. Τὸ δάνειον] *Mutuum*, Be. Mo. Æth. illud innumerabile scilicet [g]: totum debitum, plus concedens quàm ipse peteret [h]. *Æs alienum*, Er. Il. Be. Id quod ex bonis heri interverterat [i]. Δάνειον, pro, ὀφειλὴν, ut infrà dicitur. Nam sicut res credita propriè Latinis est *mutuum*, [quod] indè ad alia transferri cœpit; ità δάνειον Græcis. Vetus est sententia, τὰ δάνεια δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ, quam ità vertit Publius, *Alienum æs homini ingenuo acerba servitus* [k]. *Mutuum* hîc pro debito, per Synecdochen speciei [l]. Δάνειον significat ut *fœnus*, ità & *debitum*, atque sic exprimitur infrà v. 30, 32, 34 [m]. Δάνειον, vel δάνος, aliud est à δῶρον, *dono*, quia datur à repetituro, & ad tempus, quæ vera est mutui notatio: estque simpliciter *mutuum*, quod sine usura datur. Et verbum δανείζειν ità sumitur apud LXX ad Exod. 22. 25. & Sirac. 29. & Luc. 6. 34. Et veteres Græci rarò δανείζειν absolutè pro *fœnerari* usurpant, sed sæpiùs addunt, δανείζειν ἐπὶ τόκῳ· ità Plato Aristot. Appian. [Quorum verba vide in Cl. auctore.] Et δάνειον ἔντοκον *fœnus* vocant [n].

28. *Centum denarios*] Argenteos [p]: i.e. decem aureos [q]. Exiguum debitum præ priore [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε] *Et cùm prehendisset eum* (vel, *prehensum eum*, Be. Pi. vel, *comprehensum*, Camer. vel, *injectâ in eum manu*, V. Er. sim. Bru. tanquam captivo †:) *suffocabat*, Bru. Mo. Be. Er. Il. &c. vel, *strangulabat*, Tre. Bru. arctè premebat fauces [t]. Pollux in Onomastico, 3, 23. ἀποπνίγειν τοὺς ὀφείλοντας. Huc facit quod verbum ejusdem efficaciæ, ἄγχειν, de duris creditoribus usurpant Lucian. & Themist. & Basil. & Chrysost. [Verba vide in Pri.] Similis locutio in Valerio Maximo, *Pestiferâ Tiberii Gracchi manu faucibus apprehensam Rempublicam strangulari passus non est*: & in Apuleio, *Philebum cæterósque comites ejus involant avidi, colloque constricto*, &c. *comprimunt*, *promerent ocyùs aureum cantharum*, &c [v]. Al. *obtorto collo trahebat*, V. Er. sim. Ca. vel, in carcerem, vel ad Judicem [x]. Al. *ad solutionem adegit*, Pers. Al. *concussit*, *exagitavit*, *perterrefecit*, *perculit*, ex usu Heb. בעת; quod vertitur πνίγω, 1 Sam. cap. 16. v. 14 [y]. ¶ *Quod*, &c. Εἴ τι ὀφείλεις] *Quod debes*, Sy. Ar. Mo. Er. Il. Be. &c. Legendum ὅ, ὅτι [z]. In omnibus vetustis legitur εἴ τι, *si quid*; sed perperam [a]. Sed non ausim movere hanc veterum Codicum lectionem. Nam solet εἰ sæpe non conditionem, sed generalitatem, significare [b].

29. *Procidens*, &c.] Eadem omnia supplicis officia huic exhibens quæ ipse Domino [c].

30. *Abiit & misit*, &c. Ἀπελθὼν, &c.] *Abiens*, Be. Pi. vel potiùs, *Pergens*, Be. sic Bru. cum eo quem ipsemet in carcerem rapiebat [d]: vel ἀπελθὼν redundat, ut sæpe. Neque enim putandus est creditor ab illius latere discessisse *.

31. *Contristati sunt*, &c.] Ob unius crudelitatem, ingratitudinem, &c [f]. & alterius infelicitatem [g].

32. *Quoniam rogâsti me*] Id est, supplex mihi factus es: non enim rogaverat remissionem, (quia non audebat) sed dilationem tantùm [h]

33. *Nonne ergò oportuit*, &c?] Opponitur Dominus servo, immensa summa minutæ, singularis clementia summæ inhumanitati. Servus porrò nihil respondens demonstrat, Deo judicante, omnes excusationes cessare [i].

34. *Tortoribus*] Ità Er. Il. Tre. Be. Pi. P. Ti. Ca. &c. Et carcere, & torturis, verberibus, pœnísque variis affligendum, ex Jure antiquo Romanorum, cui Judæi tunc suberant. Primus enim Constantinus Imperator à plumbatarum ictibus debitores exemit [k]. Βάσανος in his libris non *quæstionem* solùm, sed omnem omnino *cruciatum* atque *molestiam* significat, ut videre est suprà 8. 29. & 14. 24. Marc. 5. 7. & 6. 48. Luc. 8. 28. 2 Pet. 2. 8. Apoc. 18. 7. &c [l]. Quare βασανιστὰς hîc puto dico δεσμοφύλακας,

[d] Er. * G. [f] Bru. [g] Pi. [h] Bru. [i] G. [k] Pi. [l] Bru. [m] Idem. [n] Pi. [o] G. [p] Bru. sic G. [q] G. [r] Idem. † Bru. sim. Er. [t] G. [v] Bru. sim. Ham. [x] Ham. [y] G. [z] G. in Pi. Mal. [a] Ham. [b] Bru. [c] Bi. [d] G. * Bru.

[f] G. [g] Bru. [h] Ham. [i] Be. [k] G. [l] Pi. [m] Ham. [n] Salmas. in Wal. [p] Bru. [q] Pi. [r] Bru. † Idem. [t] Pri sim. Bru. [v] Pri. [x] Er. [y] Ham. [z] Bru. sic Be. [a] Be. [b] G. [c] Bru. [d] Be. sim. Bru. * Be. [f] Bru. sic Ham. [g] Ham. [h] Bru. [i] Bru. [k] Bru. [l] G.

φυλακαῖς, (*custodes carceris* [m].) Ità optimè conveniet quod sequitur, ἕως ἀποδῷ πᾶν, &c. ut sensus sit idem qui suprà 5. 25, 26. & Luc. 12. 58, 59 [n]. Ità eodem modo tractatur quo ille conservum tractavit, v. 30 [o]. Quin & ipse carcer vocatur *corporis cruciatus*, 1. ult. c. qui bon. cod. poss. Verbum נגר, unde nomen quo transfert τοῖς βασανισαῖς deduxit Syrus, Chaldæis est, *trahere*, ut Joseph Kimchi notat. Utitur autem hîc Rex ille non solo creditoris jure, sed & Judicis [p].

35. *Sic & Pater*, &c.] Hæc plena est comparatio: habet enim ἀνταπόδοσιν, cujus sensus idem est qui Jac. 2. 13. & suprà 6. 15. nisi quòd hic additur, Jam accepta beneficia Divinæ indulgentiæ nihil profutura immisericordibus. Unde disputari solet, An peccata semel remissa iterum imputentur. Veteres manifestè inter se dissentiunt. Alii enim existimant nihil in eo esse absurdi, si dicamus remissionem, quæ in hac vita fit, habere conditionem novæ obedientiæ, cujus magna pars est lenitas in homines alios; quod autem sub conditione datum est, eâ non impletâ, evanescere: aut certè sicut donationes etiam purè collatæ revocari solent ob eximias injurias legibus proditas, ità & beneficium hoc condonationis revocari; aut potiùs in modum pœnæ auferri, quomodo damnatis bona etiam pleno jure quæsita auferri solent. Nec obstare arbitrantur quòd dona Dei sint ἀμεταμέλητα: nam id rectè dici posse etiam de liberalitate quâ terram Canaanis Deus donavit Hebræo populo, quia per Deum non stetit quominus ille populus perstans in fœdere promisso potiretur, Neh. 9. 32, 33. Aliis magis placet, exstinctam semel obligationem non reviviscere, sed propter postrema crimina (ut Prosper loquitur) affici hominem eâ morte quæ ei, propter ea quæ remissa erant, debebatur. Sunt & qui utrosque conciliant mediæ sententiæ temperamento. His placet, remissa semel peccata non per se puniri, sed indirectè, & per consequentiam quandam, quatenus eorum condonatio auget culpam sequentem & pertinaciæ & ingrati animi crimine: quod & Jurisconsulti statuunt adversùs eos qui veniam à Principe consecuti, aut in eadem crimina recidunt, aut in ipsum Principem delinquunt [q]. ¶ *Si non remiseritis*, &c.] In omnibus Græcis Codicibus additur, τὰ παραπτώματα αὐτῶν [r]* (numero mutato, cùm antea positum sit, τῷ ἀδελφῷ †.) Addunt & Sy. & Chrys. & Th [t]. Et nisi addas, verbum ἀφιέναι absolutè ponetur [v]. Omittunt tamen Vulgatus & Hieron [x]. & Æthiopicus [y]. Sæpe autem offensæ debitis pecuniariis comparantur, non quòd non multùm intersit, sed quia sicut ex debito nascitur jus exigendi, ità ex offensâ jus quoddam nasci videtur rescindendæ amicitiæ; quo jure qui non utitur, benignitatem suam ostendit, eatenus similis ei qui debitorem per acceptilationem liberat. Ideo & verbum χαρίζεσθαι, & ἀφιέναι, & similia, communiter de utroque usurpantur. Vide quæ suprà 6. 12 [z].

[m] G. sim. Ham. [n] G. [o] Ham. [p] G. [q] G. [r] Be. † Camer. [t] G. [v] Be. [x] Er. [y] Di. [z] G.

CAP. XIX.

1. *Cum consummâsset Jesus sermones istos*] Capite præced. descriptos [a]. Qui tamen jamdudum consummati sunt. Tempus autem & acta, quæ intervenerunt, à Matthæo omissa, à Luca & Johanne supplentur [b]. Dogmata sibi à Patre mandata Christus in Galilææ finibus primùm publicavit. Quæ sequuntur, omnia aut ad eorum explicationem, aut ad obsignationem, pertinent [c]. Eadem hæc historia, quæ Marc. 10. 1. ut omnes concedunt, & (de quo non dubito) Luc. 9. 51. quia & Matth. & Lucas de ultima Christi in Judæam profectione loquuntur [d]. ¶ *Migravit*; ità Ar. Er. Tre. Μετῆρεν] Sic vertitur נסע, Ps. 79. 9*. *Solvit*, vel, *Ut solveret*, Be. *Transtulit se*, Mo. Bru. Vide ad Mat. 13. 53 [f]. ¶ *A Galilæa*] Ubi satis diu prædicavit, à qua hîc discedit nunquam eò rediturus mortalis [g]. ¶ *In fines* (i. e. loca extima [h]: vel loca finitima [i]:) *Judææ trans Jordanem*] Qu. Num ulli erant termini Judææ trans Jordanem [k]? Resp. 1. τὸ *trans Jordanem* referendum non ad *fines*, sed ad *venit*: Christus ergo à Galilæa profectus est per regionem Samaritanam, Luc. 9. 52. indeque deflexisse Jordanem versùs, eòque trajecto, petivisse per viam ultra Jordanem, h. e. per Peræam, fines Judææ ab Ortu [l]. Sic Marc. 10. 1. *Venit in fines Judææ*, itinere habito à Galilæa, διὰ τῦ πέραν Ἰορδάνε, *per Trans-Jordanicam* *. 2. Dicuntur hi esse *trans Jordanem*, nempe venientibus ex Ægypto. Vide ad Matth. 4. 15 [m]. 3. Locus sic legi potest, *venit in fines Judææ*, (sub. &, ut Psal. 133. 3.) *trans Jordanem*. 4. Vel, *fines Judææ trans Jordanem*, sunt *fines Judæorum*, nam & Syri incolebant regionem ultra Jordanem [n]. Et locus huic parallelus est in Jo. Antiq. 12. 5. *Hyrcanus*, inquit, *munitionem struxit*, μεταξὺ τῆς τε Ἀραβίας καὶ τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνε. At Marcus aliter accipit, ut jam dictum †. 5. Πέραν vertendum, *cis*, vel *secus*, vel *secundùm*, Jordanem [o], i. e. secus ripam Jordanis [p]: nimirum apud Ænon & Salim, Joh. 10. 40. Vide quæ ad Marc. 10. 1 [q].

2. *Curavit eos*] Simul & docuit, Marc. 10. 1 [r]. vix enim sine doctrina miracula fecit †. ¶ *Ibi*] In finibus Judææ; scil. & illinc à se ablegavit. Idcirco huc illos adduxit, extra rectam viam Jerosl. quò noluit eos adducere, nè insolentior tanta cum turba ingressus hostes exasperaret, & seditionis speciem haberet [t].

3. *Pharisæi*] Perfectionem in more cultúque vitæ professi. Scribarum enim sententiæ hîc divisæ erant. ¶ *Tentantes*] Non discendi studio, sed experiundi an Mosi repugnaret, &c [v]. ut ex juris controversi definitione inimicitias ipsi conciliarent, & obtrectandi invenirent materiam, tum apud eruditos, tum apud plebem, vel hujus, aut illius sexûs; quo consilio sæpiùs eum adierunt, ut infrà 22. 16, 36 [x]. ¶ *Si licet*] Vel, *Licétne*, Bru. Pi. &c. Εἰ, *an*, locutione Hebræorum, qui אם, sic usurpant. *Fásne est*, ut suprà 12. 10. & 14. 4 [y]. ¶ *Homini*] Marito [z]; vel cuivis, ut modò diximus [a]. ¶ *Dimittere*, Ἀπολῦσαι] *Repudiare*, Er. *Absolvere*, i. e. solvere nexu, ut fit sui juris & libera. Heb. est שלח, quòd non modò *mittere ire volentem* significat, sed & *invitam ejicere*; & repudiata גרושה dicitur in S. S. h. e. expulsa. Sed Mat. rem duram molli verbo voluit significare, ut cùm qui mortuus esse intelligitur, *vixisse* dicimus. ¶ *Uxorem suam*] Tò *suam* emphaticè, sed & malignè, addunt, ut dimittentem officii sui admonerent, Christóq; (si licere dixerit) majorem invidiam conflarent [b]. ¶ *Quacunque*, &c. Κατὰ πᾶσαν αἰτίαν] *Quavis*, vel *Qualibet ex causa*, Er. Il. Be. P. Ti. Pi. Sch. sic Ca. Camer. *Quovis prætextu*, Pers. *Propter omnem causam*, Cam. sic Ar. Hebraicè diceretur משום כל דבר, *ob rem*, seu *causam*, *omnimodam* [c]. At κατὰ non propriè est *propter*, sed *secundùm*, vel *juxta*. Sed sciendum Præpos. Hebræum על, modò κατὰ, *juxta*, modò διὰ, *propter*, significare: propterea LXX indiscriminatim, seu *propter* significet, seu *juxta*, id exprimunt per κατὰ. Deinde hîc verti potest, *juxta*, [ut Mo. sumit, vertens, *juxta omnem causam*] ut sit sensus, *Num statim atque oboritur aliqua occasio, dimittenda est uxor?* Ità κατὰ retinuerit nativam significationem [d]. Al. *Ob quodcunque crimen*, Camer. Æthiop. vertit, *ob omne quod peccavit*: videtur legisse, κατὰ πᾶσαν ἁμαρτίαν *, ut in uno exemplari legimus †. Pro arbitrio & libitu suo. Quæstio erat de legitima causâ repudii *, an ea esset adulterium tantùm [f], an sola *fœditas*, Deut. 24. 1. quam tamen alii adulterio tantùm aut impudicitiâ definiebant [g], ut Schola Schammæana [h]: alii in plures species dilatabant [i]; an minima quæque offensio, sive quælibet res, reddens uxorem viro exosam, (quod colligebant ex illis verbis, Deut. 24. 1. *Et non invenerit gratiam in oculis ejus*,) sive, [ut hîc] omnis causa [k], ut affirmabat Hillelis schola [l], simili errore acsi dicam, in Judicis arbitrio est positum, aut condemnare, aut absolvere; ergò utrumvis faciat non peccabit. Vide quæ ad cap. 5. diximus. Josephus dixit, καθ᾽ ἃς δηποτῦν αἰτίας, idem hoc argumentum tractans [m]. De repudii causis, ridiculis dicam, an nefariis? diximus ad Matth. 5. 31. Unum hîc addam 1. ex Bab. Joma, fol. 18. 2. de Rabh. & de Rabh. Nachman, qui, ut ibi dicitur, *publico præconio ediderunt*, *Quænam erit mihi* (*uxor*, ait Glossa) *in diem?* vel, *dum in hoc loco commoror* [n]? Αἰτία significat, 1. *causam*, sive *rationem* [o], propter quam aliquid fit, aut fieri debet. Sic Luc. 8. 47. Act. 10. 21. & 28. 20. 2 Tim. 1. 6, 12. Tit. 1. 13. Heb. 2. 11 [p]. 2. *crimen*, aut *culpam* [q], ut Matth. 27. 37 [r]. Joh. 18. 38. & 19. 4, 6. Act. 13. 28. & 28. 18. unde & hæ

[a] Bru. [b] Li. chron. sect. 63. p. 50. [c] G. [d] Mal. * G. [f] Pi. [g] Bru. [h] Idem. [i] Camer. [k] Li. chron. ib. [l] Bru. * Li. ho. [m] Mal. [n] Li. ib. † Li. ho. [o] Sch. ex Be. Pi. [p] Sch. [q] G. [r] Bru. sic Mal. † Mal. [t] Bru. [v] Bru. [x] G. [y] Idem. [z] Bru. [a] G. [b] Cam. [c] Seld. in Wal. [d] Cam. * Di. † Be. * Bru. [f] Li. ho. [g] Bru. sim Scul. ex 2. 81. ex Mont. [h] Li. ho. [l] Bru. Scul. ib. [k] Bru. [l] G. sic Scul ex Mont. [m] G. [n] Li. ho. [o] Be. Cam. Sch. Seld. in Wal. [p] Sch. [q] Sch. Be. Cam. Seld. [r] Cam. Sch.

hæ Phrases, αἰτίαν ἔχειν, *accusari, culpam sustinere*; ἐν αἰτίᾳ εἶναι, *in culpa esse*, αἰτίας ἀπολύειν, *à culpa liberare, absolvere* †; [aliæque plurimæ, quæ vide in Authore.] Sed cùm divortia interdum fierent non tam *culpæ*, quàm *calamitatis* [alicujus,] causâ, præstat hic *causam*, sive *occasionem*, intelligere [t]. Πᾶς, *omnis*, variè sumitur [v]: 1. pro singulis seorsim sumptis, sive pro unoquoque. 2. pro omnibus conjunctim sumptis, sive pro complexu singulorum, ut Eph. 4. 13. *Donec omnes*, &c [x]. *Omnis*, nemine excepto, ut Mat. 5. 22. 1 Cor. 15. 27. Vel, *omnis* pro *totus*, quantitas discreta pro continua [y]: 3. pro generibus singulorum, ut Christus *sanavit omnem morbum*, i. e. omnia morborum genera [z]: 4. pro quolibet, ut hoc loco [a].

4. *Non legistis*] Vos qui Legis peritiam profitemini [b]. q. d. Pudeat vos vestræ, vel, 1. ignaviæ, si non legistis; vel, 2. inscitiæ, si non intellexistis; vel, 3. hypocriseos, (quâ me tentatis) si legistis & intellexistis [c]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ὁ ποιήσας] *Quòd is qui fecit*, sive *creavit*, Tre. V. Pi. sub. *hominem*, vel, *homines*, V. Pi. J. Cap. ex sequente, αὐτούς, & ex collat. Gen. 1. 27 [d]. *Quòd opifex*, sive *creator*, Bru. sic Be. scilicet ut rerum omnium, ità & hominum. Participium loco nominis, ut Matth. 8. 33 *. Ὁ ποιήσας ex Hebræorum idiotismo accipio pro Participio absoluto, i. e. הבורא aut העושה: Græci disertiores dicerent, ὁ δημιουργός [f]. *Ab initio*] Mundi [g]: emphaticè, i. e. cùm Deus ad ipsam æqui boníque naturam, non ad depravata hominum ingenia, instituta sua accommodaret, cùm locum nondum haberet illud, *Mores leges perduxerunt in potestatem suam*. Ἀπ᾽ ἀρχῆς בראשית, ut Gen. 1. aut מראש, ut Eccles. 3. 11. ubi in Græco, ὁ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς. Non urget voculam ערות, ut faciebat Sameas, quia reverà Moses non agebat *de scortatione*, ut quæ morte erat punienda, ac nè de suspicione quidem probabili ejus criminis, quia, ut suprà diximus, illud, *si gratiosa non sit apud eum*, latiùs patet. Sed à lege civili, quæ solet se nonnihil aptare populi moribus, nos retrahit πρὸς τὸ θέλημα Θεοῦ προηγούμενον, (*ad voluntatem Dei antecedentem*:) ad id nimirum quod primò ac per se Deo placet, & quò omnis de officiis disputatio referenda est. Vis autem argumenti tota posita est non in verbis, ἄρσεν καὶ θῆλυ, neque in eo quòd dictum est, δύο, *duo*, sed in voce προσκολληθήσεται, & in eo quod sequitur, εἰς σάρκα μίαν· quod ostendit sequens illatum, ὥστε οὐκ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία. Cætera verò addita sunt ad contexendam orationem [h]. ¶ *Masculum* (sub. *unum*, Bru. J. Cap. *& fœminam* (sub. *unam*, Bru. J. Cap.) *fecit eos*] Scil. conjuges, virum, inquam, & uxorem, de quibus proponitur quæstio [i]; nempe primò, Adamum, deinde, ex ipso Adami corpore, Evam; quod, ut satis notum, reticet Christus. Huc enim spectat quod sequitur, ἕνεκεν τούτου [k]. Vis argumenti sita est, vel 1. in sexu [l]. Ἄρσεν & θῆλυ neutra sunt [m], ut non tam personas, quàm sexum, intelligas; q. d. In sexu gemino creavit hominem, ut sibi mutuò juncti in unam carnem humanum genus propagarent [n]. Summa responsionis Christi huc reddit, Quæ non duo sunt, sed unus, ideóque habent partium rationem, ea à se invicem divelli nefas est, & præter naturam. Partium enim hæc est ratio, ut ex earum unione dependeat totius salus. Atqui maritus & uxor unum faciunt ejusmodi, sìntque partes quæ unam carnem constituunt, h. e. arctissimo inter se vinculo conjunguntur. Id Christus tribus argumentis probat [o]; quorum primum hoc est, quòd *Deus initio creavit marem & fœminam*. Obj. At belluas etiam creavit Deus mares & fœminas [p]. Resp. 1. De solo tamen homine hoc legitur dictum [q], (quia in eo solo institutum est conjugium [r];) non item de belluis; quippe quarum libidines vagæ sunt. Similiter dicitur Deus *adflâsse Adamo* (non item bestiis, quanquam & harum spiritus est à Deo) ut notetur animæ immortalitas †. 2. Quòd ad alia animalia, non est verisimile, uni mari plures fœmellas fuisse creatas, uni v. g. arieti plures oves, &c [t]. Vel, 2. in numero. Si Deus, inquit, voluisset unum virum plures habere uxores, non unam tantùm, sed plures fœminas, initio fecisset [v]. Deus ergò initio monogamiam, & quidem indissolubilem, inter conjuges instituit [x].

5. *Et dixit*] Gen. 2. 24 [y]. ubi tamen non exprimit quis hoc dixit [z], nisi quod ex contextu videantur esse ipsius Adæ verba, vel certè Mosis [a]. *Dixit* Deus, per Adam [b], vel potiùs, per Prophetam suum Mosen [c]. Certè hoc Divinitus inspiratum fuit [d]. Al. In N. T. τὸ εἶπε, sicut & λέγει, ex more Magistrorum ponitur pro λέγεται, *dicitur*: ut Eph. 5. 13. Heb. 1. 17 *. ¶ *Propter hoc dimittet*, &c. Καταλείψει, &c.] *Deseret*, Er. V. Quod durius est, & respondet τὸ ἐγκαταλείπειν [f]. *Relinquet*, Bru. Pi. Be. Cam. quod ad cohabitationem & vitæ societatem [g]: discedet à parentibus ut cum uxore habitet [h]; ut ipse usus interpretatur [i]. Nulla in natura est arctior conjunctio quàm parentum & liberorum: hanc ergò cùm superet conjunctio viri & uxoris, oportet eam conjunctionem esse summam, ideóque individuam [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ προσκολληθήσεται, &c.] *Et adhærebit*, &c. Sy. Ar. Mo. J. Cap. Cam. &c. cohabitatione conversationeque familiari [l], individuo vitæ consortio; quod ostendunt præcedentia verba [m]. *Et agglutinabitur*, &c. Er. Il. Ti. Be. Pi. G. à κόλλα, *glutinum*, ut significet arctissimam viri & uxoris conjunctionem, quasi glutino unitorum [n]: nec dicit simpliciter, κολληθήσεται, sed, προσκολληθήσεται. Heb. est דבק, *adhærescere, conglutinari*: דבק autem est *ferrumen, plumbatura, conglutinatio* [o]. Magna est conjunctio inter parentes & liberos, cùm liberi quasi pars sint parentum [p], & Deus illos his insolubili nexu obligaverit [q]: Attamen major ex instituto Divino inter conjuges, non sine mystica significatione, Eph. 5. 32. Confer Psal. 45. 10. Aristoteles, Κοινωνία, &c. (*Societas præcipua est inter marem & fœminam.*) Simil. Menander & Hierocles [r]. [Verba vide in G.] Non abolетur conjugio pietas erga parentes, sed, si utrisque simul fieri nequit, vult nos consortio, obsequio, subsidio, uxori potiùs adesse quàm parentibus. Sunt quidem pater & filius *una caro*, Gen. 29. 14. &c. sicut vir & uxor, sed nec eodem modo originis, (cùm filius ex informibus, semine & sanguinibus, tanquam inferior generatur, ut per se deinde seorsum carne subsistat; Eva autem ex formatis jam osse & carne Adæ, tanquam æqualis sumpta sit, ut cum eo jungeretur in unam carnem,) nec eodem fine originis, permixtione scilicet, seu permixtionis jure †. ¶ *Et erunt* (i. e. fient [t], versabuntur inter se [v],) *duo* (οἱ δύο, *qui duo* fuerant, Er. Be. Bru. carne ante matrimonium [x]: Syrus vertit, *ambo* [y]; vel potiùs, *duo illi*: quod tamen hîc idem est quod *ambo* [z]: τὸ *duo* non exprimitur Gen. 2. 24 [a]. sed necessariò subauditur [b]: nam duobus tantùm ibi sermo est, non pluribus, unde & dictum, *uxori suæ*, non, *uxoribus suis* [c]. Nec possunt vir unus & uxores plures una esse caro [d]: unius enim mulieris caro non est alterius, divisáque est viri caro pluribus *: nec potest esse arctissima unio inter plures quàm duo. Obj. Christus arctissimè unitur multis fidelibus. Resp. Hoc fit quòd omnes fideles unum corpus constituunt, & alii aliorum membra sunt, ob unius Spiritûs communionem. Itaque non singuli fideles propriè sunt Sponsa Christi; sed tota Ecclesia, fideles simul sumpti. At in matrimonio non omnes simul, sed unaquæque seorsim, uxor est; neque potest maritus pariter se omnibus exhibere, si una plures habeat uxores: unde oriuntur rixæ, contentiones, &c [f]. Prudenter ergò exprimitur τὸ *duo* h. l. ut clarior gratiórque esset antithesis duorum & unius [g]. Exprimitur etiam in vers. Samar. & ο΄. ad Gen. 2. 24 [h].) *in carne una*, εἰς σάρκα μίαν] *In carnem unam*, Er. D. Bru. Pi. Sch. &c. quasi coaliti [i]: vel, *una caro*, Be. Bru. ut Syrus hîc legit, & ut Christus explicat v. seq [k]. vel, *quasi una caro*, D. Phrasis est frequens in S. S. qualis Gen. 2. 7. *factus—in animam*, &c [l]. Sic alibi, *ero eis in Deum*, i. e. Deus: *fuit ei in uxorem*, i. e. verè uxor [m]: *eris nobis in caput*, &c [n]. *Caro* hîc sumitur, vel, 1. pro corpore [o], ex collat. 1 Cor. 6. 16. & 7. 4 [p]. Tacitus, De moribus Germanorum, *Sic unum accipiunt maritum quomodo unum corpus unámque vitam*: Job. 12. 10. *Omnis caro viri*, i. e. corpus. Manahen 14. 1. *caro hominis*, i. e. גוף, *corpus* [q]. Ità h. l. *unum corpus*, Bru. V. D. per copulam, inquam, conjugalem, quâ corpora mutua commiscent, eorúmque potestatem invicem habent, 1 Cor. 7. 4. Quo distinguitur congressus conjugalis à meretricio, ubi duo quidem fiunt unum corpus, re seu facto ipso, non tamen jure, aut potestate, neque ex Dei institutione; imò contra Dei præceptum [r]. Vel,

† Sch. [t] Cam. [v] Sch. sim. Cam. [x] Cam. [y] Sch. [z] Cam. [a] Cam. sim. Sch. [b] Bru. [c] Pi. [d] Pi. * Bru. [f] Be. [g] Bru. Pi. [h] G. [i] Bru. [k] G. [l] Aug. in Mal. [m] Er. Bru. [n] Bru. [o] Cam. [q] Q. in Mal. & in Cam. [r] Bru. sim. Cam. [r] Bru. † Cam. Mal. ex Chry. Hi. &c. Bru. &c. [x] T. ex Aug. [y] J. Cap. [z] Bru.

[a] Bru. sim. Er. [b] Bru. [c] G. sim. Bru. [d] Bru. * Heins. in Wal. [f] Be. [g] Bru. [h] Mal. sim. Be. [i] Mal. [k] Cam. [l] Bru. [m] G. [n] Bru. ex Be. [o] Cam. [p] G. [q] Bru. [r] G. † Bru. [t] Be. [v] Bru. [x] Bru. ex Be. [y] Be. [z] Di. [a] Er. Bru. &c. [b] Pi. sim. Bru. Cam. [c] Bru. [d] Bru. sim. Cam. * Bru. [f] Cam. [g] Bru. [h] Di. [i] Sch. [k] Bru. [l] Idem. [m] D. [n] Be. [o] D. Bru. sic G. [p] Bru. [q] D. [r] Bru.

Vel, 2. pro homine † : ità sæpe sumitur ut בשר Hebræis, ità Hellenistis σὰρξ, Matth. 24. 22. Luc. 3. 6. Act. 2. 17. Rom. 3. 20. 1 Cor. 1. 29. Videtur mihi simplicissima esse ea interpretatio, quam ab Hebræis, ut creditur, acceptam expressit Plato [t], Συντῆξαι ἢ συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτὸ, (quâ phrasi abstergitur Hellenisticismus ab hac phrasi, εἰς σάρκα μίαν [v],) ὥστε δύο ὄντας ἕνα γεγονέναι [x]. *Ità liquescendo coiisse, aut in unum coaluisse, ut qui duo erant, unus fiant* [y]: & vetus proverbium ait esse Aristoteles de amicis, μία ψυχή. Nam illud εἰς [in phrasi, εἰς σάρκα μίαν,] more Hebræo hîc redundat, ut apparet 1 Cor. 6. 16. Eph. 5. 28, &c. Simile loquendi genus Deut. 28. 13. 44. 2 Sam. 7. 14. qui locus citatur Heb. 1. 5. Psal. 69. 11. & 94. 22. Nulla autem arctior amicitia quàm mariti & uxoris, quæ communionem requirit affectuum corporis, prolis, vitæ denique totius: quam rem esse verè sacram, i. e. non humanitus, sed Divinitus, repertam, magno consensu gentes crediderunt. Eadem locutio usurpatur à Paulo ubi de scorto agit: sed nimirum qui scorto se miscet, eâ utitur pro uxore. In eum quem jam diximus sensum explicatur hic ipse locus in Constitutionibus quæ dicuntur Clementis, l. 7. c. 3. *Unum, inquit, sunt vir & uxor*, τῇ φύσει, τῇ συμπνοίᾳ, τῇ ἑνώσει, τῇ διαθέσει, τῷ βίῳ, τῷ τρόπῳ· κεχωρισμένοι δὲ εἰσι τῷ σχήματι, καὶ τῷ ἀριθμῷ· (*naturâ, concordiâ, commixtione, conditione, vitæ genere, moribus; diversi autem sunt figurâ & numero* [z].) Sensus loci est. Qui ante duo erant homines, incipiunt quasi unus homo esse [a]. Malim, perpetuum matrimonii statum hîc describi, quis is est, ut maritus & uxor, qui & ante matrimonium fuerunt, & in ipso sunt & manent duo homines, duæ personæ, ratione tamen matrimonii non sint nisi una caro, unum principium generationis. Nec obstat v. seq. neque enim ibi negantur esse duo homines, sed duæ carnes [b]. His itaque verbis, *Et erunt duo*, &c. ipsa conjugii ex Dei institutione natura explicatur, duos unam esse carnem, & conjugum copula indivulsa præcipitur [c].

6. *Non*, &c. Οὐκ ἔτι, &c.] *Non amplius*, (vel, *posthac*, V. scil. post conjugium [d]:) *duo* (carne scilicet [*]:) *sed una caro*] Videmus hîc duo non pluribus opponi, sed uni. Ante fœdus matrimonii duo erant; postea pro uno censentur Legis interpretatione [f]. Unio hæc viri & uxoris intelligi potest ex fine illius unionis, qui est, ut viro sit auxilium & subsidium כנגדו, *ipsi simile*, [Gen. 2. 18.] quale viro esse non potest, nisi cum eo coalescat in unum. Nam auxilio viro opus est, 1. ad procreationem sobolis, 2. in educandis liberis: 3. ut communicaret cum alio gaudium suum, &c. 4. Hæc unio cernitur in communione rerum omnium [g]. ¶ *Quod* (Non dicit, *Quos*, quia non tanquam de duobus, sed tanquam de uno corpore, loquitur [h];) *ergo Deus conjunxit*, Συνέζευξεν] *Conjugavit*, vel *copulavit*, Er. V. Bru. tanquam unum ducentes jugum [i]. Errant qui hoc ad causas & occasiones conjugiorum contrahendorum referunt. Non enim de istis agitur, sed de ipsa matrimonii natura, cui Deus Auctor inesse voluit jus amicitiæ arctissimum. Si igitur sine gravi culpa κατὰ πᾶσαν αἰτίαν amicitiæ cæteræ dissui non possunt, quantò minùs ista quæ tot pignorum vinculo continetur, unde pendet honesta tum propagatio, tum educatio, nobilissimi animantis creati ad Divinam imaginem [k]. ¶ *Homo non separet*] Sed id est ἀφαιρεῖν [l]. Χωριζέτω] *Sejungat* [m]. Quod facit qui innocentem uxorem extrudit, sed etiam tolerare recusat ea quæ sunt tolerabilia. Vide 1 Pet. 3. 7 [n]. *Separat* qui uxorem repudiat, præsertim animo ducendæ alterius. *Homo*, sive maritus, sive uxor, sive illorum Judex aut consiliarius [o]. *Homo* metonymicè pro foro sive judicio humano [p]. Al. *Homo*, i. e. Moses, innuens Mosis concessionem, v. seq. ordinationi Divinæ nihil detrahere [q]. Cui repugnat, 1. quòd v. seq. Pharisæi Mosis concessionem objiciunt: 2. quòd ἄνθρωπος sine articulo ponitur. Malim ergò τὸ *homo*, ἐν ἰδίᾳ, de specie accipi; ità ut Moses cum aliis omnibus includatur [r].

7. *Quid* (vel, *Quare*, vel, *Quomodo*, Bru.) —— *mandavit*, ἐνετείλατο] *Præcepit*, Sy. Be. sim. omnes. Non malè ex Lege, formam negotio præscribente, permissionem inferunt. Qui repudianti uxorem præcipit ut libellum det divortii, divortium aliquatenus permittit. Sed non quicquid permittitur, legibus præsertim civilibus, fas piúmque est, ut Christus ostendit †. Permisit hoc Deus per Mosen in foro politico, non in foro conscientiæ, non abusum hunc probans, sed ei frænum injiciens [t], cúmque certis limitibus circumscribens, nè ulteriùs evagetur. Juris hæc erat relaxatio, quâ hoc malum minùs illegitimum factum est. Quod hîc ἐνετείλατο, in Marco est, ἐπέτρεψε, *permisit*: Heb. enim צוה est & *præcipere* & *permittere*: Unde permissio *præceptum* dici possit. Sic 1 Reg. 5. 6. *Præcipe cædi*, &c. i. e. *permitte*: ea autem *permissio* erat *moralis*, quâ legitimum hoc factum est [v]. ¶ *Libellum repudii*] Ità Er. Il. Ti. Sy. &c. Ἀποστασίου] *Discessionis*, Be. Pi. Mo. sic. Bru. Vide Mat. 5. 31 [x]. Ἀποστάσιον respondet, vel. 1. voci Heb. כריתות [y]. At istud est à כרת, *exscindere*: quum ἀφιστάναι, unde ἀποστάσιον, non sign. *exscindere*: vel, 2. voci Rabbinicæ, פטורין nam פטר in Cal. est, *abscedere*, *discedere*, in Pihel, *amandare*, *dimittere*. Unde RR. libellum repudii vocant גט שלוחים & גט פטורין [z].

8. *Moses*] Deo Auctore [a]. Sed Mosen nominat ut Legis, non communis primævæ atque perpetuæ, sed Judaicæ pro ratione temporum datæ, promulgatorem [b]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν] *Propter duritiem cordis vestri*, Pi. Pers. Ar. sic Il. Be. D. Cam. vel, *vestram pervicaciam*; Ca. vel, *incredulitatem*. Ità alibi junguntur ἀπιστία καὶ σκληροκαρδία, Marc. 16. 14 [c]. *Durus corde* Hebræis dicitur refractarius & contumax, Ezec. 3. 7. dura enim non facilè impressionem admittunt [d]. Quia obduruerunt adversus æquitatem à natura Deóque præscriptam, ideo Deus jura scripsit, non tanquam optimæ Reip. sed tanquam fæci Israelis. Est autem hæc velut propria nota illius populi, Exod. 33. 3. & 34. 9. Deut. 9. 6. & 31. 27. Esa. 48. 4. Ezec. 2. 4. & 3. 7. Act. 7. 51 [*]. Πρὸς hîc respondet Heb. על [f]. Al. *Juxta duritiem*, &c. Q. in Cam. *Secundùm malitiam* &c. Æth. id enim πρὸς Græcis valet [g]. At apud ο'. ideóque in N. T. quod illorum phrasin sequitur, frequens est hæc Enallage Præpositionum. על sign. & *juxta*, & *propter*. Hîc autem non ordinis, sed causæ, rationem habet [h]. Al. *Ad duritiem*, &c. Er. Mo. Li. ho. Be. Pi. sub. *respiciens*, Be. Pi. Significat hoc, quod illi pro privilegio habebant, in se pœnale quid fuisse, cúmque populum ob σκληροκαρδίαν suam traditum fuisse à Deo fornicationi, ut spirituali, Act. 7. 42. ità & carnali [i]. Syrus vertit, vel, *contra duritiem*, &c. Ità Paris. & Tremel. Non malè. Πρὸς sæpe est, *contra*, ut, μάχεσθαι πρός τινα, *pugnare contra aliquem*: vel, *respectu duritiei*, &c. habens in conspectu duritiem, &c [k]: πρὸς hîc accipitur vel pro κατὰ, ut apud Plut. πρὸς ἀρετὴν, i. e. *habitâ virtutis ratione*, & *pro meritis*: vel, pro διὰ, ut apud Aristoph. πρὸς ταῦτα, pro, διὰ ταῦτα, *idcirco* [l]. Sensus, q. d. Perspectus Mosi fuit animus vester durus & obstinatus, præ quo, si hoc vobis prohibuisset, aut non obedivissetis, aut si obedire coacti fuissetis, majora perpetrâssetis mala, ut veneficia, uxoricidia, apostasias, &c [m]. Uxores vestras crudeliter tractâssetis [n]. ¶ *Permisit*] q. d. Non *mandavit*, ut vos dicitis, nec probavit, sed *permisit*, i. e. non prohibuit, severè non vetuit, toleravit [o]. Ἐπέτρεψεν sæpe Græcis est, *rem arbitrio alicujus committere*: quæ vera est hujus loci sententia, ut alibi ostensum est. Latinè quoque *permittendi* vox ità usurpatur: éstque hæc significatio inter permissionem juris nudique facti media [p]. Non dixit Moses Deut. 24. 1. *Si acceperit homo uxorem*, &c. *dimittet*, &c. sed, *scribet*, &c. & *ità dimittet*, &c. q. d. Si dimittere voluerit, non prohibeo, conniveo; sed jubeo nè aliter fiat quàm scripto, &c [q]. Quidam putant fuisse illiciti permissionem: alii probabiliùs, liciti; dispensabat enim Deus, licebátque utrique cum alio contrahere [r]. Permissum hoc fuit, vel, 1. tanquam minus bonum †: vel, 2. tanquam minus malum [t]. Quod mihi durum videtur, ut, post tam amplam & luculentam Dei permissionem, in eo peccarent [v]. Lex erat lethalis, Deut. 22. 22. & repudiatoria, Deut. 24. 1. Qu. Quomodo hæ consistunt [x]? Resp. Prior fuit per posteriorem ex parte enervata. Illa in terrorem lata erat [y], & ut ostenderet demeritum facti; hæc, ut rigorem prioris mitigaret [z], & fœminæ, vasi fragiliori, consuleret, nè inhumani mariti lege ista lethiferâ ad omnimodam erga uxores sævitiam abuterentur

[Marginal notes, col. 473:] † M. V. Be. Camer. G. Mal. — t G. — v Sch. — x G. Sch. — y Sch. — z G. — a Be. — b Di. — c Bru. — d Er. sim. Bru. — * Bru. — f G. — g Cam. — h Mal. sim. Bru. — i Bru. — k G. — l Bru. — m Be. — n G. — o Bru. — p Sch. — q Th. in Caf. & in Sch. — r Sch.

[Marginal notes, col. 474:] † G. — t J. Cap. — v Cam. — x Bru. — y Cam. — z Cap. — a G. sim. Mal. — b G. — c Idem. — d Cam. — * G. — f G. ex Cam. — g Q. in Cam. — h Cam. — i Li. ho. — k Di. — l Be. — m Bru. — n Pi. sim. Be. — o Bru. — p G. — q Bru. — r Me. — † Thom. in Mal. — t Tertul. Orig. Hi. Ecd. Euthym. &c. — v Mal. — x Li. ho. & chron. sect 63. — y Li. ho. — z Li. chron.

rentur[a]. Non memini me ullibi apud Pandectum Judaicum legisse exemplum aliquod uxoris mulctatæ ob adulterium: & vix id licuisse puto. Quum autem lex posterior, ut dictum, priorem mitigaverit, dubitari potest, num lex de adulterio morte plectendo jam indispensabilis sit, post legem Repudii datam, & à Christo, in causa fornicationis, probatam[b]. ¶ *Ab initio*] Scil. mundi[c]; vel, naturæ rectè à Deo institutæ; vel, institutionis matrimonii[d]. ¶ *Non*, &c. Οὐ γέγονεν οὕτω] Verto, *Non ità factitatum est*, ut ad auctoritatem Dominicæ institutionis accedat ævi melioris consuetudo. Nemo enim laudatorum virorum uxorem suam dimisisse legitur, nè tum quidem cùm probabiles esse viderentur divortii causæ. Vide Mal. 2. 15*. Revocat eos ad primævam matrimonii institutionem, quæ lex est ipsius naturæ, ideóque ut recta est & perfecta, ità & inviolabilis, nec ulla præscriptione abolenda; quinimo ex hominum vitio est quidquid ab ea deflectit[f].

9. *Dico autem vobis*] Obj. Dictum hoc solis Discipulis, Marc. 10. 10. Resp. Bis hoc dictum, 1. omnibus: 2. Discipulis domi, postquam illud ver. seq. proposuissent, quod non publicè, sed privatim, quæsivisse videntur[g]. ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ] Vel, Μὴ ἐπὶ πορνείᾳ. Ità vetus editio Complutensis. Atque ità legit Syrus, i.e. *Cùm non sit adultera*. Quod favet Origeni dicenti πορνείας mentionem non fieri in vim strictæ exceptionis, sed exempli gratiâ; nimirum ut graviores mores à levioribus discernantur. Seneca dixit, *condonanda esse vitia, non portenta*[h]. Mirum, vocem πορνείας hîc & Matth. 5. 32. in exceptione pro Adulterio solùm adhibitam, & non μοιχείαν, quæ propriè sign. *Adulterium*: præsertim cùm ibi Christus dicat μοιχᾶσθαι, pro, *adulterium committere*. Sed frequens est, easdem voces diversimodè sumi pro discrimine materiarum quæ tractantur. Crdibile est, Christum dixisse ערוה, *turpitudinem*, cujus in Disputatione de Divortio frequens erat mentio: quâ etiam voce Hebræi turpitudines, sive graviores transgressiones qualescunque, denotare solent[i]. Hanc porrò pericopen referunt, vel, 1, ad solùm τὸ *demiserit*, tanquam per parenthesin dictum: vel, 2. ad sequens etiam, *& aliam duxerit*[k]. Hinc colligitur, licere [nempe parti innocenti] in casu Adulterii ad novas nuptias avolare[l]. [Quod tamen negant Bru. & Mal. &c. affirmant Chem. &c. de quo vide Polemicos, & quæ à nobis congesta ad Matth. 5. 32.] ¶ *Mœchatur*] i.e. *Mœchari facit*, illam nempe priorem à se dimissam, ex collat. Matth. 5. 32. *Facere* rectè dicitur qui facto causam præbet. Et mos est Hellenistarum verba formæ Hiphil per activa exprimere, ut Rom. 8. 26. Gal. 4. 6[m]. Hoc fortè non addidisset Christus, nisi vel erepta Judæis, vel neglecta, tunc fuissent capitalia in adulteros judicia, ex Mosis præscripto. Neque enim Repudio locus erat, ubi capitali supplicio dirimebatur matrimonium[n]. Quod non mihi arridet, nam Repudio locus erat eo fine, ut locus non esset capitali supplicio[o]. ¶ *Et qui dimissam*, &c.] Nempe ob fornicationem[p].

10. *Si ità est causa*, &c. ità Mo. Ti. Er. P. Ar. Pers. Camer. Ἡ αἰτία, &c.] *Negotium*, &c. Il. Be. Bru. Pi. Mal. Tre. *Constitutio*, &c. Æth. *Conditio*, &c. Ca. Cas. G. Multa sunt loquendi genera in N. T. è foro Romanorum desumpta. Tale est, *Συναίρειν λόγον*, *conferre rationes*, Matth. 18. 24. ποιεῖν τὸ ἱκανὸν, Marc. 15. 15. & λαμβάνειν τὸ ἱκανὸν, Act. 17. 9[q]. Tale & hoc est[r]. Romanis *causa* sæpe idem quod *conditio*, ut cùm dicitur, *publicanorum causa melior*†. Theophilo dicitur Actor plus petere τῇ αἰτίᾳ, qui κρείττονα μὲ ἑαυτῷ, χείρονα δὲ τὴν αἰτίαν ποιεῖ τῷ ἐναγομένῳ (*suam meliorem, conditionem verò Rei deteriorem, facit.*) *Plurimùm interest*, inquit Pomponius, *utrum quis de alterius causa ac facto nesciret, an de jure suo ignoraret. Sic non corpus tantùm, sed & causam rei restituendam*, aiunt JCti, i. e. omnem ejus qualitatem. Martialis, *Quid Nomentani causam mihi perdis agelli, Propter vicinum qui pretiosus erat*[t]. Sensus, Si tale sit jus conjugale[v], ut inseparabile sit semel initum conjugium[x]; si ea est mariti conditio, ut uxorem pro animi sui arbitrio dimittere ei fas non sit, satius esset abstinere à nuptiis quàm se induere in malum inextricabile. Incommoda mulierum ingenia multos à matrimonio deterrent. Vide Ecclesiastic. 25. 16. Huic malo remedium optimum videbatur Repudii libertas, teste etiam Euripide[y]. [Verba vide in G.] ¶ *Non expedit nubere*, [Γαμῆσαι] *Uxorem ducere*, Er. Be. Pi. Bru. ex Sy. &c. Γαμῆσαι tam de viris dicitur quàm de fœminis[z]; γαμεῖν, de maritò; γαμεῖσθαι, de uxore[a]: quomodo & Latinis vir non dicitur *nubere*[b], sed *uxorem ducere*; mulier verò *nubere*[c]. Loquuntur hîc Discipuli de marito[d]; cui soli apud Hebræos, sicut & apud Romanos, fas erat repudiare*.

11. *Non omnes capiunt verbum istud*] Sic Mo. P. Pi. scil. quòd non expediat nubere[f]. Χωρεῖν, &c.] *Hanc rem præstare possunt*, h.e. cœlibes manere[g]. Vel, *sufficiunt huic rei*, G. ex Sy. & Orig. Ita χωρεῖν usurpavit Poeta non inelegans, quem vulgò Phocylidem non rectè vocant, Οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν. Et Plutarchus, Vitâ Catonis Uticensis, sic orantes facit Romanos qui circa ipsum erant, Εἰ Κάτωνες οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ τὸ Κάτωνος φρόνημα χωροῦσιν, εἰκλείπειν τὴν ἀδύναμιν αὐτῶν[h]. Al. *Huic idonei sunt*, Pers. *Capaces sunt hujus sermonis*, Il. Be. sic Tre. ex Sy. Fi. V. Cam. vel, *rei*, V. Cam. i. e. Non ità sunt comparati ut hoc præstare, i.e. uxore carere, possint: sicut angustum locum dicimus non posse res multas capere[i]. Hoc dictum non descendit in animos omnium, quòd aliis affectibus sint occupati[k]: non omnes accipiunt, aut admittunt in se, non quia non possunt, sed quia nolunt capere, quia cutem curant, vino se replent, &c[l]. Al. *Non omnes capiunt*, i.e. intelligunt[m]; ut *capere* ponitur ver. seq. & Joh. 8. 37[n]. Sed malim, *capiunt*, i.e. recipiunt, vel recipere possunt[o]. Non innuit h. l. Christus, sententiam suam obscuram esse, &c[p]. Sensus est, Multos esse imbecilliores quàm ut pares sint sublimi proposito. Cyprianus, de virginibus quibusdam, *Si perseverare*, inquit, *nolunt*, vel, *non possunt*. Lactantius hæc verba Christi ità explicat, *Si quis hoc*, inquit, *facere poterit, habebit eximiam incomparabilémque mercedem. Quod continentiæ genus, quasi fastigium est omniúmque consummatio virtutum* ||. ¶ *Sed* (sub. *ii capiunt*, Bru.) *quibus à Deo* (Divinitus, ex mera gratia, idque in plurimis ad tempus[q]:) *datum est*] Nempe, ut illud capiat, sive donum continentiæ[r], ut à nuptiis abstinere possit: est enim hoc singulare Dei donum: nec consulendus est iis cœlibatus, quorum constanti infirmitati necessarium est conjugii remedium†. Dari à Deo hoc dicit Christus; attamen non sine hominum nisu & contentione, ut ex sequentibus apparet. Clemens Romanus, in epistola ad Corinthios, Ὁ ἁγνὸς, &c. (*Qui corpore castus est nè glorietur, sciens alium esse qui ipsi præstat continentiam.*) Quod, ut alia quædam, transcripsisse mihi videtur Tertul. lib. De virginibus velandis, *Et si à Deo confertur continentiæ virtus, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Clemens Alexandr. Εὐνουχίαν, &c. (*Eunuchismum, sive, continentiam, qui à Deo dono acceperunt felices prædicamus*[t].)

12. *Sunt enim eunuchi*, Εὐνοῦχοι] *Spadones*, Er. Gua. Corpore inepti ad conjugium[v]: viri testiculis destituti[x]: sic dicti, vel, 1. ab εὖ τὸν νοῦν ἔχειν, quòd mente bene affecti sint[y]: vel potiùs, 2. ab εὐνὴν ἔχειν, *cubile tenere, custodire*, quòd adhiberi soleant ad custodienda gynæcea Regum[z]. Sicut autem Græcis εὐνοῦχον, ità Latinis *spadonum*, generalis appellatio est, teste Ulpiano: quanquam est & ubi *spadones castratis* opponuntur. Hæc [porrò verba] adduntur implendæ comparationis gratiâ[a]. ¶ *Sic nati*] Vult dicere, Hi non capiunt: casti hi sunt naturâ, non virtute[b]. ¶ *Qui facti*, (vel, *castrati*, Be. Pi.) *sunt ab hominibus*] Talis qui est, סריס אדם dicitur in Aruch[c], & à Talmudicis[d]: εὐνοῦχος ἐξ ἐπηρείας, (*Eunuchus per violentiam*,) in Canonibus*. His meritò adnumerantur, qui inviti à parentibus in cœlibatûs legem detruduntur[f]. ¶ *Qui seipsos castraverunt*] Vel, 1. ablatione testium[g]. Ità Valesii seipsos castrabant & hospites suos[h], atque discipulos, etiam invitos. Ità & Origenes, qui, cùm allegoriis nimiùm indulsisset, hunc locum, qui vel maximè allegoricus est, allegoricè noluit intelligere[i]. Non placet hæc interpretatio: 1. Quia & de viris & mulieribus loquitur. 2. Quia illicita est hæc castratio, tanquam homicidæ opus[k], qua, præter periculum mortis, læditur valetudo, corpus frigescit, flaccescit robur, velut in senescente, pulsus relanguescit, minuitur intellectus, &c. ut ex Galeno ostendit Cælius.

3. Quia

Marginal notes (left column): a Li. ho. — b Li. chron. — c Pi. — d Bru. — * G. — f Bru. — g Mal. — h G. — i Seld. in Wat. — k Bru. — l Catherinus, & Caj. & Er. in T. — m G. — n Be. — o Li. ho. — p Bru. ex Hi. — q Cam. — r Cam. sim. G. — † Cam. — s G. — v Mal. — x Bru.

Marginal notes (right column): y G. — z D. — a Be. — b Er. — c Be. — d Bru. — * Er. — f Bru. sic Be. — g Ca. sim. Pi. — h G. — i Be. — k V. Bru. — l Bru. — m Mal. ex Epiphan. — n Mal. — o Zeg. — p Cam. — || G. — q Be. — r Pi. — † Bru. — t G. — v M. sim. Er. — x Bru. — y Scal. in Pi. — z Pi. sim. Bru. Be. — a G. — b Bru. — c G. — d Li. ho. — * G. — f Bru. — g Q. in Bru. — h Bru. — i J. Cap. — k Bru. ex Chryf.

3. Quia inutilis est ad castitatem, nec pruritum carnis restinguit, præsertim si pubescit qui castratur[l]. Vel, 2. animi destinatione, *uxorem non quærentes*, 1 Cor. 7. 27[m]. vel constante proposito non ducendi uxorem[n]: qui volentes continent[o]: non plus rei habent cum fœminis, quàm si castrati essent[p]; nolúntque esse quod sunt[q]. Sed ad [hoc] propositum accedere debet custodia sui solicita, preces, jejunia, & quicquid præterea est quo potest *corpus domari*, [1 Cor. 9. 27.] *nostro enim studio opus est*, inquit Chrysost. ad 1 Cor. 7. quod idem latiùs exsequitur, De virginitate, cap. 27[*]. ¶ *Propter Regnum cœlorum*] Vel, faciliùs obtinendum[r]: vel, expeditiùs & commodiùs prædicandum †: idem est, quod *Evangelii causâ*, Marc. 10. 29. *propter amorem Dei*, ut Clemens, Strom. 3. ut *puriùs Deo serviant*, &c. ut Origenes, ut meliùs possint *curare quæ Dei sunt, ut sint casti & corpore & spiritu*, 1 Cor. 7. 34. ad implenda rectiùs, liberiùs, atque constantiùs, præcepta Christianismi: non quòd in iis sit Cœlibatus, sed quòd ad ea magno sit adjumento. Neque enim ii tantùm qui ad Verbi ministerium erant segregati, sed præter eos alii complures utriusque sexûs, & omnis ordinis, homines ab initio Christianismi amplexi sunt ταύτην τὴν ὑψηλοτέραν πολιτείαν, (*hanc sublimiorem conversationem*[t].) Qui Legis studio summo cum animi fervore assiduè incumbunt, juxta Magistrorum sententiam à præceptis cæteris, iisque affirmativis, adeóque à præcepto de multiplicatione generis humani, immunis est ||. ¶ *Qui potest capere* (nempe cœlibatum voluntarium[v]:) *capiat*] i. e. Cui tantùm animi est, macte istâ virtute esto, pergat, Deo favente[x]. [An singuli hoc possunt capere disceptatum hîc est inter nostros & Romanenses, ad quos lectorem remitto.]

13. *Oblati sunt* (à parentibus aut nutritiis[y]:) *parvuli*, παιδία] Hæc vox de paulò provectiore ætate interdum accipitur, sic & βρέφος vox, ut liquet 2 Tim. 3. 15[z]. Hos infantes fuisse docet vox βρέφη, Luc. 18. 15[a]. Hos adduxerunt credentes Judæi, non ad morbos sanandos, tunc enim Discipuli eos non repulissent, sed ut peculiari recognitione Christus eos in discipulatum suum cooptaret, ac pro suis suâ consignaret benedictione[b]. ¶ *Ut manus eis imponeret & oraret*] i. e. Ut, impositis manibus, oraret pro ipsis, i. e. ut benediceret eis[c]: est enim hæc descriptio benedictionis, à ritu sumpta[d]. Manuum impositio apud Judæos indicabat invocationem Divinæ potentiæ, ut alibi diximus. Unde factum est, ut & munia publica eo ritu conferrentur, etiam civilia, ut Senatorum. Sed & in Archisynagogis & Senioribus Synagogæ idem observatum: unde mos τῆς χειροθεσίας ad Christianos transiit: de quo alibi erit agendi locus. Pro pueris etiam eo ritu preces concipi solitas, liquet ex Gen. 48. 14, 15. Exinde Hebræis semper observatum, ut ad eos qui sanctimonia præstare cæteris crederentur, pueros deferrent, ipsorum precibus Deo commendandos per manuum impositionem: qui mos hodiéque apud ipsos manet. Hunc autem morem Christus probans ostendit isti etiam ætati prodesse aliorum fidem ac preces[*]. ¶ *Increpabant eos*] Et prohibebant, ait Marcus: vel, 1, ut minùs honorificè Dominum observantes[f], quo indignum putabant in pueris occupari[g]. Vel, 2. nimietatem officiosæ religionis autumantes hoc esse[h]. Vel, 3. quia Magistro suo molesti erant[k].

14. *Sinite*, &c; ità Er. Il. Pi. Mo. &c. Ἄφετε, &c.] *Omittite istos puerulos*, Be. ¶ *Nolite eos prohibere*] Apostoli rem minùs dignam Christo putabant, contingendis pueris occupari. At Christus istam quoque ætatem à suis beneficiis non rejicit. Imò ostendit gratum sibi esse, si pueri, quasi designati sanctitatis, ac per hoc etiam salutis, quomodo Tertul. loquitur, à primis vitæ initiis addicantur Christianæ educationi. Nam certè ——*à teneris assuescere multum est. Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu.* Irænæus, de Christo, *Ideò per omnem venit ætatem, & infantibus infans factus sanctificans infantes, in parvulis parvulos sanctificans, hanc ipsam habentes ætatem, simul & exemplum illis pietatis effectus & justitiæ & subjectionis.* Huic Christi dicto inter cætera innititur mos pueros etiam infantes Baptismo tingendi. Quem Augustini temporibus per omnes Ecclesias fuisse receptum hoc ipso satis constat, quòd Pelagiani, cùm eo argumento premerentur, negare id ipsum nunquam ausi fuerint. Et ut de Origene nihil dicam, cui quæ ascribuntur, quædam sunt incerti auctoris, quædam interpolata, epistola Cypriani ad Fidum apertum facit, an rectè baptizarentur infantes nè dubitatum quidem, sed an possint baptizari etiam ante octavum diem quosdam hæsitâsse, re autem in Concilio expensâ, visum nè recens quidem natis, si offerentur, negandum Baptismum. In libro antiquo, cui Titulus, *Constitutiones Clementis*, Βαπτίζετε, &c. (*Baptizate infantes vestros*, &c.) Quin etiam Eucharistiam præbitam infantibus antiquissimis testimoniis apparet. Cæterùm illa sententia, Infantes non baptizatos certò suppliciis æternis, quanquam levioribus, addici, tam rigidè defensa ab Augustino, nè ipsi quidem Augustino placuerat antequam cum Pelagio collideretur. Videtur autem mihi antiquitus Baptismus infantium multò magis in Africa quàm in Asia, aut alibi, fuisse frequentatus, & cum majori quadam necessitatis opinione. Nam in Conciliis vetustiorem ejus moris mentionem non invenias Concilio Carthaginiensi. Tertul. de ætate quâ baptizandi essent qui Christianæ disciplinæ à parentibus consecrabantur, nihil definitum fuisse suis temporibus hoc ipso docet, quòd dilationem Baptismi tam multis rationibus suadet. [Verba ejus vide in G.] Quorum sensus est, Veniant ad Christum ut instituantur, non ut baptizentur, nisi postquam vim Baptismi intellexerint. Nazianzenus, agens de iis qui sine Baptismo decedunt, exemplum ponit in iis quibus Baptismus non contigit διὰ νηπιότητα, (*propter infantiam.*) Atque is ipse Nazianzenus, Episcopi cùm esset filius, patris sub cura diutissimè educatus, baptizatus non fuit, nisi cùm ex ephebis exiisset, ut ipse in vita sua nos docet. Chrysostomus parentibus natus Christianis, ut verior habet sententia, à Meletio Episcopo institutus, baptizatus est annum agens 21. Sed inprimis notatu dignus est Canon Synodi Neocæsariensis habitæ anno 315. qui sic habet, Περὶ κυοφορούσης, &c. *Prægnans baptizetur quando vult: nihil enim in eo est commune parenti cum fœtu, quia uniuscujusque proprium propositum in professione* [suâ tempore Baptismi editâ] *ostenditur.* Utcunque enim aliovorsum trahant interpretes, apparet ideo de Baptismo prægnantium motam quæstionem, quòd videretur cum matre simul proles baptizari, quæ tamen baptizari non soleret nisi super propria voluntate ac professione. Et sic explicat Zonaras, τὸ ἔμβρυον χρήζει βαπτίσματος ὅτε προαιρέσεως δύναται (*Embryo Baptismo eget quando cum deliberatione & electione agere potuerit.*) Simil. Balsamo. [Cujus verba habet G.] Definit autem Synodus Baptismum ideo rectè procedere, quia ad matrem solam quæ de se professionem ederet, non etiam ad uterum, perneret. Et Græcorum plerique ab omni ævo ad hunc diem morem servant differendi parvulorum Baptismum donec ipsi fidei suæ confessionem possint edere. Walafredus Strabo, De rebus Ecclesiasticis, c. 26. *Notandum deinde primis temporibus illis solummodo Baptismi gratiam dari solitam qui & corporis & mentis integritate jam ad hoc pervenerant ut scire & intelligere possent quid emolumenti in Baptismo consequendum, quid confitendum atque credendum, quid postremò renatis in Christo esset servandum.* Cæterùm ista sicut libertatem, vetustatem, & consuetudinis differentiam, indicant; ità nihil asserunt cur repudiandus sit Baptismus infantium, quos parentes aut sponsores alii Deo per sanctorum preces consecrandos offerunt cum voto piæ educationis: quod præter cætera Baptismo non incommodè significatur. Neque obstare debet, quòd non omnia quæ itidem per Baptismum significari solent, in istam ætatem propriè congruant. Nam & pœnitentia, quam scimus Baptismo designari, majorem certè in iis qui, cùm vitam diu impuram egissent, vitæ totius mutandæ propositum testabantur, quàm in aliis, locum habebat; in Christo verò, quem Johannes baptizavit, nullum; qui, ut Tertul. loquitur *nullius pœnitentiæ debitor vinctus est.* Scriptor Quæstionum & Responsionum ad Orthodoxos, de infantibus loquens, Ἀξιοῦνται, &c. (*Digni habentur bonis in Baptismo collatis eorum fide qui ipsos ad Baptismum offerunt*[l].) ¶ *Talium*, &c.] i. e. Horum & similium[m]; puerorum

[l] Eru. [m] G. [n] Pi. [o] V. sim. M. Ec. [p] Ca. sim. Bru. [q] Bru. [*] G. [r] T. ex Eru. † V. Bru. sim. Pi. Sch. [t] G. || Seld. in Wal. [v] Pi. sim. Bru. [x] G. [y] Eru. [z] G. [a] Mal. ex Bru. [b] Li. ho. [c] Bru. Mal. [d] Bru. [*] G. [f] Bru. [g] Bru. sic Mal. ex Chrysost. Euthym. & Th. [h] Li. ho. [k] Li. ho. sim. Bru. [l] G. [m] Bru.

rum ut ætate, ità & moribus [n]. Non excludit pueros, à quibus facit initium, sed includit adultos eis similes; q. d. Pueri, à me jam benedicti, jam nunc idonei sunt Regno cœlorum: vos adulti, qui diu meâ præsentiâ ac benedictione fruimini, nondum idonei estis, &, ut idonei fiatis, reddamini oportet illis similes quos contemnitis, à fastu alieni, &c [o]. Eò minùs, inquit Christus, ætas ista quasi profana spernenda est, quia & adulti, qui se in meam dedunt disciplinam, debent quasi repuerascere, exutis scilicet vitiis quæ major ætas supervexit. Suprà voluit Christus sectatores suos pueris similes fieri, vacuitate τῆς φιλαρχίας. Hîc verò magis respici videtur obediens puerorum docilitas, ex collat Luc. 18. 17. Solent comparari puerilia ingenia tabulæ rasæ, cui facilè quidvis inscribas [p].

15. *Cùm imposuisset eis manus*] Ità ut simul more Hebræo preces pro iis conciperet. Hoc enim est εὐλογεῖν, Marc. 10. 16. Habebat quidem Christus potestatem dona conferendi etiam sine precibus, sed exemplum nobis præbens plerumque preces interponebat [q]. Docetur hîc manifestè etiam ad infantes pertinere gratiam Christi &c [r].

16. *Ecce unus*] Non νομικὸς ille, Luc. 10. 25. sed ἄρχων, Luc. 18. 18 †. i. e. unus oppidi sui Senatorum, quales illi, Joh. 12. 42. cæterùm ætate juvenis, v.20 [t]. Ille Luc. 10. venit animo tentandi [v], & calumniandi [x], hic discendi cupidus, ut ex Marco & Luca apparet [y]: 1. quia reverenter ad Christum accessit: 2. quia non de rebus controversis & curiosis, sed de se suáque salute, quærit: 3. quia tristis discessit, &c [z]. ¶ *Magister bone*] Ità benevolentiam Christi captat [a]. ¶ *Vitam æternam*] Quam Judæis tenuiter cognitam apertè à Christo prædicari audiebat. Vide quæ ad Luc. 10. 25. dicentur [b].

17. *Quid*, &c. Τί με λέγεις ἀγαθὸν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός] Duplex hîc est lectio [c]? [Prior in textu posita.] Ità legunt plerique Græci Codices [d], & Græci interpretes, Euthym. & Th. & Syrus [*], & Hilarius [f]. Ità legitur in Marc. 10. 18. Luc. 18. 19 [g]. [Sic autem vertunt:] *Cur me dicis bonum? nullus est bonus nisi unus*, nempe *Deus*, Be. sic Pi. D. &c. q. d. Non debebas me appellare bonum, quum me non habeas pro Deo qui solus bonus est, verè scilicet [h], & perfectè [i], vel per se & naturâ suâ; ut *solus Deus immortalis* dicitur, 1 Tim. 6. 16. h. e. naturâ, non participatione [*]; essentialiter, absolutè, infinitè, immutabiliter, undequaque bonus, fons & causa omnis boni. Hic princeps non credebat Christum esse Deum. At, inquit Christus, vel fatearis me esse Deum, vel noli me tali titulo honorare †. Voluit Christus ejus fidem adjuvare, atque perficere; ideo ex ore ejus verbum arripuit, ut doceret, tantùm illi opus esse, ut ea quæ dixerat bene intelligeret, & se non modò Magistrum bonum, sed & Deum bonum, esse ‖. [Altera lectio talis est:] Τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός, Be. G. &c. Ità legunt & Lat. Interpres & vetustiora & emendatiora exemplaria [k], duo vetusta & meum vetustissimum [l], & Evangelium Matthæi Hebraicum, cum quo in multis conspirat Vulgata [m], & Orig. & Chrys [n]. & August. & Hi. & alii. Quare multò credibilius est, lectionem alteram ex Marco & Luca huc traductam, quod sæpe accidit, quàm istam aliunde irrepsisse [o]. Judicavit lector aliquis minùs attentus hanc lectionem non perinde quadrare cum Christi responso, *solus Deus bonus est*. Atqui bellè quadrat. Non enim hîc objurgat eum, quod ipsum *bonum* diceret, sed quòd, homo cùm esset, *de bono percontaretur*, cùm in hominibus nihil sit boni, adeóque nec *bonus* dicetur quisquam. Adde, quòd *bone* apud Hilar. non legitur [p]. At legitur in Græcis, & Sy. & Ar. & Vulg. & Evang. Heb [q]. Antiquitas tamen diversæ lectionis vel indè apparet, quòd apud Origenem (nisi tamen ut ibi aliquid assutum suspicari libet) utriusque fit mentio; & Syrus ità hîc habet. Sensus eodem recidit. Juvenis iste, quamvis in Jesu majus homine nihil agnosceret, sperabat tamen, eo monstrante, se perventurum ad possessionem ejus boni quo vita æterna paratur, quasi ad eam rem monstratore tantùm egeret, cætera per se confecturus. Sicut Philosophi in Augustini epist. 52. beatam vitam ipsi sibi fabricare voluerunt, potiúsque patrandam quàm impetrandam putaverunt, cùm ejus dator non sit nisi Deus. Hoc animo & Jesum *bonum Magistrum* vocabat, i. e. boni monstratorem, & de *bono* ab ipso volebat edoceri. At Jesus occurrens huic errori, simúlque modestiæ nobis præbens exemplum, ait non esse multos boni fontes, sed unicum, Deum scilicet; hoc ipso indicans non satis esse bonum nobis monstrari, nisi Deus mentem illustrans vires nobis suggerat: quò pertinet quod infrà sequitur, *Apud Deum omnia sunt possibilia*. Viderunt hoc etiam in Gentibus nonnulli, sed ad quos, ut arbitror, aliqua Barbaricæ philosophiæ scintilla pervaserat. *Virtus*, inquit Plato Menone, *non est* [*in nobis*] φύσει, &c. (*naturâ, neque doctrinâ humanâ, sed Divinâ providentiâ, advenit.*) Quæ ità esse intelligenda, ut non excludatur opera Magistrorum, neque naturalis ingenii facultas, sed ut Deus & per hæc & præter hæc operari in nobis credatur virtutem, facundè ostendit Maximus Tyrius: [cujus verba in G.] Seneca, *Nulla sine Deo mens bona*. Idem & Hierocles in schola Pythagorica didicit. [Verba vide in G.] Porphyrius quoque scripsit, non posse homines τελειοῦσθαι (*perfectos evadere*) nisi διὰ τὸν νοῦν τὸν πατρικόν (*per mentem paternam*,) [h. e. ope Divinâ.] Judæos saniores idem sensisse Philo nos docet. [Vide G.] Quò magis miror esse qui scriptores Christianos primæ illius atque sanctissimæ vetustatis passim traducunt, quasi ab illis τὸ αὐτεξούσιον extollatur in Divinæ gratiæ injuriam. Longè aliter animatos fuisse viros sanctissimos, quorum partim doctrinâ, partim & sanguine, stabilita est res Christiana, apertissimum est ex Just. Clem. Orig. Chrys. [quorum verba producit G.] Cùm ergò hîc dicit Christus *unum tantùm esse bonum, nempe Deum*, eo indicat Deum esse τὸ αὐτάγαθον, fontem veri boni, *à quo est omne bonum donum*, Jac. 1. 17. Nimirum ut juvenis non alienus à virtutis studio, sed viribus suis plus æquo confidens, eo ipso intelligeret bonum illud non interrogando tantùm disci, sed & precibus posci, debere. Cæterùm, εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός, ut antiqui Codices habent, rectè Syrus interpretatur addito *Dei* nomine. Nam, ut alii notârunt, *Unus*, etiam sine alio adjectamento, Deus dici solebat Hebræis; imò & Assyriis. Macrobius, *Deus enim quem summum maximúmque venerantur*, Adad *nomen dederunt: cujus nominis interpretatio significat* Unus. Philo Byblius, Ἄδωδος βασιλεὺς θεῶν. Nimirum Assyrii dicebant חדד, pro quo Hebræi אחד. Ità Job 14. 4. לא אחד, Chaldæus interpretatur, *nisi Deus*. Tertullianus Testimonio Animæ recitat ut vulgi dictum, *Deus bonus*, sed *homo malus* [r]. ¶ *Si autem* (Non exspectat juvenis responsum, nè laudem bonitatis captare videretur, sed obiter laude illâ rejectâ in Deum, quem se esse intelligentibus insinuavit, pergit satisfacere quæstioni †:) *vis ad vitam* (sub. *æternam*, Bru. G. de qua juvenis interrogaverat [t], quam solam *vitæ* nomine dignatur [v]:) *ingredi*] Sicut suprà diximus ἔρχεσθαι sumi pro πορεύεσθαι, ità & εἰσέρχεσθαι hîc non ipsam vitæ æternæ consecutionem, sed iter eò directum, significat; quomodo & *ingredi per portam* suprà dicitur, 7.13. & infrà dicuntur Legisperiti *non ingredi in Regnum*, &c. i. e. Viam veram ad Regnum non insistere, neque alios ut id faciant pati [x]. ¶ *Serva mandata*] Dei, non aliqua, sed omnia: obedias præceptis Dei solius boni [y]. Prov. 7. 1, 2. ἐντολὰς vocavit, more Hebræorum, præcepta Mosis, legem factorum scilicet, non legem spiritûs: Vide Luc. 1. 6. & apud Paulum aliquoties. In his autem ponit Christus non viam totam, sed initium viæ. Hæc enim, ut alibi diximus, erat justitia Legisperitorum & Pharisæorum: aliam majorem exigi ad Regnum adipiscendum Christus docuerat. Sed ut Paulus dicit, de lege factorum agens, *Lex pædagogus noster ad Christum*, Gal. 3. 24. ità Christus ab eo quod minus est incipit. Ità & Baptista pœnitentiæ præco perfectiori magisterio viam straverat [z]. [Addi posset, quòd qui servaret mandata, illud inter cætera servaret, de audiendo Propheta illo vice Mosis suscitando, Deut. 18. 18. h. e. Christo, cujus proinde & dogmatibus fidem haberet & monitis morem gereret.]

18. *Quæ?* Ποίας;] Hoc de qualitate propriè quærit; τίνας de substantia [a]. Sed ποίας dicit pro τίνας [b]. Sic infrà 21. 23. & 22. 36. & 24. 42, 43. Joh. 10. 32. Act. 4. 7.

[n] Mal. ex Orig. Hi. Aug. Th. &c. sim. Bru.
[o] Bru.
[p] G.
[q] G.
[r] Eru.
† G. sic Mal.
[t] G.
[v] Mal.
[x] G.
[y] G. sim. Mal.
[z] Mal.
[a] Mal. ex Bru.
[b] G.
[c] Zeg.
[d] Er.
[*] Bru. not.
[f] Er. Bru. not.
[g] Bru. not.
[h] Pi.
[i] Bru.
[*] Mal.
† T.
‖ Mal.
[k] G.
[l] Be.
[m] Rev.
[n] Er.
[o] G.
[p] Er.
[q] Di. append.
[r] G.
† Bru.
[t] G.
[v] Bru.
[x] G.
[y] Bru.
[z] G.
[a] Bru. sim. G.
[b] Be. Bru. sim. G.

4. 7. & alibi passim. Apud LXX etiam aliquoties, item apud Platonem. Videtur autem ideo hoc quærere juvenis, vel, 1. quia cùm in Lege Mosis plurima sint mandata, in quorum unum facile sit impingere, scire expetit ad quæ potissimùm attendere debeat[c]. Vel, 2. quia à Jesu, novo Doctore, nova mandata Discipulis suis proponi putabat[d]. Jesus autem Legis mandata illi enumerat, quam non venit solvere, sed implere[*]: eaque potissima esse dicit mandata quæ in officiis mutuis, non quæ in ritibus, consisterent[f]. ¶ *Non occides*, &c.] Hæc omnia per συναθροισμὸν, sive congeriem, tanquam apud hominem non ignarum, dicta sunt[g]. Observatione dignum est, iterum iterùmque in N. T. factâ mentione totius Legis, in 2 tantùm Tabula exemplificari, ut hîc, ità & Rom. 13. 8, 9. Jac. 2. 8, 11. Charitas erga proximum est Religionis apex, & signum indubitatissimum amoris erga Deum[h].

19. *Et diliges*, &c.] q. d. Denique, ut uno verbo rem totam complectar. Est præcisio[i]. Origenes totum hoc supposititium esse putat, tum quòd abest in Marco & Luca, tum quòd res eadem sic iteretur. Sed hoc facilè excusari potest, sive spectemus τὸ καὶ, quod exegeticum est, ut in illo, *Judicium Paridis, spretæque injuria formæ*; sive rem ipsam. Nam ἐμφατικώτερον est *diligere* quàm damno non afficere. Nec insolens, totum h. l. post partes suas poni, ut fit & 1 Cor. 10. 32[k]. Christus hîc tantùm memorat præcepta secundæ Tabulæ: non quòd hæc præceptis primæ Tabulæ sunt potiora; sed quòd homini & faciliora essent & notiora[l]; ut indè argueret superbiam Pharisaicam[m]: sub illis tamen synecdochicè ista intelligi vult, argumento à minore ad majus, cùm longè devinctior Deo sit homo quàm proximo[n]. Cùm mandatum hoc [*Diliges*, &c.] duplicem habeat sensum, alterum generalem, qui monstrat acceptissimam esse Deo veram atque sinceram hominum inter se dilectionem, quo respectu præceptum hoc Paulo dicitur *Legis plenitudo*, & Christo, præceptum maximum ab eo quod est de Deo colendo; alterum verò strictiorem, quatenus præceptum illud partem efficiebat legis factorum, i. e. ut alibi exposuimus, legis Hebraicæ civilis; posterior sensus huic loco magis convenire videtur, quia de factis interrogaverat juvenis, τί ἀγαθὸν ποιήσω; Quod apertum, ni fallor, facit Marcus, qui, istis verbis omissis, ponit, Μὴ ἀποστερήσῃς, quo verbo omnia alia ἀδικήματα complectitur quæ propriè non veniunt nomine μοιχείας, φόνε, κλοπῆς, ψευδομαρτυρίας. Ità ἀδικεῖν & ἀποστερεῖν junxit Paulus, 1 Cor. 6. 8. &, apud Aristophanem, Pluto post interrogationem, Μῶν κέκλοφας, sequitur altera, ἀλλ' ἐξ ὅτε γ' ἀπεστέρηκάς γ' ὐδένα. Bene autem Marcus unâ voce expressit quod Levit. c. 19. multis vocibus legitur, Οὐ συκοφαντήσεις τὸν πλησίον, καὶ οὐκ ἀρπάσεις· ὐ κοιμηθήσεται ὁ μισθὸς τὸ μισθωτῦ παρὰ σοὶ. Ità Romani delicta omnia quæ proprium non habent nomen, *stellionatus*, aut *doli mali*, nomine complectebantur. Æquè latè patet Hebræum עשק, quod Levit. 6. 2. & alibi per ἀποστερεῖν vertunt Græci, optimè illam vocis Hebrææ generalitatem explicante Davide Kimchi, lib. Radicum, ad locum Levit. 19. 13. Eodem sensu ינה ponitur, Levit. 25. 14, 17. quod θλίβειν vertunt Græci. Spectat igitur hoc loco Christus hanc Legem quatenus imperat τὸ δίκαιον, non quatenus monstrat τὸ καθῆκον[o].

20. *Omnia hæc custodivi*] Vel, *observavi*, Be. Pi. *executus sum*, Ga. pro virili[p]: quod ad externam & civilem justitiam attinet[q]. Non falsò, aut simulatè, hoc eum dixisse ex Marc. 10. 21. discimus, apud quem Christus narratur post hanc professionem, utpote veram, favore quodam peculiari juvenem prosecutus[r]. Nimirum est aliquid vivere socialiter[†]. ¶ *A juventute mea*] i. e. Ex quo cœpit in me usus rationis[*]. Hæc verba nunc quidem hîc & apud Syrum leguntur, sed antiqui Libri Latini non habebant: unde suspicari licet ex Marco aut Luca adjecta[‖]. ¶ *Quid*, &c. Τί ἔτι ὑστερῶ;] *Quid* (vel, *Quo*, Be. Pi. sic Tre.) *adhuc deficio?* Mo. vel, *deficior?* Be. Pi. vel, *indigeo?* Tre. vel, *mihi deest?* Er. Il. Ti. Pers. Ar. G. Ad insistendum iter vitæ æternæ[t]? Nam ὑστερῶ τέτε nihil aliud est Græcis quàm *hoc mihi deest*. Credidit igitur juvenis iste plus aliquid requiri, sed quid esset ignorabat[v]. Ὑστερεῖν significat, *à tergo remanere, & tardiùs venire*. Indè factum, ut etiam pro *defici* accipiatur[x].

c G. d Bru. sim. Mal. Mc. * Bru. f G. g Jun. par. 35. h Li. ho. i Pi. k Be. l Bru. m Be. n Bru. o G. p Bru. q G. r G. sic Mal. Mc. † G. * G. sic Bru. ‖ G. t G. sim. Bru. v G. x Be.

21. *Si vis perfectus esse*] Scil. in observatione mandatorum Dei[y], qualem te jactas[z]. Ostendimus suprà ad finem cap. 5. τέλειον dici quemvis verè Christianum. Nimirum vox ista, ut aliæ multæ, pro diversitate comparationis diversas habent significationes. Ità quicquid in hac vita est, rectè dicitur ἀτελὲς, si comparetur ad id quod in vita altera exspectamus. Et inter ipsos Christianos qui plurimùm profecerunt, *perfecti* dicuntur respectu *minus provectorum*. Aristoteles Metaphysicis τέλειον esse dicit rem quamque ὅταν κατὰ τὸ εἶδος, &c. (*quum nihil deest illi perfectionis quæ ipsi propria est.*) Ità videmus optimè hoc consequi ad id quod juvenis interrogaverat quid sibi deest. Apud Marcum Christus respondet, *Est adhuc quod tibi desit*: & deinde id dixit quod hîc sequitur. Unde liquidò apparet, τέλειον hîc dici cui nihil desit quod ad insistendum vitæ æternæ iter sit necessarium: idque ipsum insequens Christi ad Apostolos sermo demonstrat[a]. *Si vis perfectus esse*, i. e. ad altiorem illum gradum ascendere, quò homines attollo, vel, Christianus fieri, &c[b]. Si ad sublimissimum gloriæ gradum adspiras[†]. ¶ *Vade, Vende quæ habes*, &c. Σε τὰ ὑπάρχοντα, &c.] *Ea quæ sunt tibi*, &c. Bru. *Facultates tuas*, &c. Er. sic Camer. Be. Bru. sim. Sy. Aut omnia quæ possides, aut certè ea quæ usibus tuis supersunt, quomodo vox ὑπάρχοντα sumi videtur & infrà Luc. 12. 33. De perfectione quâ Christiani inter se comparantur hîc non agi ostendimus. Neque verò ea perfectio in bonorum dilargitione propriè consistit. Imò fieri potest ut quis bona sua dilargiatur, & tamen eam quæ Christiano necessaria est dilectionem non habeat, 1 Cor. 13. 3. quod hîc Origenes Thebani cujusdam exemplo demonstrat[c]. Cùm Christus vendere omnia & dare pauperibus *perfectionem* vocat, secundùm Idioma gentis loquitur, quibus hoc ità visum. In tractatu Peah, *Exhibitioni misericordiæ quoad nummos est stata mensura, nempe divitiarum pars quinta, ultra quam nemo tenetur pauperibus dare, nisi hoc fecerit ex extraordinaria devotione*. Adducit autem Gemara Hierof. exemplum R. Ishbab omnia sua distribuentis pauperibus. Non tamen istum Christus in perfectione Pharisaica ultimatè quiescere hortatur, sed animum ejus ad abnegationem mundanorum elevans, ad eam, ex ipsa doctrina Pharisaica, quam ipse professus est, provocat[d]. Christiani omnes parati esse debent sua amittere, ubi Deus id exigit, ut in temporibus vexatæ Ecclesiæ. Ideo sicut alios rebus enatis, ità hunc verbis, explorat Dominus, an in id paratus sit. Sciebat curam servandæ augendæque rei familiaris huic juveni obstituram quominus animo & corpore se in Christi disciplinam traderet, ideo eum tentat an hoc à se impedimentum removere possit, divenditis elargitisque rebus quæ ipsum à veræ sapientiæ studio avocabant. Narratur Anacreon talenta quinque à Polycrate sibi donata reddidisse, dicens, ὐ τιμῶμαι, &c. (*ea non digna esse solicitudine quæ iis impenditur.*) Narrantur alii in mare pecuniam projecisse, cum dicto, *Pereas, nè me perdas*. Tanti illis videbatur amovere rectè sapiendi moras. Et huic quidem fini suffecerit quovis modo se exonerare sarcinis. Sed Christus, ut quod bonum est quàm optimè fiat, suadet simul dari bona pauperibus; quia eâ ratione non tantùm se paraturus esset disciplinæ, sed opus editurus Deo gratum atque acceptum, quod δικαιοσύνη nomine appellari vidimus ad c. 6. [*Porrò*,] si juvenis iste, Christi secutus consilium, ipsi se formandum tradidisset, didicisset, illo Magistro, quid esset τὸ τέλειον τὸ νόμε, (*perfectio Legis*:) didicisset simul non à factis suis, sed à Dei misericordia, pendere[*]. Proponit ei Jesus absolutissimam [*vivendi*] formam, ut vel amplectatur illam, vel intelligat quid vitii in se lateat, amor nempe divitiarum[f]. Hoc præcepto voluit Christus illum probare, ostenderéque illi imperfectionem ejus[g]. Cæterùm non in ipsa divitiarum alienatione propriè consistit vitæ perfectio, sed in sequela Christi, &c[h]. Hoc autem mandatum (primariò & per se[i],) peculiare fuit[k], & personale; neque enim, ubi de eleemosynis agitur, hoc præcipitur, sed potiùs contrarium, 2 Cor. 8. 13. Secundariò autem potest esse generale præceptum, ut v. g. urgente persecutione omnia deseramus, & Christum nudum nudi ipsi sequamur[l]. ¶ *Habebis thesaurum*, &c.] Præmium, retributionem[m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ δεῦρο, &c.] *Et veni*, (vel, *adesdum*, Be. Sch.

y Bru. sim. Pi. z Be. a G. b Ham. † Bru. c G. d Li. ho. * G. f Bru. g M. sim. Camer. Med. 1. 28. h Bru. i Chem. k Camer. sic Chem. l Chem. m Mc.

Sch. sic Ca. Hortandi adverbium est, subintellecto πάρει, aut ἐλθέ, *Huc ades*, ut & Marc. 10. 21. Luc. 18. 22. Joh. 11. 43. Act. 7. 3, 34. Aliàs est adverbium, vel, 1. loci, sive ad locum, ut Il. δ'. 193. Μαχάονα δεῦρο κάλεσσον, *huc voca*; sive, quod raro fit, in loco, ut Apollon. lib. 2. 876. δεῦρο δαήμονες ἄνδρες ἔασι, *hic periti viri sunt*. Vel, 2. temporis, ut in Æschin. μέχρι δεῦρο εἰρήσθω μοι, *hactenus mihi dicta sunto*; item in Eurip. & Plat. [vide Sch.] & Rom. 1. 13. Ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο. Attici dicunt δεῦρο[n]. Δεῦρο dicitur ad unum; δεῦτε, ad plures[o]:) *Sequere me*, Mo. P. Ti. Er. Il. &c. *me* verum ad vitam Regnúmque Dei ducem, individuâ vitæ societate mihi adhæreto pauperem agenti vitam, observato & imitare doctrinam vitámque meam, &c[p]. His verbis addunt Marci Codices quidam, *crucem tollens*; ut intelligeret juvenis illam sectationem non carituram suis incommodis, quæ tamen forti animo essent devoranda. Sumendam hoc modo vocem ἀκολουθεῖν apparet ex v. 27. Notandum est, morem hunc Christo fuisse, ut viam salutis intelligere cupientibus non omnia simul per aversionem proponeret, sed optimo consilio ab iis exigeret ut se sectarentur, i. e. ut se in disciplinam suam traderent, paulatim profecturi in cognitione pietatis. Vide suprà 8. 22. & 9. 9. In Evangelio κατ' Ἑβραίους ut alia quædam, ità hæc quoque περικοπὴ erat interpolata: [quo modo vide in G.] Nimirum hæc ideo mutavit Ebion, quia Christum nec Dei Filium, nec νομοθέτην, sed nudum Interpretem Legis per Mosem datæ, agnoscebat. Sicut contrà Marcion apud Luc. 10. 25. delevit vocem αἰώνιον, nè ullam Judæis vitæ æternæ cognitionem ante Christi tempora fuisse fateri cogeretur. Ità *Dum vitant stulti vitia in contraria currunt*. Quæ inter quomodo medium veritas teneat, videre est ad cap. 5[q].

22. *Abiit tristis*] Tum ex pudore, quòd non responderet ei promptitudini obsequendi Christo, quam præ se tulerat; tum quòd desperaret se hoc præstare posse[r]: noluit enim tanti emere Christianam perfectionem[†]. *Abiit*, nè Christus pluribus illum persuaderet ad hoc agendum[t]. ¶ *Erat*, &c. Ἦν γὰρ ἔχων, &c.] *Habebat enim bona multa*, P. Nimirum, *Crescentem sequitur cura pecuniam*[v]. *Erat habens*, est Hebraismus[x]. Sed fallitur. Ità enim loquuntur disertissimi Græcorum. Demosth. Olynth. α'. εἰ ἐγνωκὼς ἔσῃ, pro, εἰ γνώσῃ. Et de falsa legat. πεπεπρακὼς ἦν, pro, πέπρακε. Aristoph. Vesp. τυγχάνει καθεύδων, pro, καθεύδει. Thucyd. l. 4. ὡς ἐγένοντο πλέοντες, pro, ὡς ἔπλεον[y].

23. *Difficile*, &c. ità Er. Tre. P. &c. Δυσκόλως] Τὸ κόλον cibus est. Indè εὔκολος, *qui cibum sine fastidio quemvis facilè sumit*; & metaphoricè, *moribus facilis, non morosus*. Contrà, δύσκολος, *qui fastidioso stomacho cibum capit*; & metaphoricè, *moribus difficilis & morosus*. Unde δυσκόλως, *difficulter, cum fastidio & ægritudine animi*[z]. Quod hîc dicit δύσκολον, infrà v. 26. vocatur ἀδύνατον (*impossibile*:) Solent enim nimirum ista promiscuè usurpari in rebus istius generis. Sic & Plato, Ἀγαθὸν ὄντα διαφερόντως καὶ πλούσιον εἶναι διαφερόντως ἀδύνατον (*Ut eximiè bonus sit idem qui eximiè dives est, fieri non potest.*) Eandem autem sententiam diversis subinde verbis repetens Christus, ut hîc, & magis etiam apud Marcum, apparet, vult id quod dicit nobis esse certissimum; scilicet opes plerumque esse malorum irritamenta, aut certè bonorum impedimenta. Causa est, quia plerumque hi, qui divites sunt, solent divitiis suis confidere, & quasi in illis ponere summam boni, ut Marcus indicat. Adde Psalm. 49. 6. & 52. 7. & Col. 3. 5. & 1 Tim. 6. 17. & Ecclesiastici 31. v. 8. & quæ diximus de *fallacia divitiarum* ad Matt. 13. & quæ ad cap. 5. & 6. Adde R. Israel, de Anima, c. 33. item Lactantium, l. 7[a]. Nihil perinde abstrahit hominem à Regno Dei ac divitiæ: non quòd per se malæ sunt, sed ex vitio naturæ nostræ, quia illæ possessores suos & variis vitiis, superbiæ, luxuriæ, &c. obnoxios reddunt, & inprimis ad suam fiduciam amorémque pelliciunt[b]. De eo divite hîc loquitur Christus qui divitiis suis fidit[c], ut patet ex Marc. 10. 24[d]. Qu. Cur de divitiis hoc dicit, cùm & alia multa salutem impediant, ut ambitio, libido, iracundia? Resp. Quia cæteræ res aliquos magis, plerosque verò minùs, impediunt; divitiæ verò ferè omnes retardant, quia omnes avaritiæ student: Vide Esa. 56. 11. Jer. 6. 13. & 8, 10[*].

[n] Sch. [o] Sch. ad Mat. 4. 19. [p] Eru. [q] G. [r] Bru. [†] Ham. [t] Bru. [v] G. [x] Be. [y] Sch. [z] Idem. [a] G. [b] Bru. [c] M. sic D. ex L. [d] D. Prov. 1. 3. 9. [*] Mal.

24. *Facilius est camelum*, &c. Κάμηλον, &c.] Κάμηλος & *camelum* animal, & *funem nauticum*, sive *rudentem*, significat[f], apud Judæos Ἑλληνίζοντας. Huc facit quòd & vox Arabica جمل, & Syriaca גמול, utrumque significant. [Hinc variant:] 1. De rudente loquitur[g]: Id suadent, 1. analogia major inter rudentem & filum quod solet per foramen acûs induci[h]. 2. Quòd ità Syri & Arabes hîc intelligunt[i]: [vide BA.] 3. Quòd vox κάμηλος ità sumitur in Suida[k], & in Scholiaste Aristophanis[l]; (at hi scribunt κάμιλος[m],) & in Phavorino: qui tamen hanc significationem hoc unico testimonio probat[n]. Sed nec κάμιλον ità sumi ulli Scriptoris idonei authoritate confirmatum reperio[o]. Nec eum Julius Pollux inter instrumenta nautica memorat[p]. Habent & Talmudici simile proverbium, *Gravis est exitus animæ ex corpore, ut rudentis per foramen angustum*[q]. 2. De Camelo animali loquitur[r]. Proverbium est de re quæ aut nullo modo, aut difficulter admodum, fieri potest[†]; usitatum apud Talmudistas, de *Elephanto*, &c[t]. Sub initio Gemaræ, *Dicunt homines*, *Non est elephas qui intret per foramen acûs*. Ibidem, Cùm aliquis incredibilia narrat, respondent, *Fortè ex Pombodita tu es, ubi traducunt elephantem per foramen acûs*[v]. Bab. Berachoth, fol. 55. 2. ubi agitur de in insomniis, &c. *Non ostendunt homini Palmam ex auro, nec elephantem incedentem per foramen acûs*, i. e. inquit Glossa, *rem quam non solitus est videre, nec de qua nunquam cogitavit*[x]. Christus autem *elephanti* loco substituit *camelum*, tanquam animantis genus in Syria vulgò notius: ut alibi *oculum* posuit pro *dentibus*, Matt. 7. 3. *Ejice ex oculo tuo*, &c. pro quo in Ebræorum paroemia est, *ex dentibus tuis*[y]. Absurdum videtur hoc de *camelo* sumptum proverbium[z]. Sed quò absurdius hoc est & impossibilius eò verior est Christi sententia[a]. In talibus adagiis nihil necesse est exactam inter partes collatas comparationem institui, cùm soleant ornari ὑπερβολαῖς. Tale est illud Jer. 13. 23. Simile & illud Latini veteris, *Citiùs locusta pepererit Lucam bovem*[b]. *Foramen acûs* intellige quod acus vel habet, vel facit[c]. Quod hîc est τρύπημα[d], à τρυπάω, *terebro*[*], id Marc. 10. 25. & Luc. 18. 25. est τρυμαλιά[f], à τρύω, *perforo*; unde ἡ τρύμη, *foramen*[g]. Non ineleganter autem dives turgens ac tumens opibus, quæ ipsi sæpe magis oneri sunt quàm usui, ut quas bajulat aliis potiùs quàm sibi, Camelo comparatur, & angusta porta quâ intratur ad vitam, de qua suprà 7. 14. foramini acûs[h].

25. *Mirabantur*, Ἐξεπλήσσοντο] *Expaverunt*, Er. *Perculsi sunt*, Be. Pi. non pro sua tantùm, sed & pro aliorum, salute soliciti[i]. ¶ *Quis ergo*, &c?] Movit Apostolos quòd viderent etiam eos, qui divites non essent, tangi tamen divitiarum cupiditate: fortè & ex rationis similitudine crediderunt alia quoque esse si non divitiis paria, saltem proxima, ad obstruendam viam quæ in cœlum duceret[k].

26. *Aspiciens*] Sub. *eos*, Bru. ex Sy. Be. Pi. &c. scil. Discipulos[l]: vel, 1. ut benigno intuitu sedaret anxium ipsorum animum[m]. Vel, 2. ut indicaret se nôsse cogitationes, & sermones quamvis secretos: hoc enim loquebantur *inter se*, Marc. 10. 26. h. e. tacitè, & summissâ voce[n]. Vel, 3. tanquam exempla eorum qui per tales angustias intrant, &c[o]. ¶ *Apud homines* (i.e. Opibus, artibus, scientiis, viribus solis humanis[p]:) *hoc impossibile est*] Ut vel Camelus intret per foramen acûs, vel dives in cœlum[q]. Non est humanæ opis tam tenacia vincula abrumpere[r]. ¶ *Apud Deum*——*omnia*, &c.] Quæ posse potentiæ est[†]. Trita inter Hebræos sententia ex loco Gen. 18. 14. Job. 42. 2. Jer. 32. 17. Verba LXX in Genesi expressit Lucas, 1. 37. Similia invenire est apud Græcos, Homer. Epicharm. Callim. Pythag. Chalcid. [Verba vide in G.] Ovid. *Facile est omnia posse Deo*. Hoc autem effatum sicut alibi generaliter aptatur ad omnia ea quæ ullo modo possunt habere τὸ εἶναι, h. e. aut in semetipsis, aut in Dei natura, non habent ἀντιφατικὸν, ità hîc propriè ad ea refertur quæ aut pars sunt, aut adminicula, pietatis: quomodo & Paulus dixit, *Omnia possum per Christum*, &c. Phil. 4. 13. Ità potest Deus humiliter invocatus gratiæ suæ afflatu præstare divites immunes à divitiarum contagio, ut sint *habentes*——*sed non abutentes*, 1 Cor. 7. 29, 30, 31. Quod non tantùm his contingit qui semel universim bona sua dilargiuntur

[f] Ca. FA. 1. 2. 5. 91. [g] Ca. BA. ib. Th. in Camer. [h] BA. ib. sim. Ca. [i] BA. [k] Er. [l] Q. in Be. [m] Be. Ham. [n] Ham. [o] Be. [p] Er. [q] BA. ib. [r] Er. ex Hi. Be. D. G. Scul. &c. [†] D. prov. 1. 3. 9. [t] Be. ex Canin. sim. D. Li. ho. &c. [v] D. adag. Heb. 1. 3. [x] Li. ho. [y] D. prov. ib. [z] Q. in Mal. sim. Ca. [a] Mal. sim. Bru. [b] G. [c] Bru. Me. T. [d] D. prov. [*] Sch. [f] D. prov. Sch. [g] Sch. [h] Bru. [i] Idem. [k] G. [l] Bru. [m] Bru. sim. Sch. ex Camer. [n] Me. ex Mal. [o] Ham. [p] Bru. [q] Idem. [r] G. [†] Bru.

tur egentibus, sed & his qui particulatim id faciunt, dimenso suo frugaliter contenti [t]. [Sensus loci,] Homines per se divitiis renunciare non possunt, sed Dei beneficio possunt [v]. Potest Deus divitibus aliam dare mentem [x], ut sibi, non opibus, fidant, ut opes distribuant [y]; ut pristina vitia deserant, &c. Docet his verbis Christus, homines in seipsis prostratos & sibi diffisos in unam Dei gratiam recumbere, & virtutem è cœlo implorare. Exigit majora viribus nostris, sed idem addit opem, ut possimus quod jubemur. Dives & minùs capax est gratiæ Dei quàm pauper, & eam validiùs oppugnat. Hæc omnia eò tendunt, ut divitiarum contemptum ingenerent [z].

27. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te*] Duo quæ Christus à juvene exegerat, Petrus à se sociisque suis ait præstita, verè, quanquam, ut quidam putant, jactantiùs pauló. Tertium non addit, de bonis vendítis donatísque pauperibus, quia neque hoc ab illis exegerat Christus, neque conveniebat eorum tenuitati. Quid enim venderent? casámne? at ea uxores, liberos, fortè & parentes ac fratres, receptabat. Navicula, quâ piscari solebant, illorum propria, an communis cum aliis, fuerit, perincertum est. Prædia & reliquum vitæ χρῆμα (*subsidium*) non habebant. Quare, cùm & curam rerum suarum & artem, cujus fructu se & familiam sustentare solebant, reliquissent ut Christum sectarentur, fecerant non minùs quàm facturus erat juvenis si bona non necessaria vendidisset. Hâc fiduciâ interrogat Petrus, *Quid*, &c [a]. Fuerunt quidam inter Apostolos divites, ut Matthæus, &, ut quidam putant, Bartholomæus: cæteri autem sua omnia reipsâ reliquerant, plura relicturi, si plura suppetiissent [b]. ¶ *Quid ergò erit nobis*] Nempe mercedis aut præmii [c]? Num thesaurus ille juveni promissus [d]? Poterat eum Christus retundere dicendo, Quod fecistis, vobis fecistis, non mihi, ut verba à me acciperetis vitæ æternæ: non est quòd mihi aut Patri imputetis. Sed pro sua bonitate spem illorum fovet, aitque non carituram peculiari honoris præmio istam qualiscunque jacturæ tolerantiam [*]: nec virtutem eorum ex rerum derelictarum quantitate aut modo æstimat, sed ex animo affectúque relinquentium [f].

28. *Vos*] Apostoli [g]. Potest tamen esse generalior Christi responsio quàm Petri petitio, scil. ut fideles omnes comprehendat [h]. ¶ *Qui sequuti estis me*] Nempe si perseveretis: nam Judas hîc non comprehenditur [i]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ] *In regeneratione*, Mo. P. Ti. Er. Il. Be. Pi. V. &c. *In renovata vita*, Ca. *In generatione ventura*, Ar. *In seculo novo*, Tre. ex Sy. sim. Pers. [Refertur hoc,] vel, 1. ad præcedentia [k]. Regenerationem ad priorem Christi adventum refero, quia tunc mundus renovari cœpit [l]. Regenerationem hîc intelligo quæ fit lavacro Baptismi, & fidei sanctificatione [m]. Renovandum mundum in adventu Messiæ asserunt Scripturæ, & credunt Judæi, at sensu crassiori. Christus ergò hâc voce Discipulos ad rectam rei apprehensionem revocat, Renovationem illam innuens non corporis, aut substantiæ mundi, esse, sed doctrinæ & morum; homines renovandos, regenerandos, non fabricam mundi [n]. Vel, 2. ad sequentia [o]. Ità *regeneratio* sumitur pro resurrectione mortuorum [p]; quæ certè παλιγγενεσία est instar [q]; quâ electi regenerantur ad gloriam [r]: vel pro renovatione non modò hominum, sed & mundi omnísque creaturæ [†], in consummatione seculi [t]: de quo vide Esa. 65. 17. & 66. 22. Rom. 8. 21. 2 Pet. 3. 13. Apoc. 21. 1, 5 [v]: vel, pro Ecclesiæ renovatione post ascensionem Christi in cœlos, indéque Spiritûs S. missionem: quam rerum conversionem mirum non est παλιγγενεσίαν appellari. Huc enim illud Esa. 65. 17. *Ecce creo — novum cœlum*, refert Apostolus, 2 Cor. 5. 17 [x]. Παλιγγενεσίας autem, (i. e. חדות, sive *novi seculi*, ut Syrus loquitur [y],) voce, indicari hîc puto ipsum Messiæ Regnum inchoandum post resurrectionem Christi [z], de quo agens Paulus, inquit, *omnia facta sunt nova*, 2 Cor. 5. 17 [a]. Gentiles in Ecclesiam recepti, ritus Judaici aboliti, &c [b]. Et alibi diximus Judæis quoque id tempus *seculum futurum* appellari. Nam & quod sequitur, *quando sedebit*, &c. plerumque & propriè eò refertur, ut collatis locis manifestum est. Appellationem autem *genituræ* hoc

[t] G. [v] Ca. [x] M. sim. Be. Bru. [y] M. sim. Bru. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. [c] Bru. sic G. [d] Bru. [*] G. [f] Bru. ad v. 28. [g] Bru. [h] J. Cap. [i] Bru. [k] Q. in Be. Ga. ex Hilar. Calv. &c. [l] Calv. [m] Hil. in Ga. adv. 33. 337. [n] Li. ho. [o] Be. G. &c. [p] Pi. sim. M. Be. J. Cap. &c. [q] J. Cap. [r] M. [†] Bru. sim. Mal. Pi. [t] Bru. sim. Mal. [v] Mal. [x] Cam. [y] G. [z] G. sim. Ham. [a] G. [b] Ham.

sensu receptam fuisse apud Judæos etiam Josephus nos docet 2. adv. Appionem, nec non Philo, de Caino. [Verba habet G.] ¶ [*Cùm sederit — in sede*] Vel, *throno*, Be. Pi. &c. i. e. in nube splendidissima [c], in qua Christus venturus dicitur, Matth. 24. 30. & 26. 64. Apoc. 1. 7. & 14. 14 [d]. De extremo Judicio loquitur [*]. Thronum hunc insidere cœpit Christus continuò post ascensionem; gloriæ tamen ejus plenissimæ manifestatio referri solet ad ultimi Judicii diem [f]. ¶ *Sedebitis & vos super sedes* (vel, *thronos*, Be. Pi. &c.) *duodecim*, *judicantes*, &c.] Non stabitis, ut cæteri qui judicandi erunt, sed mihi assidebitis, ut Regibus consiliarii, &c [g]. Proximum mihi Regi honorem occupabitis: κρίνειν hîc tantum valet quantum *præesse*, ut ἐλληνικῶς: quia plerumque Præsides juri dicundo vacant. Unde מדינה Hebræis *præfectura* dicta est. Sumpta est tralatio à veteri statu Regni Israelitici, in quo οἱ φυλάρχαι proximè ad Regiam majestatem accedebant, & in publicis cœtibus juxta ejus solium sedebant in sellis curulibus, quæ hîc, ut in Apocalypsi, *throni* vocantur: unde & Angelorum primores *throni* vocantur, Col. 1. 16. Alibi quoque Christus eâdem tralatione utitur Luc. 22. 29. ubi & alterum additur, assessuros ipsos mensæ Regiæ, quod esse solebat maximorum procerum [h]. De statu Regni sui, déque Apostolorum in eo dignitate ænigmaticè loquitur verbis Regum, &c. potiùs dignitatem quàm spiritualem Ecclesiæ statum significantibus [i]. Deducuntur hæc verba ex Dan. 7. 9, 10. eáque sic exponunt plerique, sanctos scilicet die Judicii Christo assessuros, ac judicium ejus approbaturos. At hîc habes mentionem 12 tantùm thronorum, & 12 tribuum Israelis judicandarum, quum in scena Judicii extremi semper in S. S. tam sancti, quàm impii, repræsentantur stantes coram Tribunali Christi, Mat. 25. 32. 2 Cor. 5. 10. Throni ergò isti in Daniele erecti non de ultimo Christi Judicio intelligendi sunt, sed de judicio suo in ingressu ejus in Imperium suum Evangelicum, de quo Psal. 2. 6. Matth. 28. 18. Joan. 5. 27. Nam adverte scopum & seriem Prophetæ, Post dirutas scil. 4 Monarchias, quæ orbem Ecclesiámque infestâssent, oriturum Regnum Christi, &c. Thronus gloriæ h. l. intelligendus est de Judicio à Christo ferendo in populum Judaicum: quo sensu sæpe sumitur *adventus Christi in gloria*. Assessio hæc Apostolorum non tam personalis est, quòd Judas jam fuerit è numero, sed doctrinalis, q. d. Cùm judicium tulero de gente vestra impia, tunc eos condemnabit doctrina vestra. Vide Rom. 2. 16. Hinc liquet, Evangelium omnibus 12 tribubus Israelis prædicatum ante excisas Hierosolymas [k]. Summam hic in terris Apostolorum in Ecclesia authoritatem h. l. significat [l], ut colligi potest, tum ex *donatione clavium* Apostolis facta, tum ex Matth. 20. ubi spem matris Zebedæi de terrena filiorum dignitate enervat, &c. Nec tamen futuram [in cœlis] Apostolorum dignitatem hîc excludi velim, tum quia *sancti mundum judicabunt*, 1 Cor. 6. 2. tum quia ei adjungitur *participatio mensæ ejus in Regno suo*, Luc. 22. 30. tum quia in loco huic parallelo, Marc. 10. 30. mentio fit mercedis non hujus tantùm seculi, sed & futuri [m]. Parem singulis Apostolis dignitatem Christus h. l. dat, pares thronos, & parem jurisdictionem [n]. Hi porrò *judicare*, &c. dicuntur, 1. per comparationem vitæ bene actæ [o], ut illi Matth. 12. 41, 42 [p]. 2. per approbationem sententiæ Judicis, ut omnes sancti, 1 Cor. 6. 2 [q]. 3. modo aliquo honorificentiori [r], & Apostolis peculiari, tanquam Regis legati, primíque consiliarii [†]; qui Judici assident, illi proximi, & sententiam à supremo Judice rogati, contra sontes ferunt [t], ex quorum calculo Christus sententiam feret [v]. Ut Moses dicitur Judæos *accusare*, Joan. 5. 45. ità & Apostoli *judicant*, tanquam Doctores, tanquam testes, accusantes eos, & condemnantes, ob incredulitatem, &c. Qu. 1. Quî dicit, *super 12 thronos*, cùm, Juda excluso, 11 tantùm superessent? Si addas Paulum & Barnabam, [& Matthiam] plures erunt [x]. *Resp.* 1. Est numerus certus pro incerto [y]. 2. Synecdoche est, quâ de multis certâ ratione conjunctis, acsi unum totum constituerent, aliquid dicitur conjunctim, quod tamen non spectat ad singulos præcisè. Sic Gen. 35. 26. *Hi sunt filii Jacob — nati — in Mesopotamia*, quod non pertinet ad Benjaminem, qui tamen reliquis v. 24. annumeratur. Heb.

[c] Me. & T. ex Mal. [d] Mal. [*] Mal. sim. Bru. [f] J. Cap. [g] Bru. [h] G. [i] Cam. [k] Li. ho. [l] Cam. sim. Ham. [m] Ham. [n] Cam. [o] Me. Ha. & alii in Mal. [p] Bru. Mal. [q] Q. in Mal. & Bru. [r] Mal. [†] Bru. [t] Me. sim. T. [v] T. [x] Mal. [y] Bru. Aug. & Bed. in Mal.

11. 13. *Fide mortui sunt isti omnes:* nec tamen Enoch mortuus est[z]. Ità h.l. respicit Christus ad numerum Apostolorum[a], à se ordinatum[b], quem, Judâ sublato, truncatum, compleri voluit, suffecto ei Matthiâ[c]. 3. Non tam de personis Apostolorum loquitur, quàm de præsenti personarum statu[d], iisque hoc præmium promittit, sed sub conditione[*], si officio suo bene functi fuerint[f]. 4. Ut quadraret 12 tribubus, &c[g]. Alioquin his pares erunt Matthias, Paulus & Barnabas[h]. Qu. 2. Cur 12 tantùm tribuum meminit, quum 13 essent, si Levitica numeretur; nec Judæis solis, sed & gentibus prædicatum esset Evangelium[i]? Resp. 1. Quanquam ob duplam Josephi liberum portionem factæ erant Tribus 13; solent tamen plerumque nominari 12, Act. 26. 7. Jac. 1. 1. quia Levitica nullas habebat sedes seorsim, ac proinde nec proprium φυλάρχην, (*tribus principem*[k]:) nec tam ad homines pertinebat, quàm ad Deum, cui, primogenitorum loco, oblata fuit[l]. 2. Non mirum, si Christus tunc temporis totam Ecclesiam nomine 12 *tribuum* designaret[m]: loquitur enim Christus accommodatè ad eos, & cum quibus loquebatur, h.e. Apostolis, & de quibus, h.e. Judæis; cum quibus voluit Apostolos comparare, & cùm illis præfert Apostolos, eos sanè omnibus præfert[n]. Ecclesia Christiana prima fuit ex puris Judæis conflata; iisque primùm disertè promissus est Messias; Gentibus, tantùm secundariò, ac non nisi à Judæis contemptus, Act. 13. 46[o]. & Gentes, tanquam oleaster, Judæis, velut oleæ, inserendæ erant, Rom. 11. 17, 19[p]. & mysterium vocationis Gentium nondum evulgatum erat Discipulis[q]. Hac eadem de causa omnium prædestinatorum numerus ad 12 Tribus revocatur, Apoc. 7. 4, &c. Confer & Apoc. 21. 21[r]. Al. *Judicantes 12 Tribus Israelis,* h. e. incredulos, utut à Jacobo oriundos: synecdochicè verò intelligit incredulos omnium gentium; qui cum Principe suo fidelibus subjiciuntur, Rom. 16. 20. Vide & Apoc. 2. 26. & 3. 21†. Ex hoc loco constat diversos esse gloriæ gradus; id quod Antiqui summo consensu statuerunt, primus Petrus Martyr de iis dubitavit, alii post eum audacter negarunt. Manifestum est, eminentiorem gloriæ gradum Apostolis hîc supra alios promissum; tum, quia præmium hoc est peculiaris ipsorum officii atque cultus Christi; tum, quia his constituuntur 12 throni, quo innuitur, eos eminentiori esse dignitate quàm 12 Tribus; qui tamen in statu beatorum esse h. l. supponuntur[t].

29. *Et omnis,* &c.] q. d. Non vos tantùm, sed & alii, &c[v]. qui idem fecerunt, aut saltem aliquid reliquerunt, illis magnum erit præmium, licèt vestro impar[x]. ¶ *Uxorem*] Non de Divortio hîc agit[y]; sed vult se uxori præferri[z], & posthabendam pietatis negotio Uxorem non minùs quàm cœteros affectus, quod & μισεῖν dicitur, Luc. 14. 26[a]: & spiritualia carnalibus anteponi, ut si uxor virum à Christo seducat, uxorem potiùs quàm Christum perdat[b]. ¶ *Centuplum*; ità Er. Il. Ti. &c. ut 2. Sam. 24. 3. 1 Par. 21. 3[c]. Ἑκατονταπλασίονα] *Centuplicia,* Be. Pi. &c. scil. singula, i. e. centies tantundem pro singulis[d]: quæ centies tanti sunt[*]. *Unum in centum,* Tre. Sy. in Bru. sub. *auctum,* i. e. pro una domo centum domos, &c[f]. *Centies tantò amplius,* V. i. e. multiplicia[g], nempe *in hoc ipso seculo,* ut sequentis membri oppositio evincit, & clarè exprimit Marcus; qui tamen addit, *attamen cum ærumnis*[h]. [Qu. Quo sensu hoc impletur?] Resp. 1. In spiritualibus bonis, animi gaudio, pace, &c. quæ longè superant, & abundè compensant, omnia terrena bona pro Christo relicta[i]. Sensus, q. d. Christum recipiet, qui est instar omnium, & pater, & mater, &c. Matth. 12. 49, 50[k]. Satis divitem se agnoscet Evangelii cognitione, quam nec universo mundo commutare vellet, sciens se curæ esse Deo, qui ea ipsi adjiciet quibus præsens vita opus habet[l]. 2. Etiam in corporalibus[m]: q. d. Christianis talium jacturam passis alii Christiani erunt vice istarum necessitudinum[n], & amorem, curam, opem, solatium tantum, illis impendent, quantum centum fratres, patres, &c. impendere possunt[o]; quódque ex aliorum prædiis tantum percipient quantum ipsorum moderatis desideriis sufficiat[p], & præstò erunt illi centum domus[q], & centum agrorum proventus, si opus sit[r], multóque majorem voluptatem haurient ex ista fraterna charitate quàm dolorem ex contractis offensis, aut tolerato rerum dispendio†: vehementiores enim dulcioresque sunt affectus spiritûs quàm naturæ, & vehementiùs amat quem conciliavit pietas, quàm quem adjunxit nativitas[t]. Exemplum habemus in Paulo, cujus ignominia honore, dolor gaudio, paupertas rerum abundantiâ, miris vicibus pensabantur, ut videre est 2 Cor. 6. 8, 9, 10. Falli autem Irenæum (is enim est quem, nomine suppresso, reprehendit Hieronymus) cùm hoc quoque testimonio probare nititur terrenam felicitatem anticipatæ resurrectionis, ex Marci verbis apertum mihi videtur. Is enim ait, ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, quod continuum, neque interruptum, vitæ hujus cursum significat. De ipsis autem Mille annis alibi dicendum erit[v]. ¶ *Et vitam æternam possidebit*] Subaudi ex aliis Scripturæ locis, si cætera requisita concurrant, nec aliunde impedimentum objiciatur[x]. Hoc olim in Levitis adumbratum, *qui*, inquit Philo, *reliquerunt parentes, liberos, fratres,* &c. *ut pro mortali immortalem portionem invenirent*[y].

30. *Primi, novissimi,* &c.] Vel, *ultimi,* Be. Pi. i. e. prorsus è cœlo excludentur. Sensus loci, Multi qui nunc sunt primi in Ecclesia, nempe opinione hominum, quales Scribæ & Pharisæi, ultimi erunt, & qui nunc in Ecclesia visibili pro ultimis, adeóque nullis, habentur, quales apud vos sunt Publicani & peccatores, erunt primi, h. e. promptè in cœlum intromittentur[z]. Qu. Quorsum hoc adjungit Christus[a]? Resp. 1. Ut homines ad sequendam Evangelicam perfectionem singulari præmio magis accenderet[b]. 2. Nè Apostoli (quòd primi vocati essent[c],) nimiâ securitate languerent[d], & à posterioribus discipulis, pertinaci virtutis exercitatione, prævertenterentur[*]. Nè Petrus & cæteri, quorum confidentia Christo non erat ignota (vide Matth. 20. 21, 22. & Luc. 22. 24[f].) ob magnificam hanc promissionem sese aliis præferrent[g], his verbis immodestiam, fiduciam sui elationémque, reprimit, &c[h]. q. d. Bene sanè cœpistis, multósque alios antevertistis, sed metam nondum attigistis: modesti ergò estote, nolite arroganter de vobis sentire, nè vobis idem accidit quod Judæ, qui ex primo ordine inter novissimos relapsus est. Plura de hoc dicto vide ad Matth. 20. 16[i]. 3. Quòd prævidebat multos in Ecclesia futuros, qui omnia relinquerent actu, non tamen affectu, ad quos suprà dicta promissio non pertinet[k]. 4. Occurrit tacitæ Apostolorum objectioni, Quomodo nos idiotæ vilésque homunciones tot nobilibus, literatis, &c. præcellere poterimus? Respondet, Multi qui in hoc seculo sunt primi viribus, opibus, scientiâ Legis, opinione sanctitatis, auctoritate, &c. in futuro seculo ultimi erunt, h. e. nulli, contemnentur, abjicientur, &c. & contrà, &c. Dicit, *multi*, non omnes, quia quidam, sed pauciores, & hîc & in futuro seculo primas tenent[l]. 5. Transgressio est ad sequentem tractationem, quâ Christus futurum indicat, ut Gentiles Judæis Fœderis secum initi antiquitate superbientibus, atque inter Judæos hi qui ob prioris vitæ peccata erant contemptissimi aliis pœnitentiæ remedium contemnentibus, æquissimo Dei judicio, præferantur. Solet autem Christus eventus tales obscuriùs indicare, ut alibi notavimus. Ideo quæ sequitur fabella non habet claram ἀπόδοσιν, sed ejus loco γνώμην tritam usu communi, quæ & inchoat & claudit narrationem. Eadem γνώμη huic quem dico sensui aptata invenitur Luc. cap. 13. vers. 28, 29, 30. cum quo loco conferendum quod suprà est 8. 11, 12. & infrà 21. 31, 32, tum verò Luc. cap. 7. vers. 29, 30[m].

Marginal notes, left column: z Glass. rhet. 1. 16. 4. 4. — a Glass. ib. sim. Eru. Cam. — b Bru. — c Cam. — d Mal. — * Eru. — f Mal. — g Cam. — h Eru. — i Mal. — k G. — l Mal. — m Cam. — n Mal. — o Cam. — p Cam. sic Mal. — q Cam. — r Mal. — † J. Cap. — t Med. l. 1. dissert. 23. p. 110. — v Eru. — x Mal. — y G. sim. Mal. Me. — z Mal. — a G. — b Me. ex Mal. — c G. — d Eru. — * Camer. — f Eru. — g Pi. sim. Mal. Me. — h G. — i T. — k Mal. — l M. — m T. — n G. ex Orig. Th. &c. sim. Eru. T. — o T. — p G. — q Eru. — r T. sim. Eru.

Marginal notes, right column: † G. sim. Eru. — t Eru. — v G. — x Eru. — y G. — z Pi. — a Mal. — b Mal. ex Chrys. & Euthym. — c Mal. — d Me. ex Mal. — * T. — f Gom. ad Matt. 20. 1. — g Chem. — h Gom. — i Chem. — k E. — l Eru. — m G.

CAP. XX.

1. Simile, &c. Ὁμοία γὰρ, &c. *Simile enim est regnum cœlorum patrifamiliâs*] i. e. Vineæ, in quam paterfamiliâs operarios conduxit. Hypallage est, qualis Matth. 13. 24. *Simile est regnum — homini seminanti —* i. e. semini bono, ut v. 38. exponitur. Sic ibid. v. 45. *Simile est — quærenti — margaritas,* hoc est, simile est margaritis. *Regnum cœlorum* hoc loco, est Ecclesia Christiana,

Christiana, ut circumstantiæ demonstrant [a]. [Sensus,] Similiter se habet æquitas Divinæ dispensationis circa Regnum cœleste ac si quis paterfamiliâs exiret, &c [b]. Τὸ γὰρ hîc malè omittitur à Vulgato [c]: abest tamen in Ar. & in Evang. Heb [d]. Adest autem in Syro*, & in quibusdam libris Latinis [f], & rectè: omnino enim adhibetur hæc similitudo confirmandæ proximè præcedenti sententiæ [g]; quod etiam constat ex ipsa hac sententia ad calcem illius repetita, v. 16 [h]. Similitudo hæc non defecta est, qualis illa Matth. 13.19. sed perfecta, constans protasi, sive simili illustranti, *patrisfamiliâs*, &c. & apodosi, tum generali, h.l. *Simile enim regnum cœlorum*; tum speciali, v. 16. In hac autem similitudine, ut in aliis, quædam sunt dissimilia, ad ornatum, non scopum, parabolæ, spectantia. Talia sunt, quòd hi operarii exspectant vocantem, v. 1, 3, &c. non sic operarii Ecclesiæ, Joh. 6.44. Eph. 2.8, 9. deinde vitia operariorum post mercedis distributionem; arrogantia, v. 11, 12. murmuratio, v. 13. invidia, v. 15. quæ omnia ab operariis Ecclesiæ in ultimo die alienissima sunt [i]. *Simile*, &c. scil. quoad exclusionem eorum qui videntur nunc esse primi, & intromissionem eorum qui nunc videntur postremi [k]. *Paterfamiliâs*, h. l. est, vel Deus [l]; qui *agricola* dicitur, Joan. 15. 1. cujus vinea est, Matth. 21. 28, 33. quomodo Deus populum suum vocat, Esa. 5. 7. Jer. 2. 21. & 12. 10. &c [m]. Vel, 2. Christus [n]; qui semper in hunc modum, quasi in forum, exiit; hic enim olim Patriarchis apparebat, & Prophetis loquebatur [o]. ¶ *Qui exiit*] Id est, prodiit in publicum [p]; vel in forum, ubi stabant operarii exspectantes conductorem*. ¶ *Primo mane*; ità Pers. Æth. Ca. Ἅμα πρωῒ] Homerus, ἅμ' ἠοῖ φαινομένῃ. Alii, ἅμ' ἠοῖ [q]. [Sic vertunt,] *Cum diluculo*, Ar. Mo. *Cum prima luce*, Be. P. Pi. *Primo statim diluculo*, Er. Il. Ti. sim. Sy. V. Ante Solis ortum [r]. Ut Christus vocavit 12 Discipulos initio prædicationis suæ †. Tempus operandi est ab exortu Solis usque ad prodeuntes stellas [t]. ¶ *In vineam*] Id est, In usum (vel cultum [v]:) vineæ suæ, εἰς est pro Heb. ל [x]. *Vinea* hîc denotat, vel, 1. justitiam & mandata Dei, quæ ut colant, homines vocantur. Ità Iren. Chrys. &c. vel, 2. totum mundum, ut Athan. vel, 3. cujusque animam, ut Th. vel, 4. Ecclesiam, ut Orig. & Greg. Hoc malo ||.

2. *Conventione*, &c. Συμφωνήσας] *Conveniens*, Mo. sic Ar. *Pactus*, P. Ti. Be. Sy. &c. ¶ Ex, &c. Ἐκ δηναρίου] *Denario*, P. Ti. Be. Sy. &c. *De* (vel, *Ex*, Mo.) *denario*, Ar. Argenteo scilicet, quem Aureus excessit vigesies & quater [y]. *Denarius diurnum stipendium*, Tacito [z]. Denotat h. l. vitam æternam, ut omnes consentiunt, excepto Basilio, qui aliquod hujus vitæ præmium intelligi vult †. ¶ *Diurno*, τὴν ἡμέραν] Subauditur κατὰ [a]. *Diem*, Mo. *In diem*, Sy. Ar. V. Be. P. Pi. &c. *In singulos dies*, Er. *Dies* hîc ponitur, vel, 1. pro tota vita hominis [b]. Ità sumitur & Psal. 95. 7. Heb. 3. 7 [c]. Joh. 9. 4. & 12. 35 [d]. Ità sumi credo in Oratione Dominica. Quin & seculum æternitatis vocatur *dies*, 2 Pet. 3. 18*. Vel, 2. pro toto tempore inter initium & finem mundi [f]. Cui favet, quòd vespera est tempus ultimi Judicii, ideóque manè est mundi initium [g]. Vel, 3. pro toto tempore à primo adventu Christi ad secundum diem, de quo hîc agitur [h]. Ego primum malo [i].

3. *Circa horam tertiam*] Scil. à Solis ortu [k], & intellige finitam [l]. In V. & N. Testamento non sunt accipiendæ horæ Æquinoctiales, quibus hodie utimur, sed inæquales, quæ Καιρικαὶ dicebantur, quòd pro ratione καιρῶν variarent [m]. Hæ horæ Judæis, sicut & Romanis, teste Cœlio, lect. antiq. 12. 9. longæ erant, si dies longa esset, breves, si brevis, &c. Harum autem quatuor, 1. 3. 6. 9. æquali à se mutuo spatio distantes, serviebant loco quatuor partium principalium diei, in quas opera negotiáque diurna, tum profana, tum sacra, dividebantur [n]. Diversæ horæ hîc denotant diversas ætates; vel, 1. mundi, ut prima hora sit ab Adamo ad Noe, &c [o]. Quò alludi videtur 1 Joh. 2. 18. *Novissima hora est* [p]: vel, 2. cujusque hominis [q]. Scopus enim parabolæ est ostendere alios aliis diutiùs laborâsse. Ut autem hoc probet, nihil refert quâ mundi ætate, sed quo ætatis suæ tempore, quisque vocetur. Obj. At sic vespera non esset finis mundi, qui tamen hîc indubiè intelligitur, sed uniuscujusque mors. Resp. Hæc duo in idem redeunt: quia enim usque

[a] Gom. [b] G. [c] Be. [d] Di. * Di. sic Bru. [f] Bru. [g] Ee. sim. Gom. Bru. [h] Bru. [i] Gom. [k] Pi. [l] Mal. ex Iren. Athan. Greg. &c. [m] Mal. [n] Mal. ex Hil. & Th. [o] Mal. [p] Bru. * Ham. [q] Cas. [r] Bru. † Ham [t] He. in Li. ho. [v] Bru. [x] G. || Mal. [y] Li. ho. ex He. [z] G. † Mal. [a] Bru. sic Camer. Sch. [b] Be. Mal. ex Hi. Chrys. Orig. [c] Med. 1. 23. 112. [d] Mal. * Med. ib. [f] Iren. Orig. Hil. Greg. &c. in Mal. [g] Mal. [h] Athan. in Mal. [i] Mal. [k] Pi. sim. Bru. Sch. &c. [l] Bru. [m] Sch. [n] Eru. [o] Hil. Greg. Th. &c. in Mal. [p] Mal. [q] Mal. ex Th.

ad finem mundi aliqui homines erunt, & uniuscujusque vita dies, mors vespera, est, ultima vespera erit finis mundi [r]. ¶ *Stantes in foro*] Parati omnibus qui ipsorum operâ indigebant †. Qui operas suas locatas volebant in foro tempus terebant. Sic in Pseud. Plaut. *Sed cur sedebas in foro, si eras coquus, Tu solus præter alios?* Ælian. Var. hist. *Pisistratus*, inquit, *Imperium nactus accersivit* τοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς σχολάζοντας, &c. (*homines in foris vacantes*, &c [t].) In foro plerumque versabantur homines otio dediti, quos ἀγοραίους vocat Lucas, Act. 17. 5. *forenses*, Cicero sæpe; Festus, *ordinarios*; Plautus atque alii, *scurras*; Romani etiam, *subrostranos*; Ammonius, τοὺς πτωχοὺς, τοὺς ἐν ἀγορᾷ πωλουμένους [v]. *Forum* hîc est totus mundus, qui extra Ecclesiam est [x]; in quo omnes aut otiosi sunt, aut secularibus negotiis occupati, unde in Ecclesiam mittuntur [y]. ¶ *Quod justum* (vel, *æquum*, G. ex Sy.) *fuerit*] Quæ verba infrà v. 7. repetuntur in Græcis & Sy. at olim subintelligebantur, ut ex priscis Latinis exemplaribus apparet. Δίκαιον, ut sæpe ישר, *æquum* hîc significat, ut Phil. 1, 7. Col. 4. 1. 2 Pet. 1. 13 [z]. Denarius his non debebatur, quòd dies non esset integra [a]. Sensus, q. d. Fidei meæ committite pretium operæ [b]. Solemus duobus modis operam aliquorum conducere, aut præstitutâ mercede, aut indefinitâ promissione ejus quod æquum erat, unde non locati & conducti, sed præscriptis verbis actionem nasci aiunt Jurisconsulti. Quanquam autem nihil necesse est singulas fabellæ partes referri ad ἀνταπόδοσιν, tamen non frustrà videtur duplicis conductionis fieri mentio: quia sub dispensatione Fœderis Sinaitici obedientiæ merces proposita erat certa, definita ac sensibus obvia; beata scilicet terræ Cananææ possessio, vita longæva, & quæ alia Lex proponit: at sub dispensatione Novi Fœderis Sionæi spes obedientium posita est non in rebus conspicuis, sed in bonitate Divina, à qua confidimus nos impetraturos ea quæ nec oculus vidit, nec auris audivit [c].

5. *Circa sextam, & nonam*] Id est, Meridiem & tertiam pomeridianam [d].

6. *Circa undecimam*] Scil. finitam*: serò admodum [f]. Adeò solicitus erat, tum pro operariis, nè diem otio transigerent; tum pro vineæ cultura [g]. Dejotaro, in multa senectute urbem condenti, dictum est, *O Rex, horâ duodecimâ incipis ædificare*. Narrant Plutarchus Crassi Vitâ, & Appianus Parthico [h]. ¶ *Quid hîc statis*, &c?] q. d. Non debebatis ità stare [i]. Increpantis est, ut Act. 1. 11 [k].

7. *Quia nemo nos conduxit*] Non ergò jure nos reprehendis ut ignavos [l]. Culpam in alios conjiciunt [m]. ¶ Καὶ ὃ ἂν ᾖ δίκαιον λήψεσθε] Non legitur in Vulg. Hi. Evang. Heb. exstat autem in Sy. & Ar [n]. & in omnibus nostris vetustis Codicibus, excepto vetustissimo [o].

8. *Dicit—procuratori suo*; ità Er. Il. Be. P. Ti. Ca. &c. Τῷ ἐπιτρόπῳ] *Oeconomo*, vel, *Dispensatori*, Tre. Pers. Æth. G. *Præfecto domûs*, Sy. ¶ *Voca operarios*, &c.] Quorum mercedem apud se morari usque manè noluit, juxta Levit. 19. 13 [p]. ¶ *Incipiens à novissimis* (i.e. ab iis qui ultimi advenerunt [q]: sub. & *pergens*, Pi.) *usque ad primos*] Id est, nullâ ordinis inter ipsos habitâ ratione, sed ità ut nemo prætermittatur. Alioqui dicendum fuerat, *à primis usque ad ultimos*, ut Joh. 8. 9. *à senioribus usque ad ultimos*. Sed cùm æqualitas denotatur, solet inverti locutio, ut, *à parvo ad magnum*, Act. 8. 10 [r].

9. *Acceperunt singulos denarios*; ità Ca. Ἀνὰ δηνάριον] *Singuli denarium*, Er. Il. Sy. Tre. Be. Pi. Bru. Ἀνὰ sensu distributivo usurpatur †, ut Joh. 2. 6*. & æqualem distributionem significat [t], ut apud Medicos [v]: qui expositis rebus aliquot quæ æqualiter capiuntur, v. g. ad drachmam, jubent accipi ἀνὰ δραχμὴν [x]. Ἀνὰ hîc non est præpositio casum, eúmque accusativum, regens, ut putant Martinus Crusius, & Henricus Stephanus, sed adverbium nullum casum regens, valénsque, *singulatim*. Ità Apoc. 21. 21. non dicit, Ἀνὰ ἕνα ἕκαστος, &c. ut ex illorum sententia dicendum esset, sed, Ἀνὰ εἷς ἕκαστος, &c. *Unaquælibet portarum*, &c. ubi ἀνὰ distributionem notat [y]. Hebræi [pro ἀνὰ] dicunt איש [z].

10. *Plus*, Πλείονα] Vel est sing. *Majorem*, sub. *mercedem*; vel potiùs plurale, *plura* [a], subaudi χρήματα [b]. ¶ *Acceperunt & ipsi*, &c.] Hinc quidam colligunt, mercedem æternam, hoc *denario* significatam, non operibus propor-

[r] Mal. † Bru. [t] Pri. [v] G. [x] Mal. ex Orig. [y] Mal. [z] G. [a] Bru. sim. Li. ho. [b] Eru. [c] G. [d] Ham. * Bru. [f] G. [g] Eru. [h] G. [i] Pi. [k] Pri. [l] Pi. [m] Bru. [n] Di [o] Be. [p] Bru. sim. Li. ho. ex He. [q] Bru. [r] G. † G. sim. * Pi. [t] Bru. ex Be. sic Camer. [v] Be. sim. Camer. G. [x] Camer. [y] Sch. [z] G. [a] Ii. [b] Sch.

proportionatam, sed singulis parem, esse. Verùm non hoc negat, mercedem pro diversitate operum diversam fore, sed hoc tantùm, mercedem aut majorem, aut minorem, fore, prout citiùs, aut seriùs, in vineam vocati fuerint. Deinde Parabola hæc respicit Judæos & Gentiles, qui nec vocati, nec vocandi, erant eodem tempore, &c [c].

11. *Murmurabant*, Ἐγόγγυζον] Ità vocem לון vertunt LXX, ut Exod. 17. 3. Num. 14. 2, 27. & alibi. Latinè *obloqui* non malè verteris [d].

12. *Unâ*, &c. Μίαν ὥραν ἐποίησαν] Ex Hebraismo, non ex Latinitate, interpretandus locus*. *Unam* (vel, *Per unam*, ut subaudiatur κατὰ [f] & sub. *tantùm*, Ca. Pi. Pers.) *horam fecerunt*, Mo. vel, *servierunt*, Æth. vel, *opus fecerunt*, Be. P. vel, *fuerunt in opere*, Er. Il. Ti. V. D. *operati sunt*, Pers. Ca. Optimè Syrus, עבדו, i. e. *opus fecerunt*, quomodo Terentius loquitur. Nam Hebræi ità & עשה & פעל usurpant. Vide Exod. 5. 9. collato loco, Levit. 23. 7. Sic & Exod. 20, 9, 10. Imò, ut pridem notatum est, exstat similis ἄνθρωπος apud Hebræos, & in eo idem loquendi genus [g]. *Facere*, hîc pro, *facere opus*. Musar, *Non fecisti cum illis nisi per duas horas*, &c [h]. Ellipsis nominis conjugati ex verbo eruendi, qualis Num. 11. 14. *Non possum—ferre*, subaudi משא, *onus*, quod in verbo נשא latet: & Psal. 76. 12. *Vovete, & reddite*, &c. sub. *vota* [i]. Al. ποιεῖν hîc non accipiendum pro ἐργάζεσθαι [k], sed pro διατρίβειν [l], *commorari*, vel *conficere*, sive *insumere* [m]. Ità vox sumitur Act. 15. 13 [n]. ποιήσαντες χρόνον, *quum transegissent tempus*, i. e. longo tempore ibi degissent [o]; & Act. 5. 34. & 18. 21. & 20. 3 [p]. item 2 Cor. 11. 25. Jac. 4. 13 [q]. Ità Demosthenes, χρόνον ἐμποιεῖς τοῖς πράγμασι, *Multum temporis insumis rebus* [r]. Et Basilius, Εὐσέβιος τρεῖς ἡμέρας ποιήσας, &c. *tribus diebus in urbe confectis* †. Et Suidas, in voce Βραχμᾶνες, καὶ ποιήσαντες μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν ἡμέρας τεσσαράκοντα [t]. Sic & Syrus vertendus, *unam horam fecerunt*, i. e. confecerunt, peregerunt [v]. Accusativus hîc est, vel transitivus [x]; vel temporis [y], respondens quæstioni *quamdiu* [z]: [ut vult prior interpretatio.] Forsan legendum, ἐπόνησαν vel ἐπόνησαν eodem sensu dicitur quo ἐπόνησαν, ut manifestè fit Ruth 2. 19 *. ¶ *Qui portavimus pondus diei* (i.e. laborem diurnum integrum [a]:) *& æstus?*] Id est, fervores, scil. diei, vel, Solis [b], vel meridiei [c]. Καὶ τὸν καύσωνα] *Et æstum*, Be. Pi. &c. *Pondus*, &c. notat laboris diuturnitatem; *æstus*, ejus difficultatem & molestiam [d].

13. *Uni eorum*] Pro omnibus, illique fortè qui vehementiùs murmurabat *. ¶ *Amice*, Ἑταῖρε] Est & apud Hippocratem & alios hæc compellatio leviter notis accommodata: eadem infrà 22. 12. Hebræis רע sic ponitur. Latinè dicerent, *bone vir*, aut, *mi homo* [f]. Ἑταῖρος communiter *socium*, aut *sodalem*, significat, ut Matth. 11. 16. Quo loco excepto, vox hæc semper in N. T. minùs laudabiliter accipitur, ut hîc, & Matth. 22. 12. & 26. 50 [g]. Sic & Græci & Latini ignotum compellare solent [h]. ¶ *Nonne*, &c. Οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι;] *Nonne denario* (vel, *de denario*, Camer.) *pactus es* (vel, *convenisti*, Camer.) *mecum?* Be. Pi. Sch. &c. Συμφωνεῖν propriè est verbum Musicum, unde συμφωνία, *concentus*. Significat autem & *consentire*, ut Mat. 18. 19. Act. 5. 9. & 15. 15. & *pacisci cum aliquo*, ut in Xenoph. *Reliqui autem συνεφώνησαν*, &c.—*pacti sunt cum Pharnabazo*, &c. Hinc τὰ συμφωνηθέντα, *pacta, conventa* [i].

14. *Vade*, Ὕπαγε] *Abi*, nihil tibi ampliùs mecum negotii, nihil tuâ refert, si velim [k]. ¶ *Volo*] In omni hac narratione admiranda est ἀναλογία. Nam hoc modo rejicere solemus importunos responsatores; *Ità volo, ità mihi videtur*: vide & infrà 15. ¶ *Sicut & tibi*] Malè cohærere hoc videtur cum eo quod sequitur infrà [v.] 16. & quidem connectente particulâ οὕτως. Hîc enim æqualitas videtur designari; ibi inæqualitas: tantóque magis si observemus idem illud quod infrà est ἐπιφώνημα, apud Lucam referri ad Judæos exclusos à Regno; alienigenas autem admissos. Video multis modis hunc nodum solvi. Mihi nihil occurrit probabilius quàm *Denarii* similitudinem referre ad qualemcunque ἀνταπόδοσιν bene aut malè, σαρκικῶς, sive πνευματικῶς, navatæ operæ. Nam & μισθαποδοσία simili modo usurpatur, Heb. 2. 2. Adde Apoc. 22. 12. Et in hoc quidem æquitas Divina, in eo autem summa & benignitas & libertas, apparent, quòd Deus, ad ignorantiæ tempora conniveens, pridem edoctos seriùs edoctis adæquat. Neque aliter hunc locum interpretatus est Basilius. Vide & quæ diximus suprà ad vocem δίκαιον [l].

15. *Aut non licet mihi* (non mihi est per te liberum [m],) *quod volo facere?*] Vulgatus hîc omittit [n], id quod Græcè Syriacéque legitur, ἐν τοῖς ἐμοῖς [o] [quod sic vertunt;] *De meo*, Er. Bru. ex Aug. *De*, vel *In meis*, sub. *rebus*, Be, Bru. vel, sub. *bonis*, sive facultatibus? Conjunctione disjunctivâ [ἢ] fit hîc transitio ad aliud argumentum. Probat se non facere injuriam, &c. quia potestatem habet bona sua dandi cui velit [p]. Jam dixi ità rejici solere importunos. Neque ideo cogitandum est nihil aliud dici posse pro Divina dispensatione quàm illud, *Sic volo, sic jubeo*; cùm hujus ipsius dispensationis causæ alibi sæpiùs reddantur, tales quæ Divinam sapientiam maximè doceant. Sed is mos est Deo: Humiliter se venerantibus exactas sæpe reddit consiliorum suorum rationes, ut Gen. 18. contumacibus jure imperii silentium indicit; quasi Rex crassis hominibus de lege æquissima quærentibus diceret, vobísne ego consiliorum meorum rationem reddam [q]? Hic locus Divinæ ordinationis τὸ ἀνεξιχνίαστον (*impervestigabile*) demonstrat nobis: rationes ejus humanis rationibus non obnoxias ob oculos ponit: illustratúrque cùm toto nono cap. ad Romanos, tum præcipuè (vel ob conformitatem loquendi) v. 21. οὐκ ἔχει, &c [r]. ¶ *An*, &c. Εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός, &c.] Εἰ non est hîc causale, sed percunctativum, [sive percontativum] quomodo Syrus & Latinus reddiderunt, ut suprà 12. 10 †. *An oculus tuus malus*, &c. Be. Pi. &c. Si legas εἰ, *si*, pendet à superioribus oratio, ut fit sensus, *Num ideo mihi minùs licet benigniter facere de bonis meis ut volo, si tu oculum habeas malitiosum & invidum?* cùm *ego certè non possim non esse bonus?* si legas ἢ, *an*, (apparet enim aurium errore variatam scripturam,) sensus est, *Num mea benignitas in cæteros cruciat tuos oculos* *? *Malus*, i. e. vel, 1. invidus [t]. Similiter Græci βασκαίνειν dicunt pro φθονεῖν, *invidere* [v]. Vel, 2. avarus, restrictus, sordidus, ut Prov. 23. 6. Sirach. 31. 13. cui opponitur *oculus bonus*, i. e. benignus, liberalis, Prov. 22. 9. Sirach. 35. 7 [x]. Ità vox ἀγαθὸς sæpe sumitur, unde opera misericordiæ vocantur *bona opera*, Act. 9. 36. sic 2 Cor. 9. 8. & *vir bonus* à *justo* distinguitur, Rom. 5. 7: & Tit. 2. 5. ἀγαθαί, *bonæ*, i. e. misericordes sive benignæ erga familiam suam [y]. Ὀφθαλμὸς πονηρὸς Hebræis propriè est χαλεπὸς invidi: quomodo & βάσκανον ὀφθαλμὸν dicunt Græci: unde Latinorum *fascinus*, cujus vis esse in oculis credita. Hinc ad avarum traduci cœpit, ut Prov. 23. 6. quia avarus & sibi & aliis rei suæ usum invidet. Itaque avari oculus ut πονηρὸς, ità & φθονερὸς, dicitur, sensu eodem, Tobiæ 4. 7, 16. Ità & Eccles. 14. 10. Latini quoque, cùm invidum depingunt, *dolere ei oculos* dicunt *ex alienis commodis*. Apud Libanium est, φθόνου χαλεποὺς ὀφθαλμούς [z].

16. *Sic erunt novissimi, primi*, &c.] Idem dictum quod Matth. 19. 30. & quidem eodem sensu, licèt ordine inverso; ut ostendit τὸ οὕτως, h. l. & τὸ γάρ, *enim*, v. 1. Qu. Quinam hîc *primi?* & qui *ultimi?* Interpretes hîc maximè discrepant. Resp. Duo clarè apparent, 1. Utrosque esse verè fideles, quia utrique operarii sunt, & opera imperata fecisse, & mercedem promissam, vitam æternam, recepisse statuuntur. 2. Inter eos tamen aliquod esse discrimen. Sensus ergò est, Οἱ πρῶτοι, *primi illi*, nim. de quibus actum, Matth. 19. 30. h. e. primâ luce conducti, sive primò vocati, seu qui diutissimè Christo servierunt, *erunt ultimi*, ratione, non temporis, (quia omnes illi simul vitâ æternâ donabuntur, Mat. 25. 34, 46.) sed honoris, sive gradûs gloriæ: & vice versâ, οἱ ἔσχατοι, *illi ultimi*, vocationis scilicet, & officii præstiti duratione, quales sunt qui sub finem vitæ suæ vocati, *erunt primi*, dignitate & gradu gloriæ. Cujus discriminis *occasio* est, quòd hi licèt duratione minores, majores tamen erant humilitate, & operibus fidei, spei, charitatis, &c. *causa* verò est Dei summi absolutique Domini, Rom. 11. 34. gratia liberrima, qui omnibus gloriam dat, sed inæquali gradu. Huic autem expositioni omnino obstare videtur hujus apodosis confirmatio, *multi enim sunt vocati*, &c. Sed videtur tantùm, nam revera optimè quadrat,

[ut

Marginal notes (left): c Med. 1. 23. 112. — d G. — * G. — f Pi. — g G. — h D. — i Glas. gram. 4. 2. 5. 712. — k Cas. — l Cas. Di. Sch. Ham. — m Ham. Sch. Camer. — n Di. ex Cas. — o Di. — p Ham. — q Sch. — r Sch. ex Ee. — † Sch. ex Camer. — t Sch. ex Cas. — v Di. — x Bru. sim. Di. — y Bru. — z Di. — * Ham. — a Pi. — b Bru. — c Pi. — d Bru. ex Er. — * Eru. — f G. — g Sch. — h Bru. sim. Ee. — i Sch. — k Bru.

Marginal notes (right): l G. — m Bru. — n Di. — o Bru. sic Di. — p Pi. — q G. — r Pri. — † G. — * Er. — t V. Ca. Er. Cas. ex Th. Bru. ex He. — v Cas. — x D. — y Ham. — z G.

[ut statim videbimus.] Fortassis etiam τὸ γὰρ, *nam*, non hîc indicat probationem sententiæ antecedentis, sed esse tacitæ objectionis solvendæ notam, ut sæpe sumitur; q.d. Non est mirum, ultimò vocatos gloriæ gradu primos evadere; cùm majus etiam discrimen apparet inter vocatos externè, & electos ad vitam [a]. Finis parabolæ est ostendere, mercedem vitæ æternæ non tempori quo quis laboravit, sed labori, & operi quod fecit, respondere. Potest enim aliquis unâ horâ tantum laborare quantum alius toto die [b]. Merces ergò inæqualis est, quia impar est diligentia [c]. Et quanquam momentum rationis, sive responsionis, in gratuita Dei liberalitate prorsus situm esse videatur, v. 15. & non in majori eorum diligentia, hæc tamen ratio non excluditur per priorem, sed potiùs supponitur: quemadmodum Dei misericordia eo non excluditur, quòd unumquemque pro operibus suis remuneratur, Psal. 62. 12. Forsan & hæc ratio à Christo allata fuit, licèt hîc non exprimatur [d]. Al. Respicit h. l. Ecclesias Judæorum & Gentium; q. d. *Ultimi*, h. e. Gentiles, qui ultimi accesserant, *primi* erunt in Regno Christi: Judæi, qui *primi* erant in Fœdere, *ultimi* erunt in Fœdere Christi, nec antè convertentur, quàm plenitudo Gentium accesserit. Vide Matth. 8. 11, 12. & Luc. 13. 29, 30 [*]. Quandoquidem non respiciet Deus ad majorum virtutes, & exteriorem justitiam, cui Judæi solent confidere, sed ad obedientiam fidei, quæ nunquam infructuosa, quantumvis sera, si seria [f]. Sed non confert nunc Judæos Gentibus; nec reprobos, qui à fide deficiunt, electis, qui perseverant. Tantùm voluit Christus, ut quisque ante alios vocatus est, ità alacriter currere: deinde omnes, & nominatim Apostolos, qui, quia totius Ecclesiæ primitiæ erant, sibi aliquid eximium sumere visi sunt, hortari ad modestiam, nè se alii aliis præferant, sed ut libenter alios admittant ad communem palmam; quia alii, longo pòst tempore vocandi, ejusdem gloriæ socii erunt: quia nemini obstrictus est Deus, sed quoscunque visum est, gratis vocat: & vocatis præmium, quale visum est, rependit [g]. Al. Sensus, Multi, qui in hoc seculo abjectissimi sunt, quales vos, &c. æternâ vitâ donabuntur, & quidem inter primos; & multi qui nunc primas tenent, excludentur, &c. Vide ad Matth. 19. 30 [h]. ¶ *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi*] His verbis respondet huic objectioni, Quomodò fient novissimi, sive excludentur vitâ æternâ, qui fuerint cultores servique Dei [i]. Probaverat in præced. parabola, non omnes æqualem mercedem recepturos esse, sed novissimos primos fore, &c. Concludit nunc generaliùs, non omnes vocatos mercedem accepturos; quia nimirùm plerique vocati venire nolunt [k]. *Multi vocati*, nempe externè per Verbum [l], ad Dei cognitionem, & cultum [m]: *pauci electi*, nempe ad vitam æternam [n]. Sed repugnat hoc & scopo, & parabolæ, quia operarii omnes, & imperata fecerunt, & mercedem acceperunt æqualem, & *primi* vocatione dicuntur futuri *ultimi* in mercedis distributione; ergò mercede non carebunt. Quare malim *vocatos* & *electos*, h. l. eosdem esse, nempe verè fideles, qui omnes ad vitam æternam vocati eam consequuntur, sed pauci eorum ad altiorem gloriæ gradum electi sunt, ut primi sint: Atque ità hæc sententia cum præcedente apodosi probè consentit, tanquam causa discriminis illius, quòd illud scilicet non à meritis eorum, sed à libera Dei electione, dependet, ut hi illis præferantur [o]. Al. Sicut verba καλεῖν & ἐκλέγειν varios accipiunt significatus, ità & nomina hæc verbalia ad Participiorum passivorum naturam proximè accedentia, nisi quod manentem qualitatem potiùs quàm actum transeuntem notant. Sicut ὁ κεχρισμένος est is *qui quoquomodo unctus est*; χρισὸς autem, *qui ex unctione jus retinet*. Sed id discrimen non semper observatur. Nam infrà 22. iidem dicuntur promiscuè κεκλημένοι & κλητοὶ, qui scilicet ad nuptias erant invitati, tam qui venerant, quàm qui non venerant. Quia verò verba quoque ipsa interdum ità usurpantur ut actioni propositum effectum includant, ideo multis in locis κλητὸς honoris est nomen, ut Rom. 1. 6. 1 Cor. 1. 1, 2, 24. Jud. 1. sicut & Hebræis קראי מועד, οἱ κλητοὶ, aut, ut Lxx vertunt, οἱ σύγκλητοι τῆς βουλῆς. Atque hoc sensu, cùm de Christianis sermo est, pro eodem interdum usurpantur, atque etiam exegeticè conjunguntur, κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ, Apoc. 17. 14. Cæterùm hîc apparet κλητῶν,

[a] Gom. [b] Me. [c] Mal. sim. Ham. [d] Ham. [*] Med. 112. [f] G. [g] Calv. [h] Bru. [i] Bru. [k] Me. ex Mal. [l] Pi. sim. M. &c. [m] Bru. [n] Bru. M. Pi. T. &c. [o] Gom.

quàm ἐκλεκτῶν, vocem latiùs patere, ut infrà quoque 22. ubi hæc γνώμη totidem verbis repetitur. Ἐκλεκτὸν etiam Græci scriptores exponunt, τὸ ἔκκριτον, τὸ ἐξαίρετον, quod in re quaque eximium est, sive propriâ qualitate, sive aliorum æstimatione. Hellenistæ, quos passim sequuntur scriptores N. F. ità solent interpretari Hebræum בחור, sive בחיר: interdum & voces alias, ut ecce Psal. 141. 4. במנעמיהם, *cum deliciis eorum*, Lxx vertunt, μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν· & Esa. 28. 16. אבן בחן, λίθον πολυτελῆ ἐκλεκτὸν· Petrus autem, λίθον ἐκλεκτὸν ἔντιμον, 1. 2, 4, 6. Rursum Lxx illud בחור, 1 Sam. 9. 2. transtulerunt, εὐμεγέθης. Sic & Salvianus dixit afferre se *testimonia paganorum electorum atque sapientum*. Et hæc quidem propriam potissimùm rei qualitatem notant. Ad æstimationem illud pertinet, quòd τὸ בחירי, Esa. 42. 1. Lxx vertunt, ἐκλεκτός μου, nostri scriptores, ut antè vidimus, posuerunt ἀγαπητός, quomodo & Justinus τὴν ἐκλογὴν accipit. [Vide in G.] Sicut autem Divina dilectio suos habet gradus, ità & ἐκλεκτῶν titulus modò laxiùs, modò strictiùs, sumitur. Nam modò ἐκλεκτοὶ, vocantur universè omnes Israelitæ, ut populus Dei peculiaris, ut Psf. 105. 6. & 106. 5. Alibi ità vocantur non quivis de populo, sed aut qui robore præstabant, 2 Sam. 6. 1. aut sanctitate ac munere, ut Moses, Psal. 106. 23. Saul, 2 Sam. 21. 6. David, Psal. 89. 3. Sæpe etiam ἐκλεκτοὶ vocantur homines verè pii, ut Esa. 65. 9, 22. Deus ἐκλεκτοὺς vocat eosdem quos & *servos*, & *semen benedictum*· ἐκλεκτοὶ, iidem qui ὅσιοι, Sirach. 3. 9. Et hæc significatio receptissima est in N. T. ut Rom. 16. 13. Col. 3. 12. 1 Pet. 2. 9. &c. Suidas ex veteri aliquo scriptore non malè, τῶν φιλοθέων, οὓς ἡ γραφὴ ἐκλεκτοὺς ὠνόμασεν. Atque hoc sensu vocem hanc veteribus Christianis fuisse usitatam ex Justino etiam & Clemente apparet; quæ significatio huic etiam loco convenit. Nam, ut ostendit collatio, Matth. 22. 14. κλητοὶ vocantur omnes quos Deus dignatur Evangelicâ vocatione; ἐκλεκτοὶ autem qui vocati veniunt, & vocatione condignè se gerunt. Vide dicta ad Luc. 23. 35. Apparet autem & hanc γνώμην tritam fuisse Hebræorum sermonibus, quam explicant Theodoretus, [vide G.] & alii ex illo Platonis. Οὔ φημι δυνατὸν, &c. (*Non dico posse fieri ut homines beati evadant præter paucos.*) Sinai Magister Hebræus, ut in Talmudicis legitur, dixit, *Introierunt in terram Canaan duo tantùm è sexcenties mille: Ità se res habebit temporibus Messiæ.* Cohæret autem hoc modo, ni fallor, cum superioribus. Nihil in eo iniqui est, quòd multi Judæorum, qui sibi valde placent, postponentur alienigenis, aut etiam publicanis & meretricibus. Nam & illi non minùs quàm isti seriò ad pœnitentiam & fidem sunt invitati, per quam pariter juxta istos impetraturi fuerant præmia in commune proposita, si vocanti paruissent. Quanquam non nego & aliter exponi posse, ut solent proverbiales sententiæ variis modis aptari. Possunt enim *vocati* intelligi cum effectu omnes qui laboris mercedem accipient; *electi* autem inter eos qui ob anteactæ vitæ culpam singulari quâdam misericordiâ opus habuerunt, quales fuerunt plerique ex Gentibus conversi [p]. Κλητοὶ significat, modò *invitatos* ad festum, ut in profanis scriptoribus; modò *selectos* ad singulare aliquod sive beneficium, sive officium, ut apud Lxx, 2 Sam. 15. 11. 1 Reg. 1. 49. modò *celebratos*, testibus Phavorino, & Hesychio, qui ὀνομαστοὶ, Num. 1. 16. Porrò, κλῆσις in N. T. denotat peculiarem hanc Dei gratiam Judæis primùm, deinde & Gentibus, collatam, quâ via ad cœlum per Evangelii prædicationem illis patefacta est, Rom. 9. 11. & alibi. Pariter κλητοὶ sunt qui Christo adhærent, sive Christiani, Rom. 1. 6, 7. sive qui invitantur, & vocantur ad Christum, Matth. 22. 3, 4, 14. ἐκλεκτοὶ autem dicuntur, qui, quamvis seriùs advenerant diligentiùs tamen in vinea laborârunt quàm alii, ac proinde majore præmio donati erant; quum contrà, qui primò vocati sunt, Judæi scilicet, nè ingressi sunt in vineam [q].

17. *Et ascendens*] Dicitur *ascendere*, vel, quia pars urbis Jerosl. edito loco sita erat, in monte Sion; vel quia Hebræi, Chaldæi & Syri, *ascendere* dicunt pro *ire* [r], ut Gen. 46. 29 [†]. Postremus hic erat Christi ascensus quem solum Matthæus memorat. Ascendit autem, tum agni Paschalis, tum inprimis sui ipsius, offerendi causâ.

[p] G. [q] Ham. [r] Me. [†] Mal.

¶ *Assumpsit*] Ad se[t]: segregavit, ut Matth. 16. 22[v]. ¶ *Duodecim*, &c.] Qui Christum comitati sunt, non tamen soli, ut videtur colligi posse ex h. l. & ex Marc. 10. 32[x]. alioquin non erat cur Discipulos in via subduceret, &c. ut sequitur †. ¶ *Secretò*, Κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ] *Privatim*, sive *Seorsim in via*, Be. Pi. V. sive, *itinere*, Er. Bru. Seorsim à cætera sequentium turba, cui hæc non indicavit, 1. nè prædicendo irritâsse in se Judæorum odia videretur[y]: 2. nè res evulgata impediretur[z]: 3. nè mors ab ipso procurata videretur[a], adeóque ingloria fieret: 4. nè Discipuli, scandalo indè accepto, ipsum desererent[b]. Apostolis autem sæpiùs eadem dixit & indies expressiùs[c], ut in posterum testes essent, tum præscientiæ ipsius[d], tum mortis ipsius voluntariæ*.

18. *Ecce*, &c.] q.d. Jam evenit quod sæpe prædixi, &c. Et, ut mors propinquior erat, ità eam explicatiùs & distinctiùs designat[f]. ¶ *Tradetur*] Nondum dicit id sibi eventurum ab uno Apostolorum, nè rixas inter ipsos concitaret. ¶ *Principibus*, &c.] Hos præcipuè nominat, quanquam alii erant in Synedrio, quia & Sacerdotes sanctimoniâ, & Legisperiti eruditione, aliis prælucere debuerant. ¶ *Condemnabunt*, &c.] Non sententiam judiciali potestate pronunciando, sed præjudicio auctoritatis suæ. Vide infrà 27.3. & Marc. 14.64[g].

19. *Tradent eum* (vide Joh. 18. 35[h].) *Gentibus*, Τοῖς ἔθνεσιν] Id est, τοῖς ἐθνικοῖς, more Hebræorum, qui גוים vocant non tantùm nationes integras, sed & singulos ἀλλοφύλους, quomodo & Paulus sæpe usurpat[i]. Intelligit Romanos[k], Pilatum cum omni concilio ac satellitio suo, Act. 4. 27[l]. Ostendit autem Christus indignitatem facinoris, quòd Judæi ad se perdendum illorum usuri erant operâ quorum etiam contactum defugiebant[m], & à quibus afficeretur morte omnium probrosissimâ ac dirissimâ, qualis erat mors crucis, utpote tarda, & planè cum sensu[n]. *Occidisti eum gladio Ammonitarum*, 2 Sam. 12. 9[o]. ¶ *Ad illudendum*, &c.] Id est, Ad hoc ut illudant ei gentes, quod factum Matth. 27. 27, &c. Non quòd hoc disertè petierunt à Pilato, sed quia gratum hoc ipsis fuit, & quia illudendi materiam eis præbuerunt[p]. Εἰς τὸ bene exponit Syrus ἐκβατικῶς, quomodo sæpe εἰς τὸ, ἵνα, ὅπως, sumuntur. Quanquam enim supplicium crucis erat ex destinatione Judæorum, at flagellatio extrinsecùs advenit. Sed meritò omnia mala illis imputabantur, qui suo scelere occasionem malis præbuerunt[q].

20. *Tunc*] Ad mentionem, vel, 1. mortis: ambit enim veluti morituri hominis hæreditatem*; vel, 2. resurrectionis. ¶ *Accessit*] Seorsum, nè deprehenderetur negotium[r]. ¶ *Mater filiorum Zebedæi*] h. e. Jacobi & Johannis †. *Salome* dicta, Marc. 15. 40. Non dicit, *Uxor Zebedæi*, quia hic mortuus videtur, sed à filiis suis denominatur, tum quia illi notissimi erant[t], tum quòd rem gessit eorum nomine & instinctu[v], ut liquet ex Marc. 10. 35[x]. Videtur Salome hanc fiduciam concepisse ex eo quòd nulla aliorum Apostolorum mater Christum ità perpetuò sectaretur, eíque tam sedulò inserviret[y]. Vide Matth. 27. 55, 56[z]. Fovit spem materni ambitûs, quòd filios aliquoties intellexisset seorsim à Christo abductos sine aliorum Apostolorum comitatu, ità ut Petrus solus contendere cum ipsis posse videretur. Hæc est Salome, cujus colloquia quædam cum Christo apud Ægyptios ferebantur[a]: [de quibus vide G.] ¶ *Cum filiis suis*] Præsentes ipsos exhibens, quo magis moverent Dominum, &, ut ipsi pro se quoque, si opus esset, loquerentur[b]. ¶ *Adorans & petens*] Id est, Adorando petens: seu tali vultu adorans, ut appareret eam petere velle, ex collat. seq. Confer Jud. 1. 14[c]. ¶ *Aliquid*] Quod non mox aperiret; vel, in genere quicquid peteret, teste Marco, ità se malè sibi consciam prodens[d]. Hoc τι ipsam, ni fallor, sunt petitionis præfationem indicat. Solent enim qui aliquid sunt postulaturi præfari, non multa à se, sed unam rem, peti, nè inverecundi videantur. Vide 1 Reg. 2. 14, 20*. *Aliquid*, magnum scilicet, ut Act. 23. 17. *habet aliquid indicare tibi*, i. e. rem magni momenti. Sic Græcis εἶναί τι, *esse aliquid*, est, magnum esse[f]. Et Ulpianus, ad illud Demosthenis, *Cavete nè Philippus*, πέπραται, καὶ ἀποδώσονται τι τῶν ὅλων, inquit, τι *hic ponitur pro* μέγα, *magnum*. Plautus Epidico, *Tum captivorum quid ducunt*, h. e. magnam vim captivorum. Liv. lib. 41. *Quid vini cibique absumptum erat ab Istris?* i. e. quantum? Ità h. l.||.

21. *Dic*] i. e. Jube, decerne[g]: id enim tuum est tanquam Regis. ¶ *Ut sedeant —— unus ad dexteram*, &c.] i. e. Ut cingant tibi latus utrumque, ut sint primi proceres Regni, dignitate ac auctoritate tibi proximi[h]. Audierat ex filiis mater, Apostolis communiter promissam dignitatem quasi φυλαρχῶν, ut suprà diximus: sed sciebat etiam inter eos qui paris essent gradûs aliquem esse ordinem: quemadmodum in veteri Regno Israelitico, primi loci erant τῶν φυλαρχῶν Judæ & Josephi. Hos igitur honores filiis suis deposcit. *Dextræ Regis assidere*, significat locum à Rege principem. Ità Salomo sedens in solio Regio matris sedem collocari jussit proximè se ad dexterum latus, 1 Reg. 2. 19. Alibi Regina dicitur *sedere ad dextram Regis*, ut Psal. 45. 9. Tiridatem, ut apud Suetonium est, Nero, *juxta se latere dextro collocavit*. Ità Christus ipse, quanquam in Regno suo Rex, cùm tamen Deo Patri suo comparatur, dicitur sedere *ad ipsius dextram*, sive, *ad dextram solii*, ut Hebr. 12. 3. Quò & illud pertinet quod apud Danielem legimus, *solia posita*, duo scilicet, ut interpretatur R. Akiba: alterum Deo Patri; alterum Messiæ. Eodem planè sensu de Minerva dictum est Pindaro, δεξιὰν κατὰ χεῖρα τοῦ πατρὸς καθεζομένην, citante Aristide: quod Horatius ità expressit, *Proximos illi tamen occupavit Pallas honores*. Tertius autem in Regno locus consequenter describitur sessione ad sinistrum Regis latus. Nam quò quisque in Regno major, ità Regi in publicis conventibus propior sedebat[i]. ¶ *In regno tuo*] Discipuli, sepositâ mortis triduanæ cogitatione, prædictam resurrectionem cogitantes, cum qua Regnum ejus conjunctum putabant, nec malè, ut liquet ex Luc. 24. 26. Hoc autem Regnum jam instare credebant, Luc. 19. 11. Illúdq; in terris futurum, &c. Vid. Mat. 18. 1. & Act. 1. 6, 7[k].

22. *Nescitis* (Matre supplicante, respondet filiis, ex quorum voluntate hoc petitum se nôsse declarat, ídque ipsos eum frustrà celare velle[l].) *quid petatis*] Vel, *petitis*, Bru. q. d. Multis erroribus implicita est vestra petitio: Putatis, 1. Regnum meum mundanum fore: 2. vos hoc statu idoneos esse Regno meo[m]: 3. sanguinis agnati prærogativâ, vel precum ambitu, primas hujus Regni impetrari[n]; quum non petentibus, sed merentibus, hoc dandum[o]. Al. Non spiritualia petitis, sed temporalia[p]. Cùm primas partes in Regno meo, interpositâ matris personâ, postulatis, existimatis vos rem postulare multis humanis commodis plenam: At longè aliter se res habet. Quod Hieron. dixit de Episcopatu, rectè potest etiam ad istam concupitam inter Apostolos ὑπεροχὴν aptari, *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat; opus, non dignitatem; laborem, non delicias; opus per quod humilitate decrescat, non intumescat fastigio*. Ità illi, qui columnæ videbantur esse Ecclesiæ, periculis ac laboribus, non externo rerum apparatu ac commodis, quæ plerumque expeti solent, cæteros antecesserunt. Conjunge quæ mox sequentur ver. 25, &c[q]. Crassam, carnalem, ambitiosámque, Discipulorum petitionem ignorantiam vocat mitis Magister: error enim, non ex malitia, sed ex simplicitate, profectus, sanari debet, aut ad tempus tolerari[r]. ¶ *Potestis bibere calicem*, Τὸ ποτήριον] *Illum calicem*, Bru. nempe passionis †. Potestísne ferre supplicium[t], vel pati persecutionem, Evangelii causâ[v]? Potestísne id præstare quod non modò ad excellentiam illam inter Regni mei Præfectos, verùm ad ipsam illam præfecturam, necessariò pertinet, ut incidentia adversa quævis, etiam mortem, si ità res ferat, forti animo toleretis? Rectè autem annotatum est, כוס sive ποτήριον, (*poculum*,) significari sortem, quæ, Deo inspectante ac moderante, cuique obtingit[x], sive prospera sit[y], ut Psal. 16. 5. & 23. 5[z]. sive improspera aut adversa[a], ut Psal. 11. 7. Esa. 51. 7. Jer. 25. 15. Thren. 4. 21[b]. item Matth. 26. 39, 40. Joh. 18. 11. & in Apocalypsi locis aliquot. Unde & vox μέρος, (*partis* sive *portionis*,) ei interdum adjungitur, ut Psal. 11. 6. & 16. 5. Hæc autem παράδοσις ex barbara sapientia in Græciam migraverat: Unde Homerus, Δοιοὶ γάρ τε πίθοι, &c. (*Duo enim dolia sunt in Jovis limine posita*, &c.) Vide & Hieroclem ad illud Aurei carminis, Ὡς ἂν μοῖραν ἔχῃς[c]. *Calix* metonymicè accipitur pro eo quòd in calice continetur[d]. *Bibere* dicuntur qui puniuntur, Abd. 16. Vide & Jer. 49. 12. Ezec. 23. 32. Sed & Plautus in Casina, *Ut senex hoc*

hoc eodem poculo, quo ego bibo, biberet [*]. Proverbiale est, *De eodem poculo bibere*, pro, *Participem esse mali* [f]. Metaphora porrò hæc desumpta est, vel, 1. ab antiquo more, quo solebat damnatis ad mortem poculum veneno plenum porrigi, ut eâ ratione vitam finirent, quò genere mortis Socrates extinctus est [g]. Vel, 2. à more conviviorum [h], ubi paterfamiliâs [h], aut quisquis honoratissimus [i], συμποσίαρχος, qui *arbiter* etiam & *magister convivii* dictus est, bibendi leges ferebat, quas nefas erat violari, & præscribebat quantum quisque biberet, & quo modo temperatum [k], sive suave aut amarum, purum aut fæculentum, &c. quod necesse erat ut biberent [l]. Hic autem mos bibentibus molestus erat, vel à mensura, si nimium bibere cogerentur; vel, à potu ipso, si tenuior, vel fortior, vel amarior, vel acerbior, esset. Unde & illâ lege liberari pro magno commodo habebatur. Horat. Satyr. 6 lib. 2. *Prout cuique libido est, Siccat inæquales calices conviva, solutus Legibus insanis*———. Vide Est. 1. 8. Atque hinc *poculum* pœnam significat [m]. ¶ *Quem ego bibiturus sum?*] i. e. Pati talia qualia dixi me ex Patris decreto oportere pati, opprobria, supplicia, &c. q. d. Prædixi quidem me resurrecturum, sed priùs passurum, &c. Vos de triumpho & corona cogitatis; ego de certamine & sudore dissero. Non præmiorum hoc tempus est, sed belli & periculorum, quibus parandi estis ad Regnum, &c [n]. ¶ Καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι] *Et baptismate, quo ego baptizor, baptizari.* Be. Pi. &c. Hoc comma neque hîc, neque v. seq. legitur in duobus exemplaribus [o], neque in Æth [p]. neque in Hilar. Ambrof. & Hieron [q]. neque in Vulgato [r]. Videri possit interpretamenti causâ ex Marco adjectum [†]. Veterem tamen esse & hanc & huic similes alias adjectiones apparet ex Syro & Origene [t]. Sy. & Ar. & Evang. Heb. hoc habent [v]. *Baptismi* autem nomen refero ad metaphoram illam, quâ afflictiones in S. S. sæpe comparantur gurgitibus aquarum, quibus veluti submerguntur qui calamitatibus vexantur [x]. Tam acerba res erant Judæorum Baptismi in purificationibus suis, in quibus toto corpore immergebantur in aquas, etiam gelu & nivibus horrentes, ut non immeritò indè, partim ob submersionem, partim ob frigus, desumeretur significatio asperrimæ mortis. Referunt Hierosolymitani, *In diebus Josuæ Ben Levi aggressi quidam ablutiones mulierum* (i.e. Baptismos) *è medio tollere, eò quòd fœminæ Galilææ præ frigiditate aquarum sterilescerent*, Berac. 6. 3 [y]. *At Josua ben Levi dixit, Num abolere studetis sepimentum quo Israel à transgressione servatur* [z]. Ante ὃ subauditur κατ', ut alibi [*]. ¶ *Possumus*] Bibere, parati sumus tecum mori. Confer Luc. 22. 33 [a]. Temere & ambitiosè, ut honorem petiverant, ità etiam respondent [b]; non satis percipientes quantum erat quod pollicebantur [c]. Potiùs amanter & verè sic responderunt, ut eventus docuit [d].

23. *Calicem quidem meum* (i. e. qualem ego bibiturus sum [*]:) *bibetis*] Amplectitur promptitudinem eorum, non tanquam veram, sed ut hujusmodi aliquando futuram [e]; q. d. Quamvis vos temere respondetis vos posse quod vires vestræ nondum ferunt, tandem tamen hoc præstabitis, & persecutiones pro Evangelio feretis [f]. Qu. Qui hoc impletum? Resp. 1. Jacobum quidem gladio percussum res certa est: Johanni ejus fratri idem accidisse non semel asseverat Chrys. sequente, ut solet, Th. sed ætate posterior quàm ut ejus rei idoneus auctor haberi debeat: præsertim cùm apud Justinum, Irenæum, Clementem, nihil sit tale, & Orig. hoc loco, ut & Tertullianus, tantò propiores, talem illi exitum apertè abdicant [g]. At Johannis exilium loco martyrii fuit [h], & quòd Romæ in oleum fervens injectus fuerit, teste Tertulliano. Itaque non voluntas martyrio, sed martyrium voluntati, defuit [i]. 2. Satis rectè hoc ad genus ipsum perpessionum veri causâ sustinendarum referri potest, ut Rom. 8. 17. 2 Cor. 1. 7. Et ποτήριον vox non strictè mortem, sed laxiùs paulò perpessiones, præsertim graviores, notat: quod eò mihi videtur probabilius, quò magis eventui respondet [k]. ¶ *Non* &c. Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται, &c.] *Non est meum dare, sed* (sub. dabitur, vel, contingct, Be. P. Pi. Er. Il. Ti. V.) *quibus paratum est*, Mo. P. Be. &c. Ellipsis hîc est contrarii, ut liquet ex antithesi [l]. Imò nulla hîc est Ellipsis [m]. [Verba sic reddenda,] *Non est meum dare nisi quibus*, &c. Ca. sic Sy. Ar. Tre. Pers. Æth. G. Bru. Ga. &c. Ἀλλὰ hîc idem est quod ἀλλ' ἤ, vel πλὴν [n], vel εἰ μὴ [o], i. e. *nisi, præterquam*. Certè ista invicem permutantur. Sic Gal. 2. 16. *non justificatur homo ex operibus legis*, ἐὰν μὴ (pro quo est ἀλλὰ, Rom. 4. 13. confer & Rom. 9. 32.) διὰ πίστεως, *nisi per fidem* Sic εἰ μὴ pro ἀλλὰ, Mat. 12. 4. *Quos non erat licitum ei comedere, neque eis qui cum ipso erant nisi* (i. e. *sed*) *sacerdotibus* solis. Contrà, ἀλλὰ pro εἰ μὴ, 2 Cor. 2. 5. *Non me contristavit*, ἀλλ' ἀπὸ μέρους, *sed* (i. e. *nisi*) *ex parte* [p]: & Marc. 9. 8. *Neminem viderunt*, ἀλλὰ (*sed*, pro quo Matth. 17. 8. εἰ μὴ, *nisi*) *Jesum* [q]. Ariani hoc loco sæpe usi sunt, ut probarent Christum Patre minorem fuisse. Quærendum ergò quo sensu Christus dicit, *Non est meum dare* [r]. Resp. 1. Christus hoc dicit ut homo, non ut Deus, sicut illud Joan. 14. 28 [†]. 2. Non negat se potestatem habere, sed hoc esse officii sui, quia non jam venerat ut coronas daret, sed ut ad pugnam invitaret [t]. 3. Loquitur ex eorum sententia qui mundanum Regnum somniabant, eósque ad cœleste Regnum subvehit, & ad Patrem, ut Mediator, attollit [v]. 4. Non fit hic comparatio inter Christum & Patrem, sed inter eos quibus hic honor dari potest [x]. Non negat Christus, se distributurum munia Regni sui: nam Paulus quod Deo Patri tribuit, 1 Cor. 12. 28. idem tribuit Christo, Eph. 4. 8, 11. ac proinde etiam inter Apostolos hos illis præferre donorum & fructuum ubertate, ipsius fuit: sed hunc honorem ait *à se non aliis datum iri quàm quibus à Patre is esset destinatus*, gloriam scilicet totius dispensationis ad Patrem referens, ut sæpe observavimus. Confer quæ ad Joh. 17. 6 [y]. Non negat suum esse dare, sed negat licere sibi aliis dare, quàm quibus id paratum, &c [z]. q. d. Non est meum dare *vobis*, (quæ vox legitur in Latino codice & in Hi. & Ambrof.) vel, quia petitis, vel, quia cognati mei estis, vel, ut Remigius exponit, superbis, quales vos adhuc estis; sed humilibus, quibus paratum est, &c [a]. Ità jubet eos, antequam eam gloriam postulent, ut primùm se ità gerant, ut constet ex eorum eos esse numero quibus id destinatum est [b]. *Paratum* dicit, i. e. prædestinatum, æterno Dei consilio [c]. Vox ἑτοιμάζειν *Divinam destinationem* significat, ut infrà 25. 34. 1 Cor. 2. 9. Heb. 11. 16. Neque aliter usurpârunt veteres Hellenistæ: vide Tobit 6. 22. Ideo autem Divinæ destinationis injicitur mentio, nè putaretur hæc res humano ambitu impetrabilis. Nam & inter Sacerdotales familias ordinem David, non suo arbitratu, sed sorte, velut Divino judicio, constituit, ut notat K. ad 1 Par. 24. Quòd si quis dixerit sessionem hanc ad dextram & sinistram, inexplicabili Divinæ sapientiæ consilio, Petro & Paulo tributam, me judice, à vero non aberrabit [d]. Addit, *à Patre meo*, vel, 1. ut insinuet rem hanc secretam sibi tenendam [*]: vel, 2. quia opera Potentiæ & Providentiæ (inter quæ est prædestinatio, quæ voce ἡτοίμασται significatur) soli Patri attribui solent, ut Sapientia Filio, Gratia ac Dona Spiritui Sancto, tribuuntur [f].

24. *Audientes*, &c.] Et ex responso Christi quid privatim peteretur intelligentes [g]. ¶ *Indignati sunt*] Ità Be. Pi. Sch. &c. Ἠγανάκτησαν] *Ægrè tulerunt*, Bru. Sch. ob eorum ambitionem, sed non minore ambitione [h].

25. *Vocavit eos ad se*] Eò ubi erat cum duobus illis fratribus, qui seorsim ipsum convenerant [i]. ¶ *Principes gentium*] q. d. Proprium hoc est ambitiosorum Principum, nec omnium quidem, sed gentium [k], qui à Dei Lege & cultu alieni vobísque abhominationi sunt [l]. Ἄρχοντας hîc vocat quos βασιλεῖς Lucas, non *Reges* tantùm, sed & *Præsides*; quibus se æquandos sperabant Discipuli: nam & hi, laxiùs sumptâ voce, βασιλεῖς dicuntur Matth. 10. 18. Ἐθνῶν dixisse videtur, quòd Hebræo Regi aliud Lex Divina præscriberet, nimirùm nè magnam sibi mulierum, equitii, aurique & argenti, copiam pararet, sed æquabili jure cum civibus viveret. Quanquam profectò pauci etiam in populo Dei Reges fuerunt ad eam normam, si tamen vel unus fuit. Adeò verum est quod ille dixit, Omnes bonos Principes uni annulo

[*] Scul. ex 2. 82. [f] Er. [g] Me. ex Mal. [h] Scul. ib. Q. in Mal. [†] Mal. Bru. [i] Mal. [k] Scul. [l] Bru. [m] Scul. [n] Bru. [o] Be. [p] Di. in ap. [q] G. [r] Be. [†] G. sic Q. in Be. [t] G. [v] Di. [x] Be. [y] Li. ho. & chron. [z] Li. chron. sect. 68. [*] Pi. [a] Bru. [b] Chryf. & Euthym. & Th. in Mal. [c] Q. in Mal. [d] Mal. [*] Pi. [f] Bru. [g] G. [h] Mal. ex Orig. Chryf. Ed. &c. [i] Mal. [k] G.

[l] Pi. [m] G. [n] Gua. Cic. 3. 47. [o] Ga. G. [p] Ga. ib. [q] Ga. ib. sic G. [r] Mal. [†] Aug. in Mal. [t] Ambrof. in Mal. [v] Be. [x] Mal. [y] G. [z] Di. ad Marc. 4. 22. sim. Mal. ex Chryf. E. Me &c. [a] Mal. [b] Di. ad Marc. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. [f] Mal. [g] Bru. [h] Bru. sim. Mal. ex Euthym. [i] Bru. [k] Mal. [l] Bru.

annulo facillime inscribi posse [m]. ¶ *Dominantur* (vel, *Domini sunt*, (Tre. ex Sy.) *eorum*,] vel, *illarum*, Tre. Sy. nempe gentium [n]. Vel, *iis*, sive *in eas*, Ar. Ti. Be. P. Ca. &c. Κατακυριεύουσιν αὐτῶν] Qu. An potestas civilis, h. l. Apostolis hic interdicitur, an abusus tantum potestatis [o]? *Resp.* 1. Ipsa potestas interdicitur in Ecclesiastico munere [p]. Ostendit Apostolos de nihilo pugnare, quia primatus, certaminis causa, in Regno suo nullus erat, & docendi munus, ad quod destinati erant, mundi Imperiis nihil affine habere. Falluntur qui hoc ad pios omnes trahunt; nam consilium Christi h. l. fuit, spirituale Ecclesiæ suæ regimen à terrenis Imperiis discernere [q]. Verissimum esse sentio quod dixit Synesius, ὅτι συνάπτειν τὴν βασιλείαν τῇ ἱερωσύνῃ συγκλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα, (*quod Regnum Sacerdotio adjungere, est ea contexere quæ contexi non debent*:) nec tamen hanc puto propriam esse hujus loci sententiam [r]. *Resp.* 2. Non interdicitur his omne potestatis civilis exercitium †, sed tantum ambitio & tyrannis [t]. [Id sic probant;] 1. Non solos Apostolos, sed Christianos quosvis, hæc verba spectare videntur [v]. [Id autem jam negavit Calv.] 2. Christus ad suum exemplum Apostolos revocat, cui illud [nempe potestatis abnegatio] non convenit. Ipse enim *omnem accepit potestatem*, &c. Matth. 28. 18. *Rex factus Regum*, &c. Præterea hoc illi propositum videtur, ut cæteros Discipulos infensos filiis Zebedæi placet; ad quam rem nihil afferri potuit efficacius quàm explicatio ejus quod modò dixerat, *nescire ipsos quod peterent*. Hoc ergò mihi videtur dicere, Nolite illis irasci quòd τὰ πρωτεῖα in Regno meo ambiunt: nam ea secum neq; externum splendorem, neque divitias, neque voluptatem, ferent, propter quæ ab hominibus principatus appeti solet; sed contrà, qui in Regno meo locum appetit sublimissimum, pericula, incommoda, servitutem, appetit: quare, si rem suis ponderibus æstimetis, id quod ambiunt videbitis minimè esse invidendum. Sic in Babylonico exsilio exsulum Principi dici solenniter solebat, *Ne se efferret: officium ipsi, non potestatem, injungi, & ab eo die incipiendum ipsi servire omnibus* [x]. 3. Non dicit hic simpliciter, κυριεύουσιν, & ἐξουσιάζουσιν [y], sed, κατακυριεύουσιν & κατεξουσιάζουσιν [z]: quod non est simpliciter, *habere potestatem*, sed, *eâ tyrannicè uti* [a]: nam Præpositio κατὰ in deteriorem partem declinat [b]. [Aliis hoc non placet:] Nam 1. Hi duo fratres non tyrannidem postulabant, sed tantùm potestatem eminentiorem [c]: κατὰ significationem intendit, & κατεξουσιάζειν hic & Mar. 10. 42. est, *potestatem excellentem habere* [d]. 2. Lucas simpliciter dicit, κυριεύειν, & κατακυριεύειν addens insuper eos Εὐεργέτας, *Beneficos*, appellari. [De quo vide ibi cum Deo Opt. Max. dicenda.] 3. τὸ κατακυριεύειν sæpe in partem potiorem sumitur apud ό. ad Gen. 1. 28. Psal. 72. 8. & 110. 2. Similiter & κατακοιρανεῖν, annotante Eustathio, idem sonat quod κοιρανεῖν, *regnare*, in Homer. Il. μ'. 318. & Odys. α'. 247 *. Verum & κυριεύειν & κατακυριεύειν [sumuntur] δεσποτικῶς, ut רדה, Gen. 1. 28. Psal. 110. 2. Aristoteles sæpe dicit δεσποτείαν esse πρὸς τὸ τοῦ δεσπότου συμφέρον, (*ad domini commodum*.) Petrus Epist. 1. 5. 2. 3. bene conjungit ἀναγκαστῶς, &, αἰσχροκερδῶς ποιμαίνειν, cum ista voce κατακυριεύειν. Et Paulus dixit κυριεύειν, pro, *imperiosè agere*, 2 Cor. 1. 24. Et infrà videmus hoc ipsum exprimi voce διακονηθῆναι. Quanquam verò lex ipsa naturæ doceat procurationem Reip. ut Cicero loquitur, velut tutelam, ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non eorum quibus commissi sunt, esse gerendam; & celebre est illud Antigoni, *Regnum splendidam esse servitutem*; tamen vix usquam verius est adagium illud, *Nemo non hæc vera dicit, nemo non contrà facit*. Adeò non verbis quidem, sed rebus ipsis, abusque Nini temporibus itum est in eam sententiam, quam apud Platonem tuetur Thrasymachus, δίκαιον εἶναι τὸ κρείττονι συμφέρον (*Justum esse quod potentiori commodum*:) atque, ut dixit Varro, *Qui pote plus urget: pisces ut sæpe minutos Magnus comest, ut aves enecat accipiter*. Regum exempla gnaviter imitantur Reguli & Præsides, exquirentes subinde novos sinus & varia prædandi vocabula, quasi ad auream messem missi [f]. ¶ *Majores*, Μεγάλοι] *Magnates*, Be. Bru. Pi. Er. V. &c *Magni*, Er. V. Bru. dignitate & potentiâ [g]. *Magnus* pro Magnate, ut 2 Sam. 7. 9 [h]. ¶ *Potestatem*, &c. Κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν] *Potestatem exercent*, (vel, *Autoritate utuntur*, Er. sic. Be.) *eorum*, Mo. vel, *in eos*, Er. in *eis*, V. &c. αὐτῶν non incommodè referas ad ἄρχοντας, non ad ἔθνη, ut & quod apud Marcum est, οἱ μεγάλοι αὐτῶν, nimirum, τῶν δοκούντων ἄρχειν: ut sensus sit, Quomodo populi tractantur à Regibus, ità Reges ipsi ab his qui inter ipsos plurimùm viribus pollent, exempli causâ, Romanorum Imperatores qui habebant instrumenta servitutis & Reges. Nimirum, ut Papinius dixit, *Vice cuncta reguntur, Alternisque premunt: propriis sub regibus omnis Terra: premit felix Regum diademata Roma: Hanc ducibus frænare datum*. Agrippa Rex, apud Philonem, κἀγὼ, &c. (*& ego novi me dominum habere*.) Ἐξουσιάζειν idem est quod κυριεύειν, pro lubitu, non ex usu parentium, imperare; quomodo ἐξουσιάζοντας sumitur & in Græco Nehem. 5. 15. Apud Lucam est, οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν (nempe τῶν βασιλέων) εὐεργέται καλοῦνται, i. e. qui Regibus pro arbitratu imperant à Regibus εὐεργέται salutantur, servili adulatione scilicet; quomodo Prusias *libertum se populi Romani profitebatur*. Nec dubium est quin Herodes Cæsarem vocarit εὐεργέτην. Nam & apud Philonem & Josephum Imperatores sæpe eo nomine appellantur. Vide Philonem de Caio Caligula, [& verba in G.] Cæterùm, si αὐτῶν ad ἐθνῶν referas, sensus erit fermè idem qui in membro superiore. Sanè ex Alexandri successoribus multi Εὐεργετῶν nomine se jactabant. Quin & Judæorum Ethnarchis id nomen datum apparet. Talia igitur imperia ambiri mirum non est, ut quæ ad imperantium utilitates, fastum ac voluptates, converti soleant [i]. Vult dicere Salvator, Scire vos convenit, hanc vestram ambitionem affectionem esse Gentilium, qui eâ quâ funguntur publicâ præfecturâ abutuntur ad ambitiosæ majestatis auctoritatisque exercendæ materiam, propriam præcipuè spectantes gloriam & utilitatem [k].

26. *Non ità erit inter vos*] Non ità esse congruit [l]. Non tantùm quid ipsorum sit officii docet, sed sortem ostendit contrariam Regum & Principum terrenorum sorti; quod maximè ad tollendam æmulationem pertinebat. In Regno Christi illi censendi sunt principatum obtinere qui & maxima dona acceperunt, & quorum operâ plurimi ad fidem convertuntur. Id autem iis duntaxat eventurum erat, Christi & Patris dispositione, qui se totos ardentissimo studio non suis, sed alienis, utilitatibus mancipâssent [m]. Vos, inquit, qui vocati estis ad negotium cœlorum, non debetis conformes esse Principibus & Magnatibus hujus mundi. Nec tamen hic prohibet inter Christianos magistratum [n], aut εὐταξίαν, quæ requiritur, 1 Cor. 14. 40 [o]. Hoc vult, q. d. Non est, cur, me sectando, præfecturas vobis spondeatis, quæ in Regno meo non inveniuntur, quæ ad Regnum meum spirituale, ad quod vos invito, non pertinent, quas nec ipse exerceo, nec vobis dilargior, sed humilitatis & modestiæ me autorem doctoremque profiteor [p]. ¶ *Sed quicunque voluerit* (supple, quemadmodum vos vultis, i. e. qui fuerit [q],) *inter vos* (hac in vita versantes; id enim volebant ac sperabant [r]:) *major* (vel, *magnus*, Pi. &c.) *fieri*, *sit vester minister*] i. e. Publicus in omnium salute procuranda servus †. Impropriè loquitur Christus [t]. Ambitiosorum est, dum ad honores adspirant, serviliter blandiri, sed nihil minùs illis propositum est quàm servire [v], ubi optata sunt adepti [x]. Sensus est, q. d. Sit hæc unica vestra dignitas, fratribus vos submittere: sit hic primatus vester, omnium esse servos [y], non proprium honorem aut commodum, sed omnium salutem quærere, non imperiosâ auctoritate uti, sed cum mansuetudine, obtestatione, &c. agere. Opponit Salvator, *ministrum esse*, ei quod mox attribuit magistratibus Gentium, potestatem exercere, ne sibi fingant Apostoli talem in spirituali Ecclesiæ regimine speciem rerum, qualem videre est in imperiis regnisque terrenis [z]. Qui vestrûm, inquit Christus, in Regno meo excellendi desiderio tenetur, is sciat sibi majus quàm cæteris onus ministerii ac servitutis imponi. Διάκονον εἶναι & δοῦλον εἶναι directè opponitur τῷ κατακυριεύειν & κατεξουσιάζεσθαι. Hæc oppositio ostendit cur apud Prophetas Imperia mundi Bestiarum, Regnum Christi Hominis, imagine depingatur. Vide 2 Cor. 12. 14. Sicut autem hic

---

Margin notes (left column): m G. — n Bru. — o Ga. Cin. — p Be. sim. Pi. — q Calv. — r G. — †Ga. Cin. p. 35. — t Mal. — v G. ib. 36. — x G. — y Chem. — z Chem. — Cas. in Ga. &c. — a Cas. ex Th. sim. Jans. in Ga. Chem. Er. &c. — b Chem sim. Er. — c Q. in Ga. — d Sch. — * Ga. — f G. — g Sch. sic Bru.

Margin notes (right column): h Bru. — i G. — k Bru. — l Bru. sic Pi. — m G. — n M. — o Sch. — p Ga. Cin. 36. — q Bru. — r Bru. — † Be. — t Calv. — v Bru. ex Calv. — x Bru. — y Calv. — z Bru.

Line numbers (right column): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

hic est ἔςαι, ità & in sequentibus verbis ἔςω rectiùs legitur quàm ἔςω, multis libris astipulantibus [a].

27. Erit, &c. Ἔςω ὑμῶν δοῦλος] Esto vester minister, Be. vel, servus, Bru. Pi. i. e. vobis prorsus addictus, ità ut quicquid habet bonorum, sive animi, sive corporis, adeòque vitam suam, ubi fuerit opus, saluti vestræ impendat. Plus est servum esse quàm ministrum: nam minister liber esse potest; servus autem totus est domini sui [b]. Non hîc monentur Pastores ut modesti sint, sed ministerium [Ecclesiasticum] à Civili politia distinguitur [c].

28. Sicut filius hominis] i. e. Ego [d], Dominus & Magister vester, quo certè majores non estis [*]. Qualis Rex tales debent esse Regni Præsides. Ego exemplum vobis dedi: neque enim quicquam feci ex meæ utilitatis rationibus, neque splendore aut deliciis egi Regem: sed omnia incommoda sustinui meorum causâ, & porrò majora sustinebo, ipsam mortem scilicet, contrà quàm in cæteris Regnis fieri solet: ibi enim populi moriuntur pro Regum gloria ac magnitudine [f]. ¶ Non venit ministrari] Διακονηθῆναι] Ut sibi ministraretur, Er. V. Bru. sim. Camer. scil. ab hominibus [g]. Διακονηθῆναι, i. e. ἵνα διακονηθῇ, ut ministraretur, scil. ipse: h. e. ut pateretur sibi ministrari, seu ut ministeria admitteret [h]. Græca phrasis est [i], qualis Matth. 2. 18. οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, & 1 Tim. 1. 11. ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ [k]· item Heb. 7. 11. Populus sub ipso νενομοθέτητο, legem accepit. Græci sæpe passivis, non tantum Præteritis & Aoristis, licèt iis sæpiùs, sed etiam aliis temporibus, ità utuntur, ut significent fruitionem vel usum earum actionum, quas verbum activum vel neutrum notat. Sic Aristoteles, Quis idoneus est ad amicitias? ὁ πλεῖςα ἀδικεῖσθαι δυνάμενος, qui plurimas injurias ferre potest. Æschines, Populus gaudet κολακευόμενος, si adulationibus mulcetur. Solon, Impera, si priùs didiceris ἄρχεσθαι, imperium ferre. Dionysius, Συγγνωσθῆναι, &c. Veniam consequi, &c [l]. Non insolescit potestate suâ, aut eâ abutitur in commodum suum, &c. ¶ Sed ministrare] Ministeriis corporalibus nonnunquam, spiritualibus assiduè [m]. ¶ Et dare (in mortem utique [n]: quam iterum memorat, ut eos à terreni Regni figmento abstrahat [o]:) animam suam (i. e. seipsum [p], ut Matth. 10. 39 [q]. vel vitam suam [r]; metonymicè, ut Matt. 2. 20. & 6. 25. & 16. 25. &c. sed & in Homer. Il. 1. 323. αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν, semper vitam meam exponens in bellis, & in Aristoph. Acharn. 330. Καὶ τοι φιλῶν τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγώ [†]. [Plura de variis vocis ψυχῆς significationibus vide hîc in Autore.] redemptionem (vel, pretium redemptionis, Mo. P. Bru. λύτρον enim id est [t], quo dato redimuntur captivi [v]: Homerus ἄποινα vocat [x]: vel, in redemptionis pretium, Il. Be. Pi.) pro multis] Ità Er. Tre. ex. Sy. Ti. vel, pro salute multorum, Pers. sim. Ca. Vox λύτρον addita hîc est ἐξηγητικῶς, ut obiter explicaretur causa præcipua mortis Christi. Puto hîc respici vaticinium, Esa. 53. 10. ubi dicitur Christus vitam suam dedisse אשם, quod hîc rectè λύτρον vertitur, & postea [dicitur,] ipse peccata multorum tulit. Idem sensus est Joh. 11. 52. 53. Et infrà dicitur sanguis Christi fundendus περὶ πολλῶν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· cum quo confer Heb. 9. 28. Sacrificium autem piaculare, quod Hebræi vocant אשם, Hellenistæ, περὶ ἁμαρτίας, aut ἱλασμὸν, rectè λύτρον dicitur. Nam & vox כפר, quæ λύτρον significat, eo sensu usurpatur, ut Lev. 10. 17. unde & à ο'. vertitur περίψημα· & sanè victimæ piaculares Hebræorum ex Divina institutione luebant pœnas peccatorum. Latinè quoque victimæ tales lustrales dicebantur. Nam λύτρον est lustrum: quomodo & Ennius quod Græcè est Ἕκτορος λύτρα Latinè Hectoris lustra inscripsit. Et in his libris passim videmus se mutuò explicantia poni καθαρισμὸν, ἱλασμὸν, λύτρον· Hebræi veteres Messiam vocabant איש כפר, ἄνδρα λύτρου. Daniel Messiam venturum dixerat, לכפר עון, 9. 24. Fatetur Josephus Albo, in disputatione adversùs Christianos, proditum ab Hebræis, solere sapientes in semetipsis tolerare supplicia multitudini peccatorum debita; atque ità jussum Ezechielem [3. 4. 6.] recumbere in latus suum, & sustinere supplicium, in se transferendo iniquitatem domus Israel. Et Philoni, ὁ σοφὸς λύτρον τοῦ φαύλου λύτρον. Sic Josph. Jachiades ad Dan. 11. 35. ait Doctores Israelitarum durissima quæque passuros, & fore eos altare expiationis pro peccatis populi. Idem dicit ad Esa. 53. 5. Gentes alias expiatas, Deúmque eis placatum, per pœnas Israelitas impositas. Dicit & Abarbaniel Josiam pœnam tulisse peccatorum populi, non suorum. De Mose & Aharone Moses Alschech dicit similia, & de justis generatim. Idem de Daniele Chaldæus, Cant. 7. 8. Et Jalcud [legendum videtur Jalcut] suscipere in se peccata, Esa. 53. per expiare exponit. Et Chaldæus, propter eum de quo Esaias agit, ait Deum reatum remissurum, propter ipsum fore peccatorum remissionem. Messiam pœnas toleraturum pro Israele, ad eundem locum ait Moses Alschech [y]. Addit, pro multis, i. e. pro tota multitudine hominum & vulgo [z]: pro omnibus, ut Dan. 12. 2 [a]. & Rom. 5. 15. ubi de toto humano genere agit. Multos ergò hîc ponit, non definitè, pro certo numero, sed, pro pluribus [c], sive pro omnibus [d]; quia se aliis omnibus opponit [*]: omnes autem multi sunt. Pro multis autem dicit, potiùs quàm, pro omnibus, vel, 1. ut opinionem jactantiæ vitet [f]: vel, 2. quia Christus hîc non spectat voluntatem suam, quæ omnes spectabat, sed mortis fructum, qui ad multos, non ad omnes, pervenit [g]. Quanquam πολλοὶ interdum omnes significat, puto tamen hîc verbum δοῦναι (dare) & præpositionem ἀντὶ (pro) cum effectu intelligendam, ideóque agi de credituris in Christum, qui ideo vocentur multi, hîc & Dan. 9. 27. ut intelligantur ad eum numerum non Judæi tantùm, sed & alienigenæ, pertinere [h]. Jesus h. l. exemplum se statuit iis qui tum in hoc seculo, tum in futuro, proximi sibi in honore esse velint [i]. Id autem quod imitandum proponitur est, δοῦναι τὴν ψυχὴν. Excellentia igitur eorum qui in Christi Regno præfecturas obtinent, non ex fumosis titulis, non ex obventionum magnitudine, sed ex donis spiritualibus, ex indefessa diligentia, ex periculis, ex morte ipsa denique, æstimanda est. Ad hanc excellentiam certatim contendentes Episcopos vidit prima illa ac sincerior ætas: sed paulatim irrepserunt vitia, & curam gregis in mundani Imperii speciem mutârunt: quod jam suis temporibus fieri conqueritur Origenes. [Verba vide in G.] Quem [Origenis] locum mirè illustrant, quæ sunt apud Ammianum Marcellinum, hominem, ut videtur, paganum. [Verba vide in G.] His convenit quod dicit Socrates, Romanum & Alexandrinum Episcopos prolapsos ἐπὶ δυναςείαν, (in Dynastiam, sive Principatum:) & quæ apud Nazianzenum sunt oratione post reditum, ubi cùm sui temporis vitia facundè deplorâsset, voto rem concludit, Utinam esset, inquiens, μηδὲ προεδρεία, μηδέ τις τόπου προτίμησις, καὶ τυραννικὴ προνομία, ἵν' ἐξ ἀρετῆς μόνης γινωσκώμεθα· (neque prima sedes, neque ullius loci prælatio, & potestas tyrannica, ut ex sola virtute dignosceremur [k].) Nonnulla in vetustissimo meo Codice hîc inseruntur, eâdem prorsus sententiâ, quæ Luc. 14. 8 [l]. [Quæ vide in Be. & Ham.]

29. Egredientibus illis, &c.] Jesu, ejúsque Discipulis [m].

30. Duo cæci] Qu. An eadem hæc historia, quæ Marc. 10. 46. & Luc. 18. 35 [n]. Resp. 1. Tres diversæ sunt historiæ [o]. 2. Duæ sunt; una in Matth. & Marc. altera in Luca [p]. [Rationes harum sententiarum videbimus statim producendas.] 3. Una tantùm erat historia [q]: adeò similia sunt omnia, idem & tempus, profectio Christi ultima ex Galilæa in Jerusalem, & locus, prope Jericho; & cæcorum situs, sessio juxta viam; eadem verba, &c [r]. Obj. 1. Cæci hi duo erant, at in Marco & Luca unus tantùm [†]. Resp. 1. Alter altero nobilior erat [t], & celebrior, unde & ipsius & patris nomen à Marco memorantur [v]. Ideo unius meminerunt Marcus & Lucas, ad quem haud dubiè præcipue circumstantiæ hujus narrationis pertinent, quam συλληπτικῶς Matthæus enunciat [x]. 2. Marcus [pariter & Lucas] unius tantùm meminit, quia miraculi potiùs naturam quàm numerum ostendere voluit [*]. Obj. 2. In Matt. & Marc. hoc contigit, cùm Christus ab Jericho egrederetur; in Luca, ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἱεριχὼ, cùm appropinquaret in Jericho, i. e. ut in eam ingrederetur [y]. Resp. 1. Ἐγγίζειν non semper motum ad locum, sed sæpe distantiam tantùm significat, ut Luc. 19. 29. ὡς ἤγγισεν εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν. Quare sensus est, Cùm non procul ab oppido esset, sive Jesu exeunte ex oppido [z].

2. Cæ-

Marginal notes (left column): a G. b Bru. c Be. d Bru. Pi. * Bru. f G. g Bru. h Pi. i Bru. sim. Pi. k Pi. l Sch. m Bru. n Bru. Pi. o Bru. p Bru. Pi. q Bru. r Er. Zeg. Sch. † Sch. t Be. Bru. v Bru. x Be.

Marginal notes (right column): y G. z V. ex Er. sim. D. a D. c Calv. d Bru. * Bru. Calv. f Bru. g Mal. h G. i Bru. k G. l Be. m Bru. n Mal. o Euthym. in Mal. p Aug. & Beda in Mal. q Mal. ex Th. r Mal. † Euthym. in Mal. t G. Mal. ex Aug. v Mal. x G. * Li. Chron. 69. y Aug. in Mal. z G.

Line numbers: 10 20 30 40 50 60 70

2. Cæcus ille nobilior Christum prætereuntem bis acclamavit, semel cùm ad urbem appropinquaret Christus, qui tamen tunc eum curare noluit, ut paulò post duos simul curaret; iterum cùm urbe exiret, quando ipse, cum alio etiam acclamante, curatus est [a]. 3. Christus unum curavit ab hac parte urbis, cùm eam ingrederetur, alterum ab altera parte, cùm egrederetur. Quas duas historias Matthæus, brevitatis ergò, in unam compingit [b].

31. *Turba—increpabat eos ut tacerent*] Quia putabant, vel, hunc clamorem Jesu nihil respondenti molestum fuisse, quum ipse potiùs dissimularet, ut patefierent cæcorum fides & ardor [c]: vel, 2. eos stipem tantùm rogâsse [d]. ¶ *Magìs clamabant*] Tum ut monstrarent se nolle cedere his increpationibus; tum ut suprà turbæ strepitum à Jesu exaudirentur. Exemplum ardentis desiderii & invictæ fidei: quò magis vetantur, eò constantiùs pergunt [*].

32. *Vocavit eos*, Ἐφώνησεν] Vel, 1. voce [||]; vel, 2. per alios, quod exprimunt Marcus & Lucas [†]. At hoc potiùs significat καλεῖν, quum de præsente, & μεταπέμπεσθαι, cùm de absente, agitur [||]. ¶ *Quid vultis*, &c?] Non ignorans, nec ostentabundus [f], sed ut fides poscentium manifesta fieret [g], & ut evidens esset miraculum, adeóque fructuosum [h].

33. *Ut aperiantur*, &c.] ut Matth. 9. 30. ubi & contactûs fit mentio. Dei est opus aperire oculos, Gen. 21. 19. 2 Reg. 6. 17 [i].

34. *Misertus*, &c.] Quod vultu & oculis testatus est. ¶ *Confestim*] Natura paulatim, Deus momento, producit opus [k]. ¶ *Viderunt*; ità Ar. Ca. &c. Ἀνέβλεψαν] Ut suprà 11. 5 [l]. *Respexerunt*, Mo. *Visum receperunt*, Er. Il. P. Ti. Be. Bru. *Aperti sunt*, Tre. ex Sy. ¶ *Et sequuti sunt eum*] Iter facientem: evidens signum recepti visûs. Non ingrati ad suo redierunt, sed in comitatu Jesu remanserunt, tum suâ causâ, quod avelli nequirent à benefactore suo; tum aliorum gratiâ, ut eorum præsentiâ turba in amorem Christi raperetur [m]. Quia in Galilææ finibus miracula ferme omnia contigerant, ideo hos duos secum testes Christus Hierosolyma adduxit [n].

[a] Mal. [b] Li. chron. ib. simil. Camer. ex Th. [c] Bru. [d] G. ad V. 32. sim. Bru. [*] Bru. [||] Ec. [†] Sch. sic Bru. [||] Ec. [f] Bru. [g] G. sim. Bru. [h] Bru. [i] G. [k] Bru. [l] G. [m] Bru. [n] G.

CAP. XXI.

1. ET, &c. Καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγὴ] *Et venissent* (ἦλθον, i. e. ἐγγίζοντες, ut alibi diximus: neque enim pervenerant, sed non longè aberant, ut docent Marcus & Lucas [a]:) *Bethphage*, Pi. *Beth-phage est locus extra Jerosolymam*, ait Baal Aruch [b]; vicus [c], situs ad pedem montis Oliveti [d]; imò prope montem Templi, & sub ipsis mœnibus Urbis; ubi etiam coquebantur oblationes vespertinæ [*], ut probat Buxtorfius, &c [f]. Antiqua omnia legunt Βηθσφαγή. Hebræa enim hæc omnia variè sunt à Græcis corrupta. Syrus scribit בית פגא, *Beth-phage* [g]. [Vocem variè exponunt;] Vel, *domum fontis* [h]; vel, *domum adulatoris* [i]; vel, *domum grossorum* sive *immaturorum fructuum* [k], à quibus & *Olynthus* dicta, urbs Thraciæ. *Grossi* Chaldæis & Syris פגי, *pagge*, vel, *phage*, ὄλυνθοι [l]. [Plura qui vult adeat Di. & BA.] At Lucas 19. 29. & Marcus 11. 1. habent, εἰς Βηθφαγὴ, καὶ Βηθανίαν [m]. [Quomodo hæc concilianda?] Resp. 1. In Marco solùm εἰς Βηθανίαν legit Vulgatus, nec non Origenes, tract. 14. Proinde ut Mat. solius *Beth-phage*, & Marcus solius *Bethaniæ*, meminit; ità Lucas utrumque junxit sine ullo respectu ad situm [n]. 2. *Bethania*, & *Beth-phage* æqualiter ferè ab Jerosolyma remotæ fuerunt. *Bethania* distabat à Jeros. 15. stadiis, Joan. 11. 18. i. e. circiter 1900 passus: Mons item Oliveti, in cujus radice est Beth-phage, distabat à Jeros. itinere Sabbati, Act. 1. 12. quod continebat, juxta Origenem, mille, juxta alios, bis mille, passus [o]. Agri ergò horum vicorum confines erant: & quod factum eit in confinis dici potest vel in alterutro, *Beth-phage*, ut Matth. aut *Bethania*, ut Marc. vel, ut Luc. in utroque, factum [p]. Planè verisimile est, *Beth-phage* esse κώμην quò mittuntur Discipuli; ità ut Christus hæc sit locutus in valle quæ ab uno latere habebat Bethaniam, ab altero Beth-phagen: sed Beth-phagen Urbi propiorem Syrus ad Marcum dixit: per declive Beth-phagæ & Bethaniæ. Vide tabulam Judææ à Judæis editam [q]. ¶ *Ad montem Oliveti*, Τῶν ἐλαιῶν] *Olearum*, sive *Olivarum*, D. Er. Pi. &c. Sic vocatur hic mons, Marc. 11. 1. Luc. 19. 29. ut & Zach. 14. 4. ab ejus arboris copia [r]. Vicinus erat monti Sion [†]. Inter hunc montem & Urbem erat vallis Josaphati [t].

2. *In castellum*, Κώμην] *Vicum*, sive *pagum*, Bru. V. Pi. Be. *urbem*, Æth. in Di. quo sensu κώμη de Bethlehem dicitur, Joh. 7. 42. & de Damasco apud LXX, Jer. 49. v. 25 [v]. *Hunc vicum*, Ar. in BA. quem intento digito monstravit [x]. ¶ *Quod*, &c. Τὴν ἀπέναντι ὑμῶν] *Qui contra vos est*, Il. P. Ca. BA. sic Er. Ar. ex opposito vestri [y]. Vel, *è regione vestri*, Ti. sic Pers. Bru. Be. BA. ut Matt. 27. 61. *sedentes ἀπέναντι, contra sepulchrum* [z]; & Æneid. 1. Carthago dicitur sita *Italiam contrà* [a]. *In conspectu*, ut infrà 27. 24. Act. 3. 16. Idem est κατέναντι apud Marcum (h. l. & 12. 41. & 13. 3.) & Lucam. LXX etiam ἀπέναντι ità usurpant, ut Gen. 31. 32. 2 Sam. 12. 11 [b]. ¶ *Asinam—& pullum*] Cui nemo adhuc insederat [c], ut referunt Marcus & Lucas [d]: (quod ad honorem Christi pertinet, sicut in novo sepulchro condi, Joh. 19. 41. Confer 1 Sam. 6. 7. Volunt etiam Christum per hoc significâsse, sibi parere etiam quæ maximè sunt indomita [*]:) ejus tamen magnitudinis qui sessorem commodè ferret [f]. Nam id genus asellos juniores etiam LXX vocant πώλους, Jud. 10. 4. & 12. 14 [g]. Matris cum pullo adductæ solus Matthæus meminit [h], ut ostenderet impletam fuisse Zachariæ prophetiam, quæ de utroque egit [i]: reliqui id prætereunt, ut minùs necesse, quia solum pullum Christus equitavit [k].

3. *Dixerit*] Quid, vel Quare, hoc facitis [l]: vel, dehortetur vos ab instituto [m]. ¶ *Dominus*] Non dicit, Dominus noster, aut vester, sed simpliciter *Dominus*, universi videlicet, & jumentorum istorum, & dominorum, & absolutè omnium: qui sese mox Regem exhibiturus erat: qui auctoritatem Regiam adeóque Divinam hîc exercere voluit [n]. ¶ *Et confestim dimittet*, &c. Ἀποστελεῖ αὐτοὺς] *Emittit ipsos*, Apostolos scilicet: hîc enim variant Græci Codices [o]: quorum quidam habent, ἀποστέλλει [p]. Ambigua planè est hæc sententia. Potest enim ἀποστελεῖ referri, vel, 1. ad Christum, qui non diu eam sit retenturus [q], sed brevi ad herum remissurus [r]. *Remittet eos*, Be. Sed *remittere* est, ἀναπέμπειν, Luc. 23. 7, 11, 15. Philem. 12 [†]. Vel, 2. ad herum, qui simulac hoc audiverit [t], *mittet*, vel *dimittet*, *eos*, sive *ea*, Di. Pi. Camer. BA. i. e. jumenta [v]; asinam & pullos, συλληπτικῶς [x]. Hoc malim, quia Christus Discipulis scrupulum sic adimit; qu. d. Non incassum ibitis: statim dimittet: quod & factum narratur Marc. 11 [y]. & quia ἀποστέλλειν in S.S. semper est, *mittere*, vel *dimittere* [z]. Syrus, *mittet ea*, & addit, *huc*, quod & ipsum ambiguum est [a].

4. *Ut impleretur*, &c.] Τὸ *ut* hîc non tam consequentiam notat quàm causam finalem & consilium Christi, ut ex hac Prophetia convincerentur Judæi, ipsum Regem & Messiam esse [b]. Al. Τὸ *ut* hîc eventûs potiùs est, quàm finis. Nam si finem respiciamus, res non tam implentur quia sunt prædictæ, quàm prædicuntur quia implendæ [c]. Non vaticinii præcipuè causâ hoc fecit [d], [sed ob alios fines,] ut humilitatis exemplum præberet [*]; ut Judæos irritaret, ut ipsum morti traderent [f]; ut naturam Regni sui adumbraret [g], quod pacificum & humile est [h], & à mundanorum Regum pompa alienum [i]. Hinc non superbis equis, aut mulis, vehitur, sed *asino*; eóque non proprio, sed commodato, nec pannis aureis, sed vilibus, Discipulorum palliis, strato; nec armatis satellitibus, sed imbellibus Discipulis, & pauperculo vulgo, stipatus [k]. ¶ *Per Prophetam*] Quem? Resp. 1. Esaiam [l]; cap. 62. 11. ubi habentur hæc verba, *Dicite filiæ Sion*, *Ecce*, *Salvator tuus venit* [m]. 2. Zachariam [n], 9. 9. ubi reliqua habentur, ob quæ locus Scripturæ hîc affertur [o]: unde si non omnia, saltem quæ ad rem erant maximè, descripserunt Matt. & Joan. mutatis aliquot verbis, sed eodem sensu servato. Supponunt autem Zachariam de Christo egisse, quod & locus ipse palàm evincit. Unde & ad Messiam hoc summo consensu referunt Judæi,

[a] G. [b] D. Di. [c] Bru. BA. [d] Bru. sic Mal. [*] BA. 1. 2. 17. 209. ex Her. [f] BA. ib. [g] Be. [h] Be. ex Tre. Pi. [i] Di. [k] BA. ib. Di. [l] BA. ib. [m] BA. ib. sim. Mal. [n] BA. ib. [o] Mal. [p] BA. ib. [q] G. [r] D. [†] V. [t] D. [v] Di. [x] BA. ib. 210. sim. Bru. [y] Bru. [z] BA. [a] Be. BA. [b] G. [c] G. Mal. [d] Mal. [*] BA. 211. [f] G. sic Bru. [g] G. [h] BA. sic Mal. [i] Mal. [k] BA. [l] Bru. [m] Pi. [n] Bru. [o] V. [p] Er. Th. in Be. [q] Di. [r] Di. ex Be. [†] BA. ib. [t] Di. sic BA. [v] Er. [x] Camer. [y] Di. [z] BA. ib. [a] Di. [b] Mal. [c] BA. ib. 213. [d] Bru. [*] Mal. ex Chrys. [f] Q. in Mal. sim. Bru. [g] BA. sic Bru. [h] BA. [i] BA. sim. Bru. [k] Bru. [l] Æth. in Di. Ham. Glas. Nonnus in BA. [m] BA. [n] Di. BA. Ham. Glas. Mal. &c. [o] Di. ap.

dæi, tum veteres, ut R. Eliezer, cap. 31. Talmudici in Sanhedrim, cap. 11. fol. 98. a. Nachman. in Midras super Genesin, c. 99. tum plerique recentiorum, ut R. Sadias Gaon in Dan. 7. 13. RS. & K. & Abarb. in Zac. 9. 9 [p]. [Plura vide vel in BA. vel in Collectaneis nostris ad Zach. 9. 9.] 3. Et Esaiam & Zachariam: ex utroque testimonium conflavit [q]; ut sæpe fit: ut Matt. 21. 13. ubi prior pars ex Esa. 56. 7. posterior ex Jer. 7. 11. desumpta est. Marc. 1. 2, 3. ubi prior pars ex Mal. 3. 1. posterior ex Esa. 40. 3. Vide & Act. 1. 20. Rom. 3. 10, &c. *Prophetam* autem in singulari vocat, ut Prophetiarum omnium harmoniam insinuet, & uno Spiritu omnes locutos fuisse Prophetas ostendat [r].

5. *Filiæ Sion*] i. e. Civitati (vel potiùs, Ecclesiæ, aut Synagogæ †,) Sion. Urbes enim Hebræis sæpe *filiæ* dicuntur, ut in lib. Threnorum, necnon in Pindaro [t]. Vel, concioni Sionis [v], sive populo Israelitico [x]: civitati Hierosolymæ ædificatæ super montem Sionem [y], & ab eo denominatæ, quia ibi erat Regia. ¶ *Ecce, Rex tuus*] Messias, diu exspectatus, jam propè adventans, & ante oculos positus [z]: *tuus*, proprius, legitimus, tibi olim promissus, cujus tu peculium es, non hostis, non alienigena, &c. ¶ *Venit*] Hebr. יָבוֹא, *veniet*, scil. brevi, tempore secundi Templi [a]: potiùs, *venit*; nam fut. est pro Præsenti, unde & Lxx sic reddunt [b]. Non tu ad eum venis, sed ipse ad te venit, & quidem ultro atque Divinitus missus, non tuo suffragio aut opera evocatus. ¶ *Tibi*] i. e. In tuum usum, non ut suam rem conficiat, quod plerumque Reges, sed ut te salvet, ut tibi omnia bona sua impertiat [c]. ¶ *Mansuetus*, Πραΰς] Ità Lxx hoc loco, quanquam ex alia, ut puto, Versione additur πτωχὸς [d]. In Zach. 9. 9. est עָנִי, pro quo, ut apparet, Matthæus legit עָנָו [*]. Sed עָנִי & עָנָו Hebræis promiscuè usurpantur [f]. Nam & עָנִי, ut dictum est ad Matt. 11. *pauperem* sæpe significat, & עָנִי *mansuetum* notat, non his tantùm, sed & aliis in locis [g]. עָנִי hic ponitur pro עָנָו, sicut Psal. 18. 27. (ubi Lxx ταπεινὸν, & Sym. πρᾷον, reddunt,) & Soph. 3. 12 [h]. Sed & hunc Zachariæ locum eodem modo interpretantur Jonathan & Kimhi [i]. Sensus, Non ferox Dominus tibi erit, ut Reges Gentium, sed benignus & facilis Pater, non terrens peccatores, sed consolans; non ultionem inimicis inferens, sed veniam [k]. ¶ *Sedens*, &c. Ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου] *Sedens* (רֹכֵב *equitans* [l],) *super asinam*, Tre. Er. Il. &c. (cùm ὄνος Græcè sit ἐπίκοινον, quomodo & Heb. חֲמוֹר, ut videre est 2 Sam. 19. 26 [m]. ubi & Lxx τῷ ὄνον dixerunt, rectè hîc *asinam* ponit [n]: nam pullo mater optimè adjungitur [o]. Al. *asinum*, Q. in Be.) & *super pullum filium* (vel, *natum*, V. fœtum, sive prolem [p],) *asinæ*, Tre. ex Sy. Ar. Æth. vel, *subjugis*, sive *subjugalis*, Er. Il. Mo. Be. Pi. sub. *jumenti*, Pi. vel, sub. *asinæ*, P. Be. Pi. Bru. &c. Pro quo *subjugale* ponit, ut doceat, Prophetiam in ea asina, quæ non ad iter faciendum, sed ad gestanda onera & laborem alebatur, impletam esse [q]. Τὸ ὑποζυγίου hîc absolutè ponitur, tanquam esset substantivum. Sic enim Græci vocant ὑποζύγια ipsa jumenta, ut equos, asinos, &c. subaudientes nimirum κτήνη, vel ζῶα [r]. In Zac. est, *filium asinarum* †: quæ vox pluralis est sono, singularis autem sensu [t]: éstque vel, 1. Synecdoche integri, ex eo quòd duæ asinæ sub uno jugo copulari solent: pullus autem à latere unius ex illis, videlicet matris, currere consuevit [v]: vel, 2. ellipsis, q. d. *filium* unius *asinarum*. Sic infra v. 7. *sedebat* ἐπάνω αὐτῶν, rectè transtulit Syrus, *super eum*, i. e. super alterum ex jumentis, pullum videlicet; quomodo accepit & Latinus Interpres. Similia sunt, *sepultus est in urbibus Galaad: descendit in latera navis*, & id genus alia. In Codicibus Lxx in Zac. est, πῶλον νέον, sed rescribendum ex Justino, πῶλον ὄνου. Asino insidere apud Hebræos veteres non erat paupertatis signum [x]: nam proceres asino vectabantur, Jud. 10. 4. & 12. 14 [y]. item Num. 22. 21. Jud. 5. 10 [z]. Sed cùm Salomonis temporibus Ægypti commercio Equorum copia apud Judæos crevisset, ex eo eviluere Asini. Sed & ipsa Asini statura & comitatus Urbem ineuntis facilè ostendunt Regnum quod sibi Jesus vindicabat diversissimum esse à Regnis mundi. Locum autem hunc Zachariæ ad Messiam pertinere agnoscunt Scriptor Bereschith Rabba & Midras Koheleth [a]. [Quomodo sedit super ὄνον καὶ πῶλον;] *Resp.* 1. Modò asinæ, modò pullo, insedit [b]. Sed hoc ridiculum est. 2. Vox ὄνος masculinè hîc sumitur, ut apparet, 1. quia חֲמוֹר semel fortè *asinam*, aliàs semper in S. S. *asinum*, significat: 2. quia ὄνος, quum fœmin. est, semper vel articulum, vel adjectivum, aliquod fœm. additum habet: hîc autem articulus abest [c]: quanquam cùm in tota hac historia distinguantur ὄνος & πῶλος, necesse non fuit articulum semper exprimere [d]. Verba autem reliqua, *& pullus*, non copulativè intelliguntur, sed exegeticè; q. d. *super asinum, qui ætate adhuc pullus est*. Tales exegeticæ locutiones sunt, Genes. 49. 11. *Ligans ad vitem pullum suum, & ad vitem optimam filium asinæ suæ*, &c: Eph. 1. v. 3. *Benedictus sit Deus & Pater* [*]. Non placet: Nam quia & v. 2. & 7. *asinæ* & *pulli* simul mentio fit, probabile est, hîc quoque utriusque mentionem fieri. Est ergò potiùs ἓν διὰ δυοῖν, & Synecdoche integri, qualis infrà 7. *super asinam & pullum*, pro, *super pullum sectantem asinam matrem*; & qualis, Matt. 27. 44. *latrones*, i. e. alter eorum. Nam solius pulli meminerunt Marc. Luc. & Joan [f]. Ideo autem dicitur & matre & pullo vectus fuisse, quia vectus est pullo, cui adjuncta erat asina, idque ex communi loquendi more, quo v. g. aliquis dicitur ire 3 aut 4 equis, si totidem habeat comites [g].

6. *Fecerunt*, &c.] Non detrectabant ministerium, ut insolitum, aut incertum, sed acquiescebant mandatis ac promissionibus Christi, ideóque res successit [h]. Eò mirabilius, quò expressius, erat hoc vaticinium, de asino, & quidem ligato, cum matre, &c. Quas omnes rerum minutias nemo prædixerit, nisi qui gerit, & providentiâ suâ disponit [i].

7. *Et*, &c. Καὶ ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν] *Et sedit*, vel *insedit*, *illis*, vel *super eos*, Tre. Mo. Ar. *Et equitavit super eum*, Sy. Pro ἐπεκάθισεν Syrus legit, ἐπεκάθισαν, & non transitivè, sed intransitivè, accepit, pro, *insidere*: ut καθίζω, & simplex ἵζω. cum omnibus ferè suis derivatis passim usurpatur [k]. *Et collocârunt* ipsum *super ea*, Er. Il. P. Be. Ti. Ca. Pi. &c. vel, 1. super pallia pullo injecta [l]: vel, 2. super asinam & pullum [m], per modò dictam Synecdochen [n]; i. e. super unum eorum. In universali singulare, in specie individuum, intelligimus, ut Gen. 8. 4. *super montes*, i. e. unum montium. Sic *discipuli*, Matth. 26. 8. pro, *unus discipulorum*, Joan. 12. 14. Sic *crucifixi*, Matth. 27. 44. pro, *unus ex eis*, Luc. 23. 39 [o]. Enallage est numeri, quâ pluribus indefinitè tribuitur quod illorum uni convenit, ut Gen. 19. 29. *urbes in quibus* (i. e. in quarum una) *Lot habitavit*; & 23. 6. — *In sepulchris*; Jos. 7. 1. *Filii Israel*, &c. i. e. unus eorum [*]. Al. Pro αὐτῶν legendum; vel, 1. αὐτὸν [p]: Ità Vulgatus, quod & ad Christum refert, & ἐπάνω absolutè accipit absque casûs regimine, verba sic reddens, *& eum desuper sedere fecerunt*, quomodo & Evang. Heb. habet [q]. Vel, 2. αὐτοῦ [r], supple πώλου, *pulli* †: quem solum nominant Marc. Luc. & Joan [t].

8. *Plurima autem turba*] i.e. Plurimi è turba [v]. Turbam intellige quæ cum Christo venerunt Jerosolymam, ut apparet Joh. 12. 12 [x]. Convenit hîc illud Horatii, *Interdum vulgus rectum videt*, ut in Davide, 1 Sam. 18. 6 [y]. ¶ *Straverunt vestimenta sua*] Tanquam Regi. Argumentum hoc submissionis [z], & honoris maximi, &c [a]. De hoc more vide Agamemnonem Æschylis, & Plutarchum de Catone Uticensi, quo, inquit, abeunte, *populus vestimenta sua pedibus ejus substravit*, &c. [Verba utriusque vide in G.] Vide & 2 Reg. 9. 13 [b]. ¶ *Cædebant ramos* (olearum & palmarum, quæ ibi frequentes erant [c]:) — *& sternebant in via*] Viæ ornandæ, & lætitiæ causâ, ut festis diebus antiqui facere solebant [d]. Non quòd vestes & ramos in ipsa semita sub pedibus asini calcandos sternerent, (quod forsan equitantem prosternere,) sed juxta viam tentoriola & tabernacula ex vestibus & ramis confinxerunt, ad morem festi Scenopegiæ. Addit etiam Joannes, arreptis in manibus palmarum ramis ei in occursum processisse. Illustrabit hoc Maimon. in Succah, *Expandit quis vestem in tabernaculum suum propter Solis ardorem? &c. absurdum est; at si expandit vestem ob decorem atque ornamentum, approbatur*. Et postea, *Præceptum nobile est*, (Levit. 23. 40.) *ut colligarent* לוּלָב, i. e. *ramos palmarum, & ramusculos myrti & salicum in fasciculum unum, & in manibus gestarent* [*].

9. *Turbæ*] Quæ undique instantis festi causâ convenerant.

Z

[p] BA. 213. [q] Mal. sim. Ham. Glas. [r] Glas. rhet. 2. 7. 592. † D. [t] Be. [v] V. [x] V. Bru. sim. Pi. [y] Pi. [z] Mal. [a] Bru. [b] Mal. [c] Bru. [d] G. [*] Pi. [f] G. sim. D. Bru. [g] G. [h] D. [i] G. [k] Bru. [l] Idem. [m] G. sim. Pi. [n] G. [o] G. sim. Bru. [p] Pi. [q] Bru. [r] Pi. † Pi. sim. G. [t] G. [v] Pi. [x] G. [y] G. sic Bru. [z] Bru. [a] G.

[b] Th. in Scul. Bru. ex Aug. [c] Scul. ex. 2 E3. [d] Be. [*] Scul. ib. [f] Pi. [g] Be. [h] Bru. [i] BA. ubi suprà 211. [k] Di. [l] Pi. sim. Be. Camer. [m] Be. Camer. [n] Pi. [o] Di. [*] BA. ib. 212. [p] Cas. & Be. & Scul. [q] Di. [r] Sy. in Di. Scul. † Di. [t] Scul. [v] Bru. [x] M. I. [y] G. [z] Heins. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. [d] Idem. [*] Li. hô.

nerant [f]. ¶ *Hosanna*, &c. Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ] *Hosanna Filio David*, Er. Il. Be. Pi. &c. Desumpta hæc sunt ex Psal. 118. 25 [g]. saltem ex parte [h]; pauculis tantùm, ut fieri in ejusmodi accommodationibus typorum solet, mutatis [i]. Vox Ὡσαννὰ (ità enim in quibusdam exemplaribus legimus [k]:) ex verbo & particula Hebræa constat [l]. Vox hæc est, vel, 1. Syra sive Chaldaica [m]. At Syris nec verbum הושע in usu est, nec affixum נא [n]. Vel, 2. purè Hebraica [o]; הושע־נא, *serva nunc* [p], desumpta ex Psalm. 118. 25. ubi est הושיעה נא [q]: unde brevitatis causâ [r], & per syncopen †, factum הושע־נא [t]; quod non displicet [v]. *Hosanna* vox corrupta est à vulgo pro *Hosiah-na*, sive *Hoseah-na*; quæ dictio Dativo construitur [x]. *Hosanna*, juxta propriam verborum interpretationem valet, *Opitulare quæso* [y]; vel, *Serva age* [z]; vel, *Serva quæso* [a]; vel, *Serva nunc* [b]. Bezæ sententia non placet. Ipsa enim forma indicat, ob solennem & frequentem ejus usum ex duabus dictionibus, הושע נא, unam factam esse vocem artificialem, quæ nominis substantivi rationem induit; quapropter adjectivum ei jungitur, הושענא גדולה, *Hosanna magnum*; qui solennis precationis titulus est apud Hebræos, sicut הללויה גדולה, *hallelujah magnum*. Hoc sensu Ὡσαννὰ est nomen solennis voti & acclamationis, quâ id ipsum vovetur quod sub dictionibus הושע נא continetur. Plena itaque constructio est, Ὡσαννὰ ἔστω τῷ υἱῷ Δαβὶδ, & in sequ. Ὡσαννὰ ἔστω ἐν τοῖς ὑψίστοις, i.e. salus ea, auxilium illud, quod in dictionibus הושע נא continetur, sive quod per Hosanna innuitur, (i. e. *pax* & *gloria*, quæ voto Hosanna comprehenduntur, quæ etiam post εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος, &c. adduntur, Luc. 19. 38.) contingat ei non in terra tantùm, sed & in locis altissimis, sive in summo cœlo. Confer Psal. 118. 26 [c]. Fuit hæc solennis formula acclamationis [d], beneprecantium *. Quò & sequentia sunt referenda, *Benedictus qui venit*, &c. *Bene sit ei qui venit*, &c. Congruit hoc cum acclamationibus Latinorum in εὐφημίαις hilaritatis, ut in Sticho Plauti, *Bene nos*; *bene te*; *bene me*. Et in Ovid. Fastor. 2. *Et bene nos*, *bene te*, *patriæ pater*, *optime Cæsar* [f]. Vox Ὡσαννὰ pro ipso hymno usurpatur, ut ὑμνῳδὸν Græcis. Nam ea interpretatio hîc & infrà commate 15. convenientior quàm ut βάϊα (*ramos*, &c.) significet. Sensus est, Hymnum hunc bene ominantem canimus Regi Messiæ [g]. *Hosanna* erat cantionis genus quæ sub festum Tabernaculorum cani solebat, in qua subinde repetebatur *Hosanna* [h]. In eo festo canebantur à Judæis Litaniæ quædam, populo identidem respondente, *Hosanna* [i]. Tunc canebatur magnum *Hallel*, i. e. Psalmi 113, 114, 115, 116, 117. 118. Dúmque ab uno occinerentur, vel recitarentur, verba Psalmorum, à toto cœtu aliquando repetitæ sunt ipsissimæ clausulæ ab occinente recitatæ, aliquando quassati atque agitati sunt fasciculi, aliquando responsum est, aut, *Halleluja*, aut, ה׳ הצליחה נא, *O Domine*, *quæso*, *bene prospera*, הושענא, *salva obsecro* [k]. Quin & ob crebras has τοῦ *Hosanna* vociferationes, ipsos etiam fasciculos Judæi vocabant *Hosannas* [l]: quod neque nos negamus [m]. In Talmude enim sic legitur, *Qui nectit Hosannam principis exsulum*, &c. &, *Cùm nectitis Hosannas*, *facite eis manubrium* [n]. Et in Bab. Succah, fol. 37. 2. virgultum palmæ constat vocari לולב, ramósque myrti & salicum colligatos vocari הושענא. Vide Glossam [o]. Quare, *Hosanna Filio David*, nihil aliud vult quàm *Rami Filio David* [p]. Ità fatebantur se *Hosanna*, h. e. ramos, ferre *Filio David*, eúmque Deum ac Messiam agnoscere: hæc enim vox soli Deo convenit; non, ut quidam somniant, est salutatio, quâ Reges Judæi compellabant, ut illa vulgaris, *Vivat Rex*: sed significat, *salva quæso*; q.d. Et rectè clamamus *Hosanna*, ut nos salvet qui salutis solus Autor est: rectè etiam manibus gestamus *Hosanna Filio David*, ut victorem ac triumphantem ovantes ipsi comitemur [q]. [Aliis non placet hæc sententia :] Si *Hosanna Filio David* ramos Filio David velit, quid sibi volunt verba ista, *Hosanna in altissimis* [r]? Oportebit sensum esse, *Ramos hodie sacramus ei qui est in altissimis*. At non verisimile est, turbam eum, quem hominem esse videbant, eundem esse in cœlis credidisse †, aut Christum quem postea *Prophetam* vocant, habuisse pro Deo, cui festum hoc celebraretur [t]. Verba ergò hæc occinentium huc redeunt, acsi diceretur, *Jam canimus Hosanna Messiæ*. Cùm jam non occineretur solenniter, quod solitum, magnum *Hallel*, eò quòd subitanea esset præsens actio, absorpta quasi est tota cantionis istius celebritas in frequenti geminatione & regeminatione τοῦ *Hosanna*; prout in Templo solitum, dum circuirent Altare. Et modò occinunt *Hosanna Filio Davidis*, modò, *Hosanna in altissimis*, acsi dixissent, Jam *Hosanna* canimus Filio *Davidis*, Salva nos, obsecramus, tu, qui in altissimis, salva nos per Messiam. Summam observationem meretur, quòd cœtus Christum, jam ad Pascha accedentem, excipiat cum solennitate festi Tabernaculorum: Nam quidnam huic cum tempore Paschali [v]? Quæri potest, cùm ritus ferendi τὰ βάϊα, sive θύρσους ἐκ φοινίκων καὶ κιτρίων, ut Josephus loquitur, & acclamandi *Hosana* pertineat ad ξυλοφόρεια, ut Josephus vocat, vel, quod idem est, ὀσχοφόρια [x], (quo nomine Athenienses simile festum, *à gestandis ramis* vocabant [y],) quæ incidebant in mensem Septembrem, ut apparet Levit. 23. 39, 40. quomodo nunc longè alio anni tempore sint usurpata [z]? Resp. 1. Singularis erat illius festi præ omnibus aliis solennitas & lætitia, ut constat, tum ex eo quòd κατ' ἔμφασιν חג, i. e. *festivitas*, vocabatur, tum ex collat. Zach. 14. 16. Cùm ergò præ oculis haberent *Messiam*, (quem esse eum apertè agnoscunt, dum *Filium Davidis* vocant,) à quo grandia exspectarent, eum cum omni lætitia, triumpho & affectu, recipere voluerunt [a]. Sicut & in nova dedicatione Templi sub Hasmonæis eadem lætitiæ publicæ signa usurpata legimus, 1 Mac. 13. 51. & 2 Mac. 10. 7. & Apoc. 7. 9. Videtur autem ritus ramos gestandi, ut multa alia, à Judæis ad Græcos pervenisse. Nam Clemens notat ex Orpheo ramos adorantibus dari solitos. 2. Sciendum, constanter fuisse Judæis creditum, festos dies non tantùm memoriam continere Ægyptiaci exitûs, sed & præsagium temporum Messiæ. Itaque etiam hodie Judæi ἐν τοῖς ὀσχοφορείοις dicunt optare se ut eum in modum lætos dies agere possint, regnante Messiâ, devictísque hostibus. Plebis igitur illa pars quæ, miraculis Jesu adducta, sibi certè persuaserat hunc verum esse Messiam, velut impleto præsagio, ritus & verba τῆς ὀσχοφορείας rectè usurpat [b]. Per festum Tabernaculorum designabatur *inhabitatio Dei in carne nostra*, Joh. 1. 14. &, *in tentoriis Semi*, Gen. 9. 17 [c]. Hanc ergò acclamationem transfert populus ad Christum, a typo ad antitypum [d]. Dubium porrò est, ad quem, tanquam personam agentem, & ad quem, tanquam ad patientem, referenda sunt hæc verba, *Hosanna*, i. e. *Salva nos obsecro?* Resp. 1. Ad Christum, ut agentem; ad turbam, ut patientem; q. d. Serva nos, ô Fili David *. Non placet: 1. Quia turba non credidit Christum verum Deum & Redemptorem esse. 2. Quod sequitur, *Benedictus qui venit*, &c. ad Christum, tanquam patientem, refertur. 3. Repugnat Grammatica. Quis enim sensus, *Salva nos Filio David?* Resp. 2. Ad Deum, ut agentem; ad Christum, ut patientem. Clamant, *Hosanna*, q.d. *Vivat Rex*. Novum Regem prosperet Deus [f]. *Salvum fac*, *obsecro*, *Filium David*, i. e. Fer opem ei Regnum suum ineunti, ô tu qui habitas in altissimis [g]. *Salutem præsta nunc Filio David*. Vox gratulantium, & invocantium, Deum pro salute Regis [h], pro felicitate Messiæ. Nec quenquam turbet constructio verbi הושיע cum Dativo casu [i]: ea enim frequens est. Vide Jud. 7. 2 [k]. הושיע sæpe ponitur absolutè, pro, *opitulari*, vel *salutem adferre*, ut in Psal. 118. 25. unde hæc desumpta [l]. ¶ *Benedictus*] Sub. *sit à Deo*, Bru. sim. Pi. &c. i. e. ex Hebraismo, laudandus & extollendus [m]. *Felix sit* [n], ut *vivat*, ut Latini acclamabant [o]: benedictionibus à Deo augeatur [p]; bene sit ei [q]: prosperet Deus Regnum ejus [r], & adventum ejus †. ¶ *Qui venit*; ità Be. Pi. &c. Ὁ ἐρχόμενος] Vel, *Qui venturus erat*. Hoc enim verbum tempore præsenti passim de futuro dicitur, quasi de eo qui jam sit in via [t]. *Qui à Deo missus est*, V. Ità eum pro Messiah & Schiloh agnoscebant [v]. ¶ *In nomine* (non suo, non seipsum ingerens, sed [x]) *Domini*] i. e. Dei mandatu, potestate [y], virtute, vice [z]; velut Dei legatus [a], gerens personam Dei [b]. ¶ *Hosanna in altissimis*] Sub. *locis*, Pi. vel, *cœlis*, Be. D. Cam. Pi. ut Luc. 2. 14. Confer & Eph. 1. 3. Est phrasis Hebraica, ברומים, quæ occurrit Job. 31. 2. Psal. 148 1 [c]. idem est & במרום, Psalm. 93. 4 [d]. In Evang. Hebr. legebatur ברמה *. Hoc autem non puto ad designationem Dei pertinere,

[Margin notes, left:] [f] Bru. [g] Be. Pi. Scul. sic Er. Camer. Bru. [h] Pi. [i] Scul. ex 2. 85. [k] Be. [l] G. [m] D. [n] Di. [o] Di. sim. Tru. &c. [p] Di [q] Bru. * Elias in Canin. † Idem. sic Be. Bru. [t] Elias. [v] Canin. disq. 4. in append. crit. tom. 2. p. 3699. [x] V. [y] Be. [z] Ca. [a] D. sim. Er. V [b] D. sim. Pi. [c] Di. [d] Be. Ham. sic Camer. Scul. * Camer. [f] Scul. 2. 85. [g] G. [h] Ca. [i] Canin. ex Os. [k] Li. ho. [l] Canin. ib. & ex eo 1 e. Ham. Gua. [m] Li. ho. [n] Canin. [o] Li. ho. [p] Q. in Li. ho. [q] Canin. [r] Li. ho. sim. Di. † Di. [t] Ee.

[Margin notes, right:] [v] Li. ho. [x] G. [y] Be. [z] G. [a] Li. ho. [b] G. [c] Ham. [d] Scul. ubi supra. * Iren. Orig. Hil. Hi. &c. in Mal. [f] Mal. [g] V. [h] Pi. [i] Scul. ex Be. [k] Scul. [l] Ee. [m] Idem. [n] G. ex V. [o] G. [p] Bru. sic Pi. [q] Be. Bru. [r] Bru. † Mal. [t] Be. [v] Ham. [x] Bru. [y] G. sic Bru. [z] Bru. [a] Be. [b] Bru. Mal. [c] Cam. [d] G. * G. ex Hi.

pertinere, sed idem valere quod *summè*, ut si Latinè dicas, *terque quaterque* [f]. Al. *Hosanna*, inquam, audiatur *in altissimis*, i. e. acclametur à nobis, sublatis in cœlum vocibus. Vel, *Hosanna* perpetuum sit; salus, prosperitas firma sit ac æterna Filio David [g], *in*, pro *ex*, *altissimis* [h]. Ità rogant Deum, ut de cœlis, h. e. cœlitus, divinitus, Regem novum servet. ב pro מן, ut Exod. 12. 43. Psal. 148. 1 [i]. Al. *Hosanna* (sub. ὁ ὢν ἐν, Be. Pi. vel, *ô tu qui habitas*, V.) *in*, &c. Be.

10. *Commota est*, &c.] Ità Be. Pi. &c. תהם, Ruth 1. 19 [k]. Cives perculsi sunt animis [l], *commoti*, non admiratione, aut gaudio, sed metu & invidiâ [m].

11. *Populi*] Non Jerosolymitani, sed advenæ [n], simplices & recti [o]. ¶ *Propheta*, Ὁ προφήτης] *Ille propheta*, Bru. Quem hactenus ut Prophetam agnovimus, nunc ut verum Regem veneramur [p].

12. *Et intravit Jesus*] Quando, non constat [q]; vel eodem die, vel sequenti [r]. [Vide Mal.] ¶ *In templum*] i. e. In atrium Templi †, qui locus patebat omnibus [t], Act. 5. 12. in quo vendentes & ementes versabantur [v]. Regni sui in hominum animis specimen aliquod Christus dederat asinorum accitu: majus nunc & maximè admirabile edit in purganda æde paterna, nullâ vi externâ, solâ Divinâ virtute venerabilis [x]. Hinc quoque Regni sui ingenium dat intelligi, quòd Regnum velut auspicatus non arcem [y] Sionis, aut domum Regiam [z], sed Templum, ingreditur [a], in Patris suúmque palatium, monstrans eò tendere quem admiserat Regis titulum, ut homines ad Deum adduceret [b]. ¶ *Ejiciebat*, Ἐξέβαλε] *Vi adhibitâ expulit*, ut verbum sumitur, Matt. 22. 13. Luc. 4. 29. Joh. 9. 34 [c]. flagello adhibito, ut Joh. 2. 15 [d]. quæ tamen similis tantùm, non eadem, est historia [*]: bis enim hoc à Christo factum [f]. Quæst. Quo jure hoc fecit? Resp. 1. Regiâ auctoritate [g]. 2. Jure Zelotarum, quod à Judæis agnitum erat, tanquam à Mose traditum, & firmatum exemplo illo, Num. 25. 8. & illo, 1 Mac. 2. 24. quo jure Ebræo cuicunque privato, zelo ducto, licitum erat, homini sanctitatem, sive Numinis, sive Templi, sive Gentis, palàm ac in publico violanti, atque ἐπαυτοφώρῳ, h. e. *in ipso dum committebatur facinus momento* deprehenso, supplicium capitale infligere. Alioquin, Scribæ Christum statim reum egissent de vi publica, sive ex Jure patrio, sive ex Romano, nisi hoc licitum scivissent jure Zelotarum, quod hîc adhibitum constat ex Joan. 2. 17. *Recordati sunt Discipuli ejus quod scriptum est, Zelus domûs tuæ comedit me*; perinde ac si דין קנאין, seu *zelotarum* Juris moribus patriis subnixi, expressè illic meminissent [h]. ¶ *Vendentes*, &c.] Boves, oves, reliquámque sacrificiorum materiam [i]. Rectè quidem à Legisperitis erat constitutum, ut qui victimas aut dona ex Lege aut voto deberent, præsertim si procul Hierosolymis habitarent, possent pecuniam domo adferre, próque ea Hierosolymis victimam, aut quod donandum esset, sibi comparare; nimirum lege ea quæ est de Decimis, Deuter. 14. 24, 25, 26. ad alias factorum similium species non iniquâ interpretatione productâ: sed id in Templo fieri minimè oportuit, eo præsertim tempore quo is Templi locus (facta enim hæc in parte extima quæ *Gentium* dicebatur) vacare debebat Gentibus ad veram Religionem se conversuris, ut prædixerat Esaias. Ideo significanter apud Marcum est in hac histora, *Quia domus mea domus precationis vocabitur omnibus Gentibus*. Notandum enim est, pleraque vaticinia ejus generis duplicem habere sensum, priorem planum & ἀχρημάτιστον, qui tacitam habet conditionem, si Judæi, sub adventum Messiæ, ut debebant, gentibus cæteris pietate præluxissent; alterum allegoricum, qui impletus est rejectis Judæis, & surrogatis Gentibus [k]. ¶ *In templo*] Non in Sancto sanctorum, nec in Sancto, nec in atrio proximo, nec denique, in atrio Israelis, aut vicino fœminarum, sed in *atrio extimo*, sive *profano*, sive *Gentium*, in quo aut Gentes, aut Judæi immundi, orabant [l]. Sedes vendentium & ementium à Scriptoribus poni, nec immeritò, solet ad Montis Templi partem orientalem, seu atrium Gentium, scilicet ad intermuralis partem exteriorem. Huic monti, (scil. Moriah,) seu porticibus exterioribus & spatiis aliisque quæ fuere extra intermurale locis Montis, quâ ascendebatur ad Templum, id est, toti castrorum Leviticorum (ut spatium illud nuncupabant) areæ, ob Templi vicinitatem, & singularem loci (præ reliqua urbe) sanctitatem, *templi* nomen subinde tribuitur, quod plerumque tamen pro eo quod intermurali interius erat tantùm sumebatur [m]. Constans & perpetuum erat emporium in Templo, in loco isto, qui vocabatur חנויות, *Tabernæ*, in quibus indies vendebantur vinum, sal, oleum, aliaque requisita ad sacrificia; itémque boves & pecora in spatiosa area atrii Gentium. Auxerat emporium appropinquans Pascha. Hierosl. Jom tobh, fol. 61. 3. *Veniens quâdam die — in atrium, vacuum pecoribus illud reperit. Desolentur, inquit ille, domus eorum, qui desolatam reddiderunt domum Dei nostri. Accersivit ister mille oves, — & post examen, eas induxit in montem domûs*, i. e. in atrium Gentium [n]. Ex Lege, Deut. 14. 24, &c. erant Hierosolymæ macella, foráque publica. Ea Sacerdotes postea in ipsa Templi atria transtulere, ut & offerentium commoditati servirent, & quæstum ipsi majorem facerent: hi enim mercatores aut sacerdotes erant, aut eorum famuli, aut ab iis tantùm admissi, qui & iis certum pro concesso loco tam quæstuoso tributum penderent [o]. ¶ *Et mensas* (In quibus pecunia numerabatur, unde & hi *trapezitæ* dicti sunt [p]:) *numulariorum*; ità P. Be. Pi. Τῶν κολλυβιστῶν] *Commutantium*, Æth. *Trapezitarum*, sive [quod idem est] *Mensariorum*, Sy. Ti. V. Bru. D. ex He. ut vocantur Matt. 25. 27 [*]. Sic & Hesychius, Κολλυβιστὴς, τραπεζίτης, h. e. *mensarius* †. Qui & *argentarii*, & ἀργυροπράται, sive *Argenti distractores*, Cujacio [q]; &, κερματισταὶ, Joh. 2. 14 [r]. à voce κέρματα, quæ vulgò sumitur pro χρήματα, *pecuniæ* †; & hîc, κολλυβισταὶ, à κόλλυβος, quod vulgò *cambium* vocant [t], ἀργυρίου ἀλλαγὴ, *argentei numi permutatio*, Polluci [v], 3. 9. & 7. 30 [x]. Cicero in Verrina ait, *deductionem factam pro collybo*; & in Epistola, *detrimenti satis esse in collybo*. Quia in Templo erant quæ ex Lege aut moribus Siclis Sacris pendi debebant, ideo argentarii mensas in Templo habebant, lucellum ex permutandi officio aucupantes [y]. Quilibet Israelita tenebatur semisiclum offerre, Exod. 30. 15 [z]. quotannis in sacros usus [a]. Primo die mensis Adar publicum præconium (per urbes & oppida [b],) ediderunt de hisce Hemisiclis solvendis. Die 15. Adar sederunt Trapezitæ, השולחנין, in unaquaque urbe, pacatè nummum hunc exigentes, die autem 25. Adar etiam à nolentibus extorquentes [c]. Quibus ergò non erat dimidius Siclus, (illam enim speciem licebat Judæis commutare in nummos aureos, ob itineris ac oneris commoditatem [d]:) illi eum ab his numulariis acceperunt, vel dato pignore, vel permutatione alterius monetæ [*]. Qui autem Siclum binis Hemisiclis commutavit, lucrum ei aliquod reddere tenebatur, quod vocatur קולבון, κόλλυβος [f], cujus valor erat חצי מעה, *dimidium Meæ* [g], h. e. 12 denarii [h], seu pars 48. Sicli [i]. Quæ negotiatio illicita erat [k]. Porrò, considentes in Templo hi nummularii perpetuò coràm habebant 13 arcas, sive cistas [l], (in quibus repositus est nummus sacratus [m], quarum prima erat pro Siclis anni præsentis, secunda pro præteriti, tertia pro nummo oblato ad coemendas columbas, &c [n].) & totidem mensas [o], in quibus transactio lucri hujus exsecrandi. Quare non arcas, sed mensas, Christus hîc evertit [p]. Al. Hi numularii non tam unam pecuniæ speciem cum alia commutabant, (ut quidam intelligunt,) quàm pecuniam in uno loco pensitatam in alio loco, [v. g. Hierosolymæ,] reddebant, [ut viatorem & molestiâ portandæ pecuniæ, & periculo ejus amittendæ, levarent:] unde lucrum percipiebant. Quales vocantur in Authoribus ἀργυραμοιβοὶ, & χρυσαμοιβοὶ, ut in Themistoclis Epistolis, ubi Philostephanus, χρυσαμοιβὸς Corinthiacus idem est de quo jam antè dixerat, τῇ τοῦ τραπεζιτικῇ ἐργασίᾳ χρώμενον, *qui lucrum percepit ex persolutione pecunæ per modum cambii* [q]. ¶ *Et cathedras* (i. e. sedes: venditores enim columbarum verisimile est fœminas fuisse, quæ cathedras, sive sedeculas, secum adferre solebant: unde illud Martialis, *Inter fæmineas totâ qui luce cathedras Desidet* [r]:) *vendentium columbas*] Ut quibus defungebantur pauperes, vice majorum victimarum, ut passim in Mose videre est, & Luc. 2. 24 †. quæ etiam pro puerperis, & profluvio laborantibus, offerebantur [t]. Has autem solebat, accepto pretio, dare offerentibus Præfectus oblationum, ut notat Maimonides, de Instrumentis sanctis, c. 7. cui consentit liber

[f] G. [g] Bru. [h] Bru. Mal. [i] Mal. [k] G. [l] Bru. [m] Mal. [n] Idem. [o] Bru. [p] G. [q] Me. ex Mal. [r] Mal. † Bru. Mal. [t] Mal. sim. Bru. [v] Mal. [x] G. [y] G. sim. Bru. [z] Bru. [a] G. Bru. [b] Bru. [c] Sch. [d] Bru. sic Sch. [*] Mal. sim. Bru. [f] Mal. [g] Bru. [h] Seld. in Wal. [i] Bru. [k] G. [l] Bru.

[m] Seld. in Wal. [n] Li. ho. [o] Bru. [p] Idem. [*] Ham. † D. [q] D. [r] Ham. ex G. † Ham. [t] G. [v] D. sic G. Sch. [x] Sch. [y] G. [z] Li. ho. ex Maim. sim. Seld. in Wal. [a] Seld. [b] Idem. [c] Li. ho. ex Maim. & Talm. sic Seld. ex He. [d] Seld. ex He. [*] D. ex Talm. sim. Li. ho. Seld. [f] Li. ho. sim. Seld. [g] Seld. Li. ho. [h] Li. ho. ex He. [i] Seld. ex He. [k] Seld. [l] Li. ho. ex Maim. sic Seld. ex He. [m] Li. ho. [n] Li. ho. ex Maim. [o] Seld. ex He. [p] Li. ho. [q] Ham. [r] Bru. † G. [t] Li. ho.

Schekalim, c. 5. sect. 1 [v]. ¶ *Evertit*; ità Er. Il. Tre. &c. Κατέστρεψε] *Subvertit*, Pe. Be. Bru. Pi. Disjecit propriis manibus, nè illi ad mensas, aut hæ ad sedes, redirent suas. Cum mensis autem disjecit æs, & pecuniam dispersit, ex collat. Joh. 2. 15 [x]. Ostendit hîc Christus summam suam potentiam [y]. Maximum hoc erat miraculum, quòd unus ipse tantam multitudinem, nitentem auctoritate Sacerdotum, violenter & ignominiosè exturbare potuerit. Nè dicas eum turbis fautricibus fretum hoc fecisse; idem enim fecit initio prædicationis suæ, cùm nulla adhuc ipsi turba adhæreret, Joan. 2. 15. Rectiùs alii notant, igneum quiddam atque fulgureum ex Christi oculis radiâsse, & Divinitatis majestatem in facie reluxisse, quæ hostes perterrefecit, & in stuporem vertit [z].

13. *Scriptum est*] Esa. 56. 7 [a]. & Jerem. 7. 11 [b]. ¶ *Domus orationis*] i. e. Deputata, seu consecrata, ad orationem, h. e. ad omnem Dei cultum [c]. ¶ *Vocabitur*] i. e. Erit [d], agnoscetur [*]. ¶ *Vos autem fecistis illam* (quod in vobis est [f],) *speluncam latronum*, λῃστῶν] Ex Versione LXX apud Jeremiam. Simili tralatione, λῃστὰς τῶν περὶ μάτων, dixit Æschines. Itaque vox ista hoc loco non tam *latronem* quàm *prædonem* sonat: quo sensu & apud Xenophontem reperitur, Græcæ historiæ secundo. Sed & Chaldæi vocem Græcam eo significatu usurpant. Sic Ismaelitæ עם לסטם, *populus prædator*, Jonathani, Gen. 21. 13. Dubium non est quin pro usu Templi partem quæstûs stipulati fuerint Sacerdotes. Οἶκον ἐμπορίου est in simili historia, Joh. 2. 16 [g]. Hoc iis improperat, quòd insidiarentur hominibus spoliandis in Templo Dei, & cultum Dei convertissent in quæstum [h]; quòd in loco orationis exercerent negotiationem, quam comitantur tumultus inter se concertantium, & avaritia; quibus nihil magis orationi inimicum [i]. Prisci mortales in illis regionibus effossa habebant & excisa in montibus antra vastissima, ad quæ, tanquam ad arces tutissimas, periculo imminente, confugere solebant: de quibus vide Strabonem, l. 16. & Jo. Antiq. 14. 27. & 1 Sam. 23. 14. & 24. 3, 4. Ad hunc morem alludit hîc Christus. Imaginem talis speluncæ pulchrè repræsentabat Templum. Utrobique idem erat nefarium institutum incolarum, eadémque confidentia, latronum videlicet speluncâ, Judæorum autem Templo, &c [k]. Alludit etiam hîc Christus (linguâ quippe Syriacâ loquens [l],) eleganti paronomasiâ, voce פרוצים, *latronum*, ad nomen פרושים, Pharisæorum [m].

14. *In templo*, &c.] Piis operibus illud sanctificans, quod isti inclementiæ operibus profanârunt [n]: & verè implens illud Hag. cap. 2. vers. 9. *Major erit gloria hujus domus*, &c [o].

15. *Et pueros*, &c.] Qui publicis clamoribus delectari solent, præsertim majorum exemplo provocati [p]. Pueri, vel à primis annis, quamprimum edoceri poterant, edocti sunt Legem, & induere fimbrias, & recitare Phylacteria, necnon fasciculos tractare & agitare, atque agitantes *Hosanna* canere [q].

16. *Audis*, &c?] qu. d. Cur non compescis [r]? Ostendis ambitionem tuam, à te affectari honoris titulos, Regis ac Messiæ, quos & à pueris, quorum leve est & puerile testimonium, gaudes tibi acclamari †. Ad seditionem hæc tendunt [t]. ¶ *Ex ore* (i. e. voce, aut testimonio, ut *os* sæpe accipitur. Vide Matt. 18. 16 [v].) *infantium & lactentium*; ità Er. Il. P. Be. Pi. Ca. &c. Νηπίων καὶ θηλαζόντων] *Puerorum & infantium*, Tre. &c. Sy. i. e. parvulorum [x]: neque enim infantes erant, sed pueri, ex collat. v. præced [y]. q. d. Etiam David infantes facit præcones gloriæ Dei, [Psal. 8. 3.] Quare, sicut laudes meas quasi canunt pueri infantes, dum ostendunt meam Providentiam ipsos sustentando, &c. ità decet ut isti quoque pueri me celebrent [z]. Usuvenit in hoc Psalmi testimonio, quod aliquoties diximus, ut quod David de *infantibus* dixit figuratè, [de quo vide ibi annotata:] innocentes & simplices intelligens, id in Christo impletum sit, salvo isto significatu, & simul juxta magis propriam vocis νηπίων significationem. Nam & pueros fuisse in clamantium turba jam legimus [a]. ¶ *Perfecisti*, &c. Κατηρτίσω αἶνον] Ità LXX vertunt, יסדת עז [b], [Psalm. 8. 3.] *fundâsti robur*, i. e. firmam ac solidam laudem [c]. [Verba sic reddunt;] *Perfecisti laudem*, Er. Il. P. Mo. Be. Pi. &c. i. e. perfectam & integram reddidisti, vel summam esse insigniter declarâsti: ἄρτιος idem quod τέλειος, 2 Tim. 3. 17. Unde καταρτίζειν, ἀπαρτίζειν, ἐξαρτίζειν [d]. Al. *Laudem condis*, Ca. vel, *disposuisti*, Tre. *parâsti*, Ar. *concinnâsti*, Ti. i.e. Compegisti canticum laudis [*]. Tralatitiam significationem verbi יסד interdum voce minùs figuratâ exprimunt LXX, ut hîc καταρτίζειν. Esth. 1. 8. ἐπιτάσσειν. Sic & עז, quod itidem tralativè usurpatur, LXX variis nominibus vertunt prout fert subjecta materia, ut hîc αἶνον in Psal. 132. 8. ἁγίασμα [f].

17. *Et relictis illis*] Vel, 1. nè ante tempus comprehenderetur [g]: vel, 2. tanquam indignis præsentiâ & colloquiis ejus [h]: vel, 3. quia vespera jam advenerat, ut habet Marcus [i]. ¶ *Abiit foras*] Ut omnem affectati Regni terrestris suspicionem quàm longissimè à se amoveret, quam fovere poterat urbs per se populosa, concursus aliunde ad festos dies, & nocturnum tempus ejusmodi conatibus opportunum. Confer Matt. 26. 55. & Joh. 6. 15 [k]. ¶ *Bethaniam*] Vicum quasi 15 stadiis à Jerosʃ. distantem [l]. ¶ *Ibique*, &c. Καὶ ηὐλίσθη ἐκεῖ] *Et illic diversatus est*, Er. Il. Tre. Be. &c. vel, *pernoctavit*, Sy. Ar. V. Camer. Utuntur hâc voce Græci sæpe, ut vertant לון, quod est *pernoctare*: vel, *sub dio egit*, ex collat. Luc. 21. 37. ut vox propriè significat. Solenne hoc ipsi erat quoties extra ordinem precibus vacabat [m]. Vel, *stabulavit*, Er. Αὐλίζεσθαι propriè convenit armentis, quæ de die in pastum emittuntur, nocte verò in stabulo asservantur [n].

18. *Manè*, Πρωΐας] Scil. φυλακῆς, vel ὥρας· *Matutinâ*, sub. *horâ*, & sub. *factâ*, Pi. ¶ *Esuriit*] Sive quòd incœnatus noctem insumpsisset [*]; sive quòd famem in seipso excitaret, ut locum pararet miraculo simul & mysterio [p]; sive quòd esurire se finxit [q]: nam postea finxit se fructum quærere, quem ibi non esse scivit [r].

19. *Et videns fici*, &c. Συκῆν μίαν] *Ficum unam*, D. vel, *quandam*, D. Pi. Sch. &c. ¶ *Secus*, &c. Ἐπὶ τῆς ὁδοῦ] *Secundùm* (vel, *Apud*, Q. in. Cas.) *viam*, Cas. in loco omnibus communi. Ità damnum particulari alicui homini non intulit Christus [*]. ¶ *Nihil invenit*, &c.] Quia adhuc longè aberat tempus ficuum, Marc. 11. 13 †. [Ubi vide quæ hîc habet Li. quæ cum aliis ibi exspectet Lector.] ¶ *Nunquam ex te fructus*, &c.] Non hoc dixit aut fecit Christus ex iracundia, aut inediæ impatientia, more hominum, &c. fuisset enim ut injusta, ità & puerilis ac ridicula, ultio, *cùm nondum esset tempus ficuum*, Marc. 11. 13. Res ergò, non ipsa in se, sed in significatione suâ, est consideranda [t]. Quod generaliter dictum est à Dionysio Thrace, Grammatico vetere, de antiquis, Ἐσήμαινον, &c. (*Significabant non modo verbis, sed & symbolis*, &c.) id de Hebræis eorúmque vicinis verissimum est [v]. Ut prophetæ non solùm verbis, sed & rebus ipsis, aliquando prophetârunt, ut Esaias *nudus—incedens*, Esa. 20. 2 [x]. alii contundi sibi capita facientes, alii cornua sumentes ferrea, alii sibi circumdantes compedes [y]; ità Jesus in parabolis multa non solùm dixit, sed & fecit [z]. Clementissimus Dominus cùm innumeris miraculis sua in nos æterna beneficia figurâsset, severitatem judicii, quod infrugiferos homines manet, uno duntaxat signo, ídque non in homine, sed in non sensura arbore, adumbravit, ut certi essemus, bonorum operum sterilitatem gratiæ fœcundantis ademptione puniri. Vide ea quæ ad Heb. 6. 8. quæ hujus loci interpretationem continent. Philo spadones qui in sacrum Concilium à Mose admitti vetantur, ἀλληγορικῶς non malè interpretatur, τοὺς ἀρετῆς, &c. (*virtute steriles*, & *fide exsectos* [a].)

20. *Et videntes*] Scil. postridie manè, Marc. 11. 20 [b]. ¶ *Quomodo*, &c. Πῶς παραχρῆμα, &c.] *Ut statim* (vel, *Quàm subitò*, Sch. vel, *Quomodo illico*, Be. Pi.) *exaruit ficus*! Πῶς hîc non est quærentis, sed admirantis [c]. Quare, quod sequitur, *respondisse Jesum*, est H[s]. pro, *locutum esse* [d].

21. *Si habueritis fidem*] Illam comparatam grano sinapi [*]; [Matth. 17. 20. ubi fusè hac de re dicta vide] fidem cum fiducia impetrandi conjunctam [f]. Fidem miraculorum & fidem justificantem non esse unam & eandem, ut statuunt Bel. & Maldon. ex eo probatur; quòd non modò distinguantur hæc dona, 1 Cor. 12. sed & separentur, ut constat ex Mat. 7. 22. & 1 Cor. 13. 2.

Quæritur

[v] G. [x] Bru. [y] M. [z] Bru. [a] Bru. D. par. [b] Pi. Jun. par. Glas. [c] Bru. [d] Be. Bru. [*] Bru. [f] Idem. [g] G. [h] M. ad v. 23. [i] Bru. [k] Ful. misc. 4. 6. [l] Sch. [m] Be. ex Mer. [n] Bru. [o] M. ad v. 12. [p] Bru. [q] Li. ho. ex He. [r] Pi. † Bru. [t] Sch. [v] Be. [x] Bru. sic Me. [y] Me. [z] Pi. [a] G. [b] Bru. sic Ham. sim. Be. [c] D.

[d] Be. [*] Ham. [f] G. [g] Chrys. & Euthym. in Mal. [h] Th. in Mal. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. sim. Pi. [m] G. [n] Sch. [*] Sch. sic Pi. [*] Bru. [p] Bru. sim. Mal. ex Chrys. [q] Mal. ex Euthym. [r] Mal. [*] Li. ho. † Idem. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. [c] Sch. ex Cas. [d] Cas. [*] Bru. [f] Me.

Quæritur ergò de quâ fide Christus hîc loquitur. Resp. 1. Primò & principaliter loquitur de fide miraculorum, ut patet, 1. ex concionis hujus occasione, quæ miraculum erat. 2. Quia de ea fide agit quâ arefiant arbores, & montes moveantur, ut h. l. & Dæmonia ejiciantur, ut & Matth. 17. 19, 20. Obj. 1. Tunc non reprehendisset Christus aut Apostolos, aut patrem Lunatici, ob incredulitatem, ut fecit, Matth. 17. 20. Resp. Meritò reprehendit, tum, 1. Apostolos, quòd dono miraculorum à Deo accepto non rectè uterentur, sed per incredulitatem paterentur in se exstingui: tum, 2. patrem Lunatici, quòd fide miraculorum passivâ destitueretur, quæ in percepturis miraculorum beneficiis requirebatur. Obj. 2. Christus Matth. 17. hortatur, *Habete fidem Dei.* At nemo alium exhortatur, ut dona miraculorum habeat, quia id in nostra non est potestate. Resp. 1. Imò ad hæc ipsa hortatur Apostolus 1 Cor. 12. 31. & meritò: nam precibus, &c. quanquam non humano studio, obtineri illa poterant. 2. Ἔχειν non solùm est, *acquirendo aliquid habere*, sed etiam, *donis acceptis rectè uti*, vel *tenere*, ut Matth. 13. 11. & 25. 29. Quia igitur Apostoli donum miraculorum acceperant, ejúsque augmentum postea accepturi erant, Christus jure eos hortatur, ut dono illo rectè utantur, ac fidem suam in eo ac per illud exerceant. Resp. 2. Secundariò & consequenter loquitur de fide justificante: ut constat, 1. Quòd ad eos loquatur qui fide non solùm miraculorum, sed & justificante, præditi sunt. 2. Quòd indefinitè loquatur in Marco, *Quisquis dixerit monti*, &c. quod non ad quosvis omnino pertinet, sed ad eos duntaxat Discipulos, qui donum illud acceperant, & postea magis accepturi erant: quales multi erant præter Apostolos, & post Apostolorum tempora; ut notum. 3. Quia de fide illa loquitur quæ in oratione & fraterna condonatione se exerit, quæ sanè fides est justificans. Summa est, hæc Christi verba in sensu literali de fide miraculorum agunt; in sensu mystico ad fidem justificantem applicari possunt [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ διακριθῆτε] *Neque hæsitaveritis*, Er. Il. Be. Pi. sic Tre. Ti. Mo. Ar. vel, *animo distracti fueritis*, Pers. vel, *disceptaveritis*, P. Be. Mal. ut Act. 10. 20. Rom. 4. 20[g]. ut solent qui dubitant apud se in utramque partem argumentari[h]. Vel, *dubitaveritis*, Sy. Æth. Ca. diffidentiâ, territi operis difficultate[i]. Διακρίνεσθαι est idem quod διστάζειν, cui opponitur τὸ πιστεύειν, ut annotavimus ad c. 14[k]. Ad verb. *non dijudicaveritis*, i. e. non discreveritis inter facile & difficile, certò confisi, non viribus suis, aut dignitate suâ, sed Dei potentiâ, bonitate & promissionibus Dei, faciendum quicquid expedit fieri[l]. Διακρίνεσθαι significat ut *dubitare* & *ambigere*, ità & *distinguere*, *decernere*, *discernere*[m]. ¶ *Non solùm de ficulnea*, Τὸ τῆς συκῆς] *Hoc*, vel, *Illud* (vel, *Hanc rem*, Sy sub. *quod factum est*, vel *accidit*, Er. V. Be. Pi. P. Il. Ti. vel, *Quod*, Mo.) *ficûs*, Be. Mo. &c. supple πάθος [n]. Vel, *de ficu*, Tre. Ca. vel, *ficui*, Er. Il. P. Be. Ti. Pi. vel, *hujus ficûs* Bru. ¶ *Monti huic*] Olivarum, quem præsentem monstrabat[o]. Vide suprà 17. 20[p]. ¶ *Tolle*, &c. Ἄρθητι, &c. *Tollere* (vel, *Tolle te*, Be. Bru. &c. scil. è terra[q]:) *& jactare* (vel, *jacta te*, Be. Bru. &c.) *in mare*] Aliquot millibus passuum distans[r]. Locutio est hyperbolica, qualis est de ipsissimo hoc monte, Zach. 14. 4 [†]: neque enim montem illum revera findendum aut removendum ibi vult, sed magnas populi concussiones significat, quibus via hosti patefiat[t]. Sic & Hebræi solebant Doctores suos, doctrinâ aut virtutibus illustriores, indigitare, *Iste est eradicator* aut *transplantator montium.* [Vide Li. ho.] Eâdem ergò Phrasiologiâ, quâ illi inceptè atque adulatoriè Doctores suos magnificarunt, Christus meritò fidem magnificat, ad omnia potentem[v]. ¶ *Fiet*] Deo votis vestris annuente[x]. Necessariò hîc intelligendum est, si gloria Dei & salus hominum tale quid postulaverit. Alioquin fidei nihil magis adversum est, quàm temeraria stolidæ carnis vota, &c[y].

22. *Et omnia* (vide suprà 18. 19[z]. Non tantùm miracula, sed & quævis alia ad Dei gloriam & Ecclesiæ salutem necessaria[a]:) *quæcunque petieritis* (à Deo, *secundùm voluntatem ejus*, 1 Joh. 5. 14[b].) *in oratione* (vel, *inter orandum*, Be. Ità ostendit modum quo fides miracula agit, nempe auxilio Deo precibus impetrato, Matth. 17. 21. Act. 3. 12, &c[c].) *credentes* (i. e. si credideritis[d]: Participium conditionem includit[*]:) *accipietis*] Vide ad Matth. 7. 7, 8[f].

23. *Accesserant ad eum docentem*] Docebat enim publicè in Templo eadem quæ in Galilæa docuerat, continentia quid credendum faciendúmque esset, proponens itidem præmia obedientiæ, remissionem peccatorum, Spiritum Sanctum, & vitam æternam. Hæc sunt quæ hìc unâ voce Matthæus, Lucas autem duabus, διδάσκειν & εὐαγγελίζεσθαι, complectitur[g]. Superiora egerat Christus pro officio Regali, nunc pro munere ipsius Prophetico docet[h]. ¶ *Principes sacerdotum* (vel, *Primarii*, sive *Summi*, *sacerdotes*, Bru. Pi. Vide ad Matth. 2. 4[i].) *& seniores* (i. e. judices[k],) *populi*] Et γραμματεῖς, *Scribæ*[l]; quod addit Marcus[m]: sed & reliqui; i. e. totum illud Concilium quod omnem sibi auctoritatem in rebus ad religionem pertinentibus arrogabat; vel certè omnium ejus Concilii conspirantium legati[n]. His tribus hominum generibus, Pontificibus quidem & Senioribus, ut parte Senatûs, Legisperitis autem, ut eorum assessoribus & consiliariis, describitur Synedrium magnum, ut alibi diximus; cujus officio incumbebat veros falsósque Prophetas discernere. Sic ad Barchochebam à sapientibus Israelis missos legatos narrant Judæi. Adierunt autem isti Jesum, capto antè consilio quomodo ei perniciem possent accersere, irritati ob traductam suam in Templo nundinationem, ut notat Marcus 11. 18. Huc igitur tota ista tendebat oratio[o]. ¶ *In*, &c. Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ, &c.] *Quâ* (vel, *Quo*, V. *Quali*, Be. Redundat hîc ἐν, more Hebræorum[p]:) *potestate* (vel, *authoritate*, Er. V. Be. Bru. vide Matth. 7. 29[q]. vel, *jure*, V.) *hæc facis?* Pi. Bru. &c. nempe quòd publicè doces[r]: huc enim potissimùm pertinere hanc quæstionem Lucas satis apertè ostendit [†]. Quòd ejicis vendentes, &c. te tanquam Christum geris & ostentas: quæ nimiam licentiam meritò interpretamur[t]. Imitantur Judæi Samaritarum quæstionem ad Esdram, 5. 3. q. d. *Unde tibi jus istud?* Nam Synedrii erat jus docendi in Templo concedere: ab iis autem nullum jus Christus acceperat. Supererat igitur ut Dei mandato se tueretur, cujus in Templum jus summum erat[v]. ¶ *Et quis tibi dedit*, &c?] q. d. Non certè nos, legitimi Præpositi Ecclesiæ, à quibus omnis docendi regendíque auctoritas accipienda est. Non de doctrina, aut miraculis, sed de ejus auctoritate, missione, ac mandato, controversiam movent, eúmque, eo nomine, temeritatis, usurpationis & seditionis, accusant: quasi penès eos solos, etiam Deo excluso, tota hæc resideret potestas. At Deus, ut Prophetarum, ità & Christi, authoritatem, non ab hominibus, sed à se solo, esse voluit; quam tamen (nè quis eo prætextu falleretur) abundè testatam reddidit. Viderant ipsi Christi miracula, impudenter tamen hoc quærunt calumniandi animo, &c[x].

24. *Interrogabo vos & ego unum sermonem*, λόγον ἕνα] *Rem quandam*, Pi. sic Bru. *Verbum* pro *re*, per Hebraismum[y]. Al. *Uno verbo*, sive *Unâ oratione*. Ἕνα λόγον, ellipticum, pro, καθ' ἕνα λόγον, i. e. ἑνὶ λόγῳ[z]. Ἀντερώτησις, qualis à Grammaticis notatur ad Eclogam Virgilii tertiam, & in Socraticorum libris non rarò apparet. Latini veteres *Tuscum jurgium* appellabant. *Litem lite resolvere*, dixit Horatius. Hanc autem quæstionem ità Christus instituit, ut manifestissimum indè fiat justas ipsum causas habuisse ad ipsorum interrogationem non respondendi. Quomodo enim credidissent alleganti mandatum Divinum qui Johanni non crediderant; quem tamen à Deo missum apertè diffiteri non audebant[a]? Si respondissent quod res erat, suæ ipsorum quæstioni satisfecissent[b].

25. *Baptismus* (Quo nomine synecdochicè intelligit etiam doctrinam totámque ejus functionem[c], ex collat. v. seq.[d]. prædicabat enim *Baptismum resipiscentiæ*, &c. Marc. 1. 4. vide Act. 19. 3[*]. Sed *Baptismum* nominat ob novitatem celebritatémque ejus[f]:) *Johannis unde erat?*] Quod ad institutionem: Unde hanc auctoritatem acceperat[g]? Quâ auctoritate baptizabat[h]? ¶ *E cœlo?*] i. e. A Deo[i]? *Cœlum* pro *Deo* Syriacum est, sive Chaldæum[k], ut Dan. 4. 23[l]. Sic dicunt RR. *In nomine cœli* (i. e. Dei,) *fit omne malum*, h. e. sub prætextu religionis multa mala patrantur.

Margin notes (left column): [*] Ger. [g] Be. [h] Mal. ex Be. sim. Camer. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. [m] Camer. [n] Sch. [o] Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Idem. [†] Li. ho. [t] Li. chron. sect. 74. [v] Li. ho. [x] Bru. [y] Ger. [z] G. [a] Ger. [b] Bru.

Margin notes (right column): [c] Ger. [d] Bru. sic Pi. [*] Bru. [f] Idem. [g] G. [h] Bru. [i] Idem. [k] Bru. [l] Bru. G. &c. [m] G. [n] Bru. [o] G. [p] Pi. [q] Bru. [r] G. sic Bru. [†] G. [t] Idem. [v] G. [x] Bru. [y] Pi. sim. Be. [z] Camer. [a] G. [b] Bru. [c] Bru. sim. Be. [d] Bru. [*] Be. [f] Fru. [g] Idem. [h] V. [i] V. Be. Pi. Pso. &c. [k] Glass. phil. 1. 4. 2. 3. 234. sim. Be. [l] Glas. ib.

Vide & 1 Mac. 3. 18. & 4. 19. Sic et Aristophanes in Pluto, νὴ τὸν οὐρανὸν, *ità per Deos*. Et vetus Poeta Latinus dixit, *Cœlo gratissimus amnis* [m]. Vide dicta ad Joh. 16. 16 [n]. Hebræi inter Dei nomina recitant שמים: sed verius est, figuratè pro Rege regiam nominari, ut Dan. 4. 35. *exercitus cœlorum* [o]. Ad imperium hoc referendum est, ut sursum homines mentem attollant, cùm de Deo agitur [p]. Al. *Ex cœlo*, h. e. cœlitùs. Sed prius malim, ob verborum antithesin: nam cœlo non terra, sed homines, opponuntur [q]. ¶ *An ex hominibus?*] A vobis, vel à seipso, vel ab aliis vanis hominibus [r]. ¶ *At*, '&c. Οἱ δὲ διελογίζοντο, &c.] *At illi cogitabant* (vel, *ratiocinabantur*, Pi. Bru. *ratiocinando cogitabant*, Camer. rationes conferebant in utramque partem [†]:) *apud se*, Er. &c. vel, *inter se*, mutuò, seorsum à Christo [t]. Demostheni διαλογισάμενος πρὸς τὸν πατέρα, qui cum patre cujusdam subduxisset rationes [v]. ¶ *Quare—non credidistis illi?*] Tum in cæteris, tum in testimonio quod de me perhibuit [x], quem Christum esse constanter testatus est.

26. *Timemus turbam*] Tunc præsentem, & gregatim à Johanne baptizatam [y], nè vindicet dignitatem Johannis [z]; *nè lapidet nos*: quod addit Lucas. Veritatem negâssent; quippe quod sibi commodum erat, nisi obstitisset timor, non Dei, sed hominum [a]. ¶ *Omnes enim habebant* (vel, *habent*, Er. Pi. &c. quod rectius [b]. Sermo enim est, non Evangelistæ [c], sed Pharisæorum [d]: *habent*, firmâ quâdam persuasione, ut Lucas exprimit [*]:) *Johannem sicut* (τὸ *sicut* hic veritatem notat, non similitudinem [f]:) *prophetam*] i. e. Ut hominem Divinitus excitatum, quemadmodum superiora evincunt [g]; qui è deserto, velut novus homo, prodiit [h]: ut Doctorem à Deo missum [i]. Prophetæ non ab hominibus mittuntur, sed immediatè à Deo. Non quærunt h. l. quid verum, sed quid ipsis commodum, est [k].

27. *Nescimus*] Ignorantiæ professionem ab illis Christus exprimit, qui jactare solebant penès se esse judicium ἀναμάρτητον, (*infallibilem*,) addiscernendos veros ac falsos prophetas [l]. In angustias adducti, hinc discriminis vitæ, illinc confitendæ veritatis quam oderunt, eligunt (utpote sibi minùs incommodum) mentiri ignorantiam rei, quam ipsi pro officii sui ratione scire debebant. ¶ *Et ipse*] i.e. Etiam vel similiter ipse; non quòd nescire se dixerit, ut illi, sed quòd clarum responsum negaverit. ¶ *Nec ego dico*] Quando vos mentimini nescire quod scitis, meritò ego nego ad id quod scio disertè respondere. Signanter utitur præsenti tempore, *dico*; nam & antea dixerat, & pòst dicturus erat [m].

28. *Homo quidam*] Hic indubiè Deus est [n]. ¶ *Duos filios*] Qui h. l. significant, vel, 1. duos populos, Gentilem & Judaicum [o]. Gentilis, prior filius, à Deo per legem naturalem jussus est in vinea laborare, & abnuit, eam non servans; sed postea pœnitentiâ ductus in vineam venit, nec illam tantùm legem, sed & Evangelium amplexus est: Judæus, posterior filius, pollicitus est se Legem servaturum, sed, illâ violatâ, etiam Evangelio restitit [p]. Vel potiùs, 2. duo Judæorum genera, (ut ipse Christus exponit [q]:) primus, plebem & publicanos & peccatores [r], qui etsi primò & verbis & factis mandata Dei repulerint, postea tamen ad prædicationem Johannis & Christi resipuerunt; posterior, Scribas & Pharisæos [†], qui Legis observationem, & quidem perfectam, profitebantur, sed eam minimè servârunt [t], neque Johannem, aut Christum salutaria monentem audiverunt [v]. Convincit eos hoc loco Christus intolerabilis pervicaciæ, dum videri vellent genuini Dei filii [x].

29. *Ille*, &c. Ὁ δὲ, &c.] Syntaxis refertur ad sensum, non ad vocem: præcessit enim τέκνον [y]. ¶ *Nolo*] Scil. ire & operari [z]. Τεκνίων ποσις contumacis filii, & pessimè morati [a]. Sic loquitur vita peccatorum [b]. Imago publicanorum & meretricum, qui diu ità vixerant quasi *jura negarent sibi nata*, τὴν εὐσέβειαν ἀρνούμενοι (*pietatem abnegantes*) *morbum vultu incessúque fatentes*, ut ille ait [c].

30. *Eo*, Ἐγὼ] *Etiam*, Pers. Æth. Origenes legit ναί. Meum vetustissimum exemplar, Ἐγὼ ὑπάγω [d]. *Faciam*, Ti. Ca. *Ego*, Er. Il. Tre. ex Sy. Mo. G. Ἐγὼ, recta lectio, agnoscentibus Sy. & Euthym. & Th. [*]. Sermo est sese præstò & promptum offerentis [f]. Respondent enim Hebræi per pronomina, ubi Latini per verba aut adverbia [g]. Ità Gen. 22. 1, 11. & 27. 1. & 37. 13 [h]. & 1 Sam. 3. aliquoties הנני, *Ecce ego*, q. d. præsto adsum [i]. Lectiones alias ex interpretamento natas non dubito. Filius hic imago est Principum Judæorum, qui oratione ac vultu pietatem profitebantur, revera homines superbi, invidi, crudeles [k]. *Ego*, sub. *eo*, vel *abeo*, Pers. P. B. Pi. vel sub. *faciam*, scilicet quod mandas [l]. ¶ *Domine*] Sic majoris honoris causâ Patrem appellat, quem alter alloquens nè nominat [m].

31. *Quis*, &c.] Τίς, pro, πότερος, uter [n]. ¶ *Primus*] Rectè; hic enim, tametsi tardè, fecit: huic verba defuere, non facta; alteri facta, non verba. ¶ *Publicani & meretrices*] Avaritiâ potissimùm viri, quos variæ distinent curæ, luxuriâ fœminæ, quibus otium familiare est, infames sunt [o]. ¶ *Præcedent* (vel, *Præcedunt*, sive *Præeunt*, Er. V. Bru. Pi. sic Be. jam nunc scilicet [p]:) *vos in* (vel, *ad*, Bru.) *regnum Dei*] h. e. Cessantibus vobis, properant ad Regnum Dei [q]. Intromittentur in Regnum Dei, vobis exclusis, ut patet ex collatione sequentium, ubi illis exprobrat impœnitentiam. Synecdoche membri catachrestica. Nam qui primi veniunt, maturè scilicet, solent intromitti: qui tardè, solent excludi. Confer Mat. 19. ult. & 20. 16. & 25. 1, &c [r]. Comparativa interdum oppositivè intelligenda sunt: Itaque *præire* impropriè hîc dicuntur, quos nemo sequitur: sic *primogenitus* dicitur etiam post quem nemo nascitur. Ità *primi* respectu Regni cœlorum dicuntur, qui ejus fiunt participes; *ultimi*, qui eo excluduntur, Mat. 19. ult. quo modo & *minimi* dicuntur, Mat. 5. 19 [†]. Dicit Publicanos——*præcedere*, non quòd sacerdotes sequerentur & ingrederentur, sed quòd cùm Legis doctores essent, & præcedere deberent, adeò non præcederent, ut nè subsequerentur [t]; & quòd, si ad Regnum Dei pergere vellent (prout erat ipsis relicta pergendi potestas) istos sequi deberent [v]. Vel, Sensus est, Ante vos eunt in via pœnitentiæ, & virtutis iter demonstrantes, quà vobis esset gradiendum [x]. Duces vobis monstratorésque sunt itineris ad Regnum cœlorum, pœnitentiæ scilicet. Ità προάγειν & προαγωγὸς sæpe usurpant Græci. Atque hunc esse sensum, non autem de extremo Judicio hîc agi, apparet ex eo quod sequitur, *vos autem videntes non ducti estis pœnitentiâ*, i. e. non secuti estis illos rectè ducentes, quorum vos duces esse oportuit [y].

32. *Venit——in via justitiæ*] Scil. incedens, i. e. vitâ & moribus integer & justissimus: דרך, *via*, sæpe accipitur pro vita & moribus, vel instituto vitæ [z]: agens vitam justam [a]: singularem sanctitatem præ se ferens [b], moribus, habitu, jejunio, aliísque rebus externis, in quibus solis vos collocatis justitiam [c]. Possumus ἐν ὁδῷ accipere pro, εἰς ὁδὸν· q. d. qui vos in viam justitiæ induceret. Sed prius malo [d]. Continuari videtur translatio cœpta in voce προάγουσι. Nam *viam justitiæ* appellat, ni fallor, ipsum dogma Johannis, quod ex signo addito vocatur *baptismus pœnitentiæ*: id enim ad veram illam justitiam quam Christus docet iter est [*]. ¶ *Non credidistis ei*] i.e. Doctrinæ ejus de me Christo, &c [f]. Al. Præceptionibus ipsius non obtemperâstis. Nam πιστεύειν sæpe est, reipsâ ostendere fidem se alicujus dictis habere, τὸ πείθεσθαι [g]. ¶ *Meretrices*] Pro quibus ponuntur *peccatores*, Marc. 2. 16. Luc. 5. 30. quasi πόρνη, pro ψυχῇ πορνευούσῃ *anima fornicante*, i.e. transgrediente Legem Dei. Vide dicta ad Mat. 19. 9 [h]. ¶ *Vos autem*, &c.] Ostendit insanabilem eorum pervicaciam, quòd nullis moverentur exemplis [i].

33. *Aliam parabolam*] Quæ proposita est sacerdotibus h. l; plebi autem Luc. 20. 9. i. e. sacerdotibus inprimis, sed circumfusâ & audiente plebe [k]. ¶ *Paterfamiliâs*] Indubiè Deus [l]. ¶ *Plantavit* (hoc fecit, cùm legem dedit, & notitiam sui in animis plantavit [m]: vel, *plantavit*, in terra sancta, Exod. 15. 17 [n]. *vineam*] Id est, vel, 1. populum Israel [o]; vel, Ecclesiam. Frequens hæc metaphora. Vide Psal. 80. 9. Esa. 5. 2. Jer. 2. 21 [p]. Vel, 2. Regnum Dei, i. e. cognitionem & doctrinam Dei, quæ mandata fuerat populo Hebræo [q]. Vineæ similitudinem veteribus Prophetis usitatam in sensum

---

Marginal notes (col. 515): m Pso. p. 41. — n Glas. ib. — o G. — p Be. — q Pso. — r Bru. — † Bru. ex Be. — t Bru. — v Camer. — x G. — y Bru. — z Pi. — a Bru. — b Er. — c Bru. — d Er. sim. Bru. — * G. — f Bru. — g G. — h Bru. — i Pi. — k Bru. — l G. — m Bru. — n Mal. — o Me. Orig. & Athan. & Hi. & Chrys. &c. in Mal. — p Me. ex Mal. — q T. — r Me. ex Mal. T. — † T. sim. Mal. Me. — t Me. ex Mal. — v Me. — x Bru. — y Pi. sic Sch. — z Val. — a Pri. — b Bru. — c G. — d Be.

Marginal notes (col. 516): * G. — f V. ex Er. sim. Bru. — g V. — h G. — i G. Bru. — k G. — l Pi. — m Bru. — n Pi. — o Bru. — p Idem. — q Bru. ex Be. — r Pi. — † Glas. gram. 3. 5. 21. 485. — t Me. ex Mal. sim. Bru. — v Bru. — x Me. — y G. — z Bru. ex Be. — a Cam. — b Pi. sim. Mal. — c Mal. — d Be. — * G. — f Bru. — g G. — h Seld in Wal. — i Bru. — k Mal. — l Mal. sic Bru. Zeg. &c. — m Mal. — n Bru. — o Bru. Zeg. &c. — p Mal. — q M.

sensum paulò alium inflexit, ut commodiùs redderet ἀνταπόδοσιν. Nam apud illos Vinea populo Hebræo respondet; hîc autem notitiæ Legis, & donis Spiritûs S. quæ mox vocantur *regnum cœlorum* [r]. ¶ *Et sepem circumdedit ei*, (nè aut bestiæ, aut fures, irruere possint †: i. e. vel, 1. Divinâ curâ providentiâque munivit [t]: vel, 2. Lege & præceptis, quasi certis limitibus, conclusit ||.) *& fodit in ea torcular*, (ad colligendam premendámque vindemiam [v]. Pro ληνὸν Marcus habet ὑπολήνιον. Lxx apud Esaiam, προλήνιον [x]. Intelligit, ut satis ostendit *fodiendi* verbum [y], *lacum* [z], qui in terra foditur recipiendo vino è torculari, in quo exprimitur, defluente [a], qui [h. l.] synecdochicè *torcular* dicitur; cùm alioqui *torcular* sit tota machina constans ex prælo [b], quo vinum ex uvis exprimitur [c]; & *lacu* [d], quo expressum ex uvis vinum excipitur *. Homerus in vineæ descriptione Il. 19. Ἀμφὶ δὲ κυανέην κάπετον ubi Scholiastes, κοῖλον ὄρυγμα, τάφρον, Eustathius, ληνὸν [f]. *Torcular* autem hîc intelligit, vel, 1. Altare, quod victimarum sanguine, quasi musto, redundabat [g]. Vel, 2. Prophetarum spiritum, qui quasi mustum fervebat [h]. Vel, 3. Legem, urgentem omnes & prementem, ut fructum ederent [i].) *& ædificavit turrim*] Partim ad ornamentum, partim ut ex ea vinitor speculetur, nè quis in vineam invadat *. Turris est, vel Urbs Jerosl. [k]; vel Templum [l]; vel, Legis eminentia [m]. Sed Sepem, Turrim, Torcular, nihil necesse est sigillatim explicare, cùm in universum iis omnia significentur quæ aut ad tutelam, aut ad ornatum, pertinent [n]; omnia denique beneficia quibus ad bonam frugem à Deo provocamur, ut apud Esaiam videre est [o]. ¶ *Et locavit eam*, (non alienavit eam à se, aut in alios transtulit dominium vineæ, sed eam reliquit aliis utendam & curandam [p], certâ fructuum pactione [q]; quod genus colonos Romani *partiarios* vocant. Sequitur enim, *misit ut colligeret fructus ejus* [r]:) *agricolis*] Peritos se profitentibus colendæ vineæ. Hi fuerunt Reges, Sacerdotes, Doctores, &c. ¶ *Peregrè profectus est*] i. e. Qui antea variis signis præsentem se exhibuit, gessit se tanquam absentem, permisso regimine populi sui arbitratui fideique illorum †.

34. *Tempus fructuum*] i. e. Messis [t]. Fructus hîc sunt cultus & obedientia Dei, virtutes, &c. Tempus autem fructuum semper erat, sed peculiariter sic vocat, quo nulla potuerit afferri excusatio quominus fructum ferrent [v]. ¶ *Misit servos suos*] Prophetas [x].

35. *Alium ceciderunt*] Cum Vulg. & Sy. lego, ἔδειραν, ex fide vetusti Codicis [y]; non, ἔδειραν, à δέρω, *pellem detrahere* [z]. Verùm δέρω ponitur pro δαίρω. Apud Marcum est, δέροντες, in Luc. δείραντες, ut & δέρων est *cædens*, Act. 22. 19. & δέρειν, 2 Cor. 11. 20. Quare lectio hæc [ἔδειραν] mutanda non est. Videntur autem hoc verbo præcipuè indicari contumeliæ quas Jeremias pertulit; sicut *occidere* ad Esaiam, *lapidare* ad Zachariam Joiadæ filium, non malè referas. Vide 2 Reg. 21. 10. 16. 2 Par. 36. 16. Neh. 9. 26. Jer. 44. 4, 5, 6. Act. 7. 52. Heb. 11. 37 [a]. Τὸ ἔδειραν, *ceciderunt*, propriè, *corium detraxerunt*, videtur ad flagellationem referri, ubi 39 verbera miserum miserè excoriârunt: τὸ ἀπέκτειναν mortem gladio innuit, prout הרג, apud Synedrium *.

36. *Iterum misit*, &c.] Cum hominum malitia certat longanimitas Dei [b].

37. *Novissimè*] In plenitudine temporis [c]. ¶ *Dicens, Verebuntur*, &c. ità Mo. Ar. Ἐντραπήσονται] *Reverebuntur* (vel, *Pudebit eos ob*, Tre. ex Sy. sim. Pers.) *filium meum*, Er. Il. Be. P. Ti. Ca. &c. i. e. αἰδέσονται, ortâ significatione ex eo quòd si quos pudet, solent faciem ab iis avertere, quorum aspectum non sustinent [d]. Al. *Verebuntur fortè*, &c. V. Vulg. &c. Verùm τὸ ἴσως, *fortè*, nec est apud Græcos, nec in vetustis Latinorum exemplaribus, nec in Aureo Cod. nec in Hieron *. Additum à quopiam apparet [f], qui verebatur nè Deus aut mentitus, aut inscius futuri, videretur [g]. Ego potiùs illud puto h. l. ab aliis fuisse detractum; occurrit enim Luc. 20. 13 [h]. Ostendunt hæc verba non quid futurum esset, sed quid jure ac meritò exspectaretur [i]; vel quid illi facere deberent [k]. Ideo Lucas ἴσως addidit: quæ locutio est, ubi in S. literis & Deo tribuatur [l], hominum more [m], sed intelligenda ἀνθρωποπαθῶς, non ut præscientiam excludat, sed ut notet eventûs in causis suis spectari τὸ ἐνδεχόμενον, (*contingentiam*:) quod & veteres notârunt [n].

38. *Videntes*, &c.] Cognoscentes Jesum esse Christum Filium Dei, sed invidiâ se ipsi excæcantes. ¶ *Dixerunt intra se*] i. e. Apud se [o], sive in animis suis [p]: vel, *inter se*, Er. Be. Bru. colloquio conspirantes [q], ut ostendunt sequentia [r]. ¶ *Occidamus eum*] Ipsa verba Gen. 37. 20 †. ¶ *Et*, &c. Καὶ κατάσχωμεν, &c.] *Et*, (vel, *ut*, Er.) *obtineamus*, (vel, *retinebimus*, Tre. sic. Sy. *occupemus*, Er. Il. Ti. Ca. V. *possideamus*, Er. Idem hîc valet σχεῖν quod κατέχειν, i. e. Vi occupatum aliquid retinere, quod etiam κατέχειν dicitur [t]:) *hæreditatem ejus*] Vineam inquam: regnabimus tanquam in orbata domo, nam, occiso hærede, negligetur à Domino hæreditas, & liberum merúmque nobis erit in populum Israel dominium, quum nunc iste honorem nostrum quæstúmque prohibet [v]. His verbis ostenditur, Sacerdotes ac Principes Judaici populi hoc egisse summo studio, ut Divinam Legem cogerent ambitioni suæ & quæstui inservire: quod idem est acsi colonus domino possessionem intervertat. Nam κληρονομίας voce jus plenum dominii indicari alibi diximus [x]. Videtur hîc innui, eos Christum pro Messia agnovisse; ast eum amentes trucidâsse, nè cultum ipsorum, ipsósque, aut perderet, aut supprimeret. Confer Joh. 11. 48 [y].

39. *Ejecerunt extra vineam*] i. e. Ἀπεδοκίμασαν, (*reprobârunt*,) ut dicitur infrà, fecerunt ἀποσυνάγωγον [z]: *extra vineam*, i. e. extra civitatem Jerosl. *extra castra*, tanquam alienum à Regno Israel, adeóque populi communione indignum. Id interpretatur Apostolus accidisse, quando *extra portam passus est*, Heb. 13. 11, 12, 13. ut narratur infrà 27. 33. Joh. 19. 20 [a]. ¶ *Occiderunt*] Ut hominem ἄνομον curârunt eum à profanis hominibus occidi; atque adeò ipsi magis eum occiderunt quàm Romanus Præses, qui aliquamdiu reluctans tandem manus dedit illorum improbitati [b].

41. *Aiunt illi*] Illi cum quibus Christus agebat [c], Sacerdotes [d], sive Senatores, (ut ex collatione aliorum scriptorum apparet) ignari quò sensus dicti evaderet: cùm verò Christus apertiùs significâsset ad ipsos hæc pertinere, averterunt à se omen *. Atqui non Pharisæi hoc Christo dixerunt, sed Christus Pharisæis, ut liquet ex Marc. 12. 9. Luc. 20. 16 [f]. [Quomodo conciliantur?] Resp. 1. Hæc verba, à Sacerdotibus primùm dicta, Christus & confirmavit & explicavit, & ad illos applicavit, unde dixerunt in Luca, *Absit* [g]. Resp. 2. *Aiunt illi*, i. e. quidam auditorum [h], Christo consentientes, quorum responsionem Christus quasi approbando repetiit [i]. Resp. 3. Respexit hîc Matthæus ad Pharisæorum mentem: [*dicebant*, apud se scilicet, h. e.] cogitabant hoc justum fore, sed linguam continuerunt, cùm animadverterent hoc in se esse dictum [k]. Resp. 4. Hæc verba, λέγουσιν αὐτῷ, à quopiam addita puto, idque distinctionis causâ, quia paulò pòst sequi videbat, *Dicit eis Jesus*, & quidem ab eodem qui sequentes versus turbavit ac transposuit [l]. Manifesta enim est in his versiculis metathesis, [sive transpositio [m];] quam tamen non observant Commentatores [n]: nam post v. 41. sequi debet v. 43. post hunc 42. tum deinde 44 [o]. quibus eo ordine restitutis, Christi sermo planus redditur & apertus, qui alioqui perplexus est & intricatus [p]. Quis enim non videt locum Psalmi 118. 22. in quo de lapide, quem reprobârunt ædificantes, agitur, ac cætera, quæ de eodem ex Esa. 8. 15. dicuntur, *Multi ex ipsis cadent, & conterentur*, &c. cùm antè [v. 14.] de *lapide offendiculi* dixisset, importunè convelli ac disjungi? & illa verba, v. 43. [hujus cap. 21. Mat.] ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον, referenda ad illa v. 41. λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν, &c. atque cum eis conjungenda? quod & Lucas apertè docet, ea conjungens, Luc. c. 20. ver. 17, 18 [q]. ¶ *Malos*, &c. Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει] *Malos malè* (i. e. malâ morte, vel malis affectos [r]:) *perdet*, Be. &c. Locutio petita ex purissimo sermone Græco, cujus se non imperitum aliquoties ostendit hic Interpres †. Proverbium est apud Græcos, ex ipsius naturæ sensu, ut in Aristoph. Ἀπὸ σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς, ut & alibi passim ex hac

Marginal notes (left column): r G. † Mal. t Bru. Orig. Amb. & Hi. in Mal. || Iren. &c. in Mal. v Mal. x G. y G. sim. Bru. z G. sic Er. V. D. a D. sim. Er. V. Bru. b G. sic Bru. c Bru. d G. Bru. * Bru. f G. g Orig. Hi. Th. &c. in Mal. h Iren. Hil. Hi. in Mal. i Bru. * Mal. k Iren. in Mal. Bru. l Orig. Hi. Th. &c. in Mal. m Zeg. sic Amb. & Hi. in Mal. n G. sim. Bru. Mal. o G. p Bru. q G. sic Bru. r G. † Bru. t Ham. v Bru. x M. Bru. Zeg. y Be. sim. Camer. z Be. a G. * Li. ho. b Bru. c Bru. d Be. * Er. f Er. sim. Be. g Er. h Stun. contra Erasm. p. 3463. in append. Crit. i G. k Me. ex Mal. l G.

Marginal notes (right column): m Be. n G. o Be. Bru. p Bru. q Er. sim. Bru. r Bru. † G. t Be. v Bru. x G. y Li. ho. z G. a Bru. b G. sim. Bru. c Q. in Heins. d Mal. &c. * G. f Cap. sic Mal. &c. g Mal. ex Chrys. & Euthym. h Bru sim. L. i L. k Cap. l Heins. m Cap. sic Heins. n Cap. o Cap. sic Heins. p Cap. q Heins. r Bru. † G.

hac præclara sententia, Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη [t]. Sensus est, Mali digni sunt exitio conveniente gravi & malo [v]. Syrus habet, *Malè malè*, (i. e. pessimè) *perdet*. Æth. *ignominiosè* & *malè* [x]. Factum hoc Judæis per Titum [y]. ¶ *Vineam suam*] i. e. Vel, Verbum Dei [z]; vel, reliquias Israel & multitudinem Gentium. Eadem vinea dicitur ob successionem continuam in cultum & populum Dei [a]. ¶ *Locabit aliis agricolis*] Vel, 1. Gentilibus [b]; vel, 2. Apostolis eorúmque successoribus, quos præficiet regendæ Ecclesiæ suæ. Ità in contrarium vertit ipsorum consilium: Ut possiderent hæreditatem, occiderunt hæredem; & quia occiderunt hæredem, perdiderunt hæreditatem [c]. ¶ *Qui reddant*, Ἀποδώσουσιν] *Reddent*, Be. Pi. *Persolvent*: Sed & arbor dicitur καρπὸν ἀποδιδόναι, Apoc. 22.2. ut Latinis ager *frugem reddere*, aut *persolvere* [d]. Sensus, Sic instruent regentque populum Dei, ut Deo dignè vivant [*]. ¶ *Temporibus suis*] Ità Be. Pi. &c. ut Psal. 1. 3 [f], i. e. statutis atque opportunis: vide suprà 34 [g]. Ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν] Vel, τῶν γεωργῶν, (*agricolarum*,) ut Steph. vel, τῶν καρπῶν, (*fructuum*) ut Luth. &c [h].

42. *Nunquam legistis*, &c?] q. d. Annon Scriptura hoc ipsum dicit [i]? Quod minimè in se quadrare posse arbitrabantur, id ad ipsos potissimùm, ad plebem consequenter, pertinere Jesus ostendit Psalmi testimonio, quem ipsi quoque κατὰ τὸ μυστικώτερον (*secundum mysterium*) de rebus Messiæ interpretabantur. Neque aliter RS. eum locum accepit [k]. ¶ *Lapidem*, Λίθον] Antiptosis, pro *lapis* [l]. Hebraismus est, qualis Gen. 31. 16. כל העשר וגו׳, *Omnem opulentiam*, &c. [m] quem & Lxx sæpe imitantur [n], ut Num. 32. 4. τὴν γῆν — γῆ κτηνοτρόφος ἐστίν. Confer Jos. 1. 3. item 2 Reg. 1. 4. Sic & Latini scriptores loquuntur, ut Terentius, *Eunuchum quem dedisti mihi, quas turbas dedit* [o]? Al. *Quod ad lapidem attinet*, Accusativus positus absolutè, ut Act. 10. 36, 38 [p]. Mutat Christus subitò metaphoram, & Ecclesiam, ut priùs vineæ, ità nunc ædificio, comparat [q]. ¶ *Quem reprobaverunt*] Ut ædificio inutilem, adeóque noxium [r]. ¶ *Ædificantes*, Οἰκοδομοῦντες] i. e. Ἀρχιτέκτονες, *architecti* [†], more Hebræo, Participium pro nomine [t]; iidem qui antè *agricolæ* [v]; Sapientes, (quò pertinet quòd illud [Esa. 54. 13.] כל בניך וגו׳, *Omnes filii tui*, &c. olim lectum fuit, כל בניך, *omnes ædificantes te*, vel certè, *tui*:) aut Pharisæi [x]; primates populi [y]; Senatores magni Synedrii [z]: ut exponitur Act. 4. 11 [a]. Sic & Plato & Aristoteles politicam scientiam vocant ἀρχιτεκτονικήν· & Cicero *architectos reip. ædificandæ* dixit [b]. Hi quorum erat populum, velut domum, aut Templum, Deo inhabitatore dignum, ædificare, docendo, regendo, &c [c]. ¶ *Hic factus est in caput* (i. e. constitutus est pro capite [d]; vel, cœpit esse caput [*]: Similis phrasis suprà 19. 5 [f].) *anguli*] Illius scilicet domûs [g]. Omnia hæc ex Versione Lxx [h]. i. e. primus & præcipuus lapis [i], qui totius ædificii juncturam sustinet; ideóque alibi dicitur ἀκρογωνιαῖος, Eph. 2. 20 [l]. i. e. *positus in extremitate anguli*, ubicunque sit [m], sive lapis hîc angularis imus sit [n], sive summus [o], cujus locus est honorificentissimus [p]; qui [lapis] duos parietes continet atque complectitur [q], domúmque munit contra impulsus prætereuntium curruum aut carrorum [r], & propterea maximus & solidissimus esse solet. Christus vocatur *lapis*, ut *fundamenti*, Esa. 28. 16. confer 1 Cor. 3. 10. 11. quippe à quo Ecclesia accipit stabilem firmitatem; ità & *angularis*, Esa. 28. 16 [†]. idque, 1. quia est firmissimus totius ædificii lapis, qui totum continet ac sustentat [t], à quo Ecclesia accipit juncturam indissolubilem [v]. 2. Quia multis est lapis offensionis, 1 Pet. 2. 7, 8. ut solent minus cauti, dum prætereunt, ad lapides angulares, utpote extra ædificium extantes, impingere. 3. Quia honoratissimus est, indè *pretiosus* dictus, Esa. 28. ver. 16. quia honoratissimo in loco positus. 4. Quia diversos populos, Judæos atque Gentiles, inter se nectit, unúmque facit, Ephes. cap. 2. ver. 14 [x]. Γωνίας (*anguli*) significatio potest quidem non incommodè ad commissuram referri τῆς ἐκλογῆς (*reliquiarum electarum*) Judæorum

[Margin: t Be. v Camer. x Di. append. y Bru. z M. a Bru. b M. c Bru. d G. * Bru. f G. g Bru. h Sch. i Bru. k G. l Bru. sim. Mal. m Mal. n Mal. sim. Scul. o Scul. ex 2.85. p Pi. q Mal. r Bru. † G. Be. t G. sic Bru. Mal. v Bru. Zeg. x D. y Bru. sic M. Zeg. z G. a Bru. G. b G. c Bru. d Pi. * Er. Be. Bru. f Bru. g Idem. h G. i V. sic Be. l Bru. ex Be. m Sch. n Sch. ex Be. o Sch. ex Steph. sic Eru. p Bru. q Pi. sim. Bru. r Pi. † Eru. t Mal. v Bru. x Mal. sim. Bru.]

& Gentium populi: sed cùm hîc simpliciter rejectionis Judæorum, & surrogationis Gentium, fiat mentio, & Petrus ante inchoatam Gentium vocationem hoc vaticinium dicat impletum, Act. 4. 11. satius erit *anguli* voce indicari eam vim quæ esse in angulis solet sustinendi ædificii: unde factum est ut & primores populi passim Hebræis פנות appellentur; Hellenistis autem γωνίαι, ut 1 Sam. 14. 38 [y]. Sensus loci, Is, qui à primoribus rejectus est, à Deo omnium Princeps constitutus est [z]. ¶ *A Domino* (i. e. non humanâ industria, sed Dei virtute [a]:) *factum* (vel, *profectum*, Ca. vel, *factus*, Th. in Be.) *est istud*; ità Sy. Tre. P. Ti. Be. Mo. Pi. vel, *hoc*, Er. Il. Ar. vel, *iste*, Th. in Be. Αὕτη] *Ista*, Camer. Fœmininum hoc referri potest, vel, 1. ad γωνίαν, *angulum* [b]: vel, 2. ad κεφαλήν, *caput* [c]. Sed huic repugnat Hebræa constructio [d]: vel, 3. ad οἰκοδομήν, *ædificationem* [*]: [quæ vox eruenda est ex voce conjugata, οἰκοδομοῦντες, ut in V. T. non semel notatum:] Al. Est Enallage Hebraica fœminini pro neutro [f], quo Hebræi carent [g]: ut facilè apparet vel ex Prisciani l. 5. ubi dicitur, *Et maximè cùm lingua Pœnorum, quæ Chaldææ, vel Hebrææ, similis est, vel Syræ, non habeat neutrum genus* [h]. Similia exempla sunt Exod. 10. 11. Quia אותה *hanc vos petiistis*, i. e. hoc, Num. 23. 23. al. 19. *An loquetur, & non* יקימנה, *præstabit illam?* h. e. illud, v. 24 [i]. item Psal. 26. 4. *Unam petii*, &c [k]. & Psal. 41. 12. בזאת, *In hac* (i. e. hoc) *cognovi*, &c. Confer Jos. 3. 10. Ità & Psal. 118. 22. *A Domino*, היתה זאת היא, *facta est ista*. Voluit autem Matthæi Interpres Hebraica ad verbum transferre [l]. Est ergò h. l. αὕτη pro τοῦτο, quod refertur ad totum complexum orationis [m]; *istud*, scil. lapidem ab ædificantibus rejectum factum esse caput, &c [n]. ¶ *Mirabile in oculis nostris*, Ἡμῶν] Piorum scilicet, ut quæ in Psalmo sequuntur intelligi hoc postulant [o]. Loquitur David in persona eorum qui tempore Christi, &c. credituri erant [p].

43. *Ideo*, &c.] Propterea quia hunc lapidem rejecistis, ampliúsque rejecturi estis, ista vobis evenient [q]. ¶ *Auferetur à vobis*] Anteà proceres alloquitur, hîc plebem, pariter degenerem, & utrisque vindictam denunciat. ¶ *Regnum Dei*] Id est, vel, 1. Regnum Christi, Regnum cœlorum; q. d. non ampliùs apud vos regnabit Deus, desinetis esse populus Dei, adeóque fietis populus Regni Diaboli, &c [r]. Vel, 2. Notitia Divinæ Legis [†]. Vide suprà ad cap. 3. Inter pœnas Judaicæ gentis nulla est nobilior, quàm quòd post Christum repudiatum non modò Prophetiæ dono omnino sunt privata, ità ut illud ipsum lumen, olim & sidus peculiare gentis Hebraicæ, ex eo ad Christianos transierit; sed quòd & omnis illa scientia Legis, quæ humanis præsidiis comparari poterat, versa est in putidissimas fabulas, quibus scatet Talmudicus liber: tales certè, ut qui eis fidem adhibeat judicandus sit non modò Divino Spiritu, sed magnâ etiam parte sensûs communis, esse destitutus [t]. Vel, 3. Doctrina Evangelii [v]: Verbum Dei, quo homines colliguntur in Regnum ipsius. Metonymia effecti [x]. ¶ *Et dabitur genti*] Nempe alii, i. e. Gentibus, quarum vocationem hîc prædicit; q. d. Nè putetis Deum esse vobis obstrictum, aut defore Deo Regnum, si vos perrexeritis contemnere illud: sunt gentes vobis longè numerosiores, ad quas transferetur Regnum Dei. Vide Act. 13. 46. Rom. 11. 22. & 15. 9 [y]. ¶ *Facienti*, &c. Ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς] *Quæ ferat* (vel, *edat*, Be. πιοῦντι,) positum pro, ποιούσῃ· Non enim causa impellens, sed movens per modum finis, hîc indicatur [z]:) *fructus ejus*, Pi. sic V. &c. Non tantùm fructus pœnitentiæ, ut Luc. 3. 8. sed quod plus est [a], *ejus*, i. e. vel, βασιλείας, *regni* [b], i. e. quales conveniunt Regno Dei [c]; vel, spiritûs [d]: de quibus agitur Rom. 6. 22. Gal. 5. 22. Eph. 5. 9 [*]. Fructus, quos ut proferret, vinea plantata est, ad quos colligendos servi missi fuerant. Obliquè notat causam ablati Judæis Regni, quod fructus non ferrent, &c [f].

44. *Et qui ceciderit super* (vel, *ad*, B. P. Ti. Ca.) *lapidem istum*] Lapidis factam mentionem ab ædificii similitudine in alteram Christus producit, & eum imitans Petrus, 1. 2. 7. Sensus hujus particulæ est, Qui in ipsum adhuc in terris agentem impinget [g]: cui Christus offensioni erit, nec fuerit ei gratus [h]: qui ruinæ sive peccati causam acceperit ex me [i], ex doctrina, vel vita [k], vel morte,

[Margin: y G. z M. a Bru. b G. ex Th. sic Er. Camer. c Er. Jun. par. d G. * Camer. f Be. sim. Bru. Mal. Stun. Sch. G. Cas. &c. g Ee. Stun. h Stun. i Glas. gram. 3. 1. 19. 73. k Bru. Mal. l Stun. m Be. n Bru. sim. Be. o G. p Eru. q G. sim. Pi. Eru. r Bru. † G. ex Orig. & Hi. t G. v FA. 2. p. 718. sim. Ham. x Pi. y Bru. z G. a Idem. b Eru. G. Er. V. Val. c Bru. sic Me. ex Mal. d Be. Bru. G. * G. f Mal. g G. sim. Bru. Ger. Mal. Me. M. h V. i Eru. k T.]

morte, mea[l]: ut omnes illi qui Christum persequuntur, qui vel prædicatum non recipiunt[m], in illum non credunt[n]; vel, receptum deserunt. Idem quod Mat. 11.6. *scandalizatur in me*[o]: qui me rejiciet aut impugnabit[*]. Al. qui in Christum quidem credit, sed eum offendit per mala opera[p]. ¶ *Confringetur*; ità Sy. Tre. Er. Ti. Ca. &c. Συνθλασθήσεται] *Conquassabitur*, Il. Mo. Bru. i. e. Ità concutietur, ut toto corpore fractus dolcat[q]. Malim, *confringetur*: nam θλαστὰ sunt Aristoteli quæ in frusta dissiliunt, ut glacies, vitrum, &c: quassari autem possunt quæ tamen non confringuntur[r]. *Conteretur*, Pers. Non mihi nocebit, sed sibi soli[†]: sentiet imbecillitatem suam damno suo, ut testa saxo illisa. Hebræum מחץ, Græci modò vertunt, πατάσσειν, aut παίειν, ut Deut. 32.39. Job 5.18. modò, θλᾶν, aut συνθλᾶν, ut 2 Sam. 22.39. Psal. 110.6[t]. Al. Confringetur, sed non omnino conteretur: reservatur enim per pœnitentiam ad salutem[v]. Alluditur hîc planè ad modum lapidationis, de quo sic Sanhedrim, cap. 6. hal. 4. *Locus lapidationis altitudine excepit duplicem hominis staturam: indè è clivo eum in terram præcipitavit unus è testibus, in lumbos impactum: si indè moriatur, bene; sin minùs, testis alter lapidem ei impingit in cor*, &c. In Gemara Bab. *Lapis illic erat quantum duo portarent, hunc impegerunt in cor ejus*[x]. ¶ *Super quem verò ceciderit*] Id est, Qui eò insaniæ pervenerit, ut etiam gratiam oblatam oppugnet[y], ut Christum in membris suis persequatur, ipsúmque cum suo Evangelio opprimere conetur[z]: qui Christum penitus negaverit[a]: qui perstiterit in eo [Christo] oppugnando postquam jam erit evectus in cœlestem Regiam[b]. [Hi ergò exponunt de peccato in Christum. Alii de pœna à Christo.] Sensus, q. d. Quem oderit Christus[c]: super quem Christus[d], è cœlis, quò erit elevatus, (quamdiu enim versatur in terris, neminem judicat,) iratus[*], gravi ultione incubuerit[f], totum pondus iræ vindictæque suæ demiserit[g], v.g. Judæis in destructione Hierosolymæ; damnandis in die Judicii[h]. Cadet autem Christus super omnes adversarios, qui pertinaciter rebellant in eum[i]. Sensus hujus loci est, Miser quidem est in hâc vita & noxius lapsus, non credere in Christum: post hanc verò vitam gravissima pernicies incredulis inferenda est à Christo, cùm eos pœnis addicet æternis[k]. ¶ *Conteret eum*; ità Er. Il. Ti. Ca. Λικμήσει] *Comminuet*, Be. Mo. Pers. Sy. *Molet*, Ar. *Dissipabit*, P. Pi. *Conterendo disperget*, Tre. Ut in minutas particulas dissiliat[l]. Notatur dispersio ex attritione, ut quum vasis fictilis allisi ad silicem partes huc & illuc dissiliunt[m]. Non malè: nam & זרה Hebræis non modò dispersionem significat, quæ fit per modum ventilationis, sed etiam quæ fit per modum allisionis & contritionis, ut Zach. 1.19[n]. Ad verbum, *Ventilabit*, i. e. ità comminuet ut paleæ ventilabro excussæ: Intelligitur enim ex consequente antecedens[o]: ità ut nulla sit ei reparationis spes[p]. Peribit infelicissimè[q]. Tam funditùs peribit quam testa in quam saxum ingens ex sublimi loco devolvitur. Sic זרה, quod propriè λικμᾶν significat, sumitur in sensu *conterendi*, Zach. 1.19. Hoc ipsum alibi dicitur συντρίβειν, Esa. 30. 14. Jer. 19. 11. alibi λεπτύνειν, ut in Psal. 18.42. Videtur respici locus Danielis de monte è lapide devoluto, 2.44. Hoc autem contigit Judæis excidio Titi: multóque magis continget iis qui impingunt in sermonem in extremi Judicii die[r].

45. *Et Pharisæi*] Cujus instituti aliquammulti erant Senatorum[†].

46. *Eum tenere*, Κρατῆσαι] *Capere*, Er. V. *Prehendere*, Pi. Bru. *Manus ei injicere*, Er. V. ut ipsum occiderent. ¶ *Timuerunt turbas*] Nè turbæ resisterent, tumultu excitato[t].

[Margin: l Ham. m Bru. n Me. Mal. ex Chryf. & Aug. & Euthym. & Th. Ger. o Bru. * M. p Hi. in Zeg. q Bru. r Be. † Bru. t G. v Zeg. ex Hi. x Li. ho. y M. z Ger. a Hi. in Zeg. b G. c V. d Bru. T. * Bru. f T. sim. Bru. g Bru. h T. sim. Bru. Mal. Me. i Bru. k Me. l Pi. m Tre. in Di. n Di. o Be. sim. Bru. Sch. p Bru. q V. r G. † G. t Bru.]

CAP. XXII.

RESpondens] Id est, Exorsus sermonem[a]: vel, in sermone pergens[b]. Catachresis Hebraica[c].

2. *Simile est* (quod attinet ad modum homines in illud ex mundo colligendi[d]: *regnum cœlorum*] h. e. Ecclesia; vide suprà 13.24. q. d. Tale quid accidet in parando condendóque Regno cœlorum, &c[*]. [An eadem hæc sit parabola quæ Luc. 14. vide Mal.] ¶ *Regi*] Qui hîc Deus[f]. ¶ *Qui fecit nuptias*, &c.] Ità Er. Il. Be. &c. vel, *convivium*, Tre. ex Sy. Γάμοι hîc sunt non ipsum *matrimonium*[g], sed *convivium nuptiale*[h]: quod mox dicitur *prandium*, alibi *cœna*; ut & *cœnam nuptialem* Plautus dixit; quomodo & *nuptiarum* vox Terentio atque aliis usurpatur. Sicut autem *regnum cœleste* modò statum Regni Messiæ in hoc seculo significat, modò statum futuri seculi, quia ille hujus quoddam est πρόγευσμα: ità & *nuptiali convivio* alibi felicitas illa quæ resurrectionem generalem sequetur; hîc verò significantur dona piorum cœtui destinata[i], gratiæ affluentia[k], quæ in Ecclesiam venientibus datur; Verbum Dei, quod sæpe cibo confertur, 1 Cor. 3.2. Heb. 5.12. vide & Amos 8.11[l]. Doctrinæ Evangelicæ copia, quæ habetur in Ecclesia[m]; Sacramenta item, & gratiæ multiplices, quas convivator cœlestis instruxit[n]. Vel, cœlestem gloriam hoc significat[o]; vel, bona omnia, animi hoc in seculo, corporis & animi in altero seculo, quæ fideles percipient[p]. Dubitandum autem non est quin Christus easdem comparationes diversis temporibus recitaverit. Ità hanc alibi quoque usurpatam nunc ità repetit, ut hominum quos compellabat rationem habens, peculiaria quædam, ipsos præcipuè tangentia, cumuli vice adjungat[q]. Sponsus hîc indubiè est Christus[r]; Sponsa, anima cujusque[†]: vel potiùs, Ecclesia[t]; quæ *sponsa* Christi vocatur, Apoc. 21.2. Confer Eph. 5.25, 31, 32. Nuptiæ hæ Christi & Ecclesiæ sunt partim celebratæ, cùm scilicet Christus homo factus est; quæ veluti sponsalia fuerunt: partim celebrandæ post resurrectionem, &c. Ad utrasque homines hîc invitantur: ad priores, ut ad Ecclesiam veniant, & Dei Verbo pascantur; ad posteriores, ut salvi fiant, & *manducent —— in regno Dei*, &c[v].

3. *Vocare*, &c. Καλέσαι τοὺς κεκλημένους] *Ut* (vel, *Qui*, P. Be. Ca.) *vocarent invitatos*, Er. Il. Tre. Sy. Ti. &c. vel, *vocatos*, Be. P. Bru. &c. Nam bis vocare moris erat[x]. Ut eos, qui priùs invitati fuerant, i. e. præmoniti futurarum nuptiarum & vocationis suæ ad illas, certiores facerent diei & horæ, &c. ut se pararent[y]. Hi autem κεκλημένοι sunt Judæi[z]; qui *filii regni*, Matth. 8.12. vocantur[a]: qui invitati sunt, vel per legem naturalem[b]; vel potiùs, per Legem Mosis[c]: quibus adventus Regni Messiæ multò antè per Prophetas, postremò per Johannem Christúmque ipsum & ejus Apostolos, est annunciatus[d], ut se per pœnitentiam ei Regno præpararent[*].

4. *Misit alios servos*] Invitatio apertior facta per Apostolos, tum veteres, tum alios illis additos, eorúmque adjutores, postquam, Christo resuscitato, in cœlum evecto, & spiritu desuper misso, nihil ultra Divinæ liberalitatis non dicam requiri, sed nec optari, poterat[f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ σιτιστὰ] *Et saginata*, Tre. vel, *altilia*, Er. Il. P. Mo. Ti. &c. In quo genere erant vituli, μόσχοι σιτευτοὶ, non Athenæo tantùm, sed & Lucæ 15.23. & in Græco, Jer. 46.21. & cortis aves. His *altilium*, illis *saginatorum*, vox ex usu Latino rectiùs convenit[g]. ¶ *Occisa*; ità Mo. Pers. Τεθυμένα] *Mactata*, Er. Tre. Il. Be. &c. *Immolata*, Er. V. Θύειν, & σφάττειν distinguunt Grammatici, ut σφάττειν sit quavis de causa; θύειν in honorem Dei[h], sive in sacrificiis[i]. Sed ut alias voces, ità & hanc, usus extra originis suæ naturam produxit[k]. Manifestum id est Joh. 10.10. Sic & Latinum *mactare*, in sacris natum, ad alia extendi cœpit[l]. Sed hoc quoque certum est, profanos etiam ipsos Principes olim solennia convivia fuisse à sacrificiis auspicatos[m].

5. *Abierunt*] Caducarum rerum studio beneficia æterna posthabentes[n].

6. *Et*, &c. Ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν] *Contumeliis affecerunt* (ut Petrum & Johannem, Paulum quoque non semel[o]:) *& trucidârunt*] Ut Stephanum & Jacobos duos[p].

7. *Missis exercitibus suis*] Bello, fame, peste[q]; Romanis, qui Judæam vastârunt, &c[r]. Angelis, ut 1 Reg. 22.19. 2 Par. 18.18. Luc. 2.13. Angelorum autem ministerio Deus & Regna & naturam inferiorem gubernat, ac proinde per eos emittit bella, famem, & pestilentiam; quas uno velut impetu in Hierosol. detonuerunt[†]. ¶ *Homicidas illos*] Φονεῖς est Attica crasis pro φονέας[t].

8. *Non fuerunt digni*] Αἰτίωσις, pro, *valde indigni erant*.

[Margin: a Pi. sim. V. b Sch. c Pi. sim. V. Mal. Be. &c. d Pi. sim. Bru. * Bru. f Mal. g G. h Bru. sic Mal. G. Ham. i G. k Me. Q. in Mal. l Q. in Mal. m Me. n Me. sim. T. o Me. Mal. ex Hil. p Bru. q G. r Mal. † Mal. ex Th. sic T. t Mal. ex Orig. & Hil. & Hi. &c. Bru. T. v Mal. x G. y Bru. z G. sic M. Mal. Gom. a Bru. b Th. in Mal. c Mal. d G. sim. Bru. Gom. * G. f G. g Idem. h Idem. i Be. k G. sim. Be. l G. m Be. n G. sim. Bru. o G. p Idem. q Bru. r Bru. sim. Be. † G. t Camer.]

erant [v]. Sic Act. 13.46. ubi consummati hujus vaticinii habemus exemplum [x].

9. *Ite—ad*, &c. Ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν] *Ad compita* (vel, *exitus*, Sy. Tre. Er. Ti. *perexitus*, vel *permeationes*, Bru.) *viarum*, Il. Be. Mo. Pi. &c. *In trivia*, Ca. Intelligit, vel locos ubi concurrant viæ [y]: *compita* Latini vocant laxiora in urbibus spatia, in quæ vici plures exeunt, sive desinunt [z]: vel, vicos in urbibus frequentes [a]. q. d. Percurrite vias omnes ad extremum usque [b]. Διέξοδοι sunt, תוצאות העיר, *viæ extra urbem ducentes*. Non ità Hebræum illud vertunt Aq. Sym. Th. ad Ezec. 48. 30 [c]. Significanter dicit, *Ite in compita*; ibi enim quibus non suppetebant cibaria, vocantibus se paratos exhibebant. Catullus,—*mei sodales Quærunt in trivio vocationes* [d]? q. d. Inducite huc itinerantes. Glossa ad Bab. Berachoth. *Divitibus in more fuit, viatores pauperes ad convivia invitare* [*]. Allegoricè intelligit Gentes vocandas, &c [f]. Admirabilis Dei sapientia suæ in Gentes profanas bonitatis ostendendæ occasionem arripuit ex Judæorum malitia. Etiamsi Judæi fecissent officium, nullam tamen habebant causam de Deo querendi, si benignitatis suæ etiam Gentes fecisset participes, quod Filiorum duorum, alterius frugi, alterius ἀσώτου, fabella docet, & suprà etiam ex Vinitorum comparatione intelligi potuit. Sed ut omnem πρόφασιν Judaicæ invidentiæ Deus adimeret, ipsos primùm, nec perfunctoriè, sed crebrò, invitari ad dogma Evangelicum voluit: ipsis autem beneficium recusantibus, transire ad Gentes, idem esse volens, & bonitatis suæ erga omne humanum genus certissimum testimonium, & pertinaciæ Hebraicæ pœnam. Ità Paulus, Act. 13. 46. qui & in Epistola ad Romanos Divinum hoc consilium magnificè explicat, dicens *Judæorum crimen factum esse mundi opulentiam*. Διέξοδοι, significant hoc loco varias Philosophorum opiniones, & diversos superstitionum ritus, in quos nationes, relictis viis ab Adamo & Noa traditis, deflexerant. *Præcedentibus* enim *seculis permiserat Deus suis quamque viis* quà luberet *insistere*, Act. 14. 16. non missis scilicet ad eas Prophetis, ut ad Gentem Judæorum facere solebat, cùm alioqui naturalibus illos testimoniis quotidie conveniret, nec clausus illis esset aditus majoris profectûs, præsertim ex quo Judæorum multiplex διασπορὰ orbem impleverat, & Divina Lex Græco sermone legebatur [g]. ¶ *Quoscunque*, &c.] Sine discrimine, remotissimos, nemine ob barbariem, aut pessimè anteactam vitam, excluso [h]. A generali beneficio Deus neminem voluit ullo præjudicio exclusum [i].

10. *Malos & bonos*] Id est, honestos & sordidos, dignos & indignos [k]: non apertè malos, quales ab Ecclesiæ communione arcendi sunt, sed tectos, qui sub externa fidei specie internam impietatem tegebant [l]; hypocritas [*]: seu malos, seu bonos, nullo delectu: *bonos*, i. e. Judæos, qui sibi & hodie videntur boni; & *malos*, i. e. Gentes. Ex Judæorum affectu sic loquitur [m]. Erat quidem inter Gentiles ante invitationem Evangelicam discrimen aliquod: nam alii laxatis habenis vagabantur, alii paulò propiùs sequebantur ductum rationis. Sed cùm omnes ad falsorum deorum cultus, adde & inanis gloriæ studium, deflexissent, noluit Deus ejus discriminis haberi rationem, sed omnes ut graviter sontes unâ veniæ formulâ complexus est, quò magis appareret merè gratuiti favoris esse hoc donum, *non ex operibus, sed ex vocante*, Rom. 9. 11 [n]. *Bonos* hîc intellige comparatè [o]: nam quod minùs malum est *bonum* vocari solet populariter [p]. ¶ *Impletæ sunt nuptiæ*; ità Mo. Il. Be. &c. Ὁ γάμος] Ità plerique Codices: nec aliter legerunt Orig. & Th [q]. In uno exemplari legitur νυμφὼν, *thalamus*, quòd melius convenit [r]. Sed hoc ex interpretamento venisse credendum est, quod tamen sequitur Syrus, sive quòd ità legit, sive quòd sensum reddere voluerit apertiorem [†]. [Ὁ γάμος sic vertunt quidam;] *Domus*, vel *Locus, convivii*, Tre. ex Sy. Æth. sic V. Bru. *Domus nuptialis*, Pers. Metonymia adjuncti [t]. Sensus, Gentes ubique receperunt Evangelium [v].

11. *Intravit*, &c.] Magnates & elegantioris vitæ convivatores, convivis jam ad mensam positis, cœnaculum intrabant. In Epistolis Aristæneti, Πάντων εἰς ταυτὸν ἀθροιζομένων ὁ χρηστὸς ἑστιάτωρ εἰσίει. Trimalcio Petronianus, *Amici, nondum mihi suave erat venire in convivium, sed nè absentivus essem omnem mihi voluptatem denegavi* [x]. *Intrare in cœnaculum* hîc notat Deum ad ultimum Judicium venire [y]. In die ultimo Deus lustrationem instituet [z]. ¶ *Ut videret*, Θεάσασθαι] *Ut spectaret*, Be. Pi. Bru. intellige cum effectu & consequente, punitione scilicet, ut Gen. 18. 21. vide Exod. 5. 21 [a]. ¶ *Non vestitum veste nuptiali*] Ad verb. *nuptiarum*, h. e. decenti nuptias, & festum diem [b]. Fuit apud omnes gentes usitatum, ut non solùm sponsus & sponsa exornarentur, sed & convivæ nuptiales, &c. Vide Gen. 24. 53. *Vestes discubitoriæ* elegantiores erant, quæ in Petronio vocantur *vestimenta tricliniaria*, & in Xiphilino, στολὴ δειπνῖτις, *vestis festa* [c]: γαμικὴν χλαμύδα dixit Aristophanes Avibus [d]. Qu. Quid per hanc nuptialem vestem intelligitur? Resp. Spiritus Sanctus, quo indui dicimur, Luc. 24. 29 [*]. vel, totus ille ornatus & decor spiritualis qui in renatis conspicitur [f]; fides [g], nempe, *efficax per charitatem*, Gal. 5. 6 [h]. pœnitentia vitæque emendatio [i]: *ambulatio digna vocatione*, Eph. 4. 1. opera quæ *ratam efficiunt vocationem*, 2 Pet. 1. 10. Nam & Apoc. 19. 8. *vestis byssina* nuptialis explicatur τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων, ubi δικαιώματα sunt ipsa opera obedientiam nostram testantia [k], ut Luc. 1. 6. Rom. 2. 26. Eadem ἱμάτια λευκὰ dicuntur, Apoc. 3. 18. Atqui ità veteres magno consensu ad hunc locum. Simili tralatione verbum *indui* de virtutibus usurpatur, Col. 3. 12. & alibi [l]. Vestis hæc est Christus per fidem vivam apprehensus. Nam ut Christus & Sacerdos, & victima, & altare, & Templum, utpote quòd iis fuerit adumbratus, diverso respectu vocatur; sic h. l. & sponsus est, & cibus, & vestis, distinctâ aptâque comparatione. Hic enim vestis instar nuditatem nostram ac vitiositatem suâ justitiâ tegit, eâque nos ornat, & Deo acceptos reddit, ut Esavus Jacobi vestitu indutus benedictionem obtinuit [m].

12. *Amice*, Ἑταῖρε] De hac compellatione egimus suprà ad 20. 13 [n]. Nominat *amicum* per ironiam [o], vel antiphrasin [p]: q. d. quem coronavi tot donis ac bonis [q]. ¶ *Quomodo*] Quâ fronte? Arguit eum audacis impudentiæ [r]. ¶ *Obmutuit*; ità Er. Il. Ti. Sy. Pi. Cas. Ἐφιμώθη] *Ore occlusus est*, Mo. sim. P. B. *Conticuit*, Tre. Pers. Ar. Ad verb. *capistratus est*, Be. Pi. ut vox sumitur, 1 Cor. 9. 9. Sic & Marc. 4. 39 [†]. i. e. prorsus obmutuit, quasi capistro aut fræno injecto [t]. Φιμὸς est *camus*, vel *capistrum* [v]. Eleganter in his libris Φιμοῦσθαι, quod propriè de jumentis capistratis dicitur, pro *obmutescere* ponitur aliquot locis [x]. In eruditissimo Glossario Stephani est *obmutesco* [y]. Ostenditur τὸ ἀναπολόγητον, (*inexcusabile*,) sicut mox *ligatio manuum & pedum*, τὸ ἄμαχον καὶ τὸ ἄφευκτον (*irresistibile & inevitabile*) irrogati Divinitus supplicii [z]. Suâ ipsius conscientiâ damnatus est, nec quicquam prætexere potest, &c [a].

13. *Ministris*, Διακόνοις] Iis qui convivis ministrabant, alioquin dixisset, ὑπηρέταις, ut Matt. 5. 25 [b]. Lictoribus [c]: Angelis, qui etiam in hypocritarum condemnatione Deo inserviunt, Matth. 13. 39, &c [d]. ¶ Ἄρατε αὐτὸν] Hoc non legunt Vulg. Sy. Ar. & Evang. Heb [*]. Reperitur autem in omnibus veteribus Codicibus, atque etiam apud Theophylactum Romanum [f]. ¶ *In tenebras exteriores*] Id est, obscurissimas, & longè positas à vera luce [g]. A parabola dilabitur Christus ad rem significatam [h]. Christus compendio quodam id quod est ultimum τῆς ἀνταποδόσεως cum ipsa comparatione continuat, quia indè facile est intellectu quomodo supplenda sunt cætera. De his tenebris actum Matth. 8. 12 [i].

14. *Multi enim sunt vocati* (ità scilicet ut vocanti pareant, & verè ad nuptias veniant [k]:) *pauci verò electi*] *Electos* vocat quos Deus elegit per Christum salute donandos [l]. Habuimus hanc γνώμην suprà obscuriùs positam, quæ hîc apertissimum habet sensum: Judæi (de his enim agitur) vocati sunt omnes, qui sunt numero multi; sed alii ad caduca versi, monita sprevere, alii insuper malè tractârunt monitores, nonnulli fidem professi non ostenderunt piis operibus fidei sinceritatem & vigorem. Igitur parvum duntaxat κατάλειμμα, Deo probatum per docilitatis, fidei, & dilectionis, testimonia, accepit dona Spiritûs Sancti, & in posterum accipiet rem ipsam, cujus arrha est Spiritus [m]. Ostendit hîc Christus, 1. causam cur Gentes credant, non esse ipsorum præ Judæis præstantiam, sed Dei electionem gratuitam; idcòque

[Marginal notes, col. 523: v G. sim. Bru. Ham. — x G. — y Ham. — z Be. — a G. in Ec. — b Bru. — c G. — d Pri. — * Li. ho. — f Be sim. M. Bru. — g G. — h Bru. — i G. — k Bru. — l Gom. — * Bru. — m Er. — n G. — o G. ex Th. — p G. — q Idem. — r Ec. — † G. — t Sch. — v Ham.]

[Marginal notes, col. 524: x Pri. — y Mal. cx Hi. — z Ger. harm. 153. — a Idem. — b Bru. sim. Camer. Ham. — c Ham. — d G. — * Mal. — f Ger. — g M. Ger. — h Ger. — i Ham. — k G. sim. Scul. ex. 2. 86. — l G. — m Ger. — n G. — o Camer. — p Scul. ib. — q Scul. ib. sim. Bru. — r Bru. — † Pi. — t Be. — v Sch. Scul. — x Cas. — y Heins. sic Cas. — z G. — a Eru. — b Ec. — c Ham. — d Gom. — * Di. — f Ec. — g V. — h Bru. — i G. — k Bru. — l Idem. — m G.]

ideoque non esse cur glorientur. 2. Etsi Gentes in Judæorum locum successerint [n], non omnes tamen ex iis servatum iri [o]; quas idcirco præmonet, nè se efferant, sed Deo dignè vivant [p]. Qu. Qui hoc verè dicitur, cùm ex omnibus vocatis unus tantùm ejectus fuerit [q]? Resp. 1. Ille unus omnium reproborum personam sustinuit [r]. 2. Conclusio hæc non refertur ad proxima verba, sed ad totam superiorem parabolam †.

15. *Pharisæi*, &c.] Cùm publica authoritas nihil profecisset, secta Pharisaica privatas molitiones adhibet, ut suprà 12. 14. ubi quæ diximus vide [t]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως αὐτὸν παγιδεύσωσιν, *Ut* (vel, *Quomodo*, Sy. Tre. P. *Quo pacto*, Ti.) *illaquearent* (vel, *aucuparentur*, Sy. *in errorem inducerent*, Æth. *caperent*, Vulg. *implicatum caperent*, à παγὶς, *laqueus*, Marc. 12. 13. effert, ἀγρεύσωσι, quasi ἄγρᾳ caperent venando, aut forcipe prehendendo: Luc. 20. 20. ἐπιλάβωνται, *prensarent*, *insidiosè arriperent* [v]:) *eum in sermone*, Er. Il. Be. Pi. &c. i. e. ut aliquid ab ipso elicerent [x], quo vel populum offenderet, vel Cæsarem, ut sequentia docent [y]: cujus obtentu accusari posset rerum novatarum apud Romanum Præsidem: nam alioqui nulla spes erat illum interficiendi. Ità interpretandum ex Luca [z].

16. *Mittunt ei discipulos suos*] Jesu ignotos, ut eum faciliùs irretirent [a]. Pharisæorum quidam, Judam Gauloniten secuti, sentiebant nefas esse agnoscere potestatem à Lege Divina extraneam. Ità enim interpretandum puto quod de illis dicit Josephus, μόνον ἡγεμόνα καὶ δεσπότην τὸν Θεὸν ὑπειληφέναι, nempe, quòd illud, *Uni Deo servies*, ità intelligi voluerint, non quasi cum quovis imperio summo, putà Saulis, Davidis, Salomonis, pugnaret, sed quasi adversaretur hoc ipsum imperiis profanarum potestatum, juxta Deut. 17. 15. Neque nova erat hæc sententia, sed, ni fallor, ab Asidæis Maccabaicorum temporum profecta; imò antiquior: nam idem sensisse videntur qui in Chaldaico obsidio deditionem tam præfractè recusabant, cum quorum pertinacia certandum habuit Jeremias. Et sicut illis temporibus illa opinio causa fuit magnorum malorum, ut Jeremias docuit, ità rectè de sua ætate Josephus notat, nullum posse malum excogitari cui istud dogma causam non dederit. Longè autem est aliud sponte in se externum jugum accersere, aliud vitæ servandæ causâ subire servitutem, aut jam impositam pati, ut Daniel fecit sociique ipsius; quam scilicet nunquam illi populo Deus immissurus fuerat, nisi in pœnam gravium peccatorum. Græcorum & Romanorum nonnulli existimârunt servitutem vel certâ morte redimendam. At aliud per Jeremiam nos docet ipsa Veritas: nam vitæ mora, quæ spatium dat pœnitentiæ, inter bona corporis primum haberi debet, & fundamentum aliorum bonorum ad corpus pertinentium. Servitus autem illa externa ad corpus, non ad animum, pertinet. Bionis est, Οἱ ἀγαθοὶ οἰκέται, &c. (*Boni, licèt servi domestici, liberi sunt, mali autem, quamvìs liberi*, sunt *servi cupiditatum*.) Confer quæ Euripides. [in G.] Quòd si illa etiam domestica servitus animi virtutem non impedit, quantò minùs publica illa, quæ sæpe nè servitus quidem est? Seneca Brutum eo nomine culpat, quòd existimaverit sub unius imperio libertatem esse non posse. Quæ omnia locum habere poterant etiamsi stante Rep. Judæi in gravi periculo constituti consultandum habuissent, libertas, an pax, placeret; & ut Cicero hanc quæstionem ponit, εἰ παντὶ τρόπῳ, &c. (*si tyrannidis eversio omni modo promovenda sit, quamvìs cum summo Urbis periculo conjuncta sit.*) At verò, semel factâ deditione, quæ supererat consultatio? Nam quæ belli necessitate adducti promittimus, fidem obstringunt: nisi enim id esset, periret tota Fœderum sanctitas. Accesserat deindè longi temporis possessio, quam movere velle semper iniquum est in publicis rebus. Bene adversùs istos ζηλωτὰς, disputat Josephus, & in eo Agrippa. [Quorum verba vide in G.] Cùm diversa sint regiminum genera, omnia vitiis suis, quanquam alia plùs, alia minùs, obnoxia, bonus ille & vir est, & civis, ut Augustus dicebat, qui Remp. præsentem mutari non vult: *qui scilicet*, ut cum Tacito loquar, *bonum & legitimum imperium voto expetit, qualecunque tolerat, quomodo sterilitatem, & nimios imbres, & naturæ mala. Ferendæ potentum ingenia neque usui crebræ mutationes.* Sophocles, Ἄρχοντές

[n] Gom. [o] Gom. sim. Eru. [p] Bru. [q] Mal. [r] Mal. ex Aug. sim. Gom. † Mal. [t] G. [v] Sch. [x] G. sim. Pi. [y] Pi. [z] G. [a] Bru.

εἰσιν, &c. (*Dominatores sunt, iis ergò cedendum: quidni? nam & sævissima atque fortissima Potestatibus cedunt.*) Atqui hanc legem videmus sibi præscripsisse Christianos veteres, ut cuivis imperium nacto fidem atque obedientiam præstarent, neque ulli sub speciosis nominibus res novanti accederent. Vide Tertul. Apologetico [b]. ¶ *Cum Herodianis*] Quos ad se asciverant, 1. tanquam Christi osores: vide Marc. 8. 15. Luc. 13. 32. 2. ut astutos & versipelles [c]: 3. ut Christo incognitos [d]; & in sermonibus ejus infrequentes, Luc. 23. 8. ut Christus securiùs loqueretur: 4. ut in quamcunque partem responderet Christus, irretitus teneretur, ut si censum solvendum diceret, favore vulgi excideret; si negaret, seditionis reus ab Herodianis habitus ad pœnas traheretur [*]. Qu. Quinam erant hi *Herodiani*? Resp. 1. Est nomen *gentis* [f]. Sic autor Lexici, qui *Baal Aruch* Hebræis dicitur, *Herodes, inquit, adduxit Græcos è deserto, & educavit eos in terra habitabili, unde ex Herodis nomine Herodiani, à loco, unde abducti fuerint, Dorsiani dicuntur* [g] Sed magnus hic erat autoris error in voce Hebræa יוני, quasi esset Ἴωνες, *Græci*, cùm *columbas* tantùm significet, quas Herodes è deserto attulit; unde ortum est quoddam non sectæ hominum, sed columbarum, genus ab aliis diversum [*]. [De quibus qui plura scire avet, adeat Greg. not. & obs. cap. 33. in Append. Crit. 2. p. 2825.] Herodiani erant Gentiles sub ditione Herodis [h]. Cui favet, quòd Galilæa, cujus Tetrarcha erat Herodes, Gentilibus sive Græcis fuerit contermina; vide Matth. 4. 15, &c. Repugnat autem, quòd Pharisæi noluerint Gentiles sibi adjungere, quippe à quorum consortio abhorrebant, Act. 10. 28 [i]. 2. Est nomen *status* [k]: [quod non uno modo accipiunt:] Erant hi milites, (sive satellites [l],) Herodis [m], qui certè tunc Hierosolymæ erat. Cui repugnat, quòd noluerint Pharisæi Christum jam terrere, sed fraude & blanditiis omnia agere [n]. Al. Erant hi Herodis aulici, vel servi, sive ministri [o], qui jam erant Hierosolymis, Luc. 23. 7 [p]. Huc facit, 1. quòd pro *Herodiani* Evang. Heb. habet, *servi Herodis* [q], & Syrus, *domestici Herodis* [r]. 2. Quòd apud veteres usitatum est, ut notat Laur. Pignorius, ut servi à dominorum nominibus denominarentur, ut à *Germanico Germanicianus*, *à Cæsare Cæsarianus*, *ab Herode Herodianus*. Nec mirum: Servus enim, ut notant Jurisconsulti, non est persona, sed res & possessio: unde & κτῆμα Græcis dicitur, & κτῆσις, & σῶμα. Servus *neque personam habet*, inquit Theophilus; *neque caput*, *neque hæredem*, *neque patriam*, *neque adeò nomen*, ait Philost. de vita Apollon. l. 8 †. Al. Quantâ lite Herodes Judæorum solium ascenderat firmaveratque, antè notatum. Erant ex Judæis qui illi fortiter restiterunt; erant etiam qui ei fortiter suffragabantur, & summis viribus Regnum ejus firmabant, quibus proinde meritò attribuitur titulus *Herodianorum*; iique fuerunt, ut videtur, fidei *Sadducææ*, quâ etiam Herodem fermentâsse videntur; unde idem dicitur *fermentum Sadducæorum*, Matth. 16. 6. & *Herodis*, Marc. 8. 15. Astutè utrinque consultum, ut ille ipsorum doctrinam, illi ipsius Regnum, stabilirent [t]. 3. Est nomen *sectæ* [v]: [hìc autem variant:] *Herodiani* erant, vel, 1. Illi qui cum Herode novam quandam religionem ex Paganismo & Judaismo conflabant [x]. Herodes enim Magnus [ut Judaismum profitebatur, quod antè notatum, ità &] Templum in Paneade in honorem Cæsaris exstruxit, teste Josepho, Antiq. 15. 13. Hujus vestigia liberi ipsius secuti sunt. Horum ergò assectæ erant *Herodiani*: unde quos Zonaras vocat, τοὺς τὰ Ἡρώδου φρονοῦντας, eos Wolfius in Versione interpretatur, *Herodianos* [y]. Vel, 2. Illi qui Herodem Magnum pro Messia habuerunt [z]. Cui obstat, quòd Herodes & alienigena erat [a], & Judæis invisus [b], & jampridem obierat [c]; quum omnes crederent, Messiam *mansurum in æternum*, Joan. 12. 34 [d]. Vel, 3. Illi, qui tributum Cæsari, cui impensè favit Herodes, solvendum esse contendebant [*]: quos *Herodianos* per contemptum Pharisæi vocabant, quia tributum Herodi, non inviti, ut omnes Judæi, sed animo spontaneo, solvebant [f]. Vel, 4. Sadducæi [g], quibus favebat Herodes [h]. Herodianos partem fuisse Sadducæorum, quomodo Gaulonitici zelotæ pars erant Pharisæorum, sed peculiaribus opinionibus distinctos à cætero sui nominis grege, ex dictis ad cap. 16. 6. patuit:

[b] G. [c] Ger. harm. 154. [d] Ger. sic Bru. [*] Ger. [f] Q. in Ger. [g] Ger. ex D. [*] Ham. [h] Q. in Ger. [i] Ger. [k] Al. in Ger. [l] Q. in Ger. [m] Er. ex Hi. V. Q. in Ger. [n] Ger. [o] Pi. Scul. ex. 2. 87. [p] Ger. [q] Ger. Scul. [r] Ger. † Scul. ib. [t] Li. ho. [v] Al. in Ger. [x] Q. in Pi. sim. & Ger. [y] Ger. p. 291. [z] Tertul. Epiph. Hi. Th. &c. in Ger. [a] Ger. [b] Be. Ger. [c] Be. Ger. Ham. [d] Ger. [*] Mal. ex Orig. Hi. Cyr. sic Me. [f] Q. in Ger. [g] Faber, &c in Ger. [h] Be.

tuit: & res est manifestior quàm ut de ea ambigi debeat. Illud magis videndum, an hi quoque, ut Gaulonitici, senserint recusanda Cæsaris imperia, an contrà. Mihi planè videntur ad Christum allegati qui maximè populares erant, & aptissimi ad eliciendum à Christo responsum pro libertate. Diximus Herodianorum dogma natum temporibus Herodis Magni, qui ortu quamvis Idumæus, tamen cùm Idumæa facta esset Judææ accessio, & ipse Judaismum profiteretur, extraneus haberi non poterat. Itaque Herodiani Herodi, quem & Messiam dicebant, libenter paruerunt ut Judæo &, quod Josephi historia docet, magno Legis vindici, qui etiamsi quid faceret in Romanorum gratiam solicitè se Judæis excusabat, ὡς μὴ καθ' αὑτὸν, &c. (*non ex seipso, sive proprio motu, sed ex mandato & imperio agens.*) At, Hierosolymis & parte potiore Judææ in provinciæ formulam redactâ, parere non jam circumciso Regi, sed alienis à Lege potestatibus, Herodianorum dogmati non satis consentiebat. Quin & Sadducæi, quorum pars erant Herodiani, magni faciebant Reip. libertatem. Nam hoc inter cætera argumento conabantur evincere nulla esse post hanc vitam præmia credita à majoribus, Quia alioqui nunquam pro libertate toties arma sumpturi fuerant. Neque incredibile est, Herodis liberos, quanquam palàm Cæsari serviliter adulabantur, per occultas artes tamen fomenta subdidisse isti dogmati, non sine spe fore ut aliquando populi studiis in amissam Regni partem restituerentur[i]. Illam sententiam, tributum scilicet Cæsari non dandum, probabile est ab Herode & aulicis ejus sub publicæ libertatis specie fuisse defensam, quatenus quidem id tutò facere poterant, quia videbat se paterno Regno magna ex parte à Romanis spoliatum. Hinc forsan illæ simultates, Luc. 23. 12. quæ huc tandem devenerunt, ut Herodes Antipas proditionis accusatus Lugdunum deportaretur[k]. ¶ *Dicentes*] Non per se, sed per ablegatos[l], per discipulos, quibus Præceptores sequentia verba præscripserant. ¶ *Verax es*] Amator & Doctor veritatis, privatim & publicè[m]. Sed ἀληθὴς hîc est παῤῥησιαστικὸς, (*liberè & audacter loquens,*) ut in illo Terentii, *Obsequium amicos, veritas odium parit*[n]. ¶ *Viam Dei*] Quâ scil. velit Deus à nobis ambulari[o]; quæ Deo placet, aut displicet[p]: rationem felicitatis à Deo traditam[q]: Legem Divinam, præcepta vitæ Deo placentis[r]. ¶ *In veritate*] Id est, verè†, fideliter & sincerè, absque omni fuco, & pravi affectûs corruptelâ[s]. Hebræi adverbia, cùm paucissima habeant, efferunt periphrasi per nomina, eáque vel, cum præfixis, ut hîc, & alibi, *in justitia*, i. e. justè; *in astutia*, h. e. astutè. Sic & Rom. 16. 20. ἐν τάχει, *citò*, pro ταχέως· vel, sine iis, ut Psal. 119. 86. שקר *falsò*, pro בשקר: sic κύκλῳ, *in orbem*, Marc. 3. 34. Ità & in Eurip. Homer. &c[v]. [Vide Authorem.] ¶ *Non*, &c. Οὐ μέλει, &c.] *Non curas aliquem*, Bru. sic Be. Pi. &c. nempe quominus ea præcepta fideliter tradas[x]: vel, ità ut ejus gratiâ, aut odio, aut metu commotus, vel falsum doceas, vel doctrinam opportunam subtrahas. Tacitè indicant plerosque Cæsaris metu non audere aperire quid sentiant[y]. ¶ *Non enim respicis personam* (vel, *ad*, vel *in*, *personam*, Pi. Val. Be. *in faciem*, Pi.) *hominum*] Id est, ad externam hominum speciem, divitias, paupertatem, &c[z]. sed ad solum Deum[a]. Non captas gratiam aut Cæsaris, aut Pontii Pilati, neque eorum potentiam formidas. Nam πρόσωπον Hellenistæ, Hebræos secuti, vocant qualitatem hominis quæ in aliis affectus ciere, atque ità eos à veri justique respectu solet abducere. Hinc προσωποληψίας, & προσωποληπτεῖν[b]. *Facies*, aut *persona*, in hac phrasi accipitur pro qualitatibus personæ externis non pertinentibus ad merita causæ[c].

17. *Licet*; ità Be. Pi. &c. Ἔξεστι] *Fas est*, G. Salvâ Religione[d], & Lege Dei[*]. Quæstionem Divini, non humani, Juris, movent[f]. *Fásne est*, nobis nimirum, qui liberi sumus, soboles Abrahæ, & quidem ex Sara, non Agare; & populus Dei sacer, &c[g]. ¶ *Censum*] Propriè significat æstimationem facultatum, pro cujus ratione in provinciis vectigalibus tributum solvebatur[g]: sed hîc pro ipso *tributo* sumitur. Syrus hîc habet, *pecuniam capitis*, sive *capitatim*[h], h. e. pecuniam indictam in singula capita quæ mandato Cæsaris fuerunt recensita & descriptione comprehensa. Atque hæc capitatio, Dione

i G. k Be. l Sch. m Bru. n G. o Bru. p Bru. sim. Be. q Pi. r G. † Pso. Ga. Bru. s Eru. sim. Be. Pi. v Pso. 117. x G. y Bru. z Be. a Bru. b G. c Bru. d Bru. * Ham. Frch. f G. g Bru. ex Be. h Bru.

teste, ab Augusto duobus modis fuit instituta, nempe in patresfamilias, vel domos singulas, & in personas, vel capita singularia quæque[i]. *Censum*, i. e. capitis redemptionem annuam, ipsissimam servitutis confessionem, quâ superbi illi victores Romani triumphant, & nobis insultant, tanquam à Deo neglectis. Vide Tul. orat. pro Flacco[k]. Κῆνσον, i. e. φόρον, ut Lucas loquitur. Metonymia: nam ex censu tributum pendebatur. *Census* nomen, ut alibi diximus, & ad prædiorum, & ad capitum, onera refertur, ut videre est in Pandecte Justinianeo, tit. de Censibus: ubi Cæsareensibus narratur remissum à Vespasiano tributum capitis. Ad utrumque censum necessaria erat ἀπογραφή. Panegyricus in laudibus Constantini, *Septem millia capitum remisisti, quartam ampliùs partem nostrorum censuum.* Ammianus, de Juliano Cæsare, *Partes eas* (Galliarum) *ingressus pro capitibus singulis tributi nomine vicenos quinos aureos reperit flagitari, discedens verò septenos tantùm.* Tertullianus, *Agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa ignobiliora.* Unde discimus provincias Romani Imperii non agrorum tantùm pependisse tributa, sed & humanorum capitum, extra colonias, municipia, & civitates Italici Juris. Judæam, ex quo provinciis accensa est, melioris fuisse juris quàm Gallias vix credibile est. Quare κῆνσον, sive φόρον, quanquam potest & prædii onus significare, quominus hîc tributum in capita, non agrorum, sed hominum, cum Syro interpretemur, quid obstat non video. Facit pro hac interpretatione Ulpiani illud quod exstat lege 3. D. de Censibus, *In Syriis à quatuordecim annis masculi, à duodecim fœminæ, usque ad sexagesimum quintum annum tributo capitis obligantur.* Longè aliud ab hoc Romano tributo esse τὸ δίδραχμον suprà ostendimus[l]. ¶ *Cæsari*] Romano[m], homini profano & peregrino, Magistratui nostro, non legitimo, Deut. 17. 15. sed violento, qui à nobis extorquet quæ vult, & fortè plura & graviora deinceps extorquebit[n]. ¶ *An non?*] Licet? nam aliis aliud sentientibus, hæremus perplexi, tu nos doce, &c[o]. Stabimus arbitrio tuo, pro quo aut dabimus, aut libertatem nostram & jura Templi defendemus[p]. Duplicem hîc laqueum ei tendunt. Si licere responderet, ipsum invidiosum reddidissent populo, ut adulatorem Principum, & libertatis patriæ proditorem: si negaret, id quod optabant simul & sperabant, Herodiani illum, ut seditiosum, comprehendissent, &c[q].

18. *Cognitâ* ——— *nequitiâ*, Πονηρία] *Malitiâ*, Pi. Bru. i. e. fraudulentâ hypocrisi[r]: *versutiâ*, Er. V. ¶ *Eorum*] Tam mittentium quàm missorum†. ¶ *Quid me tentatis?*] i. e. Calumniam mihi struitis[t]? vel, nitimini me fallere[v]. ¶ *Hypocritæ*] Sic vocat, quia consilium crudele non minùs quàm vafrum obtegebant verbis pietatem præferentibus. Bene Cicero, *Totius injustitiæ nulla capitalior est quàm eorum qui tum cùm maximè fallunt id agunt ut viri boni esse videantur*[x]. Simulabant se religione moveri, & ipsi dociles fore, &c[y].

19. *Ostendite mihi numisma census*; ità Er. Il. Be. Pi. Ti. &c. Νόμισμα τοῦ κήνσου] *Numum tributarium*, Ca. *Figuram denarii*, Ar. Æth. *Denarium census capitis*, Pers. *Denarium argenti*, Sy. vel, *argenti capitationis*, Tre. Νόμισμα (à νόμος, *lex*,) modò significat *morem receptum*, τὸ νενομισμένον ἔθος; modò, *quod lege sancitum est*, ut Esd. c. 2. νόμισμα βασιλέως, *edictum Regis*; modò verò, ut h. l. *numisma*, sive *nummum*, sive *monetam*, *quæ νόμῳ dicitur*; *quòd non naturâ*, sed νόμῳ, *lege*, *valeat*, ut docet Aristot. Ethic. 5. 8[z]. Νόμισμα & χάραγμα & *numum* notat. Apud Matthæum veteres εἰκόνα interpretantur χάραγμα. Est enim χαράττειν νόμισμα, *signare numos*. Unde παραχάραγμα, *moneta adulterina*; & *Paracharactæ*, rei falsæ monetæ[a]. *Numisma census*, i. e. quod tributi vice datis[b]; nummum aliquem ejus monetæ, in qua tributum exigi solet[c]. In eo autem nummorum genere usitatissimus erat Denarius. Itaque meritò à viris doctissimis reprehensus est eorum error qui Denarium tributi modum esse existimabant[d]. Quod hîc *numisma census* idem Marco & Lucæ est *denarius*. Nec enim דינרא, *denarius*, linguâ Syriacâ, aut Hellenisticâ, aut Talmudicâ, solùm certam nummi, ut interdum, speciem (id est, quartam Rabbinis Sicli partem, seu drachmam Atticam) denotat, sed & pro pecuniæ seu monetæ qualicunque genere sumitur[*]. *Ostendite*, &c. q. d. Captiosa est quæstio,

i Gua. k Freh. dissert. de numism. Census append. crit. tom. 2. p. 3632. &c. l G. m Bru. n Freh. o Bru. p Freh. q Eru. r Idem. † Idem. t G. v Bru. x G. y Bru. z Gua. a Scul. ex. 2. 88. b V. c G. sim. Eru. Freh. Seld. d G. * Seld. in Wal.

stio, an de Siclo quotannis in Templum deferendo agatis, quod fateor vos non posse indè avertere; an de nummo alio. Constat inter Judæos duo fuisse nummorum genera; 1. numos suos & monetas proprias, Siclos, Didrachmas, Stateres, &c. 2. numos Romanos, Denarios, Sestertios, &c. & in his tributa sua solvi voluerunt Cæsares Romani. Hinc requirit Christus sibi exhiberi, non *eorum numisma*, sed *numisma census*, i.e. quo defungerentur censu suæ provinciæ indicto. Id enim est κῆνσος, ut exponitur in Suida & Hesychio, [quorum verba vide in Cl. Authore,] & in toto Pandectarum titulo De censibus. Quasi dicat Christus, Hoc inspecto cujusmodi sit, facile erit dijudicatu, Deóne an Cæsari eum dare debeatis [f]. ¶ *Obtulerunt ei denarium*] Nempe Romanum, non veterem Consularem, sed Cæsarianum [g], argenteum: tributa enim eorum argento solvendum erat, teste Plin. 33. 3 [h]. Denarius valebat Atticam drachmam, & quartam partem Sicli Sanctuarii [i]. Al. *Denarium*, nempe Sanctuarii, duobus vulgaribus æquivalentem, i. e. Didrachmum. Nam Publicani per vulgares Denarios numerabant, Sacerdotes verò per duplares, i. e. Didrachmum. Qui nummus cùm jamdiu à Judæis in res sacras numeratus esset, & paulò antè à Cæsare in rem suam interversus, sperabant quadruplatores fore ut apertè Christus non Cæsaris, sed Dei, esse affirmaret [k]. Tributum duplex erat, 1. Soli, i. e. agrorum & facultatum omnium; 2. Capitum. Modum utriusque tributi quod attinet, etsi eum non semper certum fuisse putem, tamen non videtur aut in tributo bonorum Centesimam partem, aut in capitatione Denarium, in singulos excessisse. Itaque aut singulis Denariis pro capitis censu defungi Judæi potuerunt; aut capitationem simul & soli tributum ad denariariam rationem ab exactoribus redigi consuevisse, & in Denario, notissimo Romanæ monetæ genere, à provincialibus persolvi debuisse, hinc videamus [*].

20. *Cujus est* (Quærit non quòd nescierit [l], sed ut solutionem quæstionis ex ipsorum verbis extorqueret [m]:) *imago hæc & superscriptio?*] Vel, *inscriptio?* Be. Bru. Pi. His duobus numus censetur, nec ipse aliud est quàm ut Juvenal. Sat. 14. *Concisum argentum in titulos faciésque minutas* [n]. Respondet Christus ex ipsa Scholarum determinatione, ubi hoc obtinuit, *Ubicunque numisma Regis alicujus obtinet, illic incolæ Regem istum pro Domino agnoscunt*, Maimon. in Gezelah, cap. 5. Hinc illud Hierosf. Sanhed. fol. 20. 2. *Numisma Saulis adhuc obtinet*, id est, Saulus adhuc pro Rege habendus est [o]. Sicut legem figere est summi imperii, ità & nummum cudere: Nam νόμισμα, ut docet Aristoteles, & nomen suum & vim habet ἀπὸ τοῦ νόμου, (*à lege.*) Hinc majestatis criminibus accensetur nummos corrumpere. Nummos autem imperantium vultu ac nomine signari Persicum creditur esse institutum: unde *Daricorum* nomen. Philostratus in Vita Tiberii commemorat *drachmam argenteam* νενομισμένην εἰς Τιβέριον, (*Tiberii imagine signatam.*) Ipse igitur nummus pretium habens ex edicto Cæsaris, Cæsarisque nomen & vultum præferens, testabatur Cæsarem summum in Judæam imperium reipsâ obtinere, idque à Judæis nummo illo utentibus agnosci [p]. Inscriptio, ut testatur Occo, fuit hæc, *Cæsar Augustus tali anno post captam Judæam*, quod ante 90 annos factum est, quando Hyrcanus cum suis Pompeio se dedidit [q]. Objici poterat, ipso quidem facto Romanos Judæis, & Cæsarem Romanis, imperâsse, at nullo jure. Sed Christus ostendit hoc ad propositam quæstionem nihil pertinere. Nam cùm nec *quies gentium sine armis*, *nec arma sine stipendiis*, *nec stipendia sine tributis*, *haberi possunt*, ut loquitur Tacitus, sequitur ei qui imperat, tantisper dum imperat pendenda tributa, ut pretium communis tutelæ quam præstat nobis quisquis est publici imperii possessor. *Propterea*, inquit Paulus, [Rom. 13. 6.] *etiam tributa penditis*, *nec solâ pœnæ formidine*, sed juris & æqui respectu, quia Potestatum præsidio tuti estis à vi atque injuria. Certum autem est ab omnibus Potestatibus hoc ipsum, etsi non eâ quâ oportet æquitate ac diligentiâ, sæpè etiam ità ut ipsæ à vi atque injuriis non abstineant, aliquatenus tamen præstari, ità ut sub illis quàm sine illis vivere multò sit tutius: quod satis est, ut tributa præstari & possint & debeant [r].

21. *Dicunt ei, Cæsaris*] Tiberii scilicet, cujus tum Imperii 18 annus vertebatur [†]. Hinc liquet, nummum hunc Romanum fuisse: nam Judæi Cæsaris imaginem monetæ suæ minimè impressissent [t]. ¶ *Reddite* (i. e. Persolvite, ut suprà 5. 26 [v].) *ergo quæ sunt Cæsaris* (τὰ Καίσαρος, sub. τὰ ὄντα. *Cæsaris res*, seu *bona*, vel, *ad Cæsarem pertinentia*. [x]:) *Cæsari*] In censum exigenti Denarium suum, & alia Juris ipsius, honorem, timorem, obedientiam [y]. Hic Denarius verè Cæsaris erat, tum quoad materiam, ut è metallis Cæsarianis effossus; tum quoad formam, utpote à Cæsare procusus & publicatus [z], ejus nomen & imaginem præferens [a]. Modestum porrò & tolerabile erat hoc tributum, Denarius erat merces diurna unius operarii, Matt. 20. 2. & stipendium diurnum unius militis, ut ex Tacito discimus [b]. Non dicit, *date*, sed, *reddite* [c], tanquam debitum [d]: ut explicatur Rom. 13. 6, 7 [*]. qu. d. non gratuitum, aut sterile, sed redhostimentum patrocinii & defensionis, &c [f]. ¶ *Et quæ sunt Dei, Deo*] Tributi pensitatio nihil in se habet quod Divinæ Legi repugnat [g]. Docet & Cæsari & Deo sua jura reddenda, illi numismata, &c. huic animum, cultum, &c. Hinc intelligitur quousque terrenis Magistratibus parendum est, quousque scilicet continent se intra jura propria, nec Dei jura sibi usurpant [h]. Cæterùm, si quid Cæsar, aut alia Potestas, præcipiat adversum Legi Divinæ, Deo potiùs quàm hominibus parendum est [i]. Quod enim pietati ac religioni obest, non Cæsaris, sed Diaboli, tributum est [k]. Ità Christus sapientissimo responso & seditionis motæ, & violatæ religionis, calumniam in quæstione insidiosissima effugit, ac simul tacitè ipsos notat qui de rebus ad hoc seculum pertinentibus pietatis specie soliciti, veræ solidæque pietatis officia contemnerent atque etiam violarent [l]. Pungit eorum conscientiam, allusione simul factâ ad ea quæ Templo Dei ex Legis præscripto persolvebantur: innuens etiam ipsorum peccatis hanc servitutem acceptam ferendam, cujus tamen onus patienter ipsis esset ferendum, nisi Deo vellent obsistere [m], cujus voluntate in Romanorum potestatem venerant: ostendit falsum esse ipsorum disjunctum, eósque & Cæsari censum, & Siclum Templo dare, posse [n].

22. *Audientes mirati sunt*] Adeò prudens cautùmque responsum, quo nec Cæsar, nec populus, offendi posset [o].

23. *Sadducæi*] De quibus dictum ad Matt. 3. 7 [p]. ¶ *Qui dicunt, Non esse resurrectionem*] Fundamentum opinionis Sadducaicæ fuit, Nullam substantiam esse extra Deum præter res sensiles, ut liquet ex Act. 23. 8. ubi voce πνεύματος intelligendus Divinus ille afflatus quo Prophetas à Deo impulsos rectè credebant Pharisæi. Sadducæi, qui Prophetica scripta non recipiebant (nisi fortè tanquam humanæ sapientiæ opera) nullam, ut videtur, admiserunt ἀποκάλυψιν Divinam, nisi per vocem, quomodo Lex erat tradita; cui soli obedientiam præstitisse Sadducæos appareat, ni fallor, tum aliis argumentis, tum ex oppositione Pharisæorum & Sadducæorum, quæ est apud Josephum, Orig. 13. 18. ubi ait, *à Pharisæis multa observari quæ in Mosis libris scripta non sunt*. Quare & quod de Sadducæis sequitur, ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, (*ea pro legitimis habenda quæ scripta sunt,*) intelligendum de iis quæ in Mosis Lege sunt perscripta. Magis mirum quomodo Angelos esse inficiati fuerint, cùm Mosis Scripta, in quibus toties Angelorum fit mentio, admitterent. Respondendum mihi videtur, sensisse illos quòd Judæorum nonnulli suâ quoque ætate sensisse Justinus affirmat, Angelos fuisse ἀτμήτους, &c. (*indivisos & inseparabiles Dei virtutes, quas Deus, quando vult, emittit, & rursus in se recipit:*) cui sententiæ idem ille Martyr hanc veram opponit, [illegible], &c. (*esse Angelos in perpetuum manentes, nec dissolutioni obnoxios.*) Qui ità de Angelis sentiebant, eos non mirum est similiter sensisse de animis hominum; non esse scilicet res tales quæ per se possunt subsistere, sed quæ in nihilum redirent corporibus destitutæ: quod ipsos sensisse referunt Josephus & Hieron. ideóque [quod Jo. addit] *eos & præmia & pœnas vitæ futuræ sustulisse.* Hinc porrò sequebatur, *non esse ἀνάστασιν*: hæc enim requirit permansionem animorum. Consequens item est, ut spem omnem pietatis repositam habuerint in vita præsente. Certum enim ha-

[f] Freh. [g] Idem. [h] Bru. [i] Ham. [k] Gua. [*] Freh. append. crit. tom. 2. p. 3648. [l] Freh. ex Hi. sim. Bru. [m] Bru. sim. Freh. [n] Freh. [o] Li. ho. [p] G. [q] Ham. [r] G.

[†] Freh. sim. Bru. [t] Bru. sim. Freh. [v] Be. [x] Camer. [y] Bru. [z] Freh. [a] Bru. [b] Freh. [c] Bru. Freh. [d] Bru. G. [*] G. [f] Freh. [g] G. [h] Bru. [i] G. sim. Bru. [k] Chrys. in Bru. [l] G. [m] Be. [n] Ger. harm. 154. [o] Bru. [p] Bru. Mal.

beo errare eos qui ex Josephi verbis male intellectis Sadducæos Epicuræis æquant, quasi Deo res humanas curæ esse negaverint. Nam qui Legem Mosis recipiebant, in qua præclarus est locus de præmiis & pœnis, istius insanientis sapientiæ consulti esse non poterant. Et recte Hebræi veteres, & inter novos Josephus Albo, notant Sadducæis agnita præmia Legem servantibus, sed hujus duntaxat vitæ. Ipse Josephus adversus Appionem de Judæis omnibus pronunciat, quod *unanimiter de Deo credunt, ipsum omnia observare.* Sed hoc est quod dicit Josephus, Sadducæos ità in hominis potestate statuisse boni malique electionem, ut nullam ea quidem in re censerent intervenire Dei actionem; ferme quomodo Cœlestius & Pelagius inter Christianos. Sed mendum est in Josepho: ità enim legitur de Sadducæis, Σαδδουκαῖοι δὲ τὸ δεύτερον τάγμα τὴν μὲν εἱμαρμένην παντάπασιν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν Θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τι κακὸν ἢ ἐφορᾶν τίθενται. Deum negare inspectorem humanorum criminum nemo potest, nisi quæ de diluvio, de Sodomis, de Pharaone, cæteraque, à Mose conscripta, mendacii velit arguere. Omnino legendum, ἔξω τοῦ δρᾶν ἢ μὴ δρᾶν, h. e. negant ullas esse in eo Dei partes ut homines peccata aut perpetrent, aut iisdem abstineant. Et hoc ipsum est quod ait, *tolli ab ipsis fatum. Fatum* enim vocat Providentiam non circa ea quæ patimur, sed circa ea quæ agimus. Verum esse quod dico sequentia evincunt, φασὶ δ' ἐπ' ἀνθρώπων ἐκλογῇ τό, τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν προκεῖσθαι, &c. (*Dicunt in hominis electione sive potestate poni & bonum & malum*, &c.) Quod modò dixerat, τὸ κακὸν δρᾶν ἢ μὴ δρᾶν, hîc dixit, καλὸν καὶ τὸ κακόν· quorum utrumque Sadducæi æqualiter ponebant in mera hominis potestate. Idem intelligere est ex opposita Pharisæorum sententia quam ità exprimit Scriptor diligentissimus, Εἱμαρμένῃ τε καὶ Θεῷ προσάπτουσι πάντα, καὶ τὸ μὲν πράττειν τὰ δίκαια καὶ μὴ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις κεῖσθαι, βοηθεῖν δ' εἰς ἕκαστον τὴν εἱμαρμένην. Ait ex Pharisæorum sententia non omnia simpliciter fieri ex fato, sed fato connexa esse & colligata: quod Chaldaizantes Hebræi sic exprimunt, כלא במולא תליא. Ità ut recte aut secus agere sit quidem maxima ex parte penès homines, sed in utrumque tamen concurrat vis illa providentiæ. Compara his alterum Josephi locum, lib. 13. Originum, ubi sententiam Pharisæorum ità explicat, Τινά, &c. (*Quædam & non omnia fato fieri, quædam penès nos esse.*) Sadducæi autem (ut ibidem loquitur) τὴν εἱμαρμένην, &c. (*fatum planè tollunt, & omnia in nostra potestate esse posita, & bonorum causas nos ipsos esse, & mala nostrâ imprudentiâ obtingere.*) Quem in modum dicitur etiam Chrysippus sententiam temperasse Stoicorum, quorum sectam Pharisaicæ sectæ affinem fuisse Josephus in Vita sua profitetur. Neque id mirum, cùm in Cypro, unde fuerat Zeno, multi semper Judæi fuerint. Eandem mixturam Fati & liberæ voluntatis aliis quoque in locis Josephus asscribit sententiæ Pharisæorum, ut certissimum esse debeat lapsum Epiphanium in istius sententiæ explicatione: quod rectè antehac à viro undequaque doctissimo annotatum est [q].

24. *Non habens filium*, Τέκνα] *Liberos*, Bru. Pi. &c. *Sine liberis*, G. sic D. Cajus Jurisconsultus, *Non est sine liberis cui vel unus filius unâve filia est* [r]. Τέκνα, pro, τέκνον, per Enallagen numeri [†]. Al. *Filios*, Pi. vel, *Filium*, Be. Pi. &c. ex collat. Deut. 25. 5. Synecdoche h. l. duplex est, una generis, altera integri [s]. Τέκνον, pro, υἱόν [v]. [Id sic probant:] 1. Quia in Hebræo est בן [x]. Resp. Omnium linguarum commune est, ut masculinâ appellatione fœmininus sexus comprehendatur. Ideo prudenter Interpres hîc posuit τέκνα, & statim, μὴ ἔχων σπέρμα· quomodo זרע ponitur Gen. 38. 8. quod ad utrumque sexum pertinet: ut & Lucas, qui ἄτεκνος ἀπέθανεν. Tale autem nomen linguæ Orientis non habent. Ideo & Syrus hîc posuit בניא [y]. 2. Ex ratione condendæ Legis [z], Deut. 25. 7. ubi non fit mentio *feminis*, sed *Filii & Nominis:* quod [*nomen* scil.] ad posteros per filias transire non posset; ut illo respectu velut orbus decederet, qui filias tantùm reliquit [a]. Resp. Neque hoc obstat: nam poterat & ex filia nepos in avi familiam inseri. At certè qui filiam relinquit non video quomodo ἄτεκνος rectè dicatur. Et cùm filia, deficientibus liberis maribus, ad hæreditatem vocaretur jure Hebræo, sequitur jus τοῦ ἐπιγαμβρεύειν tum demum locum habuisse, si nulla proles esset relicta [b]. ¶ *Ut*, &c. Ἐπιγαμβρεύσει] *Ut ducat*, Er. Il. Ti. sic Ar. Æth. Ca. *Accipiat*, Tre. ex Sy. Pers. *Ob affinitatem ducet*, Mo. *Ducet affinitatis jure*, Be. P. Pi. Bru. Vox hæc significat, *affinem fieri* [c], 1 Sam. c. 18. v. 21, 22. & 1 Mac. 10. 54, 56. ubi tum genero, tum socero, tribuitur. Sed hîc usurpatur ad exprimendam vim Hebrææ vocis יבם, quæ significat, *jure affinitatis aliquam ducere:* quomodo & LXX τὸ ἐπιγαμβρεύειν usurpant, non quidem in Deuteronomio, sed in historia Judæ & Onani, Gen. 38. 8 [d]. Præp. ἐπὶ notat superventionem, (ut sic dicam,) id est, successionem: γαμβρεύειν est, *affinitatem contrahere* [*]. Γαμβρὸς dicitur & *gener* [f], & *socer*, & in genere, *affinis:* nam & in Sophocle *uxoris frater* sic dicitur [g]. Erat hoc jus inter ea quæ primùm moribus recepta, mox legis Divinæ auctoritatem acceperunt: qualia multa esse in Mose non est dubitandum [h]. ¶ *Frater ejus*] Nempe ὁμοπάτριος, (*eodem patre natus*,) ut ratio Legis postulat [i]; *frater*, scil. major natu, seu ætate proximus [*]. Cœpit quidem ex rationis similitudine etiam remotioribus affinibus imponi necessitas ducendi viduam illiberem, nisi jus proximitatis in bona defuncti à se abdicare vellet, eo ritu calcei exuendi quem Lex Deuteronomii præscribit. Sed hoc natum non tam ex ipsa Legis vi, quam urgent Sadducæi, quàm ex processu consuetudinis, apertè satis indicare videtur Ruth. 4. 7. ubi moribus, non Legi, jus istud acceptum fertur. Et notant Hebræi Jurisconsulti id jus non designari verbo יבם, sed verbo גאל, quod LXX ἀγχιστεύειν vertunt [k]. ¶ *Et suscitet* (vel, *suscitabit*, Be. Pi.) *semen* (i. e. posteritatem [l], filium [m], qui in nomen defuncti transeat [n]:) *fratri suo*] Hoc est quod Ruth. 4. 10. dicitur, *suscitare nomen defuncti:* quia nimirum Lex illum postnatum filium defuncti nuncupabat. Ergò τῷ ἀδελφῷ est, *in memoriam atque honorem fratris* [o].

25. *Erant*, &c.] Nihil refert sive vera res fuerat, sive figmentum: quod malim, &c [p]. ¶ *Reliquit*, Ἀφῆκε] Quomodo hæreditas *relinqui* dicitur. Nam apud Hebræos pari jure deferuntur Hæreditas & Matrimonium, sicut apud Romanos Hæreditas & Tutela. Hinc κληρονομεῖν aliquam dicitur, qui eam ἐπιγαμβρεύει, hoc est, proximitatis jure ducit, ut diximus alibi [q].

26. *Usque ad septimum*] Nullus enim eorum renuit eam accipere, quò Legi obtemperarent [r].

28. *Cujus erit*, &c.] Pharisæi resurrectionem ex traditione magis & conjectura quàm certis argumentis sperabant. Hinc tanta opinionum diversitas, de qua egimus alibi. Et quemadmodum nunc quoque Thalmudistæ epulas sibi fingunt, in quibus Behemothum & Leviathanem sint elitaturi; ità tunc quoque vitam felicem quidem, sed huic nostræ similem, animo præceperant. Unde Josephus Pharisaicam sententiam comparat iis quæ apud Græcos (Homerum, &c.) de Fortunatis insulis canebantur. [Vide verba & Jo. & Homeri & Horatii in G.] Quare mirum non est si mansurum ibi quoque conjugii usum sibi persuaserint, quod Mahumetes, ut multa alia, in Alcoranum suum ex Judæorum traditione retulit. Sadducæi autem, quibus cum Pharisæis hactenus certamen fuerat, à Christo putabant resurrectionem doceri secundùm Pharisæorum hypotheses: sed sperantes fragili dentem illidere, solido impegerunt [†].

29. *Erratis*] Erroris eos arguit, non fraudulentiæ, aut malitiæ, ut Pharisæos: quare & patienter crassitudinem eorum docet. ¶ *Nescientes*, &c.] Eò quod nesciatis, h.e. vel, 1. quòd non legatis [t]: vel, 2. quòd malè intelligatis [v]: vel, 3. quòd nihil accipiatis nisi quod in Scriptis Mosaicis scriptum erat αὐταῖς ταῖς λέξεσι, (*ipsissimis verbis:*) cùm illarum γραφῶν ea esset natura ut sub figuris, aut certè sub verbis inquisitionis egentibus, majora dogmata occultarent. Qua de re egimus alibi [x]. ¶ *Neque virtutem* (vel, *potentiam*, Be. Bru. Pi. &c.) *Dei*] A qua nimirum pendet corporum resurrectio & vita futura [y]. q. d. Potentiam Dei concluditis finibus naturæ creatæ intellectûsque vestri [z]. Non tam quòd crederent dissolutas corporis partes à Deo non posse recomponi, quàm quòd putarent non posse sustentari animas sine corpore: ut ex superioribus apparuit. Atqui cum hoc nullam in se contineat contradictionem, nulla erat justa ratio cur id tanquam omni modo, etiam Dei respectu, impossibile repudiaretur. Poterant

[b] G. [c] G. sim. Be. [d] G. [*] Pi. [f] Fe. Camer. Sch. [g] Fe. sim. Sch. [h] G. [i] G. ex AE. [*] Bru. [k] G. [l] Bru. [m] Pi. sim. Be. [n] Pi. sim. Bru. [o] G. [p] Bru. [q] G. [r] Bru. [†] G. [t] Bru. [v] Me. ex Mal. sim. Bru. Pi. [x] G. [y] Be. [z] Bru.

[q] G. [r] G. [†] D. par. [s] Pi. [v] D. par. sim. Be. & c. [x] D. par. [y] G. [z] Le sim. D. par. [a] Ec.

terant afferri rationes Physicæ ex operationibus animi desumptæ, quibus probaretur *animam habere ab ortu* ἀμετάβλητον τὴν διαμονὴν, (*immutabilem permansionem*,) ut loquitur Christianus Philosophus Athenagoras: sed quia ista argumenta rudiorum hominum, qui tamen à pietatis studio excludendi non sunt, captum excedunt, nihil est tutius quàm Divinæ potentiæ inniti. Nam si resurrectio non sit impossibilis, certè non est cur dicatur ἀβούλητος, (*præter voluntatem*,) Deo: neque enim (ut idem Athenag. sapienter addit,) *aut injustum est*, *aut* [Deo] *indignum*. Cùm verò neutrum de sustentatione animorum extra corpus dici possit, sequitur ut res non sit non incredibilis, imò credenda, ubi auctoritas ἀξιόπιστος accedit. Quod dixi non ad naturales rationes, sed ad Dei potentiam & voluntatem, nos remitti cùm de sustentandis extra corpus animis, agitur, id videre est Luc. 23. 46. Act. 7. 59[a].

30. *Neque*, &c. Οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίζονται] *Neque uxores ducunt, neque nuptum dantur*, Be. Pi. &c. nempe à parentibus, quorum consensus in filiabus præsertim collocandis requiri vel ex hoc verbo colligitur[b]. Ἐκγαμίζεσθαι hîc latiùs dicitur, pro eo quod Latini dicerent, *nubere*; ut & infrà 24. 38. Luc. 17. 27. Alioqui proprium est filiarumfamiliâs, ut apparet 1 Cor. 7. 38. Celebre est illud Electræ apud Euripidem, Νυμφευμάτων, &c. (*Connubiorum meorum pater meus curam gerit, neque meum est hoc decernere.*) Ovidius, aut is qui scripsit Hermiones Epistolam, *Me tibi Tindareus vitâ gravis auctor & annis Tradidit: arbitrium neptis habebat avus.* Christus antequam dogmatis istius, quòd veræ pietatis solidissimum fundamentum est, probationem afferat, tollit falsam hypothesin quâ Sadducæorum objectio nitebatur[c]: quæ erat, Positâ resurrectione, fore in seculo futuro esum, coitum, &c[d]. At in cœlo, inquit Christus, neque nuptiæ erunt, neque nuptiarum opus*. Solet hîc tractari quæstio de jure Parentum in elocandis liberis. Æquissimum sanè est honorem & reverentiam exhiberi Parentibus, nullâque in re magìs quàm quæ ad generis propagationem spectat: ut alicubi rectè ab Aristotele notatum est. Sed incidunt circumstantiæ quæ exceptiones porrigant. Quid enim si Parentes odio, avaritiâ, aliisve affectibus, detenti cessent officium facere? æquúmne erat libertatem naturalem liberis auferri? Certè Jure Romano filia quæ post 25. annum, cessantibus Parentibus, nuptias fecerit, innocens habetur. Et scimus quantopere Paulus Apostolus abhorreat τὸ πυροῦσθαι, [1 Cor. 7. 9.] Præterea argumentum illud, quod multi invictum putant, meo judicio non satis procedit. Istud non rectè fit, ergò irritum est. Quàm multa enim sunt quæ non rectè, i. e. non ex officio, fiunt, & tamen, si facta sint, pro non factis nequaquam habentur? Certè si maneamus intra limites naturalis juris, actus irritus dici non potest eò quòd vitiosus est, nisi accedat potestatis defectus, aut actûs turpitudo permanens, quæ hîc locum habere dictu quidem est facile, at ex certis principiis demonstratu difficile. Nam ex jure naturæ auctoritas magìs Parentum nasci videtur quam potestas, i. e. ἐξουσία, ut quam videmus pro populorum institutis & moribus mutari. Ità Romani Patriam quam dicunt potestatem propriam esse dicunt civium Romanorum; neque eo jure ad nuptias patris consensus requiritur, si liberi sint emancipati, cùm tamen emancipatio jura naturæ nequeat dissolvere: matris autem consensus si desit, nunquam ob id Romano jure irritæ sunt nuptiæ. Jure Hebræo apertissimum est plus ἐξουσίας patres habuisse in filias quàm in filios, Num. 30. 3, 4. sed nec in filias omnes jus idem: distinguitur enim ea quæ in sacris est paternis ab ea quæ de manu exiit. Nec video quid afferri possit quominus quod de Votis & Juramentis ibi statuitur, ad Sponsalia & Nuptias produci debeat. Alibi jus Parentum non ultra definitam ætatem liberûm porrigitur: & ante istam quoque ætatem, si iniquiores sint parentes, Magistratus, ut communes omnium Parentes, partes suas interponunt. Mihi hæc omnia moderanda videntur æquis legibus, nec debere quod huic aut illi placet aliis pro Divini juris regula obtrudi[f]. ¶ *Sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo* [i. e. Cœlestes, quo distinguuntur ab Angelis Diaboli qui in inferis sunt[g]. Est hic Ellipsis articuli, ἐν οὐρανῷ, pro, οἱ ἐν οὐρανῷ, qui in cœlo vitam cœlitum degunt, non vitam hujus seculi. Ità infrà 24. 36. οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, & Marc. 13. 32. οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ. Deinde Præsens [εἰσὶν, *sunt*,] pro Futuro [*erunt*,] positum est*. Voluit Christus futurum illum beatissimum statum ante oculos ponere, ideóque tanquam de re præsenti locutum esse ||. *Sicut Angeli*, h. e. in cibo, potu, nuptiis, &c[h]. quomodo & Hebræi ad Deut. 33. 1. איש האלהים, dicunt Mosen fuisse *sicut Angelum*, *quia ipse tunc non comedit*, *neque bibit*, &c[i]. Nullus tunc illis erit matrimonii aut appetitus, aut usus, sive ad sobolem propagandam, sive ad mutuum vitæ auxilium[k]. Sensum explicat Lucas, *non enim amplius mori possunt*. Habent enim filii resurrectionis in se *Spiritum vivificum*, i. e. vim internam quæ perpetuò corpus conservet in robore & incorruptione: unde corpus tale non jam carnale, sed spirituale, dicitur, 1 Cor. 15. 44. Cùm ergò corpora ista morti obnoxia ampliùs non sint non magis quàm Angeli, sequitur ut nec indigeant sexuum commercio, cujus ope singulis pereuntibus universitas conservatur. Nam γένεσις τῇ φθορᾷ, (*generatio corruptioni*,) cohæret. Neque ego video quàm certis nitatur rationibus quod quidam volunt, etiam in illo seculo manifestum fore discrimen sexuum. Videri enim potest id discrimen pars esse τῆς ἀσθενείας, (*infirmitatis*,) quæ tunc erit cessatura. Imò species omnis ac figura τοῦ φθαρτοῦ, (*corruptibilis*,) obvelanda videtur indumentis τῆς ἀφθαρσίας, (*incorruptionis*. Atqui τοῦ φθαρτοῦ apertum indicium τὸ γονιμικὸν, (*vis generandi*.) Veterum sanè non pauci arbitrati sunt non futurum tum marem aut fœminam, ut Hilarius. Theodoretus quoque, hujus loci qui nunc est præ manibus auctoritatem sequens, demonstrat in Angelis non esse sexuum discrimina: [verba vide in G.] quæ ad homines ἰσαγγέλους videntur eâdem ratione posse aptari †. Sed rectiùs Justin. & Hieron. & Aug. agnoscunt discrimen sexûs in corporibus resuscitatis, tum quia membra genitalia sunt integrantia membra corporis humani, quod idem numero & iisdem constans membris resurgere debet; vide 2 Cor. 5. 10: tum quia illa membra, ab omni pruritu libera, Creatoris sapientiæ, potentiæ & bonitati, demonstrandæ inservient *. Sicut autem matrimonium ab immortali vita dissidet, ità cibus quoque & potus; quippe inducta ad supplendas particulas quotidiè pereuntes. Quod mirum est non videre Judæos (paucos excipio, in quibus est Josephus Albo) cùm & Homerus viderit. Vide & Plut. & Aristot. [eorúmque verba in G.] Hæc cogitatio excitare nos debet ut in hac etiam fragili vita quàm minimùm fieri potest indulgeamus corporeis voluptatibus, meditantes vitam illam. Quanquam verò Angelos subsistere negabant Sadducæi, ut diximus, rectè tamen hoc loco eorum mentionem Christus facit; quia solvit argumentum, non argumentatur. Qui respondet, uti potest suppositionibus ab adversario negatis[l]. Unum Sadducæorum errorem Christus altero insinuato reddit odiosiorem, & refutat assumptâ sententiâ alteri errori contrariâ, tanquam clarâ & certâ: q.d. Tam absurdè erratis in neganda hominum resurrectione quàm in negandis Angelis, quos omnis Scriptura memorat[m].

31. *De resurrectione*, &c.] i. e. Quod rem ipsam attinet. Nam hactenus objectioni tantùm respondit[n]. Sublato erroris fundamento, veram doctrinam probat, idque ex Mose, per quem illi contrarium probare voluerunt[o]. ¶ *Vobis*] Emphaticè: *Vobis*, quibus Scriptura peculiariter est concredita, Rom. 3. 2. ad quos, non minùs quàm ad ipsum Mosen, hæc promissio pertinet[p].

32. *Ego sum Deus Abraham*, &c.] Argumentum hoc, quod multis obscurius visum est, perspicuum fiet, si conferamus cum Heb. 11. 16[q]. Cardinalis du Perron, ut authoritatem Ecclesiæ stabiliret, sapientiam Christi in quæstionem vocavit, & contendit resurrectionem hîc non satis probari, sepositâ Ecclesiæ authoritate. Quod non possum legere sine indignatione[r]. [Idem non veretur Maldonatus scribere:] Non [inquit] omnino necessarium, sed probabile, est hoc Christi argumentum †. [Nos autem discamus & veriùs & modestiùs de Christo ejúsque argumento judicare, & nostram potiùs, imò Ecclesiæ, quàm Christi, sapientiam in dubium vocare. Videamus ergò in quo vis argumenti sita est.] Vis argumenti pendet à verbo *sum*[s]. Non dicit, *Ego fui*, sed, *sum*,

[a] G. [b] Be. [c] G. [d] Bru. * Me. [f] G. [g] Bru.

* G. || Mal. [h] Cap. [i] Cap. [k] Bru. † G. * Ger. [l] G. [m] Bru. [n] G. [o] Bru. [p] Gerharu. [q] G. [r] Placæus de missa, 2. 3. † Mal. [s] G.

ſum, &c. [illegible] non exprimitur à Moſe, ſed ſubauditur pro more linguæ, & æternitatem declarat, Ego ut fui, ità ſum, & in æternum ero [x]. Hoc etiam vocat Deus *& nomen ſuum in æternum, & memoriale in ſecula*; quod oſtendit illud nomen Deo convenire tempore & præſenti & futuro & præterito [y]. Al. Primò ponendum, vocem *Dei*, ubi poſſeſſivum caſum poſt ſe habet, ſignificare εὐεργέτlω optimum atque potentiſſimum; quod negare Sadducæi non poterant, cùm ità haberet formula fœderis, *Ero Deus veſter, & vos eritis mihi populus.* Deinde addendum eſt, cùm Abrahamus, Iſ. & Jac. peculiariter nominantur, eo ſignificari Deum peculiariter atque eximiè eſſe ipſorum Deum, ſive εὐεργέτlω, ob ſingularem ſcilicet ipſorum fidem atque obedientiam. Tertiò notandum, in hac vita Abrahamo, Iſ. Jac. commoda quidem aliqua, ſed multis incommodis permixta, accidiſſe. Nam neque terras ullas proprias habuerunt, ſed cum familia ac gregibus huc illuc ſunt vagati, non rarò etiam conflictati cum hominum fortunæque injuriis. Unde & Jacobus *peregrinum* ſe vocabat, Pharaonem alloquens; quod meritò urget Divinus ille Scriptor ad Hebræos. Hinc ſequitur, nihil illos in hac vita ſupra cæteros homines eximium adeò recepiſſe propter quod Deus tam peculiariter *ipſorum Deus dici* debeat. Imò multi improbi, aut minùs probi, in Ægypto, Cananæa, atque alibi, vitam terrenam haud paulò feliciùs egere. Reſtat ergò ut Deus ipſorum Deus fuerit, non modò cùm in terris agerent, ſed etiam cùm ad Moſen Deus iſta loqueretur. Nam, ut dixi, in hoc ævo nihil illis contigerat quod tanti nominis magnificentiam impleret. Deinde verò propter quem benefacimus aliis, ei multò magis benefacimus, ſi poſſimus. Deo poteſtas non deeſt, ut jam uno verbo oſtendit Chriſtus: & dicit ſe benefacturum poſteritati propter Ab. Iſ. & Jac. multò ergò magis ipſis benefaciet. Beneficii autem capaces non ſunt qui mortui ſunt, ſi perpetuò in mortis ſtatu ſunt manſuri. Sequitur ergò, reſtituendos eos eſſe in vitam, ut peculiariter atque eximiè Deus ipſorum Deus, h. e. εὐεργέτης, eſſe poſſit; quomodo & AE. explicat illa Legis, *Ego ero Deus veſter.* Philo etiam, Τὸ ὄν, &c. (*Hoc ergò, Deus æternus, idem eſt acſi dicas, beneficus non ad tempus, ſed ſemper & in æternum.*) Hoc eſt quod indicatur Heb. 11. 16. *Non erubeſcit Deus vocari Deus illorum: paravit enim illis civitatem,* nimirùm ad recipiendas promiſſiones: ut ex præcedentibus & ſequentibus apparet. Lucas illud, *Deus non eſt mortuorum, ſed viventium,* ità explicat, *omnes enim ei vivunt,* i. e. & poteſt & vult Deus eos vitæ reddere: ac proinde, cùm Dei promiſſa non minorem certitudinem habeant quàm res præſentes, jam nunc vivere cenſendi ſunt: ità vitæ hominum διαμονὴν, (*permanſionem,*) tribuit Athenagoras, morte tamen, velut ſomno, interciſam. Quomodo Chriſtus de Jairi filia dixerat, *non mortua eſt, ſed dormit:* & de Lazaro, *Dormit: vado ut excitem eum* [z]. Al. Argumentum tale eſt, Ego Abrahamum, Iſ. Jac. paternè diligo, ac proinde potentiâ meâ utar ad illos in æternum beandos: mortui autem non poſſunt beari [a]. Vis Argumenti pendet à rectà explicatione horum verborum, *Deum eſſe Deum alicujus*; quibus nimirum ſignificatur ubique in S. S. non temporarium quoddam, ſed perpetuum benevolentiæ fœdus [b]. Conſtat verba illa, *Ego ſum Deus tuus,* eſſe fœderalia, ex collat. Gen. 17. 7. Cum quibus autem Deus fœdus gratiæ init, quòd vellet eſſe Deus eorum in ſeculum, illi in vitam revocabuntur, ut poſſint promiſsâ gratiâ fœderali perfrui. Fœdus hoc æternum eſt; ac proinde qui eo comprehenduntur oportet vivere in æternum, ac proinde reſuſcitari [c]. Quanquam verò, ad tollendam ὑπόθεσιν Sadducæorum ſufficere poterat, probare permanſionem animorum, tamen & verbis & propoſito Chriſti, quod eſt probare reſurrectionem, rectiùs convenit, Abrahamum accipere non animum, quæ pars tantùm eſt Abrahami, ſed perſonam conſtantem ex animo ac corpore, cui propriè mors & vita tribuitur. Inter omnia argumenta quæ ad probandam animi immortalitatem adhiberi ſolent, nullum videtur aptius movendis hominum animis quàm illud quod à Petro Apoſtolo acceptum recitare ſolebat Clemens Romæ Epiſcopus, *Si Deus eſt juſtus, animus eſt immortalis.* Cui par ſententia 1 Cor. 15. 19. Nam certè, ſi nullum ponimus bene ſecúſque factorum diſcrimen, ſi Divinam Providentiam & juſtitiam agnoſcimus, quam nec Sadducæi negare audebant, videmus autem bonis multis pejùs hîc eſſe quàm malis, ſequitur aliud ſupereſſe judicium, ac proinde id etiam quod præmium pœnámve recipere poſſit. Quæ lux & paganorum quibuſdam emicuit. Nam Balaamus ſive ratione ductus, ſive Spiritu Divino agitatus, exclamat apud Moſen, *ſit mors mea cum morte juſtorum:* quibus verbis, ut rectè notant Hebræi, oſtendit piis Hebræis præmia aliqua poſt hanc vitam eſſe repoſita. Quin & Plato, Cicero, Plutarchus, iſto telo pugnant, & Hierocles: [cujus verba vide in G.] Neque verò ad immortalitatem animorum duntaxat id valet, ſed, ut dicere cœpi, ad corporum quoque reſtitutionem, ſive naturam ſpectes, ſive rei æquitatem. Naturalis amor corporis, quem in animo omnes deprehendimus, oſtendit animam humanam eſſe ſubſtantiam imperfectam, quæ corpus perficiendo ſimul ipſa perficiatur finis ſui adeptione: quæ ratio multos Philoſophos adegit ad comminiſcendas μετενσωματώσεις, (*migrationes* [animorum] *in alia corpora.*) Æquitas non patitur ut corpus, quod animi imperio multa moleſta ſuſtinet, non etiam partem ferat præmii. Adde quòd humanæ naturæ à Deo conditæ neceſſe ſit finem aliquem eſſe propoſitum, qui nè fingi quidem poteſt alius quàm beata vita totius hominis. Nam finis partis alterius non eſt finis totius: at totum hominem Deus condidit. Quæ omnia, aliáque inſuper, lectu digna invenire eſt apud eundem Athenagoram: [cujus verba vide in G.] Dignum notatu eſt hoc, quod ab Hebræis eſt obſervatum, Deum non vocari in S. Literis Deum cujuſquam dum is vitam adhuc mortalem agit [d]. Cum hoc Chriſti argumento congruit quod legitur in Midras, ad Eccleſ. 9. 5. *Impii dum vivunt, vocantur mortui, juſti etiam in morte ipſorum appellantur vivi, ut dicitur* Exod. 33. 1. *Ad terram quam juravi* (i. e. juramento promiſi) Abrahamo, Iſ. & Jac [*]. Chriſtus hoc loco probat & animarum immortalitatem, & mortuorum reſurrectionem, tum quia Sadducæi utrumque negabant, tum quia hæc ex illa quodammodo dependet, & indè facilè probatur: 1. Quia utraque hæc quæſtio, & illa quæ eſt de reſurrectione, & illa quæ eſt de animæ immortalitate, conjunguntur, & pro eadem quæſtione habentur, ut apud Ethnicos, ità & in S. Scriptura. Eadem argumenta quæ unam probant, 1 Cor. 15. etiam alteram probant: & iidem vel utramque negabant, vel utramque fatebantur, Act. c. 23. v. 8. 2. Quia reliqua Dei opera, Creatio, Redemptio, Sanctificatio, & animam & corpus reſpiciunt. 3. Quia non æquum eſt ut anima & corpus ſeparentur in mercede, quæ fuerunt arctiſſimè conjuncta in opere [f]. Notandum porrò, τlω ἀνάστασιν [quam ſolam ex hoc loco probat Chriſtus] non ſemper ſumi pro reſurrectione corporis [g], niſi quando conjungitur vel cum voce σαρκὸς, *carnis*, vel σώματος, *corporis*, vel νεκρῶν, in neutro genere, h. e. *cadaverum*; vel quum contextus id exigit [h]; ſed interdum, ut hoc loco, τὴν ἀναβίωσιν tantùm, ſive vitam alteram, denotare [i], ſive perſeverantiam in vita etiam poſt mortem. [Id ſic probant;] 1. Ex ipſa voce: nam ut στάσις nihil aliud eſt quàm *ſtatio*, vel *ſubſiſtentia*, ità ἀνάστασις eſt tantùm *re-ſubſiſtentia*, vel ſecundus hominis ſtatus poſt hanc vitam, qui conſtat primò animæ immortalitate, deinde & reunione corporis cum illa [k]. 2. Ex præſenti loco. Quærebant Sadducæi, cujus hæc uxor futura eſſet ἐν τῇ ἀναστάσει, non certè in ipſo reſurrectionis momento, in quo matrimonio locum non eſſe non ignorabant Sadducæi. Quis præterea reſurrectionem propriè dictam aut Angelis, aut cœlo, aſcribit? Adde quòd Marcus vocem ſic exponit, 12. 13. ubi poſtquam dixit, ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, addit, ὅταν ἀναστῶσιν. Sed & Lucas, 20. 36. *Neque enim,* inquit, *ampliùs poſſunt mori:*— cùm ſint υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως· ubi nemo facilè negabit υἱὲς τῆς ἀναστάσεως, qui בני תחיה, υἱοὶ τῆς ἀναβιώσεως, dicuntur, ab Evangeliſta dici; iis enim opponit υἱὲς τοῦ αἰῶνος τούτου. 3. Ex collat. Heb. 11. 35. ubi κρείττονος ἀναστάσεως Chryſ. optimè explicat, κρείττονος ζωῆς. Porrò, ἀνάστασις interdum dicitur *reſtitutio poſt morbum*, ut in Homero, Sophocle, &c [l]. Al. Hæc Chriſti verba intelligenda ſunt cum ſupplemento illius ad quod reſpiciunt; fœderis nimirum Dei cum Abrahamo icti, quo Deus promiſit *ſe terram Canaan daturum & ipſis & poſteris eorum,* &c. non *poſteris* tantùm, ſed & *ipſis*. Vide Gen. 13. 15. & 26. 3. & 35. 12. Exod. 6. 4, 8. Neceſſe ergò

[x] Ham. [y] Bru. [y] Plac. [z] G. [a] Pi. [b] Ec. [c] Ger. [d] G. [*] Cart. mellif. 2. 3. [f] Ger. harm. [g] Ham. ſim. Heinſ. [h] Ham. [i] Heinſ. [k] Ham. [l] Heinſ.

ergò est ut ipsi tandem reviviscant & terram ipsis promissam possideant. Hæc est vis argumenti Christi, quod revera invictum est. Et hanc esse Christi mentem ex eo constare potest, quòd Judæi illius ætatis ex his ipsis locis resurrectionem astruebant. In Talmud hæc habentur, *Quo loco astruit lex resurrectionem mortuorum? Nempè ubi Deus dicit se daturum ipsis terram Canaan*, Exod. 6. 4. Deut. 11. 21. *Non dicit, vobis*, sed, *ipsis*. Et hæc robur accipient ex sequentium locorum collatione, Matth. 8. 11. Luc. 1. 72. ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων, i. e. *præstare misericordiam patribus promissam*, terram nempe in propriis ipsorum personis possidendam. Heb. 11. 8, 9, 10, 13, 14, 15, 16. ubi civitas illa ἐπουράνιος dicitur, non quòd *in cœlis* est, sed quòd *de cœlo* [m].

33. *Doctrinâ ejus*] i. e. Modo dicendi ipsius, exprompto, claro, efficaci, &c [n].

34. *Quòd*, &c. Ὅτι ἐφίμωσε] *Quòd obturâsset*, vel *occlusisset*, *os*. Er. Ti. Pi. Il. sic Mo. *Quod silentium imposuisset*, Tre. Æth. sic Tre. ex Sy. Quòd coegisset eos tacere & cedere cum dedecore [o]. ¶ *Convenerunt* (vel, *Congregati*, sive *Aggregati*, *sunt*, Be. Pi. Sy. Tre. &c.) *in unum*] Ità Er. Il. &c. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ] *In id ipsum*, Mo. *Apud eum*: nam ἐπ' αὐτὸν rectè habet meus ille codex Lugdunensis, ut quod sequitur intelligamus eodem simul & loco & tempore gestum, exsultantibus qui ad Jesum accurrerant Pharisæis adversùs Sadducæos [p]. *Simul*, vel *Pariter*, Tre. ex Sy. Ar. &c. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ respondet Heb. יחדו, quod est Jos. 9. 2. & alibi [q].

35. *Legis doctor*, Νομικὸς] *Legis interpres* Be. Bru. Pi. q. d. *legalis*, Bru. Er. exercitatus in Lege & Scripturis Sacris [r]. Νομικὸς idem est quod γραμματεὺς [†] id nomen officii: erat autem Pharisæus τῶν αἱρέσεων [t]. Γραμματεῖς & νομικοὶ nomina videntur fuisse munerum, non verò sectæ, quales erant Pharisæi, à quibus isti propterea distinguuntur. Νομικοὺς, *Legisperitos*, & γραμματεῖς, *Scribas*, plerique eosdem fuisse volunt. At certum est, eos distingui, Luc. 11. 44, 45. Nam cùm Scribis horrendum *væ* denunciâsset, subdit, καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί· ubi illud καὶ emphasin habet. Et cùm increpuisset Scribas, respondit quidam è Legisperitis, *Hæc dicens etiam nobis* (q. d. non modò Scribis & Pharisæis, sed & nobis) *facis contumeliam* [v]. Verùm ex illo loco rectiùs colligitur fuisse eosdem. Alioquin cur, quando Christus inquit, *væ vobis* γραμματεῖς, &c. nullâ factâ mentione τῶν νομικῶν, νομικὸς sibi hoc applicaret? Unde & Syrus utrosque eâdem voce ספרא reddit [x]. Utrosque existimo fuisse Legis interpretes, sed *Scribas* in Synagogis, ubi fungebantur munere Ecclesiastico; *Legisperitos* in Scholis, privatim: quod & videtur colligi posse ex ver. 52. ubi illis tribuitur *clavis scientiæ*. Nam olim insigne Doctoratûs apud Judæos fuit *Clavis cum Pugillaribus* [y]. Verùm *clavis scientiæ* etiam Scribis adscribitur, Matth. 23. 13. Si autem ulla distinctio quærenda sit, dici potest γραμματεῖς fuisse homines θεωρητικοὺς contemplationi Legis & quæstionibus theoreticis potissimùm vacantes; ut de loco nasciturі Christi, Matth. 2. 4. de Eliæ adventu, Matth. 17. 10. νομικοὺς verò quæstionibus practicis & actui rerum deditos fuisse: vel νομικοὺς dici illos Scribas qui, neglectis traditionibus, tantùm affixi erant Legi. Confer hunc locum cum Luc. 10. 25. & 14. 3 [z]. ¶ *Tentans eum*] i. e. Insidias ei struens [a]. Primùm animo maligno ad Christum accessit, sed oratione Christi ità profecit, ut discedens à Christo honestum tulerit elogium, teste Marco; qui dicit, Christus ἠγάπησεν αὐτὸν [b]. Sed fallitur. Nam ille locus Marc. 10. 21. nihil ad eum pertinet de quo hîc agitur & Marc. 12. 28 [c]. Non est hîc sumendum verbum in calumniæ significationem, sed quomodo Regina Sabæ dicitur venisse πειράσαι Salomonem, 1 Reg. 10. 1 [d]. q. d. tentandi gratiâ, i. e. ut experimentum sumeret sapientiæ Christi, quanquam decipiendi animum apud collegas simularet [*].

36. *Quod est mandatum magnum*] i. e. Maximum [f], ex collat. Marc. 12. 28, 29 [g]. Positivum pro superlativo [h], quo carent Hebræi [i]. Sic Luc. 9. 48. *hic erit magnus*: nam idem Matth. 23. 11. dicitur *major*, i. e. maximus. & Heb. 4. 14. *Pontificem magnum*, i. e. Maximum. Ità h. l. *magnum* præ cæteris, h. e. Maximum [k], h. e. latissimè patens & generalissimum [l]; vel,

[m] Med. l. 4 epist. 43.
[n] Bru.
[o] Bru.
[p] Be.
[q] G.
[r] Bru.
[†] G. fim. Span. in Wal.
[t] G.
[v] Cam.
[x] Span. in Wal.
[y] Cam.
[z] Span.
[a] Ham. Th. in Caf.
[b] Th.
[c] Caf.
[d] G.
[*] Bru
[f] V. Ca. Be. Bru. Mal. sic G. &c.
[g] Mal.
[h] Mal. fim. Ca.
[i] Bru.
[k] Ca.
[l] Pi.

quod Deus maximè exigit [m]; vel dignissimum quod memoriæ commendetur, *primum mandatorum*: ut infrà 38. & apud Marcum. Dubium non est quin agitata fuerit hæc quæstio; & alii præcipua mandata esse putaverint ea quæ de Sacrificiis erant, ut colligi videtur dicto Marci loco: alii, ut credibile est, legem Circumcisionis, ut ad Izaten dicebat Eleazar Galilæus, narrante Josepho; aut etiam Sabbati: quorum errores passim refellunt Prophetæ [n].

37. *Diliges*, &c.] Præcipit hîc amoris actum, & interiorem & exteriorem [o]. Errant graviter Judæi, qui præceptum hoc, ut & illud De non concupiscendo, satis impleri putant, si factis externis à Lege non abeatur. Apertius enim est quàm ut negari possit istis verbis actus etiam internos præcipi, conjunctim tamen cum externis: notandúmque est exstare particulam hanc non in formula Sinaitici fœderis quod est in Exodo, sed in *Deuteronomio*. In eo autem libro plurima sunt quæ ad normam Fœderis, quod per Christum planè revelatum est, populum vocant, & rudimenta quædam continent Evangelicæ pietatis. Rursum Augustinus & eum secuti alii putant eam perfectionem istis verbis significari quam in hac vita nemo habuerit, aut habere potuerit: quasi præscriberetur non tam quà currendum, quàm quo currendum, esset. Quæ sententia suum habere potest usum, ut homines, infirmitatis suæ admonitos, intra humilitatis terminos contineat, ut desiderium in iis excitet vitæ alterius: sed propriam non esse hanc verborum interpretationem patet collatis quæ attulimus locis: nam David, Josias, atque alii, id quod lex ista postulat fecisse memorantur. Nam Deum ἐκζητεῖν & ἀγαπᾷν in Hebraismo idem valere manifestum arbitror. Sic & *implere post Deum* quidam dicuntur, quod Chald. par. exponit, *perfectè Dei timorem sequi*, Num. 14. 24. & 32. 12. Deut. 1. 36. Præterea vult Lex amorem istum præstari *pro viribus*, i. e. quantum homo potest. Posse autem hominem quantum potest, nemo sanus negabit. Media igitur & vera sententia hæc est, exigi à Deo, non, ne quid unquam præter se cogitemus aut amemus; quod hujus vitæ status non patitur: sed ut potissimum animi nostri studium Deo impendamus, hoc omni conatu agentes ut non aliqua, sed omnia, Dei mandata exsequamur. Nam illud, ἐξ ὅλης, vel πάσης καρδίας, idem est quod alibi dicitur, בלבב שלם, ἐν καρδίᾳ τελείᾳ, ut vertitur 1 Tim. 1. 5. *corde integro*, atque *sincero*: sicut & Latinè dicimus, *Totus in hoc sum*. Posse autem homo intelligendus est non id duntaxat quod potest viribus naturæ peccandi consuetudine prostratis, sed quod potest adjutus Divino Spiritu, quem Deus etiam priscis illis temporibus paucis quibusdam selectis non ex communi lege, sed ex peculiari gratia, dedit; in Novo autem Fœdere omnibus Fœderatis suis, h. e. in Filium suum credentibus, liberaliter admodum pollicetur. *Omnia possum*, inquit Paulus, *per Christum me corroborantem*. Quò autem major nunc aut datur, aut offertur, Spiritûs copia, eò præceptum quoque istud uberiùs præstandum est [p]. Non præcipitur hîc extremus ille amoris gradus quo Deus dignus est. ut quem nec Angeli assequuntur; nec ut continuo perpetuóque amoris affectu & actu feraris in Deum, quod non nisi beatorum est: sed ut, quoad fieri potest ab homine mortali, Deum diligas propter se, super omnia, si non actu semper, at habitu: ut omnia tua ad honorem ejus referas, paratus quidvis potiùs pati quàm facere quid quod dilectioni ejus adversatur [q]. Verùm qualis & quanta dilectio ab homine requiratur, æstimandum non est ex viribus hominis post lapsum adhuc reliquis, sed ex viribus in prima creatione homini datis. Per lapsum enim hominis nihil decessit jure Divino, &c [r]. Non respicit hîc Deus quid possint homines, sed quid debeant. Nam in hoc statu amor Dei perfectus esse non potest [†]. ¶ *Ex* (vel, *In*, Er. Mo.) *toto corde tuo*] *Corde*, i. e. vel, 1. intellectu [t]: At id potiùs est sequens διανοίᾳ [v]. vel, 2. voluntate & affectu [x]: ut *cor* sumitur Deut. 4. 29. Jos. 22. 5 [y]. q. d. vero solidóque amore. Opponitur *cor totum* cordi tum diviso, ut nihil diligas præter Deum & quæ ipsi placent; tum remisso & languido, ut nihil tanti facias quanti amorem Dei [z]. ¶ *Et in*, (vel, *ex*, Pi.) *tota anima tua*] i. e. *Desiderio* [a], vel, animo [b]; vel, appetitu sensitivo, cujus est

[m] Bru.
[n] G.
[o] Bru.
[p] G.
[q] Bru.
[r] Ger. harm.
[†] Calv.
[t] Zeg. sic D.
[v] Ger.
[x] Zeg. D. Ger.
[y] Ger.
[z] Bru.
[a] V. sim. D.
[b] Bru.

est ἐνθύμησις, ut vox sumitur Gen. 23. 8. & 34. 3. Deut. 12. 20. &c[c]. ¶ *Et in*, &c. Ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ] *In*, vel, *Ex tota mente*, Er. Mo. Ger. sic Sy. Il. Ar. Ti. Ca. vel, *cogitatione*, Tre. P. Be. vel, *viribus*, Pers. *Mentis* nomine exprimitur intellectus, τὸ ἡγεμονικὸν, ut ex eo patet, quòd διανοία explicatur per ζωὴν[d]. Al. διάνοια & mentem & voluntatem respicit *. Heb. בכל מאדך, quod o'. satis propriè reddiderunt ἐξ ὅλης δυνάμεώς σου, Marcus & Lucas, ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· qui tamen ἐξηγητικῶς addunt etiam διανοίας, cujus hîc est sensus qui apud Thucididem, διανοίαν ἔχω πρὸς τὸ χαλὸν τῆς πράξεως, i.e. *in id intentus sum*. Idem autem valet sive dicas, *pro viribus*, sive, *omni studio & contentione*. Nam quod Hebræi quidam מאד h.l. pro *opibus* accipiunt, alienum est[f]; sicut & illorum supervacua diligentia qui καρδίαν, ψυχὴν, διανοίαν, nimiùm subtiliter hîc distingunt, cùm vocum multarum cumulatio nihil aliud quàm intensius studium designet[g]: sicut & Latini dicunt, *corde, animo, atque viribus*. Itaque eodem sensu quæ hîc habemus, terna modò, modò singula, modò bina, reperias. Singula, ut 1 Sam. 7. 3. 1 Reg. 14. 8. 2 Reg. 10. 31. Bina, ut 2 Reg. 23. 3. 2 Par. 15. 12[h]. *Cordis* nomine & affectus declaratur qui dicitur *anima*, & intellectus, qui dicitur *mens*[i]. Sensus est, diliges Dominum cum suavi affectu & delectatione, cum summa mentis intentione & circumspectione, cum summa omnium virium contentione. Triplex dilectionis perfectio hîc requiritur, 1. essentialis, ex tota anima & omnibus viribus: 2. integralis, juxta omnia mandata: 3. accidentalis, omni tempore[k].

38. *Hoc est maximum & primum*] Idque ratione, 1. dignitatis, quia præcipit de Deo[l]: 2. ordinis naturæ, quia ex dilectione Dei dilectio proximi manat[m]: 3. debiti, sive obligationis, quia Deus illud præcipuè requirit: 4. capacitatis, quia in eo omnia mandata continentur: 5. finis, quia omnia mandata ad illud, tanquam finem, referuntur[n].

39. *Secundum*] i.e. Alterum, nec enim est tertium. *Secundum* autem est, ordine non legislationis, aut Scripturæ[o], sed dignitatis[p], & perfectionis. ¶ *Simile est huic*] 1. Officio[q]: similiter mandatum[r], vel, eandem præcipiens dilectionem: 2. amplitudine *, omnia secundæ Tabulæ mandata concludens †: q. d. etiam magnum seu generale, & multa sub se complectens ‖: 3. quia actus itidem non externos tantum, sed & internos, præcipit, & vim suam quàm latissimè extendit: adde & quòd priori necessario nexu cohæret, 1 Joh. 4. 20. Unde quod dicturus est Christus de duobus illis præceptis, à Paulo dicitur de posteriore, propter illam quam dixi cohærentiam. Nam qui Deum diligit, Dei præceptis obsequitur, inter quæ est Dilectio hominis alterius: & qui hominem alterum ità ut oportet diligit, sequitur ut eum propter Deum, ac proinde Deum maximè, diligat. Nimirùm, ut dicunt Philosophi, ἀντακολουθοῦσιν αἱ ἀρεταί. (*Virtutes se invicem consequuntur.*) Philo de Abrahamo, Τῆς αὐτῆς, &c. (*ejusdem naturæ est pium esse & benignum justùmque erga homines*, &c.) Idem ad Decalogum, Ἀμήχανον, &c. (*Pius esse non potest erga Deum invisibilem qui erga proximum suum quem videt impius est*[s].) ¶ *Diliges*] Non sufficit, ipsum non odisse, nec ei benefacere †, sed requiritur internus dilectionis affectus, cujus tamen & externa indicia atque effecta connotantur[t]. ¶ *Proximum tuum*] i.e. Quemcunque hominem[v], ex primæva naturæ lege, ad quam Christus nos revocat. Ità & Hierocles ex Pythagoricorum præcepto monet, φιλίαν, &c. (*amicitiam servare erga omnes homines*, &c.) Huc tendere Legem vel ex eo appareat, quòd ubi vetatur falsum testimonium perhiberi adversùs quenquam, in Hebræo est ברעך, ubi certum est, neminem hominem excipi: nempe רע Hebræum, & Chaldæum חבר *socium* quidem significat, sed ità ut eâ comi appellatione hominem quemvis designet; quomodo & Græci usurpant vocem τὸ πλησίον, quâ uti solent o'. & scriptores nostri, aut etiam τὸ πέλας. Quare quod hîc est τὸν πλησίον, Paulus dixit etiam τὸν ἕτερον, Rom. 13. 8[x]. *Proximum* autem dicit, ut suggerat tibi legis rationem; q. d. quia ille, quicunque sit, tibi conjunctus est naturæ societate, est id quod tu, homo, ratione & imagine Dei præditus, felicitatis capax, ut eadem sit considcratio cur teipsum atque cur illum diligas[y]. ¶ *Sicut teipsum*] Ὡς, ut & Heb. כ, sæpe comparat res similes, sed inæquales, ut Jo. 17. 21. Act. 3. 22[z]. Non dicit, *æquè ac teipsum*[a]. Sed frustrà sunt qui sic cavillantur[b]. Non dicit plusquam teipsum, nempe in eodem bonorum genere, sed propter majus bonum proximi minus bonum nostrum postponere debemus. Sic, *pro fratribus*, i.e. pro fratrum salute, *vitam nostram* temporalem ponere debemus, 1 Joan. 3. 16[c]. *Sicut teipsum*, i. e. simili modo quo teipsum diligis[d]; i. e. verè & sincerè *: quomodo nosmet ipsos diligere solemus. Ità amicus dicitur *alter ipse*. Vide quæ suprà 7. 12. In hac autem amicitiæ sinceritate comprehensum est, ut modò minùs illis quàm nobis ipsis, modò plus etiam, præstemus. Hinc etiam nascitur bonorum communio ex nostræ copiæ & aliorum inopiæ modo temperata, *Amicorum enim omnia sunt communia*[f]. *Sicut teipsum*, dilectionis & formâ, ut ardenter diligas; & materiâ, ut sicut tibi ipsi bonum velis ac facias, malum verò nolis & avertas; sic & proximo, &c: ut dilectio proximi tua sit, 1. vera & seria: 2. gratuita, non ob tua commoda: 3. actuosa, 1 Joh. 3. 18. 4. constans & invicta[g]. Duo hîc vult Christus, 1. corrigere vitium illud φιλαυτίας, quâ, aliis neglectis, tui solius curam geris[h]: 2. præscribere modum diligendi proximum[i]. Proximos ergò hîc æquali nobiscum gradu statuit, & singulos in unum corpus, & quasi mutuum complexum, conjungit[k]. At si sic intelligas, ut alios omnes eodem amore prosequamur quo nos ipsos prosequimur, sequeretur nullos esse amoris gradus, sed omnes æqualiter diligendos, cùm amor quo ipsi nos prosequimur unus sit. Sensus ergò est, q. d. Amoris tui erga proximum mensura esto tu ipse. Singulos sic dilige quomodo tu ab iis diligi velles si esses eorum loco. Confirmatur hoc ex collat. Rom. 13. 10. ubi Apostolus indè colligit *charitatem esse Legis complementum, quòd illa neminem malo afficit*. Nam, nihil inferre mali proximo, est, eum eodem modo tractare quo te velis tractari ab eo si ejus sis loco[l].

40. *In*, &c. Ἐν ταύταις —— κρέμανται] *Ab istis duobus præceptis tota Lex & Prophetæ* (i. e. Totum Vetus Testamentum[m]:) *pendent*, Be. Pi. &c. i.e. ἀνακεφαλαιοῦνται[n], i.e. continentur, ut vertit Syrus[o], & ut Paulus explicat Rom. 13. 9[p]. [Vide Cas.] Rectè: nam ἀνακεφαλαιοῦν, scriptori lib. de Mundo, κεφαλαιοῦν, & Aristoteli & Platoni, est, *in summam contrahere*[q]. Vel, πληροῦν, ut Gal. 5. 14[r]. exhibentur, comprehenduntur & summatim intelligenda proponuntur, ut quod in ligno pendet, ab omnibus videri potest †. Sensus hîc est, *In his duobus sita est Lex & Prophetarum monita*: De his enim hîc agitur: quomodo & suprà de præcepto diligendi proximi dixerat, *hoc est Lex & Prophetæ*. Hebræi Magistri istud ipsum Dilectionis præceptum vocant τὸ ὅλον Legis. Ex universalibus autem fluunt particularia, duplici modo, aut per illationem, quomodo omnia præcepta naturalia atque perpetua ex illis duobus necessitate consequentiæ emanant, de qua emanatione agit Paulus; aut per constitutionem speciei, quomodo præcepta Rituum & Judiciorum, & si qua sunt alia in Lege Mosis Juris Positivi, ex iisdem illis duobus nascuntur, intercedente actu Divinæ voluntatis. Et his quidem modis præceptis istis, generaliter atque communiter sumptis, alia omnia continentur, quæ vera est hujus loci sententia. Quòd si præcepta ista sumas strictiùs, quatenus ab omnibus aliis præceptis distinguuntur, & peculiares actus, internos præcipuè, imperant, etiam sic dici poterunt præcepta alia ab istis pendere, & in istis contineri, sicut media ad finem continentur in suo fine; quod explicat Paulus, 1 Tim. 1. 5. Non alienum est ab hoc loco quod tradunt RR. præcepta Legis, quæ 600 sunt & ultrà, à viris sanctis in summam quandam reducta, ut Psal. 15. Esa. 33. 15. breviùs, Mic. 6. 8. & Esa. 56. 1. brevissimè verò Abac. 2. 4. *Justus ex fide sua vivet*: ubi cùm intelligi certum sit *fidem quæ per charitatem operatur*, reipsâ idem dicitur quod hîc à Christo, ut qui *dilectionem* requirit *quæ ex fide manat*. Ideo & apud Marcum præmittitur duobus istis præceptis hoc anteloquium, *Audi Israel*, *Deus noster Deus unus est*[t]. Vox κρέμανται forsan respicit ad טוטפות, quæ appendebantur ut Legis μνημόσυνα[v]. Al. Potiùs est merus Λατινισμὸς[x], sive Latina locutio, qualis

[c] Ger. [d] Idem. * Be. [f] G. [g] G. sim. Eru. [h] G. [i] Bru. [k] Ger. [l] Pi. sim. Ger. [m] Pi. [n] Ger. [o] Bru. [p] Bru. sim. G. [q] Bru. [r] Camer. * Bru. † Eru. sim. Be. ‖ Pi. [s] G. † Ger. [t] Ger. sim. Bru. [v] V. sim. Bru. Ger. G. &c. [x] G.

[y] Eru. [z] G. [a] Bru. Q. in Er. [b] Er. sim. Calv. [c] Ger. [d] Bru. * Bru. sic G. [f] G. [g] Ger. [h] Bru. sim. Calv. [i] Bru. [k] Calv. [l] Cas. [m] Ham. [n] Cas. G. [o] G. [p] Cas. [q] G. [r] Cas. † Bru. [t] G. [v] Be. [x] Cas.

qualis in his Libris satis multæ sunt [y]. Mihi Hebraismus est: non enim dixit, ἐκ τούτων, vel ἀπὸ τούτων, *ex*, vel, *ab*, *istis*, sed, ἐν ταύταις, *in istis*; sicut & Syrus, & Evang. Heb. Metaphora à rebus suspensis, quæ, quamdiu non demuntur, hærent in ea re cui appensæ sunt, ibique firmitatem & consistentiam suam habent: vide Esa. 22. 24. q. d. In duobus istis mandatis firmitatem & consistentiam habent, iis appensi sunt, & in iis hærent, ut nunquam indè divellantur [z]. Verùm quòd Esa. 22. 23. vox *pendere* simile aliquid significat, est ex continuatione translationis de paxillo [*]. Al κρέμανται verti potest, *conspirant*, sive *conveniunt*: sic enim קשר, quod *concordiam mentium*, vel *fœdus*, denotat, Gen. 44. 30. vertitur, ἐκκρέμαται. Sic Luc. 19. 48. Ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων, *audivit eum cum eo consentiens* [a]. [Pers. vertit, *comprehensi sunt*.]

[y] G. [z] Di. [*] G. [a] Ham.

42. *De Christo*] Illo promisso [b]. Noluit Christus apertè indicare ea quæ post resurrectionem demum erant omnibus revelanda: Verùm interim hoc velut supremo oraculo inserere hominum mentibus voluit, Messiæ Regnum generis excellentioris fore quàm Davidicum, ac proinde Divinum [c]. ¶ *Cujus filius*] Hominísne, an Dei [d]? Ex cujus gente ac familia [*]? ¶ *David*] Ex vaticinio Esa. 9. 7. quo tanquam apertissimo utitur Gabriel ad Mariam. Et res est nunc quoque inter Judæos confessa [f].

[b] Be. Bru. [c] G. [d] Bru. [*] Be. [f] G.

43. *Quomodo ergò David*] Scriptorem Psal. 110. Davidem nominat; nunquam id sibi sumpturus, nisi id tum fuisset extra controversiam. Et sanè ipsa ἐπιγραφή, *Psalmus* לדוד, sola sufficere debet, nè Eliezer, aut aliquis Ezechiæ tempore, scriptor ejus hymni crederetur. Ut enim demus, titulos ab ipsis scriptoribus non additos, tamen antiquissimos esse constat, quorum nunc fidem convellere non argumentis ullis, sed animi lubidine, hominum est contentionis studio insanientium. Illud לדוד ό. [vertere] solent, τῷ Δαβίδ, sed aliter cæteri Paraph. Hebræíque ipsi, qui ל tum in Psalmorum inscriptionibus, tum aliis multis in locis, eà significatione accipiunt quam nos casu secundo [ut, *Davidis*] exprimimus. Et sanè si aliter interpretemur, nullus erit Psalmus qui sit Davidis; aut certè quem Davidis esse constet, cùm tamen Psalmos plurimos, & quidem eandem habentes ἐπιγραφὴν, à Davide scriptos ipsi quoque fateantur [g]. ¶ *In Spiritu*] Scilicet Sancto [h]: vel, *Per Spiritum*, Be. sic Bru. Cùm Dei Spiritu plenus esset [i]: instinctu Spiritus [k]. Erat enim David *propheta* Act. 2. 30. & *per ipsum loquebatur Spiritus S.* 2 Sam. 23. 2. Act. 1. 16. Nec obstat quòd Judæi distinguunt inter *prophetiam & Spiritum Sanctum*, ut illud sit cum motu vehementiore & expressius, hoc verò lenius movens & hominem sibi relinquens. Neque enim novum est vocabula generalia restringi ut species discernantur. Alioqui Prophetis passim tribuitur *Spiritus Sanctus*, & qui vel in somnio Divinitus monebantur *Prophetæ* πνεύματος vocabantur, ut videre est Maimonidæ Ducis dubitantium, l. 2. c. 45 [l]. ¶ *Vocat eum Dominum*] Scil. suum [m], ideòque & dignitate & potestate ipso superiorem: & sic vocat Messiam, licet nondum in carne exhibitum. Hinc ergò Messiæ Divinitas apodicticè demonstratur [n]. Verùm non hinc immediatè argumentum petitur Divinitatis Christi; sed hoc probatur, Messiam à Davide Rege tanto non modò tanquam majorem ipso, sed ut ipsius Dominum, suspici ac coli. At quomodo Messias è Davide natus Dominus Davidis, nisi ipse Messias jus atque imperium erat habiturus in ipsum Davidem, & Messiæ beneficia ad Davidem erant perventura? Ad Messiam pertinere hunc Psalmum agnoverunt Hebræi veteres, quos sequitur Isaac Benazarna ad Gen. 47. Qui post ortum Christianismi fuerunt, negare id ipsum cœperunt solo odio Christianismi, cùm tamen K. & Tryphon Psalmum 2. de Messia interpretentur, ubi de *Sceptro ex Sione exituro* idem dicitur quod hoc Psalmo. Neque verò potest ulli Regum Hebræorum aptari quod hic dicitur de Sacerdotio. Nam, manente Mosis Lege, Sacerdotium ab Aaronis familia transferri non poterat. Unde pœna Oziæ, &c. [2 Chron. 26. 17. &c.] Quod autem unum objicit Kimchi, *nulla prælia ab Jesu pugnata*, facilè solvitur, cùm ipsi negare non possint multa esse, in Prophetis præsertim, dicta figuratè.

[g] G. [h] Bru. D. [i] Mal. [k] Bru sim. Pi. V. D. &c. [l] G. [m] Bru. [n] Ger.

Nam ut de Membris Dei nihil dicam, Montem Domini elevatum iri supra montes alios, & Feras cum pecudibus stabulaturas, aliter quàm verba sonant intelligunt qui inter ipsos naris sunt paulò emunctioris: quomodo & Convivia in Regno cœlesti interpretatur Albo [o].

44. *Dixit Dominus*] (i. e. Jehovah [p], Deus pater [q].) *Domino meo*] Messiæ [r]. Ὁ Κύριος, &c.] Ità vocem יהוה reddunt † & ό. & Hellenistæ, atque inter eos nostri scriptores. Neque aliter Chald. Paraphrastes. Alii interpretes Græci ipsas ponebant literas יהוה: unde ab imperitis Librariis factum ΠΙΠΙ. Cæterùm hoc argumento irrefragabili apparet id nomen Hebræum temporibus Ptolemaicis lectitari solitum, ut nunc legitur, *Adonai*. Nomen יהוה olim pronunciârunt non Hebræi tantùm, sed & alienigenæ, ut Hiromus, 1 Reg. 5. 7. Postea illud pronunciàre desierunt, non ex pronunciandi difficultate, aut quia tot vocalium concursum sermo Græcus non pateretur, ut visum viro pereruditо, sed ex religione: quòd, cùm alia nomina generalem quandam Dei, aut rei quæ pro Deo haberetur, notionem declararent, illud nomen esset διακριτικὸν, quo Deus Hebræorum à Diis cæteris discernebatur, sive nomen in quo non est participatio inter Creatorem & aliquid aliud, ut Maimonides loquitur. Itaque primùm Dei reverentiâ cœptum est rarò usurpari, atque itâ minùs minúsque, ut tandem usurpari desierit, nisi in publica Sacerdotum benedictione, & in sacro piaculari: quod præter Thalmudistas Philo nos docet, cùm hoc nomen tantùm fas ait fuisse *dicere & audire in sacris*. Neque alia de causa Josephus hoc nomen vocat τὰ ἱερὰ γράμματα, & alibi, *de quo*, inquit, *non mihi fas est dicere*. Eusebius hoc nomen vocat ἄρρητον τοῖς πολλοῖς. Attamen illis quoque temporibus erant qui id nomen pronunciarent, vel, per impatientiam, ut in Joseph. Bel. Jud. l. 5. vel, per contumeliam, ut Caligula in Philone, [verba vide in G.] & 1 Sam. 17. 43. *Maledixit Davidi* —— באלהיו, non, *in Diis suis*, ut vulgò intelligi solet, sed *in Deo ejus*, ut rectè Josephus, ἐκ τῆς θεογονείας τοῦ Θεοῦ. Nam nomen illud θεογονείας Josephus, ut videmus, etiam alibi vocat. Simili religione Judæi Josephi tempore à recitandis Decalogi verbis abstinebant. [Verba vide in G.] Scripserunt autem Samaritæ יהוה: quod Græcè est Ἰαβὲ ut scribunt Theod. & & Epiphan. neque mutandæ lectionis causa est. Nam in nominibus propriis vocales non uno modo lectitatas, sed pro dialectorum varietate mutatas, vel solus Codex Græcus & Novi T. cum Masoritica editione collatus abundè evincat: ut jam omittam נבוכדנצר כורש דריוש, quæ Græcis sunt Ναβουχοδονόσορ, Κῦρος, Δαρεῖος. Quare nè illud quidem mirandum, Tyrios aliter legisse id nomen, nempe יהוה, quod Philo Byblius scribebat Ἰευώ alius autem יהוה, ut Orphea, per quem in Græciam id nomen manavit, cujúsque scripturam sequitur D. Siculus, & oraculum Apollinis Clarii, ac postea Gnostici. Neque dubito quin quod apud Origenem est, τὸν Ἰαωὰ παρ' Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, legendum sit Ἰαὼ, ἢ Ἰα, ut duo sint nomina, יהוה & יה. Neque aliter quàm *Jao* nomen hoc legendum Hieron. arbitratur. Clemens Alexand. Ιαὺ, nisi in Scriptura mendum est. At Tyrrheni, qui è Tyro in Italiam cum cæteris sacris nomen hoc attulerunt, ità legisse videntur ut nunc scribitur cùm puncta habet τοῦ *Adonai*, nimirum יהוה, aut ut cum puncta habet *Elohim* יהוה. Nam indè Latinum *Jovis* esse non dubito. Sed & Afri, ni fallor, ab iisdem Tyriis Carthaginis conditoribus nomen idem eodem sono accepere. Nam apud illos quoque Deus vocabatur Ἰούβα, quod Latinis corruptè *Juba* scribitur, à quo nomine & Reges Afrorum sunt appellati. Quod autem in carmine Græco legitur de nomine septem vocalium sine causa ad hoc nomen trahi existimo. Nam Græci Ægyptiorum, ut videtur, exemplo, septem siderum orbibus singulas vocales inscripserant: quarum concentu aiebant Deum celebrari. Secuti sunt hoc institutum, ut multa alia, Gnostici: de quibus Irenæus, Ὁ μὲν πρῶτος, &c. (*Primum cœlum resonabat* τὸ Α, 2. Ε. 3. Η. 4. Ι. 5. Ο. 6. Υ. 7. Ω [t].) ¶ *Sede à dextris meis*] Plur. pro sing. quia homini una tantùm est dextra [v]. *Ad dextram meam*, Be. Bru. Pi. sic V. i. e. A me secundus esto, ut alibi explicavimus. Errant qui

[o] G. [p] Bru. Pi. &c. [q] Pi. [r] Bru. Pi. &c. † Sch. sic G. [t] G. [v] D. Par.

qui multa huc congerunt ut probent dextrum latus minùs esse honoratum. Nam, ut diximus, à Regibus sumpta est tralatio, quibus hæres proximus, aut alioqui à Rege princeps, dexter assidebat; is qui deinde sequebatur, sinister [x]. Dexter apud Israelitas & plerasque nationes locus maximè honorificus [y]. Sic & *hæredis* nomen Christo tribuitur [z]. *Sedere ad dextram*, idem est quod *regnare*, ut patet ex collat. 1 Cor. 15. 25 [a], item Marc. 16. 19. collat. cum Eph. 4. 10. item 1 Pet. 3. 22. & inprimis Eph. 1. 20, &c [b]. Significat Filium Patri æqualem esse naturâ, majestate, imperio. *Sedit* autem Christus quà Deus *ad dextram* Patris ab æterno; quà homo verò, ab initio incarnationis, sed præcipuè tempore ascensionis & glorificationis [c]. ¶ *Donec ponam*] vel, *reddam*, Bru. vel, *statuero*, i. e. effecero ut sint [d]. Significat eum perpetuò sessurum [*]. *Donec* ità ponit tempus præsens, ut non excludat subsequens [f]. Vide ad Matth. 1. 25 [g]. Potest ἕως etiam communiter accipi, si *sedere ad dextram* accipiamus pro eo quod est exercere potestatem illam quam Pater ipsi super cœlestia ac terrestria bono Ecclesiæ dedit: cujus potestatis administratio cessatura est post resurrectionem, gloriâ Regni in æternum manente, ut videre est 1 Cor. 15. 25 [h]. ¶ *Inimicos tuos*] Omnem vim Ecclesiæ adversam [i]; Reges & Regna, Gentiles, Judæos, Scribas & Pharisæos [k]; ac postremò, Mortem ipsam [l]? ¶ *Scabellum pedum tuorum*] Ità ut eos pedibus conculces, & pro arbitrio punias [m]. Servitutis & quidem abjectæ circumscriptio [n].

45. *Si ergò David vocat eum Dominum, quomodo* (πῶς hîc sumitur ut Marc. 9. 12 [o].) *filius ejus est?*] Quomodo hæc consistunt [p]? Loquitur Christus ex Pharisæorum opinione, quibus Christus fuit purus homo. Non negat esse eum filium David, sed [innuit] esse plusquam filium David [q], esseque in eo & humanam & Divinam naturam [r]. Inversa hîc est locutio, ut sæpe Directa locutio fuerat, *Si filius — est, quomodo Dominum*, &c. Sic & Marc. 2. 23. ἤρξαντο ὁδὸν ποιεῖν τίλλοντες τοὺς στάχυας, pro, ἤρξαντο ὁδὸν ποιοῦντες τοὺς στάχυας τίλλειν [†].

46. *Et nemo poterat ei respondere verbum*, λόγον] *Quicquam*: ut דבר pro *re* ponitur, ità & λόγος, ut in Sophoclis Trachiniis, Τὸ λόγου δ' ὃ χρὴ δρᾶν [†]. Vel, *verbum*, q. d. Nedum ut responderet plenè & planè [v]. Non enim intelligebant duplicem Christi naturam. Pudebat autem eos Christum interrogare. Noluit etiam Christus explicare, &c. tum quia nollent ab ipso doceri, tum quia nondum adesset tempus opportunum palàm prædicandi Divinitatem suam. Eam verò ità subindicavit ut nullus esset illis excusationis prætextus, &c [x]. ¶ *Neque ausus fuit quisquam* (Sadducæorum, Pharisæorum, aut Legisperitorum, quibus omnibus os obstruxerat [y]:) *ex illa die* (tertia ante diem passionis [†]:) *ampliùs interrogare*] Nempe πειράζων, (*tentans*,) quod ex superioribus repetendum est. Nemo ampliùs illum tentare quæstiunculis audiebat [||]: quia videbant omnes se ipsi longè impares esse [z].

[Margin notes: || G. — y Bru. — z G. — a Ger. sic G. — b Ger. — c Bru. — d Be. sic Bru. — * Bru. — f Ger. — g Bru. — h G. — i G. sim. Bru. — k Bru. — l G. — m Bru. — n G. sim. Bru. — o G. — p Bru. — q Mal. — r Bru. — † G. — † Be. — v Pi. — x Bru. — y G. — † Bru. — || G. — z Bru.]

CAP. XXIII.

1. *Ad turbas*] Nè populus duces suos sequeretur in rejectione Christi, detrahit illis falsam pietatis personam [a].

2. *Super*, &c. Ἐπὶ τῆς, &c.] *In cathedra Mosis* (i. e. destinata Libris Mosis, necnon Prophetarum, legendis [b]: vel, in qua explicatur Lex, sive Vetus Testamentum, id quod per *Mosen* hîc significatur, sicut & Act. 15. 21. & 2 Cor. 3. 15 [c].) *sedent*, vel *sederunt*, Er. Est enim Aoristus. Quo significat [d], vel eorum potestatem jam tunc cessaturam [*]: vel potiùs, 2. eos Mosis Cathedram jamdiu invasisse [f]: consederunt, jamdiu sedent, quamvis indigni. Voce præt. temp. intelligit actum etiamnum manentem, ut in, *stetit & appropinquavit* [g]. Aoristus hîc ponitur pro Præsente, ut suprà 3. 17. & alibi sæpe [h]. Sensus, Legem Mosis recitant [i], prælegunt & explicant [k], ad Mosis mentem [l]: doctrinam Mosis, ut plurimùm docent [m]: docendi & judicandi sive regendi vos potestatem habent [n]. Locutio ex eo sumpta quòd Doctores & Judices officio fungentes suo sederent [o]. *Cathedra Mosis* est cathedra in qua sedentes Magistri Legem aut populo publicè, aut discipulis privatim, interpretabantur: quomodo *cathedræ* vox Græcis quoque & Latinis usurpatur: unde Philosophos *cathedrarios* dixit Seneca. Errant enim, meo judicio, qui pro certo asseverant Judæos stantes Legem interpretatos. Certè, si quibus ex plebe potestas loquendi fieret, hi stantes proloqui solebant, ut rectiùs ab omni cœtu exaudirentur; ut Act. 13. 16. At Archisynagogi, aut alii publicò Magistri munere fungentes, non minùs quàm Episcopi Christianorum, in cathedra sedentes, Legem interpretabantur, ut testantur Constitut. Clementis, 2. 11. & Optatus. [Verba vide in G.] Stantes tamen legebant ipsa Legis verba, deinde cætera sedentes loquebantur: quod discrimen non rectè animadversum quosdam fefellit. Ità stetisse Esdram legimus in loco excelso, sed dum apertus esset liber. Hoc enim vult כפתחו, Nehem. 8. 5. ἡνίκα ἤνοιξε τὸ βιβλίον juxta ό. Cum quo loco conferendus est Luc. 4. 17, &c. ubi Christus dicitur traditum sibi librum ἀναπτύξαι, h. e. ἀνοῖξαι, ut loquuntur ό. legit deinde ἑστηκὼς, quà lectâ, *librum complicans ——— sedit*. Stetit ergò dum liber esset apertus, clauso deinde libro, sedens ad populum verba fecit. Josephus quoque stetisse ait Pontificem Maximum septimo quoque anno *super suggestum excelsum*, sed nimirum ad prælegenda populo Legis verba: quod adjicit [p]. *Sedent*, &c. i. e. authoritatem habent super vos, tanquam successores Mosis & 70 Seniorum [q]. At profectò Scribæ & Pharisæi non fuerunt Mosis successores: Moses enim, cùm esset Mediator V. T. nullum potuit, neque verò debuit, habere successorem: pugnat hoc cum ratione muneris Mediatorii: sed *Moses* h. l. Legem significat. *Sedere* ergò *in Cathedra Mosis* non est Mosi succedere, sed doctrinam Mosis tradere [r]. ¶ *Scribæ & Pharisæi*] Penès *Scribas* erat auctoritas legendi interpretandique Legem: *Pharisæi* ferè gubernabant populum, & ad magistratum gerendum adsciscebantur, rejectis Sadducæis, teste Jo. Antiq. 18. 2. qui idcirco forsan h. l. non nominantur [†]. De Cathedra legislativa hoc intelligendum potiùs quàm de merè doctrinali: asseritque hîc Christus authoritatem magistratûs, eique parere in licitis hortatur. Loquitur de Synhedrio Magno, quod *constitit è senioribus 71, ex quibus unus, Mosis vicem gerens, ei præfuit*, Sanhed. cap. 1. hal. 6. *qui sunt columna doctrinæ, quibus omnes inniti tenentur de rebus Legis*, juxta Deut. 17. 11. inquit Maimon. At Christus eos non pro oraculis habendos docet, sed pro Magistratibus [t]. Non agi h. l. de Pontificibus & Sacerdotibus manifestum est: nam hi inprimis nominarentur. Sed neque de toto Synedrio intelligi potest: nam in eo Sadducæi erant non minùs quàm Pharisæi. Agitur ergò, ut ex ver. 8. apparet, de iis qui *Magistri* sive *Doctores* vocabantur; qui fermè omnes erant Pharisaici instituti, & multi etiam adsessorum fungentes munere: quia, eorundem est, ut suprà diximus, de Jure respondere, & Magistratibus esse à consilio [v]. Hoc dicit Christus, nè putaretur aut adversarius esse Mosis, aut eorum odio aut cupiditate principatûs ipsos in sequentibus reprehendere [x]. Et quoniam defectus in personis, non in professione, erat, providet, ut, personarum ratione posthabitâ, muneri, ministerio, & professioni ipsi, sua dignitas integra maneat [y].

3. *Omnia ergò quæcunque dixerint*] Hinc Conciliorum infallibilitatem exsculpere conantur Pontificii, sed frustrà. Nam non agitur hîc de Episcopis in unum congregatis, sed de Scribis, corruptoribus Legis, à quorum *fermento*, h. e. doctrina, Matth. 16. 6. Christus *cavendum* monuit [*]. Intelligendum hoc ex connexu superiorum, quæ jure Cathedræ, sive ut Legis interpretes, vobis faciendum dictaverint [z]. *Omnia*, nempe non contraria Mosi aut Legi [a]: omnia licita & honesta [b]. Sic *filii* debent *parentibus obedire in omnibus*, Colos. 3. 20 [c], nempe *in Domino*, h. e. juxta Dei voluntatem, Eph. 6. 1 [d]. non in eis quæ Legi Dei contraria sunt; nam *Deo magis obediendum quàm hominibus* [*]. [Notent hoc qui cæcam

[Margin notes: a Bru. — b Pi. — c Cam. — d Li. ho. — * Galat. in Li. — f Li. ho. — g Bru. — h Be. — i V. — k M. sim. Cam. — l Cam. — m J. Cap. — n Bru. Glas. gram. 3. 3. 47. 373. — o Bru. — p G. — q Ham. — r Cam. — † Bru. — t Li. ho. — v G. — x Bru. — y Bru. ad v. 1. — * Cam. — z G. ex Hi. & Hil & Th. — a Bru sic Mal. E. Me. T. Ger. &c. — b Bru. — c Bru. Ger. — d Ger. — * Bru.]

cæcam & indefinitam obedientiam crepant, &c.] Sæpe jam diximus universales voces restringi debere ex natura subjectæ materiæ, & ex ipsa rei æquitate. In Lege Mosis sicut multa erant præcepta, ità in illis præceptis multa erant de quorum sensu ambigi poterat. In iis explicandis operam non malam navabant οἱ νομικοὶ, gnari linguæ & historiæ veteris, sine quarum cognitione Legis pleraque rectè intelligi nequibant. In his ergò eos Christus vult audiri à plebe, & eorum interpretationes, quanquam fortè in duriorem partem nimiùm inclinantes, recipi: quod extendi etiam potest ad rigidiores determinationes rerum in Lege generaliter præceptarum, quæ sine determinatione aliqua expediri non poterant. Nam in his talibus debebat aliquid esse certi juris, quod obtineri non poterat nisi Interpretum auctoritate. Cæterùm id non eò pertinet, ut si quid docerent manifestis præceptis ipsique pietati contrarium, ut de Corbona parentibus præferenda, sequendi essent Duces cæci. Sed neque obligare cujusquam conscientiam Christus voluit iis præceptis quæ planè extra interpretandi officium extràque Legem ipsam οἱ νομικοὶ comminiscebantur: præsertim si ea præcepta superstructa essent falsæ atque inani persuasioni, quale erat præceptum De manibus abluendis eo fine nè manus contactu inquinatæ animum inquinarent: qua de re actum est suprà [f]. ¶ *Dixerint*] i. e. Jusserint [g]: ut sæpe sumitur τὸ *dicere*, Gen. 1.3. Mat. 4. 3. Marc. 5. ult [h]. ¶ Τηρεῖν] Hæc vox non legitur in Vulgato, neque in uno Vetere exemplari [i], neque in Ar. neque in Evang. Heb. At legitur in Sy [k]. Vult Christus credi Dei doctrinæ, etiamsi vitiosissimi sint doctores, sed ità ut à fermento caveatur, Matth. 16. 6. unde restringenda est particula universalis h. l [l]. ¶ *Servate* (i. e. observate [m] :) *& facite*] Posterius est prioris explicatio, & repetitio ad epitasin valens; q. d. Omnino obedite donec scilicet, Lege abrogatâ, eos publicè exauctorem [n]. Malim τηρεῖν referre ad credenda, Joan. 8. 51. & 14. 23. & 17. 6. ποιεῖν, ad agenda, Matth. 5. 19. & 6. 1. quanquam hoc discrimen non semper observetur, Matth. 19. 17. & 28. 20 [o]. ¶ *Nolite facere*] Mores eorum nè imitemini. Hoc dicit, quòd sciat, doctorum magis vitam ad exemplum trahi, quàm doctrinam ad obedientiam [p]. ¶ *Dicunt — & non faciunt*] Quibus dici poterat illud Euripideum, Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. (*Odi Philosophum qui non sapit sibi.*) & Latini veteris, *Odi hominem ignavâ operâ, philosophâ sententiâ* [q].

4. *Alligant*, &c. Δεσμεύουσι, &c.] *Ligant*, (vel, *Alligant*, Mo. P. vel, *Colligant*, Er. Il. Tre. Ti. Ca. V. Bru. Accumulant & coacervant [r] : εἰς δεσμὰς συλλέγουσι, *In fasciculos colligunt* † :) *enim onera gravia*, Be. Pi. &c. Alludit Christus ad illud *ligare* & *solvere* quod erat Rabbinis semper in ore, *Hoc ligatum est, illud vero solutum est*: de quo vide suprà ad 16. 19. & 18. 18 [t]. Hinc in Talmudicis, איסור חמור, *Probibitio gravis*: &, חולך אחרי המחמיר, *Sequatur gravia imponentem*. Et memorantur res 24. *è gravibus Scholæ Hillelianæ, & levibus Schammæanæ*. Quærunt Gemaristæ, *Quis est improbus astutus*, Respondent alii, *Is qui levia sibi præscribit, at gravia aliis* [v]. Al. Metaphora est à farcinis, quæ ut in jumenta, aut hominum humeros, imponantur ac portentur, ligari solent [x]. Interpretes dicuntur homines *onerare* cùm docent hoc aut illud faciendum. Hebræi id dicunt טרח, i.e. *aggravare*. Ità usurpatur, *imponere jugum*, vel *onus*, Act. 15. 10. 28. Dionysius, Corinthiorum Episcopus sub Aurelio Vero, ad Cnossiorum scribens Episcopum, monebat eum, μὴ βαρὺ φορτίον, &c. (*nè grave onus de necessitate continentiæ fratribus imponat* [y].) Onera hìc vocat, non corruptelas Verbi Dei, quas omnino vitare oportuit: sed vel, 1. externam illam Legis exactionem in qua plerumque sunt immodici qui sibi maximè indulgent [a] : ceremonias & ritus Mosaicos [b]; quæ onera importabilia vocantur, Act. 15. 10 [c]. Non placet, quia eos nondum Christus abrogavit [d]. Et cur eo nomine reprehenderentur Scribæ [*]? Resp. Meritò tamen reprehendi poterant, vel quòd nimia cum severitate etiam minuta quæque Legis exigerent; vel quòd de peccatorum in Legem commissorum gravitate perversè judicarent, exiguum statuentes momentum in transgressi-

f G. g Er. V. Bru. Ger. h Bru. i Be. k Di. l Be. m Bru. n Idem. o Ger. p Bru. q G. r Bru. † Sch. t Cam. v Li. ho. x Mal. y G. a Be. b M. sic Chrys. in Mal. E. c M. sim. E. d Mal. * Q. in E.

ne præcipuorum, graviter verò ponderantes ea quæ minima erant [r]. Vel, 2. traditiones humanas †, & plurimas, & molestas [t], vel impias, vel non necessarias [v]: *plagas*, vel *rigores*, *Pharisæorum*, ut Hebræi vocant; quos inter alia quæ mundo sunt perniciosa numerant. *Sic autem vocant superfluos Cultus ac Ritus molestos ab ipsis in Religionem Lege Mosaicâ præscriptam subintroductos*, Sotah [x]. Non placet, quia de his non dixisset, *Quæcunque dixerint, servate*, &c [y]. ¶ *Imponunt*, &c.] Jactantiam notant, quâ sibi in eo placuerunt quòd aliis leges conderent & imponerent [z]. ¶ *Digito autem suo*, &c.] Proverbialis locutio, quâ utentes Romani etiam dicunt, *extremo digito attingere* [a]. Opponit *digitum humero* [b]. q. d. Nullum conatum adhibent, ut ea faciant quæ aliis imperant [c], dicentes, se scire quid facto opus esset [d]; nec exemplo suo incitant ad onera ferenda, nec in suis traditionibus dispensabant [*], cùm in Dei Lege sæpe dispensarent [f].

5. *Ut*, &c. Πρὸς τὸ θεαθῆναι] *Ad hoc ut spectentur*, Er. Bru. Non ut Deo placeant. Vide ad Matth. 6. 18. Si quid ad Legis præscriptum faciunt, id dant auræ populari [h]. ¶ *Dilatant enim phylacteria*, Be. Pi. Er. Il. Tre. &c. Πλατύνουσι δὲ, &c.] Τὸ δὲ hìc non est adversativum, sed vel completivum [i], vel causale [k]. Nam quòd generaliter eos accusârat, nunc per partes dividit [l]. Quàm studeant populo pietatem suam probare ex eo manifestum est, inquit Christus, quòd in observandis ritibus qui non magni sunt ad pietatem momenti, sed externâ specie valent, eximium sibi aliquid vindicant: quod exemplo duorum rituum probat, quorum alter usu receptus, alter Lege institutus [m]. *Phylacteria* erant, vel, 1. filum aut vitta hyacinthina in fimbria anguli [n]: vel, 2. laminæ, seu membranulæ [o]; quas & fronti & brachio circumponebant [p], in quibus scribebant sententias quasdam Biblicas [q], sive præcepta Dei [r]: nimirum quatuor Legis Periochas, 1. Exod. 13. à vers. 3. ad 11. 2. Exod. 13. à v. 11. ad 19. 3. Deut. 6. à v. 5. ad 10. 4. Deut. 11. à v. 13. ad 22 †. Hæc eadem esse volunt quæ Hebræis טוטפות dicuntur, Exod. 13. 16. Deut. 6. 8. & Chald. par. תפלין [t]: [de quibus vide quæ hìc Cam. Li. ho. Gua. &c. vel quæ à nobis congesta ad loca jam citata.] Dicuntur hìc φυλακτήρια, i. e. *observatoria*; eò quòd essent memorativa Legis [v]; ac *conservatoria*, quòd vim quandam habere existimarentur ad fugandos Dæmonas [x]: vel, quia similia erant ἀμυλήτοις quæ Græci adversùs morbos valere credita indè φυλακτήρια nuncupabant †. Non autem tam nudam horum gestationem damnat Salvator, quàm fastuosam ac hypocriticam. Non improbabile est, ipsum ea gestâsse pro more gentis [||]. Id quidem Scaliger affirmat, quod miror, cùm nullum hujus rei vestigium exstet [y]. Hæc Phylacteria usum habebant auctorem. Sunt qui Exod. 13. 9, 16. & Deut. 6. 8. ea putant imperari. Ità Josephus & Justinus [z]. Mihi tamen id nondum persuadent [a]. Nam istis locis nihil aliud jubentur Israelitæ quàm beneficia liberationis ex Ægypto & præcepta Divinitus data animo infigere non minùs quàm quæ memoriæ causâ in manibus gerere, aut ob oculos nobis ponere, solemus. Nam τροπικῶς esse loquendi genus apparet ex loco Esa. 49. 16. & quòd Deut. 6. 8. dicitur זכרון, quod Exod. 13. טוטף. Confer & Prov. 3. 3. & 6. 21. Cant. 8. 6. Nec quod in Mose est טוטפות Lxx verterunt φυλακτήρια, sed ἀσάλευτα [b], i. e. *inconcussa quæ non moventur*: per antiphrasin scilicet; nisi fortè scripserunt τὰ σαλευτὰ, *ea quæ moventur*. Adde quòd Exod. 13. agitur de rebus, non de verbis; atqui res non possint esse Tephillin. Nempe Deus ibi vult Pascha esse eis לטוטפות, i. e. *in ornamentum*, ut patet ex Chald. par. ad 2 Sam. 1. 10. vel, לזכרון, *in monimentum*, Exod. 13. 9 [c]. Quid sit טוטפות, nè Hebræi quidem certò sciunt [d]. Atqui ut sint phylacteria, vel frontalia, Lex tamen ambigua est, & sic rectè exponi potest; q. d. *Versabuntur tibi semper ob oculos perinde acsi phylacteria aut frontalia essent.* Quin & AE. illud obscurius verbum *totaphoth* per clarius explicat, ex Exod. 13. 9. *Memoriale*. Hæc autem phylacteria Pharisæi *dilatabant* [*], i. e. latiora quàm reliqui Judæi gestabant [f], & admodum conspicua fecerant [g], ut aliis sanctiores viderentur & Legis observantiores [h]. Hinc illud in Maimon. *Nè prætereat quis Synagogam*,

r E. † T. sic Me. ex Mal. t T. ex Bru. v Mal. x Ham. y E. z Bru. a G. b Bru. Mal. c Bru. d Bru. ex Mo. * Mal. sic Me. f Mal. g Bru. h G. i Sch. k Be. sim. Bru. l Bru. ex Hi. m G. n Q. in Pi. o Al. in Pi. sic M. ex He. V. Er. Be. Cam. Li. ho. p V. sim. Mal. q M. ex He. r V. † Li. ho. sim. Cam. t Cam. sim. Be. v Li. ho. sim. Scul. x Li. ho. † G. || Li. ho. y Scul. ex 2. 89. z G. a G. ex Hi. sim. Scul. b G. c Cam. d Scul. ex D. * Scul. ib. f Scul. ib. sim. Be. Ca. G. Li. &c. g Li. ho. h Scul. sim. Li. ho.

gogam, dum illic oratu. *Si verò capiti affixa habeat Phylacteria, præterire permittitur, eò quòd ista testentur eum studiosum esse Legis*[i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μεγαλύνουσι τὰ κράσπεδα. &c.] *Et producunt* (vel, *amplificant*, Ti. *dilatant*, Er. V. *magnificant*, Er. Il. Mo. Æth. i. e. vel, 1. magnificè jactant, quasi certum pietatis argumentum, ut accipitur verbum μεγαλύνεσθαι apud Euripidem in Bacchis; & *magnificare*, apud Varronem & Plinium. Vel, 2. faciunt quàm longissimas: quod malim, quia cum præced. πλατύνειν meliùs consentit[k]:) *fimbrias*, &c. Be. Pi. Sy. Tre. P. &c. quæ Hebraicè dictæ גדילים, Deut. 22. 12[l]. & ציצית, Num. 15. 38[m]. quamvis alii hæc distinguant[n], moneántque ציצית appendicem esse [גדילים] fimbriarum. [Vide Collectanea nostra ad loca jam citata.] Eas verò voces Chald. par. reddit כרספדין, quæ sunt hæc κράσπεδα, *fimbriæ*[o], quæ erant extremæ quædam partes vestium[p], vel fila quædam non texta ex infima ora vestis dependentia[q]. Istis fimbriis assuebant membranam inscriptam verbis Legis antea designatis[r]. Hæc κράσπεδα erant Lege præcepta†, Num. 15. 38, 39. Deut. 22. 12. ideóque à Christo gestata, Luc. 8. 44. Gestabantur autem tum 1. ad Divinorum præceptorum memoriam[s]: tum, 2. ut Israelitæ ab alienigenis discernerentur[v], non tantùm corporis notâ, sed & conspicuo habitu[x]. [Ca. hæc verba cum præcedentibus sic reddit, *Utuntur autem latis magnisque vestimentorum limbis atque laciniis*.]

6. *Amant*, &c. φιλοῦσί τε τὴν πρωτοκλισίαν, &c.] *Amántque* (vel, *votis expetunt*, tanquam ingens bonum, atque etiam datâ occasione velut jure suo sibi vindicant, quod ἐκλέγεσθαι dixit Lucas 14. 7[y].) *primos accubitus*, &c. Be. Pi. ad verb. *præcubitum*, Er. locum honoratiorem in capite mensæ[z]. Πρωτοκλισίας dixit Lucas, προκαθεκλίσεις dixit Josephus eodem significatu; & de Herode qui Hyrcanum decepit, προκαθεκλίνων, ait, ἐξαπάτα· cui opposita vox apud eundem τὸ ὑποκαθεκλίνεσθαι[a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας, &c.] *Et primos consessus* (q. d. *præsidentias*[b], primarum sedium honores[c]:) *in synagogis*] Vel, *conventibus*, Be. Pi. vel, *conciliis*, V. i. e. quando coguntur conventus & concilia[d]. Magistros primos sedere non vetat, quibus id officii ordine competit, sed amare, affectare, ambire, pro eo contendere, &c[*]. Vetustissimo Judæorum more, qui nullo in Synagoga munere fungebantur, sedebant ætatis ordine distincti: quod servabant Esseni (minùs corrupta Judæorum portio) teste Philone. [Verba vide in G.] Eundem morem non in Synagogis tantùm Judæorum, sed & in primis Christianorum Ecclesiis, viguisse notat is cujus Commentarii in Paulinas Epistolas sub Ambrosii nomine leguntur. Sed multis in locis irrepsit consuetudo, ut eruditionis famam aliquam consecuti honoratiùs sederent: quò pertinet hic locus. Et exstant in Hebræorum libris decreta de hac re, Quo loco Legisperiti, quo Pharisæi, sedere debeant. Atque indè natum proverbium, ut *plebs rudis*, quam *populum terræ* vocabant, diceretur *scabellum pedum Pharisæorum*. Quod ipsum ut erat aliquatenus tolerabile; (neque enim sedendi ordinem, sed τὸ φιλότιμον, [*honoris ambitum*,] reprehendit Christus:) ità illud indignum, quòd tandem non virtuti, neque eruditioni, sed divitiis, is honos deferri cœpit, etiam in Christianorum Ecclesiis: quod Jacobus quâ decebat severitate reprehendit[f].

7. *Et*, &c. Καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς, &c.] *Et* (sub. *amant*, vel *affectant*, Bru.) *salutationes*, (i. e. salutari nudatis flexisque capitibus[g]: vel, *complexus*, i. e. ut quivis in ipsos incidens expansis manibus eos amplectatur, atque ejusmodi amicitiæ honorísque signis veneretur[h]:) *in foris*, (i. e. in locis frequentibus, ut honor & à pluribus, & coram pluribus, exhibeatur[i]:) *& vocari ab hominibus Rabbi*] i. e. Expetunt salutari isto nomine, Rabbi: quomodo, *Poeta salutor*, dixit Horatius[k]. Unum *Rabbi* habent Vulg. Sy. & Ar. & Evang. Heb[l]. At in Græco duplicatur, *Rabbi*, *Rabbi*[m], majoris honoris ergò[n]; ut mos erat in salutationibus: ut apparet Marc. 14. 45[o]. vel ad affectum exprimendum[p]. Vox רבי, vel רב, Syriaca & Thalmudica est, pro quo Hebræi dicunt אדוני, *Dominus meus*[q]. De origine hujus Tituli sic Aruch in voce אביי *Secula vetustiora, quæ digniora erant, opus non habuerunt his titulis. Dicebatur enim, Haggai Propheta, & ascendit Ezra, & Hillel, è Babilone, non, Rabbi Haggai, aut R. Hillel*, R. Ezra, &c[r]. Viri M. Synagogæ nullis titulis commendabantur: quia nimirum fastus eâ ætate aberat. At seculo quod præcessit seculum Christi cœperunt hi tituli†. Ante tempora Hilleliana non usurpatum fastuosum hunc titulum, *Rabbi*, satis patet ex eo quòd Doctores præcedentes nudo suo nomine vocarentur, *Antigonus Sochæus*, *Shemaiah*, *Abtalion*, *Hillel*, *Shammai*, &c. Ortus forsan est ex schismate inter Scholas Shammæi & Hillelis. Indè in more, & in amore, iis fuit, hoc titulo salutari, utcunque simulatum apud eos hoc axioma, *Opus ama, at Rabbinatum odio habe*, Maimon. Magistri se mutuò salutârunt. Hierosf. Moed katon, fol. 81. 1. *R. Akibah dixit B. Eleazaro, Rabbi, Rabbi*. Vide & Bab. Taanith, fol. 2. 2. Discipuli etiam Magistros suos sic salutare sunt docti. Bab. Berac. fol. 27. 1. *Qui salutat Magistrum suum*, nempe, ut Glossa explicat, *eâ formâ verborum, quâ alios homines salutat, & non dicit ei, Salve Rabbi, is Divinam Magestatem provocat, ut discedat ab Israele*[t]. Non indigitabantur isto cognomento, *Rabbi*, nisi qui à Synedrio per manuum impositionem testimonium eruditionis accepissent: quod testimonium ἐν ταῖς διασποραῖς (*in dispersionibus*) dabatur à Præfectis scholarum quas vocant ישיבות, ut nunc quoque mos habet Christianorum[v]. Distinguuntur porrò רב, *Rab*, & רבי, *Rabbi*[x], vel *Ribbi*[y], & רבן, *Rabban*[z]. Plus erat *Rabbi*, quàm *Rab*[a]. Potiùs minus erat: nam *Rabbi* titulus erat omnium Doctorum, & *Rab* est *Rabbi*, κατ᾽ ἐξοχὴν. Major adhuc titulus erat *Rabban*, & paucis tantùm, & quidem iis qui seculo Christum præcedente floruerunt, attributus est[b]. רב est Magister è Babylonia, רבי, Magister è terra Israel[c]. *Rabbi* positum puto pro *Ribbi*, *a* pro *i* posito, Syrorum more[d]. Elias vult י in רבי esse addititium, in רבי autem affixum. Propriè quidem רבי est, *magister meus*, sicut רבן, vel רבנא, *magister noster*. Sed postquam istis affixis cœperunt distingui gradus Magistrorum, intercidit vis affixorum. Hinc Joh. 1. 38. ῥαββί, *quod exponitur*, διδάσκαλε, non, διδάσκαλέ μου. Quin & in Evang. Heb. ipsum רבי affixum recipit: dicitur enim v. seq. *Unus est* רביכם, *Rabbi vester*; ubi י affixi rationem habere nequit. Porrò minimus dicebatur רב, major eo רבי, & hoc major רבן; at longè maximus qui solo suo nomine nuncupabatur[*].

8. *Vos autem nolite vocari Rabbi*] Quantum in vobis est, nè patiamini vos ità vocari, honoris causâ[f]: nè ambiatis hunc honorem[g]. Non damnat h. l. titulum[h], nec vetat honorem exhiberi magistratui aut doctoribus, sed, vel, ambitionem[i]; vel potiùs, rem tituli, nempe Magisterium, & Auctoritatem, unde nemini liceat provocare, in qua omnes oportebat acquiescere: Gal. 1. 8[k]. ¶ *Unus est enim magister*, &c. Ità Er. Il. Sy. Tre. &c. Ὁ καθηγητής, ὁ Χριστός] *Doctor*, &c. Be. Pi. Mo. Æth. Alii legunt, ὁ διδάσκαλος. Ità duo Codices[l], & Syrus[m]: quæ lectio melior est[n]: nam 1. alioquin idem bis diceretur: sequitur enim, *Nè vocemini* καθηγηταὶ[o]. 2. Quia vocem *Rabbi* & Rabboni scriptores nostri ubique reddunt διδάσκαλε, nusquam καθηγητά. 3. Quia καθηγητοῦ titulum à titulo *Rabbi* Christus manifestè distinguit, v. 10. Præter communem rationem humilitatis, aliam peculiarem addit Christus cur sui sectatores istas appellationes expetere non deberent, eo præsertim sensu quo à Judæis expetebantur. Nam qui eruditi erant inter Judæos cum nomine *Doctoris* etiam auctoritatem sibi vindicabant quod visum esset docendi, & credi sibi volebant. At Christi sectatores non debebant populum ea docere tanquam observatu necessaria quæ ipsis talia videbantur, sed ea tantùm quæ Christus ipse necessaria pronunciâsset. Judæorum alii alios sectabantur Magistros, & ab eorum pendebant auctoritate: at inter Christianos eo modo dici, *Ego sum Cephæ*, *Ego Pauli*, *Ego Apollo*, nefas est. Neque enim debent sibi ἐπονομάζειν διδασκάλους, 2 Tim. 4. 3. omnes enim per baptismum, i. e. professionem Christianismi, uni familiæ inseruntur. Illud autem, διδάσκαλος ὁ Χριστός, ad cap. 10. diximus ità esse interpretandum, *Doctor eximius à Deo constitutus*; quomodo ἱερεὺς ὁ Χριστός, &, βασιλεὺς ὁ Χριστός, dicitur.

[i] Li. ho. [k] Be. [l] Cam. Be. [m] Cam. sic M. Er. Be. G. [n] Be. [o] Cam. [p] Scul. ib. [q] Mal. [r] Cam. † G. sim. Scul. Ham. [s] Scul. sim. Ham. [v] G. sim. Scul. [x] G. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Be. & Bru ex Er. [c] Bru. [d] Be. [*] Bru. [f] G. [g] Bru. [h] Di. [i] Bru. [k] G. [l] Di. [m] Di. ex Be. sim. Er. V. [n] Er. [o] G. [p] D. [q] Gua.

[r] Li. ho. † Cam. [t] Li. ho. [v] G. [x] Cam. [y] D. [z] Cam. Di. &c. [a] G. [b] Cam. [c] Di. ex Elia. sim. D. ex He. [d] D. [*] Di. [f] Bru. [g] Be. [h] Cam. [i] Be. ex Aug. [k] Cam. [l] Be. [m] G. [n] D. sim. G. Be. [o] D. sim. Be.

dicitur. Sunt sane in Christiana Ecclesia qui dicuntur διδάσκαλοι, tum communiter, ut Paulus se vocat διδάσκαλον ἐθνῶν, 1 Tim. 2. 7. 2 Tim. 1. 11. tum peculiariter, ab *Apostolis*, *Prophetis*, *Pastoribusque*, distincti, Act. 13. 1. 1 Cor. 12. 28, 29. Eph. 4. 11. sed alio sensu quàm illi Judæi, non ut dogmatum auctores, sed ut unius communis dogmatis nuncii. Atque hoc ipsum munus quanti sit periculi, quàmque non modò non ambiendum, sed neque suscipiendum, nisi bene exploratis viribus, Jacobus nos docet 3. 1 [p]. Non vetat absolutè Magistrum, aut Patrem, vocare, sed comparatè ad Deum [q], sive Christum [r]: nè quenquam Magistrum vocemus in terra, qualis est Magister cœlestis, cui scilicet pareamus sine respectu ad Deum, ità ut quicquid ille præcipit, justum putemus; aut quicquid ille docuerit, verum putemus quia ab ipso profectum fuerit †. Solus Christus est Magister, principaliter nempe & per excellentiam [t]; 1. scientiâ, quia solus ipse novit omnia, & infallibiliter novit [v], idque à nemine doctus [x]: 2. docendi auctoritate, quam à seipso habet [y], Matth. 7. 29 [z]: 3. efficaciâ [a], quam & ipse habet & aliis dat, 1 Cor. 3. 6. Vide Luc. 24. 45 [b]. hic solus mentes illustrat, & fons est omnis veritatis [c]. [At hoc sensu neque Scribæ sibi magisterium arrogabant.] *Vos fratres estis*] Ut naturâ, ità & doctrinâ, scilicet si illi comparemini [d], æquales *, unius illius Doctoris discipuli, inter vos συμφοιτηταί, (*condiscipuli* [f].) Quare nemo in alium propriè agere potest magistrum, ut alterius magister dici meretur [g].

9. *Et patrem*, &c.] Qui sapientem aliquem, tanquam Scholæ principem, sectabantur, & velut in nomen ejus juraverant [h], cui nemo contradicere auderet [i], ejus sapientis *filii* vocabantur [k]: ipsi illum vocabant אבי vel, ut Syrus hìc habet, אבא (*Patrem* [l].) Interpretatio petenda ex superioribus. Sed quia אבא major erat titulus quàm רבי, ideo Christus hunc sibi, illum Patri, vindicat [m]. ¶ *Vobis*] Legitur ὑμῶν. Ità & Sy. & Ar. & Evang. Heb. לכם] Ità legitur in omnibus M. S. cod. item in edit. Complut. & Th. Romano; excepto uno vetusto Codice, in quo neutrum legebatur: ὑμῶν accipio pro ὑμέτερον, nec refero ad καλέσητε, sed ad πατέρα ut sit trajectio, qualis suprà 8. 8. Locum itaque sic dispono, *Et patrem vestrum nè quenquam vocate* [o]. ¶ *Unus est enim pater*, &c.] Unus est vestræ familiæ Princeps ac dogmatum auctor, Deus, qui per Filium vobis ipse omnia scitu necessaria revelavit. *Estis à Deo edocti*, Joh. 6. 45. 1 Thes. 4. 9. Itaque illo sensu quo Judæi sapientes *patres* suos vocabant, Christiani *patrem* neminem debent agnoscere. Sed alio sensu *patres* rectè vocantur qui nos in Christo per Evangelium genuerunt, 1 Cor. 4. 15 [p].

10. *Magistri*, Καθηγηταί] i.e. Ὁδηγοί, quomodo suprà Pharisæos vocavit Christus, 15. 14. & infrà [v. 16.] Confer Rom. 2. 19, 20. Atque ità h. l. Syrus interpretatur [q]. ¶ *Magister*, Ὁ καθηγητής] *Doctor*, Be. Pi. *Ductor*, Di. ex Sy. & Ar. Puto est Heb נגיד, quod non tantùm de præfectis Politicis, sed & de Ecclesiasticis, dicitur: ut 2 Par. 31. 13. vide & Jer. 20. 1. Peculiariter autem Christus dicitur נגיד, *antecessor*, *antistes*, *dux*, Esa. 55. 4. Dan. 9. 25 [r].

11. *Qui major*, &c.] i.e. Præstantior †, vel *maximus*, Be. Pi. officio, dignitate, eruditione, aliisve Dei donis [t]. Quo quis inter vos majorem in Ecclesia dignitatem obtinebit, eò sciat sibi non plus imperii concessum, sed plus oneris injunctum: unde sequitur non esse cur vos delectent tituli majoris servitutis indices. Vide quæ suprà ad cap. 20. 26 [v]. Ostendit, se non de vocibus litigâsse, sed rem spectâsse. *Majorem* agnoscit, sed *ministrum* esse vult, omnémque in Ecclesia dignitatem pronunciat non imperium esse, sed ministerium [x].

12. *Qui—se exaltaverit* (i.e. superbè extulerit, magnificè de se senserit, nimium sibi tribuerit, aliis se prætulerit, honorem ambiverit, aut eo abusus sive gloriatus fuerit [y]: ad verb. *sublimabit*. Alludit ad nomen רבי, à רבב, quasi altum dicas [z]:) *humiliabitur*] Ab hominibus, vel à Deo [a]. Sententia Christo sæpiùs usurpata, celebris apud Hebræos. Vide Prov. 16. 18. & 29. 23. Similia apud Græcos [b]. [Verba Vide in G.] ¶ *Et qui*, &c.] Idem habetur Prov. 15. 33. & 29. 23. Sententiæ autem istæ Christo usurpatæ habent suum quoque usum in rebus humanis: at cœlestis Doctor id quod cœleste est potissimùm respicit. Explicat Petrus 1. 5. 6. Æsopus interrogatus quid Deus faceret, respondit, eum *elata deprimere*, *humilia extollere* [c].

13. *Væ—vobis Scribæ*, &c.] Hæc dicit, ut plebem ab ipsorum admiratione & imitatione revocaret qui in suam populique perniciem jam ruituri erant [d]. ¶ *Quia clauditis regnum cælorum*] A me jam apertum prædicatione, &c *. *clavibus sublatis*, ut Lucas loquitur, [11. 52 [f].] quod magis emphaticum est [g]: i. e. suppressâ verâ interpretatione, & quotidianâ inculcatione locorum in quibus agitur de Messia ejúsque doctrina, i. e. de Pœnitentia, Fide, & Dilectione non fictâ; quibus omissis, omnem operam impenditis ritibus augendis & ampliandis [h]: vel, damnando doctrinam meam omnem, &c [i]: vel, persuadendo aliis neminem, nisi vobis aperientibus, i. e. docentibus, in cœlum intrare posse. Sumpta metaphora ab ædium dominis, qui, cùm neminem domum ingredi volunt, nisi jussu suo, clavem secum auferunt [k]. *Clauditis*, doctrinam meam & miracula calumniando, Scripturas corrumpendo, persequendo me, & in me credituros, Joh. 9. 22 [l]. Videtur Christus hìc alludere ad illud traditionum genus quod Thalmudistæ vocant *sepimentum Legis*, quibus arceri dicunt homines à transgressione Legis. Imò, inquit, sic arcetis eos à vita æterna, quia nimirum in externis subsistitis [m]. ¶ *Ante homines*] i. e. Coràm, & in os hominum parantium ingressum [n], accurrentium ad Christum [o], qui ingressuri essent, nisi vos obstaretis [p]. Τὸ ἔμπροσθεν h. l. opponitur potiùs τῷ ὄπισθεν, quàm τῷ μετέπειτα [q]. ¶ *Nec introeuntes*, &c.] Id est, conantes ingredi [r]: jam habentes pedem in limine †: Præsens pro Futuro; eos qui alioqui intraturi erant, si viam rectè panderetis. At nunc non modò non panditis, sed obstruitis etiam rituum septis, quibus occupati animi ad meliora nequeunt penetrare [t]: vestris consiliis, exemplis, jussis, calumniis, minis atque terroribus revocatis [v].

14. *Væ vobis*] Totum hoc comma judico παρεμβεβλημένον, (*intersertum*.) Cujus rei mihi magnum indicium est, quòd, qui habent, Codices alii præponunt isti sententiæ de Clavibus, alii subtexunt. Ferme enim videas quæ situ variant aliunde adjecta, ut hic ex Marco & Luca, additis mutatísque verbis ad implendam cohærentiam. Græcus Evangeliorum indiculus, quem *Canonem* vocant, ad quem provocare solet Hieron. quique factus est ex optimis Codicibus, in Matthæo hoc comma non habet. Origenes, tam diligens librorum scrutator, non agnoscit. Habent quidem libri Syriaci, at Latini antiquissimi non habent. Proinde hæc pars major videtur. Adde, quòd detrahendi nulla fuit causa; addendi, aliqua: Interpretabimur ad Marcum [x]. At Græci ac Syriaci libri omnes hunc versum hìc legunt, cúmque hìc exponunt Chrys. Th. Euthym. &c [y]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι κατεσθίετε, &c.] *Quia exeditis* (vel, *Qui exeditis*, Pi. [In Marco est, οἱ κατεσθίοντες.] *Qui penitus comeditis*, Bru. nam κατὰ significationem auget [z]. *Quia devoratis*: Ità Cicero, *Non comeso, sed devorato, patrimonio*. Similis locutio, Psal. 14. 4. Prov. 30. 14. Mich. 3. 3. Luc. 15. 30 [a]. Videtur autem mihi [hæc] nova esse periodus, neque de omnibus Legisperitis, sed de quibusdam eximiè improbis, hìc agi; ut, ὅτι additum sit perspicuitatis causâ. Nam Lucas, qui Marcum, in his quæ Marco sunt peculiaria, ità sequitur ut sæpe interpretis sit loco, hanc sententiam sic exprimit, Οἱ κατεσθίουσι, &c. *Qui verò Legisperitorum insuper*, &c [b].) *domos* (i. e. facultates [c]: ut vox *domus* sumitur Gen. 43. 16. & in Odyss. α. Ἐδουσί μοι οἶκον ἐμόν, *edentes domum meam*, i. e. res domesticas [d]:) *viduarum*] Quales & illi qui describuntur 2 Tim. 3. 6 *. *Viduas* autem dixit Christus; 1. Quia tales sunt, & ad superstitionem proniores, & magis patentes ad has fraudes [f], idque ob sexus infirmitatem [g]. 2. Ut culpam ipsorum oneret, quòd eas expilabant quas tutandas Lex Divina præcipuè illis commendat †. Insignis crudelitas describi solet per oppressionem viduarum, ut Job 22. 9. & 24. 3. Psal. 94. 6. 3. Quia tales sunt facultatum suarum dominæ [h]. Dicuntur autem viduarum bona devorâsse, vel, 1. quia magno sumptu ab eis excipiebantur [i]: vel, 2. quia se viduis tutores obtulerint, illæque apud eos, ceu viros sanctos,

[Margin notes, left column: p G. — q Me. ex Mal. — r T. — † E. ad v. 10. — t T. — v Bru. sic Ger. T. — x Bru. — y T. ex Eru. Ger. — z Ger. — a G. sim. Eru. T. — b Ger. — c T. ex Bru. — d Bru. — * M. — f G. — g Eru. — h G. — i Ham. — k G. — l G. sim. Ham. — m G. — o Di. — o Be. — p G. — q G. — r Di. — † Bru. — t Eru. — v V. — x Bru. — y Bru. — z Be. — a Eru. — b G.]

[Margin notes, right column: c Idem. — d Eru. — * Bru. sim. T. — f G. sim. Mal. — g Me. ex Mal. — h G. — i Bru. — k Me. ex Mal. — l Ger. — m Be. — n Bru. ex Be. sim. Mal. Me. — o Bru. — p Me. ex Mal. — q Cas. ex Be. — r V. Bru. Be. — † Be. — t G. — v Bru. — x G. — y Bru. Ger. — z Ger. Bru. ad Marc. 12. 40. — a Ger. — b G. ad Marc. — c Pi. Ger. sic Bru. ad Marc. &c. — d Ger. — * G. ad Marc. — f G. ad Marc. sim. Ger. Bru. — g Ger. sim. G. — † G. sim. Ger. Bru. — h Ger. sim. Bru. — i Th. in Ger. sim. Mal. ex Euthym.]

ctos, fortunas suas deposuerunt [k]: vel, 3. quod preces ipsis promitterent [l], & pretio venderent [m], fortè etiam ditioribus ac junioribus & lascivientibus viduis impunitatem peccandi precibus suis impetrandam promitterent [n]. ¶ *Orationes*, &c.] Καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι] *Et prætextu longùm orantes*, V. sic B. *Prætextu quòd longas preces funditis*, Tre. sim. Sy. Ar. Pers. *Idque prætextu prolixæ precationis*, Er. Il. sim. P. Ca. Ti. ὡς significationem hîc habet ἀνεξετικὴν [o]. Duplex h.l. notatur iniquitas, 1. quòd *vorarent*, &c. 2. quòd tantum scelus studio pietatis tegerent [p]. Πρόφασις significat *speciem, occasionem, prætextum*, Joan. 15.22. Act. 27.30 [q]. & opponitur ἀληθείᾳ, *veritati*, hîc & Philip. 1. 18 [r]. Sic in bellis aliud est αἰτία (*causa*,) aliud πρόφασις, velamen, quo moveri videtur, &c †. Paulus dixit se non versatum esse ἐν προφάσει πλεονεξίας, 1 Thes. 2. 5. Solent isti homines honestas quasdam causas prætendere sub quibus quæstum faciant; ut quòd pro aliis apud Deum indefessis precibus instent, pro qua opera non injuriâ muneribus donentur; cùm interim eos pro quibus precari se dicunt non doceant veram pietatis viam, & munera non dari sibi patiantur, sed captent ultro, sæpe & majora quàm pro facultatibus donantis. Est ergo hîc προφάσει dictum pro, εἰς πρόφασιν πλεονεξίας ostendit hoc Lucæ collatio [t]. q. d. Avaritiæ suæ obtendentes fervens studium orandi Deum [v]. Sensus est, Prolixè & frequenter orabant stantes in Templo, Synagogis, & angulis platearum [x], ut sanctissimi habeantur [y], capténtque favorem hominum, & inprimis viduarum [z]. Al. πρόφασις est, *occasio, materia, causa*, in Stephani Glossario. Quod Aristoteles προφάσεως χάριν dixit, breviùs hîc dicitur, προφάσει. Apud illum, qui aliud in Rep. agunt, aliud spectant, προφάσεως χάριν ἐν τῇ πολιτείᾳ σοφίζεσθαι dicuntur, h. e. κατὰ πρόφασιν. Hîc ergo προφάσει προσεύχεσθαι dici videntur qui aliud ἐν τῷ προσεύχεσθαι spectant. Sensus est, q. d. *Qui non sine causa longas concipiunt preces*, ut sic viduas ac plebem venentur [a]. Duplici hamo venerationem à populo piscati sunt, & ex veneratione lucrum. 1. Ut doctores Legis, quos suprà omnes mortales venerandos docuerunt. 2. Prætextu infandæ devotionis, & orationum prolixarum, animos devotos ad se flexerunt. De prolixitate orationum hæc habet Gemara Babylonica in Berachoth, fol. 32. 2. *Religiosi antiquiores morati sunt* (meditantes) *per horam, precati sunt per horam, & morati sunt per horam post preces. Cùm ergo novem horas unoquoque die precibus immorando insumerent*, &c [b]. [Nam trihoria illa sive meditatio, sive precatio, ter quotidie repetita videtur.] ¶ *Propter hoc ampliùs*, &c. λήψεσθε περισσότερον κρίμα] *Auferetis* (vel, *Subibitis*, Camer. vel, *Feretis*: nam λαμβάνειν respondet τῷ לקח, quod sign. & *accipere*, & *ferre*: & ut dicitur μισθὸν λαμβάνειν, Matth. 10. 41. & 19. 29. qui præmium consequitur; sic κρίμα λαμβάνει, qui pœnam aufert: κρίμα, *judicium*, pro κατάκριμα, *condemnatio*; genus pro specie: ut Luc. 23. 40. & 24. 20. Rom. 3. 8 [c].) *gravius* (vel, *abundantius*, V. Pi. vel, *eminentius*, Camer.) *judicium*, Pi. sim. Be. &c. i. e. graviorem pœnam [d].

15. *Væ*, &c.] Confirmat h.l. præcedentem reprehensionem. Objici poterat, tantùm abesse ut ipsi claudant Regnum cœlorum, ut illud etiam Gentilibus aperiant. Respondet, illud studium, &c. Dei vindictam magis provocare [e]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν] *Quia circuitis* (vel, *peragratis*, Ca. *perlustratis*, Sy. sim. Pers.) *mare & aridum*, sive aridam, Er. Be. &c. vel, *& terram*, Ti. Ca. &c. Terra dicitur *arida* [f], & Hebræis [g], Gen. 7. 22. Jonæ 1. 9 [h]. & Græcis recentioribus [i]. Sed & Thucydidi ἡ ξηρὰ [k]. Ità & Virgil. *Exsilit in siccum*. Confer 1. Mac. 8. 32. Proverbialis est hæc locutio solicitum inquirendi laborem significans [m]: qualis Latinis, *Nullum non movetis lapidem*: nihil non facitis ut hoc efficiatis [n]. Sensus est, Cùm terram & mare obeatis ut faciatis proselytum, mox eum depravatis [o]. Non diligentiam eorum reprehendit, sed mentem potiùs ac consilium. Quare hæc verba cum sequentibus jungenda sunt, hoc modo, *Væ vobis—quòd postquam omnem movistis lapidem ut proselytum faciatis, eum redditis deteriorem*, &c [p]. ¶ *Ut faciatis* (vel, *baptizetis*, Æth. Respexit antiquum Judæorum ritum quo proselyti fiebant. In Talmud dicitur, *Israelita non ingrediuntur in fœdus, nisi tribus rebus; circumcisione, & baptismo, & placamento oblationis. Etiam proselytæ similiter*. Erat autem ea baptismi hujus ratio, ut in aqua sederent ad cervicem usque: interímque præcepta aliquot Legis, tum difficilia, tum facilia, discerent [q].) *unum proselytum*] Id est, ut pertrahatis aliquem Ethnicum in vestram religionem [r]: quem quasi creaturam vestram ostentetis †. Neque enim Deo, sed sibi & sectæ suæ, discipulos & assectas conciliare studebant [t]. Προσήλυτος est, *advena* [v]; qu. προσεληλυθὼς, *qui accesserat* ad religionem Judaicam [x]: q. d. *ad religionem adventitius* [y]. Προσήλυτος hîc & in Actis est is qui ortu Gentilis per circumcisionem se Legi Mosis obstrinxit, quem Philo etiam ἐπηλύτην vocat: qui in plerisque rebus jura habebat τῶν αὐτοχθόνων. Hi dici solent גרי צדק, *hospites justitiæ*. Alioqui גר Hebræis, γειώρας, aut γηόρας, Hellenistis, etiam is dici solet qui, relicto idolorum cultu, uni Deo & communibus humani generis legibus se addixerat [z]. Hic dictus *Proselyta portæ*, quia concessum est ei inter Judæos vivere. Cum talibus autem postea commercium habere noluerunt, Act. 10. At *Proselyta justitiæ*, sive Fœderis, toti Legi Judaicæ obstrictus erat, omnibúsque Judæorum privilegiis donatus. De eo hîc sermo est [a]. ¶ *Facitis eum filium gehennæ*] Id est, Gehennæ debitum, sive devotum [b]: Hebraismus elegans [c], & frequens etiam in N. T [d]. Sic, *filius mortis*, 1 Sam. 20. 31. i. e. morti debitus: *filius plagarum*, Deut. 15. 2. i. e. dignus plagis *: *filius perditionis*, Joan. 17. 12. 2 Thes. 2. 3 [f]. i. e. homo perditissimus. Sic, *filius inobedientiæ*, Eph. 5. 6. Ità h. l. *filius gehennæ* idem est qui *damnus gehennæ*, Matth. 5. 22 [g]; dignus supplicio æterno [h]; destinatus exitio [i]. ¶ *Duplo*, &c. Διπλότερον ὑμῶν] *Duplo* (vel, *Multò*, G.) *magis quàm vos estis*, Er. Ti. sic Be. Pi. &c. i. e. multò superstitiosiores, multò confidentiores [k]: malè illum instituendo tum 1. doctrinâ; quia non animos eorum solidâ pietate imbuistis, sed externos tantùm mores formâstis non tam in mandatis Dei maximis, quàm in ceremoniis & ritibus propriis, quos etiam plures Proselytis, quàm Judæis, imponitis: tum, 2. exemplo; quia non nisi fucatæ sanctimoniæ, revera autem malæ vitæ, exemplum proselytis præbebatis. Hinc proselytus vel apostatam egit & desertorem Legis Dei, vel malam Magistrorum vitam non modò imitabatur, sed & superavit, ut fieri solet [l]. Quia non consistunt exempla ubi incipiunt, sed magno cum fœnore corrumpunt homines—— *magnis Cùm subeunt animos auctoribus*: præsertim si quod est vitium quod fallit——*specie virtutis & umbrâ, Cùm sit triste habitu, vultúque & veste severum*: qualis est Ambitio & Avaritia induta sanctimoniæ personam. Adeò—— *dociles imitandis Turpibus ac pravis omnes sumus* [m]. Ità comparati sunt homines ut vitia potiùs quàm virtutes imitentur [n]. Dictum hoc Christi comprobavit sequentium temporum experientia. Justinus ait Judæorum proselytos suâ ætate *non solùm non credidisse, sed & duplò magis quàm Judæi blasphemâsse, in nomen Christi* [o]. Ità fecerunt ut se Magistris suis probarent. Vide Act. 15. 50 [p]. Pessimè apud Talmudicos audiunt Proselyti. *Hi*, inquiunt, *impediunt adventum Messiæ: hi sunt scabies Israeli*. Non ergò tantâ sedulitate usi sunt, quòd proselyti iis curæ essent, sed ut indè lucrum captarent. Quare prædam nacti non ulteriùs de iis soliciti erant. Pereant illi in ignorantia, superstitione, impietate, modò permaneant in Judaismo, ut conscientiis eorum ipsi dominentur, & crumenis [q].

16. *Duces*, Ὁδηγοὶ] *Duces viæ*, i. e. doctores, rectores, populi. ¶ *Cæci*] Crassâ supinâque ignorantiâ [r]. ¶ *Quicunque juraverit per Templum*] v. g. Jura per Templum, quòd bona mea tibi non proderunt †. ¶ *Nihil est*] Id est, Nullius momenti [t]: non tenetur [v]: ut ostendit oppositum membrum ὀφείλει, חיב, quod nihil hîc est aliud quàm *tenetur, obstrictus est*. De implenda promissione, non de pœna, hîc agi censeo [x]: non est perjurii reus, si falsum asseruerit [y]. ¶ *In auro* (vel, *Per aurum*, Be. Bru. Pi. &c.) *templi*] Id est, vel, 1. per aurea Templi vasa, candelabrum, mensam, &c [z]: vel, 2. per laminas aureas, quibus Templi parietes erant tecti [a]: vel, 3. per aurum in Corbanam oblatum [b]: i. e. Si juret hoc modo, *Korban Templo aurum meum, Korban Altari pecora mea* [c]. ¶ *Debet*; ità P. Mc. Pi. Ὀφείλει] *Reus est*,

[k] Ger. ex Th. [l] Ger. [m] Mal. sim. Ger. [n] Ger. [o] Camer. [p] Be. [q] Ger. [r] Be. Ger. Eru. ad Marc. † Ger. [t] G. ad Marc. [v] Bru. ad Marc. Ger. [x] Bru. ib. [y] Bru. ib. sim. Er. [z] Bru. [a] Heins. [b] Li. ho. [c] Ger. [d] Pi. sim. V. [e] Bru. [f] Bru. V. Er. Cas. &c. [g] Bru. sim. V. [h] Scul. ex. 2. 90. [i] Scul. ex Cas. [k] Cas. [l] Be. [m] G. [n] Mal. [o] G. [p] Cam.

[q] Di. [r] V. sim. Pi. Gua. † J. Cap. [t] Cam. sim. Ham. [v] Er. Camer. Sch. D. &c. [x] Cam. [y] V. [z] G. [a] Ham. [b] Cas. G. [c] Cas. Scul. [d] Scul. ex. 2. 90. * G. [f] Ger. Scul. Cas. [g] Scul. [h] V. sic Bru. Pi. Be. [i] Camer. [k] Cam. [l] Bru. [m] G. [n] Me. ex Mal. [o] G. [p] Ham. [q] Li. ho. [r] Eru. † Li. ho. [t] Camer. [v] G. sic Pi. Ham. Eru. [x] G. [y] Bru. [z] Th. & Euthym. in Ger. Me. [a] L. [b] Li. ho. sim. Bru. & Ger. ex Hi. G. Me. [c] Li. ho.

est, Er. Il. Tre. Be. Sy. Sic Græcis, ii quibus imposita est mulcta dicuntur ὀφλικότες, sub. pœnam, pro quo Latini, *Damnas esto*. Sed malim hoc referre ad Syriacam dialectum, quâ Christus usus est; & quâ qui peccat dicitur *debitor*, & peccatum *debitum*: ut apparet ex Chald. par. ad Gen, 50. 17. & Psal. 1. 1 [d]. *Peccati reus est*, Pers. *Peccat*, Ar. D. purus putus Chaldaismus. Hinc peccator *debitor*, Ezec. 18. 7 [*]. *In noxia est*, Ti. *Tenetur*, Camer. sic Ca. P. nempe præstare [f]. *Ei præstanda culpa est*, i.e. tenetur pœnâ perjurii: *Obligatur*, Ham. Juramenta Hebræorum Magistri alia magna, alia parva, censebant. Magna per Deum ipsum, cui æquabant juramentum κορβᾶν, quod δῶρον Θεῷ suprà verti vidimus, sicut & Jo. vertit, δῶρον Θεῦ. Id autem erat duplex, ut diximus ad c. 5. aut donum quod Altari superponebatur, cujus in Levitico sæpe est mentio, ubi itidem δῶρον vertunt LXX; aut pecunia missa in gazophylacium, quod κορβανᾶ infrà vocat Matthæus. Per utrumvis horum si quis jurâsset, per Deum ipsum jurâsse censebatur. Juramenta autem per Templum & Altare minoribus juramentis accensebantur, cùm tamen etiam qui per ea jurat, juret (ut Ulpianum loqui alibi observavimus) *respectu Divini nominis*. Istorum igitur juramentorum gratiam facilè faciebant Judæi Doctores, si quis se inconsulto calore jurâsse diceret; at juramenti κορβᾶν non item. Haud dissimile est quòd Romani Imperatores, si quis per ipsorum *salutem* aut *genium* pejerâsset, gravissimis eum pœnis subjiciebant; si quis per *Deum* pejerâsset, ejus injuriæ ultionem Deo relinquebant. Magistrorum autem πρόφασις (*prætextus*) hæc erat, quia illa dona Dei erant propria [g]; quia nihil Deo gratius erat, nihil post Deum illis sanctius, nihil quod propiùs Deum referret; quia hæc immediatè Dei erant, & eorum causâ Templum & Altare condita erant [h]: vel, quòd Templum generalem tantùm habuit consecrationem, hæc autem dona specialem atque immediatam; vel, forsan, quòd Templo, utpote antea everso, periit sua sanctitas, ab Herode minimè reddita; quum his donis sua constaret sanctitas [i]. Quanti sacrificia illis habita sint, vide ad Matth. 15. 5. & 22. 36. Hâc sententiâ serviebant avaritiæ suæ [k]. Revera ad quæstum pertinebat dona illa haberi quàm sanctissima, etiam supra Templum & Altare, quasi Deus scilicet illis præcipuè gauderet [l].

17. *Stulti*] Quorum opinio fatua & absurda [m]. ¶ *An templum quod sanctificat aurum*] Id est, consecrat, facit ut ex profano sanctum fiat, h.e. usibus sacris destinatum [n]. Pecunia gazophylacii præcipuè Templi usibus serviebat, ideóque sacri erat juris, ut & apud Romanos *donaria*, apud Græcos ἀναθήματα. Confer Heb. 7. 7. *Minor à meliore benedicitur* [o]. Templum autem non erat sanctum propter aurum, sed propter Deum inhabitantem [p]. Nititur hoc exiomate, *Propter quod aliquid est tale, illud est magis tale* [q].

18. *Et*] Scilicet dicitis, ex v. 16 [r]. ¶ *In dono*] Judaicè dicebatur, בקרבן [†]. ¶ *Quod est super illud*] Scilicet Altare [t], non thymiamatis, in quo tantùm incensum adolebatur, sed holocaustorum, in quo offerri solebant dona, sive sacrificia, quorum pars maxima Sacerdotibus cedebat [v].

19. *Quod sanctificat* (i.e. rem sacram facit, & Deo dicat [x]:) *donum*] Ex sententia Legis, *Quicquid attigerit altare sanctificabitur* [y].

20. *Et in omnibus*, &c.] Sed & per omnia, sacrificia ac dona, ac proinde per Deum, cujus majestas per ea recognoscitur [z]: accessiones enim sequuntur rem principalem. Oblationes autem istæ accessiones erant Altaris; itaque, nominato Altari, simul nominatæ censeri debebant [a]. Unum certum Altare ex sua institutione Divino cultui dedicatum est, sed non unum certum donum [b].

21. *Et in eo qui habitat*, &c.] Id est, Deo [c]: cujus *domus* Templum appellatur, quòd ibi resideret super Arcam, &c [d]. vel, quòd ibi coleretur: domus autem cum habitatore suo consideratur [*]. Hic ostendit Christus omnia ista quæ illi vocabant minora juramenta maximis esse æquiparanda. Nemo enim tam stultus censeri debet, ut rem inanimem testem advocet suæ cogitationis & perfidiæ vindicem. Quare in istis juramentis, censeri debet inesse μετωνυμία, & per Templum intelligi is cujus est Templum [f].

[d] Ec. [*] D. [f] Pi. [g] G. [h] Bru. [i] Ham. [k] Bru. sim. Ham. [l] G. [m] Bru. [n] Bru. sim. Ec. [o] G. [p] Bru. [q] Mal. [r] Pi. sic Bru. [†] Pet. misc. c. 16. [t] Bru. Ger. [v] Ger. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. [c] Pi. D. &c. [d] Pi. [*] Bru. [f] G.

22. *Et qui jurat in cælo*, &c.] Illustrat Christus quod dixerat exemplo simili. Nam, inquit, & qui per cœlum jurant censendi sunt testem illum invocare cui cœlum pro solio est [g]. Hunc locum expositum, vide ad Matth. 5. 35 [h]. Vide & scriptorem Respons. ad Græcos [†]: [ejusque verba in G.]

23. *Qui*, &c. Ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον καὶ τὸ κύμινον] *Quoniam* (vel, *Qui*, Be.) *decimatis* (i. e. decimas datis, sive solvitis sacerdotibus [i]. Ità δεκάτην ἀποδεκατῶν, pro eo, quod est *decimam solvere*, dixerunt LXX, Gen. 28. 22. Deut. 14. 22. &, quod propiùs ad hanc φράσιν, accedit, ἀποδεκατῶσαι τὸ ἐπιδέκατον τῶν γενημάτων τῆς γῆς, Deut. 26. 12. Atque ità usurpant Hebræi עשר in Pihel, & העשיר in Hiphil [k]: *Decimandi* verbum valet, *decimas exigere*, Heb. 7. 5. hîc autem, sicut & Luc. 18. 12. *decimas persolvere*. Decimas autem istos solvisse mirum non est: nec enim erant necessariò ex Sacerdotum ordine: & Levitæ ipsi decimas solvebant Sacerdotibus, Num. 18. 28 [*].) *mentham*, *& anethum*, *& cuminum*, Pi. sic Er. Il. Be. Mo. & omnes, [excepto Æth. qui habet, *Qui offertis decimam partem hyssopi*, &c.] Lucas, omisso *Aneto & Cumino*, exemplum *Mentæ* & *Rutæ* posuit, adjiciens deinde nomen generale, καὶ πᾶν λάχανον. Atque id vel maximè me movet nè putem hic tractari quæstionem Thalmudicam de quibusdam rebus bis decimandis, in semine & in herba, quando ea quæstio ad omnia olera pertinere non potest. Quæstio ergò fuit de oleribus, an lege decimarum comprehenderentur: Christus, ut τὸ ἀκριβὲς Pharisæorum in rebus istiusmodi ostenderet, minutiora olera speciatim nominavit. In Thalmudico libro de Decimis exstat & Hyssopum & Origanum & Viciam quoque decimandam; & Viciam quidem, quia famis tempore pro cibo usurpatur [l]. *Regula hæc obtinet de decimis*, *Quodcunque cedit in cibum*, *quódque custoditur* (id est, quod non est communis juris) *quódque è terra nascitur*, *decimetur*, Maasaroth, cap. 1. hal. 1. Ex Lege, decimatio erat pecorum, frugum, ac fructuum. Decimatio olerum erat institutionis tantùm Ecclesiasticæ, *erat à Rabbinis*, Bab. Joma, fol. 83. 2. & tamen à Christo approbata est, cùm dicit, *Illa non oportet omittere*; idque partim ob rei ipsius æquitatem, & consonantiam ad Legem & rationem; partim, quòd à Synedrio in Cathedra Mosis sedente (ut v. 2.) erat præscripta. Audi hoc, ô Anti-decimarie [m]. Pro ἄνηθον, Evang. Heb. habet פיגם, quòd est ruta, testibus Schindlero & Davide de Pomis. Non longè abit à Græco πήγανον, quod פיגנא Syri dicunt. Non est ergò *anethum* [n]. Sensus loci, Legis minima observatis, & quæ inprimis servari oportuit, negligitis [o]. ¶ *Et*, &c.] Καὶ ἀφήκατε, &c.] *Et* (i. e. Et interea [p]:) *omittitis* (vel, *reliquistis*, Vulg. Er. Be. Ti. præt. pro præs [q]. relinquitis, negligitis, vel certè reliquistis, scil. jamdiu [r]:) *quæ graviora sunt Legis*, Pi. i.e. in quibus plus est momenti [†]: officia erga Deum & proximum [t]: quæ Lex ante omnia requirit, & ab omnibus [v]. *Pridem abjecistis curam eorum Legis præceptorum quæ multò majoris sunt ponderis*. Præponderant autem, ut alibi diximus, naturalia constitutis, & ea quorum causâ cætera sunt, cæteris [x]; & quæ per se & semper necessaria sunt, iis quorum non privatio, sed contemtus, nos reos facit [y]; & quæ animum tangunt, sine quibus nec pietas consistit, nec Deo placere possumus, quæque perpetuò bona sunt, iis quæ externa tantùm & typica sunt, & ad tempus servanda, quæque variis ex causis omitti possunt [z]. Etsi in Verbo Dei nihil sit quod negligi debeat, distinguendum tamen est, &c [a]. & alia aliis leviora sunt [b]. ¶ *Judicium*, Κρίσιν] *Jus*, V. Quod justum & æquum est in communi vitæ usu [c]: Vindicationem injustè oppressorum [d]. Errant qui ad solum Judicis officium hoc trahunt. Nam Hebræi משפט, Hellenistæ κρίσιν, sumebant latiùs. Sic Ezec. 20. 11. ubi משפטי Græci vertunt δικαιώματα, 1 Mac. 7. 18. ubi κρίσις est *justitia*, & 1 Mac. 8. 32. ποιήσομεν αὐτοῖς τὴν κρίσιν, i.e. *faciemus ut jus suum obtineant*. Sumitur autem משפט sive κρίσις, ut δικαιοσύνη Græcis, modò latiùs, ut omnia hominum inter se officia comprehendat, quomodò Maimonides voce משפט ea præcepta ait significari quæ ritualia non sunt; modò strictiùs, ut ea denotet quæ jure exigi possunt, opposita *misericordiæ*, sive *beneficentiæ*. Ego hæc Christi verba planè arbitror desumpta ex Mic. 6. 7.

[g] G. sim. Bru. [h] Bru. Mal. G. [†] G. [i] Pi. Bru. V. Be. [k] G. [*] Be. [l] Idem. [m] Li. ho. [n] Di. [o] V. sim. M. Bru. [p] Pi. [q] Be. Bru. Eru. [r] Camer. [†] Pi. [t] Bru. [v] G. [y] Ec. [z] Bru. [a] Ec. [b] Bru. [c] Ec. [d] Pi.

ubi hæc esse dicit quæ Deus tanquam βαρύτερα τοῦ νόμου, præcipuè requirat, ποιεῖν κρίμα, καὶ ἀγαπᾷν ἔλεον, *& humiliter cum Deo ambulare*. Tertium hoc, quod præcipuum est, Lucas, qui κρίσεως nomine etiam ἔλεον comprehendit, vocavit ἀγάπην τοῦ Θεοῦ *. ¶ *Et misericordiam*] Id est, beneficentiam erga proximum [f]: humanitatis officia [g]. ¶ *Et fidem*] Hîc difficultas est [h], [& varietas interpretationum.] *Fidem*, non divinam, sed humanam [i]: dictorum & conventorum (& factorum [k],) veritatem [l]: constantiam in servandis promissis [m]. Fides nihil aliud hîc est quàm sincera integritas, atque simplicitas, nè quid astutè, aut malitiosè, fiat: Christus hîc priorem Tabulam non attingit, sed serium examen sanctitatis ad fraternam charitatem (cujus nimirum officia sub sensum cadunt) hîc revocat, sicut alibi Legem impleri dicit, si diligimus proximos. Vide & Rom. 13. 8 [n]. Al. *Fidem*, nempe in Deum, quâ ceu radice significantur etiam spes & charitas, quibus tribus comprehenditur quidquid Lex à nobis exigit ad colendum Deum [o]. Ut Matthæi sensus & cum Propheta [Mic. 6. 7.] & cum Luca rectiùs cohæreat, arbitror πίστιν hîc non esse eam, quæ inter homines spectatur, fidem, sed spem ac fiduciam collocatam in misericordia Divina, quæ humilem dilectionem & studium obedientiæ in nobis excitat [p]. ¶ *Hæc* (scil. vel, 1. proximè commemorata [q]; judicium, misericordiam, & fidem [r]: vel, 2. remotiora, decimationem menthæ, &c. nam ταῦτα potest referri vel ad prius & propinquius membrum, vel etiam ad posterius & remotius: sensus utrobique idem †.) *oportuit facere, & illa* (vel, 1. decimationem, &c [t]: vel, 2. judicium, &c [v].) *non omittere*] Sed gravioribus leviora addere, scil. si putatis Lege esse præcepta [x]. Non definit Christus juris controversiam: sed hoc dicit, Quando ità vobis lubet Legem interpretari, præstandum quidem illud fuerat, sed ità ut majora ac potiora non omitterentur [y]. Docet traditiones non omnino rejiciendas esse [z].

24. *Excolantes* (vel, *Qui excolatis*, Sy. Tre. P. Pi. vel, *percolatis*, Be. Ca. Ὑλίζειν, & Διϋλίζειν, propriè *percolare*, idem quod ἠθέω, ἠθίω, vel ἠθίζω, per ἠθμὸν, sive *per colum, transfundere*: hîc potiùs est *excolare*, quasi per angustum ἠθμὸν fugere: neque enim animalcula talia percolari solent: neque *percolare* & *deglutire* opponuntur, sed excolare rem exiguam, & perglutire rem grandem [a]:) *culicem, camelum autem glutientes*; ità Il. Ti. Mo. vel, *deglutientes*, Er. Διϋλίζοντες τὸν κώνωπα, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες] Διϋλίζειν est זרק, Amos 6. 6. sicut καταπίνειν est בלע. Proverbialis locutio in eos competens qui ἀκριβοδίκαιοι videri volunt in rebus minutis, cùm præcipua officiorum securè negligant [b]. Qui percolatis vinum, si in illud inciderit culex [c]. q. d. Qui in minimis superstitiosi estis, in maximis negligentes [d]: soliciti, nè lædamini à re parva; & interim in periculo magno estis securi *. Pro κώνωπα Evang. Heb. utriusque editionis habet יתוש, quod forsan neque *musca* est, ut quidam apud Eliam in Thisbi volunt, nec *reptile*, ut Baal Aruch, sed *culex*, qui Syris dicitur בקא, Arabibus, בעוצה, Æthiopibus, צנוץ [f]. Κώνωψ, *culex*, ad muscarum species referri potest [g]. Culex generale nomen apud Græcos vetustiores nullum habuit. Nam κώνωψ, quo passim utuntur pro generali nomine, pertinet ad certam speciem [h]. Est enim κώνωψ propriè *vinula*, sive *vinarius culex*, qui ex vino acescente natus, eodem alitur atque pascitur: de quo vide Aristot. histor. 4. 8. & 5. 19. & Plutarchum contra Stoicos, & in sympos. 4. 1. & Anatolium Geoponicon, l. 6. [Quorum verba vide in Cl. Authore.] Propria verò vocis significatio hîc retinenda est, quia agitur de culice qui percolatur, i. e. qui in vinum delapsus ex eo percolato eximitur. Vinum scilicet apud Judæos in colo, aut sudario, percolare moris erat, nè culex, aut aliud animalculum immundum, ab incautis absorberetur. Unde LXX Amos 6. 6. Οἱ πίνοντες τὸν διϋλισμένον οἶνον, *Qui bibunt vinum percolatum*, pro במזרקי, *in phialis*, legentes, ut videtur, במזקקי, *in colis*, supple מזקק, *percolatum*. Et Talmudici de Sabbatho, cap. 10. fol. 139 b. *Qui vinum in sudariis percolant*. Et in Cholin, cap. 3. fol. 67. α'. יבחושין, *quos percolant*: ubi Glossa voce *jabchusin* significari ait *genus culicum pusillorum, qui in vini fæcibus reperiuntur*, h. e. τοὺς κώνωπας. Et Maimonides De cibis vetitis, cap. 2. *Qui colat vinum, aut acetum, aut ceram, & comedit* Jabchusin *aut culices, & vermiculos, quos percolavit, vapulat*. Ad hunc itaque ritum Christum allusisse palàm est [i]. Prius itaque membrum ad literam verum erat, non item posterius [k]. Quid commune est glutitioni cameli & excolationi culicis? Suspicor ergò locum esse corruptum, & pro *camelo* Christum nominâsse muscæ majoris aliquod genus, quod in potu sorberi possit: alioqui non constat ratio oppositionis [l]. Sed nihil hîc esse corruptum constat ex consensu exemplarium, & Versionum omnium, nisi quòd Arabicam imperiti Scribæ corruperint. [Vide BA.] Nec Christi mens erat, camelum posse deglutiri, sed minutias illas Legis, gravioribus tanto minores fuisse, quanto camelo minor est culex [m]. Nec certè solet esse *trabs in oculo*; cùm tamen Dominus id dicat, Matth. 7. nec solet *Asinus ad lyram*: quod tamen jucundè dicitur, & congruâ Metaphorâ, cùm hominem ad rem quempiam ineptum volumus significare [n].

25. *Mundatis quod*, &c. Τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος] *Exteriorem partem* (sive superficiem exteriorem, tam concavam quàm convexam [o]:) *poculi & patinæ*, Be. Pi. &c. vel, *& paropsidis*, Vulg. de qua Juvenal. Sat. 3.—*quam multâ magnâque paropside cœnet* [p]; ex quibus cibum sumere vultis. Vasa opponit eis quæ in illis continentur [q]. Eâdem similitudine utitur RS. eámque sic applicat; *ostentant*, inquit, *animam puram, sed sub ea latet lepra* [r]. Lavabant quidem Pharisæi etiam pocula, ut docet nos Marcus 7. 4. & suprà attigimus. Sed hîc omnino sensus est comparativus: Hoc enim vult Christus, Cùm corpus lavatis, animo non purgato, tantundem agitis acsi diligenter lavaretis patinas & pocula, cùm interim cibus & vinum plena essent impuræ fœcis. Nam sicut hoc ad sanitatem non prodesset, ità nec illud ad salutem. Frequens est aut Christo, aut res Christi describentibus, ut breviloquentiæ causâ ἀνταπόδοσιν rei comparatæ permisceant. Itaque sæpe unum membrum est ἀναπόδοτον, alterum nihil nisi ἀνταπόδοσις· quia nimirum alterum ex altero facilè potest intelligi. Vide Rom. 9. 33. Heb. 6. 7, 8. & 11. 26. & 12. 25. 1 Pet. 2. 6. & Dan. 4. 13. Tale & hîc occurrit: nam plena oratio fuerat, *intus autem plena sunt pocula—immunditiâ: sic & vos partem exteriorem purgatis, interiorem verò impletis rapinâ & impuritate*. Lucas similiter partes comparationis permiscet, sed apertiorem facit ἀνταπόδοσιν, cùm dicit, *interior autem pars vestra plena est rapinâ & nequitiâ*. Hac de causa Vulgatus γέμουσι hîc reddit, *pleni estis*. Non dissimilis mixtura partium comparationis in Sophocle, & in Homero †. [Verba vide in G.] ¶ *Intus*, &c. Ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς καὶ ἀκρασίας] *Intus autem* (sub. *illa*, Be. Pi. nempe *poculum & patina* [t], quæ significantur hâc allegoriâ [v], τὰ δὲ ἔσωθεν, *interiora verò*, ut Luc. 11. 39. vel pro γέμουσι scribendum esset, γέμετε [x]·) *rapinâ* (Redundat τὸ ἐξ, quomodo & מ in voce ממלאמו, Exod. 15. 9. Videtur respici Ezec. 28. 15. *repletum est medium tui iniquitate*, quod idem est cum illo Lucæ, τὸ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς [y]. Respondet hæc vox Heb. חמס [z], quâ omne sceleris genus significatur, ad intervertendas res alienas comparatum [a]; quam LXX solent vertere, ἀδικίαν, ἀνομίαν, παρανομίαν atque ea est haud dubiè significatio. Cæterùm ipsâ origine [nempe vocis Heb. à verbo חמס, *vi abripuit*:] est ἁρπαγὴ· in Targum חטוף, quod directè respondet voci ἁρπαγῆς, atque hîc etiam positum est à Syro [b]. In 4 antiquis exemplaribus legimus ἐξ ἁρπαγῆς, conjunctè, &, ni fallor, rectiùs [c]:) *& intemperantiâ*, Be. Pi. V. Er. Ti. vel, *injustitiâ*, V. vel, *iniquitate*, Sy. Ar. vel, *avaritiâ*, Æth. vel, *immunditiâ*, Vulg. [Variæ hîc sunt lectiones.] Vulgatus legit ἀκαθαρσίας [d]· ut v. 27 *. Quod, si veterum Codicum accedat auctoritas, cæteris præferam. Indè enim natæ videntur lectiones aliæ propinquitate vocis: ut ἀκρασίας, quod, quanquam Origeni lectum videtur, repudio, quia nusquam Pharisæi, quod sciam, ejus vitii arguuntur: & ἀδικίας [f], (quod in 7 vetustis Codicibus scribitur [g]:) ex interpretamento quod Syrus sequitur. Ἀκαθαρσία Paulo sæpe omne genus vitiorum complectitur: quo minùs latè patet πορνεία, quod hujus vice Lucas usurpat. Respondet Hebræo טמאה [h]. *Justitia* convenit cum *rapina*: *intemperantia* respicit abusum cibi & potûs: *immunditia* ad utrumque referri potest [i]. *Rapina*

* G. [f] Pi. sim. Bru. Ham. [g] Be. [h] Ham. [i] Mal. [k] D. [l] Be. sic D. [m] D. Pi. sim. V. Me. [n] Calv. [o] Bru. [p] G. sim. Ham. [q] Pi. Ger. [r] Bru. Ger. † Ger. [t] Ger. Pi. Bru. [v] Ger. [x] Eru. [y] G. [z] D [a] Sch. [b] G. [c] V. [d] V. sim. M. * Ti. [f] Di. append. [g] EA. 2. 4. 9. 497. [h] Ibid. 562.

[i] Ibid 564. [k] EA. 1. 2. 5. 93. [l] Caj. in BA. ib. [m] BA. ib. [n] BA. ib. ex Catharino. [o] Bru. [p] Mal. [q] Eru. [r] Cap. † G. [t] V. sic Be. Er. [v] V. [x] Be. [y] G. [z] Be. sim. G. [a] Ee. [b] G. [c] Be. [d] Be. sic G. * Ee. [f] C. [g] Be. [h] G. [i] Eru.

pina pro cibis comparatis per rapinam [k]: quæ interpretatio stabiliri potest simili Zenophontis loco [l]; [quem vide in G.] & *intemperantia* pro cibis destinatis intemperantiæ [m]. Metonymia duplex, una efficientis, altera finis [n].

26. *Munda priùs quod intus*, &c.] Id est, Da operam, ut cibos justè acquiras, & temperanter iisdem fruaris [o]. Legitimus ordo mundandi est, ab interiori incipere, ut deinde externa mundities sequatur [p]. Obj. At potest aliquis mundo esse animo, sordido verò corpore. Resp. Dicitur id quod deforis est tunc mundum fieri, quia non magis inquinat quàm si immundum non esset [q], nec hominem Deo ingratum reddit [r]. Simile est illud Epicharmi, Καθαρὸν, &c. (*Si purum habeas animum, totum corpus purum est.*) Et Tit. 1. 15. *Omnia munda mundis.* Hoc autem dicit Christus, non quòd Legem de immunditiis legalibus hoc tempore aboleret, sed quòd ostensum vellet animum bene sibi conscium nullâ re inquinari, adversùs falsam Pharisæorum persuasionem de qua egimus suprà. Adde locum Arriani †. [Verba vide in G.]

27. *Quia*, &c. Ὅτι παρομοιάζετε τάφοις κεκονιαμένοις] *Quia similes estis* (vel, *assimiles estis*, P. Pi. &c. Addit aliquid significationi præpositio παρὰ, quam non putavi negligendam [t]: vel, *assimilamini*, Camer.) *sepulchris dealbatis*, Er. Tre. Be. Pi. vel, *incrustatis*, Ca. vel, *calce* (vel, *gypso*, Er. *albario*, V.) *obductis*, Sy. Perf. sic Ar. sive *illinitis*, V.) i. e. e. opere tectorio inductis: à κονία, quod calcem & tectorium opus declarat [v]. Comparationem albarii operis fuisse usitatam Judæis ad notandos mores personatos & quodcunque palàm non sumus, apparet ex Pauli verbis, Act. 23. 5. Confer Psal. 5. 9 [x]. Judæi 15 die *mensis Adar, ut emendabant vias, aliàque quæ publicum spectant*, ità *sepulchra notabant*, sive *pingebant*, *idque calce, aquâ maceratâ atque infusâ*: cujus rationem hanc reddit Glossa, *ut dignoscerent indè omnes locum istum immundum esse, ideòque ab eo esse declinandum* [y]. Id quod pondus addit huic Christi invectivæ in istos [z]. Sepulchrum erat duplex apud Judæos; 1. *profundum*, de quo ignoratur quòd sit sepulchrum, ἄδηλον, Luc. 11. 44. [de cujus loci conciliatione cum hoc loco vide ibi σὺν Θεῷ dicenda:] 2. *pictum*, qualia erant omnia, quæ nota erant & conspicienda. Utrisque eos comparat Salvator, his h. l. illis in Luca [a].

28. *Aforis — justi*, &c.] Estis *Introrsum turpes, speciosi pelle decorâ* [b]: obliti Axiomatis proprii, *Discipulus sapientum qui idem non est ad intra, quod est ad extra, non est Discipulus sapientum* [c]. ¶ *Pleni hypocrisi* (i.e. studio simulationis [d]:) *& iniquitate*] Hoc ipsi testantur Magistri. In Bab. Joma fol. 9. 2. *Peccata sub primo Templo erant, Idololatria, Fornicatio, & Effusio sanguinis: sub secundo, Odium absque causa, & secreta iniquitas* [*].

29. *Qui* (vel, *Quoniam*, Pi. &c.) *ædificatis* (vel, *exstruitis*, Be. quum scil. vetustate collapsa essent [f]: ambitiosè ornatis [g]:) *sepulchra Prophetarum*, &c.] Hæc σὲικοπὴ uno spiritu legenda est usque ad v. 33. & v. 31. nihil aliud est quàm παρένθεσις. Ut locus hic rectiùs intelligatur, sciendum est, Deum sæpe hominum opera & dicta interpretari non quomodo illi ea accipi volunt, sed in aliam longè sententiam quæ justissimè in ipsos quadret. Tale est illud Amos 5. 26. *Obtulistis Molocho*, &c. quia scilicet Deum sincero animo non colebant, sed tacitè vergebant ad cultum idolorum. Non dissimilis allusio, Joh. 4. 17. Idem hoc loco est animadvertere. Nam quòd illi fatebantur, à Patribus suis occisos Prophetas, Christus accipit non in cum sensum quem ipsi volebant: nam ipsi eos *patres suos* vocabant naturæ intuitu, Christus autem etiam animorum similitudine, quam & declarâssent hactenus, & apertius essent declaraturi. Paraphrasis hæc esto, Malè vobis erit, Pharisæi & Legisperiti. Nam vultis quidem videri magni facere Prophetas aliósque Dei servos, quorum monumenta non sine ostentatione reficitis, atque etiam verbis profitemini, si illis vixissetis temporibus, non futuros vos fuisse sævitiæ illorum participes, (qua in re illud certè verum est plùs quàm vultis, vos esse prolem τῶν προφητοκτόνων) atque interim nihilo meliores estis quàm illi erant. Jam enim animo geritis quod illi brevi prodituri estis reipsâ. Idem meditamini quod illi faciebant. Mortuos honoratis, quia vobis obstare non possunt. Superstites, eadem quæ illi, & perfectiùs, docentes, odio, non nisi per cædem satiando, prosequimini. Imò si quid ad ipsorum improbitatem deest, id vos explebitis. Apud Lucam non verba tantùm, quibus se τῶν προφητοκτόνων posteros profitebantur, sed ipsum illud monumenta reficiendi studium Christus in ipsos torquet. Libenter enim eorum sepulchra exstruimus quos nollemus superstites. Cui non dissimilis ille Demosthenis locus de falso testimonio in Stephanum, Καὶ ἐκ ὑπῆρχε τὸ, &c. (*Et non sensit quòd hæc structura non tam sepulchri monumentum esset, quàm injustitiæ quâ ipsum affecerat*, &c.) Nec longè abit Dionis illud de Caracalla, quem *bonos viros, ipsi dum viverent invisos, mortuos honore affecisse* notat. Herodes Aristobulo, quem interfecerat, funus fecit magnificum. Οἰκοδομεῖν τάφους dictum ut apud Virgilium, —— *equum divinâ Palladis arte Ædificant* —: apud Ciceronem, —— *ædificare classem* [h]. Exstructionem sepulchrorum Prophetarum taxat, non ut per se malam, sed ut profectam ab hypocrisi cum crudelitate conjuncta, dum videri vellent abhorrere à crudelitate majorum erga Prophetas, eandem interim exercentes in Christum, &c [i].

30. *In sanguine*] i. e. Cæde [k]. Sicut Græci φόνον dicunt ἀντὶ αἵματος, (*pro sanguine*,) ità Hellenistæ, αἷμα ἀντὶ φόνου [k]. Hoc facto testari voluerunt se esse extra culpam paternorum scelerum [l], eorúmque ingratitudinem & crudelitatem detestari [m].

31. *Itaque*, &c. Ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς] *Itaque testamini vobis ipsis*, Ger. vel, *adversùs vos ipsos*, Ger. sic Be. Pi. sic Matth. 8. 4. item Marc. 6. 11. & 13. 9. *in testimonium illis*, i. e. contra illos. Confer Jac. 5. 3. cum Luc. 9. 5 [n]. ¶ *Quòd filii estis*, &c.] Indignantis verba sunt. Hoc autem facit indignatio justa, ut quæ ab authoribus aliò referuntur, eò referantur quod authorum moribus est convenientissimum; q. d. Vos hoc facitis ad ostentationem sanctitatis, &c. At si res æstimetur ex vestris moribus, id facitis ut crudelitatem majorum vestrorum commendetis: nempe eadem facitis quæ illi [o]. Videri vultis Prophetas colere, & damnare Patres vestros Prophetarum occisores, at interim parem in me & meos crudelitatem exercendo, vosmet non solùm naturâ, sed & moribus, Propheticidarum filios esse demonstratis. Hanc explicationem colligo ex v. seq [p]. Obiter perstringit ipsorum gloriationem in genere suo, quod tamen à Patribus impiis & sanguinariis trahebant [q]. Hoc ipso quòd majores vestros nominatis eos qui Vates occiderunt, testamini vos eorum esse posteros [r].

32. *Et vos implete*, &c. Πληρώσατε, &c.] *Implete*, sive *Complete*, *mensuram*, &c. Er. Il. Be. Pi. &c. Est ironica concessio †: q. d. Quando vultis, hoc agite [t]: pergite imitari majores vestros [v]. Ità modum Imperativum non rarò usurpant Hebræi, ut & gentes aliæ, 1 Reg. 22. 22. Joh. 13. 27 [x]. Non hoc imperat Christus, sed prædicit, sed ità ut etiam permittat [y], significétque se conscium esse consiliorum ipsorum de ipso occidendo. *Implete mensuram*, nempe peccatorum; quibus nimirum terminum statuit & modum, quò cùm pervenerint, Deus vindictam infligit, &c [z]. Græcum est adagium, Ὀψὲ θεῶν ἀλέουσι μύλοι, ἀλέουσι δὲ λεπτά, (*Serò, sed & minutissimè, commolunt deorum molæ.*) Qua de re egregius exstat Plutarchi libellus, *De iis qui à Deo serò puniuntur.* Cujus rei causam non improbandam affert Theodectes: nempe *ut homines non ex metu servili, sed ex ingenuâ pietate, Deum colerent*, &c. [Verba vide in G.] Ità nimirum se res habet, Magna est Dei patientia; sed læsa furor fit, ut Sacræ literæ ἀνθρωποπαθῶς loquuntur, & tarditatem supplicii gravitate compensat: quod ut in hominum singulorum rebus interdum conspicere est, ità maximè apparet in Divina circa totos populos providentia. Nam populorum delicta diu dissimulata tandem ubi omnem patientiæ modum vicerunt, tam severè punit Deus, ut cùm nullam ejus ætatis hominibus faciat injuriam, neque iis supra proprium meritum mala infligat, ea tamen pœna tanta appareat, ut videatur sufficere posse omnium etiam antecedentium ætatum sceleribus luendis. Hic delictorum modus à Deo exspectatus *mensura* aut *complementum iniquitatis* dicitur, Gen. 15. 16.

[k] Pi. sim. Be. Er. Bru. [l] G. [m] Pi. sim. Be. Bru. [n] Pi. [o] Pi. [p] Bru. [q] Mal. [r] Bru. † G. [t] Be. [v] Idem. [x] G. [y] Li. ho. [z] Li. chron. 77. [a] Li. ho. [b] G. [c] Li. ho. [d] V. [*] Li. ho. [f] Mal. [g] Bru. [h] G. [i] Ger. [k] V. Ca. Be. &c. [k] G. [l] Bru. Ger. [m] Ger. [n] Ger. [o] Cam. [p] Ger. [q] Bru. [r] Ca. † Bru. sim. Be Camer. Mal. [t] G. [v] Be. sim. V. M. Pi. [x] G. [y] Bru. sim. Ger. [z] Bru.

Line numbers in margin: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

15. 16. quò sunt qui pertinere putant quod est Job. 20. 22. & Esa. 27. 8 [a].

33. *Quomodo fugietis*, &c?] Tales cùm sitis, qui fieri potest ut gravissimum non hujus tantùm, sed & alterius, seculi supplicium evitetis [b]? Unica fugæ via est pœnitentia, cui obstat pertinax & in naturam vobis sponte versa malitia [c].

34. *Ideo*] Quia vos implebitis mensuram, &c [d]. vel, ut mensura Divinæ patientiæ plenissimè in vobis impleatur, etiam me occiso*. Non reddit hîc causam, cur Prophetas, &c. mittet, sed cur Pharisæos occidet, &c†. ¶ *Ecce ego mitto*, &c.] *Ego*, emphaticè, q. d. jam à vobis despectus, *mittam*, mox à resurrectione mea [f]: vel, intelligi potest, *Dixit Deus*, ut interdum apud Prophetas [g]. Lucas, 11. 49. ait *dixisse*, i. e. constituisse, *sapientiam Dei se missuram*, &c [h]. ut nimirum intelligeremus in hac legatione ad Judæos destinata magnificè apparere Divinam sapientiam [i]. Christum, ut Lucas narrat, locutum puto, sed Matthæus sensum, non verba, recitat [k]. ¶ *Ad vos*] Pharisæos cæterósque Judæos [l]. ¶ *Prophetas*, &c. Προφήτας καὶ σοφοὺς καὶ γραμματεῖς] Utitur nominibus Judæorum genti usitatis, eos designans qui sunt aliis postea nominibus appellati, si *prophetas* excipias [m]. Lucas [dicit,] *Prophetas* & *Apostolos*, vocem *Apostolorum* non strictè usurpans, ut quidam putant, pro functione propria N. Fœderis, sed quomodo tunc vox ista שלוחים intelligebatur, ut *legatos* quosvis significaret. Nam ità infra quoque 37. & apud Lucam altero loco junguntur προφῆται & ἀπεσταλμένοι. Hoc dicit Christus, Legatos qui ad ipsos venturi essent nihilo minores fore iis quos vocabant *Prophetas*, aut humanâ sapientiâ pollentes, quos appellabant γραμματεῖς, ספרים, & eorum principes σοφοὺς, החכמים. Hoc autem eò pertinet ut si eos non audiant sint ἀναπολόγητοι, &, ex eo judicio quod ipsi in parentes suos ferebant, αὐτοκατάκριτοι. Diximus suprà 13. 52. munia & dona quantumvis nova solere describi veteri magísque noto nomine [n]. Notent hunc locum, qui Ministros Verbi peculiaris functionis esse non agnoscunt. Non norunt Judæi quenquam חכם aut סופר cognominatum, qui non esset & doctus, & distincto ordine, & munere, à vulgo discretus†. ¶ *Et ex illis*] Sub. *quosdam*, Bru. sic Pi. Er. Il. &c. ut Jacobos duos & Stephanum [o]. ¶ *Et crucifigetis*] Se quoque, ut videtur, Christus legatis annumerat, quomodo eum ad Hebræos Scriptor *Apostolum* vocat. Neque terrere nos debet quod præcessit, *Ego mitto*. Est enim figura quam σύλληψιν vocant, quæ nomina multa uni conjungit verbo, quod tamen nominibus omnibus propriè non convenit. Notant hoc Grammatici ad illud Virgilii, *Inclusos utero Danaos & pinea furtim Laxat claustra Sinon:* & ad Lucretii illud, *Quàm sepire plagis saltum canibúsque ciere.* Sed & Cleopæ F. Simon Judæorum operâ crucifixus narratur. Plura vide ad Matth. 10. 17 [p].

35. *Ut veniat* (vel, *recidat*, V.) *super vos omnis sanguis*, &c.] i. e. Vindicta pro sanguine [q]. Vox *sanguinis*, sicut cœdem, ità ipsam quoque cœdis pœnam significat, ut 1 Reg. 2. 32. Unde porrò ad aliorum quoque criminum pœnam, atque adeò pœnæ obligationem, cœpit transferri, ut videre est Levit. 20. 9, 13. deinde etiam ad causam qualiscunque exitii, ut 2 Sam. 1. 16. Ezec. 3. 18 [r]. ¶ *Qui*, &c. Ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς] *A fundatione mundi*, ut Lucas loquitur†. Ἐκχυνόμενον hîc, & apud Lucam, Præsens pro Præterito, ut alibi pro Futuro, infrà 26. 28 [t]. Qu. Sed quomodo hoc justitiæ Divinæ congruat, ut omnis sanguis, &c. veniat super hos Judæos, &c? Resp. 1. Quia omnes Judæi constituunt unam Rempublicam. Jam verò, quæ in Rep. majores commiserunt, justo Dei judicio in posteris solent vindicari, Gen. 15. 16. Exod. 17. 14. 1 Sam. 15. 2. Confer Exod. 20. 5. &c. præsertim cùm filii parentum peccata imitentur, aut etiam superent, ut ab his factum, &c [v]. 2. Sensus est, Tam horribiles fore Judæorum pœnas in excidio Hierosolymitano, ut sufficere posse videantur luendis homicidiis omnibus quæ usquam erant perpetrata [x]; cùm tamen eæ pœnæ illorum merita, præsertim ea quæ Deo magis quàm hominibus erant cognita, non æquarent, nedum excederent.

[a] G. [b] G. [c] Eru. [d] Eru. * G. † Mal. [f] Eru. [g] G. [h] G. Mal. [i] G. [k] Mal. [l] Eru. [m] Be. [n] G. † Li. ho. [o] G. sim. Eru. [p] G. [q] Eru. sim. Pi. Ca. &c. [r] G. † G. sim Eru. [t] G. [v] Ger. [x] G. sim. Caj. in Ger.

Quæ consideratio, ni fallor, multos hujus generis nodos solvit. Confer Apoc. 18. 24 [y]. ¶ *A sanguine Abel—ad sanguinem Zachariæ*, &c.] Qu. Quisnam hic Zacharias? Resp. 1. Zacharias filius Baruchi, (quod cum Barachiæ nomine idem haberi potest [z]:) cujus mentio in Jo. bel. Jud. 4. 19 [a]. qui virorum bonorum atque insignium ultimus ab Hierosolymis trucidatus, & quidem in ipso Templo, cujus cœdem statim secuta est obsidio. Videtur quidem hîc Christus alludere ad veterem historiam, 2 Par. 24. sed ità ut simul insit ejus verbis futuri præsagium [b]. [Aliis hæc sententia non placet.] 1. Christus disertè de præterito loquitur, ἐφονεύσατε [c]. Resp. Per anticipationem hæc historia narratur [d]; & Aoristus ponitur pro Futuro*, ut 1 Thes. 2. 16. ἔφθασε de ira illis obventura dicitur: & Apoc. 2. 13. ἀπεκτάνθη, pro, occidendus. Ità & h. l. verto, *quem occideritis*, nempe ante completionem mensuræ vestræ. Atque ità sumi oportet, quia αἷμα δίκαιον h. l. continet in se sanguinem Christi, Stephani, Jacobi, &c [f]. 2. Non constat, dignum fuisse istum Zachariam, qui in album Prophetarum & Martyrum ascriberetur [g]. Hoc [tantùm] de eo dicit Josephus, eum fuisse *divitem & ex illustrissimis*; item *malorum osorem*, *libertatis verò studiosissimum*. 3. Videant eruditi, an Josephi Βαροῦχος, quod idem procul dubio nomen cum ברוך Jeremiæ, sit idem qui Matthæi Βαραχίας, qui Hebraicè בֶּרֶכְיָה dicitur [h]. [Hæc prima sententia.] Resp. 2. Zacharias, pater Johannis Baptistæ [i]. Sed hoc somnium est [k]. De eo ἀδιάπτωτον & multis de causis minimè verisimilem fabulam rectè refutavit Hieronymus [l]. Hoc, quia de Scripturis non habet autoritatem, eâdem facilitate contemnitur quâ probatur [m]. Deinde, si voluisset Christus ultimum Prophetam à Judæis interfectum nominare, utique Johannem Baptistam potiùs nominâsset, cujus maxima erat autoritas apud Judæos, &c [n]. Resp. 3. Zacharias 12 Prophetarum penultimus [o], qui dicitur filius Barachiæ, Zac. 1. 1. Non placet: 1. Hic non legitur occisus, neque in Scriptura, neque in Judæorum historiis [p]. 2. Ejus tempore nondum erat Templum aut Altare, inter quæ hic occisus dicitur [q]. 3. Nec probabile est, Judæos vixdum reduces tale scelus admissuros, &c [r]. Resp. 4. Zacharias ille, de quo 2 Par. 24†. [Argumenta hujus sententiæ sunt:] 1. Nullius alterius Zachariæ occisi S. Literæ meminerunt [t]. Non videtur Christus h. l. aliquid adduxisse obscurum & incertum, sed historiam notam & Sacris Literis comprobatam [v]: nec audientes hæc verba Christi Zachariam alium respicere potuerunt, præter hunc ipsum, cujus jam celebris apud ipsos erat memoria. De eo sic Talmud, *Occisus est Zacharias in atrio Sacerdotum, Nebuzaradan eò ascendens vidit sanguinem ejus bullientem; & intelligens quis ille fuit, & quare occisus, quia scil. Israeli hæc omnia mala prædixit, &c. ut illum placaret, occidit Sacerdotes, Rabbinos, puerulos, usque ad 94 millia*, &c [x]. 2. Hoc cœdis locus evincit: facta enim est in subdiali, quod חצר vocant Hebræi, αὐλὴν Græci, Josephus ὕπαιθρον, in quo erat Altare holocaustorum, ità ut subdialis pars aliqua inter Altare & ædem Templi, quæ hîc ναὸς strictè dicitur, Hæbræis היכל, intercederet: quem locum etiam in historia τῶν ἁλώσεως l. 5. Josephus eodem modo nominat *inter altare & templum*. Idem alibi, *Ante templum erat altare holocaustorum*. Et Philo de Vita Mosis, Ὁ μὲν ἐν βωμὸς, &c. *Altare erat in subdiali ex adverso introitûs tantâ distantiâ quantâ opus erat sacrificantibus*, &c. In Thalmude Babylonico de Mensuris Templi cap. 5. dicitur inter porticum & hoc altare spatium fuisse 22 cubitorum [y]. Obj. At hic occisus dicitur *in atrio Templi*, adeóque in ipso Templo, 2 Par. 24. 21. ideóque non inter Templum & Altare. Resp. Hoc ἐναντιοφανὲς facilè tollitur. Occisus hic fuit in Templo, non strictè sumpto, pro parte tecto operta, in quam soli Sacerdotes intrabant; sed latè sumpto, pro toto illo spatio sacro quod erat muris clausum, &c [z]. Jam Altare holocaustorum non erat in interiori parte Templi, sed in atrio exteriore sub dio, ut facilè patet tum ex 2 Par. 8. 12. & 15. 8. Ezec. 8. 16. & ex collat. Exod. 40. 29. tum ex Altaris & mole, 2 Par. 4. 1. & usu, sacrificiorum in eo combustione, quâ ædes sacra fuligine obducta esset, &c [a].

[Hæc

[y] G. [z] G. [a] Emp. in Di sic Ham. [b] G. [c] Li. ho. [d] Emp. in Di. * Emp. Ham. [f] Ham. [g] Li. ho. [h] Di. [i] Orig. & Th. in Glas. Bru. Baron. & Tolet. in Ger. [k] Li. ho. [l] G. [m] Hi. in Ger. [n] Ger. [o] Chrys. Tertul. Gualth & San. in Glas. Th. & Rib. in Ger. [p] Ger. sim. Ham. [q] Ham. [r] Ham. sim. Ger. † G. sic Be. D. Er. Li. ho. Di. Glas. Ger. ex Hi. & Aug. &c. [t] G. sim. Li. ho. [v] Ger. [x] Li. ho. [y] G. [z] Ger. [a] Ger. ex Glas. philol. 1. 2. 2 155.

[Hæc argumenta hujus sententiæ. Nec desunt quæ alii ei opponunt.] 1. Zacharias ille dicitur *filius Jojadæ*, hic filius Barachiæ [b]. Resp. 1. Vel, lapsu librarii antiquissimo scriptum est Βαραχίου, pro Ἰωδαέ vel, sphalma erat μνημονικὸν in Evangelista, quale & in Stephano fuisse videtur, Act. 7.16 [c]. Sed absit, absit hoc à sanctis Dei Amanuensibus qui *Spiritu Sancto ducti* scripserunt, &c [d]. Videri possint exscriptores peccâsse memoriæ fiduciâ, quia Prophetæ Zachariæ patrem noverant, nec de altero Zacharia succurrebat: quibus accedit quòd Codex Hebræus Nazaræorum, quem non frustrà toties & hoc etiam loco consuluit Hieronymus, eadem hæc habebat, sed pro *Barachiæ* nomine nomen *Jojadæ*: nec quicquam erat causæ cur hac in re aut Nazaræorum, aut Ebionitarum, fides argueretur. Lectionem tamen nostram magno consensu tuentur Græci, Latini, Syri, Codices [*]. Resp. 2. Pater Zachariæ διώνυμος fuit, & *Jojada*, & *Barachias* dictus [f]. Apud Hebræos propria nomina sæpe mutabantur in alia ejusdem aut vicini significatûs, quomodo Rex Solomo dicebatur *Jedidias*, Ozias verò *Azarias*. Maximè autem id usurpari cœptum erat in nominibus in quibus aliquot literæ nominis τετραγραμμάτου exstarent, quale est nomen יהוידע. Sic pro *Juda* quidam malebant *Thaddæum* dicere, quia *Judæ* nomen à literis τοῦ τετραγραμμάτου incipit. Sic Rex Jojakim idem dictus & *Eliakim*, 2 Reg. 23. 34. 2 Par. 36. 4. Sicut autem *Thaddæus* idem valet quod *Judas*, *Eliakim* idem quod *Jojakim*, ità eadem est significatio & in nomine *Jojadæ* & in nomine *Barachiæ* [g]. *Jojada* significat *confessorem Domini*, *Barachia*, *benedicentem Dominum*. Nomina Hebræa incipientia à *Bar*, quod *filium* significat, sæpe illis sunt cognominativa & quasi patronymica. Sic Petrus vocatur *Bar-jona*, Matth. 16. 17. Elymas, *Barjesu*, Act. 13. 6. cœcus, *Bartimæus*, Marc. 10. 46. Forsan ergò qui proprio nomine *Jojada*, cognominatus est *Barachias*, quòd patrem habuerit nomine *Achiam*, quod Judæis usitatum erat, 1 Sam. 14. 3. 1 Par. 2. 25. & 8. 7. ac ipsum *Barachiæ* nomen in genere Levitico frequens fuit, 1 Par. 9. 16. & 15. 23 [h]. Accedit quòd in Paraphrasi Chaldaica, Thren. 2. 20. Zacharias iste in atrio Domini interfectus vocatur *filius* עדו, *Iddo* [i]. Sin nomen *Iddo* idem non sonet cum *Jojada*, quidni Christus eâdem libertate eum *Barachiam*, quâ Chaldæus *Iddo*, vocaret? His adde, quòd Judæi in Bab Maccoth fol. 24. 1, 2. verba ista Esa. 8. 2. non habent pro verbis Esaiæ rem gestam historice referentis, sed pro verbis Dei Esaiam alloquentis, nec ea per Præteritum reddunt, sed per Futurum, idque rectissimè, ut puto, secundùm primi vocabuli וְאָעִידָה *punctuationem*; nam si præteritè construendum esset, fuisset וָאָעִידָה. Agitur porrò illic, & cap. præced. de excidio futuro *Damasci*, *Samariæ*, *ac Judææ*. Confirmat hoc Deus duplici testimonio: 1. Scriptione & rescriptione τοῦ *Le Maher shalal hash baz*, i. e. *Ad accelerandum spolium acceleravit prædam*. 2. Addit Deus, *Atque ego insuper testificari faciam*, vel, *excitabo mihi duos testes fideles*, qui & verbo & sanguine suo hoc ipsum testabuntur, & consignabunt; *Uriam* scilicet *Sacerdotem*, qui olim est martyrio ob hoc ipsum per Jehojakimum coronandus, Jer. 26. 20. 23. & *Zachariam filium Barachiæ*, (ברכיהו scribunt absque י præfixo) sive *Jebarachiæ*, sive Jehojadæ, qui nuper [nempe per ingratum Joasum] est coronatus: hic primus Martyr sub Templo primo; ille ultimus. Opinor ergò, Zachariam, filium Jebarachiæ, apud Esaiam, eundem esse cum nostro Zacharia, filio Jehojadæ, & Christum nihil hîc in nomine Barachiæ innovâsse, sed idem tantùm de patre martyris Zechariæ pronuntiâsse, quod ante ipsos pronuntiaverat Deus apud Esaiam [k]. [Hæc de prima objectione.] 2. Cùm à Veteri Testamento exempla sumat Salvator, cur non potiùs dixit, *A sanguine Abelis usque ad sanguinem Uriæ Sacerdotis?* i. e. Ab initio mundi usque ad finem primi Templi [l]? Cur *Abelis* tantùm & Zachariæ meminit [m]? Resp. 1. Quia de his tantùm memoratur petitio vindictæ, Gen. 4. 10. 2 Par. 24. 22 [n]. ut intelligerent, eodem modo & aliorum justorum sanguinem ad Deum clamâsse, ac in propinquo jam esse illam ultionem, quam Zacharias petiit; quò remittit nos Lucas, *ut requiratur sanguis justus*: nam ἐκζητεῖν respondet τῷ דרש, quod usurpatur 2 Par. 24. 22 [o]. 2. Quia eò horrendior erat cædes Zachariæ, quò ille ordine dignior, & quò locus, in quo cæsus, sacratior. 3. Quia universalior erat in illius cæde populi totius consensus. 4. Quia aptior & apertior erat ille typus Christi. Ut enim Urbs & gens Judæorum vulnus lethale sibi inflixerunt, occidendo Christum, quamvis multis post annis perierint, idem sibi fecerunt interficiendo Zachariam, quamvis plurimis post ipsum annis steterint: exinde enim lapsi sunt & vergebant in ruinam [p]. 5. Duobus his exemplis complectebatur Christus duo tempora, tempus *ante legem*, & *sub lege*, ut iis significaret sanguinem omnem justum effusum à condito mundo ad sua usque tempora [q]. [Hæc de secunda objectione.] 3. De eo Zacharia loquitur qui ab his Judæis occisus erat: dicit enim, ὃν ἐφονεύσατε [r]. Resp. Rectè hoc dicit, quia populus idem est per multa secula. Simile loquendi genus Marc. 10. 3. Joh. 6. 32. & 7. 19, 22. Act. 7. 38. & apud scriptores alios [†]. Ut enim est communio, sanctorum, per quam unum corpus mysticum constituunt; ità quoque est impiorum quædam conspiratio, quia uno spiritu reguntur, &c [t].

Marg.: [b] Q. — [c] Cap. — [d] Glas. ib. — [*] G. — [f] Glas. ib. ex Luth. — [g] G. — [h] Ger. — [i] Ger. sim. G. Li. ho. — [k] Li. ho. — [l] Q. in Li. ho. — [m] Q. in Ger. — [n] Li. ho. sic G. Ger. Glas. — [o] Ger. — [p] Li. ho. — [q] Ger. — [r] Q. in Ger. — [†] G. — [t] Ger.

36. *Venient hæc omnia*] Homicidia sacrilega, i. e. vindicta iis debita, exstirpatio generis [v]. ¶ *Super*, &c. Ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην] *Super ætatem* (vel, *nationem*, Pi. vel, *generationem*, Er. Il. Vulg.) *istam*, Be. sim. Bru. &c. Γενεὰ hîc idem quod דור: vide Matth. 11. 16. & 24. 34. Alibi *gentem* notat [x]. Urbis excidium contigit 40 circiter annis post Christum [y]. *Super hoc genus hominum*, V.

37. *Jerusalem*] i. e. Jerosolymitæ [z]: ideo mox subdit plur. num. *noluistis*, καὶ οὐκ ἠθελήσατε quam vocant [a]. ¶ *Quæ occidis* (i. e. trucidare consuevisti [b]: nam Judices Synedrii majoris, penès quos judicium Prophetarum erat, Jerosolymæ sedebant. Vide Luc. 13. 34 [c].) *prophetas*] Ut Esaiam, aliósque quorum non exstant nomina. Vide Nehem. 9. 26 [d]. ¶ *Lapidas eos qui*, &c. Ἀποσταλμένους πρὸς αὐτήν] *Qui missi sunt* (scilicet Divinitus [*]: Ità vocat eos qui prophetæ ordinarii non erant, sed ad tempus Divino Spiritu induebantur, qualis ille Zacharias [f]:) *ad te*, Sch. &c. αὐτὴν, pro ἑαυτήν, vel, pro σαυτὴν [g]. Et notatur in secunda persona hoc composito pronomine Græcos esse usos. In nostro vetere Libro est αὐτήν. Quæ sanè dura est personæ Enallage, i. e. ad ipsam urbem Hierosl. [h]. [Verùm] locutio [hæc est] Orientalium populorum, quâ primæ & secundæ personæ post pronomen relativum, aut Participium, subjungunt verba aut pronomina personæ tertiæ: quod multis in locis Hebræorum, Syrorum, Arabum, observare est [i]. Sic Job. 17. 10. *Et profectò* כֻּלָּם, *omnes illi* (pro *vos*) *revertimini*: Mic. 1. 2. *Audite populi* כֻּלָּם, *omnes illi*, pro; *omnes vos*. Sic Syrus ad Galat. 4. 21. *Dicite mihi vos qui volunt ut sint* (i. e. *vultis ut sitis*) *sub lege*. Sic Hebræi in precibus compellantes Deum, solent mutare personam, *Benedictus tu Domine*—אשר קדשנו, *qui sanctificavit nos præceptis suis*, i. e. sanctificâsti [k]. In uno Codice scriptum erat, πρὸς σέ [l]. ¶ *Quoties* (q. d. sæpissime, per Angelos, Prophetas, viros justos, meipsum [m]:) *volui congregare* (i. e. dispersos distractósque in mille peccata & pericula colligere in sinum meum [n], convertere ad me [o]. q. d. Feci ea per quæ congregari potuissent: habetur enim opus pro voluntate, cujus plerumque inter homines est signum [p]:) *filios tuos*] *Filii Hierosolymorum* vocantur Judæi omnes, quorum μητρόπολις erat Hierosolyma, quò conveniebant omnes sacrorum judiciorúmque causâ, quò & belli tempore receptum habebant. Sic & Luc. 19. 44. Hos Christus jam toto triennio multis miraculis, multis adhortationibus ac comminationibus ad veram pœnitentiam & fidem perducere studuerat, ut eos hac ratione ab imminente ira Divina liberaret. Nam hoc est *sub alas congregare*: quod, ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων συνάξειν, vertunt οἱ. Psal. 17. 8. Est autem ἐμφατικῶς in voce συνάγειν. Collecta enim pullities maternis alis tegitur. Hinc כנף, Esa. 30. 20. Hebræorum Magistri exponunt, יאסף, συνάξεια, συναχθήσεται, & iisdem כניפיא est, *populi collectio*, συνάξεις [q]. Christus autem hæc loquitur, non ut Deus, sed ut homo, Minister, Doctor Ecclesiæ, humano affectu [r]. De externo ministerio loquitur, &c [†]. Hoc dicit Christus, quòd *Jerusalem*, id est, primores

Marg.: [v] Bru. — [x] Be. — [y] Be. sim. Bru. — [z] G. J. Cap. — [a] G. — [b] Be. — [c] D. — [d] G. — [*] Bru. — [f] G. — [g] Sch. — [h] Camer. — [i] G. — [k] Di. ad Matth. 27. 40. — [l] Be. — [m] Bru. — [n] Idem. — [o] Bru. — [p] J. Cap. Bru. — [q] G. — [r] Cam. — [†] Be.

primores Urbis, Scribæ & Pharisæi, &c. obstiterint quo minus Christus ipsorum *liberos*, h. e. subditos & discipulos, congregaret. Hunc sensum suadent, 1. oppositio *Jerusalem* & *liberorum illius*: 2. connexio cum præcedentibus: ut reprehensionem adversùs illos cœptam v. 13. hîc concludat, cum amplificatione quadam [r]. Isti quos Christus alloquitur non modò *consilium Dei repulerant adversùs seipsos*, Luc. 7. 30. sed alios quoque Judæos fidei suæ creditos impediebant nè cœlestia monita reciperent, ut suprà dictum est v. 13. partim potestate Synedrii, partim Doctorum auctoritate [v]. [De controversia hîc fundata videat, cui lubet, hinc Gom. illinc Ger. Nobis enim hîc aliud agendum.] ¶ *Quemadmodum*, &c. Ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία, &c.] *Quemadmodum* (Ellipsis, ὃν, pro καθ' ὃν [x].) *congregat*, vel *aggregat* (glocitu convocatos [y]:) *gallina* (vel, *avis*, Bru. ut Vulgatus, & Arabum unus in Luca, alter & hîc, reddit [z]: Vox quidem communis est ad *avem* & *gallinam* [a]. Ὄρνις Græcis vetustioribus, Homero & Hesiodo, est *avis* in genere: postea usurpari cœpit pro *gallinaceo* genere, & tam de *gallo*, ut Aristot. hist. 9. 50. quàm de *gallina*, ut Aristot. De generat. animal. 1. 21. Plat. l. 7. De legibus, Theophrast. De causis, 2. 15. donec obtinuit usus, ut proprium esset *gallinæ* nomen, ut probat Athen. 9. 4. Rectè ergò h. l. *gallinam* reddunt hîc Vulg. & Herpenianus Arabs, & Syrus, & Æthiops, & Cyprian. Hil. Hi. & Aug. &c [b].) *pullos suos sub alas*, Er. Il. Mo. Be. &c. Mirus quidem in est avibus omnibus amor fovendi tutandique pullos, sed gallinæ præsertim [c]. Eadem similitudine Græci curam ac tutelam singularem depingunt [d]. Hinc apud Euripidem in *Hercule furente*, Megara de liberis, quos ex Hercule habuerat, dicit, Ὅι δ' Ἡρακλέους παῖδας, ὡς ὑπὸ πτέρυξι σώζω νεοσσοὺς, ὄρνις ὡς ὑφειμένη. *Et quos sub alis servo natos Herculis, Pullis ut incubare gallina assolet* [*]. Seneca sequitur, *Qualis accipitris minas Fugit, & sparsos metu Colligit fœtus avis* [f]. Plura vide in Anthol. 1. 87. & in Plut. lib. de *philostorgia* [g]. *Sub alas* suas, partim ut foveat, nè frigore pereant; partim ut defendat à milvis [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὐκ ἠθελήσατε] *Et* (vel, *Sed*, Pi. Bru.) *noluistis*, Be. Pi. &c. scil. congregari filios tuos à me, non permisistis, quin impedivistis, nè congregarentur à me: tu, quæ ut mater omnium Judæorum, reliquis præire debebas, credendo in me, &c. Alloquitur cœtum civium Jeros. & quanquam præcipuè invehatur in duces, omnes tamen in eundem reatum trahit, quia plebs ducibus consentiebat, &c [i]. Paternum loquendi genus Filius, imago Patris, exprimit. Ità enim [loquitur] Deus, Prov. 1. 24. Esa. 65. 12. Jer. 7. 13. Ezec. 24. 13. Confer & Deut. 32. 29, 30 [k]. Emphatica hîc est oppositio inter velle Christi & nolle Jerosolymæ. Quid igitur? Jerusalémne voluntati Dei resistere potuit? minimè voluntati absolutè & propriè dictæ, quæ beneplacitum dicitur, (quâ voluntate, si hoc voluisset, rem effectam dedisset, dando etiam ipsum velle congregari,) sed voluntate impropriè dictâ, quæ præcepta, minas, promissiones, &c. adhibet [l].

38. *Ecce relinquetur* (Græcè, *relinquitur*: Præsens pro fut. q. d. mox relinquetur [m]:) *vobis* (ὑμῖν hîc manifestè redundat, quomodo Latini veteres *suum sibi* dicebant: ità apud Syrum. cap. seq. v. 33. רמטת לה, & alibi sæpe [n]:) *domus vestra* (i. e. vel, 1. Urbs [o]: *domus* enim hîc quod טירה, Psal. 69. 26. pro quo ἔπαυλιν verterunt LXX, quos in Actis sequitur Lucas: Hieron. *commorationem* [p]: regionem, nationem [q]. *Locus iste in quo vos, ô Hierosolymitæ, habitatis, in solitudinem vertetur* [*]. Vel, 2. Templum [r]; quo confiditis: vide Jer. 7. 1 [†]. & 12. 7. & 22. 5 [t].) *deserta*] A me & Patre meo, vel, præsentiâ, gratiâ, & tutelâ, Divinâ; exposita hostibus, Romanis, &c [v].

39. *Non me videbitis*] Præsentem nempe, & prædicantem atque beneficia vobis offerentem, &c [x]. ¶ *A modo*, Ἀπ' ἄρτι] *Ab hoc tempore*, Be. Bru. Pi. i. e. brevi post hoc tempus [y], scil. posteaquam me crucifixeritis [z]. Post biduum corporis sui præsentiam subtraxit, beneficia omnia abstulit post 40 annos: quod temporis spatium, comparatum reliquo temporis spatio labenti in finem usque seculi, breve est [a]. Dicit, ἀπ' ἄρτι, non à temporis momento quo hæc loquutus erat, sed à tempore Paschatis quod tunc celebratum ibat: post quod vulgo Judæorum non ampliùs se conspiciendum præbuit [b]. ¶ *Donec dicatis* (i. e. libenter admodum dicturi sitis [c]:) *Benedictus* (vel, *Felix*, vel, *Laudandus*, V.) *qui venit*, &c.] Nuper pueros fausta Jesu acclamantes compresserant. Ait Jesus venturum tempus, cùm libenter ipsi eâ usuri sint acclamatione, si eâ ratione ipsius gratiam possent eblandiri, tum scilicet cùm ipsum videbunt à Patre mundi Judicem constitutum. Confer Phil. 2. 10 [d]. Nam ad conversionem Judæorum hæc trahere durum mihi videtur: 1. Quia tota oratio est comminatoria [*], pœnam eorum temporalem, vel spiritualem ac æternam, prædicens [f]. 2. Tota etiam ad ejus ætatis homines pertinet [g], quod vox ὑμᾶς indicat [h]. 3. Quia causam hîc reddit *desertæ domûs*. 4. Quia solet Christus Judæos primum suum adventum agnoscentes, & in se credere recusantes, ad secundum adventum remittere. Confer Matth. 26. 64. item Joan. 19. 37. collat. cum Zach. 12. 10. Apoc. 1. 7 [i]. Secundum Christi adventum hîc significari omnes consentiunt [k]. Obj. Tunc autem increduli Judæi non exultabunt, ut fecit populus hisce verbis in die palmarum, &c [l]. Resp. 1. Per verba hîc intelligitur res ipsa [m]: ut si Rex alicui se pro Rege non agnoscenti diceret, suspendam te, & tunc dices me esse Regem: non enim significat, eum id verbis dicturum, sed re ipsâ experturum esse [n]. q. d. Tunc inviti me pro Messia agnoscetis. Sic Philip. 2. 10. *Omnes flectent genu*, alii sponte, alii inviti, &c. 2. Hîc forsan significat, aliquos Judæos convertendos, post resurrectionem ejus [o], vel, cùm apparuerint signa adventûs ipsius ad Judicium [p]; qui, Christo in nubibus conspecto, cum reliquis electis acclamabunt, *Benedictus*, &c [q]. Al. *Donec* hîc accipitur exclusivè, & negativè pro, *nunquam*; q. d. Nunquam me posthac videbitis, quia Messiam me agnoscere recusatis [r].

CAP. XXIV.

1. Et, &c. Καὶ ἐξελθὼν — ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ] *Et egressus Jesus* (sub. *è templo*, Pi.) *ibat de templo*, Mo. vel, *proficiscebatur à templo*; q. d. nunquam ad illud reversurus [a]. Al. *Et egressus est — è templo ut abiret*, Tre. *Et egressus è templo, abibat*, Be. i. e. faciebat iter suum [b]. In Græco verba sunt trajecta [c]. Vulgatus legisse videtur, ἐξελθὼν — ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐπορεύετο· meliore sensu, ad vitandam tautologiam [d]. [*Ibat* autem] versùs montem Oliveti, ut Marcus asscribit, unde optimus in Templum despectus, quòd subjecta ei monti pars murorum Templi esset depressior partibus cæteris [*]. ¶ *Accesserunt discipuli ejus*] i. e. Unus è Discipulis, ut est Marc. 13. 1 [f]. Syllepsis, qualis Math. 26. 8. collat. cum Joh. 12. 4 [g]. & Job. 21. 32. *ad sepulcra*, id est, unum è sepulcris. Sic, *pullus asinarum*, &c. Fortè unus id fecit, reliquis præsentibus: aut alii ostendebant ædificia, unus dixit, *Vide quales lapides*, &c [h]. ¶ *Ut ostenderent ei*, &c.] Vel, 1. Ex admiratione [i]: ut solent qui operis alicujus magnitudinem ac firmitatem admirantur [k]: quasi fieri non posset ut tantum taléque templum destruatur [l]. Vel, 2. Ex commiseratione [m]: ut Christus hoc commotus mutaret sententiam [n]: quasi res indigna esset & deploranda, si tale opus everteretur [o]. *Immensæ opulentiæ Templum* dixit Tacitus. Josephus vocat, *opus omnium quæ vidimus aut audivimus mirabilissimum & mole & structurâ & magnificentiâ.* Adde Philonem, De Monarchia 2. & De legatione ad Cajum. Quanquam autem Herodes Magnus Templum ut augeret à fundamentis novaverat, tamen cùm & materiâ usus sit veteri, & non totum simul Templum diruerit, sed per partes, quantum quoque tempore innovandum erat, rectè Templum hoc idem fuisse dicitur quod structum erat à Zorobabele. Atque ità Josephus bis dicit Templum dirutum, semel à Chaldæis, iterum à Tito: & Judæorum Magistri excidium Titi vocant *excidium Templi secundi*; & tempora quæ id excidium antecedunt, *tempora secundi Templi.* Hoc Templo stante exspectandus erat Messias ex vaticinio non Danielis tantùm, sed & Ag. 2. 9. & Mal. 3. 1 [p].

2. *Videtis hæc omnia*; ità Cas. ex Th. &c. sine negatione,

[r] Gom. in Wal. [v] G. [x] Camer. [y] Bru. [z] BA. 2. 1. 18. 125. [a] Bru. [b] A. ib. [c] Bru. [d] G. [*] BA. sic G. [f] G. [g] BA. [h] Bru. [i] Idem. [k] G. [l] Bru. [m] Bru. [n] G. [o] Mal. sic Bru. G. [p] G. [q] Bru. [*] G. [r] Mal. ex Hi. & Th. [†] Mal. [t] G. [v] Bru. [x] Bru. [y] Idem. [z] Pi. [a] Bru. [b] Med. ad Apoc. 14. 13. [c] G. [d] Idem. [*] G. sim. Ger. [f] Ger. [g] G. sim. Ger. [h] G. [i] Ger. [k] Mal. [l] Q. in Ger. [m] Ger. [n] Mal. [o] Ger. [p] Bru. [q] Ger. [r] Q. in Ger. [a] Pi. [b] Bru. [c] Pi. [d] Mal. [*] G. [f] D. Mal. [g] Mal. [h] D. [i] Orig. Hil. Chryf. in Mal. [k] G. [l] Q. in Mal. Er. [m] Mal. ex Orig. sic M. Bru. [n] Er. [o] Bru. [p] G.

gatione, ut in quinque vetustis Codicibus*. Sic in Marco, Βλέπεις, &c q. Οὐ μὴ ἀφεθῇ, &c.] *Nonne videtis*, &c? Pi. Bru. ex Sy. & Chryſ. q. d. Certè hæc videtis, & obſtupeſcitis, ſed ſcitote, &c r: vel, jam videtis, ſed non ſemper videbitis ||. ¶ *Non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur*, Καταλυθήσεται] *Diſſolvatur*, Be. Pi. Bru. diſſolutâ lapidum coagmentatione †. Hyperbolica eſt, ſed proverbialis, locutio, quâ deſignatur ſumma vaſtatio t. Erat id quidem verum & de Urbe, quæ & ipſa, ut Joſephus loquitur, πρόρριζ☉ ἐκ θεμελίων ἀνῃρημένη, (*radicitùs ab ipſis fundamentis eruta eſt*,) paucis turribus exceptis in monumentum victoriæ, & muri parte quæ valli vice eſſet Romano militi v. Vide Jo. 7. 18. & Theodor. hiſt. 3. 20x. Sed propriè de Templo agit Chriſtus, quod planè dirutum eſt, nullâ ejus parte ſervatâ y; cui etiam aratrum inductum fuit à Turno Rufo z, quem Hebræi ſæpe & cum infamia memorant, qui idem indubiè cum Terentio Rufo, qui *dux militiæ à Tito relictus eſt*, Jo. Bel. 7. 7. Maimonides Taanith, cap. 5. *Nono*, inquit, *iſto die menſis Ab, ob vindictas fatali, Turnus Rufus impius aratro Templum fodit, & circumjacentia, ut illud adimpleretur*, Sion ut ager arabitur a. Et quanquam Templi incendium Titus omnibus modis prohibuerat, milites tamen nihil reveriti edictum Ducis, ſed *Divino quodam moti impetu*, ut ait Jo. Bel. 7. 9, 10. illud incenderunt: & Judæi, Juliano imperante, quidquid ſupererat vetuſtarum ruinarum ac fundamentorum eruerunt, eo quidem fine, ut nova fundamenta jacerent, ſed alio Dei conſilio, nempe ut hoc Chriſti dictum impleretur b. *Cum enim Alypius, juſſu Juliani, inſtaurationi Templi fortiter inſtaret, metuendi globi flammarum, prope fundamenta crebris aſſultibus erumpentes, fecere locum exuſtis aliquoties operantibus inacceſſum; atque ità ceſſavit inceptum*: quæ ſunt verba Ammiani Marcellini, cap. 23. Meminerunt etiam hujus miraculi Chryſ. Ambroſ. & Greg. Nazianz. Vide etiam Socrat. hiſt. 3. 2. & Sozomen. cap. ult c. Sicut in ſtructione Templi dictus eſt *lapis poni ſuper lapidem*, Ag. 2. 15. ità in deſtructione, *non relinqui lapis ſuper lapidem* d.

3. *Sedente autem eo*, &c.] Addit Marcus, *ex adverſo templi*, ex quibus verbis intelligitur occaſio hujus ſermonis*. ¶ *Diſcipuli*, Οἱ μαθηταὶ] Articulus hîc vim habet pronominis indefiniti f. Senſus enim eſt, *quidam diſcipulorum*, quos Marcus quatuor nominat g. ¶ *Secretò*, Κατ᾽ ἰδίαν] *Privatim*, Be. Pi. *Seorſum*, Val. Er. V. Bru. vel, 1. à reliquis Apoſtolis h. Hi enim erant Chriſto magis familiares, quippe à quo tres eorum ad ſecretiora myſteria fuerant adhibiti, Matth. 17. 1. & 26. 37. Hinc illis fiducia interrogandi, &c. Quanquam verò hi quatuor duntaxat Chriſtum interrogarent, Chriſtum tamen reliquos Apoſtolos ad ſe vocâſſe, iiſque omnibus hæc quæ ſequuntur dixiſſe probabile eſt, ex collat. Matth. 26. 1. quæ verba cum prolixa hac concione conjungit Chriſtus i. Vel, 2. à turba k. Non placet, quia in illo monte nulla tunc aderat turba l. [Apoſtoli] dogmata Chriſti jam ſatis imbibiſſe ſe putabant; nunc vaticinia ab ipſo audire deſiderant, freti eâ pollicitatione quâ Chriſtus dixerat, multa ſe arcana ſeorſim à plebe cætera ipſis revelaturum m. ¶ *Dic nobis, quando hæc erunt?* i. e. Hæ deſolationes Templi n. ¶ *Et quod* (ſub. erit, Pi. &c.) *ſignum adventus tui, & conſummationis ſeculi?*] Occaſione ejus quod Chriſtus de excidio Templi dixerat, Diſcipuli de ejus excidii tempore Chriſtum interrogantes, duo præterea quærunt, quæ ab aliis non itidem expreſſa Matthæus diſtinctè poſuit; nempe quæ futuræ eſſent ἐσχάτη tum adventus Chriſti, tum finis ſeculorum: non quòd has tres quæſtiones in unum idémque recidere exiſtimarent, ſed quòd rerum imminentium præcipuas unâ operâ ſibi prædici cuperent o. Adventum Chriſti & ſeculi conſummationem rectè conjungunt, ex Chriſti ſententia, Matth. 19. 28. quòd autem cum illis conjungunt excidium Templi, in eo aliquid humani patiebantur; atque in eum devenerunt errorem ex conſideratione, tum firmitatis hujus ædificii, tum promiſſionum Dei de perpetuitate Templi, 2 Par. 6. 2. &, ut putabant, cultûs quoque Levitici: vide Act. 10. 14. Gal. 2. 12 p. Confundunt hîc Apoſtoli duo temporibus valde diſtincta: quorum errorem Chriſtus h. l. non refellit, quia nondum illis erat neceſſe ſcire eſſétne præceſſura Templi ſubverſio Mundi conflagrationem. Proponit nihilominus ſigna utrique petitioni ſatisfacientia: 1. deſolationis Templi, uſque ad v. 24. 2. conſummationis ſeculi, uſque ad v. 32. De primis ſignis dicit v. 34. *Non præterierit hæc ætas*, &c. Undenam, inquies, colligis hanc diſtinctionem, ejúſque, quos figis, terminos? Ab eventu, qui nobis unicus eſt Prophetiarum interpres q. Huic interrogationi occaſionem præbuit Chriſti ſermo præcedens, qui proculdubio non ità paucis verbis fuit ipſis locutus de Templi excidio, ſed nonnulla quoque de altero ſuo adventu & mundi totius inſtauratione diſſeruerat, quæ cupiunt ipſi ſibi poſtea copioſiùs explicari r. *Adventum* Chriſti hîc intelligunt, vel, 1. ſpiritualem, ad Eccleſiam †. At is tunc factus erat, & quotidie fiebat; hîc verò Diſcipuli de futuro adventu quærunt t. Vel, 2. ad Regnum temporale, quod in terris inchoandum putabant v. Sed tunc non de adventu quærerent, ſed de Regno, ut, Act. 1. 6. Vel, 3. ad Judicium, ut plerique veteres accipiunt, de quo aliquoties jam dixerat, ut Matth. 19. 28. Luc. 17. 24. Joh. 5. 27, 28, 29. ſicut & nuper de reſurrectione mortuorum, Matth. 22. 23 x. Παρουσίαν *Chriſti à conſummatione ſeculi* multi non diſtinguunt, vobis, ni fallor, ambiguo decepti: nam multiplici ſignificatu uſurpari παρουσίαν certiſſimum eſt. At Matthæus diſtinguit hanc quæſtionem non minus à tertia, quàm hanc & tertiam à prima: Et Chriſtus, ſi quid video, diſtinctis quæſtionibus diſtinctè reſpondet, primæ ad v. 23. ſecundæ indè ad v. 30. poſtremæ in ſequentibus. Quare παρουσίαν hîc interpretor, non Judicium, ſed Regnum, Meſſiæ, quod illuſtre fore ſplendore externo Diſcipuli putabant. Argumentum ſententiæ meæ eſt, quòd verba illa, *ſi dixerint, Hîc aut illîc eſt, nè exite*, quæ hîc Chriſtus uſurpat ad ſolvendam quæſtionem περὶ τῆς παρουσίας, ut videre eſt infrà 23, 26, 27. apud Lucam quoque inveniuntur, 17. 22, 23. Eodem autem loco clariſſimè oſtendit Chriſtus agere ſe de Regno ſuo, quod *Regnum Dei*, loquendi more Judæis uſitato, appellat, id ipſum Regnum venturum ſignificans ὡς μὴ παρατηρήσεως. Conferat diligens lector loca, videbit ità ſe rem habere ut dico. Fateor quidem παρουσίας voce ſæpe illum Judicii adventum ſignificari: ſed id perpetuum non eſt. Nam Petrus παρουσίας voce efficaciam Chriſti deſignans conjungit δύναμιν & παρουσίαν, 2. 1. 16. Et alia quoque ſunt in Apoſtolicis ſcriptis loca quæ eam recipiunt interpretationem. Veteres quoque Chriſtiani ab Apoſtolis eum loquendi morem acceperunt. Juſtinus, *Nonne vides, creſcentibus ſuppliciis Chriſtianorum numerum augeſcere! Hæc non ſunt hominis, ſed Dei opera; hæc Dei potentia; hæc τῆς παρουσίας αὐτοῦ δείγματα* (*indicia adventus ejus.*) Chryſoſtomus εὐαγγέλιον definit *Divini verbi Domini Jeſu Chriſti* παρουσίαν (*adventum* y.) Doctrina Judaica de adventu Meſſiæ hæc erat. 1. Futuram tunc temporis reſurrectionem juſtorum: 2. Exin deſiturum hunc mundum, & novum introducendum, in quo *nullus futurus eſt malus affectus, nec juſti morientur*, &c. 3. Poſt hoc Æternitatem futuram. Quærunt ergò h. l. quando ille adventurus eſt in evidentia & demonſtratione Meſſiæ, mortuos reſuſcitans, & mundum hunc finiens, atque introducens novum, prout in Scholis ſuis erant edocti z. Triplex eſt Adventus Chriſti: 1. In carne: 2. Ad Judicium, 1 Cor. 15. 23. 3. Medius, ad liberationem ſuorum, & perditionem hoſtium, inprimis Judæorum. Ità hîc ſumitur, & infrà verſ. 27, 37, 39. ſic & 2 Theſ. 2. 1, 8. Jac. 5. 7, 8. &c a. Per συντέλειαν τοῦ αἰῶνος intelligit *finem* ſive *conſummationem ſeculi*, ſive *mundi* hujus viſibilis & vitæ præſentis, ut Matth. 13 39, 40, 49. Heb. 9. 26. item Dan. 12. 13 b. Al. Αἰὼν idem eſt quod עולם, & *ætatem* ſignificat; unde συντέλεια αἰῶν☉ hîc eſt, *concluſio* ſive *conſummatio* illius *ætatis*, vel Judaicæ Reipublicæ, quæ illâ ætate futura erat. Duplex Judæis erat αἰὼν, ſive ſeculum: 1. Præſens: 2. Futurum, quod etiam *ſeculum Meſſiæ* vocabant, &c c. Multa & hoc cap. & ſeq. terrores ultimi diei atque Judicii exprimunt: primus tamen & præcipuus hujus cap. ſcopus eſt, excidium Urbis & Gentis Judaicæ deſcribere, ut his indiciis oſtenditur, 1. ex v. 15, 16. ubi diſertè & tempus & locum deſignat ubi & quando hæc eventura ſunt, quum ſcilicet

Marginal notes: * Be. q Caſ. r Bru. || Di. † Be. t Gua. v G. x Scul. ex. 2. 91. y G. z D. Li. ho. ex He. a Li. ho. b Bru. c Scul. d G. * Caſ. f G. g G. ſic Bru. h Bru. ſic Ger. i Ger. k Euthym. in Mal. l Ger. m G. n J. Cap. ſim. Bru. Ger. &c. o G. p Ger. q Gua. r Be. † Q. in Ger. t Ger. v To. in Ger. x Ger. y G. z Li. ho. a Ham. b Ger. c Ham.

scilicet Templum polluetur. 2. & præcipuè, Ex v. 34. *Hæc generatio*, nempe præsens, *non præteribit donec hæc omnia compleantur.* 3. Quia Scriptura excidium Jerosolymæ eisdem phrasibus exprimit, quibus excidium totius mundi, ut Esa. 65. 17. Jer. 4. 23. & Christi adventum ad eam judicandam, quibus adventum ejus ad ultimum Judicium, ut Matth. 16. 28. & 19. 28. Joh. 21. 22. Apoc. 1. 7, &c [d]. 4. Quia pro his tribus distinctis quæstionibus, unica tantùm est in Marco & Luca quæstio, *Quando ταῦτα hæc futura sunt* * ? Vetustiores Auctores omnia referunt ad finem mundi, ut Iren. Hil. Greg. Alii hæc usque ad v. 23. de solo Jerof. excidio intelligunt, ut Chryf. Th. Euthym. Media mihi placet, quæ & Aug. & Hi. & Bedæ, est sententia: sicut confusè Apostoli interrogârunt; ità Christum confusè de utraque respondisse, idque certo consilio, nè quis posset finem mundi cognoscere: prudentis interim lectoris est distinguere †.

4. *Videte ne quis vos seducat*, Πλανήσῃ] Id est, [illegible] nam πλανᾶν hic accipitur formâ conjugationis Heb. Hiphil; quum propriè sit neutrum [f]. Non respondet primùm ad interrogata, sed illud primùm admonet quod in primis fuerat observandum [g]. q. d. Vos de tempore novissimo quæritis, sed ante omnia vigilate, & cavete nè quis vos abducat à fide in me. Quia audistis, Judæos, hostes vestros, esse delendos, nè estote securi, nam & vos magna pericula cingent, &c [h]. Al. Incipit Christus explicare ea quæ excidium Templi sunt antecessura [i].

5. *Multi—venient*] Scil. me ablato. Ut Discipuli de his tribus rogârunt, tanquam connexis & simul futuris; ità & Christus respondet, apertè tempora non distinguens. Recenset autem, 1. signa his tribus communia; 2. singulis propria [k]. ¶ *In* (vel, *Sub.* Be. Pi.) *nomine meo*] i.e. Sub prætextu nominis, autoritatis, & mandati mei [l]; sibi usurpantes nomen meum [m], officium meum [n], dignitatémque mihi propriam [o]; i.e. ut sequitur, *qui se dicturi sint Christos*. Nomen sæpe significat officium aut dignitatem alicujus: aliàs, mandatum, ut Joh. 5. 43. *venturi in suo nomine*, h. e. nullo instructi mandato, sed ausu proprio [p]. ¶ *Dicentes, Ego sum Christus*] Id est, Messias [q]. Quanquam & ψευδόχριστοι sunt ψευδοπροφῆται, generaliori nomine, distingui tamen solent, ut & infrà v. 24. *Christi* nomine populus Judaicus intelligebat vindicem libertatis, Luc. 24. 21. Quare quicunque se missos Divinitus liberatores populi Judaici dicebant, eo ipso Christos se profitebantur, & erant ψευδόχριστοι. Talis fuit Theudas, non ille Gamalieli nominatus, sed alter ejus nominis γόης (*præstigiator*) quæ, Cuspio Fado Judæam (sub Claudio [r],) regente, magnam plebis multitudinem ad se vocavit, pollicitus verbi sui imperio discessuras Jordanis aquas, ut via pateret transeuntibus: sed cum magna sectatorum strage captus à Fado capite pœnas luit. Tales & illi *impostores*, &c. ut eos nominat Josephus, qui, Fœlice Procuratore, προσχήματι θειασμοῦ, (*prætextu afflatus Divini*,) imponebant hominibus, persuadentes iis ut se in solitudinem sequerentur, maxima signa ac miracula conspecturi; quod itidem multis exitio fuit: & iisdem temporibus ex Ægypto impostor, cujus & apud Josephum & in Actis Apostolicis est mentio, qui contractâ manu 30 millium in montem Oliveti, casura jussu suo Hierosolymorum mœnia promiserat: sed à Fœlice oppugnatus, cæsis captísque sectatoribus, in fugam se dedit. Iterúmque sub Porcio Festo præstigiator alius, liberationem illis promittens & finem malorum, eáque spe multos in solitudinem pelliciens, ubi cum suis oppressus est. His addi possunt Simon Magus, qui se *potentiam Dei* prædicabat; & Dositheus ille, qui sibi *Christi* titulum vindicabat: de quo vide Orig. adv. Celsum, 2. & in Mat. tract. 27 †. Et centum post Christi mortem annis *Ben-cosba*, qui se nominavit *Ben-cocaba*, *Filium stellæ*, dicens se esse *stellam* illam *orituram à Jacob*, Num. 24. 17. Et Manes se Christum professus est, & 12 Apostolos sibi ascivit. Et anno Christi 434. *Moses Cretensis* dictus, qui in Creta surrexit, dicens se Judæos, ut olim Moses, per mare Rubrum in Terram sanctam deductùrum, teste Socrate, hist. 7. 37. Et anno Christi 933. *David El-roi*, celebris Magus, pro Messia agnitus est à Judæis, ut narrat Benjamin Tudelensis, sed postea à suis domi interfectus. Hæc omnia veritatem hujus prædictionis luculenter demonstrant [t]. Diabolus, ut verum Messiam obscuraret, varios pseudo-christos excitavit, ut homines dubii essent quis verus esset Christus, &c [v]. ¶ *Et multos seducent*] Multos spe falsâ illectos in exitium abripient, ut ex antè dictis historiis apparet [x].

[d] Li. chron. sect. 79.
* Ham.
† Mal. ad v. 5.
[f] Be.
[g] Cla.
[h] Bru.
[i] G.
[k] Bru.
[l] Sch.
[m] Mal. sim. Bru. Be.
[n] G.
[o] Bru. sic G.
[p] G.
[q] D. Ham. &c.
[r] Ham.
† G.
[t] Scul. ex. 2. 92.

6. *Prælia*] Propriè seditiones & bella intestina [y]: vel, cædes in Judæos editas, Cajo imperante, tum Alexandriæ, tum circa Babylonem, de quibus vide Jo. Antiq. 18. & Philonem adv. Flaccum [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀκοὰς, &c.] *Et rumores* (vel, *auditiones*, Mo.) *bellorum*] Id est, tumultuum, & cædium ante excidium Jerof. de quibus Jo. Antiq. 20. 4. & Belli Jud. 2. 11, &c [a]. vel, metum belli à Cajo, cùm imaginem suam Templo inferre pararet: de quo Tacitus hist. 5. & Annal. 12. Quanta tum fuerit Judæorum consternatio, tum Alexandriæ, tum in Judæa, docent Jo. & Philo [b]. ¶ *Videte nè turbemini*] Ità Er. Il. Tre. Be P. &c. vel, *terreamini*: θρόος, & per crasin θροῦς, est *locutio*, sive *sermo*, & ἀλλόθρους, *externo sermone utens*. In Sophocle θροεῖ est *loquitur*. Perhibetur autem θροῦς significare *confusas & turbulentas voces* [c]. Vel, *expavescite*, Pi. ità ut deseratis me, vel officium prædicandi, &c [d]. Considerate ista diligenter; sed nè ità moveamini istis quasi extrema essent malorum quæ Judæos manent ob contempta tot ad pœnitentiam hortamenta *. ¶ *Oportet enim hæc* (Græcè est πάντα, *omnia* [f]. Syrus conjunctim legit, πάντα ταῦτα, (*hæc omnia*:) quod, cùm & Codicum quorundam fide muniatur, præferendum puto [g]:) *fieri*] h. e. Prælia & rumores contingere ante finem [h]. Sensus, Plura talia accidere debent antequam malorum terminus adsit. Δεῖ istud Dei consilium spectat sapienter permittentis ea mala ad quæ Judæi sponte ferebantur, quò magis justitia ipsius patesceret [i]. *Oportet*, necesse erit, non quidem absolutè, sed positâ hinc hominum malitiâ, illinc Dei providentiâ [k], sive decreto [l]. ¶ *Sed nondum est* (vel, *erit*, Be. Bru. Pi. V. &c.) *finis*] Vel, 1. finis malorum, sed majora sequentur. Ità solent hæc verba accipi. Vel potiùs, 2. finis certus ac determinatus, nempe *consummatio seculi*, de quo modò quæsivistis. Vide infrà v. 14. & Luc. 21. 9 [m]. finis mundi [n]. Vel, 3. finis Jerusalem [o], ut v. 14. & Marc. 13. 7. Sic 1 Pet. 4. 5. *finis omnium adest*, i.e. Reipub. Judaicæ, ad quam dispersi illi pertinebant. Sed & 1 Thes. 2. 16. *Ira Dei venit* (i. e. certissimè veniet utpote decreta) *super illos*, εἰς τὸ τέλος, i.e. ad παντελεθρίαν, sive totale excidium. Sic & *finis* sumitur Ezec. 7. 2, 3 [p]. [Ità & h. l. sensus est, q.d.] Nondum ad summum pervenit pœna Judæorum: ut ostendit collatio v. 14. Vide Dan. 11. 35 [q].

7. *Consurget enim gens in gentem*, &c.] Eadem prope verba 2 Par. 15. 6. Indicat Christus majores, quàm sub Caio evenerant, cædes imminere ultimis temporibus Claudianis, & Neronis principatu. *Gens in gentem* significat Judæos, & qui aliarum erant Gentium iisdem in civitatibus morantes, mutuis inter se cædibus collidendos: quod contigit Cæsareæ primùm, deinde Scythopoli, Ptolemaide, Tyri, Gadaris, rursum Alexandriæ, deinde & Damasci [r]. Judæi insurgent in Samaritanos, in Romanos, in Syros; Romani cum tota Syria in Judæos †. Illud autem, *regnum in regnum*, significat Tetrarcharum aut provinciarum aperta inter se bella. Nam ut βασιλεὺς interdum *Præfectum* significat, ex Hebraismo, ità & βασιλεία, *Præfecturam* quamvis; ut Nomos Ægypti, Esa. 19. 2. Huc referri debet Judæorum in Peræa habitantium bellum adversùs Philadelphenos ob finium controversiam, Cuspio Fado Procuratore; Judæorum & Galilæorum bellum adversùs Samaritas, Procuratore Cumano: postremo bellum primùm à sicariis quos vocabant, deinde ab universa Judæorum gente, sumptum adversùs Romanos, quod initium habuit Gessio Floro Procuratore. Hæc eadem bella, ni fallor, notat *equus rufus*, Apoc. 6. 4 [t]. Præter seditiones horrendásque Judæorum inter se strages, aliásque intra Imperium Romanum ab exteris bellorum tempestates, memorabiles in primis sunt motus isti inter Othonem & Vitellium, atque inter Vitellium & Vespasianum, quibus *cum totius orbis mutatione* (inquit Tacitus) *fortuna Imperii transiit*, & ipsa Roma pugnæ scena facta, & militum præda, & in cineres redactum ipsum Capitolium. Talia tormina passum est Imperium jam parturiens, ut nascatur Vespasianus ad regimen, flagellum ac vindicta Dei in Judæos [v]. Vox ἔθνος de Gentilibus accipi solet. Erant autem olim in Palæstina ἔθνη πολλὰ, *gentes multæ*, Deut.

[v] Bru.
[x] G.
[y] Bru.
[z] G.
[a] Bru.
[b] G.
[c] Camer.
[d] Bru.
* G.
[f] Bru. sic G.
[g] G.
[h] Bru.
[i] G.
[k] Bru. sim. Mal.
[l] Mal.
[m] Di.
[n] Mal. ex Hi. & Th. Bru.
[o] Mal. ex Euthym. Ham. Bru.
[p] Ham.
[q] G.
[r] G.
† Bru.
[t] G.
[v] Li. ho.

Deut. 15. 6. Postea Palæstina divisa est in 4 partes, *Judæam, Galilæam, Ituræam, & Abylenem*; quarum quælibet & ἔθνος, & βασιλεία, propriè dicitur. Vide Ecclus. 50. 26. Judæa ἔθνος, *natio*, sæpe dicitur, ut Luc. 23. 2. Joh. 11. 50, 51, 52. sic & Luc. 7. 5. Act. 10. 22. & 24. 2, 10, 17. imò & ἔθνη, *nationes*, ut Jer. 4. 16. & 25. 11. Luc. 21. 25. Psal. 2. 1. collat. cum Act. 4. 25, 26, 27. Motus ergò civiles in Palæstina hîc denotantur ||.

¶ *Fames*] Qualis ille Act. 11. 28. *per totum orbem.* Nam Palæstinam vocare τὴν οἰκουμένην Judæis familiare est: unde illud natum quòd urbs Hierosolyma illa dicitur in meditullio τῆς οἰκουμένης quòd, si de orbe terrarum accipias, ridiculè est fabulosum; si de Judæa, verissimum. Est enim, ut Josephus loquitur, ὀμφαλὸς τῆς χώρας (*umbilicus regionis* *.) Terra Judææ sæpe vocatur οἰκουμένη, ut apud Lxx ad Esa. 10. 23. collat. cum Rom. 9. 28. Esa. 13. 5, 9. item Luc. 21. 26. Rom. 10. 18. Vide & ad Luc. 2. 1 †. De eadem hac fame agit Josephus. [Vide in G.] Et hæc præcipua causa ob quam fratrum in Palæstina necessitatem aliarum gentium Ecclesiis Paulus tam solicitè commendat. Huc refero Apoc. 6. 5. de eo *qui atro equo insidens libellam habebat in manu*, leges annonarias significantem [x].

¶ *Et pestilentiæ*, λοιμοὶ] Præcessit λιμοὶ Jucunda vocum affinitas, &c [y]. Conjungi sæpe solent λιμὸς, & λοιμὸς, ut sono Græcarum vocum, ità & naturali quodam nexu, inter se copulata: ut apud Hesiodum. [Vide G.] Hanc autem pestilentiam ad tempora famem jam dictam proximè sequentia refero; juxta vetus verbum, μετὰ λιμὸν λοιμός quomodo & in Apoc. 6. post atrum equum χλωρὸς (*pallidus*) cui insidet θάνατος, & ei comes ᾅδης, ubi quod sequitur, *Et data est ei potestas occidendi*, &c. referri debet ad secundi, tertii & quarti, equi insessores, & voce θανάτῳ intelligendus est λοιμὸς, ex Hebraismo: nam ità מות sumitur Jer. 9. 21. & 18. 21. Sic Sirac. 39. 29. λιμὸς καὶ θάνατος, ubi itidem θάνατος haud dubiè Pestilentiam significat. Syrus quoque tum hîc, tum apud Lucam λοιμὸς vertit *mortem*, quomodo & דבר, i. e. *pestem* vertunt, & Lxx Chald. & Lat. Levit. 26. 25.

¶ *Et terræmotus*] Qui ut signa sunt iræ Divinæ eos aut procurantis, aut impedire nolentis, ità graves etiam clades sæpe urbibus adferunt: de quo vide Tacitum Annal. 2. Plinius, *Non simplex malum, aut in ipso motu tantum periculum est, sed par aut majus ostentum. Nunquam urbs Romana tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuncium esset.* Hi autem terræmotus à Christo prædicti partim in Claudii, partim in Neronis, tempora inciderunt. Gravis terræmotus qui in Creta accidit, Claudio imperante, meminit Philostratus in Vita Apollonii; item terræmotuum Smyrnæ, Mileti, Chii, Sami paulò ante tempora excisæ urbis Hieros. Alterius in Asia, Tacitus, Nerone & Cornelio Cosso Consulibus, *Laodicea*, inquit, *tremore terræ prolapsa*: addit Eusebius Hieropolim & Colossas. Rursus posterioris cujusdam terræmotûs Seneca meminit, Natur. [Quæst.] 6. Pertinebat autem hæc res ad Judæos, quòd dictis jam locis multi Judæi habitarent. In Apocalypsi post mentionem martyrum sequitur σεισμὸς μέγας quod eòdem spectare arbitror [z].

¶ *Per loca*, Κατὰ τόπους] *Secundum loca*, Mo. *Singulis locis*, Er. Il. Be. P. Pi. sim. Æth. Tre. Sed certum est, non agi hîc de isto terræmotu in consummatione seculi futuro, de quo Apoc. 6. 12. qui generaliter universam terram est concussurus: hîc enim de iis tantùm rebus agitur, quæ tantùm *initia dolorum* futuræ sunt; ut v. seq. dicitur: Particulares autem istos terræmotus in omnibus & singulis locis futuros non est verisimile, neque hactenus historiæ probârunt. Verto ergò, *variis* [vel, *multis*, G. ex Sy.] *in locis*: neque enim semper repetitio illa [quâ Syrus hîc in Versione suâ utitur] universitatem, sed sæpe varietatem tantùm, significat, ut Act. 2. 4. Nec κατὰ semper universalem distributionem significat, sed sæpe indefinitam, eámque particularem, ut Act. 20. 20. *Docui* κατ᾽ οἴκους, *domatim*, i. e. indefinitè, *per domos*, non, *per singulas domos.* Κατὰ τόπους Hebraicè diceretur, במקום מקום: quæ repetitio hîc, ut in Syriasmo, non universalitatem semper, sed indefinitam sæpe distinctionem & diversitatem significat: qualis Hebraismus, Marc. 6. 39. συμπόσια συμπόσια, i. e. κατὰ συμπόσια, *per distincta & varia convivia*, & v. 40. πρασιαὶ πρασιαὶ, i. e. κατὰ πρασιὰς, *per distinctas & varias areolas* [a]. *Hinc inde*, V. q. d. *locatim* [b]: vel, passim [c]. *Ubique locorum*, Pers. *Certis locis*, Ti. Ca. sic Ar. Steph. in Sch. ut κατὰ τόπους, idem sit quod κατὰ μέρος, in illis nimirum tractibus, ubi causa urget, &c [d]. At hîc loquitur Christus de iis quæ naturæ cursum superant *.

8. *Hæc—initia sunt dolorum*; ità Sy. Tre. Er. Mo. &c. Ὠδίνων] *Parturitionum*, Bru. ex Hi. *Dolorum partûs*, Be. Ar. sic Pi. i. e. gravium, quales parturientium [f]: mundo videlicet sese ad istos ejiciendos comparante quos tamdiu velut in utero gestaverit. Nisi per *partum* intelligas judicium illud horrendum subsecuturum, cùm hæc antecedent, sicut partûs dolores ipsum fœtum [g]. Maximi dolores doloribus parturiginis sæpissime comparantur, ut Psal. 48. 6. Esa. 13. 8. & 66. 7. Jer. 30. 6, 7. sed plùs hîc dicit Christus [h]; Ea nempe quæ jam memoravit mala adeò suprema non fore ut primis demum doloribus pariturae mulieris conferri debeant, post quos dolor multò gravior in partu ipso sequitur [i], ut in Comœdia, *Dolores, mea tu, occipiunt primulùm* [k]. Mala erunt eo graviora, quo propinquior consummatio aut Jerosolymæ, aut mundi [l].

9. *Tunc*, Τότε] Id est, *Circa ista tempora*; ità enim solet τότε laxiùs accipi. Nam quæ sequuntur partim ante jam narratas Judæorum calamitates (quod Lucas h. l. apertè significat) partim inter eas acciderunt. Nam Christus res ipsas distinguens à communibus Judæorum malis ad peculiaria in se credentium incommoda facit μετάβασιν [m]. Antea monuit suos, nè communibus hominum malis turbarentur, jam monet nè propriis, &c [n]. Sed & illud notandum, ea ipsa de quibus jam egit Christus mala, Terræmotus, Famem, Pestilentiam, imputata Christianis, quasi ob ipsorum impietatem mala ista humano generi evenirent; idque raptum in sævitiæ occasionem: quod passim nos docent Apologetici Christianorum libri [o].

¶ *Tradent* (scil. homines, phrasi Hebraicâ [p], vel, osores vestri, Magistratibus [a]: Judæi [b]:) *vos* (Christianos [c], Apostolos aliósque Prædicatores [d]:) *in tribulationem*] i. e. Vos rapient *ad Synedria & conventus majores*, ut Petro & Johanni accidit; partim etiam ad *Reges*, ut ad Herodem pertracti sunt Jacobus & Petrus, ad Neronem Paulus; partim ad *Præsides*, ut idem Paulus ad Gallionem, Fœlicem, Festum: θλίψις sunt flagra, carcer, aliæque id genus vexationes *. Huc spectat locus, 1 Pet. 4. 7. *Tempus est, ut incipiat Judicium à domo Dei*, i. e. tempus à Christo prædictum jam adest, quo nos persecutioni tradendi, &c. Judæi Christianos hactenus presserant, 1 Thes. 2. 14. Heb. 10. 33, &c. Ultimæ autem illorum sævitiæ obex positus est, 2 Thes. 2. 6. i. e. ut puto, Claudius, Judæis indignans, eósque frænans, Act. 18. 2. Quo è medio sublato, & Nerone tandem omnia sursum deorsum ferri permittente, Judæi in ruinam jam vergentes (extremâque ideo in iis spirante Satanâ, quòd breve eorum tempus esset) in persecutionem cruentissimam proruperant, de qua sermo est 1 Pet. 4. 12. Apoc. 2. 10. & 3. 10. item 2 Thes. 2. 8. Hinc Apoc. 6. 11, 12. ubi sub sex sigillis tractatur status gentis Judaicæ, occiduntur qui occidendi sunt ob testimonium Evangelii sub sigillo quinto, atque illico sub sexto sequitur ruina gentis [f].

¶ *Et occident vos*] Sive populari tumultu, ut Stephanum, sive judicii specie, ut Jacobus duos, alterum ab Herode gladio percussum, alterum à Synedrio damnatum ut lapidaretur [g].

¶ *Et eritis odio omnibus gentibus*] Nempe Palæstinæ, h. e. Judæis ubicunque dispersis, qui, plusquàm Gentes, Christianos oderunt. Apostolos enim adhuc in Palæstina prædicare supponitur, usque ad illum Christi adventum, Matth. 10. 23 [h]. [Vide dicta ad v. 7.] Al. *Gentibus*, plerisque scilicet [i], non modò Judæis, sed & aliis per orbem gentibus [k]. Cœpit hoc [Christianorum odium] maximè sub Nerone, qui incensæ à se Urbis rumori Christianos, ut Tacitus narrat, reos subdidit, & quæsitissimis pœnis affecit. Tertul. Apol. *Consulite commentarios vestros: Illic reperietis primùm Neronem in hanc sectam, tum maximè Romæ orientem, Cæsariano gladio ferocisse; sed tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest non nisi grande aliquod bonum à Nerone damnatum* [l].

¶ *Propter nomen meum*] Id est, confessionem mei [m]: Afflictos in pœna solatur causâ [n]: ob nudam

|| Ham. * G. † Ham. [x] G. [y] Er. [z] G.

[a] Di. [b] V. [c] Ec. Pi. [d] Steph. in Sch. * Sch. [f] Camer. [g] Be. [h] G. [i] G. sim. Bru. Mal. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] Bru. [o] G. [p] Bru. [a] Pi. [b] G. [c] G. sic Ham. Eru. [d] Eru. * G. [f] Li. ho. [g] G. [h] Ham. ad v. 7. [i] Bru. [k] G. sim. Bru. [l] G. [m] Pi. [n] Bru.

nudam Christianismi professionem, 1 Pet. 4. 16. quod bene Tertul. probat, *Credunt*, inquit, *de nobis quæ non probantur: & nolunt inquiri, nè probentur non esse quæ malunt credidisse, ut nomen illius æmulationis inimicum præsumptis, non probatis, criminibus de sua sola confessione damnetur. Ideo torquemur confitentes, & punimur perseverantes, & absolvimur negantes, quia nominis prælium est.* Nam quòd de diis non rectè sentire crederentur, eam non fuisse veram sævitiæ causam ex eo probat Origenes, quòd Epicureis aliisque Philosophis, omnem omnino Divinam providentiam tollentibus, parcebatur. Unde manifestum est, ex malorum spirituum, qui per idola colebantur, instigatione ortam hanc credulitatem. Sentiebant enim hanc unam doctrinam esse quâ vis omnis errorum plenissimè debellaretur. Ideo cùm Judæi, non minùs quàm Christiani, falsos deos oppugnarent, Judæi impunè id ferebant, Christiani rapiebantur ad pœnas [o].

10. *Et tunc scandalizabuntur* (vel, *offendentur*, Be. sim. Pi. à Christianismi professione deficient [p]: ità suprà ad c. 13. ostendimus, quod Matt. est σκανδαλίζεσθαι, Lucæ est ἀφίστασθαι, i. e. *fœdus deserere*, Dan. 11. 30. Evenit hoc Phygello, Hermogeni, Demæ, & haud dubiè plurimis aliis quorum nomina non exstant [q].) *multi*] Hac occasione [r], conspecto isto omnium Gentium adversùs Christianos odio †, metu mortis & tribulationum, &c. Commodè præmonet eos, nè multis deficientibus turbarentur, &c [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀλλήλους, &c.] *Et alius alium prodet*, &c. Be. Pi. Vox ἀλλήλων plerumque mutuam quandam, & ultro citróque commeantem, actionem significat. At hîc paulò latiùs ponitur, pro, *Alter alterum odio habebit, ac tradet.* Sic eadem vox sumitur Act. 7. 26. Sensus enim est, Futurum ut Christianorum alii alios tradant, nimirum hi qui à Christianismo deficiunt, eos qui perseverant. Ferme autem nulli sunt in veram religionem crudeliores quàm qui veræ religioni repudium miserunt, seu quia contemptum lucis crassissimâ mentis caligine Deus ulciscitur, seu quia & ipsi quidvis agunt ut à suspicione prioris studii se liberent [v].

11. *Pseudoprophetæ*] Qui se mentientur Prophetas, i. e. Evangelii doctores: vide suprà 7. 15 [x]. Sicut προφῆται dicebantur Hebræis non hi tantùm qui prædicebant futura, sed & qui Legem interpretabantur; ità falsos Magistros Christus noto vocabulo ψευδοπροφήτας appellat. Dubium non est quin Satan, excitato mundi odio adversùs Christianos, cùm videret tantam esse vim veritatis, ut eam abnegare multi qui cuperent vix possent, nimiùm reluctante animo, ad vim dolos adjunxerit, prætextus aliquos comminiscens qui defectionem redderent faciliorem. Poterat autem labefactari constantia Christianorum aut religionis omnis sublato usu, aut posito quemvis cultum externum esse ἀδιάφορον, aut quæsitis conciliaturis quæ Christianam religionem cum aliqua religione, aut probata publicè, qualis erat Ethnicorum, aut tolerata certè, qualis erat Judæorum, permiscerent. Religionis usus tollebatur per Hymenæum & Philetum, qui dicebant *resurrectionem jam esse factam.* Nam certè, sublatâ spe vitæ alterius, & ostendente experientiâ illorum temporum, piis non meliùs, sed pejus, in hac vita esse quàm impiis, nihil manebat satis firmum quod animum in religione retineret. Cultum omnem externum esse ἀδιάφορον, jam indè ab initio aliqui docuerunt, à quibus id hausit Elxæus. Ex hoc dogmate factum ut quidam in *Idoleis* unà cum cæteris accumberent, 1 Cor. 8. 4, 10. & 10. 19. Adversùs quos est illa admonitio, 1 Joh. 5. 21. Cum Paganismo Christianam religionem miscere aggressus est omnium primus Simon Magus, Claudio imperante. Nam & ipse pro Deo haberi voluit. Credibile est, pervenisse ad eum famam consilii ejus quod à Tiberio datum Senatui Romano legimus, ut Christus adderetur deorum numero: qualem rerum planè insociabilium mixturam postea quoque Adrianus, Severus, Heliogabalus, sed frustrà, efficere conati sunt. Ab hoc Carpocrates, qui Gnosticorum princeps creditur, hactenus discessit, ut quia *deorum* nomen Christianis erat odiosius, eorum vice Angelos, aut αἰῶνας, quos vocabant, ità versâ in Græcum voce חיות, Ezec. 1. 5. substitueret, ad eos transferens omnem θεολογίαν Orphei, Hesiodi, & Pythagoræ. Illis autem annumerabat etiam Christum. Et hæc est, ni fallor, illa ψευδώνυμος γνῶσις, 1 Tim. 6. 20. Hi sunt οἱ συλαγωγοῦντες διὰ τῆς φιλοσοφίας, Col. 2. 8. Quia enim doctrinam Paganicam cum Christiana doctrina permiscebant, ideo se venditabant eruditionis nomine, ut apud Irenæum & Clementem videre est. Horum sunt *genealogiæ* illæ, 1 Tim. 1. 4. Tit. 3. 9. Horum ἀπόσπασμα, (*membrum*, sive *pars*,) ut loquitur Irenæus, Nicolaitæ. Sed & apud Vopiscum legimus, in Ægypto qui Serapidem adorarent Christianos dici voluisse; atque illis suum fuisse Patriarcham. Cum Judaismo Christianam religionem miscuerunt, non tolerando ritus Judaicos (quod Apostolos primis illis temporibus scimus fecisse) sed Judaismum agnoscendo unicam salutis viam, quæ tum ab aliis Prophetis, tum à Christo etiam, esset annunciata, Cerinthus & Ebion, quorum id præcipuum erat studium, ut mala illa, quæ Christianos peculiariter premebant, eâ ratione effugerent: ut docemur Gal. 6. 12. & Phil. 3. 18. Adversùs eosdem multa exstant in prima Johannis Epistola, sed & in Apocalypsi. Hi igitur omnes horúmque similes sunt quos Christus vocat *Pseudoprophetas*, Paulus, *perversa loquentes*, Act. 20. 30. *Pseudo-apostolos*, 2 Cor. 11. 13. quorum dogmatibus multorum *fides eversa est*, 2 Tim. c. 2. v. 18 [y].

12. *Et quoniam abundavit* (vel, *multiplicabitur*, Bru. sim. Be. Pi. Sy. in Bru.) *iniquitas*] Id est, vel, 1. diu durans & ingravescens sævitia [z]; vel, odium Gentium [a]: vel, 2. scandala tum eorum qui deficiunt à fide ob metum, &c. tum seductorum, &c [b]. ¶ *Refrigescet* (i. e. extinguetur, peribit [c]: cui opponitur v. seq. *qui perseveraverit*, &c [d].) *charitas*] Erga Deum, & proximos, & Christi cultores [*]: quos excipere atque juvare non ampliùs audebunt [f]. Post apertos desertores, & post adulteratores fidei, tertium genus hominum Christus notat, qui charitatis officia deserunt. Ἀγάπη est dilectio Dei & hominum quos pietas conjungit. Exemplum illustre habemus 2 Tim. 4. 16. Confer Heb. 10. 25 [g]. Al. Vera pietas extinguetur: nam charitas est *finis & complementum Legis*, Matth. 22. 40. Rom. 13. 8, 10 [h]. Al. Multi Christum relinquent, se Gnosticis adjungentes [i]. Hæc innuunt horrendam Judæorum credentium Apostasiam. Vide Gal. 3. 2. 2 Thes. 2. 3. 2 Tim. c. 1. v. 15, &c [k].

13. *Qui perseveraverit*] Id est, permanserit constans nullis dejectus erroribus, persequutionibus, odiis, aut scandalis [l]. Ὁ ὑπομείνας] *Qui sustinuerit*, i. e. patienter toleraverit persecutiones [m]. *Is qui perstiterit*, G. sim. Pi. tum in fide, tum in dilectione [n], ut ipsa præcedentium oppositio ostendit: quem *neque angustia, neque pressura, —separaverit*, &c. Rom. 8. 35 [o]. ¶ *Salvus erit*] Salute, & temporali, & æterna, dum pereant Gnostici, &c [p]. Quod hîc est σώζεσθαι, apud Lucam est, κτᾶσθαι τὰς ψυχὰς, alibi, εὑρίσκειν τὴν ψυχὴν, i. e. beatam immortalitatem acquirere. Ea enim non inchoantibus, sed perseverantibus, promittitur. Hieron. *Non quæruntur in Christianis initia, sed finis.* Vide & Tertul. & Cyp [q]. [& eorum verba in G.]

14. *Et* (sub. *tamen*, Bru.) *prædicabitur*, &c.] q. d. Quamvis hæc omnia evenient, tamen nihil obstabunt, quo minus prædicetur Evangelium, &c. ipsum enim sibi per gladios, per ignes, viam faciet [r]. Nè ergò putetis, me frustrà emittere vos ad prædicandum, nam victores eritis, &c †. Al. Sensus loci, q. d. Quamvis hæc excidii Jeros. tempore evenerint, non tamen propterea finis mundi instat; nam prædicandum priùs per totum orbem [t]. ¶ *In universo orbe*] Habitato scilicet [v]: *omnibus gentibus*, ut est in Marco, & hîc sequitur [x]: in toto Imperio Romano, quod & ipsi vocabant *Imperium orbis terrarum* [y]: Hyperbole est, q. d. in plerisque locis & regionibus cognitis, &c [z]. Hinc colligitur, non agi hîc de fine Jerosolymæ, sed mundi [a]. [Verùm] impletum hoc est ante excidium Hierosʃ [b]. Ideo Marcus adjecit πρῶτον. Nam quod de cœlestibus orbibus dixerat Psalmographus, ad Evangelium (quod per *cœlum* designari solet) aptat Paulus, & ità quidem ut mihi videatur apertè sua tempora designare, Rom. 10. 18. Confer etiam Rom. 1. 8. & Colos. 1. 6, 23 [c]. Si unus Paulus ab Hierosolymis ad Illyricum usque Christi doctrinam pertulit, &, ut quidam existimant, etiam in Hispaniam, quid de omnibus aliis Apostolis, & tot eorum adjutoribus est existimandum

[o] G. [p] G. sim. Bru. Pi. [q] G. [r] Bru. † G. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] G. sim. Mal. Bru. [a] Bru. [b] Ger. sim. Bru. [c] Bru. sim. Ger. [d] Ger. [*] Bru. [f] Mal. sim. Bru. [g] G. [h] Ger. [i] Ham. [k] Li. ho. [l] Bru. [m] Pi. [n] G. sim. Bru. [o] G. [p] Ham. [q] G. [r] Mal. ex Th. & Euthym. † Bru. [t] Mal. [v] Bru. [x] G. [y] Med. ad Dan. Hebd. ad v. 26. p. 868. [z] Mal. [a] Hi. & Bed. in Mal. [b] G. sim. Chrys. & Th. in Mal. [c] G.

mandum[d]? Certè Clemens Romanus etiam ad terras trans Oceanum Evangelium ait pervenisse. Nimirum exemplo gentium etiam barbararum Deus Judæos invitare voluit ad obedientiam Evangelii, & non obedientes contumacis incredulitatis apud omnes populos convincere, antequam in eos iræ suæ thesauros effunderet. Vide Ezec. 3. 6, 7*. Hierosolymæ non vastandæ erant ante perlatum per totum orbem Evangelium; sic providente Deo, ut Catechumeno priùs in Doctrina Christi terrarum orbi insigne tandem testimonium de Christo exhiberetur; cùm iram tam diram audirent omnes effusam in urbem gentémque istam, à qua ille crucifixus est[f]. ¶ *In testimonium*] Æternæ salutis à Deo per me obtinendæ[g]: credulis in testimonium salutis[h]; incredulis in testimonium condemnationis*, in supremo Judicio[i]: ut nemo veritatis ignorantiam prætexere possit[k]. Potest [hic locus] eum sensum accipere de quo egimus ad cap. 10. Sed expeditius est ut dicamus, quemadmodum explicare jam cœpimus, Deum velut antestatum gentes omnes, ut nota illis esset Judæorum pertinacia antequam pœnas exposceret[l]. ¶ *Tunc veniet consummatio*] Vel, *finis*, Be. Pi. &c. vel, 1. seculi, sive mundi[m]: vel, 2. Templi & Urbis[n]; vel, Reipublicæ Judaicæ: quam Deus antè dissolvi noluit, quàm novam inter Gentes erexisset[o]: [vel, finis] judiciorum Dei adversùs gentem Judæorum, ut suprà diximus. קֵץ בָּא, Ezec. 7. 2[p].

15. *Cum ergò videritis*] Vos, aut alii, mei Discipuli. Hactenus signa communia consummationis tam mundi quàm Templi: [quod tamen ab aliis negatum vidimus:] subjungit hîc propria signa consummationis Templi[q]. ¶ *Abhominationem desolationis*; ità Er. Ti. Mo. Τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως] *Abhominationem* (vel, *Exsecrationem*, Er. vel, *Fœditatem*, Camer. i.e. rem abhominabilem ac detestandam ob turpitudinem suam[r]:) *illam vastatricem*, sive *desolatricem*, Be. Pi. Il. i.e. exitialem, minitantem desolationem atque exitium. Hebr. משומם in concreto, *desolantem*, vel *desolantis*, scil. *turbæ*, vel *exercitûs*, pro quo hîc est abstractum†. Al. *Abhominandam vastationem*, P. Be. sic V. Cùm duo substantiva Heb. in statu regiminis, conjunguntur, modò prius, sive regens, loco adjectivi ponitur, ut Jud. 20. 40. *Universitas civitatis*, i.e. universa civitas; Ecclesʃ. 1. 18. *Multitudo iræ*, i.e. multa ira; Rom. 5. 17. *Abundantia gratiæ*, i.e. abundans gratia[t]. Sic Apoc. 17. 1. *Damnatio meretricis*, i.e. damnata meretrix[v]: modò posterius, ut Hos. 1. 2. *Uxor fornicationum*, i.e. fornicaria. Sic Eph. 4. 24. *Sanctitas veritatis*, i.e. vera. Hîc utrovis modo sumi possit, vel, pro *abhominanda desolatione*, vel, pro *abhominatione desolatrice*: sed malim posterius, quia mens Christi est, non de ipsa desolatione, sed de abhominabili quodam ejus signo, agere: nam, desolatione peractâ, frustrà præciperet fugam[x]. Signum autem hîc datur non tantùm eversionis Templi Urbisque, sed & fugæ opportunæ[y]. Al. *Calamitosum nefas*, Ca. *Portentum immundum vastationis*, Sy. *Signum abhominationis desolationis*, Tre. Post signa remota Christus signum excidii proximum indicat[z]. Qu. Quid hîc intelligitur per βδέλυγμα ἐρημώσεως? Resp. 1. Ipsa abhominabilis desolatio, per Hebraismum [jam dictum.] Obj. At Christus signum vastationis hîc proponere voluit. Resp. Id facit aliis verbis, quæ Lucas recitat, hîc autem tantùm eos monere voluit, illâ desolatione impletam jam esse Danielis prophetiam, atque actum esse de populo Judaico, nec sperandam esse restitutionem[a]. Sed constat hîc signum dari desolationis imminentis & fugæ indicium[b]. Resp. 2. Statua aliqua Templo illata: Nam, 1. Statuæ idololatricæ sæpe vocantur *abhominationes*, ut Esa. 2. 8. Ezec. 30. 13. &c. 2. Idolum Antiochi vocatur βδέλυγμα ἐρημώσεως, 1 Mac. 1. 57. 3. Sequitur hîc vox ἑστὸς, quod *stare*, vel *positum esse*, significat[c]. Sed quænam fuerit illa statua, variant[d]. Alii referunt ad factum Pilati*, qui imaginem Tiberii Cæsaris Templo intulit[f], quod Euseb. Demonstrat. 8. asserere videatur. Contrà, 1. Nihil hac de re apud Philonem aut Josephum legitur[g]. 2. Hoc sanè [quicquid erat] nimiùm abest ab excidii temporibus; imò jam evenerat cùm Christus hæc loqueretur de eo quod eventurum erat circa finem Urbis, ut ipsa verborum series ostendit. Alii confugerunt ad

a G. ex Chryʃ. — * G. — f Li. ho. — g Bru. — h M. — * M. sim. Bru. Pi. Mal. — i Mal. ex Chryʃ. Hi. &Euthym. — k Mal. — l G. — m Bru. — n Pi. sim. M. Bru. Ham. — o Med. dissert. 8. pag. 48. — p G. — q Bru. — r Idem. — † Idem. — t Ger. — v Be. — x Ger. — y Bru. — z G. — a Mal. — b Ger. — c Q. in Ger. — d Ger. — * G. — f Hi. & Th. in Ger. — g Ger.

Adriani tempora: Sed ut demus ab Adriano partem Urbis, id est, turres quas Titus reliquas fecerat, &, si quid post Titi tempora exædificatum erat, dirutum esse, cùm Urbem Bither expugnâsset, (quod propter magnam Scriptorum consensionem, Appiani, qui vixit Adriani ævo, deinde, Eusebii & Hieronymi, negare non audeo:) certè Templum, de quo hîc vel præcipuè agitur, non ille evertit, sed Titus, quod nos docet oculatus testis Josephus[h]. Intelligi hoc potest de statua equestri Adriani in Sancto Sanctorum collocata[i]. Atqui hoc factum post Templi & Urbis eversionem, anno Christi 135[k]. Alii intelligunt de aquila aurea, quam Herodes supra maximam Templi portam collocaverat, de quo Jo. Antiq. 17. 8. Sed hoc itidem longè ante hunc Christi sermonem contigit[l]. Alii de statua Titi in Templo collocata. Sed ea narratio nullum habet Auctorem: adde, quòd nè potuit quidem id fieri nisi post Titi victoriam: at hîc de notis victoriam præcedentibus agitur. Quam ob causam nec intermissio τοῦ ἐνδελεχισμοῦ, (*jugis sacrificii*,) hîc intelligi potest significata. Nam ea parvo momento excidium antecessit, cùm nulla superesset fuga[m]. Alii de statua Caligulæ, quam in Templo collocari jussit. Sed hoc Petronii prudentiâ, & aliorum intercessione, impeditum fuit. Deinde, hoc contigit nono post Christum anno, quum nondum præceps hæc fuga erat necessaria[n]. [Hæc de secunda sententia.] Resp. 3. Ego, re consideratâ, non dubito βδέλυγμα vocari signa Romanorum militaria, de quibus ità Tertul. *Religio Romanorum tota castrensis signa veneratur, signa jurat, signa omnibus diis præponit, omnes illi imaginum suggestus insignes monilia crucium sunt.* Signa ipsa crucis habuisse figuram abundè à multis demonstratum est: affixi autem iis signis erant clupei multi alter super alterum: unde *suggestus* dixit Tertul. ut *suggestum comæ*, Papinius. In iis clupeis erant imagines, i.e. προτομαί, ut Josephus loquitur, Cæsarum; eorum scilicet qui in Divos erant relati. Talia signa cum clupeis videre est in nummis. Habet autem illud Tertul. ex Justino, qui *mortuorum Imperatorum imagines ibi positas* notat. Arrianus, τὰ σημεῖα, &c. (*Insignia selecti exercitûs aquilæ, imagines regiæ, sive imperatoriæ.*) Apud Tacitum passim istarum in signis imaginum mentio. Propter eas imagines adorata signa, ut ostendimus. Suetonius, *Artabanus transgressus Euphratem aquilas & signa Romana Cæsarúmque imagines adoravit.* Ideo Tacito *numina legionum & bellorum dii* vocantur. Ejusdem est & illud, *Signa & aquilam amplexus religione sese tutabatur.* Talia signa Titus conspicua in castris suis posuit, quasi Templum Templo Hierosolymitano contrarium. Nam & Tacitus alibi ità loquitur, *fulgentibus aquilis signisque & simulacris deûm, in modum Templi.* Et Josephus, ἁλώσεως 3. 8. quas σημαίας dixerat, mox τὰ ἱερὰ vocat. Ut & Herodianus, l. 4. Ad talia signa circa Urbem posita, ut ad Templum, confugere, Josepho Herodis Procuratori suadet Alexandra, in Jo. Antiq. 15. Hæc ipsa signa mox victor intulit Templi ruinis, ubi milites etiam iis sacrificarunt, teste Josepho. Βδελύγματα igitur ἐρημώσεως, aut ἐρημωτικὰ, ut habet Hebræa locutio, cur vocentur, obscurum non est; quia scilicet ἐρήμωσιν (*vastationem*) minabantur non tantùm cultui Judaico (quod fecerat & illud idolum ab Antiocho allatum) sed & Templo Urbique. *Expansio* autem βδελυγμάτων dicitur, quia in loco aperto maximéque conspicuo signa constitui solebant. Tacitus de Tito, *Castris ante mœnia Hierosolymorum positis instructas legiones ostentavit*[o]. [Hæc tertia sententia.] Resp. 4. Ala seu turma factiosorum Zelotarum[p], Templum oppugnantium, illúdque innumeris cædibus & omni flagitiorum genere polluentium, cujus obstinatâ pervicaciâ factum est ut & Urbs & Templum ipsum eversa sint, quæ Titus summopere cupiebat conservata. De iis vide Jo. Belli Jud. 5. 2[q]. & 5. 4. & 7. 28[r]. Resp. 5. Romanus exercitus Jerosolymam obsidens†. Probatur hæc interpretatio, 1. Ex loco parallelo, Luc. 21. 20[t]. *Cùm videritis Hierosolymam circumdatam ab exercitibus*, scil. *Romanorum*[v]. Non aliud signum à Matthæo & Marco quàm à Luca verbis modò citatis indicari, antecedentium & consequentium ταυτότης manifestè, ni fallor, indicat. Adde, quòd Lucas, utens voce ἐρημώσεως, manifestè eundem respicit Danielis locum cujus verbis hîc utitur Christus[x]. Denique, idem fuga

h G. — i Hi. & Suid. & L. in Ger. — k Ger. — l Al. in Ger. — m G. — n Ger. — o G. — p Cap. sim. To. & Jans. & Baron. &c. in Ger. Bru. — q Cap. — r Bru. — † Ger. ex Origene, Chryʃ. &c. sic Scul. Di. Ham. Med. ad Dan. 9. 27. — t Ham. sic Ger. Di. — v Ger. — x G.

gæ præcipitis consilium dant Mat. & Marc. & Lucas ||. 2. Ex ipsa appellatione. Romanus enim exercitus verè fuit *abbominatio desolationis* y: tum, quia constabat ex Ethnicis idololatris, qui Judæis abhominationi erant, Act. 10. 28 z: tum præcipuè, quia idola secum attulerat, vel in statuis, vel saltem in signis militaribus: tum, quia signum erat imminentis desolationis a. 3. Ex explicatione Danielis ad quem nos remittit Christus b. [De quo mox.] Obsidionem autem Jerosolymæ hîc intellige primam per Cestium Gallum Syriæ Præsidem, qui 4 annis ante desolationem partem Urbis exteriorem expugnavit, & interiorem, in qua Templum, quò seditiosi se receperant, obsedit c. Non placet: 1. Quia hic obsidionem solvit. 2. Tunc non opus erat tam celeri fugâ, nec in proximo erat finalis ἐρήμωσις d. 3. Hic ex Urbis parte partem alteram oppugnavit, Urbem autem castris non ambiit: adde, quòd nec erat ductor justi exercitûs, qui indicatur voce στρατοπέδων *. Obsidionem ergò ultimam per Titum hîc intelligo, tum quia cum obsidione conjungitur desolatio, tum ob vocem κυκλουμένην, Luc. 21. 20. & περικυκλώσουσι, Luc. 19. 43 f. Signum hoc & proprium erat rei signatæ, & certitudinem habebat, non ex naturali consequentia, sed ex Divino decreto. Proprium fuisse indè apparet quòd, ex quo Christus hæc dixerat, semel duntaxat contigit urbem Hierosf. castris (id enim est χάραξ, Luc. 19. 43.) cingi, nempe per Titum, qui justum exercitum, 60 millia militum, præter lixas & calones, ad Urbem duxit, castra Urbi circumdedit, teste Josepho, ἁλώσεως 5. Hoc conspecto, Christus jubens certum excidium exspectari, non modò spem omnem Judæis eripit Urbis Divinitus liberandæ, ut quondam Ezechiæ temporibus contigerat, sed & eam quam concepturi erant fiduciam, partim in suorum numero, qui colligi indè potest quòd obsidio absumptas dicit Josephus *myriadas centum & decem*; partim in animorum feritate magìs quàm audaciâ; partim in firmitate operum, de qua vide Josephum g, [ejúsque verba in G. Hæc quinta sententia.] Resp. 6. Utraque [4. & 5.] interpretatio hîc conjungenda: & duplex hîc intelligenda est abhominatio, nempe exercitus tum Zelotarum, tum Romanorum, unde vox hîc est pluralis, ut in Dan. *abbominationum*, ità in Luca *exercituum* h. Sed vox pluralis ibi tantùm copiam exercitûs indicat, &c i. ¶ *Quæ dicta* (i.e. prædicta k,) *est à Daniele*, &c.] Vel, *per Danielem Prophetam*, Be. Pi. &c. Quem hoc nomine sæpe etiam Josephus nuncupat, neque eum dubitat maximis Prophetis æquare, ut & Jacchiades, Dan. 1. 17 l. Ad Danielem eos remittit Christus; 1. ut Divinam ejus auctoritatem assereret: 2. ut ostenderet, vastationem Templi non debere ipsis miram ac absurdam videri, cùm olim prædicta esset: 3. ut innueret, contemptum Messiæ esse principalem excidii causam *. Tribus autem in locis mentio fit apud Danielem illius βδελύγματος, nempe c. 9. 27. & 11. 31. & 12. 11 m. cap. 9. est שקוצים משומם, βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων, Græcis; c. 11. השקוץ משמם, βδέλυγμα ἠφανισμένον c. 12. שקוץ שמם, τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, Græcis n; nempe LXX o. Sed LXX Interpretes hîc non nomino, quia Theodotionis in hac parte est Versio quâ utimur, non o'. ut nos docet ad Danielem Hieron. & voces nonnullæ testantur p. Respexit autem Christus, vel, 1. ad Dan. 12. 11 q. ubi eadem planè sunt quæ hîc verba, βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. At ille locus eodem spectat quò c. 11. 31. Idem tempus, eadem utrobique res significata, ut conferenti patebit. Jam verò cap. 11. 31. apertè agit de horrenda persecutione Antiochi Epiphanis, à quo profanatum fuit Templum per tres annos cum dimidio. Itaque non possunt hæc loca pertinere ad excidium Jerosf. à Romanis factum r. His locis de Antiocho agi concedimus Judæis †, atque adeò שקוץ ibi esse *Idolum Jovis Olympii*, quod Antiochus in Templo collocaverat t, quódque Scriptor 1 Mac. loca hæc Danielis respiciens, vocat τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως v. Respicit ergò Christus ad Dan. 9. 27 x. Quem locum ad Antiochum frustrà trahunt Hebræi, cùm Hebdomades ibi nominatæ dierum non possunt intelligi; ità enim multùm citra Antiochi tempora consisteretur; & annorum septimanæ multùm ultra Antiochum procurrant, à quocunque tandem restaurandæ Urbis aut Templi edicto numerandi exordium sumpseris. Alias autem hebdomadas Hebraicus usus non agnoscit. Et sanè Judæi veteres ad Romana tempora hunc locum nobiscum retulerunt. *Daniel*, inquit Josephus, *etiam de Romanorum Imperio scripsit, & quòd per eos*, ἐρημωθήσεται, *vastabitur*, nimirum τὸ ἔθνος, *(natio,)* quod præcesserat. Et cùm in excidii historia sæpe repetit impletam vaticiniorum fidem, hunc præcipuè locum respicit; quod & Chrys. observat. Hoc posito, verba Prophetæ videamus y. ועל כנף שקוצים משומם ועד כלה ונחרצה תתך על שומם z. Ubi primùm כנף quid sit, dubitatur. Græci, qui eam vocem legerunt non sono regiminis, ut nos cum Masoritis, sed sono primitivo, per *alam* intellexerunt Cherubim, per *Cherubim* autem, συνεκδοχικῶς, Templum ipsum: itaque vertunt, ἐπὶ τὸ ἱερὸν, quod intelligi potest, vel, *in Templum*, vel, *contra Templum*. Qui cum Masoritis legunt, ac proinde vocem hanc cum nominibus sequentibus construunt, alii interpretantur *exercitum*, sine exemplo, ni fallor; sicut Mal. 4. 2. *expansio lucis* eodem nomine appellatur. Quare id potiùs sequendum puto. שמם Hebræi nonnulli, & quidam alii eos secuti, ad *obstupescendi* significationem trahunt. Sed alii rectiùs causam esse negant cur à maximè propria, nec minùs frequenti, notione ἐρημώσεως hîc discedatur. Nam שמם in Kal est, ἐρημοῦσθαι, in Pihel autem ἐρημοῦν, quod & ἀφανίζειν dici potest. Verba igitur Hebræa ità reddi possunt κατὰ πόδας, *(Et per expansionem abhominationum desolantem, & quidem donec consummatio & excidium* (supple *adsit*) *effundet se* (aut *Christus*, aut *tempus illud septimanæ reliquum*: nam utroque referri potest.) *super eum qui desolatur.* Jam certum est vocem שקוץ plerumque pro *idolo* accipi, ut videre est 1 Reg. 11. 5, 7. 2 Reg. 23. 24. Jer. 32. 34. Exec. 8. 10. & 20. 7. quibus locis Græci vertunt, βδέλυγμα: quæ vox sensu eodem exstat Sap. 14. v. 11. Nec aliter sumi ubi de Antiocho agitur ex ipsa historia apertissimum est. Quod cùm animadverterent Christiani veteres, hîc quoque similem τοῦ βδελύγματος significationem non malè quæsiverunt a. Al. Versum hunc sic reddimus, *In medietate istius hebdomadæ* (ultimæ scilicet è Septuaginta b) *cessare faciet sacrificium & oblationem* c, [quo pacto vide in Collectaneis nostris ad illum Danielis locum:] *idque per alam abhominationum* (h. e. abhominabilem) *vastatricem, & usque ad consumptionem* (Judæorum) *definitam* (à Deo) *effundetur* (clades & ruina) *in desolatum* Judæorum populum d. [Vel sic,] *etiam usque dum ala* (vel, exercitus, ex collat. Luc. 21. 20. nam כנף est *exercitus*, Esa. 8. 8.) *abhominationum desolatum fecerit*, &c. Vel, *etiam per alam abhominationum desolantem*, &c *. [Vel sic,] *& erunt super alam* (quod LXX verterunt, ἐπὶ τὸ ἱερὸν, Vulgatus autem, *in Templo*; Christus autem generaliùs exprimit, *stantem, ubi non oportet, in loco sancto*) *abhominationes desolationum & usque ad consummationem & quidem præcisam*, seu *determinatam, effundet se*, vel *effundetur, ac stillabit super desolationem*: in quibus verbis & signum ultimi excidii determinat, & usque ad finem seculi illud duraturum prædicit f. ¶ *Stantem in loco sancto*] i.e. Templo, cum quo etiam comprehendit *civitatem*, quæ *sancta* dicitur, Matt. 4. 5 g: circa, vel propè, (ut præp. ἐν interdum significat) Jerosf h. vel, in terra Sancta, h.e. Judæa, propè Jerosf i. *ubi non oportet*, Marcus: h.e. non in ipso Templo; id enim nota venturæ cladis non erat, sed ipsa clades præsentissima; verùm in Templi conspectu, in solo circum Urbem, quod solum Deo uni, non Gentium diis, sacrum esse oportebat. Ità *circuitus Jerusalem* tanquam locus eximiè Sacer Psal. 79. 3. nominatur. Et Alexander Antiochi F. immunitatem & sanctimoniam Hierosolymorum extendi vult *usque ad terminos ejus*, apud Josephum. Similiter de Demetrii indulto dicitur 1 Marc. 10. 31. & apud Josephum. Simile illud apud Tacitum, Annal. 3. *Memorabantur Imperatorum nomina qui non modò templo* (Hierocæsariensi) *sed duobus millibus passuum eandem sanctitatem tribuerant.* Hac de causa cùm Vitellius copias adversus Aretam ducere per Judæam pararet, Judæi negabant *fas esse signa in solo Judææ conspici, quia in signis multæ erant imagines*, ut ait Josephus. Cui monito Vitellius paruit: quod non ità multò pòst evenit quàm Christus hæc dixerat. Aliquantò verò antequam hæc diceret, seditio Hierosolymis orta erat ideo quòd Pilatus clàm signa Hierosolymis

|| Ger. y Ger. sim. Bru. Ham. z Ger. a Ger. ex Bru. b Ger. c Q. in Ger. sic Bru. d Ger. * G. f Ger. g G. h Bru. i Ger. k Bru. l G. * Ger. m Cap. n G. sim. Cap. o Cap. p G. q Be. in Cap. r Cap. † G. t G. sim. Cap. v G. x Cap. sim. G. Er. Ger. Li. ho. Jun. Pi.

y G. z Cap. a G. b Li. ho. c Li. ho. sic Cap. d Cap. * Li. ho. f Ger. g Bru. Ger. h Ham. i Pi.

mis intulisset. Præsagium ergò imminentis excidii hoc vult accipi, cùm cogentur Judæi non audire signa clàm illata, sed palàm in loco illustri posita conspicere, nec in quovis Judææ angulo, sed sub ipsa Hierosolymorum mœnia, solo apprimè sancto, & in quo vel Templi reverentià minimè id fieri deceret, neque verò fieret, nisi Deus Templum illud omnémque cultum Judaicæ gentis, ut multis modis impuratum, abhominaretur. Sæpe annotat Josephus, *Deum aversatum esse Sancta*, fuisse enim *domum sceleribus repletam* [k]. ¶ *Qui legit* (locum illum Danielis [l] :) *intelligat*] i. e. Conetur intelligere [m]. ¶ Νοείτω] *Animadvertat*, vel *Secum consideret*, Ger. Be. Pi. ut verbum usurpatur Marc. 8. 17. 2 Tim. 2. 7. & apud LXX ad Prov. 1. 2, 3. & 16. 23 [n]. Alibi pro συνιέναι usurpatur, ut Matt. 15. 17. & 16. 11 [o]. Assentior hæc parenthesi includentibus : cohærent enim sequentia prioribus, ut ex Marco etiam & Luca apparet. Est autem hoc etiam à Daniele, ויתדע ותשכל, ubi Græci, κὶ γνώσῃ κὶ συνήσεις, 9. 25. Notandum est, vaticinia alia obscuriùs, alia clarùs, edita, certo Dei consilio. Sunt enim quædam mala quæ à piis vitari vult Deus, ut quæ scelerum maximorum supplicia sunt. In his malis erat excidium Titi. Ideo additæ sunt notæ apertissimæ, quibus etiam pii admoniti, ut Epiphanius, Eusebius, atque alii notant, in tempore Hierosolymis exierunt. Sunt mala alia quæ Deus explorandæ hominum constantiæ vult inservire, qualis erat vexatio Antiochi. Ea prædicit quidem, ità ut cùm eveniunt à Deo provisa appareat, sed non præmittit notas quibus animadversis caveri possint; quia id si fieret, non appareret piorum constantia. Itaque mala sub Antiocho quamdiu duratura essent significavit, sed quando inceptura subticuit. Vide Jacchiaden ad Dan. 12. 10. Ideo de illorum malorum vaticinio ait Daniel, *Audivi, & non intellexi*: cui Deus respondet, *illas res occlusas & obsignatas esse* debere *ad tempus* aliquod. At illa de excidio Titi prædictio & apud Danielem habebat definiti temporis notam, &, si quid videri poterat obscuriùs, patefactum erat, Christo dicente hæc eventura, cùm primùm exercitus profanus cum signis ad Urbem adventaret [p]. His verbis Christus, 1. accusat Judæos, quòd Danielem aliósque perfunctoriè & oscitanter legerent, nec verum planúmque sensum eruerent, qui erat, Templum & Sacrificia abroganda esse [q]. 2. Significat locum hunc fuisse, tum obscurum [r], tum etiam dignissimum intellectu, &c [†]. Sed hæc non tam de obscuritate Prophetiæ istius dicta sunt quàm de certitudine: q. d. Qui ista legit, bene advertat [t], quòd, cùm *populus*, sive *exercitus*, *Principis*, sive *Ducis*, *venturi* (vel potiùs, *populus Princeps venturus*, Romani scilicet, qui, tum, cùm scripsit Daniel, nondum rerum potiebantur, sed postea orbis Imperium adepti sunt; LXX reddunt, σὺν τῷ ἡγεμόνι τῷ ἐρχομένῳ, quo fortè intelligitur Titus, cujus velut manu Deus Urbem evertit [v] :) Hierosolymas obsederit, certissimum ei impendet excidium. Nolitè ergò vanâ spe vosmetipsos demulcere, aut de victoria futura, aut de recessione istius exercitûs, sed fugite in inaccessa montium, non in urbem [x].

16. *Tunc*] Referendum, vel, 1. ad omnia præcedentia; *Tunc*, cum scil. audieritis prælia & rumores, &c: vel, 2. ad proxima verba. Ità omnes interpretantur, quanquam ego prius malim [y]. *Tunc, cùm videritis*, &c [z]. q. d. Si non antè fugeritis, tunc saltem fugite, cùm primùm adventare expansis signis exercitum conspicietis, cùm poni primùm castra incipient: nam ad id usque tempus patebat fuga, nondum occlusis egressibus: quod factum mense ex quo exercitus Urbi admotus erat tertio, cùm murus circum Urbem ductus est ambitu 34 stadiorum, additis castellis. Itaque Josephus eo ipso tempore multos profugisse narrat. Sic & à Sossio obsessa Urbs diu exitus habuit [a]. ¶ *Qui in Judæa*] Quæ hîc sumitur, vel, 1. generaliter, pro tota terra Israelis. Nam Vespasianus primùm Galilæam debellavit, aliásque Provincias, antequam Jerosolymam accederet [b] : vel, 2. strictè, pro tractu Hierosolymitano. ¶ *Fugiant*] Cur autem fugam tam districtè suis imperet Christus causam Lucas adjicit, ὅτι ἡμέραι ἐκδικήσεως, &c. (*tempora ultionis hæc sunt, ut omnia impleantur quæ scripta sunt.*) Nimirùm sunt in consilio Divino tempora ἐπισκοπῆς, (*visitationis*, nempe gratiosæ,) ut Lucas de Jeros. agens loquitur, 19. 44. sunt & tempora ἐκδικήσεως. Temporibus ἐπισκοπῆς adhibentur quædam comminationes quæ non sunt peremptoriæ, ut videre est Jer. 18. 8. Jon. 3. 4. Temporibus ἐκδικήσεως decreta Dei, quod universitatem attinet, sunt definita; quemadmodum definitum erat, ut Hieros. venirent in potestatem Nabuch. quod nullâ ratione evadi poterat, ut sæpe dicebat Jeremias. Et à Prophetis dictum ait Josephus, 9. Antiq. ὅτι τὸ μὲ Θεῖον, &c. (*quòd Deus adversus ipsos decretum sanxit de excidio populi & regionis quod nullis deprecationibus potuit irritum fieri.*) Et alibi sæpe Deus negat ullam se admittere deprecationem. Tale erat decretum Dei temporibus Titi de perdendo Templo & Urbe; quod εἱμαρμένην & τὸ χρεὼν vocat Josephus, notans sæpe occæcatas Hierosolymitarum mentes, ut & omnia ad pacem hortamenta præfractè repudiarent, & post multa desperatæ audaciæ exempla postremis iisdémque firmissimis munimentis vecordes cederent. Titus ipse, apud Philostratum in Vita Apollonii, aiebat post victoriam, μὴ αὐτὸς, &c. (*Non suum hoc opus fuisse*, sed, *irati Dei*, &c [c].) ¶ *Ad montes*] Non ad montes Judææ, qui à Romanis quoque expugnati sunt, teste Jos. Belli, 1. 3. 12. & 4. 2. sed [loquitur] ex vulgari more fugientium ad montes tanquam loca tuta [d]. Sicut alludi hîc ad Lothi historiam, [Gen. 19. 17.] non negaverim; ità reipsâ quoque impletum puto. multósque Christianos versùs Libanum montem concessisse. Sic ante obsidium Hieros. Hierichuntinos fugisse *in montana* narrat Josephus. Sed & Christiani scriptores prodiderunt, multis perfugium fuisse non Pellam tantùm, sed & alia loca Regni Agrippæ & Syriæ [*]. Cestius Gallius obsederat Jerosolymam: nullâ autem evidenti causâ, sed speciali tantùm Dei providentiâ, obsidionem suam solvit, ut Christianis daretur evadendi opportunitas: quo factum ut cùm Titus Urbem obsideret, nè unus Christianus in ea reliquus erat; de quo vide Euseb. hist. 3. 5. & Epiphan. de Pond. & Mens. c. 15 [f].

17. *Qui in*, &c. Ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος] *Qui super tectum*, Bru. sic Pi. solebant enim in planis ædium suarum tectis versari, & negotia obire [g]. *Qui in solario*, i. e. in superiore ædium parte [h]. ¶ *Non descendat*] Videtur de solario aliâ quàm per domum descendi potuisse, per scalas nimirum in publicum projectas, quales describit in Phœnissis Euripides. Sic & Aristot. Oecon. 2. ait fuisse, ut ὑπερῷα, (*solaria*,) ità & ἀναβαθμούς, &c. (*scalas quæ eminebant in viam publicam.*) Et in Milite Glorioso servus cùm dixisset, nullum esse ex ædibus quas habitabat in vicinas commeatum, causam reddit, quòd *nec solarium esset, nec hortus*. Hæc autem & quæ sequuntur ad celerrimæ fugæ ὑποτύπωσιν pertinent. Ità Loto dictum est, *Erue te cum vita tua tantùm, & nè respice* [i]. ¶ *Tollere, &c.*] Ἆραι τι, &c.] *Ad tollendum* (Intellige, & secum auferendum [k] :) *aliquid* (putà vestes, pecuniam [l], aut quidvis aliud ad fugam aut vitam necessarium [m] :) *è domo sua*, Pi. &c. Alii legunt, τὰ, &c. Ità legitur in vetustis exemplaribus, & in Val. & Th [n]. & Athan. & Chrys [o]. *quæ sunt è domo sua*, Val. potiùs, *in domo sua*, Rev. i. e. res suas quas domi debet [p]. Nec sine exemplo est, τὰ ἐκ τῆς οἰκίας. Nam Psal. 72. 16. מעיר *è civitate*, pro *cives*. Cui simile vide Jud. 10. 11, 12. Sic, οἱ ἐκ τῆς πόλεως, 1 Mac. 5. 47. & 6. 3. Luc. 11. 13. ὁ ἐξ οὐρανοῦ. Sic Thucyd. l. 2. τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν & ibid. τοὺς ἐκ τῶν πολέμων, *qui in bello ceciderunt* & lib. 3. οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως, *qui in urbe Plateæ erant*: quomodo & in Xenoph. hist. 1. & 7 [q]. Nihil aliud hâc Hyperbole quàm festinatissima fuga significatur [r].

18. *Qui in agro*] Vel colendi agri, vel ambulandi, causâ [†]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἐπιστρεψάτω ὀπίσω] *Nè revertatur retro*, Er. Il. Be. Tre. Sy. Ca. &c. vel, *rursus*, sicut dixit Virg. *Rursus & incipiant in corpora velle reverti* [t]. q. d. Nè redeat unde egressus fuerit, tunc enim respiceret, retróque se verteret. Forsan etiam alludit ad Gen. 19. 17 [v]. ¶ *Tunicam suam*, Τὰ ἱμάτια αὐτοῦ] *vestimenta sua*, Be. Pi. &c. Cæterùm τὸ ἱμάτιον legitur in 4 vetustis exemplar [x]. & à Syro & Latino. Penulam intelligi puto [y], vel pallium, quod servit fugientibus & itinerantibus [z]; neque tamen mutem Græcam lectionem. Est enim hæc

[k] G. [l] Bru. sic Pi. Ham. Li. ho. [m] Bru. sim. Pi. [n] Ger. [o] Ger. ex Be. [p] G. [q] Ger. [r] Ger. sim. Bru. [†] Bru. [t] Li. ho. [v] Cap. [x] Li. ho. [y] Mal. [z] Bru. [a] G. [b] Bru.

[c] G. [d] Bru. [*] G. [f] Ham. [g] Bru. [h] Be. [i] G. [k] Pi. [l] Pi. sic Bru. [m] Bru. [n] Be. [o] Rev. [p] Be. [q] Rev. [r] Bru. [†] Bru. [t] Be. [v] Bru. [x] Be. [y] G. [z] Bru.

vox earum in numero quæ plurali sono significationem habent interdum singularem, ut videre est Joh. 13. 4. & 19. 23[a].

19. *Væ autem*] Scil. *erit*: miseret me illarum[b]: miseriores erunt aliis[c]. ¶ *Prægnantibus*, &c.] Idem est sensus qui Luc. 23. 29. *Beatæ steriles*, &c[d]. Tales enim onere gravatæ fugere non poterant[*]. Nimirum parvi liberi magna fugæ sunt impedimenta. Antiochiæ infantem repertum legimus qui matris mortuæ sugeret ubera. Bello Gothico per Italiam matris morte aut captivitate desertum infantem capra aluit. Est autem apud Jos. l. 14. miserabilis descriptio matrum cum infantibus fugientium[f].

20. *Orate*] Deum, cujus est tempora disponere, & impedimenta tollere, &c[g]. ¶ *Fuga vestra*] Quæ de fuga hîc dicuntur, ad tempus inchoati obsidii, non ad extrema cladis, pertinent; tunc enim fugæ non erat locus[h]. ¶ *Hyeme*] Ob temporis importunitatem, frigora & procellas[i], vias difficiles, dies breves, &c[k]. Celeriter & procul fugiendum notat[l]. Clementiam hanc Deus observabat in excidio Templi primi, quòd non hyeme occurreret, (ut prædictum erat, *Fili hominis, nota hunc diem: nam ipsissimo hoc die*, &c. h. e. decimâ mensis Tebeth) sed æstate[m]. ¶ *Vel Sabbato*] Quo iter prohibitum erat, quod & Josephus notat. Non tamen omnis ambulatio tunc vetita est: nam ad Sanctuarium eo die ex castris iri solebat, Levit. 23. 3. Quare omnino temperanda ea res fuit æquâ definitione: in quo rerum genere aliqua esse debet sapientum auctoritas. Sapientes autem Hebræi bis mille cubitis id spatium definierunt, quod alii 5, alii 7, stadiis metiuntur. Ostendit ergò hîc Christus longè ultra bis mille cubitos fugiendum[n]. Nec obstat quod apud Heb. Magistros legimus, Vitæ periculo cessare legem Sabbati[o]. Ea enim exceptio non omnibus erat probata. Nam primùm Dositheus nè statu quidem decedendum Sabbato arbitrabatur; Esseni, nec alvum levandam. Et quanquam Maccabaicis temporibus decretum erat vitam ab hoste impetitam armis etiam Sabbato defendere, tamen multis id fas esse non satis erat persuasum. Quâ occasione usi & Ptol. deinde & Pompeius & Sossius Urbem Sabbato irrupere, ut Josephus refert. Deinde etiam qui isti decreto stabant, tamen strictissimè interpretabantur, si nempe hostis mœnia oppugnaret. Nam extra eam necessitatem pugnare nefas esse putavit Josephus, eámque suis temporibus ait receptam fuisse sententiam, adeò quidem ut nec obsidentium opera Sabbato turbare auderent: quod cùm Josepho & Rabbini prodiderunt. Hujus qui erant sententiæ (erant autem plurimi, quos inter nauta ille Synesio memoratus) religione impediebantur periculum imminens fugâ antevertere, quò Christus respicit. Erat quidem cessatura ante excidium Hierof. stricta illa obligatio Sabbati; at in plerisque Judæis etiam credentibus non erat cessatura obligationis veluti manentis persuasio, ut videre est Rom. 14. 5. Quin ad tempora usque Adriani Christianis Palæstinæ (qui *Nazaræi* vocabantur) observata Legis præcepta alibi ostendimus. Certè antè excidium Templi paucissimi fuere qui libertatem suam intelligerent. Quamdiu autem ea manebat persuasio, contrà quicquam facere grave fuisset delictum; ut aliquoties docet Paulus[p]. Quærebant à R. Eleazaro quidam Judæi, post Christi tempora, allato ab Imperatore Romano edicto duro & gravi, Num liceret fugere, nimirùm in die Sabbati, ut constat ex exemplo (quod Rabbi ille produxit) Davidis, quem volunt fugisse die Sabbati, & ex eo quod Judæi nunquam dubitârunt an fugiendum esset tempore persecutionis, ideóq; non erat quòd de eo Magistrum interrogarent. Ille autem fugere licere significavit[q]. Loquitur hîc Christus juxta opinionem quâ tum imbuti erant Judæi[r], quin & Discipuli ipsius, quos præsciebat ceremonias non fuisse relicturos ante eversionem Templi; id quod ità fuisse constat ex Act. 21. 20. & ex Epiphan. hæref. 29. & 30[†]. Summa est, Orate nè festinationem vel religio, vel, itineris asperitas, impediat aut moretur[t].

21. *Erit ——— tribulatio magna*, &c.] Nempe Judæis[v]: q. d. Non frustrà vos hortatus sum ad fugam. Nam post elapsam fugæ occasionem, mala imminebunt omnibus malis humanis graviora, intus latrocinia, fames, pestis; extrà ferrum & flamma. Verissimè à Josepho dictum est, Μήτε πόλιν, &c. (*Nullam aliam civitatem talia perpessam esse*, &c[x].) Nec mirum, quia gravissimum omnium erat eorum parricidium, &c[y].

Margin notes: [a] G. [b] Pi. [c] M. sim. Camer. [d] G. [*] Mal. ex Hil. Chryf. Hi. &c. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. sim. Be. [k] Bru. [l] Er. sim. Bru. [m] Li. ho. ex He. [n] G. [o] G. sim. Cap. [p] G. [q] Cap. [r] Bru. sim. Cap. Ger. [†] Bru. [t] Calv. [v] Aug. &c. in Eru.

¶ *Neque*, &c. Οὐδ' οὐ μὴ γένηται] *Neque unquam fiet*, Be. Pi. Triplex negatio fortissimè negans[z]: q. d. *Neque omnino erit aliquando*[a]. Est & triplex negatio, Marc. 14. 25. Luc. 10. 19. Apoc. 18. 14. Quæ tamen non ter negat: sed ut simplex negatio certior ac magis fixa appareat, interseruntur illa, οὐ μὴ, quæ valent, πώποτε. Sic in Terentio, ——— *Neque tu haud dicas tibi non prædictum cave*: ubi Donatus, *Duæ negativæ faciunt unam affirmationem, tres negativæ pro una accipiuntur*[b].

22. *Et nisi*, &c. Εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν, &c.] *Nisi decurtati* (vel, *præcisi*, Camer. *abbreviati*, Ar. Perf. *diminuti*, vel *contracti*, sub. à *Domino*, Bru.) *fuissent dies illi*, Be. Er. Il. Sy. Tre. &c. i. e. tempus illud summæ tribulationis[c]. Si illa tribulatio diu duraret[d]. Ἐκολοβώθησαν hîc quod συνετμήθησαν apud Græcos, Dan. 9. 24[*]. ¶ *Non, &c.* οὐκ ἂν ἐσώθη, &c.] *Non servaretur* (nempe ex illis cladibus[f], vel à morte[g]:) *ulla*, (vel, *omnis*, Er.) *caro*, Pi. Bru. &c. i. e. ullus homo[h], per Synecdochen partis pro toto[i]; deinde nullus Judæus[k], per Synecdochen generis[l]. Si Romani diutiùs pugnare coacti essent, omnes per totum orbem dispersos Judæos jussissent interfici[m]. Lux huic loco ab historia. Antequam Urbs obsideretur, primùm sicarii quos lubebat trucidabant; deinde Zelotæ bellum in Romanos sumentes omnes à bello aversos obtruncabant; postremo duces Zelotarum tam in Galilæa, quàm in Judæa, de principatu inter se armis certantes populum in partes mutuásque cædes rapiebant: quæ omnia apud Josephum videre est. Itaque nisi accelerata esset obsidio Urbis, in quam confluxit non ex Judæa tantùm, sed & ex Galilæa & Idumea quicquid erat pessimorum hominum, ac sic bellum omne conclusum intra semestre tempus, haud dubiè quotquot in Judæa erant concidissent aut latrocinio, aut mutuis cædibus. Simile est quod aiunt Hebræi, exsilium Israelitarum Babylonicum collatum in annum à Lege lata 850. si venisset biennio pòst, futuram fuisse πανωλεθρίαν[n]. Potest & aliter sensus dari, capiendo vocem ἐσώθη secundùm phrasin S. S. ——— *nullus salvaretur*: quia quamdiu Templum stetit cum sacrificiis, &c. talis erat petra scandali, ut ferè omnes in eam impingerent, & multi indies fierent Apostatæ à Christo, quia sivit Deus illa manere quæ Christus abolenda prædixit. Unde Heb. 10. 25. *Hortari eos vult sese invicem ut perseverarent, quia dies illa appropinquaret*, i. e. dies decurtationis, dies excidii Urbis & Templi[o]. ¶ *Sed propter electos*] i. e. Quos ab æterno Deus ad æternam beatitudinem elegit[p], ex numero Judæorum[q]: propter eos quos Deus ab illa clade servare decreverat, i. e. Judæos credentes[r]: Christianorum causâ, qui sparsi per Judæam & Galilæam pecudum ritu cæsi fuissent à sicariis, Zelotis & tyrannis, utpote aversi à belli consiliis. Nam isti sceleratissimi homines, inquit Josephus, μόνον, &c. (*in eo tantùm consenserunt, ut interficerent omnes, qui salute digni erant, quique pacem optabant.*) Ἐκλεκτοὺς (*electos*) quasi proprio nomine dici Christianos, utpote charissima Dei pignora, annotavimus suprà. Celebre erat primis Christianorum temporibus Matthiæ Apostoli dictum, Ἐὰν ἐκλεκτοῦ, &c. (*Si electi vicinus peccaverit, peccavit & Christianus*,) quo significabatur officium Christianorum in admonendis hominibus ullâ necessitudine conjunctis. Sic Clemens Alex. *Si oderint* τὸν ἐκλεκτὸν, i. e. Christianum, &c. Etiam Arrianus Epicteto eum qui baptizatus est vocat ἠρημένον, (*electum*;) & Cæcilius Natalis, apud Minutium Felicem, Christianos vocat *electos*. Marcus dixit, *electos quos elegit*, i. e. *dilectos quos dilexit*, loquendi ubertate Hebræis familiari. Talia sunt & illa, Matth. 27. 9. Marc. 7. 13. & 12. 23. & 13. 19. Sed & Euripides dixit βάλλειν ἔβαλλε. Hi ἐκλεκτοὶ sunt servi illi Dei ex tribubus 12 qui obsignati dicuntur, Apoc. 7. antequam adventaret dies ille iræ Divinæ. Nam obsignare solemus ea quæ rectè custodita volumus[†]. ¶ *Breviabuntur*, &c.] Consilio Dei[t], cui hoc disertè asscribit Marcus; cujus consilii sapientem dispensationem in historia conspicere est. Vespasianus senectâ tardus, & operiendum censens dum mutuis vulneribus Judæi conciderent, à multis monebatur Ἀμύνειν, &c. (*succurrere Urbi & populi reliquias*

Margin notes: [x] G. [y] Bru. [z] Eru. Pi. [a] Bru. [b] Pi. [c] Bru. [d] V. [*] G. [f] Pi. [g] Bru. [h] Be. sic Er. V. [i] Be. [k] Be. sic M. V. Pi. Bru. [l] Be. [m] Bru. [n] G. [o] Kn. [p] Bru. [q] Bru. sim. Pi. [r] Ham. [†] G. [t] G. sim. Bru.

quis servare: quia plurimi, quòd Romanis faverent, interempti essent, &c.) His impulsus omnia ad obsidium parat: mox ipse versus ad capessendum firmandúmque Imperium Tito tradidit copias, *quem manere apud exercitus* —— *utile videbatur*, scribente Tacito. At Tito, utpote juveni, *Roma*, ut idem Tacitus notat, *& opes voluptatésque ante oculos, ac ni statim Hierosolyma conciderent morari videbantur*. His modis præcipitatum obsidium, cùm interim qui in Urbe erant latrociniis, rapinis, libidinibúsque indulgerent, *quasi Deo exprobrantes tarditatem supplicii*, ut Josephus loquitur. Sed & cœpta obsidio spe omni celerius finem habuit, dum ipsi obsessi ambustis frumentis famem accelerant, & munitissima præsidiorum fatali vecordiâ deserunt. Ità factum est ut inter Christi, veri Paschatis, immolationem, & amissam possessionem Terræ promissæ, totidem anni intercederent quot inter Ægyptiacum Pascha & ejusdem terræ adeptionem anni intercesserant: itaque pro diebus 40 qui dati sunt ad pœnitentiam Ninevitis, ipsis concessi sunt anni totidem: quod mysticè significatum erat, Ezec. 4. 6. quo & id referri potest quod de solenni jejuniorum tempore alibi diximus [v]. Protraxit Deus tempora propter electos ante Urbis excidium, [ut nempe exitus illis pateret;] in excidio propter eos contraxit, &c [x].

[v] G.
[x] Li. ho.

23. *Tunc*] Christus ad quæstionem secundam solvendam progrediens, tacitam facit transitionem, posteriora prioribus connectens. Quæstio erat de Regno Messiæ: quia autem multi *Pseudo-Christi* apparituri erant etiam post excidium Hieros. (nam de his qui excidium præventuri erant jam egerat) ideo Christianos admonet nè Regnum exspectent cum externo apparatu μετὰ παρατηρήσεως, (*cum observatione.*) Si quis igitur hìc aut illic Christum aspectabili modo adesse nunciet, nolite fidem adhibere [y]. *Tunc*, post vastationem Jerosol. & Judææ. Quanquam plerique transitum hìc fieri volunt à tempore excidii Jeros. ad tempus medium inter Jeros. & mundi excidium [z]. De temporibus hìc agit finem seculi antecessuris [a]. Sed de iis agere incipit v. 29. [idque alia phrasi,] non dicens, τότε, sed, *statim post tribulationem*, &c. Malim ergò hæc cum Orig. referre ad id ipsum tempus obsidionis Hieros. ut quæ præcedunt, de tempore obsidionem præcessuro agunt. Utroq; certè tempore erant *Pseudo-Christi*, qui falsâ salutis promissione ipsos deceperunt. Hoc τότε dependet ab initio hujus vaticinii, [v. 15.] *cùm videritis abhominationem*, &c [b]. ¶ *Ecce hic Christus*, &c.] Missus jam à Deo ut vos à Romanis liberet, &c [c].

[y] G.
[z] Bru.
[a] Hil. Hi. Chrys. Euthym. &c. in Ger.
[b] Ger.
[c] Bru.

24. *Surgent enim Pseudo-Christi*, &c.] Redditio causæ, cujus beneficio Christus, enarratis signis Excidii Judaicæ gentis, transit ad signa consummationis seculi. Distinctionis hujus fundamenta plus satis confirmat eventus. Nam quæ sequuntur frustrà quæsiveris ante Templi subversionem [d]. [Alii autem aliter sentiunt, ut jam dictum.] *Surgent*, i.e. exorientur eo tempore, qui mentientur se esse Christos, &c [*]. Statim post Excidium Jonathas, *homo nequissimus*, ait Josephus, multos in Cyrenaicam solitudinem perduxit, *signa se ostensurum promittens*: quem conatum Catullius provinciæ Præses armis disjecit. Adriani temporibus Barchochebas ità dictus à Chochaba, nobili Galilææ vico, (cujus Epiphanius meminit,) palàm omnibus dixit, *Ego sum Messias*. Hunc Adrianus in urbe Bether obsedit. Ipse impostor, urbe captâ, à milite trucidatus est, indè בר כזבא, i.e. *Filius mendacii* dictus. Hic est *Barchochebas* cujus in Apologetico Justinus meminit. Quòd autem quidam putant duos fuisse Barchochebas, aut Barchozbas, errant decepti à Judæis, pessimis historiæ magistris. Nam ex quo patriâ expulsi sunt, omnis apud illos historia crassis erroribus & fabulis est inquinata, quibus proinde nihil credendum est nisi alii testes accedant. Itaque videre est ipsos quoque inter si discordes. Nam alii Aquibam Barchochebæ prioris, alii posterioris, fautorem statuunt: & priorem à Tito, posteriorem ab Adriano, obsessum, sunt qui credant. Sed profectò error est vicini nominis: nam ille à Tito obsessus non Barchochebas fuit, sed Bargieras, quomodo eum Josephus & Tacitus nominant. Sed & alii Judæi Barchochebam cum eo quem dixi Jonatha confundunt. Aiunt enim ab ipso excitatum bellum in Cyrene. Sed Judæi omnes ψευδοχρίστους *Barchochebas* vocant; quomodo Græci quicquid usquam fortiter gestum est asscribunt Herculi: Postea in Ægypto, Cypro, Creta, atque alibi, multi alii extiterunt impostores pro Christo se venditantes. Quibus adjungi potest Menander Samaritanus. ¶ *Et Pseudoprophetæ*] ψευδοπροφήτας ex connexu orationis intelligo ὑπασπιστὰς (*fautores*) *Pseudo-Christorum*, qui S. Literarum testimoniis abutebantur ut populo persuaderent hunc aut illum impostorem esse promissum Messiam. Qualis Adriani temporibus fuit Aquibas Balaami de Stella vaticinium (quia vicus unde *Barchochebæ* nomen *stellæ* habet significationem,) Aggæique & aliorum Prophetarum vaticinia ad illum trahens. Nec Aquibas tantùm, sed, si ipsis Judæis, &, qui inter Judæos minimè nugatur, Maimonidæ, credimus, plerique ejus ætatis sapientes. Nec dubitandum est quin simili modo alii quoque *Pseudo-Christi* suos habuerint *Pseudoprophetas*: sicut & Bestia illa suum habet Pseudoprophetam, Apoc. 16. 13. & 19. 20. & 20. 10 [f]. ¶ *Et dabunt* (vel, *edent*, Be. Pi. i.e. palàm omnibus spectanda proponent [g]:) *signa*, &c.] Flammas evomere putatum Barchochebam narrat Hieronymus: cui simile est quod de Bestia secunda narratur, Apoc. 13. 13. Deus, cùm Pharaonem editis per Mosem miraculis ad æqui obedientiam invitâsset, providè permisit & à Magis Ægyptiis edi mira quædam, ità tamen ut Mosis signa magnitudine & multitudine longè illis antecellerent; quo facto Pharaoni, simulanti Magorum se miraculis fidem adhibere, & id velum obtendenti suæ sævitiæ, occursum est. Nulla enim probabilis afferri poterat ratio cur Magorum miraculis habuisset fidem qui Mosis miraculis fidem habere nollet. Israelitis prædixit Moses futurum, ut falsorum deorum ministri ipsos à veri Dei cultu conarentur abducere non sine signorum pompa; ídque permissurum Deum, ut ipsorum in se fidem exploraret, justissimè nimirum, post tot à se edita miracula, quæ nullis aliis miraculis æquari, nedum superari, possent: ut si talibus signis adducti Judæi ad falsos deos deficerent, id levitatis ipsorum & perfidiæ insigne esset monumentum. Simili modo Deus, post Filii sui auctoritatem tot illustribus miraculis probatam, permittere voluit, ut alii, qui Christos sese venditarent, aliqua exhiberent signa, ut Judæi, si illos sequerentur, velut signis permoti, ipsâ signorum comparatione convincerentur. Hac scilicet ratione toti humano generi constitit, Judæis, quominus Christo parerent, nullam rem aliam quàm doctrinæ ipsius sanctimoniam & puritatem obstitisse. Hæc est ἐνέργεια πλάνης, de qua 2 Thes. 2. 9, 10. Confer & Apoc. 13 [h]. Dubium est, utrum in rebus religionis major erat Judæorum superstitio, an in artibus curiosis. 1. Nulli plus insomniis studuerunt. 2. Illis in usu & deliciis erant amuleta, exorcismi, atque omnimodæ incantationes, præstigiæ & veneficia, quibus ità docti erant, ut *magna & multa signa* ederent. In illis etiam artibus doctum esse voluerunt qui in Synhedrium eligeretur, ut scil. de iis reos judicare posset. Hieros. Sanhed. fol. 18. 3. E Schola Rabbi ——24. *ab oculo malo*, i.e. veneficiis, *perierunt*. Et fol. 23. 3. *Fœminæ veneficæ* 80 *uno die Ascalone suspensæ erant*. De plurimis Rabbinis memoratur, quòd essent periti in edendis miraculis, de quibus vide Juchas. fol. 20. 1. Bab. Berac. fol. 33, & 34. [De his plura vide in Li.] Referunt, pluvias à Rabbinis jejunantibus ad placitum ferè impetratas, Bath-kol sæpe Rabbinis applausisse è cœlo, mortem aut plagas huic vel illi à Rabbinis prædictas, & respondisse eventum. Ego autem Magicam in plerisque horum potiùs suspicor, quàm mendacitatem in omnibus. Eò autem frequentiores tunc erant in his atque impudentiores, quò magis ad ruinam nutaret. Urbs populúsque, eò quòd Messiam manifestandum crederent ante Urbis excidium, teste Chald. ad Esa. 66. 7. *& antequam dilataverat sese Imperium iniquum* (Romanorum) *in totum mundum*, ideóque isti hisce signis singuli se Messiam esse simulabant [i]. ¶ *Ità ut*, &c. Ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, &c.] *Ità ut seducant* (i.e. à me abstractos ad Pseudo-Christum abducant [k]:) *si fieri posset*, (vel, *si possibile*, sub. *esset*, Bru.) *etiam electos*, Pi. Be. &c. Pro, ὥστε πλανῆσαι, &c. Marcus habet, πρὸς τὸ ἀποπλανᾷν, &c. Similis locutio in libro quem citat Clemens: [vide in G.] Sensus est, Illos γόητας omnem operam daturos, ut non

[d] Cap.
[*] Bru.
[f] G.
[g] Be.
[h] G.
[i] Li. ho.
[k] Bru.

non tantùm Judæos incredulos, sed & eos qui Christo nomen seriò dederant, quos ἐκλεκτοὺς passim vocari res certissima est, in suas pertrahant partes. Illud, εἰ δυνατὸν, rei denotat difficultatem. Vix enim decipi potest, imò, si verborum proprietatem sequimur, etiam cùm decipi videtur non decipitur, sed ipse se decipit qui monitus non cavet. Ideo addit Christus, *Ecce prædixi vobis*, ut ostendat Christianis nè tales sequantur impostores satis esse prospectum. Nam qui Jesum esse Christum veracem Doctorem credit, sciens prædictum à Christo, Regnum suum non venturum μετὰ παρατηρήσεως, armatus satis est adversùs id genus præstigias. Vide Orig. & Theoph. & Clementis Constitut. 6. 18. [& verba ejus in G.] Neque miror si illis temporibus propè ἀδυνάτοις accenseri potuit, ut qui Christi dogmata cum cura imbibissent ab iis abducerentur, cùm etiam apud Galenum proverbiale sit, Θᾶττον τις τοὺς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ μεταδιδάξει, (*citiùs quispiam Christianum à Christo abducat.*) Et Augustinus oraculum Apollinis refert, qui sciscitanti quomodo uxorem à Christianismo posset avellere, respondit, Faciliùs eum aut flumini rapido inscripturum literas, aut in aere volaturum. Cæterùm, quanquam difficulter hoc fieret, factum tamen interdum affirmat Tertul. adv. Marcionem 3. *Siquidem edicens multos venturos, signa facturos, aversionem etiam electorum, nec ideo tamen admittendos*[l]. [Alii aliter:] Εἰ δυνατὸν, i.e. si qua vis valeret adversùs prædestinationem, sive decretum Dei. *At voluntati ejus quis resistet?* Quis frustrabit Deum decreto suo, nè sortiatur effectum[m]? Indicat hoc fieri non posse, positâ nempe prædestinatione, cujus certitudinem hinc colligunt Theologi[n]. Loquitur autem non de quovis, sed de finali, errore[o]. Necessaria igitur est perseverantia electorum, non quidem absolutè, quasi ipsi excidere nequeant, sed ob infallibile Divinæ electionis propositum[p]. Fragilis est ac lubrica in se piorum conditio, nec salutis nostræ firmitas in nobis, sed in Dei electione, locatur[q].

25. *Ecce prædixi vobis*] Futura salutis pericula[r], ut vos munirem †. Licèt ergò electi perire nequeant, cautione tamen opus habent nè seducantur: nec debet Divina providentia & gratia Christi illis negligentiæ & temeritatis, sed diligentiæ & cautionis, argumentum præbere[t]. Nullâ ergò excusatione digni sunt Apostatæ, quia admoniti sumus, nec unquam ad resistendum nobis virtus deerit, modò nè infirmitatem nostam alat torpor[v].

26. *Ecce in deserto est*] Messias scilicet, quod Marcus addit. Solebant id genus impostores abducere homines in solitudinem, ut tutò ibi manum colligerent: quod apud Josephum passim videre est[x]. ¶ *Nolite exire*] Scil. in desertum, ad eum audiendum aut videndum, nè fortè seducamini[y]: nè ite ut illorum ductum sequamini[z]. ¶ *In*, &c. Ἐν τοῖς ταμείοις] *In penetralibus*, Vulg. *In cubiculo*, Sy. in Di. Non ità legit, nam & Sy. & Evang. Heb. &c. retinent plurale, sed sensum exposuit; q. d. *in hoc aut illo penetrali*, species pro individuo, ut Heb. 9. 23. *melioribus sacrificiis*, de unico Christi sacrificio[a]. *In conclavibus*, Be. Pru. Pi. i. e. in palatiis[b], seu locis munitis[c]. *In conclavi domûs*, ut suprà 6.6. Nam quidam haud satis fidentes viribus clàm colligebant sectatores. Sensus idem qui suprà 23. quod ostendit oppositio membri sequentis[d].

27. *Sicut enim fulgur exit*, &c.] i. e. Non alicubi concluditur, ità ut dici opus sit, Ecce hìc aut illic est fulmen, sed palàm & ultro omnium se oculis infert[*]. Fulminis proprium est brevissimo tempore plurima loca pervadere. Hinc de Alexandro Lucanus, *Fulmenque quod omnes Percuteret pariter populos.* Similiter Plut. [vide G.] Ait ergò Christus, non esse cur hoc, aut illo, loco peculiariter quæratur Regnum suum, cùm uno velut ictu pervasurum sit per omnes terrarum oras ab uno cœli cardine ad alterum, secundùm ea quæ in Psalmis & Prophetis de Messiæ Regno erant prodita, *ut manè super montes*, Joel. 2. 2[f]. Tonitru exspectatur viso fulgure: sed fulgur nullo indicio præsentitur, sed antequam exspectes jam emicuit & abiit[g]. ¶ *Ità erit & adventus*, &c.] *Adventus* hìc intelligitur, vel, 1. spiritualis, per prædicationem Evangelii[h]: de quo quidem secundariò & minùs principaliter Christus hìc loquitur, ut patet, 1. ex collat. Luc. 17. 24. *Non venit*

[l] G. [m] Bru. [n] Mal. [o] Mal. sim. Bru. [p] Bru. [q] Calv. [r] Bru. † Bru. ex Euthym. [t] Bru. [v] Calv. [x] G. [y] Bru. [z] G. [a] Di. [b] Pi. [c] Pi. sim. Ham. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] Er. [h] Ger. ex Orig. & Aug.

—cum observatione, &c. q. d. non exercitu militari, sed per prædicationem, &c: 2. ex complemento, nam post excidium Hieros. Evangelium in omnes gentes propagatum fuit. Applicatio autem similitudinis consistit in fulguris, 1. universalitate; 2. claritate; 3. celeritate[*]. De fulgore Evangelii hoc dicit, non de prædicationis celeritate: opponitur enim hoc deserto & conclavibus; q. d. Lucem meam ubique patefaciam post Urbis excidium, ac proinde cavendi qui seorsim discipulos cogerent. Confer 2 Cor. 4. 3[f]. Vel, 2. ad Judicium novissimum[g]: de quo hìc primariò & principaliter agi constat, 1. ex collat. ver. seq. *Ubi cadaver*, &c. quæ sententia disertè ad illud Judicium applicatur, Luc. 17. 37. 2. ex collat. Luc. 17. 24. *Ità erit filius hominis in die sua.* Dies autem novissima peculiariter dicitur *dies Christi*, ut 1 Cor. 1. 8. & 5. 5. 2 Cor. 1. 14. Phil. 1. 10. &c[h]: 3. ex connexione cum præcedentibus. Præmonuerat suos, nè crederent dicentibus, *Hîc est Christus*, &c. Obj. At dixisti te rediturum, ut de te quoque id dici possit. Respondet Christus, illum adventum suum non occultum fore, sed publicum, &c[i]. Vel, 3. ad vindictam de Judæis sumendam[k]: quæ in S. S. vocari solet *adventus Christi*, Dan. 7. & *dies Domini*, Joel 2. 31. Mal. 3. 1. 2. Matth. 16. 28. Vide & quæ diximus ad c. 12. 20. & 19. 28. Et excidium Hieros. sæpe exprimitur acsi excidium esset totius orbis, ut Deut. 32. 20, 21, 22. Esa. 65. 17. Jer. 4. 23. 2 Pet. 3. Apoc. 6. Sensus ergo est, q. d. Dum impostores dicent, *Ecce hîc*, &c. subitò aderit ille cum vindicta, & non inventus reperietur, sed non qualis ab illis quæritur[l].

28. *Ubicunque—corpus*] Ità Pers. Tre. i. e. σῶμα[m] ut est Luc. 17. 37[n]. Τὸ πτῶμα] Ità legitur in Theodor. & Sy. & Evang. Heb. Merceri[o], & Th. & in omnibus Codicibus[p]. *Cadaver*, Er Il. Be. Pi. Mo. &c. τὸ σῶμα etiam pro *cadavere* Homerus Xenoph. Plut. Porphyr. &c. passim usurpant[q]. ¶ *Illic—& aquilæ*] Proverbium Hebraicum desumptum ex Aquilæ natura, quam Jobi Liber celebrat. Idem est Vulturis ingenium: unde & Latina adagia; quale illud, *Cujus vulturis hoc erit cadaver?* De Erichtho venefica Lucanus, *Et quæcunque jacet nudum tellure cadaver Ante feras volucrésque sedet*[r]. At Tzetzes, chil. 5. 9. negat aquilarum genus ullo modo cadavera attingere. Cujus contrarium constat, tum 1. ex Job 39. 30. & Prov. 30. 17. *Oculum, qui patrem deridet —— aquilæ pulli comedent.* Nempe in parentes rebellio crimen erat lethale, Exod. 21. 15, 17. Levit. 20. 9. Et damnatorum corpora manebant insepulta, ferísque & avibus carnivoris exposita. *Oculi* rectè meminit, ut partis iis maximè obviæ: unde Epictetus ait, *Corvi mortuorum oculos vastant*, &c. tum, 2. ex Arabibus: Damir, de Aquila, *Cadaver*, inquit, *videt è 400 parasangis, & cùm in illud incidit*, &c. Sed propriè ad percnopterum, seu gypæetum, degeneris aquilæ genus vulturinâ specie, id pertinet, *quæ sola aquilarum exanima fert corpora*, ut ex Aristot. hist. 9. 32. habet Plinius, 10. 3 †. In applicatione hujus proverbii magna est varietas & difficultas[t]. Significat, haud magno studio opus esse ad conjungenda ea quæ naturâ suâ conjunguntur[v]. Pertinet Hebraicum proverbium ad ea quæ non unius loci propria, sed ubivis locorum eodem modo se habent; quale est illud Philemonis, Ἅπαντες οἱ λέοντές εἰσιν ἄλκιμοι, &c. (*Omnes leones sunt fortes, omnes lepores timidi*, &c.) & Hunnus Sandil, apud Procopium, Οὔτε ποίμνην, &c. (*Nec canes quisquam vidit gregi insidiantes, nec lupos gregem tutantes.*) Sensus autem hoc loco est idem quem apertiùs enunciat Petrus, Act. 10. 34. *In omni gente qui Deum timet illi gratus est.* Si quis particulas subtiliùs velit ἀλληγορεῖν (quanquam id in proverbiis minimè est necesse) poterit per *cadaver* intelligere eos qui actiones corporis crucifigunt; per *aquilas*, sublimia dona Spiritûs Sancti, quæ signa sunt Regna Messiæ, ut aquilæ illæ adeo à Judæis formidatæ signa erant Romanii Imperii. Cur hæc ad judicialem adventum trahi non oporteat, partim antè dixi, partim orationis series ostendet. Multa enim intercedent antequam ad Judicii descriptionem veniatur. Venerandum Christi corpus, postquam missum est in plenissimam vitæ Divinæ possessionem, vocari πτῶμα, miror

[*] Ger. [f] Be. [g] Ger. ex Chrys. & Euthym. &c. Mal. Bru. [h] Ger. [i] Ger. ex Bru. [k] Li. ho. sic Ham. [l] Li. ho. [m] Be. [n] D. prov. 1. 3. 1. [o] D. [p] Be. [q] BA. 2. 4. 184. [r] Ge. † BA. 2. 2. 175. [t] Ger. [v] Q. in Ger.

miror veteribus venire in mentem potuisse. Sed & apud Lucam hoc proverbium non universali Judicio, sed illi hominum discretioni quæ per Evangelium facienda erat applicatur, ut inibi videbimus [x]. Al. Ut versus præcedens, ità & hoc proverbium ἀποκαλυπτικῶς illi subjectum, intelligitur, 1. primariò & principaliter de novissimo ad Judicium adventu, ut constat ex collat. Luc. 17. 37. Ostendit hîc Christus, adventum suum fore, tum conspicuum, ut pii nullo præmonstratore indigeant: tum electis amabilem, &c. 2. Secundariò & minùs principaliter de spirituali adventu; q. d. Non minor est sagacitas in piis quâ inter tot Pseudoprophetas Christum inquirant, eique adhæreant, & eo se pascant, quàm in aquilis, quæ è longinquo cadaver investigant, &c. Veteres omnes statuunt, Christum h. l. seipsum comparare *cadaveri*, (ut denotaret & veritatem humanitatis suæ, & contemptam abjectámque ipsius speciem in mundo & mortis ejus tum veritatem, tum efficaciam;) pios verò *aquilis*, propter nobilitatem, visûs acumen, longævitatem, &c [y]. & quia carne & sanguine Christi vescuntur [z]; qui aquilarum, non graculorum, cibus est [a]. Hic versus cum v. 26. sic connectitur, Si dicant, Hîc est Christus, &c. nè credite: palàm enim se ostendet Christus, ut fulgur, &c. Et ut aquilæ ad cadaver statim advolant mirâ sagacitate; ità piis omnibus æquè demum erit concurrendum, ubi vivificum mortis Christi nidorem percipient [b]. Nè fulguris similitudo pios terreret, ostendit se iis non terribilem appariturum, sed amabilem, sic ut illi sponte summóque affectu ad eum convolent, & conjungi ipsóque frui possint [c]. Sed miror quenquam hæc verba de piis ad Christum confugientibus intelligere posse, cùm de re longè alia sit hîc disseratum [d]. Ut Judæos *escæ*, Chaldæos *aquilis*, comparat Habacuc. 1. 8. ità hîc videtur Christus Judæos *cadaveri*, Romanos *aquilis*, conferre [*]. q.d. Romanis loco prædæ eritis, &c [f]. Ubicunque fuerint Judæi, etiam in locis munitis & inaccessis, ibi tamen eos aquilæ deprehendent & periment [g]. Cum præcedentibus sic connectuntur; Subitanea vindicta Christum revelabit: nam cùm Urbem gentémque hanc impiam (quam per totum caput depinxerat) cadaveris in ar projecti tradiderit Deus, advolabunt illico Romani, aquilarum instar [h], quos propter vexilla Aquilis insignita, *aquilas* vocat [i], atque eam dilacerabunt [k].

29. *Statim autem post tribulationem dierum illorum*] *Statim*, i. e. ità ut nulla interveniat insignis clades populi Judaici [l]. Agit adhuc Christus de Judæorum calamitatibus, illorum scilicet, qui extra Judæam calamitosissimo illo & Judæis omnibus fatali tempore habitabant, quíque variis in locis ac distinctis temporibus post excidium Hierosf. oppressi erant & trucidati, ut Historiæ testantur [m]. Sed hæc non referuntur ad tempora mox secutura excidium Hierosf. sed persecutiones illas respicit quibus exerceretur Ecclesia ad illum usque diem de quo hîc differere incipit [n]. q. d. Post illius temporis afflictionem quæ præcedet adventum Christi [x]. Signis instantis excidii Jerosf. subjicit signa instantis excidii mundi. *Statim* dicens, docet non idem fore Templi & mundi excidium, quo in errore hactenus illos reliquerat [y]. Communiter recepta tam veterum quàm recentiorum sententia est, hîc agi de signis consummationis mundi. Probatur, 1. Quia Apostoli hoc quæsiverant. 2. Particula adversativa, δὲ, ostendit Christum à quæstione priori ad posteriorem transitum facere [z]. 3. Quia statim subjungit, *Et tunc apparebit signum Filii hominis*, &c. [De quo vide ibi dicenda.] 4. Quia sic exponitur in Apoc. 6. 13, &c [y]. Sed Stellarum lapsus in Apocalypsi multò prior est Judicii tempore. Quominus [autem] hæc ad judiciarium adventum trahantur multa apud me obstant: 1. Illud εὐθέως (*statim*) tempus significat ab excidio Hierosf. & secutis impostorum fraudibus non nimis longè remotum; quod Marcus dixit, *In illis diebus post tribulationem illam* [a]. Resp. 1. T. *in illis diebus*, per heterosin præpositionum, ponitur pro, *post illos dies*. ut Esa. 4. 2. Ità in Marco, qui idcirco addit, *post afflictionem*, &c. Resp. 2. Illud *statim* dicitur respectu judicii Divini, cui *mille anni sunt sicut unus dies*, 2 Pet. 3. 8. Resp. 3. Christus sic loquitur ex more Prophetarum qui de judiciis post multa secula futuris loquuntur acsi essent in propinquo, ut Deut. 32. 35. Esa. 5. 26 [b]. Hinc & Apostoli totum illud tempus inter duos Christi adventus vocant *ultimum*, imò *novissimam horam*, ut 1 Joh. 2. 18. Confer. 1 Thesf. 4. 15. Jac. 5. 8. 1 Pet. 4. 7 [c]. Sic autem Christus loqui solet; 1. ut excutiat hominibus securitatem: 2. ut occurrat curiositati, &c [d]. [Hoc primum argumentum.] 2. Consummatio seculi aliis modis describitur, nimirum incendio, ut 2 Pet. 3. 12. nusquam verò caligine Solis aut Lunæ, aut Stellarum lapsu. 3. Locutiones istæ de caligine Solis & Lunæ multis in locis reperiuntur, nusquam autem sensu Physico, sed sensu figurato: ut videre est Esa. 13. 10. & 24. 23. & 60. 20. Ezec. 32. 7. Joel. 2. 10, 31. & 3. 15. quibus locis & Sol & Luna nominantur: deinde etiam Job. 30. 28. Jer. 15. 9. Amos 8. 9. ubi Solis est mentio; in eundem ferè sensum quo Atticus, ad Ciceronem scribens calamitoso tempore, *Sol*, inquit, *mihi è mundo excidisse videtur*. Similia habent Plato, Eustathius, Chrysost [*]. [Quorum verba vide in G.] Resp. Non dicit Christus, *Sol obscurabitur*, &c. sed, *Erunt signa in Sole & Luna*. quod Lucas addit, nempe in ipsis corporibus Solis, &c [f]. [Sed de his plura statim.] 4. Quæ hîc dicuntur non fore immediatè conjuncta cum Judicii die, vel indè apparet, quòd apud Lucam Christus, cùm ista incipient, jubet nos arrectos exspectare nostram redemptionem: rei autem præsentis nulla est exspectatio. Quibus argumentis adducor ut credam Christo propositum significare Discipulis, sicut excidium Hierosf. habuit suas prævias calamitates, ità habiturum & universalis Judicii diem, cujus figura & quasi pignus fuit excidium Hierosf. Sed hæc mala magnis de causis non planè ab eo enunciata, sed propheticè. Firmat hanc sententiam, quòd Apocalypsis, quæ tota scripta est sermone Prophetico, hæc signa non tantùm singula, sed & conjuncta, nobis proponit. Nam post terræ motum illum, de quo diximus suprà, hæc sequuntur, 6. 12, &c. *Sol factus est ater ut saccus*, &c. Fateor eo loco designari ea mala quæ in Judæa conspecta sunt ante excidium Hierosf. nam de hac iræ die ibi agi omnino mihi persuadeo: Sed, ut dixi, hoc vult Christus, similia eventura in orbe Romano iis quæ in Judæa evenerant, ac proinde parem finem exspectandum. Neque in Apocalypsi ea quæ jam evenerant alio fine memorantur, quàm ut constantia judiciorum Divinorum ex priorum & posteriorum collatione evidenter appareat [g]. ¶ *Sol obscurabitur, & Luna*, &c.] i. e. Peribit cœlum Judaicum, atque obscurabuntur Sol & Luna gloriæ ejus ac felicitatis, atque in nihilum redigentur: Sol Ecclesiæ religio, Luna Republicæ regimen, & Stellæ utriusq; Judices & Doctores. Confer. Esa. 13. 10. Ezec. 32. 7, 8. &c [h]. Hæc autem signa antecedent consummationem seculi, vel, 1. immediate, ut vult Orig. ut significet pœnitentiam tunc frustrà esse, &c. Id probant ex collat. 2 Pet. 3. 10. & Apoc. 6. 13, &c. & eorum locorum propheticorum, ubi dies novissimus describitur, ut Esa. 24. 23. & 34. 4. Joel. 2. 30. Vel, 2. paucis ante eam annis vel diebus, ut erat in signis excidii Hierosf. *His enim fieri incipientibus*, inquit Christus, alii *exspectabunt redemptionem*, alii *contabescent præ timore*, &c. Hæc porrò signa exponi possunt, vel, 1. metaphoricè, ut significent summas Divinæ ultionis tempestates, atque ex his ortas animorum anxietates, &c. unde Sol videatur obscurari, &c: vel, 2. propriè & literaliter: qui sensus hîc non debet excludi: Quod multa suadent: 1. Quòd signa excidii Hierosf. sic intelliguntur. 2. Magnum verborum Christi pondus: [de quibus statim.] 3. Quòd prodigia antecesserant etiam passionem Christi, unde non mirum si diem novissimum antecedant [i]. Quanquam verò videri potest apud Prophetas Solis & Lunæ caligo significare gloriæ & felicitatis ademptionem, sicut contrà, lux Solis & Lunæ aucta gloriæ augmentum significat, ac simili modo Cœli concussio mutationem duntaxat ingentem indicare, sicut Arabibus dici *cœlum cadere super terram aliquam*, notavit Maimonides, quomodo *cœlum novum & terra nova* novum rerum statum significant, Esa. 65. 17. & 66. 22. Apoc. 21. 1. mihi tamen ad Apocalypsin attendente probabilius est singula membra singulas habere significationes. Describitur enim à Johanne *mulier* (quam esse Ecclesiam extra controversiam pono) *quæ amicta sit Sole, Lunam*

[x] G. [y] Ger. [z] LA. ex Be. [a] BA. 2. 4. 184. [b] RA. ib. ex Be. [c] Bru. [d] Li. ho. [*] Scul. ex. 2. 95. [f] Q. ib. [g] Ham. [h] Li. ho. [i] Scul. sim. Ham. [k] Li. ho. [l] Pi. [m] Brent. in Ger. [n] Be. [x] Camer. [y] Bru. [z] Ger. [a] G.

[b] Ger. [c] Glass. gram. 3. 5. 9 444. ex Ger. [d] Ger. [*] G. [f] Ger. [g] G. [h] Li. ho. [i] Ger.

nam autem pedibus premat, & in capite sertum habeat stellarum 12: quo ex loco clarum mihi videtur quod ab aliis itidem observatum memini, per *Solem* significari notitiam Divinæ Legis, per *Lunam*, mutabile sidus, mundi Regna, quorum vim superat Ecclesiæ patientia; per Stellas autem, Doctores, quorum principes fuerunt 12 Apostoli. Ut ergò sigillatim Christi oraculum explicemus, primùm hoc dicitur, Post excidium Hierosf. & Barchochebæ éique similium exitiosas fraudes futurum ut paulatim obscuretur Divinæ Legis cognitio, partim scilicet falsis interpretationibus, partim commentitiis traditionibus, quæ post mortem Apostolorum, eorúmque ultimi Johannis, spargi hîc illic cœptæ, procedentibus seculis majus majúsque augmentum accepere. Huc pertinet quod dictum Apoc. 8. 12. & 9. 2. Sicut [etiam] apud Joelem, Act. 2. 20. & Apoc. 6. 12. per *Lunam* significatur Judaica Resp. intestinis discordiis cruenta; ità hîc per *Lunam* significatur Imperium Romanum, quod velut juvenescens sub Trajano, ut Florus loquitur, *movit lacertos*, sub Adriano cœpit decrescere; deinde verò partim monstris Imperii potitis, quales erant Commodus & Heliogabalus, partim multis undique de imperio certantibus pretio & armis, vetus illa Romani Imperii majestas multùm detrita est, tandémque præda esse cœpit externis gentibus Gotthis, Vandalis, Francis, Pictis, Longobardis, Hunnis, Saracenis denique & Turcis. Hujus labis initium in Apocalypsi notatur, cùm Lunæ *pars tertia percussa* dicitur, 8. 12. ulterior autem ruina indicatur in sequentibus [k]. Al. Hæc accipio tanquam propriè dicta, & futura Domino jamjam ad Judicium adventante [l]. Accipiendum hoc de eclipsibus Solis & Lunæ, sive naturalibus, sive prodigiosis, Christi adventum proximè antecessuris [m]. ¶ *Stellæ cadent de cœlo*] *Cœlum* est *Jerusalem superna*, sive *cœlestis*, Gal. 4. 26. Heb. 12. 22. i. e. Ecclesia Christiana, quam etiam *cœli* nomine non uno loco designat Apocalypsis. *Stellæ* sunt Doctores, Apoc. 1. 20. *Stellæ cadentes* sunt Doctores à veritate deficientes, quos *stellas erraticas* vocat Judas, v. 13. Augustinus hunc locum sic explicat, *Multi*, inquit, *qui gratiâ fulgere videbantur, persequentibus cedent, & cadent; & quidam fideles firmissimi tentabuntur.* Talis cadens stella fuit Marcio, Vetus Testamentum à Deo Patre Jesu Christi profectum negans, & passionem Christi destruens supposito imaginario corpore. Talis Manes duo statuens æterna principia, & tollens studium pietatis per fictam ἀποκλήρωσιν. Quorum commenta cum Ebionis aliorúmque erroribus commiscens Mahumetes novum dogma procudit, quod nihil est aliud quàm ingens depravatio Christianismi. Talium stellarum cadentium sæpe in Apocalypsi est mentio pro temporum diversitate repetita, ut 8. 10, 11, 12. & 9. 1. & 12. 4. sicut & 6. 13. Eâdem imagine denotata fuit multitudo Pseudoprophetarum qui in Judæa ante Excidii tempora exstiterant. Sed & olim Daniel hac ipsâ notâ descripserat eximios in populo Dei viros qui temporibus Antiochi à Lege erant defecturi; ubi *stellarum* vocem eodem modo interpretatur Jacchiades [n]. Al. *Stellæ cadent* non verè, sed apparenter [o]; cadere videbuntur, tum quia subito destituentur lumine, tum quia Cometæ in aere accensi decident [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται] *Et potestates* (vel, *efficaciæ*, Mo. *vires*, Ti. Pi. *virtutes*, Sy. Ar. Tre. *exercitus*, Il.) *cœlorum* (i. e. cœli quantumvis robustissimi. Hypallage Hebræa [q]:) *concutientur*, Be. P. Ca. vel, *commovebuntur*, Sy. Ar. Tre. instar fluctuantis navis in mari [r]: vel, *contremiscent*, Pers. Solet hac locutione indicari, ut dixi, magna rerum mutatio, ut Esa. 13. 13. & 34. 4. Joel. 3. 16. Heb. 12. 27. Hîc omnino arbitror mutationem quidem indicari maximam, sed in pejus, ídque in ipsa Ecclesia, quam *cœli* voce designari diximus. Δυνάμεις hîc respondent Hebræo צבא, quam vocem o'. sic reddunt, Psal. 33. 6. & Esa. 34. 4. alibi verò στρατιὰν, alibi κόσμον, vertunt. Angelos eâ voce significari docet nos 1 Reg. 22. 19. At Deut. 4. 19. eadem vox notat aliquid in cœlo aspectabile distinctum à Sole, Luna & Stellis: ubi *stellarum* nomen ad planetas referri videtur, צבא ad stellas minores: atque ità hîc sumitur, sed τροπικῶς. Nam sicut Dan. 8. 10. Judæos vocat צבא השמים, δύναμιν τοῦ οὐρανοῦ, ità hîc δυνάμεις τῶν οὐρανῶν est plebs Christianorum, quæ post Apostolorum tempora mirè concuti cœpit, tyrannide *Præsidum ambitiosorum & dominantium clero*, temerariis excommunicationibus, & quotidiano schismatum proventu. Tyrannidis & temerariæ excommunicationis exempla videre qui vult, legat Johannis Presbyteri Epistolam de Diotrephe, & pia monita Irenæi ad Victorem. Schismatum exempla habemus in aliis non paucis, quibus Optatus Milevitanus tres asscribit causas; Iracundiam, Ambitum, Avaritiam. Sic & ille qui Apoc. 6. memoratur cœli ἀποχωρισμὸς, (*separatio* sive *divisio*) multiplices Judæorum sectas paulò ante Excidium pullulantes, Zelotas, Ossenos, Sebuæos, Dositheanos, Gorthæos, significat [†]. *Potestates*, sive *exercitus*, *cœlorum*; h. e. Sol, Luna, & Stellæ, in scriptis Propheticis denotant Ecclesiam Dei quæ tunc erat, sive populum Judæorum, ut Dan. 8. 10. Juxta hanc notionem, *Sol* est Templum; *Luna*, Jerosolyma, metropolis; *Stellæ*, civitates minores: quæ omnia conjuncta constituunt *exercitum cœlorum*, h. e. gentem & Ecclesiam Judæorum de florenti suo statu dejiciendam, &c: q. d. Totum ipsorum regimen, civile & Ecclesiasticum, evertetur [t]. Al. Per *virtutes cœlorum* hîc intelligit, vel, 1. bases sive axes, sive fulcra, cœlorum, quæ dicuntur *cardines cœli*, Deut. 30. 4. Job 22. 14 [v]. Vel, 2. Angelos [x]; qui ad hæc stupebunt, &c [y]. Vel, 3. Cœlum æthereum & aereum, in quo erunt insusitata chasmata, procellæ, cometæ, &c. ut Synecdoche dicit [z]. Vel, 4. lumen: cùm enim præcipua cœli virtus sit in lumine, quidni, eo prohibito, & quasi extincto, *moveri* dicatur *cœli virtus* [a]?

30. *Et tunc parebit* (vel, *apparebit*, Pi. splendebit [b]:) *signum Filii hominis in cœlo*] *Signum*, &c. hoc est, vel, 1. ipse Filius hominis, tanquam signum certissimum adventus sui ad judicium, ut *signum circumcisionis*, Rom. 4. 11. est ipsa circumcisio [c]: cui favet, quòd, *signo* omisso, *Filius* tantùm *hominis* ponitur in reliquis Evangelistis, & in sequente hujus versûs parte [d]. Vel, 2. nubes, in qua Christus veniet ad judicandum. Vide Dan. 7. 13. Matt. 26. 64. Act. 1. 9, 11 [*]. Vel, 3. tuba, quæ & ipsa *signum* dicitur, & *signum dare*; quæ ultimo die canet, 1 Cor. 15. 51, 52 [f]. Vel, 4. summa Christi gloria & majestas [g]: ut mox hoc signum describitur, quæ testabitur Christum, qui jam contemtus erat, Dominum esse cœli & terræ [h]. Vel, 5. Crux Christi, aut crucis effigies [i], quâ Christus in hoc mundo notus & celebris fuit; quæ Christum ad judicium venientem, præcedet, tanquam trophæum & insigne regium, quo de Diabolo & mundo triumphavit [k]. [Atque hi de Christo ad ultimum judicium veniente intelligunt.] Sed cùm post aliquot verba interjecta sequatur judicialis adventus, in illis verbis, *Et videbunt Filium hominis venientem*, —— *in gloria*, &c. Signum de quo hîc agitur esse illam ipsam gloriam, atque ità bis idem, verbis quibusdam interpositis, dici, vix est ut credam. Quare propheticum sermonem continuari hîc arbitror, eóque magis quòd in Apoc. 12. 1, 3. & 15. 1. mentio fit *signi in cœlo*. Propriè autem illud signum, sive Divinæ Christi potentiæ evidens argumentum, Ecclesiæ (quæ *cœlum* dicitur) bono editum, notari hîc arbitror, quod describitur Apoc. 19. 11. *Vidi cœlum apertum, & in eo equum candidum*. *Equus* autem *candidus*, ut ex collatione historiæ rerum Judaicarum quæ est in eadem Apoc. 6. colligitur, est pura Evangelicæ doctrinæ prædicatio. Hanc igitur dicit Christus post tot non paucis in locis morum, doctrinæ & regiminis, corruptelas mirâ quadam efficaciâ restituendam esse, per ministerium (ut par est credi) illorum testium qui venturi sunt in spiritu Mosis & Eliæ. Sicut enim pura veri doctrina per omnes gentes sonuit in condemnationem Judæorum, ità sonitura iterum est, apud Judæos præsertim, in gentium multarum condemnationem [l]. Al. *Signum* hîc intelligo, non figuram aliquam visibilem [m], sed signalem & visibilem & incomparabilem illam ejus vindictam in Judæos, adeò ut eum vindicem & Judæi nolentes volentes agnoscant, ut Esa. 26. 11. & omnes Tribus terræ [n]. Sed ut hic sit adventus Filii hominis ad exscindendam Jerosolymam non patitur contextus, hîc enim ejus adventus in nubibus disertè dicitur esse *immediatè post dies illius tribulationis*, quæ non restringenda est ad calamitatem Excidii Jerosf.

[k] G. [l] Pi. [m] Ger. [n] G. [o] Ger. [p] Ger. sim. Bru. [q] Pi. sim. Be. [r] Be.

[†] G. [t] Ham. [v] Q. in Ger. [x] Orig. Chrys. Hi. &c. in Ger. [y] Orig. ib. [z] Ger. [a] BA. 2. 4. 5. 479. [b] Bru. [c] Q. in Ger. Pi. [d] Ger. [*] Q. in Ger. sim. Scul. ex. 2. 95. [f] Heins. [g] Be. sim. M. [h] Be. [i] Bru. sic Me. Mal. ex Chrys. Hi. Th. &c. [k] Bru. [l] G. [m] Li. ho. [n] Li. ho. sim. Ham.

Jerosf. sed ad totum sequens tempus captivitatis & dispersionis Judæorum, quod nondum finitum est; unde Lucas dicit, *Jerosolymam calcandam fore à Gentibus, usquedum tempora Gentium impleantur*, Luc. 21. 23, 24. Post quæ tempora hæc signa apparebunt [o]. ¶ *Et tunc plangent* (i. e. lugebunt [p], præ dolore ferient se [q],) *omnes tribus terræ*] i. e. Omnes familiæ, nationes mundi [r]; impii scilicet, &c [†]. Alludit, vel, ad dispersionem illam, Gen. 10. & 11 [t]. vel, ad Israeliticæ gentis distributionem [v] in 12 Tribus [x]. Videri posset [hoc] referendum ad planctum in die Judicii, quia eadem verba eo sensu usurpat Apocalypsis, 1. 7. Sed novum non est, eadem verba, præsertim ex Prophetis petita, diversis rebus aptari. Sunt autem hæc verba posita ex Zach. 12. 12. ubi de pœnitentia Judæorum, quos Apostolorum prædicatio convertit, agi videtur. Hoc verò loco videtur ordo exigere ut ad planctum hæc referantur exstiturum ob judicia illa severissima quæ simul, ubi veritas clariùs emicuerit, exercebuntur à Christo. Is eventus respondebit isti parti historiæ Judaicæ quæ excidium Hierosf. proximè præcedit, ut hæc, orbis excidium, *Et reges terræ, & magnates, ——absconderunt se*, &c. Apoc. 6. 15. quæ pertinent ad maximam Judæorum consternationem latrociniis undique grassantibus. Similes igitur pœnas Christus exposcet per omnes terrarum regiones ab iis omnibus qui honoris aut commodi sui causâ sinceram doctrinam & verum ejus usum per sophismatum præstigias & grata peccantibus dogmata corruperunt, aut vi apertâ oppugnârunt. *Et tunc veniet finis*, ut sequentia ostendunt. Et hactenus Christus obscurè ac Propheticè ea elocutus quæ tunc scire nihil attinebat, sed eventu ipso demonstratura erant prædictionis certitudinem; nunc illud quod omnes scire plurimùm referebat, Judicium scilicet universale, ἀπολύτρωσιν nostram continens, explanatè disserit [y]. ¶ *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus*] i. e. Vectum nubibus [z]. Quominus assentiar Augustino hæc ἀλληγορικῶς trahenti ad Christi adventum, aut per Verbum, aut per Spiritum, tum quæ sequuntur me movent, tum præcipuè id quod habemus Act. 1. 9, 11. ubi simili modo rediturus dicitur quomodo à Discipulis recesserat, i. e. per nubem aspectabilem, addito loco qui est 1 Thess. 4. 17. Alioqui etiam extra Judicii tempus Christo nubes velut vehiculi loco asscribitur, ut Dan. 7. 13. & in Apocalypsi multis locis videre est, in testimonium scilicet Divinæ ipsius potentiæ, juxta id quod legimus Psal. 104. 3 [a]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς] *Cum potestate & gloria multa*, Pi. Bru. q. d. Non, ut jam, cum humilitate & infirmitate [b]. Δυνάμεως hîc intelligere possumus Angelorum militiam, explicante Paulo, 2 Thes. 1. 7. Adde quod infrà est. 25. 31. δόξαν autem fulgorem aspectabilem, ut sæpe ea vox sumitur [c]. Totus hic locus translatus est ex Dan. 7. & Zac. 12 [d].

31. *Mittet Angelos suos*] Ità declarat se esse Deum [*], & Dominum Angelorum: vide Matt. cap. 13. vers. 41 [f]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ σάλπιγγος φωνῆς, &c.] *Cum tuba vocis magnæ*, Er. V. Val. *Cum tuba voce magna*, Be. Pi. i. e. cum tuba canora [g]. *Cum tuba & voce magna*, Vulg. &c. Nam, σάλπιγγος καὶ φωνῆς, habent quædam exemplaria [h], quatuor vetusti Codices [i]: ἐν διὰ δυοῖν, ut 1 Thes. 4. 16. ἐν φωνῇ—καὶ σάλπιγγι. Alterum hoc Divinæ Christi potentiæ argumentum est, tuba ista, quæ Deo tribuitur, Exod. 20. 18. & Psal. 47. 5. Dicitur autem eadem tuba, aut vox quæ per tubam significatur, modò Christi, ut Joh. 5. 25. nempe ut Regis, cujus edicta per tubam publicantur; modò Angelorum, ut hîc, tanquam accensorum Christi aut præconum. Quidam *Archangeli* voce, 1 Thes. 4. 16. Christum ipsum intelligunt; sed series orationis id non satis patitur: dicitur enim αὐτὸς ὁ Κύριος, i. e. Christus, venturus *in voce Archangeli*. Potiùs idem est qui Danieli שר הגדול, i. e. non ipse Rex Angelorum Christus, sed sub Rege militiæ Angelicæ Dux. Ferme enim videmus quoties Deus per Angelos aliquid exsequitur, unum aliquem eminentioris loci velut Imperatorem aut ἐργοδιώκτην cæteris dari: ut Dan. 4. 13. 17. Zach. 2. 3. Apoc. 7. 2. Hæc autem tuba Paulo *ultima* vocatur, quia etiam peculiaribus Dei judiciis tuba asscribitur tuba, ut in Apocalypsi est videre [k]. Metaphora desumpta est, vel, 1. à bello, ubi tuba adhibetur, tum ad convocandum, tum ad terrendum, ut Esa. 18. 3. Sophon. 1. 16, 17 [l]: vel, 2. ex more Judæorum, qui tubâ & populum convocabant, Num. 10. 1 [m], & dies festos indicebant, Levit. 23. 24. Num. 29. 1 [n]. In convocando populo, non Hebræi tantùm, ut notatum Matt. 6. 2. sed & Græci & Romani usi classico [o]. Al. Sensus est, Excisâ Hierosf. mittet Ministros suos cum tuba Evangelica, qui congregabunt electos inter Gentes; ità ut cariturus non sit Deus Ecclesiâ, quamvìs Judæi abdicentur [p]. *Tubam* hîc intelligunt, vel, 1. propriè, quæ ut in Legis promulgatione fuit, Exod. 19. 16. ità & in executione Legis fore verisimile est. Confer Apoc. 4. 1. & 8. 6. &c [q]. Vel, 2. metaphoricè: ità intelligunt, vel horrenda tonitrua, ut Exod. 19. 16. vel, efficax Christi Imperium: vel, articulatam vocem sive Angelorum eam in aere formantium, sive potiùs Christi Judicis [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπισυνάξουσι, &c.] *Et congregabunt* (Allusio ad morem Judæorum, apud quos ἡ ἐπισυναξις fieri solebat sono tubæ, Num. 10. Confer Ezec. 37. 21 [†].) *electos ejus* (i. e. reliquias Judæorum credentes [t], Christianos, veros scilicet atque constantes. Vide quæ suprà [v].) *à quatuor ventis*] Cardinalibus scilicet, i. e. à quatuor mundi plagis [x]. Allusio ad Esa. 43. 5, 6. Vide & suprà 8. 11. Simile loquendi genus Zach. 2. 6. Apoc. 7. 1. Contrarium hujus apud Jer. 49. 36. ¶ *A summis*, &c. Ἀπ' ἄκρων, &c.] Explicatio ejus quod præcesserat [y]. *A cœlorum extremo* (vel, *extremis*, Pi. vel, *verticibus*, sive *terminis*, Val.) *ad eorum extremum*, Be. Pi. i. e. Ab extremitate orbis una usque ad alteram [z]. Per *cœlos* hîc intelligit regiones cœlo subjectas. Plurale ἄκρα notat *extremitates* illas complures inter se oppositas, putà Orientalem & Occidentalem; item Merid. & Sept [a]. קצה ἄκρα solent reddere LXX. Idem autem est sive dicas, *ab extremo cœli usque ad extremum ejus*, ut Deut. 4. 32. Psal. 19. 6. sive, *ab extremo terræ usque ad extremum ejus*, ut Deut. 28. 64. nam per *fines cœli & fines terræ* idem intelligimus: ideo non veritus est Marcus utrumque loquendi genus miscere: dixit enim, *ab extremo terræ usque ad extremum cœli*. Cui simile est illud Philonis, *à finibus cœli usque ad terræ extrema* [b].

32. *Fici*] Ficum nominat, ut ibi notissimam, & passim obviam [c]. ¶ *Cum—ramus ejus tener fuerit*] Ità Er. Il. Mo. &c. ideóque humidus & succulentus [d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ] φύω modò activè sumitur, pro *gigno, produco*; modò αὐτοπαθῶς, pro *nascor, progignor*. Utrovis modo hîc sumi potest; si activè, φύλλα est accusat. si passivè, vel neutraliter, Nominativus [*]. *Et folia germinat*, P. sic Mo. vel, *producit*, Il. Ἐκφύῃ idem quod apud Lucam προβάλλωσι· atque ideo activè interpretantibus accedo. Confer Cant. 2. 13. τὰ φύλλα, i. e. *folia sua* [f]. Al. *Et folia enata fuerint*, Er. Ti. sic Vulg. Ca. Tre. vel, *pullulant*, Sy. in Di. sic Pi. *progerminant*, Evang. Hebr. in Di. sic Be. Mo. *exiverunt*, Ar. in Di. Omnes hi ἐκφύῃ intransitivè accipiunt, cum quibus potiùs sentio [g]. Primùm tenerescit ramus, deinde gemmas protrudit, & folia floresque parturit [h]. ¶ *Scitis*, &c. Γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος] *Scitis æstatem adventare*: ità Sy. in Boder. sim. in Tre. Malim, *advenisse*. Τὸ ἐγγίζειν, sicut & *appropinquare*, duo significat, vel, 1. ut adhuc absis, etsi non procul, ut Matt. 21. 1. vel, 2. sic ut coràm adsis & attingas, ut Luc. 12. 33. Hinc passim pro *accedere* seu *advenire* usurpatur in Evangelio, ut Matt. 26. 45. Luc. 18. 40. Rom. 13. 12. Jac. 4. 8. Et quod ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, Matt. 3. 2. idem est quod ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Adde קיץ *æstatem* comprehendere etiam ver, sicut חורף *hyems*, autumnum. In S. S. enim annus tantùm in duas partes dividitur, æstatem & hyemem. Rectè ergò, quando arborum folia protruduntur, dicitur jam advenisse æstas, i. e. ver [i].

33. *Cùm videritis hæc omnia*] Quæ jam prædixi incipere & fieri [k]. Hic versus & sequens non satis rectè intellecti magnas tenebras Interpretibus offuderunt. Notandum ergò apud Græcos πάντα & ταῦτα opponi solere. Quare cùm mox nominet ἐκείνην τὴν ὥραν, hoc πάντα oppositè accipiendum est. Diximus jam ea quæ populo Judaico erant eventura figuram & pignus quasi quoddam habere eorum quæ manebant orbem universum. Dicit ergò Christus, Cùm hæc videritis quæ Judæos pro-

Margin notes (left): o Med. l. 2. epist. 12. — p Be. sic Bru. — q Camer. sim. Bru. — r Bru. sim. Pi. — † Pi. — t Be. — v Be. sic Pi. — x Pi. — y G. — z Bru. Pi. sic Be. — a G. — b Bru. — c G. — d Be. — * Mal. — f Bru. — g G. — h Idem. — i Be. — k G.

Margin notes (right): l Mal. — m Bru. Mal. — n Ger. — o G. — p Li. ho. — q Q. in Ger. — r Ger. — † G. — t Ham. — v G. — x Pi. — y G. — z V. sic Pi. — a Pi. — b G. — c Bru. — d Pi. — * Sch. — f G. — g Di. — h Bru. — i Di. — k Bru.

propriè tangunt, credite & cætera quæ dixi secutura [l]. ¶ *Scitote, quia propè*, &c. Ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις] *Quia*, vel *Quod*, (sub. *ille*, Il. Ar. in Di. sic Be. Pi. vel, 1. Christus [m], sive *Filius hominis*, repetitâ voce ex verf. 30. quomodo & Syrum intellexisse arbitror *: vel, 2. adventus Filii hominis [n], de quo v. 27: vel, sub. *regnum Dei*, P. Bru. vel, sub. *redemptio vestra*, Bru. vel ex more Syriasmi impersonaliter illud accipiendum, *pervenit sibi*, sub. *res*, id est, perventum est [o]:) *propè est*, vel *appropinquat*, (vel, *instat*, Ca. *pervenit*, Sy. sic Pers.) *ad portas*, Ar. sim. Sy. vel, & *ad fores*, Be. Pi. sic Æth. Sed hoc esset, πρὸς θύραις, Heb. על דלתים. Malim, *in foribus*: [Ità Er. Il. Ti. P. sim. Mo.] Certè propinquior est qui in janua stat quàm qui foris ad eam adest. Sicut ergò quum arborum folia pullulant, ver non tam instat quàm adest; sic cùm omnia ista signa contingent, præsertim cùm Angelos mittet, &c. de quo verf. 31. adventus Christi non appropinquabit, sed aderit, & non tam ad ostium quàm in ipso ostio stabit [p]. Hoc verò non ità accipiendum est quasi statim post res Judaicas immineat Judicium universale. Obstant enim tum alia tum v. 48. χρονίζει, &c. Certitudo ergò eventûs, non propinquitas temporis, indicatur. Sic, *præ foribus peccatum est*, Genes. 4. 7. certam pœnam culpæ comitem significat. Neque aliter Jacobus dixit, *Judex præ foribus*, 5. 9. Atque eodem modo etiam ἐγγὺς sumi solet, ut Phil. 4. 5. Apoc. 1. 3. Ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς, de omnibus iis quæ Apocalypseωs libro continentur [q].

34. *Non*, &c. Οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη] *Nequaquam præterierit* (vel, *interibit*, Med. p. 919. deficiet, aut esse desinet [r]:) *ætas* (vel, *natio*, V. Med. vel, *seculum*, Er.) *usquedum omnia ista* (vel, *hæc*, V. Er. πάντα non omnia absolutè hîc denotat, sed omnia certi generis, quæ scilicet pertinent ad gentem Judaicam †, prædicta de gentis & Urbis excidio [t]: hoc dixit, Templum ostendens [v]: vel, omnia prædicta de fine seculi [x]: sive quæ ultimum diem præcedunt [y]:) *facta sint*, Be. Pi. Vox γενεὰς hîc variè sumitur [z]. 1. Pro generatione omnium hominum, sive pro toto mundo; q.d. priusquam genus humanum finiatur [a]. 2. Pro generatione fidelium sive Christianorum [b]; q.d. Quamvis tot sint scandala, pericula, Christiani, licèt recens orti, durabunt quamdiu stabit mundus [c]. Vel, 3. Pro toto illo tempore à Christo ad ultimum diem [d]. Sed hoc vim verborum enervat *. Vel, 4. Pro gente Judaica [f], quæ per γενεὰν ταύτην plerumque in N. T. intelligitur, ut Matt. 11. 16. & 12. 39. & 16. 4. Luc. 7. 31. & 9. 41. & 17. 25. Act. 2. 40 [g]. Ut sensus sit, Gentem illam non prorsus interituram, sed ubique dispersam fore, donec Christus veniat ad Judicium [h]. Respicere videtur ad Jer. 31. 35, 36. Γενεὰν *nationem* vertit Beza, Luc. 11. 50, 51. & septies in Matthæo. Et hàc voce reddunt Heb. עם, *populum*, משפחה, *familiam*, מולדת *progeniem, patriam*. Vide Gen. 25. 13. & 43. 7. Num. 10. 30 [i]. Vel, 5. Pro generatione, sive ætate [k]: ut vox sæpe sumitur [apud LXX:] ut Gen. 7. 1. & 15. 16. collat. cum 13. Act. 13. 36 [l]. Respondet τῷ דור hîc, ut suprà 23. 36 [m]. q. d. *hujus ætatis homines* [n]. Simile est quod suprà dixerat, *quosdam adstantium non morituros antequam Regnum Messiæ inchoaretur*, 16. 28. Vult Christus ex iis quæ jamjam conspicienda sunt futura colligi: quò pertinet Ficûs comparatio [o]. Hinc satis patet, versus præced. de excidio Urbis, non orbis, intelligendos esse [p]. Certè multi eorum qui tum vivebant, imò qui ad virilem ætatem jam pervenerant, potuerunt non excidium tantùm Hierof. sed & multa eo excidio posteriora conspicere: quod vel unius Johannis exemplo manifestum est [q]. Confer Joh. 21. 22. Sic & Rabban Simeon, qui periit cum urbe; & Rabban Jochanan—qui supervixit; & R. Zadok, R. Ismael, aliíque [r]. Confirmatur hæc interpretatio, 1. ex loco parallelo, Matt. 23. 35: 2. ex quæstione Apostolorum, *quando hæc sunt futura*, quæ scil. de eversione Jerof. dixerat: 3. ex Christi scopo, ipsísque verbis; ex gravi asseveratione, *Amen dico vobis*; ex voce *donec*, & ex duplici negatione, οὐ μή. Obj. At Christus dicit, *omnia hæc*. Resp. Studio sic loquitur, quia noluit explicare, an de excidio Jerof. an mundi, loqueretur †. Ambiguè loquitur, ut in præcedentibus, quia diem ultimum latere voluit, & ab unoquoque brevi exspectari [t].

[Margin: l G. — m Di. ex hc fim. Clas. Bru. p. 212. — * G — n Di. sic Camer. Pi. — o Di. — p Idem. — q G. — r Bru. — † Ger. — t Be. sim Ger. Camer. Bru. — v G. — x Bru. — y Be. — z Ger. — a Mal. ex Hi. — b Orig. Hil. Chrys. Th. in Ger. — c Ger. ex Orig. &c. — d Q. in G — * G. — f Q. in Ger. Med. — g Ger. — h Q. in Ger. sic Med. l. 4. epist. 12. pag. 919. — i Med. ib. — k Ger. sic G. &c. — l Ger. — m G. — n G. sim. M. Pi Ger. — o G. — p Li. ho. — q G. — r Li. ho. — † Ger. — t Bru.]

35. *Cœlum & terra præteribunt*] i. e. Mutabuntur, esse desinent, non quidem quoad substantiam [v], sed quoad præsentem statum [x]. Hebræi non habent modum *potentialem*, sive *subjunctivum*, ideo pro eo usurpant Futurum modi Indicativi; quod sæpe sequuntur Hellenistæ. Est ergò hîc παρελεύσονται positum pro, παρέλθοιεν ἄν. Comparatione enim rei quæ videatur maximè ἀδύνατος utitur Christus, ut ostendat multò esse impossibilius sua oracula non impleri. Vide suprà 5. 18. Hujus explicationis, quam Euthymius sequitur, auctor nobis est Lucas, 16. 17 [y]. ¶ *Verba autem mea* (quæ hîc hactenus feci, & alia quæcunque [z]:) *non præteribunt*] i. e. Non fallent, aut inania erunt [a]: i. e. πρὶν ἢ παρελθεῖν, (*antequam verba mea prætereant*,) ut ad Matt. 5. 18. explicavimus. Idem planè loquendi genus Esa. 54. 9 [b].

36. *De die autem illa*] Nimirum *consummationis seculi* [c], sive adventûs Christi ad Judicium [d], de qua die tertio loco erat quæsitum, & de qua jam egerat Christus v. 30, 31. Hæc dies eximiè vocatur *dies Domini*, 2 Pet. 3. 10 *. Al. De tempore hujus judicii in Judæos [f]. ¶ *Et hora*] Ὥραν hîc non diei particulam, sed latiùs sumpti temporis ambitum, intelligo, ut Joh. 2. 18. Apoc. 3. 10. & 14. 7, 15. & alibi passim. Hoc ipsum est quod καιρός, 1 Thes. 5. 1. Quæ significatio frequens etiam est in Hebræa voce שעה, quam hîc Syrus usurpat [g]. ¶ *Nemo scit*] Quæ aut quando illa futura sit [h]. ¶ *Neque Angeli*] Hîc restituendum ex Marco, οὐδὲ ὁ υἱός [i]: quæ legerunt Chrys. & Th. & Libri antiqui ferè omnes [k], & Orig. & Aug. &, ut fatetur Hieron. nonnulli Latini Codices: in Græcis autem non habentur. Suspicor hoc à nonnullis subtractum, quòd Arianis favere videretur [l]. Sed hoc non legunt Vulg. Sy. Ar. Evang. Heb. Nec Beza id reperit in ullo exemplari [m]. Æthiopicus autem legit [n]. Non multùm refert an hîc legatur necne; cùm apud Marcum nemo deleat. Mihi verò probabilius est quibusdam Codicibus additum ex Marco, quàm deletum in Matthæo. Nulla enim delendi erat causa, cùm in Marco relinqueretur: addita autem sæpe videmus aliqua ex Scriptorum inter se collatione. Neque me movet quòd Marcus Matthæi historiam contraxit: non enim ità se Matthæo adstrinxit, ut non alicubi mutaret verba, adderet etiam aliquid, Petro, ut credi par est, si quid supra cœteros meminerat, suggerente. Interpretes qui Filii hîc faciunt mentionem ad Marcum respexere: quod ex Origene apparet, qui de Filio hîc agit, cùm tamen edita ab Origene exemplaria istas voces hoc loco non haberent, ut testatur Hieron. Ab hac lectione stant Syrus & Latinus, & Codicum pars multò major [o]. ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μή, &c. ; *Sed Pater meus solus*, Be. Pi. Quo excludit creaturas, non autem Filium [quà Deum] & Spiritum Sanctum [p]. Potest εἰ μή hîc propriè sumi, si illa, *neque Angeli cœlorum*, legamus veluti parenthesi inclusa: quod & apud Marcum faciendum arbitror. Optimè enim cohærent οὐδεὶς & εἰ μή· q.d. Nemo novit (Angelos ipsos non excipio) præter Patrem. Est autem dictum vetus Hebræorum, *Tempus quo mundus finiet nemini patefactum*. Vide Jacchiaden ad Dan. 8. 26 [q].

37. *Sicut*, &c. Ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι, &c.] *Sicut autem erant dies Noæ*, Be. Pi. &c. i. e. Quales fuerunt hominum mores illo tempore [r]. Sic parallelas ponit Petrus, ruinam veteris mundi, & ruinam Hierosolymæ, 1 Pet. 3. 19, 20, 21. ut ostendat parem utriusque præsentem statum, parémque ruinam. Sanhed. cap. 10. hal. 2. *Ætati diluvii non est portio in mundo futuro* †. Cùm παρουσίαν suprà ostenderim hîc esse adventum Christi in orbem totum per Verbi & Spiritûs sui efficaciam, quæ præcipuè se exseruit annis primis 40, ut ad Lucam quoque dicemus, omnino ea quæ sequuntur ad res ejus temporis referenda præcipuè arbitror. Et, ni fallor, alio illa tempore quàm quo priora dixit Christus, occasione à Pharisæis datâ, ut Lucas narrat: sed Matthæus ideo hîc addidit, quia ad illustranda ea quæ de rebus Judaicis & Evangelii profectu suprà dicta erant multùm pertinebant. Sicut & Marcus alium locum, qui est Matth. 10. 17. ob rerum cohærentiam hîc inseruit. Neque verò quod de Fure sequitur evincit de universali Judicio hîc agi, cùm etiam peculiaria in populos aut homines judicia Dei (quæ tamen ipsa universalis Judicii præsagium

[Margin: v Idem. — x Bru. Mal. — y G. — z Bru. — a Idem. — b G. — c Idem. — d Pi. sim. M. — * G. — f Ham. — g G. — h Bru. — i Cas. ex Er. — k Cas. — l Er. — m Di. — n Di. append. — o G. — p Bru. ex Euthym. sim. Zeg. — q G. — r Pi. — † Li. ho.]

gium continent) furi nocturno comparari soleant, ut videre est Apoc. 3. 3. & 16. 15. Firmat hanc interpretationem, quòd Noam servatum in diluvio Christianis per Baptismum à communi pernicie servatis Petrus comparat [t]. ¶ *Ità erit*, &c.] Tales erunt hominum mores [v]: & talia accident †: malum pariter inexspectatum erit [x].

38. *Edebant*, &c. Τρώγοντες, &c.] Emphaticè, q. d. brutorum instar ventri dediti: nam τρώγειν de brutis propriè dicitur [y]. At Lucas dicit, ἐσθίοντες· quare securitas magis notatur quàm vitium [z]. Non securi tantùm [erant,] sed omne studium ponentes in rebus caducis, & voluptatibus suis mancipati, non minùs quàm ille qui sepulchro inscripsit Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔπιον καὶ ἔφαγον· (*Tantum habeo quantum bibi & comedi.*) Huic vitæ opponitur illa Luc. 21. 34. monitio. Confer infrà vers. 29 [a]. ¶ *Nubentes & nuptui tradentes*] Ità Mo. Vide de vocibus dicta ad Matt. 22. 30 [b]. Nominis generisque propagandi desiderio flagrantes, quasi in eo sita esset tota spes immortalitatis. Vide Genes. 4. 17, 19. Sed & qui piis editi erant parentibus impiorum connubiis se inquinabant potentiæ & gloriæ studio, ut in Genesi videre est. Ità passim omnibus curvæ erant in terras animæ, immemores conditas se ad Dei imaginem; quod ipsa etiam corporis positura testatur: ideo enim Deus *Os homini sublime dedit*, &c. quod ex Phœnicum Theologia veteres Philosophi hauserunt, ex illis Poetæ: Phœnices ab Hebræis hauserant. Ad hujus conditionis nostræ memoriam nos jubemur ἀνακύπτειν, &c. ut apud Lucam est hoc loco. Hæc ἀποκαραδοκία, ut eam Paulus appellat, [Phil. 1. 20.] opponitur illis curis secularibus hominum veteris mundi. Vide Anton. l. 4. [& verba ejus in G.] ¶ *In arcam*, Εἰς τὴν κιβωτὸν] Ità LXX transferunt Heb. תבה, quos & Petrus sequitur, & Philo. Λάρνακα dixerunt Josephus ex Nic. Damasceno, Apollodorus, Lucianus, & Alexander Polyhistor: Abydenus πλοῖον vocavit. Et in Damasceno locus in quo consedit Arca vocatur Βάρις· ità autem navis quoddam genus Ægyptiis dici notavit Herodotus: credo molem fuisse rudem nullâque arte factam. Nam inter artes ante diluvium repertas non memoratur ἡ ναυπηγική· aut certè non fuere constratæ, quales תבות vocantur, quomodo & cistella appellatur in qua expositus Moses: sicut & Græci Poetæ id in quo expositus fuit Perseus λάρνακα vocant [c].

39. *Et non*, &c. Καὶ οὐκ ἔγνωσαν, ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς] Trajectio est, pro, Καὶ οὐκ ἔγνωσαν τὸν κατακλυσμὸν ἕως ἦλθεν [d]. Sed nullâ hîc trajectione opus est, quum οὐκ ἔγνωσαν absolutè sumi queat, pro, non sapuerunt quæ ad salutem suam facerent, quámque eam stultè negligerent non intellexerunt, donec diluvio veniente stultitiam suam edocti sunt: Sic Esa. 1. 3. *non cognovit*, nempe quæ Dei & salutis suæ essent. Quare ordinem verborum religiosè hîc servârunt Sy. Vulg. Ar. & Evang. Hebræum†. Sensus, Credere aut cognoscere noluerunt exitium sibi imminens [*]. ידע Hebræis sæpe est φροντίζειν, ut Eccles. 5. 1. Esa. 1. 3. ità sumitur hîc γινώσκειν, ut & Luc. 19. 44. Heb. 3. 10, &c. Quò forsan referendum & Act. 23. 6. Rom. 7. 7. Huic supinitati oppositum est illud apud Lucam, φρόνιμος [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἦρεν, &c.] *Et sustulit* (i. e. occidit, submersit [g]: ἦρεν est מחה, Gen. 7. 23 [h].) *omnes*, Bru. sic Be. Pi. incredulos scilicet & inobedientes [i] omne humanum genus, octo duntaxat exceptis. Planè enim illis assentiri non possum qui generalitatem hanc ad aliquam humani generis portionem restringunt. Nam ad omne humanum genus hoc diluvium pertigisse magnum argumentum habemus omnium gentium memoriam quæ in id tempus desinit. Diligentissimus omnis antiquitatis indagator Varro omne ævum in tria tempora dividebat, ἄδηλον, μυθικὸν καὶ ἱστορικὸν· ἄδηλον (*incertum*) vocans quicquid prius erat magno Cataclysmo; *fabulosum*, quod proximè sequitur; *historicum*, à Trojæ excidio. Citat Josephus Berosum rerum Chaldaicarum Scriptorem, Hieronymum Phœniciarum, Mnaseam quoque, & Nicolaum Damascenum, qui omnes meminerint *& hujus Diluvii & Arcæ.* Abydenus Noam Σείσιθρον vocat, eum qui ei imminentem cladem prædixerit, Κρόνον nimirum quia Græci ità transferre solebant vocem Orientalem אל. Nam & Philo Byblius, Ὁ Ἶλος, τοῦτ' ἐστιν ὁ Κρόνος. Phœnices enim, Assyrii, Armenii, antiquitus

eam stellam, quam Græci Κρόνον vocant, maximè sunt venerati, quòd altissimo orbe, & præcipuâ potentiâ, feratur; quod notat Tacitus. A Judæis eundem coli multis persuasit otium diei quem τῷ Κρόνῳ gentes dicaverant. Idem Abydenus emissarum quoque avium meminit: quam narrationem Græci ad Deucalionem suum transtulerunt, ut ex Plutarcho discimus. Sed & in Eupolemi & Artabani scriptis extitabat memoria universalis diluvii. Nec aliò referendum quod Plinius de Joppe urbe dixit, Diluvio esse antiquiorem: quod & Josepho proditum est. Sed & in Novo qui dicitur orbe reperta sunt hujus famæ πάνυ παλαιὰ vestigia. Nec spernendum ejus rei argumentum affert Tertullianus conchas in remotissimis à mari montibus. Quòd autem quidam quærunt, Si universale diluvium fuit, unde in Novum illum orbem & remotas insulas populi pervenerint, vanum est. Ponunt enim Novum illum orbem nullo freto quod facilè transeatur cum Scythia, neque cum notis in Septentrione insulis, connecti: quod non jam dicam incertum est, sed & validis argumentis refellitur. Quid autem credibilius quàm auctos nimiâ fœcunditate Septentrionis populos in vacua se longiùs ac longiùs effudisse? nam & mores habitúsque corporum & sermo partim cum Scythis, partim cum Germanis, congruunt. De insulis verò haud contemnenda peritorum observatio, Nullam ferme esse adeò remotam ad quam non ex aliquo littore prospectus pateat, & linguam ipsis quæ proximis terrarum. Et hæc quidem obiter dicta sunt: nam fusiùs prosequi ab instituto alienum est [k].

40. *Duo — in agro*] Uno, socii operæ & mercedis [l]. In agro rudes sunt homines, quos per contemptum *populum terræ* vocabant Scribæ, & *maledictum.* At Christus ostendit neque rude ingenium, neque despectam conditionem, cuiquam obstare quominus ad cœli gloriam aditus ei pateat [m]. ¶ *Unus assumetur*] Ad Filium hominis [n], in Regnum ejus [o]. Παραλαμβάνεται] Præsentia pro futuris [p], ut apparet ex Luc. 17. 34 [q]. *Assumitur*, V. Pi. i. e. velut apprehensâ manu educetur è communi periculo. Allusio enim est ad Loti historiam, quam brevitatis causâ omisit Matthæus, Lucas autem expressit. Vide Gen. 19. 16. Adde Luc. 21. 36 [r]. ¶ *Relinquetur*] In terra †, indè detrahendus in infernum [t], q. d. Non assumetur in cœlum [v]. *Deseretur*: verbum enim ἀφίεσθαι usurpatur pro desertione, sive separatione, Matth. 15. 14. & 19. 27. ut maritus uxorem adulteram ἀφίεται [x]. Hæc autem pertinent ad discretionem illam hominum quæ facta est per Evangelii sermonem, præsertim primis illis annis 40. Cujus aspectabile etiam signum fuit conservatio Christianorum à malis obsidii Hierosolymorum [y].

41. *Duæ molentes*] Erat hoc ancillarum [z], [tum apud Hebræos,] ut docemur, Exod. 11. 5. Esa. 47. 2 [a]. tum apud Græcos, tum & Barbaros, ut docet Plutarchus [b]. In vilissimo vitæ genere (quale hoc fuit, Exod. 11. 5 [c].) Christus habet suos [d]. Hîc rursus à Christo discrimen ostenditur Regni sui à Regnis terrenis. Nam in Regnis mundi fœminæ ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ sunt; servi verò multò magis, ut qui nè personam quidem habere dicantur: at Christus mulieres, etiam servas, recipit, Gal. 3. 28. Omnes communi exitio eximentur, in quos illud quadrabit; *Vidi te justum*, Gen. 7. 1. quod egregio παραφράζει Philo, fine l. 2. *de vita Mosis* [*]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῷ μύλωνι] *In mola*, Er. Tre. Ti. Mo. *In moletrina*, Pi. ex Jun. i. e. loco ubi molitur frumentum [f]. *In pistrino*, Sy. Il. Be. P. Ca. Pi. Μύλων, μυλὼν, & μύλος, est locus in quo mola versatur, seu pistrinum, in quo laborare durum erat, & pœna malè meritorum [g]. ¶ *Relinquetur*] Id est, deseretur peritura [h].

42. *Vigilate*, &c.] Scil. omni die horâque animi nimirum mentisque vigiliâ [i]; ut semper sitis parati [k]. Hæc omnibus Christianis dicuntur [l], ex collat. Marc. 13. 37 [m]. Illud autem quod sequitur v. 45. generalem admonitionem peculiariter Apostolis aliisque Ecclesiæ Pastoribus accommodat, quod nos docet Lucas 12. 41 [n]. Hinc in Ecclesia Latina & Græca ratio quæri cœpta nocturnorum sacrorum & cœtuum, quæ, quamvis Romanis legibus vetita, L. 12. Tabularum, Cic. de Legibus, l. 2. Christiani peragebant, testibus Tertul. & Plin. epistolâ ad

t G. v Pi. † Camer. x Bru. y Be. z Bru. a G. b Bru. c G. d Pi. † Di. * Bru. f G. g Bru. h G. i Pi.

k G. l Bru. m G. n Bru. o Pi. sim. Bru. p Be. sic Pi. q Ee. r G. † Bru. t Bru. sim. Pi. v Pi. x Ger. y G. z G. sic Bru. a G. b Be. c Bru. d V. * G. f Pi. g Ger. h Be. i Bru. k M. l G. sim. Bru. m Bru. n G.

ad Trajanum, malentes cum periculo corporis violare leges hominum, quàm cum periculo animæ intermittere cultum Dei [o]. Ut studium vitiorum somno, ità virtutum vigiliæ, comparatur: vide Rom. 13. 11. 1 Thes. 5. 4[p].

43. *Quâ horâ*; tà Er. Ar Ποίᾳ φυλακῇ] *Quâ* (vel, *Quali*, matutinâ, aut vespertinâ, ut v. præc. *quali horâ*, nocturnâ, an diurnâ: quanquam & ποῖος sæpe valet *quis*, ut Mat. 19. 18. & 21. 23, 24, 27. & 22. 36 [q].) *vigiliâ*, Sy. Tre. Be. P. Ti. Ca. vel, *custodiâ*, Mo. V. &c. noctis scilicet [r]. Noctem veteres in 4 excubias sive vigilias dividebant †. ¶ *Vigilaret*; ità Be. Pi. Ἐγρηγόρησεν ἂν] *Vigilâsset*, Bru. Val. Facile est, inquit Christus, præcavere periculum unius ac præfiniti temporis. Sed quia pericula multa tempus habent incertum, ideo semper metuenda semperque cavenda sunt, nè ingens damnum accipiatur διὰ τὸ ἀπροσδόκητον, (*quod inexspectata sint* [t].) ¶ *Et non sineret* (vel, *permisisset*, Bru.) *perfodi domum suam*] Id est, parietes domûs suæ, subaudi, nec proinde rerum suarum damnum pateretur [v]. Perfossio tribuitur furi, Ex. 22. 2[x]. Similitudo hîc non est perfecta, sed ex v. seq. sic supplenda, *sed quia tempus scire nequit —— semper vigilare debet* [y].

44. *Estote parati*] Id est, In eo semper statu consistite qui Deo gratus est [z]. ¶ *Venturus est*, Ἔρχεται] Pro, ἔρχοιτο ἂν, i. e. venire potest inexspectatus nisi eum semper exspectetis [a].

45. *Quis*, &c. Τίς ἄρα ἐστὶν, &c.] *Quisnam* (vel, *Quis igitur*, Be. Pi. Particula ἄρα hîc conclusionem denotat ex præcedentibus [b]. *Quis*, h. e. ô qualis & quantus, quàm felix! ut ostendat, inquit Chrys. quàm rari & præstantes essent tales. Sic Gal. 4. 15. *Quæ erat*, &c. i. e. qualis & quanta [c]!) *est fidelis servus & prudens*, Er. Bru. Non est hîc τίς interrogativum, sed ὑποθετικὸν, ut diximus alibi [d]. Τίς non semper interrogantis est, ut Jac. 3. 13. Τίς, &c. *Si quis inter vos sapiens*, &c. Sic in fine Psal. 107. *Quis sapiens hæc observabit* *. Ità & h. l. τίς conditionaliter ponitur pro, εἴ τις [f]. *Fidelis*, 1. nè fallat; 2. nè quæ sua sunt quærat, sed lucrum domini, &c. 3. nè cibos conservis neget. *Prudens*, 1. nè fallatur; 2. ut mediis utatur maximè propriis, &c. 3. ut cibum judicio adhibito distribuat [g]. ¶ *Quem constituit — super*, &c. Ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ] *Super famulitium suum*, Pi. Bru. V. sic Be. i. e. famulos suos [h], sive domesticos [i]. Describit munus οἰκονόμου, i. e. *dispensatoris*; cui munus Pastorum in Ecclesia respondet. Vide 1 Cor. 4. 1 [k]. ¶ *Ut det illis cibum in tempore*] Demensum videlicet [l], σιτομέτριον, ut vocat Lucas: quam ἀρμαλιὴν ἡμερίων Græci Poetæ appellant [m]. Prandium, cœnam, &c [n].

46. *Beatus*, &c.] Tales raros fore significat [o]. ¶ *Sic facientem*] Vel, *officium suum facientem*. Ut Latinè *æquum & par* pro *eo quod justum est & fieri debet* ponuntur, sic Heb. כן, *sic*, aliquando significat officium, ut 2 Reg. 17. 9. *Designarunt Israelitæ res quæ non* כן, *sic*, h. e. nefarias, & quæ fieri non debebant. Ità οὕτως h. l. sumitur, sicut & Phil. 4. 1. οὕτω στήκετε, &c. *Persistite ut fieri debet in Domino* [p].

47. *Super omnia bona*, &c.] Ut ea omnia administret, & primus ipse eis utatur fruatúrque [q]. Ex dispensatore procuratorem faciet; qui major honos. Hunc processum videre est in Josephi historia, Gen. 39. Nam Dominus primùm *constituit eum super domum ipsius*, v. 4. deinde *super omnia*, &c. v. 6. Cæterùm hac similitudine significatur honos summus qui illi habebitur. Compara Apoc. 2. 26 [r].

48. *Si —— dixerit malus servus ille* (i. e. hujusmodi, constitutus super famulitium, &c †. alter aliquis servus improbus [t],) *in corde*] Id est, Si infidus factus cogitaverit [v]. Retinuit Græcus interpres Hebraismum אמר בלבו, ut & LXX Psal. 14. & alibi, cùm id nihil aliud significet quàm *cogitare*. ¶ *Moram facit*, χρονίζει] יאחר, Abac. 2. 3 [x].

49. *Et cœperit percutere*, &c.] Indicat Christus, non defuturos in Ecclesia Pastores qui, aut ipsi, accepto gladii jure, aut eos quorum est gladius sibi nacti obnoxios, alios Pastores, aut de plebe Christianos, ob liberam vitiorum falsorúmve dogmatum reprehensionem, aut ob diversas de dogmatibus quibusdam minùs necessariis minúsque exploratas sententias, crudeliter divexent. Id autem facturos eos præcipuè qui, cùm videri velint omnia facere Christi causâ, revera non *Christo serviunt, sed ventri*, &c. Rom. 16. 18. Phil. 3. 19. Et sanè naturaliter evenit ut qui pietatem commodorum suorum causâ profitentur, implacabiliter oderint atque adeò omnibus modis infestent eos quos commodis suis adversari vident; ut &, cùm de Zizaniis actum est, annotavimus. Hæc autem agendi ratio quantopere Christo displiceat, & quàm non sit impune abitura, ostendunt quæ sequuntur, v. 51. quorum fusior explicatio ex Apocalypsi petenda est. ¶ *Manducet*, &c. Ἐσθίειν δὲ καὶ πίνειν, &c.] *Quinetiam edere & bibere cum ebriis*, Be. Pi. Al. ἐσθίῃ καὶ πίνῃ. Ità multi Codices, ità Syrus, Latinus & Græci interpretes nonnulli. Quare pars hæc major videtur [y].

51. *Et*, &c. Καὶ διχοτομήσει αὐτὸν] Brevis locutio, pro, διχοτομῶν τὴν οἰκίαν ἀφορίσει αὐτὸν. Nam διχοτομεῖν propriè respondet Hebræo חצה, quod ἡμίσυσι, voce simili huic nostræ, vertit Aquila Gen. 33. 1. Explicatio petenda ex iis quæ infrà 25. 32 [z]. [Verba sic reddunt:] *Et dissecabit* (vel, *dividet*, Mo. Tre. *medium secabit*, Ar. *separabit*, Il. P. Be. Pi. Pers. sub. *à se*, Pers.) *eum*, Sy. Er. Ti. Ca. Allusio est, vel, 1. ad supplicium gravissimum veteribus usitatum [a], quo infidi debitores [b], pactorum violatores [c], patriæ proditores, & perduellionis rei, medii secabantur: cujus vestigia quædam exstant 1 Sam. 15. 33. Dan. 7. 25. Heb. 11. 37 [d]. Tale supplicium nunc etiam apud Barbaros usurpatur *. Narrat Herod. l. 6. Sabacum Æthiopem viso nocturno jussum sacerdotes Ægyptios μέσους διαταμεῖν. Horat. Serm. 1. Sat. 1. *Liberta securi divisit medium*. Et muliercula in Aristoph. Ἐγὼ δὲ, &c. Ego, inquit, *velut passer dividi in duas partes Nunquam recusem* [f]. [Plura videsis in Cl. authore.] Sic Ajax in Sophocle introducitur ῥαχίζων, i. e. διχοτομῶν, vel, διὰ τῆς ῥάχεως, seu *per spinam dorsi dissecans* pecudes, quas putavit esse Atridas, Menelaum & Agamemnonem. Similis loquutio est in Hom. Odys. σ'. 338. ἵνα σ' αὖθι διαμελεϊστὶ τάμῃσιν, *ut te statim per singula membra dissecet* [g]. [Aliis hæc sententia non placet:] Nam ignotum apud Judæos erat hoc supplicium, illísque quatuor tantùm erant supplicia, &c [h]. [ut ante notatum] Vel, 2. ad victimas, quas secabant in frusta, נתחים, διχοτομήματα, Gen. 15. 17. Exod. 29. 17. ut sensus sit, Servus ille non erit particeps victimæ Christi, sed ipsemet victima fiet, dissectioni instar victimæ piacularis devotus [i]. Al. Puto purum putum hunc esse Hebraismum, ob ea quæ sequuntur, quibus similia sunt, Joh. 13. 8. Apoc. 21. 8 [k]. Utinam Cl. Cas. eum indicâsset, & cui phrasi Hebrææ id respondeat docuisset [l]. Repugnant loca ex Homero & Sophocle producta, quæ Græcam phrasin defendunt [m]. Διχοτομεῖν ponitur pro ἀφορίζειν [n]. Sensus, q. d. Servum illum non habebit in reliquorum numero, sed separatim ità tractabit ut dignus est [o]. Probatur hæc phrasis ex Il. α'. 531. τώγ' ὣς βουλεύσαντε διέτμαγεν, *Duo illi cùm sic consultâssent, à se invicem separati sunt*, sive *discesserunt* [p]: cùm propriè διατμήγειν, declarat τὸ διχοτομεῖν [q]. Similia verba vide & Homer. Il. ν'. 302. & π'. 354 [r]. *Separabit* autem eum Dominus, vel, à bonis quæ spoponderat †: vel, à dignitate sua [t]: vel, à Christo, Angelorum & Sanctorum consortio, & à paradiso cœlesti [v]: vel, separabit animam à corpore, quo homo quasi διχοτομεῖται, dissecatur & in duo dividitur [x]. ¶ *Partémque*, &c.] Id est, Dabit ei talem partem, i. e. hæreditatem, sortem, conditionem, &c [y]: parem pœnam [z]. Hebraicâ phrasi *pars* communitatem, societatem, & conjunctionem, notat [a]. Τὸ μέρος αὐτοῦ, &c.] Tale est illud Job 20. 29. *Hæc ἡ μερὶς, portio hominis impii*, &c. & Psal. 11. 6. —— ἡ μερὶς, &c. *pars poculi eorum*. Passim enim Hebræis מנה & חלק ἀνταπόδοσιν (*retributionem*) significant [b]. Sic Eurip. *Quia cum bonis viris, οὐ σοι κτητὸν βίοτε μέρος ὅσιν, tibi non possidenda est pars vitæ* [c]. [Sensus,] Ut simulatorem perfidúmque puniet [d]. Pro, *cum hypocritis*, Lucas habet, μετὰ τῶν ἀπίστων. Credibile est, utrumque Christum dixisse, ut significaret, eadem supplicia manere eos qui Evangelium contempsissent, & eos qui fidem professi factis eam abnegâssent. Ἀπίστους malo *incredulos* quàm *infidos* interpretari, quia quod sequitur, *illic erit fletus*, &c. probat tacitam esse transitionem ad ἀνταπόδοσιν, qualem & suprà habuimus, 13. 42. & infrà habebimus, 25. 30. quibus in locis idem est ἐπιφώνημα *. ¶ *Illic erit fletus*, &c.] Hæc

[o] Scul. ex. 2. 95. [p] Bru. [q] Sch. [r] Bru. sim. Pi. † V. [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] Bru. [a] G. [b] Be. [c] Glas. rhet. 1. 3. 35. [d] G. * Ca. [f] Sch. [g] Bru. [h] V. sic Pi. [i] Bru. [k] G. [l] Cas. Be. [m] Cas. [n] Bru. [o] Bru. [p] Ca. [q] Bru. [r] G. † Bru. [t] Camer. [v] Ham. [x] G.

[y] G. [z] G. [a] Tertul. & alii in Cas. Q. in Mal. [b] Ham. ex Tertul. [c] Ger. sic Ham. [d] Ger. * Camer. [f] Ga. adv. 45. 495. [g] Sch. [h] Ger. sim. Mal. [i] Di. [k] Cas. [l] Di. [m] Sch. [n] Ger. ex Be. [o] Be. [p] Sch. ex Be. [q] Be. [r] Sch. † Hil. in Ger. [t] Euthym. in Ger. [v] Ger. ex Orig. & Hi. &c. [x] Ga. adv. 455. [y] Bru. [z] Cla. [a] Camer. [b] G. [c] Pso. 111. 144. [d] Ca. * G.

Hæc Gehennæ descriptio est. Transit autem subitò Christus h. l. à parabola ad rem significatam [f].

CAP. XXV.

1. TUNC] Cùm Dominus improvisus venerit [a]: pendent enim hæc à cap. præced [b]. ¶ *Decem virginibus*] Hæ sunt, בתולות רעות, in Psal. 45. 15. Συνομάλικες, in Epithalamio Theocriti; παρθένοι ἑταῖραι, Pindaro, tertiâ Ode Pythiorum [c]. *Virginibus*, nempe ad nuptias invitatis, & assumptis in obsequium sponsæ, ex more Hebræorum, quo etiam sponso dabantur juvenes comites, seu socii. Vide Matth. 9. 15 [d]. Per *virgines* hîc intelliguntur omnes solique fideles [*]; vel, professores Evangelii, *virgines* dicti, quòd idololatriæ & hujus seculi pollutionibus se renunciâsse professi fuerint [f]. *Decem* dicit, quia rarò pauciores erant in nuptiis Hebræorum. Numero denario gavisa plurimùm est gens Judaica, unde dicunt, *Non constat Synagoga*, sed *neque classis, vel corona hominum, nisi è decem ad minimum* [g]. ¶ *Accipientes lampades suas*] Id est, Lucernas quæ, vasculis imposito ellychnio, oleo foventur [h]. Lampades istæ oleariæ eundem usum in Judæa præstitisse videntur quem Romæ pineæ aut spineæ faces [i]. Nuptiæ celebrabantur noctu, teste Plut. in Problem. Vide & Luc. 12. 35. Adhibebantur [ergò] lucernæ & faces: unde Statius de nuptiali solennitate, *Fronde virent postes, & fervent compita flammis.* Et Niobe, apud Libanium, *Ego*, inquit, *rebar fore ut facem nuptialem accenderem præferrémque juvenibus ac virginibus.* Et dicebantur pueri πάποι qui nascebantur ex nuptiis quibus nullæ præferebantur faces, ut observat interpres Homeri Il. ε' [k]. Virg. Eclogâ 8. *Mopse novas incide faces, tibi ducitur uxor.* Mater in Eurip. dicit ad filiam, ἐγὼ δ' οὔτε, &c. *Neque ego tibi lumen accendi nuptiis legitimum*, &c. Et hi ritus omnes ab Hebræis orti sunt [l]. Virgines porrò cantaturæ epithalamium domi per multas horas noctis exspectabant lampadibus accensis: de quibus Aristoph. Ἔλαιον, &c. (*Oleum non est in nostra lucerna.*) Accidit autem ut, dum ità exspectarent, nonnunquam dormitarent [m]. *Mos est*, inquit RS. *in terra Ismaelitica, ut sponsum ducant à domo patris sui in domum sponsi,—— ferántque ante eam decem lampades*, &c [n]. Per *lampades* intelligit, vel fidem [o]: vel Verbum Dei fide in corde accensum, & gressus nostros dirigens [p]. ¶ *Exierunt*, Πρόληψις (*Anticipatio:*) nam quando in occursum iverint infrà dicitur, 6, 7, 11 [q]. vel, bis exierunt [r]: vel, jam exiisse dicuntur, quia parati erant ut exirent, & animum habebant exeundi, Verba enim activa sæpe pro voluntate & voto ponuntur, ut Matth. 5. 23. *Si obtuleris*, h.e. offerre volueris, & 10. 39 [*]. ¶ *Obviàm*, &c. Εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου] *In occursum sponsi*, vel *sponso*, Er. Il. Be. Pi. Sy. &c. Addunt, *& sponsæ*, Vulg. Tre. ex Sy. Pers. Orig. & Hil. & Aug. in Ger. Cui favere videtur nuptialis solennitatis ratio. Neque enim sponsus absque sponsa facile potest solus intelligi, præsertim in virginum comitatu [†]. Suspicari licet omissum ab his qui non videbant quomodo *virgines*, i. e. fideles, dicerentur *sponsæ occurrere*, cùm ipsi sint Ecclesia, i. e. sponsa: quod plerosque Latines interpretes torsit. Sed id neminem movere debuit. Nam in his comparationibus non sunt premendæ partes singulæ, sed intuendus scopus comparationis; cætera habenda accessionum vice [t]. Repugnant autem huic additamento, 1. quòd illud non legunt Græci Codices; nec Græci patres [v]: nec Ar. & Evang. Hebræum [x]. 2. Quod dicitur v. 6. *Ecce sponsus venit* [y]. 3. Mos apud Judæos in nuptiis receptus, quo sponsa domi sedebat, sponsum operiens, cui adventanti virgines obviàm procedebant [z]. Sponsa non prodiit foràs, nè avida viri videretur [a]. Ut autem sciatur, illud, ἡ νυμφῆς, non pugnare cum natura narrationis, ut quidam existimant, notandum est, inter laudatos mores quos à Patribus Judæi acceperunt etiam hunc fuisse, ut matrimonium non privatim, sed in piorum conventu, celebrarent μετ' εὐλογίας cujus formulæ extant in ipsorum Ritualibus: quod, ut multa alia Judæorum instituta, imitati sunt Christiani veteres. Ignatius ad Polycarpum, Πρέπει, &c. (*Decet nuptias fieri cum consensu Episcopi, ut sint secundùm Dominum*, &c.) Tertul. *Damnantur apud nos occultæ conjunctiones*, i.e. *non priùs apud Ecclesiam professæ*, &c. Idem alibi commendat *matrimonium illud quod Ecclesiæ conciliat & confirmat oblatio.* Evaristus, *Aliter legitimum non fit conjugium, nisi uxor petatur à parentibus,—— & sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur.* Ante hanc εὐλογίαν sponsam sponso conjugis jure attingere nefas & Judæis & Christianis habitum. Ad hanc εὐλογίαν deducebatur sponsus à viris grandævis, sponsa à matronis. Redeuntibus ἀπὸ τῆς εὐλογίας obviàm procedebant juvenes & puellæ, οἱ υἱοὶ καὶ αἱ θυγατέρες τοῦ νυμφῶνος, de quibus diximus ad c. 9. Deinde celebratur convivium nuptiale. Alludit hæc parabola ad Psalm. 45. & Canticum canticorum [b]. Per *sponsum* omnes intelligunt Christum [c]: qui sic passim vocatur apud Prophetas, & Rom. 7. 4. & Eph. 5. 30 [d]. Confer Matth. 22. 1. & Luc. 12. 36 [*]. Adesse ad nuptias habebatur inter opera misericordiæ, teste Rambam. [Vide Li.] Præcessit desponsatio, secuta est deductio sive introductio sponsæ in domum sponsi, quæ erat consummatio matrimonii, ante quam non licuit sponso cum desponsata coire. Supponit hæc parabola, sic petitam sponsam in domum mariti, paratásque virgines in ejus occursum, quæ tamen, vel petita è longinquo, vel morâ aliquâ intercurrente detenta, non adducta est ante mediam noctem [f]. Scopus [parabolæ] est, quem Christus ipse indicat verbis, *Vigilate igitur*, Debere nos scilicet semper solicitos esse de vita rectè instituenda, &, ut Lucas loquitur, προσέχειν ἑαυτοῖς [g]. Scopus est, ostendere quid sit piis agendum dum Dominum exspectant, ut scilicet fidei suæ fovendæ intenti sint, & donis suis rectè utantur, &c [h].

2. *Quinque—fatuæ*, &c.] Similis est parabola in Kimhi [i]. Quam vide in Li.]

3. *Sed*, &c. Αἵτινες μωραί, &c.] *Quæ* (sub. *erant*, Pi. sic Be. &c.) *fatuæ*, &c. Er. Il. Be. &c. ¶ *Non sumpserunt oleum secum*] *Oleum* hîc denotat charitatem [k]; vel bona opera [l]; vel Spiritûs Sancti gratiam assiduis precibus in nobis perseverantem, quâ fides fovetur [m].

4. *In vasis suis*] Quæ secum assumpserunt oleo plena [n]. Latissimè patet hæc vox, [ἀγγεῖον,] ut altera, σκεῦος, per quam redditur Hebræum כלי [o].

5. *Moram*, &c. Χρονίζοντος, &c.] *Morante autem sponso*, Be. Pi. &c. Ultrà quàm sperabant virgines, &c [p]. Significat Christus, longum restare tempus usque ad adventum suum [q]. ¶ *Dormitaverunt*] Ità Sy. Tre. Mo. Ca. Ἐνύσταξαν] *Cubitum iverant*, Pers. *Nictârunt*, P. Be. Æth. oculis somno gravatis [r]. ¶ *Et dormierunt*] Etiam prudentes, quod non frustrà est additum, nam *in multis offendimus omnes*, Jac. 3. 2. præsertim in fidei initiis. Confer Rom. 13. 11. qui locus hunc explicat [†].

6. *Mediâ autem* (i. e. profundissimâ [t],) *nocte*] i. e. Quum minimè exspectabatur [v]: seriùs quàm pro more; ideo præcessit, *tardante sponso.* Alioqui ut nocte duceretur sponsa à novo marito moris fuisse antiquissimi, atque ex eo mansisse in nuptiis faces, notatum Servio ad Eclog. 8. ¶ *Clamor*, &c.] Clamor nocte latiùs auditur, ut Exod. 12. 30 [x].

7. *Ornaverunt*, Ἐκόσμησαν] היטיב, Exod. 30. 7. ubi de lychnis, ut hîc, agitur. Græci ibi ἐπισκευάζειν vertunt, & 1 Sam. 3. 3. alibi, κοσμεῖν [y]. *Composuerunt*, Q. in Bru. Apparaverunt, vel, certè apparare tentârunt, affuso oleo, si deesset; abstersis sordibus, &c [z]. Κοσμεῖν dicitur; indè κοσμήτορες λαῶν apud Homerum dicuntur Duces, ab instruendis ac disponendis copiis [a].

8. *Date nobis*, &c.] Sic frustrà doceri petent qui prædicationis tempus neglexerint [b]. Taxatur hîc sera eorum pœnitentia [c]. ¶ *Quia lampades nostræ extinguuntur*] Quod in lucernis Templi nefas, Exod. 27. 20. Sensus mysticus, *spiritum nè extinguite*, 1 Thes. 5. 19. spiritus enim *oleum*, Heb. 1. 9. 1 Joh. 2. 20, 27. Vide & Jobum, 18. 6. & 21. 17 [d].

9. *Dicentes*, *Nè*, &c. Μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ, &c.] *Nè* (vel, *Nè fortè*, Mo. Sy.) *non sufficiat nobis ac vobis*, Be. Tre.

Marginal notes (col. 597): [f] Bru. [a] Mal. sim. Bru. [b] Mal. [c] G. [d] Bru. [*] Mal. ex Orig. Hi. Ambrof. [f] Be. sic Ger. ex Orig. &c. [g] Li. ho. [h] Be. [i] G. ad v. 3. [k] Scul. ex. 2. 96. [l] Ger. [m] Scul. ib. [n] Li. ho. [o] Mal. ex Orig. Hi. &c [p] Be. [q] G. [r] Q. in Ger. [*] Ger. [†] Idem. [t] G. [v] Ger. [x] Di. [y] Ger. [z] Ger. ex Jans. sim. Er. [a] Er.

Marginal notes (col. 598): [b] G. [c] Ger. sic Be. Bru. Mal. &c. [d] Be. [*] Ger. [f] Li. ho. [g] G. [h] Be. [i] Li. ho. [k] Bru. [l] Mal. ex Orig. Hil. &c. sic Bru. [m] Be. [n] Be. [o] G. [p] Bru. [q] Mal. [r] Be. sim. Bru. [†] G. [t] Be. [v] Mal. [x] G. [y] G. [z] Bru. [a] Be. [b] Be. [c] Bru. [d] G.

Tre. Ellipsis hîc est *, scil. recusationis, cujus ratio redditur; qualis, Gen. 20. 11. Εἶπα γὰρ, (sub. *dissimulabo Saram esse uxorem meam*) Μήποτε οὐκ ἔστι, &c. Sic & ὅτι poni solere cum subticentia ejus cujus ratio redditur, suprà observatum est [f]. [Ità & h. l.] Veremur *nè non*, &c. P. Nequaquàm, *nè non*, &c. Er. Il. Be. Pi. Pers. Videndum est, *nè non*, &c. Pi. Similis ellipsis in Odys. σ'. 333. Μή τίς τοι τάχα Ἴρου ἀμείνων ἄλλος ἀναστῇ. Subaudiendo, ὅρα, vel, φύλαττε, Vide, vel cave, *nè alius quispiam Iro fortior contra te surgat*. Ἀρκεῖν hîc valet, *sufficere*, ut Joh. 6, 7, & 14. 8. 2 Cor. 12. 9 [g]. ¶ *Ite potiùs*, &c.] Non tam consulit, quàm exprobrat & irridet [h]. Nec enim hoc emitur, sed gratis datur, &c [i]. Significat, nullum tunc ferendum à justis auxilium reprobis, &c [k]: vel, quia illud tam serò ferre non possunt; vel potiùs, quia nemo in horrendo illo judicio sibi suísque bonis operibus satis confidat [l].

10. *Intraverunt cum eo ad nuptias*] Syrus reddit, *in domum chori, lætitiæ*, sive *nuptiarum*, vel, ut alibi reddit, *in Symposium nuptiale* [m]: ad nuptialia gaudia [n]. ¶ *Clausa est janua*] Sic & apud Romanos, virgines, cum sponso & sponsa in thalamum ingressæ, ostium claudebant & arcebant turbam. Catullus in Epithalam. Julii & Manliæ, *Claudite ostia, virgines: Lusimus satis* [o].

12. *Nescio vos*] Vide suprà 7. 23 [p]. i. e. Non estis mihi gratæ [q]. *Non novi vos* meas, dignas nuptiis meis [r].

13. *Neque horam*] [In Græco sequitur, Ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.] Sed hoc interpretamentum est, quod hîc Græci Codices non omnes adjiciunt †: nec legitur in Vulg. Sy. Ar [t]. nec in tribus vetustis Codicibus [v]. At in Evang. Heb. reperitur [x].

14. *Sicut enim*,] Imperfecta & pendens oratio [y]; ἀναπόδοτον, quale in Homero observant Grammatici illo loco, Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί [z]. Cujus generis in Paulo sunt multa [a]. Simillimum huic est Marc. 13. 34 [b]. [Ità h. l.] deest hîc similitudinis apodosis, nempe, *Ità aget filius hominis* [c]. Aliquid hîc supplendum, Ità *enim* est *ut* cùm *quispiam*, &c [d]. Qu. An eadem hæc parabola quæ Luc. 19. 11 * ? Resp. 1. Non est eadem [f]: multùm enim differunt, 1. narrandi tempus atque occasio, & circumstantiæ narrationis [g]: 2. [scopus.] Illic [Luc. 19.] ut ostenderet, Hierosolymam non ità hinc diu ad examen adducendam de omnibus in eam collatis à Deo beneficiis & privilegiis: hîc verò, ut admoneantur omnes ad vigilantiam, providámq; curam de reddenda ratione in extremo Judicio [h]. Et quid vetat quominus Christus sæpe res multùm similes comparationibus similibus magis quàm iisdem illustraverit? Cùm verò dona, quæ per Christum accipimus, alia sunt communia, ut doctrina Evangelii & quæ eam consequuntur, alia verò peculiaria, qualia sunt τὰ χαρίσματα τῶν διακονιῶν καὶ τῶν ἐνεργημάτων, quæ post ascensum in cœlestem Regiam Christus, quibus voluit, distribuit, videtur mihi Christus cursum adhuc suum peragens illa, morti verò jam propior hæc, spectâsse. Ideo apud Lucam credita sunt æqualia, hîc inæqualia. Vide Rom. 12. 6. 1 Cor. 12. 7, 11, 29. Eph. 4. 11 [i]. Resp. 2. Eadem est [k]: neque enim credibile est, Christum tam brevi temporis intervallo bis eandem parabolam diversis verbis proposuisse. Quòd autem differant locus & tempus, novum non est, ut summæ tantùm rei gestæ, non autem ordinis ac temporis, rationem habeant: verba hîc varia sunt, sed idem sensus. Scopus hujus parabolæ idem qui præcedentis, acceptam à Deo gratiam diligentiâ bonísque operibus esse excolendam, atque ità augendam [l]; & Deo [m], & proximo [n], pro facultate inserviendum [o]. ¶ *Homo*] Indubiè hic Christus [p]. ¶ *Peregrè proficiscens*] Vel, quia in cœlum ascendit [q], quod longè abest à terra [r]: vel potiùs, quia non nisi longo pòst tempore venturus erat [s], ut sic fidem diligentiámque servorum experiretur [t]. ¶ *Servos*] Domesticos [v], vel familiares [x]: Ecclesiæ Doctores [y]: vel potiùs, Christianos omnes [z]; quia non solis Apostolis, sed omnibus auditoribus, hoc dixit, ut ait Lucas [a]. ¶ *Tradidit illis bona sua*, Τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ] הוֹן sic vertitur Pro. 6. 31. & 11. 4 [b]. Ascendens in cœlum dona dat hominibus, 1 Cor. 12. 7. Eph. 4. 8 [c].

Margin: * G. sim. Glas. Pi. &c. — f G. — g Sch. — h Eru sim. — i Ee. — k Eru. — l Mal. — m Seld. in Wal. — n Bru. — o Scul. ib. — p G. Eru. — q V. — r Eru. — † G. — t Di. sic G. — v Ee. — x Di. — y Mal. — z G. — a G. ex Hi. — b G. — c Pi. — d Be. — * Mal. — f G. Li. ho. Chrys. in Mal. — g G. sim. Chrys. — h Li. ho. — i G. — k Mal. ex Hi. & Amb. — l Mal. — m Zeg. — n M. Zeg. — o M. — p Mal. — q Mal. sim. Be. — r Mal. ex Orig. Hi. Beda. — † Mal. ex Chrys. — t Mal. — v Ham. — x Eru. — y Mal. ex Orig. Chrys. Hi. Th. &c. — z Mal. ex Anastas. & Theophilo Antiocheno. — a Mal. — b G.

Unicuique secundùm, &c. Κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν] *Secundùm suam* sive *ipsius* (vel, *propriam*, Er. Mo.) *facultatem*, Il. Sy. Be. Tre. P. Ti. Pi. vel, *vires*, sive *potentiam*, V. Er. sim. Ar Æth. i. e. prudentiam & peritiam in negotiando [d]: prout quemque idoneum vidit, &c *. Humano more loquitur: cùm alioquin ut gratuitum est donum, ità non nisi per alteram gratiam eo bene utamur [f]: & aptitudo omnis, sive naturalis, sive supernaturalis, est munus Dei [g]. Virium & potestatis, non prudentiæ & probitatis, hîc habetur ratio [h]. Sic loquitur Christus, non quòd ipse hoc pacto dona distribuat, sed quòd homines sic facere solent, nec bona sua servis temere & æqualiter, sed pro cujusque virtute & fide, distribuunt. Quare nihil hæc clausula in parabola significat, sed tantùm narrationem explet [i], & ad apologi complementum pertinet, neque propriam in similitudine applicationem desiderat. Quanquam enim negare nolim in vocatione ad functiones Deum interdum spectare id quod ante eam vocationem inest humano ingenio, id tamen non esse perpetuum vel unus Jeremias evincat [k]; nec rarò dona sua Christus confert in rudes & ineptos, quos etiam aliquando tales relinquit, &c [l].

16. *Et operatus est in eis*; ità Mo. Εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς] *Negotiatus est* (vel, *Quæstum fecit*, Camer. Scul. sim. Be.) *iis*, Ar. vel, *ex eis*, Sy. P. Be. Pi. vel, *per ea*, Er. Il. Tre. Ti. Eleganter dictum [m]. Græci dicerent, ἐργάζεσθαι αὐτοῖς, aut, ἀπ' αὐτῶν, ut, ἀπὸ ὥρας ἐργάζεσθαι, *quæstum corpore facere*: ἐργάζεσθαι ergò hîc satis Græcum est. Sed illud ἐν Hellenisticum frequens admodum est in ea significatione, quam Latini casu sexto exprimunt [n]. Demosthenes, κατὰ Διονυσοδώρου, *bis vel ter* ἐργάσασθαι τῷ αὐτῷ ἀργυρίῳ, *negotiari unâ eâdemque pecuniâ* [o]. Ἐργάζεσθαι propriè dicitur ille negotiator qui lucrum facit, ut Luc. 19. 16. Sic Herod. μεγάλα χρήματα ἐργασάμενος. Hîc autem generaliter accipitur pro πραγματεύεσθαι. Plinius Medicos dicit *animas negotiari*. Aristot. Oecon. 2. *Decimam partem ab unoquoque accepit, reliquis autem jussit* ἐργάζεσθαι. Unde & ἔνεργα χρήματα, quibus opponitur, apud Juris Consultos, *otiosa pecunia* [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐποίησεν, &c.] *Et fecit* (vel, *confecit*, Er. Ti. vel, *lucratus est*, Vulg. Sy. Ar. Pers. Æth.) *alia*, vel *altera*, *quinque talenta*, Pi. Mo. &c. Latinismus est: nam *pecuniam conficere* plerique dicunt; Sallustius etiam, *facere*. *Rem facere*, usitatissimum est. Apud Græcos veteres nescio an id loquendi genus sit reperire: ideo à quibusdam substitutum est interpretamentum, ἐκέρδησεν [q]. Sic autem loquitur Demosth. πρὸς Φαίνιππον, Πολὺν καὶ σῖτον καὶ οἶνον ποιοῦσι, *qui multum frumenti & vini conficiunt*. Et apud Pollucem, ἀργύριον ποιῆσαι [r]. Ἐποίησεν hîc æquipollere τῷ ἐκέρδησεν ex v. 17, 20, 22. patet †. Negotiari per dona Christi est, in eis se exercere, eis uti ad promovendam Dei gloriam, sui aliorúmque salutem [t].

18. *Fodit*, &c.] Nè furto auferretur, aut alioqui periret ipsi, &c [v]. Ità Latinis *defosso auro incubare* dicitur qui inutilem pecuniam detinet. *Et sapientia abscondita* comparatur *cum thesauro defosso*, Eccluf. 20. 31 [x]. ¶ *Abscondit*, &c.] i. e. Nulli ex eis adferunt aliquid commodi [y].

19. *Et*, &c. Καὶ συναίρει λόγον μετ' αὐτῶν] *Et confert* (vel, *ponit*, vel *posuit*, Er. Il. Ar. V. *subducit*, Ti. *accepit*, Tre.) *rationem cum eis*, Be. P. Ca. Pi. &c.

20. *Superlucratus sum*; ità G. Ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς] *Lucratus sum ex eis*, Pi. Be. &c. supra sortem [z], vel, *supra*, sive *ultra*, *ea*, Er. V. vel, *per ea*, Be. ex Er.

21. *Euge*, Εὖ] Laudantis [a], ut & εὖγε. Verti possit, *Mactè*, aut, *Bonum factum*, aut, *Bene habet* [b]. *Rectè*, Er. V. *Probè*, Val. *Bene sanè*, Bru. Vox applaudentis [c], & congratulantis [d]. ¶ *Super pauca*] Quantilla enim sunt obsequia, etiam Apostolorum & martyrum, si cum tanto præmio comparentur *: *Paucis præfectus*, V. Beneficia donáque in eos collata *pauca* vocat comparatione futurorum. ¶ *Super multa*, &c.] Suprà 24. 47. dixit *omnia*, bona infinita, per te administranda & possidenda [f]. Similiter evexit Rex Persarum eos quos in suis bonis diligentes & fideles invenit, teste Xenophonte [Cujus verba vide in C.] ¶ *Intra in gaudium Domini*].

Margin: c Ee. — d Be. sim. Bru. — * Bru. — f Ee. — g Eru. — h Scul. ex Luth. sim. Ger. — i Mal. — k G. — l Eru. — m Scul. — n G. — o Scul. ex Camer. — p Be. — q G. — r Scul. ex Camer. — † Sch. — t Eru. — v Bru. — x G. — y M. — z G. — a G. Eru. — b G. — c Er. — d Eru. — * G. — f Eru.

Domini] i. e. In conclave gaudio destinatum, putà hilari convivio [g]: Metonymia finis, vel adjuncti [h]: fruere bonis meis [i]: particeps esto herilis gaudii [k]: κοινωνὸς τῆς παρακλήσεως, 2 Cor. 1. 7. συμβασιλεύων, 2 Tim. 2. 12. Tacita connexio ἐπιμύθιος cum apologo, ut & in opposita parte infrà 30. Ἐισέρχεσθαι in Hebraismo est, μετέχειν, (*participem esse*,) ut Psal. 95. 11. Heb. 3. 11. *gaudium* est *lætitia æterna*, Esa. 61. 7 [l]. Alii sic distinguunt, *Intra*, domum meam, *in* maximum meum *gaudium*: i.e. Gaudeo quòd te talem præstiteris [m].

22. *Alia duo*] Non opera ipsa ponderat Christus, (ad quæ facienda non omnibus par vis, non temporis tantundem, non æqua occasio,) sed fidele studium. Itaque sæpe, *In tenui labor, at tenuis non gloria.* Justinus, Apolog. 2. unumquemque ait πρὸς ἀναλογίαν, &c. (*pro facultatibus quas accepit rationem redditurum* [n].)

23. *Euge*, &c.] Idem audit quod prior. Non contemnit Deus modicam dispensationem, si fideliter administretur [o].

24. *Qui unum*, &c.] In eo cui minimum erat concreditum negligentiæ exemplum posuit Christus, nè quis speraret excusatum se iri ab omni labore ideo quòd non eximia dona accepisset. Plus videlicet exigetur ab eo cui plus datum est, ut ait Lucas. Non igitur nihil fructuum debet qui minus accepit, sed minus debet. ¶ *Durus*, Σκληρὸς] *Homo durus & asper*, ut ille de procuratore. *Asperos & omnibus iniquos* dixit Cicero. Et sequentia ostendunt indicari eum qui non modò sit ἀκριβοδίκαιος, sed & πλεονέκτης [p] nihil remittens debitorum [q]. Alii legunt, Αὐστηρός. Ità Erasmi tres editiones [r]: [Ità Camer.] Severus, rusticus, insuavis, ut vinum αὐστηρὸν *acerbum* vocant †. Hæc autem non est pars parabolæ, sed supplementum ad ejus explicationem [t]. Sumptum hoc ab avarorum moribus qui duri semper sunt in operis urgendis. Significatur autem, Deum severissimè acturum cum iis qui donorum negotiationem neglexerint [v]. ¶ *Metis*, &c.] Id est, Metere volens [x]. Proverbium est etiam apud Latinos, *Ut sementem facies, ità & metes*, Cic. de Oratore 2. Vide & Joh. 4. 37. & quæ ibi notata [y]. Malè sibi conscius ab excusatione orditur, & calumnia in Dominum, &c [z]. ¶ *Et congregas ubi non sparsisti*] Bis idem exprimit, diversis verbis, Hebræorum more. Semen dispergendo seritur, & metendo cum fructu veluti rursum colligitur [a].

25. *Abscondi*, &c.] Satius judicans, si sortem tibi certò servarem, quàm si cum periculo sortis lucrum aliquod venarer [b]. ¶ *Habes quod tuum est*] Ità suprà 20. 14. Formula nihil ultrà debere se profitentis [c].

26. *Serve male, & piger*; ità Er. Il. Tre. Sy. &c. Ὀκνηρὲ] Ità solent LXX transferre עצל, *Cessator*: ità enim Romani vocabant servos officium non facientes [d]. *Ignave*, Be. Pi. Ca. *Cunctator*, P. q. d. Socordia tua fuit, non providentia [*]. ¶ *Sciebas*, &c.] Συγχώρησις, (*concessio*:) q. d. Esto ut dicis, nôras me asperum & plus æquo petentem; tantò magis curandum tibi fuit nè me rei meæ fructu fraudares [f].

27. *Oportuit ergò te committere*, &c. Βαλεῖν —— τοῖς τραπεζίταις] *Committere* (vel, *Deponere*, Er. V. vel, *Ponere*, Be. sic Salm. in Wal. Eodem sensu & idiotismo dixit Marcus, βάλλειν χαλκὸν, &c. i.e. *ponere æs in gazophylacio*. Atticus auctor dixisset θεῖναι. Græci autem recentiores dicunt βάλλειν ἱμάτια, pro, *vestem induere*. Antiquioribus Græcis id erat θέσθαι unde θέσθαι ὅπλα, Thucydidi, *induere arma* [g]:) *pecuniam meam mensariis*, Be. Pi. vel, *numulariis*, τοῖς κολλυβισταῖς, ut appellantur Mat. 21. 12 [h]. vel, *argentariis*, vel *danistis*, Camer. qui, mensulis in publico propositis, pecuniam fœnore elocant [k]. q. d. Nè dicas invenire te non potuisse quibus pecunia esset opus. Argentarii ab omnibus pecunias sumunt fœnore. Plautus, —*Subducam ratiunculam, Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet* [k]. Fœnorariam negotiationem exercuerunt apud Judæos, & שולחני, *mensarius*, & חנוני, *tabernarius*, hic in fructibus vendendis aut commutandis, ille in nummis: nam in his duobus præcipuè constitit fœnus. Vide Bava Mezia, c. 5. Fœnerationem [porrò] his verbis non tam approbat Dominus quàm stultitiam & desidiam servi exprobrat; q.d. Tu avarum, rapacem, sordidum, me reputas; quare ergò, modo his moribus congruenti, fœnore scilicet ac usurâ non usus es, si honestâ negotiatione uti nolles, ut aliquod saltem incrementum pecuniæ meæ mihi ministrares [l]. ¶ *Et veniens ego*, &c. Ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ] *Recepissem* (vel, *Recuperâssem*, si non à te, ut qui recipere nequivisses, à numulariis ipsis [m]:) *meum cum fœnore*, Be. Pi. Ἐκομισάμην hîc est, ἦλθον κομίζεσθαι, *ivissem receptum*, i. e. exegissem, ut Lucas, ἔπραξα, & Syrus hoc loco. Sensus est, Non est etiam quòd in collocanda pecunia periculum obtendas: mea erat: ego eam exegissem non tuo, sed meo, periculo. Tuti enim sunt qui res alienas administrant quoties eis credunt quorum fidei publicè creditur. Vide Justinum ad Tryphonem [n]: [ejúsque verba in G.]

28. *Date ei qui habet* &c.] Hoc ità sumendum ut illud Apoc. 3. 11. *Tene quod habes, nè quisquam accipiat coronam tuam.* Similitudines enim ejusmodi accipiendæ sunt παχύτερον (*crassius*, sive *rudius* [o].) Ità ostendit se Dominus esse munificum erga servos, non avarum, ut ille dixerat [p].

29. *Habenti dabitur*] Vide dicta suprà 13. 12. Eadem enim est sententia, quanquam non de iisdem donis ibi agitur [q]; nec eodem fine. Ibi enim agitur de iis qui per superbiam sibi arrogant quod non habent, &c; hîc de desidiosis, apud quos dona Dei inutilia jacent [*]. Ἔχειν intransitivè positum bene Græcum est. Lucianus, Οὐκ ἂν λάβοις παρὰ τοῦ μὴ ἔχοντος. In veteri senario, Αὐτὸς πένης ὢν τοῖς ἔχουσι μὴ φθόνει [r]. Οἱ ἔχοντες absolutè sunt *divites*, 1 Cor. 11. 22. Sophocles Electrâ, πρὸς τὸ ἔχοντα ὁ φθόνος ἕρπει. Euripides Alcestide, Πρὸς τοὺς ἔχοντας, Φοῖβε, τὸν νόμον τίθης, *à divitibus*, sive *in gratiam divitum*. Demosthenes contra Stephanum, ἔχοντας καὶ πλουτοῦντας, Ovidius, *Amor sceleratus habendi* †. Ἔχειν hîc est, *rectè habere*, i. e. bene uti, non pati χάριν κενὴν γενέσθαι, ἀλλὰ κοπιάζειν, ut Paulus, 1 Cor. 15. 10. quod qui facit à Divina liberalitate plura impetrat. Notandum autem non servari in hoc apologo eum ordinem quem habet res significata. Nam augmenta gratiæ, de quibus hîc agitur, sunt ante gaudium illud, de quo v. 23. Sed cum utrumque dicere voluerit Christus, iis qui gratos se præbent & majora hîc dona, & postea maximum præmium, tribui, nihil referebat quo ista ordine in comparatione ponerentur [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ περισσευθήσεται] Μεταβάλλεται· *cumulatior reddetur* [v]. *Et augebitur*, Pi. *Et is amplius habebit*, i. e. magis ac magis locupletabitur, quia donis Dei bene usus sit [x]. ¶ *Qui non habet*] i.e. Utitur [y]: vel, abundat; qui non multum habet. Eurip. Ἔχειν τι πειρῶ, τοῦτο γὰρ τὸ γ' εὐγενές, *Fac habeas aliquid*, i.e. dives sis, *hæc enim est nobilitas* [z]. *Non habere* dicitur qui eo quod habebat non minùs caruerit quàm si non habuisset; sicut avaris dicitur tam deesse quod habent quàm quod non habent [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὃ ἔχει] Ità legunt & Sy. Ar [b]. *Quod habet*, Be. Pi. &c. i.e. videtur habere, ut declaratur Luc. 8. 18 [c]. Quidam Codices hîc habent, Ὃ δοκεῖ ἔχειν [d]: sed perperàm [*], & ex Luca, ni fallor: *quod habet* facto, *quod videtur habere*, quod non habet quoad plenum jus dominii. Vide quæ suprà [f].

30. *Et*, &c. Καὶ τὸν ἀχρεῖον, &c.] Bene vertit Syrus, בטילא. Idem enim valet quod ὀκνηρὸς, i.e. *cessator*. Ità enim hâc voce utebantur Hellenistæ, Tob. 4. 14. Neque aliter interpretor Luc. 17. 10. Sic נאחלו [lege נאלחו] ἠχρειώθησαν vertunt Græci, Psalm. 14. 3. & 53. 3 [g]. ¶ *In tenebras*, &c.] i. e. In locum supplicii ubi perpetuæ tenebræ [h].

31. *Cùm autem venerit*, &c.] Videtur hæc esse explicatio præcedentis parabolæ [i]. ¶ *Angeli cum eo*] Divinæ potentiæ descriptio. Alluditur enim ad Zach. 14. 5. ¶ *Tunc* (Tacita antithesis inter primum & secundum adventum [l]:) *sedebit super sedem*, &c. vel, *thronum*, &c. Pi. Similitudo à Regibus sumpta, qui cùm res maximas tractant insident magnifico ac sublimi solio. Vide suprà 19. 28. & Dan. 5. 29. Vide & Thalmudem, titulo *Aboda Zara* [m]. Hoc dicit, ob mortem jam instantem, ut Discipulorum animos erigeret, &c [n].

32. *Congregabuntur*, &c.] Nempe ad Judicium, idque

Margin notes (left): [g] Pi. sim. Scul. ex Pignor. [h] Pi. [i] Ca. [k] G. sim. Bru. [l] G. [m] V. [n] G. [o] Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Sch. † Camer. [t] Mal. [v] Be. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] Be. [b] Bru. [c] G. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] Salm. in Wal. [h] Pi. [i] Camer. sim. Salm. in Wal. [k] G.

Margin notes (right): [l] Li. ho. [m] Bru. [n] G. [o] G. [p] Bru. [q] G. [*] Be. [r] Pri. † Scul. ex. 2. 96. [t] G. [v] Sch. [x] Be. [y] Ham. [z] Camer. [a] Be. [b] Di. [c] Pi. [d] G. Di. ex Be. [*] Be. [f] G. [g] G. [h] V. [i] Mal. [k] G. [l] Mal. [m] G. [n] Mal.

que

que in certo aliquo loco terræ; nam si maneant per mundum sparsi, non congregantur, &c[o]. ¶ *Omnes gentes*] i.e. Omnes ac singuli homines omnium gentium, temporum, ætatum, &c: dicit autem, *gentes*, ut significet judicandorum, tum varietatem, tum multitudinem[p]; q. d. non solos Israelitas & Christianos, sed gentes etiam barbaras, &c[q]. Potest intelligi de omnibus viventibus & mortuis totius mundi, ut Act. 10. 42. & 17. 31. Probabilis tamen est eorum sententia qui propriè hîc existimant agi de iis qui in omnibus populis Christi nomen erunt professi: qui illi, in hoc mundo permixti boni malis, tum demum segregabuntur: ut suprà docuit Retis & Agri comparatio. Accedit, quòd ista exacta vitæ disquisitio videatur peculiariter spectare eos qui in censu sunt Christiani nominis, ut suprà videre est 7. 21. Nam sicut Jura dicunt *in confessos nullas esse partes nisi condemnandi*; ità qui Evangelium contempserunt jam velut damnati sunt propriâ confessione. *Qui non credit jam condemnatus est*, Joh. 3. 18. Lactantius, Institut. 7. 20. *Nec tamen universi tunc à Deo judicabuntur, sed ii tantùm qui sunt in Dei religione versati. Nam qui Deum non agnoverunt, quoniam sententia de his in absolutionem ferri non potest, jam judicati damnatique sunt; Sanctis Libris contestantibus non resurrecturos impios in judicium.* Hieron. *Non resurgent impii in judicio. Jam enim in perditionem sunt præjudicati.* Idem tradit ex Græcis Theophylactus. Nec dissentit Cyprianus[r]. ¶ *Oves ab hædis*] Qui mixtim pasti fuerant in agro[†]. Discrimen ovium & hircorum respicere videtur Ezec. 34. 17[t].

33. *Oves* (id est, bonos & electos, ovibus comparatos ob obedientiam, patientiam, mansuetudinem, simplicitatem; & præsertim vitæ innocentiam & utilitatem, sive benefaciendi studium[v]:) *à dextris, hædos autem* (id est, malos & reprobos[x]; quos hircis comparat propter stupiditatem, rixositatem, lasciviam & inprimis vitæ immunditiam & fœtorem peccatorum[y]: hi dicuntur pars Samaelis, i.e. Diaboli, apud Jacchiad. ad Dan. 8. Ac sicut ipsi mali Dæmones שעירים, i.e. *hirci*, Hebræis dicuntur; sic eorum discipuli, *hædi*. Est enim id animal & libidinosum & olidum[z].) *à sinistris*] Dextræ & sinistræ in Judicio post hanc vitam etiam apud Platonem mentio, ubi de Ere Armenio agit. Dextra virtutes, sinistra vitia, notat, Eccl. 10. 2. Jon. 4. 11. Rursum dextra benedictionem, sinistra maledictionem. Ideo benedictiones Legis pronunciatæ sunt obverso vultu ad montem Garizim, qui, ut Hebræi docent, situs erat ad Meridiem. Meridiem autem ימין, i.e. *dextram*, Hebræi vocant. Maledictiones verò prolatæ sunt ore obverso ad montem Hebal, qui ad Aquilonem, i.e. ad sinistram, erat positus[†]. Al. Dextra apud omnes populos honoratior sinistrâ habetur[a]. Al. Moses de Kotsi refert, in judiciis Judæorum duos Scribas fuisse, quorum unus stabat ad dexteram, alter ad sinistram: unus scribebat verba eorum qui absolvebant, alter eorum qui damnabant, reos. Hinc elicio, insontes collocatos fuisse ad dextram, sontes ad sinistram[b]. Significat ergò Christus, omnes homines dispescendos esse in duos ordines, eos scilicet qui sententiam, vel absolutionis, vel condemnationis, in se latam percipient[c].

34. *Rex*] Qualem se esse rebus ipsis declarabit: nec aliâ quàm regiâ auctoritate hæc faciet[d]. ¶ *A dextris*] Ibi incipit, quia propensior est ad salvandum quàm ad damnandum[*]. ¶ *Venite*] Ad me, adjungamini mihi[f]. Targum ad Cohel 9. 7. *Dixit Salomo per spiritum propheticum,—Futurum est ut Dominus mundi dicat omnibus justis ante se constitutis*, Vade, gusta cum gaudio panem tuum, & bibe corde bono vinum *quod repositum est tibi in horto Eden, i. e. in paradiso, pro pane & vino quem dedisti pauperibus*, &c[g]. ¶ *Benedicti*] i.e. Fortunati, vel favorabiles[h]. Οἱ εὐλογημένοι] Beati[i], quos Deus cumulavit beneficiis suis[k], spiritualibus scilicet, & necessariis ad vitam æternam[l]: ad quos ex fœdere spectat summa illa, & nullis malis interrupta, felicitas, quam Legis εὐλογίαι rerum temporalium specie adumbrabant. His opponuntur infrà *maledicti*. Vide Deut. 28[m]. ¶ *Patris mei*] i.e. A Patre meo[n]. Genitivus notans causam efficientem[o]. ¶ *Possidete*, Κληρονομήσατε] *Jure hæreditario percipite*, V. sim. Bru. *Mancupii jure possidete*, ut vocem κληρονομεῖν alibi sumus interpretati, 1 Pet. 3. 9[p]. Tria hoc verbum indicat: 1. Electos vitam æternam non accipere, ut debitam operibus suis mercedem, sed ut hæreditatem jure adoptionis, &c. Obj. Datur quidem ut filiis, non autem naturâ & generatione, sed tanquam filiis adoptione, & imitatione[*]. Resp. Per imitationem non reddimur filii & hæredes, sed demonstramus nos tales esse. Nec enim servus in domo per obedientiam suam & imitationem fit hæres, nec filius per imitationem esset hæres, nisi priùs esset filius nativitate, vel adoptione[†]. 2. Hæreditatem Canaan fuisse typum hujus hæreditatis[q]. 3. Electos quietâ stabili, ac perpetua possessione, Regno fruituros[r]. ¶ *Paratum vobis*] Id est, assignatum vobis Divinitus, ut suprà 20. 23. 1 Cor. 2. 9. Heb. 11. 16. Ità enim solebant usurpare Hellenistæ, ut Tob. 6. 22. qui locus illum respicit, Gen. 24. 44. אשר הכיח, ἣν ἡτοίμασε. Sic *matrimonium à conditu mundi designatum* memorat R. Israel expositione ad Psal. 51[†]. Al. *Præparatum*, scil. prædestinatione Patris mei, i. e. prædestinatum, constitutum, decretum, à Deo[t]. Non ergò fortuitò hoc illis obvenit, sed ab electione Dei[v]. ¶ *A*, &c. Ἀπὸ καταβολῆς κόσμου] Vide suprà 13. 35. Luc. 11. 50. Heb. 4. 3. & 9. 26. Apoc. 13. 8. & 17. 8. Sed alibi ἀπὸ καταβολῆς tempus designat post orbem conditum, hîc verò tantùm valet quantum πρὸ καταβολῆς, quod est Eph. 1. 4. & 1 Pet. 1. 20[x]. *A primordio*, sive *exordio* (vel, *jactis fundamentis*, Pi. sic Be. ad verb. *dejectione*, scil. fundamentorum, i. e. à fundatione, sive à tempore fundationis: vel, *constitutione*, Vulg. i. e. creatione[y]:) *mundi*, Er. Ti. sic Camer. i. e. ab æterno[z]. Accommodat se Christus nostræ imbecillitati: nos enim idem tempori, quod mundo, damus initium[a], nec quicquam inter æternitatem & tempus sive creationem mundi est medium[b]; nec facilè Dei æternitatem concipimus, &c[c]. Ostendit hoc, nos gratis eligi, non propter merita nostra[d]: quia illis paratum erat, antequam mereri, aut boni aliquid facere, possent[*].

35. *Esurivi enim*, &c.] Γάρ, h. l. vel, 1. causam notat, ut prima & remota causa beatitudinis electorum sit prædestinatio Dei; causa proxima, opera electorum[f]: vel, 2. consequentiam tantùm[g]. Non exprimit hîc causam efficientem, vel meritoriam salutis, sed dictorum consequentiam, sive rationem latæ à Judice sententiæ. Τὸ γὰρ sæpe notat *rationem* tantùm *aliquam*, vel *argumentum*, sive illud petitum sit à causa & à priore, sive ab effectu & posteriore, ut Matth. 16. 2, 3. 1 Cor. 10. 5. quo sensu τὸ ὅτι usurpatur Luc. 7. 47. 1 Tim. 1. 13. 1 Joan. 3. 14[h]. [Sed meum non est h. l. controversias tractare. Qui plura velit adeat hinc Bru. illinc Ger.] Inter veras virtutes eminet misericordia: ideo hanc pro omnibus ponens Christus exemplis depingit maximè notis atque conspicuis. Opera autem ipsa potiùs nominat quàm animi affectum, ut humani judicii figura magis exprimeretur[i]. Opera hîc commemorata non merentur hæreditatem, sed sunt testimonia hæredum[k]. ¶ *Hospes eram*] Propter confessionem veritatis in exsilio oberravi, in membris meis, ut Act. 8. 1[l]. ¶ *Et*, &c.] Καὶ συνηγάγετέ με] *Et me excepistis*, Sy. Ar. sim. Æth. vel, *in domum intulistis*, Pers. vel, *ad vos recepistis*, sive *adduxistis*, Camer. vel, *accepistis*, Ca. Ti. scil. *hospitio*, Ti. sic Bru. Dicit quidem Athenæus Græcis συνάγειν esse, τὸ μετ' ἀλλήλων πίνειν, Menandrum citans: sed hic haud dubiè Hebraismus est. Nam Hellenistis συνάγεσθαι dicitur etiam unus qui hospitio recipitur, 2 Sam. 11. 27. de Bersabea, καὶ συνηγάγεν αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ויאספה[m]. Recepistis me in vestras ædes, & me cibâstis[n].

36. *Visitâstis me*] Vestris facultatibus, vel operâ, vel consilio, aut saltem consolatione vestrâ, refecistis[o]. Agnoscenda hîc est Synecdoche Scripturis usitata, quâ sub his speciebus reliqua charitatis officia intelliguntur[p]. Sub corporalibus intelligit & spiritualia misericordiæ opera[q]. Utraque his versiculis continentur, *Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo*, [i. e. sepelio:] *Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.* Qu. Sed, cùm plura sint bonorum operum genera, cur misericordiæ duntaxat opera hîc recenset Christus? Resp. 1. Ut significaret eorum operum & necessitatem & dignitatem[r]. 2. Quia hæc opera sunt aliis notiora, & electis omnibus communia. 3. Ut ea nobis commendatissima redderet[†], & sibi

Marginal notes, left column: [o] Bru. [p] Bru. sim. Mal. [q] Bru. sim. Ham. [r] G. [†] Bru. [t] G. sic EA. 1. 2. 46. 525. [v] Bru sim. Pi. Mal. Ham. [x] Bru. sim. Mal. Pi. &c. [y] Bru. [z] G. [†] G. [a] Ger. ex Amb. & Hi. sic Mal. [b] D. ad. v. 41. sim. Med. H. 4. epist. 66. [c] Med. ib. [d] Bru. [*] Mal. ex Bru. [f] Bru. [g] D. [h] V. [i] Be. [k] Be. sim Pi. [l] Pi. [m] G. [n] Bru. Pi. [o] Pi.

Marginal notes, right column: [p] G. [*] Bru. [†] Ger. [q] Ger. [r] Bru. sic Ger. [†] G. [t] Bru. Ger. sic Mal. [v] Eru. [x] G. [y] Bru. [z] Bru. Ger. [a] Bru. [b] Ger. [c] Bru. [d] Ger. [*] M. [f] Bru. [g] Calv. [h] Ger. [i] G. [k] M. [l] Ger. [m] G. [n] Ger. [o] Ger. sic Bru. [p] Ger. [q] Eru. [r] Ger. [†] Bru.

sibi gratissima esse doceret, Mic. 6. 8. Mat. 9. 13. 1 Joh. 3. 17. 4. Ut solaretur Apostolos, quibus prædixerat, quòd esurirent, sitirent, &c. Vide 1 Cor. 4. 11. Docet ergò Christus, & se in illis esurire, & nunquam defore qui illos esurientes pascerent, &c [t].

37. *Respondebunt ei justi*] Quòd ista inter Judicem & electos sermocinatio non fiet verbis ultro citróque habitis, hinc constat, quòd electi minimè ignorarent, se Christum in Christianis pavisse, &c [v]. ¶ *Dicentes, Domine, quando*, &c.] Vel hinc apparet multa huic descriptioni inseri παραβολικά. Sensus est, Pios admiraturos bonitatem Christi ipsorum facta exigua tam benignè interpretantis [x]: sciunt enim opera sua esse imperfecta, & se *servos inutiles*, &c. juxta Luc. 17. 10 [y].

40. *Quamdiu*] Ità V. Perperàm, quasi subaudiatur χρόνον [z]. Ἐφ᾽ ὅσον] *Quando*, Sy. Camer. *Quatenus*, Er. Ti. Ca. Mo. Camer. Be. Pi. Bru. *In quantum*, vel, *Eo ipso quo*, Bru. *Quia*, Ar. Eò *quòd*, ut Rom. 11. 13. Pari sensu, καθ᾽ ὅσον, Heb. 7. 20 [a]. ¶ *Fecistis*] Hæc aut horum aliquid [b]. ¶ *Mihi fecistis*] Id est, Proinde id habeo acsi mihi fecissetis [c]: quomodo uxori facta injuria marito facta censetur. Tanta est connexio Christi & Christianorum, támque arcta necessitudo, ut Christus se pro beneficiis in illos collatis expromissorem & illatarum injuriarum vindicem constituat. Vide suprà 10. 42 [d].

41. *Discedite à me*] Id est, à conspectu meo, à me, vitâ, salute, summo ac solo hominum bono [*]. ¶ *Maledicti*; ità Er. Il. Pi. Mo. &c. Κατηραμένοι] *Exsecrati*, sive *Exsecrabiles*, vel *Devoti*, Er. V. sic Camer. *Infelices*, V. Κατάρα est, *exsecratio*, *res horrenda* [f]. Odiosi & exsecrati, & Deo, & vobis, quantumcunque à mundo benedicti sitis [g]. Non dicit autem, *maledicti Patris*, ut priùs, *benedicti patris*, &c. quia Deus non est pariter utriusque Auctor. Benedicit enim sponte, libenter, &c. maledicit invitus & ob peccata, &c [h]. Maledictionis quisque sibi auctor est [a]. ¶ *In ignem*] Verum & corporeum [b]. ¶ *Æternum*] Quod non accipi posse pro diuturno multis probat August. lib. contra Prisc. & Orig. cap. 5. & 6 [c]. ¶ *Qui paratus est Diabolo* (i.e. Principi malorum Angelorum [d], qui *Satan* & διάβολος eximiè dicitur [*]:) *& angelis ejus*] Dæmonibus inferioribus, scil. puniendis [f]. Diabolum sibi Christus opponit, tanquam omnium reproborum caput [g]. Cæterùm, notant hîc veteres, non dici supplicium hoc *paratum* aut *assignatum* ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ut de Regno dictum fuit [h], nè putemus supplicium paratum fuisse ante peccatum, quasi non tam ob peccatum, quàm ob decretum Divinum, damnati sint igne [i]. Notant etiam [veteres] non dici *paratum fuisse hominibus*, sed *Diabolo*, &c [k]. non quasi Deus ab æterno non destinâsset hunc ignem reprobis hominibus; sed sic dicit; 1. Quia paratus fuit hîc ignis, antequam homo peccâsset: vide 1 Joh. 3. 8 [l]. 2. Nè se impii effugere posse sperent, significat, eodem illos supplicio constringi cum Diabolo, quem certum est sine omni spe liberationis esse, &c [m]. 3. Ut tacitè impiis exprobret, quòd ad spem salutis vocati cum Satana perire maluerint [n], quàm Deo adhærere [o]. 4. Ut intelligatur summa Dei φιλανθρωπία, qui bonorum omnium cumulum hominibus nondum creatis paravit, & certis legibus destinavit, motus suâ bonitate; at cruciatum nullum destinavit προηγουμένως, (*antecedenter*,) sed extorquente malitiâ, primùm quidem Angelorum rebellium, deinde eorum hominum qui alienam culpam imitantes, ad pœnitentiam insuper invitati, quod Angelis non contigerat, alienum supplicium in se traxerunt: ità—*facinus quos inquinat æquat*: quod Imperatores Romani ex Lucano desumptum in leges suas transtulerunt. Latina vetustior Vulgari interpretatio solebat hîc habere, *quem præparavit Pater Diabolo*, sensu magìs expresso quàm annumeratis verbis [p].

46. *Ibunt hi in supplicium æternum*, &c.] Respicitur locus Dan. 12. 2. ubi videndus Jacchiades. Urgent hæc Christi verba veteres contra Origenem, qui vicissitudines quasdam præmiorum & pœnarum à Platonicis haustas in Christianismum invexerat. Quid Origenes senserit, ex ipsius scriptis difficile est dictu; adeò omnia à Ruffino sunt interpolata. Hoc quidem loco qui Origenem leget, nihil in ejus verbis inveniet quod à communi Christianorum sententia recedat. Alibi obscurè loquitur, nec videtur sibi constare. Epiphanius, qui multus est in reprehendendo Origene, hanc tamen partem propriè non attingit, nisi quod dicit doceri ab eo animas προυπάρχειν, & pœnæ causâ immitti corporibus. At Augustinus Origenis errorem hunc in modum describit, *Sunt & alia ejus dogmata*—*maximè de purgatione & liberatione*, *ac rursus post longum tempus ad eadem mala revolutione, rationalis creaturæ. Quis enim —non vehementer exhorreat eam quam dicit purgationem malorum? id est, etiam eos qui hanc vitam in flagitiis— quantumvis maximis finierunt, ipsum quoque Diabolum —quamvis post longissima tempora, purgatos atque liberatos Regno Dei lucique restitui, & rursus post longissima tempora omnes qui liberati sunt ad hæc mala denuo relabi & reverti, & has vices alternantes beatitudinum & miseriarum rationalis creaturæ semper fuisse, semper fore?* Quæ opinio ità descripta, si est Origenis, haud dubiè inter Christianos propria est ipsius, & à Platonicis hausta; quam in lib. *De civitate Dei* accuratè refutat Augustinus: cæterùm, aliquando desitura quorundam supplicia, saltem sensibilia, videtur non primus existimâsse. Nam Justinus Colloquio cum Tryphone ità disputat, Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀποθνήσκειν, &c. (*Sed neque hoc dico, omnes animas interire*; *id quod ingens commodum impiis esset: Quid igitur? animas nempe piorum in meliore aliquo loco manere, impiorum verò, in deteriori, exspectantes ultionis tempus*; *illas nunquam mori, has puniri, prout Deus illas & esse & puniri vult.* Quò ducentia quædam & apud Theophilum & apud Tatianum legere est, & apud Iren. 2. 64. Quos secutus Arnobius l. 2. animas ait, Christo docente, esse mediæ qualitatis, interire quæ possint & ab exitio liberari: interitum illum esse mortem veram nihil residuum facientem. *Animæ*, addit, *nescientes Deum perlongissimi temporis cruciatu consumuntur ignifero.* At Tertullianus, *Enimvero nos qui sub Deo omnium speculatore dispungimur, quique æternam ab eo pœnam providemus, meritò soli innocentiæ occurrimus, & pro scientiæ plenitudine, & pro latebrarum difficultate, & pro magnitudine cruciatus non diuturni, verùm sempiterni.* Et Lactantius, *Idem divinus ignis unâ eâdémque vi atque potentiâ, & cremabit impios, & recreabit*; *& quantum è corporibus absumet, tantum reponet*, *ac sibi ipse æternum pabulum subministrabit: quod Poetæ in vulturem Tityi transtulerunt.* Quod de Poetis dicit, optimè explicabitur istis Ovidii in Ibim, *Nec mortis pœnas mors altera finiet hujus, Horáque erit tantis ultima nulla malis.* Apud Minutium quoque legas *pœnam sempiternam & cruciatus maximos.* Huic sententiæ, præsertim circa eos qui Deum sibi notum contumeliâ afficiunt, omnino favet Apocalypsis 14. 11. & 20. 10. Quòd si quis veterum hac de re non definitiones, sed dubitationes, velit noscere, adeat Hieronymum fine Commentariorum in Esaiam [q]. Nè quis sibi blandiatur, hoc supplicium tandem desiturum, dicit illud æternum fore, prout & vita æterna erit. Obj. Injustum est peccata temporalia punire pœnis æternis. Resp. 1. Etiam juxta humanas leges mora pœnæ fere semper prolixior est morâ culpæ: & ratio est, quia non tam facilè pœna reparat, quàm peccatum pervertit. 2. Ea est peccatoris voluntas, ut æternùm peccaret, si posset. 3. Offenditur Deus æternus & infinitæ majestatis, &c [r].

CAP. XXVI.

1. **E**T *factum est*] Heb. ויהי, quod usurpatur initio orationis. *Cùm*, &c. Ὅτε ἐτέλεσεν, &c.] Pro quo est, ἐπλήρωσε, Luc. 7. 1. Utrobique Hebraismus est: nam Lucæ ἐπλήρωσε est Heb. מלא, quod Gen. 29. 27. ο'. συντέλεσον reddiderunt, & sæpiùs per πληρῶσαι reddunt, ut Gen. 25. 24. & 29. 21. At ἐτέλεσεν est כלה, Deut. 32. 44. ויכל, ubi LXX, καὶ συνετέλεσε [a]. ¶ *Sermones hos*] Vel, 1. cap. 24. & 25. recensitos [b]; vel, 2. in toto Evangelio expositos [c]. Munere Doctoris & Vatis impleto, Christus Sacerdotale munus aggreditur [d]. ¶ *Discipulis*] Apostolis, qui soli aderant [*].

2. *Scitis*] Ità Be. Pi. Bru. &c. Utpote publicitus notum [f]. Οἴδατε] Hanc sententiam aut interrogativè lego, aut οἴδατε verto, *Scitote* [g]. ¶ *Post biduum* (i. e. perendie,

Margin notes (p. 605): t Ger. — v Bru. — x G. — y Sch. — z Be. — a G. — b Bru. sim. Camer. — c G. sim. Bru. — d G. — * Bru. — f Camer. — g Bru. — h Bru. ex Orig. — a Orig. in Bru. — b Bru ex Chrys. — c Bru. — d G. sic Bru. Be. — * G. sim. Be. — f Bru. — g Bru. ex Calv. — h G. — i Bru. — k G. — l Bru. — m Calv. — n Calv. sim. Bru. — o Bru. — p G.

Margin notes (p. 606): q G. — r Bru. — a Cam. — b Bru. — c Mal. ex Thoma. — d G. sim. Mal. — * Bru. — f Bru. — g Be.

perendie, intra biduum, secundo ab hoc die, ut alibi dicitur [h]. Præcisum tempus quando Christus hæc locutus sit assignare difficile est, quia in illo loquendi genere, *post biduum*, termini modò includuntur, modò excluduntur. Fine diei Martis hæc dicta probabile est ||. *Biduum* hîc non exclusivè, sed inclusivè, sumitur, ut connumeretur ipsa dies prædictionis. Ità μετὰ quandoque sumitur, ut Deut. 14.28. *post tres annos*, i. e. Deut. 26. 12. *in tertio anno*. Sic Christus resurrexit μετὰ, &c. *post tres dies*, i. e. *die tertio*, Matth. 27. 63. Marc. 8.31. sic & Luc. 2. 46. Sic, *post octo dies*, i. e. *die octavo* à resurrectione, Joan. 20. 26. Ità & h. l. *post duos dies*, i. e. die altero [i] :) *Pascha fiet*, γίνεται] *Fit*, V. Bru. vel, *Est*, Bru. Præsens pro Futuro [k]; incipiet [l], celebrabitur [m]. Al. γίνεται, (*fit*,) i. e. δεῖ γίνεσθαι. Sic Matth. 2. 4. *Ubi Christus* γεννᾶται, h. e. δεῖ γεννᾶσθαι · & 17. 11. *Elias quidem* ἔρχεται, i. e. δεῖ ἐλθεῖν, ib. v. 10. Sic loquuntur etiam Latini cùm locum vel tempus legitimum & præstitutum designant. Ovid. l. 1. Fastorum, *Nox ubi transierit*, &c. *Te duo diversa Domini de parte coronant, Bináque serta tibi, bináque dona, ferunt*. Ubi *coronant* & *ferunt* idem est quod *lege constitutum est ut id fiat*, & *de more id fit* [n]. פסח (*Pascha*) propriè *saltum*, sive *transitum*, significat [o]. Vide Exod. 12. 13, 26, 27. *Paschatis* nomen variè sumitur [p] : 1. Pro hostia, seu sacrificio [q]; ut Exod. 12. 21. Marc. 14. 14*. 2. Pro panibus Azymis durante hoc septemdiali festo manducatis [r]. 3. Pro victimis Paschalibus post diem festi primum immolari solitis †. Sed hæ duæ significationes & exemplo carent, & confictæ sunt ad effugiendam vim argumenti ex Joh. 18. 28 [t]. [ut videbimus.] 4. Pro solennitate ipsa [v] : idque, vel, 1. pro toto septem dierum decursu, quo festum celebrabatur, Exod. 12. 15. ut 2 Par. 35. 1. Act. 12. 4 [x]. vel, 2. (& præsertim [y],) pro primo festi die, qui omnium celeberrimus erat, quomodo hîc sumitur [z]. *Pascha* hîc vocatur ipsa dies in qua Pascha mactabant, i. e. 14. Nisan, cujus fine id Sacrum ex Lege peragebatur. Neque enim dubito quin errent qui Legis verba ità interpretantur quasi fine diei 13. id fieri præciperetur. Nam & ratio & usus docet à priori ac potiori parte faciendam denominationem. Quare, cùm præcipiatur Pascha mactari die 14. *inter duas vesperas*, prior autem sit vespera Solis declinantis quàm occidentis, multóque majorem tractum habeat, sequitur de tempore pomeridiano diei 14. non autem de ejus νυχθημέρου initio, in Lege agi : quod confirmat mos Judæorum antiquissimus, optimus Legis interpres. Accedit quòd statim post sacrificatum Pascha subsecuta est abitio Hebræorum ex Ægypto : ea autem incidit in diem 15. ut Moses narrat. Idem, ni fallor, nos docet Josephus, Ἁλωσ. 6. *mactabatur*, inquit, *Pascha ab hora nona ad undecimam*, nempe *diei* 14. ut Jo. & Philo referunt : [verba vide in G.] Nam prior vespera, i. e. Solis declinantis, pars est haud dubiè diei antecedentis : ideo Augustus in edicto vetat Judæos vadari diebus σαββάτοις ἀπὸ τῆς ἐννάτης, (*præparationis ab hora nona*.) Dies autem 14. isto anno haud dubiè fuit ea quam nos *Veneris* dicimus. Nam is dies, cujus fine Judæi tunc manducaturi erant Pascha, erat παρασκευὴ, Joh. 18. 28. & 19. 14. παρασκευὴ autem ערב [*vesperæ*] est dies qui diem ἀπέρανλον (*festum*, *sive otii*,) antecedit. Dies ἀπέρανλ@ eam sequens erat *Sabbatum magnum*, Joh. 19. 31. ac proinde illa παρασκευὴ erat προσάββατον, Marc. 15. 42. dies autem ante Sabbatum dies est Veneris [a]. [Sed hîc paulisper sistendum. Quærendum, Quo die Christus hoc Pascha egit.] Quæ quidem quæstio naturâ suâ philologica est, aut historica; propter consequentias tamen, quæ ex ejus decisione eliciuntur, evasit Theologica, sive de fide [b]. [Ejus autem tractatio magis necessaria est, tum nè Christus Legem hîc transgressus videatur, tum ut concilientur Evangelistarum ἐναντιοφάνειαι.] Certum est, juxta Legem, Exod. 12. 18. Levit. 23. 5. Pascha celebrandum fuisse die 14 Nisan [c]. [Hîc autem variant sententiæ :] Prima est, Christum eâdem die cum Judæis, nempe 14. Pascha celebrâsse. Ità sentiunt Alcuinus, Gerson, Toletus, Baronius, Barradias [d]; & communiter recepta hæc est opinio in Ecclesia Romana : Nec potest negari, Matthæi, Marci, & Lucæ, narrationes id videri significare. Sed quum perspicuè aliud suadeant Johannis verba, locis aliquammultis, alii aliter sentiunt. Et

[h] Bru. || G. [i] Ger. [k] V. Bru. [l] Bru. [m] V. Bru. [n] Cam [o] Bru. sic Ger. [p] Ger. [q] Bru. Ger. * Ger. [t] Q. in Ger. † Al. in Ger. [v] Ger. [v] Bru. sic Ger. [x] Ger. [y] Bru. [z] Bru. sic Ger. [a] G. [b] Cas. exercit. in Baron. 16. 12. [c] Ger. p. 662. [d] Ger. 663.

certè, ut in controversia de fide & operibus, summa disputationis in eo est, an Paulus à Jacobo sit exponendus, an hic ex illo; ità & h. l. caput rei est, utrum Johannes è cæteris Evangelistis exponi debeat, an contrà *. Placet hæc Casauboni æquitas [f]. Secunda sententia est, Christum uno die ante Judæos Pascha egisse [g] : Hæc priore probabilior est [h]. [Hîc autem in duas partes itum :] 1. Quidam statuunt, Christum tempus in Lege præscriptum anticipâsse, & die 13. Pascha celebrâsse. Ità Orig. Epiph. Chrys. Th. &c. Quibus adhærent Græci recentiores, ut probent pane fermentato Eucharistiam à Christo esse institutam & celebratam, quia Azymorum usus cum Paschate legali initium sumebat [i]. Id autem non fecit Christus annis præcedentibus, sed hoc tantùm anno & Paschate, idque ob hanc causam, ut τῷ τυπωθέντι typo [k], sive veritas figuræ, responderet; ut Christi mors in ipsum diem Paschæ incideret [l]; ut Christus verus noster Pascha immolaretur eo ipso tempore quo legalis Agnus mactandus erat [m]. Quod non placet; tum quia, Christo jam crucifixo, ut vult Cap. horâ scil. tertiâ pomeridianâ, quo tempore mactari incipiebat agnus Paschalis, cessabat omni jure typica Agni θυσία, neq; tum fieri debuit [n] : tum, quia potuit nihilominus Pascha à Christo & Judæis eodem die celebrari, ab illo in priore diei parte, h. e. vesperâ diei 14. ab his in posteriore ejusdem diei parte, sive circa vesperam diei 15. in qua Christus fuit in cruce immolatus [o]. Hæc ergò opinio probari non potest, tum ob Luc. 22. 7. [de quo statim ;] tum, quia Christus in omnibus Legem servavit [p]. Si Christus Pascha tempore non legitimo egisset, fuisset non πληρωτὴς, sed παραβάτης, (*transgressor*) *Legis* : quod cogitare impium est & absurdum [q]. 2. Alii volunt Christum legitimum tempus servâsse, Judæos verò in sequentem diem transtulisse [r]. Hujus sententiæ primus, quantum memini, autor Burgensis, vir doctissimus, genere Judæus : quem postea secuti sunt Jansen. Maldon. Munst. Bunting. Scal. Calvis. Livel. &c †. Judæos autem festum transtulisse volunt; vel, 1. nè festi solennitate impediti Christum eo die occidere prohiberentur [t]. Id quod non est verisimile, quia sic magnam sibi invidiam conflâssent, &c [v]. Vel, 2. propter traditiones majorum [x], nè duo magna Sabbatha sive festa concurrerent [y]. [De quo vide Cas. 13. Ger. p. 665. BA. 1. 2. 50. 561... Cap. & Clop. in epistola ad Lud. de Dieu. Neque enim vacat minutias exscribere.] Supponunt Munst. Scal. Cas. &c. Judæos omnino fugisse continuationem duorum Festorum : quod confutavit magnis argumentis, te quoque arbitro, doctissimus Cochus [z]. Quin Talmudici libri, qui quinto demum post Christum seculo absoluti sunt, passim meminere Festorum quæ Sabbato continua sunt, quæque vel præcedunt, vel sequuntur [a]. [Cùm autem duæ hîc sunt, ut ostendimus, sententiæ, videamus porrò utriusque momenta. Qui Christum volunt alio die quàm Judæi Pascha egisse, pugnant his argumentis :] 1. Ex Joh. 13. 1. ubi dicitur Christus manducâsse agnum Paschalem, πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα [b] · quum tamen id manducare dicitur *primâ die Azymorum*, Mat. 26. 17. Marc. 14. 12. Luc. 22. 7 [c]. Quod enantiophanes aliter solvi nequit, quàm dicendo diversum fuisse Pascha Domini à Paschate Judæorum, & de hoc Johannem, de illo reliquos locutos esse [d]. [Alii autem aliter expediunt :] 1. Idem festum Johannes die 14. alii 15. factum rectè dicunt, quia Agnus hic nunc die 14. nunc 15. occidi dicitur, quia in utriusque velut junctura occidebatur *. 2. Johannes loquitur de die artificiali, ab ortu ad occasum; non de naturali, qui à vespera diei 13. ex instituto Judæorum incipiebat [f]. Hoc Johannes vult, Cœna Paschalis celebrata est ante festum Paschatis, h. e. vesperâ & nocte primâ illius diei, qui post exortum Solis dies Festus erat & sacer, quippe in quo esset congregatio sancta, &c. Levit. 23. 7. Certè in Ritualibus Judæorum libris tituli distincti sunt quibus dies à nocte sejungitur [g]. 3. Πρὸ τῆς ἑορτῆς, idem est quod, ἐν τῷ προεορτίῳ, quod ità præcedit Festum ut tamen sit pars Festi. Ut πρόλογ@ est pars orationis, πρόδομ@ pars domûs, προάστειον pars urbis. Itaque, *ante festum Paschatis*, idem est quod, *in ipso festi exordio*. Agnus ante occasum Solis mactabatur, & assabatur die 14. & comedebatur in occasu Solis, ineunte festo diei 15 [h]. [Hæc de primo argumento.] 2. Ex Joh. 13. 29. ubi Christus post Pascha

* Cas. ib. 13. [f] Clop. p. 8. [g] Mal. col. 536. [h] Mal. 540. [i] Ger. 662. [k] Cap. in Clop. p. 110. [l] Q. in Ger. [m] Cap. ib. [n] Clop. ib. 111. [o] Ger. 663. [p] Idem, 662. [q] Cas. ib. 15. [r] Mal. † Cas. ib. 13. [t] Q. in Ger. 664. [v] Ger. 665. [x] Ger. ib. sic Mal. [y] Ger. Q. in BA. [z] Clop. p. 9. [a] BA. 1. 2. 50. 562. [b] Q. in Ger. [c] BA. ib. 560. fin. Cas. 15. [d] Cas. * Mal. p. 535. [f] Baron. in Cas. [g] Clop. p. 11. [h] BA. 565.

Pascha suum dicit, *Eme ea quibus opus habemus ad Festum*, Pascha scilicet, nempe Judæorum, quod nondum advenerat [i]. Sed fateor hoc non multum urgere, quia *Festum* hîc accipi possit pro toto festi Azymorum tempore [k]; vel etiam pro Sabbato sequente, quia eadem dies & Pascha erat, & parasceve Sabbati [l]. 3. Ex Joh. 18.28. Noluerunt Judæi in Prætorium ingredi, *ne pollurentur*, (quia causa capitalis erat,) *sed ut Pascha manducarent.* Ergò Judæi nondum Pascha manducaverant, at Christus manducaverat [m]. Resp. 1. Vitabant Judæi pollutionem, & eo die quo Paschalis agnus in cœna comedebatur, & die altero, quo Pascha repetierunt & festivitatem instaurârunt, quo etiam Judæi cœnabant iisdem ceremoniis quibus pridie, teste Buxt. Syn. Jud. cap. 14 [n]. Resp. 2. *Paschatis* nomine Agnum non intelligunt, quem jam manducaverant, sed pacifica sacrificia per septem dies offerri solita: [à quorum etiam esu arcebantur immundi.] Vide 2 Par. 30. 22. Constabit hoc, tum ex 2 Par. 35. 8, 9. ubi & agni & boves dati dicuntur לפסחים, *ad Paschata*: tum certiùs ex Deut. 16. 2,3. *Mactabis Deo Pascha*, nempe *oves & boves. Septem diebus comedes* עליו, *cum eo* (Paschate) *azyma.* Id cum agno per septiduum facere non poterant. Ergò necesse est *Paschatis* nomine intelligi septiduana sacrificia [o]. [Vide BA. vel synopsin ad Deut. 16. 2. [Hæc de tertio argumento.] 4. Ex Joh. 19. 14. ubi dies quo Christus crucifixus est vocatur παρασκευὴ τοῦ σαββάτου [p]. Palmarium hoc est argumentum & invictum [q]. Hinc constat Pascha [Judæorum scilicet] non præteriisse [r]. Resp. Parasceve Sabbati hæc erat, quæ tamen rectè dici poterat *Parasceve Paschatis*, quia idem ille dies erat & Sabbati Parasceve, & dies Paschatis †. Constat, diem Veneris & Hebræis, in Beresith Rabba, cap. 11. & Arabibus, dici *Parasceven*, quia Sabbato fuit parasceve. Quidni ergò *Parasceve Paschæ* dicta fuerit illa dies Veneris, quâ fuit *Pascha*, sive quæ in Paschatis festum incidit: quomodo *Dominica Paschæ*, vel *Pentecostes*, dicitur quæ concurrit cum festo Paschæ, vel Pentecostes; aut quomodo *Veris* aut *Autumni æquinoctium* vocamus, quod in Ver aut in Autumnum incidit? Et cùm alibi *Parasceve* pro *præparatione* sumitur, non refertur nisi ad Sabbatum. Sic Marc. 15. 42. *Quia erat παρασκευή, ὅ ἐστι προσάββατον, quia erat Parasceve, id est, ante-Sabbatum.* Nec *Parasceve Sabbati*, sed simpliciter *Parasceve*, dicitur, Marc. 15. 42. Luc. 23. 54. Joh. 19. 31. quia sacri Scriptores aliam *præparationem* non nôrunt, quàm Sabbati. Confer Exod. 16. 5,23. cum Exod. 12. 16 [t]. 5. Ex Joh. 19. 31. *Erat enim magna dies illius Sabbati*: *Magna* autem dicitur ob Sabbati concursum cum prima Azymorum [v]. Et puto hîc hypallagen esse, ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα τοῦ σαββάτου ἐκείνου, pro, ἦν γὰρ τὸ σάββατον ἐκεῖνο μεγάλη ἡμέρα. erat nempe primus dies Azymorum. In singulis autem festis Azym. Pentec. & Tabern. primus & ultimus festi dies habebantur præ reliquis μεγάλαι ἡμέραι [x]. Resp. 1. Quasi verò nulla esset causa cur dies aliqua *magna* vocetur, nisi duorum festorum concursus. Quin apud Judæos nullum erat festum, in quod non quadrat hoc nomen, Joh. 7. 37. ultima Scenopegiæ vocatur *magna dies festi*, quæ tamen supra primam nihil habuit [y]. Resp. 2. Sic vocatur, quia illi præter Sabbati religionem accessit religio illa instauratæ cœnæ Paschalis secundâ die Azymorum [z]; [de qua supra dictum:] unde & major Judæis habebatur secundæ quàm primæ sanctitas, siquidem illa incideret in Sabbatum [a]. [Hoc quintum argumentum.] 6. Primâ die Azymorum omne opus servile prohibetur, Levit. 23. 7. Qualia multa facta constat eâ die quâ Christus traditus est. Josephus sindonem emit, corpus aufert, &c. Marc. 15. 16. Sanctæ mulieres paraverunt aromata, Luc. 23. 56. Judæi Christum in jus traxerunt, &c [b]. [Quare hæc dies non erat prima Azymorum, necdum Judæi Pascha manducârant.] Resp. 1. Multa die Azymorum licita erant, quæ Sabbato illicita erant, ut cibum comparare, Exod. 12. 16. iter vel longum conficere, Deut. 16. 5, 6, 7. Resp. 2. De Judæis nil mirum, qui furore acti Divina omnia humanaque jura conculcabant, ultimâ die festi Tabern. lictores immiserant, Joh. 7. 2, 37. 44, 45. Quin & in pleno Synhedrio deliberabant, num Christum ipso festo morte mulctarent. Resp. 3. Pleraque hæc facta nocturnis festi horis, quibus multa plura licuisse puto, quàm diurnis [c]. Resp. 4. Josephus forsan fide illustratus posthabuit omnem de cavenda pollutione curam, quippe qui sciret & se Domino Sabbati operam impendere, & cadaverosam illam pollutionem cessare in hora mortis Christi [d]. [Atque hæc de illa sententia dixisse sufficiat: sequitur altera, Christum eodem die quo Judæi Pascha egisse, his argumentis fulta.] Arg. 1. ex hoc ipso Matthæi loco collato cum Marc. 14. 1. *Pascha autem, & azyma erant post duos dies*, nempe apud Judæos *. Loquitur Christus tanquam de re omnibus nota [f], & indefinitè loquitur, non de se solo, sed de omnibus [g]. Resp. Imò de suo Paschate loquitur juxta Legem celebrando; q. d. Jam antè à me audivistis verum tempus à Judæis perperàm mutatum, &c [h]. Arg. 2. ex Marc. 14. 12. *Fuit prima azymorum, quando Pascha immolabant*, & clariùs Luc. 22. 7. *Venit dies azymorum, in qua ἔδει, necesse erat occidi Pascha* [i]. Frustrà, si Christus solitum tempus anticipavit, neque enim ità fieri necesse fuit [k]. Arg. 3. ex Matth. 26. 18. Marc. 14. 14. & Luc. 22. 11. ubi Christus sic loquitur acsi homo tempus illud ex Lege & more sciret, *Ubi—Pascha manducem*, &c [l]. Resp. In Mat. præmittuntur hæc verba, *Tempus meum propè est*, &c. q. d. quicquid alii statuant de tempore Paschatis [m]. Et verisimile est, inter tot sectas, Pascha quoque diversimodè observatum, &c [n]. Arg. 4. Si Christus alio die Pascha celebrâsset quàm Judæi, accusatus esset ut legum transgressor [o]. Resp. 1. Sacerdotes forsan ignorârunt, Christum eâ nocte Agnum comedisse [p]. Verùm id illos Judas docuit [q]. Resp. 2. Vel, Sacerdotes non ausi sunt id crimen objicere, quum scirent Dominum ex Legis præscripto Pascha celebrâsse [r]. At sic nihil aliud efficitur quàm syncretismus & mutua tolerantia inter Christum & Judæos, Christo tolerante decretum Judæorum [contra Legem;] & Judæis tolerantibus secessionem Christi: Id quod alienum est, tum à zelo Christi, &c. tum à zelo & furore Judæorum ob suas traditiones, &c †. 5. Non potuit mactari Pascha extra Templum Hieros. In Templo autem mactari non potuit citra generalem populi consensum. Proinde dies mactationis à privato homine non potuit anticipari *. Confirmat hoc Maimon. qui in Corban Pesach, c. 10. protestatur, nunquam mutâsse Judæos diem mactationis Lege præscriptum. Juxta Legem Agnus privatim comedendus, è Templo deferendus domum erat, post igne absumptum in Templo adipem, & sanguinem delatum ad Altare. Christus ergò diem non anticipavit, sed eundem cum Judæis observavit †. Certè, si hanc tuam hypothesin, & illam alteram de Paschatis secunda die Azymorum instauratione, satis certas esse viderem, lubens in tuam concederem sententiam. Sed illa prior mihi vehementer suspecta est, tum 1. ob ascensionis impossibilitatem, quoad fœminos, pueros, senes invalidos; tum ob loci (in Templo) & temporis, (ab hora 3. ad 5. vespertinam,) in quo victimæ mactabantur angustias; tum ob Philonem, qui eo die omnes Judæos Sacerdotes factos esse, & agnos mactare potuisse, dicit ‖. At si fas fuisset Pascha domi immolare, supervacanea fuisset & illa promissio, Exod. 34. 24. & Paschatis secundi institutio, Num. 9. 10, 11. Nec mandatum illud de Paschate comedendo omnes obligabat, sed mares tantum, Deuter. 16. 16. Ampliari autem poterant & locus, ex 2 Chron. 7. 7. & tempus, ut notat Maimon. Philonis verò fides mihi hîc suspecta est, quia non minùs de Paschalibus sacrificiis hoc dicit, quàm de agno: quod nec crediderim ipsum tibi persuasurum *. [Hæc præcipua utriusque opinionis fulcra, quorum judicium, ut par est, lectori prorsus relinquo. Pergendum jam ad reliqua verba hujus versûs.] ¶ *Et Filius hominis tradetur* (vel, *traditur*, Bru. Pi. Cam. &c. Præsens pro Futuro [a], propter celeritatem actionis [b], in ipso die Paschatis [c]: quod tempus exspectabant Judæi ut Christo, tanquam perduelli & impostori, tollendo opportunum. Traditio enim erat Judæorum, ut damnati ad mortem, præsertim rebelles & impostores, reservarentur ad tempus solennis alicujus Festi, ut coram omnibus morte mulctarentur, *ut omnis Israel videret & timeret*, &c. juxta Deut. 17. 13 †. *Tradetur* autem, gentibus, Matth. 20. 19 [d]. à primoribus Judæorum *, ex collat. Matth. 27. 2. Joh. 18. 35.) *ut crucifigatur*] Id est, Quanquam tempus hoc admodum

[i] Cas. [k] Cap. in Clop. 75. [l] Baron. in Ger. [m] Q. in Ger. Cas. in Clop. [n] Clop. p. 12. [o] BA. ib. 565. [p] Cas. 17. [q] Q. in BA. [r] Cas. † Clop. p. 15. ex Tolet. & Baron. [t] BA. ib. 567. [v] Cas. [x] Cap. in Clop. p. 75. [y] BA. ib. 568. [z] Clop. 134. ex Baron. [a] Clop. ib. [b] Q. in BA.

[c] BA. 568. [d] Clop. p. 141. * BA. 561. [f] Bru. [g] Q. in Ger. [h] Ger. [i] Q. in Ger. [k] BA. 561. [l] Q. in Ger. [m] Ger. 663. [n] Ger. 664. [o] Q. in Ger. sim. BA. 561. Clop. ex Baron. [p] Cas. [q] BA. sim. Clop. [r] Cas. † Clop. p. 30. * Clop. ex Brought. BA. 561. † Clop. p. 1. ex Brought. ‖ Cap. in Clop. p. 57... * Clop. 98... [a] Cam. Bru. sim. G. [b] G. [c] Pi. † Ham. [d] Bru. * G. sim. Bru.

breve est, tamen interea capiar & damnabor, ità ut crucifigar ipso die Paschatis; ut etiam hac in parte evidens sit πλεῶσις τῦ νόμυ, Joh. 19. 36. 1 Cor. 5. 7. Nam & traditio erat apud Judæos, quæ nunc quoque in Cabalistarum libris apparet, Eâdem die redimendum populum in diebus Messiæ quâ redemptus fuerat olim; juxta illud, *In diebus exitûs tui ex Ægypto ostendam mirabilia.* Quanquam autem profectio ex Ægypto incidit in diem 15. tamen ad iter se accinxerat populus die 14. itaque in procinctu stantes Pascha ederant. Hinc est quòd diei 14. libertatem acceptam ferebant, teste Josepho [f]. [Cujus verba vide in G.]

3. *Tunc*] Eodem tempore quo Christus illa dixit v. præced [g]. eodem tempore quo Sacerdotes dicebant, non oportere Christum in festo occidere, Christus dixit, oportere ut tunc occideretur, ut appareret plus Divinum decretum, & Christi prædictionem, quàm Judæorum consilia, valuisse [h]. *Tunc*, i. e. biduo ante Pascha [i], ex collat. v. præced. & Marc. 14. 1 [k]. Al. *Tunc*, i. e. circa hoc tempus [l]: nam τότε in Matthæo sæpe sumitur laxo significatu. Puto eundem esse conventum qui Joh. 11. 47 [m]. *Tunc*, i. e. sex dies ante Pascha, Joh. 12. 10, 19 [n]. *Tunc*, emphaticè, cùm immineret dies ille sacer ac lætus Paschæ [o]. ¶ *Congregati sunt*] Συνήχθησαν non designat Coitionem vulgarem, sed quæ fit consilii capiendi causâ; ut Matth. 18. 20. Sic Psal. 2. 2 [p]. ¶ *Principes sacerdotum*, (vel, *Primarii sacerdotes*, Be. Pi. Bru. sim. Camer. i. e. vel, 1. ii qui Summi Pontifices aliquando fuerant [q]: Pontificatus enim non jam, ut olim, perpetuus erat, sed annuus [r]: vel, 2. Capita sive Principes 24 Familiarum sacerdotalium †. Vide ad Matt. 2. 4 [t].) *& seniores populi*] i. e. Judices & Magistratus præcipui. Vide suprà 16. 21. Additur, καὶ οἱ Γραμματεῖς, Græcè, h. l. & in Marco & Luca [v]: & in Sy. & Ar [x]. Deest autem in plerisque vetustis Codicibus [y], & in Vulgato, & in Evang. Hebræo [z]. Synedrii descriptio, quo nomine hic cœtus appellatur Joh. 11. 47. Ejus Synedrii munus erat de Pseudoprophetis cognoscere [a]. Designatur Synedrium majus quale tunc temporis fuerit [b]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὴν αὐλὴν] *In atrium*, Sy. Ar. Mo. Tre. Ti. Cam. Er. *In aulam*, Be. Pi. Aula, vel atrium, est pars domûs, partim subdialis, partim tecta, hîc synecdochicè pro ipsis ædibus ponitur [c]. Αὐλὴ propriè *subdiale*, sed synecd. *palatium*, ut notant Athen. & Eustath. Ità Marcus *aulam* vocat Pilati prætorium. Talia autem Palatia aliquot erant Hierosolymis, ut domus Asamonæorum, cujus meminit Josephus [d]. ¶ *Principis sacerdotum*] i. e. Summi Pontificis, qui reliquis dux sceleris *. Hîc κατ᾽ ἐξοχὴν vox Ἀρχιερέως sumitur pro eo qui dicebatur כהן גדול, (*Sacerdos magnus* [f].) In summo hoc Synhedrio cathedram quidem primam tenuit Præfectus, qui tunc erat Rabban Gamaliel, at dignitate ubique anteivit Summus Sacerdos: nam in Præfecturam Synedrii electus est is qui non tam opibus aut dignitate antecelleret, quàm doctrinâ ac scientiâ Traditionum [g]. ¶ *Qui dicebatur* (i. e. nominabatur, ut נאמר aliquando idem est quod נקרא, Os. 1. 10. & 2. 1 [h].) *Caiphas*, Καϊάφα] Videtur esse ejusdem originis cujus Κηφᾶς, *Cephas*, nempe Syr. כיפא, sed scriptum fortè est Καϊάφα, discriminis causâ [i]. Vocatur non nomine proprio, quod erat Josephus, sed cognomine, quia notius hoc erat & celebrius [k]. *Hic Pontifex erat*, inquit Joh. 11. 51. *eo anno*: quod meritò addit, quia vix unquam magis ambulatoria fuit Pontificatûs dignitas, ut ex Josepho discimus. Instituerat hunc Valerius Gratus, destituit Vitellius. Olim penès Reges Hebræos potestas fuerat deligendi Pontificem Maximum ex Familia ei muneri destinata, ut apparet 1 Reg. 2. 27. 1 Par. 29. 22. Liberâ Republicâ idem jus fuisse penès Synedrium notat Maimonides. Postea qui Judææ imperârunt Syro-Macedones, deinde Romani, eodem jure usi sunt licentiùs [l].

4. *Consilium fecerunt*] Ut præsignificatum Psal. 2. 2. & 41. 7 [m]. ¶ *Dolo*, Δόλῳ] Pro, δολίως [n]: non palàm & vi, sed clàm & per insidias, inscio populo. Τὸ *dolo* refertur ad *tenerent*, i. e. tenere, capere, possent; non ad *occiderent*: nam dolosè comprehensum palàm occidere volebant [o]. ¶ *Occiderent*] Per Romanum Præsidem: id enim tutissimum ipsis videbatur. *Necare* autem dicitur qui causam mortis præbet. Vide Matt. 21. 38. & Act. 3. 15 [p].

f G. | g Mal. ex Bru. sim. Pi. | h Mal. | i Mal. Pi. | k Pi. | l G. sic Q. in Mal. | m G. | n Q. in Mal. | o Bru. | p G. | q Bru. sim. Camer. | r Camer. | † Bru. G. | t Bru. | v Idem. | x Di. G. | y Be. | z Di. | a G. | b Cam. | c Bru. | d G. | * Bru. | f G. | g Li. ho. | h Cam. | i Idem. | k Bru. | l G. | m Idem. | n Cam. | o Bru. | p G.

5. *Non in die festo*] Aliquid hîc supplendum, v. g. fiat hoc [g]; vel, prehendamus eum [h]; vel, trucidemus [i]. Hoc malim, quia tumultus potiùs sequeretur publicam occisionem quàm clanculariam apprehensionem [k]. Solebant, ut & Talmudici notant, sontium insigniores plecti *in festis*, quò ad plures exemplum perveniret [l], juxta Deut. 17. 12, 13 [m]. Ità Herodes destinârat Petrum ad pœnam producere statim post Pascha, Act. 12. 4. i. e. intra illos octo dies. Nam præter primum & ultimum diem & Sabbatum, si quod interveniret, cæteri dies ità erant festi ut nihilo minùs essent ἐργάσιμοι [n]. Deliberant ergò Sanhedrim, an sint hunc morem secuturi [o]. Omnino iis accedo qui visum aiunt Synedrio ob plebis metum nonnihil recedere à recepto more, & pœnam differre extra tempus τῆς ἑορτῆς. Pertinet autem hoc ad ostendendam singularem Dei in hoc facto Providentiam, qui, oblatâ per Judam occasione, effecit ut ab hoc consilio discederetur [p]: quo factum ut & plures testes haberet mors Filii sui, & in ipsum Paschale tempus incideret [q], ut vel hinc Christum sciremus per Paschalem agnum fuisse adumbratum [r]. Quod quidam existimant propositum Synedrio rem præcipitare, nè supplicium incideret in Sabbati diem ídque populum offenderet, mihi multas ob causas non placet; quarum una hæc est, Quòd credibile non est Pilatum unquam Sabbatis jus dixisse. Nam cùm Judæis etiam extra Judæam agentibus concessum ab Augusto fuerit Sabbato non vadari (id enim est, ἐγγύας ὁμολογεῖν, in edicto apud Joseph.) multò magis censeri debet Judææ Præsidibus injunctum nè Sabbatis jus dicerent. Hoc autem non mutatum à Tiberio, primùm docet perpetuus ejus mos cuncta Augusti instituta tanquam oracula venerantis, deinde Agrippæ ad Cajum verba, apud Philonem, *Tiberius nihil nostrorum* [*institutorum*] *everti*, sive *abrogari*, *voluit*. Adde his, quòd Titus de Imperatoribus Romanis in universum pronunciat, Judæos alloquens, *Concessimus*, inquit, *vobis*, *secundùm patrias leges vivere*, &c. Nam, quòd quidam putant etiam antiquitus Sabbatis ex Lege agi potuisse, ejúsque rei argumentum petunt ex Num. 15. 33, 34. in eo repugnantem sibi habent certissimam consuetudinem ab Hebræorum Magistris & Josepho sæpe testatam. Nec dicitur Num. 15. eodem die supplicium fuisse exactum quo homo ille erat in facinore deprehensus. Quare & apud M. Agrippam querebantur Ioniæ Judæi quòd non permitterentur uti νόμοις, &c. (*legibus propriis*, *sed in jus vocarentur in sacris diebus* †.) *Non in festo*, Paschæ proximo; minimè verò primo & celeberrimo die [t]. Cæterùm, nomine *festi* non unus dies aliquis certus hîc intelligitur, sed totum Azymorum spatium [v], totum illud tempus à mactatione Agni ad finem Azymorum. Sic vox ἑορτῆς usurpatur, tum apud Josephum, Antiq. 2. & 3. [verba habet G.] tum (de Scenopegia) Joh. 7. 14. Adde quæ dicentur infrà 27. 15 [x]. ¶ *Nè fortè tumultus* (θόρυβος hîc idem quod Josepho νεωτερισμὸς [y]) *in populo*] Ratio timendi [z]: 1. Quia hoc tempus seditionibus opportunum, ut notat Jo. l. 20 [a]. [verba vide in G.] ob maximum populi concursum [b]. 2. Quia multi Jesum venerabantur, vel in eum credebant [c]: magis autem metuebant Galilæos, tanquam ipsius Jesu populares, quàm Hierosolymitas [d]: pauci Jesu adversabantur *. 3. Quia dies Paschæ festivus erat & lætus, quo vel noxii liberabantur, ideóque importunus cædi innocentis [f].

6. *In Bethania*, &c.] Nihil est certius quàm à Scriptoribus Evangeliorum multa referri non temporis ordine, sed ex rerum ductu. Itaque alia dicuntur κατὰ πρόληψιν, (*per anticipationem*,) alia, multùm retro gesta, redduntur, ubi bella est occasio: ipsæ occasiones narrandi non eædem omnibus [g]. Quæst. An eadem apud quatuor Evangelistas fuerit mulier, quæ Christum unxerit, an plures mulieres [h]? Resp. 1. Vel quatuor [i], vel saltem tres, mulieres diversæ erant: 1. Matthæi & Marci; 2. Lucæ; 3. Johannis [k]. Resp. 2. Duæ erant diversæ [l]. [Vide Mal.] Resp. 3. Una tantùm erat [m]: ut hinc liquet, quòd Maria sic describitur, Joh. 11. 2. *quæ unxit Dominum*, &c. Frustrà, si plures hoc fecissent. Quod argumentum plus habet ponderis quàm omnia in contrarium producta [n]. Hanc [autem] historiam videntur Matthæus & Marcus hoc loco posuisse, ut notarent quid Judam ad facinus impulisset [o]: nam imme-

g Sch. | h Pi. | i Pi. sic Bru. | k Bru. | l G. sim. Be. ex Maim. | m Be. | n G. | o Be. | p G sim. BA. 1. 568. | q G. BA. sim. Be. | r BA. ib. | † G. | t Bru. | v Be. | x G. | y Idem. | z Bru. | a G. | b G. sim. Pi. | c Bru. | d G. | * Bru. | f Bru. sim. Mal. ex Chryf. & Th. | g G. | h Mal. | i Orig. in Mal. | k Orig. & Th. & Euthym. in Mal. | l Hi. & Th. & Chryf. in Mal. | m Mal. ex Aug. & Greg. | n Mal. | o G. sim. Be. ad v. 7.

immediatè sequitur id quod ad Judam pertinet. Lucas idem hoc narrare occupavit, cùm sermones quosdam recitâsset ad pœnitentiæ commendationem pertinentes. Voluit enim simul illustri exemplo confirmare quantâ benignitate Christus prosecutus fuerit mulierem multis olim peccatis inquinatam, sed ductam animi pœnitudine. Johannes autem historiam hanc suo tempori reddidit, tum ad confirmandum quod de Lazaro dixerat, (nam Lazarus huic convivio interfuit;) tum ad connectenda quæ sequebantur. Id autem tempus fuit vespera, exacto jam Sabbati die, itâ ut unctionem nulla jam religio impediret. Non tantùm unam eandémque fuisse mulierem, sed & factum idem cur negetur non video: [Id verò pernegat Maldonatus :] neque enim temere multiplicandæ sunt historiæ. Matthæo & Marco omnia conveniunt. Matthæo, Marco & Lucæ, convenit, quòd hæc gesta in convivio, in domo Simonis; quòd mulier adventat habens ἀλάβαστρον μύρου quo Jesum perfundit. Matthæo, Marco & Johanni, quòd hæc gesta in Bethania, in convivio; quòd unguentum à muliere allatum maximi erat pretii; quòd reprehensa erat hoc nomine mulier ab uno Discipulorum (nam itâ pluralis accipi solet, Judam autem Johannes nominat) velut prodiga, hoc obtentu, quòd rectiùs is sumptus factus esset in pauperes; quòd Christus mulierem defendit, interpretatione benignâ ad pollincturam suam hunc honorem pertinere. Hæ circumstantiæ sunt ἀκριβέστεραι quàm ut diversis temporibus congruant. Rursus Lucæ cum Johanne convenit, quòd hæc mulier pedes Christo perfudit & capillitio siccavit: quæ itidem expressiora sunt quàm ut temere credenda sint sæpiùs evenisse. Adde, quòd Johannes Mariam Lazari sororem hâc velut peculiari notâ describit, quòd *ea sit quæ Christo pedes perfudit & detersit.* Non poterat autem certa satis nota sumi ex eo quod sæpiùs acciderat. Quòd autem per πρόληψιν id dicitur à Johanne, non magis novum est quàm quòd Judas, ubi prima Apostolorum fit mentio, *Proditoris* cognomento insignitur. Quid igitur est quod nos cogat diversa facta fingere? An quòd apud Matthæum & Marcum capitis, apud Lucam & Johannem pedum, est mentio? Atqui nihil vetat credi priùs pedes perfusos, deinde & caput[p]. Pedes nominant, qui ungi non solebant, ut indè cæteras partes quæ ungi solebant, unctas significarent. Confer Luc. 7. 44, 46[q]. An quòd apud Lucam est, *mulier peccatrix*; Mariæ autem sororis Lazari pietas prædicatur? At distinguenda sunt tempora. Vixerat olim dissolutiùs, ideo *peccatrix* dicta; mox delicta vitæ prioris seriâ pietate pensavit. Quare nec offendere nos debet quòd in domum ejus Jesus divertit, quippe cùm jam de emendata vita omnibus constaret. Hanc autem esse Magdalenam non æquè facilè probatur. Nam soror Lazari nunquam eo nomine appellatur. Et nata ea opinio videtur ex verbis Christi de pollinctura; quia Magdalena Christum ivit pollinctum. At verba Christi non futurum, sed præsens, officium respiciunt, ut collatio Evangelistarum ostendit. Deinde Magdalena videtur fuisse Galilæa, infrà 27. 56. Marc. 15.40. Lazarus autem, cum sororibus, Judæus Bethaniensis, Joh. 11. 1. De Magdalena narratur liberatam à Christo cùm obsessa esset Dæmoniis septem; de Lazari sorore nihil tale. Et quod maximè notandum, Lucas statim post narrationem de fœmina unctrice, subjicit mentionem mulierum quæ Jesum sectabantur, & inter eas Magdalenæ, addens ei notam ab ejectis Dæmoniis, & non ab actu paulò antè narrato. In Constit. etiam Clem. 3.6. distinguitur Maria Magdalena à Maria sorore Lazari. His quæ apud Massilienses narrantur aliquid haberem fidei, si de ejus famæ antiquitate constaret[r]. Al. Una hæc mulier bis, non autem sæpiùs, Christum unxit, 1. apud Lucam, longè ante passionem: 2. apud Matt. Marc. & Joan. imminente Christi passione†: Hi enim tres idem factum narrant[t]. Obj. Joannes scribit hoc ante sex dies Paschæ, Matt. & Marc. biduo ante Pascha, accidisse narrant. Resp. Matt. & Marcus, cùm jam dixissent, *post biduum Pascha fiet,* per ἀνακεφαλαίωσιν resumpserunt quæ sex diebus ante Pascha facta fuerant[v]. Cœnam hanc Bethaniæ habitam biduo ante Pascha, asserere non vereor eandem, & quoad locum, & quoad tempus, fuisse cum illa Joan. c. 13. utcunque ea à quamplurimis pro cœna Paschali habeatur; idque partim ex deductione historiæ ad illud tempus, partim ex observatione sequelæ istius cœnæ. Sex diebus ante Pascha Christus cœnat Bethaniæ, Joh. 12. 1. Postero die insidens asino venit Hierosl. Joan. c.12. v. 12, 13. & vesperi redit Bethaniam, Matth. 21.17. Marc. 11. 11. Die sequente adit Hierosl. Marc. 11. 15, &c. & vesperi redit Bethaniam, Marc. 11.19. Postero die iterum Hierosl. pergit, Marc. 11. 20. vesperi exit in montem Oliveti, Matt.24. 1, 3. Marc. 13. 1, 3. Luc. 21.37. Ubinam autem cœnatum hâc nocte? Bethaniæ, testibus Matth. & Marco. Ab ista cœna inchoat uterque historiam de Juda, Matt. 26. 14. Marc. 14. 10. aptissiméque; nam in ista cœna in eum introierat Diabolus, &c[x]. ¶ *In domo Simonis*] Qu. An idem hic Simon qui Luc. 7. Resp. 1. Idem erat[y]; quia ut idem ejus nomen, itâ & eadem utrobique mulier, ut probatum[z]. Resp. 2. Alius hic erat: nam ille in Luca *Pharisæus*, hic *leprosus*, cognominatur: illud Lucæ factum in Galilæa; hoc Bethaniæ, propè Hierosl[a]. ¶ *Leprosi*] Itâ vocatur, vel, 1. quia cognomentum hoc erat[b], vel Simonis proprium, vel totius etiam familiæ, à casu inditum, quòd aliquando vel ipse pater aut aliquis Majorum leprâ fuisset infectus[c]: quomodo quibusdam cognomen erat Cocles. Rufus, Claudus, qui tamen coclites, &c. non fuerant[d]. Vel, 2. quòd quondam leprosus erat*, sed à Jesu sanatus[f]: τὸ λεπρὸς, i. e. τὸ πρὶν λεπρὸς. Nam alioqui interdictum ei fuisset hominum commercio[g], neque Dominus cum illo versatus esset[h]. Tale est illud, [Matt. 1. 6.] ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Simile loquendi genus suprà 11. 5. & 21. 31. & alibi sæpe. Fuit autem hic homo Pharisaici quidem instituti, sed à Christi sermonibus non abhorrens; & consanguineus, ut videtur, Lazari[i].

7. *Accessit*, Προσῆλθεν] *Accesserat*, V. vel, *Venerat*, Be. Pi. quia agitur de re antè gesta[k], ut constat ex collat. v. 16. & Joh. 12. 1, &c[l]. ¶ *Mulier*] Nempe Maria, soror Marthæ & Lazari, Joh. 12. 3[m]. ¶ *Habens alabastrum*; itâ Er. Il. P. Be. Tre. ex Sy. &c. Ἀλάβαστρον] *Vas*, Æth. sic Ar. Pyxis est unguentaria delicatior†, sic dicta, quòd ex alabastro ferè confici soleret, teste Plin. 36. 8[n]. Ἀλάβαστρον, vel Ἀλάβαστρος, est vasis unguentarii genus, non quodlibet, sed certâ formâ[o]; sic dicta, διὰ τὸ μὴ λαβὰς ἔχειν, *quòd ansas non habeat*[p]. Cùm vas hoc fractum à muliere narrat Marcus, nimirum ut largiùs unguentum flueret, omnino Epiphanio assentior exponenti, βικίον ὑέλινον, (*vasculum vitreum,*) eóque magis quia & Etymologici auctor ἀλάβαστρον interpretatur, σκεῦός τι ἐξ ὑάλου, ut Casaub. observat; qui hinc conjecturam facit evenisse huic voci quod multis aliis, ut primùm usurpata de specie, paulatim ad generis significationem, se porrigeret. At mihi multò probabilius videtur, vocem ἀλάβαστρον, aut, ut alii scribunt, ἀλάβαστον, primitivâ notione significare τὸ μυρηρὸν, (*unguentarium,*) ut sæpe Pollux interpretatur: unde & χρύσεα (*aurea*) ἀλάβαστρα legimus: & Lxx, 2 Reg. 21. 13. quod in Hebræo est צלחת, vertunt ἀλάβαστρον· alii, πυξίον. At quia lapis Onyx plerumque ei rei usurpari soleret, indè cœptum dici eum lapidem non *alabastrum*, sed *alabastriten*: eundem enim esse cum Onyche docent Plin. & Dioscor. Arabs Interpres h. l. posuit קרורה, quod multùm favet iis qui vitreum vas fuisse existimant. Nam eâdem voce Arabibus dici solet vitreum vasculum, in quo ægroti lotium à Medicis spectandum asservant. Vetus Epigramma Græcum, Νάρδον, &c. (*Nardum celebratam ex glauco vitro.*) Quo loco *nardi* nomine nardinum unguentum intelligi in Plinianis Exercitationibus, immensæ frugis opere, monuit Salmasius[q]. Ἀλάβαστρον in Hesych. & Phavor. est, *lecythus olei*, vas factum ex lapide, non quidem Alabastrite, sed Onyche, qui hinc dicitur ἀλαβαστίτης λίθος, *lapis ex quo alabastra fiunt.* Vox צלחת à Lxx vertitur ἀλάβαστρος, 2 Reg. c. 21. v. 13. Facta autem sunt alabastra ex diversis materiis, vulgò ex Marmore, (cujus etiam species est Onyx, teste Gorrhæo, &c.) ex auro, ut notat Athenæus, argento, aliisve metallis, ex vitro. Ἀλάβαστρον pro vase unguentis recipiendis destinato accipiunt Plut. in Alexandro, Pollux, l. 6. Athenæus ex Alexi[r]. Ἀλάβαστρον hîc est vasculum unguentarium, factum, vel, 1. ex lapide Alabastrite†: in quo unguenta diutissimè conservabantur[t]. Cui repugnat quod facilè frange-

p G.
q Mal.
r G.
† Mal. ex Amb. & Aug. & Beda.
t Mal.
v Mal. ex Aug.

x Li. ho.
y Mal. ex Chrys. & Amb.
z Mal.
a Aug. & Beda & Euthym. in Mal.
b Bru. ex Patribus, sic Cam.
c Cam.
d Bru.
* Bru. sim. Camer. Pi. Mal.
f Bru. sim. Mal.
g G.
h Pi.
i G.
k Bru. sim. Pi.
l Pi.
m Pi. Bru.
† Bru. sic Er.
n Bru.
o Gua.
p Gua. Ham.
q G.
r Ham.
† Pi. sic Sch. Plerique in Mal.
t Q. in Mal.

frangebatur, Marc. 14. 3. Vel, 2. ex alia fragili materia [v]: ex vitro [x]. Ἀλάβαστρον autem μύρου hîc dicitur, ut apud Horatium, *Nardi plenus onyx.* Nam & hîc quod μύρον in genere vocant Matthæus & Lucas, Marcus & Johannes nardum docent fuisse: cujus odor maximè commendatur Cant. 1. 12. Memoratur & Ciceroni *alabaster plenus unguenti.* Apud Ælianum est, Ἔδωκεν ἀλάβαστρον αὐτῷ, καὶ εἶχεν αὐτῇ μύρον [y]. ¶ *Unguenti*] *Suavis* addit Syrus, aromatici, non spissi & tenacis, quo chirurgi vulnera curant, sed liquidi, ex odoriferis herbis expressi [z]. ¶ *Pretiosi*] Ità Er. Il. Ti. Ca. Βαρυτίμου] *Gravis* (vel, *Magni*, Sy. Tre.) *pretii*, Be. P. Bru. Pi. Sic Salustius, *Cæpit*, inquit, *grave pretium per omnem provinciam fructibus esse* [a]. Olim enim æs appendebatur, non numerabatur [b]. Referendum hoc & ad qualitatem, & ad copiam, unguenti [c]. ¶ *Et effudit* (vel, *effuderat*, V. Bru. ut suprà [d]:) *super caput ipsius recumbentis*] Pro more [*]. Unguentorum usus celeberrimus erat in conviviis [f], tum apud Judæos, Psal. 104. 15. tum apud Ethnicos: de quo vide Pollucem Onomast. 6. 19. Athen. l. 11. Plut. in Aristide, Hesych. Martial. &c [g]. Illa autem in capita effusa fuisse constat [h], tum ex Psal. 23. 5. & 141. 5 [i]. Luc. 7. 46 [k]. Ecclesf. 9. 8. tum ex Ethnicis [l]. Horat. Od. 2. 7. *Coronatus nitentes malobathro Syrio capillos.* & Od. 3. 29. *Pressa tuis balanus capillis* [m]. Athenæus ex Archestrato describens convivium, memorat *cibum, & coronas super capita, & unguentum super comas.* Sic Propertius, *Orontea crines perfundere myrrhâ.* Mart. *Quòd madidis nardo sparsa corona comis* [n]. Ità Plato de Repub. l. 3. μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες. Apparet autem factum id non delectandi gratiâ, sed in honoris maximi testimonium. Nam præcedit apud Platonem, προσκυνοῖμεν ἂν αὐτὸν ὡς ἱερὸν καὶ θαυμαστόν· & Proclus ad eum locum, μύρον καταχέαι ὡς τῶν ἐν τοῖς ἁγιωτάτοις ἱεροῖς ἀγαλμάτων θέμις. — Vide & Gen. 28. 18. Neque aliud huic mulieri propositum, quæ etiam pedibus advoluta est supplicum ritu [o]. Hîc caput unctum est, at Joan. 12. 1. pedes: hæc ergò non erat eadem cœna cum illa. Et miror quemvis posse has duas historias confundere. Usitatissimum erat in epulis, præsertim sacris, oleum aromatibus conditum, quod capiti alicujus præsentis illinere solebant. Hieros. Berac. *Benedicit super oleum suave, atque illinit capiti ministrantis.* Hîc autem ministrans accumbentis caput ungit [*].

8. *Discipuli*] *Quidam*, addit Marcus [p]. Aut Enallage est [q], vel Synecdoche generis [r]: pro, unus Discipulorum †, nempe Judas [t], qui solus reus erat, Joh. 12. 4 [v]. Sic *filii*, de *uno*, Jos. 7. 1 [x]. Ità Matth. 27. 44. collat. cum Luc. 23. 39 [y], aut, quod unus improbè cœperat, alii imprudenter sequebantur [z]. ¶ *Ut quid*, Εἰς τί] *Ad quid*, Er. V. Cam. Heb. למה, Gen. 25. 22. Esa. 1. 11 [a]. *Quorsum*, Be. Bru. Pi. ¶ *Perditio*, Ἀπώλεια] i. e. Ἀπωτεία· nam ità שחתה usurpant Hebræi. Tale est illud, *Perdere sciunt, donare nesciunt* [b]. Inutilis ista profusio unguenti adeò pretiosi [c]. Bene dictum ab Epicteto, *Res plerasque binas habere ansas*; ut hîc. Tanti pretii unguentum inutiliter perit: odori supervacuo impenditur quo pasci pauperes poterant: sinistra hæc ansa est. Hæc verò dextra ansa; Mulier prioris vitæ pertæsa omni honoris genere eum prosequitur per quem emendata est; neque ulli sumptui aut operæ parcit ut id omnibus testatum faciat. Laudanda pœnitentia; laudanda animi demissio; laudanda sedulitas. Tales ansas arripiens Dilectio omnia, quà fieri potest, interpretatur in partem benigniorem, neque virtutes tantùm amat, sed & simulacra virtutum; & si quid in modo agendi est vitii, condonat agentis affectui [d].

9. *Dari pauperibus*] Ut jussit Christus, Joh. 13. 29 [*]. Et hinc colligo eandem esse utrobique cœnam. Nam ex hoc dicto promptè colligere poterant, Christum de aliquid pauperibus dando ei præcepisse, [ut Joh. 13. 29. dicitur,] ut cura ejus de pauperibus demonstraretur [f].

10. *Quid*, &c. Τί κόπους παρέχετε, &c.] *Quid molestiam*, sive *molestias*, (vel, *laborem*, P. vel, *negotium*, Val. Er. Ca.) *exhibetis*, (vel, *facessitis*, Er. Pers.) *isti mulieri?* Be. Pi. Ti. &c. Heb. uno verbo הוגעתם, Esa. 43. 24 [g]. Quid accusatis illam [h]? Idem loquendi genus & hîc Marcus usurpat, & alibi Lucas, 11. 7. & 18. 5 [h]. Κόπος est gravius quiddam quàm πόνος· is nempe labor quo fatigatur quispiam, sive animo, sive corpore [i]. ¶ *Opus — bonum*, Καλὸν] *Egregium*, vel *Pulchrum*, Er. sic Bru. Actiones Lege non vetitas finis præcipuè discriminat. Finis autem hîc optimus, Christum honore afficere [k].

11. *Nam semper pauperes habetis*] Vel, *habebitis*, Be. Pi. &c. Sic Deut. 15. 11. *Non deerit pauper*, &c [l]. Cui non repugnat Deut. 15. 4. *Non erat in te qui egeat*: illud enim prædicentis est, Erunt qui egeant; hoc præcipientis, Cæteri pati non debent ut in egestate permaneant, ex collat. v. 7 [m]. Πτωχὸς in his libris non est qui mendicando victum quærit, ut multis aliis in locis, tum præcipuè 2 Cor. 8. 9. videre est; sed qui de suo vix habet unde vivat: *egentem* rectiùs quàm *pauperem* verteris. Neque enim est paupertas nihil habere, ut Martialis dixit. Ideo pejorem esse *Egestatem Paupertate* docet Servius ad Æn. 1. Sic Hebræis אביון dejectius quàm עני. ¶ *Me-non semper*, &c.] Mortem imminentem sibi significat. Quoties quid de pluribus rebus potiùs faciendum sit ambigitur, non debent ipsa per se facta nudè æstimari, sed temporum quoque & aliarum circumstantiarum habenda est ratio: ità quoties leges inter se comparantur, *videndum*, ait Cicero, De inventione, l. 2. *utrum statim necesse sit; utrum habeat aliquam moram & sustentationem: nam id quod statim faciendum sit, perfici priùs oportet.* Talis erat & hîc factorum contentio, Egentibus quovis tempore succurri poterat; Christo præsenti ut honos haberetur, properandum erat. Hunc sensum apertissimè exprimit Marcus [n].

12. *Ad*, &c. Πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι,] *Ad*, (vel, *Tanquam ad*, Tre. ex Sy.) *sepeliendum me fecit.* Mo. Æth. Sy. Ar. &c. sim. Er. Camer. Quomodo decet, & mos est [o]: ut me sepeliendum ungeret [p]: vel, ad significandam sepulturam meam [q]. Sed distinguendum inter θάπτειν, *sepelire*, & ἐνταφιάζειν [r], quod est, *funerare* †, vel *pollincire* [t], ut o'. sumunt Gen. ult [v]. vel, *corpus ad funus componere, & ornamentis*, ut sic dicam, *sepulchralibus ornare*, quæ Græcis ἐντάφια vocantur. Glossarium vetus, Ἐνταφιάζω, *funero*: ἐντάφιον, *libitina* [x]. Verto, Quasi *ad me pollinciendum.* Et Johanni ἡμέρα ἐνταφιασμοῦ est dies quasi pollincturæ. Ellipsis τοῦ *quasi*, hîc & in Marco. Sic & apud Homerum ὡς comparativum sæpe subaudiri notant interpretes, ut cùm dicit, δέμας πυρὸς, i. e. *quasi igneum.* Sensus mihi esse videtur, Putatis sumptum esse nepotinum, quòd hæc mulier me pretioso unguento perfudit: atqui si is sumptus impensus esset in corpus mortuum, nemo improbaret: est enim id non-tantùm receptum moribus, sed & laudabile habetur; circa Reges maximè, qualem illa me credit. Qui honos in mortuo futurus erat laudabilis, cur in vivente est invidiosus? Ad mortem parum mihi restat; quod & vobis & aliis sæpe dixi: itaque hæc mulier cùm mortem meam instare intellexerit, (nam & aliæ mulieres hoc intellexerant, Luc. 24. 7.) habet me jam quasi pro mortuo, atque officium illud solenne modico tantùm tempore antevertit. Hunc sensum apertissimè significat Marcus voce προέλαβε, (*prævenit* [y].) Qu. Quomodo hæc mortem aut sepulturam Christi prævidit, cujus mysterium paulò antè nec Apostoli intelligebant? Resp. κατ' οἰκονομίαν hoc intelligendum, non quòd ipsa hoc fine fecerit, sed quia in hoc Divinam secuta inspirationem ac consilium, ignara ejus rei cui mysticè prælusit. Dicit ergò, ἐποίησε, pro, ἐποιήθη, *factum est* [z]. Ipsa forsan hoc non intellexit, sed significat Christus eam tam commodè (ob mortem suam jam propinquam) fecisse, ut quasi divinans ea de causa fecisse, & quasi tacito quodam Spiritûs S. impulsu ipsum unxisse, videretur [a]. Non rarum est Hebræis, ut quis dicatur facere aliquid ad hunc aut illum finem qui tamen ab ipso non intenditur, sed actum ejus aliunde consequitur, ut 1 Reg. 17. 18. Prov. 8. 36, & 17. 19. & alibi sæpe [b]. Sed nescio cur plerique hoc ipsam intendisse negarent, cujus fides plenior fuisse videtur, quam ipsorum Apostolorum. Noverat Christum esse morti propinquum, quod jam sæpiùs ipse prædixerat. Voluit autem ipsi vivo hoc officium impendere, quod verebatur ipsi mortuo exhiberi non posse ob rabiem principum, &c [c]. Pedes ea unxerat Joan. 12. amoris honorisque ergò; jam superaddit

[v] Mal. [x] Er. &c. [y] G. [z] Bru. [a] Be. [b] Be. ex Er. sic Bru. [c] Be. [d] Bru. [*] Cam. sic Ham. [f] Bru. sim. Ham. [g] Ham. [h] Ham. sim. Bru. Cam. [i] Cam. [k] Bru. Ham. [l] Ham. [m] Cam. [n] Ham. [o] G. [*] Li. ho. [p] Bru. [q] G. [r] Pi. sic M. † D. [t] M. D. Be. sic Zeg. Camer. &c. [v] D. sim. Ee. [x] D. [y] Wal. [z] G. sim. Bru. Zeg. &c [a] Cam. [b] G. [c] Bru. sim. Be. [d] G. [*] Bru. [f] Li. ho. [g] Cam. [h] G.

[i] Be. [k] G. [l] D. [m] G. ex Tertul. & RS. [n] G. [o] Bru. [p] V. [q] V. sim. Camer. ex Th. [r] Cas. sic Ee. † Be. [t] Be. G. [v] G. [x] Cas. [y] G. [z] Heinf. [a] Mal. [b] G. [c] Bru.

peraddit officium sepulturæ, idque intentione suâ. Credidit ea, eâque prima, Christum moriturum, & jam curat de funere. Quod ergò, inquit Christus, vos probatis circa mortuum, fecit ea circa moriturum. Hinc celebranda ejus fama —— ob hunc fidei actum [d]. Locum sic verto, *Id ad me sepeliendum fuit*: i. e. Perinde accipiendum est acsi mortuum meum corpus, ut mos est, perfudisset, aut condivisset: nam brevi moriar [*]. Ablutionibus autem & unctionibus istis mortualibus usi sunt & Hebræi [f], ut constat ex Gen. 50. 26 [g]. Joh. 19. 40 [h]. unde & argumentum sumptum 1 Cor. 15. 29 [i]. (ut testarentur tum amorem erga mortuos [k]; tum spem resurrectionis [l]:) & plerique populi, ac præsertim Ægyptii [m]. Ennius, *Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.* Nimirum Tyriorum proles Tyrrheni hunc inter cæteros ritum Italiæ intulerant. Morem autem hunc ungendorum corporum, ut pleraque instituta laudabilia Judæorum, observârunt Christiani veteres in testimonium creditæ resurrectionis. Tertul. Apologet. *Si Arabiæ queruntur, sciant Sabæi pluris & carioris merces suas Christianis sepeliendis profligari quàm diis fumigandis.* Plinius dixerat, lib. 12. c. 18. *acervatim congesta honori cadaverum quæ diis per singulas micas dantur* [n].

13. *Hoc Evangelium*] Syrus addit, *meum*, i. e. totius meæ prædicationis historiam [o]. ¶ *Dicetur*, λαληθήσεται] Pro, ῥηθήσεται, vel potiùs, πολυθρύλλητον γενήσεται Heb. ידבר, ut Cant. 8. 8. Sic Psal. 87. 3 [||]. ¶ *In*, &c. Εἰς μνημόσυνον αὐτῆς] *In monumentum ipsius*; non in vituperium, sed in laudem [p]. *Ad memoriam ipsius*, Be. Pi. sub. *mulieris*, V. Ità vertere solent LXX Hebræum זכרון, quod sæpe non tam *monumentum* quàm *memoriam* significat, ut Exod. 17. 14. Num. 5. 18 [q].

14. *Tunc*] Post interjectam narrationem ad res contexendas pertinentem redit Matthæus ad temporis ordinem. Factum enim hoc videtur paulò post ipsam consultationem Synedrii cujus suprà meminerat. Hæc enim Judæ se offerentis occasio consilii mutandi causam præbuit [r]. Factum hoc non ipsâ nocte quâ supremam egit cœnam, sed aliquot ante Pascha diebus, ut apparet ex v. 16. *Exinde quærebat*, &c. sive sex diebus ante Pascha quando mulier illa unxit Christum, Joh. 12. 2. ut volunt Chrys. Th. & Euthym. sive quod plerique volunt, & probabilius est, biduo ante Pascha, quando Concilium cogebatur, &c. v. 3. in quo consultant, non an Christus occidendus esset, id quod statuerant in præcedente Concilio, Joh. 11. 47, 48. sed quomodo occidendus esset: quod cùm Judas odoratus esset, ad eos venit [†]. *Tunc* non semper præsens tempus, sed præsenti proximum, significat [t]. *Tunc*, i. e. cœnâ Bethaniæ peractâ, biduo ante Pascha [v]. ¶ *Abiit*] Non coactus, non invitatus, sed sponte [x]. ¶ *Unus de duodecim*] Qui certo numero in aliqua dignitate constituti sunt solent à numero denominari; ut 2 Sam. 23. 18, 19, 23. ubi à numero Ternario & Tricenario denominantur. Sic Latinè *Triumviri*, vel *Decemviri*; & Græcè πεντακόσιοι, qui apud Athenienses de causis gravioribus cognoscebant [y]. Hoc dicit, ut indicet tum sceleris gravitatem [z], tum ipsum idoneum fuisse ad proditionem, quippe domesticum, qui sciret quò Jesus se conferre solebat, &c [a]. ¶ *Iscariotes*] De quo nomine vide ad Matt. 10. 4 [b]. Ità distinguit eum à Juda Jacobi, de quo Luc. 6. 16 [c].

15. *Quid vultis mihi dare?*] Pro, *Quid dabitis*? ut Cato, Rustic. 5. *Ne velit quicquam emisse insciente Domino*, h. e. ne emat [d]. Damnum, quod ex effusione unguenti se fecisse credebat, vult Magistri pretio compensare [*]. ¶ *Ego —— tradam*] Prætexuit forsan se luxu illius offensum, qui perfundi se passus est, &c [f]. ¶ *At*, &c. Οἱ δ' ἔστησαν] *At illi constituerunt*, Er. Il. Tre. ex Sy. P. Ti. Mo. Di. G. ex Vulg. i. e. polliciti sive pacti sunt [g]. *Constituere*, in Jure est, *promittere*. Respondet Heb. חתן. Confer Marc. 14. 11. Luc. 22. 5 [h]. Sed nescio an ἱστάναι ità usurpatur. Legimus quidem ἱστάναι βασιλέα, *constituere Regem*, non item, ἱστάναι μισθὸν, *constituere mercedem* [i]. Evang. Heb. נקבו, *definiverunt*, *expresserunt*, *expressè nominârunt*. Vel sic, *Stabiliverunt*, i. e. firmiter condixerunt: ex collat. Marc. 14. 11. *promiserunt*, & Luc. 22. 5. *convenerunt*: nondum ergò appenderunt. Στῆσαι significat, *stabilire*, ut Act. 7. 60. Rom. 3. 31. & 10. 3 [k]. *Pronunciaverunt*, V. *Convenerunt*, definierunt se daturos esse [l]. Al. *appenderunt*, Be. Pi. ex collat. Zac. 11. 12. & Matth. 27. 9 [m]. Στῆσαι, pro שקל, *appendere* [n], ut Jer. 32. 9 [o]. & sæpe apud ο'. ut Zach. 11. 12. Καὶ ἔστησαν, &c. *Et appenderunt*, &c. i. e. appensum dederunt, &c. & Esd. 8. 5. Καὶ ἔστησα, &c. *Et appendi*, i. e. appensum dedi; & sic semper, quando שקל, ἵστημι, jungitur dativo personæ, significat appensum tradere. Placeret & h. l. si res ferre posset. Sed jam condictos tantùm fuisse nummos verisimile est, datos verò demùm tradito Christo [p]. Promissos tantùm fuisse videtur ex Marc. 14. 11 [q]. Resp. Marcus agit de prima pactione, Matthæus de pecuniæ pactæ numeratione [r]. Statuendum videtur, eos primùm pollicitos esse pecuniam, sed mox illam ei appendisse, & apud certum hominem deposuisse, &c [†]. *Et dederunt ei*, Æth. *Illi receperunt se illi daturos*, Pers. ¶ *Triginta argenteos*] Sub. *numos*, Be. Pi. Ca. &c. Ἀργύρια vocat quæ Hebræi כספים, sive Denarios Romanos intelligas, sive Siclos Hebræos, sive Stateras tetradrachmos [t]. Syrus habet, *Triginta argenti*; Quia additur nomen numerale, significatur, vel certum argenteæ monetæ genus, vel certum pondus argenti [v]. Ἀργύρια hîc sunt *sicli* [x]; [ut multa probant.] 1. Solent Hebræi post vocem *argenti*, vel *argenteos*, subaudire *siclos* [z]: ut 2 Sam. 18. 11 [a]. ità ibi interpretantibus ο'. & Chaldæo 2. *Stateres* hîc legitur in Origene [b], & in MS. S. Cod [c]. *Stater* autem & *Siclus* idem valent [d]. In Zac. 11. 12. τριάκοντα ἀργυροῦς vertunt ο'. ubi subintelligendum est σίκλους, ut hîc τομίσματα. Nam Judæis σίκλ@ est νόμισμα κατ' ἐξοχὴν. Qui & ipse Zachariæ locus ostendit hanc summam vilis pretii habere significationem [*]. Pretium hoc erat servi, Exod. 21. 32 [f]. Et notant Hebræi hominem marem plerumque æstimatum 50 Siclis, ancillam 30. Cùm Judas Sacerdotum arbitrio permisisset quanti Jesum æstimarent, illi æstimârunt quanti minimi homo ullus æstimari poterat. Quare neque de Libris, neque de Talentis hîc cogitandum est. Facit hoc ad notandum Judæ animum ità avaritiæ mancipatum ut quovis pretio impelli ad scelus potuerit [g]. Siclos autem hîc intelligunt, vel, 1. Communes, sive profanos [h]: qualis Siclus valebat 10 obolos [i], vel duas drachmas Atticas, unde ο'. שקל quandoque reddunt per δίδραχμον ut Gen. 23. 15. Exod. 30. 13. &c [k]. vel, 2. Sacros, sive Sanctuarii [l]; qui communibus duplo majores erant [m]: τετράδραχμα [n]. quæ ο'. quia duplaribus utuntur drachmis, δίδραχμα vocant [o]. Tales Siclos fuisse probatur: 1. Quia Scriptura S. nomine *sicli* absolutè posito plerumque intelligit Siclos Sanctuarii [p]. 2. Quia Pontifices (quibus Siclus Sacer peculiariter à Deo commendatus est [q],) hunc contractum cum Juda inierunt [r], & quidem de re sacra [†]. 3. Quia Euseb. hîc ponit στατῆρας, quos tetradrachmos fuisse notatum est [t]. Et Josephus voce ἀργυρέων non tantùm pro *siclis* utitur, Antiq. 9. 2. sed etiam pro *siclis tetradrachmis*, 3. 9. Ità 30 hi argentei faciunt 15 Imperiales, sive Joachimicos [v], Thaleros scilicet [x]; vel, 21 libras Francicas [y]; vel, tres libras & 15 solidos monetæ Anglicanæ [z]. Alii pretium hoc vel nimis minuunt, vel nimis augent. Quibusdam enim *argentei* sunt tantùm Denarii communes: ità pretium vix assurget ad 4 florenos. Aliis 30 *argentei* sunt totidem minæ Atticæ: minam autem Atticam Budæus decem coronatis Francicis æstimat. Ità 30 *argentei* sunt 300 aurei, vel coronati Francici. Sic statuunt Baron. Torn. Bru. Quorum [præcipuum] argumentum hoc est, quòd non potuit minori pretio comparari ager figuli, qui prope urbem erat, &c [a]. Resp. 1. Nunc fortasse minoris emi non posset, cùm res omnes multò sunt cariores; at olim poterat [b]. Nam & ager non malus emitur 17 siclis, Jer. 32. 9 [c]. 2 Ager hîc *figuli* dicitur, quòd figulus in eum projecerit testas —unde infœcundus factus est & vilis [d].

16. *Quærebat opportunitatem*] Loci ac temporis, &c [*].

17. *Primâ*, &c. Τῇ δὲ πρώτῃ τῶν ἀζύμων] *Primo azymorum*, sub. *panum*, Pi. & sub. *die*, Pi. sic Er. Il. Be. Tre. Sy. Ar. Æth. Pers. Ca. &c. Addit Marcus, *quando Pascha mactabant*, Judæi scilicet, quod exprimit Syrus; i. e. quo die moris erat Pascha mactari: Lucas, *in quo ἔδει θύεσθαι*

---

[d] Li.ho. [*] Ca. [f] Be. sim. Bru. [g] Be. sim. G. [h] Bru. [i] Be. [k] Bru. [l] Bru. ex Be. [m] Be. [n] G. [o] Be. [||] Cam. [p] Bru. [q] G. [r] G. [†] Mal. [t] Bru. [v] Li. chron. sect. 81. [x] Bru. [y] Cam. [z] Mal. sim. Bru. [a] Bru. [b] Bru. Mal. [c] Mal. [d] Cam. [*] Bru. ex Hi. [f] Bru. [g] Be. Pi. [h] G. [i] Pi.

[k] Di. [l] Camer. ex Th. [m] Pi. [n] D. sim. Ec. [o] Be. [p] Di. [q] Q. sim. Pi. [r] Be. [†] Pi. [t] Be. [v] Bru. [x] Ham. sim. Bru. Pi. ex Hosto. Gua G.V. &c. [z] Gua sim. Bru. Ham. &c. [a] G. Ham. Bru. [b] Bru. [c] Ham. [d] Bru. sic Ham. [*] G. [f] Li. ho. sic G. Ham. &c. [g] G. [h] Q. in Ger V. [i] V. [k] Ger. [l] Ger. sic Waf. ex Bud. Ham. Gua. Pi. [m] Ger. [n] G. sic Waf. Ham. &c. [o] G. [p] Ger. [q] Waf. de num. Heb. 2. 4. [r] Ger. sim. Waf. [†] Ger. [t] Waf. ex Be. [v] Ger. sic Pi. [x] Pi. [y] Be. [z] Ham. [a] Baron. in Ger. [b] Mal. [c] Ger. sim. Mal. [d] Q. in Ger. [*] Bru.

δεῖ θύεσθαι τὸ πάσχα· quibus locis inter se collatis evinco eo die à Judæis mactatum Pascha quo oportebat, si δεῖ, pro *eo quod oportet*, sumi debere contenditur [f]. Qu. Quomodo dies Parasceves, qui erat 14. mensis Nisan, quo non edebatur, sed mactabatur, Pascha, vocatur *primus Azymorum*, quum certum sit 7 tantùm ex Lege fuisse Azymorum dies, quorum primus erat 15. postremus, 21 [g]? Resp. Sic vocatur καταχρηστικῶς & συνεκδοχικῶς, quod nimirum postremâ ejus parte mactaretur Pascha [h]: q. d. eo die à cujus vespera incipiebat primus Azymorum. Dies autem civilis hîc intelligitur, qui, non à vespera, ut dies festus, sed à media nocte, incipit [i]. *Dies* hîc accipitur more Romanorum [k], (quem Evangelistas interdum sequi ad Marc. 15.25. pluribus observavimus [l]:) quo Dies naturalis, sive νυχθήμερον, incipit à media nocte Gal. 3.2 [m]. Sic ergò vespera, quæ Hebræorum more diem 15. inchoabat, quâque Pascha edebant, Romanorum more ad diem 14. pertinebat [n], adeóque is *primus Azymorum* rectè dicebatur [o]. Computatio duplex erat apud Judæos, etiam tempore Mosis: 1. Ecclesiastica, ad celebrationem festorum, juxta quam dies festos incipiebant à Vespera, Levit. 23.32. 2. Civilis, sive politica, in vita communi observata, juxta quam diem à media nocte inchoabant. Ex hoc fundamento conciliatur illa ἐναντιοφάνεια, Exod. 12. 18. *Die* 14.——*comedetis azyma*: & Levit. 23.6. *Et die* 25.——*solemnitas azymorum est*: illa etiam Lev. 23. *affligetis animas vestras* 10. *die*, v. 27. & 9. *die*, v. 32 [p]. Azymorum dies modò septem numerantur, modò octo, prout & Josephus notat [q], Antiq. 2. 5 [r]. Rectè; diverso scilicet respectu, septem scil. integri †, quibus integris nefas erat fermentato vesci: octo, annumerato die Paschali, quia parte ejus postremâ incipiebat Azymorum observatio [t]: octo, si duarum illarum horarum ante Solis occasum (quas Thalmudistæ intelligunt, Exod. 12. 18. *In vespera comedetis azymos*, i. e. inquiunt, 2 horis ante Solis occasum) ratio habeatur: quæ [duæ horæ] quum ad diem 14. pertinerent, is eo respectu *primus Azymorum* bene dicitur [v]. Ità *Prima Azymorum* sæpe dicitur prima septem dierum, quibus integris non nisi Azyma edebantur. Hîc dies prima quâ edi incipiebant Azyma, id est, dies Paschalis. Is enim peculiaris est character 14. Nisan, ut suprà diximus. Non dicunt autem hi scriptores jam adventâsse horam mactationis, sed ipsum diem adventâsse. Quod non ità intelligo quasi jam occidisset Sol: mox enim sequitur, ὀψίας δὲ γενομένης· sed puto describi tempus quo Sol erat prope occasum; quod & Lucas dicit, ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα, i. e. τὸ νυχθήμερον. Nam & popularis sermo *venisse diem* dicit qui de proximo imminet. Et Lucas alibi dixit, γινομένης ἡμέρας· ubi Marcus, πρωῒ ἔννυχον λίαν. Sic infrà v. 71. ἐξελθόντα significat *exire parantem*: nondum enim tum exiisse Petrum sequentia ostendunt. Facta ergò hæc sub occasum diei 13. quo tempore incipiebat apud Judæos dies 14. Hæc multùm faciunt ad illustrationem controversiæ inter viros eruditos in omnem partem diu versatæ, cui lucis, ut spero, nonnihil adferemus [x]. *Prima dies azymorum* necesse est ut accipiatur cum quadam latitudine, vel pro biduo illo quo incipiebant τὰ ἄζυμα, his quidem uno, aliis verò alio, die, τὰ ἄζυμα inchoantibus, [ut fusè dictum ad v. 2.] vel saltem pro pridie Azymorum: nam agnus edebatur initio diei primæ Azymorum occidente Sole, parari ergò debuit pridie, ac proinde Discipuli mitti antè debuerunt ut pararent: non ergò ipsâ die Azymorum [strictè dictâ] missi sunt, sed cùm instaret tempus Azymorum [y]. Si hoc tantùm vis ut τῇ πρώτῃ acciperem pro *pridie*, non repugnarem, ut hoc πρῶτον τὸν sic explanarem. Ità accipiunt & AE. RS. & Maim. loca illa Exod. 12. 15. Deut. 16. 4. *Dies primus*, inquiunt, *hîc est* 14. *Nisan*, qui *primus* Azymorum *vocatur*, ait RS. *quia ante septem* dies Azymos *est*, *ut vocatur primus*, Job. 15. 7. *qui prior est*. Sed & Joh. 1. 30. πρῶτός μου, *primus* (i. e. prior) *me*. Bene ergò, ἡ πρώτη τῶν ἀζύμων, accipitur pro pridie Azymorum [z]. Pascha porrò & Azyma simul incipiebant: vespera autem diei 14. propriè *pascha*, dies verò 15. *Azymorum* potius vocatur, Levit. 23. 5. quia esus Paschæ unicus erat, absolvebatúrque vesperâ diei 14. esus autem Azymorum continuus erat per septem dies, quorum solemnissima erat 15 [a]. Sed gravis hîc oritur quæstio de die quo Christus & Judæi Pascha celebrârunt [b]. [De quo vide quæ hîc habent Be. & Di. & quæ nos copiosè congessimus suprà ad v. 2.] Dominus noster, observantissimus Legis paternæ, solitus erat comedere Pascha ex præscripto quo tempore Judæi omnes, fine 14. Nisan [c]. ¶ *Discipuli*] Duo, ait Marcus; *Petrus & Johannes*, addit Lucas, jussi à Jesu parare Pascha, Luc. 22. 8. ¶ *Ubi vis paremus*, &c?] Non de urbe quærunt, nôrunt enim non posse edi extra Jerosl. Deut. 16. 5. 6. sed de hospitio, quod proprium ibi non habuit, aliud autem invenire difficile putabant, tum quia Urbs erat hominibus plena, tum quia Jesum, ad mortem quæsitum, vix ullus auderet excipere. Ad parandum autem, curare debebant de agno emendo, (illud enim de agno decimo die parando, Exod. 12. 3. temporarium erat, ideóque nusquam in Lege repetitur:) mactando, assando, de lactucis, Azymis, &c [d]. Incipiebant Judæi locum in quo comesturi erant Pascha parare eâ nocte quæ antecedit Solem decimum quartum, & pars est τοῦ νυχθημέρου 14. quod nunc etiam faciunt. Ejus præparationis magna est pars anxia expurgatio fermenti, quò alluditur 1 Cor. 5. 7. Solicitè enim eâ nocte & antemeridiano tempore sequenti inquirunt ecquid usquam fermentatum supersit, etiam micas colligentes. Deinde sternuntur lecti, instruitur cœnaculum, coquuntur cibi. Hæc omnia sunt opera illius diei qui propterea παρασκευὴ vocatur à parte majori, ut πάσχα à parte digniore. Cùm ergò nox hæc inciperet, interrogant Discipuli quem locum Christus velit sibi parari edendo Paschati, existimantes nempe edendum de more fine ejus νυχθημέρου quod tum cœperat. Planè enim assentiri illis nequeo qui putant eo anno à Judæis Pascha celebratum alio quàm oportuit tempore. Nam etiamsi aliqua translatio diei festi in eum annum incidisset, quod probatu difficile est, & qui probare conantur valde inter se dissentiunt, ea tamen causa propter quam à Judæis dies festus transferri solebat adeò mihi justa videtur ut Legis interpretatio potiùs quàm mutatio sit censenda. Nam si continuaretur dies festus Azymorum, qui Paschale Sacrificium sequi necessario debebat, cum Sabbato, non erat quidem secuturum id quod quidam putant incommodum ex dilata coctione, (nam coquere Sabbato quidem non licebat, at licebat die festo, Exod. 12. 16.) sed post multiplicem dispersionem Judæorum, quorum multi habitabant in locis calidissimis, periculum erat nè asservata cadavera putiscerent. Jam verò credibile non erat Legem ritualem à Deo [fuisse] præscriptam cum tali necessitate quæ nullis periculo, nullis incommodis, cederet, cùm alibi sæpe demonstratum sit in his potissimùm legibus valere debere τὸ ἐπιεικὲς, (*æquum & bonum*.) Æqua igitur erat, ac proinde observanda, diei festi tralatio in diem Sabbati: neque id magis cum Lege pugnare censendum erat quàm quod Ezechiæ tempore Pascha tralatum est à 14. Nisan in 14. mensis sequentis. In his enim rituum rebus Synedrii auctoritatem populus tutò sequebatur, & sequi debebat, ex Lege Deut 17. 8, &c. Qua de re vide Maim. Duce dubitantium, 3. 41. & Mosem de Cotzi Præcepto jubente 46. Adde jam, quòd Christus, cùm dixit, *Scitis intra biduum Pascha instare*, egit de re omnibus nota. Ac proinde diem Paschatis non alium agnovit quàm eum qui publicè de more observabatur. Quibus addenda quæ paulò antè ex Marco & Luca in hanc rem attulimus *.

18. *Ite in civitatem*] Jerosolymam [f]. Jesus ergò vel Bethaniæ jam erat [g]; vel in via [h]; vel in monte Olivarum [i]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς τὸν δεῖνα] פלן Syrus. Heb. פלני אלמני aut פלני אלמני, ut Ruth. 4. 1. ubi Græci quidem verterunt, κρύφιε. At Matthæi interpres hoc loco Græcè admodum vertit, τὸν δεῖνα. Ità enim Græci loquuntur cùm non quemvis hominem, sed unum aliquem, designatum volunt, quem nominari nihil attinet [k]. Non hoc dicit Jesus, sed Matthæus [l], qui hoc interseruit de suo: cujusmodi narrandi modum invenire est 2 Sam. 15. 2. Arabes dicunt eâdem voce פאלני unde Hispanis mansit *Fullano* [m], quâ voce aliquem non nominatum designare volunt [n]. [Sic vertunt;] *Ad illum*, Bru. Er. Ti. *Ad talem*, Sy. Ar. *Ad quendam*, Be. Pi. Tre.

Marginal notes (left column): f G. — g Di. — h Be. sim. Bru. — i Bru. — k Di. ex Be. sim Pi. — l Di. — m Pi. — n Di. sim. Pi. — o Di. — p Ger. — q G. sic Be. Di. — r Be. Di. — † Di. — t G. — v Di. — x G. — y Cap. in Clop. p. 73. — z Clop. p. 116.

Marginal notes (right column): a Bru. — b Di. — c G. — d Bru. — * G. — f Bru. Mal. Pi. Sch. — g Bru. Mal. — h Mal. — i Bru. — k G. — l Bru. sim. Mal. — m G. — n Mal.

Line numbers (centre): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Tr. &c. *Ad certum quendam*, Bru. sic V. Nominatum à Christo, non item ab Evangelista[o]. Al. Hunc Christus non nominârat, sed certis notis descripserat[p], ut constat ex Marco[q], & Luca[r]. Ex hoc loco, ut & ex aliis multis, perspicuum fit, sacros Authores non semper totidem iisdémve verbis eorum de quibus narrant dicta referre, sed ità narrare ut nos solemus cùm eandem rem si bis aut ter referamus, sæpe totidem adhibeamus genera dicendi. Sic præcepta Dei, Exod. 20. scripta repetuntur Deut 5. sed ità ut quædam non re, sed verbis, paulò aliter dicantur. Idem dico de sequentibus verbis Cœnæ,& de precatione Dominica †. Hunc autem Christus non nominat; 1. nè Judas hoc sciens, sacram Cœnam turbaret, si non impediret[t]. 2. Quòd ignotus erat homo[v], ut ità ostenderet Christus, se omnia & scire & posse[x]. Fuit autem hic Judæus dives & nobilis, quippe cui erat cœnaculum stratum, tapetibus scilicet, Discipulus Christi & familiaris[y]. ¶ *Magister*] Tuus & noster cui est auctoritas præcipiendi[z]. ¶ *Tempus meum*, &c.] Vel, 1. quo Pascha celebrabo juxta Legem[a]: neque enim illud differam cum Judæis[b]. Vel, 2. Tempus mortis meæ[c], à me & à Patre constitutum. Ità ostendit se sponte properare ad mortem[d]. ¶ *Apud te*] Ut Joh. 1. 1. *apud Deum*[*]: domi tuæ[f]: sub. *igitur*, Pi. ¶ *Facio*, &c.] Ποιεῖν πάσχα est locutio Hebraica passim obvia, Exod. 12. 48. Num. 9. 2, 6, 14[g]. Sic Heb. 11. 28[h]. & Præsens pro Futuro[i]. *Faciam*, Be. Pi. vel, *Facere volo*, V. Facere sive celebrare decrevi[k], hoc ratum & fixum apud me est[l]: Phrasis Hebraica, ut 1 Reg. 20. 3. *Aurum tuum — meum est*, i. e. meum esse volo, & decrevi in potestatem meam redigere. Sic Joan. 21. 3. *Vado* (i. e. decrevi) *piscari. Dicunt ei, Venimus & nos*, &c. i. e. venire volumus. Sic Seneca, l. 2. de Tranquil. *Si negas, Stoicus fio*[*]. Mox faciam, hujus ipsius diei vesperâ, scil. ante illud tempus meum[m]. Discere hinc jubemur, quod non observatum multos fefellit,& anticipatum Pascha à Christo, & causam cur anticipaverit. Nam illud, ποιῶ, est, *jamjam facio*, hâc ipsâ nocte, non pomeridiano tempore, quod erat legitimum. Causa est, non quòd Judæi alio quàm oportebat tempore constituissent Pascha mactare & edere, sed quia mortis tempus Christo imminebat, ità ut ad legitimum usque Paschatis tempus non esset provicturus. Nam alium sensum habere meo judicio non potest illud, ὁ καιρός μου ἐγγύς· & apud Lucam, πρὸ τοῦ με παθεῖν. Divinâ autem providentiâ factum est ut nullâ morâ esset opus. Jam enim paratum erat cœnaculum, & omnia in promptu quæ ad Pascha comedendum desiderabantur; ità ut statim post hæc dicta in domum iverit Christus & discubuerit. Neque id mirum in urbe plena advenis, quibus passim hospitia & cœnæ parabantur. Objiciunt Græci, Si antevertit Christus Pascha, violatam ab eo Legem. Quem nodum alii aliter solvunt: mihi res videtur expedita, adhibitâ distinctione Paschatis. Pascha enim est [duplex: aliud] θύσιμον, solenne, plenum; aliud μνημονευτικόν. Θύσιμον (quod πάσχα θυσίαν vocat Josephus) celebrari non poterat nisi uno in loco, quò populus omnis conveniret, qui locus à Davidis temporibus fuit Hierosolyma. Lex est Deut. 16. 2. 5. Exemplum videre est 2 Par. 30. & 35. Luc. 2. 41. & apud Josephum multis in locis. Tryphon in colloquio cum Justino, Γινώσκομεν, &c. (*Scimus Pascha alibi non posse mactari.*) Hoc θύσιμον voco,quia in eo agnus mactabatur, non privatim à Patribusfamilias, ut multi existimant, sed a Sacerdotibus post constitutum sacerdotium: nam antè Patres familiarum erant velut Sacerdotes. Scio Philoni dictum θύειν die Paschali ἕκαστον,&c. (*unumquemque, non exspectatis sacerdotibus, mactare*, &c.) Sed in moribus Hebræis ipse Alexandrinus non satis certus est auctor. In 2 Paral. 35. apertè narrantur Sacerdotes, adjuvantibus Levitis, amovisse quæ amovenda erant, idque in templis, & deinde pecudes Paschales reddidisse familiis: ubi Josephus ἑκάστου τῶν ἱερέων ἐξηγουμένου τοῖς ὄχλοις· (*quolibet sacerdote præeunte populo.*) Atque hinc factum, ut Sacerdotes, Cestio quærenti quis numerus esset Judæorum Hierosolyma convenientium, exactè dixerint quot fuissent in Paschate agni aut hœdi sacrificati. Aiunt enim fuisse 25 *myriadas*, & 5600 quod profectò exactè dicere non potuissent, nisi ipsi intervenissent mactationi. Hoc θύσιμον Pascha sicut locum habebat præfinitum extra quem celebrari non poterat, ità & tempus designatum, nempe inter duas ὀψίας 14. diei exeuntis, & inchoantis 15. Tale Pascha hoc anno non celebravit Christus. Sacrificare enim extra tempus concessum non licuit: adde, quòd & Sacerdotum, ut dixi, interveniebat opera, qui nunquam eam navâssent nisi stato temproe. Sed quia belli temporibus convenire populus non poterat, multóque magis post Babylonicum exsilium aliásque διασποράς longiùs sparsis plerisque Judæorum quàm ut possent venire Hierosolyma, in locum Paschatis θυσίμου surrogatum est Pascha μνημονευτικόν, voluntarium magis quàm Lege præceptum. Nam nè excideret liberationis Ægyptiacæ memoria, instituerunt Judæi, etiam cùm sacrificare Pascha non possent, (posse autem extra Cananææ fines, non immeritò ipsi negant,) memoriam tamen Paschatis quandam ob oculos ponere. Sicut ergò in Paschate, quod θύσιμον vocamus, ante cœnam justam antecedebat cœna ritualis, quâ agnum aut hædum cum Azymis & herbis amaris ex Legis præscripto comedebant; dicis, inquam, causâ, non ad saturitatem: neque enim agnus sufficere poterat ad cœnam justam hominibus nunquam paucioribus decem, sæpe etiam viginti; nam eousque excrevisse τὰς φρατρίας Josephus memorat: intra quem numerum stetisse & Lacedæmoniorum Phiditia ex Porphyrio discimus. Sequebatur deinde cœna justa: Ità & in Paschate commemorativo cœna quædam ὁσίας χάριν (*dicis causâ*) cœnæ præmittebatur, sed sine sacrificio. Itaque in eo edebatur tantùm aliquid Azymorum cum herbis amaris. De cæteris cibis appositis nihil gustabatur ante cænam secundam, quæ erat ordinaria: quod nunc quoque Judæi observant. Hæc autem cœna commemorativa Paschatis, quanquam ἄθυτος, ut dixi, vocatur *Pascha* ὁμωνύμως. Nam ità habet carmen istius cœnæ, quod venire à Babylonicis temporibus non est dubium, כל דצריך ייתי ויפסח, i. e. *Omnis indigens Pascha faciat*. Atque in hunc sensum accipio quod dicit Chrysostomus, suo etiam tempore Judæos Antiochiæ Pascha fecisse: & quod Procopius in Arcana historia ait, eos γεύσασθαι προβατείων κρεῶν· (*comedisse carnes agninas:*) nam sacrificâsse eos non est credibile. Atque ideo Tryphon, dicto loco, non Pascha celebrare alibi ait vetitum, sed τὸ πρόβατον τοῦ πάσχα θύειν, (*agnum Paschatis mactare.*) Hoc πάσχα μνημονευτικόν, utpote voluntariâ devotione susceptum, sicut loco non adstringebatur, ità nec tempori. Christus igitur cùm πάσχα θύσιμον morte præveniendus usurpari non posset, voluit tamen cum Discipulis suis memoriam Paschatis, quà poterat, celebrare: quod fecit eodem modo quo solebant ii qui Hierosolyma venire non poterant, & quo proximo poterat tempore, i. e. horis 18, aut circiter, ante ipsum sacrificii tempus. Non sacrificavit igitur Pascha Christus: neque enim potuit ipse, verum Pascha, vero Paschatis die sacrificandus: sed manducavit Pascha μνημονευτικὸν, quod hîc rectè Judaico more *Pascha* appellatur. Itaque θύειν πάσχα nunquam legimus: imò non sacrificâsse Christum vel hinc appareat, quòd statim ut in domum venit discumbit: sed φαγεῖν τὸ πάσχα. Nec aliud hîc est πάσχα ποιεῖν quàm פסח verbum in rituali carmine; q. d. πασχαΐζειν. Hinc apparet nihil à Christo factum contra Legem; imò contrà, adeò observantem Legis Christum fuisse, ut cùm sacrificium implere non posset, memoriam tamen sacrificii ritu recepto coluerit. Quod de Paschate dixi, idem videri est & in aliis diebus festis, quorum memoriam etiam extra Judæam Judæi sine sacrificiis celebrabant. Ità Philo, adversus Flaccum, narrat à Judæis Alexandriæ habitantibus celebratum *Scenopegiam*. Nè quis verò novam hanc nostram sententiam putet, sciat esse antiquissimam. Meminit Photius scriptoris, qui dixerit, μὴ τὸ νομικὸν, &c. (*legitimum Pascha non comedisse Jesum, quia nondum tempus advenerat*, &c. Idem ait defensum ab alio scriptore valde erudito, qui de Paschate libros ediderat[n]. ¶ *Cum discipulis meis*] i. e. Apostolis qui 12 erant[o]. Erat enim hæc justa φρατρία, inter decem & viginti; similis Phiditiis apud Lacedæmones, quæ & ipsa constabant 15, aut paulò pluribus paucioribúsve, convivis; & Pythagoreorum συσσιτίοις, quæ decem hominibus constabant: Arabum

[o] V. sim. Er. Ca. [p] G. sim. Be. Bru. Pi. [q] Pi. sic G. [r] Pi. † Ca. [t] Bru. ex Aug. sic Euthym. in Mal. [v] Bru. ex Chrys. Mal. [x] Bru. sim. Mal Be. [y] Mal. [z] Bru. [a] Pi. sim. Sch. [b] Sch. [c] Bru. G. sim. Mal. Pi. [d] Bru. [*] Cam. [f] Bru. [g] Cam. [h] Pi. [i] Cam. Pi. [k] Bru. Cam [l] Cam. [*] Mal. [m] Bru.

[n] G. [o] Bru.

bum Nabatæorum, tredecim [p]. Monet eum, ut 13 hominibus mensam paret [q]. Non dicit, *tecum*: quia singulæ familiæ singulos agnos immolare debebant, nec extraneos advocare poterant, si ipsæ sufficerent ad edendum agnum: quod de hujus familia non est dubium [r].

19. *Fecerunt discipuli*] *Petrus* & *Joannes*, Luc. 22. 8. quibus forsan solis innotuit Judæ scelus [†]. ¶ *Sicut constituit*, Συνέταξεν] *Præceperat*, Be. Pi. Bru. Aoristus pro Plusquamperfecto [t]. Συνέταξεν plus videtur significare quàm προσέταξεν· nempe adsignificatur rei imperatæ ordinatio & præscriptio. Sic LXX צוה verterunt, συνέταξεν, Exod. 16. 32. &c. ubi non nudum imperium Dei, sed conjunctum cum præscriptione, significatur, in qua significatione apud LXX verbum hoc constanter usurpatur [v]. ¶ *Paraverunt Pascha*] Id est, omnia ad Pascha celebrandum necessaria [x]: *paraverunt* [agnum] jugulando & assando [y]. Locus erat paratus, ut ex Marco discimus. Restabat ut apponerentur quæ ad cœnam illam υπομνηστικὴν [de qua v. præc.] pertinebant, *azyma & herbæ amaræ* [z]. [Hæc ab illis in apparatum facienda erant.] Agnus erat, 1. coemendus: 2. adducendus ab iis in atrium, ubi Altare, teste Maimon. [verba vide in Li.] 3. præsentandus erat in Atrio sub nomine agni Paschalis, mactandúsque pro cœtu numerato. Vide Pesachin, cap. 5. hal. 3. Dicant mihi ii qui Christum putant diem anticipâsse, quînam hæc in Templo ab eo aut suis peragi possent, cùm summum nefas esset apud populum Pascha non justo tempore vel mactare, vel comedere. 4. Sparso sanguine ad pedem Altaris, excoriato agno, exsecto ventre, extracto adipe, atque in ignem Altaris rejecto, refertur cadaver ad hospitium ubi cœnandum: caro assanda, corium tribuendum hospiti. 5. Parabantur & alia. Panis ex præscripto Divino, vinum, edulia quædam usitata, atque embamma, חרוסת, de quibus Commentatores ubique [a].

20. *Vespere*, &c. Ὀψίας δὲ γενομένης] *Vesperâ autem factâ*, Pi. sic Er. Bru. Vulg. &c. vel, *Cùm esset*, sive *advenisset, vespera*, Sy. Tre. Bru. BA. sim. Ti. nam ad utrumque indifferens est γενομένης [b]· *Cùm autem serum diei advenisset*, Be. sim. Ar. In ipso occasu Solis [c]: cùm jam Sol occidisset: quod non intelligendum ἐν στιγμῇ. Nam quicquid est temporis post Solis occasum solet interdum eo nomine appellari, ut Num. 9. 15. ubi opposita sunt ביום & בערב, Jer. 5. 6. זאב ערבות, *lupus nocturnus*, ut K. interpretatur ex Psal. 104. 20. Ità sumi ὀψίας manifestum est Marc. 1. 32. Joh. 20. 19. Indicatur ergò jam nocte celebrata cœna: quod consultò factum à Christo, nè se periculo ingessisse videretur. Neque in eo quicquam erat novi. Nam nunc quoque Judæi πάσχα μνημονευτικὸν multâ nocte celebrant. Imò & πάσχα θύσιμον mactari quidem inter duas ὀψίας, at edi non nisi noctu, solebat. Ità enim usus interpretatus erat legem Exod. 12. 8. ut omnes Judæi consentiunt [d]. Loquitur hìc de cœna Paschali, quæ incipiebat sub vesperam, nocte imminente; ità tamen ut seriùs ipse agnus fuerit appositus & comestus, nocte videlicet jam serâ, juxta Exod. 12. 8. Cùm itaque Christus, antequam Cœnam institueret, Pascha comederit, rectè [de Cœna] dicit Paulus, 1 Cor. 11. 23. *Eâ nocte* [*]. Non notatur h. l. simpliciter tempus, sed statum tempus & legitimum: nempe expressit Hebræorum בין הערבים, quoad ejus fieri potuit Græcè, commodissimè [f]. *Vesperâ* nempe illius diei quo paraverant Discipuli, &c [g]. ¶ *Discumbebat*; ità Tre. ex Sy. Er. Ti. sic Ar. Pi. Ἀνέκειτο] *Recubuit*, Æth. *Sedit*, Pers. *Accubuit*, Be. An accubitus in agno edendo usurpatus sit ab ævo Josuæ dubitari potest. Nam sicut in herba jacentes cibum sumpsisse primos hominum satis constat, quò pertinere videtur τὸ השענו, Gen. 18. 4. ità sedendi morem aut non minùs antiquum, aut primo mori proximum, fuisse docet Gen. 43. 33. cui adde 1 Sam. 20. 25. Tacitus de Germanis, *Lauti cibum capiunt: separatæ singulis sedes, & sua cuique mensa*. Tantundem de Hispanis & Gallis veteribus traditum Straboni. Quod autem de eo tempore dicit Philo, μήπω τῶν ἀνθρώπων ἐν ταῖς συμποτικαῖς συνουσίαις κλισίαις χρωμένων, de accubitu in lectis accipiendum omnino est, qui haud dubiè serius cœpit, Assyriorum, ut credibile est, exemplo: cujus moris primam apud Judæos mentionem Casaub. apud Amosum, 2. 8. observavit, nisi vetustior

[p] G. [q] Ma'. [r] Bru. [†] Li. ho. [t] Bru. [v] Cam. [x] Bru. [y] Pi. [z] G. [a] Li. ho. [b] Bru. [c] BA. 2. 1. 17. 122. [d] G. [*] Buxt. in Wal. [f] Cam. [g] Pi.

ejus mentio Cant. 1. 12. ubi מסב κατάκλισιν vertunt Græci. Quin Græcorum ac postremò Romanorum exemplo mos accumbendi increbuerit, non est dubitandum. Hodie Judæi sessionem in Cœna illa commemorativa, sed solitâ molliorem atque honoratiorem, usurpant; & cum reclinatione corporis, quæ ab accubitu non longè abscedit [h]. Accubitus hic primis seculis fiebat ab hominibus super terra se reclinantibus: postea super lanatis pellibus: demùm lecti sunt inventi, mensæ, scamna, cathedræ. Ad hæc cibum capiebant tum accumbentes, tum sedentes: diutissimè tamen retentus, & communissimè apud plerasque gentes, & Judæos quoque, mos accumbendi, tanquam ad quietem & mollitiem omnium aptissimus [i]. In isto accubitu in latus sinistrum recubuerunt sive inclinârunt se [k], (non in dextrum, quia dextrâ manu cibum capiebant [l],) pedibus in terra positis, quisque super peculiari lecto. Situs autem iste nec planè jacentis erat, nec planè sedentis, sed partim sedentis, partim jacentis. Hinc conjunguntur quandoque apud Hebræos duo ista verba הסיב, *accumbere*, & ישב, *sedere*. Et *sedere* pro *accumbere* poni videtur Ezec. 23. 41. Distinguunt tamen RR. inter ישיבה, *sessionem*, & הסיבה, *Accubitum*, ad mensam: Berac cap. 6. hal. 6. *Si sedeant ad comedendum, quisq; pro se gratias agit, si accumbant, unus gratias agit pro omnibus*. Hæc autem accubitûs ratio fuit apud priscos Hebræos in conviviis omnibus [m]. Hunc gestum in capiendo cibo Israelitæ maximè idoneum reputârunt, in epulis sacris requisitum, in cœna verò Paschali summè necessarium & requisitissimum, in usu & deliciis, imò pro religione quadam habitum [n], idque quòd signum & significationem præ se ferret libertatis [o]: unde nocte Paschatis omnes reclinati sedere tenebantur [p]. Obj. At Pascha comedendum erat à stantibus, ut colligitur ex Exod. 12. 11 [q]. Resp. 1. Stationem in agno edendo non in perpetuum præceptum, sed in illo Exitûs tempore, multi sentiunt [r]. Ità Caj. Tremel. Baron. Be, & omnes Hebræi tum antiqui, tum recentiores [†]. Resp. 2. Verbis ἀνακεῖσθαι & ἀναπίπτειν non situs convivantis denotatur, quòd scil. Christus cubuerit, &c. sed tantùm quòd convivio adfuerit [t]. Non placet: 1. Quia illa vocum illarum significatio vix ullo exemplo firmatur. 2. Situs convivantium illis verbis passim in N. T. describitur, ut Matth. 9. 10. & 26. 7. Marc. 16. 14. Luc. 7. 37. Vide & Ezec. 23. 41. Amos. 2. 8. 3. Nisi Christus accubuisset, non poterat ille *in ipsius sinu recumbere*, Joan. 13. 23. Resp. 3. In celebratione Paschatis duplex cœna fuit Judæis usitata: 1. Sacramentalis, in qua agnum comedebant: 2. Vulgaris, in qua alios cibos comedebant. Forsan ergò Christus agnum stans comedit, & deinde ad vulgarem cœnam accubuit, & in hoc suo accubitu Eucharistiam administravit [v]. ¶ *Cùm duodecim*, &c.] Cum tota sua familia [x], nè Judâ quidem excepto [y], qui nolebat abesse, nè locum daret suspicioni de se [z]. Nulla hìc mentio patrisfamiliâs, aut ipsius domesticorum [a].

21. *Et*, &c. Καὶ ἐσθιόντων αὐτῶν] Id est, *Cùm jam seriò cœnarent*. Nam prior cœna, ut dixi, dicis causâ erat, neque in ea habebantur ulli sermones præter formulas. Et τρύβλιον illud, de quo sequitur, habebat in se jusculum, ut ostendit ψωμίου mentio apud Johannem. Quare probare non possum eorum sententiam qui hæc ad herbas amaras aceto tinctas referunt, quibus locus erat in cœna priore [b]. *Et edentibus ipsis*, Be Pi. Bru. &c. vel, 1. agnum, ex collat. præced [c]. Non placet, quia illum stantes edebant [d]. Sed hoc probari non potest, neque id dicitur Exod. 12. 11 [*]. Et poterant omnia ibi requisita à sedentibus, vel accumbentibus, præstari [f]. Vel, 2. reliquos ejus cœnæ cibos [g]: q. d. Cùm ad secundas mensas discubuisset, cœnâ priore jam peractâ, ut apparet ex Joan. 13. 2, 21. Vide suprà 20 [h]. ¶ *Dixit*] Vel, 1. ante Cœnam suam, ut hìc narratur: vel potiùs, 2. post Cœnam, teste Luc. 22. 20, 21. nè Discipuli antè turbati non attendissent ad sacra mysteria. Quare Matth. hìc anticipatione utitur [i]. Vel, 3. bis, & antè & pòst [k]. Idémque dicendum de verbis illis, *Non ampliùs bibam de genimine vitis*, &c. quæ Lucas ponit ante Cœnam suam, Matthæus & Marcus post Cœnam; q. d. Hoc ultimum est quod inter vos bibam, cujus causâ aptè subjungitur, Quia adest qui prodet me [*]. ¶ *Unus vestrùm*, &c.]

Hoc

[h] G. [i] Buxt. in Wal. [k] Li. ho. ex He. sic Buxt. ex He. [l] Li. ho. ex He. [m] Buxt. in Wal. [n] Li. ho. ex He. [o] Li. ho. ex He. sim. He. in Buxt. & in G. [p] Buxt. [q] Q. in Ger. [r] G. [†] Ger. [t] Bru. Q. in Ger. [v] Ger. [x] G. [y] Bru. sim. Mal. E. [z] Bru. [a] Be. [b] G. [c] Pi. [d] Camer. [*] Sch. [f] Q. in Ger. [g] Bru. [h] Be. [i] Bru. [k] Aug. & Euthym. in Bru. Li. ho. [*] Li. ho.

Hoc dixit; 1. ut Judæ pœnitentiæ occasionem daret [l]: 2. ut ostenderet, se non invitum, sed scientem & volentem, mori [m]. Proditorem autem non nominat; 1. nè eum irritaret [n]: 2. ut ejus nomini honorique parceret [o]: 3. nè reliqui Discipuli in ipsum subitò insurgerent: 4. ut nos doceret, peccatores occultos non esse mox publicè traducendos [p].

22. *Contristati valde*] 1. Ob nefandum facinus [q]. 2. Quòd hujusmodi nota inurenda esset ipsorum sodalitio. 3. Quòd Dominus ab ipsis ablatus hostium sævitiæ esset subjiciendus [r]. 4. Quòd de se quisque dubitaret atque solicitus esset †, magis Christi verbis, quàm conscientiæ suæ, confidentes [t], & conscii imbecillitatis humanæ [v]. ¶ *Cœperunt — dicere*] Hi, pro *dixerunt*. Sic Levit. 21. 9. *Si cœpit fornicari*, h. e. si fornicetur [x]. ¶ *Numquid ego sum*] Is qui te tradet [y]? Quærunt, partim ex ignoratione rei, partim ex fidenti & sincera in contrarium professione [z], ut & se metu, & alios de ipsis pravâ suspicione, liberent [a]. ¶ *Domine*] Heb. ארוני [b]. Blandientium est [c].

23. *Qui*, &c. Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα] *Qui intingit* (i. e. intingere consuevit; q. d. *qui comedit mecum*, ut loquitur Marcus, confer Psal. 41. 10. is quem eâdem mensâ dignabar [d]; ad summam familiaritatem admissus*, & nunc & antè sodalis & mensæ & catini, prout se obtulisset ei occasio sedendi prope Jesum [f]. Al. Non placet; sic enim nihil respondit Christus, si proditorem à mutuo tantùm convictu, in quo omnes pares erant, non à certa actione, describit [g]. Sed noluit Christus priùs respondere quis esset proditor, quàm eum redarguisset, sed hoc dicit ad exaggerandum ingratitudinem ejus, &c [h]. Al. *intinxit*, Er. V. vel, *intinxerit*, V. At si, illo manum intingente, dixisset, *Qui intingit*, &c. manifestum fuisset hoc signum [i]. Fateor, & hoc voluit Dominus, sicut & Joh. 13. 26 [k]. Tredecim convivis plures patinas appositas fuisse cum cibis credibile est, ex quibus 3 aut 4 cibum sumerent. Itaque indicat Christus unum ex illis tribus, aut quatuor sibi proximioribus, proditorem esse [l].) *mecum manum* (i. e. buccellam quam tenet manu: Metonymia subjecti [m].) *in catino*, Be. Pi. &c. vel, *patina*, sive *paropside*, Il. Sy. Ar. Cas. ut auctor Glossarii τρυβλίον exponit [n]. Sic vocat vas escarium [o]: in quo erat illud ἔμβαμμα, quod Judæi vocant חרוסת [p]. Omnino videtur propius quiddam indicari quàm quod suprà dixerat Christus, *Unus ex vobis duodecim*. Quare, persuasum mihi est Judam prope Christum accubuisse, ità ut cùm plures essent in cœna catini, ille ex eodem catino ederet ex quo edebat Christus. Ità enim faciliùs fieri potuit ut Christus illi, interroganti an ipse esset de quo loqueretur, submissè, & plerisque non audientibus, responderet, *Tu dixisti*; útque, eo non audito, Johannes à Petro monitus, quærens quis ille esset qui tantum scelus esset ausurus, certum à Christo signum acciperet, Eum hunc esse cui ipse Christus daturus esset de catino tinctam jure offulam. Quæ omnia, ni fallor, indicia eò nos ducunt ut credamus quod dixi. Atque ità hìc quoque accidit quod in multis aliis vaticiniis, ut verba Davidis, Psal. 41. 9. in Christo non tantùm secundùm proverbialem loquendi modum, sed etiam secundùm exactissimam verborum significationem, implerentur. Accedit huc quòd Marcus, cùm priùs dixisset, *qui comedit mecum*, postea subjecit, *unus ex duodecim qui tingit mecum*, &c. Quare, cùm bis idem dictum censeri non debeat, sequitur in posteriori restrictiorem esse descriptionem. Atque ità Christus præscientiæ suæ documenta per gradus edidit: primùm duodenario numero includens futurum proditorem; deinde numero minore proximè accumbentium; postremò ipsum hominem notis certis designans [q]. Videri quidem posset his verbis designari proditor. Sed non ità esse judicari potest, tum 1. ex eo quòd plures, aut saltem alius quàm Judas, sic intingere poterant, quódve singuli fuissent cauturi nè sic cum eo intingerent: tum, 2. ex collat. Marc. 14. 20. ὁ ἐμβαπτόμενος, &c. Verbo autem Præsentis temporis notatur non singularis actio, sed agendi consuetudo: tum, 3. ex collat. Joh. 13. 23, 24. unde constat, Discipulos ex verbis Domini nullum certum proditoris signum percepisse: tum, 4. quòd post hæc verba Judas interrogavit, *Num ego*, &c [r]? Verùm ille interrogavit, nè tacendo crimen confiteri videretur †. Non designat his verbis proditorem, sed de ejus ingratitudine queritur [t].

24. *Filius quidem hominis vadit*, Ὑπάγει] *Abit*, Be. Pi. Πορεύεται, Lucas [v], i. e. moritur [x]: ità enim Hebræi usurpant הלך [y], ut Gen. 15. 2. & Psal. 58. 9. & אזל, Job. 14. 11. unde constat hæc verba non simpliciter *abitum* significare, verùm etiam *interitum*. Sic Græci οἴχεσθαι [z], & Latini mortuum *abiisse*, dicebant [a]. Sensus, q. d. Ego quidem ad supplicium rapior, ut impleatur Scriptura: vel, Judas abiturus est ut me prodat [b]. Alibi ὑπάγειν de Christo positum ἀνάληψιν ejus in cœlum significat [c]. ¶ *Sicut scriptum*, &c.] Ità solatur Apostolos, ostendens nihil accidere ipsi fortuiti, aut nec opinati, nihil violenti, nihil ex hostium potentia, aut sua imbecillitate, sed hoc fieri ut impleat Scripturam, & Deo Patri obtemperet [d]. ¶ *Væ autem homini*, &c.] Sapientissimum Divinæ permissionis decretum eique juncta præscientia, cùm nullam imponat sceleris necessitatem, neque culpam, neque pœnæ meritum, minuit*: Licèt enim nihil fiat nisi ex Dei voluntate & nutu, & Deus occulto fræno reprobos in finem illis incognitum dirigat, nihil tamen minus illis propositum est, quàm ejus decretis obsequi [f]. ¶ *Bonum* (i. e. Melius: nam Hebræi carent comparativis [g]. Sic Hos. 2. 7. טוב לי [h].) *erat* (vel, *utilissimum fuisset*, V.) *ei, si natus non fuisset*, &c.] Locutio Rabbinica [i], & Talmudicis usitatissima. Vide Bab. Berach. fol. 17. 1 a. & חובת הלבבות. Porta 1. c. 10. fol. 16. 2 [l]. Non quòd esse bene ei possit qui non sit, sed quòd homines ità possunt esse miseri ut meritò optent non esse: quod à quibusdam nimium subtiliter philosophantibus negari miror, à quorum inopinata sententia ad sensum communem, & hoc Christi affatum, provoco. Nam, quod viris piis Jobo & Jeremiæ impatientia ut dicerent expressit, id hìc verè ac seriò de Juda Christus affirmat. Οὐ βούλεται, &c. (*Vir malus nollet animam esse immortalem nè permaneret in pœnis*,) inquit Hierocles. *Interire* autem est perinde ac *natum non esse*: juxta illud Senecæ, *Quæris quo jaceas post obitum loco? Quo non nata jacent*. De impiis igitur verè dici potest, quod olim dixisse Silenum ferunt, & Theognis sic expressit, Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι, &c. (*Optimum hominibus non nasci*, &c.) Hieron. *Simpliciter dictum est, Multò melius esse non subsistere quàm malè subsistere*. R. Israel, De Anima, ait, ei qui in hoc mundo Divinæ contemplationi non vacat, meliùs futurum esse nunquam extitisse. Idem in Zoar de ignorantibus Legem [m].

25. *Judas*] Nè tacendo se proderet [n]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν] *Qui prodebat*, sive *tradebat*, *eum*, Be. Pi. Er. V. Proposito & machinatione, licèt nondum facto [o]: qui in eo jam totus erat ut traderet eum [p]: המוסר, *qui mox proditurus erat eum* [q]: sic Jon. 1. 3. *euntem*, i. e. mox ituram. Et alibi, *Quò ego vado*, i. e. iturus sum propediem [r]. ¶ *Rabbi*] Plus hoc est quàm Κύριε, Syr. מרי, Heb. ארני, quod nomen etiam plebeiis tribuitur; *Rabbi* autem solis Doctoribus. Notatur hìc Judæ hypocrisis, qui præ cæteris Dominum honorare videri voluit †. Sic solent proditores & hypocritæ singularibus magisque honorificis titulis uti, ut suspicionem amoveant, &c [t]. ¶ *Tu dixisti*] Id est, Ità est ut dicis [v]: rem dixisti. Est enim non in medio relinquentis, sed concedentis quæsitum, ista oratio, ut ex collat. v. 64. & Marc. 14. 62. liquidò apparet [x]. Certum est verba illa [utrobique] esse assentientis & affirmantis [y]. Modus loquendi ab eo sumptus quòd qui interrogat prior illud dicat, quod ab alio audire vult: v. g. Judas qui interrogat, *Num ego sum*, dicit, *ego sum*. Ex vi autem verborum ambigua est hæc responsio, nam & de aliis Apostolis idem dici posset, sed ex circumstantiis determinatur [z]. Interrogationes non sunt semper dubitantis, vel nescientis, imò sæpe sunt affirmantis vel negantis, ut apud Hebræos, quibus אם, ut & ה interrogativum, sæpe affirmant. Utrum autem affirment, vel negent, ex circumstantiis colligendum. Christus igitur sciens & hìc Judam, & Luc. 22. 70. Cajapham, convictos fuisse de veritate rei quam fictâ interrogatione simulabant se nescire, apposite illis respondit, *Tu dixisti*, *Vos dicitis* [a]. q. d. Tu dixisti hoc ipso quo me rogâsti: tua verba hoc habent, multóque magis conscientia tua [b]. Ex ore ejus judicat eum [c]. Non dissimile est illud Euripidis,

[Margin notes, left column: l Chrys. Hi. Th. &c. in Mal. — m Mal. — n Hi. in Mal. — o Mal. — p Bru. — q Mal. — r Bru. — † Mal. — t Orig. Chrys. Th. in Mal. — v Bru. — x Cam. — y Bru. — z Li. ho. — a Bru. — b Cam. — c Eru. — d Be. — * Bru. sim. Er. — f Bru. — g Di. — h Bru. — i Er. — k Di. — l Me. ex Mal. — m Pi. — n Cas. — o Be. — p Cam. — q G. — r Pi.]

[Margin notes, right column: † Mal. — t Pi. — v G. — x G. sic Bru. Cam. — y G. sim. Cam. — z Cam. — a G. — b V. — c G. — d Eru. — * G. — f Cal. — g Bru. — h Cam. — i Cap. — k Li. ho. — l Cap. — m G. — n Bru. — o Pi. — p Bru. ex Be. — q D. sim. V. — r D. — † Pi. — t Bru. — v Pi. — x G. — y Cap. — z Eru. — a Cap. — b Bru. — c Bru. ex Orig.]

ripidis, Σὺ δ' λέγεις ταῦτα οὐκ ἐγώ· (*Tu hæc dicis, non ego*[d].) Aristoph. Plut. v. 96. ubi Plutus interrogatus, Num improbos deinceps deserere velit. Respondet, φημ' ἐγώ, *Dico ego*, i.e. Itá: & rursus v. 143. φημ' ἐγώ, pro *Itá*[*]. Sed hoc ità Judæ dictum est ut cæteri non exaudirent[f]. Intellexerunt Apostoli (licèt non clarè) Judam notari[g].

26. *Cœnantibus*, &c. Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν] *Cùm autem jam comedissent*, Ger. ex Ar. sim. Be. *Cœnatis illis*, Sch. Ἐσθιόντων potest esse vel, particip. præs. ab ἐσθίω· vel, Aoristus 2[h]. Hoc malim[i], ex collat. Luc. 22. 20. *Postquam cœnasset*: & 1 Cor. 11. 25. ubi idem dicitur[k]. Confer Joh. 13. 2. *Et cœnâ factâ*, scil. agni Paschalis: Post quam penitus peractam, continuò, & uno quasi actu, mensis non sublatis, subjungitur Cœna Dominica: ità tamen ut inter has Cœnas intercesserit illa Pedum lotio, ut liquet ex Joh. 13. 12[l]. Al. *Edentibus autem eis*, Be. Pi. i.e. Jesu & Discipulis edentibus agnum Paschalem, ut suprà v. 21. sub finem cœnæ Paschalis, ex collat. Joh. 13[m]. cœnâ adhuc durante, mensâ nondum ablatâ[n]: Ità esui Agni, tanquam typo, hoc Sacramentum, tanquam Antitypum, Christus substituit, simúlque ostendit, non saturitatis, sed sanctificationis, causâ hoc convivium à se institui[o]. Ἐσθιόντων, &c. Ità ut Marcus, i.e. *adhuc illis cœnantibus*. Nam vinum quidem ex more Judæorum, qui nunc quoque in die Paschatis aliísque diebus festis id observant, & in cœna & post cœnam cum gratiarum actione bibebatur: at panis frangebatur & distribuebatur cœnâ adhuc durante, sed fermè peractâ. Hinc de poculo speciatim dicunt & Lucas & Paulus sumptum à Christo μετὰ τὸ δειπνῆσαι, quod in Missa Latina exponitur, *postquam cœnatum est*. Lucas autem & in cœna & post cœnam propinatum memorat; sed post cœnam cum mansuri ritûs institutione. Etiam apud Græcos postremum poculum, idque pro sacro habitum, bibebatur eo ipso tempore quo tollebantur mensæ, ut testantur Nicostratus, Xenophon, Scholiastes Aristophanis. [Verba vide in G.] Seneca Thyeste, *Hoc, hoc mensa claudatur scypho*. Meminerunt & Scholiastæ ad tertium Odysseæ. Primi quoque Christiani inter cœnandum celebrârunt hoc mysterium, Act. 2. 46. Confer Act. 20. 7, 11. Hoc est quod Plinius ait, *Coiisse Christianos ad capiendum cibum, sed promiscuum & innoxium*. Idque ipsum est quod δεῖπνον Κυριακὸν (*Cœnam Dominicam*) Paulus ad Corinthios vocat; Ignatius λόγον, ut & Constit. Clem. ubi & λόγον interpretatur ἀγάπην. Nomen *Agapæ*, quod in Judæ Epistola est, in hoc sensu venisse putat Tertullianus indè quòd inopes isto refrigerio juvarentur. Sed videndum an non συνεκδοχικῶς ex poculo mystico id datum sit nomen toti convivio, quomodo εὐχαριστία dicta est ἐκ τῆς ἀρτῆς τῆς εὐχαριστηθέντος. Nam poculum illud, certissimum quippe testimonium amoris quo nos Christus dilexit, quémque nobis imitandum proposuit, ἀγάπη dicebatur. Ignatius, Πόμα θέλω, &c. (*Poculum intelligo sanguinem ejus, quod est Agape*, &c.) Mos ille in convivio celebrandi hoc sacramentum primâ illâ ætate nihil habebat vitii plerisque in locis. *Edebatur*, ut ait Tertul. *quantum esurientes capiebant, bibebatur quantum pudicis esset utile*: quod & de Judæorum conviviis quæ σύνδειπνα vocantur, prædicant Josephus & Philo. Sed quorundam irreverentia effecit nè diu retineretur. Nam Corinthiorum inæquales epulas, contra naturam τῆς ἀγάπης, castigat Paulus; & Socrates histor. Ægypt. notat ἀκρασίαν, quod παντοίων ἐδεσμάτων ἐμφορηθέντες (*omnibus eduliis saturati*) participarent mysteria. Hinc constitutum nè mysteria sumerentur nisi à jejunis, quod ab initio ità non esse factitatum rectè observat Chrys. Justinus nobis τὴν τῆς εὐχαριστίας μετοχὴν extra convivii formam describit: & Clemens istis quæ suo tempore celebrabantur conviviis de nomine ἀγάπης controversiam movet, nimirum cùm jam ab iis conviviis mysteria essent segregata. At Tertul. indicare videtur jam suo tempore celebrata mysteria antelucanis maximè cœtibus: mansit tamen antiquissimi moris testimonium in eo quod fiebat ipso die Cœnæ Dominicæ anniversario. Canon Conc. Carthag. 3. huc spectat, ut *sacramenta altaris non nisi à jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario quo cœna Domini celebratur*: quîcum convenit epist. August. ad Januarium. Sed & segregatis jam mysteriis fidelium convivia (ut Pauli tempore) in ipsis Ecclesiarum ædibus celebrabantur ad tempora Synodi Laodicenæ, in Africa etiam seriùs[p]. Panem in cœna accepit Christus, & poculum *post cœnam*, dicitur Luc. 22. 20. 1 Cor. 11. 25. non ità de pane. Ut clariùs historiam hujus cœnæ percipiamus, liceat Rubricam cœnæ Paschalis è Talmudicis exscribere, ut cum more gentis usitato conferatur. 1. Exordium cepit cœna Paschalis à poculo vini, cui etiam benedicit paterfamiliás, teste Maimon. Sic Pesachin, cap. 10. hal. 2. *Miscent ei poculum primum*. Confer hoc poculum cum isto Luc. 22. 17. 2. Apponuntur deinde herbæ amaræ, Maimon. Bab. fol. 114. 1. 3. Apponuntur postea Azyma, atque embamma חרוסת, & Agnus. 4. Incipit & benedicit, & comedit quantitatem olivæ, &c. 5. Jam miscent ei poculum secundum, & filius interrogat patrem, quid hæc sibi velint. 6. Admovetur iterum mensa, & pater respondet, Hoc est Pascha, &c. & jam ebibit poculum secundum. 7. Duos panes accipiens, unum frangit, & fructum reponit super solidum, & benedicit, & panem cum herbis amaris comedit. 8. Indè porro cœnam protrahit, hoc vel illud edens bibénsve, prout lubet: ultimóque de carne Paschatis edit, saltem pro quantitate olivæ, nec quicquam deinde gustat. Et jam tempus erat, quo Christus panem accipiens Eucharistiam instituit, vel post comesa frustula ista agni valedictoria, vel potiùs eorum vice, ob hæc verba, Ἐσθιόντων αὐτῶν, *Dum comederent*; quod dici non posset post comesa ista agni frustula, nam ab istis finita est comestio. Verosimilius ergò est, Christum, cùm jam parati essent frustula illa sumere, morem immutâsse, ac pro iis frustula panis distribuisse, ac instituisse Sacramentum[q]. ¶ *Accepit*] Scil. in manus[r], ut solebant Judæi: vide Levúsch hattecheleth, Num. 167. & Schylchan Aruch †. Actus hic non erat essentialis Eucharistiæ, sed præparationis & ministerialis, inserviens duntaxat secuturæ benedictioni & distributioni[t], ut attentè observarent Discipuli non vulgarem hunc panem esse[v], sed singulare aliquid & excellens, &c[x]. *Accepit*, non temere, sed certo quodam ritu, ut solebat paterfamiliás. Signanter [dictum,] ut & illud, ἀνόξας σῶμα· nempe utraque locutio notat rei de qua agebatur gravitatem. ¶ *Panem*, Τὸν ἄρτον] Signanter item: notatur enim certus & peculiaris quidam panis[y]: *panem illum*, qui in cœna appositus erat[z], qui tum præstò, & ad manus, erat[a], triticeum indubiè[b], eúmque Azymum[c]: contrà quàm sentiunt Græci[d]; nam aliam tunc non habebant[*], quanquam anticipato tempore, omnia tamen παραδόντων servavit Christus, quæ quidem servari poterant[f]. Nos autem liberum putamus in Eucharistiæ administratione aut pane Azymo, aut fermentato, uti[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ εὐλογήσας] h. e. εὐχαριστήσας. Eòdem enim hæc redeunt; ut constat tum ex promiscuo horum verborum usu apud Evangelistas, tum ex usu & consuetudine Judæorum; quibus hæc εὐλογία nihil aliud fuit quàm εὐχαριστία, (siquidem *benedicere Deo & gratias agere* eadem sint,) quam etiam vocant קידוש, *sanctificationem*: nempe tum rerum omnium usus sanctus est & legitimus, cùm earum agnoscimus Deum authorem[h]. *Cum gratias egisset*, V. *Et benedixit*, Trc. more & suo, Marc. 6. 41. & 8. 7. Luc. 9. 16. & Judæorum in esu agni Paschalis[i]. *Et quum* (vel, *postquam*, Bru.) *benedixisset*, Pi. sic Be. Bru. vel, 1. Patri, unde alii Evangelistæ habent, εὐχαριστήσας, quum gratias egisset[k]: vel, 2. panem[l]; ut exigit verborum series: *panem accepit & fregit*, eum ergò & *benedixit*. Confer 1 Cor. 10. 16[*]. Judæis *prohibitum erat* quicquam comedere sive *ullâ re frui in hoc mundo sine benedictione*, Berach. fol. 35. 1. Et qui contrà facit *perinde est acsi spoliaret Deum*, ib. Col. 11[m]. Moris semper Judæis fuit, ut ex Thalmudicis scriptoribus & Philone apparet, cibum nullum aut vinum sumere, nisi priùs Deo tanquam conditori donatoríque laudes & grates egissent, additâ precatione: quod γεραίρειν τὸν Θεὸν ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς dixit Josephus. Ipsam precationem קדוש, i.e. ἁγιασμὸν, vocant, aut, ברכה, i. e. εὐλογίαν. Antequam id fieret, cibus pro profano habebatur; hoc facto ἅγιος, i. e. quo vesci fas esset. Quem morem ut pium Paulus approbat, 1 Tim. 4. 4. ubi ἁγιάζεται sumitur ut 1 Cor. 7. 14. quanquam alio ibi

res

d G. * Sch. f G. g Eru. h Ger. i Ger. ex Scal. Sch. k Sch sim. Buxt. in Wal. l Buxt. ib. m Pi. n Eru. o Ger.

p G. q Li. ho. r Bru. Ger. Buxt. † Buxt. t Ger. v Bru. sic Ger. x Bru. y Cam. z Pi. sic Bru. a Buxt. b Bru. c Bru. sic Buxt. G. Pi. Ger. d G. * Buxt. ib. sim. Ger. f G. g Ger. h Cam. i Sch. k Pi. l Bru. Mal. E. Me. Pi. Ger. * Bru. m Buxt. in Wal.

res est. Bene autem Paulus, 1 Tim. 4. εὐχαριστίαν explicat voce ἐντεύξεως· erant enim ista conjuncta, teste Josepho. [Verba vide in G.] Hinc est quod passim pro eodem ponuntur in hoc negotio εὐλογεῖν καὶ εὐχαριστεῖν. Quod Matt. 14. 19. Marc. 6. 41. Luc. 9. 16. dixere in historia panum multiplicatorum, εὐλόγησε, Johannes, εὐχαριστήσας διέδωκε, 6. 11. Marcus dixit, εὐχαριστήσας ἔκλασε, 8. 6. quomodo & Matt. 15. 36. in quibus locis Marci & Johannis Syrus εὐχαριστήσας vertit, וברך: hoc autem loco apud Matthæum, pro εὐλογήσας dixit, ואודי וברך, i. e. εὐχαριστήσας καὶ εὐλογήσας. Sic & Paulus 1 Cor. 14. 15, 16, 17. pro eodem ponit προσεύχεσθαι, εὐλογεῖν, εὐχαριστεῖν, eodémque loco Latinus Interpres εὐχαριστίαν vertit *benedictionem*. Sic ubi mox est de poculo, εὐχαριστήσας, Cyprianus citat, *benedixit*: & Paulus hunc calicem vocat *poculum* εὐλογίας. Non mirum igitur si in recitandis his verbis de sacrato Pane Lucas & Paulus dixerunt, εὐχαριστήσας, quod Matt. & Mar. εὐλογήσας. Imò & h. l. quidam Codices habuerunt, εὐχαριστήσας· atque ità citant Basilius & alii veteres, ex interpretamento scilicet [n]. Hæc autem verba promiscuè & συνωνύμως usurpantur, quòd Heb. ברך utrumq; significat, & quòd unius hujus sacræ actionis duæ sint partes, precatio scilicet, & gratiarum actio, & Christus utrisque usus sit [o]. Ubicunque εὐχαριστία in hoc mysterio ponitur, ibi per Synecdochen intelligitur εὐλογία, & contrà, εὐχαριστία intelligitur, ubi ponitur εὐλογία· interim tamen discrimen aliquod formale inter ea est, & εὐχαριστία ad Deum refertur, εὐλογία ad panem & vinum [p]. Plena autem & propria locutio est, εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ· quod passim invenimus, & quidem in mentione frangendi panis, Act. 27. 35. cui tantundem valet, εὐλογεῖν τὸν Θεόν, Luc. 1. 64. & 2. 28. & 24. 53. Jac. 3. 9. Sed Hebræi, & hos secuti Hellenistæ, amant dictionum compendia: itaque εὐλογεῖν τινα, vel τι, dicunt pro, εὐλογεῖν Θεὸν ὑπέρ τινος· quod loquendi genus apud LXX & hos nostros passim reperire est, ut Marc. c. 10. v. 16. Luc. c. 2. v. 34. & c. 9. v. 16. & c. 24. v. 50, 51. Sic ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας, Heb. 2. 17. pro, ἱλάσκεσθαι Θεὸν περὶ τῶν ἁμαρτιῶν. Et εὐλογεῖν τὴν θυσίαν, 1 Sam. 9. 13. est, εὐλογεῖν τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῆς θυσίας. Sic εὐλογεῖν τὸ ποτήριον in hoc argumento dixit Paulus, 1 Cor. 10. 16. & hîc εὐλογήσας rectè construitur cum eo quod præcessit, τὸν ἄρτον. Similique modo, quod mox sequitur, εὐχαριστήσας cum eo quod præcessit, τὸ ποτήριον. Nam & εὐχαριστεῖν ἄρτον aut ποτήριον non minùs rectè dicitur quàm εὐλογεῖν. Atque ità loqui solitos Apostolorum exemplo Christianos veteres Justinus nos docet, qui dixit, εὐχαριστηθέντα ἄρτον καὶ οἶνον, deinde, εὐχαριστηθεῖσαν τροφήν. Formula communis τῆς εὐλογίας, sive τῆς εὐχαριστίας, apud Hebræos hæc erat [q], *Benedictus tu, Domine, Deus noster, Rex mundi, qui producis panem è terra* [r]. Eam dum recitat paterfamiliâs, ambas suas manus Pani impositas habet †. Similiter de vino dicebant, *Benedictus—qui producis fructum vitis*. Sed diebus festis accedebat mentio beneficii cujus tum memoria celebrabatur; ut Paschate, liberationis ex Ægypto. Sic & Christus panes multiplicaturus haud dubiè ad communes preces addidit proprias rei quæ tum agebatur. Et hoc loco non pro veteri tantùm creatione, sed & pro nova, cujus ergò in hunc orbem venerat, preces fundit, gratiásque Deo egit pro redemptione humani generis quasi jam peracta; utpote cui implendæ non multum temporis restaret: quæ causa est cur & Præsentis temporis verba hîc usurpant Sacri Scriptores, τὸ διδόμενον, τὸ ἐκχυνόμενον. Secuti hac in re Christum sunt veteres Christiani, conjungentes in hac gratiarum actione beneficia vetera cum novis, *creationem mundi cum redemptione*, &c. Vide Justinum, Clem. Constit. Iren. 5. 2. Orig. 8. adv. Celsum, Orationem veterem exstantem in Missa Latina [s]. [Horum verba vide in G.] Hæc autem benedictio nequaquam erat vulgaris & Judæis sueta [v], aut saltem non ea sola [x], sed planè singularis [y], & ad rem præsentem accommodata, per quam Symbola Sacramentalia sanctificavit, atque ab usu communi ad usum novum & mysticum separavit, constans ex precibus & gratiarum actione [z]. Benedictio hæc distincta fuit ab illa quâ usus fuit tum in cœna communi, Luc. 22. 17. Benedictio denique erat non humana, sed Divina, quæ cum verbis rem conjungit & efficaciam, cùm Dei benedicere sit benefacere [a]. ¶ *Ac fregit*] Signanter dictum, quod Hebræi dicerent, ויבצע. Adeò solennis fuit Judæis hæc *fractio panis*, conjuncta, inquam, cum benedictione, ut illis significet *legitimam cibi sumptionem*. Hinc enim auspicabantur veluti convivia solennia, præcipuè verò in cœna ἀπολυτικῇ Paschatis [b]. *Fregit*, ad distribuendum, &c [c]; *Fregit*, more patrisfamiliâs (vide suprà 14. 19.) in tot partes quot erant Apostoli convivæ [d]. Hæc fractio tum perpessiones Christi in cruce præsertim significat, unde Paulus [1 Cor. 11. 24.] adjecit de corpore, *quod pro vobis frangitur* *, & Liturgiæ non paucæ hanc significationem exprimunt, præsertim Syriaca; tum simul etiam liberalitatem Christi nos invitantis ad communionem omnium bonorum quæ per crucem erant parienda. Nam quia panes Hebræorum erant κλαστοί, (*fragiles*,) ideo dicebant illi, *frangere panem*, pro, *ejus participes alios facere*, ut Esa. 58. 7. Thren. 4. 4. Marc. 8. 19. Erant autem panes Hebræorum ità magni ut omnibus convivis sufficerent. Xenophon, Exped. 7. de Zeuthe Rege Thracum, Ἀνελόμενος, &c. (*Accipiens panes sibi appositos fregit in partes minutas, & distribuit quibus ipsi visum erat*. Iamblichus, Βαρβαρικῶς, &c. (*Amici omnes ad unum panem convenerunt, more Barbarorum*.) Simil. Diog. Laertius, Pythagora. Ideo cùm de communione agunt veteres, nominant *partes*, *fragmenta*, κλάσματα. Vide Aug. Serm. 2. De verbis Apostoli [f]. Fractio hæc facta est, vel manu, vel scissione cum cultro [g]. ¶ *Dedit discipulis suis*] i. e. Apostolis [h], unicuique scilicet particulam de pane illo fracto. *Dedit*, i. e. distribuit. Quo significabat, vel, communionem Christi, vel potiùs, liberalitatem ejus nos invitantis, & sponte nobis bona sua offerentis. Hoc verò fiebat post fractionem. Distinctæ ergò sunt hæ actiones [i]. *Dedit*. Hoc itidem signanter. Nam sumebatur in manus panis decenter: tum sumptum panem ambabus tenens manibus paterfamiliâs benedicebat: tum frangebatur: denique distribuebatur, ut testatur Rituale Judæorum [k]. [Verba vide in Cam.] ¶ *Accipite*, λάβετε, φάγετε] Ἀσυνδέτως, quod ἐμφατικώτερον [l]. *Accipite, comedite*, Be. Pi. Forsan & hæc fuit vetus formula [m]. Accipite, manu [n]. Non ergò ori Discipulorum panem ingessit [o]. Comedite, i. e. dentibus commolite, deinde deglutite [p]. Inter varia Sacrificiorum genera illustre erat apud Hebræos id quod vocabant שלם. Philo σωτήριον vertit, Josephus χαριστήριον, alii εὐχαριστικόν· sed εὐχαριστικὸν propriè est תודה, species τῶν σωτηρίων. Nam σωτήρια sacra non tantùm pro obtinendis, sed & pro obtentis, beneficiis fiebant. Notum autem est שלם dici omne bonorum genus: sed sicut εὐχαριστεῖν latè sumptum est ab Hellenistis, ità non mirum si & εὐχαριστικὴν θυσίαν largiore significatu dixere. In his igitur sacris illud erat quasi peculiare, quòd victimæ pars Deo ejúsque Sacerdotibus, pars verò offerentibus, cedebat: id Deus bonitatis suæ erga ipsos testimonium esse volebat, quasi scilicet amicorum more communes cum ipsis epulas sumeret: vide 1 Cor. 10. 18. Atque itidem apud Græcos aliásque gentes usurpabatur, ut qui victimas offerrent de earum carne epularentur, ut passim apud Poetas videre est: sive id ab Hebræorum exemplo originem traxit, seu, quod est probabilius, à communibus parentum institutis. Itaque & Catilinarii, narrante Plutarcho, *mactantes hominem degustârunt carnes*. Christus ergò Sacrificium peracturus in se credentes vult participes facere ejus Sacrificii, planè quasi ipsi hoc Sacrificium obtulissent, quia oblatum erat ab eo qui ipsorum naturam susceperat, Heb. 2. 14. Hanc Sacrificii sui efficaciam clarè ipsis explicabat Joh. 17. 19, 24. Utrumque scilicet, tum veri cognitionem atque obsignationem, ut verum pastum animorum; tum gloriosa gaudia, quæ post hanc vitam exspectantur, etiam vulgò sciebant Judæi *manducandi* verbo significari. Prioris testis est Philo, cùm ait, τὸ φαγεῖν, &c. (*Comedere symbolum est nutritionis animæ*, &c.) [Verba vide in G.] Sic & Maimon. Duct. dubit. 1. 29. in Hebræorum ἐσθίειν, *comedere*, dicit id valere quod, *intellectu apprehendere*. Id quod verum esse ostendunt loca, Prov. 9. 5. Jer. 15. 16. Ezec. 3. 3. Apoc. 10. 9. & Ecclesi. 15. 3. & 24. 29. Scriptor De Cœna Domini, *Quod esca est carni, hoc animæ fides*. Servius in illud, *Vittásque resolvit*, Æn. 3. *In ratione sacrorum par est & animæ & corporis causa. Nam plerumque quæ non possunt* circa

[n] G. [o] Buxt. in Wal. [p] Ger. [q] G. [r] Buxt. sic G. † Buxt. [s] G. [v] Buxt. sic Ger. [x] Buxt. [y] Ger. Buxt. [z] Buxt.

[a] Ger. [b] Cam. [c] Pi. Ger. [d] Eru. * G. sim. Pi. [f] G. [g] Buxt. [h] Eru. [i] Buxt. [k] Cam. [l] Camer. [m] Cam. [n] Pi. sic Buxt. [o] Buxt. ib. [p] Pi.

circa animam fieri, fiunt circa corpus. Et alibi, lib. 4. *In sacris quæ exhiberi non poterant, simulabantur, & erant pro veris.* Tertul. De Baptismo, *Ea forma quâ semper carnalia in figuram spiritualem antecedunt.* Alterius indicia passim in Libris RR. ubi *edere & bibere* in mundo futuro sæpe occurrit. Quem receptum loquendi modum sequitur ille, Luc. 14. 15. Et Christus, cujus sermo ubique erat conspicuus ac popularis, futura gaudia eâdem imagine adumbrabat non tantùm apud Apostolos, ut Luc. 22. 30. sed & apud plebem, ut Matt. 8. 11. Sicut autem Christus Joan. 17. 19. vocem ἁγιάζειν à Sacrificiis desumptam usurpaverat, ità eadem usurpatur Heb. c. 2. v. 11. Et Paulus sicut dixerat [1 Cor. 10. 18.] *eos qui participes sunt sacrificii, etiam altaris participes fieri*, ità *panem* vocat *participationem corporis.* Ac passim docent Christiani veteres institutum hoc Sacramentum ut perpessionibus ipsius, qui propter nos factus est παθητὸς, (*perpessionis capax,*) os ex ossibus nostris, caro ex carne nostra, & rursum gloriæ, communicaremus, coalescentes velut in unam carnem ad complementum ejus quod olim per matrimonii institutionem fuerat adumbratum, 1 Cor. 6. 17. Loca afferre longum esset. Bene autem Panis species adhibita ad corporis significationem, quia ad ejus naturam proximè accedit, *omnia iis nutriuntur ex quibus consistunt*, inquit Aristoteles. Et *cibus materia carnis*, apud Galenum. Atque adeò non Arabibus tantùm vox לחם, quæ *panis* propriè est Hebræis, *carnem* significat, sed & Hebræis vox eadem illo significatu reperitur, ut Soph. 1. 17. Nec aliter nonnulli interpretantur illud Jobi, 6. 7. ut sensus sit, *languores carnis meæ* [q].

¶ *Hoc*, &c. Τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμά μου] *Hoc* (sub. enim, Bru. sic Ar. vel, *Hic panis*, Æth.) *est corpus* (vel, *illud corpus*, Il.) *meum*, Er. Be. Pi. Mo. Sy. &c. Τοῦτο respondet Heb. הנה, ut patet ex collat. Exod. 24. 8. & Heb. 9. 20. sive Thalmudico הא. Formula Judæorum est quâ utuntur in cœna apolytica, הא לחמא דעניא, *Hic est panis afflictionis*: ferè ut Græci, Βασιλεία, τοῦτο αὐτῷ σκῆπτρον, quod de Diogene veterum non nemo dixit [r]. *Hoc*, i. e. quod hîc continetur †: *hoc*, quod vobis do [t]: hæc res [v]. Al. *Hoc*, vel indefinitè sumitur; vel sensus est, *Hoc*, scil. *τὸ accipere & edere, est*, h.e. denotat, corpus meum, ut pleniùs dicitur Luc. 22. 19. 1 Cor. 11. 24 [x]. Al. *Hoc*, i.e. hic panis [y]: quem scil. benedixi, fregi, dedi, quem jussi vos accipere & edere. Nihil aliud præcessit quò referatur. Et huc refertur, 1 Cor. c. 10. v. 16. *Panis——est communio corporis* [z]. Obj. At τοῦτο neutrum non congruit cum masculino ἄρτος, qui præcessit [a]. Resp. Idem alibi quoque fit, ut in Sophoc. Trachin. 4. 1. v. 684. ubi ad masculinum ὁ πόκος infertur neutrum τοῦτ᾽ ἠφάνισται. Idem Antig. v. 654. ubi ad fœm. γυνὴ infertur neutrum τοῦτο [b]. Ἐστὶ. Solent Hebræi & Syri nullâ copulâ interjectâ attributum cum subjecto conjungere: Græci autem & Latini copulam addunt; ut in eo, *septem spicæ sunt septem anni*: Nam in Hebræo copulæ loco pronomen usurpatur. Ità &, הא לחמא וגו׳, sic reddunt illi, *Hoc est panis afflictionis, quem patres nostri comederunt in Ægypto*, &c [c]. Quæ erat Paschalis formula, cujus loco Christus hîc substituere videtur, *Hoc est corpus meum* [d]. [De cujus porrò sensu quærendum, sed breviter pro instituto meo, non ἐριστικῶς, sed ἐξηγητικῶς.] Oratio hæc enunciativa est, eáque operatoria, sive efficax ejus quod significatur; velut si quis voluntate donandi dicat, Hic est ager tuus *. Ità & Christus his verbis panem convertit in corpus suum [f]. [Hæc sententia Pontificiorum, ut notum.] Al. Sensus est, *Hoc*, quod vobis in cœna datur, *est corpus meum*, verum, reale & proprium, ideo addit, *quod pro vobis datur*: q. d. Hactenus manducâstis mecum panem vulgarem, & agnum Paschalem corporis mei in crucis offerendi figuram & typum, jam cibum pretiosiorem, videlicet ipsum meum corpus, mediante hoc pane vobis distribuo [g]. [Ità reliqui de Schola Lutheri.] Al. Hæc *spiritualiter* intelligenda docet Macarius, hom. 27. p. 382 [h]. Est in voce *corporis* Metonymia subjecti, quâ ex re significata atque testata intelligitur adjunctum signum, sive testimonium. Sensus est, Hic panis est Sacramentum, h.e. Sacrum signum, sive symbolum, & μνημόσυνον, corporis mei; significans nimirum atque testificans, corpus meum pro vobis fractum, sive datum iri in mortem [i]. Nulla hîc est transsubstantiatio, vel realis conjunctio, aut commistio, sed signi & rei conjunctio μυστικὴ & sacramentalis: quâ tamen præter signum à credentibus verè percipitur, per fidem, spirituali modo, id quod externo symbolo repræsentatur; totus scil. Christus cum suis ad salutem donis [k]. Applicata hæc ad Pascha recens jam comestum clariùs elucescunt. Hoc jam est corpus meum eo sensu, quo extitit agnus Paschalis corpus meum hucusque [l]. Apud veteres Hebræos *Agnus assus*, in cœna Paschali in mensa appositus, vocabatur olim *Corpus Paschatis*, vel integrè, *Corpus Agni Paschalis*. Vide Talmud. de Paschate, & Maimon [m]. Sensus loci, q. d. Ecce modò mactâstis & comedistis corpus agni Paschalis, typum mei: (vide Joh. 1. 29. 1 Pet. 1. 19. Apoc. 13. 8.) Nunc pro umbris illis exhibeo ipsum corpus, (Colos. c. 2. v. 14.) corpus meum jamjam frangendum, &c [n]. *Hoc est corpus meum*, id est, *communio corporis mei*, ut exponitur 1 Cor. c. 10. v. 16 [o].

27. *Et accipiens* (in manus scilicet, sicut antea de pane: Hæc autem acceptio poculi à patrefamiliâs signanter & solenniter fieri solebat [p]:) *calicem*, Τὸ ποτήριον] Signanter: est enim כוס הלל, quod Apostolus dixit *poculum benedictionis*: nam quod repetit, *quod benedicimus*, hoc fecit ut nostrum כוס הלל à Judæorum poculo distingueret [q]. *Poculum* dicit per ellipsin pro poculo vini, more Judæorum, qui in historia Paschatis describenda de vino agentes tantùm *Poculi*, vel *Poculorum*, mentionem faciunt [r]. Sæpiùs calix circumferebatur in cœna: sed hîc de postrema potatione agitur, quæ cæteris solennior etiam apud Gentes, ut jam antè ostendimus. Fuisse autem in eo calice vinum aquâ temperatum docet nos Liber Misnajoth, de Benedictione 7. Et videtur hoc postulâsse cœli ejus ingenium, ut vina, præsertim paulò largiùs solitò, nisi aquâ temperata non biberentur: vide Prov. 9. 2, 5. Hic quoque mos ad Christianos veteres transiit. Vide Justin. Iren. Cyprian. &c. [& eorum verba in G. Vide & quæ ea de re Ger. ad hunc locum.] ¶ *Gratias egit*] Quod non ad poculum pertinet, sed ad Deum †. Ecce clarè liquet ut εὐλογήσας & εὐχαριστήσας eadem sint [t]. Ipsum nomen receptum poculi expressit Paulus, cùm dixit, ποτήριον εὐλογίας: nam Hebræi vocabant, כוס הלל: solent autem הלל & ברך sumi συνωνύμως, ut apparet Psal. 10. 3. ubi altera vox alteram explicat. Et Esa. 64. 11. הללו à LXX vertitur, εὐλόγησαν [v]. Nota hîc Christum separatim calicem & panem benedixisse [x], prout & apud Judæos erat distincta Benedictio panis & vini [y]. *Poculum* hoc erat *Benedictionis*: cùm scilicet pro more, post gustatum frustulum agni valedictorium, finis jam esset cœnæ, & super poculum tertium gratiæ agendæ essent post cibum, accipit Christus illud poculum, & post actas, ut probabile est, & pro more, & pro officio, gratias pro cibo, instituit ille istud in poculum Eucharisticum, 1 Cor. 10. 16. Hinc Lucas & Paulus dicunt eum poculum accepisse *post cœnam*, i.e. poculum illud quod clausit cœnam [z]. ¶ *Et dedit illis*] Discipulis suis [a]: ut moris erat apud Judæos in festivis & solennibus epulis, ut de poculo Benedictionis, postquam Paterfamiliâs illud libâsset, omnes in mensa præsentes gustarent & libarent. Vide Colbo & Levusch, &c. Qu. An Christus ipse de pane edit, & poculum degustavit? Resp. Ità videtur ex Matt. 26. 29. *Non bibam adhuc*, &c. Et ut Baptismum in propria persona consecravit, ità hoc quoque (ut videtur) alterum N.T. Sacramentum suo usu sanctificare voluit [b]. ¶ *Bibite ex eo* (i. e. calice: sic Richelius: vel, quod hoc calice continetur [c]:) *omnes*] Et alius Evangelista refert, Discipulos *omnes ex eo bibisse* [d]. Quæ diligentia hîc notanda est; quia de pane non dicitur, *Edite*, vel *Ederunt, omnes* *. Prævidit enim Deus, quosdam futuros qui Calicem Laicis denegarent, non item Panem [f]. Sed alia est discriminis ratio: quia panem Christus suis manibus porrexit singulis, calicem verò non singulis, sed uni, qui proximo, proximus sequenti, & deinceps, daret. Nè ergò videretur hoc velle, ut ille solus biberet cui calicem tradidit, dicit, *Bibite ex eo omnes*, ut Lucas clariùs, 22. 17. *Dividite inter vos* [g]. Mos erat apud Judæos in solennioribus conviviis, ut accumbentes in una mensa omnes de Poculo Benedictionis biberent: & in cœna Paschali, ut ex quatuor poculis, & præsertim ex poculo quarto & ultimo, omnes præsentes & accumbentes biberent, viri, mulieres, parvuli [h]. In sacris (ac proinde

[q] G. [r] Cam. † Me. [t] Q. in Mal. [v] E. [x] Ham. [y] Pi. Sch. Be. v. 28. &c. [z] Pi. [a] Bru. Ham. [b] Sch. [c] Cam. [d] Ham. * E. sim. Bru. [f] Bru. [g] Ger. [h] D. [i] Pi.

[k] Be. [l] Li. ho. [m] Buxt. in Wal. sic Ham. [n] Buxt. ib. [o] Ham. [p] Bux. ib. [q] Cam. [r] Buxt. ib. † Cam. [t] Cam. sim. G. [v] G. [x] Mal. sim. Buxt. [y] Buxt. [z] Li. ho. [a] Bru. sic Buxt. [b] Buxt. [c] Bru. [d] Buxt. * Buxt. sim. Sch. [f] Sch. [g] Mal. sim. Bru. [h] Buxt.

inde & in fœderibus quæ interposito sacro peragebantur, Psal. 50. 5.) sanguis quidem in pateras fundi solebat, ut 4 Thebaidos Papinianæ & aliis in locis legimus: sed, quia bibere sanguinem inhumanum erat, (quanquam id quoque in fœderibus nonnullis factum legimus: sic enim Plutarchus Publicolâ juvenes patricios ait inter se fœderatos, *homine mactato, libantes sanguinem*; & *fœdus cruore sacratum* dixit Tacitus, Annal. 12. & morem eundem Magellanus apud Americanos reperit; & Tigrani in Armenia id factitatum narrat Valer. Max. 9. 11. Scythis Solinus & Mela, Saracenis Nicetas Choniates, Danis Saxo Sialandicus,) institutum est apud populos mansuetiores ut vinum sanguinis loco biberetur: unde, יין עבודה זרה, Hebræis est, *vinum profanorum sacrificiorum*: quò alludit Ezec. 39. 17—20. & vinum *sanguis uvæ* dicitur, & ipso colore (nam rubebant ferè vina, Psal. 75. v. 9.) sanguinem referebat. Hoc vinum qui potabant ipso victimæ sanguine imbuti censebantur. Hinc τὸ μεθύειν dictum ait Philo, ὅτι μετὰ τὸ θύειν, &c. (*quòd postquam sacrificaverint veteres inebriari solerent.*) Fœdera quoque, ut dixi, admoto calice firmari solita ostendit Aristoph. Lysistratâ, qui & alibi ad eum morem alludens σπονδὰς ἐκπιοῦσαι dixit: & Diodorus Siculus à vini libatione natum dicit nomen σπονδῶν. Hinc Homero σπονδαὶ ἄκρητοι. Originem ostendit Plutarchus, lib. De Iside, de Ægyptiis loquens, Οὐκ ἔπινον, &c. (*Non biberunt vinum neque libârunt tanquam diis gratum, sed tanquam sanguinem eorum qui diis bellum inferebant.*) Conjunge quæ mox sequentur de sanguinis usu in fœdere. Certè non in hoc tantùm, sed & in Baptismi, sacramento, videtur omnino Christus se non Hebræorum tantùm, sed & Gentium in idem fœdus cooptandarum, captui accommodâsse [i].

28. *Hic*, &c. Τοῦτο γὰρ, &c.] *Hic*, vel *Hoc*, *enim est sanguis meus*, Er. Pi. &c. Τοῦτο hîc ambiguum est, & tam ad ποτήριον quàm ad αἷμα referri potest [k]. [Hinc variant:] 1. *Hoc*, scil. poculum [l], cujus modò facta mentio: nihil enim aliud præcessit quò referri possit [m]: unde Luc. 22. 20. est, τοῦτο τὸ ποτήριον [n]. *poculum* autem, i. e. vinum, per Meton. subjecti, continens pro contento, *est sanguis meus*, i.e. signum sanguinis mei, ut antè dictum [o]. 2. *Hic*, i.e. sanguis [p]. Verùm ità enunciatio hæc esset quasi identica, & sanguis tantùm, præteritâ subjecti, i.e. vini, mentione, à Christo demonstraretur [q], & nullum esset hujus propositionis subjectum, præter ipsum sanguinem, qui Christi esse dicatur [r]. Id verò mihi non videtur. Etsi enim pronomen genere referatur ad prædicatum, significatione tamen & demonstratione refertur ad subjectum, quod est poculum: ut si picturam patris manu tenens, dicam, *Hic est pater meus*, pronomen genere convenit cum prædicato, significat tamen & demonstrat subjectum, nempe picturam; q. d. *hæc pictura*, &c. Similiter, si boves, asinos, alicui offerens dicam, *Hæc est merces tua*, &c. Ità & h. l. Quum Christus panem manu tenens dixit, *Hoc est corpus meum*, deinde poculum, *hic est sanguis meus*, subjecta non possunt intelligi alia quàm quæ demonstrantur, etsi pronomina prædicatum genere referant: sic enim usus loquendi obtinuit, ut quando subjectum subticetur, pronomini demonstrativo, cui subjectum includitur, tribuatur genus prædicati †. ¶ *Novi*, &c. Τὸ τῆς καινῆς διαθήκης] *Novi* (vel, *Qui novi*, Mo. Qui est *novi*, P. Ti. Bru. Sanguis inquam *novi*, Bru. Sanguis *ille novi*, Pi.) *pacti*, sive *testamenti*, sive *fœderis*, Be. Sy. Ca. Tre. &c. i. e. qui pertinet ad Novum Testamentum [t]: vel, quo illud sancitur sive confirmatur [v], ut Vetus Testamentum sanciebatur sanguine pecudum, Exod. 24. Heb. 9 [x]. Rectè sentiunt, me Judice, Grammatici veteres, qui *sanctionem* dictum aiunt à *sanguine*. Nam in Legibus *sanctio* dicebatur ea pars quæ vitam hominis Legi obligabat; in Fœderibus, ipsa effusio sanguinis victimalis, cui inerat comminatio similis excidii adversùs eum qui fœderi non stetisset, Exod. 24. 8. Sic apud Homerum, ἐν τῇ σπονδῶς, hæc legitur imprecatio in eos qui pactis non stetissent, Ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε οἶνος. (*Sic cerebrum eorum fluat humi sicut hoc vinum.*) Vide Eustath. ad Il. 3. [& verba ejus in G.] Hinc illa vetus formula, *Si prior defexit, tu illum, Jupiter, sic ferito ut ego hunc porcum hodie feriam, tantòque magis quantò magis potes pollesque.* Nec aliò respicit severa illa comminatio Heb. 10. 29. adversùm τὸ κοινὸν ἡγησαμένους τὸ αἷμα τῆς διαθήκης, quo in loco, ut & hîc, & Exod. 24. 8. & Zac. 9. 11. αἷμα τῆς διαθήκης est sanguis quo fœdus solenniter sancitur, quod ἐγκαινίζειν dixit Epistolæ ad Hebræos Divinus Scriptor. *Sacrificiis conspirationem sancire* dixit Tacitus, Agricolæ Vitâ: atque indè rectè suppleas quod apud Lucam & Paulum est, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, vel, ἐν τῷ ἐμῷ αἵματι, scilicet ἐγκαινισθεῖσα. Dicitur autem calix διαθήκη ut panis κοινωνία. Ab hac antiqua fœderum natura non abludit historia, 1 Sam. 11. ubi pecudes discinduntur cum comminatione pœnæ in desertores, sed quæ in res ipsorum, non in personas, dirigitur. [Quæ de ritu Fœderum hîc addit Grotius eadem habet & ad Genes. 15. 10. ubi ea in Synopsi vide.] Adde ad loci hujus intellectum locum Luc. 23. 31 [y]. Evangelium à Prophetis vocatur καινὴ διαθήκη, quod Apostolus Heb. 8. 8. ex Jer. 31. 31. probat [z]. Fœdus quidem unicum semper erat in Christo fundatum, Genes. 3. 15. & 17. 7. Joan. 8. 56. Heb. 11. 13. Duo autem interdum fœdera vocantur, habitâ duplicis dispensationis ratione [a]. ¶ *Quia*, &c. Τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν] *Qui pro* (Περὶ hîc idem quod Luc. 22. 19, 20. 1 Cor. 11. 24. ὑπὲρ, *super*, objectivè, pro, *causâ, gratiâ, bono*, ut Matt. 9. 36. Joh. 17. 9. Eph. 6. 18. Sic & Homer. Il. μ'. 243. —ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, *pugnare pro patria*. Eurip. Alcest. 176. Ἐκ σοῦ δ' ἀνδρὸς, οὗ θνήσκω πέρι, *pro quo morior* [b]:) *multis* (& nominatim *pro vobis*, quod addit Lucas [c]. *Pro multis*, i.e. pro omnibus, qui multi sunt [d]. Sed *multos* hîc opponit omnibus qui aderant, ut Judam excluderet *: non dicit, *pro omnibus*, quia non omnes servaturus erat, sed, *pro multis*; q.d. non pro se, ut Sacerdotes V. T. Heb. 7. 27. sed pro hominibus [f]. *Pro multis*, i.e. pro omnibus & solis electis [g]. Al. *Multos* hîc intelligo eos tum ex Judæis tum ex Gentibus qui fœderis conditiones amplectuntur. Puto respici locum Dan. 9. 27. Adde quæ Rom. 5. 15. Simul autem transit Christus à comparatione fœderum ad sacrificiorum piacularium, in quibus anima pecudis offerebatur velut succidanea animæ hominis qui mortem meruisset: unde victima *ferre peccata* dicebatur in Lege. Hinc *mori victimam pro homine, emi & redimi hominem victimis*, etiam Græci & Latini dixere. Animam autem non visibilem visibiliter sanguis repræsentabat. *Anima carnis in sanguine*, inquit Lex, *ego verò destinavi eum vobis in altari ad expiationem faciendam pro animis vestris. Nam sanguis est qui pro anima expiationem facit.* Neque aliud Gentes per sanguinem in sacris ejusmodi significabant. Hinc Virgilius illud, *Sanguine quærendi reditus*, exponit, *animâque litandum*. Et passim, *Pacem sanguine exposci, Numen sanguine placari, Sanguinem dari pro sanguine*, apud Poetas aliósque legimus: quem morem Judæis aliisque populis communem respiciens Scriptor ad Hebræos ait, *Sine sanguinis effusione non esse remissionem*. Sicut autem per *corporis* nomen veteres intellexerunt communicationem perpessionum & gloriæ Christi, ità per *sanguinem* communicationem mortis & immortalitatis, quia Sanguis, ut diximus, Vitam significat. Hinc Ignatius *Sanguinem Christi* vocat *vitam æternam*. Clemens, Τοῦτ' ἐστι, &c. (*Hoc est bibere sanguinem Christi, participem fieri Dominicæ immortalitatis.*) Oratio in Missa Latina, *Sanguis Domini nostri—custodiat animam meam in vitam æternam.* Auctor Libri De cœna Domini, *Panis est esca, sanguis vita*: deinde, *Bibimus autem de sanguine Christi, ipso jubente, vitæ æternæ cum ipso & per ipsum participes*: quod optimè cohæret cum remissione peccatorum; quia cùm mors sit ex peccato, tunc remissionis peccatorum fructus perfectè percipietur cùm mors abolebitur [h].) *effunditur* (vel, 1. nunc [i]: nam præsenti tempore utuntur tres Evangelistæ, & Paulus [k]: *funditur* autem ad bibendum [l]: vel, *funditur*, i.e. offertur [m]. Vel, 2. in cruce [n]: ἐκχυνόμενον significat, *jamjam effundetur* [o]: Præsens pro proximè futuro [p]. Ità Matth. 3. c. 10. ἐκκόπτεται valet, *jamjam excidetur*: & 5. 23. Ἐὰν προσφέρῃς, *Si jam jamque sis oblaturus*: & 6. 6. ὅταν προσεύχῃ, *jamjam oraturus*: & 20. 22. βαπτίζομαι, i.e. *tingar*. Sic Marc. 9. 31. παραδίδοται, i.e. *tradetur*: ut apparet Matt. 17. 22. & 20. 18, 19, 22. Sic Luc. 17. 12. εἰσερχομένου, &c. i. e. *cùm jamjam intraturus esset*; & 23. 54. *Sabbatum* ἐπέφωσκε, i.e. *in eo erat ut brevi illucesceret*; & 24.

[i] G. [k] Di. [l] Pi. Be. Richel. in Bru. [m] Pi. [n] Be. Pi. [o] Pi. [p] Bru. Di. [q] Be. [r] Be. in Di. † Di. [t] Bru. [v] Bru. sim. V. Pi. Li. ho. [x] Li. ho.

[y] G. [z] Cam. [a] Be. [b] Sch. [c] Bru. [d] Me. * Mal. [f] Bru. [g] Pi. [h] G. [i] Bru. Mal. [k] Bru. [l] Plerique in Mal. [m] Mal. [n] Bru. [o] G. sim. Be. [p] G. sic multi in Eru.

& 24. 48. *Vos* ἐστε, *estis testes*, i. e. ἔσεσθε, *eritis*, ut exponitur Act. 1. 8. Sic Luc. 24. 49. ἀποστέλλω, i.e. ἀποστελῶ· Joh. 4. 21. ἔρχεται, pro, ἐλεύσεται. Itaque vetus Interpres Latinus, & cum eo Canon Missæ qui dicitur, hoc ipso loco ἐκχυνόμενον vertit, *qui effundetur:* ac similiter Marc. 14. 24. & quod de corpore Christi in hoc eodem argumento dicitur, 1 Cor. 11. 24. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον, idem Interpres vertit, *quod pro vobis tradetur* [q]. Forsan Præsenti tempore hîc utitur, ut admoneret eos, hunc esse istorum symbolorum usum, ut res istas sive, ut tunc, mox futuras, sive, ut nunc, jam olim peractas, oculis fidei tanquam præsentes spectentur [r]. Sed nihil opus est hîc confugere ad temporum ἐναλλαγὰς, quando non hîc adsignificatur tempus, sed res, sive rei forma. Sic in Baptismo dicimur ablui sanguine Christi ἐκχυνομένῳ, non autem, ἐκχυθέντι, quanquam Latinè id dici non possit nisi formâ Præteriti, nempe, ut non notetur sanguinis substantia, sed ratio unde vis ablutionis pendet, nempe effusio. Ἐκχυνόμενον hîc non est Participium, sed nomen participiale formâ Participii †.) *in remissionem peccatorum*, Be. Er. Il. Pi. &c. Quæ verba cum voce *effunditur* jungenda sunt, & finem fructúmque mortis Christi denotant [t]. Ἄφεσις est illius propriè actio qui quos habet obstrictos dimittit & solvit. Jungitur voci *peccatorum*, quia hæc nos obnoxios faciunt Divinæ justitiæ, & Deus nos tenet obstrictos [v].

29. *Dico*, &c.] Ex Luca apparet dicta hæc in ipsa cœna, & proinde ante panis & vini consecrationem. Sed quia vini mentio hîc præcesserat, ideo visum est Matthæo id dictum hîc subtexere [x]. Hæc verba dicta narrantur de poculo cœnæ Paschalis, Luc. 22. 17, 18 [y]. Sed nil vetat, eadem verba bis dicta esse, semel de poculo Paschali [z], ut est apud Lucam [a]; iterum de poculo cœnæ Novæ [b], ut est apud Matth. & Marc. cap. 14. v. 25 [c]. ¶ *Non bibam*, &c. Οὐ μὴ πίω ἀπ᾽ ἄρτι ἐκ τούτου, &c.] *Non bibam ab hoc tempore* (Heb. מעתה, sicut & infra v. 64 [d]. *brevi*, vel, *post breve temporis spatium*, ut ἀπ᾽ ἄρτι, vel ἀπάρτι, sumitur v. 64. & Matt. 23, 39. Joh. 1. 52. Apoc. 14. 13. Ità h. l. significaret, se brevi discessurum ab iis, & deinde non bibiturum, &c. Obstat tamen quod pro ἀπ᾽ ἄρτι Marcus & Lucas in locis parallelis habent, οὐκέτι, Marc. 14. 25. Luc. 22. 16 *.) *ex hoc fructu vitis*, Pe. Pi. Periphrasis est vini [f]. Ità loqui Christus maluit quàm nudè *vinum* appellare [g]; vel, 1. emphaseωs causâ [h]: q. d. nullum hujus mundi vinum bibam [i]. Vel, 2. quia in cœna Paschali, atque adeò in ipsa formula τ εὐλογίας, aliter nominari non solebat quàm פרי גפן, (*fructus vitis* [k].) LXX פרי sæpiùs reddunt per γέννημα, ut Esa. 32. 12 [l]. Alibi vinum dicitur *sanguis uvæ*, ut Gen. 49. 11. Deuter. 32. 14 [m]. Malim per γέννημα τ ἀμπέλου intelligere poculum Paschale, *poculum charitatis* in Postcœnio Paschatis, in quo Sacramentum sanguinis Christi fundatum est. Ad Pascha enim disertè referuntur hæc verba, Luc. 22. 16. *Vehementer expetivi ut comederem hoc Pascha, quia non ampliùs comedam* ἐξ αὐτοῦ, *ex illo*, nempe Paschate, sive poculo Paschali. Ità sensus loci est, q. d. Instat mors mea, non ampliùs Pascha vobiscum comedam, aut bibam de poculo Paschali, quod jam transmutaturus sum in Sacramentum novum, &c. jam præstiturus sum quæ adumbrata erant, &c. Hâc interpretatione cessant omnes difficultates quæ hîc esse videntur *. ¶ *Usque in diem illum*] i. e. Donec: quo tamen non significat, se iterum aliquando bibiturum, sed se interea non bibiturum, tunc verò multò minùs, quum suppetet vinum nobilius, i. e. cœleste [n]. Præstitutum tempus in S.S. *dies* dicitur, ut etiam Græcè & Latinè: unde locutiones illæ, *obire diem*, &c. εἰς ἡμέραν ἀποντῶν, *qui ad diem constitutum præsto est* [o]. ¶ *Cùm*, &c. Ὅταν αὐτὸ πίνω, &c.] Id ipsum aliis verbis significatur Luc. 22. 30 [p]. ubi etiam *esûs* meminit [q]. [Verba sic reddunt:] *Quum ipsum* (i. e. vinum in genere, & quidem metaphoricè acceptum. Eadem vox in eadem sententia non invenustè & propriè, & metaphoricè, ponitur, ut Matth. 8. 22. Joh. 13, 14 [r]. Αὐτὸ idem significat, non quidem Numero, aut Specie, sed Analogiâ [k].) *bibam* (Græcè, *bibo*: Enallage temporis [l].) *vobiscum* (Quæ phrasis accipienda, vel, 1. propriè, ut respiciatur illud Act. 1. 3 [m]. Quod non placet: 1. Quia illo spatio Christus cum suis tantùm edisse legitur, nullâ potûs mentione, nec solebant Judæi bibere vinum, nisi in conviviis [n]. 2. *Regnum* tunc erat *Filii* potiùs quàm *Patris:* vide 1 Cor. 15. 24, 28 [o]. Vel, 2. metaphoricè, de convictu [p]: q.d. Vobiscum continuè & familiariter convivens, ut in hoc seculo [q]. *Bibere vinum* ponitur pro convivari, per Synecdochen, & hoc pro frui cœlestibus & spiritualibus gaudiis [r], quæ in S.S. cum vino comparantur †. Solebat apud Judæos felicitas vitæ alterius per verba *edendi* & *bibendi* populariter describi: quo sensu & ἀνακλίνεσθαι habuimus suprà 8. 11 [t]. Phrasis hæc est qualis Apoc. 3. 20. nam eodem cibo & potu uti communionis argumentum est: *celebrare unà convivia* eòdem pertinet [v].) *novum* (i.e. vinum spirituale, lætitiam immortalem, quæ per Vinum adumbrata intelligebatur. Nam sic in Onirocritico R. Hai vita æterna significatur vocibus *vini servati à creatione mundi:* cujus vini mentio etiam apud Jonathanem Paraphrasten & alios. Vide eos ad Psal. 35. 9. & Cant. 8. 2. & librum Berachot & Zoar, titulo *Toldot.* Simile est *Jerusalem nova in Apocalypsi.* Nam solent τὰ ἀλληγορούμενα aliquo additamento emolliri. Sic *Petra spiritualis*, 1 Cor. 10. 4. *Jerusalem superna*, Gal. 4. 26. *domus spiritualis & victimæ spirituales*, 1 Pet. 2. 5. *Sodoma spiritualis*, Apoc. 11. 8. Ex simili Lucæ loco, ubi de Paschali cœna agitur, exponere liceat, τὸν οἶνον τὸν πληρούμενον: sunt enim τὰ νομικὰ πληρώματα τ αἰωνίων· qua de re ad Lucam pleniùs. Neque novum est, ut idem nomen, quemadmodum hîc γέννημα τῆς ἀμπέλου, duobus sensibus serviat. Ità aqua Joh. 4. 13, 14. dicitur & illa vulgaris, & alia spiritualis. Ità Marc. 10. 15. βασιλεία τοῦ θεοῦ & doctrinam cœlestem significat & gloriam vitæ alterius: nam, δέξηται τὴν βασιλείαν, ad priorem sensum pertinet; οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν, ad secundum: ut docet collatio locorum quos citavimus suprà 5. 20 [x]. *Novum*, i. e. non vulgari, sed novo & singulari, modo [y]; immortalis scilicet factus, & in Regnum gloriámque Patris translatus [z]. *Novum*, i. e. aliud & longè diversum, multóque præstantius [a]; admirabile [b], ob excellentiam: ut, *canticum novum*, Psal. 33. 3. Apoc. 5. 9. *nomen novum*, Apoc. 2. 17. & 3. 12. Sic & Marc. 1. 27. *Quæ doctrina hæc nova*, i. e. mirabilis: sequitur enim, *quia potenter imperat* spiritibus, &c. Nam quæ sunt vetera, sordent, fastidiuntur; nova placent: hinc fit ut *novum* dicatur quicquid egregium est, etiam Latinè, *Pollio & ipse facit nova carmina*, h. e. eximia [c].) *in regno Patris mei*, Pi. Be. &c. in Regno, de quo Dan. 2. 44. Alibi simpliciter, βασιλεία μου. Nempe in hoc Regno Filius Patris veluti vicarius est, idémque Rex, juxta Psal. 110. 1. & 1 Cor. 15. 24 [d]. q. d. Cùm resurrexero & accepero Regnum *. Al. In Regno cœlorum [f], ut liquet ex Luc. 23. 43 [g].

30. *Et*, &c. Καὶ ὑμνήσαντες] *Et laudes dixerunt*, Tre. Ca. Pers. *Et cùm hymnum* (vel, *laudes* Er. V.) *cecinissent*, Er. Il. Be. P. Ti. Pi. V. Jesus cum Apostolis [h]: vel, *dixissent*, Er. Bru. sive recitâssent, neque enim constat eos cecinisse. Loquitur tanquam de vulgari & consueta actione [i]. Solenne fuit Cœnam apolyticam claudere Psalmo [k]. Censent viri eruditi cantatos à Christo hymnos qui Paschate cani solerent, quales sunt Psal. 114, & sequentes [l]: vel à Psal. 113. ad Psal. 118. inclusivè [m]. Hunc hymnum vocabant הלל הגדול, *hymnum magnum* [n], vel, *Halleluja magnum* [o]. Eum in duas partes dividebant: 1. continet Psal. 13. & 14. & recitabatur ante cibum: 2. reliquos Psalmos, & recitabatur post comestum Agnum, exhausto poculo cœnæ Paschalis quarto & ultimo; de qua parte hic locus capiendus est. Et quamvis Christus Cœnam suam post esum Agni demum instituerit; fieri tamen potest, ut solitam hymni illius decantationem distulerit ad absolutam quoque Cœnam suam. Certè si novus & insuetus esset hic hymnus, Discipuli Christo non potuissent accinere [p]. Sed sicut ad veterem gratiarum actionem Christus novum addidit suo instituto congruentem, ità & de hymno fecisse credibile est. Ac fortè ea ipsa hymni in modum dixit Christus quæ apud Joh. 17. legimus. Nam solebant pro re nata ex tempore hymnos, quos זמירות vocant, effundere Hebræi, nullis numeris adstrictos: qualia sunt carmina Deboræ, Annæ, Zachariæ, Mariæ, Judæorum, 1 Mac. 4. 24. & 2 Mac. 10. 38. & hymnus ille Christianorum qui exstat Act. 4. 24. Nec dubito quin & hoc canendi genus, vel præci-

pue

Margin notes (left column): q G. — r Be. — † Cam. — t Pi. — v G. — x G. — y Pi. sim. Eru. Mal. — z Pi. sim. Li. chron. 83. 64. Glassii gram. 4. 2. 29. 756. — a Glas. — b Pi. sim. Li. Glas. — c Glas. — d Cam. — * G. — f V. Eru. Mal. Pi. — g G. — h Eru. sim. Mal. — i Eru. — k G. sim. Cam. — l Cam. — m Mal. — * Ham. — n Eru. — o G. — p Cam. — q G. — r Eru. — k Cam. — l Pi. — m Be.

Margin notes (right column): n Pi. — o Ham. — p Be. — q Bru. sim. Be. — r Pi. — † Cam. — t G. — v Cam. — x G. — y Camer. ex Th. sim. M. — z M. — a Bru. — b V. sic Cam. — c Cam. — d Idem. — * V. — f Bru. sim. — g Pi. — h Eru. sic Be. Ham. Er. — i Bru. — k Cam. — l G. — m Buxt. — n Burg. sim. — o D. ex He. Ham. &c. — n D. sic Cam. — o D. — p Buxt. in Wal.

puè commendet Paulus, Eph. 5. 19. Colos. 3. 16. Mansit diu is mos in Ecclesia vetere. Tertul. *Post aquam manualem & lumina ut quisque de Scripturis, vel de proprio ingenio, potest, provocatur in medium Deo canere.* Meminit & Plinius carminum quæ Christo dicebantur; & Synodus Toletana 4. can. 12. & scriptor contra Artemonem memoratus Eusebio [q]. An ità Christus quædam peculiaria subdidit, ad institutum suum, & instantis redemptionis, per mortem suam, declarationem facientia, in medio relinquo [r]. An hic hymnus antecesserit sermonem illum Joh. 14. an subsecuta sit, non certum est. Probabilius tamen est antecessisse, tum quia sermo ille quasi ex abrupto incipit, tum quia in illius fine dicit, *surgite, eamus hinc* †. Sed parum refert [t]. ¶ *Exierunt*] Tum domo, in qua nollet apprehendi, nè patrifamiliâs crearetur molestia; tum civitate, ut præscinderet suspicionem seditionis motæ. Qu. Qui exire potuit, quum media jam ferè nox fuerit? Resp. Aut portæ Urbis noctu patebant, præsertim die festo Paschæ, aut à custodibus facilè aperiebantur [v]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ ὄρος, &c.] *Versus montem*, &c. nam Gethsemane erat inter torrentem Cedron, & ipsum montem [x], ad radicem montis [y].

31. *Tunc*] Inter eundum, ut mox v. 36 [z]. *Circa hoc tempus*, G. ante exitum è domo [a], ut ex Luca & Johanne videtur colligi [b]. ¶ *Scandalum*, (vel, *offendiculum*, Bru. Pi.) *patiemini*] *Offendemini*, Bru. sim. V. deficietis à me [c]. Simile loquendi genus Matth. 11. 6. Est autem latè patens [vocis] significatio, sed ex locorum circumstantiis restringenda: σκανδαλίζεσθαι hîc est, Ab officio Discipuli atque amici deficere, minúsque dignè de Magistro sentire [d]. Al. Concidetis animo, cogemini fugere: nam id demum est quod המכשלה *scandalum* dicitur, ut Esa. 3. 6. Non ergò intelligitur hîc conscientiæ scandalum, in quo peccatum est, quia sequitur, *Percutiam*, &c. Jussit tum Christus Discipulos abire. Petrus ergò fecit temere quòd non fugeret, &c*. ¶ *In me*, Ἐν ἐμοὶ] *Propter me*, V. Pi. Notatur objectum & occasio [f]: occasione eorum quæ mihi evenient [g]: cùm me hodie ad supplicium rapi videbitis [h]. Peccatum eorum erat vacillatio fidei, & quòd Christum præ timore desererent, eúmque putarent invitum & violenter, non sponte, capi, ligari, abduci, &c [i]. ¶ *Scriptum est enim*] Nempe Zach. 13. 7 [k]. ¶ *Percutiam pastorem*, &c.] At in Zach. est, *Percute*, &c. éstque vox Dei ad gladium suum [l]. Resp. Quod Deus gladio suo jubet ut faciat, id significat se facturum [m]. *Pastorem*, i. e. Christum [n], Heb. 13. 20. 1 Pet. 5. 4 [o]. Videtur hoc dicto proverbii in modum uti Christus: ut sensus sit, *Fiet quod dici solet, quódque alicubi scriptum meministis, Pastore percusso, oves disperguntur.* Atque ideo Christus imper. modum in indic. mutavit, quia proverbiali locutioni magis id congruebat. Neque illud, πατάξω, certam personam designat, sed prima persona pro quavis ponitur; q. d. *Percutietur pastor.* Tantum autem abest ut Zachariæ verbis directè Christum putem respici, ut multò magis credam agi inibi de aliquo non bono pastore, & quidem, ni fallor, de eodem de quo actum erat fine cap. 11. ubi itidem ille, quisquis est, vocatur *pastor meus*, & *gladius* illi imminere dicitur. Certè quæ in historiis posita νόμιμα sunt, extra historias posita γνῶμαι fiunt: neque tum respiciunt quâ occasione sint primitus dicta, sed quàm latè se vis γνώμης porrigat. Simile est illud Virgilii de apibus, ——*Rege incolumi, mens omnibus una; Amisso, rupere fidem*: & Livii, *Sicut acies funditur, duce occiso, ità dilapsi passim alii aliò.* Simil. Homerus [p]. [Cujus verba vide in G.] Prophetiam hanc adducit, ut doceret nihil sibi accidere inexspectatum, aut fortuitum [q].

32. *Postquam*, &c. Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με] *Postquam autem suscitatus fuero*, nempe à Patre meo [r], vel, *surrexero*, à morte †, tanquam somno [t]. ¶ *Præcedam vos*] Pastoris more [v], Joh. cap. 10. vers. 4. Translationem Christus continuat. Hæc verba repetuntur infrà 28. 7 [x].

33. *Etsi omnis*, &c.] Præsumit de suis viribus, &c [y].

34. *Antequam gallus cantet*] Ad verb. *vocet*, seu *vocem edat.* Sed pro hoc utuntur *canendi* voce Cic. lib. 2. De divinat. & Plut. sympos [z]. Similiter Luc. 22. 34. Joh. 13. 38. At. Marc. 14. 30. *antequam gallus bis cantet* [a]. Resp. 1. Subaudiendum hîc *bis* [b]. 2. De secundo gallicinio hîc loquitur [b]: quod τὸ ὄρθριον dixit Aristophanes, ἐξ εὐνᾶς, Theocritus. Bis canit gallus, primùm medinoctio, deinde sub adventum lucis; *quartâ vigiliâ*, Plin. 5. 22. & *Casii montis è vertice conspici Solem quartâ vigiliâ* Solinus dixit; *secundis gallicinis* Ammianus: quæ vox *secundorum gallicinorum* etiam apud Melam est: ὅτε τὸ δεύτερον ἀλεκτρύων ἐφθέγγετο, apud Aristophanem. Posterior cantus, ut nobilior atque alacrior [c], propriè vocatur ἀλεκτοροφωνία [d], *gallicinium* *, Gellio, Macrobio, Apuleio, Censorino. *Ad cantum galli secundi* dixit Juvenalis. Synesius δευτέραν ὀρνίθων ᾠδὴν vocat. At Matth. Luc. Joh. *cantum galli* simpliciter nominare contenti fuerunt, gnari ubi nihil additur matutinum intelligi [f]. Videtur autem Marcus ipsa Christi verba expressisse à Christo accepta [g]. Al. Sensus est, *Ter me abnegabis intra tempus gallicinii*, ἐν ἀλεκτοροφωνίᾳ, Marc. 13. 35. nam Petrus semel tantùm abnegavit ante primum cantum galli, ac ter ante secundum, Marc. 14. 68, 72. ¶ *Ter*, &c. Τρὶς ἀπαρνήσῃ με] Mirè emphatica sunt hæc Christi verba. Negaverat Petrus se ab officio discessurum: Christus ostendit discessurum, non leviter, sed graviter, i. e. non solùm fugâ, sed & Magistri abdicatione: id enim est ἀπαρνεῖσθαι, negare se Jesum quì esset nosse, ut Lucas περιφράζει. Dixerat Petrus, οὐδέποτε, (*nunquam.*) Christus docet facturum eum quod facturum se negabat eâ ipsâ nocte antequam dies oriretur, & facturum non semel, sed ter: quod signum erat non qualiscunque πάθους, sed expectoratæ constantiæ. Gallus Deum opificem suum laudat, Petrus Servatorem negat. Post galli cantum Christus munus suum Sacerdotale auspicatur, ut Pontifex Maximus Hebræorum facere solebat. Scriptum id in Joma [h].

35. *Non*, Οὐ μή, &c. *Non* (vel, *Nequaquam tamen*, ut v. 33 [i].) *te abnegabo*] Dicit hoc Petrus bonâ fide boni propositi sibi conscius [k], sed neque virium suarum imbecillitatem, neque periculi ingruentis magnitudinem, satis ponderans. Ità nimirum fieri solet. Voluntas aliquâ honesti cognitione imbuta facilè eò fertur quamdiu nihil est quod sensus & per sensus τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον (*brutam animæ partem*) moveat. At ubi res ipsæ excitare cœperunt τὰ πάθη, sæpe illa pulchrè cogitata excidunt, quia malè verum examinat blanditiis aut metu corruptus judex animus. Adversùs hanc imbecillitatem implorandus nobis est spiritus ille fortitudinis, quem nè Apostolis quidem suis initio disciplinæ dedit Deus, ut infirmitatem humanam lapsu suo discentes tantò magis aliorum infirmitatibus condolescerent [l].

36. *In villam*] Ità Er. G. ex Ar. Sic vocant vicum extra urbem. In hoc vico erat hortus in quem ivit Christus [m]. Εἰς χωρίον] *In locum*, Be. P. Pi. Mo. Pers. V. Val. *In prædium*, Ti. Æth. ¶ *Qui dicitur Gethsemani*, Γεθσημανῆ] Laborant interpretes in assignando hujus vocis etymo. גיא־שמנים vocatur Esa. 28. 1. pars agri Israelitici quæ ad pedes est Libani montis. Similem ob causam, aut fortè ad id exemplum, vicus iste sub montem Olivarum situs idem nominis habuit. Fieri potest ut vulgò dictus sit hic locus גיא את־שמני, *Vallis cum oleitate.* Notat AE. junicem illam piacularem cujus mentio Num. 19. in monte Olivarum solitam comburi. Eò credibile est Christum respexisse cùm huc locorum concessit inchoandæ perpessioni [o]. Sed fallitur vir doctissimus: 1. Locus ille Esa. 28. 1, 4. est in tribu Ephraim, & periphrasticè innuit Samariam, cujus vallis erat olei feracissima. 2. Ex גיא non fit γεθ. 3. Prope Jerusalem erat *mons*, non item *vallis*, *olearum.* Mallem ergò esse גת שמני, *torcular olei.* Locus fuisse videtur in monte Olearum, in quo publicum erat torcular, &c [p]. Γεθσημανῆ, *Locus torcularium oleaceorum*, ad basin Oliveti: Joanni. c. 18. 1. est *hortus ultra Kidronem.* Bava Cama, *Non faciunt in Jerusalem hortos*, (propter fœtorem, vel ab herbis malis, vel quia hortos stercorare solent,) sed omnes extra, præsertim verò ad pedem Oliveti [q]. Fortè & γεθσημανῆ est, עץ שמני, *arbor olei*, vel *olearum*; hortus scilicet sic dictus à multitudine olearum: ubi ע per γ exprimitur, & צ resolvitur in θσ, ut Num. 33. 35. עציון גבר dicitur

q G. r Euxt. ib. † Pi. t Li chron. 86. 65. v Bru. x G. y Mal. z Bru. a G. sim. Pi. b G. c V. d G. * Cam. f Pi. g G. h V. i Bru. k Pi. l Bru. ex Hi. m Bru. n Pi. Er. o Pi. p G. q Bru. r Be. † Pi Be. t Be. v G. sim. Bru. x G. y Bru.

z Pi. a BA. 2. 1. 17. 121. b Pi. sim. Zeg. Ger † BA. ib. c G. d G. sim. Mal. * G. BA. f G. g G. BA. h G. i Pi. k G. sim. Eru. l G. m G. n Cap. o G. p Cap. q Li. ho.

dicitur apud ὁ. γεθσων γάβεςʳ. Al. Conjicio esse quasi גירסימן, *vallis signi*, sive *signorum*, i.e. valde insigne, sicut Esa. 28.25. *hordeum signatum*, i.e. insigne, optimum. Fuisse vallem ad radices montis Oliveti, eámque amœnissimam, nemo dubitat †. [Qui plura vult, videat D. & Di.] ¶ *Sedete hic*] Verba Abrahami cùm filium iret oblatum, Gen. 22.5 ᵗ. Designavit eis locum, in anteriori fortassis horti parte, ipse in ulteriorem secessurus; nisi enim jussi à Præceptoris latere non discessissent ᵛ.

37. *Assumpto Petro & duobus*, &c.] Testes tres, nè quid excipi possit, vide Deut. 17.6 ˣ: testes orationis & doloris ʸ. Hos autem, ut ἐκλεκτῶν ἐκλεκτοτέρες (*selectissimos* ᶻ:) quia illis magis fidebatᵃ, & illi gloriam ejus viderant, Matth. 17. 2. Verendum autem erat, nè alii infirmitate Christi offenderenturᵇ. ¶ *Cœpit contristari*] Significat, Christum, non coactum, sed sponte, quando & quantum & quomodo voluit, tristatum fuisse ᶜ. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀδημονεῖν] *Et tristitiâ affici*, Tre. sim. Ti. Pers. Ar. *Et pavere*, Æth. *Et gravissimè*, vel *vehementer*, *angi*, Il. P. Mo. Be. Pi. Sy. Bru. sic Er. præ mœrore penè concidere animo & inopem consilii esse ᵈ, quasi exanimem & extra se esse *. Non significatur vulgaris mœstitia, sed quæ agitationem secum affert atque animi angorem. Certè ἀδημονεῖν idem est cum ἀλύειν, (teste Plutarcho,) quod est, *jactari, inquietari*, & febricitantibus tribuitur ᶠ. Ἀδημονεῖν maximam & mortiferam tristitiam denotat apud Xenoph. Et apud Hippoc. in mortifero morbo sunt ἀδήμονες, *supra modum tristes* ᵍ. Ἀδημονῶ, juxta Hesych. est, ἀγωνιῶ, angor, seu *cum gravi dolore luctor*; juxta Suidam est, *valde tristis sum*, ab ἄδημων, qui quasi nimiâ doloris satietate fatiscit ac concidit, ut ex Eustath. exprimit H. Stephanus. Luc. 22.44. erat ἐν ἀγωνίᾳ. Christus ingentem supra reliquos mortales anxietatem expertus est, ut evincunt; 1. deprecatio Christi vehementissima, Matth. 26. 39. Joh. 18. 11. 2. sudor sanguineus, Luc. 22. 44. 3. subsidium Angelorum, Luc. 22.43. Hæc porrò tristitia non erat Christo libera, sed necessaria, quippe pars pœnæ pro nobis debitæ ac subeundæ necessariò: vide infra 54. & Marc. 8.31. Luc. 12. 50. & 22.22. & 24. 7, 26ʰ. Tristitiæ hujus causa erat, vel, 1. respectu aliorum, Discipulorum scandalum, Judæ & Judæorum peccatum ⁱ: vel, 2. respectu sui, tum mali præsentis sensus, tum metus futuri, passionis scilicet horrendæ atque instantis. Siquidem à Deo pœna nostra ei imposita est, ac dolores inferni sensit, &c ᵏ: luebat enim iram Dei in nos ob peccata nostra succensam ˡ. Christus non apparenter, sed in rei veritate, angores gravissimos in anima sua sensit, ut constat tum ex gravissimis ejus querelis, tum ex emphaticis Evangelistarum verbis ᵐ. [De quibus vide hîc Ger. & quæ nos suis locis proferemus.] Christus, ut homo, mortem horrebat ⁿ, & potissimùm mortis suæ causam, i.e. peccata hominum ᵒ. Causa hujus doloris fuit tantùm mors & passio ejus proxima, cujus nimirum omnes circumstantias, quæ, quanta, qualia, à quibus, ubi, quando, passurus esset, & exactissimè novit, & vivacissimo ac præsentissimo animo consideravit. Martyres quidem in morte sua lætati sunt, quia adfuit illis Divina consolatio, quam Christus h. l. sibi denegavit ᵖ. Verùm Christus mortem non horruit simpliciter quatenus erat separatio animæ & corporis, sed ut maledictionem, cui eramus obnoxii, quia formidabile Dei tribunal illi erat ante oculos, & peccata nostra ipsi imposita eum premebant ᑫ.

38. *Tristis*, &c. Περίλυπός, &c.] Verba sunt Davidis Christi plerumque typum gerentis, Psal. 116.3. *Circumdederunt me dolores mortis:* ità vocantur dolores maximi & quales circa mortem esse solent, quibus non immeritò comparatur horror ipse mortis, & quidem tam cruentæ, tam ignominiosæ, ob oculos versantis. Ovid. *Morsq; minus pœnæ quàm mora mortis habet* ʳ. [Verba sic reddunt:] *Mœsta* (vel, *Undiquaq; tristis*, Be. sic Ger. tristitiâ obsessa & circumvallata: nam περὶ significationem auget†: ut constat ex illo Aristot. Isoc. Plut. dicto, *Neque in rebus secundis esto* περιχαρὴς *(valde lætus,) neque in adversis* περίλυπος *(valde tristis:)* Sic ergò hîc verto, *supra modum tristis* ˢ:) *est anima mea usque ad mortem*, V. Phrasis est Hebraica, Jud. 16. 16. *Anima ejus angustabatur usque ad mortem* ᵛ. Errant qui ἕως hîc pro temporis limite accipiunt. Confer & Psalm. 42. & 43ˣ. Περίλυπος hic deducitur non, ut vult Beza, à præpositione περὶ, quæ in compositis *circuitum* ferè significat, ut in περιτέμνω, *circumcido*, περιπατέω, *circumambulo*, sed ex adverbio πέρι, quod sæpe significat, *admodum*, *excellenter*, *abundanter*, ut Odys. γ'. 112. πέρι μὲν θείειν ταχύς· *Admodum currendo celer*. & Odys. β'. 88. —— ἥ τοι πέρι κέρδεα οἶδεν, *quæ dolos excellenter novit:* & v. 116. &c. quod etiam in compositione significatum intendit, ut in περικαλλὴς, *perpulcher*, περιδαμβὴς, *pertimidus*: unde & Latini dicunt, *pertinax*, *peramanter*, &c ʸ. ¶ *Vigilate mecum*] Tum ut oretis, & adversùs tentationem proximam vosmet muniatis, tum ut mihi & nunc solatio sitis, & eorum quæ mihi accidunt suo tempore testes ᶻ.

39. *Progressus* (more hominum & quasi ex verecundia, pudet enim homines coram aliis, voce aliisque ardoris signis adhibitis, orare ᵃ:) *pusillùm*] Non longiùs quàm ut ab his videri & audiri possit ᵇ. ¶ *Procidit*, &c.] Mos cum summa demissione precantium, Gen. 17. 17. 1 Mac. 4. 40. Eccl. 50. 19. ¶ *Orans*] *Cum clamore & lacrymis*, Heb. 5. 7. quod quanquam ad alias etiam Christi preces referri potest, ad has tamen peculiariter pertinet ᶜ. ¶ *Pater*] Blandientis vox, hinc benevolentiam, hinc fiduciam, concilians ᵈ. *Si possibile est, transeat* (vel, *abeat*, Be. Pi.) *à me* (i.e. prætereat me, & intactum relinquat *: Heb. יעבור מני ᶠ: Sed עבר duo contraria significat; 1. *accedere & capiti incumbere*, ut Thren. 4. 21. 2. *prætermittere*, ut Gen. 18. 3. Sic & παρελθεῖν sumitur in Anacreonte. [Verba vide in Be.] Similiter *peccatum transire facit* Deus 2 Sam. 12. 13. Job. 7. 21. Meminerimus autem *transire* peccati pœnam à nobis in Christum, Esa. 53. 11. sicut contrà dicitur ira Dei *manere super incredulos*, Joan. 3. 36 ᵍ.) *calix iste*] Quem scilicet mihi offers & paras ʰ: calix passionis sive mortis imminentis ⁱ. q. d. Libera me ab hoc acerbissimo mortis genere ᵏ. *Poculum* hîc significat iram Dei & supplicium pro peccatis nostris ˡ. Quæ molesta sunt & dura sæpe εἰρωνικῶς significamus earum rerum vocabulis quæ in vita suavia sunt. Hinc gravior ærumna *calicis* nomine à Prophetis notari solet. Confer Matth. 20. 22 ᵐ. Quod hîc & apud Lucam est ποτήριον, Marco & ποτήριον & ὥρα dicitur. Dubitari poterat de imminente morte ageret Christus, an de isto horrore quem tum animus sentiebat. Sed præ horroris sensu ob mortem concepto hæc ipsa de morte eum esse locutum ut credam, facit affine isti quod apud Marcum loquendi genus in Joh. 12. 27. ubi ὥρα omnino mortis tempus denotat. Cùm autem verba hæc Christi & quæ sequuntur uno nexu cohæreant, non est putandum quicquam illi velut impræmeditatum excidisse, & quod priùs dixerat verè ac propriè per id quod posterius est emendari: cùm multò rectiùs dicatur uno eodémque tempore Christum exprimere voluisse tum quid vellet, tum quid velit. Sæpe enim accidit ut quis aliquid faciat ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ· imò in omnibus molestiis subeundis talem *mixtam actionem*, ut Aristoteles nominat, est animadvertere; cujus exemplum ipse ponit in eo qui cùm vellet merces habere salvas, vult tamen majoris mali vitandi causâ jactum facere. Si ergò mors sola conjuncta tanta cum ignominia ac cruciatu spectetur, haud dubiè vellet Christus eam declinare; quippe cùm natura omnis, præcipuéque animantium, saluti suæ studeat, vitétque nocitura: at Patris voluntatem respiciens, mortem talem non invitus subit, *& fit obediens usque ad mortem*, &c. Phil. 2. 8. Hoc modo ipse *quamvis filius ab iis quæ passus est didicit obedientiam*, experiendo scilicet quàm sit arduum & difficile, tali præsertim tempore, omnes obedientiæ partes explere. Quomodo autem cohæret hæc conditio, *Si possibile sit*, cum eo quod apud Marcum sequitur, *omnia tibi possibilia sunt?* Nimirum recurrendum hîc est ad illam tritam in Scholis distinctionem, ejus quod *impossibile* sit per se, & ejus quod impossibile sit hoc vel illo posito. Nam per se nihil est Deo *impossibile*, ut vidimus suprà 19. 26. extra ea quæ sunt in semetipsis ἀσύστατα, aut quæ Divinæ naturæ repugnant ⁿ. At sensus est, Si tua decreta ferunt ut alio modo tuæ gloriæ & hominum saluti æquè consulatur ᵒ. Sed, cùm Christus noverit æternum & immutabile hoc fuisse Patris decretum, ut hoc & non alio modo hominum redemptio perficeretur, quomodo sic orat ᵖ? Resp. 1. Vis & impetus doloris subitam Christo vocem extorsit, (quam tamen statim correxit,) & præsentem cœlestis decreti memoriam illi abstulit: sicuti gravis anxietas,

ʳ Cap. † Di. ᵗ G. ᵛ Bru. ˣ G. ʸ Mal. ᶻ G. ᵃ Mal. ex Bru. ᵇ Mal. ᶜ Mal. sim. Bru. ᵈ Be. * Bru. ᶠ Cam. ᵍ Camer. ʰ Gom. ⁱ Amb. & Hi. in Gom. ᵏ Gom. ˡ Be. ᵐ Ger. ⁿ Me. ᵒ Mal. ex Amb. ᵖ Bru. ad v. 38. ᑫ Calv. ʳ G. † Bru. ex Be. ˢ Pi. ᵛ Cap. ˣ G.

ʸ Sch. ᶻ Bru. ᵃ Bru. sim. Mal. ᵇ Bru. ᶜ G. ᵈ Bru. * Bru. ex Be. sic Mal. ᶠ Cam. ᵍ Be. ʰ Bru. ⁱ Bru. ex Hi. sim. Mal. Pi. ᵏ V. ˡ Be. ᵐ Cam. ⁿ G. ᵒ G. sim. Mal. ᵖ Ger.

anxietas sæpe caliginem oculis obducit, nè simul in mentem veniant omnia [q]. Verùm non fuit hoc abruptum Christi votum, (absit,) sed meditata oratio, quam animo præsenti & constanti rexit,&c [r]. Resp. 2. Orat Christus ut verus homo †, ideóque ex communi piorum more animum à consideratione decreti Divini paululum vertit, & desiderium suum in sinum Patris deponit [t]. Sinebat Christus naturam humanam partes suas agere, quemadmodum esset si neque cum Divinitate conjuncta esset, nec de Divino decreto quicquam scivisset [v]. ¶ *Veruntamen non sicut ego volo* (sub. *fiat*, quod exprimit Lucas [x]:) *sed sicut tu*] Non corrigit superiorem petitionem, sed explicat quâ conditione id petit [y], & cœptam orationem perficit: neque enim duplex hîc Christi oratio describitur, sed unica, nec distrahenda est pars prior à posteriore, cujus sensus est, Licèt humana natura mea mortem exhorreat, velítque posse evadere, me tamen subjicio voluntati tuæ [z]. In parte priore explicat quid desiderabat voluntate naturali, quæ refugit mortem,&c; in posteriori, quid voluntate rationali, quâ subjicit desiderium naturæ Divino beneplacito [a]. Non erat in Christo voluntatum repugnantia, sed diversitas, quæ per se vitiosa non est, si hominis voluntas cognitæ Dei voluntati acquiescat [b]. Indicatur trina voluntas in Christo: 1. Divina, sive eadem cum Patre, cùm dicit, *sicut tu*: 2. humana, desiderii naturalis, de qua dicit, *Non sicut ego volo*: 3. humana, rationalis ac deliberata, secundùm quam dicit totum hoc, *Non sicut ego volo, sed sicut tu*. Et hæc voluntas semper Divinæ conformis est, eâque in Christo appetitui sensuali perfectè dominabatur [c]. Hîc more Hebræorum, qui neque Potentialem neque Optativum modum habent, θέλω est pro θέλοιμι, vel, ut Græci loquuntur, ἔθελον. Sic Rom. 9. 3. ηὐχόμην est, *optarem*. Sic infra, καὶ παραστήσει, est dictum pro, παραστήσαι ἄν, nisi scilicet decretum illud definitum obstaret. Sic suprà 12. 34. πῶς δύνασθε, *quomodo possetis*: & 18. 6. συμφέρει αὐτῷ, *præstaret illi*: λυσιτελεῖ sensu eodem, Luc. 17. 2. & 18. 9. ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, *quasi essent justi*: & 16. 26. οἱ θέλοντες, *si qui vellent*. Sensus ergò hoc loco est, *Vellem quidem quàm maximè declinare hoc malum, si velles, Pater: veruntamen volo fiat non quod alioqui ego vellem, sed quod tu vis*. Illud quod Christus alioqui se voliturum naturaliter dicit, Lucæ vocatur θέλημα, nimirum κατά τι· nam ἁπλῶς & simul assumptis omnibus rei circumstantiis idem Christus volebat quod Pater volebat: atque hæc præcipua pars erat obedientiæ, quòd voluntatem suam contra naturale desiderium Patris voluntati subjecit. Simili sensu Petro dicitur, Joh. 21. 18. οἴσει ὅπου οὐ θέλεις· cùm tamen ipsi non minùs quàm aliis Dei testibus conveniat illud Apoc. 12. 11. *Non dilexerunt vitam*, &c. & Paulo illud Act. 21. 13. Vide Orig. adv. Celsum [d]. [Et verba ejus in G.]

40. *Ad discipulos*] Priùs ad tres, deinde & reliquos [*]. ¶ *Dicit Petro*] Ei præcipuè, & per eum cæteris [f]. Nam & nimium de se pollicendo Petrus aliis præiverat, suprà 35 [g]. ¶ *Sic*, &c. Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε,&c.] *Itáne? non potuistis* &c? Sy. Æth. sim. Mal. & Euthym. Quæ repetitio interrogationis magnam videtur emphasin habere. Atque ità quinque veteres Codices distinguunt [h]. Non assentior iis qui οὕτως à sequentibus interstinguunt. Solet enim οὕτως, *usque adeò, siccine, adeóne*, connecti cum oratione interrogativa, aut admirativa potiùs. Sic apud Marcum optimè legi arbitror, οὕτω πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν [i]. *Adeò non potuistis*,&c. Er. Ti. *Annon potuistis*, &c. Ar. *Siccine non*, &c. Val. Er. sic Pi. ¶ *Vigilare* (Qui modò pollicebamini mori [k]:) *mecum*] Emphaticè: q.d. Me non solùm vigilante, sed etiam orante, sudante, pugnante cum morte [l], qui me dormiente vigilare pro me debebatis [m].

41. *Vigilate*] Non jam meâ, sed vestrâ, causâ [n]. Voce unâ duo significat. Neque enim hoc tantùm vult, Tempus est somno temperandi, sed & quàm maximè se parandi ad prælium intentis meditationibus. Nam γρηγορεῖν est φροντίζειν, ut suprà 24. 42. & 25. 13. Act. 20. 31. 1 Cor. 16. 13. Apoc. 3. 2. & alibi passim [o]. ¶ *Orate, ut non intretis* (i.e. nè vos Deus sinat intrare, animi consensu scilicet [p]:) *in tentationem*] i. e. Nè incurramus in eam: non solùm ut pericula superetis, sed etiam nè in pericula veniatis [q]. Non possum iis subscribere qui præcipi putant Apostolis ut orent Deum, nè ullus ipsis πειρασμὸς adveniat, quod, posito decreto de iis quæ Christo erant eventura, videtur esse τῶν ἀδυνάτων, (*impossibile*.) Itaque rectius est, εἰσέρχεσθαι hîc esse quod 1 Tim. 6. 9. ἐμπίπτειν, *immergi* scilicet & *succumbere*. Est autem μετωνυμία· nam effectus pro caussa ponitur. Vult enim Christus orare Discipulos ut detur ipsis auxilium quoddam majus solito, quo fulti possent id consequi nè oppugnati succumberent. Atque hinc liquet non ità destricté subtractum ipsis spiritûs etiam robustioris auxilium ut non potuerit attentione & precibus impetrari. Sed, cùm hoc quoque neglectum ab ipsis esset, permissi sunt alii plus, alii minus, labi, quò magis discerent μετριοπαθεῖν τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις· [Heb. 5. 2.] quæ non exigua pars erat muneris ipsis crediti [r]. *Nè introeatis*,&c. eousque scilicet ut in illa demergamini: Synecdoche membri †. Non vult orare eos nè tententur [t], sed nè succumberent aut cederent tentationi [v]. ¶ *Spiritus*,&c. Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής] Fortasse dictum est παροιμιωδῶς [x]. *Spiritus quidem est promptus, sed caro infirma*, Be. Mo. Er. Il. Ti. Ca. &c. i. e. Tentator animosus est & potens, homo autem imbecillis, ut sine Deo non possit resistere [y]. [Reliqui aliter:] Occurrit objectioni, nè dicerent illi ut suprà 35. *Etiamsi moriendum*, &c. Concedit ergò eis laudem promptitudinis ad resistendum tentationi, &c. sed & periculum carnis infirmæ illis aperit; q. d. Vos non solo spiritu constatis, sed & carne [z]. Animo vos, idque ex Spiritûs mei dono, bene in me affectos esse video, sunt tamen in vobis carnis reliquiæ, &c [a]. Caussa redditur cur implorandum sit solito majus auxilium, nimirum quòd ità essent constituti ut τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς non satis audiret habenas mentis [b]. In Discipulorum persona hæc dicta sunt piis omnibus. *Spiritus* nomine hîc intelligit ipsos regeneratos, quatenus Spiritu Dei reguntur, promptos & alacres: *carnis* nomine, eosdem quatenus sunt ψυχικοὶ, *carnales*, & infirmi, &c. Vide Rom. 7. 15, 19 [c]. Hebræi animæ facultatem vitalem ac sensitivam vocant נפש; illam verò quæ ratione utitur, τὸ ἡγεμονικὸν, appellant רוח: ità πνεῦμα usurpatur Rom. 8. 16. 1 Cor. 2. 11. & 6. 20. Heb. 4. 12. πνεῦμα νοὸς dicitur Eph. 4. 23. Dicitur Paulo alibi tum νοῦς, tum, ὁ ἔσω ἄνθρωπος, quæ pro eodem poni liquet, Rom. 7. 22, 23. Eph. 3. 16. Alibi verò πνεῦμα totum animum significat comprehensis etiam affectibus, ut suprà diximus, 5. 4. sic Act. 19. 21. Animus igitur, utpote doctrinâ Christi, adde, & mysteriorum participatione, imbutus, habebat in se πρόθυμον, sed nondum profecerat ad τὸ ἐμμελὲς πνευματικὸν· nempe ut instante periculo facilè posset edomare affectus illos quos anima vitæ tutatrix & incommodorum inimica suggerebat, quæ hîc & alibi σὰρξ dicitur, quia corpori consulit. Hoc sensu hi qui prima ponunt Christianæ pietatis rudimenta, οἱ νήπιοι ἐν Χριστῷ, etiam σαρκικοὶ vocantur, 1 Cor. 3. 1, 3. quia τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς nondum satis est ab ipsis edomitum. Sed notandum est id quod in Apostolis eo tempore adhuc menti rebellabat non fuisse de crassiore illa fœce affectuum circa opes & sensuum voluptates, & si qua sunt similia, sed desideria maximè naturalia, ut putà Vitæ curam, Dolorum fugam. Non igitur erant [Apostoli] in illorum genere quos Aristoteles ait, ἡττᾶσθαι καὶ ὧν οἱ πολλοὶ κρείττους, (*ab iis vinci quibus plerique sunt superiores*,) aut ἁμαρτάνειν περὶ ἃ πολλοὶ ἀντιτείνουσι καὶ δύνανται, (*—peccare in iis quibus plerique obsistunt & obsistere possunt*,) sed in eorum ordine quos ait, ἰσχυρῶν καὶ ὑπερβαλλουσῶν λυπῶν ἡττᾶσθαι καὶ ἀντιτείνοντας, (*à vehementibus & immodicis doloribus vinci, obsistentes tamen*,) quod maximè ait esse συγγνωμονικὸν· (*venia dignum*:) Σάρκα autem ἀσθενῆ vocat Christus, non quòd vires non haberet, sed quòd non haberet veram sanitatem; ut solent qui morbo insaniunt. Nam sanitas animæ est mentis imperium, ἀκούειν καὶ ὑπακούειν (*audire ità ut obtemperes*.) Egregiè Papinius, —*Odi artus, fragilémque hunc corporis usum Desertorem animi* [d]. Ἀσθενὴς caro h. l. dicitur, non quòd tenues, sed quòd nullas, vires habeat: quomodo etiam à Paulo usurpatur, Rom. 5. 6. ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, quod eodem versu exponitur voce ἀσεβῶν, & v. 8. voce ἁμαρτωλῶν. Sic Rom. 8. 3. apertè ἀδύνατον ἀσθενείᾳ vocat. Quare ἀσθενὴς hîc verto, *viribus destituta* [*].

42. *Iterum*

Marginal notes (col. 641): q Calv. r Bru. † Ger. t Ger. ex Calv. v Me. x Pi. sic G. Bru. ex Euth. y Be. z Bru. a Bru. sim. Ger. b Be. c E. d G. * Bru. f G. g G. sim. Bru. Mal. ex Hi. Chrys. Th. &c. h Be. i G. k Bru. ex Chrys. l Mal. m Bru. n Mal. ex Bru. o G. p Bru.

Marginal notes (col. 642): q Mal. r G. † Pi. t Bru. ex Th. v V. sim. Bru. Hi. Euth. &c. in Mal. x Cam. y V. z Bru. a Be. b G. c Be. d G. * Cam.

42. *Iterum*, &c. Πάλιν ἐκ δευτέρου] *Rursum secundò*, Be. Pi. Mal. Tautologia videtur esse, nisi sit Hebraismus; q. d. *Rediit secundò*: sicut Psal. 85. 7. *Conversus vivificabis nos*, i. e. iterum vivificabis [f]. Dixit & Plautus, *Rursum denuo* [g]. ¶ *Si non potest*, &c.] *Si* positum pro *quandoquidem*: neque enim ignotum erat Christo decretum Patris; q. d. Quando ità tibi visum est ut me non serves à morte nisi per mortem. Hoc est quod dicitur, Heb. 5. 7. clamâsse Christum *ad eum qui posset servare ipsum à morte*, nimirum festinâ resuscitatione. Παρελθεῖν hîc & Marc. 14. 35. est, *abire*, quomodo העביר est, *amovere*, 2 Reg. 24. 10. Psal. 119. 39. Zach. 3. 4 [h]. ¶ *Fiat*, &c.] Non permittit tantùm, sed petit oratque ut fiat [i]. Voces sunt non ferentis tantùm quod vitari nequeat, sed toto animo acquiescentis, ut Act. 21. 14 [k].

43. *Erant eorum oculi gravati*] Ità Er. Il. Be. Sy. &c. Aut humore, præ tristitia [l]; aut somno [m]; aut fatigatione [n]: præ mœstitiâ [o], teste Luc. 22. 25 [p]. unde torpor ille somnolentus oritur quem καταφορὰν Græci vocant [q].

44. *Oravit tertiò*] Solennis hic numerus, tum iterandarum precum quoties quid majus inciderat, 2 Cor. 12. 8 [r]. tum declarandæ rei veritati, perfectioni, atque constantiæ. Vide Joan. 21. 15. Act. 10. 16. Quod ter fit omnino ac semper fieri videtur. ¶ *Eundem sermonem dicens*] q. d. Nihil novi petiit, sed quod antè petierat, idque (ut hîc innuere videtur) eâdem conditione, *veruntamen*, &c †. Non est necesse ut eadem verba, sed ut eandem sententiam, Christum recitâsse intelligamus [t]. Certè verba secundâ vice paululum mutata videmus. Nec obstat vox *sermonis*, quæ sæpe pro re ipsa ponitur [v].

45. *Dormite jam*; ità Il. sim. Sy. Ar. Τὸ λοιπὸν] *Dehinc*, Ca. simil. Ti. Pers. Er. *De cætero*, Er. V. Camer. *Quod superest*, Tre. P. Pi. sim. Be. Dictum hoc, vel, 1. seriò, ex collat. Marc. 14. 41. *Sufficit*, quòd scilicet hactenus vigilâstis, nunc dormire potestis, & requiescere [x]. Καθεύδετε potest esse vel imper. vel indic. *Dormitis jam*, quasi exprobraret quòd tamdiu & illo tempore dormirent [y]. Vel, 2. ironicè [z], & per Sarcasmum, quo egebat eorum torpor [a]. Suprà dixerat, *Non potuistis vigilare?* Jam ostendit nulli ampliùs usui sibi esse posse ipsorum pervigilium, cùm jamjam ab ipsis avellendus esset. Sensus ergò est, Per me jam vobis licet dormire & requiescere quantum lubet. Neque aliter ut interpretemur cogit nos quod apud Marcum sequitur, ἀπέχει omnino enim ἀπέχει & Marco & Anacreonti significat idem quod Latinè Virgilius, Terentius, Seneca, dicunt, *habet*; cui voci interpretamenti loco Seneca addidit, *peractum est*. Atque ità apud Marcum vertunt Arabs & Syrus, *adest finis*: quo datur intelligi præteriisse tempus quo Apostoli Christo poterant esse solatio [b]. ¶ *Appropinquavit* (Præt. pro præs. *appropinquat* [c],) *hora, & Filius*, &c.] Hebraico more conjunctio copulativa vim habet relativi: sensus enim est, Propè esse tempus quo tradendus sit Christus [d]. ¶ *In manus peccatorum*] Flagitiosorum, militum, Principum *: vel, Gentilium [f]: militum Romanorum. Nam ἀλλοφύλους gentiliter viventes Judæi propriè vocabant ἁμαρτωλοὺς, Gal. 2. 15. i. e. ἀνόμους, ut Act. 2. 23. 1 Cor. 9. 21. Solebant Romani Præsides diebus festis, quia tum magnus erat populi conventus, ad Templi custodiam, nè quid ibi contra mores Judæorum tentaretur, cohortem mittere, Joh. 18. 3. Vide Josephum, Ἀρχαιολογίας 8. 4. & Ἁλώσεως 5. 15. [& verba ejus in G.] unde apertum est, hoc præsidium festis diebus translatum ex Antonia, quæ erat in potestate Romanorum, in porticus Templi. Extra festos dies Sacerdotes per suos vigiles Judæos Templum asservabant, qui ὑπηρέται vocantur, Marc. 14. 65. Joh. 7. 32, 45. & 18. 3, 12, 22. & 19. 6. Act. 5. 22, 26. Sacerdotes autem uni ex suorum numero imperium tum in vigiles quotidianos, tum in additos milites, mandabant: is στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ vocabatur; non dissimilis Magistratus ei quem *Præfectum vigilum* Romani vocabant. Josephus eum Summo Pontifici dignitate proximum fuisse ostendit, Ἀρχαιολ. 8. 5, 8. Ejus magistratûs mentio est apud eundem Josephum aliquot in locis, & Act. 4. 1. & 5. 24, 26. unde simul discimus ejusdem officio commissum fuisse ut ex Synedrii jussu in Legem delinquentes, vel in Templo, vel etiam extra Templum, prehenderet. Nam prehensionis jus & coërcionis citra mortem Judæis Romani permiserant. At in hac historia Lucas plurali numero στρατηγοὺς nominat, qui & consiliis interfuerant, 22. 4. & per quos facta est prehensio, 22. 52. nimirum Præfecto vigilum connumerans adjutores ipsius officio additos, qualis ille quem γαζοφυλάκιον vocari à Josepho vidimus, i. e. שוטר, quod generale nomen est omnium eorum qui majores Potestates consilio aut opera juvant. Sic & γαζοφύλακι suum fuisse γαζοφυλάκια, ex eodem Josepho discimus. Isti ergò στρατηγοὶ metuentes sibi à Christi sectatoribus, præter quotidianos Templi vigiles Judæos, etiam Romanum cohortem assumpserant, ut Jesum prehenderent. Hi sunt quos hîc Christus ἁμαρτωλοὺς vocat, utpote exleges, quos nulla Dei reverentia tenebat. Latinè cohors ista Templo custodiendo ad id tempus destinata dicebatur *custodia*; quo nomine hîc noster Scriptor utitur. Atque in eam custodiam imperium pro eo tempore permissum fuisse Sacerdotibus, illud quoque Pilati docet, *Habetis custodiam* [g].

46. *Surgite, eamus*] Scil. obviam peccatoribus illis, nè nos incautos se oppressisse dicant. Oratione suâ robur assecutus horrorem illum passionis exuerat, & confortatus est, &c [h]. Ἄγωμεν] Id est, ὑπάγωμεν, ad verb. *agamus*, scilicet nos [i].

47. *Turba multa*] Constans partim Tribuno & cohorte militum Romanorum, ut patet ex Joanne: partim ministris principum, sacerdotum & magistratuum [k]. Imò, teste Lucâ, aderant etiam aliquot principes & magistratus [l]. ¶ *A principibus*, &c.] Periphrasis Synedrii cujus decreto fiebat prehensio. Senatores magni Synedrii dicuntur πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, ad discrimen τῶν πρεσβυτέρων τῶν πόλεων. Iidem Lev. 4. 15. dicuntur οἱ πρεσβύτεροι τῆς συναγωγῆς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ [m].

48. *Dedit illis*] Turbæ [n], de qua dixerat; i. e. præcipuè militibus Romanis [o], qui Jesum non noverant [p], quippe quem non solebant audire [q]. Videntur Pontifices certo consilio maluisse Jesum prehendi manibus Romanorum quàm suorum vigilum. Vide Joh. 18. 12 [r]. ¶ *Tenete*] Κρατήσατε] *Prehendite*, vel, *Retinete*, mox scilicet, & diligenter: quia non semel evaserat, &c. John. 8. 59. & 10. 39. Mirum est, putâsse Judam Christum falli invitúmque teneri posse. Sed non credebat, ipsum ex se scire posséque semper omnia. Spem ergò habuit posse illum falli, &c. Quam auxerunt illa verba, *Unus vestrûm me prodet* †.

49. *Ave*, Χαῖρε] *Salve*, Be Bru. ad verb. *gaude*, Be. *Pax tibi*, Bru. ex Sy. ¶ *Et osculatus* (vel, *supra modum osculatus*, Sch.) *est eum*] Jesum proditor [t]. Hoc fecit, partim reverentiâ Domini, partim sceleris pudore. Nollet effrons & impudens haberi, nec se palàm hostem profiteri. Malitia etiam cultoribus suis fœtet, nisi virtutis velamine tegatur [v]. Magistro Discipulum osculari non erat insolitum; Discipulo Magistrum rarius: an ergò Judas hoc fecerit ex prætextu officii, an ex aperto contemptu & derisione, quæratur [x]. Hebræi non tantùm post longam absentiam, aut valedicentes, ut quidam existimant, sed aliàs etiam in signum dilectionis, osculum adhibebant: quod præcipuè docemur Luc. 7. 44, 45. A Judæis hunc morem accepere Christiani, ut Tertullianus nos docet. Hoc est φίλημα ἀγάπης, & φίλημα ἅγιον, cujus toties apud Paulum mentio. Justinus Apologetico, ἀλλήλους, &c. (*Alii alios deosculamur finitis precibus.*) *Osculum pacis* vocat idem Tertul. lib. De Oratione: quod nunc etiam usurpant Orientis Ecclesiæ. Vide Athenagoram [y], [& verba in G.]

50. *Amice*] Vel, Ironia est [z]; vel potiùs, ingratitudinis objectio, quòd ab amico factus sit proditor. Acrem in se aculeum continet *amici* nomen; q.d. quem etiamnum diligo, & cui bene volo, cujusque perditionem doleo [a]: qui te amicum fingis [b]. ¶ *Ad*, &c. Ἐφ' ᾧ πάρει;] *Quorsum* (vel, *Ad quid*, Er. Il. P. vel, *In quo*, Mo.) *ades?* Be. Pi. Ti. Ca. sive *advenis?* Er. i. e. Cujus rei causâ [c]? ᾧ hîc pro τίνι ponitur [d]. Sic Justinus ad Græcos dixit, δι' ἣν αἰτίαν, interrogando, pro, διὰ τίνα αἰτίαν *. Thucyd. & Herod. usurpant ἐφ' ὅτῳ pro *quamobrem* [f]. Ἐπὶ hîc causam finalem significat. Sic Xenophon, *hæc facere*, ἐπὶ τῷ κέρδει, *lucri causâ* [g]. Fateor tamen ἐφ' ᾧ plerumque indefinitè poni pro ὅτι, vel idem valere quod, *in quo*, vel quoad,

---

f Mal. g Be. h G. i Bru. k G. l Mal. m Mal. Bru. Ham. &c. n Bru. o G. Bru. ex Chrys. p Bru. G. q G. r G. † Mal. t Mal. ex Euth. sim. Bru. v Bru. E. x Aug. & Beda in Mal. y Val. z Mal. ex Chrys. Th. sic M. Er. Rev. Pi. &c. a Be. b G. c Bru. d G. * Bru. f Mal. sic Pi.

g G. h Bru. i Pi. k T. sim. Bru. l T. m G. n Bru. sic G. o G. p G. sic Mal. q Mal. r G. † Bru. t Bru. v Bru. ad v. 48. x Li. ho. y G. z Camer. a Bru. b Me. c Er. sim. Sch. Bru. d G. sic Be. Er. * G. f Be. g Sch.

quoad, i. e. ἐφ' ὅτῳ[b]. Ἐφ' ὃ, &c. i. e. Quo animo me osculatum venis? Nonne eo quo olim Joab Amasam? Ità ex Luca interpretamur. Paucis verbis & conscientiam perfidi hominis verberat, & se καρδιογνώστην ostendit[i]. *Ob id venisti?* Di. ex Sy. simil. Tre. Ar. ut scil. osculo me prodas[k]? Apud Græcos articulus postpositivus ὅς, qui propriè valet pronomen relativum *qui*, nonnunquam usurpatur pro demonstrativo ἐκεῖνος, *ille*, vel οὗτος, *hic*, ut docet H. Stephanus in Thesauro[l]. Malim alteram lectionem, ἐφ' ὃ πάρει, (ut nonnulla habent exemplaria[m]:) q. d. τί ἐστιν ἐφ' ὃ πάρει. Sic apud Xenoph. & alios historicos passim, λέγειν ἐφ' ἃ ἥκει. Et sanè ὅτι in hac significatione usitatiùs quarto casui jungitur; ut vel ejus jocus testatur qui à fure balneum adeunte quæsiit, venirétne ἐπ' ἀλειμμάτιον, an ἐπ' ἀλλ' ἱμάτιον[n].

51. *Unus ex his*] Vel ex undecim Discipulis, vel potiùs ex tribus, cùm quibus Christus loquebatur, quando Judas venit, Petrus scilicet, Joh. 18. 10[o]. ¶ *Gladium*] Quem habebat more regionis ad abigendas feras, &c. quæ invaderent sub dio cubantes[p]. ¶ *Servum*, &c.] Omnium audacissimum ipsíque addictissimum, qui primus in Jesum irruit[q]. ¶ *Amputavit*; id est, ἀπέτεμεν[r]. Ἀφεῖλεν] *Abstulit*, Be Bru. Pi. ut in Lxx, 2 Sam. 16. 9 †. ¶ *Auriculam*] Ὠτίον Græcis, *auricula* Latinis, est pars auris infima: unde adagium, *Auriculâ mollior*. Ictum in caput destinatum Deus ità direxit ut quàm minimo damno abiret; ídque ipsum damnum resarsit Christus repositâ auriculâ. Nam ἰάσαο hoc loco apud Lucam est pro ἀρτίζειν ità ut suprà 15. 31. dicuntur οἱ κυλλοὶ redditi ὑγιεῖς, i. e. ἄρτιοι quod propter quosdam dico qui eo verbo moti negant auriculam fuisse abscissam[t].

52. *Converte*, Ἀπόστρεψον] *Retrò verte*, nempe cujus mucronem aliis opposuisti à te aversum[v]. ¶ *In locum* (vel, *domum*, Æth.) *suum*] Ità Er. Il. Tre. Be. &c. i. e. in vaginam[x], ut hìc Johannes אל נדנה, εἰς τὸν κολεὸν αὐτῆς, 1 Par. 21. 27. Genus pro specie[y]. ¶ *Omnes enim qui acceperint* (i. e. qui usurpârint[z], ut interdum accipitur נשא, quod respondet τῷ λαμβάνειν, ut Exod. 20. 7. Psal. 50. 16[a]. *qui accipiunt*, scil. ultro, ex vindicta privata: Synecdoche generis[b]. Hoc dicitur contra privatos quosque, quibus non est jus gladii, non contra Magistratus[c].) *gladium* (sub. *ut interficiant*, V. sic Bru. ut pereant alii[d]:) *gladio* (scil. Magistratûs*,) *peribunt*] Sub. *secundùm legem*, quæ jubet homicidas interfici[f], Gen. 9. 6[g]. Apoc. 13. 10[h]. Rei sunt mortis[i]. De Jure sermo est, non de eventu[k]. Habet emphasin ἀπολοῦνται Minùs dictum foret, si dictum fuisset, ἀποθανοῦνται*. Solet hoc vulgò exponi quasi ad Petrum hæc comminatio pertineat. Atqui sententia ista non ferit eos qui innocentiam alterius ab injuria defendunt, etsi fortè in eo modum excedant, quod hìc faciebat Petrus. Nam culpa Petri erat impatientia, non autem libido effundendi sanguinis, quò propriè spectat istud ennunciatum. Sensus igitur mihi hic videtur esse. Noli, Petre, consideratione ejus quæ mihi infertur injuriæ concitatior Deo præripere ultionem: levia enim sunt vulnera quæ à te pati possunt. Stat enim rata sententia, Crudeles istos & sanguinarios, etiam te quiescente, gravissimos Deo daturos pœnas suo sanguine. Idem sensisse mihi videntur Orig. Titus, Th. Euth[l]. Judæi gladio Romanorum peribunt[m]. Hoc autem argumentum maximè patientiam nobis debet commendare, quòd scimus Deum severè exsecuturum illatas piis injurias. Hanc interpretationem valde confirmant Apoc. 13. 10. & Rom. 12. 19. Vide Tertul. [ejúsque verba in G.] Minùs obscurum fuit Christi dictum, quia sententia hæc proverbio trita erat inter Judæos, & de Divino Judicio solebat intelligi. Neque verò unquam manifestior ejus veritas fuit, quàm cùm Romanus ensis Judaicæ crudelitatis pœnas exegit[n]. Qu. Cur hìc Petrus reprehenditur? Resp. 1. Quia ei deerat authoritas, nemo ipsi usum gladii concesserat, non Respub. non Deus, non Christus[o]. Obj. At juris naturalis est, vim vi repellere[p], & necessitas gladium unicuique in manus tradit adversùs invasores innocentium[q]. Resp. Rectè, si invasores sint personæ privatæ, non si Magistratus[r], adversùs quem non licet privato gladium stringere. Hìc autem erat authoritas Cæsaris, & Sacerdotum †, qui partem aliquam

[b] Be. [i] G. [k] Di. sim. Be. [l] Di. [m] Be. ex Er. [n] Caf. [o] Mal. [p] Bru. ex Cyr. [q] Bru. sim. Mal. [r] Cam † Idem. [t] G. [v] Sch. [x] Pi. Bru. sic Cam. G. [y] G. [z] Be. Bru. [a] Be. [b] Pi. [c] M. [d] Bru. * Pi. [f] V. [g] Bru. Mal. [h] Ger. [i] Bru. [k] Bru. sim. Mal. ex Aug. & Th. * Cam. [l] G. [m] Th. in Ger. [n] G. [o] Bru. [p] Q. in Ger. [q] Q. in Bru. [r] Bru. † Bru. sim. Ger.

gubernationis politicæ sustinebant, Deut. 17. 8[t]. Resp. 2. Non erat ei justa causa aut necessitas defendendi Jesum, tum, quia valebat seipsum defendere[v]; tum, quia volebat seipsum tradere juxta decretum Patris[x]. Causam cur gladio uti Petrum prohibeat Christus adfert decretum Patris, qui velit se mortem pati, Joh. 18. 11. cujus decreti olim per Prophetas obscuriùs, jam verò per Christum sæpiùs clarè, enunciati ignorantia Petrum excusare non poterat. Neque verò ad Petrum tantùm admonitio ista pertinet, sed & ad Christianos omnes qui à publicis Potestatibus ad pœnam expetuntur ob pietatis professionem. Vult enim Deus, cùm talis necessitas imminet, patientiam nostram omnibus testatam esse, &, nos *committere animas nostras conditori*. Quid enim æquius quàm ut vitam impendamus ejus honori à quo vitam accepimus? Hoc nos Petrus Magistri voce edoctus edocuit, Epist. 1. 4. 16, 19. Solet contra hoc adferri jus naturalis defensionis. Sed multùm interest id jus usurpetur adversùs latrones, & si quid est simile, (contra quos si quis pugnat, (quanquam pios multos etiam hoc jure non usos certissimum est,) pugnat auctoritate legum & eorum quibus Reip. cura mandata est, ut videre est tum alibi, tum imprimis titulo Codicis, *Quando liceat unicuique sine judice se vindicare, vel publicam devotionem,*) an verò contra summarum Potestatum imperia vis paretur. Non frustrà dicitur Prætor *jus reddere* etiam cùm iniquè decernit: *jus* enim dicitur, etiam id quod, quamvis injustum est, ferendum tamen est, ità ut vi oppositâ depelli non debeat. Neque id ratione caret. Nam τὰ ἤθικά, in quibus est & Reip. administrandæ ratio, habent regulas suas, ad quarum rectitudinem satis est ut ἐπὶ τὸ πολὺ sint utiles: neque tamen vim suam amittunt si quo casu ea utilitas peculiariter deficiat. Manet enim utilitas illa generalis exempli. Atqui cùm nemo sibi non faveat, si id semel admittatur, Posse privatos à Magistratu injuriâ affectos vim vi repellere, omnia erunt tumultuum plena; nulla legum, nulla judiciorum, auctoritas. Quare ipsa nos ratio eò ducit ut concedamus aliquam esse vim quæ sit toleranda, nè effræni licentiæ detur locus. Certè in religionis negotio talem vim quæ infertur à summa Potestate patienter ferendam docent nos primæ Christianitatis exempla. Multùm enim errant qui ante Constantini tempora à vi abstinuisse Christianos credant imbecillitatis suæ æstimatione. Contrarium docent Tertul. & Cyprian[y]. [Quorum verba vide in G.]

53. *Rogare* (vel, *Precari*, Be. Pi.) *Patrem meum*] Supple, ut mittat mihi Angelos auxilio[z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ παραστήσει μοι] *Et* (vel, *Ut*, Sy. vel, *Qui*, Ti.) *exhibebit* (vel, *exhibeat*, Ti. *destinet*, Sy. *constituat*, Tre. *sistat*, Ar. Æth. *mittat*, Pers.) *mihi*, Er. Mo. nisi scilicet decretum illud obstaret cui non reniti nefas est. ¶ *Plusquam duodecim legiones Angelorum*] Satis fuerat 12 Angelos 12 Discipulis comparare; sed Christus, ut apertiùs Patris potentiam ostenderet, totidem legiones nominavit. Vide 2 Reg. 6. 17. & Dan. 7. 10[a]. Allusit ad militiam Romanam, in qua 12 legiones justum constituebant exercitum[b]. Ingentem Angelorum numerum significat: 12 dicit ob 12 Apostolos, &c. aut numerus ille pro omni & perfecto numero ponitur[c]. Apud Romanos legio, testibus Vegetio & Hieron. 6 hominum millia continebat[d].

54. *Quomodo*, &c. Πῶς οὖν, &c.] *Quomodo ergò* (si prehensio hæc, & quæ eam secutura sunt, impediatur quocunque modo*:) *implerentur* (i. e. impleri & perfici queant[f],) *Scripturæ*, (sub. *quæ dicunt*, Be. P. Pi. Bru. &c. ut Psal. 2. 3. Deficiens oratio est, & H[s g].) *quòd sic oportet fieri*? P. sic Er. Il. Tre. Be. Pi. &c. Esa. 53. 8. מעצר וגו' ubi מ, ut sæpe, causam efficientem denotat; ut sensus sit, Christum è vivis ereptum per captivitatem & judicium[h]. Necesse erat hoc fieri, sed necessitate consequentiæ, non consequentis. Quare non excusabilis erat Judæorum impietas, &c[i].

55. *Dixit —— turbis*] Sed præcipuè ducibus, nimirum στρατηγοῖς, quibus & alii aderant à Sacerdotum primariorum & è Senatorum numero, quò res tota majori specie ageretur: Lucam vide[k]. ¶ *Tanquam*, &c. Ὡς ἐπὶ λῃστὴν] *Ut* (vel, Siccine *ut*, Be.) *adversùs latronem*, Bru. ¶ *Cum gladiis & fustibus*, ξύλων] Ῥοπάλων (*clavis*,

[t] Ger. [v] Bru. [x] Bru. sim. Mal. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Cam. [c] Mal. [d] Me. sim. Bru. Mal. * G. [f] Bru. [g] Mal. [h] G. [i] Bru. [k] G.

(*clavis*, sive *baculis*,) quæ מקלות, ut Proverb. 25. 18. ¶ *Apud vos*] Judæos [l]. ¶ *Sedebam*] Perseveranter, quietus, inermis [m]. Signanter dictum [n]: nam docentes sedebant [o], vide Matth. 5. 1. & 13. 1, 2. & 23. 2 [p]. & Luc. 4. 20. unde & מדרש, seu *Academia*, dicitur ipsis ישיבה [q]. ¶ *Et non me tenuistis*] Vel, *prehendistis*, Pi. Divinâ scilicet providentiâ, cùm hoc & facilè & sine strepitu fieri posse videretur, inhibente quod nunc eadem sapientissimo consilio permittit. Ità Lucas [r].

56. *Ut adimplerentur Scripturæ*, &c.] Metonymia. Sensus est, Ut exitum habeat decretum Patris pridem enunciatum per Esaiam, Danielem, atque alios †. ¶ *Discipuli omnes*] Id est, Plerique [t]: nam sequebantur ipsum Petrus, v. 58. & Johannes, c. 18. 15. vel, Omnes statim diffugerunt, sed hi redierunt [v]: alii citiùs fugerunt, alii seriùs pauló. Videtur enim post Petrum & Matthæum aliquamdiu substitisse cum aliquot aliis Johannes, atque eo tempore accidisse ea quæ ille peculiariter narrat 18. 4. & deinceps. Nam certè vulnerati Malchi historia à Johanne per retrocessum posita est [x].

57. *Ad Caipham*] Qui proinde intelligendus quoties nomen ἀρχιερέως apud Johannem nudè ponitur. Nam perductionem Christi ad Annam (de qua Joh. 18. 13 [y].) omittunt cæteri, quia nihil ibi insigne gestum: tantùm detentus ibi Christus videtur dum apud Caipham concilium cogitur. Quod autem Johannes v. 24. narrat, per retrocessum itidem, ut alterum illud de quo jam diximus, interpretandum est. Sed hac de re ad illum pleniùs. ¶ *Ubi scribæ & seniores*] Ob eruditionem præponuntur οἱ γραμματεῖς, cùm alioqui πρεσβυτέρων major esset dignitas. Et reticetur ordo τῶν ἀρχιερέων, quia is ex Cajaphæ persona satis dabatur intelligi. At mox eos nominat v. 59. & nomen *consessus* proprium exprimit συνέδριον. Illis temporibus nullus fuit נשיא alius à Pontifice Maximo. Itaque quod dictum erat περὶ τοῦ Νασὶ, Paulus Pontifici Max. aptat, Act. 23. 5. Nam נשיא Græci vertunt, ἄρχοντα, ut videre est Exod. 22. 28. Levit. 4. 22. Itaque Pontifex Maximus, ut hîc Cajaphas, solebat καθίζειν συνέδριον, quod de Anano narrat Josephus. Alioqui si alius fuisset ἄρχων à Pontifice Max. ut olim, ipsius fuisset concilium cogere. Sed de hac re egimus alibi pleniùs. Consederunt autem Senatores in porticu aliqua in quam prospectus dabatur ἐν τῇ αὐλῇ, i. e. sub dio, consistentibus. Quo respectu Petrus, qui sub dio erat, dicitur constitisse κάτω, Marc. 14. 66 [z].

58. *Petrus autem*] Ex fuga retractus, animóque recepto. ¶ *A longè*] Amori enim adhuc permixtus erat timor. ¶ *Cum ministris*] Admiscuit se scelerato gregi famulorum, gerens se tanquam unum ex ipsis, & audaciam simulans nè notaretur [a].

59. *Quærebant falsum testimonium*] Non quòd illis considentibus conquirere testes vacaret, sed quòd inquisitionem, quam ἀνάκρισιν Græci vocant, ità instituerunt, ut omnino à testibus conarentur aliquid elicere quod ad damnandum Jesum valeret. Nam id genus inquisitiones, cùm in officio ac religione Judicis consistant, magnam præbent occasionem improbis hominibus adversùm innocentes. Testes enim auctoritate & gratiâ permoti plerumque dicta sua eò flectunt quò trahi se vident à quæsitore. Et hoc illi fecere quibus Lex talis criminis ultionem severè imperaverat, Deut. 19. 19. Vide Psal. 27. 12. & 35. totum [b]. *Quærebant falsum*, &c. ex professo, quia ipsum occidere statuerant. Judæi licitum putabant adversùs Pseudoprophetas & Seductores comminisci, nec cuiquam licebat eorum causam agere. Vide Fagium ad Deut. 13. 8. & Maim. ad Hileoth Sanhed. c. 11. Confer Act. 6. 11, 13 [c]. *Falsum* dicit, quamvis simularent se quærere verum [d]. ¶ *Ut eum morti traderent*] Idque juris specie [*].

60. *Non invenerunt*] Nempe idoneum testem [f]. Utcunque cupidè adversùs Jesum testabantur, nihil tamen tale afferebant quod capital posset videri. Repetendum enim ἀπὸ τοῦ κοινοῦ illud, ὅπως αὐτὸν θανατώσωσι, per Præsidem Romanum scilicet, cui persuadendo tota hæc scena struebatur [g]. ¶ *Duo*] Nam singulare testimonium nullo casu admittebat lex Hebræa, Deuter. c. 19. v. 15. ¶ *Falsi testes*] Meritò ità appellantur ob depravata Christi verba [h], quæ verè referuntur Joh. 2. 19 [i]. Neque enim dixerat Christus, Δύναμαι καταλῦσαι, sed, Λύσατε in quo multum est discriminis. Controversum erat apud Judæos an cuiquam liceret sæva vaticinia contra Templum proferre. Nam in Jeremia id capital judicabant Sacerdotes & Prophetæ, contrà censentibus Proceribus: Et in Stephani accusatione primum est, *Non cessat verba blasphema loqui adversus locum sanctum* [k].

61. *Hic dixit*] Vel, *dicit*, Di. ex Sy. q. d. Non semel, sed constanter hoc dixit, se posse, &c [l]. At Christus hoc dixit: cur ergò hi falsi testes dicuntur? Resp. Quia quod Christus dixerat, & malo animo, & diverso sensu, & aliis verbis, recitârunt [m]. ¶ *Post triduum*, Διὰ τριῶν ἡμερῶν] *In triduo*, Er. Il. P. Ti. sim. Sy. Ar. Tre. Ca. Be. Pi. *Per triduum*, V. sim. Mo. Val. Er. Vide Marc. 8. 31 [n]. Brevis locutio Hellenistarum pro, διαγινομένων τριῶν ἡμερῶν. Ità, δι' ἑπτὰ ἐτῶν, Deut. 15. 1. δι' ἐτῶν ὀ πλειόνων. Vide quæ infrà 27. 63 [o]. ¶ *Reædificare*] Οἰκοδομῆσαι, pro, ἀνοικοδομῆσαι, ut fieri solet in בנה. Verba simplicia sæpe pro compositis ponuntur, quia compositis carent Hebræi [p].

62. *Surgens*] Notat perturbationem animi, & iram ejus. Judicis enim non est surgere, aut stare, dum judicat, sed sedere [q]. ¶ *Nihil*, &c. Οὐδὲν ἀποκρίνῃ;] *Nihil respondes?* Er. Il. Be. &c. Nam Rei erat respondere & refellere objecta [r]. Videbat Cajaphas nè illud quidem factum, quod maximè ad invidiam Christi pertinebat, sufficere ad damnationem: quod Marcus dixit, ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν. Nihil enim mali Templo ominatur etiam qui demoliturum se dicit, si & restituturum se addat: neque pollicitatio, utcunque vana, capite erat luenda. Itaque testimoniis aliorum diffisus quærit ex ipsius ore aliquid elicere quod ipsum oneret. Sperabat enim in prolixa defensione aliquid repertum iri εὐλαβήτον (*calumniæ opportunum* †.) ¶ *Quæ*, &c. Τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσι;] *Quid* (vel, *Cur*, Er. Ti. vel, *Quid* est quod *isti*, Pi. sim. Be.) *testantur*, sive *testificantur contra te?* Sy. Tre. Ca. Il. P. Be. Pi. Al. *Quid?* (sub. *dicis istis?*) *ii adversùm te testantur*: q. d. Quid respondere vis testimonio illorum [*]? ¶ *Jesus autem tacebat*] Dixit alicubi Tacitus, *Non intererat occidentium quid diceret.* Et Christus sciebat ad defensionem se prolici tantùm ut ex defensione crimen eliceretur; quæ verò à testibus objecta erant esse ejusmodi ut refellere ea opus non esset. Bene ergò notat Origenes, *Christum tacendo majorem fortitudinem & patientiam demonstrâsse quàm alii loquendo*, &c. Maximus Tyrius in Dissertatione, *Utrum bene fecit Socrates* μὴ ἀπολογησάμενος (*quòd defensione usus non fuerit*,) multa habet quæ ad nostram hanc causam justiùs accommodes, Τίνος δ' ἄν, &c. (*Cur enim Apologiâ uteretur apud illos? num tanquam Judicibus? at injusti erant: tanquam prudentibus? stulti erant: tanquam viris bonis? scelerati erant*, &c.) [Reliqua vide in G.] Huc & Euripidis illud pertinet, Σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἀπόκρισις· (*Silentium sapientum responsum.*) Philo de legatione, Ἔστι γὰρ ὅπως καὶ δι' ἡσυχίας ἀπολογεῖσθαι. (*Interdum & silentium pro Apologia habetur.*) Vide Esa. 53. 7. Act. 8. 32 [t]. *Tacebat*; 1. ex modestia: 2. quòd objecta responsione indigna erant [v]: 3. quia nullum videbat excusationi locum [x]: 4. quòd nollet se defendere, ut non vi, ità neque verbis, sed se composuit ad ferendam mortem sibi à Patre decretam [y].

63. *Adjuro*, &c. Ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ Θεοῦ ζῶντος] *Adjuro* (vel, *Obtestor*, Ca. vel, *Exorcizo*, Er.) *te per Deum vivum*, Be. Pi. Il. &c. i. e. Præcipio tibi, auctoritate Dei [z], Dei nomine & quasi mandato [a], Deo invocato & in testem advocato [b], & interposito jurejurando, ut intelligas te coram Deo consistere, & velut à Deo ipso interrogari [c]. Peto à te ut nobis dicas, jurando per Deum, &c [d]. Postulo à te ut legitimus magistratus, ut adhibito jurejurando mihi dicas quod à te peto [*]. Ἐξορκίζειν, aut ὁρκίζειν (hæc enim idem significant [f],) Hebraicè השביע, modò est, *jurejurando adigere*, ut Gen. 24. 3. & 50. 6, 25. Exod. 13. 19. Jos. 2. 20. Esd. 10. 5. in qua historia & Josephus hoc verbo utitur: interdum verò *gravi obtestatione per nomen Divinum religionem alicujus animo injicere*, quod Latini veteres dicebant *obsecrare*, ut Num. 5. 19. Jos. 6. 26. 1 Sam. 14. 27, 28. 1 Reg. 2. 43. Cant. 5. 9. qui sensus huic loco est proprius, ut & Marc. 5. 7. Solebant Judices talem ὁρκισμὸν adhibere, ut aut testibus testimonium, aut reis confessionem,

Marginal notes (left column): [l] G. [m] Bru. [n] Cam. [o] Cam. sic Bru. [p] Bru. [q] Cam. [r] G. † G. [t] Mal. ex Th. [v] Mal. [x] G. [y] Mal. [z] G. [a] Bru. [b] G. [c] Ham. [d] Bru. [*] Bru. sic Mal. [f] V. sim. Be. Ham. [g] G. sim. Bru. [h] G. [i] Ham.

Marginal notes (right column): [k] G. [l] Di. [m] Mal. [n] Bru. [o] G. [p] Ca. [q] Cam. sim. Bru. [r] Bru. † G. [*] V. [t] G. [v] Bru. [x] Bru ex Chrys. [y] Bru. [z] Bru. ex Be. [a] Mal. [b] Bru. [c] Be. [d] V. [*] Pi. [f] Ger.

sionem, exprimerent. De testibus lex exstat Levit. 5. 1. ubi culpæ obnoxius pronunciatur testis qui verum subticet postquam audierit φωνὴν ὁρκισμοῦ, קוֹל אָלָה. Ea enim vera est legis illius à multis perperàm intellectæ sententia. Erant autem formulæ quædam solennes talium ὁρκισμῶν in judiciis usitatæ, ut Jos. 7. 19. collat. cum Joh. 9. 24. 1 Reg. 22. 16. 2 Par. 18. 15. ubi Græcè, ἐγὼ ὁρκίζω σε, &c [g]. Sensus hujus loci, q. d. Obtestor te per gloriosum nomen Dei, quàm carum tibi id est, ut veritatem proferas, cujus sit Deus testis & Judex. Tales obtestationes & adjurationes sæpe occurrunt, ut [præter loca jam producta] Act. 19. 13. 1 Thess. 5. 27 [h]. ¶ *Si tu es* (vel, *An tu sis*, Be. Bru. Pi.) *Christus*, (vel, *Christus ille*, Be) *Filius* (vel, *Filius ille*, Be. Pi.) *Dei*] Suprà 14. 33. notavimus etiam apud Judæos expectatum illum Messiam vocari solitum *Dei Filium* ex Psalmo 2. itaque & hîc apud Lucam pro eodem ponitur, primùm, Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός· deinde, Σὺ οὖν εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ [i]. Duo hîc sunt quæstionis membra: 1. An Christus sit, h. e. promissus Messias, adeóque Rex; quo dicto reus esset læsæ Majestatis. 2. An sit Filius Dei [k]: qualem sæpe se esse dixerat, vide Matth. 16. 16. Joh. 11. 27. *Filius* autem, non adoptione, qualem fore Christum credebant, sed naturâ & generatione Divinâ, æqualis Deo Patri [l], eique ὁμοούσιος, (*ejusdem essentiæ*, sive *substantiæ* [m]:) talem enim Christus se prædicaverat. Vide Johan. 5. 18. & 10. 30, 31 [n]. Messiam ab antiquis Judæis talem expectatum qui filius esset Dei non hinc tantùm constat, sed & ex Joh. 1. 50. Id autem colligebant ex Psalmo 2. *quem Doctores nostri exposuerunt de Rege Messia*, sunt verba & K. & RS. *At* inquit RS. *prout sonat, & ut respondeatur Minæis, seu Hæreticis*, (intelligit Christianos,) *expedit interpretari ipsum de ipso Davide.* Fatendum verba illa, לתשובת המינים, *in responsum Minæis*, seu *hæreticis*, nec in Buxtorf. nec in Venet. reperiri: at illa editiones antiquiores agnoscunt [o]. [De quorum verborum aliorúmque erasione ex Judæorum libris vide Cl. Auctorem ibi disserentem.]

64. *Dicit*] Non tacet ampliùs, sed respondet: 1. Nè videretur contemnere authoritatem, sive Divini nominis, sive Pontificis. 2. Nè tacendo negare videretur [p]. Cùm priùs dixisset non rectè eos interrogare qui neque affirmanti sibi essent credituri, neque responsuri ad argumenta quæ esset allaturus, (id enim est ἐρωτᾷν apud Lucam,) urgente Pontifice, tandem jam edidit professionem. Omnino enim persuadent mihi circumstantiæ plurimæ eundem esse conventum de quo hîc agitur cum eo quem Lucas describit post historiam de Petro absolutam, quia eam ab initio ad finem pertexere, quàm interruptam tradere, malebat. Illud autem, ὡς ἐγένετο ἡμέρα, apud Lucam est, *cùm dies adventaret*, &c, Συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον, *Senatus habebatur*: nam ad diem usque protractus est cœtus, nullâ factâ discessione [q]. ¶ *Tu dixisti*] Ità Er. Il. Mo. Be. &c. i. e. Tuis ipsius verbis hoc affirmas. Sic in Hippolyto Euripidis, Σοῦ τάδ' οὐκ ἐμοῦ κλύεις, *Ex te ista audis, non ex me.* Et in Xenoph. Αὐτὸς ἔφη, &c. *Ipse tu, inquit, hoc dicis, ô Socrates* [r]. *Tu dixisti*, scilicet me talem esse, dixisti quod res est [†]: sum id quod dixisti [t]: Ità enim declaratur Marc. 14. 62. *Ego sum* [v]. Eadem affirmandi formula est suprà 25. [ubi dicta vide:] & Matth. 27. 11. Marc. 15. 2. Luc. 22. 70. & 23. 3. Joh. 18. 37 [x]. Civiliter concedentis est, & modestè subindicantis atque confitentis quod res est [y]. Al. verba hæc fortè contemnentis sunt: quo sensu, *audio*, à Comicis: Illud enim, *non audio*, Critici interpretantur, *nihil dicis.* Phormione, A. *At non cottidiana cura hæc angeret animum.* P. *audio.* ubi Donatus, *A contemnente dictum Antiphonis.* Est ergò *audio* Ironia pro, *non audio*, h. e. nihil dicis [z]. [Ca. verba sic reddit, *Est ut dixisti.*] ¶ *Veruntamen*; ità Pi. Πλὴν] Adversativa hæc particula respicit occultas Pharisæorum machinationes [a], & verba illa quæ hîc subaudiuntur, sed exprimuntur Luc. 22. 67. *Si dixero vobis non creditis mihi* [b]: quanquam mihi Christum me affirmanti non creditis [c]: veruntamen dico, hoc prædico & affirmo [d], & vos tandem vel inviti hoc credetis, quum scilicet reipsâ id demonstravero [*]. Al. *Quinetiam*, Be. Igitur, certè, sanè [f]. ¶ *A modo*, &c. Ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε, &c. *Ab hoc tempore* (vel, *deinceps*, Be.

g G. h Ger. i G. k Ger. l Bru. m Poc. n Bru. o Poc. misc. c. 8. p Bru. q G. r Camer. † Bru. t V. Bru. sim. Mal. Ger. v Pi. sim. Mal. Ger. x Ger. y Bru. sim. Be. z Heins. a Ger. b Bru. Mal. sim. Pi. c G. d Bru. * Pi. f Bru.

Bru. posthac [g], vel, 1. die Judicii [h]; secundo meo adventu [i]: vel, 2. cùm transierit hæc hora tenebrarum, & expeditio in qua versor [k]: quum me trucidaveritis [l]: à tempore passionis meæ, post gloriosam meam ascensionem in cœlos, quando in effectis hoc videbitur. Hanc interpretationem priori præfero, tum quia ἀπ' ἄρτι denotat tempus proximè instans, tum ex collat. Luc. 22. 69. ἀπὸ τοῦ νῦν, *ab hoc tempore erit*, &c [m].) *videbitis Filium hominis*] Me, qui modò sum, & à vobis habeor, vilis homuncio [n]. Sacerdos interrogat de Filio Dei, Christus respondet de Filio hominis, quo ostendit eundem esse Dei & hominis Filium [o], & hos terminos, *Filium Dei, & Filium hominis*, [in se] esse convertibiles [p]. Potest hic locus aliter distingui, hoc modo, Λέγω ὑμῖν ἀπ' ἄρτι, ὄψεσθε, &c. Porrò, λέγω ἀπάρτι, Græcis idem est quod, Ἀμὴν, Ἀμὴν λέγω, *certò ac verè, planè ac disertè, vobis dico*, Ἀπαρτὶ valet ἀπηρτισμένως, *planè & plenè*, ut docet Schol. ad Aristoph. [vide Heins.] & Hesych [q]. ¶ *Sedentem*, &c. Καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως] *Sedentem*, (i. e. sessurum post resurrectionem [r]:) *ad dextram*, sive *à dextra* (vel, *à dextris*, Er. Il. Ar. Vulg. Græcismus [†]. plur. pro sing [t]. ad notandam rei excellentiam; ut אדונים, pro אדון, & τὰ ἅγια, Apoc. 1. 4. de Spiritu Sancto [v]:) *potentiæ*, sive *virtutis*, Be. Pi. Sy. Tre. Ti. Er. Il. Ar. sub. *Dei*, P. Be. Vulg. Evang. Heb. in Di. ex Luc. 22. 69 [x]. *potentiæ*, i. e. potentissimam [y]: vel, *potestatis*, i. e. præpotentis Dei [z]. *Potentiæ*, i. e. אל, *Dei* [a], ut Tob. 1. 5. τῇ Βάαλ τῇ δαμάλει, *Baali Deo* [b]. Sed illud huc pertinere non arbitror: nam receptior & melior lectio habet, τῇ Βάαλ τῇ δαμάλει. Neque solebant Hebræi gentium deos Dei veri indigetamentis decorare [c]. Inter nomina Dei recensent Hebrei הגבורה, quod est δύναμις [d]· quod sæpe occurrit in Rabbinis. Ità K. ad Jos. 7. de supplicio Hacan, qui igne absumptus fuit מפי הגבורה [*]. Quare δεξιὰ τῆς δυνάμεως est, *dextra Dei*, ejus qui ipsa potentia est: sicut Heb. 8. 1. *dextra Majestatis* est, dextra Dei, qui ipsa Majestas est [f]. Christus eos ad Scripturam remittit, in qua prædicitur duplex Christi adventus, alter humilis & contemtus, Esa. 53. 2. Zac. 9. 9. alter verò gloriosus, quem h. l. probat ex Psal. 110. 1. *Dixit Dominus Domino, sede à dextris meis*, & [sequens membrum] ex Dan. 7. 13. 14 [g]. Sensus loci, q. d. Non videbitis me ut nunc, in habitu Rei, sed tanquam Filium Dei, Dominum omnium, Deo assidentem, æqualem naturâ, potestate, imperio, honore. Vide suprà 22. 44 [h]. Qui assident ad dextram Principis sunt ipsi longè charissimi, atque adeò veluti Principis collegæ [i]. Referendum hoc, vel, 1, ad Judicium ultimum [k]: vel, 2. ad diem missionis Spiritûs Sancti, quod certissimum erat indicium sessionis ad dextram, Act. 2. 33. quanquam si quis adjungat admirabilem profectum Evangelicæ prædicationis, non refragabor. Favere interpretationi videtur illud ἀπ' ἄρτι, quod Lucæ est, ἀπὸ τοῦ νῦν· quæ rem jamjam futuram videntur notare [l]. Hæc prædictio partim impleta est à Christi ascensione, partim, & quidem perfectè, implebitur in extremo judicio [m]. ¶ *Et venientem in nubibus*] Scil. ad Judicium in fine mundi [n]. Vide Matth. 24. 30 [o]. Respicit Dan. 7. 13 [p]. Supra diximus posse hoc etiam de virtute Christi per Evangelium intelligi, juxta id quod in Daniele est & alibi; aut etiam de pœnis quas Christus infligi curavit populo Judaico, quia *descensus in nube* iram ac vindictam solet significare, ut Maimonides annotavit. Attamen, cùm visibili etiam modo in nube descensurus sit Christus ad Judicium, sicut in nube ascendit, nihil prohibet ad eum adventum hæc referre; quo cogentur eum agnoscere qui ex signo missi Spiritûs agnoscere ejus majestatem noluerunt [q].

65. *Scidit* (vel, *Dirupit*, Be. Pi. Bru.) *vestimenta sua*] In signum doloris [r], sive indignationis ac sancti zeli [†], ob auditam blasphemiam [t], qualem hanc esse putabat. Factum hoc à Judæis [v], & priscis gentibus ferè omnibus [x], tum in luctu [y], ut Gen. 37. 29, 34. & 44. 13. Num. 14. 6. Jud. 11. 35 [z]. tum ad blasphemiam, ut 2 Reg. 19. 1 [a]. Act. 14. 14. Vide & Jer. 36. 24 [b]. Hoc facere Judæi solebant quoties verba audirent in Deum contumeliosa, præsertim prolata ab homine Hebræo: unde Rabsacen fuisse Judæum qui ad ἀλλοφυλισμὸν defecerat, colligunt Judæorum Magistri, quia verbis ejus auditis Hierosolymitæ vestem lacerârunt,

g T. Bru. h Mal. sic Me. i Be. k Bru. l Pi. m Ger. n Bru. o Ger. p Li. chron. 86. 67. q Heins. r V. † V. Bru. t V. sic Bru. Cam. v Cam. x Be. y V. z Ca. a D. sic Cam. Di. b G. c G. d G. sim. Cam. Di. * Cam. f Di. g Ger. h Bru. i Be. k Me. sim. V. l G. m Bru. n Pi. sim. M. o Be. p Cam. q G. r Pi. † Ham. Pi. Ham. sim Be. D. Camer. t Bru. Mal. v Mal. ex Bru. x Be. y Mal. ex Bru. Be. z Ma. a Mal. ex Bru. b Bru.

2 Reg. 19. 1[c]. At Summo Pontifici hoc prohibitum, Lev. 21. 10. Vel ergò præcepti illius oblitus fuerat[d]; vel tanquam furore percitus, Lege contemptâ, hoc fecit, ut alios magis in Christum concitaret[*], quasi inauditum facinus esset à Jesu commissum[f]. Sed errant qui putant Pontifici Max. non licuisse ullo casu vestem lacerare. Nam interdictum quod in Levitico bis exstat ad causam funebrem pertinet, ut antecedentia & consequentia ostendunt. Alioqui in luctu publico etiam Pontifex Max. discindebat vestimenta. Clarum id ex 1 Mac. 11. 71. & ex Joseph. Ἀλώσ. 28. [Verba vide in G.] Hebræi leges illas in Lev. 21. & alibi intelligunt tantùm de vestibus sacerdotalibus: unde & Canon. *Qui dilaceraverit vestes Sacerdotales, vapulabit*[h]. Notant etiam, Maximo Pontifici id fuisse proprium quòd vestem ab inferna parte laceraret, cùm à superna alii solerent[i]. Etiam Rex Persarum in luctu vestem scindit, apud Æschylum Persis[k]. *Cùm eloquuntur testes à Judice interrogati, qualem blasphemiam audirent, & Judex & unusquisque eam audiens vestimenta scindere tenetur*[l]. ¶ *Blasphemavit*] Scil. Deum & Regem, ut ille 1 Reg. 21. 13. quia se & Christum Regem dixit & Filium Dei[m]. Βλασφημίαν vocat, quòd Jesus se Christum profiteretur. Et sanè erat, nisi Christus fuisset. Nam qui sibi eam potestatem falsò arrogat in Deum est contumeliosus. At hoc quæsitum oportuit, an non in ipsum vaticinia congruerent, an non apertissimis miraculis probâsset se eum esse. His illi præteritis pro manifesto sumunt Jesum *Christum* esse non posse, futilibus nixi argumentis: ut quod Nazaretæ natus crederetur, Joh. 1. 46. & 7. 52. quòd originem ejus paternam maternámque notam omnino arbitrarentur, Joh. 7. 27. præcipuè verò quòd fabrilem artem exercuisset, nihílque externi apparatûs secum ferret, suprà 13. 55. Marc. 6. 3[n].

66. *Quid vobis videtur?*] Ut princeps Senatûs sententias exquirit[o]. Syrus, *Quid vultis*, scilicet fieri de eo[p]! quâ pœnâ afficiendus est[q]? ¶ *Respondentes dixerunt*] Ordo fecisse dicitur quod fecit pars major: imò & omnes id fecisse dicuntur, ut hìc apud Marcum. Id enim ut in Senatusconsultis, ità & in judiciis, usurpatur. Nam Nicodemum dissensisse non dubium est; si tamen adfuit. De Josepho Arimathæensi alibi videbimus[r]. ¶ *Reus* (vel *Damnas*, Be.) *est mortis*] Ità Er. Il. Sy. Mo. Ti. &c. Ἔνοχος θανάτου] *Morte dignus est*, Pers. *Tenetur mortis pœnâ*, Be. Heb. חיב למות[†], vel, בן מות, ut 2 Sam. 12. 5. Ità pronunciare solebant Judices Hebræi, dum capitalia judicia penès ipsos erant. Ablatis capitalibus judiciis, quod post confiscatam ab Augusto Judæam factum est (nam antea Herodis beneficio manserat aliqua judiciorum species) quanquam cum effectu sententiam proferre non poterant, veterem tamen formulam retinebant: cujus ea vis erat, ut de quo ità pronunciatum esset is apud Judæos omnes morte dignus, i. e. sacer atque intestabilis, haberetur; in eum denique nihil esset illicitum. Quo præjudicio populus concitatus sæpe per vim ac tumultum pœnas expetivit quanquam Romanis legibus id facere vetabatur. Pertinebat autem hoc πρόκριμα in Jesum eò, ut scilicet Senatores Judæi possent salvâ religione Jesum accusare apud profanum Judicem, ejúsque supplicium flagitare, velut qui nullâ ampliùs necessitudine ipsos attingeret, & omnia hominis Judæi προνόμια (*privilegia*) amisisset[t].

67. *Tunc*] Post istam pronunciationem scilicet: quâ auditâ, Judæi ὑπηρέται Jesum, ut hominem devotum, omni ludibriorum atque contumeliarum genere, vexare cœperunt[v]. *Tunc*, cùm damnatus esset[x]: cùm Judæi dixerunt, *Reus est mortis*[y]. At constat ex Luc. 22. 66. illam interrogationem Pontificis, & responsionem Christi factam esse lucente jam die, & hæc, quæ nunc Matth. narrat, facta fuisse de nocte. Malim ergò *tunc* confusè sumere pro tota illa nocte[z]. ¶ *Exspuerunt*, &c.] Vel, *Inspuerunt*, (scil. *qui eum tenebant*, ut ait Lucas[a], & quidem principes, ut innuit Marcus, & ministri aliíque præsentes[b]:) *in faciem ejus*, Be. Bru. Pi. Contemptûs signum frequens apud Hebræos, Num. 12. 14[c]. Abhominantium alterum mos, ut Deut. 25. 9[d]. Quod de se dicit Esaias, fortè figuratè, 50. 6. id in Christo impletum κατὰ τὸ ῥητὸν ἀκριβέστερον (*propriè & ad literam*[*].) ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐκολάφισαν] Ad verb. *Et colaphizârunt*, i.e. colaphos infregerunt, pugno, seu clausâ

c G. d Bru. * Baron. in Wal. f Bru. g G. h Ham. ex Seld. i G. sim. Ham. ex Seld. k G. l Li. ho. ex He. m Bru. n G. o G. p Bru. q Bru. Pi. r Bru. † Cam. t G. v G. x Bru. y Q. in Mal. z Mal. a Bru. Pi. b Bru. c G. d Bru. sim. Cam. * G.

manu[f]. Κολαφίζειν, ut Græci Scholiastæ interpretantur, est, παίειν ἐπὶ κόρρης, (*percutere genam*,) contracto pugno scilicet: neque aliter hìc Orig. & Th. Terentius, *Colaphis tuber est totum caput*. Quàm contumeliosum id verberandi genus habitum sit ex Demosthenis adversùs Midiam oratione intelligi datur, cujus verba citant Romani Jurisconsulti in Pandecte, Titulo de pœnis[g]. Hoc ludi genus antiquis dictum est κολλαβισμὸς, & κολλαβίζειν, *eo ludo ludere*, éstque, ut ait Pollux l. 9. 7. ὅταν, &c. (*cùm aliquem occultatâ facie percussum interrogamus, Quis percussit ipsum*[h]?) ¶ *Palmas*, &c. Ἐῤῥάπισαν] *Percutiebant*, Sy. Ar. Tre. sic Pers. *Bacillis ceciderunt*, sive *verberârunt*, Be. Pi. *Soleâ*, aut *Crepidâ*, *batuere*, Heins. sim. Mal. quod *objurgare soleâ* dixit Persius[i]. Crepidis enim Judæi plurimùm utebantur[k]. Ῥαπὶς & *virgam* & *crepidam* significat[l]. *Alapas impegerunt*, Er. Per ῥαπίσματα *alapas* intelligi non dubito. Nam ità & Mat. 5. 39. Quibus adde quæ ex Glossario, Jurisconsultis Græcis, & Sedulio vir eruditissimus ad hujus vocis intellectum annotavit. Adde Syrum, Marc. 14. 65. Nec aliud est apud Marcum, ῥαπίσμασιν ἔβαλλον. Nam βάλλειν est, *ferire*, *incessere*. Ignat. & Nazianzenus dicunt, ὅτι κόῤῥης ἐῤῥαπίσθη· ubi κόῤῥη *genam* significat, non, ut aliàs, *tempora*. Confer cum hoc loco Luc. 22. 64. & Esa. 50. 6. & 53. 3, 4, 5, 6, 7[m]. *Planâ palmâ feriebant*, Heins. in Aristarcho. sim. Camer. quod veteres *expalmare* & *depalmare* dixerunt. Κολαφίσαι & ῥαπίσαι differunt, ut in Juvenali, *planâ palmâ & pugnis ferire*, cùm dixit, ——*nec pugnis cædere pectus Te veto, nec planâ faciem contundere palmâ*. Eruditè h. l. Juvencus, *Et palmæ malis, colaphique in vertice crebri, Insultant*[n]. Et Sedulius, *Vel colaphis pulsare caput, vel cædere palmis*. Ubi alludit eleganter ad ῥαπίσματα seu alapas servorum manumittendorum[o]; quibus hoc infligebatur tanquam supremum ludibrium, & postrema servitutis nota: unde Claudianus, ῥάπισμα *felicis voti injuriam*; & illius, qui sic cæsus esset, *genas in civem rubere*, dixit[p].

68. *Prophetiza*, &c.] Quia Propheta es[q]. Acerbissima Ironia[r]. Hoc ideo quia oculos obvelaverant, ut Marcus addit, Prophetarum autem erat non tantùm futura prædicere, quod propriè vox indicat, sed & alia quæ naturali cognitione sciri nequibant. Sic & vox μαντεύεσθαι Græcis ponitur, ut Aristot. Rhet. 3. 17[†]. [verba vide in G.] Vide Marc. 14. 65[t].

69. *Sedebat*] Modò sedens, modò, ut fieri solet, assurgens, ut collatio [Evangelistarum] docet[v]. ¶ *Foris*, Ἔξω] *Extrà*, Pi. Et intus erat, quia intra ambitum ædium; & foris, quia non erat in interiori domo[x], in conclavi[y], sive porticu[z], sive intra septum[a], ubi consederat Pontifex[b]: sed sub dio erat, inter milites & famulos[c]. ¶ *In atrio*] Vel, *aula*, Bru. Pi. Quæ pars domûs inferior porticu: unde κάτω dixit Marcus. In ejus meditullio prunæ erant in batillo, ut credibile est, positæ; ut ex Luca & Johanne discimus[d]. ¶ *Accessit ad eum*] Illic sedentem[*]. ¶ *Ancilla*] Ità sumitur παιδίσκη tum alibi, tum Gal. 4. 22[f]. Erat autem hæc *janitrix*[g], ut est apud Johannem. Vide & Act. 12. 13[h]. Hæc tacuit primùm, non satis certa, postea verò sæpe in eum intuita agnovit ipsum, &c.[i]. ¶ *Tu cum Jesu Galilæo eras*] i. e. Conversabaris[k]: fuisti partium ipsius[l]. Hs, 2 Reg. 6. 16. & 9. 32. Rom. 8. 31. Non pugnat autem quod hìc affirmatè dicitur cum eo quod Johannes exprimit interrogandi sono. Nam Hebræis interrogatio cum negatione vehementissimè affirmat[m]. Vel illa hoc dixit, primùm dubitando, deinde affirmando[n]. *Galilæum* vocat, vel, 1. Discriminis causâ. *Jesus* enim nomen eo tempore erat inter communissima, ut ex Josepho quoque apparet. Eodem modo infrà, *Jesu Nazareni*. Aut mira est Judæorum ἀνιστορησία, aut ante Dominum nostrum alter fuit Jesus itidem à Nazaretha, quem Hyrcano Simonis filio coævum faciunt Thalmudistæ[o]. Vel, 2. ignominiæ causâ[p]: tum ut negaret ipsum esse Prophetam; vide Joh. 7. 52. tum ut seditionis ipsum insimularet, tanquam similem Judæ Galilæo, de quo Act. 5. 37[q]. Vel 3. quia in Galilæa plurimùm versabatur, indéque Galilæus esse credebatur; & quia omnes Discipuli ejus erant Galilæi. [Act. 1. 11. & 2. 7.] Hinc & Julianus Christum *Galilæum*, & Christianos *Galilæos*, vocavit[r].

f Bru. g G. h Cap. i Heins. Arist. 214. k Mal. l Bru. sim. Heins. m G. n Heins. ib. o Cas. p Heins. q Pi. sim. Bru. r Bru. † G. t Be. v G. x Mal. sim. Bru. y Bru. z Be. a Pi. b Be. sim. Bru. Pi. &c. c Mal. d G. * Bru. f G. g G. sim. Bru. Mal. h G. i Mal. k Bru. l G. sic Bru. Ham. m G. n Mal. o G. p Mal. sim. Bru. q Bru. r Mal.

70. Nega-

70. *Negavit coram omnibus*] Fortiter & voce validâ, ut à præsentibus omnibus audiretur †. Hoc dicit Mat. vel ad augendum crimen, vel ad fidem historiæ [t]. ¶ *Nescio quid dicis*] *Neque ipsum novi, neque satìs intelligo quid velis* [v]; ità enim hoc quod apud Matthæum cum eo quod Lucas & Johannes habent connectit Marcus, haud dubiè Petro suggerente [x].

71. *Exeunte*, Ἐξελθόντα] *Egredientem*, Be. Pi. sic Bru. Præt. pro Præsenti [y]: *Egredi parantem*: Neque enim exiit, ut sequentia ostendunt [z]. In ipso egressu [a]. ¶ *Januam*, Εἰς τὸν πυλῶνα] *In vestibulum*, Be. Pi. Bru. Προαύλιον Marco: *Subdiale minus extra fores*: ità Syrus hîc accipit [b]: in atrium seu locum sub dio intra portam ædium extimam [c]. ¶ *Alia*, Ἄλλη] *Alia*, sub. *ancilla*, vel *mulier*, Bru. Be. Pi. &c. ex v. 69. At Marcus habet, Καὶ ἡ παιδίσκη ἰδοῦσα αὐτὸν πάλιν, tanquam eadem esset ancilla. Sed articulus ibi accipi potest non relativè, sed indefinité [d]: non certam, sed incertam, ibi designat personam, quod & in his & in aliis scriptoribus sæpe occurrit [*]. Illud autem πάλιν potest referri ad iterationem facti in genere [f], scil. ab alia iterum interrogatum [g]. At Luc. 22. 58. est ἕτερος [h], vir non mulier. Resp. 1. Forsan & vir & mulier eadem simul dixerunt [i]. 2. Commune est omnium linguarum ut masculinum usurpetur pro Epicœno, sive communi, quando sexum scire non multùm refert. Sic Plutarchus dixit, χαλεπαίνοντος Ἀπόλλωνι, cùm de Thetide sermo esset. Euripides Troadibus, δύσγαμον αἶχος ἑλών, de Helena. Sopater in declamatione, τὸν μηδὲν ἀδικήσαντα, loquens de fœmina captiva: & Laertius Masculino genere exprimit personam incertam in vita Socratis, quam mulierem fuisse ostendit Plato Critone, & Cicero, De Divinatione 1. Ità & h. l. ἕτερος est *alius quidam è servorum grege*, seu mas, seu fœmina [k]: id quod Lucas ex aliis colligendum reliquit? Ἄνθρωπος de viro & fœmina communiter dicitur [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ λέγει τοῖς ἐκεῖ] *Et dixit iis qui erant illic*, Be. Pi. &c. stantes scil. & calefacientes se, Joh. 18. 18 [m]. Alii legunt, λέγει αὐτοῖς. Ità Syrus [n], & Codices antiqui [o] tres [p]: Rectè. Quare illud, τοῖς ἐκεῖ, puto interpretamentum esse prælatum ab iis qui non meminerant αὐτοῖς Hellenistis more Hebræo dici etiam ubi nomen non antecessit. Vide quæ suprà 11. 1 [q].

72. *Cum juramento*] Mendacio addens perjurium [r]. Ità peccatum unum pondere suo mox ad aliud trahit †.

73. *Post pusillum*] *Post horæ intervallum*, ut Lucas ait [t], aut, *eò amplius*: nam ὡσεὶ addidit Lucas, quantum scilicet inter primum & secundum galli cantum intercedit: ità enim Marcus [v]. ¶ *Qui stabant*] Vel, *adstabant*. Be. Pi. in atrio [x]: Malchi cognato præeunte, adstipulantibus cæteris qui unà ad ignem astabant; ut docent nos Marcus, Lucas, Johannes [y]. Παρεστῶτες, Marc. 14. 70. Hebraismus est, qualis Dan. 7. 16. *Ex stantibus*, i. e. adstantibus. Orientales enim simplicibus utuntur pro compositis. Syrus, ut & Arabs, reddit, *qui stant*. Voluit esse periphrasin ministrorum, non quorumvis, sed eorum qui Summi Sacerdotis pedissequi erant, eíque perpetuò adstabant, & familiarissimi erant, quales vocantur οἱ παρεστηκότες. Vide 1 Sam. 22. 6. Luc. 1. 19 [*]. ¶ *Verè*, Ἀληθῶς] Heb. אמנם [z]. *Certè*. Ità verti solet Heb. אמן [a]. ¶ *Loquela tua*] Ità Er. Il. sim. Be. Pi. Ca. &c. Ἡ λαλιά σε] *Sermo tuus*, Æth. Trc. P. Ti. Ad Samaritanum & Syriacum idioma propiùs accedens quàm sermo Hierosolymitarum: quali notâ olim Ephraimitas à suis popularibus dignoscebant Galaaditæ, Jud. 12 [b]. Alius Galilæis erat pronunciandi modus [c], aliaque dialectus [d], eáque durior [*], rudis & incondita. Unde illud Talmudicum, *Galilæi quia accurati non fuerunt in lingua sua, lex confirmata non est in manibus eorum*. Asseruntque eos אמר, *agnum*, עמר, *lanam*. חמיר, *asinum*, inter loquendum non distinxisse. Vide Lexicon Buxtorf. in voce גליון [f]. Plures etiam voces à gentibus, quibus erant finitimi, mutuâsse potuerunt [g]. Pronunciatio Petrum Galilæum docebat [h]: porrò Galilæi suspecti tanquam Jesu Discipuli aut fautores [i]. Accedebat & aliud indicium ab eo qui Petrum à se in horto visum meminisse sibi videbatur [k].

74. *Cœpit detestari*, Καταναθεματίζειν] Heb. ולהחרים [l], Execrari, Sy. Trc. Er. *Devovere*, Mo. Referri hoc potest vel, 1. ad Christum [m]: ut idem sit quod βλασφημεῖν, Act. 26. 11. apud Plinium, *maledicere Christo* [n]. Cui non possum assentiri. Ut enim extenuandum non est delictum quod Petrus tanto cum dolore deflevit, ità non video cur causas conquirere debeamus onerandæ ipsius culpæ [o]. Vel, 2. ad ipsum Petrum [p]. [Hinc vertunt;] *Imprecari sibi*, Ar. *Se diris agere*. Ca. *Seipsum devovere*, Il. P. Be. Pi. Ti. Ità exprimo vim præpositionis κατ, quasi scriptum sit, καθ' ἑαυτοῦ. Καταναθεματίζειν hîc, ut ἀναθεματίζειν, Act. 23. 14. Hebræis החרים, est, *sibimet malè precari*. Formula, quæ sæpe in V. T. occurrit, τοῦ ἀναθεματισμοῦ hæc est. *Hæc mihi Deus faciat & hæc addat, si hoc ità se habet*. Eo tum modò Petrus diris se obligavit si Christum nosset, super jusjurandum quod & secundæ negationi accesserat: ut solemus ex malis in pejora prolabi, nisi matura pœnitentia succurrat. In manuscripto vetustissimo qui ex Græcia in Angliam venit est hîc ἀναθεματίζειν, sicut & Apoc. 22. 3. κατάθεμα, quæ vox eodem sensu est apud Justinum [r]. חרם, quod & Syrus hîc habet †, ἀνάθεμα vertunt † †. & Græci Theologi [t]: Id propriè significat *consecrationem* & *devotionem*, deinde verò (quia res Deo devota perit hominis usibus) *excisionem*, sive *perditionem* [v]. Sed nullam devotionis aut consecrationis in hâc voce significationem agnosco. Judæis & antiquis Christianis solennis erat in jurejurando formula, *Anathema sim*, h. e. à Synagoga & Ecclesia exclusus: & ἀναθεματίζειν Patres Latini, *anathematum vinculis innodare*, sæpe vertunt. Quare καταναθεματίζειν est tale anathema sibi imprecari [x]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὐκ οἶδα, &c.] *Non* (ὅτι hîc abundat, & subauditur, *Dicens* [y]:) *novi hominem*] q. d. Non tantùm ut Magistrum, sed ut hominem [z]. Magnam apparet consternationem fuisse quæ Petrum adegit ad tam incredibile mendacium: vix enim quisquam erat Judæus qui Jesum de vultu non nôsset, tot miraculis celebrem. Neque causam adserre Petrus ullam poterat quorsum eò venisset, si eum non noverat [a]. ¶ *Gallus cantavit*] Hanc circumstantiam omnes exprimunt, ut appareat, Christi prædictionem veram fuisse [b].

75. *Et recordatus est*, &c.] Simul excitatur & galli cantu, ut somnolenti solent, & Domini aspectu, qui de superiore loco aciem oculorum in ipsum dirigebat, ut apud Lucam est [c]. ¶ *Egressus foràs*] Vel, *extra*, scil. domum Caiphæ [d], vel aulam, in cujus vestibulo tum stabat. Exivit, vel, ex metu [*], vel potiùs, ex dolore & ex consortii reproborum odio, secretum quærens ubi flere posset. Fecisset quidem fortiùs, si coram iisdem confessus fuisset, quibus negaverat, &c. Verùm non virtus, sed virtutis perfectio, illi deerat [f]. *Exivit*: Hic mos lugentium, ut Joh. 20. 11. Plin. Epist. l. 3. *Cùm diu cohibitæ lacrymæ erumperent, egrediebatur, tum se dolori dabat*. Curtius de Alexandro, occiso Clito, *Solitudo illi pœnitentiam exciebat* [g]. ¶ *Flevit amarè*] Ut Esa. 22. 4 [h].

CAP. XXVII.

1. *Manè autem facto*, &c.] Noctem triverant judicando de Capite, contra hunc ipsorum Canonem, *Judicia capitalia transigunt interdiu, & finiunt interdiu*, Sanhed. 4. 1 [a]. Paulò ante diem concilium solverant, summo manè iterum convenerunt, magnâ vigilantiâ, &c [b]. Sed tantillo temporis spatio discessisse tot Senatores, iterúmque ex tot Urbis regionibus convenisse, neque credibile est, & sine causa fingitur. Sensus est, Post auditum Jesum seorsim Senatores inter se deliberâsse quid esset faciendum: ità συμβούλιον ἔλαβον & alibi sumitur, ut *captum consilium* significet: suprà 12. 14. & 22. 15. Sed de hac re ad Lucam pleniùs [c]. *Manè*, &c. Tempus hoc erat recitandorum Phylacteriorum, à prima scil. aurora ad horam tertiam. Sed curum precum expulit odium Jesu. Illucet jam dies primus festus Paschatis: Vide Joan. 18. 28. At Canon erat, *Cùm Synedrium quenquam morti adjudicavit, nè quic-*

Marginal notes (col. 653): † Bru. — t Mal. — v G. sim. Bru. — x G. — y Bru. ex Be. — z G. — a Be. — b G. — c Pi. sim. Bru. — d Pi. — * G. — f Pi. — g Mal. — h G. — i Pi. — k G. — l Mal. — m Bru. — n G. — o G. sim. Be. — p Be. — q G. — r Bru. — † Bru. ex Greg. — t Mal. ex Bru. sic G. — v G. — x Bru. — y G. — * Di. — z Cam. — a G. — b Idem. — c Bru. — d Bru. sic EC. — * Bru. — f BC. 2. 1. 778. — g Bru. — h G. — i G. sim. Bru. — k G. — l Cam.

Marginal notes (col. 654): m Mal. — n Q. in G. — o G. — p Mal. — q Be. — r G. — † Bru. — t Be. — v Bru. — x Salm in Wal. — y Be. — z Bru. — a G. — b Mal. ex Bru. — c G. — d Bru. — * Calv. — f Bru. — g Pi. — h D. G. — a Li. ho. — b Bru. — c G.

quicquam degustent illo isto die, Bab. Sanhed. fol. 63. 1. Alius Canon erat, *Non judicant die festo*, Moed Katon cap. 5. halac 2. Ità præ odio Christi proprios Canones pedibus conculcant [d]. ¶ *Ut* (vel, *Quomodo*, Bru.) *eum morti traderent*] Quo mortis genere, quâ viâ ac ratione facillimâ, commodissimâ, & expeditissimâ [*]: non per insidias, quod infame; nec per tumultum, quod periculosum: sed publico judicio, quod fieri non poterat nisi per Romanum Præsidem. Quare tota deliberatio in eo vertebatur, quomodo Præsidi id persuaderetur [f].

2. *Et*, &c. Καὶ δήσαντες, &c.] i. e. δεδεμένον. Ità solent ἀόριστοι significare etiam id quod antè contigerat [g]: nam vinctus erat Christus statim post prehensionem, Joh. 18. 12 [h]. sed videtur relaxatus in domo Pontificis [i]: vel, jam manus ejus post terga revinctæ sunt, ut reis fit. ¶ *Adduxerunt*] Vel, *Abduxerunt*, supple ex v. præced. *omnes principes*, &c. Hi autem ipsum comitati sunt usq; ad Præsidem, ut auctoritate præsentiæ suæ & populum cohiberent, nè Jesum liberarent, & Pilatum urgerent, ut ipsum statim damnaret; quippe quem ipsi unanimiter condemnaverant [k]. ¶ *Tradiderunt*] Ut moris illis erat si quem prehendissent capitaliter noxium [l]. Ità solebant in Provinciis Irenarchæ quos apprehenderant interrogare, deinde cum interrogationibus ad Præsidem mittere. L. *Divus Hadrianus*, Digestis de custodia & exhibitione reorum [m]. *Tradiderunt* autem non ut causam cognosceret, sed ut in damnatum animadverteret. ¶ *Pontio Pilato præsidi*] Judææ scilicet [n]. Τῷ ἡγεμόνι] Sic & Josephus, Πιλάτος ὁ τῆς Ἰουδαίας ἡγεμών [o]. Promiscuè utuntur hâc voce, cùm alioqui non ἔπαρχος, *præses*, sed ἐπίτροπος, *Procurator* Cæsaris, esset [p]: ut satis constat vel ex Tacito & Philone, qui ἐπίτροπον vocant [q], & Præsidi Syriæ obnoxius: ut ex Josepho liquet [r]. Bene tamen vertitur h. l. *Præsidi*, quia Præsidis nomen, quod ἡγεμόνα plerumque Græci vertunt, ut ait Macer citatus, L. 1. Pandecte de officio Præsidis, generale est, quo omnes Provincias regentes appellantur. Quanquam verò Procuratorum officium propriè erat τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικεῖν, (*tributa sive vectigalia publica administrare*,) ut Dio loquitur, usurpatum tamen in minoribus Provinciis ut etiam extra fisci causas jus dicerent, atque etiam gladio animadverterent. Tales Procuratores dicuntur *vice Præsidis fungi*, L. 2. c. De pœnis, & L. 4. c. Ad Legem Fabiam de plagiariis, & apud Ulpianum, lib. 9. De officio Proconsulis, ut citatur in veteri collatione legum Mosaicarum cum Romanis. Ideo Josephus de talibus agens Procuratoribus addit, τῇ ἐπὶ πᾶσιν ἐξουσίᾳ, aut, μέχρι τοῦ κτείνειν λαβὼν ἐξουσίαν [†]. Erant ergò duo Procuratorum genera, alii Rationales dicti, qui vectigalia colligebant, alii provinciis minutioribus cum aliqua potestate præerant [t]. Qu. Sed cur Pilato eum tradunt, non autem ipsi occidunt [v]? Resp. 1. Divinâ providentiâ sic factum: vide Joh. 18. 31, 32 [x]. 2. Quia adempta illis erat per Romanos capitalia judicia [y]: vel si illis lapidare liceret, ut colligi forsan possit ex Joh. 10. 31. & Act. 7. 58 [z]. non tamen crucifigere, quod optabant. Vide Joh. 18. 32 [a]. 3. Quia Præses eum certiùs tutiúsque interficere posset, & tumultum quemvis popularem compescere [b]. 4. Quòd affectati Regni accusaretur, quæ res ad Præsidem spectabat [c]. 5. Quòd dies festus esset, quo ipsis neminem condemnare liceret [d].

3. *Videns* —— *quòd damnatus esset*, Κατεκρίθη] Scil. Jesus [*], vel, 1. à Pilato: ut hoc per anticipationem h. l. narretur [f]: vel, 2. à Sacerdotibus [g]. Omnino referendum hoc ad Synedrii prædamnationem, de qua suprà 26. 66. quam Judas accipiebat ut secuturæ mortis indicium. Raro enim elabi solebant tali præjudicio confossi [h]. *Damnatus*, i. e. à Pontificibus dignus morte judicatus mortique destinatus. Sic verbum sumitur Marc. 10. 33. *qui eum damnabunt*, &c. itémque Marc. 14. 64. Atque hoc pacto *Verris condemnator* dicitur Cicero, non quòd eum condemnârit, sed quòd accusaret ac damnandum esse pronunciârit [i]. ¶ *Pœnitentiâ ductus*] Non dicit, μετανοήσας [k], quod est ad mentem redeuntis [l], sed, μεταμεληθεὶς [m], quod est cruciantis se non odio, sed horrore, peccati [n]. Vide suprà 3. 2 [o]. Sed non video observari discrimen, quod à multis traditur, μεταμελείας & μετανοίας. Nam & οἱ ἔξω ista permutant, & nostri itidem scriptores: ut ecce Heb. 12. 17. μετάνοια est, id quod μεταμέλειαν dici volunt, *contractus initi pœnitentia*, ut JC[ti] etiam loquuntur; contrà, μεταμεληθεὶς, suprà 12. 22. is dicitur qui mentem meliorem recepit. Et Clemens Alex. duplicem esse ait τρόπον μετανοοῦντος, &c. (*Modum pœnitentis*, 1. *timorem ob facta*: 2. *pudorem apud se ex conscientia*.) Neque tamen vocabuli ambiguitas iis favere censenda est qui de Juda misericordiùs quàm par est pronunciant. Aliud enim suadent & Petri oratio in Actis, & destricta Christi verba *filium perditionis* appellantis, addentísque, *meliùs ei futurum fuisse si natus omnino non esset*. Ex circumstantiis igitur historiæ magis quàm ex sola vocis proprietate eum mœrorem hîc intelligere debemus cui non adfuerit vera vitæ emendatio, idque tum ipsius culpâ, tum Dei obdurantis judicio. Neque interim improbo quod adversùs Celsum 2. Origenes, Tantam vim fuisse documentorum Christi, ut etiam deploratæ malitiæ homini pudorem quendam peccandi, & ex peccato cruciatum gravem, incusserint [p]. Hinc colligitur Judam alium eventum exspectâsse [q], ut scilicet Christus sive miraculo, sive eloquentiâ suâ, mortem evaderet [r]. ¶ *Retulit*, &c. Ἀπέστρεψε, &c.] *Reddidit*, &c. V. Pi. *Restituit*, Be. *Reverti fecit*, i. e. reddidit [†].

4. *Sanguinem justum*, Ἀθῷον] *Innocentem*, sive *Innoxium*, Er. Bru. Pi. &c. Αἷμα Hellenistis mortem quamvis violentam significat, ut & infrà v. 6. Hîc μετωνυμικῶς ipsum eum qui morti destinatur [t]. *Sanguinem*, i. e. hominem [v]: quo significat, se prodidisse eum ad cædem [x]. Ità & ipsos sacerdotes palàm traducit, conscientiæ stimulis, quos hâc ratione mitigandos speravit, timorem pudorémque omnem excutientibus [y]. ¶ *Tu*, &c. Σὺ ὄψει] *Tu videris*, Er. Il. Mo. Ca. P. Vulg. &c. *Tu noveris*, Tre. ex Sy. Pers. Sic infrà ver. 24. ὑμεῖς ὄψεσθε. Loquendi genus ex Latino sermone desumptum. Nam Romani curam alicujus rei à se in alium rejicientes aiunt, *Tu videris*: quod Græci dicerent, Σοὶ μελήτω. Quare mirum non est haud satis rectè acceptam à Syro vim hujus locutionis. Ad modum Caini loquuntur vera progenies Caini, Gen. 4. 9 [z]. Sic Act. 18. 15 αὐτοὶ ὄψεσθε. Locutio curam vel culpam amolientis à se. Apuleius, *Tecum ipsa videris*. Seneca, De benef. 2. 14. *Viderit, de se, non de me, queretur*: & 7. 18 [*]. *Tu videris*: q. d. Tua est cura, non nostra [a]: abi, & noli nobis esse molestus, tua tecum solus expende, nihil ad nos pertinet factum tuum. Nolunt id discutere, sed ignorantiam affectant, nè remora ipsis injiciatur, &c [b].

5. *In Templo*] In ea parte Templi in qua considebat Synedrium: qui locus vocabatur לשכת הגזית [c]: Ibi coram Sacerdotibus & populo effudit pecuniam suam, repetito forsan, *Peccavi tradens sanguinem justum*, certus neminem, præter sacerdotes, ausurum eam colligere, sacrilegii metu [d]; sic etiam visus sibi initum venditionis contractum rescindere [*]. ¶ *Laqueo*, &c. Ἀπήγξατο [variant:] *Laqueo se suspendit*, sive *præfocavit*, Er. Il. Ti. sive *præfocatum ivit*, Ca. Nec aliter hoc verbo utuntur Græci scriptores. Ælianus, *Socrates in scena derisus ridebat, Poliagros autem ἀπήγξατο, se suspendit*. In Epigrammate Græco, Αἰχμῆς Πετόσειρ ἀπήγξατο, i. e. *laqueo se suspendit*. In alio Epigrammate, Καὶ αὐτὸς ἀπήγξατο [f]. Est quidem Græcis ἀπάγξασθαι, *suspendio sibi vitam adimere*: ut, ἀπάγξασθαί με ποιήσεις, apud Theocritum. Sed difficulter id conciliatur cum Act. 1. 18. ubi aliud mortis genus Judæ tribuitur, effusis scilicet intestinis, cùm pronus in faciem corruisset [g]; πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, &c. *Præceps factus medius crepuit effusáque sunt omnia ejus viscera* [h]. Notum satis est quæ sunt excogitata ut ista inter se conciliarentur. Neque satis se expediunt qui, laqueo fracto, corruisse Judam volunt. Videtur enim Petrus, Act. 1. omnino casui inopinato, quem Divina providentia direxerit, non Judæ ipsius facto, exitii causam ascribere [i]. [Alii tamen illi sententiæ favent, & sic explicant:] Primùm se ex loco edito suspendit, séque indè præcipitem egit, sicut solent qui laqueo suspenduntur inserto laqueo de superiore loco dejici & præcipites dari, ut citiùs strangulentur; postea verò aut, rupto laqueo, cecidisse, ac effudisse viscera; aut cùm penderet, ità intumuisse, ut non quidem statim, sed aliquanto pòst tempore, medius crepuerit; nam omnes

Marginal notes (left column): [d] Li. ho. [*] Bru. [f] G. [g] G. [h] G. sim. Bru Mal. [i] Mal. sim. Bru. [k] Bru. [l] G. ex Hi. [m] G. [n] Bru. [o] G. [p] Be. [q] G. [r] Be. [†] G. [t] Be. [v] Mal. ex Chrys. [x] Be. ad v. 1 [y] Mal. Bru. &c. [z] Mal. [a] Mal. sic Bru. [b] Bru. [c] Mal. ex Th. [d] Mal. sim. Bru. [*] Bru. Mal. [f] Q. in Mal. [g] Me. sim. E. Bru. Mal. [h] G. [i] Ca. [k] Bru ex Be. [l] Bru. [m] Be. [n] Bru. [o] Be.

Marginal notes (right column): [p] G. [q] Camer. sim. Bru. & Mal. ex Th. [r] Bru. ex Th. [†] Pi. [t] G. [v] V. sim. Bru. Pi. [x] Bru. sim. Pi. [y] Bru. [z] G. [*] Pri. [a] V. sim. Bru. [b] Bru. [c] G. [d] Bru. [*] Me. [f] Salm. in Wal. [g] G. [h] Salm. ib. [i] G.

nes qui suspenduntur vehementer inflari solent [k]. Matthæus supplicii initium, Lucas, Act. 1. exitum, describit. Voluit Judas laqueo se suspendere, qui Divinâ providentiâ fractus est: indè igitur Judas præceps in faciem cadit. & vel aspero cuidam saxo, vel trunco ligni acuto, illisus, vel aliàs sine tali illisione, non tam casûs violentiâ, quàm singulari vindicis Dei judicio, venter crepuit medius [l]. [Alii vocem aliter reddunt:] *Strangulavit se*. Sy. Pers. Tre. Mo. Be. P. Pi. *Strangulatus fuit & obiit*, Æth. *Strangulatus*, vel *Suffocatus*, *est*, Di. ex Ar. Hâc voce reddunt ό. τὸ חנק [m], ut 2 Sam. 17. 23. ubi de Achitophele, quem typum proditoris fuisse notant veteres, dicunt quidam à Magistris eum *interiisse τῷ machanac, morbo ex magno animi mærore orto*. Quàm longè hoc absit à suspendio iidem docent, notantes, *hominem magnum à parva strangulari musca*. Eodem sensu Job. 7. 15. *Et eligit machanac anima mea*, sequitur autem, *desperavi* [n]: ubi מחנק Aquila reddit ἀγχόνην, ό. verò exprimunt, ἀπαλλάξεις ἀπὸ πνεύματός μου ψυχήν μου, genus suffocationis sive strangulationis animæ. Et Tobit 3. 10. *Audiens hoc* probrum mulier ἐλυπήθη σφόδρα, *vehementer indoluit*, ὥστε ἀπάγξασθαι [o] · nè vertas, *ità ut se suspenderet*; cui repugnant & historia, & mulieris pietas in precatione se ostendens, ver. 11, 12. sed ità ut incideret in profundam melancholiam, quæ quasi species hujus morbi *suffocationis* est [p]; vel, *ità ut præ angore, quasi obturato gutture, de morte cogitaret* [q]. Et Nah. 2. 12. Leo dicitur prædam מחנק, ἀποπνίγειν · sed & Syrus hoc verbo reddit & συμπνίξαι, Matth. 13. 7. simil. Marc. 5. 13. (ubi certè non suspendebantur, sed demergebantur,) & στενοχωρούμενοι, 2 Cor. 4. 8. & hîc Syrus habet, חנק נפשה, *suffocavit animam suam*, non suspendio, sed vehementi mœrore animæ; quòd & de Achitophele dici posse suadet, quòd post ἀπήγξατο, *suffocatus est*, sequitur, *& obiit*. Sic & in Æliano Poliager κωμῳδηθεὶς ἀπήγξατο, *probro affectus suffocatus est*, ut colligitur ex verbis præcedentibus, σκώμματα οὐ μόνον ἐλύπησε πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἀπέκτεινε, *Scommata non tantùm homines mœrore sæpe affecerunt, sed & mœrore eos occiderunt*. Sic in Chrysost. hom. 22. ad Antioch. τὸ συνειδὸς ἀπάγχει est, *suffocari præ mœrore & angoribus conscientiæ* [r]. Porrò, qui hoc pacto moritur Latinis *rumpi*, Græcis διαῤῥήγνυσθαι, dicitur. Notum illud, *Invidiâ rumpantur ut ilia*. Adde, quòd vox Arabica חנק apud Medicos significat *anginam*, & in Avicenna, *suffocationem uteri*: sic & חאנק est illa suffocatio corporis in somno, quem *incubum* vocant. Unde apud Aristophanem, διαῤῥαγείης, pro quo Plautus, *Abi, & suspende te*: qui & λακεῖν μέσος Græcis, Latinis *crepere*, dicuntur, ui & πρηνεῖς γενέσθαι · quia suffocatione πνίγονται, sive ἄγχονται, i.e. strangulantur: nam hæc duo verba idem sonant. Dioscor. de fungis dixit, ὅτι πνιγμὸν ἐπιφέρουσιν ἐοικότας ἀγχόναις · unde liquet πνιγμὸν & ἀγχόνην idem esse. Glossarium vetus, Ἀγχόνη, *angor*. Quòd effusa dicuntur *Judæ viscera*, id in suffocatione & ruptura solet fieri: ἀγχόνην enim, sive ἀπαγχόνην, viscerum consequitur effusio †. Æschines, ταῦτα δ᾽ ἦν ἀγχόνη καὶ λύπη τούτῳ, *hæc strangulatio & mœror illi erat*. Quod desperatus pastor apud Theocritum dixit, ἀπάγξασθαί με ποιήσεις, Virgilius reddidit, —*Mori me denique cogis*: ex cursu enim nimio summa spiritûs angustia. Πρηνὴς porrò non est qui præcipitatur, sed qui pronus & in terram cadit [t]. Πρηνὴς ἐπὶ πρόσωπον πεπτωκώς, *in faciem cadens* [v]: similiter Phavorinus: ut cùm bos cæditur, atque impos sui, pronus cadit. Πρηνὴς *jacere dicitur*, inquit Phavorinus, *qui jacet super faciem*, & ὕπτιος, *qui super dorsum jacet*. Sensus ergò hujus loci est, quòd Judas in summum dolorem angorémque incidit, ità ut mortem optaret, & primùm eo suffocaretur, deinde pronus in faciem subitò caderet, atque ità rumperetur [x]. Al. Ego historiam sic intelligo, Diabolus, qui Judam jam per triduum inhabitaverat, raptum eum in sublime strangulavit ac præcipitem dedit, ità ut ad terram allisus rumperetur medius, atque effunderentur ilia, & tam horrendo exitu egrederetur Diabolus. Consonat hoc & cum Act. 1. 19. *Innotuit hoc omnibus Hierosl.* & cum Judæ demerito, ut sicut facinus ejus fuit, sic & genus mortis esset, supra omne exemplum; & cum titulo *Iscariote* [y], cujus stigma post mortem ipsi inustum ab אסכרא, *strangulatione*; de qua dicunt Gemarici, *Asserrima mors inter*

[k] Mal.
[l] Ger.
[m] Ham. sim. Heins.
[n] Heins. ad locum.
[o] Ham. Heins.
[p] Ham.
[q] Heins.
[r] Ham.
† Heins.
[t] Heins. ad Act. 1. 18.
[v] Ham. sic Heins. ib.
[x] Ham.
[y] Li. ho.

omnia genera est; eámque sic describunt, אסכרא *incipit in visceribus, & desinit in gutture* [z]. Sed si præcipitatus hic fuisset, mirum nihil hîc dici de confractione ossium partiúmque, excussione cerebri, &c. sed tantùm de effusione viscerum, cujus, in exemplis eorum quos præcipitatos legimus, qualia occurrunt multa, vix ulla fit mentio. [Ità Cl. Guidot, Doctor Med. apud Bathonienses, qui etiam in doctissimo suo MSS. ad me transmisso sententiam suam de hoc loco sic explicat:] 1. Ἀπάγχεσθαι non semper suspendium denotat, sed tantùm suffocationem vel interclusionem halitûs, sive laqueo, sive aquâ, sive morbo, fiat; ut ab aliis satis probatum est. 2. Respiratio est motus animalis & spontaneus, ut multis probat Galenus, quem etiam ità cohibere possumus, ut indè mors sequatur. Constat hoc tum exemplis *Comæ*, in Valer Max. 9. 12. qui *intra pectus inclusâ animâ finem sui reperit*; & Barbari vernæ, in Galen. l. 2. De motu musculorum, qui præ vehementi ira mortem sibi conscire volens, καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐπὶ γῆς, *prosternens se humi*, ut & πρηνὴς in Hesychio sumitur, ibi parumper jacuit, atque ità obiit; tum ex illo Catonis minoris, sive Uticensis, dicto, qui, denegato ipsi gladio, nè se illo confoderet, respondit, alias esse moriendi vias, & posse se, ut refert Plutarchus in Vita ejus, *aut caput parieti allidere, aut spiritum parumper cohibere*, &c. 3. Non incredibile est, cohibitionem spiritûs posse, per depressionem Diaphragmatis rumpere intestina, vel relaxare Peritonæum, ut sæpe observamus in protervis infantibus, qui spiritum non rarò cohibent, ideóque rumpuntur: vel si hoc non sufficere videatur, ut rupturam in homine efficiat, ei addi possit casus, quem Medici inter causas Herniæ, sive Ramicis, ponunt. Adde, quòd Lucas, cùm Medicus esset, hoc curatiùs notavit quàm Matthæus. Huic tamen sententiæ opponi potest, quòd & *medium crepuisse eum, & omnia ejus viscera effusa, legimus*. Resp. 1. Quid vetat illud rupturæ genus intelligi quod Ἐξόμφαλος dicitur, vel ὀμφαλοκήλη, sive *ruptura umbilicalis*? 2. Vox μέσος cum latitudine quadam sumitur, ut notum. 3. *Omnia viscera* dici possunt per Synecdochen, quâ nihil frequentius. [Hæc vir ille doctissimus.] Al. Puto Judam non *mœrore* obiisse, (cujus enim, qui mœrore vivere desiit, unquam viscera effusa sunt?) multò minùs *suspendio*, sed *præcipitio*. Duo hîc astruenda sunt: 1. Hominibus malo genio & intemperiis actis hoc genus exitii solenne admodum fuisse: Horatius, *Voles modò altis desilire turribus*, &c. *Fastidiosâ tristis ægrimoniâ*. Apud Senecam Phœdra, *Decreta mors est, quæritur fati genus: Laqueóne vitam fineam, an ferro exigam? An missa præceps arce Palladia cadam?* Apud Terentium ille, —*Occidi; Utinam mihi esset aliquid hic quo nunc me præcipitem darem*. Captiva apud Apuleium, lib. 4. *Funditùs perii*, &c. *laqueus, aut gladius, aut certè præcipitium capessendum est*. [Alia vide in Authore.] 2. Præcipitio interemptis viscera effundi solita. Id autem vel ipsi sensui communi ac rationi expositum satis. Et exempla suppetunt. Lucanus, *Hic se præcipiti jaculatus pondere, durâ Dissiluit* (id hîc est ἐλάκησε) *percussus humo*———. Similia habent Seneca, Apuleius; [vide Pri.] Confer 2 Mac. 14. 46. Nec dicat aliquis hîc non exprimi *intestinorum effusionem*, cùm & hæc ut naturæ rei ipsius consentanea sequatur, & insinuetur vocibus *comminuendi, lacerandi, dissiliendi, & diffindendi*, quæ omnia vim habent τοῦ ἐλάκησε. Μέσος autem (nè cui negotium facessat) mera περιττότης est, elegantiæ & efficaciæ orationis inserviens tantùm, ut Luc. c. 23. v. 45. *Velum Templi medium*. Plaut. Curcul. *Nihil metuo nisi nè medius disrumpar miser*. Lucilius, *Jam disrumpetur medius*, &c. Virgil. *Ecce fugæ medio*——— &, *Laurus erat tecti medio*. Verbum autem ἀπάγχεσθαι nullam h. l. mortis speciem indicat, sed animi tantùm angorem & ægritudinem, sed talem quæ præ excessu tædium vitæ & mortis desiderium attulit, mortémque accersivit [a]. Videamus igitur an hoc loco Matthæus non agat de morte Judæ, ut quæ seriùs contigerit, & fortè post resurrectionem, ut multorum fert conjectura; sed de gravissimo exulceratæ conscientiæ tormento. Nam compressionem spiritûs è mœrore summo hâc voce indicari nos docet Tob. 3. 12. Et de Achitophele, in quem quæ dicta sunt à Davide, in Judam apprime congruunt, & de

[z] Li. ho. ad Matt. 10. 4.
[a] Pri.

quo similiter legimus ἀπήγξατο, Heb. ויחנק, quod verbum & Syrus & Arabs hîc usurpant, sentiunt Hebræorum non ineruditi non laqueo, sed mœstitia, eum periisse. Videri potest suspendii mortem Judæ adscribere Ignatius Epistolâ ad Philip. [verba vide in G.] Sed qui eam Epistolam cum judicio leget facilè deprehendet dictionem & χαρακτῆρα τ λόγυ floridiorem quàm est Ignatii. Nimirum scripserat ad Philippenses Ignatius, ut Polycarpus meminit. Sed cùm ea Epistola non exstaret, alia supposita est: quare nec Theodoretus, nec Hieron. nec Ruffin. hanc agnoscunt [b]. [Atque hæc de nobili & difficili hac quæstione dicta sunto.]

6. *Principes*, &c.] Quorum erat Deo Temploque oblata dona judicare & disponere [c]. ¶ *Acceptis*, &c.] Quia in Templum projecta Templo Deoque oblata videbantur: antè accipere noluerunt, ne viderentur venditionem rescindere: Judas enim ea dabat, ut infectum redderet quod factum erat [d]. ¶ *Non licet*] Hypocrisis cum insigni malitia juncta [*]. Veriti sunt ponere pretium sanguinis inter dona Dei, at sanguinem innocentem fundere non horruerunt [f]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸν κορβανᾶν] Qui Accusativus est à κορβανᾶς [g]. *In corbanam*, Er.Il. Mo.P. Ti.Be.&c. Quem Josephus, Ἁλωσ.2. vocat ἱερὸν θησαυρὸν· alibi, γαζοφυλάκιον, necnon ἱερὰ χρήματα [h]. *In templi fiscum*, Ca. *In locum* (vel, *domum*, Pers. sic Ar.) *oblationis*, sive *oblationum*, Tre. ex Sy. Pers. In gazophylacium, quod erat in atrio, 2 Reg. 12.9 [i]. In ærarium Templi [*]. קרבנא vox Hebraica, קרבן vox Chaldaica, sive Syriaca [k]. Chaldæi enim solent א in fine addere, ut in דמא, *sanguis*, אנשא, *homo*, &c [l]. Est autem קרבן, *corban*, propriè *donum Dei*, teste Josepho adv. App. 1. vide & Luc. 21. 4. collectivè tamen etiam usurpatur pro Thesauro Sacro ex multorum donis collecto. *Corban apud eos* [Judæos] *est thesaurus sacer*, inquiunt Jo. Bel. Jud. 2. 8. Suidas, & Phavorinus; non autem *arca*, vel *cista*, in qua Thesaurus Sacer asservabatur, quod Syrus & Arabs voluerunt [m]. ¶ *Quia pretium sanguinis* (i. e. vitæ aut cædis [n],) *est*] Quo emptus venditusque est homo ad mortem [o]. Damnant hîc se impuri Pontifices, cùm in venditore id facinus exsecrantur cujus ipsi emptores erant. At certè *cui prodest scelus is fecit* [p]. Turpe lucrum in Templum offerri vetitum, Deuter. 23. 18 [q]. Argumentum à ratione Legis desumptum. Vetat Lex stupri pretium Sacris inferri. At apud Hebræos Cultus idolorum, Stuprum, Cædes, velut paria censentur [r]. Ad homicidium, etiam justum, hoc extendunt, eâ forsan ratione, quæ 1 Par. 22. 8. at eâdem ratione ipsi Sacerdotes, qui sanguinem effuderant, arceri debuerant ab offerendis Deo sacrificiis, quæ longè illis pecuniariis donis sanctiora erant [†].

7. *Consilio autem inito*] Quid facerent eâ pecuniâ, indignâ quidem ærario Templi, sed tamen sacrâ Deoque devotâ, & ex ipso Templi ærario acceptâ [t]. ¶ *Agrum*, &c. Τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως] *Agrum illius figuli*, Bru. vel, *Agrum illum figuli*, Be. Bru. Pi. nempe vulgo notum & celebrem, ut constat ex Act. 1. 19 [v]. idque isto nomine, ut articulus docet [x]. Sic vocari potuit; vel, 1. quia alicujus figuli erat [y]: vel, 2. quia in eum testarum fragmenta projiciebant [z]: vel, 3. quia ejus uber omne ad figlina opera exhaustum fuerit, ità ut nullus indè fructus sperari posset [a]: Nam exigui pretii locum fuisse oportet qui triginta Siclis argenteis non pluris licuerit [b]. ¶ *In sepulturam* (Pecuniam sacram, sed immundam, impendunt rei piæ & necessariæ, sed immundæ, & pretium sanguinis in mortuos [c]:) *peregrinorum*, Τοῖς ξένοις] *Peregrinis*, Eru. vel potiùs, *Hospitibus*, Bru. Be. Pi. i.e. peregrinis & exteris [d]: non ἀλλοφύλοις, quorum cura minimè tangebat Sacerdotes [*], sed Judæis, qui ex longinquis regionibus Hierosolyma adventabant religionis ergo, ac morte occupati non habebant ubi sepelirentur [f], οἱ ἐπιδημοῦντες, Act.2.10. Credibile est & antè prospectum fuisse eorum sepulturæ: sed ingens confluentium & subinde morientium multitudo plus loci desiderabat [g]. Verùm non credibile est, tales Judæos à civibus Jerosf. habitos pro hospitibus & externis, aut his denegata publica ipsorum cœmiteria. Mallem ergò sermonem hîc habere de Ethnicis, qui jam Jerosolymæ, præsidii causâ, numerosè habitabant, qui etiam loca varia sepulturâ suorum polluere solebant, vel

b G. c Eru. d Mal. sim. Eru. * Eru. f M. g Di. h G. i V. * Pe. Pi. k M. V. l M. m Di. n Be. o Eru. p G. q Mal. ex Eru. r G. † Eru. t Eru. v Pi. ex Be. sim. Eru. Mal. x Mal. y Mal. sim. Eru. z Mal. a G. sim. Bru. Mal. b G. c Eru. d Be. * G. f G. sim. Me. g G.

etiam Judæorum sepulcra invadere, &c. Hunc ergò locum illis assignant, nolentes illos secum in sepulturæ communionem admittere [h].

8. *Vocatus est*] Non à Sacerdotibus, sed à vulgo, & publico consensu, instinctu Dei [i]: ut ager ille, quo memoriam Jesu suamque impietatem occultare & quasi sepelire voluerunt, æternum esset monumentum sceleris ipsorum [k]. ¶ *Ager* (non peregrinorum, sed [l]) *sanguinis*] i. e. Emptus pretio sanguinis [m]. Dialecto Hierosolymitanâ חקל־דמא, Act. 1. 19. Id nomen huic agro datum Deus voluit, quò celebrior esset rei memoria. In Petri oratione Judas hunc agrum acquisivisse dicitur, non tanquam rem suam, sed tanquam æternum infamiæ monumentum. Dicebat enim populus prætereiens, Hic est ager ille emptus ex pecunia pro qua Judas Magistrum suum vendidit [n]. ¶ *Usque in hodiernum diem*] Annum nempe 8. pòst, quo hæc scribo [o].

9. *Tunc impletum est*] Dictum hoc in eorum est genere quæ primitus res illorum temporum significarent, ità tamen ut in Christi tempora etiam magis congruerent: quod Deus manifestum fecit singulari eventuum directione. Nam apud Zachariam sensus hic est primò intentus, qualem & apud Jeremiam fuisse credibile est; Deus, ut sua beneficia, in populum Hebræum collata, ingratè nimis accepta doceat, ait operæ in illos impensæ mercedem à se postulatam. Assignatum autem sibi à populo vile pretium, quo minima æstimari solent mancipia, 30 Siclos: Se verò illud pretium jussisse projici in agrum aliquem, in quem fragmenta fictilium projici solebant: quo facto demonstratum voluit omnem pompam ceremoniarum, quâ impletâ egregiam se beneficiis Divinis gratiam referre Hebræi existimabant, cùm abesset pius animus, indignam esse quæ à se acceptaretur. Hoc verò omne sicut ad Jeremiæ & Zachariæ tempora pertinebat; ità multò magis congruebat Christi temporibus. Atq; ideo factum est Divinæ providentiæ gubernatione, ut quod ἀλληγορικῶς tunc erat dictum, Christi ætate, manente sensu illo κατ᾽ ἀλληγορίαν, etiam secundùm proprietatem verborum impleretur. Quod genus impletionis vaticiniorum in hac mortis Christi historia sæpe occurret. Deus enim in Christo æstimatus est à Pontificibus Siclis 30, cùm tanti emptus est in Christum proditor: atque ea pecunia verè in agrum figlinum non tam impensa quàm contemptim projecta est, facto quidem Pontificum, consilio autem Divino: unde quod illi fecerunt, rectè Deo dirigenti ascribitur [p]. At quî convenit Matthæi historia cum Zachariæ verbis? Nam triginta argenteos à Deo acceptos Zacharias, à Juda Matthæus, dicit. Sed non necesse est, ut hoc alisve typis Propheticis singula minutatim conveniant, sed tantùm ut summa capita, quæ divinitùs intenta ac proposita; ea autem hîc sunt, ut 30 argentei & acciperentur & projicerentur in Templum. Neque enim ibi Zacharias rei hujus [tunc] futuræ propriam descriptionem continebat, sed impropriam; & scopus sensusque Zachariæ est, quòd typo actionum Dei, & populi Israelitici, atque Prophetæ, adumbratur id quod Filio Dei à populi Judaici primoribus, & Juda similiter in venditione & emptione, erat obventurum. ¶ *Per Jeremiam prophetam*] Hic nodus vindice dignissimus [q]: qui vetustissimos quosque Interpretes torsit [r]: de quo quot homines tot sententiæ [†]. In Jeremia hæc prophetia nullibi invenitur, sed in Zacharia [t]. [Quid ergò hîc *Jeremias*? Hic variant:] Resp. 1. Erat in Evangelista memoriæ lapsus [v]. Sed hunc non patitur Spiritus Sanctus dictans, & salva Scripturæ fides [x]. 2. Est error Scribarum [y]. Syrus Interpres [sicut & Pers.] nullius Prophetæ nomen hîc habet: Nomen ergò Ἱερεμίυ ex margine irrepsit in textum, idque ex compendio Scripturæ [ab Exscriptore] non intellecto, quum scilicet adscriptum esset Ζυ, i.e. Ζαχαρίυ, & lectum esset Ἰυ, i.e. Ἱερεμίυ [z]. Similiter Apoc. 7.6. pro Δὰν puto Μὰν (contractum ex Μανασσῆ) obrepsisse, ob id quod dicitur v. 6. *ex omni tribu* [a]. Non placet: quia omnes omnino Codices Græci constanter *Jeremiam* hîc legunt [b]. Jam enim ab Origenis temporibus laboratum ut hic nodus solveretur; qui labor supervacuus fuerat, siqua exemplaria caruissent nomine *Jeremiæ*. Neque verò potuit unius Exscriptoris error in omnia exemplaria manare: multò credibilius est à Syro id nomen omissum, quia constabat in Scriptis Jeremiæ

istud

h Eru. i Eru. k Eru. sim. Mal. l Eru. m Pi. sim. Eru. V. n G. o Eru. p G. q Gom. r Be. † Heins. t Gom. v Er. sim. D. Be. ex Aug. x Mal. y Q. in Gom. sim. Be. z Pi. ex Be. sim. Gom. a Gom. b Glas. phil. 1.2.2. 3.15.

istud non reperiri. At agnoscunt Arabs & Lat. & quicquid est veterum [c]. 3. Evangelista consultò & Divinâ providentiâ unius Prophetæ nomen pro alio posuit, ad innuendum, uno eodémque Spiritu Prophetas [omnes] impulsos fuisse [d]. 4. Zacharias binominis erat [*], dictúsque est & *Jeremias* [f]. Sed probanda erat hæc conjectura [g]. Verùm nomen hoc, licèt in V. T. nullibi ei tribuatur, ex traditione tamen vulgò notum erat, & à Spiritu Sancto hîc delectum. Alibi etiam, pro nomine uno in V. T. posito, alterum, ibidem omissum, pro arbitrio Spiritûs S. in Evangelio est positum, ut *Barachias*, Matt. 23. 35. pro *Joiada*, 2 Chron. 24. 21. & *Abiathar*, Marc. 2. 26. pro *Achimelecho*, 1 Sam. 21. 2. Quidni & h. l. *Jeremias*, pro *Zacharia*? neque ex homonymia periculum hîc erat erroris, cùm ipsa hæc verba Zachariam satis indicant [h]. 5. Scriptum hoc erat in Apocrypho quodam Jeremiæ Libro [i], in quo hæc verba legi [k]. Pro certo haberi debet multa apud Judæos Vatum veterum oracula conservata fuisse, non scripto, sed memoriâ, quanquam postea qui à Parentibus acceperant ea privatim amotârunt: unde factum est ut ea oracula in Libris ab Esdra digestis non exstarent. Ἐκπυρώσεως (*Conflagrationis*) universalis exspectatio, etiam Græcis celebrata, non potuit non ab aliquo vaticinio ortum habuisse: quod quidem vaticinium ipsi Adamo asscribere non veretur Josephus. Tale illud, 1 Cor. 2. 9. quod inter Eliæ dicta antiquitus celebrabatur, & illud Judæ, v. 14, 15. Talis est & ille *vetus hominum sermo* Josepho memoratus, Τότε τὴν πόλιν, &c. (*Tunc Urbs capietur & Templum incendetur, quum seditio grassabitur, & manus ipsorum propriæ Templum Dei polluent*:) & illud λόγιον apud eundem, Ἁλώσεσθαι, &c. (*Urbem & Templum expugnanda fore, quando Templum fiet quadratum.*) Jam verò & illud sciendum est, veterum Prophetarum verbis uti solitos Prophetas posteriores. Ità Ezechiel multa habet verbotenus ex Jeremia desumpta, ut apparet collatis locis, Jer. 31. 29, 30. Ezech. 18. 2, 3, 4. & alibi. Sic & in Apocalypsi Johannis multas περικοπὰς invenire est ex Ezec. & Dan. Et illud quod ex antiqua traditione, cujus meminerunt Orig. & Hier. ut Eliæ citavimus, ab Elia mutuatus est Esaias, 64 4. Inprimis autem Zacharias amat imitari locutiones Jeremiæ. Quis enim non videt quod apud eum est 1. 4. sumptum ex Jer. 18. 11. & 35. 15. quod est apud eum 1. 6. ex Thren. 2. 17. quod est 3. 8. ex Jer. 23. 5. atque alia ejusmodi. Quapropter dicere etiam solent Judæi *spiritum Jeremiæ fuisse in Zacharia*, atque adeò Jeremiam eundem esse & Zachariam. Quare non video quid obstet quominus & dictum hoc de 30 *siclis* ab Jeremia primitus usurpatum, hominúmque memoriâ conservatum, per Zachariam repeti Deus voluerit; quod tamen hîc à Matthæo citetur primi auctoris nomine, quanquam in Libris ab eo scriptis non exstat. At Hieron. ostensum sibi ait à Nazarenæ sectæ homine Librum in quo id exstaret sub Jeremiæ nomine, qui Liber privatam continuit annotationem famæ antiquitus traditæ per ora Hebræorum. Tales autem annotationes, quia publicâ auctoritate factæ non sunt, meritò vocantur ἀπόκρυφα· neque tamen id obstat quò minùs in eis multa contineantur & vera & vetera. Sic idem Zacharias illud, *Increpet te Deus, ô Satan!* sumpsit ex antiqua traditione, quæ deinde perscripta est in Libro Ἀποκρύφῳ, cui titulus, *Assumptio Mosis*. Quin & illud Eph. 5. 14. Ἔγειρε, &c. Græci notant desumptum ex *Jeremiæ Apocryphis*. Sicut & illud, *Neque circumcisio quicquam valet, neque præputium, sed nova creatura*, antiquitus sub Mosis nomine celebrabatur [l]. Plura Prophetæ dixerunt quàm scripserunt. Sed nec omnia Christi dicta & facta scriptis tradita sunt, Joh. 20. 30, 31. & 21. 25. qualia illa Act. 20. 35. & 1 Cor. 15. 6, 7. Sic quædam in V. T. omissa in Novo recensentur, ut Magorum nomina, 2 Tim. 3. 8. quæ etiam Jonathan ex traditione nominat ad Exod. 7. 11. similiter & Plin. 30. 1 [m]. [Hæc de quinto solutionis modo.] 6. Traditio erat Rabbinorum, in Bab. bava bathra, fol. 14. 2. *Hic est ordo Prophetarum, Liber Josuæ, Judicum, Samuelis, Regum, Jeremiæ, Ezechielis, Esaiæ & duodecim.* Hanc citat K. in Præfat. ad Jerem. Unde liquet, Jeremiam in Volumine Prophetarum olim primum locum obtinuisse: atque hinc ejus memoria præ omnibus aliis Prophetis, & primus nominatur Matt. 16. 14. Matthæus ergò verba è Volumine Prophetarum citat tantùm, sub istius nomine, qui primum ibi locum tenuit. Simile illud, Luc. 24. 44. *In Lege, Prophetis & Psalmis. In Psalmis*, i. e. in Libro Hagiographorum, in quo primum locum obtinuit Liber Psalmorum [n]. 7. Hoc nobis significare voluit Evangelista, quòd postrema hæc capita, quæ à Judæis Zachariæ asscribebantur, videlicet, 9, 10, 11. sunt reverâ Prophetiæ Jeremiæ [o], quæ forsan in lucem non prodierunt nisi post captivitatem [p]. Quædam certè quæ in iis continentur, videntur anteriora temporibus Zachariæ, nempe ante captivitatem, & subjecta quorundam in eis locorum post eam vix in rerum natura erant. Et hoc ipsum caput 11. aliquid habet quod cum tempore Zachariæ minùs congruere videtur, ut prophetiam de excidio Templi, ad quod exstruendum Judæos ipse animabat. Et quomodo v. 6. illius capitis convenit cum ipsius tempore? Nulla Scriptura dicit illa esse Zachariæ, at Jeremiæ esse dicit Matthæus. Quòd autem Zachariæ adjunguntur non magis probat ea ipsius esse, quàm probat omnes Psalmos Davidis esse, quia ipsius Psalmis adjunguntur; aut Aguris Proverbia esse Salomonis, quòd cum hujus Proverbiis conjunguntur [q]. 8. Est hîc σύγχυσις duorum locorum Propheticorum [r], ex quibus sine dubio coaluit hoc testimonium, scilicet ex Jer. 32. & Zach. 11. Similia exempla alibi occurrunt. Conflatur unum testimonium, Matt. 21. 5. ex Esa. 62. 11. & Zach. 9. 9. item Matt. 21. 13. ex Esa. 56. 7. & Jer. 7. 11. item Act. 1. 20. ex Psal. 69. 26. & 109. 8. item 1 Pet. 2. 7. ex Psal. 118. 22. & Esa. 8. 14. Vide & Rom. 3. 10. & 9. 33. Illud insuper usitatum est, ut cùm verba aut testimonia duorum sunt, aut altero omisso, alter tantùm nominetur, aut totum testimonium, quasi unius tantùm esset, significetur. Proris exemplum est Marc. 1. 2, 3. ubi prior testimonii pars Malachiæ est, posterior Esaiæ, & tamen, omisso Malachiâ, unus nominatur Esaias: Posterioris, Matt. 21. 5. ubi, testimoniis duorum Prophetarum connexis, dicitur tamen *scriptum per Prophetam*, &c. Causa autem cur Matthæus Jeremiam hîc nominat, est, quod rationem hîc reddere voluit non tam pretii quo Christus emptus est, [de quo loquitur Zacharias,] quàm agri eo pretio empti, de quo nihil dicit Zacharias, dixit verò Jeremias, cap. 32 [†]. Quod de pretio hîc dicitur, est ex Zacharia; quod de agro, ex Jeremia. Copulam verò hîc, ut sæpe, omissam puto, & locum sic reddo, *Tunc impletum est, quod dictum est per Jeremiam*, (supple, *&*) *Prophetam*: de quo nè quis dubitet, additur, *dicentem*, [nempe quæ sequuntur;] quæ Zachariam dixisse fatentur omnes [s]. Quod autem hîc dicitur de agro, respicit, vel, 1. illum agrum Anathoth, quem Prophetæ vendidisse dicitur Hanameel, de quo agitur Jer. 32 [v]. Qui ager typus erat hujus agri de quo hîc Matthæus loquitur. Ad analogiam autem inter typum & antitypum sufficiunt duo: 1. Quòd ager Jeremiæ cesserit *peregrinis* [x], nec tam emptus tum videbatur domino, aut domesticis, quàm externis & peregrinis [y]; ager apud Matt. *in sepulturam peregrinorum* emptus erat. 2. Quòd agri à Jeremia empti monumenta in vase figuli fuere reposita [z], id quod typicum fuisse constat ex eo quòd talia monumenta, extra hujusmodi vasa, in scriniis & arculis tutissimè servertur [a]; ager autem Matt. *ager figuli* appellatur [b]. Sed dilutum hoc est, nec placet hæc sententia, quia de benedictione, non abhominatione, agri ejus, ibi agitur, vers. 15. Hoc autem quid ad *agrum sanguinis*, qui è Jeremia eruendus est? Inter agros autem maledictos eminebat ager seu vallis Ennom, sive Hinnom, ubi Molocho Sacra fiebant. Hic ager situs erat ad portam figuli, ad quam Jeremias testam confregit, similem confractionem populo denuncians, Jer. 19. 10, 11, &c. Hunc agrum Jeremias à sanguine habiturum nomen dixerat, & vocandum *vallem occisionis*, Jer. 19. 6. ut hîc, *agrum sanguinis*. Zachariæ porrò verba ità Jeremiæ verbis junxit Matthæus, ut hujus verba inserat, illius interrumpat. Totus ergò locus ità distinguendus; *Et accepi argenteos triginta à filiis Israel, precium æstimati, quem ipsi æstimârunt (quos ad emendum agrum figuli dederunt) sicut præscripsit mihi Dominus.* Ubi verba parenthesi inclusa sunt Jeremiæ, reliqua omnia Zachariæ [c]. [Hæc de nobili hac quæstione congerere placuit. Pergamus jam ad reliqua hujus versûs

[c] G. [d] Glas. ex Aug. & Ger. [*] M. Er. Gom. [f] Q. in Mal. Gom. [g] Mal. [h] Gom. [i] Gom. ex Orig. [k] Hi. in D. [l] G. [m] Gom.

[n] Li. ho. [o] Med. l. 4. epist. 31. sic Ham. ad Heb. 8. 9. [p] Ham. [q] Med. ib. [r] Heins. [†] Glas. ex San. ib. 158. [s] Heins. [v] Q. in Heins. Glas. ex San. [x] Glas. [y] Glas. ex San. [z] Glas. [a] Glas. ex San. [b] Glas. [c] Heins.

sûs verba.] ¶ *Et*, &c. Καὶ ἔλαβον] Ἔλαβον (sicut & sequens ἔδωκαν, in qua voce aut ν est paragogicum, aut Scribæ erratum [d]:) est, vel, 1. tertia pers. plur [*]. *Et acceperunt*, Er. Ti. Ar. Æth. Be. Bru. &c. Judæi scilicet. At Zacharias narrat se accepisse jussu Domini [f]. Vel, 2. prima pers. sing [g]. *Et accepi*, Sy. Pers. Pi. Tre. sic Ca. Rectè, ut docent verba sequentia, *Sicut præcepit mihi*,&c. ubi factum & mandatum conjunguntur, & uni eidémque personæ tribuuntur, videl. ipsi Prophetæ; qui hîc typum gessit Judæ, quod non magis mirum, quàm quòd Ezechiel obsederit Hierosf. comederit stercus, &c [h]. Al. Ἔλαβον, & quod sequitur, ἔδωκαν, sumenda hîc sunt indefinitè, sine ulla personæ aut numeri consideratione. Factum enim notatur, non quis faciat. Apud Zachariam ipsi Zachariæ ut id faciat, atque eo modo ingratum populi animum testatum reddat, imperatur. Hîc verò Deus curavit id ipsum per Pontifices fieri: quod ostendit sequens clausula, *sicut præcepit mihi Dominus*. Sed per quemcunque fiat, eadem manet significatio. Quare nihil peccavit Syrus qui hîc primæ personæ verbis usus est: quem si sequi volumus, erit illud ἔδωκαν mutandum in ἔδωκα. ¶ *Triginta*, &c. Τὰ τριάκοντα ἀργύρια] Supple, νομίσματα, ut diximus suprà. Lxx, Sym. Aq. ἀργυρῶς supple, σικλῶς. Vide quæ suprà [i]. *Triginta illos argenteos*, Pi. sub. *numos*, Be. Pi. nempe quos Jehovæ dederant pro mercede filii Israel [k]: vel, abs Juda in Templum projectos [l]. ¶ *Pretium*, Τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου] *Pretium* (vel, *Pretium illud*; Appositio & epexegesis [m]:) *pretiosi*, Tre. & Di. ex Sy. vel, *honorati*, Æth. Tre. ex Sy. vel, *honorandi*, Boder. ex Sy. in Di. *appretiati*, Mo. V. *æstimati*, Er. Il. P. Ti. Be. Ca. i. e. hominis tanti æstimati à Sacerdotibus [n]: vel, *illius æstimati*, Bru. i. e. ipsius Jehovæ [o], Messiæ, seu Christi [p]. Apud Zachariam est אֶדֶר הַיְקָר [q], *magnificentiam pretii* [r]: est τιμή, non tamen quà *pretium*, sed quà *honorem*, significat: sed hæc solent inter se commutari †. אֶדֶר est τιμή, *gloria*, *magnificentia*, adeóque *pretium*, quod tanquam gloriosum quid & magnificum habetur [r]. יְקָר est substantivum, significans *gloriam*, aut *reverentiam*: pro quo legisse videtur Matt. יָקָר [v], quod adjectivum est, significátque τὸν τιμήεντα [x], aut, ut hîc effertur, τὸν τετιμημένον [y], *pretiosum*, *honoratum* [z]. Lxx vertunt, σκέψαι εἰ δόκιμόν ἐστιν nimirum per illud σκέψαι ostendentes dicti εἰρωνείαν. Aquila satis ad verbum, ὑπερμεγέθης ἡ τιμὴ, *egregium verò pretium* [a]. ¶ *Quem*, &c. Ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ] In Zacharia est, אֲשֶׁר יָקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם, *quo æstimatus sum ab illis* [b]. *Ab illis*, scil. qui populus Dei erant: *à filiis Israel*. Sic explicat Mat. emphasin relativi, *illis*, quo utitur Propheta ad rei indignitatem explicandam [*]. Illud אשר Matt. retulit ad τετιμημένον, quomodo acceptum ab eo הַיְקָר jam diximus; Aquila ad τὴν τιμὴν· ideo, ἣν ἐτιμήθην ὑπὲρ αὐτῶν, transtulit: Lxx pro *quomodo* sumunt, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐτῶν. Nam δοκιμάζειν omnino illi pro τιμᾶν posuerunt; ut Plato, cùm dicit, τοὺς ἀνδραπόδων δοκιμάζετε [c]. [Verba sic reddunt:] *Quem* (vel, *Qui*, Il. P. Be. vel, *Quod*, nam ambiguum in Syro est, referri ne relativum ad *pretiosum*, an ad *pretium*, debet: posterius cum Hebræo meliùs convenit, prius cum Græco [d]. Vel, *De quo*, Di. Sy. Ar. vel, *Pretium quod*, Perf.) *appretiaverunt* (vel, *spreverunt*, Tre. vel, *definiverant*, i. e. pretio æstimaverant. Syrorum enim קצץ & *spernere*, & *decidere*, sive *præcisè definire aliquid*, significat [*]: imò neutrum, quod sciam, Syris significat [f]. Videtur Syrus in Matt. legisse, ἠτιμήσαντο [g]. Vel, *honoraverunt*, Æth. vel, *licitati emerunt*, Ca. vel, *æstimatum emerunt*, Er. Ti. Sed τιμᾶσθαι pro emere rem æstimatam nusquam legi [h]. Vel, *æstimaverant*, Bru. Pi. sic Be. scil. tanti, decorum scilicet & magnificum pretium [i]: vel, *prætio æstimaverunt*, Er. vel, *pacti sunt*, Sy. Pers. Ar. Di. *quem pacti sunt*, i. e. quem pacto pretio acquisiverunt [k]: vel, *æstimatus fuit*, Il. P. Be.) *à filiis Israel*, Mo. P. Il. Be. Er. Sy. Perf. &c. vel, *ab Israelitis*, Ca. vel, *filii Israel*, Ar. vel, *ii qui sunt è filiis Israel*, Tre. *A filiis Israel*, i. e. ab uno è filiis Israel, scil. Juda †. Hæc verba, *à filiis Israel*, duriùs cohærere videntur cum præcedentibus. Sed huic difficultati bifariàm occurrunt [l]: 1. Ut cohæreant cum voce ἔλαβον [m]. Locum sic legas, *Accepi triginta argenteos* (*pretium illius pretiosi quem definiverant*) *à filiis Israel* [n]. 2. Ut sit ellipsis [o], vel articuli οἱ [p], vel vocis τινὲς [q], ante ἀπό. Ἀπὸ

Margin: [d] Med. ib. sic Pi. [*] Mal. Be. [f] Pi. [g] Pi. Be. Mal. Di. [h] Pi. [i] G. [k] Pi. [l] Bru. ex Be. [m] Pi. [n] V. [o] Pi. [p] Bru. sim. Pi. [q] Di. G. [r] Di. † G. [r] Di. [v] G. sim. Di. [x] G. [y] G. sim. Di. [z] Di. [a] G. [b] Mal. [*] Be. [c] G. [d] Di. [*] Jun. in Di. [f] Di. [g] Jun. in Di. [h] Be. [i] Bru. [k] Di. † V. sim Er. in Be. [m] Q. in Gom. sic Pi. ex Jun. [n] Jun. [o] Al. in Gom. sic Be. G. &c. [p] Be. [q] G. Be. Gom. [*] Be.

autem ponitur pro ἐξ †, (nam istæ præpositiones sunt ἰσοδύναμοι, ità infrà v. 21. τινὰ ἀπὸ τῶν δύο [t]) atque ità erit partitiva locutio Hebræis & Syris familiarissima [v], qualis est Matth. 23. 34. ἐξ αὐτῶν, pro, τινὰς ἐξ αὐτῶν [x]. Sed & multò apertiùs in recto casu eadem est ellipsis [y], Joan. 16. 17. Act. 21. 16 [z]. Sic & Marc. 6. 43. Luc. 21. 16. Sic & Abydenus in historia de Sisithro, quo nomine Noam appellat, μετὰ τῶν ὀρνίθων, i.e. τινὰς τῶν ὀρνίθων. Tale & illud Matth. 9. 16. αἴρει ἀπὸ (i. e. τὶ ἀπὸ) τοῦ ἱματίου. Ἐτιμήσαντο hîc positum est pro eo quod apud Prophetam est ἐτιμήθην· rectè: quia ibi Deus loquitur; hîc res narratur [a]. Matthæus non tam vaticinium Prophetæ repetit, quàm ejus impletionem narrat; quamvis videatur in persona Prophetæ loqui: nec tam verba Prophetæ quàm sensum refert [b]. Zacharias narrat quid ipse fecit, Matthæus narrat quid fecerint Judæi, eos nimirum accepisse 30 argenteos, & ex iis emisse agrum figuli: Explicat igitur quomodo impletum fuerit illud Zach. *Projeci eos ad figulum*, i. e. quos futurum erant ut darent figulo [c].

10. *Et dederunt*] Ità Be. i. e. expenderunt [d]. Καὶ ἔδωκαν] *Et dedi*, Pi. Bru. ex Sy. Legendum, ἔδωκα, ut antè dictum [*]. Verto, *Qui*, vel, *Et illi*, h.e. filii Israel, nempe sacerdotes, *dederunt*. Sic καὶ sæpe sumitur, ut Ruth. 1. 11. *Numquid ultrà filii mihi in ventre meo*, καὶ ἔσονται, &c. *qui*, vel *& illi*, *erunt vobis in viros?* Est Hebraismus. Sic 2 Reg. 23. 29. *Et abiit Rex Josiah in occursum ejus*, וַיְמִיתֵהוּ, *qui*, vel *& ille*, i. e. Pharaoh Necho, *occidit eum*. Sic & in Plut. Timoleonte, *Monstrârunt eos militibus*, καὶ εἰς προσευχὴν, &c. *qui*, vel *& illi*, *ad precandum deos conversi sunt*. Vide & Matth. 14. 11. Joh. 15. 6. Act. 6. 6. Ità & h. l. sic autem tollitur ἡ ἀνακολουθία, sive incohærentia hujus loci, qui sic rectè vertitur, *Et accepi 30 argenteos* (*pretium æstimati quem æstimârunt*) *à filiis Israel*, *qui*, vel *& illi*, *dederunt eos pro agro figuli*, *sicut præcepit mihi Dominus* †. ¶ *In agrum* (vel, *Pro agro*, Bru. vel, *Ad emendum agrum*, Be. sim. V.) *figuli*] Heb. אל יוצר, *ad figulum* [f]. Videtur ignobilis fuisse locus ità vulgò appellatus, simili figurâ, ut cùm dicitur, *Jam proximus ardet Ucalegon*. Neque longè à Templo hunc agrum, cujus Zacharias meminit, fuisse indicio est id quod additur, בית יהוה, quod an in Jeremiæ dicto fuerit dubitari potest. Fortè ex eo agro sumi solebat humus ad fictilia Templi; ut idem sit locus qui שער החרסית, Jer. 19. 2. ם nimirum posito pro ש, quod non caret exemplo. Nam quod יוצר K. interpretatur τὸν χωνευτήριον, (quasi esset אוצר, ut significet eum qui præerat templi ærario, i. e. Seniores & Sacerdotes quibus nummi illi restituti fuerint [g]:) sine exemplo est: semper enim *figulum* significat, & sic vertunt Lxx ad Esa. 41. 25. Thren. 4. 2. & Aquila hoc loco. Apud Lxx videtur χωνευτήριον dictum καταχωνευτικῶς pro eo quod dicendum erat κεραμεῖον· cujusmodi abusiones passim apud eos reperire est [h]. ¶ *Sicut*, &c. Καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος] *Sicut præcepit* (συνέταξε, pro, διέταξε, ut suprà 26. 19 [i]. vel, *constituit*, Vulg. i.e. dixit [k]; vel, constitutum revelavit [l]:) *mihi* (vel, *per me*, V.) *Dominus*, Pi. sim. Be. &c. Ut scilicet prophetiâ hâc meâ, tanquam facto meo, prænotarem [m]; ut hoc vaticinium testarer esse impletum. Contextûs ordo est, *Tunc adimpletum est* (*sicuti mihi Dominus manifestavit ac dixit*) *quod dictum est per Jeremiam*, &c. Nisi quis malit hæc esse Prophetæ verba, quibus testetur hoc suum de iniquæ pecuniæ commutatione vaticinium à Domino sibi fuisse revelatum [n]. Hoc ex superioribus Prophetæ verbis non frustrà hîc additum, ut intelligantur hæc omnia Divini consilii dispensatione accidisse. Cùm autem hoc dictum Jeremiæ per Zachariam repetitum hîc recitat Matthæus, simul ostendit tacitè eas pœnas imminere Judæis quas iidem Prophetæ olim sui temporis hominibus prædixerant; Fore enim ut populus ille à Deo fastiditus & extra ejus tutelam positus intestinis discordiis agitaretur, atque uno tempore amitteret tria illa pastorum genera; Imperium civile quantum adhuc restabat, Sacerdotium, & Prophetiam [o]. Pro his Matth. verbis in Zach. est, בית יהוה [p], quod Lxx vertunt, in *domum Domini*. Quomodo hoc conciliandum [q]? Resp. Si quis expendat quo pacto illa verba stant, & quàm turbatam reddunt constructionem, suspicabitur mendum esse. Et ii

Margin: † Di. ex Be. G. [t] G. [v] Di. [x] Be. sic Di G. [y] Be. [z] Be. G. [a] G. [b] Be. sim. Gom. [c] Be. [d] Me. [*] Pi. † Kn. [f] G. sim. Be. ad v. 9. [g] Q. in Be. [h] G. [i] Pi. [k] Euth. in Zeg. [l] Zeg. ex Gloss. [m] Bru. [n] Zeg. [o] G. [p] Ham. ad Heb. 8. 5. ex Med. [q] Ham.

si Apostolus hîc Criticum agat, illum sequi licet, quicquid dicant Masoretæ[r]. Legendum ergò, כרת יהוה[†], i. e. ad verb. κτ' πρόσταγμα, sive σύνταγμα Κυρίε, vel, ut Matthæus hîc liberiùs transfert, καθὰ συνέταξε, &c. De כרת vide Est. 1. 8, 15, &c[t].

11. *Stetit*] Ut reus[v]. Ἔστη judicialis vox est, Matth. 26. 6. Act. 24. 20. & 25. 10. ut *stare* apud Latinos. Horatius, —*Interеam si Aut valeo stare, aut novi civilia jura.* Gellius, *Deliberatum est de nota ejus qui*, &c. *in jure stans clarè nimis & sonorè oscitavit*[x]. Secunda hæc fuit actio quam plenissimè exponit Joannes, cap. 18. à 13. ad 37[y]. ¶ *Tu* (vel, *Tune*, Be. Pi.) *es Rex Judæorum ?*] Ille Rex olim promissus, & hactenus expectatus Judæis? De jure quærit, nam re & facto non videbatur Rex, &c[z]. Cum hoc elogio Pontifices Jesum Pilato tradiderant, quia hoc crimen affectati Regni maximè putabant valiturum ut Pilatus Jesum morti addiceret; semet interim capitis damnantes, ut qui Messiam Regem Regni aspectabilis, & eversorem Romanæ dominationis, avidissimè exspectarent[a]. *Tu*, dicit emphaticè; q. d. tam vilis, pauper, reus, &c. egregius quidem Rex[b]! ¶ *Tu dicis*] Potest bifariàm exponi: 1. q. d. Tu id dicis, non ego[c]. Sic Phædra, apud Euripidem, cùm quæsiisset ab illa nutrix, essétne Hipolytus quem ipsa deperiret, respondit, Σὺ τάδ', οὐκ ἐμοῦ, κλύεις[d]. 2. Ego sum, ut declaratur Joh. 18. 37[*]. Is sum quem tu perhibes nominando[f]. Modestè concedentis & affirmantis est[g]. q. d. Rem ac veritatem ipsam dicis. Sic apud Plautum Perf. —*rem loquitur meram.* Idem alibi, *Nullus sum. Imò es. Scio jam miserum dices. Tu dixti*[h]. Hæc est *præclara* illa *confessio*, 1 Tim. 6. 13. Cùm verò Jesus hîc Regem se fateatur, negari mihi videtur non posse Regnum ejus aliquo modo inchoatum esse cùm veritatem cœpit docere: nam ità ipse apud Johannem *regnum* interpretatur. Neque obstat quòd passim Regni ejus initium duci videtur ab evectione in cœlum: id enim de plena Regni possessione intelligendum est. Et sanè videri potest David etiam hac in re imaginem Jesu gessisse. Nam & is primùm in Regem unctus est, post id Regni portione aliquâ acceptâ, mox jus Regni in solidum accepit, 2 Sam. 2. & 5. Certè potestas remittendi peccata, quam Jesus vitam mortalem agens exercuit, ad Regnum pertinebat, ut & liberrima illa miraculorum pro arbitrio dispensandorum potestas[i].

12. *Et cùm accusaretur*] Hæc erat secunda & intentior accusatio, cùm vidissent Pontifices Pilatum priori criminatione non multùm moveri, ut ex Luca discimus. Hæc reo coram facta, more Romano, Act. 25. 16[k]. ¶ *A principibus*, &c.] Vel scripto, vel per Procuratorem, nam ipsi non ingrediebantur, Joh. 18. 28[l]. vel Jesus foràs productus est à Pilato ipsum excusante[m]. ¶ *Nihil respondit*] Causa silentii, præter deliberatam mortis patientiam, hæc erat, quòd apud religiosum Judicem accusatio ista suâ sponte evanesceret. Nam in criminibus Majestatis, ut Modestinus inquit, persona spectanda est an potuerit facere: Jesum autem, plebeiæ sortis hominem, nullas habentem armatorum copias, præsidia nulla, res ipsa satis ab hac suspicione liberabat. Quòd si Pilatus, ut factum est, vellet suam religionem Judæis gratificari, supervacua erat omnis defensio. Vide dicta suprà 26. 63. Et confer Esa. 53. 7[n].

13. *Non audis quanta*, &c. Πόσα] *Quot*, V. *Quàm multa*, V. Be. Bru. Pi. *Multa* quidem adferebant, sed partim ea quorum fidem implere non poterant, ut de non solvendis tributis; partim nihil pertinentia ad Majestatem, ut de doctrina sparsa per omnem Judæam. Neutra refutationis egebant[o].

14. *Ut miraretur*, &c.] Hominem innoxium, eloquentem & sapientem, in capitis periculo obticescere: mirabatur ejus patientiam, fortitudinem, mortis contemptum, integritatem, modestiam[p]. Confer Esa. 49. 7. Cogitabat fortè Terentianum illud, *An quisquam judex est qui possit noscere Tua justa, ubi tute verbum non respondeas?* At profectò in criminum causis non modò tacentes, nisi convicti certissimis testimoniis, damnari non possunt, sed nè confessio quidem perire volentium admittenda est[q].

15. *Per*, &c. Κατὰ δὲ ἑορτὴν] *In festo autem*, Bru. Pi. &c. supple, quod tunc agebatur[r], nimirum Paschæ, ut liquet ex Joh. 18. 39[†]. Nam ea eminenter ἑορτὴ dicebatur, ut Matth. 26. 2, 5. & Joh. 4. 45. collat. cùm Joh. 2. 13. & in Josepho, [verba vide in G.] unde Lucas, ἐν τῷ πάσχα ἐν τῇ ἑορτῇ, ubi *pascha* συνεκδοχικῶς vocatur totum tempus Azymorum[t]. Hoc potiùs festo quàm alio dimissus fuit captivus, ut educti olim ex captivitate Ægypt. populi monumentum esset[v]. Ἑορτὴν dicit pro, τὴν ἑορτὴν, &c. καθ' ἑορτὴν, pro, ἐν ἑορτῇ, ut infrà 19. κατ' ὄναρ, *in somnio*. Præpos. κτ' hîc notat tempus[x]. Al. *Singulis festis*, Be. Sch. Vide Marc. 15. 6[y]. & Luc. 23. 17. Pasch. & Pentec. & Scenop. κτ' distributionem notat, ut, καθ' ἡμέραν, *quotidie*; Matth. 26. 55. κατ' οἶκον, *domatim*, Act. 2. 46. κτ' πόλιν, *oppidatim*. Sic, κατ' ἔτος, *quotannis*, κατ' ἄνδρα, *viritim*. Ità & h. l. ideòque articulus hîc omittitur, quum Matth. 26. 5. dicat, ἐν τῇ ἑορτῇ[z]. Syrus habet, *in omni festo*, sed intelligit de die festo Paschæ quotannis recurrente[a]: quam universitatem κτ' notat[b]. ¶ *Consueverat præses* (ut olim Rex aut Dux Judaici populi: videtur enim antiquum hunc fuisse Judæorum morem[c]. Sed num à Judæis hic mos erat, an verò à Romanis, incertum est[d].) *populo* (non dicit, *primatibus*: populus enim maximè talibus delectatur[*].) *dimittere*, &c.] Morem hunc quidam probant, exemplis illis, Num. 35. 22. 1 Sam. 14. 45. alii reprobant, ex lege, Exod. 22. 18[f]. Veterem hunc morem fuisse non credo. Nam Lex Mosis erat χωρὶς οἰκτιρμῶν, Heb. 10. 28. ὁ νόμος τὸ ἀπηγορευμένον ἔχει, (*Lex non dat veniam*) inquit scriptor Responf. ad Orthodoxos. Nec cuiquam homini data ignoscendi potestas, non Regi, non Synedrio, non populo universo. Nam Jonathan, cujus pœnam populus deprecabatur, aut contra æquum ad pœnam poscebatur à patr, aut certè non ex Lege Mosis, sed ex novo edicto regio: nam in Legem nihil peccaverat. David Absalomo veniam dare ausus non est, donec fortè propositum paterno affectui, Joabo annitente, succubuit. Joabo quoque homicidii pœna dilata, non donata, est. Rex etiam Sedecias agnoscit se contra Synedrii sententiam nihil posse. Ipsi autem Synedrio Sameas exitium vaticinatus est, quòd Herodem accusatum non condemnâsset. Quare credibile est, à Romanis hoc esse. Nam in Livii historia videmus *lectisternii* indicti *diebus vinctis dempta vincula*; *religioni deinde fuisse quibus eam opem Dii tulissent vinciri.* Ad hoc exemplum putem ab Augusto hanc gratiam concessam populo Judaico; idque mandatis Procuratorum fuisse comprehensum. Nam alioqui Præsides Romani nullam habebant ignoscendi libertatem, ut leges nos docent. Sic Christiani Imperatores, Valentinianus, Theodosius & Arcadius, generali lege Judicibus mandârunt, ut primo die Paschali omnium in carcere clausorum, nisi ob certa crimina quæ lex enumerat, vincula dissolverentur[g].

16. *Habebat*, Εἶχον] *Habebant*, Bru. ex Sy. Be. Pi. scil. populus: nam Præses populi, h. e. Reip. nomine flagitiosos captivos detinebat[h]. Impersonaliter dictum, pro *Habebatur*[i]. ¶ *Insignem*; ità Er. Il. Tre. ex Sy. Be. &c. Ἐπίσημον] *Illustrem*, Ca. non virtute[k], sed scelere[l]: *latronem* dictum, Joh. 18. ult[m]. & φονέα, Act. 3. 14. *Famosum*, ut qui inter capita fuisset seditionis ad cædem usque progressæ. Seditionum principes Josephus λῃστὰς appellat, ut & σικαρίους quia scilicet arma habebant publico injussu. Lege Corneliâ de Sicariis teneri eum qui auctor seditionis fuerit ait Marcianus L. ejusdem, D. ad legem Corneliam. Sic σικάριον vox sumitur & Act. 21. 38[n]. ¶ *Barabbas*] i. e. *Filius patris*[o]. Nomen hoc apud Talmudicos usitatissimum. *R. Samuel Barabba, & R. Nathan Barabba.* Hierosolymitanè sæpe profertur בר בא, *Bar Ba. Simeon Bar Ba.* Hoc in mentem revocat illud Josephi, Bel. Jud. 5. 18. *Cum torquerentur saxa immania à Romanorum balistis in urbem, insidentes quidam in turribus signo præmonuerunt civibus ut caverent hoc clamantes vulgari dialecto, Filius venit*, i. e. בר בא. *Filius* quidem hominis tunc *venit* in gloria justitiæ & vindictæ suæ in gentem nequissimam[p].

17. *Congregatis ergò illis*] Synedrio scilicet coacto, adstante populo. Ità colligimus ex Luc. 23. 13. &

ex

Marginal notes (left column): r Med. ib. † Med. sic Ham. t Med. v Bru. x Pri. y Be. z Bru. a G. b Bru. c Cas. & Camer. ex Th. d Cas. * Pi. f Camer. ex Th. g Bru. h Pri. i G. k G. l Ham. m Bru. n G. sim. Bru. o G. p Bru. q G.

Marginal notes (right column): r Bru. † Pi. sic Bru. G. t G. v Di. ex Pi. sim. Bru. x Pi. y Be. z Sch. a Bru. b Di. c Bru. d Mal. * Bru. f Idem. g G. h Bru. i G. k Mal. l Mal. sim. Bru. m Pi. sic G. n G. o Di. p Li. ho.

ex eo quod infrà sequitur 20. Solitum id fieri ex Josepho apparet, apud quem ad Flori tribunal accedunt *Pontifices & magnates*, &c[q]. ¶ *Barabbam, an Jesum qui dicitur Christus?*] Ità Be. Pi. &c. Χριστὸν hîc non ponitur vice cognominis: nondum enim ità increbuerat id vocabulum ut Jesus eo velut proprio vocaretur. Sed λεγόμενον Χριστὸν significat eum qui à multis credebatur esse promissus Messias. Vide Joh. 9. 22. Marcus hîc pro eodem dixit, ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων[r]. Christum hîc non multis opponit, sed uni, eique homicidæ, seditioso, latroni publico†, omnibusque odioso, ceu communi civitatis hosti[t], ut sic Christum eligere ferè cogerentur[v].

18. *Sciebat*, &c.] Tum ex antegressa fama[x], tum ex ipsius Jesu modestia, & quòd nulla in eum crimina adferentur. ¶ *Per invidiam*, &c.] Ut olim fratres Josephum[y].

19. *Sedente autem illo pro* (vel, *in*, Be.) *tribunali*; ità Er. Il. Ca. P. &c. Ἐπὶ τοῦ βήματος] *Super solium suum*, Pers. Tre. Factum hoc mihi videtur non in ultimo cognitione quâ Christus cruci damnatus est, sed in alia priore. Nam aliquoties in tribunal processit Pilatus ex eo scilicet loco in quo habebat concilium suum: nam de concilii sententia Præsides pronunciare solebant. Is locus à tribunali velo interposito discernebatur: unde illud, *velo levato*, in jure, i. e. nullâ adhibitâ consultatione; cui contrarium est παραπετάσματος μετὰ, i. e. *velo interposito*, in Constit Clem. 2. 52. Hunc locum τὸ ἀπόρρητον δικαστήριον vocat Philost. Vitâ Apol. 4. 15. τὰ σήκρητα τῶν δικαστηρίων, *secreta judiciorum*, Synodus Africana. *Secretarium* sæpe est in Martyrologiis; ut apud Adonem, Pridie Eidus Augusti de Euplo, *Cùm esset extra velum secretarii, intromissus est, jubente Calvisiano consulari, in auditorium.* Exstat eadem vox in Collatione Carthaginiensi, & L. 3. C. *ubi senatores*, & L. in causis de accusat. Priorem hanc cognitionem secuta est interlocutio de Christo flagris cædendo, nimirum quæstionis in eum habendæ ergò: quod μάστιξιν ἀνετάζεσθαι dicitur, Act. 22. 24. Tacitus de Herennio Gallo, *Scissâ veste, verberato corpore, quo pretio, quibus consciis, prodidisset exercitum dicere jubent.* Cicero, Verrinâ de suppliciis, *virgam ait magis in tormento esse quàm in supplicio.* Gordianus Imperator L. *Nullam*, C. Ex quibus causis infamia irrogatur, *Nullam existimationis infamiam avunculus tuus pertimescat ictibus fustium subjectus ob crimen quæstione habitâ.* Est hujus moris viva descriptio in Chrys. orat. 13. De statuis. Sperabat quidem Pilatus aliud quoque ex hac flagellatione, populi scilicet misericordiam; verùm interim oportebat speciem aliquam juris adhiberi injuriæ. Quòd quidam volunt, cæsum flagris Christum in partem pœnæ, ex more Romano consistere non potest: Nam Johannes apertè docet, post Christum flagris cæsum aliquantum temporis intercessisse antequam cruci Christus addiceretur. At in his qui supplicii causâ cædebantur una erat sententia, cujus hæc erant verba legitima, *Summove, lictor, despolia, verbera, lege age, animadverte.* Quare, quod infrà est v. 26. φραγελλώσας, dictum est per retrogressionem; i. e. cùm eum jam antè flagris cecidisset. Josephus de Judæis quibusdam à Floro comprehensis, οὓς, &c. (*Quos, verberibus antè affectos, cruci affigit.*) Ità nihil necesse est tantillo tempore bis flagris cæsum Christum comminisci; quod quidam sine causa ac probabilitate faciunt[z]. ¶ *Misit ad eum uxor ejus dicens*] Per internuncium scilicet[a]. Misit qui diceret[b]. Invaluerat Tiberii tempore contra morem veterem, ut in Provincias missos uxores suæ comitarentur. Notat Tacitus, Annal. 3. Addit ibi Cæcina, *ab his negotia suscipi, transigi: duorum egressus coli; duo esse prætoria*[c]. ¶ *Nihil*, &c. Μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ] *Nihil tibi* (sub. *commune sit*, Bru. vel, *rei sive negotii, sit*, Er. Camer. V. Be. Pi. Bru. &c.) *& justo illi*, Bru. ex Vulg. i. e. *innocenti*, ut & infrà 24[d]. vel, *cum justo illo*, Be. Pi. V. Nihil agas adversus illum: missum illum fac[*]. Fieri potuit ut fuerit mulier [hæc] θεοσεβὴς, quales interdum & aliorum Præsidum Romanorum uxores fuisse apparet[f]. ¶ *Multa* (scil. dicto visuque miranda[g]: multos terrores & angores[h]:) *passa sum hodie* (manè scilicet, postquam maritus cubitu surrexerat, dum ille Jesu summo manè sibi oblati negotia tractaret[i]:) *per visum*, Κατ' ὄναρ] *In somnis*, Er. V. Bru. sic Camer. vel, *Per quietem somni*, Camer. Viso nocturno[k]: *In somnio*, ut suprà 1. 20[l]. Nomini ὄναρ apud Græcos opponitur ὕπαρ[m]. Ὅραμα, *visum*, est vigilantium; ὄναρ, *somnium*, ἐνύπνιον, *quod in somnis apparet*[n]. A Deo patefacta ipsi per insomnium Jesu innocentia[o], & Divinitas[p]; fortè & mala quæ Pilatum (Urbémque[q].) ex injusta damnatione manebant[r]; prout & evenit: nam relegatus est in Viennam Gallorum, ubi seipsum interfecit, teste Jo. Antiq. 18. 5†. Somnium hoc erat, vel, 1. à Diabolo, qui tunc edoctus Divinitatem Christi, & mysterium mortis ejus, sic conatus est mortem ejus impedire[t]: vel, 2. à Deo[v]; qui testatam omnibus esse voluit Christi innocentiam[x], & ut certò constaret, eum in aliorum tantùm vicem pœnæ subire[y]. Uxori autem hoc somnium immissum est, non Pilato, vel, nè ipse secum illud retineret[z], vel, nè ipsi, tanquam homini suspecto, aut corrupto judici, minùs à Judæis crederetur[a].

20. *Jesum verò perderent*] i. e. Perdendum curarent[b], ad necem deposcerent[c].

21. *Quem*, &c. Τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο] *Utrum è duobus illis vultis?* Be. Pi. Bru. τίνα pro πότερον, quando de duobus sermo est[d]. Ἀπὸ hîc redundat[*]: potiùs emphasin habet, exclusionem aliorum significans[f]. Ἀπὸ pro ἐκ[g] ut Luc. 6. 13. *Eligens* ἀπ' αὐτῶν, i. e. ἐξ αὐτῶν[h], & in Appiani Ἐμφυλ. ά. *Metellum & alios* ἀπὸ τῆς βουλῆς, *è Senatu*, —*hostes judicavit*[i]. Τῶν pro τούτων, ut in Demosth. Φιλ. γ'. ἔδει γὰρ τὸ μὲν ποιεῖν, καὶ τὸ μὴ ποιεῖν, pro, τοῦτο καὶ τοῦτο ποιεῖν, &c. & Homer. Il. ά. 29. τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, pro ταύτην[k]. ¶ *Barabbam*] Atrocissima generoso Christi animo ignominia, quam tamen patienter tulit, &c[l].

22. *Quid*, &c. Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν] *Quid igitur faciam Jesu*, Er. Il. Be. Pi. &c. vel, *ipsi Jesu*, Sy. sim. Pers. Tre. vel, *de Jesu*, Ca. Ar. vel, *Jesum*, Mo. Bru. Græca phrasis[m]. Verba faciendi, præter Accusativum rei, Dativum personæ postulant, ut Matth. 21. 40. τί ποιήσει τοῖς γεωργοῖς· sæpe tamen Accusativum personæ admittunt, ut in Isoc. Jugo, *Recordamini*, ὡς πολλὰ ἀγαθὰ τὴν πόλιν ἐποίησε. Aristoph. Equ. *O Phœbe*—τί ποτέ μ' ἐργάσει. Hesiod. ά. ἔργ'. 325.—ὅς τε ξεῖνον κακὸν ἔρξῃ[n]. ¶ *Qui dicitur Christus*] Vel, Judæos irridens hoc dicit[o]: vel, revocat eis in memoriam, ipsos paucis antè diebus huic, tanquam Christo Regi, acclamâsse. ¶ *Dicunt omnes*] Et principes & populus etiam qui acclamaverant, *Hosanna*, &c. Matth. 21. 9[p]. ¶ *Crucifigatur*] Crucem Christo optant, quia id supplicium erat, tum 1. ignominiosissimum[q], quippe vilissimis & scelestissimis hominibus proprium, servis, aliisque ob crimen falsi, sicariatum, latrocinium, seditionem, læsam Majestatem; unde & *mala crux*, *infelix lignum*, & *infamis stipes*, vulgò gentibus vocabatur[r]. *Summo supplicio*, id est, cruce, inquit Paulus in Sententiis: Apuleius *extremam pœnam* dixit. Vide & Ciceronem, Verrinâ ultimâ†. Adde, quòd Judæis maledicta erat hæc mors, Deut. 21. 23. tum, 2. atrocissimum, quia confixio fiebat in locis, ut maximè nervosis & sensu accerrimo præditis, ità remotissimis à corde; illinc acerbitas, hinc diuturnitas, doloris[t].

23. *Quid* (vel, *Quidnam*, V.) *enim mali fecit?*] Illud γὰρ difficilem orationem reddit, quia non apparet, cujus rei causa reddatur: γὰρ pro οὖν poni videri possit. Malim illud non illis quæ dicuntur, sed quæ tacentur, & intelliguntur, respondere; nec enim omnia Evangelista recitavit. Pilatus enim, ut scribit Joannes, clamantibus Judæis, *crucifige eum*, priùs respondit, *Regem vestrum crucifigam?* q. d. Non crucifigam, *quid enim mali fecit*[v]? Subintelligitur recusatio postulationis, *Non faciam, quid enim mali patravit?* Nam Scriptores nostri non ipsa verba Pilati exprimunt, sed sensum: atque ideo, etiam cùm ille loquens inducitur, observare est Hebraismos, ut infrà 24. Hebræis autem mos est reticere id cujus ratio redditur. Exempla alibi allata sunt[x]. Al. Γὰρ hîc redundat[y]. ¶ *Magis clamabant*, &c.] Tales sunt illi clamores populi apud Tertul. *Christianos ad leonem, Christianos ad bestias.* Apud Lampridium, *Delatores ad leonem.* Sic Act. cap. 21. vers. 36. & 22. 22. Similia sunt, *Tiberium in Tiberim*, apud Suetonium;

Ardeat

[Marginal notes, left column: q G. r G. † Mal. sim. Bru. t Bru. v Mal. sim. Bru. * x G. sim. Bru. y G. z G. a Sch. b Bru. sic Camer. c G. d Idem. * V. f G. g Bru. h Eru. sim. Camer.]

[Marginal notes, right column: i Bru. k Be. l Pi. ex Fe. m Pi. n Er. ex Val. o G. sim. Bru. Mal. p Mal. q Idem. r G. sim. Bru. † Bru. t Ignat. Beda. &c. in Mal. v Bru. Mal. ex Orig. Hil. Chrys. Hi. Th. x Mal. sim. Bru. y Bru. z Bru. ex Chrys. a Mal. ex Chrys. & Th. b V. Pi. c Pi. sim. Bru. d Sch. ex Camer. Be. * Camer. f Sch. g Be. Pi. Sch. h Sch. i Be. k Sch. l Bru. m Bru. n Sch. o Camer. p Bru. q G. sim. Bru. r Bru. † G. ad 23. t Bru. v Mal. x G. y Bru.]

Ardeat Valens, apud Ammianum. Tales vanas populi voces quanquam non audiendas esse Imperatores pronunciârunt, ut L. *Decurionum*, C. de Pœnis; multi tamen Magistratus iis supra æquum movebantur [z].

24. *Sed*, &c. Ἀλλὰ μᾶλλον θόρυβος γίνεται] *Sed majorem tumultum fieri*, Be. Pi. Ad verb. *Sed magis tumultum fieri*, Pi. sim. Er. Vulg. Cùm narret Johannes dictum à Judæis, *Nos legem habemus secundùm quam debet mori, quia Filium Dei se fecit*, & magnis clamoribus rem agitatam omnes Scriptores sacræ hujus Historiæ tradant, vero simile est metum injectum Pilato nè populus per tumultum Jesum ad mortem raperet, & si ipse obsisteret, defectionem moliretur, tanquam Mosis Lege contemptâ. Nam & antè fuerant qui Christum lapidibus obruere tentarent; & postea in Stephano idem accidit. Qui metus, quanquam indignus viro constante, ac nè Romanis quidem, nedum Divinis, legibus Pilatum liberaturus à crimine condemnatæ innocentiæ, multùm tamen culpam ejus in comparatione Judaicæ sævitiæ elevat: quod Christus significare videtur Joh. 19. 11. Atque ità interpretor illud Marc. 15. 15. *volens populo satisfacere*, non quòd popularem aurem Pilatus captaverit (erat enim *naturâ inflexibilis & arrogans*, &c. ut scribunt Philo & Josephus) sed, quòd cùm signa inferret Hierosolymis, & cùm gazophylacium vellet attingere, expertus esset quàm facilè ad vim parandam impelli populus ille posset obtentu patriæ legis. Hoc igitur periculum innocentis supplicio redemptum voluit; eorum more qui jus & æquum violant Reipublicæ, ut aiunt, causâ, cùm interim eo facto Rempublicam ex imis sedibus convellant [a]. ¶ *Acceptâ aquâ*] Sed priùs flagellato Jesu, ut liquet ex Joh. 19. 1, &c. nempe ut commoveret Judæos ad misericordiam [b]. [Vide dicta ad v. 19.] ¶ *Lavit manus*, &c.] Puto Pilatum, inter Judæos versantem, eorum morem hîc esse imitatum [c]. Sed iis assentio qui manuum lotionem ad testandam innocentiam putant non Judæorum fuisse propriam, quam ad rem viri eruditi pridem locum Deut. 21. 6. Psal. 26. 6. & alium Aristææ attulerunt [d], (qui scribit, LXX Seniores, antequam ad lectionem S.S. se accingerent, manus lavare solitos, ut *hoc signo declararent, nihil à se mali fuisse admissum* [*]:) quibus addi potest locus Jo. Antiq. 12. 2. sed notam aliis quoque gentibus; quia puritatem Aquæ elemento designare admodum naturale est. Certè qui diis gentium sacrificare volebant, afferre debebant ὁσίας χεῖρας, idque ipsum testari solenni manuum lotione: unde qui scelere aliquo erant contaminati solebant, ut Demosthenes loquitur, χερνίβων εἴργεσθαι· Sophocles, μήτε θύμασι κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χερνίβων νέμειν. Meminit ejus moris Scholiastes Aristophanis plus uno loco. Vide quæ suprà notavimus ad cap. 3 [f]. Triclinius Sophoclis interpres, ad Ajacem, 3. 1. ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ, &c. ità scribit, Ἔθος ἦν, &c. *Veteribus mos erat, in hominum cæde aliisve mactationibus, aquâ abluere manus expiationis causâ.* Unde & illud Æn. 2. *Me bello ex tanto digressum & cæde recenti, Attrectare nefas donec me flumine vivo Abluero* [g]. Sed & moris antiqui fuit ut Judices, ex legibus aliquem damnaturi, manibus ad Solem elevatis testarentur se *innocentes esse à sanguine hominis*, ut videre est in Clem. constitut. 2. 52. Philo, λουτρὸν σύμβολον ἀνυπαιτίου ζωῆς· (*Lavacrum symbolum innocentis vitæ.*) Judæis mos vetus nunc etiam manet à funere venientibus manus lavandi, quo testantur se causam morti non præbuisse, & omnia ministrâsse necessaria [h]. ¶ *Innocens ego*, &c.] q. d. Hunc non ego interficio, sed vos [i]: culpa non mea est, sed vestra, qui me quasi cogitis ad cædem [k]. ¶ *Vos videritis*] Ità B. Pi. Mo. Ca. &c. Ὑμεῖς ὄψεσθε] *Vos noveritis*, Sy. sim. Tre. Pers. Ar. *Vos attendite*, Æth. Vide suprà 4 [l]. Vos expendite vobiscum rem exactiùs [m], vos vindicta apprehendet, &c [n].

25. *Universus populus*] Qui maximo numero aderat, tum ut captivum peteret, tum ut Jesu causam audiret [o]. ¶ *Sanguis ejus* (id est, pœna propter sanguinem effusum [p], sub. *sit*, aut *veniat*, Bru. Pi.) *super nos*] Id est, Nos tenebimur [q]: imputetur nobis mors ejus [r]: culpam in nos suscipimus à nobis luendam [†]. Similis phrasis, Joh. cap. 2. vers. 19. *Sanguis ejus sit super caput ejus* [t]: & 2 Sam. cap. 1. vers. 16.

z G. a G. b Pi. c Cas. d G. * Cas. in Wal. f G. g Be. Sch. h G. i V. k Bru. l G. m Bru. ex V. n Bru. o Bru. p Pi. q G. r V. † Bru. sim. V. Cap. t Cap.

Sanguis tuus sit super caput tuum [v]: i. e. sit, vel esto, reus mortis ipsius [x]. Sic & Romani dicebant, *Sit capiti tuo.* Testes solebant dicere, *Sit sanguis istius super nos.* Vide præceptorum jubentium 105 [y]. *Esse sanguines alicui*, sive *super aliquem*, est homicidii reum esse, ut Exod. 22. 2, 3. Num. 35. 27. Deut. 19. 10. *Sanguis* pro *cæde* sumitur, ut Hos. 4. 2. Hinc *vir sanguinum* est homicida, 2 Sam. 16. 7. Psal. 5. 6. & *venire in sanguines* est cædem patrare [z]. Et דמיו בו LXX bene vertunt, ἔνοχός ἐστι, Levit. 20. 9, 11 [a]. ¶ *Et super filios*] Id est, Posteros [b]. Stupenda cæcitas & rabies, &c [c]. Mos vetus non se modò, sed & liberos, devotandi. In fœdere Smyrnæorum cum Magnetibus est, Ἐπιορκοῦντι, &c. (*Pejeranti exitium, & ipsi & posteris ejus.*) Seneca Rufum ait optâsse ut quod malè erat ominatus *id in se & filios suos recideret.* Certè magnis sceleribus etiam posteritatem obstringi, non Hebræorum tantùm, sed & omnium propè gentium, fuit opinio. Docent passim historiæ: Thucydides, l. 1. ubi de Cylonio piaculo agit, καὶ ἀπὸ τούτου, &c. (*Et ab hoc execrabiles & profani vocabantur & ipsi & posteri eorum.*) Adde quod narratur, 2 Sam. 21. Multa hac de re habet Plutarchus libro, *De iis qui à Deo serò puniuntur.* Quæ eò minus iniqua nobis videbuntur, si addamus, potuisse posteros seriâ ac solenni detestatione paternorum scelerum piaculo solvi. Certè Hebræis præcipitur, ut non sua tantùm singuli, sed & parentum delicta, suppliciter agnoscant: quod & populi nomine facit Dan. 9. & Neh. 9 [d]. Judicia pecuniarum non sunt ut judicia animarum. In illis, si homo dedit pecuniam socio suo, expiatur; in his, sanguis ejus & sanguis seminum ejus pendet ab eo usque ad finem mundi [*].

26. *Flagellatum*; ità Be. Pi. &c. Φραγελλώσας] *Flagellis cæsum*, Camer. *Postquam flagellâsset*, Bru. [Id fecit,] vel, 1. quia legis Romanæ fuit, ut crucifigendus priùs flagellaretur [f]. Verùm Christus nondum damnatus erat [g]. Vel potiùs, 2. ut Judæorum crudelitati sic satisfaceret, adeòque ipsum liberaret [h], ut constat ex collat. Luc. 23. 22. & Joh. 19. 1. Cæsus autem erat Jesus non virgis, quod levius fuisset, vide 2 Cor. 11. 24, 25. sed flagris, idque non à Judæis, juxta Deut. 25. 3. sed à militibus Ethnicis, quorum immani flagellatione multos obiisse scribit Ulpianus, l. 8. ff. de pœnis; qui etiam flagella insitis talis, ossiculis, aut hamis, exasperare solebant. Certum est, Christum dirè flagellatum. Vide Psal. 35. 15. Esa. 50. 6 [i]. vide dicta ad v. 19. Est autem hæc vox è Latina translata in usum Græci sermonis, ut κουστωδία, & quæ apud Ignatium leguntur, δεσέρτωρ, δεπόσιτα, ἄκκεπτα, ἐξεμπλάριον [k]. Una fuit, non duplex, flagellatio, ut ex circumstantiis liquet [l]. ¶ *Tradidit*, &c.] Sub. *eis*, ex Joh. i. e. vel Judæis [m]; vel militibus suis [n]. Dubitant quidam permiserit duntaxat Judæis Christum Pilatus, an Judicis more damnaverit. Ambiguè loquitur Tertullianus. [verba vide in G.] Lactantius autem prolatam à Pilato sententiam disertè negat, Institut. 4. 18. quomodo & Chrys. sensit, Orat. 2. de Eleemosyna. Sed contrarium multa evincunt; primùm locus tribunalis in quem processit Pilatus; deinde, quòd per solos milites Romanos exactum supplicium; ipsa pœna propria Romani juris: nam Crux Judæis legibus ignota: titulus à Pilato dictatus; corpus ab eo postulatum, aliæque circumstantiæ. His adde, quòd jam antè, cùm Pilatus dixisset, *Vos de eo ex lege vestra judicate*, Judæi responderant, sibi capitalium judiciorum potestatem ablatam: quare & omnes insecuti clamores non aliò tendebant quàm ut Pilatus suâ voce Jesum damnaret: atque hoc est in quo populo furenti contra jus & æquum & mentis suæ sententiam obsequium commodavit. Sed & provocatio Catholicorum & τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν ad Acta Pilati ostendit rem judicii specie gestam. Adde Tacitum, *Auctor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperitante per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat*; & Matth. 20. 19. *tradent eum gentibus ut crucifigatur.* Neque aliter senserunt veteres Christiani. Vide Ignatium & Cyprianum: [& eorum verba in G.] Crucem autem irrogatam Christo, tanquam seditionis auctori, verissimè ab aliis notatum est: eam enim pœnam ei crimini statuunt Romanæ leges, ut notat Paulus, 5. Sent. Tit. 22. pro qua nunc *furcam* in Pandectis legimus, quippe Cru-

v Cap. G. x Cap. y G. z Cap. a G. b Be. c Bru. d G. * D. f Bru. ex Hi. & Lips. sim. Er. D. Li. ho. g Be. h Be. sim. Bru. i Bru. k G. l Be. m Bru. n Bru. ex Er.

cis

cis usu in suppliciis per Constantinum sublato. Exempla crucifixorum seditionis crimine in ipsa Judæa & à Varo & à Floro habes apud Josephum [o].

27. *Tunc*] Id est, Sub id tempus: nam hæc antè facta docet Johannes [p]. Hæc circa flagellationem contigerunt, ut constat ex Joh. 19. 1, 2 [q]. ¶ *Milites*] Quatuor, Joh. 19. 23. qui apud Romanos lictores erant, & supplicia administrabant [r]. ¶ *In prætorium*] Id est, in locum ubi Prætoris tribunal erat: ut scilicet Christum in tribunali, quasi in throno, collocarent †. Prætorium erat domus ubi Prætor & habitabat & jus dicebat [t]: idem est hic locus in ædibus Pilati, qui cap. præced. *aula*, sive *atrium*, vocatur. Dicit, *in prætorium*, quia foris extra Prætorium sententiam acceperat [v]. Non erat tribunal Pilati intra Prætorium, sed *in stadio magno*, inquit Josephus, quod erat non longè à Prætorio. Pars hujus areæ lapidibus erat constrata, ut ex Johanne discimus: ibi erat & consistorii locus & tribunal [x]. ¶ *Congregaverunt* (dum apparabantur ad Crucis supplicium necessaria [y]:) *ad eum*, Ἐπ' αὐτὸν] *Apud eum*, Bru. *Adversus eum*, Sy. in Bru. & spectandi & deridendi causâ [z]. ¶ *Universam cohortem*] Aliam cohortem ab ea quæ Templo & Sacerdotibus erat assignata, & quæ *custodia* vocabatur [a]. Σπεῖρα est quod nunc vocamus νούμερον [b]. Cohors est decima pars legionis, constabat 50 manipulis: manipulus verò continebat milites 25, vel, ut Vegetius, 10 [c]. Σπεῖρα propriè *funis contortus*, hic, ut apud Ennium & Appianum, est militum caterva: ut Heb. חבל, propriè *funis*, translatitiè pro *caterva*, vel *cætu*, accipitur, 1 Sam. 10. 5 [*].

28. *Exuentes eum*] Vestimentis scilicet propriis [d]. ¶ *Chlamydem coccineam*; ità Il. Be. P. Ti. &c. χλαμύδα κοκκίνην] *Tunica rubrâ*, Pers. *Veste purpureâ*, Ar. Hic color ruber est †. Marcus hîc habet πορφύραν, 15. 17, 20 [f]. Johannes, ἱμάτιον πορφυροῦν, i.e. ejus coloris qui purpuram mentiretur. Ità hîc *coccina*, quòd coccinam referret: nam ejus & purpuræ vicinus color. Vide L. *Si cui lana*, D. de legatis 3. Par. *versicoloribus*. Hebræi תולע vocant id quod nos vulgò *Cramosinum*, quod Græci interpretes vertunt κόκκινον [h]. Non placet. Coccum à purpura plurimùm distabat, materiâ, colore, & personarum qui utrumque gestabant discrimine. Coccum è frutice terrestri, purpura è concha marina. Alius color purpuræ, alius cocci. Purpuræ plures gradus, & quasi coloris species; una cocci species, & à purpura diversa, quamvis Tyria purpura in coccum inclinaret. Coccinatis licuit esse plurimis etiam privatis, ut equitibus Romanis; purpura solis Imperatoribus tunc propria dicata [i]. Verùm utut purpureum colorem à coccineo differre Brodæus rectè observet, Miscel. 1. 8. tamen promiscuè sumi certum est, quia sunt vicini colores. Horat. serm. 2. 6.——*rubro ubi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos.* Et tertio post versu, *Ergò ubi purpurea porrectum in veste locavit* [k]. Eustathius in Odys. γ' *Porphyrio (avis) autem vocatur à puniceo rostri colore*: quasi puniceus color idem sit cum purpureo à quo nomen porphyrioni. Sic Martianus Capella, l. 1. purpuræ puniceum fulgorem tribuit. Et in ara prima Dosiadæ, *Ut puniceis liquoribus purpuram* (seu purpuream vestem) *imbuit*. Et Nonnus de cane Herculis qui purpuram momorderat, χείλεα, &c. *Labra humidi ignis puniceo colore inficiens, quo olim solo amœna purpuratorum rubefiebat vestis Regum.* Julius Pollux de Hercule, *Juxta Tyrium sermonem primus fuit inventor punicei coloris*, i. e. purpurei. In Justini dial. cum Tryphone κόκκινον ῥάμμα est vitta hyacinthina vel purpurea, de qua Num. 15. 38. *Arabs* interpres *Herpenianus* pro coccino habet *argewan*, i. e. purpuram, Apoc. 17. 4. & 18. 12, 16. Contrà כרמיל *coccinum* ferè omnes reddunt, 2 Par. 2. 7, 14. & 3. 14. cùm *purpuram* debuissent [l]. Quin & Veteres coccum purpuræ succo miscebant, Plin. l. 9 [m]. Satis visum est Evangelistis ad rei fidem nos doceri, clari coloris vestem fuisse. Hanc alii *coccineam*, alii *purpuream*, dixere, qui duo tunc colores in vestibus eximii [n]. Pertinebant hæc ad exprobrationem velut stultè affectati Regni [o]. Simile est, quòd Alexandrini, ut Agrippam, qui se Regem diceret, tanquam ejus nominis majestate indignum, irriderent, Carabam quendam, hominem mentis parum compotem, per ludibrium ornârunt quibusdam quasi Regni insignibus: quæ narratio apud Philonem in Flac-

[o] G. [p] Mal. [q] Bru. ex Aug. [r] Bru. † Mal. [t] Bru. [v] Zeg. [x] G. [y] Be. ad v. 26. [z] Bru. [a] G. [b] Oecum in G. [c] Zeg. sim. Bru. [*] Be. [d] Bru. † Camer. [f] BA. 2. 5. 10. 733. [g] BA. sim. G. [h] G. [i] Salm. in Wal. [k] EP. 1. 6. 32. [l] BA. ib. 733. [m] Be. [n] Salm. in Wal. [o] G. sim. Bru. Camer.

cum mereretur cum hac comparari. Nam quod hîc est χλαμὺς κοκκίνη, ibi est, χαμαιστρώτῳ ἢ τὸ ἄλλο σῶμα περιβάλλουσιν ἀντὶ χλαμύδος [p]. Non sine providentia Dei factum est, ut Christo hîc Regis insigne, ut infra à Pilato titulus Regis, tribuitur [q].

29. *Plectentes*, Πλέξαντες] *Postquam*, vel *Quum*, *plexuissent*, Bru. Pi. Val. *Plexam*, vel *Concinnatam*, Er. Bru. implexis spinis concinnatam [r]. ¶ *Coronam de spinis*] Quales vulgò illic crescebant †: ex alba spina, ait Marcellus Empiricus [t]. Maledictio in spinis cœpit, Gen. 3. 18. in spinis desiit. *Lilium* [hîc erat] *in medio spinarum*, Cant. 2. 2 [v]. Aries hærebat inter vepres, Gen. 22. 13 [x]. In dicta [v. præced.] Philonis narratione, βύβλον, &c. (*Juncum dilatatum loco diadematis capiti imposuerunt* [y].) Ramusculos aliquot spinosos convolventes, in orbémque torquentes & contexentes, coronam condidere, ligno auri vice, & spinis gemmarum loco, constantem [z]. ¶ *Arundinem*] Loco sceptri [a]. Sic in Philone, ἀντὶ δὲ σκήπτρου, &c. (*Sceptri vice fragmentum papyri*, &c [b].) Vide quæ finguntur apud Tanehum, fol. 59. 4. de Angelo viso in specie Salomonis; *In cujus manu arundo, & quem calamo percusserunt* [c]. ¶ *Dicentes: Ave*, &c. Χαῖρε, &c.] *Gaude*, *salve*. Ipsum ut Regem salutant [d]. Sic Livius narrat Philippum Megalopolitanum à Philippo Rege ad ludibrium *Regem* consalutari jussum. Mos autem salutandi etiam Principes addito *Ave*: sic, *Cæsar ave*, apud Martialem Apophoretis, & Macrobium, Saturn. 2. 4 [*].

30. *Et*, &c. Καὶ ἐμπτύσαντες, &c.] *Et inspuentes in eum*, Syrus, *in faciem ejus*: vide suprà 26. 67. Salutationi addunt sputa & verbera tributi loco [f]. Sic & Aristide in Seneca, & Phocione in Plutarcho, ad mortem ductis, *inventi erant qui faciem eorum inspuebant*. Seneca de Catone, *Voces improbas, & sputa, & omnes alias insanæ multitudinis contumelias, pertulit* [g]. ¶ *Percutiebant*] Tanquam morionem, sic fortè spinas altiùs adigentes in caput ejus [h].

31. *Et*, &c. Καὶ ἀπήγαγον, &c.] *Et abduxerunt eum*, Be. Bru. Pi. scil. è Prætorio [i]; vel è civitate, ut illum, Act. 7. 58. *extra tria castra*, *Dei scilicet*, *Levitarum*, *& populi* [k]. Per milites supplicium exactum à Romanis magistratibus etiam extra castra notatum est à viris doctissimis. Hinc *tribunus exactor mortis*, Tacito; Suetonio, *miles decollandi artifex*, qui *speculator* Marco, Jurisconsultis Romanis, Julio Firmico. Tertullianus, ubi Christiano militiam dissuadet. *Et vincula & crucem & supplicia administrabit, nec suarum ultor injuriarum* [l]?

32. *Exeuntes*, Ἐξερχόμενοι] *Dum exirent*, non ex Prætorio [m], sed *extra urbem* [n], ut narrat Johannes & observatur Heb. 13. 12. Congruebat id Hebræo mori: nam sontes, Mosis tempore, extra castra morte afficiebantur, Num. 15. 35. constitutâ Republicâ, extra urbes, 1 Reg. 21. 13. sed & Romano. De castris docet Seneca, *Damnatus extra vallum ad supplicium deductus fuerat.* Vegetius, *Decumanâ deducebantur olim extra vallum ut capite —plecterentur.* Scriptor belli Africani Cæsaris, *Sic extra vallum deducti sunt & cruciabiliter interfecti.* De urbibus Aggenus, *Sunt in suburbanis loca noxiorum pœnis destinata.* Cicero, Verrinâ 5. *Cùm Mamertini more atque instituto suo crucem fixissent post urbem in via Pompeia.* Plautus, *Credo ego istuc extemplo tibi Esse eundem actutum extra urbem dispessis manibus Patibulum cùm habebis.* Prolata in rem eandem ab aliis testimonia ex Lampridio & Theodoreto [o]. ¶ *Invenerunt*] Scilicet milites [p]. ¶ *Cyrenæum*] Sic dictum, vel quia Cyrene natus [q], vel quia indè oriundus, erat [r], quamvis nunc Hierosolymis habitaret: Judæus indubiè erat †: probabile id est, sed non certum [t]; imò gentilis fuit, quo significabatur, quòd, non credentibus Judæis, gentiles Christi crucem amplecterentur [v]. Erat hæc Cyrene, vel, 1. urbs princeps regionis Decapoleos in Syria, de qua Plin. 5. 5. Strabo, 17. Mela, 1 [x]. vel, 2. una ex urbibus quæ Pentapolin Lybicam efficiunt, urbs celebris & sacris & prophanis historiis, de qua Plin. 5. 5 [y]. [q. d.] ex Libyæ Pentapoli Cyrenaica oriundum [z], quæ plena Judæis, ut constat ex Act. 2. 10. & 6. 9 [a]. & Joseph. Ἁλώσ. 7. 38. Nec dubium falli qui de alia Cyrene hæc accipiunt. Origenes rectè interpretatur. Videntur autem milites hunc Simonem arripuisse qui in onus Christo succederet Judæorum instigatu, qui cum sciebant Christo favere: quod

[p] G. [q] Be. [r] Be. † Bru. [t] Cas. in Wal. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] Bru. ex Hi. Pi. Sch. [b] G. [c] Li. ho. [d] Bru. [*] G. [f] Bru. [g] Pri. [h] Bru. [i] Bru. [k] Li. ho. ex He. [l] G. [m] Bru. [n] G. sic Bru. [o] G. [p] Bru. [q] Mal. [r] Mal. sic Bru. G. † Bru. [t] Mal. [v] Hil. & Ambros. in Mal. [x] Mal. [y] Bru. [z] G. [a] G. sic Bru.

quod Marcus confirmat, filios quoque ejus, Christi nimirum Discipulos, nominans. Ità conspicuo signo expressum est quod Christus omnibus Discipulis suis præceperat, sublatâ in humeros cruce ipsum sequi. Nam & hoc exprimit Lucas in hac historia, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σταυρὸν φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ [b]. ¶ *Angariaverunt*] Vel, *Adegerunt*, V. *Compulerunt*, Er. Bru. sim. Camer. Pi. Vide de hac voce dicta ad Matth. 5.41 [c]. ¶ *Ut tolleret* (vel, *attolleret*, Be. *ferret*, sive *portaret*, Bru. Pi.) *crucem ejus*] Cùm jam antè Christus ipse patibulum tulisset per urbem, ut Plautus loquitur, Joh. 19.17. more haud dubiè Romano, juxta quem, ut jam omnibus notum, ὁ μέλλων [σταυρῶ, ut addit Ham.] προσηλῶσθαι, πρότερον αὐτὸν βαστάζει, (*qui cruci affigendus erat, crucem priùs portabat* [d].) Sic Plut. De sera Numinis vindicta, Ἕκαστος τῶν κακούργων ἐκφέρει τὸν αὐτοῦ σταυρόν. Hinc nomen, *Furcifer*, proverbiale factum. Sic Nonius ex Plauto, *Patibulum ferat per urbem, deinde affigatur cruci* [*]. Portavit autem hic, vel, 1. extremum crucis [f], prioris partis onere, quod longè gravius erat, Jesu remanente [g]: vel, 2. integram, ut antea Jesus, tulit partim, partim traxit; nam longior erat quàm quæ unius humeris portaretur [h]: [quod tamen Pi. hîc factum vult.] Cruces autem aliæ aliis majores erant vel pro statura & viribus cruciarii, vel pro criminis magnitudine, &c [i]. Hoc porrò fecerunt, vel, 1. ut festinarent in itinere suo, & Christi mortem accelerarent [k]: vel, 2. quòd Christus fatigatus erat & viribus exhaustus [l], itineribus, quæ brevi confecerat, vigiliis, afflictionibus, &c [m].

33. *Golgotha*, Γολγοθᾶ] Syrus habet גגולתא *Gagultha*. Excidit litera: nam esset *Golgoltha*, nempe ex Hebræo גלגלת *Golgoleth*, i.e. *calva*, sive *calvaria* [n]. Elisionem literæ non carere exemplo apertè à viro doctissimo demonstratum est. In Zohar, ut & hîc in Syriaco & Arabico, plenè legitur. Quare non aliud significat quàm quod Græcè exprimitur à Matthæo Interprete Κρανίου τόπος. Nec causam nominis aliunde quærendam arbitror quàm quòd ibi decollari homines solerent, qualia loca Romæ erant Sestertium & Gemoniæ. Mansisse eo loco diu post mortem nuda capitum ossa vix credo: nam neque Judaico, neque Romano, mori id satis congruit, & Hebræi גלגלת quodvis caput appellant; quorum imitatione κρανίον ab interprete factum puto: quod tamen ipsi quoque Græci interdum de viventium capite usurpant, ut *calvam* Latini. Videtur autem mihi expressio hujus nominis non ad historiam tantùm, sed & ad vaticinii implementum, pertinere, quòd ibi scilicet avolutum à nobis sit opprobrium nostrum; quomodo loquebatur Jesus nostri Jesu imago, qui exinde locum quendam גלגל nominavit, quod cum additamento Syriaco est גלגלתא, ut ex רמה factum est רמתא: id nomen גלגל Josephus ἐλευθερίαν (*libertatem*) interpretatur. Sic & *Nazaræi* vox, patriam significans, alio sensu abstrusiorem habebat significationem [o]. ¶ *Calvariæ locus*] Sic dictus à calvariis & ossibus hominum eorum qui ob scelera sua ibi morte mulctari & sepeliri consueverant [p].

34. *Dederunt ei vinum*] Ità Æth. Hil. in Er. Ità in quodam exemplari & illo meo vetustissimo legitur: rectissimè, ut puto, ex collat. Marc. 15.23 [q]. Ὄξος] *Acetum*, Be Bru. Pi. Di. G. &c. Neque tamen Latinum interpretem culpo, qui *vinum* vertit; ut nec eos qui Græco margini ad vocem ὄξος adjecere οἶνον, interpretamenti gratiâ, quod postea in contextum quorundam librorum irrepsit. Nam ὄξος Græci vocant vinum facititii saporis; quale ὄξος φοινίκων ex palmulis Xenophonti atque aliis memoratum: idem autem & *vinum* non minùs rectè dicitur, sicut cervisiam οἶνον κρίθινον appellat Athenæus. Tale erat & hoc vinum, sive thure, ut Hebræi tradunt, sive myrrhâ, ut Marcus ait, conditum, quod recepto more ad supplicium euntibus dari solebat. Sed & חמץ Hebræum, quod in Psalmo est, *id quod infectum est* significat; ut observatum est à summo diligentiæ viro [r]. Sed malim ὄξος capere pro aceto propriè dicto, & apud Marcum per οἶνον quoque intelligere acetum, quod nihil est nisi vinum acidum. Nam ὄξος sumere pro vino condito, exemplo & authoritate carere puto [†]. Credibile est, vinum quidem fuisse, sed acerbum & acetosum, ità ut utroque nomine potuerit declarari [t].

[b] G. [c] Bru. Pi. [d] G. [*] Ham. [f] Li. chron. p. 71. [g] Q. in Bru. [h] Bru. [i] Salm. in Wal. [k] Mal. sim. Bru. [l] Bru. sim. Be. Mal. Camer. Pi. [m] Bru. sim. Pi. [n] D. [o] D. [p] Bru. [q] Be. [r] G. [†] Di. [t] Bru.

¶ *Cum*, &c. Μετὰ χολῆς, &c.] *Cum felle mistum*, Be. Pi. Χολὴ h. l. non tam *fel* significat, quàm *amarorem* [v], in genere, sive fellis, sive absynthii, sive myrrhæ: tum quia Marcus pro χολὴ habet σμύρναν [x]: tum quia ο΄. etiam לענה, *absynthium*, vertunt per χολὴν, Prov. 5.4. Thren. 3.15 [y]. Petitus hic locus ex Psal. 69.22. ubi ראש, quod LXX χολὴν vertunt, potest simpliciter esse *amaror* [z]: sicut ראש, Deut. 29.18. vertitur πικρία, Heb. 12.15. sicut & Jer. 23.15. מי ראש, LXX verterunt, ὕδωρ πικρὸν [a]: atque adeò [hæc vox] ad herbas etiam venenatas amari gustûs porrigitur. Atque ità vocem χολῆς hîc sumpsit Syrus vertens מררתא, quod *amarorem* significat, & propterea Absynthio non minùs quàm Felli aptatur. Neque aliter. Th. & Aug. *Fel quippe pro Amaritudine posuit.* Non dimovet me ab hac sententia quòd myrrhatum vinum quasi pro beneficio sontibus dabatur. Nam hoc ipsum crudelitatem Judæorum abundè notat, quòd Christum curâssent eò malorum perduci, ut quasi pro solatio offerendus ei esset potus qui mentem exsternaret: quo facto verba Davidis κατὰ λέξιν simul & κατὰ διάνοιαν in Christo impleta sunt. Etiam de virginibus Maxima & Donatilla, in persecutione Valeriani ante supplicium aceto & felle potatis, in Martyrologio legimus [b]. Matthæus ergò & Marcus se mutuò explicant, οἶνον Marci Matthæus explicat per ὄξος, & vicissim, χολὴν Matthæi Marcus per σμύρναν [c]. Heb. חמה & *iram* significat, & *venenum* [d]: unde & χολὴ & θυμὸς promiscuè usurpantur [*], & ut alibi *iram*, ità in V. T. *venenum*, significant. Χολὴ ergò significat *omnes amaras & venenatas mixturas*; ut ראש & *fel* sign. & *herbam venenatam*, ità & χολή. Voce χολῆς Evangelista *speciem amaram* in genere designavit, pro Hellenistarum usu, quibus & *absynthium* χολὴ dicitur. Hanc Marcus *myrrham* fuisse determinat. Myrrha verò, Heb. מור Syr. מורא, ab amaritudine summa nomen traxit [f]. Hujusmodi autem potus damnatis & jam morituris dabatur, juxta Prov. 31.6. ut eo exhilarati mortem & minùs considerarent, & faciliùs tolerarent [g], ut eo stupefierent [h], & mente moverentur [i]. Dederunt ei *granum thuris in calice vini, ut turbaretur intellectus ejus*, Bab. Sanh. fol. 43. 1. Videntur autem verba Marci (ἐσμυρνισμένον οἶνον) pro more gentis intelligenda; Matthæi, pro re præstita. Juxta Marcum, dederunt ei poculum illud ad supplicium ductis dari solitum; sit (quod Matthæus refert) non eâ, quâ solitum, mixturâ, vino scilicet, & thure, aut myrrhâ; sed in majus ludibrium, atque ex acriore virulentiâ, aceto & felle. Ità ut conditum esset hoc poculum non à fœminis honestioribus, morientis miserentibus, sed à Christi persecutoribus [k]. Sanctæ mulieres vinum myrrhatum Christo parârunt more gentis, quod, cùm illæ propiùs accedere non possent, militibus tradiderunt Domino porrigendum, cui illi acetum, & quidem felle mistum, addiderunt. Ità & beneficium matronarum hîc exprimitur, & maleficium militum, Evangelistis hîc, ut alibi sæpe, invicem suas narrationes supplentibus & interpretantibus [l]. Al. Nihil hîc ex recepto more factum, sed [hostes Christi] pro vino acetum, pro benigni saporis thure amarorem myrrhæ, propinârunt, nè quid deesset quo virulentum suum in Servatorem animum proderent [‖]. Al. Non videtur idem hic potus cum eo qui Christo datur in cruce pendenti. Apparet enim bis datum, semel antequam tolleretur in crucem, ex more; rursus in cruce poscenti [m]: illic vinum, hîc acetum; illic vase, hîc spongiâ, &c [n]. ¶ *Et cùm gustâsset, noluit bibere*, Γευσάμενος, &c.] *Cùm leviter degustâsset*, implendo tantùm vaticinio, non imbiberet, quod est λαμβάνειν, Marco: sicut λαμβάνειν τὸ ψωμίον est, *panem jusculo tinctum devorare* [o]: Mat. accepisse indicat, i.e. gustâsse; Marcus, non accepisse, i.e. non bibisse [p]. Voluit gustare, tum nè contemnere videretur [q], tum ut indicaret, se verè sitire [r]: noluit autem imbibere, [tum] quia, ut diximus, menti externandæ adhibebatur [†]; tum ut ostenderet, & se placidè mori, non autem præ impatientia doloris præcipitem ferri, aut ultro sibi ipsi accersere mala [t], & se ad ferendos dolores eo medicamento non indigere [v]. In cruce autem pendens postea, quia sitiebat, ἔλαβε τὸ ὄξος, i.e. *imbibit*, Joh. 19.30 [x].

35. *Postquam—crucifixerunt eum*] Crucifixionis modum hunc fuisse tradunt, ut ambæ manus, brachiis expansis,

[v] D. sim. Be. Pi. Di. &c. [x] Di. [y] Di. sic G. [z] Di. [a] Di. sic. G. [b] G. [c] Di. [d] Ham. [*] Ham. sic Med. [f] Med. l. 3. in Apoc. 14. 8. [g] Bru. [h] Ham. [i] Di. ex He. [k] Li. ho. [l] Cas. in Wal. [‖] Di. [m] Er. sim. Mal. ex Hil. & Amb. [n] Mal. [o] G. [p] Mal. [q] Bru. Mal. [r] Bru. [†] G. [t] Bru. [v] Mal. [x] G.

expansis, in ligno crucis transverso clavis affigerentur [y], ut constat ex Luc. 24. 39 [z]. & Joh. 20. 25, 27 [a]. & Joh. 21. 18 [b]. ambo verò pedes ligno cuidam ab hasta seu erecto tigno crucis justo loco prominenti, velut basi, insistentes & juxta se mutuò positi, itidem clavis affigerentur [c]. ¶ *Diviserunt* (Partiti sunt milites inter se [d],) *vestimenta ejus, sortem mittentes*] Non quòd omnes vestes sorte distributæ fuerint, ut ex Mat. & Marc. & Luc. videri possit [*], sed tunica tantùm [f], Joh. 19. 23, 24 [g]. & pallium [h]. Partim diviserunt, partim aleâ addixerunt victori, ut nos docet Johannes; Deo scilicet rem ità dirigente, ut quod David de se dixerat figuratè, in Christo secundùm exactissimam proprietatem impleretur. Veniebat autem hoc ex more Romano. Milites enim supplicii exactores sontium spolia sibi vindicabant, quod Adrianus Imperator vetuit fieri nisi Præsidum jussu. [Verba vide in G.] Vestes Christo, tanquam vilissimo & abjectissimo hominum, detrahunt, (id quod honestioribus non solebat fieri,) ipsúmque nudum reliquerunt, adeóque pudendum [*]. De lapidando sic refertur Sanhed. cap. 6. hal. 3. *Cùm jam quatuor cubitis à loco lapidationis abesset, denudant eum vestibus, virúmque tegunt à parte priori* (i. e. pudenda,) *fœminam à priori & à posteriori: hæc sunt verba R. Judæ; at Sapientes dicunt, Vir lapidatur nudus, & fœmina non nuda.* Ità etiam, ut satis videtur, nudatum crucifixerunt [†]. ¶ *Ut impleretur*, &c.] Hoc ex Joanne 19. 24. adjectum non dubito [i], quia illud non habent Græca optima exemplaria [k], nec ulli vetusti Codices [l], multa etiam Latina non habent [m], nec Syrus [n], Arabe haud dubiè antiquior: nec legit Origenes [o], nec Hieron [p]. In Vulgato tamen, & Arabe, & Evang. Heb. utriusque editionis, reperitur [q].

36. *Et sedentes servabant eum*] Centurio & milites ejus, infrà 54. nè quo modo elaberetur à cruce abreptus [r]. Factum hoc ex more Romano. [s]Petronius Arbiter, Satyrico, *miles qui cruces asservabat* [†], donec lata sententia perfecta esset [t]. Cæterùm, diligentia militum & sacerdotum nobis proficit, ut major & apertior resurgentis virtus appareat [v].

37. *Imposuerunt*, &c.] Milites, Pilati jussu, in summa cruce [x]: vel potius, in tabella ei affixa [y]. ¶ *Causam ipsius*; ità Er. Ti. Mo. Pi. Ca. &c. i. e. supplicii ipsius [z]. Ἀιτίαν αὐτῦ] *Tabellam*, Ar. *Inscriptionem*, Æth. *Causam*, vel *Occasionem, mortis ipsius*, Tre. Sy. sim. Pers. *Crimen* (vel, *Criminationem*, Be.) *ipsius*, P. Be. Pi. Ἀιτία *crimen* sæpe significat apud Hellenistas, ut Gen. 4. 13. μείζων ἡ αἰτία μ8. Nec malè *causam* alii reddunt: nam qui accusantur *causam dicere* dicuntur: hinc & *causari* dicimus, & *causam criminalem*, & αἰτίασις est *accusatio*. Sed malo hîc esse *inscriptionem*, sive *titulum*, ut αἰτία in erudito Stephani Glossario dicitur [a]: χάραγμα τὴν αἰτίαν τῆ θανατώσεως δηλοῦντα, dixit Dio Cassius; *titulum*, ut Johannes, Suetonius duobus locis, & Tertul. Apologetico; πίνακα Eusebius, ubi de Attalo agit. Brevibus verbis causa supplicii indicari solebat scripto, aut præconis voce: Scripto, ut apud Suetonium, *Impiè locutus Parmularius*: apud Eusebium dicto loco, Οὗτός ἐστιν Ἄτταλ☉ ὁ Χριστιανός. Voce præconis, quod *superindictum* Jurisconsulti vocant, ut Προπετῶς μὴ ὄμνυε, L. *si duo*. D. de jurejurando. Ἐσυκοφάντησας, L. *Fustibus*, D. Ex quibus causis infamia. Ὅτι τὴν πόλιν ἔπεισεν ἐλέσθαι τὸν πόλεμον, apud Diodorum Siculum. *Legatum populi Romani homo plebeius temere amplecti noli*, apud Spartianum. *Quod tibi non vis, alteri nè feceris*, apud Lampridium. *Fumo punitur qui fumum vendidit*, apud eundem. Πολύκαρπ☉ ὡμολόγησεν ἑαυτὸν Χριστιανὸν εἶναι, apud Eusebium. *Agnem sacrilegam virginem, diis blasphemiam inferentem, scortum lupanaribus datam*, apud Ambrosium. Latino sermone scripta hæc αἰτία ob majestatem Imperii; Hebræo, ob locum in quo supplicium sumebatur; Græco, ob maximam turbam Hellenistarum quæ ad Pascha convenerat, quanquam alioqui Græco sermoni, à Macedonicis temporibus & in Palæstina Judæi vicinæque gentes assueverant. Itaque apud Josephum C. Cæsar Dictator Sidoniis, atque M. Antonius Triumvir Tyriis, imperant, ut edicta quædam sua in publicas Tabulas referantur tum Latino cum Græco etiam sermone. Et edictum, quo vetabantur alienigenæ procedere intra τὸν δρύφακτον (*septum*) Templi, proscriptum erat tam Græcis quàm Latinis literis. In sepulchro etiam Gordiani Imperatoris legimus fuisse & harum trium linguarum literas, & Persicas præterea atque Ægyptiacas. Nè hoc quidem indignum notatu, Deo res dirigente, factum hoc more Imperatorum Christi crux præferret titulos gentium, nondum quidem subactarum, sed brevi subigendarum. Ille enim erat cui cedere debebat religio Judaica, eruditio Græca, robur Latinum. Neque novum est quòd Pilatus per ludibrium, sed, ni fallor, Judæis magis quàm Jesu illusum cupiens, eum in titulo vocavit *Regem Judæorum*, cùm apud Livium quoque præco jussu Fulvii in supplicio Taureæ Subsellii pronunciâsse dicitur, *Lictor, viro forti adde virgas*. Inscriptionem Latinam fuisse arbitror, *Jesus Nazarenus Rex Judæorum*: quomodo eam ponit Johannes. A Matthæo & Luca additum, ὗτός ἐστιν, ex Hebræo, in quo fuerit הוא ישוע [b]. De αἰτία plura vide ad Matt. 19. 3 [c].

38. *Duo latrones*] Grassatores qui viatores & spoliabant & jugulabant [d]. Vocabantur λῃστῶν & *sicariorum* nomine etiam qui injussu publico arma cepissent, ut modò ad v. 16. notavimus. Crux pœna latronum. Petronius, *Cùm interim Imperator provinciæ latrones jussit crucibus affigi*. Seneca, *Latrocinium fecit aliquis? Quid ergò meruit? Ut suspendatur*. Firmicus, *Homicidam & latronem efficiet: istis facinoribus comprehensus patibulo suffixus in crucem crudeliter erigitur*. Hi autem duo asservati erant ad tempus adventantium Azymorum, ut quàm maximo populi conventu punirentur. Id enim in Judæa receptum erat, meritóque à Romanis retentum, cùm ab eorum institutis non dissideret. Nam & Romæ olim in comitio, postea quoque ad classicum, exigi pœnæ solebant. Quintilianus quoque *in suppliciis curatum* ait *ut plurimi intueri, plurimi commoveri metu, possint*: causa addita, *Omnis enim pœna non tam ad delictum pertinet quàm ad exemplum* [*]. Christus cum his crucifixus erat, consilio; 1. Dei, ut illud Esa. 53. 12. impleretur, Marc. 15. 28 [f]. 2. Pilati [g], tum ut leniret flagellum conscientiæ, tum ut famæ suæ consuleret, & velamentum iniquitati suæ obtenderet, nè dum innocentem occideret, videretur parcere sceleratis, ut Christus ex consortio maleficorum maleficus haberetur [h], iísque ut pœnâ, ità culpâ, similis: 3. Judæorum, ut mors ejus ignominiosior esset [i]. ¶ *Unus à dextris*, &c.] Et Jesus in medio, ut refert Johannes [k]; ut latronum antesignanus & princeps [l]: id quod Judæorum consilium erat, At consilium Dei erat, ut omnes peccatores quasi ad se traheret, &c [m].

39. *Prætereuntes*] Vulgus Judæorum [n]. ¶ *Moventes capita sua*] Signum insultationis [o], contemptûs [p], & irrisionis [q]; ut 2 Reg. 19. 21. Psal. 22. 7. & 109. 25. Esa. 37. 22. Thren. 2. 15 [r]. & exsultationis de malo alieno, ut Thren. 2. 15, 16 [†]. Idem Hebraismus, Ecclus. 13. 8. Notandum hîc quàm facilè diversa Jesu fortuna omnia ejus beneficia vulgi animis excusserit. Vide Sophoclem [t], [ejúsque verba in G.]

40. *Vah qui*, &c. Ὁ καταλύων, &c.] *Ille qui destruebas*, &c. Er. Il. *Tu qui* (vel, *O qui*, Pers.) *destruis*, Be. Pi. *Dissolvens*, Mo. Ponitur ὁ καταλύων quasi in Vocandi casu, ut suprà 23. 14 [v]. Articulus ὁ emphasin habet; q. d. *Tu ille destructor Templi* [x]. Oratio elliptica insultantium Jesu, *Iste scilicet est qui destruit Templum* [y], i. e. dicebat se destructurum [z]. *Qui destruit*, &c. Æth. Orientales, quando aliquem alloquuntur, epitheta ejus in tertia persona efferunt. Sic Job. 17. 10. *Omnes illi* (pro, *Omnes vos*,) *revertimini*; Mic. 1. 2. *Audite populi omnes illi*, pro, *omnes vos*. Sic in precibus dicunt, *Benedictus tu, Domine, qui sanctificavit nos*, &c. Sic Matth. 23. 37. —*quæ occidebas Prophetas—missos ad eam*. Gal. 4. 21. ubi Syrus, *Dicite mihi vos, qui volunt*, &c [a]. ¶ *Si filius Dei es*] Prout gloriatus es & docuisti & in judicio confessus es [b]. Non ad nativitatem hoc pertinet, de qua plebs nihil inaudiverat, sed ad specialem Dei amorem, qualis est quo patres filios suos prosequuntur. Sic quod infrà 43. est, Θεȣ̃ υἱός, Lucas dixit, Θεȣ̃ ἐκλεκτός, i. e. *Deo eximiè dilectus*. Vide lib. Sapientiæ, 2. 15 [c]. [& verba in G.] ¶ *Salva temetipsum*] q. d. Egregium te monstras Templi instauratorem, qui nec temet liberare vales [d].

41. *Principes*, &c.] Quorum erat compescere vulgus, nè afflicti cruciatus convitiis augerent [*].

42. *Alios salvos fecit*] Non autem legitimè, Dei scil.

y Pi. sim. Bru. z Eru. a Bru. Pi. b Pi. c Pi. sim. Bru. d Bru. * Mal. f Mal. Camer. g Mal. h Camer. * Eru. † Li. ho. i G. sic Be. k G. sim. Er. V. l Be. m G. n G. sic Be. Di. o G. p Er. q Di. r Pi. Bru. † G. s Bru. v Hi. in Bru. x Bru. y Pi. Mal. z Camer. sim. Heins. V. a Heins.

b G. c Sch. d Bru. * G. f Mal. g Bru. Mal. h Bru. i Mal. k Bru. l Bru. sim. Mal. m Mal. n Bru. o G. p Bru. q Bru. Mal. r G. † Bru. t G. v Be. x Er. y Camer. z V. a Di. b Bru. c G. d Bru. * Idem.

scil. ope, sed per Beelzebub. Facilè malitiosi principes populo, qui præteritorum citò obliviscitur, imponunt, præsenti rerum statu objecto [f]. ¶ *Si rex Israel est*] Apparet hinc à Messia exspectata miracula, quod quidam Judæorum contentionis studio negare cœperunt, aliis fatentibus. ¶ *Descendat*, &c.] Satanæ filius ità loquitur, ut Satanas suprà 4. 3 [g]. ¶ *Credimus*, &c. πιςεύσομεν αὐτῷ] Vetusta exemplaria pleraque habent, ἐπ' αὐτῷ quoddam etiam, ἐπ' αὐτὸν. Nec enim certè inter se differunt *credere Deo* & *in Deum* [h]. Hanc lectionem [αὐτῷ] veriorem arbitror. Non enim hoc volunt; Si id præstat, fiduciam se in eo collocaturos (quod dici solet πιςεύειν ἐπ' αὐτὸν, vel, ἐπ' αὐτῷ,) sed, fidem habituros asseverationi ejus de Divina in se benevolentia; ut modò citabamus ex Libro Sapientiæ, *videbimus an vera sint ejus verba:* is autem credendi sensus in his Libris Dativo exprimi solet [i].

43. *Confidit in Deo*] Divinâ dispensatione factum est ut eadem verba scelerati Senatores & Pontifices de Christo usurparent quibus olim se incessi David miserabiliter querebatur, Psalm. 22 [k]. quem ipsum Psalmum vaticinium de Messia continere agnoscit Scriptor Midras Thehillim: ibi enim verba impiorum μιμητικῶς ità exprimuntur, גל אל יהוה; ubi גל quidam putant esse Imperativum, insultantis significatu; sed K. atque alii nomen participiale, qu. d. πιςὸς, (*fidens*,) supple ὢν quod sequuti videntur Lxx, ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον [l]. ¶ *Liberet nunc* (Deus eum in extremis malis constitutum [m],) *si*, &c. Εἰ θέλει αὐτὸν] Nullo modo solicitanda est hæc lectio: nam Hellenistæ θέλειν cum quarto casu construunt in *amandi* notione. Nam illud in Ps. 22. 9. כי חפץ בו, Lxx sic vertunt, ὅτι θέλει αὐτὸν. Sic Psal. 18. 19. ὅτι ἠθέλησέ με. Psal. 41. 11. τεθέληκάς με. At 1 Sam. 18. 22. Lxx habent, θέλει ἐν σοὶ ὁ βασιλεὺς. Est & ubi Hebræum hoc loquendi genus exprimunt per ἀγαπᾶσθαι, ut Gen. 34. 8. per αἱρεῖσθαι, 1 Sam. 19. 2. & per εὐδοκεῖν, Psalm. 147. 11 [n]. [Verba sic reddunt;] *Si vult* (vel, *diligit*, Ar. sic D.) *eum*, Sy. Æth. Tre. Er. Il. Mo. P. *Si placet* (vel, *favet*, Ti. Ca. vel, *gratus sit*, Pers.) *ei*, scil. ipsum eruere [o]. Si amat, & voluntatem adjecit ad eum [p]. *Si vult ei*: Nam *velle alicui* est, *bene velle* & *favere*; unde & *voluntas* pro *favore*. Terentius, *Voluntas vestra si ad Poetam accesserit*. Orat. Metelli, *Nec dii plus velle nobis debent quàm parentes* [q]. Si delectatur eo [r]. θέλειν aliter usurpatur in Sacris quàm in aliis Scriptoribus, quia nimirum חפץ est & εὐδοκεῖν, & θέλειν, & sic vertitur; hinc θέλειν ponitur & pro εὐδοκεῖν, ut 2 Sam. 15. 26; & Tob. 13. 6. εἰ θελήσει ὑμᾶς, *si vos gratos habeat*; & 1 Cor. 7. 36. ὃ θέλει, *quod exoptat*; & Col. 2. 18. θέλων, *sibi placens*, &c. Sic Perictyone Pythagoricus apud Stobæum, Ἐθελήσει ὁ ἀνὴρ, *favebit marito* †. θέλω, ab חפץ, ex Ps. 22. quod *favere*, & *alicujus studiosum ac cupidum esse*, significat [t]. ¶ *Dixit enim, Quia* (τὸ *quia* redundat [v]:) *Filius Dei sum*] Deo maximè dilectus [x]. Hoc quoque ex Psal. 22. sed ὅτι ὃς est supplementum ἐλλειπτικῶς Hebraicæ; Ὅτι Θεοῦ εἰμι υἱὸς, simpliciter enunciatio ejus quod poeticè ibi dicitur, ὅτι σὺ εἶ ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαςρός [y].

44. *Latrones*] Imò unus latronum, ait Lucas, 23. 39 [z]. [Quomodo hæc conciliandа?] 1. Initio uterque Christum blasphemavit, postea verò alter, miraculis tunc factis, & summâ Christi patientiâ & mansuetudine, animadversis, in Christum credidit, & alterum convitiari pergentem reprehendit [a]; subitò à convitiis ad eam pietatem conversus [b]. Sed parùm probabilis est hæc interpretatio [c]: & hoc commento sublato, manet nihilominus beneficium in ipsum multis modis insigne & non temere trahendi in consequentias exempli [d]. 2. Synecdoche est *, vel Syllepsis [f], quâ de uno in plur. num. loquitur [g]; vel Enallage numeri [h]. Pluralem numerum usurpari ubi unus è multis, sed indefinitè, indicatur, veteres novique Interpretes monuerunt. Ità Heb. 11. *Clauserunt ora leonum*, v. 33. & *serrâ dissecti sunt*, v. 37. quorum illud ad unum Danielem, hoc ad unum Esaiam, pertinet. Sed quia nominari eos eo loco nihil attinebat, satis erat πληθυντικῶς [num. plur.] rem efferri. Sic in hac ipsa historia Lucas, ὄξος προσφέροντες, &c. & Johannes similiter: atqui ab uno militum id factum disertè mox dicet Matthæus [i]. Sic Matt. c. 21. v. 2. *Solve illos*, i.e. illum, nempe pullum, Marc. 11. 2 [k]. [Sed de his sæpiùs dicta non est quòd hîc repetantur.] Pluralis hic numerus non personas propriè indicat, sed qualitates personarum; q. d. A quovis hominum genere Christum fuisse illusum, Sacerdotum, Scribarum, &c. sed & latronum [l].

45. *A sexta autem hora*] Diei transacta [m], h. e. à meridie [n]. Prima Hebræorum hora est sexta nostra antemeridiana; sexta Hebræorum est nostra duodecima [o]. Tertiâ horâ diei judicia apud Romanos exerceri incipiebant: *Exercet raucos tertia Causidicos*. In id tempus incidit & Pilati cognitio, teste Ignatio, [cujus verba videsis in G.] ità ut ante sextam Christus sit crucifixus; post sextam cœperint tenebræ; mortuus autem Christus paulò post nonam, ut idem Ignatius notat, & Clem. Constitut. 5. 14. & 8. 34. quæ movere nos debent nequid in Scriptura Marci aut Johannis immutemus contra vetustissimorum Codicum & Μεταφραςῶν auctoritatem. Neque verò illi inter se pugnant [p], quamvis pugnare videntur: nam Johannes Christum à Pilato damnatum ait *horâ sextâ*, 19. 14. Marcus crucifixum dicit *horâ tertiâ*, Marc. 15. 25 [q]. [Videndum ergò quomodo hæc concilient. Pergat igitur Grotius:] Nam mos loquendi natus ex Templi consuetudine, ubi sacrificia & preces fieri solebant horâ 3. 6. 9. ut præter Hebræos Hier. notat ad Dan. 7. quæ ipsa tempora, festis maximè diebus, tubæ sono significabantur, ut docemur Num. 10. 10. quo factum ut hæ horæ tanquam notiores vulgò celebrarentur. Neque alia nomina horarum reperies ubi statarum precationum fit mentio. Vide Act. 3. 1. & 10. 3, 9. & Tertul. De jejuniis, ubi has horas *insigniores* ait *in rebus humanis, quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt, quæ publicè resonant*. Quîcum congruunt quæ scribunt Cyprian. De orat. Dom. & Hieron. tum ad Lætam, tum ad Demetriadem. Atque eò pertinet quod est suprà 20. 3, 5. ubi inter Tertiam, Sextam, & Nonam, nulla hora nominatur, cùm post Nonam Undecimæ fiat mentio. Factum autem *tertiâ* & *sextâ horâ* dicitur, quicquid inter illa stata precandi tempora evenerat, ut solent quæ in medio sunt posita nunc ad hunc, nunc ad illum, terminum referri. Perinde enim hoc est acsi diceretur factum aliquid ἐν τῷ δευτέρῳ τριώρῳ, (*in secundo trihorio*,) ut loquuntur Genethliaci. Tubæ sono partes diei etiam apud Græcos quosdam significatas docet nos Hesychius, quo loco ἀσάλπιγκτον ὥραν Sophocli vocari ait conticinium noctis [r]. Communis responsio est, crucifixum fuisse inter tertiam & sextam. Cùm verò medium à quolibet extremo nomen sumere possit, hinc factum ut alius ex Evangelistis tertiam, alius sextam, dixerit †. Hebræi diem dividunt, ut in 12 horas, ità & in quatuor partes, quarum singulæ tribus constabant horis, &, quia proprio carebant nomine, à fine præcedentis partis diei nomen accipiebant. Itaque totum trihorium à Solis ortu ad horam tertiam, ab hora tertia, quæ ultima erat, *hora tertia* vocabatur. Illis porrò mos erat, sicut & nobis, horas sequentes ex præcedentibus denominare: sic horam meridianam vocamus usque ad horam primam. Igitur, quia Christus & damnatus & crucifixus fuit inter finem horæ tertiæ, quod idem sextæ initium erat, & finem sextæ, quod erat initium nonæ, Marcus ex initio vocavit tertiam, Johannes ex fine sextam, vel, *quasi sextam* [t]. Marcus supputationem suam orditur ex eo tempore quo Pilatus ipsum tradidit ipsorum illusionibus, ejúsque phrasis tam latè accipi possit, ut comprehendat & tempus primæ traditionis, ad horam tertiam; & tempus crucifixionis, ad tertiam ab illa horam. Joannes autem propriè pro more gentis dicere poterat, *circa horam sextam*, quum hora sexta jam inchoaretur, & antequam ea compleretur, præstari poterant omnia quæ intercedunt inter damnationem ejus & crucifixionem [v]. ¶ *Tenebræ* (Non ità densæ aut horribiles, ut illæ Exod. 10. 23. sed quales nocte serenâ; viderunt enim jam milites & se mutuò, & arundinem, spongiam, &c [x].) *factæ sunt super universam terram*] Vel, 1. super totam terram, Judææ scilicet [y], de qua hîc agebatur [z]. Vel, 2. super totum orbem terrarum, ut probat Cl. Mornæus De verit. Relig. Christ. cap. ult [a]. non super totum telluris globum, multis enim in partibus dies non erat [b], sed nox, ideóque non opus ut illic fierent tenebræ; sed super totum illud hemisphærium, quod occupabat dies [c]. Verùm tunc proculdubiò hujus prodigii meminissent rerum gestarum Scriptores [d]. Imò

[f] Bru. [g] G. [h] Bc. [i] G. [k] G. sim. Bru. Mal. [l] G. [m] Bru. [n] G. [o] Be. sim. Sch. [p] V. [q] D. [r] Pi. † Ham. [t] Ca. [v] Bru. [x] Idem. [y] G. [z] Bru. Ham. [a] Orig. Athan. Hil. Chrys. Th. &c. in Mal. sic Bru. [b] Q. in G. [c] G. sim. Mal. [d] G. * Camer. [f] Mal. Ham. D. [g] Mal. [h] Er. ex Aug. [i] G. [k] Ham.

[l] Montacut. in Wal. [m] Bru. [n] Bru. Pi. &c. [o] V. [p] G. [q] Mal. [r] G. † Mc. [t] Mal. [v] Li. chron. sect. 86. p. 70. [x] Bru. [y] Er. V. Gua. Mal. ex Orig. [z] Mal. [a] Pi. [b] G. [c] Bru. ex Chrys. & Tert. [d] Gua. ex Er.

Imò meminerunt [*]. Veteres Astrologi & Chronographi hanc caliginem annotârunt, nullo addito loci nomine: unde latè eam patuisse datur intelligi, nec de sola Judæa accipi posse. Phlegon, 13. Olympiadum, Τῷ δ' ἔτει, &c. (*Anno quarto Olympiadis 202. fuit Eclipsis Solis omnium quæ antè innotuerunt maxima, & nox horâ diei sextâ facta est, ità ut stellæ in cœlo apparerent: magnus item terræmotus in Bithynia factus magnam partem Nicææ evertit.*) Terræmotûs locum nominat, tenebrarum non nominat: & cùm majores antè visis memorat, ità ut mero meridie velut nox esset, satis demonstrat non fuisse proprium Judææ hoc spectaculum. Eusebius Græcum alium citat quem non nominat, ità scribentem de hac ipsa re, Ὁ ἥλιος ἐξέλιπε, &c. (*Sol deliquium passus est, Bithynia concussa est, magna pars Nicææ eversa est.*) Is Scriptor Eusebio non nominatus haud dubiè est Thallus, cujus ità meminit Africanus, Τοῦτο τὸ σκότος ἔκλειψιν ἡλίου, &c. (*Has tenebras Thallus in tertio Historiarum appellat Eclipsin Solis, ut mihi videtur, absurdè. Hebræi enim Pascha agunt secundùm Lunam 14. hæc autem circa Servatorem obtigerunt die ante Pascha: Eclipsis autem Solis fit Lunâ Solem subeunte, &c.*) Quo loco Africanus Thalli illud, ἥλιος ἐξέλιπε, strictè interpretatur, quasi Thallus voluerit naturalem fuisse ἔκλειψιν, cùm alioqui ἐκλείπειν Sol dici possit cùm quovis modo deficit. Sic & in Lucæ quibusdam exemplaribus Origenes conqueritur mendosè scriptum fuisse, ἡλίου ἐκλείποντος· quod ille itidem, ut Africanus, pertinere arbitratur ad sensûs injuriam. Tertullianus in Apologetico, *Tamen suffixus multa mortis illius propria ostendit insignia. Nam spiritum cum verbo sponte dimisit, prævento carnificis officio. Eodem momento dies, medium orbem signante Sole, subducta est. Deliquium utique putaverunt, qui id quoque super Christo prædicatum non scierunt. Et tamen eum mundi casum relatum in Archivis vestris habetis.* Ubi non video cur *Archiva* alia quàm Acta publica Romana accipiamus: ad quæ, ni fallor, & Lucianus martyr provocat apud Eusebium. Et cùm *mundi casum* vocat, satis cavet nè Judææ peculiaris crederetur. Quare πᾶσαν τὴν γῆν hîc ità sumendum arbitror ut apud Lucam, 2. 1. πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, de orbe Romano, aut certè de potissima ejus parte. Factæ sunt autem hæ tenebræ Sole obscurato, ut Lucas nos docet, non interpositâ Lunâ, ut quæ tum plena esset; neque nube obducta, sed modo quodam hominibus ignoto [f]. Obscurationem porrò hanc Solis miraculosam & præternaturalem fuisse, hæc evincunt: 1. Quia non facta fuit in Novilunio, cujus solius tempore Sol Eclipsin pati potest; sed in Plenilunio: facta enim fuit die Paschatis, sive 14. die mensis Nisan. Erant autem menses Judæorum Lunares Synodici, quorum 1. dies semper in Novilunium incidebat, dies verò 14. vel 15. in Plenilunium. 2. Quia fuit universalis. 3. Quia fuit diuturna per tres horas, cùm omnis Eclipsis Solis moram respuat, &c. Quæ omnia cùm intelligeret Dionysius, cum Apollophane Philosopho Ethnico, ipse eo tempore adhuc Ethnicus, eam cernens in Ægypto, dixisse fertur à Suida, ἢ τὸ θεῖον πάσχει, ἢ τῷ πάσχοντι συμπάσχει· (*aut Divinitas patitur, aut compatitur ei qui patitur* [g].) Quid Deus hîc tenebris significatum voluerit, multi disputant [h]. Resp. Significari voluit, vel, 1. Judæorum cæcitatem [i]: vel, 2. quàm detestandum esset hoc scelus [k]: vel, 3. Divinam iram, quæ ejusmodi Solis obscuratione declarari solet, ut Jer. 15. 9. Ezec. 32. 7, 8. Joel. 2. 10, 30, 31. & 3. 14, 15, 16: vel, 4. & potissimùm, Christi Divinitatem [l]. Ego omnino arbitror non ad Judæos tantùm pertinuisse hoc ostentum, quorum Prophetæ tristissima tempora Solis caligine depingunt, sed ad alias etiam gentes: nam hoc quoque inter ea fuit quibus Centurio in stuporem est datus. Quare ea significatio sumenda est quæ quàm latissimè possit intelligi. Apud omnes autem populos receptum erat ut crederent talibus ostentis scelus aliquod insigne patratum indicari. Nota est cœna Thyestea, ubi Seneca, *O nos durâ sorte creatos! Seu perdidimus Solem miseri, sive expulimus.* Eòdem pertinet illud Phœdrâ, —*tuque siderum caput, Radiate Titan, tu nefas stirpis tuæ Speculare? lucem merge, & in tenebras fuge.* [Plura vide ex Eurip. Virg. Lucan. &c. eòdem spectantia in G.] Cæterùm Judæis peculiariter ostentum hoc in memoriam revocare potuit illa verba Amosi, 8, 9, 10. *Sol meridie occidet*, &c.

* Mal. f G. g Sch. h G. i Leo in Mal. k Hi. in Mal. l Mal.

Nam & quæ olim impleta erant in sensu metaphorico, ea nunc etiam implebantur in sensu proprio, ut sæpe diximus. Quanquam verò quæ hîc describitur caligo, ut in summo Judæorum & Romanorum scelere, summa fuit, non negandum tamen arbitror aliis quoque temporibus, si non pares, at similes, iræ Divinæ adversùs graviora peccata significationes extitisse. Certè veteribus Christianis constanter id creditum. Unum adferam locum Tertul. ad Scapulam, *Omnia hæc signa sunt imminentis iræ Dei, quam necesse est quoquo modo possumus, ut & annunciemus, & prædicemus, & deprecemur, interim localem esse. Universalem enim & supremam suo tempore sentient qui exempla ejus aliter interpretantur. Nam & Sol ille in conventu Uticensi extincto penè lumine adeò portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati, positus in suo hypsomate & domicilio. Habetis Astrologos* [m].

¶ *Usque ad horam nonam*] Postmeridianam [n], i. e. ad tempus usque oblationis vespertinæ. Nam sic Hebræi diem partiebantur. Vide suprà ad v. 42 [o]. tribus horis continuis. Vel ergò Luna immota constitit sub Sole, vel solito lentiùs progressa est. Eclipsis autem naturalis durat tantùm dum Luna Solem transeat, quod brevissimo tempore facit. Quare aliud hoc miraculum [p].

46. *Clamavit—voce magnâ*] Idque, 1. ut adhuc vivere intelligeretur [q]: 2. ut cruciatuum acerbitatem declararet: 3. ut se non violenter, sed sponte, mori ostenderet. Nam non solùm morientibus, sed & mortem timentibus, vox deficere solet: 4. ut omnes intelligerent quid loquebatur [r], & Psalmi verba recognoscerent de se scripta [†]. ¶ *Eli*, &c. Ἠλὶ, Ἠλὶ, λαμὰ σαβαχθανί;] *Eli*, (Quod Hebraicum est: at in Marc. c. 15. v. 34. est Ἐλωΐ, quod Syriacum est. Ego verò arbitror Christum Hebræas Davidis voces usurpâsse, ut apparet ex manifestiori paronomasia *Eli* & *Eliæ* [t]:) *Eli, lama sabachthani*, Mo. Be. P. Ti. *Deus*, (vel, *Deus meus*, Ar. vel, *Eli, hoc est, mi Deus*, Ca.) *Deus quare dereliquisti me?* Tre. ex Sy. Ar. Ca. σαβαχθανὶ est vox Chaldæa, aut Syra [v], quâ linguâ Christus in omnibus usus est [x]. Sed legendum puto, σαβακθανὶ [y], vel σαβακτανὶ [z], i. e. שבקתני, *dereliquisti me* [a]; pro quo in Heb. habetur, עזבתני [b]. Et hinc & aliunde colligitur, Christum neque veteri usum Hebræorum sermone, neque Syriaco, sed mixtâ dialecto quæ tum in Judæa vigebat. Ea lingua quædam retinebat avitæ pronunciationis, ut Ἠλὶ, אלי, pro quo Syri dicere solent אלהי; quædam cum Syris habebat communia, ut שבק, pro עזב. *Eli* à Christo pronunciatum ipse sonus ad *Eliam* proximè accedens evincit. Quare mihi persuadeo in Syriaca Versione tum hîc, tum apud Marcum, transpositas literas, & quod אלי scriptum fuerat mutatum in איל, indè nato errore quòd אלי Syris esset incognitum; quidam autem Syrorum Deum איל appellarent. Ἴλον scribebat Philo Byblius ex Sanchuniathone. Sic apud Ezechielem, qui interdum χαλδαΐζει, 31. 11. ubi nunc אל legimus, Libri Orientales Judæorum habebant איל, & ubi nunc est אלי, Ezec. c. 32. v. 21. iidem Codices habebant אילי. Enimvero, ut dixi à Syro non איל scriptum, sed aut אלי, aut certè אילי, indicio est ipsius interpretatio quam subjungit apud Marcum, quæ est אלהי, cum affixo primæ personæ. Marcum quoque non Ἐλωΐ scripsisse, sed Ἠλεΐ, cur arbitremur dicemus ubi eò ventum erit. Quòd autem Latina quædam exemplaria hîc habuerunt, *lamma azabtani*, si quid rectè judico, ab Hieronymi est manu, qui ipsa Psalmi verba hîc ponenda existimavit [c]. ¶ *Ut quid*, ἱνατί] *Quare*, Bru. sic Be. Pi. In quem finem [d]! Vox est deprecantis, ut in Græco, Exod. 32. 11. Psal. 10. v. 1. ¶ *Dereliquisti me?*] עזב, ἐγκαταλείπειν, est, *auxilio destituere*, ut Esa. 49. 14. & alibi [*]. [Sed quærendum hîc quare, vel quo sensu, Christus se derelictum conqueritur?] Resp. 1. Non quòd se à Deo derelictum putaret, sed quòd talia pateretur acsi derelictus ab eo fuisset [f]. 2. Quòd humana ipsius natura, cruciatibus dirissimis exposita [g], destituta fuit non modò externâ liberatione [h], sed & omni solatio [i], externo, interno [k], corporis, animi, cœlesti, humano [l]; sive à Divinitate ipsius, sive à ratione humana [m]; sive ex visione Dei [n]. 3. Quòd luctaretur cum tristissima tentatione de abjectione [o]: certabat enim cum mortis doloribus, Deúmque sensit quodammodo à se alienum, & velut Judicem sibi iratum [p], ac dolores verè infernales peccatis nostris debitos in sanctissima

m G. n Bru. o G. p Bru. q Chrys. in Bru. r Bru. † Mal. t Be. v V. ex M. x M. sim. Pi. y D. z Pi. a D. Pi. b Pi. c G. d Sch. * G. f Me. ex Mal. g Bru. sim. E. h Ger. sim. Bru. E. i T. sim. E. Bru. Ger. k T. Bru. l T. m Bru. n T. o Strig. p Calv.

ctissima sua anima persensit, sine ulla tamen impatientia, aut desperatione [q]: nam quanquam carnis exitium apprehenderet Deúmque alienatum, præfatur tamen, se ad Deum confugere tanquam Deum suum, atque ità clypeo fidei fortiter repellit illam derelictionis speciem, & propinquo Dei auxilio confidit [r]. Tormina Christus persensit quæcunque omnis vis turbáque Orci, effrænatâ jam & laxatâ catenâ, in eum accumulare poterat [†]. Hic præcipuus fuit conflictus, & omnibus aliis tormentis durior [t].

47. *Quidam*, &c.] Hos puto fuisse non Romanos milites, quibus de Elia nihil erat cognitum, neque Judæos Palæstinos, sed Hellenistas, qui, cùm Hebræa verba non intelligerent, *Eliæ* nomen sibi notum audire se existimabant. De redituro autem Elia vetus fama, ex vaticiniis malè intellectis hausta, non Palæstinos tantùm Judæos, sed & Hellenistas, pervaserat, ut ex Ecclesiastici Libro manifestum est. Ejus tempus jam instare putabatur, Matt. 17. 10 [v]. Vel hæc verba calumniantes perverterunt, ut datâ operâ Christo illuderent [x].

48. *Continuò*] Mox ut clamaverat, *Eli*, &c [y]. nimirum quia jam antè dixerat, *Sitio*, Joh. 19. 28 [z]. ¶ *Currens*] Ad locum [a], ubi adstabat vas ὄξος [b], i. e. *aceti* [c], vel *vini factitii*, ut suprà exposuimus [d]. ¶ *Aceto*] Quod paratum aderat, ut crucifixis daretur [*]; vel, 1. ad accelerandam mortem [f]; ità Th. quem omnes sequuntur [g]: vel potiùs, 2. adversùs animi deliquium [h]. Hinc Christo potandum aliquis dedit, quasi in spem adventantis coelitus auxilii vitam ei sustentans [i]. ¶ *Arundini*; ità Er. Il. Ti. Ca. Mo. sic Tre. ex Sy. Καλάμῳ] *Calamo*, P. Be. Pi. Extremo arundinis [k]. At Joh. [19. 29.] habet, ὑσσώπῳ περιθέντες [l]. [Quomodo hæc concilianda?] 1. Intelligit Johannes caulem hyssopi, h. e. libanotidis; quæ similis erat arundini [m]. Verbum idem ostendit κάλαμον idem fuisse quod ὕσσωπον, i.e. bacillum ex hyssopo; quam in aliquam magnitudinem arbori convenientem excrescere in Judæa, non minùs quàm sinapi, cur negemus satis causæ non video. Unum est quod contrà affertur argumentum ex 1 Reg. 4. 33. Atqui non ibi de quavis hyssopo agitur, sed de una ejus minima specie quæ vocatur יוצא בקיר, quasi Latinè *parietariam* dicas. Huic opponitur *Cedrus*, non quivis, sed *Libani*, quæ cæteris celsior. Et sanè אזוב Hebræis latiùs patet quàm ὕσσωπος Græcis; adeò ut septem ejus genera dicat esse Kimchi, qui & *Origanum* exponit. Simile quid apud Plinium de Malv. l. 19. *Tradunt Autores in Arabia malvas arborescere, baculorúmque usum præbere.* Vide eundem de Origano [n]. Matt. & Marcus ponunt genus, *arundinem*, sive baculum; Johannes speciem exprimit, quòd baculus ex hyssopo paratus fuerit. Hyssopum autem nominat, cujus usus erat in lustrationibus V. T. ut admoneat nos de fructu Dominicæ passionis à peccatis nos emundantis: confer Psal. 51. 9 [o]. Non placet hæc sententia: Nam κάλαμος simpliciter dicitur de talis fruticis vel herbæ caule, aut scapo, qui geniculatus, & internodiis distinctus sit; qualis non est caulis hyssopi. Et cùm tot sint arundinum sive calamorum genera, durum est hyssopi caulem κάλαμον absolutè appellari [p]. Ut vocetur *calamus* herbæ caulis, ubi nihil est δονακῶδες, (*arundinosum*,) qui neque nodosus est, neque concavus, res est sine exemplo. Deinde, cruciarii in sublime evecti sunt, [de quo vide BA.] ut omnibus sint conspicui, nec visum intercipiant peditibus si qui equites proximè adstant: vide Esth. 8. 9, 10. Joh. 3. 14. & 12. 32. Ad hanc autem altitudinem quid faciat hyssopi caulis, quem ferè cubitalem suprà descripsit Isaacus Ben-Omran, at alii minorem, Mesue semicubitalem. At arborescere colligunt ex 1 Reg. 4. 33. Resp. Vox עצים significat *ligna*, & extenditur usque ad λινοκαλάμην, Jos. 2. 6. Nec hyssopi rami firmi sunt & rigidi, ut calamorum vicem præstare possint, sed, ut idem Isaacus notat, humi jacentes [q]. 2. Herba hyssopi vel contrita paululùm, vel integra, una cum spongia arundini fuit circumposita; idque vel ità ut spongia hyssopi ramusculis filamentorum loco alligata fuerit, vel ut spongia hyssopo conjuncta eum complecteretur [r]. 3. *Calamum* hic intelligit odoratum, sive aromaticum [†], qui apud Græcos Medicos κάλαμος καὶ ἐξοχὴν sæpe vocatur, ut & *juncus odoratus* illis absolutè σχοῖνος nuncupatur. Talis autem calamus h. l. sicut in Joh. hyssopus

[q] Ger. sim. Calv.
[r] Calv.
[†] Li. ho.
[t] Calv.
[v] G.
[x] Bru. sim. Be.
[y] Bru.
[z] Bru. sic Mal. G.
[a] Bru.
[b] G. sic Bru.
[c] Bru.
[d] G.
[*] Bru. sic Mal.
[f] Q. in G.
[g] Mal.
[h] G. sim.
Bru. Mal.
[i] G.
[k] Bru.
[l] G.
[m] Pi.
[o] G.
[o] Ger.
[p] Salm. in Wal.
[q] BA. 1. 2. 50. 591.
[r] Ger. ex Hil. & Aug.
[†] Salm. ex Di.

Christo porrigebatur, ut utriusvis odore recrearetur. Hic autem est mos Evangelistarum, ut dum constet de re, minoris faciant quo instrumento peracta fuerit. 4. Fortassean & utrumque à diversis ei porrectum fuit ad eundem finem [t]. 5. Legendum apud Joh. vel ὑσσύπῳ, vel ὕσσῳ, vel ὑσσώπῳ [v] vel potiùs ὑσσώπον. Ità ergò habebit locus, *Illi autem, cùm spongiam aceto implevissent, & hyssopum circumdedissent*, &c. Sic spongia hyssopum non circumdederit, sed hyssopus spongiam, ut, aceti acore cum hyssopi amaritudine mixto, fieret potus ingratior, ut perfectè adimpleretur illud, Psal. 69. 22. *Fel — & aceto*, &c. At ראש propriè est *herbæ amaræ* genus, Os. 10. 4. Vide & Deut. 29. 18. Jer. 9. 15. Thren. 3. 19. Hyssopum autem Judaicam amaram esse Isaac Ben-Omran docet [x].

49. *Cæteri*] Simul cum ipso qui ὄξος porrigebat, ut ex Marco docemur. Itaque λοιποὶ non oppositè dicitur, sed ut plures uno id dixisse intelligantur [y]. ¶ *Sine*, Ἄφες] Non offeras ei potum, nec propiùs accedas ad crucem: putabant enim Eliam faciliùs adventurum, si Jesus solus relinqueretur [z]. Vox [ἄφες] est πλεοναζουσα, ut ἄφετε apud Marcum; non prohibentis, sed subjunctivo sequenti inserviens; q. d. *Age videamus*: & sic nunc etiam populi nonnulli loquuntur. In Actis urbis Constantinopolitanæ, quibus describitur seditio; cui Νίκα nomen, Ἄφες κολαζώμεθα, nihil aliud est quàm, *Puniamur*. Dixerunt pro eodem & εἰς Græci sub Justino, ut, εἰς ἀνέλθε, εἰς πέσον, in acclamationibus Synodi sub Menna. Apud LXX ἔα simili sensu, ut Job. 19. 5 [a].

50. *Clamans*] Clamor is fuit, Τετέλεσται, *Consummatum est*, Joh. 19. 28 [b]. & Πάτερ, &c. (*Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* [c].) *Spiritum cum verbo*, sive clamore ipso, *sponte dimisit* [d]. Hoc ipsum pro miraculo accepit Centurio, quòd sic clamans exspiravit: nam verbis ejus res ipsa statim respondens ostendebat verè animam ejus à Deo suscipi. Accelerata quippe mors erat Divino consilio antequam vires ejus naturales defecissent. Alioqui nondum mors exspectari poterat, Marc. 15. 44. ideo latrones crurifragio perempti. Videtur Origenes ad acceleratam hanc à morte liberationem referre illud Heb. 5. 7. [Verba ejus vide in G.] Cyprianus adv. Demetrianum, *Crucifixus, prævento carnificis officio, spiritum sponte dimisit* [*]. Multa erant quæ Christum admodum debilitaverant, summa animæ tristitia, nox insomnis, longa & varia itinera, flagra, crucis bajulatio, sanguinis effusio, pœna crucifixionis; quibus cruciatibus jam naturaliter confectus erat, & mori coactus. Clamorem ergò hunc edidit humanis viribus majorem, Divinâ Christi naturâ ipsum roborante, ut declararet se non necessitate, aut infirmitate, mori, sed voluntate, quia mortem, quum posset, noluit tamen prohibere. Tunc autem mori voluit quum opportunum judicaret, tempore scilicet sacrificii vespertini, circa horam orationis nonam [f]. ¶ *Emisit* (vel, *Dimisit*, Sy. Bru. *Tradidit*, Ar.) *spiritum*] Ità Er. Il. Ca. Be. Pi. &c. sub *suum*, Bru. ex Sy. i. e. animam suam, è corpore scilicet. Periphasis mortis [g]. Ἀφῆκε τὸ πνεῦμα] Hæc verba exprimunt Heb. גוע, pro quo ἐξέπνευσε posuere Marcus & Lucas. Sensus autem est Esa. 53. 12 [h]. *Exspiravit*, Pers. τὸ πνεῦμα quemcunque spiritum notat; hìc autem *animam*, sicut & Luc. 8. 55. Act. 7. 59. 1 Cor. 5. 5. Heb. 12. 23 [i].

51. *Velum*, &c. ità Er. Il. Ti. Be. Ca. &c. Τὸ καταπέτασμα, &c.] *Interexpansum*, Mo. *Aulæum*, P. Pi. *Facies portæ*, Tre. ex Sy. Et veteres & novi Interpretes parum constare arbitrantur agatúrne hìc de velo interiore, quod oppansum erat penetrali, an de velo exteriore, quod erat oppansum foribus templi sacerdotalis. Mosis temporibus tria erant aulæa; extimum τῆς αὐλῆς, Exod. 27. 16. medium τοῦ ἁγίου, Exod. 26. 36. intimum τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων, Exod. 26. 31. i. e. adyti, sive penetralis. In Templo Salomonis, & quod ei surrogatum, vice extimi aulæi fuit porta, ut ex Josepho discimus: ἐσώπυλαιον vocat Philo. Manserant ergò duo aulæa, quæ τὰ ἐνδότερα καταπετάσματα vocat Josephus, Antiq. 8. 11. Et hinc aulæum adyto oppansum δεύτερον καταπέτασμα vocatur, Heb. 9. 3. Cæterùm, ubi nudè dicitur καταπέτασμα, omnino intelligendum est illud quod adyto erat oppansum: id enim propriè & peculiaris discriminis causâ id nomen occupa-

[t] Salm.
[v] Q. in BA.
[x] BA. ib. 592.
[y] G.
[z] Bru.
[a] G.
[b] G. Pi. sic Bru.
[c] G.
[d] G. ex Tert.
[*] G.
[f] Bru.
[g] Idem.
[h] G.
[i] Sch.

occupaverat. Philo, De vita Mosis, distinctè aulæum adyto oppansum vocat καταπέτασμα, alterum oppansum templo Sacerdotali appellat κάλυμμα. [Verba vide in G.] Nam & Mosi distinctè illud interius vocatur פרכת, Exod. 26. 33. istud exterius, מסך. Vocem פרכת etiam LXX vertunt καταπέτασμα, Exod. 26. 33. & 36. 35. at vocem מסך, quam Philo transfert κάλυμμα, ἐπίσπαστρον, Exod. 26. 36. & 36. 37. Quare non dubito quin τὸ καταπέτασμα intelligi debeat aulæum quo penetrale defendebatur[k]. Utrum velum exterius, an interius, hîc intelligatur colligi non potest ex circumstantiis hujus historiæ, sed ex collat. Heb. 10. 20. interius esse videtur[l]. Velum hoc erat, vel exterius[m]; vel interius, quo Sanctum Sanctorum à Sancto dirimebatur[n]. Conspicuum autem erat hoc miraculum non quidem populo, sed sacerdotibus, quorum plurimi aderant, tum ob solennitatem Paschæ, tum quia hora erat incensi vespertini[o]. *In Templo primo paries erat unum cubitum crassus, separans inter Sanctum & Sanctum Sanctorum. In Templo secundo parietem illic non exstruxerunt, sed ejus loco cubitum vacuum reliquerant, ac duo aulæa confecerunt; unum Sancto, alterum Sancto Sanctorum, contiguum,* Maimon. Idem habet Joma. [Vide Li. ho.] Cur ergò non dicunt Evangelistæ καταπετάσματα? Resp. Illi non soliciti erant de particularibus explicandis, sed contenti rem ipsam declarâsse[p]. Non convenit inter veteres quæ propria fuerit significatio hujus scissuræ. Mihi verò nè dubitandum videtur eam fuisse quam Judæi non pertinaces ex re ipsa facillimè conjectare poterant. Cùm dicit nunquam satis laudatus ad Hebræos Scriptor τὰ ἅγια, i.e. τὰ ἅγια τῶν ἁγίων (nam post discrimen positum initio cap. 9. semper brevitati studens adytum vocat ἅγια) esse ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, summi illius cœli scilicet, nihil novi dixit, sed id sumpsit quod erat apud Judæos omnes confessum: quod perspicuis testimoniis ostendam. Josephus, Antiq. 3. 5. & 8. τὸ μὲν γὰρ τρίτον, &c. (*Tertiam partem—sacerdotibus inaccessam constituit, ut tanquam cœlum esset Deo—, quia cœlum hominibus inaccessum est.*) Philo De vita Mosis, τὰ ἄδυτα τῆς σκηνῆς, ἅπερ δεῖ συμβολικῶς νοητά. Quare de hac parte præcipua Templi præcipuè accipi debet quod in libro est Sapientiæ, Templum fuisse μίμημα, &c. (*imaginem tabernaculi sancti quod Deus præparavit ab initio,*) ejus scilicet de qua agitur Psal. 15. quod & Psal. 78. 69. innuitur. Quæ enim extra adytum erant, non obscurè adumbrabant Mundum hunc aspectabilem. Nam in aulæo coccinum Ignem, byssus Tellurem, hyacinthus Aera, purpura Mare, septem Lychni totidem Planetas, Panes 12 totidem Zodiaci signa & Menses, notabant: quanquam potuerunt horum quædam aliam Israelitis propriam habere significationem. Obscurum igitur non erat, adytum *mundi intelligibilis symbolum* fuisse, ut Clemens loquitur, Strom. 5. in quo adyto antiquitus fuerant *Cherubim gloriæ*, &c. Heb. 9. 5. At Philo haud dubiè ex veteri disciplina ἱλαστήριον quidem ait fuisse σύμβολον, &c. (*symbolum Clementiæ Dei;*) per Cherubim verò designari πρεσβυτάτας, &c. (*duas antiquissimas Dei virtutes, effectivam & Regiam.*) Josephus Cherubim vocat *currum Dei*, tanquam sit per Metathesin ex verbo רכב. Confer 2 Sam. 22. 11. & Psal. 18. 10. Puto, his intellectis, non esse obscurum quid significet aulæi scissura[q]. Significat enim aditum per Christi mortem apertum[r], Christo primum, deinde ejus beneficio sanctis Prisci Novique Fœderis[†], ad cœlum illud inaspectabile[t], quod *Cœlum cœlorum* vocant Sacri Scriptores quæ Majestatis Divinæ velut propria est sedes. Vide Rom. 3. 25. & Heb. 9. 8, 24. Quanquam enim [Christus] possessionem non statim est adeptus, sed post 40. & quod excedit, dies, jus tamen ipsi & per ipsum aliis quæsitum est eo tempore quo se dedit *sacrificium pro peccato*, ut vaticinatus erat Esaias; scisso scilicet velo peccatorum quod inter hunc Mundum aspectabilem & τὴν ἵλεω τοῦ Θεοῦ δύναμιν (*propitiam Dei virtutem*) interjiciebatur, Esa. 59. 2. Quod autem per velum *Peccatum* intelligam, minimè repugnat Scriptori ad Hebræos qui ipsam Christi carnem Divinitati ipsius oppansam vocat καταπέτασμα. Nam ea ipsa caro non tantùm erat *in similitudine carnis peccati*, sed partim, etiam apud Apostolos, figuram gerit peccati ipsius; ut apparet iis ex locis quæ de peccati crucifixione, morte, se-

[k] G.
[l] Ham. ad Luc. 23. v. 45.
[m] Orig. & Hi. in Bru.
[n] Bru. ex Cyr. Th. Euthym. &c. sim. Be. Fi. E. Me. T.
[o] Bru.
[p] Li. ho.
[q] G.
[r] G. sim. Bru. Mal.
[†] G.
[t] G. sic Bru. Mal.

pultura, agunt. Atque ità veterum nonnulli explicant illud Rom. 6. 10. τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν, i.e. corpore mortali. Quomodo fortè intelligi posset & illud Heb. 5. 3. quatenus scilicet universalis ista locutio etiam Christum complectitur, ubi ἁμαρτίαν vocat quod paulò antè ἀσθένειαν· & apertiùs Heb. 7. 27. ut ἰδίων ἁμαρτιῶν [eo loco] sint qualitates inseparabiles mortalis corporis, quæ ut in nobis sunt effecta, partim etiam causæ, peccati, ità in Christo erant figura peccati; quomodo contactus cadaveris, & alia quæ insciis aut invitis accidunt, in Lege *peccata* dicebantur. Nam & pro illis obtulisse dici potest Christus quatenus ex decreto paterno liberari ab illis non potuit nisi per mortem, nobis in exemplum. Apud Romanos autem & aliarum gentium homines idem hoc miraculum non obscurè indicabat commissi in Christum facinoris atrocitatem. Philippides in Comœdia de Demetrio, quòd se diis æquari passus esset, verba faciens, ità inquit, Δι' ὃν ἀπέβαλε ὁ πέπλος ἐρράγη μέσος· (*Propter cujus impietatem velum dirumperetur medium.*) Vide & Plutarchum de eadem historia[v]: [& verba ejus in G.] Significabat hîc Deus iram suam ob hoc scelus, seque ex hoc Templo migraturum, eo destructo, ejúsque adytis ac mysteriis prophanatis[x]. Al. Significabat fractionem aut crucifixionem carnis Christi[y], cujus typus erat velum, Heb. 10. 20[z]. Al. Significabatur hoc facto luctus Templi vestem suam more Judaico conscindentis[a]. Al. Sign. efficacitatem mortis Christi, per quam consummata sunt omnia quæ Templi mysteriis fuere occultè prædicta & promissa, ac proinde ejus cultum aboleri, nec ampliùs obscuris figuris velanda esse salutis mysteria, sed palàm omnibus exponenda[b]. Al. Sign. dirutam jam esse maceriam inter Judæos & Gentes[c]. Quòd autem narrant Thalmudistæ, 40 ante Excidium annis Templi fores sponte patuisse, valde dubito an huc referri debeat. Vereor enim nè, ut sunt ἀνιστόρητοι, confuderint signa illa quæ in Christi passionem inciderunt cum illis quæ Excidium proximè antecesserunt; quod & aliis accidit in narratione vocis auditæ in Templo, *Migremus hinc.* Aut valde fallor, aut id quod dicere volunt Thalmudistæ idem est quod breviter dixit Tacitus, *Expassæ repente delubri fores*; latiùs autem Josephus, ità ut de aulæo adyti nullo modo possit intelligi. Verba sunt, Ἡ δ' ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἐνδοτέρου (meliùs fortè legitur, τοῦ ἐξωτέρου nam portæ interiores erant auratæ, exterior ex ære Corinthio) χαλκῆ μὲν οὖσα, &c. (*Orientalis autem porta interioris,* rectiùs *exterioris,* [partis Templi] *ærea atque gravissima, quam vix 20 viri possent occludere—circa horam sextam noctis sponte patuit,* &c.) ¶ *Et terra mota est*] Aliquot in locis, non in Judæa tantùm. Voluit enim Deus ostenti hujus memoriam exstare. Vide quæ ex Phlegonte & Thallo citavimus. Verissimum est apud Prophetas terræmotu alibi rerum mutationem, alibi Dei Majestatem, significari: sed hîc apertior est ea significatio quæ pariter à Judæis & gentibus aliis poterat intelligi, iræ scilicet Divinæ ob hominum scelera, Psal. 18. 7, 8. Joel. 3. 16. Ità Virgilius Solis caligini addit terræmotum, nec aliter Lucanus & Seneca. Sanè Centurio & qui cum eo erant ità interpretati sunt hoc prodigium. Indè enim colligebant Jesum iniquè damnatum, Luc. 23. 47[d]. Portendit hic terræmotus Excidium Templi & cultûs Judæorum[*]. Horruit terra immane hoc scelus, ut solet homo horrens contremiscere[f]. ¶ *Petræ scissæ sunt*] Puto consequens esse terræmotûs[g], ut notat Aristot. Meteor. 2. 8. & Seneca Troadibus. [Verba vide in G.] Sed & hoc apud Hebræos iræ Divinæ habebat significationem, 1 Reg. 19. 11. Nah. 1. 6. terræmotum & saxa rupta conjungit Psaltes, 114. 7, 8[h]. Puto Divinitatem Christi his declarari. Solet enim Divina præsentia & majestas terræ motu, & petrarum concussione significari, ut Psal. 68. 8, 9. & 98. 7, 8, 9. Joel. 2. 10. & 3. 16[i].

52. *Et monumenta* (i.e. sepulchra mortuorum[k]: Synecdoche generis: nam aliàs & μνημεῖον & monumentum generaliter accipitur[l]:) *aperta sunt*] [Quando?] Resp. In ipso mortis Christi articulo[m]: quò clariùs apparet ipsum *morte suâ abolevisse habentem imperium mortis*, Heb. 2. 14[n]. & ut parata essent ad resurgendum cum Christo cadavera[o]. Sed quorsum statim aperta sepulchra, si

[v] G.
[x] Bru.
[y] Cyr. & Th. in Mal. Ham.
[z] Ham. ad Luc.
[a] T. Euthym. in Mal.
[b] Bru.
[c] Seh.
[d] G.
[*] Ham.
[f] Bru.
[g] G. sim. Bru.
[h] G.
[i] Mal.
[k] Pi. sic Bru.
[l] Pi.
[m] G. Th. in Mal.
[n] G. sim. Ec.
[o] Li. ho.

si mortui non statim resurgerent? aut si resurrexerint, quid interim egissent? Malim ergò Christo resurgente hoc factum, hìc autem Matthæum narrâsse, quia hìc cœpit ea miracula, quæ Christo moriente contigerant, commemorare [p]. Notat Aristides in descriptione terræmotûs quo Rhodus aversa est, sepulchra disrupta fuisse [q]. ¶ *Qui dormierant*] Id est, mortui fuerant [r]. Sic & Homerus loquitur, Il. λ'. 241, Ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον, *Sic ipse quidem lapsus dormivit ferreum somnum.* Et Catullus dicit, *Nox est perpetuò una dormienda* †. ¶ *Surrexerunt*] A morte [t], vel è sepulchris [v]: tanquam resurrectionis Christi & testes & socii [x]. Dictum hoc per anticipationem, quia paulò post resurrexerunt [y].

53. *Qui*, &c. Καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον, &c.] *Et* (vel, *Qui*, Be. Bru. vel, *Nam*, V. Bru.) *egressi ex monumentis post resurrectionem ejus*, (scil. Jesu [z],) *introierunt* (sepulti enim in suburbanis locis fuerant [a],) *in sanctam civitatem*, Bru. Illa verba, μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, jungenda sunt, vel, 1. præcedentibus [b], tanquam pendentia ab ἐξελθόντες [c]. Neque enim ad vitam pervenerunt hi mortui nisi postquam Christus revixerat, ut sic appareret ipsum esse πρωτότοκον, &c. (*primogenitum ex mortuis.*) Nemo enim mortuorum antea ad vitam immortalem surrexit; quod de his credi par est: in qua sententia est scriptor Resp. ad Orthodoxos, ad quæst. 85. Confer Dan. 12.2 [c]. Non est probabile illos Christum antevertisse, qui dicitur *primitiæ resurgentium* [d]. Sed hoc ad generalem spectat resurrectionem: alioquin Christus alios, etiam dum viveret, excitavit *. Vel, 2. sequentibus, tanquam pendentia à verbo εἰσῆλθον [f]. Optimè Syrus locum distinguit, hoc modo, Καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων, μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ εἰσῆλθον, &c [g]. Ità series historiæ servatur, & sensus loci est, sanctos in morte Christi resurrexisse & exiisse è sepulchris, ad demonstrandam vim mortis Christi, sed delituisse extra urbem; post resurrectionem autem Christi intrâsse in urbem & apparuisse [h], ut simul & mortis & resurrectionis Christi gloria in ipsis appareret. Ità non opus erat (quod citat Cl. Casaub. Exerc. 1.28.) ut Glycas historicus αὐτῶν emendaret pro αὐτοῦ, quod secutus Arabs vertit, *post resurrectionem suam* [i]. Eadem indubiè vis & sepulchra aperuit, & mortuos excitavit. Et quomodo quæso aliud est ἐγείρεσθαι, v. præced. aliud hìc, ἐκ τῶν μνημείων ἐξελθεῖν? Marc. 16.6. ἠγέρθη, *resurrexit*, & sequitur, *non est hìc*. Nimis ergò subtilis est illa Hier. distinctio, eos revixisse, non resurrexisse [k]. Hierosolyma hìc dicitur *urbs sancta* [l], quamvis jam contaminata [m], ob Templum, & cultum Dei [n], & ex populari more loquendi, ut suprà 4.5 [o]. Inchoandum à resurrectione mortuorum Regnum Messiæ crediderunt & Judæi. Vide & Matth. 26.29 [p]. ¶ *Apparuerunt multis*] Credentibus in Christum [q], aliisque à fide non alienis [r], ut & Christus ipse *non toti populo*, Act. 10.41 †. Hi porrò, vel, 1. iterum mortui sunt, nec nisi ad breve tempus evocati, ut testes essent Christi redivivi, sicut nuper Moyses & Elias in transfiguratione [t]. Vel, 2. in vivis manserunt, & cum corpore post in cœlum assumpti sunt [v]: hoc enim decentius videtur, & gloriosius tum ipsis, tum Christo [x].

54. *Centurio*] *Centurio supplicio præpositus*, ut Seneca loquitur, *De ira* 1.12 [y]. ¶ *Et custodientes*, Τηροῦντες] *Servantes*, Bru. sic Be. Pi. Quorsum jam cruci suffixum? Potiùs, *observantes* [z], ex more [a], nè quis crucifixis subveniret [b], aut eos de cruce detraheret [c]. Vide suprà ad v. 31. Et nota etiam post mortem mansisse milites, *nè quis* scilicet, ut Petronius loquitur, *ad sepulturam corpora detraheret*: adde, nisi publico permissu [d]. ¶ *Viso*, &c.] Considerantes omnia *, caliginem Solis, &, quod non frustrà addit Marcus, exspirationem statim post clamorem [f], terræmotum, &c [g]. ¶ *Timuerunt valde*] In se, ut sævitiæ ministros iram Dei metuentes [h]. ¶ *Dicentes*] Nempe glorificando Deum, ut ait Lucas, c. 23. v. 47 [i]. ¶ *Verè filius Dei*, &c.] Vel, 1. appellatione generali piisque omnibus communi, quia pro eo Lucas habet, *justus* [k]: cui favent, quòd υἱὸς dicitur sine articulo, & quòd hic Centurio profanus homo erat [l]. Vel, 2. [modo singulari:] neque enim talia miracula in aliorum justorum morte fiebant [m]. Puto autem Centurionem utrumque dixisse [n], primùm illud Luc. 23. *justus erat*, i.e. innocens [o], & injustè damnatus [p]; deinde, *Filius Dei erat*, ut hìc dicitur [q]. Credibile est, id [*justus erat*] initio ab illis dictum; sed aliis ostentis ad alia accedentibus auctam admirationem, ità ut jam non hominem tantùm innocentem, sed & homine majorem, crederent [r]; unum scilicet ex particularibus, seu Judæorum, seu Gentium, diis, errore apud Romanos usitato †. Cùm Romani fuerint qui hoc dicebant, puto de Jesu ità existimâsse quomodo de Hercule, Baccho, Castoribus, Æsculapio, Quirino, existimabant. Et maximè ad celebrem de Quirino fabulam respexisse eos credibile est, circa cujus mortem & tenebræ & fragor contigisse dicebantur. Tertul. de Christo, *In cœlum est receptus multò veriùs quàm apud vos asseverare de Romulo Proculi solent* [t]. Non ignorârunt, id quod famâ percrebuerat, Jesum se Filium Dei prædicâsse [v]; naturalem scilicet [x], ac proinde damnatum fuisse [y]. Agnoscit eum esse Messiam, quem pro Filio Dei agnoverunt ipsi Judæi ex 1 Par. 17. 13. Psal. 2. 12. & 89. 26, 27. ex quibus Centurio id audiverat [z].

55. *Mulieres*] Quæ, Apostolis diffugientibus, ibi aderant [a], tanquam testes gestorum [b]. ¶ *A longè*] *Ad crucem* quidem, ut ait Johannes, sed non ut crucem attingerent, quæ militum turbâ cingebatur [c]. ¶ *A Galilæa*] Relictis domo & patria [d]. ¶ *Ministrantes ei*] *De facultatibus suis*, Luc. 8.3 *. & illi servientes [f]. Harum nonnullæ nominantur Luc. 8.2, 3 [g].

56. *Maria Magdalene*] Vel, 1. Galilæa fœmina, Luc. 8. 4 [h]. vel, 2. soror Lazari, ut omnes putant [i]: neque enim credibile est, aut eam non adfuisse, aut hoc silentio præteritum esse. *Magdalene* dicta, vel ab oppido Magdala, ad lacum Genes. vel à מגדלא, quæ plicaturam aut cincinnationem crinium denotat, meretricibus usitatissimam [k]. [De quo vide hìc dicta à Li. ho.] ¶ *Et*, &c. Καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μήτηρ] A filiis hìc appellata, ut à viro [l], Maria Cleophæ [m], Johanni: nam eandem esse indicio est quòd præter matrem Domini non fuerant plures duabus *Mariæ* nomine quæ Jesum sectarentur, 61. Inter multas sententias expeditissima est quæ Cleopam ejus patrem, Alphæum maritum, statuit [n]. Erat hæc & soror matris Domini [o]. Ambigua est hæc constructio, quam Evang. Heb. sic tollit, *Et Maria Jacobi, & mater Josephi.* Itaque aut diversas intelligit fœminas, quarum una sit Maria Jacobi sive mater, sive uxor, altera mater Josis; aut eandem, quæ pariter & Jacobi uxor, & Josis mater, sit. Syrus sic, *Et Maria mater Jacobi &* (Arabs hìc addit, *mater*) *Josis*, ut una utriusque sit mater: hi enim fratres erant, Marc. 6.3. Et mater Jose vocatur *Maria*, Marc. 15.47. quæ eadem *Maria Jacobi*, Marc. 16.1. éstque ista *altera Maria*, infrà 61. & Matth. 28.1 [p]. eádemque vocatur *mater Judæ, ac Simonis*, Marc. 6. 3. יוסי nomen inter Talmudicos usitatissimum [q]. [Vide Li.] Pro *Jose* habent *Joseph* veteres quidam Codices & Græci & Latini [r], & Evang. Heb. & Syrus, Act. 4.36. Et qui in Pirke Aboth est *Rabbi* יוסי, in P. Aquinate est *R. Joseph* †. Idem est nomen, sed pronunciatione diversâ [t]. Solent Talmudistæ Apocopen ultimæ literæ inducere, ut בי, pro בית, *domus*, תו, pro תוב, *iterum*; sic ergò pro יוסף, יוסי, &c. additâ terminatione Græcâ, Ἰωσῆς [v]. unde hìc Genitivus Ἰωσῆ. ¶ *Mater filiorum Zebedæi*] Johannis & Jacobi majoris [x], *Salome* dicta [y].

57. *Serò*, &c.] Statim post nonam. Festina res, ut posset Josephus, Christo tumulato, ex more ante duodecimam Pascha mactare [z]; & nè per Sabbathum impediretur sepelire eum [a]. ¶ *Dives*] Hinc accessus ei ad Præsidem [b]: εὐσχήμων, i.e. *vir honesti loci*, Marc. 15.43 [c]. quippe βουλευτής, ut Marc. & Luc. addunt. Quæritur an in Synedrio magno Josephus hic fuerit. Fuisse multi credunt, quia Lucas *eum* dicit *non consensisse consilio & actibus* aliorum: sed id non satis certum est argumentum. Improbant enim multi multa etiam qui jus suffragii non habent. Deinde non est quòd verba illa præcisè sumantur de illa consultatione postremæ diei, cùm antea quoque deliberatum aliquoties de re Jesu fuerit, ut cùm constitutum est ut ἀποσυνάγωγοι haberentur qui Jesum esse Messiam dicerent: in qua historia Johannes non Synedrii meminit, sed dicit, συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ut credibile

[p] Mal. [q] G. [r] Bru. Pi. Sch. † Pso. p. 154. [t] Bru. [v] Ham. [x] Mal. [y] Aug. in Er. [z] Bru. [a] G. sim. Bru. [b] Plerique in Bru. Pi. Be. &c. [c] G. [d] Pi. * Heins. [f] Q. in Pi. [g] Di. sim. Heins. [h] Di. sim. Heins. [i] Di. [k] Heins. [l] Be. Bru. &c. [m] Mal. [n] Bru. sic Mal. Be. Pi. [o] G. [p] Li. ho. [q] G. sim. Bru. [r] Bru. T. † G. [t] Aug. Th. Euth. Thom. in T. sic Bru. [v] T. ex Orig. Epiph. Clem. Hi. Euseb. &c. sic Be. [x] T. [y] G. [z] Ga. dis. [a] D. sic Be. [b] Be. [c] Bru. [d] G. * Bru. [f] G. sic Mal. [g] Bru. [h] G. sim. Me. ex Mal. Bru. [i] Pi. [k] Q. in Pi. sim. Be. Mal. ex Aug. [l] Me. [m] Mal.

[n] Mal. sim. G. Li. ho. G. [p] Pi. [q] Mal. [r] G. † T. [t] G. [v] Bru. [x] Pi. sim. Me. [y] Pi. [z] Li. ho. [a] Mal. [b] Mal. sim. Bru. [c] G. [d] Bru. Mal. * Mal. G. Bru. Pi. [f] Mal. [g] Pi. [h] G. Q. in Mal. [i] Mal. Ità Li. ho. ex Baron. [k] Li. ho. [l] Mal. [m] Mal. G. [n] G. [o] Mal. [p] Di. [q] Li. ho. [r] G. sim. Be. † Di. [t] G. [v] Di. [x] Bru. [y] G. Eru. ex Orig. Sch. &c. [z] G. [a] Mal. [b] Bru Mal. [c] G. sic Pi.

bile sit eam rem actam in conventu majore quam Συναγωγὴν μεγάλην vocari diximus, & in quam præter Syncdrii Judices alii etiam magistratum gerentes vocabantur; sicut & Gorionides narrat convenisse super rebus gravioribus Senatum & minorem & majorem, i. e. urbanum & communem populi. Josephum igitur hunc oriundum quidem ab Arimathæa, cæterùm domicilium & sedem fortunarum suarum habentem Hierosolymis (quò commigrare opulentiores solebant) credo fuisse Senatorem Senatûs urbis Hieros. Ideo non vocatur ἄρχων, quod nomen erat τῶν συνέδρων, ut Nicodemus, Joh. 3. 1. sed βουλευτής· quæ duo distinguit Josephus, Bel. Jud. 2. 29. Βουλευτὴς est *Decurio*, in Glossario vetere non uno, & apud Latinum interpretem. Putat Pomponius in coloniis Romanis primùm natam eam vocem, quòd initio, cùm coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur consilii publici gratiâ conscribi solita esset. Postea certè ad alias quoque urbes transferri cœpit, ut nos leges docent; & ἀμοιβαῖαι literæ Plinii & Trajani, ubi corpus ipsum *Bule*, ejus participes in Bithyniæ urbibus *Decuriones* vocantur. Ipsa vox Græca *Buleutæ*, ut à Syro Marci interprete, ità apud eum quem dixi Plinium & Spartianum in Latino sermone legitur. Quòd verò putat vir doctus Josephum hunc ex Pilati consilio fuisse, id planè Romanis moribus repugnat. Nam Romanorum civium consilio Præsides utebantur: imò etiam qui jus nacti erant Romanæ civitatis, in ea Provincia, in qua orti erant, adsidere vetabantur. Accuratè autem hujus viri dignitas describitur, ut videamus statim è morte quædam gloriæ Christo destinatæ apparuisse initia. Honos enim ei mortuo habetur, qualis Jacobo gentis principi, cujus nomen in Prophetis sæpe fert Christus. Huic discipulus, qui item *filius* rectè dicitur, illi filius, ambo Josephi, ambo in dignitate positi, pollinctores [d]. ¶ *Ab Arimathæa*] Non construendum hoc cum ἦλθεν, sed subaudiendum ὤν, ut ex Marco liquet [*]; vel, sub. *oriundus*, Bru. Pi. *Ramatha* hæc fuit, Samuelis patria, 1 Sam. 1. 1 [f]. Fuit ergò Sacerdos aut Levita, unus ex Concilio Templi [g], Al. Hæc fortè erat ארומה, Jud. 9. 41. Plures sunt voces ad hoc nomen accedentes, ut רמתים Ephraimitarum, 1 Sam. 1. 1. רמת, quæ & רמות, & ירמות, in Issacharis parte, Jos. 19. 21. & 21. 29. alia רמת discriminis causâ המצפה dicta, intra Gaditarum terminos, Jos. 13. 26. Rursum רמה in portione Aseritarum, Jos. 19. 29. Neque mirum id videri debet, cùm vox ipsa nihil aliud quàm *locum eminentiorem* significet: unde quod in Heb. Deut. 3. 27. est פסגה, Chaldæus vertit רמתא. Sed cùm Lucas disertè hanc vocet *urbem Judæorum*, ubi non dubito quin *Judæi* strictè dicantur ii qui circa Hierosolyma habitabant, adducor ut credam designari hîc oppidum Benjaminis רמה memoratum, Jos. 18. 25. Eadem putatur esse רומה, 2 Reg. 23. 36. Hanc suis temporibus *Remtim* appellatam Hieron. & Euseb. tradunt. Syrorum est pro רמה dicere ארמתא: quomodo Josephus illam Ephraimiticam Samuelis sedem vocat Ἀρμαθά. Sic *Cana* Syro est קנתא: & pro Heb. קריה, *urbs*, Syri dicunt קרתא; unde *Tygranocerta*, & alia ad eam formam. Simile est בהמתא in Chald. pro Heb. בהם, Gen. 14. 5. & pro חדקל, quod Hebræum nomen est Tigridi flumini, omissâ primâ gutturali, דקלתא, *Diglito*, apud Plinium [h]. ¶ *Nomine Joseph*] Ità Er. Il. Be. Ca. Ti. Pi. &c. τοὔνομα, ellipticè, pro, κατὰ τὸ ὄνομα [i]. ¶ *Discipulus*, &c. Ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ] *Discipulus fuerat Jesu*, Be. Pi. Mo. Sy. sim. Ar. Æth. Pers. &c. *Discipulum egerat*, &c. Bru. q. d. *Discipulaverat*, i. e. Discipulum se ei præbuerat [k]: Al. *Discipulos fecerat Jesu*; id enim est μαθητεύειν, Mat. 28. 19. q. d. doctrinam de Messia vulgaverat, quanquam occultè [l]. Vir hic fuit probæ vitæ, Simeonis imitator, & *regnum Divinum* per Prophetas promissum *avidè exspectans*, ut Marc. & Luc. docent; ac proinde veram agnoscens Christi doctrinam, sed, quod Johannes addit, [19. 38.] profiteri eum non audens hactenus, metu prohibente. Ità videmus quomodo fidei semina, humanis vitiis oppressa aliquamdiu, subitò interdum erumpant, Deo ità disponente occasiones [m].

58. *Petiit corpus*, &c.] Nam absque Judicis assensu hoc non licebat [n]. *Eorum*, inquit Ulpianus, *in quos animadvertitur corpora non aliter sepeliuntur quàm si fuerit petitum & permissum.* Faciles autem in hanc rem Romani Magistratus. Ulpianus dicto loco, *Corpora eorum qui capitis damnantur cognatis eorum neganda non sunt.* Diocletianus & Maximinianus, *Obnoxios criminum digno supplicio affectos sepulturæ tradi non vetamus.* Verri inter alia objicitur à Cicerone quòd *securi percussorum corpora feris objecisset*, aut *pretio vendidisset sepeliendi potestatem*. Excipit Ulpianus dicto loco *Majestatis damnatos*: unde colligi potest Pilatum Christo non tam Majestatis (quippe nequaquam credibile) quàm Seditionis crimen ascriptum voluisse. Quanquam & perduellionis damnatis indulta interdum sepultura, ut his qui cum Catilina conjuraverant. Nam ut bene Fabius, declam. 6. tractans hoc argumentum de sepeliendis facinorosis, *Etiam si qua sunt jura quæ obstant, si tamen angustus saltem detur accessus, per quem intrare humanitas possit, vera clementia occasione contenta est.* Corpora tamen crucifixorum, etiam latronum, solebant aliquamdiu in cruce servari ostentui, ut ex Petronio discimus. Sed, quia cum Judæorum institutis pugnabat corpora peremptorum ultra vesperam ostentari, Deut. 21. 23. credibile est Præsides Romanos ea in re, ut in multis rebus aliis, secutos morem regionis; quod & Josephus testatur. [Verba vide in G.] Quare non hoc propriè rogatum à Judæis, Joh. 19. 31. ut ante noctem corpora demererentur, sed ut paulò maturiùs, nè milites in eo opere occupatos initium Sabbati deprehenderet. Nam majoris cautionis ergò horâ ferme unâ ante Solem occasum Judæi otium suum auspicabantur; ac tunc quidem eò religiosiùs, quia qui imminebat dies festus erat etiam absque Sabbato fuisset [o]. Hoc petiit, nè Jesu crura frangerentur, & corpus ejus ignominiosè in damnatorum polyandrion projiceretur [p].

59. *In sindone munda*] Quam recens emerat, Marc. 15. 46 [q]. Hebræa vox [est] סדין, quo significatur non *sericum*, quod nos nunc simili voce appellamus, (nam cum serico sepeliri nè quidem Senatûs Princeps poterat,) sed operimentum ex lino pretii haud magni, ut à Gamaliele seniore institutum notant Hebræi: quod & ex Marc. 14. 52. colligere est. Herodotus Ægyptiorum pollincturam describens, λούσαντες, &c. (*Abluentes mortuum involvunt sindone byssinâ.*) Quanquam autem unum nominat Matthæus, præcipuum videlicet, quo corpus involvebatur, plura tamen fuisse certum est: quare ὀθόνια rectè dixit Johannes, 19. 40. & 20. 6. inter quæ erat & sudarium velando capiti, quod a reliquis operimentis distinguitur, Joh. 20. 7. Idem in Lazari historia ostendit præter sudarium fuisse & κειρίας, de quibus suo loco agemus, 11. 44. ὀθόνας apud Homerum interpretes exponunt ὑφάσματα λινᾶ. In Glossario est Ὀθόνη, *linteamen*; & alibi Σινδὼν, *tunica linea*. Nonnus de Lazaro, Καὶ λινέῳ πεπύκαστο καλύμματι κυκλάδι κόρσην [r].

60. *In monumento suo*] Quod sibi paraverat [†]. Vulgus in depressis fossis mortuos suos condebant: ditiores monumenta sibi suisque struebant, apud Judæos, Græcos & Romanos [t]. *Novo*] Quod & recenter excisum erat [v], & in quo nemo positus fuerat, Luc. 23. 53 [x]. Factum hoc, tum nè misceretur putridis cadaveribus [y]; tum ad confirmandam resurrectionem [z]: nè aut alius resurrexisse crederetur [a], aut Christus alterius contactu, ut ille 2 Reg. 13. 21 [b]. ¶ *Quod*, Ὃ ἐλατόμησεν ἐν τῇ πέτρᾳ] *Quod exciderat* (vel, *effoderat*, Æth. sic Pers.) *in petra*, Be. Pi. Er. Mo. Ti. Ca. &c. Is enim mos erat Judæorum è rupe specum excavare condendis corporibus, ut observavit vir summæ eruditionis ac diligentiæ. Λαξευτὸν μνῆμα Lucas dicit; Hebræis מערה: nam λατομεῖν excavare est LXX ad Deut. 6. 11. ubi de Cisterna; & Esa. 22. 16. ubi de Sepulchro. Hæc autem omnia tam exactè notata sunt ab Evangelistis, quia valde pertinent ad stabiliendam fidem de Christi morte & resurrectione, in quibus duobus capitibus velut fundamentum totius Christianismi continetur. Vide 1 Cor. 15. 3, 4, 5. & orationes Apostolorum passim in Actis [c]. Marcus dicit, *excisum è petra*. Unde colligunt rupem in eo horto fuisse. Sed non est credibile, terram horti ὑπόπετρον, *saxosam*, vel *scruposam*, fuisse. Et πέτρα, quæ veteri Græciæ *rupem* significat, apud Græciam mediam usurpatur pro quolibet lapide, etiam pro cæmentitio & οἰκοδομῇ, idémque est quod λίθος. Unde πέτρα Matth. 16. 18. est lapis fundamentalis

[d] G. [*] Cas. sim. Be. [f] Be. Bru. ex Hi. sic Ham. Li. chron. 85. 72. [g] Li. ib. [h] G. [i] Sch. [k] Pi. [l] Sch. [m] G. [n] Bru.

[o] G. [p] Bru. [q] Pi. Mal. [r] G. [†] Bru. [t] Salmas. in Wal. [v] Bru. [x] Pi. sim. Bru. [y] Bru. [z] Bru. sic Mal. Sch. [a] Sch. Mal. [b] Sch. [c] G.

talis; & Paulus Silentiarius πέτρας vocat marmora cæsa & polita, quibus structum ædificium. Et λαξομεῖν non tantùm significat (ut putant) *lapides ex lapidicina cædere*, sed & *lapides quadrare*, sive *polire*, ad ædificandum. Lucas omnem difficultatem amolitur, qui μνῆμα λαξευτὸν vocat, quod omnes nôrunt esse monumentum ex lapide polito atque quadrato structum. Λαξομεῖν porrò hîc dicitur ἐν πέτρᾳ, i. e. ἐκ πέτρας, vel πέτρᾳ, *lapide struere*. Monumentum igitur Josephi, quemadmodum & Lazari, aliorúmque Judæorum, spelunca fuit, sive Crypta, manu facta, & ex terra cavata, sed lapide structa, & fornicata, sive concamerata, quales hodie sunt apothecæ vinariæ, quæ & horti solo suberat. In ipso solo erat foramen desuper patens cui lapis impositus operculi vicem præstitit. Certum præterea est, Judæos corpora defunctorum non condita in arcis, aut lectulis, sive sarcophagis, sed solis lineis tæniatim scissis operta & amicta intulisse monumento. In monumenti lateribus, ut Judæi magistri tradunt, exculpti erant cavi singulis corporibus recipiendis idonei, quibus ea immittebantur, sicut erant tæniis vel fasciis velata. Hi cavi erant vice lectorum, vel arcularum, quibus Græci corpora condebant [d]. ¶ *Advolvit saxum*] גלל Thalmudistis. Morem hunc fuisse notat Polybius*. [Vide in G.] *Magnum*] Quod ab uno moveri non poterat: nè corpus à bestiis, vel inimicis Judæis, injuriâ afficeretur: Divinâ autem providentiâ, nè corpus furtim ablatum confingerent [f]. Syrus h.l. pro sing. ἐκύλισαν, &c. habet plur. *volverunt*, &c. ut significet, Josephum hoc fecisse, adjuvantibus aliis: erat enim lapis permagnus [g].

61. *Altera Maria*] Mater Jacobi & Jose, (de qua dictum v. 56.) ut patet ex Marc. 15. 47 [h]. ¶ *Sedentes contra sepulchrum*] In horto, exspectantes dum absolvissent Joseph & Nicodemus, qui intus erant, corpus lavantes, ungentes, linteis involventes, & sepelientes [i], & observantes, ubi corpus poneretur, ut elapso Sabbato redirent & corpus ungerent [k]. Sic ostendunt quidem amorem suum, simul tamen diffidentiam de resurrectione [l].

62. *Alterâ*, &c. Τῇ ἐπαύριον] *Postridie*, Val. Er. sim. Be. V. Pi. Bru. &c. ¶ *Quæ est post Parasceven*] i.e. Dies sequens Parasceven [m]. Intelligit primam septem ἀζύμων, cujus παρασκευὴ erat is dies quo agnus edebatur: Quia enim dies edendi agni erat celeberrimus, ideo non malè consequens dies ab eo nomen accepit; ut & Exod. 12. 14, 15. Alioqui Sabbatum ordinarium non conveniebat notari ex Prosabbato [n]. Parasceve vocatur *antesabbatum*, Marc. 15. 42. quo omnia ad diem sequentem necessaria parabantur, unde & nomen παρασκευῆς [o]. Periphrasis hæc est dies festi Paschatis, qui tunc erat Sabbathum ex observatione tradita à majoribus [p]. Sed cur non clarè dicit, *quæ fuit Sabbathum*, sed *quæ est post Parasceven?* Resp. Ut obliquè taxet eos, qui, quamvis exactissimam Legis traditionúmq; observationem profiterentur, magnum tamen hunc diem Sabbati, incidentem in dies Azymorum, Joan. 19. 31. profanabant [q]. ¶ *Convenerunt*, &c.] Non potuit eo die Synedrium haberi; ideo nec πρεσβυτέρων, nec γραμματέων, hîc fit mentio. Sed privato consilio Sacerdotum principes quidam & Senatores aliqui Pharisaicæ factionis Pilatum convenerunt, tanquam acturi de negotio ad summam Rempublicam pertinente: nec difficulter ab eo impetrârunt rem in qua ille nihil situm existimabat. Videmus autem credidisse tunc Judæos, quod & nunc credunt eorum doctissimi, otii Sabbatici lege alienigenas non teneri, cùm ipsi auctores sint Romanis ut ea faciant quæ à Judæis salvâ Sabbati religione expediri nequibant [r]. Al. Opus servile non censebant obsignationem lapidis & custodum collocationem †. Al. Odio Christi obcæcati, Sabbatum violant: nec enim tunc illis licebat, aut Lege, aut ipsorum traditionibus, adire Judicem, milites petere & armatos ducere, &c [t].

63. *Seductor*, Ὁ πλάνος] מתעה. Hoc cognomen referre solent veræ ac solidæ pietatis magistri ab hominibus lucifugis. Itâ Judæi quidam Jesum accusabant, tanquam *seducentem populum*, Joh. 7. 12. *pervertentem gentem*, Luc. 23. 2. i.e. עכר ישראל, ut de Elia dicebat Achab. ubi ό. habent, ὁ διαστρέφων, &c. Just. adv. Tryph. narrat ab Judæis Palæstinis missos legatos ad Synagogas post Jesu mortem *prædicantes*, ὅτι αἵρεσις, &c. (*quòd secta quædam impia & exlex exorta est autore Jesu quodam Galilæo impostore.*) Apostoli habiti sunt ut πλάνοι, 2 Cor. 6. 8. Paulus à Philosophis vocatur σπερμολόγος ξένων δαιμονίων καταγγελεύς, Act. 17. 18. Similibus vocabulis Christum ejúsque Apostolos Celsus vocabat, ut ex Origene apparet. Ulpianus, qui de pœnis Christianorum libros aliquos scripsit, cùm dicit, *Si, ut vulgari verbo impostorum utar, exorcizaverit*, Christianos haud dubiè notat, fortè & Judæos [v]. [Vocem sic vertunt:] *Planus ille*, Be. Pi. i. e. præstigiator [x], quem Græci γόητα vocant, qualem & Christum hodie Judæi appellant [y]: circulator & homo fallax †: מסית, i. e. seductor, cui parcendum negant, ex Deut. cap. 13. v. 6 [z]. *Impostor ille*, Er. ex Aug. Sic vocant non tam à falsa doctrina, quàm à falsis miraculis, quæ meras præstigias fuisse calumniantur [a]. ¶ *Adhuc vivens*] Nunquam id Christus apertè ipse dixerat. Sed quæ de Jonæ signo & de Templo obscuriùs dixerat, animus malè sibi conscius in eam quam timebat partem interpretabatur: nisi fortè etiam de familiari sermone Judas aliquid prodidit [b]. ¶ *Post*, &c.] Μετὰ τρεῖς, &c. *Tertio post die*, Be. Pi. Intra tres dies [c], בעוד שלשת ימים, Gen. 40. 13. ubi Lxx, ἔτι τρεῖς ἡμέραι· cùm tamen quod ibi dicitur impletum sit ipso die tertio, ut apparet ibid. ver. 20. Itâ Marc. 8. 31. *Post tres dies*, &c. Itâ, מקץ שבע שנים, Deut. 15. 1. Lxx vertunt, δι' ἑπτὰ ἐτῶν, (quomodo & Josephus loquitur, & suprà 26. 61. & Marc. 14. 58. scriptum est, διὰ τριῶν ἡμερῶν.) At eadem verba Hebræa, ubi de eadem re agitur, Jer. 34. 14. Græcè non tam κατὰ λέξιν quàm κατὰ διάνοιαν vertuntur, ὅταν πληρωθῇ ἕξ ἔτη· quomodo & Rabbinorum eruditissimi exponunt Abraham & Kimchi. At Deut. 31. 10. Hebraismo retento verterunt, μεθ' ἑπτὰ ἔτη. Simile est Joh. 20. 26. μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ, ubi Syrus, ut & hoc loco, illud μετὰ reddidit, verbum verbo, בתר, cùm apud Marcum explicet per ל, quòd respondet voci ἐν [d]. Sic etiam Pharisæi h. l. intelligebant*, ut constat ex. v. seq. *Jube —— custodiri usque in diem tertium*: alioquin pluribus etiam pòst diebus custodiri petiissent [f].

64. *Jube custodiri*] Itâ Ar. Ἀσφαλισθῆναι] *Muniri*, Er. Il. Mo. Be. P. Ti, &c. militum præsidio scilicet*. *Ut observent*, Sy. Syrum h.l. sic vertit Trem. *Præcipe igitur diligentes esse circa sepulchrum*: Paris. sic. *Jube ergò sint custodientes circa sepulcrum.* אזדהר significat, *præmonitum esse, cavere*, quod Hebræi dicunt השמר. Ad verb. ergò verto, *Præcipe qui cauti sunt pro sepulchro*, i. e. constitue qui sepulchro caveant; ut Heb. verba פקד, & צוה *jubere*, pro *constituere* sæpe usurpantur †. ¶ *Usque in diem tertium*] Transactum, numerandum à morte illius, non ab hac petitione. ¶ *Discipuli ejus*, &c.] At hi pauci erant, pauperes, inermes, illiterati, dispersi apprehensione Magistri, pro quo nec intercedere audebant, qui etiam, nisi Christus reverâ resurgeret, ipsum odio haberent tanquam impostorem, &c. Vanus ergò erat hic metus. Metuebant autem nè resurgeret, & id impedire studebant, nè fieret, aut certè nè sciretur ac crederetur. Hoc tamen ipsum Divinâ Providentiâ plurimùm serviit adstruendæ illius resurrectioni, &c [g]. ¶ *Et dicant plebi*, &c. Imperitæ multitudini: nam nobis & eruditis id dicere non audebunt [h]. ¶ *Et erit*, &c.] Locutio proverbialis, ut suprà 12. 45. Luc. 11. 26. 2 Pet. 2. 20 [i]. Sic dicunt, quòd prior error contineretur in posteriori, & si crederent, Christum resurrexisse, quod difficillimum erat, faciliùs omnia crederent quæ vivus docuisset aut fecisset [k].

65. *Habetis*, &c. Ἔχετε κουστωδίαν] Ἔχετε ambiguum est ad Imperativum & Indicativum [l]. [Hinc variant:] *Habetis* (vel, *Habete*, Er. V. Val. Mal. *Agite*, V. *Accipite*, Æth. vel, *Apud vos sunt*, Ar.) *custodiam*, Er. Bru. Di. Be. Pi. D. Ti. Ca. Mo. Sy. G. Val. i. e. custodem sive custodes [m], milites [n]. Itâ Tibullus, *Custodia victa est*, i. e. custos. Et Tertul. de hac ipsa historia agens, *Custodia pavore disjecta*. Alioqui *custodia* Latinè & *locum* [o], & *eum qui custoditur*, significat [p], & *actum custodiendi* [q]. Intelligit h. l. præsidiarios milites, Templi nimirum custodiæ designatos, teste Jos. Antiq. 8. 16 [r]. Sensus omnino est, Habetis cohortem quæ hoc tempore ad omnes tumultus arcendos vestro imperio commissa est: eâ utimini pro arbitrio. Nam quanquam propriè ea cohors

[d] Salm. in Wal. * G. [f] Bru. [g] Di. [h] Mal. [i] Bru. [k] Mal. ex Bru. sim. Pi [l] Li. chron. 86. 73. [m] Bru. Camer. [n] G. [o] Bru. [p] Pi. [q] Bru. [r] G. † Be. [t] Mal.

[v] G. [x] Be. Bru. [y] Pe. † Camer. [z] Heins. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. G. Mal. [d] G. * Mal. sic Bru. [f] Bru. sim. Mal. * Bru. † Di. [g] Bru. [h] Mal. [i] G. [k] Mal. [l] Bru. [m] D. Val. Eru. Pi. G. ex Jo. & Ar. [n] Pi. Bru. sim. V. [o] G. [p] G. sic Val. [q] Val.

hors Templo serviebat, tamen etiam alibi ejus usum fuisse docet ipsa prehensio Christi †. [Aliis hæc sententia non placet :] Parum probabile est, eos, relictâ Templi custodiâ, quam cùm interdiu, tum maximè noctu, assiduam agere debuissent, procul indè obscuro in loco apud mortuum desedisse [t]. Sed nec opus illis erat à Pilato milites petere, si ipsi habuissent. Adde, quòd custodes Templi certum est & Judæos, & sacerdotes, fuisse, quibus proinde non opus est ut pecuniam darent ut mentirentur, &c. Matth. 28. 12 [v]. Al. Loquitur de Romanorum militum custodia, quâ jam usi fuerant ad crucem: hæc, inquit, vobis præstò est ad nutum, & quasi vestra est, eâ utamini & ad sepulchrum. Non asserit hîc Pilatus eam custodiam ipsis subesse, sed ut utantur permittit [x]. Verum est, quod vir raræ diligentiæ & doctrinæ Nic. Fullerus nuper observavit, Cùm Syrus hîc pro custodia posuit קסטונרא, non voluisse eum vocem *custodiæ*, (ut existimavit, quod mirum, Cl. Tremellius [y],) sed alteram, recentioris latinitatis, exprimere, *Quæstionarii* scilicet, quomodo posteriori ævo vocati sunt οἱ βασάνων ὑπηρέται [z], *tormentorum ministri* [a]; (quo sensu ea vox tum alibi exstat, tum apud Juvenalis Scholiasten, Sat. 6. Unde etiam liquet non tam antiquum esse hunc interpretem quàm Syri credunt [b]:) h. e. σωματοφύλακες, sive *satellites*, qui Præsidibus apparebant, ut horum ministerio uterentur ad quæstionem habendam ac tormenta inferenda, quibus & veritas erueretur, & damnati plecterentur. Hi certè maximè idonei erant mortuorum custodes, qui etiam morte luebant, si quis ex damnatis evasisset, &c [c]. Sed [Fullerus] sententiam non satis expressit. Nam & qui Christi supplicii exactores adfuerant, non erant peculiariter ei ministerio addicti, sed delecti ad hoc milites sub Centurionis imperio. Theophylacto κυστωδία *est 60 militum, ut* σπεῖρα 200. At verò de his non agit Pilatus qui jam expletum id officium renunciaverant, sed de illis qui Judæorum primoribus eo tempore attributi erant adversùs omnes νεωτερίζοντας (*res novas molientes* [d].) ¶ *Sicut scitis*] i.e. Ut fieri oporteat pro solertia vestra judicabitis *.

66. *Signantes lapidem*] Ut Dan. 6. 17 [f]. Quo loco adducor ut credam Pilati annulo & hunc lapidem signatum, hoc Deo agente, ut res anteactæ res Christi undique adumbrarent. Quemadmodum publicâ sigilli fide constitit Danielem nullâ ope humanâ periculo exemptum; ità simili fide constitit Christi corpus nullâ humanâ manu exemptum sepulchro. Adde Apoc. 20. 3 [g]. ¶ *Cum custodibus*] Construendum hoc est, vel, 1. cum voce, *signantes*; q. d. signantes lapidem præsente videntéque custodiâ. Ità Chrys. cum suis sectatoribus Tito & Euthymio [h]. Vel, 2. cum voce, *muniverunt* [i], eo sensu quem Tertul. exprimit, *Sepulchro conditum magnâ militari manu custodiæ diligentiâ circumsederunt*. Quare istud, *obsignantes lapidem*, accipiendum est per modum παρεμβολῆς, sive μεταξυλογίας [k]. Hoc pacto cautum volebant nè Jesus aut auferretur, aut resurgeret, aut, si fortè resurgeret, occluso exitu, retentus sepulchro cogeretur aut recidere in mortem, aut post 3. diem, nemine credituro, exire. Ità cum Deo ipso pugnant, si fortè superiores evaderent. Sed vicit Dei consilium, & illi his gestis resurrectionem, quam obscurare volebant, reddebant certiorem, nullíque calumniæ obnoxiam [l].

† G. [t] Ful. misc. 4. 17. [v] Mal. [x] Bru. [y] Ful. ib. [z] G. [a] Ful. [b] G. [c] Ful. ib. [d] G. * G. sim. Bru. [f] G. Bru. [g] G. [h] Bru. [i] Bru. G. [k] G. [l] Bru.

CAP. XXVIII.

1. *Vesperè*, &c.] Ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων] Locus omnium judicio difficillimus, tum quia verba obscura sunt, tum quia & Matthæus secum, & alii Evangelistæ cum Matthæo non convenire videntur. Ipse secum, nam & *vesperè* hoc factum dicit, & *cùm lucesceret*, &c. h. e. manè. Alii cum illo: nam venerunt mulieres *transactio jam sabbato*, —— *valde manè, orto jam sole*, (quæ verba etiam secum pugnare videntur) *valde diluculò*, Luc. 24. 1. *manè, cùm adhuc essent tenebræ*, Joh. 20 1 [a]. Sed non dubium est quin in hujus temporis designatione optimè conveniat horum Librorum scriptoribus. Nam quid est quod majore diligentiâ ab illis inquiri debuit, aut fidelius tradi, quàm certum tempus ejus rei in qua fidei nostræ cardo vertitur? Quare & hoc & aliis multis in locis si quid est obscurum aut ἐναντιοφανὲς, id proficiscitur non ex scribentium, sed ex legentium, vitio [b]. Evangelistas quidam sic conciliant, ut dicant easdem (vel, ut alii, diversas) mulieres bis, vel sæpiùs, venisse [c]. Sed nulla peculiaris itio ad sepulchrum apud Marcum quærenda est. Hîc autem agi de aliqua itione vespertina, quâ nihil relatu dignum acciderit; matutinam, ad quam sequentia omnia pertinent, silentio mitti, nihil habet probabilitatis [d]. Et Mat. Marc. Luc. adventum matutinum primum fuisse significant *. Al. Designatur hîc diluculum, ut & Luc. 24. 22. ὀρθριαι, &c. Diluculi prima pars describitur Joh. 20. 1. *cùm adhuc noctis aliquid restaret*, quomodo & Marc. 1. 35. πρωῒ ἔννυχον λίαν & Lucas pro eodem hîc dicit, ὄρθρου βαθέος. Finem ipsum, quod est *manè primum* Latinis, notat hîc Marcus cùm dicit, λίαν πρωῒ ἀνατείλαντος, aut, ut alia exemplaria habent, ἀνατέλλοντος, vel, quod eodem recidit, ἐν ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. Ego quid in his narrationibus tantum sit difficultatis non video. Nimirum primo diluculo surrexerant mulieres: dum alia aliam operiuntur, dum parant aromata, dum progrediuntur per urbem & extra urbem ad sepulchrum, facilè tantum temporis transiit, ut cùm ad sepulchrum ventum esset, aliquid jam Solis appareret. Habent autem singulæ circumstantiæ suum pondus. Quòd primo diluculo surgunt mulieres, ostendit metuisse eas nè, Sabbato jam transacto, corpus aliò transferretur, quasi illic duntaxat depositum pro tempore propter imminens Sabbatum. Quod jam illuxerat nonnihil cùm ad sepulchrum ventum est, eò facit ut certâ oculorum fide comperta constent quæ mulieres renunciarunt [f]. Existimamus fœminas ipsâ vesperâ Sabbathi, quum ex more Judæorum primus dies septimanæ initium caperet, accinxisse se ad iter sepulchrum versùs, in eo itinere emisse aromata, exiisse urbe, totâ nocte hæsisse in suburbio, ut summo manè antequam portæ urbis aperirentur, & ab ullis conspici possent, ad sepulchrum contenderent; indè excurrisse Mariam σκοτίας ἔτι οὔσης, Joan. 20. 1. reliquas deinde ad sepulchrum venisse ὄρθρου βαθέος, Luc. 24. 1 [g]. Al. ὀψὲ hîc latius sumi potest [h], & totam noctem denotare [i], eámque jam recedentem, ut illucescenti auroræ locum faciat. Huc facit Gellii locus, 7. 21. *Tempora duo, cùm inter se opposita sunt, atque ità cohærentia ut alterius finis cum alterius initio misceatur, non refert utrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis, locus ipse confinis demonstretur*. Hinc ergò Mat. ὀψὲ, *vesperam*, appellat τὴν ἐπιφώσκουσαν, *diem illucescentem* [k]. Poterat dici ὀψίαν Hellenistis dici interdum *noctem*, ut Hebræis ערב [l], (quod sic sumitur, Gen. 1. 5. 8. &c. & Exod. 16. 6 [m].) quod suprà annotavimus: atque ità ὀψὲ hîc esse, *noctu*; quomodo cepisse hunc locum videntur Syrus, & Arabs, & Græcorum nonnulli, quò & illud aptari potest quòd totam noctem quæ est post Sabbatum Hebræi vocant מוצי שבת, *exitus Sabbati*. Sed duo obstant: 1. Quod ὀψὲ cum casu secundo planè Græca est constructio. 2. Quod ut שבתות Hebræis, ità σάββατα Hellenistis, multitudinis numero plerumque dicuntur non ipsi dies otio dati, sed tota dierum hebdomas ab unius Sabbati initio ad initium alterius, quarum dierum, prima eam ob rem vocatur μία σαββάτων (ex Hebraismo quem & ό. sequuntur) tum hîc, tum apud Marc. Luc. & Joh. Imprimis autem novum videri poterat hoc loco, quatuor duntaxat vocculis interpositis, idem nomen σαββάτων sine ulla causa significatu diverso usurpari [n]. Objiciunt præterea Matthæum non simpliciter *vesperam* dicere, sed *vesperam Sabbati*, quæ certè pars Sabbati est: At nox Sabbatum sequuta pars Sabbati non erat: vespera igitur Sabbathi vocari non potuit [o]. *Resp.* Solet vesper nomen diei præcedentis, præsertim festi ac solennis, libenter accipere, quamvìs ipse pars sit diei subsequentis [p]. Exempla suppetunt Ex. 12. 18.—*ad vesperam*, non certè diei 14. cujus ibi meminerat, sed 15 [q]. Lev. 23. 5. Num. 9. 3, 5, 11. 1 Sam. 20. 5 [q]. [Nec mirum: nam] hic vesper, licet considerato festo die pertineat ad diem sequentem; considerato tamen die civili pertinet ad diem præcedentem [r]. Athenienses [sicut & Hebræi] à Sole occaso ad Solem occidentem.

[a] Mal. [b] G. [c] Hi. Fion. &c. in Mal. [d] G. * Mal. [f] G. [g] Di. sim. Ham. [h] Ham. [i] Li. ho. BA. 1. 2. 3. 85. Mal. ex Dionys. Greg. Nys. Cyr. Aug. Th. &c. sim Ham. ad Mat. 14. 23 [k] BA. ib. [l] G. [m] Mal. [n] G. [o] Q. in Mal [p] Eru. sim. Mal. [q] Mal. [r] Bru.

dentem, Babylonii à Sole exorto ad exortum ejusdem incipientem, Romani à media nocte ad proximam mediam noctem, Umbri à meridie ad insequentem meridiem, diem eundem dicunt, Agell. 3. 2. ex Varrone. Macrob. Sat. 1. 3. Vide Marc. 15. 25. Joan. 20. 1 †. [His præmissis, & clariùs intelligentur, & majore cum fructu legentur, variæ verborum versiones, quæ hîc sequuntur:] *Et*, vel *Autem*, *vespere* (vel, *sub exitum*, V. *in fine*, sive *extremo*, Il. Pi. vel, *nocte*, Pers.) *sabbathi*, Æth. Ti. Pi. Pers. vel, *sabbatorum*, Mo. Ar. *Eâ autem nocte septidui*, Ca. *In vespera*, *in Sabbato*, Tre. & Di. ex Sy. quod idem est quod *in vespera Sabbati*, ut Syris, *una in septimana*, i.e. prima septimanæ; & *tres in septimana*, i. e. tertia septimanæ [t]. Al. *Serò sabbathi*. Additamentum Sabbathi (תוספת vocant) incidit in τὸ ὀψὲ diei sequentis: idem ergò ὀψὲ τῶν σαββάτων, & τὸ ὀψὲ [v]. Hanc Evangelistarum conciliationem omnibus anteferrem, si verum esset quod tradit, additamentum Sabbathi incidisse in τὸ ὀψὲ diei sequentis. At additamentum illud unius tantùm erat horæ, teste Fagio ad Exod. 31. ac proinde non potuit ὀψὲ τῶν σαββάτων porrigi ad τὸ ὀψὲ [x]. *Serò*, aut *Tardè*, *sabbatorum*, i. e. multò antè transacto Sabbato [y]. *Extremo autem Sabbato*, P. Be. i.e. διαγενομένου τοῦ σαββάτου, *quum exactum esset sabbathum*, ut declarat Marcus, 16. 1 [z]. Cùm enim Marcus ità Matthæi legat vestigia ut sæpe ei præstet interpretis vicem, sensum in his Matthæi vocibus eundem esse non dubito qui est in illis Marci verbis. Neque me dimovet quod apud Marcum est, ἠγόρασαν ἀρώματα· unde nonnulli putârunt hîc agi de re gesta statim post occasum Solis Sabbati. Nam, cùm apud Lucam apertissimè liqueat aromata ab his mulieribus non Sabbato, sed die τῆς παρασκευῆς, comparata, ἠγόρασαν illud apud Marcum interpretandum est, *habebant empta aromata*. Nam quando exiissent mulieres dici multùm attinebat; habuisse eas secum aromata itidem, quia id causam exitionis indicat: quando autem ea aromata comparâssent nihil referebat sciri: quare id ἀορίστως expressum est. Sic Matth. 14. 3. ἔδησεν αὐτὸν sign. non, *vinxit*, sed, *vinxerat*. Adde quæ suprà 27. 2 [a]. Ὀψὲ absolutè positum idem valet atque ἑσπέρα, *vespera*; cum casu adjuncto idem valet aque ἐν ὑστέρῳ, i. e. *in extremo* [b]. Phrasis est qualis in illis, ὀψὲ τῆς ἡμέρας, *in extremo diei* [c]: ὀψὲ τῆς ἡλικίας, *in extremo ætatis* [d]: ὀψὲ τῆς χρείας, *longè seriùs quàm opus erat*: ὀψὲ τοῦ καιροῦ, *seriùs quàm pro opportuno tempore* ||. Ὀψὲ cum casu secundo Græcis non modò significat *id quod serò fit* (quod multis testimoniis probatum huc propriè non pertinet) sed *quicquid temporis ordine est posterius*. Sic in Philostrato de Pythiis ludis, [cujus verba reliqua vide in G.] ὀψὲ τούτων, *his omnibus peractis*: & alibi, ὀψὲ τῶν Τρωικῶν, *post res Trojanas*: ὀψὲ τῶν βασιλέως χρόνων, (*post Regis tempora*:) similiter, Plutarchus vitâ Numæ *. Porrò *sabbatum*, & in plur. *sabbata*, sign. & septimum hebdomadis diem, ut Act. 13. 14. & totam hebdomadam: tunc autem primum hebdomadis diem [vocant] *primam sabbati*; secundum, *secundam sabbathi*, &c [f]. ut apparet ex Luc. 18. 12. Act. 20. 7. 1 Cor. 16. 2 [g]. Judæi nimirum in honorem septimanæ Paschalis, cujus dies omnes feriati erant, omnes dies septimanæ σάββατα appellârunt: quomodo & Christiani omnes dies septimanæ *ferias* vocant, non quod omnibus ferientur, sed in honorem septimanæ Paschalis quæ in primitiva Ecclesia, præsertim Antiochiæ, tota feriata fuit [h]. Verùm *prima*, sive *secunda*, &c. dies *sabbati* dicitur, non quòd singuli dies hebdomadæ vocarentur Sabbata, sed quòd esset dies primus vel secundus à Sabbato [i]. [Per σάββατα hîc intelligitur, vel ipse dies Sabbathi, ut passim; vel certè hebdomas, ut paulò post: quod in eundem sensum recidit; quippe quum dies Sabbathi sit dies hebdomadis ultimus [k]. Duo hîc diversa significat Matthæus, nempe desinente Sabbato in eam noctem à qua dies primus hebdomadis sequentis Hebræorum more incipiebat, mulieres illas quievisse, reversas à Sepulchro, emptis tamen prius aromatibus, Luc. 23. 56. & diluculo demum diei illius primi jam proximè imminente sese in viam dedisse [l]. Nulla est simplicior interpretatio quàm ὀψὲ σαββάτων hîc esse, *exactâ dierum hebdomade* [m]. *Cum jam transiisset hebdomas*, sive *Sabbatum*: sicut dicitur, ὀψὲ τῆς ἡμέρας, ὀψὲ τῆς ἡλικίας, *transactâ die*, *horâ*, *ætate* [n]. [Atque hæc de primo sententiæ membro: secundum verò sic reddunt;] *Lucescenti*, (vel, *Cùm lucesceret*, Il. P. Be. Pi. vel, *Quæ*, sive *Quod*, *lucescit*, sive *illucescit*, Val. Er. Ti. V. Ca.) *in unum* (vel, *primum* diem, Il. P. Be. Pi. Ca. sic Ti. V. &c. Numerus cardinalis pro ordinali, per Hebraismum [o], ut Gen. 1. 5. Marc. 16. 2. Luc. 24. 1 [p]. Sic & Græci loquuntur. Homer. Il. β'. v. 173. Τῆς μὲν ἰῆς (Ionicè, pro μιᾶς, ut Interpretes fatentur) στιχός, &c. *Primæ classis dux erat Menesthius*, sequitur enim ἑτέρης, v. 179. & τρίτης, v. 193. &c. & Eurip. Bacchis, v. 680 [q].) *sabbatorum*, Mo. Er. Pi. vel, *sabbathi*, Ti. Pi. ut est apud Marcum: Synecdoche [hîc] membri Hebraica, ut 1 Cor. 16. 2 [r]. vel Enallage numeri plur. pro sing †. τὰ σάββατα de uno etiam Sabbato dici liquet ex Matth. 12. 1. *profectus est* τοῖς σάββασι, i. e. certo quodam Sabbato, ut constat tum ex collat. Matth. 12. 2. cum Marc. 2. 24. tum ex Luc. 6. 1. ubi Sabbatum δευτερόπρωτον vocatur. Contendit Scaliger legendum σαββατῶν, ut respondeat Hebræo שבתין, & μία, δευτέρα, &c. σαββατῶν sit, *una*, *secunda*, &c. *sabbathi*, i. e. Septimanæ. Cui repugnat quòd huic voci additur articulus, & legitur, τῶν σαββάτων, Luc. 4. 16. & 24. 1. Joh. 20. 1, 19 [s]. Vel, *à sabbato*, Ca. vel, *hebdomadis*, Be. P. Il. Pi. Si cui durum videatur hanc vocem σάββατον in tam brevi oratione diversis modis interpretari, sic vertat locum, *In extremo verò hebdomadis*, (viz. præcedentis) *cùm lucesceret in primum diem hebdomadis*, viz. sequentis. Sed priorem interpretationem præfero [v]. Syrum Tremellius sic vertit, *Cujus vesperæ lux prima est in septimana*: Boderianus, eodem sensu, *Cujus lux una in Sabbatho*: Malim sic. *Quæ*, vespera scilicet, h. e. nox, *diluculum est primæ in septimana*; vel potius, *Quæ illucescit primæ septimanæ*, sive *in septimana* [x]. Æthiop. *Ad exortum primum*, supple *diem*, i. e. quum primus dies exortus esset. Ubi si dies intelligitur naturalis, qui exoriebatur sive initium capiebat ab occasu Solis apud Judæos, idem dixit quod nos, exivisse mulieres ipsâ vesperâ post exactum Sabbatum [y]. *Ad auroram unius sabbatorum*, Ar. *Cujus dies crastina prima feria esset*, Pers. Post temporis latiùs patentis indicium altera pressior notatio requirebatur [z]. Dixerat ὀψὲ, h. e. *in crepusculo*. Sed quia crepusculum duplex est, vespertinum & matutinum, signanter hîc addit, *quod crepusculum lucescit in prima sabbathi* [a]. Ὀψὲ σαββάτων per se indefinitum tempus post Sabbatum notat: ut ergò tempus determinet, ostendit hæc non biduo, aut triduo, post Sabbatum, gesta fuisse, sed statim, quum jam, Sabbato præterito, superillucesceret dies (artificialis scilicet) in subsequentem primum septimanæ novæ: numerato nimirum jam die naturali, non ampliùs ab occasu Solis, more Judaico prisco; sed acceptâ à Romanis, longè jam lateque in Judæa dominantibus, consuetudine, post mediam noctem à tempore matutino [b]. [Porrò] ἐπιφώσκειν, aut ἐπιφαίνειν, (sunt enim hæc significatûs ejusdem) de quavis luce dicitur cùm primum se ostentare incipit, sive illa Solis sit, sive siderum, Act. 27. 20. Et Luc. 23. 54. σάββατον ἐπέφωσκε dicitur aut Lunæ, aut siderum, ratione. Maximè autem propriè de Solis luce dicitur; quomodo dictum à Polybio, τῆς ἡμέρας ἐπιφαινούσης, ostendit is, cui non Polybius tantùm, sed & quantum est literarum, plurimùm debet. Hinc illa translatio, Luc. 1. 78, 79. Sic ex Ignatio, ἐπιφωσκούσης κυριακῆς· & ex Epiphanio, ἐπιφωσκούσῃ τῇ τετράδι, idem vir doctissimus annotavit. Sed & Herodoto dictum ἡμέρα διαφωσκούσῃ. Neque aliter hîc sumendum τῇ ἐπιφωσκούσῃ [c]· deest enim ἡμέρα [d], ut cum Græci dicunt τὸ ὀψίωσις *, & τῇ ὑστεραίαν, pro *postridie* [f]: & τῇ αὔριον, Matth. 6. 34. Act. 4. 3, 5. & τῇ ἐπαύριον, Joh. 1. 35. Act. 20. 7. Est autem notandus Hebraismus, in eo quod dicitur, εἰς μίαν σαββάτων [g]. i. e. ità ut esset prima dies septimanæ, vel, ut esset initium primi diei septimanæ [h]. Sensus est, *Cùm ea dies illucesceret quæ erat futura prima hebdomadis* [i]. Al. Potiùs subaudiendum ὥρᾳ, ut integrum sit, *tempore quod lucescebat* [k]. Al. Subauditur νυκτὶ, ut hoc intelligatur de prima noctis face [l]. Al. τῇ ἐπιφωσκούσῃ refertur ad ὀψὲ [m]. Sed ὀψὲ vel non est nomen, vel neutrum est loco nominis sumptum, ideóque non congruit cum Participio fœminino [n]. Verùm constructio hæc est sensu congrua, non voce [o]. Nec mirere vesperam hîc dici illucescere: nam & Luc. 23. 54.

† Ga.
[t] Di.
[v] D.
[x] Di.
[y] Mal.
[z] Pi. ex Be. sic G.
[a] G.
[b] Be.
[c] Pi.
[d] Pi. ex Be.
|| Mal.
* G.
[f] Mal. sim. Sch. ex Th.
[g] Mal.
[h] Sch.
[i] Bru.
[k] Pi.
[l] Be.
[m] G.
[n] Glas. gram. 4 2. 701.

[o] Sch. sic Mal. &c.
[p] Mal.
[q] Sch.
[r] Pi.
† Bru.
[s] Sch.
[v] Be.
[x] Di.
[y] Di. in append.
[z] G.
[a] Zeg.
[b] Sch.
[c] G.
[d] G. sic Be. Cas. Bru. Mal. Pi. Sch.
* G.
[f] Be.
[g] G.
[h] G. Sch.
[i] G.
[k] Pi.
[l] Osiand. in Be.
[m] Di. ex Vulg. & Er. sim. Zeg.
D Ham.
[n] Bru.
[o] D.

54. *Sabbatum illucescere* dicitur, quod non nisi de appetente Sabbathi vesperâ intelligi potest [p]. Lucescere tempus dicitur cùm incipit, aut appropinquat, translatâ ex die significatione, quia tunc incipit dies esse, cùm incipit lucescere [q]. Sensus loci est. Nocte Sabbathi quod successit Sabbatho magno, aurorâ jam ferè illucescente. *Sabbathum* pro *hebdomada*; q. d. Primâ die hebdomadæ ad auroram [r]: vel sic, Dudum transacto Sabbato, cùm primus à Sabbato dies orientur, sive immineret †. Qua die de septem creatio inchoata est, eâdem & nova creatio. Ibi μία in Græco, Gen. 1. 5. hîc μία [t]. Meritò autem transtulit Christus Sabbatum in hunc diem quam fecerat Dominus, Psa. 118. 24. 1. Quia incongruum erat veteris creationis Sabbatum novæ creationi Christi, Esa. 65. 17. 2. Summè consonum erat, ut dies resurrectionis, à quo exordium sumpsit Regnum Christi, in Sabbathum transiret. 3. Congruum erat, ut daretur Sabbatum Christianis quo à Judæis distinguerentur, ut ritus Judæis dati sunt quibus distinguerentur ab Æthnicis. Dies hebdomadis sic numerant Judæi, *Prima Sabbati*, sive *hebdomadis*, *Secunda Sabbati*, sive *hebdomadis*, &c. Sextum diem vulgò vocârunt *vesperias Sabbathi* [v]. [De quibus vide Li. Hæc de nobili & perplexo hoc loco dicta sunto. Pergo ad reliqua hujus versûs.] ¶ *Venit*, Ἦλθε] i. e. ἐπορεύθη, ut ἔρχομαι non tantùm de termino ultimo accipitur, sed & pro toto itinere, ut Homer. Il. α΄. v. 120. γέρας ἔρχεται ἄλλῃ, *Munus aliò transit*: & Il. β΄. 457. ὡς τῶν ἐρχομένων ἀπὸ, *sic horum abeuntium*: & Il. κ΄. 224. σύν τε δύ' ἐρχομένω, *duobus unà euntibus* [x]. ¶ *Maria Magdalene*] Quam ut ducem agminis Johannes nominat: & credo ab ea factos præcipuè sumptus. Sanè cæteris nobilior fuisse videtur, quia nomen ejus aliis præponi solet, suprà 27. 56, 61. & Marc. 15. 40. & 16. 1. Luc. 8. 2, 3. & 24. 10 [y]. ¶ *Et altera Maria*] Clæopæ filia mater Josæ & Jacobi, ut suprà diximus [z]. His Marcus addit *Salomen*, & Lucas *Johannam*, uxorem scilicet Chuzæ, qui [& alias] ἀνωνύμως indicat [a]. ¶ *Videre*, &c. Θεωρῆσαι] *Ut spectarent*, Be. Malim, *Ut inspicerent*, vel *viserent*. Pro, τῶ θεωρῆσαι, scil. ἕνεκα [b]. Ἵνα ἀλείψωσιν (*ut ungerent*) addit Marcus, quod & Lucas non obscurè indicat [c]. Venerunt igitur ut viderent, an sepulchrum ad unctionem pateret [d], an adhuc clausum & munitum esset [*]. Hic est ἐνταφιασμὸς de quo dictum est suprà. Solebat id fieri antequam corpora sepulchro mandarentur: sed sepeliendi festinatio id officium antevertit [f]. Mulieres deliguntur futuræ resurrectionis testes, ut & fraudis & violentiæ omnis abesset suspicio, quibus resurrectio persuaderi vix potuerit, tantùm abest ut eam finxerint [g].

2. *Terræ motus*, &c.] Nimirum circa sepulchrum. Quum autem nulla hîc fit terræ mentio, σεισμὸς hîc esse possit concussio aeris cum tonitru, &c [h]. Putem autem hoc, ut & lapidis devolutionem, sed & fugam custodum, evenisse dum mulieres in itinere essent; neque id ex mulierum testimonio notum, sed ex aliorum militum relatu, qui, acceptâ pecuniâ, redemptum silentium non præstiterunt: ut fieri solet. Argumento est Marc. 16. 4. Devolutum igitur viderunt quum id minimè sperarent; devolvi non viderunt: neque ausæ fuissent accedere si monumentum obseptum vidissent militari custodiâ [i]. Motus hic factus; vel, 1. ut indicaretur, commovendum esse totum orbem prædicatione Christi [k]: vel, 2. ut custodes qui dormiebant, excitarentur, & resurrectionis Christi cogerentur esse testes [l]: vel, 3. ut constaret, hos Angelos esse, &c [m]. præsentémque esse Dei virtutem [n], quam terræmotus in S. S. sæpe significare solet [o]: vel, 4. ut signum esset secuturæ ὀπτασίας satis notum Judaico populo, Psal. 68. 8, 9. & 99. 1. & 114. 1, 7. Ostendit hoc quod sequitur, Ἄγγελος γὰρ, &c. Quare nulla alia quærenda est ratio. ¶ *Angelus*, &c. Habet Deus Angelos quotidianæ providentiæ ministros. Habet & velut Satrapas, quorum operâ ad res maximi momenti utitur, ut alibi annotavimus. Hi peculiariter dicuntur *de cœlo descendere*, h. e. tanquam à latere mitti. Itaque ubicunque *descensus de cœlo* fit mentio, ut Apoc. 10. 1. & 18. 1. & 20. 1. magnum quiddam atque eximium agi intelligas [p]. Missus est Angelus, ut omnes Judæorum fraudes anteverteret, ne Judæi, cùm audissent Christum resurrexisse, alium ejus loco supponerent, ut non resurrexisse videretur [q]. Unum [Angelum] nominat Matthæus, ut & Marcus; Lucas duos, ut & Johannes: nam apud Johannem eadem quæ hîc historia narratur, 20. 13. nihil enim video cur aliam putemus, cùm tot circumstantiæ congruant. Johanni Maria Magdalena hanc ὀπτασίαν videt; aliis, eadem cum cæteris: nam initio Johannes Magdalenam pro reliquis nominaverat. Cui simile est quod Johanni *duo Angeli*, Lucæ *duo viri*, i. e. Angeli virili specie, nominantur; Matthæo unus *Angelus*, ut & Marco unus *juvenis*, nimirum quia unus ille & propior & pro duobus verba fecit; quod solenne notant Hebræi ex Gen. 18. 1, 3. Itaque quod Lucas Angelos dixisse perhibet. *Non est hîc*, &c. id ab Angelo dictum narrant Matthæus & Marcus. Sic quod Matthæo est, *Nè timete*, Marco, *Nè turbemini*, Johanni, *Quid ploras*. *Vestes candidas* Johannes memorat itèm ut tres alii: *sessionis* meminit, ut Matthæus & Marcus. Cur diversæ narrationes credantur, planè nihil est, nisi quòd Johannes suam & Petri itionem priùs narrat, deinde ea quæ Magdalena viderat, cùm alium fuisse temporis ordinem tum ex Lucæ historia hoc loco appareat, tum apertissimè ex verbis illis, Luc. 24. 22, 23, 24. At me id non movet, qui sciam ut alios annalium conditores, ità & hosce nostros, non semper se adstringere ad eas angustias ut quod priùs gestum est priùs narrent, cùm multa ubique sit reperire πρωθύστερα, multas προλήψεις, multas ἐπανόδους. Neque Johanni cur naturalem hunc ordinem inverteret, causa justa defuit. Sciebat quàm imbecille futurum esset apud multos testimonium muliebre ob eam quæ sexui illi tribui vulgò solet judicii imbecillitatem. Nam & Celsus, contra Christianos id testimonium eludens, Magdalenam γυναῖκα πάροιστρον (*mulierem insanam*) vocavit. Quare Johannes acturus de re ut verissima, ità creditu difficili, suum & Petri testimonium narrationi præstruxit: Petri, ut qui id ipsum morte suâ jam obsignasset; suum, ut qui tunc etiam cùm scriberet paratus esset omnia perpeti propter ejus testimonii veritatem. Hoc posito fundamento, quod apud æquos judices valere plurimùm debebat, deinde addit sexûs sequioris testimonium. Neq; tamen omnino abjecit temporis ordinem: sed cùm de itione Magdalenæ dicere cœpisset, 20. 1. adjicit deinde ea quæ ipse cum Petro compererat, mox ad Magdalenam rediens ea pertexit quæ priùs quidem gesta, sed posteriùs tamen acuratè & cum suis circumstantiis per Magdalenam Apostolis erant renunciata. Quare illud, Μαρία δὲ εἱστήκει, 20. 11. intelligendum est, *Steterat autem Maria*, & ità deinceps cætera, reditu facto ad id quod post v. 1. Johannes intermiserat. Hæc ideo hoc loco dicenda sum arbitratus, ut, probato unam esse eandémque historiam apud Scriptores quatuor, ea quæ ab aliis sunt prodita aliorum interpretationi serviant [r]. Initio Magdalena nihil de visis Angelis & Christo dicere voluit, sive quòd se delusam crediderit, sive ut Discipulos ad visendum sepulchrum excitaret, excitavit autem Petrum & Joannem, cæteros non item; quibus idcirco, Petro & Johanne egressis, ut fidem faceret, rem totam clariùs exposuit, &c†. Videamus quid restet difficultatis. *Sedere*, ut dixi, Angelos, dixit Joan. cum Mat. & Marco; at Lucas eos *stetisse* videtur dicere: sed videtur tantùm: nam ἐπιστῆναι est, *supervenire*; ut cum Hippocrates dicit, *Ut servi—in domo tumultuantes, quando domina repente ἐπιστῇ (supervenerit) quieti sunt*. & Herodianus, *Spe citiùs Britannis ἐπέστη (supervenit.)* Ac Lucæ peculiariter ea vox de cœlestibus visis usurpatur, 2. 9. & Act. 12. 7. & 23. 11. Vide Demost. De corona [t], [& verba ejus in G.] *Standi* verbum in S. S. non semper situm, sed aliquando solam præsentiam, vel solam quietem, denotat, ut Matth. 16. 28. Marc. 11. 25. Luc. 7. 38. & 18. 11. Joh. 1. 26 [v]. De loco ubi sederint Angeli itidem dubitatur. Nam extra specum sedisse Angelum illum cujus Matthæus meminit, indè colligitur, quòd lapidi *supersedisse* dicitur; is autem lapis major ore specûs haud dubiè extrorsum, non introrsum, erat devolutus: at contrarium dicere putantur Marc. & Joh. unde sunt qui dixerunt Angelum sedisse non super lapidem ore devolutum, sed super lapidem alium qui Christi loculo impositus fuerit. At quid est Matthæo contradicere si hoc non est? Mihi res videtur expedita, si Marci verba commodè interpretemur. Is ait, εἰσελθοῦσαι εἰς τὸ μνημεῖον εἶδον νεανίσκον. Atqui in specum nondum intraverant; nam postea dicit eis Angelus, Δεῦτε ἴδετε

p Di.
q Q. in Mal.
r V.
† Eru.
t G.
v Li. l. o.
x Sch.
y G.
z G. sic Eru. Mal. Pi. &c.
a G.
b Pi
c G.
d G. sim. Bru. Mal.
* Mal.
f G.
g Eru.
h Ham. ad Mat. 27. 51
i G.
k M.
l Mal. ex Chryf. Euthym. Th. sim Bru.
m Mal.
n Eru.
o Mal.
p G.
q Mal.
r G.
† Mal.
t G.
v Mal.

ἔθετο τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο. Vocat ergò Marcus μνημεῖον partem horti quæ ab horto reliquo sepimento aliquo, sive loricâ, separabatur. Nam μνημεῖα laxiùs sumpti partes erant duæ, חצר, τὸ ὕπαιθρον, & מעקה, ὁ σπήλαιον. In oratione Demosthenis adversus Macartatum, τὸ μνῆμα Βουσελιδῶν πολὺς τόπος, &c. (*erat amplus locus*, &c.) & illud ὕπαιθρον Jure Pontificio Romano *forum* vocabatur. Strabo ubi Augusti & cognatorum monumentum describit, Ἐν μέσῳ δὲ τῷ πεδίῳ ὁ τῆς καύσεως αὐτοῦ περίβολος (i. e. *forum*) κύκλῳ περικείμενον ἔχων σιδηροῦν περίφραγμα. Sic & apud Romanos in pedes aliquammultos monumentum patebat, ut nos docent inscriptiones. Omnino autem errare eos arbitror qui totum hunc hortum putant fuisse vice ὑπαίθρου. Nam quod monumenti pars erat exemptum erat humanis usibus, at hortus ille colebatur & suum habebat κηπουρὸν, Joh. 20. 15. Erat ergò hortus extra loricam terra pura, qualis illa quam Romani *tutelam monumenti* vocabant, ut in veteri inscriptione, *Huic monumento tutelæ nomine cedunt agri puri jugera decem:* & apud Frontinum, *Habent enim & Mausolæa* (ità enim legendum) *juris sui hortorum modos circumjacentes*. Loricam illam, quæ Hebræis מעקה, Deut. 22. 8. rectè Græcè γεῖσον dici arbitror. Neque enim projecta tantùm ità appellari satis Josephus nos docet, apud quem in Templi descriptione γεῖσον vocatur *sepimentum cubitali altitudine*, quod populum à Sacerdotibus arcebat: sicut alterum sepimentum quo alienigenæ arcebantur vocat δρύφακτον λίθινον. Idem alibi itidem Templum describens, quod Græci vocant θριγκὸν, id ait γεῖσον vocari κατὰ ἐπιχώριον γλῶτταν· cùm tamen ea vox Hebræa non sit origine, sed, ut multæ aliæ, ex Græco sermone in Hebræum traducta. Rursum alibi περίβολον, alibi ἔρκίον, appellat. Vocem θριγκοῦ de monumento etiam Pausanias usurpat. Ἐνταῦθά ἐστι μὲν Ὀφέλτου τάφος, περὶ δὲ αὐτὸν θριγκὸς λίθων, καὶ ἐντὸς τοῦ περιβόλου βωμοί· ubi περίβολον est חצר. Latini quam *loricam* diximus etiam *munimentum* vocant, ut videre est in L. *Funeris*, Dig. de religiosis. Homerus θεμείλια illo versu, Τοῦ ὡς ἔπειτα δὲ σῆμα, θεμείλιά τε προβάλοντο. Tale δρύφακτον θριγκὸν, sive γεῖσον, i. e. *loricam*, haud dubiè Cyrillus σκέπην vocat, quâ vallata ait fuisse Judæorum monumenta. Sed & Augustinus, ex vetere haud dubiè fama, ingressas ait mulieres in spatium maceriâ communitum. In hanc ergò partem horti intra loricam cùm venissent mulieres, in isto ὑπαίθρῳ super lapidem sedentem Angelum conspexere, ad dextram speluncæ partem, quam versùs caput mortui positum fuisse credo. Nam etiam in mortuo caput pars potissima est, ut Paulus Jurisconsultus respondet. Quare idem esse puto Johanni, πρὸς τῇ κεφαλῇ, & Marco, ἐν τοῖς δεξιοῖς. Itaque alter Angelus, Matthæo & Marco dissimulatus, sedit ad sinistram speluncæ partem, quam versùs pedes positi fuerant. Si vera est Bedæ descriptio, dextra pars versùs Aquilonem fuerit, sinistra versùs Austrum; os ipsum specûs Orientem spectaverit [x]. Duo erant in monumento lapides, quorum utrumque removit Angelus, alter foris, quo totius monumenti ostium claudebatur; alter intus, quo claudebatur sepulchrum, super quem sedebat Angelus. Unius Angeli meminerunt Mat. & Marc. quia hic mulieres alloquebatur. *Angelos* autem dixisse Magdalenæ *quid ploras*, dicit Johannes, 20. 13. per Syllepsin, quâ quod unus fecit toti generi tribuitur [y]. ¶ *Revolvit*, Ἀπεκύλισε, &c.] *Devolvit* (vel, *Devolverat*, V.) *saxum*, Be. Pi. An ut janitoris officio non necessario quidem, sed honorifico, fungeretur? Certè veterum quosdam ità existimâsse negari non potest, & torquent eorum verba qui id præfractè negant. Alii aliter, quos inter ille quisquis est scriptor antiquus (non unum esse libri istius [scriptorem] pro certo habeo, sed ex multorum non unius ævi scriptis factam collectionem) in Responsionibus ad Orthodoxos, Οὐ γὰρ, &c. (*Non enim ut ipse resurgeret lapis ablatus est, sed ut spectantibus manifesta esset ipsius resurrectio.*) Prior sententia, ut certa non sit, quî refelli possit non video. Præfiguratum videri hoc potest in Jacobo, Gen. 29. 8. Verba eadem [z]. *Devolvit*, &c. vel ut Christus resurgeret [a]: vel ut mulieres ingrederentur, &c. Christus enim antè resurrexerat [b], & clauso sepulchro exiverat [c]. Sed hoc probari nequit. Poterat enim Christus subitò lapidem removere, & rursus adhibere; sicut Angelus aperuit ostium carceris, Act. 5. 19. quod tamen conclusum inventum est, v. 23 [d].

3. *Adspectus ejus*; ità Er. Il. Tre. Mo. Sy. Ar. Ἡ ἰδέα αὐτοῦ] *Visus* (vel, *Forma*, V. Er. *Species*, Ti. Ca. Pi. *Facies*, Pi. *Vultus*, Be. Bru.) *ejus*, Be. P. Æth. Bru. Puto non aliud esse quàm πρόσωπον. Vide suprà 17. 2. Quanquam alioqui latiùs patet; ut cùm Plutarchus dicit, ἰδέαν τοῦ σώματος ἄμορφον. At hîc manifestè distinguitur à parte corporis vestita. Adde, quòd non obscurè Danielis locus respicitur, 10. 6. ¶ *Vestimentum*, Τὸ ἔνδυμα] Vestimentum id ad talos erat demissum: στολὴν enim vocat Marcus: qualis erat ποδήρης Pontificis Max. Judæorum quæ στολὴ sæpe Josepho. Sic Christus Johanni apparet ἐνδεδυμένος ποδήρη, Apoc. 1. 13. Angelus Danieli *lineis indutus*, 12. 6. ¶ *Sicut nix*] Vide Act. 1. 10. Summus candor Nivi comparatur, ut apud Græcos & Latinos, ità & apud Hebræos, Numer. 12. 10. Psalm. 51. 7. Thren. 4. 7. Candor haud dubiè signum puritatis & sanctimoniæ, Dan. c. 7. v. 9. Apoc. 3. 4, 18. & 4. 4. & 6. 11. & 7. 9, 13. Ideo apud omnes gentes receptum λευχειμονεῖν (*albis indui*) cùm rem Divinam facerent: quò illud alludit comœdiæ Græcæ, Θεῷ θῦε, &c. (*Deo immola perfectè justus, Non tam chlamydibus splendidus, quàm corde.*) Sed huic candori in veste Angelorum splendor suus aderat, quemadmodum & Christo in transfiguratione, suprà 17. 2. ideo Lucas, ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις, quod signum est honoris cœlestis. Hoc est quod imitari voluit Herodes Agrippa apud Josephum; [verba vide in G.] quo conspecto, populus eum vocavit *præstantiorem naturâ mortali*. Lucas, Act. 12. 22. ait ei acclamatum, *Vox Dei, non hominis*: quod eodem redit. Nam per Angelos Deus loquitur [*].

4. *Exterriti sunt*, Ἐσείσθησαν] *Concussi* (vel, *Perculsi*, Be. Ca. *Perturbati*, Ar.) *sunt*, Er. Il. P. Ti. Mo. Pi. Bru. vel, *fuerant*, V. scil. timore ac terrore [f]. *Contremuerunt*, Sy. Pers. Camer. Timore, tum humano, nè pœnas luerent corporis negligenter custoditi; tum præcipuè divino, nè à Deo punirentur, ut qui Judæis operam præstarent [g]. ¶ *Custodes*] Ità Be. Ca. &c. Participium loco nominis [h]. Οἱ τηροῦντες] *Ii qui custodiebant*, sive *servabant*, Sy. Tre. Be. sub. *sepulchrum*, Be. Hi autem viderunt Angelos, vel foris iis sese ostendentes, vel intus, dum, remoto lapide, sepulchrum ingrederentur, ut viderent num corpus Christi ipsis commissum ibi esset [i].

5. *Nolite timere vos*] Nam & illas timor pervaserat, non ex improba conscientia, ut milites, sed ex naturæ humanæ imbecillitate: quomodo plerumque pios timuisse legimus in Veteri Novóque Fœdere quoties viderunt ὀπτασίας, præsertim augustiores, ut Job. 4. 13, &c. Ezec. 1. 28. Addit Lucas *vultus mulierum in terram dejectos fuisse*: quod itidem stuporis indicium est. Vide quæ suprà 17. 6. Magdalena verò etiam flevit: quod lugentibus accidit. Solent autem Angeli pios perculsos hunc in modum consolari, Jud. 6. 23. Dan. 10. 12. Luc. 1. 13. sic & Christus Johannem erigit, Apoc. 1. 17 [k]. *Vos*, emphaticè [l]: quasi illas opponat militibus [m]. q. d. Timeant illi qui malo animo huc venerunt [n]. ¶ *Scio enim*, &c.] q. d. Novi quo animo adsitis [o], non malo, sed bono, animo [p]. *Crucifixum* vocat, tum distinctionis causâ, nè alium Jesum intelligerent; tum honoris ac triumphi causâ [q]; tum ad fidem faciendam, ut ostendat, se rectè Christum nôsse, nec ignorare, eum & crucifixum & mortuum & sepultum fuisse, & resurrexisse [r]. Perculsæ [mulieres] oculos immittebant intra specum, videntes an Christi corpus in eo specûs cavo conspicerent ubi positum viderant ἐν τῷ σπηλαίῳ. Nam cavum illud, testante Bedâ, quà patebat obversum erat ori specûs, ità ut pars aliqua corporis in cavum immissi (is enim mos erat Hebræorum) ex ore specûs conspici posset. Nam & die παρασκευῆς Magdalena aliæque mulieres non intrârant in specum, sed *sedebant* ἀπέναντι τοῦ τάφου, suprà 27. 61. i. e. ἐν τῷ ὑπαίθρῳ, ad os specûs. Indè videbant *quomodo & ubi corpus positum erat*, Marc. 15. 47. Luc. 23. 55. Sic & hîc Magdalena stans πρὸς τὸ μνημεῖον, i. e. ad specum, qui strictè μνημεῖον dicitur, Joh. 20. 1. atque ità ut in ore esset specûs (quamobrem Lucas hîc dixit, εἰσελθοῦσαι, κατὰ συνεκδοχὴν, plur. pro sing. usurpans) oculos in specum injicit, sed corpus non videt. Lucas συνεκδοχὴν persequens, *non invenerunt*, inquit, *corpus Jesu*. Hîc stanti dicit Angelus *videre se Jesum ab iis quæri*, hîc,

x G.
y Mal.
z G.
a Hil. in Mal.
b Mal.
c Ger.
d Gom.
* G.
f Bru.
g Bru. sim. Mal.
h Bru.
i Mal.
k G.
l Bru. sim. Be. Mal.
m Mal. ex Chrys. Th. &c.
n Mal.
o Bru.
p Mal.
q Bru.
r Mal. ex Bru.

hic, & Marc. 16. 6. Luc. 24. 5. quod ipsa fatetur dicens Angelo, *Sustulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum*, Joh. 20. 13. Postea demum ab Angelo monetur ut intret specum & propiùs omnia consideret: infrà 6. Marc. 16. 6. Sic & Johannes postea non intrans in specum, sed *capite inserto introspectans*, quod est παρακύψας, *videt fascias funerales*, 20. 5. nempe projectas ante ipsum cavum, aut in cavo †.

6. *Non est hic*] Id est, in hoc sepulchro, mortuus, prout putatis [r]. ¶ *Surrexit enim*] q. d. Nec tamen translatus, aut furto sublatus, est, sed resurrexit [v]. ¶ *Sicut dixit*] Vel, *dixerat*, sicut sæpe prædixerat. Vide Matth. 12. 40 [x]. & 16. 21. & 17. 22 [y]. Sic fidem conciliat novo adeò & inexspectato nuncio, & tacitè notat earum incredulitatem [z]. ¶ *Videte*] Oculis credite, quæ certissima ad veri perceptionem via, Marc. 16. 14. 1 Joh. 1. 1. ¶ *Locum*] Cavum illud in specu: *Loculum* vocat Beda, θήκην Josephus aliquoties. Atque hinc intelligimus non vanum esse quod produnt descriptores Palæstinæ de spelunca duplici: nam cavum hoc in latere speluncæ, qui proprius corporis locus, vocant *interiorem speluncam* [a]. ¶ *Ubi*, &c. Ὅπου ἔκειτο] *Ubi jacebat*; ubi jam non est, sed positus fuerat [b]. Propriè, *ubi situs fuit*. Frequens Græcorum epitaphiis, ἐνθάδε κεῖται, ut in Latinis, *Hic situs est*. ¶ *Dominus*] Absolutè [c]: q. d. Non vester tantùm, sed noster quoque, Dominus [d]. Nam resurrectione inchoabatur Regnum illud Christi sub quo sunt & Angeli [*]. Syrus, *Dominus noster*, ideóque verè & propriè Deus [f].

7. *Citò euntes*] Ut nutantes confirmentur, flentes & lugentes fruantur solatio. Vide Marc. 16. 10 [g]. ¶ *Ecce præcedit* (i. e. præcedet, jámque præcedere est paratus [h]:) *vos in Galilæam*] Qu. 1. Cur in Galilæa potiùs quàm in Judæa se ostendere voluit [i]? Resp. 1. Quia ibi plures Discipulos habebat [k], quibus, tanquam μάρτυσι προκεχειροτονημένοις, Act. 10. 41. resurrectionem suam testatam esse voluit: nam 500 fuerunt, quibus videndum se dedit, 1 Cor. 15. 6 [l]. Voluit Christus pluribus satisfacere, & simul omnes confirmare [m]. 2. Ut liberiùs & tutiùs cum iis ageret [n]: nam in Judæa metuebant sibi à Pharisæis, &c [o]. 3. Ut eum certiùs agnoscerent, quîcum aliàs in Galilæa sæpe conversati fuerant. 4. Quia Apostoli brevi in Galilæam, patriam suam, redituri erant habitatum, &c [p]. 5. Quia ibi se affuturum promiserat, Matth. 26. 32 [*]. Qu. 2. Cur non statim eò contendit Christus, sed priùs se in Judæa illis patefecit? Resp. Quia vidit eos cunctantes adhuc, & dubitantes, &c [q]. Plus præstitit Christus quàm promisit. Promiserat enim in Galilæa se ipsis apparituram: ac cunctantibus eò ire Hierosolymis primùm apparuit, deinde in Galilæa sæpiùs [r]. Angelus eam solam promittit apparitionem, quæ ut securior, familiarior, & frequentior, futura erat, ità longiusculè distabat, gnarus cæteras tantò fore gratiores, quantò minùs exspectatas †. De voce προάγειν vide suprà 26. 32. & confer Mich. 2. 13 [t]. ¶ *Ecce prædixi*, Εἶπον] *Dixi*, Bru. Pi. scil. id quod res habet [v], & quod futurum est [x]. Attentionis captandæ formula [y]. Et ille prædixit, & ego nunc iterum prædico [z], ut, cùm ibi Christum videritis, intelligatis non esse phantasma aliquod, aut vobis fieri præstigias, sed rem ipsam prædictioni huic meæ planè consentire [a]. Tacita hîc est comminatio; q. d. Retuli vobis quod habebam à Deo in mandatis, si non credatis, vestra culpa est; ego enim sum functus officio meo [b]. Hæc omnia pertinebant ad excutiendum τῆς ὀλιγοπιστίας veternum; quod nè sic quidem excussum est [c]. Fortè legendum εἶπεν, *dixit*, ut est Marc. 16. 7. Christus scilicet. Sed facilè [textum] corrigere non audeo [d].

8. *Cum timore & gaudio*] Quæ timoris atque etiam stuporis (nam τρόμον καὶ ἔκστασιν ponit Marcus) causa fuerit vidimus suprà ad v. 5 [*]. Timebant, tum nè mali quid paterentur ob insuetum Angeli spectaculum [f]; tum nè spectro delusis obtrusum esset mendacium [g]. Gavisæ autem erant non tam quòd Christi resurrectionem crederent (quam nè animo quidem comprehendere satis poterant) quàm quòd dignatæ essent viso cœlesti. Vide Luc. 24. 23 [h]. Gaudebant, quia audiverant Christum resurrexisse [i], & spes illis daretur eo fruendi [k]. Adjunctum gaudii nomen ostendit distinguendum esse hunc metum, non aliunde quàm à magnitudine rerum istarum exortum, ab eo pavore quem fides extrudit, Rom. 8. 15 [l]. Simili modo timor ille per quem salus efficitur, Phil. 2. 12. non est abjunctus à gaudio, 1 Thes. 1. 6. 1 Pet. 1. 8. & 4. 13 [m].

9. Ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ] Ibant quidem ut Apostolis visa referrent: at nemini obvio aperire audebant præ metu Judæorum: ità interpretamur illud Marci, *Nemini quicquam narrabant*. Verba autem hæc cùm sint in plerisque Codicibus, & Syrus Græcique Interpretes agnoscant, delere non ausim [n]. Ea habent Arabs & Evang. Heb. Hæc tamen absunt à Syro [Fallit ergò G. aut Di.] & Vulgato Interprete [o], & meo vetustissimo exemplari; ac certè etiamsi sustuleris, integra manet sententia [p]. Si legantur, retributivum est, sive consecutivum quod sequitur, Καὶ ἰδοὺ, ad morem Vau Hebraici: unde rectè in interpretatione sua Cl. Beza omisit καὶ [q] quòd καὶ redundat, notissimus est Hebraismus, ut suprà 9. 10 [r]. ¶ *Occurrit illis*] Obj. At Christus *surgens*——*apparuit primò* (non aliis, sed) *Mariæ Magdalenæ*, Marc. 16. 9. Joan. 20. 2. & quidem *stanti extra monumentum & ploranti*, & *conversæ retrorsum*, Joan. 20. 13, &c. Qu. Quomodo hæc conveniant? Resp. De Marco minor est difficultas. Eadem [quidem] est [hæc] ἐπιφάνεια quæ Marc. 16. 9. nulla enim causa est cur diversas comminiscamur: ἀναστὰς autem apud Marcum est, non, *simul ac resurrexerat Christus*, sed, *ipse qui resurrexerat*. Hoc enim vult indicare, Ipsum Christi corpus ipsis apparuisse; quod fieri non poterat nisi revera resurrexisset: πρωῒ πρώτῃ σαββάτων ideo addidit idem Marcus ut ostenderet jam clarum manè fuisse cùm id accidit. Nam priora acciderant λίαν πρωῒ, *primo manè*; hoc πρωῒ, i. e. manè claro [t]. Illud *surgens* in Marco non dicitur de resurrectione ejus, sed, ut ità dicam, de surrectione. *Surgere* autem Hebraicâ phrasi dicitur qui aliquid operis aggreditur, ut Exod. 32. 6. Matth. 24. 11, 24. Sed verba Joannis plus habent difficultatis. Respondent autem, Christum bis se mulieribus demonstrâsse, vel sic; primùm soli Magdalenæ, adhuc juxta sepulchrum hærenti, & retrospicienti, aliis digressis; deinde omnibus mulieribus, redeuntibus, &c. & inter eas Magdalenæ, quæ cæteras jam curriculo consecuta cum illis unà pergebat: Ità Aug. vel sic; priùs Magdalenæ soli cùm ad monumentum venit, deinde cæteris redeuntibus ad Apostolos. Ità Greg. Nyssenus. Sed neutrum placet, quia Matthæus apertè significat, & omnes simul venisse ac rediisse, & omnibus redeuntibus Christum occurrisse. Malim τὸ *conversam*, in Johanne, non respicientem intelligere, sed redeuntem. Obj. Imò adhuc in horto fuisse docet quòd Christum hortulanum esse putaverit. Resp. Apparuit Christus, vel, 1. iis revertentibus, sed nondum hortum egressis; vel, 2. quasi ad hortum vadens, & fortè formâ hortulani. Solam autem Magdalenam nominant Marcus & Johannes, aut quia ea primùm locuta est, & prima Christum vidit; aut quia eam non cæteris mulieribus opponunt, sed Apostolis [v]. [Quod autem dicit Mat. *occurrit illis*] est Synecd. sive Enallage numeri: nisi dicere malumus, quod credibile est, ancillam Magdalenæ adfuisse. Magdalena autem nescio quo mota ex itinere recurrerat ad monumentum: ità enim rectè exponi puto quod Johannes dicit, ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω [x]. Magdalena bis ad sepulchrum se contulerat, utcunque Matthæus, breviter & compendiosè agens pro more suo, de una tantùm profectione mentionem facit [y]; eíque soli, idque in secundo reditu, occurrit Christus [z], quanquam Matthæus plur. num. profatur [a]. ¶ *Avete*, Χαίρετε] *Gaudete*, Syrus, *Pax vobis*: Salutandi formula Hebræis, quâ simul optat illis salutem quam promeruerat, &c [b]. Etiam Mariam nomine compellavit, ut salutantes solent. Ità Johannes [c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐκράτησαν, &c.] *Et amplexæ sunt* (vel, *prehenderunt*, Pi. osculatæ sunt, sincerǽque fidei affectu constrinxerunt [d]:) *pedes ejus*, Be. sic Bru. quasi cum illic retenturæ, quò spectat Christi responsum [*]; [de quo statim:] vel ut exoscularentur eos, quod non erat insolitum, 2 Reg. 4. 27. & factum R. Jonathani, &c [f]: vel reverentiæ & adorationis ergò; de quo more vide Homer Il. α'. & Plin. 11. 45. vel ut experirentur annon spiritus esset. Confer Luc. 24. 37. At Christus Magdalenæ dixerat, *Noli me tangere, nondum enim ascendi*, &c? Ubi

Margin notes (left column): † G. — r Bru. — v Mal. ex Bru. — x Bru. — y Mal. — z Bru. — a G. — b Bru. — c G. — d G. sim. Bru. — * G. — f Bru. — g G. sim. Mal. — h Bru. — i Mal. — k G. sic Eru. — l G. — m Bru. — n Bru. sic Mal. ex. Chrys. Euth. &c. — o Mal. — p Bru. — * Me. — q Mal. — r G. sim. Mal. ex Greg. Nys. — † Bru. — t G. — v V. sic Bru. — x Bru. — y Sch. — z G. — a Me. ex Mal. — b Bru. — c G. — d Mal. — * G. — f Bru sim. Mal. — g Bru. — h G. — i Mal. sim. Bru. — k Bru.

Margin notes (right column): l Be. — m G. — n G. — o Di. — p Be. — q Di. — r G. — † Mal. — t G. — v Mal. — x G. — y Li. ho. — z Li. chron. 87. 73. — a Li. ho. — b Bru. — c G. — d Bru. — * Be. — f Li. ho.

ubi duo quærenda. Qu. 1. Quî hæc conciliantur[g]? Resp. 1. Diversæ hæ erant visiones[h]. 2. Fortè eum antè tetigerat[i]. 3. Fortè etiam Christo prohibente tetigit, ut res importuna & pertinax est amor[k]. Mariam pedes suos amplexantem abstinere Christus jussit. Hæc enim erat causa cur diceret, *Ne me tange*, Joh. 20. i. e. Parce me amplexari[l]. Qu. 2. Quæ vis rationis, *Nondum ascendi?* Resp. Hoc vult Christus, q.d. Non statim abiturus sum, à te non ampliùs videndus, satis habebis temporis, ut me sæpe tangas, nunc noli me tangere, noli ad pedes meos hærere, sed citò abi ad fratres, &c[m]. Al. Futurum ut illius præsentiâ jam plenè frueretur sperabat Maria; quod significabat familiaris amplexatio: at Christus docet istas ἐπιφανείας fuisse tantùm οἰκονομικὰς firmandæ fidei: frui autem ipsius præsentiâ datum ipsis iri in Regno demum cœlesti, quò præibat hospitium suis paraturus: quò cùm ipsæ olim pervenissent, tum amplexaturæ essent Christum eo scilicet modo quo Christus se in Regno Patris & Pascha esurum & vinum bibiturum pronunciaverat, *à rebus corporeis ad spirituales eas attollens*. Videtur Magdalena, quia ab amplexu Christi rejecta erat, hinc collegisse id quod Christi viderat non fuisse corpus illud quod sepulchro conditum fuerat: ideo cùm rem omnem Apostolis renunciaret, narravit quidem ὀπτασίαν *Angelorum*, sed *corpus* dixit *non repertum*, Luc. 24. 22. suspicata etiam tunc *sublatum fuisse ex monumento*, Joh. 20. 2. Certè Apostolorum quoque nonnullis tale aliquid animo insederat, quod ut avellat Christus ait, *Spiritus carnem & ossa non habet*, Luc. 24. 39. & Thomas conspicari non contentus tactu etiam explorare corpus voluit. Quibus argumentis permotus Orig. contra Celsum 2. existimat creditum Judæis, quòd *oculis corporeis conspici posset animæ corpus splendidum*, Pythagoreos secutus: atque eò refert Homeri illud, πάντα δ' ἐοικυῖα μέγεθός τε καὶ ὄμματα καλά. Est illustris τοῦ αὐγοειδοῦς σώματος (*de splendido sive glorioso corpore*) locus apud Hieroclem ad illud Aurei carminis, Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην· ubi ille ex Pythagoricorum sententia ait animos humanos perinde ut astra *neque corpus esse neque sine corpore*, sed habere συμφυὲς ἀθάνατον σῶμα (*congenitum immortale corpus*;) atque hoc esse Platoni ὑπόπτερον ζεῦγος, cujus auriga sit animus. Ipse etiam ψυχικὸν σῶμα vocat, quod τῷ θνητῷ σώματι opponit; idémque ait ἐν χρησμοῖς vocari ψυχῆς λεπτὸν ὄχημα, (*tenue animæ vehiculum*.) Porphyrius, τὸ αἷμα, &c. (*Sanguis est pabulum spiritus, spiritus autem est aut anima, aut animæ vehiculum*.) Chaldæi hoc vocant מלבנש הפנימי, & Arabs Meir Aldati exponit *spiritum medium inter animam & corpus*: εἴδωλον apud Homerum dici notant Græci: nec aliter appellatur in iis carminibus quæ asscribuntur Zoroastri. Cæterùm, an hæc opinio de Corpore animi, quod tale sit ut humanis oculis conspici possit, veterum Hebræorum fuerit, an, ut multa, à Chaldæis & Græcis ad posteriores Hebræos venerit, dubitari potest. Josephus, Pharisaica scita describens, ait *animas transmigrare in aliud corpus*, quod longè est aliud. Quare credibilius est existimâsse Magdalenam, Angelum sibi apparuisse; idque eò magis, quia nec tangere eum licuerit, neque ipse Jesum se esse liquidò pronunciaverit; atque indè factum reor ut hæc quoque ἐπιφάνεια comprehendatur sub nomine ὀπτασίας ἀγγέλων, Luc. 24. 23. ¶ *Et adoraverunt eum*] Ità & infrà v. 17[n]. Signum hoc non ambiguæ notitiæ[o]. Solebat quidem Christus, ut & Prophetæ olim, ab his qui aliquid oraturi accedebant προσκυνεῖσθαι· at non itidem ab iis qui familiariùs ipsi aderant. Quare hinc intelligimus has fœminas, quanquam de resurrectione sepulti corporis nondum satis persuasas, majus tamen quiddam animo concepisse de Christo quàm unquam antea[b].

10. *Nolite timere*] Quod naturale est homini, si aliquid supra naturam suam videt[c]. Vel, timebant nè phantasma esset[d]. ¶ *Fratribus meis*] Non consanguineis, ut quidam putant, sed Discipulis[*]; (unde & lectio altera, μαθηταῖς μου, ex veteri interpretamento in textus quorundam Codicum penetravit[f]:) & Apostolis[g]. Hac voce alludit ad Psal. 22. 22[h]. Hos sic vocat, 1. ut ipsorum mœrorem levet, nè se putent, quòd ipsum deseruerant, ab eo rejectos: 2. ut eos ad accedendum & videndum & se fruendum blandè invitaret, & fiduciam illis adderet; quantò gloriosior erat, tantò humiliùs se illis accommodat: 3. ut significet, se ejusdem adhuc esse cum illis naturæ humanæ: 4. ut humilitatis exemplum relinqueret: 5. ut ostenderet, resurrectionis gloriam non sibi soli partam esse, sed illis tandem communicandam[i]: ut significaret, quod olim innuerat, suprà 12. 48. se per mortem & resurrectionem factum esse Principem novæ cujusdam ἀδελφότητος· quippe cùm jam apertissimè declaratus esset Dei Filius, Joh. 20. 17. Rom. 8. 29. Heb. 2. 11[k]. ¶ *Ut eant*, &c.] Eadem mandat quæ Angelus, v. 7[l].

11. *Quæ*, &c. Πορευομένων δὲ αὐτῶν] Præsens pro Præterito: i. e. *cùm jam abiissent*. Neque enim vult hoc factum dum in itinere erant, sed postquam à sepulcro discesserant. ¶ *Quidam*, &c.] Præcipui cæterorum nomine. ¶ *Principibus sacerdotum*] Quorum imperiis ità parebant ut tamen ultimam actuum suorum rationem deberent Præsidi, ut diximus. ¶ *Omnia*, &c.] Terræ motum, visum cœleste, devolutum lapidem, corpus non repertum[m]. Hæc narrant, tum ut illi dispicerent quid facto opus esset, tum ut fidem suam probarent[n].

12. *Cum senioribus*] Synedrii descriptio: jam enim convenire poterat, Sabbato exacto. Impletur hîc vaticinium, Ose 12. 1[o]. ¶ *Pecuniam*, &c. Ἀργύρια ἱκανά] *Argenteos sufficientes*, Mo. ἱκανός *sufficiens* & Marc. 10. 46[p]. *Pecuniam multam*, sive *copiosam*, P. Pi. Er. Il. Ti. &c. *Numos non paucos*, Be. Ità luctantur cum Deo contráque conscientiam suam[q].

13. *Discipuli——furati sunt*, &c.] Videmus hîc τὸ αὐτοκατάκριτον. Veritate auditâ ex non suspectis testibus, mendacium pecuniâ redimunt. Nimirum vitia in præceps ducunt. Ambitio & Invidia Crudelitatem attraxit, ea expulit quod supererat Conscientiæ. Bene autem notant hîc veteres improbarum mentium cæcitatem. Si quis enim placido animo res consideret, Στόδρ' εὐάλωτον ἐστιν ἡ πονηρία· (*Facillimè deprehenditur Nequitia*.) Quomodo enim constare poterat fides testibus de eo quod se dormientibus dicerent evenisse? Deinde quâ fiduciâ ausi hoc fuissent homines & inermes & piscatores? Si impostorem Christum ipsi jam intra mentem animi sentiebant, cur pro ipso subirent periculum? Si à Deo missum crederent, quæ religio illos impellebat ad furtum & mendacium? Ut pro concepta opinione mortem quis subeat fieri potest, quanquam & hoc rarum est; at ut quis idem faciat pro testimonio rei quam falsam esse novit, & unde nihil aut ipsi, aut aliis, boni possit sperari, omnibus sani judicii hominibus incredibile videri debet[r]. Et quis credet, tot milites, vigiliis perpetuis assuetos, circumfusos sepulcro†, in rei tanti momenti, summæque exspectationis[t], in tanto strepitu saxi amoti, Discipulorum accedentium & efferentium cadaver, &c[v]. jacuisse omnes quasi lethargo sepultos[x]? Sed esto, quomodo ergò id testari possent? Fortè viderunt, sed seriùs, & jam abductum. Cur ergò milites hi expediti ac leves non sunt insecuti viros imbelles gravi corporis pondere onustos? poterant saltem eminus sequi, & observare quò ingrederentur[y]. Cur non scrutantur ipsi domos, puniunt militum socordiam, &c[z]?

14. *Si hoc auditum fuerit à Præside*; Ità Be. Forsan Noster legit ὑπὸ[a]. Ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος] *Apud præsidem*, Tre. Be. Pi. Camer. vel, *Coram Præside*, ut in Lucian. ἐπὶ Ῥαδαμάνθυος, *coram Radamantho*. Vide 1 Tim. 6. 13. Apoc. 10. 11[b]. *Sub Præside*, Er. V. *sub hoc Præside*, i. e. durante præsidio Pilati. Sic Xenoph. 8. παιδ. ἐπὶ Κύρου, *sub Cyro*. Diod. Siculus passim, ἐπ' ἄρχοντος, &c. *sub Prætore*; ἐπ' Ἀλεξάνδρου, *sub Alexandro*, vel, *regnante Alexandro*. Sic Marc. 2. 26. ἐπ' Ἀβ. *sub Pontificatu Abiatharis*, Luc. 3. 2. & 4. 27. Act. 11. 28[c]. Bene Syrus, קדם הגמונה, *coram*, &c. Propriè enim de Judicum consistorio ità loquuntur Græci, Act. 25. 9. vis—judicari ἐπ' ἐμοῦ (*coram me*[d].) Sensus, Si ea res apud judicem agatur[*]; nimirum malè curatas excubias & desertam stationem: quæ graviter puniebantur apud Romanos, acres militaris disciplinæ vindices. Vide Digestorum titulum De re militari[f]. Si vos aut socordiæ, aut perfidiæ, rei peragamini[g]. ¶ *Nos*, &c Ἡμεῖς πείσομεν αὐτὸν] *Nos persuadebimus ei*, Val. Zeg. Pi. vel ità rem se habuisse[h]; vel nè vos puniat[i]; vel, *placabimus eum*, Er. V. vel,

g Mal. h Q. in Mal. i Al. in Mal. k Mal. l G. m Mal. n G. o Bru. b G. c T. ex Bru. d Mal. * G. Bru. Mal. Sch. f G. g Mal. Sch. h G. Bru.

i Bru. k G. l Bru. m G. sim. Bru. n Bru. o G. p Be. q Bru. r G. † T. sim. Bru. t E. v Bru. x T. y Bru. z T. ex Bru. a Mal. b Be. c Sch. d G. * V. ex Er. sim. Bru. f G. g Bru. h Ham. i Bru.

vel, *placidum reddemus.* Sic πείσομεν τὰς καρδίας, 1 Joan. 3. 19. Neque aliunde puto accersendam originem Syriaci verbi פיס, quo idem illud significatur. Nam sic παῤῥησία quoque & aliæ voces Græcæ significatum quendam peculiarem apud Syros & Judæos accepere [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὑμᾶς ἀμερίμνους ποιήσομεν] *Et vos securos præstabimus*, sive *faciemus*, Il. Be. Pi. Er. P. Ti. Mo. vel, *liberabimus vos omni solicitudine*, Er. V. sim. Sy. Æth. non modò expertes periculi, &c [l]. Vox Juris: ità enim Græci dicunt quod Latini *indemnem præstare* [m].

15. *Et divulgatum est verbum istud*, &c.] Veteres omnes magno consensu intelligunt famam illam mendacem de corpore Christi à Discipulis subtracto [n]. Quod si recipimus, non malè huc referemus eam legationem quam à Synedrio ad totius orbis Judæos missam Justinus duobus locis memorat. Ejus enim legationis hanc docet summam fuisse, Ὅτι αἵρεσις, &c. (*Quòd secta quædam athea & exlex orta est autore Jesu quodam Galilæo impostore, quem cùm nos cruci affixissemus, discipuli ejus ipsum noctu è sepulchro suffurati sunt,—falluntque homines dicendo, surrexisse eum ex mortuis, & in cœlum ascendisse.*) Tertul. *Nihilominus tamen primores, quorum intererat & scelus divulgare, & populum vectigalem & famularem sibi à fide revocare, surreptum à discipulis jactitaverunt.* Et certè sparsum ab iis omni studio hunc rumorem eò est credibilius, quia sine tali aliquo figmento apertissimè sceleris convincebantur. Neque enim fieri poterat ut qui Deum rebus humanis præsidere, simúlque Jesum ad vitam resuscitatum, crederent, de ejus innocentia dubitarent. Quare meritò in omnibus disputationum congressibus hîc gradum figunt Apostoli. Malunt tamen alii diligentes atque eruditi harum literarum Interpretes ità hæc Mat. verba accipere, quasi dicatur, Non potuisse ità celari sceleratam illam inter Sacerdotes & milites mendacii nundinationem ut non aliquam rimam inveniret veritas per quam in publicum emanaret. Quod ipsum quoq; verissimum credo, & hoc initium quoddam fuisse multorum ad Christum conversionis. Nam ad Pilatum quoque pervenire videtur hujus doli notitia; quando Tertullianus sic scribit, *Ea omnia super Christo Pilatus, & ipse jam pro sua conscientia Christianus, Cæsari tum Tiberio nunciavit.* His ità expensis, ut neutram improbo, ità priorem interpretationem posteriori præfero [o]. Sed malim posterius, q. d. neque hæc sacerdotum fraus Judæos latuit, &c [p]. ¶ *Usque in hodiernum diem*] Locutio ista quæ in V. T. sæpe occurrit, in Matth. 27. 8. argumentum præbet, aliquantò pòst scripsisse Matthæum quàm res istæ acciderant. Quando autem scripserit non est quòd quisquam speret se certius aliquid posse adipisci quàm à priscis auctoribus proditum est, quos inter vetustissimus Irenæus ità hac de re tanquam nota confessáque loquitur, Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος, &c. (*Matthæus Hebræis suâ dialecto scripsit Evangelium, Petro & Paulo Romæ prædicantibus & Ecclesiam fundantibus.*) Vetus fama octavum ab assumptione Christi annum huic Libro assignat [q].

16. *Undecim*] Sic vocat, quia unus, Judas scilicet, perierat [r]; laqueum aut jam adhibuerat, ut plerique volunt, aut cogitabat [†], & se à sacro consortio abstinebat ob sceleris conscientiam [t]. ¶ *Discipuli*] Apostoli, tanquam capita, & cum iis 72, omnésque reliqui Discipuli, ut Dominum viderent [v]. ¶ *In Galilæam*] Multas ὀπτασίας (*apparitiones*) Christi factas Petro, Apostolis sine Thoma & cum Thoma, præterit Matthæus [x]; quippe unâ illustrissimâ, quæ plurimos testes habebat, cùm hoc scriberet, superstites, contentus [y]. De hac credibile est agi 1 Cor. 15. 6 [z]. Obiter tamen & in transcursu has ὀπτασίας indicat, cùm dicit à Christo nominatum ipsis montem in quem convenirent ipsi scilicet & qui ejusdem erant instituti. Nam cùm nihil antè de eo monte dixerat Christus, datur intelligi mandata ab ipso data Apostolis cùm adhuc Hierosolymis agerent [a]. ¶ *In montem*] Secessûs gratiâ, ut liberè cùm suis colloqueretur [b]. Montem hunc fuisse Itabyrium, in quo Christus olim tribus Discipulis majestatis suæ gustum dederat, probabiliter dicitur, & veteris famæ habet auctoritatem [c]. ¶ *Ubi constituerat*] Vel ante mortem, vide Mat. 26. 32. vel post resurrectionem [d], vel per Angelum, vel potiùs per se ipse, sive mulieribus, sive Apostolis, quamvis scriptum non sit. Et locum & diem constituerat quò omnes Discipuli convolarent, &c [*].

[k] G. [l] Er. [m] G. [n] G. Ità Bru. Chrys. Euthym. &c. in Mal. [o] G. [p] Mal. [q] G. [r] Bru. [†] Mal. [t] G. sim. Mal. [v] Bru. [x] G. sim. Bru. Mal. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. sic Mal. ex Euthym. [c] G. [d] Mal. [*] Bru.

17. *Eum adoraverunt*] Ipsi cum collecta credentium manu ad 500, ut ex Paulo discimus. Nam cur has ὀπτασίας distinguamus, non video. Et, ut dixi, credibile est ideo cæteras à Matthæo dissimulari, quia hæc erat omnium celeberrima. Si Ignatius ità scripsit, ut vult Hieron. & secutus eum Sophronius, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα, credendum esset Ignatium à Parentibus, aut eis quorum curæ tenera ipsius ætas erat mandata, in hunc montem fuisse perductum: ut solemus ad res novas visendas pueros adducere, ut habeant quod olim Senes aliis oculatâ, non auritâ, fide narrent. Sed profectò si quis locum Ignatii cum cura inspiciat, videbit rectam esse lectionem οἶδα, neque de Visûs sensu ibi agi, sed de Fide, quam non suo, sed aliorum, testimonio confirmat. Adde, quòd Ignatius Johanne rebus humanis exempto superfuit. Nusquam enim Johannis meminit, nè in ea quidem quæ est ad Ephesios. At tanta fuit Johannis longævitas, ut vix credibile sit quenquam ei supervixisse qui visum à se Jesum posset meminisse [f]. ¶ *Quidam*, &c. Οἱ δὲ ἐδίστασαν] *Quidam autem* (nempe ex undecim [g], ut patet ex v. seq. 18, 19, 20 [h]. aliorum enim non meminit [i]. Οἱ δὲ, pro ἔνιοι δὲ [k], sive τινὲς δὲ, non præcedente οἱ μὲν, posuit, usitatissimo Grammaticis præsertim loquendi genere. Sic Athenæus sæpe [l]. Vel, *Quidam tamen*, Be.) *dubitaverunt*, Pi. Be. Bru. adhuc, non quidem de Christi resurrectione & Divinitate, sed an ille, quem videbant, Christus esset [m]. At non verisimile est, Apostolos post tot apparitiones adhuc dubitâsse, aut Christum non graviùs eos reprehensurum, nedum tunc designaret Apostolos [n]. [Quid ergò dicendum?] Referendum hoc ad tempus anterius [o]. Indefinitum tempus pro circumstantia loci varias significationes admittit [p]. Præt. perf. hîc pro Plusquamperfecto [q]. Verto itaque, *addubitaverant* [r], nempe ante id tempus: quod maximè ob Thomam dictum videri potest, qui cæteris jam credentibus dubitare perseveraverat [†]. Sensus est, Jam adoraverant qui antè dubitaverant, Marc. 16. 11, 13. Luc. 24. 11, 37. Joh. 20. 25 [t]. Habet autem & hæc pars historiæ suum momentum. Nam æquè rem æstimantibus omnem dubitationem de facti veritate adimit certa fides illis etiam facta qui ad credendum tam difficiles fuerant [v]. Dubitatio illorum nostram auxit fidem [x]. Illi omnia indagant & observant, certò & infallibiliter credere gestientes [y]. Al. Crediderim pro οἱ δὲ hîc legendum, οὐδέ, *neque dubitârunt*; q. d. Omni jam dubitatione sublatâ, ipsum adorârunt [z].

18. *Et accedens*, &c.] Propiùs & familiariùs [a]. Uno compendio Matthæus complectitur præcipua capita sermonum quos Christus cum Apostolis non in monte tantum, sed & Hierosolymis antea & pòst, in cœlum jamjam ascensurus, Bethaniæ habuit. Vide quæ ad Lucam hoc loco [b]. Hæc in ultima apparitione acciderunt, ex collat. Joh. 21. 15, &c [c]. ¶ *Data est mihi* (à Deo Patre, *mihi*, ut Dei Filio, jam indè ab æterno, generatione; ut homini, dono [d]:) *omnis potestas*] שלטן, Dan. c. 7. v. 14. Habuerat & antè vitam mortalem agens ἐξουσίαν, ut suprà 7. 29. & 9. 6. Marc. 1. 27. quam ipsam *Regnum* etiam laxiùs appellari notavimus suprà in verbis Christi ad Pilatum. At morte acquisivit Regnum infinitum, πᾶσαν ἐξουσίαν, *nomen super omne nomen*, Phil. 2. 8. In hac tertia dignitate rectè Matthæus Librum finit, cùm, ut annotavimus, primùm de Prophetico, deinde de Sacerdotali, ejus officio egisset [*]. Non de potentia hîc loquitur, sed de autoritate, Christi [f]. Differunt δύναμις & ἐξουσία: illa est potentia, sive vis faciendi; hæc, jus, sive licentia [g]. *Potestas*, i.e. imperium [h], sive judicium, de quo Joh. 5. 27. vel, jus illud omnia regendi, & Ecclesiæ suæ tuendæ, &c [i]. jus omnes homines, à se redemptos, in Regnum suum congregandi, & veluti subditos suos efficiendi [k]: autoritas disponendi omnia in Ecclesia, vel circa Ecclesiam [l]. Data est ei hæc potestas, vel, 1. ut Deo, non simpliciter, sed quatenus Deitas seipsam, in forma servi hypostaticè assumpta, exinanivit, Phil. 2. 7. nec se exseruit, sed potestatem suam, quoad usum ejus, ad tempus quodammodo abdicavit, quam meritò nunc se recepisse dicit [m]. Vel, 2. ut homini [n], sive potiùs, ut Redemptori [o], per & propter hypostaticam unionem [p]; & quidem inchoatè in incarnatione, completè verò jam in resurrectione, scilicet quoad plenum usum, & quoad omnium notitiam.

[f] G. [g] Bru. ex Pe. [h] Be. [i] Bru. [k] Be. [l] Cas. [m] Q. in Mal. [n] Be. [o] E. sim. Mal. &c. [p] G. [q] Bru. [r] G. sic Bru. [†] G. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. ex Hi. [y] Bru. [z] Be. [a] Bru. [b] G. [c] Mal. [d] Bru. [*] G. [f] Bru. [g] Sch. sim. Be. [h] Bru. [i] Be. [k] Mal. sim. Bru. [l] Ham. [m] Be. [n] Bru. [o] Mal. [p] T.

titiam [q]. Potestatem suam hîc memorat, ut ostendat quo jure Discipulos mittat, v. seq [r]. Docet, se nihil temere sibi arrogare, nihil illis dare quod non habet. ¶ *In cælo & in terra*] i. e. Ubique †, super omnem creaturam. Vide Act. 10. 36, 42. Eph. 1. 20, 21, 22 [t]. In hac *cœlesti* potestate comprehensa est promissio Spiritûs quam Christus à Patre accepisse dicitur, Act. 2. 33. & imperium in Angelos, Eph. 1. 10. Phil. 2. 10. Col. 1. 16. Heb. 1. 4. [in *terrestri*,] jus congregandi populum ex omnibus terræ finibus; ut clarè prædixerant David, Esaias, Daniel. In hoc jure comprehensa est Remissio peccatorum: Marcus hîc, 16. 16. *Quisquis crediderit & baptizatus fuerit salvus erit*; quod Joel prædixerat, *Quisquis invocabit nomen Domini salvus erit*: Deinde Libertas à Lege per Mosem data, quam Christus hîc tectè innuit. Nam ut alienigenæ adsciscerentur in populum Dei subeundo jugum Mosis nihil erat novi: at Christus ostendit ab his quos in populum suum adsciscì cupit nihil requiri aliud quàm *observationem eorum quæ ipse præcepit*, v. 20. unde & professionis notam ponit, non Circumcisionem, sed Baptismum. Sed quia hoc minùs intelligere poterant Apostoli assueti istis ritibus, ideo quod hîc dictum erat involutiùs, Spiritûs magisterio apertissimè revelatum est [v].

19. *Euntes* (unus huc, alius aliò [x]:) *ergò*] Optimè cohæret cum superioribus [y]. Quando id jus mihi datum est, vos estote ejus juris administri atque legati [z]. ¶ *Docete*] Ità Er. Tre. ex Sy. Ar. Æth. Be. Pi. Ti. Nimiùm generalis interpretatio. Id enim omnibus Pastoribus commune est; hoc autem peculiare Apostolis, utpote fundamentum Ecclesiæ jacturis, & qui propterea tanquam architecti à superstructoribus distinguuntur, 1 Cor. 3. 10. Eph. 2. 21 [a]. ¶ Μαθητεύσατε] Vox μαθητεύειν facta est instar Hebraicæ תלמד [b]. תלמיד est μαθητὴς, *discipulus*, unde formant verbum תלמד, μαθητεύειν, *fieri discipulum* [c]. Sed μαθητεύειν hîc non neutropassivè pro, *discipulum esse*, sed activè, accipitur; q. d. *discipulare* [d]. Utitur hâc voce Ignatius, ἃ μαθητεύοντες ἐντέλλεσθε. Sensus explicatur in Constit. Clem. Δεῖ ὑμᾶς, &c. (*Oportet vos—pietatem iis instillare, & baptizare.*) Hæc est *fides prima credulitatis*, canone 42. Eliberino [*]. Μαθητεύειν est, *docere* ea quæ ad religionem pertinent [f]. *Discipulos facite*, V. Ga. Li. ho. introducite per Baptismum, ut doceantur [g]. Sic μαθητὰς ποιεῖν, Joh. 4. 1. non est, *docere*, aut *ad fidem trahere*, sed, *discipulos facere*, *in disciplinæ professionem immitere* [h]. Errant qui hinc colligunt, necessariò docendos qui baptizandi sunt. Nam primùm dicit, μαθητεύσαντες, deinde, διδάσκοντες, v. 20. Inter Judæos etiam Discipuli facti sunt, non qui jam docti sunt, sed ut doceantur. Bab. Schabb. fol. 31. 1. Dixit Ethnicus ad Hillelem, *Proselytum me fac, ut me doceas* [i]. ¶ *Omnes gentes*] Non, ut hactenus, solos Judæos [k]. Vox ἔθνη, *gentes*, ut alibi de tribubus & familiis Judæorum dici notatum ad Matt. 24. 7. ità & h. l. Judæos primariò designat, sive in Judæa, sive ubivis dispersos, ità tamen ut reliquas gentes non excludat. Ad Judæos enim primùm missi sunt Apostoli, etiam in secunda legatione. Confer Act. 1. 8. & 3. 26. & 13. 46. & 18. 6, 7. Vide & Gal. 2. 7. Et sic Petrum intellexisse constat ex Act. 10. alisque Act. 11. 1 [l]. Solvuntur jam claustra quibus cohibiti erant Apostoli à prædicatione Evangelii ad Gentiles, Matt. 10. 5. Judæis jam *Loammi* factis [*]. ¶ *Baptizantes eos*] Aquâ scilicet, ex collat. Joh. 3. 5 [m]. & ex Joan. 3. 26. Act. 8. 36. & 10. 46, 47 [n]. Syntaxis refertur ad sensum, non ad vocem: nam præcessit ἔθνη [o]. Doctrinæ baptismi Sacramentum conjungit, vel, 1. tanquam gratiæ sigillum [p]: vel, 2. tanquam doctrinæ fideique signaculum, atque professionem [q]. Populo congregando ex omnibus gentibus competebat professionis nota quæ perspicuam apud omnes haberet significationem. Suprà ostendimus apud Judæos moris fuisse ut baptizarentur qui se à falsorum deorum cultu ad cultum unius Dei convertebant. Sed apud gentes etiam profanas usurpatum antiquitus fuit, ut qui initiari vellent, priùs toto corpore abluerentur, haud dubiè eo ipso testantes propositum innocentiæ. Nam ejus propositi sponsionem ab iis mystagogi exigebant, ut Libanius docet & Lampridius. De hoc more vide Justinum in Apologetico, Clementem, Strom. 6. qui & alibi imaginem quandam Baptismi apud Homerum observat; & Tertul. De

[Margin: q T. sim. Bru. · r Me. sim. Mal. · † Mal. · t Bru. · v G. · x Bru. · y G. · z G. sim. Bru. · a Be. · b G. · c Cam. · d Be. · * G. · f Cam. · g Li. ho. · h Ga. adv. 4. 29. · i Li. ho. · k G. · l Ham. · * Li. ho. · m Bru. Mal. · n Mal. · o Pi. · p Calv. · q Mal.]

Baptismo, & De Præscriptionibus: [quorum verba vide in G.] August. *In multis idolorum sacrilegis sacris baptizari homines perhibentur.* Nec aliunde Athenis *Baptarum* nomen Eupolidis comœdiâ celebratum. Scholiastes ad Horat. Epist. 1. *Ter purè: ut ter mergunt qui se expiant.* Lustrici quoque infantium dies, quorum meminit Festus, similem habuisse videntur significationem. Habet quidem Baptismus alias plures significationes, quas passim Apostoli nos docent; sed hæc maximè erat obvia, &, vel nullo docente, omnium se animis ingerebat [r]. Τὸ *eos* hîc non refert *omnes gentes*, sed singulos ex eis, qui scilicet crediderint, Marc. 16. 16. & pœnitentiam egerint, Act. 2. 38†. Baptismus est, 1. signum distinctivum, &c. 2. signum introductorium in visibilem Ecclesiam, ideóque privilegium: 3. sigillum tum veritatis Divinæ in fœdere, sive promissionibus, Rom. 4. 11. tum obligationis nostræ ad articulos fœderis. Quidni ergò baptizentur infantes? 1. Sigillum fœderis imprimebatur in nube, Gen. 9. in altari, Jos. 8. quidni & in infantibus? 2. Infantes capaces sunt obligationis, ut patet ex Deut. 29. 11, 15. Nam ex æquitate rei ad quam obligatur oritur jus obligationis, non ex captu obligati. 3. Infantes capaces sunt privilegiorum, v. g. cooptationis in libertatem, coronationis in Regem. 4. Infantes sunt pars parentum; vide Gen. c. 17. v. 14. Exod. c. 20. v. 5. baptizandi ergò sunt ut toti parentes baptizentur [*]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ ὄνομα] *In nomen* (vel, *nomine*, Sy. Tre. Er. Il. Ar.) *Patris*, &c. Mo. Ti. Be. Pi. Bru. Ca. &c. i. e. vel, auctoritate Patris, &c [t]; vel, in virtute, &c [v]; vel, invocato nomine Patris, &c [x]; vel, ut fidem habeant Patri, &c [y]; in professionem Dei Patris, & ut Jesus asseratur pro vero Messia, id quod Apostoli eò ardentiùs asserebant, quod à Judæis summè fuerit controversum; ideóque baptizârunt solùm *in nomine Jesu*, Act. 2. 38. & 8. 16. & 19. 5. Faciliùs autem inter Judæos consensum est de Spiritu Messiæ, quem illi plurimùm celebrant, quàm de persona Messiæ [z]. *Baptizari in nomen Patris*, &c. est, illi ad cultum consecrari, ut ab illo tanquam Domino suo denominetur [a]. Cùm locutio hæc varias habeat ex Hebraismo significationes, eam his [cæteris] præferendam arbitror quæ Baptismo maximè propria est. Est autem, *baptizari in aliquem*, vel, *in ejus nomen*, se ei auctorare atque devovere, & de ejus nomine appellari velle. Paulus, 1 Cor. 10. 2. [dicit, *Judæos*] *omnes baptizatos fuisse* εἰς τὸν Μωσῆν, respiciens illud, Exod. 14. 31. *Crediderunt in Deum & Mosem servum ejus*, i. e. Mosi, tanquam Dei ministro, cum bona fiducia regendos se commisere. Sic Paulus negat quenquam baptizatum in suum nomen, 1 Cor. 1. 13, 15. h. e. sibi, velut novi dogmatis auctori, mancipatum. Maimonides, De bello capta, *Baptizet eam in nomen Proselytarum*, i. e. in eam religionem quam profitentur Proselytæ. Christiani igitur tres sui dogmatis auctores agnoscere jubebantur, Patrem, Filium, & Spiritum S. nihilque ut necessarium admittere quod non ab iis esset profectum, i. e. quod non à Patre ortum, à Filio proditum, à Spiritu verò esset partim explicatum apertiùs, partim obsignatum. Administrabatur enim Baptismus, ut loquitur Hilarius, *in confessione & Auctoris & Unigeniti & Doni.* In canone Apostolico 33. legimus, Δοξασθέντα ὁ Θεὸς διὰ Κυρίου ἐν ἁγίῳ Πνεύματι · ubi quæ sequuntur à manu posteriore perperàm adjecta apparet. In Clementis Constitut. 3. 17. Τὸ Πατρὸς ἡ μνήμη ὡς αἰτίου, ἡ ἀποστόλεως, ἡ Πνεύματι ἡ συμπαράληψις ὡς μάρτυρος · & lib. 6. 14. Ἀπολύμενοι ὑμῶν Θεὸν παντοκράτορα ἕνα μόνον ὑπάρχειν———, ἡ αὐτὸν μόνον σέβειν ἡ προσκυνεῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐν τῷ παναγίῳ Πνεύματι. Et lib. 7. 23. dicitur Baptismus dari *in nomen* τοῦ ἀποστείλαντος Πατρὸς, τοῦ ἐλθόντος Χριστοῦ, τοῦ μαρτυρήσαντος Παρακλήτου. Quæ autem esset doctrina breviter ante Baptismum docebantur. Hæc est βαπτισμῶν διδαχὴ, Heb. 6. 2. quæ institutio & κατήχησις qualis fuerit ex Justino discimus: [cujus verba vide in G.] In Martyrol. Adonis ad 3 eid. Maias, *Quem beatus Callistus, indicto jejunio, catechizavit, & allatâ aquâ baptizavit.* Quibus confer illud Tertul. *Ingressuros baptismum orationibus crebris, jejuniis & geniculationibus & privilegiis, orare oportet, & cum confessione omnium retrò delictorum:* & illud Theodoti, Διὰ τοῦτο νηστεῖαι, &c. (*Propterea jejunia, preces,* —[fiunt,] *quòd anima ex mundo & ex ore leonis eripitur.*) Obiter notari

[Margin: r G. · † Bru. · * Li. ho. · t T. · v E. · x Bru. T. Be. · y V. · z Li. ho. · a Pi.]

notari potest etiam profanas gentes suis lotionibus adhibuisse jejunium. Eubulus, Βαπτίζεται νῆστιν πονηρὸν [legendum videtur πονηρῶ] κέστρεως τρίβον βίον· (*Baptizatur*, sive *Immergitur, miseri mugilis jejunam vitam degens.*) Ante Baptismum, ut videmus, duo exigebantur à candidatis; Fides, & Propositum vitæ emendationis: utrumque per interrogationes & responsiones expediri solebat. De Fide hoc modo, *Credis? Credo*, Act. 8. 37. Neque verò in hac Fidei interrogatione Pater, Filius, Spiritus S. nominabantur tantùm, sed certis notis describebantur. Pater apud Justinum describitur, ὁ Πατὴρ τῶν ὅλων καὶ δεσπότης· (*Pater & Dominus universi.*) In Constit. Clem. ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, (*Deus super omnia.*) Apud Iren. εἷς Θεὸς, &c. (*Unus Deus Pater Omnipotens, qui fecit cælum & terram*, &c.) Apud Tertul. ubi tradit eam quam vocat fidei Regulam, *Unus Deus, nec alius præter mundi Conditorem, qui universa de nihilo produxerit per Verbum suum primò omnium emissum.* Novatianus itidem describens Regulam veritatis, *ut primò omnium credamus in Deum Patrem & Dominum omnipotentem, i. e. rerum omnium perfectissimum Conditorem.* Filium breviter Justinus describit, Ἰησοῦν, &c. (*Jesum Christum sub Pontio Pilato crucifixum.*) In dictis Clem. Constit. Χριστὸς ὁ μονογενὴς Θεὸς, &c. (*Christus unigenitus Deus, dilectus Filius, Dominus gloriæ.*) Latior descriptio est apud Irenæum, qui eum dicit τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, &c. (*Filium Dei pro nostra salute incarnatum.*) Memorans simul τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἔγερσιν ἐκ νεκρῶν, —— ἵνα Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν καὶ Θεῷ καὶ σωτῆρι καὶ βασιλεῖ κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς τοῦ ἀοράτου πᾶν γόνυ κάμψῃ, &c. (*Nativitatem ex Virgine, & Passionem, & Resurrectionem ex mortuis, &c. ut Christo Jesu Domino nostro & Deo & Servatori & Regi secundùm beneplacitum Patris invisibilis omne genu incurvetur*, &c.) Tertul. de Filio in dictæ Regulæ recitatione ità loquitur, *Id Verbum Filium ejus appellatum in nomine Dei variè visum Patriarchis, in Prophetis semper auditum, postremò delatum ex Spiritu Dei Patris & virtute in Virginem Mariam, carnem factum in utero ejus, & ex ea natum hominem, & esse Jesum Christum; exinde prædicâsse novam Legem & novam Promissionem Regni cælorum, virtutes fecisse, fixum cruci, tertiâ die resurrexisse; in cælos ereptum* [fortè *evectum*] *sedere ad dexteram Patris; misisse vicariam vim Spiritûs S. qui credentes agat; venturum cum claritate ad adsumendos sanctos*, &c. Quibus locis comparandus est [locus] Ignatii ad Magnesios, qui Christum dicit, πρὸ πάντων μὲν αἰώνων γεννηθέντα παρὰ τοῦ Πατρὸς, γενόμενον δ' ὕστερον ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου δίχα ὁμιλίας ἀνδρὸς, &c. (*ante omnia secula genitum à Patre, postea verò genitum ex Maria Virgine sine consuetudine virili, qui sanctè vixit, & morbos sanavit, —— & multorum deorum cultoribus unum solúmque verum Deum Patrem suum annunciavit, —— & crucifixus erat*, &c.) Spiritum S. notat Justinus, Πνεῦμα, &c. (*Spiritum S. qui per Prophetas prædixit omnia quæ ad Jesum pertinent.*) Irenæus verò hunc in modum, Πνεῦμα, &c. (*Spiritum S. qui per Prophetas prædicavit Oeconomias & Adventus & Nativitatem ex Virgine*,) & cætera quæ jam annotavimus: nam Spiritûs mentionem rebus Filii interjungit; quemadmodum & Tertul. ejus non meminit nisi in Filii conceptione. Ejus quod de Spiritu Sancto Justinus & Irenæus in Regula recitant vestigium est in Nicena formula, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν· (*& in Spiritum Sanctum qui locutus est per Prophetas.*) In Clem. Constit. est, Πνεῦμα ἅγιον, &c. (*Spiritus Sanctus, Paracletus, à Christo missus, & ipsum prædicans.*) Horum locorum collatio docere nos potest, cùm veteres Regulam Fidei aut Baptismi *immutabilem* dicunt, non ad certam & receptam ubique verborum formulam eos respicere, sed ad vim atque sententiam interrogationum: quam breviter, ut solet, Lucas ità complectitur, Act. 8. 12. *Cùm crederent Philippo prædicanti quæ pertinent ad Regnum Dei, & ad nomen Christi, baptizati sunt.* Et antiquissima quidem *baptismatum doctrina* intra eum quem dixi finem stetisse videtur: quam compendio recitat Tertul. [Verba videsis in G.] Basilius in Disp. adv. Eunom. agnoscit hanc formulam veterem. Πιστεύομεν, &c. (*Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, à quo omnia, & in unum unigenitum Filium Dei, Dei Sermonem, & Dominum nostrum, Jesum Christum, per quem omnia, & in Spiritum S. Paracletum.*) Hinc & Nicena formula, insertis quibusdam de Filio verbis contra Arium, in nomine Spiritûs Sancti desinit. Gliscente secessionum licentiâ unitati consultum est, additâ interrogatione de Ecclesia Catholica. Tertul. lib. De Baptismo, cùm dixisset, *ablutionem delictorum obsignatam in Patre, Filio, & Spiritu Sancto*, quos *arbitros fidei & sponsores salutis* vocat, *Sufficit*, inquit, *ad fiduciam spei nostræ etiam numerus nominum Divinorum. Cùm autem sub tribus & testatio fidei & sponsio salutis pignorentur, necessariò adjicitur Ecclesiæ mentio, quoniam ubi tres, id est, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, ibi Ecclesia, quæ trium corpus est.* Eodem tempore videntur de Remissione peccatorum aut Baptismate in remissionem, item de carnis Resurrectione & Vitâ æterna, speciales factæ interrogationes; cùm alioqui in descriptione Filii ea ipsa satis apertè continerentur. Tertullianus rationem reddens cur Christus ipse non tinxerit, *In quem*, inquit, *tingeret? In pœnitentiam? quò ergò illi Præcursorem? In peccatorum remissionem, quam verbo dabat? In semetipsum, quem humilitate celabat? In Spiritum Sanctum, qui nondum à Patre descenderat? In Ecclesiam, quam nondum Apostoli struxerant?* Cyprianus ad Episcopos Numidas, *Sed ipsa interrogatio quæ fit in Baptismo testis est veritatis. Nam cùm dicimus, Credis in vitam æternam & remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam? intelligimus remissionem peccatorum non nisi in Ecclesia dari.* Quæ ipsa Cypriani verba ostendere mihi videntur Symbolum sive Regulam fidei ipsius ætate nondum adstrictam fuisse illis verbis quibus postea scripta invenitur, cùm tamen eandem semper fuisse Regulæ sententiam minimè sit dubitandum. Quin seriùs etiam apud Scriptores ordo discrepat. Nam apud Hieron. & Ruffin. est, *Credis sanctam Ecclesiam? Credis remissionem peccatorum?* Apud Cyrillum verò, *Credo in unum baptisma, in remissionem peccatorum, & in unam sanctam Ecclesiam catholicam.* Nec indignum notatu, multis in partibus adversùs Manichæos adjectam Symbolo & Liberi arbitrii mentionem; quod ex Origenis exordio περὶ ἀρχῶν datur colligere, itémque ex eo Symbolo quod in Hieronymi exstat Operibus; quod quanquam à Pelagio subsignatum est ut fidem suam Romano Episcopo probaret, non tamen sequitur magìs hoc esse Pelagii quàm illud quod ex Basilio citavimus Eunomii fuit Opus, qui illâ formulâ antiquâ utebatur. Certè Carolus M. & tota Synodus Francofurtensis illud ipsum Symbolum, quod, ut diximus, in Hieronymi exstat Operibus, laudat sub Hieronymi nomine, & omni ex parte approbat. Et tales quidem fuere fidei interrogationes aut primis temporibus aut proximè primis: quarum respectu βάπτισμα Basilio & aliis dicitur σφραγὶς τῆς πίστεως· *fidei obsignatio*, Tertulliano. Alterum interrogandi genus ad Vitam pertinebat, quod plerisque in locis præcedebat ipsam Fidei professionem. Promittere enim baptizandi debebant vitam se exacturos ad normam à Christo traditam, ut ex Justino audivimus; quò omnino illud pertinet quòd Petrus Baptisma vocat συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα, 1 Pet. 3. 21. Hoc dicebatur, *seculo renunciare.* Neque dubito quin earum vocum antiquissimus fuit usus in hoc ritu. Cyprianus, *Seculo renunciavimus cùm baptizati sumus.* Quò fortè respiciens Paulus monet baptizatos μὴ συσχηματίζεσθαι τῷ αἰῶνι τούτῳ, Rom. 12. 2. Solebat simul *renunciari Diabolo & cultui, pompæ & angelis ejus*; aut, *Diabolo, pompis, spectaculis & operibus ejus*: quæ formula apud Tertullianum & alios sæpe occurrit; sed id propriè additum videtur propter eos qui ex idolorum cultu Christo nomen dabant. Responsionem tum de Fide tum de Vita emendanda breviter complectitur Lucas, Act. 2. 41. οἱ μὲν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ (nam in oratione utrumque comprehendebatur) ἐβαπτίσθησαν. Græca formula erat, Ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ, καὶ συντάσσομαι σοί, Χριστέ. Et plenior, Ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ καὶ τῇ πομπῇ αὐτοῦ καὶ πάσῃ τῇ λατρείᾳ αὐτοῦ. Post has ergò stipulationes atq; responsiones, quas *verba sacramenti* Tertullianus vocat, ad militiæ morem alludens, sequebatur Baptismus; cui accedebant preces, in quibus nominabantur Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Orationem hanc propriè ad Patrem directam indicare videtur Justinus, [verba vide in G.] deinde, inquit, *& in nomine Jesu Christi & in nomine Spiritûs Sancti baptizatus abluitur.*

abluitur. Solenne ejus invocationis verbum erat, *Abba Pater*, ut notat Chryſ. ad Rom. 8. 11, 15. His ſi addas id Act. 22. 16. βάπτισαι ἐπικαλεσάμενος τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου, videbis tum eum qui baptizabatur, tum eos qui Baptiſmo aderant, (neque enim in toto cœtu exercebatur primis temporibus: quod oſtendunt illa apud Juſtinum, Ἄγονται ὑφ' ἡμῶν ἔνθα ὕδωρ ἐστί, (*eò ducuntur à nobis ubi aqua eſt:*) deinde, inquit, *poſt Baptiſmum eum ad fratres perducimus.* Quin & Conſtantini temporibus fontes in uſum Baptiſmi exſtructi non in Eccleſiarum ædibus, ſed in peribolis,) ſolitos orare Deum Patrem in nomine Chriſti, quomodo ipſe orare nos docet, Joh. 14. 13, 14. ut fidem ejus qui baptizabatur & liberam illam Chriſtianiſmi profeſſionem muneraret Spiritu ſuo Sancto per gradus quoſdam, quorum initium erat φωτισμός, (*illuminatio.*) Cyprianus, *Unde* [lege *Undæ*] *genitalis auxilio, ſuperioris ævi labe detersâ, in expiatum pectus ac purum deſuper ſe lumen infundit:* unde ipſum Baptiſma per Metalepſin id nomen accepit. Juſtinus, *Vocatur autem hoc lavacrum* φωτισμός, &c. (*illuminatio, quia illuminantur mentes eorum qui hæc addiſcunt.*) Reſpexiſſe videri poteſt locum Pauli, Eph. 1. 17. quanquam ibi non de initio, ſed de augmento, hujus doni, in baptizatis mentio eſt. Hinc Syrus non malè quod eſt Heb. 6. 4. & 10. 32. φωτισθέντες interpretatur *baptizatos.* *Patris, Filii, & Spiritûs Sancti*, mentio in eam, quam dixi, ſententiam apparet & Act. 2. 38. ubi propriè de Baptiſmo agitur. Paulus quoque ad Titum, 3. 5. conjungit λουτρὸν παλιγγενεσίας καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου. Tertul. De Baptiſmo, *Carni noſtræ emergenti de lavacro, poſt vetera delicta columba Sancti Spiritûs advolat, pacem Dei adferens.* Verùm quidem eſt primis illis temporibus etiam aſpectabilia quædam Spiritûs dona baptizatis contigiſſe; quorum & Marcus h.l. meminit: ſed ea nihil aliud erant quàm acceſſio & ornamenta doni illius interni atque ad omnia tempora pertinentis, quod præcipuè Prophetæ ſpectaverant, vaticinati *omnes fore* θεοδιδάκτους. Hanc autem vetuſtiſſimam baptizandi formam eò libentiùs hîc cum ſuis teſtimoniis poſuimus, ut liqueat quoties in Actis, aut alibi, cùm de Baptiſmo agitur, *Chriſti* fit mentio, non item *Patris*, aut *Chriſti & Spiritûs* ſine *Patris* nomine, ex parte rem totam, quippe ſatis omnibus notam, deſcribi. Optimè Iren. 3. 20. *In Chriſti nomine ſubauditur qui unxit, & ipſe qui unctus eſt, & ipſa unctio in qua unctus eſt.* Quòd autem nonnulli ad infirmandum hoc Chriſti præceptum objiciunt, Apoſtolos non eſſe hoc baptizatos Baptiſmate, caret pondere. Nam ipſis qui ex Chriſti ore cœleſte dogma acceperant, non præcepit Chriſtus baptizari, ſed alios baptizare, quod fecerant. Tertul. lib. De Baptiſmo, *Illis vel primæ adjectionis & individuæ familiaritatis prærogativa compendium Baptiſmi conferre potuit.* Sed & ipſos baptizatos non iſto, ſed Johannis, Baptiſmo, ut de quibuſdam certum eſt, ità de cæteris cur negetur non video; præſertim cùm etiam Publicani ad id lavacrum veniſſe legantur [b]. Quòd formam Baptiſmi quidam his verbis contineri contendunt [c], [inter quos eſt Maldonatus;] ac ſi præciperetur Miniſtris, ut inter baptizandum hæc verba pronuncient, *Ego te baptizo in nomine*, &c. id hinc probari non poteſt [d], ſi quis pertinaciter tergiverſari velit [*]; imò à verbis & mente Chriſti penitus alienum eſt: nec magis hoc loco uſurpari hæc verba præcipit, quàm cùm præcipitur *omnia* à nobis *fieri in gloriam Dei*, 1 Cor. 10. 31. mandatur ut ad ſingulos actus dicamus, *Hoc facio in gloriam Dei* [f]. Inter Judæos controverſum erat de vero *Meſſia*, inter Gentes de vero Deo; congruè ergò baptizabantur Judæi *in nomine Jeſu*, Act. 2. 38. inter Gentes, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti*, ut, deſertis falſis diis, unum verum Deum profiterentur. Audi hæc, ô Ariane, & Sociniane [g]. Ex hoc loco veteres & naturæ unitatem, & Perſonarum pluralitatem in Deo colligebant [h]. [De quo vide Authorem, vel Scriptores Polemicos.]

20. *Docentes eos ſervare*, &c.] Oſtendit neque fidem neque baptiſmum ſufficere ſine obedientia [i]. Doceri non aliud Chriſtus jubet quàm ipſe præceperat. Quare certum eſſe debet in illis totam religionis ſubſtantiam conſiſtere, nihilque traditum ab Apoſtolis ad ſalutem neceſſarium (nam conſiliorum, & eorum quæ pro locorum & temporum ratione ad εὐταξίαν ordinantur, alia eſt ratio) extra præcepta Chriſti. Cùm duplex ſit docendi ratio, alia per modum εἰσαγωγῆς τῶν στοιχειωδῶν, (*introductionis in elementa*, ſive *principia*,) alia per modum διδασκαλίας, (*plenioris doctrinæ* [k],) prior ſuprà videtur indicari verbo μαθητεύειν· id enim eſt, velut *in diſciplinam initiare*, & Baptiſmo præponitur: poſterior, verbo διδάσκειν, quod hîc poſt Baptiſmum locatur [l]. Sic Luc. 1. 4. κατήχησις eſt prima inſtitutio, quam ſequitur ἐπίγνωσις τῆς ἀσφαλείας. Sic Apollos, Act. 18. 25. dicitur κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου. Ab Hebræis diſcrimen hoc, ut pleraque veteris Chriſtianiſmi, apud quos שמעתא eſt ἡ κατήχησις, quam poſtea ſequebatur אגדתא fuſior explicatio, & מחלי ἡ δευτέρωσις. Clemens Alexand. Strom. 6. γνῶσιν eſſe ait τῆς πίστεως πλείωνα ἐπέκεινα τῆς κατηχήσεως, (*fidei conſummationem ultra catecheticam inſtitutionem.*) Alibi εἶδος διδασκαλικὸν facit duplex, τὸ μὲν τῆς παιδαγωγίας, τὸ δὲ ἐποπτικόν, quod & ἴχνος & μαθηματικὸν vocat. Pythagorici, ut idem Clemens notat, diſcipulos communioris notæ ἀκουσματικοὺς vocabant; alios autem τοὺς γνησίως ἀντεχομένους τῆς φιλοσοφίας appellabant μαθηματικούς. De iis vide Malchum in Vita Pythagoræ. Origenes commune omnibus ſapientum ſectis ait fuiſſe ut alios haberent λόγους ἐξωτερικούς, (*ſermones communiores*, ad quoſvis auditores;) alios, ἐσωτερικούς, (*ſermones familiares.*) Vide initium c. 6. ad Hebræos [m]. ¶ *Vobiſcum ſum*] Quà ἄνθρωπος, nempe favore & auxilio meo, quod *præſentiam* ſuam vocat [n]. q. d. Adſum vobis, & faveo [o]. Non loquitur de præſentia viſibili, nec de corporis præſentia etiam in Sacramento, ſed de præſentia ſpirituali & inviſibili [p]. q.d. Licèt corpore abſens, virtute tamen præſens, ero [q]. Videtur aſcenſus Chriſti in cœlum adeò notus fuiſſe omnibus Chriſtianis in Palæſtina ut de eo nihil Matthæo opus fuerit dicere. Nam cum quingentis illis apparuit Chriſtus, haud dubiè futurum Aſcenſum ipſis ſignificavit: obiter tamen hîc indicatur: eſt enim ἀνθυποφορά. Abiturus quidem ſum in cœlum, nec adero vobis aſpectabili modo, ſed adero vobis Divinâ efficaciâ. Notandum enim eſt *eum aliquo eſſe* peculiariter de Deo dici, Jud. 6. 12, 13. Jer. 1. 8. Act. 7. 9. Marcus autem & Lucas, cùm extra Judæam viventibus ſcriberent, meritò Aſcenſûs hiſtoriam adjecerunt. Johanni id facere opus non fuit, ut qui Παραλειπόμενα ſcriberet, omittens aliis dicta, niſi ſi quid contextus hiſtoriæ deſiderabat [r]. ¶ *Omnibus diebus*] i.e. In omne tempus [†]. ¶ *Uſque ad conſummationem ſeculi*] i.e. Uſque ad finem mundi [t], ſi ſcilicet tamdiu vivere poſſetis, h. e. ſemper adero vobis. Similiter 1. Tim. 6. 14. *Denuncio tibi ut ſerves hæc mandata uſque ad illuſtrem illum adventum Domini*, &c. h. e. Ità ſerva ut quotidie Chriſtum exſpectes; atque ità ut, ſi tibi ad id uſque tempus eſſet vivendum, tamen nihil remittas de ſtudio [v]. More ſuo alloquitur Apoſtolos tanquam victuros ad finem mundi, quia incertum omnibus eſſe vellet id tempus. Nos autem qui eos tamdiu non vixiſſe ſcimus, intelligimus, quòd in Apoſtolis hîc includat eorum ſucceſſores [x]: id quod de veris eorum ſucceſſoribus concedimus: nam piis Paſtoribus ſemper adeſt, ſed indè non ſequitur ſemper fore pios Paſtores [y]. Quid ſit συντέλεια τοῦ αἰῶνος ſatis apparet ſuprà 13. 39, 40, 49. & 24. 3. Poſt id tempus, cùm Chriſtus Regnum traditurus eſt Patri, aderit nobis, ſed non eo modo de quo hîc agitur, ad imbecillitatis noſtræ ſubſidium. Quare poteſt τὸ ἕως hîc propriè accipi. Hinc autem maniſeſtiſſimè apparet voluiſſe Chriſtum ut Apoſtoli aliis, illi rurſum aliis *viris fidis*, &c. 2 Tim. 2. 2. munus illud magiſterii commendarent. Nam, cùm promiſſio hæc ad *conſummationem ſeculi* ſe extendat, Apoſtoli autem tamdiu victuri non eſſent, omnino hîc Chriſtus in Apoſtolorum perſona cenſendus eſt etiam ſucceſſores ejus muneris compellâſſe [z]. Non poſſumus non ea addere, quibus Arabs Evangelium Matthæi claudit. *Abſolutum eſt exemplar Evang. Matt. Apoſtoli, quod ſcripſit in terra Palæſtina auxilio Spiritûs Sancti Hebraicè, octo annis poſtquam —— Chriſtus in cœlos aſcendit, primo anno Regni Claudii Cæſaris Regis Romani.* Qui annus erat 41. à nato Chriſto. Quæ partim conveniunt cum Syro, dicente Matthæum prædicâſſe Hebraicè in terra Palæſtina; partim cum vetuſtiſſimo Bezæ Codice, in quo erat, *Finis Sancti Evangelii ſecundùm Matthæum. Amen. Editum eſt iſtud ab eo, octavo poſt anno à Chriſti ſurſum aſſumptione* [*].

[b] G. [c] Ga. adv. 4. 29. [d] Pi. [*] Mal. [f] Ga. ib. [g] Li. ho. & chron. [h] Bru. [i] Mal.

[k] G. [l] G. ſim. Bru. [m] G. [n] Mal. ex Chryſ. Hi. Proſp. &c. ſim. Mc. T. Bru. [o] V. [p] Bru. [q] Be. ſim. Bru. [r] G. [†] Be. Bru. [t] Bru. [v] Cam. [x] Bru. [y] Cam. [z] G. [*] Di.

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

MARCUM.

PROLEGOMENA. Marcum Judæum fuisse, & ἑβραΐζοντα magis quàm ἑλληνίζοντα, quanquam sermonis utriusque mediocriter gnarum, locutio evincit. Neque verò Romanorum quisquam noscitari quîsset ex communi tam multis prænomine. At Judæi, quoties in partes Asiæ interiores, aut in Europam, venirent, solebant sibi ad Judaicum nomen alterum adsciscere Græcum aut Romanum, quo apud exteræ gentis homines noscerentur. Ità Barsabas dictus *Justus*, Simeon, *Niger*; Johannes quoque ille Mariæ filius, Barnabæ consanguineus, cui cum Paulo frigusculum intercessit, sed facilè sanatum, ut inter bonos fieri solet, *Marcus* vocabatur: quem multi hunc nostrum Scriptorem putant [a]. Quibus quominus assentiar moveor veterum auctoritate, qui hunc Scriptorem *Johannem* nunquam, *Marcum* semper, vocant [b], & ità Petro addunt comitem ac discipulum, ut non tantùm de Barnaba, sed & de Paulo quem Johannes Marcus post illud frigusculum sectatus est, Col. 4. 10. 2 Tim. 4. 11. Philem. 24. nihil meminerint. Adde, quòd Johannes Marcus inter primos Christianos conversus, 1 Pet. 5. 13. nam tales peculiariter *filios suos* Apostoli vocabant, 1 Cor 4. 15. Gal. 4. 19. Philem. 10. Fieri potest ut hic Scriptor Hebræum nomen habuerit ab illo Latino non abludens, sicut Jesus, Oniæ frater, *Jasonem* se dici voluit; Saulus se *Paulum* vocavit. Nam & hodie quibus *Mardochæo* nomen est, *Marci* appellantur [c]. Plerique volunt, & verisimile est, hunc Marcum illum fuisse de quo 1 Pet. 5. 13. quem Iren. Euseb. Epiphan. &c. Petri discipulum comitémque in prædicatione Evangelii fuisse tradunt [d]. Vivente Petro scriptum à Marco hunc Librum Clemens Ὑποτυπώσεων 6. prodidit: cum quo pugnare videtur Irenæus, qui eum scriptum refert μετὰ τὴν τούτων (nempe Petri & Pauli de quibus ibi loquitur) ἔξοδον. Sed ἔξοδος potest ibi exponi non *excessus* Apostolorum, quomodo plerumque eam vocem sumi fateor, sed eorundem discessio ab urbe Roma. Præcesserat enim, *Petro & Paulo Romæ Evangelizantibus*: ut tempus scriptionis notet Irenæus, postquam Petrus à Roma in Babyloniæ partes reversus, Paulus autem in Hispaniam digressus sit, unde aliquot post annos Romam redierint. Sed verius erit veterem sequi Codicem, in quo, pro τούτων ἔξοδον, est, τούτου ἔκδοσιν, i.e. *post editionem Evangelii a Matthæo conscripti*. Docet nos Tertul. à multis Marci Evangelium vocatum esse Petri. [Verba ejus vide in G.] Justinus quoque, Evangelicæ historiæ Libros sæpiusculè appellans ἀπομνημονεύματα ἀποστόλων, hunc etiam, & Lucæ Librum, eo nomine comprehendit. Putet fortè aliquis hoc Evangelium vocari ex Petri nomine ab eodem Justino, cùm dicit, καὶ τὸ εἰπεῖν μετωνομακέναι αὐτὸν Πέτρον ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ γεγράφθαι ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν αὐτοῦ γεγενημένον καὶ τοῦτο. Sed ambiguum, illud αὐτοῦ ad Petrum, an ad Jesum, de quo scripti sint illi Commentarii, referatur. Circumferebantur primis seculis & alia Petri dicta, quibus postea collectis nomen quidam fecerant, Κήρυγμα Πέτρου. Sed Marcus ea scribere satis habuit quæ ad vitæ, mortis, & resurrectionis, Christi historiam pertinebant, omissis ferme dogmatis, ut quæ à Petro sæpè inculcata satis Romani memoriâ tenebant. Vide Papiæ verba hac de re apud Eusebium fine lib. 3. Johannem illum Marcum unum fuisse ex LXX Christi Discipulis negare nolim. De hoc Marco cur id minùs credam, jam satis dictum arbitror. Neque verò si id creditum fuisset antiquitus, prætermissum esset ab Irenæo, cùm ἡ αὐτοψία Scriptoris ad tuendam contra sectarios Libri auctoritatem maximum habitura fuerit momentum. At Papias etiam apertè prodidit à Marco Dominum non auditum, sed scripta ab ipso quæ, à Petro audita, memoria suggerebat. Græcè autem scripsit Marcus, quanquam in gratiam præcipuè Romanorum; sicut & Paulus ad Romanos Epistolam Græcâ scripsit linguâ, quia Judæi qui Romæ agebant, plerique Latini sermonis ignari longâ per Asiam & Græciam habitatione Græcam linguam didicerant, & Romanorum vix quisquam erat non Græcè intelligens. Latinam verò Marci Versionem veterem esse, & ejusdem à quo versos habemus cæteros Evangelii Libros, ipsa Versionis similitudo facit probabile: ad quam Versionem quædam Græca exemplaria mutata esse multis locis apparebit [*].

[a] G. [b] G. sim. Mal. [c] G. [d] Mal. [*] G.

CAP. I.

1. INitium (vel, *Principium*, Be. Pi. &c.) *Evangelii*] Sub. *hujusmodi fuit*, Bru. vel, *ità se habet*, Zeg. sic Bru. nempe ut sequitur [f]. Hæc verba absolutè ponuntur [g], & sunt Tituli loco [h]. q. d. Sequitur, aut incipit, Evangelium, &c [i]. Hæc seorsim lego [k]. Sic & Hebræi, & ex Græcis Herod. Thucyd. &c. historiarum libros inchoant [l]. *Evangelium* hìc dicitur, vel, Evangelica narratio, cujus, inquit, initium hoc est [m]: vel, Novum Testamentum, ut significet Marcus Johannem fuisse finem Veteris, initium Novi, Testamenti [n]: vel, ipsum κήρυγμα à Christo pronunciatum, ut diximus ad Matthæum [o]. Sensus esse videtur, Christi prædicatio tale habuit principium, quale Prophetæ venturi Messiæ prædicationem habituram esse prædixerant [p]. Hoc, nempe historia de ministerio Johannis, ex collat. v. 4. &c. est principium historiæ Evangelicæ de Christo [q]. Hujus initium Marcus esse dicit τὸ κήρυγμα (*prædicationem*) Johannis, quippe prævium *prædicationi Christi*. Vox enim ἀρχῆς ambigua est, ut notat Aristoteles, Ἀρχῶν αἱ μὲν ἐνυπάρχουσαι εἰσιν, αἱ δ' ἐκτός (*Principiorum alia inclusivè sumuntur, alia exclusivè.*) Hoc posteriore significatu ἀρχὴ sumitur. Nam Johannis baptisma manuductio ad Christi disciplinam fuit [r]. Significat Marcus, sibi non esse propositum scribere historiam nativitatis, infantiæ, &c. Christi [†], quæ aliis scribenda mandabatur [t], sed [tantùm] res quas gessit ac perpessus est jam adultus, incipiendo à prædicatione Evangelii [v]. Ministerium & baptismum Johannis vocat *initium Evangelii*, h. e. novi illius seculi, quod Prophetæ modò vocant *ultimos dies*, ut Esa. 2. 2. Mic. 4. 1. modò, *regnum Dei*, Dan. 2. 44. & 7. 14. modò, *gratum annum Domini*, Esa. 61. 1. modò, *novum cælum*, *& novam terram*, Esa. 65. 17. Hoc meritò statuitur seculi illius initium, respectu tum, 1. doctrinæ Johannis, quæ non erat Justificationis per opera Legis perfectè præstita, *Fac hoc, & vives*, sed doctrina Fidei & Pœnitentiæ [x]: Johannes, Messiam

[f] Bru. [g] Plerique in Mal. Heinf. [h] Er. Zeg. Plerique in Mal. [i] Mal. [k] Be. ad v. 4. ex Er. [l] Be. ib. [m] Heinf. [n] Q. in Mal. [o] G. [p] Me. ex Mal. [q] Pi. [r] G. [†] Pi. [t] Li. Chron. p. 8. [v] Pi. [x] Li. harm. part. 1. p. 126.

Messiam digito demonstrans, initium indicavit עולם הבא, *mundi futuri* [y]: tum, 2. baptismi; qui olim exigebatur à Proselytis in Ecclesiam Judaicam admittendis, jam etiam à Judæis requiritur, ut significetur, Judæos & in novam professionem initiandos esse, & in unam cum Gentibus Ecclesiam compingendos [z]. Per novum Sacramentum admissionis in Ecclesiam ostium aperuit novæ Ecclesiæ [a]. ¶ *Jesu Christi Filii Dei*] Hoc in ipso exordio præfatur Marcus, tanti cognominis veritatem sequentium rerum magnitudine probaturus [b]. Hoc titulo Christus insignitur, quando baptizatus erat, & prædicationem Evangelii inchoaturus. Talem fuisse auctorem Evangelii sciri oportuit, quia Evangelium, 1. plenaria erat patefactio voluntatis Dei Patris: 2. eversio erat rituum Mosis: 3. ad Israelem, hactenus populum Dei peculiarem, Gentes adjunxit: 4. erat doctrina de fiducia in altero collocanda ad salutem. His autem omnibus solus *Christus*, *filius Dei*, sufficit [c]. Usum esse Marcum Matthæi Evangelio, apertum facit collatio: Quo magis mirum videri potest ea quæ ad nativitatem Christi pertinent, cùm à Matthæo essent tradita, præterita esse à Marco. Mihi hoc succurrit, habitam à Marco & hominum & temporum rationem. Romani certè, quorum rogatu scripsisse creditur, recentes à Paganismo, facilè tale quid erant imaginaturi quale apud ipsos de Alcmena, Leda, Danae, Ilia, narrabatur. Similibus de causis Apostoli tum in orationibus, tum in Epistolis, vix ejus rei meminerunt. Quòd si Petrus ea de re silendum sibi judicavit, ea vel una causa Marco satis justa fuit non attingendi hanc historiæ partem, cujus passim prædicandæ necessitas tunc maximè cœpit cùm extiterunt qui Christum ψιλὸν ἄνθρωπον (*merum hominem*) dictitarent [d].

2. *Sicut scriptum est in Isaia propheta*] De hujus Scripturæ veritate dubitari miror, cùm, præter Codicum auctoritatem & Irenæum ità citantem, manifesta sit veterum interpretum, Syri, Latini, Arabis, consensio [*]. Ità legunt & Chrysost. & alii eo vetustiores, teste Epiphanio, & Græci Codices omnes ætate Hieronymi [f], & Victor Antiochenus, ex Origene [g]. Germanam puto hanc lectionem, nam & Matth. 3. 3. Luc. 3. 4. Joan. 1. 23. ubi de Joanne ministerium suum ineunte differitur, unius Esaiæ testimonium citatur [h]. Neque verò Porphyrius adduxisset hunc locum contra Christianos, nisi ea constans fuisset Codicum lectio; neque Christiani in solvenda Porphyrii objectione laborâssent. Adde, quòd hujus lectionis mutandæ causa apparet; alterius mutandæ nulla esse potuit. Nimirum Esaiam citârat Matthæus, quem sequitur Marcus; sed ut certiùs appareret quis ille esset de quo egit Esaias, interpretem addit majori Vati minorem, Esaiæ Malachiam: quem nominare insuper habuit, quòd Esaiæ auctoritas esset illustrior, nec quicquam esset in verbis Malachiæ cujus non sententia & apud Esaiam exstaret [i]. Duo vaticinia, prius Malachiæ, hoc versu, posterius Isaiæ, v. seq. in unum à se conflata Marcus, compendio usus, uni Isaiæ tribuit, tanquam antiquiori, celebriori, &c [k]. Solet quidem Novum testamentum duo interdum loca unâ citatione conjungere, tunc autem prior est locus ille cujus citationem præ se fert, ut Act. 7. 7. hic autem prior hujus citationis pars non est in Esaia, sed in Malachia [l]. Verùm etiamsi Malachiæ locus Esaiæ h. l. præmittatur, quia tamen id explicationis tantùm gratiâ fit, ut locus Esaiæ meliùs intelligatur, atque in Esaiæ verba præcipuè mentem intenderit, ut ex Matth. 3. 3. apparet, ubi solus Esaiæ locus profertur, non inconcinnè solus Esaias memoratur, sicut Matth. 21. 4, 5.—*per Prophetam* (i.e. indubiè Zachariam, c. 9. 9.) *dicentem*, *Dicite filiæ Sionis*, *Ecce Rex tuus*, &c. prima tamen verba, *Dicite filiæ Sionis*, non sunt Zachariæ, sed Esaiæ, c. 62. 11. quæ quum hic emphaseos tantùm causâ addantur, non ineptè sub unius Zachariæ testimonio veniunt. Alteram tamen lectionem potiùs germanam putârem [m]. Ὡς γέγραπται ἐν Προφήταις] Ità omnes nostri vetusti Codices, exceptis duobus, & vetustissimo, in quibus est prior lectio [n]. Sic etiam legunt Arabs unus, & Irenæus bis, l. 3. c. 11. & 18 [o]. & Theophylactus, & Euthymius [p]. Adde, quòd vulgatissimus apud Judæos erat hic mos citandi, ubi plura è pluribus Prophetis testimonia producta sunt, *sicut scribitur in prophetis* [q]. Scriptum aliquid dicitur *in lege*, Luc. 10. 26. *in libro Psalmorum*, Act. 1. 20. *in prophetis*, Joh. 6. 45. nusquam autem *in* hoc vel illo Propheta, sed *per* eum, scriptum dicitur. Congruit etiam hæc lectio cum vulgari S. Scripturæ divisione in *Legem*, *Prophetas*, & *Hagiographa*, Luc. 24. 44 [r]. Sed quæ causa immutandæ lectionis? Hic est totus nodus quæstionis. Suspicari mihi promptum est, in Codicibus Gentili-Christianorum lectum fuisse, *in prophetis*. Cùm autem Marcus hoc pacto transilire videretur à Propheta unius classis ad Prophetam classis alterius, idque retrorsum à Malachia ad Esaiam, id quod non adeò placuit Christiano-Judæis adhuc nimium Judaizantibus, eratque contra Judæorum morem & Canonem, [quem vide in Li.] ab his ergò pro, *in prophetis*, insertum est, *in Esaia propheta*. Et satis liquet, voluisse Marcum duo hîc loca citare; 1. ex Esaia, ut prædicationem Baptistæ illustraret: 2. ex Malachia, ut prædicationem istam probaret fuisse *initium Evangelii*, quod dixit [†]. *In Prophetis*, i. e in libris Prophetarum. Plur. num. utitur, vel per Synecdochen integri, vel quia recitat dicta ex duobus, Mal. & Esa [t]. Hæc porrò verba jungenda, vel, 1. cum sequentibus, ut sit oratio præpostera; q.d. *Fuit Johannes in deserto prædicans*, *sicut scriptum est*, &c [v]. Sed durum hoc & insolens. Nec propter Joannem hæc allata sunt, sed propter Christum, ut hunc probaret esse eum, ante quem Angelus mittendus erat, &c [x]. Vel, 2. cum antecedentibus [y]: ut dicat Marcus, Christi κήρυγμα eam habuisse προπαρασκευὴν (*præparationem*) quam vaticinia prædixerant [z]. ¶ *Ego mitto* (De re futura loquitur Propheta tanquam de præsenti, quippe de ea certus, &c [a].) *Angelum meum*] Vel, *Nuncium illum meum*, Be. unicum scilicet & eximium, Præcursorem Christi jam advenientis: alioquin omnes Prophetæ erant nuncii Christi venturi [b]. *Ego*, i. e. Deus Pater [c]. ¶ *Ante faciem tuam*] i. e. Ante te, vel ante adventum tuum [d]. In Heb. & Lxx est, *ante faciem meam* [*]. At Heb. & Lxx tantùm habent, *ante me*. In citationibus locorum non exigua sæpe est varietas tum in verbis, tum interdum in ipso sensu, ut unus locus alium illustret & pleniùs explicet. Apparet hoc ex collat. Gen. 10. 22, 23. cum 1 Chron. 1. 17. & Gen. 36. 12. cum 1 Chron. 1. 36. & 1 Sam. 25. 44. cum 2 Sam. 21. 8. & 2 Chron. 3. 15. cum Jer. 52. 21. Idem sæpe fit & in N. T. Ità h. l. ut verba hæc dicta à Patre intelligantur, vel de Filio, vel ad Filium. *Ante faciem meam*, i. e. ante Christum, qui est *imago Patris*, &c. Heb. 1. 3. & disertè vocatur *facies*, sive præsentia, Patris, Exod. 33. 14. *Ante faciem tuam*, i.e. ante te, ô Fili. Hæc autem mutatio personarum solennis est Hebræis, ut 1 Sam. 2. 1. Zach. 12. 10. & 14. 5 [f]. Hunc versum vide explicatum ad Matth. 11. 10. versum autem sequentem ad Matth. 3. 3 [g].

3. *Vox clamantis*] Vel, *clamaturi*, sub. *dicet* V. ¶ *Semitas ejus*] Pro *ejus* in præced. membro est, *Jehovæ*, & in Heb. & Lxx, *Dei nostri*. Unde constat, Messiam, qui hîc intelligitur, esse verum Deum, &c [h].

4. *Fuit*, &c. Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων] *Baptizabat Johannes*, Be. Pi. *Fuit* (vel, *Exstitit*, Val. Di. Camer. *Prodiit*, Camer. *Agebat*, sive *Degebat*: Sæpe enim verbum Substantivum cum Participio ità sumitur [i]:) *Johannes baptizans*, Di. ex Vulg. sic Pi. q.d. Quidam Joannes extitit qui baptizaret. Τὸ ἐγένετο à sequentibus separandum: nam, 1. à nuncupatione viri antè non nominati potiùs quàm ab ejus actione incipiendum fuit [k]. Verùm Joannis nomen celebrius erat quàm ut exordium esset altiùs petendum [l]. 2. Non dixit, ὁ Ἰωάννης, sed indefinitè, Ἰωάννης, i. e. *Joannes quidam*, sicut Joan. 1. 6. ἐγένετο ἄνθρωπος, *fuit homo quidam*. Malim tamen vertere, *venit Johannes baptizans*, &c. ut idem sit quod παραγίνεται, Matt. 3. 1. Sic *Levita* γενόμενος, *quum venisset*, &c. Luc. 10. 32. & *prope navem* γινόμενον, *venientem*, Joan. 6. 19 [m]. Al. Τὸ ἐγένετο rectè jungitur cum βαπτίζων [n]. Hebraismus est & Atticismus, *erat baptizans*, pro, *baptizabat* [o]. Sed & Plautus, *Sunt bibentes*, pro, *bibunt* [p]. Hoc loquendi genus actum continuatum designat, ut infrà 39. ἦν κηρύσσων & infrà 2. 18. ἦσαν νηστεύοντες [q]. ¶ *In deserto*] Scil. Judææ, Matth. 3. 1 [r]. h. e. in urbibus & vicis deserti, ut Jos. 15. 61, 62. 1 Sam. 23. 14, 24. primùm, ut veri simile est, in Hebrone, quæ quasi urbs deserti erat, cui etiam urbes aliæ suberant, ut colligi possit

[y] Li. ho. [z] Li. harm. ib. [a] Li. ho. [b] G. [c] Li. harm. [d] G. [*] G. [f] Mal. [g] Li. harm. 1. 128. [h] Be. [i] G. [k] Eru. [l] Li. harm. ib. [m] Di. [n] Be. [o] Li. ho. [p] Mal. [q] Li. ho. [r] Li. harm. [†] Li. ho. [t] Pi. [v] Q. in Mal. [x] Mal. [y] G. sic Mal. [z] G. [a] Ec. [b] Er. [c] Pi. sic Zeg. [d] V. [*] Be. [f] Li. harm. 129. [g] Mal. [h] Be. [i] Sch. [k] Di. ex Val. [l] Ec. [m] Di. [n] Ec. ex Er. [o] V. sim. Er. Ec. [p] Ec. [q] G. [r] Pi. sic Ham. Li.

sit ex 2 Sam. 2. 3. in qua & Johannes natus est. Ibi eos baptizabat quos prædicatione suâ Deo conciliaverat: deinde adibat loca circa Jordanem †, & regionem Hierichuntinam, vel illam quæ erat inter urbem istam & Jordanem, vel cis Hierichunta, versùs Hierosl. Quæ regio satis superque eremosa fuit, ut testantur Jos. Belli, 4. 27. & Saligniacus, tom. 9. cap. 5. ità tamen ut hominibus abundaret: nam in ea plures erant villæ: Urbs Jericho Jerosolymæ dignitate proxima erat: erant semper in ea 12000 sacerdotes: terebatur ista via à turba itinerantium [t]. ¶ *Prædicans baptismum pœnitentiæ* (i. e. baptismum pœnitentiæ conjunctum [v], vel, qui resipiscentiæ testificandæ atque profitendæ adhibebatur [x]: sub *resipiscentia* autem fides includitur, ex collat. Act. 19.4 [y]. sub. *quod pertinet*, seu *destinatum est*, Pi. (*in* (vel, *ad*, Bru. Pi.) *remissionem peccatorem*] Vel, 1. obtinendam [z]: vel, 2. testificandam, sive obsignandam. Hæc verba, *in remissionem*, &c. pendent, non à voce *prædicabat*, nec *resipiscentiæ*, sed à nomine *baptismum*, subaudito τὸ ἀνῆκον, *quod pertinet* [a]. Circumcisio obligabat ad obedientiam totius Legis, Gal. 5. 2. hic autem baptismus obligabat ad pœnitentiam, & ad quærendam in Christo justitiam nostram; hinc dictus *baptismus pœnitentiæ* [b]. Secutus hæc Marci verba est Lucas, 3. de quorum interpretatione, ut novos omittam, varia veteres tradidere. Tertullianus, *Actum*, ait, *baptismum pœnitentiæ, quasi candidatum remissionis & sanctificationis in Christo subsecuturæ. Nam quod prædicabat baptismum pœnitentiæ in remissionem delictorum, in futuram, inquit, remissionem enunciatum est. Siquidem pœnitentia antecedit, remissio subsequitur; & hoc est viam præparare: qui autem præparat, non idem ipse perficit, sed alii perficiendum procurat.* Et alibi ostendit *pœnitentiæ* se voce non vitæ emendationem, sed actus quosdam externos, intelligere: quod non videtur planè vero congruere. Non nego μετανοίας vocem strictiùs solere accipi; sed cur hîc ità accipiendam non putem, multis moveor argumentis. Primùm Moses & Prophetæ multis in locis remissionem peccatorum sperari jubent sub sola μετανοίας conditione. Plerumque autem addere solent *cordis* mentionem, ut internam conversionem simul cum externa à se intelligi doceant, Deut. 4. 29. 1 Reg. 8. 48. 2 Par. 7. 14. Neh. 1. 9. & 9. 28. Esa. 1. 16, &c. Jer. 18. 8. Ezec. 18. 30, &c. & 33. 14. Non est autem credibile, Johannem, majorem Prophetis, & plus lucis afferentem, minorem exegisse pœnitentiam quàm antegressi Prophetæ exegerant. Deinde Christus summam doctrinæ suæ eâdem voce proposuit, Matth. 4. 17. & Petrus Christi legatus, Act. 2. 38. Quare verius videtur Johannem μετανοίας nomine intellexisse omnes officii nostræ partes, & veram remissionem peccatorum, præsignificatam in Jubilæo; in cujus mentione LXX Interpretes vocem ἀφέσεως usurpant: neutrum tamen ab ipso plenè & enucleatè expositum: sed τὴν μετάνοιαν delineatam in suis rudimentis καὶ ὡς ἐν τύπῳ, tum malorum operum fugâ, tum quâdam bonorum inchoatione, Luc. 3. 11. remissionem quoque peccatorum descriptam immunitate ab ira Divina, Matth. 3. 7. Sed voluisse eum consummatam utriusque cognitionem à Christo peti, ad cujus magisterium suos relegabat, accepturos ejus beneficio non tantùm doctrinam omnibus suis partibus perfectissimam, sed & Spiritum illuminationis, fortitudinis atque constantiæ [c].

5. *Omnis* (vel, *Tota*, D.) *Judææ* (ab verb. *Judæa*, i. e. Judaica [d],) *regio*] Galilæa, Peræa, &c. quæ erant regiones Judææ latè sumptæ [*]. כָּל, *omnis*, dicitur de parte majore, aliquando & de minore [f]; ut Jer. 9. 26. *omnes gentes*, i. e. pleræque: nam quædam circumcidebantur, ut Ægyptii, Idumæi, &c [g]. ¶ *Et Jerosolymitæ*] Qui κατ' ἐξοχὴν hîc nominantur [h]. Generi speciem subjicit, vel partem toti, ut Jos. 2. 1. 2 Sam. 2. 30. 1 Reg. 11. 1. Psal. 18. 1 [i].

6. *Pilis cameli*] Vel, *camelorum*, Sy. in Di. netis & contextis [k]; ut ibi mos erat [l]. Orach Chajim, *Si conficiat vestem è pilis camelorum, & contexat in ea vel unum filum lini, prohibetur* ut Heterogenea [m]. At tales vestes pretiosæ erant, nec Joanni congruæ. Unius ergò cameli pilosa pellis intelligitur, quam induit, & cingulo firmavit, qualis erat *toga villosa* Eliæ: vide Heb. 11. 37. Innocentiæ, pœnitentiæ, & austeræ vitæ, signa hæc erant: hinc Pseudoprophetæ induerunt *vestimenta ovium*, i. e.

† Li. harm. — t Li. ho. — v Bru. — x Pi. sim. Bru. — y Pi. — z Bru. — a Pi. — b Li. harm. 138. — c G. — d Pi. Bru. — * Bru. — f D. ex Hc. — g D. — h Be. — i D. — k Bru. Q. in Di. Lu. Camer. — l Bru. — m Li. ho.

non ex lana ovium contexta, ex eo enim fiunt pretiosissima, sed μηλωτὰς, *pelles ovium* [n]. ¶ *Locustas*, &c.] Quas pauperes in escam venabantur, ut RR. notant [o]: [vide Li.] De his vide ad Mat. 3. 4 [p].

7. *Procumbens*] Humi scilicet [q]. Κύψας] *Incurvatus*, Be. Pi. *Cernuus*: Gestum exprimit famuli calceum Domino exuentis [r].

8. *Vos*] i. e. Vel, aliquos vestrum, ut 1 Sam. 8. 11. *filios vestros*, i. e. aliquos ex eis: vel, populum, ut Deut. 18. 15. *suscitabit tibi*, i. e. populo tuo †.

9. *Et*, &c. Καὶ ἐγένετο —— ἦλθε] Asyndeton, pro ἐγένετο ὅτι ἦλθεν [t]. Hebraismus, pro, *& venit* [v]. ¶ *A Nazareth Galilææ*] Sub. *urbe*, B. Addit, *Galilææ*, non distinctionis, sed descriptionis, causâ [x], & ut ostenderet cur Jesus dictus *Nazarenus* [y].

10. *Ascendens*] Vel, 1. Jesus [z]: ad quem sermo dirigitur v. seq [a]. Vel, 2. Johannes [b]: cujus potissimùm causâ editum est hoc signum, Joan. 1. 33, 34 [c]. Potest per Ellipsin ad Johannem referri. Vide quæ ad Matthæum. Nam tam Johannes quàm Christus ex aqua ascenderant. ¶ *Apertos*] Ità Matthæus, unde & Glossema natum hoc loco, ἠνοιγμένους [d]. Σχιζομένους] *Diduci*, Er. V. *Scissos*, Val. Marcus modum quo visum est aperiri cœlum expressit, non sensim, sed uno impetu, ut ea quæ scinduntur. Quod signum videtur fuisse perrupturi subitò obstantia Regni cœlestis [*].

11. *In te*, Ἐν ᾧ] *In quo*, mutatâ personâ [f]. Hæc lectio ex Matthæo est [g]. Alii habent, ἐν σοὶ [h]. Ità Syrus, Latinus, & Codices Græci aliquot [i]. Ità tria vetusta exemplaria, & vetustissimus Codex [k]. Ἐν ᾧ tamen legunt Chrys. Euthym. & Th [l].

12. *Et statim*] Auditâ hâc voce [m]: immediatè post baptismum [n]. Forsan hîc notatur diligentia, vel, 1. Christi, statim se ad pugnam accingentis: vel, 2. Diaboli statim in eum irruentis [o]. Christus, in munus suum jam inauguratus per baptismum & unctionem Spiritûs S. (ut sacerdotes legales ablutione & unctione, Levit. 8. 6, 12.) Messiam agit ducémque salutis, & ad prælium cum serpente se offert, ut constaret, se eum esse de quo Gen. 3. 15 [p]. Qu. Quì *statim*, cùm *alterâ die*, τῇ ἐπαύριον, *postridie*, Christus ibi visus sit, Joan. 1. 35, 36? Resp. 1. Ἐπαύριον abusivè ibi ponitur pro *altera quapiam die*. 2. *Statim* h. l. non momentum, sed breve temporis intervallum, significat: *statim*, i. e. antequam prædicaret, aut miracula faceret, aliámve actionem publicam aggrederetur [q]. Εὐθὺς, i. e. non multò pòst. Nam dies unus aut alter intercessit, Joh. 1. 29 [r]. At ibi sermo est de Christo non jam baptizato, sed ad baptismum veniente †. Non insuetatum est ut εὐθὺς ità usurpetur, ut Joh. 13. 32. Cur tempus hoc tam diligenter notetur, alii alias adferunt conjecturas. Mihi non displicet quod quidam tradiderunt, Fortè in Christi persona nobis ostendi quid Christianis postquam baptizati sunt, i. e. postquam seculo renunciârunt, immineat; novum scilicet certamen adversùs malignos spiritus: qua de re ad Matthæum aliquid diximus [t]. ¶ *Spiritus*, Τὸ πνεῦμα] *Spiritus ille*, V. Sanctus [v]: vox ἅγιον additur in quodam M.SS. & in meo Cod. vetustissimo [x]. ¶ *Expulit*, Ἐκβάλλει] *Egit*, Ca. *Ejicit*, Mo. Pi. *Expellit*, Er. Il. Ti. Be. Bru. Pi. Mal. V. Li. harm. ut verbum sumitur Luc. 9. 40. Gal. 4. 30, &c [y]. Non quasi Christum invitum & reluctantem extruserit, sed quòd Divino motu impulsúque eum ex hominum conspectu abripuerit [z], & à comitatu suo ad Jordanem separaverit, non sine vi quadam visibili, ut Act. 8. 39 [a]. *Seriò emittit*, tantùm non vi adhibitâ [b]. Al. *Emittit*, V. Er. Val. Ham. ut verbum sumitur Mat. 9. 25, 38. & 12. 20, 35. & 13. 52. Jac. 2. 25. vel, *Exponit*, i. e. eum ope destitutum relinquit, ut sumitur in Aristot. *Corvus*, inquit, ἐκβάλλει, *exponit pullos* [c]. Al. Ἐκβάλλειν pro ἄγειν ponitur, Joh. 10. 4. Sed simplicior expositio est, *jubet discedere*; quomodo eadem vox usurpatur Mat. 9. 25. & infrà hoc ipso cap. 43 [d]. *Tulit*, Pers. *Eduxit*, Sy. Æth. Ar. sic Tre. Lucas habet, ἤγετο, *agebatur*, interno scilicet Spiritûs motu, ut Rom. 8. 14. Gal. 5. 18. Matthæus, ἀνήχθη, *sursum ductus est*, nempe à Jordane, cujus situs humilior erat, ad montes deserti; vel, ut alii, sursum in aera abreptus, donec ad desertum venerit [*]. Vel, *ulteriùs ductus est*: nam in deserto jam erat, ubi scilicet Joannes prædicabat & baptizabat, v. 4 [f].

n Di. — o Li. ho. — p Bru. — q Bru. — r G. — † Li. harm. part. 1. p. 165. — t Sch. — v V. — x Mal. sim. Be. — y Be. — z Bru. Er. in Be. Li. — a Bru. — b Bru. Pe. Sch. Pi. — c Be. — d G. — * Idem. — f Bru. — g G. — h Bru. sic G. — i Bru. — k Be. — l Mal. — m Bru. — n Li. harm. part. 2. p. 8. sim. Mal. — o Mal. — p Li. ib. — q Mal. — r G. — † Mal. — t G. — v Be. Bru. — x Li. — y Be. — y Li. harm. 2. 2. — z Bru. ex Be. — a Li. ib. — b Sch. — c Ham. — d G. — * Li. ib. — f G.

13. *Et erat*] Id est, agebat continuè [g]: vel, degebat [h]. ¶ *Eratque cum bestiis*] Nonne sine causa hoc adjecit Marcus, ut significaret [i]; 1. non quamvis, sed desertissimam, fuisse hanc solitudinem [k], ubi feræ securè degebant, leones, ursi, lupi, pardi, serpentes, quales ibi frequentes: 2. innocentiam Jesu, quam & feræ in ipso agnoscebant, ei non nocentes, sed applaudentes [l]. Erat ab iis intactus, ut Adamus ante lapsum [m]. Simul allusum videri potest ad locum Jobi, 5. 22, 23 [n]. ¶ *Et Angeli ministrabant ei*] Cibum & cætera [o]; nempe post absolutam tentationem, Mat. 4. 2, 3 [p]. Marcus hanc historiam, ut multas alias, compendio tradit, ad majora properans [q]. Al. Quadraginta diebus tentabatur à Satana invisibiliter, & ministrabant ei Angeli visibiliter. Induit tandem Satanas quoque Angelum lucis, & famulari ei, etiam ut reliqui, præ se ferens, tentationis hamum abdit artificiosius [r].

14. *Postquam—traditus est*, &c.] Scil. in carcerem †, ut Mat. 4. 12 [t]. Vide Mat. 14. 1, &c [v]. Similis ellipsis in hoc verbo apud Demosth. *Postulavi*, inquit, παραδοῦναι, &c. *ut ancillas traderet*, nimirum ad quæstionem de illis habendam [x]. ¶ *Venit Jesus in Galilæam*] Non statim post reditum à solitudine, neque hic unicus erat Christi reditus in Galilæam [y]: [de quo videsis Mal.] Mat. Marc. & Luc. tacent de rebus à Christo per annum integrum gestis: quem tamen defectum supplet Johannes, cap. 4 [z].

15. *Impletum est tempus*] Tempus uberrimæ Dei gratiæ destinatum [a]; tempus salutis per Christum exhibendæ: tempus à Deo præfinitum, Patribus promissum, piis desideratissimum [b], prædictum à prophetis [c]; Dan. 2. 32, &c [d]: *Plenitudo temporis*, Gal. 4. 4. Eph. 1. 10. צפירה, πέρας, Ezec. 7. 6*. ¶ *Et appropinquavit*; ità Be. Pi. Ἤγγικεν *Appropinquat*, Er. V. Malim, *Advenit*, Di. ex Sy. ut Rom. 13. 12. dies ἤγγικε, *jam adest*. Non intelligitur h.l. Regnum Dei esse in procinctu ut veniat, sed jam advenisse quia Rex aderat, & Evangelium, quod ipsum nomine *regni cœlorum* passim indigitatur, jam prædicabatur. Vide dicta ad Mat. 24. 32 [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ] Pro, εἰς τὸ εὐαγγέλιον, *in Evangelium*. Phrasis qualis Exod. 14. ult [g]. vel, ἐν hìc abundat [h]. *Credite Evangelio*, Be. Pi. Malim, *in Evangelio*. Sensus est, non modò veritati Evangelii credendum, sed & in ea doctrina omnem salutis fiduciam ponendam [i]. Verum est, Hellenistas ἐν & εἰς post πιστεύειν eodem sensu usurpare. At quòd האמין cum ב Lxx & Apostoli sine præpositione per Dativum interdum transferunt, quasi sit האמין cum ל, id non tam est ex vocum proprietate quàm quia interdum res ipsa efficit ut in idem recidat utraque locutio, quippe ubi de promissore, aut promissione, agitur. Alioqui, ut rectè notant Hebræi, האמין cum ל est, *fidem habere alicui personæ*, aut *dicto*; האמין cum ב est, *in aliquo fiduciam ponere*. Ità πιστεύειν εὐαγγελίῳ esset, *credere vera esse quæ dicebantur*; quomodo, לא האמנתי לדברים, dicitur, 1 Reg. 10. 7. At, πιστεύειν εἰς τὸ εὐαγγέλιον, sive ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, est, *in ea annunciatione spem suam locare*; quomodo Psal. 119. 66. dicitur, במצותיך האמנתי: ubi tamen Lxx ponunt, ταῖς ἐντολαῖς σου ἐπίστευσα: nimirum quia, ut dixi, res eòdem recidit. Quare & vetus Latinus Interpres hoc loco discrimen neglexit, alibi observatum [k].

16. *Simonem & Andream fratrem ejus*] *Ejus*, non Jesu, sed Simonis, quod emendatiora exemplaria Græca hìc addunt [l].

17. *Faciam fieri*, &c. Γενέσθαι, &c.] *Ut sitis*, Be. Pi. Γίγνεσθαι sign. *esse* potiùs quam *fieri*, aut *effici*. Sic Homerus deos vocat αἰειγενέτας, *qui sunt semper* [m].

20. *Cum mercenariis*] Habet emphasin, quòd patrem reliquerunt, cui quæstuosa erat ipsorum opera, quando & conductis ministeriis utebatur [n].

21. *Et statim*] Simulatque licuit, cùm primùm congregata Synagoga fuit. Notat diligentiam Christi, qui nullam docendi occasionem neglexit [o]. ¶ *Sabbatis*] Id est, *Sabbato*, ut Syrus & Latinus. [At Latinus habet, *Sabbatis*, in Bru. Mal. &c.] Vide quæ ad Mat. 12. 1 [p]. Τοῖς σάββασιν] *Sabbato*, Be. Pi. &c. Plurale pro sing [q]. ut diximus, Matth. 12. 1. Act. 16. 13 [r]. Sic 1 Mac. 2. 28. 41. & in Lxx ad Num. 28. 10. collat. cum 1 Par. 23. 31 †. Al. *Sabbatis*, Er. Il. Mo. Ti. &c. singulis scilicet [t], ut Psal. 63. 7. *Invigiliis*, nempe singulis [v]. Adjecit & hoc Marcus non sine causa, ut contempti Sabbati calumniam à Christo arceret. Hoc verè erat Sabbatum colere, adire pios cœtus, & in meditanda Lege occupari. Ità enim id quod est Levit. 23. 3. usus antiquissimus interpretabatur, ut nos docet illud Act. 15. 21. Et Paulus *voces prophetarum* ait solitas *per omne Sabbatum legi*, Act. 13. 27. Item testatur Josephus contra Appionem, Ἑκάστης ἑβδομάδος, &c. (*Quolibet die septimo eos, operibus missis, colligi jussit ad legem audiendum*, &c.) Et Philo, Ἱερὰ ἡ ἑβδόμη, &c. (*Dies septimus sanctus habetur, in qua abstinentes ab operibus suis conveniunt in loca sacra, quæ synagogæ vocantur, ubi unus libros legit* —, populus verò *docetur pietatem, justitiam*——, *scientiam*—*& bonorum, & malorum, & indifferentium*, &c.) Adde Luc. 4. 16, 31. & 13. 10. Act. 13. 14, 44. & 17. 2. & 18. 4 [x].

23. *Homo in spiritu immundo*; ità Mo. Ἐν πνεύματι, &c.] Sub. ὢν, *existens* [y]. Sic Græci dicunt, ἐν ἐγκλήματι εἶναι, & Latini, *In culpa esse* [z]: &, *in armis esse*, i. e. armatum esse [a]: &, *in febri esse*, quem totum febris occupat. Ità hìc, *in spiritu*, &c. quem spiritus inclusum tenebat atque devinctum, & pro arbitrio suo agebat [b]. Al. *in*, i.e. *cum, spiritu*, &c [c]. nam ità ב usurpant Hebræi, ut Exod. 15. 19 [d]. *in quo erat spiritus impurus*, Be. P. simil. Pi. Ca. &c. *quem vexabat spiritus*, &c. Pers. *dæmoniacus*, Æth. præditus spiritu impuro *; in quo erat, vel quem invaserat, spiritus impurus [f]. Actus à Diabolo, ut Prophetæ dicuntur esse *in spiritu*, Apoc. 1. 10. & *habere spiritum Dei*, Dan. 4. 8. *Immundus spiritus* hìc dicitur oppositè ad *Spiritum Sanctum*, & propriè est spiritus erroris & seductionis, ut est Zach. 13. 2. Apoc. 16. 13, 14. Hoc homine usus est Diabolus tanquam Enthusiastâ, sive Prophetâ, ad fallendum populum, cùmque à Christo abducendum, ut apparet ex historia [g]. Historiam autem hanc Matthæo aut præteritam, aut verbis generalibus comprehensam, primus posuit Marcus, & post eum Lucas, secutus propè ipsa Marci verba; quod & alibi facit [h]. ¶ *Exclamavit*] Vel, 1. dolore de præsentia & sanctitate Christi: vel, 2. metu nè pelleretur. Testimonium hoc Christus clarum esse voluit & omnibus notum [i].

24. *Dicens*, λέγων Ἔα] Τὸ ἔα vox est tragica, quam vix alibi in soluta oratione legere memini. Utitur tamen & Lucas, 4. 34 [k]. Est vel verbum, *sine*, ab ἐάω, *sinere* [l]: vel adverbium, sive interjectio [m], ut multa verba in adverbia degenerant, ut ἄγε, ἄπαγε, *obsecrò*, &c [n]. Non assentior putantibus aut verbum esse, aut interjectionem ex verbo. Est enim omnino Hebræum הה, & אהה, unde Græci fecerunt ἔα. Apud Æschylum Prometheo est, ἆ ἆ ἔα ἔα. Latini pro eodem *ab* solent dicere [o]: [ut hìc vertunt Er. Il. P. Mo. Be. Camer. V. Pi.] *Eia*, Ti. *Heu*, Ca. Ἔα, σχετλιαστικόν [p]. ¶ *Quid nobis est tibi*] Id est, Quid tibi nobiscum, scil. rei aut causæ, est? Cur nos torques [q]? Non te vexamus, sed peccatores [r], qui nostri juris sunt †, & immundi ut nos [t]. Vide Matth. 8. 29 [v]. Dicit, *nobis*, quanquam unicus hìc erat, sciens eandem sui & sociorum esse rationem, Jesúmque omnibus bellum indixisse [x]. ¶ *Jesu Nazarene*] Populari cum nomine appellat [y], à loco educationis [z], sed fraudulenter, ut populum falleret, nè Jesus putaretur Messias, quem sciebant omnes Bethlehemi nasciturum [a], Matth. 2. 5 [b], Joh. 7. 42 [c]. Idem est Ναζωραῖος [ut alibi vocatur,] & Ναζαρηνός. Nam eas terminationes Orientis nationibus promiscuè usurpari rectè observavit Stephanus, libro De urbibus. Ità Ἐσσαῖοι & Ἐσσηνοί. ¶ *Venisti perdere nos?*] Percunctativè legendum puto, ut apud Matthæum. Neque verò aliud hìc ἀπολλύειν quàm in Mat. βασανίζειν, ut in Comœdiis, *Di te perduint* [d]. Pro tormento est impuro spiritui quoties malefaciendi potestas ipsi adimitur *. Hoc est mittere εἰς ἄβυσσον, Luc. 8. 31. Contrà, cùm Dœmoni ad vexandos homines fræna laxantur, dicitur aperiri ἄβυσσος ut in Apocalypsi. Ad hoc ingenium accedunt homines quidam, in quos illud quadrat, *Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses* [f]. *Perdere nos*, i. e. auferre nobis quam habemus in homines potestatem [g]. Al. *nos*, fortè Galilæos istos in Synagoga. Dicunt Magistri, *In ista generatione in qua veniet Filius Davidis, Galilæa devastabitur, & Galilæi vagabuntur de civitate in civitatem, & misericordiam non consequentur.* Si talis fama apud gentem obtineret, aptissimam indè occasionem nactus est Diabolus,

g Bru. h Sch. i G. k G. sim. Bru. Mal. l Bru. m Li. ho. sim. Bru. n G. o Bru. p Pi. G. sic Bru. q G. r Li. ho. † Pi. sim. Be. Camer. t Be. v Pi. x Be. y Mal. z Li. harm. 2. 50. a G. b Bru. c G. sic Bru. Pi. Med. &c. d Med. l. 1. dissert. 25. p. 135. * G. f Di. g Pi. sim. D. h Be. i Di. k G. l Bru. m Be. n G. o Mal. p G. q Be. Pi. sim. D. r Be. sic D. † D.

t Mal. ex Bru. v Mal. x G. y Be. Bru. Pi. z Be. a Mal. b Bru. c G. Heinf. Pi. d G. * Pi. f Camer. g Li. harm. 3. 186. h G. i Bru. sic Mal. k Caf. l Bru. ex Be. m Er. Bru. n Bru. ex Be. o G. p Camer. q Bru. r Mal. ex Bru. † Mal. t Bru. v G. x Bru. y G. sim. Bru. z Bru. a Be. Eru. b Be. c Bru. d G. * G. sim. Bru. f G. g Mal.

Diabolus, in hoc Dæmoniaco, terrendi Galilæos à receptione Christi, quippe quòd nihil iis ab ejus adventu exspectandum præter devastationem[h]. ¶ *Scio qui sis*, Ὁ ἶδά σε τίς εἶ] Pro, οἶδα τίς σὺ εἶ. Ità Luc. 4. 34. Joan. 5. 42. 1 Cor. 16. 15. Atticorum est pro Recto Accusativum assumere, Corinth. 63. Accusativus à parte anteriore positus pro Nominativo à parte posteriori. Budæus, In his non tam perplexa quàm variata constructio videtur, quia nomen à suo verbo ad aliud transfertur. Demosth. Καὶ αἰσθάνεσθε τούτους ὅτι εἰσὶ βίαιοι. Plato, Reip. 5. Γνώσεται τὸν Ἡσίοδον ὅτι τῷ ὄντι ἦν σοφός. Sic & Latini, Terent. Eun. *Scin me, in quibus sim gaudiis*. Plautus sæpe. Atticismus autem hic potissimùm habet locum cum tribus [verbis,] οἶδα, ὁρῶ, φοβοῦμαι, & qui iis synonyma. Isocrates, Encom. Hel. π. οὐκ οἶδε Πρωταγόραν, καὶ τοὺς σοφιστὰς ὅτι χαλεπὸν, &c. Xenoph. ἀναβ. 4. ὡς ὁρᾷ τὸν Καλλίμαχον ὃ ἐποίει. Ità Cicero, *Nosse aliquem quis sit*. Terent. And. *Observes filium quid agat*. Stephanus ad Corinth. cap. 6. 16 ||. [Sensus hujus loci:] Agnosco & confiteor te Christum esse, tantùm abest ut contra te aliquid moliar. Quare non est quòd nos vexes[i]. Verè hoc nôrunt[k]: mira est Dæmonum intelligentia[l]. Multis jam argumentis colligere incipiebant mali spiritus, Jesum esse promissum illum Messiam, ut patet infrà v. 34. & Luc. 4. 41[m]. Vult autem malus Dæmon Jesum blanditiis demulcere, cui se certando imparem erat expertus*. Confessio hæc erat, vel, 1. coacta[n]; vel, 2. voluntaria, sed ex metu pœnæ profecta[o]. ¶ *Sanctus*, &c. Ὁ ἅγιος, &c.] *Sanctus* (vel, Nimirum *sanctus ille*, Be. sic V. Pi. Er. Camer. Bru.) *Dei*, Bru. &c. Messias[p]: *sanctus*, non ut Prophetæ sancti vocantur, sed absolutè & sine adjectione, ut Deus, Esa. 1. 4. & 37. 23[q]. *Sanctus sanctiorum*, Danieli, 9. 24[r]. Idem est quòd *filius Dei* in exclamatione alterius Dæmonis, Mat. 8. 29†. Confer & Luc. 4. 41[t]. & Luc. 1. 35[v]. Sanctum eum vocat, vel ex S. S. v. g. Psal. 16. 10. vel quia Messias eo nomine celebratus erat[x].

25. *Et*, &c. Καὶ ἐπετίμησεν, &c.] *Et objurgavit eum*, Be. Bru. Pi. præcepit severè minisque additis[y]. ¶ *Obmutesce*; ità Er. Il. Be. Ca. Φιμώθητι] Tale illud infrà 4. 39. πεφίμωσο. Sic καθαρίσθητι, infrà 41. διανοίχθητι, 7. 34. ἐγείρου, Luc. 5. 24. Vim magnam habent id genus verba: non enim actum voluntarium exigunt, sed ostendunt loquentis vim effectivam, tam circa naturas ratione utentes quàm circa alias: qua de re diximus & alibi*. Ad verb. *Capistrator*, Pi. *Occlude os tuum*, Tre. ex Sy. tanquam fræno ori injecto[z]. Vide & Luc. 4. 41[a]. Testimonium Dæmonis, tametsi verum, Christus respuit[b]: 1. tanquam invidiosi, & in ipsa confessione petulantis, & malè adulantis. 2. Illius erat præconium immundi spiritûs respuere cui sancti abundabant[c]. 3. Quia Christus hoc nondum sciri voluit, nec temere & intempestivè prædicari, sed paulatim sciri[d]. 4. Noluit à patre mendacii accipere testimonium veritatis*. 5. Ut vitaret Pharisæorum calumnias, nè cum Dæmonibus consuetudinem habere videretur[f]. Confer Act. 16. 18[g].

26. *Et*, &c. Καὶ σπαράξαν, &c.] *Et* (vel, *Quum*, Er. Il. Be. &c.) *discerpens* (vel, *discerpsisset*, Er. Il. P. Be. Pi. sic Æth. vel, *laniasset*, Ti. sic Camer. Ca.) *eum*, Mo. Miror hanc vocem (quæ de iis propriè dicitur qui in partes discerpuntur, ut de Pentheo & Hippolyto commemorant) in hujusmodi historiis usurpari, in quibus obsessi illæsi manebant. Quare ad Hellenistas recurrendum, qui τὸ געש, & τὸ המה, istâ voce interpretantur, ut Jer. 4. 19. σπαράσσεται ἡ καρδία μου, h. e. πάλλεται, κινεῖται, σείεται, *vibratur*, *movetur*, aut *quatitur*. Quid quòd apud Esaiam Symmachus תרעלה σπαραγμὸν interpretatur, quemadmodum & Medicorum filii σπαράττειν στόμαχον cùm jubent, nihil quod noceat, præscribunt. Adde, quòd hoc verbum per σπαράσσειν Critici exponunt, ut nihil præter vehementem intelligas concussionem, sive motum[h]. Syrus hic vertit, *projecit*, [sic & Pers.] at Marc. 9. 18. *allisit*, quod non est prorsus repudiandum[i]. *Cùm conturbâsset ipsum*, V. Σπαραγμὸν inter alia Græci usurpant pro *convulsione*, quæ σπασμὸς alioqui frequentiùs dicitur: neque aliud hîc puto intelligi. Solent enim Dæmoniaci nervorum convulsiones perpeti: quas sequitur oris despumatio, Luc. 9. 39. & infrà Marc. 9. 20. ubi verbum idem est: [ubi dicenda favente Deo vide] Atque eò magis hoc loco hæc interpretatio admittenda est, quia vexatio ista, sicut iracundiam Dæmonis ostendit, ità transiit sine corporis noxa, ut Lucas docet, 4. 35[k]. *Cùm dilaniâsset*, non evulsis membris, sed convulsis & solo prostratis, quod Lucas ait, extentis atque huc illuc jactatis, quasi discerpere hominem voluisset[l]. Σπαράττειν, propriè, *lacerare*[m], hîc est, *torquere*, atque *cruciare vehementiùs*[n]. Hoc fecit Dæmon, se discedentem videns, præ dolore & rabie[o]: ut quantum & quamdiu posset noceret. Permisit hoc Christus, ut constaret, & quanta esset vis atque malitia Dæmonis[p], & quanto iste malo liberatus esset[q]. ¶ *Et exclamans voce magnâ*] Non articulatâ, quam Christus vi sua inhibuerat, sed inarticulatâ, quam exprimebat doloris impatientia[r]: horribili edito ejulatu, quasi victus à majore potestate. Hoc permisit Jesus ut liqueret, & hominem verè obsessum fuisse à Dæmone, & Dæmonem non sponte, sed invitum, exire, ideóque se non colludere cum Dæmonibus, ut objecerunt Pharisæi†.

27. *Ità ut*, &c. Ὥστε συζητεῖν, &c.] *Ità ut mutuò quærerent* (vel, *disputarent*, Camer.) *inter se*, Be. Pi. More hominum attonitorum[t]. ¶ *Quænam doctrina hæc*] Tam efficax scilicet[v]. Quis hic docendi modus tot miraculis confirmatus[x]. ¶ *Quia in*, &c. Καὶ ἐξουσίαν, &c.] *Per potestatem* (vel, *Cum autoritate*, Be. Er. pro suo jure[y], pro imperio[z], simplici jussu[a]:) *etiam spiritibus*, &c. Pi. Solebant quidem Judæi exorcistæ invocatione quadam Divini nominis fugare Dæmones. Sed nemo ante hoc tempus id fecerat pro imperio, ut Christus. Vide infrà 9. 25. Rectè igitur colligunt oportere novum magnúmque dogma esse quod novâ neque visâ hactenus potestate armatur[b].

28. *In omnem regionem*, &c. Τὴν περίχωρον, &c.] Scil. γῆν[c]. *Circumjacentem*, V. *Regionem circumjacentem*, Be. Pi. *Regionem undique finitimam*, Er. q. d. Non modò per totam Galilæam, sed etiam per vicinas regiones[d]. Malim hîc tantùm intelligi universam Galilææ regionem circumquaque. Hebraicè dicitur, בכול חבל הגליל *per totum tractum Galilææ*. Sic Deuter. 3. aliquoties, כול חבל ארגוב, *omnem tractum Argob*; Lxx verterunt, πᾶσαν τὴν περίχωρον Ἀργόβ*. Non multùm refert fama hæc extra Galilææ fines, an duntaxat extra Capernaumum per Galilæam, sparsa credatur. Sensum posteriorem amplectuntur hîc Syrus & Latinus. Et sanè ἡ περίχωρος passim in his Libris est idem quod χώρα, ut Luc. 8. 37. Et sic פלך vertunt Græci, Neh. 3. 9. & sequentibus. Ità infrà 6. 55. & Matth. 14. 35. dicitur ἡ περίχωρος ἐκείνη, sine additamento; imò & apud Lucam in hac ipsa historia, 4. 37. ut & apud Lxx, Deut. 3. non semel. Veruntamen alteri interpretationi favet quod apud Matthæum est circa hæc tempora, *Et fama ejus exivit in totam Syriam*[f].

30. *Dicunt*, &c.] Discipuli aut affines[g], hoc magis soliciti quòd periculosior esset febris in senili corpore: Μικρὰ γηραιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή· (*Minimum discrimen senilia corpora sternit*.) Hujus quoque historiæ circumstantias ex Petro propiùs didicit expressitque Marcus[h].

32. *Vespere*, &c.] Hæc est secunda ὀψία, ut alibi annotatum[i]. ¶ *Cùm*, &c. Ὅτε ἔδυ, &c.] Vox ἔδυ potest esse vel Præt. imperf. vel Aorist. 2. Sed parvi refert[k]. *Cùm occidisset*, Er. sic Pi. Malim, *Cùm occideret sol*, vel, *Occidente sole*: nam Luc. 4. 40. est Particip. præsens, δύνοντος[l]. Sed mallem illud cum Vulgato exponere per præteritum, quàm h. l. per præsens[m]. Nam laborantes Sabbato vetitos non attingebant Judæi ante Solem planè occasum[n]. Sabbati dies hic erat, ut ex superioribus constat[o]. Ex hoc loco apertè colligitur, Judæos Sabbatum vesperâ inchoâsse, & vesperâ absolvisse, & locum illum, Levit. 23. 32. non solùm de die expiationis intelligendum, ut videri possit, & nonnulli accipiunt, sed de quolibet Sabbato, quod & Judæorum monumenta extra controversiam ponunt[p]. [De quibus vide Cl. Authorem.] Dicuntur δύειν quæ aquam subeunt: quare hoc dicendi genus profectum est ex vulgi opinione, qui Solem mergi putabat Oceano[q]. Δύειν Græcis rectè dicitur quicquid visui se subtrahit. Lxx in Joel. 2. 10. ἄστρα δύσουσι τὸ φέγγος αὐτῶν· ubi in Hebræo est קדרו. De Solis occasu reperitur & in Græco, Jud. 19. 14. Mergi autem sidera cùm aspectui nostro se subtrahunt ideo dixerunt Poetæ, etiam Aratus; quia, ut solebant τὰ τεχνικὰ eloqui popu-

h Li. ho. || Ga. i Bru. k Bru. Mal. l Bru. m G. * G. sim. Bru. ex Th. n Beda in Mal. o Mal. p G. q Mal. r Bru. G. ex A.E. † G. sim. Bru. Mal. t G. v Mal. x Bru. y Bru. * G. z Bru. a G. b Bru. c G. ex Tertul. d Bru. * Mal. ex Chrys. & Euth. f Mal. sim. Bru. g Bru. h Heins. i Di.

k G. l Bru. m Mal. n Mal. sim. Bru. o Mal. ex Chrys. sim. Bru. p Bru. q Bru. sim. Mal. ex Th. r G. † Bru. t Bru. ex Be. v Mal. x Bru. y Be. z Be. Bru. a Bru. b G. c Bru. ex Be. d Be. * Di. f G. g Bru. h G. i G. k Bru. l Be. m G. n G. sim. Mal. ex Th. & Euth. o Mal. ex Th. p Li. harm. 3. 190. q Bru. ex Be.

popülariter, τ' Ὁρίζοντα *Oceani* nomine appellabant, ut à Strabone, Theone, atque aliis, rectè observatum est [r].

34. *Et curavit multos*] Non omnes qui adducebantur, quia non omnes credebant [†]: imò *omnes*, Matt. 8. 16. Luc. 4. 40 [t]. non multos ex eis qui offerebantur, sed quia qui offerebantur multi erant [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὐκ ἤφιε, &c.] *Et non sinebat*, &c. Er. Tre. Ti. Be. Pi. &c. Ἤφιε habent omnia exemplaria, cùm potiùs dici solet ἀφίει. Puto igitur Aoristum secundum esse ab ἵω, quod valet πέμπω. Sic infrà 11. 16 [x]. In Homer. Il. ζ'. est, ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, & [Luc. 11. 4.] ἀφίεμεν· utrumque ab ἀφίημι· at ἤφιε est ab ἀφίω minùs usitato [y]. Vox sanè [ἤφιε est] μονήρης, (*semel occurrens*,) quam nemo observavit extra Marcum, qui infrà iterum sic loquitur. Sed neque ἀνάλογον flexionem facilè reperies; nisi quod quidam harum rerum eruditi putant esse ab ἀφίω, ut ἤλιτε ab ἀλιτέω. Sed & hoc Poeticum est. Si qui Codices haberent ἠφίει, dubitandum non esset quin ea lectio esset præferenda [z]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ᾔδεισαν αὐτὸν] Τὸ ὅτι hîc ponitur, vel, 1. εἰδικῶς (*specificativè* [a].) *Quòd ipsum nôssent*, Be. Pi. Bru. G. i. e. ipsius κλῆσιν (*vocationem* [b]:) quis scilicet esset, i. e. Christum esse; quod Lucas exprimit [c]. Illi enim verè aliquem nôrunt qui attributa ejus nôrunt. Quòd cùm videretur obscurius, adjecit aliquis ex Luca, interpretamenti causâ, Χριστὸν εἶναι· quod non esse genuinum vetusti Codices & antiqui Interpretes evincunt. Quæ causa Christum moverit, suprà vide [d]. Vel, 2. αἰτιολογικῶς (*causaliter* [*].) Potes ergò locum sic exponere; Propterea quòd ipsum nôssent [f], nec tacere scilicet possent id quod nôssent. Noluit autem Christus Diabolo prædicante cognosci [g]: nè videretur cum eo commune aliquid habere, & quia Diaboli munus non est prædicare [h]. *Quòd sciebant eum*, vel, *Ut dicerent hæc verba, Nos scimus te Christum esse*, V.

35. *Et*, &c. Καὶ πρωῒ, ἔννυχον λίαν] *Et in aurora antevertens*, Tre. ex Sy. Ἔννυχον hîc est adverbium [*]. Ἔννυχον, pro, κατ' ἔννυχον [†]. *Et manè, valde multâ nocte*, P. Be. Pi. sic Er. Il. V. &c. *Et manè primo crepusculo*, quum multum adhuc noctis fuit [i]. At Luc. 4. 42. est, *Factâ autem die* [k]. [Quî conciliantur?] Resp. Noctu [l], & ante lucem, discessit, nè cognosceretur discedere [m]; sed cùm dies instaret, quod Lucas dicit, γενομένης ἡμέρας. Nam vox ista γενομένης modò jam exactum, modò præsens, modò imminens, tempus significat [n]. Lucas auroram, obscuram licèt, *diem* appellat, quia diei initium est [o]. Judæi, quamvis diem naturalem inchoarent ab occidente Sole, mediam tamen noctem distinctam periodum habuerunt, quæ diem à die distingueret, ità ut determinaret *rem diei in diem suum*. Hinc Judæi dicunt, *Vespertinæ Phylacteria recitari possunt usque ad mediam noctem*: &, *Sacrificia pro delictis comedi possunt usque ad mediam noctem: ità & minùs sanctæ oblationes*: &, *Mundatio altaris holocaustorum cœpit à media nocte*. Quorum locorum sensus est, Quum hæc eodem die peragenda erant, neque in crastinum differenda, si quid ante mediam noctem præstitum fuerat, id eodem die factum credebatur. Ut autem diem præcedentem extendebant usque ad mediam noctem, ità à media nocte inchoabant manè diei sequentis. Atque hinc forsan lux aliqua inferri possit quæstioni de tempore inchoandi Sabbati Christiani. Hoc enim manè erat sequens Sabbatum. Conferri hoc possit cum Exod. 12. 22, 29, 33. & Deuter. 16. 1 [p]. ¶ *Egressus abiit in desertum*] Tum ut laudem humanam fugeret: tum ut oraret [q]. In Urbe enim præ turba secedere non poterat [r].

36. *Et*, &c. Καὶ κατεδίωξαν] *Et prosecuti* (vel, *insecuti*, Camer.) *sunt eum*, Be. Bru. Pi. &c. velut fugientem, ut sæpe solebat ad precandum, &c [†]. Καταδιώκειν hîc minùs propriè pro διώκειν, eo sensu quo dixit Theocritus, —τὰ φεύγοντα διώκει. Sed in his Libris perpetuum est ut διώκειν de persona dictum persequi significet *lædendi animo*; de re, contrà, *studio consequendi & obtinendi*. Paulus in utraque significatione usurpavit, Rom. c. 12. v. 13, 14 [t]. רדף, καταδιώκειν, interdum valet, *prosequi consequendi & obtinendi gratiâ*, ut Psal. 23. 7. & 38. 21 [v].

37. *Omnes*] Capernaitæ [x].

38. *Eamus*; ità Be. Pi. &c. Ἄγωμεν] Syrus legit, ἄγετε, *ite*, sed perperàm [y]. Ità quidem vertit, *ite*, sed perperàm; an & ità legerit, nescio: nam & Joan. 11. 15. ἄγωμεν vertit, *ite*, sub. *nobiscum*: ità res clara esset: nam & Arabs hîc habet, *ambulate nobiscum*, i. e. ambulemus [z]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις] *In contigua* (vel, *continua*, Mo. *proxima*, Val. Cas. Ham. *finitima*, Ca. *proximos*, Er. Il. Ti.) *oppidula*, P. Be. Pi. Mo. Ca. vel, *oppida*, Val. *municipia*, vel *oppidula*, *rusticana*, V. vel, *vicos*, Er. Il. Ti. vel, *oppida & urbes*, Tre. ex Sy. sim. Pers. vicos qui essent instar urbium [a]. Vertò, *oppida*, quia vox composita est ex *vicus* & *urbs* [b]: quæ non sunt *urbes*, quia mœnibus carent; ampliores tamen quàm *vici* aut *pagi* [c]. Glossarium vetus κωμόπολις, *oppidum*, *conciliabulum* [d]. Tacitus cùm dicit, Hist. 5. *subversa longæ pacis opera haud procul castris in modum municipii exstructa*, κωμόπολιν describit. Talis κωμόπολις fuerat Bethsaida nuper oppidi speciem nacta. Πόλεις hîc dixit Lucas καταχρηστικώτερον, ut & 5. 12. Hebræorum Magistri quidam פרצות putant esse κωμοπόλεις. Sunt qui dissentiunt. Neque verò ità vertunt LXX. Ex Josepho constat in Judæa fuisse κώμας, &c. (*pagos urbium magnitudine*.) Hinc toties Scriptores nostri κώμην & πόλιν promiscuè usurpant. Sic & Poetis Græcis πόλιν dici quæ sunt κῶμαι notant Pollux & Harpocration, & exemplum adferunt in Eubæa, de qua dixerit Euripides; Εὔβοι' Ἀθήναις ἔστι τις γείτων πόλις [*]. Tres voces erant apud Hebræos, כפרים & כרכים & עיירות, quibus respondent πόλεις & κῶμαι & κωμοπόλεις. כרכים erant, 1. civitates mœnibus distinctæ: 2. civitates emporicæ, vel nundinales, & majores & nobiliores. [Vide Li.] כפרים erant villæ, aut pagi, in quibus non erat Synagoga. עיר, *urbs*, & urbes munitas denotavit, & oppida non munita, ubi erant Synagogæ; & villas ubi non erant. Hinc distinctio, *urbs magna & parva*, &c. עיירות erant κωμοπόλεις, h.e. oppida ubi erant Synagogæ, quæ tamen non erant vel munita, vel mercatoria [†]. Sunt porrò ἐχόμεναι, quæ cohærent, & continuantur, & vicina sunt [f], ἀπὸ τὸ ἔχω, quod *herere*, & *quasi affixum esse*, significat [g]. Hæc significatio vocis ἐχόμεναι desumitur ex usu ο'. qui eâ reddunt Hebræum אחר, Genes. 41. 23. 2 Sam. 21. 1. Psal. 68. 25. & 94. 15. Sic etiam reddunt מיד, Num. 2. 17. & octies præterea, item על יד & ליד, 1 Sam. 19. 3. Dan. 10. 4. nam pro ἐχόμενος ibi reponendum ἐχόμενον. Sic & in N. T. ἐχομένῃ ἡμέρᾳ est, *dies sequens*, Act. 21. 26. Vide & Luc. 13. 33. Act. 20. 15. & notam ad Act. 13. 44 [h]. ¶ *Ut & ibi prædicem*] Tacitè respondet ad id quod Apostoli insinuârunt, debere eum reverti Capernaum, ubi frequentiam habuit, & applausum auditorum. At, inquit, non tam frequentia & celebritas, quàm necessitas, spectanda est, Satis illis datum, docendæ sunt & aliæ urbes, ubi minor frequentia, sed major fructus [i]. ¶ *Ad hoc enim veni*; ità Sy. Ἐξελήλυθα] *Egressus sum*, Be. Pi. &c. Patris missu, ut Lucas explicat, 4. 43. Sic & Joh. 16. 28 [k]. à Patre in mundum [l]: vel, in lucem prodii [m]. Mandatum acceperat omnibus in Palæstina Judæis dogma suum promulgandi, nullo urbes aut agros habitantium discrimine [n].

39. *In Synagogis eorum*] Τῶν κωμοπόλεων [o]. Nam & in majoribus vicis quæ ad oppidorum accedebant magnitudinem Synagogæ erant, ut alibi annotavimus [p]: vel relativum est sine antecedente, ut Psal. 87. 1 [q].

40. *Et venit*, &c.] Vide [de hac historia] Matth. c. 8. v. 2, &c [r]. ¶ *Si vis*, &c. Ὅτι ἐὰν θέλῃς, &c.] Τὸ ὅτι sæpe redundat tum in S. S. ut Marc. 6. 14, 18. Act. 15. v. 1. tum in aliis Scriptoribus, Thucyd. 5. *Dixit iis qui secum erant*, ὅτι οἱ ἄνδρες ἡμᾶς ὑβρίζουσι. Xenoph. pæd. 7. *Unus ex ministris respondit* ὅτι, ὦ δέσποτα, οὐ ζῇ, &c. Demosth. ἀφαιρεθέντες λέγοντων, ὅτι ἀδικήσαντες ἡμᾶς ἄνδρες, &c. Plut. Apothegm. τῶν παίδων τῶν λεγόντων ὅτι ταῦτα κλαίει [*].

41. *Misertus*, Σπλαγχνισθεὶς] Non temere & hoc addidit Marcus, ut doceret, beneficia Christi ex intimo cordis affectu proficisci [†].

43. *Et comminatus est ei*; ità Er. Il. Ti. Mo. Æth. Ἐμβριμησάμενος] *Graviter interminatus*, Be. Pi. sic P. Ca. *Prohibuit*, Tre. sic Sy. Ar. Vide ad Matt. 9. 30 [t]. Ad verb. *Quum infremuisset in eum*, ut Joan. 11. 33, 38 [v]. Vim hujus vocis ostendunt, tum, 1. quod sequitur, ἐξέβαλεν αὐτόν· tum, 2. quòd eâdem voce utrumque denotant Hebræi: unde & Hellenistæ, cùm τὸ גער apud Esaiam invenissent, alii, cum Aq. ἐπιτιμᾶν, alii, ut Sym. ἐμβριμᾶσθαι, LXX autem cum efficacia ingenti, ἀποσκορακίζειν, quod est, ἐς κόρακας ἐκβάλλειν, *perdere ac exterminare*, reddiderunt [x].

Marginal references, left column: r G. — † Th. in Mal. — t Mal. — v G. sim. Bru. Mal. — x Be. — y Camer. — z G. — a Sch. ex Er. Be. &c. — b G. — c Bru. — d G. — * Q. in G. sic Sch. ex Luth. — f Bru. sic Mal. — g Bru. — h Be. — * Bru. — † Sch. — i Bru. — k Mal. — l G. — m Mal. — n G. — o Mal. ex Euthym. — p Li. harm. 3. 195. — q Mal. — r Li. ib. — † Bru. ex Be. — t Cas. — v Di. — x G. — y Be.

Marginal references, right column: z Di. — a Camer. — b Val. — c Be. — d Di. ex Cas. — * G. — † Li. ho. — f Sch. — g Be. — h Ham. — i Mal. — k G. — l Bru. ex V. — m V. — n G. — o G. sim. Bru. — p G. — q Mal. — r G. Bru. — * Ga. — † G. — t Idem. — v Pi. — x Heins.

44. *Pro*, &c. Περὶ τοῦ καθαρισμοῦ [σε.] *Pro* (Περὶ, pro ὑπὲρ, ut notatum ad Matt. 9. 36. & 26. 28 y.) *purificatione tui*, Be. P. &c. טהרה καθαρισμὸν in hoc negotio lepræ vertunt & LXX z.

y Be. z G.

45. *Diffamare*, &c. Διαφημίζειν τὸν λόγον] *Divulgare rem*, Ti. Be. Ca. Pi. &c. vel, *sermonem*, Er. Il. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε μηκέτι αὐτὸν δύνασθαι, &c.] *Ità ut jam non posset* (sub. *Jesus*, G. ex Sy. Pi. Be.) *manifestè introire*, &c. Be. Pi. Vox ista [δύνασθαι, vel potiùs voces, μὴ δύνασθαι,] & hìc & aliis in locis non τὸ ἁπλῶς ἀδύνατον significat, sed id quod secundùm naturæ ordinem multum incommodi habet ac difficultatis. Nam turbæ affluxu in locis angustioribus Christus premebatur. Hunc enim sensum nobis exhibent ea quæ sequuntur cap. seq. v. 2. ¶ *In desertis locis*] In locis littoralibus ubi explicare se turba poterat, ut colligi videtur ex cap. seq. v. 13 *.

* Idem.

CAP. II.

1. *Post*, &c. Δι' ἡμερῶν] Quid διὰ hìc valeat diximus ad Matt. 26. 61. Deest autem hìc more Hebræo τινῶν, ut apud LXX Gen. 4. 3. μεθ' ἡμέρας a. *Per dies*, Mo. Er. Val. *Ad dies*, Sy. *Post dies*, sub. *aliquot*, Er. Il. Tre. Ti. Ca. V. sim. P. Be. Pi. vel, sub. *paucos*, D. Interjectis diebus, inquit, sed paucis, an multis, non exprimit b. Διὰ, *per*, hìc est pro μετὰ, *post*, ut Matt. 26. 61. Act. 24. 17. Gal. 2. 1 c. Vide & Marc. 14. 58. Act. 1. 3 d. Locutio orta ex Hebraismo, ubi dicunt מקץ ימים, Gen. 4. v. 3 *. ¶ *In domo*; ità Er. Il. Pers. Æth. &c. Εἰς οἶκον] *Domi*, Sy. Be. Ca. Pi. P. Tre. *In domum*, Mo. *Intra domum*, Camer. quam sibi in Urbe delegerat, Matth. 4. 13 f. Εἰς οἶκον Atticè, pro ἐν οἴκῳ g.

a Idem. b Bru. c Bru. sim. Be. d D. * Be. f Idem. g Sch.

2. *Ità ut*, &c. Ὥστε μηκέτι χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν] Ad verb. *Ut non ampliùs capere neque quæ ad januam*, Mo. *Ità ut non posset eos comprehendere nè vestibulum quidem januæ*, Sy. sim. Ca. *Usque adeò ut domo non caperentur, nè quidem præ foribus*, Pers. Adeò *ut jam non caperent* (vel, *possent capere*, Tre.) eos, *nè ea quidem* loca *quæ* erant *ad* (vel, *circa*, Er. Il. Ti. vel, *ante*, Æth.) *ostium*, vel *januam*, Be. P. Il. sic Ar. Τὰ πρὸς τὴν θύραν, id est, τὸ πρόθυρον. Πρόθυρα Græcè dicuntur, inquit Vitruvius, *quæ sunt ante januam vestibula* h. Sensus planus est, nec domum, nec vestibulum & loca vestibulo vicina, eos capere potuisse i. ¶ *Verbum*, Τὸν λόγον] *Sermonem*, Be. D. Pi. &c. nempe Dei k, vel Evangelii l, qui passim ὁ λόγος vocatur, ut Matt. 13. 20. Marc. 8. 32. & 16. 20. Luc. 1. 2. & sine articulo, λόγος, Act. 17. 11. [at ibi est τὸν λόγον] & pleniùs, ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, Luc. 8. 11, 21. & alibi m. Sic usurpatur דבר, Prov. 13. 13. & 25. 2. Sic *præceptum*, pro *præcepto Dei*; *via*, pro *via Dei* n.

h G. i Be. k D. G. l Be. Bru. &c. m G. n D.

3. *Ferentes*, Φέροντες] i. e. *Adducentes*. Nam adducebant eum plures, cùm bajularent eum, ut sequitur, viri quatuor o; vel famuli, vel conducti homines. Indicat gravitatem morbi p. ¶ *A quatuor*] Qui quatuor lecti extremitates apprehendebant q.

o G. p Mal. q Pi.

4. *Non possent*, &c.] Vel, ob nimiam ostii angustiam r: vel, quia janua à turba undique obsepta est †. ¶ *Nudaverunt*, &c. Ἀπεστέγασαν τὴν στέγην] *Detexerunt* (sub. *loci*, Be. vel, sub. *ædium*, Pi. sic Bru.) *tectum*, Pi. Be. ex Er. Paronomasia t. Vel, *tabulatum*, Be. Eò autem paralyticum sursum trahunt per scalas, vel admotas, vel ibi antea fixas. Quærunt Hebræi de domo, in cujus parte inferiori habitat possessor, superior autem, ὑπερῷον, elocatur alteri, quâ viâ intrandum est illi qui cœnaculum habitat? an per ostium & loca inferiora? an scandendum est ad tectum per scalam extra domum appositam v. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐξορύξαντες χαλῶσι, &c.] *Et perfodientes* (vel, *perfosso*, sub. *eo*, Be. Pi. vel, sub. *tecto*, Er. Ti. sim. Ar. vel, *facto foramine*, Ca. vel, *abstulerunt umbraculum loci*, Tre. ex Sy. Spatium ostii dilatant, evulsis tegulis circumpositis x.) *submiserunt* (vel, *demittunt*, Er. Il. sic Be. P. &c. Sic καθιέχαλασιν usurpatur Jos. 2. 15 y. *funibus demittunt*, Pi.) *grabatum*, Mo. nempe, εἰς τὸ ὑπερῷον, *in cœnaculum*. Illic Christus erat, & Pharisæi, & legum Doctores, non in partibus domûs inferioribus. Mos Judæis erat, cum de Religione disceptarent, in cœnaculum ascendere. Schabb. cap. 1. hal. 7. *Hæ sunt traditiones quas docuerunt in cœnaculo Hananiæ*. Hierof. sanh. *Ascenderunt seniores in cœnaculum in Hierichunte: ascenderunt in cœnaculum in Jabneh*. Juchas. R. *Jochanan & discipuli ejus ascenderunt* εἰς ὑπερῷον, *& legerunt & exposuerunt*. Confer Marc. 14. 15. Act. 1. 13. & 20. 8 z. Pro κράββατον Lucas habet κλινίδιον a. Κράββατον, *grabatum*, idem quod σκίμπους, sive σκιμπόδιον b, ut notant Hesychius c, & Phrynicus †, erat lectus vilior d: ut patet ex Senec. ep. 18. & 20 *. Lectus humilior in quo meridiari solebant veteres f, non autem vel accumbere ad mensam, vel nocte quiescere g. Catullus pro *lectica* usus fuit h.

r Li. ho. † Bru. t Bru. ex Er. v Li. ho. x Idem. y G. z Li. ho. a G. b D. sic Be. G. c D. † G. d D. sic Bru. J. Cap. * J. Cap. f D. ex Be. g Be. h D.

5. *Dimittuntur*] Ità V. Ἀφέωνται] *Remissa sunt*, Be. Pi. i. e. ἀφεῖνται, ut post Herodianum interpretatur Budæus; vel, *Remissa sunto*, ut sit 3. pers. plur. conjunctivi pro ἀφῶνται· ut in Homero, quod notat Eustath. ἀφέω, pro ἀφῶ, & ἀφέη, pro ἀφῇ i.

i Be.

7. *Quis potest*, &c?] Uberiùs explicat Marcus quod Matthæus dictum à Legisperitis dixerat, *Hic blasphemat*. Non dixerat quidem Christus se paralytico peccata remittere: at illi tamen id ità accipiebant: nimirum quia is mos est odii omnia eò trahere quà patet calumniæ locus. Deum esse qui condonet peccata passim testantur Psalmi, Prophetæ, ipse Moses. At potestatem hanc homini cuiquam communicatam nusquam legebatur. Dicitur quidem Sacerdos in minoribus delictis *expiare hominem*; sed hoc *expiare* est ad remissionem præparare: sequitur enim, *& remittetur ei*. *Remittere* autem sacerdos non dicitur. Imò valde emphaticè dicit Deus, Esa. 43. 25. *Ego is sum qui deleo iniquitates*, &c. Et in Exod. 34. 7. inter Dei indigitamenta ponitur נשא עון. Sed propriè spectatum hìc puto Jobi locum, 14. 4. nam & eum Chald. par. ità exponit, *Quis potest mundum efficere eum qui inquinatus est peccatis, nisi Deus, qui solus potest remittere?* Annunciavit Nathan Davidi ablatum ab eo crimen; at ipsa condonatio Deo uni tribuitur, in nullam ejus partem veniente Prophetâ. Hinc colligebant hunc actum esse ἀκοινώνητον. Christus, qui verbis eis erat usus quæ possent & aliter accipi, cùm tamen ità ut res ipsa erat accipi videret, usus inimicorum malitiâ, apertè vindicavit jus sibi, ut homini, à Deo Patre concessum, insigne edens miraculum directè in ejus juris testimonium. Imò & ante miraculum Sanationis aliud edidit multò insignius, cùm intimas astantium cogitationes apertissimè sibi cognitas ostendit, quod Sacræ Literæ non minùs proprium Dei statuunt quàm peccata remittere, ut videre est 1 Sam. 16. 7. 1 Par. 28. 9. 2 Par. 6. 30. Psal. 7. 9. Jer. 17. 10. Neque verò valebat Legisperitorum argumentatio; Nunquam cuiquam id jus Deus concessit antehac, Ergò concedere non potest: Non habuerunt Prophetæ, Ergò nec habebit Messias k. San. fol. 38. 2. *Penès eum non erat potestas remittendi peccata nostra: Nos ergò eum repudiavimus*, &c. Repudiâstis quidem: at eheu quàm malo vestro l!

k G. l Li. ho.

8. *Spiritu suo*] Vel, 1. animo suo, ut Marc. 8. 12 m. vel, 2. Deitate suâ n: vi Spiritûs Sancti quo erat præditus o: non, ut Prophetæ, per afflatum p, vel alieno spiritu q, sed suo spiritu r, i. e. τῷ ἄκρᾳ μετοχῇ τοῦ αὐτολόγου, ut Origenes adv. Celsum loquitur. Nam quod veteres Christiani, etiam Justinus, vocant θείαν φύσιν, Origenes θείας φύσεως ἀπαύγασμα καὶ χαρακτῆρα, & τὸ ἐν τῷ νοουμένῳ ἀνθρώπῳ Ἰησοῦ θεῖον, ὅσπερ ἦν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ· idem solet & *Spiritus* dici, ut 1 Pet. 3. 18. Tertullianus, adv. Marcionem 1. *Jesus de cælo manare dignatus est Spiritus salutaris*; & 3. *Spiritus personæ ejus* (Dei creatoris) *Christus Dominus*: & adv. Praxeam. *Hic Spiritus Dei idem erit Sermo*, &c. Cyprianus de Idolorum vanitate, *Carnem Spiritus Sanctus induitur*. Ità enim habent [Libri] manuscripti. Lactant. De sap. 4. 6. *Incorruptibilem & irreprehensibilem Spiritum genuit, quem Filium nuncupavit*. [Plura vide ex Tertul. Lact. &c. in G.] Et quod Moses dixerat *Spiritum aquis incubantem*, id Λόγον Θεοῦ vertit scriptor antiquus, sed Christianus, Pæmandri. Vocatur ergò ἡ θεία ἐν Χριστῷ φύσις (*Divina in Christo natura*) *Spiritus*, non tantùm quòd *incorporea* sit, quomodo Patri id nomen convenit; sed etiam quia quod ad distinctionem Verbi & Spiritûs Sancti vocatur *generare*, Græcis interdum & ἀπαυγάζειν, id laxiori vocabulo etiam *spirare* appellabant, qualemcunque emanationem, aut, ut Tertul. loquitur, προβολὴν, eo nomine indicantes. Nam & *procedere*

m Pi. n Pi. Ham. sim. Bru. o V. p G. q Bru. r G. Bru.

cedere filium non minus quàm *derivari*, Tertul. adv. Praxeam dixit. Quomodo defendi possunt & Lactantius & alii quos cum Lactantio hac in parte ut Scripturarum imperitos accusat Hieron. Nam certè quin Trinitatem apertissimè agnoverit Tertul. dubitari non potest. Et quia plerique existimant Latinorum fuisse hoc proprium, ostendam etiam antiquissimos Christianorum qui Græcè scripserunt eundem ad modum locutos. Hermas, qualiscunque auctoritatis, certè vetustatis primæ, ut ex Irenæo & Clemente, ejus verbis utentibus, apparet, Pastoris libro, ut nunc divisio instituta est, tertio, *Illum Spiritum Sanctum qui infusus est omnium primus in corpore in quo habitaret Deus.* Justin. Apol. 2. τὸ πνεῦμα, &c. (*Spiritum igitur & virtutem Dei nihil aliud intelligere licet quàm* τὸν λόγον, *sermonem.*) Tatianus, λόγος, &c. (*Sermo cœlestis est Spiritus genitus ex Patre.*) Similiter Theophylus, Iren. 5. 1, [verba vide in G.] Sed quod maximè notandum, etiam post ortam cum Arianis controversiam & multis synodis excussam ità locuti sunt hi qui adversus Arianos scribebant, ut Phæbadius, *Apparet unum eundémque venisse nunc in nomine Spiritus, nunc in vocabulo Sermonis, nunc in appellatione Sapientiæ.* Quinetiam post natum cum Macedonio certamen mansit hoc loquendi genus. Scriptor dialogi eruditi adv. Apollinaristam, Χριστὸς πνεῦμα, &c. (*Christus est spiritus vivificus ratione Deitatis suæ.*) Epiphanius, 3. adv. hæreses, Ἡ ὑπόστασις, &c. (*Hypostasis Filii similis est hypostasi Patris: Filius quippe est Spiritus ex Patre.*) Chald. quoque par. quod apud Jobum est 4. 9. *à flatu Dei*, vertit, *à sermone Dei* [†].

9. *Quid*, &c. Τί ἐστιν εὐκοπώτερον, &c.] *Utrum* (vel, *Num*, Li. ho.) *est facilius, dicere paralytico, Remissa sunt tibi peccata; an dicere, Surge*, &c. Be. Pi. Sensus non improbandus. Sed φανερώτερον esset, quàm dicere, *Surge*, &c. Non enim de facilitate prolationis verborum loquitur, sed de facilitate sensûs: acsi dixisset Salvator, Num planior sive facilior sensus esset, quoad rem præsentem, dicere, *Remittuntur tibi peccata*, quàm dicere, *Surge*, &c [t].

12. *Abiit*, &c. Ἐξῆλθεν ἐναντίον πάντων] *Egressus est coram omnibus*, Be. Pi. &c. dantibus exeunti locum, quem negaverant advenienti [v]. Reddi possit, *contra omnes*; q. d. Ille non modò sanus factus, sed & robustus per turbam confertam & prementem pressit, & viam viriliter cum grabato succollato fodit [x]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε ἐξίστασθαι πάντας] *Adeò ut omnes mirarentur*, Sy. Vulg. vel, *percellerentur*, P. Be. *obstupescerent*, Er. Il. Be. Pi. sic V. *consternarentur* præ admiratione [y]: *extra se raperentur*, Pi. ἐξίστασθαι significat, *mentem alicujus veluti loco movere*; quemadmodum & ἐκπλήττειν [z]. ἐθαύμασαν, dixit Matthæus. Sed Marcus significantius quæsivit vocabulum quo magnus stupor exprimeretur. Lucas quoque Marcum secutus ἔκστασιν dixit; neque hoc contentus adjecit, καὶ ἐπλήσθησαν φόβου· quomodo ἐφοβήθησαν legimus apud Lxx, 1 Reg. 3. 28. Act. 2. 43. ¶ *Nunquam sic*, &c.] Vide Matth. 9. 33 [a].

13. *Egressus est rursus* (eò ergò prius perrexerat [b]:) *ad mare*] Quod ipsa urbis mœnia lambebat [c]. Quare? Resp. 1. Ut mercatores ibi habitantes doceret. 2. Quia volebat Matthæum piscari [d]; [i. e. vocare.]

14. *Et cùm*, &c. Καὶ παράγων, &c.] *Et cùm transiret*, sive *præteriret*, Tre Bru. Er. Il. Ti. &c. cùm ad partes maritimas iret, exeundum illi fuit per portam Caphernaumi maritimam, apud quam haud dubiè fuit vectigalarium, cùm domus publicani esset in media urbe. De *Levi* nomine ad Matthæum diximus [*]. ¶ *Ad telonium*, Τελώνιον] *Mensam* (vel, *Locum*, Er. officinam aut tabernam [f],) *publicanorum*, Er. V.

15. *Erant*, &c. Ἦσαν γὰρ πολλοί, καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ] *Erant enim multi, & secuti fuerant* (Meliùs, *qui sequebantur*, G. ex Vulg. ut Hebraismi vis reddatur [g]:) *eum*, Be. Vel, 1. Jesum [h]; vel potiùs, 2. Levin, quem αὐτῷ nomine hoc ipso commate designavit Marcus; ut sensus sit, Tunc cùm à Christo vocaretur multos adfuisse ipsi, ut ἀγγελλάνη minores publicanos, & id genus homines quos Judæi vocabant ἁμαρτωλούς. Eos autem Levin, de more, sectatos simul etiam ad mensam accubuisse: neque absterritum Christum [i]. En fructum prædicationis Jesu [k].

16. *Videntes*, &c.] Cùm intelligerent Jesum cum publicanis cibum sumere: neque enim aderant [l]. ¶ *Quare*, &c. Τί ὅτι, &c.] *Quid quod cum publicanis*, &c. Mo. *Quid ille cum*, &c. Tre. *Qui fieret ut cum*, &c. Ca. *Quare cum*, &c. Perf. Æth. *Quâ mente cum*, &c. Ar. *Quid* (sub. *est*, Er. Il. Be. &c. vel, sub. *hoc sibi vult*, V. vel, sub. *hoc rei est*, G.) *quod cum*, &c. Er. Il. P. Ti. Be. Pi. ¶ *Magister vester*] Ità & Syrus [m]. Imò apud Syrum non legitur [n], sed apud Arabem [o]. Græcè hoc omittitur, quasi præ contemptu haud nominent [p].

17. *Non veni vocare*, &c.] Additur Græcè, εἰς μετάνοιαν, *ad pœnitentiam* [q]. Hoc legunt Val. V. Di. ex Ar. Potiùs subauditur: adjectum est in Codicibus Græcis non omnibus, & in epistola Barnabæ, ubi eadem ponitur quæ hîc est sententia; cùm olim abfuisse Syrus & Latinus Interpretes (& duo ex vetustis exemplaribus [r],) testentur, & antiquissimus ille qui in Anglia est Manuscriptus. Sensus autem eâ adjectione haud dubiè antiquâ rectè explicatur. Nam quæ præcedunt verba satis ostendunt ἁμαρτωλοὺς hîc non dici communi illâ notione quæ omnes homines complectitur, sed eos qui vitam vixerant hactenus exlegem. Quare & δικαίους his oppositi intelligendi sunt non in quibus nihil est humanæ infirmitatis, sed tales qualis ille Nathanael, *verus Israelita*, &c. aut quales Zacharias & Elisabet, *inculpati*, &c. Luc. 1. 6. Hi tali vocatione ad vitæ totius emendationem, quali priores illi, non indigent. Quo sensu scriptor non inelegans Precationis ex persona Manassis, *Tu*, inquit, *Domine Deus justorum, non imposuisti pœnitentiam justis, Abrahamo,—iis qui non peccaverant contra te; sed imposuisti pœnitentiam mihi qui sum peccator.* Non agit hîc Christus de toto munere sibi imposito, sed de ea parte muneris quâ & Baptista erat functus & ipse tunc maximè fungebatur, κλήσεως εἰς μετάνοιαν, (*vocationis ad pœnitentiam*,) quæ erat præparatio ad Regnum cœleste: Hanc, ait, obire certè non possum circa homines emendatæ vitæ: opus igitur est eos conveniam qui maximè istius remedii indigent. Non malè Orig. adv. Celsum, Ἐπεμφθη, &c. (*Missus est Deus Sermo, tanquam Medicus ad peccatores; tanquam Doctor mysteriorum ad viros sanctos.*) Pharisæis sanctimoniam, quam sibi vindicabant, hoc quidem loco nec concedit Christus, nec detrahit [†].

18. *Et*, &c. Καὶ ἦσαν—νηστεύοντες] *Discipuli verò Joannis ac Pharisæorum jejunabant*, Be. Pi. &c. vel, 1. quodam tempore [t]: per eos dies, vel sponte, vel ex traditione, jejunium sibi indixerunt [v]. Vel, 2. solebant jejunare [x]: ad verb. *erant jejunantes*, subinde scilicet [y]. De hoc loquendi genere diximus ad Marc. 1. 4. Certum habeo, non agi hîc de aliquo definito tempore, sed de eo quod fiebat sæpiùs. Apud Matth. dicunt, νηστεύομεν πολλά· apud Lucam, *Discipuli Joannis* νηστεύουσι πυκνά. Quod non monerem, nisi viderem esse qui aliter interpretarentur [z]. Nusquam nominantur Pharisæorum discipuli nisi in hac historia, & Matth. 22. 16 [a]. ¶ *Et veniunt*, &c.] Tum Johannis discipuli, quos Matth. nominat; tum Pharisæi, quos Lucas: quanquam nihil necesse est dicamus id uno tempore accidisse [b].

19. *Filii nuptiarum*] Vel, *thalami*, Be. Pi. V. i. e. qui versantur in thalamo nuptiali; vel qui intersunt nuptiis [c]. ¶ *Quamdiu*, Ἐν ᾧ] Subaudi, χρόνῳ, Ellipsis Græcis familiaris [d]. *Quo* tempore, Be. Pi. Al. *In quo*, sub. *thalamo*, Er. Sed prius meliùs convenit seq. ὅσον χρόνον [*]. ¶ *Non possunt*, &c.] i. e. Non debent [f]. Δύνανται hîc non quid fieri omnino possit, sed quid conveniat, significat: quod & alibi occurrit. Hoc addidit Marcus, ut significaret interrogationem vim habere negandi. Quare & Syrus hîc præter nudam negationem nihil posuit [g].

21. Alioquin, Εἰ δὲ μή] Ità Lucas, εἰ δὲ μήγε. Deest verbum, ut Apoc. 2. 5. & alibi: quod ex sensu supplendum. Hic sensus est, *Ni cavet eum errorem* [h]. *Sin aliter*, Camer. ¶ *Aufert*, &c. Αἴρει τὸ πλήρωμα ἀπὸ τὸ καινὸν, &c.] Hunc locum non satis penetrâsse interpretes putamus. Volunt, eam supplementi ejus vim esse, ut rupturam faciat, partémque attritæ veterisque vestis ad se trahat: cùm hoc referendum sit ad eum qui particulam assuit: quippe qui, simulac quàm malè illud ἄγναφον & novum

Marginal notes, left column: † G. | t Li. ho. | v Bru. | x Li. ho. | y Camer. | z Be. | a G. | b Mal. | c Bru. | d Mal. | * G. | f Camer. | g G. | h Bru. plerique in G. Mal. | i G. | k Bru. Mal.

Marginal notes, right column: l G. | m Be. | n Di. sic Bru. | o Di. | p Bru. | q Bru. | r Be. | † G. | t Bru. | v Mal. | x Pi. Mal. | y Pi. | z G. | a Be. | b G. | c V. | d Be. Bru. | * Be. | f Bru. | g G. | h G.

novum vesti veteri conveniat, advertit, αἴρει, *tollit* (i. e. tollere cogitur, vel *tollitur*: ut, καὶ συνάγεται, &c. pro, καὶ συνάγονται, &c. Joh. 15. 6.) *supplementum* (non *ipsius*, sed) *suum*, (nam πλήρωμα non primo casu, quod existimant, sed quarto, ponitur:) quod fieri non potest quin ruptura major fiat ; vix enim diffui tollique potest quin hoc fiat [i].

22. *Sed*, &c. Ἀλλὰ οἶνον—βλητέον] *Sed vinum novum in utres recentes*, sive *novos*, *injiciendum*, sive *indendum*, P. Be. Pi. Mo. vel, *mittendum*, Ti. *condendum*, Ca. sub. *est*, Be. Pi. &c. *mitti debet*, Er. Il. Græcis τὸν οἶνον ponitur quarto casu. Dicunt enim, γραπτέον μοι ἐπιστολήν, *scribendum est mihi epistolam:* quod dicendi genus imitatus Virgilius, dixit,——*pacem Trojano à Rege petendum:* & Cicero, *Iterandum eadem ista mihi.* Sed hæc sunt Latinis admodum rara [k].

23. *Et*, &c. Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν, &c.] Hanc lectionem & Syrus sequitur. Quare quod alii minùs vetusti Codices habent, ἐγένετο πάλιν, puto venisse ex Latina Versione, in qua *iterum* positum est μεταβατικῶς, ni fallor. Solet enim iste Interpres nonnunquam adjicere aliquid, ut infrà quoque v. 24 [l]. *Factum est autem ut ipse præteriret*, &c. Be. P. &c. ¶ *Cœperunt progredi*, &c.] i.e. Progressi sunt, &c. nam τὸ ἤρξαντο redundat, & expletiva est, ut Luc. 3. 8. Act. 1. 1. [m].

24. Quid (vel, *Cur*, Di. Pi. &c.) faciunt. &c ?] Τί, *quid*, pro διὰ τί, *quare*, ut alibi sæpe [n].

25. *Quando*, &c. Ὅτε χρείαν ἔσχε] *Quum egeret*, Pi. *Cùm hoc ipsi esset opus*, cibo videlicet [o]. Addit hoc consultò Marcus, ut speciale exemplum ad generalem referret regulam, quæ hæc est, *Leges rituales vim obligandi amittere ubi satis gravis urget necessitas* ; quæ χρεία hîc dicitur: quomodo & Græci Scriptores dicere solent, ἐν χρείᾳ. De re ipsa ad Matthæum egimus [p].

26. *Sub*, &c. ἐπὶ Ἀβιάθαρ, &c.] *Sub Abiatharo*, &c. Be. Pi. Er. Il. Ti. Mo. &c. *Quum Abiathar esset summus sacerdos*, Trc. ex Sy. Ar. sic V. *Abiathare pontifice*, Ca. Ità Scriptum in omnibus Codicibus, cùm 1 Sam. cap. 21. vers. 1. Pontifex iste vocetur Achimelech, pater ipsius Abiathari. [Quid hîc dicendum ?] 1. Tota hæc particula in illo meo vetustissimo Codice non legitur, ut videri possit ex albo in contextum irrepsisse [q]. Sed huic unico exemplari consensum reliquorum omnium opponimus [r]. 2. Forsan *Abiathar* irrepsit pro *Abimelech*, errore scribarum †. 3. Et pater & filius binomii fuerunt, cùm uterque modò Achimelech, modò Abiathar, dicatur, ut constat ex collat. 2 Sam. 8. 17. & 1 Par. 24. 2, 3. cum 2 Sam. 15. 29, 35. 1 Reg. 2. 26, 27 [t]. Sed hoc nondum video probatum. Nam *Achimelec* qui nominatur 2 Sam. 8. 17. & 1 Par. 24. 3. non vocatur *Pontifex Maximus*, sed *Sacerdos*, eminens scilicet inter alios, ut Pontificis filius, sed Sadoco tamen minor, quia Sadocus erat, Abiathare Pontifice Maximo, Pontifex à Maximo secundus & Maximi vicarius, & סגן כהן הגדול, aut משנה כהן הגדול. Hunc rectè sequitur filius Pontificis Maximi. At Pontificem Maximum post Vicarium suum nominare contra rationem ac consuetudinem fuerat [v]. 4. Apparet ex 1 Par. 24. 2, 3. Duos fuisse Pontifices qui vicissim fungerentur Sacerdotio, quamvis unus præcipuus esset, alter verò ab eo secundus, ut liquet ex 2 Reg. 25. 18 [x]. Abiathar [ergò,] cùm hoc fieret, erat Pontifex, Patris scilicet Vicarius, ut cui in Pontificatum Maximum successit, ut solebant Vicarii ; & adfuerat rei quæ hîc narratur, atque ipse tum patris, tum Davidis, factum probàrat [y], & illius consensu atque consilio hoc factum erat [z]. 5. Τὸ ἐπὶ idem valet quod sæpe *sub* Latinis, ut cùm dicimus, *sub finem libri*, i. e. paulò ante finem libri. Ità Mat. 1. 11. ἐπὶ τῆς μετοικεσίας, i.e. paulò *ante deportationem*, non enim sub ea, sed ante eam, natus est. Vide Jer. 24. 1. Sic & Heb. præp. לפני, quod sæpe vertitur ἐπὶ, *sub*, sæpe etiam valet πρὸ, *ante*, ut Gen. 13. 10. & 27. 7, 10. & 50. 16. Et ut temporis, ita & loci, distantiam aliquam τὸ ἐπὶ notat, ut Matth. cap. 21. vers. 19. *Christus vidit ficum* ἐπὶ τῆς ὁδοῦ [*] pro quo Marcus habet μακρόθεν, *è longinquo* [a]. Filium autem *Abiathar* potiùs nominavit quàm patrem *Achimelech* [b]; vel, 1. quòd illius nomen notius erat & celebrius [c], ob Ephod allatum ad Davidem, 1 Sam. 23. vers. 6 [d]. & ob diu gestum sub Davide Pontificatum Maximum [*].

[i] Heins. [k] Ec. [l] G. [m] Ham. [n] Di. [o] Ec. [p] G. [q] Fe. [r] Glas. phil. 1. 2. 182. † Q. in D. [t] Be sim D. Glas. ib. Pi. E. F. [v] G. [x] Ec. [y] G. [z] Chem. [a] Ham. [b] Chem. [c] G. Chem. [d] G. [*] G. sim. Chem.

Simili de causa Lucas in designatione temporis Cajaphæ Pontifici Maximo Annam addidit, ut celeberrimæ famæ virum [f]. Vel, 2. quia vulgare erat Judæis, sub *Abiatharo* intelligere *Urim & Thummim* ; nec immeritò, cùm pateat sub patre & filio, utroque istius nominis, frequentiorem esse mentionem disquisitionis *per Urim & Thummim*, quàm usquam unquam aliàs, & post *Abiatharum* filium vix sit mentio omnino: quasi dixisset Christus, David comedit panes Propositionis ei exhibitos à Pontifice, cui aderat Oraculum per *Urim & Thummim*, & qui egit directione Divinâ. Bab. San. fol. 16. 2. *Abitophel, hoc est, conciliarius*; *Benaiah filius Jehoiadæ, hoc est, Synedrium*; *Abiathar*, *hoc est*, *Urim & Thummim* [g]. ¶ *Qui cum eo erant*] Prudenter hoc addidit Marcus quanquam tectè etiam Matthæus significàrat cùm diceret, *quibus non liceret ipsi vesci, neque iis qui cum ipso.* Et verum esse docet 1 Sam. 21. 4. 5. Hoc enim addito, exceptio, quæ ex Davidis dignitate quæri poterat, excluditur [h].

27. *Sabbatum propter hominem*, &c.] i. e. Pro hominum salute ac bono [i] : ut serviat homini : ut homo in eo meditetur res cœlestes, & vires recolligat [k] : non ut homo periret, sed ut & animo, & corpore, sanus esset, religionem colens, & à laboribus quiescens [l]. *Sabbatum* vocat hîc Legem otii die septimo. Sunt quædam ità per se honesta ut nunquam sine flagitio contra ea fieri possit. Sunt alia quæ ex jure constituto veniunt, quod non ex fontibus honesti necessitate quâdam fluit, sed utilitatis alicujus causâ reperiri solet. Ità Lex illa otii ob duplicem maximè utilitatem reperta est, primùm nè ullius operis obtentu negligerentur conventus pietatis causâ instituti : qua de re egimus suprà. Deinde ut aliquot esset à laboribus spiramentum, quod alioqui dominorum durities familiæ vix erat concessura, Exod. 23. 12. His accessionis vice addita est Ægyptiacæ libertatis memoria, & rerum majorum significatio. Nam ab initio non institutum fuisse à Deo Sabbatum cum otiandi necessitate alibi probabimus. Quæ verò hujus sunt generis facilè cedunt, ubi in contrarium urget evidens ratio. Nam æquitas ipsa dictat, quod & Jure Romano proditum est, quæ utilitatis causâ sunt reperta ea non debere duriori interpretationi in odium retorqueri [m].

28. *Itaque*] Ità Be. Pi. Quia scil. Sabbatum factum est à Filio hominis, qui idem est Deus [n]. Argumentum à comparatis, Si Sabbatum propter hominem constitutum est, multò magis debet Christo subjici [o]. Ὥστε] *Denique*, Bru. Mal. Continuativum est [p], vel expletivum, non illativum [q]. ¶ *Dominus*, &c. Κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς, &c.] *Filius hominis* (Seipsum intelligit [r] :) *est etiam sabbati dominus*, Be. Pi. &c. i. e. potest pro arbitrio suo †, & hominum utilitate ac salute [t], illud moderari [v], laxare & abrogare [x]. Υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, *homines quosvis* Marcus etiam infrà dixit, 3. 28. neque obstat hîc articulus : nam, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, rectè dicitur cùm de genere humani universitate agitur. Sæpe enim articulus notat τὸ Καθόλου, quod & Ephraim Antiochenus notat [y]. [Cujus verba vide in G.]

[f] G. [g] Li. ho. [h] G. [i] Bru. [k] Pi. [l] Mal. [m] G. [n] Pi. [o] Be. [p] Bru. [q] Bru. Mal. [r] Pi. sim. Bru. Mal. † Bru. sim. Be. [t] Bru. [v] Bru. Be. [x] Bru. sim. Mal. [y] G.

CAP. III.

1. **I***Ntroivit iterum*] Ut antea, Marc. 1. 21 [a]. ¶ *Erat ibi*, &c.] Vel ex more, quia Sabbatum erat : vel eo animo ut à Christo curaretur [b].

3. *Et ait* —— *Surge*, &c.] Tum ut omnes attentos redderet [c] : tum ut ipse aspectus hominis dura corda emolliret [d]. Cætera hujus historiæ ad Matthæum sunt explicata [*].

4. *Benefacere*] Sub. cuipiam, Be. Pi. proximo scilicet egenti : nam hoc erat in controversia [f]. ¶ *Animam*] Quamvis, etiam pecudis. Nam ità vox *animæ* sumitur in Misnajoth, ubi Sabbati quæstiones pertractantur. Quòd si pecudem ab interitu servare convenientius est Sabbato quàm pati ut pereat, sanè & læto die dignius hominem sanitati reddere quàm in miseria relinquere [g]. *Animam*, i. e. vel, 1. vitam [h]. Si dura videatur

[a] Mal. ex Bru. [b] Mal. [c] Bru. [d] G. sim. Bru. [*] G. [f] Bru. [g] G. [h] V. Ec.

tur locutio *occidere vitam*, non opus est repeti τὸ ψυχὴν, sed vox una ἀποκτεῖναι opponitur his duabus, ψυχὴν σῶσαι *. Vel, 2. hominem, sive personam [l], per Synecdochen membri Hebraicam [k]; & *hominem*, i. e. corpus hominis, per Synecdochen integri: nam corpus propriè trucidatur, Matth. 10. 28. Ità concurrunt duo tropi contrarii in voce unica, ut Psal. 16. 11 [l]. Dicitur autem homo perdi, quamvis anima maneat immortalis, quia per mortem homo esse desinit. Nota, censeri à Christo homicidam eum cujus negligentiâ perit qui servari potuit [m].

5. *Cum ira, contristatus*] Ità Mo. Συλλυπούμενος] *Condolescens*, Er. Il. Ti. *Simul dolens*, Be. Pi. Docet exemplo suo Christus ità irascendum peccatis ut simul peccantium nos misereat [n]. Non erat ira Christi, qualis nostra est, appetitio vindictæ ob injuriam sibi factam, sed indignatio in vitia cum dolore ob hominum perversitatem [o]. ¶ *Super*, &c. Ἐπὶ τῇ πωρώσει, &c.] *Propter cæcitatem*, &c. Æth. V. sic Er. Ti. Vulg. Aut πήρωσιν legerunt, aut πώρωσιν confuderunt cum πηρώσει· quæ tamen aliud est, ut constat ex Joan. 12. 40 [p]. Al. *Propter duritiem*, Tre. ex Sy. sic Pers. vel, *callum*, Ca, Ham. sic Mo. i. e. obstinatam pervicaciam [q]: vel, *torporem*, Ca. in Be. quasi verò tarditas & sopor accusetur, ac non summa potiùs contumacia [r]. *Quòd occalluisset*, &c. P. Be. Pi. Ὁ πῶρος sign. *saxum ingens*, unde ταλαίπωρος, propriè, *qui in lapicidinis laboribus molestis affligitur*, *ærumnosus*, &c. indè *callum* h. e. membri alicujus duritiem ingentem †, & quasi osseam [t]: vel, duritiem in articulis [v]. Occallebant ergò ad omnem virtutis stimulum [x], nè locus ampliùs esset salutari doctrinæ [y]. Πώρωσις καρδίας quanquam & alia vitia adulta significat, hic propriè esse videtur idem quod alibi σκληροκαρδία, *immitis animus*, & *ab omni æquitate aversus*: indè enim ista calumniandi libido [z]. Pro ipsis [qui πώρωσιν *cæcitatem* reddunt] facere videtur Job. 17. 7. וַתֵּכַהּ מִכַּעַשׂ עֵינִי, *Et caligavit præ ira oculus meus*, ubi ο΄. πεπώρωνται, &c. oculis caligo & cæcitas potiùs tribuitur quàm callus. Propriè tamen כָּהָה est, *contrahi*, dicitúrque de oculo, qui præ senio, aut dolore, exiccatis nervis, contractus est, & induruit, nec ampliùs mobilis ut in juventute, fixus stat: quod Psal. 6. 7. dicitur עָתְקָה, *inveteravit*. Itaque malim πώρωσιν esse duritiem, qualis est in cute in callum contracta. Glossa, πώρωσις, *perduratio* [a]. ¶ *Restituta est manus illi*] Græcè additur, ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη, *sana ut altera* [b]. Sed hoc non legerunt Sy. & Ar [c]. nec meus vetustissimus Codex: forsan irrepsit ex Matth. 12. 13 [d]. unde hìc interpretamenti loco adjectum existimo. Nam & alibi Marcus ἀποκατέστη sine adjectamento usurpat, 8. 25. ità & Dioscorides ἰχθυήκτης ἀποκαθίστησι, i. e. *iatai* *.

6. *Cum Herodianis*] De his diximus Matth 22. 16 [f]. Si verum esset quod Thalmudistæ produnt, Herodianos eosdem esse & Dositheanos, non mirum esset hos quoque Jesu fuisse infensos, quia Sabbatum multò cæteris rigidiùs servabant. Est enim inter dogmata Dosithæi, teste Origene, Περὶ ἀρχῶν 2. Ἐπὶ τῷ σχήματος, &c. (*In eo situ in quo eos dies sabbati deprehendit permanent usque ad vesperam*.) Quominus vero iidem credantur Herodiani & Dositheani obstat idem Orig. adv. Celsum, 1. & 6. ubi ait Dositheum posteriorem fuisse Jesu, & persuasisse Samaritis semet esse Christum & Filium Dei: quod sequitur Th. ad Matth. 24. Dositheanos autem quanquam Origenes suo tempore exstinctos ferme dicebat, Epiphanius tamen suâ ætate aliquas habuisse reliquias testatur. Mihi credibilius videtur diversas fuisse sectas, sed confusas à Thalmudistis ob quorundam dogmatum, ac fortè istius de Sabbato, communitatem. Nam & Herodiani in plerisque Sadducæis consentiebant, ut alibi diximus; & Dosithæum Sadducæis consensisse tradit Tertullianus, quanquam temporum ratione confusâ [g].

7. *Secessit*] Dans locum iræ juxta Rom. 12. 19. & vitans periculum, &c Mat. 12. 15. [h].

8. *Ab Hierosolymis*] Judææ metropoli [i]: cujus idcirco speciatim fieret mentio. Confer Marc. 16. 7 [k]. ¶ *Et ab Idumæa*] Quæ iis temporibus cum Judæis religionis societate jungebatur, ut ex Josepho apparet [l]. Vel de Judæis hìc loquitur istam partem Judææ incolentibus, quæ tunc temporis Idumæa audiit; vel saltem de *Idumæis* qui eam habitarunt, tralati jam in religionem Judæorum. *Idumæa* olim distincta erat à terra Israelitica, & speciatim à Judæa, cujus limes Australis erat, Num. 34. Jos. 15. tandem verò, vi aut fraude, irrepsit in Judæam, ejúsque totam regionem Australem absorpsit [m]. ¶ *Et* (sub. *regione quæ est*, vel *erat*, Be. Pi. V.) *trans Jordanem*] Intelligit regionem quæ Josepho *Peræa* dicitur [n]. ¶ *Et qui circa Tyrum*, &c.] sub. *habitabant*, Bru. *Tyrios & Sidonios* intelligunt Syrus & Græcorum quidam. Mihi potiùs videntur indicari Judæi habitantes oram maritimam in confinio Tyri & Sidonis, quæ dici videtur *Tyri & Sidonis* παράλιος, Luc. 6. 17; μέρη, Matth. 15. 21; ὅρια, Marc. 7. 24 [o]. ¶ *Audientes quæ faciebat*, Ὅσα, &c.] *Quæ*, Er. i. e. ἅ· nam sæpe accipitur ὅσον loco provocabuli, præsertim apud Atticos, sed ità ut plerumque præcedat τὸ πᾶν vel aliquid ejusmodi [p]. Mallem interpretari, *quæcunque* vel, *quanta*, i. e. quàm immensa & mirifica [q]: ut ad qualitatem potiùs quàm ad multitudinem referatur. Ὅσον & ἡλίκον sæpe permutantur [r].

9. *Ut navicula sibi deserviret*; sic Er. Ti. Προσκαρτερῇ] Admodum propriè hâc voce utitur Marcus, & eodem sensu quo Act. 8. 13. *à Philippo non discedebat* †. Vide Act. 1. 14. & 2. 42, 46. & 6. 4. & 10. 7. Rom. 12. 12. & 13. 6 [t]. Respondet Hebræo שקד [v]. [Sic vertunt;] *Adsisteret*, Mo. sic Æth. *Adhiberetur*, Er. V. *Præsto esset*, Camer. Ca. ut in oratione contra Neæram, *Tradere ancillas*, Νεαίρᾳ τότε προσκαρτερούσας, *quæ Neæræ tunc præsto fuere* [x]. *Semper adesset*, P. Pi. *Perstaret*, Be. *Assidua comes esset*, Be. ex Budæo. Usurpatur hoc verbum de subjecto & Personæ & Rei [y]. Significat in re aliqua aut apud aliquem perseverare, ità ut semper præsto sis; ideóque de pedissequis dicitur [z].

10. *Ità*, &c. Ὥστε ἐπιπίπτειν αὐτῷ] *Adeò ut inciderent* (vel, *ruerent*, sive *irruerent*, Sy. Tre, Er. Il. Ti. Sic. Mo. P. Ca.) *in eum*, Be. Quia multos sanaverat, fiebat ut è turba quisque, quâ posset violentiâ adhibitâ, conaretur ægrotum ad tactum Jesu adducere [a]. Al. ἐπιπίπτειν hìc idem est quod προσπίπτειν, v. 11. i. e. *ad pedes procidere* [b]. ¶ *Quotquot habebant plagas*] Vel, *flagella*, P. Mo. V. Μάστιγας εἶχον] *Erant in aliquo cruciatu*, Ca. *Graviter afflicti*, Æth. *Habebant plagas spirituum immundorum* Tre. ex Sy. *Tenebantur* (vel, *Affligebantur*, Er. Ti. *Cædebantur*, Camer.) *flagellis*, Pi. Μάστιγας habet bis infrà Marcus: & Lucas 7. 21. distinguit νόσους & μάστιγας, ut μάστιξ plus aliquid esse videatur; quomodo & נגע Hebræis, quod ο΄. interdum μάστιγα transferunt, *mala graviora* significat. Itaque πεὶ τῆς λύπεως dici solet, ut μάστιξ infrà de sanguinis fluxu. Par significatio in voce שוט, Job. 9. 23. Prov. 26. 3. Nah. 3. 2 [c]. Μάστιγας vocat afflictiones quibus Deus corripit homines [d] morbos *, aliáve vitia aut defectus corporis [f], omnia morborum (ut pœnarum peccati) genera. Sic vocatur sanguinis profluvium, Marc. 5. 34. & calamitas à Deo immissa apud Euripidem [g]. Vox emphatica, ostendens quæ vera sit morborum origo, & quo consilio à Deo immittuntur [h]: quòd eas, Deo permittente, infligit Satanas [i].

11. *Spiritus*, &c.] Dicuntur hìc fecisse spiritus id quod eorum impulsu faciebant οἱ ἐνεργούμενοι [k], ut apparet infrà: quam Enallagen hìc vitare studuit Syrus [l]. *Videbant*, &c.] Non tactus tantùm, sed & visus, Christi, sanabat [m]. ¶ *Procidebant* (vel, *Accidebant*, Mo. P. Ca. Be. Pi.) *ei*] Ità Ti. Tre. ex Sy. sub. *ad pedes*, Be. P. Pi. ut Marc. 7. 25. exprimitur *.

13. *Ascendens in montem*] Ut solebat quoties precari Patrem attentiùs instituerat: vide Luc. 6. 12. Ità exemplum suis dedit ut χειροτονίας semper à precibus auspicarentur; quod videmus sequi Apostolos. Vide Act. 1. 24, & 14. 23 [n]. ¶ *Vocavit ad se quos voluit ipse*] Aliquos ex Discipulis [o]. Ex omni se sectantium numero perpetuos sibi comites 12 adsciscit, non qui volebant, sed *quos volebat ipse*. Ità *Paulus Apostolus per voluntatem Dei*, Eph. 1. 1. Et Christus ad Apostolos, *Non vos inquit*, *me elegistis*, *sed ego vos elegi*. Excluditur non tantùm ambitus, sed omnis etiam causa electionis quæ humano studio posset indagari [p]. Elegit, non pro suis meritis, ut patet ex Juda, nec perfectos formatósque, sed à se formandos, pro suo beneplacito [q].

14. *Et*, &c. Καὶ ἐποίησε, &c.] *Et constituit* &c. P. Be. Ca. Pi. G. Bru. vel, *Elegit*, Tre. & G. ex Sy. Ar. Æth. *designavit*,

designavit, Ti. creavit, Camer. vel, *fecit*, Camer, Er. Il. Mo. i. e. elegit & evexit ad dignitatem Apostolatûs. Sic, *qui fecit Mosem*, &c. 1 Sam. 12. 6. Nec alienum illud Job. 6. 15. *Ut facerent ipsum Regem.* עשה, *facere*, aliquando significat *augere*, *ornare*, *educare*, *promovere*. Sic enarrant Deut. 32. 6. Job. 35. 10. Psal. 95. 6. & 149. 2. Jes. 54. 5. Hos. 8. 14[r]. Græci dicerent καϑίςημι· atque ita עשה sumi tum alibi, tum 1 Sam. 12. 6. rectè observatum est. Potes etiam sumere δώδεκα non pro numero, sed pro officio, ut, ἐποίησε δώδεκα, sit, ἐποίησεν ἀποςόλους· quomodo Latinè diceremus, *fecit dudecim-viros*. Nam passim Apostoli vocantur οἱ δώδεκα, etiam cùm numero essent undecim, ut 1 Cor. 15. 5. Quod enim nonnulli Codices hîc adjiciunt, οὓς καὶ ἀποςόλους ὠνόμασε, cùm prisci interpretes non agnoscant, haud dubiè natum ex interpretamento †. *Duodecim*, ut responderent 12 tribubus, quæ initium erant Ecclesiæ Israeliticæ, ut hi, Ecclesiæ Gentium, & utrisque junctim sumptis respondent 24 Seniores, Apoc. 4. & 5. Vide & Apoc. 21. 12. 14[t]. ¶ *Ut essent cum illo*] i. e. Qui familiariter cum ipso versarentur [v], individui comites [x], testes gloriæ ipsius, Joh. 1. 14[y]. & doctrinæ [z], & operum[a], Luc. 24. 48. Act. 10. 39, 41[b]. ¶ *Et ut mitteret*, (vel *emitteret*, Bru. *ablegaret*, Camer.) *eos*, &c.] Cùm commodum videret; id enim pòst aliquando accidit[c]: ubi in doctrina ipsius profecissent, &c[d]. Non enim hîc missio, sed electio duntaxat, describitur: non sunt missi mox ut electi*; sed annus intercessit, ut in historia videbimus[f].

15. *Et dedit*, &c. Καὶ ἔχειν, &c.] *Et ut haberent*, &c. Fr. V. Be. κηρύσσειν [quæ vox claudit versum præcedentem] καὶ ἔχειν, i. e. κηρύσσειν ἔχοντας, ut docerent habentes simul miracula faciendi potestatem ad obsignationem eorum quæ docebant[g].

16. *Et imposuit Simoni nomen Petrus*] Non nunc, sed Matth. 16. 18[h]. De quo dubito: neque enim ibi dicit, *Tu deinceps vocaberis*, sed, *Tu es*, *Petrus*, i. e. tu jam id nomen habes. Quando autem impositum? Primò Joan. 1. 43. secundò, hoc loco, ubi tamen ἐπέϑηκε exponi posset, *imposuerat*, respectu habito ad id quod antè factum fuerat[i]. Ante hæc verba nonnulli Græci Codices habent, πρῶτον Σίμωνα, *Primum Simonem*[k]. Nec dubito quin hæc sit germana lectio[l]: ut ostendit tum, 1. quòd ità loquuntur Matth. & Lucas[m]: tum, 2. textûs ζωάδεια[n]· aliàs enim versiculi sequentes, à particula καὶ incipientes, non habebunt verbum, cum quo connecti possint[o]. Sed nemo ignorat, concisam, imò & hiantem, orationem elegantiæ sæpe esse Hebræis, ubi non hiat sensus; quod hoc loco verissimum est. Quum enim dicitur, *Et fecit duodecim ut essent secum. Et imposuit Simoni nomen Petrum. Et Jacobum*, &c. Quis non intelligit sensum esse, Fecit 12 qui essent secum, nempe Simonem cui posuit nomen Petrum, deinde Jacobum, &c. Καὶ Ἰάκωβον regitur ab ἐποίησε, etsi per, καὶ ἐπέϑηκε τῷ Σίμωνι, &c. constructio parum fuerat interrupta[p]. Nec quisquam miretur, post πρῶτον non sequi δεύτερον, τρίτον, &c. cùm sæpe occurrat ejusmodi dicendi genus, Mat. 10. 2. Act. 26. 20. Rom. 1. 8. & 3. 2[q]. [Aliis hæc sententia non placet.] Non reperitur hoc in emendatioribus Codicibus[r]; nec in Sy. Vulg. Ar. Hi. Nolim ergò addi †. Suspicor hoc ex Matthæo desumptum[t].

17. *Boanerges*] Ità Er. Il. Be. Ca. &c. Βοανεργὲς] *Benai-regesch*, Tre. ex Sy. Pers. de hac voce variæ sunt sententiæ[v]. Priorem ejus partem esse בני, sed laxiùs pronunciatâ syllabâ primâ, eo sono qui inter *a* & *o* medius, certum pono: multis enim exemplis liquet Scheva à Syris modò per hanc, modò per illam, literam exprimi[x]. בני legatur βανὲ, ut pro שמואל, *Samuel*[y], addo, ut pro Syr. טליתא *puella*, Ταλιϑὰ· pro טביתא *caprea*, Ταβιϑὰ[z]· Certè Judæis pronunciatio quarundam literarum, vocalium, vocum, adeò varia erat, & indifferens, ut aliàs in Galilæa pronuntiarent, aliàs in Samaritide, aliàs in Judæa, ut durum sit & audax scripturam Marci ob hanc pronuntiationem, ut corruptam incusare[a]. Dixit Erpenius, se ex ore doctissimi cujusdam Maronitæ habuisse, nullis præceptis Grammaticis, ac vix vivâ voce, doceri posse quem sonum Scheva habeat apud Syros[b]. Constat Scheva Orientalium certam pronuntiationem non habere, sed omnium vocalium sonum, modò brevissimè efferantur, sibi vendicare. Non raro ergò per ο brevissimum profertur, ut pro קדום, σοδομὰ, pro עמורה, γομόῤῥα· ità ergò בני legi potest βονὲ. Unde ergò, inquies, illud α in βοανεργὲς, an ab imperitis corruptè additum, ut fieri solet quum ex una lingua in aliam dictiones transfunduntur? nihil id necesse est statuere. Potest esse ex Syriasmo[c]. [De quo vide Di.] Al. Judæi in hunc usque diem Scheva per οα enuntiant, ut in *Noabbyim*, pro *Nebbyim*[d]. Sic castellum illud quod Josepho, Plin. Solin. est *Masada*, (Heb. מצדה) Strab. Geog. 16. est Μοασάδα, *Moasada*, sono voci huic nostræ admodum symphono. De voce *Erges* etiam controvertitur: & quonam modo ad tonitru applicetur est obscurius*. Alteram partem [vocis Βοανεργὲς] Hieron. & quidam eum secuti putant esse רעם: sed neque lectio suspecta argui potest, quæ in omnibus exstat exemplaribus, neque mihi videtur μ detrito σ additum, cùm id fieri non soleat nisi in vocibus quæ Græcam accipiunt flexionem; quam vox illa non accipit, nec accipere potest. Sed & Syrus ש hîc ponit ut radicale. Sed neque רגש mihi placet: nam nomen רגש nihil aliud quàm *cœtum* significat, quod à *tonitrûs* significatione longè abest[f]. [Aliis tamen hoc placet:] Vox hæc corrupta est[g] (ut vix ullam peregrinam vocem invenias Græcis literis incorruptè scriptam[h]) pro qua Hebraicè legeretur *Bene-reges*[i]. Componitur ex בן, *filius*, & רגש, *tonuit*, *sonuit*[k]. Caninius derivat à Syriaco בני רגש, quod tamen non rectè dicitur, nam Syriacè est, בני רגש, (vel, בני רגשי[m]:) quod legi potest βονανεγὶς, indè per transpositionem, βοανεργὶς, atque indè βοανεργὲς. Sed בני est plur. num. Resp. 1. Eâ formâ Syri non pauca exprimunt, quæ scil. in singulari significationem collectivam & pluralem habent. 2. Hâc notâ plur. num. significat eos filios fuisse non unius tonitrui, sed strepitûs tonitruum: רגש enim, quod propriè est *strepitus*, vel *tumultus*, de tonitru dictum, non tam unum tonitrui ictum, quàm tonitrua repetitis ictibus strepitum ingentem ac tumultum edentia, denotat[n]. Al. Non dubito quin sit nomen רעש: nam ע per γ transferri abundè demonstratum est. Significat autem nomen רעש *maximam commotionem*. Σεισμὸν vertunt Lxx, Job. 41. 20. Jer. 10. 22. Ezec. 3. 13. Alibi συσσεισμὸν, ut 1 Reg. 19. 12. Diodorus Siculus, lib. 12. in Media Præfecturam quandam ait fuisse quæ Ῥαγὰς diceretur; nomen autem hoc ei datum ex frequentibus eo loco terræ motibus. Hoc autem non malè redditur voce βροντῆς. Nam & Tonitru est maximus συσσεισμὸς, & omnis συσσεισμὸς, per κατάχρησιν, *tonitru* dici solet. Arabs vocem *Boanerges* rectè explicat, אבנא אל רעל. Est autem רעל propriè *tremor*[o]. Al. Vox Βοανεργὲς derivata est à Chaldaico בני רעם, hoc modò; primò legatur רעם ῥεγὲμ, γ pro ע, ut in Ῥαγουὴλ, Γόμοῤῥα, &c. deinde pro μ hîc ponitur ς, ut alibi pro λ, unde Ἀννίβας, pro *Annibal*; ità habes ῥεγὲς: deinde בני legatur *bane*, [ut antè notatum:] habemus jam βανεῤῥὲς, pro quo juxta Syriæ quandam dialectum *bonerges*, (quod suâ illum fide arbitror tradere, quippe à nemine adhuc notatum[p]:) hinc conflatum βοανεργὲς[q]. Sed non placent tot literarum mutationes[r]. [Hæc de vocis obscuræ originatione, jam de significatione dicendum:] Sic dicti sunt ab officio, quòd scil. sonorâ voce Evangelium divulgaturi erant, &c †. vel forsan quòd strenuè sermocinarentur contra Judæos, quod fecit Jacobus, in capitis sui discrimen, Act. 12. Porrò hi duo fratres ignem de cœlo advocantes, Luc. 9. 54. Secundùm sensum hujus cognominationis actitâsse videntur. Ex hoc etiam nomine tam honorifico videtur eorum mater fiduciam suæ petitionis, Mat. 20. 21. traxisse. Et hinc ortum suspicor distinctivum illum titulum, ὁ πρεσβύτερος, *Presbyter*, qui Joanni κατ' ἔμφασιν tribuitur in duabus posterioribus suis Epistolis. Forsan allusum hîc ad duos Scribas Synedrii, quorum unus à dextra sedit, alter à sinistra; ille suffragia absolventium scripsit, hic damnantium: vel ad ipsum Præfectum & vicepræfectum, quorum sententia definitiva, collectis totius Synedrii suffragiis, erat instar tonitrui & fulminis damnatis, &c[t]. Al. Sic dicti sunt διὰ τὸ μεγαλόφωνον (*propter vocem Stentoream*,) inquit Nazianz. an probabiliter, nescio[v]. Al. Omnino videtur mihi Christus in hujus nominis impositione respexisse ad vaticinium Agg. 2. 7. ubi verbum illud comparet unde nomen hoc derivatum

r D. t G. t I. chron. 27. 24. v Bru. ex Be. x Eru. y Li. ib. z Bru. a Bru. fic Li. ib. b Li. ib. c G. d Bru. Li. * Bru. f Li. ib. g G. h Be. i Di. k Be. & Di. ex Er. l Be. sim. Glas. m Be. n Glas. philol. 1. 2. 3. 135. o Glas. ib. ex Be. p Di. q Glas. ex Be. r Di. ex Er. † Di. t Er v Di. x G. y D. in Di. z Di. a Li. ho. b Li. ib. ex Di.

c Di. d Di. Li. ho. ex Brought. * Li. ib. f G. g V. h Be. i V. k Gua. l Di. m Gua. l n Di. o G. p Di. q D. r Di. † Gua. sim. Bru. Mal. t Li. ho. v Be.

derivatum est, *Adhuc semel ego* מרעיש, σείω, *commovebo cœlum & terram.* &c. quod de Evangelii prædicatione exponitur, Heb. 12. 16 [x]. Ad hanc ergò maximam rerum mutationem significat Christus Zebedæi filios eximios sibi ministros fore [y]. Et certè destinatam illis excellentiam quandam inter ipsos Apostolos vel hoc ostendit, quòd cum Petro seorsim à cæteris multarum rerum testes sunt assumpti. Adde jam, quòd Jacobus primus Apostolorum omnium sanguine suo Christi doctrinam obsignavit, & quòd Johannes omnibus Apostolis superstes diutissimè testimonium perhibuit veritati [z].

18. *Thaddæum*] In quodam Codice legitur Λεββαῖον, *Lebbæum*, cui videlicet cognomen fuit *Thaddæo*: qui idem & *Judas* Lucæ dictus est; adeò ut trinomius fuerit [a]. Λεββαῖον habent quædam exemplaria, pro quo alios scripsisse Λευΐν, ex Origene adv. Cels. 1. conjicio. Credibile est eam lectionem nonnullis placuisse, ideo quòd Jacobus Alphæi præcessisset, & iste etiam Levi, ὁ τελώνης, Alphæi fuerit filius. Certè & Theodoretus videtur ità legisse. Citat enim, Θαδδαῖος, ὁ καὶ Λευΐς, Quæst. 16. ad Numeros [b].

20. *Et veniunt* (vel, *venerunt*, Be.) *ad domum*] Seu hospitium Christi in Capharnaum, Matth. 4. 13 [c]. q. d. Eos jam adscivit Christus in contubernium suum, & domum secum duxit, id quod antea non fecerat [d]: Hæc enim, cùm soleant cum v. seq. connecti, superioribus adjungo [*]. Sed planè nihil causæ video cur hoc avellamus ab iis quæ sequuntur, quibuscum & constructione & sensu cohæret. Vult enim narrare Marcus maximam concursionem factam, cùm Christus jam domum intrásset cœnaturus. ¶ *Ut non possent*, &c.] Sub. *discipuli*, V. Ità ut Christus, & qui cum eo erant, sive Apostoli omnes, sive illorum aliqui, non possent cibum capere, turbâ undique obstante [f].

21. *Et cùm*, &c. Καὶ ἀκούσαντες οἱ (supple ὄντες ἐκ) παρ' αὐτοῦ] *Et cùm audissent* (sub. *hæc*, Be. Pi. scil. Jesum docere, miracula edere, turbam post se trahere, &c [h].) *ipsius propinqui*, Be. Pi. sic Tre. P. vel, *amici*, Pers. *cognati*, Æth. *consanguinei*, Sy. vel, *sui*, Ar. Ca. *qui ad ipsum*, Mo. *qui ab eo erant*, Pi. Val. Be. *qui ad illum attinebant*, Er. Il. Ti. Qui autem hi fuerant, incertum [i]. 1. Cives ac populares ejus [k]. Sed nimis hoc generale est: neque his Christus adeò curæ erat [l]. 2. Christi domestici [m], vel gentiles & agnati [n]: qui Christo parum æqui erant, Joan. 7. 3, 4, 5. iidem qui foris adstabant [o]: non tamen omnes ex iis [p]. Est ergò Syllepsis, quâ multis tribuitur quod unus forsan fecit, ut Matth. 27. 44. collat. cum Luc. 23. 39 [q]. Cùm autem hæc gesta sint Capharnaumi, videtur & ibi Christus propinquos habuisse. Imò credibile est matrem, Josepho jam mortuo, (neque enim usquam illius post inchoatum Christi κήρυγμα fit mentio,) Nazarethâ eò migrâsse, ob ea quæ dicuntur infra v. 32. & cap. 6. 3 [r]. ¶ *Exierunt* (scil. oppido Nazareth, ubi habitabant, Matth. 13, 55, 56 [†].) *tenere eum*, Κρατῆσαι αὐτὸν] *Contingere eum*, nimirum ut eum ex ea domo in qua premebatur, aliò abducerent. Κρατεῖν enim sæpe est ἅπτεσθαι cum Accusativo, ut hîc & Matth. 28. 9. & infra 9. 27. & Act. 3. 11. aut cum Genitivo, ut suprà 1. 31. & Matth. 9. 25. neque aliter hîc interpretantur Syrus & Arabs [t]. *Ut comprehenderent eum*, Er. sic V. *Ut manus injicerent in eum*, V. Er. ut cohiberent eum nè se turbæ committeret [v]: ut eum quasi insanum abducerent, cogerentque domi se continere [x]: Id enim erat agnatorum, si quis commotæ mentis esse cœperit [y]. ¶ *Dicebant enim*] Vel cogitatione, vel potiùs verbis [z]: vel inter se, consilia conferentes; vel aliis, à quibus audiebant res gestas [a], quibus rationem reddunt cur tenere eum vellent [b]. Ἔλεγον, impersonaliter, more Hebræo, i.e. *rumor exierat.* ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ἐξέστη] Diximus ità nos arbitrari, non Arabem tantùm, [qui sic vertit, juxta Latinam ejus Versionem in Bib. Pol. *Eum in deliquium cordis incidisse*,] quod notavit vir eruditissimus, [Casaubonum intelligit;] sed & Syrum [quem tamen aliter vertunt & Tre. & Bib. Pol. & Di.] ἐξέστη h. l. accipere ut significet aut συγκοπὴν, aut λειποθυμίαν· quorum utrumque Græci ἔκλυσιν vocant. Quo sensu ἐκλύεσθαι legimus & Mat. 15. 32. & Marc. 8. 3. Idem est Hebræis, ויפג לבו, Gen. 45. 25. Solet autem id sequi tum ex inedia, ut dictis etiam locis apparet; tum ex circumstantis aeris tepore, quem facit nimius turbæ concursus. Utraque autem causa tunc & de Christo credibilem hunc rumorem faciebat. Hoc ferme sensu, καρδίας ἐξίσταμαι, pro, *cor refugit*, dixit Sophocles. Cicero, *Quid mirum si magnitudine timoris, ut plerumque fit, à constantia atque mente atque à se ipse discessit.* Hîc, *à se ipse discessit*, est, ἐξέστη, i.e. non quidem *in furorem actus est*, sed ἐλειποθύμησεν, aut ἐλειποψύχησε. Et multi hodie populi simili locutione animi deliquium exprimunt. Pertinent autem hæc omnia ad ostendendum quàm celebris Jesu fama fuerit. Vide Act. 26. 26 [c]. Hæc autem fama [de Christi deliquio] ubi ad aures cognatorum ejus pervenit, ἐξῆλθον (*exierunt*, quod tamen forsan pro simplici ἦλθον, *venerunt*, accipiendum est [d],) κρατῆσαι αὐτὸν, ubi Arabs κρατῆσαι non pro *vincire*, ut placet Interpretibus, accepit, sed pro *ruentem sustentare*, vel *prehendere*, auxilii ferendi causâ, ut Christus puellam excitaturus ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς, Matth. 9. 25 [*]. Pia quidem hæc sententia, quæ cognatis Christi non impietatem, sed charitatem adscribit [f]. Sed hæc sententia nullum fundamentum habet, vel in verbis ἐξίστασθαι, aut κρατεῖν, (quæ h. l. non cum Genitivo, sed cum Accusativo, junguntur;) vel in circumstantiis contextûs, sed ex multis aliis circumstantiis refellitur [g]. Nec patrocinatur ei Arabs, qui sic vertendus est, *quòd esset abreptus mente*, in excessu mentis: nec Syrus, quem Trem. reddit, *quòd à sese discessisset:* Boder. in Paris. *quoniam à sese exiisset*: in Reg. meliùs, *eum extra mentem suam exiisse*, i.e. non esse σώφρονα, sobriæ mentis, sed mentis impotem [h]. [Alii ergò verba Græca sic reddunt;] *Eum apud se non esse*, Il. Be. Pi. sim. P. Mo. Bru. *Mente captus*, vel *alienatus*, *est*, Er. Ti. simil. Ca. Pers. Non est compos mentis [i]: nulla proinde habenda est ratio eorum quæ dicit aut facit: non humanâ ratione regitur, sed spiritûs alicujus mali ductu, ut ferè insani [k]. Dixerunt Christum mentis impotem factum esse: quod optimè cohæret cum v. seq. ubi Scribæ pariter dicunt, *Dæmonium habet*, ut hi, *mentis impos est*, dignus ergò qui comprehendatur [l]. Ἐξέστη, putà φρενῶν [m]· ut Eurip. in Bacchis, ἐξέστη φρενῶν, *alienatus est animo.* Sed quæ vis argumenti, *Christum convenit magna multitudo*; *Ergò visus fuit extra se esse?* Nulla omnino. Alia ergò tentanda est via [n]. Carolus Molinæus, ut à cognatis Christi hanc impietatem amoliatur, sic reddit, ἐξέστη, *excessit*, seu *evasit ex ædibus* [o]. q. d. Nobis invitis hæc facit, quia nobis insciis domo exiit [p]. Ità quidem verbum sumitur in Euseb. *Evagoras*, inquit, *Rex Cypri* ἐξέστη, i. e. ἐξεχώρησε, *excessit*, vel *cessit*: cessit enim omni Cypro præter Salamina. Sed hîc aliud sign [q]. Al. Illud ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη, accipi possit, non ut ab agnatis Christi profectum, sed ut vox populi profanè de Christo judicantis, ut illi Act. 2. 13. de Apostolis, & Festus de Paulo, Act. 26. 24. Ad quam populi vocem accurrebant cognati Christi, animo non impio, ad præstandum triste illud charitatis officium, quod gentilibus & agnatis præscribit Lex XII. Tabularum [r]. Placeret hæc sententia, si legeretur, Καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, ὅτι ἔλεγον ὅτι ἐξέστη, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν. At nunc ἀκούσαντες ad vers. præcedentem refertur, *cùm hæc audivissent*, scil. confluxum populi augeri indies intelligerent, invidiâ moti, Joh. 7. 5. *venerunt ut prehenderent eum*, hoc prætextu, *quòd mente captus esset* [†]. Sed si ἀκούσαντες referatur ad v. præc. quid tamen vetat adnectere auditis rumorem istum, ὅτι ἐξέστη, &c [t]. Al. Cognati Christi, ut furenti eum turbæ eriperent, dicunt eum in re præsenti alieno esse animo, nec sibi constare, ut evenire solet mente motis. Prophetæ olim, dum Spiritu corriperentur, dicebantur παραφρονεῖν, aut ἐξίστασθαι, *alienari*, & extra se ac parum sui compotes esse credebantur. Vide 2 Reg. 9. 11. confer 1 Sam. 11 [v]. Phrasis hæc, ἐξέστη, respondet phrasibus Talmudicis, נתרפה רעתו, & רשף רעתיה, quæ valent, *mente excessit*, aut *turbatur intellectus ejus*, nec semper insaniam significant, sed sæpe turbationem tantùm intellectûs, pro præsenti, ex vehementi nimirum aliqua passione. Ità & hîc dicunt, ἐξέστη, *transportatur ultra se nimium*, *turbatur intellectus ejus*, adeò vehemens est & fervidus in munere suo fungendo, ut sui oblitus & salutis suæ nec de necessario cibo curet, nec de somno, nec quies illi datur etiam domi suæ, ubi jure exspectari possit, sed accurrunt & illic turbæ [x]. Verbum ἐξέστη in omnibus N. T. locis (hoc duntaxat excepto. &

Marginal notes, left column: x G. — y G. sim. Ham. — z G. — a Be. — b G. — c Bru. — d Bru. ex Be. — * Be. — f G. — g Sch. Pi. — h Bru. — i Mal. — k Th. in Mal. — l Mal. — m Euth. in Mal. — n Be. sim. Bru. Mal. ex Euth. & Th. G. ex Sy. — o Be. — p Be. sic Mal. — q Mal. — r G. — † Bru. — t G. — v V. — x Be. — y Er. — z Mal. — a Bru. — b Mal.

Marginal notes, right column: c G. — d Be. — * Cas. ad Annal. Baron. p. 247. — f Di. — g Ham. — h Di. — i Camer. Bru. — k Bru. — l Di. — m Scul. Sch. — n Scul. ex. 2. 97. — o Clop. in collat. crit. in append. crit. p. 3994. — p Q. in Mal. — q Scul. ib. — r Clop. ib. — † Di. ib. — t Clop. ib. — v Heins. — x Li. ho.

2 Cor. 5. 13.) significat, *perculsus*, vel *attonitus, est*, subitámque notat animi perturbationem, quæ homini usum mentis adimit. Sic in LXX ad Psal. 13. 32. ἔκστασις est *vehemens animi commotio*, quæ & hîc locum habet; q. d. Quòd hæc facit Christus, miracula patrat, Discipulos constituit, &c. excessus est, sive transportatio ex zelo, vel motus aliquis extraordinarius, qualis Prophetis obtingere solebat [y]. Al. Valde probatur mihi lectio quam Beza in vetusto suo Codice invenit, *dicebant enim*, ὅτι ἐξίσταται αὐτούς, *quòd ipsos dementaret* [z]. Nota erat cognatis Christi carnis infirmitas; magni igitur nihil de illo credere poterant, familiaritate contemptum pariente [a].

22. *Scribæ*] Matthæo *Pharisæi*: sive quòd hi conjuncti essent, sive quòd iidem Pharisæi simul essent & Scribæ [b]. ¶ *Beelzebub habet*] Bene explicat Syrus, *Beelzebub in eo est*, i. e. per eum operatur. Vide Matth. 9. 34. & 12. 24, 27. Hinc & ipsum Christum *Beelzebub* vocabant, Mat. 10. 25. i. e. Beelzebubi ὄργανον & ministrum. Similis locutio Mat. 11. 11. δαιμόνιον ἔχει, i. e. familiariter eo utitur: συγγίνεσθαι δαιμονίῳ dicunt Platonici, nisi quòd illi δαιμόνιον in partem meliorem interpretantur. Alio sensu illi apud Johannem dicebant, δαιμόνιον ἔχει, significare volentes eum esse ἐνεργούμενον [c].

23. *Satanas Satanam*] Id est, Satanas seipsum, ut v. 26. Unicus enim est Σατανᾶς, qui aliàs dicitur ὁ διάβολος, cujus Angeli dicuntur δαίμονες, & δαιμόνια [d].

24. *Et*, &c. Καὶ — οὐ δύναται, &c.] Τὸ καὶ cum sequente οὐ conjungo, ut fit καὶ οὐ pro οὐδὲ, *neque*, positum: alioquin καὶ non satis cohæret, & duæ hæ similitudines probandæ superiori negationi [v. 23.] adhibentur [*].

26. *Et si*; ità Er. Καὶ εἰ] *Sic si*: Hebraica Enallage, ו pro כן, ut Prov. 25. 25. & 26. 9. & 27. 15. vel, subauditur οὕτως, ut Matth. 6. 10 [†]. Sic *quoque si*, Be. Pi. ¶ *Satanas*, &c.] Id est, corpus Dæmonum [f]. Ὁ σατανᾶς videtur mihi hoc loco dici & Luc. 11. 18. *tota universitas malorum spirituum*, quomodo ὁ ἄνθρωπος, pro *genere humano*, aut *natura humana*. Non enim solus Princeps spirituum, sed omnes impuri spiritus, eo nomine censentur, ut suprà v. 23. & Matth. 12. 26. apparet. Proclus ad 2. Plat. De rep. ἡ γὰρ ἀρθρ προτιθεῖσα, &c. (*Articulus enim præfixus aut eminentiam denotat, ut cùm dicimus*, ὁ ποιητής, *Poeta, eximius scilicet*; *aut totam multitudinem, ut cùm dicimus*, ὁ ἄνθρωπος, *de tota universitate*.) Ἀνέστη cum ἐπὶ [quæ hîc sequitur] locutio est Hellenistarum ex Hebraismo, quo hostilis conatus indicatur, קום על, ut Psal. 31. & alibi passim [g].

27. *Diripiet*, Διαρπάσει] Est & apud Mat. nec aliter legit Syrus: & magis Hebraismum sapit. Sensus quippe [loci] est, *Tunc enim demum domum prædari poterit* [h]. In quinque Codicibus est, διαρπάσῃ· quod sanè meliùs cohæret cum præcedentibus. Nam alioquin præcisum erit dicendi genus, *Et tunc diripiet*, pro, *Quod si fecerit, tum demum diripiet* [i].

28. *Quibus*, &c. Ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν] *Quascunque blasphemaverint*. Sic enim loquuntur Attici, *convitia convitiantur*, & *fugam fugiunt* [k]. *Quibuscunque*, &c. V. Pi. Antè ὅσας saubauditur κατὰ [l].

29. *Non — in æternum*] i. e. *Nunquam*. Nam quædam crimina Judæi putabant tempore finiri [m]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως] *Sed tenetur* (vel, *damnas est*, Be. *reus est*, vel *erit*, Sy. Val. V. vel, *obnoxius est*, Mo. Ca. Ham. vel, *condemnabitur*, Æth.) *æterno judicio*, Pi. Tre. &c. vel, *æterni judicii*, Sy. Val. V. *supplicio æterno*, Ca. *æterni peccati*, Cypr. & Vulg. in Be. i. e. nunquam delendi. Legerunt ἁμαρτίας, ut est in meo vetustissimo Codice [n]. Damnabitur in æternum [o]. Tenebitur sententiâ condemnationis sempiternæ. Nomen ἔνοχος significat id quo aliquis ἐνέχεται, i. e. tenetur. Demosth. in Leptinem, [dicit,] ἔνοχον εἶναι τῇ γραφῇ, *teneri eâ actione*: & ad Eubulidem, ἔνοχον εἶναι τῇ κατηγορίᾳ, *teneri illâ accusatione*: at alibi, ἔνοχος ἔστω τῆς προδοσίας, *teneatur crimine proditionis* [p]. Al. *Convenit eis supplicium* (vel, *judicium*, Pers.) *æternum*, Ar. κρίσις, *judicium*, hîc pro κατάκρισις, *condemnatio*, ut sæpe alibi κρίνειν pro κατακρίνειν [q]. Synecdoche generis, & Metonymia efficientis [r]. Κρίσιν pro *condemnatione*, aut *supplicio*, passim in his Libris reperimus. Sed cùm præter veterem Latinum Interpretem Codices antiqui habent ἁμαρτίας, probabilius est ità scriptum à Marco; κρίσιν autem fuisse interpretamentum Hebraismi, quo *peccatum* sumitur pro *pœna peccati*. Sensus est, Non tantùm hîc punitur induratione, sæpe & pœnis aspectabilibus, quod Judæis contigit; sed & pòst hanc vitam suppliciis æternis. Plus dixit, quod minus erat tacuit. Matthæus utrumque expresserat; ad quem quæ dicta sunt vide [†].

30. *Quoniam*, &c.] Præcisum dicendi genus, quale infrà 5. 8 [t]. Plena sententia erit, *Id autem dicebat, quoniam dicebant*, &c [v]. Reddit causam præcedentis doctrinæ de peccato in Spiritum Sanctum [x]. Hâc comminatione usus est Christus, quia videbat illos agnoscere intra se vim Divinam, sed invidiâ & odio comminisci calumnias, ut plebem averterent; atque ità quod Dei erat Diabolo asscribere [y].

31. *Et*, &c. Ἔρχονται οὖν] *Veniunt igitur*, Be. Pi. Bru. Τὸ οὖν hîc non est otiosum [z], sed Epanalepseos nota [a]. Redit enim hîc Marcus ad historiam quam narrare cœperat [b], quæ interrupta erat ob sermones quos sub id tempus Christus habuit cum iis qui Hierosolymis venerant. Nam Lucas ait, cùm accessissent, introire in domum non potuisse ob turbam obstantem: quod cum illis prioribus certè cohæret [c]. ¶ *Mater*, &c. Οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ] *Fratres* (i. e. cognati [d], ut Gen. 14. 14. & 27. 37. & 31. 32. 2 Par. 36. 10 [*].) *& mater ejus*, Pi. Bru. Quidam lectionem & ordinem inverterunt, *mater ejus & fratres*, ex superstitione quadam, putantes injuriam matri Domini fieri, nisi præponatur [f]. Præponuntur h. l. fratres, quia authores fuerunt consilii; mater autem ignara, aliis rationibus persuasa, cum illis venit [g].

32. *Sedebat*] Intenta audiendo Dei verbo [h].

34. *Et*, &c. Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν, &c.] *Et circumspiciens circulo* (vel, *in circuitu*, Er. Il. P. Ti. Be. Pi.) *circa se sedentes*, Mo. vel, *eos qui circum ipsum* (vel *coram eo*, Pers. vel, *apud*, sive *juxta*, *se*, Di. ex Sy. sic Tre. Περὶ, ut & *circa* Latinis, interdum valet *apud*, vel *juxta* [i]:) *sedebant*, Be. Credibile est proximos aliquot sedisse, stetisse cæteros, aut sedisse in fenestris, ut Act. 20. 9 [k]. Vel, *circum se discipulos sedentes*, Er. Il. P. Ti. Pi. sim. Di. Confer Marc. 4. 10. *Rogabant eum*, οἱ περὶ αὐτὸν, quod Sy. & Vulg. vertunt, *qui cum eo erant*: ubi dubium non est quin Discipuli ejus intelligantur, phrasi Græcis usitatissimâ, apud quos οἱ περί τινα sunt, qui alicui sunt addicti, eúmque sectantur. Unde & facilè adducor, ut hoc quoque loco τοὺς περὶ αὐτὸν non construam cum καθημένους, sed absolutè sumam pro *discipulis ejus* [l].

CAP. IV.

1. *Iterum*] Jam antè bis ad mare iverat, haud dubiè prædicaturus [a]. Vide Marc. 2. 13. & 3. 7 [b]. ¶ *Cœpit docere*] Id est, docuit: usitatissima Judæis Phrasiologia. Hieros. *Incepit — prolixus esse*, &c. h. e. prolixus fuit. Et pòst, *Incepit — flere*, id est, flevit. Et Beros. Rab. *Incepit bos mugire*, i. e. mugiit [c].

2. *Et dicebat illis in*, &c. Ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ] *In doctrina sua*, Be. Pi. &c. i. e. docendo [d]; vel, *inter docendum*: *doctrinam* accipio h. l. pro actione docendi [*]. Vel, juxta suum docendi genus [f]: nempe per parabolas; adhæc magna cum gratia & authoritate, ut Mat. 7. 28, 29 [g]. Idem genus loquendi est infrà 12. 38. neque extra Marcum occurrit. Sensus mihi esse videtur, *Cùm alia multa dissereret, tum hoc quoque dixit inter cætera*. Præcipuum quod Christus docebat erant ipsa præcepta, quæ & propriè διδαχῆς nomine appellantur. Hæc omni occasione populo inculcabat: addebat deinde auctarii causâ τὸ παραβολικὸν & liberas reprehensiones [h].

4. *Aliud*, &c. Ὃ μὲν (subaudiendum, vel σπέρμα, *semen*; vel μέρος, *pars*; scilicet seminis [i]:) ἔπεσεν] *Aliud quidem cecidit*, Be. Pi. Bav. Mezia fol. 105. כדי נפילה, *Secundum quod cadit*, Glos. *Secundùm mensuram quam seminat*. Et loquuntur ibi Gemaristæ *de semine cadente è manu*, i. e. quod è manu jactatur serentis [k].

5. *Super*,

5. *Super*, &c. Ἐπὶ τὸ πετρῶδες] Scil. μέρος τῆς γῆς, *in petrosam terræ partem* [l]: pro, ἐπὶ τὰ πετρώδη, ut infrà v. 16 [m]. ¶ *Quoniam non haberet altitudinem terræ*] Nam erat petrosum, cujus gleba & crassa satis & admodum fertilis: at hæc crassitudine istâ caruit. Notant Hebræi de Hebrone, quòd regio illius omnium fertilissima erat, & tamen petrosa [n].

7. *In spinas*, Εἰς τὰς ἀκάνθας] *In agrum non exacanthatum*. Vide Sheviith, cap. 4. hál. 2 [o]. ¶ *Fructum non dedit*] Quod de prioribus seminibus nihil necesse erat dici. Nam quomodo fructum ederent aut ab avibus absumpta, aut æstu Solis arefacta? sed de hoc semine non sine causa id dicitur, quia primi auctus spem faciebant bonæ frugis [p].

8. *Et*, &c. Καὶ ἐδίδε καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα] *Et dedit* (vel, *edidit*, Ca.) *fructum assurgentem* (vel, *emergentem*, Er. Il. V. vel, *ascendentem*, Mo. sim. Sy. Ar. Æth. Pers. Tre. scilicet è terra [q]: firmâ radice nixum assurgentem in liberam auram [r],) *ac crescentem*, &c. P. Be. Pi. vel, *augescentem*, Ti. ad plenam usque maturitatem [†]. Providè Marcus seminis quarti eventum à trium priorum eventu separavit. Nam primum *non ascendit*, ab avibus absumptum; alterum *ascendit quidem*, *sed non crevit*, æstu exhaustum; tertium *& ascendit & crevit*, *sed fructum non dedit*, oppressum ab ea, quæ simul excreverat, sentium segete. ¶ *Unum*, &c.] Ἓν distributivum apud Hebræos posuit, ubi Matthæi Interpres magis Græcè, ὃ μὲν, &c, ὃ δὲ· atque ità apparet legisse veteres Interpretes: quare ità potiùs legendum quàm ἐν. Vide quæ infrà ad v. 20 [s].

10. *Cùm*, &c. Ὅτε ἐγένετο καταμόνας] *Cùm essent soli*, Tre. ex Sy. Æth. sim. Pers. *Cùm esset* (vel, *cœpisset esse*, Er. Il.) *solus*, P. Ti. Be. sic Mo. V. Sch. vel, *singularis*, Vulg. *separatus*, Ar. in Di. *seorsum*, Ca. G. à turba [v]. Utitur [hâc voce] & Lucas, 9. 18. & Alexis comœdiâ Parasito [x]. Vel, *solitariè*: quod tamen commodiùs per nomen vertitur [y]. Adverbia juncta verbis γίνεσθαι & εἶναι sæpe significationem ipsorum nominalem præstant, ut Act. 15. v. 25. *Visum est nobis* γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, pro, ὁμοθύμοις, *in una sententia concordantibus*: 1 Cor. 16. 10. ἵνα ἀφόβως γένηται, i. e. ἄφοβος, *ut sine metu conversetur*: Eph. 2. 13. *Propè facti estis*, i. e. propinqui. Sic Il. γ'. 95. —πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ, *omnes fiebant tacitè silentio*, i. e. taciti. Sic & Od. β'. 82 [z]. ¶ *Hi*, &c. Οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα] *Hi qui circa ipsum erant* (i. e. Discipuli sui [a]: 70 Discipuli [b]. Phrasis, οἱ περὶ τινὰ, *qui circa aliquem*, designat ei deditos, ità ut eum sectentur [c]. Æschin. contra Ctes. *Populo quidem*, inquit, *vanam spem afferentes*, *Demostheni autem* καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν, *& ejus sectatoribus pecuniam*. Plutarchus, τῶν περὶ Φαλερέα, *qui Phalerei partes sequebantur* [d].) *cum duodecim*, Be. Pi. Ambiguum videri poterat quod Matthæus scripserat, Christum seorsim Discipulis hæc explicâsse. Nam *discipuli* interdum dicuntur Duodecim soli, interdum & alii, non ità quidem familiariter, sed satis assiduè tamen, Christum sectantes, quales illi Septuaginta. Marcus ambiguitatem solvit, cùm dicit hæc explicâsse Christum non solis Duodecim, sed & aliis περὶ αὐτόν. Hoc autem, οἱ περὶ αὐτὸν, veteres explicârunt, μαθηταὶ αὐτοῦ, laxiore notione; quod deinde in textum quorundam Codicum penetravit. Voculas, σὺν τοῖς, quas omisit Latinus Interpres, retinendas censeo, nam & Græci agnoscunt & Syrus & optimi Codices [*]. Ità legunt & Cod. Laurentii, & Liber qui habebat Commentarios Theophylacti, & editio Complut. & Aldina [f]. Alii legerunt, οἱ περὶ αὐτὸν (vel, σὺν αὐτῷ, Zeg.) δώδεκα. Ità Vulg. in Be. Al. οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Ità [Codices] mei habebant [g], & meus vetustissimus Codex: quod utrumvis probo; quoniam domi & inter solos domesticos hæc dicta fuisse videntur ostendere quæ sequuntur [h].

11. *Illis autem qui*, &c. Τοῖς ἔξω] *Foris*, Mo. *Qui foris sunt*, Er. Il. Be. Vulg. &c. *Exteris*, sive *extraneis*, V. Ca. Tre. ex Sy. Ar. Pers. sic Er. Be. alienis & non nostris [i]. Οἱ ἔξω Judæis erant Ethnici, desumptâ indè Phrasiologiâ, quòd omnes terras præter suam vocârunt חוצה לארץ, *extra terram*. Hinc & Libros Ethnicos dicunt *libros* חיצונים, τοὺς ἔξω, sive *extraneos*. Dira præsagit Christus, Judæos eâdem agnominatione stigmatizans quâ ipsi Ethnicos. Nonnullos etiam Judæos Talmudici vocant חיצונים, eos nimirum qui pro libitu suo agunt, spretis regulis sapientum, quos reputant ut τοὺς ἔξω, vel Ethnicos. Sic tota gens Judaica, censore Christo, quæ spernit Evangelicam sapientiam [k]. Quod Matthæus dixerat, *illis*, pulchrè explicat Marcus τοῖς ἔξω. Christiani veteres τοὺς ἔξω vocabant omnes qui à Christi Disciplina erant extranei, 1 Cor. 5. 12, 13. Col. 4. 5. 1 Thes. 4. 12. & passim Clemens atque alii. Bene ergò Marcus eo nomine designavit eos qui audiebant quidem Christum, sed non discendæ pietatis animo; similes Atheniensibus illis Act. 17. 21 [l]. Ut Ecclesia interdum omnes comprehendit qui veram religionem profitentur, etiam hypocritas; interdum electos duntaxat & verè credentes: ità & exteri modò dicuntur infideles, modò ii qui in Ecclesia sunt, sed non ex Ecclesia, de quibus hîc agitur, & Rom. c. 9. v. 8 [m]. ¶ *In*, &c. Ἐν παραβολαῖς τὰ πάντα γίνεται] *In parabolis* (intellige *solis*, sine eorum apertiori explicatione [n]: velata parabolis, obscurè [o]: vel, *Per parabolas*, Be. Pi.) *omnia* (sub. *ista*, Be. Pi. de quibus scil. hactenus dixi. Πάντα hîc sumitur determinatè ad subjectam materiam, ut 2 Cor. 4. 15. Phil. 2. 21. Col. 3. 8 [p]. omnia præcedentia, doctrina scilicet de Regno cœlesti: vis enim articuli proculdubiò est ἀναφορική [q]. omnia scilicet, non quæ ad pœnitentiam, sed quæ aut ad arcana Divinæ dispensationis, aut ad eventum prædictionum, pertinent: Præcessit enim mentio τάς αυτῆς [r].) *fiunt*, Be. Pi. i. e. *contingunt*, V. vel, *proponuntur*, V. G. Id ex sensûs ratione hîc valet γίνεται, quod generale est [†]. Quàm longè fallitur gens Judaica de temporibus Messiæ. Præcursorem ejus Eliam arbitrantur difficilia omnia enucleaturum. Clara quidem erunt omnia ad æternam salutem facientia, Evangelizantibus, cùm advenerint, Eliâ & Messiâ, Baptistâ & Christo; at tibi obscura, & ex voluntaria tua cæcitate, & ex justo Messiæ judicio, qui jure in nebulis & involucris concionatus est eis, qui Solem & serenam lucem videre noluerunt [t]. In meo vetustissimo Codice totum hoc membrum non legitur [v].

12. *Ut*, &c. Ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι] *Ut videntes videant, & non cernant*, Pi. vel, *non cognoscant*, ut est in Hebræo [x]. Τὸ βλέπειν hîc oculorum actionem denotat; τὸ ἰδεῖν verò, animi vim, id quod oculis conspicit perspicientis & dijudicantis: sicut plus est τὸ συνιέναι quàm τὸ ἀκούειν, ut diximus Matt. 13. 14 [y]. Non verba ipsa Prophetarum, sed sensum comminationis, expressit Marcus, Futurum scilicet, ut qui videntes videre, audientes audire & intelligere, noluerant, postea nec videre, nec audire, nec intelligere, possent ea quæ ad ipsorum conversionem pertinebant [z]. Vide quæ ad Matthæum diximus [a]. Mihi, Matthæum cum Marco conferenti, τὸ ἵνα non eventum tantum, sed & causam, significare videtur. Matthæus Judeorum statum refert, *Quia —— non vident*: Marcus Dei ex eo sequutum judicium refert, *ut —— non videant*; quæ quidem jungenda sunt, ut perfectè Christi responsio intelligatur: ut scilicet tales maneant quales sunt & esse affectant. Christus sermones suos statui reproborum auditorum accommodat, ut qui veritatem nudè propositam nollent intelligere, obscurè propositam audirent, nec possent intelligere; quæ est justissima pœna repellentium veritatem [b].

13. *Et quomodo*, &c. Καὶ πῶς, &c.] *Quomodo igitur*, V. sic Be. Bru. Pi. Sch. Καὶ hîc non est copulativum, sed ratiocinativum [c]. Hoc dicendi genus à vulgo petitum est, ut suprà diximus, Matt. 3. 14. Sic Homerus, Il. α'. Καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις. Virg. —— *Et quisquam numen Junonis adoret Præterea* [d]?

14. *Qui*, &c. Ὁ σπείρων, τὸν λόγον σπείρει] Syrus transfert, *Sator qui sevit, verbum sevit*. Arabs, *Sator est, qui serit verbum* [*]. Sensus, Is Sator de quo dixeram in fabella significat Doctorem salutaris Verbi [f].

15. *Hi autem sunt qui circa viam*] Sub. *semen excipiunt*, Pi. Supplendum σπειρόμενοι, vel σπαρέντες, ex collat. 16, 18, 20 [g]. ¶ *Ubi*, Ὅπου] *Ubi*, pro, *in quibus* [h]: sic *unde*, pro, *à quo*, Latini sæpe usurpant, ut Cicero, *Illo extincto fore unde discerem neminem* [i]. Ὅπου hîc non refertur ad ὁδὸν, (*viam*,) sed ad eos qui viæ comparantur [k].

18. Καὶ οὗτοί εἰσιν] Hoc mox repetitur per Epanalesin, hoc sensu, *Isti, inquam, sunt* [l]. Vel potiùs redundat prius οὗτοί εἰσιν. Syrus non habet, neque Arabs [m]; nec quatuor

[l] Pi. [m] Be. sim. Pi. [n] Li. ho. [o] Idem. [p] G. [q] Er. [r] Bru. [†] Idem. [s] G. [v] G. sim. Be. Bru. [x] G. [y] Bru. ex Be. [z] Sch. [a] V. ex Er. Bru. [b] Euthym. in Bru. [c] Bru. ex Be. [d] Be. [*] G. [f] Rev. ex Er. [g] Er. [h] Be. [i] Camer.

[k] Li. ho. [l] G. [m] Be. [n] G. [o] Bru. [p] Sch. [q] Be. [r] G. [†] Idem. [t] Li. ho. [v] Be. [x] Bru. [y] Be. [z] G. sim. Ham. [a] G. [b] Bru. [c] Sch. [d] Be. [*] Di. [f] G. sim. Bru. [g] Pi. Sch. [h] G. sic Be. [i] G. [k] Be. [l] Be. sic Bru. [m] Di. sic Be. Bru.

tuor manuscripti Codices [n]. Si tollas, planior erit sententia [o]. Repetitio vocum ἐπὶ ἐπὶ, non est aliena ab Hebraismo; quod ejus insolitis mutandi causam dedit, idque non uno modo: quod hujus lectionis veritatem ostendit [p].

19. *Seculi*] Græcè, *seculi hujus*, Bru. i.e. ad hujus seculi negotia pertinentes [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αἱ περὶ τὰ λοιπὰ, &c.] *Et cæterarum rerum* (vel, *quæ in cæteris rebus* versantur, Be. Pi. sic Bru. Ham.) *cupiditates*, V. v. g. honoris, cibi & potûs, veneris, omnéque nocivum desiderium [r]: voluptates corporis, quas Matthæus non expresserat, quia divitias comitari solent. Videtur autem περὶ dictum τὰ λοιπὰ, ut cùm dicimus quæ honestè nominari nequeunt [†]. ¶ *Introeuntes*] Ità Be. Pi. scil. in animum [t]: i.e. supercrescentes [v]. Lucas vicissim ipsos dixit ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευομένους [x].

20. *Et suscipiunt*, Καὶ παραδέχονται] *Et excipiunt*, Be. sic Pi. pro quo Mat. *intelligunt* [y]: קבלו. Apparet idem esse in hac comparatione λαμβάνειν, παραδέχεσθαι, συνιέναι, κατέχειν, eaq; omnia plus esse quàm ἀκούειν, minus quàm τελεσφορεῖν [z]. ¶ *Unum*, &c. Ἓν τριάκοντα, &c.] *Unum* (supple σπέρμα [a], *semen*, vel *granum* [b],) *triginta*, &c. Er. *Aliud triginta*, &c. Pi. &c. Al. Hîc Syrum ἐν legisse apparet [c]; vertit enim, *in triginta* [d]. Neque dubium quin multi Exscriptores id prætulerint, ut vitarent τὸ σολοικοφανὲς (*speciem solæcismi* [*].) Legendum hîc, sicut & v. 8. ἐν [f] sic legunt emendatiores Codices, & nominatim vetustiss. Cod. Theophylacti [g], & omnes nostri vetusti Codices [h]. Sed hoc probare non possum: nam, 1. id non convenit cum phrasi Scriptorum Rei rusticæ. Varro dicit semen *redire cum decimo, quintodecimo, centesimo*. Alibi, *alicubi cum decem respondeat, alicubi cum quindecim*: Herod. 1. ἐπὶ διηκόσια ἀποδιδοῖ, &, ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέρει· Propiùs hæc accedunt, sed idem non sunt. 2. Quis non videt, ἐν τριάκοντα, &c. idem hîc esse quod Mat. 13. 8. ὃ μὲν ἑκατὸν, &c [i]? Credibilius est ità [ἓν] scriptum fuisse ut suprà v. 8. nam & in Matthæo est similis repetitio. Neque movet me transitio in aliud genus. Nam in explicatione harum παραβολῶν sæpe ἐν ἀποδόσει reditur per figuram ad id quod in comparatione erat positum. Sed & de Terra cœptus sermo sæpe in Semen desinit; quia scilicet in hoc docendi genere res tota inspicitur, non particulæ singulæ [k]. Post τριάκοντα subaudiendum σπέρματα [l].

21. *Et dicebat illis*] i. e. Solebat sæpe hoc dicere in commodis argumentis, quod & hîc commodè attulit [m]. Possent videri quæ sequuntur ἀποφάσεις non tam cohærentes cum superioribus, atque etiam inter se, quàm in unum locum à Marco congestæ, nè sæpiùs seriem historiæ ejusmodi dictorum repetitione interrumperet. Sed cùm hæc interserantur duabus comparationibus, quæ & apud Matthæum cohærent, & postrema illa sententia, *Habenti dabitur*, etiam apud Matthæum recitetur circa hujus temporis narrationem, omnino arbitror illa cum superioribus cohærere [n]: Neque obstat quod de Lychno & de Remensione alibi apud Matthæum alio sensu fit mentio. Nam proverbia ista usu vulgi trita solent, pro re nata, sensibus diversis, qui tamen sub eandem dicti generalitatem veniant, aptari; quod tum apud Græcos Latinósque, tum & in hac nostra historia, sæpe est reperire [o]. Quin & Lucas hanc ipsam de Lychno sententiam bis posuit; & hîc Marcum sequitur, paucis omissis [p]. ¶ *Numquid*, &c. Μήτι ὁ λύχνος ἔρχεται, &c?] *Num lucerna* (vel, *candela*, V.) *venit*, &c? Be. Pi. &c. *venit*, i.e. vel servit, aut usui est [q]: vel adducitur, aut adfertur, sive infertur [r], nempe in domum [†], vel in conclave. Hoc cùm obscurius videretur, mutandi occasionem præbuit. Sed non dubito quin vera hæc [ἔρχεται] sit lectio, vel ex eo argumento, quo sæpe utor, quòd diversa ejus interpretamenta in textum irrepserunt. Alii enim Codices habent ἅπτεται [t]: ità editio Basileensis [v], & aliqui [alii] Codices [x]: alii, ἄπτεται: quorum alterum legit Arabs בוקד. At Syrus eo antiquior legit, ἔρχεται, ut Latinus [y], & Th. & Euthym [z]. Sed quorsum hoc dicitur, cùm de semine hîc agatur, cum quo nihil est lucernæ commune [a]. Resp. 1. Hortatur eos, ut bona terra sint: *num enim lucerna*, &c? i. e. non seminatur Evangelii verbum in auditorum animis, ut inutile maneat, sed ut germinet, &c [b]? Connexio hæc mihi esse videtur, quòd aliâ similitudine idem quod superiore ostenditur, Non in hoc dari nobis salutarem doctrinam ut sterilis torpeat, sed ut luceat in nobis per facta pietati consentanea. Quod suprà *Semen*, hîc est *Lychnus*; quod suprà, *fructum ferre*, hîc, *super candelabrum ponere*. Vide Matt. 5. 16. 1 Pet. 2. 12 [c]. 2. Respicit hîc Christus illud v. 11. *vobis datum est nosse*, &c. Reddit h. l. rationem quare illis velit parabolam exponere, quia *non venit lucerna*, &c. q. d. Non ideo proposui parabolam ut non intelligeretur, sed ut intelligeretur, ideóque explicare volui, credentibus scilicet [d]. Non est meæ mentis, ut parabolæ istæ & mysteria maneant occulta & obscura hominibus, ut sunt Judæis, sed ut, quemadmodum à me vobis sunt explicata, ità toti mundo proposita & exposita sint, &c [*]. 3. Sensus facillimus colligitur ex contextu. Cùm Christus parabolis loquitur, *lucerna ponitur subter modium*. At non *ad hoc venit*, inquit, *lucerna* ut sic occultetur, nec æquum foret eam ità abscondere, nisi quòd hoc voluerit justitia Divina, ut isti qui nolunt lucem videre, luce non potiantur. At *nihil absconditum est*, [ut hîc sequitur] quod non per doctrinam Evangelicam fiet manifestum, modò adsint oculi qui lucem non respuunt. Vos ergò cavete ut audiatis, nè pares istis sitis, & metiatur vobis justitia Divina eâdem mensurâ quâ mensa est illis; nempe eos nunquam audituros, quia nolunt audire [f]. 4. Hæc est parabolæ appendix, quâ finem & usum ejus Apostolis commendat; q. d. Cùm Verbum Dei sit tam pretiosum semen, &c. attendant tam Doctores quàm auditores, quomodo illud tractent & audiant, útque aliis præluceant, quò sint bona terra, &c [g]. Monet h. l. Christus Apostolos, nè Verbum Dei occultent, sed palàm prædicent, & quæ à se explicata audivissent, cæteris etiam explicent, nec enim sibi tantùm, sed aliis etiam, docti à se fuerunt: *num enim lucerna*, &c [h]? Sed non videtur hîc Christus id agere, ut Apostolos ad prædicandum exhortetur, sed omnes auditores ut fructum ferant, &c [i]. ¶ *Sub modio* (i.e. vase concavo: Species pro genere [k].) *ponatur, aut sub lecto?*] Hoc & Lucas posuit, c. 8. v. 16. Magna ubique relucet in Christi dictis popularitas. Quia Modius & Lectus cavitatem habent, sub qua condi Lucerna posset; ideo ista nominavit [l].

22. *Non*, &c. Οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτὸν, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ] *Non est enim quicquam* (sub. *in Prophetis de me*, V. vel, sub. *à me dictum vobis in parabolis*, Ham.) *absconditum quod non sit manifestum futurum*, Be. sim. Bru. Pi. V. sub. *in vobis*, V. vel, *non manifestetur*; modò intelligas esse modum Potentialem: ponitur enim ἐὰν, pro ἂν. Quod Erasmus hîc legit, εἰ μὴ ἵνα φανερωθῇ, neque in vetustis Codicibus reperimus, neque videtur convenire [m]. Hanc sententiam affert Matthæus, c. 10. v. 26. ubi eos patientes esse vult quum malè in mundo audiant, quia veniet dies, quâ qualis quisque fuerit appareat, & nihil erit occultum, quod non reveletur. Sed quorsum hîc affertur, non satis apparet [n]. Universalis locutio ex sensu communi restringenda est ad res probas & honestas. *Omnis enim qui malè agit lucem odit*, &c. Joh. 3. 20, 21. Hoc loco ea sententia significat, Non doceri etiam clàm aut privatim ea quæ bona sunt, nisi ut bonorum operum fructum proferant, atque ità se palàm ostendant. Est ergò φανερωθῇ positum pro, ἵνα φανερωθῆναι· quod in sequenti membro per ἵνα evidentissimè explicatur [o]. Sensus, Vel, q. d. Date operam ut aliis præluceatis bonorum operum exemplo, quia *non est occultum*, &c. i. e. alioquin non poteritis diu vitia vestra celare, aut sanctitatem simulare [p]. Vel, q. d. Hæc nè apud vos prematis, sed communicetis cum aliis, quia omne occultum revelabitur, &c [q]. Vel, q. d. Hæc vobis explicavi, quia nihil est occultum quod revelari non debeat [r]. Confirmat id quod mox dixerat, parabolas has non semper remansuras occultas, sed apertas omnibus futuras; q. d. Nunc multa celamus turbam, quia tempus nondum advenit [†], viâ nondum per Passionem meam propalatâ, &c. Heb. 9. 8 [t]. tandem verò nihil erit arcanum quòd non sit palàm omnibus prædicandum [v]. Quare huic proverbio subjungitur, *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine*, &c. Matt. 10. 27 [x]. ¶ *Nec*, &c. Οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ] Plana est sententia, præsertim collata cum Luc. 8. 17. sed quomodo cohæreat verborum constructio, non liquet; est enim oratio elliptica, &c [y]. Varias sive lectiones, sive versiones, peperit difficultas constructionis [z]. Mos Hebræorum

Marginal notes (left column): [n] Bru. sim. Ec. [o] Ec. [p] G. [q] Ec. [r] Bru. [†] G. [t] Bru. [v] G. sic Ham. [x] G. [y] Bru. [z] G. [a] Be. Sch. [b] Sch. [c] G. sic Bru. [d] Bru. [*] G. [f] Val. ad v. 8. [g] Er. ad v. 8. [h] Be. ad v. 8. [i] Rev. ad v. 8. [k] G. [l] Rev. ad v. 8. [m] Bru. [n] G. [o] G. sim. Mal. [p] G. [q] Bru. [r] Bru. Ec. G. [†] Bru. [t] G. [v] Ec. [x] Mal. [y] G. [z] Mal. [a] Mal. [b] Q. in Mal.

Marginal notes (right column): [c] G. [d] Mal. ex Chrys. & Th. & Euth. [*] Bru. [f] Li. ho. [g] Chem. [h] Hi. & Beda in Mal. [i] Mal. [k] Bru. [l] G. [m] Be. [n] Mal. [o] G. [p] Q. in Mal. [q] Al. in Mal. [r] Mal. [†] Bru. [t] Chem. [v] Bru. sim. Chem. [x] Bru. [y] Ec. [z] Di.

orum est eandem ἀπόφασιν verbis mutatis repetere, quod in Gnomologico Salomonis sæpissimè occurrit. Vide similem dicendi copiam infrà v. 30[a]. [Sic vertunt ;] *Neque factum est occultum, sed ut in palàm veniat*, Mo. *Nihilque fit in abscondito, quin manifestetur*, Sy. sim. Tre. Perſ. Ar. Æth. *Neque fuit*, vel *factum est*, *secretum*, (sub. *ut maneat secretum*, sive *occultum*, Er.) *sed ut in propatulum veniat*, Er. Il. Ti. Pulchrè quadrat in doctrinam Evangelicam. Occultata sunt quædam, non ut semper laterent, sed ut suo tempore proferrentur in lucem[b]. *Neque quicquam tam arcanè fit, quod non palàm futurum sit*, Ca. i. e. οὐκ ἔτι γίνεται οὕτως ἀπόκρυφον, ὥστε μὴ αὐτὸ εἰς φανερὸν ἐλθεῖν. Sed nimia hæc est, ipsi tamen solennis, audacia[c]. Al. Oratio defectiva sic suppletur, *Neque occultum de me in Prophetis quicquam ut maneat occultum, sed ut*, &c[d]. Al. *Neque* quod *occultetur*, *sed* oportet *ut in apertum veniat*, Be. P. Ellipsis hîc duplex, 1. τοῦ, quod repetitur ἀπὸ κοινοῦ, ut sæpe fit: 2. τοῦ δεῖ, *oportet*, ut Marc. c. 9. v. 12. & c. 14. v. 49. item 1 Joan. c. 2. v. 19. & quidem eodem prorsus dicendi genere. Illud, ἐγένετο ἀπόκρυφον, *factum sit absconditum*, verto acsi scriptum esset ἀποκρυφθῆναι· bis enim hîc idem dicit, cùm μὴ φανερωθῆναι, *non fieri manifestum*, idem valeat atque ἀποκρύπτεσθαι, *abscondi*. Δεῖ ἵνα φανερωθῇ, accipio pro, δεῖ φανερωθῆναι· qualis est constructio Matt. 5. 29. & 18. 6. sed & in Cæsare, *Damnatum pœnam sequi oportebat ut igni cremaretur*[*]. Ità hoc membrum cum præcedente in unam compingit sententiam, ac si scriptum esset, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ, οὐδὲ ὃ ἐγένετο ἀπόκρυφον· quorum posterius sit explicatio prioris. Sed duriusculum est φανερωθῇ & ἐγένετο sub eadem constructione comprehendere, quanquam Hebraismo hic tribuat mutationem temporis. Rectiùs Vulgatus duas hîc sententias statuit, etsi ejusdem sensûs[f]. Duo hîc esse membra principalia, quibus eadem sententia verbis diversis enunciatur, liquet ex collat. Luc. 8. 17. & 12. 2[g]. *Nec factum est* (ἐγένετο hîc est quod membro præced. ἐστὶ[h]. sub. *quicquam*, Pi. sic Bru. supple τι ex membro superiore[i].) *occultum* (i. e. in occulto, sive occultè[k]; ut scilicet occultum maneat[l]: vel, ut sit *absconditum*. Subaudiendum esse ἵνα ᾖ patet ex membro sequente[m].) *sed* (sub. *factum est*, Pi. Bru. scilicet quicquid factum est[n]: vel, sub. *oportet*, Di.) *ut in palàm* (vel, *in propatulum*, Pi.) *veniat*, Vulg. Bru. Di. sic Pi. i. e. ut aliquando publicetur[o]. Vel, *nisi ut in manifestum veniat*, Di. sic G. Heinſ. i. e. nisi eâ lege, ut in apertum veniat[p]. Neque exstitit occultum, quod scilicet maneat occultum, sed eò evadit, ut proferatur in lucem, sive fiat manifestum[*]. Nè existimetis quicquam vestrum occultari posse: nam etsi quid ad tempus lateat, non id fit nisi ut deinde magis reveletur[q]. Ἵνα hîc notat consilium, vel, 1. hominis, qui sic facit, si scil. rectè facit[r]: vel, 2. Dei[†], eventus actionum humanarum gubernantis[t]. Eò magis mirum deviâsse hîc interpretes, quia Matthæus & Lucas manifestè mentem suam expresserunt[v]. Ἀλλὰ hîc pro ἀλλ᾽ ἢ[x], vel, εἰ μὴ, *nisi*[y]: ut Marc. 9. 8[z]. & Matth. 20. 23. & Marc. 10. 40[a]. & 2 Cor. 2. 5[b]. ut vicissim εἰ μὴ, *nisi*, pro ἀλλὰ, *sed*, Matth. 24. 36. Joan. 17. 12. ut & ἐὰν μὴ, eodem sensu, Gal. 2. 16. Hæc ergò promiscuè usurpantur. Ex Syriasmo id oritur, ubi אלא, compositum ex אן לא, *si non*, promiscuè pro *sed* & *nisi* usurpatur: quin & disjunctas particulas אן לא pro *nisi* invenio, Marc. 8. 14. quod aliàs אלא אן dicere solent[c]. אלא pro *nisi* etiam Rabbinis, nedum Syris, usurpatur[d].

23. *Si quis habet*, &c.] Vide Matt. 11. 15. Intellectus nobis à Deo potissimùm datus est ut eum intendamus documentis ad pietatem pertinentibus[*]. ¶ *Audiat*] Hæc, ità ut observet, intelligat, ac meminerit; ut cùm hoc viderit re ipsâ factum per prædicationem Evangelii, animadvertat quàm vera fuit hæc mea prædictio[f].

24. *Et dicebat illis.*] Nova admonitio, sed cujus ex superioribus occasio manavit. Dixerat Christus, se arcana Regni non aperire his qui pœnitentiæ hortamenta negligerent. Hoc factum suum nunc ad regulam generalem revocat. Hunc esse sequentium sensum ostendit sententia illa, *Habenti dabitur*, apud Matth. c. 13. v. 12[g]. ¶ *Videte*, &c. Βλέπετε τί ἀκούετε] *Videte* (i. e. attendite & considerate[h]) *quid audiatis*, Er. Il. Be. Pi. &c. Etiam atque etiam considerate quid & quale sit quod auditis, ut pro rei magnitudine intendatis animum. Πῶς ἀκούετε, dixit Lucas[i]. Intelligite & mementote ea omnia quæ à me auditis[k]. ¶ *In quâ*, &c. Ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται, (pro quo legitur, ἀντιμετρηθήσεται, in duobus Cod. manuscrip. sicut apud Matthæum[l]:) ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν] Lectionis hujus veritatem defendunt antiqui Codices & veteres Metaphrastæ, à quorum consensu, ut sæpe monui, non est temere recedendum[m]. Ità legunt Theophylactus Romanus & vetusta nostra omnia exemplaria & Syrus[n]. [Verba sic reddunt;] *Quâ mensurâ metimini*, (scil. aliis[o],) *vobis metietur*, Be. vel, *mensurabitur*, V. Bru. vel, *alii metientur*, Pi. Matthæus hanc sententiam alio loco ponit, nempe in concione illa Matt. 5. 6. 7. Sed vel illa non fuit una concio, neque enim eo loco recitantur omnia quæ à Christo dicta sunt; vel, quod malim, idem bis dictum est. Sed quorsum hoc h. l. usurpatur, facilè non est dictu. Resp. 1. Non semper aut Christus dicendo, aut Evangelistæ recensendo, nectendis sententiis ordinem servant. Nè sis ergò anxius ut hoc conjungas cum præcedentibus[p]. 2. Sensus est, Pro mensura meritorum hujus vitæ reddendam esse in altera vita præmiorum, aut suppliciorum, mensuram[q]. Agebatur enim de semine, & fructu terræ, i.e. bonis operibus, &c[r]. 3. Sensus, Quantum attentionis in audiendo Verbo adhibueritis, tantùm indè utilitatis referetis[†]. Hortatus eos fuerat ut audirent, & crederent, &c. Addit, *quâ mensurâ*, &c. i. e. Quantum habetis fidei, tantum vobis addetur mysteriorum intelligentia. Sequitur, *Habenti enim dabitur*, &c. Hunc sensum esse patet ex collat. Matt. 13. 11, 12, 13[v]. Generalis [hujus] proverbii quis hîc sit usus verba illa postrema ostendunt, nimirum idem qui sequentis sententiæ, *Habenti dabitur*. Prout homines prima & maximè necessaria pietatis monita grato & fideli animo accipiunt, ità se in eos magis magisque effundit Divina largitas. Audientibus enim quomodo audire oportet beneficia ulteriora contingunt. Cyprianus Epistolâ ad Donatum, *Non enim, qui beneficiorum terrestrium mos, in capessendo munere cœlesti mensura ulla vel modus est. Profluens largiter spiritus nullis finibus premitur, —— manat jugiter, exuberat affluenter: nostrum tantùm sitiat pectus & pateat: quantum illuc fidei capacis afferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus*[x]. 4. Hæc sententia ad Evangelii prædicationem pertinet[y]. Tacitè insinuans, quòd per ipsos doctrina ejus evulganda erat, monet, ut ipsi attentè observent doctrinam ejus, eámque cum aliis diligenter communicent, præmium indè exspectantes, aut pœnam, si hoc negligenter fecerint[z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν] Lectionis hujus veritatem defendunt antiqui Codices & veteres Metaphrastæ, à quorum consensu, ut jam dictum, non est temere recedendum[a]. Sic legunt Syrus & Th. Rom. & vetusta exemplaria[b]. [Verba sic reddunt;] *Et adjicietur vobis audientibus*, Mo. vel, *qui auditis*, Sy. Tre. P. &c. vel, *& illis qui audierint*, Perſ. Al. Τὸ ἀκούουσιν redundare puto: nam hoc neque Latini habent, neque Th. & Oecum[c]. Sensus est, Adjicietur vobis multò amplius quàm largiti & promeriti fueritis[d].

25. *Qui enim habet*, &c.] Explicatum hoc vide Mat. c. 13. v. 12. & c. 25 v. 29[*].

26. *Sic est*, &c.] i. e. Sic se habet, ejusmodi est rerum status, sic agitur in Ecclesia mea colligenda & regenda[f]. Hæc parabola aliis omissa, cùm suam hîc explicationem non habeat, explicari debeat ex simili comparatione, quæ est Matth. 13. 24. Quare Sator non est hîc quivis præco veritatis, sed ipse primus ejus Sator Christus, Matth. 13. 37. Nam & hîc qui sevit dicitur missurus in agrum messores, infra 29. Is autem haud dubiè est Christus, Matth. 13. 39, 40, 41[g]. Scopus parabolæ est, docere efficaciam Verbi in bona terra, &c[h].

27. *Et*, &c. Καὶ καθεύδῃ καὶ ἐγείρηται] *Et* (vel, *Deinde*, Ca.) *dormiat & excitetur*, &c. Mo. vel, *exsurgat*, &c. Be. P. Ti. &c. i. e. discedat & alia agat, quæ sunt ipsi agenda, nunc quieti indulgeat, nunc vacet negotiis suis[i]: semente factâ[k], transigit securus noctes & dies[l], segetem Deo committens[m], nec dubitans quin germinet[n], ipse agens alia vitæ munia[o]. Loquendi genus securitatem agricolæ indicans[p]. Hebraismus est, qualis, *introire & exire*, pro, *versari in aliquo loco*[q]; vel, conversari & incumbere

Margin notes (left column): a G. — b Er. — c Be. — d V. — * Be. — f Di. — g Pi. — h G. — i G. sic Pi. — k Bru. — l Bru. ex Euth. — m Pi. — n Idem. — o Bru. — p Heinſ. — * Camer. — q Di. — r Bru. — † Pi. sim. Bru. — t Pi. — v Heinſ. — x Di. — y Di. sic Heinſ. G. — z Heinſ. G. — a G. Di. — b G. — c Di. — d Heinſ. — * G. — f Bru. — g G. — h Be. sim. Mal. Bru. ex Euth.

Margin notes (right column): i G. — k Bru. — l Be. — m G. — n Be. — o Bru. — p Mal. — q Mal. ex Orig. — r Mal. — † Q. in Mal. — v Mal. — x G. — y Chryſ. & Beda in Mal. — z Bru. sim. Pi. Glaſ. rhet. pag. 406. T. — a G. — b Be. — c Zeg. — d Bru. — * Mal. — f Bru. — g G. — h Mal. — i Bru. — k Be. — l V. Be. — m V. — n Be. — o V. Bru. — p G. — q V.

cumbere rebus suis, Psal. 121.8. Act. 1.21. & ut Psal. 139.2. *sedere & surgere* notant omnem hominis in vita actionem, ità h. l. accipitur *dormire & surgere* [r]. Quanquam videtur τὸ *exsurgat* referri ad *semen*, quod nullo colente tacitis auctibus nocte & die proficit usque ad maturitatem †. Non placet, 1. ob copulam, ϰ̀, interjectam inter ἐγείρηται & σπόρ☉. 2. Quia illud ἐγείρεσθαι certum est opponi τῷ καθεύδειν [t]. Qu. Sed quomodo Christus, qui seminator est, dormire dicitur [v]? Resp. 1. Per mortem suam [x]. 2. Quia nos tentari finit: ut exsurgere dicitur, cum tentatione liberat, &c [y]. 3. Hæc non est pars parabolæ, sed accessio, &c [z]. Non sunt particulæ similitudinis premendæ ultra id quod intenditur. Sensus mihi videtur perspicuus; Christum à facta semente ad messis tempus agro aspectabiliter non adfuturum [a].

¶ *Et*, &c. Καὶ ὁ σπόρ☉ βλαστάνῃ ϰ̀ μηκύνηται ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός.] *Et* (Interea verò [b]) *semen* (vel, *seges*, Er. Il. Ti.) *germinet* (vel, *crescat*, Sy. Ar. Pers. Tre. pullulet intra terræ viscera primùm, mox extra terram enascatur [c]:) *& assurgat* (vel, *surgat in altum*, Er. Il. Ti. *grandescat*, Ca. sim. Mo. *producatur*, Sy. V. sic Ar. *longum fiet*, Tre. *quomodo* (vel, *dum*, sive *quum*, Er. Il. Sy. Tre. Di. ὡς hîc valet *quum*, ut infrà 36. & Luc. 1.23 [d].) *ipse*, vel *ille* (*homo*, scilicet: αὐτός, nempe ὁ ἄνθρωπ☉ [*]) *nescit*, P. Be. Pi. vel, *eo nesciente*, Ca. sic Ar. Ti. ità ut sensum patrisfamiliâs fallat [f]. Al. αὐτός refertur ad ὁ σπόρ☉· q. d. Semen exsurgit vi naturæ, cùm ipsum id nesciat [g]. Sed quorsum hoc cuipiam in mentem veniat [h]?

28. *Ultro*, &c. Αὐτομάτη γὰρ ἡ γῆ καρποφορεῖ,&c.] *Ultro enim* (vel, *suâ sponte*, Be. P. Ca. Pi. G. &c. nam ità Latini etiam de terra solent loqui. Putat Theophylactus obiter hîc indicari τὸ ἐφ' ἡμῖν (*quod in nostra potestate est* [i].) Per se, naturâ suâ, absque alia agricolæ opera aut cura [k]: vi quâdam seipsum movente [l]. Sic loquitur, quanquam concurrant pluvia, calor solaris, &c. quia concursus harum causarum occultus est. Sic & cor bonum per se naturâque suâ fructum ferre dicitur, non quasi opus non sit cœlesti gratiâ, sed quia hæc prorsus secreta est [m].) *terra fructificat*, (vel, *fructum fert*, Be. Pi.) *primùm herbam*, Er. Il. Be. &c. Catachresis, nam propriè καρποφορεῖν est, quod jam dicet, *frugem proferre*. Quod primùm enascitur *herbam* etiam vocant Latini: unde proverbium natum est, *In herbis esse*; &, *Messis in herba est* [n]. ¶ *Deinde plenum*, &c. Πλήρη σῖτον, &c.] *Plenum* (vel, *Perfectum*, Sy. Æth. Bru.) *frumentum*, &c. Er. Il. Be &c. i.e. plenè formatum, simile ei quod fuerat seminatum. Nè ergò despondeant animum prædicatores Verbi, si fructus non statim appareat, is enim paulatim producitur, &c [o].

29. *Et cùm*, &c. Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπὸς] *Cùm* (vel, *Simulac*, Ca. *Postquam*, Ca.) *verò ediderit* (vel, *productus fuerit*, Er. Il. Ti. V. *adolevit*, Ca. *ad maturitatem pervenerit*, vel *percreverit*, V. vel, *prodiderit* sese, Be. P. Pi. Camer. i. e. prodierit [p]: vel, *impinguatus est*, Di. & Tre. ex Sy. sic Pers. Arabs vertit, *ad finem pertigit, completus est*. Id mihi maximè arridet. Si quid enim in inusitata hac verbi παραδοῦναι significatione conjicere possum, idem est quod Heb. Chald. Syr. & Ar. שלם, *integrari, absolvi, finiri, compleri*: item *tradere*, quæ enim traduntur, iis finis imponitur: ut qui tradit victoriam, finem belli facit: & qui absolvit aliquod negotium, tradit illud quasi sibi ipsi, dum non ampliùs circa illud occupatur. Sic fructus potest dici παραδοῦναι, *tradere se*, aut tradere incrementum suum, quando maturitatem consequutus desinit crescere, & complementum suum habet [q]. Παραδοῦναι, hîc idem est quod Luc. 8. 14 τελεσφορεῖν· sic enim Heb. שלם *perfectum*, vel *absolutum, esse*, vertunt LXX παραδίδωμαι, Esa. 38. 13. quia fructus, quando maturescit, seipsum quodammodo tradit messori [*].) *fructus*, Mo. &c. perfectus scilicet ac maturus [r]. ¶ *Statim mittit*, &c. Ἀποστέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι παρέστηκεν,&c.] *Mittit*, vel *Immittit* (sub. *agricola*, V. scilicet in segetem: ἀποστέλλω propriè refertur ad personas missas, hîc ad res, & ponitur pro ἐμβάλλω, *adhibeo* †.) *falcem*, Er. Il. Ti. Ca. Pi. &c. (vel, *messores*, Be. P. *falx* hîc metonymicè ponitur pro messore cum falce, quia ἀποστέλλειν de personis, non de ipsis falcibus, dici potest [t].) *quoniam adest* (vel, *advenit*, Sy. Ar.) *messis*, Pi. Ca. &c.

30. *Aut cui*, &c. Ἢ ἐν ποίᾳ παραβολῇ παραβάλωμεν αὐτήν;] *Aut quâ* (vel, *in quali*, Q. in Er.) *collatione* (vel, *parabolâ*, Mo. Pers.) *conferemus* (vel, *conjiciemus*, Mo. *comparabimus*, Tre. Ca.) *illud?* P. Ti. Il. Pi. Be. &c. Imitatio verborum Esa. 40. 18 [v]. Quâ similitudine incrementum Regni Dei declarabimus [x]?

31. *Sicut*, &c. Ὡς κόκκῳ, &c.] *Sicut*, vel *Tanquam, grano*, scil. *conferemus* [y]? In sex Codicibus legitur, ὡς κόκκον [z]: Al. ὡς κόκκ☉, Er. ex Vulg. supple ἐστί· sic Syrus legit, *Sicut granum est sinapis* [a]. Sermo ἀνάμαλ☉. Rectum erat, κόκκῳ, scil. ὁμοιώσωμεν, ex collat. vers. præced [b]. Al. ὡς hîc παραδειγματικὴν significationem habet, *nempe* [c].

33. *Prout poterant audire*] Id est, prout erant capaces [d]; q. d. Se ad auditorum imbecillitatem accommodavit [*], ideóque similitudines non à rebus abstrusis, sed vulgaribus & obviis desumptas adhibuit [f]. Sed putem post Clem. Amb. Hi. &c. sensum esse omnino contrarium, ideo eum parabolis usum, nè intelligerent, &c. vide suprà v. 12. & Matth. 13.11,13 [g]. *Prout poterant*; q. d. Quia aliter sine damno, propter eorum indignitatem, ineptitudinem, & superbiam, audire non poterant [h]. *Prout poterant*, i.e. ut digni erant audire [i]. Vide suprà v. 11, Tale est fermè illud Demosthenis, δυνάμεν☉ ἀνθιλοσοφεῖσθαι, i. e. ἄξι☉ ὤν. Sic & alibi τὸ πρέπον per verbum δύνασθαι explicatur, ut Matth. 9. 15. & hîc suprà 2. 19. Μὴ δύνανται, &c. *Num possunt*, &c. De sensu vide quæ apud Matthæum [k].

34. *Sine parabola—non loquebatur eis*] Vel, 1. tunc: nam aliàs multa sine parabolis dixit [l]. Vel, 2. arcana Regni. Ità enim ex sententia vocum latitudo restringenda est, ut aliquoties monuimus [m]. ¶ *Disserebat*, ἐπέλυε] *Dissolvebat*, Mo. P. *Interpretabatur*, Sy. Tre. *Explicabat*, sive *Exponebat*, Er. Il. Ti. Be. Ca. Pi. Pers. Ar. Æth. nempe tanquam ænigmatum nodos [n]. Simili loquendi genus,—*qui legum ænigmata solvit*; Chaldaicè, משרא קטרין, λύων συνδέσμους, Dan. 5. 12. 2 Pet. 1.20. *Omnis prophetia* ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται, i.e. ἰδίας ἑρμηνείας· quomodo donum illud appellatur 1 Cor. 14. 26. Nam & Prophetiæ solent esse αἰνιγματώδεις· ideóque ad certam interpretationem requiritur idem Spiritus qui afflavit Prophetas [o].

35. *In illa die*] Quâ bis jam concionatus fuerat. Vide ad v. 1 [p]. Al. Non ostendit hæc eo die gesta quo præcedentia Christus docuerat; sed, ἐκείνῃ ἡμέρᾳ, simpliciter est, *quâdam die*, ut & Matth. 13.1. & 22. 23. Lucas pro eo dicit, ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, 5. 17. Ità Hebræi, בעת ההוא [q].

36. *Assumunt*, &c. Παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν, &c.] *Acceperunt* (vel, *Assumunt*, Mo. P. &c. *Admiserunt*, Ca. *Duxerunt*, Tre. ex Sy. *Avehunt*, ut Matth. 4. 5 [r]. in altum provehere incipiunt †) *eum ut* (vel, *ità ut*, Er. Ti.) *erat in navigio*, Be. Pi. &c. unde superiorem sermonem habuit [t]. Nunc igitur ad trajiciendum sic acceptum ait Jesum, ut jam tum esset in navi [v]. Susceperunt eum trajiciendum ut se composuerat in navi, jacentem supposito cervicali [x]. Al. *ut erat*, i. e. solum sine turba [y]. Elegans est locutio, ità Latini:—*ut erat disjecta capillos*. Nihil autem aliud hoc genus loquendi significat quàm continuationem ejus quod priùs erat. Ità Christus erat in navi ut doceret velut è suggesto; mansit in navi ut in altum eveheretur extra conspectum turbæ stantis in littore. De positura corporis non videtur hîc agi [z]. ¶ *Aliæ naves erant cum illo*] Vel, 1. cum illo navigio [a], vel, 2. cum Jesu [b]: q. d. proximè navigantem sequebantur. nam qui in istis navibus erant dixerunt quod infrà memoratur, v. 41 [c].

37. *Procella*, &c. Λαῖλαψ ἀνέμου] *Turbo magnus*, Tre. ex Sy. *Ventus validus*, Pers. sim. Ar. Al. *Turbo* (vel, *Procella*, Er. Il. Mo. Ti. Ca. *Procella magna*, Vulg. Æth.) *venti*, P. B. Pi. Vulg. Æth. Sicut, *Urbs Patavii, Flumen Rheni*, Nam λαῖλαψ est, ἀνέμου συστροφὴ μετὰ ὑετοῦ, (*tempestas venti cum pluvia*,) ut ait Hesychius, consentientibus Homeri interpretibus [d]. ¶ *Et*, &c. Τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλε, &c.] *Et* (vel, *At*, Mo.) *fluctus irruebant* (vel, *injiciebat*, Mo. vel, *injiciebant* se, P. *cadebant*, Sy. *effuderunt se*, Æth.) *in navim*, Er. Il. sic Ti. Tre. Be. Pi. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε αὐτὸ ἤδη γεμίζεσθαι] *Et proximum erat ut impleretur*, Tre. sic Sy. Ar. *Ut ipsum jam impleri*, Mo. *Ità ut* (*illa*, Er. Il. Ti.) *jam impleretur*, P. B. Pi. Ità Interpretes veteres, ut agnoscas βυθίζεσθαι (quod in uno Codice scribitur

Marginal references (left column): r Bru. † V. ex Er. t Be. v Mal. x Q. in Mal. y Th. & Euthym. in Mal. z Mal. a G. b Bru. c Idem. d Di. * Sch. f V. g Er. h Be. i G. k Bru. l Be. m Eru. n G. o Bru. p Camer. q Di. * Ham. r Eru. † Pi. t Be.

Marginal references (right column): v G. x V. y Bru. z Be. a Di. sim. Pi. b Pi. c Sch. d Bru. Pi. &c. * Chrys. & Th. &c. in Mal. f Bru. g Mal. h Me. ex Mal. i G. ex Mal. k G. l Mal. m G. n Be. sic Pi. o G. p Mal. q G. r G. † Bru. ex Be. t Be. sim. Camer. v Camer. x V. y Ham. z G. a Bru. Sch. b Bru. c G. d G.

scribitur[*],) esse interpretamentum[f]. γεμίζεσθαι hîc est πληροῦσθαι[g].

38. *In puppi*] Ità Be. Pi. Er. Mo. &c. Gubernatoris locus in puppi. Viator Jonas in transtris dormiebat, Jon. 1. 5. Jonas excitatur ut oret, Christus ut sospitet[h]. ¶ *Super cervical dormiens*] Ità Er. Il. &c. Lassus ex labore concionandi[i].

39. *Obmutesce*; ità Er. Be. P. Pi. &c. Πεφίμωσο] Præteriti temporis imperatio summam exigit celeritatem. ¶ *Facta est tranquillitas magna*] Subitò, cum alioqui diu soleat mare agitari postquam venti siluerunt[k].

40. *Quid*, &c. Τί δειλοί ἐστε οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε πίστιν;] *Quid*, vel *Quare, timidi estis*, vel *fuistis*? Sy. Tre. Val. G. Rev. sic Ar. *&* *quare non est in vobis fides?* Tre ex Sy. sim. Ar. vel, *siccine non* (vel, *necdum*, Val.) *habetis fidem?* Τὸ πῶς puto redundare & encliticum esse, ac sine accentu scribendum, οὕτως πως[l]. Vel, *adeône caretis fiduciâ?* Tale est, οὕτως οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν, &c. [Matth. 26. 40.] Vocula autem πῶς in istiusmodi locutionibus nihil per se significat, sed vim addit orationi[m]. Vel, *siccine? quomodo non habetis fidem?* Val. [Alii sic;] *Quid ità*, vel *adeò, timidi estis?* Pi. Mo. sic Sy. Er. Be. *quomodo fidem non habetis?* Pi. Mo. vel, *qui fit ut non habeatis fiduciam?* Er. Ti. Bru. in me scilicet[n]. Causam timoris Christus exprimit ὀλιγοπιστίαν[o]. Interrogatio reprehendentis[p]; sed cum admiratione[q].

41. *Dicebant*, &c.] Verbum impersonaliter positum. Subauditur non, *Discipuli*, sed, οἱ ἄνθρωποι· quod expressit Matthæus. Agitur de illis qui in proximo navigabant, quique non æquè assueti erant Christi miraculis. ¶ *Quis*, &c. Τίς ἄρα] Admirantis; ut notat Servius ad illud Virgilii, *Quis globus*[r]?

[*] Be. [f] G. [g] Be. [h] G. [i] Eru. [k] G. [l] Rev. [m] G. [n] Bru. [o] G. [p] Pi. [q] Be. [r] G.

CAP. V.

1. IN *regionem Gerasenorum*, Γεργεσηνῶν legitur in Libris melioris notæ[a], in duobus exemplaribus: in alio verò, Γερασηνῶν, *Gerasenorum*[b]. Τῶν Γαδαρηνῶν] *Gadarenorum*, Er. V. D. Cas. &c. Sic enim legendum[c]. Sic & Lucas. At Matthæus, Γεργεσηνῶν, Matth. 8. 28. Quid dicendum[d]? 1. Eadem urbs & *Gerasa* & *Gadara* dicta[*]. 2. *Girgasa* & *Gadara* (ut discimus è Tabulis Judææ quas Judæi edidere[f],) ad eandem partem stagni (sive lacûs Genesaretici[g],) vicino erant positu[h], ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας, ut Lucas ait[i]: ità ut adsita regio aut *Gadarenorum*, aut *Gergesenorum*, dici potuerit[k]. 3. Regio *Gergesenorum* (sic dicta, vel à veteri ista Cananæorum familia *Gergasæitica*[l]; vel potiùs à solo argilloso: nam Heb. גרגש, *garges, argillam* sonat[m],) latior fuit quàm *Gadarena*, quæ unicam tantùm urbem denotavit, & regiunculam ei adjacentem; quæ etiam, una cum *Hippena*, & *Magdalensi* regione, forsan & aliis, intra *Gergesenam* comprehendebatur. *Gadara* porrò fuit urbs Ethnica[n], ut docet nutritio porcorum, quæ Judæis prohibita erat per Canones Talmudicos, æquè ac comestio per legem Mosaicam[o].

2. *Homo in* (ἐν pro *cum*[p]) *spiritu immundo*] Hypallage, pro, *in quo spiritus immundus*[q]: habens spiritum immundum[r]: quem spiritus—quasi inclusum tenebat ac devinctum. Vide ad Marc. 1. 23[†]. At in Matth. duo erant[t]. Resp. Duo erant Dæmoniaci[v]: sed [Marcus] de duobus insigniorem memorat[x], sive sævitiâ, ut sequentia docent[y]; [sive gente:] nam ut unus ex his erat *Gergasenus* Judæus, ità alter, [de quo hîc sermo,] *Gadarenus* Ethnicus. Id suadent; 1. Ethnica cognominatio, Λεγεών. 2. Quòd adjurat Christum Diabolus iste nè eum torqueat, v. 7. quod non alibi ab eo factum: acsi ille extra Jurisdictionem Christi existeret, inter Ethnicos scilicet. 3. Quòd multum precabantur Diaboli, nè eos extra regionem emitteret; nam inter Ethnicos existentes, inter suos se esse arbitrabantur. Non sine mysterio hos duos conjunctim sanavit Christus, ut in ipso solatium foret & Judæis & Gentilibus contra potestatem & tyrannidem Satanæ. Ex his duobus unum tantùm memorant Marcus & Lucas, ut notabiliorem & celebriorem: quia rarum erat, Christum cum Dæmoniaco Ethnico rem habere, &, exceptâ filiâ Syrophœnissæ, sine exemplo[z].

[a] Th. in Cas. [b] Be. [c] Val. [d] Li. ho. [*] Q. in D. [f] G. [g] Cas. [h] G. sim. Cas. [i] Cas. [k] G. [l] Li. ho. [m] BP. 4. 36. 345. sim. Li. ho. [n] Li. ho. [o] Li. in Dec. chorog. ad Marc. [p] G. sic Pi. [q] Gua. [r] V. [†] Be. [t] Bru. [v] Li. ho. sic Bru. [x] G. [y] Bru. [z] Li. ho.

4. *Compedibus*; ità Er. Il. Πέδαις] *Pedicis*, Be. Pi. ¶ *Dirupisset*, &c. Καὶ διεσπάσθαι, &c.] *Sed discerptæ* (vel, *distractæ*, Be.) *fuerant ab eo*, Be. Pi. Dæmoniaco ascribit Dæmonis opus[a]; ut contrà supra 3. 11. Dæmoni asscribitur id quod erat Dæmoniaci[b].

7. *Filii Dei altissimi*] Vel, *summi*, V. Bru. cum quo nullus inter eos qui dii habentur, &c. conferendus est potentiâ, bonitate, &c[c]. Τοῦ ὑψίστου] עליון. Philo Byblius ex Sanchuniathone in historia Phœnicum. Ἐλιοῦν καλούμενος ὕψιστος. Pœni, i. e. Phœnices Africani, pronunciabant *Alon*, ut ex Sisenna & Plauti Pœnulo vir maximus observavit. Neque verò dubitandum quin id nomen Dei apud Cananæos veteres, qui & Phœnices, antiquissimum fuerit. Nam & Melchisedec *sacerdos* dicebatur לאל עליון, Gen. 14. 18. τῷ Θεοῦ ὑψίστου, Heb. 7. 1. Philo Judæus duobus locis narrat Augustum Cæsarem sacra pro se fieri jussisse Hierosolymis τῷ ὑψίστῳ Θεῷ. Et apud Josephum exstat Augusti edictum pro Judæis, ubi eos vult uti patriis legibus ità ut antè temporibus Hyrcani ἀρχιερέως Θεοῦ ὑψίστου[d]. ¶ *Adjuro*, &c. Ὁρκίζω σε τὸν Θεόν] *Adjuro te Deum*, Mo. vel, *te per Deum*, Er. Il. Be. Pi. Tre. D. ut Gen. 24. 3[*]. i. e. νὴ τὸν Θεόν, ut ὁρκίζω τὸν Κύριον, 1 Thess. 5. 27. ὁρκίζομεν τὸν Ἰησοῦν, Act. 19. 13[f]. q. d. Peto à te ut jures mihi per Deum[g], השביע[h], ὁρκίζω[i], *adjuro*[k], significat, *jusjurandum ab aliquo exigere*[l]. q. d. Confirma mihi, interposito per nomen Dei jurejurando. En horrendam Dæmonis impudentiam[m]. Sed errant qui hîc jusjurandum exigi putant: Est quidem alicubi ea vocis ὁρκίζειν significatio. At multis aliis in locis, ut ostendimus ad Matth. 26. nihil aliud significat quàm Religionem injicere, quod est linguâ vetere Romano *obsecrare*. Lucas dixit, δέομαί σου· & solebat precibus adjungi obsecratio: ut Horat. *Per omnes te deos oro*. Virgil. *Per te sacra precor*: quibus similia passim reperire est[n]. *Obtestor te per Deum*, Ca. ¶ *Ne me torqueas*] Ità Er. Il. Tre. Be. &c. vel, *perdas aut exagites*, Pers. vel, *coerceas*; sive *in carcerem* meum *mittas*, in catenas meas; 2 Pet. 2. 4. Jud. v. 6. Sic Lucas, *nè mittas nos in profundum*, i. e. in Gehennam, locum coercitionis & supplicii, in quo ταρταρωθῆναι dicuntur, 1 Pet. 2. 4. cui opponitur *huc illuc obambulare*, Job 1. 7. Βασανίζειν, inter alia, significat, *coercere*, vel *in carcerem concludere*, ut dictum ad Matth. 8. 29. & 18. 34. & βασανισταὶ sunt, *custodes carceris*[o].

9. *Legio*] Quæ apud Romanos continebat 12500 milites. Numerus certus pro incerto[p], ut ipse Dæmon explicat[q]: Numerosum cœtum denotat. *Legionis* nomen Hebræi aliis etiam rebus tribuebant. Beres. Rab. *Facilius est legionem olivarum enutrire*, &c. Talmudicis *legio* cœtum immundum effatur; saltem omnes legiones reputarunt pro immundis[r]. [Vide Li.]

10. *Deprecabatur*] Vel legio[z]; vel is Dæmon qui pro cæteris legatione fungebatur[a]; vel Dæmoniacus[b]. ¶ *Ne se expelleret extra regionem*] Vel, *illam regionem*, Pi. In solitudinem scilicet, Tobit. 8. 3. aut in abyssum, ubi ablata est illis nocendi facultas[c]. Qu. Cur ea in regione manere amabant Dæmones? [Resp. 1.] Haud dubiè quia ibi multi erant Judæi מומרין, i. e. ἀποστάται· nam is tractus plenus erat Ἑλληνιζόντων, ut ex Josepho diximus. In tales autem Judæos, utpote exsortes Divini Fœderis, Diaboli Divinâ concessione dominium usurpabant. Sic & in Judæos incircumcisos Angelo cuidam jus fuisse concessum tradunt Hebræi ad 4. Exodi, & ex Hebræis Origenes. Sic & Christiani deficientes à regula fidei, aut vitæ, mancipia Diaboli fiebant, 1 Cor. 5. 5. 1 Tim. 1. 20. Atque ejus judicii Divini manifesta signa etiam post Apostolorum ætatem mansere. Tertullianus, *Exemplum accidit ejus mulieris quæ theatrum adiit, & indè cum dæmonio rediit. Itaque in exorcismo cùm oneraretur immundus spiritus quòd ausus esset fidelem aggredi, Constanter & justissimè quidem, inquit, feci: in meo enim inveni*. Cyprianus, *Quàm multi quotidie pœnitentiam non agentes, nec delicii sui conscientiam confitentes, immundis spiritibus adimplentur?* Nimirum, ut idem alibi dixerat, *recedente disciplinâ recessit & gratia*[d]. 2. Quia hi Ethnici erant[*]. [Vide dicta ad v. 1.] 3. Quia mores hominum illius regionis, propter longam consu-

[a] G. ex Just. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] D. [f] G. [g] V. [h] D. [i] Be. [k] Be. D. [l] Eru. ex Be. [m] Be. [n] G. [o] Ham. [p] Bru. Pi. [q] Bru. [r] Li. ho. [z] Gua. [a] Eru. ex Be. [b] Bru. [c] Idem. [d] G. [*] Li. ho.

consuetudinem, perspectiores habebant, ideoque major erat eis nocendi occasio & spes [f].

11. *Circa*, &c. Πρὸς τῷ ὄρει] *Ad* (vel, *Apud*, vel, *Juxta*, Pi, V.) *montes*, Pi. Be. Alii legunt, πρὸς τῷ ὄρει, *apud* (vel, *circa*, Vulg.) *montem*, Be. Ita Syrus [g], & Arabs [h], & manuscripti Codices. Est autem tota fere hæc regio aspera intercursantibus montibus Galaad [i]. Lucas, ἐν τῷ ὄρει. Intelligi potest grex ille tum fuisse in parte montis inferiore [k].

13. *Et*, &c. Καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ] *Et ruit* (vel, *ferebatur*, Er. Il. Ti. *irruit*, Mo. *cucurrit*, Tre. sic. Ca. *prorupit*, Camer.) *ille grex è præcipitio*, Be. P. Pi. vel, *de colle*, Camer. *per preceps*, sive *præcipitium*, Er. Il. Ti. Mo. Ca. Di. Sensus est, porcos è loco ubi pascebantur ruisse versus præcipitia, & per ea in mare. Syrus, *Et cucurrit grex ille in scopulum*: Arabs, *Et ascendit grex totus in scopulum* [l]. [Addit tamen Syrus, *& corruit*; & Arabs, *& cecidit*: quam versionis partem miror à Viro Cl. prætermissam] ¶ *Ad*, &c. Ὡς δισχίλιοι] *Bis mille admodum*. Ita loquimur cùm exactè ad numerum adstringi nolumus [m].

14. *Nunciaverunt* ——— *in agros*, Εἰς τοὺς ἀγρούς] *In agris*. Sed quibusnam tandem? Num operantibus, vel itinerantibus, in agris? Confer Marc. 6. 36, 56. Bab. Berachoth. *Cibus iste farinaceus incolentium agros*, &c. i. e. ut Glossa habet, *incolarum villarum*, vel, ut Aruch, *hominum privatorum qui degunt in agris*, i. e. sparsis hîc illic ædibus, & non in locum unum congregatis; quod fit in oppidis & urbibus [n].

15. *Et*, &c. Καὶ σωφρονοῦντα, &c.] *Et sanæ mentis*, Be. Pi. Bru. ex Vulg. & Sy. *Cum integra mente*, Camer. שלם [o]. Σωφρονεῖν opponitur τῷ μαίνεσθαι, apud Platonem: sic & Act. 26. 25 [p]. Hoc ideo additum, quia plerumque οἱ δαιμονιζόμενοι simul furore corripiebantur, Joh. 10. 20. Δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται [q] · vel hominem sanæ mentis opponit legioni insanorum Dæmonum [r]. ¶ Τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα] *Eum*, inquam, *qui habuerat legionem*, Be. Pi. Abest hoc in Vulgato †, & in meo vetusto Codice [t]. Cùm [autem] & Syrus & Arabs agnoscant, retinendum censeo; eòq; magis quia credibilius est deletum ab iis qui supervacuum putabant, quàm ab aliis additum [v]. Hoc non frustrà est appositum [x], quia multum confert ad emphasin miraculi, &c [y]. Quanquam fortè hoc accipi possit per Epexegesin [z], vel Epanalepsin [a].

17. *Ut discederet*, &c.] Christi virtutem admirantur, qui tamen vel levissimæ rei jacturâ redemptam nollint [b].

18. *Cùmque ascenderet*, &c.] i. e. Vellet ascendere; antequam ascendisset, ut in Galilæam remearet [c]. ¶ *Ut esset cum illo*] Vel, 1. veritus nè, digresso Jesu, ipse in Dæmonum potestatem recideret [d]: vel, 2. quòd diligeret sanitatis suæ Autorem, paratus ingratos suos cives relinquere, quò ipsi adhæreret [*], & serviret [f].

19. *Non admisit*, &c.] Vel, *permisit*, &c. Be. Pi. &c. [Quid ita?] Resp. 1. Ut ostenderet se etiam absentem præsidio esse eis qui sibi confiderent [g]. 2. Nè jactabundus videretur testem miraculi circumtulisse [h]. 3. Quia majore cum Dei gloria ibi maneret [i]; quam rationem Christus h. l. indicat [k]. ¶ *Annuntia illis*] Voluit Christus etiam ad Gentes aliquam sui famam manare, vocationis secuturæ præsagium [l]. Decapolitæ, nimirum Tyriis Sydoniisque vicini, semigentiles erant, ideóque præparandi & alliciendi ad fidem prædicatione miraculi. Alibi miracula vulgari prohibuit, ubi scilicet Pharisæorum invidia concitari potuit: id quod hîc locum non habuit [m]. ¶ *Quanta tibi*, &c. Ὅσα σοι ὁ Κύριος ἐποίησε, καὶ ἠλέησέ σε] *Quanta* (i. e. quàm immensa & quàm mirifica: nam ὅσον & ἡλίκον sæpe permutantur [n].) *tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui*, Vulg. Er. Ti. &c. Sed ultima hæc clausula durè cum præced. cohærere videtur [o]. In meo vetustissimo Codice legitur, Καὶ ὅτι ἠλέησέ σε · quomodo & Syrus [p]: *& quod misertus est tui*, Trem. ex Syr. [Alii aliquid hîc supplent:] *&* (sub. *in quibus*, Er. vel, *quantopere*, Er. Pi. vel, *quo pacto*, Camer.) *misertus sit tui*, Pi. Er. Camer. Al. *tui enim misertus est*; *&* pro *quia* [q]: καὶ ἠλέησέ σε, legunt optimi Codices, quos Latinus sequitur. Neque video cur malè cohæreat. Nam Græcè cur non dicatur, ὅτι ἠλέησέ σε, cùm, ἠλέησέ σε, hîc tantùm valeat quantum, ἐχαρίσατό σοι; Apparet offensos constructionis novitate qui ὅτι addiderunt. Nam Syrus cur id adderet causam habuit suam; quod illud Græcum loquendi genus sua lingua non admitteret. Utitur hîc Christus eâ modestiâ quæ τῇ αὐτολογίᾳ invidiam demit, ut sapienter Plutarchus monet cùm rectè à nobis facta ad Deum referimus Auctorem. Posses etiam exponere, ὅσα σοι ὁ Κύριος ἐποίησε ἐλεήσας σε · quomodo sæpe copulativam cum verbo conjunctam Participii vicem explere vidimus [r].

20. *In Decapoli*] Incipiens ab urbe sua, Gadara, quam Plinius inter oppida regionis Decapolitanæ enumerat †.

22. *Venit quidam*, &c. Εἷς τῶν ἀρχισυναγώγων] *Unus ex principibus*, sive *præfectis*, *synagogæ*, Pi. Be. i.e. vel, 1. congregationis Judaicæ [t]: unus ex eis qui particularium Ecclesiarum negotia administrabant, & multitudini moderabantur in singulis Synagogis, ubi cœtus singulis Sabbatis convenerunt, & Moses explicabatur, Act. 15. 21 [v]. Vel, 2. consistorii minoris, sive 23-viralis, quod erat in qualibet urbe, in quibus unus quidem erat doctrinâ & pariter authoritate præcipuus, qui & in N.T. & in vita Severi, & in Constitut. Imperat. vocatur ἀρχισυνάγωγος, vel princeps Synagogæ; reliqui tamen, eandem judicandi potestatem habentes, vocantur etiam ἀρχισυνάγωγοι, hîc, & Act. 10. 13. 15. ubi plures eorum erant in una illa Synagoga [x]. [At Synagoga illa non erat consistorium, sed cœtus populi ad cultum Dei congregati.]

23. *Filia*, &c. Τὸ θυγάτριόν μου] *Filiola mea*, Be. Bru. Pi. Filia usque dum compleat 12 annos vocatur *parvula*, aut *puellula*; postea vocatur *adolescentula* [y]. ¶ *In*, &c. Ἐσχάτως ἔχει] Hebraicè, לשאול הגיעו, ut Psal. 88. 3 [z]. *Extremè habet*, Mo. Pi. *In extremum adducta est*, Be. P. Pi. Bru. sim. Er. Il. Ti. Vulg. *Malè affecta est*, Tre. ex Sy. *Graviter cruciatur*, Pers. *In extremo est periculo*, Ca. sim. V. *Vicina est morti*, Ar. Æth. Lucas habet, *moriebatur*, i. e. tendebat ad mortem [a]. ¶ *Veni*, &c. Ἵνα ἐλθὼν, &c.] *Ut veniens imponas*, Bru. vel, *ut venias & imponas*, &c. Be. Pi. sub. *hoc dico*, V. vel, sub. *oro*, vel *rogo*, Be. V. Pi. Bru. &c. Subauditur, παρακαλῶ σε, ex eo quod præcesserat. Hoc autem nihil aliud est quàm circumscriptio modi precativi, [sive Optativi:] ἐπιθῇς est in Mat. Qui hîc deesse aliquid putarunt, adjecerunt ἐλθὲ [b] · sic in meo vetustissimo exemplari, ut & apud Syrum, legitur, ἐλθὲ, ἵνα ἐλθὼν, &c. *veni*, *ut cùm veneris*, *imponas*, &c [c]. Sed hæc non est commoda lectio [d]; nec sequitur eam Syrus [*]: neque enim repetit *veniendi* verbum; sensum autem rectè expressit per modum, ut diximus, precativum. Simile est illud Aristophanis, Nubibus, Ὅπως δὲ τοῦτο μὴ διδάξῃς μηδένα. (*Ut neminem hoc doceas:*) nam & hîc subauditur, παρακαλῶ, (*obtestor*,) aut aliquid simile [f]. Ellipsis ante ἵνα non est insolens, imò interdum necessaria, ut 1 Joh. 2. 19. *Si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum*, sed (subaudi, *hoc factum est*) ἵνα φανερωθῶσιν, &c. *ut manifesti fiant*, &c [g]. Agnosco [h]: Sic & Marc. 14. 49. ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί · ubi Beza rectè supplet δεῖ, *oportet*; Syrus & Arabs, *factum isthoc*. Similiter Joh. 15. 25 [i]. Sed velim & Marc. 14. 49. absque ellipsi transferri, neglecto ἵνα, *Verùm impleantur Scripturæ*, ut suum exprimat Christus, quo scil. animo se devoveat ad perpetiendum, &c. Similiter & Joh. 15. 25. *Verùm impleatur verbum*. Præfero tamen alteram interpretationem. Interdum verò redundat τὸ ἵνα, & in versione negligi possit; atque imperandi vim habet, ut h. l. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς, pro, ἐλθὼν ἐπίθες. (*veniens impone*:) item Eph. 5. 33. ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα · ubi rectè Vulg. neglecto ἵνα, *Uxor autem timeat virum suum* [k]. Amplector ambabus ulnis, & gratias ago, laudóque Syrum & Arabem, qui ea loca sic interpretati sunt. Addo & apud Arabes ל interdum præponi futuris, ac valere ἵνα, *ut*, interdum verò imperare. Sic & למען sumi puto Psal. 51. 6. *In te solum peccavi*, ——— למען, *ut justificeris*; ità ellipsis esset, q. d. quod quidem profiteor *ut justificeris*: cujus tamen nulla necessitas est, si imperativè exponas, *Justificator tu in sermone tuo*, *vincas tu in judicio*

[Marginal notes, left column: f Bru. — g Di. G. — h Di. — i Ec. — k G. — l Di. — m G. — n Li. ho. — o G. — p Be. — q G. — r Bru. — † Bru. Er. — t Be. — v G. — x Be. — y Be. & Bru. ex Er. — z Be. sim. Camer. — a Be. — b Bru. — c Mal. — d G. sim. Bru. Mal. ex Th. & Euthym. — * Bru. — f Mal. — g G. ex Th. — h Mal. ex Ambr. — i Bru. sim. Mal. — k Mal. — l G. — m Mal. — n Bru. — o Er. sic Be. — p Ec. — q V.]

[Marginal notes, right column: r G. — † Pl. — t Camer. — v Be. — x Ham. — y Li. ho. — z G. — a Pi. — b G. — c Be. — d Di. — * Di. sic G. — f G. — g Di. in collat. crit. in append. crit. p. 3996. — h Clop. ib. — i Di. ib. — k Clop.]

dicio tui [l]. Adlubescit omnino. Sic & Esa. 66. 11. למען תינקו, *ut sugatis*, i. e. sugitote; &, למען תמצו, *ut exprimatis*, i. e. exprimitote [m]. Sed malim ibi usitato modo sumi, ut finis indicetur cur de Jerusalem gaudere debeant; *ut* nempe *sugentes satientur*, &c [n]. Porrò ὅπως geminum huic ἵνα imperandi reperio apud Theoc. Idyl. 1. & in Cyclope Eurip. ubi Ulysses ad Silenum, — ὅπως ἀνήσεις [o]. Laudo, & gratias ago [p]. Non multùm abit quod *ut* Latinis interdum optandi vel imprecandi formula est: in quo usu Prisciano *ut* est, *utinam* [q]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως σωθῇ· καὶ ζήσεται] *Ut servetur*: (scil. in vita, ut verbum σώζομαι sumitur Matth. 24. 22 [r].) *&* (vel *tum*, Pi.) *vivet*, Be. Pi. vel, *& vivat* Vulg. i. e. ζήσῃ, quod etiam legitur in meo vetustissimo Codice: sed præfero, ζήσεται, nè sit ταυτολογία, Marci brevitati parum conveniens †. Videtur mihi qui ζήσῃ annotavit explicâsse Hebraismum. Nam Hebræis Futurum est vice Subjunctivi: atque ità intellexisse mihi hunc locum videntur Syrus & Latinus interpres. Neque est ταυτολογία. Sensus enim est, *ut sanitatem recipiat, atque ità mortem imminentem effugiat* [t].

25. *Quæ erat*, &c. Οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος] *Existens* (vel, *Quæ erat*. P. B. Pi.) *in fluxione*, sive *fluxu*, *sanguinis*, &c. Be. P. Tre. vel, *obnoxia profluvio sanguinis*, &c. Er. Il. sim. Ti. Ca. αἱμοῤῥοοῦσα, Matthæus. Non dubito quin Hebraismus sit Marco familiaris, qualis bis suprà, *in spiritu immundo* [v].

26. *A compluribus medicis*] Nec mirum, plurima enim medicinarum genera præscribebant Hebræi fœminæ profluvio laboranti [x]: [de quibus vide Cl. Authorem.] Vetus inscriptio, *Turba medicorum me perdidit* [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα] *Et insumptis quæ apud se omnibus*, Mo. vel, *impenderat*, sive *expenderat*, *omnia sua*, Be. Pi. &c. vel, *omnes facultates suas*, Æth. Ti. ¶ *Nec quidquam profecerat*] Nimirum, *Non est in Medico semper relevetur ut æger: Interdum doctâ plus valet arte malum*. ¶ *Deterius habebat*] Nec mirum: vix enim est ut non noceant medicamenta quæ non prosunt, præsertim in languidis corporibus, qualia esse necesse est quorum sanguis in succum non vertitur [z].

29. *Siccatus est fons*] (i. e. Scaturigo [a]; vel fluxus [b]: ῥύσις, Lucæ [c].) *sanguinis ejus*] Phrasis est Hebræorum [d], qui omnem scatebram *fontem* appellant *, ut Zach. 13. 1 [f]. De naturali mulierum profluvio [accipitur] Levit. 12. 7 [g]. & 20. 18. Sensus est, Fluxus menstruorum ejus, qui nimius ac continuus fuerat, nonnisi tempore à natura constituto fuit [h]. ¶ *Et sensit corpore*, &c. Magna est ἔμφασις in his vocibus. Nam naturaliter nemo ex veteri morbo subitò revalescit, sed longa manent cedentis mali vestigia. Id apud Lucam significatur in verbis, *statim sanata est* [i]. Ex fluxu isto debilitatio totius corporis nascebatur: illo itaque sistente, restituta est corpori virtus [k].

30. *Cognoscens virtutem*, &c. Τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐξελθοῦσαν, &c.] *Vim* (vel, *Virtutem*, i. e. virtutis effectum [l]: vel, *Vim illam*, scil. sanationis [m]; quæ se in sananda muliere exseruerat [n].) *quæ ex ipso* (vel, *ex se* Bru.) *exierat*, sive *prodierat*, Pi. Be. Bru. Populare loquendi genus, sed magnæ efficaciæ. Significatur enim apertissimè vis quædam non adventitia, qualis ad Prophetarum preces à Deo exerceri solebat, sed quæ esset in ipso ὑποστατικῶς, atque indè effectus produceret; quod hîc est ἐξελθοῦσαν [o]. Erat in Christo, ut Deo, virtus omnipotens, quæ tum *exire* dicitur, quum in alios se exserit [p]. *Exierat*, ut calor à Sole, qui tamen in eo manet [q].

32. *Circumspiciebat*, &c.] Humano se habebat more: cæteroqui non erat illi ignota [r].

33. *Omnem veritatem*] i. e. Rem totam ità ut gesta erat †. Πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν] Ità veteres Interpretes: nec dubito quin quod præterea habent Codices alii adjectum sit ex Lucæ historia [t]. Malim legere, πᾶσαν αἰτίαν, ut est in plerisque Græcorum codicibus [v]: & in nonnullis additum, ἐνώπιον πάντων [x].

34. *Vade in pace*] i. e. Posthac sis læto & tranquillo animo [y]. Εἰς εἰρήνην] Ità & Lucas, & LXX, 1 Sam. 1. 17. Malè mutârunt quidam in, ἐν εἰρήνῃ. Est enim in utraque locutione sensus idem: neque raro Hellenistæ εἰς pro ἐν, & ἐν pro εἰς, usurpant [z]. Εἰς pro ἐν, i. e. ζωῇ [a].

35. *Ab archisynagogo*] At hic apud Jesum erat [b]. [Quid dicendum?] 1. Legendum, *ad archisynagogum* [c]. 2. Potest esse ellipsis, ut dicunt, ἐν ᾅδου &c, *venimus ad Vestæ*: ità hoc loco [d], *ab archisynagogo*, i. e. à domo Archisynagogi *, ut explicat Syrus [f], sequens vim locutionis apud Latinos. Sic apud Virgilium, ——— *proximus ardet Ucalegon* [g]. Sic, *Eamus ad me*, i. e. ad domum meam: &, *à vobis exit*, i. e. è domo vestra [h]. Terentius in Hecyra, *Sed quid Bacchidem à nostro affine exeuntem video?* i. e. ab affinis domo. Idem Phorm. *Quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo?* i. e. à domo fratris, ut Donatus explicat. Cicero, *Malo tecum apud te ambulare*, i. e. domi tuæ [i]. ¶ *Quid*, &c. Τί ἔτι σκύλλεις] *Quid ultra*, vel *amplius*, *vexas magistrum?* Er. Il. Ti. Be. P. Pi.

36. *Audito*, &c. Ἀκούσας τὸν λόγον, &c.] *Ut audiit hunc sermonem*, Be. Pi. *Illud quod dictum erat, Noli magistro molestus esse*: quod pertinebat ad omnes fiduciæ reliquias ex Archisynagogi animo proturbandas; quod Christus pro sua bonitate antevertit [k]. ¶ *Crede*] Me tibi subvenire posse [l]. Ad beneficia aspectabilia impetranda nihil præter fiduciam Christus exigit, ut ostendat etiam interna beneficia in se confidentibus contingere: qua de re alibi dictum [m].

38. *Flentes &*, &c. Καὶ ἀλαλάζοντας πολλά] *Et ejulantes multùm*, Er. Il. Be. Ca. Ti. &c. Forsan legendum ὀλολύζοντας, ut Jac. 5. 1. Sic enim ista differunt, ut illud exsultationi, istud tristitiæ, tribuatur, sicut apud Hebræos הלל & ילל differunt [n]. Mirum sanè ἀλαλάζειν de iis dici qui defunctum deflerent; nisi propter αὐλητὰς ità loquitur, quos funeri interfuisse ex Matthæo constat. Nec tamen convenit ὀλολύζοντας· quod propriè dicitur de clamore quem tollebant mactatâ victimâ qui sacris intererant, ut notat. Herod. Quare disertiores Græci rarissimè, nisi in re læta, ὀλολύζειν usurpant. Apud Homerum Euryclea, cùm voluit præ gaudio exclamare, impedit Ulysses his verbis, — Ἐν θυμῷ γρηῦ, χαῖρε, καὶ ἴσχεο, μηδ' ὀλόλυζε. Vide & Eustath. ad Odys. γ'. ——— αἱ δ' ὀλόλυξαν θυγατέρες, &c. Et apud Euripidem in Medea ὀλολυγὴ & κωκυτὸς opponuntur. Apud Æschylum, in Agamemnone, Cassandra hortatur inimicos Regis ut exsultent ejus morte, inquit, Κατολολυξάτω θύματος λευσίμου [o]. Glossarii auctor ἀλαλάζειν explicat etiam, *ejulare*: quod huic loco convenit [p]. Si vera scriptura sit ἀλαλάζοντας, catachresticè hîc dicitur, cùm ἀλαλαγμὸς sit exsultantium in lætitia aut confidentia [q]. Ἡ ἀλαλὴ, Doricè ἀλαλά, erat apud Græcos vox inarticulata militum ante pugnam, & in pugna, quasi alacriter clamantium. Hinc ἀλαλαγὴ apud Sophoclem, Tract. 2. 2. pro *exsultabunda* & *læta exclamatione* accipitur. Hîc autem de clamore tristi accipitur [r]. Hellenistæ, qui non tam Græci sermonis ἀκριβολογίαν sequuntur, quàm id curant ut quàm proximè fieri potest exprimant vim linguæ Hebrææ, ut redderent היליל, quod Hebræis *clamorem*, præsertim verò *lugubrem*, significat, voces Græcas quæsiverunt sono affines. Sunt autem duæ, ὀλολύζειν & ἀλαλάζειν· quorum illam in sacris, istam in bello, maximè Græci usurpabant: quo sensu ἀλαλαγμὸν etiam apud Josephum reperio. Sed Hellenistæ, ut dixi, istâ proprietate neglectâ, abusionis libertatem sibi indulsere. Et ὀλολύζειν quidem eo sensu passim occurrit, ut Esa. 13. 6. & 15. 2. & 52. 5. Jer. 48. 20, 31. Ose. 7. 14. Zach. 11. 2. Jac. 5. 1. ἀλαλάζειν verò, Jer. 25. 34. & 47. 2. Et Jer. 4. 8. alii codices Græci habent ὀλολύξατε, alii ἀλαλάξατε. Syrus ipsam vocem expressit quæ per Græcam exprimimitur, מיללין. Quare de lectionis veritate in tanto Codicum consensu non est dubitandum †. Quòd autem Hellenistæ vocem ἀλαλάζειν, quæ disertiores Græci non nisi in re læta usi sunt, pro *lamentari* sæpe usurpant, id illis vitio verti non debet; quippe qui ab Hebræis didicerunt, הריע, quod in gaudio propriè ponitur, non rarò de tristi etiam vociteratione usurpatur, ut Esa. 15. 4. Mic. 4. 9. &c [t].

40. *Ejectis omnibus*] i. e. Exire jussis, ut indignis qui miraculi spectatores essent, & ut placida esset tota hæc actio. Vide Act. 9. 40 [v]. Tot testes assumebat, quot rei probandæ sufficiebant: plures admittere speciem habebat ostentationis [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ] *Et qui erant cum illo*, videlicet patre [y]: vel, *secum*, Be. Pi.

Marginal notes (left column): [l] Di. ib. [m] Clop. [n] Di. ib. [o] Clop. [p] Di. ib. [q] Clop. [r] Pi. † Be. [t] G. [v] G. [x] Li. ho. [y] G. [z] Idem. [a] V. [b] Cap. Ham. [c] G. [d] Cap. sim. G. * G. [f] Ham. [g] G. sim. Cap. Ham. [h] Cap. [i] G. [k] Bru. [l] Bru. [m] Camer. [n] Be. [o] G. [p] Bru. [q] Pi. [r] Bru. † Bru. ex Be. [t] G. [v] Er. [x] Be. ex Er. [y] V. sic Bru. [z] G. [a] Bru. sic Pi.

Marginal notes (right column): [b] Bru. ex Be. [c] Q. in Er. [d] Er. * Bru. sim. Er. Be. G. [f] Bru. sim. [g] G. [h] Er. [i] Be. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] Be. [o] Cas. [p] Cas Scal. ex. 2. 98. [q] Camer. [r] Sch. † G. [t] Di. [v] Be. [x] G. [y] Q. in Be.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

G. Er. ex Vulg.&c. quomodo accipi potest & quod apud Syrum & Arabem est[z]. Intelligit Discipulos tres, (mox nominatos[a],) quos in domum intrans secum retinuerat[b]. Est igitur αὐτῶ pro ἑαυτῶ[c]. ¶ *Ubi puella erat jacens*, Ἀνακείμενον] In eo ipso lecto in quo ægrotaverat. Si Græcorum subtilitas sequenda esset, nè is quidem qui ad mensam accumbit dici posset ἀνακεῖσθαι imò rideri ab elegantibus solebant qui ità loquebantur, quia ἀνακεῖσθαι propriè dicebantur ea quæ erecta erant, ut statuæ. Sed, vocum arbiter, usus, istis angustiis se adstringi non patitur[d].

41. *Ait illi*, Λέγει αὐτῇ] Rectè: neque mutandi causa. Est enim σύνταξις κατὰ τὸ σημαινόμενον· (*constructio sensu congrua, non voce*[*].) ¶ *Talitha*, ità Er.Il.Be.Mo.Ar.&c. Ταλιθὰ] Exstat hæc vox in Chald. interprete, Prov.9[f]. טליתא est vox Chaldaica †, vel Syriaca, valétque *puella*[g], à טלי vel טליא, vel טאלי, *puer*[h]. Chaldaicè טלה, *tele*, vel טליה, *talja*, est *puer*, & טליתא, *taljetha*, vel ἀρσενικῶς *talitha*, *puella*. Hinc ταλιθὰ· à quo deflexum Æolicum τᾶλις pro *puella nubili*, *& alicui desponsata*, apud Hesychium: quomodo usurpant Callimachus, & Sophocles in Antigone, v.639. ad quem vide Scholiasten. Suidas etiam hîc consulendus, qui ex Scholiaste pleraque habet[i]. Bava bathra fol. 91.2. *Dicit R. Jochanan, Recordamur cùm luderent* טליא וטליתא, id est, inquit Glossa, *pueri & puellæ*[k]. טליתא, quod nunc scribunt טְלִיתָא, est *puella*[l]. Errant qui hîc scribunt *Tabitha*: quod occurrit Act. 9. Id enim aliud est, & *capream*, sive *dorcada*, significat[m]. [Alii pro hac voce ipsius versionem h. l. ponunt:] *Puella*, Tre.ex Sy.Pers. ¶ *Cumi*, Κοῦμι] קומי, *surge*, pariter Syrum & Ebræum[n]. ¶ *Puella*, &c. Κοράσιον, σοὶ λέγω, ἔγειραι] *Puella (tibi dico) surge*, Be.Pi. Hæc verba, *tibi dico*, non continentur in vocibus Syriacis[o], sed pleonasticè addita sunt[p], sive ab Evangelista, sive ab alio quopiam[q], ad emphasin[r], quò significantiùs redderet & sensum vocantis & autoritatem imperantis †. In prolatione horum verborum ea emicuit authoritas atque imperans vigor, ut non minus sonarent, quàm si dixisset, *Puella, dico tibi*, vel *impero, ut surgas*. Dicere solebant Judæi, cùm medicinam ægrotis adhiberent, *Surge à morbo tuo*, id est, *Opto ut surgas*: at dixit Christus, *Puella surge*, i. e. *Jubeo ut surgas*[t]. Vis Vocativi additis vocibus exprimitur; quod & LXX fecisse alicubi à nobis observatum est. Imperium autem directum in corpus rationis expers vim Divinam imperantis significat[v].

43. *Ut nemo id sciret*] Saltem dum ipse indè discessisset[x]. Id autem fecit, ad vitandam tum ostentationis notam, tum æmulorum invidiam[y]. Imperium suum in mortem ipsam nolebat hoc tempore evulgari, ut quod post resurrectionem demum ipsius omni mundo esset publicandum. Interim aliqua ejus potentiæ signa nonnullis cognita esse voluit, quæ mox ipsi etiam resurrectioni fidem adstruerent. ¶ *Dixit*, Εἶπε] i. e. Ἐκέλευσε, אמר, ut & infrà 8.7. ¶ *Manducare*] Ut appareret non vivam tantùm esse, sed & rectè valentem: nam graviter ægroti vix solent cibum sumere[z].

z G. a Bru. b G. sim. Be. Bru. c Bru. ex Be. d G. * G. f Idem. † V. Er. g Gua. sim. D. h Gua. i Ba. 1. 2. 43. 425. k Li. ho. l D. m Nebris. quinquag. c. 45. n D. o Pi. sim. Bru. p Pi. sim. Er. ex Hi. q Er. r Pi. † Er. ex Hi. t Li. ho. v G. x Bru. y Bru. ad v. 40. z G. sim. Li. ho.

CAP. VI.

1. *In patriam suam*] Nempe Nazaretham[a], ex vulgi opinione[b], ubi educatus erat, ubi fratres & sorores ejus erant, v. 3[c].

2. *Et*, &c. Καὶ γενομένου σαββάτου] *Et facto sabbato*, Mo. *Cùmque advenisset* (vel, *esset*, Sy. Pers. Tre. vel, *adesset*, Er. Ti.) *Sabbatum*, Il. P. Be. Pi. Bru. sic Ca. Possit quidem γενομένου accipi pro ὄντος, vel παρόντος, i. e. *cùm adesset*. Sed malim γίνεσθαι hîc esse *advenire*, ut Joan. 6. 20. 21. & in Herod. *Cùm Cyrus Babylonem contendens ἐγένετο*, &c. *pervenit ad Gynden fluvium*. Sic in illa dicendi formula, ὀψίας γενομένης[d]. ¶ *Admirabantur*, &c. Ἐξεπλήσσοντο] *Percellebantur*, Be.Pi. *Stupentes admirabantur*, V. Quidam Codices addunt, ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ[*] ità meus vetustissimus Codex[f]. Sed hoc additum puto ex Latino interprete, qui ad sensum explendum quædam interdum verba addit. Causa admirationis, ut collatio Lucæ & Johannis nos docet, hæc erat, quòd Jesus nullo humano magisterio institutus summa cum perspicuitate Prophetarum verba explicaret[g]. ¶ *Sapientia quæ data est illi, & virtutes*, &c. Ὅτι καὶ δυνάμεις, &c.] *Quod* (vel, Et unde hoc *quod*. Ellipsis τὸ πόθεν τοῦτο, ex collat. præced[h].) *etiam virtutes tales* (i.e. miracula[i],) *per manus ejus edantur*, Be. Pi. &c. In duobus vetustis exemplaribus legitur, ἵνα καὶ, *ut etiam*, & γίνωνται, i.e. *fiant*: quæ propiùs accedunt ad Latinam loquendi rationem[k]. Sapientiam ipsius esse datam Divinitus, præterquam quòd notissimum erat Jesum nullis usum magistris, altero argumento probant ex miraculis, quæ Capharnaumi atque alibi ediderat. Ideo rectius est, ὅτι γίνονται, quàm, ἵνα γίνωνται[l].

a Be. Bru. Mal. b Be. c Mal. d Be. * G. f Be. g G.

3. *Nonne hic est faber*, Ὁ τέκτων] *Faber ille*, Be. Pi. Antiqui Codices habent, ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας. Alii autem, ὁ τέκτων[m]· ità omnia nostra vetusta exemplaria[n]. Eandem Jesus cum patre artem exercebat[o]; erátque faber lignarius[p]. Dicunt Hebræi, *Patri incumbit circumcidere filium, redimere eum, docere eum legem, & docere eum aliquod opificium*. R. Judah dicit, *Quicunque filium suum non docet aliquod opificium, est acsi doceret eum latrocinium*[q]. Vix ullus tunc sapiens erat qui non artem aliquam exercuit: alius pistor erat, alius librarius, alius pellio, &c[r]. Idem hîc fecit Jesus, tum nè otiositatis exemplum præberet, tum nè curiosis artibus in adolescentia deditus videretur †. Vide quæ ad Matthæum[t]. ¶ *Frater*] i. e. Cognatus[v], vel consobrinus. Sic Achilles dicitur frater Ajacis, Ovid. Metam. 13. & Orestes frater Hermiones, Ovid. Heroid. epist. 8. quorum tantùm patrueles erant. ¶ *Jacobi*] Nempe minoris, de quo Gal. 1. 19[x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ Ἰωσῆ] *Et Jose*, Be. Pi. Quidam Codices, Ἰωσῆτος[y] quæ mihi videtur vera esse lectio, ad Græcam flexionem perducto nomine. Nam & infrà 15.40. ità habent optimi Codices, quod qui non intellexerunt reposuerunt vocem ἀδελφὸν[z]. ¶ *Et Judæ*] qui Epistolam scripsit, dictus ὁ τοῦ Ἰακώβου, sub. *frater*, ex collat. Jud. v. 1. ¶ *Et Simonis*] qui *zelotes* dictus, quòd antè vocationem faveret factioni *zelotarum* apud Judæos[a]. Hi omnes erant idiotæ & mechanici[b]; erántque filii Mariæ, sororis matris Domini, quæ uxor erat Cleophæ sive Alphæi: nam unum idémque est viri nomen, (nempe חלפא,) sed aliter atque aliter pronunciatum[c]. ¶ *Sorores ejus*, &c.] Cùm Nazarethani hîc specialiter meminerint cognatarum Jesu apud se habitantium, adducor ut credam, quod & suprà dixi, matrem Jesu & cognatorum aliquos hoc tempore Capharnaumi habitâsse[d].

4. *Et in*, &c. Καὶ ἐν τοῖς συγγενέσι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ] Ità omnia tum MSS. tum impressa exemplaria[*]. *Et inter cognatos & in domo sua*, Pi. sic Be. *Domus* hîc minùs latè patet quàm συγγένεια, *gens & familia*[f]. Præponitur cognatio domui, juxta ordinem à natura institutum in Rep. communissima enim est patria, media cognatio, proxima domus sive familia[g].

5. *Non poterat*, &c.] De variis significationibus vocis δύνασθαι jam diximus suprà. Hîc puto significari affectum in Christo qui obstiterit illi quominus miracula multa Nazarethæ faceret. Nam ità & Latinè dicimus, *Impetrare hoc à me non possum*. Solétque tam de malis quàm de bonis affectibus ea locutio usurpari. Ità Gen. 37. 4. *Non poterant aloqui*, &c. obstante odio scilicet. Joh. 7. 7. *Non potest mundus*, &c. nempe ob morum similitudinem, Act. 4. 20. 2 Cor. 13. 8. Apoc. 2. 2. Rectè Chrys. Οὕτως, &c. (*Sic etiam in communi loquendi usu Potentiam pro voluntate dicimus, sicut cùm dicit aliquis, Non possum illum diligere, vehementiam affectûs Potentiam vocat.*) Christus, plenam habens miracula faciendi potestatem, quo minus eam hoc loco exerceret impediebatur odio non hominum, sed pertinacissimæ incredulitatis. Nam cùm illi doctrinam & docendi genus faterentur esse eximia ac Divina, famâ etiam rerum Capharnaumi gestarum commoverentur nonnihil, iterum tamen respectu natalium atque educationis avocabantur quominus magnificum aliquid de ipso sentirent[h]. *Non poterat*, nolebat, vel non ferebat animus ejus[i]: vel, non conveniebat sive decebat[k]; ut Mat. 9. 15. *Non possunt*, &c. i. e. non decet[l]. Res non ferebat[m]: æquum non erat hominibus ingratis & indignis hæc facere[n]. Non de absoluta, sed de ordinata, impotentia loquitur: ità eum Deus ordinavit, ut quotquot ipsius gratiâ frui velint, fide eam suscipiant, ut fides sit unicum instrumentum quo omnia bona ad nos attrahimus[o]. Al. Hebraismus est, Hellenistis usitatus, ut Gen. 18. 17.

h Pi. i Pi. sim. Be. k Be. l G. m Er. n Be. o Bru sim. D. Li. ho. p D. q Li. ho. r D. † Bru. t G. v Pi. sim. Camer. x Cap. y Be. z G. a Cap. b Bru. c Cap. d G. * Be. f Idem. g Bru. h G. i V. sim. Bru. Mal. Me. T. k Me. ex Bru. Mal. ex Greg. l Me. ex Mal. m Camer. ex Th. n Mal. ex Th. o Chem.

18.17. *Num potero celare?* i.e. num celabo? Deut.12.17. *Non poteris—comedere*, i.e. non comedes. Ità h.l. οὐκ ἠδύνατο ποιῆσαι, &c. pro eo quod alibi Matth. dicit, οὐκ ἐποίησεν, &c.13.58 p. ¶ *Nisi*,&c. Εἰ μὴ,] *Nisi* (sub. *quod*, Er. V. Be. Bru. Pi.) *paucos*,&c. Bru.&c. Al. *Tantùm paucos*, &c. Scul.Bru. εἰ μὴ, pro μόνον. Particulæ enim εἰ μὴ, ἐὰν μὴ, non semper Exceptivæ sunt, sed Adversativæ, ut Joh.17. 12. Gal.1.7 q.

6. *Propter*, Διὰ τὴν ἀπιστίαν] Ità visum est Marco exprimere quod Hebræi dicerent per ב: sicut & nostri scriptores interdum loquuntur, ut Luc.1.21. 2 Thes.1.10. aliàs per ἐπὶ solet exprimi, ut Luc.4.22. & 20.26. Act. 3. 12 r. *Propter incredulitatem*: Causa hæc refertur ad utrumque quod præcessit, *non poterat*, &c. *mirabatur* †. ¶ *Circuibat*, &c.] Patriam ingratam deserens auditores quærebat quorum animi non æque essent pravis affectibus occupati t.

7. *Duodecim*] Ità loqui solet Marcus: quare quod alii addunt, μαθητὰς αὐτοῦ, haud dubiè ex Matthæo adjectum est v. ¶ *Binos*, Δύο δύο] Tum ad plenam testimonii fidem x: prout & Johannes duos ad Christum legârat, Mat. 11.2 y. tum ut collatâ operâ se mutuò juvarent z ¶ *Potestatem spirituum*,&c.] Non subjectivè, i. e. qualem habent Spiritus,&c. sed objectivè a, *in*, vel, *adversus, spiritus*,&c. Er. V. Be. Sch. Di. ex Sy.&c. exercendam in Spiritus, &c. Genitivus subjecti occupantis b.

8. *Nè quid*, &c. Ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδὸν] *Ut nihil sumerent* (vel, *attollerent*, Be. *tollerent* secum, Bru.) *ad iter*, Pi. Be. vel, *in viam* Pi. Bru. *Nè quid viæ causâ secum ferrent*, extra ea quæ usûs erant quotidiani c. ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μὴ ῥάβδον μόνον] *Nisi virgam tantùm*, Be. Pi.&c. i.e. baculum quo quis nititur d: eam virgam cum qua tunc fortè ambulabant, non aliam inter sarcinas usui futuram si fortè prior defecisset. Voluit enim Dominus in prima legatione manifestum ipsis dare documentum Divinæ providentiæ. Finis horum præceptorum perpetuus est, præcepta ipsa temporaria, ut ad Matthæum monuimus *. At Mat. & Luc. etiam virgam prohibent. Quomodo hoc conciliandum? Resp. Τὸ εἰ pro ἐπεὶ passim in Sacris usurpari ab Hellenistis, quis nescit? Ità, εἰ μὴ, &c. pro, ἐπεὶ μὴ ῥάβδον μόνον, *siquidem*, vel *imò*, *nè virgam quidem*. Τὸ μὴ h.l. non ad τὸ εἰ, sed ad τὸ μόνον, referri possit: nam τὸ εἰ μὴ interdum apud veteres autores disjungendum notant, ut in Thucyd. Καὶ συγγνώμη, εἰ μὴ μετ' κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτίᾳ, τῇ προτέρον ἀπραγμοσύνῃ ἐναντία τολμῶμεν, ut sit; non, εἰ μὴ μετ' κακίας, sed, εἰ τολμῶμεν μὴ μετ' κακίας f. [Sed de hac ἐναντιοφανείᾳ vide congesta ad Mat.10.10.] ¶ *Non peram*] Vel, *saccum viatorium*, Gua. & Tre. ex Sy. in quo portantur cibaria g. In Bava bathra. *venit ad eum Shammæus cum baculo suo & pera sua*. En tibi ipsum Synedrii vice-præfectum gestantem peram, in qua victualia pro viatico reponit h. ¶ *Neque*,&c. Μὴ εἰς τὴν ζώνην] Pro, ἐν τῇ ζώνῃ, scilicet ζωννύμενον, *gestari solitum*. Enallage & ellipsis i. ¶ *Æs*] i. e. Pecuniam k, sive ex ære, sive ex auro argentóve; ut colligitur ex Matthæo l: nimirum εἰς ὁδὸν, i.e. *viæ causâ*. Noluit enim Christus susceptæ legationis ergò vel tantillò sollicitiores esse quàm antè erant m.

9. *Sed*, &c. Ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια] *Sed calceatos* (sub. *esse*, Be.Bru vel sub. πορεύεσθαι, [*ire*,] G. & sub. *præcepit*, Bru. sic G. Al. *Sed* ut *calcearentur*. Be. Pi.) *sandaliis*, Mo.&c. i.e. soleis n: vel calceis, ut Jes.20.2 o. Ire jubet, ità ut erant, soleatos scilicet p. Σανδάλιον & σάνδαλον, *calceamentum muliebre* q, ut vult Hesychius: tribuitur tamen & viris r. Σανδάλια idem hîc quod alibi ὑποδήματα *. Probabile est, Christum modò calceis usum fuisse, (vide Mat.3. 11.) modò non usum, ut non magnum erat in calidis illis regionibus incalceatum ingredi. Vide Horat. l. 2. Satyr. ult. Plin. Epistolâ ad Tacitum, &c †. Quanquam Christiani veteres multùm incesserunt nudis pedibus (ἀνδρὶ τὸ μάλα ἁρμόδιον ἀνυποδησία. (*Viro valde congruit nudis pedibus ambulare.*) inquit Clemens (*Pedes nudi viriles magis quàm in calceis*, Tertul.) videntur tamen id mihi fecisse Platonicorum magis exemplo, quorum celebris est ἀνυποδησία, nè scilicet Philosophis (quos & in Pallio imitabantur) in ulla aut frugalitatis aut fortitudinis parte cederent, quàm ex primævo instituto aut exemplo. Nam Judæos plerumque sua habuisse ὑποδήματα passim nos docet Mosis historia, ut Exod. cap. 3. vers. 5. & 12. 11. Deut. 25. 10. Ruth. 4. 7. Luc. 15. 22. Neque discessisse Christum ab eo more satis manifestum est ex Matt. 3. 11. & Marc. 1. 7. Apostolos itidem fuisse ὑποδεδεμένους tum hic locus evincit, tum Act. 12. 8. Judæi verò sandaliis maximè usi. Itaque Esaias jubetur exuere τὰ σανδάλια in Versione LXX, Esa. 20. 2. & Petrus induere σανδάλια, Act. 12 t. Quin & Metaphrastes Hierosolymitanus [Jonathas Uzielides] pro נעל ubique ponit סנדל v: unde סנדלר, *sutor calcearius* x. Et ideo in funere jubentur deponere sandalia lege veteri quæ in Talmudicis exstat. Et Josephus, in expositione legis de vidua fraterna, σανδάλια dixit quæ alii ὑποδήματα. Quanquam autem iisdem ex locis appareat σανδάλια Judaica fuisse ὑποδήματα satis usitata, certum tamen est Judæis fuisse & alia ὑποδήματα exquisitiora. Σανδάλια propriè respondisse videntur isti ὑποδημάτων generi quod κονίποδας vocabant Attici. Suidas certè κονίποδα exponit γενὸν σανδάλιον (*arctum sandalium.*) Polluci est λεπτὸν ὑπόδημα (*tenue calceamentum.*) Vide & Clem. Pædag. 2. 11. [ejúsque verba in G.] Narrant Judæi morem fuisse majoribus suis ut diebus festis in Templo apparerent cum sandaliis è melium pellibus. Soleatos igitur, ut ità dicam, non calceatos, vult Christus Apostolos suos iter accipere, non minùs adversùs itinerum incommoda quàm adversùs difficultates alias illis consulturus. Syrus σανδάλια vocat *talaria*, credo quòd ad talos alligarentur. Sic & in Pedonis elegia, ubi est *sandalia*, alii Libri habent *talaria*, ex glossematis expositione, ni fallor. Sed de hoc loco moneo Lectorem, videat quæ incomparabilis doctrinæ vir, Cl. Salmasius, ad Tertulliani *Pallium* notavit y. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ ἐνδύσασθαι, &c.] *Et nè induimini*,&c. Mo. vel, *induerent*, Sy. Tre. Pers.Ca. Nonnulli legunt, ἐνδύσησθε, *induamini*; quod durius videtur. *Indui binis tunicis* impropriè dicitur, nisi *tunicam* in genere pro vestitu interiore & exteriore accipias. Spectanda igitur potiùs sententia quàm dictum ipsum, ut fit in idiotismis z. *Duabus tunicis*, i. e. vestibus mutatoriis a. q. d. Nè modò hanc, modò illam, tunicam induite b; ut solent qui iter faciunt aliis in itinere vestibus uti, aliis ubi in urbem aliquam advenerunt. Vide quæ ad Matthæum hoc loco. Hæc omnia, ut dixi, eò pertinent ut Apostoli intelligant nullo majore paratu sibi ad iter opus fore quàm si domi essent mansuri c.

10. *Quocunque*, Ὅπου] *Ubicunque*, V. Be. Pi. i. e. in quamcunque domum d, scil. hospitii causâ *. ¶ *Donec exeatis indè*, Ἐκεῖθεν] *Illinc*, Be. Pi. ex ea urbe f, vel vico g; ut & v. seq h.

11. *Et*, &c. Καὶ ὅσοι, &c.] Pro, Καὶ εἴ τινες, &c i. *Si qui non exceperint*, &c. Anantapodoton, ut in Virgil. *Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est* k. Sermo ἀνακόλουθος· quippe quum antecedens enunciati sit personæ tertiæ, consequens verò secundæ l. ¶ *Pulverem*, Χοῦν] Alibi est τὸν χνοῦν m· eòdem redit: nam Interpretes hæc duo confundunt n. ¶ *In testimonium illis*] Vel, *adversùs eos*, Be. Pi. contempti ab ipsis Evangelii: nam in ejus contemptûs detestationem pulvis excutiebatur. Vide ad Matthæum o. ¶ Ἀμὴν, &c.] Hæc periodus in omnibus nostris exempl. legitur, exceptis tantùm duobus & meo vetustissimo, & in Syro; sed in Vulgato omittitur; & fortè ex Matthæo adscripta fuit p.

12. *Ut pœnitentiam agerent*] Omnes scilicet quibus prædicabant q. Verbum sine supposito, ex Hebraismo r. Legationis Apostolicæ summa eadem quæ κηρύγματος Baptistæ, unde & Christus initium fecit. Admonebantur homines ut verè ac seriò pœnitentiam agerent, i. e. vias suas de malis bonas facerent. Causa addebatur, Quia jam adventâsset tempus illud diu exspectatum Regni cœlestis. Ut enim hujus Regni beneficia, Remissionem peccatorum, & Spiritum Sanctum, intra se quisque reciperet per pœnitentiam animi erant præparandi. Hoc illi dicebant breviter, ut qui studio pœnitentiæ tenebantur, omnia præcepta eò pertinentia ab ipso Christo auditum venirent †.

13. *Et ungebant oleo*] Fuit hoc oleum non medicamentum quo morbos curarent t, sed sacramentum v, (non autem propriè dictum sacramentum unctionis, quippe quod nondum institutum erat x:) sive symbolum mirificæ virtutis illis exhibitæ y; ut hoc symbolo testarentur, se missos à Messia, vel Christo, sive Uncto z. At unctionem hanc fuisse medicinalem, & dicunt Judæi, & negari

Margin (left): p Heinf. q Scul. ex. &. 99. r G. † Bru. t G. v G. x G. sim. Bru. y G. z Bru. a Sch. b Pi. c G. d V. * G. f Heinf. g Gua. h G. i Pi. k Bru. sic Pi. l Pi. m G. n V. o D. p G. q Gua. sim. Er. Be. r Gua. * Er. sic Be. † Er.

Margin (right): t G. v G. sim. D. Gua. x D. y G. z Be. a Bru. b G. sim. Be. Bru. c G. d V. sic * Bru. f G. Pi. g Pi. h G. i Pi. k Be. l Pi. m D. sim. Camer. n D. o G. p Be. q Bru. sic Mal. r Mal. † G. t Be. sim. Bru. v Bru. x Mc. sim. T. &c. y Be. z T. ex Bru.

negari non potest: vide Jac. 5. 14[a]. Ex more antiquo Hebræorum, qui ut Manuum impositionem precibus pro aliquo susceptis adjungere solebant, ità & Unctionem per oleum circa ægrotos, pro quibus preces suscipiebantur, in spem impetrandi à Deo leniminis & gaudii, quod per Oleum significatur. Quem morem prima Christianorum Ecclesia libenter usurpavit, non ità tamen ut nunquam ἰάματα sine oleo exercerentur. Notus Jacobi locus de oleo, & historiæ sanationum in Actis sine oleo. Diximus alibi, Christianos veteres quicquid allegoricè dictum in S. literis repericbatur, id expressisse visibilibus signis. Hinc factum ut & Baptismo, & Manuum impositioni juxta Baptismum, oleum adhiberetur, interdum & aliæ unctiones. Dixerat Paulus, χρίσας ἡμᾶς, &c. 2 Cor. 1. 21. & Johannes, ὑμεῖς χρῖσμα ἔχετε, &c. quæ loca de Spiritu plerique accipiunt, veteres de ipsa fide quæ per Spiritum obsignatur, modico discrimine; ut apparet ex Clem. Alex. qui Christum ità loquentem nobis introducit, χρίω ὑμᾶς, &c. (*Ungam vos unctione fidei, quâ corruptionem exuetis*, &c.) Hanc fidem, quæ per unctionem designabatur, *gratiam Christi* vocat Cyprianus, epist. ad Januarium. Tertul. dixerat, *Sic in nobis carnaliter currit unctio, sed spiritaliter proficit*, eam unctionem significari ostendens per quam Christus nos constituit Sacerdotes. Docet nos Scriptor Resp. ad Orthod. inungi solitos etiam eos qui ab errore conversi sine novo Baptismo ad Ecclesiam admittebantur: [Verba vide in G.] Sed & Philo apud Mosem antiquâ traditione oleum interpretabatur ἀγωγὴν φῶς τηλαυγέστατον ἀπαστράπτουσαν, &c. (*institutionem quæ clarissimum lumen emittit*, &c.) ut est in Libro cui titulus, *Quod deterius potiori insidiari soleat*[b].

14. *Et audivit* (sub. *hæc*, vel *ista*, Be. Pi. quæ à Jesu, per se maximè, tum etiam per Discipulos, gerebantur[c]: quidam Codices addunt, τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ, *famam Jesu*[d]; sine quo mancâ est constructio*.) *rex Herodes*, (*manifestum enim factum est nomen ejus*,) *& dicebat*] Sim. Be. Pi. &c. Ità [potius] legendum censeo, Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης (φανερὸν γὰρ ἐγένετο) τὸ ὄνομα αὐτοῦ. (ut ὄνομα sit quarti casûs, pro quo interpretamenti vice quidam substituerunt, ἀκοὴν αὐτοῦ. Cùm enim satis constet veteres Libros caruisse distinctionum notis, liberum cuique ea in re judicium permittendum arbitror. Syrus, quia hanc constructionem sua lingua vix patiebatur, duas voces addidit *de Jesu*.) καὶ ἔλεγεν, ipse Herodes, ut & Matthæus narrat; cæterùm injectâ ab aliis suspicione, ut ex Luca discimus. Videndum numqui Codices habeant ἔλεγον, sicut olim Latini legebant. Nam Marcum fermè sequitur Lucas[f]. Quòd *Regem* eum vocat qui Tetrarcha tantùm erat, ad vulgi & aulicorum adulationem referendum est[g]. *Nomen ejus*, i.e. Christi[h]. ¶ *Baptista*, Ὁ βαπτίζων] Et ex hoc loco, & ex eo quod suprà habuimus, δύο δύο, & infrà, συμπόσια συμπόσια, & multis aliis, apparet verum esse quòd diximus Marcum plus cæteris ἑβραΐζειν. Nam alii dicunt, ὁ βαπτιστὴς, ut & Josephus[i].

15. *Quia*, &c. Ὅτι προφήτης ἐστὶν, ἢ ὡς εἷς, &c.] *Propheta est, vel quasi unus ex Prophetis illis*, Pi. sic Be. Er. V. antiquis scilicet[k], quorum Libri legebantur, aut iis nihilo inferior[l]. Alii non legunt ἤ. Ità Arabs[m], & Syrus[n], & sex vetusta exempl[o]. [imò] Codices plurimi, ut mirer dubitari de hac lectione. Adde, quòd interpositum ἤ sensum nullum commodum reddit; cùm hujus lectionis aperta sit sententia. Nam hæc istorum hominum de Christo opinatio fuit, Esse eum non Messiam, non Eliam, non Johannem, sed Prophetam à Deo suscitatum parem veteribus Prophetis. Diversum sentiebant illi apud Lucam, ὅτι εἷς τῶν ἀρχαίων ἀνέστη[p]. Puto hîc legendum ἤ, nec προφήτης, sed ὁ προφήτης, cum articulo[q]; ut sensus sit, Credebatur esse, *vel Propheta ille*, λέξεως καὶ ἀναφορικῶς, de quo dictum Deut. 18. 15, 18. qui etiam Messias erat[r], qui & alibi dicitur, ὁ προφήτης, ut Joh. 1. 21, 25. & 6. 14. & 7. 40: *vel tanquam unus Prophetarum*†.

16. *Quem*, &c. Ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, &c.] *Hic*, vel *Iste, est Johannes quem ego decollavi*, Pi. sic Be. Ad verb. *Quem ego decollavi Johannem, iste est*, Græcâ constructione; sicut Dixit Quintilianus, *Nè, quos porrexerim cibos, venena fiant*[t]. Terent. Eun. *Scin' me, in quibus sim gaudiis*: &, *Observes filium quid agat*: & And. *Populo ut placerent quas fecisset fabulas*. Plautus, Curcul. *Naucratem, quem*

[a] Li. ho. [b] G. [c] Eru. sim. Fe. [d] Er. Be. * Be. [f] G. [g] Be. [h] V. sic Pi. [i] G. [k] Bru. ex Be. [l] Be. [m] G. [n] Be. G. Di. [o] Be. [p] G. [q] Heins. [r] Heins. ex Euthym. † Heins. [t] Be.

convenire volui, in nave non erat. Livius, *Quem ceperant exsules montem, herbidus aquosus est*. Xenoph. παιδ. 4. ὡς ἂν τὴν πέμπωσι στρατιώτας, —— ἐμοὶ μελήσει, &c. Sophocles, Ὄλβιος ὃν ἃ κλεινὰ γᾶ ποτὲ Μυκηναίων δέξεται, &c ||.

17. *Misit*, &c. Ἀποστείλας, &c.] *Missis*, sub. *satellitibus* Be. sim. Pi. *Per missos à se satellites*. Idem loquendi genus Matt. 2. 16. & 14. 10[v].

18. *Uxorem*, &c.] i.e. Τὴν πρὶν γυναῖκα, &c. ut 1 Cor. c. 5. v. 1. Videtur enim maritus tum fuisse mortuus, ut ad Matthæum diximus[x].

19. *Insidiabatur illi*; ità Er. Il. Mo. Ti. Ἐνεῖχεν αὐτῷ] *Succensuerat illi*, Ar. sim. Pers. *Imminebat ei*, P. Be. Ca. Pi. i.e. omnes captavit occasiones ei nocendi[y]. *Exitio ejus imminebat*: quomodo & Luc. c. 11. v. 53. Hebraicè שטמהו, ut Gen. 49. 23. Aliud est, ἔχειν χόλα τινός· subauditur enim μομφὴν[z]. Ἐνέχειν idem esse aiunt quod ἐπέχειν, ut sit, *Intenta erat in ipsum*[a]. Ἐνέχειν bene explicat Eustath. ad Odyss. τ. χόλα τινὸς ἔχειν, ut dicitur Marc. 11. v. 25. & Apoc. 2. 4, 14, 20[b]. *Impugnabat eum*, Tre. & Di. ex Sy. scil. verbis, h.e. acriter minitabatur: id enim verbum לחם significat: [in Syr. vers.] Act. 4. 21. & 1 Pet. 2. 23. Vehementer placet, quòd Lex. Syr. Arab. docuit, non minas tantùm, sed iramque quoque & odium, hoc verbo denotari. Id est ἐνεῖχεν αὐτῷ[c]. Hesychius, ἐνεῖχεν, ἐχόλευ, ὠργίζοντο, *irati sunt*. Idem rursus, ἐνέχει, μνησικακεῖ, ἐγκαλεῖ[d] vel forsan, ἐγκοτεῖ, *reminiscitur injuriæ, adversatur*, vel *irascitur*. Significatio hujus verbi petenda ex Hebræo שטם, quod in V. T. significat, *odio habere, impedire, adversari*; & modò vertitur, ἐγκοτεῖν, ut Gen. 27. 41. Psal. 54. 4. modò, μνησικακεῖν, ut Gen. 50. 15. modò, ἐνέχειν, ut Gen. 49, 23*. Sensus ergò est, *Adverso in eum erat animo. Graviter irata erat ei*, V.

20. *Metuebat Johannem*] Vel, *verebatur*, non formidine invitâ, sed voluntariâ observantiâ[f]. Al. Auctoritas Johannis apud populum Herodi erat formidolosa, ut notat Josephus. Idem significat Matthæus cùm dicit, ἐφοβήθη τὸν ὄχλον. Nimirum sub ejusmodi Regibus aut Regulis majus periculum est ex magna fama quàm ex mala, & ob virtutes certissimum exitium[g]. ¶ *Sciens*] Ipsâ jam experientiâ, ut priùs publicâ famâ[h]. ¶ *Justum & sanctum*] Et monitorem justitiæ & pietatis, ut ait Josephus[i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συνετήρει αὐτὸν] *Et custodiebat eum*, Æth. Vulg. Ham. i. e. servabat, in carcere scilicet, tum nè evaderet, tum nè supplicium subiret[k]; tuebatur ab insidiis Herodiadis[l]. *Et observabat* (vel, *verebatur*, V.) *eum*, Sy. Ar. Sed hoc, ut verba sequentia, explicanda mihi videntur per tempus plusquamperfectum, ut solent ista in Hebraismo, & ab Hellenistis, confundi. *Observaverat*, inquit, *ipse Herodes Johannem diu, multaque fecerat ejus consilio, & libenter eum audire erat solitus*. Hæc enim referenda sunt ad tempus quod præcesserat liberam objurgationem; ità tamen ut postea quoque earum rerum memoria, & ex eo major infamiæ metus, sæpe animo Herodis oberraverit, etiam tum cùm, ut Matthæus ait, interficere illum cuperet uxori obnoxius. Ità se volutabat animus inter exiguas reliquias bonæ mentis rationésque honesti, utilis ac jucundi; publicas ac domesticas. Adeò verum est, *non esse pacem impiis*[m]. ¶ *Multa faciebat*] Multa, non omnia, non se in solidum Deo addixit[n]. Quòd de Herode hîc dicit Marcus, item de Judæis dicit Josephus, & Christus ipse, Joh. 5. 35. Dubitandum non est quin vir sanctissimus, pars patriæ suæ non minima, etiam in rebus publicam salutem spectantibus se digna consilia dederit[o]. In quodam Codice legitur, πολλὰ ἠπόρει, i.e. *multùm hæsitabat*, nescius quò se verteret: conscientia ejus vi verbi excitata non sinebat eum torpere, &c[p]. In aliis Codicibus ἀκούων pro ἀκούσας reperisse se alii testantur. Quid si sic legamus, καὶ ἀκούων αὐτοῦ πολλὰ ἐποίει, *utque audiret eum omnem dabat operam*? Ità sensus simplex est & perspicuus, & geminus illi Matt. 12. 42. *venit à finibus terræ ἀκοῦσαι, ut audiret*, &c. Alioquin quid illud, πολλὰ ἐποίει, absolutè positum? aut quid Herodes fecit? Nec credibile est, vulpem illam multa in gratiam Johannis facere voluisse[q]. ¶ *Libenter eum audiebat*; ità Be. Pi. &c. Ἡδέως] i.e. Ἀσμένως[r]. *Suaviter*, Sy. sim. Bru. Ea est vis veritatis ut etiam qui illam oderint, tamen revereantur. Et Herodes indubiè aliquot rectos motus habuit, sed cadebat semen in loca saxosa†.

|| Ga. ex Setph & Linacro. [v] G. [x] G. [y] Be. [z] G. [a] Camer. [b] Be. [c] Di. [d] Di. Ham. * Ham. [f] Bru. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Heins. sim. Bru. [l] Bru. sim. Ham. [m] G. [n] Bru. [o] G. [p] Be. [q] Heins. [r] Be. † Idem.

21. Et,

21. *Et*, &c. Καὶ γινομένης ἡμέρας εὐκαίρου] *Cùm igitur adesset dies opportunus*, Be. Pi. &c. Oportunus insidiatrici, quæ vino, amore & adulatorum conspiratione facilè sperabat impelli posse nutantem mariti animum [v]: noverat illa ingenium Herodis, diemque illum fastu, luxu, lætitiâ, exuberaturum, &c [x]. Vel, *dies notabilis*, sive *notus & celebris*, Di. ex Sy. ut Participio illo utuntur Syri, Act. 17. 12. & 21. 39. Rom. 16. 7. quo scil. notum erat celebranda natalitia Regis [y]. Fortassis ἡμέρα εὔκαιρος idem est quod Hebræis יום טוב, *dies bonus*, h. e. festivus & solennis. Consentit vetus Glossarium, εὔκαιρος, *vacos* εὐκαιρος, ἢ σχολάζων, *vacua* [z]: ità h. l. *dies* εὔκαιρος, *vacans*, vacua laboribus, ut festivitati tempus detur [a]. Sic infrà v. 31. οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν, *non vacabant ad comedendum* [b].

¶ *Cœnam fecit principibus*, Μεγιστᾶσιν] *Proceribus*, vel *Primatibus*, Er. Il. Tre. P. Ti. Pi. &c. Usurpat hanc vocem celebrem in Oriente etiam Johannes Apoc. 6. 15. Vocabantur ità Græco vocabulo qui Chaldaico רברבנים, ut Dan. 5. 2, 3. & aliis locis. Persicè אחשדרפנים, i. e. *Satrapæ*, aut potiùs, ἄρχοντες σατραπῶν, ut est in Græca versione Esth. 9. 3. Aulæ minores majorum vocabula imitabantur, *Magnus ut exiguam bos ranam ruperat olim* [c]. ¶ *Tribunis*, Τοῖς χιλιάρχοις] Vox Græca significat *præfectum millenis* [d]. Nam exercitum sub id tempus paratum habebat Herodes adversus Aretam, ut testatur Josephus [*]. ¶ *Et primis* (vel, *primariis*, Be. Pi.) *Galilææ*] Magistratibus oppidorum: τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, in Novella 123. vetus Interpres transtulit, *primates civitatis*. Vocabantur pro numero δεκάπρωτοι, πεντάπρωτοι, & Latini, *quinqueprimi*, *decemprimi* [f].

23. *Dimidium regni*] Vide quæ ad Mat. 14. 7 [g].

24. *Quæ cùm exisset*, &c. Cœnaculo: mater enim vel non accumbebat, solicita de hoc negotio; vel à mensa jam surrexerat [h]. Non solebant mulieres cum viris accumbere, ut liquet ex convivio illo Dan. 5. sed nec apud Græcos, ut testatur Cicero, 3. in Verrem [i]. Sed quorsum exiret consultura matrem, à qua *præmonita erat*, inquit Matthæus? Resp. 1. Matth. tempus præmonitionis non indicat: præmonita forsan erat, ante petitionem, non ante saltationem. 2. Idem fortè bis factum, nimirum, & ante saltationem & post, maximè cùm res fuerit magni horroris [k].

25. *Cum*, &c. Μετὰ σπουδῆς] *Cupidè*, Il. Pi. *Cum festinatione*, Er. Be. Ti. sim. Ar. Æth. Ca. *Cum solicitudine*, Tre. & Di. ex Sy. sic Pers. vel potiùs, *Cum diligentia*, vel *studio*, Di. ex Sy. Mo. sic P. i. e. summopere hoc expetens & agens [l]. ¶ *Volo*, Θέλω] *Peto*, Pi. G. vel, *Velim*, vel *Vellem*, Be. Pi. G. &c. ut Matth. 26. 39. Ità Marc. 10. 35. Joh. 6. 21. &c. & hoc sensu sæpe reperies Hebræum חפץ [m]. ¶ *Protinus*, Ἐξ αὐτῆς] *Ex hac*, sub. *hora*, Be Bru. Pi. Tre. ex Sy. quod exprimitur Matth. 15. 28 [n]. hoc ipso momento [o]. *Jam nunc*, P. Be. Pi. Occurrit hæc vox Act. 10. 33. & 11. 11. & 23. 30. &c. Solent Syri in sermone supprimere interdum שעא, quod imitantur nostri Scriptores. At hîc atque aliis in locis Syrus quod Græco sermoni deerat expressit [p]. *Protinus*, Er. Il. Ti. Ca. Vulg.

26. *Contristatus*, Περίλυπος] *Valdè tristis*, Be. Bru. ex Sy. ea enim est vis præpos. περὶ [q]. ¶ *Propter jusjurandum & propter*, &c.] Ἐνδιάδυς; q. d. quia juraverat coram proceribus, metuit ignominiam, si violaret jusjurandum: alioquin non erat ei cordi religio juramenti [*]. ¶ *Noluit eam contristare*, Ἀθετῆσαι] *Rejicere*, Er. Ti. Be. Pi. Di. Sch. V. Ità verbum sumitur Luc. 7. 30. Gal. 2. 21. Judæ v. 8 [r]. Glossar. ἀθετῶ, *reprobo* [†]. *Fraudare*, sive *Frustrari*, Tre. & Di. ex Sy. Val. *Spernere*, vel *aspernari*, Sch. Be. &c. Ἀθετεῖν etiam Græcorum Grammatici interpretantur ἀτιμάζειν, καταφρονεῖν [t], Hesych. ὑβρίζεσθαι, καταφρονεῖσθαι, *contumeliâ & contemptu afficere* [v]: atque ità usurpatur etiam Luc. 7. 30. & 10. 16. & Joh. 12. 48 [x]. Respondet Hebræo מאס [y]. Ἀθετεῖν propriè est, aliquid suo loco ut indignum removere, & pro irrito habere, ut Gal. 2. 21. & 3. 15. 1 Tim. 5. 12. Ubi verò personis tribuitur, valet, *dedignari*, ut h. l. & 1 Thes. 4. 8. Denique ἀθετεῖν, 1 Cor. 1. 19. respondet verbo ἀπολεῖν, quod est, *penitus abolere* [z].

27. *Misso*, &c.] Ἀποστείλας σπεκουλάτωρα] *Misso speculatore*, Be. P. Pi. Tre. ex Sy. D. vel, *speculatore*, Er. Il. Ti. D. nam utroque modo scribitur apud autores [a]. Etiam in Florentinis Pand. & vetere Glossario scribitur σπεκουλάτωρ [b]. Vox est Latina corrupta, ι in ε mutato, ut λεγεὼν, *legio* [c]. *Speculatores* erant genus militum quod rem pœnalem administrabat [d]. Erant hi Principum satellites [*]; vel carnifices [f]. *Speculator* est ὁ ἀποκεφαλίζων [g], *qui nudato gladio hominis amputat cervicem*, inquit Julius Firmicus, 8. 26 [h]. vel, δήμιος [i], i. e. *carnifex* [k]. Sic dictus, vel, 1. à *spicula* [l], quod erat genus ἀκοντίου [m]; vel ab hasta, quam ferebant satellites dum in Principis custodia erant: Suidas, σπεκουλάτωρ, δορυφόρος [n]. Vel, 2. à *speculando* [o]: cui favet Glossarium vetus, *Speculator*, ἐπόπτης, κατάσκοπος, δήμιος; & mox, *Speculatus*, κατάσκοπος, ὁ ἀποκεφαλίζων [p]. Adrianus Imperator in Epistola ad Aquilium Braduam, *neque speculatores ultro sibi vindicent, neque optiones ea desiderent, quibus spoliatur quo momento quis punitus est*. Valentinianus Theodosius & Arcadius, *Ordinariorum judicum apparitores qui vel speculatorum, vel ordinariorum attigerint gradum*. Seneca, *Centurio supplicis præpositus condere gladium speculatorem jubet*. Quibus addenda loca Taciti & Firmici citata ab aliis, qui & Hebræorum usu tritam hanc vocem manifestis testimoniis probàrunt [q]. Vide Tacitum, Annal. 18. Senec. de benef. 3. 25. & de ira, 1. 16. Ebræi scribunt ספקלטור, & אספקלטור: vide Gen. 37. 36 [r]. & 39. 1 [†].

29. *Corpus*, Τὸ πτῶμα] *Cadaver*, Di. ex Sy. & Ar. Be. Pi. &c נויה [t].

30. *Omnia*, &c.] Id est, diversa illa hominum de Christo judicia, suprà 14. 15. Nam dum legationem suam obeunt Apostoli ista intellexerant. *Quæ egerant* ad miracula pertinet. Similis locutio, Act. 1. 1. *De omnibus quæ cœpit Jesus facere & docere*. Legatorum est de singulis mandati partibus quid actum sit renunciare. Mandaverat autem Christus Apostolis *pœnitentiam prædicare*, & in fidem dictorum ejicere Dæmonia & morbos sanare [v]. Omnia ad eum referunt, ut sciant an ea probaret, an ipsi officio satisfecissent [x].

31. *Venite*, &c. Δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ, &c. *Venite vos ipsi*: αὐτοὶ pro *soli*, ut καθ' ἑαυτὸν esse dicitur qui solus est & sine arbitris [y]. Quam expositionem judico violentam. Malim alterum redundare, aut ὑμεῖς ex albo irrepsisse in contextum. Illud, ὑμεῖς αὐτοὶ, non legunt Sy. & Vulgatus. In vetustissimo meo Codice est, Δεῦτε ὑπάγωμεν, *Adeste, eamus* [z]. Δεῦτε ὑμεῖς ὑπάγωμεν αὐτοί· hunc in modum legisse mihi videtur Syrus, cùm in aliis Codicibus desit ὑπάγωμεν, in aliis ὑμεῖς & αὐτοί. Mihi ista lectio non displicet ut sit αὐτοὶ positum pro ἡμεῖς [a]. ¶ *Nec*, &c. Οὐδὲ φαγεῖν ηὐκαίρουν] *Nè edere quidem ipsis vacabat*, Be. Pi. sic Er. Il. Ti. *Nec erat eis opportunitas* (vel, *otium*, Ca.) *ad comedendum quidem*, Tre. ex Sy. sim. Mo. P. &c.

32. *Et ascendentes in navim abierunt*, Καὶ ἀπῆλθον] *Abierunt igitur*, Be. Pi. Etiam quæ hoc loco in Codices quosdam irrepsit lectio, ἀναβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ostendit ab aliquo interpolatum esse Græcum textum ad modum Latinæ versionis [b].

33. *Et*, &c. Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι] *Vidit autem eos abeuntes turba*, Be. Pi. Sed οἱ ὄχλοι non legunt Syrus, Vulgatus, Arabs, & veteres Codices [c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν] *Et agnoverunt eum*, Be. Pi. nempe Jesum [d]: vel, αὐτοὺς, *eos*, ut legitur in 4 vetustis exemplaribus [*], & in Sy. Ar [f]. i. e. Jesum & Apostolos; q. d. Intellexerunt Jesum cum Discipulis parare abitum [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πεζῇ, &c.] *Et pedibus —— concurrerunt*, Be. Pi. *Et pedestres*, Vulg. Ar. i. e. πεζοὶ, sicut etiam legimus in vetustis duobus exemplaribus [h]. *Pedestri itinere*, Er. Ti. ut subaudias ὁδῷ [i]. Sensus, q. d. non in jumentis, aut vehiculis, sed proprio labore pedum, ut ardorem mentis ostenderent [k]. [Alii aliter:] *Et in arida*, &c. Tre. ex Sy. Quomodo quæso pedibus concurrerent, cùm multi ex his debiles, claudi, cæci, &c. fuerint? Non ergò πεζῇ *pedibus ire* significat, sed terrâ ire, non mari. Unde hæc duo inter se ubique opponuntur, κατὰ θάλασσαν καὶ πεζῇ, *mari terrâque*. Ità Plato in Dialogo Politico edit. Steph. p. 289. Sic ubique Xenophon in Hellenicis Demosth. hæc duo opponit, πεζοὶ καὶ ναυμαχοῦντες. Sic in Plut. Alcib. πεζῇ βοηθεῖν est, *terrâ auxilium ferre*. Et in Catone Majore πεζεύειν opponitur *naviganti*. Sic Marcus ipse videtur explicâsse infrà v. 47. hæc duo itineris genera describens, ἐπὶ θαλάσσης ἐπὶ τῆς γῆς. Sic Dion, cùm scripsisset de Rege Parthorum, eum *flumen Arsamam*, πεζῇ διαβαλεῖν, hoc ipsum explicans, ait, *dum id faceret*,

Marginal references (col. 757): v G. — x Bru. — y Di. — z Di. Ham. — a Di. — b Ham. — c G. — d V. — * G. — f Idem. — g G. — h Be. — i Be. — k Zeg. — l Bru. — m G. — n Be. — o Pi. — p G. — q Bru. — * Pi. — r Sch. — † Di. — t G. — v Di. — x G. Sch. — y G. — z Be. — a D.

Marginal references (col. 758): b Cas. — c Be. — d Scul. ex. 2. 100. — * Be. l. m. D. — f D. V. Scul. ex Chrys. Th. Eustath. &c. — g Cas. — h D. — i D. Scul. — k Scul. — l Scul. D. Be. — m Cas. — n Scul. — o D. Cas. Scul. — p D. — q G. — r D. — † Li. ho. — t G. — v G. — x Bru. — y Er. — z Be. — a G. — b G. — c Di. fere ex Be. — d Bru. — * Be. — f Di. — g Bru. — h Be. — i Idem. — k Hi. in Scul.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

ceret, *ipsum in elephanto, alios in equis, consedisse.* Sic accipio Act. 20. 13. ubi dicitur Paulus πεζεύειν, i.e. iter non mari, sed terrâ, confecisse, sive pedes iret, sive, ut vult Niceph. histor. 2. 28. equo veheretur. Xenophon in Oratione de laudibus Agesilai conjungit hæc duo, πεζῇ ἢ ἐπὶ τῶν ἵππων, i.e. *terrâ & equo proficisci* [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ προῆλθον αὐτοὺς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτὸν] *Prævenerunt*que *eos* (nempe discipulos [m],) *& convenerunt* (vel, *unà venerunt*, Be.) *ad eum*, Pi. Illud καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτὸν, non legerunt Vulgatus & Syrus [n], & supervacuum est. Quare, cùm alii Cod. habeant ἦλθον & αὐτοῦ, suspicari liceat initio scriptum fuisse à librariis, καὶ ἦλθον πρὸ αὐτοῦ, quod interpretamentum erat eorum quæ posuimus Marci verborum. Sed postea, cùm in textum irrepsisset, mutatum, nè bis idem diceretur [o]. In uno Cod. pro, πρὸς αὐτὸν, scribitur αὐτοῦ, i.e. εὁ [p]. Arabs, *Et accesserunt ad eos*. Itaque, καὶ προῆλθον αὐτοὺς, non legit, & pro συνῆλθον πρὸς αὐτὸν, legit, καὶ ἦλθον πρὸς αὐτοὺς [q].

35. *Et cùm*, &c. Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης] *Et jam horâ multâ factâ*, Mo. sim. Æth. Vulg. *Postquam autem jam sera venit hora*, Ca. *Cùm autem jam multus dies esset*, P. Be. Pi. *Multum diem* dicunt Latini, non item, *multam horam*. Cicero Attico, *Multus sermo ad multum diem*. Cæsar, *Multo die cognovit à suis montem teneri* [r]. *Cùmque jam multum diei*, sive *temporis, præteriisset*, Er. Il. Ti. Sic non esset, γενομένης, sed, διελθούσης †. *Et quum esset tempus multum*, Tre. & Di. ex Sy. sim. Pers. i. e. quum tempus multum processisset. Rectè ὥραν pro tempore accepit [t]. Ὥραν vocant non diem totum, sed partem diei, ut infra 11. 11. Πολλὴν ergò dicere videtur eam partem quæ majoris numeri nomine exprimitur [v].

36. *In*, &c. Εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς] *In circumjacentes agros*, Be. Pi. *In agros circum*. Sic Livius dicit, *hostes circum*, pro *circumvicinis*. Sic *via longè*, i.e. longinqua [x]. Vide suprà hoc loquendi genus, 3. 34. Ità κύκλῳ τῆς Ἱερουσαλὴμ in ό. Jer. 32. 44 [y]. Hîc videtur κύκλῳ degenerare in adverbium, & elliptica esse oratio, τοὺς ἐν κύκλῳ, scilicet κειμένους [z]. ¶ *Quos*, &c. Τί γὰρ φάγωσιν. &c.] Pro, ὃ φάγωσιν, ut Matth. 15. 32 [a]. vel, τί pro ὅ, τι [b]. *Nam quod edant non habent*, Be. sim. Pi. V. &c.

37. *Euntes*, &c. Ἀπελθόντες ἀγοράσωμεν διακοσίων δηναρίων ἄρτους, &c.] *Euntes* (vel, *Num profecti*, Be. Tre. Num ut *profecti*, pro, Visne igitur ut profecti [c],) *emamus ducentis denariis* (vel, *ducentorum denariorum*, Tre. Mo.) *panes*, &c? Er. Ti. &c. Interrogatio cum admiratione & Ironia conjuncta [d]. q. d. Præcipis quod nobis impossibile est, majore opus est pecuniæ summâ quàm quæ nobis suppetit *. 200 *denariis*, i. e. 20 coronatis [f]. Cùm [autem] Christum constet γλωσσόκομον habuisse, & in eo ex amicorum collatione pecuniæ aliquid, tum in suos & duodecim comitum, tum in pauperum, usus, non video cur aliqui adcò abhorreant credere fuisse illi hoc tempore, cùm ab oppidis in agros, velut ibi mansurus aliquamdiu, secessisset, *Denarios ducentos*. Neque enim de nihilo est quòd hanc pecuniæ summam Apostoli nominant, quæ tamen, ut ex Johanne discimus, ipsorum judicio, sufficere nón poterat tam immensæ multitudini satiandæ. Sensus ergò esse videtur quem nonnulli indicârunt, Sanè, nè quid à nobis desiderari possit, parati sumus quantum apud nos est pecuniæ impendere his hominibus, non satiandis quidem, sed contra inediam parumper resovendis [g]. Al. Hanc summam nominant, tanquam celebratissimam, & frequentissimam apud Hebræos, Chetubh, *Si quis coeat cum minorenni,—dos est 200 Zuzæorum*. Bava kama, *Si quis alteri colaphum impingat,—det ei 200 Zuzæos*, &c. *Denarius* autem & *Zuz* Rabbinis idem valent, ut testantut Aruch, & Glossa in Bathra [h].

39. *Ut*, &c. Ἀνακλῖναι πάντας] Sic, ἀνακλίνας αὐτὸν, est apud Lucianum [i]. *Ut accumbere curarent*, Be. sim. Pi. Bru. ex Vulg. Verbum hoc neutrum est, sed degenerat in formam conjugationis Hiphil [k]. ¶ *Secundùm contubernia*] Quæ Josepho dicuntur φρατρίαι, quod Ruffinus rectè vertit, *contubernia* [l]. Sed numerus *centenorum*, aut etiam *quinquagenorum*, major est quàm ut *contubernii* nomen ei satis respondeat, cui nomini suus usus est in agno Paschali, qui κατὰ φρατρίας denùm aut vicenùm edebatur *. Συμπόσια συμπόσια] *Convivia convivia*, Mo. Er. Ca. Hebræi pro distributivis, quibus carent, uti solent vocabulis geminatis [m], ut suprà 7. δύο δύο, i. e. bini [n]: Exod. 8. 14. *acervos acervos*, h. e. acervatim [o]. *Per convivia* V. Be. Pi. Scul. Val. acsi scriptum esset, κατὰ συμπόσια [p]. *Sigillatim per convivia*. P. *Distributis conviviis*, Er. Il. Ti. V. *In singula convivia distributi*, Ca. *Per singulos*, sive *distinctos, convivarum ordines*, V. G. Dispertiti, sicut in conviis fieri solet [q]. *Convivium* hîc significat *convivas*, sive *convivarum classem*; sicut Latinè *civitas* pro *civibus*, & *juventus* pro *juvenibus*, dicitur [r]. *Per ordines*, Pers. Per *discubitus discubitus*, Tre. & Di. ex Sy. ut & v. seq. i.e. per distinctos discubitus ‖. *Singulis suis accubitis*, Æth. *Catervatim*, Ca. Per *turmas*, Ar.

40. *In partes*, Πρασιαὶ πρασιαὶ] Nominativus vice ἀκλίτου, ut sæpe apud Hebræos: vide Esth. 6. 7. Psal. 73. 28. Syrum, Luc. 23. 41. Tale est Joh. 1. 14. πλήρης pro πλήρεις. Tale, ἀπὸ τοῦ Ὁ ὢν, Apoc. 1. 4. & 1. 5. ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς. Nec absimilis apud Josephum constructio, πάντων δὲ ἀνθρώπων δημιούργημα ὄντων τοῦ Θεοῦ. Sic & apud Euripidem Phœnissis, Μέλλων δὲ πέμπειν μ' Οἰδίπου κλεινὸς γόνος Μαντεῖα σεμνὰ, &c. Quo in loco μέλλων apertè positum est pro μέλλοντος: ut & illó Herodoti, ὡς γνομένη πᾶσα ἡ Ἑλλὰς, χεὶρ μεγάλη συνάγεται. Sic ἀστράπων pro ἀστράπτοντα positum in Il. β'. notavit Eustath. & νῆσος pro νήσῳ, Odys. α'. Sic & apud Proclum aliquoties, μετὰ τοῦ ἓν, χωρὶς τοῦ ἓν †. [Sic vertunt;] *Prasiæ prasiæ*, Er. Πράσον est *viride*: hinc πρασιαὶ, herbaria, cujusmodi sunt areolæ hortorum [t]: πρασιαὶ, ordines consitorum olerum [v]. *Areolæ, areolæ*, i.e. areolatim [x], vel per multas areolas [y]: *Sigillatim* (vel, *Divisi*, Er. Il. Ti.) *per areolas*, P. Be. vel, *per viridaria*, Ti. Ità videri poterant prata in totidem veluti areolas distincta [z]. *Distributi in classes*, ad verb. *areas*, sive *hortorum pulvinos* [a]. *Per cœtus*, Ar. Academia Jafnensis sæpe vocatur Hebræis *vinea in Jafne*; *quia seriatim seriatim* (inquit R. S.) *consederunt illic scholares, instar vineæ quæ plantatur* πρασιαὶ πρασιαὶ [b]. ¶ *Per*, &c. Ἀνὰ ἑκατὸν, &c.] *Centeni*, &c. Sy. Er. Ca. Pi. Ar. &c *Per centum*, &c. Mo. *Qui* erant *centeni centeni*, &c. Tre. ex Sy. Malim, *Centenorum & quinquagenorum*, Di. ex Sy. Partim *centeni*, partim *quinquageni*, Be. sic P. Nec plures centenis, nec pauciores quinquagenis. Potuerunt igitur simul accumbere 60, 70, 80 [c]. Ἀνὰ ἀνὰ est ipsa Medicorum formula, quæ diversas singularum rerum sumendarum proportiones denotat, ut hîc numerum convivarum [d].

41. *Benedixit*] *Panibus* scil. quod ex Luca commodè hîc repeti potest *. At hoc si esset, non opus fuisset membro seq. exprimi τοὺς ἄρτους· quo significatum aliud fuisse objectum τοῦ εὐλογεῖν, aliud τὸ κατέκλασε. Cæterùm εὐλόγησε h. l. Atticum est, commune ηὐλόγησε [f]. Gratias egit Patri, eúmque invocavit: εὐλογεῖν hîc idem valere quod εὐχαριστεῖν, liquebit ex collat. Marc. 8. 6 & Joh. 6. 11 [h]. ¶ *Fregit*, &c.] Ministerio scilicet Discipulorum [i].

43. *Et de piscibus*, Ἀπὸ τῶν ἰχθύων] i.e. Τῶν ἰχθύων τι, ut Mat. 27. 9. ἀπὸ υἱῶν, pro, τίνες τῶν υἱῶν. Addidit hoc Marcus, neque tamen quantum fuerit putavit exprimendum [k].

46. *Et*, &c. Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς] Nimirum τοῦ ὄχλῳ· constructio πρὸς τὸ σημαινόμενον, ut infra 8. 1. παμπόλλου ὄχλου ὄντος, καὶ μὴ ἐχόντων· ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, est apud Matthæum. Priùs Christus Apostolos ablegavit, tum valedixit multitudini, deinde in montem se oratum contulit. Hic ordo est apud Matthæum, nec dubium quin idem aliis verbis dixerit Marcus [l]. [Verba sic reddunt;] *Et cùm dimisisset* (vel, *amandâsset*, Be. P. Pi. Sic. Er. Vox enim notat imperium dimittentis [m].) *eos*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. &c. vel, 1. Discipulos, quos jusserat trajicere [n]: vel, 2. turbas [o]. *Et cùm valedixisset eis*, Ar. Ca. Hoc verbum sign. *valedicere*, ut Act. 18. 18, 21 [p].

48. *Laborantes*, Βασανιζομένους] *Vexatos*, Be. Scul. Bru. &c. i. e. tempestate maximâ jactatos. Vide Mat. 14. 24 [q]. ubi tamen hoc navi tribuitur [r]. *Affligi*: Metaphora ab his in quos per tormenta quæstio habetur †. ¶ *In*, &c. Ἐν τῷ ἐλαύνειν] *In remigando*, Er. Il. Mo. Ti. Ca. Scul. G. ex Sy. & Vulg. ἐλαύνειν de navi [dictum] propriè est, κωπηλατεῖν, *remigare*. Xenophon. εἰ δ' ἐλαύνειν δέοι κατὰ μέσον τοὺς ναύτας ἀνέμους. Causæ nihil video cur ab hac interpetatione recedendum sit. Molestia navigationis eò describitur quòd contra ventum remis obniti necesse esset [t]. *In provehendo*, P. Be. Pi. sub. *navigio*, Be. Pi. quanquam illud verbum absolutè usurpatur à Plin. 21. 13. *In Hispania*, inquit, *mulis provehunt*, de navibus loquens

[l] Scul. ex Danæo. [m] Ham. [n] Di. sim. Be. G. [o] G. [p] Be. [q] Di. [r] Be. † Idem. [t] Di. [v] G. [x] D. [y] G. [z] Be. [a] G. [b] Be. [c] Pi. [d] Be. * Bru. sim. Me. [f] Camer. [g] G. [h] Li. ho. [i] G. [k] Be. sic Bru. [l] Scul. ex. 2. 100 * G. [m] Be. Scul. [n] Be. [o] Scul.

[p] Be. [q] Camer. Scul. [r] Ca. ‖ Di. † G. [t] Er. [v] Camer. [x] Bru. BA. [y] BA 2. 5. 2. 667. [z] Be. [a] Ca. [b] Li. ho. [c] G. [d] Ham. * Be. [f] Scul. ex. 2. 102. [h] Be. [i] Scul. ib. Bru. sim. Be. [k] G. [l] G. [m] Scul. ib. [n] Be. [o] V. Scul. [p] Be. sim. Er. [q] Be. [r] Bru. † Camer. [t] G.

loquens, &c [v]. *In navigando:* etsi enim ἐλαύνειν propriè sit transitivum, & sequente ἵππον, vel ναῦς, sit, *equum*, vel *navem, impellere*; tamen absente Accusativo sæpe absolutè & intransitivè usurpatur pro *expeditionem agere*, vel *proficisci*, terrâ marive: ut, ἐλαύνει εἰς Αἴγυπτον, *proficiscitur in Ægyptum*, apud Herod. Vide Thesaurum H. Stephani [x]. ¶ *Volebat præterire eos*] Id præ se ferebat [y]: non intraturus navem, nisi Apostoli hoc precibus ab illo expressissent. Hoc est quod Johannes dicit, ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, i. e. orabant; quomodo τὸ θέλειν sumi suprà diximus [z].

49. *Phantasma*] Ità Mo. Ar. Φάντασμα] *Spectrum*, Er. Il. P. Be. Ca. &c. Terriculum nocturnum [a].

51. *Cessavit*, Ἐκόπασεν] שכך, ut Gen. 8. 1 [b]. *Quievit*, Be. Pi. ¶ *Et*, &c. Καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ] *Et* (sub. *ipsi*, Be. Pi.) *multò magis*, Be. Pi. *Valde ex abundanti*, P. Mo. *Vehementer supra modum*, Er. Il. Ti. Hoc est quod Paulus dicit, περισσοτέρως, *plus quàm vehementer* [c]: vel, ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ. Marcus infra 7. 37. ὑπερπερισσῶς· simil. 14. 31 [d]. Λίαν idem valet quod πάνυ· ἐκ περισσοῦ verò est, *ex abundanti*; q. d. Tantùm abest ut, cùm cognovissent spectrum non esse, desierint obstupescere, ut magis percellerentur, cùm ventos quiescere, &c. viderent [*]. ¶ *Stupebant*, Ἐξίσταντο καὶ ἐθαύμαζον] i. e. Θαυμάζοντες ἐξίσταντο, ut & Syrus accepit [f].

52. *Non*, &c. Οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις] *Non enim intellexerunt*, vel *intellexerant* (i. e. intelligentes, vel sapientiores, facti fuerant: nam & συνιέναι pro μανθάνειν, *discere*, *intelligentem fieri*, apud Aristot. & Demost. usurpari tradit H. Steph [g]. Vel, *attenderant*, Er. P. Be. G. ut συνιέναι sumitur aliquoties in Matthæo, & Luc. 2. 50 [h]. sub. *quod factum fuerat*, Be. P. vel, *meminerant*, Ti. vel, *considerabant*, Ca.) *de panibus*, Mo. Æth. vel, *panum*, Ti. *illos panes*, Ca. *illis*, vel *in illis*, *panibus*, Be. P. Non attenderant satis ad miraculi prioris magnitudinem [i]: quod si fecissent, non erat cur ista super mare ambulatio & sedatio tempestatis adeò illis præter opinionem eveniret [k]. Vel, *negotium panis*, Ar. in Di. vel, *ex pane illo*. Tre. & Di. ex Sy. ut Luc. 1. 59. *Vocabant eum* ἐπὶ τῷ ὀνόματι, &c. *ex nomine patris ejus*. Vel, *ob panes*, ut Luc. 1. 29. *Perturbata est* ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, *ob sermonem ejus*. Ἐπὶ cum Genitivo sæpe sign. *de*, at cum Dativo causam sæpe significat, valétque *ob*, vel *ex* [l]. Quòd hoc miraculo magis moveantur quàm illo panum, factum, vel quòd illius obliti fuerant; vel quòd soleant homines propria magis considerare quàm aliena, & adversis citiùs erudiri quàm prosperis [m]. ¶ *Erat enim cor eorum obcæcatum*] Ità Er. Ti. Ar. Πεπωρωμένη] Ità & infrà 8. 17. Diximus hâc voce significari qualecunque vitium vetustate inolitum: quale erat in Apostolis ἀπιστία, præsertim circa ea quæ ad Divinam Christi potentiam pertinebant [n]. *Obumbratum*, Æth. *Hebes*, Pers. *Crassum*, Tre. ex Sy. *Incrassatum*, Di. ex Sy. instar calli condensati, constipati, ac tumentis [o]: *Gravatum*, Ar. in Di. *Occalluerat*, Il. P. Be. Pi. [Ca. locum sic vertit, *Utpote qui torpentibus essent animis*.] Stupiditatem & vecordiam incredibilem denotat [p]. Admonemur hìc de humanæ mentis vitio, quæ magnalia Dei intelligere nequit & credere, nisi illuminetur à Deo [q].

53. *Et*, &c. Καὶ προσωρμίσθησαν] *Et applicuerunt*, Er. Mo. Vulg. V. sub. *in portum*, V. *Et appulerunt*, Il. P. Ti. Be. Pi. Tre. *Appellere* aliquis propriè dicitur, cùm ex pelago πρὸς ὅρμον, *ad littus*, applicat [r]. Syrus hoc non legit [†].

54. *Cognoverunt eum*] Sub. *Homines loci illius*, Be. G. ex Sy. Bru. ex Matthæo [t], quod & ex interpretamento in quosdam Græcos cod. se insinuavit, cùm non agnoscat Latinus [v].

55. *Ubi*, &c. Ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι] *Simulatque audissent eum illic esse*, V. ex Er. quasi ὅπου hic esset adverbium temporis [x]. Eò *ubi audiebant eum illic esse*, Pi. Be. Ἐκεῖ ex Hebraismo redundat [y], & in uno exempl. non additur [z]. *Ubicunque esse eum intellexerant.* Ὅτι cum ἐκεῖ est ut אשר לו: ità enim rectè acceperunt Syrus & Latinus. Sic &, ἧς συνάντησον αὐτῆς, infrà 7 25 [a].

56. *In villas*, Ἀγρὸς] *Agros*, Be. Pi. &c. Ἀγρὸς sicut & *ager* Latinis, significat etiam *regionem extra*, vel *præter*, *urbem*, inquit Phavorinus [b]. ¶ *In*, &c.] Ἐν ταῖς ἀγοραῖς] *In foris*, Be. Pi. &c. i. e. in locis frequentioribus [c]: in viis latioribus, quæ fori loco servire consueverunt [d]. ¶ *Tangebant eum*, Ἥπτοντο αὐτοῦ] Vel, 1. κρασπέδου, *fimbriæ* [*]: vel, 2. Ἱματίου [f]: q. d. aliquid ejus, etiam minimum, fimbriam, aut extremum vestis [g]. Apud Matth. simpliciter est, ἥψαντο. Credibile autem est à multis non fimbriam tactam, sed aliam aut corporis aut vestis partem. In iis autem qui Christum tangebant comprehenduntur & hi qui tetigerunt fimbriam [h], de quibus quæsivit Christus, *quis me tetigit* [i]?

CAP. VII.

2. *Communibus*, &c.] Ità Er. Pi. &c. i. e. pollutis [a]. Hæc vocis significatio Hellenistis propria est. Qualia sunt χάρις, pro *gaudio*, ἀνάγκη, pro *vexatione*, διαθήκη, pro *fœdere*, &c [b]. Metaphora, vel, 1. à rebus quæ, quia communes sunt, & à multis tractantur, facilè sordes contrahunt [c]: vel, 2. ex eo quòd quæ immunda erant, ex Lege aut traditione, omnibus gentibus communia erant, à solis Judæis vitata [d]. Sic cibos immundos *communes* vocabant, quibus Ethnici passim vescebantur, sibi verò vesci non licebat [*]. Κοιναῖς, &c.] *Pollutis*, &c. Κοινὸν sign. & *commune*, & *pollutum*, & pro diversitate locorum distincto modo vertendum est. Quod Lege vetitum erat dicebatur κοινὸν, 1 Mac. 1. 47. 62. Ità Act. 10. 14. & 11. 8. Rom. 14. 14. Heb. 10. 29. atque indè κοινοῦν est, *inquinare*, Matth. 15. 11. Ità Grammatici, κοινὸν, βέβηλον, ἀκάθαρτον, *abhominandum*, *immundum* [d]. ¶ *Vituperaverunt*, sim. Pi. Ar. Ἐμέμψαντο] Αὐτοῖς scilicet, ut Heb. 8. 8. Primùm succensuerunt, deinde etiam accusationem instituerunt [*]. *Incusabant*, Er. Il. Ti. Mo. sic V. *Conquesti sunt*, Tremel. ex Sy. Be. sic. P. Er. Ità hoc verbum propriè significat, præsertim absolutè positum [f]. *Reprehenderunt*, Ca.

3. *Pharisæi enim & omnes Judæi*] Ostendit Marcus non fuisse hoc peculiare institutum Pharisaismi, sed ritum communiter observatum, ab illis scilicet omnibus qui Magistrorum receptas sententias sequebantur; quæ Judæorum erat pars maxima. Nam alioqui Sadducæi & alii quidam ejusmodi institutis se non addicebant. Origo moris à contactu cadaveris, translatione factâ ad alienigenas ut non minùs quàm cadavera impuros [g]. Pharisæi descriptio est in Aruc, *esse scilicet qui se separat ab omni immunditie à cibo polluto, & à populo terræ qui debitam in cibo sumendo diligentiam non adhibet.* Similiter & Rambam, ad *Chagigah* 2. 7. qui addit, *Estque hæc res sanctimonia superabundans, ut separet se homo à vulgo, neque ipsos contingat, unàve cum illis vescatur aut bibat.* Et postea addit, *quòd hujusmodi separatio corpus à malis actionibus mundum conservat, corporis mundities menti à pravis opinionibus munditiem conciliat; mentis verò puritas homines similes Deo reddat.* In his ergò religionis Judaicæ medulla constitit, ut meritò hoc ipsis à Christo vitio vertatur [h]. Menahemus, in Mosem 198. 4. *Qui*, inquit, *edebant illotis manibus eos pro pollutis habebant, & cum iis panem edere nolebant.* Hinc, addit, *quidam pius vocatus ad convivium, cùm videret patremfamiliâs illotis manibus accubuisse, surrexit è mensâ & abiit. Tum insecutus paterfamiliâs voluit eum reducere. Dixit ei, Absit ut comedam tecum: nam de te scriptum est*, Nè comedas panem ejus qui malum oculum habet: *præterea cibus tuus pollutus est & immundus* [i]. Traditio autem Seniorum, quâ tenebantur manus lavare ante cibum, occurrit in Tract. Talm. *Chagigah*, c. 11. sect. 5. *Abluunt manus ad comedendum cibum communem & decimas & Terumah.* Rationem instituti fuisse aiunt, quò pollutionem Terumæ vitarent, caverunt nè vel cibus communis ab illoto caperetur [k]. ¶ *Nisi*, &c. Ἐὰν μὴ πυγμῇ, &c.] [Variant:] *Nisi crebrò*, (vel, *studiosè*, ad verb. *pugilatu*, Pi. *certatim*, P. *pugillatim*, Mo.) *laverint manus*, Er. Il. Ti. Sch. Heins. sic Cas. Scul. Ar. in D. Ca. *Nisi iterum atque iterum*, &c. Camer. sic D. Prov. 2. 4. 94. Πυγμῇ tertio casu adverbiascit, ut κύκλῳ, παῤῥησίᾳ, aliaque id genus [l]. Πυγμῇ mihi idem quod ἐπὶ πολύ,

Margin notes (left): v Be. · x Di. · y Bru. sim. Pi. · z G. · a V. · b G. · c Idem. · d Cas. · * Be. · f G. · g Di. · h G. · i G. sim. Be. · k G. · l Di. · m Bru. · n G. · o Di. · p Be. · q Eru. · r Be. · † Di. · t G. Bru. · v G. · x Be. · y Bru. ex Be. · z Be. · a G. · b Ham.

Margin notes (right): c G. · d Bru. · * Bru. ex Be. V. · f Bru. G. · g Bru. · h G. · i Bru. ex Be. · a Di. sic V. &c. · b V. · c Bru. ex V. · d Bru. · * Cla. · d Ham. · * G. · f Be. · g G. · h Poc. misc. 5. 350. · i D. · k Poc. ib. 355. · l Cas. Scul. ex. 2. 103.

πυκ, i. e. *sedulò & acuratè*: nam cognata vox πὺξ adverbialiter sumptum sign. *diligenter & assiduè*, ut testatur illud apud Suidam, Οἱ δ' Φράγγοι —— πὺξ τὴν ὄπιπολιν ὀρύξαντες, &c. (*crebrò & plerumque foveas fodiunt*, &c [m].) Sed & πύκα Homero sign. *frequenter* [n]. Adde, quòd Syrus ità reddit, *accuratè, diligenter* [o]. Sed & πυγμῇ *sæpe* reddunt authores Græci, nimirum Ecclesiastici, quorum tamen non magna est authoritas, quia solent illi alludere ad locutiones in Scriptura usitatas [p]. [Ostendit tamen id quo sensu illi vocem acceperunt; nec certè spernendum Græcorum de voce Græca judicium.] Est autem ducta hæc Metaphora à pugilum pugna, quæ πυγμῇ dicitur: in hac enim sæpe & magno conatu pugni jactantur [q], ità ut πυγμῇ agere sit hoc ipsum *iteratò, sæpe, & enixè, agere* [r]. Adde, quòd probabile est in vet. cod. scriptum πυκνῶς, aut πυκνά, aut πυκνῇ, quod sonat *crebrò* [†]. Certè in meo vetustissimo cod. legitur πυγνῇ, fortasse pro πυκνῇ [t]. [Aliis non placet hæc interpretatio.] Non convenit huic loco [v]: nam Pharisæi quidem ante cibum manus abluebant, idque diligenter & accuratè, non autem multis vicibus & per intervalla, non interruptâ, sed continuâ, lotione [x]. Fatendum est, Judæos crebrò lavare solitos: non autem h. l. de cæteris, sed de ea tantùm lotione, quâ cibum capturi manus purgabant, quæ sæpe unâ, plurimùm trinâ, aquæ affusione peragebatur, sermo esse videtur [y]. Sed nec πυκνῇ valet, *crebrò*, apud probatos authores [z]: potiùs enim dicimus πυκνά, vel πυκνῶς [a]. Al. *Nisi pugno*, &c. Be. D. Πυγμῇ vertunt LXX illud באגרף, Exod. 21. 18. *facto pugno*, ut Cicero loquitur [b]. Nam manum in pugnum compositam manu alterâ lavabant [c], ut ex Mose Gerundensi atque aliis ostensum est. Tradit idem Jacobus Baal-turim Magister Hebræus, in Semita vitæ [d]. Significat, summo studio affectatas fuisse istas ablutiones à Judæis, ut facere solent qui manum manui affricant, & pugnum inserunt alterius palmæ [†]. Sed hæc interpretatio friget [*], & refellitur ex confricatione seu defricatione manuum à lavantibus observari jussa: eam autem manibus expansis, non in pugnum contractis, fieri solitam, indè patet, quòd manus non mappæ tantùm, sed vel capiti, vel etiam parieti, affricare liceret; ad quod neutiquam idonea erit quæ ità flexa fuerit manus [f]. [Sed pace Cl. Viri, aliud poterat esse abluentibus, aliud defricantibus, manuum tractandarum Schema, quod vel usus noster quotidianus monstrat.] Al. Vox πυγμῇ designat eam corporis partem quæ lotione mundanda erat, quæ Hebraicæ *Perek* respondet [g]. Significat quousque se ostendit manuum lotio [h]; nempe עד הפרק, *usque ad Perek* [i]. Sed *Perek* nomen est latioris ambitûs, & quemlibet articulum, seu compaginem & membrorum commissuram, denotat. Quid ergò est *Perek*, & quis terminus lotionis? Resp. 1. *Perek* usitatiore significatu est pugnus contractus, i. e. manus inflexis digitorum nodis, tum mediis, tum iis quibus metacarpio inseruntur, adeóque protuberantibus: ità articuli digitorum medii, vel ii qui ad metacarpium sunt, condyli, vel metacondyli, lotionis terminum statuunt [k]. 2. *Perek* est, *junctura lacerti* [l], vel *carpus* [m], sive ea compago quâ manus cùm brachio connectitur [n]: Ità Aruch [o], & Joseph ben Levi & R. Alphes [p], &, ut puto, Maimonides [q]. *Tradunt Rabbini, Lotio manuum erat usque ad juncturam lacerti*, Cholin fol. 106. sic & Jadaim, c. 2. hal. 3 [r]. Χείρ, in Homero, Hippoc. aliisque, totum *brachium* designat, ut 1 Mac. 15. 30. Vide & Septal. in Aristot. problem. p. 127. unde & ἀκροχειρίζειν idem est quod πυκτεύειν, *pugnis decertare more pugilum*. Quare & πυγμή est, *manus usque ad carpum*, ut liquet ex Pallad. Lausiac. Hist. c. 143. ubi Salvia, cùm videret Jubinum *lavantem manus & pedes* πυγμῇ, (i. e. non, *palmis*, ut malè reddit Gentianus Hervetus, sed, usque *ad juncturas* manuum & pedum) dicit ei, se jam sexagenariam esse, *nec tamen aut faciem ejus, aut pedes, aut quamvis aliam partem corporis aquam tetigisse*, ἐκτὸς τῶν ἀκρῶν χειρῶν, i. e. exceptis (non, *extremis manibus*, ut vertit Hervetus, sed,) *manibus*: nam ἀκρόχειρ etiam Hippocrati manus est [†]. Et secundùm Julium Pollucem exterior totius manûs contractæ pars propriè πυγμὴ dicitur: & Judæi *Perek* suum, articulorum ad exteriorem partem protuberantium spatio, metiuntur [t]. Theophylactus interpretatur πυγμῇ *usque ad cubitum*. Equidem reperio apud Græcos Evangelistas πυγμὴν duo significare, *pugnum*, h. e. manum complicatam, à πτύσσω, *plico*; & *cubitum*: nam & hâc parte brachium complicatile. Sed non reperio πυγμῇ apud Græcos usurpatum adverbii loco [v]. Solebant Judæi manus in altum attollere, atque digitis contractis superfusam aquam excipere, quam necesse fuit ad cubitum usque defluere: quod omnino est, πυγμῇ νίψασθαι, h. e. *digitis in unum contractis lavari manus*; id quod illi vocant נטילת ידים, *manuum elevationem*: unde & הטיל, quod propriè est, *attollere*, illis sign. *manus lavare* [x]. Doctissimè hunc locum explicuit magnus Scaliger c. 7. Elenchi Trihæresii Serarii, cujus explicationi vix quidquam addi possit [y]. In χειρονιψία Ebræi manus in pugnum componebant, atque ità lavabant eo ritu quem Scaliger ibi notat [z]. In hoc tamen falli ille videtur quòd vocem πυγμῇ accipit de ejusmodi manûs schemate quo pollicis unguis cum reliquorum digitorum summitatibus conjungitur; cùm revera πυγμὴ hîc significet *illam brachii partem quæ est à cubito ad primum digitorum radicem, sive divisionem*. Nam πυγμὴ non tantùm significat *pugnum*, sed & *mensuram cubito sex digitis breviorem*, h. e. à cubito ad digitorum discriminationis initium, ut testatur Pollux, [verba vide in Cap.] Itaque, πυγμῇ νίψασθαι, non est simpliciter, *lavare manus*, neque etiam *pugno in cavam manum immisso lavare*; sed, ut rectè Th. *usque ad cubitum*, i. e. עד הפרק, uti loquuntur Judæi [a]. Sed פרק aliter illis sumi videtur [b]: [de quo vide hinc Cap. illinc Poc.] Ergò, πυγμῇ νίψασθαι, non dicitur ob digitorum in manuum elevatione contractionem, sed ob aquæ defluxum per totam illam brachii partem quæ πυγμὴ dicitur, à digitorum radice sive propagine ad cubitum usque. Nam manus quidem tantùm lavabant Judæi, sed post manuum lotionem, elevatis sursum manibus, aquam manibus adhærentem sinebant defluere à carpo ad cubitum usque, quam brachii partem, utpote quæ aliquatenus retecta erat, adeóque attactu rei immundæ pollui poterat, lotione volebant purgari; quâ tamen eâ parte leviùs defungebantur modo dicto, quia pars illa, veste plerumque obtecta, minùs est obnoxia contrahendæ immunditiæ attactu rei immundæ [*]. Quòd Th. dicit, *usque ad cubitum*, in eo verum dixit, sed quod ad vocis hujus significationem aptari vix potest. Νίψωνται [idem quod שטף, Levit. 15. 11 [f]. Porrò lavabant *manus*, quia illæ, inquiunt Hebræi, sunt *negotiosæ, quibusvis se rebus facilè immiscentes*, ac forsan, homine inscio, rei alicujus immundæ contactu immunditiem contraxerint, quâ cibum quem capturus sit polluant [g]. ¶ *Non manducant*] Intellige, *panem*, v. præced. & 5. expressum; aliquid scilicet eorum quæ hominibus *justi prandii materia haberi solet*, vel quorum esui præmitti debet Benedictio Judæis dicta *Hammotzi*, i. e. *Benedictus qui producit panem*, &c. Non autem tenebantur manus lavare ad comedendum crustula, placentas è melle, sacchara, amygdalis, &c. confectas, fructus, & hujusmodi alia; neque ad bibendum [h]. ¶ *Tenentes* (vel, *Retinentes*, Be. i. e. studiosè ac pro viribus observantes [i]: id enim valet κρατοῦντες, à κράτος [k].) *traditionem seniorum*] Πρεσβυτέρων nomine hic intelligit veteres quoslibet Doctores quocunque demum (post Ezram) seculo floruerint, quorum authoritate traditiones quælibet ἄγραφοι tuebantur [l]. Quamvis autem Judæi hunc ritum fundari volunt in lege, Levit. 15. 11. hæc tamen *probatio minimè valida est*, & *non aliunde quàm à Doctoribus profectum esse* fatentur; & hanc in ipso Talmude rationem illius reddunt, scil. Morem antiquorum traditione & præcepto sancitum [m]. Traditio illa extat, ut diximus, in Misnajoth sive textu Talmudico *Chagigah*: ubi Maimonides, *Dicimus*, inquit, *non licere homini panem, etiamsi communem, edere, antequam laverit manus suas*, &c [n]. Hanc traditionem, nè quis neglectui haberet, minis & exemplis munitam dederunt. Ob eam neglectam meruit, inquiunt, R. Eleazarus ut excommunicaretur. R. Akiba, cùm in carcere detento haud satis aquæ esset ad bibendum, manibus tamen affundi jussit, dicens, *Præstat meipsum siti enecare quàm majorum instituta transgredi* [o].

4. *Et*, &c. Καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσι] *Et à foro empta, nisi lavent, non comedunt*. Sy. sim. Ar. Pers. Æth.

---

[m] Cas. [n] Scul. ib. [o] Scul. ex Cas. [p] Cas. [q] Scul. sim. D. prov. Heins. Sch. [r] Scul. [†] Er. [t] Be. [v] Cam. sim. Be. [x] Cam. [y] Poc. miscr. 384. [z] Cam. [a] Be. [b] G. [c] G. sim. D. ex Scal. [d] G. [†] Be. [*] Cam. [f] Poc. ib. 380. [g] Poc. 368. [h] Ham. [i] Ham. Li. ho. [k] Poc. 366. [l] Li. ho. [m] Ham. [n] Poc. sim. Li. ho. Ham. [o] Li. ho. [p] Ham. [q] Poc. 367. [r] Li. ho. [†] Ham. [t] Poc. 368.

[v] Er. [x] Cam. [y] Cap. sim. Di. [z] D. [a] Cap. [b] Poc. 368. [*] Cap. [f] G. [g] Poc. p. 355. [h] Poc. p. 354. sim. Ham. [i] Bru. ex. Be. [k] Be. [l] Poc. 387. [m] Poc. 385. [n] Poc. 355. [o] Poc. 386.

Æth. Non placet: quia ex rebus emptis quædam erant quæ aquam non paterentur, quædam quæ empta non illico comedebantur; & planè distinguunt Canones traditionales inter ista quæ ab ipso foro licita erant, & quæ non [p]. *Et à foro* (sub. *venientes*, Er. Il. Tre. Be. Pi. P. Ti. V. Sch. supple γινόμενοι. Qui deesse aliquid putant addiderunt, ὅταν ἔλθωσι [q] quod est in meo vetustissimo exempl. & in quibusdam veteris editionis exemplaribus [r]. Quod [tamen] à Syro non agnoscitur, neque necessarium est †. Græca oratio & satis significans, & elegans, est: A negotiis, inquit, forensibus nè cibum quidem capiunt, nisi priùs sese in aquas demerserint, i.e. abluerint [t].) *nisi loti fuerint*, (vel *baptizentur*, Mo.) *non edunt*, Er. Il. Be. P. Ti. Pi. sic V. Tre. &c. *A foro*, rerum scilicet venalium, ubi & Gentiles attingere & alloqui, quædam etiam immunda attrectare, cogebantur; ideo se totos abluebant [v]. In foro aliisque locis publicis multi erant ἀλλόφυλοι, à quibus contaminari se, etiam inscios, posse verebantur. Simili de causa in Parasceve metuebant Prætorium accedere, quòd plenum esset hominibus Romanis [x]. Si quis domi se contineret, sufficit si quis semel, idque manè, lavaret manus: quòd si in forum prodiret, repetendum hoc erat, teste Maimon. Berach. 6. 17 [y]. Ἀγορὰ hìc esse possit, vel, 1 Forum judiciale, ut Act. 16. 19. unde ἀγοραῖοι, Act. 17. 5 [z]. vel, 2. Forum venale, quod malim [a]. Majori curâ se purgabant à fori contactu, quippe non manus tantùm lavando [b], quod est χερνίπτειν [c], sed & corpus mersando [d], quod est βαπτίζεσθαι, h. e. *tingendi causâ immergere*. Plut. Περὶ δεισιδαιμονίας, βάπτισον σεαυτὸν εἰς θάλασσαν [*]. Cùm verò hic mos apud omnes ferme Judæos receptus fuerit ob consentientem Magistrorum auctoritatem, satis hinc intelligitur, eos qui peculiari sectæ suæ nomine ἡμεροβαπτισταὶ vocabantur plus fecisse quàm cæteros, mersatione usos scilicet etiam cùm domo non exiissent, aut manè, ut notat Clemens Alexan. aut etiam sæpiùs, ut Batus ille, apud Josephum, ψυχρῷ, &c. (*Aquâ se frigidâ die noctéque sæpiùs abluit puritatis ergô.*) In Clementis Constitut. de iisdem legitur, Καὶ ἡμεροβαπτισταὶ ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, &c. *Et Hemerobaptistæ nisi baptizentur non edunt: quin & lectis & catinis & crateribus & sedilibus, nisi aquâ priùs mundatis, non utuntur.* Quare apud Justinum, ubi sectarum Judaicarum nomina recensentur, legendum putem, φαρισαίων καὶ βαπτιστῶν, non, φαρισαίων βαπτιστῶν [f]. Sed nè in hanc sententiam, unanimi ferè Interpretum consensu receptam, descendam est quod obstat [g]. Immersionem totius corporis non hìc intelligendam arguit, quòd talis immersio non adhibebatur nisi cùm contraheretur pollutio à causis immunditiei principalioribus [h]: [quænam sint illæ, disce ex Li.] Sed nec immersio ista [in talibus] ad cibum communem capiendum promovisse videtur, quo nullibi interdicunt immundis, & ad quem nullibi requiritur à Magistris totius corporis ablutio, sed manuum tantùm [i]. Dicunt plus esse βαπτίζεσθαι quàm χερνίπτειν. Fateor: ità & טבל plus est quàm נטל, quorum illud priori, hoc posteriori, respondet; neutrum tamen corporis mersationem indicat [k]. Adhibuerunt Judæi tum נטילת ידים, *lotionem manuum*; tum טבילת ידים, *mersionem manuum* [l]; illam ad cibum communem, hanc ad res sacras [m]: τὸ νίψωνται respondere videtur priori, τὸ βαπτίσωνται posteriori [n]. Utriusque terminus statuitur τὸ *Perek*; unde liquet immersionem corporis hìc non intelligi [o]. Porrò, vox πυγμὴ hìc subaudienda, ex communi, Domi manentes non comedunt ἐὰν μὴ πυγμῇ βαπτίζωνται, *nisi pugnum laverint*: at redeuntes à foro non comedunt ἐὰν μὴ πυγμῇ βαπτίσωνται, *nisi pugnum in aquam immergant*, ignorantes & incerti ad quamnam immunditiem appropinquaverant in foro [p]. Qu. Cur Marcus pro νίπτεσθαι hìc usurpat βαπτίζεσθαι? Resp. Utroque modo licebat manus purgare, vel aquæ affusione, vel mersione: hæc tamen eminentior gradus purgationis habebatur quàm illa, ideóque ab iis qui majorem sanctimoniæ speciem præ se ferebant, usurpata videtur, ut non sine causa adhibeatur vox utrique modo communis. Nam βαπτίζεσθαι quamvis immersioni præcipuè competat, non tamen de ea sola dicitur, ut patet ex Luc. 11. 38. ubi Grotius notat ἐβαπτίσθη idem esse ac, ἐνίψατο τὰς χεῖρας [q]. Si dicas, vix fieri potuisse quin in foro vestes plebeiorum tangerent, ac proinde totius corporis ablutioni obnoxii redderentur, regeri potest, sollicitè cavisse Pharisæos nè ipsos contingerent, ideóque, ut notat Maim. ad latera viarum incedebant: *si autem dubitaverint utrum id fecissent, ecce mundi sunt*, ait Maim. Si quis autem illo vel alio modo pollutus corporis mersatione opus haberet, talis inter eos de quibus sermo est, non est collocandus, cùm post corporis ablutionem non secùs se habeat ad cibum sumendum, quam qui illotis manibus erat [r]. *Non edunt*, nè per cibum pollutum nova pollutio accedat. Lavabant religionis causâ ante cibum & post cibum, ut docent scripta Talmudica †. Aquam ante cibum adhibitam vocabant מים ראשונים, *aquam primam*; post cibum, מים אחרונים, *aquam posteriorem*; cujus etiam usum magìs necessarium judicabant quàm prioris [t]. [De quo vide Cl. Authorem.] ¶ *Et alia multa sunt quæ, &c.* Ἃ παρέλαβον κρατεῖν] *Quæ acceperunt*, vel *susceperunt* (קבלו. Relata sunt παραλαμβάνειν & παραδιδόναι [v]) *tenenda*, vel *retinenda*, Be. P. Pi. Ca. vel, *servanda*, Er. Il. Ti. ¶ *Baptismata*, Βαπτισμοὺς] Quæ vox, ad sequentia applicata, non semper tinctionem, aut immersionem, sed interdum lotionem tantùm, vel etiam aspersionem, denotat [x]. *Lotiones*, Mo. Nempe *lotiones*, Sy. P. Be. Pi. &c. ¶ *Calicum*, Ποτηρίων] *Poculorum* Be. Pi. כוס, *poculum*, pollutioni obnoxium erat, ideóque purgandum, ut notat Maim. præcipuè *poculum benedictionis* [y]. ¶ *Et, &c.* Καὶ ξεστῶν] *Et urceorum*, Er. Il. Ti. Ca. Vulg. Cas. Scul. Pers. vel, *lagenarum*, Tre. ex Sy. *sextariorum*, Be. Pi. Scul. Utrumque rectè: nam vetus Glossarium ξέστης exponit *sextarium* & *urceolum* [z]. *Aquales* intelligit: nam & Cicero *aquæ sextarium* dixit. Ξέστην Romanam esse vocem corruptam constat ex Galeno [a]: [cujus verba vide in Be.] Sicut autem vox ista, ex Romano sermone per omnem orbem derivata, apud Græcos passa est literarum μετάθεσιν, ità & in Oriente. Nam Arabes dicunt קסט, Syri קסטא pro סקסטא [b]. Nominat ξέστας pro mensura tunc Judæis notissima Josephus: ξέστην dixit & Adrianus Epicteto [c]: Ξέστης, qui Latinis *sextarius*, est mensura duarum heminarum apud Romanos capax; hìc autem vasa cætera tum majora, tum minora, quotidianis usibus destinata comprehendit; ex quibus videlicet vinum aut aqua fundebatur [d], quomodo ποτηρίων nomine comprehenduntur vasa ex quibus potatur [*]. Firmat hoc usus vocis apud Orientales. Aruch. *lagenam* explicat, ex lingua Arabica; bar Ali Syrus explicat *Alcuz*, sive *urceum*; Drusius per חין, ex Jonathane ad Levit. 19. 36. Syrus interpres habet pro צנצנת, *Tsintseneth*, Heb. 9. 4. sic & K. Alii pro צלוחית. *Tseluchith*, quod perinde est [f]. Ambiguum est, an vox ξεστῶν à ξέστης deducenda sit, an à ξέω. De *sextariis* accipere, voci admodum consonans est, nec admodum dissonans rei. Ità etiam, si deduxeris à ξέω, quâ rasilia, tornatilia, lignea scilicet, denotantur. Et forsan utensilia ista quæ à RR. vocantur פשוטים, *plana*, opponunturque τοῖς מקבלים, aliquid intra se recipientibus, hâc voce exprimuntur. Istius classis erant cultri, mensæ, sedilia, &c [g]. Apparet voce ξεστῶν intelligenda esse lignea, quòd subjecit, *Æramentorum*: ξέστα autem dixit, quòd torno poliantur, aut quòd sculpturis ornata sint [h]. ¶ *Et, &c.* Καὶ χαλκίων] *Et æramentorum*, Mo. P. Be. Ti. Ar. &c. כלי מתכת [i]: *Et vasorum æneorum*, Sy. Tre. sic Camer. Scul. Χαλκίον Græci Grammatici dicunt esse vas μαγειρεῖον. Autor Glossarii, χαλκεῖον, *olla*, *æneum*, *miliarium* [k]. Cautè hoc [χαλκίων] dictum: ærea enim abluebantur, testacea verò frangebantur si polluta crederentur [l]. Τὰ χαλκία sumuntur, vel, 1. latiùs, pro כלי מתכות, *vasis ex metallo confectis*: vel, 2. strictè, ut *ahenum* & *cucumam* denotet [m]. Χαλκία hìc sunt culinariæ ollæ & cacabi [n]. ¶ *Et, &c.* Καὶ κλινῶν] *Et lectorum*, P. Ti. Be. Ca. Tre. ex Sy. Pi. &c. vel, *spondarum*, Er. V. in quibus accumbebant sumentes cibum, non solùm in quibus dormiebant [o]. Lecti immunditiam contraxerunt [p], vel, 1. ex Legis sententia [q]; si scilicet eos attingerent aut profluviosus, leprosus, menstruosa, puerpera; aut aliquid quod hi tetigerant [r]: vel, 2. ex Scribarum instituto, v. g. si in lecto viri docti plebeius decumberet, &c. Ea omnia quæ hìc recensentur Hebræis *vasa* vocantur.

Omne

[p] Li. ho. [q] G. [r] Be. † G. [t] Camer. [v] V. [x] G. [y] Poc. 399. [z] Ham. [a] Ham. ex Poc. [b] G. [c] Be. [d] G. sim. Be. D. &c. in Poc. [*] Be. [f] G. [g] Poc. 390. [h] Li. ho. [i] Poc. 397. [k] Poc. 390. [l] Li. ho. sim Poc. 391. ex Maim. [m] Poc. 392. [n] Li. ho. [o] Poc. 392. [p] Li. ho. [q] Poc. 397.

[r] Poc. 395. † G. [t] Poc. 381. [v] G. [x] Li. ho. [y] Poc 404. [z] Scul. ex. 2. 103. ex Cas. [a] Be. [b] G. sic Poc. p. 404. [c] G. [d] Be. Poc. 405. [*] Be. [f] Poc. 405. [g] Li. ho. [h] Er. [i] Li. ho. [k] Cas. [l] G. [m] Poc. 406. [n] Q. in Be. [o] Er. [p] Li. ho. [q] Poc 407. [r] Li. ho.

Omne vas illis pollutum habebatur quod vulgus tetigit, &c †.

5. *Quare —— non ambulant*] i.e. Vivunt, vel vitam instituunt [t]: q. d. non semel aut iterum violant, sed consuetum hoc iis est, ideóque non tantùm transgressores sunt, sed contemptores, &c [v]. Ità Act. 21. 21. περιπατεῖν, הלך [x]. Hebræi certam vivendi rationem ac consuetudinem vocant הלכות, (*ambulationem* [y],) ut Psal. 119. 1 [z]. *via* dicitur vitæ genus, &c [a]. ¶ *Communibus*, Ἀνίπτοις] Sed hoc interpretamentum est ex v. 2. Alii rectiùs legunt κοιναῖς [b]· ità vetustissimus meus Codex [c], & Latinus; nec aliter Syrus: nam & suprà is pro, κοιναῖς, τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις, interpretatus est, *Illotis manibus* [d].

6. *Bene*] Ità Er. Tre. Ti. Pers. &c. Ὅτι καλῶς] *Certè*, V. *Rectè*, Ca. *Pulchrè*, Sy. *Quòd pulchrè*, Mo. *Bene certè*, Be. *Enimvero* (vel, *Quia*, Il.) *bene*, P. Pi. Particula ὅτι h. l. non abundat, sed respondet Heb. כי, quod, præposito ה, sæpe confirmat, ut 2 Sam. 23. 19. Sic Plato in Apologia, ὧν δ' ἀεὶ ὅτι κακῶν ὄντων, *eorum quæ certò scio esse mala* ‖. ¶ *Longè est*, Ἀπέχει] *Distat*, Be. ut Demosthen. τέτλαρ ἀπέχον τῆς πόλεως στάδια †, *Abest*, Pi. V. &c. id est, ἄπεστι, ut vet. Codex habet *.

8. *Relinquentes*, &c. Ἀφέντες, &c.] *Negligentes*, &c Bru. *Omisso mandato*, &c. Be. Pi. Bru. Primùm dicit Christus *negligi*, i. e. minùs curari, solere præcepta Dilectionis, dum homines toti operosis istis ritibus distinentur; quod ipsum satis est mali. At, deinde gradu facto, Christus insuper demonstrat esse quasdam traditiones quæ non tantùm avertant ab omni pietatis studio, verùm etiam directè repugnant præceptis à Deo traditis; ut solet superstitio in pejus procedere. Minus est ἀφιέναι quàm ἀθετεῖν, & propriè oppositum τῷ κρατεῖν [f]. Syrum Boder. sic vertit, *Quum omittatis enim mandata Dei, & teneatis*, &c. incompleto prorsus sensu. בד pro *quum* accepit, ut passim significat. Tremellius *Dereliquistis enim mandata Dei, & retinetis*, &c. בד pro redundante particula accipit: quod laudo: sic enim & 2 Cor. 7. 1. usurpatur [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα] *Et alia id genus istis similia*; i. e. ceremonias non minùs frigidas; quarum pleni sunt Judæorum libri: [de quibus vide quæ doctissimus Pocock loco à nobis suprà indicato congessit.] Lectionem hanc tuentur constanter codices Græci & Latinus interpres, & infrà eadem locutio occurrit [h].

9. *Bene*, &c. Καλῶς ἀθετεῖτε, &c.] Καλῶς Græcè admodum. Schol. ad Aristoph. ἀποστρεφόμενος καὶ παραιτούμενος λέγει τὸ Καλῶς· (*Aversus & refugiens dixit Bene* [i].) *Pulchrè*, (vel *Bellè*, Syr. *Probè*, Ca. *Egregiè*, Tre. *Sanè bene*, vel *Sanè belle*, Il. Pi. Er. Be. P. In uno Codice & hîc legitur, ὅτι καλῶς [k]. Ironia [l]. q. d. Quàm bellum hoc est [m]; vel, scilicet ità faciendum est [n].) *abrogatis*, &c. Mo. Il. Pi. vel, *rejicitis*, Er. Tre. Ti. *deprimitis*, Syr. *irritum facitis*, P. sim. Be. Ca. &c. Al. *Rectène rejicitis*, &c? V. sim. Æth. Ἀθετεῖν idem est quod ἀκυροῦν, Matth. 15. 6 [o]. Sensus, q. d. Annon præclarus hic est Dei cultus, quòd, præcipuis ejus mandatis neglectis, in ritibus à RR. institutis placetis vobis, &c [p]?

10. *Morte moriatur*] Sine omni spe veniæ; quæ est emphasis Hebraica [q].

11. *Si dixerit —— Corban*, &c. Κορβᾶν, ὅ ἐστι δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς] *Oblatione meâ quæ est à me juvaberis*, Tre. sim. Sy. *Corban*, (*quod est donum*) *quod si ex me juvaberis*, Mo. vel, *quodcunque ex me in tuum cedet commodum*, Er. *Corban, quod est, dono, quodcunque ex me tu juvaberis*, Ti. *Corban, hoc est, donarium, quod à me proficiscetur, id tibi proderit*. Ca. *Corban*, (*id est donum*, sub. *est*, Be. Il. vel, *erit*, Pi.) *quocunque à me juvari posses*, Be. Il. Pi. *Corban*, (id est, dono) *quodcunque ex me erit, juvaberis*, P. sub. *insons erit*, Pi. Be. Il. Pi. Curta sententia, quippe in re illis nota; ut cùm Latinè dicimus, *Et cætera* [r]. Vox δῶρον nota & usitata Thalmudistis. Zevachin. fol. 7. 2. *Dicit Rabba, Holocaustum est* דורון, δῶρον †. [Sed de illustri hoc loco vide ad Matth. 15.]

12. *Et*, &c. Καὶ οὐκέτι ἀφίετε, &c.] *Nec permittitis*, sive *sinitis, amplius eum*, &c. Be. Pi. V. &c. Est transitio ab oratione rectâ in obliquam. Nam recta oratio hæc fuerat, *Dicitis, Si quis dixerit patri aut matri, Deo sacrum esto quo à me juvari posses, is non opus habet patri aut matri beneficium ullum præstare*. Sed quia qui hoc dicit, reipsâ non permittit, id est, impedit, beneficium, ideo, sensu codem manente, mutatum est sermonis genus. Sic infrà 11. 32. cùm Sacerdotes induxisset loquentes, Ἀλλ' ἐὰν εἴπωμεν, Ἐξ ἀνθρώπων, statim sensu non impleto indirectâ oratione intulit, ἐφοβοῦντο τὸν λαόν· quod huic loco simillimum est. Contrà, Marc. 6. 9. cùm oratione indirectâ dixisset ὑποδεδεμένους, statim directam orationem intulit, καὶ μὴ ἐνδύσησθε, &c. Sic & Clemens Romanus: [verba vide in G.] Et Lucas, cùm obliquâ oratione dixisset, ὅτι ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξει τοῦτο, *cui hoc præstaret Jesus* (nam ut secundæ sit personæ præter morem est horum Scriptorum) subjecit oratione directâ, ἀγαπᾷ γὰρ, &c. Sic & Matthæus ubi Christum inducit loquentem, quædam tamen de suo interserit, 9. 6. & 26. 18. Bene autem dictum est, *Non sinitis*, quia dogmata illorum à tali officio homines avocabant. De re ipsa vide quæ ad Matthæum [t]. Sensus, Gratiam ei facitis benefaciendi patri aut matri suæ [v]. At, inquit vir eruditissimus, repugnat hæc interpretatio, quia Regula erat juris Hebræorum, *Cogitur filius alere parentem*. Rectè quidem, sicut & ad scenopegiorum observationem, phylacteriorum, aliorum, cogebatur itidem qui præcepto esset inobsequens; quod tamen intelligendum, ubi ex voto præcedente res ipsa non haberetur voventi illicita. Nam tantum tunc aberat ut cogerent, ut nec contra votum quid præstari permitterent [x]. Canon est Hebræorum, *Vota cadere in res mandati*, iisque obstringi posse aliquem, ne liceat illi sine gravi peccato facere quæ Lex facienda præceperit [y].

15. *Nihil est extra hominem*] Citra hominis conscientiam. Vide infrà 19 [z]. ¶ *Quæ de*, &c. Τὰ ἐκπορευόμενα, &c.] *Quæ egrediuntur ex eo*, Be. Pi. &c. i. e. cogitata, verba, acta [a]. ¶ *Communicant*, &c. Κοινοῦντα, &c.] *Quæ coinquinant*, V. vel, *profanum*, id est, Deo invisum, *reddunt* [b].

17. *A turba*] Ità Tre. Mo. P. Ca. Ar. &c. sub. *digressus*, vel *semotus*, Er. Il. Ti. Be. Pi. V. Ἀπὸ interdum significat absentiam & separationem, ut in illo Homerico, αἱ γὰρ ἀπ' αἰῶνος εἴη ἐμοῦ ἔτος [c]. ¶ Ἀπὸ τοῦ ὄχλου] *Relictâ turbâ* [d]. Al. *Præ turba*, Sy.

19. *Non intrat in cor ejus*] Vel, *animum*, ex quo solo delictum nascitur *. ¶ *Et in*, &c. Εἰς τὸν ἀφεδρῶνα] *In latrinam*, Be. Ca. Pi. &c. *In secessum*, Er. Il. Mo. Tre. &c. Heb. בית הכסא [f]. ¶ *Purgans*, &c.] Ità Mo. P. Pi. &c. Si quid est in cibo naturalis immunditiæ, id alvo ejectum purgat relictum in corpore cibum [g]. Dicitur id quod in latrinam ejicitur *purgare* omnes cibos [h], i. e. puras relinquere [i], quoniam est cibi fæx & purgamentum; ut videri possit Activùm pro Passivo usurpatum; nam *purgamentum* potiùs est quod expurgatur quàm quod expurgat [k]. Al. Τὸ *purgans* commodiùs referri possit ad totum quod præcessit, *sed in ventrem vadit, & in secessum exit*; quod cùm natura operatur, purgantur omnes escæ, &c [l].

20. *Dicebat autem, Quoniam*, &c. Ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, &c.] *Quòd id quod ex homine exit, illud polluit*, &c. Bru. sim. Be. Malim ὅτι redundare, & hanc γνώμην esse. Sicut Arabs habet, *Et dixit, Quod exit ex ore hominis, illud*, &c. [Sic & Pi.] Ut enim Heb. כי, ità in Hellenismo ὅτι, sæpe mimesi tantùm servit, & post dicendi, scribendi, ac narrandi, verba, id quod dictum, scriptum, ac narratum, fuit, solummodo innuit, ut per *nempe*, vel *scilicet*, verti queat. Vide Matt. c. 4. v. 4. & 26. 72, &c [m]. *Quod ex homine exit*, &c. Sic in Lege Mosis excrementa hominis polluebant quicquid tetigerunt [n].

22. *Avaritia*; ità Pi. Πλεονεξίαι] Plur. num. ut 2 Pet. 2. 14 [o]. Vox h. l. non tam affectum significat, *avaritiam*, quàm *augendæ rei artes* ex aliorum incommodis [p]. *Immoderatæ cupiditates*, Ham. *Studium habendi*, quod ipsum, ut injustæ rei faciendæ rationes absint (quod fieri vix solet) per se vitiosum est, imò *idololatria* quædam Colos. 3. 5. Id propriè hæc vox designat, ut ipsa origo indicat, quanquam usus ad res consequentes significationem produxit. Xenophon dixit, τῷ τοῦ πλεονεκτεῖν ἔρωτι. Nec aliter usurpari à nostris Scriptoribus indicio est Luc. 12. 15 [q]. ¶ *Nequitiæ*, Πονηρίαι] *Scelera*, Pi. *Fraudes*, Er. *Malitiæ*, Bru. sic Tre. Vox inveteratam malitiam

Marginal notes: † Poc. 4. 8. — t V. Bru. ex Be. — v Bru. — x G. — y G. sim. Bru. — z Bru. — a Be. — b G. — c Be. — d G. — ‖ Be. ad v. 9. — † Be. — * Idem. — f G. — g Di. — h G. — i G. — k Be. — l V. Ca. Be. Camer. Bru. — m Camer. — n Ca. — o Bru. ex Be. — p Ham. — q Be. — r Ca. — † Li. ho. — t G. — v Salm. in Wal. — x Seld. in Wal. — y Poc. pag. 415. — z G. — a Ham. — b G. — c Be. — d V. Bru. — * G. — f Li. ho. — g G. — h Be. sim. Zeg. — i Zeg. — k Be. — l Zeg. — m G. — n Ham. — o G. — p Be. — q G.

am declarat, omnium scelerum matrem; nam homo πονηρὸς est ad malè agendum exercitatus[r]. Πονηρία est ubi latiùs sumatur pro omni *vitiositate*, quam κακίαν Græci vocant. At hîc certa est species tantùm, ni fallor, *à dolo*, qui sequitur, distans quantum κλοπὴ superat πλεονεξίαν. Sic & Rom. 1. 29. ubi Latinus *nequitiam* optimè vertit. Cicero, Tusc. 4. *Malitia certi cujusdam vitii nomen est; Vitiositas, omnium.* Huic affinis est κακοήθεια. ¶ *Dolus*, Δόλος] *Dolus malus*: quem in censu vitiorum Paulus etiam ponit dicto ad Rom. loco Eum definiebat Aquilius, *Cùm aliud simulatum est, aliud actum.* Ulpianus, *Machinationem quandam alterius decipiendi causâ, cùm aliud simulatur, & aliud agitur.* ¶ *Impudicitiæ*, Ἀσέλγεια] Ἀσέλγειαι boni Codices præferunt; atque ità legit Latinus †: ità tres vet. Codices; sic & Rom. 13. v. 13[t]. [Vocem sic reddunt;] *Protervia*, P. Pi. *Libido*, Ca. *Lascivia*, Mo. Be. *Impudicitia*, Er. Il. Ti. Reperitur hæc vox plerumque juncta cum voce ἀκαθαρσίας, ut 2 Cor. 12. 21. Gal. 5. 19. Eph. 4. 19. & hîc Syrus *fœtorem* transtulit; [ità & Tre. ex Sy.] unde apparet intelligi obscœnitatem in dictis factisque: ut pars ejus sit αἰσχρολογία quam cæteris vitiis annumerat Paulus, Col. 3. 8[v]. ¶ *Oculus malus*] Ità Er. Il. Tre. Be. Mo. Sy. &c. vel, *nequam*, non simplex & purus, sed invidus. Sic vocat, vel, 1. malam cupiditatem rerum conspectarum[x]; vel, invidiam[y]; ut Matt. 21. 15[z]. φθόνος, Rom. c. 1. v. 29. Eo enim sensu plerumque Ebræi usurpant עין רע, ut Deut. 15. 9[a]. ¶ *Maledicta*, Βλασφημία] *Obtrectatio*, Me. *Maledicentia*, ut Col. 3. 8. Et ad Romanos duo genera notantur hominum eo vitio ægrotantium, ψιθυρισταὶ καὶ καταλάλοι[b]. ¶ *Superbia*; ità Er. Il. Sy. Ar. Tre. Be. Pi. &c. Ὑπερηφανία] Ità & Rom. 1. quæ est, Theophrasto definiente, καταφρόνησίς τις πλὴν αὑτοῦ τῶν ἄλλων, (*contemptus* omnium *aliorum præter seipsum.*) Seneca, *Ex fastidio venit omnis superbia*[c]. ¶ *Stultitia*: ità Er. Sy. Ti. Ar. &c. Ἀφροσύνη] *Amentia*, Il. P. Mo. Tre. Be. Pi. Ex variis vocis significationibus hæc loco maximè congrua videtur: *jactantia*, ut sumitur 2 Cor. 11. 19. & 12. 6, 11. quæ cum *calumnia* & *superbia* aptissimè conjungitur[d]. Al. Puto ἀφροσύνην hîc esse *incogitantiam* atque *incuriam* rerum bonarum. quæ maxima delictorum scaturigo est. Ità Paulus, Eph. 5. 17. *Nè sitis* ἄφρονες, ἀλλὰ συνιέντες τί τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου*. Accipio pro *pravo affectu*, à φρονεῖν, *affectum esse*; ut *immodestiam* & *inconsiderantiam* significet. Th. vertit, *convitium in homines*[f].

23. *Abintus*, &c. Ἔσωθεν, &c.] *Intus exeunt*, Be. Pi. &c. Factis se produnt. Vide quæ ad Matthæum[g].

24. *Abiit in fines* (vel, *confinia*, Be. Pi. &c.) *Tyri & Sidonis*] Intelligit extremos Palestinæ fines, quibus à Tyro & Sidone, i.e. à Phœnicia, dirimitur[h]. Quod sequitur factum nonnulli tradunt ad portas ferè Sidonis. Quibus repugnat[i]; 1. quòd non verisimile est, Christum fines terræ Israelis excessisse[k]. 2. Quòd dicitur versu 31. Christus pervenisse *à finibus Tyro-Sidonis ad mare Galilææ per medios fines Decapoleos.* Quod non facilè concipi potest, si venerit à porta Sidonis. Aptiùs diceretur, *Per mediam Galilæam.* Puto hoc factum in regione ista in extremis Galilææ oris, quæ olim כבול, *Chabul*, dicta est, 1 Reg. 9. 11, 12. τῆς ὁ. Ὅριον, *Terminus*, pro pristino nomine alio, quod ipsorum tempore obtinuit, indito; quæ olim data fuit à Salomone Regi Tyriorum, & indè in posterum ditionis Tyro-Sidoniæ erat. Ità Christus & *intra confinia Tyri*, &c. esse poterat, & tamen intra limites (pristinos scilicet) terræ Israeliticæ[l]. ¶ *Ingressus domum*] i.e. Hospitium[m], cibi fortè sumendi gratiâ[n]. ¶ *Neminem voluit scire*] Scilicet ibi se adesse[o]: nè de industria profanarum gentium homines ad se allicere videretur, posthabitis Judæis[p].

25. *Intravit*, &c. Ἐλθοῦσα] *Venit*, Be. Pi. Non in domum*, sed in viam, ex collat. Matt. 15. 23 †.

26. *Gentilis*; ità D. & Di. i.e. ἐθνική[q]. Sic etiam Syrus[r]: nam חנפתא, ἐθνική vide Matt. 6. 7. & 10. 5 †: Ἑλληνίς] *Græca*, Be. Pi. &c. i.e. religione profana[t]: Gentilis & idololatriæ addicta; ut vox Ἕλλην sumitur tum in N. T. tum in Suida in voce Ἀμφίων, de quo inquit, ὑπὸ Χριστιανῶν γέγονεν Ἕλλην· & aliis, &c †. Al. *Cananæa* vocatur ab origine & genere; Ἑλληνὶς autem, quòd Judæa quidem genere non esset, sed ad religionem Judaicam accessisset, quam vel à parentibus, vel à conversatione cum Judæis hauserat. Non ergò Ethnica erat, (quippe Christum *Filium Davidis*, & *Dominum suum*, vocat; id quod è V. T. lectione hauserat,) sed σεβομένη, & unius Dei cultrix. Neque enim de Ethnico dixisset Christus, *Fides tua magna est**. Ex quo Græci rerum potiti fuerint[v], omnes gentes, à Judæis religione diversæ, *Græci* vocabantur[x]. Vide Rom. 1. 16. & 2. 9. & 10. 12. Gal. 3. 28[y]. Post devictum ab Alexandro Darium, omnes ejus successores *Græci* dicebantur; unde, *Regnum Græcorum*, i.e. Syro-Macedonum. Hinc Judæi *Græciam* vocabant majorem partem Syriæ. Sanè in Histor. Ebr. cùm Antiochus è Judæa rediret Antiochiam, dicitur *profectus in Græciam.* Hinc vides quî eadem mulier & *Græca* & *Syrophœnissa* esse potuit[z]. ¶ *Syrophœnissa*, Συροφοίνισσα] In duobus vet. cod. est Συροφοινίκισσα· rursus in 7 exempl. est Σύρα Φοίνισσα, duobus vocabulis; quorum illud totum, hoc partem illius, designat. Nam *Syria* nomen latè patet: vide Plin. 5. 12[a]. *Syro-phœnice* est regiuncula[b], Syriæ pars, in qua est Damascus[c]. Phœnicia triplex, ut puto, erat; Maritima, Mediterranea, & Syrophœnicia[d]; [vide Li.] Matt. 15. 22. est *Cananæa*: nempe Phœnicia eadem cum Cananæa propriè dicta, quæ ad mare erat. Vide Lxx ad Jos. 5. 1. *Canaan pater Phœnicum*, ait Euseb. præp. Evang. l. 9*. [De quo vide BP. 4. 340.] Adde, quòd Judæi omnes servos qui non sunt Hebræi sanguinis vocabant *Cananæos*. Forsan ergò fuit hæc fœmina servilis, origine Ethnica, indéque dicta *Cananæa*[f].

27. *Sine priùs*, &c.] Sine priùs Judæos impleri beneficiis, ut nihil habeant quod querantur. Tum tempus veniet spargendi cœlestia beneficia in gentes alias, cùm Judæos eorum fastidium ceperit[g].

28. *De micis*, &c.] q. d. Micas igitur peto, non filiorum panem[h].

29. *Propter hunc sermonem*] Metonymia effecti pro causa. Per *orationem* enim significatur fides oratione expressa, ut apud Matthæum videre est[i]. ¶ *Vide*, Ὕπαγε] *Abi*, Be. Pi. domum scilicet, [ubi] invenies filiam sanam[k]. Ὕπαγε per πορεύθητι accipiendum est, ut præcedentia sequentibus cohæreant[l]. Non propter hunc sermonem jubetur discedere, sed illi dicitur sanatam filiam[m].

30. *Jacentem*, &c.] In lecto molliter cubantem sine ulla jactatione[n]: ad quietem compositam, defatigationis levandæ causâ, quia quamdiu à Demonio agebatur, inquieta erat[o].

31. *Et*, &c. Καὶ πάλιν ἐξελθὼν] *Rursum egressus*, &c. Er. sim. Vulg. i.e. regressus[p]. Πάλιν hîc non significat iterationem, sed idem valet quod εἰς τοὐπίσω[q]. Non hîc iteratio egressûs significatur, sed egressus ad redeundum eò unde venerat, ex finibus Tyri in terram Israel[r]. ¶ *De finibus Tyri venit per Sidonem*, &c.] Ità in duobus cod. legi. Non placet: 1. Non constat, Christum fines Israelis egressum. 2. Cùm Sidon è Galilæa sit remotior quàm Tyrus, quî dici potest per Sidonem in Galilæam revertisse †? Verùm non ipsam urbem hîc intelligunt, sed regionem Sidonis, in quam ingressum fuisse Christum fateri etiam coguntur qui aliter legunt. Statuamus ergò Christum ex Tyriorum regione ivisse Sidoniorum versùs; indè per Tribus Ascher (quæ in confinio Tyr. & Sid. erat) & Napthali versùs Decapolin, atque ità per medium ejus ad mare Galilææ, eadem erit omnium mens: ex tribu enim Ascher, quæ in confiniis est Tyri & Sidonis, ad mare Galilææ pertingere non potuit, quin per mediam Decapolin transiret[t]. ¶ Ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος, ἦλθε, &c.] *E finibus Tyri & Sidonis, venit ad mare Galilææ*, Be. Pi. ¶ *Inter*, &c. Ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων, &c.] *Per medios fines Decapolis*, Er. Il. Be. Pi. Ti. Ca. sim. Mo. Æth. Al. *In confinia Decapolis*, Tre. ex Sy. Pers. simil. Ar. Difficultas in hoc latet, quomodo Christus per mediam *Decapolin* perrexerit ad mare Galilææ, nisi supposito quòd *Decapolis* fuerit intra Galilæam. Hinc ducti, ut videtur, Bochardus, & alii eum sequuti, Decapolin intra Galilæam statuunt, Jordani adjacentem & littori maris Genesaret. Plinius autem & sui totam in Trans-jordanica, exceptâ solum Scythopoli, vel Bethshane, quod rectiùs puto. Josephus, in vita sua, (mihi) p. 650. & 654. *Decapolin Syriæ* vocat, non *Galilææ*. Et sacri

Marginal notes (left column): [r] Bru. ex Ec. — † G. — [t] Ec. — [v] G. — [x] V. — [y] V. Ca. sic Camer. Ec. Er. — [z] Ec. Pi. — [a] G. — [b] Idem. — [c] Idem. — [d] Ham. — * G. — [f] Zeg. — [g] Ec. — [h] Ec. — [i] Li. ho. in dec. chorog. p. 47. — [k] Li. ib. sim. Ec. — [l] Li. ib. 47.... — [m] Be. Eru. — [n] Bru. — [o] Camer. — [p] G. — * Bru. Pi. — † Pi. — [q] D. — [r] D. Di. — † D. — [t] Be. ex Er. — † Salm. in Wal.

Marginal notes (right column): * Crojus in Wal. — [v] Bru. — [x] Ec. sic Bru. — [y] Bru. — [z] D. — [a] Ec. — [b] Ec. ex Tert. — [c] Er. sim. D. & Ec. ex Just. — [d] Li. lib. 51. — * D. — [f] Li. ib. 63. — [g] G. — [h] Ec. — [i] G. — [k] Eru. — [l] G. — [m] Ec. — [n] G. — [o] Eru. — [p] Bru. — [q] Be. — [r] Eru. sim. Be. — † Be. — [t] Di.

sacri atque profani Authores planè distinguunt *Galilæam* à *Decapoli*. Inter urbes Decapolitanas erant, testibus Plin. & Jo. Gadara, & Hippo, & Pella [v]: [de quibus vide Li.] Decapolis regio est trans Jordanem decem civitatum circa Hippum, Pellam & Gadaram [x].

32. *Et*, &c. Καὶ φέρουσιν] *Et adducunt*, Vulg. Er. vel, *offerunt*, Be. Pi. Simplex, φέρειν, pro composito, προσφέρειν[y], quo plerumque utitur Matthæus, 8. 16. & 9. 2. & 12. 22 [z]. ¶ *Surdum*; ità Er. Il. Be. Bru. &c. ut sumitur Matt. 12. 22. & 15. 31 [a]. Κωφὸν] *Surdastrum*, dictum κωφὸν, *surdum*, ex communi loquendi usu hyperbolico [b]. ¶ *Et mutum*, Μογιλάλον] *Mutum*, Pers. Æth. Ar. Di. Ham. Rev. Ἄλαλον, ut exponitur v. 37 [c]. אלם, quod bis redditur μογιλάλον, Exod. 4. 11. Esa. 35. 6 [d], utrobique tamen *mutum* significat [*]. Et hoc quidem miraculum commendat [f]. [Alii tamen aliter vertunt:] *Impeditæ linguæ*, Er. Il. V. G. ex Sy. sim. Ti. Val. scil. hominem [g]. *Tardiloquum*, Ca. *Balbutientem*, Tre. *Difficulter loquentem*, P. Be. Pi. Sch. à μόγις (sive μόγος, *labor, difficultas*,) & λαλεῖν [h]. Probatur: 1. Si de muto ageretur, quorsum hoc adderetur? nam qui naturâ surdus est, idem etiam mutus esse intelligitur. 2. Paulò pòst non dicit eum loqui cœpisse [i], sed *rectè loqui* [k]: potuit ergò antè loqui, sed impeditè [l]. Nec obstat quod infrà dicitur, ἀλάλους λαλεῖν [m]: nam α particula Græcis sæpe Difficultatem significat [n]: vel, præter hunc balbum alios mutos Jesus sanavit [o]. Sed & LXX Heb. אלם modò vertunt, μογιλάλον, ut Esa. 35. 6. modò, ἄλαλον, ut Psalm. 38. 14 [p]. ¶ *Ut imponat illi manum*] Quod ipsi in usu esse nôrunt. Vide Luc. c. 4. v. 40 [q]. & Matth. 9. 18. Marc. 5. 23 [r].

33. *Et*, &c. Καὶ ἀπολαβόμενος] Ità Codices plerique legunt [†]. Ipse *verò cùm abduxisset*, Be. Pi. i. e. ab illorum manibus acceptum abduxisset. Nam ex antecedente intelligitur consequens, Hebræorum more. In Complut. edit. legitur, καὶ ἐπιλαβόμενος [t]. [Unde sic vertunt;] *Et cùm apprehendisset*, Er. sim. Vulg. vel, *assumpsisset*, V. ¶ *Seorsum*] Nè ostentabundus videretur. ¶ *Misit digitos suos in auriculas ejus*] Quasi terebrans eas [v]. Sæpe Christus externo aliquo signo inaspectabilem efficaciam velut spectandam exhibebat. Ità, digitis in aures immissis, irrigatâque linguâ, testatum fecit se eum esse cujus vi clausi meatus quasi perterebrarentur, & lingua palato adhærescens motum recuperaret [x]. ¶ *Et exspuens*, &c.] In digitum suum, &c [y]. Vide infrà 8. 23. & Joh. 9. 6. ubi cæci similiter per salivam sanantur. Nec aliò hoc referendum mihi videtur quàm quò superiora, ut hoc quoque indicio ostenderetur, ab ipso Jesu prodiisse hanc salutiferam virtutem, cùm nihil adventitium affecto corpori præter ea quæ ipsius Jesu erant propria [z]. Hoc non erat causa naturalis curationis, illius tamen similitudinem refert: nam, quia balborum lingua præ oris siccitate palato faucibúsque adhærescit, Christus salivâ suâ eam humectat, & mobilem ac volubilem reddit [a].

34. *Suspiciens in cœlum*] Matt. 14. 19. Marc. 6. 41. Hoc signo referebat ad Patrem operis gloriam [b]. ¶ *Ingemuit*; ità Pi. Ἐστέναξε] *Suspiravit*, Be. Non ob difficultatem operis patrandi, aut à Patre impetrandi, &c [c]. sed miserans, ut credibile est, humani generis labores [d]. Al. *Clamavit*: hâc enim voce reddunt Hellenistæ Heb. שוע, Job. 31. 38. & שוע, Job. 24. 12 [*]. ¶ *Ephphetha*, &c. Ἐφφαθά, ὅ ἐστι, Διανοίχθητι] *Ephphatha, quod est, Adaperitor*, Be. Pi. &c. Heb. הפתח, Syr. אתפתח [f]. Imperativus est Chaldaicus, *Apertus esto*, h. e. Apertas & audientes habeto aures [*]. Scribo אפתח. Scriptum fortè erat ἐφφαθά, unde postea factum ἐφφαθά: τὸ *adaperitor* pertinet tam ad os quàm ad aures [g]. Omnia sensuum impedimenta velut vincula quædam sunt: unde etiam פקח, & גלוי עינים, dicitur qui oculis rectè utitur, Exod. 4. 11. Num. 24. 4. & ἀνοίγεσθαι de oculis dicitur Mat. c. 9. v. 30. & 20. 33. Joh. 9. 14, 17, &c. & 10. 21. & 11. 37 [h]. Quæ phrasis Syriaca est, eáque apta, nec longè petita, quâ oculi cæcorum clausi atque obstructi aperiri dicuntur, cùm tegmenta illa recluduntur [i]. Quare & hoc loco potest non minùs ad Linguam quàm ad Aures referri; quanquam propriè, ut jam sequitur, διανοίγεσθαι Auribus convenit; λύεσθαι, Linguæ. Sed solent ista per abusionem misceri. De ore quidem id sæpe loquendi genus reperias, ut Psal. 38. 14. & 39. 9. & (juxta Aq. & Sym.) Prov. 31. 8. Hæc autem vox *Ephphata*, simul cum Saliva, & Tactu aurium ac linguæ, ex hoc Christi facto ad Baptismi ritus postea translata sunt, ut significaretur, non minùs interna mentis impedimenta tolli per Spiritum Christi quàm in isto homine sublata fuerant sensuum impedimenta. Nam & Cor dicitur *aperiri*, Act. 16. 14. eique Aures tribuuntur, ut alibi vidimus [k].

35. *Apertæ sunt*, &c.] Antè obstructæ carne, aut pravis humoribus, vel certè læsæ, quæ non magis officio fungebantur quàm si de industria clausæ essent [l]. ¶ *Vinculum*, &c. Ὁ δεσμὸς, &c.] Ità & morbus δεσμὸς dicitur, Luc. 13. 16 [m]. Impedimentum. Hærebat lingua, quasi vinculis retenta. ¶ *Loquebatur rectè*] i. e. expeditè & perfectè [n].

36. *Quantò*, &c.] Ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον] *Quantò autem* (sub. *magis*, V. Bru.) *eis præcipiebat*, (scilicet ut celarent rem [o],) *tantò* (vel, *multò*, Bru.) *magis* (vel, *abundantius*, V. Cùm περισσότερον per se sit comparativum [p], abundat τὸ μᾶλλον [q], figurâ Græcis usitatâ [r]; ut in illo Euripidis, ἐν Ἑκάβῃ, Θανὼν δ' ἂν μᾶλλον εὐτυχέστερος: quæ tamen emphasi non caret [†], & h. l. additur exaggerandi causâ [t]: quare accipio acsi scriptum esset, πολλῷ περισσότερον, *multò magis* [v], subaudi, *quàm si ille non prohibuisset* [x]; quæ ellipsis in hujusmodi generibus dicendi est omnibus linguis usitata [y].) *prædicabant*, Vulg. Bru. &c. *Sed quò magis ipse*, &c. Er. Ità ὅσον esset comparativum, quod non placet [z], quia hoc est contra morem Græci & Latini sermonis [a]; omnino enim dicendum esset ὅσῳ [b], deinde subjungendum esset τοσούτῳ [c], ut appareret esse ἀπόδοσιν [d]. Est ergò ὅσον particula indefinita [*], vel adverbium, vel certè nomen [f]. *Sed quantumcunque ipse eis interdixisset*, Tre. Be. Di. ex Sy. sic Scul. *multò magis* hoc *prædicabant*, Tre. Be. Cur à Syri (quem Tremel. vertit, *quò magis ipse admonebat eos*. Boder. *quantò magis*, &c. sed neutrum placet: vertendum, *quantum ipse*, &c. nam במאר nihil est nisi *quantum* & *quamdiu* [g],) & Latini interpretatione hîc recedendum sit causæ nihil video. Nam ἀπόδοσιν in hoc genere loquendi silentio omitti frequentissimum est, etiam apud Latinos auctores; & potest ea satis intelligi ex sequente comparativo: ὅσον autem dicitur suppressâ voculâ, quæ sæpe supprimi solet, κατὰ. Nam καθ' ὅσον ità usurpatur Heb. 3. 3. Μᾶλλον περισσότερον, tale est [quale,] μᾶλλον διαφέρετε, Matth. 6. 26; μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον, Marc. 5. 26; περισσοτέρως μᾶλλον, 2 Cor. 7. 13. Ostendit hic locus veritatem proverbii, *Gloria fugientem sequitur*. Impletum hîc illud Esa. 35. 6. *Præconium faciet lingua muti* [h].

37. *Et*, &c. Καὶ ὑπερπερισσῶς, &c.] Id est, ὑπερμέτρως, *superabundanter* [i]. Ità ὑπερπερισσεύειν dixit Paulus [k]. *Et supra modum percellebantur*, &c. Be. Pi. Rursus dictum impersonaliter: subintelligendum οἱ ἄνθρωποι qui ista audiebant [l], omnes, non soli illi qui hunc adduxerunt [m]. Ità & infrà, φέρουσι, 8. 22. ¶ *Bene omnia fecit*] Confer Ecclus 39. 16 [n]. Subest Antithesis; q. d. Impii ergò & maligni sunt Pharisæi, qui factis ejus obtrectant [o].

CAP. VIII.

1. CUM, &c. Παμπόλλου ὄχλου ὄντος] *Cùm multa omnino* (vel, *admodum*, Er. Il.) *turba esset*, Be. Pi. Sy. &c. Facit hoc ad miraculi amplificationem [a].

2. *Nec habent*, &c. Ut olim, cùm manna datum est, Exod. 16 [b].

3. *Deficient*; ità Be. Pi. Ἐκλυθήσονται] Respondet hæc vox Hebrææ עטף, [lege עטף] ut Thren. 2. 11, 19 [c]. *Peribunt*, V. Ad verb. *Exsolventur*: quòd in deliquio animi nervi resolvantur: alioquin, ἐκλύεσθαι etiam *dissipari* declarat, ut Matth. 9. 36 [d]. [ubi collectanea nostra vide.] ¶ *De longè* (Obliti omnium, præ eo quo in Jesum ferebantur ardore [*],) *venerunt*, Ἥκασι] *Veniunt*. Enallage temporis, pro, ἦκον. Potest etiam verti, *Venerant*, ut hæc sint verba Evangelistæ. Similis Ætiologia occurrit Joh. 4. 9 [f]. Alii legunt, ἥκασι [g]. Hanc lectionem tuetur veterum Interpretum auctoritas [h]. Sed ἥκουσι verius puto [i].

Margin notes (left column): v Li. ho. in dec. chorog cap. 7. p. 54. &c. — x Tres Hi. — y Be. sim. Bru. Pi. — z Be. — a Bru. — b Be. — c Rev. Di. — d Ham. sim. Rev. Di. — * Ham. sic Rev. — f Di. — g V. — h Sch. — i Be. — k Be. sic G. — l Be. — m G. Be. — n G. — o Be. — p G. — q Bru. — r G. — † Bru. — t Be. — v Bru. — x G. — y Bru. Ham. — z G. — a Bru. — b G. — c Bru. — d G. sim. Bru. — * Heinf. — f Gua. — * V. — g D. — h G. — i Canin. disq. c. 10.

Margin notes (right column): k G. — l Bru. — m G. — n Bru. — o Bru. — p Scul. ex. 2. 103. — q Scul. ex Be. sim. Bru. — r Be. — † Be. — t Bru. — v Be. — x Be. Bru. — y Be. — z Be. — a Scul. — b Be. — c Be. sic Scul. — d Be. — * Scul. sim. Be. — f Be. — g Di. — h G. — i Be. — k G. — l Idem. — m Bru. — n G. — o Bru. — a Bru. — b G. — c G. — d Be. — * Bru. — f Pi. — g Q. in Camer. — h G. — i Camer.

4. *Unde*, &c.] Πόθεν τούτους,&c?] *Unde istos quispiam possit hic satiare panibus*, &c ? Be. Pi. &c. q.d. vel panibus; ut de obsonio taceamus [k]. Πόθεν ἄρτων, supple λαβόντων, *Unde acceptis panibus alere eos possimus?* Vide Matth [l]. *Unde*, quo ex loco: nam in solitudine erant [m].

6. *Gratias agens*, Εὐχαριστήσας] *Cùm gratias egisset*, Be. Pi. *Et benedixit*, Sy. & Ar. in Di. Unde liquet, in his scriptis εὐλογεῖν & εὐχαριστεῖν idem esse, quare v. seq. pro εὐχαριστήσας est εὐλογήσας [n].

7. *Jussit apponi*] Ità G. Εἶπε, id est, ἐκέλευσε ut ante diximus [o].

8. *Sustulerunt quod*, &c. Περισσεύματα κλασμάτων] *Reliquias* (vel, *Quod superfuerat*, Er. Il. Be. Pi.) *fragmentorum*, Tre. ex Sy. Περισσεύματα, μερίδας, *partes*, apud LXX Neh. 8. 10. quæ distribui pauperibus solebant [p].

10. *Dalmanutha*] Ità Syrus, Arabs, (nempe editionis Erpenianæ: at Arabs in Polyglot. Lond. habet *Magdala* [q].) Latinus, & præstantissimi Codices, & Græci scriptores ad hunc locum. Quare, quod alii Libri pridem habuerunt Μαγεδάν (quod plerosque Codices habuisse scribit Augustinus [r]: aut μαγδαλά, ut quidam Græcus Codex habebat †:) aut Μαδεγαδὰ [t], (prout est in vetustissimo nostro & alio præterea Codice [v],) interpretamentum est ex Matthæo [x]. Pro *Dalmanutha* in Matthæo est *Magdala* [y]. Vel ergò idem locus erat binominis [z]; vel *Dalmanutha* est nomen regionis; *Magdala*, urbis [a]. Al. *Dalmanutha* fuit locus aliquis particularis intra limites Magdalenses [b]. Christus hic per sortem Rubenis venit in sortem Manassis; indè per sortem Gadis in sortem Danis, infrà 27. nè quam partem terræ inter Jacobi posteros olim divisæ omittat [c].

11. *Exierunt*] Domo scilicet [d], ad eum, i.e. venerunt ad Jesum *; eo nempe consilio ut eum aggrederentur: vel ex antecedente intelligitur consequens [f]. ¶ *Cœperunt conquirere*, &c. Συζητεῖν αὐτῷ] *Altercari* (vel, *Disputare*, Val. Er. V. &c.) *cum eo*, Be. Pi. de miraculis ejus [g]. Mos antiquissimus disputandi per interrogationes. Hinc πλείω ἐρωτήματα in Sophismatum numero ponit Aristoteles. Vide & Luc. 2. 46. Hinc factum ut συζητεῖν dicatur *disputare* [h]. ¶ *Signum de cœlo*] i. e. Miraculum quod supernè veniret, ut scirent num in cœlo haberet potestatem aliquam [i], & num Doctor esset à Deo missus [k]. *De cœlo*, ad exemplum Mosis, Josuæ, Eliæ, Esaiæ [l]. Videri volebant cum cœlo commercium habere, quamvis sceleratissimi essent [m].

12. *Et*, &c. Καὶ ἀναστενάξας, &c.] *Et ingemuit spiritu suo*, Sy. Ar. Tre. sim. Mo. Er. Il. P. Be. Pi. i. e. intra se [n]: animâ seu mente suâ [o]: ex intimo corde ipsisque animi penetralibus [p]. *Suspiria duxit ab imo pectore*, ut loquuntur Latini Poetæ. Nam πνεῦμα hoc loco est *animus humanus*. Vide quæ ad Matth. 5. 3 [q]. Intus æstuabat, ob eorum infidelitatem [r], & perversitatem incurabilem †. ¶ *Quid* (vel, *Cur*, Be. Pi.) *generatio ista* (hoc hominum genus [t],) *signum quærit?* Vel, *requirit?* Be. Pi. &c. q. d. Nulla causa est, tot signis suppetentibus [v]. Non tam interrogat, quàm expostulat de tanta pervicacia [x]. *Hæc generatio*, quæ non solùm indignissima est editione miraculorum, sed & quæ tenax erat traditionum & doctrinarum suarum, etiam contra evidentiam miraculorum [y]. [Id quod Cl. Autor exemplo ostendit.] ¶ *Amen dico vobis si*, &c. Εἰ δοθήσεται, &c.] *Si dabitur*, &c. Er. Il. Mo. P. Be. Pi. &c. sub. *puniat me Deus*, Pi. sim. Be, Er. vel, sub. *habear mendax*, D. sim. Be. Est formula jurandi Hebraica [z]. Al. Aposiopesis est [a], præ indignatione [b]. Al. *Non* (vel, *Quòd non*, Æth. Tre.) *dabitur*, &c. Sy. Pers. Ar. Æth. Tre. In uno Codice legitur, οὐ δοθήσεται [c] vel, *si* pro *non* [d]; εἰ δοθήσεται, ut Psal. 131. 2: εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν & 132. 3. εἰ εἰσελεύσομαι ubi malè nunc in Græcis Codicibus εἰ omittitur, quod apparet ex membro sequenti, καὶ εἰ ἀναβήσομαι. Subticetur, quæ plenam orationem faceret, ἀρὰ (*maledictio*.) Quod & Deus ἀνθρωποπαθῶς imitatur, Psal. 89. 35. & 95. 11. *Si dabitur ——signum*; repete ἀπὸ τοῦ κοινοῦ quod præcessit, *è cœlo* *.

15. *Et*, &c. Καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς] *Et* (vel, *Tunc*, Tre. P. Be. Pi. &c.) *præcepit* (vel, *edixit*, Be. vel, *interdixit*, Pi.) *eis*, Pers. Æth. Er. Il. &c. Disertè monebat eos [f]. ¶ *Videte*, &c. Ὁρᾶτε, βλέπετε, &c.] *Videte, cavete*, &c. Er. Il. Tre. Be. &c. Reduplicatio præcepti ex-

k Bru. ex Be. l G. m Be. n Di. o G. p Heinf. q Li. ho. in dec. chorog. c. 5. p. 38. r Be. † Er. t G. v Be. x G. y Li. ib. z Glaf. gram. 4. 3. 13. 829. sim. Q. in D. a Glaf ib. b Li. ib. c G. d Be. * Bru. f Be. g Bru. h G. i V. k Pi. l Li. ho. m Er. ad v. 12. n V. o Pi. p Bru. ex Be. q G. r Be. † Eru t V. v Bru. x Be. Bru. y Li. ho. z Pi. sim. Bru. &c. a Zeg. sic Be. sim. Camer. b Camer. sim. Be Bru. c Be. d V. * G. f Camer.

aggerationem demonstrat [g]: q. d. *Videte vobis*, i. e. providete, *quod attinet ad fermentum*, &c [h]. Βλέπετε hîc valet, *cavete*, ut Mar. 12. 38. Phil. 3. 2. ¶ *Et fermento Herodis*, Ἡρῴδου] Ità prisci Interpretes. Quare quod alii habent, Ἡρῳδιανῶν, ex annotatione natum est. Vocatur autem Herodianorum dogma *Herodis*, quia Herodi honorem deferebat qui Messiæ debebatur: quos partem fuisse Sadducæorum alibi diximus [i]. Matthæus habet, *& Sadducæorum* [k]: unde apparet Herodianos à Sadducæis parum differre [l]. Pro eo Marcus habet, *Herodis*, qui illorum fautor erat, & in quo exemplum vitæ Sadducaicæ relucebat [m]. Hinc colligunt, *Herodianos* in sectariis Judæorum censendos: sed alia loci mens. Pharisæi *signum requirebant*, Marc. 8. 11. Herodes quoque *cupiebat ipsum videre*, Luc. 9. 9. quia *multa de ipso audiverat*, Luc. 23. 8. Hæc & in Pharisæis, & in Herode, notat Dominus; itaque suos à præpostero hoc affectu cavere jubet, &c [n].

17. *Nondum*, &c? Οὔπω νοεῖτε] *Nondum animum advertitis?* Pi. sic Er. V. vel, *perpenditis?* Be. sim. Bru. sub. *ista*, Be. quæ à me & fiunt & dicuntur [o]. Reprehendit eorum incogitantiam, quòd non attenderent, &c. Minus est νοεῖν quàm seq. συνιέναι: nec enim quicquid consideramus, statim intelligimus [p].

18. *Non videtis*, &c?] Alibi perversitas notatur obstans docilitati; hîc verò ἀπροσεξία. Cùm verba mea vestris auribus insonent, miracula præstringant oculos, neutra in animum admittitis [q]? ¶ *Nec recordamini?*] Sub. *beneficiorum meorum*, V.

19. *Fregi*] Id est, distribui, ex Hebraismo satis noto [r].

20. *Quot*, &c? Πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων] Ad verb. *Quot sportarum complementa* (vel, *plenitudines*, Bru.) *fragmentorum*, Be. Sy. *Quot sportas fragmentis plenas*, Be. Pi. sim. Tre. P. Ca. Pers. Ar. Verùm id est, πόσας σπυρίδας πλήρεις κλασμάτων. Fatendum ergò, hunc locum ex iis esse qui Latinè exprimi non possunt †. *Quot sportas ex reliquiis fragmentorum*, Er. Il. Ti.

21. *Quomodo*, &c? Πῶς οὐ συνίετε;] *Quomodo* (sub. *igitur*, Pi. & sub. *hæc*, Be. Pi. vel, sub. *potentiam meam*, V.) *non* (vel, *nondum*, Vulg. οὔπω legitur in 4. vet. cod [t].) *intelligitis?* Pi. q. d. Quî fit ut tam manifesta non intelligatis [v]? Verba admirantis simulque expostulantis [x].

22. *Ut illum tangeret*] Manibus suis [y].

23. *Eduxit eum extra vicum*] Bethsaidam intelligit [z]: quam κώμην vocat ex antiquo more, quanquam nuper jus oppidi acceperat, ut testatur Josephus, [cujus verba vide in G.] unde *oppidum* Johannes [1. 44.] appellat [a]. Indignos Christus Bethsaidenses judicat qui testes essent miraculi, & mox nè narrari quidem ipsis miraculum permittit, ob eam scilicet contumaciam, de qua alibi conqueritur [b], & ob quam Christus Væ illis denunciaverat, Matth. 11. 21 [c]. ¶ *Impositis manibus suis*, Αὐτοῦ] *Ipsi*, Bru. sic Be. Pi. i. e. ejus oculis ex collat. v. 25. ¶ *Interrogavit*, &c. Non ignorans, sed ut adstantes doceret, sibi notum esse quòd nondum perfectè videret; idque suæ non impotentiæ, sed voluntatis, esse [d].

24. *Et*, &c. Καὶ ἀναβλέψας] *Et oculos tollens*: quo sensu ἀναβλέψας habuimus ter suprà *. *Et recepto visu*, Er. V. sic Ham. vel, *Et cùm sustulisset oculos*, V. Bru. scilicet qui priùs clausi erant. Utrumque enim significat ἀναβλέπειν, *oculos attollere*, ut hîc; & *visum recipere*, ut mox [f]. Vox hæc de cæcis usurpari solet; tunc autem significat *recuperationem visus*, ut Matth. 11. 5. & 20. 34. Marc. 10. 51, 52. Luc. 7. 22. & 18. 41, &c. Sic & Luc. 4. 18. Quare & hîc ità intelligi par est [g]. Sed ἀναβλέπειν hîc non declarat visum recuperare, necdum enim visum receperat, nisi tenuiter admodum, sed exprimit ipsum cæci gestum, oculos intendentis, & explorantis an eum recuperâsset [h]. ¶ *Video*, &c. Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα περιπατοῦντας] Hæc est germana lectio, quam habent Complut. editio, & Codex meus vetustissimus, quam & Vulgatus sequitur [i]. [Sic vertunt;] *Cerno homines instar arborum ambulantes*, Be. Pers. sic Ar. Æth. vel, *ambulantium*, Sy. *Video filios hominis sicut arbores, qui ambulant*, Tre. q. d. Video homines esse, quia ambulant; & similes esse arboribus, quia erecta sunt staturâ [k]. Potuit motum hominum percipere, non formam [l]. [Alii tamen aliter legunt:] Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας [m]. [Hanc lectionem plerique sequuntur:] *Video homines, nam,* vel

g Bru. sim. Camer. h Camer. i G. k Bru. l Caf. m Bru. n Pet. in Wal. o Eru. p Eru. ex Be. q G. r G. † Scul. in ex. 2. 104. t Be. v Idem. x Le. Eru. y Bru. z Eru. a G. b G. sim. Li. chron. p. 39. c Li. ib. d Eru. * G. f V. g Ham. h Be. i Idem. k Tremel. l Be. m Er. sim. V.

vel *quoniam* (vel, *certè*, V.) *instar arborum ambulantes*, P. Pi. sic Er. Il. Ti. Mo. Ca. Hunc non paulatim seu momento sanabat, ut solebat, sed sensim, & guttatim, tum ut documentum daret liberæ suæ dispensationis, tum quia hujus fides imperfecta fuit, unde non ipse rogavit Jesum, sed alii pro eo, suprà 22. Jesus autem potentiam suam illius fide moderabatur, acsi dixisset, *Fiat tibi secundùm fidem*. Quare, cùm cœcus sentiens virtutem Christi, &c. perfectiùs crederet, mox perfectè sanatus est [n].

25. *Et cœpit videre*] Legit, καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι, ut est in meo cod. vetustiss [o]. Fieri potest ut altera lectio [quæ hîc sequitur,] adjecta sit ab eo qui vim impositarum secundò manuum voluit exprimere [p]. Καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι] *Et fecit ut visum reciperet*, Er. sic Ham. &c. Non probo; quia sequitur, καὶ ἀποκατεστάθη. Itaque inanis esset hæc battologia, Marci brevitati minimè conveniens. Malim, *Fecitque ut* denuò (repetito πάλιν, ut antè) *oculos attolleret*, i. e. iterum jussit ut exploraret an perspicue cerneret: τὸ ποιεῖν valet h. l. autorem esse rei faciendæ, sicut & Act. 3. 12 [q]. ¶ *Et restitutus est*] Ità Mo. Be. Er. &c. nempe sanitati [r]. Vide suprà 3. 5 [†]. ¶ *Ità ut*, &c. Καὶ ἐνέβλεψε (Ità de se Paulus, Act. 22. 11 [†].) τηλαυγῶς ἅπαντας] *Et intuitus est* (vel, *denuò videbat*, Er. Il. quasi esset ἀνέβλεψε, ut est in 5 vet. exempl. & Complut. edit [v].) *pellucidè*, sive *dilucidè* (vel, *procul*, sive *eminus*, *& dilucidè*, P. Be. Pi. nam τηλαυγῶς componitur ex τῆλε, *eminus*, & αὐγὴ, lux, vel *splendor* [x].) *omnes*, Mo. P. Be. Pi. &c. scil. homines præsentes [y]: vel, *omnia*, Sy. Tre. Pers. Æth. Vulg. Ca. Nam ἅπαντα habent quidam Codices [z]; ità unus MSS. & meus vetustiss. Codex [a]. Quare hæc lectio præferenda videtur [b].

26. *In domum suam*] Videtur in agro habitâsse [c]. ¶ *Et si*, &c. Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ] Non aliter legerunt Syrus & Arabs [d]. *Neque in vicum* (vel, *vicum illum*, Be. Pi. nè videatur generale hoc interdictum [*]:) *ingrediaris*, *neque dixeris* (sub. *hæc*, Be. Pi.) *cuiquam in vico*, Er. sic Ti. Il. Camer. Be. Pi. Val. V. At quînam potuit loqui in vico, nisi regressus esset in vicum? Quare posterius membrum abundare videtur, (& in uno Codice deest, ut contrà prius membrum in meo cod. vetustiss.) nisi pro, ἐν τῇ κώμῃ, legas, ἐκ τῆς κώμης: quod tamen nusquam reperi [f]. Locum qui multis obscurus est visus perspicuum facit intellecta ἔλλειψις. Sensus enim est, μηδὲ εἴπῃς τινὶ τῶν ἐν τῇ κώμῃ, scilicet οἰκούντων, (*habitantium*.) Non modò vetat eum ire in oppidum, sed & si quis oppidanorum alibi ei fiat obvius rem narrare prohibet [g]: tum nè ægrorum multitudine opprimeretur, ibique detineretur [h]; [tum aliis de causis quas vide ad v. 23.] De articuli reticentia ante præpositiones diximus ad Mat. 22. 30 [i].

29. *Tu es Christus*, Ὁ Χριστός] *Ille Christus*, Er. Be. Bru. Videtur autem Petrus in hujus historiæ recitatione magnificam illam promissionem à Christo sibi factam modesto silentio prætériisse, cùm quicquid erat in quo culpari ipse posset apertissimè narraverit: quam formam narrandi bonâ fide secutus est Marcus [k]. Sed Petrus aut Marcus minimè præteriturì essent illud, *Tu es Petrus*, si Ecclesiæ Christianæ fundamentum in his verbis situm esse existimâssent [l].

30. *Nè cui dicerent de illo*] Vel, *de se*, sub. *id*, Be. illud, *Christum se esse* [m], ex collat. Mat. 16. 20. Luc. 9. 21 [n]. Nam veri Doctorem & Prophetam se dici ab Apostolis volebat; Messiam verò se esse paucis dixit, nolens id ipsum publicè vulgari ante triumphatam mortem [o].

31. *Reprobari*] Ut inutilem & perniciosum [p]. Ἀποδοκιμασθῆναι] Allusio ad locum Psal. 118. 22 cujus sæpe meminerunt Christus ejúsque Apostoli. Ibi in Hebræo est מאס, quod Hellenistæ modò vertunt, ἀποδοκιμάζειν, modò, ἐξουθενεῖν. Habuit ἐξουθένωσις suos gradus; ad summum autem pervenit eo tempore cùm Christus à Synedrio, tanquam indignus Judæi nomine, traditus est Romanæ potestati [q]. ¶ Et, &c. Καὶ μετὰ τρεῖς, &c. *Et post tres dies*, Er. Vulg. &c. *Et tribus post diebus*, Be. *Et tertio post die*, Pi. D. sic V. scil. ab occisione. ut habet Matthæus. Nulla est ambiguitas in sententia, quam Christus sæpe explicat [r], [sed tantùm in verbis & modo loquendi.] Vide quæ ad Mat. 27. 63 [†]. Illud, μετὰ τρεῖς, &c. non esse, *post tres*, &c. sive 4. die, constat ex Mat. 27. 64. *Jube muniri—in tertium usque diem*. Quid igitur? Dico Hebraismum esse ב, quod propriè respondet τῷ ἐν, *in*, interdum valet μετὰ, *post*: idque, vel ità ut res post tempus exactum, ut Deut. 4. 46. & 9. 4. Esa. 20. 1. vel ità ut intra ipsum, ut Lev. 12. 6. geri dicatur. Non ergò mirum Evangelistas ב modò per ἐν, modò per μετὰ, expressisse. Addo, disertiores etiam Græcos μετὰ sæpe pro ἐν & εἰς usurpari, ut Odys. χ' μνηστῆρσιν ἀπεσσύμενος μετὰ δαῖτα, i. e. ἐν δαιτί· vel potiùs, μεταξὺ δαιτὸς, *inter prandendum*. Sic Eurip. Bacchis, τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ τὰ πολλὰ μεθ' ἡμέραν τελεῖς, i.e. *interdiu*; quod & in Aristoph. & Plut. reperies. Apparet igitur μετὰ non semper declarare consequens tempus, sed etiam interjectum, & adhuc vigens. Quare מקץ וגו', *A fine septem annorum*, quod Græcus interpres vertit, μετὰ ἑπτὰ ἔτη, dicitur de ipso anno septimo, eóque vel penè peracto, ut eo loco; vel inchoato, ut Deut. 15. 1. Græci autem hoc exprimunt, vel per μετὰ, ut jam diximus; vel per ἐν, ut Marc. 15. 29. vel per διὰ, ut Deut. 15. 1. Mat. 26. 61. Marc. 14. 58. vel per εἰς, ut in Æschine, εἰς ἕκτην ἡμέραν πραχθήσεται. Igitur μετὰ τρεῖς idem est quod ἐν τρισὶν, vel διὰ τριῶν, vel εἰς τρίτην, i. e. τρίτῃ ἡμέρᾳ· ut explicatur Mat. 16. 21. Pariter ut vox *ante* apud Latinos usurpatur, ut cùm dicimus præcisè, 3. 4. 5. *Nonas*, *Idus*, *Calendas*, i. e. *ante Nonas*, &c. ut loquitur Tacitus, l. 12. τὸ *ante* non excludit diem ipsum Nonarum, &c. sed significat diem 2. 3. vel 4. ante Nonas, &c. Sic & *annos* 10, i.e. ut explicat Priscianus, ante 10 annos, *natus* dicitur qui decimum ipsius annum agit [t]. Eruditissimis his notis hoc tantùm addo, *post tres dies* esse, *postquam tertius dies advenerit*: nam etsi dictum fuisset, *quum tres dies impleti erunt*, non quartus, sed tertius tantùm, dies denotatus fuisset: ut Luc. 2. 21. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ, non est 8 diebus exactis, sive 9. die, nam dies 8. erat tempus circumcidendi. Sic Act. 2. 1. Ἐν τῷ συμπληροῦσθαι, &c. Vulg. *Quum complerentur*, &c. Beza rectè, *Quum advenisset*, &c. Quum ergò compleri dicuntur dies in Scriptura, non id intelligitur de impletione horarum diei, sed numeri ipsorum dierum. Sic completi sunt & dies 8 ad circumcisionem numerandi, & dies 50 à Pascha ad Pentecosten, cùm dies 8. vel dies 50. advenisset. Sic etiam tres dies à sepultura Christi ad resurrectionem numerandi rectè impleri dicuntur, quum 3. dies advenisset. Ex Hebraismo hoc est, ubi מלא, *impleri*, ità usurpatur, ut Gen. 50. 2, ubi מלא [bis positum,] semel per πληρῶσαι, semel per ἐνταφιάσεως, vertitur à o'. ut intelligamus, impletos tum dici dies, quum numerum suum sunt consecuti [v]. Hoc addam, Non malè ab Hebræis dici solere, *Deum beneficia sua cumulatiùs implere quàm verba fuerunt*. Intra triduum præstare quod exacto triduo facturum te promiseris, bonitatis est laudandæ, non accusandæ vanitatis. Nam in promissis tempus adjicitur, nè seriùs fiant, non nè citiùs dicto. Atque ità aiunt Judæi liberationem ex Ægyptiaca servitute promissum post annos 400; præstitam post 200, & quod excurrit [x].

32. *Et*, &c. Καὶ παῤῥησίᾳ] *Et palàm*, Ar. Vulg. Non placet, quia soli Discipuli jam aderant [y]. *Et libertate*, Mo. *Et liberè*, vel *audacter*, Er. V. Camer. q.d. constanti animo, ostendens se non timere mortem, aut abhorrere, sed desiderare [z]. *Et apertè*, Er. Il. Tre. P. Be. Pi. Ca. &c. בגלא Syrus rectè, *fine involucris*, παροιμίαν οὐδεμίαν λέγων, ut Johannes hanc vocem explicat, i. e. λόγῳ ἀδογματίστῳ, simplici ac nudâ oratione, non per figuras, ut antè Joh. 2. 19. & 3. 14. & 6. 51. παῤῥησίαν eodem sensu est apud Dionem [a]. Sermone minimè obscuro & ambiguo, ut Joh. 16. 29 [b]. ¶ *Verbum*, Τὸν λόγον] *Istud verbum*, i. e. rem istam [c], de qua disserebat [d], i. e. de passione sua [*].

33. *Vade retro me*] Cujus versionis sensus est, q. d. Nè me præeas, (quod facit qui præceptorem reprehendit,) sed sequere, ut discipulum decet [f]. Atqui ὕπαγε non sign. *vade*, (id est, βάδιζε, vel ἴθι) sed, ἄπιθι, *abi*, sive *discede* [g]. Ὕπαγε ὀπίσω μου] *Abi post me*, Ca. facesse ex meo conspectu [h], tanquam à Regno Dei alienus. Non hoc dicit ut eum abigat, sed ut doceat, sese modulo suo metiri [i].

34. *Convocatâ turbâ*] Vel, *advocatâ*, Bru. sim. Be. Pi. quæ eum sequuta erat, reverita tamen, nec ausa propiùs accedere & interpellare secretiùs agentem cum Discipulis [k].

35. *Salvam*, &c. Σώσει] *Servabit*, Be. Pi. εὑρήσει (*inveniet*)

n Bru. o Be. p G. q Be. r Camer. † G. t Idem. v Be. x Bru. ex Be. y Bru. z G. a Be. b G. c G. d Di. * Be. f Idem. g G. h Bru. i G. k G. ad v. 30. l Be. m G. sim. Bru. Be. n Be. o G. p Bru. q G. r Bru. † G.

t Be. v Di. x G. y Be. sim. Er. z Bru. a G. b Be. c Bru. d Be. * Sch. sim. Zeg. f Be. g Be. ex Er. h Ca. sic Be. i Be. k Bru.

veniet). Matth. cap. 10. v. 39. ubi quæ notata vide[l].

38. *Qui*, &c. Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με] Pro, ὅπις ἂν ἐπαισχυνθῇ. Sermo ἀνακόλουθος· sequitur enim, καὶ ὁ υἱὸς——ἐπαισχυνθήσεται· quæ verba constituunt consequens connexi. Confer Mat. 6. 11[m]. *Qui enim erubuerit me*, Mo. P. Tre. *Nam quemcunque puduerit mei*, Er. Il. Be. Ca. Pi. Sy. *Quicunque erubuerit confiteri me*, Ar. Dicunt quidem Latini, *erubescere aliquem*, sed sensu longè alio, pro eo quod est, *revereri*: atque eo modo αἰσχύνομαι cum casu quarto Græci usurpant. Hîc autem est ἐπαισχύνεσθαι, *agnoscere aliquem nolle quòd abjectæ ejus sortis nos pudeat*; quomodo & Paulus usurpat, Rom. 1. 16. Est autem in hac Christi oratione insigne ἀντίθετον· nam ex adverso respondent homo quilibet, & Christus; non agnoscere, & non agnosci; status Christi humilis, & status gloriosus; mundus hic perversus, & sancti Angeli[n]. Ἐπαισχυνθῇ με, dicitur per Hebraismum[o]. Imò Græcismus est. Retinent enim apud Græcos Passiva sæpe Accusativum objecti acquisitivum. Sic Aristot. *Quis est idoneus ad amicitiam?* Ὁ πλεῖστα ἀδικεῖσθαι δυνάμενος, *Qui plurimas injurias tolerare potest*. Sophocl. Δέλτος ἐγγεγραμμένη ξυνθήματα, *Tabulæ inscriptæ dispositiones*, h. e. Testamenta, i. e. cui inscriptæ sunt dispositiones. Et, quod propius ad rem, Aristophanes αἰσχύνομαι τὰς ἐμαυτοῦ ξυμφοράς· *pudet* me *mearum calamitatum*; & cum Dativo, αἰσχύνομαι τοῖς αἰσχροῖς· *pudet* me *turpium*: ἐπαισχύνομαι τῷ ὀνόματι, *pudet* me *nominis*[p]. ¶ *Adultera*] Id est, idololatrica[q], Matth. 12. 39. Ità meritò vocatur mundus, i. e. major pars humani generis, ob defectionem ab uno vero Deo & ejus cultu, Joh. 17. 25[r].

[l] G. [m] Pi. [n] G. [o] Q. in Sch. [p] Sch. [q] V. [r] G.

CAP. IX.

1. ET *dicebat illis*] Miror hoc comma in quibusdam Codicibus inchoare novam sectionem, cùm rectiùs adhæreat præcedentibus; quomodo divisionem instituisse videntur Græci[a]. ¶ *De*, &c. Τῶν ὧδε ἑστηκότων] Id est, παρόντων· *Qui hîc adstant*, i. e. adsunt. Ἑστηκέναι, pro εἶναι, ut Marc. 11. 5, 25. Act. cap. 7. v. 55[b]. ¶ *Regnum Dei* (i. e. Typum Regni Dei[c],) *veniens*, &c.] *Regnum Dei* vocat tempus illud quo Deus, Evangelio patefacto, Regnum suum veluti inchoaturus erat à resurrectione Christi[d]. Al. Exprimitur hîc adventus Christi in vindicta & potestate sua, ut perdat incredulos Judæos*. Dies autem istius Judicii & Vindictæ describitur, ut adventus Christi, Joh. 21. 22. Heb. 10. 37. ut adventus ejus in nubibus, Apoc. 1. 7. in gloria cum Angelis, Matth. 24. 30. ut inthronizatio Christi & Apostolorum, Mat. 19. 28. Luc. 22. 30. ut *dies Domini magnus & tremendus*, Act. 2. 20. 2 Thes. 2. 2, 3. ut consummatio mundi, Jer. 24. 24. Mat. 24. 29, &c. ut *ultima tempora*, Esa. 2. 1. Act. 2. 17. 1 Tim. 4. 1. 2 Pet. 3. 3. istius scilicet [Judaicæ] Urbis & œconomiæ, ut initium Novi Mundi, Esa. 65. 17, 2 Pet. 3. 13[f]. ¶ *In*, &c. Ἐν δυνάμει] *Cum potentia*, V. Be. Pi. Per vim Spiritûs Sancti[g].

2. *Post dies sex*] Ità Er. vel, *Sexto post die*, Be. Pi. ut suprà 8. 31. Sexto die ab eo quo Dominus sermonem præcedentem habuerat, & quidem sub vesperam, imminente scilicet nocte, quæ diem seq. auspicabatur, unde Lucas dicit, *ferè octavo post die* hæc evenisse, numerans citam diem quo sermo ille habitus est[h], [quem Marcus h. l. excludit.]

3. *Splendentia*; ità Er. Στίλβοντα] *Coruscantia*, Be. Pi. *Nitentia*, quasi scintillas lucis emittentia[i]. Vox hæc de stellis dicitur[k]. Ἐξαστράπτοντα Lucas, *fulgurantia*[l]. ¶ *Qualia*, &c. Οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι] *Qualia non potest fullo in terra* (i. e. nullus prorsus fullo[m]: vel, *super terram*, D.) *dealbare*, Be. Pi. *Quàm candida nullus in terris fullo fecerit*. Non dissimile loquendi genus apud Horatium, ——*animæ quales neque candidiores Terra tulit*[n]. Forsan illud, ἐπὶ τῆς γῆς, verti possit, *per terram*, sive *cum terra*; quâ scilicet fullones dealbare solent[o]. Titinnius apud Nonium, ——*terra hæc est, non aqua, Ubi tu solitus argutarier pedibus, Cretam dum compescis, vestimentáque lavas*. Nam cretâ dealbabant vestes[p]. Et in Theoph. charact. de viro sordidè avaro, πολλὴ γῆ

[a] G. [b] Be. [c] V. [d] Be. * Li. ho. p. 32. [f] Li. ho. p. 18. [g] G. [h] Be. [i] Camer. [k] Camer. sic G. [l] G. [m] Bru. ex Be. [n] G. [o] Ham. [p] D.

est *plurimum* hujus *terræ*. Nec repugnat præpos. ἐπὶ, quæ sic ferè sumitur, Act. 3. 16. ἐπὶ τῇ πίστει, i. e. διὰ, *per fidem*, velut medium: 1 Cor. 8. 11. ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, *tuâ scientiâ*: Phil. 1. 3. ἐπὶ πάσῃ, &c. *cum omni memoria vestri*. Quanquam neque hæc per omnia conveniunt, quum in illis sit Dativus, hîc verò Genitivus[q].

6. *Non—sciebat*, &c.] i. e. Non considerabat[r], quid sibi dicendum esset †. ¶ *Exterriti*; ità P. Be. Pi. &c. Ἔκφοβοι] Eadem vox Heb. 12. 21[t]. Præ metu apud se non erant, ὑπὸ φόβου ἐξίσταντο· id valet ἐκ[v]. In edit. Complut. est ἔμφοβοι[x].

8. *Et statim*; ità Mo. Æth. Ἐξάπινα] *Repentè*, Er. Il. Tre. P. Be. Pi. &c.

10. *Et*, &c. Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτοὺς] *Et* (vel, *Igitur*: non tam copulat quàm continuat[y]: sub. *ipsi*, Il. P. Be. Pi.) *verbum hoc* (vel, *hanc rem*, i. e. historiam transfigurationis[z],) *tenuerunt* (vel, *retinuerunt*, sive *continuerunt*, Ar. Ca. Be. &c. non sine vi quadam & labore hoc reticuerunt[a],) *apud sese*, Er. Mo. Sy. vel, πρὸς ἑαυτοὺς, potest referri ad sequens συζητοῦντες, hoc modo, *Ipsi igitur hanc rem continuerunt, mutuò inter se quærentes*[b]. [Sic & Ti. *At verbum hoc retinuerunt, inter se disputantes*,] ¶ *Quid esset*, &c.] Generalem resurrectionem, (ut Martha, Joh. 11. 24. tum ex traditione majorum, tum ex apertissima Christi doctrina[c], [quidni addatur, tum ex variis V. T. locis, quæ etiam Judæi eo sensu intelligebant, ut suis propriis locis antè annotatum est]) sperabant[d], qualis tamen ea futura esset non satis intelligentes: At in hoc ævo aliquem verè mortuum in vitam reverti posse, in mentem ipsis venire non poterat. Quare sequitur aut qui à Prophetis & Christo resuscitati erant hactenus eorum animas non putaverint planè fuisse ἐν ᾅδῃ, h. e. à corpore separatas; aut id quoque, ut alia multa ante ubertatem Spiritûs S. per incogitantiam ipsis in oblivionem verterit. Vide & infrà 33*. Pharisaicis opinionibus imbuti de terrestri Messiæ Regno[f], non poterant capere quod dixit de peculiari sua resurrectione jam brevi futura[g], & quis tunc foret rerum status: ut obscuræ sunt omnes prædictiones donec evenerint[h].

11. *Dicentes*, *Quid*, &c. Ὅτι λέγουσιν] *Dicunt*, Ti. Æth. [quasi redundaret ὅτι.] *Quòd dicunt*, Mo. *Cur* vel, *Quare*, Ar. Pers. Tre. Be. G. Sch. Pso. &c. Sic Heb. כי valet *cur*, Esa. 29. 16[i]. Sic infrà v. 28[k]. Hoc Hebraisinis Marci annumerandum[l]. At Græcis hoc non est insolitum. Aristoph. Plut. 1. 1. v. 19. ἣν μὴ φράσῃς, ὅτι τῷδ' ἀκολουθοῦμέν ποτε, *Nisi dicas tandem, cur hunc sequamur*[m]. Hom. Odys. τ'. 464. ἐξερέεινον ἕκαστα, Οὐλὴν ὅττι πάθοι, *interrogârunt singula, quare cicatricem passus sit*[n]. Sed vertendum potiùs, unde *cicatricem haberet* *. Τὸ ὅτι pro τί[o] vel, pro διὰ τί[p], sive διότι[q]. Lexicon vetus, ὅτι, *quia, quamobrem, quo pacto, quare*[r]. Al. Quid est *quòd dicunt*, Er. Ante ὅτι subauditur, τί ἐστιν, *Quid igitur est*, scilicet causæ, *quòd dicunt*. Quædam exempl. teste Stephano hîc habent, τί ὅτι, quod occurrit & Act. 5. 9. τί ὅτι, &c. *Quid est quòd convenit inter vos* †.

12. *Elias—restituet omnia*] Ità Er. Il. P. Be. Pi. Mo. &c. Μιμητικῶς recitat dictum frequens in ore Legisperitorum; quod certo sensu verum esse concedit[t]: Concessio, q. d. Verum quidem est quod illi dicunt, Eliam, &c[v]. Certè quidem dicitur, quòd ubi venerit Elias dabit operam ut omnia restituat[x]. Ἀποκαθιστᾷ] *Restituit*, V. Ti. Bru. Præs. pro futuro[y]. *Ut præparet*, Sy. *Ut confirmet*, Pers. *Ut restituat*, Tre. *Instauraturus*, Ca. *Constituet*, Di. ex Vulg. ἀποκαθιστάνειν autem non solùm pro השיב, *reddidit*, *restituet*; sed etiam pro הציג, *collocavit*, הושיב, *sedere & permanere fecit*, הקים, *constituit*, סמך *fulcivit*, *stabilivit*, usurpatur: est enim efficere ut res sit in suo recto loco & statu. Ità hoc loco sensus est, Baptistæ munus esse, ut omnia Dei promissa in suo jam statu & loco posita esse doceat*. ¶ *Et*, &c. Καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ] *Et* (vel, *Sed*, Tre. sub. *dixit ipsis*, Camer. ut repetatur ἀπὸ κοινοῦ, εἶπεν αὐτοῖς[z]· quod durum & insolens videtur[a]. Vel, sub. *scitis*, nempe ex meis verbis, Marc. 8. 31[b].) *quomodo* (vel, *quemadmodum*, Er. Pers. vel, *etiam*, Æth. vel, *ut*, sive *sicut*, Tre. Sy.) *scriptum est de filio hominis*, (vel *in filium hominis*, Mo. vel, *super filium*, sive *filio*, &c. Be. Pi. Sic Herod. initio Thaliæ, *Cyrum enim eum esse qui ad Amasin* ἐπὶ τοῦ θυγατέρα, *super filia legatos miserit*:

[q] Ham. [r] Bru. † Be. [t] G. [v] Be. sim. Bru. [x] Be. [y] Bru. [z] Bru. ex Be. [a] Be. [b] Idem. [c] G. [d] G. sim. Be. Bru. * G. [f] Be. [g] Bru ex Be. [h] Bru. [i] G. [k] G. ex Be. Sch. [l] G. [m] Sch. [n] Sch. ex Be & Pso. * Ga. ps. 203. [o] Pso. 72. 77. [p] Bru. ex Be. [q] Sch. [r] Pso. † Pi. [t] G. [v] Be. [x] V. [y] Bru. V. * Di. [z] Sch. [a] Be. [b] Sch.

ferit [c]: H[s]. est, nam Heb. על valet, *super* [d].) *ut* (vel, fore *ut*, Pers. vel, oportet *ut*, Tre. Be. Pi. Ellipsis verbi (ante ἵνα) sic supplendi ex collat. Marc. 8. 31. & Luc. 9. 22 [*]. vel, sic eveniet *ut*, V.) *multa patiatur, & condemnetur*, Ti. vel, *contemnatur*, Er. sic Pers. *reprobetur*, Sy. vel, *pro nihilo habeatur*, Tre. sim. Mo. Æth. Bru. Supple, *eodem modo & Eliæ accidet*; i. e. pro eo ut honoretur pro meritis suis, reprobabitur & occidetur: nè itaq; miremini si idem & mihi obtingat [f]. *Filius hominis* est Messias, quomodo eum appellat Daniel. Ἐξουδενωθῇ, ut modò diximus, Hellenistis idem est quod ἀποδοκιμασθῆναι, & convenit cum illo Esaiæ, בזוה נפש, 49. 7. Si verum est *Eliam omnia restituturum*, i. e. quemadmodum Legisperiti interpretantur, effecturum ut à populo omni Judaico Messias gratis animis accipiatur, quomodo igitur constabit fides aliis vaticiniis quæ ostendunt fore ut Messias *multa patiatur* (quod apertissimè dicit Esaias) *& rejiciatur à primoribus populi* (quod David διὰ τύπε significavit:) imò cur Messias dicitur *Filius hominis*, quod nomen sortem abjectam indicat? Simili modo πῶς sumitur Matth. 22. 45 [g]. Πῶς hîc sumo pro ὡς, vel ὅπως· quanquam phrasis sic etiam obscura est, nec ullibi mihi lecta [h]. Malim sumi pro ὅτι, ut Marc. 2. 26. *Annon legistis quid fecerit David*, & πῶς (*quomodo*, i. e. ὅτι, *quòd*) *intraverit*, &c. neque enim de modo intrandi agit, sed de re ipsâ; quòd intravit. Sic Marc. 5. 16. *Narraverunt*——πῶς ἐγένετο, *quomodo factum fuerat*, pro, τὸ γενόμενον, *quod factum fuerat*. Sic dicere solemus, *Audi quomodo loquatur*, i. e. quid loquatur. Ità & hoc loco, πῶς γέγραπται, est, τὸ γεγραμμένον. Sensus est, Elias præcursor erit Messiæ, & omnia quæ promisit Deus stabiliet suóque in loco constituet; etiam hoc ipsum quod de Filio hominis scriptum est, quòd multa patietur, &c. quod sanè egregiè præstitit, ubi digito eum demonstrans dixit, *Ecce agnum Dei qui tollit peccata mundi*; q. d. Ecce eum qui peccata mundi instar agni portans, multa patietur, occidetur, & pro nihilo habebitur. Accuratè transtulit Arabs, *Tunc dixit eis, quòd Elias jam venit primùm, & rectificavit omnia, & quod scriptum fuit de filio hominis, quòd patietur multa & reprobabitur*, i. e. hoc etiam rectificavit, quod de passionibus Filii hominis scriptum erat: quia nempe non rectè de ea re judicabant Judæi. Potest tamen sic verti, ——*restituet omnia, & quemodo scriptum sit de filio hominis*, i. e. inter cætera hoc etiam restituet, quomodo de passionibus Christi scriptum sit, id palàm, clarè, & rectè, docebit. Id præfero, quia propriam & genuinam τοῦ πῶς significationem retinet [i]. In quodam vet. cod. pro, καὶ πῶς, scribitur καθὼς· sed mallem legi, καὶ καθὼς, & *sicut*; quia conjunctio necessariò hîc requiritur [k]. Ἵνα h. l. non est τελικὸν, (*finale*,) sed εἰδικὸν, (*specificativum* [l],) valétque, *quod* [m]; Periphrasis enim est infiniti. Sic usurpatur Matth. 5. 29. & 18. 6 [n]. 3 Joan. 4. Apoc. 13. 13. & aliunde [o]. Sic ὅπως, in Sophocle, δεῖ σ' ὅπως παλαιὰς δείξῃς ἐν ἐχθροῖς σθένος· & ὄφρα in Homer. Il. α. Ἦ ἐθέλεις ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας, pro, Ἦ ἐθέλεις αὐτὸς ἔχειν γέρας [p]. Sed tanto [de hoc loco] molimine opus non erit, si sic distinguas, *Et quomodo*, vel *quid, scriptum est de filio hominis? Fore ut multa patiatur, ac ludibrio exponatur*. Nihil simplicius [q].

13. *Sed dico vobis*] His verbis contradicit Assumptioni [r]. ¶ *Et fecerunt illi*, &c.] Imò inquit, tantum abest ut Eliæ operâ omnes Judæi sint ad obedientiam Messiæ debitam perducendi, ut ipse qui Elias dicitur debuerit à Judæis atrocissima perpeti †. ¶ *Sicut scriptum est de eo*, Ἐπ' αὐτόν] *Super eum*, Pi. Phrasis insuetatior, i. e. pertinens ad ipsum [t]. *De eo*, vel, 1. Filio hominis, cui Elias hac in parte similis factus est: vel, 2. Eliâ, i. e. Johanne [v]. Sed ubi Scriptura aliquid dicit de persecutionibus Johannis [x]? Resp. 1. Ubi de Elia [y]. Cùm Baptistam *Eliam* vocet Propheta, hoc ipso intelligi datur non defuturos ipsi Achabos & Jezabeles [z]. 2. Pertinet hoc ad præcedens membrum. Locus sic distinguendus, (ut rectè notat Rob. Stephanus) Ἠλίας ἐλήλυθε (καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλησαν) καθὼς γέγραπται, &c. Venturum autem Eliam disertè dicitur, Mal. 4. quod & de Johanne exponitur, Luc. 1. 17. Ut sit nobile συγχύσεως [*confusionis*, in sententiis] exemplum, qualia multa in S. S. occurrunt [a]: [ut suis locis notatum.]

14. *Ad discipulos*] Reliquos scilicet, quos reliquerat ascendens cum tribus in montem [b]. ¶ *Conquirentes*, &c. Συζητοῦντας αὐτοῖς] *Disputantes* (vel, *Altercantes*, P. Be. Pi. sim. Ca.) *cum iis*, Tre. Er. Il. Ti. sic Sy. Pers. &c.

16. *Interrogavit eos*] Discipulos videlicet, vel salutatores. Legit αὐτούς, ut est in meo cod. vetustissimo [c]. Γραμματεῖς] *Scribas*, Be. Pi. Ità legunt Sy. & Ar [d]. ¶ *Quid*, &c. Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς] *Quid disputatis*, vel *altercamini, inter vos?* Be. Pi. sic Vulg. Legit Vulgatus, ἐν ὑμῖν, ut habet meus cod. vetustissimus [*]. Al. πρὸς ἑαυτοὺς [f]. Al. πρὸς αὐτοὺς, ut habet editio Frobeniana [h], & Syrus: Discipulos intelligunt, quod omnino exigere videtur v. 14. suprà [i]: *ad*, vel *apud, ipsos*, i. e. vel, vos ipsos; vel Discipulos meos [k]. Vel, *adversus illos*, sive *cum illis*, Er. V. Sy. in Di. Camer. Arabs, *Quid quæritis ab illis* [l]? Discipulis [m].

17. *Spiritum mutum*] i. e. Qui puerum reddit mutum [n]. Metonymia effecti, ut, *pallida mors* [o].

18. *Ubicunque eum apprehenderit*; ità Mo. Tre. sic Be. Καταλάβῃ] *Corripuerit*, Er. Il. Ca. &c. i. e. invaserit: non enim continuè eum vexabat, sed per intervalla [p]: malum hoc erat periodicum [q]. ¶ *Allidit* (vel, *Prosternit*, Tre. ex Sy. Di ex Ar. Pers.) *eum*] Ità Ar. terræ scilicet [r]. Ῥήσσει αὐτόν] *Lacerat eum*, Er. Il. P. Ti. Be. Ca. Pi. At quomodo discerpsit eum, si postea superesset †. Sed referendum hoc ad internum dolorem viscerum, quæ, spiritu illum invadente, ut in colico dolore fit, quasi discerpi videbantur. Cicero dicit, se *dolore suo lacerari* [t]. Ῥήσσειν & σπαράσσειν, pro quo Marcus suprà 1. 26. & hoc loco bis dixit σπαράσσειν, distinguit Lucas, 9. 42 [v]. Puto ῥήσσειν esse, *solo allidere* [x], quomodo accepit Syrus & Latinus. Et Tertul. illud Matth. 7. 6. Μήποτε ῥήξωσιν ὑμᾶς, vertit, *nè vos evertant* [y]. Ῥήσσω significat, ut *confringere*, vel *lacerare*, Matth. 7. 6. & 9. 17. & *erumpere*, nempe in sermonem, Gal. 4. 27. ità & *contundere*, vel *solo allidere*. Ità sumitur Luc. 6. 49. *Fluvius* προσέῤῥηξεν [z]. [Vide ibi dicta, & Matth. 7. 25, 27.] Ῥήσσειν Hesych. non tantùm exponit, τέμνειν, σχίζειν [a], vel διελεῖν, *dividere & comminuere* [b]; sed & πατάσσειν, κρούειν [c], vel καταβάλλειν, *evertere*, ut hîc v. 22. est, ἔβαλεν [d]. Ità h. l. est, ἐδαφίζειν, *in terram dejicere*. Quò facit, quòd Hellenistæ (quos qui in eadem lingua non consulit, frustrà in his Libris futurus est) pro ἐδαφιοῦσι, Nah. 3. 10. habent, ῥήξουσιν, Esa. 13. 16 [*]. Sic Heb. הרס Græci alibi vertunt, ῥηγνύναι, alibi verò, καταβάλλειν [f]. ut Job. 12. 14. Ezec. 26. 4, 12. & κατασκάπτειν [g]. & נטש alibi ῥηγνύναι, alibi [verò] ῥάσσειν [h], vel ἐδαφίζειν [i], Ezec. 31. 12. Confirmatur hoc ex natura morbi, qui ipsum *in ignem*, vel *aquam, conjecit*, v. 22. eratque Epilepsia [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀφρίζει] Et (sub. *ipse*, Be. Pi. &c. nempe puer [l]: Elipsis est [m].) *spumat*, Vulg. Sic Er. P. Be. &c. *Ità ut spumet*, V. sic Ca. *Et spumare facit eum*, Æth. Ar. Spuma indicium vehementer ferventis intus mali, ut stridor dentium [sequens] intolerabilitatis [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τρίζει, &c.] *Et stridet dentibus suis*, Er. P. Be. Pi. &c. Heb. חרק [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ξηραίνεται] Hæc vox mirificè torsit Interpretes [p]. *Et arescit*, Er. Il. P. Ti. sic Be. Pi. Æth. Ar. *Unde fit ut totus arescat*, V. *Et tabescit*, G. sic Bru. Ca. יבש, ut Zach. 11. 17 [q]. Potest hoc referri, vel, 1. ad spiritum; tunc vertas, *& abit*, sive *evanescit*: ut ξηραίνεσθαι idem sit quod Heb. נסע, quod Hellenistæ reddunt modò ἐξαίρειν, *recedere*, aut *abire*, ut Gen. 35. 5. Exod. 9. 4. modò & ξηραίνεσθαι, i. e. *abire*, vel, *non apparere*, ut Zach. 10. 2. Vel, 2. ad ἐνεργούμενον, sive afflictum; tunc vertas, *Et deficit*, ut λιποθυμίαν, vel ἀναισθησίαν, innuat sic aut designet; ut ξηραίνεσθαι idem sit quod יבש, ut passim in Psalmis, Ἐξηράνθη ἡ καρδία μου &c [r]. ¶ *Et non potuerunt*] Ità insultant quasi victores, & quasi vana esset potestas quam Discipuli gloriabantur se à Christo accepisse, quia, nisi ipso præsente, & Dæmonis operâ agente, nihil poterant †.

20. *Et cùm*, &c. Καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν] *Cùm autem vidisset eum*, (vel, 1. Jesus puerum [t]; vel, 2. puer Jesum, i. e. spiritus per puerum percepisset præsentiam Jesu [v]: ἰδὼν masc. non potest referri ad πνεῦμα neutrum [x]. Al. Omnino ἰδὼν construendum est cum πνεῦμα, nimirum κατὰ τὸ σημαινόμενον [y] atque ità apparet Syrum accepisse.) *continuò*, vel *statim, spiritus* (vel, *spiritus ille*, Bru. Pi.) *discerpsit* (vel, *cœpit discerpere*, V.) *eum*, Be. Pi. &c. vel, *vellicavit*, sed cum sensu gravissimo: idem quod ῥήσσειν, nisi de totius corporis convulsione, quæ σπάραγμα vocatur, accipias [z]. Vel, *allisit*, sive *prostravit*,

[Margin, left column: c Be. · d Pi. · * Be. · f Bru. · g G. · h Be. · i Di. · k Be. · l Be. sim. Di. · m Di. · n Be. · o Di. · p Be. · q Heins. · r Pi. · † G. · t Camer. · v Bru. · x Heins. · y Q. in Heins. · z G. · a Heins. · b Bru.]

[Margin, right column: c Be. · d Di. · * Be. · f Bru. · g Q. in Bru. · h Be. · i G. · k Wal. · l Di. · m Camer. Be. · n Bru. ex Be. · o Be. · p Bru. · q Heins. · r Di. · † Heins. · t Be. · v G. · x G. Hc Heins. Di. Ham. · y G. · z Ham. · a Di. · b Ham. · c Di. · d Ham. · * Heins. · f Ham. ex G. · g Ham. · h Di. · i G. Ham. · k Ham. · l Bru. sic Sch. · m G. · n Bru. · o G. · p Heins. · q G. · r Heins. · † Bru. · t Bru. ex Be. · v Bru. · x Bru. ex Be. · y G. f. m. Ga. adv. c. 13. p. 133. · z Be.]

vit, Di. ex Sy. & Ar. eodem modo vertunt quo antè ῥήσσει, nec malè: nam ἀναῤῥήσσειν signif. ut *dilaniare*, ità & *commovere*, *concutere*. Galenus dicit, ἀνασπᾶσθαι τ̃ στόμαχον, &c. *commovere stomachum digitorum aut pennarum immissione*. Sic & 2 Sam. c. 22. v. 8. *Cæli* יתגעשו, *concussi sunt*, &c. ubi LXX, ἐταράχθησαν. Sic Jer. 4. 19. הומה לי, *perstrepit mihi cor meum*; ubi LXX, σπαράσσεται. Hinc apud Hesychium, σπαράσσομεθα, ξεόμεθα, ταρασσόμεθα, *radimur*, *turbamur*. Non malè ergò Vulgatus hîc reddit, *conturbavit illum*, i. e. sic illum concussit, ut in terram concidere coactus fuerit [a]. Syrus legisse videtur ἔῤῥηξεν, Latinus, ἐτάραξεν [b]: ut in 2 vet. cod. legimus [c]. Utrumque ab interpretamento natum videtur [d]. ¶ *Volutabatur*, Ἐκυλίετο.] *Volutabat sese*, Tre. Be. *Volvebatur*, Er. Il. P. Ti. *Calcitrabat*, Sy. *Et contundebat* (vel, *verberabat*, Ar. in Di.) *se*, Di. ex Sy. & Ar. Optimè hîc describitur gestus eorum qui comitiali morbo corripiuntur. Ubi in terram conciderunt, volutant se, & violenter se de latere in latus impellunt, adeóque inter volutandum contundunt se ad solum, & spumant [*]. ¶ *Spumans*, Ἀφρίζων] Videtur Syrus non intellexisse vocem ἀφρίζειν, h. l. & ἀφρὸς, apud Lucam; nisi fortè hîc τρίζων & suprà τρίζει legerit [||]. At Syrus vertit, *Spumat*; sicut & Arabs [†]. Nostram lectionem defendit Lucas; & rei convenit: est enim conjunctum id insaniæ. Vide historiam 1 Sam. 21. & ibi Josephum; item Scriptorem Libri περὶ ἱερῆς νόσου, (*de morbo sacro*,) qui est inter Hippocratea [f]. Quò propinquior salus, eò magis furit Diabolus cupiens obsistere gloriæ Jesu; quam tamen hoc pacto illustriorem reddidit [g].

21. *Ab*, &c. Παιδιόθεν] *Ab infante*, Be. Pi. Bru. *Ab infantia*, Vulg. Quod rectius: est enim παιδία, *pueritia*, *infantia* [||]. *A pueritia*, Glos. Sy. & Ar. in Di. Marcus παιδίον vocat etiam puellam duodecennem, ut apparet suprà 5. 39, 42. נער παιδάριον plerumque vertunt LXX. At illud, quod indidem venit, מנעריו, Gen. 8. 21. ἐκ νεότητος [h].

22. *Si quid potes, adjuva*, &c.] In paucis verbis & fidei aliquid elucet, & id sanè exiguum; quod tamen Christus non aspernatur [i].

23. *Ait illi, Si potes*, &c. Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι] Ἑλληνικὸς λόγος, quem optimè supplebis addito ζωὴ ἔσται σοι. *Confidere, si modo id potes, erit tibi saluti*. Ità infrà, *fides tua servavit te*: nisi malimus τὸ hîc redundare, quomodo fermè Luc. 22. 2 [k]. [Certè non pauci id in Versionibus suis negligunt:] *Si tu potes credere*, Tre. ex Sy. sim. Ca. Pers. τὸ non legit Vulg. nec Syrus, nec Codex meus vetustissimus [l]. At maximo consensu habent exempl. reliqua [m]. Existimârunt Vulg. & Sy. vacare τὸ, & solummodo indicare id quod dictum est; sicut Luc. 22. v. 4. *Quærebant*——*Scribæ* τὸ, πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν· & v. 23. *Cœperunt disquirere*—— τὸ, τίς ἄρα εἴη, &c [n]. *Illud si potes*, &c. Er. Ti. V. *Illud, si potes*, Mo. *Hoc possum, si potes credere*, J. Cap. *Si potes hoc credere*, P. Be. Pi. sub. *fiet*; Ellipsis consequentis. Neque enim putandum est, consequens hujus connexi contineri verbis sequentibus, sed potiùs rationem ad probandam sententiam præcedentem, prout supplevimus, hoc modo, Omnia fieri possunt credenti: Ergò, si potes hoc credere, fiet tibi [o]. Ità τὸ ponitur pro τοῦτο [p], (quod quidem in carmine ferri possit [q], at in soluta oratione durum est [r];) & per trajectionem regitur à πιστεῦσαι [†]. Verùm subjunctúmne, an præmissum, non indicat. Si legit, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι τὸ, proculdubio pro τοῦτο ponitur: at si, εἰ δύνασαι τὸ πιστεῦσαι, vertere licet, *si potes credere*; ut τὸ nihil nisi ipsam credendi actionem denotet, ut Philip. 1. 29. *Dedit vobis*— τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, —καὶ τὸ—πάσχειν [s]. Τὸ pro τοῦτο Poeticè ponitur, inquit Scholiastes Demosthenis; imò Atticè, teste Budæo. Demosth. βουλοίμην ὑμᾶς τὸ περὶ τοῦ εἰ ποιητέον τὴν εἰρήνην, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ ποίαν τινα. Idem Philip. 3. καὶ τὸ τὸ ποιῆσαι καὶ μὴ ποιῆσαι. Idem pro corona, εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος ὁτοσί, οὐκ ἂν ἀπώλετο. Idem ad Midiam, τὰ καὶ τὰ πεποιηκὼς ὁ δεῖνα. Thucyd. 3. ἐν τοῖς πλείστοις καὶ τοῖς, i. e. ἐν τούτοις, Schol. Idem. 7. πλείων δὲ ἢ ἀνάγκη ἦν τοῖς Ἀθηναίοις ἐς τὰς ναῦς, ὅτι φόβος ἦν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος οὐδενὶ ἐοικώς, καὶ διὰ τὸ, ἀνώμαλον καὶ τὴν ἐπὶ γῆν ναυμαχίαν ἐκ τῆς ἀναγκαίου ἔχειν. Plato Euthydemo, Πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα καλὰ οἱ λόγοι ὑμῶν ἔχουσιν, ἐν δὲ τοῖς καὶ τοῦτο μεγαλοπρεπέστερον. Lysias, νῦν δὲ περὶ μὲν δὴ καὶ ὑμᾶς ἀκούσαι καὶ μοι καλεῖ καὶ τὸν Steph. dialect. 11 [*]. Potest autem τὸ referri, vel, 1. ad sequentia, [ut jam dictum,] *Hoc si potes, nempe credere*: ut dicunt Græci, τὸ, μηδὲν ἄγαν. Vel, 2. ad præcedentia, ut respondeat, *Dixit ei*; nempe illud quod audies [v]: ità τὸ regitur ab εἶπεν, & valet, τοῦτον τ̃ λόγον· sic vertas, *Dixit ei illud, Si potes*, &c. Vel potiùs, τὸ in vertendo omittendum, (ut aliàs in vertendo præteriri solet ὅτι, quum servit mimesi,) & pron. relativum supplendum, sic, *Dixit ei, Si potes* hoc *credere* [x]. Articulus, τὸ, id quod sequitur notat, δεικτικῶς [y]. Al. Potest locus sic distingui, τὸ, εἰ δύνασαι, πιστεῦσαι· ut sit elliptica oratio, sensúsque sit, *Credere à te exigitur, si tu quidem id possis*. Sic Christus reponit homini sua verba, ἐκ τὸ εἰ δύνασαι· q. d. *Tu mihi dicis, Si quid potes*; *Ego verò tibi dico, Si tu potes, crede: sic te juvabo*. Vel cum Arabe [pro τὸ] legendum τί, hoc modo, τί, εἰ δύνασαι; πίστευσον· q. d. *Quid tibi vis cùm dixisti, Si quid potes? crede tu tantummodo*. Ità πίστευσον erit Imperat. vocis Mediæ pro πίστευε, non verò Infin. vocis Activæ [z]. Vel locum sic distinguas, *Dixit ei, Si potes? crede tu*. Τὸ accipitur τεχνικῶς, & præsupponit materiam de qua agitur, nempe quæstionem de potentia Christi, de qua h. l. dubitat pater pueri, quum reliqui omnes dicere solerent, *Domine, si vis, potes*, &c. ut non mirum si Christus ei exprobret incredulitatem suam. Πιστεῦσαι pro Accentu potest esse vel Aoristus primus vocis Mediæ, vel Infinitivus Activæ, subaudiendo δεῖ, vel μέμνησο· ut frequenter fieri solet [a]. Arabs locum sic vertit, *Dixit ei Jesus, Quis hic sermo tuus, quicquid potes?* i. e. Quid hoc sibi vult, quod dixisti, *si quid potes?* dubitandum non est de mea potentia. Videtur legisse, τί λέγεις, εἰ τὶ δύνασαι [b]; vel, τί τὸ εἰ δύνασαι; vel τί legit pro τὸ, & negligit vocem πιστεῦσαι [c]. ¶ *Omnia possibilia sunt credenti*] Omnia effici possunt (à Deo scilicet) in usum confidentium [†]. Omnia possum facere in gratiam credentis [||]. Potentiam omnem quasi reponit in fide postulantis [*]. Non pendet Christi potestas à nostra, sed sæpe vult ut beneficentiam suam antecedat nostra fides. Quod Deus narrat futurum, sive credas, sive non, fiet: quod autem Deus promittit beneficium, non promittit nisi sub conditione fidei, cui idcirco salus tribuitur, &c [†].

24. *Credo*,—*adjuva incredulitatem meam*] Quod fiduciæ meæ deest, bonitate tuâ supple. Nam ut augmentum fiduciæ ab Jesu speraverit, & quidem subitò, vix credibile est [d]. Fides mea valde infirma est, & potiùs incredulitas nominanda videtur [*].

25. *Cùm videret Jesus concurrentem*, Ὅτι ἐπισυντρέχει ὄχλος] *Quòd simul accurreret turba*, Bru. sic Be. Ti. id ipsum videlicet Jesum, eventum exspectans [f], magno impetu, ut mutuæ oppressionis periculum esset [g]. Ἐπισυντρέχειν est, ὥστε συντρέχειν ὥστε ἐπικεῖσθαι αὐτῷ, *sic ut præ violentia populi nihil ampliùs cum patre pueri agere possit*. Hæc enim est emphasis præpositionis ἐπί [h]. Particulâ ἐπὶ puto Motum ad locum significari, ut sensus sit, *concurrere ad ipsum*; quomodo sumpsit Syrus [i]. ¶ *Surde & mute*] Sic vocat ab effectu [k]. Exprobrat illi malitiam, quâ opera Dei vitiat [l]. ¶ *Et ampliùs nè introeas*, &c.] Id ideo, quia incursus iste Dæmonis, ad exemplum lunatici morbi, sua habebat intervalla [m]; & quia novit Satanæ ingenium, quòd reverti vellet, &c [n].

28. *Quare*, &c. Ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν, &c?] *Quia nos non potuimus ejicere eum?* Mo. *Cur*, vel *Quare, nos non*, &c? Sy. Pers. Æth. Tre. P. Be. Ti. Ca. Er. &c. Sic ὅτι sumi in Homer. Odyss. probatum ad v. 11. cui addo Il. 1. (qui locus luculentior est [o]:) Ὅς κ' εἴποι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων, *Qui dicat, Phœbus cur tantopere irascatur* [p]. Ὅτι est vel pro διότι, ut est in uno Cod. MSS [q]. vel, pro διὰ τί [r], ut loquitur in hac sententia Matthæus, 17. 19 [†]: vel, pro τί ὅτι [t], ut est in uno Cod [v]. sive, τί ἐστιν ὅτι [x]; *quid est quod*, &c? optimè [y]: *quid est causæ quod nos non*, &c [z]? Sic suprà v. 11 [a]. Confer cum utroque Matthæi loca [b]. Interrogationem esse patet, quia dicitur, καὶ ἐπηρώτων· & Matt. 17. 10. habetur, τί οὖν, &c. *quid ergò scribæ*, &c? τί, pro διὰ τί, pro more. Arabs hîc vertit, *Quomodo non potuimus*, &c? i. e. πῶς οὐκ, &c? Considerent eruditi annon ὅτι hîc, ut sæpe alibi, vacet, & solummodo indicet id quod rogabant, *annon potuimus nos*, &c? hâc vice scilicet, ut sæpe antehac potuimus. Sed simplicius est ὅτι pro *quare* accipere [c].

30. *Prætergrediebantur*, &c. Παρεπορεύοντο διὰ τ̃ Γαλιλαίας] *Iter faciebant juxta Galilæam*, V. At repugnat διὰ, per:

Marginal notes, left column: [a] Di. [b] G. [c] Be. [d] G. [*] Di. [||] G. [†] Di. [f] G. [g] Bru. [||] Di. [h] G. [i] Idem. [k] Idem. [l] Ee. [m] Be. ex Er. [n] Di. [o] Pi. [p] Pi. in Be. J. Cap. [q] Cap. [r] Di. ex Be. Cap. [†] Pi. sim. Be. [s] Di. [*] Ga.

Marginal notes, right column: [v] Er. [x] Pi. [y] Sch. [z] Cap. [a] Ku. [b] Di. [c] Cap. [†] G. [||] V. sim. Bru. [*] Bru. [†] J. Cap. [d] G. [*] Pi. [f] Be. [g] Bru. [h] Scul. ex. 2. 104. [i] G. [k] Bru. ex Be. [l] Bru. [m] G. sim. Bru. [n] Bru. [o] Ga. ps. p. 203. [p] Di. Ga. ib. [q] Be. [r] G. Di. [†] Di. [t] G. Di. [v] Be. [x] Pi. [y] Ji. [z] Pi. [a] G. Di. [b] G. [c] Di.

per: & non extra Galilæam, sed in ea, fuisse liquet ex collat. Matt. 17. 22 [d]. *Iter fecerunt per Galilæam*, Er. Ti. clàm scilicet, aut celeriter, obiter & in transcursu; id quod præp. διὰ indicat [*]. Quam explicationem confirmant verba sequentia, *nec volebat quenquam id scire* [f]. Al. *Unà iter faciebant per Galilæam*, Be. Pi. Παραπορεύεσθαι hîc idem est quod συμπορεύεσθαι, *unà & quasi ad latus incedere*, vel pro, *adambulare*, sive *ambulando proximè iter facere* [g]. Utinam vir doctiss. id probâsset: nam quod producit Marc. 11. 20. non congruit, nam παραπορευόμενοι ibi est, *quum transirent* [h]. Παραπορεύοντο, i. e. διὰ τῶν ὁδῶν ἐπορεύοντο, *diverticulo ibant, non viâ regiâ*. Solus enim esse cum Discipulis Christus volebat. Est quidem παραπορεύεσθαι interdum *præterire*, aut etiam, cum Dativo, *ad latus alterius ire*. Sed ut qui in eodem sint itinere dicantur παραπορεύεσθαι, i. e. *unà iter facere*, non videtur ἀναλογία pati. Eodem quo hîc interpretor sensu Marcus παραπορεύεσθαι & suprà usurpavit, 2. 23. Nam & ibi Christus per agros privatos, non per viam publicam, iter faciebat. Et sic עבר Græci vertunt, παραπορεύεσθαι, Deut. 2. 18. quanquam alibi eâ voce laxius usi [i]. Παραπορεύεσθαι apud LXX pro עבר, *transire*, passim usurpatur, & interdum significat, *transire præter, secus, juxta*, quod præterire & prætergredi dicimus, i. e. sic transire, ut declines, ut Deut. 2. 18. σὺ παραπορεύῃ, &c. *tu transis hodie terminos Moab*, i. e. prætergrederis, non enim per, sed secus, eos ibant: & Marc. 11. 20. interdum verò, *transire per, pertransire*, ut Deut. 2. 13. unde & apud LXX cum διὰ construitur, Deut. 2. 3. ut h. l. & cum ἐν, quod idem est cum διὰ, Prov. 2. 19. ἐν αὐτῇ, *per eam*. Quin & simpliciter pro הלך, *ire, ambulare*, sumitur, ut Deut. 2. 8, 14. Prov. 2. 19. Sic ergò h. l. verto, *Transierunt per Galilæam* [k].

31. *Tradetur in manus hominum*] Puto rectè referri posse ad promissionem Dei Patris, quia dicitur, ἀνθρώπων [l]. Vide dicta ad Matt. 17. 22, 23 [m].

32. *Ignorabant verbum*, Τὸ ῥῆμα] *Hoc dictum*, Be. Pi. Non de morte [n], nam ob eam tristitiâ afficiebantur, Mat. 17. 23 [o]. verba enim clara erant [p], sed [vel, 1.] de modo mortis, violento scilicet, Luc. 9. 45 [q]. [vel, 2.] quo merito, aut quo fine, id fieri possit aut deberet [r], & simul de resurrectione; ut suprà ver. 11 [†]. Non intelligebant quomodo hæc cohærerent cum vaticiniis de Regno Messiæ [t], quod gloriosum fore & brevi ineundum putârunt [v]; aut cum miraculis ejus, &c [x]. ¶ *Timebant*, &c.] Veriti & increpationem, & ex clariore explicatione mœroris augmentum [y].

33. *Domi*] Nempe suæ [z], scil. in qua ipse habitabat [a], ut innuit articulus [b], & collat. Matt. 4. 13 [c].

34. *Quis*, &c. Τίς μείζων] *Quis* (scilicet inter ipsos [d], sub. *futurus esset*, Be. sic Pi.) *major*, Pi. Bru. &c. id est, maximus, primus, ordine, loco, honore, auctoritate [*], nempe in Regno Christi [f]. Id enim tacitâ primùm cogitatione, deinde & verbis, inter se agitaverant: at à Christo invitati ut dicerent quid esset de quo disceptâssent, id quidem tacent, sed generaliùs & honestiùs proponunt quæstionem, Quis in Regno Messiæ maximus esset futurus, nullâ sui factâ mentione [g].

35. *Erit* (vel, *Sit*, sive *Esto*, V. Be. Pi. Bru. nam in quodam exempl. legitur ἔστω [h] · vel, fut. pro imperat. per Hebraismum [i].) *omnium novissimus*, &c.] Hæc erit Regni mei conditio, ut qui maximas obituri sunt functiones, non majora percepturi sint commoda, sed plus toleraturi laboris in aliorum utilitatem. Vide Mat. 20. 26 [k].

36. *Cùm*, &c. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτὸ] *Eoque in ulnas recepto*, Be. Pi. sim. Er. Il. P. Ti. Mo. Ca. Tre. ex Sy. Æth. *Et tenuit illum*, Ar. *Cujus manum prehendit*, Pers. *Amplexatus*, ad verb. q. d. *cùm imbrachiâsset*, i. e. in brachia suscepisset, brachiisve complexus esset [l]. Vide infrà 10. 16. Heb. חבק LXX vertunt, ἐναγκαλίζεσθαι, Prov. 6. 10. alibi, περιλαμβάνειν, ut Gen. 29. 13. 2 Reg. 4. 16. Eccles. 3. 5. alibi, συνέχεσθαι ἀγκάλαις, Prov. 5. 20. Non malè igitur vertitur, *amplectens*. Neque enim erat tam parvus infans ut ulnis gestandus esset, quippe qui vocatus à Christo accurrerit, ut ex Matthæo discimus. Imò Christus puerum *juxta se constituit*, Luc. 9. 47 [m]. [Quod tamen utrumque talibus pueris facilè competit quales in ulnas accipere solemus, ut nulla hîc sit alterius Versionis necessitas.]

37. *Unum ex hujusmodi pueris*] Metaphora ex comparatione. *Pueros* enim vocat qui puerorum instar ab ambitione & similibus vitiis vacant. Vide ad Matthæum [n]. ¶ *Non me suscipit*, &c.] Nempe *solùm*: nam quidam Codices addunt μόνον [o]. Verùm μόνον ex interpretamento adjectum. Sed frequenter solet in hujusmodi bimembri oratione subaudiri, Genes. 32. 28. Joh. 12. 44 [p]. sic & Rom. 4. 9 [q]. Alibi similis ἔλλειψις per *tam* & *quàm* rectiùs exprimitur, ut infrà 13. 11. Joh. 7. 16 [r]. Ità h. l. non tam me recipit quàm, &c [†]. Non tam negativa oratio est quàm correctio [t]. Vel, *non*, pro, *non solùm*, quod in S. S. frequens [v].

38. *In*, &c. Τῷ ὀνόματί σου, &c.] *Nomine tuo*, Er. *Te nominato*. Formula enim erat exorcismi, *In nomine Jesu Nazareni egredere*; ut & in sanationibus, Act. 3. 6 [x]. *Per nomen tuum*, Be. Pi. Bru. τῷ, pro ἐν τῷ [y], ut legitur in duobus cod. & in meo vetustiss. &, ἐν τῷ ὀνόματι, pro, διὰ τοῦ ὀνόματος [z] · appellato nomine tuo [a]. ¶ *Ejicientem dæmonia*] Verè & realiter, idque virtute Christi, ut v. seq. ostendit [b]. ¶ *Qui non sequitur nos*] Non se adjungit nostro comitatui, neque profitetur se tui gregis [c]. Videtur hic neque tam pravus fuisse quàm erant Scævæ filii, neque tamen ità addictus Jesu ut se in ejus disciplinam traderet; sed medio affectu, non malè de Jesu sentiens: id enim significare videntur Christi verba [d]. Qu. Unde potuit quisquam non sequens Christum ejicere Dæmonia? aut unde quisquam ejiciens Dæmonia, non sequi Christum [*]? Resp. 1. Tempus hoc erat Prophetis omnibus celebratissimum, tempus magnæ exspectationis, quo implerentur Visio & Prophetia, & Spiritus effunderetur uberiùs quàm antea. Non ergò mirum, si in instructissima hac mensa, filiis parata, nonnullæ saltem micæ deciderent, &c. Vide Matth. 12. 27. Joh. 11. 51, 52 [f]. 2. Hæc formula, [*In nomine Jesu*, &c. ut antè] sicut in fidelibus omnibus efficax erat ex Christi promissione, quâ de re agemus alibi; ità interdum vim suam habebat etiam per minùs bonos pronunciata, idque ad honorem Jesu, ut ex Origene alibi ostendimus [g]. 3. Discipulus videtur hic fuisse Johannis, qui, ut Baptismum receperat, ità & Dæmonia ejecit, nomine, non *Jesu*, sed *Christi*, aut *Messiæ* illicò venturi; qui etiam *Jesum* non contempsit, sed ignoravit ipsum esse *Messiam*. Talibus autem Deus hæc dona concessit, ut sterneretur via planior recipiendo Messiæ [h]. ¶ *Et prohibuimus eum*] Nè id facere pergeret [i]; non invidiâ, sed improvido in Magistrum studio, similes Josuæ, Num. 11. 28. nondum intelligentes illud quod dixit Paulus, Phil. 1. 18 [k]. Quòd injussus nomine Jesu abuteretur, facultate ab ipso non acceptâ. At eam acceperat hic à Jesu, qui nullam sibi legem præscripserat, quin secretè aut publicè, præsentibus, aut absentibus, dona sua posset distribuere [l].

39. *Et possit citò* (i. e. facilè [m],) *malè loqui de me*; ità Be. Ti. sim. Sy. Ar. Tre. Κακολογῆσαί με] *Maledicere mihi*, Bru. Pi. blasphemare me, ut faciunt adversarii mei [n]. Hoc δυνήσεται moraliter intelligendum [o]. Vix enim reperietur homo tam vanus qui sub idem tempus sit obtrectaturus ei cujus nominis vi adversùm Dæmonas utitur [p]. Tantam impudentiam redargueret res ipsa, & conscientia propria, quia & honorat nomen meum, & ab eo vicissim honoratur [q]. Plus ergò hîc insinuatur quàm exprimitur [r]; quòd scilicet verisimile sit, talem aut credere, aut brevi crediturum fore [†].

40. *Qui enim non est adversùm*, &c. Καθ' ἡμῶν, &c.] *Contra nos, pro nobis est*, Be. Pi. Alii legunt, Καθ' ὑμῶν, &c. (*Contra vos*, &c.) Ità Syrus, Arabs, Latinus, & optimi Codices [t]: & plurima tum manuscripta, tum excusa exemplaria [v]: quare mutari non debuit. Proverbium erat usu communi tritum, quod primâ, an secundâ, an tertiâ, personâ efferatur, nihil refert: nam indefinita oratio est ad quosvis pertinens. Locum habet hoc adagium quoties res aliqua assumptis undecunque subsidiis promovenda est. Quomodo non pugnet cum Mat. 12. 30. vide in inibi annotatis [x]. Illic præcipuè de animo, hîc de opere, hîc de Discipulis præsertim, illic de se, Christus loquitur. Sensus hîc est, Non esse movendum bellum ei qui nos non lacessit: eum qui nihil agit quod vobis obversetur, quod obstet instituto atque officio vestro prædicandi nomen meum & homines Evangelio meo lucrifaciendi, pro vobis esse, vestroque instituto favere, credendum est. Nemo enim præsumi debet malus, nisi contra-

contrarium appareat, & quod agitur in meliorem partem interpretandum est [y]. Celebris est Caii Cæsaris vox, qui *medios* dicebat *sibi suorum numero futuros* [z]. Pompeiani solebant *omnes adversarios putare nisi qui cum illis essent*; Cæsar *omnes qui contra ipsum non essent, suos*. Has duas summorum illorum Ducum pugnantes sententias Christus simul conjunxit, & utrumque verum esse pronunciavit, nempe diverso respectu acceptum. Nam *Christo adversantur qui* quoad animum, studium, & doctrinam, *cum eo non sunt*: Et Christo non adversantur, sed potiùs subserviunt, qui etsi quoad externam sequelam cum Christo non sunt, tamen ejus doctrinam non oppugnant, quales erant Nicod. Joseph. Arimathæus, &c [a].

41. *Quisquis enim*, &c.] Vocula γὰρ videtur aliquam cum superioribus cohærentiam requirere: nec obstat quòd alio tempore Matthæus ista recitat. Nam ut aliis sapientibus, ità Christo sententiæ quædam erant adeò familiares ut eas sæpe repeteret. Dixerat Christus omnibus modis, id est, ut dicitur, velis remisque, promovendum Evangelii negotium. Addit jam, ut id confirmet, etiam minima beneficia à quovis homine, etiam non rectæ fidei, ei negotio impensa suam mercedem habitura, & contrà, non impune laturum qui vel minimum ei negotio impedimentum attulerit [b]. Ità hæc est alia ratio quâ probat Christus illum non prohibendum esse, &c. quia non solùm is rectè facit, sed & qui potum ei porrigit, &c [c]. Sed frustrà quæritur in corpore dissoluto junctura. Matthæus alio loco refert, ubi etiam bene cohæret hæc sententia, quæ h.l. non cohæret, unde constat à Matthæo poni suo loco [d]. ¶ *In nomine meo*, &c.] Meâ causâ, atque ideo quòd mei estis Discipuli & ministri [*].

42. *Bonum*, &c. Καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον] *Bonum esset ei potiùs*, &c. Be. Pi. Συμφέρει αὐτῷ, Matthæus; λυσιτελεῖ αὐτῷ, Lucas: quibus locis μᾶλλον, quod hîc expressum est, subauditur. Neque dubito hîc καλὸν μᾶλλον esse ἄμεινον, quomodo accipit & Syrus. Hebræi enim, quia comparativis carent, eos hoc modo circumloquuntur. Solet autem Marcus ἑβραΐζειν. Sed & Græci ἄμεινον μᾶλλον dicunt; & καλὸν, suppresso μᾶλλον, eodem sensu, ut hîc quoque commatibus sequentibus. Simile est, Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, i.e. μακαριώτερον, Act. 20. 35 [f]. ¶ *Unum*, &c. Ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πισεύοντων εἰς ἐμέ] *Unum ex parvis istis qui credunt in me*, Sch. Vox τούτων inseritur, Matth. 18. 6; in fine ponitur, Luc. 17. 2. Vera Syntaxis hæc est, minimè animadversa hactenus, *unum ex parvis istis credentium in me*: ut non parvis istis tribuatur fides in Christum, sed parentibus ipsorum †.

43. *Si scandalizaverit te*] Vel, *obstaculo tibi fuerit*, sub. *nè salutem consequaris*, V. ¶ *In vitam*] Quam mox interpretatur, *Regnum Dei*. ¶ *Inextinguibilem*, Τὸ ἄσβεστον, ut Matth. 3. 12. αἰώνιον [hîc] Matthæus. Vide Esa. 1. 31 [g].

44. *Ubi* (i.e. In qua Gehenna [h],) *vermis eorum* (i.e. damnatorum [i]: Relativum sine Antecedente, more Hebræorum; vel Ellipsis est τῶν *illuc projectorum*, hinc orta quòd integer locus, Esa. 66. 24. non citetur [k]. Quodnam hîc sit antecedens τῷ *eorum*, hîc obscurum est; at in illo Esaiæ loco, quem Christus hîc indubiè respicit, satis patet †. Αὐτῶν hîc interpretor, ex superioribus, τῶν τὰ σκάνδαλα ἐκ ἀποκοπτόντων, i.e. eorum qui vitiis suis indulgent [l].) *non moritur* (ad verb. *non finit*, vitam scilicet [m],) *& ignis non extinguitur*] Hujus locutionis alibi sunt vestigia [n], ut Sirac. 7. 17. Judith 16. 21 [o]. Unde apparet tritam fuisse inter Judæos sententiam. Ipsa autem verba [hæc sunt] Lxx, Isa. 66. 24. Videtur Propheta primo quidem aspectu significare toto isto vaticinio, quod alibi sæpe, Fore ut Gentes assumantur in populum Dei, qui non secundùm ritus carnis, sed secundùm legem Spiritûs, Deo serviant: Eos verò qui salutares admonitiones contempserint, Judæos scilicet, miserrimè perituros, quia ἕως συντελείας ἐρήμωσις, ut apud Danielem est, adversus eos sit decreta: quæ duabus comparationibus illustratur, *Ignis* quidem, qui Dei iram flagrantissimam & non parcentem significat; vide Deut. 4. 24. Heb. 12. 29. & locum Esaiæ, (ubi de severo Dei judicio agit) 34. 10, &c. cum quibus verbis operæ pretium est conferre ea quæ in Epistola sunt Judæ, 7. Deinde & *Vermis* qui adhærere cadaveribus solet donec planè sint absumpta. Sicut autem excidium Hierosol. & ei annexæ clades manifestissimam prætulerunt generalis Judicii imaginem, ità Christus optimo jure quod de illo tempore dictum est, aptat in perpetua supplicia, quibus describendis ipsa verborum proprietas, quod sæpe in vaticiniis τύπων continentibus observatum jam est, mirè inservit. Nam illud, ὁ τελευτᾷ, &c, ὁ σβέννυται, in Hierosolymitano quidem excidio habet suum sensum pro ratione materiæ restrictum ac limitatum, in pœnis autem vitæ alterius alium κατὰ τὸ πνευματικὸν γινόμενον [p]. Solent Prophetæ ex pœnis hominibus magis notis majores Inferni pœnas adumbrare: id quod facit Malachias, 4. 1. & Esaias, 30. 33. & 34. 9, 10. Ità & h. l. à bellicis cladibus metaphoram sumit, &c [q]. *Vermis* nomine plerique veteres intelligunt peccati conscientiam, quæ reos perpetuò mordet [r].

49. *Omnis*, &c. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται] *Omnis* (vel, Unusquisque, Ti.) *enim* (sub. *homo*, Er. Il. P. Be. Pi. &c. vel, sub. *res* Ar. Tre. ex Sy.) *igne salietur*, *& omnis victima*, sive *oblatio*, *sale salietur*, Mo. Er. Il. P. Be. Pi. &c. *Nam & omnes igne saliendi, & omne sacrificium sale saliendum est*, Ca. Locus hic qui multorum ingenia torsit, multis de mendo suspectus est †. Lectio vulgaris ineptissima est, & portentosum certè est loquendi genus, ἁλίζειν πυρί, *salire igni* [t]. Imò non magis portentosum hoc quàm πυρὶ βαπτίζεσθαι, Matth. 3. 11 [v]: aut πυρὶ καίεσθαι, cujus tamen sensus sæpe occurrit apud Talmudicos: quibus הקריח, propriè, *comburere*, est, *nimiâ salsedine aliquid corrumpere*, ità ut non possit comedi: *igniri sale*. Sic hoc in loco, *saliri igne*, ut non possit corrumpi, aut consumi [x]. [Sed pergat Scaliger.] Marcus scripsit, Πᾶσα γὰρ πυρία, ut mihi dicebat vir incomparabilis Josephus Scaliger: volebat autem πυρίαν vocem esse novam à Marco confictam ad exprimendam vim vocis Hebrææ אשה [z]; ut testimonium hoc desumptum sit ex Levit. 2. 13 [a]. Qui aliquo sensu communi præditus est non poterit non laudare hanc nostram sententiam [b]. Probabilis est valde hæc conjectura. Huc facit, quòd Mandatum illud de saliendis oblationibus adeòque & victimis, ut liquet ex Ezec. 43. 24. typicam habuit significationem, eámque geminam; 1. quæ ad doctrinam spectat: Gentes aliquando Apostolorum prædicatione vitæque inculpatæ exemplo, veluti sale quodam, (nam & illi *sal terræ* vocantur, Mat. 5. 13.) aspergendas fore & condiendas & convertendas, Deóque in hostiam (ut vocantur, Phil. 2. 17. confer Rom. 12. 1.) vivam Deo veluti offerendas. 2. Quæ ad mores: ut sermo noster totáque vita sint incorrupta & integritatis veluti sale condita; quò respicit sequens præceptum, quod Apostolis omnibúsque fidelibus commune est, *Habete in vobis salem*. Confer Col. 4. 6. cum Eph. 4. 29 [c]. Est tamen quod obstat isti Scaligeri conjecturæ. 1. Nè quid [in textu] mutare audeam absterret tanta Codicum consensio [d]: repugnat ei omnium Codicum fides [*]; Syri etiam & Arabis, & Patrum omnium qui hunc locum enarrant. Nec de una litera aut voce, sed de tribus, hîc agitur; expungitur γὰρ, quod ab ineptis hominibus infartum fuisse dicit Scaliger, & mutantur duæ voces, quæ licentia in S.S. non permittenda ||. 2. Vox πυρία neque apud Græcum, neque apud Hellenistam, ullum legitur [f]; אשה autem fermè κάρπωμα vertere solent Hellenistæ [g]. Πυρία *vaporarium* significat, vel, *vas caldarium*, quo provocatur sudor, vel ipsam *sudationem*, nusquam verò *oblationem igniariam* †. 4. In illo præcepto Levit. 2. 13. non comparet vox אשה, sed duntaxat קרבן & מנחה, quæ à Lxx isthic redduntur per δῶρον & θυσίαν, non verò per πυρίαν [h]. 4. Si legas πᾶσα πυρία, cur quæso de ea dicatur tantùm ἁλισθήσεται at de θυσία, ἁλὶ ἁλισθήσεται; Sed si legas πυρί, conferuntur inter se duo saliendi modi, τῷ πυρί, & τῷ ἁλί [i] [de quo statim σὺν Θεῷ. Videamus interea quisnam juxta alios sit hujus loci sensus.] Consensus saltem Scaligero est cum reliquis Interpretibus, Christum [in priore membro] respexisse typicum ignem quo fiebat olim Sacrificiorum ἐμπυρισμὸς, & conjunxisse cum oblatione igniaria salem quo eadem saliebatur ante ἐμπυρισμὸν [de quo agit posterius membrum,] *omnis hostia sale salietur*, id

Marginal notes (left column): y Bru. — z G. — a Cap. — b G. — c Q. in Mal. — d Mal. — * G. — f G. — † Clop. in schola sacrif. p. 207 — g G. — h Bru. — i Bru. Glass. gram. p. 196. sim. Be. — k Be. — † Li. ho. ad v. 49. — l G. — m Pi. — n BA. 2. 4. 28. 631. — o B.A. ib. G.

Marginal notes (right column): p G. — q Mal. — r BA. ib. — † G. — t Scal. in Clop. — v Di. — x Li. ho. — y Scal. in Clop. — z G. — a Cap. — b Scal. — c Cap. — d G. — * Clop. schola sacrif. p. 203. — || Span. in Wal. — f G. sim. Cap. Clop. — g G. — † Span. ib. — h Cap. Clop. — i Di.

[k] Clop. ib. 200 & 202.

id quod ex Sacrificiorum νομοθεσία petitum est [k]. At in clausula priori non alluditur ad ignem Altaris, sed ad ignem in valle Hinnomis, ubi absumebantur cadavera, ossa, reliquaque sordida. Cadavera scatent vermibus, & vice salis qui munit contra vermes, projicientur illi in ignem, & salientur flammis; & tamen vermes non morientur. At is qui vera Deo victima, condietur sale gratiæ ad incorruptionem Gloriæ. Petendus loci sensus ex Esa. 66. & è verbis istis, *quorum vermis non morietur*, &c. Πᾶσα θυσία, inquit Salvator de Sanctis conditis gratiâ: sic Esa. 66. 20. Ἄξουσι τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν —— δῶρον Κυρίῳ, —— ὡς οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὰς θυσίας. Ἀναλωθήσονται πυρὶ, inquit de improbis: sic Esa. 66. 24. *Erunt in igne inextinguibili, & tamen vermis eorum non morietur.* Verba Salvatoris huc tendunt, *Vermis eorum non moritur, nec ignis extinguitur*; nam unusquisque eorum ipso igne salietur, ità ut inconsumptibilis fiat, & in æternum duret torquendus, prout sal tuetur à corruptione [l]. Non necesse est quicquam hîc mutare, cùm non desit ità conceptis verbis [ut communis lectio exhibet] sensus satis commodus, & huic loco, ni fallor, optimè conveniens. Primùm igitur πᾶς hîc est *quivis*, ut Aristophani σίγα πᾶς, σιώπα πᾶς, πᾶς ἔστω. *Sophocles*, Σωῖ γὰρ Θεῷ πᾶς ἐγγὺς καὶ ἀλύεται. Luc. 16. 16. πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται. Deinde verò subintelligendum hîc αὐτῶν ut significetur quilibet eorum de quibus egit hactenus, qui scilicet pravis affectibus indulgentiam præstant. Simile est illud, Luc. 6. 40. κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ· nam & ibi ex præcedentibus subintelligitur τῶν μαθητῶν. Sic Euripides, Hercule Furente, πᾶσι τ' ἀνίσιον πόδα, nempe τῶν παίδων· de quibus egerat suprà: & apud Aristophanem, Avibus, cùm dicit, χωρεῖ δὲ πᾶς τις ὄνυχας ἠγκυλωμένος, subauditur ex præced. τῶν ἱεράκων· & in Pace, πᾶς, scilicet τῶν γεωργῶν· de quibus sermo. Jam verò ἁλίζεσθαι est consumi; quod non de salitis tantùm, ut fert vocabuli origo, sed & de aliis rebus, dicitur: respondet enim Heb. נמלח Esa. 51. 6. *Cœli tanquam fumus* נמלחו, [quod vertunt] Sym. ἀλώσονται, Aq. μεινωθήσεται, Hierosolymitanus יצדיון, *transibunt*. Hinc trita vestimenta dicuntur מלחים, Jer. 38. 11. ad verbum ἁλισθέντα aut ἀλισθέντα. [Vide Synopsin ibid.] Et Chaldæis & Arabibus מלח est, *consumere*. Homero quoque, ἀλιῶσαι, *irritum reddere*. Est autem consumendi modus duplex: Aut enim res tota perit, ut in his quæ igne consumuntur: ignis enim nulli parti solet parcere, sed πάντα ἐξαναλίσκει, ut loquitur Philo: aut, parte aliquâ consumptâ, servatur quod reliquum est, ut accidit in his quæ sale condiuntur. Idem Philo ait *salem carnibus aspergi nè facile corrumpantur*, eúmque esse φυλακτήριον σωμάτων, (*conservatorium corporum*.) Notum illud quod ex Cleanthe Varro dixit, *animam suillo pecori pro sale datam nè putisceret.* Et hujus rei causâ salem in sacris Hebræorum usitatum notavit doctissimus Abarbaniel. Mos hîc, ut & alii, ad gentes quoque manavit. Servius ad 8. Eclogam, *Far pium est mola casta, salsa:* utrumque enim idem significat. Duplicem consumendi modum illustrat Christus noto exemplo duplicium προσφορῶν, i. e. קרבנים. Nam harum aliæ constantes ex pecudum carne totæ quantæ erant in testimonium Divinæ gloriæ igne absumebantur, ità ut superesset nihil; quæ vocabantur ὁλοκαυτώματα· de quibus agitur Lev. 1. aliæ verò è simila sale condiebantur; de quibus vide Præceptorum jubentium 62. eæque peculiariter vocantur θυσίαι· ità enim habet lex Levit. 2. 13. apud LXX. quos Marcus sequitur, Καὶ πᾶν δῶρον θυσίας ὑμῶν ἁλὶ ἁλισθήσεται. Nam vocem מנחה ὁ. non hîc tantùm, sed & alibi, vertunt θυσίαν, ut Gen. 4. 3. Levit. 7. 9. Suidas, Μάννα (rectè monuit doctiss. Drus. legendum μαναὰ) θυσία. Eodem errore μάννα scribitur pro μαναὰ etiam Jer. 17. 26. ut Hi. monet; & Baruch. 1. 10. ut notat Theodoretus; & Jer. 48. secundùm Græcorum editionem. At rectè scriptum legitur Ezec. 45. in fine. Rectè etiam scribitur à Chrys. in secundo ad Theodorum ex Dan. 2. 46. Impios igitur comparat Christus τοῖς ὁλοκαυτώμασι· nam & supra dixerat eos conjici εἰς πῦρ ἄσβεστον· quale erat τὸ πῦρ τῶν ὁλοκαυτωμάτων. Philo περὶ θυόντων, Πῦρ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου (agit de Altari holocaustorum) καυθήσεται διὰ παντὸς ἄσβεστον. Ignis ille solebat tota ὁλοκαυτώματα ἀναλίσκειν quo verbo non Philo tantùm utitur, sed & Theophr. describens Judæorum ὁλοκαυτώματα, citante Porphyrio: Sic & Dei via adversus impios est, ut diximus, πῦρ ἀναλίσκον, Deut. 4. 24. Heb. 12. 29. Impenduntur ὁλοκαυτώματα tantùm ut appareat jus summum Dei, nullo hominum bono: sic & impiorum non alius erit usus quàm ut materia sint in quam se Divina justitia exerceat. Atque hinc est quòd passim apud Prophetas impii, Divinæ iræ destinati, *victimæ* vocantur, Esa. 34. 6. Jer. 12. 3. & 46. 10. Ezec. 21. 9, 10. & 39. 17. Adde Dan. 7. 11. At quibus pietas cordi est meritò comparantur ταῖς θυσίαις specialiter dictæ. Hi sunt quos Paulus admonet παραστῆσαι τὰ σώματα θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, Rom. 12. 1. Et Petrus constitutos dicit ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας εὐπροσδέκτους τῷ Θεῷ, 1 Epist. 2. 5. Atque eòdem pertinent ea quæ apud Esaiam leguntur paulò ante verba à Christo jamjam citata, 66. 20. ubi est in Hebræo vox מנחה, in Græco θυσία. Quo & illud Ignatii mihi videtur alludere, Ἄφετέ με θηρίων εἶναι βορὰν, &c. (*Facite me ferarum escam ——Panis sum Dei, & dentibus bestiarum molar, ut purus panis Deo fiam.*) Nam מנחה, i. e. θυσία, erat ἐκ σίτου ἀληθέντος, i. e. ex simila, ut diximus; & placentæ, quæ indè fiebant, חלות Hebræis, ἄρτοι vocantur Græcè, tum à ὁ. tum à Josepho, Orig. 3. 10. Non dissimile quòd τὰς ἐλογχύτας τὰ πόπανα, τὰ πλακούντια vocari προθύματα notant ad Homerum & Aristophanem Scholiastæ. Talis autem θυσία ità demum Deo placet si quicquid est putredinis, h. e. malorum affectuum (quos σκάνδαλα dixit Christus) exedatur diligenti curâ ac meditatione; quomodo Sal exedere solet putredinem. Sic sermo noster *sale condiendus est*, Col. 4. 6. i. e. in quo nihil sit σαπρὸν, Eph. 4. 29. Et per salem significari Dei legem notant Hebræi ad Levit. 1. Hanc animi salituram sequitur animi ἀφθαρσία, ut loquitur Paulus Eph. 6. 24. Tit. 2. 7. quæ animi ἀφθαρσία etiam corpori paritura est ἀφθαρσίαν, Rom. 2. 7. 1 Cor. 15. 42, 50, 53, 54. 2 Tim. 1. 10. Ità totus homo, consumptis pravis affectibus, in æternum conservatur, cùm cæteros totos absumat non desiturum incendium. Idem ergò hîc dicit Christus quòd suprà, Partis jacturâ redimendum esse totum hominem. Omnino aliqua consumptio homini debetur, aut per modum salituræ, aut per modum incendii: hæc impiorum est, illa piorum [m]. Videtur omnino h. l. ad homines traduci anagogicè lex illa de saliendis victimis, cùm ea, quorum antea monuerat, præstari non possint quin carnem mordeant: sed sic ait Dominus illam macerari, & hominem à putredine sic prohiberi, oportet, ut Deo sese totum consecret. Quod addit, omnes esse sale saliendos, non prædicit aliquid futurum, sed ostendit quid ab omnibus requiratur ut placeat sacrificium; nempe ut Verbo incorrupto conditi sese Deo consecrent [n]. Jusserat Christus suis ut abstineant ab omni offendiculo, &, ni faciant, denunciat iis ignem æternum. Hujus rei Ætiologia hîc affertur. *Omnis homo* aut *res salietur igne*; q. d. Non potest aliter fieri ut homo à putredine offendiculorum vindicetur, quàm si ipse resecuerit &, veluti candente ferro aut igne, consumpserit, quicquid in ipso est vitii, aut offensionis aliis; *Et omnis oblatio salietur sale*; q. d. quivis pius victima est Deo grata, & condita sale in fœdere ipsius, &, ut talis sit, omnia vitia tanquam igne à se rescindere oportet [o]. Vox *ignis* in S. S. tria significat, quæ hîc congruunt; 1. Verbum Dei, Jer. 5. 14. & 23. 29. Mal. 3. 2. Luc. 12. 49. Apoc. 11. 5. quippe quod purgat, exurit opera Diaboli, &c. 2. Spiritum Sanctum, Matth. 3. 11. qui sordes in hominibus adurit, zelum accendit, &c. 3. Crucem, 1 Cor. 3. 15. ob mordacitatem. Christus ergò, alludens ad ignem infernalem, cujus modò mentionem fecit, docet h. l. satius esse, nos in hac vita spirituali igne Verbi, Spiritûs ac crucis, condiri, Deóque, instar victimarum, offerri, quàm illo inextinguibili igne perdi [p]. Sicut Matth. 3. 11. conferuntur duo baptizandi modi, *aquâ*, & *igne*; ità h. l. duo saliendi modi, *igne* & *sale*. Et sicut ibi Baptista conjungi vult utrumque baptizandi modum; ità hîc Servator utrumque saliendi. Ibi significatur, spiritualem aquam, quâ baptizantur fideles, hîc spiritualem salem, quo condiuntur, habere vim ignis; quo nisi affectos pravos expurgari patiantur, experiundum aliquando fore inextinguibilem illum Gehennæ ignem, de quo v. præced. omnem enim hominem

[l] Li. ho.

[m] G.

[n] Be.

[o] Jun. par.

[p] Chem.

nem igne saliendum, si non igne Divinæ gratiæ, certè aliquando igne Divinæ iræ; saliendum esse hominem & igne & sale, si Deo acceptus esse, & ignem æternum effugere, velit: sicut olim in sacrificiis, quò grata Deo essent, & ignis & sal adhiberi debebant [q]. *Salis* ac *ignis* eadem est purgandi & excoquendi natura; quod Calvinus monuit. Adde, quod *sali* vulgò tribui solet id *igni* tribui apud Plutarchum, Sympos. l. 7. & Platon. quæst. 9. *Condimentum omnium præstantissimum & suavissimum, ignem esse. Ignem* hîc in inciso priore posuit, quia de igne gehennali antè dixerat; *salem* in altero, quia de *sale insulso* subjecturus erat, &c [r]. Juxta receptam lectionem sensus hic esse possit, ut *omnis* fidelis dicatur *igne saliendus*, quatenus vi Spiritûs S. (quæ igni sæpe comparatur) ab inquinamentis mundi præservatur, & vitæ incorruptione Deo gratus suavísque cibus est. Gemina nempe proprietas, & condiendi saporémque conciliandi, & conservandi à corruptione, ut sali inest, ità & igni, qui cibos coquendo eos & gratos facit, &, ad tempus, præservat. Eò ergò quòd hostiæ sub Lege sale aspergebantur, & earum pars, quæ Sacerdotibus cedebat, coquebatur ut esui grata esset, pars autem reliqua igne absumebatur, & quasi saliebatur, h. e. à putredine vindicabatur, mysticè significata est vitæ per Spiritûs Christi vim igneam novæ incorruptio, quæ Deo grata est, &c[†]. Dixerat Christus, vel manus & pedes abscindendos potiùs quàm ut scandalum dantes projiciamur in Gehennam. Objici poterat, dolorificam esse illam abdicationem rerum pretiosissimarum. Respondet, dolorem aliquem esse necessarium, oblationes ex Lege sale saliendas fuisse, sic omnem hominem, ut Deo grata sit victima, aliquo sale, aliquo igne, saliendum & condiendum esse; hunc salem verò esse ignem pœnitentiæ, aut macerationis sui ipsius, quam ignem vocat, tum quia reverà hominem urit & cruciat, tum per Antithesin ad ignem præcedentem. Opponit ergò Dominus ignem igni, præsentem futuro, condientem exurenti; eúmque ignem æquè necessarium statuit Discipulis suis, (ob putredinem illis naturaliter insitam,) ac sal in oblationibus [t]. Quod autem sequitur, καὶ, &, non copulativum est, sed comparativum, ut sæpe [v]: Ità Prov. 25. 3, 23, 25 [x]. Matth. 6. 10. Joh. 6. 57. & 15. 19. Ità & hoc loco, καὶ πᾶσα θυσία, &c. pro, ὥσπερ καὶ πᾶσα θυσία, &c [y]. Al. Forsan de oblatione hostiæ igniaria non loquitur Christus h. l. Quid ergò? Τὸ πᾶς referri potest, vel, 1. ad vermem, quod est proximum antecedens, ut sensus sit, Vermis ipsorum non morietur, quia πᾶς ὁ σκώληξ αὐτῶν, *totus eorum vermis*, igne illo salietur, qui non extinguetur. Quid ergò est ἁλίζειν πυρί; Est fomitem facere ignis æterni, qui (*fomes*) in reprobis est vermis ille conscientiæ ipsorum: Sal enim æternitatis symbolum: vide Num. 18. 19, 12. 2 Chron. 13. 5. Vel, 2. ad remotius antecedens, v. 42. *Quisquis offenderit*, &c. *præstaret ipsum —— projici in mare*. Quare? Quia totus igne salietur. Neque hoc longè petitum est; nam de eodem subjecto agitur v. 43, 45, 47. de quo subjecto Christus pro conclusione dicit, *totus enim*, &c. q. d. non mancus, claudus, luscus, [de quibus v. 43, 45. 47.] sed integrè totus, omnibus membris perfectus, æterno igne cruciabitur. Ut πᾶς hîc idem sit quod ἄρτιος, *omnibus numeris absolutus*, 2 Tim. 3. 17. quomodo & legendum suspicor in illo vetere Libro, in quo Camerarius scribit legi ἄρτος· quia absurdum est illud, *Omnis panis igne salsus fiet*. Sequens autem καὶ [in posteriore membro] adversativè sumo, ut consilium illud salutare, quod ter præcessit indè à versu 43. concludatur per Antithesin illius conclusionis (quæ tangit reprobos saliendos æterno igne) hujusmodi, *Omnis autem hostia sale salietur*. [Deinde sequitur,] *Bonum est sal istud*; q. d. Melius autem est saliri sale Fœderis ad vitam æternam, quales sale Fœderis aspersas hostias vos ipsos Deo offeretis, mortificantes membra vestra terrestria, manum, pedem, oculum, quæ vos scandalizaverint, i. e. sollicitaverint ad offensionem unius ex parvulis istis [z]. De damnatorum pœnis agere adhuc pergit [a], redditque causam cur *ignem eorum* dixerit [b], quasi in igne futuri sint [c]; & cur non extinguendus sit [d]; *omnis enim*, scilicet hujusmodi, qui in Gehennam mittendus est [*], *igne* quasi *salietur*: impropria locutio [f], i. e. condietur [g], uretur, seu cruciabitur [h], simul & servabitur incorruptus, ignis erit ei tanquam sal; sal autem & urit & conservat, cruciat adustione, servat à corruptione: sic & ignis Gehennæ sic aduret & cruciabit reprobos, ut non consumat, sed relinquat integros & perpetuæ adustioni aptos, ipse nunquam aut extinguendus, aut exstincturus [i]. Sed quorsum dicit, *salietur*? Quid sali cum igne? Resp. Ut Prophetæ eos qui à Deo aut hîc, aut post mortem, puniuntur *victimas* vocare solent, [ut antè ex Grotio notatum, ubi loca producta vide.] Christus de damnatis, tanquam de victimis, loquitur, quos proinde ex Lege, Levit. 2. 13. saliendos dicit; sed pro sale ignem illis futurum [k]. Sensus ergò versûs est, Sicut omnis victima ex Lege sale salietur; ità omnis damnatus salietur igne [l]. Probabile est & hoc loco [nempe in priore membro] & in Esa. 51. 6. ἁλισθήσεται poni pro ἀλισθήσεται, sive ἐνδαπανηθήσεται· quod significat primò, *capi*, deinde, *consumi*, Esa. 66. 17. Confer 2 Pet. 3. 12 [m]. Al. Sensus est, *Quemadmodum* (nam & *prout* ponitur) *Omnis victima sale condiri solebat*, sine quo Deo accepta non erat; sic sine tribulatione nemo Deo gratus [*].

50. *Bonum est sal*] Nexus hujus versûs cum præcedente difficultate non caret [n]. [Quid dicendum?] 1. Puto Marcum hoc, ut multa alia, alieno loco posuisse [o]. Salis factâ mentione, aliam obiter Christi sententiam Marcus adjicit [p], (ut solemus, in subitis colloquiis, unius occasione verbi, in alios labi sermones [q];) sed in qua Sal non ipsum actum, ut suprà, designat, sed eum hominem in quo iste peragitur; Christianum scilicet, qui non à se tantùm, sed & ab aliis, arcere debet τὸ σαπρόν. Vide Matth. 5. 13 [r]. 2. Dominus ulteriùs commendare voluit utilitatem voluntariæ macerationis nostræ, quam ut priùs *ignem*, ità hîc *salem*, vocat, ob mentionem factam salis adhibiti in oblationibus, ob convenientiam macerationis istius cum sale. Addit ergò καλὸν, h. e. χρήσιμον, utilem esse illum salem si commodè adhibeatur; sin virtute suâ destituatur in homine condiendo & salutariter præparando, non dari ulterius condimentum aliud: debere ergò Discipulos suos in id studiosè incumbere, ut *salem* in se habeant non sapientiæ tantùm, sed & veræ pœnitentiæ & acrimoniæ necessariæ tum erga se, tum erga alios, talem tamen qui non obstet paci illorum mutuæ[†]. Significat Ministros Verbi velut salem esse quo saliantur homines & à corruptione vindicentur [t]. Dixerat Christus, Matth. 5. 14. Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας, &c. & Luc. 4. 34. Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ, &c.) Vides hos duos Evangelistas postremam hanc Marci sententiam ex Christo citare, sed non addere Mosis verba ex Levitico; quod Marcus fecit. Christus hîc ostendere voluit quò spectaret istud sal in sacrificiis, Levit. 2. 23 [v]. ¶ *Si sal insulsum*, &c.] Sic. Be. Er. Ca. &c. Ἅλας ἄναλον, &c.] *Sal sine Sale*, Bru. vel, *insipidus*, Sy. *infatuatus*, Tremel. Μωρανθῇ, Matthæus & Lucas [x]. Si sapientia, à vobis, qui sal mundi esse debetis, absit, quo salietur? q. d. Ubi ea quærenda [y]? Si insulsi sint Doctores, quid superest nisi ut pereant auditores, vel alios Doctores mittat Dominus? Dicuntur fidi Pastores h. l. doctrinâ suâ auditores salire, ut alibi tanquam victimas Deo præparare: quo respicitur Rom. 15. 16. Confer Esa. 66. 20 [z]. ¶ *In quo*, &c. Ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε;] *Quonam* (vel *Per quod*, Il. P. Bru. Quânam re [a],) *ipsum condietis*? Be. Ti. Er. Mo. &c. vel. *condietur*? Ca. vel, *salietur*? Sy. i. e. condiri poterit, ità ut natura virtúsque deperdita ei restituatur [b]? ità ut salsus fiet [c]? Nullum aliud dogma est quod reparare eos possit qui à Christi salutari disciplina deficiunt. Vide quæ ad Matthæum [d]. ¶ *Habete* (i. e. omni studio conservate [*],) *in vobis sal*] Potiùs, *salem*, Er. Bru. Hîc redit ad priorem Salis significationem. Est autem τὸ ἅλας ut diximus, attenta meditatio ad purgandos affectus, quos inter violentissimi sunt Ambitio & Invidia; quorum occasione in hunc sermonem Christus devenerat [f]. *Salem* hîc vocat sapientiam, (quæ symbolicῶς sale significatur) sive prudentiam, quâ sapienter & sinceriter vos geratis, & docentes & viventes juxta præscriptum meum [g]. Al. *Sal* est symbolum pacis & amicitiæ: unde Æschines, de ementit. Legat. per τὸ τῆς πόλεως ἅλας denotat Publicam pacem & felicitatem: atque hinc, inquit Eustath. *sal, ante omnes alios cibos, mensæ hospitali apponi solebat* [h]. Inter præcipuas

Salis

[q] Di. [r] Ga. adv. 43. 442. [†] Cap. [t] Span. in Wal. [v] Span. ib. sim. Mal Bru. [x] Mal. sic Span. Bru. [y] Span. [z] Clop. ib. [a] Mal. [b] Mal. Bru. [c] Mal. [d] Bru. [*] Bru. sim. Mal. [f] Bru. [g] Mal.

[h] Bru. Mal. [i] Bru. [k] Mal. [l] Mal. sim. Bru. [m] Ham. [*] V. [n] Span. in Wal. [o] Mal. [p] G. sim. Mal. [q] Mal. [r] G. [†] Span. in Wal. [t] Be. [v] Scal. [x] G. [y] Scal. [z] Be. [a] Bru. [b] Idem. [c] D. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] Bru. [h] Ham.

Salis facultates est quòd unit, densat, & quasi coagulat: quod in multis, loco acoris aut coaguli, præstare solet: Unde & in fœderibus, tanquam unionis tessera, Hebræis usitatum: vide Num. 18. 19. In Mat. & cæteris est simpliciter, *habere*, vel p. tibs *esse*, *salem*; hîc verò, *habete inter vos* (ἐν ἑαυτοῖς pro quo mox sequitur, ἐν ἀλλήλοις ut hæc duo conjunxisse videatur,) *salem*, qui inter cætera est ἑνωτικὸς coagulat, stipat, ac jungit; hoc est, [ut sequitur] *pacem colite*. Pacis enim symbolum sal, ac vitæ: quo etiam latrones ad societatem flectuntur, ut notat Pelusiota epist. 5 [i]. ¶ *Et pacem* (i. e. concordiam [k],) *habete inter vos*] 2 Cor. 13. 11. 1 Thes. 5. 13. Pacis studium magna pars est ejus de qua hîc agitur purgationis [l]. Nulla sit inter vos contentio de primatu, (respicit enim v. 34. unde exordium hujus sermonis sumpserat,) de honore, lucro, &c. sed, posthabitis omnibus humanis affectibus, inter vos consentientes, hoc unum agite ut quæ Dei & proximorum salutis sunt quæratis: quo nihil magis vos & doctrinam vestram hominibus commendabit [m].

[i] Heins. [k] Bru. [l] G. [m] Bru.

CAP. X.

1. ET, &c. Κἀκεῖθεν ἀναστὰς] *Et cùm illinc*, vel *indè*, *surrexisset*, Er. Il. P. Pi. &c. i. e. profectus, sive digressus, fuisset. Nam Hebræis ut *sedere* pro *habitare*, ità *surgere* pro *abire*, vel *proficisci*, accipitur [a]. Nec tamen, ut hîc & in Matthæo innui videtur, illico post prolationem præcedentium verborum ad iter hoc se accinxit, sed post dimidium anni, aut circiter, quo tempore bis Hierosolymam profectus est; semel per Samariam, ad festum Scenopegiæ, Luc. 9. 51, &c. Joh. 7. 2, 10. iterúmque à Galilæa, Luc. 13. 22. ad festum Encœniorum, Joh. 10. 22. & deinde à Galilæa trans Jordanem, Joh. 10. 40. de quo hîc agitur. Nec opus est probatione: verum hoc esse testabuntur satis proprii oculi. Sic calamos sacrorum horum Amanuensium direxit Spiritus Dei, ut hi quædam omitterent ab illis supplenda; illi ista supplerent quæ isti omiserant, & sic non nisi ex omnibus conjunctis collatísque plena contexeretur historia & completa [b]. ¶ *In fines Judææ ultra*, &c. Διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου] [Variant:] *Per oram Jordanis*, Be. citeriorem scilicet; vel, *secùs Jordanem* [c], sive secundùm ripam Jordanis; ut ex eo liquet quod turba cum ipso *iter fecisse* dicitur, idque pedestri itinere [d]. Sed [neque hæc ratio urget,] quia non opus erat Jordanem trajicere, quia Capernaum, unde profectus est, ulteriori Jordanis ripæ, adeóque Perææ, proximè adjacebat [*], & ibi pons erat super Jordanem structus [f]: [neque placet sententia;] nam sic non potest dici solvisse ex Galilæa, quia universam Galilæam inferiorem transire debuit, per Tribus Zab. Issac. Man. Ephr. & Benjamin, ut in Judæam veniret: & deinde compendiosius longè erat iter per Peræam ad ulteriores Judææ fines [g]. A Capernaumo contulit se ad Bethabaram, aliquantum temporis ibi commoratus, Joh. 10. 40. indè per Peræam perrexit ad ripam Jerichunti oppositam. Illic commorantem adiit nuntius de morte Lazari, Joh. 11. Atque indè post biduum transit Jordanem in Judæam [h]. Al. *Ultra* (vel, *Quæ est ultra*, Æth.) *Jordanem*, Vulg. *Per ulterius Jordanis*, Mo. *Per regionem quæ est trans*, vel *ultra*, *Jordanem*, Pi. Er. Ti. sim. Ca. *In transitum Jordanis*, Pers. *In* (vel, *Et in* Ar. in Di.) *adversam ripam Jordanis*, Sy. Ar. Τοῦ hîc sumo ὑπερβατικῶς. Nam ità τὸ πέραν & alibi reperias, Matt. 8. 18, 28. & 14. 22. & 16. 5. Marc. 4. 35. & 5. 1, 21. & 6. 45. & 8. 13. Luc. 8. 22. Per loca quæ vocabantur *uls* aut *propter Jordanem* ibat in eum usque Judææ partem in qua est Ænon. Vide Joh. 3. 22. & 10. 40 [i]. ¶ *Conveniunt*, Συμπορεύονται] *Convenit*, Be. Pi. i. e. illum absentem secuta, sicut apud Hebræos ex antecedente significatur etiam consequens; ut, *surgere*, pro *digredi* [k]: undique convenientes; quod Matth. dixit ἠκολούθησαν, Johannes, ἦλθον πρὸς αὐτόν. ¶ *Docebat illos*] Locum Johannis Baptismo nobilem & doctrinâ & miraculis faciebat nobiliorem, ipsâ rerum comparatione homines ad sui admirationem excitans. Vide dicta loca Matthæi & Johannis [l].

2. *Uxorem dimittere*] Scil. *quavis de causa*, quod Matth. expressit. Nam aliqua de causa posse non dubitabant [m].

3. *Quid —Moses?*] Cùm Mosis auctoritatem adferrent pro divortiorum promiscuo jure, Christus urget ut ipsa Mosis verba recitent [n].

4. *Permisit*, &c.] Permisit repudiare dato libello, aut quod eodem recidit & apud Mat. est, repudiare volenti præcipit libellum dare [o].

5. *Scripsit vobis præceptum istud*] Non de repudiandis uxoribus præceptum dedit Moses, sed de scribendo divortii libello, si quis uxorem non posset ferre [p]. Ἐντολὴ generali significatu leges quascunque, etiam permittentes, significat. Nam & permissio obligat, primùm alios omnes nè tale quid impediant; deinde si forma actui permisso addatur, obligat eum qui acturus est nè aliter agat [q].

6. *Ab*, &c. Ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως] *A principio verò creationis*, Be. Pi. &c. sub. *Viri & Fœminæ*: vel sub. *mundi* [r]. Κτίσις non *actum condendi*, sed *res conditas*, significat; quomodo accepit Latinus. Sic & infrà 13. 19. & 16. 15. & 2 Pet. 3. 4. Atque ità toti sex dies sunt ἀρχὴ κτίσεως, i. e. τῶν κτισμάτων cùm primus dies propriè sit ἀρχὴ τοῦ κοσμοποιίας [†]. Τὸ, κτίσεως non legunt Syrus & meus vetustiss. Codex [t].

7. *Propter*, &c. Ἕνεκεν τούτου] Subintellige λέγων [v].

8. *In*, &c. Εἰς σάρκα μίαν] Ità Lxx; quod non aliud significat quàm quod apud Matthæum est, & hîc sequitur, σὰρξ μία. Nam apud Hebræos vox substantiva amat talem constructionem [x]. *Caro una*, Be. Pi. V. &c. i. e. veluti unum corpus & unus homo [y]. Tacitus, De moribus Germanorum, *Sic unum accipiunt maritum quomodo unum corpus unámque vitam*, &c. *Caro* pro *corpore*, ut Levit. 11. 11. Cohel. 5. 6. ut & Lxx vertunt Lev. 6. 10. Num. 8. 7. & Chald. Psal. 38. 7 [z]. ¶ *Jam non sunt duo*, &c.] Id est, Ex isto Dei facto & verbis apparet æquum esse & Deo gratissimum ut conjugum individua sit copula, quasi in unum hominem coaluissent. Vide quæ ad Matthæum [a].

9. *Quod —Deus conjunxit*, &c.] Antithesis Dei & hominis ostendit hujus interdicti rationem. Sunt enim reliqui contractus merè humani & civiles, ideóque quorum spontaneo consensu contrahuntur, eorum quoque dissensu dissolvuntur. Conjugium autem sanctius quiddam est, ideóque interveniente velut ipsius Dei autoritate, in ipso Ecclesiæ cœtu sancitur, ac proinde non nisi morte dirimitur [b].

10. *De eodem*; ità Mo. Περὶ τοῦ αὐτοῦ] *Eadem de re*, Er. Be. Ca. Pi. &c. Erat enim Discipulis doctrina hæc nova, &c [c].

11. *Quicunque dimiserit*, &c.] Scil. nisi ob scortationem [d]. ¶ *Et aliam duxerit*] Quo facto ostendit alienum se à reconciliatione [*]. ¶ *Adulterium*, &c. Μοιχᾶται ἐπ᾽ αὐτήν] *Mœchatur adversùs* (vel, *super*, Vulg. Ar. in Di. vel, *in*, Er. V.) *illam*, Be. Pi. scil. quam repudiavit [f]; i. e. in injuriam ejus [g]. Ἐπ᾽ αὐτήν, i. e. isto facto quod in ipsam committit [h]. At Syrus non legit hîc ἐπ᾽ αὐτήν, sicut nec v. seq. ἐπ᾽ αὐτόν ubi tamen magis videbatur requiri, cùm uxori dimittens maritus ei videatur quærendæ novæ conditionis occasionem præbere [i]. Pro μοιχᾶται Mat. habet, ποιεῖ μοιχᾶσθαι. *Facere delictum* dicitur qui causam dat delinquendi suâ culpâ: illi enim delictum meritò imputatur. Ità apud Deum adulterii tenetur qui expulsæ præbet impudicitiæ occasionem, ut alibi explicavimus [k].

12. *Et si uxor dimiserit*, &c.] Id prætereunt alii Scriptores, quia de eo minùs dubitabatur [l]. Hoc interest inter virum & uxorem, quòd ille dominium in hanc habuit, Gen. 3. 16. 1 [illegible] 3. 5. non vicissim: ideóque vir poterat uxorem repudiare, non item uxor virum. Quare vox hîc & alibi usurpata est ἀπολῦσαι quod non est *dimittere*, vel *repudiare*, qui authoritatis actus est; sed tantùm *absolvere*, [ut Mo. reddit v. 4.] à Debito scilicet, sive ab obligatione [m]. Erant tamen quæ hoc auderent contra Mosis legem. Sic Michol olim Davidem deseruit, patre autore, 1 Sam. 25. 44. Fuit & quæ libellum divortii marito mitteret, Salome scilicet, idque *contra Judaicas leges*

[a] Bru. [b] Li. ho. [c] Be. in Di. [d] Be. [*] Di. [f] Li. ho. [g] Di. [h] Li. ho. [i] G. [k] Be.

[l] G. [m] G. [n] G. [o] G. [p] Be. [q] G. [r] V. [†] G. [t] Be. [v] G. [x] G. [y] V. sim. D. [z] D. [a] G. [b] Be. [c] Bru. [d] Pi. [*] G. [f] Camer. [g] Er. V. [h] G. [i] Be. [k] G. [l] G. [m] Ham.

leges, quæ viro hoc permittunt, non autem fœminæ, &c. inquit Josephus. [Verba vide in G.] Salomes exemplum secuta erat Herodias. Mulier ergò, cùm domina sui non sit, si, marito relicto, ad aliud matrimonium se conferat, omnino adulterium committit, non interpretatione aliquâ, aut per consequentiam, sed directè: ideo non debuit hîc addi, ἐπ' αὐτόν [n]. Scopus hîc erat, de illegitimis tantùm & adulteris Divortiis agere, illis nimirum quæ novæ nuptiæ sequebantur: talia verò ex æquo erant quæ à viro, & quæ ab uxore, admissa sunt [o]. Juxta Evangelii legem vir & uxor pares sunt, quod ad pudicitiam conjugalem, fidem thori, cæteráque conjugii jura [p].

13. *Parvulos*, Παιδία] Παιδίον & βρέφος in S. S. idem sæpe significant. Sic Joannes vocatur παιδίον, Luc. 1. 59. sic & Christus, Luc. 2. 21. uterque 8 dies natus. Pro βρέφη, Luc. 18. 15. est, παιδία, Matth. 19. 13. & h.l. Syrus etiam synonyma facit, ἀπὸ βρέφους, 2 Tim. 3. 15. & παιδιόθεν, Marc. 9. 21 [q].

14. *Talium enim*, &c; sic Er. Be. Pi. &c. Τῶν γὰρ τοιούτων, &c.] *Illorum enim qui sicut isti sunt*, &c. Tre. ex Sy. vel, *similes his*, &c. Pers. Ar.

15. *Non receperit* &c.] Propriè dixit, δέξηται· quia *suscipere in se Regnum cœli* dicebantur Hebræis qui Legi se subjiciebant: unde & Latini veteres per *Regnum Dei* hoc loco legebant interpretantes, *Verbum Dei*. Diximus aliquid de hoc Marci loco ad Mat. 26. 29 [r]. ¶ *Velut parvulus*] Id est, modeste & simpliciter †: vel absque omni dubitatione & disceptatione infidelitatis [t]; vel depositâ omni malitiâ, juxta 1 Pet. 2. 1, 2 [v]. Pueri tabulæ rasæ conferuntur: tales esse oportet qui de dogmatis veritate sunt judicaturi [x].

16. *Benedicebat eos*] Id est, bene precabatur eis, eósque Deo commendabat [y], simul & benefaciebat [z].

17. *Genu*, &c. Γονυπετήσας αὐτόν] Non movenda lectio: nam & suprà 1. 40. est, γονυπετῶν αὐτόν. Sic & προσκυνέω modò tertium regit casum, ut Mat. 2. 2, 8, 11. & alibi sæpe; modò quartum, Mat. 4. 10. Luc. 4. 8. & 24. 52. Joh. 4. 22 [a]. *Ad genua accidisset ei*, Be. Bru. Pi. Ast suspicor aliquid amplius includi. Nam in more fuit sic adorantibus genua aut crura prehendere, 2 Reg. 4. 27. Mat. 28. 9. vel etiam exosculari. Vide ad Mat. 28. 9. Id quod Rabbinis interdum factum [b]. [Vide Li.]

18. *Nemo bonus*, &c.] Propriè scilicet & perfectè, vel per se & essentialiter. Quanquam existimem Christum hoc dixisse, non tam ut Deitatem suam ei significaret, quæ potiùs ex miraculis cognoscenda erat, quàm ut stultam illius de se atque justitia sua opinionem & fiduciam eximeret. Quare illum ad veræ bonitatis canonem & archetypum revocat, ut nosset, quantum ab ea abesset, & justitiam non ex ullis hominum viribus, sed ex ipsa summè boni & justi Legislatoris natura, æstimandam [c].

19. *Nè*, &c. Μὴ ἀποστερήσῃς] Vide quæ ad Mat [d]. *Nè fraudes*, Er. Il. Ti. Ca. sic Ar. Vulg. Ham. At vox apud Græcos latiùs patet, sign. enim quempiam re suâ privare, sive fraude, sive vi, id facias [*]. *Non violenter rapies*, Æth. *Nè inique agas*, Tre. ex Sy. Pers. *Nè damno afficito*, P. Be. Pi. sub. *quenquam*, P. Be. Il. Pi. Videtur Dominus hoc mandato, quasi compendio quodam, superiora omnia complecti [f]. Sex ultima Decalogi Præcepta hîc recenseri liquet ex h.l. & Mat. 19. 17. Hoc ergò, μὴ ἀποστερήσῃς, est redditio Præcepti decimi; quod tamen alibi redditur, οὐκ ἐπιθυμήσεις, ut apud Lxx. ad Exod. 20. & Deut. 5. & Rom. 7. 7. alibi, ἀγαπήσεις, &c. ut Mat. 19. 19. E quibus versionibus conjunctis emergit hic Præcepti illius sensus, quenquam suâ sorte contentum esse debere, & alterius bonum expetere æquè ac suum, neque ex alterius damno lucrum captare, nec quicquam alterius cupere [g].

21. *Dilexit eum*] Ità Mo. Er. Be. Pi. Sy. &c. At qui poterat eum diligere qui postea tristis abiit [h]? 1. Amat Christus non virtutes tantùm, sed & semina virtutum, suo tamen gradu; illas ut remuneret, hæc ut foveat atque excitet, ni homines sibi ipsis obstent. Sic externa Achabi pœnitentia in aliquid valuit, 1 Reg. 21. 28 [i]. *Dilexit*, non paternâ charitate, sed propenso illo affectu quo omnes creaturas dignatur, & eos inprimis in quibus aliquas imaginis suæ reliquias animadvertit [*]. 2. Metalepsis est, *dilexit*, i. e. instar summè dilecti prehendit [k], & exosculatus est, eum [l]. Sanè vox illa interdum significat, *contentum esse, & acquiescere in aliquo* [m]. *Amavit*, i. e. probavit [n]; signum approbationis dedit [o]; ut cùm dicimus, *Amo te*, h. e. rectè fecisti [p]. q. d. *Probo quod ais laudoque*, vel, *factum bene* [q]. Potest ἠγάπησε sumi pro *laudavit*, aut *benignè affatus est* [r], ut ἀγαπᾷν apud .·. sæpe sumitur †, ut 2 Par. 18. 2. ἠγάπα αὐτὸν τοῦ ἀναβῆναι, i. e. *blandis verbis eum compellavit ut ascenderet*; nam *diligendi* significatio hîc non congruit. Cant. 2. 4. ἀγαπήσωμεν μαστούς σου, &c. i. e. *laudabimus*, vel *celebrabimus*, *amores tuos præ vino*. Adde Psal. 78. 37. ויפתוהו, i. e. blandis verbis cum Deo egerunt, amicè eum compellantes & laudantes, quod Lxx dicunt, καὶ ἠγάπησαν αὐτόν [t]. Sic Psal. 116. 1. Lxx, ἠγάπησα, bene reddas, *Complacet mihi*. Sic Josephus de illis 1 Sam. c. 30. v. 22. *Dixerunt* (nempe 400 milites) ducentos illos ἀγαπᾶν σῳζομένας γυναῖκας ἀπολαμβάνοντας· (*eo acquiescere, sive contentos esse debere, quòd uxores suas sibi servatas acciperent*.) Pari aliquo sensu dicitur Joh. 21. 20. Discipulus ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς· non quòd magis eum diligeret quàm reliquos, amore suo æterno, infinito, salvifico; sed quòd eum magis externo aliquo favore, ac amicâ familiaritate interiori, foveret; quia scilicet Johannes se curam matris Christi post mortem ejus habiturum spospondisset. Nam ex illo loco, Joh. 19. 26, 27. probabile fit, non tum primùm Johannem de tali audivisse, sed jam pridem ità fuisse pollicitum [v]. Ità & h. l. ἠγάπησεν αὐτόν, i. e. abblanditus est ei, laudavit eum ac studium quod Legi servandæ impenderat, amicèsque eum super hac re verbis compellavit [x]. Externo aliquo gestu palàm fecit sibi complacuisse hunc hominem, & in quæstione sua, & in responsione; nam & seriò quæsivit, & seriò profitebatur, &c. Cùm aliquis coram Magistris doctè disseruisset, solebant *caput ejus osculari*. [Exempla vide in Li.] Forsan hoc ipso gestu usus est Christus, qui aptior erat, quòd juvenis coram eo flexis genibus provolveretur. Possit hîc verti, *Misertus est ejus*: nam Lxx illud רחמתיך, Esa. 60. 10. vertunt, ἠγάπησά σε [y].

¶ *Unum tibi deest*] Illúdque tale, ut sine eo nulla sit grata obedientia, perfecta scilicet charitas, quæ suis sine exceptione rebus omnibus studium pietatis & charitatis anteponit [z]. ¶ Ἄρας τὸν σταυρόν] *Tollens crucem*, V. Certus ex professione hujus disciplinæ multa tibi incommoda eventura. Vide Mat. 10. 38 [a].

22. *Qui*, &c. Ὁ δὲ στυγνάσας, &c.] *Ille verò mæstus* (vel, *molestiâ affectus*, Er. At molestia à tristitia differt ut causa ab effectu [b]:) *ad* (vel, *propter*, Il. P. Ti. Pi. &c.) *hunc sermonem, abiit tristis*, Be. sim. P. Ti. &c. Cùm sequatur λυπούμενος, videtur mihi στυγνάσας ad vultum magis quàm ad animum pertinere; q. d. *fronte nubilâ*: nam & χειμὼν στυγνάζων est Mat. 16. 3 [c].

23. *Circumspiciens*] Gestus aliquid eximium aut dicturi, ut hîc [d]; aut facturi, ut Luc. 6. 10 [*].

24. *Confidentes in pecuniis*] Non ad hos restringit sententiam, sic enim haud assequatur scopum suum, sed exponit cur hoc adeò difficile sit divitibus, Quia eis confidunt [f]. Causam reddit cur vix recipiant salutaria dogmata divites, Quia spem ac fiduciam in divitiis ponunt, eóque defigunt animum in res hujus ævi. Hoc est quod dicitur ὑψηλοφρονεῖν, &c. 1 Tim. 6. 17. ὕβριν τίκτει πλοῦτος, inquit Euripides. Consummatur hîc doctrina inchoata in Psal. 49 [g]. *Confidere in divitiis* est, in iis felicitatem collocare, ab his expectare auxilium in adversis, & in secundis favorem, his nixum securiùs vivere [h].

25. *Facilius est*, &c.] In cod. meo vetustis. hic versus præcedenti præponitur, optimè, ut puto: alioqui nihil dictum quod eos adeò perterrefaceret [i].

26. *Et quis*, &c. Καὶ τίς, &c.] Τίς ἄρα, Matthæus: sed Marcus, ut diximus, gaudet Hebraismis. Hebræis autem copula inter alias significationes istam quoque complectitur [k].

27. *Impossibile est*] Τοῦτο (*hoc*) addit Matthæus: sed ipsa res loquitur de ea re Christum agere de qua proximè erat locutus, de divitum perductione ad Regnum cœleste [l]. Alii hoc referunt ad cameli transitum per foramen acus, &c [m].

29. Ἢ γυναῖκα] *Aut uxorem*, Be. Pi. Sed adjectum hoc puto ex Mat. & Luca; quia, cùm mox repetit res relictas, non addit *uxores* [n]. At agnoscit hoc Syrus & Codices [o]. Reperio in omnibus exemplaribus [p]: neque inducendi causam video. Nam quod v. seq. Uxorum mentio non repetitur, haud adeò mirum est, cùm ex cæteris

Margin notes (left column): n G. — o Ham. — p Bru. — q Span. in Wal. — r G. — † V. sim. Bru. — t Camer. ex Th. — v Bru. — x G. — y V. sim. Bru. — z Bru. — a G. — b Li. ho. — c Be. — d G. — * Be. — f Idem. — g Ham. — h Orig. in Caf. — i G. — * Be. — k T. — l M. sic Orig. ex Caf. — m Caf.

Margin notes (right column): n Ca. — o Caf. — p Ca. — q Caf. — r G. sic Di. Li. ho. — † Li. sim. G. — t Di. — v Li. ho. — x Di. — y Li. ho. — z Be. — a G. — b Be. — c G. — d G. sim. Bru. — * G. — f Bru. — g G. — h Bru. — i Be. ad v. 24. — k G. — l G. — m Be. — n Er. — o Caf. — p Be.

teris quæ memorantur κατ' ἀναλογίαν hoc quoque posset intelligi. Fortè & ideo omisit Marcus quòd restitutio uxorum posset calumniosam interpretationem admittere magis quàm cætera. Nam & Julianus hoc irrisit, ut monet Theoph. Ergò, cùm cæteri affectus memorantur, Uxor non memoratur, hinc discimus Uxoris jacturam expletum iri restitutione omnium officiorum quæ ab Uxore præstantur, excepto eo quod nisi ab Uxore præstari non potest [q].

30. *Centies*, &c.] Ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ] [Variè non tam reddunt, quàm punctant :] *Centupla, nunc*, &c. Ti. *Pro uno centum* ; *nunc tempore isto*, Sy. sim. Ar. Tre. Be. Ità primùm in genere promittit centuplicem compensationem, deinde in duas distribuit species, hujus & futuræ vitæ [r]. Al. *Centuplicia nunc in tempore hoc*, P. Mo. Pi. Be. &c. ¶ *Cum* (vel, Et *cum*, Be.) *persecutionibus*] Ità Sy. Mo. Tre. Er. P. Pi. &c. *Inter adversa*, Ca. sim. Ar. Bru. i. e. cùm calamitas ejus alienum postulabit auxilium : vel, quantumvis sæviant tyranni [*]. Non deerit illis in ærumnis solatium [†]. Feliciores erunt quàm unquam antea [t]. Bene hoc addidit Marcus, nè felicitatem temporariam nobis promissam imaginemur. Solatia promittuntur, non deliciæ. Et vel hoc unum evincit malè adduci hæc Christi verba ad probandam illam plenissimam & incorruptam mille annorum in terris felicitatem [v].

32. *Præcedebat illos*] More intrepidi Ducis [x], alacriter, ostendens se non timere mortem, sed expetere [y]. ¶ *Stupebant*] Magnam illam animi fortitudinem certæ morti se offerentis admirabantur [z]. ¶ *Timebant*, Ἐφοβοῦντο] Pro se soliciti [a]. Cur enim suspecta nobis hæc lectio esse debeat nihil causæ video. ¶ *Cœpit illis dicere*] Id est, dixit, nam dixerat & antè ; sed nunc iterum monet. Ità verbum ἄρχεσθαι abundat, Luc. 7. 38. & alibi sæpe [b].

33. *Ecce ascendimus*, &c.] Postremum hoc iter instituimus, illud de quo sæpe jam dixi vobis. Hoc vult ἰδὲ [c].

34. *Et*, &c. Καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ] Nempe οἱ ἄνθρωποι i. e. impersonaliter, *illudetur ei* [d]. *Et ipsæ illudunt ei*, Be.

35. *Dicentes*] Per matrem. Simile loquendi genus observavimus Mat. 8. 5 [*]. ¶ *Volumus*] Id est, optamus. Sic Cicero, *Eum honorem deos tibi fortunare volo* [f].

38. *Nescitis*, &c.] Præfectura quam petitis non est id quod putatis, sed status calamitosus [g].

42. *Hi*, &c. Οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, &c.] *Existimantes principari gentibus*, Mo. *Quibus placet imperare gentibus*, P. Sed insolens est hæc locutio [h]. *Qui videntur* (vel, *Quos videmus*, Ca.) *imperare*, &c. Er. Ti. Pi. Ca. q. d. qui non tam imperant quàm imperare videntur; quum solus Deus imperium in res omnes creatas perfectè habeat [i]. Certè Christus *solus Dynasta* vocatur, 1 Tim. 6. 15 [k]. *Qui censentur imperare*, &c. i. e. quos Gentes habent & agnoscunt, quorum imperio parent : nam οἱ δοκοῦντες idem valet atque οἷς δέδοκται ab ipsis videlicet populis [l]. *Qui habentur*, vel *agnoscuntur*, *pro principibus gentium*, h. e. Principes & Reges [m]. Sed dubito an οἱ δοκοῦντες passivè sumi posset pro, *qui censentur* : dixisset potiùs, οἱ δοκούμενοι [n]. Sed hæc vox non occurrit. *Qui putantur* (vel, *putant se esse*, Di. ex Ar.) *principes populorum*, Sy. in Di. *Quibus constitutum est imperare*, &c. Il. Δοκεῖν valet, *statuere*, ut Mat. 3. 9. μὴ δόξητε λέγειν, *nè statuite dicere*, &c. Joan. 5. 39. *nam vos in iis δοκεῖτε, statuitis habere vitam*: 1 Cor. 4. 9. δοκῶ γὰρ, &c. *statuo enim Deum nos*, &c. Sic h. l. *qui statuunt*, quibus certum & statutum est, οἱ δοκοῦντες, *imperare*, &c. Aliter [o]; Οἱ δοκοῦντες, mihi sunt, οἱ ἐν δόξῃ ὄντες, *qui in honore sunt*, ac suprà alios eminent, ut usurpatur Gal. 2. 2, 6. & in Euripide [p]. Locus est in Hecuba—λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει·— *nam viri prænobilis, & tenuis, idem sermo non idem valet* [q]. Hinc verto, *qui in honore sunt ad imperandum gentibus*. Quòd si quis οἱ δοκοῦντες neget cum Infinitivo posse construi [r], constructionem similem reperiet in Susannæ historia, v. 5. *exiit iniquitas*—*à senibus judicibus*, οἱ ἐδόκουν κυβερνᾶν τὸν λαόν· *qui in honore erant ad gubernandum populum* [†]. Fateor οἱ δοκοῦντες idem sæpe valere quod, οἱ ἐν δόξῃ· tunc autem infinitum ei nusquam subjungitur. Et quid quæso est, *in honore esse imperare*, vel, *ad imperandum?* Sed & Grotius, sibi adversus, ad Mat. 3. 8. sic explicat, *qui in eo sibi placent, quòd gentibus imperant*. Malim quod Cartwrightus noster ad Mat. 20. οἱ δοκοῦντες, *qui apparent, præ se ferunt, pompâ scilicet splendidâ majestatem palàm facientes*, ut ille Act. 25. 23. qui huc etiam adducit ex Plut. Antonio istud, ἐδόκουν ἀξιωματικώτεροι τῶν ἀνθρώπων ἔν τινι προεστάναι δοκοῦντες quanquam nec istud satis placet. Mihi formula pleonastica esse videtur,—ut, οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, nihil aliud sit quàm, οἱ ἄρχοντες, in Matthæo ; quis enim Marci interpres Matthæo potior ? Οἱ ἐδόκουν κυβερνᾶν in pseudo-Daniele idem quod οἱ ἐκυβέρνων. Sic Heb. 4. 1. μήποτε δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι· id est, μήποτε ὑστερῇ, *nè frustretur, privetur*: 1 Cor. 11. 16. *Si quis* δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, *videtur litigiosus esse*, i. e. litigiosus sit: Mat. 3. 8. μὴ δόξητε λέγειν, i. e. *nè dicatis* ; pariter ut Luc. 3. 8. *Nè incipiatis dicere*, i. e. nè dicatis. Sic quod Luc. 8. 18. est, ὃ δοκεῖ ἔχειν, id Mat. 25. 29. est, ὃ ἔχει. Sic in Sophoclis Ajace, *Non obstupescam, si quid olim in posterum Ignobilem ortu videro delinquere*, Ὅθ' οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι Τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη· *Quando hi, videntur sorte qui natalium Præstare, fando talia admittunt mala*. Ubi, οἱ δοκοῦντες εὐγενεῖς πεφυκέναι, est pro, οἱ εὐγενεῖς πεφυκότες h. e. *qui natu nobiles sunt*. Sic quod Luc. 22. 24. Τίς δοκεῖ εἶναι μείζων, in eodem planè negotio, Luc. 9. 46. est, τίς ἂν εἴη μείζων. Eadem etiam phrasis apud Latinos. Capitolinus in Vero, *Visum est nonnullis, quòd ejus fraude putaretur occisus*, i. e. occisus fuit. Vopiscus in Probo, *Lugdunenses ab Aureliano contusi videbantur*, pro, *contusi erant*. Sic τὸ θέλειν & βούλεσθαι sæpe redundant, ut Mat. 20. 26. collat. cum 23. 11 [t]. ¶ *Dominantur* (vel, *Dominium*, vel *Imperium, exercent*, Er. Ti. Il. V. Æth.) *eis*] Vel, *in eas*, P. sic Ti. Ca. Be. Pi. Æth. vel, *adversùs illas*, Er. Il. Κατακυριεύουσιν αὐτῶν] *Authoritate præsunt*, Pers. [Vide de hac voce & sensu loci copiosè congesta ad Mat. 20. 25, 26.] ¶ *Et*, &c. Καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν] *Et magni*, vel *magnates, eorum*, Er. i. e. qui inter ipsos Principes eminent, ut ad Matthæum diximus [v]. ¶ *Potestatem*, &c. Κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν] *Potestatem exercent* (vel, *Licentiâ utuntur*, Mo. P.) *in eas*, Er. Il. Ti. Sy. Pi. P. vel, *eorum*, Mo. [Vide ad Mat. 20.]

43. *Nam & Filius*, &c.] Rex istius Regni, quem imitari debetis [x]. ¶ *Pro multis*] Id est, multorum causâ: ἀντὶ pro ὑπὲρ, vel ἕνεκα, ut Mat. 17. 27. ἀντὶ ἐμοῦ [y]. Ἀντὶ πολλῶν] Vel, *multorum vice*, Be.

46. *Veniunt Jericho*] Omnes diras Christus solvit, etiam illas Jos. 6. 26 [z]. ¶ *Filius*, &c. Υἱὸς Τιμαίου Βαρτιμαῖος] *Filius Timæi Bartimæus*, Be. Pi. Tautologia videtur & solœcismus, quòd vocem Syriacam Græcè reddat, quod nec necesse erat, nec in nominibus propriis ejusdem generis est factum. At, cùm denominatio fit à nomine communi & non proprio, vocem interpretantur, ut Marc. 3. 17. Act. 4. 36. Marcus autem ostendere voluit hunc *Bartimai* non sic dictum, ut reddi potuit, quasi בר תימה, *filius admirationis* ; vel, בר טימי, *filius utilitatis*, sed à nomine patris, *Timæi* [a] ; satis noti hominis [b], vel famâ bonâ, vel malâ [c] ; unde vulgò πατρωνυμικῶς appellabatur ברטימי. Sic Petrus vocabatur בר יונה; Magus ille, Act. 13. 6. בר ישוע; alius בר תלמי. Quod alicubi legisse se dicit Hieron. *Barsenna*, (i. e. *Filius cæcus* [d],) puto non alterius significatûs, sed corruptæ esse pronunciationis [*]. Imò hæc vera est lectio, quamvis Hieron. corruptam putet [f]. תימיא forsan idem cum סמיא, *cæcus*, ex usu ת pro ס apud Chaldæos, ut *Bartimæus filius Timæi* sonet, *Filius cæcus cæci patris* [g]. Forsan hæc explicatio nominis Syri ex albo in contextum irrepsit [h]; vel potiùs, ex Luca adjecta est [i]. Patri nomen fuit *Timæus*, filio, *Bartimæus* ; sicut à patre *Tholemæo*, filius *Bartholomæus* [k].

47. *Quia*, &c. Ὅτι Ἰησοῦς—ἐστιν] *Quòd Jesus*—*est*, Mo. vel, *esset*, Er. Il. Tre. &c. Nempe ὁ παράγων · *Quòd is qui præteribat esset Jesus Nazarenus*. Hic iterum impletur vaticinium Esaiæ, de quo suprà 7. 35 [l]. *Quòd Jesus*—*præteriret*, Pers. vel, *veniret*, Ar.

50. *Exsiliens*] Legit ἀναπηδήσας [m], ut est in meo vetustiss. Codice [n]. Ἀναστὰς] *Quum surrexisset*, Pi. Be. Ità & Syrus. Quare non dubito quin alterum, ἀναπηδήσας, substitutum sit in codicibus Græcis mutatis ad Latinum exemplar : quod aliquot locis factum observavimus [o].

51. *Rabboni*, Ῥαββονὶ] Ità pronunciabant, pro quo alibi, ῥαββουνὶ [p]. Simile est φαρὰ pro φερά. Vocabantur hoc nomine

q G. r Be. * V. † Pi. t Be. v G. x G. y Bru. z G. a G. sim. Bru. b G. c G. d G. * G. f Be. g Ham. h Cas. i Pi. k Ga. Cin. p. 37. l Be. m Cas. n Ga. ib. 38. o Di. p Di. sic G. q Ga. ib. r Di. † Di. sic G.

t Ga. ib. 38. v G. x G. y Be. z G. a Li. ho. b G. sic Li. ho. c Li. ho. d Be. * G. f Be. g Li. ho. h Be. i D. k Di. ex D. l G. m Rev. ex Be. n Be. o G. p G. sim. D.

nomine eximii Doctores, ut Judaei tradunt, & apparet Joh. 20. 16[q]. Vox Chald. est quae significat *magistrum*[r]. *Ribbon* Syriacè dicitur solus Deus †. Quod refellitur ex Targum, ut Exod. 21. 4. *Si dominus ejus dederit ei uxorem*: ubi Onc. habet רבונה[t]. ¶ *Ut videam*, Ἀναβλέψω] *Ut visum recipiam*, Er. V. Be. *Ut visum adipiscar*, ad verb. *Ut sursum aspiciam*. Ἀνὰ non iterationem significat, (quasi visum recuperâsset: nam vox de coeco nato usurpatur Joh. 9. 11, 18.) sed valet ἄνω, ut in voce ἀνελήφθη, Marc. 16. 19[v]. Videtur mihi hîc ἀναβλέπειν esse βλέπειν: nam & his convenit qui nunquam antè visum habuerunt, Mat. 11. 5. & 20. 34. Luc. 7. 22. Joh. 9. 18[x].

52. *Vade*, Ὕπαγε] Annuentis vox hoc loco[y], ut Matth. 8. 13. ubi de hac re egimus[z]. ¶ *Fides tua* (quâ & hoc à me sperâsti, & me Messiam esse credidisti[a],) *te salvum fecit*] Familiare Christo enunciatum, Mat. 9. 22. Marc. 5. 34. Luc. 7. 50. & 8. 48. &c[b]. Fidem laudat ut radicem virtutum reliquarum, fiduciae, constantiae, alacritatis, &c[c]. ¶ *Sequebatur eum in via*] Palàm demonstrans oculis se uti, cùm per se ambularet, solitus alieno ductu regi[d].

[q] G. [r] V. † Canin. in Be. [t] D. [v] Pi. [x] G. [y] G. sic Bru. [z] G. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. [d] G.

CAP. XI.

1. CUM *appropinquarent Hierosolymae & Bethaniae*, Εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν] *Ad Bethpage* (quod exponunt, *domum fontis*: nam πηγὴ, *fons*[a]. In omnibus vetustis Codicibus scriptum, βηθσφαγὴ[b] quod sonat *domum mactationis*[c]. Perperàm[d]. Puto esse ex corrupta pronunciatione: nam ת Hebraeum declinat ad sonum τοῦ σ*.) *& Bethaniam*, V. Be. Utriusque loci meminit Syrus, ut & Talmudici[f]. *Bethania* non tam vicus aut villa est quàm certus tractus montis Oliveti[g]; de quo vide ad Act. 1. 12[h]. *Bethphage* vocabant aedificia quaedam & certum terrae spatium continens iter Sabbati, sive 2000 cubitos à moenibus Jerosf. ad montem Oliveti, ubi coepit *Bethania*. Hinc *Bethania* dicitur ab Hierosf. abesse *iter Sabbati*, ex collat. Luc. 24. 50. & Act. 1. 12. quod intelligi nequit de vico Bethaniae, qui 15 stadiis, duplici ferè itinere Sabbati, aberat à Jerosf. sed de illa parte montis Oliveti ubi *Bethania* dici coepit, & ubi tractus *Bethphage* desiit[i]. *Bethphage* erat locus exterior Jerosolymae. nec minus sanctus quàm Jerosf[k]. *Bethphage* erat propè sub moenibus Jerosf. & prope montem Templi, ubi coquebantur oblationes[l]. Quin Glossa Talmudis vult hoc nomine significari quidquid est extra urbem in ambitu. *Bethania* distabat Hierosf. 15 stadiis, Joh. 11. 18. i. e. 2 milliaribus. Haec porrò loca hîc junguntur sine respectu ad situm, alioquin in itinere *Jerichunte Jerosolymam Bethphage* nominâsset ultimo loco[m]. Dicitur, *ad Bethphagen & Bethaniam*, (contra ordinem historiae, ad Bethaniam enim priùs accessit, Joh. 12.) ut demonstraretur historiam intelligendam esse de loco ubi se mutuò contingunt *Bethania* & *Bethphage*[n]. In Syro & in meo cod. vetustiss. sola *Bethania* h. l. memoratur[p]. At Syrus utriusque meminit*.

2. *Super quem nemo*, &c.] Quasi ad hunc usum destinatus fuerit. Sic Palaestini plaustro novo & vaccis indomitis usi sunt[q]. Bene monet vir doctissimus, ad sacros usus solitas adhiberi animantes nondum humanis usibus mancipatas, *Injuges* Latini vocabant, ut apud Festum & Macrobium est. Vide 1 Sam. 6. 7. Vide Ovid. Senec. Eurip[r]. [& verba eorum in G.] Non sine miraculo est quòd indomitus pullus primum sessorem patienter fert †.

4. *In*, &c. Ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου] *Ad transitum*, Æth. *Juxta viam*, Di. *In plateâ*, vel *vico*, Sy. in Di. Id probo. Hesychius, Ἄμφοδα, αἱ ῥύμαι, ἀγυιαὶ, δίοδοι, *vici*, *plateae*, *transitus*; per quos scilicet hinc intratur, indè exitur. Glossarium, *vicus*, ἄμφοδον, ῥύμη, κώμη, στοίχεια. Nec video quid aliud sit apud LXX Jer. 17. 27. καὶ καταφάγεται ἄμφοδα Ἱερουσαλὴμ, quàm, *devorabit plateas Hierosolymae*: quid enim ibi esset, *bivia*[t]? Al. *In bivio*, Er. Il. P. Ti. Be. Pi. Ca. Mo. Forsan eò loci ubi statum erat signum itineris Sabbatici ab urbe, ubi se mutuò contingerent via Sabbatica ab urbe, & via communis indè in rus[v].

5. *Quid*, &c. Τί ποιεῖτε λύοντες, &c?] *Quid facitis quòd solvitis pullum?* Be. Pi. i. e. Quid facere vultis ubi solveritis pullum[x]? Quorsum eum solvitis? Idem loquendi genus, Act. 21. 13[y].

[a] D. [b] Be. [c] D. [d] Be. * G. [f] Idem. [g] D. ex Be. sim. Li. chron. [h] Be. [i] Li. chron. p. 55. [k] He. in Li. ib. [l] BA. 1. 2. 17. 209. ex He. [m] BA. ib. [n] Li. ho. in dec. chorog. p. 33. [p] Be. * Di. [q] Be. [r] G. † Bru. [t] Di. [v] Li. ho. [x] V. [y] G.

8. *Alii frondes*, &c.] Ità Be. Pi. Mo. P. &c. Non malè vertunt, cùm sequatur, *ex arboribus*: propriè tamen id ea vox non significat[z]. Στοιβάδας *struem* significat apud Hellenistas, ut Levit. 1. 7, 8[a]. Glossarium vetus, στοιβὴ, *stipatio*, *stramentum*: στιβὰς, *stramentum*[b]. Addo, Syrum & Arabem vertere, *ramos*. Quibus favet quòd στοιβὴ pro *virgulto* usurpatur, Esa. 55. 13. Malim hîc distinguere, ut στοιβὴ sit *virgultum*; στιβὰς verò, *virgultisternium*, sive multitudo virgultorum stratorum, aut sternendorum. Hesychius, στιβὰς est stratura ἀπὸ ῥάβδων, i. e. *ex baculis*, *virgis*, sive *minoribus ramis* ab arbore resectis; καὶ χόρτων, &c. *& viridi gramine*, *ac foliis*. Dicit ergò, *caedebant* στοιβάδας, i. e. ramos unde στοιβάδες fierent: sicut quis sertum legere dicitur, qui flores legit unde sertum faciat: per Metonymiam[c].

10. *Quod venit*] Quod diu exspectatum jam adest[d]. ¶ Ἐν ὀνόματι κυρίου] *In nomine Domini*, B. Pi. Hoc habet Arabs; cujus seriorem esse Versionem multis indiciis apparet. Sed vetus non esse praeter Syrum Latinus docet*. Absunt haec in Syro, & in meo cod. vetustiss. nec sanè sunt necessaria: si tamen retineantur, ad τὸ ἐρχόμενον pertinent[f].

11. *Et*, &c. Καὶ περιβλεψάμενος, &c.] *Cùmque circumspexisset omnia*, Be. Pi. cum reprehensione & correctione, ut reliqui Evangelistae docent[g]. ¶ *Cùm*, &c. Ὀψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας] *Et vespera jam hora esset*, Be. P. sim. Mo. *Et vespertinum jam tempus esset*, Er. Il. Ti. Pi. sic Sy. Ar. Tre. *Cùm jam sera esset hora*, Ca. *Quando serò fuit*, Æth. Ὄψιον adjectivè dici auctor est Phrynichus: atque ità hîc acceperim. Sic suprà, ὥρας πολλῆς γινομένης[h].

12. *Et*, &c. Καὶ τῇ ἐπαύριον] Ità & Polybius loquitur[i]. *Et postero die*, V. Be. Pi. Disertiores Graeci dicunt, τῇ ὑστεραίᾳ, vel, τῇ ἑξῆς[k]. ¶ *Esuriit*] Salutem populi Judaici in Ficu figurati. Tempus enim non erat anni quo ficus fructum ferret[l].

13. *Venit*, &c. Ἦλθεν εἰ ἄρα εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ] *Venit* (vel, *Quam adiit*, Pers. sub. *visurus*, P. Be. Pi. Pers. sic Æth. Tre. &c.) *num* (vel, *si fortè*, Mo. sim. Ti. Ca. Pi. vel, *si videlicet*, Er. Il.) *inveniret aliquid in ea*, P. Be. &c. i. e. fructum aliquem[m]. ¶ *Non*, &c. Οὐ γὰρ ἦν καιρὸς σύκων] *Non enim erat tempus ficuum*, Be. Pi. &c. Cur ergò Christus ficus ex arbore petiit? aut cur damnavit, quòd non tulit, quae nec ferre potuit[n]? Fatentur hoc esse ἄλυτον ἄτοπον, *absurditatem insolubilem*[o]. Multa hîc incommoda sunt: 1. Non est haec idonea ratio cur ibi tantùm folia essent, quia ficus nondum maturuerunt, nam grossi nihilominus ibi esse poterant. 2. Cur Christus ficus quaereret, quas scivit nondum maturas esse atque usui idoneas? 3. At revera ficus tunc in Judaea maturuerunt. Jam enim Pascha instabat quo tempore *falcem segeti immittebant*, Deuter. 16. 9. & *primitias* offerebant, Levit. 23. 16. ideóque fructus tunc maturi erant, quod & Aristophanes notat, in *Avibus*, Χὠπότ' ὁ κόκκυξ εἴποι κόκκυ, &c. *Quum cuculus cecinerit* (quod omnes norunt veris initio fieri) *Phoenices omnes* (i. e. incolae terrae Canaan, ut diximus ad Mat. 15.) *triticum hordeúmque suum metebant*. Tunc & arbores fructum dederunt, teste Philone, leg. ad Cajum, p. 795*. Ficus in Oriente primo mense, qui Hebraeis Nisan, Martius Romanis, nasci Plinius testatur. Inter indicia veris est, quòd *ficus protulit grossos suos*, Cant. 2. 13. nam praecessit, *hyems enim transiit*. Constat autem praecoces nonnullas, alias fuisse seras; vide & Mat. 24. 32 †. [Quid dicendum?] Resp. 1. Addit hoc Marcus, ut intelligas, tum, 1. Jesum non elusum vanâ spe de arbore conceptâ: tum, 2. sententiam maledictionis v. seq. non arboris causâ latam, sed significationis[p]. Non arborem spectavit in hoc facto, quae si infrugifera est, non minùs culpâ caret verno aut aestivo quàm hyberno tempore[q]. Resp. 2. Sic legendum, Οὗ γὰρ ἦν, καιρὸς σύκων, *ubi enim erat*, h. e. juxta Jerosf. & ad montem Oliveti, *tempus erat ficuum*, vel, *tempestivae ac maturae erant ficus*. Accentus enim spiritúsque, sicut & distinctiones, omittebant veteres plerumque, aut negligebant, quod antiqua docent exemplaria[r]. Non placet: 1. Nimia haec esset mutatio. 2. Durae sunt phrases, οὗ ἦν, pro, *ubi erat*, & καιρὸς σύκων, tam concisè, pro, *tempus erat ficuum*. 3. Ità haec verba continerent rationem non verborum proximè praeced-

[z] Cas. [a] G. [b] Cas. [c] Di. [d] G. * Idem. [f] Be. [g] Li. ho. [h] G. [i] G. [k] Be. [l] G. [m] Pi. [n] Chrys. & Th. in Heins. [o] Al. in Heins. * Ham. † Heins. [p] Eru. [q] G. ad v. 12. [r] Heins.

præcedentium, cur *nihil invenerit*; sed remotiorum, cur ad ficum *accesserit*: quod vero simile non est. *Resp.* 3. Sensus, *Non erat tempus ficuum*, i.e. tempus ficubus opportunum, sive commodum, ut vox καιρὸς propriè denotat; non erat annus ficubus abundans: quum autem hæc arbor foliis suis fructum promitteret, quem tamen non reddidit, meritò damnatur †. *Resp.* 4. Notandum, varia fuisse ficuum genera, ut observant Thalmudici: ex quibus quædam fructum unoquoque anno ferebant; aliæ autem biennio, ut פרסאות, vel triennio, ut בנות שוח, ferebant. Hæ porrò unoquoq; anno fructum ferebant, sive protrudebant, sed ad maturitatem non perduxerunt nisi aut secundo, aut tertio, anno; ut dicitur in Gemara Hieros. & à Glossat. ad Sheviith, cap. 5. hal. 1. Cùm autem reliquis ficubus vento & hyeme excuti solerent folia, hæ pro natura & genere suo & æstate & hyeme retinebant folia anni præteriti atque præsentis. Præterea prima protrusio foliorum ficuum fuit mense Nisanis, Bab Pesachin, fol. 52. 2. Hieros. Sheviith, fol. 35. 4. ea verò præcessit maturitatem ficuum per spatium quinque mensium, ut ibi notatur. De his autem ficubus insusitati generis & insolitæ fructificationis hunc locum accipio. His ergò verbis, οὐ γὰρ ἦν, &c. non strictè & solùm rationem reddit, cur ficus non invenerit; sed rationem reddit totius actionis, cur scilicet in monte isto, ficubus abundanti, (nam *Bethphage* dicta videtur ab Heb. פגים, *grossi*, quòd plures ibi, & maturiùs, quàm alibi in Oriente, provenirent ᶜ,) unam tantùm viderit ἔχουσαν φύλλα· quæ verba peculiare quid denotare videntur, acsi reliquæ ficus ibi essent absque foliis, talibus saltem quæ pollicerentur ficus; & cur eam conspectam è longinquo adierit, ab eáque sola ficus exspectaret; *quia*, scilicet, *non erat tempus ordinariorum ficuum*. Ex hac autem ficus exspectavit, non tamen ficus præsentis anni, quarum tempus aberat ferè per spatium quinquemestre, ut dictum: sed neque hæc folia erant præsentis veris, quæ vix adhuc erant in rerum natura, sed anni præteriti, quæ per totum hyemem, vel fortè per biennium, aut triennium, ficui adhæserant. Produxit v. g. ea arbor, quæ erat de genere בנות שוח, ficus hâc æstate, quæ per totam hyemem ramis hæserunt; produxit & alias proximâ æstate, eæque & priores per istam hyemem ramis etiam hæserunt; tertiâ æstate tertiam prolem eddit; atque ita ætas prolem primam ad maturitatem decoxit; & sic in perpetuum: ità ut nullum tempus eam fructu plurium annorum vacuam videret. Minùs ergò mirum est, si ea, quæ tantam fœcunditatem ex aspectu suo promisit, ut duorum ad minimum annorum fructum exspectaret, nè unam quidem exhiberet ficum, justam patiatur vindictam: emblema pœnæ infligendæ Judæis, ob spiritualem eorum sterilitatem ac hypocrisin ᵛ.

14. *Non ampliùs*, &c.] Hoc facto damnum particulari nulli homini intulit, quia hæc arbor erat ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, Mat. 21. 19. communis juris; utpote nascens in loco omnibus communi, non in horto, &c ˣ.

15. *In Templo*] Id est, in atrio Gentium ʸ. ¶ *Cœpit ejicere*] Id est, ejecit ᶻ; quomodo verbum illud πλεονάζειν suprà annotavimus, 10. 32. Videntur enim viri eruditi rectè colligere, antea quoque rem similem à Christo factam, quæ à Johanne narretur, præterita ab aliis ob facti similitudinem ᵃ. Christus plùs semel hoc fecit. Vide ad Mat. 21. 12. Luc. 19. 45. Joh. 2. 14 ᵇ.

16. *Ut quisquam transferret*, &c. Διενέγκῃ σκεῦος, &c.] *Deportaret vas*, &c. Be. Pi. &c. Κατὰ τὸ ὑποκείμενον intelligi debet σκεῦος ad quæstum faciendum pertinens ᶜ, supellectilem ullam, aut instrumentum profanis usibus serviens ᵈ; q. d. ut per Templum eat, vasis ullis, aut impedimentis, onustus: nam de iis loquitur quæ oneri erant *. Bab. Jevamoth, fol. 6. 2. *Quænam est reverentia Templi? Nè quis eat in montem domûs*, vel *atrium Gentium, cum baculo suo, & calceis suis, crumenâ suâ, & pulvere in pedibus suis* ᶠ; *neque cum mantica aut pecuniis linteo involutis* ᵍ: *non per illud faciat viam suam transitivam, nec faciat locum sputationis*. Idem etiam statuitur de Synagoga, quamvis jam devastata, *nè faciant eam viam transitionis*. Prohibetur ergò à Magistris, nè, in viæ compendium, atrium Templi fiat transitus. At Judæi jam portabant vasa profana in atrium Gentium, ubi Tabernæ erant ʰ.

† Ham.
ᶜ Heins.
ᵛ Li. ho. ad Matth. 21. 19.
ˣ Li. ho. ib.
ʸ Med. l. 1. dis. 11. Ham.
ᶻ G. ex D.
ᵃ G.
ᵇ D.
ᶜ G.
ᵈ Bru. sim. Be.
* Cun. de rep. Heb. 2. 12.
ᶠ Li. ho.
ᵍ Maim. in Cun.
ʰ Li. ho.

17. *Domus mea domus orationis vocabitur* (vel, *erit*, Æth.) *omnibus gentibus*] Ità Mo. Tre. Er. Ti Med. vel, *ab omnibus gentibus*, Be. Pi. Ang. Sy. acsi Dativus casus, τοῖς ἔθνεσι, h. l. non esset acquisitivus, sed (ut interdum fit cum verbis passivis) loco Ablativi agentis, pro, παρὰ τῶν ἐθνῶν. Qui sensus à scopo loci planè alienus est. Emphasis est in his verbis, πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Illatio sic procedit, *Domus mea vocabitur domus orationis omnibus gentibus*: Ergò domus orationis omnibus gentibus est pars domûs Patris mei, ideóque sancta, & non polluenda. In Templo erant Atria tria; 1. Atrium sacerdotum, ubi Templum & Altare. 2. Atrium medium, sive magnum, quod ingressi sunt omnes Judæi & Proselytæ circumcisi. 3. Atrium gentium. Duo priora Atria sacra habebant, & vocabant τὸ ἅγιον, teste Jo. Bel. Jud. 6. 6. quibus incircumcisi & immundi excludebantur. Tertium erat extra sacros limites, ideóque prophanum, sive commune, habebatur. In hoc admittebantur tum Judæi immundi, tum Gentiles, qui, quamvis incircumcisi, Deum tamen colebant, & σεβόμενοι dicti sunt. Eo ergò tanquam loco prophano utebantur, ídque forsan in contemptum Gentilium quos inter boves ovésque posuerunt, &c. Christus autem ut venit ad redemptionem non Judæorum solùm, sed & Gentium; ità hoc velut præludio illud significabat, dum earum Oratorium à pollutione vindicaret. Unde discimus, quid existimandum est de Gentilium oratoriis, sive Ecclesiis, quæ etiamnum sunt domus orationis, ideóque sanctæ, si non legali, at saltem respectivâ, sanctitate reputandæ ⁱ. Christi ætate Templum erat domus precationis, quamdiu scilicet viguit Lex cum suis umbris. Hodie diversa est ratio, &c ᵏ. Impletum hoc erat suo modo in Templo secundo, 2 Mac. cap. 3. vers. 2, 3. Joh. cap. 12. vers. 20. Act. 8. 27 ˡ. perfectè autem in Christi Ecclesia, quæ etiam cœpit ex illo Templo, unde personuit Evangelii doctrina ᵐ.

18. *Quærebant*, &c.] Non de re, nam decreverant ipsum de medio tollere, sed de modo & opportunitate ⁿ. ¶ *Timebant enim eum*] Refero ad verbum ἐζήτουν, (*quærebant*,) quod solitudinem significat. Solicitos igitur dicit fuisse, *quia ipsum metuebant*, id est, multitudinem eorum qui ipsum magni faciebant. Confer Matth. 21. 46. Luc. 19. 47, 48 ᵒ.

19. *Egrediebatur*, &c.] Nè quam noctu in urbe inquieta rerum novarum occasionem præsentiâ suâ daret, aut dare videretur ᵖ.

20. *Et*, &c. Καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι, &c.] *Et manè prætereuntes*, Pi. *Et cùm ficum præterirent*; ut Matth. cap. 27. vers. 39. *Adambulandi* vox non videtur mihi rectè usurpari ubi non de omni aut simili re extensa, sed de arbore, agitur ᑫ. ¶ *Viderunt*] Erat enim apud viam ʳ.

22. *Habete*, &c. Ἔχετε πίστιν Θεοῦ] *Habete fidem* (i. e. fiduciam †,) *Dei*, P. Be. Pi. sim. Tre. ex Sy. *Confidite Deo*, Er. Il. Ti. Ca. vel, *erga Deum*, Er. V. Camer. εἰς τὸν Θεόν. Simile est, *generis fiducia vestri*: &, *fiducia artis nostræ*, apud Tullium. Sic Act. 3. 16. *fide nominis ejus*. Gal. 2. 20. *fide filii Dei* ᵗ. *Fides Dei* passivè hîc dicitur, quæ Deo habetur ᵛ; vel, quâ Deo creditur: Genitivus notat subjectum occupans ˣ. *Fidem Dei habere* nihil aliud declarat quàm certum esse, Deum præstiturum quod promisit. Itaque præsupponit [hoc loco] miraculorum donum ʸ.

23. *Huic monti*] Montes in Prophetis sæpe, ut & Apoc. 8. 8. sunt magna Imperia. Sensus hoc loco est, Si fidem Deo haberet populus Judaicus, Romanum jugum ab eo auferretur *. ¶ *Et non*, &c. Καὶ μὴ διακριθῇ, &c.] *Nec hæsitaverit*, vel *dubitaverit*, &c. Er. Il. Ar. Pi. Tre. ex Sy. Ca. &c. vel, *disceptaverit*, &c. P. Ut facere solent qui utrinque sunt incerti & medii inter incredulos & credentes, qui velut in bivio nesciunt utram viam sint ingressuri ᶻ.

25. *Et cum stabitis*, &c. Στήκητε προσευχόμενοι] *Adstiteritis orantes*, P. Be. i.e. apparueritis coram Altari Domini precantes. Τὸ στήκειν hîc declarat τὸ παρεῖναι καὶ παρέστασθαι i. e. sistere se in conspectum & adesse, sive stes, sive sedeas, ut Exod. 33. 10. 2 Par. 34. 31. Esa. 3. 13 ᵃ. Al. *Stabitis*, sive *steteritis*, *orantes*, Er. Il. Ti. sic Pi. Mo. vel, *ad orandum*, Ar. Tre. ex Sy. *Cùm in orationem surrexeritis*, Pers. Hinc apparet, olim stantes precari solitos.

ⁱ Med. ib.
ᵏ Calv.
ˡ Bru.
ᵐ Bru. ex Calv.
ⁿ Bru.
ᵒ G.
ᵖ G.
ᑫ G.
ʳ Be.
† V.
ᵗ G.
ᵛ Be.
ˣ Pi.
ʸ Be.
* G.
ᶻ Be.
ᵃ Be.

tos[b]. Imò verò plerumque flexis genibus orabant, Dan. 6. 10. Act. 9. 40. & 20. 36. & 21. 5. unde &, *flectere genua*, pro toto Dei cultu ponitur, ut 1 Reg. 19. 18. Mich. 6. 6[c]. Vide [dicta ad] Matth. 6. 5, 6[d]. *Et quando oratis*, Æth. *Oraturi autem*, Ca. ¶ *Si quid habetis adversus aliquem*] Jus conquerendi de aliquo. Vide quæ ad Matth. 5. 23 *. q. d. Remitte offensas, &c[f].

26. *Quod si*; ita Er. G. ex Sy. Εἰ δὲ] *Nam si*, Be. Pi. δὲ pro γὰρ, ut in Homero[g]. Cur [autem] hoc quidem loco δὲ magis causaliter, quàm oppositè, accipi debeat, sanè non video[h].

27. *Cùm ambularet in Templo*] Non otiosus, sed docens, ut mos erat, dum ambularet, atque ità multis huc illuc dispersis satisfaciens, donec illi, sermone docentis excitati, in unum confluerent, & uno loco docentem retinerent, vel in suggestum cogerent. Ambulandi inter docendum mos fuit philosophorum Peripateticorum[i]. ¶ *Seniores*, Πρεσβύτεροι] In vetustiss. meo cod. additur, τοῦ λαοῦ, *populi*[k]. Sed hoc ex veteri interpretamento est, nam nec Syrus, nec Latinus, agnoscunt. Cæterùm qui sint πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ alibi diximus[l].

32. *Si dixerimus, ex hominibus, timemus*, &c. Ἐφοβοῦντο τὸν λαὸν] *Timebant populum*, Mo. Il. Ti. sic Er. Ca. &c. pro, *timemus*. Mutatio personæ[m], Hebræis frequens[n]. Similia exempla, Luc. 5. 14. & 7. 4. Act. 15. 5[o]. Al. *Timemus*, &c. P. Be. Pi. Æth. Ar. ut est Matth. 21. 26[p]. Al. *A populo metus est*, Pers. Tre. ex Sy. Al. *Si dixerimus, ex hominibus*, (sub. *quid fiet nobis?* seu, *non bene nobis cedet*, deinde subjungit Evangelista,) *timebant enim populum*. Ellipsis est integri in oratione connexa membri, ut Matth. 6. 5. & 8. 9[q]. [quæ cum aliis exemplis vide in Autore.] ¶ *Omnes enim habebant*, &c. Εἶχον τὸν Ἰωάννην, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν] Consueta constructio fuerat, ut apud Matthæum, ἔχουσι τὸν Ἰωάννην ὡς προφήτην· aut, εἶδον περὶ Ἰωάννου, ὅτι ὄντως προφήτης ἦν· Nunc duo loquendi genera miscuit, atque ità constructionem fecit κατὰ τὸ σημαινόμενον[r]. Vel, εἶχον τὸν Ἰωάννην, i. e. εἶχον περὶ τοῦ Ἰωάννου †. [Verba autem hîc posita sic reddunt;] *Tenebant* (vel, *Habebant*, Mo. vel, *Dicebant*, Ca. Il. Ar.) *Joannem verè esse prophetam*, Sy. Tre. Ar. sic Ca. *Sentiebant de Johanne, eum verè*, &c. P. Be. Pi. *Habebant Johannem ut qui verè*, &c. Ti. Pi.

[Margin: b Er. — c Be. — d G. Di. — * G. — f Bru. — g Be. — h G. — i Bru. — k Be. — l G. — m V. Bru. sim. Er. Be. — n Bru. ex V. — o Be. — p Idem. — q Glas. gram. 4. 2. 4. 709. — r G. — † Be.]

CAP. XII.

1. IN *parabolis*] At unam tantùm hîc recenset. Resp. 1. Multas tamen Dominus proposuit, quas Matth. recenset[a], quarum gravissimam Marcus narrat[b]. 2. Hæc verba non tam multitudinem parabolarum quàm genus orationis significant; q.d. παραβολικῶς[c]. 3. Vox משלים inter ea est quæ plurali sono singularem sæpe habent significationem, ut Ezec. 14. 8[d]. ¶ *Vineam*] De se hoc dici noverant Pharisæi, Matth. 21. 45. Nec mirum: nam gloriabantur Judæi, se esse vineam Domini. Tanchum, fol. 54. 3. *Vinea Domini est domus Israelis* *. ¶ *Fodit lacum*] ita Be. Pi. Mo. P. Ti. &c. Ὑπολήνιον] *Torcular*. Tre. ex Sy. Pers. Ar. Æth. *Subtorculare*, Bru. Zeg. in quod defluit mustum prælo expressum[f]. Matth. 21. 33. est simile ex ληνὸν[g], quod significat & *torcular calcatorium*, in quo calcantur uvæ; & *lacum*, sive vas, sub torculari, vel ante torcular, positum, quod liquorem expressum recipit, quod Hebræi יקב, ο΄. nunc ληνὸν, nunc ὑπολήνιον, nunc προλήνιον, vocant[h].

2. *In tempore*; ità Tre. P. Τῷ καιρῷ] *Cùm opportunum esset*, Er. Il. *Tempore suo*, Be. Pi. Sy. Ca. *Tempore*, scil. fructuum, ut addit Matthæus[i], sive quo colligi fructus solent[k]: anno quarto à prima ejus plantatione, juxta Hebræos[l]

3. *Ceciderunt*; ità Be. Er. Tre. Ἔδειραν] *Verberârunt*, Pi. In omnibus ferè exempl. legitur ἔδειραν· cùm tamen ἔδαραν legendum esse ex 2 vet. Codicibus, ex Syro, ex Vulg. ex ipso denique verborum, δέρω, & δαίρω, significatu, colligamus. Nam δαίρω est propriè, *cædo*, aut *verbero*; δέρω autem, *pellem detraho*, ut Il. α΄. —— Καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν· unde & δέρμα, *pellis*. Atqui servum illum non

[Margin: a Be. — b Bru. — c Be. — d G. — * Li. ho. — f Bru. sim. Er. V. Zeg. Camer. — g Di. Bru. — h Di. — i G. — k Be. — l Li. ho.]

occiderunt, sed *cæsum remiserunt* domum[m]. Scribitur hîc δέρω, pro δαίρω, in omnibus quæ vidimus exemplaribus[n].

4. *In capite vulneraverunt*, Λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν] *Lapidârunt*, Pi. (vel, *Jactis lapidibus*, V. vel, *Quum lapidâssent eum*, Di. sub. *&*, Pi.) *vulnerârunt*, Sy. Verbum hoc est ἅπαξ λεγόμενον[o]. [Hinc variant:] *Contuderunt*, Tre. *Percusserunt eum*, Æth. *Caput* (sub. *ejus*, vel *illi*, Pi. V. &c.) *vulnerârunt*, sive *contuderunt*, sive *comminuerunt*, P. Ti. Be. Pi. Er. Il. Ca. V. sic Mo. Cas. Scul. G. Notandum est verborum in όω & ίζω eandem esse rationem, ut, γναθόω, & γναθίζω. Quidni ergò κεφαλαιοῦν sit, *cædere caput* [p]? cùm γαστρίζειν sit, γαστέρα τύπτειν[q], in Laertio[r], & Aristophane †. Al. Forsan vertas, *Caput & faciem deformârunt*, vel tonsurâ, vel alio pacto; quia mox cum ignominia dimissus perhibetur[t]. Theoph. quò usitatam significationem quodammodo retineret[v], vertit, συνετέλεσαν καὶ ἀπεπλήρωσαν τὴν ὕβριν· i.e. omni contumeliarum genere quasi in summam quandam redacto affecerunt[x]. Sed durior est ellipsis, ἐκεφαλαίωσαν, supple τὴν ὕβριν, *in summam quasi redegerunt contumeliam*. Ego hoc cum seq. sic reddo; *breviter* (vel, *summatim*, sive *compendiosè*) *egerunt & remiserunt inhonoratum*, i. e. non diu disputârunt, sed omnibus scrupulis & difficultatibus in compendium contractis, breviter & summatim collegerunt, remittendum eum esse ignominiosè: *breviter egerunt & dimiserunt*, i.e. breviter dimiserunt; κεφαλαιώσαντες ἀπέστειλαν, phrasi Hebræis usitatissimâ[y]. Non est opus hanc vocem à genuino sensu torquere. Κεφαλαιοῦν est, *in summam quandam subducere & colligere*. Sensus ergò est, Jecerunt in eum lapides, & deridentes computârunt cum eo summam; q. d. Requiris tu fructum & redditum? en tibi hunc fructum, (jacto lapide;) en tibi alium fructum, (jacto alio lapide;) & sic multoties. At etiò, vocem, ut vulgò, transferendam, *in capite vulneràrunt*: tum ità distinguitur hic modus λιθοβολίας ab illo quo confecti sunt rei à Synedrio. Is enim erat jactus unius grandissimi lapidis in cor damnati, cùm jam jaceret supinus, ubi caput illæsum erat: hic autem, lapidum plurimorum, è manibus per aera jactatorum, hîc illic, ubique ferientium; h.e. λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν[z]. Al. Κεφαλὴ in Glossario est, *pœna capitalis*, quam & τὰ κεφάλαια Græci vocant. Unde *res capitalis, judicium, capitale*, &c. Ità κεφαλαιοῦν hîc est, *mulctare, capite*, seu *vitâ*: nam addit Marcus v. seq. κἀκεῖνον ἀπέκτειναν· quæ hujus verbi κεφαλαιοῦν interpretatio videtur, quia κἀκεῖνον dixit. Deinde נפש *animam*, sive *vitam*, κεφαλὴν interpretantur Hellenistæ. Adde, quod lapidatio, de qua hic agitur, erat pœna capitalis. Ἠτιμωμένον, quod addit, Hesychio est, ἠφανισμένον, h.e. ἀπολωλότα· nam ἀφανίζειν, Hellenistis est, ἀπολλύειν. Vel, si vertas, *dedecoratum*, intelligas de contumeliis ante mortem illatis. Cogitandum autem [de hac interpretatione,] quia ἀπέστειλαν sequitur ‖. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον] *Et remiserunt dedecoratum*, Pi. Ar. P. vel, *inhonoratum*, G. Di. Mo. sive *exhonoratum*: nam utraque vox apud Salvianum est minimè sordidum scriptorem[a]. Vel, *contumeliis affectum*, Er. Il. Ti. sic Be. sim. Pers. Ca.

5. *Et plures alios*] Oratio elliptica: intellige, vel, *ablegavit ille*[b]; vel, *ità tractârunt*[c]; ut verba sequentia declarant[d].

6. *Filium charissimum*, Ἀγαπητὸν αὐτοῦ] Notant Græci ab Hesiodo aliisque ἀγαπητὸν dici τὸν μονογενῆ· sic יחיד, quod est μονογενής, ο΄. vertunt ἀγαπητὸν, Jer. 6. 26. Gen. 22. 2. ubi Aq. posuit μονογενῆ. In Cantico Esa. 5. de Vinea דוד vertitur ἠγαπημένος & ἀγαπητὸς *. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐντραπήσονται, &c.] *Reverebuntur*, &c. Be. Pi. i.e. Pudore moti ab eo deflectent, nec ejus vultum aspicere sustinebunt, ut eum offendant[f]. Sophocles Oedipo Tyranno, ὧν ἐντρέπῃ σὺ μηδέν, *quæ tu nihil cures*. Et in Ajace, cum genit. Τί δαὶ οὕτως ἐντρέπῃ τῆς συμμάχου; *Cur adeò parum curæ tibi est socia tua?* Et in Electra, οὐδ' ἐντρέπῃ μου, *nihil moveris mei respectu*[g].

8. *Ejecerunt extra vineam*] Posset hoc intelligi de corpore mortuo in fabula, &, in significatione fabulæ, de contumeliis quibus Judæi nomen Christi post mortem affecerunt: sed, cùm apud Matthæum alius sit ordo, satius est more Hebreo, καὶ ἐξέβαλον, interpretemur, ἐκβληθέντα[h].

[Margin: m Scul. ex. 2. 107. — n Be. — o Be. sic Cas. — p Cas. — q Cas. sic G. — r Cas. — † G. — t Camer. — v D. — x Di. ex Ec. — y Di. — z Li. ho. — ‖ Heins. — a G. — b Camer. — c Camer. sim. Pi. — d Pi. — * G. — f Ec. — g Camer. — h G.]

9. *Veniet*, &c.] Responsio est Judæorum astantium, ut ex Matthæo apparet [i].

10. *Ædificantes*] i. e. Scribæ, sive sapientes; sic dicti, quòd ædificabant super fundamentum Legis [f].

11. *A Domino factum est istud*, Αὕτη] Vel, κεφαλὴ vel γωνίας [g] vel, *iste*, ut ad *lapidem*, sive *Christum*, referatur [h]. Al. Αὕτη pro τοῦτο, per Hebraismum, de quo vide ad Matth. 21.42 [i].

12. *Quærebant*, Ἐζήτουν] *Studebant*, Be. Pi. i. e. affectabant, & mirificè cupiebant. Respondet τῷ בקש [k]. Ità vox hæc usurpatur & in Isoc. *Quæ verò mens ejus erga Evagoram fuerit, nè ipse quidem dissimulare* ἐζήτησεν, *studuit*: & in Aristoph. *Nè idcirco tumescas*, ὅτι ζητεῖς τοῦ ἀναπείθειν ἡμᾶς, &c. *quòd nobis persuadere studeas*, &c. & in Eurip. *Si verò in primum civitatis ordinem ruens* ζητοῖ τις εἶναι, &c. *aliquid esse contendam*, &c [l]. ¶ *Cognoverunt enim*, &c.] Non pertinet hoc ad proximum verbum, ἐφοβήθησαν, sed ad ἐζήτουν & rursus, sequens, καὶ ἀφέντες, pertinet ad ἐφοβήθησαν, quod est remotius [m]. Synchysis est, sive trajectio [n]. ¶ *Ad eos*; ità Mo. Πρὸς αὐτοὺς] *Ad se directam* [o]. *Adversum* (vel, *Propter*, Ar.) *ipsos*, Sy. Tre. Er. Be. Camer. sic Ca. πρὸς hîc ἐναντίωσιν (*oppositionem*) notat, ut in illo Chrysost. περὶ προσευχῆς, Ἀναλυτικοὶ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἁμαρτίας [p]. *De ipsis*, Pers. Æth.

13. *Herodianis*] Hos quidam volunt Herodem Magnum pro Christo suscepisse: quod non placet: nec enim vero simile est, post obitum ejus hanc insaniam insedisse animis adulatorum, ità ut sumptus ad sacrificia in honorem Herodis obeunda, natalémque ejus colendum, facerent, cùm res ipsa satis argueret, eum non fuisse Messiam. Fuerunt potiùs servi sive liberti Herodis, qui tributis exigendis præerant. Si urgeas illud Persii, Satyrâ 5. *Herodis venere dies*, &c. dico, Persium non ibi agere de Judæorum sectariis; sed de iis potiùs, qui Romæ Judaicam superstitionem amplectebantur, & dies eorum festos observabant; [quod innuunt illa verba, *Labra moves tacitus, recutitáque sabbata palles.*] *Dies* autem illos *Herodis* appellat, i. e. Judæi cujusvis; verùm *Herodem* nominat, quippe quem voluit ὀνόματι τωδάζειν [q]. [Sed de his fusè dicta vide ad Matt.h 22. 16.] ¶ *Ut eum caperent*, &c. Ἀγρεύσωσι λόγῳ] *Captarent* (vel, *Seducerent*, Æth. *Vexarent*, Ar. *Illaquearent*, sive *irretirent*, Tre. Ca. *Venarentur*, Er. Bru. *Irretirent captum*, Be.) *sermone*, Er. Il. P. Ti. Mo. &c. vel, 1. suo, h. e. quæstione suâ [r]: vel, 2. ipsius, sive responsione Christi [†].

14. *Non curas quenquam*] Adeóque nec Cæsarem [t]. ¶ *Nec*, &c. Οὐ γὰρ βλέπεις εἰς πρόσωπον, &c.] *Neque respicis* (vel, *consideras*, Ar. *accommodas te*, Æth.) *ad personam* (vel, *faciem*, Sy. Mo. Pi.) *hominum*, Beza; id est, nullam habes rationem personarum [v], sive externarum qualitatum, extra causam & rem, in judicando vel docendo [x]. ¶ *Viam Dei*] Id est, quæ ducit ad Deum; sanctos mores, & præcepta Dei [y]. ¶ *An non*, &c. Δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν;] *Demus, an non demus?* Be. Pi. Ἐλλειπτικῶς. *Auctor es nobis demus, an non?* Neque hoc idem omnino est cum superiore quæstione: sed si Jesus licere dixisset, supererat altera quæstio, An expediret [z]. An debemus dare, necne [a]? Jubésne ut demus, an prohibes dari [b]?

15. *Versutiam*, Ὑπόκρισιν] *Simulationem*, Er. V. Sensit enim simulatâ mente locutos. Discere cupientium præferebant speciem, cùm animus calumniam strueret [c].

16. *Cujus est imago*, &c.] Erat hic Denarius Romanus & Cæsareanus, non Hierosolymitanus, erátque argenteus, non aureus, qui valebat 25 argenteos. Bava bathra. fol. 166. 1. *Denarii absolutè positi intelligendi sunt denarii argentei* [d].

19. *Et*, &c. Καὶ καταλίπῃ, &c.] *Et dimiserit*, &c. Vulg. Id meliùs conveniret Divortio [*]. *Et reliquerit*, Be. Bru. Pi. ¶ *Filios*, Τέκνα] *Liberos*. Vide ad Matthæum [f]. In uno vet. exempl. est τέκνον quod probo: satis enim erat vel unum filium reliquisse, &c [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐξαναστήσῃ, &c.] *Et suscitet*, sive *excitet*, *semen*, &c. Er. Il. Sy. Tre. P. Be. Pi. &c. vel, *prolem*, Ca. i. e. procreet filium. Nota, contra Judæos, vocem *seminis* de uno homine dici. Vide Gen. cap. 22. vers. 18 [h].

20. *Septem ergò*, &c.] Ità Be. Οὖν in uno vet. cod. legi: rectè; ut narrationis exordium declaret [i]. Ἑπτὰ ἀδελφοὶ] Ità plurimi Codices & Syrus: quare οὖν ex Latino videtur adjectum; neque necessarium est. Species enim facti novam sententiam inchoat [k].

22. *Et acceperunt*, &c.] Vel, *Denique*, i. e. ut uno verbo dicam, *acceperunt*. Copulativa pro particula præcisionis [l].

23. *In*, &c. Ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι] Gaudet hujusmodi παραλόγων iteratione Marcus, ut exemplis aliquot ostendimus ad Matth. 24. 22 [m]. Illa, ὅταν ἀναστῶσι, omittuntur in Syro [n], & in 2 Codicibus, idque sine sensûs injuria [o]. Est Epexegesis pleonastica, qualis Marc. 1. 32. & 7. 13 [p].

24. *Nonne*, &c. Οὐ διὰ τοῦτο, &c.] *Nonne propterea erratis*, &c?] Interrogationem ex more Hebræorum pro vehementi affirmatione positam ex Matthæo, aut certè ejus interprete, liquet; qui habet, *erratis*. Est autem hîc rursus σωντάξις κατὰ τὸ σημαινόμενον nam διὰ τοῦτο dixit quasi illaturus esset, ὅτι μὴ οἴδατε cùm nunc dixerit, μὴ εἰδότες [q]. ¶ *Non scientes Scripturas*] Errabant Sadducæi ob imperitiam Scripturarum; Pharisæi, non quia ignorabant eas, sed quia avaritiâ & ambitione excæcati erant [r]. ¶ *Virtutem Dei*] Quâ potest mortuos resuscitare [†].

26. *Super*, &c. Ἐπὶ τῆς βάτου ὡς εἶπεν] *In rubo ut locutus sit*, &c. Er. sic Ca. *Quomodo in* (vel, *de*, sive *ex*, Tre. ex Sy. Pers.) *rubo locutus sit*, &c. Be. Pi. In Græco verba sunt trajecta [t]. Pro ὡς in uno cod. est πῶς [v].

28. *Quod*, &c? Ποία ἐστὶ, &c?] *Quodnam est primum*, &c? Pi. sic Be. Quænam sunt maxima Legis præcepta, ceremonialia, an (quod hîc maluit) moralia [x]?

29. *Primum*, &c.] Non ordine, sed dignitate & pondere: *primum* idem quod *maximum*, ut apparet ex collat. v. 31. Matt. 22. 36, 38 [y]. primarium ac præcipuum [z]. Hoc idem Maimon. vocat. *magnum articulum*, i. e. præcipuum articulum fidei. ¶ *Audi Israel*, &c.] Est hæc ipsissima formula quam Judæi vocant קריאת שמע, quámque volunt ab omnibus fidelibus quotidie, manè & vesperi, recitari [a]. Ipsa verba LXX Deut. 6. 4. Bene hoc addidit Marcus, quia ad sequentis præcepti illustrationem pertinet. Ad religionis enim substantiam non satis est quodvis Numen colere, sed certum Numen animo proponendum est, cujus nota est unitas, quâ distinguitur à Diis Gentium, qui multi esse credebantur; item ab Angelis [b]. Judæi in membranis sive tephillin scribebant quatuor Legis sectiones, quas necessarias præ cæteris judicabant, & sic, quasi contractâ Lege, eas manibus vel capiti appenderunt. Prima hæc erat ex Deut. 6. à 4. ad 10. Secunda ex Ex. 13. à 1. ad 11. Tertia indè à v. 17. Quarta ex Deut. 11. à 13. ad 21. In his omnibus dicitur, vel, *ligabis in signum in manu*, &c. vel, *erit tibi in signum*, &c. In his locis nihil de proximi amore præcipitur. Dominus ergò his verbis utitur, quæ etiam *præceptum* vocat, (cùm tamen præceptum potiùs contineant sequentia,) ut ostenderet, hanc ipsorum divisionem, quæ phylacteriorum erant argumentum, superstitiosam potiùs quàm veram & legitimam fuisse, inprimis autem & prolixam; nec Legem, ut oportuit, contractam fuisse, neque omnia hîc necessaria repræsentari [c].

30. *Ex tota mente tua*; ità Er. Il. Sy. Ti. &c. Διανοίας] *Cogitatione*, P. Be. Pi. i.e. συνέσεως, ut Scriba responso suo explicat [d]. Addidit hoc Marcus ad interpretationem ejus quod præcessit, τῆς ψυχῆς uti & infrà additum est, ἐξ ὅλης τῆς συνέσεως, simili sensu [*]. Διάνοια est, *consideratio*, σύνεσις, *perspicacia* atque *docilitas*: συνετοὶ enim sunt, *docti* & *ingeniosi* [f]. ¶ *Virtute tuâ*; ità Tre. ex Sy. Mo. Ar. Pers. Ἰσχύος σου] *Viribus tuis*, Be. P. Pi. Er. Il. &c. Est autem hæc cordis motio & incitatio, id est, ὁρμὴ, quæ & ὄρεξις, *appetitio*, & omnino ἐνθύμησις, i. e. *cogitatio* [g].

31. *Secundum*, &c. Καὶ δευτέρα ὁμοία, αὕτη] *Et secundum illi simile, hoc est*, Be. Pi. Al. ὁμοία αὐτῇ. Ità congruenter Matthæo legerunt Syrus & Latinus, à quibus cur discedendum sit non video [h]. Ità & in 2 cod. vet. legitur [i]. *Simile*, quod ad dilectionem pertinet [k].

32. *Ait illi Scriba*] Exploraturus sapientiam Christi venerat, auditæ testimonium præbet [l].

33. *Et*, &c. Καὶ τὸ ἀγαπᾷν, &c.] *Et diligere eum*, &c. Er. P. Be. Pi. *Et ut diligat eum*, &c. Di. ex Sy. sic Æth. Tre. *Et si quis eum diligit*, &c. Pers. ¶ *Ex toto intellectu*; ità Mo. Συνέσεως] *Intelligentiâ*, Er. Il. P. Be. Ti.

Mente,

Marginal notes (left column): [i] Eru. [f] D. [g] Er. [h] Hi. in Er. [i] Be. [k] Be. sim. Pso. 66. 66. [l] Pso. [m] Be. [n] Be. Glass. gram. 749. [o] Camer. [p] Be. [q] Pet. in Wal. [r] Pi. sim. Be. [†] Be. [t] Ham. [v] V. [x] Eru. [y] D. ex Be. [z] G. [a] Er. [b] Camer. [c] G. [d] Li. ho. [*] Be. [f] G. [g] Be. [h] Pi.

Marginal notes (right column): [i] Be. [k] G. [l] Pi. [m] G. [n] Di. [o] Be. [p] Pi. [q] G. [r] Er. [†] V. [t] Pi. ex Be. [v] Be. [x] Li. ho. [y] Cap. [z] Be. [a] Cap. [b] G. [c] Heins. [d] Be. [*] G. [f] Camer. [g] Idem. [h] G. [k] V. [l] G.

Mente, Ar. Di. ex Sy. *Cogitatione*, Perf. *Studio*, Ca. ¶ *Majus est*, Πλεῖον] *Plus*, Be. Pi. &c. Prius ac potius, Deóque gratius. Vide quæ de ordine præceptorum diximus Mat. 7. 13[m]. ¶ *Holocautomatibus* (vel, *Holocaustis*, in quibus tota victima Deo adolebatur[n],) *& sacrificiis*] עולה וזבח, ut 2 Reg. 5. 17. 2 Par. 7. 1. Nam LXX modò pro מנחה, ut suprà diximus, modò pro זבח, ponunt θυσίαν. Sed & זבח modò laxiùs ponitur, ut omnia sacrificia significet præter ὁλοκαυτώματα· modò strictiùs, pro iis quæ χαριστήρια dicuntur, ut Psalm. 40. 7. qui citatur Heb. 10. 5[o]. Θυσίας vocat, quæ Hebræi זבחים, in quibus pars aliqua Sacerdotibus & convivio decidebatur[p]. His itaque duobus comprehendit h. l. (ut Psal. 50. 8. Esa. 56. 7. Ose. 6. 6.) omne genus sacrificiorum legalium[q], totúmque cultum ceremonialem, in quo nonnulli hypocritæ summam pietatis collocabant[r].

34. *Sapienter*; ità Tre. ex Sy. Perf. Νουνεχῶς] *Prudenter*, Ar. V. *Cordatè*, Er. P. Be. Ca. Pi. &c. Ad verb. *Ut qui mentem haberet*, Be. sim. Bru. Pi. vel, *Cum mente*, Pi. ¶ *Non es longè à regno Dei*] Eorum qui spiritum Regni nondum acceperunt multi sunt gradus, quos inter *non longè à regno remotus* est ille in quo sunt homines qui intelligunt summam pietatis, & eam approbant. Hinc assiduis precibus ad Regnum transitus datur. Vide Rom. 7 †.

35. *Respondens*] Vel, 1. [propriè:] nam sermo aliorum præcessit[t], ut scribit Matthæus[v]. Vel, 2. pro *interrogans*[x]. ¶ *Quomodo dicunt*, &c.] i. e. Quomodo consistere potest quod dicunt Legisperiti? Proponebatur hæc quæstio Pharisæis, qui in explicatione Prophetarum multum cedebant Legisperitis. Itaque Christus eos sic alloquitur, quasi quos sciret ab auctoritate Legisperitorum non discessuros[y].

36. *In Spiritu Sancto*] i. e. Spiritu Sancto præditus[z]: vel, ex afflatu Spiritûs[a].

37. *Et*, &c. Καὶ πόθεν, &c?] *Et* (vel, *Igitur*, Be. Pi. Copulativa pro illativa[b],) *unde*, &c? i. e. Ex qua parte[c]. Unde probabunt, Christum filium esse solius Davidis[d]? Πῶς [habet] Matthæus. Sic & Heb. אי est, *quomodo*, ut Jer. 5. 7. Sic, πόθεν μοι τοῦτο, Luc. 1. 43. Sensus est, Quî fieri potest ut idem sit Dominus & Filius? Vide quæ ad Matthæum *. ¶ *Et multa*, &c. Ὁ πολὺς ὄχλος] *Multa* (vel, *Omnis*, Sy. in Bru.) *turba*, Be. Pi. Ar. &c. *Multa*, i. e. magna, ut Heb. רב & גדול inter se permutantur. Malim, *pleraque turba*. Πολλοὶ signif. *multi*: at οἱ πολλοὶ, *plerique*, *bona pars*, ut & τὸ πολὺ, vel τὰ πολλὰ, *plerumque*. Sed & ἡ πολλοὶ sæpiùs dicitur pro *multitudo*, *multitudo imperita*, *vulgus*, *plebs*; & pro eo, teste H. Stephano, aliquando, ὁ πολὺς δῆμος· vel, ὁ πολὺς λαός. Sic & hoc loco, ὁ πολὺς ὄχλος, nihil est nisi *multitudo*, *vulgus*, *plebs*. Sensus est, Pharisæos, Scribas, & primarios populi Christum contemptui habuisse, sed plebem libenter audiisse[f]. ¶ *Libenter*; ità Er. Tre. Be. Mo. Pi. &c. Ἡδέως] *Perjucundè*, Sy. sic Æth. *Cum voluptate*, P. Ar.

38. *In doctrina sua*] i. e. Docens eos[g]: vel, inter docendum[h]. ¶ *Cavete*, Βλέπετε] Ut suprà 8. 15[i]. & infrà 13. 9. Sic τὸ *videre* usurpat Cicero, 4. Academ. *Sapientis est*, —— *cavere nè capiatur, nè fallatur videre*[k]. ¶ *Qui volunt*; ità Pi. Θελόντων] *Qui amant*, Be. V. ut Matt. 23. 4. ideóque summo studio expetunt & ambiunt. Τὸ θέλειν respondet Heb. חפץ[l]. ¶ *In stolis ambulare*; ità Mo. Ar. Tre. Ἐν στολαῖς] Ità & Luc. 20. 46[m]. *Cum stolis*, Sy. Pi. ἐν, pro μετὰ, per Hebraismum, i. e. induti stolis. Sic Cicero, *Cum toga pulla accumbere*, i. e. indutum togâ, &c; *procedere in crepidis*, i. e. crepidatum, apud Sueton. Calig. cap. 52[n]. *Stolati*, Er. Il. P. Ca. Be. Pi. Στολὴ est vel vestis in genere; vel exterior illa vestis fimbriata, de qua Deut. 22. 12. postea de muliebri veste ad talos demissa dici cœpit[o]: apud Hellenistas vestem etiam virilem significat. Ità infrà 16. 5. Luc. 15. 22. & in Apocalypsi aliquoties. Est autem στολὴ, ut suprà dicere meminimus, τοῦ τύφους, gravitatis index; quam Legisperiti solicitè ostentabant[p]. [Perf. locum sic vertit; *Qui affectant ut in tunicis & vestibus conspicuis & stolis ambulent.*] ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς] *Et* (sub. *volunt*, sive *amant*, Bru. sic Gua. Pi. Camer. Er. Il. P.) *salutationes in foris*, Mo. Be. Ca. Er. &c. vel, *plateis*, Ar. Tre. vel, *compitis*, Sy. i. e. publicè[q].

[m] G. [n] Be. Bru. [o] G. [p] Bru. ex Be. [q] Bru. [r] Be. † G. [t] Er. sim. Be. Bru. [v] Be. Bru. [x] Er. sim. Be. Bru. [y] G. [z] V. [a] Pi. sim. Be. [b] Pi. [c] Bru. [d] Pi. * G. [f] Di. [g] V. [h] Be. [i] G. [k] Be. [l] Idem. [m] G. [n] Pi. [o] Be. [p] G. [q] V.

39. *Et*, &c. Καὶ πρωτοκαθεδρίας, &c.] *Primósque consessus*, &c. Be. Pi. Facta verbis non respondent. Dicunt, *Unusquisque sedeat in loco qui ei destinatus est: Locus enim honoratur ab homine, non homo à loco*[r].

40. *Qui*, &c. Οἱ κατεσθίοντες] Solœcum hoc est, dicendúmque esset, vel, τῶν κατεσθιόντων καὶ προσευχομένων, ut congrueret cum θελόντων, v. 38: vel, οἱ κατεσθίουσι καὶ προσεύχονται, ut Luc. 20. 47. nam sequens οὗτοι & huc pertinet & ad v. 38. & 39. Sic tamen alii: Homer. Il. β'. φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα Ἀστράπτων ἐπιδέξι᾽, ἐναίσιμα σήματα φαίνων· ubi Eustathius similia in Euripide & Sophocle observat. Et Il. ζ'. cùm exorsus esset comparationem à recto casu, Τρῶες δ᾽ ὡς ὄϊες πολυπάμμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ, subjicit hanc ἀπόδοσιν, diverso casu, Ὣς Τρώων ἀλαλητὸς ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν ὀρώρει †. Al. Videtur mihi nova esse periodus, neque de omnibus Legisperitis, sed de quibusdam eximiè improbis, hîc agi; ut οὗτοι [sequens] additum sit perspicuitatis causâ. Nam Lucas, qui Marcum in his quæ Marco sunt peculiaria ità sequitur ut sæpe interpretis sit loco, hanc sententiam in hunc exprimit modum, Οἳ κατεσθίουσι τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν, καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται· οὗτοι λήψονται, &c. *Qui verò Legisperitorum insuper viduarum substantiam devorant orationis obtentu, his propria & gravior quàm cæteris imminet pœna.* ¶ *Domos viduarum*] Quales & illi 2 Tim. 3. 6. Sexus muliebris ut ad superstitionem pronior, ità magis patet ad eas fraudes. *Viduas* autem dixit Christus, quia culpam ipsorum hoc onerat, quòd eas expilabant quas tutandas Lex Divina præcipuè illis commendat[t]. ¶ *Sub*, &c. Καὶ προφάσει, &c.] *Et* (vel, *Idque*, Ti. Pi.) *in speciem* (vel, *sub prætextu*, Er. Il. sic Ti. V. *ad obtentum*, P. *per ostentationem*, Ca. *eâ occasione*, Sy.) *utuntur* (vel, *utentes*, Pi.) *longis precibus*, Be Pi. &c. Paulus dixit, se non versatum ἐν προφάσει πλεονεξίας, 1 Thes. 2. 5. Solent enim isti homines honestas quasdam causas prætendere sub quibus quæstum faciant; ut, quòd pro aliis apud Deum indefessis precibus instent, pro qua opera non injuriâ muneribus donentur; cùm interim eos pro quibus precari se dicunt non doceant veram pietatis viam, & munera non dari sibi patiantur, sed captent ultro, sæpe, & majora quàm pro facultate donantis. Est ergò προφάσει dictum, pro, εἰς πρόφασιν πλεονεξίας. Ostendit hoc Lucæ collatio[v]. Vide ad Matt. 23. 14[x].

41. *Contra*, &c. Κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου] Ex *adverso gazophylacii*, Be. Pi. V. quod quidem erat in atrio majore Templi, 2 Reg. 12. 9[y]. In conspectu arcæ: ità κατέναντι sumitur suprà 11. 2. & infrà 13. 3. Γαζοφυλάκιον hic, ut & Lucas, vocat arcam in quam dona mittebantur; κιβωτὸν, LXX, 2 Reg. 12. 9. 2 Par. 24. 8. ubi alii habent γλωσσόκομον. Josephus, ξύλινον θησαυρόν. Alioqui solebat γαζοφυλάκιον dici pars illa Templi quæ ponè Ædem sacram in latus utrumque versùs Occasum porrigebatur, in qua & arca illa erat, & alia Templi κειμήλια· tum verò purpura, coccus, aromata, & quicquid præterea in usus Templi asservabatur, de quibus Josephus, Ἁλώσεως 6. 41. item vinum, oleum, frumentum, & reliqua Sacerdotum alimenta, ut videre est Neh. 10. 37. ubi quod in Hebræo est לשכה, vertitur, γαζοφυλάκιον, ut & Neh. 13. 5. pro quo 1 Par. 28. 12. legimus παστοφόρια, ut & Jer. 35. 4. cùm eodem Jer. capite v. 2. vox eadem לשכות reddita sit voce αὐλῶν. Sic & Ezec. 40. 17. לשכות LXX vertunt, παστοφόρια, Aq. γαζοφυλάκια, Sym. ἐξέδρας. Hoc modo γαζοφυλάκιον usurpat Johannes, 8. 20. Huic γαζοφυλακίῳ præpositus erat unus ex Sacerdotum ordine, qui vocatur γαζοφύλαξ. Meminit Josephus aliquoties, qui & catenam auream ab Agrippa in memoriam vinculorum suorum suspensam ait intra Templum ὑπὲρ τὸ γαζοφυλάκιον· & alibi ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ fuisse ait ad duo millia talentorum[z]. Quatuor erant *Corbonæ*, sive Thesauri Sacri. Duplex ad restaurationem & refectionem ædificii Templi; *Corbona* scil. *vasorum*, sive instrumentorum, ubi qui vas aliquod obtulit, illud projecit: &, *Corbona nummorum*. Duplex item erat *Corbona* unde suppetit sumptus pro rebus ad cultum Divinum necessariis: Prima erat שופרות, vel *cistulæ*, sive *arculæ*, quædam, quæ tredecim erant, variis usibus destinatæ: [de quibus vide Cl. Autorem ex Maimon. differentem.] Altera Talmudicis vocatur emphaticè & κατ᾽ ἐξοχὴν לשכה, vel τὸ *conclave*, in quo tres cistæ erant, in quas evacuabatur quicquid nummi in istis colli-

[r] D. † Be. [t] G. [v] Idem. [x] Be. [y] V. [z] G.

collигebatur. Arculas istas, quas Josephus γαζοφυλάκια vocat, cum ipso, de Bello 5. 14. statuimus *in Atrio mulierum*, sic dicto, non quòd mulieres solæ illud ingrederentur, sed quòd mulieribus non liceret ulteriùs progredi; sicut *Atrium Gentium* dicitur, non quòd Ethnici soli illud intrarent, sed quòd iis non liceret porrò pergere. In hoc Atrio fœminam hanc meritò statuimus. Christus itaque sedit sub porticu, ante quem positæ erant 13 istæ arculæ, in quarum unam hæc vidua minuta sua projecit. Nam in alias Corbanas fœminis aliisque nummos injicere nec solitum, nec permissum o. ¶ *Adspiciebat*] Non curiositatis, sed captandæ doctrinæ salutaris, causâ p. ¶ *Æs*; ità Er. Pi. &c. χαλκὸν] Ob id quod sequitur q, arbitror χαλκὸν hìc pro quavis etiam aurea & argentea pecunia sumi, ut *æs* Latinis r. Nec aliter Mat. 10. 9 †. *Nummos*, Trc. ex Sy. *Æra*, i.e. χαλκοὺς, æreos videlicet numulos, quales 48 denarium Romanum constituebant. Utitur hâc voce Marcus potiùs quàm δῶρα, aut ἀργυρίων, de voluntariis oblationibus disserens, quæ tenuiores esse solebant, plerisque, ut in sacris fieri solet, numusculum parcè afferentibus, ut Legi satisfecisse viderentur, quæ prohibebat quenquam ad solennes illos festos dies in æde Dei vacuum apparere t. ¶ *Multa*] Singuli plures aureos. Quàm liberales erant Judæi erga Templum patet ex Jo. Antiq. 14. 12. &c v.

42. *Misit duo*, &c. λεπτὰ δύο, &c.] *Minuta* (sub. *æreola*, Il. Be.) *duo*, &c. Sy. Mo. Be. Pi. *Duos teruncios*, Ca. Quod hìc & Lucæ 21. λεπτὸν dicitur, id Matth. 5. *quadrans*. Quadrantem autem eundem esse quem Teruncium, docet Budæus x. Hesychius, Κοδράντης, τὸ πᾶν, ἢ λεπτὰ δύο, τὸ ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου y. *Quadrans* in lingua Sapientum פרוטין שומן dicitur: continet autem duo פרוטין, λεπτὰ, sive *minuta*, quæ à Syro hìc vocantur מנין z. Syrus in Reg. vertit, *Duo minuta, quod est octava pars*: malè. Rectè verò in Paris. ut & Trem. *quæ sunt octavæ*, verto, *quæ sunt octantes*: [prius autem membrum] Trem. vertit, *duo manim* assires. Quum enim Syrus dicat, manim esse octavas, nullum ait inter Hebræorum numismatum nomina se invenire, quod precisè 8 minora numismata contineat præter *assir*, quod quartam partem Drachmæ valet, distributúmque in 8 partes constituit totidem minutulos nummos quos vocant פרוטות. Puto *manim* à Syro exponi per *assires*, sed errat Trem. quod *assir* dixerit continere 8 פרוטות, quum potiùs *assir* & פרוטה idem fuerit. Fatetur *assir* idem esse quod ἀσσάριον, Mat. 10. 29. Jam ἀσσάριον & λεπτὸν idem sunt, inquit Hesych a. Hieros. Kiddushin, fol. 58. 4. *Duæ prutæ sunt quadrans*. Bava Mezia, fol. 44. 2. *Prutah est octona pars Assarii Italici: Assarius est vicesima quarta pars denarii argentei* b. Assarium Italicum continet vel 8, vel, ut alii, 6, Perutas. Peruta est Denarii Romani pars 192. Denarius Romanus quarta est Sicli sacri pars. Sic fiunt 768, vel 576, Perutæ in Siclo sacro c. Judæi sub Persarum imperio Drachmis usi sunt, postea, sub Romanorum imperio, Denariis: sic tamen ut *Drachmæ* vox & ejus minutiarum distributio ipsi Denario Romano accommodaretur, impari tamen supputatione, cùm Denarius Romanus septimâ parte drachmâ Atticâ, passim usitatâ, gravior, ut doctiss. Agricola demonstravit. Cleopatra, inquit, in Cosmeticis hæc habet, *Italicus denarius habet drachmam unam*; *drachma obolos sex*; χαλκοῦς, sive *chalcos*, 48. Et Pollux, l. 9. *Obolus habet octo chalcos*, obolus, nempe Italicus, nam Atticus habet septem chalcos. Idem Pollux, *Duo chalci vocabantur Quadrans*, quòd essent *quarta oboli pars* d.

43. *Convocans discipulos suos*] Seorsim hoc illis dixit, quia nihil attinebat aut viduam hoc audire, aut cæteros: Sed Discipulos docere voluit quæ vera esset liberalitatis æstimatio apud Deum & Dei imitatores. *In qua censendum nil nisi dantis amor*. ¶ *Plus omnibus*, &c.] Quia ἀπὸ ἐλαττόνων, (*ex paucioribus*,) ut Aristoteles loquitur. In rebus omnibus præcipuè spectandus animus, non nudè facta externa. Est autem affectûs liberalioris de minimo paulùm dare, quàm multum de magno acervo. Testantur Xenoph. Exped. 7. Andronicus Rhodius, Salvianus, Chrys. hom. 19. in Joh. & ad 2 Cor. 9. 7 *. [verba vide in G.] & Aristot. Nicom. 4 f. & Seneca, de Beneficiis 1. 8, 9 g.

44. *Ex eo*, &c. Ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς] *Ex eo quod redundat* (vel, *supererat*, Be. ex Er. Hæc enim est vis τοῦ

o Li. ho. dec. chorog. 3. 22, &c.
p Bru.
q G.
r G. sim. Bru.
† G.
t Ec.
v Eru.
x Ca.
y Cas.
z D.
a Di.
b Li. ho.
c Cap.
d Ec.
* G.
f Cas.
g J. Cap.

περισσεύειν, ut diximus ad Matt. 5. 37. In uno MSS. exempl. est περισσεύματος quod fortè rectius, ob sequens ὑστερήσεως h.) *ipsis*, Pi. Non πᾶν τὸ περισσὸν, quod tamen minus futurum fuerat quàm quod dabat paupercula; sed de magna copia aliquantum. Ità τὸ περισσεῦον Lucas dixit id quod necessitatibus nostris superest, 12. 15 i. ¶ *De*, &c. Ἐκ τῆς ὑστερήσεως αὐτῆς] *E penuria sua*, Mo. P. Be. Er. Tre. &c. Sic περίσσευμα & ὑστέρημα inter se opponuntur 2 Cor. 8. 14 k. Sed & alibi Paulus vocem ὑστέρημα usurpat in significatione ἐνδείας, (*inopiæ*, sive *defectus*,) חסר, ut 1 Cor. 16, 17. 2 Cor. 9. 12. & 11. 9. Phil. 2. 30. & 4. 11. Col. 1. 24. 1 Thess. 3. 10 m. In Græca V.T. versione promiscuè ponuntur ἔνδεια & ὑστέρημα n. Vide Esd. 6. 9. Quare h. l. sicut & Luc. 21. 4. verti potest, *ex necessariis suis* o. ¶ *Totum*, &c. Ὅλον τὸν βίον αὐτῆς] *Totum* (sub. *nempe*, P. Be. Ca. vel, *inquam*, Pi.) *victum suum*, Mo. Ar. Be. &c. vel, *substantiam* (vel, *sustentationem*, Æth.) *suam*, Er. Il. Tre. P. ad verb. *totam vitam suam*. Dicunt, *vita & victus pari passu ambulant*. *Vitam* pro *victu* usurpat Terentius, *Cui opera vita erat*, i. e. qui ex opera sua vivebat. Sic Apuleius, *Fabriles operas exercendo vitam tenebat*. Sic in illo versiculo, Βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστι βίος, *Vita sine vita* [vel, *victu*] *non est vita* p. Βίος est id quo vita sustentatur. Laxiùs etiam βίος vocantur *omnia quæ in usus nostros possidemus*, ut Luc. 8. 43. & 15. 12, 30. Sic & Hebræi usurpant חיו. Benè autem hoc loco arbitror à viro raræ eruditionis Aria Montano βίον accipi tantum quantum quoque die homini alendo sufficit; nam pauperrimorum hominum diurnus victus Quadrante admodum parabatur q.

h Be.
i G.
k G. sim. Ham.
l G.
m Ham.
n G.
o Ham.
p D.
q G.

CAP. XIII.

1. Q*Uales*, &c.] Ità Er. Il. Be. Mo. &c. Ποταποὶ] *Quanti*, Ca. *Cujusmodi*, Ti. Admirantis vox ut Matth. 8. 27 a. De his lapidibus sic Josephus, Antiq. 15. 14. *Constabat autem structura* [Templi ab Herode ædificati] *è lapidibus candidis, magnitudine 25 cubitorum in longum, octo in altum, latitudine verò 12 cubitorum* b.

3. *Cùm sederet in monte olivarum*] Cur ibi? Resp. Quia cùm muri Templum circumstantis structura versus Orientem, ubi mons Oliveti situs erat, esset humilior, [qua de causa vide Di.] interius Templi ædificium indè magis fuit conspicuum c. *Sacerdos ergò vaccam rufam comburens stabat in vertice montis Oliveti, ac intuebatur in portam Templi, eo tempore quo sparsit sanguinem*. Quam illius actionem vox [sequens,] κατέναντι, in mentem revocat d.

4. *Hæc omnia*] i. e. Destructio Templi & Urbis *. Πάντα ταῦτα] i.e. Τοῦτο τὸ πᾶν, *hoc universum*: Vide Joh. 1. 3. Nam alteram esse quæstionem diversam ab excidio Hieros. ostendit Matthæus, ubi hic idem sensus exprimitur verbis Τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος f. ¶ *Consummari*, Συντελεῖσθαι] *Consummanda sunt*, vel *perficienda*, V. sim. Pi. i. e. finem suum sortientur g: vel, destruentur, ut dixit Christus v. 2 h.

6. *Ego sum*] Sub. *Christus*, Be. ex Er. Pi. Præcisa oratio i. אני הוא, *Ego sum ille quem expectatis*. G.

7. *Ne*, &c. Μὴ θροεῖσθε] *Ne turbemini*, Er. Il. Mo. Ti. &c. Cogita hìc quàm gentem terruerint traditiones Scribarum famâ belli *Gog & Magog*, immediatè adventum Messiæ præcessuri. Beres. rabb. sect. 41. *Cùm videritis regna se invicem turbantia, tunc exspectetis vestigia Messiæ*. Bab. Sanhed. fol. 97. 1. *Hebdomadâ* (annorum) *istâ quâ venturus est Messias erunt fames gravis, unde morientur viri, etiam sancti, fœminæ, pueruli*, &c. *oblivio Legis, bella*, &c k. ¶ *Oportet*, &c. Δεῖ γὰρ γενέσθαι] *Oportet enim* (sub. *ista*, Il. P. Be. Pi. Ti. Ca.) *fieri*, Er. Mo. Il. &c. ¶ *Sed nondum finis*] Templi, nedum seculi l.

8. *Et*, &c. Καὶ ἔσονται σεισμοὶ κατὰ τόπους] *Et erunt* (sub. *terræ*, P. Be. Ca. Pi. &c.) *motus in singulis* (vel, *certis*, Ti. Ca. vel, *diversis*, Ar.) *locis*, Er. Il. Tre. ex Sy. &c. ¶ Καὶ ταραχαὶ] *Ac turbæ*, sive *turbationes*, P. Be. Ca. Pi. Er. Il. V. vel, *res turbulentæ*, V. *furores*, Ar. *tumultus*,

a G.
b Bru. sim. G.
c Di.
d Li. ho.
* Pi.
f G.
g Pi.
h Be.
i Be.
k Li. ho.
l Pi.

tumultus, Sy. Tremel. Ti. Al. Μεταιωρία [est:] Indicat enim prodigia, quæ σημεῖα Lucas vocat. Vide quæ ibi dicuntur [m]. ¶ *Initium*, &c. Ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα] *Principia dolorum hæc* erunt, Be. Bru. sic Pi. i. e. Dolores hi longè minores erunt illis qui postea in Urbis obsidione evenient, ut dolores parturientium initio leviores sunt, demum graviores, &c [n]. Convenit hoc, 1. cum Esa. 66. 7, 8. Unde, nascendum esse Christum ante excidium Urbis, non immeritò collegerunt Judæi, [vide Li.] Πρὶν τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, &c. *Antequam parturiret, peperit; antequam veniret partus ejus* (πόνος τῶν ὠδίνων) *peperit masculum*. Ubi Jonathas in Chald. translatione, *Antequam veniret ejus angustia, salva facta est; & antequam venirent ei dolores partus*, (h. e. *Templi destructio, quando clamabat Israel tanquam parturiens*, inquit R. Samuel.) *Messias revelatus est*. Chald. יתגלי מלכה. 2. Cum Phrasiologia & recepta gentis sententia, *de Doloribus Messiæ*, i. e. de calamitatibus quas exspectârunt futuras ad adventum Messiæ, de quibus vide Sanhed. fol. 98. 2. & Shab. fol. 118. 1 [o].

9. *Videte*, &c. Βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς] *Sed cavete* (vel, *prospicitote*, Ca. sim. Mo. Camer.) *vos vobis ipsis*, Er. Il. Be. Pi. &c. *Respicite autem vos animam vestram*, Trc. Alius est usus verbi βλέπειν ab eo quem suprà annotavimus. Sic 2 Joh. 8. βλέπετε ἑαυτούς, i. e. προσέχετε ἑαυτοῖς, *vobis attendite*. In Matthæo est, προσέχετε ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, 10. 17. Nam indè ob cohærentiam rerum pars ista huc transsumpta est, ut conferenti apparebit [p]. Cùm, φυλάσσεσθαί τινα, Græcis ferè declaret, *cavere ab aliquo*, hîc contra accipitur βλέπειν, i. e. φυλάσσεσθαι ἑαυτούς, pro, *cavere sibi ipsis* [q]. ¶ *Et in*, &c. Καὶ εἰς συναγωγὰς δαρήσεσθε] Veram hanc esse lectionem, quam præferunt antiqui Codices [r], ut & Syrus †, non dubito ab ignaris ejus dicendi generis variè interpolatam. Nam alii καὶ post vocem συναγωγὰς addiderunt; alii pro, εἰς τὰς συναγωγὰς, reposuerunt, ἐν ταῖς συναγωγαῖς [t], ut est in uno cod. quæ lectio prorsus consentit cum Matth. 10. 17 [v]. Sic suprà dixit, ἐβαπτίσθη εἰς Ἰορδάνην· &, εἰς οἶκόν ἐστι· & infrà, ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν [x]. εἰς pro ἐν [y]. Latini quoque dicunt, *esse in potestatem*, & similia [z]. Pleraque autem exempl. post συναγωγὰς distinctionem adscribunt. Locum ergò sic vertimus [a]; *Tradent enim vos in consessus* (vel, *concilia*, V. Er.) *& conventus*: (vel, *synagogas*: Pi. Er. V.) *cædemini*, Be. Pi. Er. V. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων] *Et ad*, (vel, *ante*, Trc. ex Sy. Ar. sim. P. Be. Pi. &c. &c.) *duces*, Ti. Mo. &c. vel, *præsides*, V. Be. &c. Ἐπὶ, pro *coram*, vel *ante*, ut 1 Tim. 6. 13 [b]. ¶ *In*, &c. Εἰς μαρτύριον αὐτοῖς] *In testimonium illis*, Mo. *Ut sit* (vel, *Quod sit*, Ca. Ut hoc sit, Be.) *testimonio iis*, Sy. Ca. vel, *adversùs ipsos*. Be. Pi. &c. qui vos tradent [c]. Ut, vobis auditis, tantò magis convincantur, nec possint ignorantiam prætexere [d].

10. *In*, &c. Εἰς πάντα, &c.] *Apud omnes gentes*; Be. Pi. i. e. non solùm apud Judæos, sed & gentes alias: nam de singulis non accipiendum suadet quòd hic loquitur de temporibus ante excidium Urbis *. Εἰς sumitur, ut in Demosth. *Et progressus dixi* εἰς ὑμᾶς, *apud vos* [f]. ¶ *Primùm*] i. e. Ante Templi eversionem [g].

11. *Et cùm*, &c. Ὅταν δὲ ἀγάγωσιν, &c.] *Cùm autem vos duxerint ut tradant*, Pi. Bru. vel, *tradendo*, Be. Κυριολογία. Nam ἄγειν propriè dicitur is qui alium in jus rapit: unde *Agere* & *Actio* Latinis [h]. ¶ *Nolite*, &c. Μὴ προμεριμνᾶτε, &c.] *Nè præcogitetis*, &c. Er. Æth. vel, *anxii sitis*, Ar. V. Val. Er. *antè soliciti estote*, Il. P. Be. Pi. sim. Trc. *solicitè præcogitetis*, Ti. ¶ Μηδὲ μελετᾶτε] *Neque meditemini*, V. Val. Confer Luc. 12. 11 [i]. De artificiosa dicendi ratione: q. d. Dei fide & causæ bonitate freti aliunde quàm ab humana eloquentia præsidium exspectate [k].

14. *Abbominationem desolationis*, Ἐρημώσεως] Quod hîc in quibusdam Codicibus additur, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, puto ex Matthæo adjectum: nam Latini non agnoscunt. ¶ *Ubi*, &c. Ὅπου οὐ δεῖ] Οὐ δεῖ, est, לא כן; ut, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, Tit. 1. 11. Significari τὰ κύκλῳ Ἱερουσαλὴμ diximus ad Matthæum [l]. Vide de hoc loco ad Matth. 24. 15, 16 [m]. Sensus, Cùm Gentiles hostes ingrediuntur Templum, & vastabunt, &c [n].

16. *Qui*, &c. Ὁ εἰς τὸν ἀγρὸν ὤν] *Qui in agrum existens*, Mo. *Qui fuerit in agro*, Er. Il. P. Be. Tre. &c.

19. *Erunt enim dies*, &c. Ἔσονται γὰρ αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι θλῖψις] *Dies illi* (vel, *Diebus illis*, Sy. sim. Ar. Æth. Trc.) *tribulatio*, Mo. vel, *afflictio*, Er. Be. Il. &c. *oppressio*, Sy. P. Pi. &c. sub. *talis*, P. Pi. Hebraicum dicendi genus, cujus magna est emphasis: q. d. Toto illo tempore calamitas calamitatem excipiet, perinde ac si tempus ipsum nihil esset quàm ipsissima (ut ità dicam) miseria. Sic Amos. 5. 20. *Dies Domini erit tenebræ, & non lux*. Sic, *scelus*, pro sceleratissimo [o]. ¶ *Ab initio creaturæ*, Κτίσεως] i. e. κόσμου ut habet Matthæus. Diximus suprà 10. 6 [p]. Κτίσις sign. & *creationem* mundi, ut Marc. 10. 6. Rom. 1. 20. & *res creatas*, ut h. l. & Rom. 8. 21. & omnes *conditos homines*, ut Marc. 16. 15 [q].

20. *Propter electos quos elegit*] Ac proinde indubiè ad æternam salutem est adducturus [r]. Pleonasmus est †. Marco familiaris [t]; quo significatur, constare Deo consilium suum, in salvandis iis quos elegit, nè quis eorum pereat: 2 Tim. 2. 19 [v].

23. *Vos ergò videte*, Βλέπετε] *Advertite*, Ar. *Prospicite*, Ca. sim. Mo. *Cavete*, Trc. ex Sy. Er. P. Ti. Be. &c. sub. *ab iis*, Pers. vel. sub. *vobis*, Bru.

27. *Et*, &c. Καὶ ἐπισυνάξει, &c.] *Et aggregabit*, &c. Be. *Et congregabit*, Pi. Bru. &c. Ipse facere dicitur quod Angelos facere jubet. Ità enim Matthæus [x].

29. *Scitote quod*, &c. Ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις] *Quod prope est ad fores*. Mo. sic. Trc. Pers. Er. Il. P. &c. *Propè esse, & ad fores*, Be. Pi. sub. *illum*, Be. vel, sub. *regnum Dei*, P. Pi. quod exprimitur Luc. 21. 31 [y]. vel, sub. *negocium*; de quo ante actum erat. Vide dicta ad Matth. 24. 33 [z].

30. *Donec omnia ista fiant*] Intellige partim completa, nam intra annum à Christi morte 38. excidium gentis Judaicæ contigit; partim cœpta adversùs Ecclesiam, & cum ultima mundi ætate, quæ à Christi adventu incipit, terminanda [a].

32. *De die autem illa vel hora*, &c.] Quibusnam? De die excidii Hierosolymitani esse sermonem adeò patet, & per quæstionem Discipulorum & totum filum dissertationis Christi, ut mirum sit, quemvis posse verba hæc intelligere de die & hora extremi Judicii. Duo à Salvatore quæruntur, v. 4. 1. *Quando hæc fient*, ut non relinquatur lapis super lapidem? Et 2. *Quodnam signum hujus consummationis?* Ad posterius respondet per totum hucusque caput. Ad prius, verbis præsentibus. Dixerat quidem v. præced. *Cœlum & terra transibunt*, &c. non in quæstionis propositæ solutionem, nam nihil omnino de dissolutione cœli & terræ est quæsitum, sed in veritatis rei quam retulerat confirmationem; ac si dixisset, Quæritis vos quando futura sit talis Templi eversio, & quænam ejus signa. Respondeo ego hæc & ista & illa signa præcessura, verbáque mea de his firmiora sunt ipsis cœlo & terrâ. Tam parum notæ tunc erant dies & hora excidii Templi, ut de ea etiam post eventum dissentirent duo oculati ejus testes, Josephus, qui *die mensis Loi* (vel, *Augusti*,) *decima*; & Rabban Jochanan Ben Zaccai, qui cum tota gente Judaica id *diei nonæ* asscribit. Hinc jejunârunt R R. quidam die 9. & 10. ¶ *Neque Angeli*] Bab. Sanhedr. fol. 99. 1. Esa. 63. 4. *Dies vindictæ est in corde meo. Dicunt RR. Corde meo revelavi illum, at membris meis non revelavi, Angelis ministrantibus non revelavi* [b]. Sensus loci, q. d. Nulla Dei dispensatio, sive per hominem, Danielem, aliúmve Prophetam, sive per Angelum, sive per ipsum filium, hoc patefecit [c]. Ratio cur celavit Deus diem excidii Hierosolymitani forsan hæc erat, tum nè terrerentur ejus sono pii, ut 2 Thes. 2. 2. tum ut retibus securitatis suæ caperentur impii, ut Matth. 24. 38 †. ¶ *Neque Filius*, Οὐδὲ ὁ υἱὸς] Hæc verba ab Arianis textui fuisse inserta putant Aug. Hieron. & Ambros. Marcus enim abbreviatorem Matthæi egit, apud quem hæc verba non leguntur [d]. Sed Marcus sic confecit Epitomen Matthæi, ut tamen alium ordinem sequatur, partim res uberiùs tractando, partim novas interserendo, &c *. Verba hæc Marci esse, docet, 1. quòd antiqui Patres ea legunt & interpretantur. 2. Quòd fraus illa Arianorum à Patribus qui Codicem N. T. diligenter asservabant, patefacta esset [f]. 3. Quòd hæc legunt Syrus & Arabs [g], & omnia exemplaria Græca & Latina [h]. [Sed jam videndum de verborum explicatione. Qu. Quomodo filius hoc nescit? Resp. 1. *Nosse* hîc idem ac *docere*, sicut 1 Cor. 2. 2.

Non

[m] G. [n] Pi. [o] Li. ho. [p] G. [q] Ee. [r] G. † Ee. [t] G. [v] Ee. [x] G. [y] Be. Bru. [z] G. [a] Be. [b] Idem. [c] Bru. [d] Ee. * Pi. [f] Be. [g] Pi. [h] G. [i] Idem. [k] Be. [l] G. [m] Bru. [n] V.

[o] Ee. [p] G. [q] Ee. [r] Pi. † Eru. Pi. [t] Pi. [v] Bru. [x] G. [y] Pi. [z] Li. [a] Fe. [b] Li. ho. [c] Ham. † Li. ho. [d] Glas. phil. 1. 2. loc. 4. 160. * Glas. ib. ex Perkins. [f] Glas. ib. [g] Li. [h] Di. sim. Glas.

Non enim statui quicquam scire, &c. i. e. decere. Sensus ergò est, q. d. Christus Discipulos hoc non docuit[i]. Sed ità & Pater *nescire* diceretur[k]. 2. Filius quà homo hoc nescit[l]. Tam *Filius* quàm *Pater* hîc accipiuntur non ὑποστατικῶς, sed οὐσιωδῶς. Non opponitur hîc Persona Patris Personæ Filii, sed humana Filii natura Divinæ[m]. Vox *Filius* idem h. l. est quod Messias, ut Joh. 5. 19, 20, 26, 27. Messias autem, quà talis, erat Patris servus & nuntius & deputatus; quo sensu & *nihil ex se posse* dicitur: ità hîc, *non novit*, i. e. ei non revelatum est à Patre, ut revelet Ecclesiæ, Apoc. 1. 1. *Apocalypsis Jesu Christi quam dedit ei Deus*. Distinguendum est inter excellentias & perfectiones Christi, quæ fluxerunt ab hypostatica naturarum unione, & istas quæ fluxerunt à donatione & unctione Spiritûs S. Ab illa erant infinita Dignitas personæ, impeccabilitas, &c. ab ista Potestas miraculorum, futurorum Præcognitio, atque mysteriorum Evangelicorum omnimoda Scientia. Christus ergò ea quæ revelanda ab ipso forent Ecclesiæ à revelatione Spiritûs petiit, non ab illa unione. Ut non mirum sit, si hoc *non nosse* dicatur[n]. Videtur mihi, ni meliora docear, hic locus non impiè posse exponi hunc in modum, ut dicamus Divinam sapientiam menti humanæ Christi effectus suos impressisse pro temporum ratione. Nam quid aliud est, si verba non torquemus, προέκοπτε σοφίᾳ, Luc. 2. 52? Sicut igitur post resurrectionem accepit omnem potestatem, ità & omnem scientiam. Ac nequis hanc sententiam ab antiquitate damnatam putet, satis admonere nos potest illud Ambrosii, *Secundùm carnem utique sapientiâ Dei implebatur & gratiâ*. Pro tempore autem ἀποστολῆς suæ Jesu opus non erat scire diem universalis Judicii, quem Deus Pater latere voluit. Nec aliter sensisse Christianorum vetustissimos indicio est Irenæus, 2. 48. 49. & Leontius de Sectis[o]. [Verba utriusque vide in G. Vide & Cl. Ham. in locum.] ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μὴ ὁ πατὴρ] *Sed pater*, sub. *solus*, Be. Pi. J. Cap. Vide Matth. 12. 4. & Gal. 2. 16[p].

34. *Sicut homo*, &c.] Multa hîc explendæ tum sententiæ, tum constructioni, desunt, quæ supplenda sunt[q]. Ità vigilate *sicut homo*, &c. vel, Simile est Regnum cœlorum *homini qui*, &c[r]. Ἔλλειψις collationis. Ità res hæc se habet *ut cùm aliquis*, &c[†]. Nam filius hominis (cujus paulò antè facta mentio[t],) ità est *ut quispiam*, &c[v]. ¶ *Dedit servis suis potestatem*, Τὴν ἐξουσίαν] Ità Syrus[x]. Articulus indicat certam potestatem, scilicet suam, vel domesticam[y]. Procurationem rerum domesticarum patet intelligi[z]. ¶ *Cujusque*, &c. Καὶ ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ] *Et unicuique opus suum*, Er. V. i. e. functionem, sive officium[a], sive ministerium. Ità vox hæc sumitur Joh. 4. 34. & 6. 29. 1 Cor. 16. 10[b]. ¶ *Et janitori*, &c.] Καὶ hîc abundat[c], more Hebraico[d], ut ostendit ratio Græcæ constructionis[*].

35. *Serò, an mediâ nocte, an galli cantu, an manè*] Hæ sunt quatuor noctis partes. Noctis autem potiùs quàm diei partes commemorat, perseverans in Metaphora vigilandi & dormiendi. Monet nos, nocte vigilare: nam ponitur homines vigilare interdiu[f]. Ἀλεκτοροφωνία vel, ut alii, ἀλεκτρυοφωνία, *gallicinium*, quod Hebræis dicitur קריאת הגבר, *clamor*, sive *cantus*, *galli*, propriè medium tempus est inter μεσονύκτιον & manè, ut & h. l. definitur, & apud Censorinum, cap. 19. & Macrob. Saturn. 1. 3. *Post gallicinium*, inquiunt, est, *conticinium*, quod, ut habent Glossæ veteres, est *tempus, quod est inter gallicinia*. Plur. num. utitur, quia hæc plura sunt. Gallus enim à media nocte canere incipit, deinde medio inter μεσονύκτιον & auroram spatio rursus canit. Hunc cantum multi *secundum* vocant, ut Aristoph. Ἐκκλησιαζούσαις, p. 735. Synes. epist. 4. Juvenal. Sat. 9. v. 106. Ammianus lib. 22. Unde Adagium in Erasmo, *Priusquam gallus secundò canat*, i. e. *summo manè*. *Gallicinium* porrò, absolutè positum, semper posterius intelligitur, sic dictum κατ' ἐξοχὴν, aut quia tum galli acriùs atque alacriùs canunt: aut quia hoc hominibus utilius est, cùm eos ad diurnos labores excitet. Heliod. Æthiop. l. 1. *Quo tempore galli canunt*, secundò scilicet, ut liquet, vide Apuleium initio l. 8[g].

[i] Cam. sim. Amb. in J. Cap. [k] J. Cap. [l] Lu. Ti. &c. [m] J. Cap. [n] Li ho. [o] G. [p] Be. [q] Be. [r] V. [†] Camer. [t] Be. [v] Be. Pi. [x] G. [y] V. [z] G. [a] Eru. [b] G. [c] Be. sic V. G. [d] G. [*] Be. [f] Bru. [g] BA. 2. 1. 17. 119.

CAP. XIV.

1. Erat autem *Pascha & Azyma*] Ità Mo. P. Be. Pi. &c. vel, *& azymorum dies*, Er. Il. Al. *Pascha azymorum*, Tre. & Di. ex Sy. i. e. dies festus Paschæ & Azymorum[h]: Pascha, qui dies initium Azymorum. Nam octo Azymorum dies numerant nostri Scriptores, quorum primus est cujus fine agnus mactabatur. Vide quæ ad Matth. 26. 17[i]. ¶ *Post biduum*] A sermone illo cap. præced. de excidio Urbis & Templi inchoatum[k].

3. *Bethaniæ*, Ἐν Βηθανίᾳ] *In Bethania*. Non vici, sed loci & tractûs alicujus, nomen hoc fuisse puto[l]. Contrà, Joh. 11. 1, 30. expressè κώμη, *vicus*, dicitur. Ad quem locum vide Heinsii Aristarchum sacrum[m]. ¶ *Venit*, Ἦλθε] *Venerat*, Be. Pi. scilicet sexto die ante Pascha Joh. 12. 1. Exponit hîc quâ occasione factum ut Jesum tunc prehenderent, &c. contrà quàm decreverant, suprà v. 2. quia scilicet noluerunt dimittere occasionem sibi à Juda oblatam. ¶ *Mulier*] Maria soror Lazari, Joh. 12. 3[n]. vel, Maria Magdalena[o], quæ erat *soror Lazari*[p]. [Vide ad Matth. 26. 6.] ¶ *Alabastrum* (i. e. vas unguentarium ex lapide alabastrite, qui unguenta optimè servat[q],) *unguenti*] Ità Er. Be. Tre. &c. Vide ad Mat. 26.] ¶ *Nardi spicati*, Νάρδου πιστικῆς] *Nardi liquidæ*, Be. Pi. vel, *pisticæ*, Er. Il. Ti. vel, *probatæ*, Mo. *præstantis*, Tre. ex Sy. sic Ar. vel, *fragrantis*, Æth. vel, *spicatæ*, P. Ca. *Nardum* pro nardino unguento usurpat, ut Athenæus passim[r]. [Sed quid πιστική.] Hæc vox vix alibi reperitur hâc significatione, nisi hîc & apud Johannem[†]. 1. *Pistica* corruptè hîc forsan ponitur pro *spicata*[t], sive communi vulgi errore apud peregrinas gentes, sive scioli alicujus correctoris audaciâ[‖]. Mirum enim quàm depravatè Græci Latinorum nomina usurpant[v]; ut λίτρα, *litra*, pro *libra*, Joh. 12[x]. & φελόνη & φαινόλη, pro *penula*, 2 Tim. 4. 13[y]. Ità hîc, *spicata*, per inversionem, πιστική[z]. Cùm Marcus & Johannes usurpent hanc vocem, qui plus cæteris Hebraizant, omnino eò ducor ut credam vocem Latinam, *spicatæ*, quam & Græci dicunt σπικάτην & σπικάτον, corruptiùs apud Judæos pronunciatam, nimirum פיסטקא, pro ספיקטא, planè simili transpositione qualem suprà in voce Sexti aut Sextarii observavimus. Similis est in voce σαρξίφαγος, quod Græci posuere pro *Saxifraga*; & in Arabica voce זרניך, quomodo *Arsenicum* vocant; in Judaica lingua אספניא, pro ὀψώνια multáque id genus. Syrus pro *Golgotha* habet *Gogoltha*. Quod autem apud Syrum est רישיא, non *capitatum*, ni fallor, sed *eximium*, significat, quale fuisse spicatum constat. Videtur & Nonnus ità accepisse vocem πιστικῆς quia & producit mediam contra naturam Græcæ vocis, & quod addit, φαιζομένης, propriè convenit Nardo spicatæ. Nam Latinus interpres quin ità acceperit nè dubitandum quidem arbitror[a]. Intelligit h. l. unguentum eximium confectum de spicis Nardi[b]. Laudatur maximè in unguentis (inquit Plinius) ea Nardi species quæ in aristas assurgit: quam Galenus ναρδόσταχυν, Plinius *Nardispicam*, officinæ *spicam Nardi*, & *spicam* etiam absolutè, vocant. Et nè cui novum illud videatur, Galenus de medic. κατὰ τόπους, 8. 1. & Ægineta, 3. 33. Latinas voces φολιατὸν καὶ σπικατὸν usurpant, etiam non expresso *Nardi*, vel *Nardini unguenti*, nomine, quasi satis id per se intelligatur: & in meo cod. vetustiss. Joh. 12. 3. legitur, πιστικῆς μύρε, i. e. *unguenti ex spicata*, sub. *Nardo*. Itaque hanc quoque interpretationem non possum improbare; cui etiam Syrus videri possit favere. Vertit enim πιστικὴν רישיא, quod commodè reddas, *capitatam*, sicut *capitatos porros* vocamus: nisi fortè scribendum רישיא, quod *primarium & præstantem* sign[c]. רישיא ibi legendum[d]. [Hæc prima sententia, quæ aliis non placet;] quia nimis dura & insolens est talis literarum Metathesis, ut πιστικὴ sit pro σπικατὴ[*]. 2. Forsan, ut vox νάρδος Hebraizat, à נרד; ità vox Πιστικὴ Syrissat à voce פיסתקא, *Pistaca*, quæ apud Talmudicos valet βάλανος, *glans*. Quid si ergò hîc reddam *balanini*? in cujus [scilicet unguenti] confectione primas obtinuere *Nardus* & *Glans*, sive *Myrobalanum*. Plinius 12. 2. *Myrobalanum*, *Troglodytis* & *Thebaidi*,

[h] Eru. [i] G. [k] Pi. [l] Be. [m] Di. [n] Pi. [o] Bru. Li. chron. 80. 62. Camer [p] Li ib. [q] Er. [r] Be. [†] Cas. [t] Ca. ex Er. sim. Ham. Bru. G. Be. Camer. [‖] Be. [v] Er. sim. Ca. Ham. [x] Ham. Ca. [y] Be. Ca. [z] Ham. [a] G. [b] Camer. [c] Be. [d] D. [*] Cap.

Thebaidi, —— *commune est, nascens unguentum, ut ipso nomine apparet*, quo item indicatur & glandem esse arboris[f]. 3. Πιςικὴ dicebatur à loco[g]. Sed locus ille quis sit, non aperiunt. Joannes Hartungus primus id docuit in Criticis suis ex Athenæo, *Prope Babylonem*, inquit Athen. *fuit oppidum* Opis *dictum, ubi pretiosissima nardi unguenti confecta, & in alia loca transportata.* Germana itaque lectio, inquit Hartung. fuit, Ὀπισικῆς, pro qua librarii pro inscitia sua πιςικῆς posuerunt. Sic pretiosum pannum vocamus *pannum Londinensem*, & pretiosa vitra, *Veneta*[h]. Sed (nè mutetur lectio) mallem *Pisticam dici* ab urbe Persarum, *Pista*, quam memorat Æschylus Persis, Τὰ δὲ μὲ Περσῶν τῆς οἰχομένων Ἑλλάδ᾽ ἐς αἶαν Πιςὰ καλεῖται. Sic enim, post glossas alias, concludit Scholiastes, Πόλις δὲ Περσῶν — Πίςειρα καλουμένη, ἣν συγκόψας ὁ ποιητὴς Πιςὰ ἔφη[i]. Verùm non ex Persia arcessenda Nardus, ubi nulla crescit, sed ex India, unde *Nardus Indica*: nam & quæ *Syriaca* dicitur in India nascitur, ut testatur Dioscorides, & probat Matthiolus ad Dioscor. Est autem *Pista*, ut testatur Geographus Arabs Abulfeda, urbs amplissima ad Indum fluvium, metropolis Caramaniæ, quanquam alii eam ad Indiam ipsam referant, ut Jakutus Hamalbæus, & alius Geographus, qui hanc urbem statuunt in regione Cabal, ex qua Nardum aliáque aromata Indica peti tradunt, quod & sibi probè constare mihi dixit Cl. Golius, quandoquidem regio *Chabul* per totum Orientem esset notissima: in qua & Ptolemæus ad Indum fluvium habet *Pisoa* proculdubio pro *Pista*. Indè *Nardus Pistica* commodè deducitur. Nondum tamen à Syro discedo, donec id plenius confirmetur[k]. 4. Πιςικὴ hìc valet *liquida*[l], παρὰ τὸ πιεῖν[m] · q. d. *potabilis*[n]: (etsi erat ἀναλογώτερον πιςὴ[*]·) nam eam aptam esse ait Athenæus *ad potum*, l. 15. & idem l. 6. νάρδον καταπίνειν dicit. Hirtius in libro De bello Hispaniensi, *Ipse de tempore cænavit, vinum & nardum identidem sibi infundit*[o]. Æschylus ἐν Δεσμώτῃ vocat φάρμακα πιςὰ, liquida & quæ potanda præbentur, ut dicuntur βρώσιμα, quæ vorantur, & χριςὰ, quibus ungimur[p]. Al. Probari hoc mihi non potest, quia cùm de potu hìc non agatur, non video cur nardus hìc *potulenta* dicatur[q]. Etsi unguentum illud liquidum fortè fuerit, (non crassum & spissum,) qualia sunt ea quæ bibi possunt; non fuit tamen ipsum potabile, h. e. non confici solebat ut biberetur[r]. 5. Πιςικὴ dicitur, i. e. *fidelis* aut *probata* †, quasi *fidem merens*[t]; *fida*, sive *fide digna*, Di. ex Sy. & Ar. idem quod ἄδολ☉, vel δόκιμ☉, *pura & sincera*, minimè adulterata; idem quod Heb. עובר, ut Gen. 23. 16. 2 Reg. 12. 4. item Cant. 5. 13. ubi Chald. vertit בחירא *selectissimum*, seu *probatissimum*[v]. Arabs apud Johannem posuit חאלם i. e. *purum*, quod nardi epitheton est & apud Latinos Poetas. Plinius *sincerum* dixit pro eodem, cui opponitur *Pseudonardum*, cujus multas species facit Plinius ||. Tibullus, *Illius purâ distillent tempora Nardo*: Ovid. *liquidam*; *Nec coma vos fallat liquidâ nitissima Nardo.* Nardinum enim multipliciter fuisse corruptum Plinius observat. Artemidorus, 2. 33. dicit γυναῖκα πιςικὴν οἰκεῖον καὶ πειθομένην τῷ ἀνδρί · ubi omnino *fida mulier* videtur significari[x]. Sic apud Græcos Jurisconsultos πιςικὸς dicitur navis magister, cujus fidei navis committitur. Nec tamen huic sententiæ assentiri possum[y]. A *fide* non πιςικὴ, sed πιςὴ appellaretur[z]. Πιςικὸς dici quod *fidei exploratæ* verum est, sed non nisi apud scriptores aliquot seculis seriores[a]. At Aristoteles non semel dicit [utinam loca produxisset,] πιςικοὺς pro πιςοὺς, sive πειθοῖς, ut dicitur, 1 Cor. 2. 4. Heb. נאמן Lxx πιςὸν reddunt. Sic *propheta* πιςὸς legitur, 1 Mac. 14[b]. 6. Scaliger πιςικὸν deducit à πτίσσω, *pinso*; quasi ità dicatur *nardus expressa & contusa in liquorem & unguentum*. 7. Chaldæis *unguentum* dicitur מתיכלא, Job. 41. 31. in Targum. Id cùm radicem habeat תכל, *confidit*, suspicabar *nardum* πιςικὴν idem esse quod *nardum* מתיכלא, i. e. *nardum unguenti*: sed tum redundare videretur vox μύρε[c]. ¶ *Pretiosi*; ità Ca. Er. &c. Πολυτελοῦς] *Magni*, vel *Multi, pretii*, Tre. ex Sy. Be. Pi. &c. Potest referri vel ad μύρε, vel ad νάρδε: sed prius omnino malim[d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συντρίψασα, &c.] *Et contrito*, sive *confracto* (vel, *comminuto*, Er.) *alabastro*, Be. Bru. Pi. &c. Malim *fracto*. Ut enim in minutas partes confringeretur vasculum, res non ferebat: quia aut unguentum in terram, aut unà cum unguento fragmenta vasculi in caput Christi cecidissent. Nec obstat συντρίβειν propriè esse, *conterere*: latiùs enim usurpatur apud Lxx, pro Heb. שבר: quod interdum significat tantùm lædere rem, ut non sit integra. Fregit ergò vasculum, non in minutas partes, sed foramine in summo, aut in latere, aut in fundo, vasculi, facto, per quod unguentum tum in caput, tum in pedes, effuderit. Syrus & Æthiopicus vertunt, *Aperuit illud*, quod referri potest, vel, 1. ad alabastrum in quo foramen fecit[*]: vel, 2. ad unguentum. Aperuisse autem unguentum rectè dicitur, quum clauso viam emanandi fecit, fracto, ut videtur, alabastri orificio[f]. Συντρίψασα non [est h. l.] comminuens, sed efficiens ut latè hiaret[g]; quomodo συντετριμμένος λάκκος, *fovea fracta*, Jer. 2. 13. Sic & alibi συντρίβειν est, *vulnerare*, 1 Reg. 20. 37. Ezec. 34. 4[h]. Vasculum hoc confractum non fuisse suadent; 1. natura ejus, marmoreum enim erat, teste Nonno. 2. Quòd non opus erat ut confringeretur. 3. Quòd Suidas narrat, hoc ipsum vas à Constantino, inter reliquias, repositum. 4. Quòd *effudisse* dicitur, ut mos erat, ex ore vasculi. Vox etiam activa συντρίβειν non propriè sign. *confringere*, sed potiùs, *contundere, conquassare*, συνθλᾶν ait Hesychius: sic in Lucian. Demonact. p. 58. ξύλοις συντρίβειν est, *fustibus contundere*; vel, *conterere*. Ut τρίβειν est, *terere*, & περιτρίβειν, *atterere super* [aliquid] in Pallad. Laus. hist. c. 29. p. 947. ità & συντρίβειν erit, *conterere*. Sensus ergò esse potest, quòd vasculum conquassavit, & contudit ad terram, ut meliùs flueret, & ut partes crassiores è fundo exsurgerent, atque ità effudit: vel, si significet, *conterere*, referri hoc possit ad spathulam sive tudiculam, quâ pharmocopolæ internas vasculi partes fricant, sive radunt, nè unguentum ei adhæreat. In una ex his duabus significationibus verbum hoc accipi non dubito: sic & Heb. נפץ, quod interdum redditur συντρίβω, interdum etiam à Lxx transfertur per ἐκτινάσσω, *excutio*, ἐδαφίζω, *ad solum allido*, & διαχέω & ἐκχέω, *effundo*, Prov. 5. 16. & διανοίγω, *aperio*; id quod cum liquida Nardi natura optimè congruit ||. ¶ *Effudit*, &c. Κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς] *Effudit* (vel, *Effuderat*, Be.) *illi in caput*, Er. Il. Ti. P. Pronomen αὐτοῦ trajectum[i]: vel, *juxta caput*, Mo. vel, *super caput ipsius Jesu*, Tre. ex Sy. Æth. Ar. sic Pers. vel, *secundum caput ejus*; q. d. Accessit à tergo & unguentum illud Domino in occiput effudit ut antè illa fecerat, Luc. 7. 36, &c[k]. Dicunt Hebræi, *Indecorum est Discipulo sapientum olere aromata.* Hinc non modò Judas ex avaritia, sed & alii Discipuli profusionem unguenti indignè tulerunt, partim ut nolentes rei tam pretiosæ perditionem, partim ut improbantes morem tam delicatum, &c. Et Christus, invidiam facti amovens, ad funus suum hanc unctionem applicat, nè ex mollitie facta videatur[l].

4. *Quidam*] Communicatio Rhetorica, quum unicus erat Judas, Joh. 12. 4[m].

5. *Trecentis denariis*] i. e. libris Francicis 52 cum dimidio, juxta Budæum[n]. Sed non facile est, summam hanc æstimare; tum quia duplex fuit Denarius, argenteus & aureus, tum quia duplex erat nummi valor, Tyrius, & Hierosolymitanus, qui Tyrio vilior erat. Utcunque fuerit, effantur grandem opulentiam Magdalenæ[o]. ¶ *Fremebant in eam*] Ità Be. Pi. P. &c. nempe mulierem, non audentes in Christum fremere[p]. Syrus, *in eum*; Christum scilicet, qui hoc passus est[q].

7. *Semper enim pauperes habetis*] i. e. *Habebitis*, Bru. etiam in diebus Messiæ, quod fatentur Judæi, Bab. Schabb. fol. 63. 1. Ubi ergò Regnum Messiæ pomposum[r].

8. *Quod*, &c. Ὃ ἔσχεν αὕτη, ἐποίησε] *Quod habuit*, (vel, *potuit*, Er. Il. Ti. P. B. Ca. Bru.) *fecit*, Mo. Æth. Ar. Be. &c. Quod ipsi licuit †: q. d. non poterit cùm *volet*[t]. *Quantum huic mulieri suppetebat bonum, fecit*, Pers. *Id quod erat huic, operata est*, Tre. & Di. ex Sy. ¶ *Prævenit*, &c. Προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν] *Occupavit* (vel, *Prævenit*, Er. Il. sim. Mo. Ti. *Anticipavit*, Ca. sub. *enim*, Be. Pi.) *ungere* (vel, *ut ungeret*, Er. Il. V. vel, *unctionem*, Camer.) *meum corpus* (vel, *mei corporis*, Camer.) *ad*, vel *in*, *funerationem*, Be. Pi.

[f] Li. ho. [g] Q. in Ca. Aug. in Er. Camer. [h] Scul. ex. 2. 108. [i] Clop. col-lat. crit. num. 15. p. 3998. [k] Di. ib. [l] Be. Pi. [m] B. Cas. Pi. Sch. [n] Be. Pi. [*] Cas. [o] Cas. [p] Be. [q] G. [r] Cap. † V. sic Er. [t] Val. Cap. ex Th. [v] Cap. || G. [x] Be. [y] Cas. [z] Ca. [a] G. [b] Heins. Aristarch. cap. 11. [c] Rev. [d] Ca.

[*] D. in append. ad Matt. [f] Di. [g] G. [h] G. sic Di. in append. || Ham. [i] Pi. [k] Idem. [l] Li. ho. [m] Sch. [n] Be. [o] Li. ho. [p] Bru. [q] Di. [r] Li. ho. † Bru. ex Euthym. [t] Bru.

Pi. D. vel, *sepulturam*, Er. Il Ti. P. Mo. Ca. Camer. V. i. e. sepeliendum: quod brevi sepeliendum est[v]. Verùm corpus non ungebant in sepultura, sed in funeratione, sive curatione funeris[x]. Syrum sic verto, *Et prævenit* (Syriacè, *prævenit unxit*, i. e. prævenit ungere, præunxit, sicut, *prævenit dixit*, i. e. prædixit, &c.) *tanquam ad sepulturam* (vel, *ad sepeliendum*, i.e. ad funerandum, ut me ad sepulturam pararet,) *aromatibus condire corpus meum.* Aliud est θάπτειν, *sepelire*, aliud ἐνταφιάζειν, *funerare*, i. e. lavando, condiendo, involvendo, corpus ad sepeliendum pararare. Mulier hæc non quod τοῦ ταφέως, *bustuarii*, erat, hîc fecit; sed quod τοῦ ἐνταφιαστοῦ, *pollinctoris*[y]. Sensus, q. d. Hæc unctio est quasi altera cadaveris mei pollinctura propediem futura. Ἐνταφιασμὸς propriè est, ut ex Budæo annotat Stephanus, quum corpus mortuum τοῖς ἐνταφίοις, subaudi ὀθονίοις, h. e. linteis suis sepulchralibus involutum & obvinctum, sepulchro mox condendum præparatur: At enim quoniam istud de more fiebat, additis unguentis aromaticis, hinc pro ipsa sumitur unctione, vel *funeratione*, sive *pollinctura*, ut exponitur in Lexico Veteri Græco-Latino, & hâc voce LXX reddunt Heb. חנט, Gen. 50. 2[z]. Vide ad Matthæum, 26.12[*].

9. *Ubicunque prædicatum fuerit*, &c.] Duæ hîc continentur prophetiæ, quòd scilicet & Evangelium ipsum, & cum eo hoc opus, per totum orbem prædicabitur[a].

10. *Abiit*] Sponte, non solicitatus: res enim hæc ipsis insperata erat[b].

11. *Promiserunt*, &c.] Et mox *appenderunt*, Matth. 26. 15. ac haud dubiè apud certum hominem deposuerunt, qui, proditione factâ, statim daret[c].

12. *Primo die Azymorum, quando Pascha immolabant.*] Scil. Judæi, ex Lege, Exod. 12. 18. i. e. die 14. mensis Abib. Incipiebant autem Hebræi diem civilem (i. e. 24. horis constantem) à vespera, seu prima vigilia noctis. Quare hîc, more Romanorum, nomine *primi diei Azymorum* comprehenditur dies artificialis vesperam illam, unde ista dies secundùm Hebræos incipiebat, proximè præcedens. Nam quæ hîc narrantur de præparatione Paschatis, ante illam vesperam facta esse oportuit. Et infrà v. 17. accubuit Dominus, scilicet ad Pascha edendum, *Vesperâ factâ*; illius nempe diei quo paratum est Pascha, ut liquet ex serie narrationis. Judæi autem hoc anno, ob sequens Sabbatum, transtulerant Pascha in diem sequentem, ex more ipsis solenni, nè populus diuturnitate cessationis ab operibus servilibus, ac inprimis à coquendis cibis, nimiùm gravaretur[d]. De initio festi Azymorum difficultas est; nam Exod. 12. *Vesperâ diei* 14. Pascha mactandum est, v. 6. & *eâ nocte comedendum*, v. 8. & comestio Azymorum incipit à vespera diei illius 14, duràtque usque ad vesperam diei 21. vers. 17. 18. Jam verò Lev. 23. 5. & Num. 28. 16. *In vespera diei* 14. *est Pascha*, & *die* 15. *est festum Azymorum*; quod & Josephus, Antiq. l. 3. affirmat. Sed facilis est conciliatio, si supponamus, 1. diem 14. cœpisse ab Occasu Solis diei 13. 2. inter illud tempus & sequentem vesperam, quod spatium ad diem 14. pertinebat, Pascha fuisse mactatum, assatum, &c. & tandem manducatum *nocte illâ*, Exod. 12. 8. sive vesperâ, non illâ quâ inchoatur dies 14. sed quâ clauditur. 3. Illo tempore, ante Occasum Solis, h. e. ante initium diei 15. expurgandum erat omne fermentum, &c. & illâ vesperâ cœpit festum Azymorum, die 15. & desiit in fine diei vigesimi primi, sive initio 22. Sic ergò Josephus huic festo *octo dies* tribuit, Antiq. l. 2. Hinc finiri possit illa controversia de die quâ Christus & Judæi Pascha celebrârunt. Hujus tempus dicitur h. l. *prima Azymorum*, non prima dies festi Azymorum, sed præparatio ad illud festum, *quando Pascha mactabant*, i. e. in vespera quæ diem Paschalem inchoabat, in cujus fine Pascha mactari & comedi solebat. Christus autem, cùm, morte præventus, Pascha legitimum & solenne celebrare non poterat, comestione Agni, (quippe qui à Levitis mactandus erat, 2 Par. 35. 6. & in Templo immolandus, Deut. 16. 2. 6. unde & Christus nunquam dicitur θύειν, sed tantùm, ποιεῖν πάσχα) Pascha commemorativum edere voluit, idque in priori parte Paschalis νυχθημέρου (quia in posteriori ejusdem parte, quâ Pascha comedendum fuit, ipse immolandus erat, sive nocte præcedente; quod dicitur Joh. 12. 17. ὀψίας γενομένης · nam ὀψίαν non semper *vesperam*, sed interdum *noctem*, significare, probavimus ad Matth. 14. 23[*]. Dicant mihi illi qui opinantur, Christum Pascha suum celebrâsse die 14. Judæos autem die 15. ad quem Pascha transtulerint ob insequens Sabbatum, an Evangelistæ loquantur secundùm diem à Mose præscriptum, an secundùm diem præscriptum à Magistris traditionum, atque usitatum à gente. Si prius, tum dies 15. erat *prima Azymorum*, Exod. 12. 15, 18. si posterius, dies 14. Et annon Evangelistæ secundùm hunc morem loquantur, paucis investigemus. Tralatum quidem est totum festum Septiduanum in alium mensem, tum ex Lege, Num. tum ex causis aliis, de quibus Maimon. &c. at, cùm occurreret tempus festo destinatum, nunquam non mactatus est agnus die 14. Hieros. Pesachin. fol. 33. 1. incidit dies 14. in Sabbatum. Hinc oritur scrupulus, an cedat Sabbatum Paschati? an Pascha Sabbato? Non poterant ipsi Primates Synedrii rem solvere. At facilè potuissent, si usitatum hoc fuisset vel licitum, trajicere Pascha in diem crastinum. Alia traditio erat, *Si quidam immundi sunt, rejiciuntur ad Pascha secundum. At si tota congregatio, aut maxima ejus pars, immunda fuerit, non rejiciuntur ad Pascha secundum, sed Pascha offerunt & comedunt, quamvis sint in immunditia sua, nam Pascha offerendum est* במועדו, *tempore suo statuto*, i. e. die 14. idque absque ulla dispensatione. Alioquin quidni trajicerent Pascha in diem unum, aut biduum, ut purificetur populus? Hebræi omnes docent fermentum investigatum exeunte jam die 13. sive incipiente die 14. Porrò non mactandum erat Pascha nisi in Atrio ubi mactabantur reliqua sacrificia, teste Maim. in Corban Pesach, cap. 1. An ergò credibile est, Sacerdotes in Templo voluisse, contra decretum Synedrii eo anno statutum, (ut fert sententia cui contradicimus,) agnum Christi unum, solum, singularem, mactare ante diem constitutum[f]. [Sed de nobili hâc quæstione plura congesta vide ad Matth. 26. 2. & 17.]

13. *Lagenam*, &c.] Ità Mo. Ar. Κεράμιον, &c.] *Amphoram*, &c. P. Be. Pi. Caf. sic dictam, quia fictiles erant amphoræ[g]. *Vas*, Sy. Æth. Tre. *Fictile*, Ca. sim. Ti. V. *Hydriam fictilem*, Er. Il. Hâc notâ illum Christus descripsit, nomine non expresso: unde τὸ δεῖνα dixit Matthæus[h]. Servus hic erat ejus patrisfamiliâs[i]. Dubitandum non est quin multi Hierosolymitæ cœnacula instructa sub id tempus advenis elocaverint; cujus fortis & hic fuisse videtur, ut qui hydriam ferret ad paratum cœnaculi. Et, ni fallor, id ipsum indicat vox κατάλυμα[k].

14. *Ubi est refectio mea*] i. e. Refectionis locus[l]. Τὸ κατάλυμα] *Diversorium*, Er. Mo. P. Be. Pi. V. &c. *Cœnaculum*, Æth. *Mansio*, Ca. *Domus convivii*, Tre. ex Sy. sic Pers. Malim Syrum vertere, *Locus solutionis*, ubi ad commorandum solvuntur impedimenta, & jumentorum vincula: nam שרה, primò est, *solvere*, deinde, *solvere sarcinas*——ad commorandum, adeòque *diverti*, *commorari*, *habitare*; planè ut apud Græcos καταλύειν[m]. In meo vetustiss. cod. additur μου[n].

15. *Cœnaculum*] Ità. Mo. Sy. Be. Pi. &c. Ἀνώγεον] Vel, ἀνώγαιον[o], ut in meo vet. cod. scribitur; vel, ἀνώγεων. Significat locum suprà in ædibus, sicut κατάγεων, infrà; & οἰκίαι κατάγειοι, sub terra habitationis loca[p]. Ἀνώγεων idem est quod ὑπερῷον, Act. 1. 13. & 20. 8[q]. Est cœnaculum sublimius in altiore ædium parte exstructum[r], quasi *à terra exaltatum* sit[†]. Summa domorum in iis locis aperta erant & strata, ubi deambularent, &c[t].

¶ *Stratum*, Ἐστρωμένον, ἕτοιμον] *Stratum*, (i. e. instructum ad apparatum epularum[v], mensis, lectulis, &c[x].) *paratum*, Be. Pi. Sed ἕτοιμον deest in Latino[y], & in quodam exemplari[z]. Ex Matthæo additum: quanquam habet Syrus, ut & alia nonnulla quæ ex Matthæo sunt addita[a].

16. *Abierunt*] Ità Be. Pi. Ἐξῆλθον] Pro ἀπῆλθον, quo utitur Lucas[b]. *Exierunt*, Er. sic V. *Profecti sunt*, vel, *discesserunt*, V.

17. *Vespere*, &c.] i. e. Nocte: vide ad v. 14[c]. Καὶ ὀψίας,

[v] V. [x] D. [y] Di. [z] Ful. in Wal. [*] Be. Pi. [a] Cas ex Th. [b] Sch. [c] Pi. [d] Pi.

[*] Ham. [f] Li. ho. [g] Cas. ex Be. [h] G. [i] Bru. ex Orig. [k] G. [l] Bru. [m] Di. [n] Be. [o] Bru. Camer. [p] Camer. [q] Be. [r] V. sim. Er. Be. [†] V. sim Er. [t] Be. [v] Camer. sic Bru. [x] Bru. [y] G. [z] Be. [a] G. [b] Be. [c] Ham.

ὀψίας, &c.] *Et cùm serum* diei advenisset, i. e. crepusculum [d].

18. *Qui manducat mecum*] Hoc addidit Marcus à Petro acceptum. Id significat mensæ ejusdem participem, quod magnum amicitiæ vinculum veteres existimabant. Τράπεζα καὶ ἅλες σύμβολα γνησίας φιλίας ἀνθρώποις, inquit Philo. Quod verò sequitur, ὁ ἐμβαπτόμενος, propior est designatio, ut ad Matthæum diximus [*].

19. *Singulatim*; ità Er. Il. Ti. sic P. Be. Pi. Sy. &c. Εἷς καθ' εἷς] Ità & Joh. 8. 9 [f]. In uno autem exempl. est καθεῖς. Sed scribendum puto καθεῖς, ut legitur Joh. 8. 9. vel, si distinguere licet, καθ' εἷς. Est enim κατὰ ex καὶ εἶτα contractum, ut εἷς καθ' εἷς sit, *unus & deinde unus* [g]. Non puto καθ' εἷς esse, καὶ εἶτα εἷς, ut liquet ex Rom. 12. 5. ὁ δὲ καθ' εἷς· nisi potiùs est scribendum καθεῖς. Alibi tamen legimus, εἰ καθ' ἕνα, ut Eph. 5. 33. & ἓν καθ' ἕν, Apoc. 4. 8. Apud Polybium quodam loco δεῖς legitur, quod dictum videri possit ut καθεῖς. Sed vera ejus loci lectio est οἱ δὲ. Χωρὶς & καθ' ἓν opponuntur [h]. Non est καθεῖς, pro, καὶ εἶτα εἷς, sed [pro] καθ' εἷς, ut clarè apparet Rom. 12. 5. Nimirum, ut suprà diximus 6. 40. sueti Hebraico sermoni non rarò Nominativum sumunt ἀκλίτως. Itaque καθ' εἷς hîc idem valet quod καθ' ἕνα, 1 Cor. 14. 31. Eodem modo καθ' εἷς reperitur apud Lucianum Solœcistâ, & Christianos scriptores aliquot [i]. ¶ *Numquid ego?*] Μήτι ἐγώ; Καὶ ἄλλος· Μήτι ἐγώ; *Num ego? & alius, Num ego?* Be. Pi. sed illud, Καὶ ἄλλος· Μήτι ἐγώ; redundare videtur [k], & ex interpretamento natum [l]: deest in 2. Codicibus [m], & in Sy. Ar. Lat. neque cohæret cum illo καθ' εἷς [n]. Cùm semel dixisset, εἷς καθ' εἷς, quid erat necesse addere, *& alius, & deinde alius?* præsertim cùm Marcus nihil aliud ferè scripserit quàm Matthæi compendium [o].

20. *Qui*, &c. Ὁ ἐμβαπτόμενος] *Qui intingit*, sub. *manum*, V. Camer. Be. Pi. ex Mat. 26. 23 [p]. vel, sub. *offulam*, ex Joh. 13. 26 [q].

21. *Filius*, &c.] Est quidem mihi fatale prodi, sed non idcirco impunè feret proditor [r].

22. *Sumite*, Λάβετε, φάγετε] *Accipite, edite*, Be. Pi. Sed φάγετε ex Matthæo venit: nam veteres Metaphrastæ (Vulgatus, Syrus, & Arabs †,) non agnoscunt: & deest in Codicibus quibusdam. Sic & infrà v. 34. quidam Libri additum habent, μετ' ἐμοῦ [t].

23. *Biberunt ex eo omnes*] Ut jussi erant, Mat. 26. 27. idque haud dubiè ordine κατὰ κυκλοπορίαν, initio facto ab eo cui Dominus proximè accumbenti poculum præbuerat [v].

24. *Et ait illis*] Non postquam bibissent [x], ut verba collocata sunt [y], sed antè [z], cùm poculum iis propinaret; ut poscit tum res ipsa; alioquin discipuli non intellexissent quodnam vini genus hoc esset [a]: tum collat. cum Mat. 26. 28. ubi γὰρ additur, quo hæc verba certâ ratione cum ipsa calicis propinatione junguntur, *Hic est enim*, &c. Marcus igitur hîc anticipatione usus dixit, *& biberunt*, &c. loco ejus quod Matth. dixerat, *Bibite*, &c. ut significaret, factum quod Dominus jusserat [b]. ¶ *Sanguis*, &c. Τὸ αἷμά μου τό, &c.] *Sanguis meus novi* (vel, *novi illius*, Be. vel, qui est *novi illius*, P. vel, sanguis *ille novi*, Pi.) *testamenti*, *sive fœderis*, Mo. Tre. ex Sy. Er. &c.

25. *Non*, &c. Οὐκέτι οὐ μὴ πίω] *Non ampliùs*, vel *posthac*, *bibam*, &c. Mo. Be. Er. Il. &c. Tres hîc particulæ negantes vehementissimè negant [c]. Alludit ad morem quo nefas erat post illud poculum ἀπολυτικὸν quicquam cibi in posterum diem capere [d]. ¶ *De hoc genimine vitis*, &c.] q. d. Nullum vinum posthac gustabo donec, &c. unde in cruce vinum myrrhatum rejecit: nisi quòd articulus ὁ hîc nonnullam habet emphasin [*].

26. *Et*, &c. Καὶ ὑμνήσαντες] *Et postquam dixerunt laudes*, V. *Et quum hymnum cecinissent*, Be. Pi. &c. nempe *Hallel*, ab initio Psal. 113. ad finem Psal. 118. quem [hymnum] intersecuerunt, partémque ejus recitârunt in ipso medio convivii, & partem rejecerunt ad finem. Hymnus, quem jam occinuit Christus cum suis à cibo, erat pars posterior. In qua, ut observant RR. memorantur hæc quinque, *Exitus ex Ægypto*, *Scissio maris rubri*, *Traditio legis*, *Resurrectio mortuorum*, *& Dolores Messiæ*. ¶ *Exierunt*, &c.] At tenebantur omnes ad pernoctandum in Hierosolyma nocte primâ, juxta Canones Magistrorum. Sed permitte Leonem de tribu Judæ telis istis aranearum non constringi [f].

30. *Priusquam gallus vocem bis dederit*] At Mat. Luc. & Joh. dicunt, *priusquam gallus cecinerit*. Marcus igitur perspicuè & definitè loquitur, nè quis de interpretatione dubitaret, sed & more veterum, qui, cùm noctem terminant, & matutinum tempus innuunt, plerumque τῆς δευτέρας ἀλεκτοροφωνίας meminerunt, ut in noto illo versu, Πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἀλέκτωρ ἐφθέγξατο· & in Aristoph. Οὐδ' εἰ μὰ Δία τότ' ἦλθες, ὅτε τὸ δεύτερον ἀλεκτρυὼν ἐφθέγξατο. Quare non magis pugnant Evangelistæ, quàm Horatius & Juvenalis; quorum alter, [Horat.] *Sub cantum galli consultor ubi ostia pulsat*: alter, *Quod tamen ad galli cantum facit ille secundi*. Uterque intelligit, *ante conticinium* [g]. [Plura vide ad Mat. 26. 34. & ad Marc. 13. 35.]

31. *At ille*, &c. Ὁ δὲ ἐκ περισσοῦ ἔλεγε μᾶλλον] Ità suprà 7. 36. μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον. Quare non est quærenda alia constructio [h]. *At ille multò magis* (vel, *vehementiùs*, Er. Il. Ti. *multò vehementiùs*, V. *multò ampliùs*, P. *magis ex abundanti*, Be. sic Mo. At Vulgata non legit μᾶλλον, neque meus Codex vetustissimus. Nam certè redundat [i]: sed ità tamen ut ista conduplicatio magis exprimit vehementem Petri asseverationem [k].) *dicebat*, Pi.

32. *Donec orem*; ità Mo. Tre. Ar. Ἕως προσεύξωμαι] *Donec digressus oravero*, Er. Il. Ti. V. &c.

33. *Cœpit pavere*, &c. Ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν] *Expavescere* (vel, *Exsternari*, sive *Admodum pavere*, Camer. *Turbari*, Ti. *Animo comprimi*, Pers. *Mœstus esse*, Tre. ex Sy. Ar.) *& angi*, Er. Il. Mo. Ti. Sy. vel, *contristari*, Æth. sim. Tre. Ar. Pers. *affligi*, Ti. *gravissimè angi*, P. Be. Pi. sic V.

35. *Ut — transiret* (vel, *abiret*, Be. Pi. vel, *præteriret abiens*, Pi.) *ab eo hora*, Ἡ ὥρα] *Illa hora*, P. Tre. Il. &c. testata & Domino nota, tempus passionis, vel potiùs, metonymicè, ipsa passio [l]: supplicium paulò pòst subeundum [m]: destinatus eo tempore eventus [n]. Vide quæ ad Matthæum hoc loco [o].

36. *Dixit, Abba*, &c. Ἀββᾶ ὁ πατήρ] Ità & Rom. 8. 15. Gal. 4. 6 [p]. Videntur Hebræi, Græco utentes sermone, retinuisse hanc vocem, quia naturaliter pueri eo sono patres salutant. Græci dicunt πάππα, παππίδιον· nec aliunde πάππος. Sic quod אבא Hebræis, Græcis est ἄππα. Sed & Latini ab eo sono dixerunt *pappare*, & *mammas*. Duplex autem vox posita est affectûs testandi causâ. Simile illud, ναὶ ἀμήν, Apoc. 1. 7 [q]. [Verba sic reddunt;] *O pater mi*, Pers. *Abba pater*, Mo. Er. Il. Ti. Be. Ca. Pi. *Abba*, id est, *pater*, P. *Pater, mi pater*, Gua. & Tre. ex Sy. *Pater* Heb. est אב, Syr. אבא, *Aba*, quod antiqui legebant ἀββᾶ †. Ἀββᾶ est vox Syriaca [r], in cujus explicationem addit Marcus, ὁ πατήρ [v]· quod eo probabilius est, quòd efferatur ὁ πατήρ, & non ὦ πάτερ [x]. Sed cùm voces peregrinæ in N. T. Græcè explicantur, semper additur ὅ ἐστι, vel, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον· nunquam simpliciter dicitur ὁ, absque voce ἐστι. Deinde ὁ πατὴρ ponitur pro πάτερ· Nominativus pro Vocativo, ut passim in V. & N. T. ut ὁ Θεὸς pro Θεέ [y]. Malo [ergò] otiosam non esse hanc iterationem, cùm Syrus ipse verterit, אבא אבי, *Abba abi*, i. e. *Abba pater mi* [z]. Distinguendum h. l. ut de idiomate Heb. & Chald. ità & de sensu vocum אבי, & אבא. Nam vox אבי patrem quidem Naturalem denotat, at simul patrem etiam Civilem, Seniorem, Dominum, Doctorem Magistratum: verùm vox אבא patrem solùm Naturalem, quocum & comprehendimus adoptantem; imò denotat *Pater meus*. Ubicunque in S.S. fit mentio de patre Naturali, Targumistæ adhibent vocem אבא, ut Gen. 22. 7. & 27. 34. & 48. 18. &c. at cùm de Patre Civili, vocem aliam, ut 2 Reg. 2. 12. & 5. 13. & 6. 21. Hinc patet ratio verborum, Rom. 8. 15. Aliud erat Deum vocare אבי, *Patrem*, i. e. Dominum, Regem, Doctorem, &c. & aliud, eum vocare אבא, *Patrem meum*. Doctrina adoptionis, proprio sensu, erat Judæis ignota, & tamen dixerunt illi Deum אבי. Vos autem, cùm sitis filii *clamatis* אבא, *ô pater meus*, sensu proprio & verè paterno. Sic Christus h. l. utcunque sub agone infando, &c. tamen Deum agnoscit, invocat, invenit, אבא *Patrem suum*, sensu suavissimo [a]. *Abba* interdum nomen est dignitatis & honoris. Potest *Abba Pater* unum Dei epitheton esse, & alterum commune, seu appellativum; ut si quis diceret *Adonai Domine*, aut *Elohim Deus*. Forsan est formula loquendi ἐκ φιλαλληλίας καὶ πλεονασμοῦ· ut, *lutum cœnum*; & in

Marginal notes: [d] Be. [*] G. [f] G. [g] Be. [h] Cas. [i] G. [k] Be. [l] G. ex Er. [m] Be. [n] G. [o] Er. [p] Pi. ex Be. [q] Pi. [r] Ca. † Li. [t] G. [v] Pi. [x] Bru. sim. Be. [y] Be. [z] Bru. [a] Be. [b] Bru. [c] Pi. [d] Be. [*] Er. [f] Li. ho. [g] Heins. [h] G. [i] Fe. [k] Be. ex Er. Bru. [l] Pi. [m] V. [n] Camer. [o] G. [p] Cap. G. [q] G. [r] D. † Er. sic D. Gua. &c. [v] Li. ho. sim. Be. [x] Li. ho. [y] Cap. [z] Be. [a] Li. ho.

in Latio, *commeatus cibus*, *rete jaculum*, *libra pondo*, *hecatombæ hostiæ*. Nihil temere statuendum. Augustinus vult *Abba* esse vocem Græcam: in quo errat [b]. Imò verè hoc dixit. Prima nimirum vox quam pueri enituntur, quâ patrem compellant, est πάππα, *pappa*; unde παππάζειν in Il. ε. quod est, inquit Interpres, πάππα φωνεῖν, πατέρα καλεῖν & *pappare*, in Pers. Sat. 3. quod est, Patrem blandè & ὑποκοριστικῶς *pappa* vocare. Hinc & abjectâ literâ dixerunt ἄππα (quomodo ex ταττα fit ἄττα) quam vocem *patrem* Græcorum pueris valuisse liquet ex vocibus illi affinibus, ἀπφά, quæ est fratris vel sororis ὑποκόρισμα, apud Suidam & Eustathium; & ἀπφὺς, quæ Theocrito est *pater*. Jam verò literæ tenues aspiratis faciliùs pronunciantur: priùs ergò dictum est ἄππα quam ἀπφά. Et certè Diana (apud Callimachum, hymno in Dianam v. 6.) Jovem ὑποκοριστικῶς vocat ἄππα. Ab ἄππα Latini formârunt *Aba*, indéque *abare*, apud Ausonium, quod est, *compellare aliquem blandè*, sive *instar fratris*; & *avus*, pro *abus*, & *abbas*. Et pro ἄππα dicitur ἀββᾶ, literis β & π facilè mutatis. Quare, Ἀββᾶ ὁ πατὴρ, est formula Græcorum pueris notissima, quâ parentes blandè & familiariter compellabant. Obj. At puerilis illa compellatio videtur minùs gravis & seria quàm quæ Christo conveniat. Resp. Similes formulæ etiam à grandioribus usurpatæ sunt honoris ergô, ut Il. ϑ. ubi Achilles Phœnicem se seniorem sic compellat, Φοῖνιξ ἄττα γεραιὲ [c]. ¶ *Non*, &c. Οὐ τί ἐγὼ, &c.] *Non quod ego volo*, &c. Pi. vel, *velim*, B. sub. *fiat*, Pi. G. Be. Rev. vel, sub. *spectandum*, sive *faciendum*, *est*: τί, pro ὅ, τι [d]. Planior erit sententia si pro τί legas vel ὡς, ut est in meo vetustiss. cod. vel, ὃ, ut est in Vulgato [*]. [Sed] Hebræi Græcè scribentes particulas τί & ὃ promiscuè usurpant [f]. Sermo est inabsolutus [g]; vel, Aposiopesis, quæ non videtur suâ emphasi carere in oratione tam ardenti [h].

37. *Simon*] Sic vocat, quia non præstabat se Petrum, i. e. firmum & constantem [i].

38. *Ut non intretis*, &c.] Id est, nè sinat vos succumbere illi tentationi Satanæ quæ instat [k].

40. *Quid responderent ei*] Quomodo se excusarent [l].

41. *Dormite jam*; ità Ca. sic Pers. Ar. Τὸ λοιπὸν, &c.] *Reliquum*, &c. Mo. *Posthac*, Er. Il. Ti. *Quod superest*, P. Pi. Tre. Imperativi h. l. more Hebræo, pro Futuris; q. d. *Dormietis posthac, & requiescetis: nunc verò sufficit.* Similis locutio, Joh. 2. 19. *Solvite*, &c [m]. ¶ *Sufficit*; ità Mo. P. Be. Pi. Il. Er. Ti. Ham. Ἀπέχει] *Habet*, G. Camer. Salm. in Wal. Est purus putus Latinismus, eo sensu quo optimi autores absolutè ponunt, *habet*, *peractum est*. Ἀπέχειν est, *habere* [n]. Vide dicta ad Matthæum ad ejusdem argumenti locum [o]. Ἀπέχει, elliptice, pro, ἀπέχει τὸ ἑαυτῆ, *habet jam suum*, somnus & quies [p]. Satis est, Ca. Ἀπέχει Hesych. explicat ἀπόχρη, ἐξαρκεῖ, *sufficit*, *actum est*; q. d. Serò nimis de somno loquimini [q]. Sic ille in Anacreonte, ubi multa pictori præceperat, tandem, velut imagine perfectâ, subjicit, Ἀπέχει· βλέπω γὰρ αὐτὴν, i. e. *Sufficit: jam enim ipsam intueor* [r]. Τὸ ἀπέχω forensem significationem habere videtur, *satis habeo*, *do vobis absolutionem*, quæ idcirco ἀποχὴ dicitur, ut Phil. 4. 18. πάντα ἀπέχω q. d. *do vobis absolutionem meam pro omnibus*, &c. Ità h. l. Christus dat illis ἀποχὴν quod nos dicimus, *quietus est*, eósque liberat ab ulteriori ministerio. Sic Mat. 6. 2, 6. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν, *recipiunt* totum *quod illis debetur*, laudem hominum; Deúmque ab ampliori solutione absolvunt. Sic Gen. 43. 23. *Argentum vestrum* ἀπέχω, *accepi*, & vos ab eo *absolvo* [†]. Al. Syrus optimè & divinè meo judicio vertit, *advenit* (vel, *propè est*, Tre. & Boder. ex Sy. sim. Ar.) *finis*; q. d. *peractum est*: nihil inter nos ampliùs agendum restat, finis nostrarum rerum & conversationis meæ vobiscum est; quicquid conversationi nostræ debebatur, datum est: vos porrò dormite & quiescite, ego abeo & trador. Ità ἀπέχει sumitur impersonaliter [t]; vel potiùs, personaliter, ut sequens ὥρα ad hoc verbum, æquè ac ad ἦλθεν, pertineat, hoc modo, ἀπέχει, ἦλθεν ὥρα, *hora instat*, imò jam *advenit* [v]. [Pers. hoc verbum sic reddit; *Res enim ad extremum pertigit*.] In quibusdam Codicibus legitur, ἀπέχει τὸ τέλος [x] quod interpretarer, *Abest finis*, i. e. solus jam finis superest; vel, *habent finem*, ista videlicet *quæ de me prædicta sunt*, ut Luc. 22. 37. quod scriptum etiam inveni in meo cod. vetustiss [y].

44. *Dederat*, Δεδώκει] Atticè, pro ἐδεδώκει [*]. ¶ *Signum*; ità Sy. Pers. Ar. Æth. Ca. Di. G. Σύσσημον] *Consignum*, Bru. Mo. *Commune signum*, Er. Il. P. Ti. Be. Pi. Bru. ex composito datum [z]; vel, de quo unà convenerant [a]: quod unum omnibus dederat, ut dux militibus symbolum dare solet [b]. Verùm σύσσημον idem est quod σημεῖον [c], tum aliis Evangelistis [d], tum LXX [*]; qui נס nunc σημεῖον vertunt, nunc autem σύσσημον [f], ut Jud. 20. 38, 40 [g]. ubi *elevatio fumi* signum erat Israelitis, de quo tamen cum Gibeonitis non convenerant [h]; item Esa. 5. 26. & 49. 22. & 62. 10 [i]. ubi signum *inter gentes elevare* Deus dicitur: at quis ibi signum intelligat, de quo Deus & gentes ante convenerint? Hesychius, σύσσημον, σημεῖον, propriè est, *consignificans*; & de tali signo dici primario videtur quod unà cum significatione confirmat: συσσημαίνειν enim, teste Stephano, est, *consignare*, eâ significatione quâ tabulas aut epistolas consignare dicimur: unde σύσσημον, *signum consignans*, sive id ex composito datum sit, sive non [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς] *Et abducite tutò*, B. Pi. vel, *cautè*, Sy. Er. Vulg. *securè*, i. e. exactâ custodiâ [l]; diligenter & tanto cum præsidio ut elabi non possit. Adeò sibi metuit mala conscientia [m]. Ἀσφαλῶς τηρεῖν est, *exactè custodire*. Bene autem Syrus ἀσφαλῶς refert tam ad κρατήσατε quàm ad ἀπάγετε [n]. Metuit nè evadat Jesus aut proprio Marte, aut à populo adjutus. Mira proditoris cæcitas, Divinæ Christi potentiæ, quam ipse multis argumentis probatam viderat, opponere humanam industriam [o].

45. *Ave Rabbi*, Ῥαββί, Ῥαββί] Ità Syrus & optimi Codices [p]: in 2 exempl. semel scribitur [Ῥαββί,] in cæteris repetitum [q]: quare lectio altera [Χαῖρε Ῥαββί] ex Matthæo profluxit [r]. Hâc repetitione simulat vehementissimum affectum erga Christum [†].

47. *Unus*, &c. Εἷς δέ τις] *Quidam autem*, Be. Pi. In hoc genere dicendi, vel τις redundat, vel (cùm additur secundus casus) trajectioni locus est, ac si scriptum esset, τις δὲ εἷς τῶν παρεστηκότων, i. e. *quidam verò qui erat unus ex circumstantibus*. Sed postponitur τις, quia est encliticum. Vertunt, *Unus autem quidam*, sive *quispiam*, Vulg. Er. Cicero dicit, *Unus aliquis*, sed tum demum cùm incerta est persona. Hîc autem notus & certus homo designatur, Petrus scilicet, qui certè factum hoc non magis quàm abnegationem illam triplicem dissimulâsset: ut hinc refelli videantur veteres qui tamen magno consensu tradunt, Marcum ex Petro hoc Evangelium excepisse [t].

49. *Sed*, &c. Ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν, &c.] *Sed* (sub. *oportet*, Be. vel, *factum est hoc*, Di. ex Sy. & Ar. sim. Er. V. Camer. Pi. &c. ex Matthæo [v],) *ut impleantur Scripturæ*, Mo. Ti. &c.

51. *Adolescens quidam*] Non de Apostolorum grege, quod miror veteribus in mentem venire potuisse; nec è domo in quam Christus in Urbe diverterat, sed ex villa aliqua horto proxima, strepitu militum excitatus, & subitò accurrens ut conspiceret quid ageretur [x]. Al. Videtur hic ex illa domo fuisse ubi Christus cum suis Pascha comederat [y]: dicitur enim, *sequebatur eum*, id est, Christum, scilicet anteà [z]. Al. Non fuit hic Discipulus Jesu, sed jam sequebatur, ut curiosus spectator, &c [a]. ¶ *Amictus sindone super*, &c. ità Be. Pi. &c. Ἐπὶ γυμνοῦ] *Super nudo*, Mo. sic Ar. Ti. *Nudus*, Tre. ex Sy. *Super nudum*, sub. *corpus*, Er. Il. P. Be. Pi. Sic Thucyd. 3. Ἐτόξευον — εἰς τὰ γυμνά, subaudiendum, τὰ μέρη, *partes corporis*. Steph. dialect. 2. Vide Matt. 12. 42 [b]. Σινδόνα, *sindonem*, lincam fuisse vestem certum est, vel è bysso. Vide Prov. 31. 24. Sindon hîc forsan erat indumentum hominis fortunæ & censûs tenuis; vel potiùs, nocturna vestis, sive cubitoria, ut vocat Petronius [c], quam secum abstulit hic juvenis cùm è lecto se proriperet. Eam vestem è lino fuisse constat ex Euseb. hist. 6. 40. ubi Dionysius episc. Alex. de se dicit, μένων ἐν τῇ εὐνῇ ἧς ἤμην γυμνὸς ἐν τῷ λινῷ ἱματίῳ, *manens in lecto, ubi eram nudus in veste linea* [d]. Quidam volunt hanc fuisse vestem adversùs frigus comparatam, ex vi vocis περιβεβλημένος, *amictus*; & quia Pollux περιβόλαιον vocat. Sed hoc ridiculum est: nam toga & quævis exterior vestis περιβόλαιον Græcis dicitur, sive hyberna sit, sive æstiva. Sed & in Thucyd. legimus λεῖον ἱμάτιον σινδόνων περιβολάς [*]. *Sindon* hîc idem quod Judæis טלית *Talith*,

[b] D. [c] Cap. [d] Pi. [*] Be. [f] G. [g] Rev. sim. Be. [h] Be. [i] Eru. [k] V. [l] Bru. [m] V. [n] Salm. in Wal. [o] G. [p] Camer [q] Ham. [r] Be. [†] Ham. [t] Di. [v] Ham. [x] Be. ex Er. [y] Be.

[*] Sch. [z] Er. [a] Be. [b] Bru. [c] Di. sic G. [d] Di. [*] Di. sim. G. [f] Di. [g] G. Di. [h] Di. [i] G. Di. [k] Di. [l] V. [m] Be. [n] G. [o] Bru. [p] G. [q] Be. [r] G. [†] Bru. [t] Be. [v] G. [x] G. [y] Cas. ex Th. & Euthym. in Wal. [z] Cas. in Wal. [a] Li. ho. [b] Ga. [c] Cas. in Wal. [d] Cas. sim. G. [*] Cas. ib.

Talith, h. e. pallium confectum è sindone, cui etiam appendere solebant fimbrias illas Num. 15. 38. quod & æstate & hyeme gestabant Hierosolymis. Emphaticè autem hîc dicitur, ἐπὶ γυμνοῦ· nam usitatissimum erat amiciri sindone pro veste exteriore. Cùm autem alii duplici indumento se munirent contra frigora, hic juvenis ex religione, vel superstitione potiùs, plùs quàm vulgari, sindonem suam, eámque solam, nudo corpori induit, neglectâ veste interiori, (vulgò חלוק) & quidem neglecto corpore. Nam erant apud Judæos qui corpora same & frigore macerarent, quod Josephus in Vita sua testatur se aliquamdiu fecisse. Furorem itaque turbæ hoc demonstrat, quòd homini non pepercerint, eique juveni, notas evidentissimas Religionis severioris referenti [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι] *Et prehenderunt eum juvenes*, Be. Pi. &c. nempe qui erant cum Juda [g]: quasi juvenes juvenem, velut æqualem, tenere tentarint: ut hujusmodi virorum exercitum adolescentuli comitari solent, vel ut dominis suis ministrent, vel petulantiæ & curiositatis gratiâ [h]. At sic νεανίσκοι sine articulo dicendum est: hîc autem est οἱ νεανίσκοι [i]. Intelligit autem milites [k] Romanos, quorum præcessit mentio [l]. Hi Græcis νεανίσκοι dicuntur [m], ut apud LXX Jos. 2. 1. & 6. 22. Esa. 13. 18 [n]. & passim apud Polybium [o], cui νεανίσκων καταγραφὴ dicitur de *conscripta legione militum* [p], & Latinis *juventus* [q], sive *juvenes* [r]; quia tales deligebantur ad militiam [†]. Hi autem adolescentem istum apprehenderunt, unum Discipulorum Jesu esse existimantes: quod ideo addidit Marcus ut significaret, constitutum fuisse non Jesum tantùm prehendere, sed & Discipulos ejus [t].

52. *Rejectâ* (vel, *Derelictâ*, Be. Pi. sic Bru.) *sindone*] Quâ tenebatur [v]: vel, ut expeditior fugeret. Hinc liquet, sindonem non fuisse vestem corpori aptatam, &c [x].

53. *Et*, &c. Καὶ συνέρχονται αὐτῷ] *Et conveniunt* (vel, *congregati sunt*, Tre. ex Sy.) *ad*, vel *apud*, *eum*, Il. Ti. Ca. Ar. &c. vel, *cum eo*, P. Pi. &c. Pontifice: i. e. Domum ejus venerunt ut in communi tractarent Christi causam. ¶ *Omnes*] Rectè; cogi enim oportebat summum concilium, cùm accusaretur Christus ut blasphemus & pseudopropheta [y].

54. *Usque*, &c. Ἕως ἔσω εἰς τὴν αὐλὴν] *Usque intrò* (vel, *Donec venisset*, Er. Il. Ti.) *in atrium*, sive *aulam*, Mo. P. Be. &c. *Usque in medium atrii*, Tre. ex Sy. ¶ *Ad ignem*; ità Be. Pi. &c. Πρὸς τὸ φῶς] *Ad lucem*, i. e. ignem [z]. *Ad focum lucentem*, qui אור Hebræis [a]. Etiam ignem φῶς dici testatur Hesychius [b]. Hebraismus est: quia Heb. אור & *lucem* & *ignem flammantem* significat [c]. אור pro *igne* sumitur Ezec. 5. 2. Dan. 3. 6. Confer cum Prov. 6. 23 [d]. Verùm & Eurip. vocem sic usurpat in Rheso, v. 81. *Nondum antea hostes succenderant* πυρὸς φῶς, *tantum ignem* [*].

55. *Quærebant*, &c.] Contra ipsorum regulam. Sanhed. c. 4. *In judiciis de capite, incipiatur à transactione circa impunem dimittendum eum,——non——quæ ad condemnandum*, &c [f].

56. *Et*, &c. Καὶ ἴσαι, &c.] *Sed non erant paria* (vel, *idonea*, Er. sic Ti. *congruentia*, sive *convenientia*, Be. ex Vulg. & Er. Camer. V. sim. Ar. Æth. Il. *consentanea*, Ca. *æqualia*, Sy.) *eorum testimonia*, Be. Pi. Sensus non est, Testimonia inter se discrepâsse, (neque enim video quomodo id dici possit de testimonio sequente, quo recitato idem repetitur,) sed non tam gravia fuisse ut æquarent votum Pontificum, ψῆφον non quamvis, sed quæ ad mortem valeret, εἰς τὸ θανατῶσαι, ut antè dixit [g]. Est ergò ἴσον hîc, quod Hebræi de testimoniis dicunt, כשר, *ad probationem ejus quod quæritur sufficiens*. Nam quod vir apprimè doctus dissidium testium in eo collocat quòd alter testatus sit dictum δύναμαι καταλῦσαι, alter, καταλύσω, mihi non probatur. Idem enim hæc significare arbitror, aut certè alterum altero includi. Nam Marcus, qui hæc ex Petri ore accepit, utriusque testimonium recitat per verbum καταλύσω [h].

58. *Manufactum*] Hoc verbum falsò addiderunt, nè Jesus parabolicè locutus videretur [i]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τριῶν ἡμερῶν] *Post* (vel, *Per*, Mo.) *tres dies*, Ar. *Intra triduum*, Be. Pers. *Tribus diebus*, Er. Il. Ti. Sy. sic Tre. P. &c. ¶ *Ædificabo*] Ἐγερῶ, Joh. 2. 19 [k].

59. *Non erat conveniens*, Ἴση] *Par*, Be. Pi. Bru. i. e. sufficiens. Crimen non erat morte dignum, sed inanis tantùm jactantia. Nec Templo injuriam intulisset, si illud à se destructum triduo in melius restaurâsset [l]. Non *par* erat, quia testes isti testabantur se à Christo audivisse quòd *posset destruere*, apud Matt. quòd *destructurus esset*, apud Marcum; quæ plurimùm inter se differunt [m].

60. *Non respondes*, &c?] qu. d. Parvíne facis quòd isti, &c [n]?

61. *Filius*, &c. Ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ;] *Filius* (vel, *Filius ille*, Pi. vel, *Filius illius*, Tre. Ti. Be.) *benedicti?* Er. Il. Mo. P. Sy. &c. vel, *laudandi*, sive *celebrandi?* V. Ca. sim. Be. i. e. cui Angeli & homines benedicunt, quem laudant [o]. Judæi dicunt הברוך הוא, de Deo [p]: quum *Deum* nominant, solent adjicere, *benedictum in æternum* [q].

62. *Ego sum*; ità Er. Mo. Be. &c. Ἐγώ εἰμι] Scil. Christus, Filius Benedicti. Scribendum ἐγώ εἰμι· nam εἰμι h. l. non patitur ἔγκλισιν, quum in ipso sit emphasis, quam ἔγκλισις tolleret. At in Joh. 18. 5. ἐγώ εἰμι, emphasis est in in ἐγώ· q. d. Ego, non alius ex his [r]. ¶ *Sedentem à dextris*, &c. Ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως] *A dextris* (vel, *Ad dexteram*, Be. Pi. Ca. &c.) *virtutis*, sive *potentiæ*, Er. Il. Mo. Sy. Be. Pi. Tre. &c. vel, *potestatis*, P. sub. *Dei*, Tre. Be. Pi. *Potentiæ*, i. e. Dei [†]. Antonomasia [t]. Inter Epitheta Dei apud Magistros est הגבורה, *potentia* [v]: Nam אל propriè est, *potentia* [x]. Forsan abstractum est pro concreto, *potentia*, i. e. Deus potens [y]. ¶ *Cum nubibus*] Quasi comitatum seu cinctum nubibus [z].

63. *Scindens vestimenta sua*, Τοὺς χιτῶνας αὐτοῦ] *Vestes suas*, Mo. Ca. sic Er. P. Il. Be. Vestes interiores, i. e. tunicas, ejus [a].

65. *Ministri*, &c. Ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον] *Ministri* (id est, Præsidis apparitores, qui in provinciis ῥαπίδας, sive ῥάβδους, id est, *bacillos*, gestabant; unde etiam ῥαβδοῦχοι vocantur, Act. cap. 16. v. 35 [b].) *alapis* (vel, *alapas*, Er. Il. V. Ca. vel, *super maxillas ejus*, Tre. ex Sy. vel, *bacillorum ictibus*, P. Be. Pi. Hoc malim, quia *colaphus* & ῥάπισμα h. l. manifestè distinguuntur: & ostendimus ex Plutarcho, Matt. 5. 39. eos dici ῥαπίζειν qui fuste aut virgâ quempiam feriunt [c].) *eum impetebant*, Mo. vel, *impingebant*, Er. Il. Ca. V. vel, *cædebant*, P. Be. Pi. Ti. Pers. vel, *incessebant*, ut ad Matthæum diximus [d]. Τὸ βάλλειν pro παίειν accipitur tum etiam quando cominus infligitur vulnus, ut patet ex Il. ε'. Βεβλήκει κεφαλῆς κατ' ἰνίον ὀξέϊ δουρί. Vide Matt. 26. 67 [*]. Vel, *depalmabant*, sive *palmis feriebant*, V.

66. *In atrio deorsum*, Κάτω] *Inferiùs*, Be. Pi. Non in contignatione inferiore, cùm Christus in superiore causam dixerit, quia Christus Petrum respexit, Luc. 22. 61 [f]. sed in eodem atrio in quo stabat Jesus, sed in parte illius inferiore [g]. Locus hic erat sub dio, qualis est in magnatum ædibus, quem *une court*, i. e. *cortem*, vocamus: cui proculdubio porticus gradibus aliquot altior supereminebat; ubi considebat Pontifex cum suis, ità ut prospectus ex porticu in cortem pateret [h].

68. *Neque*, &c. Οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι] *Non novi quid dicis*, Tre. ex Sy. sim. Ar. Pers. Æth. Syrus non legit οὐδὲ ἐπίσταμαι [i]. *Nescio, nec intelligo*, Ca. *Non novi*, (sub. *illum*, Be.) *neque scio*, Mo. P. Er. Il. Ti. Pi. ¶ *Exiit foras*] Non quidem extra domum, sed extra atrium interius, ubi sedebant Sacerdotes: sequitur enim, εἰς τὸ προαύλιον [k], *in vestibulum*, i. e. in locum portæ proximum, & ipsi aulæ oppositum. Non enim exiit Petrus nisi post tertiam abnegationem [l]. Προαύλιον dicitur, *area ante aulam*, ut προάστειον, *sub urbe ædificium* [*].

69. *Ancilla*, Ἡ παιδίσκη] i. e. Παιδίσκη τις· quomodo articulum interdum sumi certum est [m]. Nam aliam fuisse à priore Matthæus docet [n]. Constat, Petrum fuisse simul à pluribus agnitum, suggerentibus ancillis [o]. Vide ad Matt. 26. 71 [p]. *Ancillula*, V. ¶ *Cæpit*, &c. Ἤρξατο, &c.] Conjungit hoc Erasmus cum particula πάλιν, contra fidem omnium Codicum, qui sic distinguunt, πάλιν, ἤρξατο. Omnino assentior iis qui πάλιν cum ἤρξατο conjungunt, ut significetur iterum idem dictum Petro, quomodo & Latinus Interpres videtur accepisse. Neque terrere quenquam debet hâc in parte Codicum auctoritas: nam cùm veteres Libros sine distinctionibus scribi solitos satis constet, sequitur postea ex describentium judicio additas: quare & nunc de illis judicium liberum

Margin notes (left column): f Li. ho. — g Pi. — h Bru. — i Cas. in Wal. — k Cas. sic D. G. Ham. — l Cas. — m G. sic Ham. — n Ham. — o Cas. sic Ham. — p Ham. D. — q G. — r Ham. D. — † D. — t G. — v G. sim. Bru. — x Bru. — y Be. — z V. — a G. — b Be. — c Ham. — d Q. in Pso. — * Pso. 100. 123. — f Li. ho. — g G. sim. Ham. — h G. — i Bru. — k G.

Margin notes (right column): l Bru. — m Be. — n V. — o Pi. — p D. Be. — q Ham. — r Pi. — † V. Ca D. — t V. sim. Be. — v D. obs. 4. — x 16. sim. Be. — y D. ex Euseb. — z Be. — a Pi. — Camer. — b Be. — c Idem. — d G. — * Be. — f Idem. — g Pi. — h Be. — i Di. — k Pi. — l Be. — * Camer. — m G. — n G. sim. Be. — o Be. — p Pi. Be. — q Be.

esse debet [r]. ¶ *Hic*, &c. Ὅτι ἐξ αὐτῶν εἶ] *Hic* (Conjunctio ὅτι redundat †, & servit Mimesi [t]:) *est unus ex ipsis*, Be. Pi. i.e. Discipulis Christi, de quo forsan sermo habitus est: vel, est relativum sine antecedente, ex Hebraismo [v]. *Hic est illius sectæ*, G.

70. Καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει] Hæc non legunt Vulg. nec meus vetustiss. cod. sed legit Syrus: quare non videtur additium [x]. [Sic vertunt;] *Locutio*, sive *loquela*, *tua simulat*, Mo. vel, *convenit*, Er. Il. Ti. V. sic Ca. *manifestum te fecit*, Æth. *similis est*, P. Be. Pi. Sy. Tre. Ar. sub. *loquelæ eorum*, Ar. sim. Pers. i.e. idiomati Galilæorum [y]. Galilæorum dialectus multò erat impurior, ut multis probat Buxtorf. in Lex. Talmud. voce גליל [z]. [Vide dicta ad Matt. 26. 73.]

71. *Anathematizare*; ità Mo. Ἀναθεματίζειν] *Exsecrari*, Er. Tre. P. Be. V. &c. sub. *se*, Pi. i.e. sibi mala extrema imprecari [a]. *Detestari*, Ca. V.

72. *Et*, &c. Καὶ ἐπιβαλὼν, ἔκλαιε] *Et cœpit flere*, Vulg. Sy. Er. Ti. Ca. sic Pers. Tre. Sed in hac significatione nunquam ἐπιβάλλειν dicunt Græci, sed ἐπιβάλλεσθαι, i.e. *incipere aliquid, conari, aggredi*. Unde ἐπιβολὴ, προχείρησις, ἐπιχείρησις, & similia. Deinde & ἐπεβάλετο κλαίειν potius dixisset, quàm ἐπιβαλλόμενος ἔκλαιε [b]. *Et addidit flere*, Q. in Ham. Sensus est, Non tantùm recordatus est in animo eorum quæ Christus dixerat, sed præterea etiam fletu testatus est mœrorem. Sic Hebræi dicunt יוסף addito verbo. Lucas eodem modo, προσθεὶς εἶπε, &c. 19. 11. *præterea dixit comparationem*; & aliâ constructione, προσέθετο πέμψαι, Luc. 20. 11. Inter alias autem significationes ἐπιβάλλειν est etiam, προστιθέναι. Sic Basilius, in Libro de Baptismo, vitam Christianaum depingens, duo hæc verba ponit significatu eodem, ἀγγαρευόμενος προσθεὶς, τιθέμενος ἐπιβαλὼν [c]. Ità idem hoc esset quod ἐπίβαλε κλαίειν. Sed huic interpretationi repugnat, quòd hæc verba sic distinguuntur, ἐπιβαλὼν, ἔκλαιε [d]. [Sed quàm parùm valent illæ distinctiones suprà dixit G. ad v. 69.] Ἐπιβάλλειν est, *addere, augere*. Forsan ergò vertas, *Et augens*, i.e. abundè, *flevit*. Hebræi dicerent, *Et magnificavit flere*, ut 1 Sam. 20. 41 *. *Et flevit*, Æth. ut ἐπιβαλὼν sit expletivum [f]. *Et separans se flevit*, Mo. Al. *Et cùm erupisset* (vel, *se proripuisset*, Pi. scil. foràs [g], ex domo Pontificis [h], in locum ei proximum; quò ἐπὶ refertur, & ἐπιβαλὼν idem omnino est quod נדחף, Esth. 6. 12 [i].) *flevit*, Be. Pi. Di. vel, *cœpit flere*, Il. Ἐπιβάλλειν pro ὁρμᾶν, *ruere, cum impetu & citato cursu ferri*, usurpatur, 1 Mac. 4. 2. 2 Mac. 12. 9, 13. & 13. 15. & 15. 1. ut & apud Hesychium ἐπιβολὴ, ὁρμὴ vertitur. Potest autem impetus ille dupliciter sumi: vel, pro subito motu de loco in locum, ex atrio forsan, ut voluit Beza; vel, pro subita mutatione animi sedati in commotum & tristem, ut Er. qui vertit, *Et prorupit in fletum*. Quod minimè fastidiendum: ἐπιβάλλει enim qui festinanter aliquid aggreditur, & in negotium quasi ruit, ut ad verb. vertas, *& ruens*, vel *festinans*, aut *cum impetu, flevit*; Heb. ודחוף בכרה, *& impulsus flevit*: ut Esth. c. 3. v. 15. *cursores exiverunt* דחופים *impulsi*, i.e. festini, sine mora [k]. *Et vehementer flebat*, Th. in Salm. Sed cùm hoc verbum *irruere*, & *cum impetu* aliquid *facere*, significat, in agendi forma usurpatur; ut, ἐπιβάλλειν τῇ χώρᾳ τῶν πολεμίων, *impressionem facere in terram hostilem* [l]. Al. *Et animum adjiciens flevit*, P. Possit exponi, *cùm hoc animadvertisset*, i.e. re animadversâ, *flevit*, intuitu Christi & galli cantu expergefactus [m]. Ἐπιβολὴ interdum est ἔννοια, (*cogitatio*;) unde ἐπιβαλὼν accipiendum puto pro ἐννοήσας [n]. Sed tunc dicendum esset ἐπιβαλόμενος [o]. Deinde, ἐπιβάλλειν valere ἐννοεῖν affirmat quidem Casaub. sed ex nullo Glossario aut Grammatico id probat: insuper illud, *cogitare*, continetur in verbis præcedentibus, *recordatus est*, &c †. Al. ἐπιβαλὼν accipiendum pro ἐγκαλυψάμενος [p], scilicet τὴν κεφαλήν [q]. Quæ sola est vera expositio. Ἐπιβαλὼν, subintellige τὸ ἱμάτιον, injectâ capiti veste, sive laciniâ pallii. Indè, in vita Epicuri, ὥστε ἀδυνατεῖν καὶ τὴν τοῦ ἱματίου φέρειν ἐπιβολήν. Ellipsis usitata, quasis, εἰς τὴν ἐπιοῦσαν, sub. ἡμέραν. Verto, *Et capite operto flebat*. Qui mos erat lugentibus, Jer. 14. 3, 4. & præcipuè viris, quibus indecens fletus [r]. Sic & Esth. 6. 12 †. Sed hanc interpretationem minùs probo. Forsan sic vertas; *Et prosternens se flevit*: nam ἐπιβάλλω, quo interdum reddunt Heb. כפל [lege נפל,] significat, *procidere*, vel *prosternere se*. Malim tamen sic vertere; *Et re-*

[Margin, left column: r G. — † Bru. — t Pi. — v Be. — x Be. — y Pi. — z EP. 1. 15. 65. — a Pi. — b Salm. in Wal. — c G. — d Ham. — * Di. — f Q. in Ham. — g Be. — h Pi. — i Be. — k Di. — l Salm. in Wal. — m Be. — n Cas. — o Salm. — † Ham. — p Cas. — q Salm. ex Th. — r Salm. ex Th. — † Di.]

spiciens ipsum, flevit; *ipsum*, nempe Christum, qui illum intuitus erat, Luc. 22. 61. & Petrus illum vicissim, ut ut ex eo liquet, quòd Petrus ad intuitum Christi *recordatus est*, &c. quod fieri non poterat, nisi Petrus Christum intuentem vidisset. Confirmat hanc interpretationem illud Phavorini, ἐπιβάλλω, τὸ ἐπιβλέπω τὸν δεῖνα ἢ τόδε, *intueri aliquem* [t].

CAP. XV.

1. *Consilium facientes*; ità Mo. Ποιήσαντες] i.e. Λαβόντες, ex Matthæo. Sic & Marc. 3. 6. συμβούλιον ἐποίουν, i.e. *consilium ceperunt*, non, ut quidam, *Senatum convocarunt* [a]. *Inierunt*, Tre. ex Sy. Æth. *Postquam iniissent*, Bru. *Consilio inito*, Er. Il. Be. P. Ti. Ca. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὅλον, &c.] *Et totum synedrium*, Bru. sim. Be. Pi. *Pleno senatu*, G. cujus partes jam nominavit [b]. ¶ *Tradiderunt Pilato*] Quia constituerant eum capitali supplicio afficere [c].

2. *Tu dicis*] i.e. Ego sum. Vide ad Matt. 27. 11 [d]. Græci hîc notant, quòd *Christus sapienter respondit, neque esse se, neque non esse, sed tantùm*, tu dicis. Est sermo contemnentis, nec ad animum revocantis, ut cùm Christus sic dixit Judæ *.

3. *In* (vel, *De*, Be.) *multis*, Πολλά] *Multum*, Bru. Pi. Addit Complutensis editio, αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο, quod optimè cum seq. convenire videtur [f]. Sed hoc ex Matthæo adjectum est: nam Lat. Sy. & Ar. non agnoscunt [g].

4. *Rursum*] Coram accusatoribus [h], & extra prætorium [i], cùm prius ipsum seorsum interrogâsset [k], in prætorio, quo Judæi noluerunt ingredi, Joan. 18. 33 [l].

6. *Per*, &c. Κατὰ δὲ ἑορτὴν] *Cæterum singulis festis*, Be. sim. Tre. ex Sy. Ar. Æth. Pers. nempe Pasch. Pentec. & Tabern. quod ostendit non additus articulus. Sic autem κατὰ cum sing. quoque nomine distributivè sumitur, ut Act. 2. 46. κατ' οἶκον, *domatim*: Tit. 1. 5. κατὰ πόλιν, *oppidatim* [m]. Al. *Juxta verò festum*, Mo. *In festo autem*, P. Ti. Ca. sic Er. Il. Mo. V. ex Vulg. Li. scilicet Paschatis [n], ut planè dicitur Joh. 18. 39. Quare paraphrasticè sic redderem, *Secundum naturam* aut *qualitatem festi*, quod erat monumentum relaxationis, populi scilicet ex Ægypto. Relaxatio vincti non adeò convenit reliquis festis, quippe quæ aliò respiciebant [o]. Ellipsis hic est articuli. Vide dicta ad Matt. 27. 15 [p]. ¶ *Solebat dimittere*, Ἀπέλυεν] *Dimittebat*, vel *absolvebat*, Be. Bru. Pi. i.e. liberare solebat, ut explicat Matthæus. Vide Marc. c. 14. v. 12 [q].

7. *Cum*, &c. Μετὰ τῶν συστασιαστῶν] *Cum seditiosis*, Mo. Ca. Sy. Vulg. i.e. στασιαστῶν, ut est in meo vetustiss. cod [r]. *Cum flagitiosis*, Ar. *Cum seditionis authoribus*, Er. Il. Ti. vel, *sociis*, P. Be. Pi. ad verb. *conseditiosis*, Be. ¶ *Fecerat*, Πεποιήκεισαν] *Patraverat*, Er. & Vulg. legisse videntur ἐπεποιήκει † quamvis repugnat Frobenii editio. Cæterùm in vetustis Codicibus constanter scriptum est πεποιήκεισαν, pro ἐπεποιήκεισαν, uno excepto, in quo legebatur πεποιήκασι [t]. Hanc lectionem, ἐπεποιήκεισαν, præferendam censeo [v], quam secuti sunt Syrus [x], & Latinus [y]. [At Latinum in sing. accepisse constat ex dictis.]

8. *Et cùm ascendisset*] In prætorium videlicet [z]: quod refellitur ex Joh. 18. 28 [a]. Legit Vulg. vel ἀναβάς [b], ut est in meo vetustiss. cod [c]. vel, ἀναβήσας [d] quod nusquam memini legere *. Καὶ ἀναβοήσας] Apparet ità legisse Syrum & Græcos: quare quod Vaticanus Codex habet ἀναβάς, accedit ad ea argumenta quibus moveor ut credam quædam Marci exemplaria Græca ad Latinam Versionem mutata [f]. *Et cùm acclamâsset*, Er. V. Bru. *Et vociferans*, Be. Pi. ¶ *Cœpit rogare* (sub. *ut faceret*, Er. Camer. Be. Pi. Ellipsis ex vulgi sermone petita [g]: vel, sub. *ut dimitteret eis vinctum*, V.) *sicut semper*, &c.] Consuetudinem urgent, &c [h].

9. *Regem Judæorum*] i.e. Vestrum. Repetitur antecedens loco pronominis, more Hebræorum. Non Jesum deridet, sed Judæos potiùs, qui alium exspectarent Regem Romano Cæsari similem. Permovere illos voluit *Regis* nomine, quod ipsis sanctum erat, venerabile, & amandum [i].

11. *Con-*

[Margin, right column: t Ham. — a G. — b G. sim. Bru. — c Be. — d Pi. — * Heins. — f Be. — g G. — h Bru. ex Be. — i Be. — k Bru. — l Be. — m Be. — n V. Pi. Li. ho. — o Li. ho. — p Pi. — q Be. — r Idem. — † Be. sic Bru. — t Be. — v G. — x G. sim. Bru. — y G. — z Be. sim. Bru. — a Be. — b Be. Bru. — c Be. — d Er. Bru. — * Be. — f G. — g Be. — h Bru. — i Idem.]

11. *Concitaverunt*; ità Er. Il. P. Mo. Be. Pi, &c. Ἀνέσεισαν] Non puto aliter legisse Syrum, nec eum qui Syrum sæpe sequitur, Arabem, qui vertit, *commoverunt* [k]. *Instigârunt*, Camer. Ca. *Sollicitaverunt*, Tre. ex Sy. Meus vetustiss. cod. habet ἔπεισαν, *persuaserunt* [l]: quidam Codices, ἀνέπεισαν [m]· quod melius. Sed ἀνέσεισαν rectè legitur [n]. ¶ *Ut magis* (vel, *potiùs*, Be.Pi.) —*dimitteret*] i. e. Ut peterent Barabbam potiùs sibi dimitti. Metonymia subjecti: eáque non in nomine, sed in verbo ἀπολύσῃ. Errant igitur qui putant, Metonymiam locum tantùm habere in nominibus [o]. *Potiùs Barabbam quàm Jesum*, i. e. Barabbam, & non Jesum. Comparativa interdum negativè sumuntur, ut Psal. 118. 8. *Melius est sperare in Jehova quàm sperare in hominibus*, i. e. illud bonum est, hoc non bonum. Luc. c. 18. v. 14. *Justificatus—magìs quàm ille*, id est, hic justificatus est, ille non. Præcipuè autem hoc obtinet in μᾶλλον, ut hoc loco, & Joh. cap. 3. verf. 19. *dilexerunt tenebras magìs quàm lucem*, id est, tenebras, non lucem. Sic Matth. cap. 10. verf. 5, 6. & 25. 9. Joh. cap. 12. verf. 43. &c [p].

12. *Quid ergò vultis faciam*, &c. Ποιήσω ὃν λέγετε, &c.] *Faciam* (sub. *ei*, Er. P. Ti. &c.) *quem dicitis*, &c? Be. Pi. Ποιήσω, pro, ἵνα ποιήσω. Ellipsis est, tum pronominis antecedentis, ἐκείνῳ· tum præpositionis, περὶ [q].

15. *Satisfacere*; ità P. Ti. Be. Pi. Ar. sic Er. Il. Camer. sim. Mo. Τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι] Ex Romano sermone genus hoc loquendi in Græciam traductum, ut multa alia, postquam Græcia & Oriens facta erant Romani juris. Sic in Actis Lucas dixit, λαμβάνειν ἱκανόν· quod in Jure Romano est, *satis accipere*. Theophylactus in Institutionibus, titulo de Rerum divisione, Εἰ ἡ πωλήσας παραδίδωσι, οὐχ ἑτέρως ἐπὶ τὸν ἀγοραστὴν ἡ δεσπότεια μετέισιν, ἐὰν μὴ ὁ ἀγοραστὴς τῷ πράτῃ τὸ τίμημα καταβάλῃ τὸ πράγματος, ἢ τὸ ἱκανὸν αὐτῷ ποιήσῃ ἐπὶ τιμήματι· ubi Tribonianus sic habet, *Venditæ verò res & traditæ non aliter emptori acquiruntur quàm si is venditori pretium solverit*, vel *alio modo ei satisfecerit*. Est autem *satisfacere* hîc apud Marcum, ut apud Latinos scriptores sæpe, Efficere nè alter habeat quod queratur [r]. [Alii locum sic vertunt;] *Facere voluntatem turbarum*, Tre. ex Sy. sim. Pers. Æth. ¶ *Flagellis*, &c. Φραγελλώσας] *Flagellans*, Mo. *Flagellatum*, Er. Il. Tre. P. Be. &c. *Cùm flagellatus esset*, Sy. ità scil. ut describitur Joan. 19. 1. id est, ante damnationem, ut sic expleret odia eorum in Christum [†]. *Cùm jam antè eum flagris cecidisset*, ut ad Matthæum exposuimus [t].

16. *In*, &c. Ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον] *Intra aulam*, (vel, *atrium*, Er. Bru.) *id est*, (vel, *quod est*, Pi. Bru.) *prætorium*, Be. D. Bru. &c. i. e. in intimam partem aulæ, quæ prætorium, à præcipua ipsius parte, vocabatur [v]. Sanè ἔπαρχος ἀυλῆς dicebatur *præfectus prætorio*, quam *aulicam domum* Spartianus appellat. Unde & *aulici milites*, qui vulgò *prætoriani*. Herodianus, φυλάσσοντες τὴν βασίλειον αὐλὴν δορυφόροι, σωματοφύλακες καὶ πραιτωριανοί [x]. Αὐλὴν hîc sumo non pro *subdiali*, ut aliàs sæpe, sed pro ipso *prætorio*, ut exponit Marcus. Sic & Matthæus Pontificis domum αὐλὴν vocat, 26. 3. Sed & Latinæ historiæ scriptores *prætorium* solent vertere αὐλήν. A tribunali ergò, quod erat in stadio, ut ad Matthæum diximus, in partem domûs interiorem abductus est Jesus [y]. Aula dicebatur *prætorium* voce Romanâ [z], eò quòd ibi jus diceret Prætor, sive Præses [a].

17. *Purpurâ*] Tanquam Senatûs Romani nomine missâ ad hunc Regem [b]. Solebat Senatus, quos Reges salutâsset, eos togâ purpureâ, quæ & picta dicebatur, donare [c].

18. *Salutare eum*, (sub *dicentes*, Be. Pi. ut suprà 10. 33. & 14. 71 [d].) *Ave*, &c.] Ut novo Regi [*].

19. *Et*, &c. Καὶ τιθέντες τὰ γόνατα] *Et positis* (vel, *submissis*, P. Pi. sic Sy.) *genibus*, Er. Il. Be. Ti. Ca. P. Pi. *Et incurvabant se super genua sua*, Tre.

21. *Patrem Alexandri & Rufi*] Dum pater describitur à filiis, nudo nomine expressis, significat, filios tunc celebres fuisse in Christiana Ecclesia [f]. Alexandri mentio est Act. 19. 33. & Rufi, Rom. 16. 13. sed incertum est an iidem sint qui hîc memorantur [g]. Hi vivebant, cùm hæc scriberet Marcus, &, ni fallor, Romæ, ubi ista scribebat; ità ut meritò provocet ad eorum testimonium, qui rem à patre acceptam narrare aliis poterant. Nam inter eos qui Romæ Christum profitebantur, Rufum salutat Paulus. Dicitur huic Alexandro & Rufo frater tertius fuisse *Lucius* nomine, qui in Germania Verbi semen sparserit. Patri Hebræo filii Græci Latinique nominis, initia vocationis Gentium [h]. Non temere hi à tribus Evangelistis nominantur, ex infamia, quam ipsis hostes conciliare studuerunt, perennem gloriam adepti [i].

23. *Dabant ei bibere myrrhatum vinum*; sic Er. Il. Mo. Be. Pi. P. T. Ca. Ἐσμυρνισμένον] *Mistum cum myrrha*, Sy. sim. Æth. Ar. Tre. *Myrrhâ conditum*, Gua. Matth. 27. 34. est, *vinum mixtum* μετὰ χολῆς, *cùm felle*. Voce χολῆς *speciem amaram* in genere designavit, pro Hellenistarum usu, quibus & *absinthium* χολὴ dicitur. Hanc Marcus determinat fuisse *myrrham*, quæ ab amaritudine nomen traxit [k]. Videtur Marcus generaliter acerbum, vel potiùs amarum, potum *Muratum vinum* vocare, cùm myrrha sit admodum amara [l]. Duplex genus *vini myrrhati*, sive *myrrhini*, priscis in usu erat. 1. Merum erat vinum, sed calidum infusum in pocula myrrhea gratum ex eis odorem saporémque contrahebat [m]. 2. Vinum conditum myrrhâ, aliisque aromatibus, quod & suavissimum erat [n], teste Plin. 14. 13. qui etiam ait myrrham veram leniter amaram esse. De hoc vino hîc agitur [o]. Neque hoc soporem conciliabat aut mentis alienationem, ut quidam volunt, sed surgentes vapores digerebat ac dissipabat. Ut igitur Judæi ex odio afferebant vinum felle mixtum, de quo Matth. 27. 34. ità alii, amantes Jesu, vinum præstantissimum attulerunt [p]. Mea hæc aliquando fuit sententia, *vinum hoc myrrhatum* penitus diversum fuisse à *Myrrhato vino* Columellæ, Plin. Dioscor. &c. & à *Myrrhata potione & Murrina*, sive *Nectare*, quæ aut morbis curandis, aut voluptati gulæ, vel libidini, parabatur. Hujus enim longè alius usus est. Dioscorides notat *myrrhæ* vim inesse καρωτικήν, (*soporiferam*.) Ideo qui gravia subituri erant tormenta, Myrrham præsumebant. Constat hoc ex Asino Apuleii, qui *obfirmatus myrrhæ præsumptione nullis verberibus ac nè ipsi quidem succubuit igni*, l. 10. simil. & l. 8. Galatinus refert ex lib. Sanhedrim, reis damnatis Judæos vinum thure conditum dedisse: Non dubito quin vel vox Hebræa *myrrham* significet, vel scriptor unde hæc transtulit thus pro myrrha acceperit; quemadmodum ait Plinius quosdam voluisse utrumque ex eadem arbore colligi. Ex hoc more vinum hoc Christo præbuerunt, *ut eum consopirent, & mala eorum non videret*, ait Hieron. Et ex hoc more ductæ phrases, Deum daturum vinum, vel *calicem*, *soporis*, *vertiginis*, *stuporis*, &c [q]. Talmudici in Sanhedrim, cap. 6. fol. 43. a. *Ei, qui exit neci tradendus*, *propinatur granum* לבונה *thuris in calice vini ut mens ejus perturbetur*. Huc referunt *vinum* hoc ἐσμυρνισμένον, *myrrhatum*, i. e. *myrrhâ conditum*, vel *thure* etiam; quia מור, Hebræis & Syris, primò *myrrham* significat, deinde etiam *aroma quodvis*, unde Græcorum μύρον, quod ex Heb. מור, ità factum est, ut non solùm *myrrhinum*, sed & *unguentum quodvis*, sonet. Ἐσμυρνισμένον igitur idem est quod μυρρινισμένον, vel etiam λελιβανωμένον [r]. Vide dicta ad Matthæum. ¶ *Et non accepit*] *Non imbibit*, ut ad Matthæum diximus [†]. Christus, qui crudelissimo supplicio nostra scelera luere voluit, solitum præstari vilissimis cruciariis humanitatis officium recusâvit, nè pro nobis ullum cruciatum defugisse videretur [t], & ut copiosiùs pro nobis satisfaceret [v].

24. *Mittentes sortem super eis*, (sub. *ut viderent*, V.) *quis quid tolleret*] i. e. Sibi haberet [x].

25. *Erat autem hora tertia*, &c. Καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν] *Et crucifixerunt eum*, Bru. *Cùm*, vel *quando crucifixerunt eum*, Be. Bru. Pi. V. Di. &c. Ut ו [interdum] apud Hebræos, sæpe autem apud Arabes, ità & καὶ hîc, valet *quando* [‖]. Copulativa pro relativa temporis [†]. Difficillimus hic locus [y]. Quomodo intra trium horarum spatium omnia ista accidere poterant, nempe posterior condemnatio Jesu à Judæis, abductio Jesu ad Pilatum, reliquaque omnia usque ad ipsam crucifixionem? Hora sexta propè fuit, quando traditus est ad crucifigendum, Joh. 19. 14. ideòque

Marginal notes: [k] G. [l] Be. [m] Er. [n] Cas. [o] Pi. [p] Glas. gram. 3. 5. 21. 483. [q] Pi. [r] G. [†] Be. [t] G. [v] Be. [x] D. [y] G. [z] Pi. sim. Er. [a] Pi. [b] Ham. [c] Bru. [d] Be. [*] Bru. [f] Bru. ex Euthym. & Beda. sim. Be. [g] Be. [h] G. [i] Be. [k] Med. ad Apoc. 14. 8. [l] Camer. [m] Bru. ex Baron. [n] Bru. et Baron. sim. Be. [o] Be. [p] Bru. [q] Faber. in append. crit. tom 2. p. 3711. [r] BA. 1. 2. 26. 260. [†] G. [t] Faber. ib. sim Be. [v] Bru. [x] Bru. [‖] Di. [†] Pi. [y] Di.

ideòque multò propior fuit sexta quando est crucifixus [z]. [Quid respondendum ? 1. Quidam nodum scindunt.] Depravata est à librariis numeri nota [a], & ς'. numeri senarii nota, mutata in γ'. ternarii notam, qui sanè lapsus facilis fuit. Non tamen Marcus ex Johanne corrigendus, sed contrà ; & pro ὥρα ἕκτη in Joh. reponendum ὥρα τρίτη [b], ut legitur in Nonno [c], & in meo vet. cod [d]. Sed lectionis mutandæ causam non video, tanto Syri, Arabis, Latini, consensu. Neque verò per notas scriptos fuisse numeros in primigeniis Codicibus ullo argumento constat †. 2. *Sexta hora* apud Matth. & Luc. non intelligitur tempus crucifixionis, sed inchoantium tenebrarum ; ut intuenti patet *. 3. Horæ Judæorum, quæ inæquales erant, ut hodiéque Italorum, erant vel majores, vel minores. Majoribus, actus fuit in crucem horâ tertiâ ; minoribus verò, horâ sextâ [f]. Dicuntur hæc, sed non probantur [g]. *Horâ tertiâ*, i. e. tertiâ diei parte, quæ continebat 4 horas [h]. Ut nox dividebatur in in 4 vigilias, ità dies in 4 quadrantes, quorum singuli tres horas continebant. His autem negotia & secularia & sacra distinguebantur, ut patet ex Matth. 20. Act. 3. 1. & 10. 9. Credibile autem est, hos quadrantes tum horologiis, tum signis datis, distinctos fuisse. Totum igitur tempus inter signum tertiæ, & signum sextæ, *tertia hora* dicebatur [i]. [Sensus, qu. d.] Jam audita erat tuba horæ tertiæ, quod dici solebat donec caneret tuba horæ sextæ. Vide quæ ad Matthæum [k]. Sed hæc distributio diei fundamento caret. Nam Matth. 20. mentio fit & horæ primæ & undecimæ [l]. 4. Arabs hunc versum conjungit cum v. præced. ubi de divisione vestium Christi actum, vertítque, *Et illud in tertia hora quum crucifixus esset*. Id factum, inquit, tertiâ horâ à crucifixione. Sic ἐσταύρωσαν vertendum, *crucifixerant eum*, quod lingua Græca facilè admittit. Nec tamen hanc sententiam probo. Puto tertiam diei potiùs hîc intelligi quàm tertiam crucifixionis [m]. [Non desunt tamen qui hoc sequntur.] Quæ in Marco locum hunc præcedunt, post affixum cruci Dominum evenisse tradunt Matth. & Joan. divisionem vestium inprimis. Marcus item v. præced. *Et crucifigentes eum, diviserunt vestimenta*, &c. Cui addit, ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, *quod evenit*, inquit, *horâ tertiâ, & jam cruci affixerant eum*, i. e. non *quando crucifixerunt*, sed *ex quo*, vel *postquam, crucifixissent, eum*, h.e. ex quo crucifigi cœpit, sive actus fuerat in crucem, sive tertiâ horâ passionis ; ut non de tempore quo pati cœpit, sed de continuatione passionis, agatur : H'. planus in quo copula non dividit, sed jungit, ut Jos. 7. 25. *combusserúntque igni*, καὶ ἐλιθοβόλησαν, &c. i. e. *postquam lapidaverant*, ut Targumistæ accipiunt [n]. 5. Malim cum aliis, sextam horam, Joan. 19. 14. accipere Romanorum more ; hanc *tertiam*, more Judæorum. Sic Joh. 20. 19. Christus apparuit Discipulis *primo die hebdomadis quum esset vespera* : vesperam autem intelligit, non quæ occasum Solis antecedit, ut patet ex collat. Luc. 24. 13, 29, 33, 36. sed quæ fuit post occasum Solis. Quæ, juxta Hebræorum morem, ad secundum diem pertinebat ; at juxta Romanorum morem, erat [ut hîc dicitur] pars primi diei. Ità & tempus passionis accipio. Nocte versatus est Christus in aula Pontificis, ibi sub gallicinium à Petro abnegatur, manè traditur Pilato, ut testantur Matth. Marc. Luc. Joan. Ab eo tempore accusationes institeurunt coram Pilato, donec erat *quasi hora sexta* ait Joan. non sexta Hebræorum (sic enim durâsset concertatio Sacerdotum cum Pilato à manè ad meridiem, quod non est verisimile : nec congruit cum reliquis Evangelistis, qui constanter asserunt, à sexta ad nonam fuisse tenebras. Quî ergò fieri potuit ut tantillo intervallo omnia contingerint quæ crucifixionem antecesserunt) sed sexta Romanorum, quæ Judæorum prima erat. Indè usq; ad Judæorum tertiam, quæ Romanorum nona erat, contigerunt quæ crucifixionem antecesserunt, ipsâ tertiâ crucifixus erat ; indè usque ad sextam, quæ duodecima Romanorum, contigerunt quæ post crucifixionem tenebras antecesserunt ; indè erant tenebræ usque ad nonam. Confirmatur id hoc Judæorum testimonio, *Constat*, inquiunt, *nobis, Jesum manè suspensum fuisse, quia omnia judicia Israelis tantùm manè fiunt, usque ad tempus sumendi cibi*. Verè ergò manè, si hora diei tertia [o]. 6. Non dicit, *Hora erat tertia* ὅτε ἐσταύρωσαν αὐτὸν, *cùm crucifigerent eum* ; (neq; enim Synedrium Christum Pilato traditurum consedit ante *Sacrificium juge matutinum*, teste Maimon. quod erat ad horam tertiam,) sed, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, *& crucifixerunt eum* ; q. d. Quamvis dies esset παρασκευὴ τοῦ πάσχα, Joh. 19. 14. dies summæ sollennitatis, & jam foret præteriêrâtque hora tertia, quâ Sacerdotes oportuit in Templo affuisse, & *Chagigas* suas obtulisse præparatorias ad totam festivitatem septiduanam ; illi tamen non omiserunt crucifixionem ejus prosequi, cùm quidem aliàs, ex more festi, & Religionis obligatione, occupatos eos esse oportuit. 7. Mos erat Synedrii, quòd *non finiebant judicium* Rei, eúmque *morte mulctabant usque dum propè adesset occasus solis*, Sanhed. fol. 46. 2. Hîc autem contra morem Jesu judicium finierunt, atque ad crucem accelerârunt, cùm primùm in consessu convenerunt, ad horam tertiam, ad tempus sacrificii jugis *. [Vide plura ad Matth. 27. 45.]

[z] Bru. [a] Le. ex Hi. [b] Le. [c] Le. ex Camer. [d] Camer. † G. * Zeg. ex Th. [f] Q. in D. [g] D. [h] Schindl. in D. [i] Bru. [k] G. [l] Le. [m] Di. [n] Heins. [o] Di. * Li. ho.

26. *Et erat titulus*, &c. Ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας αὐτοῦ] *Inscriptio causæ* (vel, *tituli*, sic Ca. Ar. vel, *criminis*, Æth. P. Pi. *criminationis*, Be.) *ipsius*, Er. Il. Mo. Ti. V. *Et scripta erat causa mortis ejus*, Tre. ex Sy. sim. Pers. Mos erat Romanis damnati crimen tabulæ inscribere, quam ei præferebant. Vide Sueton. Domit. cap. 10. Euseb. hist. 5. 1 †.

28. *Et*, &c. Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη] *Et cum sceleratis* (vel, *inter improbos*, V. vel, *facinorosis*, G. non dicit παρανόμων, sed ἀνόμων, *exlegum*, qui ἀνυπότακτοι, 1 Tim. 1. 9. & sceleratissimi [p], qui Hebræis פושעים [q] ; quos dici volunt qui & deliberatò & cum insigni quadam perfidiâ delinquunt. Ἄνομοι alibi dicuntur οἱ ἀλλόφυλοι, hîc verò ii qui nullâ juris aut legum Divinarum humanarúmve reverentiâ tenentur, δίκην ἐν χερσὶν ἔχοντες [r].) *numeratus* (vel, *annumeratus*, V. G. vel, *reputatus*, Vulg.) *est*, Be. Pi. Respondet τῷ נמנה, Esa. 53. 12 †. Totum autem illud Esaiæ vaticinium sicut in Actis Philippus, ità & vetus Chald. Paraphrastes, de Messia exponit, & in se implendum hoc Christus prædixerat, Luc. cap. 22. vers. 37 [t]. Inter duos latrones pendens pro tertio habitus est [v].

29. Vah.] Ità Er. Il. Tre. P. Ti. Ca. Mo. Οὐὰ] *Væ*, Er. Id est οὐαὶ, quod maledicentis potiùs est quàm irridentis [x]. Latina interjectio *Vah* à Marco hoc loco usurpata est : habet autem Detestandi potiùs quàm, quod Hieron. censuit, insultandi significationem. Plautus, *Vah quid illa potest pejus quicquam muliere memorarier?* &, *Vah homo impudens*. Respondet Hebræum און, sed quod plerunque est admirantis, ἰοὺ Æschylo in Persis, unde *ovare* [y]. ¶ *Qui* (vel, Tu *qui*, P. Sy.) *destruis*] i.e. Dicebas te destructurum [z].

30. *Descendens*, Καὶ κατάβα] Atticus imperativus, pro κατάβηθι, ut ἀνάστα, pro ἀνάστηθι [a]. *Et descende*, Be. Pi.

32. *Et credamus*] Ut fidem habeamus ipsi se Messiam affirmanti [b].

33. *Hora sexta, tenebræ*, &c.] At Joh. 19. 14, &c. horâ sextâ Pilatus cum populo egit de illo dimittendo, tandem verò tradidit eum ad crucifigendum. Quomodo igitur jam per tres horas (nempe ab hora tertia, v. 25.) in cruce pependerat ? Resp. Johannes loquitur more Romanorum, *horâ sextâ*, nempe à media nocte, unde Romani diem civilem inchoabant [c]. Marcus loquitur more Judæorum, qui diem artificialem dividebant in 12 horas æquales, Joh. 11. 9. incipientes numerare ab ortu Solis. Cæterùm ex collat. v. 25. cum 33, &c. colligitur Jesum in cruce pependisse vivum quidem per sex horas, deinde, mortuum adhuc aliquamdiu ; quippe exspiravit horâ nonâ, & paulò pòst de cruce depositus est, v. 42, &c [d]. ¶ *Super totam terram*] Nempe Judæam, quæ sæpe in V. & N. T. *terra* simpliciter dicitur. Γῆ, *terra*, pro χώρα, *regione*, ut Matth. 9. 26. Luc. 4. 25. Mira eclipsis, die Paschæ, id est, in plenilunio, & in ipsa meridie. Olim Ægyptiis tenebræ erant, Israelitis lux : quo illis exitium, his libertas, significabatur. Nunc contrà fit, Deo Judæis summam cæcitatem, Gentibus verò lucem Evangelii exorituram, significante *.

34 *Eloi*, Ἐλωΐ] Sic legitur in Græcis nostris omnibus. Mallem tamen, Christum hîc verba Hebraica, non Syriaca, usurpâsse, ut Matth. 27. 46 [f]. Vetera exemplaria non

† Ham. [p] Be. [q] Be. sic G. [r] G. † Be. [t] G. [v] Be. [x] Be. [y] G. [z] V. [a] Be. [b] G. [c] Pi. [d] Pi. ad v. 25. * Be. [f] Be.

non omnia Ἐλωί habuere. Nam Ἠλεί (quod idem est cum eo quod apud Matth. Ἠλί) citat Eusebius. Et apud Syrum hoc loco est איל איל, sed haud dubiè transpositis à librario literis, cùm scribendum fuerit אלי אלי, ut ad Matthæum monuimus. Quod autem in tam multa exemplaria illud Ἠλωί hoc loco penetraverit, factum indè arbitror, quòd sicut Lucæ Evangelium initio maximè celebratum est per Ecclesias à Paulo fundatas, ità Marci per omnem Babylonicam διασποράν, cui Petrus præfuerat; ac proinde descriptum ab hominibus Syrum sermonem callentibus, quibus notius erat אלהי quàm אלי [g]. Hebraicè *Eli*, Chaldaicè *Eloi* [h]. In Matthæo est אלי אלי, ipsissimis syllabis, Psalm. 22. vers. 1. Marcus secundùm præsentem dialectum, Chaldaicam scilicet, pronunciatione utitur vocis אלהא, aut saltem secundùm pronunciationem vocis אלהים, Ἠλωί, Jud. 5. vers. 5. in Lxx [i]. Si Syriacum hoc esset, ut plerique volunt, Ἀλωί scribendum fuerat [k]. Malim ergò esse Heb. אלהי [l], (ab אלוה, *Deus*, & אני, *ego* [m],) cujus vocales efficiunt hoc Ἐλωί [n], abjecto ה, more Græcorum [o].

35. *Et quidam*, &c.] Aderat autem Centurio cum suis de more, donec vitam finirent damnati, ut liquet ex Matt. 27.36, 54 [p].

36. *Dicens*, &c. λέγων· Ἄφετε] Vide quæ ad Matthæum. At Syrus legit hoc loco ἔλεγον, quod exemplaria Græca quædam habere dicuntur: quod si recipimus, subaudiendum erit, *adstantes*: & fieri potest, ut omissus Nominativus mutandæ lectioni occasionem dederit [q]. ¶ *Ad*, &c. Καθελεῖν αὐτόν] *Ad detrahendum* (vel, *deponendum*, Er. Il. P. Vulg. &c.) *eum*, Be. Pi. sic Mo. *Ereptum eum*, Ca.

40. *Jacobi minoris*, Μικροῦ] *Parvi*, Be. Pi. Puto ità dictum inter Apostolos ad discrimen Jacobi Zebedaidæ. Nam quòd quidam [nempe Jun. & Pi.] putant ità dictum, ut à patruo distingueretur, non video quid certi habeat. Nam cùm Judas *Jacobi* dicitur, Luc. 6. 16. vox *fratris* potiùs quàm *filii* subintelligenda est: nam & ipse Judas *Jacobi* se *fratrem* vocat. Et quòd Jacobum illum Majorem volunt non Judæ tantùm, sed & Josetis, fuisse genitorem, in eo falluntur haud dubiè; præsertim cùm Jacobum hunc filium statuant Alphæi. Nam is Jacobus cum Josete unam habuit matrem, ut hoc loco apparet [r]. Al. *Parvus* hic dicitur, non tam ætate, (quia tres erant Jacobi adeò celebres, duo Apostoli & tertius frater Domini, ut hic titulus tertium à duobus reliquis non satis distingueret,) quàm staturâ, ut de Zacchæo dicitur, Luc. 19. 3 [†]. ¶ *Salome*, Σαλώμη] שלומית [forsan שלומית] nomen frequens apud Josephum [t].

42. *Quia erat parasceve*, &c. Παρασκευὴ ὅ ἐστι προσάββατον] *Parasceve* (vel, *Præparatio*, Ca.) *hoc est Antesabbatum*, Il. P. Be. Pi. Ca. i. e. initium Sabbati [v]; vel, dies quæ Sabbatum antegreditur [x]: *quæ præcedit sabbatum*, Er. V. D. *quæ est pridie sabbati*, Ti. sic Mo. Ar. Hebræis, ערב השבת, *vespera*, vel *vesperiæ*, *Sabbati* [y]. Quo die parabant necessaria ad Sabbatum [z]. *Parasceve* autem dicebatur, vel quòd parabant se Sabbato; vel potiùs, quòd parabant edulia comedenda Sabbato, juxta Exod. 16. 5, 23. At, inquiunt Magistri, *dies festus non parat pro sabbato.* Verùm rigorem illius Canonis sic emollierunt, ut liceret die festo aliquid parare pro illo die, & si quid superesset, reservaretur in Sabbatum [a]. Duplici ratione dies iste παρασκευὴ dici poterat, tum quia erat ערב שבת, sive προσάββατον [b]. tum quia erat ערב יום טוב, i. e. ut Philo loquitur, προεόρτιον [c]. Totus hic dies, præsertim verò ab hora tertia, erat παρασκευὴ τοῦ πάσχα, vel totius insequentis hebdomadæ, (Notandum obiter, παρασκευὴν τοῦ πάσχα non denotare præparationem sive agni Paschalis, sive populi ad agnum comedendum, sed præparationem eduliorum comedendorum hebdomadâ Paschali:) & vespera diei erat παρασκευὴ Sabbati crastinò insequentis [d]. Hoc vult Marcus justam fuisse [Josepho] festinandi causam, quia ἡμέρα ἐργάσιμος (*dies negotiosa*) in eo erat ut jamjam finiretur [*]: Sabbato autem sequente sepultura non permittebatur: Judæos enim longè strictiùs obligabat Sabbati dies quàm quivis alius festus, etiam Paschæ [f].

43. *Venit*, Ἦλθεν] Ità legisse videntur Syrus & Latinus; & sanè omnes ferme Codices ità habent [g]. Al. Legimus ἐλθὼν, *veniens*, ex quodam Codice. Alioquin & addendum esset ante τολμήσας [h]. Verùm ἐλθὼν illud ἦλθε, & mox, τολμήσας εἰσῆλθε, alienum non est ab Hebraismo [i]. ¶ *Nobilis decurio*, Εὐσχήμων βουλευτὴς] *Honoratus*, sive *honorabilis* (vel, *honestus*, Er. Il. Pi. Mo. Hoc rectius: dicitur enim tum de eo qui decenti ac speciosâ formâ est, tum de eo qui se decenter, compositè & honestè, gerit; quod hujus loci est: indè εὐσχημόνως, *decenter*, *honestè*, εὐσχημονεῖν, *honestè me contineo* [k]. Sed malim εὐσχήμονα hîc idem esse quòd πλούσιον, *divitem*, ut Matth. habet, sive spectabilem & honoratum, secundùm idiotismum posterioris Græciæ, teste Phrynicho; q. d. *bene vestitum*, quia σχῆμα *vestem* significat [*].) *senator*, Tre. ex Sy. P. Ti. Be. Ca. &c. vel, *consul*, Mo. vel, *decurio*, Vulg. Ham. Cas. Ità vetus Glossarium, Βουλευτὴς, *Decurio*, *curialis* [l]. Sic dicuntur βουλευταὶ, eorúmque consessus, βουλὴ, ut in l. 10. D. De pollicitationibus [m]. *Decuriones dictos aiunt ex eo, quòd initio, cùm coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui ducerentur consilii publici gratiâ conscribi solita sit*, ut est in Digest. l. 50. &c. unde & βουλευταὶ dicebantur, inquit Fornerius. Talis erat hic Josephus [n], nempe Decurio Arimathææ [o]. Al. Forsan hic erat consiliarius Pilati, ut solebant Præsides ex Provincialibus aliquos in consilium adsciscere [p]: vel fortè unus erat è Sanhedrim [q]: cui favet Luc. 23. 51 [r]. vel potiùs fuit ex eorum numero qui in conclavi Summi Sacerdotis tanquam βουλευταὶ & πρόεδροι sententiam dicebant [†]; de Liturgia publica, rebúsque Templi consulentes [‖]. At nusquam alibi, opinor, fit mentio βουλευτῶν Hierosolymitani [t]. Quod non concedo [v]. Nam Bab Joma, fol. 8. 2. conclave Summi Sacerdotis vocabatur *conclave*, ut פרהידרין, προέδρων, ità & בולוטי, βουλευτῶν [x], ut vocabatur, inquit ibi Glossa, in diebus Simeonis Justi; illius nimirum qui occurrit Alexandro Magno, ut putant Talmudici. Addit Glossa, βουλευτὰς denotare *principes*. Fuit ergò hic Sacerdos, & è consessu isto Sacerdotali, de quo dictum [y]. ¶ *Exspectans*, &c. Προσδεχόμενος, &c. Sic Luc. 2. 25. προσδεχόμενος τὴν παράκλησιν, &c. Quare dubitandum non est quin & hîc, & in eadem historia apud Lucam, προσδέχεσθαι sit, *exspectare*, non autem, *amplecti* [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τολμήσας, &c.] *Fidenti animo*, Be. Pi. Sed id potiùs θαρρῶν [a]. *Magno animo*, G. Ad verb. *audens*. Mira certè erat fiducia. Sic enim & Judæis omnibus, & Pilato, se opposuit, idque cùm actum videbatur de Christo [b]: eum hoc pacto palàm prædicans, virum fuisse bonum, honore dignum, &c. & interfectores ejus injustos, crudeles, &c [c]. Malim vertere, *sumptâ fiduciâ*, ut tempus exprimatur, & intelligatur dubitatio quædam præcessisse. Homerus, Θάρσησας μάλα εἶπε, &c. Rom. 10. 20. Esaias, ἀποτολμᾷ, & λέγει, h.e. ἀποτολμήσας λέγει [d].

44. *Mirabatur*, &c.] Ob causam quam attulimus ad Matth. 27. 50 [*]. tum quia crucifixi, viri præsertim florenti ætate, diu in eo supplicio vivere solebant; tum quia divinum hunc hominem putabat non tam facilè moriturum, forsan etiam se liberaturum à cruce [f].

46. *Et*, &c. Καὶ ἀγοράσας, &c.] *Is autem emit*, &c. Be. Pi. Ἐλθὼν Nominativus, qui non ex proximo, sed longiùs, est repetendus: quod & alibi occurrit. De Josepho enim agi certum est. Hinc factum ut in quibusdam Codicibus *Josephi* nomen ex interpretamento repeteretur [g].

47. *Maria Joseph*, Ἰωσῆ] *Jose*, Be. &c. sub. *mater*, Be. Pi. G. ut Marc. 16. 1. *Maria Jacobi*. Sic, *Hectoris Andromache*, supple *uxor*. *Jose*, pro *Joseph*, ex pronunciatione illorum temporum. Id autem modò κλίνεται ponitur, ut hîc, modò declinatur, ut faciat Ἰωσῆτος. Idem enim esse hoc nomen cum *Josephi* nomine inter veteres Origenes rectè censuit [h].

CAP. XVI.

1. ET] Mira est Græcorum vetustorum Codicum in hoc capite varietas [a]. Omnes penè Græciæ Libri olim non habebant [b]: quòd in eo non pauca sint à reliquis Evangelistis dissidentia. Sed facilè ista conciliantur, & hoc caput temere expunctum est [c]. Latinus, Syrus,

Margin notes (left column): g G. h V. i Li. ho. k Di. l Di. sim. Pi. m Pi. n Di. o Pi. p Be. q G. r G. † Ham. t G. v Er. x Be. sic D. y D. Li. ho. z D. a Li. ho. b G. sim. Li. ho. c G. d Li. ho. * G. sim. Bru. f Bru.

Margin notes (right column): g G. h Be. i G. k Di. * Salm. in Wal. l Ham. ex Cas. m Cas. n Ham. o Cas. p Be. q Be. sic Di. Bru. r Di. Bru. † Di. ‖ Li. ho. t Cas. v Di. x Li. ho. Di. y Li. ho. z G. a Cas. b Be. c Bru. d Cas. * G. f Bru. g G. h G. a Be. b Hi. ex D. c Be.

rus, Arabs, agnoscunt, &, cujus magna in hac re debet esse auctoritas, Irenæus [d]. Testor in omnibus quos vidi vetustis cod. hoc caput inveniri [*]. Patres agnoscunt & exponunt, Iren. adv. hæres. 3. 11. Athan. Aug. &c [f]. Omissam à Marco resurrectionis historiam, quæ Evangelii vel potissima pars est, indignum sit creditu: Scriptam ab ipso, sed perditam, & ab alio partem hanc suppletam, æquè mihi videtur incredibile. Unde enim ista labes advenire potuit Libro qui, statim ut est editus, haud dubiè plurimis exemplis descriptus, & longè latèque distractus, est? Tum verò qui supplevit, cur non ipse secutus esset Matthæi verba? Quare, quòd in quibusdam Græcis exemplaribus hæc pars aut tota, aut ab illis verbis [v.9.] ἀναστὰς, &c. (nam in verbis, ἐφοβοῦντο γὰρ, [v.8.] desiisse quosdam Libros & Gregorius Nyssenus docet, & manuscripti quidam ostendunt) omissa fuit, exscriptoribus tribuendum est, qui in hac parte esse putaverunt cum Matthæi verbis ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς quam omissionis causam & Hieronymus reddit; cùm res longè aliter se habeat, ut ab aliis demonstratum est, & nos ad Matthæum breviter attigimus [g]. Primus autem hic versus caput præced. finire oportuit, ut prorsus respondeat Luc. 23. 56. & superiorem narrationem finiat [h]. ¶ *Cùm*, &c. Διαγενομένου τοῦ σαββάτου] *Cùm præterisset* (vel, *exactum esset*, Pi. sic Ca. *intercessisset*, ut [vox sumitur Act. 25. 13. & 27. 9. & in Platone, διακοσίων ἐτῶν διαγενομένων [i].) *sabbathum*, Sy. Pers. Er. Il. Ti. &c. *Et exacto intercedente sabbato.* Significat solum Sabbatum inter sepulturam & ea quæ postea narrat, intercessisse, ut intra triduum Christum resurrexisse probet [k]. ¶ *Emerunt*, Ἠγόρασαν] *Jam empta habebant*, ut ad Mat. diximus [l]. *Emerant*, Be. Pi. biduo antè, nempe die Parasceves finiente, teste Luc. 23. 56 [m]. De quo vide quæ diximus ad Mat. 28. 1 [n]. ¶ *Ut—ungerent*] Hierosol. Shabb. fol. 12. 1. *Quoad viventem permittitur unctio Sabbato, non quoad mortuum* [o].

2. *Valde manè*; ità P. Mo. Be. Pi. Ti. Ca. Λίαν πρωῒ] *In aurora*, Tre. sic. Pers. *Summo diluculo*, Il. Sed huic repugnare videtur quod sequitur, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου P. Reliqui eas venisse dicunt *diluculo profundo*, ut Luc. vel, *quum tenebræ essent*, Joh [q]. [Qu. Quomodo hæc conciliantur?] Resp. 1. Τὸ λίαν deest in meo vetustiss. cod. & forsan adjectum est [r]. 2. De itineris initio loquuntur Luc. & Joh. de fine Marcus [†]. Nec solæ ad sepulchrum venerunt hæ tres mulieres, nec simul; nec pariter indè revertebant [t]. 3. Bis ad sepulchrum ibant [v]. Ità facilè hæc conciliantur [x]. [4. Alii subsidium quærunt in variis loci lectionibus.] Ἔτι ἀνατείλαντος, *sole jam orto*, legitur in uno cod. & in Euseb. Demonstrat. 10. 8. Al. ἀνατέλλοντος [y], ut in meo vetustiss. cod [z]. & in MSS. Græcis & Latinis [a], i. e. *oriente*, Be. D. i. e. jamjam exorituro. Præsens pro paulò pòst Futuro, ut sæpe [b]. Sed duæ illæ lectiones natæ sunt ex interpretamento. Aoristus, ἀνατείλαντος, hîc non exactum tempus significat, sed adhuc durans. Vide Matth. 17. 17 [c]. Aoristus primus sæpe usurpatur pro temp. præsenti, ut Matth. 17. 7. ἐγέρθητε, *surgite*; v. 16. *non potuerunt eum* θεραπεῦσαι, *sanare*; v. 17. ἀποκριθεὶς, *respondens*. Ità & h. l. ἀνατείλαντος, *oriente*, i. e. quum primum solis lumen apparere incipit, multis adhuc mixtum tenebris, quod est λίαν πρωῒ [d].

3. *Dicebant*, &c.] In itinere [*]. Nam custodiam appositam ignorabant, quia id factum erat dum ipsæ Sabbato distinebantur [f].

4. *Respicientes*] Sepulchrum versùs [g]. ¶ *Erat quippe magnus valde*] Ἐλελύθει. Sensus enim est, *Quod commodè ipsis evenit, quia magnum erat saxum* [h]. Cohæret hoc non cum proximè præcedente, sed cum remotiore v. 3 [i]. cui etiam in meo vetustiss. cod. annectitur, idque sanè rectiùs. Nec enim viderunt avolutum lapidem, quòd ingens erat [k]; sed ideo de illo amovendo laborârunt [l].

5. *In monumentum*] Non in specum, sed intra septum [m], ut ad Matthæum diximus [n]: in speluncam, in qua excisum erat sepulchrum [o]. ¶ *Juvenem*] Angelum juvenili specie [p]. ¶ *Stola*, Στολὴν] Id est, ποδήρη, ut ad Mat. notavimus [q].

6. *Jesum quæritis*] Id ex manifestis signis Angeli collegerunt [r].

7. *Discipulis ejus, & Petro*] Strabo l. 8. σχῆμα esse ait non infrequens συγκαταλέγειν τὸ μέρος τῷ ὅλῳ, (*contradistinguere speciem à genere*,) adducens tum alia, tum illud Alcmanis, Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα καὶ Πάφον περίρρυταν· & Æschyli, Κύπρου Πάφου τ' ἔχουσα πάντα κλῆρον· [cùm tamen Paphos sit in Cypro.] Sic apud Homerum, Φοινίκην καὶ Σιδονίους· Τρῶας καὶ Ἕκτορα· Ἴδην καὶ Γάργαρον· Χαλκίδα τ' Εἰρετρίαν τε· quæ notata Eustathio ad Odyss. α'. Donatus ad Prologum Andriæ, *Quod est summæ auctoritatis, Ennium ultimum dixit.* Servius, ad Æn. 1. *Danaûm atque immitis Achilli, Bene*, inquit, *secundùm Homerum segregavit ducem à populo.* Idem observat in illo 3. Æneid. *Delectos populi ad proceres ipsúmque parentem.* Et ad 10. *Post generalitatem intulit speciem.* Ferme autem ubi generi species subjungitur, (*speciem* hîc Jurisconsultorum more usurpo) in specie aliquid est eximii, ut 2 Sam. 2. 30. 1 Reg. 11. 1. Psal. 18. 1. Act. 1. 14 [†]. Sic Aristophanes, Ὦ Ζεῦ καὶ θεοί [t]. Petrus autem peculiariter hîc nominatur ut dux Apostolici cœtûs, ac proinde exemplum insigne propositum omnibus infirmitatis humanæ, seriæ pœnitentiæ, & instauratæ fidei. Apparet hîc illud de quo Christus dixit, Angelorum gaudium super converso peccatore [‖]. Al. *Et inprimis Petro.* Ellipsis vocis μάλιστα [v]. *Petrum* solum nominat, quia solus Christum negaverat, ideóque formidare poterat venire in Domini conspectum [x]: ut scrupulum illi adimeret, quo poterat jure sollicitari, nè Discipuli jure excidisset [y]: quia is in majore mœrore erat [z].

8. *Nemini*, &c.] Obvio scilicet [a]: idque præ metu Judæorum. At Apostolis renunciârunt, Luc. 24. 22, 23 [b].

9. *Surgens*, Ἀναστὰς] *Cùm resurrexisset*, Be. Pi. sic V. &c. Narraverat Angeli testimonium, nunc ad ipsius Jesu ἐπιφανείας transit: Quarum prima contigit Mariæ Magdalenæ. Itaque ἀναστὰς est, *ille ipse qui resurrexerat*; non autem, *simulatque resurrexerat.* Sic infrà αὐτὸν ἐγηγερμένον personam notat, non tempus. Hoc qui non intellexerunt, hoc comma expunxerunt, simili temeritate quâ totam hanc lectionem in quibusdam omissam diximus. ¶ *Manè*, Πρωῒ] *Manè jam claro*, cùm illud quod priùs narravit accidisset λίαν πρωῒ· ut ad Matthæum observatum est [c]. At Christus resurrexit *vespere sabbati*, &c. Mat. 28. 1 [d]. Resp. 1. Distinctio ergò hîc adhibenda est, ut πρωῒ ad sequentia pertineat [*]. Τὸ *manè* jungendum cum *apparuit*: nam tempus resurrectionis Christi incertum est [f]. Sed hæc apparitio facta est multo die; ut patet ex Joan 20. à v. 2. ad 18. ubi plenissimè narratur. 2. Falsò illud Matthæi interpretantur. Constat Christum primo diluculo resurrexisse [g]. Vide dicta ad Matth. c. 28. v. 1 [h]. ¶ *Primâ* (sub. *die*, Pi.) *sabbati*] Id est, hebdomadæ [i]. Σάββατον per synecd. membri usurpatur pro hebdomade, quia est ultimus hebdomadis dies quo illa perficitur [k]. Sic Luc. 18. 12. *Jejuno bis in sabbato*, i. e. in hebdomade. Sic & Magistris passim Feriæ appellantur *prima*, *secunda*, *tertia* בשבת, *sabbati.* Hinc & illud, Levit. 23. 15. *Numerabitis septem* שבתות, *sabbata integra*, Hellenistæ (nec non Chald. R. Saadias, & Judæi Hispanienses) vertunt *hebdomadas integras*, uti & Levit. 25. 8. Atque ex hoc loquendi usu etiam Gentiles diem quemlibet in ordine Hebdomadico vocabant *diem Sabbaticum* i. e. Hebdomadicum [l].

10. *His qui cum eo* (i. e. cum Jesu [m],) *fuerant*] *Fratribus*, Matthæus; Petro nimirum & Johanni, & qui cum ipsis erant [n]: non Undecim solis, sed & aliis, Discipulis [o]. ¶ *Lugentibus*] Amissum scilicet Magistrum [p].

11. *Audientes*] Vel, 1. per Angelos. Hoc enim ad primam illam historiam refero: quod sequitur, ad secundam. Confer Luc. 24. 23 [q]. Vel, 2. per Magdalenam ejusque comites [r]: quod cum aliis Evangelistis melius convenit [†]. Vide Matth. 28. 10 [t]. Syrus ergò hîc addit λεγούσας, & pro, ὑπ' αὐτῆς, legit, ὑπ' αὐτῶν [v]. ut in uno etiam Græco cod. legimus [x]. ¶ *Ab ea*] Scil. Magdalena, teste Johanne [y], & cæteris fœminis, [ut dictum,] etsi de sola Magdal. actum v. præcedente [z]. ¶ *Non crediderunt*] Rei magnitudine fidem superante. Confer Luc. c. 24. v. 11 [a].

12. *Duobus*] Quorum unus erat *Cleophas*, Luc. 24. 18 [b]. sive *Alphæus*, qui idem est ex collat. Matth. 27. 56. cum Joh. 19. 25 [c]. alter, vel *Lucas*, ut vult Theoph. vel *Nathanael*, ut Epiphan [d]. vel *Petrus*, de quo hoc refertur, 1 Cor. 15. 5 [*]. ¶ *Ex his*] Scil. *qui fuerant cum eo* [f], ut

[d] G. [*] Be. ad v. 9. fin. Er. ad v. 14. [f] Glass. philol. l. 2. 5. 162. [g] G. [h] Be. [i] G. [k] Be. [l] G. [m] Pi. [n] Di. [o] Li. ho. [p] Be. [q] Pi. [r] Be. [†] Pi. sim. Be. [t] Be. [v] Li. ho. sim. Q. in V. [x] Li. ho. [y] Be. Ham. [z] Be. [a] Ham. [b] D. [c] G. [d] Li. ho. [*] Pi. [f] G. [g] Be. Bru. [h] G. [i] Pi. [k] Be. [l] Be. sic Pi. [m] G. sim. Bru. [n] G. [o] Be. [p] Bru. Pi. [q] G. [r] Be.

[†] G. [t] Cas. in Wal. [‖] G. [v] Pi. [x] Cas. ex Chrys. & Greg. [y] Cas. ex Th. [z] Pi. [a] G. sim. Pi. Ham. Bru. [b] G. [c] G. [d] Th. [*] Th. & Hi. in Be. [f] Th. & Euthym. in Bru. [g] Be. [h] Bru. sim. Be. [i] V. sic Be. Pi. [k] Pi. [l] Seld. in Wal. [m] Bru. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] G. [r] Be. sim. Di. ex Sy. [†] Be. [t] Di. [v] Be. Di. [x] Be. [y] G. [z] Di. [a] G. [b] Bru. Li. chron. [c] Li. chron. 88. 4. [d] Bru. [*] Li. ib. [f] Bru. sic G.

ut suprà dixit. Nam hoc nomine etiam alii extra 12 censentur, præcipuè qui de numero erant illorum 70. Quare immeritò Euthym. hîc aliam putat historiam indicari quàm eam quæ à Luca copiosè describitur[g]. Hos duos Apostolos non fuisse liquet ex Luc. 24. 33[h]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἑτέρᾳ μορφῇ] *Aliâ formâ*, Be. Pi. i. e. vestitu[i], sive habitu alio quàm quo uti solebat. Ideò πάροικον putabant[k]. Pristina ei erat effigies, gloriosior tantùm & pulchrior[l]. Formam nativam retinuit, ut ex eo liquet, quòd retentione oculorum opus erat, nè ipsum agnoscerent, Luc. 24.16[m]. Ex vultu quò minus ipsum agnoscerent, oculi Divinitus impediebantur. Ità optimè puto conciliari Marcum cum Luca. Et similè contigit circa Magdalenam: nam habitum habebat olitoris; vultum suum, sed qui non repente agnosceretur. Sic & suprà μετεμορφώθη ad habitum refertur, 9. 2, 3[n]. ¶ *Euntibus* (aut animi aut negotii gratiâ[o],) *in villam*, Εἰς ἀγρὸν] *Rus*, Be. Pi. In pagum qui erat extra urbem, Emmauntem scilicet. Solent enim Hebræis opponi עיר & שדה, Hellenistis πόλις & ἀγρὸς, ut Deut. 28. 3[p]. In domum rusticam, ex collat. Luc. 24. 28, 29[q].

13. *Nec illis crediderunt*] Plerique eorum scil[r]. Nec obstat quòd Lucas ait, antequam illi duo adventarent, Simoni visum fuisse Jesum, idque ipsum cœtui renunciatum †, Luc. 24. 33, 34. ubi τὸ λέγοντας planè refertur ad τοὺς ἕνδεκα, *Undecim* Discipulos, acsi illi de apparitione factâ Petro inter se colloquerentur vel antè, vel jam in ipso accessu duorum istorum ab Emmaunte[t]. Nam, 1. alii ex iis crediderunt, Luc. 24. 34, 35[v]. 2. Hoc in animum non satis admittebant. Imò & cùm Jesus jam supervenisset, adjicit Lucas, ἔτι ἀπιστούντων αὐτῶν. Hæc omnia eò pertinent ut nos firmiùs credamus his qui ipsi tam tardè crediderunt[x]. Verba ista ab Undecim prolata, *Verè resurrexit Dominus*, non absolutam exhibent, sed conjecturalem, subitanei & inexspectati reditûs Petri rationem. Petrum credo, excitatum à verbis fœminarum, *Dicite Discipulis & Petro, Præcedo ego in Galilæam*, perrectum, & cum eo Cleopham, in Galilæam, reliquis interea famâ illâ parùm motis. Quod cùm reliquis bene notum foret, eum autem tam citò & inexspectatò redeuntem viderent, Certè, inquiunt, resurrexit Dominus, & apparuit Petro, is aliter non tam subitò rediisset. Et tamen cùm rem totam is Cleopásque pandunt, nè illis quidem adhuc credunt[y].

14. *Novissimè*, Ὕστερον] *Postremò*, Tre. ex Sy. Be. *Posterius*, Mo. Sed comparativus hîc ponitur pro superlativo[z]. Sed hæc non ultima fuit apparitio, ut liquet ex Joh. 20[a]. Resp. 1. Postrema vocatur hæc apparitio, quæ à die resurrectionis ad ascensionem usque porrigitur, ut liquet ex v. 19. Marcus nimirum omnes illas apparitiones per 40 dies in unam veluti historiam contrahit[b]. 2. Postrema hæc dicitur, respectu earum quæ hactenus narratæ sunt accidisse[c], vel quæ à Marco describuntur[d]. 3. Postrema hæc erat, nempe illius diei, primæ Sabbati*; quippe vesperi accidit. Vide Luc. 24.36. Joh. 20. 19[f]. [Alii vocem aliter reddunt:] *Tandem*, Sy. in Di. *Posthac*, Ti. *Deinde*, vel *Postea*, Di. ex Ar. Er. V. Pi. G. ut ὕστερον sumitur Matth. 21. 32. Joh. 13. 36. Vide & Matth. 4. 2. Heb. 12. 11[g]. Thucydides μικρὸν ὕστερον dicit, Plutarchus, ὀλίγον ὕστερον, cùm quid volunt paulò post factum significare. Ego totus assentior referentibus hæc Marci verba ad eandem historiam quæ est Luc. 24. 36. Quare ὕστερον hîc parvi temporis intervallum significat, ut Matth. 4. 2. aut idem est quod αὖθις, ut interdum sumi solet[h]. ¶ *Recumbentibus*, &c. Ἀνακειμένοις, &c.] *Accumbentibus ipsis*, Pi. Bru. nempe scilicet[i], (neque alio sensu hoc verbum lego in S. S[k].) in fine cœnæ[l]. Contigit enim hoc vesperi, initio noctis[m]. Imò multa nox jam erat; nam Discipuli duo Emmaunte cœnaverant & postea Hierosl. reversi sunt[n]. Sed non repugnat intervalli & temporis ratio, ut ad Lucam patescet[o]. Vide ad Luc. 24. 33[p]. Videntur autem Apostoli ad convivia sua usi eodem illo cœnaculo quo Christus postremò usus fuerat[q]. Al. Verto, *Unà sedentibus*, i. e. cùm unà domi essent, lugentes potiùs & precantes quàm cœnantes, h. e. ut hîc dicunt Luc. & Joh. συνηθροισμένοις, vel συνηγμένοις. Ἀνὰ pro σὺν· ut in illo Homeri, χυτῷ ἀνὰ σκηπτρῳ, ut ἀνακεῖσθαι idem sit quod συγκεῖσθαι, quod apud Sophoclem est, *simul & unà esse*[r]. Verùm tempore cœnæ apparuit, quia omnes tunc simul erant, & paratum habebant cibum, cujus comestione Dominus veritatem resurrectionis suæ probare voluit †; in fine tamen, eis jam non tam comedentibus, quàm confabulantibus cum duobus illis qui Emmaunte redierant[t]. ¶ *Undecim*] Id est, Apostolis qui jam undecim erant, Judâ perdito[v]. *Undecim* vocantur, quanquam & Thomas abesset[x], ut constat ex Joh. 20. 19, 24[y]. quia eorum Collegium viris Undecim constabat[z]: quin & hi ipsi *Duodecim* vocantur 1 Cor. 15. 5. titulo totius Chori[a]. ¶ *Exprobravit incredulitatem*] Meritò sane; quòd tot oculatis testibus non crederent, toties etiam in vita hujus resurrectionis præmoniti[b]. ¶ *Et duritiem cordis*] Id est, vel, 1. contumaciam[c]; vel, 2. tarditatem ex stupore natam[d]. Σκληροκαρδία hîc dicitur quomodo suprà 6. 52. ἦν γὰρ καρδία αὐτῶν πεπωρωμένη. Alibi & hæc & illa vox gravius malum significat; ut ad dictum locum annotavimus*.

15. *Et dixit eis*] Non statim[f], sed [generaliùs] eo tempore, à resurrectione suâ[g]; in Galilæa, ex collat. Matth. 28. 16, 19[h]. Toto scilicet 40 dierum tempore tum in Judæa, tum in Galilæa, his de rebus illos est allocutus. Ideo mox v. 19. subjicit, μετὰ τὸ λαλῆσαι αὐτοῖς[i]. ¶ *Euntes in mundum universum*] Id est, Non, ut hactenus, in solam Judæam, ruptâ jam maceriâ, Eph. 2. 14[k]. sed quàm longè latéque patet orbis[l]; quocunque volueritis & potueritis[m], vos & successores vestri, alius in unam, alius in aliam, regionem[n]. Hæc verba, licèt affirmatione constent, tamen per negationem intelligenda sunt; q. d. Nullos jam locorum terminos vobis præscribo, ut antè, Matth. 10. 5. Alioqui novit Christus, non potuisse Apostolos, nè cunctos quidem, nedum singulos, (quibus tamen hoc præcipitur,) totum orbem peragrare[o]. Benignè hoc intelligendum, ut gens nulla excludatur, & excitentur Apostoli ad spargendum, quàm latissimè possent, Evangelii semen. Sic & infrà dicitur πανταχοῦ[p]. ¶ *Prædicate*, &c.] Quamdiu aliqua spes affulget[q]. ¶ *Omni creaturæ*] Id est, vel, 1. cuivis hominum ordini. Confer 1 Pet. 2. 13[r]. Vel, 2. omnibus hominibus †, nullo discrimine nationis, sexûs, conditionis, &c. ut explicatur Gal. 3. 28. Confer Act. 10. 34, 35. Ut omnium conditor est Pater meus, ità & omnium salvator per me[t]. Omnibus gentibus[v]; ut eadem hæc phrasis sumitur Colos. 1. 23[x]. ut exponitur in locis huic parallelis, Matth. c. 28. v. 19[y], & Luc. 24. 47[z]. Ut *creaturæ* nomen ad homines restringitur; sic Eva vocatur *mater omnium viventium*, id est, hominum: sic *caro* de solis hominibus usurpatur[a]. Hebræi Hominem (sæpe[b]) vocant בריאה, vel בריה[c], quod *creaturam* significat[d], κατ' ἐξοχὴν, ut excellentissimum Dei opus*. In Paschim fol. 118. 1. *Deus —— distribuit alimenta unicuique* בריה, *creaturæ*, i. e. homini, ut ibi exponitur. Ibidem etiam dicitur, *Deus non amputat mercedem cujusvis creaturæ*, i. e. cujusvis hominis[f]. Midras Tillin in Psal. 135. *Habitare facit Spiritum Sanctum super creaturas*, i. e. super homines. Maimon. in Sanhedrim cap. 2. *In —— Judice requiritur prudentia, clementia, religio, —— & amor* הבריות, *creaturarum*, i. e. φιλανθρωπία. Præcipuè verò intelliguntur Gentiles. Bab chagig. fol. 12. 2. *Væ creaturis quæ vident & non nôrunt quid vident: quæ stant & non nôrunt super quid stant: nempe super quidnam stet terra*, &c. Ethnicos intelligit præcipuè, qui non edocti fuerant de rerum creatione. Beresh. Rabba. sect. 13. *Sermo omnium creaturarum* (i. e. Ethnicorum) *est solùm de rebus terrenis, & orationes earum pro rebus terrenis, Domine fertilis sit terra*, &c. *At omnes orationes Israelitarum sunt solùm pro loco sancto, Domine ædificetur templum*, &c. Eodem sensu hæc phrasis, πάσῃ κτίσει, intelligenda est Rom. cap. 8. vers. 22[g]. de Gentibus scilicet[h]. [Vide ibi σὺν Θεῷ dicenda.] Vide & 1 Pet. c. 2. v. 13. & ibi dicenda[i].

16. *Qui crediderit*] Scilicet Evangelio[k], i. e. qui non crediderit tantùm contemplativè, sed actu quoque fidem istam professus fuerit, Rom. 10. 10. Hæc autem professio à solenni ejus exordio *Baptismus* vocari solet[l]. Fides hic intelligitur cum pœnitentia & obedientia[m]. ¶ *Salvus erit*, Σωθήσεται] Accipiet remissionem peccatorum,

Marginal notes (left column): g G. h Bru. i Pi. k G. l Bru. m Pi. n G. o Bru. p G. q Bru. r G. sim. Bru. † G. sim. Li. ho. t Li. ho. v Bru. x G. y Li. ho. z Bru. Zeg. a Pi. b Be. c Bru. d Zeg. ex Aug. * Bru. sim. Zeg. ex Aug. f Bru. g Di. h G. i Mal. Bru. k Mal. l G. m Bru. n Be. o G. p Bru. q G.

Marginal notes (right column): r Be. † Bru. sim. Mal. t Bru. v Bru. sim. Mal. x Bru. Mal. Li. ho. y Mal. Bru. z Bru. a Li. chron. 89. 74. b Bru. c Camer. d Bru. * G. f Pi. sim. Bru. g Bru. h Bru. Pi l G. k Mal. l Bru. sim. Mal. m Mal. n Bru. o Mal. p G. q BA. 1. p. 704. r Pi. † D. Bru. t Bru. ex Be. v Pi ex Be. Li. ho. Ham. x Li. ho. y Ham. Li. ho. z Ham. a D. b Cart. mellif. 2. 5. sim. Li. ho. c G. Cart. sic Li. ho. d Cart. ib. * G. f Cart. g Li. ho. sic Ham. h Li. ho. i Ham. k Pi. Bru. &c. l G. m Bru.

torum, Spiritum Sanctum, & vitam æternam. Hæc enim omnia vox ista complecti solet [n]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται] *Qui verò non crediderit* (Evangelio, ità ut oportet scilicet, i. e. cum sanctæ vitæ professione. Ità ὁ ἀπιστῶν opponitur & Credenti & Baptizato [o]: *qui non crediderit*, scilicet etiamsi fuerit baptizatus, ut patet ex dictis [p]:) *condemnabitur*, Be. Pi. Retentione peccatorum, obduratione, & suppliciis æternis majoribus quàm eos manent quibus hic sermo non est annunciatus [q]. Qu. Cur non dicit, *Qui non crediderit, & non baptizatus fuerit*, &c? Resp. 1. Uno membro expresso, alterum relinquitur intelligendum, ex priori sententiæ membro, ubi utrumque conjungitur [r]: ideóque cum negatione fidei negatio baptismi ἀπὸ κοινοῦ est intelligenda †. 2. Quia baptismus non æquè necessarius est ac fides [t]: Unde axioma, *Non privatio baptismi, sed contemtus, damnat* [v].

17. *Signa autem* (id est, miracula, à Deo tanquam sigilla & testimonia veritati data [x],) *eos qui crediderint hæc sequentur*] Non omnibus omnia. Sunt enim διαιρέσεις χαρισμάτων, 1 Cor. 12. 4. Ità tamen ut cuilibet, ut oportet credenti, aliqua tunc data sit admirabilis facultas, quæ se non semper quidem, sed datâ occasione, explicaret. Hoc enim significat illud, Joel 2. 28. *super omnem carnem*, nempe servorum Dei. Chrysostomus ad Rom. 8. διάφορα, &c. (*Diversa autem omnibus qui tunc baptizati sunt dedit dona, quæ etiam πνεύματα, Spiritus, vocabant* [y].) Hæc promissio cum certis conditionibus & restrictionibus intelligenda est [z]. 1. Non pertinet ad omnes & singulos fideles [a], sed ad aliquos tantùm, nunc plures, nunc pauciores, prout Christo visum fuerit [b], ad fidem propagandam & stabiliendam [c]. *Credentes* autem indefinitè nominat, quia quæ alicubus data sunt, ad omnium utilitatem data sunt, 1 Cor. 12. 7 [d]. 2. Nec pertinet ad omnia tempora [*], quasi semper & ubique hæc fierent, sed duntaxat cùm opus fuerit [f], ad eum finem propter quem data est ei potestas [g], i. e. quando res aut profectus Evangelii id posceret [h]; quum fides nondum propagata satis, & roborata, esset [i]: initio nascentis Ecclesiæ, sub Apostolis, & post eos, Martyrum tempore. Post eos, Evangelio jam radicato, ac regnante, minùs opus erat miraculis, quæ idcirco rariora erant, ut notant Greg. & Aug. Cæterùm, promisit hoc Christus, nè desperarent Apostoli tantùm opus aggressuri, &c [k]. ¶ *In nomine meo*] Id est, invocato nomine meo [l], ut Act. 3. 6. vel, *per nomen*, i. e. potentiam, Act. 4. 7 [m]. ¶ *Dæmonia ejicient*] Primo loco hoc donum ponit Marcus, quia communiter dabatur omnibus credentibus: quod verum esse etiam secutorum temporum historia evincit. Justinus Martyr, Colloq. cum Tryphone, Καὶ νῦν ἡμεῖς οἱ πιστεύοντες, &c. (*Nunc etiam nos, qui credimus in Jesum——sub Pontio Pilato crucifixum, Dæmonas omnes & malos spiritus exorcizantes nobis subditos habemus.*) Et alibi, οὗ καὶ τῷ ὀνόματι, &c. (*Ad cujus nominis virtutem ipsi etiam Dæmones contremiscunt: & hodie exorcisati per nomen Jesu Christi*, &c.) Ex quibus locis etiam formulam in exorcismis antiquitus usurpatam est discere. Iren. l. 2. Οἱ μὲν γὰρ δαίμονας ἐλαύνουσι, &c. (*Hi etiam dæmonas verè & indubitanter ejiciunt, ità ut non rarò & ipsi qui ab iis liberati sunt, credant*, &c.) Origenes ad Celsum ait, Τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ, &c. (*Nomen Jesu à verè fidelibus prolatum adversùs dæmonas valet*, &c.) Tertul. Apologet. *Edatur hìc aliquis sub tribunalibus vestris quem dæmone agi constet. Jussus à quolibet Christiano loqui spiritus ille tam se dæmonem confitebitur de vero, quàm alibi Deum de falso.* [Plura ex eo vide in G.] Minutius Fælix, *Hæc omnia sciunt plerique vestrûm ipsos dæmonas de semetipsis confiteri, quoties à nobis & tormentis verborum & orationis incendiis de corporibus exiguntur.* Mox, *Exsiliunt statim, vel evanescunt gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat.* Origenes adv. Celsum 7. Τὸ τῶν δαιμόνων γένος, &c. (*Dæmoniorum genus non pauci Christianorum ejiciunt, non curiosis aut magicis artibus, sed solâ oratione, & simplici adjuratione: quare etiam idiotæ hoc præstant, nec opus est viro sapiente & perito*, &c.) Lactantius, *Justos autem, id est, cultores Dei, metuunt* (Dæmones,) *cujus nomine adjurati de corporibus excedunt: quorum verbis, tanquam flagris, verberati, non modò dæmones se*

[n] G. [o] Idem. [p] Pi. [q] G. [r] Bru. sim. Mal. † Mal. [t] Bru. sim. Mal. Pi. [v] Pi. [x] Bru. sim. Pi. [y] G. [z] Mal. [a] Bru. sim. Mal. [b] Bru. [c] Mal. [d] Bru. [*] Mal. [f] Bru. [g] Mal. [h] Bru. [i] Mal. ex Greg. & Beda & Aug. [k] Bru. [l] Bru. Pi. [m] Pi.

esse confitentur, sed etiam nomina sua edunt illa quæ in templis adorantur; & quod plerumque coram cultoribus suis faciunt, non utique in opprobrium religionis, sed honoris sui: quia nec Deo, per quem adjurantur, nec justis, quorum voce torquentur, mentiri possunt. Cùm verò multò etiam seriora secula plena sint testimoniis ejus rei, nescio quâ ratione moti quidam id donum ad prima tantùm tempora restringant; quibus ut uberiorem fuisse miraculorum copiam ad jacienda tanti ædificii fundamenta contra vim mundi facilè concedo; ità cum illis exspirâsse hanc Christi promissionem cur credamus non video. Quare, si quis nunc etiam gentibus Christi ignaris (illis enim propriè miracula inserviunt, 1 Cor. 14. 22.) Christum, ità ut ipse annunciari voluit, annunciet, promissionis vim duraturam non dubito. Sunt enim ἀμεταμέλητα τοῦ Θεοῦ δῶρα, Rom. 11. 29. Sed nos, cujus rei culpa est in nostra ignavia aut diffidentia, id solemus in Deum rejicere †. Refert Augustinus multa, se præsente & inspectante, miracula facta esse, De civ. Dei, 22. 18 [n]. Quare ad omnium ætatum Ecclesiam pertinet hæc promissio, magis tamen, aut minùs, prout Christus ad Evangelii confirmationem necessariam esse judicaverit [o]. ¶ *Linguis loquentur novis*] Id est, aliis sive diversis, Act. 2. 4 [p]. alienis, sive alienorum populorum [q]; peregrinis, quas antea non nôrant [r]; quibus loqui non solebant. Hoc quoque donum latissimè patuit: non enim Apostolis tantùm & Evangelistis, sed aliis etiam multis credentibus, fuit concessum, ut videre est Act. 10. 46. & 19. 6 †.

18. *Serpentes tollent*] Ità Er. Be. P. Tre. Mo. &c. nempe *manibus*, ut est in quodam M. S S. cod. i.e. prehendent impunè [t]: nimirum, καὶ μὴ αὐτοὺς βλάψει, quod ex sequentibus huc quoque referendum est: ἀροῦσι est, *manibus tollent*. Ità vipera illa innoxia pendebat à Pauli manu [v], Act. 28. 3. Vide & Esa. 11. 8 [x]. Notandum autem est omnia hæc signa non per se tantùm esse benefica, sed & expressas in se continere imagines eorum beneficiorum quæ animis per Evangelium contingunt [y]. ¶ *Si mortiferum quid biberint*] Toxicum, vel cicutam, non ad ostentationem, sed coacti à persecutoribus [z]. Hoc quidam de Joanne Apostolo referunt; de Barsaba, Eusebius ex Papa; de Victore milite Cilice, martyrologium Adonis ad Pridie Eidus Maii; de Sabino Canusino Episcopo, Gregorius Turonensis; de aliis alii. Sed & Thalmudistæ cognatum quendam Josuæ filii Levi, cùm venenum bibisset, pronunciato Jesu nomine, convaluisse narrant [a]. ¶ *Super ægros manus imponent*, &c.] Quod Christus sæpe fecit, non tamen semper: neque hoc præscribit ut necessarium, nam & jussu, imò & umbrâ, sanabant, &c. Act. c. 5. v. 15. &c. 19. v. 12. Nec enim omnem hìc modum Christus exprimit quo miracula edenda sint, nec omnia miracula recenset. Ubi enim mortuorum suscitatio, cujus exemplum exstat Act. 20. 9, &c? Nimirum, ut liberalis ac magnificus promissor, plus præstitit Jesus quàm promiserat. Non armavit suos facultate edendi terrifica miracula, sed utilia duntaxat, ut non severitate, sed beneficentiâ, mundum sibi conciliarent, & testarentur salutem se humano generi adferre [b]. *Donum sanationum* videtur communiter ferme concessum omnibus qui regimen Ecclesiæ acceperant, Jac. 5. 14. Nam manuum impositio visibile signum est precationis, cujus Jacobus meminit. Conjunxit signum rei signatæ Lucas, Act. c. 28. v. 8 [c].

19. *Postquam locutus est eis*] Cùm omnia hæc præcepta & promissa illis dedisset, nec quicquam jam restaret nisi ut eadem per Spiritum Sanctum obsignarentur [d]. *Locutus est*, non addit, *hæc*, mox scilicet recitata, sed absolutè [*]; i.e. postquam dixisset quæ dicta voluerat & oportuerat à resurrectione *per 40 dies de regno Dei*, Act. 1. 3 [f]. ¶ *Assumptus est*, Ἀνελήφθη] Vocem hanc de Christi in cœlum Ascensione libenter Apostoli usurpant, ut Luc. 9. 51. Act. 1. 2, 11, 22. 1 Tim. 3. 16. Apud LXX Elias dicit Elisæo, 2 Reg. 2. 10. ἐὰν ἴδῃς με ἀναλαμβανόμενον ἀπὸ σοῦ, לקח. Proptereáque iidem Interpretes paulò post יעל, *ascendit*, vertunt, ἀνελήφθη, ad sensum magis quàm ad vocem respicientes. Et erat inter Judæos liber veteres narrationes de Mosis corpore continens, cui nomen, Ἀνάληψις Μωσέως. Nec committendum

† G. [n] Mal. sim. Bru. [o] Bru. [p] Be. [q] Bru. [r] Be. sim. Bru. † G. [t] Be. [v] G. [x] Be. [y] G. [z] Eru. [a] G. [b] Bru. [c] G. [d] G. [*] Eru. ex Aug. & Euthym. [f] Bru.

dum de Elia dici, ἀνελήφθη ὡς εἰς τὸν οὐρανὸν, 1 Mac. 2. 58. de Christo verò non tantùm εἰς οὐρανὸν, ut hoc loco & alibi, sed & εἰς οὐρανοὺς, Act. 2. 34. Eph. 6. 9. 1 Thes. 1. 10. Heb. 8. 1. de quo discrimine egimus ad Mat. 3[g]. *Assumptus*, à Deo Patre, cui Jesus omnia adscribere solebat, Angelorum ministerio, &c[h]. ¶ *In cœlum*] Scilicet supremum[i], sive Empyreum, splendidissimum, locum quietis, honoris, beatitudinis. Hæc felix clausula totius itinerarii Filii Dei[k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐκάθισεν, &c.] *Et sedit*, sive *consedit* (vel, *ivit sessum*, G.) *ad dextram Dei*, Be. Bru. Pi. &c. Quid hæc locutio significet, alibi diximus[l]. Vide dicta ad Mat. 22. 44. & 26. 64. Adde Eph. 1. 20. Heb. 1. 13, 15. ubi τῷ *ministrare*, Angelorum, opponitur τὸ *sedere*, Christi; quo significatur ipsius tum quies, tum dominium auctoritásque judicandi, &c. *Dextræ* meminit, tanquam loci maximè honorifici, &c[m].

20. *Profecti*, Ἐξελθόντες] *Egressi*, Pi. vel, 1. ex ædibus, in quibus trepidè latuerant, in publicum[n]: vel, 2. ex Hierosolymis[o], unde exire debebat sceptrum Messiæ. Vide Act. 1. 4[p]. ut prædictum est, Esa. 2. 3. & jussum à Domino, Luc. 24. 47. Act. 1. 8[q]. ¶ *Prædicaverunt*] Dogmata Christi, Vitam ejus, Mortem, Resurrectionem, & in cœlum Ascensionem[r]. ¶ *Ubique*] Terrarum, nullo loci aut gentis discrimine; non in Judæa tantùm. Vide Matth. 24. 14. Rom. 10. 18. ubi potuerunt †: quò singuli à Spiritu S. ducebantur[t]. ¶ *Domino*, Τοῦ κυρίου] Ità Jesum in cœlestem gloriam evectum vocare cœperunt Apostoli etiam sine ullo nominis adjectamento[v]. ¶ *Cooperante*; ità Er. Il. Ti. Mo. Be. Συνεργοῦντος] *Adjuvante*, Æth. Ca. sim. Sy. Pers. *Unà*, vel *Simul*, *operante*, P. Pi. Bru. tum in prædicatoribus, tum in auditoribus[x]. Vide 1 Cor. 3. 9. & 15. 10. item Luc. 21. 15. Joh. 15. 5[z]. Paulus nunciis Verbi tribuit *plantare & rigare*; Deo autem, *dare auctum*[a], 1 Cor. 3. 6[b]. Nimirum fideles Evangelii præcones, ut veterum quidam non malè dixit, *Et ministri sunt Dei per effectum, & socii per voluntarium consensum*[c]. Dicitur Deus συνεργεῖν non propriè, est enim μόνον αἴτιον, sed respectu finis & scopi prædicationis atque miraculorum; quæ Deus suâ unius vi efficacia reddit; sic tamen ut Ministri non sint duntaxat passiva [organa,] sed etiam, prout à Spiritu Dei aguntur, suo quoque motu ἐνεργοῦντα[d]. ¶ *Sequentibus*, &c.] Sicut modò dixerat, v. 17. *signa hæc sequentur**; vel, *Per signa subsequentia*, Be. Bru. Pi. &c. *Subsequentia*, inquam, eorum doctrinam[f], quæ illis, tanquam sigillis, obsignabatur[g].

g G. h Bru. i Pi. Bru. k Bru. l G. m Bru. n Bru. o G. Bru. p G. q Bru. r G. † Bru. t Pi. v G. x Bru. y G. Bru. z Bru. a G. b Bru. c G. d Pe. * G. f Be. Bru. sim. g Le.

[illegible]

[illegible] dominum [illegible]

[illegible] vol. [illegible]

[illegible]

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

LUCAM.

PROLEGOMENA.] 1. Quærendum de Inscriptione, quæ sic se habet, Ἐυαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν, *Evangelium per Lucam*: κατὰ pro διὰ, ut interdum fit. Hunc Titulum divinum non esse, sed humanum, probari potest ex maxima illius varietate in cod. Græcis MSS. & impressis, qui non solùm in ordine verborum discrepant, sed in numero etiam, verbis hìc additis, ibi detractis, alibi transpositis. [Videsis Cl. Authorem. Qu. 2. Quis fuit Lucas?] Resp. Idem hic indubiè Lucas, de quo 2 Tim. 4. 11. Philem. v. 23, 24. Patres etiam eundem hunc esse volunt, de quo Col. 4. 14. nec immeritò: ibi enim, sicut & 2 Tim. 4. 11. Philem. 24. cum Dema conjungitur, &c [a]. Locum etiam illum, 2 Cor. 8. 18 [b]. quem Chrys. & Theodor. de Barnaba accipiunt [c], plerique veterum de Luca accipiunt: quod non displicet [d]: præsertim cùm Ignatius in Epistola ad Ephesios (quam genuinam esse non dubito) eum ad Lucam expresè trahat. Nec tamen ἐυαγγέλιε voce Librum hunc indicari sentio, sed munus Ἐυαγγελιστοῦ. [Plura videat cui vacat in Gom.] Quidam, apud Orig. ad Romanos, crediderunt hunc ipsum *Lucium* dici, Rom. 16. 21. flexione Romanâ, Lucam Græcâ. Ego Lucium illum puto non alium esse à Cyrenensi illo quem noster hic nominat Act. 13. 1. Nostro autem nomen quidem Romanum fuisse arbitror, sed aliquantò longius. Nam quæ in ᾶς terminantur nomina solent partem nominis postremam abscindere. Ità Δημᾶς est Δημήτριος, Μηνᾶς est Μηνόδωρος, Ἀπελλᾶς est Ἀπολλόδωρος, Θευδᾶς est Θεόδωρος, Ἐπαφρᾶς est Ἐπαφρόδιτος, Ἀρτεμᾶς est Ἀρτεμίδωρος, Ἀλεξᾶς est Ἀλέξανδρος. Κλεοπᾶς est Κλεόπατρος. Ex *Artemidoro* fit *Artemas*, ut apud Varronem est l. 7. De lingua Latina. Herodes pater in minore fortuna *Antipas*, in majore *Antipater*, Josepho. Sic *Posides* ex *Posidonio*, *Harpocras* ex *Harpocrate*, diminuendo factus. Et ut ad Latina veniam, Ῥοῦφας, *Ruffinus*. Quare & *Lucas*, si quid video, contractum est ex Romano nomine, quod suspicor fuisse *Lucillium*. Nam ea gens tum Romæ florebat, ex qua erat & ille ad quem exstant Senecæ epistolæ. Erat hic noster Syrus, ut veteres consentiunt [e]; & medicinam fecit [f]. Cur enim alium esse putemus de quo Col. 4. 14. causæ nihil video. Accedit famæ vetustas. Syria autem multos Romanis servos exhibebat: & Medicina, ut ex Plinio atque aliis discimus, munus erat servile. Manumissi autem nomen patroni induebant, ut Comœdiarum scriptor, Afer cùm esset, dictus est, à patrono Terentio, *Terentius*; Alexander Polyhistor, à patrono Cornelio Lentulo, *Cornelius*, Suidâ referente. Ità hic à Lucillio *Lucillius*, & contractè Λουκᾶς. Credibile est, cùm Romæ medicinam factitâsset aliquamdiu, acceptâ libertate, rediisse in patriam. Judaicam religionem domi, an Romæ, imbiberit incertum. Romæ sanè multi libertinæ conditionis quotidie ad Judaismum transibant: qualis Cæcilius ille quîcum Cicero de Verre accusando certavit. Vide Plutarchum Cicerone, & Philonem libro De legatione ad Caium, [ejúsque verba in G.] Sed & Antiochiæ magna erat Judæorum universitas & ingens proselytarum numerus: quod & Josephus nos docet & leges Romanæ. Hellenistarum sermonem cum religione hausit, Græcanicam literaturam, dum Medicinæ studet. Utriusque manifesta sunt in scriptis ejus vestigia. Sed & ad Syriacum idioma sæpe inclinans ejus dictio patriam prodit; & Romæ versatum ex Romanis cujusdam locutionibus agnoscas. Christianum dogma puto ab ipso susceptum Antiochiæ, postquam eò Româ rediisset, Paulo docente, cui ab eo tempore comes hæsit, ut ex Actuum Libro apparet; nisi siquando à Paulo ad Ecclesias legebatur, fovendæ sementi quam fecerat Paulus: quod sæpiusculè factum arbitror [g]. Lucam & Antiochenum fuisse, & medicum, omnes veteres tradunt. Qu. 3. Quo tempore scripsit Lucas? Resp. Scripsit primò Evangelium, deinde Acta Apostolorum: illud autem, ut quidam volunt, vel hortante, vel docente, vel etiam dictante, Paulo [h]. Librum & hunc, & qui est de Actibus Apostolicis, scriptum arbitror non multò pòst quàm Paulus Româ abiit in Hispaniam. Nam in id tempus desinit Actuum Liber, qui, si seriùs scriptus esset, in ulteriora etiam tempora narrationem protendere. Puto autem Româ iisse Lucam in Achaiam, atque ibi ab eo conscriptos quos habemus Libros, quod & Hieron. prodidit. Sunt qui 15. post Christi ascensum anno, sunt qui 22. id factum narrant [i]. Alii 27. postquam Paulus jam biennium Romæ in carcere insumpserat, Act. 28. 30. si quidem Evangelium & Acta circa idem tempus scripserit [k].

[a] Gom. [b] Gom. G. [c] Gom. [d] G. sim. Gom. [e] G. [f] G. sim. Bru. Mal. Camer. Gom. &c. [g] G. [h] Mal. [i] G. [k] L. chron. 1. 1.

CAP. I.

1. QUoniam, &c. Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν] *Quoniam* (vel, *Quandoquidem*, P. Ca. *Postquam*, Er.) *multi* (Indefinitè dictum κατ' ἐξουθενισμὸν, [*per contemptum*,] nè quis hîc alios Evangelistas à Luca notari aut perstringi putet [a].) *aggressi sunt* (vel, *voluerunt*, Tre. ex Sy. Pers. *meditati sunt* Ar. *conati sunt*, Mo. Et hoc etiam per contemptum dictum est. Certè aliud est, γεγράφασι παρηκολουθηκότα, &c. aliud, ἐπιχειρεῖν, &c [b]. Significat illos magis voluisse quàm præstitisse, & tentâsse rem veriùs quàm effecisse [c]: nam ἐπιχειρεῖν propriè est, *aliquid in manus sumere & aggredi* [d], sive *incipere*: ut sumitur in Dionys. Halicarn. l. 3. & l. 8 [e]. Bene tamen notavit vir eruditissimus [intelligit Casaubonum] vocem esse mediam; neque ex ea colligi posse non præstitum ab illis scriptoribus quod aggressi erant. Nam & Plato, Isocrates aliique, ἐπιχειρεῖν sæpe de studio etiam felice usurpant [f]. Vide Isoc. ad Demonicum & Xiphilinum [g], [eorúmque verba in Scul.] quomodo & apud Latinos, *incipere facere*, & *instituere facere*, sæpe nihil aliud est quàm *facere*: quomodo & ἄρχομαι usurpatur Act. 1. 1, *quæ Jesus cæpit facere & docere*, i. e. quæ fecit & docuit [h].) *componere* (vel, *contexere*, Er. Il Ca. V. *scribere*, Tre. ex Sy. Pers. *digerere*, Er. *disponere*, Camer. *reordinare*, Mo. *ordine conscribere* Ti. in ordinem redigere, q. d, *coordinare* [i]. Puto ἀνὰ pro σὺν poni, ut Marc. 16. 14. συντάξασθαι autem valet, *conscribere* & *conficere* [k]. In ordinem disponere quod cæteri carptim, aut non juxta rerum gestarum seriem, prodiderunt [l]. Verùm

[a] Cam. [b] Idem. [c] Er. sim. Th. in Cas. [d] Er. sic Be. sim. Scul. [e] Scul. ex. 1. 1. [f] G. [g] Scul. ib. [h] Scul. ib. ex Cas. [i] Pi. [k] Be. [l] Er.

rùm non hìc significat Lucas, se omnia eo ordine quo sunt gesta recensere, neque ad hoc se obligat, sicut neque cæteri Evangelistæ *. Al. Hesychius & Suidas ἀνατάξασθαι [exponunt,] εὐθετίσασθαι, i. e. *apparare, adaptare, concinnare*. Id maximè placet †.) *narrationem*, P. Be. Pi. &c. vel, *historiam*, Pers. Be. Libros suos intelligit [m]. Apparet cùm Lucas scriberet aliquammultos exstitisse libros de rebus Christi: nimirum ipsa rerum magnitudo multos in eam curam pertraxerat. Sed alii dum rumores colligunt, non mirum est si vera falsis miscuerint: quos inter numero Evangelii Ægyptiaci vetustissimum scriptorem. Nam quæ alia circumferuntur Evangelia putidissima sunt figmenta ævi multò posterioris. Alii verò, Matth. & Marc. scilicet, qui aut visa, aut ex certis authoribus audita, perscripserant, sicut extra omnem erant negligentiæ culpam, ità addere aliquid ad ipsorum laborem cupienti, in materia tam ubere, viam non præcluserant. Adde, quòd credibile est ad id tempus Matthæi Librum non nisi Hebræo sermone exstitisse; Marcus autem Græcè compendium magìs historiæ quàm historiam scripserat. Quod verò quidam existimant Matthæo & Marco priorem in scribendo Lucam fuisse, planè ut credam induci non possum. Refragatur vetustissimus Librorum ordo apud omnes nationes; refragatur traditio vetus Irenæo & Tertulliano testibus suffulta; refragatur ipse Lucas, qui ità Matthæi & Marci historiam auxit additis narrationibus, ut, ubi res easdem narrat, eadem quoque verba non rarò usurpat [n]; refragantur plerique Patres [o]. Non autem refragatur hic locus [p]. Lucas ante Matthæum & Marcum scripsisse videtur. 1. Quia præcedentes historiæ Evangelicæ scriptores non rectè eam composuisse significatur h. l. voce ἐπιχειρεῖν, de quo dictum. 2. Quia dicit, *multi conati sunt*: duo autem multi non sunt, nempe Matth. & Marcus. 3. Quia v. 2. dicit, *prout tradiderunt nobis*, &c. prædicatione scilicet, non scriptione, quo scriptores illi ab Apostolis apertè distinguuntur. 4. Quia Irenæus, ad v. hæres. 3. 1. *Matthæus*, inquit, *scripsit Evangelium, cùm Petrus & Paulus Romæ evangelizarent; Marcus autem post eorum excessum*, &c. Jam Lucas, quod & Baronius fatetur, ante adventum Pauli Romam Evangelium edidit [q]. [De quo vide plura in Gom.] *Multi*, nempe Pseudoapostoli [r]. Multa nempe tunc temporis ferebantur Evangelia, Nazaræorum, Thomæ, Matthiæ, secundùm Ægyptios, secundùm Duodecim, Nicodemi, atque aliorum; quæ deinde velut Apocrypha rejecit Ecclesia †. Sed non puto fabulosas istas narrationes hìc intelligi [t]. Sanè, si de Pseudoapostolis locutus fuisset, eos non tam leniter perstrinxisset [v]. Lucas scriptores alios nec mendacii, nec erroris, nec incertitudinis, nec imperfectionis hìc arguit, sed causas tantùm scriptionis suæ exponit, Exemplum aliorum [x], Notitiam exactæ historiæ, Confirmationem fidei Sacræ historiæ [y]; ut rem totam paulò altiùs repeteret, & simul efficeret ut pluribus testibus hujus historiæ fides fulciretur [z]. Cùm multi elapsi fuerint anni post Ascensionem Christi, antequam scripta essent 4 Evangelia, Apostolis aliisque ubique Evangelizantibus, non mirum si pii auditores primò in pugillares quantum possent referrent, deinde & historias ex collectaneis suis compingerent, ederentque, idque animo non malo, & calamo fideli. Horum itaque scripta hìc librat Lucas, eáque nec improbat ut falsa & hæretica, quia dicit eos scripsisse καθὼς παρέδοσαν, &c. nec approbat ut Divina & Canonica, quia eis opponit, quod ipse esset παρηκολουθηκὼς ἄνωθεν [a]. ¶ *Quæ*, &c. Περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων] *De rebus*, (vel, *Earum actionum*, Sy. sic Tre.) *in nobis* (vel, *nobis*, V. P. Be. vel, *inter*, sive *apud*, *nos*, Ti. Ca. V. i. e. in oculis nostrorum [b],) *impletis*, sive *completis*, Mo. V. *gestis*, sive *præstitis*: nam πληροφορεῖσθαι sæpe in N. T. idem est quod πληροῦσθαι, *impleri, præstari*, ut 2 Tim. 4. 5. 17. Sic & Phavorinus, Nilus, Hesychius, exponunt. Idem sign. & Heb. מלא, quod semel in V. T. hac voce redditur [c]. Vel, *compertis*, Ti. sic Ca. V. *de quibus nos certi*, sive *persuasi, sumus*, Sy. Tre. sic Pers. vel, *quarum plena fides facta est*, P. Be. Pi. sim. Er. Il. quarum est in nobis certa exploratáque cognitio [d], quæ certissimis testimoniis comprobata, ut de iis ambigi non possit. Πληροφορεῖσθαι enim, cùm ad personam refertur, sign. *certiorem ab aliquo fieri*; cùm ad res, *certissimis testimoniis comprobari*. Hinc apud Paulum πληροφορία *, quæ est, *certa fides quæ fit argumentis aut re exhibitâ*; & πληροφορεῖσθαι dicitur *cui certa sit rei fides, ut jam nihil addubitet*, Rom. 4. 21. & 14. 5 [f]. Sic Isocrates Trapezitico, Πληροφορηθεὶς, &c. *cùm esset ei exploratum & plenè notum*, &c [g]. *De rebus quæ satìs atque abundè nobis probatæ sunt*, G. quicquid dixerint Judæi, Christum deceptorem fuisse, magicè egisse, &c [h]. Aliud est διήγησις πραγμάτων, aliud διήγησις περὶ πραγμάτων: nam illa non nisi vera, hæc etiam falsa, esse potest: nam περὶ hypothesin quidem, h. e. argumentum narrationis, notat, non significat veritatem continuò †. Probatio factorum in testibus maximè consistit, in quibus spectatur an verum dicere velint, & an verum nôrint. Velle censendi sunt qui sunt vitæ integræ, & ex testimonio nihil sperandum habent commodi. Tales autem erant præordinati testes rerum à Christo gestarum, vitæ sanctissimæ homines, & qui à spe commodorum tam longè aberant, ut contrà, ejus testimonii causâ omne incommodorum genus tolerarent [i].

2. *Sicut*, &c. Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν] *Prout tradiderunt* (aut voce [k], ut cæteri [l]; aut scripto [m], ut Matthæus. Nam vox παρέδοσαν ad utrumque pertinet [n].) *nobis*] Mihi aliisque Christianis [o]. Magnum est & manifestum in quatuor hisce primis versiculis hyperbaton, à nemine tamen, quod sciam, notatum: nempe versus 2. in medio 3. post ἀκριβῶς inseri debet, ut hæc sit loci dispositio, Ἐπειδήπερ πολλοὶ, &c. ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς (καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου) καθεξῆς σοι γράψαι, &c [p]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου] *Qui à principio* (temporis scilicet quo Christus ipse Evangelizare cœperit [q], ut declaratur Act. 1. 1 [r]. de quo initio dicitur Mat. 4. 17. tum enim inducta est nova ratio revelationis doctrinæ Evangelicæ, quam notat Apostolus, Heb. 1. 1. Sic in V. T. ἀρχὴ vocatur tempus constitutionis Ecclesiæ Judaicæ, ejúsque politiæ, statim ab exitu ex Ægypto, Psal. 74. 2 †.) *spectatores* (i. e. oculati testes [t]. Vide 1 Joh. 1. 1. Eâdem voce utitur Josephus lib. 1. adv. Appionem [v]: Hinc colligi possit, Lucam non vidisse quæ hìc scribit [x]. Hoc jam eò spectat, ut appareat testatos illos de re sibi nota, ità ut eorum veracitati ignorantia obstare non potuerit. Vetus est versus, *Pluris est oculatus testis unus quàm auriti decem*. De quo vide Philonem, Josephum, Ctesiam, Xenophontem, [eorúmque verba in G.] Τὸ αὐτόπται referri possit ad miracula Christi [y].) *& ministri* (vel, *administratores*, Ca. *administri*, i. e. subservientes, q. d. *subremiges*, qui operam suam illi adhibuerunt. Δοῦλοι sunt servi infimæ sortis; λειτουργοὶ honoratiore publico munere fungentes; inter hos medii sunt ὑπηρέται [z]. Vel, *pars aliqua*, Er. Ti. V. ut loquitur Virgilius, *Et quorum pars magna fui* [a]. Apostoli non tantùm viderant pleraque eorum quæ narrabantur, sed pars quoque eorum aliqua fuerunt, χειρισταὶ, ut Polybius loquitur. Multa enim narrantur ab ipsis aut per ipsos gesta, ut Dæmonum ejectio, Panum distributio, Ambulatio super mare, atque alia. Idem de Domini matre dicendum [b]. Sed non placet hæc versio: Nam & tempora, & loca, & morbi sanati, &c. sunt pars eorum quæ narrantur, quæ tamen ὑπηρέται *sermonis* absurdissimè dicerentur [c].) *fuerunt sermonis*, P. Pi. Val. Rev. &c. vel, *ipsius sermonis*, Tre. vel, *dicendorum*, Ti. vel, *negotii*, i. e. eorum quæ narrabant [d]: vel *rei*, Ca. *ipsius rei*, sive *ipsarum rerum gestarum*, quarum historiam nunc scribo; q. d. quorum operâ & ministerio Christus in illis gerendis sit usus *. Qu. 1. Quid hìc significat ὁ λόγος [g]? Resp. 1. Rem sive negotium [h], ex Hebraismo, ubi דבר, *verbum*, pro *re* sumitur [i]. Sic v. 4. λόγων accipitur. Ità Luc. 2. v. 15. ῥῆμα γεγονὸς est, *res gesta* [k]. Est Metonymia ἑβραΐζουσα. Significat enim res ipsas quæ narratione continentur *, Ità λόγος idem quod πράγματα, v. 1 [l]. Ità significatur, Apostolos fuisse non tantùm spectatores, sed & organa, Christi, ipsósque ea egisse quæ hìc narrantur. Qui sensus phraseos planissimus est [m]. [Aliis non placet:] Cujus quæso rei administri erant? Ejus sanè quæ circa Christum, & ab eo, gesta est, quámque describit Lucas [n]. An ergò Conceptionis, Nativitatis, Mortis, Resurrectionis,

Marginal notes (left column): * Me. † Di. [m] Ec. [n] G. [o] Gom. [p] Be. [q] Gom. [r] Q. in Cas. † Er. [t] Be. [v] Cas. [x] Scul. ex 1. 1. sim. Cas. [y] Scul. [z] Cas. [a] Li. ho. [b] V. [c] Ham. [d] Camer, sim. Er.

Marginal notes (right column): * Ec. [f] Er. [g] Camer. [h] Li. ho. † Cam. [i] G. [k] G. sim. Be. Bru. [l] G. [m] G. sim. Bru. [n] G. [o] Bru. [p] Cap. [q] Li. ho. sim. Bru. Cam. Pi. [r] Pi. † G. [t] Be. sim. Er. [v] Cam. [x] Er. [y] Pi. [z] Ec. [a] Er. [b] G. [c] Rev. [d] V. * Be. [g] Gom. [h] Ham. Ec. sim. Er. [i] Be. [k] Ham. ex G. * G. [l] Q. in Gom. [m] Ham. [n] Rev.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

onis, &c. ministri (i.e. subservientes causæque adjuvantes, & spectatores[o],) erant [p]? Resp. 2. Sermonem Evangelicum [q]: qui absolutè *verbum* dicitur, κατ' ἐξοχὴν, Act. 10.44. & 11. 19. & 17. 11. & 18. 15, &c. Hujus *spectatores* & *ministri* dicuntur, quod adfuissent Christo docenti atque agenti, &c[r]. Obj. Verbi illius auditores quidem erant †, non autem spectatores [t]. Resp. 1. Sub visu cæteri sensus comprehenduntur [v]. Et *videre* ponitur pro *audire*, Exod. 20. 18 [x]. Sed nec *videre* ibi ponitur pro *audire*, sed per Synecd. speciei pro *sentire*, vel experiri; nec, si vox Hebræa sic usurpetur, inde sequitur & Græcam ità usurpari, nedum in voce composita, αὐτόπται [y]. Resp. 2. Possit αὐτόπται ad miracula referri, ὑπηρέται ad Evangelium [z]. Sed hoc convellit vocum constructio, quâ λόγος utrumque manifestè respicit, nec verò ulla miraculorum hîc facta est mentio [a]. Resp. 3. Ipsum Christum [b]: qui sic vocatur Joh. 1. 1, 14. & 1. Joh. 1. 1. & 5. 7. Apoc. 19. 13. Huic favent loci circumstantiæ. Ipsius enim, & quidem ab initio, & spectatores erant, & ministri, Luc. 6. 13. Act. 1. 3. & 4. 20. &c[c]. & ὑπηρέται aptiùs de persona quàm de re gesta dicitur. Adde, quòd Christus hoc titulo notus erat apud Johannem [d]. Neque est quòd illam appellationem Johanni peculiarem putemus, cùm illa alibi in usu esset, tum apud Chald. paraph. ad Gen. 3. 32. & 15. 1. Psal. 110. 1. &c. tum apud Ethnicos: qua de causâ Amelius, quum legeret initium Evangelii Johannis, exclamavit, *Per Jovem barbarus iste cum nostro Platone sentit, verbum Dei in ordine principii esse.* Sic & Julianus Apostata usurpat Ἰησοῦν, Θεὸν, Λόγον, Ep. 51. p. 210*. Obj. At ὁ λόγος hoc sensu nusquam alibi apud Lucam sumitur [f]. Resp. 1. Esto: potest tamen hoc uno loco peculiari sensu sumi. Sic τὸ *mortui* peculiariter sumitur Matth. 8. 22. Sed & ipse Lucas hanc ipsam vocem alio quidem sensu, sed tamen peculiari, alibi usurpat, ut Luc. 16. 2. ἀπόδος τὸν λόγον, *redde rationem administrationis*: nam licèt phrasis eadem sit Act. 19. 40. sensus tamen differt, & λόγος ibi causam denotat. Sic Act. 1. 1. λόγον ἐποιησάμην, *sermonem feci*, i.e. librum; & Act. 20. 24. οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, *nullius rei habeo rationem*, sive *respectum*, sive *curam*. Resp. 2. ὁ λόγος sic etiam sumitur Act. 20. 32 [g]. [De quo vide ibi bono cum Deo dicenda.] Illud, ἀπ' ἀρχῆς, ostendit eosdem fuisse αὐτόπτας & ὑπηρέτας, quia nemo tunc minister Verbi factus est qui non oculis viderit Christum, simúlque docet quinam illi erant, nempe Apostoli, & 70. Discipuli aliíque qui cum iis complerunt numerum 120, Act. 1. 15 [h].

3. *Visum*, &c. Ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς] *Visum est* (ut aliis, ità & mihi, eorum exemplo, sed alio spiritu quàm illis, Spiritu Sancto, inspirante [h]:) *& mihi* (sponte propriâ: non ergò Pauli jussu, ut quidam putârunt. Dubitandum autem non est quin piam diligentiam Deus direxerit [i]. Dictum hoc ut Act. 15. 25. *visum est nobis*; & ver. 28. *visum est Spiritui Sancto & nobis*: nè quis hinc arripiat ansam elevandi authoritatem hujus Evangelii. Etiam κἀμοὶ habet emphasin: non enim se reliquis accenset, sed non sine indignatione eos tangit, quomodo Paulus, 1 Cor 7. 40*.) *omnia* (vel, *cunctis*, Er. Il. vel, *omnes*, ut referatur ad *spectatores & ministros verbi*, quos assectatum se fuisse dicit, ut ex iis rem totam perfectè intelligeret [k]. Πᾶσιν quidem est anceps, & potest vel gen. masc. vel neutro reddi [l]: sed præstat ad rem referre, quàm ad personam [m]; *omnia*, ea scilicet de quibus scripturus sum [n], quæ illi *spectatores*, &c. memorabant, quæque ad historiæ seriem pertinebant [o].) *persequendo*, (vel, *persecuto*, Val. Pi. vel, *exsecuto*, sive *sectato*, vel *repetenti*, Val. vel, *qui consectatus sum*, i.e. didicerim, scilicet ex aliorum narratione*: vel, *pervestigatis*, Er. Il. vel, *assecuto*, Mo. P. Be. Er. quod tamen non hîc accipio quemadmodum utuntur Latini, quibus *assecutus omnia* dicitur is qui nulla in re frustratus sit, quod Græcis est τυχεῖν, cui opponitur ἀτυχεῖν. Sed παρακολουθεῖν est propriè, *assectari*, *subsequi*, *adesse*, tanquam individuum comitem [p]. Occurrit hoc verbum 1 Tim. 4. 6. & 2 Tim. 3. 10 [q]. & in Demosth. ὁ τὰ τούτου πονηρεύματα εἰδὼς ἐγὼ, καὶ παρηκολουθηκὼς ἅπασι, καλινδοῦμαι. Sentit autem non se fuisse spectatorem ac testem quæ gesserat Æschines, sed omnia pervestigâsse. Idem alibi, ὑμεῖς γὰρ δικασαὶ ῥᾷον παρακολουθήσετε πᾶσι τοῖς λεγομένοις (i.e. *Et vos Judices faciliùs assequemini attendendo omnia quæ dicuntur*, Camer.) Sequitur enim cogitatio Judicis ordinem referentis [r]. Idem, in oratione pro Ctesiphonte, τὸ παρακολουθεῖν ad Personas refert in casu Accusativo, cùm sic Æschinem compellat, ὃς σὺ ζῶντας μὲν κολακεύων παρηκολούθεις, (*quos tu viventes sectabaris assentando*, Camer.) Idem ad Res refert in casu Dativo, ἐκεῖνος ὁ καιρὸς οὐ μόνον εὔνουν καὶ πλούσιον ἄνδρα ἐκάλει, ἀλλὰ καὶ παρηκολουθηκότα τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀρχῆς (i.e. *Tempus illud advocabat non solùm divitem quempiam aut benevolum* Reipublicæ, *sed eum quoque qui ab initio negotiorum seriem prosequendo attendisset*, Camer.) Hoc Posterius censeo parallelum esse illi quod voluit Evangelista. Theophrastus in Procem. ad Charact. σὸν δὲ παρακολουθῆσαί τε καὶ εἰδῆσαι εἰ ὀρθῶς λέγει †. Et apud Galenum legimus, παρακολουθῆσαί τινι θεωρίᾳ quòd animi contemplatio sequitur orationem: quod non faciunt ii qui parum attenti sunt iis quæ dicuntur [t]. Παρακολουθεῖν propriè dicitur de corpore [v], ut apud Josephum, 1. adv. App. sic scribentem, *Debere eum qui aliis verorum factorum narrationem pollicetur, ipsum priùs illorum esse scientissimum*, ἢ παρηκολουθηκότα τοῖς γεγονόσιν, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον, *vel quòd rebus ipsis interfuerit, vel quòd eas ex iis cognoverit qui ipsi viderunt* [x]. Hîc autem transfertur ad animum [y]. Demosth. etiam epistolâ ad populum Athen. Περὶ ὁμονοίας, Ἀλλ' ὅσα τυγχάνω δι' ἐμπειρίαν, καὶ τὸ παρηκολουθηκέναι τοῖς πράγμασιν εἰδὼς, ταῦτ' ἐξελήλυθα, &c. Hoc autem interest, quòd apud Jo. & Demost. verbum illud significat, se rebus istis interfuisse, eorúmque magnam partem fuisse; hîc autem significat tantùm, se res has ab aliorum quidem relatione cognovisse, sed non minùs certò quàm si ipsi præsens adfuisset [z]. Demosth. in Aristocratem, παρακολουθηκὼς ἐνίοις τῶν ἀδικημάτων, *Ego nonnulla delicta ipsius consectatus*. Lucianus Lapithis, *Itaque miror, si quid ille planè narrare potuit*, μὴ παρακολουθήσας ἐκείνοις, &c. *non assecutus ea de quibus inchoata contentio ad sanguinem evasit*, i.e. qui initio absens non potuit exsequi ordine omnia. Quare παρακολουθεῖν significat ferè res aliquas negotiáque, aut horum tractatus & explicationes persequendo, prosequendóque, aut assequendo, attendere ||. Παρηκολουθηκότι, i.e. κατανενοηκότι τὰ πεπυσμένα, *cum perdidicerim & intellexerim*, ut rectè Budæus. Verè dicit Erasmus παρακολουθεῖν propriè esse, *aliquem assectari*, i.e. τὸ ὁδὸν ἀκολουθεῖν καὶ συμπαρατρέχειν & de rebus ipsis dici, quas si sic consectetur ut nihil prætermittat, dicatur παρακολουθῆσαι. Sed Lucam opinor aliquid amplius significare, se nimirum ità hæc esse consectatum ut etiam perdidicerit [a]. Παρακολουθεῖν est, *notitiam consequi*. Galenus, παρακολουθεῖν βιβλίοις παλαιοῖς. Josephus, ὡς πᾶσιν ἀκριβείας παρακολουθεῖν τοῖς ἡμετέροις γράμμασι, dixit. Quod autem hîc Lucas dicit, ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς παρακολουθεῖν, tantundem valet quantum id quod apud Plautum in Trinummo, *Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas*. Sic Thucydides historiam scripsit, ut ipse profitetur, παρὰ τῶν ἄλλων ὅσον δυνατὸν ἀκριβείᾳ περὶ ἑκάστου ἐπεξελθών. Significat Lucas se non antè quievisse quàm rerum quas diversi scriptores prodiderant testimonia radicitus inquisivisset, ut ità explorata ab incertis discernens nihil ipse non bene compertum literis consignaret, cui rei bellam occasionem ei præbuerunt Pauli itinera in Judæam. Sed & cum Ecclesiarum pecuniis à Paulo in Judæam missum Lucam aliquoties credo. Ibi ergò cùm esset, potuit omnia ex primis auctoribus discere. Hoc autem non dubiè ad ea pertinet quæ scripta erant non à Matthæo, neque ab αὐτόπτῶν aliquo, sed ab aliis [b]. [Hæc de voce παρηκολουθηκότι dicta sunto. Pergamus ad reliqua hujus commatis verba, eorúmque variantes versiones:] *ab initio*, Ti. (Semel quidem ἄνωθεν ad tempus refertur, valétque, *à principio*, vel *antea*, nempe Act. 26. 5 [c]. vel, *à capite*, vel *pridem*, Bud. in Be. i. est, πάλαι [d]. Aut intelligendum est, *ab initio & ordine*, quasi nihil esset prætermissum; aut, *denuo ac de integro*, ut quod alii carptim, vel parùm certa fide, narrârunt, ipse denuo certissimâque fide referat*. Vel, *altiùs*, Mo. Val. vel, *altè repetita*, Be. P. q.d. à primis initiis ducta. Certè Lucas altiùs quàm cæteri hanc historiam orditur [f]. Vel, *desuper*, sive *supernè*, Er.

Marginal notes (left column): o Gom. p Rev. sim. Gom. q Rev. Bru. Pi. r Bru. † Gom. t Gom. sim. Pi. v Bru. x Q. in Gom. y Gom. z Q. in Gom. sim. Pi. a Gom. b V. Val. Cap. Gom. Pi. Ham. ex Budæo. c Gom. d Cap. * Ham. f Q. in Gom. g Gom. h Li. ho. h Bru. i G. * Cam. k Q. in Bru l Bru. m Er. n Be. o Er. * Ca. p Er. q Scul. ex. I. I. G.

Marginal notes (right column): r Er. † Clop. collat. crit. in crit. append. p. 3998. t Er. v Cas. x Scul. i b. Cas. Cam. Cap. y Cas. z Cap. || Camer. a Ec. b G. c Gom. d Be. * Er. f Be.

Er. Clop. Gom. Li. ho. ut sensus sit, *assecuto omnia cœlitus*, sive è *supernis* [g], sive à Deo [h]: i. e. ex cœlesti revelatione Spiritûs Sancti, ut in illa fundetur ἀσφάλεια, sive *infallibilis certitudo* Fidei Divinæ quam Lucas Theophilo suo promittit [i]. Probatur hæc interpretatio. 1. Quia hæc propria est, & frequens hujus vocis significatio, ut sit adverbium Loci, à qua proinde non temere recedendum [k]. Ἄνωθεν significat οὐρανόθεν [l], Joh. 3. 3, 31 [m]. ubi idem venire dicitur & ἄνωθεν, & ἐκ τοῦ οὐρανοῦ [n]. Joh. 19. 11 [o]. *nisi tibi datum esset* ἄνωθεν, *supernè*, i. e. è cœlo, à Deo [p]. & Jac. 1. 17 [q]. & 3. 15, 17 [r]. *sapientia descendens* ἄνωθεν, i. e. cœlitus, à Deo. 2. Hæc sententiam reddit uberiorem & augustiorem; hæc pondus addit ad commendationem hujus Evangelii, cœlestem ac divinam ejus authoritatem, quam res ipsa flagitat, exprimens. Illud autem, *à principio*, sensum angustiorem reddit, & includitur in eo quòd se *omnia consecutum*, & *scripturum ordine*, dicat †. 3. Josephus 1. adv. App. [verbis antè citatis] τὸν παρηκολουθηκότα, *diligenter assecutum*, opponit τῷ πυνθανομένῳ, *sciscitanti ab aliis*. Jam si Lucas hæc scripsit doctus ab aliis, sicut scripserunt illi, de quibus dicit, πολλοὶ ἐπεχείρησαν, &c. tum erat inter πυνθανομένους, non παρηκολουθηκότας.

[Quod sequitur, ἀκριβῶς, negligit Ti. reliqui ferè cum præcedentibus jungunt, & sic reddunt;] *penitus*, P. Be. i. e. intrinsecus & ad intima usque [v]: vel, *accuratè*, Pi. *diligenter*, Ca. *exactâ diligentiâ*, Er. Il. In Codice meo Lovan. est interpunctio post πᾶσιν, & τὸ ἀκριβῶς annectitur sequentibus. Quod judico optimè convenire, *ut accuratio* tribuatur scriptioni hujus Evangelicæ historiæ [x]. [Alii locum sic reddunt;] *Visum fuit etiam mihi, propterea quòd propinquus fui curiosè omnibus illis*. Τὸ πᾶσιν non ad res tractandas refert, sed ad personas, *spectatores & ministros verbi*. Quare & τὸ παρηκολουθηκότι non accepit metaphoricè, pro, *assequi mente* ea quæ facta & dicta fuerunt, sed propriè, pro, *assectari* aliquem. Mentem Syri sic capio. Quandoquidem curiosè operam dedit ut omnibus illis qui spectatores Domini nostri fuerunt adessem, eósque assectatus sum individuus comes, visum mihi fuit omnia ordine perscribere, &c. Omisit ἄνωθεν, ut & Arabs. Sed hic τὸ πᾶσιν ad rem retulit, quum vertit, *Visum fuit mihi etiam, quum fuerim assecutus omnem rem in certitudine*, &c [y]. [Pergamus jam ad reliqua hujus versûs.] ¶ *Ex*, &c. Καθεξῆς σοι γράψαι] *Deinceps* (vel, *Ordine*, sive *Secundùm ordinem*, P. Ca. Pi. Mo. Æth. Be. Bru. ad verb. *cohærenter*, i. e. distinctè & distributè [z], servato ordine congruo non semper temporis & rerum gestarum, sed tamen quoad capita totúmque historiæ complexum. Exorsus enim à conceptione, pergit ad nativitatem, functionem, passionem, &c [a]. *Ordine suo*, Tre. ex Sy. Facit hic locus ut in harmonia Evangelistarum reliquos ad Lucam potiùs accomodandos putem, quàm Lucam ad cæteros [b]. Sed falluntur qui hinc colligunt propositum Lucæ temporum ordinem pressiùs sequi quàm alii ante ipsum fecissent. Nam contrà, apparet illum non semel ob rerum cohærentiam connexuisse quæ temporibus erant discreta: quod suis locis patefiet. Sed καθεξῆς Lucæ nihil aliud est quàm *sigillatim*, ut videre est Act. 11. 4. & 18. 23. Talis narratio opponitur τῇ κατηχήσει, quæ generaliter καὶ συλλήβδην, &c, ut Philosophi loquuntur, ὡς ἐν τύπῳ, tradebat Jesum venisse, fecisse miracula multa, damnatum à Pontio Pilato, mortuum, resuscitatum; ut ex iis apparet quæ de Baptismo ad Mattheum diximus [c]. Vel, *Loco suo*, Pers. sub. *illa*, sive *de iis*, P. Be. Pi.) *tibi*, vel *ad te*, *scribere*, Er. Il. Ti. P. Be. &c. ¶ *Optime*, &c. Κράτιστε Θεόφιλε] *Theophilum* hunc alicujus fuisse dignitatis non malè viri docti ex hac compellatione colligunt. Ego in aliqua Achaiæ urbium magistratu functum arbitror, & à Luca baptizatum. Ità Festus, ità Fœlix, in Actibus, hoc vocabulo appellantur. Plutarchus Fundanum vocat κράτιστον. Josephus similiter, lib. De vita sua Epaphrodito, Trajani, ni fallor, liberto ac procuratori dedicans, κράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε, inquit. Et Justinus, brevem Christianismi institutionem perscribens ad Diognetum, ità præfatur, Ἐπειδὴ ὁρῶ, κράτιστε Διόγνητε, ὑπερεσπουδακότα σε τὴν θεοσέβειαν τῶν Χριστιανῶν μαθεῖν. Latinus Interpres non malè vertit, *optime*. Ità Octavius *optimus*, Horatio [d]. Fuit hic vir primarius, aut etiam princeps [*], magnæ dignitatis, forsan & authoritatis [f], Lucæ non tam discipulus quàm familiaris: Quis & cujus fuerit, incertum est [g], Romanus, an Antiochenus [h]. Verisimile est, fuisse hunc virum nobilem Antiochiæ, concivem Lucæ, ibique utrumque à Paulo conversum: vide Act. 11. 26. Et Lucas quidem Magistro suo adhæsit, 2 Tim. 4. 11. Thophilus autem Antiochiæ hæsit [i]. *Theophilus* sonat, *amans Dei*, vel *gratus Deo* [k]. Idem nomen cum *Jedidiah*, *Dilectus Dei* [l]. Κράτιστε verti potest, vel, *potentissime*, à κράτος, *robur*, sive κρατεῖν, *vincere*; vel, quod malim, *præstantissime*, à κρείττων, quod & *potentiorem* & *potiorem* significat [m]. Sed non videtur hæc esse προσφώνησις certi cujusdam hominis, sed omnium Christianorum. Sic & Athanasius, lib. de Incarnatione, quemlibet verè Christianum hominem μακάριον & φιλόχριστον vocat [n]. Epiphanius, hæres. 51. incertum relinquit *an scripserit cuidam Theophilo, an verò cuivis Deum diligenti*. Salvianus de Luca ait, *cùm ad hominem scripsisse videatur, ad amorem Dei scripsit* [o]. Nec epitheton κράτιστος hîc dignitatis nota est magis quàm apud Latinos *optimus* [p]. Verùm *Theophilus* hîc est nomen proprium [q], ut epitheton additum declarat †.

4. *Ut*, &c. Ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν] *Ut agnoscas* (vel, *cognoscas*, Vulg. vel, *recognoscas*, Bru. Sy. *Cognoscimus* anteà incognita, *agnoscimus* priùs nota [t].) *eorum* (vel, *eorum sermonum*, Er. Pi. Tre. ex Sy. vel, *earum rerum*, P. Be. Bru. phrasi Hebraicâ [v]: Verùm non res propriè audiuntur, sed sermones de iis [x].) *de quibus edoctus fueras* (vel, *quos*, sive *quas*, *auditione accepisti*, Be. Pi. ut Act. 21. 21, 24. ubi κατηχεῖσθαι est, *auditione accipere* [y], ad verb. *circumsonari* [z]. Hinc valet, ἀπὸ στόματος διδάσκειν, Act. 18. 25. Rom. 2. 18. 1 Cor. 14. v. 19. Gal. 6. 6 [a]. vel, *de quibus catechizatus es*, i. e. quæ hactenus vivâ voce doctus es, (quod opponit τῷ γράψαι,) sive ante, sive post, Baptismum [b]. Ἠχεῖν est, *voce sonare*, indè κατηχεῖν, quod [primò] est, *voce erudire*, *quæ scripto nolis committere*, deinde, *initiare mysteriis* [c], sive Christianæ religionis elementa mysteriáque docere [d]; unde & qui sic docebantur, *Catechumeni*, sive κατηχητοί, vocantur [*]; & qui docebant, *Catechistæ* [f]. Errant qui negant verbum κατηχεῖν apud idoneos Auctores legi. Reperitur apud Porphyrium [g], παιδικῆς κατηχήσεως [h]. & interpretes Aristotelis, & Plutarchum, Κατηχηθεὶς ἐκ περὶ τῶν συμβεβηκότων, &c; & Laertium in Zenone, διὰ τὴν κατήχησιν τῆς συνβίωσιν [i]. & Lucianum in Asino, καὶ ἐπεὶ κατηχεῖν, &c. *jussitque ut doceret quæ facienda essent* [k].) *certitudinem*, Il. Er. Ti. vel, *veritatem*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. propriè, *firmitatem*, Be. ad verb. *securitatem*, vel potiùs, *lapsus vacuitatem*, Pi. ab ἀ & σφάλλομαι, *labor* [l]; unde σφάλμα, *lapsus*, sive *erratum*, ἀσφαλής, *tutus à lapsu*, sive errore [m], ἀσφαλὲς, *quod certum est ac tutum, ubi nullum lapsûs aut erroris periculum* [n]. Vel, *soliditatem*, Bru. vel, *non labascentem firmitatem*, Camer. Bru. *certissimam, firmissimam, & constantissimam, veritatem*, quæ interdum [Heb. 11. 1.] ὑπόστασις dicitur, quæ est quies mentis etiam tum cùm irruunt quæ hominem perturbare possunt. Videtur alludere ad etymon vocis אמונה, quæ & *firmitatem* significat, Exod. 17. 12. 1 Reg. 11. 38. & *fidem* [o]. Sensus loci, q. d. Ut ea quæ olim catechumenus vivâ voce didicisti, nunc pleniùs ac certiùs scripto cognoscas [p]. *Ut quæ ante baptismum generali quâdam institutione acceperas, nunc sigillatim, ac proinde certiùs, cognoscas*. Nam, ut rectè Philosophus, οὐδὲν κωλύει ὁ μανθάνει τις οὕτω ὡς ἐπὶ τὸ ἀληθὲς ὡς ἀγνοεῖν [illegible] ἁπλῶς, ἀλλ᾽ εἰ ὡδί, ἢ ὅτι μανθάνει ὡς. Vide quæ ad Matt. cap. ult [q].

5. *Fuit in diebus* (i. e. temporibus [r],) *Herodis* (*primi* scilicet †, sive Magni [t], alienigenæ [v],) *regis* (vel, *illius regis*, ut vis articuli sit διακριτική [x]. [De cujus genealogia vide Scul. exerc. 1. 2. & Li. harm. part. 3. p. 70, &c.]) *Judææ*] i. e. Totius terræ Israeliticæ, quæ in N. T. *Judæa* dicitur, quia à Judæis tota habitabatur [y]. Hoc titulo enim distinguit ab Herode Tetrarcha Galilææ [z]. Mos Hebræus ordiendi, ut Ruth 1. 1 [a]. Tempus h. l. describit, tum ut fidem historiæ conciliaret [b], tum ut ostenderet impletum jam illud tempus præscriptum, Genes. 49. v. 10 [c]. ubi verba sic legenda, *Sceptrum non recedet à Juda, aut* [potiùs quàm &] *legislator*, &c. Sceptrum erat in Juda usque ad captiv. Babylon. non post eam, nisi in Christo, ut prædictum Jer. 22. 30. Post Babyl. captiv. Legislator erat, nempe Synedrium summum, donec Asmonæorum

[g] Li. ho. sic Clop. [h] Gom. [i] Clop. collat. crit. p. 3398. [k] Gom. [l] Li. ho. [m] Li. ho. Gom. [n] Gom. [o] Gom. Li. ho. [p] Gom. [q] Li. ho. [r] Gom. Li. ho. † Gom. [t] Li. ho. [v] Be. [x] Clop. collat. crit. ib. [y] Di. [z] Bru. ex Be. [a] Bru. [b] Be. [c] G. [d] Idem. [*] Bru. [f] Be.

[g] Bru. [h] Li. ho. [i] Li harm. part. 1. p. 3. [k] Er. [l] Li. ib. [m] Be. [n] Cam. sim. Ham. [o] Ham. [p] Cam. [q] Bru. ex Be. Er. † Bru. ex Be. [t] Er. [v] Q. in Pi. sim. Be. Bru. [x] Pi. [y] Pi. sim. Be. [z] Pi. [a] Be. [b] Bru. [c] Er. [d] Bru. [*] Er. sim. Bru. [f] Er. [g] Cas. sim. Be. [h] Be. [i] Cas. [k] Er. [l] Er. Pi. [m] Pi. [n] Er. [o] Cam. [p] Er. sim. Bru. [q] G. [r] Be. † Bru. [t] Be. [v] Bru. [x] Be. [y] Bru. [z] Be. [a] G. [b] Mal. ex Th. & Euthym. [c] Mal. ex Beza.

monarchorum ambitio Regnum invexit, indè bella civilia, tandémque Romanos, qui gentem subegerunt, & Herodem Regem illis præfecerunt [d]. Al. Quòd quidam spectatum hîc à Luca putant Jacobi vaticinium, probare non possum. Nam, ut prætercam quæ à viris doctissimis accuratè super hac re sunt disputata, simplicissimus oraculi illius sensus est, Adfore Messiam ante τῆ Ἰουδαϊκῆς πολιτείας ἐξήλωσιν· quod nihil ad Herodem pertinet. Cæterùm, qui olim res Prophetarum scripserant, exorsi erant à tempore ἀναδείξεως αὐτῶν, ut de Elia, Elisæo, atque aliis, factum videmus. Ità & Marcus initium historiæ Christi fecerat ipsius & Præcursoris φανερώσει. At Lucas, cùm videret curiosum Lectorem scire desideraturum qui & hujus & illius natales fuissent, simúlque prospiceret progressu temporum multa posse tradi fabulosa, indè auspicandum sibi existimavit. ¶ *Sacerdos quidam*] Fuit hic, vel, 1. Pontifex Maximus, quod à veterum multis creditum, sed falsò, ut ostendunt *, 1. τὸ τις additum [f]: 2. mentio ἐφημερίας, sive *vicis* [g], & *sortitionis*, [v. 9.] Pontifex autem vices stationésque minimè observabat, sed ipsi omnia sacra & omni tempore obire jus fásque fuit [h]: 3. quòd Lucas *Pontificem* illo nomine vocare solet, ut Luc. 3. 2. Act. 4. 6. &c. quod huic nusquam tribuit: 4. quòd incensum hoc non erat illud in Sancto sanctorum à Pontifice adolendum, idque die expiationis, Levit. 16. 29, 30. (qui quidem dies, sive vices hæ cum cultu Templi inciperent, sive ab initio anni, aut Sacro, aut Civili, sive à quolibet trium festorum, octavæ hujus vici propinquus esse non poterat) sed illud quotidie adolendum in loco sancto [i], in Altari incensi [k], quod erat extra velum, Exod. 30. 6, 7, 8 [l]. ut & Philo testatur [m]. [Verba habet Scul.] Vel, 2. Vicarius Pontificis, ut Er. censere videtur: quod non placet [n]. Vel, 3. Princeps vicis, sive familiæ, suæ [o]. Neque hoc credibile, qua de re diximus ad Matth. 14. 2 [p]. Vel, 4. Sacerdos è plebe [q]. Pertinet autem hæc narratio ad indicandam Johannis nobilitatem. *Apud nos*, inquit Josephus, *sacerdotum genus illustre*, sive *nobile*, *est*. Imò Philo ausus est dicere, Ὅσῳ Θεὸς ἀνθρώπων, &c. (*Quantò Deus præstat hominibus, tantò & sacerdotium regno*, &c.) Quod ut calidiùs dictum benignâ interpretatione mitigandum est. Scimus alioqui Reges à Pontificibus etiam Maximis *dominos* salutatos, & Deo placuisse ut Messiæ anteambulo ex Sacerdotali, ipse autem Messias ex Regio genere, nasceretur [r]. ¶ *Zacharias*] Cognominis & celebri Sacerdoti, & celebri Prophetæ, uni ante captiv. Babylon. 2 Par. 24. alteri post eam, Zach. 1. 1. ut Vaticinium simul & Sacerdotium in eo quodammodo obmutescerent, & periodum acciperent, appropinquante jam summo illo Sacerdote atque Prophetâ †. ¶ *De*, &c. Ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά] Ex classe (vel, *vice*, P. Er. Ti. Mo. vel, *ministerio familiæ*, Tre. ex Sy. Ar. sim. Pers.) *Abiæ*, Be. Pi. i. e. qui fungebatur Sacerdotio in ordine familiæ posterorum Abiæ, h. e. in hebdomada Abiæ [t]. [Sed de hac voce, ἐφημερίας, & de re ipsa paulò fusiùs hîc disserendum.] Ἐφημερία idem est quod Josepho, in Vita sua, ἐφημερὶς [v]. Respondet autem propriè hæc vox Hellenistica, ἐφημερία, voci Hebrææ משמרת, quæ vox sic redditur, tum Neh. 13. 10. (cujus Libri Interpretes multis argumentis suspicor posteriores esse τῶν ό.) tum 2 Par. 31. v. 16. (quorum Librorum Interpres videtur esse Theodotion) לעבודתם במשמרותם כמחלקותיהם, εἰς λειτουργίαν ἐφημερίας διατάξεως αὐτῶν. Lxx autem Interpretes vocem משמרת, quæ λειτουργίαν significat, sed nondum in orbes temporum distributam, φυλακὴν solent vertere, ut Num. 3. 7, 25, 28, 31. &c. מחלקת est ipsa διάταξις aut μερισμὸς· quanquam interdum ob affinitatem significationis vertitur ἐφημερία. פקדה autem est ἡ ἐπισκοπή, aut ἐπιστασία, i. e. eorum cura qui cæteris præerant, ut clarè docemur 1 Par. 23. 24 [x]. Dicitur [ἐφημερία] & מעמד, *statio*, unde *viri stationis*, & *caput*, sive *princeps*, *stationis* [y]. Josephus πατριὰν nominat [z]. Vox ἐφημερία propriè *cultum diurnum* notat, hîc autem *menstruum* [a]. *Ephemeriæ* idem quod *hebdomadæ* [b]. Est hîc μίαμνημα. Nam per ἐφημερίαν intelligitur ἡ πατριὰ, quæ certo dierum spatio (ἑβδομάδα scilicet, ut rectè notat Theophylactus, diligens rerum Judaicarum inquisitor) λειτουργίαν suam implebat ex Davidis & veterum Prophetarum instituto, postquam gens Aaronidarum in eum numerum excreverat ut eo-

[d] Li. harm. p. 20.
* G.
[f] G. Scul.
[g] G. Scul. ex. 1. 6. Li. harm. 1. 33.
[h] Scul. ib.
[i] Li. ib.
[k] Scul. ib.
[l] Scul. sic Li.
[m] Scul.
[n] Scul. ib.
[o] D. Q. in G.
[p] G.
[q] D.
[r] G.
† Li. harm. 1. 21.
[t] V.
[v] Scul. ex. 1. 7. ex D.
[x] G.
[y] Di ad v. 8.
[z] Scul. ib.
[a] Ham. ex Tito Bostrensi.
[b] Scul. ex Th.

dem tempore occupari Templi negotiis non posset [c]. Quæ fuerint Sacerdotum ἐφημερίαι fusè explicat magnus Scaliger in Canon. Isagog. ad Chronicon Euseb. [pag. 297, &c.] & in Appendice ad Librum de Emendat. Temp. Is appellationis hujus rationem sic exponit. Tota Attica in decem φυλὰς, seu *Tribus*, distribuebatur, ex unaquaque Tribu sorte delecti sunt quinquaginta viri, qui Senatum constituerunt, & πρυτάνεις dicebantur, & per vices diem unum imperabant, ideóque ipsorum ἀρχὴ (*imperium*) erat ἐφήμερος, (*diurnum*.) Quoniam ergò magna fuit similitudo inter illas tribuum Atticarum ἐφημερίας, & Sacerdotum Judaicorum משמרות, sive מחלקות, (nisi quòd πρυτάνεις die tantùm uno imperarent, Sacerdotes autem hebdomadâ unâ,) hinc illas Lxx reddunt ἐφημερίας [d]. Instituti hujus [ἐφημεριῶν] autor Moyses, amplificator David, confirmator Salomon, fuit *. Moses distribuit Sacerdotes in 8 vices, 4 [ex familia] Eleazaris, 4 Ithamaris [f]. Verius videtur eos distributos fuisse (quo tamen autore non dicitur) in 16, nempe 8 Eleazaris, & 8 Ithamaris, 1 Par. 24. 6. Unicuique autem vici Eleazaris alia de novo addebatur, atque ità exsurgebant 24 vices [g]. Frequens harum classium mentio in S. S. ut 1 Par. 23. 6. & 25. 8. & 28. 13, 21. & 2 Par. 13. 10, 11. & 23. 8. & 31. 2, &c. Ordinem autem harum classium sorte duxit David, 1 Par. 24. 5. ubi Ephemeria octava erat *Abia*, Davidis scilicet tempore [h], an autem Lucæ tempore, incertum est; cùm juxta Talmudicos novata sit distributio, & familiæ commistæ [i]. Cùm vices Davidicæ, salvo priore Templo, ob prædominantem idololatriam, aliquando interrumperentur & prætermitterentur, classis quoque Abiæ variavit, & quæ olim octava fuit, post reditum è Babylone sub Jesua, duodecima, Neh. 12. 4. sub Jojakimo, undecima, est numerata, Neh. 12. 17. Postea interruptæ sunt hæ classes ab Antiocho, restitutæ à Juda Maccabæo; à cujus Encœniis ad Excidium usque Templi incolumes & impermixtâ successione manserunt, teste Jo. Orig. 7. 11 [k]. Al. Quòd quidam putant successionem hanc perpetui ministerii turbatam, in eo quàm fallantur cùm à viro doctrinæ & diligentiæ admirabilis Josepho Scaligero demonstratum sit antehac, idem ostendere ampliùs velle sit actum agere. Pauca scilicet nomina Zorobabelis temporum quæ cum Davidicis fortuitam habent συνώνυμίαν, cùm tantò plura discrepent, hanc hallucinationem pepererunt. At falli certè in istis rebus Josephus, & Sacerdos & diligentissimus patriæ historiæ inquisitor, non potuit, qui Davidis historiam enarrans, disertè ait, διέμεινεν οὗτος ὁ μερισμὸς ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας· (*permansit hæc distributio usque ad hodiernum diem.*) Intervenerunt quidem tempora Regum impiorum, deinde exilii Babylonici, postremò triennium Antiochi: sed illis quoque temporibus pii Sacerdotes, quod in Templo non poterant, ubi poterant, & quà poterant, præstabant, non quidem pecudum mactatione, quod extra Templum nefas erat, sed solenni recitatione earum precum quæ sacrificiis accedere solebant. Quarum & Philo & Josephus aliquot locis meminerunt. Non aliò pertinet quòd apud Ezechielem laudat Deus Sacerdotes φυλάσσοντας τὰς φυλακὰς τῶν ἁγίων, quatenus poterant scilicet; quod ipsum sufficiebat ad retinendam memoriam τῶν ἐφημεριῶν, quas tanquam ex prima institutione continuatas in Templum reduxerunt Ezechias, Josias, & postremò Judas Macchabæus [l]. Sub Templo secundo erat aliquid [hîc] diversitatis, non quoad ordinem quidem Ephemeriarum, sed quoad eorum capita & familias. *Quatuor* [tantùm] *Ephemeriæ sacerdotum*, inquit Taanith, fol. 68. 1. *ascenderunt è Babylone*, Ezr. 2. 36, &c. ex quibus 24 classes compactæ sunt; quæ tamen ordinem pristinum & prisca nomina retinuerunt. Quare *Ephemeria Abiæ*, hîc & Nehem. 12. v. 17. non tam de stirpe *Abiæ* censenda est, quàm quòd ea nomen *Abiæ* retineret *. Causa hujus instituti erat, nè iidem Sacerdotes quotidie occuparentur [m], & ad evitandam in Templi ministerio dissensionem, confusionem, ac turbam; Sacerdotes enim in immensum tunc multiplicati erant, ità ut simul omnes officio non possent fungi; & nè, paucis totum munus ad se trahentibus, major pars domi otiosa sederet [n]. Videntur autem Hebræi exemplo hoc [Ephemeriarum] inducti ut cæterarum tribuum semisses attribuerent sacerdotalibus familiis, ad quas

[c] G.
[d] Cap.
* Scul. ib.
[f] Q. He. in Li. harm. 1. 21. fim. Scul.
[g] Li. ib. 22. ex K. & RS.
[h] Scul. ib.
[i] Cart. mellif. 2. 7. ex Seld.
[k] Scul. ib.
[l] G.
* Li. ho.
[m] Scul.
[n] Eru.

quas qui pertinebant, non quidem Templi ministerio, sed & orationibus & jejunio, indicto sibi tempore vacabant. Ejus rei memoria passim exstat in Libro Musar atque aliis. Ut autem vetus institutum credam facit locus insignis 2 Par. 23. 6. πᾶς ὁ λαὸς φυλαξάτω φυλακὰς Κυρίε. Quod postquam receptum est, communem illam omnium tribuum λειτεργίαν dixerunt משמרת, φυλακὴν· illam autem Sacerdotum propriam discriminis causâ *stationem*, מעמד[o]. Taanith, cap. 4. hal. 2. *Pro unaquaque Ephemeria erat cœtus stationarius*, מעמד, *Hierosolymis, Sacerdotum, Levitarum, & Israelitarum: cùm adventaret tempus quo Ephemeriæ ascendendum erat, Sacerdotes & Levitæ ascenderunt Hierosolymas*, ubi, inquit Glossa, astabant sacrificiis fratrum: *Israelitæ verò qui erant de ista Ephemeria congregârunt se in civitates suas, & legerunt historiam creationis, Gen. 1. Atque homines stationis jejunârunt 4 diebus in ista hebdomada, à secundo scilicet ad quintum.* Et præter hos, ait Glossa, qui erant stati & siti Hierosolymis, ut astarent sacrificiis fratrum, erat cœtus stationarius in singulis civitatibus: in quibus reliqui congregârunt se, & preces fuderunt pro sacrificiis fratrum suorum ut acceptarentur, & jejunârunt, & protulerunt Librum Legis in die jejunii, &c. Instituti autem erant hi stationarii, ut, cùm sacrificium juge, aliáque nonnulla, offerrentur pro toto Israele, & totus Israel adesse non posset, illi vice totius Israelis manus imponerent, &c[p]. Inchoabantur indubiè hæ ἐφημερίαι cum inchoato Templi cultu, nimirum post Festum illud Tabernaculorum, 2 Par. 7. die circiter 22. qui festus erat, &, ut videre possit, Sabbatum, quo die vices mutari solebant, 2 Reg. 11. 7. 2 Par. 23. 4. Ità finiebantur tempore Paschatis: indéque secundò inchoatæ sunt: in cujus secundi circuitûs vice octava, quæ erat *Abiæ*, 1 Par. 24. 10. Zacharias lætum de Præcursore Christi nuncium accipit, circa mediam æstatem[q]. Initium duplicis circuitionis Ephemeriarum fuit cum duplici initio Anni, *Nisan* & *Tisri*. *In septimana Paschali omnes Ephemeriæ ministrabant simul*, inquit Glossa ad Midras Coheleth, fol. 82. 4. Idémque factum fuisse in Pentecoste & Scenopegia, authoritate non caret[r]. Per tria festa fas erat omnibus stationibus simul in Templo sacra obire†. [Atque hæc fusiùs quàm pro instituti mei scopo tractare placuit, quia non huic tantùm, sed aliis quoque multis S. S. locis, lucem non exiguam inferunt. Pergamus jam ad sequentia hujus versûs verba.] ¶ *De filiabus Aaron*] Lex exstat Levit. 21. 14. ubi Pontifex Max. jubetur uxorem ducere מעמיו, ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ut vertunt LXX; alii, ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ· quod duplici occasionem præbuit interpretationi. Philo vetita putat Summo Pontifici matrimonia extra genus Aaronicum. Verba ejus vide in lib. De specialibus Legibus, [& in G. Ubi] apertè sentit Legem hanc ità peculiariter ad Pontificem Max. pertinere, ut Sacerdotes cæteros non complectatur. At Josephus, in moribus Judaicis multò exercitatior, עם interpretatur non φυλὴν, sed, quæ frequentior est significatio, ἔθνος, &, cum Hebræis aliis, ea quæ dicuntur Levit. 21. 13, &c. connectit cum ejusdem capitis initio, quæ de Pontifice Max. dicta erant v. 10. & 11. parenthesi includens: unde sequebatur ut Sacerdotum cuivis ducere non liceret nisi Hebræis parentibus natam, cùm de plebe homines peregrinam Ἰεδαΐζεσαν ducere non vetarentur, exceptis quibusdam nationum cum quibus jus connubii non erat. Causam Legis adfert Josephus, curam impermixti sanguinis in Sacerdotibus. Locus est insignis contra Appionem 1. Οὐ γὰρ μόνον ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τούτων τοὺς ἀρίσες, &c. (*Non solùm ab initio optimos præfecerunt —— sed ut genus sacerdotale purum maneret & impermixtum sedulò caverunt. Sacerdotem enim oportet fœminam ex eadem gente ducere, ideóque ex antiquis tabulis inquirere successionem, eámque idoneis testibus probatam habere. Cùm autem bellum ingruat, —— Sacerdotes reliqui ex tabulis antiquis novas conficiunt. —— Pontifices autem apud nos per bis mille annos nominantur à patre ad filium, in descriptionibus*, &c.) Quem locum transcripsi libentiùs, quòd indè appareat quæ de Johannis paterno maternóque genere Lucas prodidit, eorum fidem ex Actis publicis peti potuisse. Josephi autem explicatio quin verior sit quàm Philonea non dubito. Neque enim Barzillaius tantùm, minorum gentium Sacerdos, ex Galaadis prosapia uxorem duxit, Esd. 2. 61. sed & Joiada conjugem habuit Regis Jorami filiam, Achaziæ sororem, ex posteritate Judæ, 2 Reg. 11. 2. quorum utrumque sine ulla reprehensionis significatione narratur. Quare, quòd Zacharias Aaronida mulierem duxerit, non obsequium Legi præstitum significat, ut quidam volunt, sed nobilitatem Johannis ex utroque sanguine commendat. Quominus autem Maria, ex stirpe Judæ prosata, Elisabetam Aaronida sanguine contingeret lex nulla obstabat. Nam Lex [Num. 36. 8.] quæ intra tribum virgines nubere jubet, ad solas ἐπικλήρους (sive quæ, deficientibus maribus, in paternam hæreditatem succedebant[t],) pertinet, ut dictum est alibi, ídque ob prædiorum jura, quæ ad Leviticas non pertinebant[v]; Levitis enim nulla propriè assignata fuerat portio: cùm ergò Lex illa huc spectaret nè tribuum distributiones confunderentur, non impediebat quominùs cæteræ Tribus cum Levitica affinitatem inirent. Deinde & eo tempore distinctio illa tribuum vel nulla, vel perexigua, fuit[x]. Potuit igitur aliquis majorum Mariæ uxorem ducere iisdem cum Elisabeta parentibus prosatam, Davidis nepos, Aaronis neptem. Nam quòd Theophylactus hanc cognationem ab Aaronis temporibus repetit, nimis longè petitum est[y]. ¶ *Elisabeth*, Ἐλισάβετ] Hebræum nomen est אלישבע, Exod. 6. 23[z]. Sed Arabes & Syri sæpe ע in fine sic mutant, & LXX id secuti[a]. Pro antiqua lectione *Elisabe* sunt qui reponunt *Eliseba*. Cave spernas, nam Heb. est אלישבע[b].

6. *Justi*, Δίκαιοι] Hebraismus est: nam Hebr. צדיק *sanctum* & *religiosum* significat, éstque illustrior titulus quàm חסיד[c]. ¶ *Ante*, &c. Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ] *Coram Deo*, Pi. Camer. *In conspectu Dei*, Be. Pi. &c. i. e. teste Deo, qui omnia novit[d]: i. e. sincerè, ut Gen. 17. 2[*]. qu. d. sincero corde studebant pietati. Nam quia καρδιογνώστης est Deus, ideo qui prava cogitant, eorum cor dicitur *non esse rectum coram Deo*, ut Act. 8. 21. Contrà, qui non fingunt pietatem, sed ex animo ei sunt dediti, dicuntur *Deo servire* ἐν δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ, ut infrà 75. Neque ideo putandum est, de quibus id dicitur, eos communi naturæ humanæ, aut etiam temporum illorum, imbecillitati fuisse exemptos. Nam & David dicitur *fecisse quod rectum erat in conspectu Dei, neque à præceptis ejus recessisse unquam, extra id quod commisit adversùs Uriam*; cùm tamen præter illud atrox facinus multa ejus πλημμελήματα sit animadvertere in S. historia, sed quibus non interrumpebatur studium illud pietatis quod Deus præcipuè respicit, &, quo manente, minora illa dissimulat. Quod Lex etiam ipsa non obscurè significabat, ut ad hunc locum sapienter notat Scriptor Responsionum ad orthodoxos, ad quæst. 141[f]. [Verba vide in G.] Et notatur hoc cap. incredulitas Zachariæ[g]. ¶ *Incedentes* (i. e. viventes[h], ut πορεύεσθαι sæpe accipitur in Epistolis Petri & Judæ[i]: nam mandata Dei *via* vocantur, ut intra quorum fines homo se continere debeat[k].) *in omnibus mandatis* &c. Ταῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι τοῦ Κυρίε ἄμεμπτοι] *Præceptis & ritibus* (vel, *constitutionibus*, Pi. sic P. *institutis*, Ca. *justificationibus*, Er. Il. Mo. Vulg. i. e. ceremonis[l]: *statutis*, Ar. sim. Æth. *rectitudine*, Tre. ex Sy.) *Domini inculpatè*, Be. vel, *irreprehensibiles*, Er. V. Be. i. e. ejusmodi quos nemo jure possit culpare, ut 1 Tim. 3. 2[m]. Veterum multi hoc quoque ad Dei æstimationem referunt. Mihi videtur hîc illud potiùs indicari, non conscientiam tantùm puram illis fuisse, sed & famam integram: quod ad Johannem commendandum non parùm pertinebat. Vide 2 Cor. 8. 21. Quare, cùm de priori parte jam egerit Lucas, puto hæc ad posteriorem pertinere, præsertim cùm & Paulus vocem ἄμεμπτος ad hominum existimationem referat, cùm se vixisse ait ἄμεμπτον κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ· quæ quidem δικαιοσύνη hîc in ἐντολὰς & δικαιώματα distribuit, ut LXX Deuter. 4. 40. Assentior autem Hebræis existimantibus voce מצות, quam δικαιώματα vertunt Hellenistæ, indicari ea quæ generaliter Lex præscribit, qualia sunt quæ æquitatem in se naturalem continent. Nam ità & Paulus loquitur, — δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, Rom. 2. 26. & Johannes in Apocalypsi Christianorum opera vocat δικαιώματα. Josephus quoque ea quæ naturâ honesta sunt vocat τὰ φύσεως δικαιώματα. Proinde חקים, i. e. ἐντολὰς, aut, ut alibi vertunt LXX, νόμιμα, cum eisdem Hebræis rectè interpretabimur speciales illas determinationes quæ *jus positivum* vocari solent;

[o] G. [p] Li. ho. [q] Li. harm. 1. 22. [r] Li. ho. † Scul. ib. [t] Be. [v] G. [x] Be. [y] G. [z] G. sim. D. Li. harm. 1. 15. [a] G. [b] D. [c] Cam. [d] V. sim. Bru. [*] Pi. [f] G. [g] Scul. ex. 1. 5. sim. Li. harm. 1. 31. [h] V. Be. [i] Be. [k] Bru. ex Be. [l] V. [m] Be.

lent; quippe cùm & Paulus idem jus vocet νόμον ἐντολῶν, Eph. 2.15. Scio non observari perpetuò hoc discrimen: nam & ἐντολὰς vocari præcepta Morum; & δικαιώματα, quædam quæ ad Ritus pertinent. Sed ea, quam dixi, maximè propria & recepta est vocum significatio. Interdum & חקים, i.e. αἱ ἐντολαὶ, distinguuntur in eam partem quæ, generis nomine contenta, *jus rituale* significat; & משפטים, quæ vox tum propriè notat jus illud Civile quo mutua Civium societas continetur: quæ pars Juris, cùm non ad Judices tantùm, sed ad Cives omnino omnes, pertineat, hîc ampliori significatu τῶν ἐντολῶν comprehensa censeri debet [n]. Forsan ἐντολαὶ ad Decalogum pertinent, δικαιώματα verò ad præcepta Ceremonialia & Judicialia. Præcepta certè tradita post Decalogum, Exod. 21. ad 24. vocantur δικαιώματα Exod. c.21. v. 1. & c.24. v. 3 [o]. Romanenses δικαιώματα vertunt, *justificationes* [p]; indéque arguunt Justificationem ex observatione mandatorum [q]. Sed difficile erit quemvis locum, sive in Lxx, sive in Ethnicis, producere, ubi δικαίωμα *justificationem* significat. Et Lxx hac voce חקות plusquam vicies reddunt, Psal. 119. quod RR. *Statuta* reddunt [r]. Δικαιώματα apud exteros Authores vocantur leges & *instituta* hominum †, ut Aristot. Eth. 5. Dion. Cassius, Rom. hist. 58. & 61 [s]. imò *pravæ consuetudinis*, ut in Lxx, 2 Reg. 17. 8 [v]. Tres voces conjungi solent, ἐντολαὶ, δικαιώματα, κρίματα. Ex quibus, 1. Legem Moralem, 2. Ceremonialem, 3. Judicialem, denotare videtur. Præter ἐντολὰς Lucas hîc memorat δικαιώματα, quia nimirum Zach. erat Sacerdos: κρίματα autem præterit, quia Judicia penès Romanos erant [x].

7. *Non erat illis filius*, Τέκνον] *Proles*, Be. Bru. Pi. τέκνον enim utrumque sexum complectitur [y]. Inter ea quæ in hac vita expeti solent est etiam proles: nam per eam, ut ait Philosophus, ἡ φύσις ἀναπληροῖ, &c. (*natura dat perpetuum esse, specie saltem, quoniam numero non potest.*) Præcipuè autem ejus desiderio tenentur quibus amplè est unde se sustentent, teste Menandro. [Verba vide in G.] Quare Lex Divina, per Mosem promulgata, sicut aliarum rerum felicitatem, ità progeniem quoque, cultoribus suis pollicetur, Exod. 23. 26. Levit. 26. 9. Deut. 7. 14. & 28. 11. Neque id tamen impediit quominus Deus, Legis suæ dispensator & arbiter, interdum piorum patientiam, ut aliis adversitatibus, ità & infœcunditate, experiretur, majora interim illis bona præstans intra animum, quàm externa erant quæ negabantur. Nam qui majorem à Deo spiritum, quàm captus temporum ferebat, acceperant, non mirum est si in rebus caducis minùs indulgenter habebantur, jam tum Divinâ providentiâ in paucis id præmonstrante quod quasi commune piis futurum erat sub Novo atque augustiori Fœdere. Sic Moses, supra omne exemplum pius ac mitis, bonorum à se promissorum partem vix ullam attigit, continuis ingrati populi seditionibus vexatus. Ità, ut sterilium fœminarum ante Legem exempla præteream, Manoæ uxor, & Anna, uxor Elcanæ, piæ cùm essent, tentatæ sunt longâ uteri infœcunditate. Quod eò graviùs & illis olim & Zachariæ atque Elisabetæ accidit, quòd populus, ex rebus externis cuncta dijudicans, cùm in vita ipsorum nihil haberet quod reprehenderet, tamen culpam aliquam in illis hærere ex negata sobole suspicabatur. Hinc Sterilitas *opprobrium* dici solet [z]. ¶ *Eò quòd esset Elisabeth sterilis*] Naturâ [a]. Defectus prolis per totam Scripturam S. mulieri tribuitur [b]. ¶ *Ambo processissent*, &c. Προβεβηκότες, &c.] *Provecti* (ad verb. *Progressi*, Pi.) *jam ætate*, P. Be. Pi. sic Ti. Ca. Pers. vel, *in diebus*, Ar. Tre. Mo. Hebraismus [c]. Sic Gen. 18. 11. Jos. 23. 1 [d]. ubi באו בימים hoc modo vertunt Græci. Duplicavit miraculum ad vetus vitium accedens impedimentum ætatis [*].

8. *Cùm*, &c. Ἐν τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν, &c.] *Cùm is sacerdotio fungeretur*, Er. Il. Be. Tre. ex Sy. P. &c. id est, fungi deberet, ex collat. v. seq [f]. Hoc [ἱερατεύειν] est quod Hebræi Canones dicunt עבד *operari sacris*, λειτουργεῖν [g]. *Cùm fungeretur munere suo faciendo rem divinam*, sive *operando sacris*, Camer. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ τάξει τῆς ἐφημερίας αὐτοῦ] *In ordine classis*, vel *vicis*, *suæ*, Be. Er. Ca. Pi. &c. vel, *ministerii sui*, Tre. ex Sy. Αὐτοῦ, pro reciproco ἑαυτοῦ [h]. Cùm ad familiam Abiæ ordo rediisset: quod fiebat post intervallum 168 dierum, ut vir maximus annotavit: Τάξις est quod Hebræis זמן. Etiam Ægyptiis sacerdotibus, τάξις ascribit Porphyrius. ¶ *Ante Deum*] i.e. לפני יהוה, ut Exod. 27.21. & 30.8. ubi Lxx habent, ἔναντι Κυρίου. Solet id genus loquendi usurpari de toto illo ministerio Sacerdotali, tam quod in Templo, quàm quod sub dio, peragebatur. De Templi ritibus apparet dictis locis. De Altari holocaustorum idem loquendi genus usurpatur in Levitico aliquoties [i]. *Ante Deum*, i.e. in Templo ante Arcam [k], quæ, cùm sit repræsentatio Christi, vocatur *facies Dei*, Psal. 105. 4. imò & ipse *Deus*, Psal. 132. 5 [l].

9. *Secundùm*, &c. Κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι] Puto hæc rectè eum in modum conjungi. Nam ἱερατεία est, ἡ ἱερατικὴ λειτουργία· quæ cùm partes haberet plures, ut videre est 1 Par. 23. 27, &c. non lege, sed consuetudine, introductum erat ut qui ejusdem familiæ & ἐφημερίας essent, inter se sortirentur quæ pars ministerii cuique obtingeret. Itaque sorte obtigit Zachariæ הקטרה τὸ θυμιᾶσαι [m]. *Secundùm consuetudinem* (vel, *ritum*, Be. Pi. &c.) *sacerdotii* (vel, *functionis sacerdotalis*, Be. Bru. Pi. V. &c.) *sortitus est* (vel, *sorte exiit*, Vulg. forsan legendum, *sors exiit* [n], ut Levit. 16. 9. Jos. 19. 40 [o]. vel, *evenit ei*, Tre. ex Sy. vel, *sors*, aut *sorte*, *illi obvenit*, Er. Il. V. per sortem nactus est [p],) *suffire*, Mo. vel, *ut suffitum faceret*, Il. Ti. *ut poneret aromata*, Tre. *ut odores incenderet*, Val. Er. vel, munus *suffitus faciendi*, Be. sic Pi. τὸ ἔλαχε hîc sign. *sorte consequi*, non tam ex usu verbi, (quod interdum sign. *quovis modo consequi*, ut Act. 1. 17. & in Anacreonte, τρυφῆν ἔλαχε, *sortitus est deliciari*,) quàm ex natura rei. In qualibet Ephemeria fuisse millia Sacerdotum refert Josephus. Plurimos eos fuisse liquet ex 2 Reg. 11. 5, 6, 7. & 2 Chron. 26. 17. Cùm ergò ex his unus tantùm incensum adolere posset, eum sorte deligi necesse erat [q]. Omnia in quotidiano ministerio Levitico sorte distributa fuisse tum Sacerdotibus, tum Levitis, liquet ex Misna, in Massechet תמיד [r]. Jecerunt sortem quis quod ministerium obiret, quis holocaustum offerret, quis pacifica, quis manè, quis vesperi, quis hoc, quis illo, die, &c †; quis sacrificium jugularet, quis sanguinem effunderet, quis Altare excineraret, &c [t]; quis suffitum faceret [v]. Vide Joma, fol. 25. 1. & Glossam ibi. An verò sortilegium hoc fieret indies, an pro tota hebdomada quâ ministravit Ephemeria, non quærimus [x]. ¶ *In templum*] Interius scilicet, quod tecto coopertum erat [y], i.e. in Sanctum [z], in ædem Sacerdotalem [a], in qua erat Altare thymiamatis [b], ante velum, Exod. 30. v. 6 [c]. Hebræi eam ædem propriè היכל vocant; Philo etiam *adytum*, quæ tamen vox Sancto sanctorum, quod Hebræis דביר, magis videtur convenire; sed additâ *sacerdotum* & *veli prioris* mentione ambiguitatem sustulit, qui & addit, *hoc altare nullis visum nisi* τοῖς ἁγνεύουσι τῶν ἱερέων. Sacerdotes ἁγνεύοντας vocat eos quorum erat ἐφημερία· nam illo tempore in casto erant [d].

10. *Omnis multitudo*] Qui Israelitarum Hierosolymis erant ad eam συναγωγὴν pertinentes, & si qui sponte accesserant suis precibus preces Sacerdotis adjuturi, ut mos habebat [*]. In Templo constanter erant horâ precationis, 1. Sacerdotes: 2. Levitæ: 3. viri stationis, qui totum cœtum repræsentabant impositione manuum super capita sacrificiorum: 4. illi quos spontanea devotio adduxit. Ex his certè magnus conflari poterat numerus. At *tota populi multitudo* aliquid amplius innuere videtur, quasi dies hic esset Sabbatum, quo tota Urbis multitudo ad cultum publicum peragendum tenebatur. Cùm inciperet Holocausti oblatio, Tubicines & Cantores resonare, totus autem cœtus precari & adorari, cœperunt, & perrexerunt usque ad finem oblationis. Tunc Sacerdos accepit acerram prunarum ex Altari, Levit. 16. 12. & ingressus Sanctum incendit super Altare, Exod. c. 7. populo interea in Atrio exteriore orante, 2 Par. 29. 29. Die autem expiationis dum Sacerdos intus esset, timebant donec in pace exiret, tunc verò vehementer lætati sunt, quòd accepti essent [f]. Cùm Sacerdos ingrederetur Sanctum, facturus suffitum, sono tintinnabuli, innotuit omnibus tum adesse tempus orationis. Tunc ergò omnes orationi se addixerunt, sed silenter: quò forsan alluditur Apoc. 8. 1, 3. Finitis thymiamate & orationibus, apponuntur partes victimæ in Altare, & tum applicant se Levitæ ad Psalmodiam, & Sacerdotes ad clangorem tubarum [g]. De hoc ritu vide Ecclus. 50. 15, &c. qui

Marginal notes (left): n G. — o Li. ho. — p Li. harm. 31. — q Li. ho. — r Li harm. — † Li. ho. — s Li. harm. — v Li. ho. — x Be. — y Bru. — z G. — a Bru. — b Li. harm. 15. — c Cam. — d Cam ex D. sic G. — * G. — f Pi. — g G. — h Pi.

Marginal notes (right): i G. — k Pi. — l Li. harm. 15. — m G. — n Fr. D. — o D. — p Pi. sim. Be. — q Li. harm. 25. — r Cap. — † Bru. — t Cap. — v Cap. sim. Bru. — x Li. ho. — y Bru. — z V. Be. ru. Li. — a G. — b G. sim. Bru. — c Bru. — d G. — * G. — f Li. harm. 34. — g Li. ho.

qui locus hunc non parum illustrat[b]. ¶ *Foris*] In ea parte quæ *Israëlitarum* dicebatur. ¶ *Horâ* (vel, *Tempore*, Be. Pi.) *incensi*] i.e. Mané: Exod. 30. 7[i]. Malim, horâ vespertinæ oblationis, ut Dan. 9. 21. quâ horâ & Christus se obtulit. Duæ autem erant horæ incensi, matutina & vespertina[k]. Vel, *horâ incensi*, id est, dum incensum offerretur[l].

11. *Apparuit illi Angelus*] Angelus apparens in Sanctuario, & cum nuncio missus à Deo, vix unquam antè auditus fuit: ostendit autem hoc cessâsse jam Urim & Thummim, quo Deus voluntatem suam patefacere solebat[m]. In Berachoth tamen referunt de Ismaele sacerdote magno, cap. 1. ipsum vidisse השכינה, *Divinitatem*, cùm incensum adoleret. Meminit Scaliger in Canon. Isagog. 299[n]. Et in Joma, fol. 42. 3. De Simeone Justo Pontifice referunt, quòd *per 40 annos viderit Angelum albis amictum secum ingredientem in Sanctum die expiationis, & egredientem*, &c. Sed hoc excogitatum videtur in honorem hominis atque diei[o]. Ex Hebræorum scriptis apparet solitas Sacerdotibus θεοφανείας contingere eo maximè tempore cùm adolebant. Docuit hoc ex RR. optimus Drusius. Sed addendus est Josephi locus, Orig. 13. 18. ubi Hyrcano θυμιῶντι Deus oraculum reddit*. Duo erant magna mysteria in nativitate Christi; 1. Deus factus homo: 2. Virgo mater. Horum typi, sive anteambulones, duo erant, quibus fides illis conciliari posset, nimirum apparitiones Angelorum humanâ specie, & conceptiones mulierum vetularum & sterilium; quæ duo ut sæpiùs exhibita sunt in V. T. itá jure merito exhibenda erant in nativitate Christi[p]. Angelus hic erat Gabriel[q], qui Danieli apparuit circa tempus incensi, Dan. 9. 21[r]. qui tempus Passionis Messiæ ante 456 annos Danieli patefecerat †, eo jam appropinquante nativitatem Præcursoris ipsiúsque Messiæ indicat[t]. ¶ *Stans*] i. e. Adstans, tanquam minister[v]. ¶ *A dextris* (quod boni ominis signum: hinc apud Poetas, *Dexter ades, & dexter adi pede sacra secundo*[x]: à latere Aquilonari[y],) *altaris incensi*] Et Zachariæ, & à dextro latere domûs, ut Ezec. 10. 3. Confer Zach. 3. 1. Psal. 109. 6, 31[z]. A quo latere si introitus foret in Sanctum sanctorum, ut putat R. Chanina, tum bene concipias Angelum indè prodiisse[a].

12. *Turbatus est*] Vide Jud. 13. 22. Dan. 10. 8[b].

13. *Nè timeas*] Vide quæ ad Matt. 28. 10[c]. q.d. Bonus sum, non malus, Angelus; & prospera, non adversa, tibi nuncio[d]. ¶ *Exaudita est deprecatio tua*] Hæ preces concipiebantur, vel, 1. pro Dei populo, imò, si Josepho & Philoni credimus, pro mundi totius salute*; pro adventu Messiæ & salute populi[f], ut veteres omnes docent[g]. Has preces Angelus dicit *exauditas*: jam enim præ foribus esse adventum Messiæ, cujus anteambulo destinatus sit is qui Zachariæ nasciturus erat filius. Sequentia si quis rectè expendat, videbit non alium sensum quæri debere[h]. Sed quomodo hoc cohæret cum seq. *& uxor tua*, &c. i. e. uxor enim tua, &c? nam causalem esse orationem non dubito, ut Hebr. ו, *&*, valet *enim*, Gen. 14. 18. והוא, *ipso enim erat*, &c[i]. Sic autem respondent, *exaudita est oratio tua* pro peccatis populi, cujus signum erat, quòd hæc pariet filium: vel sic, & plus etiam tibi dabitur quàm petebas, quia *uxor tua*, &c[k]: vel sic, brevi enim remittentur, quia uxor tua pariet filium, qui ostendet agnum Dei qui tollit peccata mundi, Joan. 1. 29[l]. Sed huic sententiæ obstat, quòd Angelus nè verbum hîc facit de Christi adventu, &c. sed tantùm de Joanne, &c[m]. Vel, 2. ob impetrandam prolem[n]. Quæ opinio probare se mihi non potest[o]: 1. quia omnem spem prolis jam abjecerat[p]. Nam quî credibile sit eâ senectute sperâsse Zachariam quod promittenti Angelo tam ægrè credidit[q]? cùm ipse Abrahamus rem tantam non potuerit animo concipere, Genes. 17. 17[r]. 2. Zacharias cùm hoc tempore & loco totum populum repræsentaret, noluit pro se orare †, nec publicis votis privatas miscere preces[t]. Verùm non de præsentibus orationibus, sed de præteritis, est sermo h.l. sicut & Act. 10. 4. sermo esse potest[v]. Sed ad temporis olim exacti preces hæc retere circumstantiæ loci non patiuntur. Solebat enim Sacerdos simul cum suffitu preces offerre: δίκαιον γὰρ, ut Hierocles ait, τῶν συμβόλων τῶν νηστειῶν καὶ τὸ σεσεσιγημένον φυλάττειν καὶ τὸ εἴσω νοούμενον. (*In monitis enim*

hb. Ham. | i G. | k Scul. ex. 1. 9. | l Bru. | m Li. harm. 1. 35. | n D. | o Li. ho. | * G. ad v. 13. | p Li. harm. ib. | q Scul. ex. 1. 9. Li. chron. 3. 2. | r Li. harm. 15. | † Li chron. sim. Scul. | t Li. chron. | v Eru. | x G. | y Li. ho. | z Li. harm. 35. | a Li. ho. | b G. | c Idem. | d Mal. | * G. | f Eru. Li. harm. 36. | g Bru. sim. Mal. | h G. | i Mal. | k O. in Mal. | l Chrys. & Th. in Mal. | m Mal. | n Q. in G. sic Mal. ex Ambros. | o G. | p Q. in Mal. | q G. sim. Li. harm. | r G. | † Li harm. 36. | t Q. in Mal. | v Mal.

symbolicis & verba prolata & sensum intus latentem observare æquum est:) cui par sententia est apud Philonem, περὶ θυσιῶν. Significat autem τὸ θυμίαμα, ut Philo, lib. περὶ θυσιῶν, non malè dixit, τὸ πνεῦμα λογικόν, (*spiritum ratione præditum,*) aut, ut expressiùs loquitur Divina Apocalypsis, 5. 8. *preces sanctorum*. Simul ergò cum suffitu, ut dixi, preces Deo offerebat Sacerdos; nec Sacerdos tantùm, sed & Israelitæ foris stantes, ut jam audivimus[x]. ¶ *Joannem*, Ἰωάννην] Heb. יוחנן, *Jochanan*[y]; quod sæpe occurrit in V. T. ut 1 Par. 3. 15. & 6. 9. & 12. 12. &c[z]. & sign. *gratiosum*[a], ut Isa. 30. 18. 19[b]. Vel, *gratiâ affectum*, tum quia Dei gratiâ, non vi naturæ, nasciturus erat; tum quia instantis per Messiam Dei gratiæ nuntius & præco esset[c]. יוחנן propriè est, Θεὸς ἠλέησεν, aut ἐχαρίτωσεν. Solet autem utrumque verbum hoc apud Hellenistas, ut & Hebræum illud, sæpe significare insignis gaudii exhibitionem: quare non dubito quin in verbis sequentibus, Καὶ ἔσται χαρά, &c. nominis hujus sit explicatio. Nam χάριν Hellenistæ dicunt ἀντὶ χαρᾶς: & nominis Divinitus inditi ratio modò antecedentibus, modò etiam subsequentibus, verbis solet indicari, ut apparet Matth. 1. 21. & 16. 18. quo loco καὶ, similiter ut hîc, est αἰτιολογικόν[d].

14. *Et*, &c. Καὶ ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις] חן חן, Zach. 4. 7*. *Et is erit tibi gaudio & exsultationi*, Be. Pi. Meritò: nam *Si quicquam cupidóque optantique obtigit unquam & Insperanti, hoc est gratum animo propriè.* Quare quid Zachariæ dulcius esse poterat quàm prolem adipisci diu optatam, jam verò desperatam? Vide Euripidem, [ejusque verba in G.]. Super has communes gaudendi causas accedebat alia, eximia filii dignitas, quam prædicit Angelus[f]. Τὸ ἔσται vel refertur ad nomen *filii*, in v. præced. vel, per Hebraismum absolutè ponitur, *erit*, i. e. continget; & refertur ad nomina sequentia, χαρά, &c. ut syntaxis sit, *Et gaudium —— erit tibi*[g]. ¶ *Et multi gaudebunt*] Ut Gen. 21. 6[h]. *gaudentes in luce ipsius*, Joh. 5. 35[i]. ceu bono publico nati[k].

15. *Erit magnus*] Scil. Propheta, ut declaratur Luc. 7. 28. Synecdoche generis[l]: præstantissimus inter homines, Matth. 11. 11[m]. ¶ *Coram Domino*] Vel, *In conspectu Domini*, Be. Pi. i. e. [verè] maximus[n], eximius. Hebraismus, ut Gen. 10. 9[o]. *Apud Deum*, ut de Mose, Act. 7. 46. εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Huic opponitur esse βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, infra 16. 15[p]. Non tam magnitudinis veritas quàm singularitas hîc denotatur, quòd Dominus eum magnum faciet officio, negotio, donis, & per eum magna geret[q]. ¶ *Et vinum & siceram non bibet*] Toto vitæ suæ tempore[r]: ut de eo qui Nazaræatum voverat scriptum est, Num. 6. 3 †. Sed & Sacerdotibus idem imperabatur tempore λειτουργίας, Lev. 10. 9. Plutarchus, Quæst. Rom. Οὐ θεμιτὸν τοῖς ἱερεῦσι μεθύσκεσθαι· &c (*Fas non est sacerdoti inebriari*, &c.) Idem de Ægyptiis, Οἶνον, &c. (*Cultores Dei Heliopoli vinum Templo non omnino inferunt*, &c.) Sicut hi qui ad tempus Deo consecrabantur, abstinere ad tempus debebant vino & sicerâ, quæ signa erant rerum omnium quibus ratio perturbatur, ut rectè à Philone annotatum est; itá Sampson olim parentibus non sine miraculo & Angeli annunciatione concessus, & nunc Baptista simili modo datus Zachariæ, ut in perpetuum Deo sepositi, & in hoc nati, perpetuò etiam jubentur abstemiam vitam vivere. Vide Jud. 13. 14. de Sampsone; & 1 Sam. 1. 11. de Samuele itidem per miraculum obtento; & Josephum de utroque[t]. *Sicera* est vox formatione & fine Chaldæa, significatione autem, Hebræa[v], à שכר, *inebriare*[y]. *Sicera* est omne vinum factitium, quale est quod fit ex Frumentis, Pyris, Malis punicis, Cornis, Mespilis, Sorbis, Moris, Nucleis pineis, &c. itémque ex herbis, Asparago, Cunilâ, Origano, & multis aliis. Et *sicera* Psal. 69. pro vino quovis ponitur, ut nihil ferè inter hanc vocem & Hebræam interesse videatur[z]. *Siceram* alii à vino distinguunt, alii genus vini esse scribunt, aut vinum merum, ut vult R. Eleazar; aut, ut Jon. & Onk. & Jerosl. reddunt, *vinum vetus*, i. e. temetum[a]. Οἶνον καὶ σίκερα, i. e. *vinum novum & vetus*[b]. Vide LXX, & Targ. ad Num. 6. 3. & Deut. 14. 26[c]. *Sicera* est potus inebrians[d]: est quicquid inebriat*, sive illud vinum est, sive aliud[f], ut Zythum Ægyptiorum ἐκ κριθῶν μέθυ, Æschylo Supplicibus, & Babyloniorum potus è palma.

x G. | y D. Li. | z Li. harm. 16. | a Li. harm. 36. Bru. | b Li. ib. | c Bru. | d G. | * G. | f Idem. | g Pi. | h Li. harm. 16. | i G. | k Bru. | l Pi. | m Bru. | n V. | o Be. | p G. | q Bru. | r Bru. | † G. sim. Gua. Bru. Pi. | t G. | v V. | y D. Pi. &c. | z Ca. | a D. | b Li. ho. ex He. | c Li. ho. | d Pi. sim. V. Gua. | * G. sim. Scul. ex. 1. 16. Li. harm. 16. ex AE. & K. & Menahem. | f G. sic Scul.

palma [g]. Onk. vertit, *vinum vetus*, quia hoc maximè inebriat [h]. Philo ità accepit legem Naziræatûs, hoc modo describens, μήδ' ὅσα, &c. (*nec quæ ex uvis conficiuntur, nec quicquam aliud quod inebriat.*) Sic & 1 Sam. 1. 15. שכר vertitur μέθυσμα. Verbum originale, unde & nomen venit, etiam Arabes retinent. Nam & illis סכר est, μεθύειν [i]. *Sicera* est potus inebrians, vel, 1. simplex, expressus aut ex uvis, unde vinum; aut ex fructibus arborum, succo pomorum, pyrorum, palmarum: vel, 2. compositus, aut ex melle & aqua, ὑδρόμελι· aut ex melle & vino, οἰνόμελι· aut ex frugibus terræ, frumento, tritico, hordeo, & aqua, Cerevisia [k]. Qu. Cur totalis usus vitis Nazaræis prohibitus est? An arbor Adamo prohibita vitis erat? [Affirmant absque omni scrupulo Hebræi, Sanhed. fol. 70. 1. Bemidbar rab. fol. 140. 2. & 238. 4. &c. 2 Annon, ut immunditiæ corporales & legales, maximè lepra, optimè delineârunt statum & naturam peccati; sic lex de Naziræatu respexit statum innocentiæ, dum Adamus esset sub illa prohibitione? Erat, ut loquuntur Magistri, *vinum præcepti*, ad quod bibendum tenebantur ex præcepto, quale illud de decimis, Deut. 12. 17, 18. & illud in Paschate. Et hîc quid agendum Naziræo? Utrinque violat præceptum. *Solvat Elias cùm advenit* [l]. ¶ *Spiritu Sancto* (i.e. omnis generis gratiis & donis [m]: Amat Spiritus Sanctus sicca corda. Neque hîc tantùm vino *Spiritus Sanctus* opponitur, sed & Act. 2. 15, 17. & Eph. 5. 18 [n].) *replebitur*] i. e. Et ipse plenus erit, & plenitudinis illius argumenta ostendet [o]. ¶ *Adhuc*, &c. Ἔτι ἐκ κοιλίας, &c.] *Etiam* (vel, *Jam tum*, V. *Jam indè*, Er. Il. Ti. Pi. quasi ἔτι esset pro ἤδη, quam Enallagen admitterem, si idonei autoris testimonio esset confirmata. Malim ἔτι esse particulam αὐξήσεως, ut Heb. גם, Psal. 14. 3. aut certè accipi pro *præterea*, ut cohæreat cum πλησθήσεται, quasi scriptum sit, καὶ ἔτι πλησθήσεται, &c [p]. Al. ἔτι aut redundat, ut sæpe apud Græcos scriptores, aut idem valet quod Latina vox, quæ ex Græca derivari videtur, *etiam*: prout hæc vox usurpatur Luc. 14. 26. Heb. 11. 36 [q].) *à ventre*, sive *utero, matris suæ*, Be. P. &c. Ἐκ κοιλίας autem positum pro, ἀπὸ κοιλίας [r], i. e. *ab eo tempore quo erit in utero* †; sive *ab ipso conceptu* [t]: ità Paulus, Gal. 1. 15. ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός [v], i. e. ex quo mater cœpisset [me] ἐν γαστρὶ ἔχειν [x], respiciens illud Jer. 1. 5. *antequam exires ex utero, sanctificavi te* [y]. Eodem sensu Act. 3. 2. χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρός. Sic, ἀπὸ γαστρός, Psal. 22. 10. ἀπὸ μήτρας, Psal. 58. 3 [z]. Complementum hujus promissionis vide infrà 44 [a]. Non ausim hoc cum Augustino ad solam destinationem Divinam referre: plus enim aliquid verba exigunt. Sed notandum est fœtum qui in utero est non haberi pro homine exsistente, sed ut partem matris censeri: ità Stoicis, ὥσπερ τοῦ καρποῦ, &c. (*ut fructus partes arborum, sic & embryo:*) & Empedocli, τὰ ἔμβρυα, &c. (*embryones sunt partes ventris*, &c.) *Partus antequam edatur mulieris portio est vel viscerum*, ait Ulpianus, l. 1. sect. 1. de ventre inspic. Græci dicunt, τὸ κυοφορούμενον μέρος τῆς ἐγκύου (*Quod in utero gestatur prægnantis pars est.*) Quod & Philo notat 2. De legibus specialibus. [Verba vide in G.] Impletum est ergò hoc Angeli dictum tunc cùm Elizabet, in cujus visceribus Johannes latebat, repleretur *Spiritu Sancto*; ut infrà, ipsa Angeli verba repetens, Lucas loquitur, 41. Bene autem à viro doctissimo observatum est *plenos Spiritûs Sancti* eos dici solere, non in quibus sit Spiritus Sanctus, sed in quorum sermonibus factisque ejus efficacia exundet: quod & Elizabetæ contigit, quæ Spiritu S. mota vaticinari cœpit, & per ipsam quodammodo Johannes, quem Deus hoc miraculo commendatum volebat. Hic autem afflatus matris indicium fuit ejus destinationis de qua agit August. & præsagium Spiritûs plùs quàm Prophetici quem Deus Baptistæ collaturus erat τῇ ἡμέρᾳ ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ [b]. Johannes in utero repletus fuit non tantùm spiritu Prophetiæ, sed & spiritu Adoptionis, gratiâ justificante, & sanctificante [c].

16. *Multos*, &c.] Non omnes, quia multi credere noluerunt, Marc. 11. 31. Luc. 20. & 21 [d]. ¶ *Convertet*] i.e. Faciet ut resipiscant, &c [*]. tum prædicatione, tum exemplo [f]. ¶ *Ad Dominum Deum ipsorum*] i. e. Jesum, ut apparet ex seq. *eùmque antecedet*, &c. Quem? De quo jam dixerat, Christum: nec enim Johannes Deum Patrem antecessit [g]. Al. *Ad Dominum*, &c. ut obedient ei. Non de fide & religione loquitur, à qua Judæi nondum desciverant, sed de vitæ sanctæ actione [h].

g G. h Scul. ib. i G. k Scul. l Li. ho. m Bru. n G. o Bru. p Be. q G. r Idem. † G. & Di. ex Sy. & Ar. Be. t Di. sim. Be. v G. Di. x Di. y Di. G. z G. sic Di. a Pi. b G. c Bru. ex Cyp. Aug. Ambr. &c. d Mal. * Be. sim. Bru. f Bru.

17. *Et*, (vel, *Nam*, V. Be. Pi.) *ipse præcedet* (tempore scilicet [i],) *ante illum*] Tanquam apparitor, proximè ante Regem [k]. Vide quæ ad Matth. 3. 3 [l]. ¶ *In*, &c. Ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου] *Cum* (ἐν pro σὺν [m], vel μετὰ [n],) *spiritu & virtute* (vel, *& potentia*, Ca. i. e. in vi atque facultate [o], ἐν διὰ δυοῖν [p], ut, *Molémque & montes insuper addit* [q]: ità h.l. q. d. virtute à spiritu suppeditatâ: vel, καὶ, *&*, ponitur exegeticè, pro τουτέστι, *id est*, Res eòdem redit [r]. Spiritu virtutis, vel, virtute spiritûs, i. e. spiritu efficaci potentérque in eo operante †.) *Eliæ*. Er. Be. Mo. Pi. &c. vel, *Eliano*, Ca. i. e. eo præditus spiritu quo erat Elias [t]. *Spiritus* pro donis ipsius [v], per Metonymiam in S. S. usitatam, quorum præstantiam indicat vox δύναμις [x]. Quoties δύναμις nominatur, *spiritu* nominato, vis quædam spiritûs solitâ major indicatur, ut infrà 35. Act. 10. 38. 1 Cor. 2. 4. 1 Thes. 1. 5. Vide Matt. 11. 14. & 17. 12 [y]. Joannem cum Elia confert, non personarum tantùm ratione, sed & temporum, quæ mirè similia erant [z], quoad religionem corruptam, &c. Uterque & religionem instauravit, & eam ob causam persecutionem passus est. Utrique idem erat & habitus, 2 Reg. 1. 8. Matth. 3. 4. & austerum vitæ genus, & locus, nempe desertum. Utrique cœlum, prope Jordanem, apertum est. Ob miram hanc similitudinem Johannes dicitur *Elias*, Mal. 4. & Matth. 11. 14 [a]. nimirum sicut Christus *David*, Hos. 3. 5, &c. quia Antitypus. Bis tantùm, ni fallor, in S.S. est mentio *de Elia Propheta*, h. e. istis terminis, viz. Mal. 4. & 2 Par. 21. 12. atque utrobique, ni fallar, non intelligitur *Thisbites* in persona sua, sed aliquis in spiritu & zelo *Thisbitæ*. Phrasis est, qualis 2 Sam. 21. 19. *Goliathum*, i. e. fratrem Goliathi, gigantem illi similem, 1 Par. 20. 5. Sic 1 Reg. 19. 15. *Tu Elia unge*, &c. cùm tamen Eliséus rem peregerit, 2 Reg. 8. 13. & 9. 1, 2. ídque etiam per deputatum. Pari sensu epistola missa est [2 Par. 21.] *ab Elia*, i. e. ab aliquo in spiritu Eliæ. Adde, quòd *Elias* nusquam per totam historiam Propheta vocatur, (sicut nec Luc. 4. 25. ubi tamen *Eliseus* vocatur *Propheta*; nec Jac. 5. ver. 17.) sed תשבי, i. e. *conversor*, quod satis eloquitur dignitatem ejus Propheticam [b]. ¶ *Ut*, &c. Ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα] *Ut convertat* (i. e. virtute Eliæ, non quidem miracula operante, Joh. 10. 41. sed convertente, quod fecit Elias, 1 Reg. 18 [c].) *corda patrum in* (vel, *erga*, Pi. Bru.) *filios*, Er. Il. Be. &c. i. e. ut patres unà cum filiis convertat: aut, ut sarciat concordiam inter patres, Christum agnoscentes; & filios, ipsum Messiam negantes [d]. q. d. Efficiet ut idem cor, eadem mens sit & fides in posteris quæ olim fuit in V. T. Patribus. Utitur verbis Malachiæ [*]. *Patres* intelligit quos membro seq. vocat *justos*, nempe Patriarchas & Prophetas, à quibus cùm & doctrinâ & moribus descivissent posteri eorum, *rebelles* facti, missus est Johannes, ut eos Patribus conciliaret [f]. Baptistæ temporibus Judæi in tres præcipuas plurésque minores sectas, & ritibus & opinionibus discrepantes, erant divisi. Sadducæi autem & Pharisæi etiam acribus odiis inter se agitabantur. Accedebant diversæ Legisperitorum scholæ, & nova indè certamina. Hinc *disjectas oves* Christus eos vocavit. Solet autem accidere ut ejusmodi dissidia in ipsas etiam familias penetrent. Dicit ergò Angelus in hoc missum iri Baptistam ut à tot magistris homines ad unum magistrum, Christum scilicet, alleget; atque ità dissidentes recomponat. In Thalmudico titulo de Rege, locus hic sic exponitur, *Mitto vobis Eliam, is pacem faciet in mundo.* Hunc sensum in Malachia LXX (ut solent locos obscuriores ἀποσαφηνίζειν) additis vocibus aliquot perspicuum fecerunt. Ità enim vertunt, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. Satis enim eâ adjectione significant *patrum* & *filiorum* nomen exempli illustrioris causâ positum: sensum autem esse, huc spectaturam legationem ut Judæi in eandem doctrinæ formam conveniant, & sint καρδία καὶ ψυχὴ μία. Quod tamen consilium Dei non in omnibus Judæis impletum iri ipse Angelus significavit, cùm dixit (v. præc.] πολλοὺς, &c. Nam alii illud Dei consilium

g Ca. h Bru. i Bru. k Bru. ex l Be. l G. m Be. n Pi. o Camer. p Camer. Pi. q Camer r Pi † Bru. t V. v Be. sic Pi. x Be. y G. z Be. a Li. harm. 1. 36. b Li. ho. c Idem. d V. * Zeg sim. Be. f Be.

ἠθέτησαν, (*rejecerunt* [g].) At hoc Johannis munus pugnare videtur cum eo quod Christus de se dicit, Luc. 12. 51, 53. Resp. Malachias de fine proprio prædicationis Evangelii disserit, Christus, de eventu ejus contingenti, & quidem hominum culpâ [h]. Al. *Corda patrum*, i.e. Judæorum, *ad filios*, i.e. Christum & Apostolos [i], sic dictos Luc. 11. 19 [k]. Sed quomodo congruit hoc membro sequenti, de conversione cordium Christi & Apostolorum in Judæos [l]? Al. *Patrum*, i.e. Judæorum, *ad filios*, i.e. Gentiles [m]: & vice versâ. [Interpretationem hanc firmat.] 1. Quòd magnum erat hoc opus Evangelii Judæos & Gentiles provocare ad mutuos amplexus in agnitione Christi [n], Eph. 2. 14. ideóque opus hoc erat Johannis, qui Evangelium inchoavit [o], ut liquet ex Matth. 11. 13. Marc. 1. 1. Act. 1. 22. & 10. 37 [p]. Acerba erant odia Judæorum erga Gentes [q]: [& vice versâ.] 2. Experientia & Historia: Evangelium enim non minùs ad Gentes quàm ad Judæos pertinebat; & Johannes venit, ut *omnes per ipsum crederent*, Joh. 1. 7. & convertit ac baptizavit Romanos milites æquè ac Judæos, [Luc. 3. 14.] ut faceret utrosque ἐν βαπτίσμῳ συνιέναι, *in Baptismo convenire*, sive *adunari*; quæ phrasis est Josephi, Antiq. 18. 7 [r]. 3. Quòd Baptismus, juxta primam institutionem, erat Sacramentum admissionis duntaxat Ethnicorum in Ecclesiam, verámque religionem: cùm ergò Judæi eum expetere, & cum Ethnicis in illius susceptione consentire, inciperent, tunc cor Patrum versum est ad liberos. 4. Mos prophetarum, qui Ecclesiam Gentium indigitant nomine *filiorum* Ecclesiæ Judaicæ, ut Isa. 54. 5, 6, 13. & 60. 4, 9. & 62. 5. & 66. 12. 13 [†]. 5. Quòd Johannes hoc pacto Eliam perfectiùs repræsentaret: hic enim Doctor & Propheta erat non Judæis solis, sed & Gentibus, Luc. 4. 25. & cùm Elias in urbe Sareptæ per 2 vel 3 annos permaneret, non est verosimile ipsum otio indulsisse, sed prædicasse, &c [t]. Al. Notandum præpositiones in lingua Hebraica paucas esse [ideóque variæ & ambiguæ esse significationis.] Illi autem Judæi qui Græcè scripserunt, in V. aut N. T. præpositionibus utuntur secundùm Hebræorum, non Græcorum, consuetudinem. Hinc ἐν modo valet ἐντὸς, *intus*, modò εἰς, *in*, vel *pro*, quia nimirum ב in ea latitudine usurpatur. Hinc & ἐπὶ valet *ante*, Matth. 1. 11, &c. Ità & hoc loco, ἐπὶ sign. non *ad*, sed *cum*, prout τὸ ב [verùm non præp. ב, sed על, in loco sequente habetur, quod tamen eodem modo sumi possit] Mal. 4. 6. vertendum est, & locus sic reddendus; *ut convertat corda patrum*, non, *ad filios*, sed, *cum filiis* [v]. *Ut convertat cor patrum ad filios*, & (quod addit Propheta) *cor filiorum ad patres*, i. e. patres & filios inter se dissidentes, tum moribus, tum maximè religione, conciliabit [x]. *Ad filios*, rectiùs *super*, vel *supra*, *filios*, Di. & Tre. ex Sy. nam Mal. 4. est על בנים, sed על accipio pro עם, *cum*, ut Exod. 12. 8. על מררים, *cum amaris*, & ver. 9. *caput* על כרעיו, *cum cruribus ejus*: & 35. 22. *viri* על הנשים, *cum mulieribus*: Deut. 22. 6. *non capies matrem* על, *cum pullis*: 1 Sam. 14. 33. *edit populus* על הדם, *cum sanguine*. Ità & hoc Malachiæ loco, Convertet corda, non filiorum tantùm, sed supra filios etiam patrum: nec patrum tantùm, sed supra patres etiam filiorum, i. e. filiorum cum patribus, & patrum cum filiis. Sic & verba hæc Lucæ accipi possunt. Ut על, ità & ἐπὶ, sign. *suprà*, idémque valet *cum*, ut Exod. 12. 8. ἐπὶ πικρίδων, *cùm amaris*; præsertim cum Dativo, ut docet Thesaurus H. Stephani. Quidni & cum Accusativo? Atque hinc causa reddi potest, cur omiserit Lucas posterius Malachiæ membrum, καὶ καρδίας τέκνων ἐπὶ πατέρας αὐτῶν. Si enim præcedentis membri sensus esset, *Convertet corda patrum in filios*, addendum fuisset & alterum, *& corda filiorum in patres suos*; alioqui patres tantùm, non filios, convertisset. Sed quando על & ἐπὶ sumuntur pro *cum*, prius membrum sufficiebat: conversis enim patribus cum filiis, & hi & illi conversi sunt. Quod si tamen sententia nostra doctis non probatur, laudo Camerarium, qui, vulgatam sententiam secutus, ait disciplinæ diligentiam hìc indicari, quæ respectu potissimùm paterno ad liberos continetur. Non verto autem, *Et convertet*, sed *Et reducet, corda patrum ad* (vel, *super*) *filios*, i. e. corda patrum, à recta filiorum disciplina & institutione aversa, reducet, ut filiorum piæ educationi incumbant. Sic & in altero Prophetæ membro, *Et corda filiorum ad* (vel,

[g] G. [h] Be. [i] Euthym. in Mal. [k] Carthus. in Li. conc. p. 33. [l] Li conc. [m] Li. harm. 37. [n] Li. ho. [o] Li. chron. p. 35. [p] Li. ib. p. 10. [q] Li harm. [r] Li. conc. 35. [†] Li. harm. [t] Li. conc. 36. [v] Ham. [x] Mal.

super) *patres eorum*, i. e. aversa filiorum corda à patrum reverentia & obedientia, eò redire faciet [y]. ¶ Et, &c. Καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων] *Et rebelles*, sive *contumaces*, (malim *immorigeros*, vel *inobedientes*, Scul. Er. Sy. nam vox ἀπειθὴς non tam *rebellioni*, quàm *stultæ inobedientiæ*, opponitur [z]: vel, *incredulos*, Vulg. Camer. Non placet: 1. Sermo est de patribus & filiis, quibus *inobedientia* meliùs congruit quàm *incredulitas*. 2. Christus erat præco fidei, Marc. 1. 15. Johannes pœnitentiæ, Matth. 3. 2 [a]. Vel, *insensibiles*, Mo. vel, *contradicentes*, Æth. nempe filios, *impersuasibiles*, sequentes animi sui impetum ægréque admittentes sana consilia [b]: *nec Deo audientes*, מורים Hebræis: nam hanc vocem per ἀπειθεῖς reddunt Græci: quales erant quos *progeniem viperarum* Johannes vocat [c].) *ad*, vel *in*, *prudentiam* (vel, *ad cognitionem*, Tre. ex Sy. Ar. *ad intelligentiam*, Æth. *ad frugalitatem*, Ca. i.e. εἰς σωφροσύνην, pro qua φρόνησιν nunquam legi, nec de frugalitate hìc agi puto [d]. Vel, *per prudentiam*, V. *ad sapientiam* eam, G.) *justorum*, Be. Pi. P. Ti. i. e. quâ præditi sunt viri justi & pii [*]: vel quæ homines ad veram justitiam adducit [f]: vel, *justorum patrum*, ut exemplo majorum sapiant & credant. Explicatio est ejus quod Mal. dicit, *& cor filiorum ad patres eorum* [g]. Non tam verba Prophetæ hìc citat Lucas, quàm sensum reddit. Angelus h. l. stilum consultò mutat, & nec Gentiles *liberos* vocat, sed *immorigeros*; quia tales erant ante Christi adventum: nec Judæos *patres*, quia illi, etiam Joannis tempore, hostes erant Evangelii, & paulò pòst Ecclesia & gens esse desierunt. Cùm tamen Gentiles vocet *inobedientes*, quæ vox propriè & primariò de liberis dicitur qui parentibus suis sunt immorigeri, (quanquam vox indè transferatur ad eos qui Regibus, Dominis, &c. immorigeri sunt) sub eo titulo ipsos *filios* esse innuit [h]. Attingit hìc duas illas res quibus adduci possunt filii ad reverendos patres; nempe si prudentes & bonos viros esse cognoverint, quales nimirum illos effectura esset Johannis prædicatio, ut vicissim his artibus sibi filios adjungerent [i]. *Convertet* Judæos, etiam eorum pessimos, *contumacissimos*, ut Publicanos, &c. Luc. 3. 12. *ad prudentiam*, sive *sapientiam practicam*, *justorum*, i. e. ad praxin illarum regularum, unde homines justi denominantur. Vel potiùs, *ad curam*, vel *desiderium*, vel *studium* (ut φρονεῖν sumitur, Rom. 8. 5, 6, 7. Phil. 3. 19. Colos. 3. 2.) *rerum justarum*, *ad colendam justitiam*, sive pietatem, Luc. 3. 13 [k]. Δικαίων ambiguum est, & referri possit, vel ad personas, vel ad res, justas. Sed malim prius, ut hìc, sicut in priore membro, personæ cum personis conferantur, non personæ cum rebus [l]. Ἐν hìc pro εἰς positum [m], quod non est insolens [n]. Sic enim Syrus לידעתא. Sic & Luc. 23. 42. & alibi. Idem autem valet εἰς quod ἐπὶ in superiore membro, i. e. πρὸς, sicut Latinè *In* pro *Erga*, vel *Adversùs*, poni solet [p]. Sed durior h. l. videtur hæc Enallage. 1. Ἐν raro ita sumitur. 2. Si hoc voluisset Angelus, non dixisset, ἐν φρονήσει, constructione ambiguâ & insolitâ, sed, ἐπὶ φρόνησιν, &c. ut dixit, ἐπὶ τέκνα. Quare τὸ ἐν accipio in sensu proprio & usitato pro *in*, & *sapientiam* pro *religione*, ut Deut. 4. 6. Psal. 111. 10. &c. atque hæc *sapientia* non est *terminus ad quem*, sive finis ultimatus ad quem convertendi sunt, sed *medium per quod* [q]. Perpendatur h. l. antithesis: in priore membro respiciuntur Judæi, in posteriore Gentiles. In illis duo à Baptista efficienda erant, corda eorum convertenda erant tum, 1. ad Deum; tum, 2. ad Gentiles. Duplex ergò illud opus etiam in Gentilibus intelligitur, quamvis non exprimatur. Gentilium conversio ad Deum manifestè significatur, partim ex eo quòd præcipuum hoc sit Baptistæ opus *antecedere Dominum*, *hominésque ad eum convertere*; partim ex hac phrasi, *in sapientia justorum*. Non sine Divino consilio fit ut corda Gentilium non dicantur convertenda ad Judæos, (ut dictum erat de Judæis erga Gentiles) sed convertenda esse *in sapientia justorum*. Odium enim hostile inter Judæos & Gentiles non ex eodem fonte profluxit. In Judæis, ex contemptu, zelotypia, & suspicione, nè, ipsis rejectis, Gentiles tandem fierent populus Dei: in Gentilibus autem, ex ignorantia, & religionis ergò. Quare, cùm reconciliatio inter hos efficienda est, Judæorum corda ad Gentiles convertenda sunt, quibus planè adversa erant. Cùm

verò

[y] Di. [z] Scul. ex. 1. 10. [a] Li. in concione 43. [b] Bru. [c] G. [d] Be. [*] Pi. [f] G. [g] Bru. [h] Li. harm. & in conc. [i] Be. [k] Ham. [l] Li. conc. 49. [m] Be. Pi. Di. & G. sim. Er. [n] Di. [o] G. [p] Be. [q] Li. in conc. 45.

verò corda Gentilium in unionem cum Judæis adducenda sunt, faciendum hoc est *in sapientia justorum*, h. e. in cognitione & amplexu istius religionis quam justi inter Judæos professi erant, quam Gentiles antea pro vanitate, singulari superstitione & stultitia, habuerunt [r]. Gentiles non erant convertendi ad Judæos ut Judæos, aut ad Judaismum, sed ad Deum, *in prudentia justorum. Ad patres*, prout tunc temporis erat status Judæorum, ambiguum nimis sonuit & periculosum; nam illi inter eos præcipuè jam habiti sunt pro patribus qui erant Patres traditionum, ad quos, procul absit, ut quis convertatur, in stultitia traditionum, sed ad Deum, in prudentia justorum†. ¶ *Parare* (vel, *Ut paret*, Er. Be. Pi. &c.) *Domino plebem* (vel, *populum*, Be. Pi.) *perfectam*] Sic Tre ex Sy. Er. i. e. perfectè dispositam & adornatam [t]. Κατεσκευασμένον] *Instructum*, P. Ti. Pi. Bru. *Compositum*, Ca. *Adornatum*, Er. Bru. *Dispositum*, V. *Apparatum*, vel *præparatum*, Be. Il. Pi. V. Bru. vel ad officia Deo præstanda [v]; vel ad Christum atque Evangelium recipiendum [x]: Johannis enim prædicatio erat quasi rudis doctrinæ Evangelicæ, mox ab ipso Christo plenissimè explicandæ & sanciendæ, informatio [y]. Vel, *qui paratus sit* ad accipiendum Regnum cœlorum. Itaque præterita vox sumenda hîc ἀορίστως, more Hebræo, ut & infrà 19. παρεστηκώς. Neque offendere nos debet quòd bis idem dici videtur, quia ἑτοιμάζειν & κατασκευάζειν sensu vix differunt, cùm ejusmodi πλεονασμοῖς abundet sermo Hebræus & Hellenisticus [z].

18. *Unde*, Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;] *Unde* (vel, *In quo*, V. *Per quid*, Bru. Æth. *Quo* argumento, Pi. Er. P. Bru. Malim, *Quomodo*, Di. ex Sy. & Ar. ad verb. *Secundum quid*, Di. sic Mo. Quo signo [a],) *istud noscam*? Be. Verba ipsa sunt Abrahami apud Lxx, Gen. 15. 8 [b]. Nuda verba si spectentur, non videntur eam mereri pœnam quam Deus mox infligit. Sed Deus cor ipsum spectavit, in quo diffidentia cernebatur [c]: quam & sequentia verba aliquatenus indicant, ubi ætatem provectam & suam & uxoris Divinæ per Angelum pollicitationi opponit, cùm animum à naturalibus causis ad Primæ causæ potentiam debuisset avertere, ut Abrahamus, Rom. 4. 18. Sed hæc repentina cogitatio per fiduciam superata ignoscibilior in Abrahamo erat, quia nulla ante se habebat rei similis exempla, quàm in Zacharia, qui & Abrahami & Manoæ historiam non poterat ignorare, sed magnitudine rei perculsus parum meminerat, qui mos est humani ingenii, quo fit ut in alienis negotiis quàm in nostris sapiamus magis. Quòd quidam putant unicam dubitandi causam Zachariæ fuisse, quòd nesciret an is qui sibi apparebat Angelus bonus esset, probare non possum. Nam in tali dubitatione quid culpæ sit, præsertim ità castigandæ, non video. Neque tamen nego in eo quod Zachariæ accidit imaginem fuisse Judaici populi, qui cùm per donum Prophetiæ loqui desiisset, & solis ceremoniarum nutibus futura adumbraret, effœtâ ætate protulit Christum: sed ea significatio non tollit meritum pœnæ in Zacharia, quòd Angelus disertè exprimit cùm dicit, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐπίστευσας. Atque adeò hic inter cæteros locus docere nos potest, non simulatque Deus iram suam homini remittit, ea etiam tolli omnia quæ pœnæ temporalis, aut medicinæ potiùs, habent rationem: quod pœnæ genus νουθεσίαν, non τιμωρίαν, Philosophi vocant [d]. Dubitabat Zacharias an verus esset Angelus, & à Deo missus: ut verba respondentis Angeli significant, v. 19. *Ego sum Gabriel*, &c *. Sed vero similius est, quòd noverat eum esse Angelum lucis, quippe qui & in loco sacro, & inter sacra, apparebat, & pertinentia quàm maximè ad Dei honorem & hominum salutem nunciaret [f]. *Judæi requirunt signum*, 1 Cor. 1. 22 [g]. Quòd autem Zacharias hoc tempore signum petit, diffidentiæ est, quæ eò deterior erat, 1. quòd hic Sacerdos cùm esset, qui alios docere debuit, ipse dubitaret de elementis religionis, de potentia Dei, &c: 2. quòd hoc tempore, quum jam diu cessâssent Visiones, Prophetiæ & miracula, illi primùm Angelus appareret, idque in ipso Oraculorum loco, & tempore precationis [h]. ¶ *Senex*] q. d. Excessi annos generationi aptos [i]. Quare ergò non seclusus à Ministerio per legem superannuationis, Num. 4. 3. & 8. 24? Respondent Magistri, Cholin fol. 24. 1. *Non de Sacerdotibus agit illa lex, sed de Levitis*, (*dicit enim*, Hæc est lex Levitarum,) *idque pro tempore tantùm quo erant in eremo.* [Quum scilicet onera gravia ab illis portanda erant,] *Sacerdotes ob labem non sunt idonei*, [ad ministrandum,] *ob annos sunt idonei: Levitæ ob labem sunt idonei, ob annos non idonei*, &c [k].

19. *Ego sum Gabriel*] Heb גבריאל, quod significat, vel *fortitudo*, aut *robustus*, *Dei*; vel *Deus*, vel *virtus mea Deus* [l]; vel, *vir Dei* [m]; vel, *vir Deus*, ut י sit paragogicum, sicut in מלכי צדק [n] Angeli, cùm inter se nominibus non indigeant, nomina accipiunt quibus ministeria ipsorum indicentur: גבריאל est, δύναμις Θεοῦ. Ità ergò hic Angelus dicitur, quia eo ministro Deus utitur ad summam potentiam suam explicandam. Summa autem δύναμις Θεοῦ est Evangelium Christi, Rom. 1. 16. 1 Cor. 1. 24. Ideo idem hic Gabriel res non quasvis, sed quæ ad Christum, aut directè, aut antecedenter, pertinerent, jussus est nunciare, Danieli olim, jam Zachariæ, mox & Mariæ [o]. Hujus igitur nominis recitatione Zacharias ad Danielis Librum revocatur, ubi idem hic Gabriel revelationes Danieli exhibuit, de Christo, &c. Dan. 8. 16. & 9. 21, &c [p]. qu. d. Mirari noli, si quid nunc eximium, & naturæ ordinem superans, Deus efficit. Instant enim illa tempora Danieli indicata quibus potentiam suam Deus amplissimè est exserturus. Hebræorum Magistri aiunt severitatis ministrum esse Michaelem, Gabrielem misericordiæ: ideo illum unâ alâ volare, hunc duabus. Similique de causa Michaelem vocant *Ignem*, Gabrielem verò *Aquam* [q]. Nusquam in V. T. ante captiv. Bab. scriptis propria Angelorum nomina exprimuntur. Quin interrogati ea indicare recusant. Post capt. Bab. exprimuntur [r]. [Quærendum de causa.] ¶ *Qui adsto* (vel, *adstiti* Er. Ti. adstare soleo, cum aliis scilicet, ad capessendum mandata †: vel, appareo, i. e. appareo sum & administer [t],) *ante Deum*] Vel, *in conspectu Dei*, Il. P. Be. &c. Periphrasis *servi* [v]: q. d. qui ministro ei [x], ut 1 Sam. 16. 22. 2 Reg. 5. 25. Dan. 7. 10 [y]. Sic Latini dicunt, *stare ad pedes*, vel *ad vinum* aut *cyathum* [z]. Ὁ παρεστηκώς, &c.] Locutio ex aulis Orientalibus sumpta: tantundem enim est quasi dicat, non quemvis ministrum, sed satrapam, se esse Regni cœlestis. Vide dicta ad Matth. 18. 10 [a]. ¶ *Missus sum*, &c.] q. d. Promissi hujus Deus auctor est, ego tantùm nuntius, sed talis, cui immeritò fidem abrogas [b].

20. *Eris tacens*, &c. Σιωπῶν] *Tacitus*, vel *mutus*, V. Tanta est inter se σχέσις Oris & Aurium, ut non mirum sit verba horum alteri convenientia ad alterum transferri. Quare non improbabilis est sententia Th. Titi, Euth. qui, nè bis hîc idem aut penè idem dicatur, [sequitur enim, *non poteris loqui*,] existimant σιωπᾶν hîc esse, *surdum fieri* [c], præsertim cùm חרש & החריש Hebræis & *silere* & *obsurdescere* significet [d], quod Lxx vertunt vel ἀποκωφοῦν, Mic. 7. 16.*. vel παρασιωπᾶν [f], etiam quibus locis propria esse videtur *obsurdescendi* significatio: unde & adjectivum חרש, *surdus*, Levit. 19. 14. & alibi [g]. Sic κωφὸς & *mutum* & *surdum* significat [h]. Certè Zachariæ etiam audiendi facultatem esse ademptam satis ex eo apparet quod infrà amici dicuntur ipsum nutibus allocuti [i], [v. 62.] quod tamen in Angeli verbis subticebitur, nisi vocis σιωπᾶν eam quam dico admittamus κατάχρησιν. Favet huic interpretationi quod paulò pòst, tanquam de re jam semel indicata, dicitur, καὶ διέμενε κωφός· quanquam enim ea vox Græcè ambigua est, tamen & apud Lxx, & his Libris, sæpiùs *surdum* quàm *mutum* significat [k]. ¶ *Et non poteris loqui*] Nullus hîc est pleonasmus. Nam alii voluntate silent, alii necessitate [l]. q. d. Tale erit silentium tuum ut omnino loqui nequeas, ut sis κωφὸς, ut postea dicitur [m]. Eadem res fuit & supplicium, & beneficium, nempe promissi in posterum præstandi argumentum [n]. In ipso signum est, quia ex ipso orta est dubitatio [o]. ¶ *Usque in diem*, &c.] i. e. usque ad nativitatem [p], & impositionem nominis, de quo egerat suprà 13. ¶ *Pro eo*, &c. Ἀνθ' ὧν, &c.] Sic יען vertunt Hellenistæ Levit. 26. 43. Eodem meriti sensu hæc vox usurpatur Luc. 19. 44. Act. 12. 23. 2 Thes. 2. 10. Invenias eodem planè sensu illud ἀνθ' ὧν apud Sophoclem. Est & ubi illativè ponitur, ut infrà 12. 3 [q]. [Verba sic reddunt;]

Eo

Marginal notes (left): r Li. harm. & conc. — † Li. ho. — t Bru. — v Pi. — x Bru. sim. Er. ex Th. — y Be. — z G. — a Bru. — b G. — c G. sim. Mal. — d G. — * Mal. — f Bru. — g Li. harm. 39. Bru. — h Li. ib. 40. — i Bru.

Marginal notes (right): k Li. ho. — l D. ex Hi. & Orig. — m Li. harm. D. — n D. — o G. sim. Bru. Li. harm. 40. — p Bru. — q G. — r Gua. ex Tre. — † Pi. — t Ca. — v V. — x D. Li. harm. — y Li. ib. — z D. — a G. — b Bru. — c G. — d G. sim. Ham. Li. Bru. — * Ham — f G. Ham. — g G. — h Li. Ham. — i G. sim. Bru. Li. Ham. — k G. — l Be. — m Camer. — n Bru. sim. Li. harm. — o Li. ib. — p Bru. — q G.

Eò quòd (vel, *Pro quibus*, Mo.) *non credidisti*, &c. Er. Il. Tre. Be Ti. Pi. &c. Locus sic verti possit; *usque in diem quo hæc, pro quibus non credidisti verbis meis, implebuntur.* Atque ità terminus pœnæ huic præfigitur [r]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν] Sic & Gen. 18. 10. καιρὸς vocatur justum partitudinis tempus †. *In tempus ipsorum*, Mo. *Præstituto tempore*, Be. sic Er. Il. *In tempore suo*, Pi. sic Tre. Ti. Ca. &c. congruo, & à Deo decreto [t]. Εἰς καιρὸν dicitur, ut εἰς πόλιν, Matth. 2. 23. & εἰς χολὴν πικρίας, Act. 8. 23 *.

21. *Plebs*] Quæ convenerat, ut sacrificio adesset [v], vel precandi causâ. Vide suprà v. 10. Eò respicit articulus, ὁ λαός. ¶ *Exspectans*, &c.] Dum egrederetur, ipsósque solenni benedictione, juxta Num. 6. 24, &c. dimitteret [x]. Non deserebat stationem ante acceptam à sacerdote benedictionem, contrà ac nostri [y]. ¶ *Mirabantur quòd*, &c. Ἐν τῷ χρονίζειν] *Quòd* (vel, *Quum*, Pi. *Dum*, Camer.) *is tardaret*, Be Pi. Ultra horam τῆς θυμιάσεως, quâ peractâ solebant sacerdotes ad populum progredi. Quare aut diutiùs traxit Angelus sermonem, cujus hìc summa refertur [z]; aut stupor Zachariam detinuit †. Ità plebs facta est testis visionis [f].

22. *Non poterat loqui*, &c.] i. e. Benedictionem pronuntiare [g]. Leviticum nempe Sacerdotium jam obmutescere incipit, & instat qui revera benedicturus erat, Christus scilicet [h]. Jamdiu obmutuit Prophetia, nunc & Sacerdotium. Ritus hic adolendi incensi, qui primarium inter oblationes locum Judæorum sententiâ obtinuit, cœpit cum ignorantia, Levit 10. & desinit cum incredulitate [i]. ¶ *Cognoverunt*] i. e. Conjecerunt, ex illo casu Zachariæ, qui subitò mutus factus est [k]. Al. Non ex conjectura, quod fieri vix poterat, sed ex nutuum significatione. Itaque καὶ, quod sequitur hìc, ut alibi sæpe, pro γὰρ positum arbitror [l]. ¶ *Visionem*] Ità Be. Pi. &c. Ὀπτασίαν] Ὀπτασία est ἐμφάνεια, *apparitio* [m], (ut infra 24. 23. Act. 26. 19. 2 Cor. 12. 1 [n].) Dei scilicet per Angelum [o]: quâ Angelus formâ humanâ apparet, & quidem vigilanti, ac videnti ut hìc & infrà 24. 23. At visio quæ fit per ἔκστασιν, seu cum mentis excessu, nominatur ὅραμα, ut Act. 10. 17. Hæc tamen interdum confunduntur, & ὅραμα pro ὀπτασία reperitur, Matth. 17. 9 [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αὐτὸς ἦν διανεύων αὐτοῖς] *Et* (vel, *Nam*, Be. Pi. sic Bru. &c.) *ipse erat innuens* (vel, *nutu innuebat*, Tre. ex Sy. *nutu signa dabat*, V.) *illis*, Mo. i. e. Nutibus & gestibus mentem suam declaravit [q]. ¶ *Permansit mutus*] Hinc quæri poterat, an non Zacharias arcendus esset Ministerio, & privilegiis sacerdotalibus, cùm factus sit חרש *surdo-mutus*, (quales, per Canones traditionales, privandi erant privilegiis atque officiis,) nisi quòd talis factus sit modo tam nobili, atque extraordinario [r].

23. *Ut impleti sunt dies officii ejus*, λειτουργίας] *Muneris*, sive *curationis*, Camer. *Functionis*, V. *Ministerii*, Pi. *Liturgiæ*, Bru. *Sacræ*, sive *sacerdotalis functionis*, B. E. Scul. sim. Bru. λειτουργία idem quod v. 9. ἱερατεία, quæ complectitur omnia ministeria à Levitis, aut Sacerdotibus, præstari solita †. λεία est *præda* quæ publicè dividebatur: λήϊτον *publicum* est, & in Herod. λήϊτον (quod est λῆιτον Jonicâ solutione) sunt *ædes publicæ*, sive *curia*. Pollux οὐσίαν ἀλειτούργητον vocat *bona libera ab onere publicorum munerum*: λειτουργεῖν apud Lysiam est, *publico munere fungi*: Aristoteles etiam κοινὰς λειτουργίας dixit, Polit. 2. & λειτουργίαν σώματος, *De partibus*, l. 3. In Ecclesiastica disciplina λειτουργίαι vocantur *sacrarum rerum publicæ actiones* [t]. Λήϊτον, à λαὸς, est, *publicum*, vel ad *populum pertinens*. Hinc ληϊτουργία, vel, quod idem est, λειτουργία, primò sign. quodvis *publicum officium*, sive *ministerium*: cujus generis præcipua tum Judæis, tum Ethnicis, erant illud Sacerdotum, & sacrificiorum, &c. hinc sign. *sacrum officium*. Hujus vestigia habemus in Grammaticis, λείτορες ἱερείας, in Hesych. & Phavor. & rursus, λειτουργικὰς, ἱερατικάς. Ità vox hìc sumitur, sicut & Phil. 2. 17. (ubi cum θυσία jungitur) & Heb. 8. 6. & 9. 21. & 10. 11. Hinc transfertur ad *ministeria Ecclesiæ Christianæ*. Vide Act. 13. 2. Rom. 15. 16. Interdum autem λειτουργεῖν est tantùm διακονεῖν, teste Phavor. simil. Hesych. Et λειτουργίαι sign. etiam *domestica munia*, illud inprimis œconomi, qui singulis in familia demensum suum exhibet. Hinc sign. *distributionem oblationum* ad sustentationem pauperum, &c. Vide Rom. 15. 27. 2 Cor. 9. 12. 13. Phil. 2. 25. 30 [v]. *Ut impleti sunt dies*, &c. qui septem erant, &c [x]. Perseveravit ergò ἐν τῇ ἱερατείᾳ per tempus legitimum, ad matutinum usque suffitum Sabbati sequentis [y]. *Surdo-mutus* adhuc peragit munus suum: nam, 1. non numerantur hi defectus inter eos qui hominem excludunt ministerio Sanctuarii. 2. Sacerdotium Legis constabat præcipuè actionibus manûs, quales erant oblatio, aspersio, agitatio, &c. (quo sensu Targum exponit *opera manuum* Levi, Deut. 33. 11.) quæ à muto præstari poterant. Non sic ministerium Evangelicum, quod prædicatione constat, ideóque linguarum cognitione donabatur [z], [Act. 2.]

24. *Occultabat se*] Non ità ut nullis conspecta esset mortalibus [a], sed quòd celaverit se gravidam [b]. Primis enim quinque mensibus non adeò gravidis intumescit uterus, quin, si ipsæ taceant, latere queant etiam intuentes [c]. Qua de causa se occultavit, obscurum est [d]. An ex gravidarum Hebræarum more? an ob rei novitatem sibi ipsi penè diffidens? an ut, ipsâ repente ex vetula sterili prodeunte apertè gravidâ, illustrius esset miraculum *? Al Rumores declinans: cœterùm Deo ità disponente, nè quid de Johanne dispalesceret antequam certis testimoniis constaret de ejus conceptione propter quem Johannes nascebatur [f]. Al. Tum devotionis ergò, ob tantum beneficium, ut liberiùs & diligentiùs Deum laudaret, &c. tum reverentiâ pueri quem conceperat, (ut suadet v. seq. *sic fecit*, i. e. talem & tantum puerum dedit,) ut se ab omnibus immunditiæ occasionibus subduceret, cùm hic Nazaræus futurus esset: ut Jud. 13. 14 [g]. Quare etiam abscondit se per totum tempus quo uterum gestavit, quamvis nominentur menses tantùm quinque, ob historiam illico referendam, mensis sexti, v. 26 *. ¶ *Mensibus quinque*] Continuis à conceptione: nam postea vix poterat occultare. ¶ *Dicens*] Apud se [h], sibi gaudens, solo marito conscio [i].

25. *Sic*] Ad eum modum [k]: ut sterilis anúsque conciperem [l]. ¶ *Respexit*, &c. Ἐπεῖδεν ἀφελεῖν, &c.] *Respexit* (vel, *Respectum habuit*, Ti. vel, *Curavit*, G. sic Ca. ex locutione Hebraicâ [m]. *Respicere* est gestus miserentis, idémque est quod misereri [n], aut beneficio afficere [o], ut Psal. 86. 16. vel dignari, ut infrà 48. vide Gen. 4. 4 [p]. cui contrarium est aversari, aut avertere oculos [q]. Vel, *Intuitus est*, Be. Pi. sub. *me*, Er. Tre. ex Sy. P. Be. Pi. &c. scil. gratiosé. Synecdoche generis, & Metaphora ab hominibus, qui opem alicui laturi, benevolè eum aspiciunt [r].) *auferre* (vel, ut *auferret*, Be. Pi. ἀφελεῖν, pro τοῦ ἀφελεῖν, scilicet ἕνεκα. Ellipsis gemina †.) *opprobrium meum*] i. e. Sterilitatem [t]; quæ probrosa erat apud Judæos [v], vel tanquam pœna peccati [x]; vel quia fœcunditas uteri erat singularis benedictio Dei, promissa Exod. 23. 26 [y]. Deut. 7. 14. ideóque steriles habebantur expertes benedictionis [z]: quia promiserat Deus Abrahamo numerosam prolem [a], Christúmque ex ipso nasciturum, &c [b]. Ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς μου τὸ ὄνειδος, apud Lxx, Gen. 30. 23. Vide quæ diximus suprà de Sterilitate [c]. ¶ *Inter homines*] Significat hoc non fuisse opprobrium apud Deum, nec semper ab irato Deo proficisci, &c [d].

26. *Mense autem sexto*] Vel, 1. à tempore quo Angelus Zachariæ apparuerat *; vel, 2. à tempore conceptionis Baptistæ [f]. Hic autem mensis sextus erat mensis anni decimus, Tebeth, qui nostro Decembri respondet [g]. Johannes Christum præcedere debuit tam ætate quàm prædicatione [h]. ¶ *Angelus*] Qui Virginis consensum conciliaret, & Dei nomine reciperet, instar paranymphi. ¶ *Gabriel*] Qui missus est ad Danielem, ad Zachariam, ad Virginem: ut huic soli commissum videatur totum negotium annunciandi mortalibus adventum Christi [i] ¶ *In civitatem Galilææ*, &c.] Vide 1 Reg. 9. 11. Esa. 9. 1 [k]. Dixerant Judæi in contemptum Christi, *Ex Galilæa non oritur Propheta*, Joh. 7. 52. falsissimé. Ex ea erat Jonas, de *Gath-Hepher*, 2 Reg. 14. 25. in tribu Zabulon, Jos. 19. 13. In Galilæa plurimùm quoque versatus est Elias, & præcipuè Elisæus, *Shunemi*, 2 Reg. 4. 8. in tribu *Issacharis*, Jos. 19. 18. Hi autem tres erant celeberrimi Prophetæ Gentium. Nec ullus locus commodior esse poterat Christo

Marginal notes (left column): r Li. harm. † G. t Bru. * Li. harm. 16. v Bru. x Pi. y Bru. z G. † G. sim. Bru. f Bru. g Pi. Li. h Li. harm. p. 41. i Li. harm. p. 16. k Pi. sim. Ham. l G. m G. Ham. sic Pi. n G. o Ham. p Pi. q Bru. r Li. ho. † Scul. ex. 1. 10. t Camer.

Marginal notes (right column): v Ham. x Ham. y G. z Li. harm. 41. a Di. b Di. Bru. c Di. d Pi. * Be. f G. g Li. harm. 1. 42. * Li. ho. h Bru. i G. k Bru. l Mal. m G. n Bru. o Bru. sim. Mal. p Mal. q Bru. sim. Mal. r Pi. † Idem. t D. Me. ex Bru. &c. v Bru. Pi. &c. x Pi. Mal. y Bru. z Q. in Mal. a Pi. b Al. in Mal. c G. d Bru. * Mal. f Me. sim. Bru. Mal. ex Euthym. Li. harm. p. 42. g Li. ib. h Bru. sic Mal. i Bru. k Li. harm. p. 17.

Christo & Apostolis, qui Gentes conversuri erant, quàm Galilæa gentium[l].

27. *Ad virginem*] R. Oshea dixit, *Israel consolationem habuit in virgine, juxta Jer.31.22. Virgo circumdabit virum*[m]. Maria Ecclesiæ fert imaginem, quæ *virgo casta*, 2 Cor. 11. 2. quæ & Christum parit, Apoc. 12. 5. *non ex voluntate viri, sed Dei*, Joh. 1. 13. Pertinet huc illud Philonis, Ἀνθρώπων μὲν γὰρ (male in editis Libris, ἀνθρώπῳ) ἡ ἐπὶ γενέσει τέκνων συνοδὸς τὰς παρθένους, &c. (*Hominum enim conjunctio ad procreationem liberorum mulierem virginem* [fuisse] *demonstrat: quum verò Deus cum anima consuescere cœperit, quæ priùs mulier erat, virginem iterum ostendit*[n].) ¶ *Desponsatam*; ità Mo. Ti. Sy. &c. Μεμνηστευμένην *Promissam*, V. sponsione promissam, nec enim eam adhuc duxerat domum[o]. Al. Recèns nuptam, ut ostendit Luc. 2. 5. sed incognitam, ideóque *desponsatam* dictam[p]. [Vide dicta ad Matth. 1.] ¶ *De domo* (i. e. familia seu prosapia[q],) *David*] Directè hoc de Josepho dicitur, ut apparet infrà 2. 4. Per consequentiam ad Mariam quoque pertinet[r]. Imò ad utrumque grammatica constructione referri potest †. ¶ *Maria*] Heb. מרים: sic dicta soror Mosis, Exod. 15. q. d. *rebellio*, aut *calamitas*, *eorum*; quia, quum illa ità nominaretur, scelus Judæorum eos in summas miserias conjecerat[t]. Al. *Mariam, Stella Maris*. Emendo, *stilla Maris*: nam מר *stilla*[v].

28. *Ingressus*] In eam domum in qua sub proximorum cura custodiebatur, nondum traducta in Domum Josephi, ut ad Matthæum diximus[x]. ¶ *Ave*; ità Be. Pi. Χαῖρε] *Salve*, Val. Er. Salutatio est, non precatio, quomodo Romanenses usurpant[y]. ¶ *Gratiâ plena*; ità Mo. Tre. ex Sy. Ar. Perf. Κεχαριτωμένη] *Gratiâ atque favore plena*, Camer. *Gratiosa*, Er. Ti. *Dilecta*, Il. *Gratis dilecta*, P. Be. *Gratificata*, i.e. Deo grata[z]: *Gratiam nacta*, Pi. sic Be. Scul. *Gratiæ & favoris compos facta*, Camer. *Gratiosissimè habita, acceptissima*, Ga. Med. singulari modo, apud Deum[k], ità ut fieres mater Dei[l]. Χάρις, inter alia, duo significat, 1. *favorem*, ut infrà ver. 30. & Eph. 1. 6; 2. *virtutem*, sive *bonitatem*, ut 2 Pet. 3. 18. &c †. item Eph. 4. 29. Colos. 3. 16. & 4. 6[m]. Hinc vox Κεχαριτωμένη dupliciter sumi possit, vel ut *favorem*, vel ut *bonitatem*, denotet. Posterius malim: 1. Quia Hesychius χαρίεντα reddit καλά, κεχαριτωμένα, *bona, gratiosa*. 2. Quia Psal. 18. 26. עם חסיד Lxx vertunt, μετὰ ὁσίου, Græcus Scholiastes, μετὰ κεχαριτωμένου. 3. Vox hæc semel occurrit Syrach 18. 17. ubi sign. *virum bonum*, sive *gratiosum*. 4. *Mulier* εὐχάριστος est, *gratiosa*, Prov. 11. 16. & forsan ἀχάριστος, 2 Tim. 3. 2. est, *cui gratia deest*. 5. Vulg. & alii hîc vertunt, *gratiæ plena*: quomodo dicitur *plenus sapientiâ*, Act. 6. 3. & *fide*, v. 5. & *bonis operibus*, Act. 9. 36. & *bonitate*, Rom. 15. 14[n]. 6. Χάρις Syriacè טבותא dicitur, i. e. *bonitas*. Sic & טובה, Psal. 65. 11. est, *benignitas*. Sic & חסד, Psal. 36. 11. Kimhi rectè vertit, *eximiam bonitatem*[o]. Ex hac [Vulgati] Versione colligunt Pontificii, omnes gratias sive virtutes in Maria fuisse. Sed plenitudinem gratiæ Scriptura solet aliâ phrasi exprimere, ut Joh. 1. 14. Act. 6. 5. &c[p]. [Aliis ergò altera interpretatio magis placet:] Ad verb. *gratificata*, Val. Er. id est, in gratiam recepta[q]. [Hunc sensum suadent, 1. usus vocis:] Κεχαριτωμένος non dicitur, nisi *quem gratuito quodam animi favore complectimur*[r]. Sic חסיד Deut. 33. 8. est, *donatus eximiâ gratiâ*, sive *favore*, sacri scilicet Ministerii, quod χάρις & χάρισμα dicitur Eph. 3. 8. 1 Tim. 4. 14 †. Sic ἐχαρίτωσεν est, *gratos & charos reddidit*, Eph. 1. 6[t]. Sed & Sirach 18. 17. ἀνὴρ κεχαριτωμένος est, *homo, qui summâ est apud homines æstimatione*; ideóque plus apud eos valet hâc ratione, quàm *oratione blandâ*, aut *largitione etiam profusâ* alii. Quin & טיבותא illud Syri eodem sensu accipi potest: siquidem & Heb. טוב sign. *gratiosum*, ut 1 Reg. 2. 26. Sic χάρις est *gratia*, i. e. favor, existimatio, Act. 4. 33. ità & Act. 2. 47. ubi Syrus habet טיבותא[v]. 2. Quòd vocem sic interpretantur, tum, 1. Angelus, (qui optimus sui Interpres[x],) ver. 30. *invenisti gratiam apud Deum*[y]: tum, 2. ipsa Virgo per totum Canticum suum[z]. Κεχαριτωμένη, Heb. מוחנה: nam חנן Hebræum propriè est χαριτοῦν, ut Ephes. 1. 6. unde in Hophal יוחן, χαριτωθήσεται[a], pro quo ἐλεηθήσεται verterunt Lxx, Prov. 21. 10. Sic & ἐλεεινὸν, Aq. & Th. Esa. 26. 10. Nam Hellenistis ἔλεος dicitur quodvis *beneficium*, aut ipsa *beneficentia*. Haud dubiè idem est quod infrà [ver. 30.] εὗρες χάριν[b]. Verto, *accepta reddita*, ut sensus loci sit, q.d. Salve tu gratiosa, quæ jam dudum gratiam nacta es, ut Deo chara sis, & jam insignem hanc gratiam es consecuta, ut Servatoris mater dicaris, &c[c]. ¶ *Dominus tecum*] Sub. *sit*, Ham, &c. Precatio enim est, sive benedictio[d]. Vel, sub. *est*, Be. Camer. Pi. Bru. Narrat enim potiùs & gratulatur præsens beneficium quàm futurum precatur*. q. d. Tibi adest Dominus singulari gratiâ[f]: te tuetur & regit, cùm ad privatam tuam, tum ad publicam, salutem. Confer Jos. 1. 5. Jer. 1. 8. Act. 18. 10[g]. Potest ἐστὶν esse ejus quod dixit, κεχαριτωμένη, ut subaudiatur verbum modi Indicativi; aut ejus quod dixit, χαῖρε, ut sit modi Precativi, quod magis credo[h]; quia mos erat Hebræus salutandi, Ruth. 2. 4. & Jud. 6. 12[h]. Vide & 2 Tim. 4. ult. Geminatur autem salutatio, ut apud Græcos, χαίρειν καὶ εὐπραγεῖν. ità hîc, χαῖρε, &, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ[i]. ¶ *Benedicta*, &c. Εὐλογημένη σὺ, &c.] *Benedicta* (à Deo scilicet, i.e. beata effecta[k],) *tu inter mulieres*, Be. Pi. i. e. felicissima mulierum; vel donis Dei nobilitata præ cæteris mulieribus[l]. Explicat quid sit κεχαριτωμένη[m]. Hoc quoque sumo non indicativâ, sed potiùs apprecativâ, significatione. Sumptum est ex Jud. 5. 24. Sic & Ruth 3. 10. Et 1 Sam. 25. 33. εὐλογημένη σὺ est bene precantis. Sic infrà [ver. 42.] εὐλογημένη σὺ, &c. & 13. 35. & Matth. 21. 9. Joh. 12. 13. Simile est loquendi genus, εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, infrà 68. 2 Cor. 1. 3. Eph. 1. 3. 1 Pet. 1. 3. Tam autem quod præcessit, κεχαριτωμένη, quàm illud, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, eò libentiùs ità interpretor, quòd tota hæc oratio salutantis tantùm sit, nondum autem exponentis legationem: ideo ἀσπασμὸς dicitur[n]. Notandum & hoc, σὺ hîc nihil aliud esse quàm notam Vocativi[o], ut Act. 4. 24. Sic Gen. 49. 8. יהודה אתה, *O Juda*[p].

29. *Quæ*, &c.] Ἡ δὲ ἰδοῦσα, &c.] *Illa verò cùm eum vidisset*, Be. Pi. &c. Ità legit & Syrus[q], & Arabs, & omnes veteres Versiones, præter Vulgatam, quæ habet, *cùm audisset*[r]: legit, ἀκούσασα, ut sequentibus meliùs cohæreret †. Sed non rectè ad mutandum quosdam movit quod sequitur, διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ. Nihil enim vetat attonitam fuisse & aspectu & auditu[t]. Vel λόγος, *verbum*, pro *re* ponitur, ut passim. Exod. 8. 12. *Clamavit Moses* על דבר, ἐπὶ λόγῳ, *ad verbum*, *ranarum*, i.e. quòd tot essent ranæ. Ità h. l. q. d. ἐπὶ τῷ λόγῳ τοῦ ἐπιφανεῖσθαι ἀγγέλου, *quòd Angelum videret*[v]. ¶ *Turbata est*] Verecundiâ, & subito pavore[x]: ob conspectum Angelum, & insolitam salutationem[y]. Præcipuè obstupuit non intelligens quæ illa esset supra omne genus muliebre celebritas quam ipsi Angelus ominabatur[z]. ¶ *Cogitabat*, Διελογίζετο] *Disceptabat*, ut Mat. 16. 7, 8. & 21. 25[a]. ¶ *Qualis*, Ποταπὸς] *Quid*, Di. ex Sy. & Ar. *Cujus generis*, Bru. *Cujus*, unde profecta, vel *qualis*, i. e. quo tandem spectaret, & quæ esset, hujus salutationis sententia[b]. *Qualis & quanta*, Bru. Pi. quàm honorifica & magnifica[c]. Admirantis, [ut] Matth. 8. 27. Marc. 13. 1[d].

30. *Maria*] Proprio nomine compellat, ut declaret eam sibi probè notam & amicam, ut certiorem faciat legationis suæ, &c*. ¶ *Invenisti enim gratiam*, &c.] Non est argutandum in proprietate Græcæ vocis εὑρίσκειν. Est enim nota locutio Hebraica, מצא חן, quod Lxx vertunt ad verbum, εὗρε χάριν, ut Gen. 6. 8. & 18. 3. & 39. 4 Esth. 2. 15. atque alibi. Eadem locutio Act. 7. 46. & Heb. 4. 16. Est autem מצא tum istis tum aliis in locis simpliciter, *consequi*, sive studio, sive citra studium[f]. Τὸ *invenire* sæpe est, *alicui evenire*, ut Gen. 30. 27, &c[g].

31. *Concipies in utero*] scil. semen genitale ex te ipsa productum. Phrasis elliptica[h]. Apertè satis Angelus digitum intendit ad illud Esa. 7. 14. citatum Matth. 1. 23[i]. ostenditque, ipsam esse illam Virginem de qua ibi sermo est[k]. ¶ *Vocabis*] i. e. vocato: Hs. Sunt enim hæc verba mandantis, ut percipitur ex collatione Mat. 1. 21. & Luc. 2. 21. Præcedentia autem verba fuerunt promittentis[l]. Vox Hebræa est קראת, quæ verti potest vel, 1. in 3. pers. fœm. ut Deut. 31. 19. & Esa. 7. 14. *vocabit*: vel, 2. in 2. pers. *vocabis*, ut ibi reddunt Chald. Lxx

l Li. ib. 42.
m Li harm. 42.
n G.
o Be.
p Bru.
q Pi. sic Pso. 154. Ga. Pso. 255. Bru. Be.
r G.
† Be.
t Li. harm. 17.
v D.
x G.
y Li. harm. 44.
z V.
k Ga. Cin. 91.
l Med. l. 1. dissert. 36. p. 268.
† Ham.
m Ham. ad Eph. 5. 4.
n Ham.
o Ful. misc. 1. 8.
p Li. harm. 43
q Val.
r Er.
† Med. ib.
t Er. ex Val.
v Ga. 92.
x Idem.
y Ga. sim. Li. Pi.
z Li. harm 43
a G. sim. Cap.
b G.
c Di.
d Ham.
* Be. sic Bru.
f Pi.
g Bru.
g G.
h G. sim. Cap.
i Cap.
k Be.
l V.
m Be.
n G.
o G. sim. Cap.
p G.
q G. Li. &c.
r Li. harm. 44.
† Be.
t G. sim. Be.
v Heins.
x Bru.
y Me. sim. Mal. Be. Bru.
z G.
a Gom.
b Be.
c Pi. sic Bru.
d G.
* Bru.
f G.
g Gom.
h Pi.
i G.
k Li. harm. 44
l Pi.

Lxx & reliquæ duæ Græcæ Versiones, & Angelus hoc loco: vel, 3. in 3. pers. plur. ut Matth. 1. 23. & in Chaldæo, Esa. 60. 18 [m]. ¶ *Jesum*] Pro eo quod Esaias dixerat *Emmanuel*, Angelus *Jesum* dixit, interpretis fungens vice: unde apparet, eandem in utroque esse significationem. Sive enim dicas, *Hic est per quem Deus nobis est propitius*, quod significat vox *Emmanuel*; sive, *Hic est sospitator noster*, idem est sensus. Quare & Matthæus impositione nominis *Jesu* vaticinium illud ait impletum. Vide quæ ad Matthæum [n]. Heb. ישוע [o]: quo nomine duo erant viri celebres, quorum unus populum in Canaan duxit, Act. c. 7. 45. alter eum è Babele eò deduxit, Esdr. cap. 2. ver. 2. uterque, typus Christi [p].

32. *Hic erit magnus*] Excellenter scilicet & absolutè [q]: magnus Propheta (ut suprà v. 24.) potens operibus & sermonibus, ut Luc. 24. 19 [r]. Spectat Angelus verba Esa. 9. 6. ubi μεγάλης βουλῆς ἄγγελος & θαυμαστὸς dicitur †. ¶ *Et Filius* (nempe unigenitus [t], & consubstantialis [v],) *Altissimi* (i. e. Dei [x]: sic dicti Gen. 14. ver. 19 [y]. Psal. 82. 6. Marc. 5. 7 [z]. Ità interpretatur quod Esaias dixerat, *vocatum eum iri* אל גבור, Θεὸν ἰσχυρόν. Adde quæ ad Marc. 5. ver. 7 [a].) *vocabitur*] i. e. Vel, 1. erit [b], ut Esa. 1. 26. & 4. 3 [c]. Rectè, quia de homine loquitur, qui nondum conceptus, non modò non Filius Dei, sed nè homo quidem, erat [d]. Vel, 2. esse cognoscetur *, nempe ex factis ejus. Metonymia effecti [f]: habebitur, prædicabitur, credetur, coletur [g]. Filius Dei erat ab æterno [h], suo tamen tempore *manifestatus in carne* [i], 1 Tim. 3. 16. & *declaratus in virtute*, Rom. 1. 4 [k]. ¶ *Sedem*, &c. Τὸν θρόνον, &c.] *Solium* (regale scilicet, h. e. Regnum, non tamen terrenum, quale erat David, sed cœleste & spirituale [l],) *David patris ejus*, Patris sui, ac proinde ejus, postquam scilicet natus fuerit: loquitur enim per anticipationem [m]. Davidis nepotem fore Messiam, & dandum ei à Deo hoc solium τυπικῶς significabat Psal. 132. 11. Adde Esa. 9. 6, 7. Amos 9. 11 [n]. Sic & Psal. 2. 7, &c. Ezec. 21. 27. Dan. 7. 14, &c [o]. Promissum hoc Davidi factum revocat ipsi in memoriam, ut ipsa, perpendens se esse ex semine David, gradatim perduceretur ad credendum quæ ei narrabat [o]. Dicitur autem Messiæ imperium *Davidis solium*, 1. quod Davidis solio adumbrabatur [p], ut locum 2 Sam. 7. 13. explicat Isaac Ben Arama [q]: unde & Christus *David* vocatur, Jer. 30. 9. Ezec. 34. 23. 2. Quia eidem populo, quo David, Rex datus est Christus, quanquam Christus Regnum ampliùs propagavit [r]. Sensus est, Constituit illum Deus super Israelem †.

33. *Et* (pro, *Id est*: declarat enim præcedentia [t]: vel, *Itaque*, Bru.) *regnabit in*, &c. Ἐπὶ τὸν οἶκον, &c.] *Super domum* (i. e. familiam [v], sive posteros [k],) *Jacob*, Esa. 2. 5 [l]. Primò enim destinatus erat ad quærendas oves populi Israelitici, ex quo populo quicunque eum recipere voluerunt, eos in Regnum suum adscripsit. Sed & è Gentibus conversi meritò eodem veniunt nomine, quasi per accessionem. Sicut enim David, cùm etiam Idumæis, atque aliis, populis imperaret, *Rex* tamen *Israelis* duntaxat dicebatur, quia illi per victorias Davidis in populum Israelis erant velut incorporati; ità & quicunque per Messiæ arma, i. e. Verbum Evangelii, eò adducti sunt ut Deum Israelis colerent, facti sunt Israelitæ. De extraneo dicitur, *Adjunget se —— domo Jacob*, Esa. 14. 1. itidémque, *in nomine Israel cognominabitur*, Esa. 44. 5. Et meritò nomen *Jacobi* in hanc rem usurpatur. Est enim, ut Philo annotat, *Jacob* ὁ πτερνιστής, id est, Τὴν ἀρετὴν ἐκ ἀκονιτὶ κτώμενος, (*virtutem non sine sudore obtinens* [m].) *Super domum Jacobi*, i. e. super tribus Duodecim, juxta Ose. 1. 11. Sed per *domum Jacob* intelligit Ecclesiam Christi, (sive populum fidelem [n],) quam colliget Christus, tum ex Judæis, ex quibus Christus erat, & quibus promissus fuerat, ac minister datus, Rom. 15. 8. qui idcirco, tanquam primogeniti potiorem tenent gradum & nomen dant Ecclesiæ; tum ex gentibus in olivam Abrahæ inserendis, Rom. 11. 24. Vide & Eph. 2. 4, Apoc. 7. 4. &c [o]. ¶ *In*, &c. Εἰς τοὺς αἰῶνας] *In secula*, Val. Er. Bru. *In æternum*. Be. Bru. עדי עד, Psal. 132. 12. עד עולם, Mich. 4. 7. & Esa. 9. 7. Et Regnum hoc שלטן עולם, Danieli, 7. 14. Sed quia Sadducæi לעולם ubique volebant accipi pro *longo*, non pro *infinito*, *tempore*; ideo à sapientibus erat institutum ut discriminis causâ infinita duratio pluraliter enunciaretur לעולמים: quam locutionem & interpretationem Angelus hîc comprobat [p]. ¶ *Et Regni ejus non erit finis*] Esa. 9. 7. Dan. 7. 14 [q]. item Psal. 145. 14. Mic. 4. 7 [r]. Non frustrà autem hoc adjicitur: explicat enim quid sit εἰς τοὺς αἰῶνας, non, *in longum tempus*, sed, *fine fine* †: quum alioquin αἰὼν interdum continuum tantùm, & longum, tempus denotet, v. g. tempus usque ad Jubilæum; spatium vitæ humanæ, &c [t]. Atque ità imperium hoc ab humanis imperiis distinguitur, quæ omnia caduca esse & temporariarum historiæ docent, tum nobilissimorum Regnorum exemplis Danieli ostensum est. Plato, cum eam quam optimam mente complecti poterat descripsisset Rempublicam, addit, ἀλλ' ἡ τοιαύτη ξύστασις, &c. (*neque verò talis constitutio durabit in perpetuum*, *sed dissolvetur* [v].)

34. *Quomodo* (Quâ ratione [x],) *fiet* (vel, *erit*, Be. Pi. subaudi μοὶ, *mihi*, quod est in 3 Codicibus [y]:) *istud*, (num videlicet nubendo, an verò potiùs extraordinario & incomperto aliquo modo, cùm Divina & cœlestis prorsus, utpote immortalis, proles mihi promittatur [z]. Non dubitantis esse arbitror [a], sed admirantis [b], ob rei & novitatem & magnitudinem [c], & quærentis de modo [d].) *quoniam* (ἐπεὶ, *postquam*, Bru. vel, *quandoquidem*, Be. Pi. Bru.) *virum* (Sexum significat, non maritum, alioquin dixisset τὸν ἄνδρα, vel τὸν ἄνδρα μου *.) *non cognosco?*] Vel, *novi?* Be. q. d. *hactenus viro sum intacta* [f]? vel, *non sum cognitura?* Be. Pi. Præsens pro Paulo-pòst futuro [g]. Sensus, Cùm viro non concumbo [h]. Consuetudinem significat [i], ac si quis abstemius dicat, Non bibo vinum, i. e. non soleo bibere; & Mat. 9. ver. 14. *jejunamus*, i. e. jejunare solemus [k]: ita h. l. *non cognosco*, i. e. nondum utor consuetudine conjugali [l]. *Virum cognovit*, etiam apud Ovidium est [m]. Significat etiam impotentiam, non naturalem, quia nubilis jam erat, &c. sed moralem, eámque non ex lege aut præcepto, neque enim ullo præcepto viro suo uti vetabatur [n], sed ex voto virginitatis, quod ante hoc tempus ediderat [o], sive post conjugium, cum consensu Josephi; sive, quod malim, ante conjugium [p]. Si verum est quod Epiphanius ex veteri auditione narrat, senem admodum fuisse Josephum cùm Maria ipsi desponderetur, tantò erit probabilius, quod veteres plerique existimant, his verbis etiam propositum quoddam perpetuæ virginitatis indicari à Maria, ut quæ agnato seni nuptum iret, non prolis spe, sed ut haberet cujus sub tutela delitesceret sexus injuriis obnoxia. Propositum autem virginitatis non tam incognitum Judæis fuit quàm quidam existimant: quod quia ab aliis minùs solidè probatum video, adducam insignem Philonis locum, Συνεστιῶνται δὲ καὶ γυναῖκες, &c. (*Convivunt etiam mulieres, quarum pleræque sunt vetulæ virgines*, *castitatem*, *non quidem ex necessitate*, *ut quædam apud Græcos sacerdotissæ*, *servantes*, *sed ex voluntario potiùs proposito*, *& desiderio sapientiæ*, &c.) Hebræi tales votrices virginitatis vocabant פרישות, qualis fuit & Jephthæ filia [q]. Non hoc intelligit Virgo, quòd non jam actu cognoscat virum, (ridicula enim fuisset illa exceptio, si tempore & loco potuisset cognoscere,) sed quòd non cognoscat, neque cognoverit, nec possit cognoscere, ob votum scilicet [r]. [Aliis autem illa exceptio minimè ridicula videtur.] Videntur ità Angeli verba à Virgine accepta quasi res jamjam futura indicaretur. Meritò igitur admiratur quomodo ipsa *hactenus viro intacta*, conceptura sit sine virili opera, cùm ejus rei nullum exstaret exemplum †. Novit & Angelum loqui de partu Messiæ, & Messiam ex virgine nasciturum, [quod S. Scriptura, in qua illa indubiè exercitatissima erat, satis apertè significaverit,] & seipsam illam fore Virginem, ut meritò quærat, quo pacto hoc fieret [t]. Videtur phrasis Esaiæ, 7. 14. *Virgo prægnans pariet*, occasionem præbuisse huic interpretationi; q. d. Non dicis, *me aliquando concepturam*, ut dictum

[m] Li. ib. [n] G. [o] Pi. [p] Li. harm. [q] Eru. [r] Pi. † G. [t] Pi. ex Be. [v] Bru. [x] Be. Eru. Pi. [y] Li. harm. 17. [z] Bru. [a] G. [b] Q. in Be. Eru. Li. harm. 17. [c] Li. ib. [d] Bru. * Pi. sim. Be. Li. [f] Pi. [g] Bru. [h] Be. [i] Be. Bru. [k] Bru. [l] Pi. [m] Bru. [n] G. sim. Eru. [o] Li. harm. 45. [p] G. sim. Eru. ex Th. &c. Mal. [q] G. [r] Bru. † V. [t] V. [v] V. Bru. Pi. [k] Bru. Pi. [l] Li. harm. 17. [m] G. [n] V. [o] Bru.

[p] G. [q] G. Li. harm. 17. [r] Li. ib. † G. [t] Gom. [v] G. [x] Bru. [y] Be. [z] Idem. [a] G. sim. Be. Bru. [b] G. Be. [c] Be. [d] Bru. * Be. [f] G. sim. Be. [g] Pi. [h] V. sim. Be. Bru. Pi. Li. harm. [i] Mal. Chem. [k] Mal. [l] Chem. [m] G. [n] Mal. [o] Mal. ex Greg. Nys. & Aug. &c. sic Bru. Jansen. T. &c. [p] Mal. [q] G. [r] Bru. † G. [t] Li. harm. p 46.

dictum Jud. 13. 5. & Luc. 1. 13. sed dicis, *ecce gravida paries*. Atqui ego virum non cognosco. Quomodo igitur gravida pariam[v]? Valde novum fuit virgini conceptum & partum, nullâ matrimonii consummandi, vel Josephi sponsi, mentione factâ, perinde ut jam nuptæ, prænunciari[x]. Quod spectat ad votum virginitatis, notandum: 1. Conjugium inter Judæos non pro re indifferenti habitum, sed pro præcepto, estque hoc primum *613* Præceptorum, ut recensetur in Pentateucho cum triplici Targum, ad Gen. 1. 28. Quin & virginitas illis probro erat, Psal. 78. *63*. vide suprà v. 25. 2. Inter vota Judæorum non occurrit illud Virginitatis. Illud Jepthæ revocari potuisse bene monent RS. & Chald. par. ipsúmque punitum existimat K. quod votum illud non redemit juxta Lev. 27. 3[y]. 3. Si ante sponsalia vovisset, cur nuberet[z], cùm tutiùs servare virginitatem aliter posset? & quâ conscientiâ nomine conjugii ad Josephum fallendum abusa fuisset? Si post sponsalia, inane esset votum sine consensu sponsi[a]: [quem quidem consensum fingit Maldonatus, sed sine ullo argumento.] 4. Frustraneum planè erat tale votum, cùm sufficeret, eam virginem fuisse[b].

35. *Spiritus Sanctus* (Cui tribuitur hoc opus, quod alioquin toti Trinitati commune est, tum ob sanctificationem seminis; sanctificatio autem est ejus opus: tum quia, si Patri hoc adscriptum esset, non alia crederetur fuisse ipsius à Patre generatio[c]. Servetus pro Spiritu Sancto h. l. audacter substituit τὸν λόγον[d].) *superveniet in te*; ità Er. Il. Be. Pi. &c. Ἐπελεύσεται ἐπί σε] *Invadet te*, Ca. *Veniet ad te*, V. *Descendet super te*, Ar. Sensus, Spiritus S. dabit sanguini tuo vim & efficaciam coalescendi in corpus Christi †. Sic Act. 1. 8 λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος· quod infrà 24. 49. dicitur, ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους*. Descendet non loco, sed operatione peculiari, & efficaciâ[f]; actione non generali, ut in conceptione omnium, Job. 10. 8. Psal. 139. 5. sed extraordinaria & cœlesti, ut Jud. 14. 6. &c[g]. quâ patris generationem supplebit[h]. Supervenit in eam Spiritus S. tum in dono Prophetiæ, quo docebatur & de momento conceptionis, & de mysterio incarnationis; tum in præparatione & sanctificatione tantæ portionis carnis ipsius & sanguinis & seminis, quæ ad corpus Christi constituendum sufficeret* ¶ *Et virtus altissimi*] i.e. Spiritus Dei (qui *virtus Dei* Luc. 24. 49.) efficacissimus[i]. Vide quæ suprà diximus ad v. 17[k]. ¶ *Obumbrabit tibi*] vel, *te*, Ti. P. Ar. Ἐπισκιάσει σοι] *Obteget te*, Tre. ex Sy. *Residebit super te*, Pers. Solent quidem Lxx סכך vertere, ἐπισκιάζειν, ut Psal. 91. 4. & 140. 8. & alibi. Magis tamen mihi placet sententia putantium tralationem sumptam ab Avibus pullos excludentibus; à qua non longè abit Theophylactus: ut ità ostendat Angelus, eâ virtute orituram hunc fœtum quâ mundus ipse exordium sumpsit. Nam in Mosis historia est [Gen. 1. 2.] *Spiritus Dei* מרחפת וגו׳: quod verbum de tali *incubitu* exponunt Hebræorum doctissimi. Et apertè is est ejusdem verbi usus, Deut. 32. 11. ubi Lxx σκεπάσαι pari significatu[l]. *Obumbrabit*, i. e. defendet, *te*; cùm Josepho adulterii suspecta eris. *Obumbrare* in S. S. est à malo, quasi æstu quodam, defendere, ut Psal. 91. 4. & 140. 8[m]. Vox prior, ἐπελεύσεται, generalior est, operationem notans; vox posterior, ἐπισκιάσει, specialior, operationis modum exprimens: qui consistit tum in Divina protectione; sine qua Deus Mariam consumpsisset peculiariter eam implendo Majestate suâ: tum in arcana fœtûs formatione, & ab omni peccati labe defensione, & cum persona τοῦ λόγου unitione mirandissimâ. Vox *umbræ* incomprehensibilis atque occultæ ἐνεργείας Dei index est: quo spectat nubis obumbratio in tabernaculo fœderis, Exod. 40. 35. & quòd Cherubim obumbrabant arcam, &c. 2 Par. 5. 8[n]. Ità & umbram hîc obduxit Deus, nè nos in modum hujus mysterii curiosiùs inquiramus[o]. Vox hæc, *obumbrandi*, peculiarem summúmque modum præsentiæ, inhabitationis, & operationis, Divinæ Majestatis, indicat[p]. Al. *Obumbrabit*, i. e. supplebit defectum maris. Est enim hæc modesta phrasis, quâ amplexus conjugalis exprimitur, ut Ruth. 3. 9[q]. ¶ *Ideóque*, &c. Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, &c.] Illud, ἐκ σοῦ, non est in ullis Græc. cod. nec in antiquis Latinis, nec in Th[r]. [Hinc quidam id in versione omittunt.] *Qua propter & quod nascitur, sanctum, vocabitur Filius Dei*, Ti. sim. Mo. Ar. Ca. Verùm illud, ἐκ σοῦ, omnino retinendum censeo †. Agnoscunt enim Syrus[t], Arabs, & veteres Scriptores, Iren Tertul. Novat. Epiphanius[v], & Athanasius[x]. Credibile est inductum ab Eutychetis secta postea diu præpotente, cujus sententiæ validè hic locus adversabatur. Puto autem Præs. pro Fut. positum, *quod nascitur*, i.e. *quod nascetur*, ut Mat. 2. 4. Nam si de conceptione ageretur, potiùs dictum esset, ἐν σοὶ, ut Mat. 1. 20. τὸ ἐν αὐτῇ γεννηθέν. At γεννᾷν de partu etiam suprà v. 13. usurpavit Lucas, & infrà 23. 29. & Act. 7. 20, Sed & Paulus Gal. 4. 4. Christum dicit γενόμενον ἐκ γυναικός, ubi γίνεσθαι idem est quod γεννᾶσθαι ut Platoni, cùm dicit, Ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονε, *non sibi soli natus est*, ut vertit Cicero: ἅγιον autem dicitur id quod ex Maria erat nasciturum, quia exemptum communi legi humanæ originis. *Id ipsum*, inquit Angelus, *Filius Dei vocabitur*; nimirum ut secundus Adam. Nam & primus Adam *Dei filius* dicitur Lucæ 3. 38. quia Deus in illo præstitit quod in aliis præstant patres, ut notat Justinus [verbis à G. productis.] Illud autem, καὶ, connexio est inferiorum cum superioribus. Nam quod in hunc locum Novatianus adfert, argutius est quàm ut verborum simplicitati conveniat. Neque desunt meliora argumenta quibus id ipsum probetur quod ille intendit[y]. [Verba autem sic reddunt;] *Propterea* (sub. *id*, Be.) *etiam* (καὶ h. l. non legit Syrus: prorsus tamen retinendum esse observant veteres, neque ad verbum, κληθήσεται, sed ad τὸ γεννώμενον, referri; ut significetur, ait Epiphanius, *Deum Verbum, qui est ex alto, etiam in utero genitum, cùm homo fieret*, sic designatâ duarum naturarum in Persona ejus unione[z].) *quod* (vel, *qui*. Tre. ex Sy. Pers. Æth.) *nascetur* (Græcè, *nascitur*: Enallage temporis. Γεννᾶσθαι hîc idem quod τίκτεσθαι, i. e. *partu edi*, ut suprà v. 13. & Matth. 2. 1[a]. vel potiùs, *gignetur*, ut Matth. 1. 20[b].) *ex te sanctum*, (q. d. non humanâ, sed Divinâ, vi genitum[c],) *vocabitur Filius Dei*, Pi. P. Be. i. e. manifestabitur, jam antea verus exsistens Deus ab æterno[d]: esse agnoscetur Filius unigenitus, Joh. 1. 18. & ex Dei substantia genitus*. Non dicit h. l. ὁ γεννώμενος, sed τὸ γεννώμενον· quo significatur, non hominem illum qui nasciturus erat, dici concretè *sanctum*, & *Filium Dei*; sed sic discretè vocari aliquid in Christo essentiale, naturam nempe, aut Personam, ejus Divinam[f]. Utitur neutro genere, intelligens aliquid ὑφιστάμενον[g]. Neutrum genus sensu masc. usurpatur, ut τὸ γεγεννημένον, pro, ὁ γεγεννημένος, Joh. 3. 6. & 1 Joh. 5. 4. collat. cum 3. 9[h]. Tò *sanctum* ostendit naturam humanam Christi, & quidem ejus solius, puram fuisse & immaculatam[i].

36. *Elizabeth cognata tua*] Qu. Quî *cognata*, quum hæc esset ex tribu Levi, Maria ex tribu Juda? Resp. 1. *Cognata* dici poterat sensu generali, ut Paulus vocat omnes Israelitas *cognatos* suos, Rom. 9. 1[k]. 2. Elizabetha potuit esse ex tribu Levi, genere paterno; & ex tribu Judæ, ac familia Davidis, genere materno; atque ità cognata Mariæ[l]. Sensus, q. d. Nè dubites ad magnam hanc rerum renovationem uti Deum novis agendi rationibus: en domesticum tibi exemplum. Quantò autem minus est miraculum in partu anûs sterilis, quàm in partu virginis, tantò tuus partus illo erit major. ¶ *Filium*] Non *filiam*. Ostendit hoc sibi certo cognitum esse, quod tamen humanitus sciri non poterat[n]. ¶ *Mensis sextus*] Scilicet à conceptu[o]: quo tempore certa solent se prodere indicia prægnantis uteri[p]. Ità confirmandæ Virginis fiduciæ signum datur aspectabile, ut Ezechiæ olim. ¶ *Quæ vocatur sterilis*] Καλουμένῃ, in Hebræa locutione, cum re significat famam rei. Vide quæ ad Matth. 1[q]. *Vocatur*, id est, vulgò habetur & prædicatur, non sine probro[r]: inter omnes constabat, eam sterilem fuisse †.

37. *Quia*] Αἰτιολογικὸν τοῦ σιωπωμένου, (*causa illius quod subticetur*;) quod & alibi observavimus. Nam quæ præcedunt eò spectant ut firmiùs credat Maria: quod cur fieri debeat causa hîc redditur[t]. ¶ *Non erit* (Fut. pro Præsenti, *est*, complectente omne tempus[v]; vel, Futuro pro modo Potentiali, *non poterit esse*[x]:) *impossibile apud Deum* (cujus ego nuntium ago[y]:) *omne*

Marginal notes, left column: [v] Chem. [x] Be. [y] Li. ib. [z] Be. sim. Li. [a] Be. [b] Li. ib. [c] Li. ib. [d] Be. † V. * G. [f] Gom. [g] Chem. [h] Be. * Li. harm. 47. [i] Bru. [k] G. [l] Idem. [m] Gom. [n] Glas. rhet. 1. 8. 187. [o] Glas. ib. Chem. [p] Chem. [q] Li. harm. 47. [r] Er.

Marginal notes, right column: † G. &c. [t] G. sic Be. D. [v] G. [x] Be. [y] G. [z] Be. [a] Pi. [b] Be. [c] V. [d] Pi. * Pi. [f] Cam. [g] Pi. [h] Gom. [i] Li. harm. [k] Pi. [l] Gom. sim. Pi. [m] G. [n] Bru. [o] Be. Bru. [p] G. sim. Bru. [q] G. [r] Bru. † Be. [t] G. [v] Bru. [x] Mal. [y] Bru.

omne verbum, Πᾶν ῥῆμα.] *Ullum verbum*, D. Pi. P. Il. Hebræi pro *nullo* dicunt, *non omne*, sed collocatâ ante verbum negante particulâ [z]: vel, *ulla res*, P. Ti. *quicquam*, Di. ex Sy. Nihil dicit (aut promittit [a], decrevit [b],) quod non possit facere [c]. Puto non ad promissa tantùm pertinere hanc sententiam, sed infinitam Dei omnipotentiam indicari; quomodo & Syrus accepit. Est enim proverbium hoc tritum usu Hebræorum. Vide Jer. 32. 27. Mat. 19. 26. Marc. 10. 27. & 14. 36. Citavimus alibi Lini, Epicharmi, & Callimachi, versus in eandem sententiam. Neque absterrere nos ab hac interpretatione debet quòd Deus dicitur fidem datam violare non posse, & similia. Nam res ipsa docet universales locutiones extendi non debere ad ea quæ, nomine Dei intellecto, exclusa intelligi debent. *Potest Deus ea omnia facere quæ facere potest, simúlque bonus & sapiens esse*, &c. inquit Origenes: [cujus verba vide in G.] ubi alludit ad notum Euripidis versum, Εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί· (*Dii si quid turpe faciant, non sunt dii.*) Isidorus Pelusiota ad quæstionem, *an Deo omnia sint possibilia*, breviter respondet, πάντα τὰ πρέποντα αὐτῷ, (*omnia quæ eum decent* [d].)

38. *Dixit*] Et rem credens, & modum, Deo mentem illuminante, intelligens [*]. ¶ *Ecce ancilla Domini*] Locutio Hebræa [f], de se, tanquam de alio, loquens [g], [&] obedientiæ propositum notans, ut 1 Sam. 3. 6, 8 [h]. Et humilitatem hîc declarat & obedientiam. Dum se *ancillam* vocat, ipsum *Dominum*, & suam subjectionem, & ejus potestatem, ostendit [i]. ¶ *Fiat mihi secundùm verbum tuum*] q. d. Operetur id Deus in me quod dicis [k]. Verba sunt, vel, 1. optantis [l]; vel, 2. consentientis [m]. Non consentit tantùm Virgo, sed & desiderat, eximio fiduciæ exemplo [n]. Consensum exigit Deus, quia non decuit eam imprægnari invitam, aut insciam: quis enim amor matris erga talem prolem, &c [o]? Qu. 1. Quando conceptio Christi facta est? Resp. Statim post illa Mariæ verba [p]: nec enim ratio erat cur amplius differretur, exspectato tantùm Virginis consensu, &c [q]? Non dubium quin simul cum consensu & desiderio impleri promissio cœperit, ut hâc quoque in parte personam Christianorum Maria gereret. Quare & post hoc dictum discedit Angelus, ut peractâ legatione; quemadmodum à veteribus non malè notatum est [r]. Ità Virgo Nazarethæ concepit †. Sed malim eam Hebrone concepisse, ideóque eò festinâsse, v. seq. ubi tot typi, & res, ipsum respicientes antecesserunt. 1. Par erat, ut promissum ibi inciperet compleri, per conceptionem Messiæ; nempe inter illos Patriarchas quibus primò factum est. 2. Congruum erat, ut Shilo, ex tribu Juda, & ex semine David, conciperetur in urbe Juda, & David; in quali urbe & nasciturus erat. 3. Tam exacta urbis Hebronis descriptio, v. seq. videtur Christum potiùs respicere quàm Johannem, qui, cùm Sacerdos esset, in quavis tribu nasci poterat [t]. ¶ *Discessit*, &c.] Quasi re confectâ [v], ut exponeret legationis suæ successum [x].

39. *Exsurgens*, Ἀναστᾶσα] Vox redundans, ut & infra 4. 29. Nec aliter 1 Mac. 12. 40. & 13. 24 [y]. *Exsurgens abiit*, est pleonasmus Hebraicus, ut, *respondens dixit* [z]. ¶ *In diebus illis*] Id est, Statim, eo instante temporis: id enim significat hæc phrasis, ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις, ut Luc. 23. 7. & 24. 18. Act. 1. 5. & 11. 27. & 21. 15. quum phrasis, ἐν ἡμέραις ἐκείναις, tempus indefinitum denotet [a]. Al. Post unum aut alterum diem domi, in meditatione & gratiarum actione, insumptum [b]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὴν ὀρεινὴν] *In montem*, Tre. ex Sy. &c. *In montana*, Er. Il. Ti. Ca. *In montanam regionem*, P. Be. Pi. subaudi χώραν, vel γῆν [c]. Intelligit *montana Judææ* [d], Num. 13. 17. Vide & Jos. 11. 21. & 20. 7 [*]. ad meridiem Hierosol [f]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ σπουδῆς] *Cum studio*, seu *diligentia*, Bru. ex Sy. *Cum festinatione*, Be. Pi. Scul. ex Cas. Non ex curiositate, sed, 1. ex caritate, ut cognatam inviseret [g], eíque jam gravidæ ministraret [h]: 2. ne negligeret signum [de Elisabethæ graviditate] quod augendæ ipsius fiduciæ Deus assignaverat [i]: 3. ut & Elizabethæ congratularetur de filii conceptu, & ipsa vicissim ei aperiret quid secum actum esset, adeóque ex duplicis in se & illa gratiæ intuitu ad Deum celebrandum magìs accenderetur [k]: 4. ut exultatione Joannis in utero gloriosior esset Christi conceptio [l]: 5. ut Messiam Hebrone conciperet [m]. [Vide ad v. præced.] ¶ *In civitatem Juda*] Quandam, in in qua scilicet habitabat Zacharias [*]; vel, 1. Hierosolymam [n]. At ea fuit in tribu Benjamin, Jos. 18 [o]. Vel, 2. Hebronem [p]: quæ in montanis sita erat, Jos. 14. 12. 13 [q]. & urbs Sacerdotalis fuit [r], (extra quam frustrà quærimus Zachariam, filium Aaronis †,) & in tribu Juda [t]. Vide Jos. 21. 9, 10, 11 [v]. Accedo eorum sententiæ qui Hebronem significari judicant. Nam πόλις, ut Hebræum קרית, ità solet poni ut significet μητρόπολιν. Et erat quidem Hierosolyma caput Regni: At peculiariter portionis Judæ urbs præcipua Hebron, ut colligitur 2 Sam. cap. 2 [x]. Locus hic erat celeberrimus. Hîc promissum de Isaaco factum, instituta circumcisio, sepulturæ locus Abrahæ & Saræ, Isaaci & Rebeccæ, Jacobi & Leæ, &, ut Antiquitas putavit, Adami & Evæ: hîc Abraham primam terram, & David primam coronam, accepit [y].

40. *Salutavit Elizabeth*] Non meminit Zachariæ, vel quia ille absens fuit, vel quia ad rem hoc non pertinebat; nec ille jam, nisi gestibus, poterat salutari [z].

41. *Exultavit*; ità Mo. Tre. Ca. Ἐσκίρτησε] *Subsiliit*, Ti. Be. Pi. Ar. sic Er. P. V. &c. Eadem vox usurpatur à LXX ad Gen. 25. 22. Psalm. 114. 4 [a]. Solent quidem Medici hoc verbo notare motum naturalem infantis in utero, quod σκαρίζειν est aliis. Mihi autem certum videtur, motum hunc non naturalem, sed Divinitus fuisse procuratum; perinde ut collisionem illam infantium in Rebeccæ utero: nam & hoc & illud μυστικὴν habuit ὑπόνοιαν· (*mysticam significationem* [b].) Noverat Elizabetha, fœtum suum Præcursorem fore Messiæ. At non novit adhuc, quânam fœminâ nascendus Messias, donec hæc exsultatio infantis in utero indicium daret [c]. Motum hunc constat fuisse à Spiritu Sancto, sine quo scire non poterat, ipsam Christum concepisse. ¶ *Infans*, Βρέφος] Id est, ἔμβρυον, ut vox interdum sumitur. Aphrodisæus, Ἐν μήτρᾳ συλλαμβανόμενον βρέφος παραμένει. Dioscorides, Τοῦτο καὶ τὰ βρέφη ἐκτιτρώσκει. Phocylides autem utrumque conjunxit, Μηδὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρός [d]. ¶ *Repleta Spiritu*, &c.] Id est, spiritu Prophetiæ [*], ut sequentia docent [f].

42. *Benedicta tu*, &c.] Ipsa verba Angeli usurpat, ut ab eodem Deo motam appareat [g]. ¶ *Et* (vel, *Quia*: καὶ hîc est causale [h]:) *benedictus fructus*, &c.] Sunt verba Deut. 28. 4. Ostendit ergò Elisabet Legis promissiones nunc excellenter & supra communem sensum impleri [i]. Christus benedictus erat, & quà Deus, quippe in se perfectissimus, & omnis beneficii origo; & quà homo, summis beneficiis à Deo cumulatus [k].

43. *Unde hoc mihi*] Scil. contingit? Quibus meritis meis? q.d. nullis [l]. Verba admirantis dignationem Dei ejúsque matris [m]. Modestiæ filii præludit, qui olim Christo dicturus erat, *Tune venis ad me?* Matth. 3. 14 [n]. ¶ *Mater Domini*, &c.] *Dominum* vocat Messiam exemplo Davidis [o]. Duo hâc compellatione declarat, 1. incarnationem Verbi momento perfectam; neque enim embryonem in utero agnoscit, sed Dominum: 2. personæ unitatem in duabus naturis, eúmque, qui genitus est mortalis homo, esse simul æternum Deum, & Virginem esse Θεοτόκον, *Deiparam* [p].

44. *Ut facta*, &c. Ὡς ἐγένετο, &c.] *Ut exstitit vox—in auribus*, Be. Vertere simpliciter licet, *ut pervenit ad aures* [q]. Nam γίνεσθαι pro *venire* sæpe usurpant nostri & alii Scriptores. Syrus נפל, *accidit auribus* [r]. ¶ *Exsultavit in gaudio*, Ἐν ἀγαλλιάσει] *Præ gaudio*, Er. V. Bru. *Cum exsultatione*, Be. Pi. *Exsultatione vehementi*, Li. ho. Χαρὰ est, *gaudium*; ἀγαλλίασις potiùs, *gesticulatio lætantis* †. Solet ad animum transferri: propriè tamen gesticulationem significat qualis esse lætantium solet. Atque hoc videtur indicare Elisabet, sicut infantes in utero calore delectati naturaliter subsultant, ità citra causam naturalem & modo non naturali infantem suum subsultâsse. Quod autem quidam hinc colligunt, rationis usum in Johanne anticipatum, nec Augustino, neque verò mihi, satis rectum videtur [t]. Τὸ, ἐν ἀγαλλιάσει, modum rei denotat, non causam: nam non magìs novit Johannes embryo quid rei jam actum, quàm norunt Jacobus & Esavus in utero, quid de seipsis postea agendum [v]. Hæc exsultatio facta erat Divinâ potentiâ, sed sine [Johannis] sensu, cognitione, aut fide; de his enim nihil hîc dicitur, sed de motu tantùm [x]. Al. Ratio Johanni

Margin notes (left column): [z] Be. [a] Er. [b] Be. [c] D. sim. Be. Er. [d] G. [*] Bru. [f] G. sim. Be. [g] Be. [h] G. [i] Eru. Mal. [k] Bru. [l] Ambros. Euthym. &c. in Mal. [m] Mal. ex Iren. & Damasc. &c. [n] G. sim. Bru. [o] Bru. [p] Mal. ex Iren. Tertul. Athan. &c. sic Bru. &c. [q] Eru. sim. Mal. [r] G. † Plerique in Li. [t] Li. harm. p. 48. [v] Bru. Mal. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] Ham. [b] Bru. [c] Pi. [d] D. sic Ec. [*] D. [f] G. [g] Mal. [h] Q. in Li. [i] G. [k] Bru. ad v. 40.

Margin notes (right column): [l] Mal. ex Euthym. [m] Li. harm. [*] V. [n] Camer. [o] Zeg. [p] Be. & ex eo D. Scul. Di. Glas. Li. Bru. [q] Scul. ex. 1. 11. [r] Scul. sic Bru. Li. Di. &c. † Li. harm. 48. [t] Scul. ib. [v] Scul. ex Be. [x] G. [y] Li. ib. [z] Bru. [a] Li. ho. [b] G. [c] Li. ho. [d] Be. [*] Bru. sim. Pi. [f] Pi. [g] G. [h] Be. ex Th. sim. Bru. [i] G. [k] Bru. [l] Bru. sim. Pi. [m] Bru. [n] G. [o] G. sim. Bru. [p] Eru. [q] G. sim. Pi. Bru. [r] G. † Er. [t] G. [v] Li. ho. [x] Aug. in Mal.

Johanni anticipata erat [y], sensitque Johannes Christi adventum: alioquin quomodo Spiritu Sancto repletus diceretur *in utero* [z]? [Imò, *ab utero*, &c. v. 15. quod longè aliud est. Vide ibi dicta.]

45. *Beata*, &c. Μακαρία ἡ πιστεύσασα· ὅτι ἔσται τελείωσις, &c.] Puto generalem esse sententiam, sed à muliere ad mulierem elatam fœm. gen. *Beata quæ credit exitum habitura ea quæ Divinitus ipsi sunt nunciata*; quomodo accipit Syrus. Sicut Christus dixit, *Beati qui audiunt*, &c. infrà 11. 28. &, *beati qui non videntes credunt*, Joh. 20. 29. Solet autem res credita per ὅτι exprimi, ut Matth. 9. 28. Marc. 11. 24. Simillima autem hujus loci locutioni est illa Marc. 11. 23. πιστεύσῃ ὅτι ἃ λέγει γίνεται. Illud, παρὰ Κυρίου, bene interpretatur Syrus, מן לות מריא [a]. Post πιστεύσασα non adscribenda est distinctio, & ὅτι non αἰτιολογικῶς, sed εἰδικῶς accipiendum [b]. *Et beata est quæ credidit*, Be. Pi. &c. (quum maritus meus, vir, Sacerdos, senex, doctus, &c. non crederet id quod tamen magis credibile erat [c]:) *nam perficientur ea*, &c. Pi. sic Er. Il. Ti. P. &c. vel, *erit perfectio*, &c. Mo.

46. *Et ait Maria*] Si rectè Origenem intelligo, hîc dicit in quibusdam Codicibus omissum *Mariæ* nomen, ac proinde à quibusdam creditum hoc carmen esse Elisabetæ: quos refellit & Librorum, & Interpretum, & veterum, qui verbis hinc depromptis utuntur, auctoritas. Solebant Hebræi, ut & gentes aliæ, ad movendos affectus aut lætos aut lugubres, uti carminibus, ut passim in V. Fœd. historia videre est. Vide Scriptorem Resp. ad Orthod. [& verba in G.] Erant autem ῥυθμοί, sive numeri, Hebræorum non ἔμμετροι, (*metrici*,) sed lege soluti; cujusmodi etiam erant, & nunc quoque sunt, ipsorum saltationes. Respicit hoc carmen non obscurè ad tempora exitûs ex Ægypto, quibus tempora Messiæ figurabantur, non sine admirabili Dei dispositu, congruentibus circumstantiis. Est ibi Maria προφῆτις dux fœminei agminis: & hîc Maria obumbrata S. Spiritu, supra omnes fœminas celebranda. Secundas ibi tenet Elisabet Aaronis uxor; hîc alia Elisabet nupta Sacerdoti ex Aaronis genere [d]. Canticum hoc primum est Novi Testamenti, stilo planè prophetico, &c [*]. ¶ *Magnificat*, &c.] Id est, altè & magnificè prædicat [f], effert laudibus [g]. Ità Psal. 34. 3. גדלו, Græcè, μεγαλύνετε. Solent in carminibus res eædem πολυωνύμως exprimi, atque hîc prius *animam* dixit, deinde [v. seq.] *spiritum*. Neque tamen contemnenda videtur Origenis observatio, qui μεγαλύνειν ad Intellectum, ἀγαλλιάζειν ad Affectum subsequentem, retulit [h].

47. *Et exsultavit*, &c.] Contractum ex Psal. 35. 9. Sed & in Annæ cantico, εὐφράνθην ἐν σωτηρίᾳ σου. Præteritum aut Futurum pro Præsenti ponere mos est Hebræorum [i]. Καὶ ἠγαλλίασε, &c.] *Et exsultat*, Be. Pi. Enallage temporis, nisi καὶ vertas *enim* [k]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ τῷ Θεῷ, &c.] *Super Deo servatore meo*, Be. Pi. &c. auctore salutis, & omnis boni [l]. Ἐπὶ hîc declarat causam, ipsamque adeò gaudii materiam [m]. *Propter*, vel *Per*, *Deum*, &c. V.

48. *Quia*, &c. Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν, &c.] *Quia respexit* (id est, favore singulari complexus est [n].) *humilitatem* (vel, *ad humilitatem*, Er. Ti. vel, *parvitatem*, sive *nihilitatem*, V.) *ancillæ suæ*, Tre. ex Sy. Ca. Pi. &c. vel, *humilem ancillam suam*, P. Be. id est, humilitatem meam [o]. Ταπείνωσις h. l. denotat, vel, 1. virtutem superbiæ oppositam. Ità Orig. Aug. & plerique veteres novique Interpretes. Quod non placet: nec enim humilitatis esset se humilem profiteri: nec suis meritis adscribit quod sit mater Dei, sed se indignam declarat, &c [p]. Vel, 2. conditionem abjectam [r]: q. d. me minimi pretii, vilem & exiguam bonis tum corporis, uxorem fabri, &c; tum animi, virtutibus, meritis, &c [†]. Non merita sua, sed infinitam Dei misericordiam, prædicat [t]. *Humilitas* est ταπεινοφροσύνη [v], at ταπείνωσις idem est quod עני, *miseria*, aut certè, *conditio abjecta* [x], ut Phil. cap. 3. v. 21. videre est [y]. Ità Lxx vertunt Gen. 29. 32 [z]. item 2 Reg. 14. 26. Psal. 25. 18. quibus locis *respiciendi* fit mentio. Sed maximè huc faciunt Annæ verba, quæ non dubito respici à Maria, cùm & in cæteris ejus verba imitetur. Ea sic habent Græcè, —ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν, &c. 1 Sam. 1. 11. unde intelligendum & quæ ibidem sequuntur ad Christum mysticè referri debere, δώσω σοι αὐτὸν ἐνώπιόν σου δοτόν, &c. Non multò aliter Valerius Maximus, de se loquens, ad Tiberium Cæsarem, *Mea*, inquit, *parvitas* [a]. ¶ *Ex*, &c. Ἀπὸ τοῦ νῦν] Sub. χρόνου, ex eo tempore quod nunc est [b]: *Ex hoc nunc*, V. Bru. *Ex hoc*, sub. *tempore*: Heb. מעתה, *ex nunc*, Psal. 113. 2. Sic מאז, *ex tunc*, ex eo tempore. Sic Sueton. dicit, *Ex eo nunquam*——*dixit* [c]. ¶ *Beatam*, &c. Μακαριοῦσι, &c.] *Beatificabunt* (vel, *Beatam prædicabunt*, Be. Bru. Pi. *Felicem judicabunt*, Er.) *me omnes generationes*, Bru. vel, *ætates*, Be. Bru. Pi. hominum sibi mutuò successuræ, i. e. ex omnibus aliqui, nec pauci [d]; omnium seculorum electi [*]; non tu solùm & Judæi, sed & Gentes omnes, &c [f]. Alludit, sed cum augmento, ad id Gen. 30. 13. μακαριοῦσί με αἱ γυναῖκες [g].

49. *Quia fecit mihi* (vel, *egit mecum*, Be. illi acceptum debeo [h],) *magna*, Μεγαλεῖα] *Magnifica*, Pi. Bru. vel, *magnificè*, Be. *magnalia*, Bru. Hebraicè, vel, נפלאות, ut Psalm. 98. 1. quò Maria respexisse videtur [i]: vel, גדולות [k], quod Lxx transferunt μεγαλεῖα, Deut. 11. 2. & Psal. 71. 19. עשית גדולות, ἐποίησάς μοι μεγαλεῖα· ubi μοι additum à Lxx, quem locum hîc respici puto. Similis locutio Deut. 10. 21. Vox μεγαλείων occurrit & Act. 2. 11. Sensus [h. l.] est, Res magnas & miras mihi præstitit. Confer & Psal. 126. 2 [l]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ δυνατὸς] *Potens ille*, Be Pi. Bru. excellentissimè & solus [m]: Articulus præstantiam declarat. Heb. האל [n], vel גבור: id enim Dei attributum: ità vertunt Lxx Psalm. 24. 8. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ] Id est, οὗ τὸ ὄνομα ἅγιον, contractum ex Psalm. 111. 9. *Sanctum & tremendum nomen ejus* [o]. *Cujus* (vel, *Et cujus*, V.) *sanctum est nomen*, Be. Pi. V. *Sanctum*, i. e. gloriosum. Refertur ad præced. *& misericordia ejus*. Tum *glorificatur nomen Dei*, cùm nihil nostris meritis, sed totum tribuitur Dei misericordiæ [p]. *Sanctum*, &c. i. e. ille nominatissimus seu celeberrimus sanctitate, scilicet fecit mihi magna [q]. Est autem hæc Dei περίφρασις religiosa. Philemon, aut Menander, Θεὸς ὁ πάντων δεσπότης, &c. (*Deus omnium Dominus, Cujus nomen tremendum ego nè profari ausim* [r].)

50. *Et misericordia* (vel, *bonitas*, sive *beneficentia*: id enim est חסד, quod Lxx vertunt, ἔλεος [†]) *ejus à progenie*, &c. Εἰς γενεὰς γενεῶν] Id est, αἰῶνας αἰώνων. Sunt ipsa verba Psal. 103. 17 [v]. Solet autem γενεὰ sumi hoc significatu, ut Eph. 3. 21. Col. 1. 26. Sensus est, Deum perpetuò ac sine fine benefacere iis qui religiosè se venerentur [x], & ipsis & eorum posteris, usque ad mille progenies, juxta Exod. 20. 6: vel significat, promissiones Dei complecti perennia ac perpetua bona, nec unquam excidere Verbum Dei [y].

51. *Fecit*, &c. Ἐποίησε κράτος, &c.] *Fecit* (vel, *Præstitit*, Er. Il. V. *Exercuit*, Ti. *Exseruit*, Be. *Patrat*, Ca.) *robur* (vel, *fortia*, Ca. vel, *victoriam*, Tre. & Di. ex Sy. Pers. κράτος est Heb. חזק, quod non modò *robur*, sed & *prævalentiam*, significat: unde & Deus חזק, κραταιός, i. e. ità potens ut semper prævaleat [z]. Vel, *forte facinus*, P. Be. Pi. At id speciale quoddam facti genus, seu exemplum, notat. Mariæ verò propositum est h. l. magnifica providentiæ Dei opera prædicare [a]. Sensus est, Fecit potenter [b]:) *in brachio suo*, Mo. &c. vel, *per brachium suum*, i. e. Exserto brachio suo ostendit quantum posset [c]. Rursum cum augmento extulit illud Psal. 118. 15, 16. Efficacia Dei magna per *Digitum* indicatur; per *Manum*, major; per *Brachium*, maxima. Confer locum Exod. 15. 16. Vide Job 40. 9. Psal. 77. 15. & 89. 13. & 98. 1. Esa. 40. 10. & 62. 8. Κράτος aut δύναμις dicitur *opus potentissimum*, qualis erat virginalis conceptio [d]. Pleonasmus hic est maximæ energiæ [*]. ¶ *Dispersit*, &c. Διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ, &c.] *Dissipavit*, vel *Dispersit* (ut turbo paleas [f]: vel comminuit, ut frusta hinc indè dissiliant [g],) *superbos* (vel, Diabolos, vel Pharisæos, & Judæos [h]: Sed si certas personas respiciat, mallem hoc de quatuor Monarchiis Danielis intelligi. Verùm præstat generaliùs accipere [i].) *cogitatione* (vel, *mente*, Vulg.) *cordis eorum*, Be. Pi. i. e. qui mente cordis sui superbi erant [k]: q. d. elatos animo & arrogantes [l]. *Profligat eos qui animi fastu insolescunt*, Ca. Al. Sensus, Dissipat superbos, idque iis ipsis consiliis quibus alios evertere conantur, vel cum suis consiliis, vel propter consilia sua, &c. Potest tamen διανοίᾳ referri non ad διεσκόρπισεν, sed ad ὑπερηφάνους. q. d. Dissipat eos qui sibi

Marginal notes (left column): y Mal. ex Hi. Chrys. Th &c. z Mal. a G. b Be. ex Th. c Li. harm. 49. d G. * Bru. f Be. g Bru. ex Er. h G. i G. k Be. l Bru. m Be. n Bru. sim. Be. Pi. o Pi. p Mal. r G. sic Be. Bru. Mal. D. Pi. Scul. &c. † Bru. t Be. ex Er. v Be. x G. ex D. y G. z G. ex D.

Marginal notes (right column): a G. b Pi. c D. d Bru. * Pi. f Li. harm. 50. g G. h Bru. i Be. k G. Bru. l G. m Bru. n Be. o G. p Er. q Bru. r G. † Bru. v G. sim. Be. x G. y Be. z Di. a Scul. ex. 1. 43. b Bru. c V. d G. * Be. f Idem. g Be. Bru. h Q. in Li. i Li. harm. 50. k Euthym. in Mal. l Bru. ex Euthym.

sibi in consiliis suis placent [m]. Al. Hypallage est, pro, Dispersit cogitationes superborum, cùm in insperatum evadunt exitum [n]. Pars [horum verborum] est ex Psal. 89. 11. ubi רהב vulgò *Ægyptum* exponunt, cùm Lxx sumpserint pro adjectivo, verterintque ὑπερήφανον. Est autem in verbo διασκορπίζειν eadem ferme vis quæ in verbo διασκεδάζειν, ut apparet infrà 15. 13. & 16. 1. Act. 5. 37. Adde Matt. 25. 24, 26. & 26. 31. Marc. 14. 27. Joh. 11. 52. Διασκεδάζειν autem ponere solent Lxx ubi de dissipandis consiliis, quas hîc Lucas διανοίας dixit, agitur: 2 Sam. 15. 34. & Psalm. 33. 10. qui locus hîc simul cum illo præcedente videtur respici, διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν. Sensus ergò hic est, Dissipavit superbos, quod consilia cordis ipsorum attinet. Vetus est proverbium Hebræorum, quod, ut multa alia ejus generis, servatum est nobis in Eclogis Jesu Sirachidæ. Vide Ecclesiastic. 10. 15. Ὅτι ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανεία, &c. Hæc ipsa sententia est quam in Epinicio latè prosequitur Moses. Impleta autem est cùm Deus Messiam nasci voluit non ex iis qui sceptro aut legis scientiâ superbiebant, sed ex Virgine contemptæ sortis. Atque idem quotidie impletur in vocatione Christianorum, cujus imago fuit hæc conceptio. Vide Mat. 23. 12. Rom. 10. 3. Eódem pertinet illa γνώμη itidem usu trita, ut apparet ex Jac. 4. 6. 1 Pet. 5. 5. Sed & Seneca dixit, *Sequitur superbos ultor à tergo Deus* [o].

52. *Deposuit*, &c. Καθεῖλε δυνάστας, &c.] *Detraxit* (vel, *Deturbavit*. Sy. Pers. invitos, & totis viribus renitentes: & præt. pro præs. *Detrahit*, i. e. detrahere solet [p]: *Deturbat*, Ca.) *potentes*, (i. e. opibus aut genere insignes [q]: dynastas, vel primates [r]: i. e. *superbos*, quales plerumque οἱ δυνάσται, sive ἄρχοντες †,) *è thronis* (i. e. ex imperio rerúmque fastigio [t],) *& extulit humiles*, Be. sic Pi. i. e. vilis abjectæque conditionis homines [v], qui tamen h. l. simul sunt pauperes spiritu, coram Deo nihil prorsus sibi tribuentes [x]. Sententia eadem est quæ Psal. 113. 7, 8. & 1 Sam. 2. 8. ubi נדיבים Lxx vertunt δυναστῶν. At verba propiùs accedunt ad alterum proverbium Hebraicum quod dictâ jam rubricâ nobis exhibet Sirachides, Θρόνους ἀρχόντων καθεῖλεν ὁ Κύριος, καὶ ἐκάθισε πραεῖς ἀντ' αὐτῶν ἔνδοθεν· unde etiam discimus quid hîc sit ὕψωσε, nempe, ἐπὶ τοὺς θρόνους. Nam ταπεινοὺς & πραεῖς ab Hellenistis promiscuè dici solere alibi annotavimus. Idque ipsum monere nos debet ταπεινοὺς hoc quidem loco intelligendos eos qui non fortis tantùm sunt humilis, sed animo quoque ταπεινόφρονες· quomodo ea vox usurpatur Matt. 11. 29. & dictis Jacobi & Petri locis, & alibi passim. Est hujus sententiæ nobile exemplum in Saule & Davide. Quò pertinet id 2 Sam. 6. 22. qui locus hunc illustrat. Vide, si libet, & Josephum Jacchai ad Dan. 2. 20. & 4. 14 [y].

53. *Esurientes*, &c. Πεινῶντας, &c. *Famelicos* (Participium loco nominis [z]: qui non modò esuriunt, sed & ad extremam inopiam redacti sunt [a]: pauperes & humanis præsidiis destitutos [b],) *implevit bonis, & divites ablegavit* (vel, *emisit à se*, Er. ἐξαποστέλλειν est, *ablegare à se*, & amandare [c],) *inanes*, Be. Pi. vel, *vacuè*, D. Di. ex Sy. & Ar. ut Job. 22. 9. ubi in Heb. est, ריקם, in Lxx κενάς [d]. Γνώμη similis superioribus. Sensus idem qui 1 Sam. 2. 5. ubi itidem dictum generale pertinet ad partûs beneficium. Ἀποστέλλεσθαι κενοὶ dicuntur quicunque rei alicujus obtinendæ causâ aliquem compellant, neque eam obtinent, ut videre est infrà 20. 10, 11. Vide & Judithæ 10, 11 *. Metaphora à legatis Principum qui dimittuntur non impetrato eo propter quod venerunt [f].

54. *Suscepit*, &c. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ] *Suscepit* (vel, *Adjuvit*, Tre. ex Sy. V. sim. Pi. Pers. Di. ex Ar. *Vendicavit sibi*, V. *Sustentavit*, P. Prostratum porrectâ manu erexit, ut explicatur Job. 8. 20. Est enim, ait Galenus, τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι manûs proprium, ut ex antecedente intelligatur consequens. Heb. est תמך, Esa. 41. 10. quò Maria respicere videtur [g]. Ἀντιλαμβάνεσθαι est, *retinere* atque *sustinere*, nec non, *dextram dare*, seu *manu prehendere*: id quod fit à subvenire alicui volentibus [h]. Apud Lxx ἀντιλαμβάνεσθαι usurpatur pro החזיק, sequente ב, *apprehendit*, erigendi aut firmandi gratiâ; pro תמך, quod idem valet; pro נצר, *custodivit*; pro סמך, *sustentavit*; pro סעד, *fulcivit*; pro עזר, *adjuvit* [i]. Est quidem ubi ἀντιλαμβάνεσθαι respondet Hebræo חפך, [lege תמך,] quod & ἀφαρπάζειν transferri notavimus, nonnunquam & aliis vocibus. Sed hîc, ni fallor, respondet verbo החזיק, quod est, *sustentare*, atque interdum etiam, *manu ducere*. Nam in Esa. 41. 10. unde hoc desumptum est, cùm dixisset Deus, *Israel puer meus*, sequitur אשר החזקתיך, quod vertunt Lxx, οὗ ἀντελαβόμην· additur autem, ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς. Idem verbum sæpe iidem vertunt, κρατεῖν τῆς χειρὸς· interdum & ἐπιλαβέσθαι τῆς χειρὸς, ut Jer. 31. 32. à qua Versione non discedit Scriptor ad Hebræos 8. 9. quibus locis sequitur, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἐπιλαβέσθαι χειρὸς dicitur & Act. 23. 19 [k]. Al. Solebant Græci filios suos ob delictum aliquod abdicare atque è conspectu removere, & tum dicebantur filii ἐκπίπτειν τὸ γένος· cùm autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνεσθαι τὸ γένος. Certè Israel & nos omnes excideramus gratiâ cœlestis Patris. Itaque celebratur ille hîc tanquam ἀντιλήπτωρ, *susceptor*, sive *liberator* [l].) *Israelem puerum suum*, Be. Er. Il. Mo. &c. i. e. servum suum [m]. *Puer*, pro *servo* [n]: Græcismus [o]. Sed & Hebræis נער, *puer*, non tam ætatis nomen est quàm ministerii. Vide 1 Sam. 25. 9. נערי, pro quo v. 10. עבדי, item Act. 4. 25. Terent.—*Puerum inde abiens conveni Chremis*. Cicero ad Atticum, *Eo die pueri tui mihi à te literas reddiderunt* [p]. Sensus Spiritûs S. hoc in loco est, Sicut olim Deus populum Israeliticum eduxit quasi manu suâ ex Ægypto, ità nunc rursus eum educet ex ignorantiæ tenebris & peccati servitute. Exod. 15. 13. est, ὡδήγησας τῇ δικαιοσύνῃ, &c. ubi δικαιοσύνη *misericordiam* significat: nam in Hebræo est בחסדך [q]. [Ca. locum sic vertit; *Subvenit Israelitis suis*.] ¶ *Recordatus*, &c. Μνησθῆναι ἐλέους] *Recordari* (vel, *Recordatione*, Ti. vel, *Ut recordaretur*, V. Camer. Ut memorem se ostenderet [r]: Heb. לפקוד †, vel לזכור [t]: μνησθῆναι, vel pro, ὡστε μνησθῆναι, sive, ἵνα μνησθῇ, τελικῶς [v]· vel pro, τοῦ μνησθῆναι, scil. ἕνεκα, & hoc pro, κατὰ τὸ μνησθῆναι, *recordando*, sive *quatenus recordatus est* [x]. *Ut memor esset*, Be. Pi. Er. Il. P. At non ut esset, sed quia erat, memor suæ misericordiæ, adjuvit Israelem. Verto, *recordando*, vel, ut Sy. & Ar. *& recordatus est*, quod idem est; nam *&* valet *quia* [y].) *misericordiæ suæ*. Bru. Intenditur digitus ad Psalmum 98. 3. Confer & Mic. 7. ult. ubi similiter *misericordiæ* mentio, & *Jacobi*, & *Abrahami*. Dicitur autem Deus *populi sui meminisse* quoties eum longis malis oppressum insigni beneficio sublevat. Vide 2 Par. 6. 42. & hîc infra 72 [z]. *Recordari misericordiæ* hîc significat, misericordiam promissam ex recordatione promissionis præstare: Meton. efficientis [a]. Intelligitur consequens ex antecedente, alioqui recordatio promissionis antegreditur ejus præstationem [b]. Si per *misericordiam* hîc intelligimus gratuitam promissionem, quod v. seq. evincit, commodè μνησθῆναι sumitur pro, ἕνεκα τοῦ μνησθῆναι, & hoc pro, ἕνεκα τοῦ πληρῶσαι, *ad implendum*: nam recordari promissionum Deus dicitur, quum eas implet. Confer 2 Par. 6. 42. qui locus est nostro planè parallelus [c].

55. *Sicut locutus est*] Id est, prædixit [d], vel promisit *; scil. se præstiturum misericordiam [f]. ¶ *Ad patres*, &c. Πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ] *Ad* (vel, *Apud*, Val.) *patres nostros*, vel, *Patribus nostris*, *ipsi Abraham*, Er. V. &c. vel, nimirum *Abrahamo*, Be. Pi. Anomalia est in syntaxi: nam post τοὺς πατέρας, dicendum fuerat, per Appositionem, τὸν Ἀβραάμ. Al. Dativus, τῷ Ἀβραάμ, jungendus est cum v. præced. hoc modo, *Recordatus misericordiæ Abrahæ*, ut illa verba, *Sicut locutus est ad patres nostros*, includantur parenthesi [h]. Locum sic verto; *Reminiscendo misericordiam (ut locutus est ad patres nostros) Abrahamo & semini ejus*, &c. Tam facili remedio ingens curatur Solœcismus *. ¶ *Et semini ejus*] Id est, posteris ejus [i], nempe Israeli [k]: Isaaco, Jacobo, Davidi, quibus nominatim Deus renovavit promissionem factam Abrahamo [l]: vel posteritati spirituali, ut docetur Rom. 4. 16. & 9. 8 [m]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸν αἰῶνα] *In æternum*, Be. Pi. Ad perpetuitatem [n]. Sunt qui [hoc] positum putant pro Hebræo סלה, quod in hunc sensum interpretantur Aq. & Hi. Sed videtur ea significatio non omnibus locis congruere: multíque Hebræi, ut & Lxx, aliter id exponunt [o]. Hoc autem tam congruam habet dependentiam à diversis verbis, ut difficile sit quò referendum [p]. Vel, 1. ad totum canticum [q]. Vel, 2. ad finem v. præced [r]. ut reliqua hujus versûs parenthesi includantur †; vel, ut *misericordia* dicatur esse *in secula*: vel, ut Deus dicatur recordari

m Be. n Mal. o G. p Bru. q Be. r Bru. † G. t Bru. v Be. Bru. x Be. y G. z Bru. ex Be. a Be. b Bru. c Be. d D. * G. f D. g Be. h Camer. i Di.

k G. l Scul. ex. 1. 43. m Be. sic D. n V. sic D. o V. p D. q G. r V. G. sim. Be. Bru. † Be. t Pi. Di. v Camer. x Pi. y Di. z G. a Pi. b Be. c Di. d Bru. * V. sim. Be. Camer. Bru. f Pi. sic Bru. g Pi. h Bru. * Kn. i Bru. sic Be. Pi. &c. k Bru. l Be. m Pi. n V. o G. p Li. harm. p. 19. q Zeg. r Q. in Pi. Th. in Be. † Th. in Be.

recordari in seculi [t]. Sed trajectio hæc nimis dura est [v]. Vel, 3. ad semen permansurum in secula [x]. Vel, 4. ad ἐλάλησε [y], sententiâ subintellectâ, *prout loquutus est* (scil. se misericordiam præstaturum) *Abrahamo & semini ejus, in æternum* [z], non ad certum usque gradum posteritatis, sed in infinitum usque [a]. Sensus est, Quemadmodum Abrahamo & Isaaco in perpetuum promisit. Omnino id respicitur, quod fœdus cum Isaaco initum dicitur ברית עולם לזרעו אחריו, Gen. 17. 19. quod ità explicant LXX, διαθήκην αἰώνιον, εἶναι αὐτῷ Θεὸς καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν. Sicut autem ibi rectè supplent LXX, εἶναι αὐτῷ Θεὸς, ex superioribus verbis ejusdem cap. v. 7. ubi cum ipso Abrahamo fœdus feritur; ità & hîc idem subintelligendum est: hoc enim est illud quod Deus ἐλάλησε τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Atque eadem *perpetuitatis* clausula sicut in fœderis renovatione cum Jacobo facta ex pacti originalis natura inesse censeri debet, ità Davidi apertè repetita est, ut videre est Psal. 132. 14. ubi LXX habent, εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Et ad hanc fœderis naturam respiciens Paulus, ait ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ Θεοῦ, Rom. 11.29. nimirum quia fixum ratûmque sit apud Deum Israelitas semper eximiâ quadam misericordiâ prosequi: quod tunc præcipuè ostendit cùm Messiam ex ipsis nasci, atque inter ipsos versari, voluit, & illis ante cæteras nationes verbum salutare cum magnis miraculorum testimoniis annunciari [b].

56. *Mansit—quasi mensibus tribus*] Continuis scil [c]. Spatium apud Magistros celebre, & definitum, quo detegitur an fœmina sit gravida, necne [d]. Turbam, ut videtur, vitans discessit sub tempus partitudinis. Nam si partui interfuisset, quod volunt quidam, mansisset etiam per tempora λοχείας curatura puerperam, quod excurrisset extra mensem tertium [*]. Eam partui interfuisse, plerique negant [f]: haud rectè. Vix enim alia causa erat, cur tempus hoc notaretur, nisi ut illud significaretur [g]. Nec caritas ejus permitteret ut cognatam periculo proximam desereret [h]. Obj. Post Mariæ discessum, addit Lucas, tempus Elisab. venisse, &c [i]. Mos Evangelistarum est, ut prius narrent quæ posterius acta sunt [k]. ¶ *Reversa est*, &c.] Jam Joseph eam gravidam comperit, & cogitat dimittere, &c [l].

57. *Elisabeth autem*, &c.] Dum Maria aderat; hanc enim *reversam*, &c. interjecerat Lucas, ut Mariæ historiam absolveret [m].

58. *Magnificavit—misericordiam*] Eodem sensu μεγαλύνειν δικαιοσύνην verterunt LXX pro, *magnis beneficiis afficere*, גדל חסדו, Gen. 19. 19 [n]. ¶ *Congratulabantur ei*] Nempe Elisabethæ, non item Zachariæ, quia surdus erat & mutus, &c [o].

59. *In die octavo*] In quem Deus circumcisionem differri voluerat, nè recens nimiùm partus non sufficeret ferendo dolori [p]. [Vide dicta ad Gen. 17. 12.] Infantium autem circumcisio ostendebat fœdus esse gentilitium [q]. ¶ *Venerunt circumcidere*, &c.] Amici ad eam rem advocati in domum Zachariæ venerunt [r]. Nullus enim locus certus circumcisioni ex Lege præscribitur, ut nec certus circumcisor, sed solet ad eam rem adhiberi qui maximè est in ea arte exercitus. Vide 1 Mac. 1. 63. Domi autem celebratam hanc circumcisionem ostendit puerperæ præsentia. Neque hodie Judæi in Synagoga pueros circumcidunt tanquam id necessarium esset, sed quò pluribus testibus res constet [†]. In Hebrone, & circa tempus Paschæ, circumcisio instituta erat, Gen. 17. Eodem & loco & tempore natus & circumcisus erat Johannes, qui Baptismum loco circumcisionis introducturus erat [t]. ¶ *Vocabant eum*] Statim post circumcisionem peractam nomen infanti imponebatur, Gen. 21. 3, 4 [v]. Sic & apud Romanos dies infantium lustricus dicebatur & *nominalis* ab eodem more; & apud Athenienses decimo die sacra fiebant, & imponebatur nomen infanti, ut nos docent Aves Aristophanis, & ad eum Scholiastes, & in voce Ἀμφιδρόμια Suidas. Nec aliud ea in re spectatum arbitror quàm quòd cùm multi ad circumcisionem aut lustrationem advocarentur, iidem meminisse possent impositi nominis, si qua olim controversia oriretur [x]. *Vocabant*, nempe qui aderant, ut Gen. 25. 25. & 38. 29. Ruth. 4. 18. Interdum nomen imponebat mater, sed id in partu semper factum, & ob causas graves & singulares, ut Gen. 29. 32, &c. & 30. 6, 7, &c. 1 Sam. 4. 21. 1 Par. 4. 29. Alioquin summum hîc Patri jus erat, ut ex eo apparet quòd Jacobus *Benoni* mutaret in *Benjamin*. Hîc autem pater mutus erat, mater nomen in partu non imposuerat, ideo præsentes imponunt, &c [y]. ¶ *Nomine patris*, &c.] Quod gratissimum putabant, &c [z]. Parentum aut avorum nomina posteris imponebantur [a], ut ipsâ nominis recordatione ad imitandas eorum virtutes accenderentur. Sic & apud Græcos à Pyrrho plures *Pyrrhi*, à Philippo *Philippi*, à Ptolemæo *Ptolemæi*. Et apud Pœnos Annibal nomen avi ferebat. Aristophanes Avibus, Ἱππόνικος Καλλίου, κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας. Ulpianus ad orationem Demosthenis De male obita legatione, ἐκ τοῦ γὰρ Πρόξενον τοῦ Ἁρμοδίου ὀνόμαζε ... is enim Proxenus ab Harmodio genus ducebat. Demosthenes in Bœotum, ἄξιος δ' αὐτός, ὡς δὴ πρεσβύτερος ὤν, τέκνου ἔχειν τὸ τοῦ πρὸς πατρὸς πάππου. Vide ad Plutarchum Cimone, ubi Thucydidem ait fuisse πατρὸς Ὀλόρου εἰς τὸν πρόγονον ἀναφερομένου τῇ ὁμωνυμίᾳ [b]. Extraordinarium erat, filium vocari nomine patris, & sine exemplo in S. S [c].

60. *Mater*] Plena scil. Spiritu S. ob filium, ut suprà dictum est [d] quo Spiritu id cognovit quod ab Angelo didicerat Zacharias [*]; vel maritus id illi scripto indicaverat [f].

61. *Nemo est*, &c.] q. d. Gentile hoc nomen non est. Initio, cùm pauci homines essent, nova singulis nomina imponebantur distinctionis ergo, ut patet exemplis Adami, &c. Abrahami, &c. Cùm homines multiplicarentur, contenti erant vetustis nominibus, & infantes cognatorum nomine vocabant, &c [g].

62. *Innuebant*; ità Mo. Er. Be. Pi. &c. Ἐνένευον] i.e. Nutibus ac gestibus interrogabant [h]. Loquendi genus ortum ex vulgi consuetudine: quale illud v. 59. *venerunt ut circumciderent*, i. e. ut circumcisioni interessent [i]. ¶ *Quem*. &c. Τὸ τί, &c.] *Quid* (i. e. quo nomine [k]. Articulus abundat ex Atticismo, ut in illo Aristophanis, Εἰπὲ δή μοι, ὦ Σώκρατες. Τὸ τί [l]. Articulus ... id indicat, cujus significationem innuendo petiissent à Zacharia [m].) *vellet eum vocari*, Be. Pi. vel, *quomodo vellet nominare eum*, Di. ex Sy. ut litem hanc dirimeret [n].

63. *Postulans pugillarem*, Πινακίδιον] *Codicillum*, Ti. *Tabellam*, Mo. Ar. Bru. sic Er. P. Be. Pi. &c. ceream [o], ligneam, aut alterius materiæ, in qua scribebatur stylo [p]. ¶ *Scripsit, dicens*] i.e. In hæc verba. Confer Exod. 18. v. 6. 2 Reg. 5. 6. ¶ *Johannes*] Sign. *Deus gratiosus fuit*. Nomen illi congruum qui primus esset præco Regni gratiæ, & designaret eum qui esset ipsa gratia [q]. ¶ *Est nomen ejus*] Non dicit *erit*, aut *fit*, sed jam *est* [r], dudum scil. impositum [†]. q. d. Nulla superest consultatio in re quam Deus definivit [t].

64. *Apertum*, &c. Ἀνεῴχθη, &c.] *Apertum est autem os ejus illico*, (i. e. restitutus est ei vocis usus [v]:) *& lingua ejus*, Be. Pi. &c. scil. aperta est, i. e. soluta impedimentis [x], vel vinculis, quibus adstricta fuerit ut se movere non posset [y]. Quomodo τὸ ἀνοίγειν ad linguam referatur, diximus ad Marc. 7. 34 [z]. *Aperiri* dicitur lingua, pro, *solvi*, phrasi Ebraicâ, ut Esa. 5. 27. *Non solvetur*, i. e. aperietur [a]. פתח significat & *aperire*, & *solvere*, ligatum [b]: vide Job. 12. 14. ut duplex sit in hoc versu unius verbi notatio, quarum una alteram consequitur: ut apud Homerum, σῖτον καὶ οἶνον ἔδηδες [c]. Hoc qui non intellexerunt addendum putârunt διηρθρώθη [d] (i. e. *dearticulata est*, i. e. velut articuli & ligamenti ope cœpit movere lingua ejus: vocalis reddita est [*]: vel, *perarticulata est*, potuit articulatè loqui [†]. in edit. Complut [f]. Sed veteres Paraphrastæ id non agnoscunt [g]: non est in Sy. Ar. Vulg. Er. &c [h]. Cui os obstruxerat infidelitas, fides cum obedientia aperuit, &c [i]. ¶ *Benedicens Deum*] i. e. Gratias agens [k]; in hymnum erumpens, qui sequitur v. 68, &c. non ob privata beneficia, vocem redditam, filium acceptum, &c. sed ob beneficia publica & longè sublimiora, quorum contemplatione admiratioêque intus ardebat [l].

65. *Timor*] i. e. *Reverentia Dei*, ut Act. c. 2. v. 43 [m]. ¶ *Verba hæc*] Vel, *Res istæ* [n]: quicquid hic dictum aut factum fuerat [o].

66. *Et*, &c. Καὶ ἔθεντο—ἐν τῇ καρδίᾳ] Sic & Luc. 9. 44. Alibi dicit διατηρεῖν, &c. Luc. 2. 51. LXX solent dicere τιθέναι ἐν τῇ καρδίᾳ, ut Ezec. 40. 4. Agg. 2. 18. Συμβάλλειν dixit Æschylus, Prometheo [p]. *Et posuerunt*—(sub. *ea*, Be. Pi) *in corde*, Be. Bru. Pi. i. e. cogitaverunt apud se [q]: diligenter attentéque considerârunt [r], quid hæc

Margin notes (left column): [t] Q. in Li. [v] Pi. [x] Plerique in Zeg. sim. Pi. [y] G. sim. Pi. [z] Pi. ex Be. [a] Be. [b] G. [c] Bru. [d] Li. ho. [*] G. [f] Mal. [g] Mal. sim. Bru. [h] Mal. [i] Q. in Mal [k] Mal. [l] Li harm. 53. [m] Bru. [n] G. [o] Bru. [p] G. sim. Bru. [q] G. [r] G. sim. Bru. [†] G. [t] Li. harm. 64. [v] G. sim. Mal. Eru. [x] G.

Margin notes (right column): [y] Li. ib. [z] Bru. [a] G. sim. Mal. [b] G. [c] Li. harm. 64. [d] G. [*] G. sim. Bru. Mal. [f] Eru. 1.c Sch. [g] Eru. [h] Bru. ex Be. [i] Be. [k] Be. sic Er. V. [l] Fe. [m] Camer. [n] Eru. [o] Eru. sic Er. Gua. [p] Eru. [q] Li. lib. 65. [r] Bru. sim. Mal. G. [†] Eru. sim. Mal. [t] G. [v] Be. Pi. Eru. [x] Eru. sic Pi. [y] Pi. [z] G. [a] Pi. [b] Eru. sim. Ee. [c] Ee. [d] G. [*] V. [†] Eru. [f] Be. sic Bru. [g] G. [h] Li. 65. [i] Bru. sic Li. [k] Eru. Pi. &c. [l] Eru. [m] G. sim. Bru. [n] Pi. sic V. [o] Eru. ex Be. [p] G. [q] V [r] Be. Bru.

hæc portenderent †. ¶ *Quis*, &c? Τί ἄρα, &c?] *Quid* (vel, *Quisnam*, Val.Er. V. Be. sic Bru. nam τί hîc ambiguum est, potéstque vel verti *quid*, vel referri ad παιδίον, quod etiam neutrum est [t]: vel, *Qualisnam*, Pi.) *puer iste erit?* Bru. i.e. quò evadet [v]? in qualem & quantum virum evadet [x]? Idem genus loquendi Act. 12. 18 [y]. ¶ *Manus Domini erat cum illo*] i.e. Virtus seu potentia Dei [z], providentia, cura [a], præsens favor & gratia [b]; vel, spiritus Prophetiæ, quum scilicet per annos capax erit, ut 1 Sam. 3. 19. ità *manus Dei* sumitur 1 Chr. 28. 19. Ps. 80. 17, &c [c]. Sed quoties afflatus Prophetiæ describitur, dici solet, χεὶρ Κυρίε ἦν ἐπ' αὐτὸν, non μετ' αὐτῦ, ut Ezec. 1. 3. & 3. 22. & 37. 1. & 40. 1. Quare hoc quod hîc habemus loquendi genere non προφητείαν, sed singulare Dei auxilium, indicatur. Sic 2 Sam. 14. 19. *Num manus Joab in toto hoc* [negotio] μετὰ σῦ; (*tecum?*) אתך, non עליך, i.e. An tibi adjutor fuit [d]? Ità phrasis sumitur Esd. 7. 6. & 8. 22, &c [*]. Sensus, q.d. In ortu ejus potentiam suam declarabat Deus [f].

67. *Repletus est Spiritu Sancto*] i.e. Novo dono & gradu gratiæ, ut Prophetam ageret, &c [g]. ¶ *Et prophetavit*, Καὶ προεφήτευσε] Vox προφητεύειν propriè est, *loqui ab alio*, vel *vice alius*, ut *Proconsul* est, qui Consulis vicem gerit; πρὸ in compositione idem valente quod ἀντὶ quo modo Poetæ dicuntur *Musarum Prophetæ*, i.e. qui Musarum inspiratione loquuntur. Hinc varia significat: 1. Prædicere futuros eventus. 2. Patefacere aliis voluntatem Dei ex revelatione aut missione Dei. Quo sensu Christus est *Propheta*, &c. Ità & Aaron est *Propheta Mosis*. Confer Exod. 4. 16. & 7. 1. 3. Interpretari Scripturam, ut 1 Cor. 14. 1, &c. 4. Furiosè se gerere, aut loqui, ut 1 Sam. 18. 10, 11. Confer 2 Reg. 9. 11. 5. Deum laudare cantibus & hymnis, ut hoc loco, & 1 Sam. 10. 5. (ubi vide Chald. Par.) 1 Par. 25. 1. &, ut puto, 1 Cor. 11. 5. nam alioqui non permissum mulieri loqui in Ecclesia [h]. At Zacharias h. l. futura pronunciat, tum de filio suo, tum de Christo, &c [i].

68. *Benedictus*, &c. (sub. *sit*, Be.) Εὐλογητὸς, &c.] i.e. Εὐλογηθείη, ut suprà diximus [k]. q. d. Laudetur & prædicetur, tanquam omni gloriâ dignus [l]. Dixerat de Semo Noachus Genes. 9. 26. εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τῦ Σὴμ· ità enim Lxx. Nam qui omnium est Dominus, peculiariter *Deus* piorum dicitur. Vide Philonem, [ejúsque verba in G.] Postquam verò gentes pleræque ad falsorum deorum cultus erant delapsæ, cœpit nomen illud ad unum Israelis populum restringi: Psal. 41. 13. εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Sic & Psalm. 72. 18. & 106. 48 [m]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐπεσκέψατο, καὶ ἐποίησε λύτρωσιν, &c.] *Quòd inviserit* (vel, *visitavit*, Er. Il. Mo. Tre. Ti. nim. τὸν λαὸν, quod hîc repetendum ex membro sequente [n]: Cui similia loquendi genera reperias Gen. 3. Prov. 31. 30. & alibi. Sensus est, *Animadvertit ad populum* [o]. Heb. פקד, i.e. se memorem declaravit populi sui, adeò ut Filium miserit, qui præsens inviseret eos, &c. id quod hæc vox notat [p]. Chaldæus פקד, cùm in bonam partem sumitur, vertit דכר. Accedo putantibus Exodi loca respici, 3. 16. & 4. 31. ubi in Græco vox est eadem [q]. *Visitavit*, non ad puniendum, sicut Levit. 26. 16. &c. ut verba sequentia docent, sed ad benefaciendum, ut Gen. 21. 1. &c. idque non, ut olim, per Prophetam, Angelum, &c. sed per seipsum, ut promiserat Ezec. 34. 12. Confer Luc. 7. 16. & 19. 44 [r].) *& redemerit populum suum*, Be. Pi. &c. vel, *fecit* (vel, *perfecit*, Ti.) *redemptionem* (vel, *salutem*, Tre. ex Sy. Ar. Perf.) *populo suo*, Er. Mo. &c. Ex eodem Psalmo est ex quo partem Maria recitavit, 111. 9. scilicet; ubi de beneficio exitûs ex Ægypto (quæ imago, ut diximus, Messiæ temporum) פדות שלח לעמו, quod vertunt Lxx, λύτρωσιν ἀπέστειλε τῷ λαῷ αὐτῦ. Unde apparet rectè *liberationem* hîc verti, neque tam de solo Christi sacrificio hîc agi quàm de toto Dei consilio in liberandis Israelitis; quod eo tempore cœptum est in rem conferri. Lxx, quoties pretii mentionem res exigit, ἀπολύτρωσιν potiùs quàm λύτρωσιν dicunt †. Al. *redemit*, non vi, ut olim ex Ægypto; nec cum bona hostium gratia, ut è Babylone; sed justo pretio persoluto, non Satanæ, sed Deo Patri [s], ut liberaremur à captivitate peccati & Satanæ, &c [v]. Λύτρωσις pretium solutum innuit hîc & Luc. 2. 38. & apud Lxx, Psal. 111. 9. & 130. 7. & in Theodot. Prov. 6. 35 [x]. Nota, diversas constructiones hîc conjungi, ut & Jer. 3.

† Bru. [t] Idem. [v] G. [x] Pi. sim. Bru. [y] G. [z] Pi. Camer. [a] Bru. [b] Bru. sic Be. [c] Li. 66. [d] G. [*] Li. ib. [f] V. [g] Eru. [h] Ham. [i] Eru. [k] G. [l] Be. [m] G. [n] G. sim. Eru. [o] G. [p] Be. [q] G. [r] Bru. † G. [s] Be. Eru. [v] Bru. [x] Li. 66.

16 [y]. *Quia visitavit*, &c. i.e. visitando redemit, &c [z].

69. *Et*, &c. Καὶ ἤγειρε, &c.] *Et erexerit cornu salutis*, &c. Be. P. Pi. &c. i.e. salutiferum [a]; i.e. quod non solùm tuetur nos, sed & felicitatem nobis confert [b]: potentiam salvificam, vel potentem salutem [c], per Christum. *Cornu* vocat vim, defensionem, & propugnaculum salutare [d]. Quia non unius bestiæ vis in cornibus consistit, ideo potentia omnis *cornu* Hebræis dicitur [*], ut colligere est ex Deut. 33. 17 [f]. Jer. 48. 25. Lam. 2. 3, 17. Ezec. 29. 21 [g]. præcipuè verò potentia Regalis [h], ut videre est Dan. 7. 24. & 8. 21. Zach. 1. 18. Atque ideo vocem קרן, 1 Sam. 2. 10. Jer. 48. 25. & alibi, veteres Paraphrastæ vertunt מלכות aut מלכותא [i]. Ità & h. l. (ubi est, *domus Davidis*, quæ familia est Regia, & *Salvatoris* vox, quæ Ducem & Principem denotat, ut Neh. 9. 27. Obad. v. 21.) designatur Regnum Christi: cui etiam favet *excitandi* vox, quæ de personis ad munus aliquod evectis sæpe dicitur, & nominatim de Christo, &c. Act. 2. 30 [k]. Hæc autem vox ἐγείρειν respondet, vel, 1. voci Hebrææ, הרים, quæ cum קרן hoc sensu jungitur, cùm agitur de amissæ potestatis instauratione, ut 1 Sam. 2. 10. & nominatim etiam ubi agitur de Messia, ut Psal. 132. 17 [l]. Vel potiùs, 2. voci הצמיח. Duo enim loci conjunctim respiciuntur, alter Psal. 132. 17. "אצמיח וגו, ubi Lxx, ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ· alter verò Ezec. 29. 21. *Die illâ* "אצמיח וגו, ubi illi, ἀνατελεῖ (fortè ἀνατελῶ, ut loco superiori) κέρας, &c. Dicitur autem Deus, Psalm. 18. 2. קרן ישעי, κέρας σωτηρίας μυ· *Regnum salutiferum ex domo Davidis surrecturum* Zacharias vaticinatur [m].

70. *Sicut locutus est* (i.e. promiserat [n], scil. Dominus [o],) *per os Sanctorum, qui*, &c. Τῶν ἀπ' αἰῶνος, &c.] *Qui à seculo* (vel, *unquam*, V.) *fuerunt*, Be. Pi. vel, 1. à condito mundo [p]: ut Psal. 119. 52. Act. 3. 21 [q]. Quòd enim Adam uxorem vocaret *Evam*, i.e. *vitam*, ex fide promissi seminis mulieris, &c. & Eva filium, *Cainum*, i.e. *acquisitio*, quòd *nacta esset hominem, nempe Dominum*; aliúmque filium, *Sheth*, i.e. *constabilitum*, &c. hæ erant Prophetiæ de Christo [r]. Vel potiùs, 2. ab antiquis temporibus; (ut Act. 3. 21. ubi eadem sunt verba, & ubi manifestum, Mosen & eum secutos Prophetas intelligi,) quod satis est ad ostendendam singularem Dei dispensationem. Rectè notârunt viri eruditi simile loquendi genus exstare Gen. 6. 4. ubi Græcè est, οἱ γίγαντες οἱ ἀπ' αἰῶνος, i.e. οἱ ἀρχαῖοι, & Psal. 25. 6. sed & alibi. Neque dubito quin hoc quidem loco Zacharias eos Prophetas significet ex quorum vaticiniis desumpta sunt quæ sequuntur. Nam ἐλάλησε illud ad sequentia referentibus assentio, ut sit, ἐλάλησε σωτηρίαν, &, ἐλάλησε ποιῆσαι ἔλεος, &, ἐλάλησεν ὅρκον †. עולם, αἰὼν, *seculum*, in N. T. non denotat *ætatem hominis*, nec *spatium centum annorum*, sed *ætatem* aliquam *mundi*. Cùm autem mundus bifariàm dividatur, vel, 1. in seculum, ante Messiam, à mundo condito ad eversionem Reipub. Judaicæ, & seculum post Messiam, indè ad finem mundi: vel, 2. in seculum hujus mundi, & mundum sive seculum post diem Judicii futurum, hinc vox illa totidem modis sumitur. Hinc phrasis illa apud Judæos, לעולם ועד עולם, (vel, brevitatis ergô, לעולם ועד, quam Lxx reddunt modò, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι· modò, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπέκεινα, *in seculum & ultra*,) *in seculum, & seculum*, i.e. illud præsens, & illud Messiæ. Sic & αἰὼν modò dicitur de seculo hujus mundi, ut Luc. 20. 34. modò de futuro, ut Joh. 6. 51, 58. qui dici solet αἰὼν ἐρχόμενος, & αἰὼν ἐκεῖνος· unde etiam fit quòd αἰώνιος significet *æternum* [t].

71. *Salutem*, &c. ità Mo. Ar. Σωτηρίαν, &c.] Potest hæc vox, vel, 1. conjungi cum voce κέρας, per Appositionem, hoc modo, *cornu salutis*, nimirum *salutem ab hostibus*, &c [v]; vel, 2. cum voce ἐλάλησε [x] ad quam etiam referuntur duo sequentes versiculi [y]. *Vindicationem*, &c. Ti. *Quòd servaremur*, &c. Er. *Quòd servaret*, &c. Il. sic Æth. Sy. V. *Quò vindicemur*, Ca. Fore ut nos *servaret ex inimicis*, &c. Be. Pi. P. h.e. serpente & semine ejus, juxta Gen. 3. 15. ad quam promissionem omnes ab Adamo Prophetas respexisse, colligitur ex hoc & præc. vers [z]. Liberationem scilicet à corpore peccati, à Mundo, à Morte, à Diabolo; quæ liberatio figurata est primùm in liberatione ex Ægypto, de qua Psal. 106. 10. deinde in liberatione Davidis à vi Saulis, de qua Psal. 18. 17. Adde locum Ose. 13. 14. & ejus interpretem Paulum, 1 Cor. c. 15.

[y] Be. [z] V. [a] Bru. sic Pi. [b] Bru. [c] V. sic Cam. Ca. [d] V. sim. [*] G. sim. Bru. Ham. [f] G. [g] Ham. [h] G. sim. Bru. Ham. [i] G. [k] Ham. [l] Be. [m] G. [n] V. sic Be. Bru. [o] Bru. [p] Be. Pi. Li. Ham. [q] Be. [r] Li. ib. † G. [t] Ham. [v] Li. harm. 63. [x] Li. Be. ex Er. Zeg. [y] Be. [z] Li. ib. 66.

c. 15. v. 55. Solent autem apud Hebræos sæpe ἀξηγηθικῶς conjungi οἱ ἐχθροὶ & οἱ μισοῦντες, ut Psal. 18. 17, 40[a].

72. *Ad*, &c. Ποιῆσαι ἔλεος, &c.] *Ut uteretur misericordiâ* (vel, *Facere*, sive *Ut faceret, misericordiam*, Bru. Pi. Æth. sic Er. Zeg. Heb. לעשות חסד, ut Jos. c. 2. v. 12. 2 Sam. 9. 1[b].) *erga patres nostros*, Be. P. Pi. Er. Il. vel, *cum patribus*, &c. Mo. Æth. &c. primis, scil. Abrahamo, &c. i. e. ut continuaret illis beneficentiam suam in filiis eorum[c]. Verba sunt ipsa Decalogi explicata μυστικώτερον. Exstant Exod. 20. 6. & Deuter. 5. 10. ubi Deus dicit se esse עשה חסד, ποιοῦντα ἔλεος, in multam progeniem iis qui se diligant; quales fuerant Hebrææ gentis primi satores. Quanquam autem verum est, quod Origenes atque alii hîc monent, ad illos ipsos progenitores fructum beneficiorum Christi manâsse; si quis tamen ad verba Legis attendat, reperiet sensum esse[d], Ipsis genitoribus conferri ea beneficia, quæ propter ipsos contingunt posteris[*]. Aristot. l. 1. de Moribus, c. 11. Τὰς δὲ τῶν ἀπογόνων τύχας, &c. (*Fortunas autem, sive casus, posterorum atque amicorum omnium beatum virum non attingere amicitiæ legibus adversum est*, &c.) deinde, Συμβαίνει δ' ἔοικεν τι φαίνονται τοῖς κεκμηκόσιν αἱ δυσπραξίαι τῶν φίλων· (*Videntur autem amicorum res secundæ nonnihil ad mortuos pertinere.*) Itâ Christus ostendit, æquum esse à se eam sublevari quæ sit *filia Abrahami*, 13. 16. Et alibi *missum se* præcipuè ait *ad servandas oves domus Israelis*, Matt. 10. 6. & 15. 24. Sic & Act. 3. 25. ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῶν προφητῶν· ubi sequitur, ut & hîc, mentio τῆς διαθήκης. Rom. 11. 28. ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας[f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μνησθῆναι, &c.] *Ac memor esset* (i. e. memorem se ostenderet[g],) *pacti*, &c. Be. Pi. Sumptum ex Levit. 26. 42. Vide dicta suprà ad vers. 54[h].

73. *Jusjurandum*, Ὅρκον ὃν ὤμοσε, &c.] *Jusjurandum quod juravit*, Mo. Referendum hoc, vel, 1. ad *cornu salutis*, per Appositionem[i]: vel, 2. ad τὸ *dare*, sive *præstare*, v. 72[k]: vel, 3. ad verbum μνησθῆναι, quod duos casus regit, διαθήκης, & ὅρκον[l]. Lxx μνησθῆναι indifferenter construunt, vel cum Genitivo, ut Genes. 9. 15. vel cum accusativo, ut Gen. 9. 16. Vide & Exod. 20. 8. Num. 11. 5. Deut. 8. 2. &c[m]. Est itaque hîc mutatio constructionis Hebraica[n]. Ὅρκον ellipticè dicitur, pro κατ' ὅρκον, *secundùm jusjurandum*[o]. Vel forsan ὅρκον appositè additur, explicans διαθήκην, cujus meminerat, i. e. pactum conventum quod fuerit jurejurando Divino corroboratum[p]. Apud Th. legitur, ὅρκου ὃ, rectiùs, opinor, vitatâ mutatione constructionis[q]: pro quo forsan irrepsit ὅρκον· aut manifesta est anomalia syntaxeos[r]. Et *jurisjurandi*, &c. Be. Di. ex Sy. ut sit Asyndeton[†]. *Jurisjurandi* scilicet, &c. Pi. Et ut faciat, h. e. præstet, *jusjurandum*, V. Puto & hoc, non minùs quàm Infinitivos præcedentes, optimè referri ad id quod præcessit, καθὼς ἐλάλησε. Nam gradatim ascendit oratio à *fœdere* ad *jusjurandum*, sicut Deus primò fœdus fecit cum Abrahamo, Genes. 17. 7. deinde & juravit, 22. 16, 17. fiduciam nimirum Abrahami, in oblatione filii ostensam, novâ fiduciæ confirmatione remunerans, ut non malè observat Philo. [Verba vide in G.] Idem Scriptor alibi Dei jusjurandum ait esse *imbecillitatis nostræ subsidium*, &c. [Vide G.] Neque verò quibusvis promissionibus, sed eis duntaxat quæ se in omne tempus extendunt, jusjurandum Deus adjicere solet: quo notatur τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς, Heb. 6. 17. Talem autem esse pollicitationem de singulari favore Dei erga Israelitas supra gentes cæteras, ostendit Paulus in Epistola ad Romanos; quæ tamen non impedivit quò minùs quidam insigniter contumaces ejus favoris fructu exciderent, ut ibidem docemur[t]. Dignum autem notatu est, paucis hisce verbis vim nominum, quæ & filio & parentibus non sine Divina dispositione contigerant, indicari. Nam ποιῆσαι ἔλεος explicat *Johannis* nomen; μνησθῆναι, nomen *Zachariæ*; ὅρκος, nomen *Elisabetæ*[v]. ¶ *Daturum*, &c. Τοῦ δοῦναι ἡμῖν] Hoc in Græco omnibusq; Versionibus (exceptâ Anglicâ) claudit versum 73[x]. *Ad hoc ut daret nobis*, &c. subauditur enim ἕνεκα[y]. *Ac daret*, Er. *Daturum*, Pi. Be. sub. *se*, Be. Articulum τοῦ accipio εἰδικῶς potiùs quàm τελικῶς, ut respondeat τῷ ל, quod utrovis modo sumitur[z]. Παραφράζει Spiritus S. verba jurisjurandi[a], *Semen tuum ——— possidebit portam hostium*: ὅρκον τοῦ δοῦναι rectè dixit jusjurandum quo Deus aliquid se daturum promittit[b]. Omnino ad sequentia hoc referendum, *se daturum nobis*, *ut sine timore ipsi serviamus*, &c[c]. Δοῦναι λατρεύειν est, *dare serviendi*, sub. *potestatem*, quæ in hujusmodi phrasibus sæpe intelligitur, ut Apoc. 2: 7, 17. & 3. 21. & 6. 4. &c. sæpe etiam exprimitur, ut Apoc. 6. 8. & 9. 3[d]. Docet autem nos hîc per Zachariam Spiritus S. quod sæpe per Apostolos, τὰ σαρκικὰ habuisse in se umbram τῶν πνευματικῶν. Explicatio autem hæc non obscurè indicat excellentiam Novi & jam promulgandi Fœderis supra Antiquum[*].

74. *Ut*, &c. Ἀφόβως] *Absque metu*, Be. Er. sic Pi. &c. non religioso[f], sed anxio atque immodico; metu scil. inimicorum, peccati, Satanæ, mundi, à quibus semel liberati, timere non debemus nè iterum nos sibi subjugent[g]. Conjungendum cum λατρεύειν. Veteris Fœderis erat πνεῦμα δουλείας εἰς φόβον, Rom. 8. 15. Erant enim qui ad illud fœdus pertinebant ἔνοχοι δουλείας φόβῳ θανάτου, Heb. 2. 15. At novo populo passim tribuitur Spiritus libertatis & fiduciæ. Bene autem notatum est ἀφόβως hîc valere quod לבטח. Vide Lev. 25. 18. Jer. 23. 6. Lxx utroque loco vertunt, πεποιθότες. Sed propriè hîc respici videtur Deuter. 12. 10. ubi itidem istud מבטח additur mentioni liberationis ab hostibus, ut hîc. Lxx ibi habent, καὶ καταπαύσει ὑμᾶς ἀπὸ πάντων τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν τῶν κύκλῳ, καὶ κατοικήσετε μετ' ἀσφαλείας[h]. Al. Τὸ ἀφόβως respicit *hostes nostros*, & jungendum est cum voce ῥυσθέντας· ut apparet tum ex multis vet. cod. ubi ἀφόβως cum ἐκ jungitur, nè commate quidem interveniente; tum ex usu vocis ἀφόβως, apud Lxx in V. T. in unico illo loco quo exstat, Prov. 1. 33. ἀφόβως ἀπὸ παντὸς κακοῦ, *sine metu ab omni malo*. Sic 1 Cor. 16. 10. *ut versetur vobiscum* ἀφόβως, i. e. ἀκινδύνως, *tutò*, vel *in pace*, ut v. 11. Pariter vox φόβος, in Scriptoribus Sacris, non ipsam passionem notat, *timorem*, sed objectum, quicquid *tremendum*, ut 1 Pet. 3. 14. ex collat. Esa. 8. 12. Sic & in Alex. Aphrod. φόβος ἀπειλούμενος ὑπὸ τυράννου, *tremenda quæ minatus est tyrannus*. Sic Prov. 3. 25. πτόησις est, *res quæ timetur*. Sic & in aliis vocibus fit. *Spes* & *fides* ponuntur pro re sperata & credita, Rom. 4. 14. & 8. 24. & λύπη, *dolor*, pro *calamitate*, 1 Pet. 2. 19[i]. ¶ *De manu inimicorum liberati, serviamus ipsi*] Manifesta allusio ad verba Dei, Exod. 3. v. 12. Qui hostes sunt intelligendi, suprà dictum est. Ab his ideo liberamur, ut Deo serviamus, Rom. 6. 18, 22[k].

75. *In sanctitate*, &c.] i. e. In ea justitia & sanctitate quæ non in operosis ritibus consistit, sed in sinceritate cordis[l], cujus inspector est Deus[m]; quam Deus approbat[n]. Tacitè Evangelium opponit Legi, quòd Lex carnalem potiùs & exteriorem cultum requirit, Heb. 9. v. 10. Evangelium magìs internum, &c. docétque rectam vitæ institutionem, & perseverantiam in ea nos non habere ex nobis ipsis, aut meritis nostris, sed ex gratia N. T. donóque Dei indebito. Quare dicit se hæc *daturum nobis*[o]. ¶ *Omnibus diebus*] Non interrupto obedientiæ cursu; quod præstat Spiritus ille in N. F. promissus. Vide Jer. 32. 39, 40[p]. Τῆς ζωῆς [quod sequitur in textu] non legitur in Vulg. & in duobus Codicibus[q].

76. *Et tu puer*, Παιδίον] *Puerule*, hodie tantillus licèt sis[r]. ¶ *Propheta*] i. e. Nuncius, aut legatus[†]. Προφήτης ex origine vocis, *qui futura prædicit*, sed latiùs ità vocatur, teste Philone, *Interpres oraculorum Dei*[t]. ¶ *Vocaberis*] i. e. Eris, & quidem publico testimonio. Vide Matt. 5. 9. & 1 Joan. 3. 1[v]. ¶ *Præibis*, &c.] Verba Angeli suprà 1. 17. Munitoris officium describitur[x]. ¶ *Parare*, &c.] Ex Esa. 40. 3[y]. Ut parari jubeas vias per quas venturus est ad Israel, sublatis nempe impedimentis, ignorantiâ per doctrinam, peccatis per pœnitentiam[z].

77. *Ad*, &c. Τοῦ δοῦναι, &c.] Διὰ τοῦ δοῦναι[k]. Cohæret hoc verbum cum præced. ἑτοιμάσαι, per Appositionem[l]. *Dare*, &c. Bru. *Ut des*, Bru. Pi. sub. inquam, Pi. Et *des*, Be. Jam explicat qua in re illa præparatio consistit[n]; nimirum *dando scientiam*, &c. i. e. docendo[o]; in subministratione doctrinæ salutaris de Resipiscentia, summatim commendanda per Johannem, sed ità ut plenior cognitio à Christo esset petenda, Johanne hoc ipsum indicante[p]. Ambiguum est an hoc ad Johannem referendum, cum Beza, *Et des*; an ad Deum, cum Sy. & Ar. *Ut det*. Utrumque congruum est[q]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἀφέσει, &c.] *In remissionem*, &c. Bru. & G. ex Vulg. i. e.

quâ

Marginal notes (left column): [a] G. [b] Li. ib. 63. [c] Bru. [d] G. [*] G. ex Th. sim. Bru. [f] G. [g] Be. Pi. [h] G. [i] Li. 63. ex Tolet. [k] Li. ib. ex Sy. sic Zeg. [l] Li. ib. sim. Be. [m] Di. [n] Be. [o] Camer. Sch. [p] Camer. [q] Be. [r] Pi. [†] Di. ex Be. [t] G. [v] G. sim. Ham. [x] Li. 63. [y] Bru. [z] Be. [a] G. sim. Be. Ham. [b] G.

Marginal notes (right column): [c] Bru. [d] Ham. [*] G. [f] Be. [g] Bru. [h] G. [i] Ham. [k] G. [l] Idem. [m] G. sim. V. Be. [n] Be. [o] Bru. [p] G. [q] Idem. [r] Bru. ex Be. [†] Bru. [t] G. [v] Be. [x] G. sim. Bru. [y] G. [z] Bru. [k] G. [l] Pi. [n] G. sim. Bru. ex Th. Be. [o] Bru. [p] G. [q] Di.

Line numbers in gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

quâ scientiâ perveniant ad remissionem peccatorum [r]. Omnino hîc, (ut aliis multis in locis †,) ἐν est pro εἰς positum [t]. Nam γνῶσις illa σωτηρίας est ipsum βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, Marc. 1. 4. Luc. 3. 3 [v]. Malim ἐν ἀφέσει accipere pro δι' ἀφέσεως [x]. *Per remissionem*, Be. Pi. Est autem remissio peccatorum modus ipse per quem Deus nos in Filio servat, teste Rom. 4. 7 [y]. Vel, Quæ est *in remissione*, ut ante ἐν ἀφέσει subaudiatur articulus τῆς, referendus ad σωτηρίας. Nam salus nostra in remissione consistit, & ab ea dependet [z]. [Sensus versûs,] Ut scilicet doceas salutaria; nempe condonata illis esse peccata: vel, Ut doceas vitam æternam, quæ donatur per remissionem peccatorum [a]. Notitia salutis quam Lex præ se primâ fronte tulit, erat per justitiam legalem, & absolutam præstationem mandatorum. Johannes autem dedit notitiam salutis alio modo, nempe per remissionem, &c. Atque hæc summa Evangelii [b].

78. *Per* (vel, *Propter*, P.) *viscera misericordiæ*; ità Er. Mo. Pi. &c. Διὰ σπλάγχνα ἐλέους] *Per intimam misericordiam*, Ti. Ca. Hebraismus, pro, *Quæ fit per summam misericordiam*, V. *Ex intima misericordia*, Be. In Hebræis libris invenies hæc disjunctè posita, ut Esa. c. 63. v. 7. המון מעיך ורחמיך: item Jer. 16. 5. את חסד ואת הרחמים. Sic in Paulo, Phil. 2. 1. σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί. At simillimum huic loquendi genus est apud eundem Paulum, Col. 3. 12. σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, quo haud dubiè intima miseratio significatur. Vide quæ ad Matt. 9. 36 [c]. Hæc locutio declarat amorem quo solent matres natos suos complecti [d]. Potiùs adumbrat Christi εὐσπλαγχνίαν, qui ex ipso Patris sinu ad nos missus est *. Putant multi hoc, διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, referendum ad ἄφεσιν, cujus mentio præcessit, ut indicetur ea venia ex Dei misericordia proficisci: quod certissimum est. At mihi hæc verba ad totum id quod præcessit referenda videntur, nimirum ad ipsam missionem Johannis atque Messiæ, & vocationem ad pœnitentiam illorum utrique mandatam ex misericordissimo Dei consilio; quod & sequentia omnia videntur exigere. Sæpe autem Apostoli hanc extraordinariam vocationem referunt ad summam Dei misericordiam, eámque misericordiam humanis operibus opponunt [f]. ¶ *In*, &c. Ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους] *Quibus*, vel *In quibus*, (visceribus scilicet [g]: vel, *Quâ*, Be. Ca. scil. misericordiâ impellente [h],) *visitavit*, sive *invisit*, (vel, *visitabit*, Di.) *nos oriens* (vel, *splendor*, Sy. Di. vel, *is qui prodit*. Be. vel, *ortus*, i. e. Sol & lux oriens, i. e. Christus [i]: vel, *germen*, P.) *ex alto*, Mo. Er. Pi. &c. Respicit hîc duo loca, nempe Jer. 23. 5. & Zach. 3. 8. in quibus Messias dicitur צמח, & apud LXX ἀνατολή [k]: pro quo Jonathan Chaldæus, & ibi & aliis in locis, habet *Messias* [l]. Verbum Heb. צמח sign. & *oriri*, atque ità pertinet ad *germen*; &, *lucere*, ut ad Solem orientem pertineat [m]. [Hinc variant:] Ἀνατολή est, vel, 1. *Germen* [n]. Quod apud LXX ἀνατολή, in Symmacho aut aliis [Græcis] est βλάστημα, Jer. 23. 5. Zach. 3. 8. & 6. 12. Et, quod mireris, LXX ipsi sententiam Jerem. 23. 5. Ἀναστήσω τῷ Δαυὶδ ἀνατολὴν δικαίαν, repetentes cap. 33. v. 15. dicunt, Βλαστῆσαι ποιήσω τῷ Δαυὶδ βλαστὸν δικαιοσύνης [o]. Omnibus notum, צמח, (quod Græcis est ἀνατολή,) esse *germen*. Est autem ἀνατολὴ ἀγροῦ æquè ac ἀνατολὴ ὑψοῦ, Ezec. 16. 7. & 17. 10 [p]. *Germen* autem hoc dicitur esse *ex alto*, sive è cœlo, quo differt à reliquis plantis quæ à terra germinant [q]; vel in Antithesi ad Germen illud ab infra, per quod periit humanum genus, arborem scilicet prohibitam in Paradiso [r]. [Aliis hæc Versio non placet:] Eam respuunt verba sequentia, *ut illucescat*, &c †. Vel, 2. Oriens [t]. *Per quam misericordiam*, inquit, *affulsit nobis illa lux cœlestis*. Ἀνατολή quidem à LXX aliquot locis ponitur pro βλάστημα· nam & Græcis ἄντα dicuntur ἀνατέλλειν. Sed profectò quæ sequuntur ostendunt hîc non ità accipiendum; sed ἀνατολὴν esse id ipsum quod אור dixit Esaias, 9. 2. qui locus hîc apertè respicitur, & ad Christum ejúsque doctrinam refertur etiam à Matthæo. Vox autem אור quanquam pro omni *luce* accipi solet, propriè tamen & peculiariter *lucem matutinam*, sive *orientem*, significat: ità Heb. 8. 3. מן אור LXX vertunt ἀπὸ ὥρας τοῦ διαφαύσκειν τὸν ἥλιον. Et verbum πεφώσκειν sumitur pro ἀνατέλλειν, ut Genes. 44. 3. הבקר אור, τὸ πρωὶ ἔφωσε. Philo ἀνατολὴν ψυχῆς definit, ὅταν ἡλιακῶν, &c. (*quum virtutes more solarium radiorum splendeant* [v].) Ἀνατολή non est propriè, *Oriens*, i. e. plaga

cœli, ubi Sol oritur, sed ipsum *ortum* substantivè significat [x]; vel, Solem *orientem*. *Oriens* nomen Christi: quò spectat illud Taciti l. 5. ubi de excidio Jeros. loquens, dicit, *antiquas sacerdotum prædixisse literas, eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens*, i. e. Christus, cujus nomen est *Oriens* [y]. *Oriens* hîc idem atque *Sol justitiæ*, qui exoriturus erat, Mal. 4. 2 [z]. *Ortus Solis*, h. e. Sol oriens, per Meton. adjuncti [a]. Illud, *ex alto*, jungendum cum verbo, *visitavit* [b]; q. d. visitavit nos delapsus de cœlo, apparens in terra, manifestatus in carne [c]. Potest hic locus intelligi, vel, 1. de personali Christi adventu ad homines, ut Deus dicitur, *visitasse Saram*, Genes. 21. 1. scil. ad eam veniens visibili apparitione, ex collat. Gen. 18. 14. vel, 2. in connexione cum versibus præced. q. d. Post defectum Prophetiæ, & obscuratam, sub Lege, doctrinam salutis, lux oriens nos visitavit, in splendore Evangelii [d].

79. *Illuminare*, &c. Ἐπιφᾶναι, &c.] *Apparere*, &c. Mo. *Ut appareat* (vel, *illucescat*, Ti. Pi. sic Er. Il. V. Tre. ex Sy.) *iis qui in tenebris*, &c. Be. P. &c. Vide Matt. 4. 16. Sensus est, Populo Hebræo affulsisse hanc lucem tunc cùm in summis ignorantiæ tenebris versaretur *, quando animæ immortalitas & resurrectio corporis à multis negabatur, ab aliis imperfectè, & admistis erroribus, credebatur; magistrorum & doctrina frigida atque elumbis, externos tantùm formans mores, & vitia gravissima; populi vexati, status Reip. miserabilis, &c [f]. Sub Lege longè minus erat & lucis & gratiæ [internæ] quàm sub Christo [g]. ¶ *Ad*, &c. Τοῦ κατευθῦναι, &c.] *Ad dirigendum* (vel, 1. ad hoc ut dirigat, scil. Oriens [h]: vel, 2. ad hoc ut dirigere queamus [i],) *pedes* (i. e. gressus, affectus, actus [k],) *nostros in viam pacis*, i. e. prosperam ac bonam [l]; vel, salutis ac felicitatis [m]; i. e. quæ eò ducit [o]. Continuatur translatio. Nam Lex dirigit nos ut securè ambulemus, Joh. 12. 35. Eph. 5. 8. 1 Joh. 1. 7. Apoc. 21. 24. Sic & Psal. 119. 105. Verbum Dei *lumen semitæ* dicitur: εἰρήνην hîc *securitatem* interpretamur, sicut Josephus Σόλυμα exponit ἀσφάλειαν [p].

80. *Crescebat*] Corpore [q]. ¶ *Et confortabatur* (vel, *potens fiebat*, V.) *spiritu*] i. e. Non corpore tantùm [r], sed & animo †; sapientiâ, ut infrà, 2. 52 [t]. *Spiritus* hîc Johannis intelligitur, qui robustior reddebatur ad regendum corpus. Significat augmentum & continuum profectum spiritualium gratiarum [v]. ¶ *Et erat in desertis*] Nempe Ziph & Maon, 1 Sam. 23. 14, 25. quæ loca non procul distabant ab Hebrone, ubi Johannes natus est, Jos. 15. 54, 55. Educatus est non in scholis Hieros. sed in villis deserti [x]. Errant qui hîc paternam Johannis domum intelligi putant. Ea enim erat in Urbe, ut jam vidimus. Sicut ergò ad victum severiorem se composuit Pœnitentiæ præco, ità & locum ei severitati convenientem elegit, Eliam sic quoque exprimens. Quod dico verum esse apparebit non supinè legenti ipsa Christi verba, Matt. 11. 7 [y]. An Johannes fuerit *Eremita*, sensu vulgari, judica ex his, An ille absentaverit se à Synagogis? tunc fuisset *vicinus malus*, ait Maim. Annon præsentaverit se Hieros. in festis, juxta præceptum Exod. c. 23. v. 17? An se subduxerit à societate hominum; ad quos convertendos natus fuit: & quâ congruentiâ hoc fecerit? Favet tamen, quòd dicat, *se non nôsse Jesum*, Joh. 1. 31. cognatum licèt propinquissimum. At si eum non novit, unde eum à baptismo suo repulit, Matth. 3. 14. ídque antequam à Spiritu S. edoctus esset, Joh. 1. 33? nisi dicas, hoc eum fecisse, ob admirabilem ejus sanctitatem, quam forsan probè novit, & tamen ignoravit, eum esse Messiam. Sensus loci, Johannes inter plebeios & rusticos adhuc, ut vir nullius nominis, versatus fuit, donec se patefaceret in publico, sub notione & authoritate Prophetæ [z]. ¶ *Usque ad diem ostensionis suæ* (vel, *declarationis suæ*, Camer. vel, *quo se ostenderet*, Be. Pi. scilicet qualis esset [a]: vel, quo visum fuit Deo, illum ostendendum esse [b]: cùm Deus vocationem ipsius innotescere voluit. Sic de Jesu, Joh. 1. 31. ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ [c].) *ad* (vel, *apud*, Bru.) *Israel*] i. e. Populum Israeliticum [d]: i. e. donec veniret dies quo Israeli Christum annunciaret *: ad tricesimum usque ætatis annum [f]: quo, pro more gentis, sub examine Synedrii magni, admittendus erat ad officium sacerdotale [g], juxta Num. 4. 3 [h]. nisi quòd à Deo aliò amandetur [i].

CAP.

[r] Bru. † G. [t] G. Bru. [v] G. [x] Be. [y] Idem. [z] Pi. [a] V. [b] Li. harm. 67. [c] G. [d] Q. in Be. * Ibid. [f] G. [g] Bru. sim. V. [h] Be [i] Ca. [k] Scul. ex. 1. 12. sim. Be. [l] Bru. [m] Ham. sim. Bru. [n] Scul. Eru. Li. [o] Scul. [p] Li. ho. [q] Scul. [r] Li. ho. † Pi. sim. Heins. Glas. rhet. Ham. [t] Cam. Pi. &c. [v] G.

[x] Di. [y] Ham. [z] Cam. [a] Pi. [b] Bru. ex Th. [c] Bru. [d] Li. harm. p. 67. * G. [f] Bru. [g] Ham. [h] Bru. ex Th. [i] Bru. [k] Idem. [l] V. [m] Bru. [o] Bru. ex Be. [p] G. [q] Bru. [r] Er. † Bru. [t] G. [v] Bru. [x] Li. harm. 67. [y] G. [z] Li. ho. [a] Er. [b] Bru. ex Th. [c] G. [d] Camer. Bru. * V. [f] Bru. Li. [g] Li. ho. [h] Li. harm. 67. [i] Li. ho.

CAP. II.

1. IN *diebus illis*] Proximè post nativitatem Johannis[a]. ¶ *Exiit*] i.e. In publicum emanavit[b]. Vox ἐξῆλθε *publicationem* significat, Esth. 1.19. Dan. 2.13. & 9.25*. ¶ *Edictum*; ità Mo. P. Pi. Tre. ex Sy. Δόγμα] *Decretum*, Er. Il. Ti. Li. ut Dan. 6.8, 12[c]. ¶ *A Cæsare Augusto*] A quo computanda sunt Romani Imperii natalitia, & quidem, ut puto, à 31. Augusti anno, quo natus est Christus[d]. ¶ *Ut*, &c. Ἀπογράφεσθαι, &c.] *Ut describeretur* (vel, *censeretur*, Er. Ti. V. Ca.) *totus orbis*, Pi. &c. vel, *tota habitata*, scil. terra*: vel, *universus populus possessionis ejus*, Tre. ex Sy. vel potiùs, *imperii ejus*, Di. ex Sy. *Censum agi per orbem Romanum*, quomodo Syrus hìc rectè interpretatur. Nam quod apud Livii breviatorem est, *census actus*, Dio dixit, ἀπογραφὰς ἐποιήσατο. Non ità intelligo, quasi uno eodémque tempore factus esset census per totum orbem quà Romanus erat, sed cùm Augustus omnem vim Romani Imperii pernôsse vellet, per omnia Regna & Provincias constituit censum agi, modò hìc scilicet, modò illic, ut commodum erat. Hoc est quod Dion inquit, ἔπεμψεν ἄλλους ἄλλη τὰ τε τῶν ἰδιωτῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων ἀπογραψαμένους. De censu per Galliam acto Augusti jussu meminerunt Claudius in oratione quæ Ancyræ servatur, breviator Livii & Dio. Errant autem qui putant hoc censu à Romanis capitationem à Judæis indictam. Id enim factum non est ante confiscationem rerum Archelai. Antea populus Judæus Herodi tributa pendebat: Herodes autem Imperio Romano, ut alii Reges socii, dabat, ut Appianus loquitur, φόρους τεταγμένους (*tributa constituta*.) Quare census hic eò pertinebat ut notum esset quid Regna quæque & Provinciæ hominum copiâ, quid pecuniis, valerent. Nam ea vis census, Floro docente, *ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium officiorúmque, discrimina in tabulas referantur*. Cicero De legibus, 3. *Censores populi ævitates, soboles, familias, pecuniásque, censento*. Et Claudius, in dicta oratione, censu à se acto nihil ultra exquisitum ait, quàm ut publicè notæ essent facultates[f]. Posset [hic locus] intelligi de delineatione totius Imperii secundùm varias ejus Provincias: Nisi quòd hoc antea factum testetur Æthicus: utpote *cæptum*, inquit, *Julio Cæsare & M. Antonio Coss*. h.e. Anno Urbis conditæ 710. *perfectum annis* 32. qui expirârunt A. U. C. 742. annis 12 ante natum Christum. Hìc descriptas in tabulis putem regiones, loca, distantias, &c. Et jam quidnam deerat ad completam Imperii cognitionem, nisi census hominum & facultatum? Hæc cura Augusti. Sueton. in Octaviano, cap. 27. *Censum populi ter egit. Primum ac tertium cum Collega, medium solus. Primum* cum M. Agrippa, *tertium* cum Tiberio, *medium* hunc ipsum, de quo sermo, solus[g]. Census duplex erat, 1. Hominum: quando censebantur capita & numerabantur subditi. 2. Facultatum: quando censebantur fortunæ. Uterque census imperatus fuit Judææ ab Augusto Cæsare, Hominum, regnante Herode, anno 27. Augusti, cùm Augustus Breviarium orbis terrarum institueret, quod fuit omnium virium in toto Imperio: Fortunarum, anno ejus 37. quando, Archelao pulso, omnia Judæorum bona in censum sunt relata, ut pro modo facultatum tributum eis imponeretur. Sed hic census fuit particularis, prior per *totum orbem*[h] Romanum scilicet[i]. Vox οἰκουμένη, *orbis*, non semper totum orbem denotat, ut colligi possit ex Act. 11.28. Vide & Matt. 24. 14. & Luc. 21.26. ubi Judæam solam respicere videtur. Sic, Delphi *umbilicus orbis*, h. e. Græciæ †. Sæpe autem dicitur de Imperio Romano*, ut in illo Ovidii, — *totum circumspicit orbem*; & Flori, *Terrarum orbis imperium*[k]: & illo, *Orbem jam totum victor Romanus habebat*. Sic Egesippus, 2. 9. *Orbis terrarum qui Romano imperio clauditur & definitur*. Sic & Spartian. Lamprid. &c. Bartolus, *Imperator est*, inquit, *Dominus & Monarchia totius orbis*[l]. Ἀπογράφεσθαι est, vel *describi*, vel *censeri*. Nam Aristot. Oecon. 2. eo utitur pro *descriptione facultatum*, quod Interpretes vertunt, *censere*. Glossarium vetus, ἀπογραφή, *census, professio*: ἀπογράφομαι, *censor, profiteor*: ἀπογραφεύς, *censor, censorius*[m]. Ἀπογράφεσθαι optimè vertit Latinus Interpres [v. 3.] *profiteri*. est enim ea vox censualis, ut ab aliis ostensum est[n]. Propriè Magistratus *censet*, populus *profitetur*[o].

2. *Hæc descriptio prima*, &c. Πρώτη, ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου] *Prima facta est præsidente* (vel, *præside*, Er. Il. Ti. P. Mo. vel, *prætore*, Ca.) *Syriæ Cyrenio*, Be. Pi. &c. vel, *sub præfectura Cyreni in Syria* Sy. Tre. sim. Ar. Pers. Æth. *Præfecto Syriæ Quirinio*; ità enim eum Tacitus vocat: unde emendandi Fasti[p] [Romani,] in quibus *Quirinus* legitur[q]. Κυρήνιον id nomen cum Luca scribunt tum Josephus, tum Justinus Martyr[r]. Ut Ἀκύλας, *Aquila*, sic Κυρήνιος, *Quirinius*, idémque *Quirinus* †. Talia nomina Romana diversis modis à Græcis scripta constat[t]. Hunc nemo diffitetur fuisse P. Sulpitium Quirinum, cujus apud Joseph. Sueton. Tacit. &c. passim fit mentio. Sed hìc surgit nubecula[v]. Non enim Cyrenius, sed Sentius Saturninus, Præses erat Syriæ, nascente Christo[x], teste Josepho, Antiq. 16. 13. cui etiam successit Quintilius Varus, qui mortuo quoque Herode Præses fuit, teste Jo. Antiq. 17. 13. Hic certè nodus diu multúmque me fatigavit[y]. [Quid dicendum?] 1. Quando Historia profana à Sacra dissidet, huic magis credendum quàm illi: idque hìc vel maximè, cùm Tacit. Sueton. & Jos. Luca nostro posteriores fuerint, & sæpe tum inter se, tum à seipsis, dissentiant, Lucâ temporum momenta diligentissimè observante[z]. 2. Quirinus ter Syriæ præfuit[a]. Sed hoc commentum est[b]. 3. Quirinus non jam missus est, ut præesset Syriæ, sed ad censum tantùm agendum[c]. Præfectus autem [hic] fuit negotio census, cùm Præses Syriæ esset Sentius Saturninus, qui adjunctus haud dubiè Quirinio[d]. [At obstat vox ἡγεμονεύοντος. Resp. Vox ἡγεμονία & ἡγεμονεύειν de quavis potestate, præsertim majore, usurpatur; unde & ἡγεμὼν dicatur in N. T. modò *Romanus Imperator*, modò *Procurator Cæsaris* in Judæa*. Sed hæc ex conjectura dicuntur, nec constat ex ullo probatæ fidei autore, Qurinum hoc nomine in Syriam missum antequam, relegato Archelao, ordinarius Syriæ Præses esset designatus[f]. At Justinus, Apolog. 2. hunc Cyrenium vocat πρῶτον ἐν Ἰουδαίᾳ Καίσαρος ἐπίτροπον, h. e. *primum in Judæa Cæsaris Procuratorem*. Etsi verò magnum erat inter Præsides & Procuratores Cæsaris discrimen, illi tamen indubiè, gratiam Cæsaris ambientes, his plurimùm tribuebant, suámque cum ipsis jurisdictionem quasi communicabant. Hinc Josephus, de his temporibus agens, Saturnino Præsidi adjungit Volumnium, quem vocat *Cæsaris Procuratorem*, Bel. Jud. 1. 17. utrumque tamen vocat & Συρίας ἐπιστατοῦντα, Antiq. 16. 13. & ἡγεμόνα, ib. cap. 17[g]. Sicut Lucas Quirinium dicit ἡγεμονεύοντα τῆς Συρίας, ità eum τῆς Ἰουδαίας γενέσθαι ἐπίτροπον dicit Justinus. Nimirum vox & ἡγεμονίας & ἐπιτροπῆς, ut rectè ab eruditis viris demonstratum est, imperia quævis, etiam extra ordinem mandata, significat. Nam ἐπίτροπον *Procuratorem* Judææ interpretari non possumus, cùm nullus Procurator Romanus in Judæa fuerit, aut esse potuerit, regnante Herode: ac propterea Procuratores ex equestri ordine legebantur. Quirinius, quanquam patricius non erat, rebus in Cilicia bene gestis Consulatum meruerat, ut Tacitus docet, atque ità in Senatum pervenerat, erátque ἀνὴρ ὑπατικός, (*vir Consularis*,) inquit Josephus. Sic & Eusebius dixerat, Κυρήνιος ἀπὸ συγκλήτου βουλῆς ἐπεμφθεὶς, i. e. *Quirinius Senatorum unus missus est*, non, *ex consilio Senatus*, ut vertit Hieron. Ejus autem ordinis homines censui præfici solebant. Ità à Druso & Germanico actos census legimus, sed & ab aliis Senatoribus. Tacitus lib. 14. *Censos per Gallias à Qu. Volutio & Sex. Africano Trebellióque Maximo acti sunt, æmulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano*. Sentium Saturninum hoc tempore Syriæ fuisse Præsidem ex Tertul. certum est; cujus verba sunt, *sed & census constat actos sub Augusto nunc in Judæam per Sentium Saturninum*. Non potuit autem falli ea in re Tertullianus, cùm solerent census in tabulas referri, eæque tabulæ primùm publicè proponi, deinde servari in archivis, ubi inspectandi erat copia. Itaque Justinus ad ipsas tabulas provocat, Μαθεῖν δύνασθε, inquit, ἐκ τῶν ἀπογραφῶν τῶν γενομένων ἐπὶ Κυρηνίου· ibi ἀπογραφὰς vocat *tabulas censuales*, quomodo in Codice appellantur. Sic & Dio de Caligula, ᾔτησε τὰς τῶν Γαλατῶν ἀπογραφάς. Ipse Tertul. tabularum hujus census sæpe meminit. Nam dicto loco adjicit, *apud quos*

[a] Bru. [b] Be. Bru. * G. [c] Li. harm. 68. [d] Li. ho. * Bru. [f] G. [g] Li. ho. [h] Scul. ex. 1. 48. [i] Scul. sic Er. Be. Bru. Ham. † Ham. * Ham. Li. [k] Li. harm. 72. [l] Ham. [m] Scul. ib.

[n] G. ad v. 3. [o] Scul. ib. [p] G. [q] G. sim. Pi. Li. [r] G. † D. [t] Be. [v] Scul. [x] Scul. sim. Be. [y] Be. [z] Scul. [a] Baron in Scul. [b] Cas. in Scul. [c] Cas. in Scul. sim. Be. [d] G. * Cas. in Scul. [f] Scul. [g] Be.

quos genus ejus inquirere potuissent. Alibi, *De censu denique Augusti, quem testem fidelissimum Dominicæ nativitatis Romana archiva custodiunt.* Rursum alibi, *Ut nemo facilè ignorare de genere potuisset, vel de recentibus Augustianis censibus tunc adhuc fortè pendentibus.* Ubi illud, *pendentibus*, ad morem Romanum refer Acta publicè ponendi, quomodo *leges pendere fixas clavis ferreis* dixit Plautus. Alio iterum loco, *Sicut apud Romanos in censu descripta est Maria, ex qua nascitur Christus.* Nec mirum extitisse has tabulas Tertulliani ævo, cùm suo etiam extitisse testetur Chrysostomus: [de quibus verbis vide G.] Videtur autem Quirinium Augustus huic censui per Syriam agendo præfecisse, quòd, cùm bellum in Cilicia Syriæ vicina gereret, exactè didicisset res Orientis. Eadémque de causa C. Cæsari misso ad res Orientis hic ipse Quirinius rector est datus; & aliquot pòst annis, Judæâ jam in Provinciæ formulam redactâ, missus qui & Syriæ præesset, & simul Judæis Romana tributa indiceret; quod ante id tempus factum non erat. Josephus de censu hoc, quem Lucas hîc attingit, memorare insuper habuit, quia cùm tributorum indictio non accederet, nihil in eo evenerat memorabile: at indictionis tributorum per Quirinium meritò meminit, quia tum primùm orta est, duce Judâ Gaulonitâ, seditio eorum qui negabant ἀλλοφύλοις, quales erant Romani, tributum posse salvâ religione persolvi. Qui Josephum tam diligentem rerum Judaicarum inquisitorem, & cui Romana quoque Archiva patuerunt, deceptum putant in re tam obvia, eos ipsos valde decipi non dubito [h]. [Cur autem hæc descriptio *prima* dicatur, id jam quærendum.] Resp. Quia duæ erant: de quibus vide Scal. animadv. Euseb. 160. 2 [i]. *Prima* hæc fuit universalis, sive totius orbis [k], Romani scilicet Imperii, quod nunquam antea ità pacatum fuit ut taxari posset [l]. Al. *Prima* dicitur, non respectu alterius sequentis, sed quia hoc nunquam antea in Judæa factum, & cœpit quidem sub Herode Magno, sed non nisi Archelao relegato peragi potuit [m]. Ità πρώτη construunt cum ἐγένετο, non cum ἀπογραφὴ quod tamen posterius verius esse ostendit οἰκουμένης nomen [*]. Al. *Prima* hæc erat ratione formæ, neque enim fuit census ordinarius, quales antea indubiè fuerant sub Gabinio, Pompeio, Cassio, &c. sed descriptio extraordinaria, cum confectione tabularum censualium, qualem antea factam non legimus [†]. Sensus, q. d. hic in Judæa primus à Romanis census actus est. Justinus adv. Tryph. ἀπογραφῆς οὔσης ἐν Ἰουδαίᾳ τότε πρώτης ἐπὶ Κυρηνίου ἀνεληλύθει ἀπὸ Ναζαρὲτ, ἔνθα ᾤκει, εἰς Βηθλεέμ, ὅθεν ἦν ἀπογράψασθαι· nam antè ullum actum non invenimus. Hic autem census commonebat Judæos impleti vaticinii de destruendis Regnis Syriæ & Ægypti, post quorum eversionem exspectandus erat Messias [n]. Lucas hunc censum deducens à Syria, cujus Præses Quirinius, revocat id iis in memoriam, quod dicitur Dan. 11. ult. & 12. 1. illud quoque, quòd sceptrum jam recesserit à Juda, Judæis jam in tertio gradu subjectis: hi enim Herodi, Herodes Cyrenio, Cyrenius Augusto, subditus erat [o]. Al. Non *prima* sub Augusto [p], sed *prima* quæ fuit sub *Cyrenio* [q]. Nam erat altera sub eo ἀπογραφὴ, sub qua orta est seditio Judæ Gaulonitæ [r]: quæ erat decennio post natum Christum, anno Actiacæ victoriæ 37. teste Josepho 18. 3. Al. Ut alibi Comparativum pro Superlativo, ità interdum & Superlativum pro Comparativo, ponitur; præsertim quando regit Genitivum sing. ut Joh. 1. 15, 30. πρῶτός μου ἦν, pro, πρότερος, *prior me erat.* Ità & h. l. πρώτη, i. e. προτέρα, Κυρηνίου ἡγεμονεύοντος· qui non sunt Genitivi Consequentiæ, absolutè positi, sed Genitivi à πρώτη gubernati; nec πρώτη notat ordinem ἀπογραφῶν, sed tempus ἀπογραφῆς hujus, quæ erat, inquit, *prior Quirinio præsidente Syriæ*, vel, *ante Quirinium*, &c. i. e. ante funestam illam ἀπογραφὴν, omnibus odiosam, à qua hanc hoc pacto discernit. Πρῶτος etiam sine tali Genitivo comparativè significat, ut Mat. 21. 36. Luc. 11. 26. Joh. 1. 42. & 20. 4, 8. Act. 1. 1. &c. Sic & πρῶτον sumitur, ut in illo Alex. Aphrod. de Fulmine, ἡ πληγὴ πρῶτον ἢ ἀστραπὴ τὴν βροντὴν ἀποτελεῖ, ἢ ἅμα, & in illo Solonis, Ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι, *Impera, si priùs imperium ferre didiceris* [†]. [Necdum finis. Quærendum adhuc quænam hæc fuit descriptio, & quænam sint in aliis scriptoribus illius vestigia; ut fides Sacræ hujus historiæ certiùs constet.] Hæc descriptio illa erat de qua Jo. Antiq. 18. 1. ubi narrat, Judæos, etsi primùm eam ægrè ferrent, tandem tamen, suasu Pontificis Joazari, censeri se passos esse [t]. Non placet: Hæc enim fuit universalis, illa Judææ & Syriæ duntaxat: hæc sub Herode Magno, illa sub Archelaum relegatum: hæc sine tumultu peracta est, illa seditionum occasio, &c. Forsan hoc referri possit ad Lustrum illud quod à se factum post annum 41. Augustus ipse commemorat in Ancyranis illis marmoreis parietibus, quorum paucis abhinc annis edita sunt fragmenta; cùm summo consensu dies Domini natalis in illum ipsum Augusti annum incidat, ut cui anni 56. tribuuntur [v]. Factum hoc ab Augusto notat Casaub. ex mera curiositate, non ut censeret facultates, (tunc enim ad mulieres & infantes minimè pertinuisset, sed ad possessores duntaxat,) sed, ut notat Suidas, ut numerum subditorum suorum cognosceret. Observant autem Sepulveda & Gerundensis, hanc recensionem totius Imperii 27 annis ante natum Christum ab Augusto institutam fuisse, & ab ipso promulgatam Tarracone urbe Hispaniæ, rebus jam tum pacatis. Velleius Paterculus notabilem memorat pacem, h.e. cessationem à bellis, circa 20. annum Augusti. Id, si præcisè accipias de anno 17. directè coincidet cum illo tempore 27 annorum ante nativitatem Christi, quæ erat anno 44. Augusti. Mox autem erumpentibus turbis novis, Augustus id distulit in tempus pacatius, quod incidit in tempus Christi nati. Hinc factum ut veteres Hispani observarent *æram* (quæ vox est facta ex primis literis harum vocum, *Annus erat Regni Augusti*) ab omnibus aliis Christianis diversam, & 27 annis priorem, computantes nimirum ab hac promulgatione Tarraconensi, & hanc Lucæ ἀπογραφὴν hoc tempore factam existimantes. Hîc autem apprimè observandum est sapientissimum Dei hac in re consilium. Si enim primum Augusti decretum stetisset anno ejus 17. non opus fuisset novo hoc decreto anno ejus 44. ideóque nec Joseph. & Maria Nazarethâ Bethlehemum migrare coacti essent, ac proinde nec Christus Bethleemi natus esset [x]. Dici potest cum Leppleró, Quirinium bis præfuisse Syriæ, 1. circa annum Julianum 36. aut 37. in qua Præfectura cœpta est hæc ἀπογραφὴ, ob tria bella feliciter confecta, Pannonicum, Germanicum & Thracium. Hæ victoriæ occasionem dederunt Senatusconsulto de Jano Gemino claudendo; & Augusto, meditandi breviarium totius Imperii. Differri etiam potuit hæc ἀπογραφὴ ob novos motus Dacorum, Celtarum, Dalmatarum, &c. exasperatorum variis exactionibus, &c. Unde fortè interruptum hoc institutum, nè & aliæ Provinciæ, novæ servitutis professione efferatæ, deficerent, tandémque sub Saturnino perfectum. Sic eruditè & commodè ille rem explicat, & omnia commodè fluunt dilatatis Lucæ verbis hâc ἐξηγήσει, Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη μὲν ἐγένετο Κυρηνίου, &c. *Hæc descriptio primùm quidem facta Cyrenio Præside Syriæ, sed non potuit tunc perfici deficientibus nationibus, usque dum Saturninus præses esset: tunc verò ab Augusto renovata est & consummata.* Secunda autem Præfectura Quirinio obtigit, Archelao relegato, &c [y].

3. *Ibant omnes*] Id est, plerique, Syri scilicet, ac nominatim Judæi [z]. ¶ *Ut, &c.* Ἀπογράφεσθαι] *Ut describerentur*, Bru. Pi. &c. i. e. ut nomina sua ac familias darent & publicè apud Acta denunciarent [a]. Descriptio hæc facta est, 1. per Regna & gentes; 2. per urbes & vicos; 3. per personas [b]. ¶ *Singuli in suam civitatem*] In qua scilicet nati fuerant [c]; vel quæ familiæ ipsorum erat caput [d]; ad quam ratione originis pertinebant. Ibi subjectionem Romano Imperio profitebantur, vel verbis præscriptis, vel solutione census. Ità periit omnis Judæorum libertas & authoritas: jugum susceperunt nunquam illud excussuri, describuntur in mancipes in omne ævum. Dicunt autem RR. *Si vides generationem cui multæ sunt afflictiones, exspecta Redemptorem*, ex Esa. 59. 17, 18. Jer. 30. 6, 7 [*]. Romani in singulis Provinciis & Regnis morem censendi antiquitus ibi usurpatum retinebant [f]. Judæorum autem mos hic erat, ut census fieret per Tribus, gentes & familias [g], ut docet nos inquisitio per Josuam facta, sortitio quâ Saul Rex creatus est; & postremò, census à Davide institutus. Hoc autem post multas Judæorum disjectiones fieri non poterat, nisi singuli se ad ea loca conferrent quæ

[h] G. [i] D. [k] Zeg. sim. Li. harm. 74. [l] Li. ib. [m] Q. in Be. [*] Be. [†] Span. in Wal. [n] G. [o] Li. ib. [p] Li. ho. [q] Li. ho. sic Er. Camer. Zeg. [r] Li. ho. sim. Sch. [†] Sch.

[t] Pi. Q. in Be. [v] Be. ad v. 1. [x] Ham. [y] Span. in Wal. [z] Bru. [a] Idem. [b] Li. harm. 74. [c] V. [d] Bru. [*] Li. harm. [f] G. [g] G. sic Bru.

quæ olim genti ac familiæ suæ obvenerant [h].

4. *Ascendit*] Respicit situm vel Judææ, quæ altior Galilæâ [i]: vel Hierosolymæ; vel Templi potius [k]. At Austrum versùs *descendere* dicimur, ut contrà Septentrionem versùs *ascendere* [l], Hos. 8. 9. *Ascenderunt in Assyriam* [m]. Quare, *ascendit*, hîc valet, *ivit*, vel *profectus est* [n], ut Num. c. 16. v. 12, 14. Jud. 15. 8. & 16. 18, &c [o]. ¶ *A Galilæa*, &c.] In quam hic Bethlehemita migraverat, sive metu Herodis, sive ad commoditatem artis suæ, unde mirâ Dei providentiâ reducitur [p]. ¶ *In civitatem David*] Ubi David natus erat & educatus [q]. ¶ *De domo &* (pro, *id est*, Bru.) *familia* (i. e. genere ac stirpe [r],) *David*] Videtur hîc πατριὰ pars esse οἴκου [s]. ut in tribu Judæ οἶκος sit posterorum Ram, πατριὰ eorum qui ex Davide; ut Romæ *gens* Cornelia, *familia* Scipionum. Sic in Josuæ historia שבט, i. e. *Tribus*, distinguitur in משפחות, quas δήμους vocant LXX; משפחה, rursum in בתים. Bethlehemitica autem regio non Davidis erat propria, sed gentis ejus ex qua erat David, ut Ruthæ historia nos docet. At Josephus non tantùm ex gente illa erat, sed ex ipsa etiam Davidis familia †. Innuitur huc convenisse alios omnes qui erant de genere David [t]. Ex cujus stirpe duas familias legimus in Evangeliis, *Jacobi* patris Josephi, & *Eli* patris *Mariæ*; cui tertiam addunt RR. *Hillelis* Præsidis Synedrii, *ex Shepatia filio Abitalis*. Quærendum, an non *Cyrenius*, Censorem jam agens, ex instituto & astutia, omnes de stirpe Davidica in unum congregaverit, utpote qui audierit Messiam ex ista stirpe oriundum: ut judicaret, an aliquid periculi indè esset oriturum. De Josepho notatur, quòd ille de stirpe *Davidis*, partim quia agnoscendus erat pater Christi, quamvis non foret; partim ut ostendatur occasio quæ Mariam eò duxit [v].

5. *Cum Maria*] Jungas vel cum ἀπογράψασθαι, vel cum ἀνέβη [x]. Ascendit cum Maria, ut cum ea describeretur. Censenda autem erat Maria, tum quia unigenita erat, & hæres; tum ex Jure Romanorum, quo & fœminæ censebantur, adeóque etiam infantes [y]. Apertè satis ostendit Lucas etiam Mariam ex genere Davidis fuisse: nam alioqui ipsa in familiæ suæ urbe profiteri debuerat. Neque sine causa prægnantem eò duxit Josephus. Admiranda autem in hoc negotio est Dei providentia, qui & natalem locum & genus Filii sui, multis vaticiniis prædictum, voluit testatum esse publicis tabulis. Nam & infantum capita censebantur: & Jesu nomen asscriptum tabulis affirmant Justinus, Tertul. Chrysost. Ulpianus in Digesta relatus L. 3. de Censibus, *Ætatem in censendo significare necesse est: quia quibusdam ætas tribuit nè tributo onerentur: veluti in Syriis à 14 annis masculi, à 12 fœminæ, usque ad 65 annum tributo capitis obligantur. Ætas autem spectatur censendi tempore* [z]. ¶ *Desponsatâ*, &c.] Non sponsa tantùm erat, sed & nupta: at sponsam maluit Lucas dicere, quia Josephus Mariam habebat ut sponsam [a]. Nam sponsæ interdictæ viris, inquiunt Hebræi, perinde ut menstruatæ. Offendit quosdam malè illud [sequens] γυναικί, quod agnoscunt Latinus & vetera exemplaria [b]. ¶ *Prægnante*; ità Mo. Sy. Ca. sic Er. Ti. Be. Æth. &c. Ἐγκύῳ] *Gravidâ*, Er. Bru. non cùm desponsaretur, sed cùm ascenderet. Potuit hoc eam excusare ab hoc itinere, nisi ad illud divinitus esset mota, adeóque docta, in Bethlehem sibi pariendum esse. Intelligendum relinquitur, eos hîc professos se conjuges esse, oriundos ex genere David, subditos Cæsari, &c [c].

6. *Cùm essent ibi*] Nimirum professio temporis aliquid desiderabat ob hominum multitudinem [d]: vel, etiam professi, non statim vellent abire, quòd scirent, puerum ibi nascendum fore. ¶ *Impleti sunt dies*, &c.] Id est, menses legitimi *. Phrasis est Hebraica, ut Gen. 25. 24 [f].

7. *Primogenitum*] Sic vocant primum nascendi ordine [h], quamvis alius non sequatur. Christus autem sic dicitur, ut liqueret, in eo præstitum quicquid in primogenitis sub Lege adumbratum est, quales erant Reges, Sacerdotes, & Prophetæ, in familiis suis, & *sancti Domino* [i]. Hoc epitheton exprimitur, ut significetur, eum redimendum fuisse à Domino secundùm Legem, ut factum infrà 22, &c [k]. Vide ad Mat. 1. 25 [l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸν] *Et fasciis* (vel, *linteolis*, Tre. ex Sy.) *eum involvit*, Be. Pi. Er. P. Ti. Ca. &c. ut fieri solet recens natis puerulis, nè membra soluta ac libera enormiter crescerent. Hoc autem ipsa fecit [n], non obstetrix [o]. Hinc colligunt, Christum sine dolore matris natum [p]: cui sententiæ favere videtur, 1. exemplum mulierum Hebræarum, Exod. 1. 19: 2. benedictio propagationis, idque sine dolore, primis parentibus data, Gen. 1. 28. nunquam autem præstita, nisi in secundo hoc Adamo [q]. Libera hæc fuit ab illo maledicto, Gen. 3. 16. ¶ *Et reclinavit eum*] Ipsa à partu mox surgens, incedens, &c [r]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ φάτνῃ] At ex optimis & vetustissimis Libris legendum, ἐν φάτνῃ, sine articulo †. *In præsepi*, Er. Il. P. Ca. Be. &c. Inter fœnum & paleas [t]. Φάτνη pars est stabuli, & sua cuique equo erat φάτνη, quasi mensa quædam. Interdum verò unica erat in uno stabulo φάτνη continua, sine ullo dissepimento, omnibus equis communis. Hinc sæpius φάτνη pro *stabulo* ponitur, ut h. l. & in Polluce: idemque κάπη (& Æolicè κώπη, unde Lat. *copa*, de πανδοχείῳ ipso,) quod tam de hominibus quàm de jumentis usurpatur. Et loca sunt hodiéque in Oriente multa, ubi homines & jumenta simul in eodem stabulo accipiuntur [v]. Φάτνη dicitur βουστάσιον, vel ἱπποστάσιον, *stabulum ubi jumenta stant* [x]. Sic & *præsepe* in Virgil. Æneid. 7.—*in præsepibus ursi Sævire*—&, *Stabant tercentum nitidi in præsepibus altis*. Huic favet ratio addita, *quia locus non erat* (non dicit, *in stabulo*, sed,) *in diversorio* [y]. Fuisse hoc præsepe sive stabulum ἐν σπηλαίῳ, magno consensu produnt veteres, Justinus, Orig. Euseb. Athan. Hi. &c. Nec mirum, cùm ager ille omnis ὑπόπετρος (*petrosa*) fuerit, ut ex Strabone vir doctus observat. Mos autem præsepia ponendi in speluncis etiam apud Græcos fuit. Euripides Bacchis,— Καθεῖρξατ' αὐτὸν ἱππικαῖς πέλας φάτναισιν, ὡς γ' ἂν σκότιον εἰσορᾷ κνέφας [z]. ¶ *Non erat eis locus in*, &c. Ἐν τῷ καταλύματι] *In diversorio*, Mo. P. Er. Il. Be. Ca. &c. sive hospitio publico [a]. *Ubi habitabant*, Tre. ex Sy. Malim, *ubi divertebant*, Di. ex Sy. i. e. in ædibus istis ad quas diverterant, ad verb. *ubi soluti erant*. *Diversorium* Syris dicitur *domus solutionis*, aut *diversionis*, Græcis κατάλυμα: quia ibi jumenta & sarcinæ solvebantur, à λύειν, *solvere*; unde καταλύειν, *dissolvere impedimenta*, *diverti* [b]. Ob articulum τῷ, verto, *In illo diversorio*, nempe quod adierant, & quo utebantur, ad cætera quod attinet, quanquam cubandi locus ibi deerat. Fuerunt apud veteres Græcos in hospitandi ratione diversi humanitatis gradus, δέχεσθαι ἀγορᾷ, *admittere ad emptionem commeatûs*: δέχεσθαι ὅρμῳ, *admittere in stationem*, *aut portum*; δέχεσθαι οἴκῳ, *recipere in domum*: & δέχεσθαι κοιτῶνι, vel κοίτῃ, *cubiculum*, aut *cubile*, *ad quiescendum dare* [c]. Τὸ κατάλυμα dicit eam domum in quam venerant hospitii quærendi causâ [d]. In hac domo nullus erat locus vacuus ob turbam hospitum *: eos etiam exclusit summa paupertas, omnibus odiosa: si divites fuissent, locus eis non defuisset [f]. Itaque in specum coacti sunt se abdere, ideo quòd partus solitudinem desideraret [g]. In stabulo habitabant, ibi Virgo peperit, ibi infans positus: ejus autem mentio non fit, nisi ubi de infante agitur, & meritò, quia non agebatur de Joseph & Maria, nisi propter infantem [h]. Qu. Ubi stabulum fuit? Resp. 1. Non in ipsâ urbe, sed proximè urbem [i]. Ità vetus auctor, Justinus, cui hoc magis credendum est quòd non procul Judæâ natus & educatus fuit, quippe Samarites; & ejus temporibus satis recens erat rei memoria: ἐν σπηλαίῳ, inquit τινὶ σύνεγγυς τῆς κώμης κατέλυσε, (*in spelunca quadam proximè vicum diversatus est.*) Nam Bethlehemum κώμην vocat, utpote exiguum oppidum, ut & Joh. 7. 42. Quam famam secutus Scriptor vetus homiliæ, quæ inter Chrysostomi opera edi solebat, *Rem novam*, inquit, *ingrediuntur in diversorium, non ingrediuntur in civitatem*. Possunt videri idem sensisse descriptores Palæstinæ, qui specum istam fuisse aiunt juxta muros Bethlehemi. Et sanè multis in regionibus diversoria sunt extra portas, quæ quovis tempore adventantes recipiant. Et quanquam pacis temporibus exitum atque aditum patuisse in urbes Judææ non est negandum, cùm Christus sæpe nocte multâ exierit Hierosolymis, faciliùs tamen, & minùs observati, potuerunt pastores in diversorium extra urbis mœnia constitutum venire quàm in urbem penetrare. Nihil sanè video quod obstet, nisi quòd infrà natus dicitur ἐν πόλει Δαβίδ, & quod templum in ejus specûs honorem ab Helena structum dicitur in Bethlehem. Sed

h G. i Bru. k Q. in Be. l D. ex Af. m D. n D. sim. Li. harm. 68. o Li. ib. p Li. ib. q Camer. sim. Bru. r Bru. † G. t Bru. v Li. ho. x Be. y Bru. z G. a G. sim. Be. b G. c Bru. d G. sim. Bru. * Bru. f Cap. h Bru. sic Li. harm. 75. i Li. ib. k Pi. l G.

n Bru. o Bru. ex Hi. & Chrys. sim. Li. harm. 78. p Li. ib. sic Bru. q Li. r Bru. † Salm. in Wal. t Bru. v Salm. in Wal. x Ham. ex Cas. y Ham. z G. a Bru. b Di. c Cas. in Wal. d G. * G sim. Mal. f Mal. g G. h Mal. i G. sic Cyr. & Just. in Cas.

apud omnes populos usitatum est ut continentia ædificia, qualia adhærere etiam parvis oppidis sæpe videmus, oppidorum veniant nomine, jure scilicet accessionis. Sic Christus dicitur moriturus *in Jerusalem*, Luc. 9. 31. & 13. 33. quem constat extra mœnia crucifixum. Sic & Josue fuisse dicitur *Hiericbunte*, 5. 13. & *Gabaone*, 10. 10. cùm eas urbes obsideret. Et Luc. 5. 12. Jesus dicitur *in una urbium* obviàm factus leproso, cùm constet, leprosos extra mœnia mansisse. Et ipse Herodes ostendit facto, se Michææ vaticinium in hunc modum intellexisse [k]. Resp. 2. In urbe aut vico Bethlehem [l]; ut omnes veteres patres ad unum, excepto Justino, consentiunt [m]: ubi nasci debuit Christus, &c [n]. Hinc autem liquet, quòd nec *Josephus*, nec pater ejus *Jacobus*, domum illic haberent; nec *Eli*, quâ exciperet filiam suam parturientem. Et tamen biennio post partum habitârunt illic *Josephus* & *Maria* in domo aliqua conducticitia. Midras Echah, fol. 48. 3. *Dicit Arabs quidam Judæo, Natus est redemptor Judæorum. Et ille, Quodnam ejus nomen? Menahem, inquit alter. Et quodnam nomen Patris ejus? Ezechiah. Ubinam verò illi habitant? In Birath Arba* (qui locus erat) *in Bethlehem Judæ*. Sed quid illud *Birath Arba* [o]?

8. *Pastores*] Est enim valde pascuus circa Bethlehemum ager, 1 Sam. 17. 15 [p]. Christus Pastoribus hîc primùm patefactus est, ut Pastoribus primùm promissus est, quales erant Patriarchæ, Gen. 47. 3. maximè *Abraham*, & *David*, 1 Sam. 16. 11, 12. Confer visiones, Gen. 31. 10. Exod. 3. 3. Jud. 13. 9 [q]. Christus, summus Pastor, se patefacit pastoribus, non potentibus, &c. ut doceret, Regnum suum non esse de hoc mundo [r]. ¶ *In regione eadem*] Ibi *turris gregis*, Gen. 35. 21. & fortasse ad hanc historiam respexit Michæas, 4. 8 †. ¶ *Vigilantes*; ità Er. sic Ar. Æth. forsan legit ἀγρυπνοῦντες [t]. Ἀγραυλοῦντες] [Variant:] *Qui habitabant* (malim, *commorabantur*, ut solent qui aliquò solùm divertunt [v]:) *ibi*, Tre. ex Sy. *Rusticantes*, i. e. ruri agentes [x]. *Excubantes*, Il. P. Be. Ca. Pi. *In agro*, sive *agris*, (vel, *sub dio*, G.) *agentes*, sive *stabulantes*, Mo. Er. V. G. sive, *excubantes*, Ti. sive, *pernoctantes*, BA. sim. Camer. Be. At in hac voce nulla est noctis significatio, quam sequentia exprimunt [y]. Sed fallitur Vir magnus. Quin sequentia addit Lucas ἐπεξηγητικῶς, ut pastores in agris significet ideo pernoctâsse, ut vigilias noctis servarent in gregem suum. Et ἀγραυλεῖν nihil aliud est quàm ἐν ἀγρῷ αὐλίζεσθαι, *in agro pernoctare*, vel *excubare*; quomodo id verbum passim usurpant Xenophon, & Thucyd. & Græci Interpretes circiter trigesies pro Hebræo לון. Unde αὐλισμὸς Hesychio est διανυκτέρευσις, *pernoctatio*: & *vesperugo* stella Græcè vocatur αὔλιος, quia præcedit noctem, &, illâ oriente, tam greges quàm homines αὐλίζονται, teste Schol. ad Apollon. Argon. 4. Et ἄγραυλοι dicuntur (sive pastores, ut in Homer. & Nicand. Ther. v. 403. sive greges, ut in Dionys. Perieg. v. 672. & 996.) *qui in agris pernoctant*. Hesychius, Ἄγραυλοι, οἱ ἐν ἀγρῷ νυκτερεύοντες, i. e. *per noctem in agro degentes* [z]. Idem, ἀγραυλοιο, ἐν ἀγροῖς αὐλιζομένου· &, ἄγραυλον, ὑπαιθρον. Sunt ergò ἄγραυλοι, qui in agris sub dio degunt [a], sive pernoctant [b]. Al. Ἀγραυλοῦντες, i. e. ἀγροτικὸν αὐλοῦντες, *rustico more tibiâ canentes* [c]. Quod planè repudio [d]. Hæc enim non cohærent, *Pastores tibiâ canebant, & noctis vigilias servabant*, &c. neque ad Scriptoris scopum id observâsse pertineret: nec solent pastores canere in noctis conticinio [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς, &c.] *Et custodientes*, sive *observantes*, (vel, *agentes*, Pi. vel, *excubantes*, Er. Val.) *vigilias* (vel, *custodias*, Val. Be. Bru. Scul. &c. *excubias*, Er. Val.) *noctis*, &c. Br. Bru. vel, *nocte*, Er. D. Sed hoc potiùs diceretur νυκτὸς, absq; articulo [f]. Τὸ τῆς νυκτὸς redundat: neque enim ullæ sunt diei vigiliæ [g]. Contrà Scaliger, *Totum*, inquit, νυχθήμερον *in 4 partes dividebant, quas Vigilias vocabant*, 1. *à vespere*; 2. *à media nocte*; 3. *à manè*; 4. *à meridie* [h]. Sensus, q. d. advigilantes ad custodiam gregum [i]. φυλάσσειν φυλακὰς est figura elegans & emphatica: sic v. seq. ἐφοβήθησαν φόβον [k], &, ἐχάρησαν χαρὰν, Matth. 2. 10. πόλεμον πολεμίζειν, Il. β'. Est Atticismus, & Pleonasmus Hebraicus [l]. Phrasis hæc usurpatur de Excubiis, 1. Vigilum, sive militum, vide Esa. 21. 18: 2. Sacerdotum, quorum alii aliis succedebant per vices, &c. ut Num. 3. 7. Ezec. 40. 46. & 44. 15 [*]. Quatuor erant noctis vigiliæ, Marc. 13. 35 [m]. [Pastores] per dispartita temporum intervalla alii aliis succedebant in curam gregis [n]. Cùm autem vix usquam hyeme soleant in agro agere pastores, noctibus præsertim [o], nec unquam noctu pecudes sub dio degunt, sed in caulis clausæ latent, ut constat ex Virg. Georg. 3. & Columel. 8. 3. aliisque [p], mirum videri potest natalem Domini ab Ecclesia Romana, cui censuum tabulas inspicere promptum fuit, collocatum in diem 25. Decembris; quod institutum Antiochena Ecclesia (in ea enim urbe habita est oratio quæ id testatur) sequi cœpit temporibus demum Chrysostomi: totus autem Oriens non ante Justini Imperatoris tempora, ut Nicephoro observatum. Diligentissimus temporum indagator putat natam hanc opinionem ex altera falsa de Pontificatu Maximo Zachariæ: nam à die Expiationum, quo Pontifex Maximus ingredi penetrale solebat, putata conceptûs Elisabetæ tempora, ac sex mensibus posteriùs Mariæ; cùm ipse, initâ numeratione ἀπὸ τῆς ἐφημερίας Abia, natalem Domini in Septembrem putet congruere, [de quo vide Li. harm. p. 76.] quo tempore sub dio agunt pastores. Antiquitus certè variâsse traditionem constat. Nam qui proximè ad ætatem Christi accedens ejus rei meminit, est Clemens Alexandrinus, cujus hæc sunt verba, Εἰσὶ δὲ οἱ περιεργότερον τῇ γενέσει τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οὐ μόνον τὸ ἔτος, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν προστιθέντες, &c. (*Sunt autem qui curiosiùs non annum duntaxat, sed & diem Servatoris nostri natalem apponunt; quem dicunt esse an. 28. Augusti*, [die mensis dicti] Παχὼν 25. *Basilidis autem sectatores & diem Baptismatis Christi celebrant, præcedentem noctem impendentes lectionibus: dicunt enim fuisse 15. an. Tiberii, & 15.* [diem] Τυβὶ *mensis.*) Prior harum sententiarum in Maium ferme Domini natalem conferebat; quo tempore non dubium est pastores in Judæa solitos ἀγραυλεῖν. Est enim Παχὼν septimus mensis Ægyptiorum, quorum primus *Toth* cum mense Septembri ferme coincidit. At altera sententia Basilidis sectatorum referebat hunc diem in mensem Ægyptiorum quintum, quod ferme cum traditione Romana congruit. Eadem sententia unum esse diem statuebat quo natus esset Christus, & quo baptizatus; quod veterum multi crediderunt, ob id quod infrà legitur, 3. 23. Atque id secutas Ægypti Ecclesias etiam ex Cassiano discimus, Collat 10. 11. Ab hac sententia diversus abit Epiphanius, ità tamen ut de die natali non multùm dissentiat. Natum enim Christum vult 8. Eidus Januar. quæ esset 2. Ægypti mensis Tubi, baptizatum autem 6. Eidus Novembris, quæ esset 12. Ægyptii mensis Atyr. Atque hunc diem Januarii, ut natalem Christi, olim celebrabant Asiæ & Ægypti Ecclesiæ, & multò pòst Armenii. Nyssenus & Ambros. suis locis testantur hoc tantùm, celebratum Domini natalem cùm crescere dies incipiunt. Finiam cum Hieron. sermone De Christi nativitate, *Sive hodie Christus natus est, sive baptizatus est, diversa quidem fertur opinio in mundo, & pro traditionum varietate diversa est sententia* [q]. [Qui plura velit de die natali Christi consulat hinc Scal. & Li. harm. 76. illinc Langium in Wal.]

9. *Angelus*] Ille nominatus Luc. 1. 26 [r]. ¶ *Stetit*, Ἐπέστη] *Apparuit*. De hac voce diximus ad Matth. 28. 2 †. *Adstitit*, vel potiùs, *Imminuit ex alto*, Er. nam cœlitus apparuit, & ἐπὶ valet, *super*, vel *supra* [t]. *Supervenit*, Be. Pi. i. e. repente & insperatò venit [v]. Sic Act. 4. 1 [x]. Horatius, *Grata superveniet quæ non sperabitur hora* [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ δόξα, &c.] *Et gloria Domini*, i. e. vel, 1. excellentissima [z]; vel, 2. immissa à Domino [a]: Splendor, sive fulgor [b], ex facie & veste Angeli [c]. *Gloriam Domini* vocat lucem eximiam, more Hebræo. Vide Luc. 9. 31. Act. 7. 2. 1 Cor. 15. 41. 2 Cor. 3. 7 [d].

10. *Evangelizo vobis* (præ aliis [*],) *gaudium magnum quod erit omni* (vel, *toti*, Pi.) *populo*] Vestro, Israelitico inquam [f]: vel potiùs, *omni*, &c. i. e. etiam Gentibus, Matth. 28. 19, 20. &c. nam id λαὸς propriè sign. & sensus est plenior [g]. *Toti populo*, nempe Dei: id quod innuit articulus. Alii enim non gavisi, sed tremefacti, sunt, Matth. 2. 3 [h]. Ut Piscatores postea, ità nunc Pastores, Christo testimonium præbere eliguntur, innocens inprimis hominum genus [i], [& fraudis nescium, ut tutiùs illis hoc narrantibus credi posset.]

11. *Quia*, &c. Ὅτι ἐτέχθη, &c.] *Quòd* (vel, *Nam*, Sy.

Margin notes (left column): k G. l Cas. in Wal. Mal. m Cas. n Mal. o Li. ho. p G. q Li. harm. r Gom. † Be. t Eru. v Di. x Zeg. ex Th. y G. z BA. ib. 2. 44. 453. a Di. b Be. c Th. in BA. d Be. * BA. ib. 465. f D. g Be. h D. i Scul. ex. 1. 49. k Camer. Scul. l Scul.

Margin notes (right column): * Cap. m Ham. Li. n G. sim. Ham. Li. harm. 79. o G. sim. BA. p EA. 454. q G. r G. † G. t Be. ex Er. v Be. sic Pi. Sch. x Pi. y Be. z Li. harm. 79. a V. b Be. Bru. Pi. c Pi. d G. * Bru. f Bru. sic Q. in Gom. g Gom. h Pi. i G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Sy. tanquam causa reddatur [k]. Sed præstat [ὅτι] εἰδικῶς interpretari, gaudium magnum, hoc scilicet *quòd* [l]; vel, Dico enim *quòd*, V.) *natus est* (vel, Nempe *natum esse*, Be. Pi.) *vobis*, Bru. &c. vobis Judæis [m], sed publico mundi bono. Zohai Angelos vocat *superiorem Dei familiam*, Homines *inferiorem*. Gaudet superior familia de inferioris bono [n]. ¶ *Hodie*] Die non strictè sumptâ, ut Joh. 11. 9. sed latè, ut Gen. 1. 19. Alioquin nocte natus est; id quod, hyberno maximè tempore, gravius erat & Matri, & infanti [o]: q. d. hâc nocte, imò hâc horâ: plus significat quàm dicit [p]. ¶ *Salvator*] Promissus, & exspectatus [q], qui Zach. 9. 9. יושע, Lxx σώζων, dicitur [r]. *Salvator*, absolutè, q. d. ab hominibus malis †. ¶ *Christus Dominus*] Non quilibet unctus, sed ille unctus supra omnes, omnium Dominus, & Davidi eo nomine nuncupatus [t]; promissus Rex Israelis, Dominus & noster & vester. Loquitur de re notâ [vel] pastoribus Judæis [v]. ¶ *In civitate David*] Ut prædixit Micheas; & ut publico testimonio appareat hunc esse ex Davidis sanguine [x], cui hæc promissio facta erat, Psalm. 132. vers. 11. quod & vulgò notum, Joh. 7. 42 [y].

12. *Hoc vobis signum*] Non tam confirmativum, (quod erat sequens apparitio,) quàm distinctivum [z]: nota quâ hunc infantem ab aliis sit dignoscere. Sic & Rhetores hanc vocem usurpant [a]. ¶ *Positum*, Κείμενο] *Jacentem*, Be. Bru. Pi. Non levatum [b]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ φάτνῃ] Angelus & domum & specum descripsit. Sed Lucas, cùm loci antè meminisset, satis habuit cum articulo dicere, τῇ φάτνῃ, id præsepe significans de quo egerat antè. Ità sæpe scriptores sua verba aliorum directis orationibus permiscent; ut alibi quoque observavimus. Simillimum est illud apud Matth. 26. 18. Tale est & apud Virgil. *Et nunquam fatis concessa moveri Apparet Camarina procul.* Poetæ enim verba Æneæ verbis inseruntur [c]. Non videtur Lucas omnia recitare Angeli verba, sed ea tantùm in quibus aliquid esset mysterii: alioquin credibile est, Angelum etiam locum designâsse [d]. Al. Angelus non obscurè insinuat, matrem fuisse extraneam, quæ domum propriam non haberet, ideóque quærendam in diversorio aliquo publico, qualia non multa in illo oppidulo fuisse videntur. Nec mirum, si aliquid relinquatur pastorum diligentiæ [*].

13. *Cum*, &c. Σὺν τῷ ἀγγέλῳ] *Cum illo Angelo*, Bru. Pi. qui scil. locutus fuerit [f]. Ubi multi Angeli apparent, ibi unus cæteris, velut Imperator, præficitur [g]. ¶ *Multitudo militiæ* (vel, *exercitûs*, D. Pi. *exercituum*, Be.) *cœlestis*] Στρατιᾶς est, *exercitus* [h]. Ità ordinata multitudo Angelorum vocatur, ut alibi Dæmonum *legio*. Alibi & stellas minores eo nomine vocari diximus [i]. Στρατιὰ idem quod צבא, 1 Reg. 22. 19. quod nomen Angelis tribuitur [k]; vel, quòd velut Dei milites sunt, viribus valentes, & Deo parentes, ad debellandum hostes, &c [l]: vel potiùs, ut significetur τάξις, *ordo*, quem accuratè observant Angeli in obeundis ministeriis suis. צבא non *exercitum* primariò significat, sed *quicquid ordinis rationem habet*; itaque & de tempore certo atque constituto dicitur, Job. 7. 1. & Esa. 40. 2 [m]. *Exercitus cœlestis* duplex est in S.S. 1. visibilis, stellarum, Deut. 4. 19: 2. invisibilis, Angelorum, Psal. 103. 20, 21 [n]. Matth. 24. 29 [o]. quibus Deus, velut Monarcha, circumseptus est [p]. Totus Angelorum chorus cecinit, ut in Creatione mundi, Job. 38. 7. ità in Redemptione, Heb. 1. 6 [q]. ¶ *Laudantium Deum*] Ex benevolo affectu erga homines [r].

14. *Gloria*, &c. Δόξα ἐν ὑψίστοις] *Gloria* (i.e. laus, honor, actio gratiarum †,) *in altissimis*, sive *excelsis*, Mo. Ti. Tre. ex Sy. Er. P. Be. &c. sub. *locis*, sive *cœlis*, Be. Pi. &c. Periphrasis summi cœli [t]. Illud, ἐν ὑψίστοις, interdum idem est quod *excellentissimè*. Sed hîc cum modo locus quoque exprimi videtur, ut opposita sint, ἐν ὑψίστοις, & ἐπὶ γῆς· ut in Oratione Dominica. Impletur hîc illud Esa. 44. 23. & 49. 13. *Ovate cœli* [v]. Τὸ ἐν ὑψίστοις referendum, non ad *Deum*, sed ad *gloriam*; q. d. *Glorificetur Deus ab illis in excelso*; Angelis scilicet, ex collat. Psal. 148. 1, 2. *Gloria*, Deo attributa, significat tum ipsam *Divinam essentiam*, ut Psal. 106. 20. Rom. 1. 23. 2 Pet. 1. 17. tum *gloriosam Divinæ Majestatis supereminentiam*, quæ consistit in supereminentia *Potentiæ*, *Sapientiæ*, *& Bonitatis*; sub his enim tribus reliqua omnia ejus Attributa comprehenduntur, & in horum trium agnitione consistit omnis Dei glorificatio, totúsque Dei cultus: & hæc tria Attributa in hoc facto eminentissimè elucebant [x]. Ellipsis porrò hîc est verbi substantivi [y], & subaudiri potest vel ἔστω, *sit*, vel *esto*; vel ἐστὶ, *est* [z]: ut sit vel optatio, vel affirmatio. Posterius malim, quia laudatio est: laudatio enim affirmat, & bona præterita, aut præsentia, celebrat: optatio tantùm est boni futuri apprecatio [a]. Puto ἔστω rectiùs quàm ἐστὶ subaudiri, sed ità ut significetur læta approbatio ejus quod erat, non desiderium ejus quod aberat: quale est illud Virgilii, *Talia secla Suis dixerunt currite fusis Concordes stabili fatorum numine Parcæ* [b]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία] Discrimen hîc est & in lectione & in interpretatione [c]. Legendum, vel, 1. εὐδοκίας [*]. Ità legit Codex meus vetustissimus, item Orig. Chrysost. & Iren [f]. aliíque [g]. Contrà: 1. Unus Codex non præjudicat communi consensui [h]. 2. Quod ex Origene affertur nullius est ponderis, cùm Græca Origenis non habeamus, & mirum non sit si Latinam Lucæ Versionem secutus sit Latinus Origenis Interpres [i]. 3. Chrysost. Græcum exemplar constanter legit εὐδοκία. Idémque credo de Iren. & Orig. si Græci eorum Codices suppeterent [k]. Offendit, ut puto, Latinum Lucæ Interpretem insolens appositio, εἰρήνη εὐδοκία· unde posterius membrum per Genitivum extulit, quod sensum habere cum Græco eundem potest. At Syrus & Arabs, retento Nominativo, copulam interjecerunt, quasi aliter hiaret oratio. Sed quod illos offendit offendere nos non debet, cùm ejusmodi constructionibus abundent & Sacri & profani Codices. Sic infrà σωτήριον dicitur φῶς, 30, 32 [l]. Vel, 2. εὐδοκία. Ità omnia mea exempl. excepto vetustiss [m]. Ità habet consensus Græcorum Codicum [n], & apparet Chrysostomum atque alios Græcos scriptores constanter eum in modum legisse [o]. Ità legunt Euseb. Basil. Gregorius Naz. Chrysost. Theoph. &c [p]. [Qui legunt εὐδοκίας locum sic vertunt;] *Et in terra*, sive *terris*, *pax hominibus* (vel, sit *in hominibus*, Pi.) *bonæ voluntatis*, Vulg. vel, *beneplaciti*, Pi. vel, *dilectis*, sive *complacitis*, Be. Duo tantùm sunt hujus doxologiæ membra [q]: priore autem membro exoptant Angeli, ut per Domini nativitatem & actiones indè dependentes illustretur gloria Dei: posteriore verò, ut per eas promoveatur salus electorum [r]. Significat, pacem hanc ad omnes non pertinere, sed ad homines complacitos †. Ità plana est membrorum antithesis, & nihil est hiulcum aut detortum [t]. At si tria essent ejus membra, 1. dixisset, καὶ ἐν ἀνθρώποις, &c: 2. tautologia esset, quæ tam brevi hymno non congruit: nam *pax* illa à *beneplacito* non differt nisi ratione, &c [v]. [Non desunt qui & εὐδοκία legunt & tamen duo tantùm membra constituunt.] Sic ordinandus est sermo, *In terris pax, quæ est bona voluntas Dei in hominibus*, i. e. erga homines [*]. Illud, *in hominibus bona voluntas*, est explicatio præcedentium, *pax in terra*; ut duo tantùm sint hujus hymni membra, & declaretur causa *pacis* immediata, nim. Dei *benevolentia* ‖. Hæc verba ità interpretor, Super terram felicitas veniat, non terrena tamen, sed cœlestis; Dei scilicet favor erga genus humanum, quem abundè testatur missione Filii, & per eundem Filium magis magísque testaturus est. Nam εὐδοκία interdum *decretum* & *consilium* Dei, interdum *affectum* ejus *benevolum*, significat; quo sensu, ut hîc, cum ἐν construi solet: ut, ἐν ᾧ εὐδόκησα, Matth. 3. 17. & 17. 5. ἐν σοὶ εὐδόκησα, infrà 3. 22. Sic, εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ, Psal. 149. 4. Similiter Paulus ait εὐδοκίαν suam esse *pro Israel*, i. e. *se ex intimo animo bene illis velle* [x]. Itaque non malè Chrys. καταλλαγὴν, (*reconciliationem*,) Th. ἐπανάπαυσιν, (*acquiescentiam*,) interpretantur [y]. Sic Psal. 5. in fine, ὅπλῳ εὐδοκίας, Heb. רצון [z]. [Qui autem consentiunt in lectione εὐδοκίας, in explicatione differunt.] Τὸ εὐδοκίας conjungendum, vel, 1. cum *pacem* [a]. Est autem *pax bonæ voluntatis*, salus proveniens non ex meritis hominum, sed ex gratuita Dei benignitate [b]. Vel, 2. cum *hominibus* [c]. Vocantur autem h. l. *homines* εὐδοκίας, vel, 1. qui bonam habent voluntatem [d], & ad recipiendam Divinam misericordiam, & pacem illam, quæ annuntiabatur, propensam [*]; sinceri, fideles, qui Deo grati & probati sunt [f]. Quanquam autem vox, εὐδοκία, etiam hominibus tribuatur, significans pium, benevolum, ac propensum, animi hominis erga Deum aut proximos affectum,

Margin notes (left column): k Bru. l Bru. ex Be. m G. sic Bru. n G. o Gom. p Bru. q Bru. r G. † Bru. t G. v Bru. x G. y Bru. z Bru. a G. sim. Bru. b Bru. c G. d Mal. * Bru. f Bru. sim. Pi. g G. h D. i G. k Cam. l Bru. sim. Pi. m Cam. n Med. l. 1. differt. 24. p. 116. sim. Scul. o Scul. ex 1. 49. p Be. q Li. harm. 79. sim. Med. ib. r Scul. ib. † Bru. t Pi. v G.

Margin notes (right column): x Med. ib. 119. y Gom. z Be. sim. Gom. a Gom. b G. c Mal. * Mal. Be. Pi. f Be. g Mal. h Gom. i G. k Med. ib. 121. l G. m Be. n G. sim. Mal. o G. p Gom. q Pi. sim. Be. Bru. r Pi. † Be. sim. Pi. t Er. v Pi. * Er. ‖ Eru. x G. y G. sim. Be. z G. a Q. in Mal. sic Bru. b Bru. c Mal. d Q. in Er. & in Mal. * Q. in Mal. f Ham.

fectum, ut Rom. 10. 1. Phil. 1. 15. id tamen hîc non congruit, præsertim cùm & in malum sumatur, ut Ecclesiastici 18. 1 †. Vel, 2. quos Deus bonâ prosequitur voluntate [g]: ut εὐδοκία ad Deum, non ad homines, referatur [h]; nec homines sint subjectum, in quo εὐδοκία, Dei benevolentia, inest; sed objectum, in quod ea fertur [i]; quasi dixisset, εὐδοκητοὺς, ut Maria κεχαριτωμένη· q. d. quos Deus gratuitò diligit, &c [k]: prædestinati [l], qui aptissimè dicuntur *homines beneplaciti*, i. e. Dei beneplacito ad vitam electi [m], qui alibi *filii*, vel, *vasa*, *electionis* vocantur; ut *filii promissionis* vocantur quibus Deus promissiones destinavit [n]. Sensus est, *Pax sit in hominibus beneplaciti*, i. e. optamus ut pax sit in ipsis electis, viz. in cordibus eorum [o]. [Alii legunt εὐδοκία, locúmque aliter, nec uno modo, accipiunt:] *Et* (vel, *Nam*, V. sub. *est*, vel, *sit*, Be. Pi.) *in terra pax*, (vel, *tranquillitas*, V. i. e. vel, 1. felicitas [p] omnis generis [q], more Hebræo [r]: vel, 2. reconciliatio †; vel, sensus reconciliationis cum Deo per Christum †; vel, 3. Christus ipse: qui, ut alibi, non solùm *Salvator* dicitur, sed & ipsa *salus*, infra v. 30. & Esa. 49. 6. ità hîc, ut & Eph. 2. 14. vocatur, per insignem Meton. *pax*, i. e. effector pacis, tum externæ, quæ tunc in tota terra fuit; tum apud Deum, Rom. 5. 1. Vide & Esa. 9. 6, 7 [v]. Sensus, Pacificator est inter homines, qui eos Deo reconciliet, qui ostendit benevolentiam Dei erga homines [x].) *in hominibus* (vel, & *in hominibus*, Tre. ex Sy. Ar. vel, *erga homines*, Ca. V. sic Er. Bru. Tre. ex Sy. vel, *hominibus*, Di. ex Sy. sic Æth. vel, *inter homines*, Be. vel, *in homines*, P. Be. τὸ, ἐν, vel redundat [y]; vel ponitur pro εἰς, *in*, vel *ad*, vel *erga* [z], ex imitatione Hebraicæ constructionis, ubi חפץ & רצה, verba quæ significant εὐδοκεῖν, & nomen רצון, quod sign. εὐδοκία, construuntur cum ב, quod à Lxx & in N.T. vertitur, *in* [a]. Ἐν pro εἰς sæpe scribunt Autores sacri [b], ut 1 Thes. 4. 7. Heb. 4. 11 [c]. & εὐδοκεῖν cum utroq; construitur, Matth. 3. 17. & 12. & 12. 18 [d].) *beneplacitum*, vel *benevolentia*, Mo. P. Be. Er. V. Ca. vel, *bona voluntas*, Er. Il. Ti. Bru. vel, *hilaritas*, Ar. vel, *voluntas ejus*, Æth. vel, *nuncium bonum*, Tre. ex Sy. vel, *spes bona*, Di. ex Tre. Pers. nam סברא *spes* dicitur: vide Act. 24. 15. Tit. 2. 13. &c. Pacem cum Deo sequitur spes. Videtur Syrus εὐδοκία derivâsse non à δοκέω, sed à δοκάω, *exspecto*; unde προσδοκία, *exspectatio* *. Εὐδοκία hîc per Appositionem referrur ad *pax*, perinde quasi percontanti, *Unde hæc pax*, responderent Angeli, *non ex vestris meritis, sed ex bono Dei affectu erga homines* [f]. Εὐδοκία est quod Heb. רצון, quod significat *studium*, *favorem*, *cupiditatem*, *benevolentiam*, quæ aliàs Χάρις appellari solet, à verbo εὐδοκεῖν, *bene velle*, *favere*, aut *acceptum gratúmque habere*. Est ergò hæc hujus loci sententia, *Esto pax in terris*, *quæ pax est Dei erga homines amor, studium, atque favor*: h. e. quæ felicitas est Dei muneris ac liberalitatis. Lege diligenter cap. 1. ad Ephes. & invenies totam hanc sententiam copiosissimè explicatam [g]. Idem hîc duobus modis exprimitur, *Pax in terra*, id est, (nam quod sequitur additum est per Appositionem, & ἀσύνδετον præcedentium,) *erga homines bona voluntas*, Dei scilicet, h. e. reconciliatio Dei cum hominibus in Christo, per remissionem peccatorum; id quod *pacis* nomine venit, Act. 10. 36. Col. 1. 19, 20. Vide & Esa. 54. 10 [h]. Al. Tria sunt hujus hymni membra [i]; *gloria in altissimis Deo*, *pax in terris*, *in homines benevolentia*; q. d. Meritò Deo tribuitur *gloria*, quòd *pax*, i. e. Christus pacis author, *esset in terra*; & quòd *benevolentiâ* suâ electos ità dilexit, ut Christum pro eorum salute nasci voluerit [k]. Sed si tria membra essent, addidisset conjunctionem, *& in homines*, &c [l]. Verùm ellipsis est copulæ [m], [quam Syrus idcirco addit, ut antè notatum.] Al. Totus hic versus est unica propositio, in qua clausula ultima, εὐδοκία ἐν ἀνθρώποις, est subjectum, de quo duo præcedentia prædicantur, *Benevolentia Dei erga homines*; patefacta in incarnatione Christi, *est gloria illi in altissimis*, & *est pax in terris* [n], Eph. 2. 14. Col. 1. 20 [o]. Probatur hæc interpretatio; 1. à conjunctione, Καὶ, quæ interponitur inter δόξα, &c. & εἰρήνη, non inter eas & εὐδοκία. 2. Ex ipso sensu. Cùm *benevolentia Dei erga homines*, quæ nunquam antea tam clarè patefacta erat, sit occasio & subjectum hujus hymni, necesse est ut reliqua duo, *gloria*, &c. & *pax*, &c. accipiantur tanquam de ea prædicata; quippe quæ fructus & effecta ejus sunt. Adde quòd, εὐδοκία ἐν ἀνθρώποις, idem hîc valet quod εὐδοκία in Christo, Mat 3. 17 [p].

† Bru. [g] Mal. sim. Er. Be. Bru. [h] Er. [i] Gom. [k] Be. [l] Mal. sic Be. Pi. [m] Pi. [n] Be. [o] Pi. [p] G. Ca. [q] Ca. [r] G. † Er. Ham. † Pi. [v] Gom. [x] V. [y] Bru. [z] Bru. sic Ca. Be. Gom. Med. [a] Med. p. 121. [b] Ca. sim. Gom. [c] Gom. [d] Ca. * Di. [f] Er. [g] Ca. [h] Med. 122. [i] Q. in Pi. sim. Gom. Th. & Euthym. in Bru. [k] Gom. [l] Pi [m] Gom. [n] Li. harm. 80. [o] Li. ho. [p] Li. harm.

15. *Pastores*] Ità Sy. Καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες] *Et* (vel, *Tunc*, Be. Pi. Καὶ pro τότε [q]· conjunctio copulativa pro relativo temporis, more Hebræorum [r]: vel, ἐν abundat †; unde illud omittunt Sy. & Vulg [t].) *homines* (vel, *homines illi*, Er. D.) *pastores*, Mo. Er. D. ut *Homines* opponantur Angelis [v]: אנשים רעי צאן, Gen. 46. 32 [x]. *Homo pastor*, ut *homo rex*, Matth. 18. 23. & 22. 2. *homo sacerdos*, *vir piscator*, *mulier ancilla* [y]. Est Appositio speciei ad genus, Græcis interdum & Latinis, sed rarò, usurpata [z]. Sed bene omiserunt Sy. & Vulg. οἱ ἄνθρωποι· est enim Pleonasmus ex Hebraismo, ut Matth. c. 7. v. 9. & c. 11. v. 19. & 13. 45, 52. & alibi passim [a]. ¶ *Loquebantur*, &c.] Invitabant se verbis mutuò [b]. ¶ *Transeamus*, &c. Διέλθωμεν δὴ] *Transeamus* (vel, *Descendamus*, G. ex Sy. quod dici solet, cùm loca Australiora petimus. Quod si rectè dictum est, & simul verum est quod dicunt descriptores Palæstinæ, ad Ortum ab oppido sitam fuisse speluncam istam, restat dicamus fuisse medio situ inter Septentrionem & Ortum [c]. Vel, *Eamus*, Pi. sim. Di. ex Sy.) *sanè*, Be. Pi. Sed (si δὴ vertendum sit, nullo enim sensus damno omittitur à Syro & Latino) malim vertere, *agedum*, quàm *sanè*: nam illud excitantis, hoc concedentis, est [d]. Al. *jam*, Er. V. vel, *igitur*, V. Exhortandi vim hîc habet, quod vel sequens Participium, συνετίθεντο, indicat. Quare verto, *Eamus dum*; ut Cicero, *Itera dum hæc eadem mihi*. Vel, *Agite eamus* *. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα, &c.] *Et videamus hanc rem*, &c. Pi. Bru. G. Zeg. &c. vel, *factum istud*. &c. Be. דבר (quod ῥῆμα vertunt & Lxx, Jud. 8. 1 [f].) *verbum*, idem quod *res* [g], ut diximus suprà ad anteloquium [h]. Sic Gen. 24. 66. *omnia verba*, &c. i. e. omnes res à se gestas [i]: & 2 Sam. 1. 4 [k]. Ità hîc, *verbum*, id est, rem, mysterium [l]. ¶ *Quòd Dominus*, &c.] Per Angelos [m].

16. *Mariam & Joseph*] Qui proculdubio pietate pastorum conspectâ narrârunt eis suas ὀπτασίας [n]. ¶ *In præsepio*] In specu, habente præsepe in saxo incisum [o]. [Num in Bethlehemo, an extra, & apud mœnia, natus est Christus, videat cui lubet Scul.]

17. *Cognoverunt*, Διεγνώρισαν, &c.] *Pernoverunt*, &c. Bru. *Certiores facti sunt*, Euthym. in Bru. *Divulgaverunt*, Be. Pi. G. *Notum fecerunt*, Val. Er. Camer. Διεγνώρισαν activum ponitur neutraliter; qu. d. *famam sparserunt de hac re*. אודעו למלתא, habet Syrus rectiùs quàm Latinus. Est quidem διαγνωρίζειν ambiguum, sed quæ sequuntur hunc potiùs sensum postulant [p].

18. *Mirati sunt*] In pastorum simplicitatem nulla cadebat fuci suspicio. Non tamen leguntur visisse & inquisivisse; aut, si viserunt, conspectâ pueruli paupertate, omnem fidem auditis abrogârunt [q].

19. *Conservabat*; ità Be. Pi. &c. Συνετήρει] צפנה, ut Job. 23. 12 [r]. Memoriæ mandabat †: & in eorum eventum erat intenta: Heb. שמר [t]. ¶ *Conferens* (sub. *ea*, Be. Bru. Pi. alia cum aliis [v], præsentia cum præcedentibus dictis Gabrielis, Elisabethæ, Zachariæ [x]:) *in corde suo*] Ità Er. Mo. P. Be. &c. i. e. apud sese [y]: singula in animo reposuit, & diligenter secum expendit [z]: aliis autem hæc non evulgavit, tum quòd sorduisset testimonium in ore ipsius, tum quòd tempus evulgandi nondum adesse sciret, &c [a]. Συμβάλλουσα, &c.] Συμβάλλειν dicit Lucas satis Græcè, quod alii διαλογίζεσθαι, ut apparet Act. 4. 15. & 17. 18. & 18. 27. Sicut autem διαλογίζεσθαι propriè dicitur de pluribus inter se colloquentibus, impropriè de eo qui secum ipse disserat; ità & συμβάλλειν. Vocis διαλογίζεσθαι ea quam dixi χάλεχρῆσις apparet Matth. 16. 7, 8. & 21. 25. Marc. 2. 6, 8. & infrà 5. 22. & 12. 17. Joh. 11. 50. Facit hîc Maria quod olim mater Sampsonis, Jud. 13 [b].

20. *Quæ audierant* (ab Angelis [c],) —*& viderant sicut dictum est ad illos*] Non tantùm signa illa visibilia, sed multò magis quæ audierant ex Josepho & Maria congruebant cum dictis Angeli [d]. *Viderant sicut dictum*, &c. id est, consentanea auditis & prædictis *.

21. *Postquam consummati* (vel, *impleti*, Pi. Bru.) *sunt*

[q] Be. [r] Pi. † Be. sic Zeg. [t] Be. [v] Er. [x] G. [y] D. [z] Be. [a] G. [b] V. [c] G. [d] Idem. * Scul. ex. 1. 49. [f] G. [g] Bru. sim. Be. Heinf. G. [h] G. [i] Heinf. [k] Bru. [l] Heinf. [m] Bru. [n] G. [o] Scul. ex. 1. 51. [p] G. [q] Bru. [r] G. † V. Bru. sim. Be. [t] Be. [v] V. [x] Bru. [y] V. Bru. [z] Be. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. [d] G. * Bru.

funt dies octo] Συνεκδοχικῶς dictum, ut significaretur impletum id tempus quod ex Lege circumcisioni erat præstitutum; cujus temporis dies ultimus erat à natali octavus. Itaque non dies ipse ultimus, sed illa dierum περίοδος, sic indicatur. Cui simile est quod annotavimus ad Matth. cap. 17. vers. 1. Confer Græcam interpretationem, Gen. cap. 50. vers. 3 [f]. Sensus, Cùm advenisset dies octavus [g]: Sic Act. cap. 2. vers. 1. *cùm complerentur dies Pentecostes*, id est, dum advenisset seu ageretur dies Pentecostes. Similiter Matth. cap. 27. vers. 63. *Post tres dies*, i.e. elapsis duobus diebus integris, & tertio ex parte. Ità & hoc loco, *octo dies*, id est, septem dies integri, & octavus ex parte [h]. ¶ *Ut circumcideretur*] Intelligendum relinquit, ipsum circumcisum fuisse [*]. Similem ellipsin integri membri in oratione vide Matth. cap. 6. vers. 25. & 8. 9. & 16. 7. &c [†]. Quanquam enim Christus, ut Legis auctor, & ut immunis à peccato, legi circumcisionis subjectus non esset, permisit tamen se circumcidi [||]; 1. ut legitimus haberetur Abrahæ filius [i]: 2. ut totam Legem pro hominibus impleret, Gal. cap. 4. vers. 4 [k]: 3. ut obligaret se ad servandam Legem; vide Gal. cap. 5. vers. 3 [l]: 4. exempli causâ, ut nos doceret parere Divinis legibus [m]: 5. ut antecedentem patrum circumcisionem in sua ipsius sanctificaret, sicut nostrum baptismum suo, &c [n]. ¶ *Vocatum est*, &c.] Ità Sy. Καὶ ἐκλήθη, &c.] *Et* (vel, *Tunc*, Pi. vel, *Etiam*, Camer.) *vocatum est*, &c. Mo. &c. Expungendum videtur καὶ, quamvis sit in omnibus cod. Græc. excepto meo vetustiss [o]. Sed non est mutanda lectio: nam in connexionibus historiæ copula apud Hebræos redundat, quos imitantur Hellenistæ. Ità suprà v. 15. & infrà 5. 17. Nomen autem Lucas tunc dicit impositum, sollenniter scilicet [p], tum à Maria, tum à Joseph; utrique enim injunctum erat, illi suprà 1. 31. huic Matth. 1. 21 [q]. præsentibus multis ex Davidis familia qui ad profitendum eódem venerant [r]. ¶ *Priusquam*, &c.] Quatuor in V. T. numerant Theologi quibus nomina imposita erant ante nativitatem, *Ismael*, *Isaac*, *Salomonem*, *Josiam*. Addas *Cyrum*, & in N. T. duos, *Johannem*, Luc. cap. 1. vers. 13. & *Jesum* [†].

22. *Postquam impleti sunt dies purgationis ejus*, Ἀυτῆς] *Ipsius*, Pi. Mariæ videlicet [t]. Oportuit enim impleri Legem, quamvis Maria Christi partu potiùs esset sanctificata [v]. Quidam Codices habent, αὐτοῦ [x], nempe pueri [y]. Alii legunt, αὐτῶν, *ipsorum*, scilicet matris & pueri [z]. Ità legunt plerique Codices [a], etiam ille vetustate conspicuus qui in Anglia est; Origenes, diligens exemplarium collator; nec aliter Syrus [b]. Quare lectio hæc omnino retinenda [c]. Nam Arabs Syro recentior est, & non rarò Latinum sequitur [d]. Sed non video quînam hoc conveniat, cùm Lex purificationis ad solam matrem pertineat [*]. Esto, dubitari tamen nequit quin & infans eâ Lege fuerit comprehensus. Quum enim etiam qui immundum contrectaret immundus haberetur, quamdiu immunda erat mater, talis erat & infans qui in sinu ejus gestabatur, & lacte ejus alebatur. Hinc factum, ut sicut mater toto immunditiei suæ tempore à sacrario arcebatur, filius quoque primogenitus, non nisi elapsis istis diebus, tanquam Deo sacer sistebatur. Et ex illis verbis, Levit. cap. 12. vers. 6. *Quum impleti sunt dies purificationis pro filio aut filia*, &c. liquet, tempus purificationis respectum habuisse ad infantem, & pro ratione filii aut filiæ minùs magisve fuisse dilatum. Quum ergò Christus Legi subjectus fuerit, quidni ipse cum matre juxta Legem ceremonialem immundus haberetur? quin & mirificè id nos, impuros peccatores, solatur [f]. Offendit Latinum Interpretem quòd καθαρισμὸς impuritatem aliquam supponat, quæ Jesu tribui non possit. Sed sciendum est impuritatem hanc nihil esse aliud quàm vinculum à Lege injectum, quo & mater & infans certo tempore primùm ab hominum contactu, deinde à publicis cœtibus, arcebantur: à contactu quidem infans ad diem octavum, mater itidem, si marem peperisset; sin fœminam, ad diem 14: à publicis autem cœtibus mater ad diem à

[f] G. [g] Bru. ex Be. [h] Bru. [*] Bru. sim. Glas. [†] Glas. gram. 4. 2. 4. 707. [||] Bru. [i] Bru. sim. Li. harm. 81. [k] Be. [l] Li. ib. [m] Mal. [n] Be. [o] Idem. [p] G. [q] Bru. [r] G. [†] D. [t] Be. Bru. Pi. [v] Be. [x] Er. Bru. [y] Bru. [z] Val. Er. Bru. Di. Camer. G. &c. [a] G. sic Be. [b] G. [c] G. sim. Di. [d] G. [*] Be. [f] Di.

partu 40. si marem peperisset; sin fœminam ad 74: infans verò, si à matre sepositus esset, ad mensem exactum; sin cum matre esset, ad idem tempus cum matre, quia tunc particeps censebatur maternæ impuritatis, ut rectè, ex collatione legum quæ in Levitico, & Numeris, exstant, à quibusdam observatum est. Putant quidam hanc impuritatem legalem testimonium fuisse vitiositatis ejus quæ hominibus agnascitur, quam יצר הרע Hebræi vocant; ad quam & illud Philonis pertinere videtur, cùm ait, ὅτι παντὶ γεννητῷ, &c. (*Quod cuilibet ex hominibus genito, quamlibèt vir bonus sit, congenitum est peccare.*) Cui simile illud apud Sopatrem Philosophum, Σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις, (*Congenitum est hominibus peccare* :) & apud Hieroclem, Τί ἂν πρὸς τὴν λυγρὰν ταύτην συνοπαδὸν ἅμα καὶ σύμφυτον ἔριν λεγομένην ἐξ-ευρήσομεν τὴν ἐκ τῆς ἐν ἡμῖν παρὰ φύσιν διαθέσεως ἐγειρομένην, καὶ διὰ τοῦτο ὡς οἰκεῖον κακὸν λήθοντως βλάπτειν ἱκανὴν; (*Quid autem adversus exitiosam hanc, quam vocant, litem, quam comitem habemus, eámque congenitam nobis, è dispositione nobis præternaturali excitatam, ideòque (quasi domesticum malum) secretò nocere aptam?*) Celsus, Πέφυκε τὸ ἀνθρώπινον φῦλον ἁμαρτάνειν, (*Naturale est humano generi peccare.*) Pythagorici, ut apud Iamblichum videre est, principium hoc vocant τὸ συγγενὲς ἡμῖν ἀπὸ τῆς γενέσεως ἀγριώτερον ζῷον, &c. (*agnatum nobis ab ipso ortu aliud animal, multicipitem feram*, &c.) Aristoteli vocatur τὸ πεφυκὸς ἀντιβαῖνον τῷ λόγῳ, (*quiddam nobis naturale quod rationi adversatur.*) Arnobius dixit, *vitium infirmitatis ingenitæ*. Sed eam causam si Lex respiceret, non erat cur in fœminini sexûs partu tempora duplicarentur: cujus nulla afferri ratio probabilis potest nisi quòd quæ fœminas pariunt, diutiùs solent profluvio laborare; cujus contactus quia erat noxius, ideo publicis cœtibus mulier arcebatur. Obstare huic sententiæ putabit aliquis quòd puerpera, cùm lustraretur, offerre jubetur duas pecudes aut aves, alteram in holocaustum, alteram לחטאת, περὶ ἁμαρτίας, ut habent LXX. Quâ voce Origenes significatum vult, *etiam nuper natos non esse puros à peccato.* [Verba habet G.] Sed receptum est apud Hebræos, ut חטאת vocent etiam obligationem illam quæ ex Lege, sine ulla hominis culpa, contrahitur. Sic Nazaræus, quem inscium contigerit mortui corpus, itidem jubetur offerre in holocaustum & περὶ ἁμαρτίας, addita causâ, מאשר חטא הנפש, ὅτι ἥμαρτε περὶ τῆς ψυχῆς, *circa illud cadaver*, Num. 6. 11. i. e. *reus est tacti cadaveris*; quemadmodum Latini dicunt *voti reum*. Sic & aqua lustralis quæ hominem reddebat cœtibus, vocatur aqua חטאת, i. e. *peccati*, Num. 19. 9. Et quod offerebatur à scabiosis, ab his qui erant γονοῤῥυεῖς, à fœmina quæ mensium profluvium erat passa, dicitur, περὶ ἁμαρτίας, Levit. 14. 19. & 15. 15, 30. Quomodo exponi potest id quod quibusdam videtur dicere Scriptor ad Hebræos, Dominum nostrum obtulisse etiam περὶ ἰδίων ἁμαρτιῶν· ut ἁμαρτιῶν nomine intelligatur neque vitium, neque vitiositas ulla, ut quæ ab ipso longissimè abfuerint, sed conditio mortalis corporis, quæ à cœlo ipsum arcebat, sicut immunditia legalis aliquem arcebat à Templo. Confer Heb. 5. 3, 7. Hoc est quod dicitur ὁμοίωμα τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας, Rom. 8. 3. Atque hunc in modum Hilar. Oecum. & alii interpretantur & illud Rom. 6. 10. Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ, i. e. corpore illo mortali, quale est corpus peccato obnoxium, ut diximus ad Mat. 22. Quòd autem quidam disputant Legem quæ de purificatione est apud Mosem prodita, ad Mariam non pertinuisse, quia Lex de eis tantùm agat quæ ex virili satu concipiunt, pugnat, ni fallor, cum Lucæ verbis, neque probari potest è Mose. Nam תזריע, quod LXX vertunt, σπερματισθῇ, non est passivum, sed activum, & q. d. *cùm prolem genuerit*: quod dictum generale deinde in duas species, ἀῤῥενοτοκίας & θηλυτοκίας, distribuitur; ut apud Hebræos fieri solet. Eadem vox est Gen. 1. 11. עשב מזריע זרע, ubi LXX, σπεῖρον σπέρμα· Aquila, σπερμαΐζον [g]. Rabbini Ethnicam non putârunt immundam factam per puerperium, nempe quia non erat sub Lege de immunditia. Hinc è contra immunditia Mariæ puerpuræ, quia illa sub Lege [h]. ¶ *Tulerunt*, &c. Ἀνήγαγον, &c.] *Adduxerunt*, &c. Be. Pi. Sed hoc verbum ponimus in eo qui pedibus eat. Rectiùs Vulgatus, ut ἀνήγαγον sit pro ἀνήνεγκαν· sicut contrà, ἐνεγκεῖν, sive φέρειν, pro ἄγειν

[g] G. [h] Li. ho.

sæpe ponitur in S. Literis[i]. Præpositio ἀνὰ additur, quia non aliter quàm ascendendo perveniretur in Urbem, ac præsertim in Templum[k]. *Asportârunt eum Hierosolymam*, Be. Simul duabus legibus defuncturi, unâ quæ erat de Purificatione puerperæ, alterâ quæ erat de Redemptione primogeniti, quæ intra mensem fieri non poterat, post mensem poterat. Existimo autem hæc quæ sequuntur in parte aliqua Templi gesta, paucis consciis, iisque fidis; ac ob id horum famam ad Herodem non pervenisse[l]. ¶ *Ut*, &c. Παραστῆσαι, &c.] *Ut sisterent* (vel, *commendarent*, V. Er. vel, *exhiberent*, Er. Bru. nempe in conspectum[m]: παραστῆσαι respondet τῷ העביר Exod. 13. 11. quod ad verbum declarat, *transire facere*, i. e. sistere in conspectum[n]. Vel, *repræsentarent*, Bru.) *eum* (scil. in Templo[o],) *Domino*, Er. Il. P. Be. Ca. &c. i. e. tanquam Domino debitum & sacrum[p], vel, *coram Domino*, Tre. ex Sy. Pers. Æth. Præsentatus hic erat Domino, præsentatus Sacerdoti. Hoc cum primogenito factum, non cum filiis postea genitis[q].

23. *In lege*, &c.] Exod. 13. ver. 2[r]. unde hæc verba deprompta sunt non κατὰ πόδας, sed κατὰ διάνοιαν[†]. ¶ *Adaperiens vulvam*] Scilicet matris[t], idque primò[v]. Synecdoche generis Hebraica[x], & periphrasis est primogeniti[y]: quippe qui primus è vulva egreditur, & viam egrediendi aliis aperire videatur[z]. Διανοῖγον μήτραν] Ità loquuntur LXX Num. 8. 16. & Philo de sacrificio Caini & Abelis, & Libro de honoribus Sacerdotum. Sicut *clausus uterus* dicitur Hebræis qui sterilis est, ità *aperiri* qui experimentum dat suæ fœcunditatis[a]. ¶ *Sanctum* (i. e. Dicatum, separatum, proprium[b],) *Domino vocabitur*] i. e. Erit[c], vel agnoscetur[d]: Domino consecrabitur[*]. Vel, *vocator*, Pi. vel, *esto*, Be. fut. pro imperat[f]. Ad primogenitos olim spectabat cura sacrorum: eorum in locum surrogati sunt Levitæ: mansit tamen veteris Juris vestigium in eo quòd sisti in Templo mares primogeniti debuerint, & quinque siclis redimi. De pecunia hac quâ redimebatur infans nihil dixit Lucas, quia nihil in eo erat insigne, cùm & divitibus & pauperibus tantundem esset imperatum: Philo, Ἐπειδὴ γὰρ, &c. (*Ut omnibus ex æquo contingit liberorum procreatio, ità omnibus idem tributum imposuit.*) Simile est quòd pari sumptu corpora divitum & pauperum sepeliebantur. Ità docebant Hebræi & nascendo & moriendo nos admoneri ejus quam natura inter homines constituit paritatis. Legem de consecratione marium primogenitorum Philo ἀλληγορῶν ad præstantissimas animi nostri actiones Deo dicandas refert, dictis jam locis[g].

24. *Ut*, &c. Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν] *Et* (Hæc altera causa, cur *tulerint eum Jerusalem*, ut altera memorata est v. præced[h]. Pertinent hæc ad παραστῆσαι, & v. 23. parenthesi includendus[i]:) *ut darent* (i.e. offerrent, vel Maria sola, vel unà cum ea Joseph, sed pro sola Maria[k]:) *oblationem*, Be. sic Sch. Heb. מנחה, i. e. προσφορὰν[l]. vel, *victimam*, sive *sacrificium*, Pi. Di. ex Sy. & Vulg. Bru. i. e. animalia sacrificanda, ut mox declarabitur[m]. Fateor LXX τὸ מנחה plerumque vertere θυσίαν. Fatendum tamen, θυσίαν propriè esse זבח, *victimam*, quæ mactatur cum sanguinis effusione. Ità hîc accipiendum liquet ex Levit. 12. 6, 8. ubi puerpera jubetur offerre agnum — לעולה: & turturem — לחטאת: at מנחה neque עולה erat, neque חטאת, sed sacrificiorum appendix, ut & נסכים, *libamina*. Vide Num. 15. 3, 4, 5, &c. Unde & מנחה admovebatur solùm Altari, ejusque odor adolebatur in Altari, sed ipsum מנחה Altari non imponebatur, Levit. 2. 8, 9, 12. secus quam in sacrificiis fiebat. Arabs simpliciter vertit, *Et offerretur pro eo*, nempe Christo[n]. Θυσίας vox hîc generaliter sumitur: includit enim & ὁλοκαύτωμα, & τὸ περὶ ἁμαρτίας. Hanc θυσίαν putavit Origenes, dicto jam loco, & post eum alii, propriè oblatam pro infante: quem fefellerunt verba Legis [Levit. 12. 6.] malè accepta, Καὶ ὅταν ἀναπληρωθῶσιν αἱ ἡμέραι καθάρσεως αὐτῆς ἐφ' υἱῷ ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, προσοίσει ἀμνὸν ἐνιαύσιον, &c. Putavit enim illud, ἐφ' υἱῷ ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, referri ad προσοίσει, cùm referatur ad καθάρσεως: ut sensus sit, Cùm purificanda est mater à partu maris aut fœminæ. Infantis purificationi erant quidem dies præstituti, sed nullum sacrificium: ejus enim impuritas à matre veniebat[o]. ¶ *Par turturum*, &c.] Manifestum indicium paupertatis[p]. Nam Lex erat ut agnus cum ovicula offerretur: sed quorum res id non ferret, iis permissum defungi duabus aviculis[q]. Vocabatur hæc oblatio קרבן עני, *Oblatio pauperis*[r]. Hinc intelligi potest, auri non multum à Magis datum, quippe honoris habendi causâ, non exercendæ liberalitatis: quomodo mos illis erat Reges suos accedere[†]. Vel Magi nondum dona adduxerant[t]. *Turtures, ætate majores; columbas, minores*, Cholin, fol. 22. 2. Nam de columbis dicitur, *Pulli columbarum*; at non ità de Turturibus[v]. De geminis autem columbis, aut turturibus, una offerenda erat in *holocaustum*, altera in *sacrificium pro peccato*[x]. Ubi obiter nota, B. Mariam offerre pro se *sacrificium pro peccato*. Id autem quid sibi vellet nôrunt omnes ex Levit. 4. & 5[y].

25. *Et ecce*; ità Be. Pi. &c. Ἰδοὺ] *Tum*: ἰδοὺ vel הנה non semper valet, *ecce*, sed sæpe temporis est, ut Marc. 4. 3. ἰδοὺ ἐξῆλθεν, &c. h. e. *Aliquando profectus sator*: modò demonstrantis est, ut Luc. 1. 20. καὶ ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, *scito te mutum fore*: modò idem est quod μέλλω, fut. temp. significans, ut Matth. 11. 19. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω, *Ego missurus sum Angelum meum*: modò, *cùm*, ut Luc. 15. 29. ἰδοὺ, &c. *cùm tot annos tibi serviam*: item 2 Cor. 6. 9. *Perinde ac morientes*, καὶ ἰδοὺ, &c. *cùm tamen vivimus*. Atque hæ tot hujus vocis notiones non sunt Græcæ vocis, ἰδοὺ, propriæ, sed Hebraicæ, הן sive הנה; quæ, præter ea quæ diximus, significat, *Esto sanè*, aut, *pone ità esse*, Exod. 3. & Psal. 78; *scilicet*, Esa. 58; *interea*, Ezec. 9; *si*, aut *quid si?* Ezech. 15; *jam*, Luc. 13[z]. ¶ *Simeon*] Vel, *Simon*: idem enim est nomen[a], Hebræis & Syris[b]. Fuit hic, vel, 1. *Simeon Justus*, ut Hebræi eum vocant[c]. At hic diu antè obierat[d]: Alexandri enim ævo vixit, fuitque, ut Hebræi volunt, ex Viris Synagogæ magnæ[*]. Vel, 2. *Rabban Simeon filius Hillelis*[f], (*Hillelis*, inquam, illius celeberrimi, qui fuit Caput Scholæ, Princeps Synedrii magni & homo mitissimus: cujus Collega erat *Schammai*, Pater Consistorii, sive Domus Judicii, secundarius Principi, vir sapiens, sed iracundus & contentiosus; quorum uterque plurimos discipulos habuit, qui dicebantur *schola, domus, familia, Hillelis*, aut *Shammai*[g]:) pater Gamalielis illius qui Pauli præceptor erat[h]. Huic conjecturæ favent; 1. quòd Judæi hunc spiritu prophetico præditum fuisse affirmant, ut qui Herodi adhuc puero Regnum prædixerit, &c[i]. 2. Quòd ille tunc vixit[k], idque Hierosolymis, vivente etiam patre ejus *Hillele*: cui defuncto, successit ille ut præses Synedrii[l]. 3. Quòd Historia Judaica hujus laudes præterit, quas alioqui in Hillelis majoribus, & tota posteritate, diligentissimè persecuta est[m]. De eo nihil famæ apud suos, præter nudum nomen. Juchas fol. 66. 2. *Rabban Simeon filius Hillelis senis, Princeps Israelis, sicut pater ejus*, Additque, *Ejus nulla memoria in Misnah*. Nullius ergò ille pater traditionis: forsan hic saniùs sapuit circa traditiones, & altius spectavit[n]. 4. Quòd *Simeon* iste, perinde ut parens ejus *Hillel*, ab officio suo remotus scribitur, quòd communi Judæorum opinioni de Regno Messiæ corporali non suffragaretur[o]. Hoc tantùm obstat, quòd *Simeon* diutissimè vixerit post natum Christum; & quòd filium suum *Gamalielem* educaverit Pharisæum[p]: quanquam mirum non est, si Gamaliel fuerit pii pater degener filius, maximè patre ejus statim post illustrem hanc confessionem diem suum obeunte[q]. ¶ *Justus & timoratus*, Εὐλαβὴς] *Rectus*, Tre. ex Sy. *Humilis*, Æth. *Pius*, Er. Ti. V. *Providus*, Zeg. *Dei timens*, Be. *Religiosus*, Mo. Il. P. Be. Pi. Ar. V. Zeg Camer. Er. Εὐλαβὴς est, *qui reverenter ac circumspectè tractat aliquid*[r]: qui cautè ac timidè capit quod prehendere vult, ab εὖ & λαμβάνειν[†]: qui cautus est & attentus & quodammodo timidus circumspiciendo: qui omnia ad cultum Divinum pertinentia diligenter pertractat[t]. Vox [εὐλαβὴς] Lucæ peculiaris; qui bis præterea usurpat, Act. 2. 5. & 8. v. 2. Hebræorum imitatione, quibus *religiosus* dicitur ירא, sed plerumque addito *Dei* nomine, ut Esa. 50. 10. Atque ità Christiani veteres Episcopos, quasi peculiari titulo, vocabant εὐλαβεστάτους. Cùm dixit δίκαιον & εὐσεβῆ, omnes officiorum partes complexus est. Ità supra 1. 75. ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ[v]. ¶ *Exspectans*, &c. Προσδεχόμενος παράκλησιν τοῦ Ἰσραὴλ] *Exspectans*, (ardentibus desideriis[x]; vel, *Sperans*, Ar.) *con-*

Margin notes (left column): i Ca. k Be. l G. m Brd. n Be. o Bru. p Idem. q Li. ho. r Bru. Pi. sic G. † G. t Bru. v Li. ex Be. Bru. x Pi. y Bru. Pi. z Bru. a G. b Bru. c Bru. ex Be. d Bru. * V. f Be. g G. h Bru. i Sch. k Bru. l Be. m Pi. n Di. o G.

Margin notes (right column): p G. sim. Pi. Bru. Li. q G. r Li. ho. † G. t Ham. v Li. ho. x Li. ho. sim. Pi. Bru. y Li. ho. z Ca. a Bru. sim. D. b Bru. c Galat. in D. d Li. ho. * D. f Scul. ex. 163. Li. harm. 81. g Scul. ib. h Scul. Li. i Scul. k Scul. sic Li. ho. l Li. ho. m Scul. n Li. ho. o Scul. p Li. ho. q Li. harm. r Er. † Pi. t Camer. v G. x Bru.

consolationem (vel *gaudium*, Æth.) *Israel*, Er. Il. Mo. P. Be. Ti. &c. i.e. Messiam[y], scil. jam esse in propinquo[z]. Phrasis erat Hebræis familiaris. Jonathan, in Targum, illud Esa. 4. 3. *Quisquis scriptus erit ad vitam in Jerusalem*[a], sic παραφράζει, *Omnis qui scriptus fuerit ad vitam æternam videbit consolationem Jerusalem*[a]. Adventus Christi dicitur *consolatio Israel*, ex Esa. 49. 13. & 52. 9. & 66. 13. Jer. 31. 13. Zech. 1. 17. quæ loca Judæi eò referunt, quin & nomen ejus quidam in Talmude *Menachem* esse colligunt ex Lam 1. 16[b]. Προσδεχόμενος, &c. Ità de Josepho Arimathensi dixit Marcus, προσδεχόμενος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· unde intelligimus, his præcipuè verbis indicari beneficia illa Messiæ πνευματικὰ, (*spiritualia*:) quanquam & Reip. restitutionem ab illis speratam credibile est. Sic & infrà 38. προσδεχομένοις λύτρωσιν[c]. Tota gens [Judæorum] exspectavit consolationem Israelis, per quam etiam jurârunt. *Ita videam consolationem*, [*Israelis*] *si non*, &c. Chagig fol. 16. 2. sic Chetubb. fol. 67. 1. &c. Targum in Jerem. cap. 31. ver. 6. *Qui desiderant annos consolationis venturos*[d]. ¶ *Spiritus sanctus erat in eo*, Ἐπ' αὐτὸν] *Super eum*, Be. Bru. V. &c. i.e. fovebat eum[*]: cœlitus delapsus occupabat animum ejus[f]: donum prophetandi acceperat[g], ut explicatur in seq[h]. Spiritus propheticus, qui jamdudum desierat, usque à temporibus *Zachariæ* & *Malachiæ*, jam restitui incipit, &c[i]. De hoc loquendi genere vide quæ dicta suprà 1. 35. 66. Si proprietatem sectamur, videtur hic Simeon non quidem clàm habuisse visa, (cessabat enim pridem προφητεία,) sed afflatus Divinos: id enim distinctè רוח הקדוש Hebræis dicitur[k].

26. Et, &c. Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον, &c.] *Et erat ei* (plenitudinem temporum religiosè scrutanti, ut Danieli, 9. 2[l].) *responsum* (vel *revelatum*, Pers. Ar. Li. harm. sim. Æth. vel, *dictum*, Tre. ex Sy. vel, *divinitus nunciatum*, sive *promissum*, P. Be. Pi. vel, *oraculum editum*, Ti. V. vel, *oraculo dictum*, sive *promissum*, Er. V Hæc vox eodem sensu usurpatur Matth. 2. 12, 22. Act. 10. 22. Heb. 11. 7. & apud Lxx, 1 Reg. 18. 27; in alio autem sensu Act. 11. 26[m]. Al. *Et responsum acceperat*, Er. Il.) *à Spiritu Sancto*. Mo. &c. Non per Angelum, neque per vocem, quam בת קול vocant, sed δι' ἐπιπνοίας[n], per immediatum Dei alloquium[o]. ¶ *Non visurum se mortem*] Eadem phrasis Psal. 16. 10[p]. & 89. 49[q]. ut alibi *gustare mortem* dicitur, ut Matth. 16. 28[r]. *Visurum*, &c. i.e. sensurum, sive experturum[†]: vel, moriturum[t]. Nomina enim notissimorum sensuum ad cujusvis experimenti significationem aptantur[v]. ¶ *Christum* (vel, *Christum illum*, Be. Bru. Pi. promissum, cui à captivitate Babylonica nomen *Christi* appropriatum fuit: vide Matth. 1. 1. & 16. 16.[x]) *Domini*] i.e. A Domino ungendum Spiritu Sancto[y]. Expiraverat jam Prophetia Danielis, 9. 26, 27. In toto Oriente fama percrebuit, circa hoc tempus oriturum Principem maximum, &c. tota Judæorum gens Messiam tunc exspectavit: vide Luc. 2. 38. & 19, 11. in cujus spem Judæi ex toto orbe confluxerunt Hierosolymam, Act. 2. Simeon ergò cum reliquis piis & S. Scripturæ studiosis Messiam in propinquo esse novit; id quod ei confirmatum erat per Spiritum Sanctum[z].

27. *Venit in spiritu*] Vel, *per spiritum*, Er. Pi. Bru. vel, *instigante spiritu*, G. sim. V. Be. Pi. Bru. Sic & infrà 4. 1. Vide quæ ad Matth 4. 1[a]. ¶ *Cùm*, &c. Ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν, &c.] *Quum introduceret* (vel, *introduxissent*, est enim Aoristus 2, scil. in Templum, in atrium sanctum[b]: εἰσαγαγεῖν, pro εἰσενεγκεῖν. Catachresis[c]:) *—parentes ejus*] *Maria* verè, *Joseph* publicâ opinione[d]. Non mirum est, Josephum hoc nomine appellari, cùm etiam Socrum & Novercam Jurisconsulti tradant esse Matrum loco: & apud Plautum est *mater quæ mammam dedit*: & Gen. 37. 35. *filiarum* nomine apparet Nurus comprehendi[*]. ¶ *Ut facerent* (vel, *exequerentur*, Camer.) *secundùm*, &c. Κατὰ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ] *Secundùm consuetum*, sive *consuetudinem* (vel, *ritum*, Di. sim. Ca. vel, *statutum*, sive *præceptum*, Di. ex Syro sic Tremel. simil. Ar. Æth. est enim quod Heb. כמשפט, *secundùm jus*, *requisitum*, *ordinationem*, *morem*: hæc enim omnia משפט significat. Lxx vertunt κρίμα, δικαίωμα, ἐντολὴ, πρόσταγμα, διάταξις, ἐθισμὸς, quod idem est quod τὸ εἰθισμένον· hæc omnia in Hellenismo sunt synonyma, quia in una dictione, משפט, continentur. Ità 2 Mac. 4. 11. dicitur de Antiocho Epiphane, quod παρανόμους ἐθισμοὺς ἐκαίνιζεν, *illegitimos ritus* (seu, *constitutiones*, *statuta*, *ordinationes*) *de novo instituerit*. Et rectè dicit Suidas, νόμον esse τὸ ἔγγραφον· quum igitur τὸ sive εἰθισμένον jungitur cum lege intelligitur hoc ipsum quod lege præscriptum est[f].) *legis* (vel, *in lege*, Tre. ex Sy. Ar. Æth. vel, *ex lege*, Be. Pi. q. d. secundùm id quod Lege jubente fieri solebat[g].) *pro eo*, Er. Il. P. Ti. Ar. vel, *circa eum*, Mo. *de ipso*, Pi. *ejus causâ*, Be. nempe παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, ut suprà dixit, & offerre τὴν λύτρωσιν[h].

28. *Accepit eum in ulnas suas*] Facturus, ut credibile est, ei secundùm Legem, i.e. ut sisteret eum Domino: erat enim Sacerdos, ut testantur Athanas. & Epiphan. &c[i].

29. *Nunc*, &c. Νῦν ἀπολύεις, &c.] *Nunc* (Deinceps, quando tibi placuerit[k].) *dimittis* (vel, *dimitte*, Tre. ex. Sy. Ar. Pers. Æth. vel, *liberas*, Pfo. Præsens pro Futuro[l]:) *servum tuum*, &c. Be. Pi. Mo. P. Er. Il. &c. i.e. Nunc est tempus ut dimittas[m]: nunc sine me mori[n]; vel, jubebis decedere[*]: absolvis, facis abire, ex hac scilicet vita[o]. Solent autem ità de se loqui qui rei optatæ conspectum sunt adepti, quasi jam nihil possit illis ad felicitatem vitæ accedere. Vide Gen. 46. 30. Tobiæ 11. 8. Apud Papinium senex alter sic Antigonem alloquitur, *Donec te thalamis habilem integrámque resignem. Hoc satis: & fessum vitâ dimittite Parcæ* P. Significat, tum Deum esse mortis ac vitæ Dominum, qui retinere in vita, aut dimittere, potest, prout vult; tum se senem, & maturum ævi, esse, & in vita duntaxat retentum, ut Christum videret[q]. Verbum ἀπολύω significat, 1. *absolvere*, *remittere*, *condonare*, ut Luc. 6. 37[r]. *absolvere crimine*, *debito*, aut *vinculis*[†]: 2. *dimittere*, vel *repudiare*[t]: quod in Heb. est שלח, Mal. 2. 16. quod Lxx vertunt, ἐξαποστείλῃς. 3. *Liberari hujus vitæ ærumnis*[v]. Verbum hoc de morte (piorum[x],) usurpatur[y], tum Hellenistis, ut Gen. 15. 2[z]. Num. 20. 29. Tobiæ, 3. 6, 13[a]. 2 Mac. 7. 9[b]. tum in N. T. ut hîc, tum apud prophanos scriptores. Themistius apud Stobæum, serm. 119. *Morientem*, inquit, ἀπολύεσθαι, & *mortem* ἀπόλυσιν, *vocant*: *corpus enim* δέμας *appellant*, *quòd in eo anima veluti ligetur præter naturam*. Theophrast. Hist. plant. 8. 17. mortem vocat ἀπόλυσιν[c]. Sic in Testamento suo Lyco apud Laertium, μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόλυσιν, idem quod 2 Pet. 1. 15. μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον. Et Heraclitus ad Amphidem, Epist. 1. *Forsan & anima* ἀπόλυσιν *discessum præsagit suum*, *ex carcere & quasso hoc corpore prominens*, vel *prospectans*[d]. Verum ἀπολύω magis à *resolutione*, quàm à *dimissione*, dictum est[*]. Et ità Syrus hîc vertit, *solve servum*, &c. Ac notat Th. homines sanctos habere corpus pro carcere & pro vinculis[f]. [Similes porrò apud alios loquendi modos notant eruditi:] Targum, Gen. 15. 2. אזל, *Abeo ex hoc mundo*: quomodo & Festus ait, Romanis antiquis mortem dictam *abitionem*: Marcus Antoninus mori vocat ἀπολελύσθαι. Ejusdem est illud, Ἄπιθι οὖν ἵλεως· καὶ γὰρ ὁ ἀπολύων ἵλεως· quomodo & Plutarchum & Themistium loqui alibi notavimus. Est autem in hoc loquendi genere manifesta professio speratæ vitæ alterius: cùm corpus habeatur pro animi vinculo; unde dictum δέμας volunt Græci[g]. Sic שלח usurpatur Job 14. 20. *dimittis eum*, nempe ex hac vita, nunquam rediturum. Nam veteres ità loquebantur, *Ivit*, & *non redibit*, mortuum significantes: dicebant etiam, *Ivit*, & *revertetur*, resurrectionem innuentes. In Ebraismo & Chaldaismo de morte usurpant פטר, *solvo*; unde illud Phil. 1. 23. *Cupio dissolvi*, i. e. להפטר, quod plenius enuntiant, להפטר מן העולם, *Dimitti*, vel *dissolvi*, *ex hoc mundo*. Hinc *de homine defuncto dicunt* נפטר, inquit Elias, similiter פטירתו של אדם est, *decessus ex hac vita*, sive *mors hominis*[h]. ¶ *Secundùm verbum tuum*] i. e. Promissum[i], de quo suprà v. 26[k]. ¶ *In pace*] Id est, feliciter: illud, ἐν εἰρήνῃ, de felici morte passim usurpatur, ut Gen. 15. 15. 2 Reg. 22. 20. Psal. 4. ver. 8[l]. cum summa lætitia[m]: animo tranquillo, læto, & voti compote[n].

30. *Quia viderunt oculi mei*] Pleonasmus est[o], sed cum

Marginal notes, left column: [y] Pi. [z] Li. ho. [a] Cap. [b] Li. harm. 83. [c] G. [d] Li. ho. [*] V. Bru. [f] Bru. sim. Be. [g] Pi. sim. Be. [h] Pi. [i] Li. harm. 70. [k] G. [l] Be. [m] Li. harm. 70. [n] G. [o] Pi. [p] Bru. [q] Be. Bru. G. [r] G. sic Pi. [†] Bru. Pi. [t] D. Pi. [v] G. [x] Bru. [y] Bru. sim. Pi. [z] Li. harm. 83. [a] G. [b] Bru. [c] Pi. [d] Bru. sim. Be. [*] G.

Marginal notes, right column: [f] Di. [g] V. [h] G. [i] Bru. [k] Bru. [l] G. Bru. [m] Pi. [n] Scul. sim. V. [*] V. [o] Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Pfo. p. 197. [†] D misc. 2. 12. [t] Pfo. ib. & D. ib. [v] Pfo. [x] G. [y] G. sim. D. Scul. Pfo. Ga. [z] G. [a] Di. sim. G. [b] D. [c] Pfo. Ga. [d] Ga. Pfo. [*] Scul. ex. 1. 64. & D. misc. ex. Aug. [f] Scul. ex D. [g] G. [h] F. [i] V. Le. &c. [k] Bru. Pi. [l] G. [m] V [n] Bru. [o] Be.

cum magna emphasi p. q. d. Vidi, non solùm fide ac mente, ut hactenus ego & patres mei, sed & hisce oculis carnis meæ q. ¶ *Salutare*, (vel, *salutare illud*, Bru.) *tuum*; ità Er. Il. Ti. Mo. Ar. Τὸ σωτήριόν σε] *Salutem tuam*, P. Be. Ca. Pi. &c. *Tuum illum salutis autorem*, D. sim. Pi. à te olim promissum, jam verò missum atque exhibitum r. Σωτήριον solent interdum ponere Lxx ubi in Hebræo est ישועה, ut 1 Sam. 2. 1. & Psal. 98. 3. Alibi vertunt σωτηρίαν, ut Gen. 49. 18. Esa. 52. 10. ubi eadem illa quæ in dicto Psalmo sententia est: ut & Lucas suprà dixit, κέρας σωτηρίας. Est ergò hìc abstractum pro concreto positum, σωτήριον, sive σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ σωτῆρος sicut & Latinè dicimus, *Tu mea es salus*. Et Deus loquens de Messia, Esa. 46. 13. similiter ait תשועתי, *salus mea*, i. e. à me; & Esa. 49. 6. ישועתי, sensu eodem †. Al. *Gratiosum*, vel *Misericordem tuum*, Tre. & Boder. in Di. sed ambo hallucinati sunt, quòd vox חננא est abstracta, & *gratiam* significat, vel potiùs, *misericordiam*: per totum enim N. T. ni fallor, pro ἔλεος ponitur. Nescio tamen cur Syrus h. l. σωτήριον sic reddiderit. Lxx tamen ישע reddunt per ἔλεος, Esa. 45. 8. quia nempe ex Dei misericordia salus fluit, illámque hæc necessariò sequitur t.

31. *Quod*, &c. Ὃ ἡτοίμασας, &c.; *Quam* (vel, *Quod*, salutare scilicet v,) *parâsti* (scil. ut ostenderes: ità σωτηρίαν ἑτοίμην ἀποκαλυφθῆναι dixit Petrus, 1. 1. 5 x. paratum exposuisti y,) *ante faciem* (vel, *in conspectu*, G. Bru. Syr. Pers. Heb. לפני, Virgil. dicit, *ante ora* z; i. e. tanquam signum aliquod edito loco positum a, ut in illud omnes defigant oculos b, expectantes ab eo salutem c.) *omnium populorum*] Ità Er. Mo. Tre. Pi. q. d. non tantùm Judæorum, sed & totius mundi d. Κατὰ πρόσωπον alibi est, *secundùm apparentiam*, 2 Cor. 10. 1. hìc, *in oculis* *.

32. *Lumen*, &c. Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν] *Lumen revelandum*, sive *patefaciendum* (vel, *quod detectum est*, Ar.) *gentibus* P. Be. Ca. Pi. εἰς ἀποκάλυψιν, pro ἀποκαλυφθέν. Nomen participiale hìc habet significationem passivam f. Beza ἀποκάλυψιν passivè accepit, pro re revelanda & apparitura. Malim activè sumere pro re revelationem & illuminationem datura, ut Eph. 1. 17. πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως est Spiritus sapientiam & revelationem, sive illuminationem, conferens g. At non dicitur Græcè, ἀποκαλύπτειν τινά, *illuminare aliquem*, sed φωτίζειν, ut Joh. 1. 9 h. Al. *ad revelationem* (vel, *ad illustrationem*, Ti.) *Gentium*, Er. Il. Mo. Sy. Ti. Vulg. Di. i. e. ad dandam revelationem, seu illuminationem, Gentibus i: ut lucem inferat Gentibus, & discutiat ab eorum mentibus tenebras k. Al. [Contextum hoc est] ex duobus vaticiniis, Esa. 49. 6. *Dedi te* εἰς φῶς ἐθνῶν qui locus apertissimè ostendit Messiæ beneficia non ad Israelitas tantùm, sed & ad gentes alias, perventura; & Psal. 98. 3. ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Videtur autem collatis his locis hæc esse constructio Lucæ verborum, per trajectionem, quæ Lucæ est usitatissima, φῶς ἐθνῶν εἰς ἀποκάλυψιν, scil. τῆς δικαιοσύνης Θεοῦ. Nam ut Paulus ait, δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν Χριστῷ ἀποκαλύπτεται, &c. Rom. 1. 17. Quanquam non nego ἀποκάλυψιν posse intelligi ipsam videndi potestatem quæ Gentibus datur per hoc lumen. Nam ità גלה Hebraicè, Græcè ἀποκάλυψιν, usurpatum invenire est Psal. 119. 18. Et Irenæus sic accipit hunc locum εἰς ἀποκάλυψιν, *ad revelationem oculorum Gentium* l. Christus verè *lumen Gentium*: quæ summis ante tenebris obruti erant. Vide Eph. 2. 12 m. ¶ *Et gloriam* (i. e. decus, sive ornamentum n,) *plebis tuæ* (vel, *populi tui*, Be. Pi. &c.) *Israel*] Ex Esa. 46. 13. Confer Rom. 9. 4 o. i. e. authorem gloriæ p; vel gloriandi materiam q: quum viderint eum quem tamdiu exspectârunt r. Israel ante Christum inglorius erat, subjectus alienigenis, deditus vitiis †, à Græcis & Barbaris pro gente vana & superstitiosa habitus t. Messias *gloria Israelis*, quia ex Israelitis natus inter ipsos vixit, & Gentes vocavit ad religionem Israelis v, (unde constabat quanta esset dignitas Israelis, quippe à quo salus ad omnes gentes dimanârit x;) & quia eos ad decus vitæ sanctæ, & ad cœlestem gloriam, evexit y.

33. *Quæ dicebantur*, &c.] Λαλουμένοις sumendum sine temporis definitione z, ut intelligantur tam quæ ab Angelo erant dicta, quàm quæ ab Elisabeta, Zacharia, Simeone a.

p Be. sic Bru. q Eru. r Pi. † G. t D. v Bru. x G. y Bru. z Be. a Bru. ex Pe. b V. sim. Be. c V. d Eru. * Be. f Pi. g Di. h Pi. i Di. sim. k Bru. ex Th. & Euthym. * V. l G. m Scul. ex. 1 64. n Bru. o G. p Pi. q V. sic Bru. r V. † Bru. t Scul. ib. v G. x Scul. ib. y Eru. z G. a G. sim. Eru.

34. *Benedixit illis*] Josephum & Mariam, quorum præcessit mentio, bonis omnibus prosecutus est b, eis talem filium gratulatus c. Etiámne puero benedixit? Videtur c. At illum confessus est omnis salutis & benedictionis Auctorem; quare ipsum ei benedixisse non potest animus præsumere. ¶ *Ad Mariam*] Non ad Josephum, tum quia hic ante moriturus erat, tum quòd non agnosceret eum naturâ patrem d. Spiritus instinctu edoctus eam esse matrem sine patre, cùm alioqui priores esse patris partes debuissent *. ¶ *Positus*, &c. Κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν, &c.] *Positus est* (vel, *Constitutus est*, Ti. *Scito hunc destinatum esse*, Ca. *Ordinatus est*, Bru. Pi. scilicet à Deo f: Heb. נצב, i. e. pro scopo est constitutus & destinatus à Deo, cui sic placet gloriæ suæ consulere g. Vel, *Jacet*, Mo. Bru. scil. tanquam lapis in Sion, Esa. 28. 16. quo hìc alludit h. Vox κεῖται hìc sumitur, ut in Thucydide, κεῖνται, &c. *constitutæ sunt maximis criminibus leviores pœnæ*: & in Sophocle, ὅπλων ἔκειτ' ἀγὼν πέρι, *constitutum de armis erat certamen* i.) *in casum* (vel, *in ruinam*, Er. Il. Ti. Sy. sic V. Pi. vel, *vel casui*, Ca. i. e. ut sit ruina, seu casus, aut potiùs occasio, ruinæ, ac perditionis k, supple ex seq. *multorum* l; nempe improborum m, vel reproborum n, suâ culpa pereuntium o. Hoc est quod de Messia dixerat Esaias, interprete Paulo, Rom. 9. 33. & Petro, 1. 2. 8. fore eum utrique domui Israel, tam Palæstinis, quàm τοῖς ἐν διασπορᾷ, (*dispersis*;) præcipuè verò Hierosolymitis, לצור מכשול, πέτραν σκανδάλου· non omnibus quidem, sed, ut Petrus loquitur, τοῖς προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, 1 Pet. 2. 8. Idem est quod apud Johannem dicit Dominus, *venisse* [se] *ut videntes cæci fierent*, 9. 39. i. e. ut qui pridem multum lucis acceperant, sed amaverant opera tenebrarum, reipsâ ostenderent, se esse lucifugas & tenebriones; quod antè non æquè constabat. Nam, patefactâ doctrinâ cœlesti sine involucris tanta cum efficacia miraculorum, sed ità ut secum traheret multa incommoda, detracta est illis hominibus sanctimoniæ persona. Nihil enim causari poterant cur Christi doctrinam non reciperent nisi τὸ φρόνημα τῆς σαρκός. Sic igitur Evangelium est τοῖς ἀπολλυμένοις, i. e. his qui verè dici possunt exitium quærere, ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, 2 Cor. 2. 16. Dicuntur autem illi *cadere* qui ante stabant, i. e. pii judicabantur. Similis oppositio, 1 Cor. 10. 12. ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ p.) *& resurrectionem* (vel, *vel resurrectioni*, Ca. i. e. ut sit resurrectio, seu auctor resurrectionis, h. e. salutis: quo nixi resurgant qui jacebant, peccatis subjecti, &c. Ut *ruina* ponitur pro exitio, quòd is qui ceciderit facilè ab hoste opprimitur, & censetur perditus; ità *resurrectio* pro salute, quòd qui erectus steterit, —— salvus videatur q.) *multorum*, &c. Mo. P. Pi. Tre. Ar. &c. [nempe] τῶν σωζομένων, ut dicitur 2 Cor. 2. 16. *ut qui non vident videant*, Joh. 9. 39. i. e. ut quibus ignorantia rerum bonarum animum impedierat, eo impedimento remoto, verum cum molestia conjunctum libenter amplecterentur. Hi *surgere* dicuntur, quia velut jacebant in ignorantiæ luto r. *Multorum* referendùm est tam ad *ruinam*, quàm *ad resurrectionem* †: in casum multorum, & in resurrectionem multorum. Ὑπόζευγμα t. Sensus, Christus improbis perniciosus est eorum culpâ, probis salutaris v. Hic causa erit quamobrem multi Israelitæ cadent, sive peribunt: & multis rursus erit causa salutis x. Quia dixerat, Christum fore salutare omnibus populis, declarat eum non omnibus tamen Israelitis id fore, sed multis causam exitii y. Vox, *positus*, non casum, sed consilium, denotat z: quâ tamen h. l. non significat Dei hoc consilium fuisse, ut aliqui caderent, sed tam certum fuisse eventum, ut Divino consilio tribui posse videatur a: nam ex opinione hominum hoc dicit Scriptura, non ex propria sententia: dicit autem Deum *posuisse*, &c. tum quia justo suo judicio exposuit [illis] eum ad quem certò noverat eos offensuros, tum quia ut offenderent in eum permitteret b. Al. Τὸ εἰς h. l. non tantùm eventum rerum designat c, sed & inprimis consilium & decretum Dei d. Accedo iis qui putant non nudum eventum, sed & consilium Dei, significari. Nam κεῖσθαι est, τίθεσθαι, cujus verbi activum Paulus & Petrus usurpant locis antè citatis. Sed ut varia sunt Dei decreta, ità vocis hujus, κεῖται, usus est distinguendus. Paulus de vocatione ad promulgationem Evan-

b G. c D. d Eru. * G. f Pi. g Be. h Eru. i Pi. k Bru. l Bru. sim. Pi. m Ca. n Be. Pi. o Be. p G. q Bru. r G. † Bru. t Pi. v Ca. x V. y Bru. z Mal. a Mal. sim. Eru. b Eru. c Be. d Be. sim. Pi.

Evangelii usurpat, Phil. 1. 17. de Vocatione Christianorum ad patientiam malorum, 1 Thes. 3. 3. de præcipua Dei intentione in ferenda Lege carnali per Mosem, 1 Tim. 1. 9. At cùm suprà dixerit Simeon, *omnibus populis*, ac proinde omnibus hominibus, qui in omnibus populis continentur, salutem hanc esse propositam Divino consilio, omnino res ipsa eò nos ducit ut diligenter distinguamus Divina decreta. Nam alia vult Deus προηγουμένως, (*antecedenter*;) alia verò, ἑπομένως, (*consequenter*,) sive, ut vetustissimi Christianorum loquuntur, ἐκ προηγουμένου, sive ἐκ συμβάντος· quod & διαφόρως dicunt quidam. Nudè si homines inspiciantur, haud dubiè omnium salutem Deus seriò desiderat: at simul assumptis circumstantiis (ut, quòd alii ignorantiâ veri & communi quâdam imbecillitate labuntur, alii verò contemptu quodam rerum Divinarum, quas aut nullo habent loco, aut certè honoribus, divitiis atque id genus commodis, postponunt, cùm interim pietatis ostentatores sint maximi) vult Deus & horum & illorum intima studia detegi, quod sanè effecit per Evangelii sermonem [*]. ¶ *Et in*, &c. Εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον] *In signum* (vel, *Ut sit signum*, Be. Bru. scilicet *positus est*: ut, *posuit me in signum*, Job. 16. v. 12 [f]. Variè exponitur hæc vox. Ego non dubito respici Esa. 8. 18. *Ego & liberi mei constituti sumus* לאותות ולמופתים, σημεῖα καὶ τέρατα, ut habent Lxx; quod ad Christum & Christi Discipulos διὰ τύπε referri debere ostendit Heb. 2. 13 Simile est quòd Ezechiel dicit se futurum למופת, εἰς τέρας. Sensus verborum Simeonis erit, Christum & vitæ sanctimoniâ admirabili, & prodigiosis operibus, toti mundo conspicuum fore [g]. Al. *Signum* hîc intelligitur quale illud in quod solent sagittarii collimare [h].) *contradictum*, Mo. vel, *contradicentium*, Æth. *contradictionis*, Tre. Ar. *jurgii*, Sy. *cui contradicitur*, Er. Bru. sic Be. Ca. *cui contradicetur*, Ti. Vulg. Rectè. Præsens pro Futuro, i.e. contradictioni, sive contentioni, obnoxium [i]. q. d. Scopus in quem certatim omnes sagittas suas jaciunt [k], eúmque configere & destruere contendunt [l]. Sensus, Vexillarius erit & dux, cui multi adversabuntur [m]. Est quoddam quasi vexillum populis expositum, ad quod confugiant si salvi esse velint. Sed id vexillum oppugnabunt multi, verúmque negabunt esse [n]. Mirè Simeon gratiæ ubertatem cum eventu comparat. Dixerat fore Jesum σωτήριον ἐνώπιον πάντων τῶν λαῶν, sed addidit, fore εἰς πτῶσιν πολλῶν. Sic dicit eum fore σημεῖον, sed ἀντιλεγόμενον, i. e. quamvis perspicuæ veritati multos adversaturos. Ἀντιλογία respondens רוב [lege ריב] Hebræo, quod & ἀντιλογία, & μάχη, vertitur, propriè quidem *calumnias* significat, sed ità ut & facta calumniam comitantia sæpe includat. Vide Heb. 12. 3. Sic Psal. 18. 43. מרבי ἀντιλογίαι vertunt Lxx. Simile est quod βλασφημία non de dictis tantùm, sed & de factis, usurpatur, ut videre est 1 Mac. 2. 6 [o]. Σημεῖον [sumitur] ex Esa. 7. 11, 14. ἀντιλεγόμενον, ex Ose. 4. 4. ὡς ἱερεὺς ἀντιλεγόμενος, *sacerdos cui contradicitur*. Neque aliud est τὸ ἀντιλεγόμενον quàm quod διωκόμενον καὶ διακειρόμενον, Jer. 15. 10. ubi *vir rixæ*, ἀνὴρ ἀντιλογίας, h. e. ἀντιλεγόμενος [p].

35. *Et*, &c. Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία] *Et* (vel, *Quin &*, Be. Pi.) *tuam ipsius animam trajiciet* (vel, *penetrabit*, Er. *transfodiet*, Bru.) *gladius*, Bru. Be. Pi. &c. Cùm copula dixit more Hebræo, quod alioqui diceremus, *adeò ut tuum quoque animum gladius sit transiturus*: nam quæ sequuntur manifestè iterum cohærent cum his quæ præcesserant [q]. Sensus, q. d. Ingentem dolorem senties animo tuo [r], quòd ità illi contradicetur [†]: & præsertim cùm illum in cruce pendentem videris [t]: quum ille gladio tum linguæ, tum etiam ferri, petetur [v]. *Gladii* vocem sæpe usurpant Hebræi ubi de calumnia agitur: vide Psal. 55. 21. & 57. 4. Græcus Poeta vetus, Ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὴν δὲ νοῦν λόγος, (*Gladius corpus vulnerat, animum sermo.*) Neque dubito quin proverbium hoc apud Hebræos fuerit usitatum, de *gladio animum transeunte*, quoties de atroci calumnia agebatur. Nam in Psal. 105. v. 18. ubi de Josepho agitur, cùm vinculorum ejus facta esset mentio, adjicit Psalmographus, ברזל באה נפשו; cujus loci sensus, quanquam aliter exponentibus Græcis, omnino esse videtur, Calumniam (falsam nempe adulterii accusationem) ad omnes corporis vexationes gravissimum dolorem animo ipsius accessisse, non aliter quàm si ille acutissimo ferro transadigeretur. Quod autem de Josepho dictum, ad ipsum Christum διὰ τύπε pertinebat, rectè Simeon ad matrem transtulit, ut quæ ex atrocissimis in filium calumniis non minus doloris erat perceptura quàm filius ipse. *Romphæa* Thracum, ut Germanorum *framea*, est hastæ brevioris genus, habilis ad usum quem gladius præbet. Itaque Hebræas voces tam quæ *hastam*, quàm quæ *gladium*, significant, illâ voce Græcâ exprimunt Lxx & alii Interpretes [x]. Al. *Gladius* hîc denotat martyrium quod Beata Virgo Christi causâ subivit [y], ut refert Epiphanius, hæres. 3. 78. 23 [z]. Idem hîc sensus qui de Petro, Joh. c. 21. v. 18 [a]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί] *Ut* (τὸ *ut* hîc significat, vel, 1. eventum tantùm, seu consecutionem [b]; vel potiùs, 2. causam ac finem [c]. Referenda sunt hæc non ad proximè præcedentia, sed ad superiora, ad *Positus est hic in ruinam*, &c [d]. Redditur hîc causa cur Deus permiserit ut multi Christo contradicerent & caderent [*].) *revelentur* (vel, *detegantur*, Pi. sic Er. Il.) *ex multis cordibus* (vel, *multorum cordium*, Tre. ex Sy. Bru. &c.) *cogitationes*, P. Be. Ti. &c. vel, *ratiocinationes*, Mo. vel, secreta. Ut appareat, qualis esset singulorum Judæorum animus erga Deum & Christum, & qui ex iis probi essent ac fideles, qui impii & perfidi: quum Christum, antequam adveniret, omnes æquè exspectare & desiderare videbantur [f]. Ità fiet, ut quod in multorum cordibus latuerit manifestum fiat, dum alii fidem ei habebunt, alii contra illum oppugnabunt [g]. Dum hic in crucem agetur, apparebit quali quisque mente sit: nam secundis rebus multos sectatores habebit, sed rebus adversis paucos: ex quo apparebit paucorum sinceram esse mentem: amicos enim adversa declarant [h]. Ut pateriant cogitationes Judæorum perversæ, quibus nimirum cogitabant Christo adhærere, si terrenam felicitatem dedisset [i]. Ut multorum vel sinceritas, vel malignitas, erga Christum patefieret [k]. Dixit Paulus, φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν, 1 Cor. 4. 5. Sed ibi de Judicio post hanc vitam agi videtur, hîc de illis judiciis quæ per Evangelium Deus exercet in hoc etiam seculo. Sic ad Hebræos Scriptor Evangelium vocat, λόγον κριτικὸν ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας. Hæc Evangelii vis sæpe ità exseritur, ut etiam hominibus paulò attentiùs rem introspectantibus appareat [l].

36. *Prophetissa*] Erant jam, appropinquante aurorâ Evangelii, in populo Prophetæ: qui per 400 annos desierant [m]. *Prophetissæ* laxiùs sumpto vocabulo dicuntur fœminæ quæ interdum à Spiritu Sancto invisebantur. Aliæ olim fuerant Προφήτιδες munere ordinario, ut Debora; quod genus Prophetarum in utroque sexu tum cessabat [n]. Putem eam *Prophetissam* dictam, non quòd futura prædiceret, sed quòd in Scripturis perita juvenculas ad pietatem instituit [o]. ¶ *Filia Phanuel*, Φανουήλ] Non frustrà hoc additur. Tempus enim venerat ut impleretur mysterium quod sub hoc nomine latebat, Gen. 32. 30 [p]. jam enim *videt Dominum facie ad faciem* [q]. Sic in *Annæ* vocabulo, *gratiæ*, in Aser *beatitudinis*, est significatio [r]. ¶ *De tribu Aser*] Quæ quidem Tribus cum reliquis abducta est in captivitatem, 2 Reg. c. 17. v. 6. multi tamen earum tribuum religionis causâ antè decessserant habitatum in Juda, 2 Par. 12. 13, 16 [†]. Decem Tribus sparsæ erant inter Judæos à captivitate reversos: unde Jer. 50. 4. *Venient filii Israel & filii Juda simul* [t]. Pater ejus *Galilæus* erat, nam in *Galilæa* erat Tribus *Aser*, & indè venit *Prophetissa*, ut monstret Magnum Prophetam indè oriturum [v]. Et hac forsan de causa notatur fuisse ex tribu Aser, ut refutaret illud Joh. 7. 52 [x]. ¶ *Processerat*, &c.] i. e. Ætatis provectæ erat [y]: & ætate, & morum gravitate ac sanctitate, veneranda [z]. ¶ *Et vixerat*, &c. Ζήσασα ἔτη μετὰ ἀνδρὸς ἑπτὰ ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς] *Vivens* (vel, *Vixeràtque*, Er. P. Ti. Ca. Pi. &c. vel, *Postquam vixisset*, Il. Be.) *cum viro septem annos à virginitate sua*, Mo. P. Be. Er. Pi. &c. vel, *post virginitatem suam*, Ar. i. e. ex quo Virgo ipsi nupserat [a]. Significat, eam castè in virginitate sua vixisse, & marito suo castam virginem nupsisse [b]. Vel potiùs, à prima sua pubertate, quando fœmina propriè *virgo* dici, & nubilis esse, incipit. Significat ergò, eam anno circiter 12. nuptui datam, & 7 annos vixisse cum viro, quo mortuo, ab anno circiter 19. usq; ad 84. vidua permansit [c], nuptiis postea non repetitis [d]. Magna laus mulieris apud nationes penè omnes, non repetere

Margin notes (left column): * G. — f Bru. — g G. — h Bru. sim. Be. Mal. — i Bru. — k Bru. sim. Be. Mal. — l Bru. — m V. — n Ca. — o G. — p Heins. — q G. — r Camer. sim. Be. Zeg. plerique in Bru. — † V. sim. Bru. — t Pi. sim. Bru. Ca. — v Bru.

Margin notes (right column): x G. — y Li. harm. 84. — z Li. ho. Ham. — a Li. harm. — b Q. in Bru. sic Zeg. — c Bru. — d Zeg. sim. Pi. Li. harm. — * Bru. — f Idem. — g V. — h Ca. — i Pi. — k Li. harm. — l G. — m Li. ho. — n G. — o Bru. — p G. — q Li. harm. — r G. — † Bru. — t D. — v Li. harm. 85. — x Li. ho. — y V. Bru. — z Bru. — a Be. sim. Bru. Pi. — b Pi. — c Mal. — d Be.

petere nuptias. Tacitus, de Germanorum fœminis, *Sic unum accipiunt maritum quomodo unum corpus unámque vitam: nè ulla cogitatio ultrà, nè longior cupiditas, nè tanquam meritum, sed tanquam matrimonium, ament:* legendum, *nè tanquam non maritum, sed matrimonium, ament.* Ideo abstinent, inquit, secundis nuptiis, nè videantur nuptias amâsse, non eum cui nupserant. Tertul. duobus hac de re Libris recitat privilegia univirarum apud Romanos & alias gentes. Sed & legibus Romanis multa constituta sunt ad earum nuptiarum licentiam refrænandam. Veteres Christiani, cùm non possent ullo Christi edicto prohibitam matrimonii repetitionem ostendere, omnibus tamen modis eam dissuadebant; ità ut nec repetitarum nuptiarum celebritati interesse vellent Presbyteri, nè præsentiâ suâ probare viderentur rem permissam quidem, sed minùs laudabilem. Exstat ea de re Canon Synodi Neocæsariensis. Sententiam hac de re Christianismi veteris non malè exprimit Clemens Alex. Stromat. 4. Καὶ εἶπνι ὁ ἀπόστολ☉, &c. (*Quamvis enim Apostolus propter incontinentiam secundas nuptias concedat, adeóque non peccet — qui eas conficit, perfectionem tamen conversationis Evangelicæ non implet,*&c.) Idem Strom.2. Ἡμεῖς ἀγαμίαν, &c. (*Nos quidem cœlibatum, in iis qui hoc donum à Deo acceperunt, laudamus, monogamiam suscipimus; dicimus tamen debere aliorum commiserescere, & alii aliorum onera portare.*) Tertul. lib. ad Uxorem de matrimonio cum Gentilibus, *Quantò grandis est continentia carnis quæ viduitatem ministrat, tantò, si non sustineatur, ignoscibilis videri potest. Difficilium enim facilis est venia.* Prudentius, in Laurentium hymno, *Cernis sacratas virgines, Miraris intactas anus, Primique post damnum tori Ignis secundi nescias. Hoc est monile Ecclesiæ, His illa gemmis comitur* [c].

[c] G.

37. *Et hæc* (sub. *cùm esset*,Be.Pi.) *vidua usque ad annos octoginta quatuor*] Accipe de annis *ætatis*, non *viduitatis* [d]: alioquin decrepita fuisset, & his laboribus impar [*]. ¶ *Non discedebat de templo*] i.e. Atrio [f]. Commodè hoc intelligendum: nam ob necessaria naturæ, cibum,&c. relinquebat aliquando Templum [g]. Hyperbole: quomodo qui alicui valde familiaris est, dicitur ab ejus latere nunquam discedere [h]. Ibi constanter esse potuit, vel, quia paupercula esset & indè aleretur; vel, quia Prophetissa erat, ideóque in aliquibus Templi ædificiis diversaretur, ut illa, 2 Par. 22.11, 12 [i]. Videtur fuisse ex illis mulieribus quæ צבאות vocantur, Exod.38. v. 8. quarum mentio & 1 Sam. c.2. v.22. quæ precandi causâ ad Tabernaculum conveniebant [k]. Patet fœminas istas aliunde Tabernaculum adiisse devotionis ergò, non officio aliquo in eo fuisse functas. Sic & hæc nostra, natu *Aseritis*, at natale solum verterat, & *Hierosolymis* sedem suam fixerat, partim ut devota, quò promptiùs orationibus vacaret in Templo; partim ut Prophetissa, ut prophetaret in Metropoli [l]. Sensus, In Templo fuit frequentissima, & penè assidua [m]. *Non recessit à Templo*, i.e. statis temporibus orationis [n]. Sic præcipitur *Aaroni* & filiis, Levit. 10.7. *Non egrediemini*, &c. nim. *tempore ministerii*, ut habet Siphra, fol. 24. 2 [o]. Hoc sensu & Apostoli dicuntur fuisse διὰ παντὸς ἐν τῷ ἱερῷ, Luc. 24.53. & διαμένοντες ibi, Act. 1.13. non tamen ità ut nunquam exirent [p]. ¶ *Jejuniis & obsecrationibus*] Vel, *precibus*, Er. Jejunando & precando serviens, &c [q]. Conjungi hæc solere diximus ad Matt. 17. 21. Suprà retulisse nos meminimus, partem Israelitarum solitam convenire ad Templum, distributis in id temporibus, ut precibus vacarent. Id dicebatur צבא, à re militari deducto vocabulo, quod λειτουργεῖν alicubi vertunt Lxx. Alibi non tam vocem exprimunt quàm morem voce denotatum. Nam fœminas λειτουργούσας, הצבאות, vocant, τὰς παρεστηκυίας παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, 1 Sam. 2. v. 22. At Exod. 38. 8. τῶν νηστευσασῶν, αἳ ἐνήστευσαν παρὰ τὰς θύρας, &c. quo in loco neque Græci Codicis vitium est, quod suspicatur vir diligentissimus, neque in Hebræo aliter legerunt Lxx; sed,ut solent,usi sunt liberaliore interpretatione, rem ipsam explicantes. In jejuniis enim & precibus consistebat illa λειτουργία, aut ejus pars potissima. Sed tum in Exodo, tum in Samuele, ut Jon. & AE. existimant, de matronis agitur, quæ, ut diximus, non perpetuò,(quod non ferebat rei domesticæ ratio,)sed certis temporibus, Templum celebrabant. Nimirum, ut

[d] Sch. sim. Bru [*] Bru. [f] V. [g] Bru. [h] Mal. [i] Li. harm. 85. [k] D. [l] Li. ho. [m] Bru. Me. sim. Mal. [n] Li. ho. Ham. [o] Li. ho. [p] Ham. [q] V.

Paulus dixit, *quæ nupsit*, ut maximè pietati se dedat, simul tamen *curat res mundanas, ut viro placeat.* At viduæ, eâ curâ liberatæ, continuare poterant eam λειτουργίαν, atque adeò *non abscedere à Templo*, i.e. vix unquam alibi esse, *vacantes precibus & jejuniis*, &c. Christiana Ecclesia, ut quicquid apud Judæos erat laudabile, ità hoc quoque, retinuit. Nam Paulus, de vidua agens, [1 Tim. 5.5.] eadem prope verba usurpat quæ hîc de Anna Lucas, προσμένει ταῖς δεήσεσι,&c. Ex hoc viduarum ordine legi solebant non tantùm αἱ διάκονοι, quæ fœminas pauperes curabant, sed & πρεσβύτιδες, quæ & προκαθήμεναι dicebantur, aliarum mulierum σωφρονίστριαι & morum magistræ. Harum meminit Paulus, Tit. 2.3. Has solenniter ordinari solitas docet nos Tertul. Libro qui Exhortatio ad castitatem inscribitur; & agnoscunt Balsamo & Zonaras. Antiquavit eam ordinationem Laodicena Synodus, sicut διακονισσῶν χειροθεσίαν, Synodus Nicena [r]. ¶ *Serviens*, λατρεύουσα] *Colens*, Be. sub. *Deum*, Be. sic Bru. G. &c. Similis ellipsis Act. 26.7 [†]. Vox Græca significat cultum uni Deo debitum. Vide Matt. 4. 10 [t].

[r] G. [†] Idem. [t] Bru.

38. *Superveniens*] Ità Er. Rev. Confer Luc. 2.9. & 10. 40. & 20. 1. &c [v]. At cùm *non decedebat de Templo*, quomodo nunc *supervenit* [x]? Forsan non ex loco habitationis suæ, sed ex loco orationis in Templo, surgens, instinctu Spiritûs S. venit ad eum Templi locum ubi puer offerebatur [y]. ·Ἐπιστᾶσα] *Adstans*, vel *Adsistens*, Bru. sic Val. sim. Tre. V. ¶ *Confitebatur Domino*; ità Di. ex Sy. & Ar. Ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ] *Gratias egit Domino*, Tre. ex Sy. Pers. Æth. Sed non est negligenda particula ἀντὶ [z]. Vox non est simpliciter, *confitebatur*, sed, *confessione respondebat*; ut referatur ad Simeonis aliorúmque confessionem, cui hæc respondebat [a], & quasi succinebat in laudando Deo [b], & prædicando Messiæ adventu. Vel, palàm Christum præsentem annunciavit [c]. *Vicissim confitebatur Domino*, Er. Il. Mo. P. Pi. &c. *Palàm* (vel, *Vicissim palàm*, Be.) *agnoscebat Dominum*, Ti. Al. *Deo laudes gratésque agebat:* Neque ulla hîc vis est præpositionis ἀντὶ [d]. Usus Hellenistarum hîc præcipuè spectandus. Lxx autem pro הודה simpliciter utuntur [*], sive pro ἐξομολογεῖσθαι· ut Esd. 3. 11 [f]. ἀπεκρίθησαν ἐν αἴνῳ καὶ ἀνθομολογήσει [g]· Psal. 79. 14. ἀνθομολογησόμεθά σοι, &c [h]. 3. Esdræ, 8.93. *Precans Esdras* ἀνθωμολογεῖτο, *confitebatur flens* [i]. Sirac. 17. 21, 22. & 20. 2 [k]. Qui Hebraismum ignorant Græci non simpliciter dicunt, ὁμολογοῦμαι τῷ Κυρίῳ, sed, ὁμολογεῖν χάριν, *gratias agere*, Eutrop. lib. 3. Breviarii: vel, ὁμολογῶν χρείτας, *obligatum profitebatur*, in Zosimo, Histor. l. 5. vel, χαριστήρια ὁμολογοῦντες Θεῷ, *gratulatus Deæ*. Verba sic reddo, *Celebrabat Dominum.* Sic ἐξομολογοῦμαι, Matt. 11. 25. est, *gratias ago:* quod idem est ac, *confiteor beneficium esse tuum* [*]. ¶ *Loquebatur de illo*] Scil. puero, de quo hactenus sermo, affirmans esse Messiam, &c [f]. ¶ *Omnibus*, &c. Πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ] *Omnibus* (præsentibus & occurrentibus [g],) *qui exspectabant* (tanquam imminentem [h],) *redemptionem Hierosolymis*, Pi. Be. Locum designat ubi facta est redemptio [i]. Vel sic restringitur τὸ πᾶσι, quòd Anna non posset loqui nisi iis qui erant Hierosolymis,ubi ipsa erat [k]. Al. Puto constructionem esse, τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ προσδεχομένοις τὴν ἀπολύτρωσιν. Nam creber est in trajectionibus Lucas. Lectionem autem hanc esse veram [l], præter Græcorum Codicum consensum, Syrus docet, & Irenæus qui ità legit [m]. Ità legunt & Hi. Aug. Beda [n]. Alii tamen legunt, *redemptionem Israel*, sive *in Israel.* Ità unus Codex [o]. & Arabs [p]. Omnino sic legendum, ex collat. Luc. 2.25. & 24.21. & alioquin oratio imperfecta erit [q]. [An verè hoc dictum, judica ex dictis.]

[v] Rev. [x] Val. [y] Bru. [z] Be. ex Er. [a] Er. [b] Bru. [c] Be. [d] G. [*] Di. [f] G. sim. Di. [g] Di. [h] Di. G. [i] Di. [k] G. Di. [*] Scul. ex. 1. 66. [f] Bru. [g] Idem. [h] Idem. [i] Zeg. sim. Bru. [k] Pi. [l] G. [m] G. sim. Di. ex Er. [n] Di. [o] Be. [p] Di. [q] Pi.

39. *Ut perfecerunt omnia*, &c.] Ad purgationem matris, & filii oblationem ac redemptionem [r]. ¶ *Reversi sunt in Galilæam*] At hoc perinde sonat, acsi è Galilæa Hierosolymam profecti essent: at profecti erant Bethlehemo. Verto itaque, *Reversi sunt* (quod absolutè hîc ponitur, nec regit verba sequentia,) proficiscentes *in Galilæam* [†]. *Reversi sunt*, non mox & immediatè [t]; intercessit enim fuga in Ægyptum [v], (quæ non ex Nazareth fuit inita, sed vel ex Jerosf. vel ex Bethlehem, vel ex itinere Bethlehem versùs [x];) nec non Magorum adventus [y]. Ea verò hîc prætermittit Lucas, forsan quòd de iis copiosè scripserat Matthæus [z]. *Galilæam* hîc nominat,

[r] Bru. [†] Pi. [t] Bru. sim. Be. Mal. Li. [v] Bru. sim. Be. Mal. [x] Bru. [y] Mal. Be. [z] Mal. sim. Li. harm. 92.

nat, ut ibi eum quæratis in sequenti historia, quæ multis post annis accidit. Hujusmodi autem breves transitiones non sunt inusitatæ in Scriptura S. præsertim in Luca, ut Luc. 4. 14. ubi Christum quasi ex fastigio Templi deducit in Galilæam, cùm tamen intercesserint reditus Christi in desertum cum Diabolo, adventúsque ejus ad Johannem Jordane. Sic Act. 9. 18, 19. ubi paucis verbis complectitur historiam trium annorum, Gal. c. 1. Puto itaque eos jam reversos *Bethlehemum*, (quem forsan ut nativitatis, ità & educationis ejus, locum fore existimabant, nec illum aliò transferre audebant, nisi ex mandato Domini,) ex collat. Matt. 2. 22. *metuebant illuc proficisci*, nempe in Judæam. At cur de *Judæa* cogitat, non de *Galilæa*, nisi quòd Bethlehemum redire statueret, unde venerat [a]?

40. *Crescebat* (staturâ & robore corporis [b],) *& confortabatur*, &c. Καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι] *Et corroborabatur Spiritu*, Be. Pi. &c. i. e. vel, 1. Spiritu Sancto, i. e. donis ejus [c]. q. d. Quantum crevit corpore, tantum virtus & robur spiritualium donorum, in ejus animo latentium, foris se exseruit [d]. Non quòd profecit hominum vulgarium more cum ætate, sed quòd paulatim emicuit in illo Divina gratia, nè res ante tempus prodigiosa videretur [*]. Vel, 2. Animo suo [f], & intellectu [g]. Eadem [hîc] sunt verba quæ de Johanne suprà usurpaverat, diversè tamen κατ' ἀναλογίαν interpretanda: quod qui non observârunt, ausi hîc sunt delere vocem πνεύματι· [id quod Vulg. hîc facit.] ¶ *Plenus sapientiâ*] Et hoc actum, insolitum quidem, sed tamen successivum, ut loquuntur, significat. Tale est & infrà [vers. 52.] *profecit sapientiâ.* Vide quæ dicta ad Marc. 13. 32 [h]. Sapientia cum ætate magis magísque in eo se exseruit, in vultu, verbis, factis, &c [i]. ¶ *Et gratia Dei erat in illo*, Ἐπ' αὐτό] *Super eum*, Be. Pi. Vide suprà 25 [k]. Nam Deo erat gratissimus [l]. Deus illum amabat, fovebat, ornabat [m], regebat & componebat [n]. Ut de Johanne [dicitur,] καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτοῦ. Est ergò χάρις hîc singularis Dei protectio & donorum collatio [o].

41. *In die——Paschæ*] Non quòd non & tempore Pentecostes & Festi Tabernaculorum Josephus Hierosolyma iret, cùm præceptum esset omnibus viris Judæam habitantibus ter anno adire locum sacrorum conventuum [p], sed quòd non cum uxore. Nam fœminæ, cùm de iis lex non exstaret, propriâ religione semel anno sacros cœtus invisebant. Sic de Anna & Phenana Elcanæ uxoribus legimus quotannis eas ivisse ad ædem Dominicam, 1 Sam. c. 1. v. 7. Quod omnino credibile est factum tempore Azymorum, quod συνεκδοχικῶς hîc vocatur πάσχα, ut apud Josephum aliquoties [q]. Nec præceptum hoc erat fœminis; nec tamen prohibitum, quando possent & vellent ire. Paschæ hîc meminit, non quia reliquis festis Josephus Templum non adiit, sed quia tunc accidit quod hîc sequitur [r].

42. *Cùm—esset annorum duodecim*] Lex quæ in Exodo & Deuteronomio exstat in mares omnes concepta est. Sed cùm ipsa ratio & æquitas doceret, id ad teneram admodum ætatem non pertinere, locus fuit æquæ interpretationi. Nihil enim referebat ad festos dies deduci eos qui rerum istarum nullum habebant intellectum. Exstat lex altera, Exod. 12. 27. quâ jubentur parentes liberis suis exponere historiam rerum in Ægypto gestarum, simul atque ceremoniæ istius causas inciperent inquirere; id est, simul atque ad rationis usum aliquem pervenissent: quod tempus, cùm Lege definitum non esset, videtur relictum arbitrio Sapientum, atque ab iis definitum ætate annorum 12: quâ & fœminas Romani viripotentes judicant & pueros pubertati proximos. Discrimen hoc ætatis indicant & voces Hebrææ: nam intra annum 12. dicebantur קטנים, eo impleto, נערים. At ubi de pœnis irrogandis agitur, is qui annum implevit 13. legibus tenebatur, & vocabatur בר מצוה, *filius præcepti.* Vide AE. ad Gen. 17. 14. At pii non eousque exspectabant, juxta receptam sententiam, *Expediti antevertunt præceptum* †. Eâ ætate Christus applicat se ad opus suum, quâ Judæi initiabant pueros ad jejunandum, Joma, fol. 82. 1. & ad viam, normam, & artem istam, in qua ei erat vivendum. Chetubb. fol. 50. Salomon duodenarius judicavit inter duas fœminas, inquit Ignatius [t], & probabile est [v]. [Vide ibi dicta à Cl. Authore.]

[a] Li. ib. 91. [b] Bru. sim. Li. harm. 117. [c] Pi. [d] Bru. ex Th. [*] Er. ex Th. [f] Li. ib. Pi. [g] Li. ib. [h] G. [i] Bru. [k] Be. [l] V. [m] Bru. [n] Bru. ex Euthym. [o] G. [p] G. sim. Bru. [q] G. [r] Bru. † G.] [t] Li. ho. [v] Li. harm.

43. *Consummatisque diebus*; ità Er. Il. Ti. Καὶ τελειωσάντων τὰς ἡμέρας] *Et consummantibus dies*, Mo. *Et peregissent* (vel, *quum implevissent*, Di. ex Sy.) *dies*, Ca. vel, *dies illos*, Pi. vel, *dies*, sub. *ejus*, P. Bru. sic Be. & sub. *festi*, Bru. sic Pi. legitimos Azymorum dies [x]: qui septem erant, Exod. 23. 15 [y]. Commorati ergò ibi sunt per totum septiduum [z], non quod id præceptum erat [a], sed ex devotione [b]. Laudabilius enim erat ibi manere per 7 dies, præsertímque propter diem ultimum, qui erat festus [c]. ¶ *Cùm redirent*] Scilicet parentes ad propria. ¶ *Non cognoverunt*, &c.] Qu. Quî potuit insciis parentibus ibi manere [d]? Resp. Solebant omnes manè ejus diei quo discederunt Templum adire, 1 Sam. c. 1. v. 19 [*]. Innumeræ autem erant turbæ quæ hàc illàc discedebant, &c [f]. Ex iis autem alii citiùs, alii tardiùs, pro negotiis suis, exibant Hierosf. conventuri tamen in communi diversorio [g]. Non erat cur suspicarentur, eum diutiùs Hierosf. mansurum. Quidam volunt homines & fœminas seorsim profectas, donec in diversorio convenirent, liberósque cum utrolibet parente ire potuisse, ut Josephus eum cum Maria, Maria vicissim cum Josepho, fuisse existimare possent, &c [h].

44. *In*, &c. Ἐν τῇ συνοδίᾳ] *In comitatu*, Mo. P. Er. Be. Ca. &c. *Cum comitibus suis*, Syr. *Cum euntibus in via*, Ar. *Cum liberis viciniæ eorum*, Pers. Apud itineris socios [i]. Mater putabat eum esse in comitatu virorum, & pater in comitatu fœminarum. Videatur Lira ad 1 Sam. 1. 19 [k]. Magna erat turba simul iter facientium ex Galilæa in Judæam & contrà. De die his atque illis, prout ferebat occasio, se aggregabant colloquii causâ, vesperi ad suos se referebant, capiendæ quietis causâ. Itaque mirum non est vesperi primùm desideratum esse puerum: συνοδία est id quod Persæ *Caravanam* vocant; Hebræi, ארחה; Arabes, קא פלה, Gen. 37. v. 15; Æthiopes, נגרא. Sic qui cum Nehemia iter susceperunt συνοδία dicuntur, Nehem. 7. 5, 64 [l]. Al. *In cognatione*; quod optimè convenit cum verbis seq. Συνοδία apud Hellenistas est Heb. יחש, *familia, cognatio*, quia id apud gentem eam moris erat, ut qui ejusdem familiæ ac sanguinis essent simul iter facerent. Liquet id ex Nehem. 7. 5. ubi, quum Nehemias dicit, se coegisse populum להתיחש, *ut per familias recenseretur*, LXX habent, συνῆξα τὸν λαὸν εἰς συνοδίας· & ספר היחש, *librum genealogiarum*, LXX reddunt, βιβλίον τῆς συνοδίας. Vide & vers. 64 [m]. Revera συνοδία hîc συγγένεια· quomodo & συνοδία dicebatur Monachorum, aut Asceticorum; quia unius erant cognationis, spiritualis scilicet [n]. ¶ *Venerunt iter diei*; ità Mo. Ἦλθον ἡμέρας ὁδὸν] *Processerunt*, sive *Ierunt*, (ἔρχεσθαι hîc, pro ἰέναι, i. e. *iter facere* [o],) *itinere* (vel, *viam*, subaud. *unius*, P. Be. Pi.) *diei*, Ti. &c. Ab Hierosf. versùs Galilæam prima ordinaria diæta erat ad *Neapolin*, olim *Sichem*, distantem 30 mil. passuum. Ostenditur tamen locus, nomine *Beere*, decem tantùm mill. distans ab urbe, ubi primùm absentia Christi parentibus innotuit. Crede pro libitu [p]. ¶ *Inter cognatos*] *Qui erant* ἐν τῇ συνοδίᾳ· apud quos eum hæsisse suspicabantur [q].

45. *Requirentes eum*] Metuentes, nè à via aberrans mala plurima pateretur, ut aliis pueris solet accidere. Nam licet Deus fuerit, quod & ipsi scirent, hactenus tamen cæterorum puerorum more se habuit, non necessitate aut infirmitate, sed voluntate, ut nobis similis esset, &c [r].

46. *Post triduum*] Id est, *die tertio* †, ut Mat. 27. 63. Marc. 8. 31 [t]. Diem unum iter fecerant, altero remensi erant idem iter, tertio demum quæsitum inveniunt [v]. ¶ *In templo*] In porticu subdialis Israelitarum, ut ex Barucho & Thalmudicis datur colligi [x]. Non in interioribus Templi, quò pauci, & quidem rarò, commeabant: nec in Atrio Sacerdotum, aut mundorum. Arias Mont. ad Templi portam Orientalem, locum fuisse indicat, in quo Legis Magistri docebant. Omnia autem loca circa Templum nomine *Templi* designabantur [y]. Sanhedrim, cap. 11. hal. 2. *Tres consessus erant in Templo: Unus in porta atrii gentium: Alius in porta atrii Israelis: Tertius in conclavi Gazith.* Erat etiam Synagoga intra Templum: quod observandum. Glossa ad Joma, fol. 68. 2. *Synagoga erat prope atrium, in monte Templi.* ¶ *Sedentem*] Megillah, fol. 21. 1. *Tradunt Rabbini, Ante Rabban*

[x] G. [y] Bru. [z] Li. ho. [a] Bru. sim. Li. ho. [b] Li. ho. sim. Bru. [c] Li. ho. [d] Bru. [*] Li. harm. 118. [f] Li. ho. [g] Bru. [h] Li. harm. 120. [i] Bru. ex Er. [k] D. [l] G. [m] Di. ex Heins. [n] Heins. [o] Be. [p] Li. ho. [q] G. [r] Bru. † G. Bru. Pi. Li. [t] G. [v] G. sim. Bru. ex Euthym. [x] G. [y] Montan. cut. in Wal.

Rabban Gamalielem, non didicerunt legem nisi stantes. At post eum ægritudo invasit mundum, ità ut discerent legem sedentes. Sed quomodo sederent? *Humi*, ut ibi dicitur [z]. Seniores quique, ac dignitate eminentiores, in cathedris, aut subselliis, considebant; novissimi autem, in pavimento, super mattas, aut quædam ψιαθώματα· pueri, ac auditores juvenes, ad pedes docentium disponebantur: ibi ergò Christus sedebat [a]. Al. Cùm eximia in Christi interrogationibus scientia eluceret, Doctores eum receperunt in medium sui, ut propiùs cum ipso conferrent, &c [b]. Nec mirum, quum ad sua subsellia alios quoque admitterent, alia etiam ex causa, Sanhed. fol. 40. 1. & R. Eleazar Ben Azaria in Cathedram primariam admissus fuerit, annos tantùm 16 natus [c]. ¶ *In medio doctorum*] Id est, inter, sive apud, Doctores [d]: in turba Magistrorum. Alioqui non permixti sedebant, sed distincti senes à junioribus. Ità Paulus *institutum se* dicit *ad pedes Gamalielis*, Act. 22. 3. Philo de Essenis, Καθ' ἡλικίας, &c. (*Secundùm ætates ordine sedent*, &c.) Annotat hunc morem is cujus in Pauli Epistolas Expositiones sub Ambrosii titulo leguntur ad 1 Cor. 14. 31 [*]. ¶ *Et interrogantem eos*] Id est, proponentem quæstiones [f], ex auditis [g]; vel ex Lege & Prophetis [h]. Licuit, & in more erat, vel discipulis [i], vel auditoribus [k], Magistrum prælegentem, vel etiam totum Synedrium, aut consessum, publicè interrogare de dubio quovis quod iis hæsit. [Id quod Li. duabus historiis RR. manifestum facit.] Maimon. Sanhedrim, cap. 1. *In urbe, in qua non sunt duo sapientes magni, unus aptus ad docendum, & alius qui novit audire & interrogare, & respondere, non constituunt Synedrium*, &c [l].

47. *Responsis ejus*] Nam explorandi profectûs causâ à Magistris pueri vicissim interrogabantur, ut ex libro Musar apparet. Vide Josephum Vitâ suâ [m]. Audientes eum sapientissimè interrogantem ipsi vicissim interrogârunt [n].

48. *Dixit*] Cœtu dimisso, & privatim [o]. ¶ *Mater*] Tacet Joseph, ipse sibi conscius, nihil sibi juris in eum competere. ¶ *Quid fecisti*, &c?] Cur nobis insciis hîc remanebas [p]? ¶ *Pater tuus & ego*] Patrem vocat, tum quia Christum, ut genuinum germanum diligebat, tum honoris habendi causâ, quòd nutritius esset, & vulgo pater putaretur [q]. *Pater ejus* erat, non naturâ, sed conjugii lege, ac famâ [r]. ¶ *Dolentes*] Præ affectûs teneritudine non attendentes ad ea quæ de hoc puero alioqui ignorare non poterant. Nam quæ Origenes hîc adfert parùm habent probabilitatis †: Anxii, nè vel malè tecum ageretur, vel certè nos deseruisses [t].

49. *Quid*, &c. Τί ὅτι ἐζητεῖτέ με;] *Quid* (vel, *Cur*, Sy. sic Pers. Ar. *Quorsum*, Ca.) *quærebatis me?* Tre. Ca. *Quid* (sub. *est*, Er. P. Be. Pi.) *quòd quærebatis me?* Mo. P. Er. &c. q. d. Quid tum postea? non justè me reprehenditis. Sunt verba recriminantis, ut patet ex seq [v]. Non erat cur me cum dolore quæreretis [x]. ¶ *Nesciebatis* (quia scire potueratis & cogitare [y],) *quia in his*, &c. Ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με; *Quia*, vel *Quòd, in his patris mei* (vel, *in iis quæ sunt patris mei*, Æth. Er. Il. Ti. P. Be. vel, *in negotiis patris mei*, i. e. quæ Pater meus mandavit ad expediendum [z]: ἐν τοῖς elliptice dicitur, pro, ἐν τοῖς οἴκοις [a], vel, ἐν τοῖς πράγμασιν [b]) *oportet me esse?* Mo. P. Er. &c. i.e. versari, sive occupari. Vide Joh. 9. 4. & 14. 31 [c]. *Mihi agenda esse patris mei negotia?* Ca. Non placet: nam licet, τὰ ἐν τοῖς πράγμασι, rectè dicatur, *negotia obire*, vel *administrare*; nusquam tamen, τὰ ἐν τοῖς, idem valet [d]. Al. *Nescitis vos quòd in domo patris mei oportet me esse?* Sy. in Di. i.e. in Templo [*]? ut ἐν τοῖς idem sit quod, ἐν τῷ ναῷ [f]. Neque nova est hæc interpretatio. Nam Origenes non aliter accepit, Græcè eruditissimus, at nec Euthymius magni judicii Interpres. Accedit horum numero Theophylactus. Optimè autem cohæret cum superioribus [g]. Neque enim alibi quærendum erat potiùs quàm ubi esse eum maximè decebat: id autem erat in æde paterna [h]. Ad verba matris accuratè respondit Dominus: illa autem non de negotio, sed de loco, loquitur, *Ecce —— quærebamus te*. Quæruntur enim quæ extra locum sunt, aut esse putantur. Respondet ergò, *Nonne sciebatis*, &c? q. d. Imprudentes vos, qui me, in loco maximè proprio constanter versantem, in locis extraneis tantopere quæritaveritis. Articulus plur. neut. gen. [ἐν τοῖς] idem hîc valet quod Joh. 19. 27. *Recepit eam* εἰς τὰ ἴδια, *in sua*, i. e. domum suam [i]. Cui addi potest quòd vox ביתו, *domus*, τὰ ἴδια vertitur, Esth. 5. 10. & 6. 12 [k]. Eadem phrasis apud Chrysost. *Quocunque*, inquit, *justus proficiscatur, necesse est ut sit*, ἐν τοῖς τοῦ δεσπότου, &c. *in iis locis quæ ipsius sunt Domini* [l]; vel, *in locis herilibus* [m]. Similis phrasis apud Josephum, l. 1. contra App. *Auream columnam reposuit* ἐν τοῖς τοῦ Διός, i. e. ἐν τῷ ναῷ, *in templo Jovis* [n]. Exstat egregia Musonii diatriba, quâ docet esse quædam parentum imperiis excepta: Neque enim filium Medicum curaturum ægrotos ut pater volet, sed ex artis præcepto. Ibidem hæc exstat sententia, Ὁ πατὴρ, &c. (*Pater tuus vetat te philosophari: communis autem* [*parens*] *hominum atque Deorum, Jupiter, hortatur te & jubet*.) Hierocles, ὁ δ' ἐκ τῆς ἀπ' ἐκείνων, &c. (*Hoc autem ex parentum traditione non pendet, sed ab eorum dominatione liberum relinquit lex, & revera patrem*, i. e. Deum, *quærere suadet, ipsique adhærere, & hoc inprimis curare ut Deo simillimus fiat*.) Sic & alibi Dominus in miracula à se edenda jus esse matri negat [o].

50. *Non intellexerunt*, &c.] Plenè scilicet: sciebant, ipsum & Deum fuisse & Christum, sed nesciebant rationem muneris ejus, quod docendo & sufferendo obeundum erat [p]. Al. Συνιέναι & hîc & alibi puto non tam esse *intelligere*, quàm *attentè satis considerare*; ut alio loco monuimus. Intenderat Christus digitum ad Malachiæ vaticinium, *Veniet in Templum suum Dominus*, &c. Hæc planè postea demum intellecta sunt cùm idem Jesus in Templo publicè docuit, & Templum à nundinantium sordibus repurgavit; quibus factis jam tum puer præludebat [q].

51. *Et erat subditus illis*] Hoc addit, nè quis putaret, emancipâsse se Christum, & postea, ut negotia Patris ageret, obedientiam parentum neglexisse [r]. Rectè hoc adjecit, ut ostenderet ità Divinis rebus vacâsse Jesum ut parentibus interim debita officia non subtraheret. Hierocles, Οὕτως ἀμφότερα, &c. (*Sic utraque præstari possint, & divina, & humana officia; neque propter opinionem virtutis negligendus est parentum cultus* †.) Sensus, Quamvis ad horam exemerit se à parentibus, ut præludium quoddam futurorum ostenderet, statim tamen reversus est ad subjectionem, adjuvans illos in re familiari, nec se ipsis subtrahens, nisi consciis quò iret, & quando rediret [t]. ¶ *Mater ejus*, &c.] Ità suprà [vers.] 19. Quod ideo videtur à Luca expressum, quia ipsam habebat harum narrationum auctorem [v].

52. *Proficiebat* (juxta humanitatem [x],) *sapientiâ*] Non habituali [y], sive infusâ, quâ à primo conceptu plenissimus fuit, v. 40. ut exigebat unio hypostatica [z]; sed solâ experimentali, seu usu acquisitâ scientiâ [a], & actuali; seu exercitio actuum sapientiæ; & secundùm exteriorem sapientiæ ostensionem, quâ indies sapientior hominibus apparebat [b]; sapientiora quotidie & verba & opera proferens: ut Sol claritate proficere dicitur, quòd paulatim clarior evadit, &c [c]. Al. Cùm Christus, licèt animâ ab ipso exortu perfectissimâ donatus, nobis per omnia, excepto peccato, similis fuerit, adolescente demum ipso exseruerunt sese [in eo] omnes animi & corporis facultates: & Divinitas sese, prout libuit, humanitati assumptæ insinuavit [d]. Non omnes sapientiæ thesauri simul semèlque erant Christo homini communicati: siquidem ubi perfectio est, ibi nullus est profectus [*]. Deitas per gradus quosdam dotes impertivit naturæ humanæ assumptæ; id quod Lucas bis docet, suprà v. 40. *confortabatur*, &c. quod autem corroboratur, auctu quodam virium fulciri videtur; & hoc loco. Cùm verò tria h. l. conjungat, *sapientiam, ætatem, & gradum*, sicut verè profecit ætatis accessu, ità verè profecisse videtur dotium incrementis [f]. Christus verè profecit sapientiâ, humanâ scilicet, &c [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡλικίᾳ] *Et ætate*, Er. Ca. Vulg. Ga. προκόπτειν ἡλικίᾳ, pro, *ætate provehi*, omnino usurpatur, in Æschinis vita [h]. Al. *Et staturâ*, Be. Pi. G. Sy. Ar. Pers. ut Matth. 6. 27. [ubi dicta vide] & infra 19. 3 [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ χάριτι, &c.] *Et gratiâ* (non tamen interiori, sed externis gratiæ operibus [k],) *apud Deum* (i. e. Deo teste, judice & approbatore [l],) *& homines*, i. e. etiam hominum judicio, ità ut hominum favorem & laudem sibi conciliaret [m]. Al. Χάρις hîc paulò aliter sumitur quàm suprà v. 40. Significat enim, *summopere*

Margin notes (left column): z Li. ho. — a Montacut. in Wal. — b Chem. sim. Li. ho. — c Li. ho. — d Bru. — * G. — f G. sic Bru. — g Bru. — h G. — i Li. ho. sim. Bru. — k Bru. sim. Li. ho. — l Li. ho. — m G. — n Bru. — o Montacut. in Wal. sim. Bru. — p Bru. — q Montacut. — r Bru. — † G. — t Bru. — v Pi. — x Bru. sim. Scul. c. 1. 67. — y Bru. — z Pi. — a Camer. — b Pi. — c Bru. — d Ful. misc. 4. 17. — * G. ex Ful. Di. Scul. — f Cap. — g G. — h G. sim. Cap.

Margin notes (right column): i Ful. ib. — k G. — l Ful. — m G. — n Cap. — o G. — p Bru. — q G. — r Mal. — † G. — t Bru. — v G. — x Zeg. — y T. sim. Me. Bru. — z T. ex Bru. — a T. — b Me. sim. Bru. ex Orig. & Th. Zeg. — c Bru. — d Be. — * Ga. adv. 26. 284. — f Er. — g Jansen. — h Ga. ib. 285. — i G. — k Bru. — l Me. ex Bru. — m Bru.

mopere placuisse Jesum Deo & hominibus. Idem de Samuele puero (quem Christi gessisse imaginem observavimus) dictum est, 1 Sam. 2. 26. ex quo loco desumpta videntur hæc verba. Eadem ferme de Mose dixit Josephus [n]. Χάρις, *gratia*, favorem hîc significat: quo Christus crescebat, quâ homo scil. Nam quò illustrior est imago Dei in creatura, eò etiam Deus creaturâ suâ magis delectatur. Porrò, illustrior fuit imago Dei in Christo adolescente quàm in puero: id quod nihil detrahit dignitati Christi; hoc enim factum est per œconomiam in gratiam nostri: alioquin indignum esset Christo ut puer fuerit [o].

[n] G. [o] Cam.

CAP. III.

1. ANno—*quintodecimo*] Sicut Prophetæ post Regni Israelitici factam divisionem tempora solent notare tum Regum Judæ, tum Regum Samariæ, qui tum Terram promissam inter se partiebantur; ità & Lucas narraturus *ostensionem Israeli* duorum Prophetarum, Johannis & Messiæ ipsius, temporis accuratam descriptionem adhibet, nominatis omnibus qui tum ullam Terræ promissæ partem suo aut alieno nomine obtinebant [a]. Annus hic erat annus mundi 3957. annúsque, ut communis est sententia, quo Christus baptizatus est [b]. Ex collatione hujus versûs cum v. 23. colligunt Chronologi multi, designationem ætatis Christi connecti cum anno 15. Tiberii: quod tamen nec verba docent, nec contextus. Ingens est intervallum inter v. 1. & v. 23. & multa interseruntur. Nec constat aut initium prædicationis Johannis, aut designationem ætatis Christi, necessariò connecti debere cum baptismo Christi. Nec conveniunt in Epocha annorum Tiberii figenda; aut quem computum Lucas sequitur. Si Judaicum, incipiendo à Nisan anni quo obiit Augustus, an à Nisan anni sequentis. Si Romanum, an cum Suet. & Dione ab anno Juliano 59. an cum Velleio Pater. ab anno 61 [c]. ¶ *Imperii*; ità Mo. P. Er. Tre. Be. &c. Τῆς ἡγεμονίας] Romanam *Imperii* vocem expressit, quo tum nomine ad declinandam invidiam potestas verè Regia occultabatur. Vide Appianum [d]. Accuratiùs ergò loquitur Lucas quàm ullus Græcorum. Hi enim Imperatores Romanorum βασιλεῖς vocant [*]. ¶ *Tiberii Cæsaris*] Qui tertius erat Romanorum Imperator, nequissimus mortalium, &c [f]. ¶ *Procurante*; ità Be. Pi. Ἡγεμονεύοντος] *Prætore*, Ca. *In*, vel *sub*, *præfectura*, Tre. ex Sy. Pers. sim. Æth. Ar. *Præside*, Er. Il. Ti. P. V. Camer. sim. Mo. Bru. Ἡγεμονεύοντος, i. e. ἐπιτροπεύοντος· quod interpretamentum in Codicibus quibusdam contextum occupavit. Hic ἡγεμονεύειν non ex Romano, sed ex communi, usu sumitur, quomodo Petrus ἡγεμόνας vocat omnes τοὺς δι' αὐτοῦ πεμπομένους. Diximus respondere in hoc significatu vocabulo *Præsidis*, quod generale est, & eos etiam comprehendit Procuratores qui gladii acceperant potestatem [g]. At Pilatus non fuit *Præses*, (hic erat Vitellius, homo Consularis, inquit Cujacius [h],) sed *Procurator Judææ*, ut nominatur à Tacito, Annal. 15 [i]. Vocabantur Cæsaris Procuratores propriè ἐπίτροποι, Præsides, ἔπαρχοι: at Evangelistæ voce ἡγεμὼν promiscuè pro utrisque utuntur [k]. Videtur hîc Lucas parùm accuratè & Tiberii, & Pilati, Magistratum eodem verbo expressisse [l]. Resp. 1. Lucas non fuit solicitus eos distinguere. Nec Græci autores, qui Cæsarum vitas scripserunt, sibi constant. Nam Imperium modò ἡγεμονίαν, modò ἀρχὴν, modò αὐταρχίαν, dicunt. Præsides autem Provinciarum ferè vocant ἐπάρχους, vel ὑπάτους, nonnunquam etiam ἡγεμόνας· Procuratores autem ἐπίτροποι vocabantur [m]. 2. Non ità est. Nam ἡγεμονία pro Regno, Monarchia, Tyrannide, usurpatur, teste Phavorino. Non ità ἡγεμονεύω· quod Hesychius exponit per ἄρχω, Phavorinus per διοικῶ· quæ verba Magistratui inferiori propriè conveniunt [n]. ¶ *Pontio Pilato*] *Pontius* erat Prænomen Romanis usitatum [o]. Successit hic Valerio Grato in Procuratione Judææ, quam pessimè administravit, ideóque à Vitellio, Præside Syriæ, pulsus, & Romam missus ut se purgaret [p]. ¶ *Tetrarcha*; ità Er. Mo. Ti. Be. &c. Τετραρχοῦντος] *Dum esset Tetrarcha*, Sy. Pers. P. De *Tetrarchæ* nomine & principatu, vide ad Matth. 14. 1 [q]. Τετραρχία dicitur à principatu quadripartito, aut aliam ob causam. In ordinibus etiam militaribus fuit πετράρχης [r], qui scilicet quatuor λόχοις præerat [†]. Et in Alceстide jubentur ab Admeto cives τετραρχίᾳ χορὸς, &c. *ludos instituere quadripartito* [t]. Τετράρχης est qui quartam Regni partem administrat [v]; q. d. *quartus princeps* [x]: qui unius tetrantis, sive quadrantis, totius regionis Dominus est [y]. Non placet: nam, 1. *Tetrarchiæ Regnorum instar erant*, &c. inquit Plin. 5. 18. qui & c. 23. ait *Cælesyriam habuisse 17 Tetrarchias.* 2. Herodis Regnum in tres tantùm partes, pro numero filiorum sectum erat. *Tetrarchia* ergò potiùs videtur denotare quartum in Imperio Romano dignitatis & potestatis gradum. Ubi 1. erat Imperator; 2. Proconsul, sive Præses Provinciæ; 3. Rex; 4. Tetrarcha. Sic apud Hebræos *Misneh*, & *Shalish*, hominem à Rege secundum vel tertium, denotant [z]. Idem Herodes alibi *Rex* dicitur, hîc *Tetrarcha*, h.e. Præfectus regioni cum potentia Regia, & durante vita: quum ἡγεμὼν ad tempus mittitur [a]. ¶ *Galilææ*] Hoc nomine censet totam Tetrarchiam Herodis, cùm tamen magna pars ejus esset Περαία, *Peræa*, regio Transjordanina. Hinc quæritur an Transjordanina unquam vocata fuerit *Galilæa?* Resp. Ità puto. 1. Pars superior Transjordanicæ appellatur *Galilæa:* nam, 1. loca *trans Jordanem* vocantur hîc *Galilæa gentium*, Matth. 4. 15. distinctivè à *Galilæa* propriè sic dicta, cis *Jordanem.* 2. Qui *Judas Galilæus* dicitur, Act. 5. 37. Josepho est *Gaulonita, ex urbe Gamala:* cùm sat notum sit, *Gaulonam* & *Gamalem* fuisse trans Jordanem. 2. *Peræa* specialiùs sic dicta, quæ olim Regnum *Sichonis*, postea habitatio *Reubenitarum*, & aliquorum *Gaditarum*, nuncupata est Galilæa. Nam, 1. Sub dominio Herodis Magni erat tota Canaanitis, & citra Jordanem, & ultra: hæc in quatuor Tetrarchias dividitur, 1. *Judæam:* 2. *Samariam*; utramque sub regimine Pilati: 3. *Ituræam & Trachonitidem*, sub Philippo: 4. *Galilæam* cis Jordanem, & *Peræam* trans. Cùm ergò Lucas, duas has ultimas Tetrarchias dividens, *Galilæam* tantùm nominet pro Herodiana, planum est quòd *Peræam* etiam concludat sub nomine *Galilææ*, & loquatur ut in re nota & recepta. 2. Jesus, à suis *Hierosolymam* tendens, *transiit* primùm *per medium Samariæ*, & tum, *Galilææ*, Luc. 17. 11. Aptiùs dictum videretur, *Per medium Galilææ* (quæ primò transeunda erat) *& Samariæ.* Porrò, in isto itinere certum est, transiisse eum in *Peræam*, transitâ priùs *Samaritide.* Unde probabile fit, *Peræam* ibi, ut & hoc loco *Galilæam*, dici. 3. Convivæ Herodis in cœna illa, quæ erat in extremis Peræ limitibus, dicuntur fuisse *Magnates Galilææ*, Marc. 6. 21. i. e. Peræ. 4. Mentio est de *Geliloth Jordanis*, Jos. 22. 11. cùm sermo est de *Peræa:* unde regio ista etiam bene dici potuit *Galilæa* [b]. ¶ *Herode*] Antipâ, sive Antipatro [c]: altero filio Herodis Magni; cujus testamento & dono Cæsaris fuit Tetrarcha Galilææ & Peræ. ¶ *Philippo*]. Tertio filio Herodis, M. ¶ *Fratre ejus*] Non tamen germano, sed ex alia matre [d]. ¶ *Ituræ &* (forsan *&*, pro, *id est*, D.) *Trachonitidis*] Solet & Trachonitis *Ituræa* nomine appellari [*]. Euseb. in Locis, *Trachonitis regio*, inquit, *sive Ituræa*, &c [f]. Sed hîc *Ituræa* peculiariter dici videtur Batanæa & Auranitis: nam illis partibus unà cum Trachonitide Philippus præfuit [g]. Vide Jo. Antiq. 8.7 [h]. Olim tota regio Transjordanica divisum est in Regnum Sichonis, sive *Peræam* strictè dictam; & *Regnum Og*, sive *Basan.* At post capt. Bab. subdivisa est *Basan*, ut *Batanæa*, sive *Basan*, fuit pars ejus tantùm, & reliqua exceperint *Trachonitis & Auranitis*; imò, si vis, & *Gaulonitis*: nam distinctionem talem habes Jo. Bel. Jud. 3. 4 [i]. Quod *Argob*, Deut. 3. 14. Targumistis est *Trachona* [k]. *Trachonitis* sic dicta est, vel quòd saxosa & aspera sit, nam τραχὺν *saxosum* denotat [l]: vel à duobus montibus, qui *Trachones* dicti sunt, Strab. l. 16. Plin. 5. 18. Erat regio Syriæ: vide Jo. Antiq. 15. 13 [m]. Erat regio ultra Jordanem, quæ à monte Libano usque ad lacum Tiberiadis panditur, Jo. Bel. 3. 2 [n]. Al. Erat ultima Transjordaninæ regio versùs Orientem. Nam, 1. Gemaristæ *Trachonam extendi* notant *ad Bosram*, vel *Bosorram*, in limitibus *Peræ*: de qua Jo. Antiq. 12. 12. 2. Ptolem. cap. 15. prope finem, *Trachonitas* ponit ab Orient. parte *Batanææ*. 3. Jo. de Excid. 3. 4. *Gamalitica*, inquit, & *Gaulanitis*, *Batanæa* & *Trachonitis*. At nonne & ipsa *Gamalitica & Gaulanitis* erat intra *Batanæam?* Verissimè.

[a] G. [b] Li. harm. 130. [c] Span. dub. 2. 10. 19. [d] G. [*] Langius in Wal. [f] Li. harm. 130. [g] G. [h] Ham. [i] Cas. Scul. ex. 1. 14. Ham. ex Cujacio. [k] Scul. ib. [l] Lang. in Wal. [m] Be. [n] Lang. ib. [o] Li. harm. 122. [p] Li. ib. 131. [q] Bru. sic Mal.

[r] Camer. [†] Gua. [t] Camer. [v] Zeg. sim. Ham. Q. in Li. [x] Zeg. [y] Scul. ex. 1. 2. [z] Li. harm. p. 132. [a] Ham. [b] Li. chorog. ad Luc. c. 1. sect. 3. [c] Er. Bru. Li. harm. 131. [d] Bru. [*] G. [f] D. [g] G. sim. Ham. [h] Ham. [i] Li. chorog. ad Luc. c. 1. sect. 3. [k] Ibid. sect. 4. [l] Bru. [m] Li. harm. 133. [n] Bru.

rissimé. Distinguit ergò inter *Batanæam* quà erat Galilææ vicinior, (quam ab urbibus celebribus, *Gamala* & *Golan*, denominat *Gamaliticam* & *Gaulonitin*;) & quà remotior, quam nomine suo proprio *Batanæam* vocat, & post eam ulteriùs *Trachonitin* [o]. *Iturea* est regio, à Jethur filio Ismaelis dicta [p], citra Jordanem, ad Libani montis radices [q], in sorte tribûs *Nepthalim* [r], in longum porrecta Occidentem versùs, à monte Libano & finibus Cæsareæ, (quæ & hujus *Philippi* fuit,) ad montes usque Sidoniorum & Tyriorum [†]. Regio *Decapolis* variè in SS. denominatur. Dicitur modò *Ithureæ*, modò *Trachonitis*, modò *Planities Libani*, modò *terra Moab*, nunc *Gabul*, [forsan *Cabul*,] nunc *Galilæa gentium*, nunc *Galilæa superior* [t]. Confusè satis. *Ituræam* sic dictam puto ab חיתורי, *Hitturi*, *suffossiones*, propter subterraneos meatus, aut speluncas, quæ ibi frequentes erant & celeberrimæ, testibus Strab. l. 16. Josepho, & Gul. Tyrio, 22. 15. *Ituræa* hæc erat trans Jordanem: erátque vel *Auranitis* sola; (*Auranitis* autem est quæ Ezec. 47. 6. חורן, quod Græcis ibi est Αὐρανῖτις· erátque, ut inde patet, in extremis terræ oris versùs Septentrionem:) vel *Batanæa* & *Auranitis*; ex collat. hujus Lucæ loco cum illo Josephi, *Philippus Tetrarcha fuit Trachonitidis, Batanææ*, & *Auranitidis*. Aut ergò *Auranitis* & *Batanæa* Josephi sunt *Ituræa* Lucæ; aut *Batanæa* Josephi confunditur cum *Trachonite* Lucæ, & sola Auranitis est *Ituræa*. Nam in Jo. Antiq. 20. 5. mentio fit *Tetrarchiæ Philippi*, distinctæ à *Batanæa* & *Trachonite*. Quænam autem illa? *Auranitis* certè Josepho, & forsan ea *Iturea* Lucæ. Plinius quidem 5. 23. & Strabo l. 16. *Ituræos* ponit in *Cyrrhistica*, sive *Chalcidice*, *Syriæ*. Verùm non puto eos regionem *Ituræam* ibi disponere, sed innuere fuisse ibi Troglodytas, qui habitarent in speluncas [v]. *Ituræa* erat regio parva in confinio Syriæ & Arabiæ [x]. ¶ *Et Lysaniâ Abilinæ* (vel, *Abilenes*, Be. Pi.) *tetrarchâ*] Lysaniam hunc, ut exiguæ portionis Dynastam, in Josephi historia disertè memoratum non invenias. Sed, cùm idem dicat partem aliquam οἴκε Ζηνοδώρε, i. e. Abilenæ, quam & ideo à possessore vocat Ζηνοδώρε τετραρχίαν [y], (nam οἶκος Josepho sæpiùs idem est ac Tetrarchia, vel dominatio [z],) Philippo attributam, eo ipso indicat partem ejus potiorem penès alium fuisse: Is autem fuit Lysanias cujus hîc Lucas meminit, ex posteritate nimirum Lysaniæ illius qui eandem regionem, *Abilenam* dictam ab urbe *Abila*, *Chalcidenem* aliis ab urbe *Chalcide*, tractûs ejusdem, Antonio per Orientem imperante, obtinuit, post patrem Ptolemæum Mennæi filium: à quo Lysania regio ista passim Λυσανίε οἶκος, aut etiam βασιλεία, aut Ἄβιλα Λυσανίε, dici cœperat. At, sicut post hujus prioris Lysaniæ mortem regio hæc dicta est *Zenodori tetrarchia*; ità post Zenodori mortem, aut conductione ejus finitâ, (nam locatam obtinuerat,) cùm alter hic Lysanias, priori cognominis, &, quod non dubito, ab eo ortus, (solebant enim Romani majorum memoriam in posteris honorare,) eandem regionem tenuit, dici iterum cœpit *tetrarchia Lysaniæ* [a]. Ante natalem Domini 40 circiter annis vivebat in Syria Ptolemæus Mennæi F. Tetrarcha Ituræ. Huic in Dynastia successit filius ejus Lysanias, Jo. Antiq. 14. 23. Dio. l. 49. Hic Lysanias sedem dominationis fixit Abilæ, quæ (quia plures erant in Syria urbes cognomines) dicta erat, teste Ptol. *Abila Lysaniæ*. Illo ab Antonio occiso, Cleopatra primùm eam Tetrarchiam possedit, tandem Augustus fisco suo addixit, eam Zenodoro cuidam colendam tradens; postea verò Herodi donavit, &, ipso mortuo, partem illius Philippo, ejus filio, attribuit, inquit Josephus. Reliquam autem, eámque præcipuam, partem, atque adeò ipsam Abilenam, donavit Lysaniæ cuidam, prioris Lysaniæ, ut volunt, filio; vel, quod malim, alii priori illi cognomini [b]. Ab אבל, *Abel*, cujus nominis loca plura, *Abel Shittim*, *Abel beth Maachah*, &c. fit *Abila*, vel *Abella*: quales plures erant. Vide Ptol. Plin. &c. Hinc *Abelas Ciliciorum*, in Targ. Jon. ad Num. 34. 8. Quin & ipsissima vox *Abilene* occurrit in Vajicra rabba, fol. 184. 1 [c]. *Abilene* ab *Abila*, urbe sita inter Libanum & Anti-libanum [d]. Hunc principatum Lucas prætermittere noluit, quum præsertim Judæi non pauci in eo habitarent, in finibus Decapoleos; quò & Christus venit, &c. Vide Matth. 4. 25. Marc. 5. 20. & 7. 31 [*]. De his autem regionibus &

o Li. chorog. sect. 4.
p Bru. Li. harm. 133.
q Bru.
r Berrard. in Li.
† Bru.
t Borchard. in Li.
v Li. chorog. ib. sect. 5, 6.
x Cas. in Wal.
y G.
z Cas. in Wal.
a G.
b Cas. in Wal.
c Li chorog. ib. sect. 7.
d Bru.
* Cas. in Wal.

Tetrarchiis loquitur, quia *Syria* cum *Judæa* unam Provinciam constituit, & sub uno Proconsule erat. Ut antè tempus natalis Domini designat, notato tempore Præsidis Syriæ, Luc. 2. 1. ità & h. l. nominat dominia Syriæ, nempe *Ituræam*, *Trachonitidem*, & *Abilenem* [f]. Opportunus erat Christi adventus, dominantibus ubique alienigenis [g].

2. *Sub*, &c. Ἐπ᾽ ἀρχιερέων, &c.] *Sub Pontificibus maximis Anna & Cajapha*, Be. Pi. &c. At unus tantùm ἀρχιερεὺς esse debebat [h], qui & perpetuus erat, non annuus [i]. Hieros. Sanhed. fol. 29. 1. *Non præficiunt duos summos Pontifices simul* [k]. Quî ergò fit, ut duo h. l. sint ἀρχιερεῖς [l]; Cajaphan tunc functum Pontificatu Maximo ex Josepho apparet [m]. *Annas* idem est quod Pœnis effertur *Hanno*: nam Syrorum est *A* longum ut *O* efferre [n]. Hic *Annas* idem qui *Ananus* Josepho [o], & *Ananias*, Act. 23. 5 [p]. [Difficultatem autem propositam variè solvunt.] 1. Significat Christum prædicationem cœpisse, Annâ Pontifice, & eam consummâsse, Cajaphâ Pontifice [q]. Contrà, describitur h. l. non duratio prædicationis Christi, sed initium prædicationis Johannis. 2. Duo simul, ἀρχιερεῖς dicti, alibi quoque occurrunt, ut *Zadoc* & *Abiathar*, qui simul memorantur 2 Sam. 15. 35. & *sacerdotes* vocantur 2 Sam. 17. 15. & 19. 11. &c. & Zadoc constanter præponitur *Abiathari*, ut h. l. *Annas Cajaphæ*. Cujus forsan causa est, quòd *Zadocus* jus habuit ad Pontificatum, utpote filius illius *Abitubi*, de quo 1 Par. 6. 8, 53. successor Eleazari, v. 4, 50. & proinde, Abiathare expulso, Pontificatus illi restitutus est, 1 Reg. c. 2. v. 35 [r]. 3. *Pontifices* vocabantur non solùm qui Pontificatu jam fungebantur, sed & qui eo destituti sive exautorati sunt, seu Expontifices [†], sive qui oblationibus præerant sacerdotalibus; nec non Pontificum Vicarii, etiam & illi quibus erat Pontificibus sanguis conjunctior [t]. Hinc Josephus Bel. Jud. 2. 21. nominat Jonatham & Annam *Pontifices*; cùm tamen Jonathas tantùm verè Pontificatui præesset: Et pòst nominat Ananum & Jesum simul *Pontifices*, cùm tamen Ananus subrogatus, Jesus suffectus, esset. Et Antiq. 20. 6. ἀρχιερεῖς, *Pontifices, cum Sacerdotibus contendisse* ait [v]: & sic sæpe *Pontifices* pro *Pontificiis* ponit [x]. Sed multi erant hoc sensu *Pontifices*, neque hoc peculiare erat *Annæ* ut eo nomine in Fastis Pontificalibus vocaretur Ἀρχιερεὺς *illius anni* [y]. Annas erat סגן, *Sagan* [z], secundus ab illo [Caiapha] Pontifex [a]. Juchasin, fol. 57. 1. *Sagan, quoad gradum, idem erat summo Pontifici, quod secundus quis Regi*. Verùm non tam putem *Sagan* fuisse *Vice-Pontificem*, (qui, Pontifice fortè immunditiem contrahente, munus ejus obiret,) quàm, ut ità dicam, *Super-Sacerdotem*, eundem cum *Præfecto Templi*: cui cura præcipuè incubuit de ministerio, de tempore mactandi victimam, de persona mactante, & spargente sanguinem, &c. Hic infra summum Pontificem erat, at supra capita Ephemeriarum. Vocatur vulgò *Sagan sacerdotum*, quòd arguit primatum ejus inter Sacerdotes potiùs, quàm deputationem sub Pontifice. Ob independentem hanc dignitatem, Annas vocatur ἀρχιερεὺς æque ac Caiaphas [b]. Fuit ille Vicarius, qualis *Zephaniah*, dictus *secundus sacerdos*, Jer. 52. 24 [c]. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. *Sagan* Pontificis locum tenere non debuit, nisi ipso Pontifice, aut polluto, aut ægroto. At *Annæ* sua constabat authoritas, Joh. 18. 13. Cajaphâ valente & munus suum obeunte, v. 28. & Act. 4. 6 [d]. 2. Non temere credendum, Lucam, qui Tiberii, Pilati, & Tetrarcharum, nominibus annum signâsset, statim bina, etiam ad tempora Ebraica denotanda, Pontificum nomina subjungere voluisse; quorum alterum Expontifex aut Vicarius tantùm esset: cùm præter morem sit, talium nominibus annos & tempora signare [*]. 3. Repugnat, quòd *Annas* ubicunque cum *Caiapha* nominatur, illi semper præponitur [f]. Sed id fieri potuit; quòd *Caiaphæ* esset socer [g], ac proinde summæ eo tempore auctoritatis, patre genitus Pontifice Maximo, & ante Cajapham functus Maximo Pontificatu: imò, ut credibile est, soceri gratiâ hunc honorem gener impetraverat [h]: quòd maximi esset inter populares honoris, quippe qui quinque filios, omnes Pontifices, haberet, quod nemini antè accidisse notat Josephus; atque nunc generum Pontificem [i]: & quòd multis annis ipse Pontificatum gubernâsset [k]. Quare, mirum non videatur, *Annam* ità cum *Caiapha* conjungi, qui primarias in actione in Christum

f Li. harm. 133.
g Bru.
h Ham. Li. &c.
i Ham.
k Li. ho.
l Ham.
m G. Seld. in Wal. &c.
n G.
o Camer. sim. G. Ham.
p Ham.
q Euseb. in Ham.
r Ham.
† Seld. in Wal. sim. Scul. ex. 1. 14. G.
t Seld. ib.
v Scul. Seld.
x Scul.
y Ham.
z Li. ho. G.
a G.
b Li. ho.
c Q. in Ham.
d Ham.
* Seld.
f Ham.
g G. sic Li. ho.
h G.
i Seld.
k Scul.

ſtum partes, velut juriſdictionis ſeu poteſtatis civilis, quæ Pontificibus tunc permiſſa eſt, ſocius, egit. An verò hinc præponendus erat, viderint eruditi [l]. [Hæc de tertio ſolutionis modo.] 4. Sciendum eſt, Judæis, cùm alienigenis ſubeſſent, indultum fuiſſe ut aliquem ex ſua gente haberent qui eſſet נשיא, *Naſi*, vel ἄρχων τοῦ λαοῦ, qui poteſtatem in Judæos ſummam habebat, ſed limitatam,& Principi extraneo ſubordinatam,quæ controverſias inter ſe ortas decideret,ſed ſine Jure vitæ & necis. Tales erant ראשי הגלות, ſive αἰχμαλωτάρχαι, præcipui reducum è Babylone,ut Zorobabel,Hag.2.& Zach.4.& poſteri ejus,uſque ad Maccabæos. Hoc porrò munus τοῦ Naſi alicui imponi ſolebat qui & præcipuæ erat apud eos authoritatis,& maximæ peritiæ in Jure ſuo: qualem & Sacerdotem fuiſſe,& quidem primarium,ex 24.illis familiis Sacerdotalibus,prorſus veriſimile eſt.Cùm itaque hic*Naſi* & ἄρχων eſſet, & ἱερεὺς, quidni & ἀρχιερεὺς dicatur [m]? Nomen hoc ἀρχιερεὺς in decurtata illius ævi Reip. Ebraicæ formula, aut Functionem ſacram indicavit,aut Præfecturam, ſeu dignitatem civilem quâ ipſi Pontifices præ cæteris eminebant. Ubi de Functione ſacra—verba fiunt, Pontificem Aharonicum denotat: Ubi autem de civili dignitate Pontificum, veri ſatis ſimile eſt, illo nomine deſignari Pontificem, non quà in ſacram dignitatem evectus ſit, ſed quà adminiſtrationi civili præerat [n]. Erat itaque *Annas* נשיא, *Caiaphas* autem Pontifex Maximus [o]: ut hos duos ſignantiùs conjunctos præ cæteris fuiſſe, ſimúlque in rebus gravioribus nominatos [p], & ἀρχιερεῖς hîc dictos, minimè mirum ſit [q]. *Annas* erat caput Synedrii, qui Moſem repræſentavit,ut *Caiaphas* Aaronem [r]. Hoc tempore *Annas* erat Princeps Synedrii, *Caiaphas* Pater Synedrii: anno verò Paſſionis Chriſti, *Annas* Pater, *Caiaphas* Princeps: poſtmodum verò, *Annas* itidem Princeps, & *Caiaphas* Pater, ut Act. 4. & 23. Nec enim munus Principis nec Patris perpetuum erat, ſed ab alio ad alium, pro re nata, tranſlatum, ut ex titulo Talmudico *Horaiioth*, cap. 3, &c. elicitur. Principi autem Synedrii Pater ſemper ſecundarius erat. Quæ forſan cauſa, quòd *Caiaphas Annæ poſtponatur* [†], Act. 4. 6 [t]. & Joh. 18. 13. ubi ad *Annam* primò ducitur, & ab eo miſſus ad *Caiapham*, v. 24 [v]. Nec objiciat quis, ità Sacerdotem Summum, dum Pater Synedrii eſſet ipſe, Principe Synedrii minorem fuiſſe. Id quidem adeò verùm erat in illa Reip. forma, & in civili rerum, de qua loquimur, adminiſtratione, ut Synedriorum ipſorum non ſolùm Magni, ſed etiam Minorum, juriſdictioni ſubeſſet ipſe Pontifex, ut liquet ex tit. *Sanhedrim*, &c [x]. 5. Sacræ Ebræorum leges jam à Romanis violatæ ſunt, & poteſtas Pontificia, uni debita, binis ſive ſimul, ſive alternatim, etiam eodem anno donata eſt [y]. Sed nullibi, vel illo ævo, binorum ſimul Pontificum pari jure ſimul utentium mentio extat. Crebrò apud Talmudicos occurrit, *Non ungebant binos in Pontificatum ſimul*. Vide Gemaram Hieroſ. tit. *Horaiioth*, & tit. *Joma*,&c. ubi tamen dicitur, *Et permutabant illum* [*Pontificatum*] *ſingulis annis* [z]. Non ſimul ambo Pontificatum eodem tempore adminiſtrabant [a], ſed per vices [b], idque annuatim, teſte Codice Joma, cùm Pontificatus pecuniâ redimi ſolebat; id quod jam pridem cœptum fuiſſe,liquet ex 2 Mac. 4 [c]. ¶ *Factum eſt verbum Domini*, &c. Ἐγένετο ῥῆμα, &c.] Senſus, *Dominus allocutus eſt Johannem* [d]. *Verbum*, i. e. mandatum docendi [*]. *Verbum*, vel perſonale, ſive ſubſtantiale, ut Joh. 1. 1. vel verbum Prophetiæ [f]. Non ſponte ſuâ proſiliit, ſed juſſus miſſúſque à Deo [g], ad prædicandum & baptizandum. Confer Joh. 1. 33. Tale erat mandatum Prophetarum, ut Jer. 1. 2. Ezec. 6. 1, &c. Suprà diximus de afflatu Prophetico dici ſolet, *fuit manus Domini ſuper eum*. At de mandato dici ſolet, ἐγένετο λόγος Κυρίου, &c. *fuit verbum*, &c. ut ex Eſaiæ & Jeremiæ Libris non uno loco videre eſt. Lucas, quia utraque locutio rem eandem notat, loquendi genera permiſcuit, & ῥῆμα dixit, ubi alii λόγον, ut & Paulus aliquoties, & Scriptor ad Hebræos. Idem, quod hîc apparet, loquendi genus eſt in Græco initio Jeremiæ [h]. ¶ *Zachariæ filium*] Ità inſcribi ſolebant Sacerdotum filii, cùm adoleverint, notatis & ſuis & patrum nominibus [i]. ¶ *In deſerto*] In quo verſabatur, muneri ſe præparans. Imitatus eſt Batus ille apud Joſephum, κατὰ τὴν ἐρημίαν διατρίβων [k]. מדבר, quâ voce Eſaias 40. 3. uſus eſt, ſignificat h. l. ſaltuoſam & montanam illam Judææ regionem, in quâ parentes ipſius habitabant, Luc. 1. 39 [l]. urbes & vicos in deſerto, ut Joſ. 15. 61, 62. & 1 Sam. 23. 14, 24 [m].

[l] Seld. [m] Ham. [n] Seld. in Wal. [o] Ham. Li. harm 134. ſim. Seld. [p] Seld. [q] Ham. [r] Li. harm. [†] Seld. [t] Li. [v] Ham. Li. [x] Seld. [y] Aug. &c. in Wal. [z] Seld. [a] Di. [b] Di. ex Be. [c] Di. [d] V. [*] Pi. Zeg. [f] Li. harm. 135. [g] Bru. [h] G. [i] Li. harm. 136. [k] G.

3. *Regionem*, Τὴν περίχωρον] *Regionem circumjacentem*, Be. Bru. Pi. quæ *deſertum* vocatur Matth. 3. 1. & Marc. 1. 4 [n]. Diverſis in locis ad Jordanem ſitis Baptiſmum exercebat, ut modò in *Bethabara*, Joh. 1. 28. modò in *Ænon* apud *Salim*, Joh. 3. 23. Ubi autem ille erat, eò confluebat ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου, ut Matthæus nos docet [o]. ¶ *Pœnitentiæ*, &c.] Hebraiſmus, pro, ut eos anteactæ vitæ pœniteret, & lavarentur aquâ in ſignum condonatorum peccatorum per Chriſtum [p].

4. *Semitas ejus*] Id eſt, vias per quas venturus eſt [q].

5. *Omnis vallis implebitur*, &c.] Paulò ulterius quàm cæteri verba Eſaiæ proſequitur Lucas, quia illis ſatis fuerat locum indicare, hic omnia, quæ ad rem faciebant, verba apponere maluit. Sequitur autem Lucas verbotenus LXX Interpretes, ut ſæpe. Nimiùm eſt anxia eorum περιεργία, qui in dictis ἀλληγορουμένοις ſingulas partes minutatim excutiunt, & quærunt quid cui reſpondeat, cùm ſatis ſit in re tota comparationem intelligi. Ità hic multa Origenes atque alii argutantur, ut explicent qui ſint *montes*, qui *valles*, &c. cùm illud ſufficere debeat, quod alibi dixi, munitoris officium deſcribi; ἐν τύπῳ quidem apud Eſaiam, ut ſignificetur, omnia jam parata eſſe ad populum è Babylonia in Judæam poſtliminio reducendum; διὰ τύπου verò, ad annunciandam liberationem à ſervitute peccati & mortis, quæ reditu illo figurabantur. Notum autem eſt, quoties magni Reges, cum exercitu præſertim, iter faciant, præmitti qui hiantia ſolident, exſtantia complanent, per devia compendium faciant, nequid itineri obſtet aut moram faciat. Plenæ ſunt hiſtoriæ. Vide Joſephum, cùm Titi adventum ad Hieroſolyma deſcribit, & Plutarchum Gracchis, [& ipſorum verba in G.] Xenophon ad hoc miniſterium delectos ὁδοποιοὺς vocat. Rectè autem arbitror, quæ apud Prophetam & Lucam Futuro tempore enunciantur, per Imperativum exponi; ἀναλογικῶς tamen, ut nempe imperium illud, de reditu ex Babylonia acceptum, Dei potentiam ſignificet; in Baptiſtæ autem miniſterio ſimul exigat humanum obſequium. Neque enim novum eſt habere aliquid diſſimile figuram & id quod per figuram innuitur. Sic & converſio hominis modò creationi, modò reſuſcitationi ex morte, comparatur; cùm in converſione ſuas habeat partes humanæ voluntatis τὸ ἑκούσιον in illis actionibus, nullas [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας] *Et prava in recta, & aſperæ viæ redigentur in planas*, Ca. *Et obliqua*, ſive *curva*, (ſcilicet *viarum*, Bru.) *ſint*, vel *fiant*, (vel, *fient*, Be. Pi. &c. *vertentur*, Ti.) *in rectam*, Bru. V. ſub. *viam*, V. Bru. ſic Be. Pi. &c. (vel, *recta*, Be. Pi. &c.) *& aſperæ* (i. e. ſenticoſæ, aut petricoſæ [†],) ſub. *viæ*, Bru. & ſub. *fient*, Be. Pi.) *viæ planæ*, Bru. ſic Be. Pi. &c. i. e. læves [t], faciles. Senſus, Vivendi mores pravi mutabuntur in bonos [v]. Hæc Judæi applicant ad vias complanandas pro reductione captivitatis Iſraeliticæ. Nam hoc præcipuum erat quod à Meſſia expectârunt, ut reduceret tantùm captivitatem Iſraelis. Tradunt Judæi de nube ductrice Iſraelis, quòd *præcurrebat eos ad deprimendos colles, & elevandas valles, & interimebat ſerpentes*, &c. Targ. in Cant. 2. 6 [x]. *Et fiet arduum*, ſive *difficile*, *facile*, &c. Ar. Perſ. *Et erit tumulus in humilem locum*, &c. Tre. ex Sy. potiùs, *Et erit tortuoſum in rectum*, ſive *æquale*, &c. Di. ex Sy. [De quo vide Di.]

6. *Et videbit*, &c.] Paucis verbis omiſſis proſequitur Lucas Prophetæ verba. Sed apud Prophetam eſt, *Et videbit caro omnis pariter id quod ore Domini eſt pronunciatum*. LXX autem pronomen, addito nomine, explicant ſatis commodè, Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, ὅτι Κύριος ἐλάλησε· unde hoc deſumpſit Lucas. Diximus, σωτήριον & σωτηρίαν promiſcuè poni apud LXX. Senſus eſt, Beneficium hoc ſalutare omnibus hominibus conſpicuum fore, ut fuerat liberatio ex Babylonica captivitate. Vide Luc. 2. 30, 31. & Tit. 2. 11 [y]. *Salutem Dei* vocat Meſſiam ſalutis auctorem [z].

8. *Et nè*, &c. Μὴ ἄρξησθε λέγειν, &c.] *Nè cœperitis dicere*, &c. Be. Pi. i. e. nè dicatis [a]. Similis Pleonaſmus Matth. 11. 7, 20. & 12. 1. & 16. 22. &c. & Luc. 4. 21. & 5. 21.

[l] Scul. ex. 1. 14. [m] Li. ib. [n] Bru. [o] G. [p] V. [q] V. [r] G. [†] Bru. [t] V. Bru. &c. [v] Bru. [x] Li. ho. [y] G. [z] Bru. ſim. Be. D. [a] G. ſic D.

& 5.21. & 7.24, 38, &c[b]. Sic Act. 1.1. *Quæ cœpit facere & docere*[c]. In quodam cod. est, μὴ δόξητε, &c. ut est in Matth. i.e. *nè putetis* vobis *dicendum*[d]. ¶ *Suscitare*, &c.] Id est, vobis ad unum deletis, instaurare posteritatem ipsi Abrahæ*.

10. *Turbæ*] Quas suprà increpaverat, v. 7. h. e. plebs sive vulgus[f], ut apparet ex Luca; necnon Pharisæi & Sadducæi, ut liquet ex Matthæo[g]. ¶ *Quid—faciemus?*] Vel, 1. ut tales fructus feramus; vel, 2. ut excidium evadamus[h]: *ut servemur:* quod in uno exempl. & in meo vetustiss. cod. additur[i]. Sed prius potiùs intelligi apparet ex Baptistæ responsione, v. seq[k]. Vide hîc fructum doctrinæ Johannis. Bonitatem non, ut antè, in Abrahamo, sed in seipsis, quærunt[l]. Primus ad pœnitentiam motus se prodit in petendo emendandæ vitæ consilio. Ità Act. 2.37. & 16.31. Hominibus, longâ peccandi consuetudine corruptis, non satis est generaliter præcipi ut *dignos pœnitentiâ fructus faciant*, sed veniendum est ad præcepta quædam particularia[m].

11. *Qui habet duas tunicas, det*, &c. Μεταδότω, &c.] *Impertiat non habenti*, (ullam scilicet[n];) *& qui habet escas* (nempe cibum superfluum[o],) *similiter faciat*, Be. Pi. Consultus à diversis hominum generibus Johannes, accommodatè unumquodque alloquitur[p]. Hîc turbam alloquitur, ità tamen ut commune hoc sit omnibus præceptum: cùm seq. Publicanis & militibus propria sint[q]. Nè putarent ablutionum & victimarum ceremoniis aliisque id genus ritibus se posse evadere iram Divinam, ostendit Baptista requiri veras animi virtutes, quarum præcipua *Dilectio*, quæ dicitur *obtegere multitudinem peccatorum*, 1 Pet. 4.8. Simile huic consilium dat Daniel, 4.27. & ipse Jesus infrà 11.41. ubi hac de re pleniùs agemus[r]. Omnes caritatis species, per duas communissimas maximéque necessarias, victum ac vestitum, h.l. significat †. Populariter autem Dilectionem sive Beneficentiam ab operibus maximè conspicuis descripsit, jubens ut aliorum egestatem, ex eo quod ipsis supererat, supplerent, ἐκ τῆς ὑπεροχῆς τὴν ἔνδειαν, ut loquitur Aristoteles; ἐκ τοῦ περισσεύματος τὸ ὑστέρημα, 2 Cor. 8.14. quæ optima beneficentiæ regula est, neque naturalem nostri curam nobis detrahens, neque nos patiens per delicias abuti quarum penuriâ alii miserabiles vivant. Exprimit autem hoc ipsum Johannes exemplo tum Vestium, tum Ciborum; quia ea maximè usus humanus desiderat, & in iis supra modum congerendis, & per luxum prodigendis, maximè peccatur. Vide Luc. 16.19. ubi homo dives describitur splendido vestitu victúque, cùm pauper interim popularis extremâ fame consumeretur. Non longè hinc abit Martialis illud, *Ex opibus tantis veteri fidóque sodali Das nihil, & dicis, Candide*, Κοινὰ φίλων. Quare, quod hîc dicitur, δύο χιτῶνας, satis apparet non ità accipiendum quasi plus unâ veste habere vetemur, (nam neque Petrus, neque Paulus, ità superstitiosè hæc sunt interpretati, ut ex ipsorum exemplo apparet, Act. 12.8. 2 Tim. 4.13.) sed ut significetur, damnari earum rerum affluentiam quarum inopiâ alios graviter premi videmus. Bene autem voce μεταδιδόναι hîc utitur Lucas, quam & Aristoteles usurpat simili sensu. Sic & Rom. 12.8. ὁ μεταδιδοὺς est, *is qui beneficentiam in alios exercet*[t]. *Tunicam* dixit pro vestimento, & *duas*, pro superfluis, sive pluribus[v]. Non præcipit illis oblationes Legales, nec jejunia, abnegationem sui, mortificationem, patientiam, & gaudium in persecutione, &c. (talis enim cibus solidus hisce pueris in schola Evangelica impar fuisset,) sed quod facile & suave erat, opera charitatis, &c. quibus tamen experimentum sumit, quomodo mundum relinquerent, fide viverent, proximum diligerent, vitam futuram respicerent, &c. Non præscribit eis paupertatem voluntariam, ut victum emendicarent, &c[x].

12. *Publicani*] Judæi scilicet Romanorum socii aut redemptores*: qui infames habebantur[y].

13. *Nihil*, &c. Μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε] *Nihil amplius quàm quod* (vel, *quantum*, Ca.) *constitutum* (vel, *præscriptum*, Ca. *mandatum*, Tre. ex Sy. Pers. Ar.) *est vobis exigite*, Be. Pi. sic Er. Il. Ti. P. Mo. &c. vel, *quæratis*, Tre. & Pi. ex Sy. ad verb. *agite*, vel *facite*, Pi. sic Ar. Æth. vel, *conficite*. Græci & Latini sæpe eleganter vocibus simplicibus pro compositis utuntur. Sic πράσσω, pro ἐκπράσσω. Sic Theoph. Charact. dicit, *Pro usura drachmæ ternos semiobulos*, πράττειν, *exigere:* Aristophanes, πράττειν φόρους, *exigere tributum:* Athenæus, πράττειν συμβολάς, *colligere symbolum cujusque:* Xenophon, πράττειν χρήματα, *conficere pecunias*. Unde πράκτωρ, Luc. 12.58. *exactor mulctarum*[z]. A Pharisæis & Sadducæis, qui justitiam suam atque perfectionem crepabant, actionem postulat & officia positiva: à Publicanis & militibus tantùm negativa, sive mala fugienda. Cùm enim hi manifestè flagitiosi erant, prius erat ut à malo abstinerent quàm ut bonum addiscerent[a]. Præter illa vivendi præcepta quæ communiter ad omnes pertinent, hominum ordines hominésque singuli diligenter docendi sunt agnoscere ea flagitia quibus præter cæteros laborant. Solebant autem publicani ab hominibus mercatoribus, aut iter facientibus, & quibus incommodum erat adversùs ipsos judicium exposcere, multò plus exigere quàm publicitus erat constitutum. Zenonis Comici versus est, Πάντες τελῶναι πάντες εἰσὶν ἅρπαγες, (*Omnes Publicani sunt raptores.*) Διὰ τὴν πλεονεξίαν τῶν δημοσιωνῶν, (*Propter avaritiam Publicanorum*,) apud Strabonem. Adde Philonem de specialibus Legibus ultimo. Apud Suidam veteri scriptori Publicanorum vita sic describitur, Παρρησιασμένη βία, &c. (*Aperta liberáque violentia; irreprehensa rapina; impudens avaritia*, &c.) Tacit. Annal. 13. *Et quæ alia exactionibus illicitis nomina Publicani invenerant*. Scholiastes ad Equites Aristoph. Διαβέβληται τὸ τῶν τελωνῶν ὄνομα, &c. (*Infame factum est Publicanorum nomen*, &c.) *Quantæ audaciæ, quantæ temeritatis*, inquit Ulpianus, *sint Publicanorum factiones, nemo est qui nesciat: iccirco Prætor ad compescendam eorum audaciam hoc edictum proposuit*. Paulus Jurisconsultus, *Quod illicitè publicè privatimque exactum est cum altero tanto passis injuriam exsolvitur: per vim verò extortum pœnâ tripli restituitur: ampliùs extra ordinem plectuntur: alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor publicæ disciplinæ, postulat*. Exspectabant nimirum Publicani, an Johannes ipsis interdicturus esset publicorum redemptione; quippe cùm multi Judæorum nefas ducerent vectigal pendi populo extraneo, & vel ob id solùm Publicanos, ut sacros atque intestabiles, abhominarentur. Sed optimus hac quoque in parte Christi anteambulo vitæ crimina ab ipso vivendi genere discrevit, demonstrans sua monita non obstare tranquillitati publicæ, quæ in tanta hominum malitia sine tributis & vectigalibus defendi non potest: neque verò ad pietatem referre quorum sub imperio vivatur. Quod verò hic Johannes Publicanis dixit, dubium non est quin idem Herodi dixerit, dicturus & aliis Regibus, si eos compellandi fuisset occasio. Nam quod Publicanos facere vetat lex etiam Christi, idem Regibus esse nefas dictat ratio & lex ipsa naturæ. Ut publica potestas, ità & tributa, non in usum hujus aut illius, sed ad bonum commune, sunt constituta. Quare illorum est muneris publica onera cum publicis necessitatibus æquare: ità quidem ut liceat his qui Reip. præsident ex publicis obventionibus semet pro dignitatis ratione sustentare, non item modum exigendi petere à suo & aulicorum mancipiorum luxu ac libidine, quæ modum non habent. Hoc qui faciunt verè πράσσουσι παρὰ τὸ διατεταγμένον, plus scilicet exigentes quàm Lex ejus permittit cujus in Reges omnes summum est imperium[b].

14. *Milites*, Στρατευόμενοι] *Militantes*, Bru. i. e. στρατιῶται[c]. Participium loco nominis[d], more & Hebræorum*, & Græcorum, apud quos πραγματευόμενοι, pro πραγματευταί· ἑορτάζοντες, pro ἑορταί, &c; & Latinorum, quibus *negotiantes*, pro *negotiatoribus*, &c. Sic Lampridius de Alex. Severo dicit eum scivisse *& numerum & tempora militantium*, i. e. militum[f]. *Milites*, nempe Judæi[g], aut Herodi, aut Philippo, aut Romanis, militantes. Nam Romani Judæam partim *suo*, partim *Sebasteno*, partim *Cæsariensi*, milite custodiebant, ut nos docet Jo. Antiq. 19. fine. *Cæsarienses* autem Judæi erant. Sicut autem militiam in præsidiis non defugiebant Judæi, ità expeditiones sequi salvâ religione vix poterant; quia Sabbato ferre arma, & magna itinera facere, per Legem vetabantur: Adde, quòd permixti externis vix poterant observare traditam victûs rationem: quas duas causas à Judæis obtendi solitas ad impetrandam ἀστρατείαν, (*vacationem à militia*,) liquet ex Dolabellæ literis ad Ephesios, quæ apud Josephum extant: qui & à L. Lentulo

Margin notes (col. 919): [b] G. [c] D. [d] Be. * V. [f] Eru. sim. Li. harm. 149. [g] Li. ib. [h] Bru. sic Li. [i] Be. [k] Li. harm. ad v. 11. [l] Li. harm. ad v. 10. [m] G. [n] Li. ho. [o] Bru. sic G. [p] Mal. ex Th. [q] Mal. ex Ambrof. [r] G. † Mal. ex Basil. Greg. &c. sim. Bru. [t] G. [v] Bru. [x] Li. harm. * G. [y] Bru.

Margin notes (col. 920): [z] Scul. ex. 1.19. [a] Li. harm. 152. [b] G. [c] Be. [d] Bru ex Be. sic Salmas. in Wal. * Salm. ex Be. [f] Salm. [g] Bru. sic G.

tulo Judæos, religionis causâ, missionem impetrâsse narrat. Alia causa quæ interdum Judæos à militia arcebat, hæc erat; Si adversùs populares essent pugnaturi: quod illicitum erat, inquit Josephus. Cùm Judæi urbe Româ sub hæc ipsa tempora jussi essent excedere, narrat Josephus quatuor millia eorum militiæ asscripta & missa in Sardiniam, punitos alios μὴ θέλοντας, &c. (*quia nollent militare, ob leges patrias.*) At Alexandro Macedoni multos Judæorum militâsse narrat idem Josephus, sed priùs pactos nequid adversum religioni suæ facere cogerentur. Hoc enim est quod ait ἐμμένοντας, &c. (*insistentes patriis legibus, & secundùm eas viventes.*) Et in Disputatione adv. Appionem testem ejus rei laudat Hecatæum: [cujus verba vide in G.] Sed & ut Xerxi militâsse Judæos probet, adfert Josephus hos Chærili versus de expeditione Xerxis, Τῷ δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι, Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες, Ὤκεον δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι, πλατέῃ ἐνὶ λίμνῃ, Αὐχμαλέοι κορυφὰς, τροχοκέραδες· αὐτὰρ ὕπερθεν Ἵππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρουν ἐσκληκότα καπνῷ. Quibus verbis Judæos equites describi Josephus probat nomine *Solymorum*, & mentione *lacûs*, quem ait esse Asphaltiten. At contra hanc Josephi interpretationem duo objicit magni judicii vir. Prius est, *Solymos* montes antiquis Lycios intelligi. Sed id me non movet: cùm haud dubiè Romani à Græcis acceperint ut Judæos, quorum caput est Hierosolyma, truncato nomine, *Solymos* appellarent: ex quo loquendi more nota [forsan *nata*] est opinio, Tacito memorata, eorum qui Judæos ex Lyciis ortos putarent. Et sanè Lycios linguâ usos Phœnissâ, i. e. Syriacâ, aut ad eam accedente, quis credat? Alterum validius est, quòd equites isti vocantur τροχοκέραδες, cùm Judæis in orbem tonderi interdicat Lex, Levit. 19. 27. Hoc cùm negari non possit, neque verò credibile sit Judæos ità communiter à Legis præcepto recessisse, probabile est à Chærilo Arabas quosdam Judæorum vicinos describi, sed confusis populorum finibus; quemadmodum & *Idumen* pro *Judæa* ponunt Poetæ. Nam *Saracenos in orbem tonderi solitos* narrant vetera scholia ad Levit. 19. 27. Sed de Judæis qui Alexandro militaverant illustris est Hecatæi locus alter, quo narrat quòd, cùm *Alexander Babylone esset, & templum Beli collapsum instaurare statuisset, & omnibus* τοῖς στρατιώταις, *militibus, terram adferre jussisset, soli Judæi adferre noluerint, sed multas potiùs plagas perferrent, donec Rex eis immunitatem indulgeret.* Omnino enim verba illa, τοῖς στρατιώταις, exigere videntur ut hæc de Judæis Alexandro militantibus, non de his qui à Nabuchodonosori tempore habitabant, intelligantur. Etiam in Pompeii castris fuisse Judæos testis est Appianus, Bel. Civil. l. 2. In Ælii Galli exercitu 500 fuisse Judæos narrat Strabo l. 16. Militâsse eos & Antiocho, & Demetrio, & Ptolemæis docent Josephus, Maccabaicorum scriptores, & Eusebius; in Pompeii exercitu Hebræos fuisse, Appianus; missos ab Herode qui Antonio contra Cæsarem militarent, Plutarchus. Quòd vir eruditus putat, eam cohortem, quæ à Pontio Pilato Pontificibus concedi solebat, è Judæis fuisse, cur probari nobis non possit, ad historiam Dominicæ passionis in Matthæo lector inveniet. Christianos partim consilio magis quàm præcepto abstinuisse à militia alibi ostendimus; nisi si quando militia conjuncta erat cum necessitate impii cultûs, aut cum piorum vexatione, quibus temporibus omnino militare nefas ducebant. Non omnes sanè Christianos primis illis temporibus abstinuisse à militia, præter id quod de Marco Imperatore & de Thebæa legione narratur, exstant veterum testimonia. Clemens Alex. ubi convenientem Christiano habitum præscribit, feminas quidem vult esse calceatas, at viros non item nisi in militia. Tertul. Apologetico, *Navigamus & nos vobiscum, militamus*, &c. Et *castra* ibi *impleta* dicit *à Christianis*. Et lib. *de Corona* narrat ab uno multorum Christianorum militum coronam capiti non impositam, quem laudans ait, *O militem in Deo gloriosum!* Item, *Solus scilicet fortis inter tot fratres commilitones, solus Christianus*. At. lib. *de Idololatria* disputat an fidelis ad militiam converti possit, & an militia ad fidem admitti, etiam caligata vel inferior quæque, cui non sit necessitas immolationum, vel capitalium judiciorum, & ad hæc Johannis verba & laudatam Centurionis fidem respondet, *omnem postea militem in Petro exarmando discinctum*. Paulò suspensiùs tractat quæstionem eandem dicto *de Corona* libro, quærendum putans an in totum Christianis militia conveniat. Sed quæ adfert, nè licere videatur, pleraque, ut & illa quæ de Judæis suprà afferebamus, illorum temporum erant propria, ut quòd pro templis excubare sæpe, & cœnare in templo, cogerentur; quòd corpora mortuorum cremarentur, non sepelirentur. Ac tandem distinguit, ut *alia sit eorum conditio quos militiâ præventos fides posterior invenit, quales erant quos Johannes ad lavacrum admittebat*, *susceptâ certè fide aut deserendam militiam, aut omni modo cavendum nè quid adversùs Deum committatur:* ubi & hoc adjicit, *Apud hunc*, Christum, *tam miles est paganus fidelis, quàm paganus est miles infidelis. Non admittit status fidei allegationem necessitatis.* Narrat Euseb. Dioclet. temporibus Christianos milites militâsse desiisse, ἵνα μὴ ἔξαρνοι γένωνται, (*nè desertores fierent.*) At Lactantius, qui jam sub Christiano vixit Imperatore, quo tempore militiæ pericula, si non omnia, pleraq; tamen cessabant, cùm negat *fieri posse ut qui verè justus sit belligeret*, *verè justum* non quemvis, sed perfectum Christianum videtur intelligere: nam & navigaturum eum negat. Eundem sensum habet Orig. [verba vide in G.] Item Orig. Celso detractationem militiæ Christianis objicienti hunc in modum respondet. Καὶ οἱ καθ' ὑμᾶς ἱερεῖς, &c. (*Etiam apud vos sacerdotes vestrorum deorum manus suas à cædibus impollutas servant, ut legitimas diis hostiis offerrent; ac proinde ad militiam non adiguntur. Quantò magìs, aliis militantibus, hi quoque* [nempe Christiani] *militarent, sed tanquam sacerdotes Dei, manus quidem puras servantes, sed precibus apud Deum contendentes pro iis qui justè militant, & pro eo qui justè negat.* De Canone Niceno aliáque ad hanc rem pertinentia ad Matth. 5. tractavimus [h]. ¶ *Neminem concutiatis*; ità Mo. Ti. Ar. sic Er. Il. P. Ca. Be. Pi. G. Μηδένα διασείσητε] *Nè in quenquam insolescatis*, Tre. ex Sy. *Cùm quoquam improbè nè contendatis*, Pers. *Nè opprimatis aliquem*, Æth. Neminem malè tractetis, nemini per vim aut metum quicquam extorqueatis [i]. Σεισμὸς Varino est *talis concussio qualis fit in terræ motu* [k]. Unde σείειν est, *per calumniam aliquem exagitare*; & διασεῖσαι, *calumniis evertere* [l]. Usurpant quidem hanc vocem Græcorum Scholiastæ, sed postquam Græcia facta erat Romani juris. Omnino arbitror expressam ex Latina voce *concutere* [m]; unde in Pandectis titulus *de Concussione* [n]; in Basilicis, περὶ διασεισμῶν [o]. In tit. *de Calumniatoribus* hoc legitur. *Neque enim transactionibus licitis est interdictum, sed sordidis concussionibus* [p]. Est igitur *concussio* vis manifesta, quâ nobiles sæpe in rusticos suos, milites in obvios quosque, grassantur [q]. *Concutere* est, terrore injecto, pecuniam, aut simile quid, alicui exprimere: quod militibus nimiùm quàm familiare. *Omnia*, inquit Tacitus, *tanquam urbes hostium urere, vastare, rapere*: quos bene Curtius vocat *populatores terræ quam à populationibus vindicare debebant*. De militum insolentia vide quæ Juvenalis, aut quisquis est scriptor Satyræ de commodis militiæ. [Verba vide in G.] Adversùs eam exstat edictum illud apud Cassiodorum, *Vivant cum provincialibus jure civili, nec insolescat animus qui se sentit armatum, quia clypeus ille exercitûs tui quietem debet præstare paganis*. Hellenistæ, quod hîc Lucas dixit διασείειν, solent exprimere verbo ἀποβιάζειν, ut LXX, Prov. 22. 22. Aq. & Th. Prov. 28. 24. Idem est ἐκπιέζειν, Sam. 12. 3, 4 [r]. ¶ *Neque*, &c. Μηδὲ συκοφαντήσητε] *Neque calumniemini*, Er. Il. P. Ca. Bru. Mo. Ti. sim. Vulg. i. e. falsis accusationibus vel delationibus circumveniatis †; vel, *falsò deferatis*, V. sic Bru. apud Præsides vestros [t]. Sed hoc certè potiùs togatæ quàm armatæ militiæ convenit [v]. Milites non tam calumniantur quàm defraudant ||. *Neque per calumniam* (vel, *dolo*, Be. sic Di. ex Sy.) *opprimite*, Pi. D. Qui enim opprimunt aliquem ferè per calumniam id faciunt [x]. Puto διασείειν ad vim manifestam, συκοφαντεῖν ad rapinas fraudulentásque injurias, referri, ut distinguunt Heb. גזל, & עשק [y]; quorum illud ad vim, hoc ad fraudem, pertinet [z]. *Neque rapiatis*, Æth. *Neque opprimatis*, Ar. sic Tre. ex Sy. τὸ συκοφαντεῖν alibi est διαβάλλειν, (*traducere*, aut *calumniari*;) hîc verò, ut & Luc. 19. 8. generatim usurpatur pro omni *injuriæ* genere [a]; vel, pro *rapina* aut *ablatione violenta*. Hujus vocis significatio petenda est ab usu

[h] G.
[i] Bru.
[k] Scul. ex. l. 19.
[l] Scul. ex Camer.
[m] G.
[n] G. sic Scul. ex Camer.
[o] G.
[p] Camer.
Scul.
[q] Scul.
[r] G.
† Bru.
[t] Er.
[v] Be.
|| Scul. ib.
[x] D.
[y] Be. sim. Di.
[z] Di. ex K.
[a] Scul. ib. sim. Ham.

vocis Hebrææ עשק in V. T[b]. Vox עשק, quam per συκοφαντεῖν sæpe exprimunt Lxx, modò generalis est, & tam latè patet quàm ἀδικεῖν, ut Jer. 22. 3. ubi Lxx vertunt, διαρπάζειν, & Luc. 19. 8; modò specialis, ut significet, propiùs ad usum Græciæ, *dolo*, aut certè *occultè*, non vi apertâ, *aliquid surripere*; quam propriam vocis עשק esse significationem judicat RS[c]. עשק in V. T. modò vertitur, ἀδικέω, ἀποστερέω, καταδυναστεύω· modò, ἐκπιέζω, θλίβω, ἁρπάζω· modò, συκοφαντέω. Hesychius, συκοφαντοῦντα, ἐπηρεάζοντες, id est, βιάζοντες, *vi irrumpentes*[d]. Solent autem milites interdum (neque enim semper id lubet) injuriis causas aliquas, quantumvis falsas atque absurdas, prætexere. Quem morem sub Lupi fabula Æsopus non illepidè descripsit. [Verba habet G.] Quod autem hìc dicitur διασείειν & συκοφαντεῖν, respicit locum 1 Sam. 12. 3[*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν] *Et contenti estote stipendiis* (vel, *opibus*, Ar.) *vestris*, Er. Il. P. Mo. Ca. Be. Pi. &c. sim. Tre. ex Sy. Pers. i. e. vobis à Rege decretis[f]: i. e. cibariis & pecunia[g]. quæ pro stipendio militibus dabantur[h]. Ὀψώνια Græci vocant non sola *stipendia*, sed omnia, ut Martianus loquitur, *militiæ merita*; in quibus est annonæ præbitio & alia commoda quæ sub Imperio Romano erant non invidenda, si laborum militarium justa habeatur ratio[i]. Et sic Judæi usurpant vocem אפסניא ex Græca ista deductam[k]. Sicut ergò Publicanis præscripserat Johannes, nè plus exigerent quàm ferret lex publici; ità hìc jubet milites publicitus constitutis præmiis contentos esse. Solent autem invenire mille prædandi vocabula: atque adeò tritum est in multorum ore proverbium, *Satius esse de alieno vivere quàm unde vivas non habere. Vivere* autem est illis, non naturæ desideriis satisfacere, sed popinis & lupanaribus indulgere. Videtur hoc Baptistæ præceptum in animo habuisse Josephus, cùm militibus suæ curæ traditis præcepit, μὴ ἁρπαγῇ λαμβάνειν τὰς χώρας, ἀλλὰ ζηλοῦν χρῆν τὸ φείδεσθαι καὶ ἀρκεῖσθαι τοῖς ἑαυτῶν ὀψωνίοις· nam Josephum Johannis placita sectatum aliquatenus fuisse, alibi monuimus. Simile illud Aureliani apud Vopiscum de milite, *Annonâ suâ contentus sit: de præda hostis, non de lacrymis provincialium, vivat.* Et Valentiniani ac Valentis, *Cænaticorum nomine milites & super his stantes nihil penitus à provincialibus accipere audeant. Sciant autem milites, quòd oportet eos commoda sua, quæ in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes extrinsecùs, detrimentis provinciales non afficere.* Mirum in modum mihi placet quod hunc in locum annotat vir Græcè doctissimus & raræ pietatis, dixisse hæc Baptistam legitimis militibus, qui in præsidiis agebant maximam vitæ partem, nec nisi magnis de causis (quæ erat Romanorum gravitas) in hostem ducebantur. Quòd si ad eum venissent quales nunc plerique sunt militum, non uni imperio addicti, sed per omnem orbem terrarum bella aucupantes, *Venalésque manus, ibi fas, ubi plurima merces*; qui majore ex diverso mercede jus fásque exuunt, neque vident cur, sed quanti, alios jugulent, aut ipsi jugulentur, profectò non aliud illis dixisset Baptista quàm si salvi esse vellent, relinquendum vitæ genus, non jam dicam ab omni pietate, sed ab omni humanitate, abhorrens & verè belluinum[l]. Ab his autem abstinere milites (pariter & Publicanos) jubet, non quòd hoc ad salutem satis esset, sed quòd vero simile esset eos facilè cætera vitia vitaturos, si illud quo maximè laborabant, evitarent[m].

15. *Existimante*, &c. Προσδοκῶντος, &c.] *Exspectante* vel *Sperante, autem populo*, Be. Bru. ex Sy. Pi. &c. rei scilicet eventum[n]: quò evasurus esset Johannes[o], an se profiteretur Messiam[p]; quid de illo constituturus esset Deus[q]; velut ex eventu judicaturus esset[r]. Oratio est ἐλλειπτική[†]. Reddo, *Intento igitur populo.* Plena sententia esset, Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ εἰς Ἰωάννην, *Cùm in Johannem intueretur* (h. e. de singulis quæ ab eo fierent aut dicerentur, cogitaret) *populus*, ideòque animis defixis staret[t]. ¶ *Cogitantibus*, &c.] Id ex rebus præsentibus præsagiebat ipsorum animus[v]. ¶ *Nè*, &c. Μήποτε, &c.] *Numnam* (vel, *Numfortè*, Bru. Di. V. sic Pi. &c. Μήποτε, pro εἴπω, *si fortè*[x]; sive εἴ ποτε, vel, εἰ ἄρα[z], *si fortè*, ut 2 Tim. 2. 25: ποτὲ, *aliquando*, in hac phrasi, notat eventum incertum, sed tamen verisimilem[a].) *ipse esset Christus ille*, Be. Bru. &c. Hanc opinionem multa

b Ham. — c G. — d Ham. — * G. — f Bru. — g Pi. sim. — Be. Bru. — h Be. — i G. — k G. sic Li. ho. — l G. — m Mal. — n Bru. — o G. — p Camer. — q G. — r Bru. — † G. sim. Heins. — t Heins. — v Bru. — x Di. — z Pi. — a Pi.

ingerebant[b]; 1. impletio Prophetiarum[c]; sceptrum à Juda ablatum, Danielis Hebdomadæ impletæ[d]. 2. Johannis admiranda nativitas[*]; vita sanctissima & severissima[f]; nova instituta, nominatim baptismus, cujus usum sub Messia fore intellexerunt ex Ezec. 36. 25[g]. mira & efficax prædicatio. 3. Testimonia Magorum, Simeonis, Annæ & aliorum, &c[h]. Quòd autem Johannes erat ex tribu Levi, cogitabant eam tribum tribui Juda fuisse permixtam[i], & Elizabetham fuisse Mariæ cognatam, Luc. 1. 36[k]. Quod autem in Johanne sponte crediderunt, hoc in Jesu, quanquam signis approbato, & Johanne attestante, credere nolebant[l].

16. *Respondit Johannes*, &c.] Postquam scilicet diversis populi sermonibus permoti Senatores Judæorum legatos ad ipsum miserant, ut Apostolus Johannes narrat. Contigit quidem hoc post Christum baptizatum; sed opportunè à Luca connectitur narrationi rumorum qui de Johanne spargebantur, ut non minùs sciretur quem ipse se professus esset quàm quis esset ab aliis habitus. Certè & infrà Lucas temporum ordinem posthabuit, cùm de Johanne in vincula conjecto, quàm de Christo baptizato, priùs meminit. Sed voluit primùm Johannis historiam percurrere, ut deinde res Christi continuâ serie pertexeret, quod facere solent etiam optimi Annalium conditores, ut alibi diximus. Non obstat huic interpretationi quod Johannes dicit, μέσος ὑμῶν ἕστηκεν· tres autem alii, ἔρχεται, aut ἐρχόμενος. Sensus enim est, eum qui Spiritu copiosissimo Discipulos suos esset perfusurus, jam tum quidem vivere inter Judæos, sed tempus instare quo magis magísque omnibus innotesceret[m]. Al. Aliud hoc est & alio tempore dictum, quàm quod Joh. 1. 25, 26, 27[n]. ut ex eo apparet, quòd hoc dictum ante Baptismum Christi; illud in Johanne, post illum, ut liquet ex Joh. 1. 26, 33. Marcus hanc sententiam omnibus sermonibus suis præponit, ut significet, Johannem hoc dixisse ad omnes & in omnibus concionibus suis. Dictum v. præc. eos hoc *in cordibus* tantùm *suis cogitâsse*. Johannes autem rescivit[o], vel, 1. à Spiritu Sancto[p]; vel, 2, à discipulis suis[q]: nam in tanta turba fieri non potuit quin erumperent aliquæ susurrationes, disceptationes[r], & ore proderent quod corde versarent. ¶ *Dicens omnibus*] Constanter hoc prædicans, honorem sibi delatum fortiter rejiciens, eúmque Christo tribuens[†]. ¶ *Ego quidem aquâ* (τῷ ὕδατι potest reddi, vel, *in aqua*: nam in fluvio baptizabat, Matth. 3. 6, 16. vel, *cum aqua*: nam illos indubiè aquâ aspersit, ut & Leviticis aspersionibus, & Propheticis prædictionibus, Ezec. 36. 25. responderet: vide Act. 8. 38[t].) *baptizo* (Marcus habet, *baptizavi*: quo actum baptizandi continuum denotat; q. d. *baptizavi, & adhuc baptizo*[v],) *vos*] Videtur Johannes hâc formulâ baptizâsse, *Ego te baptizo aquâ, sed venit fortior me, qui vos baptizabit Spiritu Sancto & igne*[y]. Duo in Johanne suspexit populus, sanctitatem personæ, & novitatem Baptismi. Ostendit ergò Christum in utroque ipsum superare[z]. Sensus, q. d. Nè putetis me Christum esse, quòd baptizo vos; nam *ego quidem*, &c[a]. Cùm mutaretur forma Ecclesiæ ad adventum Messiæ, qui, ex sententia Judæorum, novam Legem daturus esset, non mirum, Sacramenta ab ipso mutata esse, Pascha in Cœnam, & Circumcisionem in Baptismum. Cùm enim circumcisio & sigillum esset terræ Canaan Judæis donandæ, Gen. 17. 8. 9. & tessera distinctionis ab omnibus aliis populis, sublato per Christum discrimine terrarum & populorum, Act. 10. 35. necessaria erat illius ritûs mutatio[b]. ¶ *Fortior me*] Virtute, efficacitate & dignitate prior[c]. *Fortior*, non tantùm Divinâ suâ omnipotentiâ, sed & aliis modis: 1. Miraculis: vide Joh. 10. 41. 2. Efficaciâ doctrinæ: vide Joh. 3. 26. 3. Confirmatione doctrinæ, non morte solâ, sed & resurrectione. 4. Duratione & incremento: vide Joh. 3. 30[d]. ¶ *Ipse vos* (i. e. aliquos vestrum; ut 1 Sam. 8. 11. *Filios vestros*, i. e. aliquos eorum. Vel, *vos*, i. e. populum; ut Deut. 18. 15. *Tibi*, i. e. populo tuo[*].) *baptizabit in Spiritu Sancto & igne*] i. e. Purgabit vos Spiritu Sancto, qui ignis est[f]. Intelligendum hoc de descensu illo Spiritûs S. die Pentecostes Act. 2[g]. Hæc phrasis, *baptizandi Spiritu Sancto*, ostendit, 1. reditum Spiritûs S. qui jamdudum recesserat ab Israele: 2. abundantiam illius doni instar aquæ effundendi,

b Li. harm. 153. — c Bru. — d Li. — * Bru. — f Bru. sim. Li. — g Bru. — h Li. — i Bru. — k Li. — l Bru. — m G. — n Li. harm. 155. sim. Mal. — o Li. ib. — p Bru. Q. in Li. — q Bru. — r Li. — † Bru. — t Li. 156. — v Li. ex Jansen. — y Li. 156. — z Li. 155. — a Bru. — b Li. 156. — c Bru. — d Li. 161. — * Li. 165. — f V. — g Li. 165. sim. Ham. Scul. in Wal.

fundendi, Joel, 2. 28. 3. quò respiciebant omnes ablutiones legales, nempe ad ablutionem hominum per Spiritum Sanctum[h]. [De collatione Baptismi Johannis & Christi vide quæ hîc Li. 162..] Plura vide ad Matth. 3. 11[i].

17. *Ventilabrum*] Quo intelligit, vel, 1. potestatem judicandi Christo à Patre demandatam, Joh. 5. 22[k]: vel potius, 2. Evangelium à Christo prædicatam: quo, tanquam proprio indice, discernitur veritas à mendacio, & purum à vili. ¶ *Purgabit* (vel, *Perpurgabit*, Be. Bru. &c.) *aream suam*] i. e. Finaliter separabit inter triticum & paleam, & impios prorsus delebit. Per *aream suam* hîc intelligit Ecclesiam Israeliticam; quæ *area ejus* vocatur Esa. 21. 10. cujus etiam *ventilatio* finale ejus excidium denotat, Jer. 15. 7. Ità cohæret hoc cum versibus præced. quæ loquuntur de ira genti illi superventura, & de securi ad radicem ejus posita. Accedit quòd veteres Judæi fatentur adventum Christi cum Excidio Templi & gentis conjunctum fore. ¶ *Congregabit*] Velut fructus maturos, Exod. 23. 16, vel, ut morientes in quietem suam, Gen. 25. 8. 17[l]. ¶ *Triticum*] Quo intelligit, vel, 1. veram doctrinam: vide Jer. 23. 28[m]. Sed quomodo hæc in horreum colligitur? Vel, 2. homines pios[n]. ¶ *In horreum suum*] i. e. vel, 1. in locum tutum, *Pellam*, ubi à communi Judæorum excidio immunes erant: vel potiùs, 2. in cœlum, ut Christus exponit Matth. 13. 30, 39, &c[o].

18. **Exhortans**, Παρακαλῶν] Παρακαλεῖν modò sign. *precari*, modò, *consolari*; hîc, *exhortari*[p]. ¶ *Evangelizabat*, (vel *Evangelium annuntiabat*, Ti. *Instituebat*, Ca. *Erudivit*, Æth. *Bono dogmate imbuebat*, G.) *populo*] Ità Er. Il. Tre. P. Be. Pi. Ti. &c. vel, *populum*, Mo. Ca. G. Εὐηγγελίζετο τὸν λαόν] Constructio Hellenistica, qualis est & Act. 8. 25, 40. & 14. 21. Hinc & passivè dicitur, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται[q].

19. *Herodes*, &c.] Nempe Antipas, frater Philippi, ex eodem patre, Herode Magno, sed aliâ matre, nempe Malthace *Samaritanâ*: Philippus autem, ex Cleopatra *Jerosolymitana*. Herodias autem erat filia Aristobuli; qui filius erat Herodis M. ex Mariamne, adeòque & Philippi, & Herodis, neptis[r]. Triplex hîc erat peccatum Herodis, 1. quòd duxit uxorem fratris qui semen reliquit, nempe Herodiadis filiam: vide Levit. 18. 16. & 20. 21. & Deut. 25. 5. 2. Quòd hoc fecit, fratre adhuc vivente: nam Philippus obiit anno 20. Tiberii; Johannes autem in carcerem conjectus est anno ejusdem 16. Jo Antiq. 18. 6. 3. Quòd ut hoc faceret, uxorem legitimam, Aretæ filiam, repudiavit[†]. ¶ *Et de omnibus malis*, &c. Ὧν ἐποίησε πονηρῶν ὁ Ἡρώδης] *Sceleribus quæ ipse fecerat*, Pi. sic V. Be. Repetitum nomen vice pronominis, more Hebræo[t]. Sic 1 Cor. 1. 8. 1 Thes. 3. 12. 2 Thes. 3. 7. 8. Adde, si placet, Gen. 19. 24. Num. 10. 29. Psal. 82. 1[v].

20. *Adjecit*, &c.] Ut solent scelera in scelera ducere. Vide quæ ad Matthæum diximus[x].

21. *Omnis populus*] Judaicus scilicet[y]: Pharisæi, Sadducæi, Publicani, & Milites: quorum summam totalem h. l. ponit: Inter hos & fœminæ, ut colligitur ex Mat. 21, 32[z]. Christus hîc se offert, tanquam unum è plebe, &c[a]. ¶ *Jesu baptizato*] [Quo tempore vide hinc Langium in Wal. illinc. Li. fusè differentes, p. 182...] ¶ *Et orante*] Ostendit Christus suo exemplo, cum baptismo jungendas preces; quod observatum ab his qui ex Christi disciplina baptizabantur ex Justino annotavimus[b]. Mos erat, ut videtur, ut mox à baptismo orarent. Christus autem hîc precatus est, vel, 1. gloriam Dei, successumque Ministerii ejus, sanctificationem atque conservationem Ecclesiæ, &c. quæ alibi petit: vel potiùs, 2. visibilem obsignationem ipsius ad munus suum per Spiritum Sanctum, & testimonium de cœlo, quòd ipse sit Messias: nam *Jesu orante cælum apertum esse* dicitur. Confer Joh. 12. 28[c]. ¶ *Apertum est cœlum*] Non tantùm intellectualiter, sive per visionem spiritualem, ut Ezec. 1. 2. nec tropicè tantùm, quasi aperiri visum esset, ob lumen splendidissimum, &c. sed literaliter, & reipsâ; quia *scissum* fuisse dicit Marcus. *Cœlum* autem hîc intellige, non Æthereum, sed Aereum; q. d. nubes scissæ sunt: id enim satis erat sive ad descensum Spiritûs S. aut vocis; sive ad spectatores auditorésque convincendos. *Nubes* sæpe *cæli* nomine venit, ut liquet ex Luc. 4. 25. & ex collat. Exod. 19. 16. cum 20. 22. & Luc. 9. 35. cum 2 Pet. 1. 18. Ità cœlum, per Legem clausum, à Christo aperitur, & cœlum commovetur, adveniente Gentium desiderio, Hag. 2. 6. 7[d]. Plura vide ad Matth. 3. 16[*].

22. *Et*, &c. Καὶ καταβῆναι] *Ac descenderet*, Be. ex Er. *Et ut descenderit*, Bru. sic Pi. Ad verb. *Et descendere*, Bru. [Construitur cum ἐγένετο, ver. præced.] ¶ *Spiritus Sanctus*] Sic dictus respectu non tam naturæ ejus sanctæ, (sic enim & Pater & Filius sunt & *Spiritus*, & sancti,) quàm muneris, quod est sanctificare Ecclesiam: unde dictus *Spiritus* non modò *Sanctus*, sed *Sanctitatis*, & Hebræis, & Syris, & Rom. 1. 4. Hic autem descendit, 1. Johannis causâ, ut hoc indicio Christum dignosceret, Joh. 1. 33. 2. Christi causâ, ut in munus suum inauguraretur: ut doceret, Regnum Christi instans spirituale futurum, Joh. 4. 24. 3. Spiritûs Sancti causâ, ut constaret, ipsum non qualitatem esse, sed personam Divinam: ut ministerium Trinitatis, quod initio creationis revelatum erat, Gen. 1. 1, 2, 26. initio etiam novi mundi, & novæ Legis, luculenter patefieret[f]. Reliqua vide ad Matth. & Marc[g].

23. *Et ipse*, &c. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος] *Ipse autem Jesus incipiebat esse* (vel, *erat incipiens*, Mo. Vulg. G.) *quasi* (vel, *ferè*, Er. Il. Be. Ca. *circiter*, Pers. Ti.) *annorum triginta*, Pi. P. &c. vel, *ingrediebatur*, sive *ingressus erat*, *in annum trigesimum*, V. Er. Al. *Erat autem Jesus ferè 30 annorum incipiens*, i. e. cùm inciperet evangelizare[h]. Quod argutum potiùs quàm solidum[i]. [Non desunt tamen qui aliter judicant.] Vox ἀρχόμενος absolutè ponitur, hîc, sicut & Act. 1. 22. & 10. 37. ut subintelligatur vox διακονίας, ut sit ἀρχόμενος τὴν διακονίαν· & hoc, ut volunt Justin. Orig. & Euth. ad initium ministerii referatur. Liquet enim, vocem ἀρχόμενος ad τριάκοντα ἐτῶν pertinere non posse. Quæ enim illa phrasis, ἦν ἀρχόμενος ὢν ἐτῶν τριάκοντα; Tautologia. Illud ergò, ἐτῶν τριάκοντα, construitur cum ἦν, & non cum ἀρχόμενος[k]. Syrus hîc omittit τὸ *incipiens*[l], & pro, ὢν ἀρχόμενος ὤν, habet, *erat*. Non sperno: nam ἄρχομαι, alteri verbo junctum, sæpe πλεονάζει, nec aliud, quàm id quod sequens verbum, significat, ut suprà 8. *nè incipite dicere*, i. e. nè dicatis, Act. 1. 1[m]. Hæc autem tam accurata descriptio tempus aliquod legitimum respicit. Lex quæ exstat Num. 4. 3, 47. additâ historiâ 1 Par. 23. 2, 3. disertè docet Levitas justam functionem demum aggressos cùm essent *tricenarii*: quanquam, ut alia lex docet, Num. 8. 24. anno 25. exacto jaciebant ministerii sui rudimenta; quomodo & apud Achæos aliásque gentes tricesimus annus legitimus ad gerendos magistratus. Ad hoc exemplum voluit Deus & Baptistam (qui sex mensibus natu major Christo, tantò etiam antè munus suum est auspicatus) & ipsum Christum, anno demum tricesimo peracto, exordiri functionem ipsis mandatam. Adde, quòd Josepho, qui non dubiam Christi gessit imaginem; quo tempore Ægypto præponitur, annotat Moses, fuisse eum *triginta annorum*. Ad exemplum Legis Hebrææ & Domini ipsius Justinianus constituit, eum, qui eligeretur Episcopus, excedere debere 30. ætatis annum, Novella 137. Olim nè Presbyter quidem ante ætatem legebatur, ut videre est Synodi Neocæsareensis canone 11[n]. Sed quomodo hoc intelligendum est, lis est inter Interpretes[o]. 1. Sensus est, cùm 29. annum jam compleverat, & 30. jam recens inchoârat. Non alium hæc verba sensum admittunt: Lucas enim certè loquitur cum vulgo. Erat autem axioma Judaicum, *Dies primus anni reputatur pro isto anno*, Rosh haskanah, fol. 2. 2[p]. Si 30 ipsius anni jam completi essent, malè diceretur, *incipiens esse annorum* 30[q]. 2. Sensus est, Christum tum annum trigesimum non incepisse, sed complevisse[r]. Omnino rectior videtur constructio si ὢν [quod alii non pauci ad sequentia referunt, ut videbimus,] superioribus jungamus. Neque enim rectè dicitur, ἄρχομαι ἐτῶν τριάκοντα, sed potiùs, ἄρχομαι ἔτος τριακοστὸν· quod est, *annum ago tricesimum*[†]. At, ἄρχομαι ὢν ἐτῶν τριάκοντα, est, *incipio jam esse tricenarius*; quod non dicitur nisi post impletum annum 30[t]. Incepit esse, qui nuper absolvit[v]. Ἐγώ εἰμι ἀρχόμενος ὤν, idem est quod, ἐγὼ ἄρχομαι

Margin notes (left): h Li. 154. i Bru. k Plerique in Li. l Li. 167.. m Q. in Li. n Li. 168. o Li. 169. p Be. q G. r Li. harm. part. 3. p. 71. † Li. ib. 72. t G. sim. Bru. v G. x G. y Bru. z Li. harm. part. 1. 183. a Bru. b G. c Li. ib. 189.

Margin notes (right): d Li. 190.. * Bru. f Li. harm 196... g Bru. h Q. in Be. i Be. k Lang. in Wal. l Bru. m Di. n G. o Li. ib. 205. p Li. ho. ad Matth. 3. 16. q Li. harm. 1. 205. r Di. ex Scal. † G. ex Scal. t G. ex Scal. sim. Di. v Di.

μαι ἐ). Sed cum Participio verba Incipiendi, Continuandi, Desinendi, ὁ ἀλλοιωτέρον construuntur. At quis sanus dixerit se esse *triginta annorum* qui 30.tantùm annum inchoârit [x]? Quia autem particula ὡσεὶ completionem negare videtur, respondet Scal. ὡσεὶ sæpe affirmanter usurpari, positúmque esse vice Caph veritatis, ut Hebræi vocant. Nam id Caph Græci per ὡς exprimunt [y], ut Joh. 1. 14. δόξαν ὡς μονογενοῦς [z] (ubi μονογενῆ affirmanter vocat [a]:) quod ipsum locum non habet nisi cùm res altera alterius nota est, ut majestas illa docebat Jesum esse Dei Filium unicum: id quod hîc locum non habet [b]: neque ὡς tam ibi affirmat, quàm proportionem designat inter personam, & gloriam ipsi convenientem [c]. At hîc non est ὡς, sed ὡσεὶ [d], quod non tam latè patet atque ὡς: ut quamvis ὡς ad modum Caph interdum affirmaret, non tamen idem ὡσεὶ faceret. Usus certè docuit*, quum ὡσεὶ numero jungitur [f], aut mensuræ, significat id quod dicimus *admodum* [g], aut *quasi* [h], aut *circiter* [i], ut Matth. 14. 21. Marc. 6. 44. Luc. 9. 14. & 22. 41. & 23. 44. Joh. 4. 6. & 6. 10. & 19. 14 [k]. Ità & h.l. sensus est, fuit annorum 30, non quidem præcisè, sed ferè, ut in diebus quibusdam differentia esset [l]. Veterum multi, cùm hoc satis perspicerent, putârunt per ὡσεὶ significari aliquid ad annum tricesimum Christo defuisse; quorum sunt Iren. & Epiphan. qui Novembri Christum vult baptizatum, cùm natalis ejus Januario immineret. At hoc si Lucas voluisset, quid opus fuerit addere illud ἀρχόμενος; Deinde hæc tam accurata descriptio tempus aliquod legitimum respicit, &c [m]. [ut antè descriptum ex G.] ¶ *Ut*, &c. Ὢν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ,] *Filius*, (vel, *Existens filius*, Bru. Mo.) *ut putabatur*, sive *existimabatur*, (i. e. vulgi opinione, & famâ publicâ [n],) *Josephi*, Be. P. Er. Ca. Tre. ex Sy. &c. Schemoth rabba, fol. 160. 4. *Nutritius, sive ille qui educat, vocatur Pater, non ille qui generat.* Josephus Jesum pro filio agnoverat ab ejus incunabulis, sic doctus ab Angelo, & sic conventum est inter eum & Mariam: eum redemerat infantem, nutriverat puerum, educaverat juvenem. Nil mirum ergò, si *pater* ejus vocetur. Et si Jesus Josephi defuncti hæreditatem postulâsset, nonne æquâ ratione obtinuisset [o]? Quòd Lucas, cùm genus Christi declarare vellet, Josephi, non Mariæ, prosapiam descripserit, causa est, quòd ex eadem esset tribu; ac proinde in persona Josephi etiam Mariæ genus comprehendatur. Frustrà objiciunt, fuisse hanc legem omnibus ferè seculis neglectam. Testatur enim Josephus Judæos hac in parte magnâ semper religione esse usos [p]. ¶ *Qui fuit Eli*, Τοῦ Ἡλὶ] Filii *Eli*, Be. Pi. &c. Ad pronomen, τοῦ, subaudiendum υἱοῦ, hîc & deinceps, usque ad membrum alterum [q]. Qui Joseph fuit filius Eli, uxoris scilicet ratione [r]; sive gener Eli †. Nec novum, generum vocari filium, cùm nurus *filiæ* vocentur, Ruth. 1. 11 [t]. Neque enim putandus est Lucas, qui cap. præced. descripserat ortum Jesu ex Maria Virgine, & Genealogiam inchoaturus præfatus fuerat, Jesum errore putatum fuisse Josephi filium, jam Josephi Genealogiam condere, sed omnino Mariæ sub Josephi mariti nomine [v]. Verùm nec opus est, nec ratio ulla, cur fingamus conjugia nescio quæ, & fratriationes nescio quas, ut tollatur hoc loco scrupulus, qui quidem hîc nullus est. Non enim Josephus hîc vocatur filius *Heli*, sed Jesus; nec vox υἱοῦ, sed υἱὸς, vel *Jesus*, subintelligenda est in unaquaque propagine, hoc modo, *Jesus filius Josephi, ut existimabatur, filius Heli*, filius *Matthat*; & tandem filius *Adami*, filius *Dei*. Parùm enim ad rem Evangelistæ erat, vel Genealogiam *Josephi* ducere ab *Adamo*, vel ostendere *Adamum* fuisse filium Dei: quod durum & ferme blasphemum. Cùm enim Lucas Jesum *Filium Dei* pronunciatum dixerat, ver. 22. putâsne eundem immediatè pronunciare velle *Adamum filium Dei?* Quin potiùs ostendere voluit, Jesum jam cœlitus pronunciatum *Filium Dei* eundem esse qui promissus fuerat *Adamo* de semine mulieris. Genealogiam ergò ejus texit per mulierem, matrem ejus, filiam *Heli*, & usque ad Adamum, cui ille, promissus. Hierosf. chag. fol. 77. 4. agitur de religioso quodam qui in insomniis vidit pœnas inferorum. *Vidit*, inquit, *Mariam filiam Heli in umbris, suspensam per glandulas mammarum*, &c. id quod addunt in opprobrium beatissimæ Virginis [x]. Congruit autem hic stilus Genealogicus cum isto Mosis, Gen. 36. 2. *Abolibama filia Anæ, filia* (non *filii*, sic enim emasculuaretur *Ana*, qui vir fuit & pater *Abolibamæ*, v. 24, 25 [y].) *Zibeon* [z]. Lucas ostendere volens, Christum semen esse mulieris, necesse habuit genus à Maria ducere, ut Matt. docere volens ipsum esse Davidis hæredem, à Josepho ducit. Notandum autem, in hac Genealogia, inter reditum à Captivitate, & Nativitatem Christi, in linea Mariæ intercessisse 20 gradus, in linea autem Josephi 11 duntaxat, & propterea singulos in hac linea binos ferè in Josephi linea quoad vitæ durationem æquâsse [a]. [Quæ hîc habet Grotius aliíque de Genealogia Christi, déque Matthæi & Lucæ circa eam conciliatione, petat lector ex Collectaneis nostris, ad Matth. 1.]

24. *Qui*, &c. Τοῦ Ματθάτ, τοῦ Λευὶ] Filii *Matthat*, filii *Levi*, Pi. ex Be. &c. Qui Eli fuit filius Matthat, & sic deinceps [b]. In antiquis exemplaribus, omissa hoc loco fuisse *Matthat* & *Levi* (ut infrà *Cainan*) persuadeor argumentis quæ à viro veri amante, eóque & aliis nominibus mihi amicissimo, Johanne Cordesio, duabus dissertationibus allata sunt. Nam Iren. disertè docet suo tempore tantùm 72 exstitisse γενεὰς in Luca, eúmque numerum eis signis exprimit ut de lectionis veritate dubitari non possit. Ad eum verò numerum reduci res non potest, nisi his omissis. Africanus verò non minùs apertè citat Lucæ verba, his duobus nominibus hoc loco omissis; & clarè significat, ipsi *Eli* patrem ἄμεσον fuisse Melchim: quem & Euseb. sequitur, & in hexametro carmine de Geneologia Nazianzenus, & ad Matth. Hieron. & alicubi Augustinus. Putem causam additi nominis *Matthat* fuisse quòd id alterum esset nomen Melchis: nam id à Damasceno aliisque quibusdam ex fama aut libris amissis proditum est. *Levis* autem nomen itidem perperàm insertum putem ab iis qui audîssent ipsi Melchi filium fuisse Levin, quod nomen fortè pro *Eli* substituendum putârunt; cùm tamen is Levi non ad Josephum, cujus hîc genus traditur, sed ad Mariam, pertineret, ad quam stemma non perducitur. Nec indignum notatu, nomina ferè omnia Nathanis posterùm spem in se ferre Regni quod Davidis posteritati promissum fuerat [c]. Al. Non placet hæc sententia, nec valent authoritates productæ. 1. Patres de gradibus Genealogicis variè loquuntur, & parùm accurati sunt in numeris, quos sæpe ad mysteria trahunt, & sæpe in calculo sacro hallucinantur, ut eorum testimoniis solis standum non sit. 2. His duobus non expunctis verum manet illud Irenæi, *A generatione Domini usque ad Adami genealogiam 72 generationes haberi*, si exclusivè, ut oportet, accipias, non connumeratis terminis duobus à quo, & ad quem, Christo & Adamo; & Josepho prætermisso ac parenthesi incluso, quippe qui ad hanc Lucæ Genealogiam non pertinet; dicit enim Lucas, Jesus (qui putabatur filius Josephi) erat filius Heli. Heli ergò primus erit à Christo, cujus Christus ex Maria nepos: Maria ipsa quoque hîc non annumerata, ut fœmina, ex more gentis. Atque ità evertitur præcipuum hujus sententiæ fundamentum, cujus solius occasione testatur Author illius se in eam devenisse. 3. Eusebii judicium imbecillum notum est. 4. Africani authoritas dubia, verba timida & suspensa, &c †. ¶ *Jannæ*] Creditur is esse quem Josephus *Johannem Hyrcani* appellat, qui fuit ultimus Princeps de domo Jechaniæ [d]; cujus bona Epiphanes fisco addixit: atque hinc Christi familiæ paupertas*. Et hunc, & qui sequuntur, Philo (nempe Philo Annii [f],) testatur Israelitico functos imperio. Recensentur autem his insigniti cognomentis, *Janneus* secundus, *Hircanus*; *Joseph* junior, Arses; *Matthatia*, Siloa; *Amos*, Shyrach; *Nahum*, Maslot; *Hesli*, Aglai; *Nagid*, Artaxat; *Maath*, Aser; *Elib*, Matthatias; *Semei*, Abner; *Joseph* primus, *Judas* primus, Hircanus; *Jana*, Janneus primus [g].

27. *Qui fuit Rhesa*, &c.] At Matthæo *Zorobabelis* filius est *Abiud*, non *Rhesa*; & pater est *Jechonias*, non *Salathiel*: diversi etiam sunt posteri *Abiud* & *Rhesa*. Quid dicendum [h]? Resp. 1. Coaluerunt in *Salathiele* duæ Lineæ Nathanis & Salomonis, & *Zorobabel* duos habuit filios, unum *Abiud*, ex quo Josephus; alterum *Rhesa*, ex quo Maria [i]. 2. De diversis personis sermo est: Diversi erant & *Salathieles*, & *Zorobabeles*, ut non mirum si posteri quoque diversi sint [k]. Quòd omittatur

Pedaiah

Marginal notes (left column): x Scal. ex 21. ex Scal. — y Li. — z Di. G. — a Li. — b G. — c Di. — d G Di. — * Di. — f Di. sic G. — g G. — h Di. — i G. Di. — k G. — l Lang. in Wal. sim. Di. — m G. — n Bru. — o Li. ho. — p Cas. — q Pi. — r Bru. sim. Li. harm. 1. 207. — † Pi. ex Bru. — t Be. — v Bru. — x Li. ho.

Marginal notes (right column): y Li. harm. ib. — z Li. ho. & harm. — a Li. harm. ib. — b Bru. — c G. — † Span. — d Di sim. Bru. — * D. — f Bru. — g Er. — h Span. dub. Evan part. 1. dub. 20. — i Q. in Span. ib. p. 116. — k Span. 115...

Pedaiah pater *Zorobabelis*, 1 Paral. 3. 19. convenit cum Ezr. 5. 2. Hagg. 1. 1, &c. Sed quare ille ab iis omissus, non facile dictu. De variatione nominum hîc & 1 Par. cap. 3. hoc certè non indignum observatione: quòd *Zorobabel* & filii ejus tralati fuerunt ex Babylonia in Judæam, & tralata forsan nomina cùm mutarent sedes. Vix tutum erat *Zorobabelo*, isto nomine vocari in Babylone; quippe quod sonaret *ventilationem Babelis*: ibi ergò dictus *Sheshbazzar*. Sic filii ejus, *Meshullam* & *Hanania*, quia vix ibi tutò, aut propriè, dici potuerunt, *Abiud*, i. e. *Patris mei est gloria*, & *Rhesa*, *Princeps* [l].

33. *Qui fuit Aram*, Τοῦ Ἀρὰμ] Ità Lxx fine Libri Ruth, & 1 Par. 2. 9. ubi Hebræi habent רם, at Syrus [ut] hîc ארם. Est igitur ex Syriasmo additum א fronti dictionis. Nam & Syri ipsi Hebræis & Arabibus רם vocantur, ut 2 Par. 22. 6. Job. 32. 2. cùm ipsi se vocarent ארם, quod nomen apud alias quoque gentes usu invaluit: unde Ἀραμαῖοι Græcis veteribus. Simile est quòd רמתא urbs dicta est ארמתא, Ἀριμαθαία, ut suprà diximus [m].

36. *Qui fuit Cainan*, Τοῦ Καϊνὰν] Præter Cainanem illum, Enoshi filium, Genes. 5. 9. duo alii cognomines post Diluvium in editione Græca adjecti leguntur, unus Semi dictus filius, Gen. 10. 22. alter Arphaxadi filius, Genes. 11. 12. qui & hîc commemoratur. Quos tamen Moses omnino non agnoscit. Hæc ergò apparens inter Lucam & Mosem dissonantia perplexam quæstionem excitavit [n]: quæ inter ἄπορα Scripturæ referri possit, & Elia vindice opus habet [o]. Vel enim Lucas addendo, vel Moses omittendo, peccavit; adeóque de alterutrius αὐθεντίᾳ erit dubitandi occasio [p]. [Quid hîc statuendum?] Resp. 1. *Kainan* hoc loco retinendum est [q]: cujus tamen diversas reddunt rationes: vel enim γνήσιον (*genuinum*) esse volunt; vel supposititium, insertum tamen ex Lxx. Priores in triplici sunt sententia [r]. 1. Τοῦ Σαλὰ, τοῦ Καϊνὰν, sunt synonyma, seu hominis unius duo nomina [†]: τὸ *Kainan* est cognomentum τοῦ *Salæ* [t]: eique expositionis gratiâ subnectitur, per Appositionem grammaticam [v]. Hujus nostræ conjecturæ fundus est, quòd idem sit apud Lxx numerus annorum παιδοποιΐας, item annorum vitæ, *Kainan* & *Salæ*. Quare Euseb. lib. 1. Chron. Can. ubi recenset posteros Semi, *Kainan* non distinguit à *Sala*, sed eundem facit; itaque *Salam* prætermisit. Suspicamur Lxx locum sic vertisse, Ἀρφαξὰδ ἐγέννησε τὸν Καϊνὰν τὸν Σαλὰ. Librarii autem ex uno duos fecerunt. Sed quæ causa hujus cognominis? Resp. Lxx illud habebant, ut multa alia, ex traditione. Fortassis, ut ille Gen. 5. 9. ab Adamo dictus est קינן, sive *lamentatio*, ob publicam morum religionísque corruptelam, ità hic Sala, in detestationem Nembrodi, coævi sui, hoc cognomentum sibi assumpsit. Quare tollenda hîc est interpunctio, & sic rescribendum, Τοῦ δ' Ἐβὲρ, τοῦ Σαλὰ τοῦ Καϊνὰν, i. e. *Filii Eberi*, *filii Salæ cognomento Kainani* [x]. Pia quidem est hæc solutio & commoda; utinam & satisfacere possit, &c. sed gravissimis difficultatibus est obnoxia. 1. Constat ex Lxx *Kainan* à *Sale* distingui. 2. Cur Lucas hunc solum binominem proponit? 3. Obstat articulus τοῦ, qui ubique aliàs, ideóque & h. l. & personam diversam, & χρόνον inferioris ad superiorem, designat [y]. Sed non necesse est ut τοῦ hîc, ut antè, sumatur pro τοῦ υἱοῦ, quum & aliter sumi possit, & revera sumatur, v. 38. τοῦ Θεοῦ, *Filii Dei*, non, ut in præcedentibus, propriè, sed per Metaphoram [z]. At si τοῦ h. l. ità sumatur, quidni & in aliis propriis nominibus idem dicatur [a]? [Hæc prima sententia.] 2. Generatio *Kainan* inter *Arphaxadum* & *Salam* interponenda est [b]. *Arphaxad* genuit *Salachum*, nempe ut avus nepotem, mediatè scilicet, per filium *Cainanem*. Nam in Genealogiis interdum, præterito filio, nepos subscribitur, ut 1 Chron. 4. 1. inter *Churem* avum, & nepotem *Schobalum*, *Caleb* secundus (pater *Schobali*, 1 Chron. 2. 50.) omittitur [c]: & ut Matt. 1. 8. *Joram* dicitur *genuisse Oziam* [*]. *Cainan* ergò à Mose missus est brevitatis causâ [d]. [Aliis non placet hæc solutio.] 1. Lucas brevitatem magis quàm Moses in hac recensione quæsivit. 2. Moses non brevitatem [*], sed accuratam personarum, temporum, totiúsque generis, circumscriptionem tradere voluit [f], annósque exactè supputat; id quod 1 Chron. 4. non fit. Turbatur autem hoc pacto Chronologia sacra [g]. Quòd tamen alii negant [h]. At si verè *Arphaxad* genuit

[l] Li. ho.
[m] G.
[n] Usser. dissert. de Cainane.
[o] Scal. in Span.
[p] Span. dub. 1. 23. 139.
[q] Q. in Span.
[r] Span. ib.
[†] Gom. de genealog. Christi, sim. Petit. var. lect. c. 27. Nauclerus & Lucidus in Span. 156.
[t] Pet. ib.
[v] Gom.
[x] Pet. ib.
[y] Span. ib. 157.
[z] Gom.
[a] Span. ib.
[b] Q. in Ussl. p. 180.
[c] Gom.
[*] Q. in Uss.
[d] Q. in Jun.
[*] Jun.
[f] Jun. sim. Span.
[g] Span. 154.
[h] Uss.

Cainan, deinde *Cainan Selam*, ille genuit *Cainan*, an. 18. & *Cainan Selam*, anno 17. Quâ ratione *Sela* natus est ipsi *Arphaxad*, cùm *Arphaxad* ageret 35. annum [i]. Et quidni id ferre potuerit natura (tunc quàm hodie multò vegetior) ut illi consuetudine citiùs conjugati eâ ætate gignerent [k]? 3. Si Mosi notus esset *Cainan*, cur eum h. l. prætermitteret [l]? [Hic secundus solutionis modus.] 3. *Kainan* h. l. gradum collateralem constituit, erátque hic filius τοῦ *Kainan* naturalis, *Salæ* autem legalis, vel contrà [m]. Neque hoc placet. 1. Precarium hoc est & ἄγραφον, atque à mera conjectura. 2. Et cur uni Salæ duo assignantur patres, non item reliquis? 3. *Kainan* & in Luca, & apud Lxx, non ut frater Sale, sed ut pater ejus, evidenter producitur. 4. Quid facit pater legalis ad Genealogiam Christi [n]? [Hæc de iis quibus *Cainan* γνήσιος videtur dicta sunto. Aliis ὑποβολιμαῖος, sive supposititius, est.] *Cainan* tamen hîc retinendum probat auctoritas Lucæ eum h. l. ponentis [o]. Rectè, siquidem Lucas ex propria sententia sic scriberet; sin ex aliorum, non item. Alioquin multa dicunt Sacri Scriptores juxta sententiam vulgò receptam, non autem juxta rei veritatem [p]; v. g. Josephum fuisse patrem Jesu, Luc. 2. 48. Melchisedechum fuisse *fine patre*, *sine matre*, &c. Heb. 7. 3. Ità & Lucas patres Christi omnes, tam vulgò ità habitos, quàm veros, recensendos sibi proposuit [q]: ideóque Genealogiam ipsius ità exorditur, ὢν, ὡς ἐνομίζετο [r]. Quâ προθεσπιεία non obscurè innuit, non accuratam esse hanc Genealogiam, sed temperari ad captum & opinionem vulgi [†]. At verò illa verba, ὡς ἐνομίζετο, constat non ad totam Lucæ Genealogiam pertinere, sed saltem ad designandam peculiarem Christi ad Josephum σχέσιν [t]. [Sed pergant Authores hujus sententiæ.] Lucas ergò Cainanem hîc addit ex Græcorum Interpretum fide: quanquam eos falsos esse scivit [v]. Maluit Lucas in re non magni momenti, quæque ad fidem nihil pertinet, piâ συγκαταβάσει errantes sequi, quàm intempestivo dissensu scrupulum injicere, aut etiam Evangelii sui αὐθεντίαν in discrimen adducere apud infirmos, vel pertinaces, quibus persuasum erat hos Interpretes fuisse ἀναμαρτήτους [x]. Solent Scriptores Sacri in repetitione notarum historiarum interdum variare à primitiva & originali historia, ad quam Lectores referunt. Sic 1 Par. 1. 36. *Filii Eliphaz*, *Teman* — & *Timnah*: cùm tamen *Timnah* non erat vir, sed fœmina, & concubina *Eliphazi*, Gen. 36. 12. Sic & Act. 7. 15, 16. Sic nomina *Iannis* & *Iambris* non pro certo traduntur, sed ut ab aliis tantùm dictata referuntur, 2 Tim. 3. 9. Idémque dici potest de Michaele contendente cum Diabolo, Judæ vers. 9. Et, cùm Lucas Græcè scripserit & pro Gentilibus, aptissimè sequitur Biblia Gentilium, sive Codices Græcos, quibus solis Gentiles uti poterant, nè, si discrimen inter Lucam & suos Codices observâssent, Lucæ veracitatem in reliquis in suspicionem vocarent [y]. Lxx enim Interpretes constanter nomen *Kainan* habent, Genes. 10. 24. & 11. 12. & 1 Par. 1. 18. qui etiam disertè referunt, quo anno & natus fuit, & genuit, & obiit [z]. [Aliis hæc sententia non placet.] 1. Noluit Lucas minus habere curæ veritatis quàm famæ [a], aut errorem potiùs hominum quàm Spiritûs Sancti ductum sequi, aut malum facere ut bonum eveniret. Alioquin periclitaretur Evangelii authoritas, & hâc rimâ apertâ, & hominibus profanis cavillandi, & piis dubitandi, daretur occasio, an verè dictum quid, an accommodatè saltem ad temporum, & hominum, rationem. Et Lucas, ut vitaret scandalum acceptum per accidens, scandalum ultro objecisset Lectori, per discessum illius & à Mose & à veritate [b]; ut vitaret scandalum Hellenistarum, objecisset se cavillis Judæorum, Lucam cum Hebræo textu conferentium [c], totique Ecclesiæ crucem fixisset [d]. Sed non erat cur quererentur Judæi de Luca, qui hoc fideliter transcripserit, sed de Lxx primis hujus Authoribus, unde Lucas hausit [*]. 2. Non constat hujus Versionis sive authoritas sive integritas [f]. Versio illa ante Origenis tempora corrupta fuit, ut liquet ex Orig. Hexaplis & Octaplis, de quo & Hieron. sæpe multúmque conquestus fuit [g]. Quin & hæc ipsa Genealogia juxta Græcam editionem tota scatet anachronismis, tam à Vulgata Versione quàm ab Hebræo textu Mosis differt immensum quantum [h]. Sciendum porrò, Lxx Seniores hoc opus gravatè, nec nisi metu adactos, suscepisse,

[i] Gen. in Uss.
[k] Gom.
[l] Per. in Uss.
[m] Q. in Span.
[n] Span. 155.
[o] Q. in Uss. 193.
[p] Uss. ib. sim. Jun. Par.
[q] Uss.
[r] Uss. sim. Jun.
[†] Jun.
[t] Span. 154.
[v] Jun.
[x] Q. in BP. 13. 101. sim. Jun.
[y] Li. ho.
[z] Q. in Span. 140.
[a] BP. ib.
[b] Span. 160....
[c] BP. sim. Span.
[d] Span. 161.
[*] Li. ho.
[f] Span. 161....
[g] Span. 167.
[h] BP. 102.

pisse, hunc scilicet thesaurum suum Gentilibus invidentes; ideoque multa, prout tutò poterant, eos celâsse, multa mutâsse, multa etiam addidisse[i]. Exempla demus in propriis tantùm nominibus, quale hoc est Genes. 10. 22. Ἐλισὰ additur ad filios Japheti; Gen. 10. 22. Καινὰν alter ad filios Semi; Gen. 46. 20. quinque nepotes ad filios Josephi; Exod. 1. 11. Ὤν, *On*, urbs, ad *Pithem* & *Ramsen*; 2 Sam. 20. 18. *Dan* urbs, ad *Abel*, &c. Nota est historia de 13 locis quæ à LXX immutata referunt Talmudici. Plurima ab iis prætermissa notat Hieron. l. 3. in Jer. c. 17. plurima addita notat Origenes. 3. Non in omnibus τῶν LXX exemplaribus habetur hic *Cainan*. Duplex erat editio τῶν LXX: 1. Ea quam, in Alexandrina Cleopatræ bibliotheca repositam, & in Ægypto, Palæstina, & Syria, tum receptam, Hexaplis suis Origenes inserendam curavit: quæ incorrupta & immaculata LXX editio à doctis censebatur. 2. Ea quam Græci κοινὴν, *communem*, atque Vulgatam, vocant, quæ plerisque Λουκιανὸς, vel Λουκιανοῦ, dicebatur, quæ post 4. Ptol. Philometoris annum (ut ex fine Libri Esteræ liquet) concinnata, præcedente tempore, LXX Seniorum locum & nomen obtinuit. In posteriore erat hic *Cainan*, non autem in priore. In communi autem editione τῶν LXX Origenes Theodotionis editionem miscuit[m]: ubi & varias notas adjecit, addita obeliscis, detracta asteriscis, variantia lemniscis, appositis denotans: quæ notæ postmodum magno Ecclesiæ damno à Librariis prætermissæ sunt[n]. Hic verò Origenes ea quæ ad *Cainanem* spectant uti invenit, ità & reliquit, sed virgulâ sive obelisco prænotata, teste Procopio ad Genes. capite undecimo[o]. [Hæc de prima sententia quæ *Cainanem* in Luca retinendum statuit. Sequitur secunda.] Omnino Cordesio assentior existimanti *Cainani* nomen hoc loco nec in primitivis Lucæ, nec in LXX Interpretum Libris, exstitisse. De LXX fidem facit, quòd Procopius Gazæus notat eum qui est in Genesi de Cainano locum ὠβελισμένον tanquam suppposititium[p]; quòd Theophilus Antiochenus, in temporum supputatione LXX illos sequens, in nominum recensione, omisso Cainane, Arphaxadum Salæ patrem faciat[q]; itémque Eusebius, ut Græcè à Scaligero est editus[r], idque in ea Genealogia quam ipse ait esse secundùm LXX[†]; quódque alii, secundùm LXX tempora se putari profitentes, ità putent, ut constare ratio non possit nisi omittatur hîc *Cainan*, quos inter sunt Epiphanius hæresi 55. & Orosius[t]; & quòd ipsorum Apostolorum temporibus Dositheus, in textu quem interpolatum Samaritanis suis dedit Hebraico, Patrum post Diluvium annis ante παιδογονίαν ex LXX desumptis, Cainanem cum suis annis prorsus prætermisit[v]. His adde, quòd LXX nomen hoc ex traditione aliqua hausisse dici non possint, cùm Samaritana scriptio, & Chaldæa Versio, & quæ eam secutæ sunt aliæ extra Græcam, Codici Hebræo consentiant, nec quisquam Hebræorum Magistrorum tale quid tradiderit[x]. Denique, in Versionem LXX hîc irrepsisse mendum, hinc probatur: 1. Quòd manifestus reperiatur error in numeris[y]. Annos Arphaxado, post genitum Cainanem, 400 tribuit Vulgata τῶν LXX editio; al. 430. al. 363; al. 335; al. 330; al. 300. Tantæ Græcæ lectionis hîc est inconstantia[z]. 2. Quòd Paralipomenων Liber Græcus, cujuscunque is tandem sit Interpretis, in antiquioribus Libris (in editione illa LXX à Sixto 5. publicata*) *Cainanis* hujus novi nullam [1 Par. 1.] faciat mentionem[†]. Expungendum ergò etiam Gen. 11. eadem enim series utrobique conscribitur. Suspicionem auget, quòd apud LXX in Genesi iidem prorsus numeri generationis & ætatis *Cainan* dentur, qui dantur Salæ, cùm in aliis semper varient[a]. *Cainan* non saltem in οʹ. irrepsit, sed & in Lucam[b], vel incuriâ, vel fraude[c], & pio studio, nè inter se committerentur Scriptores S. Lucas & οʹ. ab hostibus Evangelii[d]; adeóque ex utroque loco expungendum est*. Crediderim à Scriptore aliquo Libri, [Lucæ,] unde multa exemplaria fluxerunt, ex v. seq. nomen *Cainanis* hoc loco errore quodam repositum[f]: quales repetitiones vitiosæ ex perperàm inspectis archetypis, aut dictantis hallucinatione, multis in Libris occurrunt. Deinde, cùm latè spargi ea lectio per Lucæ exemplaria cœpisset, Græcos Christianos etiam in Versione Geneseos secundùm LXX inter Arphaxadum & Salam interposuisse nomen *Cainanis*; annis etiam additis, quò magìs Lucæ, quem sic scripsisse arbitrabantur, sua auctoritas constaret[g]. Sed probabilius est, *Cainan* in Lucam irrepsisse ex Κοινῇ, sive Vulgata, τῶν LXX editione; in qua *Cainanem* locum etiam ante Christi tempora obtinuisse Demetrii Chronologia apud Euseb. (Evang. præp. lib. 9.) proposita demonstrat[h]. [Hujus sententiæ argumenta sunt.] 1. *Kainan* ad hanc Christi Genealogiam non pertinere invictè demonstrat, quòd nec Moses eyus meminerit, nec Scriptor Paralipomenων in descriptionibus suis Genealogicis, quas tribus in locis instituunt[i]. Cùm enim Moses exactè, & ex professo, & solus, hîc conscribat Historiam, Genealogiam, & Chronologiam, mundi, incredibile est, ipsum omittere voluisse 30 annos vitæ Cainan, adeóque totam Chronologiam perturbare[k]. Obj. At multa alia sunt à Mose præterita, quæ alibi referuntur, ut cædes Ephraimitarum, 1 Chr. 7. 21. nomina Magorum, 2 Tim. 3. 8. Prophetia Enochi, Jud. v. 14, 15[l]. Resp. Sed dispar est ratio: in his enim parùm situm est: hoc autem pertinet ad ἀσφάλειαν fidei, & Scripturæ S. perfectionem, nè hiulca esset Chronologia Sacra[m]. Obj. 2. Moses consultò *Cainanem* prætermisit, vel, 1. ut duas generationum decades constitueret, unam ab Adamo ad Noachum, alteram à Noacho ad Abrahamum[n]. Vel, 2. ob grande aliquod ejus peccatum[o]. Resp. Neutrum placet, non, 1. quia gratis & sine fundamento hoc dicitur[p]: non. 2. tum quia supponitur tantùm tale ejus peccatum, sed non probatur; tum quia eadem de causa Lamechus, Chamus, Nimrodus, &c. prætermissi fuissent[q]. Obj. 3. *Cainan* à Mose nominatus erat, sed vel fraude, vel incuriâ, expunctus[r]. Resp. 1. Contrarium tradunt Masoretæ ad 1 Par. 1. 21. 2. Quid causæ cur Judæi hoc expungerent, quod ipsorum dogmatibus non omnino officeret? 3. Qualis hæc incuria, quâ expuncta sunt & nomen *Cainan*, & generatio ejus, & anni vitæ, idque tribus locis[†]? Nulla ratio reddi potest quare hæc exciderint ex Hebræo; at ratio probabilis reddi potest quare addi potuerint ab Interpretibus, iis præsertim qui de suo addere solebant pro arbitrio placitóque[t]. His adde, quòd Paraphrases Chaldææ constanter tam in Genesi quàm in Paralipom. *Cainanem* omittunt[v]. [Hoc primum argumentum.] 2. *Cainanem* omittunt Manuscripti aliquot quorum meminit Beza, &, quod potissimum est, antiquissimâ literâ (in antiquissimis membranis, literis majusculis, sine spiritibus & accentibus[x]) scriptus unus qui Lugdunensis Ecclesiæ fuit, Cantabrigiam postea delatus, & alter in Angliam è Græcia nuper missus[y]. Sed nullus hujus generis Græcus MSS. est alius præter Lugdunensem, quicquid hîc dicat Grotius[z]. [Certè Beza unius tantùm meminit, sic scribens;] In meo illo venerandæ vetustatis Codice *Cainan* hîc non legitur[a]. 3. [Authoritas veterum.] Abrahamum à Diluvio esse decimum, qui, Cainano interjecto, esset undecimus, non Hebræi tantùm, quos inter Josephus, affirmant, sed & ex Chaldæis Berosus ab ipso Josepho productus, & ex Græcis Eupolemus, cujus locum servavit Eusebius[b]. Africanus id nomen [*Cainan*] non agnoscit[c]. Ejus verba citat Euseb. in Chronico[d]. Irenæi quoque numerus ostendit *Cainani* nomen non lectum eo tempore*: (is enim 72 generationes usque ad Adam hîc numerat, quæ, inserto *Cainan*, essent 73[f].) nec certè ejus quæ nunc apparet lectionis indicia reperias ante quartum seculum[g]. 4. Falsum est quod dicit Moses, Arphaxad anno ætatis 35. genuisse Sale, si *Cainan* interponatur[h]. [Hæc secunda sententia. Adversùs quam alii sic militant.] 1. Obstat authoritas Syri, Interpretis antiquissimi[i]. Resp. 1. Ibi quoque irrepsit *Cainan*, vel fraude, vel incuriâ. 2. Sine absurditate dici potest, prima quædam apographa jam antè depravata, unde hoc & Syrus hausit[k]. 2. Obstat providentia Dei, quæ non permissura videtur tam insigne mendum in textu Authentico, idque in omnibus exemplaribus: alioquin procacia ingenia eludent omnia[l], & nihil in Scriptura erit certi[m]. Resp. 1. Quis ferat sic argutantem? In Livii, Suetonii, Aristotelis, &c. scripta quidam errores irrepserunt: Ergò nihil est certi in historia Romana, nec sciri potest quid Aristot. senserit. 2. In minutiis quidem variant Codices, non autem in locis ad fidem & salutem necessariis[n]. Parum quidem in hoc errore situm est, eíque corrigendo suppetit remedium ex Mose[o]. 3. Pro-

[i] Li. harm. 1. 209.
[m] Uss. 187.
[n] Span. 167.
[o] G.
[p] Idem.
[q] G. sim. Usser. 192.
[r] G.
[†] G. sic Usser.
[t] G.
[v] Uss. 192.
[x] G.
[y] Span. p. 171. ex La.
[z] Uss. 183.
[*] Span. ex La.
[†] G.
[a] Span. ex La.
[b] Span. ex Beroald. & Cap. sim. G. ex Cordes. BP. ex La.
[c] Span. 169.
[d] Span. 178.
[*] Span. ex Cap &c.
[f] G. sim. BP.
[g] G.
[h] Uss. 194.
[i] Span. 146.
[k] Span. 172. ex La.
[l] Gom.
[m] Span. 186.
[n] Per. & Salm. & Salian. in Span. 141.
[o] Torn. in Span. ib.
[p] Span. 147.
[q] Span. 148.
[r] Q. in Span. 141.
[†] Span. 151.
[t] Li. ho.
[v] Span. 171. & 175.
[x] Uss. 196.
[y] G.
[z] Uss. ib.
[a] Be.
[b] G. sim. BP. 102.
[c] G.
[d] BP. ib. 103.
[*] G.
[f] BP.
[g] G.
[h] Span. 172. ex La.
[i] Q. in Span.
[k] Span. 180.
[l] Q. in Span.
[m] Q. in BP.
[n] BP. 2. 13. 104.
[o] Span. 183.

3. Probabilius est, errâsse Exscriptores Lucæ, quàm aut Mosen errâsse in Chronologia sua, aut Lucam ultro eum errorem secutum esse [p]. [Atque hæc de nobili hac quæstione dicta sufficiant. Pergamus jam ad reliqua hujus capitis.]

38. *Qui*, &c. Τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ] Filii *Adami, qui fuit Dei*, Be. Pi. &c. sub. *creatura*, Glas. gram. 156. vel, sub. *filius*, Val. D. G. Bru. &c. ut in præcedentibus [q], sed aliâ ratione [r]: propter animam divinitus inspiratam [†]: non per generationem [t], sed per creationem [v]. Hoc gradu attollit animos ad credendam Christi genituram. Nam qui ex terra sine patre hominem primum potuit producere, idem efficere potuit ut Christus ex Virgine sine patre nasceretur, imaginem illam Divinam ad quam Adamus erat conditus, non purgaturus tantùm à peccati maculis, sed & in multò meliorem sortem reformaturus. Certè & Paulus illud Arateum laudat, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, [Act. 17. 28.] Et Deus ipse hoc sensu *patrem* se vocat, Deut. 32. 6. Sed & Philo Deum *patrem Adami* nominat, & causas nominis facundè explicat, περὶ τοῦ πατρός τε καὶ ἡγεμόνος. [Verba vide in G.] Josephus quoque de primis hominibus agens, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ γενόμενοι. Syrus & Arabs, cùm ubique filii nomen expresserint, hîc mutârunt loquendi genus; neque dixerunt, *Adam, qui filius Dei*, sed, *qui ex Deo, est*; nè scilicet ex substantia Divina genitus crederetur [x]. Al. Filius *Adam*, filius *Dei*. Vox enim *Jesus*, vel υἱὸς, (non υἱοῦ,) subintelligenda est, atque in animo Lectoris adjungenda unicuique propagini in hac Genealogia [y]: alioquin & primus & ultimus gradus improprii sunt, & à reliquis discrepantes [z]. [Vide dicta ad v. 23.] Concludit itaque Lucas hanc Genealogiam declaratione duarum in Christo naturarum, humanæ, quâ erat *filius Adami*, *semenque* Adamo promissum; & Divinæ, quâ erat *filius Dei*, prout cœlitus dictum [a]. Non displicet mihi veterum observatio, qui Matthæum Judæis scribentem eò rem perduxisse volunt, ut ostenderet Jesum esse hæredem Abrahami & Davidis, ac proinde ipsorum Messiam [b], in quo Fœderi cum Abrahamo icto satisfactum fuit [c]; Lucam autem, ut qui Græcis scriberet, ad ipsam generis humani originem stemma pertexuisse, ut significaret, hunc illum esse qui, communi bono generis humani natus, in se credentibus collaturus esset jus filiorum Dei, quod Adamus & eum secuti homines amiserant, & quidem tantò excellentius, quantò ipse genitus erat modo excellentiore [d]; qui etiam non Judæorum tantùm Salvator est, sed & omnium hominum ex primo Adam oriundorum [*].

p Span. q Bru. r Glas. 3. 1. 39. 156. † D. t Di. v Di. sic D. G. Bru. &c. x G. y Li. ho. p. 71. z Li. harm. 1. 206. a Li. harm. ib. 214. b G. c Bru. d G. * Bru.

CAP. IV.

1. **P**Lenus Spiritu Sancto] i.e. Spiritûs Sancti donis, juxta Esa. 11. 2, 3 [a]. donis Propheticis, quibus homines idonei redduntur ad munus publicum, &c. Quæ dona *Spiritûs Sancti* nomine denotantur, tum in N. T. ut Luc. 1. 15, 41, 67. Act. 2. 4. & 8. 18. & 10. 44. tum apud Hebræos, quibus hæc phrasis usitatissima erat. [Vide Li.] Hæc autem dona longè diversa erant à gratia sanctificationis: quia & impiis data sunt, ut *Balaamo*, *Judæ*, &c. nec tam in habentis quàm in aliorum commodum. Non ergò additamentum gratiæ aut sanctitatis h. l. significat, sed collationem donorum quæ antea non habuit. Neque enim hæc dona propriè fructus erant unionis duarum naturarum, (quum hominibus etiam collata fuerit hæc potestas miracula patrandi, res Divinas docendi, futura prædicendi, &c.) sed donationis Divinæ, & unctionis Spiritûs Sancti. Plenitudo autem Spiritûs Sancti erat quoque in aliis, Luc. 1. 67. Act. 6. 5. sed in Christo erat, & ampliore mensurâ, & nobiliore modo; quòd scilicet Christus patrare potuit, & quæcunque, & quandocunque, & quomodocunque, & quibuscunque, voluit [b]. Semper Jesus plenus erat Spiritu, sed significat, hoc in ipso magis apparuisse [c]. ¶ *A Jordane*] In quo baptizatus erat [d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἤγετο ἐν τῷ Πνεύματι] *Et agebatur* (vel, *ducebatur*, Camer. sic Er. Val. sim. Sy. Tre. Ar. Æth.) *in Spiritu*, Mo. vel, *per Spiritum*, Er. Ti. V. Pi. sub. *eundem*, Ti. Pi. vel, *ab* eodem *Spiritu*, Il. P. Be. cujus scilicet antè facta mentio [*]; virtute Spiritûs [f]; Spiritûs instinctu [g]. Ἐν causaliter ponitur, ut Matt. 12. 28. & ut Hebr. ב sumitur, Psal. 33. 6. Hos. 1. 7, &c. neque enim hoc in visione tantùm, ut illud Ezec. c. 37. v. 1. sed revera factum [h]. Ἐν Πνεύματι [h. l.] idem quod ὑπὸ Πνεύματος [i], [Matt. 4. 1.] nisi forsan illud Matthæi externum impulsum, hoc Lucæ internum motum, denotet [k]. Vide infrà 14. & suprà 2. 27. & quæ ad Matt. 4. 1 [l]. Significatur hîc efficacia Spiritûs, non tantùm ducentis ostendendo, aut suadendo, sed & facientis ut faciant sancti, & inter cæteros, Jesus ut homo, id quod ipse suggerit, non inviti, sed hilares & alacres [m]. In Matt. est ἀνήχθη, quod ego intellexerim, quòd raptatus fuerit in aera, & sic provectus in eremum. 1. Ex similibus exemplis; Act. 8. 39, 40. Vide & 1 Reg. 18. 12. & 2 Reg. 2. 16. 2. Hinc forsan Diabolus Jesum per aerem rapuit, simulans scilicet se Spiritum Sanctum esse, qui eum sic rapuerat. 3. Diabolus Christum in pinnaculo Templi stetit, ibique eum reliquit: unde *reversus est in Galilæam in virtute* Spiritûs, infrà 14. i. e. à Spiritu Sancto eò abreptus, ut antè in eremum [†]. ¶ *In desertum*] Vel, 1. Horebi, quod *desertum* emphaticè dicitur, in quo quippe erant feræ, &c [n]. Vel, 2. Judææ, cujus mentio præcessit, Matt. 3. 2, 3. in qua & feræ erant, 1 Sam. 17. 28, 34. 2 Sam. 23. 20. Jer. 49. 19 [o].

2. *Diebus*, &c. Ἡμέρας, &c.] *Dies quadraginta*, Be. Pi. &c. Referri possit, vel, 1. ad superiora [p]: q. d. 40 diebus actus sive ductus est [q]. Subauditur, *fuitque illic*, Be. vel, *ubi erat*, Pi. *dies* 40, Be. Pi. Confirmatur hæc ellipsis ex collat. Marc. 1. 13 [r]. Vel, 2. ad sequentia [†]: *dies* 40 *tentatus est* [t]: non toto hoc tempore, sed aliquâ ejus parte [v]. At cœpit & esurire & tentari post 40 dies, Matt. 4. 3, 4 [x]. Resp. Christus etiam aliis diebus tentatus erat [y], quanquam aliis rationibus [z]. Sensus, *Ducebatur*: à quo? *à Spiritu*: quò? *in desertum*: quamdiu? 40 *diebus*: quorsum? *tentandus*; vel, *ut tentaretur* [a]. *Dies* hîc civiles, i. e. νυχθήμερα intelligit, quod alii Hebraico more dixerunt *dies* 40 *& noctes* 40. Neque id impedit quò minùs revera Christus intra ejus temporis terminos Hierosolymis ἐν τῷ πτερυγίῳ fuerit. Nam cùm statim relatus fuerit in solitudinem summâ celeritate, exiguum tempus pro nullo reputatur [x]. ¶ *Tentabatur*; ità Ti. Pi. &c. Πειραζόμενος] *Tentatus*, Mo. sic Ca. Pers. *Ut tentaretur*, Tre. & Di. ex Sy. Particip. Præsens accepit in significatione Futuri, quod ex Hebræorum & Syrorum more frequens est in Hellenismo. Πειραζόμενος hîc est quod Matth. πειρασθῆναι [*]. *Tentante* eum, Be. P. Ar. Multis modis; quorum præcipui hîc referuntur [†]. Per 40 dies, invisibiliter, malis suggestionibus: illis autem exactis sine successu, Joh. 14. 30. visibiliter, & sub specie Angeli lucis [y]. ¶ *Nihil manducavit*] Vel interdiu, vel noctu, teste Matthæo: quum tamen alii per diem jejunantes noctu comederent, 1 Sam. 14. 24. 2 Sam. c. 1. v. 12 [z].

3. *Si filius*, &c.] Ut jam dictum è cœlo, Luc. 3. 22 [a]. ¶ *Lapidi huic*] i.e. Cuivis horum lapidum [b]: quod pluraliter exprimit Matthæus, ut alibi sæpe [c].

4. *Scriptum est*] Nota, 1. Primus Christi in munere suo ministeriali sermo continet assertionem authoritatis Scripturæ S. 2. Christus, licèt Spiritu S. plenus, Scripturam pro regula sua habet [d]. ¶ *Sed in* (vel, *ex*, Pi.) *omni verbo Dei*] i. e. Eo quod Deus edixerit, quodcunque tandem illud sit; cùm nec panis alat, nisi ex Dei ordinatione, & prout ipsi libet, Agg. 2. 16 [*]. Vel, omni re aliâ quæ à Deo proficiscitur, omni eo quod jusserit Dominus, ut Mannâ olim, & aliis [f].

5. *Duxit*, Ἀναγαγὼν] הסיק [g]. *Quum subduxisset*, vel *sustulisset*, Be. Bru. Pi. i.e. sursum duxisset [h]. Mira Christi demissio, qui hoc passus est [i]. ¶ *In*, &c. Ἐν στιγμῇ χρόνου] *In puncto temporis*, Er. Il. Mo. P. Ti. G. Sic loquuntur Cicero & Cæsar [k]. *Exiguo tempore*, Tre. ex Sy. sim. Ar. Pers. ἐν ἀτόμῳ, ut Græcorum quidam loquuntur [l]. *Momento temporis*, Ca. sic Æth. Sed *momenti* significatio longiùs porrigitur. Hebræum est פתע, Esa. c. 29. v. 5 [m]. Sumpta est Metaphora, vel, 1. à puncto Mathematicorum [n]. At hoc non στιγμὴν vocant, sed σημεῖον [o]. Verùm etsi σημεῖον id ab Euclide appellatur, alii tamen στιγμὴν vocant, ut Aristoteles, qui στιγμῆς & γραμμῆς toties meminit.

Dic-

a Bru. b Li. harm. 2. 11. c Mal. sim. Bru. d Bru.

* Be. f V. Zeg. g Camer. h Li. harm. 2. 2. i Be. k Li. ib. l G. m Bru. † Li. ho. n Chem. o Li. harm. 15. p Er. sic Be. Pi. q Q. in Val. sic Pi. r Pi. † Er. t Er. ex Orig. sim. Li. v Er. x Pi. y Er. sim. Li. harm. 2. 3. z Er. a Di. x G. * Di. † G. y Li. chron. 11. 12. z Li. harm. 2. 18. a Pi. b G. Li. c G. d Li. harm. 24. * Be. f V. g G. h Pi. i Pi. sim. Li. 26. k G. l Idem. m Idem. n Cas. ex Er. o Be.

Diogenes Laertius, στιγμὴ δ' ἐστι γραμμῆς πέρας (*lineæ terminus,*) ἥτις σημεῖον ἐλάχιστον p. Vel, 2. A scribis, apud quos στιγμὴ, in pungendis literarum notis, videtur esse id cujus apud Geometras σημεῖον in lineis animo concipiendis idea quædam est q.

6. *Potestatem* (vel, *Autoritatem*, Be.) *hanc*] Ità Pi. i. e. Regna, sive regiones. Meton adjuncti r, *Hoc imperium.* Syrus rectè שולטנא: nam & Lxx שלט vertunt ἐξουσιάζειν. Hinc passim videre est conjungi ἀρχὴν & ἐξουσίαν, & à sensu abstracto ad concretum, quem vocant, transferri †. ¶ *Et gloriam illorum*; i. e. Regnorum t. Αὐτῶν] Rectè, ut ad res ipsas demonstratas referatur; quomodo mox, ἔσται σοι πάντα v. i.e. eam gloriam quæ ex administratione illorum proficiscitur x. At Syrus legit αὐτῆς, ut referatur ad ἐξουσίαν y. ¶ *Mihi tradita sunt*, Παραδέδοται] *Tradita est*, Be. Pi. scil. hoc jus & hæc gloria z. Mentitur: imperium orbis homini traditum est; Diabolus autem illud usurpat, potestate non absolutâ, sed definitâ à Deo a, ut nec in porcos introire possit, nisi permissu Dei, nedum ut pro arbitrio Regna transferat b. ¶ *Et cui volo do illa*, Αὐτὴν] *Illam*, V. Be. sic G. ex Sy. Pi. &c. sub. *gloriam*, V. sic G. Diabolus hoc loco & alibi, ut Sophistæ solent, verum falso permiscet. Neque enim tam impudens erat ut Deo jus in Imperia abnegaret: ideo dicit, παραδέδοται. Sed jactat vim suam in rebus humanis agendis ferendisque, ob quam ἄρχων τοῦ κόσμου ipsi quoque Christo dicitur. Falsum præcipuè est in illo, ᾧ ἐὰν θέλω· id enim libertatem significat alieno arbitrio non subjectam, quæ Deo illis ipsis verbis ut propria tribuitur, Dan. 4. 25. Tantundem ergò dicit Diabolus quasi diceret Deum ab humanarum rerum respectu curam suam avertisse: quæ opinio fons est ἀθεότητος c.

7. *Si*, &c. Ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου] *Si tu adoraveris me*, Be. Pi. Bru. vel, *coram me*, Er. Pi. sub. *prostratus*, Pi. sim. Er. vel, *in mei honorem*: quod μοι dixit Mat d. Nam quod sæpe per Dativum dicitur id alibi exprimitur per על, aut לפני *, Græcè, ἐναντίον aut ἐνώπιόν τινος. Dativus est Hebraicè & Græcè, 1 Reg. 19. 18. & Græcè, Rom. 11. 4. ubi Latinè, *coram*: quod Jer. 29. in Dativo, id 2 Par. 25. 14. est per לפני, Græcè, ἐναντίον αὐτῶν f. Hinc colligo idem esse *adorare Diabolum*, & *coram Diabolo*; *imaginem*, & *coram imagine* g.

8. Ὕπαγε ὀπίσω μου] In Vulg. & 3 vet. cod. & meo vetustiss. hoc non legitur. Est tamen in reliquis exempl. & apud Theophyl h. Sed nullus est Græcorum Theophylacto antiquior qui hæc verba hoc loco agnoscat. Haud dubiè vetustior est lectio [quæ ea omittit,] quam & Syrus agnoscit, & Orig. & Ambros. Post quos omnes [illa] addi in Græcis Codicibus atque etiam Arabicis cœperunt. Alii etiam exscriptores commata quædam in hac historia transposuerunt, ut ordinem tentationum eum restituerent qui est apud Matthæum. Sed nulla fuit causa cur Lucas in rebus ejusmodi ordinem tam anxiè sequeretur i. Iisdem his verbis Christus Petrum alloquitur, Marc. 8. 13. Matthæus, 4. 10. dicit tantùm ὕπαγε, i. e. *abi*, sive *abscede*; [ut vertunt h. l. V. Be. Pi. &c.] ut ostendit sequela: nam Diabolus abscessit, Matth. 4. 11. Lucas autem hîc addit, ὀπίσω μου, *post* (vel, *à*, Be. Pi.) *me*, quia hæc tentatio non est hîc ultima, ut Matthæo, sed alia eam sequitur; qu. d. Nunquam posthæc me hoc pacto tentare audeas k. ¶ *Adorabis*] At Deut. cap. 6. vers. 13. est, *timebis* l. Resp. *Timor Dei* includit in se omnia hominis erga Deum officia, in affectu aut actu, in cultu aut conversatione: ideóque hoc loco aptè reducitur ad speciale illud officium de quo sermo est m.

9. *Si*, &c. Εἰ ὁ υἱὸς, &c.] Suprà dixit, εἰ υἱὸς, &c. quomodo & hîc legendum non vanis conjecturis monet eruditus Interpres n. [Bezam intelligit, cujus verba sunt:] Articulus abest & suprà v. 3. & Matth. 4. 6. & apud Syrum, & in meo vetustiss. cod. o. Nec refrager, si Codicum aliquot auctoritas accedat. Nam nè Arabs quidem articulum addit p. Videtur Satan adhuc Incarnationis mysterium ignorâsse, & Prophetias de Messia ità accepisse quasi Messias divinissimus tantùm homo esset, non autem θεάνθρωπος q. [Vide Synopsin ad Matth. 4. 3.]

10. *Ut*, &c. Τοῦ διαφυλάξαι σε] Quod est in Psalmo, לשמרך; ità verterunt Lxx. Sic & alibi in his scriptis reperies τοῦ positum pro Hebræo ל r.

11. *Et*, &c. Καὶ ὅτι] Illud ὅτι servit mimesi, ut in v. præced †. ¶ *In manibus*] Syrus, *Super brachia*: non enim parva manus intelligitur, sed magna, quæ ad cubitum se extendit, & brachium complectitur; estque verum gestandi pueri instrumentum t. ¶ *Nè fortè offendas*, &c.] Omittit h. l. tum verba illa, *in viis*; nam illa actio adorandi Diabolum erat extra vias Christi; tum quæ sequuntur, *calcabis super leonem*, &c. quæ de exitio Satanæ agunt v.

13. *Et consummatâ* (vel, *finitâ*, Be. Pi.) *omni tentatione*] i.e. Omni ad peccatum solicitatione, quam scil. hoc tempore permissus erat exercere x. Dicit *omni*, quia hîc erat omne genus tentationum: vide 1 Joh. 2. 16 y. Vix ulla est tentationis species, quæ vel ad diffidentiam de Deo, vel ad rerum caducarum studium, vel ad vanam sui ostentationem, non referatur z. Vel, *omni*, & visibili & invisibili; vel potiùs, *omni tentatione*, ad peccatum scilicet: eum alio modo aggredi statuens a: vi aggressurus postea quem illecebris corrumpere non potuerat b, Joh. 14. 30. ut nihil esset malorum in quo vincendo Dux noster nobis non præivisset; *tentatus in omnibus*, &c. Heb. 4. 15 c. Dictum erat Gen. 3. 15. quòd ipse *contereret calcaneum ejus*, h. e. passionem mortémque ipsi inferret; hîc verò *caput ejus conterere* voluit, eum ad peccandum adigendo, ut & ipsum & opus redemptionis everteret d. ¶ *Usque*, &c. Ἄχρι καιροῦ] *Ad* (vel, *Usque ad*, Bru. Li. &c.) *tempus*, Be. Pi. Bru. nempe opportunum*. Sed hoc tempus erat summè opportunum, quo nimirum Christus solus erat, jejunus, in deserto, Diabolo eatenus permissus ut huc illuc eum raptare posset. Malim ergò intelligere *tempus fixum*, & à Deo constitutum, quo calcaneum ejus contriturus erat f; nimirum tempus passionis, Luc. 22. 53 g. quando eum & per se, & per ministros, apertè oppugnavit h. Huc alluditur Joh. 14. 30. *Princeps hujus mundi*, qu. d. qui totum mundum mihi olim obtulit, *venit*, ut priùs *discessit ad tempus*; *sed nihil habet in me*, h. e. non potuit me ad peccatum trahere, adeóque jus in me acquirere i.

14. *Regressus est*] Tempus hujus itineris colligi potest ex Joh. 4. 35. *quatuor menses sunt usque ad messem*, i. e. Pascha, cujus die secundo cœpit messis, Levit. 23. 11. &c k. ¶ *In virtute Spiritûs*] i. e. Spiritu ducente eò se contulit. Hæc enim interpretatio præ cæteris arridet ob id quod suprà habuimus, v. 1. Δύναμις Πνεύματος, est, τὸ Πνεῦμα, Act. 1. 8 l. Venerat ex Galilæa ad baptismum Johannis in infirmitate carnis, redit autem agente Spiritu S. quo plenus fuerat declaratus m, Divinâ virtute sese, quæ antea veluti delituerat, in ipso exserente, cùm, superato in sese Satanâ, inciperet ejusdem opera destruere n, magnóque animo prædicare, & signa patrare: non humano affectu ductus est, quòd liberet in patria sua versari, sed vi & consilio Spiritû S. actus, &c o. Al. Significat tantùm, eum rediisse ut venerat, h. e. ἐν Πνεύματι, v. 1 p. ¶ *In Galilæam*] Loquitur hîc Lucas de secundo Christi à baptismo in Galilæam reditu, ut Matthæus & Marcus q.

15. *Docebat in Synagogis*] Qu. Quî hoc illi permissum, qui homo privatus erat & mechanicus, *faber*, Marc. 6. 3? Resp. Tanquam Prophetæ, qualem se demonstravit miraculis suis r.

16. *Venit Nazareth*] Quam initio vitaverat, sciens se, nuper fabrum, mox Prophetam, inhonorum ibi fore, Joh. 4. 44. Nunc autem, comparatâ sibi famâ illustri, eò venit, ut experiatur quo successu ibi prædicaret †. ¶ *Ubi erat nutritus*] Ità Er. Mo. Be. &c. Τεθραμμένος] *Educatus*, Ca. Tre. Pers. Bru. & antè conceptus t. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ] *Ut consueverat*, Be. Pi. כמשפטו, ità ut Capernaumi facere solebat v. Mos Judæorum, Sabbatis in Synagogam convenire ad audiendum Dei Verbum, ad publicas præces, &c x. *Ut mos ejus erat*, vel, 1. hoc tempore y; à sui manifestatione, ut scilicet Synagogas frequentaret docendi gratiâ. Nec enim initio [prædicationis ipsius] hoc accidisse, liquet ex v. 23 z. Vel potiùs, 2. dum privatus ibi vixit a, etiam à puero, &c b. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι] *Et surrexit ut legeret*, Be. Pi. &c. &c. ἀναγνῶναι, pro, τοῦ ἀναγνῶναι, scil. ἕνεκα c. *legeret* autem, nempe locum

Marginal notes (left column): p Cas. | q Be. | r Pi. sim. Be. | † G. | t Bru. | v G. | x V. | y G. | z Be. | a Bru. | b Be. | c G. | d G. | * G. sim. Be. | f G. | g Li. 2. 7. | h Be. | i G. | k Li. harm. 37. | l Q. in Li. | m Li. ib. 7. | n G. | o Be. | p G. | q Be.

Marginal notes (right column): r G. | † Pi. | t Di. | v Li. harm. 7. | x Bru. | y Q. in Li. 38. | z Be. | a Li. ib. | b G. sim. Li. 40. | c G. | d Li. 38. | * Bru. | f Li. 39. | g Bru. sic Li. | h Bru. | i Li. 39. | k Li. chron. 15. | l G. | m Bru. | n Be. | o Bru. | p Heins. | q Bru. | r Li. harm. 3. 120. | † Li. ib. 123. | t Bru. | v G. | x Bru. | y Li. ib. | z Bru. | a Li. ib. | b Bru. | c Pi.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

locum aliquem Scripturæ, quem postea interpretaretur [d]. Solebat in Synagogis esse ἀναγνώστης, ut dicemus infrà ad vocem ὑπηρέτης. Postquam is legerat attributam diei περιοχὴν, fiebat disserendi copia, Act. 13. 15. Philo, Ὁ μὲν τὰς βίβλους ἀναγινώσκει λέγων· ἕτερος δὲ τῶν ἐμπειροτάτων, ὅσα μὴ γνώριμα παρελθὼν, ἀναδιδάσκει (ità legendum ex Eusebio, ubi Philonis Codices malè repetunt vocem ἀναγινώσκει) τὰ γὰρ πλεῖστα διὰ συμβόλων ἀρχαιοτρόπῳ ζηλώσει παρ' αὐτοῖς φιλοσοφεῖται. Sed honoris causâ, si quis vir gravis advenisset, dabatur ei Liber cum potestate legendi, &, si parem se judicaret, etiam explicandi *. Mos erat, ut partes aliquæ Legis & Prophetarum per singula Sabbata in Synagogis legerentur, Act. 13. 15. & 15. 21 [f]. Lectores autem Legis die Sabbathi septem erant, primus erat Sacerdos; secundus Levita; reliqui quinque Israelitæ. Archisynagogus autem, sive Minister Ecclesiæ, evocabat illum qui legeret, cui & Librum Legis tradidit, quem lecturus aperuit, & partem legendam requisivit, non tamen antè cœpit legere quàm Archisynagogus jussit. Lectioni suæ præmisit precationem, & gratiarum actionem Deo, qui ipsos elegit, & Legem iis dedit, &c. *Stabat* autem dum legeret, tum ob reverentiam Legis, tum quia Deus dixit Mosi, *Sta mecum*, &c. Huic porrò à temporibus Ezræ alius adstitit qui quemlibet versum, immediatè post lectionem ejus, ex Hebræo textu vertit in sermonem Chaldæum sive Syrum. Legit ergò Christus hoc tempore, tanquam membrum istius Synagogæ; neque enim aut Christus alibi legisse memoratur, aut quenquam in scriptis Talmudicis reperies publicè legentem qui non esset membrum illius Synagogæ, evocatus ab Angelo Ecclesiæ ut pro more legeret portionem in Propheta; sive quia Christus hoc antea præstare solebat; sive ob celebritatem Christi, &c [g]. Indocti apud Judæos legebant tantùm partes sibi decretas, docti exponebant etiam quod vel ipsi, vel alii, tunc legerant [h].

17. *Traditus est illi liber Isaiæ*] Volumen continens prophetias Esaiæ [i]. Sectio, ut videtur, tunc legenda in Prophetis, erat juxta rubricam in Esaia *. Traditio erat, & praxis Judæorum, *quòd non legerent in Synagogis quinque libros Mosis simul compactos*, sed unumquemque Librum seorsim positum. Idem credi possit de Libris trium magnorum Prophetarum, Esaiæ, Jeremiæ, & Ezechielis [k]. Cùm & ex Lege, & ex Prophetis, quoque Sabbato περιοχαὶ legerentur [l], datus est ei Liber qui expositu difficilior, credebatur [m], idque jussu Archisynagogi per eum qui infrà vocatur ὑπηρέτης [n], vel forsan sic poscebat ordo ibi observatus, non sine singulari providentia, &c [o]. Qui autem lectiones singulis Sabbatis destinatas evolvet, dubitabit forsan an hæc lectio erat ejus diei propria. In lectione autem Prophetarum liberius agebant quàm in lectione Legis. Licebat enim legenti vel minus, vel etiam aliud, legere quàm constitutum erat, vel huc illuc transilire ab uno ad alium, ejusdem tamen Prophetæ, locum, ut id quod legeretur elucidaret, ut notat R. Alphes [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀναπτύξας, &c.] *Et explicans*, &c. Mo. *Et* (vel, *Ut*, Er. Il.) *explicuit*, V. vel, *aperuit*, Tre. ex Sy. sim. Pers. &c. *Quùmque explicuisset*, Be. P. Pi. Ti. &c. scil. volumen Libri [q]. Ἀναπτύσσειν βιβλίον est, *evolvere*; πτύσσειν, *convolvere*. Nam Hebræorum, ut & Latinorum, Libri erant volumina: hinc, *evolvere librum*, apud Ciceronem atque alios. Idem est *revolvere*, Livio & Martiali; quâ voce & hîc usus est rectè Latinus Interpres. Ejusmodi Libros etiam nunc in Synagogis videre est [r]. Libri non ità erant distinctis foliis compacti ut nunc sunt, sed terete baculo circumvoluti †, & complicati in cylindri morem [t]: id quod vox Heb. מגלה significat. Vide Deut. 24. 1. Esa. 34. 4. collat. cum Apoc. 16. 14 [v]. Mihi ἀναπτύξας non nudè sonat, *explicuit*, vel *aperuit*, sed Librum apertum *evolvit* à folio ad folium, usque dum locum inveniret quem sibi proposuit legendum & tractandum. Qui quamvis non foret sectio isti diei statuta, parum tamen cessit Christus à more Synagogæ, quæ lectorem permisit transilire †. ¶ *Invenit*] Sive quæsitum [x], & consultò delectum [y]; sive providentiâ oblatum [z]. ¶ *Locum*, Τὸν τόπον] Sic Plutarchus atque alii loqui solent. Alii etiam χωρίον dicunt. Cicero *locum libri* aliquoties dixit: & Terentius, *Eum Plauti locum reliquit integrum*. Noster hîc Act. 8. 32. περιοχὴν dixit. Περικοπὴν dixerunt Græcorum exemplo Justinus Martyr & Hieron. & falluntur qui apud Philoponum & Basilium eam vocem aliter exponunt [a].

18. *Spiritus Domini* (ratione donorum ejus [b]; donum prophetandi [c]:) *super me*] Sub. *est*, vel, sub. ex Esa. 11. 2. *requiescit* [d]. Probat his verbis legationem sive auctoritatem suam à Patre, &c *. Sicut liberatio ex captivitate Bab. & imago & pignus fuit liberationis animorum quam facturus esset Messias; ità & quæ Esaias de se dixerat directa sunt à Deo, ut Christo excellentiùs convenirent. Etiam Kimchi ad Messiam hæc aptat [f]. De Esaia hic locus intelligi possit, non autem de eo solo, nec de eo, sensu pleno & perfecto, ut nonnulla docent, v. g. quum se *unctum* dicit, & *annum illum acceptum prædicare*, &c. Mos erat Prophetarum, ea in propria persona, sive de seipsis, profari, quæ tamen de ipsis vix & nè vix quidem accipi possunt, sed de uno Christo, ut patet ex collat. Psal. 16. 10. cum Act. 13. 36. & Zech. 11. 12, 13. cum Matth. 27. 9. & ex Psal. 22. 16 [g]. Inducit Esaias hoc loco Messiam de se ea loquentem quæ Deus in fine cap. præced. promiserat [r]. ¶ *Propter quod*, &c. Οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με] *Eò quòd*, vel *Propterea quòd*, (vel, *Propter hoc*, Di. ex & Sy. Ar. vel, *Cujus rei gratiâ*, Be. Pi. Di. nempe gratiâ prophetandi †,) *unxit me*, Pi. &c. sub. *Dominus*, Pi. ut Prophetam [t], nempe Spiritu Sancto [v]. Videtur οὗ εἵνεκεν aliquid consequens designare, cùm contrà ex usu Hellenistarum antecedens significet: respondet enim Hebræo יען, quæ vox significat non *propterea*, sed *eò quòd*, ut Gen. 22. 16. Οὗ εἵνεκεν ἐποίησας, &c. ubi itidem, ut hîc, in Hebræo est יען; quam vocem alibi LXX vertunt per ἀνθ' ὧν, ut diximus suprà 1. 20 [x]. Forsan οὗ pro τούτου ponitur, ut fieri docuimus ad Matth. 26. 50. vel potiùs, οὗ εἵνεκεν est, *cujus rei gratiâ*: quod ad præcedentia relatum non significat, *propterea quòd*, sed *propterea* [y]. Hi causam unctionis faciunt quòd Spiritus Dei erat super eum [z]. Obj. Sed videtur hæc esse tautologia, quia Christus non aliter quàm Spiritu S. ungitur. Resp. Vel sensus est, Propterea unctus est post baptismum visibiliter, quia antè Spiritus in eo erat: vel potiùs, *ungere* hîc est, ad munus destinare, & mittere [a]. Ἔχρισε hîc non donationem Spiritûs significat, (idem enim sui ipsius causa redderetur,) sed injunctum munus, ut &, quod sequitur, ἀπέσταλκε. Genus loquendi indè sumptum quòd & Reges & Sacerdotes unctione inaugurari solebant. Quia munus illud annunciationis Esaiæ olim, jam verò multò augustius Christo, erat impositum, ideo uterque instructus est donis muneri convenientibus [b]. Sensus, Quia Spiritu suo me donavit, *propterea unxit*, i. e. ordinavit, vocavit, instruxit, me, & misit ad evangelizandum. Certum hujus rei documentum est, quòd Spiritus ejus sit super me [c]. In unctione duo sunt, 1. quòd imbuatur donis Spiritûs S. 2. Quòd ità imbutus emittitur ad functiones suas: utrumque *unctio* vocatur: prior Christo obtigit initio Incarnationis; posterior, in baptismo, &c. Testatur ergò h. l. priorem unctionem esse causam posterioris; q. d. Quia Spiritus S. me replevit ab initio vitæ, eóque totus agor & regor, ità ut in gerendo officio errare non possim, ideo Dominus me, tanquam unctum, sive Messiam, suum consecravit, destinavit, legavit sive emisit ad evangelizandum, &c [d]. Al. *Quia unxit me*, ut unctio causa sit cur Spiritus S. in eo sit, qui sensus longè facilior est & probabilior. Obj. At unctio Christi, & descensus Spiritûs super eum planè idem sunt. Resp. 1. Esto: illa tamen hujus causa habenda est, etiamsi adventus Spiritûs super eum fuerit ipse ungendi modus; quod tamen cum discrimine temporis intelligendum est, hoc modo; q. d. Spiritus S. super me jam est, & requiescit, quia Dominus me antea unxit *. ¶ *Evangelizare* (nempe cum fructu & successu, ità ut Evangelium ejus reciperatur: alioquin Christus omnibus prædicavit [f].) *pauperibus*] Spiritu scilicet [g], ut Matth. 5. 3 [h]. & 11. 5 [i]. qui se viles agnoscunt, & veris opibus vacuos [k], miserrimos, convictos de peccato, justitiâ in se rebúsque omnibus destitutos, & qui perpetuò gratiâ Dei opus habent. In Esa. est ענוים [l]. Inter diversitates lectionum quæ in Hebræis Codicibus occurrunt, nulla est frequentior eâ quæ nata est ex literarum ו & י inter se commutatione. Quare hæc

[d] Pi. sim. Be. * G. [f] Bru. sic. Li. ib. 124 [g] Li. ib. 124... [h] Bru. [i] Bru. * Li. ho. [k] Li. ib. 128. [l] G. [m] G. sim. Mont in Wal. [n] G. [o] Bru. [p] Li. ib. [q] Pi. [r] G. † Be. Bru. sim. Ham. [t] D. sic Pi. [v] Ham. † Li. ho. [x] Pi. [y] Bru. [z] Pi.

[a] G. [b] Bru. [c] Pi. [d] Bru. * Bru. ad v. 17. [f] G. [g] Li. ib. 129. [r] Bru. † Pi. [t] D. [v] Pi. [x] G. [y] Di. [z] Li. ib. 130. [a] Mal. [b] G. [c] Di. [d] Bru. * Li. 131. [f] Li. 132. [g] Pi. Li. ib. [h] Pi [i] Li. [k] Eru. [l] Li. ib.

ipsa vox quæ hîc apud Prophetam exstat in Psal. 34. 2. & Prov. 16. 19. ab aliis עֲנָיִים, ab aliis עֲנָוִים, scribitur, agnoscentibus Masoritis, quorum auctoritatem Judæi sequuntur. Sed & alibi ubi non nisi ענוים legitur, quomodo hoc Prophetæ loco scriptum habemus, Lxx vertunt πένητες· ut Psal. 10. 17. & 22. 26. Sanè origo vocis ostendit propriè *miseriam* hâc voce significari, postea verò translatam ad *modestiæ* & *submissi animi* denotationem: quod & de voce ταπεινῶν diximus. Et huic loco multò aptior est illa *miseri status* quàm *animi modesti* significatio [m]. ¶ *Sanare* (vel, *Ad sanandum*, Bru. sim. Be. Pi.) *contritos corde*] Τὴν καρδίαν, i. e. κατὰ τὴν καρδίαν, sive τῇ καρδίᾳ [n]. fractos animo, desperabundos, ob gravia peccatorum suorum vulnera [o]: onere peccatorum gravatos [p]: oppressos sensu tum summi Dei amoris erga peccatores, tum pravitatis suæ atque perversitatis adversùs Deum [q]. Extat hoc membrum etiam apud Syrum & in Esa. sed non legitur in meo cod. vetustiss. & aliis plerisque MSS [r]. nec legitur in Libris Græcis veteribus, ut ex Origene apparet, nec in antiquissimis Latinorum Codicibus, ut ex Ambros. ad h. l. facile est collectu. Quare, cùm & nunc antiqui Codices supersint qui hanc particulam non habeant, probabilius multò est additum ex Esaia, & Lxx, quàm ab aliis exscriptoribus omissum. Nam eodem modo Latina editio ex Esaia additum habet v. seq. *& diem retributionis*, quod neque in Græcis, neque in Syriacis, exstat. Sæpe autem nostri Scriptores Prophetarum locis utuntur eâ libertate ut verba quædam in medio omittant; quod hîc eo minore sensûs damno fieri potuit, quia Propheta variato sæpe loquendi genere rem eandem exprimit †. ¶ *Captivis*] Peccati ac Satanæ [t]: de salute penè desperantibus [v]. ¶ *Remissionem*] Ità Er. At remittuntur debita, captivi autem dimittuntur [x]. Ἄφεσιν] *Dimissionem*, Be. Bru. Pi. *Indulgentiam*, Hi. in Bru. *Libertatem*, à peccandi consuetudine & laqueis Diaboli [y]. Alludit ad spem Judæorum qui carnalem à calamitatibus omnibus liberationem per Messiam exspectabant, iisque sublimiorem liberationem annunciat [z]. ¶ *Cæcis* (vel, corporaliter [a], vel spiritualiter [b],) *visum*; ità Pi. Ἀνάβλεψιν] *Recuperationem visûs*, Be. Bru. *Suspectionem*, i. e. sursum aspectionem, ab ἄνω βλέπειν [c]. *Cæcis*, i.e. Gentilibus in ignorantia & errore versantibus [d], *visum*, i.e cognitionem Dei *. Crescit oratio. Antè facta est mentio captivitatis, hîc incarcerationis, & quidem oculis erutis, ut Jud. 16. 2. 2 Reg. 25. 7 [f]. Reipsâ constat idem [hîc] dici quod superioribus. Verborum proprietas in controversia est. Mihi videntur Lxx, quos sequitur Lucas, Hebræa satis considerate interpretati. פקח, si quis expendere velit loca in quibus ea vox apparet, non significat quamvis aperturam, ut פתח, sed eam duntaxat quæ ad Oculos pertinet, nisi quòd & ad Aures transfertur, quomodo & פצה Oris est proprium. Jam verò quod sequitur, קוח esse carcerem, ut multi volunt, nullo testimonio probatur. Quare non video cur improbemus quod doctissimi Hebræorum sentiunt, unam esse vocem פקחקוח, sed in qua literæ thematis posteriores αὐξητικῶς repetantur: Cujusmodi sunt ארמדם, & ירקרק, & הפכפך, & סחרחר. Disputant Hebræorum Grammatici, talis literarum repetitio sítne ὑποκοριστική, (*diminutiva*,) an αὐξητική, (*auctiva*.) Sed ut de ארמדם & ירקרק res sit dubia, duæ reliquæ, quas dixi, voces omnino auctivam significationem postulant, ut videre est Psal. 38. 10. & Prov. 21. 8. Optimè ergò videntur sentire qui hoc Prophetæ loco פקחקוח referunt ad plenissimam libertatem oculos huc atque illuc quà lubet circumferendi. Interpretes autem Lxx, ut continuarent tralationem, quod præcedit, אסרים, verterunt τυφλοί· nimirum quia, ut diximus, פקח ad Oculos pertinet, ad Carcerem non pertinet. Atque ideo plerumque de cœcis dicitur, ut Psal. 146.8. Esa.42.7. At Hebræi amant & propria figuratis, & alias figuras aliis, connectere. *Cæci* autem dici solent qui in tenebris vivunt, quod præcipuè convenit his quos carcer claudit. Itaque Esa. 42. 7. eodem significatu ponuntur οἱ τυφλοὶ & οἱ δεδεμένοι· & Esa 49. 9. οἱ ἐν δεσμοῖς & οἱ ἐν σκότει. Captivi igitur *cæci*, ut Latinis cæci *oculis capti*. Utraque similitudo summam miseriam significat, qualis erat Judæorum in exsilio Babylonico, multóque magis hominum omnium in illo crassæ

[m] G. [n] Pi. [o] Bru. [p] Mal. [q] Li. ib. 233. [r] Be. † G. [t] Bru. sim. Pi. Mal. [v] V. [x] Be. [y] Bru. [z] Li. harm. p. 233. [a] Bru. [b] Pi. sim. Bru. [c] Pi. [d] Li. ib. * Pi. [f] Li. 134.

ignorantiæ statu ante tempora Messiæ. Confer Esa.43.8. ubi itidem Judæi in exsilio illo *cæci* dicuntur, quantumvis *oculos habeant*; quia scilicet summa miseria oculis videndi libertatem ademerat [g]. ¶ *Dimittere*, &c. Ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει] Aut hoc membrum abundat [h], aut illud, *cæcis visum* [i]; aut illud, *sanat contritos corde* [k]. Nec Ambrosius, nec Eusebius, hoc legisse videntur. Putem huc irrepsisse ex margine, ubi adscriptum erat declarandi gratia [l], ex Esa. capite 58. versu sexto [m]. Mallem, Christum hîc, ut in more fuisse antè notatum, de loco ad locum transiliisse, & hæc verba addidisse, ut verbum illud duplicatum, פקחקוח, explicaret [n]. [Verba sic reddunt;] *Ut confractos* (animo, vel ob varia peccatorum vulnera [o]; vel calamitatibus & miseriis [p],) *emittam* (vel, *consolidem*, Sy. *confirmem*, Pers. *dimittam*, Æth. sic Ar. *ablegem*, Bru. *liberem*, V.) *in* (vel, *per*, Er. Sy. Pers. V.) *libertatem*, Il. Be. Pi. vel, *libertate*, aut *dimissione*, Bru. vel, *remissionem*, Er. Mo. Pers. sic Sy. i. e. ut liberem eos absolvendo [q]: vel sanitati restituendo [r]. Nihil aliud est quàm popularis explicatio ejus quod obscuriùs verbis immediatè antecedentibus dictum videri poterat. Nam locutionem hanc fuisse vulgò usitatam apparet ex Esa.58. 6. ubi eadem hæc verba exstant. Atque ideo credo, quia hoc explicandi causâ adjecturus erat Lucas, omisit suprà ἰάσασθαι illud, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. Quantillùm enim differunt συντετριμμένοι & τεθραυσμένοι; Intelligendi autem hoc loco *fracti animo*, non qui pœnitudine peccatorum tanguntur, sed versantes in summis rerum angustiis: ut & Psal. 147. 3. Nam de prima illa vocatione, ni fallor, agitur, quæ homines plerosque nihil boni cogitantes deprehendit. Non enim de ipso liberationis beneficio sermo est, sed de annunciatione ejus liberationis jam paratæ: quod & sequentia ostendunt †.

19. *Prædicare*, &c. Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν] *Ut prædicem* (לקרא, καλέσαι [t]. Similitudo sumpta ab anno Jubilæo, qui per præconem buccinæ sono indici solebat [v].) *annum* (i. e. tempus [x],) *Domini* (vel, *Domino*, Q. in Bru. Sy. & Ar. in Di. vel, qui est *Domino*, Q. in Bru.) *acceptum*, Be. Pi. &c. Heb. רצון [y]; quod Lxx ibi & Esa. 49. 8. vertunt δεκτόν· at Psal. 69. 13. non minùs rectè, εὐδοκίας, (*beneplaciti*;) ubi Sym. vertit διαλλαγῆς, (*reconciliationis*.) Δεκτὸν est τὸ ἀρεστὸν, *id quod gratum acceptúmque est*, ut infrà 24. Act. 10. 35. Phil. 4. 18. Sic & Ecclesiastici 2. 5. Alibi Hellenistis dicitur καιρὸς εὐδοκίας. Tempori autem tribuitur figuratè, ut significetur id tempus quo Deus se benevolentem ostendit [z]. *Annum beneplaciti*, i.e. beneplacentem, in quo εὐδοκία sive beneplacitum Domini publicatur [a]. Falluntur veteres, tum Clemens & Valentiniani, qui hinc colligebant uno anno peractum Christi κήρυγμα· tum Epiphan. atque alii, qui ex contrario inferunt, si unus fuit annus δεκτὸς, unum itidem fuisse ἀνλεκτόμενον. Per quot annos Christus Doctoris functus sit munere, ostendunt οἱ χρονογράφοι [b]. Si quis hîc designetur annus, respicit hoc annum mortis ipsius, qui annus Jubilæi erat non tantùm sensu spirituali, sed etiam propriè & ad literam; quanquam Judæi post captivitatem Reubenis, Gadis & Manassis, supputationem Jubilæorum turbârunt atque confuderunt. Sic tamen Zohar, *Divina Majestas erit Israeli in Jubilæo, Redemptio, & complementum Sabbati* [c]. At hîc certè *annus* ex similitudine Jubilæi dicitur tempus illud omne quo se largissimè Divina bonitas effundebat [d]; tempus scilicet, quod jam cœpit, quo Messias apparuit & prædicavit, &c *. Itaque Paulus, 2 Cor. 6. 2. tempus illud quo ipse scribebat ad Corinthios vocat καιρὸν εὐπρόσδεκτον & ἡμέραν σωτηρίας. Tempus istud, sicut in Judaico populo circumscriptum fuit annis post Christi mortem 40, aut circiter; ità in hominibus singulis suum habet ambitum, nobis ignotum, notum Divinæ providentiæ; qui plerumque ad mortem usque protenditur, nisi ob gravem contumaciam priùs etiam præcidatur. Ideo monemur *non obdurare cor nostrum dum vocatur* σήμερον, Heb. 3. 7, &c [f]. Vulgatus hîc addit ex Hebræo, *& diem retributionis*: quod in nullis Græcis Codicibus est, neque in Syro [g].

20. *Reddidit ministro*] Nempe Synagogæ, à quo acceperat [h]: qui dictus שליח הצבור, *Angelus Ecclesiæ*, necnon

[g] G. [h] Be. ex Er. sim. Bru. [i] Be. [k] Bru. [l] Pi. ex Be. [m] Be. [n] Li. ib. 136. [o] Bru. [p] Li. ib. [q] V. [r] Bru. † G. [t] G. [v] G. sim. Bru. Li. ib. [x] Bru. [y] Di. [z] G. [a] Di. [b] G. [c] Li. ib. 137. [d] G. * Li. ib. 138. [f] G. [g] Di. ex Be. [h] Bru.

necnon חזן *Episcopus*, qui erat minister Synagogæ, cujus erat precari, prædicare, lectores Legis constituere, & curare ut illi rectè legerent, Librum Legis servare, & lectori tradere, & ab eo acceptum in loco suo reponere [i]. Post Archisynagogum & Presbyteros erant in Synagoga ὑπηρέται, qui minora munia, ex illorum decreto, obibant: quomodo Johannes Marcus dicitur ὑπηρέτης fuisse Pauli & Barnabæ, Act. 13. 5. Hebræis ὑπηρέται vocantur חזנים, ut videre est tum alibi, tum Thalmudico titulo De Sabbato, cap. 1. Horum munus, inter cætera, erat Legis Librum custodire, atque etiam, si opus esset, ex eo legere: quod in Ecclesia Christiana faciebant ἀναγνῶσαι, quæ erat species διακόνων. Nam olim cùm exigua esset multitudo, eidem διάκονοι omnia ea obibant quæ Presbyteris obire non vacabat: Postea distributi sunt labores, & facti sunt alii διάκονοι, alii ἀρχιδιάκονοι, alii ὑποδιάκονοι, alii Janitores, alii ἀκόλουθοι Episcoporum, alii ἀναγνῶσαι, alii ψαλμῳδοί. Etiam Hieron. *lectitare in Ecclesia* dicit esse Diaconorum. In Massechah Succa legimus, *Et minister*, sive ὑπηρέτης, *stat ut recitet de Lege*. Vide quæ diximus suprà [v. 16.] Epiphanius, titulo De Ebionæis, de Josepho Judæorum Apostolo agens, quæ erat dignitas proxima à prima τῷ Πατριάρχῃ, ait ab eo multos in Synagogis loco suo motos: ubi Synagogæ munera ità enumerat, Πολλὰς τῶν χακῶν καθισαμένων ἀρχισυναγώγων ἢ ἱερέων ἢ πρεσβυτέρων ἢ ἀζανιτῶν τῶν παρ' αὐτοῖς διακόνων ἑρμηνευομένων ἢ ὑπηρετῶν, καθαιρῶν τε ἢ μειώνων τῆς ἀξιώματος, ὑπὸ πολλῶν ἐγκαλεῖτο. Apertè ait eos qui Hebræis dicebantur חזנים, Græcè dictos aut διακόνους aut ὑπηρέτας: nam hæ voces idem valent. In Clem. Const. 2. 28. διὰ τῶν ὑπηρετῶν ἃ βούλεται σημαινέτω, τουτ' ἔστι, διὰ τῶν διακόνων. Ignat. epist. ad Trallianos, Δεῖ δὲ τοὺς διακόνους ὄντας μυστηρίων Χριστοῦ Ἰησοῦ κατὰ πάντα τρόπον ἀρέσκειν· οὐ γὰρ βρωμάτων ἢ ποτῶν εἰσὶ διάκονοι, ἀλλ' ἐκκλησίας Θεοῦ ὑπηρέται. Quare & Plinius τοὺς διακόνους τῆς τῶν χριστιανῶν ἐκκλησίας vocat *ministras*. Cyprianus, *Diaconas autem post ascensum Domini Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui & Ecclesiæ ministros*. Et Optatus Milevitanus non uno loco *Ministros* ponit inter *Laicos* & *Diaconos*, eos intelligens qui ὑποδιάκονοι vocabantur. Canon Synodi Nicænsis 18. Ἐμμενέτωσαν οἱ διάκονοι τοῖς ἰδίοις μέτροις, εἰδότες ὅτι τοῦ μὲν Ἐπισκόπου ὑπηρέται εἰσί. Sicut autem ad Presbyterium vix legi solebant nisi qui jam provectæ essent & ætatis & sapientiæ, ità ὑπηρεσία sive διακονία ferè juvenibus mandabatur. Philo, Ὑπηρετοῦσι τὰς διακονικὰς χρείας οἱ νέοι τῶν ἐν τῷ συστήματι μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἀριστίνδην ἐπικριθέντες [k].

¶ *Et sedit*] Ut solebant Doctores, tum in Synagogis, Matth. 5. 1. & Luc. 5, 3. tum in Scholis Theologicis, discipulis in circuitu stantibus [l]. *Sedit*, munus Doctoris suo sibi jure vendicans. Nam alii de plebe, etiamsi quid de sacris dissertabant, id faciebant stantes. Patet Act. 13. 16. 1 Cor. 14. 30. Vide quæ notavimus ad Matth. 23. 2. ubi & illud annotavimus, ipsos quoque Doctores stetisse dum verba Legis aut ab ipsis, aut ab aliis, legebantur. ¶ *Omnium——oculi erant*, &c. Ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ] *Erant intenti* (vel, *defixi*, Er. Il. Ti.) *in eum*, P. Be. Pi. sim. Ca. vel, *intendentes ei*, Mo. *Intentique ora tenebant*, ut ait Virgilius [m].

21. *Cœpit autem dicere*] Nec Moses nec Prophetæ lecti sunt nisi astante interprete, ut affatim patet ex traditionibus & regulis circa interpretem. Interpres autem aliquando commentatus est, & concionatus, super illud quod lectum. Exempla vide Beresh. rab. sect. 80. & Massech. Sopherim, cap. 13. Et fuit fortè Christus jam & lector & proprius interpres [*]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι σήμερον] *Hodie*, Pi. Bru. ὅτι fervit mimesi [n]. *Certè* (ut Heb. כי interdum sumitur in elliptico hoc dicendi genere [o]:) *hodie*, Be. ¶ *Impleta est* (i. e. impletur: nondum enim Christus functiones absolverat, &c [p].) *hæc scriptura in auribus vestris*] Vel, *vobis audientibus*, V. Be. Pi. vel, coram vobis [q]: i. e. Jam vos audiistis hæc omnia apud Capharnaum esse per me designata [r]. Vel, quæ est *in auribus vestris*, Di. & Bru. ex Sy. i. e. quam auditis [†], quam me legentem audiistis [t]. אשר sæpe Hebræis subintelligitur [v]. Hoc exordio usus Jesus explicavit Prophetæ locum [x], & explicando implevit, annuncians scilicet liberationem illam quæ præ foribus erat. Nam Messiam & Liberatorem sese hactenus non profitebatur, quod fecit postea; sed agebat Εὐαγγελιστὴν & nuntium paratæ liberationis, h. e. hoc præ se ferebat quod per Esaiam erat gestum in figura, non per Cyrum [y]. Palàm profitetur, se eum esse de quo ibi Propheta loquebatur [z]. Videtur autem Lucas, omissis rebus multis quas alii memorant, ab hac dissertatione Nazarethana exorsus acta Domini Jesu: quia actis præmittendum putavit officium ipsius; quod meliùs exprimere non potuit quàm Prophetæ ipsiúsque Jesu verbis. Omnino verum est, contrà quàm alii sentiunt, in omni hac historia Lucam ad rerum magis quàm ad temporum ordinem attendere [a].

i Li. harm. 120. & 138. — k G. — l Li. 138. — m G. — * Li. ho. ad v. 16. — n Pi. — o Be. — p Bru. — q Pi. — r V. — † Di. — t Eru. — v Di. — x G. sim. Li.

22. *Testimonium illi dabant*] Non quòd Messias esset, aut quòd Esaias de ipso loqueretur, sed sapientiæ & doctrinæ [b]: laudabant eum [c]: communi consensu dicta ab eo approbabant [d]: fateri cogebantur de eo; ut ea vox accipitur Matth. 23. 31. Rom. 10. 2. Quid autem fatebantur? Nempe id ipsum quod sequitur, attonitos se ob singularem illam docendi rationem [*]. ¶ *Mirabantur in*, &c. Ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος, &c.] *In* (vel, *Super*, P. Il. Be. &c.) *verbis*, sive *sermonibus*, *gratiæ*, Mo. Vulg. &c. vel, *gratiosis*, Pi. Pers. vel, *plenis gratiâ*, P. Il. Be. &c. Al. *Super gratiâ sermonum*, Er. Ti. sim. Ca. Bru. Æth. ut sit Hypallage. *Gratia* hìc significat vim illam planè Divinam, quæ in Christi verbis totóque habitu inerat, præ qua auditores ejus non possent non ipsum amplecti [f]. De verbis ejus quæ tantam apud omnes gratiam habebant [g]. Nimirum verè de illo dici poterat, Πειθώ τις ἐπεκάθισεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν, &c. (*Suada quædam insedit labiis ejus. Ità eos demulcebat: unus hic orator Aculeum reliquit in auditoribus.*) Non illa humanæ sapientiæ πειθώ, sed efficaciæ Divinæ, ut Paulus ait 1 Cor. 2. 4, 7. Respicitur Psal. 45. 2 [h]. ¶ *Et dicebant* (vel, *Sed dicebant*, sed in hoc scandalizabantur [i]: *Nonne hic est filius* (vel, *filius ille*, q. d. nobis notissimus à familia & artificio [k]:) *Josephi?*] Civis nostri pauperis [l]. Admirantes hoc dicebant [m], sed vi veritatis perculsi magis quàm sincero pietatis studio. Ideo inter doctrinæ auctoritatem & vilem atque ignobilem Jesu statum fluctuantes, animum facilè in pejorem partem præcipites dedêre: *Non profuit illis sermo——quippe fide non permixtus*, &c. Heb. c. 4. v. 2 [n].

23. *Utique*, Πάντως] *Omnino*, Er. Il. Ti. P. Mo. Be. Ca. *Forsitan*, Sy. Ar. Æth. ¶ *Dicetis* (i. e. objicietis [o].) *mihi hanc similitudinem*, Παραβολήν] Id est, παροιμίαν: ut vicissim Johannes παροιμίαν vocat quod propriè παραβολή est: quæ nominum communicatio nata ex Heb. משל, quo & hoc & illud comprehendi solet [p]. ¶ *Medice cura teipsum*] Id est, tua, tuósque, seu tuam familiam ac patriam, quæ tibi chara sit oportet, ut tu tibi. Patet ex sequentibus [q]: fac inter tuos miracula, &c [r]. Hoc postulant, tum ex ambitione, dum urbem suam aliis præferunt, tanquam miraculis digniorem; tum ex incredulitate, quòd auditis non adhiberent fidem [†]. Proverbium hoc est tritissimum usu Hebræorum [t], Syrorum & Arabum [v]: nec Græcis ignotum. Vide Æschylum [x], [ejúsque verba in G.] Et primum quidem ad eos pertinuit, *Qui cum sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.* Quomodo & Græci dicunt, Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. (*Aliorum medicus, ipse ulceribus scatens.*) Postea etiam longiùs produci cœpit ad eos qui in alienos magis quàm in conjunctos sunt benefici [y]: qui aliena curant, sua negligunt [z]. Tale est illud Virgilii, *Hanc primum tutare domum*——. Atque ità hìc usurpatur [a]. ¶ *In Capharnaum*] Ubi Christus sanavit Præfecti filium, & alia miracula fecit, quæ tamen non memorantur [b]. ¶ *Fac & hic in patria tua*] Vide Matth. 13. 57 [c]. ubi educatus es: cui plura, quam aliis, beneficia debes: & quod tuis præstas, hoc tibi ipsi præstas [d].

24. *Nemo——acceptus est*, &c.] *Honorem habet*, ut Joh. 4. 44. Juxta illud dictum, *Ingrata patria*: cujus de rei causa ad Matthæum egimus [*]. q. d. Vobis imputandum est, quòd hìc non patrem miracula; quia scilicet me contemnitis, nec mihi creditis Prophetæ munus obeunti, adeóque cessat ratio edendorum miraculorum [f].

25. *Multæ viduæ*, &c.] Egenæ scilicet & famelicæ. ¶ *Clausum est cœlum*] Id est, non pluit. Similis est phrasis Deut. 11. 17 [g]. & Gen. 8. 2. ubi *clausas* dicit *cœli cataractas*, cùm pluere desiit [h]; quæ apertæ dicuntur, cùm pluit, &c. Gen. 7. 11 [i]. ¶ *Annis tribus & mensibus sex*]

y G. — z Li. 139. — a G. — b Bru. — c V. sim. Be. — d Be. — * G. — f Bru. ex Be. — g V. — h G. — i Bru. — k Be. — l Bru. — m G. sim. Pi. — n G. — o Bru. — p G. — q T. — r Li. 139. — † Mal. — t G. sim. Cap. — v G. — x Cap. — y G. — z Me. — a G. — b Li. 140. — c G. — d Bru. — * G. — f Bru. — g Bru. — h G. — i Bru.

sex] Ità & Jac. 5. 17[k]. Summa hæc non constat ex 1 Reg. 17. & 18[l]. Christus autem hoc dicit, vel ex doctrina sua[m]: vel ex traditione[n]. Obj. At 1 Reg. 18. 1. dicitur, *In tertio anno—erat pluvia*, &c. Resp. 1. *Annum tertium* dicit, non siccitatis, (quia dixerat, *non erit pluvia*, השנים האלה, i.e. *his tribus annis*, ad minimum, quia nomen plurale est, non duale[o],) sed habitationis Eliæ in Sarepta[p]. Habitavit ad torrentem Cerith anni spatio, is enim siccatus dicitur *in fine* ימים, *dierum*, h.e. anni, ut ימים sæpe sumitur; apud Sareptanam autem supra biennium, & *post multos dies anno tertio se ostendit Achabo*, &c. Quòd autem *multi* hi *dies* dimidium anni constituant, ex eo forsan colligi possit, quòd verisimile est hanc siccitatem cœpisse Autumno, & Vere desiisse; quæ duo constantissima erant pluviæ tempora[q]. Resp. 2. Locum illum ità interpretari licet, *Dies aliquam multi* (i. e. sex menses) *præterierant ex quo Deus allocutus erat Eliam anno tertio*, i. e. fine anni tertii postquam pluere desierat: ut mandatum acceperit Elias fine tertii anni, sed quod exsequendum fuit post semestre tempus[r]. Pluvia duplex erat, *Prima*, quæ in mense Marheshvan, sive Octobri; & *Serotina*, in Nisan. Et statis quidem his temporibus fuerunt pluviæ: ast per reliquum anni spatium, ut plurimùm impluvium. Porrò, ἀβροχία hæc, sive *impluvium*, initium sumpsit à mense Octobri, ut notat Menander Tyrius apud Josephum, Antiq. 8. 7. & probabile est ex 1 Reg. 18. 5. *Si possimus invenire herbam*, &c. Inquisitio autem hæc facta certè erat æstate, non hyeme, non ante vel in mense Nisan, quum parùm vel nihil fœni aut graminis exspectabatur. Deinde, sex isti menses statuendi sunt ante initium triennii, & non assuendi ad finem ejus, ut patet ex verbis illis, *Anno tertio Elias ostendit se*, &c. Sic ergò habe: Mense Nisan pluit: sex menses sequentes usque ad Marheshvan erant impluvii more anni & climatis. Mense Marheshvan exspectatæ erant pluviæ, secundùm communem anni temperiem: sed Elias tunc clausit cœlum per triennium indè insequens, post quod reserat cœlum, & descendunt pluviæ. Ità quamvis ille cœlum non clausit nisi per tres annos, non erant tamen pluviæ per tres annos & sex menses. Notandum autem quòd nec Christus, nec Jacobus, dicunt, quòd Elias clausit cœlum ad tres annos & sex menses, sed quòd *clausum erat*, vel *non pluit*, *per tres annos & sex menses*[*]. Memorat Christus hanc summam, velut Judæis notam atque receptam[†]. Videtur autem consultò Deus hanc calamitatem definiisse annis tribus & semestri tempore. Nam & ἐρήμωσις, quæ per Antiochum contigit, pari temporis spatio definita est. At Christo in terris agente apertum fuit cœlum[t], & ros Evangelii descendit[v], pari temporis spatio[x]; tribus annis & sex mensibus, nempe à Baptismo ad mortem ejus[y]. ¶ *Cùm*, &c. Ὡς ἐγένετο, &c.] Adeò *ut fuerit fames*, &c. Sy. Il. Be. sim. Ar. ὡς accipio pro ὥστε, quod Græcis ἀποτελεστικὸν vocatur[z]. At ὡς pro ὥστε cum infin. jungitur, non cùm indicat[a]. *Ut facta esset*, &c. Mo. *Cùm* (vel, *Quùmque*, Pi.) *extitit*, &c. Ca. sim. Er. Ti. Pi. &c. *Quo tempore fuit*, &c. Ità plerumque in his Libris sumi video illud, ὡς ἐγένετο, nec unquam, quod sciam, ἀποτελεστικῶς[b].

26. *Nisi*, &c. Εἰ μὴ εἰς Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος] *Nisi* (vel, *Sed*: vide ad Gal. 1. 16[c]. Vel, *Tantùm*: non enim exceptivè accipiendum est[d]: quum hanc viduam non fuisse Israelitidem oporteat, ut valeat Christi argumentum[*]. Quamvis autem hæc regio fortassis erat in terra 12 tribuum, nunquam tamen ab Israelitis subjugata erat[f].) *Sareptam* (Hebræis est צרפת; quam vocem apud Obadiam Hebræi miro stupore interpretantur *Regnum Francorum*, atque ejus interpretationis, nullâ ratione suffultæ, fiduciâ res magnas sibi pollicentur. Sed accidit illis, quod & aliis, ut quod unus dixerit credant omnes, dijudicet nemo[g]. Sub. *urbem*, Be. Pi. vel sub. *regionem*, Be.) *Sidonis*, Pi. vel *Sidoniæ*, Be. i. e. ad Sidoniam pertinentem[h]. Meminit Plinius. Cæterùm non tacendum duxi, vetustissimum Codicem hîc pro Σιδῶνος habere Σιδωνίας ut apertius regionis sit vocabulum: quanquam scio urbis & regionis nomina sæpe permisceri[i]. Additum τὸ Σιδῶνος differentiæ causâ. Nam fuit alia *Sarphath*, cujus mentio Abd. 20[k]. ¶ *Ad mulierem viduam*] Ostendit hoc exemplo & sequente Christus miracula non dispensari pro privatis affectibus, sed & liberrimo & sapientissimo Dei arbitratu, qui nôrit ubi optimam frugem sint paritura. Nam quâ ratione Nazarethani æquum putabant se à Christo præferri cæteris in isto beneficiorum genere, ea si quid valeret, valere etiam debuisset Eliæ tempore, ut nempe mulieres Israelitidas Sareptanæ anteponeret: quod non fecit[l].

27. *Sub Elisæo*; ità Er. Il. P. Mo. Ca. Be. Pi. Ἐπὶ Ἐλισσαίου] *Diebus Elizæi*, Tre. ex Sy. sim. Ar. Æth. Ti. ¶ *Mundatus est*, Ἐκαθαρίσθη] Vox propria vitiligini, apud LXX in historia Neemanis, & in Levitico sæpe. ¶ *Nisi* (vel, *Sed*, Be.) *Naaman*, Νεεμὰν] Solent LXX ע sæpe per ε transferre. Ità ex נעמן factum est Νεεμάν· neque dubium quin illis temporibus ità legi solitum sit. De hoc Syro, qui & hîc tacitè videtur, ob quandam animi probitatem, quam Deus misericorditer respexerit, commendari, disquiri ab eruditis solet, quid sit quod à Propheta discedens condonari sibi postulat, [2 Reg. 5. 18.] Qui putant veniam ab eo posci actûs idololatrici, non video quomodo id probent. Adde, quòd directè hoc pugnare videtur cum verbis antecedentibus, quibus professus erat, non sacrificaturum se posthac ulli Deo præterquam Deo illi quem colebat Elisæus; ubi Sacrificio, tanquam nobilissimâ specie, genus omne cultûs externi comprehendi videtur. Deinde, si tam læva illi mens fuisset, quis putat Elisæum sine ulla castigatione id transmissurum fuisse? Nam quòd aiunt nonnulli apertè erràsse Syrum etiam in re alia, cùm humum Israelit. secum defert super qua sacrificet, quique, quia extra Hierosf. sacrificare non liceret, malè sibi sumunt etiam ἀλλοφύλοις licitum non fuisse sacra facere extra Hierosf. cùm ea de re Lex, Hebræo tantùm populo data, exteros non constringeret. Terram autem quòd secum defert, non erat superstitiosum; sed eo signo volebat testatum, illum ipsum à se Deum coli qui in terra Israelitica coleretur. Quare, quod de corporis procubitu in templo Remmanis dicit, intelligendum ità mihi videtur ut sit non peccati necdum perpetrati deprecatio, (quam nemo sapiens admiserit,) sed potiùs interpretatio facti ambigui. Nam, cùm corporis ista dejectio apud Syros tam θρησκείας esset signum, quàm ejus venerationis quæ Regibus exhibebatur, testatum volebat Neeman se, quoties Regem in templum comitatus ibidem esset procubiturus, facturum hoc in honorem non Remmonis, sed Regiæ majestatis, paratus scilicet id ipsum coram Rege atque aliis palàm profiteri. Quare non tam ut hoc condonaret, quàm ut æqui consuleret, Deus, precabatur. Nam סלח, quod ἱλάσκεσθαι vertunt LXX, hunc sensum non respuit, ut videre est Num. 30. 6. & יסלח, Græcè καθαριεῖ, valet, *innocentem habebit*. Scilicet facta & dicta dubiæ significationis tali testatione purgari solent. Ita ex Eusebio discimus, Christianum quendam, cùm more Persarum Regem adoràsset, abstinuisse ab adoratione, postquam ad Christum abnegandum erat provocatus; & ex Tertul. Christianos veteres Imperatoribus tribuisse *Domini* appellationem, quando non cogebantur, ut *Dominum Dei vice* (i.e. quasi Deum) dicerent[m].

28. *Repleti sunt—irâ—hæc audientes*] Quia indigni miraculis tacitâ comparatione arguebantur[n]: quia eos Christus conferebat cum Israele in statu ejus corruptissimo, quia miracula apud eos patrare renuit[o], eáque ad alios transtulit in suam ipsorum injuriam & contumeliam; & quòd quem civem abjectum credebant, ipse se veteribus Prophetis æquaret[p]: & quòd apertè innueret vocationem Gentium, quæ doctrina Judæis odiosa erat, Act. 22. 21. confer Deut. 32. 21. quod ea cùm abjectione Judæorum conjuncta erat. Atque hac de causa noluit Jonah proficisci Nineven, ubi gentes converteret, *solicitus*, ut Judæi bene exprimunt, *de honore* (Israelis) *pueri*, *non item de honore* (Dei) *patris*[q].

29. *Extra civitatem*] Ut eâ indignum, & reum mortis, extra urbem puniendum. Confer Act. 7. 56, 57[r]. ¶ *Usque*, &c. Ἕως τῆς ὀφρύος, &c.] *Usque ad supercilium montis*, &c. Be. Pi. &c. Non Latini tantùm eminentias vocant *supercilia*, ut notum est, sed & Græci. Homerus, ἐπ' ὄφρυϊ Καλλικολώνῃ. Apollonius, ἐπ' ὀφρύσιν αἰγιαλοῖο. Plutarchus Numâ, ὀφρῦς γεώδης παρατείνουσα πόῤῥω. Herodotus, ἐν τῇ ὀφρύϊ κατῳκημένων[†]. Sic Xenophon eminentem montis partem μαζὸν vocat, quasi protuberantem mammam

[k] Eru. G. [l] Li. 240. [m] Bru. [n] Eru. G. [o] Li. [p] Eru. ex Ec. Li. [q] Li. [r] G. [*] Li. ho. [†] Li. [t] G. [v] Li. [x] G. [y] Li. [z] Be. [a] Pi. [b] G. [c] Be. [d] Eru. [*] Be. [f] Bru. [g] G. [h] Pi. [i] G. [k] D.

[l] G. [m] G. [n] G. sir. Me. ex Bru. Li. [o] Li. 143. [p] Bru. [q] Li. 142. [r] Bru. [†] G.

mammam [t]. ¶ *Ut præcipitarent eum*] Ità Er. Il. Ca. Be. &c. Non judicii more, sed motu concitatæ plebis, sicut & alio tempore Judæi eum lapidare voluerunt [v].

30. *Per medium illorum*] Potest hoc referri vel ad διελθὼν [x] vel potiùs, ad ἐπορεύετο [y]. Nihil læsus à turba undique obstante [z]: intrepidus, sine vi, sine fuga, sive constringeret manus, sive oculos ἀορασίᾳ percuteret, sive mentes stupefaceret [a]. Idem loquendi genus Joh. 8. 59. ubi clarè significatur, Christum Divinâ virtute factum inimicis inconspicuum: quare eodem modo hîc quoque elapsum credibile est [b].

31. *Et descendit in Capharnaum*] Mira fuit Marcionis audacia, qui, omissis omnibus iis quæ apud Lucam, ad hunc usque locum, legimus, hinc Librum auspicabatur, talibus verbis, ut Tertul. nos docet, *Anno quintodecimo principatûs Tiberiani Deus descendit in civitatem Galilææ Capharnaum:* subtexens deinde illud quod Nazarethæ factum suprà habuimus, cæteris quæ præcesserant inductis. Idem indicat Epiphanius. Qui videre volet quot locis Marcio, aut qui ei præiverant, tum Lucæ, tum Pauli, Libros interpolaverint, consulant utrumque Scriptorem quem dixi. Ad revincenda id genus παραχαράγματα meritò Tertul. provocat ad eas Ecclesias quas Paulus, Lucâ etiam adjutore, fundaverat, quæ omnes maximo consensu eam, quam nos habemus, ἔκδοσιν sequebantur [c].

32. *In*, &c. Ἐν ἐξουσίᾳ] *In* (vel, *Cum*, Be. Pi.) *potentia*, i. e. potens [d]: vel, *autoritate*, Be. Pi. Palàm se ferebat Doctorem Divinitus missum, atque id factis admirandis confirmabat [*]. Hoc refero tum ad rationem docendi, plenam Divinâ majestate, loquente Christo ut Domino, & suum illud, *Amen, amen, dico vobis*, inculcante; tum ad miracula, &c [f]. Vide de hoc significatu ἐξουσίας quæ ad Matth. 7. 29 [g].

33. *Habens*, &c. Ἔχων πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου] *Habens spiritum dæmonis immundi*, Er. Il. Ti. sic Sy. Mo. Ca. Rectè, si πνεῦμα pro impulsu & afflatu accipiatur, ut sæpe in V. & N. T. Vide Dan. 4. 8, 9. & 5. 11, 14. Sed malo Hebræam esse geminationem; ut si *spiritum diabolicum* pro *Diabolo ipso* dicas, ut, *lutum cœni*, *terra pulveris*, &c. Idem dicendi genus est Apoc. 16. 14. & nusquam alibi in N. T [h]. *Habens spiritum dæmoniacum impurum*, Be. P. Pi. sic Tre. Ar. Inusitatior est hæc phrasiologia. Fortè indigitat spiritum aut Pythonicum, aut Necromanticum: nam inter hos distinguunt Magistri [*].

34. *Dicens, Sine*; ità Er. Mo. Tre. Pers. sub. *me*, Tre. ex Sy. Ἔα] *Ah*, Il. P. Be. Pi. *Heu*, Ca. Vide ad Marc. 1. 24. Nam hæc omnino ex Marco Lucas descripsit, paucis vocibus mutatis [i], *Eia*, Ti. V. i. e. missos nos fac [k]. ¶ *Quid nobis*, &c?] Num. plur. loquitur, aut cætera conjungens Dæmonia quæ tum plurimos in Judæa obsederant; aut quòd plures in illo erant Dæmones. Sed prius malim [l]. ¶ *Scio te*, &c.] Hoc confitetur, ut populum ab eo amplectendo absterreret [m].

36. *Quod*, &c? Τίς ὁ λόγος οὗτος] *Quis sermo hic?* V. *Quid hoc rei est?* Be. Pi. Rectè: nam & Lxx cùm דבר rem significat, λόγον aut ῥῆμα sæpe vertunt; & suprà λόγον & ῥῆμα eo sensu à Luca usurpatum vidimus. Hierosolymitanus Paraphrastes solet vertere עשק. Posuit [etiam] hoc Lucas pro eo quod Marcus dixerat, Τί ἐστι τοῦτο [n]. ¶ *In potestate—& virtute*, Ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει] Δύναμιν malim *potentiam* vertere. Nam *potestas*, cùm accuratè & distinctè loquendum est, magis respondet voci ἐξουσία: atque ità verti solet à Jurisconsultis. Ἐξουσία est, *jus*, sive *facultas moralis*; δύναμις, *vis activa*, sive *facultas naturalis*, aut naturali similis [*]. ¶ *Imperat*, &c.] Præcipit, egressum scilicet [o], nempe Christus [p]; vel ὁ λόγος, quò Syrus hoc refert [q].

37. *Fama*; ità Er. Il. Tre. ex Sy. &c. Ἦχος] *Sonus*, sim. Mo. *Rumor*, P. Be. Pi. *Sermo*, Æth.

38. *Tenebatur*, &c. Συνεχομένη, &c.] *Detenta* (vel, *Laborabat*, Ca. sim. Sy. Tre.) *febri*, Mo. sim. P. Be. Pi. Ità vox usurpatur & Matth. 4. 24. ¶ *Et rogaverunt*, &c.] Id est, oraverunt. Similis locutio Mat. 15. 23. Luc. 7. 3. Joh. 14. 16. Act. 23. 20. 2 Thess. 2. 1. Sed & Hellenistæ vocem ἐρωτᾷν in sensu *postulationis*, aut *precationis*, usurpant, ut Psal. 122. 6 [r].

39. *Et*, &c. Ἐπιστὰς, &c.] *Adstans supra eam*, Be. Pi. Bru. *Imminens ei*, Bru. Gestus inclinantis sese ad fulcrum lecti, ut eam manu prehensâ allevaret [†]. De voce ἐπιστάναι diximus ad Matth. 28. [2.] Videtur autem addito ἐπάνω nihil aliud quàm Accessus de proximo significari. Ità Lxx, 2 Sam. 1. 9. ἐπίστηθι ἐπάνω μου, i. e. *propiùs ad me accede* [t].

[Margin: t Be. ex Cameo. v G. x Be. Bru. y Be. z G. a Bru. b G. c G. d Glass. gram. p. 41. * G. f Be. g G. h Be. * Li. ho. i G. k V. l Pi. m Li. chron. p. 18. n G. * G. o Bru. p Q. in Di. q Di. r G. † Be. t G.]

40. *Cùm*, &c. Δύνοντος, &c.] *Occidente* (vel, *Occaso*, G. sim. Æth. Vulg. nam Præsens hîc usurpatur pro Præterito. Vide Marcum [v].) *sole*, Mo. P. Be. Pi. &c. ¶ *Manus imponens*] Tum ut se suâ voluntate virtuteque sanare ostenderet; tum quasi eos à morbis absolvens atque manumittens, nam & apud Gentiles dominus servo manus imposuit, quem restituit libertati; tum velut Deo Patri suo eos commendans atque tradens, ut factum victimis, Levit. 1. 3, 4. & Levitis, Num. 8. 10. quos Deo offerebant [x].

42. *Facta*, &c. Γενομένης δὲ ἡμέρας] *Orto* (vel, *Facto*, Er. Il. Mo.) *autem die*, P. Ca. Be. Pi. simil. Ti. Ar. *Manè*, Æth. *Et in aurora diei*, Tre. ex Sy. *Et cùm dies immineret*. Ità enim γίνετο usurpari interdum solet, ut magis significet τὸ ἐν γένεσθαι, quàm τὸ ἐν εἶναι [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κατεῖχον αὐτὸν] *Et retinebant*, vel *detinebant*, (vel, *apprehendebant*, Tre. ex Sy. vel, *voluerunt retinere*, Pers. sic Bru.) *eum*, Ca. Be. Er. P. &c. nempe eorum commodorum causâ quæ ex miraculis percipiebant [z]: id enim præcipuè spectabant. At Christus verbis seq. docet præcipuum esse τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς βασιλείας, cujus sigillum sint miracula [a].

43. *Civitatibus*, Πόλεσιν] Vicos oppidorum instar πόλεις vocat Lucas, quas Marcus κωμοπόλεις. Sic & infrà 5. 12. πόλεων, i. e. κωμοπόλεων [b]. ¶ *Ideo missus sum*] Ut Evangelizem; non enim est caput officii mei ut sanitates operer [c].

[Margin: v G. x Bru. y G. z G. sim. Eru. a G. b G. c Eru.]

CAP. V.

1. CUM, &c. Ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ] *Cùm turba immineret* (vel, *incumberet*, Ti. Ca. Be. *incideret*, Di. *irrueret*, Er. sic Di. G. *instaret*, V. ut accipitur Luc. 23. 23 [a]. vel, *urgeret*, V.) *ei*, Er. Il. P. Pi. &c. vel, *eum*, V. vel, *in eum*, ut apud Lxx, Esth. 9. 3. *Pavor Mardochæi*, ἐπέκειτο αὐτοῖς, *incidit super eos*: Marc. 3. 10. explicatur per ἐπιπίπτειν αὐτῷ. Vel ἐπικεῖσθαι est, *vim facere*, *violenter premere & urgere*, ut apud Lxx, Job. 19. 3. 21. 27. & Act. 27. 20. καὶ χειμῶνος οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, *& tempestas non parva urgeret*, vim faceret in navim, adeò ut spes omnis abjiceretur [b]. Vel, *coiret ad eum*, G. sic Tre. ex Sy. Ar. Pers. sim. Æth: Syrus sanè & Matth. & Marc. in facto simili usurpant vocem συνάγεσθαι, Mat. 13. 2. Marc. 4. 1. Quanquam videtur hæc vox non quemvis *concursum*, sed *cum pressura*, significare [c]. ¶ *Secus stagnum*] Nam docuerunt etiam extra Synagogam, in viis & plateis, Pesachin, fol. 26. 1. Quem tamen morem R. Judah prohibuit [*].

2. *Descendebant*, &c. Ἀποβάντες, &c.] *Descendentes* (vel, *Descenderant*, Er. Il. Pi. &c. vel, *Digressi*, Ca. *Cùm digressi essent*: id propriè est ἀποβαίνειν: Glossarium, ἀποβαίνων, *digrediens*. Syrus vertit, *qui ascenderant*; nam ascendere ab aliquo loco, sæpe tantùm valet, indè *discedere*, ut Gen. 35. 1. & 46. 29, 31 [d]. Vel, *Exierant*, Pers.) *ex iis*, *abluebant*, &c. Mo. &c. Cùm quod infrà sequitur v. 19. ostendere videatur, de eadem re hîc agi quàm Matthæus quoque & Marcus narrant, intelligendum videtur navibus subductis piscatores alios aliis ministeriis fuisse distentos, ut fieri solet; fuisse qui purgarent retia, fuisse qui resarcirent; quosdam & ex littore expertos num aliquid capere possent: itaque partem eorum in navibus fuisse, partem in littore [*]. Quæ contrariæ videntur in Matth. & Marc. & Luc. circumstantiæ sic conciliari possunt, ut hoc sit filum Historiæ, Dum Christus *ambularet* juxta littus *maris*, Marc. 4. 18. & Marc. 1. 16. & *populus premeret eum*, h. l. *ingreditur navem Petri*, v. seq. ibique docuit: deinde Petrum jubet rete projicere, quod & factum à Petro narrant Marc. & Luc. sed breviter, his verbis, *Vidit—rete jacientes in mare*; Lucas autem historiam pleniùs hîc exhibet. Petrus, rete piscibus plenissimum videns, Jacobum & Johannem vocat in auxilium,

[Margin: a Be. b Di. c G. * Li. ho. d Di. * G.]

auxilium, infrà v. 7. Tunc Petrum vocat Christus ut sit hominum piscator, qui descendens in terram Christum sequitur: Jacobus autem & Johannes redeunt ad stationem suam operámque sarciendi retia, eósque Christus præteriens vocat, ipsíque eum sequuntur, Mat. 4.21,22. & Marc. 1. 19,20 [f]. [Sed de his aliísque ἐναντιοφανείαις vide dicta ad Matth. 4. 18. ubi ea quæ hîc habet Cl. Ham. inter alia reperies.]

f Li. harm. 3. 154.

3. *Ascendens*—*in unam navem*, &c.] Nè à turba opprimeretur, aut in lacum proturbaretur, & ut quietus esset docens [g]. Omiserant hujus miraculi historiam Mat. & Marc. fortè quia quantumvis ipsis constaret nihil hîc gestum nisi singulari Dei dispositione, tamen videretur ab aliis res ista ad casum posse referri; ac proinde non esse cur in tanta miraculorum multitudine huic rei immorarentur. Lucas hanc narrationem ab illis prætermitam suo loco reddidit, id est, inter repertos ad littus piscatores, & inter illam vocationem quâ auditâ Petrus, Andreas, Johannes, Jacobus, rebus relictis, Christum familiariter sunt secuti [h]. ¶ *Reducere*; ità Mo. Non spernendum: nam *à littore reducere* est amovere, ut, *Virtus est medium vitiorum utrinque reductum* [i]. Ἐπαναγαγεῖν] *Ut abduceret*, Er. Il. sic Tre. vel, *summoveret*, Ca. vel, *proveheret*, P. Be. Pi. navigium suum in altum [k]. Vox nautica est: significat *in altum provehi*, ut 2 Mac. v. 12. c. 4 [l].

g Bru. h G. i Idem. k Pi. l G.

4. *Laxate*; ità Er. Mo. Ti. Ar. i.e. expansa ejicite [m]. Χαλάσατε] *Demittite*, Be. Pi. G. Bru. Il. P. ut χαλᾶν apertissimè sumitur Act. 9. 25. Latini τὸ χαλᾶν per *laxare* vertunt cùm de velo agitur; quod hîc per abusionem sequitur vetus Interpres [n].

m Bru. n G.

5. *Præceptor*; ità Er. Il. Ti. Mo. Ca. Ἐπιστάτα] Vox *præfectum* significat [o], sive *antistitem* [p]. Vocem hanc nemo horum Scriptorum præter Lucam usurpat. Illi visum eam optimè respondere voci Hebraicæ רבי, ut apparet ex collat. Marc. 9. 5. & Luc. 9. 33. Mat. pro eadem voce ponere solet, Κύριε, Marcus etiam, διδάσκαλε· ut videre est ex collat. Matth. 8. 25. & 17. 4. Marc. 4. 38. & 9. 5, 38. Luc. 8. 24. & 9. 33, 49. Nimirum existimavit Lucas in voce רבי minus aliquid esse quàm in voce Κύριε, i. e. ארני; plus autem quàm in voce διδάσκαλε· sicut Ammonius διδάσκαλοι ait esse λόγων· at ἐπιστάτην, ἔργων· itaque mediam vocem Græcam quæsivit, cui satis propriè respondet Latina, *magister*, quæ ad omnem eminentem dignitatem referri solet: unde *magistri equitum* nomen, & vox *magistratus*. Lxx in Esa. 19. 20. רב verterunt κρίνων, & Esth. 1. 8. οἰκονόμος. Iidem Hebræas voces, דרדה, שר, נגיד, נגש, מנצח, & similes, vertunt voce ἐπιστάτης· ut alii notare anteverterunt. Quid autem propriè vox ἐπιστάτης designet, optimè nos docet Callicratides Pythagoreus, cujus hæc sunt verba, Ἐπὶ τᾶς—ἀρχᾶς, ἃ μὲν ἐστι δεσποτικά, ἃ δ' ἐπιστατικά, καὶ πολιτικά, &c. (*Despotica imperia sunt quæ imperantis commodum respiciunt, ut heri in servum, tyranni in subditos*: ἐπιστατικὰ verò, *quæ commodum respiciunt subditorum, ut præceptoris in discipulum, medici in ægrotum*, &c [q].) Ἐπιστάτης propriè est qui Heb. נציב, vel נשיא, hîc idem qui cæteris Evangelistis רבי. Nondum hos Christus ad se vocârat domesticos sibi futuros. Itaque huc referenda quæ ab aliis ex istis adscitis narrantur [r]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ δὲ τῷ ῥήματί σου] *Tuo jussu*, V. sic Be. Pi. Non hoc tantùm vult, *te jubente*, sed, *fretus solo imperio tuo*, cùm res cæteræ omnes spei nostræ adversentur. Itaque ἐπὶ propriè hîc sumitur: sed est ἔλλειψις vocis πεποιθώς, quæ talem constructionem amat, ut videre est Marc. 10. 24. Luc. 18. 9. 2 Cor. 1. 9. Heb. 2. 13 [†]. Ἐπὶ ponitur pro κατὰ, ut in Plat. ἐπὶ νῷ, pro κατὰ νοῦ, *ex animo*; & ῥῆμα pro *mandato* ponitur, ut *dicere*, pro *jubere* [t].

o Er sic V. Pi. Camer. p Pi. q G. r Be. † G. t Be.

7. *Et*, &c. Καὶ κατένευσαν] *Et innuerunt*, Be. Pi. &c. non voce [v], sed signo, eos ad se vocârunt [x]: vel, 1. quia præ stupore loqui non poterant [y]: quod verisimile non est, neque id ferunt quæ sequuntur [z]. Vel, 2. quia longiùs aberant quàm ut vox eò pervenire possit [a]. ¶ *Sociis*] Participibus laboris & quæstûs [b], Jacobo & Johanni [c]. Solent plurium navium piscatores societatem inter se coire [d]. ¶ *Ut*, &c. Τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς] Eadem locutio est apud Plutarchum, & Phil. 4. 3 [d]. *Ut unà*, vel *simul*, *prehenderent*, rectè scilicet [*]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά] *Ità ut mergi ipsa*, Mo. *Ità ut* (vel, *Ità ut*

v Bru. x G. sim. Bru. y Th. in G. sic Bru. z G. a G. sim. Mal. b Camer. c Li. chron. 17. d G. * Pi. sim. Camer. Be.

penè, sive propè, Be. Sy. Ar. V. sic Pers.) *mergerentur*, Er. Il. P. Pi. &c. Alii legunt, ὥστε παρὰ τι, &c. Sed illud, παρά τι, non habuisse videntur Latinorum Codicum vetustissimi [f]: nec habent pleraque [Græca] exemplaria. Beza adjecisse se ait Græco contextui, quòd in vetustiss. suo cod. & in altero MSS. id invenerit, & Syrus id expresserit [g]. Videtur mihi adjectum ab his qui genus hoc loquendi emolliendum putabant, quos & Syrus ambiguitatis evitandæ causâ est secutus. [Sed] sanè ὥστε Græcis interdum non quod est, sed quod propè est, significat. Potest & βυθίζεσθαι intelligi non *submergi*, sed *præ onere profundiùs sidere*. Nam in Marc. 4. 37. pro γεμίζεσθαι ab antiquis explicatoribus positum erat βυθίζεσθαι [h].

f G. g Di. h G.

8. *Exi* (i. e. Discede [i], à navigio [k],) *à me*, &c.] q. d. Indignus sum te consorte & hospite, ut in navi mea maneas. Confer Matth. 8. 8 [l]. Phrasis similis illi, Job. 7. 16. ubi Lxx, ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ· κενὸς γὰρ ὁ βίος μου. Utraque vox est hominis qui agnitâ suâ tenuitate, Deíque summâ Majestate, veretur nè ab illa magnitudine absorbeatur, &c [m]. Sicut Angelos videre metuebant pii homines, communis imbecillitatis conscientiâ, ità etiam verebantur eorum præsentiam quos à Deo singulariter missos agnoscebant; ut Sareptana mulier metuit nè Eliæ hospitium sibi nocuisset. Quò minùs mirandum est, Petrum sibi metuisse ab ejus conspectu cui omnem rerum naturam cedere videbat, restituto ei dominio quod Adam magna ex parte amiserat. Vide Psal. 8. 8. ubi & *pisces* nominantur. Solet vox ἁμαρτωλὸς plerumque usurpari de iis qui projecto metu Divini numinis ex animi lubidine vivunt; qualis nunquam fuit Petrus, cujus εὐλάβειαν vel hæc una historia satis testatur. Nam probi animi vel maximum est indicium severissimam in se censuram exercere. Ità Paulus se *primum* vocat ἁμαρτωλῶν· quò facit & quod ex Barnaba citâsse meminimus [n].

i Pru. k Pi. l Bru. m Cap. n G.

9. *Stupor*, &c. Θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτόν] *Pavor enim occupârat* (vel, *circumdederat*, Bru. ex Vulg. undique inclusum tenebat [o]: ut Tacitus dixit, *pavorem induere* [p]. Περιέχειν simili significatu reperies apud Lxx, 2 Sam. 22. 5. & Psal. 18. 4. & 116. 3. Simile est apud Latinos, *circumstetit horror*. Non dissimilis significatio in voce Heb. אחז.) *eum*, Be. Pi. Non quòd Jesu præsentiam fastidiret, sed excellentiâ Jesu est perterrefactus [r]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων ᾗ συνέλαβον] *Super captura* (vel, *Ob capturam*, V.) *piscium quam comprehenderant*, Be. Pi. vel, *simul ceperant*, V. i.e. propter pisces captos [*]. Simile est, ἀγέλη χοίρων μεγάλη βοσκομένη, Marc. 5. 11. ubi Lucas habet, βοσκομένων [†]. Sic Luc. c. 9. v. 53. τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον, *facies ejus erat iens*, i. e. euntis: Joh. 21. 12. εἰδότες, *quum scirent*, i. e. εἰδότων [‡]. Ἄγρα, ut Latinè *captura*, non actum semper, sed sæpe universitatem rerum simul captarum, significat [v]: *captura* pro re capta, Plin. 10. 40. ut *jactus retis* interdum appellatur quicquid piscium uno retis jactu capitur [x].

o Be. sic Bru. p Be. q G. r Bru. * Pi. ex Be. † G. ‡ Scul. ex. 2. 7. v G. x Be.

10. *Noli timere*] Quò magis sibi displicebat, hoc magis Domino placet [y]. ¶ *Ex hoc*, Ἀπὸ τοῦ νῦν] *Posthac*, Er. V. *Ab hoc* tempore, Be. Pi. Non quòd Petrus id mox faceret, sed quòd mox formandus erat, ut idoneus redditus id præstaret [z]. ¶ *Homines eris*, &c. Ἔσῃ ζωγρῶν] *Capies*, Er. Ca. Pi. &c. scilicet instar piscium venando [a]. *Vivos capies*, P. Be. V. Di. &c. Hesychius, Ζωγρεῖ, ζῶντας λαμβάνει [b]. Al. *Capies ad vitam*, Tre. & Heins. & Di. ex Sy. De industria videtur Lucas dixisse non ἀγρεύειν, sed ζωγρεῖν. Solet enim hæc vox in partem meliorem usurpari, & talem capturam significare quâ redimatur mortis periculum, sicut & Latini *servos à servando* dixere. Ità ille apud Homerum precatur, Ζώγρει, Ἀτρέος υἱέ, i. e. inquiunt Scholiastæ, ζῶντα με φύλαττε. Similem κυριολογίαν observare est 2 Tim. 2. 26 [c]. Hellenistis passim ζωγρεῖσθαι dicuntur, quibus parcitur in bello post captivitatem [d]. Apud Lxx ζωγρεῖν sæpe ponitur pro החיה, quod modò est, *in vita conservare*; modò, ut hoc loco, *vivos capere & abducere*, ut 2 Par. 25. 12 [*]. At illi vivi quidem capti sunt, sed ad mortem: cùm Evangelica sagena vivos, & ad vitam, capiat [f]. Sensus, q. d. Nè mireris captos à te tot pisces. Leve hoc est, jam homines capies, sed hoc discrimine, ut ad vitam homines capias, qui pisces ad mortem capere solebas [g]. Deus nos, sibi inimicos, ità capit, & sibi mancipat, ut à morte incolumes servet. Hæc autem Christi verba nos docent, in

y G. z Bru. a Pi. b Di. c G. d Heins. * Di. f Heins. g Bru.

in suprà memorato miraculo non beneficium tantùm fuisse, sed & ἀνάγωγην, (*mysticam significationem:*) quod genus interpretandi sicut non est operosè sectandum ubi nulla se præbet occasio, ità contemnendum non est, ubi ipse Dei Spiritus aliquod ejus indicium præbet. Libenter igitur hìc veteres sequor, qui præcedentis historiæ hoc putant esse τὸ ἀλληγορούμενον, Apostolos non suapte industriâ, sed Christi imperio ac virtute, expansis Evangelii retibus,tantam facturos capturam ut opus habituri sint subsidiariâ multorum Εὐαγγελιστῶν operâ; atque ità impletum iri non unam navem, Judæorum scilicet, sed & alteram Gentium,sed quarum navium futura sit arcta atque indivulsa societas [h].

11. *Et*, &c. Καὶ καταγαγόντες, &c.] Illi *autem cùm subduxissent*, &c. Be. Pi. Τὸ κατάγειν opponitur τῷ ἐπανάγειν, suprà vers. 4. ut κάτω, *deorsum*, τῷ ἄνω, *sursum*. ¶ *Relictis omnibus*] Piscibus, retibus,&c. adeóque arte piscatoriâ [i]: quam exinde exercere desierunt [k], nunquam postea ad piscationem redituri: ut verbum [ἀφιέναι] propriè notat [l]. At David 1 Sam. 17.20. ἀφῆκε,&c. *reliquit pecora custodi*, ad quæ tamen postea reversus est. Certè ad piscatum redire, Joh. 21. & Petrus postea domum habuit, Matth. 8.14. Secuti igitur sunt Christum, *relictis omnibus*, scilicet ut ferebat vocatio ministerii, cui primò inservierunt, sed cùm illud permitteret, ad sua redire, & res suas curare, poterant [m].

12. *Cùm esset in una civitatum* (Capharnaum scilicet, ex collat. Marc. 2. 1. Obj. Huic miraculo subjicitur, Matth. 8.5. *cùm autem introisset Capharnaum*. Resp. Accidit ergò in agro illius civitatis, ut Jos. 5.13. *in Jericho*, i. e. in agro Jericho [n].) *& ecce vir plenus leprâ*] Qu. Quî hic admissus fuit in urbem, quod Lex vetabat [o]? Resp. 1. Perrupit terminos suos, ut sanationem obtineret [p]. 2. Christus urbe exivit ut illum sanaret [q]. 3. *Plenus erat leprâ*, i. e. totus leprâ obsitus, ideóque mundus, ex Lege, Levit. 13. 12, 13. atque à Sacerdote redditus societati hominum. Alibi observavi, Sacerdotes leprosum mundum pronunciare, non autem sanum reddere, potuisse. Hæsit ergò ei adhuc morbus, quamvis venenum ejus exhaustum fuerit, nec halitus fuerit contagiosus [r]. Non sanatus erat æger,sed redditus Ecclesiæ. Quæro, an lepra medicabilis erat, nisi per miraculum. Ideo hic mittitur ad Sacerdotes *in testimonium illis*, v.14. i.e. ut testaretur, sanatum esse hunc morbum immedicabilem per miraculum, ideóque magnum Prophetam exortum esse, &c [†]. ¶ *Procidens in faciem*] Descriptio τῆς προσκυνήσεως, ut collat. Mat. loco apparet [*]. ¶ *Potes me mundare*] Mundum reddere, non tantùm mundum pronunciare, ut Sacerdos,&c [t].

14. *Vade, ostende*,&c.] Transitio est ab obliqua oratione ad directam, Lucæ familiaris. Vide Act. 15. 5 [v].

17. *Virtus Domini* (i. e. donum sanandi [x],) *erat* (nempe illic, i. e. exserebat se eo tempore per Christum [y]: vel *aderat*, Er. Il. Pers. &c. sub. *ei*, P. Be. Pi. non ad tempus, ut Prophetis, sed perpetuò [z],) *ad sanandum eos*] Id est, Judæos qui aderant [a]; vel loci illius homines: neque enim commodè referri potest ad *Legisperitos* aut *Pharisæos* [proximè memoratos,] quos sanatos non legimus: neque de virtute quæ effectum non habuerit hìc agitur. Simile loquendi genus, ubi vox αὐτῶν non ad proximè nominatos, sed ad eos qui intelliguntur magis quàm nominantur, referri debet, apparet Matth. 11. 1. ubi dicta vide. Nam, quòd *Pharisæorum* & *Legisperitorum* hìc facta est mentio, eò pertinet ut ostendantur, & spectatores & calumniatores hujus facti fuisse. Vide Marcum [b]. Est hìc mirifica σύγχυσις, qualis est & Rom. 5. 12. ubi ordo est, Διὰ τοῦτο, ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον, ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε [c].

19. *Quâ*,&c. Διὰ ποίας,&c.] *Quâ* (sub. *parte*, Er. Il. P. Mo. &c. vel, *Quo modo*, Sy. sim. Pers. Æth. Ar.) *ipsum inferrent*, Be. ¶ *Supra*, &c. Ἐπὶ τὸ δῶμα] *Super*, vel *In*, *tectum*, Er. Il. Ti. Mo. Sy. Pi.&c. vel, *domum*, P. Δῶμα significat, tum *tectum*, Glossar. δῶμα, στέγη, *tectum*; tum *domum*, testibus Moschopulo & Suidâ. Hìc autem *tectum* significat. Tecta autem Judæorum plana erant. Vide 2 Sam. 11. 2 [d]. ¶ *Per*, &c. Διὰ τῶν κεράμων] *Per tegulas*. Pi. Er. Bru. ex Vulg. &c. i. e. per foramen inter tegulas effectum, ex collat. Marci [*]. Apud Comicum Jupiter *per tegulas* ad mulierem *venisse* dicitur. Idem de Antonio refert Tullius, Philippic. 2. Κέραμος interdum dicitur *tectum*, ut disertè dicit Pollux, l. 7. similiter eruditionis Græci fons, Hesychius. Syrus ܛܛܠܝܗ Marci, & κεράμους Lucæ, ejusdem significationis voce interpretatur [f].

20. *Peccata tua*] Causa morbi, quâ sublatâ tollitur effectus [g].

23. *Quid est facilius*, &c.] Est collatio eorum quæ imparia sunt judicio humano: alioquin utrumque æquè difficile & Deo proprium [h].

25. *Tulit*,&c. Ἄρας ἐφ' ᾧ κατέκειτο] *Sublato* (sub. *eo*, Be. sic P. Il. Pi. & sub. *in humeros*,Be.) *in quo jacuerat*, Il. P. Pi. sub. *lectulo*, Ti. Ca. vel, *supra quod decubuerat*, Camer.

26. *Et*, &c. Καὶ ἔκστασις, &c.] *Et stupor* (vel, *admiratio*, Tre.) *cepit omnes*, P. Mo. Be. Pi. i. e. mirati sunt, ut Mat. Non est ergò idem cum eo quod sequitur, ἐπλήσθησαν φόβου, i.e. *impleti sunt reverentiâ Divini numinis*, ut accipi vocem φόβος solere ostendimus. Hæc ideo dico nequis accedat aliquid hìc delendum suspicantibus [i]. ¶ *Vidimus mirabilia*; sic Sy. Ar. Pers. Æth. Παράδοξα] *Inopinata*, P. Mo. Be. Pi. *Incredibilia*, Er. Il. Ti. Ca. נפלאות. Παράδοξα *admirabilia* vertit Cicero: atque hinc Olympionicæ & alii certaminum victores dicti παράδοξοι. Rem autem admirandam optimo jure populus judicabat,non tam quòd ægroto sanitas esset reddita, (quod jam contigerat sæpius,) quàm quòd eo miraculo Jesus probâsset sibi inter homines viventi datum jus condonandi peccata: nam in ejus rei fidem hominem sanaverat. Vide Matthæum [k].

28. *Relictis omnibus*] Relinquens quæstuosum illud vivendi genus & quod ex rationibus ipsi debebatur [l].

29. *Convivium*; ità Er. Il. Mo. Tre. ex Sy. Ca. Ar. &c. Δοχὴν] *Epulum*, Ti. P. Be. Pi. ad verb. *acceptionem*, quòd passim ab eo omnes accipiantur [m]; à δέχομαι, *accipio*, hospites scilicet seu convivas [n]. Hebræum משתה rectè δοχὴν interpretantur Lxx; significat enim משתה *convivium instructius*, quale in publica, aut privata, lætitia adhibebatur; quemadmodum in suis locis videre est [o]. Athen. splendidum epulum δοχὴν vocat, l. 8. & ὑποδοχὴν, l. 5 [p].

30. *Et*, &c. Καὶ ἐγόγγυζον οἱ γραμματεῖς αὐτῶν] *Et murmurabant Scribæ eorum*, i. e. populi, cujus pars convivæ isti erant [q]: Legisperiti ejus loci [r], ac proinde Magistri Capharnaumitarum communiter. Nam ità vocem αὐτῶν accipi sine præcedente nomine suprà demonstravimus [†]. Pronomen αὐτοὶ non semper demonstrat personas de quibus proximè actum sit, sed sæpe in genere & absolutè Judæos,seu populum circa quem historia versatur, ut Matth. 11. 1. *in urbibus* αὐτῶν, *eorum*: & 12. 9. *venit in synagogam eorum*. Ità & h. l. οἱ γραμματεῖς αὐτῶν, sunt, οἱ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ· quorum sæpe mentio in Evangelio. Τὸ *eorum* hìc non refertur ad accumbentes, quasi Scribæ & Pharisæi accubuissent unà, sed in genere ad Judæos, seu ad populum [t]. Vel, *eis*, Be, Pi. αὐτῶν, pro κατ' αὐτῶν· Ellipsis [v]: ut Matth. 10. 1. δύναμις πνευμάτων, i. e. *contra*, vel *super*, *spiritus*: & Luc. c. 6. v. 7. κατηγορία αὐτοῦ, i. e. contra illum [x]. Sed frustrà hìc se torquent viri eruditi: & qui vertunt, *obmurmurabant illis*, nullo exemplo probant, γογγύζειν αὐτῶν [eo sensu] dici. Dicendum erat, γογγύζειν κατὰ αὐτῶν· quanquam nè id quidem hìc locum habet, cùm omnis hic γογγυσμὸς non in Publicanos directus fuerit, quos illi vix hominum in numero ponebant, sed in Christi Discipulos, qui paulò pòst disertè nominantur [y]. ¶ *Dicentes*, *ad*, &c. Πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ] *Ad* (vel, *Adversùs*, Er. V.) *discipulos ejus*, Be. Pi. Conjungunt hoc, vel cum præced. *murmurabant* [z]; vel potiùs cum seq. *dicentes* [a]: non enim adversùs Discipulos, sed Præceptorem, murmurabant [b].

32. *Ad pœnitentiam*] Significat, se cum peccatoribus versari, non ut peccata eorum foveat, sed ut eos emendet [c].

35. *Venient—dies cùm*, &c. Καὶ ὅταν ἀπαρθῇ, &c.] *Cùm tolletur ab eis sponsus*, *tunc jejunabunt illis diebus*, Be. Pi. Pleonasmus [d]. Καὶ vel redundat [*], more Hebræorum [f]: in secundo Codice deest [g]: vel, trajectum est [h], quum præponi deberet adverbio τότε [i], ut liquet tum ex ipso sermonis genere, tum ex collat. Marc. 2. 20 [k].

36. *Alioquin*, &c. Εἰ δὲ μήγε, καὶ τὸ καινὸν σχίζει] Τὸ καινὸν est

[h] G. [i] Bru. [k] Cas. in Scul. [l] Be. in Scul. [m] Scul. ib. [n] Bru. [o] Li. harm. 3. 203. [p] Q. in Li. ib. [q] Al. ib. [r] Li. ib. 204. [†] Li. ho. [*] G. [t] Li. ib. 205. [v] Be. [x] Heinf. sic Eru. [y] Bru. [z] Heinf. [a] Bru. [b] G. [c] Heinf. [d] D. [*] Pi.

[f] Heinf. [g] D. [h] Pi. [i] G. [k] Idem. [l] G. [m] Be. [n] Pi. [o] G. [p] Er. [q] Bru. [r] G. sim. Ham. [†] Be. [t] Di. [v] Pi. sim. Ham. Be. [x] Ham. [y] G. [z] Q. in Bru. [a] Bru. ex Sy. sic Le. Pi. &c. [b] Bru. [c] Eru. [d] Pi. sim. V. [*] V. Be. [f] V. [g] Be. [h] Be. [i] Pi. ex Be. [k] Pi.

est vel, 1. Nominativus [l]. *Alioqui & illud novum findit*, Beza, Piscator: vel, *lacerat*, V. sub. *vetus*. Be. Pi. V. & sub. *vestimentum*, V. Vel, 2. Accusativus, ut accipit Syrus, qui sic reddit, *ut non novum scindat*, scilicet sartor, vel qui panniculum assuit: Dixit enim, neminem abscindere novum panniculum & assuere veteri. Jam duas causas tradit quare id nemo faciat, ut nè novum pannum laceret, & deinde veteri cum novo non conveniat, ideóque vetus à novo magis laceratur [m]. ¶ *Veteri non convenit commissura*, &c. Ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ] *Panniculus* (vel, *Immissura*, V. sub. *sumptus*, sive *sumpta*, Be. Pi. V.) *ex novo*, Be. Bru. Pi. scilicet vestimento: quod proinde ab illa commissura mox iterum laceratur [n]. Deest ἐπίβλημα in antiquissimo manuscripto qui est in Anglia [o].

39. *Vetus melius est*; ità Er. Il. Ti. Ca. Pi. Χρηστότερος] *Utilius*, P. Mo. Be. i. e. salubrius [p]. *Blandius*, Er. Bru. *Suavius*, Sy. Ar. Pi. Er. V. G. quia scilicet lenius [q]. Hæc vox propriè habet *lenitatis* significationem, ut Matth. 11. 30. infrà 6. 35. Rom. 2. 4. Ephes. 4. 32. Vetera vina solent esse saporis lenioris, nova contrà austeriora. Scriptor Ecclesiastici, 9. 13. Οἶνος νέος, φίλος νέος· ἐὰν παλαιωθῇ, μετ' εὐφροσύνης πίεσαι αὐτόν· ubi cave cum viro erudito πίεσαι legas & vertas, *comprehende*: non est enim à πιέζειν, sed Futurum à πίνω, eâdem formâ quâ φάγεσαι. Alexis de vino ubi despumavit, & ætatem nactum est, ait, Ἡδὺν δ' ἅπαντα τὸν λοιπὸν διατελεῖν, (*Perpetuò placere lenitate in posterum*.) Quia ergò lenius est vinum vetus, ideo qui ei sunt assueti non possunt subitò adduci ut ament novum [r]. Vinum vetus hîc comparari puto non cum musto, sed cum vino novo quod jam deferbuit, & adhuc acre est. Vetustate enim vina mitescunt, quia vetustas igneum calorem, acerbitatem, & fæces, è vino tollit †. Etsi vina nova plerumque sint dulciora, unde mustum γλεῦκος dicitur, adeòque gulosis gratiora; prudentibus tamen magis arridet vetus, quia & defæcatius est & generosius, nec modò palatum magis afficit, linguámque gratiùs vellicat, sed & stomachum benigniùs juvat, omnésque spiritus magis restaurat & reficit. Hinc & in sententiis Hebræorum præfertur vinum vetus novo. Pirke Aboth, cap. 4. *Qui discit à junioribus similis est edenti uvas acerbas, & bibenti vinum è torculari. At qui discit à senibus similis est edenti uvas maturas, & bibenti vinum vetus* [t]. Significavit hoc proverbio Christus, homines non subitò ad austeriorem vitam pertrahendos, sed per gradus quosdam assuefaciendos esse [v]: quod accommodatissimum erat ei rei de qua agebatur: sicut quod hîc afferri à multis solet de discrimine Legis & Evangelii, ab instituto alienum est [x]. Sententia est ex consuetudine & affecto jam animo profecta: usus enim & consuetudo gustum formant. Dicit ergò, *Nemo bibens vetus, statim vult novum*, &c. q. d. Sicut is qui assuevit vino veteri, [non statim, sed] paulatim, eò adducitur ut novum ei præferat; ità mihi cum Discipulis agendum, ut frequentia jejunia præferant deliciis, &c [y].

[l] Q. in Di. [m] Di. [n] Bru. [o] G. [p] Be. [q] Pi. [r] G. † Pi. [t] Di. [v] G. sim. Bru [x] G. [y] Bru.

CAP. VI.

1. IN, &c. Ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ] *In Sabbatho*, Tre. & Di. ex Sy. sic Pers. Æth. Ar. *In sabbato secundo*, Er. Il. P. Mo. Ti. Ca. *Sabbato altero-primo*, Be. Pi. vel, *secundo-primo*, Er. Novè hoc dixit Lucas pro, *primo-secundo*, cùm magis præferri debuerit quod naturâ prius est [a]. Facetè de hoc loco consulentem se Hieronymum elusit Gregorius Nazianzenus, promittens dicturum se ea de re, sed in Ecclesia; ubi Hieronymus, toto populo acclamante, cogeretur scire quod nesciret, aut, si solus tacuisset, futurum ut ab omnibus stultitiæ condemnaretur. Quam rem narrans Hieron. hoc ἐπιφώνημα subjicit, *Nihil tam facile quàm vilem plebeculam & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, quæ quicquid non intelligit plus miratur*. Quàm multi sunt hodie quibus pro eruditione est audax asseveratio, præsertim quoties de loco superiore loquuntur, ubi contradictorem non habent? Cæterùm, de vocis δευτεροπρώτου interpretatione dici ferme potest, *Quot capita, tot sententiæ*. Syrus & Arabs, tantò quàm nos sumus illi & seculo & loco propiores, satis manifestè ostendunt se, quid hæc vox velit, ignorâsse: quò æquius est aliis ignosci quibus præter conjecturas nihil est relictum, quas refellere est promptius quàm certi aliquid adferre. Falli eos qui non diem quem *Saturni* dicimus, sed festum aliquem diem, hîc volunt intelligi, ex eo apertum est quòd tota quæ hinc orta est disputatio non ad festos dies pertinet, quibus non tam rigidè otium servabatur, sed ad diem illum qui propriè ac peculiariter *Sabbatum* appellatur, quem οἱ ἔξω *Saturni* vocant. Sed neque eorum sententia recipi potest qui δευτερόπρωτον ità exponunt ut nomen sit multis diebus conveniens [b], cùm Lucas hoc nomine usus sit ut certus anni dies intelligeretur [c], & meliùs occasio calumniæ Pharisæorum intelligeretur [d]. Quibus rectè animadversis, pleræque veterum ariolationes concidunt, ut à recentioribus quibusdam prudenter notatum est *. Falluntur ergò tum Euthym. & Isidor. qui primum diem Azymorum ità vocatum volunt, quòd secundus esset à Pascha: tum Chrys. & Th. qui sentiunt fuisse Sabbatum quod proximè sequebatur festum aliquod quod in feriam sextam incidit: quos etiam refellit illa Hebræorum traditio, post captiv. Bab. nunquam Judæos unum festum postridie alterius celebrâsse, nè populus duos continuos dies quiescere cogeretur [f]. Sabbata erant duplicia, 1. illa septimi diei: 2. illa quibus feriandum erat in festis solennibus. Jam verò in festo plurium dierum (ut Paschæ & Tabernaculorum) duo erant Sabbata, primus nimirum ejus festi dies & ultimus, Levit. 23 [g]. Quorum primum *Sabbatum* disertè appellat Moses, Levit. 23. 15. Idémque & diem Propitiationis *Sabbatum* vocat, ibid. v. 32 †. Intelligit ergò Lucas ultimum diem Azymorum [h]. Quod mihi parum verisimile videtur; nisi fortè constet, primum Azymorum eo tempore in diem Sabbati incidisse: tum enim septimus Azymorum in diem subsequentem Veneris incidebat, non interveniente Sabbatho hebdomadali. Aut si in primum septimanæ incidit primus Azymorum, septimus festi incidit in ipsum Sabbathum ordinarium, ac tum etiam δευτερόπρωτον vocari potuit. Sed si in aliam septimanæ feriam primus festi Paschatis incidit, inter eum & septimum non potuit non ordinarium Sabbathum intervenire. Atque illud ipsum δευτερόπρωτον vocatum puto, quia inter duo alia Sabbatha, primum nempe Azymorum, & septimum, interjacens, proximum erat primo, illúdque statim excipiebat. Hoc dico: Primus Paschatis erat πρῶτον σάββατον· quod deinde sequebatur hebdomadale Sabbatum, erat δευτερόπρωτον· septimus tum festi dies erat τρίτον σάββατον [i]. Quando Neomenia, aut solennis Paschatis, Scenopegiæ, aut Jejunii, sive majoris, sive minoris, dies, in feriam secundam, aut tertiam, aut quartam, cadebat, dies appellabatur πρῶτον σάββατον· naturale verò Sabbatum, quod illum diem sequebatur, δευτερόπρωτον appellabatur, ex Epiphanii sententia *. [Quam pleniùs explicatam vide à Cl. Autore.] Jos. Scaliger mecum sentit de hoc die, sed δευτερόπρωτον putat vocari, quòd primam à postero die Paschæ hebdomadem clauderet, inter illas septem, quæ ab illo die ad Pentecosten usque numerabantur: quod tamen nullis exemplis, nec cujusquam scriptoris authoritate, probat [k]. [Sed præstat Scaligeri sententiam ipsius verbis conceptam audire. Sic ergo ille,] Sabbatum hoc δευτερόπρωτον est Sabbathum illud quod proximè post solenne Paschatis sequitur [l], sic dictum, quòd sit ἀπὸ τοῦ δευτέρου πρῶτον, *à crastino* Paschatis *primum* Sabbathum in computo Pentecostes [m]. *A crastino Paschæ* Lex jubet septem hebdomades computare, Levit. cap. 23. vers. 11. Deut. cap. 16. vers. 9. Itaque ab illo die hebdomades & Sabbatha à Paschate ad Pentecosten sumunt appellationem. Intervallum illud Judæi vocant סְפִירַת הָעֹמֶר, *numerus manipuli* qui primitiarum nomine offerebatur. Prima ergò hebdomas ab oblatione עמר dicitur δευτερόπρωτος· secunda, δευτεροδεύτερος· tertia, δευτερότριτος· quarta, δευτεροτέταρτος· quinta, δευτερόπεμπτος· sexta, δευτερόεκτος· septima, δευτεροέβδομος [n]. Manipulus offerendus erat ממחרת שבת, *Crastinâ Sabbati*, Levit. 23. 10, 11. non crastinâ Sabbati hebdomadis ordinarii, sed crastinâ post diem primum Hebdomadæ *Paschalis*, qui dies fuit *Sabbaticus*, Exod. 12. 16. Lev. c. 23. v. 7. Indè enumerabantur 7 septimanæ ad Pentecosten. Nam mutuò atque invicem se respexerunt dies manipuli

[a] Ambros. in Er. [b] G. [c] G. sim. Mal. [d] Mal. * G. [f] Mal. [g] Be. † Bert. Luc. Frank. 7. [h] Be. sim. V. Pi. D. [i] Di. * Pet. var. lect. 19. [k] Be. [l] Scal. in Ga. [m] Scal. in Clop. [n] Scal. in Ga.

manipuli & dies Pentecostes. Oblatio manipuli erat precatoria, benedictionem impetrans frugibus novis, veniámque eas comedendi, & falcem in segetes immittendi. Oblatio panum die Pentecostes, Levit. 23. 15, 16, 17. gratiarum actionem spectabat, ob feliciter peractam messem hordeaceam. Sic ergò concatenatæ erant duæ hæ solennitates, ut utraque messem respiceret; illa ineuntem, hæc finitam. Computatio ergò temporis intercedentis non potuit non memoriam diei istius secundi Hebdomadæ *Paschalis* secum ferre, atque hinc vocatur Pentecoste *Festum Hebdomadum*, Deut. 16. 10. Nec potuit aliter temporis interlabentis calculus retineri quoad Sabbata, quàm sic numerando; Hoc est Σάββατον δευτερόπρωτον, *sabbatum à secunda die Paschatis primum*: hoc est δευτέρᾳ δεύτερον· & sic de cæteris *. Hanc Scaligeri sententiam ideo amplector, quòd Hebræi etiam hodie (ut idem Scaliger testatur) illud vocant שבת ראשון ממחרת, i. e. σάββατον πρῶτον ἀπὸ δευτέρας †. Traxit multos in assensum viri magni [Scaligeri] auctoritas °: eam sententiam adoptavit Mat. Martinius in doctissimo Etymologico suo. Sed necdum interpretatio ista à doctis omnibus assensum mereri, vel exprimere, potuit p. Ei quominus subscribam apud me hæc obstant. 1. Quòd nullum viderim talis formationis exemplum qualis esset si δευτερόπρωτον deduceretur à voce δευτέρας & voce πρώτη. 2. Quòd lex quæ exstat in Levitico non hoc dicit, Sabbata denominari à postridie Paschatis, ut hoc Sabbatum dicatur *primum*, illud *secundum*, atque ità deinceps; sed dies illos 50, ימים העומר, *dies Pentecostes*, numerari ab eodem illo die, ità ut postridie Paschatis sit dies illorum quinquaginta primus, qui hunc sequitur secundus; atque ità usque ad quinquagesimum: quem numerandi modum Judæi nunc quoque anxiè observant; neque tamen in nominandis diebus repetunt nomen illud δευτέρας. Sed quæque nox ut advenit, solent dicere, *Hic est dies primus Omer, hic est secundus*, atque ità porrò. Sententia igitur ista quæ magnis argumentis à suo auctore defensa est, cùm mihi se non probet ob eas quas dixi causas, indulgebo mihi quoque post tot alios censendi libertatem q. [Cujus sententia mox exhibenda est, postquam reliquorum, hunc diem ad tempus Paschale referentium, sententias produximus.] Notus est computus duplex Sabbatorum pro duplici principio anni, Civili & Sacro; & æra duplici, Mundi conditi, & Exitûs ex Ægypto r. Erant itaque duo Sabbata prima: unum quod appellatur ἁπλῶς Sabbatum primum †; &, ut ità dicam, πρωτόπρωτον t, ob memoriam primæ creationis v; & cadebat in mensem Tisri x: alterum etiam appellatum Sabbatum primum, sed tamen cum distinctione, δευτερόπρωτον, *iterum primum* y; & cadebat in mensem Nisan z: vocatúrque πρῶτον, *primum*, quia primum est anni cujuslibet sacri Sabbatum; δεύτερον verò, quia est post primum anni civilis Sabbatum; adeóque est δεύτερον πρῶτον unde δευτερόπρωτον a. Ab utroque hoc Sabbato, tanquam à primo, Sabbata in orbem numerabantur apud Hebræos per universum annum, quà Politicum quà Sacrum b. Arabs vertit, *in sabbato secundo*, quod nempe proximè erat post solenne Paschatis, quum enim spicarum esui maturarum hîc fit mentio, dubium non est quin in Pascha hoc tempus inciderit, cujus secundo die falx in messem mittebatur, quæ ad festum usque Pentecostes durabat c. [Aliis hæc sententia non placet:] Non fuisse hoc Sabbatum in festo Azymorum ex eo constat, quòd spicæ tunc non essent maturæ *. Resp. Segetes aliæ præcoces erant, aliæ serotinæ. Manipuli autem oblatio erat ex hordeo, non ex tritico, teste Maimonide. Vide & Chald. & RS. ad Ruth. 1. 22 f. Satum erat hordeum ineunte jam hyeme, teste Bab. Berac. fol. 18. 2. ac aeris clementiâ per hyemem crescens, adventante jam Paschate maturuit g. Fuisse circa initium mensis Nisan, inchoatam ordinariè messem aliquam, ut manipulum haberent quem crastino Paschatis offerrent, ostendit Scaliger ex Josepho h. Sed nec omnes qui ad Festum ascendebant oportuit hunc manipulum offerre, satis fuit si vel unus pugillus in tota Israelis terra inveniretur frugum maturescentium, qui Deo postridie Paschatis offerretur i. [Quod tamen negat Clop. Vide ibid. 146...] Et notum est, segetes alias aliis seriùs aut ocyùs maturescere, præsertim in montanis regionibus, &c k. Denique, si, cùm justum

* Li. ho. ad Matt. 12. 1.
† Pi.
° G.
p Clop. epist. ad Capel. p. 35.
q G.
r Clop. ib. p. 46.
† Clop. ib. 49 ex Pet. sic Cap. ib. 89. & 140.
t Cap. ib. 89.
v Clop. 43.
x Clop. ex Pet. Cap.
y Clop. ex Pet. 49.
z Clop. ex Pet. Cap.
a Clop. & Cap. 89. & 140.
b Clop. 43.
c Di.
* Mal.
f Clop. p. 150.
g Li. ho. ad Matt. 12. 1.
h Clop. p. 46.
i Cap. ib. 91.
k Clop. 151.

adventaret tempus Paschatis, hordea non maturuerant, additus est ad annum istum mensis embolimæus, sive intercalaris, quo exspectatum est, usque dum maturescerent, teste Maimon. Kiddush. Hodesti, cap. 4. Exemplum hujus rei habes Bab. Sanhedrim, fol. 11. 2. *Cùm agni sint teneri nimis & columbæ implumes, & non adsint fruges recentes, visum est nobis huic anno addere dies triginta*, &c l. [Atque hæc de iis qui hoc Sabbatum ad tempus Azymorum referunt. Alii aliter:] Sabbatum hoc erat festum Pentecostes, quando segetes & maturæ erant & nondum messæ m: vocatur enim δευτερόπρωτον, quòd, cùm tria essent præter Sabbatum prima, i. e. præcipua, festa, Azym. Pentec. & Tabern. inter illa festum Pentecostes & loco & celebritate secundum esset à primo n. Judæi diem Sabbati qui Pascha proximè antecedit hodiéque vocant *Sabbatum magnum*. Sed & si Paschatis dies in ipsum Sabbatum inciderit, appellabitur is dies eodem nomine, ut apparet Joh. 19. 31. Est & *Sabbati magni* mentio in historia de martyrio Polycarpi apud Eusebium. Alii pro *magnum* dixerunt *primum*, i. e. τὸ πρῶτον σάββατον. Nam ἐν τῷ Πέτρου κηρύγματι erat, Σάββατον ἐκ ἄγκσι τὸ λεγόμενον πρῶτον. Cùm verò præter Pascha duæ sint præterea celeberrimæ Judæorum ἑορταὶ, nempe τὸ πλήρωμα τῆς πεντηκοστῆς & σκηνοπηγία, etiam quæ eas ἑορτὰς proximè contingebant Sabbata μεγάλα ἢ καὶ πρῶτα vocata, simili ratione. Nam & Sabbatum quod incidebat in Scenopegiam Josephus vocat, *Sabbatum maximè venerandum*, Bel. Jud. 2. 37. Atque ità cùm tria essent Sabbata πρῶτα, i. e. *maxima*, distinctionis causâ repertum [est,] ut Sabbatum Paschale, quod ordine antegreditur, diceretur πρωτόπρωτον, *primorum primum*; Sabbatum Pentecostes, δευτερόπρωτον, *primorum secundum*; Sabbatum Scenopegiæ, τριτόπρωτον, *primorum tertium*. Sic in municipiis, ubi erant δεκάπρωτοι, primus ordinis dici poterat πρωτόπρωτος, alter δευτερόπρωτος, atque ità deinceps. Notandum autem est messem, ut Hebræi docent, incidisse ferme in mensem Elul, qui partim Junio, partim Julio, respondet: itaque Exod. 23. 16. Pentecostes solenne vocatur *solenne messis*; Tabernaculorum autem solenne, quod in finem Augusti, aut initium Septembris, incidebat, *festum collectarum in horrea frugum*. Nam quòd postridie Paschatis δράγμα σταχύων ad Altare adferebatur, fiebat id dicis causâ ex spicis virentibus quæ igne torrebantur, ut Josephus nos docet ex loco Levit. 2. 14. unde & mensi Nisan nomen alterum אביב, quod *spicam virentem* sig. & hæ ipsæ ἀπαρχαὶ sumebantur ex hordeo, fruge temporiùs se prodente. Vide Josephum. Et hæc δευτεροπρώτου formatio ab ἀναλογίας regula non excedit. Adde, quòd apud Hellenistas, quorum haud dubiè sermonem hîc Lucas exprimit, exstabat vox similis formæ. Nam decimas illas quas Levitæ pendebant Sacerdotibus vocabant δευτεροδεκάτας, i. e. *secundas decimas*, ut notat Hieron. in Ezec. 40. Eædem vocantur δεύτεραι δεκάτ, Tobiæ, 1. 6. Sunt ergò idem δευτέρη δεκάτη & δευτεροδεκάτη, item Sabbatum δεύτερον πρῶτον, aut δευτερόπρωτον °. Et hæc Grotii conjectura maximè probabilis est p. ¶ *Confricantes*; ità Be. Pi. &c. sic G. Ψώχοντες] *Terendo comminuentes*, Camer. confrictu manuum grana excludentes q.

2. *Quid* (vel, *Cur*: τί, pro διατί ·) *facitis quod non licet in Sabbatis?*] Ἐν τοῖς σάββασι, non accipio præcisè aut solitariè de Sabbato isthoc quo ista acciderunt, sed unà de Septimanarum istarum intervallo à Sabbato [dicto] החדש ad τῶ δευτέρας τῦ πάσχα · & hoc in iis culpari puto quòd fruges delibarent ante manipulum crastino Paschatis oblatum †. Sed tunc non debuit Sabbatum adduci pro causa cur non liceret id facere, sed temporis Pascha antecedentis circumstantia t. At hanc circumstantiam velim implicitam esse, unà cum Sabbato, numero plurali qui adhibetur apud Marcum & Lucam, &c v.

5. *Etiam Sabbati*] Quod hîc habent insertum nonnulli Codices, de eo qui Sabbato opus famulum faciebat, cui dictum sit à Christo, *Beatum esse ipsum si nosset quid ageret*; *sin minùs, legis violatorem*, spurium esse non dubito: Nam neque Metaphrastes veteres, nec qui ad hunc locum scribunt, ejus meminerunt historiæ. Quin pugnat cum perpetuo Christi instituto, qui Doctorem hîc agens nemini legis Hebrææ gratiam fecit. Erat enim ea potestas cœlesti Regno ipsius reservata. Puto igitur ab aliquo Marcionita adjectum x.

l Li. ib.
m Mal. sim. Mercator in Pi.
n Mal.
° G.
p Ham.
q Eru.
r Pi.
† Clop. ib. 47.
t Cap. ib. 90.
v Clop. 145.
x G.

6. *Homo*,

6. *Homo, & manus ejus*, &c.] Hebraismus, pro, *homo cujus manus*, &c [y].

7. *Ut*, &c. ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ] *Ut invenirent accusationem* (vel, *crimen*, Ca. vel, *unde accusarent*, Er. Il. Ti. &c.) *ipsius*, Mo. vel, *eum*, Er. &c. vel, adversùs *eum*, Be. P. Pi. Ca. Satis Græcè [dicitur, αὐτοῦ,] nec de lectione dubitandum. Κατηγορίαν κατὰ simili sensu est apud Demosthenem. Solent Genitivi sæpe objectum significare. Ità infrà, ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ [z]. *Accusationem ejus*, i.e. quâ is accusaretur [a]. Est autem, ἵνα εὕρωσιν κατηγορίαν, idem quod Dan. 6.4. להשכחה עלה [b]. *Sabbato vetitum erat emplastrum ponere super vulnus*, Tanchuma, fol. 5. 1. nisi *ubi erat periculum vitæ*, ibid. 8. 2 [c]. Medicinam facere sive curare Judæi inter servilia opera ponebant: Christus autem definit esse beneficentiam, &c [d].

9. *Interrogo*, &c. Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τί. Ἔξεστι, &c?] Triplex potest esse hujus loci distinctio [*]. Τί enim, vel, 1. per se ponendum, *Interrogabo vos: quid? licet benefacere*, &c [f]? Vel, 2. referendum ad sequentia [g], interrogandi sensu, ut Syrus accipit [h]. Τί, pro πότερον [i], ut Matt. 21.31. τίς ἐκ τῶν δύο, pro πότερος [k]. Sic ergò vertunt, *Interrogabo vos, ecquid licet*, &c [l]? Vel, 3. referendum ad priora, ut sensus sit, *Est quod vos interrogem* [m]. Atque id præfero, quia & alibi simili præfatione Christus interrogationem exorditur, Matt. 21.24. Luc. 20. 3. ubi ἕνα λόγον est quod hîc τί. ¶ *An perdere*, Ἀπολέσαι;] i. e. Ἀποκτεῖναι, ut Marcus loquitur [n]. Ergò qui non juvat proximum cùm juvare possit, interficit [o].

10. *Et*, &c. Καὶ ἐποίησεν οὕτω] *Ille autem fecit*, Er. V. vel, *ità fecit*, Be. Pi. ut erat jussus; i. e. *extendit manum*, quod explicatè posuit Syrus, ut & Latinus: ut solent liberiùs interdum verba interpretari [p]. Erasmus prætermisit particulam οὕτω, quam adjecit Stephanus ex edit. Complut. cum qua consentiunt 5 cod. vetusti [q]. ¶ Ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη] Videtur hoc ex Matthæo adscriptum: nam multi Codices non habent; nec agnoscit Latinus. Syrus agnoscit illud, ὡς ἡ ἄλλη, non illud, ὑγιής [r].

11. *Repleti sunt insipientiâ*, Ἀνοίας] *Invidiâ*, Di. ex Sy. *Æmulatione*, Tre. *Amentiâ*, Er. Il. P. Be. Mo. Ti. sim. Æth. Ca. שנען, *irâ*. Bene Philemon, Μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζόμεθα [†]. Usurpatur pro insania, furore, & rabie quâ feruntur impii in probos. Vide 2 Mac. 4. 6. & 14. 5. & 15. 33 [t]. ¶ *Quidnam facerent Jesu*] Nempe ut eum è medio tollerent, ut ex Marco liquet [v].

12. *In montem*] Notum montem in ora maritima, Marc. 3. 7, 13 [x]. vicinum stagno Genesareth [y]. ¶ *Et erat*, &c. Ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ] *Erat pernoctans* (vel, *vigilans*, Ar.) *in oratione*, sive *precatione*, *Dei*, Mo. Tre. M. Ar. &c. vel, *ad*, sive *apud*, *Deum*, Æth. D. &c. *Dei*, i. e. quâ orabat Deum [z]. q. d. Totam noctem deprecabatur Deum [a]: de Ecclesia sua solicitus, jam electurus Pastores Ecclesiæ, & concione expositurus doctrinæ ipsius summam [b]. Vel, *in proseucha Dei*, D. Med. Ham. Favet articulus: alioqui insusitata est locutio, *in precatione Dei*, i. e. ad Deum. Et quidni Christus æque in Proseuchis Judæorum oraret, atque in eorum Synagogis prædicaret? Προσευχὴ est, *locus orationis*, hîc & Act. 16. 13, 16 [c]. Προσευχῶν apud Judæos frequens mentio est apud Josephum [d].

13. *Quos & Apostolos nominavit*] Postea scilicet: hîc autem per πρόληψιν dicitur [*]. Quod Syris *Shelichin*, Græcis Ἀπόστολοι, *Legati* [f], qui negotii gerendi magis quàm nuncii deferendi causâ aliquò mittebantur: quo sensu vox hæc sumitur Joh. 13.16. Phil. 2.25. Heb. 3.1 [h]. Apud Judæos sic vocabantur omnes *nuncii*, ut 1 Reg. 14. v. 6. vel, qui ab aliis delegati sunt, quamvìs ad tempus tantùm, &c [i]? ab ἀποστέλλειν, *amandare, emittere cum mandatis* [k]. Hi autem propriâ & peculiari notione sic appellantur, quod homines essent immediatè à Christo electi, Gal. 1. 1. qui emissi per orbem, Marc. 16. 15. testes essent resurrectionis Jesu, ac omnium quæ vidissent, Act. 1. 8. qui Ecclesias, Episcopos & Pastores, constituerent [l]. [De voce *Apostoli* plura hîc habet Ham. nostrâs.]

17. *Et descendens cum illis* (scilicet de cacumine montis [m]. Pendet sententia: cohæret enim hoc καταβὰς cum καὶ ἐκλεξάμενος, v. 13. absolvitur autem sententia verbis h. l. proximè sequentibus [n].) *stetit in*, &c. Ἐπὶ τόπου πεδινοῦ] *In loco campestri*, Er. Il. P. Mo. Be. &c. *In deserto*, Æth. *In planitie*, Tre. & G. ex Sy. & nihilominus in

y Idem. z G. a Pi. b G. c D. d Montacut. in Wal. * Be. f Th. in Be. g Be. h G. i G. ex Be. k G. l Q. in Be. m G. sim. Be. n G. o Be. p G. q Be. r G. † Idem. t Di. v G. x Idem. y Bru. z V. sim. D. a V. sim. Pi. Bru. b Bru. c Med. l. 1. dissert. 18. & ex eo Ham. d Ham. * Idem. f Scul. ex. 2. 8. Bru. h Scul. ib. i Ham k Bru. l Scul. ib. m Bru. n Pi.

monte, quod omnino exigere videtur Matthæi narratio [o]: quæ est, *ascendit in montem*. Sed forsan in monte erat planities [p]. [Sensus hîc est,] De sublimiori secessu contulit se in planitiem montis capacem majoris turbæ. Sunt qui putant diversi temporis esse narrationes apud Matthæum & Lucam: & sanè sicut facti narrationes, circumstantiis congruentes, non temere ad res diversas referendæ sunt, ità sermones nihil vetat sæpiùs habitos eosdem aut similes, præsertim continentes vitæ totius præcepta, quæ non potuerunt nimiùm sæpe repeti. Sed me, nè diversas esse narrationes putem, movent non tantùm exordium idem, eadémque peroratio, sed multò magìs quòd uterque Scriptor hoc sermone habito Christum ait rediisse Capharnaumum, atque ibi sanâsse Centurionis servum. Stetisse autem potuit Christus in hac planitie dum ægrotos valetudini restituit, quod dicit Lucas; deinde sedisse Doctoris in morem, cùm præcepta exordiretur, ut Matthæus indicat. ¶ *Et turba discipulorum ejus*] Noli solos Apostolos intelligere: nam μαθητὰς modò dixit eos ex quibus delecti sunt Apostoli. Distinguuntur tamen à cætero populo, qui non tam assiduè Christum sectabantur atque illi μαθηταί. In hoc numero μαθητῶν ponendæ sunt etiam fœminæ quædam Galilææ, & illi apud Lucam Lxx, plurésque alii. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῆς παραλίου, &c.] Syrus vertit, ספר ימא, i. e. *portum maris*, quomodo Hebræi vocant oram maritimam: nam Deut. 1. 7. חוף הים ארץ הכנעני, est, παράλιον γῆς Χαναάν. Sic & Jos. 9. 1. Vocatur autem tota illa ora maritima, in qua sunt Tyrus & Sidon, *regio Tyri & Sidonis*, ut Matt. 15. v. 21. Marc. 3. 8. & 7. 24 [q]. [Verba sic reddunt;] *Et maritima Tyri*, &c. i. e. ab extrema parte quâ spectabat ad mare. Vel, *à maritima Tyro*, &c. i. e. à maritima parte Judææ, nempe Tyro & Sidone [r]. *A maritima Tyri & Sidonis*, sub. *regione*, Be. Zeg. Pi. sic D. Non tam urbes notat quàm regionem [†]. Παράλιος idem quod παραθαλάσσιος, *maritimus*, hîc, ut Gen. 49. 13. Jos. 9. 1 [t].

18. *Qui*, &c. Οἱ ὀχλούμενοι] *Qui torquebantur*, Pi. *Qui vexabantur*, Vulg. Be. Rectè: nam *vexandi* verbum multò esse vehementius quàm Vulgus putat, docent Grammatici ad illud Maronis, *Dulichias vexâsse rates* [v].

19. *De illo exibat*] Significatur non adventitia fuisse efficacia, sed Christo intrinseca *ex Divina* ipsius *natura*. Vide infrà 8. 46. Matt. 9. 5, 6 [x].

20. *Beati*] Beatitudines has constat esse easdem quæ Matt. 5. ubi pleniùs referuntur, quæ hîc contractiùs ponuntur, ac proinde ex illo loco interpretandæ sunt [y]. ¶ *Pauperes*] Omnibus meâ causâ relictis, qui spernitis divitias, sorte vestrâ contenti, &c [z]. *Pauperes*, nempe *spiritu*, ex Matthæo [a].

21. *Qui nunc esuritis*] Vel, 1. esurie corporeâ [b]; vel, 2. ob justitiam [c], ex collat. Matt [d]. qui hîc famem sitimque tolerant, non quavis de causâ, sed quia summo tenentur desiderio Divinæ justitiæ in se atque aliis propagandæ. Ità optimè convenit Lucæ & Matth. ¶ *Qui nunc fletis*, &c.] Populariter luctum *lacrymis*, gaudium *risu*, describit. Nam apud Matt. est, πενθοῦντες καὶ ἀγαλλιᾶσθε. Ità mox γελᾶν pro *gaudere* ponitur: alibi, ἀγαλλιᾶσθαι [*].

22. *Cùm separaverint vos*] Ità Be. Ca. sic Er. P. Mo. Tre. ex Sy. &c. In carcerem aut exsilium transferint [f]. Ἀφορίσωσιν] *Expulerint*, Pers. Æth. *Persecuti fuerint*, Ar. Ex suo consortio tanquam abominandos ejicient [g]: excommunicaverint, sive è Synagogis ejecerint [h], ut explicatur Joh. 16. 2. Quæ sit hæc separatio, statim exponit Lucas, cùm videlicet nomen alicujus expungitur è populo Dei: sicut apud Latinos dicebantur *capitis diminutionem pati* qui ex albo à censoribus expungebantur [i]. Denotat hîc primum excommunicationis gradum apud Judæos, dictum נדוי, *remotionem*, aut *separationem*, quâ per 30 dies ad distantiam 4 passuum arcebantur à civili, domestico, & sacro, aliorum consortio, nec nisi per *Portam lugentium* in Templum ingressi sunt [k]. Ἀφορίζειν propriè respondet Hebræo נדה. Nam quod apud Hebræos est נדוי, idem est τὸ ἀφορίζειν in Canonibus Christianis. Johannes dixit, ἀποσυνάγωγον ποιεῖν, [Joh. 16. 1.] Josephus, ἐκβάλλειν τοῦ τάγματος. Mos hic ex Legis verbis ortum non habuit: nam ex ejus præscripto minora delicta Sacrificiis expiabantur, majoribus Mulcta, aut etiam Verbera, indicebantur, maximorum criminum pœna Mors erat: Exsilii nulla mentio. Sed cùm multa essent delicta

o G. p Cla. q G. r V. † Be. t D. v G. x Idem. y Ham. z Bru. a Ham. b Ga. Pfo. c Ham. G. ex Clem. d Ham. * G. f Bru. g Ca. h Pi. ex Be. i Be. k Ham.

delicta in Lege non disertè nominata, Sapientum interpretatio inter verbera & victimalem expiationem constituit τ̃ ἀφορισμὸ, præcipuè in eos qui moniti vitam non emendabant. Nam נדוי in usu fuisse stante Solomonis Templo tradunt Hebræi. Major hujus instituti necessitas nata est ex quo populus in Babyloniam abductus cum libertate amisit jus publicorum judiciorum. Ipsa enim naturalis ratio coegit ad eas coercitiones recurrere quæ sine usurpatione publicæ potestatis expediri poterant. Námque hoc & in Gallia Druides fecisse legimus, ut *qui decretis non starent, eos sacrificiis interdicerent. Quibus ità interdictum erat* (inquit Cæsar) *ii numero impiorum ac sceleratorum habentur. Iis omnes decedunt, aditum eorum sermonémque defugiunt, nè quid ex contagione incommodi accipiatur.* His non dissimiles erant Romæ olim qui *sacri & intestabiles* dicebantur, & quibus, ut vitâ indignis, aquâ atque igni interdicebatur. Et in Græcia, οἱ ἀρεῶς κ̀ λιμδόων εἰργόμϑμοι, & οἱ ἐκκηρυπόμϑμοι. Est descriptio hujus ritûs luculenta apud Sophoclem, Oedipo Tyranno, Τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τῦτον ὅςις ἐςὶ γῆς τῆς δ' ἧς ἐγὼ κράτη τε κ̀ θρόνυς νέμω, &c. (*Hominem illum interdico quisquis est è regione cui ego impero nè quis admittat, aut alloquatur, aut cum eo communicet in precibus ad deos, aut sacrificiis.*) Xenophon Hierone, Πεποίηνται πολλοὶ νόμον τῷ μιαιφόνῳ μηδὲ τ̃ συνόντα καθαρεύειν, (*Multæ leges latæ sunt nè quis conversationem aut colloquium habens cum homicida purus habeatur.*) In Epistola Philippi ad Athenienses, εἰς τῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμ☉ ὥςε μυςηρίων εἴργειν αὐτὺς, (*huc devenit populus, ut eos à mysteriis arcerent.*) Scholiastes Aristophanis, Κατὰ τὸ ἔθ☉ οἱ ἀνδροφόνοι μὴ μεταλαμβάνεσι τῶν θυσιῶν, (*Mos erat ut homicidæ de sacrificiis non participes fierent.*) Ad naturalem rationem accesserunt exempla quædam & argumenta per ratiocinationem ex Lege derivata. Nam Caino Deus, cùm mortis pœnam parricidio commeritam indulsisset, latam quandam fugam inflixerat, sed ità ut ipsum simul omnibus detestabilem haberi vellet. Cui simile quid vetus Græcia in homicidis observabat. Præterea, cùm turpi scabie laborans ex Lege arceretur ab omni hominum commercio, nè scilicet morbus transitione aliis noceret, non iniqua erat collectio, si nihil posset gravius, hoc certè in homines facinorosos constituendum, qui & exempli contagio læderent alios, & populum omnem communis probri labe aspergeret, unde liberari populus non poterat nisi manifestâ quâdam sceleris detestatione. Quanquam autem singulorum quoque officium erat eos, quos gravioris culpæ affines nôssent, defugere ac declinare, quò pudorem eis injicerent; in famosis tamen criminibus res ipsa exigebat communem aliquam notionem. Ea temporibus Babylonici exsilii fuit non penès Sacerdotes, neque penès Legis Interpretes, sed penès αἰχμαλωτάρχῃ & ei additos Seniores, quos, quanquam summo imperio exutos, Judæi omnes Magistratuum vice reverebantur, eorúmque decretis parebant. Quoties verò Judæis αὐτονομία & jus publicæ animadversionis citra necis potestatem fuit concessum, accesserunt ad ἀφορισμὸν pœnæ aliæ: quo ipso liquet, ἀφορισμῦ jus fuisse partem imperii. Itaque Esdræ temporibus cœtu indicto, Hierosolyma qui se non stitisset huic pœnæ obstringitur, והוא יבדל מקהל הגולה, i.e. κ̀ αὐτὸς ἀφορίσεται ἀπὸ τ̃ συναγωγῆς τ̃ ἀποικίας. Lxx ità vertunt, κ̀ αὐτὸς διαςαλήσε) ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τ̃ ἀποικίας. Josephus, ἀπαλλοτριωθήσε) τῦ πλήθυς· unde intelligimus, συναγωγὴ, unde ἀποσυνάγωγοι dicuntur, non significare τὸ διδασκαλεῖον, sed *omnem populi conventum.* Nam קהל modò συναγωγὴν, modò ἐκκλησίαν, verti alibi diximus. Fecerat hoc decretum Esdras, quippe Ethnarcha à Rege constitutus, de consilio συναγωγῆς μεγάλης, i.e. Synedrii & aliorum populi principum: ità enim legimus in decreto, כעצת השרים והזקנים: Lxx, ὡς ἂν ἡ βελὴ τῶν ἀρχόντων κ̀ τῶν πρεσβυτέρων. Hebræi Magistri dicunt, factum hoc decretum à collegio Judicum superiore & inferiore, i.e. Senatu populi & urbano. Ibidem relegatio à cœtu conjunctam habet ἀφαίρεσιν τ̃ ὐσίας, ut Josephus loquitur; ἀναθεματισμὸν τῆς ὑπάρξεως, ut Lxx, i.e. *bonorum consecrationem.* Simile est quod Nehemias dicit Sanballatæ generum à se expulsum, nimirum eâdem potestate quâ alios, delictorum compertos, maledicto, depilatione, verberibus, castigârat. Redactâ à Romanis in Provinciæ modum Judæâ, status ferme idem fuit qui Esdræ & Nehemiæ temporibus. Nam, ademptâ aut accisâ interficiendi potestate, cætera publicorum judiciorum Judæis relinquebantur. Quare, quod ait Johannes, *9. 22. conventum est inter Judæos, ut si quis Christum confiteretur,* ἀποσυνάγωγ☉ γένηται, omnino intelligendum de decreto aut Synedrii, aut etiam *Synagogæ magnæ*: de quo cœtu alibi diximus. Neque aliò pertinet illud Joh. 12. 42. Quanquam enim Sadducæi sæpe ad summos honores perveniebant Romanorum gratiâ, utpote minùs suspecti rerum novarum, dubitandum tamen non est quin pars major Synedrii ex Pharisæis fuerit. Nam & Joh. 7. 45. Synedrium circumloquitur nomine Ἀρχιερέων κ̀ Φαρισαίων. Ità Nicodemus & Gamaliel erant Φαρισαῖοι & σωέδροι. Quin & plerique γραμματεῖς ejus erant sectæ, Act. 23. 9. Sed & sectæ aliæ, quæ se Reipublicæ non miscebant, quales præcipuè erant Esseni, è quibus collecta est magna multitudo Christianorum (unde eosdem esse Naziræos & Essenos dixerunt Hebræi quidam) ad tuenda instituta sua necessariò ἀφορισμὸν usurpabant. Erant quidem inter ipsos in usu pœnæ etiam aliæ, ut longæ ξηροφαγίαι, (*solius panis esus,*) jejunia, atque alia id genus, quæ nunc etiam Judæi inter se exercent: sed cùm neque cœtus ipsorum, neque ejus cœtûs præsides, habent τὸ ἀναγκαςικὸν, (*jus coercitionis,*) extremum quò deveniri poterat adversùs contumaces, erat à cœtu relegatio, ut Josephus nos docet. Secuti sunt morem eundem Pythagoræi: nam qui non servabat ejus instituti regulas cœtu arcebatur, eúmque omnes pro mortuo habebant, ità ut & κενοτάφιον ei struerent. Cæterùm, notandum est ἀφορισμῦ plures fuisse species. Prima species est nudus ἀφορισμὸς, generis obtinens nomen, נדוי. Qui hâc notâ inusti erant, stante Templo, accedebant ad Templum, ut ex Hebræis vir doctus notavit: sed haud dubiè consistebant extra τ̃ σορεῖγον qui distinguebat Ethnicos ab Israelitis. Nam οἱ ἀφορισμϑμοι interim *Ethnicorum* loco habebantur. Christiani veteres (qui, ut sæpe notavimus, omnia proba Judæorum instituta libenter sequebantur) hos vocabant τὺς ἐν προσκλαύσει, qui non cum cæteris orabant, sed *fidelibus legationes deprecationis injungebant,* ut Tertul. loquitur; squalidi interim & mœrentes: quod & nunc Judæi observant. Eosdem vocabant χειμαζομϑμυς, quòd velut extra Ecclesiæ portum in Mundi alto jactarentur. Sed post decursum tempus aliquod tam mœsti reatûs propiùs admittebantur: cujus admissionis Christiani alii pauciores, alii plures, gradus fecere: de quibus aliàs erit agendi locus. Altera ἀφορισμῦ species erat חרם, ἀνάθεμα Græcis, quâ is qui deliquerat diris quibusdam, ut Deo ultori sacer, devovebatur. Videntur hoc usurpâsse Judæi adversùs eos qui à tota Legis professione deficiebant, quos ipsi vocabant מומרין, nos ἀποςάτας· quibus pares censent eos qui, post admonitionem, Deum contumeliosè nominant. Horum non modò familiare commercium vitabant, sed nec dignos arbitrabantur quos leviter salutarent. Describit hoc Johannes Epist. 2. 10, 11. Sed ipsa ἀναθέματ☉ formula adversùs Alexandrum doctrinæ adulteratorem pronunciatur, 2 Tim. 4. 14. Hoc loco Judæis erant Samaritæ, quos multo pejore loco quàm *Ethnicos* habebant. Nam pro Gentibus, si id postularent, sacrificia fiebant in Templo, ut nos docent Josephus & Philo, & satis colligitur ex 1 Reg. 8. 41. at pro defectore non item. Sic & in Ecclesia Christianorum pro lapsis pœnitentiam agentibus fideles preces suas interponebant, non item pro desertoribus Christianismi, quibus per prima illa secula æquabantur hi qui aut peccandi consuetudinem traxerant, aut in tam gravibus delictis deprehensi erant quæ credibile non erat cadere potuisse in animum pietatis aliquid retinentem, qualia erant ex deliberato Idololatria, Homicidium, Adulterium, 1 Joh. 5. 16. Clemens Alex. Strom. 7. Ἀλλ' ὐκ ἐπὶ τῇ τ̃ ἀνθρώπων βλάβῃ, &c. (*Non tamen ad hominum perniciem tali voto, aut prece, utendum est, sed ad conversionem,* &c.) Vide ut adversùs desertores, & alios factis pietatem abnegantes, severa Dei judicia invocaverint, si fortè eâ ratione ad resipiscentiam perducerentur. Ideo addit Paulus, ἵνα παιδδυθῶσι, 1 Tim. 1. v. 20. Simile illud Psal. 83. 16. —*ut quærant nomen tuum.* Tales erant quos Apostoli Satanæ tradebant ad temporalem vexationem. Quòd si qui in tale exitium lapsi multos eòdem traherent, in eos exercebatur non illud commune ἀνάθεμα, sed gravius atque atrocius. Id Hebræi

bræi vocant שם אתא, *Deus venit*: nam שם, i.e. *Nomen*, pro *Deo* dicunt. Paulus dicit, ἀνάθεμα Μαρανάθα, מרן אתא, eodem significatu. Nam מרן est, *Dominus*. Eâ voce oratur Deus ut quàm primùm talem maleficum & seductorem tollat ex hominum numero. Quare hujus ἀναθέματος exemplum est Gal. 5.12. Apparet ex his quæ diximus, in disciplinæ custodia secutos Christianos exemplum Judæorum, sed Essenorum præsertim, ut qui essent merè privati, sine ullo imperio, quemadmodum & Christiani. Inter vetera Essenorum instituta & hoc erat, si qui, nondum impleto indictæ pœnitentiæ spatio, ad mortis periculum ægrotarent, eos ad communionem reciperent: quod ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς ἀναλαμβάνειν vocat Josephus. Faciebant autem hoc ait, Ἱκανὴν ἐπὶ τοῖς, &c. (*Parem peccatis eorum ducentes castigationem usque ad mortem.*) Idem à Christianis antiquitus observatum constat idoneis testibus, Patribus Synodi Nicænsis, quos veterum Ecclesiæ morum nihil latere poterat, Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων, &c. (*De morituris autem, observetur antiqua & canonica lex, nè tales viatico priventur.*) Rursus, sicut apud Essenos, judicium tantæ rei non erat penès paucos, sed penès cœtum in quem convenirent homines non minùs centum, ut Josephus docet; ità & apud Christianos veteres, præsidente quidem Episcopo & Senioribus, sed consciâ & consentiente fratrum multitudine, morum judicia exercebantur, 1 Cor. 5.4. & 2 Cor. 2.6. Sic Eusebius memorat, antiquitus *inquisitionem* fieri solitam πλήθους παρόντος, (*plebe præsente.*) Tertul. Apolog. cùm de cœtu & congregatione locutus esset, subjungit, *Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura divina: nam & judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu: summumque futuri judicii præjudicium est, si quis ità deliquerit ut à communicatione orationis & conventûs & omnis sancti commercii relegetur.* Non poterat illustrior adferri descriptio τοῦ ἀφορισμοῦ. Adde illud in Libro ad Uxorem, *Fideles, Gentilium matrimonia subeuntes, stupri reos esse constat, & arcendos ab omni communicatione fraternitatis, ex literis Apostoli dicentis, Cum ejusmodi nec cibum sumendum.* Libro de Monogamia dixit, *à communicatione depellere.* Libro de Pudicitia, *Libidinum furias impias & in corpora, & in sexus, ultra jura naturæ, non modò limine, verùm omni Ecclesiæ tecto, submovemus.* At ἀφορισμὸν ἐπ' ἀναθέματος, quam & ἀποκήρυξιν τελείαν Græci vocant, idem Scriptor vocat, *in perpetuum discidium relegare*; quod usurpatum ait adversùs semel atque iterum ejectos. Locus est Libro adversùs Hæreticos. Origenes [vocat] ἀπελαύνειν τοῦ κοινοῦ, &, ἀποκωλύειν ἥκειν ἐπὶ τὸ κοινὸν σύλλογον, (*arcere à communicatione, & publico conventu.*) Cyprianus ἀφορίζειν modò dicit, *abstinere*, modò aliis vocibus circumloquitur, ut, *à communicatione arcere, prohibere, cohibere, de Ecclesia ejicere, excludere, depellere.* Cujus quidem viri sanctissimi Epistolas si quis legat, facilè cognoscet totum ferme Christianæ disciplinæ vigorem in istis judiciis constitisse: neque verò eos tantùm qui contumaciter monita respuebant in perpetuum, i.e. sine præfinitione temporis, à commercio piorum relegatos, sed ad tempus etiam eos qui spem præberent pœnitentiæ. Quem morem qui ex Ecclesia sublatum volunt, gravissimum infligunt vulnus disciplinæ, quam corruptis adeò Christianorum moribus ad veterem severitatem reduci maximum sit operæ pretium: tantum abest ut ulla ejus pars reliqua laxari debeat. Neque ad eam rem peculiare præceptum desideratur; cùm Ecclesiæ cœtu à Christo semel constituto, omnia illa imperata censeri debeant sine quibus ejus cœtûs puritas retineri non potest. Sunt alii qui abstentionem probent, ἀνάθεμα non probent. Atqui discrimen esse debet audientium monita & refractariorum. Jam verò diximus nihil aliud esse ἀνάθεμα quàm *sine præfinitione temporis ejectionem*, quæ tamen pœnitentiâ ductis reditum non semper præcludit. Certè, quanquam vetus Ecclesia, cùm vigerent διακρίσεις πνευμάτων, certiùs de animis hominum judicare potuit, sunt tamen quædam delicta tam atrocia ut, si contumacia accedat, nemo non videat esse ἁμαρτίας εἰς θάνατον· pro talibus, dum tales manent, Ecclesia non intercedit precum suffragio; quod solis pœnitentibus patet; generaliter tamen his, ut & infidelibus, mentem optat meliorem. Chrysostomus, ubi ἀνάθεμα pronunciandum ait *adversus facta, non adversus homines*, intelligit destrictum illud ἀνάθεμα quo Deus rogatur ut aliquem è medio tollat. Hujus sanè rarior est usus; non tamen nullus. Nam in Julianum, cùm defectioni adderet machinationes evertendi Christianismi, usa est Ecclesia isto extremæ necessitatis telo, & à Deo est exaudita. Reperti sunt & qui judicia ista Ecclesiæ putarent inhibenda quoties Christianas potestates Deus concederet seculo: quam in rem utuntur exemplo Judæorum, apud quos Synedrium habebat jus illud pronunciandi ἀποσυναγώγους. Quibus ego illud facilè largiar, piorum Regum nonnullam esse etiam ad res istas auctoritatem. Nam & Johannes, Romæ Episcopus, Justinianum Imperatorem rogat pro Nestorianis atque aliis, ut si, proprio deposito errore & pravâ intentione depulsâ, ad unitatem Ecclesiæ reverti voluerint, in suam eos communionem recipiat: & apud Ivonem Carnutensem legitur capitulum vetus, ex quo constat, ad communionem Ecclesiæ admitti solitos quos post delictum aliquod Rex mensæ suæ adhibuisset. Sed hæc non eò valent ut libertas judicandi tollatur Ecclesiæ: neque procedit petitum à Judæis argumentum. Nam apud eos lex tota, ex qua judicabatur, erat accommodata populo carnali, ità ut cives omnes æqualiter obstringeret: ac proinde idem erant Respublica & ἐκκλησία. At Christi leges multò plùs exigunt quàm in commune civibus imperii alicujus præscribi solet, aut etiam potest: semper enim magna pars hominum quæ carnis sunt sapiunt. Quare civiles quidem leges suo funguntur officio, si graviora, & societati maximè nocentia, delicta coerceant: at quæ contra Dilectionis, contra Mansuetudinis, contra Patientiæ, leges peccantur, extra communes leges sunt posita; non etiam extra eas leges quas se sectantibus Christus præscribit, & secundùm quas judicare debet ille selectus ex mundo cœtus. Quare rectè Constantinus & eum sequuti Imperatores reliquerunt Ecclesiæ sua judicia, atque ea insuper suis legibus munierunt; ut videre est in Actis Synodorum & legibus in Codicem relatis. Et hos quidem qui iniquiores sunt adversùs Ecclesiæ disciplinam monitos hactenus volui. Superest ut qui eandem exercent meminerint quantum sit ipsis onus impositum. Scitum est veterum Judæorum, cujus Maimonides meminit, *Si quis innocentem à communione arcuerit, ipsum excidere jure communionis.* Sicut & in Clem. Constit. legimus, Ἡ κατάρα, &c. (*Exsecratio injustè emissa in emittentis caput recidit.*) Quam æquitatem secutus Cyprianus, ex more illorum sanctissimorum temporum, de Felicissimo ità pronunciat, *Accipiat sententiam quam prior dixit.* Solent autem injusta atque immitia judicia exerceri non tam in morum examine (nam hîc nimiùm plerumque indulget censura, tantum abest ut æquo sit rigidior) quàm circa quæstiones dogmatum rituúmque. Quod Apostolis accidit & terrere temerarios debet, & pios solari. Prædixit illis Christus fore ut ἀποσυνάγωγοι pronunciarentur, Joh. 16.2. quod hîc dixit, ἀφορίσωσιν ὑμᾶς. Neque intra primum ἀφορισμοῦ gradum stetit impotens odium, ut cùm ἀποσυνάγωγοι judicati sunt qui Jesum esse Messiam faterentur, Joh. 9.22. & 12.42. sed cùm post Jesu resurrectionem ejus dogma magnis auctibus invalesceret, & libertas rituum paulatim clariùs doceretur, accessit ἀνάθεμα· cujus meminit Justinus adversùs Triphonem. Ait enim quosdam Judæos solitos ἐν ταῖς συναγωγαῖς καταναθεματίζειν, &c. (*in synagogis anathemate ferire credentes in Christum.*) Idémque alibi dicit. [Verba vide in G.] Et alio loco ait, *Archisynagogos post preces suas solitos Christum ἐπισκώπτειν*, (*irridere.*) Hæc vera esse nôrunt etiam qui nunc Talmudicos Libros, aut etiam Ritualia Judæorum, perlegunt. Passim enim diris ibi devoventur Christiani. Ipse apud Justinum Tryphon Judæis præceptum ait à Doctoribus, μηδενὶ τῶν Χριστιανῶν, &c. (*cum nemine Christianorum consuescere aut sermones permutare.*) Epiphanius idem de sua ætate testatur: Verba sunt, Ἀνιστάμενοι ἕωθεν (οἱ Ἰουδαῖοι) καὶ μέσης ἡμέρας καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν ἐν ταῖς αὐτῶν συναγωγαῖς ἐπαρῶνται αὐτοῖς καὶ ἀναθεματίζουσι, φάσκοντες, ὅτι ἐπικαταράσαι ὁ Θεὸς τοὺς Ναζωραίους· quod ille tanquam de una Christianorum secta dictum interpretatur, cùm revera ad omnes Christianos pertineret, quos Judæi appellabant, atque etiamnunc appellant, Ναζωραίους [1].

¶ *Et*, &c. Καὶ ὀνειδίσωσι] *Et probris*, sive *convitiis, affecerint*, Be. Er. V. sub. *vos*, Be. sim. Pi. Hoc forsan additur tantùm velut appendix præcedentis ἀφορισμοῦ.

[1] G.

εἰσμὲ [m]. ¶ Et, &c. Καὶ ἐκβάλωσιν τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν] Et nomen vestrum ut malum (vel, *ut nequam*, sive *sceleratum*, Pi. vel, *ut infame*, seu *abominandum*: πονηρὸν hîc est, *infame*, *abominandum*, ut Heb. נאש à Lxx modò vertitur, αἰσχύνομαι, *pudefieri*, modò, βδελύττω, *abominari*, modò, πονηρὸς εἰμι, *malus*, vel *sceleratus*, *esse*, ut Esd.4.12 [n]. vel, *ut malorum*, Di. ex Sy. & Ar. vel, *malignè*, Pers.) *abjecerint*, vel *ejecerint*, Be. Er. P. Mo. &c. i.e. expunxerint, quasi non Judæis, sed incircumcisis, accensendos. Recensebantur enim Israelitæ secundùm Tribus & familias, Gen. 17.14 [o]. [Sed] ἐκβάλλειν non est hîc, *ex albo*, aut *diptychis*, *expungere*, id enim verbo ἀφορίζεσθαι satis erat comprehensum; sed sicut ὀνειδίζειν est, *præsentes convitiis proscindere*, ità ἐκβάλλειν τὸ ὄνομα ὡς πονηρὸν, *absentium nomen*, *ut improborum hominum*, *differre rumoribus*. Est enim Hebraismus, הוציא שם רע, Deut. 22.19. Ἐξέξειν, aut, ut LXX vertunt, Ἐξένεγκειν ὄνομα πονηρόν. Contigit hoc Apostolis tunc præcipuè cùm à Synedrio legatio ad omnes per orbem Judæos missa est ad infamandum dogma Christianum: quam rem ex Justino alibi memoravimus [p]. *Nomen vestrum*, i.e. vos ipsos, ut *nomina* pro *personis*, Act. 1.15. ut autem prior phrasis, ἀφορίσωσιν ὑμᾶς, indigitabat τὸ נדוי; ità hæc phrasis, ἐκβάλωσιν, &c. est denotatio τῷ חרם, sive *totalis excommunicationis*, cum probris, maledictis, &c. quæ à Mose denunciantur adversùs homines sceleratissimos [q].

23. *Exsultate*; ità Er. Σκιρτήσατε] *Gestite*, Bru. *Subsilite*, Be. sic Pi. ut solent pecudes lascivientes, præ lætitia varios gestus edentes [r]. Heb. גילו †. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ ταῦτα] Et hîc & similibus in locis legendum censeo, mutato accentu, κατ' ταυτά, ut rectè apud Herod. & alios legitur. Sic igitur scribendum & infrà v. 26. & 17. 30 [t]. *Itidem*, Be. Pi. ταῦτα, pro τὰ αὐτά, ut est in uno Codice infrà v. 26 [v].

24. *Væ vobis divitibus*] Qui divites estis, & communi divitum more vivitis [x]: qui vultis divites fieri, 1 Tim. 6.9. in opibus fiduciam, amorem, felicitatem vestram, collocatis: Nam ver. 20. *pauperes* intellexit spiritu, ità hîc, *divites*, animo & affectu [y]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἀπέχετε, &c.] *Nam recepistis*, vel *accepistis* (vel, *habetis*, Er. Il. Mo. *jam habetis*, Ca. *recipitis*, V. *perceptum habetis*, Pi. ἔχειν est, *habere*; ἀπέχειν, *receptum habere* [z]. Vel, *retulistis*. P. Pi. ut ex consequente intelligatur antecedens. *Retulistis*, scilicet à distributione præmiorum, ac proinde jam habetis. Ἀπέχειν utrumque notat, & τὸ ἀπειληφέναι, i.e. ab aliquo accepisse, & τὸ ἔχειν, i.e. *habere* [a]: *refertis*, vel *reportatis*, à divitiis scil. vestris: ut Mat. 6.2 [b]. sic & Luc. 16. 25 [c].) *solatium vestrum*, Be. sic Tre. ex Sy. Ti. &c. q.d. non verum, sed vestrum, quod exoptatis, in quo conquiescitis, nec aliud desideratis [d]. Quicquid boni unquam vobis accidere potest, hoc totum jam ex opibus consecuti estis: non est quòd aliam felicitatem speretis [*].

25. *Saturati*] Cibo potúque [f]: qualis ille qui sepulcro inscribi curaverat, Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔπιον καὶ ἔφαγον, (*Hæc habeo quæ edi & bibi*:) qui indulgetis crapulæ, &c [h]. Virgil. *Implentur veteris Bacchi pinguisque ferinæ* [i]. Οἱ ἐμπεπλησμένοι] Nominativus loco Vocativi, Atticè [k]. ¶ *Esurietis*] In altero seculo, omnis veri boni reíque desideratæ egestatem æternam patiemini [l]. Vide narratiunculam de Epulone dicto, Luc. 16. & Esa. 65.13. Sicut felicitas vitæ alterius Convivio depingitur, ità status oppositus Fame & Siti [m]. ¶ *Qui ridetis*] i.e. Risui lætitiæque, tanquam præcipuo bono, vacatis [n]: qui omnes gaudendi occasiones captatis [o]: ¶ *Nunc*] In hac vita [p], in qua mille causæ lugendi, & de rebus hujus vitæ, sive illicitis, sive etiam licitis, ubi spiritualibus præponantur [q].

26. *Væ cùm*, Ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι, &c.] *Cùm laudaverint* (vel, *benè dixerint*, P. Mo. Be. Pi. &c.) *vos*, (vel *vobis*, Pi. Mo. &c. *de vobis* Sy. Ar.) *homines*, Er. Il. Ti. mundani scil. hujus seculi & temporis, major pars hominum [r]. Vulg. & Arabs hîc addunt πάντες, *omnes*. Syrus non legit, nec mirum †; nam in vet. cod. omnibus deest [t]. Cùm applaudit vobis populus ob doctrinam vestram, quæ bona esse nequit, si plerisque placeat. Vide Esa. 30. 10. Joh. 7.7 [v]. Phocion, cùm in dicendo multitudini placuisset, ecquid peccâsset, amicos interrogabat. Nimirum. *Obsequium amicos*, *veritas odium*, *parit* [x]. ¶ *Faciebant pseudoprophetis patres eorum*] Id est, Judæorum hujus temporis, majores eorum, ut constat ex 1 Reg. 18. & 22. Jerem. 5. 31. & 20. 1, 2, &c. & 37. 18, &c [y]. Pseudoprophetæ quippe dogmata sua & vaticinia accommodabant procerum & populi cupiditatibus [z]. Argumentum doctrinæ falsæ, favor popularis. Indicat se de Judæis loqui, à quorum majori parte sciebat nunquam probandum Evangelium suum [a].

27. *Qui auditis*] Me [cum] obedienti proposito [b]. Sic sumitur ἀκούειν, Johan. 10. 3. Galat. cap. 4. v. 21. Ephes. 3.2 [c].

30. *Omni* (vel, *Cuivis*, Be. Pi. q.d. sive fuerit amicus, sive inimicus [d]. Enarrant de generibus, non de individuis [*].) *autem petenti*, (sub. *aliquid abs*, Bru.) *te*, *tribue*] Pro modo facultatum tuarum, & illius indigentiæ. Sic & illud accipio Job. 31. 32 [f]. Ne prætexatur recusationi conditio petentis [g]. ¶ *Et qui*, &c. Καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει] *Et ab eo qui tollit* (αἴρειν est hîc non, *vi extorquere* [h], sed, *pro suo uti*, ut Luc. 19.21 [i]. idem est quod λαμβάνειν· non dicit, ἁρπάζοντος, *vi auferente* [k]. Αἴρειν non est, *auferre*, sed *sumere* ab aliquo; ut, αἴρειν ἐκ ταμιείου, est, *sumere* aliquid *de promptuaria cella*; &, ἄρεσθαι μισθὸν, in Homero est, *mercedem accipere* [*].) *tua* (vel, *res tuas*, Be. Pi.) *nè repetas*, Bru. sic Be. Pi. Sensus est, Si quis quod tuum est, aut tibi debetur, pro suo usurpet [l], noli rigidè adversùs eum jus tuum cum detrimento mutuæ dilectionis [m], bonorúmque potiorum [n], urgere [o]. Al. *Ab eo cui bona tua commodas nè usuram exigas*. Nam ἀπαιτεῖν, etiam per se positum, valet, *usuram exigere*; & eâ voce Hebræam phrasin, משא נשאים [o]. non semel reddunt in libro Nehemiæ. Sic & 2 Mac. 4. 27. significat, ut probabile est, *usuram recipere* [p].

32. *Quæ*, &c. Ποία ὑμῖν χάρις ἐστί;] *Quæ vobis est*, vel *erit*, *gratia*? Be. Pi. Ità Plautus, *est gratia*, i.e. Gratia tibi debetur. Omnino enim Dativus hîc videtur exigere, ut χάριν intelligamus non *beneficium*, sed *beneficii repensationem*. *Quam*, inquit, *ex tali facto à Deo potestis gratiam exspectare*? Sic χάριν ἔχειν est, *gratias agere*, infra 17. 9. Aliter hîc gloria cœlestis χάρις dicitur, aliter apud Paulum aliquot locis: apud Paulum, quia liberaliter promissa, cùm ex jure Dominus nihil nobis deberet, imò nos ipsi multis nominibus essemus debitores; hîc verò, quia respectum habet ad benefacta, quomodo & *merces* dicitur hoc loco apud Matthæum: sed *gratia*, ob benevolum dantis affectum; *merces*, ob promissionem [q].

34. *Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere*] Supple, non *sortem*, alioquin donum hoc esset, non mutuum; sed *vicem mutuam*, vel aliud beneficium [r]. Omnino hoc pertinet ad illud beneficii genus, quod ἔρανον Græci vocant, de quo præclara annotavit doctissimus Cas. ad Theophrastum. Si quis naufragio, incendio, aut alio casu tristiore, multum rei amisisset, solebant amici pecunias ei contribuere, non ad certum diem solvendas, sed ubi [ipsi] commodum esset. Id verò præstare vix solebant nisi his quos spes esset ex adversa fortuna in meliorem emersuros, ità ut aliquando possent non pecuniam tantùm, sed & beneficii vicem, rependere, quod vocabant ἀντερανίζειν. Lucas ἐρανίζειν, communiore vocabulo, δανείζειν vocat; & ἀπολαμβάνειν, *recipere beneficium*, ut mox, ἀπολαμβάνειν τὰ ἴσα· sicut Latini dicunt, *paria facere*, *par pari referre* †. ¶ *Peccatores peccatoribus fœnerantur*, &c. Δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα] *Fœnerantur* (vel, *Dant*, Æth. *Commodant*, Ca. *Mutuant*, Val. *Mutuum dant*, Er. Be. Pi. V. &c. sed hac lege & conditione, ac proinde spe [t],) *ut recipiant paria*, sive *æqualia*, Mo. P. Be. Pi. &c. i.e. vel parem mutui vicem, ubi opus habuerint [v]: vel, fœnus sorti congruum: vel potiùs, ipsam sortem, sive tantundem quantum datum, ut patebit ex seq [x]. *Qui lucratur*, inquit Aristot. Nicom. 5. 7. *accipit* πλέον, *plus suo*; *qui damnum patitur*, ἔλαττον, *minus*: *inter quæ medium locum obtinet* τὸ ἴσον ἔχειν, *paria habere*. Sic, *par pro pari referre*, est, vicem redde re, idque eâdem mensurâ. Et *pares rationes* Latinis dicuntur, cùm accepta datis paria sunt, nec alterum ab altero superatur: & ἴσος ζυγὸς Græcis, cùm lances ità pares sunt ut neutra inclinet, aut elevetur ‖.

35. *Mutuum date nihil*, &c. Μηδὲν ἀπελπίζοντες] *Nihil*, (vel, *Nihil indè*, Er. Il. P. Be. Ti. Ca. i.e. ex beneficio

Tt præstito,

[Marginal notes, left: m Ham. · n Idem. · o Be. · p G. · q Ham. · r Be. sic Bru. · † G. · t Cas. · v Be. · x G. · y Bru. · z V. · a Pi. · b Bru. · c G. · d Bru. · * Be. · f Bru. · g G. · h Bru. · i Be. · k Pi. · l Bru. · m G. · n Bru. · o G. · p G. Bru · q Bru. · r Bru. · † Di. · t Di. ex Be. · v Bru. · x G.]

[Marginal notes, right: y Bru. · z G. · a Eru. · b G. sim. Bru. · c Tri. · d D. sim. Bru. · * D. · f Pri. · g Camer. · h G. sic Ham. · i G. · k Ham. · * Salm. · l G. · m G sim. · n Bru. · o G. · p Ham. · q G. · r Bru. · † G. · t Pi. · v Bru. · x Pi. · ‖ Salm. in Wal.]

præstito, aut mutuo dato [y],) *sperantes*, Mo. Er. Ti. P. &c. *Nihil*, i. e. vel, 1. nullum fœnus [z]. Non placet [a]. 1. Quia tunc alio usus esset verbo, quo pactio significata fuisset [b]. 2. Quia suprà planè dixerat, Peccatores sic solere mutuum dare ut paria recipiant: & constat, fœnus Judæis fuisse prohibitum [c]. Vel, 2. nullam partem sortis, nedum totam [d]. Vel, 3. nullum par aut simile beneficium [*]. Ἀπελπίζειν est, ἀπό τινος ἐλπίζειν, *ab aliquo sperare*: Respondet enim ei quod v. præced. dictum, παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν. Ἀπὸ ergò idem hìc valet quod in ἀπέχω, quando significat *recipio*. Sic notat Athenæus l. 14. ἀπαιτεῖν dixisse veteres pro ἀπό τινος αἰτεῖν· & ἀπογεύσασθαι, pro ἀπό τινος γεύσασθαι [f]. Græci Scriptores ἀφελπίζειν interpretantur ἀπὸ τοῦ πράγματός τι ἐλπίζειν· qui sensus optimè hoc loco congruit. Vult enim contrarium fieri ejus quòd suprà dixerat. Homines non Christiani solent δανείζειν ἐλπίζοντες ἀπολαβεῖν· suis præcipit Christus δανείζειν μηδὲν ἀπελπίζοντες, i. e. μηδὲν ἐλπίζοντες ἀπολαβεῖν, *nullam exspectantes vicem beneficii*. Non longè hinc abit Plutarchi illud, τοῖς ἀπόροις, &c. (*Non mutuum dant illis qui non sunt solvendo*, &c.) At verò, ut ait Lactantius, *id justè, id piè, id humanè, fit quod sine spe recipiendi feceris* [g]. Sensus, In juvandis proximis non vestra commoda, sed eorum tantùm inopiam & Dei jussum, spectate [h]. Mutuum date, solo juvandi proximum affectu impulsi [i]. Vos æquo animo ad mutuum dandum cuicunque accedite, etiam citra spem sortis recuperandæ, μηδὲν ἀπελπίζοντες, i. e. ἐλπίζοντες ἀπ' αὐτοῦ· ut, ἀπέχειν ἀπό τινος, *habere ab aliquo, accipere* [k]. [Aliis hæc sententia non arridet.] Ἀπελπίζειν nusquam ità sumitur in S. S [l]. ut fatetur Beza [m]. [Alii ergò verba ità reddunt;] *Et nè præscindatis spem hominis*, Tre. & Di. ex Sy. sim. Ar. Pers. i. e. spem ullius. Sensus est, Si quis commodato opus habeat, nè adeò in eum sitis rigidi ut omnem dandi beneficii præscindatis spem, sed faciles potiùs in commodando vos præbeatis [n]. Fateor ἀπελπίζειν propriè esse ἀπογινώσκειν, i. e. *desperare* [o]. Verùm non intransitivè hoc verbum Syrus accepit, sed transitivè [p], sive activè, ut ἀποδοκιμάζειν atque alia quæ ad formam Hiphil fingunt Hellenistæ [q]. Sed & Græci interdum ἀπελπίζειν ità usurpant [r], pro *desperare facere*, sive *in desperationem adducere*; cujus exemplum apud Steph. datur, ἀπελπίζων τοῖς γονεῦσι τὴν ἐπάνοδον· i. e. inquit, ἀπελπισμὸν διδοὺς τῆς ἐπανόδου· sicut & contrarium ejus, ἐπελπίζω, *in spem adduco*, sive *spe erigo* [†]. Videtur autem Syrus legisse μηδέν' ἀπελπίζοντες [t], cum Apostrophe personam indicante, *nemini spem auferentes*. Nostra exemplaria habent, μηδὲν ἀπελπίζοντες, quod ad rem refertur, *nullius rei spem auferentes*, proximo scilicet [v]. Sensum igitur esse existimavit [Syrus,] *Omnibus petentibus date mutuum, neminem frustrantes spe eâ quam de vestra beneficentia concepit* [x]. Non nego hanc Syri sententiam adeò arridere, ut penè divinam sentiam. Nec parum confirmatur usu Hellenistarum [y]. Nam ἀπελπίζειν est, *in desperationem redigere*, Ecclus. 22. 22. & 27. 21 [z]. & 2 Mac. 9. 18 [a]. & homines ἀπηλπισμένοι sunt *quorum res desperatæ sunt*, Judith 9. 12 [b]. Sic Esa 25. 4 [c]. Esa. 29. 19. Esth. 14. 19. Verto, *& nihil diffidentes*, sive *desperantes*: favet contextus, qui sic se habet, Ethnici dant & commodant, scientes & se ad inopiam reduci, adeóque ab his etiam mutuum accipere, posse: at Christianus hæc sine tali proposito præstare debet, non diffidens, &c. sed Deum exspectans remuneratorem, quò spectant verba sequentia [d]. Certè videri possit Dominus hìc considerare quid plerumque homines deterrere soleat nè fratri inopi pecuniam credant; quia nimirum metuunt nè [sibi] pereat quod inopi creditur, ideóque nobis istum metum velle extorquere, cùm Deus ipse quasi vadem & sponsorem se interponat, &c. sed tamen nolui ex recepta interpretatione quicquam mutare, cùm & ipsa commodum sensum habeat, & in multis verbis similem vim esse appareat præpositionis ἀπὸ, ut in ἀπέχειν, & ἀπολαμβάνειν, *ab alio accipere*, & ἀπογράφειν, *ab alio describere*, &c [*]. Non arbitror propriè huc pertinere quæstionem fœnebrem, quæ tamen in hunc locum à plerisque veterum tractari solet: qua de causa, & quia per consequentiam censeri hìc debet vetita avaritia fœneratorum, non alienum erit pauca ea de re disserere. Potest autem quadruplex esse quæstio, De jure Naturali, De lege Mosis, De lege Christi, De moribus veterum Christianorum, quod *jus Canonicum* dici solet. Sed hac de re acturus, illud primùm præfabor, probare me eorum pietatem qui totum hoc lucrandi genus sublatum vellent è rebus humanis, quando multa indè mala nasci manifestissimum est; quæ facundè enarrat in istius argumenti libro Plutarchus: sed rursum video fieri plerumque ut nimius rigor occasionem det effræni licentiæ. Nam, cùm vident homines non satis firmis rationibus probari id quod nimiùm tenditur, in contrarium lapsi sine fine modóque sibi indulgent. Quare nihil est tutius quàm præcepta adstringere aut rectæ rationis, aut Divinorum oraculorum, finibus: ità fiet ut nec vetita condonentur, & quæ vetita non sunt, si opus est, dissuadeantur potiùs quàm vetentur. Ut à jure Naturæ incipiam: Multi ut probent, illicitum esse omnem quæstum ex usu pecuniæ aut rei similis alteri concesso, dicunt, Pecuniam naturâ suâ esse sterilem. Sed in hoc argumento manifestus est Paralogismus. Dicitur enim Pecunia sterilis naturâ, non quòd jus naturæ id præcipiat; sed quòd hominum industria, non ipsa natura, tali fructui originem dederit: quomodo & Domus naturâ est sterilis, cujus tamen pensiones iniquè à Domino percipi nemo dixerit. Alii illud urgent, Mutuò transferri dominium; fructum autem rei penès dominum esse debere. Sed ista quoque subtilitas vocum ad æquitatem naturalem nihil facit. Nam in rebus quæ genere recipiunt functionem, ut Pecunia, Frumentum, Vinum, jus illud ad recipiendum idem genere est vice dominii. Fatentur autem omnes plus eum recipere qui statim aliquid recipit quàm qui multò pòst tempore, ob utilitates eas quas secum fert ἡ φυσικὴ κατοχὴ, (*naturalis detentio*, sive *possessio*,) quod non minùs in mutuo quàm in re commodata procedit, si rei momenta, non verborum apices, sectemur. Hoc ipsum autem quod in temporis mora situm est, haud dubiè æstimari, ac proinde & in stipulationem deduci, potest. Nam, si cui dem mutua centum, & paciscar ut alio tempore mihi det itidem centum mutua, quæ est vera ἀντιδάνεια, quomodo iniqua probabitur magis esse hæc pactio quàm si bovem vicino ad opus ruris commodem eâ lege ut idem aliquantò pòst mihi tantundem præstet? Jam verò illa iterum mutuum dandi obligatio, ut res omnes, communi mensurâ, i. e. pecuniâ, æstimari potest. Dictat natura non teneri quenquam prodesse alteri cum detrimento suo. At is qui pecuniâ ad tempus caret in gratiam alterius, poterat eam in agros aut domos impendere, ac medii temporis percipere fructus; quos siquis dicat incertos, illud ipsum tamen incertum, ut omnis alea, suum habet pretium, ità ut vendi quoque soleat. Rursum, si locupletior censetur cui sine proprietate legatus est pecuniæ ususfructus, apparet hunc ipsum usum aliquid esse quod æstimationem recipiat: atque idem proinde de annuo usu dicendum est. Video à plerisque eorum qui usurarum stipulationes damnant, usuras ex mora non improbari; ac proinde concedi ut, ni præfinito die mutuum reddatur, usuram stipuler. Hoc autem quid est aliud quàm verbis, non negotiis, legem figere? Licebit enim, si ea sententia recipitur, ità pacisci, ni intrà triduum reddas solves tantum pro mora; quòd si tridui illius omissa fit mentio, pactio erit illicita. Hæc subtilitas in Scholis habet verborum effugia quibus se tueatur, negotiis cùm aptatur tum demum ejus inanitas apparet. Quare ità habendum est, Posse, non repugnante naturâ, eum qui pecuniæ usu in gratiam alterius careat vicissim aliquid eo nomine pacisci. Ut autem sciatur quantum recipi æquitas permittat, non est spectandum, ut quidam censent, quantum lucri faciat qui pecuniam sumpsit, sed quantum ei absit qui alteri pecuniam numeravit: sicut in emptione quoque & in aliis contractibus nunquam æstimatio facienda est ex eo quod intersit accipientis, sed ex eo quod absit danti. Abest autem tantum quantum quisque pro vitæ suæ genere ex pecunia compendifacere potest ac solet; putà ex agris, ex domibus, ex mercatura, detractâ æstimatione periculi, quod in aliis rebus majus, in aliis minus, est, ità ut fieri inter mercatores solet in contractu aversi periculi quem *assecurationis* vocant. Venio ad jus illud quod Deus Hebræo populo dedit, Deut. 23. 19. *Non fœnerabis fratri*, &c. Hìc qui omnem usuram juri naturali contrariam putant, quòd de extraneo fœnerando dicitur, permissionem esse volunt facti, non juris: quod

[y] Bru. [z] Er. [a] Pi. Camer. &c. [b] Pi. [c] Camer. [d] Pi. [*] Bru. [f] Scul. ex. 2. 1. 4. ex Cas. [g] G. [h] Bru. [i] Be. [k] Salm. in Wal. [l] Ham. [m] Di. [n] Idem. [o] Be. [p] Di. [q] G. [r] G. sic Di. [†] Di. [t] Di. sim. G. [v] Di. [x] G. [y] Di. [z] Di. sic Ham. [a] Ham. [b] Di. Ham. [c] Di. [d] Ham. [*] Be.

quod neque verba admittunt, neque unquam ità intellectum est ab eo populo cui lex ferebatur. Testes habeo Josephum, Orig. 4. & Philonem Libro περὶ φιλανθρωπίας quem Philonis locum ità in suos usus transtulit ut simul interpretetur Clemens Alex. Strom. 2. [quorum verba vide in G.] quibus consentiunt Rabbini omnes. Ex quibus satis apparet, ni fallor, legem illam intellectam de officio civium erga cives, Quod & Levitici verba indicant: nam & ibi fœnus vetatur hâc additâ ratione, *ut tecum vivat fratentuus*, 25. 36. Quare, & cùm in Psalmis & apud Ezechielem laudatur qui ab exercendo fœnore abstinuit, id intelligendum est ex Legis præscripto. Ambrosius, & quidam eum secuti, *alienigenas* intelligendos putant septem illos populos in quos Hebræis justum bellum erat; nec mirum putat si fœnerare eis licuerit quos licuerit occidere. Sed nè hæc quidem interpretatio verbis Legis congruit: nam cùm *fratribus*, i.e. civibus, opponuntur *extranei*, certum est, non hos aut illos, sed omnes, intelligi. Adde, quòd Legis gravitati neutiquam conveniebat permittere in eos fœnus quos planè interfici oportebat. Causa igitur discriminis hæc fuit, quòd Deus Hebræis inter se non ea tantùm præcepta vellet quæ sunt hominibus omnibus inter se communia, & quæ strictâ juris ratione debentur, sed multa etiam propioris cujusdam necessitudinis ac charitatis officia; ut in lege de Servis, Pignoribus, de Spicilegio, aliisque multis, videre est. Accedit, quòd potissimus Hebræi populi quæstus in agricultura & re pecuaria situs erat, non in mercatura, teste Josepho adv. App. 1. [Verba vide in G.] Quare, cùm finitimi plerique Judæorum ex mercatura magnum quæstum facerent, ut Sidonii, Tyrii, accolæ maris Rubri, & Ægyptii, fœnus in illos permitti, summam habebat rationem. Nam & aliorum populorum legibus odiosissimum est fœnus quod in agricolas exercetur. Sed lex ista Mosis, cùm illius populi statum peculiariter spectet, unique populo sit data, cæteros non obstringit nisi quatenus indicium aliquod præbet naturali æquitati. Quid nos Christus facere velit, cùm peculiare de hac re præceptum non exstet, ex præceptis generalibus hauriendum est. Cùm vetatur omne πλεονεκτεῖν, dubium non est quin exigatur à nobis ἡ ἐν τοῖς συναλλάγμασιν ἰσότης: quare, sicut ex hac lege nè vendere quidem rem suam licet nisi æquo pretio, ità nec pro pecuniæ usu plus pacisci quàm quo detrimentum nostrum sarciatur. At Charitatis regula plus exigit. Nam si egenti danda est pecunia mutua, nullâ spe compensationis, sanè danda etiam est sine usura, cùm alioqui non beneficium sit futurum, sed veneficium potiùs. Non malè enim veteres fœnus *venenum patrimonii* vocabant. Hunc sensum Lactantius lib. 6. sic exprimit, *Pecuniæ, si quam crediderit, non accipiat usuram, ut & beneficium sit incolume quod succurrat necessitati, & abstineat se prorsus alieno. In hoc enim officii genere debet* [forte] *suâ esse contentus, quem oporteat aliàs nè propriæ quidem parcere ut bonum faciat: plus autem accipere quàm dederit injustum est.* Sic & Tertul. legem Hebræam ostendit fuisse rudimentum quoddam ad ea quæ à Christianis præstanda sunt, lib. 4. adv. Marcionem, *Prius ergò fuit ut fructum fœnoris eradicaret, quò faciliùs assuefaceret hominem ipsi quoque fœnori, si forte, perdendo, cujus fructum didicisset amittere. Hanc etenim discimus operam Legis fuisse procurantis Evangelio. Quorundam tunc fidem paulatim ad perfectum disciplinæ Ecclesiasticæ nitorem primis quibusque præceptis balbutientis adhuc benignitatis informabat.* Sed hæc cautio ad eos, qui quæstûs majoris faciendi causâ pecuniâ alienâ utuntur, non pertinet. In antiquis Canonibus nullum invenio qui fœnus exercentes omnes promiscuè à communione submoveat, quod factum est posterioribus seculis. Solis his, qui in Ecclesia munere aliquo conspicui erant, quos dicunt τοὺς ἐν κανόνι, is quæstus interdicitur Canone Apostolico, ut vocant 44; Laodiceno 4; Niceno 17; Africano 5. & 16. Causa fuisse videtur, quòd hi qui in sacro erant ordine non tantùm crimine omni, sed & suspicione avaritiæ, vacare deberent. Ità enim loquuntur Afri patres dicto Canone 5. Τὸ ἐν λαϊκοῖς ἐπιλήψιμον πολλῷ μᾶλλον ἐν κληρικοῖς ὀφείλει καταδικάζεσθαι· ubi ἐπιλήψιμον est, *id quod reprehendi solet*, τὸ ἐπιμεμπτὸν. Quin dicto Canone 16. simul cum fœnore prohibetur Episcopis, Presbyteris, Diaconis, procurationem rerum alienarum suscipere, aut aliorum causis patrocinium præstare, additâ ratione, Quòd non deceat eos; qui sacræ militiæ nomen dederint, seculi rebus implicari. Neque sanè aliam causam affert Harmenopulus: nam, cùm dixisset τὸν ἱερωμένον τόκοις οὐ συγχωρεῖσθαι λαμβάνειν, & dictos Canones citâsset, addit, πῶς γὰρ ὃς οὐδὲ πράγματα ἔχειν συγχωρεῖται ἢ βιωτικοῖς καὶ οὐκ ἐκκλησιαστικοῖς (malè in Vulgatis Codicibus negatio hæc omittitur) ἐναφορεῖσθαι; Primus Imperatorum Leo, ut idem Harmenopulus notat, existimans omne fœnus Christianis interdictum, lege id ipsum communi sanxit; cùm antè ipsæ Ecclesiæ solerent pecunias sumere sub trientalibus usuris. Priscos illos Canones si quis instaurandos putet, non refragabor. Par enim est ad exactiorem normam eos vivere à quibus cæteri vivendi exemplum petunt. Cæteros quod attinet, primùm cavere debent, nè usurarum nomine plus æquo exigant, quod quia non positum est ἐν στιγμῇ, sed πλάτος aliquod habet pro regionum ac populorum diversitate, legibus civilibus definiendum est; ità tamen ut pii meminerint, sæpe citra id quod leges permittunt consistendum. Ad multa enim leges connivent, quia corrupti mores remedium non ferunt. Deinde, etiam intra hanc æqualitatis mensuram non exercendum fœnus in egentes, aut eos quos credibile sit fœnore in egestatem prolapsos. Nam talibus aut pecunia neganda est si eâ opus non habent, aut donanda, si id possumus: certè id cavendum, nè aliorum aut miseriâ, aut imprudentiâ, in quæstum abutamur [f]. ¶ *Et erit merces* (Ecce hîc *mercedem* nominat, quam v. præced. *gratiam* nominavit [g]:) *vestra multa*] In cœlis, Matth. 5. 12. quia eam non quæsivistis in terra [h]. Abrahamus, cùm beneficentiam suam in Regem & cives Sodomorum liberaliter esset testatus, à Deo audivit, *Ego sum merces tua magna valde*, Gen. 15. 1 [i]. ¶ *Benignus*; ità Be. Pi. Χρηστὸς] *Beneficus*, Be. Zeg. *Suavis*, Zeg. Tertul. in Be. *Commodus, humanus, facilis ad gratificandum*, V. ex Er. Hæc vox dicitur, vel, 1. de re, estque vel *facile*, quo quis facilè & sine molestia uti potest, ut Matth. 11. 30. vel *utile*, ut Luc. 5. 39. Vel, 2. de persona, estque *benignus* aut *beneficus*, ut hîc, & Rom. 2. 4. & Eph. 4. 32 [k].

36. *Misericordes*; ità Er. Il. Be. &c. Οἰκτίρμονες] i.e. Benigni, benefici, &c [l]. ¶ *Ut Pater vester misericors est*] Thalmudistæ, Chaldæi, & Arabes, Deum quasi proprio nomine vocant רחמן, i.e. οἰκτίρμονα. Et hanc ipsam sententiam ejus populi tritam fuisse (ut multas alias quibus utitur Christus tanquam indubitatis) apparet ex Pandecte Thalmudico. Sciendum autem est, voces *misericordiam* significantes, apud Hebræos & Hellenistos, ad omne beneficentiæ genus extendi; ut Gen. 20. 13. & alibi. Vide quæ ad Matthæum [m].

37. *Nolite*, &c. Μὴ κρίνετε, &c.] *Nè judicate*, &c. Be. Pi. vel, *accusate*; ut sit sensus, Neminem accusetis, nisi & ipsi accusari velitis. Quòd si aliquem vestrâ jam accusatione ad judicem pertraxeritis, nè curetis eum condemnandum, nisi & ipsi condemnari velitis [n]. ¶ *Dimittite*, &c. Ἀπολύετε, &c.] *Remittite*, &c. Er. Be. *Absolvite*, Be. Pi. V. Bru. Verbum hoc significat bonitatem & æquitatem illam quâ ferimus & condonamus injurias [o]. Sicut καταδικάζειν est, *dubia aliorum facta in partem pejorem rapere*; ità ἀπολύειν hîc esse arbitror, *omnia, quatenus fieri potest, æqui bonique consulere & interpretari benigniùs*, quod Latini, etiam cùm de privatis agitur, dicunt *absolvere*. Sic Josephus dixit, ἀπολύειν τὰς διαβολὰς, *diluere calumnias*, Antiq. 6. 12 [p]. Al. Sensus, Eum quem ad judicem pertraxeritis vobis condemnandum, absolvendum curate, si & ipsi absolvi velitis [q].

38. Mensuram bonam, &c. Καλὸν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον] *Bonam*, (vel, *Justam*, G.) *pressam*, (respicit hoc materiam, quæ cedit compressioni [r]: vel, *confertam*, Vulg. Er. *impulsam*, Æth. *coactam*, G.) *agitatam* (vel, *concussam*, Er. Ti. Ca. respicit quassationem: sunt enim quædam quæ arctiùs coeunt concussione †: *succussatam*: ἀγγεῖα σεσαλευμένα, (*vasa repleta*,) Aristot. Problem. Sect. 21 [t].) & *superfluentem*, Be. P. Pi. &c. vel, *effusissimam*, V. Congruit hoc ad liquida [v]. Epitheta hæc omnia petita sunt ab eorum consuetudine qui res aridas metiuntur. Solent enim id ipsum quod admetiuntur, comprimere, deinde modium succutere, postremò cumulare, ità ut aliquid redundet [x]. ¶ *Dabunt*] i.e. Effundent, scilicet quibus illud curæ à Patre manda-

f G. g Pi. h Ibid. i G. k Be. l V. Eru. m G. n V. o Ne sic Pso. p. 196. p G. q V. r Scul. exs 2. 39. † Idem. t G. v Scul. b. x Be.

mandabitur [y]. Impersonaliter interpretandum, *dabitur* [z]. ¶ *In sinum vestrum*] i.e. Vobis, firmiter æternúmque possidendam: non facilè nobis perit quod in sinu est [a]. Phrasis Hebræa [b], ex more Orientalium qui vestes laxas & sinuosas gerebant: ut commodum illis esset sinu excipere quæ in copia dabantur. Confer Psal. 79. 12. Jer. 32. 18 [c]. ¶ *Eâdem quippe mensurâ*, &c.] i. e. ut Hesiodus loquitur, αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον· ut eadem sit mensura in genere, sed exuberans. Sensus est, Deum eos qui sunt benigni & clementes benignè & clementer habiturum [d]. Justissima lex talionis. Vide Matth. 7. 2 [*].

39. *Dicebat*, &c.] Frustrà laborari puto in quærenda hujus loci cum prioribus, aut sequentibus, connexione. Lucas enim cùm multas Christi sententias recitâsset, has etiam, quanquam alio fortè tempore & occasione pronunciatas, huc referendas putavit. Est ergò hoc, εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς, tale quale illud, Καὶ τότε ἐκκυλίσω. Respondet autem εἶπε Hebræo אמר, quod de nobilibus Magistris usurpant Hebræi, cùm significare volunt sententiam aliquam aut ab illo auctore manâsse, aut certè in ore ejus frequentem fuisse [f].

40. *Non est discipulus supra magistrum*] Quamdiu discipulus est, non debet se præferre magistro [g]. ¶ *Perfectus*, &c. Κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς, &c.] *Perfectus autem omnis* (vel, *Sed quisquis perfectus*, Be. P. Pi. Tremel. ex Syro, sub. *est*, Tremel. ex Syro, vel, sub. *erit discipulus*, Pi. ex Be. P. vel, *Omnis discipulus qui perfectionem cupierit*, Pers.) *erit sicut magister ipsius*. Er. Il. Ti. Mo. &c. Sensus, Perfectus esse & haberi solet omnis ille discipulus qui assequitur perfectionem magistri [h]: majorem in discipulo quàm sit in magistro perfectionem nemo exspectat [i]. Quare si tu, qui te præceptorem præbes fratri cæco, cæcus ipse & vitiosus es, talem & illum formabis [k], sub te indoctior evadet frater, & uterque vestrum in præcipitium ruetis. De privatis & fraternis admonitionibus hîc agi tum antecedentia, tum consequentia, declarant [l]. Al. Sensus loci, Pro doctoris sapientia quisque proficit: sive, Debet quisque dare operam ut proximè accedat ad absolutam sapientiam magistri sui [m]. Non est horum verborum sensus alius quàm illorum, Mat. 10. 25. *Satis est discipulo*, &c [n]. Subauditur hîc πᾶς post genit. μαθητῶν. Videtur autem mihi apertissima esse constructio, quàm & Syrus sequitur, *Quisquis discipulorum erit* נכון, *verus*, *rectus*, quod hîc ad originem vertitur κατηρτισμένος, *is erit ut magister*, i.e. sciet ea sibi agenda & ferenda quæ magister egerit tuleritque: nam huc ea sententia refertur non apud Matthæum tantùm, sed & apud Johannem duobus locis. Itaque, ὡς ὁ διδάσκαλος, quod dicunt Matthæus & Luca, aut μείζων τοῦ κυρίου, ut loquitur Johannes, non est illud quod in Græco versu ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον. Ibi enim de comparatione eruditionis agitur, hîc indicatur non esse meliore sorte & conditione sectatores alicujus eo quem sectantur. Nec aliter hunc locum intellexit Irenæus, ut videre est l. 5. c. 31 [o]. Locum sic verto, *Quin præclarè cum quopiam agitur, si eâdem conditione est quâ magister ejus*. Κατηρτισμένος hominem compositum & bene compositum significat, *ità ut nihil ei desit*. In Græco curta est sententia, quæ plena foret, si cum Vulgato interponas, εἰ ἔσται, *si sit*, hoc modo, *Perfectus omnis erit si sit sicut*, &c [p]. Al. Vetat hîc Christus, nè discipulus usurpet sibi quæ præceptor non usurpaverit, ac præire conetur: nam ità perfectus erit si per omnia imitetur præceptorem suum [q], qui non usurpavit opes & honores hujus mundi, &c [r]. Ità ἔσται pro ἔστω ponitur [†]. Al. Possit ἔσται conjungi cum κατηρτισμένος· q. d. *conformis erit*, ut eadem sit sententia quæ Rom. 8. 29 [t]. Al. Sensus, ἔστω δὲ κατηρτισμένος, &c. *Sit autem discipulus paratus ad omnia*, h. e. ad persecutionem, &c. *sicut magister ejus* [v]. Videtur legisse καταρτισμένος· Nam *parare se & instruere ad aliquid* est καταρτίζειν, vel ἀρτύειν, non καταρτίζειν [x]. Nec de persecutionibus hîc agitur, sed de reprehensoribus, &c [y]. Arabs fut. ἔσται, more Orientalium, accepit pro imperat. ἔστω· vertit enim, *Sit unusquisque rectus sicut magister ejus*: quod mihi valde arridet. Sensus, q.d. Vos me, Magistrum vestrum, spectate; non est enim discipulus supra magistrum, sed quisque vestrum constitutus, comparatus, adaptatus, sit sicut magister suus. Καταρτίζειν non semper est, *perficere*, sed & simpliciter, *componere*, *construere*, *adaptare*, ut Rom. 9. 22. Heb. 10. 5, &c [z].

[y] Bru. [z] G. sim. Eru. [a] Eru. [b] Pi. ex Ec. [c] Pi. [d] G. [*] Scul. ib. [f] G. [g] D. [h] Bru. sim. Ec. D. [i] Bru. [k] Bru. sim. Ec. [l] Ec. [m] V. [n] G. ex Ca. [o] G. [p] Ca. [q] Er. ex Th. [r] Er. [†] Be. ex Er. [t] Ec. [v] Epiphan. in Ec. [x] Cas. [y] Be.

42. *Quomodo potes* (vel, *audes*, G.) *dicere*, &c.] *Dixit R. Tarphon*, (Τρύφωνα vocat Justinus,) *Miror ego hâc ætate esse qui velit alium reprehendere: Nam si dicit ei, Tolle festucam ex oculo tuo, statim audit, Tolle trabem è dentibus tuis*, Musar, c. 8. in principio [a].

43. *Non*, &c. Οὐ γάρ ἐστι, &c.] *Non est enim arbor*, &c. Er. Vulg. &c. Verùm hoc non additur ut superiorum dictorum ratio; sed arreptâ occasione ex mentione hypocritarum, qui laudem ex aliorum reprehensionibus captant, cùm tota vita ipsos redarguat, novam instituit adversùs eos disputationem, ostendens ex ipsis moribus veram sanctimoniam æstimari. Nè quis ergò de loci hujus connexione frustrà laboraret, expunxi γὰρ, quod abest in meo vetustiss. cod. & in Sy [b]. & in Ar [c]. Sed cùm Græci Codices γὰρ præferant, habeat Lat. agnoscat & interpretetur Theophylactus, delere non ausim [d]; neque satis causæ est [*]. Dixerat, non debere eos, trabem in oculo suo gestantes, festucâ fratris offendi. Causam dat: nulla enim arbor bona dici debet quæ malos fructus fert. Pessimi illi fructus sunt: unde certò cognosci potest, vos malas esse arbores [f]. Alibi notavimus sæpe apud Hebræos & Hellenistas causas reddi ejus quod subticetur, sed ex argumento rei de qua agitur satis intelligi potest. Ità hîc γὰρ est ἀπολογία τοῦ σιωπωμένου. Cùm enim de simulatoribus actum sit, causam reddit Christus cur diu prodesse non possit illa persona sanctimoniæ, Quia fieri non potest ut semper dissimuletur ingenium. Itaque, si quis advertat plerumque solent suo indicio prodi sorices. Diximus alibi hæc ἀποφθεγματικῶς intelligenda ἠθικῶς, & ad eorum veritatem satis esse si eventus sæpe & frequenter respondeat. Similis est hujus sententiæ usus Matth. 12. 33. Nam & ibi Christus ostendit inanem esse simulandi conatum. Lucas eum locum cum altero Matthæi, qui 7. capite, ob argumenti similitudinem in unum contraxit. Quare, indè petenda quæ ad hujus περικοπῆς interpretationem pertinent [g].

46. *Quid — vocatis*, &c ?] q. d. Nihil hoc vobis proderit, &c [h]. ¶ *Quæ dico*] i.e. Præcipio ex Patris voluntate [i].

47. *Et facit*] Vel, *præstat*, Be. Pi. Ποιῶν hîc non unicam operationem, sed vitæ totius diligentem conformationem, significat, sine qua veræ doctrinæ professio nihil prodest, imò nè potest quidem rebus adversis explorata subsistere [k]. ¶ *Ostendam vobis cui* (vel, cui personæ [l], vel cui rei [m],) *similis sit*] Præfatio rhetorica attentionem parans [n].

48. *Qui*, &c. Ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, &c.] *Qui fodit & excavavit*, Be. Pi. vel, *& profundum fecit*, Mo. Æth. Crescit oratio: plus enim est excavare quàm fodere [o]. *Qui fodit, & profundè excavavit*, Tre. *Et fodit & profundavit*, Sy. & Ar. in D. i. e. *qui profundè fodit*, Di. sim. Er. Il. Ti. G. ex phrasi Hebræa [p]. Nam Hebræi quod per verbum & adverbium diceretur duobus verbis amant circumloqui. Designat hæc comparatio studium pietatis, non in superficie fluitans, sed alto penitus corde reconditum [q].

[z] Di. [a] D. [b] Be. [c] Di. G. [d] G. [*] G. sim. Di. [f] Di. [g] G. [h] Bru. [i] G. sim. Bru. [k] G. [l] Di. [m] Di. ex Sy. & Ar. [n] Bru. [o] Be. [p] Di. sim. G. [q] G.

CAP. VII.

1. CUm autem implesset, Ἐπλήρωσε] *Finivisset*, Be. Pi. i.e. hæc dixisset [a]. ¶ *Verba sua*] Dogmata sua, quorum summam superior sermo expresserat [b]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὰς ἀκοὰς, &c.] *Audiente populo* Er. P. Ca. Be. &c. Vide suprà 4. 21 [c]. *In aures* (vel, *In auribus*, Ar. Pi. *Ad auditum*, Tre.) *plebis*, Mo. &c. Erant enim hi λόγοι ἐξωτερικοὶ, non ἀκροαματικοὶ, ad omnes qui salvi esse vellent pertinentes, non ad Apostolos solos & eorum in docendi munere successores [d].

2. *Erat*, &c. Ἤμελλε τελευτᾶν] *Futurus erat mori*, Pi. sic Mo. *Moribundus*, vel *Moriturus*, (*propè*. Sy. sim. Ar. Æth. *jamjam*, Ca. G.) *erat*, P. Be. Ti. Pi. &c. קרוב למיתה. Eandem hanc esse historiam quæ Matth. 8. certum arbitror ob causas ibi allatas [*]. *Incipiebat mori*, Er. quantum

[a] V. [b] G. [c] Be. [d] G. [*] G.

tum ad causas naturales [f]. ¶ *Pretiosus*] Ità Be. Pi. Non placet [g]. *Pretiosus* ad rem pertinet, non ad hominem [h]. Non vendi potuisse magno hunc servum Lucas significatum voluit, sed potiùs bonitatem commendavit Centurionis, qui servulum tam propenso affectu prosequeretur, memor hominem esse, ut Seneca Romanos sæpe monet, & Philemon Græcos. [Vide G.] Sapiens Hebræus dixit, Οἰκέτην, &c. (*Servum prudentem diligat anima tua*;) item, εἰ ἔστι, &c. (*Si sit tibi servus, habeas eum pro fratre:*) quæ Pauli super hac re præceptis congruant [i]. Ἔντιμος] *Charus*, vel, *In pretio habitus*, Er. V. sic Bru. Hinc tanta vitæ illius cura [k]. *Quem plurimi dominus faciebat*. Ità enim Græcis usurpatur ἔντιμον πολλοῦ [l].

3. *Cùm audîsset de Jesu*] Sub. *quòd venisset Capharnaum*, V. vel, de miraculis ejus [m]. ¶ *Seniores*, &c.] Tum ætate, tum authoritate [n]: ut Magistratus oppidi [o], aut Præpositos Synagogæ. Nam hi & illi eo nomine dicebantur [p].

4. *Dignus est ut hoc*, &c. Ὧ παρέξει τοῦτο] *Cui* (vel, *Ut illi*, Er. Il. Ar.) *hoc* (vel, *quidvis boni*, Pers.) *præbeas*, sive *præstes*, Be. Pi. Er. Il. Ti. Ca. &c. vel, *præberet*, P. *præstet*: est enim obliqua oratio, per 3. pers. fut [q]. Potiùs recta est oratio, ut liquet ex v. seq. & ex Syro: sed & meus cod. vetustiss. scribit παρέξῃ, 2. pers. fut. medii à παρέχομαι· quam personam dicuntur Attici scribere per dipthongum ει [r].

5. *Diligit enim gentem nostram*] Nempe ob cultum unius Dei, quem tot inter populos soli ferme Judæi profitebantur: ex aliis gentibus perpauci: qualis alter ille in Actibus Apostolicis Centurio, & Petronius Syriæ Præses, quem à pietate & justitia Philo commendat †. [Verba vide in G.] ¶ *Synagogam*] i. e. Domum congregationis [t]. Meton. adjuncti, nam Συναγωγὴ propriè *congregationem* significat [v]. ¶ *Ipse ædificavit*] Vel, *curavit ædificandam*, Camer. Suis impensis, fortè & militum eam in rem usus operâ. Solebant enim Romani ad theatra etiam aliásque substructiones uti manu militari, nè otium in lasciviam verteret. Nec mirum si Synagogæ ædificandæ curam ac sumptum impendit homo Romanus, cùm ipse Augustus (cujus instituta Tiberius sectabatur) vetuerit necubi Judæi prohiberentur εἰς τὰ συνάγωγια, &c. (*in synagogis convenire: neque enim hi conventus sunt hominum ebriosorum & conjuratorum ad turbandam pacem, sed scholæ temperantiæ & justitiæ*, &c [x].)

6. *Dicens*] Nempe per amicos ipsius nomine. Solent enim Hebræi dialogis potiùs quàm obliquis sermonibus res gestas explicare [y]. ¶ *Noli*, &c. Μὴ σκύλλου] *Nè vexeris*, P. Mo. Ar. sic Er. Il. Be. Pi. *Nè tibimet molestus esto*, G. *Nè te fatiga*. G. sic Tre. Di. ex Sy. & Ar. Σκύλλω est & *vexo*, & *fatigo*, teste Glossâ. Vide ad Matth. 9. 35. Sensus est, Hîc subsiste Domine, neque pergendo ulteriùs ad meas ædes fatiga te [z].

7. *Et*, &c. Οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα, &c.] *Nè meipsum quidem sum dignum arbitratus*, Be. Pi. P. Ti. &c. *Non dignus fui*, Trc. ex Sy.

11. *Deinceps*; ità Er. Ἐν τῇ ἑξῆς] Ità & Syrus legit [a], & Arabs [b]. Sup. ἡμέρᾳ [c]· ut plenè habetur Luc. 9. 37. ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ [d]. *Die sequenti*, Be. Pi. sic Tre. ex Sy. Pers. Arabs, Æthiop. Alia exempl. habent, ἐν τῷ ἑξῆς, sup. χρόνῳ, i. e. *postea*, vel *deinceps* *. ¶ *Nain*, Ναΐν] Galilææ hoc oppidum asscribit Hieron. & post eum alii. Non dubito quin idem sit locus quem Josephus Orig. 20. 5. nominat, κώμης, inquiens, ἣ Ναῒς λεγομένης. Nam & Καφαρναοὺμ, i. e. *Capharnaum*, alibi κώμην vocat, & nostris scriptoribus Bethsaida modò est πόλις, modo κώμη. Obstare videtur quòd eam κώμην Jo. asscribere videatur non Galilææ, sed Samaritarum regioni. Verùm, si quid rectè judico, locus Josephi non est integer. Videntur enim ad explendam historiam aliqua deesse [f]. Videtur *Nain* fuisse in extremis limitibus Issacharitidis [g]. ¶ *Discipuli*, &c. Μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοὶ] *Discipuli* (non Apostolos, sed quosvis assiduos sectatores, significat [h]:) *ejus multi*, Er. P. Ti. Mo. &c. vel, *non pauci*, Be. vel, *mediocriter multi*, Pi. ad verb. *sufficientes*, Pi. Di. i. e. omnes: ubi enim aliquid numero deest, non est sufficiens [i]. Deest ἱκανοὶ in uno cod. & in Vulg [k]. & in Syro [l].

12. *Portæ*, &c.] Nam sepulchra Judæis extra urbem, ut vidimus Matth. 29. 60. sed & aliis populis: unde *efferendi* vox. Et certè ità postulat ratio publicæ sanitatis, quæ multùm lædi solet aurâ sepulcrorum. Quò magis mirum Christianis ferme omnibus placuisse ut conventus sacri eisdem in locis haberentur in quibus ista sunt cadavera: quod, in memoriam martyrum olim inductum, nescio an satis sapienter retineatur [m]. ¶ *Unicus*, Μονογενὴς] Qui *unigenitus* fuerat, &c. Be. Hoc ad luctus magnitudinem significandam pertinet. Vide Jer. 6. 26. Zac. 12. 10 [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αὕτη χήρα] Vel, ἦν χήρα. Hæc frequentior lectio, à qua stant Syrus & Latinus. Nec video quid obstet. Nam ut ἦν subaudiatur, etiam ubi non præcessit, omnibus ferme linguis commune est; Hebræis autem usitatissimum [o]. Alii Codices habent, καὶ αὐτὴ χήρα [p]· quæ lectio mihi simplicior videtur, *Et ipsa erat vidua* [q]. Alii Codices legunt, καὶ αὐτῇ χήρᾳ, *& ipsi* quidem *viduæ*: quod mihi maximè probatur [r].

13. *Misericordiâ motus*, &c.] Ultro & non rogatus confert hoc beneficium †. Notant veteres in tribus miraculis, quæ post sermonem in monte habitum Christus edidit, tria beneficiorum Dei genera nobis ostendi; primum, eorum quæ conferuntur ipsis orantibus, ut illi vitiliginoso cujus meminit Matthæus: alterum, eorum quæ per preces alii obtinent, quorum exemplum est in servo Centurionis: tertium, eorum quæ, nullis precibus quæsita, merâ suâpte misericordiâ Deus largitur, cujus rei in hac historia est specimen. Ad talem autem misericordiam optimo jure referri solet ab Apostolis Gentium profanarum vocatio ad cognitionem veri. ¶ *Noli flere*] Non tantùm repræsentata, ut hîc, sed & exspectata, resurrectio minuere nobis debet luctum ob mortuos. Nam prophanas gentes, quæ ejus rei aut nullam, aut admodum incertam, spem habent, in luctum immodicè effundi minùs est mirum, 1 Thes. 4. 13 [t].

14. *Tetigit loculum*; ità Er. P. Mo. Ti. Be. &c. Τῆς σοροῦ] *Feretrum*, Ar. Pers. Ca. *Lectum*, Tre. Σορὸν hîc Syrus rectè, ni fallor, ex more inter opulentiores tunc recepto, *lectulum* interpretatur *in quo mortui efferebantur*. Notum illud Martialis, *Invidiosa tibi quàm sit lectica requiris? Non debes ferri mortuus hexaphoro*. Sed & Judæos ità elatos ex Josepho discimus. Attigit autem Christus ut sisteret ferentes: quod indicant sequentia. An mortuum etiam tetigerit, incertum est: quod etsi fecisset, nihil sanè in eo fecisset contra Legem. Nam ipsa ἐπιείκεια dictat eum, qui mortuum tangendo in vitam revocet, tactu mortui non pollui, cùm causam ipsam pollutionis auferat. Quare nec Elias, nec Elisæus, cùm id fecerunt, censendi sunt contrà Legem fecisse. Hæc melior solutio etiam illâ allatâ ad quæstionem Orthodoxorum 28. apud Justinum, ubi responsurus auctor defendere nititur Christum, ex quo baptizatus & munus suum auspicatus est, Legi non fuisse subditum; quod tamen commodâ interpretatione leniri posse non nego; cùm sit alioqui παρακινδυνευόμενον [v]. ¶ *Tibi dico*] Non orat Patrem, sed ipse jubet, ostendens se suâ, non alienâ, potestate uti, unúmque esse cum Patre Deum [x]. *Dico*, Divinâ illâ potestate quâ rebus etiam inanimis impero. Dei est καλεῖν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, Rom. cap. 4. 17. Vide Ezech. cap. 37. ver. 4 [y].

15. *Et*, &c. Καὶ ἀνεκάθισεν] *Et*, (vel, *Tunc*, P. Be. &c. *Continuò*, Pers.) *sedit*, vel *resedit*, Tre. ex Sy. Er. Il. Ti. Ca. &c. vel, *erecto corpore sedit*, G. sim. Bru. in lectica, quæ haud dubiè patula fuit, omnibus conspicuus [y]. Plus dicit quàm si dixisset, *revixit*, ità ponit resurrectionem ut eam claris indiciis probet [z]. ¶ *Dedit illum matri suæ*] Jus parentum [imò matrum, quibus minùs morigeri esse solent liberi] facto suo confirmans. Manuscriptus autem ille in Anglia vetus [pro ἔδωκεν] apertiùs id exprimit verbo ἀπέδωκεν. Mirum videri potest, historiam hanc tam illustrem à Matthæo & Marco omissam. Sed videtur mihi horum uterque contentus fuisse uno exemplo redditæ vitæ in Jairi filia, ex quo similia alia possent intelligi. Quòd eò magis necessarium est, quia apud Matthæum Christus legatis à Johanne missis ait, *Mortui resuscitantur* [a].

16. *Timor*] Reverentiæ erga Deum, &c [b]. Vide Luc. 1. 65 [c]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι προφήτης, &c. *Propheta*, &c. Pi. Ὅτι vel superfluit, vel valet τὸ *dicentes*, hoc quod

[f] Pi. [g] G. [h] Er. [i] G. [k] Bru. [l] G. [m] Li. chron. p. 26. [n] Bru. [o] G. sim. Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Be. † G. [t] Bru. ex Sy. sim. Pi. [v] Pi. [x] G. [y] Be. [z] Di. [a] G. sic Di. [b] Di. [c] Di. Ca. Pi. [d] Ca. * Be. [f] G. [g] Li. chorog. ad Luc. p. 19. [h] G. [i] Di. [k] Be. [l] Di.

[m] G. [n] G. sim. Bru. [o] G. [p] Pi. ex Be. [q] Pi. [r] Be. † Bru. [t] G. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. [c] Bru. G.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

quod sequitur: vel valet, *certè, sanè* [d]. *Certè propheta* (προφῆται) vocabantur omnes Divinitus missi [*]:) *magnus*, potens opere & sermone, Messias, vel ejus comes [f]. *Magnum* dicunt, quia non precibus, non corporis superstratione, sed nudo imperio, citra omne exemplum, mortuum vitæ reddiderat [g].

21. *Donavit visum*; ità Er. Ti. Ca. Pi. &c. Ἐχαρίσατο] *Gratificatus est*, P. Be. *Misericorditer largitus est*, G. sim. Camer. quod Hebræi dicunt חנן. Lxx ἐλεεῖν solent vertere, Gen. 33. 5, 11. 2 Sam. 12. 22. Psal. 37. 26 [h].

23. *Beatus*, &c.] Hoc addit, corrigens præposteram discipulorum Johannis æmulationem [i].

24. *Quid*, &c. Τί ἐξεληλύθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι;] *Quid exiistis in desertum spectaturi?* Beza, Pi. Eadem distinctio est apud Matthæum; quam & retinendam censeo. Quærit enim Christus cujus rei visendæ causâ molestum illud iter in loca deserta suscepissent [k]. Alia exempl. ponunt notam interrogationis post ἔρημον, & θεάσασθαι jungunt cum sequentibus [l]: quod mihi non displicet [m].

25. *Et*, &c. Καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες] Cùm ità legerint Latinus & Syrus, alteram lectionem, τρέφοντες, apparet interpretamentum esse [n]. *Et luxu existentes*, Mo. *Et in delitiis* (vel *luxu*, Be.) *agunt*, vel *vivunt*, Er. Il. Ti. Pi. vel, *sunt*, Tre. V. i. e. versari solent [o].

29. *Et omnis populus*] Id est promiscuum vulgus [p]: *populus terræ*, ut loquebantur Judæi, homines illiterati. Hi opponuntur τοῖς νομικοῖς, *in Lege exercitatis*; sicut *Publicani*, vitæ impurioris crediti, opponuntur *Pharisæis*, singularem quandam atque eminentem sanctimoniam pollicentibus [q]. ¶ *Justificaverunt Deum*] Ità Er. Tre. Be. P. Pi. &c. i. e. Deum, ut justum, bonum, fidelem, & misericordem, prædicarunt: nam צדקה sæpe *fidem & misericordiam* significat. Τὸ δικαιοῦν hîc idem quod ὁμολογεῖν, ἐξομολογεῖν [r]. Deum justum esse ingenuè fassi sunt †. Ἐδικαίωσαν, &c.] *Collaudarunt* (vel, *Probarunt*, V. Δικαιοῦν, הצדיק, sæpissimè est, *approbare* [t]:) *Deum*, Ca. sim. Ar. Pers. i. e. consilium Dei [v], ut sequitur. Publicani & de rudi plebe homines summis laudibus ac gratiis prosequebantur eximiam hanc Dei bonitatem, qui pœnitentiâ contentus constituisset prioris vitæ flagitia omnia clementer condonare, ejúsque rei fidem certam facere tum per Johannem, tum per eum qui à Johanne monstrabatur [x]. ¶ *Baptizati*, &c.] Scilicet cùm essent. Ea fuit occasio glorificandi Dei, quòd ex hac Johannis commendatione intelligerent rectè se fecisse, quòd ipsi crediderant & ab eo baptisati fuerant [y]. Quippe *baptizati*, &c. Unde liquebat, eos justificâsse Deum [z]. Ostendit quomodo probaverint Dei consilium, obediendo scilicet. Baptisma indicium Resipiscentiæ [a].

30. *Legisperiti*, Οἱ Νομικοὶ] *Legis interpretes*, Be. Syrus, *Scribæ*: nè intellige Scribas populi, qui publici erant actuarii, sed Scribas Legis, qui Legem interpretabantur, qualis Esdras, 7. 5 [b]. ¶ *Consilium*, &c. τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτοὺς] *Consilium* (vel, *voluntatem*, Sy. Pers.) *Dei spreverunt* (vel, *calumniati sunt*, Q. ex Sy. ut verbum Syriacum significare videtur, 1 Pet. 3. 16 [c]. vel, *resciderunt*, Ca. *abrogarunt*, P. Be. *repudiârunt*, Camer. *rejecerunt*, Pi. Tre. & Di. ex Sy. G. ut ἀθετεῖν sumitur Luc. 10. 16. Joh. 12. 48 [d]. item Marc. 7. 9. Gal. 2. 21. 1 Thes. 4. 8. 1 Tim. 5. 12 [*]. Id enim optimè opponitur verbo δικαιοῦν, quod est, *approbare* atque *laudare* [f].) *adversùs* (vel, *in* Mo.) *semetipsos* Er. Il. Ti. P. Be. Pi. V. i. e. suo damno [g]. Neque enim Deum, sed seipsos, lædunt qui Dei gratiam aspernantur [*]. Sed non video quo exemplo probetur, εἰς ἑαυτοὺς hîc esse idem quod *suo malo* [h]. Vel, *quod ad ipsos pertinebat*, Camer. vel, *quantum in se fuit*, Ca. Sed tum dixisset, τὸ εἰς ἐμὲ, vel, τὸ κατ' ἐμέ [i]. Vel, *in seipsis*, Di. ex Sy. Pers. sic Er. ex Ambros. h. e. in animo suo; cùm non auderent palàm damnare quod impensè placeret populo [k]: non ergò palàm adversati sunt Joanni, Matth. 21. 26. sed in seipsis aspernati sunt eum: εἰς pro ἐν, ut Matth. 2. 23. & 4. 13 [l]. Usitatum quidem hoc est, sed plerumque in loci descriptione, ut, ἐβαπτίζετο εἰς Ἰορδάνην, &, εἰς οἶκον &c. Sed nec de eo agitur quod hi apud se cogitaverint, sed de eo quod palam testatum fecerint: sequitur enim, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ· quod cum illo sensu tacitæ cogitationis non cohæret. Βουλὴ Gr. ut & *consilium* Latinis, significare potest aut *id quod secum quis constituit facere*, aut *quod faciendum alteri censet*. Potest utravis significatio hîc locum habere. Sed prior illa à Syro agnoscitur, qui vertit צביונא, &, ni fallor, perpetua est nostris scriptoribus, sive cùm de hominibus agitur, ut infrà 23. 51. Act. 5. 38. & 27. 12, 42. 1 Cor. 4. 5. sive cùm de Deo, ut Act. 2. 23. & 4. 28. & 13. 36. Ephes. 1. 11. Hebr. 6. 17. Quare cùm hîc, tum Act. cap. 20. v. 27. hæc significatio potiùs sumenda videtur, ut significetur ipsum Dei propositum; & hoc quidem loco illud propositum Dei quo clementer decrevit Judæos per Johannem ad resipiscentiam excitare certâ fide factâ priores culpas se condonaturum; ut jam dicere occœpimus. [Sensus loci,] Sapiens & misericors Dei consilium in mittendo tam eximio pœnitentiæ hortatore, cum tantis promissis, admirati sunt, gratísque animis exceperunt rudes & vitæ minùs probatæ homines: contrà, idipsum aspernati sunt hi qui cæteris & doctiores & sanctiores videbantur, freti ritibus & factis quibusdam speciosis. Docet nos apertè hic locus non uniusmodi esse Dei consilia. Sunt enim quædam ejus *voluntatis cui nemo restitit*, Rom. 9. 19. Esa. 46. 10. Heb. 6. 17. Quanquam & horum quædam præscientiam quandam includunt, ut illud *consilium definitum* de Christo in mortem tradendo, cujus mentio est Act. 2. 23. & 4. 28. *Hoc consilium definitum* Justinus Martyr in Apologetico vocat εἱμαρμένην ἀπαράβατον, (*fatum immutabile*;) cujus exemplum ponit in decreto de remunerandis his qui honesta delegerint, puniendis qui contraria. Sunt rursus alia Dei consilia quæ relinquunt nobis τὸ ἐφ' ἡμῖν, (*arbitrium nostrum*;) sive, ut Justinus, dicto loco, Christianam contra Stoicos sententiam explicans, loquitur, τὴν προαίρεσιν. Hæ & possunt, & nimiùm sæpe solent, ab hominibus ἀθετεῖσθαι, ut illud misericors Dei consilium, quod ad Pharisæos non minùs quàm ad alios Judæos pertinebat: unde βουλὴν εἰς ἑαυτοὺς dixit hoc loco Christus, *consilium erga se*, vel *ad ipsos*, *ipsorúmq; salutem*, *pertinens*: illud enim, εἰς ἑαυτοὺς, omnino construendum arbitror cum illo, τὴν βουλὴν, ex more Lucæ voces sæpe trajicientis. Neque id mutabilem facit Deum: nam exitus consilii non suspenditur nisi ab ea ipsa conditione quam consilio suo inesse Deus voluit; idque optimâ ratione. Nam, ut Justinus inquit, οὐκ ἦν ἄξιος ἀμοιβῆς ἢ ἐπαίνου ἀφ' ἑαυτοῦ ἑλόμενος τὸ ἀγαθὸν, (*nec retributione nec laude dignus est qui bonum suâ sponte non eligit*,) provocatus jam scilicet Divino beneficio. Alibi dixit, οὐ γὰρ τὸν ἐπαινετὸν, &c. (*Neque enim laude dignus est qui libertatem non habet ad utrumlibet*:) cui similem sententiam habet doctissimus Athenagoras. Hinc & illud Platonicum Justinus approbat αἰτία ἑλομένου· idque eo loco ubi non suam peculiarem, sed communem ac consentientem, Christianorum omnium ejus seculi doctrinam proponit atque propugnat. Utrumque hoc genus consiliorum Divinorum pulchrè unâ sententiâ complectitur Prosper, *Qui voluntatem Dei spreverunt invitantem, voluntatem Dei sentient vindicantem*. *Spernere* dixit quod hîc est ἀθετεῖν· Clementi Alex. ὑπερφρονεῖν· ità enim ait, Ὁ θεὸς ἐκ θελόντων ἡμᾶς σώζεσθαι βούλεται, (habes hîc βουλὴν,) οἱ δὲ καὶ υἱοὶ γενέσθαι ὑπερφρονοῦσιν. Multis verbis idem hoc ἀθετεῖν Arnobius exprimit adversùs nationes disputans, *Si tibi fastidium tantum est ut oblati respuas beneficium muneris, quin imò si tantum sapientiâ prævales ut ea quæ offeruntur à Christo ludum atque ineptias nomines, quid invitans peccat?* & mox, *An*, inquit, *tibi aspernanti fugientíq; infundenda in gremium est Divinæ benevolentiæ gratia? Vis sumere quod offertur, atque in tuos usus convertere? Consulueris tibi. Aspernaris, contemnis & despicis? Tu te muneris commoditate privaveris. Nulli Deus infert necessitatem, imperiosâ formidine nullum terret. Neque enim necessaria nostra illi salus est* [m]. [Alii autem aliter sentiunt atque explicant:] Βουλὴ hîc non denotat voluntatem consilii sive decreti, sed mandati seu præcepti [n]. *Consilium Dei* hîc vocat testimonium Johannis de Christo, per quod Deus consilium eis dabat de modo adipiscendi salutem æternam. Sic accipitur appellatio, Psal. 107. 11. Prov. 1. 25, 30 [o]. *Consilium Dei* nominat doctrinam atque baptismum Johannis [p]. Consilium Dei, honoris causâ, impio Scribarum fastui opponit, & *consilii* nomine opus Dei à contemptu vindicat [q].

31. *Cui*

[d] Bru. [*] G. [f] Bru. [g] G. [h] Bru. [i] Be. [k] G. [l] Be. ex Er. [m] Be. [n] G. [o] V. [p] Bru. [q] G. [r] Be. † V. [t] G. [v] G. V. [x] G. [y] Bru. [z] Pi. [a] G. [b] Di. [c] Idem. [d] G. sic Di. [*] Di. [f] G. [g] V. ex Er. Be. [*] Be. [h] G. [i] Be. [k] Er. [l] Di. [m] G. [n] Di. [o] Pi. [p] Ger. [q] Bru.

10 20 30 40 50 60 70

31. *Cui ergò similes*, &c?] Cohærent cum præcedentibus. Qui putârunt Lucam interlocutum verbis Christi, infarserunt hîc, εἶπε δὲ ὁ Κύριος, [quæ verba in Græco textu habentur:] ut significarent rediri ad sermonem Christi [r], & duos præced. versus non Christi, sed Lucæ, fuisse; quod tamen absurdum est†. Sed hoc assumentum multi veteres Codices Græci Latinique non habent: neque id legunt Ambros. Th. Euth. Sy. & Ar [t]. nec plerique vet. cod. nec noster antiquissimus [v]. Quare non dubito pronunciare esse παρεμβεβλημένον [x]. ¶ *Homines generationis hujus*] Phrasis est Rabbinica, in Targum, Eccles. 7. 10 [y].

32. *Non plorâstis*, Ἐκλαύσατε] Ἐκόψασθε, Matthæus. Solebant conjungi *fletus* & *planctus*, ut ex Tragœdiis liquet [z].

35. *Et justificata*, &c.] Σοφίαν vocat sapientissimum Dei consilium, primùm in mittendo Johanne præcone pœnitentiæ, victu multò severiore quàm esset Pharisæorum, qui vitæ austeritate sibi eximiè placebant; deinde in mittendo Jesu facili ac comi. Δικαιοῦν, ut suprà, hîc quoque est, *approbare* & *laudare*. Τέκνα σοφίας ex Hebraismo dicuntur hi qui idonei sunt agnoscere Divinam sapientiam: tales autem sunt qui se insipientes & peccatis oneratos agnoscunt: nam sanitatis initium est morbum fateri. Tales qui erant, baptizati sunt à Johanne, pleniùs edocti ab Jesu. Vide quæ ad Matthæum [a].

36. *Quidam de Pharisæis*] *Simon* nomine, ut mox dicitur, qui olim λεπρὸς, &, ut credibile est, à Christo sanatus, Marc. 14. 3. Nam cur eandem à quatuor Scriptoribus historiam tradi existimemus causæ ad Matthæum allatæ sunt. Neque Lucas quicquam dixit cur id continuò post narratos jam Christi sermones accidisse credendum sit. Quare rectè censent qui rerum ordinem hîc ab eo spectatum putant. Est enim is ordo valde conspicuus. Nam verbis Christi exemplum illustre subjungitur. Dixerat Christus, homines antea minùs laudatæ vitæ, peccata sua agnoscentes, magìs esse idoneos ad acceptanda Dei beneficia quàm eos qui sibi plus æquo placent. Eodèm facit hæc historia, ut explicatio ostendet [b]. Una eadémque est Mariæ historia, Matth. 26. & Marc. 14. & Joh. 12. Nam, 1. idem est in singulis locus, *Bethania* scilicet, oppidum Mariæ & Lazari: 2. idem Christi sermo ab illa occasione desumptus. Quæ tamen circumstantiæ huic Lucæ loco neutiquam congruunt. Quin alius hic locus, domus Pharisæi: nec Judas hîc, ut in reliquis, obmurmurat, sed Pharisæus, & quidem alia de causa quàm Judas, &c. & diversus omnino est h. l. Christi sermo: illa insuper historia mortem Christi immediatè antecedit, hæc non item. Tota hujus cum illa affinitas est in *alabastro unguenti*; quod tamen erat vas vulgare & in festis usitatum [c].

37. *Mulier quæ erat in civitate*, Ἐν τῇ πόλει] i. e. Κώμῃ· nam solent ista promiscuè poni. Bethania indicatur, ubi nobilis erat hæc fœmina, Lazari soror, *Maria* nomine [d]. At illa non sine gravi injuria diceretur ἁμαρτωλὸς, i. e. aut *meretrix*, aut *Gentilis*. Sed neque hæc mulier erat *Maria Magdalena*; quippe quæ cap. seq. v. 2. aliâ planè notâ describitur [*]. ¶ *Peccatrix*] i. e. Meretrix [f]; vel, *scortatrix*: nam id genus mulieres ἁμαρτωλὰς Græci vocant, ut Procopius [g]: [Verba vide in Cas.] Prostitutæ pudicitiæ mulier [h]. [Verùm hæc] non erat publicæ libidinis victima, sed alioqui vitæ parum pudicæ, זונה, non קדשה, ut distinguunt Hebræi. Tales fœminas Hebræi propriè & insigniter *peccatrices* vocabant. Et quid mirum tales ad Christum confugisse, cùm & ad Johannis baptismum venerint? Matth. 21. 32. Bene autem monent Interpretes aut ἦν vertendum, *fuerat*; aut certè ἁμαρτωλὸν, ut Syrus accepit, impropriè dici, non ex præsente tempore, sed ex vita anteacta, ut & Gal. 2. 15. Quomodo & vox ἀσεβὴς sumitur Rom. 4. 5 [i]. Vel, *peccatrix* adhuc erat opinione vulgi, cui nondum innotuerat resipiscentia illius [k]. Forsan Gentilis erat; legimus enim ἁμαρτωλοὶ ἐξ ἐθνῶν, Gal. 2. 15. Sic & Luc. 6. 32, 34. τὸ *peccatores* significat alienos à Lege Dei & Christi [l]. ¶ *Attulit*, &c.] Intravit ad convivium, quamvis non invitata, venit ad Jesum cum unguento [m]. Hoc fecit ex more Orientalium. Solebat autem hoc officium per mulieres fieri, à quibus magìs quàm viris ars tota unguentaria, quasi res omnino muliebris & delicata, tractabatur. Vide 1. Sam. 8. 13 [n].

r G. † Be. t G. v Be. x G. y Cap. z G. a G. b G. c Ham. d G. * Ham. f Pi. g Cas. h Be. i G. k Pi. l Ham. m Bru. n Mal.

38. *Et stans*] Id est, adstans, sive manens [o]: ut Psal. 24. 3. *Quis stabit*, &c? non enim rectà in pedes stetit, quo situ hoc præstare non poterat [p], sed prostravit se humi, &c ¶ *Retrò*] Præ pudore & sensu indignitatis suæ [q]. ¶ *Secus*, (vel, *Ad*, V. *Apud*, vel, *Juxta*, Val. Er. Be. Pi.) *pedes ejus*] Tunc enim ad mensam ità jacebant ut caput versùs mensam, pedes versùs exteriorem partem, haberent, quâ ministri fercula ferentes mensam obibant [r]. ¶ *Lacrymis*, Κλαίουσα] *Flens*, Be. Bru. &c. ob peccata sua †, eorum remissionem petens [t]. ¶ *Cœpit* (& perrexit deinde [v],) *rigare*] Id est, rigavit [x]. ¶ *Capillis capitis*, &c.] Bene notant veteres fecisse hanc mulierem quod omnes conversos facere vult Paulus, Rom. 6. 19. Nam fœminæ minùs custoditi pudoris maximam comæ curam impendunt: *Quod primum formæ decus est, cecidere capilli*. Itaque Clemens ἀγαλλιάσεις τῶν τριχῶν vocat τὰς πλοκάς, Pædag. 3. 11. ¶ *Ungebat*] Non caput tantùm, quod fieri honoratis hominibus solebat, sed ipsos etiam pedes, nè quid ad summam animi demissionem testandam deesset. Pedum unctionem etiam apud Antiphanem & Cephisidorum, Comicos Græcos, reperias. Curtius de Indis, *Demptis soleis, odoribus illinunt pedes*. Aristophanes, Vespis tria quæ hîc sunt posuit, Ablutionem, Pedum unctionem, & Osculationem, & quidem in muliebribus obsequiis [y]. [Verba ejus & Scholiastis vide in G.

39. *Si esset Propheta*] Leves animi facilè inveniunt quo offendantur [z]. Nam nec Prophetæ omnia sciverant, sed ea duntaxat quæ Deo visum erat ipsis aperire [a]. ¶ *Quæ & qualis*, Ποταπὴ] Id est, ποία [b] · cujus vitæ: nam sequitur, *peccatrix est* [c]. Syrus vertit, *quæ sit & quæ fama ejus* [d]. ¶ *Quæ tangit eum*] Nam Pharisæorum hoc erat scitum, Contactu hominum flagitiosorum (non minùs quàm leprosorum [*],) alios inquinari [f]: quod [tamen] falsum erat [g]. Juchasin, *Pharisæi non permittebant se tangi à populis terræ*. Vide Jes. 65. 5. Mos Samaritanorum est, cùm occurrunt Judæo, aut Christiano, aut Mahumetano, ut dicant, *nè attingito me* [h]. At cautio de vitando talium hominum accessu non debebat ad jam emendatos porrigi [i].

40. *Respondens*] Ostensurus notum sibi tum quæ fœmina, tum quis Simon, esset; non extra tantùm, sed & in recessu intimo pectoris [k]: ità se & Deum esse, & Divino consilio hoc permisisse, monstrans [l]. ¶ *Habeo tibi aliquid dicere*] Comiter à convivatore suo postulat loquendi veniam [m].

41. *Duo debitores* (sub. inquit *Jesus*, P. Be. Pi. sic Di. ex Sy. & Ar.) *erant cuidam*, &c. Δανειστῇ τινι] *Cuidam creditori*, P. Be. Pi. Er. Il. Mo. V. Syrus מרא חובא, i. e. *domino debiti*; Latinè, *creditori*. Nam & Latina ista vox, cùm propriè ad mutuum pertineat, cœpit ad omnem debendi causam transferri. Sic & Matthæus quod δάνειον dixerat interpretatus est τὸ ὀφειλόμενον. Exstat autem vox utraque & δανειστὴς & χρεωφειλέται in Græco, Pro. 29. 13 [n].

42. *Donavit*, Ἐχαρίσατο] *Gratificatus est*, Be. *Condonavit*, Pi. *Benignè condonavit*, Camer. sub. *debitum*, Be. sic Camer. Pi. Bene Latinus, *Donavit*, i. e. *donationis causâ remisit*. ut loquuntur Imperatores in L. Si donationis. C. de donationibus. Sic & cepisse videtur qui liberatur obligatione, ut habet Juris regula. ¶ *Quis* (vel, *Uter*, Be. Bru. Pi.) *ergò eum plus diligit?*] Quid probabile sit, Christus quærit; non quid necessarium. Nam homines de hominibus judicare solent secundùm id quod probabile est [o].

43. *Æstimo*, Ὑπολαμβάνω] *Respondeo*, Q. in G. *Præsumo*, Pi. *Existimo*, Er. V. Pi. G. &c. Quid sibi probabile videtur respondet Pharisæus.

44. *Vides*, &c?] Vides quid hæc faciat [p]? ¶ *Aquam pedibus meis* (sub. *lavandis*, Pi.) *non dedisti*] Ut fieri solebat tum, 1. hospitibus advenientibus peregrè, Gen. 18. 4. & 19. 2. Jud. 19. 21 [q]. Adde 1 Sam. 25. 41. 1 Tim. 5. 10. Venerat autem Christus Hierosolymis Bethaniam: nam dies Hierosolymis docendo transigebat, vesperis fermè Bethaniam concedebat, ut alibi vidimus [r]. Tum, 2. discubituris, ut & Græcis mos erat. Vide Athen. l. 14 †. Comparat Christus Simonem fœminæ. Ille etiam communia officia neglexerat; hæc eximia, nec unquam visa, documenta reverentiæ suæ in Christum

o Pi. ex Be. sim. Bru. Mal. p Mal. q Bru. r Mal. † Mal sim. Bru. t Mal. v Bru. x D. y G. z G. a G. sim. Mal. Bru. b Be. c G. d Di. * Bru. f G. sim. Bru. Be. g G. h D. in Wal. i G. k G. l Bru. m G. n G. o G. p G. q D. sim. G. r G. † Cas.

 dederat.

dederat. Causa discriminis hæc, Quod mulier peccatorum magnorum sibi esset conscia; Simon sibi sat placens, quasi minùs opus Christo haberet, proinde quoque minùs eum reverebatur [t]. ¶ *Capillis suis tersit*] Hujus moris exstat vestigium in Romana historia. Legimus enim imminente aliquo Reip. periculo, (ut cùm Annibal esset ad portas,) Romanas mulieres solitas deûm aras suis capillis abstergere [v].

[t] G.
[v] Cas.

45. *Osculum*,&c.] Etiam hic mos ad peregrè adventantes pertinet. Vide quæ ad Matth. 26.49 [x]. ¶ *Ex*,&c. Ἀφ' ἧς εἰσῆλθον] *Ex quo* (vel, *qua*, sub. *hora*, Be) *intravi*, Er. Pi. &c. Al. *intravit*, Hi. in Di. sic Be. G.&c. εἰσῆλθεν enim legunt nonnulli Græci cod. & Sy. & Ar [y]. quod & sententia poscit [z]. Quare hanc lectionem alteri præferendam censeo; quanquam ad sensum non multùm refert [a]. Plerique autem Codices Græci habent εἰσῆλθον [b].

[x] G.
[y] Idem.
[z] Be.
[a] G.
[b] Di.

46. *Oleo*, &c.] Quanquam solent Hebræi unguenta quævis καταχρηστικῶς *olei* nomine appellare, ut & Græci, quemadmodum notant Interpretes ad illud Homeri, εὐώδες ἔλαιον· dubitandum tamen non est quin hoc loco oleum commune intelligi debeat. Est enim perpetua ἀντιθεσία. Mulier illa lacrymas impendit pedibus Christi proluendis, Simon nè aquam quidem: illa assidua est in pedibus Christi osculandis, Simon nè uno quidem oris osculo Christum excepit: illa pretioso unguento non caput tantùm, sed & pedes, perfundit, ille nè caput quidem mero oleo; quod perfunctoriæ amicitiæ fuerat [c]. Convivis oleum affundi solitum videas, & Psal. 23.5 [d]. & Cohel. 9.8 [*]. Eodémque respicit Psal. 45.7 [f].

[c] G.
[d] G. sic D.
[*] D.
[f] G.

47. *Propter*, &c. Οὗ χάριν, λέγω σοι, ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί· ὅτι ἠγάπησε πολύ] *Cujus rei gratiâ* (vel, *Propter hoc*, Tre. ex Sy. sic Ar. Æth. Er. &c.) *dico tibi remissa esse* (vel, *remittuntur*, Mo. sic Er. P. Ti. &c.) *multa illa peccata ipsius*. *Nam* (vel, *quoniam*, Er. Tre. ex Sy. Mo. Ca. Ti. &c.) *dilexit multum*, Be. sic Pi. &c. Variæ sunt admodum hujus loci interpretationes. Quidam putant de ea Dilectione hìc agere Christum quæ Remissionem antecedat. Et sanè fides illa quæ remissionem impetrat sine Dilectione non est. Sed ea Dilectio solet magis aut *pœnitentiæ* aut *fidei* etiam nomine comprehendi, cùm ἀγάπη peculiariter dici soleat ἕξις illa solidior quæ Fidem & Remissionem consequi solet, pars scilicet præcipua ejus sanctimoniæ ad quam remissionis beneficio invitamur. Solent & Platonici dicere, amorem esse duplicem, alterum tenerum, ante cognitionem plenam; alterum robustiorem, post eandem plenam cognitionem. Illi autem robustiori amori nomen ἀγάπης magis convenit, ut videre est Rom. 13.10. 1 Cor. 13.13. Gal. 5.6. & 1 Pet. 1.22. ubi purificatio dicitur facta ad dilectionem. Adde, quòd hæc fœmina non, ut illi existimant, nunc primùm veniam delictorum consecuta est: accidit enim hæc res paulò ante mortem Christi; atque adeò illæ lacrymæ ex audita mortis prædictione natæ videntur; ideóque accipiuntur à Christo non ut signum pœnitentiæ, sed ut signum dilectionis. Multò autem antè Maria hæc, Lazari soror, à Christo beata erat dicta, quòd ipsius institutioni tam diligenter immineret, quanquam id Lucas narrat κατὰ πρωθύστερον, 10.42. ibi nomen ejus ponens ubi sola laus ejus prædicatur, hìc subticens ubi prioris vitæ fit mentio; quomodo & *Matthæi* nomen reticent Marcus & Lucas ubi de Publicano vocato agitur. Erat igitur Maria pridem jam Christi discipula, pridem Christo chara, ut & ex Lazari resuscitati historia liquet. Jam verò & illud durum est quòd dicunt illius interpretationis patroni, [Romanenses scilicet,] inverti à Christo ratiocinationem, & cùm priùs Dilectionem statuisset consequens Condonationis, nunc vicissim Condonationem ponere ut consequens Dilectionis. Nam certè si hoc inferre voluisset Christus quod ipsis videtur, non satis apposite videretur interrogationem proposuisse & confessionem expressisse Simoni. Veteres quoque video hujus loci auctoritate uti ut probent dilectionem nasci ex beneficio remissionis, non contrà. Irenæus, 3. 22. *Munus incorruptelæ consecutus ab eo ut plus diligeret eum. Cui enim plus dimittitur, plus diligit; & cui minus dimittitur, modicùm diligit* †. Conformiter parabolæ præmissæ invertenda videbatur sententia, & dicendum, *Dilexit multum, quia remittuntur*, &c. id quod Christus sine dubio subintelligendum relinquit, ut ex antecedentibus & consequentibus liquet. Sed Christus adhuc ulteriùs respexit, voluítque etiam indicare causam remissionis tot peccatorum; scilicet dilectionem Dei super omnia [t]. Potest hic reddi clarus verborum Christi sensus. Si huic peccata multa remisissem, deberet, juxta tuam sententiam, me multùm diligere: nunc verò, cùm tantum amorem exhibuerit, quantum vidisti, antè remissa (quod sciat) peccata sua, omittere non possum quin ipsi omnia remittam [v]. Illi remissa esse peccata multa, & mundam esse, non, ut tu reris, peccatis sordidam, satis ostendunt argumenta benevolentiæ & amoris erga me exhibita [x]. Non à causa hìc ducitur argumentum, sed ab effectu: ut verba sequentia monstrant, *cui autem paululum remittitur, paululùm diligit*. Nam sicut exiguum beneficium parit exiguam gratiam; sic beneficium magnum magnam quoque gratiam parit [y]. Non ostendit h. l. causam remissionis, sed ex consequente colligit antecedens. Deus enim prior nos, adhuc peccatores, dilexit [z]. Ex dilectione, tanquam signo, probatur remissio quæ contigit [a]. At Christus non hoc simpliciter dicit, Jam remissa esse illi peccata; sed emphasin ponit in voce αἱ πολλαί, quod & exigebat antecedens interrogatio. Et si de signo ageretur, dicendum potiùs in sequente membro fuerat, ὃς δὲ ὀλίγον ἀγαπᾷ, ὀλίγον αὐτῷ ἀφίεται. Sed longior in refutandis aliorum opinionibus non ero: dicam quod mihi maximè probatur; judicet æquus lector. Putaverat Pharisæus rejiciendam hanc mulierem à Christi contactu ob vitæ impuritatem; Christus contrà ostendere voluit digniorem hanc esse suo contactu quàm illi ipsi qui factum hoc reprehenderent. Contactu enim dignissimus ille est qui maximè diligit. Hoc autem de illa credi primùm communis ratio exigebat, docens magis nos ab iis diligi quibus plus fecerimus boni: deinde congruebant & facta, quæ Simonis factum, nudam scilicet vocationem ad cœnam, multis partibus superabant. His ergò duobus argumentis, communi præsumptione & factorum indicio, cùm dilectionem sui Christus probâsset, abstinuit illationem ponere, ut quæ sponte pateret, Dignissimam scilicet hanc fœminam esse suo contactu. Quod ipsum validiùs probat addito Enthymemate, in quo iterum & illatio & pars argumenti de more subticentur. Plena argumentatio hæc esset; Cujus facti gratiâ & spe Deus multa peccata remittit, id factum minimè prohibendum est: Hujus autem facti gratiâ & spe Deus multa peccata mulieri isti remisit: Non est igitur id prohibendum. Propositio conspicuæ est veritatis. Assumptio hoc modo probatur; Solet Deus remittere magna peccata ut & consequatur opera magnæ dilectionis: Hoc autem opus tale est: Hujus ergò operis consequendi causâ Deus multa peccata remisit. Hujus argumenti assumptio jam probata erat collatione facti Simonis & facti mulieris. Nam Simon quin in cœnula Christo danda exhibuisset factum dilectionis non dubitabat: Illa autem multò plus fecerat. Propositio consentanea est bonitati & sapientiæ Divinæ. Illustratur autem ex opposito: Nam quia quibus minus remissum est minùs diligunt, ideo Divinæ sapientiæ convenit magna etiam & multa peccata remittere, ut exstare possint eximiæ dilectionis opera. Apud Valerium Maximum est, *non esse credibile ut quem tantopere amaret ab eo invicem non diligeretur*. Videtur mihi hæc expositio nihil habere violenti. Nam, οὗ χάριν, plerumque Græcis finem propositum significat. Et, λέγω σοι, sæpe per parenthesin interponi solet, ut videre est Luc. 12. 5. & apertiùs, 13.24. & 21.10. In remittendis autem peccatis à Deo ut finem spectari opera dilectionis multis locis docemur, quorum nonnulla adduximus ad Luc. 1. 74, 75. Irenæus quoque illud, οὗ χάριν ἀφέωνται, eodem modo accepisse videtur loco jam citato. Ἠγάπησεν accipio ἀορίστως, sine certi temporis nota, ità ut per Præsens reddi non incommodè possit. Et ὅτι est αἰτιολογικὸν illius οὗ χάριν. Nam ideo hoc & huic similia facta magni à Deo æstimantur, ità ut eorum spe peccata remittat, quia facta hæc magnæ sunt dilectionis. Est ergò hæc verborum Christi παράφρασις, Hujus, inquam, facti ergô, ut hoc, nimirum, fieret, Deus dignatus est illi gratiam facere peccatorum, quæ, ut dicis, & magna & multa sunt: neque id immeritò; nam, quod ex hoc facto apparet, & me,

† G.
[t] T.
[v] Bru.
[x] Me. sim. Fe.
[y] Pi.
[z] Be.
[a] Q in G.

me, & in me Deum, ardentissime illa diligit. Quòd si minus illi condonatum esset, ut tu minus tibi condonatum putas, minùs quoque diligeret, ut tu minùs diligis. Vides ergò consilii Divini æquissimam rationem[b]. Particula ὅτι in S. S. significat non tantùm *quia, quoniam*, sed *ideo, propterea*[c]: ut Joh. 14. 17. ubi Christus, cùm promisisset illis, sub conditione amoris atque obedientiæ, Paracletum, v. 15, 16. subjungit, impios ipsum non posse recipere, quia eum non nôrunt: *vos autem*, inquit, *nôstis eum*, ὅτι παρ' ὑμῖν, &c. *ideo*, vel *ob hanc causam*, (quasi esset διότι, vel διὰ τοῦτο,) *vobiscum manet, atque erit*: hoc enim effectum est vel consequens prioris, non verò causa sive antecedens, ut adventus Paracleti antea memorata est tanquam consequens & merces amoris ac obedientiæ. Sic & Marc. 9. 28. ὅτι manifestò significat διὰ τί, *quamobrem*. Contrà, διότι ponitur pro ὅτι, Heb. 11. 23. 1 Pet. 1. 24[d]. Hujus causa est, quòd Heb. כי, (cui respondet ὅτι*,) promiscuè sumitur pro ὅτι & pro διότι[f]: ut apparet ex Gen. 22. 17. Psal. 116. 10. collat. cum 2 Cor. 4. 13. (ubi vertitur διὸ) Eccles. 8. 6[g]. ac proinde apud hos Scriptores unum pro altero ponitur[h]. Solent nimirum Hellenistæ verba Græca accommodare notioni vocum Heb. aut Chald. quibus respondent: quæ *lingua Hellenistica* dicitur[i]. ¶ *Cui autem minus dimittitur, minùs diligit*] Id est, Mulier hæc, quia multa & gravia peccata sibi dimissa esse interiùs sensit, vehementiùs dilexit, & in hæc ejus externa signa & officia erupit. Tu verò officiorum exhibitione minùs diligis, quia, cùm te justum existimes, non putas magnum tibi debitum fuisse condonatum. Tacitè insinuat Christus, se Deum esse, & quia peccata remittit, & quia se creditorem illum pium esse indicat, cui majora exhibuisset Pharisæus amoris signa, si plus dilexisset[k].

48. *Remittuntur*,&c. Ἀφέωνται,&c.] *Remissa sunt*,&c. Be. Pi. Bru. Sed præt. est pro præs[l]. Pridem remissa sunt per me, qui cum ea potestate in mundum veni. Nam hæc aut addidit Christus, aut vultu gestúque significavit, ut sequentia ostendunt[m].

49. *Quis est hic*, &c.] Sunt [hæc verba] vel, 1. Pharisæorum calumniantium; q. d. Quàm audax & blasphemus est[n]? Vel potiùs, 2. aliorum qui in eodem convivio erant admirantium: quod significare videtur vocula καί· ut sensus sit, Quis aut quantus hic est qui etiam dandæ veniæ jus habet? Simile loquendi genus est infrà 8. 25. Matth. 8. 27. Marc. 4. 41. quibus locis manifesta est admirandi significatio[o].

50. *Fides tua*, &c.] Quâ credidisti me hanc remittendi peccata potestatem habere[p]. Fidem hujus opponit incredulitati convivarum, notans eos quòd hoc exemplo in propriam salutem non uterentur[q]. Noli superciliosos istos censores metuere; noli te indignam meo contactu existimare: Fides tua pœnitentiam operata pridem te à vitæ prioris criminibus absolvit, ut explicat Tertul. & Clem. Alex. [Verba vide in G.] ¶ *Vade in pace*] Abi felix, & felicitatis tuæ conscia & certa[r].

[b] G. [c] Med. l. 4. ep. ft. 17. p. 938. sic Ham. [d] Ham. [*] Med ib. [f] Ham. ex Med. [g] Med. [h] Ham. [i] Med. [k] Me. [l] Bru. [m] G. [n] Pi. [o] G. [p] Bru. ex Tito. [q] Bru. [r] G.

CAP. VIII.

1. DEinceps; ità Be. Pi. &c. Ἐν τῷ καθεξῆς] Supple χρόνῳ· Hellenismus[a]. *In deinceps*, Mo. ¶ *Iter faciebat*; ità Er. Il. Mo. &c. Διώδευε] *Vadebat*, Ca. sic Ar. in Di. Malim, ob præp. διὰ, *peragrabat*, vel *permeabat*: quod non malè Syrus, *circuibat*. Significat, pertransire ab uno termino ad alium. Hesychius, διώδευον, πέρασον, *transi*. Gloss. διοδεύω, *commeo*, i.e. ultro citróque eo[b]. ¶ *Per*, &c. Κατὰ πόλιν, &c.] *Oppidatim & vicatim*, Be. Pi. Ca. *Per civitatem*, &c. Mo. Bru. Enallage numeri, pro κατὰ πόλεις[c]. *Per singulas civitates*, &c. Er. Il. &c. Κατὰ distributivè cùm num. sing. construitur, Act. 2. 46[d]. Nè quis Judæus præteritum se queri posset, non urbes tantùm obit Christus, in quas ex agris conveniri Sabbatis solebat, sed domi suæ omnes invisit*. ¶ *Duodecim* (nempe Apostoli[f],) *cum illo*] Sub. *erant*, Bru. Ut ab ipso acciperent docendi formam[g]: non quòd docerent præsente Magistro. Id enim cum veteri more pugnabat[h].

[a] Pi. [b] Di. [c] Pi. [d] Be. [*] G. [f] Eru. [g] G. sim. Eru. [h] G.

2. *Mulieres aliquæ*] Scil. cum ipso erant, eum peragrantem sequebantur[i], Præceptori suo, more gentis, ministrantes facultatibus suis[k]. ¶ *Maria — Magdalene*] Sic dicta, vel, 1. à loco, non quidem originis, sed habitationis ipsius, *Magdala*, in Galilæa: vel, 2. q. d. מגדלא, *Magdela*, vel *Megaddela*, i. e. *plicatrix capillorum muliebrium*: qualem, Christi coævam, memorant Thalmudistæ[l]. Eadem porrò erat *Maria Magdalena* quæ alibi dicitur *Maria soror Lazari*[m]; ut constabit duobus argumentis[n]. 1. *Mariam, sororem Lazari*, unctùram fuisse corpus Christi mortui, prædictum est Joh. 12. hoc autem præstitum à *Magdalene* refert Marcus[o]. 2. Alioquin Maria soror Lazari nihil præstitit circa mortem & pollincturam Christi; id quod de muliere tam pia & Bethaniæ, prope Hierof. habitante, credi non potest. Duæ enim tantùm *Mariæ* memorantur, *Magdalene*, & *mater Jacobi & Salomes*, Marc. 15. 40[p]. ¶ *Septem dæmonia*] Non opus est figuram quærere, nec in voce δαιμόνια, cùm præcedat πνευμάτων πονηρῶν· nec in numero septenario, cùm etiam plures Dæmones unum hominem obsederint, ut qui se *Legionem* vocabant[q]. Numerus certus hîc pro incerto. Si autem *Maria* hæc eadem sit quæ *peccatrix*, cap. præced. tum per Dæmonia intelligi videntur vitia, quæ Judæi & *dæmonia* vocant, ut in Joma, *Malus affectus est Satan*: in Gittin, *Ebrietas — est dæmonium*. Præsertim cùm ea ibidem vocetur *Peccatrix* potiùs quàm Dæmoniaca†.

3. *Uxor Chuzæ*] Quòd quidam hinc argumentum petunt, Licere uxoribus viros à fide alienos deserere, non video quid certè habeat. Credibilius, aut uxorem dici quæ vidua fuerit, aut maritum non alienum fuisse à pietate: ut solet Deus rimulis quibusdam in aulas, alioqui nimiùm sibi præclusas, penetrare. Nam & in Neronis aula non defuere qui Christianismo faverent, Phil. 4. 22[r]. ¶ *Procuratoris*] Ità Er. P. Be. Ca. Pi. &c. Syrus vertit, רב ביתה, οἰκόνομον· rectiùs Latinus, *procuratorem*. Nam quem Latini *Cæsaris procuratorem*, Græci ἐπίτροπον, vocant: ad quod exemplum hîc λογισθεὶς Herodis eodem vocabulo dictus est†. Fuit hic quasi vicarius Herodis in ipsius Tetrarchia, summæ rerum administrandæ Præfectus[t]. Malim ego facultatum Præfectum, quàm Provinciæ Præsidem, hîc intelligere. Hesychius Ἐπίτροπος, ὁ προεστὼς χωρίων, &c. *prædiorum, & universæ substantiæ, & pupillorum, curator*. Sic & Arabs, *thesaurarii*[v]: administratoris rei familiaris[x]. ¶ *Susanna*] A *lilio*: nam שושנים, sunt κρίνα Phœnicibus, ut rectè inquit Scriptor Etymologici: sed & Persis, ut notat Athenæus: unde urbs *Susa*; & unguentum σούσινον, τὸ κρίνινον. ¶ *Ministrabant ei*, &c. Αὐτῷ] Αὐτοῖς habent Græci Codices optimi[y]: ità 4 vet. cod[z]. & Syrus, & Latini exemplaria quædam[a]. *Eis*, i.e. Christo & Discipulis ejus[b]. More Judaico mulieres, viduæ præsertim, solebant Magistris necessaria suppeditare[c]: quod sequuti sunt Apostoli inter Judæos. Paulus inter Gentes omisit, nè sinisterioris sermonis ansam præberet. Maluit autem Christus admittere hoc beneficium quàm cum Apostolorum comitatu gravis esse ignotis ad quos adventabat[d].

4. *Cùm*, &c. Συνιόντος, &c.] *Cùm conveniret*, &c. Ti. Be. P. &c. *Conveniente autem*, &c. Mo. ¶ *Et de*, &c. Καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων, &c.] *Et secundùm civitatem advenientibus*, &c. Mo. *Et à singulis civitatibus properarent*, vel *venirent, ad eum*, Er. Il. Sy. & Vulg. in Di. sim. Pers. Æth. *Et civitatum incolæ adventarent*, Be. *Et qui in singulis urbibus* (vicinis scilicet: vel, *passim in urbibus*, nempe Galilææ: κατὰ πόλιν hîc, ut v. 1*.) *erant, proficiscerentur*, P. Pi. Ità post τῶν subauditur ὄντων· quod necessarium non esse, rectè intellexit Arabs, qui, τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων, jungens per καὶ cum præced. συνιόντος, [locum sic] vertit, *Et congregata est ad eum turba multa, & qui venerunt ad eum ex omnibus urbibus*. Ad verbum Græca sic vertas, *Conveniente autem turbâ multâ, &* (subaudi, *convenientibus*) *qui oppidatim proficiscebantur ad eum*[f]. Ex urbibus omnibus, ut in quamque advenerat, everriculi more multos auditores secum trahebat admirabili doctrinæ efficaciâ[g].

5. *Aliud*, Ὃ μὲν] Genere masculino, ut referatur ad nomen σπόρος[h]. Al. ὃ μὲν, οὐδέτερος, (genere neutro,) ut ex sequentibus apparet: i.e. ὃ μὲν μέρος τοῦ σπόρου[i]. ¶ *Et conculcatum est*] Hæc *conculcatio*, ut quidam rectè monent,

[i] Bru. [k] Mal. ex Hi. [l] Li. chron. 34. 28. [m] Li. ib. ex Baron. [n] Li. [o] Li. ex Baron. [p] Li. chron. [q] G. † Li. ho. [r] G. † Idem. [t] Be. [v] Di. [x] Bru. [y] G. [z] Be. [a] G. [b] Be. [c] G. ex Hi. [d] G. [*] Pi. [f] Di. [g] G. [h] Pi. [i] G. sim. Pi.

monent, significat consuetudinem mundi ad pietatis præcepta callum obducentis [k].

6. Et, &c. Καὶ φυὲν ἐξηράνθη] *Et enatum* (vel, *exortum*, Ca. vel, *cùm germinâsset*, Ar.) *aruit*, Er. Ti. Pi. sic Il. Be. Pi. &c. Non caruit omni vividâ vi: nam enasci cœpit, ἐξανέτειλε, inquit Matthæus [l]. ¶ *Quia non habebat humorem*; ità Er. Il. P. Be. Pi. sic Ca. Mo. &c. vel, *terram*, Ar. in Di. vel, *radicem*, Pers. Æth. ἰκμάδα] Humor hauritur radice; radix profundam terram postulat. Ideo in unum hæc recidunt, ἐκ ἔχειν ἰκμάδα, quod dicit Lucas, quæ est causa proxima τ͂ ξηραίνεσθαι &c. ἐκ ἔχειν ῥίζαν, quod Marcus; &, ἐκ ἔχειν βάθ☉ γῆς, quod Matthæus. Sic de vitiis dixit Poeta, *Et mala radices altiùs arbor agit*. Loca arida sunt infructuosa, Jer. 17. 6 [m].

7. Et, &c. Καὶ συμφυεῖσαι, &c.] *Et simul enatæ*, &c. Be. Pi. &c. Bene notat Lucas *enatum* hoc *semen*, sed *simul enatas spinas*, ut duplicem in homine uno frugem significaret; quarum quæ mala est, ni statim evellatur, bonam opprimit. Quærenti cuidam cur spinæ & lolia uberiùs quàm frumentum nasceretur, responsum est, Quia *terra spinarum mater esset, frumenti noverca*, i. e. spinas suâpte sponte proferret, frumentum non nisi humanæ industriæ conatu provocata. Idem de humano ingenio non ineptè dixeris: nam ea quæ carnis sunt, ob naturale commercium corporis, sponte & sine labore profert; ad meliorem frugem consitione, culturâ & labore, opus habet [n].

9. *Interrogabant*, &c. Ἐπηρώτων—λέγοντες τίς εἴη, &c.] Τὸ λέγοντες non legunt Sy. Vulg. & duo vet. cod. nec convenit, nisi pro εἴη legas ἐστι, ut sit recta oratio [o]. Id fecit Arabs, *Interrogârunt—dicentes*, *Quæ est hæc parabola* [p]? i. e. Quid significet aut docet? Quid mysterii in se continet [q]?

10. *Cæteris*] Sub. *loquor*, Be. Pi. sim. Tre. Pers. vel, sub. *omnia fiunt*, quod addidit Marcus [r].

11. *Est*, &c. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή] Pro, ἡ δὲ παραβολὴ ἐστι τοῦτο, *Parabola autem est hoc*, i. e. hujus rei signum sive imago †. ¶ *Semen est verbum Dei*] Quod propterea λόγον ἔμφυτον Jacobus vocat, 1. 21 [t].

12. *Nè*, &c. Ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν] *Nè credentes* (vel, *credendo*, Be. vel, *quum crediderint*, P.) *serventur*, Er. Il. Ti. Mo. &c.

13. *Recedunt*] Ità Er. sic Be. Pi. A fide aut fidei professione [v]. Ἀφίστανται] *Absistunt*, P. Mo. *Offenduntur*, Di. ex Sy. & Ar. *Deficiunt*, Ti. V. A Deo & Christo [x].

14. *Qui audierunt*, & *à*, &c. Καὶ ὑπὸ μεριμνῶν—πορευόμενοι συμπνίγονται] Vox πορευόμενοι valde torsit Erasmum [y]. Redundat hæc vox, ut sæpe apud Matthæum πορευθέντες, c. 9. v. 13. & 25. 16. & alibi: quare & Syrus omisit. Si quid significat, significat processum temporis, nec quicquam ultrà [z]. [Alii hanc vocem cum reliquis vertunt, hoc modo:] *Et à solicitudinibus & divitiis ac voluptatibus vitæ euntes*, sive *profecti*, (*euntes*, i. e. in hoc mundo versantes. Ponitur absolutè *. Vel, *sequentes* illas, V.) *suffocantur*, Er. Il. Ti. Mo. *Eò veniunt ut curis ——suffocentur*, Ca. quasi πορευόμενοι ad progressum temporis referatur [a]. Sic intelligi potest, *Et progressu temporis accrescente divitiarum copiâ*, &c [b]: quæ expositio absurdissima est [c]. Al. *Sed profecti* (vel, *abeuntes*, i. e. simulatque, audito verbo, redierint ad curanda sua negotia. Est enim per trajectionem explicandum hoc Participium, quæ phrasis Lucæ usitatissima est [d].) *à solicitudinibus—suffocantur*, Be. Pi. P. *Et solicitudo——urgent eos*, Æth. Al. *Et dum obruuntur à curis—suffocantur*. Πορεύω significat, ut constat, *ago*, sive *duco*; forsan sign. &c. *copiam adfero*: id enim est πορεῖν & πορίζειν. Vel forsan, πορευόμενοι, pro ἐμπορευόμενοι, ut ad negotiatores hoc pertineat *. Πορεύειν est, *impellere*, *agitare*. Ergò, πορευόμενοι, *qui impelluntur*: unde πορεύεσθαι, *mutari*, apud Lxx ad Job. 29. 20 [f]. Arabs hæc verba cum sequentibus jungit, locumque sic reddit, *Propter divitias & libidines vitæ suæ, quæ ambulantes in iis suffocant, non ferunt fructum* [g]. ¶ *Non*, &c. Οὐ τελεσφοροῦσι] *Nec fructum ferunt*, Pi. sic Sy. Ar. vel, *referunt*, Er. Il. Mo. vel, (quod malim [h],) *perferunt*, P. Ti. Be. Di. Ca. i. e. perfectum & ad maturitatem perductum fructum non ferunt [i]. Hesych. Τελεσφόρ☉, ὁ τελεσφορῶν καθ' ὥραν τοὺς καρπούς, ἢ ὁ τελείους αὐτοὺς φέρων, i. e. *fructus tempore suo*, vel *fructus perfectos*, *proferens* [k]. Τελεσφοροῦσι, i. e. εἰς τέλ☉ ἄγουσι, *rem perducunt ad finem suum*. Homero est annus τελεσφόρ☉, *totus & integer*. Eurip. dixit, ἀρὰς τελεσφόρους, *exsecratione* [s] *quæ ad finem evasissent*, *& perficerent opus suum* [l]. Τελεσφόρα Græcis dicuntur, *quæ fructum ad plenam maturitatem & messis tempus perferunt*. Itaque Lucas ipse τελεσφορεῖν jam interpretabitur non καρποφορεῖν simpliciter, sed καρποφορεῖν ἐν ὑπομονῇ. Hinc tralationem duxit Sophocles de Præsagiis, Εἰ μὴ πέφηνεν ἔνδα, ὡς τελεσφόρα. Josephus quoque τελεσφορεῖσθαι de mulieribus dixit non abortientibus [m]. קדשה, *scortum*, Lxx dicitur τελεσφόρ☉, Deut. 23. 17. quæ scilicet ad finem usque quæstu corporis vitam traducit [n]. Apertè significat Lucas, hos non fuisse planè steriles, sed sterilem habuisse exitum: ἄκαρπ☉ γίνεται, inquit Marcus [o].

15. *In*, &c. Ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ] *In corde honesto ac bono*, Er. Be. Pi. &c. i. e. honestatis & virtutis studioso [p]: egregiè bono: nam conduplicatio facit ad Epitasin [q]: ad verb. *pulchro & bono*: quod non modò bonum videri, sed & esse, studet; ut καλὸς ad externam vitæ speciem, ἀγαθὸς ad animi virtutes, referatur [r]. Græcum est dicendi genus, & ex ipsis Philosophiæ adytis petitum. Græci hominem vocant καλὸν κἀγαθὸν, qui omnibus fortunæ, corporis, animi, bonis ornatus est †. Videtur non sine delectu voce hâc, vulgo quidem tritâ, sed à Philosophis subtiliùs explicatâ, uti Lucas. Nam, cùm de iis disseruisset qui metu incommodorum, aut externorum bonorum nimiâ cupiditate, à virtute distrahuntur, his rectè opponit τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν. Nam, si Aristoteli, aut quisquis est Scriptor *Moralium magnorum*, credimus, καλὸς κἀγαθὸς dicitur *qui perfectè bonus est*, *cui bona sunt quæ bona simpliciter sunt*, *qui divitiis*, *imperio*, &c. *non corrumpitur*, &c [t]. [Verba vide in G.] ¶ *Retinent*] Ità Er. Mo. Be. Ca. &c. i. e. cordi infixum servant [v], nec sine magno certamine [x], ut vox innuit [y]; cum Carne scilicet & Diabolo, id agentibus ut evellant, &c [z]. Κατέχουσι] *Amplectuntur*, Sy. *Conservant*, Camer. Ar. ¶ *Fructum adferunt in*, &c. Ἐν ὑπομονῇ] *In*, vel *Cum*, *patientia*, Mo. Sy. Be. Ca. *Per patientiam*, Tre. P. Pi. *Per tolerantiam*, Camer. Ad verb. *cum persistentia*, i. e. constanter exspectato probationis exitu. Τὸ ὑπομένειν respondet verbo חכה, Dan. 12. 12. unde ὑπομονή, cui opponitur ὑποστολή, Heb. 10. 36, 39 [d]. Hæc vox Hellenistis frequens Constantiam illam denotat quæ inter adversa durat spe meliorum *.

16. *Operit eam vase*, Σκεύει] Generis nomen pro specie posuit. Nam μόδιον significat, quod Matth. & Marc. exprimunt [f].

17. *Non est enim occultum*] Sub. ex Matt. 10. 26. *nè timueritis eos* [g]. ¶ *Quod non*, &c. Ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται] *Quod non sit futurum manifestum*, sive *conspicuum*, Pi. Be. Bru. *Quod non manifestari debeat*, V. Futurum ponitur in significatione ejus quod oporteat fieri, ut sæpe. Itaque mox idem explicat modo Potentiali, εἰς φανερὸν ἔλθῃ [h].

18. *Videte ergò* (quia per vos doctrina mea mundo publicanda est [i]:) *quomodo audiatis*] i. e. Quo affectu, & quo fructu [k]: ut his quæ dico vobis ad utilitatem vestram utamini [l]. ¶ *Qui enim habet*, &c.] i. e. Constanter retinet doctrinam meam, copiosiùs illi dabitur [m]. Succah, fol. 46. 2. *Mensura carnis & sanguinis hæc est*, *Vas vacuum recipit*, *plenum non recipit ampliùs*. *At mensura Dei hæc est*, *Plenum recipit*, *vacuum non recipit*, *sicut dicitur*, *Si audiendo audies*: i. e. *Si audis audies*, *si non audis non audies*. Glossa, *Si ad audiendum te assuefeceris*, *tunc audies & disces & addes*. Non dispar est illud in Berachoth, fol. 55. 1. *Deus non dat sapientiam*, *nisi ei cui est sapientia* †. ¶ *Quod*, &c. Ὃ δοκεῖ ἔχειν] *Quod videtur habere*, Be. Bru. &c. & sibi & aliis [n]: quod initio accepit [o].

19. *Non poterant adire eum*; ità Er. Il. Ti. Æth. Συντυχεῖν αὐτῷ] *Contingere* (vel, *Convenire*, P. Be. Pi. συντυχεῖν, i. e. συνεζεῦχθαι, quo modo etiam accipitur τὸ συνεῖναι, infra 9. 18 [p].) *eum*, Mo. *Loqui* (vel, *Congredi*, Ca.) *cum eo*, Tre. ex Sy. Pers. Di. ex Ar. ex collat. Matth. 12. 46. Συντυχεῖν, sive συντυγχάνειν, sæpe valet, *alloqui*, *colloqui*: unde συντυχία, & συντάξις, *colloquium* [q].

20. Et, &c. Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων] *Et* (sub. *hoc*, P. Be.) *nunciatum est illi*, *dictùmque*, Er. Il. Ti. sub. *à quibusdam*, Ti. vel, *dicentibus*, Mo. P. Be. Pi. sub. *nonnullis*, Be. P. Pi. sic Camer. vel, ὑπὸ τῶν λεγόντων, *ab iis qui dicerent*.

Margin notes: k G. — l Idem. — m Idem. — n Idem. — o Di. ex Ee. — p Di. — q Pi. — r G. — † Pi. — t G. — v Bru. — x V. — y Di. — z G. — * Zeg. — a Be. — b Er. — c Be. — d Idem. — * Er. — f Heins. — g Di. — h Idem. — i Di. ex Be. sim. D. Camer. Ham. V. — k Di. Ham. — l Camer. — m G. — n D. — o G. — p Pi. — q Er. — r Bru. — † Be. — t G. — v Bru. — x Be. Bru. — y Be. — z Bru. sim. Ee. — d Be. — * G. — f Idem. — g V. — h G. — i Bru. — k Be. — l V. — m Idem. — † Li ho. — n Er. — o V. — p Be. — q Di.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70.

dicerent [r]. Rarum est hoc dicendi genus: quod tamen reperias in Plutarcho †. [Vide Be.] Deest personarum notatio; quia facilis est intellectus ex eo quod præcessit, διὰ τὸ ὄχλον. Constructio est ϑεὸς τὸ σημαινόμενον, (*ad sensum* [t].) Duo cod. addunt αὐτῶν, quod ad turbas refertur: τὸ λεγόντων abest in Vulg. & Sy. & cod. nonnullis [v].

22. *In una dierum*] Ità Mo.&c. vel, *Quodam die*, P. Ti. Be. &c. ¶ Καὶ ἀνήχϑησαν] *Et solverunt*, Er. Il. V. sic Ca. *Et provecti sunt*, P. Ti. Be. Pi. Æth. Bru. scil. in altum [x]. Syrus non legit [y]. *Recesserunt*, V. Discesserunt à littore subducti [z].

23. *Obdormivit*; ità Er. P. Ti. Ca. &c. Ἀφύπνωσε] *Et somno se dedit*, Sy. *Et protinus dormivit*, Pers. *Et sopitus est*, Be. Pi. profundissimè, ut declarat geminata illa inclamatio Discipulorum in ipso excitando. Notant Grammatici, ὑπνῶν plus esse quàm καϑεύδειν [a]. ¶ *Et*,&c. Καὶ συνεπληροῦντο] Simillimum loquendi genus isti Virgiliano, —*jam proximus ardet Ucalegon* [b]. Hoc dicendi genus è medio petitum. Alioquin non ipsi complebantur, sed navis [c]. [Sic vertunt:] *Et complebantur*, Er. Mo. P. Be. Di. V. &c. i. e. obruebantur aquis [d]: complebatur eorum navis [*]. Abusivè tribuitur hominibus quod proprium erat navis; ut Joh. 1. 4. de *nave* dicitur, *cogitabat frangi* [f]. *Et unà*, sive *simul, complebantur*, nimirum cum navigio [g]. Al. *Et vicini erant morti*. מלא, συμπληροῦσϑαι, imperfectè usurpatur, ut Job. 15. 32. *ante diem suum* תמלא, *complebitur*, ubi Hellenistæ, φϑαρήσεται, *peribit*; ità h. l. ἐδόκαν συμπληροῦσϑαι, h. e. φϑείρεσϑαι · qui enim periclitantur, Latinè dicunt, *se perire* [h].

24. *Increpavit*, Ἐπετίμησε] Ità Græci vertunt יגער, Psal. 106. 9. ibi de mari, hîc de vento [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῷ κλύδωνι, &c.] *Et fluctuationem* (vel, *fluctus*, Sy. Ar. Ca. *tempestatem*, Er. Il. Ti.) *aquæ*, Be. P. Pi. &c.

26. *Et*, &c. Καὶ κατέπλευσαν, &c.] *Et pernavigârunt*, i. e. perrexerunt navigare, donec transmitterent lacum [k]. *Et enavigaverunt*: id enim est καταπλεῖν, quod Syrus reddidit duobus verbis, *& navigaverunt & venerunt* [l]. ¶ *Quæ est contra*, &c. Ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας] *Contra Galilæam*, Er. Il. Mo. *In opposita ripa Galilææ*, P. Be. Pi. sim. Tre. ex Sy.

27. *Vir*, &c. Ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως] *Ex urbe* (illa scilicet [m]; nempe Gadara [n]:) *vir quidam*, Be. Pi. Intelligendus autem est homo ille non ex urbe venisse id temporis [o], (sed ex monumentis, ut referunt Matt. & Marc. Lucas etiam toto contextu significat, eum in solitudine vixisse [p]:) sed in urbe natus atque educatus fuisse [q]: quod fortè minùs advertit Latinus Interpres, ideóque partem hanc, ἐκ τῆς πόλεως, ut historiæ malè cohærentem, expunxit, & cum eo Syrus & Arabs [r]. ¶ *Dæmonium*; ità & Sy. & Ar. num. sing. ut infrà, v. 29 †. Δαιμόνια] Ità omnes Codices, quod & cum *legionis* nomine congruit [t]. ¶ *Jam*, &c. Ἐκ χρόνων ἱκανῶν] *A temporibus non paucis*, sive *multis*, Be. Pi. &c. ad verb. *sufficientibus*; q. d. jam satis diu [v]. ¶ *Non induebatur*] Feri animalis in morem: itaque mox, cùm ad se rediisset, describitur ἱματισμένος [x]. ¶ *Neque in domo* (sub. *ulla*, Be. Pi.) *manebat*; ità Be. Pi. Ἔμενεν] *Habitabat*, Di. ex Sy. & Ar. quod forsan rectiùs, quia sequitur, *sed in monumentis*; in quibus tamen non perpetuò mansit, nam à Dæmone agitari solebat in deserta, sed ibi domicilium habuit [y].

28. *Quid mihi & tibi*, &c?] i. e. Quid est propter quod tecum disceptare debeam [z]? ¶ *Obsecro te*, Δέομαί σου] Cum gravissima obtestatione, μεϑ᾽ ὁρκισμοῦ, ut ex Marco discimus [a].

29. *Multis*, &c. Πολλοῖς γὰρ χρόνοις] *Nam à multo tempore*, P. Il. Be. Pi. sic Tre. ex Sy. Ar. in Di. &c. i. e. jampridem: confer v. 27 [b]. Al. *Sæpe*, vel *frequenter*, Di. Er. Ti. G. ut apud Marcum est [c]. ¶ *Arripiebat eum*; ità Mo. &c. Συνηρπάκει αὐτόν] *Corripuerat* (vel, *Correptum habebat*, Ca. *Captivum habebat*, Tre. ex Sy. *Insanire fecit*, Æth.) *eum*, Il. P. Be. Pi. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐδεσμεῖτο, &c.] *Et vinciebatur* (vel, *Itaque vinctus* ille, Be. Pi.) *catenis & compedibus* (vel, *pedicis*, Be. Pi. &c.) *custoditus*, Mo. &c. vel, *custodiebatur*, sive *servabatur*, Be. Pi. Er. V. ¶ *Agebatur*, Ἠλαύνετο] *Ferebatur*, Er. *Agitabatur*, Be. Pi. i. e. cum impetu impellebatur, ut equus calcaribus [d]. ¶ *In deserta*] Modò in loca montana, modò in sepulcreta, ut docet Marcus. Montana ἐρήμους dici, alibi annotavimus [*].

[r] Camer. † Be. [t] G. [v] Be. [x] Bru. [y] Di. [z] Er. [a] Be. [b] G. [c] Be. [d] V. [*] Ca. sic D. [f] D. [g] Camer. [h] Heins. [i] G. [k] Pi. [l] Bru. [m] Er. sim. Camer. [n] Er. [o] G. sim. Bru. [p] Bru. [q] G. sim. Bru. [r] G. † Di. [t] Be. [v] Bru. [x] G. [y] Di. [z] V. [a] G. [b] Be. [c] G. [d] Be. [*] G.

31. *In abyssum*, Ἄβυσσον] *Voraginem*, Er. V. vel, *Aquarum profunditatem*, V. Heb. תהום LXX vertunt, ἄβυσσον, & plerumque de mari ea vox usurpatur. Solet tamen & ad alia transferri. Nam & Divina judicia ἄβυσσος vocantur, quia sunt impervestigabilia. Hoc sensu Paulus [Rom. 10. 7.] id quod apud Mosem est, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον, interpretatur, *Christum à mortuis reducere*; quia & ᾅδης, i. e. mortuorum sedes, nobis est impervia [f]. *Abyssi* nomine hîc intelligitur ᾅδης [g], ut vocatur Luc. 16. 23 [h]. vel, ταρταρος, *tartarum*, sive *infernum* [i]; ut 2 Pet. 2. 4 [k]. locus scilicet subterraneus [l], puniendis in æternum reprobis destinatus [m]. Id suadent & vocis significatio, *sine fundo* [n], (nam βύσσα est, *fundus* [o];) & vocis usus, Apoc. 9. 1, 2. & 11. 7. & 17. 8. & 20. 1, 3. & collatio v. 28. & Matt. 8. 29 [p]. Non intelligitur h. l. ᾅδης, sed Tartarus, quæ duo non rectè confunduntur. Nam ᾅδης, ut alibi dixisse meminimus, & infrà repetendum erit, non pertinet ad Dæmonia, sed tantùm ad homines mortuos bonos malósque, & quidem medio duntaxat tempore inter mortem & resurrectionem. *Tartara* autem Græcorum exemplo Petrus dixit eam regionem in qua impuri spiritus ad tempus Judicii, velut captivi, asservantur. Neque dubium est quin idem hîc sit ἄβυσσος. Nam & in Apoc. ἄβυσσον hoc significatu sumi manifestissimum est, præsertim 20. 3. ubi itidem *vinculorum* est mentio, ut apud Petrum. Sed & Græci ταρτάρου ἄβυσσα χάσματα dixere. Nec illis assentio qui aerem esse volunt Tartarum. Nam, si quis Apocalypsis loca cum aliis, quæ diximus, locis attentè conferat, inveniet Dæmonas modò in illum suum carcerem recludi, (quod nè sibi accidat hîc precantur;) modò verò permitti ut nostras regiones invisant: quo tempore nisi humana, aut bestiarum, corpora obsideant, in aere ferme vagari solent, unde δαίμονας ἀεροφοίτους Græci etiam dixere, & Paulus hanc Dæmonibus à Deo concessam potestatem vocat *potestatem aeris*, & alibi, *spirituales nequitias in locis cœlestibus*, idque ex vetustissima Hebræorum sententia, quam & in Libro Aboth expressam est invenire. Ubi locorum sit Tartarus, aut ἄβυσσος, cujus hîc fit mentio, nihil valde opus est indagare. Si quis tamen modestæ conjecturæ est locus, malim extra hunc mundum aspectabilem eum ponere, ut & regionem beatorum spirituum, quàm, cùm quibusdam, in centro terræ, quod ferme perinde est quasi nuspiam dicas. Ipsa certè vox ἄβυσσος vastitiem quandam præ se fert. Et videri potest τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ideo dici quòd extra hunc orbem sit qui in usus nostros est conditus. Nec malè fortè huc referas illud Joh. 12. 31. *princeps hujus mundi ejicietur forás* [q].

32. *Rogabant*, &c.] Vide malitiam, astutiam, & impudentiam, Diaboli [r].

35. *Sedentem*] Placidum quietúmque hunc gestum opponit priori insanæque ejus discursationi per devia ac deserta. Servius, ad Æn. 9. *Sedentium animi tranquilliores sunt* †.

38. *Et*, &c. Ἐδεῖτο δὲ] Ità legit & Syrus: multóque id præstat lectioni alteri [t], ἐδέετο δὲ, ut impressit Frobenius [v]. *Rogabat autem*, V. sic Er. &c. ¶ *Dimisit*; ità Be. Pi. &c. Ἀπέλυσε] *Ablegavit*, Er. V. Bru. Sed ἀπολύειν hîc non est, *dimittere*, sed, *non admittere*; ut 1 Joh. 4. 18. ἐκβάλλειν non est, *ejicere*, sed, *non recipere*: ad quem locum notata vide [x].

39. *Civitatem*] Illam unde erat oriundus [y]: nempe Gadaram, cujus incola fuit, suprà 27 [z]. sed & per urbes circumsitas, ut Marcus docet [a]. *In Decapoli*: inter cujus oppida numeratur *Gadara*, Phil. 5. 18. Nulla ergò hîc pugna [b].

40. *Excepit*; ità Pi. Be. &c. Ἀπεδέξατο] *Gratanter excepit*, G. sim. Camer. ea enim est vis vocis, ut Act. 15. 4. & 18. 27 [c]. unde ἀποδοχῆς ἄξιος, 1 Tim. 1. 15. dignus qui gratus acceptúsque sit [d].

42. *Annorum duodecim*] Quæ ætas periculosissimis morbis obnoxia, διὰ τὴς ἡλικίας τροπήν, (*propter ætatis conversionem* [*];) ideo charior, quia jam grandior & florescens ætate [f]. ¶ *Moriebatur*] Jam erat in agone, moribunda [g]. Ἀπέϑνησκεν] i. e. Ἔμελλεν ἀποϑνήσκειν · nondum enim mortuam fuisse, cùm pater exiret, tota historia loquitur, præcipuè id quod est infrà, v. 49. *Mori* Philosophis consistit ἐν στιγμῇ. At populariter loquendo *mori* dicitur qui morti vicinus videtur [h]. ¶ *A turbis*, &c.

Ὄχλοι

[f] G. [g] Q. in G. sic Be. Bru. [h] Bru. ex Be. [i] Bru. D. Ham. [k] Bru. [l] Pi. sic Bru. [m] Bru. [n] Ham. [o] Bru. [p] Ham. [q] G. [r] Be. † Pri. [t] G. [v] Be. [x] Pri. [y] G. [z] Ee. [a] G. [b] Be. [c] G. [d] Camer. [*] G. [f] Bru. [g] Pi. [h] G.

Ὄχλοι συνέπνιγον αὐτὸν] *Turbæ coarctabant eum*, Er. Il. &c. vel, *premebant*, Tre. ex Sy. simil. Mo. *suffocabant*, Ca. Hyperbole. Sensus est, Συνέθλιβον, (*comprimebant*,) ut apud Marcum est [i].

43. *Substantiam*; ità Er. Il. Tre. ex Sy. &c. Τὸν βίον] *Vitam*, Mo. *Victum*, P. Be. D. Pi. Βίος, tum *vita*, tum id quo vitam tuemur, h.e. victus. Notum illud, Βίος βίω δεόμενος οὐκ ἔστι βίος. Significat *facultates*, sive *possessionem*, ut Marc. 12. 44. Luc. 15. 30 [k]. Lucas & hîc & alibi βίον vocat quod Marcus dixit τὰ παρ' ἑαυτῆς, קנינה, κτῆσιν, ut vertit Syrus; *substantiam*, rectè Latinus. Nam *victus* nomen angustius est quàm ut hanc significationem impleat. Vide infrà 15. 30 [l].

45. *Te*, &c. Συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι] *Comprimunt* (vel, *Constringunt*, Er. Il. P. Sy. V. sic Be. Pi. vel, *Coarctant*, Er. V. *Obsident*, Ar. *Angunt*, Ca. *Distringunt*, Er.) *te & affligunt*, Mo. &c. vel, *opprimunt*, Sy. P. *comprimunt*, Ar. sic Ca. Pi. *coarctant*, Ti. *elidunt*, Be.

46. *Tetigit me*] Ex proposito, idque non vulgari modo [m].

47. *Quia*, &c. Ὅτι οὐκ ἔλαθε] *Se* (vel, *Rem*, Bru.) *non latuisse*, Be. Bru. sim. Di. ex Sy.

49. *Ad*, &c. Παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου] *A principe*, sive *præfecto*, *synagogæ*, Er. V. Be. Pi. &c. i.e. ab ædibus ejus [n], ut est in Marco [o].

51. *Et*, &c. Εἰσελθὼν δὲ, &c.] *Ingressus verò*, &c. Be. sic Bru. Pi. &c. Sed Aoristus hîc per Futurum verti debet, ut sit idem quod *intraturus*. Liquet id ex Marco. ¶ *Petrum & Jacobum & Johannem*] Hunc ordinem nominum ponunt Syrus & Latinus; quod sequendum puto, cùm & Græci Codices accedant [p].

52. *Et*, &c. Καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν] *Plangebant eam*, Pi. &c. Eadem locutio infrà 23. 27. Breviter dictum, pro, ἐπ' αὐτῇ, ut Apoc. 1. 7. & 18. 9. Hebræi quoque plenè dicunt, ספד עליו; brevius, ספד לו, quod Lxx vertunt, κόπτειν αὐτὸν, ut 1 Reg. 14. 13. vide & Gen. 23. 2. & alibi [q].

54. Ἐκβαλὼν ἔξω πάντας] Exstat hoc in omnibus cod. Græcis [r], in omnibus nostris vet. cod. duobus exceptis, qui cum Vulgato mirificè consentiunt [†]; in Syro quoque & Arabe [t]. Abest autem in Vulgato [v]: videtur ex Matt. & Marc. additum [x]. Credibile est, omissum à Latino, quòd non videret quomodo hoc conciliari posset cum eo quod narratur, parentes puellæ miraculo adfuisse: quod alios etiam postea torsit: cùm nulla esset difficultas, repetitis, post πάντας, ex præc. his vocibus, τοὺς κλαίοντας καὶ κοπτομένους [y]. Ab his deridebatur, eósque idcirco domo, ubi eos repererat, ejecit [z]. At dictum suprà v. 51. quod Jesus non passus est turbam ingredi, quomodo ergò turba hîc *ejecta* [a]? Resp. Turbam ibi intelligit quæ cum Jesu advenerat. Alios ergò non passus est ingredi, alios verò intus repertos domo ejecit [b].

55. *Et*, &c. Καὶ ἐπέστρεψε, &c.] *Et reversus est spiritus*, &c. i.e. anima [c]: ergò non evanuerat, sed emigrârat, ac proinde immortalis est [d]. Providè hoc adjecit Lucas, ut obiter doceret, animum humanum non esse κρᾶσιν, (*temperamentum*,) corporis, nec aliquid quod cum corpore intereat, sed αὐθυπόστατόν τι, (*quid per se subsistens*,) quod post exitum vitæ mortalis alibi est quàm ubi corpus. Id enim docet vox ἐπέστρεψε. Ubi sit non refert scire. Satis est, esse in Dei manu, cui morientes pii spiritum suum commendant recipiendum corpori in hora resurrectionis: Cujus imaginem & pignus ista miracula præbebant [*]. ¶ *Surrexit*] Ut verè revixisse, & perfectè sanatam esse, constaret: cadavera enim jacent, &c [f].

i G. k D. l G. m Bru. n Bru. ex Sy. sim. Pi. o Bru. p G. q Idem. r Er. † Be. t G. v Be. x Er. sic Bru. y G. z Be. a Er. b Be. c Pi. d Be. * G. f Be.

CAP. IX.

1. *Duodecim*, &c.] Non dubito hîc legendum, τοὺς δώδεκα αὐτοῦ [a], ut Sy. & Th. legunt [b]. Differens Codicum lectio, cùm alii adjiciant μαθητὰς, alii (inter quos Arabs) ἀποστόλους, indicio mihi est, utrumque natum ex interpretamento. Solet autem Lucas Apostolos nominare *Duodecim* sine adjectamento, ut 8. 1. infrà v. 12. & 18. 31. & 22. 3, 47. Act. 6. 2. ut & Paulus, 1 Cor. 15. 5 [c]. ¶ *Virtutem*, &c. Δύναμιν καὶ ἐξουσίαν] *Virtutem* (vel, *Vim*, Ca. Pi.) *ac potestatem*, Mo. Tre. ex Sy. Ar. Pers. Æth. *Potestatem & authoritatem*, Er. Il. P. Ti. vel, *jus*, Be.

a G. b G. ex Be. c G.

2. *Prædicare — & sanare*, &c.] Miracula non sunt separanda à Verbo [d]. Multi enim sæpe miracula ediderunt per Dæmonas, sed tunc eorum doctrina non erat sana [*].

3. *Neque*, &c. Μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν] *Neque* (vel, *Neque singuli*, Mo. sic Val. Er. Pi. ἀνὰ distributionem hîc declarat: deest tamen in uno Codice [f].) *binas*, sive *duas*, *tunicas* (i. e. vestes mutatorias [g]: vel, vestimenta intelligit quæ homini bene vestiendo satis sunt. De re ipsa ad Matthæum vide [h].) *habete*, Er. Il. P. Ca. Be. Pi. sic Ti. simil. Tre. ex Sy. Pers. Ar. vel, *habere*, Mo. Pi. &c. infinit. pro imperat. more Græcanico [i]. Quod durum, cùm præcedat αἴρετε, & sequatur μένετε [k]. Sed hæc Enallage Græcis usitata est, Hesiod. μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖσθαι ἑταῖρον, pro ποίησον, vel ποίησαι. Quin & cum Imperativo alio talis Infinitivus nonnunquam copulatur. Vide Sophoc. Tyr. v. 470. ubi conjunguntur λογίζου & φάσκειν, (pro φάσκε,) ut h. l. αἴρετε & ἔχειν [*]. Al. Ἔχειν, sub. δεῖ, *oportet habere*: Ellipsis [l]. Al. Pendet, ni fallor, ex illo quod præcessit, αἴρετε· ut sensus sit, Neque tantum vobiscum sumite ut singuli bina vestimenta habeatis [m]. In uno cod. scribitur, ἔχετε, in alio [tantùm,] μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας· ut αἴρετε repetatur ἀπὸ τοῦ κοινοῦ [n]. Ordinarius Judæi amictus erat טלית, *Talith*, vestis exterior, & חלוק, *Hhaluck*, interior. Quidam autem Judæorum ex religiosiori severitate vestem tantùm unam ex his sibi indulgebant. Id & hîc Christus his præcepit, quamvis hoc iter foret opus hyemale: (nam ab eo redierunt paulò antè Pascha. Confer infrà 10. cum Joh. 6. 4.) quo ostendere voluit Christus, tum specialem ipsius providentiam in suis tuendis; tum humilem & minimè pomposum Regni cœlorum statum [†].

4. *Intraveritis*] Divertendi, sive hospitandi, causâ [o]. ¶ *Indè nè exeatis*] Ità in quodam [Græco] Codice scribitur [p]. Καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε] Apparet ità legisse Græcos & Syrum [q]: quare retinenda hæc locutio [r]. *Et indidem*, vel *illinc*, *exite*, G. Be. Pi. &c. cùm scilicet migrandum erit [†]. Sensus est, Manete ibi dum urbe exeundum sit [t]: uno hospitio utimini [v]. Hebraica est dicendi forma [x], quâ monet ut unis tantùm utantur ædibus [y]. q. d. Illic manete quando domi manendum fuerit, & indè exite quando domo exeundum fuerit, quamdiu scilicet in eo oppido hæseritis [z]. Vel, *& ibi manete, introeuntes & exeuntes*, vide ad Act. 1. 21. ut notetur non tantùm conversatio cum hominibus in illa domo, sed & officii Apostolici administratio [†]. *Et illinc exite*, sub. *in publicum causâ prædicationis*, *eódem tamen reversuri causâ hospitii* [a]. Eadem est sententia, sive addatur, sive omittatur, negatio. Vetat enim nè hospitium mutent [b].

5. *Exeuntes*] Scilicet *vos*. Sermo ἀνακόλουθος, *inconsequens*: nam præcessit, Καὶ ὅσοι, &c. pro, Καὶ εἴπης, &c. *Et si qui non receperint vos*. ¶ *Testimonium supra illos*, Ἐπ' αὐτοὺς] Pro καθ' αὐτῶν, *adversus ipsos*, scilicet in die judicii [c].

7 *Et*, &c. Καὶ διηπόρει] *Et hæsitabat*, Er. Mo. P. Be. Pi. &c. vel, *dubitabat*, Ca. *perplexo animo erat & ancipiti*, V. sim. Bru. impeditus quasi in luto tenebatur, ut πόρον, *exitum*, invenire non posset [d]: *mirabatur*, Tre. ex Sy. *obstupuit*, Ar. *mirans hæsitabat*, Pers. *defuit ei quid diceret*, Æth. Vox hæc Lucæ attonitam quandam *admirationem* significat, infrà 24. 4. Act. 2. 12. & 5. 24. & 10. 17. Quare non malè hîc, ut & alibi, vertit Syrus מתדמר; Latinus, *consternatum esse*, dicto loco, 24. 4. alibi, *stupere*. Fama miraculorum & judiciorum de Jesu diversitas ità illum percellebant ut quid crederet nesciret [*]. ¶ *Johannes*] Ità sententiam ipsius Sadducaicam excussit horror conscientiæ ob cædem Johannis [f].

8. *De antiquis*] Puto ἀρχαίους dici Prophetas qui antea vixissent, & id opponi eorum sententiæ qui Jesum Prophetam quidem, sed novum neque antehac visum, existimabant. Posses alioqui intelligere ἕνα τῶν ἀρχαίων unum ex iis qui ante Eliam fuissent, putà Samuelem. Nam & Hebræi Prophetas distinguunt in antiquiores & recentiores [g].

9. *Quis — iste*, &c?] Eadem quidem docens, sed non Baptizans, ut Johannes; miracula autem edens, quod non fecit Johannes. ¶ *Quærebat videre eum*]

Ut

d Be. * Th. in Be. f Be. g Zeg. ex Er. h G. i Zeg. ex Er. k Be. * Schl. l Pi. m G. n Pi. † Li. ho. o Bru. p Be. q G. sim. Bru. r G. † G. sim. Be. t G. v Ca. x Bru. ex V. y V. z Bru. † Sch. a Zeg. b Bru. ex Be. c Pi. d Be. * G. f Li. chron. 46. 36. g G.

Ut ex vultu aliisque indiciis dignosceret an Johannes esset [h]: neglexit tamen, nec vidit, nisi sub mortem, Jesu, Luc. 23. 8 [i].

10. *Secessit*; ità Er. Mo. P. Be. &c. Ὑπεχώρησε] *Duxit eos solos*, Tre. ex Sy. sim. Æth. ¶ *In locum*, &c.] In locum qui in dominio erat municipum Bethsaidensium [k]. Nominatur *desertum Bethsaidæ*, vel quòd in ejus agro censebatur, vel quòd occurrebat iis qui Tiberiade Bethsaidam proficiscebantur [l].

11. *De regno Dei*] Amplectendo, & quæ eò pertinent mysteria [m]: de Rege à Deo misso; q. d. Dicebat se esse Messiam, Regem olim à Deo promissum. Res pro persona [n].

12. *Dies autem*, &c.] Nempe artificialis, qui κλίνειν, (*inclinare*,) dicitur, propter inclinationem Solis versùs Horizontem [o]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ τοὺς ἀγρὺς, καταλύσωσι] *Ut abeuntes* (vel, *profecti*, Ca.) *in circumjacentes vicos & agros* (sub. *illuc*, Be. Pi. sim. Tre. ex Sy.) *divertant*, P. Be. Pi. Tre. Mo. &c. vel, *divertentur*, Perf. Ca. i. e. recipiant se in diversoria [p]. Lexicon vetus, Καταλύω, καταλύομαι, *divertor*: vide Sirach. 14. 22, 24, 25. & 27. 9 [q]. Propriè est, *dissolvere* [r]: de nautis dicitur redeuntibus à mari ad portum †: deinde de viatoribus [t], curru vectis, qui equos solvunt, cùm veritum est ad diversorium [v], κατάλυμα indè dictum, Luc. 2. 7. & 22. 11 [x]: deinde catachresticè de peditibus, &c [y].

13. *Nisi*, &c. Εἰ μήτι] *Nisi*, Er. Be. P. &c. *Nisi tamen*, Sy. *Nisi fortè*, Ca. *Si non quid*, Mo. Exceptio πρὸς τὸ σιωπώμενον· de quo loquendi genere alibi actum est [z]. Subauditur, *nulla spes est eos pascendi* [a]. Formula loquendi absurdum quid aut ἀδύνατον sequi significat [b].

14. *Facite*, &c. Κατακλίνατε αὐτοὺς κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα] *Facite discumbere illos discubitus* (vel, *per discubitus*, Er. V. Tre. ex Sy.) *per quinquagenos*, Mo. vel, *per singulos quosque discubitus quinquagenos*, Be. Pi. &c. nempe in latitudinem: nam in longitudinem discumbebant centeni, Marc. 6. 40 [c]. Κλισίας vocat quæ Marcus συμπόσια, 6. 39 [d].

15. *Et*, &c. Καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας] Sic legunt Syrus, & plerique cod. Græci [*]. Alii legunt, ἅπαντες; quod malim [f]. [Hinc variant:] *Et discubuerunt illi omnes*, Be. Pi. P. Æth. *Et fecerunt discumbere omnes*, Er. Il. Tre. ex Sy. G. Sic & multa Latina exemplaria habent. Expositio ejus quod præcessit, ἐποίησε. Nam ἀνακλίνειν, ut modò κατακλίνειν, sumitur transitivè [g].

16. *Et*, &c. Εὐλόγησεν αὐτοὺς] *Benedixit eis*, Be. Pi. &c. nim. *panibus* [h]: i. e. gratiis actis, multiplicavit illos [i]. Vel, αὐτοῖς, i. e. ἐπ' αὐτοῖς [k], ut ad Matthæum satis dictum est [l], ut in meo vetustiss. cod. legitur [m]: *super ipsis*. Sic certè Judæi hodie loquuntur, *benedicere super pane*, *super vino*, &c [n]. Dicitur & *sacrificium benedici*, 1 Sam. 9. 13. & *cibus sanctificari*, 1 Tim. 4. 5. cùm tamen hæc benedictio ad Deum potiùs & convivas pertineat [o].

18. *Solus*; ità Er. Il. Tre. Καταμόνας] *Seorsim*, Be. Pi. &c. *In secessu*. Vide quæ ad Marcum hoc loco, qui ipse alibi simili planè modo vocem hanc, καταμόνας, usurpat, ut turbam, non ut Discipulos, excludat, c. 4. v. 10 [p]. ¶ *Erant*, &c. Συνῆσαν αὐτῷ] *Erant cum eo*, Er. Il. Tre. &c. *Adfuerunt ei*, Be. *Aderant unà cum eo*, Ca.

22. *A*, &c. Ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων] Pro, ὑπὸ τῶν, &c. frequente præpositionum permutatione in his scriptis [q].

23. *Quotidie*] Hoc non legitur in Complut. edit. nec in 5 vet. cod. nec in aliis Evangelistis [r]. Agnoscunt tamen Syrus, Arabs, Latinus. Retinendum omnino †. Emphasin habet: q. d. Ut dies diem, ità crux crucem, excipit [t]. *Quotidie*, i. e. quacunque oblatâ occasione [v].

25. *Si*, &c. Κερδήσας] i. e. Ἐὰν κερδήσῃ, ut Matth. & Marc. loquitur. Sic interdum resolvitur Participium. Homer. Il. 1. ἐπὶ μοῖρα μόρσιμη (?), i. e. ἐάν τις ἀλλὴ· Subjicitur enim, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι [x]. ¶ *Seipsum*] Popularis expositio ejus quod dixit, *animam ejus*, ut Syrus hìc habet: neque enim corpus excluditur [y].

26. *Qui*, &c. Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με, &c.] *Quem enim puduerit mei*, Be. Pi. Diximus ad Marcum, aliud esse quàm quod Latini dicunt, *erubescere ora*, *preces*, *fidem*: nam ibi *erubescere* est, *revereri*; hìc contrà significat, *aversari ob sortem abjectam*. Quare circumlocutione opus est [z].

28. *Ferè dies octo*] Sub. *intercesserunt*, Bru. ex Be. q. d. sub. finem diei septimi [a]. In Matth. & Marc. *sex*, exclusis duobus terminis; hìc *octo*, iis inclusis [b]. Vide ad Matthæum [c].

29. *Refulgens*; ità Er. Mo. Be. &c. Ἐξαστράπτων] *Emicans*, P. *Effulgurans*, Er. V. sic Ca. *Instar fulguris coruscabat*, Perf. sic Ar. Er.

30. *Moses & Elias*] Ille Judæorum, hic Gentium, primus Propheta [d]: ille ut Legislator, alter ut Legis interpretum Princeps; uterque enim Christo ministerium exhibentes, cui serviunt Lex & Prophetæ [*].

31. *Visi*] Scil. Discipulis. Anticipatio: nam præcessit id quod sequitur, v. 32 [f]. ¶ *In*, &c. Ἐν δόξῃ] *In* (vel, *Cum*, Bru.) *gloria*, Bru. Pi. &c. i. e. induti gloriâ, h. e. gloriosâ specie [g]: magnam auctoritatem præ se ferentes [h]. ¶ *Excessum*; ità Er. Il. Ἔξοδον] *Exodum*, P. Mo. Be. Ca. *Expeditionem*, Bru. *Exitum*, Ti. Be. Pi. Bru. sic Tre. ex Sy. &c. scilicet vitæ [i], i. e. mortem [k], & resurrectionem [l]. Usitatum fuisse genus hoc loquendi Hellenistis ab aliis abundè ostensum est. Sed & apud Latinos *exitus* & *excessus* pro *morte* passim occurrunt [m], ut apud Ciceronem de Legibus, & apud Valer. Max. & Quintilianum, Plinium, &c. Sic & 2 Pet. 1. 15 [n]. Potest hæc locutio iis annumerari quæ vetustissimam de animorum immortalitate traditionem consignant, cujus generis aliquot observatæ sunt à Tertulliano. Neque tamen displicet eorum conjectura qui allusum putant ad Israelitarum ἔξοδον ex Ægypto. Nam sicut illis Exitus ex Ægypto initium fuit libertatis, unde Joseph dicitur μνημονεύσαι τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· ità & Mors, Christo, via ad gloriam; & Christi exemplo, nobis: unde & Christiani veteres amârunt mortem ἔξοδον dicere, quod videre est apud Iren. Clementem atque alios [o]. Non tantùm mors, sed & ascensio Christi in cœlum, ἔξοδος ejus erat; præsertim si in voce sit allusio ad exitum ex Ægypto, qui in triumpho erat, &c †. ¶ *Quem*, &c. Ἣν ἔμελλε πληροῦν] Sic Act. 14. 26. ἔργον ὃ ἐπλήρωσε [*]. *Quem futurum erat ut impleret*, sive *perficeret*, veritate réque ipsâ suâ morte allatâ, quam Moses olim cœperat in figura & umbra [p]. *Quo futurum erat ut defungeretur*, P. Be. Pi. sim. Ca. Mors enim Christo imposita erat instar muneris, quo ipse defunctus est, &c [q].

32. *Gravati erant somno*] Sic & Homerus, —βεβαρηότες ὕπνῳ [r]. Hinc verisimile fit, nocte contigisse transfigurationem Jesu †.

33. *Cùm*, &c. Ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι, &c.] *Quum illi discessissent*, &c. P. vel, *discederent*, Be. Pi. sim. Mo. Ca. vel, *cœpissent discedere*, Tre. ex Sy. sic V. vel, *discedere vellent*, Perf. Ar. cùm pararent abitum [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ποιήσωμεν, &c.] i. e. Ἵνα ποιήσωμεν [v]. *Atque* (sub. *adeò*, Be.) *faciamus*, Be. Pi. *Faciamus igitur*, V. ¶ *Nesciens*, &c.] Præ stupore, ut Marcus notat [x].

34. *Intrantibus illis* (i. e. Mose & Eliâ [y], Jesu quoque, & ejus Discipulis [z],) *in nubem*] Unde novum aliquid, insolitum, & Divinum, præsagiebant [a].

36. *Nemini dixerunt in illis diebus*] Vel, *per id tempus*, i. e. ante resurrectionem Christi, Matt. 17. 9 [b].

38. *Respice*, &c. Ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου, ὅτι μονογενής ἐστί μοι] Ità legisse Latinum apparet. At Sy. & Ar. sic, Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ· υἱός μονογενής ἐστί μοι· ut initium hoc sit sequentis narrationis. Consulant vetustos Codices Græcos si quibus copia sit [c]. [De Syra Versione vide Di.]

39. *Clamat & Elidit*] Post κράζει Latinus legit, καὶ ῥήσσει, quod interpretamentum esse videtur ex Marco additum, aut ex eo quod infrà est 42. Syrus id ipsum habuisse videtur ante illud, καὶ ῥήσσει [d]. ¶ Καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ] *Et* (sub. *spiritus*, Be.) *discerpit* (vel, *convellit*, Ti.) *eum spumantem*, Be. Pi. vel, *cum spuma*, Er. Il. P. Ti. Mo. &c. *existentem*, Pi. Significat jactationem membrorum cum interioribus gravissimis cruciatibus [*]. *Et stridet dentibus suis*, *& lacerat*, Tre. ex Sy. Pro, σπαράσσει αὐτὸν, Syrus legit, τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ, ex Marc. 9. 18 [f]. Ut ad Marcum dixi, videtur Syrus vocem ἀφροῦ, & verbum indè derivatum, ἀφρίζειν, non intellexisse. Nam apud Marcum bis aliud verbum reddidit; nec minùs hoc loco, nisi valde discrepaverint Codices. Spumare furentium est, testibus Euripide, Philostrato, Lucano †. [Quorum verba vide in G.] ¶ *Et*, &c. Καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ' αὐτοῦ, συντρῖβον αὐτόν] *Et vix* (vel, *ægrè* Bru. sim. Ham.) *discedit ab ipso*, *conterens* (vel, *conterendo*, Ti. *dilanians*, Er.

Margin notes (col. 985): h G. i Bru. k G. l Be. sim. Bru. m Bru. n V. o Sch. p Be. sim. Camer. q D. r Pi. ex Be. † Ham. t Ham. sim. Be. v Be. sim. Pi. x Be. y Pi. z G. a G. sim. Be. b Be. c Pi. d Be. * Di. f Be. g G. h Camer. i V. k G. Be. l G. m Be. n D. o Be. p G. q Camer. r Be. † G. t Be. v V. x Be. y G. z Idem.

Margin notes (col. 986): a Bru. b D. ex Scal. c G. d Li. chron. 41. * G. ad v. 31. f Bru. g Pi. h Bru. i Pi. k Er. V. Ca. D. Be. G. l Val. Pi. &c. m Pi. n G. o Val. o G † Li. ho. * G. p Bru. q Be. r G. † Bru. t Idem. v G. x Idem. y Be ex Sy. z Bru. Pi. a Bru. Idem. b Pi. ex Be. c G. d Idem. * Be. f Di. † G.

Ca. *allidens*, V. *postquam contrivit*, Tre. ex Sy.) *eum*, Mo. P. Il. Be. Pi. vel, *atterente*, seu *conterente*, *eum*, Be. nam quidam cod. habent, συντρίβον ἑ, quod non temere rejiciendum: subaudiendum enim τὸ πνεῦμα. Solet quippe interdum Genitivus eo modo, i.e. absolutè, ut loquuntur, usurpari, etiam ubi Nominativo uti licebat[h]. Solent morbo comitiali laborantes membrorum convulsione caput cæteráque membra terræ illidere, adeóque se totos atterere[i].

43. *Stupebant omnes in*, &c. Ἐπὶ τῇ μεγαλειότητι, &c. *Ob*, (vel *Ad*, Camer. *Super*, Be. Pi.) *magnificentiam* (vel, *majestatem*, V. Camer. Sic Er. Pi. vel, *magnificâ virtute*, Be. Pi.) *Dei*, i. e. quam ostendebat Deus per Christum suum[k]. *Mirifica* Dei *facta* vocantur μεγαλεῖα, Act. 2. 11. eorúmque effectrix, virtus cœlestis, μεγαλειότης dicitur[l].

44. *Ponite in cordibus vestris*, Εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν] Sic legunt etiam Syrus[m], & Arabs[n]. *In aures vestras*, Be. Pi. &c. i. e. Diligenter auscultate[o]. ¶ *Sermones istos*] Vel, 1. quos dicturus sum. Avocat Discipulos à consideratione rerum magnificè à se gestarum, vanæque hominum laudis, ad ignominiæ suæ brevi futuræ, &c[p]. Vel, 2. populi admirantis & prædicantis hoc miraculum; q. d. Non semper me ità laudabunt, sed tandem crucifigent[q].

45. *Ut*, &c. Ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό] *Ut* (vel, *Adeò*, *ut*, Be. Pi.) *non intelligerent istud*, Er. Il. Ti. V. &c. vel, *perciperent*, Be. Pi. vel, *sentirent*, P. Mo. Ca. Æth.

46. *Intravit*, &c. Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς] *Intravit autem cogitatio in eos*, Vulg. Sy. Ar. Di. Er. &c. ex collat. v. seq[r]. Al. *Incidit autem* (vel, *Intraverat*, vel, *Subierat*, V.) *disceptatio*, sive *disputatio*, (ut hæc vox sumitur, Phil. 2. 14. 1 Tim. 2. 8. Ideo mox cogitationes indicaturus discriminis causâ dixit διαλογισμὸν τῆς καρδίας[†]. *Disceptationem* fuisse apparet ex Marc. 9. 34[t].) *inter eos*, Be. Pi. ¶ *Quis*, &c. Τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν] *Quis* (vel, De hoc *quisnam*, Er. *Nimirum* hæc, *Quinam*: Τὸ, ὁρικῶς ponitur[v]. τὸ hîc valet, *nimirum*, aut *videlicet*, ut infrà 22. 2. Xenophon, ἐρωτώμενος δὲ τὸ ποδαπὸς εἴη. Sic & τὸ πῶς posuit noster infrà 22, 4. & Act. 4. 21[x].) *esset eorum maximus*, Be. Pi.

48. *Puerum istum*, ità Ar. Pi. Bru. &c. Τοῦτο] i.e. Τοιοῦτο, ut apud Matthæum. Tale est, ——— *amor omnibus idem*[y]. *Ejusmodi*, Di. ex Sy. sic Be. ut est Mat. 18. 5[z]. Similem, moribus scilicet[a]. ¶ *Minor*] i. e. Humilior, ut ex Matthæo apparet[b]. ¶ *Hic major est*] Legit ἔσται, quod rectius puto[c]. Ἔσται] Retinendam puto hanc lectionem, quam agnoscit & Syrus. Nam de futuro præmio Christus loquitur, & *Regnum* intelligit gloriam Regni post resurrectionem. Vide quæ ad Matthæum[d].

49. *Quia non sequitur* (sub. *te*, V. Be. Pi. G. ex Sy.) *nobiscum*] Non unà nobiscum te sectatur. Marcus, οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, i. e. *non est in nostro comitatu*[*]. *Quia non secutus est nos*, Ar. Id rectum: nam ἀκολουθέω tripliciter construitur, 1. cum Dativo, ut passim: 2. cum ὀπίσω, *post*, ut Matth. 10. 38. *qui non sequitur post me*, i. e. me: 3. cum μετὰ, *cum*, ut [h. l. &] Apoc. 14. 13. *sequuntur cum ipsis*, i. e. ipsos[f].

50. *Nolite*, &c. Μὴ κωλύετε) *Ne prohibete* illum, Be. Pi. In duobus cod. statim subjicitur, οὐ γὰρ ἔστι καθ' ὑμῶν, *non est enim contra vos*: deinde subjicitur, ὃς γὰρ οὐκ ἔστι, &c[g]. ¶ *Adversus vos*] Ἡμῶν legerunt cum Latino Syrus quoque & Arabs, ut ad Marcum monui[h]. Καθ' ἡμῶν] *Adversum nos*, Be. Pi. &c.

51. *Dum*, &c. Ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ] *Interim dum expleretur*, sive *compleretur*, (i.e. dum laberetur, & appropinquaret fini[i]: non enim tempus completum h. l. significat: sed mox implendum. Fuit enim hæc ultima ipsius ascensio Hierosolymam[k].) *tempus quo sursum reciperetur*, Be. Pi. P. vel, *assumptionis*, (vel, *ascensionis*, Sy. Perf. Æth. Ar. Di. ut 2 Reg. 2. 11. עלה, *ascendit*, Lxx reddunt, ἀνελήφθη ergò & מעלה, *ascensus*, verti potest per ἀνάληψις[l].) *ejus*, Er. Il. Ti. Mo. Ca. &c. i. e. quo sursum recipiendus erat[m], in cœlum[n]: nam ἀνάληψις de ascensione Christi in cœlum usurpatur, Marc. 16. 19. Act. 1. 11. 1 Tim. 3. ult[o]. nec non apud Euseb. 2. 1, 2 ||. De voce ἀναλήψεως diximus ad Marc. 16. 19. Haud dubiè ex usu Hellenistarum nihil aliud significat quàm *ad Deum recipi*. Itaque & de Mose, & de Elia, usurpatur, quanquam illi neutiquam eo modo sunt recepti quomodo Christus[p]. Mirum, cur *ascensionis* potiùs quàm *passionis* fiat mentio, cùm hæc non paulò ante mortem ejus dicta sint[q]. Resp. 1. Per *ascensionem* intelligit & mortem, quæ præcedere debebat[†]: illam autem nominat, tum quia ea magis decebat Christi majestatem, tum quòd Christus eam magis jam ponit ob oculos quàm passionem, juxta Heb. 12. 2[r]. 2. Quid si receptus Syris euphemismus sit mortem vel mortis speciem designans? Certè ἀναλαμβάνειν est, ὑψῶν. Hesych. Ἀνάλημμα, ὕψωμα· quod est זקף Syris, qui ἀνάληψιν in cœlum verbo סלק exprimunt. Et *crucifixio* ὕψωσις vocatur Job. 8. 28. [& Joh. 3. 14. & 12. 34.] Et vix dubitandum quin ἀνάληψις h. l. idem sit quod alibi Lucæ est τελείωσις, quæ est πληρώσις· quod ἀνάλημμα dixerunt Hellenistæ[†]. Huc facit illud, ἐὰν ὑψωθῶ, dictum de crucifixione ejus, Joh. 12. 32. & quòd *crux* Syris dicitur זקיפא, à זקף, *erigere*, sive *elevare*[t]. Πληροῦσθαι & συμπληροῦσθαι, Hellenistis, ut מלא Hebræis, interdum Terminum, interdum Tempus à termino non nimis remotum, significat, quomodo hîc (sicut & Gen. 25. 24.) sumi necesse est. Neque tamen tam longè hæc profectio à morte Christi (quod initium ἀναλήψεως) abesse potuit, ut post eam redierit in Galilæam, iterúmque novum iter Hierosolyma susceperit, quod quidam existimant. Nam si non hoc tempore Christus ad mortem subeundam profectus est, quæ erit emphasis in eo quod sequitur, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε; Movit multos quòd Lucas in sequentibus non pauca narrat multò ante iter hæc ultimum gesta. Sed jam sæpe vidimus ex occasione multa ab eo narrari, posthabitâ temporis serie. Idem hîc contigit, nec causam conjectare difficile est. Nam, cùm duo insignia Christi monita Lucas narrâsset, quorum prius ad vitandam Ambitionem, alteram ad vitandam Invidiam, Apostolus hortabatur, commodum esse locum credidit adjiciendæ monitionis tertiæ adversùs Ultionem; quæ quò intelligeretur rectiùs, adjecit facti circumstantias unde in eum sermonem deventum fuerat. Sic & quæ sequuntur historiæ, de tribus hominibus à Christo vocatis, non putandæ sunt ad unum idémque tempus pertinere, sed in unum locum conjectæ sunt ob argumenti similitudinem, ut quæ intercedere soleant vocationi impedimenta compendio intelligeretur. Quibus pertractatis, redit Lucas ad filum historiæ; & vocationi Apostolorum, unde hoc caput inchoaverat, subjicit vocationem aliorum ο'[v]. ¶ *Faciem*, &c. Τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε] *Faciem*, vel *Vultum*, (vel *Sese*, P.) *direxit*, Be. Tre. vel, *paravit*, sive *aptavit*, Di. ex Sy. & Ar. vel, *firmavit*, sive *obfirmavit*, Er. Il. Ti Mo. Æth. Pi. Usurpant hanc locutionem ο'. in Ezec. & Jer. ut alii notârunt. Alibi dicunt, ὑποστῆναι τὸ πρόσωπον, ut Lev. 17. 10; ὑφιστάναι προσώπῳ, Prov. 21. 29; ἑτοιμάζειν τὸ πρόσωπον, Ezec. 4. 3; Symmachus, ἐτόλμησε προσώπῳ, Prov. 7. 13. Sunt autem voces mediæ, quæ plerisque locis obstinatam inverecundiam, hîc verò, & apud RR. non rarò, firmam animi constantiam denotant[x]. Heb. הכין, ut Jer. 42. 15. Ezec. 4. 3[y]. vel שום[z], vel נתן. Vide Lxx ad Jer. 21. 10. Ezec. 14. 8. Alibi dicitur, העז פנים[a]. Sed hoc non lego nisi in vitio positum, ut Prov. 7. 13. & & 21. 29[b]. Imò & in laude ponitur. In lib. Aboth. c. 5. *Esto obfirmatus* (*vultu*, ut exponunt) *in morem pardi*. Dicunt etiam, עז פנים, in verbis Legis[c]. Al. *Propositum firmum fecit*, Perf. Hellenistæ illud, *posuit faciem suam*, vertunt, ὥρμησεν· similiter & 2 Par. 20. 3. Στηρίζειν, τιθέναι, διδόναι πρόσωπον, cum vehementia τὸ פנה exprimunt: hoc autem idem est quod ἐπιστρέφειν, *convertere*. Quia verò ut plurimùm ad animum refertur, hinc fit ut πρόσωπον nihil aliud quam ὁρμὴν, h. e, *voluntatem* atque institutum, denotet[d]. Sensus loci, q. d. Toto exteriori habitu ac gestu præ se tulit & declaravit, statutum ac definitum sibi esse eò ire[*]: firmiter sibi proposuit eò proficisci[f]: nec jam, ut antè, ex uno oppido in aliud perrexit, &c[g]. Vel sic, Significat, eum certo jam moriendi proposito se in viam dedisse[h], animúmque suum ità contra mortis metum obfirmâsse ut nullum metûs indicium in facie appareret[i].

52. *Misit nuntios*] Fortè Johannem & Jacobum, qui non nominantur[k]. ¶ *In*, &c. Εἰς κώμην, &c.] *In vicum*, sive *oppidum*, (vel, *castellum*, Val. Er. V.) *Samaritanorum*,

[g] Be. ex Fr. [h] G. [i] Be. [k] V. [l] Bru. [m] Bru. sic G. [n] G. [o] V. [p] Bru. [q] Pi. [r] Di. [†] Be. [t] Be. sim. V. Bru. [v] Camer. [x] G. [y] G. [z] Di. [a] Bru. [b] G. [c] Be. [d] G. [*] G. [f] Di. [g] Be. [h] G. [i] Bru. sim. V. Pi. [k] Be. [l] Di. [m] Bru. [n] Bru. sic Camer. Pi. &c. [o] Pi. sim. Bru. || Pi.

[p] G. [q] Heins. [†] V. sim. Bru. [r] Bru. [†] Heins. [t] Ham. [v] G. [x] G. [y] Be. [z] D. ex Be. [a] D. [b] Be. [c] D. [d] Heins. [*] Bru. [f] Pi [g] Bru. [h] Be. [i] Pi. [k] G.

norum, Bru. Be. Pi. Quidam cod. habent πόλιν, *urbem*. Sed præfero κώμην [l]: ut legunt Th. & Tertul. qui *viculum* vertit, Syrus quoque & Arabs: nam קריה illis magis est κώμη quàm πόλις [m]. & infrà est, ἑτέραν κώμην [n]. Nec movere quenquam debet quod quidam interrogat quomodo ex vico potuerit Christus excludi. Neque enim vi hospitium occupare Christus volebat; & satis excludit qui hospitium negat. ¶ *Ut*, &c. Ὥστε ἑτοιμάσαι αὐτῷ] Similis locutio Marc. 14. 15 [o]. *Ut pararent ei*, Be. Pi. Ca. Er. Il. sic Mo. Ti. &c. sub. *hospitium*, sive *diversorium*, Be. Tre. Ca. Camer. &c. Sic apud Hebræos usurpari solent verba ἐλλειπτικῶς. & ità ponitur τὸ παρασκευάζειν, Act. 10. 10 [p].

53. *Et non receperunt eum*, (hospitio, quòd fortè polliciti erant nuntiis, sed, cùm exciti famâ adventantis Jesu, egressique ei obviàm, viderent id quod sequitur, repulerunt eum [q]:) *quia*, &c. Ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον, &c.] *Quia facies ejus erat proficiscens* (vel, *euntis*, Vulg. sim. Be. Etsi nihil in Græco textu contra Codicum fidem emendare ausim, tamen scribendum puto πορευομένου [r].) *Hierosolymam*, Di. ex Ar. sim. Bru. i. e. ἔστησε τὸ πρόσωπον, &c. ut hîc vertit Syrus, aut ἔδωκε, ut est apud Lxx, Jer. 42. 15. aut ἐπέθηκε, ut 2 Reg. 12. 17. Nam hæc omnia itineris apparatum significant. Sensus est, *Manifestus erat vadens Hierosolyma versus* †: habitu, gestu, modo agendi, præ se ferebat speciem euntis, &c. nec usquam hærebat, docebat, aut miracula patrabat. Erat autem jam tempus Scenopegiorum, cùm Judæi undique Jeros. confluerent [t]. Facies ejus ità erat directa ut indè appareret eum proficisci. Metonymia subjecti: nam in facie non erat profectio, sed signum profectionis: nisi malis esse Synecdochen membri, ut ex facie intelligatur totum corpus [v]. Πρόσωπον omne id quod exterius spectatur, aut indicium præbet, Hebræi vocant. Sic 2 Chron. 32. 2. τὸ πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ πολεμῆσαι, &c. & simili sensu 1 Sam. 17. 11. τὸ πρόσωπόν σου πορευόμενον, &c. nempe ad prælium [x]. *Facies ire* dicitur, ut vox *ambulare*, Gen. 3. 8 [y]. Ut oculi *loqui* dicuntur qui innuunt quod dictum velis, ità facies *ire* dicitur quæ præ se ferat iter aliquò destinatum esse [z]. Usitata hæc phrasis est Hebræis, ut 2 Sam. 17. 11. *Facies tua proficiscatur*, &c. i. e. tu ipse proficiscaris. Nam פנים, πρόσωπον, pro ipsa persona sæpe sumitur; unde, *fugit à facie ejus*, i. e. ab eo; & sæpe apud Lxx, ἐδεήθη τοῦ προσώπου τοῦ Κυρίου, *oravit faciem Dei*, i. e. Deum ipsum: ità & h. l. *facies ejus*, i. e. ipse [a]. Videtur ex hoc loco posse colligi, Samaritas humaniùs cum Judæis egisse quàm Judæos cum Samaritis. Nam de Judæis dicit Johannes simpliciter & indiscriminatè, οὐ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις. at Samaritæ hîc hospitium negant Christo ejúsque sectatoribus, non quia Judæi erant, quod certè ex sermone eorum qui missi erant, aut etiam ex habitu, poterant colligere, ut apparet Joh. 4. 9. sed quia Hierosolyma ibant religionis causâ, eo ipso profitentes, eum locum esse adorationi peculiariter dicatum; quod erat præcipuum controversiæ caput inter Judæos & Samaritas. Quare, non mirum est, si in rebus ad eam controversiam pertinentibus noluerunt Samaritæ Judæis quicquam commodare. Nam extra hanc controversiam videntur, ut dixi, Samaritæ Judæis non negâsse ea quæ humanitatis ratio postulabat. Ideo Samaritis mulier aquam Christo petenti non negat; magis eam à se posci miratur. Et in fabula Hominis vulnerati ponit Christus Samaritam Judæo, non Judæum Samaritæ, subvenientem. De ipsa Judæorum & Samaritanorum controversia opportunior erit dicendi ad Johannem locus [b]. Samaritæ transitum sive hospitium aliis Judæis Jerosolymam ad festa sua proficiscentibus non negârunt, (tunc enim non fecisset Jesus illac iter,) sed Jesu tantùm, tanquam celebri Doctori, à quo gravius tulerunt sacra sua reprobari, &c [c].

54. *Vis dicimus*, Εἴπωμεν] *Dicamus*, i. e. jubeamus [d]. ¶ *Ut*, &c. Πῦρ καταβῆναι, &c?] Ità Lxx, 2 Reg. 1. 10. in Eliæ historia, & quidem in vicinis Samariæ locis*. ¶ Ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε;] *Ut etiam Elias fecit*, Be. Pi. nempe Pseudoprophetis [f]: potiùs duobus πεντηκοντάρχοις. nisi vetus traditio fuerit duos illos agminis duces fuisse Pseudoprophetas: quod non est incredibile [g]. Hæc verba non leguntur in Vulg. nec in quodam cod [h]. Agnoscunt autem Sy. & Ar. & Tertullianum apparet suo tempore ità legisse. Urgebat enim Marcio hunc locum, cui argumento ille respondet. Quare credibile est in Latinis ab aliquo expunctum, qui verebatur nè locus hic Marcioni faveret: quæ causa alios movit ut & sequentia delerent [i]. Justum hoc putabant, quia & Jesus major erat Eliâ, & injuria illi quàm huic gravior illata [k].

55. *Nescitis cujus*, &c. Οἰκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς] Hoc comma cum sequenti deest in manuscripto qui in Anglia est, fortè quod exscriptori hæc asperius dicta viderentur [l]: desunt etiam in 5 vet. cod [m]. *Qualis spiritûs vos sitis*, Be. Pi. ad quem spiritum pertineatis & à me vocati sitis [n], quis spiritus vos doceat [o]: sub qua œconomia sitis, non illa V. T. sed N. T. ubi celsiorem dilectionis gradum, &c. docemur. Sic *spiritus servitutis* & *adoptionis* dicitur duplex illa œconomia sive ratio agendi cum hominibus; 1. servilis, sub Lege: 2. liberalis, sub Evangelio*. Sed planius simpliciúsque est ità interpretari, Nescitis quis vos spiritus habeat atque agat: putatis vos agi Spiritu tali quali olim Elias, adde etiam Phinees, Samson, Samuel, Elisæus, qui forti animo Dei judicia exercuerunt: sed erratis. Habetis quidem *zelum*, sed non *secundùm scientiam*, & qui proinde humani est affectûs, non Divinæ motionis: quod probat ratio sequens [p]. Non animadvertitis, vos agi spiritu vitioso, nempe iræ [q], & ultionis privatæ [r]. Sciunt qui in Hebræis literis versati sunt quàm latè pateat *spiritûs* nomen. Origine suâ *ventum* significat; ob cujus subtilitatem, quæ visum fugit, ad alia transfertur; primùm ad substantias: nam Deus, Angeli boni malique, deinde ipse Hominis animus, eo vocabulo nuncupantur: deinde ad accidentia; nam Fames & Pestis πνεύματα vocantur, Ecclus. 39. 33. 34. Ità & Paulus JC[tus] dixit, *statua uno spiritu* continetur, L in rem. Digestis de in rem vindicatione; quod Conon Mathematicus dixerat, ὑπὸ μιᾶς ἕξεως. Sed maximè usitatum est ut pro Affectibus animi ea vox ponatur: quomodo *spiritus* κατανύξεως, Rom. 11. 8. Ità usurpatur רוח, Prov. 29. 11. Ezec. 13. 3. & alibi. Scriptor libri Sapientiæ *sapientiam* esse ait φιλάνθρωπον πνεῦμα. Sic Clemens libro de Prophetia πνεύματα vocat *qualitates animæ* †. *Spiritum* hîc vocat *consilium*, sive *propensionem animi*, quam προαίρεσιν vocant [t]. *Spiritum* hîc vocat Hebræorum more [v],) internum animi motum [x], ad virtutes aut vitia [y], profectum partim ab ipso animo, partim ab externa vi Spiritûs Sancti, vel immundi [z]. Sic *spiritus timoris & potentiæ & amoris*, 2 Tim. 1. 7. affectus illos denotant, &c [a]. [Qui plura velit de variis *Spiritûs* significationibus, adeat Ham. ad hunc locum.]

56. *Filius enim hominis non venit* (in hunc mundum à Patre missus [b],) *animas*, &c.] Id est, vel vitam [c], vel *corpora*: *Anima* pro *corpore*, ut Gen. 9. 5. Num. 6. 7. & 19. 11, 13. & 31. 46 [d]. vel homines*. נפשות sunt ipsi Homines, non sola pars potior: atque id exigit hoc loco verborum connexus †. Ψυχὰς ἀνθρώπων, &c.] *Animas hominum*, Be. Pi. &c. Ἀνθρώπων deest in cod. quibusdam [f], & Syro & Latino [g]. Interpretamentum ergò videtur, antiquum tamen, quando & Arabs ità legit. Videtur autem hæc ἀπολογία ità cohærere superioribus, Spiritus qui verè est Divinus optimè discernit momenta temporum: Vester, quo nunc agimini, id non facit: Non est igitur Divinus. Probatur assumptio, Quia ratio temporum exigat lenitatem multò majorem quàm quæ communiter exhibita esset Prophetarum temporibus; quippe cùm ipse Messias missus esset non ad exercenda severa judicia, sed ad homines, quamvìs peccatores, servandos, adeò nulli eam in rem parsurus operæ, ut semet ipse ei negotio esset impensurus. Spiritus Legis *spiritus timoris* dicitur, accommodatus illorum temporum rationi; Spiritus Christi, quem sequi debebant Apostoli, *spiritus mansuetudinis & lenitatis*. Quanquam, si quis res ipsas, etiam sepositâ temporum ratione, examinet, multum intererat inter id quod fecit Elias & id quod faciendum censebant Apostoli. Illo tempore aulæ mancipia, quibus satis constabat Eliam esse Prophetam Dei, ut obsequium suum Regi ad profanos cultus delapso probarent, Prophetam ad Regem vinctum pertrahere studebant in veræ religionis ludibrium: Nunc illi qui per secula aliquot à majoribus illud acceperant, Colendum esse Deum in Templo Garizitano, quotidianis insuper Judæorum in se contumeliis irritati, ea officia Christo incognita negabant

[l] Be. [m] G. [n] G. sic Be. [o] G. [p] Be. [q] Bru. [r] Be. † G. [t] Bru. [v] Pi. [x] G. [y] D. [z] Er. [a] Di. [b] G. [c] Bru. [d] Be. Bru. * G. [f] Tert. & Ambros. in G. [g] G. [h] Be.

[i] G. [k] Bru. [l] G. [m] Be. ad v. 56. [n] Bru. [o] Q. in G. sim. Bru. * Ham. [p] G. [q] Pi. [r] Pi. sim. Camer. † G. [t] Camer. [v] Be. [x] Be. Bru. [y] Bru. [z] Bru. sim. Be. [a] Ham. [b] Bru. [c] Be. [d] D. * Be. D. † G. [f] Be. ex Er. [g] G. sic Be.

quæ pugnabant cum avita ipsorum superstitione: miserandus magis erat hic error quàm acerbè ulciscendus. Habet quidem & Evangelium sua ultimæ necessitatis tela, quæ in Ananiam Petrus, in Elymam Paulus, exercuit: sed usi iis sunt Apostoli ubi nulla esse suspicio poterat iracundiæ semet sub Dei obtentu vindicantis; qui color nimiùm plerisque imponit. Usi sunt in præfractæ malitiæ homines, quibus nulla species ignorantiæ patrocinabatur[h]. Deelarat Jesus hoc Apostolorum petitum nec muneri suo congruere, quod erat peccatores ad salutem per pœnitentiam trahere; nec vocationi ipsorum, qui ejus Discipuli sunt & cooperarii ad miserendum & salvandum. Cùm autem se nominat *filium hominis*, tempus humilitatis suæ designans, venturum innuit tempus gloriæ, quo rebelles puniet, &c. ¶ *In aliud castellum*] Vel, *oppidum*, ejusdem regionis, sed cujus incolæ minùs pervicaces[i].

57. *Ambulantibus* (vel, *Euntibus*, Be. Bru. &c.) *illis in via*] Quodam tempore, quod propiùs describi nihil attinebat. Visum enim Lucæ connectere ὁμοῦ γενέα[k].

59. *Permitte mihi ——— sepelire patrem meum*] Sed durum videri possit hoc vetari[l]. Verùm τὸ θάψαι hîc denotat, vel, 1. ad mortem usque curam gerere aut nutrire[m]: vel, 2. illa omnia quæ ad sepulturam pertinebant, ritus omnes Judaicos, de luctu 7 dierum ante sepulturam, & annuo post eam, aliáque planè inepta, &c. Non ergò pietatem hîc vetat Christus, sed impietatem; sed & insuper, nè tanto tempore vel retrò abeat, vel cedat, qui ad predicationem Regni Dei se admitti postulabat[n].

60. *Sine ut mortui*, &c.] Nempe spiritualiter[o], sive in peccatis, h. e. improbi. Dictitant Hebræi, *Improbi in vita sua vocantur mortui*. Hierocles, Θάνατος, &c. (*Atheismus atque impietas est mors creaturæ ratione præditæ.*) Sanè qui propter morum vitia è Pythagoreorum schola ejecti erant, *mortui* credebantur[p]. In Chetubboth, fol. 3. 2. *Populi terrarum* (i. e. Ethnici) *non vivunt*. Atque hi inter suos etiam sic æstimati †. ¶ *Annuncia regnum Dei*] Officio sepeliendi mortuos munus prædicandi vitam æternam egregiè opponit[q].

61. *Permitte mihi primùm renunciare*, &c. Ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου] *Ut valedicam iis qui* (vel, *quæ*, Er.) *sunt Domi meæ*, Be. Pi. &c. i. e. domesticis meis[r], vel rebus sive negotiis meis domesticis †. Nam & *hominem*, & *voluptates*, *valere* jubemus[t]. Dubitant quidam de Personis an de Rebus hoc sit intelligendum. Mihi manifestissimum videtur intelligi debere de personis. Nam ἀποτάξασθαι, de rebus usurpatum, est, *pro derelictis habere*: quod nullam temporis moram requirit, cùm solo animo possit expleri: At de personis est, *valedicere*, quomodo Lucas non uno loco usurpat. Atque ità interpretati sunt Syrus & Arabs, & Tertul. [cujus verba vide in G.] Accedit quòd omnino hæc historia ad veterem Elisæi historiam alludit. Nam is, ad Propheticum munus ab Elia injectu togæ vocatus, spatium salutandi parentes oravit; in qua historia etiam Jos. posuit ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Voluit igitur Christus ostendere Evangelicum ministerium, quantò majus Prophetico esset, tantò etiam avidiùs arripiendum nullâ interpositâ cunctatione. Locutio, εἰς τὸν οἶκον, pro ἐν οἴκῳ, tam sæpe occurrit ut monere supervacuum sit. Non alienum ab hoc loco est quod de Indis narrat apud Porphyrium Bardesanes qui Samanæis (Sapientum id nomen) accenseri volebant, οὔτε πρὸς γυναῖκα, οὔτε πρὸς τέκνα, εἰ τύχοι κεκτημένος, ἐπιστροφὴν ἤ τινα λόγον πεποιηκέναι, (*Neque ad uxorem neque ad liberos, si quos habere contingat, vel revertisse, vel sermonem cùm iis ullum ampliùs habuisse.*)

62. *Nemo*, &c. Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν, &c.] *Nemo qui manu suâ admotâ* (vel, *postquam manum admoverit*, Bru.) *aratro* (Forsan alludit ad historiam 1 Reg. 19. 19[x]. *Manum aratro admovere*, pro eo quod est, *opus aliquod aggredi*, etiam Græci dicunt. Cæterùm, hoc loco propria quædam hujus similitudinis vis est. Nam arantes oculos prorsum intentos in sulcum habere debent, nè, quæ vox est ei rei propria, *delirent*. *Liram* enim antiqui sulcum vocabant. Quare hîc, ut alibi sæpe, miscetur ἀπόδοσις comparationis. Nam simplex proverbium fuerat, *Eum qui in arando respiciat non esse bonum aratorem.* Nunc cum proverbio significatur cui rei aptetur proverbium[y].) *respexerit ad ea quæ retrò* (vel, *à tergo*, Er. Sy.) *sunt* (debet enim arator non solùm manum admovere stivæ, sed & oculos in anteriora intentos habere: alioquin vel opus arandi omittit aut intermittit, vel infructuosè laborat sulcos ducens nec rectos, nec profundos[z].) *appositus* (vel *aptus*, Er. Il. Mo. Ca.) *ad regnum Dei*, P. Be. Pi. &c. scilicet annunciandum, i. e. ad prædicationem Evangelii[a]. Loco ejus quod diceret Jesus ad absolvendam Metaphoram, *aptus est agro colendo*, exprimit id quod Metaphorâ voluit significatum, *aptus est regno Dei*: quo ità interpretatur priorem Metaphoræ partem, ut simul brevem utilémque sententiam absolvat[b]. Quæritur, *Regnum Dei* ἐν τῇ ἀποστολῇ sit ministerium annunciandi Evangelii, an latiùs pateat? Mihi videtur Christus ex facto particulari occasionem sumpsisse generalis sententiæ. Nam ut illi ad ministerium Evangelii vocato omnis mora erat rejicienda; ità & aliis vocatis ad veram virtutem, ut adipisci possint Regnum cœlorum, i. e. pacem conscientiæ & possessionem Sancti Spiritûs. Moveor illis verbis, βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω. Sumpta enim sunt ex historia excidii Sodomorum, ubi Angeli Lothum ità alloquuntur, μὴ βλέψῃς εἰς τὰ ὀπίσω· ad quæ verba & pœnam, quæ nec obedientem Lothi uxorem secuta est, Christus infrà quoque nos revocat, 17. 32. Nimirum sicut Sodoma à Deo posita est ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν, 2 Pet. 2. 6. ità qui effugere volunt imminens impiis supplicium, debent omnes, ut cum Paulo ad eam historiam respiciente loquar, *quæ retrò sunt oblivisci*, &c. [Phil. 3. 13.] Si enim, ut Seneca dicit, *ambitio non respicit*, majora semper consequendi studio flagrans; quantò id æquius est eos facere quibus immortalis gloria proposita est? Hîc sanè, si usquam alibi, locum habere debet illud Juris Romani, *Nihil actum videri quamdiu superest quod agatur*. Neque verò Judæis ignotum erat quid illa historia significaret. Erat enim antiquâ traditione satis celebrata ἡ ὑπόνοια quam à majoribus acceptam facundè nobis explicat Philo, Τὴν δὲ Λὼτ γυναῖκα, &c. (*Uxor Loti respiciens columna salis facta est: aptè sanè. Si quis enim non ad ea quæ antè sunt, virtutes scilicet, prospiciat, sed ad illa quæ retrò sunt, vanam gloriam, opes, &c. is inanimata fiet atque evanida salis columna: sal enim firmitatem non habet.*) Nec multò secùs Græcorum quidam fabulam de Orpheo post tergum respiciente ἐθρυλήσαντο. Et in Pythagoricorum præceptis erat, Εἰς τὸ ἱερὸν, &c. (*Templum ingrediens nè respicias;*) quod Simplicius ad Epictetum sic interpretatur, Ὅτι τὸν εἰς Θεὸν, &c. (*Qui Deum accedit instabilem esse non decet, nec rerum humanarum studiosum.*) Apud Malchum exstat simile Pythagoræ dictum, Ἀποδημοῦντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι, (*Peregrè proficiscentem non reverti.*) Quid autem duobus his factum sit quorum excusationem Christus non admisit, quæri potest. Mihi probabile videtur, non nisi certo consilio à Christo vocatos ad prædicationem Regni Dei, ac proinde, cùm excusatio rejiceretur, paritum vocanti; atque adeò & hos implêsse numerum illum τῶν ἑβδομήκοντα de quibus consequenter agit Lucas. Illud, εὔθετός ἐστι, respondet יצלח, quod χρήσιμον ἔσται vertunt ό. Ezec. 15. 4[c].

h G. i Bru. k G. l Heinf. m Th. in Heinf. n Heinf. o Pi. p D. † Li. ho. q Bru. r Pi. Zeg. Er. Bru. † Er. Zeg. t Er. fim. Bru. x G. y Be. z G. a Bru. b Pi. fima Bru. b Bru. c G.

CAP. X.

1. *DEsignavit*; ità Er. Il. Be. Ca. &c. Ἀνέδειξεν] Propriè & significanter. Nam in constitutione ad munera eam vocem Græci usurpant, ut & χειροτονεῖν. Sic & Act. 1. 24. ἀνάδειξον ὃν ἐκ τούτων, &c[a]. *Separavit*, Tre. ex Sy. Ar. Perf. *Constituit*, Ca. V. ad promulgandum Evangelium suum. *Elegit*, Syrus addit, *ex discipulis suis*[b]. *Declaravit*, ut cùm aliquibus honores conferuntur. Quod & ἀποδεῖξαι Græci vocarunt[c]. *Designavit*, vel, *expressè definivit & determinavit*, Di. ex Sy. ¶ *Et alios* (sub. *discipulos*, Be. Pi.) *septuaginta duos*, Ἑβδομήκοντα] De lectionis hujus veritate ob consensum Græcorum Codicum & Syri dubitandum non arbitror. Quod Latinus posuit LXXII, non aliunde est quàm ex antiqua traditione. Nam tot fuisse à Christo creatos Antiquitas credidit,

a G. b Bru. c Camer.

credidit, etiam Græci, qui hoc loco legerunt ἑβδομήκοντα, ut Orig. & Epiphan. Neque verò temere. Nam moris erat Hebræis LXX numerare numero rotundo etiam ubi constabat esse LXXII. Ità Josephus ipse, ut alios idem narrantes prætercam, cùm missos ad Ptolemæum, ad vertendos Legis libros, dixisset *seniores sex ex qualibet tribu*, subjicit, *Septuaginta illos nominare non opus est.* Sed & Synedrium quod à Mose constitutum est, ad cujus exemplum hos Christus elegit, quomodo Apostolos ad exemplum Phylarcharum, fuisse capitum LXXII nonnulli prodiderant; quos inter Scriptor Phesicthæ. Nec desunt argumenta. Nam & hos initio lectos è tribubus singulis pari numero fama habebat; quanquam postea constat continuatam successionem nullâ tribuum habitâ ratione. Jam verò sunt qui Eldadum & Medadum extra castra Spiritu Divino afflatos putant fuisse supra numerum LXX. Alii Mosem & ejus successores, Synedrii Principes, dicunt extra numerum esse LXX: quod si dicamus & de Principis Vicario, qui dicebatur אב בית דין, habebimus LXXII. Videtur autem Hebræis, etiam in Ægypto constitutis, ut alibi notavimus, venerabilis fuisse numerus LXX, ob totidem capita familiæ Jacobi cùm in Ægyptum veniret: cujus rei memoriam ipsis Deus renovavit ostensis in Elim LXX Fontibus, sicut 12 Palmæ totidem Tribus Hebræas adumbrabant. Ferme autem in omnibus majoribus collegiis erigendis eum numerum sequebantur, ut in minoribus numerum 12. Apparet id ex Interpretum numero. Narrat & Jos. Vari jussu ex Judæis Cæsariensibus missos legatos 12 ad Judæos Ecbatanenses; à Judæis autem Ecbatanensibus missos sui purgandi causâ homines LXX, quos Varus trucidaverit. Atque ipse Josephus missus ad ordinandas res Galilææ ex Galilæis LXX sibi legit adsessores. Et in obsidio Hierosolymitano LXX è plebe lecti, εἰς σχῆμα δικαστῶν, *(velut schema Judicum.)* Solent veteres instituta à Christo munera cum muneribus post Christi ascensum in Ecclesia usurpatis comparare. Et Episcopos quidem comparant Apostolis, propter eximium jus τῆς χειροθεσίας· his autem LXX alii comparant Diaconos, ut Ignatius; alii Presbyteros, ut Hieronymus; alii Chorepiscopos, ut Synodus Neocæsariensis: videntur autem mihi Chorepiscopi, quos & συνδότας vocant, optimè illis respondere: nam hi, ab Episcopis in partem sui laboris assumpti, cum docendi potestate per agros mittebantur. Sed & Presbyteros & Diaconos, non omnes quidem, sed eos quibus docendi populum potestas ab Episcopo facta esset, fateor his LXX non malè comparari. Tales Presbyteri, non omnes, sed *laborantes in verbo*, 1 Tim. 5. 17. Tales antiquitus Presbyteri Alexandriæ κατ' ἰδίαν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιτεταγμένοι, *(singulis Ecclesiis præpositi,)* ut Epiphan. loquitur, ἐκκλησίας ἰδίᾳ κατέχοντες καὶ τὸν λαὸν συνάγοντες, *(Ecclesias privatim administrantes & cœtum convocantes,)* ut Sozomenus. Eusebius vocat πρεσβυτέρους πεπιστευμένους τὴν κήρυξιν τοῦ θείου λόγου, *(Presbyteros quibus concredita est prædicatio verbi Divini.* Huc refer Ignatii illud ad Smyrnenses, Ἐκείνη βεβαία, &c. *(Illa rata sit Eucharistia quæ sub Episcopo sit, aut alio cui ille potestatem dederit.)* Diversos autem fuisse gradus hos LXX ab Apostolis, vel indè apparet quòd Matthias ex hac classe εἰς τὴν ἀποστολικὴν ἐπισκοπὴν, *(ad Apostolatum,)* provectus est. Ad hoc exemplum Romanis Episcopis jam olim LXX Episcopi adsessores *Libra* dicti, quòd Libra Romana tot solidos contineret [d]. ¶ *Binos*; ità Er. Be. Tre. Ca. &c. Ἀνὰ δύο] *Per binos*, Mo. *Binos, binos*, Ar. Quod & in Apostolis Dominus observaverat*, non tantùm ad opem mutuam, sed & in majoris testimonii fidem [f]. Ità Moses & Aaron ad Pharaonem mittuntur. Etiam Baptista ad Christum duos mittit: Ecclesiæ Barnabam cum Paulo [g]. ¶ *Ante faciem suam*] i.e. ante se [h]: simili functuros officio quo Baptista functus fuerat [i]: ut populos sanationum beneficiis delinirent, & prædicatione summæ Evangelii pararent, ut Jesum sequentem faciliùs exciperent, &c [k].

3. *Sicut agnos*, &c.] Sub. *emittit aliquis*, V. ut inermes, innoxii, mansueti, studeatis omnibus prodesse, idque vestro periculo [l].

4. *Sacculum*; ità Er. Il. Ti. Pi. Βαλάντιον] *Marsupium*, vel, *Crumenam*, Mo. Tre. Be. Ca. Pi. V. *Zonam*. Vide Matth. 10. 9, 10. צרור, Job. 14. 17 [m]. Sy. & Ar. in plur. vertunt, *loculos*. Βαλάντιον h. l. idem quod ζώνη, *baltheus, cingulum*, Marc. 6. 8. quia cingulum crumenæ usum præstabat [n]. ¶ *Neque peram*] Id est, cibum perâ reconditum [o]. ¶ *Neminem per viam* (vel, *inter eundum*, V. vel, *in via*; ex disciplina Sapientum, qui docent, neminem salutandum esse in viis, aut in pontibus, aut in locis pollutis [p]:) *salutaveritis*] Festinationis signum [q], ut suprà 9. 61 [r]. Confer 2 Reg. 4. 29. Hyperbolica locutio, intelligenda κατά τι, & habitâ temporum ratione †. Dictitant Judæi, *Saluta prior quemvis hominem* [t]. Non vetat signa honoris aut benevolentiæ occurrentibus, sed salutationem descendentem in confabulationes, &c [v]. Salutationes istæ apud Orientis populos (ut sunt illi civilitate morum & ceremoniis luxuriantes [x],) non fiebant levi gestu verbóve, sed multis percunctationibus bonisque ominibus trahebantur, non sine multis corporis flexionibus, osculis, amplexibus [y]: quod non nisi cum mora & dispendio temporis fieri solebat [z]. Judæi in luctu suo non salutabant quenquam. Christus porrò erat *vir dolorum*, ac propterea gestus hic luctuosus optimè congruebat præconibus Christi, tum ut eum repræsentarent, docerentque populum qualis ipse esset; tum ut demonstrarent se compati cum afflictis, quorum causâ missi sunt, ut populum ad Christum in persona sua venturum congregarent, in medelam & animarum & corporearum ægritudinum †.

6. *Filius pacis*] Id est, dignus pace, ex Matth. 10. 13 [a]. sive dignus salute, non tam suis meritis, quàm electione Dei. Sic *filius mortis*, 2 Sam. 12. 5. i.e. morte dignus [b]: animo ad verum audiendum composito [c]. ¶ *Requiescet*, &c.] Id est, bonam vestram precationem consequetur [d]. ¶ *Ad vos revertetur*; ità Mo. P. Be. &c. Ἀνακάμψει] *Sese reflectet*, Pi. q. d. Non peribit vestra salutatio: reddetur vobis merces pro vestra charitate, voluntate, labore & opere*.

7. *In eadem autem domo* (scilicet, in quam recepti fueritis [f],) *manete*] Sub. ex Matth. *donec exeatis*, urbe illa [g]. ¶ *Edentes & bibentes* (liberè & velut vestro jure; quod sequentia indicant [h]:) *quæ*, &c. Τὰ παρ' αὐτῶν] *Quæ ab illis*, sub. *vobis apponuntur*, V. sic Be. Camer. Bru. Pi. Er. ex versu seq [i]. Sed alius ibi sensus est: occurrit enim partim gulæ, nè lautiora appetant, sed contenti sint appositis, etsi vilissimis; partim scrupulo animi, ut quibusvis, sine ciborum discrimine, vescantur: [quod tamen vix credibile est, Lege illâ ciborum discriminatrice non ante mortem Christi abrogatâ] hîc autem diffidentiæ occurrit & solicitudini, nè fame perirent si Evangelio prædicando toti vacarent. Vos, inquit, deinceps vestris impensis vivere opus non habebitis, edite & bibite τὰ παρ' αὐτῶν [k]. *Quæ ipsorum*, sive *apud ipsos, sunt*, G. ex Vulg. & Sy. & Ar. Di. Tre. Genus loquendi quale apud Græcos ipsos interdum [l]. Optimè Syrus, *ex ipsorum*, supple *bonis*, Di. Ut Marc. 3. 21 [m]. οἱ παρ' αὐτοῦ sunt, *ii qui ipsius* erant, ipsius propinqui; ità hîc τὰ παρ' αὐτῶν sunt, *ea quæ ipsorum* sunt, ipsorum bona. Et τὰ παρ' αὐτοῦ Chrys. sign. *quæ ad eum attinent*; *quæ ipsius sunt*, inquit Stephanus: qui & rectè observat, παρὰ cum Genitivo interdum sic usurpari, ut omittatur in interpretatione; ut apud Isoc. αἱ παρ' αὐτῶν δεήσεις, *ipsorum preces*: apud Zenoph. ἡ παρ' αὐτῶν εὔνοια, *ipsorum benevolentia* [n]. ¶ *Dignus est*, &c.] q. d. Nec gratuitus est cibus quem ab illis accipitis, sed debitus [o]: quare licet vobis eo vesci, quanquam non sitis solvendo [p]. ¶ *Nolite* (facilè & sine gravi causâ [q],) *transire*, &c.] Hospitium mutantes ob mensam lautiorem [r].

8. *Manducate quæ apponuntur vobis*] Quovis ut hospitio, ità & cibo †, quamvis frugali apparatu [t], contenti este [v]: ut ità differat hæc monitio à superiore [x]. Suos liberat Christus à perplexa curiositate Judæorum, quibus Canones vetuerant nè comederent quicquam aut immundum, aut non ritè præparatum, aut non decimatum: ut mirum sit eos inediâ non fuisse confectos ||.

9. *Appropinquavit ad vos*, &c. ità Be. Pi. &c. Ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς, &c.] Accessit in regionem vestram Messias. Res pro persona: *Regnum* pro *Rege* [y]. *Venisse ad vos*, &c. Ἤγγικε hîc idem est quod Luc. 11. 20. ἔφθασε, sign. *venit*, ut Lam. 4. 18. & ἐγγίζειν est, *accedere*, Luc. 12. 33 [z]. Ἐπὶ hîc valet πρὸς, ut suprà 3. 2. & in Homero, κ' ἐγὼ δ' ἐπὶ Νέστορα δῖον [a].

11. *Etiam pulverem qui adhæsit nobis*] Εἰς τοὺς πόδας ἡμῶν,

Margin (left): [d] G. * Idem. [f] G. sim. Bru. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Bru. [l] Bru. [m] G.

Margin (right): [n] Di. [o] Bru. [p] D. [q] G. sim. Fe. [r] G. † Fe. [t] D. [v] Bru. [x] Di. [y] G. sim. Di. [z] Di. † Li. ho. [a] V. sic G. Bru. Be. Pi. [b] Bru. [c] G. [d] V. * Me. [f] V. Bru. [g] Bru. [h] G. [i] Be. [k] Di. [l] G. [m] Di. G. [n] Di. [o] Bru. [p] Be. ad v. 8. [q] Bru. [r] Bru. sim. Fe. † Ee. [t] G. [v] G. Ee. [x] G. || Li. ho. [y] V. [z] Ca. [a] Be.

ἡμῶν, *pedibus nostris*, hîc additur in meo cod. vetustiss. & in Syro [b], & Arabe [c]. ¶ *Extergimus*, &c. ità Er. Ἀπομασσόμεθα ὑμῖν, &c.] *Abstergimus*, (vel, *Excutimus*, Sy. Ar. *Spargimus*, Tre. sim. Æth.) *vobis*, Be. P. Ca. &c. ut scil. vobis habeatis [d]; vel, *in vos*, Er. Ti. Tre. adversùm vos, ut suprà 9. 5 [*]. nempe in testimonium in judicio Dei [f]. [Sensus, q. d.] Tantùm abest ut ulla ex vobis commoda sectati simus, missi vestræ salutis, non nostræ utilitatis, causâ [*]. ¶ *Tamen*, Πλὴν] De qua particula vide ad Matth. 11. 22 [g].

12. *In die illa*] Illustri scil[h]. vel novissimâ[i]: in judicio[k].

14. *Veruntamen*] Ità Er. Pi. q. d. Etsi Tyrii tunc damnabuntur, damnabuntur tamen ad cruciatus tolerabiliores quàm vos [l]. *Ideo*, Be. Nescio, an πλὴν unquam id significet. Sy. & Ar. vertunt, *Verùm*. Id probo: tum quia πλὴν hoc passim sign. ut Matth. 18. 7. & 26. 39. Luc. 6. 24, 35. tum quia hoc loco optimè quadrat: ut sensus sit, Vos, Israeliticæ urbes, aspernamini Tyrios, utpote gentiles, vestrámque conditionem longè supra ipsorum jactatis: verùm res aliter habet: Tyro tolerabilior erit sors quàm vobis [m].

16. *Qui vos spernit*, &c. ità Er. Il. Ti. Æth. Ἀθετεῖ] *Dedignatur*, Be. *Aversatur*, Er. V. *Rejicit*, vel *repudiat*, Tre. P. Pi. Ca. sic Er. V. Ἀθετεῖν est, ἐξουθενεῖν. Alluditur ad 1 Sam. 8. 7 [n].

17. *Reversi sunt*] Ad Jesum, plerique scilicet eorum: nam aliquos secutus dicitur Jesus, v. 1 [o]. ¶ *Cum gaudio*] Non videtur hoc poni cum reprehensionis nota. Nam quod sequitur, v. 20. comparativè intelligendum est: ideo subjungitur, Χαίρετε δὲ μᾶλλον. Majorem enim gaudii causam minori Christus comparat [p]. ¶ *Etiam dæmonia*] Non tantùm morbi [q]. Hoc exprimunt, vel quia majoris potentiæ id esse putarent; vel quia Deus hanc potestatem iis non expressè dederat, v. 9 [r]. ¶ *In nomine tuo*] Hoc intererat inter Christi miracula & Discipulorum, quòd Christus ea faciebat vi propriâ, Discipuli vi Magistri, cujus nomen etiam nuncupabant, ut ex Actis, imò & ex Judæorum libris, videre est. Sicut hactenus ad nomen *Dei Israelis* cesserant Dæmones, ità nunc ad nomen *Jesu Nazareni* †.

18. *Videbam*, Ἐθεώρουν] *Spectabam*, Be. Pi. licèt corpore absens, vi Deitatis meæ [t], idque dum vos Dæmonia ejiceretis, ex collat. v. præced [v]. sed & antea, cùm me ad prædicandum accingerem, atque adeò cùm homo fierem, prævidebam mente, Satanam certò ruiturum, &c [x]. Non dubito quin mihi vera narretis [y]: nihil refertis novi aut inexspectati [z]. Vidi ego, qui semper fui, è sinu Patris mei, Principem Diabolorum jampridem de cœlo cadentem, etiamsi homines illud spectaculum non viderent †. *Fuit cùm viderem*: sumendum enim ἑώρων, ut sæpe εἶδον in Apocalypsi. Nolite mirari, inquit, Dæmonia vobis cedere: nam mihi certò constat, ipsum Dæmoniorum Principem subitò de Regno, quod in genus humanum obtinet, casurum. Vide Joh. 12. 31. Sensus, q. d. Cùm vos emitterem, vidi ruinam Satanæ jam instare, tum vestrâ prædicatione, tum morte meâ [*]. ¶ *Sicut fulgur*, &c.] Id est, tam subitò quàm fulgur solet è cœlo micare [b], violenter, velociter, & manifestè [c]. Similis comparatio infrà 17. 24. & Matth. 24. 27 ubi vide. Referenda hæc prædictio ad incredibilem celeritatem propagati per terras Evangelii ad destruendas religiones falsas & omnia opera Diaboli. Adumbratum id in casu Regni Babylonici, Esa. 14. 12 [d].

19. *Dedi*, Δίδωμι] *Do*, Be. Pi. q. d. Non pro hac tantum legatione dedi, sed do nunc etiam in posterum quandocunque usus ità exiget [*]: potestatem vobis datam non revoco [f]. ¶ *Serpentes & scorpiones*] Vel, 1. spiritales, h. e. Dæmones [g], quia v. seq. pro omnibus hîc nominatis repetit solùm hoc *spiritus* [h]: vel, 2. veros, ex collat. Marc. 16. 18 [i]. & Act. 28. 5 [k]. Manifesta allusio ad Psal. 91. 13. *Super aspidem*, &c [l]: quanquam ibi de tutela Divinæ providentiæ, hîc de mirifica virtute, agitur. Dictis eventus respondit. Tertullianus Scorpiace, *Nobis fides præsidium, si non & ipsa percutitur diffidentiâ signandi statim & adjurandi, ac urgendi, bestiæ calcem. Hoc denique modo etiam Ethnicis sæpe subvenimus donati à Deo eâ potestate quam Apostolus dedicavit cùm morsum viperæ sprevit.* Et mox, *At tu, si fides vigilat, ibidem scorpio pro solea anathema inlidito, & relinquito in suo sopore mo-*

[b] Be. sim. G. [c] G. [d] V. [*] Be. sic Pi. [f] Pi. [*] G. [g] G. [h] Pi. [i] Bru. [k] V. [l] Pi. [m] Di. [n] G. [o] Bru. [p] G. [q] G. Bru. [r] Bru. † G. [t] Pi. [v] Pi. sim. Bru. [x] Bru. [y] Pi. [z] Bru. † Heins. ex Th. [*] Li. ho. [b] G. sim. Bru. [c] Bru. [d] G. [*] G. [f] Bru. [g] Bru. ex Euthym. & Bed. &c. [h] Bru. [i] BA. 2. 4. 29. 644. sim. G. [k] BA. ib. [l] G. Ea.

rientem. Potuit & Christus respexisse ad Esa. 11. 8. eóque magis quia & mox Discipuli vocantur νήπιοι, quæ vox ibi habetur apud Lxx [m]. Nec frustrà Christus serpentes, &c. vocat *vim inimici*, i. e. Diaboli: cùm enim mortis imperium Diabolo tribuatur, videntur lethalia omnia ipsi aliquo modo subservire, quomodo carnifici instrumenta, quibus reos torquere solet [n]. ¶ *Virtutem* (vel, *Vim*, sive *Potestatem*, Be. P. &c. vel, *Exercitum*, ut Lxx sæpe δύναμιν reddunt, Psalm. 24. 10. & 44. 10. quia robur Principis est in exercitu [o]:) *inimici*] Id est, Diaboli [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ] Ità Apoc. 2. 11. & 6. 6. & 7. 3. & 9. 4. Ex specie genus [q]. *Nihil* (vel, *Nulla in re*, sub. κατὰ, q. d. κατ' οὐδὲν, & sub. *inimicus* [r],) *vobis* (operam dantibus vocationi vestræ †,) *nocebit*, Er. Il. Ti. &c. vel, *molestum erit*, Tre. ad verb. *injuriâ afficiet*: ἀδικήσει, pro βλάψει [t]. Metonymia effecti destinati: nam injuria ad damnum seu læsionem tendit. Est & triplex hîc negatio, fortissimè negans, apud Græcos [v].

20. *Nolite gaudere*] Vel nimis, vel præcipuè; quia sunt alia potiora dona & bona [x]. ¶ *Quia spiritus*, &c.] Impuri scilicet [y]. ¶ *Gaudete*, &c. Χαίρετε δὲ μᾶλλον] Justior gaudii causa suæ salutis habere fiduciam quàm alienæ saluti inservire: nam hoc via est, illud meta. Lætius id habere quod sanctis est proprium, quàm quod & aliis communicatur. Ista lætitia periculo superbiæ subjacet; illa demissum gratúmque animum Deo subjicit [z]. ¶ *Quòd nomina vestra* (i. e. vos: sed *nominum* meminit, ut significet distinctissimam Dei de singulis providentiam; q. d. singuli vestrûm nominatim [a]:) *scripta sunt in cœlis*] Id est, in Libro vitæ [b], in quo eorum nomina referuntur qui ad æternam vitam sunt destinati [c]. *Scripta* dicit ob constantiam & Divini propositi, Deíque sententiam nunquam mutandam, ut scriptura permanens est; ut significet, ea memoriæ Dei æternùm & indelebiliter infixa esse. Cùm autem *scripta* dicit, per concessionem loquitur, prout illi, vel plerique eorum, putabant & sperabant, non vanis indiciis, &c [d]. Sicut Latini id quod durabile non est dicunt *in vento & aqua scribi*; ità Hebræi pari sensu dicunt *scribi in terra*, i. e. in pulvere, Jer. 17. 13. Huic contrarium est *scribi in cœlo*, i. e. vitæ æternæ ascribi atque destinari. Meminit quidem & Moses *libri viventium*; sed, ut explicat doctissimus Gerundensis, loquitur ibi, pro temporum illorum ratione, populariter de censu eorum qui vitam in his terris felicem agunt. Nam ספר vocari Hebræis κατάλογον notissimum est. Neque aliter interpretandum quod in Psalmo est, *Deleantur è libro*, aut *censu*, *viventium*, 69. 28. Sic & Psal. 139. 16. ספר כלם dici videtur Liber quasi censualis omnium quæ in hoc mundo nascuntur. At Christus omnia quæ olim in figuris dicta sunt, ad vitam æternam retulit, quam apertè mundo revelaturus venerat. Quare, qui per fidem ipsi insiti jus æternæ hæreditatis consequuntur, eorum nomina dicuntur jam nunc *in cœlo scribi*, ut hîc; aut *in libro vitæ*. Hic est ille Liber κατ' ἐξοχὴν apud Danielem 12. 4. ubi videndus Jacchiades, Psalm. 4. 3. *liber vitæ*, Apoc. 3. 5. & 20. 12, 15. & 21. 27. & 22. 19. *liber Agni*, 13. 8. idem Liber *scriptus* dicitur *ab initio mundi*, Apoc. 13. 8. & 17. 8. quia scilicet omnes qui unquam sancti fuerunt, per Christum ἐτελειώθησαν, Heb. 11. 40. *Scribi* ergò *in cœlo*, aut *in libro Agni*, aut *vitæ æternæ*, est per fidei obedientiam censeri Dei filium, ac proinde & hæredem, Heb. 12. 23. Chrysost. illud apud Danielem, *qui inventus est scriptus in libro, h. e. qui salute digni sunt.* Nam ad statum præsentem, & quidem sub æqua conditione, non ad æterna, eáque pura & peremptoria, Dei decreta, hæc locutio referenda est. Nam, cùm in Apostolorum numero unus fuerit *filius perditionis*, quis omnes LXXII eum ad quem vocati erat finem affecutos nobis affirmet? Certè propositum Christo fuisse ut ejus rei illos omnes certos faceret, nemo prudens sibi persuaserit. De Paulo ad Philippenses scribente multò minùs id par est credi, ut qui nullam habuerit talis eventûs certam n[illegible]iam. In Constit. Clem. hic ipse locus sic explicat[illegible] ὀνόματα, &c. (*Nomina in cœlo scripta sunt & Christi potentiâ, & nostrâ diligentiâ, ipso opitulante.*) Philo de Abrahamo, [illegible], &c. (*Scripturâ & memoriâ dignus, non in chartis corruptibilibus, sed in immortali natura cui inscribuntur actiones secundùm virtutem.*)

[m] G. [n] BA. ib. [o] Bru. [p] Bru. sim. Pi. [q] G. [r] Pi. † Bru. [t] Pi. ex Be. [v] Pi. [x] Bru. [y] Pi. sic G. [z] G. [a] Bru. [b] Mal Bru. Me. T. Pi. &c. [c] Me. ex Bru. [d] Bru.

tutem.) Simile est quòd eorum qui impios convertunt nomina ab Angelis in cœlo prædicari tradunt Judæi, ut videre est in libro cui nomen, *Poma aurea**.

21. *In ipsa hora*, Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ] *Eo ipso momento*, Be. Bru. Pi. *Eâ tempestate*, ut Matth. 11. 25. neque enim certum momentum indicatur. Venit autem in hanc cogitationem Christus revolvens consilia Paternæ dispositionis circa hominum salutem, & munia Doctoris, Sacerdotis, Regis, sibi mandata; ut ad Matthæum explicavimus. Nam eò hæc referenda, etiam is qui sequitur v. 23, 24. sermo palàm ostendit. Nam & ille non ad quævis pietatis monita, sed ad Regni mysteria, pertinet, ut alterius in Matthæo loci collatio ostendit. Neque uno eodémque tempore hæc dicta sunt, sed quæ rerum argumento cohærebant Lucas more suo uno filo contexuit[f]. ¶ *Exsultavit Spiritu Sancto*] Ipsum scilicet movente & laudes suggerente[g]. Τῷ Πνεύματι] *Spiritu*, Be. Pi. i. e. animo[h], ut sæpe[i], h. e. vehementer[k]. Al. additur τῷ ἁγίῳ in 3 vet. cod. & in Syro[m]. Sed hoc non agnoscit Arabs, neque Græcorum Codicum pars antiquior. Adjectum ab iis videri potest qui cum Didymo existimàrunt [inter quos Er. h. l.] quoties Πνεύματι additur articulus Spiritum Sanctum intelligi[n].

22. *Omnia*, &c.] In vetustis Codicibus[o], & Sy. & Ar[p]. additur, *& conversus ad discipulos dixit*[q]. Et credibilius est hoc ab aliis ideo omissum quia seq. v. idem loquendi genus repetitur. ¶ *Quis sit Filius*] Quorsum & qua cum potestate missus. ¶ *Quis sit Pater*] Quâ bonitate, quâ justitiâ, quâ sapientiâ; quæ ejus consilia in danda hominibus salute, aut certè excusatione adimenda. ¶ *Revelare*] Idque pro temporum ratione: nunc pauxillum, plus post resurrectionem, plurimum post missionem Spiritûs[r].

23. Κατ' ἰδίαν] *Privatim*, vel *seorsim*, Be. Pi. quia ad Discipulos peculiariter pertinet quod dicturus est. Deest hoc in Vulgato†. Sy autem & Ar. habent[t].

25. *Legisperitus*] Vel, *Exercitatus in quæstionibus Legis*, G. simil. Camer. Mosaicæ scilicet[v]. Νομικός] Pro quo h. l. & Joh. c. 11. v. 45. & Luc. 7. 30. Syrus habet ספרא, *Scriba*. Nec sine ratione cùm ille qui Matthæo est νομικὸς, in Marc. 12. 28. est *unus ex Scribis*. Porrò nomen *Scribæ* Doctoribus doctisque omnibus tributum est, emphaticè verò, Patribus Synedrii, ut liquet, ex Matth. 23. 1*. [De variis Judæorum Doctoribus & Scripturæ interpretibus vide quæ Cl. Author hîc habet.] ¶ *Tentans illum*] An quid Legi (aut Magistrorum judiciis[x],) contrarium doceret[y], ut eum quasi Apostatam exagitaret[z]. ¶ *Quid*, &c. Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;] *Quid faciendo vitam æternam possidebo?* Be. Pi. vel, *hæreditatem accipiam?* V. Per quæ tandem opera[a]? Illud, αἰώνιον, delebat Marcio, *ut videretur*, quomodo Tertul. loquitur, *agi de ea vita quæ in lege promittitur à Creatore longæva*. Sed rectè id refutat idem Tertul. *Sciebat utique legis Doctor quo pacto vitam legalem consequi posset, ut non de ea interrogâsset cujus regulas etiam docebat*. Quærit omnino de vita æterna, cujus fidem Legisperiti & Pharisæi ex veteri traditione conceperant, ut alibi diximus. Hanc vitam æternam, in ipso Legis fœdere non expressam, cùm audiret à Christo apertissimè doceri & promitti, sciscitari voluit an iter ad eam vitam idem monstraret quod Lege monstrabatur. Ideo quærit, τί ποιήσας. Nam *faciendo*, i.e. opera illa externa à Lege præscripta præstando, putabant Legisperiti & Pharisæi se non vitam tantùm temporariam felicem, sed & immortalitatem, consecuturos. De præceptis tum rituum, tum ad civilem societatem Hebræorum pertinentibus, quæ vocantur חקוה & משפטים, ità pronunciatur in Levitico, *Homo qui ea fecerit vivet per ea*, *vitam longævam* scilicet, ut ibidem rectè interpretatur Par. Chald. Exstat eadem sententia de præceptis iisdem, Ezec. 20. 11. eodémque respicit Nehem. 9. 29. Atque eâdem sententiâ bis utitur Paulus, Facta, externa scilicet, de quibus conceptum erat fœdus Legis, & quibus fidebant Judæi, opponens Fidei, quæ in animo potissimùm consistit, Rom. 10. 5. Gal. 3. 24. Perniciosus planè erat error Legisperitorum existimantium eâdem ratione vitam æternam parari quâ immunitas à morte violenta, & vitæ caducæ felicitas, obtinebatur: Quam falsi arguens Christus alibi negat ad Regnum cœleste perventuros qui intra illam justitiam, Factorum scilicet, quâ Legisperiti & Pharisæi contenti erant, constitissent, Matth. 5. 20. ubi quæ dicta sunt vide. Interim illud ipsum, quod in Fœdere illo populari conceptum erat, sapientibus occultiorem præbebat significationem, majoris scilicet præmii exspectandi pro majore obedientia. Bene Tertul. *Pro differentia mercedum, operarum quoque credendæ distantia est*. Vidit hoc & Philo, qui verba legis μυστικώτερον interpretans ità loquitur, Ὁ νόμος, &c. (*Lex dicit eos qui Deo adhærent vitámque secundùm Deum instituunt vitâ immortali victuros, alios verò animis suis morituros*, &c[b].)

26. *In lege*] Christus ostensurus suis institutis Legem non oppugnari, sed perfici, Legisperitum ad verba Mosis rejicit, non illa quidem conscripta in Exodi Libro ubi Fœdus pangitur, & Lex Hebræorum propria recitatur, sed in Deuteronomio, ubi Moses, ut fidelis populi Doctor, monstrat quem scopum sibi Lex proponat, quò homines adductos velit, nempe ad observationem Legis illius quæ non Mosis demum tempore, sed à mundi initio, data est, non uni populi propria, sed communis toti humano generi, cui nec obrogari, nec derogari, potest, quæque in amando Deo primùm, deinde & hominibus alteris, ut naturali nobiscum societate conjunctis, sita est. Vide dicta ad Matth. 22. 36[c]. ¶ *Quid scriptum?*] Ut primum & maximum omnium mandatum[d]. ¶ *Quomodo legis?*] Ignorare non potes quod ipse aliis prælegis atque interpretaris. Simul, ut videtur, locum Deuter. Christus ei monstravit*. Phrasis hæc erat RR. usitata†. [Vide Li.] Bene dicit, ἀναγινώσκεις, quia recitationem Legis, קריאת שמע, ἀνάγνωσιν τοῦ, Ἄκουε, *Israel*, &c. vulgò dicebant. Quæ verba immediatè ea, Ἀγαπήσεις Κύριον, &c. præcedebant; à quibus phylacteria sua inchoabant.

27. *Et proximum*, &c.] Solebant autem Legisperiti in phylacteriis suis, quibus summam Legis contineri existimabant, totum quod est de amore proximi prætermittere. Quo nomine & ipsos à Christo castigatos Marcus innuit[f].

28. *Rectè*, &c.] Bene pronunciâsti verba Mosis: Restat ut reipsâ impleas[g]. Hoc opere præsta, non enim sufficit scire[h]. ¶ *Hoc fac*, &c.] Quia Legisperitus interrogaverat, τί ποιήσας, Christus idem quoque verbum, sed laxiùs sumptum, illi regerit. Strictè ποιεῖν dicitur de factis externis; latè porrigitur etiam ad internos animi motus. Omnino simile est illud Joh. 6. ubi Judæis interrogantibus, *Quid faciemus ut operemur* τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, v. 28. Christus voculam ἔργων, sed mutato paululùm significatu, arripiens respondet, *Hoc est* ἔργον, *opus Dei ut credatis*, &c. v. 29. cùm alioqui vox ἔργων strictiùs sumpta, pro operibus externis nudè & citra internam animi qualitatem consideratis, Fidei, ut intus in animo sitæ, multis in locis opponatur[i].

29. *Ille autem volens justificare seipsum*] Id est, se justum ac probum aliis venditare[k]. Voluerat Christus Legisperitum adducere ad impotentiæ suæ confessionem, ut, viso quid Deus potissimùm exigeret, conscius sibi quàm longè à tam seria ac perpetua dilectione abesset, supplex Divini spiritûs auxilium, sine quo dilectio talis in animum admitti non potest, impetraret. At ille in ferocia Judaica perseverans[l], tumebat opinione propriæ justitiæ, noluitque vitium suum agnoscere[m]. ¶ *Et quis est meus proximus?* Πλησίον;] Pro ὁ πλησίον, scilicet ὤν. Ellipsis articuli. *Is qui propè est*[n]. De eo rogat de quo magis dubitari posse putabat, talémque exspectat *proximi* definitionem, ut probet se eum quoque dilexisse[o]. Deum quidem dubium non est quin satis amatum à se credi vellet ob exactam ceremoniarum omnium observationem. De *Proximo*, quia ambigi poterat quàm latè ea vox spectaret, interpretationem Christi postulat. Si enim respondisset Christus, ex recepta eorum temporum sententia, *proximum* esse quemvis Israelitem, nec alium præterea quenquam, arbitrabatur nihil esse quod etiam hac in parte à se desideraretur. Vide quæ dicta ad Mat. 5. 43[p]. *Gentiles* non æstimati sunt à Judæis pro *proximo suo*, ut docent Aruch & Maimon ||. [Verba vide in Li.]

30. *Suscipiens*, (scil. vices respondendi[q],) *autem Jesus dixit*, ità Mo. Ὑπολαβὼν—εἶπεν] *Excipiens* (sub. *sermonem ejus*, Be. Pi. sic D. quanquam hoc verbum & absolutè ponatur[r], ut in Virg. *Excipit Ascanius*†. Succedens

* G. [f] G. [g] Bru. [h] Be. Pi. G. [i] G. [k] Pi. [m] Be. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] Be. sic Val. G. [r] G. † Be. [t] Di. [v] Camer. * Li. ho. [x] Mont. in Wal. [y] G. sim. Bru. [z] Bru. [a] Idem.

[b] G. [c] G. [d] Bru. * G. † Li. ho. [f] Heins. [g] G. [h] Eru. [i] G. [k] G. sim. Be. Bru. [l] G. [m] Eru. [n] Pi. [o] Bru. [p] G. || Li. ho. [q] Bru. [r] Be. ex Val. † Val.

cedens in vicem respondendi [t]. *Subjecit*, Ca. sic Sy. vel, *Respondens*, Er. Il. Ti. sic Ar. Æth. D. Di. nam apud Lxx sæpe usurpatur pro ענה, ut Job. 2. 4. & 40. 1. & Dan. 3. 9 [v].)—*dixit*, P. Be. Pi. &c. Sic & Xenophon, Καὶ ὁ Κῦρος ὑπολαβὼν εἶπε, *Et Cyrus excipiens inquit* [†].

¶ *Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho*] Qui locus latrociniis infamis [x]: collis erat *Adomim* dictus, à cruore viatorum ibi effuso [y]: de quo tamen dubitari potest: nam is locus ità vocatur in Josuæ libro. Sed sciendum ut in Mosis, ità & in Josuæ, & Samuelis, historia non pauca inveniri quæ multò post à Prophetis, aut Sapientibus, explicandi causâ adjecta appareant: quod multis argumentis probari posset, si id ageretur. Assentior autem existimantibus hoc loco rem gestam potiùs quàm fabulam narrari [z]. Nulla via in tota terra Israel magis trita erat quàm hæc inter Jeros. & Jerich. tum quia duceret in Peræam, tum præsertim ob Ephemerias, sive stationes, Sacerdotum, Levitarum, & Israelitarum, versantes in Jerich. æquè ac in Hieros. De qua re vide dicta ad Luc. 1. 5. & in Hieros. Taanith, fol. 67. 4. Hinc mentio h. l. fit Sacerdotis & Levitæ hàc itinerantium [*].

¶ *Et*, &c. Ἀφέντες ἡμιθανῆ τυγχάνοντα] *Eo semimortuo relicto*, Er. Il. Ti. V. sic P. Be. Ca. Pi. in via, ut necesse esset ipsum perire [a].

31. *Accidit*; ità Er. Sy. Ar. &c. Κατὰ συγκυρίαν] Quod αὐτόματον vocat Aristoteles, Phys. 2. [Verba habet G.] K. putat eandem vim esse in Heb. פתע, quod interpretatur, ἄνευ προαιρέσεως [b] (*inconsultò*.) *Casu*, Be. Pi. Bru. &c. *Fortefortunâ*, Ca. Excludit hominum consilium, non autem providentiam Dei [c]. Hesychius, κυρῶ [sign.] τυγχάνω· & κυρεῖ, ὑπάρχει· & κυρία, ἡ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσα δύναμις· hinc συγκυρία, σύντυχία. Συγκυρία propriè est *concursus* duarum rerum. Significat & *occasionem* rei alicujus: ut verti possit, *Occasione datâ*, prætereundi, &c [d].

¶ *Præterivit*; ità Mo. Er. &c. Ἀντιπαρῆλθε] *Ex adverso præteriit*, Be. Bru. Pi. deflexit de via [*], præteriit, observatâ aliquâ ab eo distantiâ [‖], vel ex religione, nè cadaveris contactu pollueretur [f]; vel ex metu aut horrore [g]. *Præteriit coram illo*, Di. ex Camer. vel potiùs, *contra illum*, ità ut ipse unum, alter alterum, teneret latus, sibique invicem essent oppositi: vel ἀντιπαρῆλθε idem est quod simplex παρῆλθε, ut Luc. 8. 26. ἀντιπέραν idem est quod πέραν, *trans Galilæam*: & in Glossario, ἀντιπέραν τοῦ ποταμοῦ, redditur, *trans fluvium*. Aliter Sapient. 16. 10. ubi ἀντιπαρῆλθε est, *in adversum prodiit*, vel, *opposuit se* [h]. *Præteriit contrario itinere*, ab Hierichunte scilicet Hierosolyma properans. Quanquam Christo præcipuè propositum erat docere, latiùs extendi *proximi* vocabulum quàm Judæi putarent; obiter tamen ostendere voluit, sæpe ipsos nè iis quidem quos *proximos* vocarent præstare id quod esset proximorum, i. e. amicorum. Nam qui factis magis quàm animo attendunt, facilè excusationem reperiunt etiam nè facta præstent: aut iter urgent, ut morari non liceat; aut suum quoque periculum metuunt: quale aliquid causatos & hos, Sacerdotem & Levitam, credibile est. At si animus fuisset plenus dilectionis, plenus misericordiæ, & manus & pedes ad sublevandum semineces hominis miseriam ultro festinâssent. Nunc leviter fortè moti, & dicto, *Deus misereatur*, ad ἐπιμελείας suæ functionem gradum accelerabant, parum memores Divinæ sententiæ à Christo toties inculcatæ, *Misericordiam malo quàm sacrificium* [i].

32. *Cum*, &c. Γενόμενος κατὰ τὸν τόπον] *Cùm venisset* (vel, *iret*, Er. Il. *appropinquavit*, Tre. ex Sy. *præsens factus esset*, Bru. γενόμενος, pro παραγενόμενος [k]. Vide Marc. c. 6. v. 2. & Joan 6. 19 [l].) *ad* (vel, *juxta*, Er. Il. &c.) *eum locum*, Be. Pi. ubi saucius ille jacebat [m].

33. *Samaritanus*] Samaritam potiùs quàm ἀλλόφυλον alium Christus nominavit, quòd Samaritas Judæi, ut Apostatas, capitaliore quàm ullos alios odio prosequerentur [n], ac proinde à *proximi* nomine atque æstimatione longiùs submoverent; idque nomen Christo pro summo probro imponerent [o].

¶ *Venit* (vel, *Accessit*, G.) *secus eum*; ità Mo. Ar. Κατ' αὐτὸν] *Ad eum*, Er. P. Ca. Pi. *Propiùs ad eum*, G. *Eò ubi erat*, Tre. ex Sy. sim. Be. Bru. ubi ille jacebat: κατὰ pro πρὸς [p].

¶ *Misericordiâ*, &c.] Animi motus sincerus præcedit, quem sequuntur facta animo congruentia [q].

[t] V. [v] D. D. [†] Val. [x] G. ex Hi. [y] D. ex Hi. [z] G. [*] Li ho. [a] Bru. [b] G. [c] Be. [d] Ham. [*] Be. Bru. [‖] Li. ho. [f] Be. [g] Bru. ex Th. [h] Di. [i] G. [k] Bru. sim. Be. [l] Be. [m] Bru. [n] G. sim. Bru. Li. ho. [o] G. [p] Be. [q] G.

34. *Infundens oleum & vinum*] Et quidem mixtum, οἰνέλαιον [r]. Hæc secum sumpserat ad viam, *oleum*, loco obsonii ad panem; *vinum*, potûs loco. Præsentibus utitur, donec meliora suppetant, non incommodis tamen; cùm vinum purget vulnera, oleum leniat. Vino priùs lavit vulnera, & putridum sanguinem absterſit, tum constrinxit vulnera, deinde oleo lenit vulnerum dolorem, & carnem divisam mollificat [†]. Vinum vulneribus adhiberi solere docet Athenæus illo Mnesithei versu, Καὶ τοῖσιν ἑλκωθεῖσιν ὠφέλημ' ἔχει.

¶ *In stabulum*] Bene: nam & in Jure Romano *stabulum* πανδοχεῖον vertunt Græci; *cauponam* autem, καπηλεῖον· *caupona* est ubi bibitur, *stabulum* quo recipiuntur viatores; quod Heb. מלון [s]. *In diversorium*, sive *hospitium*, Be. Pi. Tre. P. &c.

35. *Et*, &c. Καὶ ἐπὶ τὴν αὔριον] Subauditur ἡμέραν, ad verb. *In diem qui cras*, i. e. postridie, scilicet erat [v]. Hellenistica locutio pro, τῇ ἐπιούσῃ. Diximus alibi [x]. *Postero autem die*, Be. Pi. Di. Syrus, *Ad auroram diei*. Idem est: nam sequens aurora posterum diem facit; q. d. *Ad matutinum crepusculum*, quo aura spirare solet; ut αὔριον sit ab αὔρα, *aura*, *ventus levior* [y].

36. *Proximus fuisse*] Ità Be. Pi. &c. i. e. implêsse officium proximi [z]. Nam sæpe *esse* dicitur quod facto ostenditur [a].

37. *Qui fecit misericordiam in illum*, Μετ' αὐτοῦ] *Erga eum*, Be. Pi. Bru. *Cum illo*, V. Bru. Similis locutio Luc. c. 1. v. 72. Admirabili prudentiâ usus est Christus ut verum invito extorqueret. Si de Samarita vulnerato narrationem Christus proposuisset, fortè dixisset Legisperitus negligendum fuisse hominem impurum & à sacris alienum. At beneficium collatum in Hierosolymitam tam gravi casu afflictum non potuit non laudare. At hoc ambitu cogitur fateri quod directè videbatur negaturus. Nam *proximus*, *amicus*, *cognatus*, sunt τῶν πρός τι. Quare, si Samarites ille rectè fecit cùm opem tulit Judæo, certè & Judæus rectè faciet si in casu simili opem ferat Samaritæ. Nam par utrinque est naturæ vinculum, quo uno Samarites, & quidem judice Legisperito, laudabiliter movebatur. Mutuæ sunt istiusmodi obligationes; non claudicant. Meritò igitur Christus pro collecto habet, si jus perpetuum, naturale, omnibus hominibus commune, respiciatur, quod lege civili Hebræorum minimè est antiquatum, imò quò Lex ipsa Hebræa quasi manuducit, neminem hominum à nobis alienum esse censendum qui aliquid à nobis opis sentire possit [b].

¶ *Vade*, Πορεύου] *Abi*, Be. Pi. Imperativus loco adverbii hortantis, more Hebraico, *Agedum* [c]. Πορεύου hìc hortantis est, ut πορευθέντες, Matth. 9. 13. Imitare, inquit Christus, non Sacerdotem & Levitam, sed illum Samariten; & quod illum voluisti præstare Judæo, præsta Judæus extraneo; imò, si res ità ferat, etiam Samaritæ. Immutabilia enim sunt naturæ jura. De Deo dictu facile eum à te amari, sed ni hominem alterum, Dei effigiem, juves, manifesti mendacii deprehenderis. Nam qui commendantem amat, amat & commendatos, 1 Joh. 4. 20 [d].

38. *Castellum*, Κώμην] *Vicum*, Be. Pi. &c. *Oppidum*, V. *Oppidulum*, Er. Bethaniam [*], ex collat. Joh. c. 11. v. 1 [f].

¶ *Martha*] מרתא. Nomen hoc legitur in Juchasin; & de viro, & de muliere, 91. 1. & 99. 1 [g]. Videtur hæc mulier fuisse vidua, quîcum frater & soror vixerint [h].

39. *Quæ*, &c. Καὶ τῇδε, &c. Puto τὸ nihil aliud hìc esse quàm additamentum vocis relativæ. Neque aliter intellexit Syrus [i]. *Quæ etiam assidens*, &c. Be. Pi. q. d. non stans, & quasi aliud agens, aut subinde ad negotia domestica exsiliens, sed sedens, id est, composito ad hoc corpore, huic uni rei incumbens. Sessione significatur quies, attentio, diligentia, & assiduitas [k]. *Sedit ad pedes* ut discipuli solebant, Luc. 8. 35. Act. 22. 3. Hoc Hebræi dicunt *sordidare se pulvere pedum Doctorum* [l].

¶ *Audiebat verbum illius*] Jesus nè in hospitio exceptus, nec dum paratur prandium, intermittit docendi studium, omnibus ubique prodesse studens [m].

40. *Satagebat*, &c. Περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν] *Distrahebatur* (vel, *Laborabat*, Æth. *Afflicta erat*, Tre. Sy. *Anxia erat*, Q. ex Sy. Ar. *Distendebatur*, Er. Occupabatur negotiosa [n].) *circa frequens ministerium*, Be. Pi. vel, *multam ministrationem*, Er. V. vel, *variam administrationem*, Er. ad v. 42. de apparatu convivii [o]. Verbum διακονεῖν Scriptores nostri usurpant sæpe de iis ministeriis quæ ad vitæ hujus necessitates pertinent, ut videre est Matth. 8. 15. & c. 25.

[r] Q. in Heins. [†] Bru. [s] G. [v] Pi. [x] G. [y] Di. [z] G. sim. Bru. V. [a] G. [b] G. [c] V. [d] G. [*] G. Bru. Pi. Zeg. [f] Pi. Zeg. [g] D. [h] G. [i] G. [k] Bru. [l] G. [m] Bru. [n] Bru. [o] Idem.

c. 25. v. 44. & 27. 55. Marc. 1. 31. & 15. 41. &c [p]. ¶ *Quæ*, &c. Ἐπιστᾶσα] *Stans*, Mo. sic Æth. Ar. *Adstans*, Bru. *Veniens*, Sy. Perf. *Superveniens*, P. Be. Pi. *Quæ assistens*, Er. Il. sic Ti. *Sic dicere instituit*, Ca. ¶ *Non est tibi curæ*, &c?] Fiduciam illi suggessit tum humanitas Jesu, tum quòd pro Jesu & hospitibus laboraret [q]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα μοι συναντιλάβηται] *Ut mihi simul suscipiat*, Mo. *Ut me adjuvet*, Er. Il. Ca. Tre. Ti. &c. vel, *sublevet*, ut Rom. 8. 27 [r]. Et in Græcis, Exod. 18. 22. Psal. 89. 21 [†]. *Ut me vicissim adjuvet*, Be. sim. P. Sed illud, *vicissim*, non video quomodo locum habere hic possit [t]. Vel, *Ut unà mecum manus admoveat* operi. Metaphora ab oneribus, quæ utrinque admotis manibus sublevantur [v]. Doctè sanè, ut Exod. 18. 22. *portabunt tecum*; ubi Lxx, συναντιλήψονταί σοι. At Psal. 89. 22. Deus dicit, *Manus mea* συναντιλήψεται αὐτῷ ubi simpliciter *adjuvare* significat [x].

41. *Martha, Martha*] Amica compellatio, ut Matth. 7. 21. Marc. 14. 36, 45. Rom. 8. 15. Gal. c. 4. v. 6 [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά] *Et turbaris* (vel, *tumultuaris*, Er. Il. *perstrepis*, Pi. *satagis*, Be. Pi. *inquieta es*, Sy. sim. Ar. *distraheris*, G. variè & solicitè discursas [z],) *circa*, sive *erga*, *multa*, sive *plura*, P. Ti. V. Er. &c. vel, *de multis*, Be. Pi. Velut turbulenta & irrequieta ad plurima raperis [a], parans varia genera ferculorum, & variam suppellectilem disponens [b]. Τύρβη ἀγορᾶς in Xenoph. *strepitum fori* significat [c]. Τύρβη sign. *conatus turbulentos*: hinc τυρβάζειν turbidæ operis solicitudinem indicat [d]. Τυρβάζειν, inquiunt Græci Grammatici, propriè τὸ πηλὸν ταράξαι, (*lutum turbare*:) unde porrò ad cætera transfertur [*]. Suidas exponit φροντίζειν [f], (*curare*,) & ἑτοιμάζειν, (*parare*;) quorum utrumvis huic loco congruit [g].

42. *Porrò*, &c. Ἑνὸς δέ ἐστι χρεία] *Atqui uno*, sive *unâ re*, *opus est*, Be. Ca. Pi. V. Er. sim. P. Mo. vel, *Atqui unum est necessarium*, Er. Il. Ti. Vulg. sic Perf. vel, *quod requiritur*, Tre. ex Sy. *Quum id quo opus est exiguum sit*, Ar. *Et parum sufficiet*, *imò res unica*, Æth. [Variè explicant:] Non est opus tantâ solicitudine [h], unum ferculum est necessarium & nobis sufficiens [i], Sed quis credat Christum de solo corporeo cibo hìc tam seriò egisse [k]? Non puto de uno ferculo Christum hìc agere; quod tamen quibusdam valde placere video: Satius est intelligamus Christum ex occasione ejus quod gerebatur generalem pronunciâsse sententiam, Varias esse ac multiplices hujus vitæ curas; sed unam esse rem quæ, si salvi esse velimus, omnino nobis sit necessaria; curam scilicet pietatis, Matth. 16. 26 [l]. Unum ergò hìc intelligitur studium rerum Divinarum, & circa illas seria occupatio [m]. ¶ *Maria optimam partem elegit*, &c.] Vel, *bonam partem*, &c. Positivus pro comparativo, i. e. meliorem quàm Martha, præferendo scilicet studium cognoscendi doctrinam salutis studio lautè excipiendi Dominum: Neque enim hoc studium simpliciter, ut malum, damnat [n]. Meritò auditionem Verbi prætulit cibis parandis [o]. Deo animæque suæ rectè vacavit, posthabitis iis quæ corporis sunt [p]. Maria, inquit, ex multis curis eam elegit, & huic uni impensè vacat, cujus fructus in æternum mansurus est. Cætera quæ curantur caduca sunt ἡ ἐφήμερα. Hominum piorum duo sunt genera: alii enim ità pietatem colunt ut simul familiam aut Rempublicam, aut si quid simile est, procurent: alii, omni illâ curâ in alios rejectâ, totos se precibus & sacris studiis devovent. Sicut illorum solicitudo non est damnabilis, ità horum multò beatior est tranquillitas, qui in terris incipiunt vitam agere cœlestem. Atque hoc nomine cœlibem vitam nuptæ vitæ præfert Paulus, *innupta curat quæ Dei sunt*, nempe unicè atque indefesso studio: *nupta curat quæ sunt mundi*, juxta ea scilicet quæ sunt Domini. Ad illam classem Maria pertinebat; ad hanc Martha. Quare errare mihi non videntur veteres qui in duabus his sororibus exemplum ponunt vitæ Contemplativæ & Practicæ, ut & Hebræi in Rachele & Lea, teste Philone: [cujus verba vide in G.] quem magno consensu sequuntur Christiani Scriptores [q].

[p] G. [q] Bru. [r] G. Ham. [†] G. [t] Idem. [v] Di. ex Be. [x] Di. [y] G. [z] G. [a] V. [b] Bru. [c] Pi. [d] Camer. [*] G. [f] G. Pri. [g] Pri. [h] Me. [i] T. ex Hi. & Cyr. & Th. & Tolet. sim. Bru. Me. [k] T. [l] G. [m] T. ex Aug. & Euthym. Beda, Sà, &c. sim. Mal. [n] Pi. [o] T. [p] Bru. [q] G.

CAP. XI.

1. *Doce nos orare*] Doce nos compendium rerum orandarum. Neque enim eo tempore syllabis adstringebantur. Sic & à Johanne credibile est propositam summam precum ad pœnitentiam pertinentium [a], & ad Regnum cœlorum, quod instare docuit [b]. Hinc *breviarium totius Evangelii* Tertulliano dicitur; Cypriano, *cœlestis doctrinæ compendium*. Omnino autem credibile est, in Græcis Codicibus adjecta ex Matthæo quæ Lucas omiserat, cùm non exstent in Latinis antiquis illud, *qui es in cœlis*: item, *Fiat voluntas tua ut in cœlo ità in terra*, (quod & Græci Codices quidam omittunt:) item, *sed libera nos à malo*: quæ ipsa etiam, non expressa, vi insunt cæteris verbis [*]. Sed quid sibi vult qui hoc petit? Christus antea formulam tradiderat in sermone in monte. Id & hunc discipulum nosse puto, verùm non eam hìc repetitam exspectâsse, sed formam aliquam pleniorem & particulariorem. At novit Christus, satis in ista suâ esse comprehensum. Orationes Judæorum, tum ordinariæ, tum occasionales, erant magis benedictoriæ & doxologicæ quàm petitionariæ. Johan. autem, ut novam introduxit doctrinam, ità novam quoque formam orationum, scil. supplicatoriam magis quàm Judaica, atque aliud petitionum genus, v. g. pro regeneratione, fide, adoptione particulari, sanctificatione, &c. aliisque quæ aliena erant à Scholis & Synagogis Judæorum. Christus pariter formam hìc tradit orationis, merè petitionariam, ideóque & doxologiam h. l. omittit [*], sed & ipsum *Amen*; quippe quod proferri non solet, nisi prælibatâ aliquâ εὐχαριστίᾳ, benedictione, aut doxologiâ, ut patet ex fine Psal. 41. & 72. & 79. & 106. & ex 1 Cor. 14. 16 [||].

2. *Cùm oratis*] Solenniter [d]: cùm vultis orare [*]. ¶ *Dicite*] Hâc utimini formulâ, nec eam omittite [f]. [De quo vide dicta ad Matthæum.]

3. *Hodie*, Τὸ καθ' ἡμέραν] *In diem*, P. Be. i. e. quanto in hunc diem opus est [g]. *In die*, Ar. in Di. *Juxta diem*, Mo. *Quotidie*, sive, *In singulos dies*, Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. Be. V. Pi. Bru. quod vulgò dicimus, *jour à jour*. Sic Eurip.——— ἐμαιγάζοντι μὲ καθ' ἡμέραν, &c [h]. Sed non idem est σήμερον quod Heb. יום יום, *quotidie*, sed quod, דבר יום ביומו, *quantum ad unumquemque diem pertinet*, seu *requiritur*. Lxx interdum pro eo habent τὸ καθήκοντα καθ' ἡμέραν interdum, λόγον ἡμέρας ἡμέρας ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ interdum, τὸ τῆς ἡμέρας εἰς ἡμέραν· interdum, τὸ καθ' ἡμέραν εἰς ἡμέραν· interdum, ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν· interdum, τὸ τῆς ἡμέρας καθ' ἡμέραν. Postremum hoc exstat, Dan. 1. 5. & quia de cibi demenso dicitur, huc maximè quadrat. Hunc itaque locum sic verto, *Panem nostrum necessarium da nobis*, *demensum uniuscujusque diei*, vel, *quantum quotidie opus est*. Unde liquere arbitror, ἐπιούσιον non satis rectè verti *quotidianum*, alioqui idem bis dicitur; sed rectè vertisse Syrum, *necessitatis nostræ*. Vide dicta ad Matthæum [i]

4. *Dimitte nobis peccata nostra*] Ἁμαρτίας est expositio ejus quod apud Matthæum est ὀφειλήματα [k]. Nè punias nos propter peccata nostra, sed parce nobis [l]. ¶ *Siquidem*, (vel, *Nam*, Be. Pi. &c.) *& ipsi dimittimus*, &c.] Nam & nos ex tuo præcepto injurias aliis condonamus, ob promissionem veniæ sub hac conditione nobis factam [m]. Codex meus vetustiss. habet, ὡς ἡ ἡμεῖς, *ut & nos*. Quæ vera est lectio. Vix enim cuiquam convenit ex seipso rationem desumere, quâ Deus ad ipsum exaudiendum commoveatur [n]. ¶ *Debenti nobis*] Pœnam scilicet, ob injuriam nobis illatam [o]. Ὀφείλειν hìc sumitur in notione linguæ Syræ (quâ Christus indubiè loquutus est) peculiari, quâ nec Latini, nec Græci, nec Hebræi, utuntur. Syris enim peccatum dicitur *debitum*, & peccatores, *debitores*. Vide Targum ad Exod. 32. 31. & Levit. 4. 3. Sic & Luc. 13. 4. ὀφειλέται, *debitores*, pro peccatoribus. Hinc pariter *condonare* Syris est שבק, *remittere*, & hìc vertitur, ἀφιέναι, *absolvere* [p]. ¶ *Nè nos inducas*, &c.] Forsan hæc supplicatio est contra visibiles apparitiones Satanæ τοῦ πονηροῦ, ut & contra ejus obsessiones: & sic aliquantulum mollescit Phrasis de Deo inducente in tentationem [†].

5. *Commoda*, &c. Χρῆσον, &c.] *Mutua* vel, *Mutuum da*, Val. Er. Be. Pi. Hæc versio non est reprehendenda. Nam apud Plautum est, *Si quis quid mutuaverit*, *sit pro proprio perditum* [q]. Vox Græca anceps est ad rem quæ usu absumitur & ad eam quæ non absumitur. Apud Latinos autem *commodatur* cujus usus modò præstatur, ut Equus, Vectis, Patella; *mutuum datur* quod usu absumitur, ut Oleum,

[a] G. [b] Bru. [c] G. [*] Li. ho. [||] Li. ho. ad Luc. 11. 4. [d] Ham. [*] Bru. [f] Ham. [g] Ec. [h] Idem. [i] Di. [k] G. [l] Pi. [m] G. sim. Pi. [n] Be. [o] Pi. [p] Ham. [†] Li. ho. [q] G.

Oleum, Triticum, aut quod non idem redditur [r]. *Mutuum* est, juxta Jurisconsultos, ubi fit de meo tuum; *commodatio*, ubi idem corpus redditur [†]. Quòd autem *commodare* pro *mutuare* hîc posuit V. Interpres, fecit idem Salvianus Juris vocum alioqui peritissimus, *Nemo sibi solvi vult*, inquit, *quæ non commodat* [t].

6. *Venit*, &c. Παρεγένετο ἐξ ὁδοῦ] *Venit de via*, Be. Pi. &c. *Divertit*, impulsus aut imbre, aut nocte, quod malim ob seq [v].

7. *Ostium clausum est*] Quod non sine labore & incommodo, vel fortè periculo, aperiri potest [x]. Designat serum noctis, quod Græci κλεισίθυρον, *occlusionem ostii*, vocabant [y]. ¶ *Pueri*, Παιδία] *Pueruli*, Be.Bru.Pi.&c. *Liberi*, Sy. Rectè: ità enim sumi id nomen solet, ut Heb. 2. 13, 14 [z]. ¶ *In cubili*] Ità Ar. Be. Pi. vel, *lecto*, Sy. Pers. Æth. vel, *cubiculo*, Bru. nam κοίτη & *lectum* & *cubile* significare potest [a]. Significat neminem domi esse qui sine incommodo panes dare petenti possit, cùm omnes jam cubitum iissent [b].

8. *Et si ille perseveraverit pulsans*] Explicandi causâ positum puto, non quòd in Græcis exstaret [c]: sanè hoc maximè videtur appositum [d]. ¶ *Propter*, &c. Διά γε τὴν ἀναίδειαν] *At certè propter importunitatem*, Be.P.Pi.Sy. in Boder. vel, *instantiam*, Tre. ex Sy. Ar. ad verb. *sollicitudinem*, Di. ex Sy. vel, *impudentiam*, Er. V. Pi. id est, impudentem inverecundiam [*]; vel impudentem postulationem [f]; pervicacem flagitationem [g]: vel, *improbitatem*, Vulg. Er. Il. Ti. Mo. Ca. Non malè [h]. Glossarium, *improbitas*, ἀναίδεια [i]. Nam quanquam longiùs porrigi cœpit, *probitas* propriè est αἰδώς· itaque opponitur *probus* inverecundo [k]. Virgilio *labor improbus* dicitur [l], i.e. assiduus & importunus [m]. Salustius hoc sensu Pompeium dixerat, *oris probi, animo inverecundo*, pro quo malè apud Suetonium legitur, *oris improbi*. ¶ *Quotquot*, &c. Ὅσων χρῄζει] Etiam plus tribuas si opus est [n].

9. *Et ego dico vobis*] Comparatio est non à simili, sed à majore; Si impudens flagitator tantum obtinet ab homine, quid non à Deo obtinebit supplex & assiduus precator [o]?

11. *Quis*, &c. Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον, &c.?] *Ecquis autem* (quidam cod. legunt τίς δὲ [p]) *ex vobis pater, si filius* (sub. *ab eo*, Be.) *petierit panem, lapidem ei dabit*? Be. Pi. Optimè cohærent verba si τίνα interpreteris, *si quem*, secundùm ea quæ alibi diximus. Sensus enim est, Si quem vestrûm, qui parens sit, filius suus panem poscat, an is filio lapidem dabit [q]? Sermo hic ἀνακόλουθος est [r]. Aut enim pro μὴ legendum καὶ, sic, *Quem autem vestrûm —— & ille lapidem dabit illi?* qualis loquendi forma præcessit v. 5. 6, 7. aut pro τίνα, legendum, εἴ τινα· & vertendum, *Si quem autem —— num lapidem*, &c [†]? *Quis enim ex vobis est pater, à quo petit filius panem, nunquid lapidem porrigit ei?* Tre. ¶ *Dabit*, Ἐπιδώσει] i.e. Δώσει [t]· nam aliàs ἐπιδίδοναι apud Græcos est, *augescere*, seu *incrementum capere* [v].

13. *Pater*, &c. Ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ] *Pater cœlestis*, Be. &c. Sed minùs propriè dici videtur de Patre, ὁ ἐξ οὐρανοῦ, quàm, ὁ ἐν οὐρανῷ. Mallem ergò, expuncto articulo, ὁ, legere, *Quantò magis pater vester ἐξ οὐρανοῦ δώσει, dabit è cœlo*, &c [x]. Verum idem est, ὁ ἐξ οὐρανοῦ, quod, ὁ ἐν οὐρανῷ, & ἐπουράνιος [y], & οὐράνιος [z]. Sic 1 Cor. 15. 47. Christus dicitur *Dominus* ἐξ οὐρανοῦ, i.e. v. 48, 49. ἐπουράνιος. Et 2 Cor. 5. 2. *Domicilium nostrum* τὸ ἐξ οὐρανοῦ, idem est quod, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, v. 1 [a]. Sic Matt. 16. 1. *signum* ἐκ τοῦ οὐρανοῦ est signum cœleste, quod in ipsis cœlis editur, Gal. 1. 8. *Angelus* ἐξ οὐρανοῦ est qui in cœlis domicilium habet. Heb. 12. 25. ὁ ἀπ' οὐρανῶν, i.e. τὸν ἐπουράνιον opponitur enim τῷ ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντι [b]. ¶ *Spiritum*, &c. Πνεῦμα ἅγιον] Ità legerunt Syrus & Arabs [c]. *Spiritum Sanctum*, Be. Bru. &c. i.e. dona quævis Spiritûs Sancti [d]. Ad hunc ergò Spiritum impetrandum præcipuè directa est illa precandi formula [*].

14. *Mutum*] Sic vocat ab effectu, quia hominem fecit mutum [f].

17. *Omne regnum in seipsum*, &c. Ἐφ' ἑαυτὴν, &c.] *Dissidens*, sive *divisum*, *adversùs seipsum*, (vel, *in seipso*, vel, *super seipsum*, Val. Verùm ἐπὶ ponitur pro κατὰ, ut in ἐπάρατος, pro κατάρατος & in Æschylo, ἐπὶ Θήβας, pro, ἐπὶ δὲ χθονὸς [g]) *desolatur*, sive *vastatur*, Er. Be. Pi. ¶ *Et*, &c. Καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον, πίπτει] *Et domus super domum cadit*, Er. Ti. Ca. *Et domus adversùs sese*, (supple διαμερισθεὶς, *dissidens*, vel *divisa*, G. ex Sy. Di. V. Be. Pi. Tre. ut ostendit tum ipsa sententia, tum Matthæi & Marci collatio [h]:) *cadit*, Be. Pi. &c. vel, *corruet*, i.e. corruere solet [i]. Est autem, οἶκος ἐπὶ οἶκον, Hebraico more dictum pro, οἶκος ἐφ' ἑαυτὸν, antecedente voce repetitâ voce relativi [k].

20. *In digito Dei*] i.e. Vel Divinâ potentiâ [l]: vel Spiritu Dei [m], Matth. 12. 28 [n]. Alludit ad Exod. 18. 19. Sicut tunc digitus Dei, in Mose operans, signum erat populi liberandi ex Ægypto; ita nunc digitus Dei, per Christum efficax, signum liberationis nostræ à peccato: quod est *Regnum Dei* [o]. ¶ *Profectò*, &c. Ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς, &c.] *Profectò* (vel, *Nempe*, P. Be. Pi. *Jam*, Tre. Ar. *Ergo*, Ca.) *prævenit*, (vel, *venit*, sive *pervenit*, Ca. Pi. Vulg. Ti. Æth. *appropinquavit*, Tre. Ar. *antevertens*, sive *antevertendo*, *pervenit*, P. Be. Pi. Camer. i.e. vos nihil minùs cogitantes prævenit, quod tamen beneficium ultro aspernamini [p]. Vide Dan. 7. 22. ubi in Græco vox eadem ἔφθασε [q].) *in*, vel *ad vos*, Mo. V. i.e. Palàm est Messiam Regem nunc agere apud vos [r].

21. *Atrium*, Αὐλὴν] *Aulam*, Be. Pi. &c. palatium, vel regiam [†]. Vide ad Matth. 26. 58 [t]. ¶ *In pace*] vel, *In tuto*, V. G. i.e. tranquillè ac beatè suis bonis perfruitur [v].

22. *Universa*, &c. Τὴν πανοπλίαν] *Totam armaturam*, Be. Pi. i.e. res ipsius omnes, seu omne ipsius instrumentum. Nam vox ὅπλων, *armorum*, latissimè patet [x]: vel, omnem bellicum apparatum [y]. Puto hîc de armis propriè agi, quia præcessit καθωπλισμένος. Opponitur huic armaturæ Diaboli Dei armatura descripta Eph. 6 [z]. Sensus, Vires illius frangit [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ σκῦλα αὐτοῦ] *Et spolia ejus*, Be. Bru. Pi. Sive quæ fortis ille ab aliis [b], sive quæ fortior ab hoc, abstulerit [c]. *Spolia*, i.e. supellectilem & bona domestica. Tralatio à re militari, estque ab Hebræis: quibus שלל ità sumitur, Prov. 1. 13. & 31. 11 [d]. Al. Etiam hoc sumendum in bellica significatione: οἰκίαν διαρπάζειν dixit Matthæus. Erat autem proverbium inter Hebræos, μὴ λήψεταί τις παρὰ γίγαντος σκῦλα, Esa. 49. 24. ad quod hîc alluditur [*].

24. *Quærens requiem*] i.e. Ubi sedem ponat. Unica est Satanæ quies, homines lædere [f].

25. *Et ornatam*] Imò, fœdis sordibus deturpatam: hic enim est animi ornatus quem requirit Satan [g].

27 *Mulier*] Admirata & sapientiam & potentiam Christi, viris aut blasphemantibus, aut tacentibus [h]. ¶ *Beatus venter*, &c.] Vel, *uterus*, &c. Pi. &c. Mos loquendi Græcis quoque non ignotus. Scriptor libri de Ero & Leandro qui Musæus dici solet, Ὄλβιος ὅς σ' ἐφύτευσε, &c. (*Beatus ille qui te sevit, & beata mulier quæ te peperit, & beatus uterus qui te enixus est.*) *Uterum* & *ubera* in circumlocutione Fœminarum habes & infrà 23. 29. In Thalmudicis libris est, אשרי ילדתך; ὀλβία ἥ σε τίκτει, apud Græcos [i]. Matrem potiùs laudat quàm patrem, non quòd noverit Jesum à virgine natum fuisse; sed quòd suo faveret sexui, velletque votis id assequi posse ut similem pareret filium [k].

28. *Quinimo*; ità Er. Il. Mo. Ti. Μενοῦνγε] *Certè*. Consolatur mulierem; q. d. Nè desperes, quasi nomen beatæ consequi non possis: si enim credideris, beata quoque eris. *Certè beati qui*, &c [l]. *Imò*, Ar. Ca. *Imò verò*, P. Be. Pi. Ἐπανόρθωσις, non negans quod erat dictum, Nomine tanti partûs felicem esse matrem, quod Angelus quoque & Elizabetha sancto spiritu plena dixerat; sed majus aliquid addens, Beatitudinem scilicet æternam ac solidam neque in hoc esse sitam, neque Mariæ esse propriam [m]. ¶ *Qui audiunt*, &c.] Sed ità ut credentes recipiant [n]. ¶ *Et custodiunt illud*] i.e. Reipsâ præstant [o], auditum cordéque exceptum observant atque opere perficiunt [p]. *Audire verbum* est, Christum concipere; *observare* est, parere. Qui abortiunt sunt pejore loco quàm si non concepissent, Matth. 7. 24. Rom. 2. 13. Jac. 1. 22. φυλάσσειν enim hoc loco, ut & Matth. 19. 20. Marc. 10. 20. Luc. 18. 21. Act. 7. 53. Rom. 2. 26. Gal. 6. 13. idem est quod aliis jam dictis locis ποιεῖν [q].

29. *Turbis autem concurrentibus*, Ἐπαθροιζομένων] *Congregatis*, Mo. sic Sy. P. Il. &. *Confluentibus*, Ti. *Coacervantibus*, *conglobantibus*, sive *condensantibus*, *se*, Er. *Conglobatis*,

r Er. † Val. t G. v Pri. in Wal. x Bru. y Ham. z G. a Mal. b G. c G. d Be. * V. f Pi. g G. h G. sim. Er. Di. i Di. k G. l Di. ex Er. m Di. n G. o G. p Be. q G. r Pi. ex Be. † Pi. t Be. Pi. v Pi. x Be. y Di. z G. a Ti. sim. G. b Di. c G. d Bru. * G. f Pi. ex Be. g Be.

h Di. ex Be. i V. k G. ex Be sim. Di. l V. sic Camer. Be. m Camer. Be. Zeg. Bru. n Bru. o G. p Be. q G. r V. † Bru. sic Be. Pi. G. v Be. x Be. y Bru. ex Er. z G. a V. b Bru. c Bru. sim. V. d D. * G. f Be. g Be. h Bru. i G. k Bru. l V. m G. n Bru. o Be. p Bru. q G.

globatis, V. Συναθροιζομένων Græcis est, *cùm omnia confertim in unum conferuntur locum* [r]; cùm aliæ super alias turbæ ad ipsum coirent [†]. ¶ *Signum Jonæ*] Planè loquitur cum Magistris, qui illud Jonæ miraculum, מעשה נס, ἔργον σημείου, vocant [t].

30. *Fuit Jonas signum*] Vide Luc. 2. 34. & quæ inibi dicta [v].

33. *Nemo lucernam accendit*, &c.] Sententiam hanc Christus, ut Sapientes solebant, occasione datâ sæpiùs inculcabat; itaque apud Lucam bis reperitur: quod & de aliis sententiis par est intelligi. Videtur autem hîc dictum ad explicationem ejus quod præcesserat, *Beati qui audiunt Verbum & custodiunt*. Nam φυλάσσειν est efficere ut lux Verbi animis insiti per opera appareat. Vide quæ ad Matthæum [x]. Al. Sensus, q. d. Quamvis plerique nihil sapientiâ & prædicatione meâ moveantur; non idcirco tamen debeo sine fructu occulere sapientiam meam, & otiosus à prædicatione cessare [y]. Al. Videntur hæc cum præcedentibus sic connecti; Nonnulli eum calumniabantur, quasi ejiceret dæmonia per Beelzebub, alii signum petebant, v. 15, 16. Prioribus respondet v. 17. 18. utrisque v. 19, &c. Et utrosque hîc respicit, præsertim posteriores; q. d. Num postulatis miracula; at vos iis non habebitis fidem, ac proinde vobis essent velut lucerna sub modio [†]. ¶ *In*, &c. Εἰς κρυπτὸν] Ità Syrus & Latinus: atque ità malo quàm, quod alii Codices præferunt, κρυπτήν. Nam idem hîc est, εἰς κρυπτὸν, quod ὑποκάτω κλίνης, Luc. 8. 16 [z]. At omnes cod. vet. legunt, εἰς κρυπτὴν, & fortasse magis accommodatè [a].

34. *Lucerna corporis*, &c.] Est & hæc sententia inter sæpe repetitas. Applicatur autem nunc ad perversas hominum de Christo judicationes nascentes ex affectuum nubilo [b]. ¶ *Si autem nequam*, &c.] q. d. Non mirum quod plerique non recipiant Evangelii lumen, cùm oculus mentis sit excæcatus pravis affectibus [c].

35. *Vide*, &c. Σκόπει, &c.] *Considera*, (vel *Cave*, Bru. Pi. *Animadverte*, Val.) *ergò num lumen quod in te est* (vel, *an non lux tua*, G.) *tenebræ sint*, Be. Laudo hanc versionem: Nam ea vis est voculæ μὴ, post verbum σκοπεῖν· Xenophon, Σκόπει μὴ ἐπιμελῶν ἀποδιδῷς [d]. Vel, *ne lumen —tenebræ sint*, Vulg. Pi. Sy. in Be. Sed tum pro ἐστὶ legendum fuerat ᾖ [*]. Deest hic versus cum seq. in meo cod. vetustiss. [f].

36. *Si ergò corpus tuum totum lucidum fuerit*, (i.e. affectiones tuæ omnes illustrentur ac regantur ab oculo sive corde simplici vel puro: reliquis enim animi affectionibus animi præest cor, h. e. superior animæ portio. Vide Mat. 6. 22 [g].) *non habens aliquam partem tenebrarum*, (vel, *tenebrosam*, Er. Be. P. Mo. &c. cui dominentur tenebræ cupiditatum carnis [i]:) *erit*, (vel, sic *erit*, Camer. Er. Pi. P. Ti. vel. profectò *erit*. Ar. sub. *illud*. Camer. intellige *corpus* [k]: vel, potiùs, totum absolutè, quod refero ad omnia quæ homo habet [l]: & sub. *tibi*, G.) *lucidum totum*: (bis lucidum, simplici scil. oculo tuo suscipiente lucem veritatis, quam ego offero, luce & extrinsecùs & intrinsecùs affulgente perfundetur [m]:) *& sicut*, &c. Ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε] *Ut cùm lucerna fulgore illustrat*, sive *illuminat, te*, Er. Il. Be. Pi. &c. *Perinde erit acsi te fulgore lucerna collustret*, Ca. Sensus, Eum tibi usum præbebit corpus tuum lucidum quem præberet latè coruscans lucerna [n], illuminans te oculo sano præditum [o]: adeò nihil erit quod te offendat, *in luce manet, nec est offendiculum in eo*, 1 Joh. 2. 10. *Corpus* ergò Christus hîc vocat perpetuum vitæ tenorem, quod Johannes dicto loco ἐν φωτὶ μένειν, & 1 Joh. 1. 7. ἐν φωτὶ περιπατεῖν, appellat [p]. Sed videtur h. l. tautologia esse, & idem ex eodem concludi; q. d. Si fuerit lucidum totum, erit lucidum totum. Dicunt qui optimè exponunt, non concludi idem simpliciter, sed idem cum similitudine, explicante quomodo lucidum erit; nempe ità ut si lucerna, &c. Hoc pluribus placet, mihi non item. Si auderem pro σῶμα, *corpus*, legere ὄμμα, *oculus*, sententia esset congrua, *Si ergò oculus tuus lucidus fuerit —— erit lucidum totum*, scilicet corpus; *& sicut lucerna fulgoris illuminabit te*, sub. *oculus tuus*. Verùm in corrigenda S. S. lectione non quæro laudem ingenii; μὴ κίνει καμάριναν, *ne moveto lineam*, ut Græco apud Platonem proverbio monemur. Malim ergò sic accipere: Illud, *erit lucidum totum*, non refero, ut omnes, ad *corpus* quod præcessit, unde species tautologiæ, sed ad totum simpliciter. Sic ergò argumentatur, *Si oculus tuus lucidus fuerit*, i. e. si intentio tua fuerit recta, totum corpus tuum lucidum erit, i. e. omnes tuæ facultates (quæ tanquam membra diversa corpus unum efficiunt) lucidæ & rectæ erunt: *si autem totum corpus tuum lucidum fuerit, totum omnino lucidum erit*, i. e. nihil erit quod indè proficiscitur quod non lucidum & rectum erit, rectæ erunt omnes tuæ actiones, quæ ex facultatibus proficiscuntur, quia (sub. *oculus tuus*) *sicut lucerna fulgens te* totum *illuminabit* [q]. *Oculum* pro animo ponit more scholarum; q. d. Adsit animus candidus, benignus, mitis, & totus eris lucidus, & omnia erunt tibi lucida. Si vobis talis esset animus, non tam sordidè judicaretis de miraculis meis [†].

38. *Quare non*, &c. Ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη] *Eum non priùs ablutum fuisse*, vel, *abluisse se*, Be. Pi. sic Er. Tre. P. Mo. &c. Ad verb. *mersum fuisse*, Pi. Significatur immersio manuum in aquam lavandi causâ [r]. Ἐβαπτίσθη idem est ac ἐνίψατο τὰς χεῖρας [†]. Sed ἐβαπτίσθη dicere maluit, quia manus tota & brachii pars cubito tenus non leviter perfundebatur, sed quasi mersabatur, nè quid sordis adhæreret. Vide quæ ad Matth. 15. 2. Marc. 7. 2. 3, 4 [t]. Sed hæc ratio haud satis Judæorum disciplinæ congrua est. Mallem ergò Rev. Bezæ verbis dicere, τὸ βαπτίζεσθαι idem hîc declarat atque τὸ λούεσθαι καὶ χερνίπτειν· modò ità interpretari liceat, ut eo innuatur manus vel mersatione, vel affusione, purgare: cùm [autem] utrovis modo id præstare liceret, quod tam hunc, quàm illum, comprehenderet, adhibitum videtur vocabulum [v]. [De his vide fusè dicta ad Marc. 7. 3, 4.] ¶ *Ante prandium*] Nam illotis ex Judaico dogmate omnis cibus erat immundus [x].

39. *Nunc vos*] Ità Er. Sed νῦν h. l. non est temporis adverbium, sed potiùs conjunctio expletiva: nisi malimus interpretari, *Vos verò*, ut Demosth. sæpe νῦν usurpat in assumptionibus argumentorum [y]. *Vos quidem*, Be. Pi. Posset videri esse adversativa oratio πρὸς τὸ πιστεύομενον· q. d. Animum præcipuè curari oportuit: at nunc in externis occupamini. Sed eo sensu νῦν solet habere ᾗ adjunctum; ut infrà 19. 42. Quare, rectiùs sic exponemus. Ut nunc res sunt, nihil aliud curatis quàm quod ad exteriorem munditiam attinet: ut sui potissimùm seculi mores respiciat Christus; ut suprà, cùm dixit, γενεᾷ αὕτη. Potuit autem hoc eò justiùs facere quia traditio illa non erat admodum antiqua [z]. Τὸ *nunc* sermonis hujus opportunitatem notat; q. d. Jam opportunum est ut vos vanæ hujus religionis admoneamini [a]. ¶ *Quod*, &c. Τὸ ἔξωθεν, &c.] *Exteriorem partem*, &c. Be. Pi. &c. q. d. Tantundem facitis acsi quod extra est poculi & patinarum purgetis diligenter. Est enim comparatio, ut ad Matth. diximus [b]. ¶ *Quod*, &c. Τὸ ᾗ ἔσωθεν ὑμῶν, &c.] *Sed interius vestrum plenum est rapinâ & scelere*, Pi. vel, *malitiâ*, Be. Breviloqua oratio quæ partem comparationis subticet [c]. Potest hoc referri, vel, 1. ad supellectilem [d]. *quod intus est*, &c. nempe in calice & catino, i. e. potus & cibus vester [*], immundus est, utpote fraude partus [†]: Matth. enim apertè dicit, patinas & pocula referta esse rapinis, 23. 16. agitur autem de puro ciborum usu; in quo, inquit, potiùs habenda ratio ejus quod intra patinam est quàm ipsius patinæ [f]. Vel, 2. ad ipsos Pharisæos [g]. *Quod intra vos est*, i. e. animus vester [h]. Totum hominem vasculis comparat, &c [i]. Sensus est, ut ad Matth. diximus, Sed quasi illa planè exterius purgata pocula & patinæ intus scaterent sordibus; ità, cùm vos extrà bene estis loti, animus vester impurus est flagitiorum conscientiâ [k]. Hæc de personis, non de vasculis, dici, hæc planum faciunt. 1. Quia dicit, τὸ ἔσωθεν ὑμῶν· ut sensus sit, Vosmet purificatis ab extrà, non intrà, &c. 2. Cùm dicit, οὐχ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν, non de opifice patinarum loquitur, sed de Deo: qui, inquit, vos formavit & ab extrà, & ab intrà, ac proinde expectat ut vos purificetis & extrà & intrà. Ità optimè procedit argumentum; non sic, si opificem patinarum intelligas. 3. Pharisæi & exteriorem partem patinarum abluebant, & interiorem. Non ergò secundùm literam hîc loquitur Christus, ut nec Matth. 23. 25. cùm dicit, *Vos purificatis exteriorem*, &c. sed parabolicè & per similitudinem; q. d. Vos dum externis ablutionibus adeò studetis, non aliud agitis, quàm si pocula prolueritis ab extrà, &c [||].

Marginal notes: [r] Er. [†] G. sim. Di. [t] Heins. [v] G. [x] G. [y] Bru. [†] Li. ho. [z] G. [a] Be. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] Di. ex Be. [f] Be. [g] Bru. [i] Idem. [k] G. Plerique in Mal. [l] Mal. [m] Bru. [n] G. [o] Bru. [p] G. [q] Mal. [†] Li. ho. [r] Pi. sim. Bru. &c. [†] Poc. ex G. [t] G. [v] Poc. Misc. p. 398. [x] G. sim. D. Bru. [y] Ee. [z] G. [a] Bru. [b] G. [c] Idem. [d] Er. [*] Bru. sim. Pi. Er. Ee. [†] Er. ex Ambrof. & Th. sim. Ee. [f] Be. [g] Er. [h] Be. [i] Er. [k] G. [||] Li. ho.

40. *Nonne*

40. *Nonne qui fecit quod deforis est,* &c?] Primùm infert quod minus est, Saltem juxta corpus animum curari debuisse ab eodem Deo conditum; illaturus deinde quod majus est, Nihil esse corpori immundum, quod ad salutem attinet, animo sibi bene conscio [l].

41. *Veruntamen,*&c. Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην] Variè hic locus exponitur [m]. *Veruntamen*(vel, *Sanè*: Particulâ πλὴν utuntur cùm אך interpretantur. Id significat, *sanè tantummodo, verùm*, & alia multa [n]. Vel, *Igitur*, P. *Modò*, Ca. *Verùm*, Di. ex Sy. *Imò*, Il. Be. Pi. vel, *Quin potiùs*, Be. Aug.) *inexsistentia*, (vel, *interna*, Il. *quæ intus sunt*, P. *quæ insunt*, Pi. Er. ex Th. Bru. vel, 1. calici & catino, i.e. potum & cibum, non eundem illum qui injustè comparatus est, sed alium, &c: vel, 2. vobis; i.e. quæ adsunt, τὰ ἐνόντα, pro τὰ ἔσωθεν, sive τὰ ἐντὸς, quæ intus esse solent [o]. Vel, *id quod adest*, Tre. sic V. vel, *quod necessarium est*, Æth. vel, *quod superest*, Vulg. Er. vel, 1. victui & vestitui vestro [p]: vel, 2. post factam rapinarum restitutionem [q]: vel, 3. q. d. quod unicum vobis superest remedium [r]: ut ἐνόντα positum sit pro ἐνὸν· q. d. quæ facta sunt non possunt fieri infecta, illud restat quod est in potestate nostra, ut rapinas pensemus eleemosynis [*]. Vel, *id quod est*, sive *ea quæ sunt*, [s]Di. & Bru. ex Sy. vel, 1. vobis, i.e. quæ habetis [†]: vel, 2. rei, ut id quod res habet, dicam; vel, quod est rei caput & conclusio [t]. Τὰ ἐνόντα idem est quod τὸ λοιπὸν [v] orationis scil. connexio [x]. Sed ejus locutionis exempla desidero: nec locum hîc habere potest, cùm id quod faciebant Pharisæi, ad veram munditiem nihil planè conduceret [y]. Vel, *quæ suppetunt*, Ti. Er. ex Th. vel, *ex iis quæ suppetunt*, Ca. vel, *quæ penès vos sunt*, Be. vel, *è facultatibus vestris*, V. vel, *pro facultatibus*, Be. Ham. vel, *pro re nata*, vel, *pro rebus præsentibus*, Camer. ut subaudiatur κατὰ [z]. Τὰ ἐνόντα, pro, κατὰ τὰ ἐνόντα· quomodo τὸν ἐνόντα τρόπον dicunt Græci pro eo quod est, *quàm maximè fieri potest*. Itaque, δότε ἐλεημοσύνην τὰ ἐνόντα, est, *Exercete misericordiam quantum potestis maximè*. Ità respondet τὰ ἐνόντα voci Heb. מסת, Deut. 16. 10. Tertul. hunc sensum secutus vertit, aut ab alio versum citat, *Date quæ habetis*. Nam δίδοναι ἐλεημοσύνην etiam infrà dixit Lucas 12. 33. pro quo alii scriptores dicunt ποιεῖν ἐλεημοσύνην [o]. Τὰ ἐνόντα hîc vocat τὰ παρόντα [p], vel τὰ ὑπάρχοντα, *ea quæ præ manibus habemus* [q]. ut Luc. 12. 33 [r]. Δοῦναι τὰ ἐνόντα non aliud significat quàm quod Homerus dicere solet, χαρίζεσθαι παρεόντων. Addidit autem ἐλεημοσύνην planè eâdem ratione quâ dicitur δοῦναί τι δῶρον, & ἔχειν τι δῶρον [†]. Demosth. orat. de Coronâ, οἷς, ait, ἐκ τῶν ἐνόντων, ὡς δυνάμαι μετριώτατα χρήσομαι, *quibus è re nata quàm modestissimè potero sum usurus*. Et ibidem, τῶν φαινομένων καὶ ἐνόντων τὰ κράτιστα ἑλέσθαι, eum dicit qui consilium det, *ex evidentibus atque præsentibus optima eligere debere* [s]. Sic & Hesychius, ἐνὸν, ἐνδεχόμενον, ἢ δυνατόν ἐστι, *quantum potest*: simil. & Phavorinus. Monet Epictetus ut *abstineamus à juramentis* ἐκ τῶν ἐνόντων, *quoad possumus*. Gemisthus, *beneficentiam exercet* ἐκ τῶν ἐνόντων, *ex iis quæ habet*. Vel, quia de Pharisæis agit, fraudis & rapinæ reis, & quia non dicit, ἐκ τῶν ἐνόντων, sed, τὰ ἐνόντα, sensus esse possit, *date quicquid habetis*, vel, *quantum potestis*, vel, per modum restitutionis illi quem defraudâstis faciendæ, exemplo Zachæi; vel, si id fieri non potest, per modum eleemosynæ, neque enim sufficit aliquam ejus partem reddere, sed totum quod abstulistis [v]. Fortassis, allusione quâdam ad superiùs dicta, τὰ ἐνόντα vocat, *quod est intra poculum*, &c. i.e. quibus pocula & patinas repleba nt; q. d. Pro eo quòd rapinæ vitium ablutione patinarum tolli somniatis, estote potiùs liberales in egenos, ex iis quæ vobis ad victum suppetunt [x].) *date*(vel, *facite*, Ca. vel, *datis*; ut δότε indic. sit, & sensus sit, Putatis vos datâ eleemosynâ liberari ab omni rapina [y], & omnia vobis munda esse. Ironia est, ut Coh. 11. 9. Possit & imperat. esse pro fut. *date*, i.e. dabitis, &c. *& omnia vobis pura erunt*, vestrâ scil. sed falsâ, opinione [z]. Nemo Græcorum δότε accepit indicativè, (pro δίδοτε [a]) neque id consuetudo patitur, ut rectè est à viro doctissimo [Beza] annotatum. Quare, omnino accipiendum imperativè, quomodo Lat. Sy. Ar. acceperunt [b]. Neque placet hoc dictum ironicè exponi, tum quia non potest ea interpretatio hoc loco non coacta videri [c]; tum quia probabile est, eundum esse sensum qui in Matth. ubi est, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς καθαρόν· nisi quod ibi continuatur figura à Poculis & Patinis sumpta, hîc res eadem planiùs dicitur: nam & cætera omnia eadem sunt. Quare & in istis verbis, τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, idem sensus quærendus est qui est in Matthæi illis, καθάρισον τὸ ἐντὸς [d].) *eleemosynam*, Mo. Ti. vel, *benignè*, Ca. vel, in *eleemosynam*, Er. P. Tre. ex Sy. Be. Pi. &c. Cohæret ἐλεημοσύνην cum τὰ ἐνόντα per Appositionem [*], qualis in Isoc. *Misi ad te* τόνδε τὸν λόγον δῶρον, &c. & in Plauto, *Est ager sub urbe nobis, eum dabo dotem sorori* [f]. Dubium non est quin hoc quoque monitum tritum fuerit in ore Hebræorum: quod scriptor Tobiæ ità extulit, Ἐκ τῶν ὑπαρχόντων σοι ποίει ἐλεημοσύνην· & sic, Ὡς σοι ὑπάρχει κατὰ τὸ πλῆθος ποίησον ἐξ αὐτῶν ἐλεημοσύνην, 4. 7, 8 [g]. Non arbitror Christum hæc ut propria ipsius, quin potiùs ut propria Judæorum, verba proferre, & ipsorum dogma citare cum displicentia & irrisione, atque Ironia. Dixerunt Ebræi, *Eleemosyna æqui pollet omnibus præceptis*; item, *liberat à gehenna*, &c. Quorsum ergò id eos doceret Christus quo sat superque imbuti erant? Quare illud, τὰ ἐνόντα, refero ad doctrinas & dogmata; acsi sensus esset, Vos interiùs pleni estis rapinâ: *at ea quæ apud vos extant*, i.e. determinationes & dogmata quæ apud vos obtinent & valent, sunt, *Date eleemosynas*, &c [*]. ¶ *Et ecce omnia* (interiora & exteriora, calix & potus, corpus & anima [h].) *munda sunt* (i.e. erunt: præs. pro fut [i].) *vobis*] Docet legitimum mundandi modum, rejecto illo superstitioso [k]. q. d. Impurè quidem vescimini, & impuri estis, sed tamen huic malo remedium adferri potest [l]. Christus Rapinæ & Sceleri, quæ impediebant quò minùs purè vesci possent, opponit Charitatem, quâ futurum est ut sanctificetur quod intra patinam est, &c [m]. Videndum quo sensu *omnia munda futura* facientibus opera misericordiæ; sintne hæc opera consequentia munditiam, an antecedentia. Ego, quod ad rem attinet, verum utrumq; esse non dubito: nam & opera quædam misericordiæ mundationem illam antecedere, & multò plura ac uberiora eam consequi, solent. Sed loci hujus circumstantiæ priorem, ni fallor, significationem postulant. Dat enim Christus hîc mundandi animi consilium: mundatur animus per pœnitentiam. Pœnitentia duas habet partes, A malo desistere, in quo est & Restitutio rerum malè partarum, (nam & detentio alieni peccatum est;) deinde, Inchoare aliqua opera frugis melioris, quos *fructus pœnitentiâ dignos* vocat Baptista: in his autem operibus eminent maximè opera misericordiæ: itaque ex his συνεκδοχικῶς tota pœnitentia solet describi. Sic Prov. 16. 6. *In misericordia & veritate expiatur iniquitas*. Daniel Nabuchodonosori idem dat consilium quod hîc Christus Pharisæis, τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, 4. 24. Quem locum respiciens Salvian. multùm eos accusat qui quæ admiserunt donis saltem ac misericordiis redimere non dignantur. *Eleemosyna à morte liberat, & omne peccatum purgat*, Tobiæ, 4. 10. & 12. 9. simil. Eccluf. 3. 30. & 29. 12. in quem sensum accipi potest & illud, 1 Pet. 4. 8. *charitas tegit multitudinem peccatorum*. Adde Esa. 1. 17. Idem habetur apud Clem. const. 7. 13. & Lactant. [Verba habet G.] *Pœnitentia*, inquit Chrysost. *sine eleemosyna mortua est*. Hoc autem, *omnia munda*, &c. simile est ei quod dicit Paulus, quanquam, pro temporum diversitate, laxiore sensu, *Omnia munda mundis*, Tit. 1. 15. Hoc nimirum vult Christus, Corpus quidem sine animo emendare inutile est; at contrà, animo per pœnitentiam mandato, res omnes à Deo non vetitæ ad usum patent, ità ut nihil indè labis possit contrahi [n].

42. *Sed væ vobis*] Objurgationes sequuntur [o]. Sed nè gloriemini in decimis, &c. tanquam in eleemosynis [p]: multùm enim illæ absunt à vera liberalitate, &c [q]. ¶ *Quia*,] Ità V. Di. ex Sy. & Ar. &c. In plerisq; cod. Vulg. editionis est, *qui*; unde suspicor germanam esse lectionem, οἱ [r]. Sed nulla hîc est species hujus suspicionis [†]. Cur quis hîc malit οἱ quam ὅτι sanè nihil probabilis causæ video. Nam ὅτι simili modo post οὐαὶ ponitur, Matth. 11. 21. & 23. 13, 14, &c [t]. ¶ *Decimatis*, &c.] i.e. Decimas vel exigitis [v]; vel datis, sive persolvitis [x]; vel decidistis, nimirum ex Lege Dei persolvendas [y]. ¶ *Judicium*] Æquitatis naturalis officia. Vide quæ ad Matt [z]. ¶ *Dilectionem Dei*] Quâ scilicet Deus diligitur [a].

44. *Estis ut*, &c. Ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα] *Ut monumenta* (vel, *sepulchra*, Ca. sic Sy. Pers. Æth.) *latentia*, Ar.

Marginal notes (left column): [l] G. [m] G. [n] D. [o] Bru. [p] Mal. ex Bed. &c. [q] Mal. ex L. [r] Mal. ex Bed &c. [*] Er. ex Bed. [†] Di. sim. Bru. [t] Bru. [v] Q. in G. sic Er. [x] Q in G. [y] G. [z] Be. ex Camer. [o] G. [p] Be. ex Sy. [q] Camer. ex Th. sic Be. [r] Be. [†] Cas. [s] Camer. [v] Ham. [x] Be. [y] Er. sim. D. [z] D. [a] Be. [b] G. [c] G. sim. Be.

Marginal notes (right column): [d] G. [*] Be. sim. Bru. Ham. [f] Be. [g] G. [*] Li. ho. [h] Bru. [i] Bru. sim. Be. [k] Bru. [l] Bru. ex Be. [m] Be. [n] G. [o] Bru. [p] Bru. sim. Be. [q] Be. [r] Idem. [†] Di. [t] G. [v] Zeg. [x] Zeg. Bru. [y] Be. [z] G. sim. Be. [a] Pi.

Ar. vel, *abdita*, Ca. *quæ non sunt signata*, Æth. *quæ non sunt nota*, Tre. ex Sy. *quæ non apparent*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. sic Mo. i. e. quorum interior pars non est conspicua [b]: penitus sub terram defossa, qualia multa erant in regione Palæstina, ut quæ esset ὑπόγειος. Apud Matthæum est alia comparatio à monumentis sumpta idem significans. Fieri potest ut modò hanc, modò illam, Christus usurpaverit [c]. Quod tamen an Christus hîc fecerit, quærere liceat, & annon potiùs eadem sit comparatio, idémque prorsus vocibus κεκονιαμένοις & ὡραῖοι, Matt. 23. 27. & voce ἄδηλα hoc loco, quamvis inter se primâ fronte diversissimis, indigitetur. Quod ut manifestum fiat, notandum: 1. Quòd sepulchra ex vi Legis, Num. 19. 16. hominem polluebant, sive tectum, sive parietes eorum, tetigerit [d]: quin & aer ipse sepulchro superimpendens transeuntes, & caput atque majorem partem corporis in aerem ejus immittentes, polluebat [*]. 2. Ut huic malo obviàm irent, solebant Hebræi omnibus prorsus sepulchris signum aliquod apponere, sive ציון, Ezec. 39. 15. quod generaliùs quodlibet *signum* denotat, sive נפש, quod Rabbinis *cippum* notat sepulchro impositum [f]. Hinc sancitum ab Hebræis, *Si quis invenerit sepulchrum vel mortuum, tenetur signum juxta ipsum statuere, nè sit in offendiculum aliis.* Quamvis enim signum ei antè appositum fuerat, vestigia tamen ipsius aut casu, aut temporis injuriâ, vel obscurari poterant, vel etiam deleri. Quare & Senatus ipse statis temporibus *prodibat è domo judicii ad sepulchra invisenda ac reficienda, rursúmque*, si opus esset, *signanda*. Non signabant autem omnibus manifesta, sed dubia, veluti agrum in quo deperditum fuerat sepulchrum, &c. 3. Modum quod spectat, sepulchra signabant calce, quam aquâ maceratam affundebant, quia nimirum hæc alba erat instar ossium, &c. Ex his liquet quare hæc sepulchra dicuntur, 1. κεκονιαμένα, i. e. *gypsata*, vel *gypso*, aut *calce*, *obducta* atque *notata*, vel *dealbata*: quod si quis ad ornatum trahat, totam similitudinis vim tollit. Talis enim ornatus immunditiem sepulchri non tolleret, sed omnibus manifestam redderet. At Christus tales hoc loco depingit, qui exteriùs nihil nisi sanum & speciosum præ se ferentes, pleni intus fraudis erant, quibus, nè ulteriùs hominibus imponerent, hæc Christi redargutio κονίας, *calcis*, vice erat, &c. 2. Ὡραῖα, *speciosa*, herbis forsan virentibus tecta atque vestita, ut solent ferè sepulchra præ vicinis terræ partibus. 3. Ἄδηλα, *quæ non apparent*, utpote gramine & herbâ obducta, vel saltem à reliqua terra nihil specie exteriori differentia, adeóque nullâ latentis immunditiei notâ insignita, quæ proinde calce in cautelam notabantur [g]. ¶ *Nesciunt*] Sub. *illud*, Æth. sim. P. Be. Pi. sub. *quid intus habeant*, V. sic Bru. quàm fœda sunt & immunda, quia scilicet foris speciosa apparent [h].

45. *Quidam*, &c. Τις τῶν νομικῶν] *Quidam Legisperitorum*, Sch. Hic *Scriba* erat, ex collat. vers. 44. qui hic νομικὸς dicitur, (ut alibi legimus νομοδιδάσκαλος,) quasi Doctor traditionum, vel Interpres legis oralis, sive traditionalis, quæ in Misnah & Talmud habetur; in Antithesi ad Scribas illos, sive inter Judæos, sive inter Sadducæos, qui operam dederunt explicationi Legis textuali [‖]. ¶ *Etiam*, &c. Καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις] *Et nos notas*, Mo. vel, *injuriâ afficis*, P. Be. Pi. sic Ca. Æth. vel, *ignominiâ*, sive *contumeliâ*, *afficis*, Tre. ex Sy. Ar. Er. Il. Ti. Di. q. d. famam nostram lædis [i], per consequentiam. Nam Pharisæi exactissimè observabant Legisperitorum decreta: Legisperiti vicissim illorum sanctimoniam magnis laudibus prædicabant. Ità scabunt mutuùm muli. Datur hinc colligi, quod in v. præced. habent Græci Libri & ex illis Sy. & Ar. γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, aliunde adjectum: nam & Lat. interp. id non legit [k].

46. *Oneribus*, &c. Φορτία δυσβάστακτα] *Oneribus gravissimis*, Sy. simil. Ar. Æth. Ca. &c. vel, *difficilibus portatu*, P. Ti. Be. Sic Græci vertunt נטל, Prov. 27. 3 [l]. ¶ *Sed ipsi uno*, &c.] Sensus, Vos interim vobismet indulgetis, atque ea subire respuitis. Verùm non hoc solùm redarguit Christus, sed & severam eorum tenacitatem circa propria statuta. Legem Divinam ut elevarent, seu levem facerent, admovent utramque manum; ast ut propria statuta, nè digitum unum [†].

47. *Patres*, &c. Οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς] Hebraica locutio, pro quo Latinè dicendum esset [m], *quos vestri majores interfecerunt*, G. sic V. Pi. quod hoc loco Syrum & Arabem non latuit [n]. Pro אשר hîc adhibetur Vau, (more Heb.) quod exponitur per אשר [o]. Al. *Cum patres vestri occiderint illos*, V.

48. *Profectò*, &c. Ἄρα μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις, &c] *Profectò* (vel, *Igitur*, Tre. ex Sy. Ar.) *testificamini* (vel, *laudatis*, vel *confirmatis*: μαρτυρεῖν hîc est, vel, *laudare*, *commendare*, *prædicare*, ut Luc. 4. 22. Joan. 5. 33. vel, *confirmare*, ut Act. 14. 3 [p].) *& consentitis* (vel, *& delectamini*, Di. ex Sy. & Ar. *& comprobatis*, Di. *quòd comprobatis*, Er. V. *quòd eligitis*, Tre.) *operibus*, &c. Mo. vel, *opera*, &c. Tre. &c. *Nempe testimonio vestro ultro consentitis factis*, vel, *comprobatis facta*, &c. Be. P. Pi. *Ergò vobis majorum vestrûm facta placere testamini*, Ca. Testimonium perhibetis de factis parentum, atque ea imitamini, non naturæ tantùm, sed & morum, filii: ità ut non possit non à vobis exspectari quod ab ipsis patratum est. Vide expositionem loci in Matthæum [q]. Testimonium autem hoc non sumit Christus à præpostera illa cura exornandi martyrum sepulchra, sed ab ipsorum Pharisæorum moribus, ut qui Patrum exemplo contra servos Dei furerent, ac proinde, quamvis pietatis studium prætexerent, revera tamen hæc tanquam trophæa avitæ crudelitatis erigerent [r]. Volebant isti videri Sancti, quòd ædificarent, &c. Hoc argumentum Christus acutè invertit, ad arguendum eorum cum Patribus consensum, quasi qui sepulturâ alicujus delectantur, ejus quoque morte delectentur. Itaque factum istorum scitè detorquet aliò quàm ipsis propositum erat [†]. q. d. Sepelitis eos, vel, ut sepeliantur cooperamini: consummatur autem mors sepulturâ, habentúrque socii criminis qui occidunt & qui sepeliunt, &c [t]. Hypocrisin eorum h. l. notat, quòd pietatem & reverentiam erga Prophetas hoc facto præ se ferebant, Matt. 23. 30. Vitium autem, quod hoc prætextu honestabant, non hîc nominatur, sed ex factis ipsorum præsentibus, velut perspicuum satis, colligendum relinquitur, quòd Christum persequerentur, &c. Illud autem, καὶ, duo discrepantia conjungit, *testificamini*, *quòd patres vestri Prophetas occiderent*, *& quòd vos facta eorum approbatis*; quòd tamen non ex illa ædificatione sepulchrorum, sed aliunde, manifestum erat: ac proinde eadem revera agitis quæ in aliis damnare videmini, ut hoc *væ* vobis jure debeatur, &c [v]. Sensus, q. d. Cùm ità sumptuosè exstruitis sepulcra Prophetis, alitis memoriam turpissimi facinoris Patrum vestrorum [x]. Hoc opus interpretari licebat, vel, 1. in bonum, tanquam opus religiosum, ad celebrandum innocentiam eorum qui occisi sunt: vel, 2. in malum, tanquam trophæa erigerent Patrum fortitudinis adversùs Prophetas, quos jure abstulerint, alentes memoriam criminum paternorum, quæ fuerant tegenda nisi approbarentur [y].

49. *Sapientia Dei*] i. e. Vel periphrasticè, Deus sapiens [z]: vel, ego Filius Dei [a], & Verbum, Joh. 1. 1. ac proinde Sapientia. Vide Col. 2. 3 [b]. q. d. Ego dico [c]. Similis forma apud Hebræos, *Dicit norma judicii*, &c. i.e. justitia [Dei] retributiva [†]. ¶ *Dixit*] i.e. Prædixit, comminata est [d]: vel, statuit, voluit, proposuit sibi: sic enim τὸ εἶπε, ut & τὸ λέγω, h.e. τὸ אמר, accipiendum [*]. Sensus est, Deus in consilio suo ità apud se cogitavit, אמר בלבו, ut Hebræi dicunt. De his quoque ad Matthæum vide [f]. ¶ *Ad illos*] Judæos: pro, *ad vos*. Mutatio personæ [g]. ¶ *Ex illis*] Sub. *aliquos*, Be. sic Bru. Pi. P. Vide Matt. 23. 34. & 27. 9. Act. 21. 16 [h]. ¶ *Persequentur*] Ità Mo. Ca. Æth. Ar. Er. Id est, διώξουσι [i]. Ἐκδιώξουσι] *Interficient*, Tre. ex Sy. sic Pers. Aliquos *expellent*, Be. sic P. Pi. ità insectabuntur ut tandem expellant [k].

50. *Ut*, &c. Ἵνα ἐκζητηθῇ, &c.] *Ut requiratur* (i. e. Ità ut requirendus sit [l],) *sanguis*, &c. Bru. i.e. Ut ratio reposcenda & pœnæ exigendæ sint sanguinis, &c [m]. Concurrunt hîc tria ἀπὸ in diversa significatione: primo notatur terminus temporis, ἀπὸ καταβολῆς· secundo, subjectum patiens, ἀπὸ τῆς γενεᾶς· tertio, terminus rei, ἀπὸ τοῦ αἵματος. Primum & tertium reguntur à Participio ἐκχυνόμενον· secundum, à verbo ἐκζητηθῇ [n]. Ἐκζητηθήσεται vox ipsa est quâ moriens Zacharias usus est, ירא יהוה וידרש [o].

51. *Inter altare & ædem*] Vel, *domum*, Er. Val. &c. Sicut ναὸς interdum est tota structura Templi, interdum

[b] V. sim. Bru. [c] G. [d] Poc. misc. 5. 74. [*] Poc. 80. [f] Idem 77. [g] Idem 80. [h] Bru. [‖] Li. ho. [i] Di. [k] G. [l] G. [†] Li. ho.

[m] G. sim. Di. [n] G. [o] Di. [p] Di. [q] G. [r] Be. [†] Pi. [t] Bru. [v] Ham. [x] V. [y] Bru. [z] Camer. [a] Camer. Bru. [b] Bru. [c] Camer. [†] Li. ho. [d] Bru. [*] Heins. [f] G. [g] Bru. [h] Be. [i] Be. [k] Be. Bru. [l] Bru. [m] Bru. ex E. [n] Pi. [o] G.

pars illa in qua erant Sacerdotes, היכל; ità ἄλλο alibi pro toto, hìc pro eadem illa parte, sumitur. Vide quæ ad Matt. 23. 35 [p].

52. *Tulistis*, &c. Ἤρατε, &c.] Ambigua est hujus verbi significatio [q]. *Sustulistis* (scilicet è medio, ut nusquam compareat [r], & clausa maneat janua †. Vel, *Tulistis*, i.e. recepistis in vos [t], vobis, per arrogantiam, vindicâstis [v]. *Tollimus* enim & gladium ad iter, & quod ab aliis auferimus [x]. Syrus vertit, *surripuistis*, Arabs, *arripuistis*, aut, *in vos suscepistis*: neque Græcus sermo repugnat: nam αἴρεσθαι λόγον aut φορτίον simili ferme significatu dicitur. Cùm utrumque de Legisperitis rectè dicatur, prius præfero, quia puto respondere ei quod apud Matthæum est, *clauditis regnum cœlorum.* Ille enim *claudere* rectè dicitur qui clavem in sera non relinquit. Vetus quidam Annotator ἤρατε exposuerat, ἐκρύψατε, (*abscondistis*,) non malè; quod & in textum alicubi penetravit [y].) *clavem* (vel, *claves*, Sy. & Ar. in Di.) *cognitionis*, Be. Pi. &c. i.e. quæ præbet cognitionem, scilicet rerum ad salutem scitu necessariarum. Hæc clavis est Scriptura Sacra [z], vel interpretatio Scripturæ [a]: quæ [Scriptura,] docens quæ credenda sunt ut salvus fias, aperit Regnum cœlorum [b]. Hanc clavem illi sustulerant, vel, Scripturam S. non explicando, sed traditiones, &c; vel, in minùs necessariis, ut in ceremoniis, &c. immorando, & graviora de Christo, de fide, & pœnitentia, &c. quæ inprimis docenda erant, prætereundo, nec se nec alios iis instruendo, quamvìs à Christo sæpiùs ad Scripturæ de his perscrutationem provocati essent, &c [c]. Mos erat apud Hebræos, eum cui potestas dabatur Legem & Prophetas interpretandi, clave datâ quasi in possessionem muneris mittere [d]. Insigne Doctoratûs iis erat Clavis cum Pugillaribus. Itaque de R. Samuele dicunt, *Post mortem ejus posuerunt Clavem & Pugillares ejus in loculo ejus, eò quòd non meruerat habere filium*; cui scilicet relinqueret Doctoratûs insignia [*]. Κλεὶς RR. dicitur מפתחא, à verbo פתח, quod de quovis docente adhibent. Dicunt sæpe, *Rabbi talis, vel talis, aperuit*, textum nempe Scripturæ. Confer Luc. 24. 32. Et Midras Threnorum vocant, *Apertiones sapientum* †. ¶ *Qui introibant*, εἰσερχομένους] *Introeuntes*, i. e. Paratos introire, i. e. credere in me, & Ecclesiæ inseri, &c [f]. vel, intrare volentes. Verba actionem aut effectum notantia de voluntate & voto agendi sæpe intelliguntur. Sic Matt. 13. 13. *quia non vident*, i. e. non volunt videre; Matt. 23. 8. *nè vocemini Rabbi*, i. e. nè optetis vocari [g].

53. *Cœperunt——graviter*, &c. Δεινῶς ἐνέχειν] *Exprobrare eum*, Æth. Syrus proculdubio legit, δεινῶς ἔχειν [h], (ut est in vetustiss. cod. meo [i],) vertítque, *ægrè habere & indignari* [k]. Alii cod. legunt, δεινῶς συνέχειν [l]. Ità cod. Complut. & alius [m]. Ità legisse videtur Arabs: vertit enim, q. d. *indagine clausum tenere* [n]. Quin Arabs potiùs videtur legisse, δεινῶς ἐνέχειν· vertit enim, בדאו יתעלקון עליה באלרדי, quod Romana editio vertit, *cœperunt imputare illi malum.* Nescio an bene. Ad verbum vertas, *cœperunt pendere de illo in malum*, i. e. undiquaque incumbere ipsi, sicut qui de corpore alicujus pendet nec indè evelli potest, ut malum ipsi creet [o]. Receptior ista est lectio quam & Syrus agnoscit, & *indignandi* ac *succensendi* verbis exprimit [p]. Sanè & Hesychio ἐνέχειν est, μνησικακεῖν [q], μνησικακῶς ἐνέχειν, *vindictæ studio urgere* [r]. Ità nonnihil differret ab eo quod sequitur, ἐνεδρεύειν †. *Graviter*, vel *vehementer*, (vel *acriter*, Ca.) *insistere* Er. Il. Ti. vel, *instare*, Ca. Bru. ipsi *imminere*, P. Be. Pi. Bru. συνέχειν, i. e. *urgere, comprimere, constringere* [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀποστοματίζειν] Sic legimus in omnibus nostris Codicibus, exceptis duobus, in quibus erat ἀποστομίζειν, eodem sensu [v]. Non videtur discedendum ab illa lectione, quam tot Codices stabiliunt. Et hæc una est vocum in quibus intimam peritiam Græci sermonis Lucas ostendit. Nam ἀποστοματίζειν planè vox est de schola sumpta. Solebant magistri scholarum provectiores discipulos junioribus præficere, ut illi hos interrogarent. Id dicebatur ἀποστοματίζειν & μανθάνειν· in quo consistit fallacia illa quâ Clinias decipitur ab Euthydemo apud Platonem. Nam cùm μανθάνειν aliàs sit λαμβάνειν τὴν ἐπιστήμην, in isto aliud significat, nimirum, ut Socrates explicat, ξυνιέναι, i. e. *attendere dicenti*, sive etiam, quod addit, ἐπισκοπεῖν τὸ πραττόμενον, ἢ λεγόμενον· sicut & apud Aristoph. Scholiastæ μανθάνειν explicant per σκοπεῖν. Hoc qui tenuerit facilè intelliget Euthydemi Sophismata, πότεροι μανθάνουσι τῶν παίδων τὰ ἀποστοματιζόμενα, οἱ σοφοὶ ἢ οἱ ἀμαθεῖς; bene enim ad illum peculiarem significatum respondet Clinias, οἱ σοφοί. Aristoteles ex hoc Platonis loco sumit exemplum, τῶν παρ' ὁμωνυμίαν ἐλέγχων. Ità enim ait, οἷον ὅτι μανθάνουσιν οἱ ἐπιστάμενοι· τὰ γὰρ ἀποστοματιζόμενα μανθάνουσιν οἱ γραμματικοί· τὸ γὰρ μανθάνειν ὁμώνυμον, τό, τε ξυνιέναι χρώμενον τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ τὸ λαμβάνειν τὴν ἐπιστήμην. Sed ἀποστοματίζειν ambiguum est. Nam & de eo qui recitat dicitur, ut apud Athenæum, atque etiam apud Plat. dictâ disputatione; & de eo qui *alteri interrogando præit eique recitanti attendit.* Testes sunt tres Grammatici nobiles. Nam Hesych. ἀποστοματίζειν, aut, quod idem est, ἀποστομίζειν, exponit, ἀπὸ μνήμης ἀξιοῦν λέγειν, h. e. *exigere ut alter quippiam memoriter dicat*: ità enim interpretandum illud ἀξιοῦν, aliter quàm accipit vir doctissimus, [intelligit Erasmum.] Suidas pro ἀξιοῦν dixit κελεύειν· nam illi ἀποστοματίζειν est, κελεύειν τὸν παῖδα λέγειν ἄττα ἀπὸ στόματος. Pollux ἀποστοματίζεσθαι exponit, ἐρωτᾶσθαι τὰ μαθήματα. Doctè igitur hoc verbo usus est Lucas, ut indicaret, Pharisæos omni modo hoc conatos ut multa ex ore Christi elicerent. Atque ità hunc locum pridem rectè exposuit Euthymius. Sensum rectè expressit Syrus *aucupandi* vocabulo, & Arabs eo verbo quod significat, *facere ut quis disserat.* Id quo consilio fecerint, ostendit versus sequens, ζητοῦντες θηρεῦσαι, &c [x]. Ἀποστομίζειν Hesychius bifariàm exponit; 1. ἀπὸ μνήμης ἀξιοῦν λέγειν, *memoriter velle dicere*: 2. φιμοῦν, *obthurare*, sive occludere, *os.* Quod quidem posterius propiùs accedit ad sensum Evangelistæ. Ἀποστοματίζεσθαι dicitur, & ipsum quod redditur, & puer qui, exigente præceptore, reddit memoriter quæ præcepta sunt; adeóque vel ad rem, vel ad personam, referri potest [y]. Ἀποστοματίζειν est, *memoriter aliquid referre*: accipitúrque vel, 1. intransitivè, ut in Platone, de Grammaticis qui pueris ore suo verba præfantur, ut subsequantur illi, aut dictata excipiant: vel, 2. transitivè, ut in Plutarcho, pro, *recitare & ore suo pronunciare* [z]. [Sic ergò verbum reddunt:] *Allicere ad loquendum*, P. Be. Pi. sic Cas. G. Ham. Vox activa hìc sumitur in sensu Heb. conjugat. Hiphil [a], ut alia multa [b]: sic ἀνατέλλειν Matt. 5. 45. est, *facere oriri*; & θριαμβεύειν Paulo, 2 Cor. 2. 14. est, *facere triumphare.* Græci sæpe eidem verbo & τὸ Kal, & τὸ Hiphil, significationem trahunt: dicunt enim & ἀπόλω ἐγὼ, & ἀπόλω σε. Sic καθίζω & *sedere* significat, &, *facere ut alius sedeat.* Ità & ἀποστοματίζειν dicitur, teste Suida, & discipulus, i.e. *memoriter recitare*; & præceptor, i. e. *facere ut recitet* †. Ἀποστοματίζεσθαι, inquit Pollux, est, ἐρωτᾶσθαι τὰ μαθήματα, *rogari de iis quæ didicimus* [t]. Hi ergò Christum multis quæstiunculis interpellabant [v], & ab eo responsa eliciebant, unde arriperent calumniandi occasionem [x]; non secùs quàm iratus præceptor severitatis in discipulum exercendæ occasiones captans [y], eum frequenter examinat, ut si quid errârit, corrigat [z]. Alii vertunt, eâdem tamen manente sententiâ [a], *Captiosè interrogare eum*, Er. Il. Ti. V. *Insidiosè captare*, Ca. *Captare insidiis verborum*, Camer. ex Th. i. e. παγιδεύειν καὶ ἀπὸ τοῦ στόματος πρᾶξαι. Ubi enim capitur aliquis verbis suis, ibi videtur ἀποστομίζεσθαι, i. e. ἀπὸ τοῦ στόματος ἕλκεσθαι καὶ καταπίνεσθαι, i. e. *ore distrahi*, seu corripi, & *damnari* [b]. Syrus hìc habet, ומתכסין מלוהי: quod Tremel. & Fabricius vertunt, *Et aucupabantur sermones ejus.* At verò, חכם nihil aliud, quod sciam, significat quàm *remorari, impedire.* Vide Rom. 15. 22. 1 Cor. 9. 12. Jac. 3. 8. Itaque verto, *Et impediebant sermones ejus*, i. e. abrumpebant eos, quia diutiùs præ ira ferre non poterant [c]. Al. *Os ejus opprimere*, Vulg. i. e. obruere, non ut taceret, sed ut, coactus ad multa simul respondere, perplexus redderetur & alicubi laberetur [d]. Vulgatus legisse videtur ἐπιστομίζειν, quæ vox occurrit Tit. 1. 11. & in Athen. Deipnos. l. 8. & in Polluce, significátque, *obturare os, nec sinere loqui* [*]. *Os ipsi obturabant*, nim. περὶ πλειόνων, [ut sequitur] *circa multa*, nempe quæ minùs grata erant, cùm scil. ipsorum vitia carperet. Nec tamen prorsus eum tacere voluerunt, sed indè in alios eum sermones conjicientes, cœperunt insidiosè ipsius verba venari, ut quod carpi posset haberent [f]. Al. *Obtundere*, Mo. Camer.

54. *Insidiantes ei*; ità Mo. Er. Be. &c. Ἐνεδρεύοντες] *Insidiosè captantes*, Ca. ¶ *Aliquid capere*, Θηρεῦσαί τι] *Venari*

Margin notes (left column): [p] G. [q] Idem. [r] Pe. ex Th. sim. Bru. † Bru. [t] Er. [v] Heins. ex Er. [x] Er. [y] G. [z] Bru. [a] Pi. G. ex Tert. [b] Bru. sim. Pi. [c] Bru. [d] G. [*] Cam. † Li. ho. [f] Bru. [g] Glas. gram. 3. 3. 7 248. [h] Di. [i] Be. [k] Di. [l] G. [m] Be. [n] G. [o] Di. [p] G. [q] G. Heins. [r] Heins. † G. [t] Bru. sim. Camer. Be. [v] Be.

Margin notes (right column): [x] G. [y] Er. [z] Be. [a] Ham. ex Be. & Cas. [b] Be. † Cas. [t] Ham. [v] Er. ex Cyr. sim. Be. Ham. [x] Be. sim. Er. [y] Ham. [z] Er. [a] Be. [b] Camer. [c] Di. [d] Bru. [*] Er. [f] Di.

Venari (vel, *Aucupari*, Ca.) *aliquid*, Er. Ti. Mo. P. quod in malam partem verti posset, ut si quid contra Deum, legem, aut Cæsarem, protulisse videretur [g].

CAP. XII.

1. MUltis, &c. Ἐν οἷς ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου] *Interea* (vel, *In quibus*, Mo. *Inter quæ*, Bru. Er.) *cùm congregata* (vel, *ad congregata*, Mo. *coacta*, Val. Cas.) *esset permulta turba*, Be. Quod valde dilutum est. Id enim diceretur si 200 aut 300 solùm adessent [a]. Vel, *multa millia*, Pi. Cas. sive, *multorum millium turba*, Cas. At id esset, si una tantùm myrias adesset [b]. Vel, *permulta millia*, Rev. ex Val. Ad verb. *myriades.* Numerus certus pro incerto [c]. Hebræi dicunt רבבות, Hellenistæ, μυριάδες, sine alio additamento, ad significandam innumeram multitudinem, Deut. 33. 2. Psal. 3. 6. Dan. 11. 12. Multùm ad rem pertinet à tot hominibus visum auditúmque Jesum: *non enim in angulo hoc gestum*, Act. 26. 26 [d]. Turbæ, quas Pharisæi à Jesu abarcere conabantur, eò magis ad eum confluunt [*]. ¶ *A fermento Pharisæorum*] Παράδοξον magnum. Nam Pharisæos inprimis, teste Jo. populum admirabatur [f], virtutis & sanctitatis nomine [g]. Sicut autem alibi suos à commentis Pharisæorum ut sibi caveant monet, ità hîc, nè personatos illorum mores imitari velint. Utrumque rectè *fermentum* dicitur, & sinceræ doctrinæ incrustatio, ut Gal. 5. 9. & mores exemplo noxii, 1 Cor. 5. 6. Vide quæ ad Matt. 16. Sed maximè ad fermenti naturam accedebat Pharisaica illa arrogantia, cui simulatio inserviebat. Etiam Philo non uno loco fermentum in Lege interpretatur τὰς τῆς ψυχῆς, &c. (*animi elationes — & superbiæ tumorem.*) Etiam hæc Lucas addidit, quòd materia cum superiore sermone cohæreret, non quòd temporum series id exigeret [h].

2. *Nihil — opertum*, &c.] Et hoc dictum proverbiale est, sæpe Christo, nec semper eodem sensu, usurpatur [i]; ut in adagiis fieri solet. Dixerat Christus, Cavendam simulationem: rationem addit, Quia non contingat latere volentibus ut semper lateant. Prodit illos dies humana sæpe: si non, utique Divina [k].

3. *Quoniam*] Ità Sy. Er. Rectè: aptè enim argumentum hîc statuitur, quo nihil occultum fore probetur, quod non cognoscatur aliquando [l]. Ἀνθ᾽ ὧν] *Propterea*, Il. P. Be. Pi. sic Ti. Ca. &c. ut ὧν ponatur pro τούτων, ut Matt. 26. 50. ἐφ᾽ ᾧ ponitur pro ἐπὶ τούτῳ [m]. Sed eo veniendum non est, nisi cogat necessitas, quæ hîc nulla videtur [n]. Loquendi genus [est] Hellenistis admodum familiare. Plerumque usurpatur in reddenda causa, ut diximus Luc. 1. 20. At hîc iis accedo qui illativum putant: quale & illud Eph. 5. 31. Ἀντὶ τούτου, i. e. ἕνεκεν τούτου, ut habent LXX, על כן [o]. Non tam ratio hæc est superioris dicti quàm consecutio quæ indè colligitur [p]. ¶ *Quæ in tenebris dixistis*; ità Be. Pi. Εἴπατε] *Dixeritis*, Ca. Bru. vos aliive quicunque [q]. Persona secunda ἀορίστως sumenda, ut sæpe monuimus [r]. Præt. indic. pro fut. conjunctivi, quo carent Hebræi, ut ad Gen. 4. 23. indicavimus [†]. ¶ *In lumine dicentur*] Videtur apud Græcos similis γνώμη in usu fuisse. Nam in libello qui Musæi dicitur, legimus, —— ἐν δ᾽ ἐν σιωπῇ Ἔργον ὅπερ τελέει τις ἐνὶ τριόδοισιν ἀκούει [s]. (*Quod aliquis in secreto agit id etiam in triviis audit.*)

4. *Dico autem vobis amicis meis*] Joh. 15. 15. Multa diversi temporis dicta in unum congessit Lucas: quorum cohærentiam texere nihil necesse est. Sunt enim velut aphorismi [v]. ¶ *Post hæc non habent amplius*, &c.] Subindicat, aliquid amplius fieri posse, à Deo, &c. v. seq [x]. Hæc sententia directè opponitur illi Aristotelicæ, ad Nicom. 3. 9. *Mors terminus est: mortuo enim nihil aut bonum, aut malum, esse videtur* [y].

5. *Ostendam*, Ὑποδείξω] *Præmonstrabo*, Be. Bru. Pi. De impendentibus periculis monet: quæ vis est præp. ὑπὸ [z]. Sed ὑπὸ non videtur eam in compositione vim habere: ὑποδεικνύειν, in Glossario est, *demonstrare, ob oculos ponere*; unde ὑπόδειγμα, *exemplar*, quod aliquid ob oculos ponit [a]. ¶ *Postquam occiderit*] Non vita tantùm altera, sed & hæc, in Dei est potestate, qui, etiam citra hominum ministerium, adimere eam potest cùm lubet. ¶ *Habet potestatem*, Ἐξουσίαν ἔχοντα] Δυνάμενον, inquit Matt. sed nimirum *jus* & *vis* efficiendi hîc concurrunt [b]. ¶ *Mittere*, &c. Ἐμβαλεῖν, &c.] *Conjiciendi*, Be. Pi. &c. *Injiciendi*, scil. hominem, & corpore & animâ [c]. ¶ *Ità*, &c. Ναὶ λέγω, &c.] *Etiam* (vel, *Utique*, seu *Certè*, Val. V. Pi. Asseverandi adverbium [d]. *Itaque*, Cas. ex Tertul.) *dico*, &c. Be. Legendum, Ναὶ, λέγω ὑμῖν, τοῦτον φοβήθητε. Nam illa, λέγω ὑμῖν, sunt διὰ μέσου interjecta, ut Luc. 13. 24 [*].

6. *Dipondio*, Ἀσσαρίων] *Assariis*, Mo. P. Be. &c. *Minutis assibus*, Er. Il. Ti. Obolus continebat duos (imò quatuor [f].) איסרין, *Assarios* [g]. [Vide ad Matt. 10. 29.] ¶ *Non est in oblivione*, &c.] i. e. Deus singulorum recordatur & curam gerit [h]: contra vulgi opinionem putantis Deum ista tam vilia atque exigua non curare [i].

7. *Numerati sunt*] Scil. à Deo, i. e. Deo curæ sunt, ut hominibus possessiones, quas subinde numerant [k]. ¶ *Pluris estis*; ità Er. &c. Διαφέρετε] *Præstatis*, Mo. P. Be. Pi. &c.

8. *Confessus fuerit me*, Ἐν ἐμοὶ] *In me*, Vel. ut paulò pòst, ἐν αὐτῷ, i. e. αὐτὸν, *eum*, ut ex Matt. liquet [l]. ¶ *Coram Angelis*] Ut Marc. 8. 38. Matthæus, *coram Patre* [m].

10. *Qui*, &c. Ὃς ἐρεῖ λόγον, &c.] *Qui dicit verbum*, Mo. &c. vel, *dictum*, Er. Il. vel, *quidpiam*, P. Pi. &c.

11. *Cùm*, &c. Ὅταν δὲ προσφέρωσι, &c.] *Cùm autem adduxerint vos* (scil. homines, propter confessionem mei [n]. Impersonaliter sumendum, q. d. *Cùm sistemini* [o]. Nam quod in Actibus aliquoties dicitur ἄγεσθαι, Matthæo παραδίδοσθαι & ἄγεσθαι, hîc dicitur προσφέρεσθαι P.) *ad synagogas*, Be. Pi. &c. i. e. conventus Judæorum. ¶ *Magistratus*, Ἀρχὰς] i. e. Ἡγεμόνας, *Præsides.* ¶ *Potestates*, Ἐξουσίας] Τετράρχας scilicet, ut Paulus loquitur; βασιλεῖς, apud Matthæum. ¶ *Qualiter*, &c. Πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε] Quid dicturi sitis pro vobis ipsis, nè nocentes putemini, & quâ cautione prolaturi, nè ipsa defensio obsit. ¶ *Aut*, &c. Ἢ τί εἴπητε] Quomodo propugnaturi sitis doctrinam quam profitemini [q].

13. *Ait autem illi*] Interpellavit eum [r]. ¶ *Magister, dic fratri meo, ut dividat*, &c.] i. e. Nè plus justâ parte detineat, & ut divisionem admittat æquis conditionibus. Credibile [autem] est, Judæos solitos ad fugienda litium sufflamina arbitros sumere eos quorum sapientia & æquitas erat perspecta [†]. De jure & æquitate dividendi decernebant Consessus Triumviralis, vel quidam ab iis deputati, vel quidam à litigantibus electi pro arbitris. Christum autem hic Judicem appellat, quia forsan vel hic, vel frater ejus, erat Discipulus Christi [*]. Apud Judæos in universum defuncti jus succedebat filius unicus. Sed pari capiebant jure simul plures: excepto, quòd primogenito duplex debebatur portio, ex Lege, Deut. 21. 17. nimirum *de omnibus quæ apud illum* (i. e. defunctum tempore mortis) *repeiuntur*, de bonis scilicet paternis: in materna autem bona, ut volunt Hebræi, succedebant pariter filii universi, nec non in ea quæ non erant in defuncti potestate mortis momento, v. g. quæ avus post eum obiens, reliquit, &c [s]. Credebat hic, Jesum esse Messiam, ac proinde Regem & Judicem à Deo constitutum, signanter autem Vindicem pupillorum, &c. juxta Psal. 72. 2 [v].

14. *Homo*] Ità compellat ignotum pro more linguæ [x], ut Luc. 22. 58, 60 [y]. ¶ *Quis me constituit judicem*] Ità Mo. Er. Be. P. &c. litium de rebus terrenis [z]. Respicit historiam illam, Exod. 2. 14. Tantundem ergò hoc valet quasi dicat Christus, Non committam ut ullâ specie objicere mihi possitis, ingrati homines, quod Mosi olim objecistis. Contentus dare præcepta generalia, quæ ad res quasvis accommodari à volentibus facillimè possint, singulorum negotiis me non immiscebo [a]. ¶ *Aut divisorem*] Ità Er. Mo. Ca. &c. scilicet facultatum [b]. Non tantùm negat se Judicem esse, sed nec arbiter esse cupit. Arbitrum Græci διαιτητὴν vocant. Sed μεριστὴς rectè dicitur qui familiæ herciscundæ, aut communi dividundo aut finibus regundis, arbiter sumitur [c]. Non deerat Christo hæc potestas, sed eâ nunc uti nec voluit, nec debebat, negáque se ad id missum aut delegatum esse. Minimè decebat, Christum, avocatum à doctrina spirituali, quæ præcipuum ejus munus erat, se transferre ad dirimendas lites, &c [d]. Et quidem Jesum nullo jure obli-

[g] Bru. [a] Cas. [b] Rev. [c] Pi. [d] G. [*] Bru. ex Th. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] G. sim. Bru. Mont. in Wal. [k] G. [l] Di. [m] Q. in Di. [n] Di. [o] G. [p] Be. [q] Bru. [r] G. [†] Ca. [s] G. [v] Idem. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. ex Be. [a] Di.

[b] G. [c] Bru. [d] Pi. sic Val. Er. [*] Cas. [f] Be. [g] D. ex He. [h] Pi. [i] Be. [k] Pi. [l] Be. [m] G. [n] Bru. [o] G. sim. Bru. [p] G. [q] Idem. [r] Bru. [†] G. [*] Li. ho. [s] Seld. in Wal. [v] Bru. [x] Bru. sic Mal. [y] Bru. [z] Idem. [a] G. [b] Bru. [c] G. [d] Bru.

obligatum fuisse ut tale onus susciperet, satis est manifestum. Neque enim aut à Deo, aut ab hominibus, erat in id constitutus. Cur sponte non receperit, hîc non dicit, sed intellectu facile est. Nam præter id quod jam diximus de vitanda calumnia, exiguum illi restabat vitæ tempus, quod sanè impendendum erat rebus melioribus & toti humano generi profuturis. Qui vocatis Discipulis non permisit sepelire patrem aut domesticis valedicere, quomodo ipse expendendis privatorum controversiis insumpsisset docendi tempora? Quod multis occasionem dedit quærendi, rectène fecerint Christianorum Episcopi quòd onus à Christo recusatum in se susceperint: quod se fecisse magna cum molestia, sed tanquam præceptis Pauli obtemperantem, memorat Augustinus, & de ipso testatur Posidonius. Atque ante eum eodem se labore functum narrat Ambrosius. Idémque de Gregorio Neocæsariensi proditum invenire est. Ad rem bene dijudicandam refert intelligere rei originem. Judæi, per Babylonicum Imperium dispersi, cùm probrosum nomini suo existimarent ortas inter se controversias ad Judices profanos, & à religione unius Dei extraneos, deferre, instituerunt suorum Seniorum arbitriis, quasi rebus judicatis, stare. Quòd si quis contrà fecisset, is indignus Judæorum consortio judicabatur. *Qui adducit negotia Israelitica ad extraneos, polluit nomen Dei*, inquiunt Hebræorum Magistri. Idem posteris temporibus observârunt qui extra Judæam (nam in Judæa suos habebant publicos Judices suæ religionis) sub Imperio Romano vitam egerunt: duravítque is mos adusque Christiana tempora, ut apparet tum ex lege Arcadii & Honorii, tum ex altera lege Honorii & Theodosii. [Verba vide in G.] Unde discimus, solitas tractari id genus controversias coram Presbyteris Synagogæ, præsidentibus nimirum Archisynagogis, qui cæteris præibant peritiâ Legis. Hunc morem Hebræorum, ut minimè improbandum, sequens Paulus, cùm reprehendisset Corinthios Christianos quòd apud profana tribunalia litigarent, sapientissimos cœtûs totius vult constitui componendis id genus controversiis. Sapientissimi autem erant haud dubiè qui *Presbyteri* dicebantur: nam an manentem secum Episcopum eo tempore habuerit Corinthi Ecclesia veteres non immeritò dubitant. Penès Presbyterium igitur fuit hæc notio non minùs quàm morum censura, &, si ibi componi controversia non posset, supererat totius fraternæ multitudinis auctoritas ad permovendum eum qui esset pertinacior. Dicitur tamen eadem *Episcopi audientia*, quòd Episcopus præsideret. Hunc morem Constantinus & secuti Imperatores lege firmârunt: unde illud est ex Arcadii & Honorii Constitutione, *Si qui ex consensu*, inquiunt, *apud Sacræ Legis antistitem litigare voluerint, non vetabuntur, sed experientur illius, in civili duntaxat negotio, vice arbitri sponte residentis judicium*. Quantum oneris sequentia tempora Episcopis adjecerint, supervacuum est commemorare, cùm illud ipsum antiquum & penè necessarium optimo cuique Episcoporum grave visum fuerit. Nemo autem non videt, neutiquam tantam esse hujus consuetudinis rationem ubi Christiani imperium & judicia publica obtinent ac fuit cùm religionis extranei tribunalia obtinerent. Neque tamen negandum est, etiam in Christianorum imperiis dilectioni plerumque rectiùs consuli per amicas disceptationes quàm per litium moras, odii nutrices: adde, quòd & minus sæpe damni est de suo cedere in tempore quàm litem pertinaciter prosequi, quantumvis certâ victoriæ spe. At, si quis simul expendat, quantum sit negotii sermonem Divinum rectè dispensare, quod ut rectè facere possent ipsi Apostoli, tanto instructi Spiritu, curam pauperum aliis delegavere, facilè intelliget, quosvis alios potiùs adhibendos componendis privatorum controversiis quàm eos quos docendi munus occupat. Est quidem horum quoque, imò horum præcipuè, discordias præcidere; sed si id brevi admonitione fieri possit, quomodo Onesimum Philemoni reconciliat Paulus, non si causæ ambages discutiendæ, & magno temporis dispendio constabit res paucorum *. [* G.]

15. *Dixit ad illos*] Vel, 1. ad turbam: vel, 2. *ad Discipulos suos*, ut Syrus hîc habet. ¶ *Videte & cavete*] i. e. Attentè cavete [f]. ¶ *Ab*, &c. Ἀπὸ τῆς πλεονεξίας] *Ab avaritia*, Er. Mo. Be. &c. Sign. immodicam acquirendi, sive habendi, cupiditatem [g], etiam cum aliorum detrimento. Itaque latiùs patet quàm φιλαργυρία [h]. Πλεονεξίαν hîc, ut & alibi, apparet dici, non τὴν ἀδικίαν, (*injuriam*,) ut quibusdam placet, sed ipsum illud habendi studium, cujus species est φιλαργυρία. Nam sicut occasiones tutandæ familiæ negligi non vult Christus, ità hoc impensè agi ut habeamus quamplurimum, etiamsi absit injuria, planè improbat. Præbuisse materiam huic sermoni videtur ille de quo actum est paulò antè, qui, cùm à Christo petere debuisset vitæ æternæ præcepta, maluit auxilium ejus invocare ad ea obtinenda quæ ipsi fortè debebantur, at interim nè ad caducam quidem hanc vitam erant ipsi necessaria: quod certum erat indicium plus æquo talia curantis animi [i]. Opportunum monitum: hæc enim causa erat discordiæ inter fratres [k]: quorum unus occupabat quæ alterius erant, alter plus nimio solicitus quærebat sua [l]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστὶν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ] Hæc est receptior lectio, à qua mihi non videntur recedere vetusti Interpretes. Περισσεύειν omnino hîc sumitur intransitivè, ut apud Græcos sæpe, ut Marc. 12. 44. Luc. 9. 17. & 21. 4. Infinitivus autem more Græco ponitur vice Nominis aut Participii; &, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, tunc construitur cum isto, περισσεύειν, trajiciendi more Lucæ perquam familiari. Sensus est admodum popularis, Vitam non juvari ex eo quòd quis plus in bonis habeat quàm satis sit ad naturæ desideria. Quem sensum exprimit Horatius. Sic & Aristot. Nicom. 10. 9 [m]. [Verba utriusque vide in G.] Non in abundantia cujusquam, ex his scilicet quæ possidet, vita ejus est [n]. Sic verto, *Nec enim cujusquam vita ex eis quæ ipsi suppetunt, in eo sita est ut redundet*. Conjungo τινὶ cum περισσεύειν, &, ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ, idem declarat atque, ἐν τῷ περισσεύειν τινά, i. e. *cùm quispiam abundat*: vel, περισσεύειν impersonaliter hîc ponitur, vel subauditur αὐτὰ, videlicet ὑπάρχοντα [o]. Turbavit Bezam constructio: sed ejus Versio longiùs recessit à verbis & eorum situ quàm Vulgatus, qui simpliciùs & dilucidiùs vertit [p]. Illud, ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, connectendum puto cum eo quod proximè, non cum eo quod longiùs, præcedit, hoc sensu, Non constat vita hominis ex his quæ possidet, etiamsi abundet quàm maximé. Non cùm abundat quis opibus, vita ejus est, seu vita ipsi constat, ex opibus [q]. *Non enim in eo cujusque vita sita est, si facultatibus abundet*, Ca. *Quia non in eo ut supersit cuipiam de facultatibus suis, vita ipsius est*, Ti. *Quia non abundantia cujusquam* (vel, *in abundando cuiquam*, vel *quum abundè est alicui*. Verbum hîc majorem emphasin habet quàm Nomen [r]. Vel, *in redundare cuipiam*, Mo. vel, *quum bona cuipiam redundant*, P. Pi. vel, *in abundare*, vel, *cùm abundat*, scilicet his quæ possidet, sive opibus: illud autem τινὶ non jungo præcedentibus, cùm abundat quispiam opibus; sed potiùs sequentibus †.) *vita ejus* (vel, *vita*: nam relativum abundat, ut Psal. 11. 4. *Dominus in cœlo sedes ejus* [t].) *est ex his quæ possidet*, Bru. ex Vulg. Er. Il. nè tum quidem, inquit, vitam suam habet ex suis facultatibus [v]. Al. *Quia non in abundantia opum est vita*, Sy. & Ar. in Di. nempe *homini*, vel *cuiquam*, Ar. in Di. Ambo verterunt quasi legissent, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ τὰ ὑπάρχοντα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστὶν [x]. Christus, ut ab avaritia deterreat, evertit fundamentum, quo avari plerumque nituntur. Solent enim vitæ præsidia in opibus collocare, adeò ut quo quisque ditior est, eò minùs famem, morbos, bellum, mortémque ipsam, reformidet [y]. Significat ergò, quòd quis vivit, hoc non debere acceptum ferri opibus [z]; nec illis posse vitam vel ad momentum prorogari, quòd ea sita sit in unius Dei potestate, qui solus eam largitur, & conservat quamdiu ipsi libet. Servanda hîc est inprimis notatio τῆς πλεονεξίας, ut avarorum cupiditas infinita significetur, non autem ut vel res ipsæ ad usum nostrum creatæ damnentur, vel honestum tuendæ vitæ studium [a].

16. *Uberes*, &c. Εὐφόρησεν ἡ χώρα] *Bene tulit* (vel, *Exuberârat*, P. Be. Bru. Pi. *Multos proventus protulit*, Tre. ex Sy. sim. Er. Vulg. &c.) *regio*, Mo. P. Be. &c. quasi iste non fundum unum, sed totam aliquam regionem, possederit [b]. Vel, *terra*, Tre. ex Sy. vel, *ager*, Er. Il. Ti. Rectè notat vir doctissimus, idem esse Hellenistis ἀγρὸν & χώραν. Liquet id collatis Matthæi & Lucæ locis: nam ubi ille dixit, ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, c. 24. v. 18. hîc dicit, οἱ ἐν ταῖς χώραις, c. 21. v. 21. Ità & Joh. c. 4. v. 35. θεάσασθε τὰς χώρας.

[f] Eru. [g] Be. Eru. sim. Er. [h] Be. [i] G. [k] Me. [l] Bru. [m] G. [n] Q. in Bru. [o] Be. [p] Di. [q] Bru. [r] Di. † Bru. [t] Idem. [v] Di. [x] Di. sim. Be. [y] Bru. ex Be. [z] Bru. [a] Be. [b] Be. ex Th.

χήρας* & Jac. 5. 4. τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν. Hinc & Χωρεπισκόπων nomen [c].

17. *Cogitabat*, &c. Διελογίζετο] *Ratiocinabatur apud se*, Be. Pi. sim. V. Mirè convenit verbum λογίζεσθαι, quoniam istiusmodi homines totam vitam in subducendis rationibus consumunt [d]. ¶ *Quid faciam?*] Ecce ut *Crescentem sequitur cura pecuniam*. ¶ *Non habeo*, &c.] Quasi nusquam essent quibus pascendis possent impendi [*].

18. *Destruam*, &c.] *Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis*. Ipsa proventuum ubertas majores secum impensas trahit. Non horreis tantùm majoribus, sed & famulis pluribus, opus est qui ista servent. Adeò illud Solonis verum, Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται. Vide Basilium multa singulari facundiâ dicentem in hoc vitium [f]. [Cujus verba vide in G.] ¶ *Quæ*, &c. Τὰ γεννήματά μου] *Fructus*, sive *Proventus*, *meos*, Be. Pi. Bru. ex messe præsenti [g]. Veriùs dixisset, *fructus terræ*, communis hominum nutricis. Γέννημα est καρπός, inquit Phrynichus. Solent ità LXX vertere Hebræum תבואה, ut Exod. 23. & alibi. ¶ *Et bona mea*] Non sine causa hoc additum. Nam id hominum genus divitias *bona* appellat, non tantùm populari loquendi modo, sed quòd nihil melius istis existimat. Vetus est controversia inter Stoicos & Peripateticos, an omnino res istæ *bonorum* nomine sint nuncupandæ. Cicero, Stoicos in Paradoxis sequens, ait, *se requirere majorum prudentiam, qui ista imbecilla & commutabilia pecuniæ membra Bona appellassent*: à qua sententia non abeunt veteres Christiani. Nam quanquam & S. Literis res istæ *bona* interdum appellantur, id tamen censent fieri non propriè, ut sensisse videntur Peripatetici, sed propter similitudinem quandam cum veris bonis. Quare, sicut aliis in partibus à Stoicis longè abeunt, ità hîc eorum orationem probant. Tatianus in Aristotele reprehendit quòd felicitatem in rebus id genus inerudité collocavit. Idem videre est apud Clem. Alex. Strom. 2. Idem, S. Literarum ductum sequens, *bona* vocat, non simpliciter, sed cum additamento, *bona terræ*, Pæd. 3. Orig. adv. Celsum ait, *vitium esse malum*, &c. *paupertatem verò, morbos, & id genus alia*, καταχρηστικῶς *mala vocari*. [Horum verba habet G.] Sæpe ψευδώνυμα ἀγαθὰ hæc bona vocant Græci Scriptores. Salvianus, *ea quæ falsò dicuntur bona*. His opposita Theodoretus vocat κακά, &c. (*mala à multis existimata*.) Chrysostom. ad Eph. 5. Τί ἡ νόσος; &c. (*Quid est morbus? quid cæcitas? nihil ista sunt, ô homo: unicum tantùm est malum, nimirum peccare* [h].)

19. *Dicam animæ meæ*] i. e. Mihi ipsi, ut Matt. c. 10. v. 39 [i]. Tunc, inquit, fruar partis cùm horrea auxero: At id facere jam licebat. Vetus est dictum, *Cras serum est vivere: vive hodie*. Pyrrhum, cùm Siciliam, Africam, atque alia, spe suâ devoraret, interrogavit Cyneas quid, si ea processissent, factum esset, *Postea vivemus*, inquit. *At hoc jam licet*, respondit Cyneas [k]. ¶ *Anima*] Alloquitur seipsum [l]. ¶ *In annos*, &c.] At nemo tam felix, *Crastinum ut possit sibi polliceri*. Vide Jac. c. 4. v. 14 [m]. ¶ *Requiesce*] Scil. à labore [n]. Sentit ex ipso solicitudinum cruciatu quàm dulcis sit quies, quam præstare sibi non potest [o]. ¶ *Comede, bibe*] At hæc corporis sunt, non animæ. Imò & animæ tribuuntur apud Platonem, tom. 2. edit. meæ, p. 439. & apud Xenoph. edit. meæ, p. 138. item 414. Nec mirum. Corpus enim non sitit, aut esurit, repletionem non apprehendit, &c [p]. ¶ *Epulare*, Εὐφραίνου] *Oblectare*, Sy. Il. P. Mo. Be. &c. *Exulta*, Tre. Ti. *Indulge voluptati*, Ca. Sardanapali vox, ab Epicuro repetita [q]. Hæc vox hoc quidem loco ad alias omnes voluptates referenda videtur quæ sunt extra esum potúmque. Respondet Hebræo שמח, ut videre est Eccles. 11. 9 [r]. Vox hæc omnes vitæ voluptates complectitur [†].

20. *Dixit*, &c.] Nuntiavit, vel per morbum, vel per conscientiam [t]: non revelando, sed decernendo. Decretum autem καὶ ἀποφάσιν significanter admodum enunciatur, ut Prov. 1. 26. ¶ *Stulte*] Similis illi qui *Nabal* nomine & re, 1 Sam. 25 [v]. ¶ *Hâc nocte*] Quâ hæc animo tuo versaris in strato tuo, noctem, ut avari solent, insomnem ducens [x]. ¶ *Animam*, &c. Τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν] *Animam tuam repetunt*, Er. Mo. P. Pi. &c. vel, *quærent*, Tre. vel, *è corpore tuo exigent*, Pers. illi scilicet quorum id est, Deus præsertim [y], vel mali Angeli; ut boni Angeli animas piorum tollunt, Luc. c. 16. v. 22 [z]. Sed frustrà quærunt veteres de quibus hoc dicatur. Est enim Personale pro Impersonali, aut Activum pro Passivo [a]. *Anima* (vel, *Vita*, Bru.) *tua repetitur*, Be. Bru. Pi. vel, *auferetur*, Ar. vel, *reposcetur*, G. Declarat alieni juris esse animam, quam dives in manu sua esse ducebat [b]. *Vita data est utenda, data est sine fœnore nobis Mutua* [c]. ¶ *Cujus erunt?*] Cui cedent [d]? non tibi certé [*]: qui ista moriturus non auferes, sed alii usum sui præstabunt [f], fortè ei à quo maximè abhorres [g]. Non poterat efficaciùs derideri stoliditas avara, quæ conjunctam habet invidentiam, quàm cùm ostenditur eventurum quod malorum ipsi maximum videtur, ut rebus ejus fruatur alius. Bene mimus, *Avarus, nisi cùm moritur, nil rectè facit*. Suis nimirum instar, cujus nulla pars ullum sui usum præbet nisi post mortem. Vide Ecclesiastic. 11. 18. & lepida Græcorum epigrammata [h]: [& verba in G.]

21. *Sic est*] Talis & ingenio, & eventu [i]. Talem habet stultitia exitum [k]. ¶ *Qui sibi*, &c.] Id est, vel sese respiciens: vel seipso fretus [l]: vel suis usibus [m], suæ luxuriæ [n]. ¶ *Non*, &c. Μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν] *Nec est erga Deum* (vel, *in Deo*, Il. Be. Pi. Di. Tre. ex Sy. P. &c. Sæpe autem εἰς pro ἐν usurpatur [o]: vel, *in Deum*, Mo. vel, *Deo*, Ca. D. ut, *civitas magna Deo* [p]:) *dives*, Er. Ti Non habet in suis divitiis rationem Dei [q]: non augetur rebus Deo gratis [r], ut Dei cognitione [†], fiduciâ & timore [t], & *bonis operibus*, 1 Tim. 6. 18 [v]. Omnino arbitror πλουτῶν idem esse quod θησαυρίζων, ac proinde εἰς Θεὸν idem quod παρὰ Θεῷ. *Sic illis evenit qui sibi opes accumulant, ac non laborant ut apud Deum opes repositas habeant*, opera scilicet misericordiæ, quos *thesauros in cœlo* vocat Christus, Matth. 6. 20 [x]. Quinque vet. cod. hîc addunt, *Hæc dicens clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat*. Non incongruum: nulli enim ad hæc audienda surdiores sunt quàm avari, &c [y].

24. *Considerate corvos*] Cùm *volucres* in genere nominaverit Matth. non frustrà Lucas *corvos* specialiter expressit. Nam circa corvorum pullos specialem Dei curam Jobus & Psalmographus prædicant: quod quomodo exponant Hebræorum Magistri ab aliis notatum est [z]. Certè Aristoteles (Hist. 9. 31. & Plin. 10. 12. & Ælian. de Animal. 2. 49 [a].) notat pullos Corvorum à suis parentibus nido expelli [b], cùm scilicet ad volatum habiles sunt. Tunc ergò consilii prorsus inopes (quippe qui nondum plenis sint viribus, nec victui suo comparando assueverint) magnâ voce crocitant, tanquam de parentum ἀστοργίᾳ ad Deum expostulantes. Illis autem succurrit Deus: cùm tamen corvus sit animal deforme, vile, hominibus odiosum, inconditæ vocis, & infausti ominis, &c. *Corvos* autem hîc propriè, non, ut veteres putant, metaphoricè intelligendos, aves, non homines, liquet tum ex verbis hîc seq. *præstatis volucribus*, tum ex collat. Matth. 6. 26. tum ex eo quòd negantur *serere*, & *metere*, &c. De corvis plura vide Job. 38. 41. Psal. 147. 9 [c]. ¶ *Cellarium*; ità Mo. Ταμεῖον] *Penuarium*, Er. *Cella*, Il. P. Be. &c. *Cellam penariam* dixit Cicero [d].

25. *Ad staturam* (vel, *ætatem*, Ham.) *suam cubitum*, &c.] Referendum hoc est non ad staturam corporis, cujus non minima portio est cubiti mensura, sed ad vitæ & corporis conservationem, de qua instituta est oratio, & præ qua minima quædam res est corporis incrementum si vel ad cubitum usque excreverit [*].

26. *Quod minimum*, &c.] Id est, *minus*. Minus est staturæ aliquid adjicere quàm vitam conservare: si illud non est in vestra potestate, certè nec hoc quidem est. Quare, nè putate vitam vestram ideo esse tutiorem quòd tantam rerum congeratis copiam. Vita vestra in Dei est manu, qui æterna curantibus non patietur deesse temporalia dum mortale hoc ævum agitis. Videmus & divites mori, & pauperes multos supervivere. Vide ad Matthæum [f]. ¶ *De*, &c? Περὶ τῶν λοιπῶν] *De reliquis illis*, quæ scil. usui nostro supersunt, τὰ ὑπάρχοντα antè dicta [g]: de reliquis quæ æquè sunt in manu Dei posita: ità & Syrus accepit [h]. *De cæteris*, scil. majoribus, ipsis corpore & animâ [i]: de vitæ & corporis conservatione, de qua sermo est [k].

29. *Nolite*, &c. Μὴ μετεωρίζεσθε] [Variant:] *Nè in sublime tollamini*, Bru. sic Pi. Vulg. Er. sim. Mo. ut scilicet procul ventura prospiciatis, & in longum tempus distendatis

Marginal notes (left column): [c] G. [d] Be. [*] G. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] Bru. [o] G. [p] Steph. in Wal. [q] Be. [r] G. [†] Er. sim. Val. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. [y] Idem.

Marginal notes (right column): [z] Pi. [a] G. [b] Eru. [c] G. [d] Bru. [*] G. Bru. [f] G. [g] Eru. [h] G. [i] Bru. [k] G. [l] Be. [m] Bru. Pi. [n] Bru. [o] Di. [p] D. [q] Ca. [r] Bru. [†] Be. Pi. [t] Pi. [v] Pi. G. [x] G. [y] Be. [z] G. [a] BA. 2. 2. 11. [b] G. sic BA. [c] BA. ib. [d] G. [*] Be. [f] G. [g] Be. [h] G. [i] Bru. [k] Pi.

distendatis solicitudinem de victu & vestitu [l]. Videtur alludere ad gestum hominis anxii vultum ad cœlum attollentis. Vel, *Nè impressiones æthereas spectetis ut ab illis pendeatis* [m]: ne ex astrorum cursu procul in futurum consulatis; qui ferè mos est divitum ac Principum [n]. Verti potest, *Nè curetis sublimia* [o]. Sed hoc verbum non propriè pertinet ad tumorem, quod Græci vocant μεγάλα φρονεῖν, sed magis, *nè curemus ea quæ supra nos sunt*, adeóque, ut dixit Socrates, *nihil ad nos*. Μετέωρα vocantur *quæ sunt in nubibus & in sublimi aeris regione* [p]. *Néve pendete*, Ca. *Nè pendete animi*, G. P. sim. Be. vel, *distrahimini cogitationibus*, G. ex. Sy. sic Tre. vel, *curis suspendamini*, Ti. vel, *soliciti estis*, Ar. Μετεωρίζεσθαι est, *sublimem esse*, ut sunt nubes & volantes aves. Jam quæ sunt in sublimi ea nullo firmo fundamento nixa nutant & agitantur: hinc verbum illud *dubitare & incertum atque anxium esse* significat. In eadem notione dixit Demosth. ἄνω καθῆσθαι [q]. Non malè Theoph. μετεωρισμὸν interpretatur τὸν περισπασμὸν καὶ τὸ τῆς λογῆς ἄστατον περιφορὰν, non *elationem animi*, ut quibusdam placet, sed *anxietatem inter spem metúmque miserè fluctuantem*. Sic μετεωρισμοὶ ὀφθαλμῶν, Ecclesiastic. 26. 12. *oculorum vibratio* [r], sive *suspensus, anxius aspectus* libidinosi: qui in Targum ad Gen. 49. 22. *oculos suspendere* dicitur [†]. Μετέωρος Græcis dicitur cujus animus, velut in aere suspensus, modò huc, modò illuc, inclinat [t]; ὁ μὴ σταθερὸς τὸν νοῦν, in Steph. Glos. i. e. *qui nullam habet animi consistentiam*: & μετεωρισμοὶ in Basilio dicitur de *cogitationibus* inter orandum *evagantibus* [v]. Verto, *Nè vagamini animo*, ut solent meteora in aere, quæ nullam habent constantiam. Syrus, hîc habet, ולא נפהא ונו. Verbum autem פהא Chald. & Syr. significat, *dividi, distrahi, incertâ sede vagari & oberrare*, ut constat ex Targum ad Prov. 18. 1, 2. *Desiderium quærit* פהיא, *vagus*, i. e. inconstans animo semper quod desiderat quærit, &c. — *in stultitia* פהי, *vagatur animus ejus*. Rectè autem hoc refert Syrus ad animum hominis inquieti, & de cibo, potu, &c. nimiùm solliciti: is enim nunquam sibi constat, sed perpetuâ inquietudine jactatus vagatur [x].

30. *Gentes mundi*] Id est, huic mundo addictæ [y], nec alium exspectantes [z], aut curantes [a]. *Gentes mundi*, i. e. Ethnici, phrasi Judæis frequentissima. Αἰὼν & κόσμος aliter in Sacris Paginis sumuntur quàm in profanis, ut αἰὼν referatur ad secula tantùm Judaica, ut Marc. 24. 3. *Consummatio* τοῦ αἰῶνος, i. e. *ævi Judaici*, & Tit. 1. 2. πρὸ χρόνων αἰωνίων, *ante secula Judaica*; & κόσμος ad gentes non Judaicas, sive mundum Ethnicum *. ¶ *Pater autem*, &c.] q. d. Vos autem agnoscitis Deum pro vestro Patre. Is verò novit, vos istis indigere [b]: in eum ergò omnes curas & cogitationes vestras rejicite [c].

32. *Nolite timere*] Nè vitæ necessaria nobis desint [d]. ¶ *Pusillus*, &c. Τὸ μικρὸν ποίμνιον] *Parve grex iste*. Magna hîc vis articuli; in quo quippe latet totius hujus consolationis pondus *. Omnes eos affatur qui disciplinæ suæ serio se tradiderant, aut traditurí essent. Quos *gregem* vocat, ut Deum non communi tantùm modo, sed peculiari, suum esse pastorem meminerint, Psal. 23. 1. *Parvum* autem *gregem*, i. e. contemptum, pauperem, ignobilem, minimè munitum iis præsidiis quibus cæteri confidunt. Ità optimè hæc consolatio cum sermone priori cohæret [f]. ¶ *Complacuit*, &c. Εὐδόκησεν. &c.] *Nam libuit*, &c. i. e. Deus ultro & pro benignitate singulari sua constituit [g]. *Benevolentiæ* significatio ex rei natura, non ex vi vocis, hîc locum habet. Nam εὐδόκησε, cùm Infinitivo jungitur, nihil aliud est quàm *visum est illi* [h]. ¶ *Regnum*] Cœleste [i], æternum illud Regnum, quod *Cibi & Potûs* nomine describi solet: quantò magis ergò dabit ævi hujus brevis *viaticum*? i. e. *Queis humana sibi doleat natura negatis* [k].

33. *Vendite — & date*, &c.] Non hoc præcipit omnibus [l], nisi quoad præparationem animi; q. d. Hoc animo estote, ut, si res postulet, omnia vendatis, ut Christum retineatis [m]. Hebræus mos loquendi. Sensus est, Potiùs quàm immisericordes sitis in egenos, ipsa rerum corpora divendite: tantùm abest ut quicquid de fructibus redundat illis invideatis, quemadmodum fecit dives ille paulò antè memoratus. Simile loquendi genus reperies Luc. 22. 36. ¶ *Sacculos*, Βαλάντια] Ità Lucas vocat quas ζώνας Matthæus; ut vidimus suprà 10. 4. Quod ad rem attinet, idem significant βαλάντια

[l] Eru. [m] V. [n] Er. [o] V. [p] Er. [q] Ca. [r] G. sim. Ham. [†] Ham. [t] Be. sim. Ham. [v] Ham. [x] Di. [y] Pi. sic Bru. [z] Eru. [a] Be. * Li ho. [b] Pi. [c] Be. [d] Eru. * Be. [f] G. [g] Be. [h] G. [i] Eru. [k] G. [l] Mal. sic Eru. [m] Mal.

quod ζῶναι [?]: nisi quod hi sint majoris quantitatis aut pretii, illa minoris [n]. *Crumenas*, Be. Pi. ¶ *Qui non veterascunt*] E quibus pecunia perdi nequit [o]. Præclarè ille in Tullii Tuscul. *Nihil inveterascere, nihil extingui — debet eorum in quibus vita beata consistit* [p].

35. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ*, &c.] Omnino puto hæc verba pertinere ad eam similitudinem quæ v. seq. explicatur. Nam qui Dominum exspectant, & ad ministerium obeundum altè cincti esse debent, &, si nox est, lumina habere parata, nè quid in mora sit cùm Dominus advenerit. Non tantùm militum, & iter facientium, sed ministrantium est, *lumbos habere succinctos*, ut v. 37. apparet, & Joh. 13. 4. Hinc *altè cinctos atrienses* dixit Phœdrus. Homerus, Odys. ξ'. Ὣς εἰπὼν, ζωστῆρι θοῶς συνέεργε χιτῶνα, (*Sic fatus, cingulo celeriter coercuit tunicam*;) ubi Eustathius, σημεῖον δουλωτικὸν, (*indicium ministerii*.) Servius ad Æn. 8. *Procinctos strenuos dicimus*. Horatius, *altiùs ac nos Præcinctis unum*. Eidem, *puer altè cinctus*. Petronio, *statores & altiùs cincti*. Unde & Græcè εὔζωνος appellatur non *qui bonam zonam habet*, sed *strenuus*. Philo lib. de Abele & Caine, τὰς ὀσφῦς περιεζωσμένες interpretatur, ἑτοίμως πρὸς ὑπηρεσίαν ἔχοντας, (*paratos ad ministerium*:) quo loco Paschalem ceremoniam commemorat, ad quam hîc quoque allusum videri potest [q]. Lumborum præcinctio habitus est ministri [r], Luc. 17. 8. Joh. 13. 4 [†]. aut alterius parati ad iter aut opus aliquod strenuè faciendum. Hinc cinctus & robur addebat, & itineris operísve facilitatem nè impedimento esset vestium (quæ Orientalibus & dominis & servis oblongæ erant) onus ac prolixitas. Sensus ergò est, q. d. Nè sitis desides, sed, omni abjecto impedimento, strenuè incumbatis operibus virtutis. *Lucernæ* meminit, quia hoc seculum est nocti simile, ubi ignorantiæ tenebræ dominantur: lucerna autem nostra fides est, quæ ostendit quænam opera à nobis Dominus exigit, &c [t]. Hâc phrasi vigilantiæ & pietatis serium studium notatur, præeunte Verbi Divini faculâ & normâ [v].

36. *Quando*, &c. Πότε ἀναλύσει, &c.] *Quando revertetur* (vel, *discedet*, Ca. vel, *veniet*, Æth. ad verb. *resoluturus*, vel *iterum soluturus*, *sit*, Pi. Metaphora à nautis [x], cursum reflectentibus unde solverant [y], qui iterum solvunt naves ex portu ubi eas alligârant [z]:) *à nuptiis*, P. Mo. &c. sic Er. Il. Be. Pi. &c. vel, *è convivio*, Sy. à convivio nuptiali, quod solebat nocte celebrari [a]. Ἀναλύειν sign. *reverti*, Sapientiæ, 2. 1. & 16. 14 [b]. & in Athen. dipnos. 2. *à cœna* ἀναλύοντες, *reversi*: & Appian. bel. civ. 4. ἀναλύοντα, &c. *à compotatione ebria revertentem milites — interfecerant* [c].

37. *Præcinget se*; ità Er. P. Be. &c. Περιζώσεται] *Circumcingetur*, Mo. *Præcinget lumbos suos*, Sy. in Bru. sic Pers. Ar. in morem ministri [d]. ¶ *Et faciet* (vel, *jubebit*, Ca. Pi.) *eos discumbere*] Ità Er. Il. P. &c. Ut Saturnalibus Romæ fiebat. Sensus est, Honorem illis habebit novum atque insolitum. Neque ultrà premendæ partes comparationis *. ¶ *Et*, &c. Καὶ παρελθὼν, &c.] *Et transiens* (i. e. in loco ubi est non subsistens, sed ad locum ubi mensa est transiens [f]: vel, obiens, circumiens, mensam; ac dispiciens quid singulis desit [g]. Vel, *obambulando*, aut *ultro citróque eundo*, V. Glossa in Bathra, fol. 57. 2. *Ministrans ad mensam it*, i. e. circumcursitat, *dum convivæ sedent* *. Vel, *cùm præterierit*, V. vel, *veniet*, Ca. *veniens*. עבר sign. & *venire*, ut Lxx & Sym. & Hi. vertunt עברו, Psal. 48. v. 5. & *ire*, ut Jerem. 2. 10. Amos 5. 5. & 6. 2. &c. Sic & Luc. 2. 15. διέλθωμεν, &c. *eamus Bethlehem usque* [h]. Vel, *prodiens*, Mo. sic Æth. vel, *ingrediens*, Pers. vel, *accedens*, Be. Pi. παρελθὼν, pro παρὼν [i], sive προσελθὼν [k], *accedens propiùs*, G. ut Luc. 17. 7 [l]. & Act. 24. 7 [m]. Vel, *stans*, Ar. in Di. i. e. adstans, adeóque accedens primùm: vide Luc. 17. 7 [n].) *ministrabit* (vel, *ministratum*, Ca. sic Ar.) *illis*, Vulg. Sy. in Di. Er.

38. *In secunda vigilia*] Id est, vigiliâ nocturnâ [o], intempestâ nocte [p]: quod tempus alti somni. Vigiliâ primâ itur ad cubitum, quartâ appropinquat tempus exurgendi [†]. ¶ *In tertia*, &c.] Post medium noctis, nam ut secunda vigilia finitur, ità tertia incipit, mediâ nocte [q]: in conticinio [r]. Noctem hoc loco in tres tantùm vigilias distribuit [†]. Hebræi olim diem dividebant in quatuor quadrantes, quos, ut Romani Græcique, *vigilias* vocabant. Post, noctem ipsam in tres partes sive vigilias

[n] G. [o] Bru. [p] Cas. [q] G. [r] Bru. Ham. [†] Ham. [t] Bru. [v] Glas. rhet. 1. 10. 242. [x] Pi. ex Be. [y] Be. [z] Pi. [a] Bru. [b] Ga. pso. 75. [c] Ga. ib. ex Be. [d] Bru. * G. [f] Di. [g] Bru. * Li. ho. [h] D. [i] Be. [k] Pi. [l] Be. Pi. Di. G. [m] G. Di. [n] Di. [o] V. [p] G. sim. Bru. [†] Li. ho. [q] Eru. [r] G. [†] V.

gilias diviserunt, more Romano. Vide Ausonium Ternario [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ εὕρῃ] Id est, εὑρηϑῇ, *inventurus sit*. ¶ *Ità*, Οὕτω] Repeti debet γρηγοροῦντας, ità *vigilantes*, ut quandocunq; veniat paterfamiliâs, promptos eos paratósque sit inventurus: vide infrà 21.36 [v].

41. *Ad nos —— an ad omnes?*] Rectè hinc colligi puto, cùm prior fabula ad omnes pertinuisset, unde & apud Marcum ei subjicitur, ἃ δὲ ὑμῖν λέγω πᾶσι λέγω, γρηγορεῖτε, alteram à Christo adjectam quæ Pastores Ecclesiarum propriè tangeret [x].

42. *Dixit*, &c.] Non clarè respondet ad quæstionem, sed ità temperat responsum, ut significet, illud ad omnes qui salvi fieri volunt, præcipuè tamen ad præfectos Ecclesiæ, pertinere [y]. ¶ *Quis*, &c. Τίς ἄρα ἐστὶν, &c.] Ὑποϑετικῶν, ut aliquoties diximus [z]. *Quisnam est fidus dispensator*, Be. Pi. vel, *œconomus*, ut 1 Cor. 4. 1 [a]. alendo famulitio destinatus, qualis ille, Gen. cap. 15. v. 2 [b]. ¶ *Quem*, &c. Ὃν καταστήσει] *Quem constituet*, Be. Bru. Futurum vice Aoristi: κατέστησε, Matthæus; q.d. Si quis servus constituatur dispensator familiæ, felix erit, si munus suum rectè obeat [c]. ¶ *Supra*, &c. Ἐπὶ τῆς ϑεραπείας αὐτοῦ] *Supra famulitium suum*, P. Ti. Be. V. &c. ¶ *Tritici* (i.e. frumenti. Species pro genere [d]:) *mensuram*; ità Mo. Σιτομέτριον] Sic σιτομετρεῖν dixere LXX. Gen. 47. 12 [*]. *Cibum*, Er. Il. Ar. Æth. *Portionem cibi*, Tre. *Demensum*, P. Ti. Be. Pi. i.e. mensuram frumenti quam servis in singulos menses domini admetiebantur [f]. Glossa, σιτόμετρον, *cibarium*, *diarium*: est ergò cibi demensum in diem, non in mensem, Suidas, σιτομέτριον, ἡ σιτοδοσία, *frumenti datio* [g].

44. *Verè dico vobis*] Lucas dixit Græcè quod solent Evangelistæ dicere Ἀμὴν, Hebræâ voce [h].

46. *Et*, &c. Καὶ διχοτομήσει] *Et dissecabit*, Er. V. vel, *medium discindet*, Camer. vel, *separabit*, sive *segregabit*, Be. Pi. G. ex Tertul. ad sensum non malè [i]: eximit eum numero servorum suorum fidelium, consortem faciet infidorum, condemnabit [k]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ τῶν ἀπίστων] *Cum infidis*, Bru. Pi. servis reliquis, ipsius similibus [l]. *Cum incredulis*, Be. sic Bru. Ham. Judæis scil[m]. non credentibus in Christum, quorum damnatio certa est, Joh. 3. 18 [n].

47. *Ille autem servus qui cognovit*, &c.] Qualis est œconomus prædictus. Discrimen h. l. ponit inter malos servos [o]. Cùm duplicem fabellam Christus proposuisset, alteram quæ ad Christianos omnes, alterum quæ ad Ecclesiarum Præpositos pertineret, ostendit jam in quo conveniant ista, aut disconveniant. Conveniunt in eo quòd tam ἰδιῶται quàm προεστῶτες plectentur nisi officium suum fecerint: disconveniunt in eo quòd οἱ προεστῶτες plectentur graviùs, ut quibus communiter major atque exactior data sit scientia omnium eorum quæ mediatè, aut immediatè, ad salutem pertinent. Quanquam autem hâc occasione hanc sententiam Christus protulit, vis tamen ejus latiùs patet, ut ex subjecta ratione intelligi potest. Ratio enim quæ subjungitur hæc est, Quòd æquum sit multum ab eo reddi qui multum acceperit. Quare, non omnino malè quidam hæc extendunt ad comparandos inter se eos qui Evangelii Verbum acceperunt, & eos ad quorum aures ipsum non pervenit. Nam de iis qui audito Evangelio non obediunt, dixit Petrus, *Meliùs fuisset iis si non nôssent*, &c. 2 Pet. 2. 21. Salvian. de Prov. 2. *Ac per hoc intelligimus culpabiliores nos multò esse, qui legem Dei habemus, & spernimus, quàm illos qui nec habent omnino nec nôrunt*: ubi & alia præclarè dicta in hanc rem. Non possunt quidem ullæ gentes ignorare ea quæ natura quodammodo ipsa hominibus dictat, sed non nôrunt certâ revelatione quæ præmia virtuti, quæ pœnæ vitiis, sunt constitutæ: quanquam conjecturâ fortè & veteri traditione aliquid etiam hujus assequuntur, sed quòd cum ea notitia quæ nobis Christi munere concessa est, minimè sit conferendum. Tertul. De pœnit. *Cùm etiam ignorantes Dominum nulla exceptio tutatur à pœna, (quia Deum in aperto constitutum, & vel ex ipsis cœlestibus bonis comprehensibilem, ignorare non licet,) quantò cognitum despici periculosum est?* Pro modo scientiæ culpam augeri aut minui etiam Philosophi notant. Sic & Jac. 4. 17. Salvianus, *Ignosci aliquatenus ignorantiæ potest: contemptus veniam non habet*. Idem ferè habet Philo [p]. [Verba habet G.] Qui scit voluntatem Domini, nec facit, similis est τῷ ἀκρατεῖ, (*incontinenti*;) qui nec scit, nec facit, τῷ ἀκολάστῳ, (*intemperanti*.) Docet autem Aristoteles τὸ ἀκρατῆ longè esse deteriorem: quæ disputatio isti admodum affinis est & similis [q]. ¶ *Et non*, &c. Καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ ϑέλημα αὐτοῦ] *Et non paravit ipsi* (scil. Domino quæ injuncta sunt [r],) *secundùm voluntatem ejus*, Sy. Omittit, μηδὲ ποιήσας [†], nullâ sensûs injuriâ [t]. *Et non adoptat se secundùm quod vult*, Æth. *Et non præparavit*, sive *comparavit*, (vel, *disposuit*, sive *habuit*, Bru. sub. *se*, Be. Bru. P. &c.) *neque fecit* (vel, *gessit*, Ti.) *secundùm voluntatem ejus*, Er. Il. sic P. Be. Pi. &c. *Et non accingit se & facit voluntatem ejus*, Ar. *Et non apparans*, &c. Mo. supple, *ad faciendum*. Bene autem hoc additur: nam qui ad faciendum se comparat, etiamsi faciendi tempus, aut occasio, desit, extra pœnam est. Hieron. ad Matth. 12. *In Lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, vivit in eis. In Evangelio voluntas quæritur, quæ etiamsi effectum non habuerit, tamen præmium non amittit* [v]. Et nec præparavit quæ officii sui erant, nec fecit secundùm voluntatem ejus [x]. ¶ *Vapulabit* (vel, *Cædetur*, Mo. P. Be. Pi.) *multis*; ità Er. Il. Ti. &c. sub. *plagis*, P. Be. Pi. V. &c. Δαρήσεται πολλάς] Sub. πληγὰς [y], & sub. κατὰ [z]. Alluditur ad Legem Deut. 25. 2. Puræ autem Græciæ locutionem hîc non minùs quàm alibi in Luca agnoscas [a]. Sic Aristophanes, Nubibus, loquitur, τυπτόμενος πολλάς [b]. & Xenoph. 5. Exped. ἀνέκραγον πάντες ὡς ὀλίγας παίσειε. Et Demosth. De falsa legat. ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς. Secutus Procopius Vandalicorum 1. ξαινομένους κατὰ τοῦ νώτου πολλάς [c].

48. *Non cognovit*] Tarditate ingenii, aut Doctorum negligentiâ, aut alia gravi de causa, modò nè studio quæsita sit ignorantia, quæ de culpa nihil deterit [d]. Non de ignorantia invincibili agit, nec affectata, quæ auget peccatum, non minuit, sed de ignorantia simplici earum rerum quas scire quis tenetur & potest [*]. ¶ *Cui multum datum est*] Sub. *à Deo*, Bru. in suos usus [f]. ¶ *Et cui*, &c. Καὶ ᾧ παρέϑεντο πολὺ] *Et cui* (vel, *apud quem*, Tre. Be. Pi.) *commendaverunt multum*, Er. Bru. ex Vulg. vel, *deposuerunt*, Be. Pi. pro, *deposita sunt*, Pi. Rursum personale pro impersonali [g]. Παρέϑεντο hîc idem valet quod παρακατέϑεντο [*] & sic promiscuè usurpantur παραϑήκη & παρακαταϑήκη, 2 Tim. 1. 12, 14 [h]. Sic etiam usurpatur verbum παρατιϑέναι, Luc. 23. 46. & in Actis aliquoties [i]. Cui commendatum est multum in usus scilicet alienos [k]. Δίδοναι dicitur de donis miraculorum; παρατιϑέναι, de Verbi ministerio [l]. *Datum* refertur ad dona ipsius salutem spectantia; *commendatum*, ad aliorum salutem, ut auctoritatem, &c [m]. ¶ *Plus*, &c. Περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτὸν] Pro, ἀπαιτήσουσιν ἀπ' αὐτοῦ, ut loquitur v. 20 [n]. *Amplius* (quàm ab eo cui minus commissum est [o],) *reposcent* (vel, *reposcetur*, Be. G.) *ab eo*, Pi. Huc pertinet illud 1 Pet. 4. 10 [p].

49. *Ignem veni mittere* (vel, *missurus*, Be. Pi. vel, *ut immittam*, Camer.) *in terram*] Per *ignem* intelligit, vel, 1. doctrinam & præconium Evangelii [q]. Confer Jer. 20. 9. & 23. 29. Luc. 24. 32. Act. 2. 3, 4 [r]. Quod instar ignis & *illuminat*, & *accendit* corda amore Dei, & *consumit cruciátque* impios, Joh. c. 12. v. 48 [†]. Per *ignem* metaphoricè significat persecutionem [*]; ex persecutione autem metonymicè intelligit Evangelii confessionem & prædicationem [||]. Vel, 2. fervorem zelúmque charitatis quem habituri erant Apostoli cæterique fideles ad propagandum Evangelium [t]. Vel, 3. rerum perturbationem quam parit Evangelii doctrina, non suâ naturâ, sed hominum malitiâ, quia idololatriam sceleráque omnia evertet, unde orientur terrores terricolarum & tumultus ac conspirationes adversùs prædicatores, &c [v]. Cùm quæ sequuntur omnia ad persecutiones Verbi causâ orituras pertineant, Tertulliano assentior locum hunc sic exponenti, *Ignem ipse explicat separationem*, paci oppositam: & mox, *Quale præmium, tale & incendium*. Bene autem igni comparatur quicquid adversum animos explorat, 1 Pet. 1. 7. Vide Menand. & Ovid. [& verba in G.] Sed extra hanc comparationem res adversæ non minùs Igni quàm Diluvio comparantur, Psal. 66. 12. Esa. 42. 2. Dicit autem Christus ideo se venisse, non quòd hoc primariò Deus velit, sed quòd conspectis hominum malorum ingeniis & secutura inde sævitia, non tamen propterea destiterit verum spargere, usurus scilicet etiam malorum operâ ad nominis sui gloriam & Ecclesiæ purgationem. Vide 2 Tim. 3. 12 [x]. ¶ *Et quid*, &c.

[t] Scal. in Ga. [v] G. [x] G. [y] Bru. [z] G. [a] Bru. ex Be. [b] Be. [c] G. [d] Bru. [*] G. [f] Di. ex Be. [g] Di. [h] Cas. [i] G. [k] V. [l] Bru. [m] Ham. [n] Bru. [o] Bru. [p] G.

[q] Cas. [r] Di. [†] Be. Di.] [t] Be. [v] G. [x] Di. [y] Cas. Pi. [z] Pi. [a] G. [b] G. ex Cas. [c] G. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] G. sim. Bru. Pi. [h] Pi. [i] Be. [k] G. [l] Th. in Be. [m] Bru. [n] Pi. [o] Bru. ex Be. [p] G. [q] Camer. ex Th. Glas. gram. 3.7. 6. 597. [*] Glas. ib. [†] Glas. rhet. 1.10. 239. [*] Pi. sic Ham. [||] Pi. [t] Zeg. [v] Bru. [x] G.

Καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;] *Et quid* (sub. *aliud*, Bru.) *volo* (vel, *quàm volo*, Bru. *quantopere velim*, Th. in Be. Sed ut τί pro πόσον ponatur exemplum desidero [y]: nihil magis aut æquè cupio [z];) *nisi ut*, (εἰ pro ὅπως [a], ut sæpe apud Homerum [b]:) *accendatur?* Bru. ex Vulg. sic Ar. in Di. Sensum rectè expressit, verba non annumeravit: quomodo & Syrus interrogationem præsentem resolvit in nudam affirmationem, pari libertati quâ v. seq. πῶς reddidit *multùm*. Versiones Latinæ hâc Vulgatâ vetustiores habebant, *Quàm volo ut ardeat*, sive *accendatur!* ad sensum rectè. Sed verbis nè hoc quidem exactè respondet. Certè ex illis Versionibus, aliter lectum olim in Græcis Codicibus quàm nunc legitur, non satis validè evincas, cùm passim Interpretes jus sibi indulgeant, sensu incolumi, ab apicibus recedendi [c]. Al. Videtur Vulgatus pro ἀνήφθη legisse ἀνῆφθαι, *quàm jam accensum esse* [d]. Tremel. Syrum sic vertit. *Cupio ut jam accensus sit*: non rectè: אלו semper sign. *si*, nunquam, quod sciam, *ut*. Regia sic, *Quid volo, si jam*, &c. Sed *quid* non est in Syro. Verto, *Et volo, si jam accensus est*, q. d. Quid vellem aliud? Siquidem jam accensus est: aut τί non legit [*]. *Et vellem quòd jampridem flagrâsset*, Pers. *Et quid volo si jam accensus sit?* Er. Il. P. Be. Ti. Pi. sic Mo. Ca. Nihil tam cupio quàm ut ardeat [f]. Cl. Scaliger, καὶ τί θέλω, vertit, *& quid meâ?* Utinam id probâsset. Ego, τί θέλω, accipio pro, τί θέλω λέγειν; vel, θέλω, pro λέγω, quo sensu dicimus, *Quid hic vult?* i. e. Quid hic dicit? Ut sensus sit, Quid dico me venisse missurum ignem in terram? siquidem jam accensus est [g]. *Et quid volo? si ille jam est accensus*, Camer. Καὶ τί θέλω; interrogationis notam apponendam censeo: nam in his rebus nulla nos Codicum auctoritas obstringit, cùm veteres Libri fuerint ἀδιάστικτοι, (*sine punctis*.) Sensus est, *Quid autem est quod opto?* Nam interrogatio subjectâ responsione vehementiùs affirmat. Nec aliter videtur legisse & accepisse Theophylactus. Εἰ ἤδη ἀνήφθη· ità habent omnes antiqui Codices, à quibus nulla est causa recedendi. Locus autem est hactenus minùs rectè intellectus, quia non est animadversum εἰ, etiam addito Indicativo, apud Hellenistas idem valere quod *utinam* [h]. Sic Luc. 19. 42. Εἰ, &c. *Utinam tu quoque novisses*: & 22. 42. & apud LXX ad Num. 22. 29. Jos. 7. 7. Job. 16. 4. Esa. 48. 18 [i]. Syrus, quanquam sunt qui aliter accipiunt, mecum facit. Nam אלו pro *utinam* poni Syris solet, ut apparet Luc. 19. 42 [k]. Respondet enim Hebræo לו, vel לוא [l], quod significat & *si*, & *utinam* [m]. Vertenda igitur hæc verba, *Utinam jamjam accendatur*, ignis scilicet ille exploraturus & purgaturus Christi gregem [n]. Ità prius membrum quæstionem continet, posterius, responsionem [o]. Sensus, *Quàm velim ut jam accensus esset?* Sunt verba optantis, ut percipitur ex subjecta correctione, *Sed baptismo me oportet baptizari*, scil. priusquam ignem illum in terram mittam [p]. Τί θέλω videtur sumi pro more scholarum: ubi מאו אני אומר, *Quid ego dico*, est, Ego hoc dico. Ità h. l. *Quid ego volo*, est, *hoc ego volo ut jam accendatur* ignis. Quisnam autem sit ille ignis, ipse explicat v. 51. &c †.

50. *Baptismo*, &c. Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι] *Sed* (priusquam id fiet, & ignis ille per totum orbem extendatur [q]:) *baptismo* (vide Mat. 20. 22. Marc. 10. 38 [r].) *oportet me baptizari*, Be. Pi. &c. *Baptismum* appellat passionem & mortem suam †, persecutiones ejus [t], primùm in seipso, deinde in sectatoribus suis [v]: nam quod illis fit Christo fit, Act. 9. 4 [x]. Afflictio nunc igni comparatur, nunc aquæ [y], sive immersioni in aquam, sive potioni [z]. Oportet me sanguine meo perfundi. Metaphora, qualis Matth. 20. 22, 23 [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πῶς συνέχομαι, &c?] *Et quomodo constringor*, sive *coarctor* (vel, *quàm angustè contineor*: Solent enim contrahi & quasi comprimi corda anxiorum [b]. Vel, *constringor*, animo scilicet, i. e. angor. Sic Philip. 1. 23 [c].) *usquequo* (sub. *hoc*, Be.) *perficiatur?* Pi. sic Er. P. Ti. Be. *Multùmque premor*, Tre. ex Sy. *Vehementer angor*, &c. Πῶς, à מה, non semper Interrogantis est, (ut etiam alibi de מה & הלא documus,) sed etiam, sine interrogatione, Augentis, ut Latinè, *quàm*, ut Prov. 16. 16. מה טוב, *multò melius*, & alibi sæpe. Atque eodem modo utuntur πῶς etiam authores prophani [d]. *Et quomodo patiar*, &c. Æth. *Et ego laboro ut perficiatur*, Ar. Veteres Scriptores sæpe utuntur testimoniis ex Scriptura, sed ità ut appareat Codicem ab illis non inspectum, cùm tamen sententiam satis rectè ex memoria reddant. Tale est quòd hunc locum ità citat Irenæus, Ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πάνυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό. Sic & Epiphanius, adversus Arianos, locum hunc longè aliter citat quàm habet, additâ & *poculi* mentione ex historia Zebedæi: quod illi in aliis quoque locis citandis contingit, ut cùm citat ea quæ sunt infrà 23. 41, 44. Quare, non est quòd eo nomine suspecta nobis sit recepta lectio. Videtur autem in verbo συνέχεσθαι tacita quædam esse similitudo sumpta à prægnante muliere, quæ ità partitudinem horret ut tamen velit quàm primùm fasce suo levari [*].

51. *Sed*, &c. Ἀλλ' ἢ διαμερισμόν] *Imò* (vel, *Sed*, Mo. Ti. Tre. ex Sy. &c. *Sed potiùs*, Ca. Aut ἢ redundat: aut subaudiendum οὐδὲν q. d. Ἀλλ' οὐδὲν ἢ, *Sed nihil quàm* [f]:) *dissidium*, P. Il. Be. Pi. &c. vel, *separationem*, Er. Ar. *divisionem*, Pers. Tre. *disparationem*, Be. videntur exemplaria quibus usus est Tertul. ex Matthæo habuisse μάχαιραν. Nam ipse suspicatur διαμερισμὸν ejus vice substitutum à Marcione: quod non fit verisimile: nam διαμερισμὸν hîc constanter agnoscunt Interpretes [g].

52. *Divisi* (vel, *Dissidentes*, Il. P. Be. &c.) *tres*, &c. Τρεῖς ἐπὶ δυσί] *Tres in* (vel, *contra*, Ti. sic Er. P. Be. &c.) *duos*, Mo. vel, *à duobus*, Ca. Dativus pro Accusativo, ut Il. γ'. Οἱ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι φέρον πολύδακρυν Ἄρηα, pro, ἐπ' ἀλλήλους, i. e. κατ' ἀλλήλων. Sic infrà v. 53. [ἐπὶ μητρί &,] ἐπὶ τὴν νύμφην, &c. Sunt autem hæc repetita ex Matth. 7. 6 [h].

54. *Nubem*, Τὴν νεφέλην] Pro, νεφέλην τινά, *nubem aliquam*. Articulus ponitur indefinitè. ¶ *Ab occasu*, Ἀπὸ δυσμῶν] Græcum plurale est, quia triplex est occasus [i]. ¶ *Nimbus venit*] Id est, imminet, brevi veniet [k]. Vide Plin. 2. 47. *Humidus Africus*, is autem est qui ab occasu brumali flat, *æstuosus Auster* [l]: & Aratum Diosemeiis: [ejúsque verba in G.] Causas naturales vide apud Theonem [m].

55. *Cùm austrum*, &c.] Quia Judææ ad Meridiem calidissimæ regiones objacent, Ægyptus, & porrò Æthiopia, unde delati venti æstum adferunt. Sic contrà, venti Septentrionales frigus dicuntur adferre, Job. 37. 9 [n].

56. *Faciem cœli & terræ*] Nihil attulit de terræ signis: sed id facilè suppleri potest ex Matth. 24. 32. Joh. 4. 35, 36 [o]. & mutatâ facie cœli mutatur quoque terra [p]. ¶ *Hoc autem tempus*] Adventum Messiæ, qui certa habebat signa à vatibus pronunciata. Vide ad Matthæum [q]. ¶ *Quomodo non probatis?* Δοκιμάζετε;] *Exploratis?* Bru. sic Be. Pi. vel, *Dijudicatis?* Id est, agnoscitis esse præsens [r].

57. *Quid*, &c. Τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε, &c?] *Quid* (vel, *Cur*, Be. Bru. &c.) *autem & à* (vel, *ex*, Er. Il. V. &c.) *vobis ipsis* (vel, *per vos ipsos*, Be. Pi. vel, *ex interiori vestri*, Pers. ex animis & conscientiis vestris †:) *non judicatis* (vel, *discernitis*, Be. Bru. *intelligitis*, Bru. *assequimini*, Pers.) *quod justum?* Mo. P. Be. &c. sub. *est*, Be. Pi. vel, *veritatem?* Tre. ex Sy. Pers. vel, *ex æquo?* Ca. Cur autem citra operam Judicis controversias vestras non dirimitis [t]? Δίκαιον autem hîc non propriè est quod *justum* dicitur, sed *quod fieri convenit*, *quódque rationi est consentaneum*, ut Phil. cap. 1. vers. 7. & alibi. Idipsum *verum* interdum Latini vocant, & hîc Syrus. [Sensus, q. d.] Non opus est à cœlo & terra peti argumenta. A vobis ipsis exemplum sumite. Neque enim tam stulti estis ut in judicio contendere velitis cum eo qui certam habeat actionem nullâ exceptione elidendam. Quòd si talem creditorem in tempore placandum vobis censetis, quid cessatis cum ipso Deo transigere, dum licet, dum æquas conditiones ipse ultrò offert? Usurpat quidem eandem similitudinem Matth. sed, ut fieri sæpe diximus, sensu non planè eodem. Ibi enim de mutuis hominum offensis agitur [v].

58. *Cùm*, &c. Ὡς γὰρ ὑπάγεις] *Cùm enim* (vel, *Enimvero dum*, P. Be. Pi. γὰρ hîc causale non est, quippe quod non solet jungi cum imperandi modo, sed vel expletivum est, vel ponitur pro οὖν, *igitur* [x]:) *vadis*, Mo. Er. &c. vel, *abis*, &c. Ti. Be. &c. Non videtur hoc præcedentibus cohærere, sed per se dictum esse. Quare aliquid hîc subaudiendum, quale, *Dicebat autem & hoc*, *Cùm vadis*, &c. Alloquitur debitorem malæ fidei [y]. ¶ *Ad*, &c. Ἐπ' ἄρχοντα] *Ad magistratum*, Be. Pi. &c. vel, *judicem*, Bru. κριτὴν, ut est apud Mat. & hîc infrà, nisi Romano more intelligere mavis Magistratum qui dandi Judicis

[Marginal notes, left column: y G. | z Bru. | a Be. ex Th. | b Be. | c G. | d Bru. ex Be. | * Di. | f Ca. | g Di. | h G. | i G. Ham. | k G. | l G. Ham. | m Ham. | n G. sic Ham. | o Ham. | p Pi. | † Li. ho. | q Bru. | r G. | † Me. & T. ex Mal. | t Bru. | v G. sim. Bru. | x G. | y Bru. | z Be. | a Pi. | b V. | c Pi. | d Ca.]

[Marginal notes, right column: * G. | f Pi. | g G. | h Be. | i Pi. | k Pi. sim. Bru. | l Be. | m G. | n G. | o G. | p Bru. | q G. | r Bru. | † Bru. | t V. | v G. | x Be. | y Bru.]

dicis jus habet [z]. ¶ *Da*, &c. Δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ] *Da operam* (Est purus putus Latinismus [a], qualis Luc. 14. 18, 19. ἔχε με παρῃτημένον, *habe me excusatum*, & alia apud Lucam [b]. Sensus, q. d. *Omni modo hoc age* [c]. Sed aliam addit Th. interpretationem non minus coactam quàm quod Syrus hîc posuit Latini sermonis ignorantiâ, è quo tam multa loquendi genera in Græcum profluxerant [d].) *ut libereris* (vel, *expedias te*, G.) *ab eo*, Er. P. Be. Pi. &c. Sic ἀπαλλάττεσθαι τοῦ χρέως, (*liberari debito*,) dixit Aristoteles*: compone cum eo controversiam, satisfacias illi quâ optimè potes ratione [f]. Non præcipit hoc loco Christus, quomodo sit in litibus agendum, nam in ea re satis sapiunt homines: sed sicut cùm Matth. 23. 26. dicit, *purga priùs interiora poculi*, &c. non docet quomodo lavanda sint pocula, nam id satis sciebant illi, sed perinde est acsi dicat, Ut qui calicem exteriùs, non interiùs, purget ineptè facit, ità vos præposterè facitis qui, in parvis religiosi, in magnis estis dissoluti: sic h.l. docet, quod fit in litibus, id faciendum esse in Regni cœlestis negotio: sed & per Imperativum breviùs docet, [ut sensus hujus versûs & præced. sit, q. d.] Cur non vosipsos imitamini, & quam in humanis litibus adhibetis prudentiam, eàdem in Divinis utimini? Soletis cum adversario potiùs componere quàm ad Judicem venire, qui severiùs sit judicaturus. Cùm igitur videre possitis ex his quæ fiunt, instare Dei judicium, cur non reditis ad frugem dum licet? Nam ad Judicem cùm ventum erit, sera erit pœnitentia [g]. Hanc phrasin, δὸς ἐργασίαν, non memini aliter legere, neque Syrus videtur intellexisse [h]. Fateor, si vertendum sit, *da operam*: at Syrus aliter, & quidem optimè, intellexisse videtur [i]. *Da mercedem*, Tre. ex Sy. sim. Pers. At תאגורתא propriè *negotiationem*, *mercaturam*, *quæstum*, significat, idem quod Græcis ἐργασία [k]· quæ vox Hellenistis *quæstum* significat, Act. 16. 16, 19. & 19. 24, 25 [l]. (quibus in locis Syrus eâ voce utitur [m],) & apud Aristotelem & alios [n], passim. Locum ergò sic verto, *Da quæstum*; q.d. Cùm de quæstu tibi lis est, largire potiùs quæstum adversario tuo, *ut ab eo libereris*. Addo, תאגורתא non tantùm significare Syris *negotiationem*, & *quæstum*, sed & generaliùs, *negotium*, *opus*, in quo quis occupatur: quo sensu hanc vocem usurpat author Lex. Syro-Arabici in præfatione. [Verba habet Di.] Sic ergò vertas, *Da*, vel *Trade*, vel *cede ei*, *negotium*, quod scil. cum adversario habes, in quo lis vestra versatur, *& liberaberis ab eo*, expeditissima ea ratio est quâ libereris. Arabs ἐργασίαν pro *negotiatione* & *quæstu* accepit: vertit enim, *Da quod debes*, &c. lucrum illud quod tu ipsi debes, & unde lis orta est, &c [o]. Al. Ἐργασία & ἔργον ut *quæstum* & *commodum*, ità & *usuram* quæ pro fœnerata pecunia exigitur, Græcis sign. Sophocles, Ἀλλ' οὐδὲν ἔργον (i.e. οὐδὲν ὄφελος, ut exponunt Grammatici) ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην. *Sed ista frustrà lamentari quid lucri est?* Ἔργον passim *usuram* significat apud Atticos, ut in libris de Usuris docuimus: & ἔνεργα χρήματα [dicuntur] sub usuris creditæ pecuniæ, quæ opponuntur ἀργοῖς, i. e. sterilibus & otiosis, vel ἀτόκοις· ipsæ etiam professiones quæstuariæ vocantur ἐργασίαι Aristoteli, ἔργα Artemidoro, *quæstus* Ciceroni: & *quæstus pecuniæ* Cæsari est usura, id est, ἐργασία χρημάτων. Sic & ὄφελον & ὄφελος etiam de usura Græci dicunt, ut Latini *commodum*. Ergò ἐργασία propriè h. l. est *usura*. Porrò, in mutuo fœnebri jus mósque fuit, non posse debitorem compelli ad solvendam sortem quamdiu usuram præstabit. Recta ergò est Theophylacti interpretatio, quanquam ab Interpretibus non animadversa, Κἂν μηδὲν, inquit, ἔχῃς, δανείσθητι, καὶ δὸς ἐργασίαν, τουτέστι, τόκον, ὑπὲρ τοῦ ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, i. e. Si pecuniam non habes, sume fœnori, ut usuram saltem solvas tuo creditori, quo solutionem sortis patienter exspectet donec eam possis præstare. Hoc est quod dixit v. præced. *Quid non vos* δὲ ἑαυτῶν *sponte vestrâ* (i. e. non exspectantes donec in jus rapiamini) *judicatis quod justum est?* hoc enim justum æquúmque est, ut qui non potest ad diem debito respondere & sortem solvere, saltem usuram ejus dependat [p]. ¶ *Trahat*; ità Mo. Κατασύρῃ] *Perducat*, Tre ex Sy. *Pertrahat*, Er. P. Ti. Ca. Be. &c. ¶ *Exactori*; ità Er. Be. P. Ti. Ca. Tre. &c. Πράκτορι] *Quæstori*, Pers. *Lictori*, Ca. Hebræum נגש πράκτορας vertunt LXX, ut Esa. 3. 12. Diximus ad Matth. eum intelligi qui Latinè *viator* dicitur. Demosthenes, ὡς εἰς τοὺς πρά-κτορας ἐγγεγραμμένου τοὔνοματος [q]. Πράκτορες fuere olim præfecti publicis exactionibus; Homero autem, negotiatores maritimi: & Il. 1. πρηκτὴρ ἔργων generaliter dicitur *laudabilium actionum effector*, sicut ῥητὴρ μύθων, *orator dictorum*. At Sophoclis Electra inquit se sperâsse fratrem Orestem ἐλθόντα ποτ' αὐτὸν πράκτορ' ἥξειν πατρός, affore *aliquando & pœnas exacturum mortis paternæ*. Πράκτορα hîc vocat Lucas *debiti exactorem* [r], vel eum qui damnatos cogit judicum sententiæ parere †, à πράττω, quod ut *facere*, ità & *exigere*, sign [t].

59. *Minutum*; ità Er. P. Mo. Be. &c. Λεπτὸν] *Obolum*, Sy. *Denariolum*, Ar. *Teruntium*, Ca. פרוטה: alibi, *quadrantem*. Quadrans habet duo, & האיסור octo, minuta [v]. Sensus loci, Non exibis donec mihi satisfeceris [x].

z G. a Cas. sic G. ex Th. b Cas. c Cas. & G. ex Th. d G. * G. f Bru. g Ca. h Be. i D. k Idem. l Heins. sic Di. m Di. n Heins. o Di. p Salmas. in Wal. q G. r Camer. † Be. sim. t Bru. ex Er. v D. x V.

CAP. XIII.

1. *Nuntiantes*] Ut rem novam quæ tum fortè acciderat [a]. ¶ *De Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit*, &c.] i. e. Quos Pilatus occiderat inter sacrificandum [b], non in Galilæa; nullum enim ibi jus Pilato [c]: non in Tirathaba Samaritarum vico, ut quidam existimant; [ità Mal. quem videsis:] nulla enim societas sacrorum Galilæis cum Samaritis. Adde, quòd nè isti quidem Samaritæ inter sacra occisi: nondum enim ad montem sacris dicatum pervenerant [d]. Ergò Hierosolymis hæc acta; quò Galilæi sacrificandi causâ veniebant*, Paschate præsertim. Dubium autem non est quin Judæ Gaulonitæ factio sicut ortum in Galilæa habuerat, ità & multos ibi habuerat defensores, qui Hierosolyma adventantes populum imbuebant opinionibus quæ Imperio Romano adversabantur; inter quas & hæc erat [f], Tributum Cæsari non dandum, nullúmque à Judæis agnoscendum dominum, præter Deum [g], nec esse sacra facienda pro Romanis [h]: cujus controversiæ Josephus meminit. Omnino ergò credibile est, ut & Græcorum Interpretum plerique sentiunt, hujus sectæ fuisse quos Pilatus sacris intentos (agno putà Paschali) in ipsa rerum novarum molitione oppresserit: sicut postea ab Alexandro Procuratore oppressi sunt Judæ illius filii. Historiam hanc à Josepho præteritam non magis mirum est quàm infanticidium Bethlehemiticum. Fuerit hoc fortè inter illa quorum Judæi Pilatum apud Cæsarem accusârunt, Ingenium Pilato fuisse ἀμείλικτον, (*immite*,) dicit Philo: quod satis evincunt & Corbanæ invasio, & invectio clypeorum, quæ mera erant populi irritamenta. Sub hoc Præside si nemini impune fuit thesin illam defendere, *non licet Cæsari censum dare*, nemo mirabitur [i]. Samaritani fuisse videntur, qui hîc vocantur *Galilæi* [k]: (siquidem hæc est historia illa, Jo. Antiq. 18. 5. de quo quærendum [l].) Sic autem eos vocant, vel, 1. quia illis vicini erant: vel, 2. ut Christum perstringerent, qui Galilæus esse credebatur: vel, 3. quia Judam Galilæum sequebantur [m]. Dicunt Hebræi, *Ab aspersione sanguinis incipit opus sacerdotum: at mactatio ritè fit per quemlibet, per alienos, per fœminas*, &c. Forsan ergò hi Galilæi mactati sunt, dum victimas suas mactant. Satis autem erat simultas illa inter Pilatum & Herodem, Luc. 23. 12. ut Pilatus sic sæviret in subditos Herodis. Si autem de secta Judæ Gaulonitæ fuissent, vix voluisset Christus pro iis Apologiam texere, cùm constet ipsum iis contraria semper docuisse †.

2. *Præ omnibus* (sub. *reliquis*, Be.) *Galilæis peccatores fuerint*] Solent quidem magnæ calamitates pœnæ esse peccatorum: quanquam nec id quidem esse perpetuum Christus cæci exemplo, [Joh. 9. 3.] nos docuit. Sed vulgus plerumque ulteriùs judicandi sibi sumit audaciam, ut illos cæteris flagitiosiores putet quibuscum pejùs agitur: quam crudelem temeritatem multis castigat Jobus & Psalmorum Scriptor: meritò quidem; nam sæpe viros extra communem aleam bonos Deus gravibus incommodis exercet: neque id tantùm sub Novo Fœdere, (cujus hæc velut propria dispensatio est,) sed olim quoque, ut, illius quem dicere cœperam, Jobi, tum verò & Jacobi, Mosis, Davidis, exemplo manifestissimum est, ut jam taceam Esaiam, atque eos qui sub Antiocho mortem pro veri tuitione oppetiverunt. Sæpe etiam misericors Deus ex magna malorum turba paucos seligit quos

a G. sim. Bru. b V. sic Bru. c G. sim. Bru. d G. * G. sim. Bru. f G. g Eru. ex Th. & Euthym. h G. Eru. i G. k Mal. sim. Pe. l Be. m Mal. † Li. ho.

quos cæteris esse velit ostentui, in illis monstrans quid omnes meruerint: ut in legionum decumatione fieri solet. Cyprian. *Plectuntur interim quidam, quò cæteri corrigantur: exempla sunt omnium tormenta paucorum.* Similiter Salvianus. [Verba habet G.] Atque hujus sunt generis Divina illa judicia de quibus hoc loco agitur. ¶ *Quia talia passi sunt?*] Neque enim dubium erat apud auditores, & animos Potestatum & causas naturales Divino consilio ità gubernari ut nihil evenire posset quod non Deus aut facere, aut sapienter permittere, decrevisset [n].

3. *Omnes similiter peribitis*] Judæi pariter & Galilæi, tum in præsenti seculo, ut Cyrillus & Græci, tum in futuro, ut Latini, accipiunt [o]. Tota sermonis cohærentia, & quod de Ficu sequitur, certò mihi persuadent, de communi & quidem aspectabili pœna, Judæorum populo imminente, hîc agi: quanquam illa ipsa pœnæ æternæ imaginem & omen gessit. *Similiter*, inquit, *peribitis.* Vide quàm omnia congruerint. Paschatis enim die occisi sunt, magna pars in ipso Templo, pecudum ritu, ob eandem causam seditionis, quam falsò pietatis obtentu homines planè impii velabant [p].

4. *Turris*, &c. Ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωάμ] *Turris in*, vel *ad*, *Siloam*, Be. Pi. &c. Subauditur vel τόπῳ, vel ποταμῷ, propter adjunctum articulum [q]. Intelligit, vel, 1. urbem Siloh, Psal. 78. 60 [r]. At id scribitur שילה [†], Vel, 2. fluvium Siloe [t], quæ Urbi suppeditabat aquam [v], eratque ad radicem montis Sion [x], in medio Urbis, Jerus. Chagigah 76. 1. ubi magnus erat hominum concursus [y], cujus mentio Esa. 8. 6. ubi Heb. dicitur שלוח [z], *Siloa*, unde Græcis *Siloam* [a], ut scribitur bis in Joh. 9. & apud [illegible]. Esa. 8. 6. & apud Jo. Apparet ejus seculi morem fuisse ut literas interdum fine dictionum adjicerent. Cùm masculino nomine ὁ Σιλωάμ dicitur, videtur χείμαῤῥος subaudiri. Jugem certè aquam fuisse negat Hieronymus. Lenem ejus fuisse fluxum produnt Judæi, & Esa. 8. 6. probat: γλυκεῖαν καὶ πολλὴν πηγὴν, (*dulcem & copiosum fontem*,) vocat Josephus; qui & munimenta Urbis eousque percurrisse nos docet: inter quæ munimenta fuit turris illa de qua hîc sermo est [b]. Concipimus fuisse hanc turrim quæ porticibus *piscinæ Bethesdæ*, quæ & *piscina Siloam* nuncupatur, Joh. 9. 7, 11. quæ 18 homines obruit vel versantes circa purificationem sui, (ità convenit hic eventus cum isto *Galilæorum*,) vel exspectantes sanationem post turbationem aquæ [*]. ¶ *Debitores*] i. e. Rei hujusmodi pœnæ aut mortis [c]: peccatores [d]. Syrismus. Vide suprà 11. 4 †. & Matth. 23. 16 [f].

5. *Similiter peribitis*] Inter ruinas Urbis totius, cujus turris ista imaginem gerit [g].

6. *Arborem fici*] Eadem significatio quæ Vineæ, Matth. 21. 33. Nec aliud indicatum Christus voluit cùm ficum sterilem devoveret, Matth. 21. 19. *Vinetum* hîc est genus humanum omne, in quo *ficus*, populus Judaicus, lætâ fronde spem de se egregiam præbens. Est comparatio non dissimilis à Ficu sumpta in Epicteto Arriani 1. 15 [h]. [Vide G.]

7. *Anni*, &c. Τρία ἔτη ἔρχομαι] *Tres jam annos venio*, Pi. sic Bru. i. e. venire consuevi [i]. Subauditur κατ'. Sic loquitur Cicero, *Quanquam te, Marce fili, annum jam audientem Cratippum*, &c [k]: & Virgil. —— *una cum gente tot annos Bella gero.* Vel sic vertas, *Anni tres sunt ex quo venio.* Ἀφ' οὗ hîc legunt Vulg. & cod. meus vetustiss [l]. Qui hæc ad tres annos quibus Christus docuerit referunt, parum attendere videntur quod sequitur de anno uno exspectando. Neque enim Deus post Christi triennium pœnas Judæorum, à piis oratus, in 1, sed in 40 annos, distulit [m]. Quare *tres annos* satius est dictos intelligi, quòd ficus quæ frugiferæ sunt fructum longius non differant [n]. ¶ *Ut quid*, &c. Ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ;] *Quorsum* (vel, *Quare*, Tre. Ca. *Quid*, Il. *Ad quid*, Er.) *etiam* (vel, *vel*, Er. Il. Ti.) *terram inutilem reddit?* P. Be. Pi. Ar. vel, *occupat?* Mo. Ti. vel, *otiosam detinet?* Tre. ex Sy. Pers. vel, *onerat*, sub. *inutili onere?* V. ex Er. Sed καταργεῖν pro *inutiliter onerare* non lego [o]. Optimè Syrus & Arabs exponit per בטל [p], quod Syris & Magistris Hebræorum est, *impedire.* Ficus multum succi è terra haurit, quod vitibus prodesse poterat; quin & ipsa ficûs umbra hominibus nocet. Judæi, eximiis à Deo beneficiis affecti, pietate umbratica adeò cæteris gentibus utiles non erant, ut contrà, eorum vita homines cæteros à vera religione alieniores reddidit, *Deúmque ipsos blasphemare fecit*, Rom. 2. 24 [q]. Καταργεῖν (sicut & בטל) significat, *otiosum reddere, cessare facere ab opere*, ut in LXX, Esr. 4. 21. *usum adimere* [r]; adeóque *cassum & irritum reddere* †: ut sæpe apud Paulum accipitur [t]. Sensus est, Non tantùm sterilis est hæc arbor, sed & terram hanc, quæ, si fertilem gestâsset arborem, usum suum præberet, nunc otiosam reddit & inutilem [v]. Ἀργὸν dicitur quod ignavum est & iners nullísque viribus [x]: unde καταργεῖν, pro *enervare*, & καταργεῖσθαι, pro *liberari* [y].

8. *Usquedum fodiam circa illam*] Hoc Latini dicunt, *Ablaqueare*, ut locum eleganter sic vertas, *Donec eam ablaqueavero* [z]. *Ablaqueatio* ideo admovetur ut summæ radices & Solem & imbrem accipiant. Huic videri possunt respondere χαρίσματα illa quæ Apostoli & eorum adjutores Judæis convertendis exercuerunt [a]. ¶ *Et mittam stercora*] Vel, *stercoravero*, Be. Pi. Sensus loci, q. d. donec adhibuero omnia opportuna, &c: ut effossâ humo radix hieme aeri pateat, tandémque superinjecto fimo tegatur [b]. Stercorantur arbores ut calefiant, ficus præsertim, ut quæ sint cæteris frigidiores: Huic operæ non malè respondent magna illa incommoda famis, seditionum, atque alia, quibus Deus Caij, Claudii, Neronísque, temporibus veterum Judæis excutere conatus est. Vide quæ ad Matth. 24 [c].

9. *Et*, &c. Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν] *Et si quidem fecerit fructum*, Mo. Er. Il. &c. sub. ex v. præced [d]. *relinque*, G. sic Tre. vel, *fines*, Be. Pi. sic V. vel, *bene est*, Sy. Æth. G. sic Ca. vel, *non succides illam.* V. vel, *id effectum erit quod volumus*, Camer. Est Eclipsis, sive Aposiopesis [*], vel, Anantapodoton [f]: quod schema est Atticæ linguæ proprium, oratio scilicet uno membro defecta [g]. Eo usus est Aristophanes in Pluto Κἂν μὲν ἀποφήνω, &c. *Atque si demonstravero me solam esse vobis causam bonorum*, &c. subauditur, *missam me facite*, vel, *ego vicero* [h]. & Homer. Il. α'. Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι, *Verùm si —— Græci munus mihi tribuerint*, sub. *ità ego acquiescam*: & Thucyd. 3. καὶ εἰ μὲν συμβῇ ἡ πεῖρα, *ac siquidem successerit conatus*, sub. *res erit confecta* [i]: & Plato de Legibus 9. Καὶ ἐὰν μέν τι, &c. *Et si quidem tibi hæc facienti nonnibil mitigabitur morbus*: *sin minùs, elige meliorem mortem, & ex vita discede* [k]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν] Pro, ἐν τῷ μέλλοντι, &c. scil. χρόνῳ. Heterosis Hebraica [l]. *Postea*, Be. Bru. quando placuerit [m]. Probo hanc lectionem [εἰς τὸ μέλλον] quam veteres Codices tuentur. Etiam Paulus hoc loquendi genere utitur 1 Tim. 6. 19 [n]. Syrus hîc habet, *cur viveret?* nescio unde [o]. [Id ergò alii explicent.] Syrus legit, εἰς τί μέλλει ζῆν; ἐκκόψεις αὐτήν P. Syrum Tre. & Boder. vertunt, *quare viveret? exscindes eam.* At למא significat, *ut nè, nè fortè*, item, *an? nunquid?* nec aliud, quod sciam. Sic ergò verterem, *ut nè vivat exscindes eam*; ut sensus sit, sic exscindes ut deinde in futurum non vivat: vel sic, *an viveret? exscinde eam* [q].

10. *Sabbatis*, Ἐν τοῖς Σάββασι] Pro, ἔν τινι σαββάτῳ. Enallage numeri: ut planum est tum ex reipsa, tum ex collat. 14 [r].

11. *Mulier*, &c. Γυνὴ ἦν] *Mulier adfuit*, ἦν, i. e. παρῆν †. ¶ *Quæ habebat spiritum infirmitatis*] i. e. spiritum efficientem invaletudinem, sive morbum [t]: ut, *spiritus avaritiæ, fornicationis*, &c. i. e. spiritus impellens ad avaritiam, fornicationem, &c [v]: vel Hypallage est, pro, *invaletudinem spiritûs*, i. e. à spiritu impuro allatam: neque enim spiritus hîc ejectus narratur [x]. Posset quidem πνεῦμα, Hebræorum more, pro ipso morbo accipi secundùm ea quæ alibi diximus: sed, cùm infrà apertè dicatur à Satana immissum hoc malum, præstat ità intelligi quomodo πνεῦμα ἄλαλον dixit Marcus, 9, 17. Dæmonium quod loquendi facultatem impediret. Extra causas naturales morbos multos hominibus immitti per Dæmonia vetus fuit Judæorum opinio, ut ex Josepho etiam videre est, & Hebræorum Magistris ad Psal. 91. 6. Confirmat id ipsum Jobi & Saulis historia, & in Evangelio multæ narrationes [y]. Quin & medici id agnoscunt [z]. Forsan *spiritum* ἀσθενείας dicit per Antithesin ad *spiritum* ἀκαθαρσίας, *immundum*, (quem à *spiritu malo*, morbos infligente, distinguebant; sub cujus agitatione

Marginal notes: n G. — o Eru. — p G. — q Be. — r Er. — † Ee. D. — t Er. sic Ee. D. ... &c. — v Er. sim. Be. — x D. ex Isidor. — y 1 chron. 60 47. — z Be. — a D. — b G. — * Li. ho. — c Bru. — d Bru. ex Sy. Ee. Fi. — † G. — f Be. — g G. — h G. — i Bru. — k Pi. — l Ee. — m G. — n G. sim. Bru. — o Be. — p Di. sim. G. — q G. — r Di. — † Di. ex Ee. — t Be. — v Di. sim. Ee. Bru. — x Bru. ex Fe. — y Ee. — z Be. — a G. — b Bru. — c G. — d G. — * Er. sim. Ca. Bru. — f Er. & Be. ex Budæo. — g Bud. in Wal. — h Camer. ex Bud. — i Camer. — k Ca. — l Fi. — m Bru. — n G. — o Bru. — p G. — q Di. — r Pi. — † Be. Pi. — t Bru sim. Pi — v Be. Bru. — x Pi. — y G. — z Ee.

tione esse putabantur qui inter sepulchreta, loca immunda, vel sponte pernoctârunt, afflatum spiritûs immundi, sive Diaboli, ambientes, vel à Dæmonio exagitabantur,) & ad νόσον ἀκαθαρσίας, *morbum immundum* quem inflixit Dæmonium †. ¶ *Et erat inclinata*, Συγκύπτουσα] *Curva*, sive *Incurva*, Tre. ex Sy. Il. Be. Ca. *Gibbosa*, Æth. *Complicata*, Pers. κατακύπτουσα, & ὀπισθότονος[a]. *Contracta & deflexa*, Er. V. *toto corpore in terram*, Er. Huic contrarium est quod sequitur, ἀνακύψαι, quod est, *sursum aspicere*, h. e. erigere caput: proinde παρακύψις *prospectus* dicitur, ubi quis obliquato capite è fenestra prospicit[b]. *Cernua*; non ergò ὀπισθοτονική, sed ἐμπροσθοτονική, *non in scapulas rugens*, sed *in pectus*, ut Plinius ista exprimit. Nazianzenus συγκύπτειν non malè exponit, κάτω νεύειν. Hoc sensu συγκύψαι προσώπῳ est in Græco, Job. 9, 27. At ὀπισθότονον LXX usurpant Deut. 32. 25. ubi tamen in Hebræo est קטב, quod pestem plerique interpretantur: ὀπισθοτονικοὶ sunt Latinè, ni fallor, *obstipi*[c]. Non erat hæc simpliciter gibbosa, sed & convulsa, (ut indicant cruciatus ejus ac dolores, assidui veræ & primariæ convulsionis comites,) idque emprosthotono, quæ tensio est flectentium musculorum in anteriora, præ qua jamdiu arcuata ac inflexa permanserat, marcida, & nutritiâ vi destituta hecticâ facta, ac proinde incurabilis, quia siccitas convulsioni juncta erat, juxta Hippoc. Aphor. 1. 5[d]. ¶ *Nec omnino*; ità Mo. Er. &c. Εἰς τὸ παντελὲς] Idem loquendi genus, Heb. 7. 25*. *Prorsus*, P. Be. Ca. *Ullatenus* Sy. sic Ar. *Unquam*. Æth. ¶ *Sursum respicere*, Ἀνακύψαι] *Reflecti*, V. *Recurvare*, Mo. *Extendere se*, Tre. ex Sy. *Stare rectè*, Æth. *Erigere se*, Ar. Ca. sic Ti. Be. *Sese recurvare*, P. *Caput attollere*, G. sic Er. Il. Bru. vultum resupinare[f]. Ità ἀνακύπτειν πρὸς τὸν ἥλιον dixit Aristoteles: & ἀνακύψαι exponitur ἐπᾶραι τὰς κεφαλάς, Luc. 21. 28. Sed & Johannes hoc sensu usurpat. Bene veteres in hac fœmina imaginem quandam observant hominum qui, cùm vultûs sui argumento in cœlum erigere deberent, curvas in terram animas gerunt[g].

12. *Vocavit*, &c.] Ultro, nec rogatus, beneficium ingerens: quod ipsum pertinet ad eam, quam dixi, ἐπιόνοιαν[h]. ¶ *Dimissa*, &c. Ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου] *Soluta* (vel *Absoluta*, Mo. *Liberata*, Er. Il. Pers.) *es* (Præt. pro præs. ut Matth. 9. 2. Marc. 2. 9. Simul enim Christus hæc dixisse, simúlque manus imposuisse, intelligendus est[i]. Vel, *Soluta sis*, Tre. tenebatur enim jamdiu quasi Satanæ vinculis constricta[k]:) *ab infirmitate tua*, P. Be. Ca. &c. ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας, pro, λέλυσαι ἀπὸ τῆς ἀσθενείας[l].

13. *Erecta est*, Ἀνωρθώθη] *Surrecta*, vel *Subrecta*, *est*, Be. Pi. Erigimus jacentia, surrigimus quæ deorsum pendent[m].

14. *Archisynagogus*] Unus aliorum nomine: nam plures fuisse potuerunt, vide Matth. 9. 18[n]. & plures fuisse Archisynagogos apparet ex Marc. 5. 22. Act. 13. 15[o]. ὁ πρεσβύς τῆς συναγωγῆς. Interdum laxiùs ea vox sumitur, ut Presbyteros quoque comprehendat, ut diximus ad Matth. Sic cùm unus esset στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, interdum ejus adjutoribus id nomen communicatur[p]. ¶ *Indignans*, &c.] Ob violatum Sabbatum, idque in Synagoga, ubi illud mandatum doceri & inculcari debebat[q]: nimirum quia summam sanctimoniam in ritibus collocabat: unde meritò audit ὑποκριτής. Nam illam fabulam optimè agunt quibus in animo nè mica quidem est veræ dilectionis[r]. ¶ *Dicebat populo*, Τῷ ὄχλῳ] *Turbæ*, Be. Pi. ut sibi subjectæ in Synagoga, non Jesu, veritus ejus auctoritatem & sapientiam †. Per illorum latus Jesum accusans, quem palàm aggredi non audebat. Etiam hoc ὑποκριτικῶς & veteratoriè[t]. ¶ *Quibus oportet operari*] Eos scilicet qui operari volunt[v]. Atqui cibum sumere Sabbato licebat; cur non ergò & manum imponere? Malè ergò captatur vocula תעבוד: rectéque defendi poterat, nè verba quidem Legis ad hanc facti speciem pertinere. Sed Christus, omissis subtilitatibus, evidentissimâ comparatione calumniæ iniquitatem detegit[x]. ¶ *Curamini*] i. e. Præbete vos curandos[y].

15. *Hypocritæ*] Alloquitur ipsum vel cum reliquis Archisynagogis, vel cum aliis ejusdem cum ipso sententiæ[z]. Singulariter legit Syrus. Neque rarum est ut uni dicantur quæ ad ipsum aliósque pertineant[a]. *Hypocritas* vocat, quòd aliud sermone præ se ferebant[b], Legis zelum, &c[c]; aliud corde premebant[d], nempe invidiam ob gloriam Jesu, &c*. ¶ *Unusquisque vestrûm*] Vestri gregis, tum Legisperitorum, tum Pharisæorum: nam erant sectæ minores quæ aliter sentirent, ut alibi diximus[f]. ¶ *Non solvit bovem*, &c?] Id est, funem quo bos alligatus est præsepi[g]: quia *periculum animæ impellit*, ut aiunt, *Sabbatum*. Id periculum autem non sumebant in puncto, ut ità dicam: Neque enim certum erat, pecudes non ductas aquatum continuò interituras[h]. Apud Romanos *Scævola*, consultus quid feriis agi liceret, respondit, *Quod prætermissum noceret*. Quapropter, si bos in specum decidisset, qui eum liberâsset non dicit visus ferias polluisse, teste Macrobio Saturnal. 1. 16[i]. Talmud. tract. Betsa, cap. 4. fol. 32. *Non est ducendum jumentum baculo die bono*, h. e. festo. Tamen R. Eleazar — *absolvit* eum qui hoc facit: & cap. 5. *Non licet aquare, nec pastum deducere, die festo, sylvestres feras, sed licet aquare & pastum deducere domesticas*[k].

16. *Filiam*, &c.] Non contentus Hominem Pecudi opponere, quod satis fuerat, adjicit *Filiam Abrahami*; quod nomen apud illos in maximo erat prætio. Vide Matth 3. 9. Luc. 3. 8. Joh. 8. 33. Act. 13. 26[l]. Sic appellat propter præstantiam ejus gentis, ob fœdus Dei cum ea ictum[m]. *Filiam*, &c. vel, 1. naturâ, ut Juditha dicitur *filia Ebræorum*, Judith 10. 12. Vel, 2. imitatione[n], respectu fidei[o], aut electionis Divinæ; q. d. incedentem vestigiis Abrahæ, ut phrasis sumitur Luc. 19. 9[p]. Sic Apostolus *filios Abrahæ* vocat qui ejus fidem imitantur[q]. Sed prior interpretatio simplicior [est] & rectior[r], & huic loco accommodatior, quia voluit Dominus argumentari à re nota & confessa †. ¶ *Satanas*] Dei & humani generis hostis. Singula verba habent ἔμφασιν. ¶ *Annis*] Non ad horas aliquot, ut Boves & Asini ligantur[t]. ¶ *Non oportuit solvi*, &c?] Multo minore operâ, verbo & manuum impositione[v]. Non est hoc *opus servile*, quale tantùm prohibetur Num. 28. 25. sed liberale & verè ingenuum[x].

17. *In universis quæ*, &c. Τοῖς ἐνδόξοις, &c.] *Gloriosis*, &c. Pi. Ità vocat quæ alibi μεγαλεῖα[y].

22. *Ibat per civitates*, &c.] Non Galilææ, ex qua jam migraverat Jesus, ex collat. Luc. 9 52. & Matt. 19. 1. sed Perææ, ex collat. v. 31. & Judææ[z]. ¶ *In Jerusalem*] Vel, *Hierosolymam*, Be. Bru. Pi. Ubi fuerat in festo Tabernaculorum, & quò jam redit ad festum Dedicationis[a].

23. *Domine, si*, &c. Εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι;] *Num pauci sunt qui serventur*? Pi. sic Be Bru. q. d. Si salutis & vitæ æternæ res ità habet ut doces, si tot sint difficilia observatu, &c. videtur, paucos homines esse salvandos. Curiosus magis hoc quærit quàm salutis suæ studiosus[b]. Solet [autem] Christus curiosas quæstiones sine responso rejicere, ut hic & Act. 1. 7. Nostrâ refert scire quales serventur, non quot servandi sint: quanquam ex altero alterum conjectare aliquatenus licet: nam paucis libet viam ingredi arduam atque difficilem[c]. Qu. An dubitanter hoc quærit, an captiosè? De hac re disputatum inter magistros. Recepta gentis sententia erat, *Quod omni Israeli erit portio in mundo futuro*. Dixit Resh Lachish, *Qui derelinquit statutum unum non observatum, judicabitur in Gehenna*. At dicit R. Jochanan, *Nè sic judices de Israele: Nam etiamsi non didicerit nisi statutum unum, evadet Gehennam*. Dicit Rabba, *Duo tantùm introierunt in terram Canaan de sexaginta myriadibus. Sic etiam erit in diebus Messiæ*. Vix exspectares talem ingenuitatem à Judæo qualem hîc habes à Resh Lachish & Rabba †. [De voce σώζεσθαι, & σωζόμενοι plura qui velit, adeat Cl. Ham. ad hunc locum.]

24. *Contendite*, &c. ità Be. Pi. Ἀγωνίζεσθε, &c.] *Laborate*, Er. V. *Certate*, V. *Enitimini omnibus viribus*[d]. Apertè ostendit Christus numerum servandorum non esse definitum decreto excludente omnem actum humanæ voluntatis, quando omnes ad capessendam viam invitat: sed simul ostendit rem esse magni animi & constantiæ: id enim verbum hoc indicat, ut & Col. 1. 29*. Non curiosè respondet Dominus, qui aut quot sint salvandi, sed quod utile est; q. d. Nolite quærere abstrusa & occulta; sed curate ut vos servemini, &c[f]. ¶ *Per angustam portam*] i. e. Per arctam illam vivendi rationem

† Li. ho. [a] Be. [b] Er. [c] G. [d] Ader de morbis Evangelicis 3. * G. [f] Bru. [g] G. [h] G. [i] Idem. [k] Be. [l] Pi. [m] Be. [n] Bru. [o] Be. [p] G. [q] Bru. [r] G. † Bru. [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] Pi. [z] Bru. [a] G. [b] Bru.

[c] Bru. ad v. 14. [d] Bru. * Bru. V. 14. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] EA. 1. 2. 40. 402. [k] J. Cap. [l] G. [m] Pi. [n] D. [o] Pi. Bru. [p] Pi. [q] D. [r] G. † Bru. [t] G. [v] G. sim. Bru. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] Li. chron. 60. 46. [b] Bru. [c] G. † Li. ho. [d] Bru. * G. [f] Bru.

nem quæ secundùm Deum & virtutem est, quæ ardua est, &c [g]. ¶ *Multi——quærent*, &c. Ζητήσουσι, &c.] *Studebunt*, &c. Be. Pi. Optabunt summopere intrare [h], supple, *eò quò iri nisi per portam non potest* [i], in Regnum scilicet cœleste [k]. Nemo est qui non immortalitatis cupiditate teneatur; sed non omnibus ea tanti est ut propterea carere velint hujus ævi commodis [l]. Bonum, quatenus est commodum & beatum quidpiam, optatur ab omnibus, à paucis obtinetur: bonum autem, quatenus est officium, & sanctificans quidpiam, à paucis optatur, à nemine seriò quæritur à quo non inveniatur, saltem quatenus ipsi necessarium est ad consequendum bonum beatificum [m].

25. *Cùm*, &c. Ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ, &c.] *Ex quo* (sub. *tempore*, Pi. sic Sy. Pers. & sub. *videlicet*, Be. Pi. vel, *Postquam*, P. Ti. Ca.) *surrexerit*, Be. Pi. Mo. P. &c. vel, *intraverit*, Ca. ex Vulg. Legit εἰσέλθῃ [n]. Hoc malim: ἐγερθῇ, *surrexerit*, parùm quadrat: non enim de jacente, aut dormiente, patrefamiliâs loquitur, sed de eo qui foris intrat: deinde, qui surrexit non claudit fores, sed potiùs aperit, cùm eæ ante cubatum claudi soleant [o]. Sed præferendum ἐγερθῇ, ut legunt & Syrus & Arabs: nam ἐγείρεσθαι motum significat de sede sua, aut lectulo, procedentis ad claudendum ostium [p]. Effingit h. l. patremfamiliâs sedentem suósque amicos recipientem, deinde surgentem ut claudat ostium, satis nimirum exspectatis iis quos domum suam invitaverat, &c. ¶ *Et clauserit ostium*] Domûs suæ, i.e. decreverit neminem ampliùs admittere in Regnum suum [q]. ¶ *Incipietis foris stare*] Manifestus Pleonasmus [r], qui Lucæ frequens, c. 3. v. 8. & 4. 21. & 7. 15, 38. & 14. 9. & Act. 1. 1 [†]. Syrus [ergò] & Arabs vertunt, *Stabitis foràs* [t]. ¶ *Nescio vos*, &c.] Ut Matt. 25. 12 [v]. Pro ignotis vos habeo [x]: vos non agnosco famulos meos, &c [y].

26. *Manducavimus coram te*, &c.] i. e. Unà tecum cibum sumpsimus, ut infrà [phrasis sumitur,] 24. 43. admodum familiariter tecum viximus. Quod sicut Judæos qui cum Christo vixerunt non sublevavit, ità nec Christianis non Christianè viventibus quicquam proderit mensæ Dominicæ fuisse participes; imò aggravabit hoc ipsum eorum damnationem, 1 Cor. 11. 29 [z]. ¶ *In plateis nostris docuisti*] Audivimus te docentem, fuimus tui Discipuli [a]. Multi sunt qui auditu Verbi se justos existimant, cùm longè aliter se res habeat: Rom. 2. 13. Jac. 1. 22, 23 [b].

27. *Operarii*, &c. Ἐργάται, &c.] Quia Hebræi Participia pro Verbalibus usurpant, ideo Lucas quod in Psalmo, & apud Matthæum, est, ἐργαζόμενοι, rectè interpretatur ἐργάται· nam non actus quivis, sed vitæ studium, indicatur [c].

28. *Abraham, & Isaac*, &c.] Quibus sanguinis auctoribus, aut consanguineis, gloriamini [d].

29. *Et* (vel, *Tunc*, B.) *venient*] Sub. *homines*, Be. Pi. vel, *quidam*, Pi. vel, *multi*, vobis Judæis repulsis, qui vos solos putâstis hæredes Dei [*].

30. *Novissimi*] Qui nunc alienissimi à Dei beneficiis videntur, οἱ ἀλλόφυλοι, quos vos tantopere contemnitis [f]. *Ultimi*, tam rei veritate quàm vestro judicio, Gentiles scilicet. ¶ *Et sunt primi*] Dei cognitione, Patrum genere, promissionum jure, & Regni cœlorum exspectatione [g].

31. *Accesserunt quidam Pharisæorum*] Qui in Galilæa aut Peræa vivebant. Nam eò pertinet quod dicunt ἐντεῦθεν. Neque enim extra eas regiones jus ullum erat Herodi. Pharisæos autem non in Judæa tantùm, sed & in Galilæa, atque alibi, plurimos fuisse docet Lucas, 5. 17 [h]. Hi porrò simulabant benevolentiam & curam de salute Jesu. ¶ *Herodes vult te occidere*] Mendacium hoc erat, ut Græci putant, quia nihil tale de Herode legitur: vide Luc. 9. 9. & 23. 8, 9, 10, 11. ab ipsis confictum [i], tum ut ipsum regione suâ pellerent [k]: tum ut Jesus in Judæam reversus ibi certiùs comprehenderetur & occideretur, quod destinatum nôrunt, Joh. 7. 19, 25, 32 [l]. [Sed] ex responso Christi datur, ni fallor, intelligi, non sponte venisse hos Pharisæos, neque proprio consilio, sed instinctu Herodis: ideo Herodi responsum nunciari jubet Christus. Videtur autem pro vafritie sua hoc fecisse Herodes, ut quem interimere metuebat, nè populum denuo offenderet, eundem tamen, injecto metu, arceret finibus suis. Volebat enim eum quàm longissimè abesse qui passim testimonium perhibebat innocentiæ Johannis, idque magna cum auctoritate, ob vim mirificam quæ ipsi aderat [m].

[g] Me. ex Bru. [h] Bru. [i] G. [k] G. Bru. [l] G. [m] Bru. [n] Ca. Bru. G. [o] Ca. [p] G. [q] Bru. [r] G. sim. Di. [†] G. [t] Di. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] G. [a] Bru. [b] G. [c] G. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. [k] Bru. ex Euthym. [l] Bru.

32. *Dicite vulpi illi*] Herodi [n]: sic dicto propter insignem astutiam [o]. Solent à Prophetis Reges describi bestiarum nominibus, ut Hirci, Arietis, Pardi, Ursi; neque immeritò: quia si historias spectemus, pars longè maxima humanitatem exuit & in belluinos mores migrat. Ità & Neronem sub Leonis nomine describit Paulus. Herodi nullum nomen magis conveniebat quàm *Vulpis*: erat enim πανοῦργος, & memor ejus quod Lysander dicere solebat, *Pelli leoninæ vulpinam assuendam*, compositus ad Romani tunc Imperatoris exemplum, qui nullam, ut rebatur, ex virtutibus suis magis quàm Dissimulationem diligebat. Itaque videas eum magnâ arte & populo se commendâsse, quasi Judaicæ religionis perquam studiosum, & Romano Imperatori adulatum serviliter, quasi ei devotissimum, cùm interim omni modo ipse res suas ageret. Sic Herodianos, partem Sadducæorum, clàm fovens, interim & Pharisæorum operâ utebatur. Nec verò, cùm hoc cognomento Tetrarcham indigitavit Christus, quicquam censendus est fecisse contra legem Exod. 22. 28. Nam, cùm Prophetarum munus esset, Reges ipsos magna cum libertate reprehendere, ut qui majores Regibus essent in muneris sui obitu, Jer. 1. 10. sequitur hinc illam Exodi legem ad ipsos non spectâsse. Nam mandati Divini exceptio omnibus Dei positivis legibus inest. Idque exemplo Esa. Jer. atque aliorum manifestissimum est. Prophetæ autem munus hoc ipso loco Christus apertè sibi vendicat. Est apud Gregoram oraculum in quo Imperator quidam Græcus hoc ipso Vulpis nomine designatur [p]. Prophetis multa licebant supra hominum vulgus: multa etiam Christo licebant supra vulgus Prophetarum. Christus quandoque voluit, ut emineret sub servili habitu summa ipsius potestas & auctoritas in omnes homines [q]. Ostendere voluit Christus Pharisæis, se objecto Herodis terrore non commoveri, nec proptera se minùs libere locuturum [r]. Quanquam sciret Jesus mendacium sibi obtrudi, dissimulat tamen id à se sciri, respondétque acsi verum esset, utpote moribus ipsius congruum, &c [†]. Ipsos tamen potiùs quàm Herodem respicit hic sermo [t]: unde non dicit, *vulpi* ἐκείνῃ, *illi*, sed ταύτῃ, *huic*; q.d. Abeuntes accipite à me dictum vobis qui Vulpem hîc agitis apud me [v]. Alludi puto ad vulgare Adagium, *Vulpem in tempore suo*, i.e. in prosperitate sua, *adora*. At dicite huic Vulpi, me ei non adulaturum, nec ejus metu ab opere meo cessaturum, &c [*]. ¶ *Ecce ejicio*, &c.] i. e. *Ejiciam*, V. Be. Pi. Præs. pro fut [x]. emphaticè. Docet se in ipso opere esse, nec impediri posse [y], aut Pharisæorum invidiâ, aut Herodis conatibus, quominus quod exorsus est ad finem perducat [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ] *Et sanationes pergam*, P. Be. Sy. Ar. vel, *facio*. Tre. *perficio*, Er. Il. Nihil ago quod in crimen vocari debeat: noceo nemini: regionem ipsius morbis & Dæmoniis purgo: quid ergò est quòd mortem mihi minatur? Similiter Judæos alloquitur Christus, Joh. 10. 32 [a]. ¶ *Hodie & cras* (i.e. vel, 1. per paucos adhuc dies [b]: contigerunt enim hæc, ut puto, in ultima Christi profectione [c]: à Luca enim pressiùs quàm à cæteris observatur temporum ordo [d]. Sed hoc non ità esse multis exemplis apertum fecimus. Neque verò ea est vis vocis ἑξῆς in Libri anteloquio [*], [1. 4.] Vel, 2. & in præsenti & in posterum, quamdiu nimirum libuerit [f]. Tempus significat indefinitum, sed sibi cognitum [g].) *& tertiâ die* (i.e. brevi [h],) *consummor*; ità Er. Ti. Mo. Pi. Τελειοῦμαι] Præsens pro fut [i]. *Consummabor*, P. Be. Sy. Ar. *Compleor*, Tre. Absolvam opus meum [k]: moriar [l]: interficiar [m]. Mortem suam vocat *consummationem* [n], quia per eam perfunctus omnibus officii sui partibus, omnia consummavit, sive perfecit, & se, & electos, Heb. 10. 14 [o]. & operis sui finem assecutus est, i.e. hominum cum Deo reconciliationem, de quo opere peragendo utitur voce τελειοῦν, Joh. cap. 4. v. 34. & c. 5. v. 36. &c. Sed & ipsa Scriptura exitum sortita dicitur τελειωθῆναι, & nos ultimo die dicimur τελειωθέντες, Heb. 11. 40. & 12. 23 [p]. *Consummari* dicitur, cujus cursus consummatur, Act. 20. 24. Sic & Phil. 3. 12. ubi à cursoribus sumptâ similitudine subjungitur, οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον,

[m] G. [n] D. Bru. &c. [o] D. BA. Zeg. Pi. [p] G. [q] BA. 1. 3. 13. 861. [r] Me. sim. Bru. [†] Bru. [t] Bru. ex Euthym. & Cyr. &c. [v] Bru. ex Th. [*] Li. ho. [x] V. Bru. [y] Bru. ex Be. [z] Be. [a] G. [b] Pi. ex V. sim. Bru. Be. ex Th. [c] Be. [d] Q. in G. sic Be. [*] G. [f] Be. [g] Cam. sic Pi. [h] Bru. [i] Bru. ex Be. sim. G. [k] Er. [l] Bru. [m] V. sic Pi. [n] Bru. sim. Be. [o] Bru. [p] Be.

ἐκλαβὼν, ἢ ἤδη τετελείωμαι q. Τελειοῦται in V. & N. T. interdum est, *consecrare*, sed cum hoc discrimine, quòd in V.T. non dicitur de persona, nisi semel, Levit. 21. 10. non enim dicit Scriptura, Sacerdotes fuisse τελειωθέντας, sed Sacerdotum *manus*. At Christus [in N. T.] dicitur τελειωθεὶς, non autem Christi manus. Deinde consecrabatur Leviticus Sacerdos non offerendo Sacrificium, sed ut Sacrificium offerret. At Christi τελείωσις est ipsa Christi oblatio, quâ Sacerdos est, non est consecratio Christi in Sacerdotem. Oportebat Christum, priusquam in cœlum ascenderet, quibusdam officiis perfungi in terra, quæ Christus testatur se exsecutum esse, Joh. 17. 4. quia jam instabat Christi passio, quâ consummatus est, factum dicit quod jam in eo fuit ut penè factum esset. Nec aliò pertinet vox Christi in cruce, *Consummatum est* r. Verbum *consummandi* personis quoque accommodatur, & quidem usitatiùs; ut *consummati gladiatores* certaminibus legitimis perfuncti dicuntur, & *consummatissimum juvenem* dicit Plinius †.

33. *Veruntamen*] Sensus est, Quamvis Herodis minæ me non impediant quominus pergam in eo quod cœpi, tamen non est quòd metuatis nè hìc maneam: discedam, &c t. ¶ *Oportet*, &c. Δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι] *Oportet* (nempe vi decreti Divini v: quod tamen Christus sponte secutus est x:) *me hodie & cras & perendie* (vel, *die alio*, Tre. ex Sy. vel, *tertio die*, Ca. Æth. Ham. vel, die *proximè sequenti*, Ham. ut Act. 20. 15. & 21. 26 y. tertio illo die cujus fine demum cursum meum perficiam: sive certum, sive incertum, tempus notari placet z. Idem hìc dicit quod vers. præced. q.d. pluribus adhuc diebus, non tamen valde longo tempore. Significat, se usque ad consummationem, die tertiâ futuram, perseveraturum a.) *iter facere*, P. Be. Pi. Bru. vel, *ambulare*, Er. Il. Mo. Bru. non hìc hærere, sed huc illuc vagari b. Vel, *ambulare* hìc est, *operari*, ut Joh. 12. 35. & alibi. Sensus idem qui Joh. 9. 4. *Oportet me operari—dum dies est*: q.d. Non est quòd mihi hoc tempore & loco mortem quisquam minetur. Divina providentia nunquam id jus Herodi in me permittet quod ille sibi vindicat. Moriturus sum, sed ubi & quando Pater voluerit atque ego voluero. Interim non desistam à miraculis, quæ quò sunt majora, hoc magis illum excruciant c. Al. Ellipsis indubiè est hoc loco, ex collat. vers. seq d. *Oportet me hodie & cras*, (sub. *agere quod ago*, vel, *sanationes patrare*, Ham. vel, sub. *operari*, Cas. ex Sy. Ham. ex Joh. 5. 17*.) *& die alio ibo*, Th. & Tre. ex Sy. sic Pers. Æth. vel, *discedam*, Ar. nempe ex hac vita; ut hoc respondeat verbo τελειοῦμαι in v. præced f. Πορεύεσθαι, more Hebræorum, idem quod ἀπολύεσθαι, ut Luc. 22. 22. & apud Hellenistas ad Gen. 15. 2. vel, quod οἴχεσθαι Græcorum; q. d. Mori me oportet g, ut sensus sit, Hodie solùm & cras operabor & in vita permanebo, perendie moriendum mihi erit h. Vel, *ibo*, nempe Hierosolymam, ubi Synedrium, à quo Prophetæ judicandi i. Sed hujusmodi Ellipses sunt periculosæ k: neque hæc Ellipsis necessaria est. Hæc enim optimè cum præcedentibus cohærent, hoc modo, *Operabor hodie & cras, tertio autem die consummabor*; verùm non ante tertium diem: *oportet enim me hodie & cras & perendie adhuc ambulare* l. ¶ *Quia non*, &c. Ὅτι οὐκ ἐνδέχεται, &c.] *Quia non contingit* (τὸ ἐνδεχόμενον contingens vocant m: vel, *fieri non potest*, Er. Il. Pi. Tre. ex Sy. Zeg. V. Kn. Sic ἐνδέχεται frequenter sumitur apud Epicurum, Ἐπεὶ τε ἐνδέχεται, &c. (*Fieri etiam potest ut Luna habeat lucem ex se, fieri autem potest ut à Sole* †.) *non convenit*, Pers. G. sim. Æth. *non capit*, Vulg. Mo. quod Matthæus [c. 19. v. 11, 12.] dixit χωρεῖ. Est autem velut impersonale, q. d. *Ipsa natura rerum non fert* n: q. d. τὸ πρᾶγμα οὐκ ἐνδέχεται o, *res non capit*, sive *admittit*, *hoc* p: vel, *non usu venit*, vel, *non licet*, V. Idem dicit quod c. 17. v. 1. ἀνένδεκτόν ἐστι q, *impossibile est*, vel, *res non fert*; sicut 2 Mac. 11. 18. ἃ ἦν ἐνδεχόμενα, &c. *quæ fieri quidem potuerunt, concessa sunt*: nec alienum hinc est illud 2 Mac. 13. 26. ἀπελογίσατο ἐνδεχομένως, *excusavit rem quantum potuit*, vel, *quantum res tulit*.) *ut Propheta pereat extra Hierosolymam*, Be. P. &c. i. e. alibi quàm Hierosolymis r; ob inolitam ejus pravitatem †: hæc enim urbs jus illud occidendi Prophetas quasi usu ceperat t. *Non judicant Tribum, nec Pseudoprophetam, nec Summum Pontificem, nisi Hierosolymis, & judicio septuaginta unius, & in festo*, Sanhedrim, fol. 2. 1. & 89. 1 ‖. Erant quidem & Prophetæ quidam occisi extra Jerosol. sed pauci præ iis qui ibi erant trucidati v. Factum igitur est Divinâ dispensatione ut illa civitas, neglectis omnibus ad pœnitentiam invitationibus, anteacta scelera etiam hoc summo scelere cumularet, mox omnium pariter scelerum pœnas luitura x. Prophetæ non judicabantur nisi à Synedrio quod Herosolymæ residebat y. Causa redditur cur nondum sit moriturus, i. e. cur aut ipse nondum velit mori, aut etiam Pater nondum decrevit permittere ut occidatur z: simúlque ostendere voluit sponte se mori, &c a. *Jerusalem* hìc etiam proximâ loca ad Urbem spectantia complectitur, nam Calvariæ mons fuit extra Urbem b.

q G. r Cam. † Ee. t Be. v Ham. x Bru. ex Cyr. y Ham. ad Marc. c. 1. v. 38. z G. a Bru. b Idem. c G. d Ham. sim. Cas. * Ham. f Q. in Be. g Heins. h Di. i Ham. k Be. l Di. m Pi. † Kn. n Er. o Pi. p Pi. sic Bru. q Di. ex Er. r Zeg. G † Bru. t G. sim. T. ex Bru.

34. *Jerusalem, Jerusalem*] Puto ob argumenti affinitatem à Luca hoc loco hæc adjecta, non quòd sæpiùs à Christo pronunciata fuerunt. Videtur enim transcriptus locus ex Matthæo, ad quem videri possunt quæ notavimus c. ¶ *Sub pennis*] Proverbialis locutio apud Judæos. Proselyta, fœdus cum Deo iniens, dicitur à Maimonide *colligi sub alis Divinæ Majestatis*, respectu habito ad alas Cherubim Propitiatorium obtegentes. Quòd ergò Christus dicitur, eos *sub alis suis congregare*, intelligendum est de prædicatione Novi Fœderis, & ipsorum vocatione ad amplexum ejus d.

35. *Deserta*, *Ἔρημος] Hoc in quibusdam Libris ex Matthæo adscriptum est, cùm optimi Codices non habeant, & Græci Scriptores, sed & Latini quidam, non agnoscant*. ¶ *Non videbitis me*, &c.] At viderunt eum inter ipsos versantem per spatium trimestre & amplius, speciatim verò in triumpho illo nobili, cùm ei asino insidenti hoc ipsum acclamatum esset, *Benedictus qui venit*, &c. Crederes igitur verba hæc triumphum illum respicere, nisi quod post illum repetantur, Matt. 23. 39. Vix crediderim cum Heinsio verba hæc apud Matthæum non disponi proprio loco. Crederem potiùs τὸ *videre* hìc sumptum sensu spirituali & mutuatitio, quomodo loquuntur Judæi de *videndo Messiam*, *Dies Messiæ*, & *Consolationem Israelis*, i. e. de participatione solatiorum & beneficiorum Messiæ, &c. Dubium autem est an τὸ *donec* concludat eos aliquando sic dicturos, ut, *Donec advenero*, Luc. 9. 13. concludit eum adventurum: an excludat & neget, ut Esa. 22. 14. *Donec moriamini*. Illis autem verbis, *in nomine Domini*, respexit forsan Christus morem Doctorum, qui non venerunt in nomine Domini, sed in nomine suo, vel in nomine alicujus Patris traditionum, &c †.

‖ Li. ho. v G sim. Bru. x G. y D. z G. a Bru. b Me. sim. Bru. c G. d Ham. * G. † Li. ho.

CAP. XIV.

1. Cum, &c. Ἐν τῷ ἐλθεῖν, &c.] *Ut intraret*, V. *Cùm venisset*, Be. Bru. Pi. Nam post ingressum domûs hoc accidisse videtur a. Ἐν τῷ, pro, μετὰ τό. Heterosis Hebraica. Sic enim apud Hebræos *Beth-bachlam* interdum usurpatur pro *Caph-bachlam* b. ¶ *Cujusdam*, &c. Τινὸς τῶν ἀρχόντων, &c.] *Cujusdam ex primoribus* (Vel, 1. ex Sanhedrim c. Puto Hierosolymis hæc gesta. Nam ἄρχοντας plerumque appellari video eos qui Synedrium participant, ut infra, 24. 20. Joh. 3. 1. Act. 3. 17 d. Vel, 2. ex Principibus Synagogæ, quales & ἄρχοντες vocabantur, ex collat. Matt. 19. 18. & Marc. 5. 22. qui etiam distinguuntur à Senioribus, & Scribis, & Principibus Sacerdotum, Luc. 24. 20. & Act. 4. 5. necnon, ut probabile est ex Deut. 19. 17. à Magistratibus politicis *.) *Pharisæorum*, Bru. Pi. vel, *Pharisæos*. Sectæ hoc nomen erat †: non autem omnes Archisynagogi erant Pharisæi, ut apparet ex Joh. 7. 48 f: q. d. qui & sectâ Pharisæus erat, & auctoritate dignitatéque eminebat g. Vel, *qui erant ex Pharisæorum numero*: ità enim malo accipere quàm, ut quidam interpretabantur, *Pharisæorum Principes*, i. e. Primarios, qui potiùs πρῶτοι Φαρισαίων dicerentur quàm ἄρχοντες. Græcos autem Genitivos ità accipi solere nemo nescit: Johannes eundem sensum ità expressit, ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων, c. 3. v. 1 h. ¶ *Manducare*, &c. Φαγεῖν, &c.] *Edere*, vel *Ad edendum*, *panem*, Pi. Be. φαγεῖν, pro, τὸ φαγεῖν, scil. ἕνεκα i. Ut pranderet, vel cœna-

a Bru. b Pi. c Idem. d G. * Be. † Be. Ham. f Be. g Bru. h G. i Pi.

cœnaret, quo fine invitatus erat [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αὐτοὶ, &c.] Et (vel, *Tunc*, Bru. Pi. vel, τὸ & redundat [l], nec copulativum est, sed ex more Hebraismi retributivum, unde & Beza illud omittit [m]:) *ipsi* (Subauditur nomen Φαρισαῖοι καὶ Νομικοὶ, qui eidem convivio intererant [n]; fortè & ipse invitans [o], contra jura hospitalitatis [p]:) *observabant eum*, Pi. Bru. &c. vel, *ut observarent eum*. Καὶ pro *ut* Hebræo more positum: παρατηρούμενοι sic sumitur & Marc. 3. 2. Luc. 6. 7. Observabant numquid facturus esset alienum à ritibus ad Sabbatum pertinentibus quos Magistrorum auctoritas & usus introduxerat [q].

2. *Hydropicus*] Morbus est ὕδρωψ, *hydrops, aqua intercus* [r], cùm sub cute aqua nascatur, quâ corpus turgescit [†]. [De quo membro vide, si lubet, quæ Gua. ad h.l. & Ader de morbis Evang.] ¶ *Erat ante illum*] Vel, *Stabat coram eo*, Bru. qui, vel, 1. spe recuperandæ sanitatis advenerat [t], & sponte se obtulit conspectui Jesu, quem & humanum & potentem esse novit; non tamen audens hoc beneficium petere, nè Pharisæos offenderet: vel, 2. submissus à Pharisæis, ut suggererent Jesu occasionem faciendi quod carpere possent [v].

3. *Si* (vel, *An*, Bru.) *licet*, &c?] Ut inter ipsos fieri consueverat, juris controversi quæstionem proponit [x].

4. *At illi tacuerunt*] Ità Er. Mo. Be. &c. Ad verb. *quieverunt*, vel *tranquilli fuerunt*: Synecdoche generis [y]. Ἡσυχάζειν pro *tacere* frequens est apud Hellenistas, Esa. 14. 17. 1 Mac. 1. 3 [z]. Sentiebant non licere [a], quia nullum hîc erat periculum animæ [b]: non tamen ausi sunt id respondere, veriti nè refellerentur, &c [c]. Erant [hac de re] dissentientes auctores. Sed receptior sententia habebat, Non licere Sabbato facere medicinam, nisi mortis periculum ex dilatione immineret. Atqui ipsa æquitas, legum optima interpres, suadebat plus aliquantò dandum homini quàm bestiæ: in tali autem periculo etiam bestiæ Sabbati die consulebatur. Diximus de hac re alibi [d]. ¶ *Apprehensum*, Ἐπιλαβόμενος] *Complexus*, Camer. *Attrectans*: quo facto ostendebat à se proficisci vim sanandi, eàdemque operâ quæstionem motam definiebat [*]. Qui aliud agendo quasi tangit ἐπιλαμβάνεσθαι dicitur: significat ergò quàm leviter & nullo negotio hoc fecit [f].

5. *Quis*, &c? Τίνος ὑμῶν ὄνος, &c?] Idem loquendi genus quod Luc. 11. 11 [g]. *Quis vestrûm si ipsius asinus—in puteum incidat, non statim retrahet*, &c? Be. vel, *extrahet?* Verbum ἀνασπάσει, (Heb. מסיק, vide Dan. c. 6. v. 23 [h].) connotat motum qui fit sursum, ex ἀνὰ, quod valet ἄνω. Ad verb. *Cujus vestrûm asinus—in puteum incidet, & non statim extrahet*, &c. Genus loquendi Hebraicum [i]. Hellenistæ, per abusionem, vocem φρέαρ de quavis *voragine* usurpant ad exemplum Hebræi באר, Psal. 55. 23. quo sensu φρέαρ τῆς ἀβύσσου dicitur aliquoties in Apocalypsi: φρέαρ ergò dixit Lucas quod Matt. βόθυνον, c. 12. v. 11. Appositè autem Christus Hydropicum submergendæ pecudi, ut τῷ συγκλεισμῷ pecudi vinctæ, comparavit [k].

7. *Parabolam*] Ità appellat sequentem admonitionem, quia exemplo rei convivalis ostendit [l] quid in omni vita, neque coram hominibus tantùm, sed & coram Deo, nobis sit faciendum: unde & generale infertur pronunciatum, v. 11. quod repetitum infrà est, 18. 14. Minus ergò hîc dicitur, plus significatur: quod est παραβολὴ, ut eam vocem Hellenistæ usurpant [m]. Forsan Christus parabolam veram proposuit, quam Lucas prætermittit, eámque ad usum auditorum accommodans dixit quæ hîc habentur [n]. Opportunè autem Christus, sanato corporis hydrope, sanare etiam aggreditur duplicem animi hydropem, Superbiæ tumorem, & Pecuniæ sitim [o]. ¶ *Intendens*; ità Er. Ἐπέχων] i.e. Προσέχων [p]. *Attendens*, Mo. P. Er. Be. &c. scilicet animum [q], ut accipitur vox ἐπέχειν Act. 3. 5. Phil. 2. 16. 1 Tim. 4. 16. & in Homer. Odyss. τ' [r]. *Animadvertens*, Ca. *Eò quòd videret*, Tre. ex Sy. ¶ *Quomodo*, &c.] Puto non tam ad facta quàm ad animum convivarum referri hoc debere [†].

8. *Ad nuptias*] i.e. Convivium nuptiale. Syrus, *ad domum convivii* [t].

9. *Tenere*; ità Er. Be. &c. Κατέχειν] *Obtinere*, P. Mo. Pi.

10. *Ut*, Ἵνα] Ἐκβατικὸν, ut suprà μήποτε quanquam in ἐπιμυθίῳ potest etiam τελικῶς intelligi [v]. ¶ *Ascende*, Προσανάβηθι] *Adascende*: interdum tamen simpliciter est, *ascendere*, Judith, 13. 12. 2 Mac. 16. 36 [x]. [Desumitur hoc] ex Prov. 25. 7. Exstat parabola ejusdem sensûs in Libro Judaico cui titulus, *Electuarium gemmarum* [y].

11. *Quia omnis*, &c.] qu. d. Quia verum est quod vulgo dici solet, *Omnis*, &c [z].

12. *Dicebat—ei*, &c.] Convivatori suo benignè gratiam rependens, pro corporalibus spiritualia. ¶ *Divites*] Referenda hæc vox ad omnia quæ præcesserunt, *amicos, fratres, cognatos, vicinos* [a]. Neque tamen prohibet Christus mutua inter divites amicitiæ testimonia: sed opera misericordiæ multò præfert, ut quæ sine spe humanæ vicis Dei causâ præstantur. Intelligendus enim hic locus, ut alii multi, per comparationem. Cicero de Officiis, 1. *In collocando beneficio hoc maximè officii est, ut quisque maximè opis indigeat ità ei potissimum opitulari: quod contrà fit à plerisque: à quo enim plurimum sperant, etiamsi ille his non eget, tamen ei potissimum inserviunt.* Similiter Dion. Prusæensis, orat. 7. [Verba vide in G.] Plin. l. 9. Epist. 30. *Volo eum qui sit verè liberalis tribuere amicis, sed amicis dico pauperibus; non ut isti qui iis potissimum donant qui donare maximè possunt* [b]. Sensus, Si convivium velis adornare tibi fructuosissimum, tales nè voces, &c [c]. ¶ *Nè fortè*, Μήποτε] i.e. Nè si hoc facere contenti sitis, merces vestra hîc vobis sit persoluta. Vide suprà, 6. 32, 33, 34. ubi χάριν dicit quod hîc ἀνταπόδομα [d]. ¶ *Reinvitent*, Ἀντικαλέσωσι] *Revocent*, D. G. i.e. iterum vocent ad cœnum aut prandium [*]. Ea enim [*revocandi*] vox, hoc significatu mutuæ ad cœnam vocationis, Latinissima est, ut ex Lactantio & Nonio alii observârunt [f].

13. *Pauperes*] Hoc etiam ad sequentia omnia referendum est, sive illi *mutili*, sive *claudi*, sive *cæci* [g], à quibus, ut mali ominis hominibus multi abhorrent. Πτωχοὺς Hellenistis dici nec *pauperes* propriè, nec *mendicos* semper, sed quos Latini *egenos* vocant, alibi notatum est. Ex hoc Christi monito natæ ἀγάπαι quibus divites Christiani Christianos pauperes fraternè excipiebant; quem morem corruptum, cùm seorsum divites epularentur, castigat ad Corinthios Paulus [h].

14. *In resurrectione* (scil. universali [i]. Ut *ambulatio, cœnatio*, &c. non actionem semper significant, sed locum ubi ambuletur, cœnetur, &c; sic *resurrectio*, hîc & alibi, non resurgendi actionem declarat, sed eum vitæ statum qui futurus est cùm resurrexerint [k].) *justorum*] i.e. In futuro seculo [l], ubi justi mercedem accipient [m]. Non tempus tantùm, sed & modus, retributionis significatur: ἀνάστασις δικαίων est, ἀνάστασις ζωῆς, Joh. 5. 29. cui opponitur ἀνάστασις κρίσεως. Plerumque autem ἀνάστασις in partem illam meliorem sumitur. Videtur hîc Christus allusisse ad illud Psal. 1. οὐκ ἀναστήσονται ἐν βουλῇ δικαίων ubi Symmachus, ἐν συνεδρίῳ δικαίων alii, ἐν συλλόγῳ, aut συναγωγῇ. Si magnum hîc ducitur conspici in cœtu procerum, quantò majus in cœtu procerum eorum quos Deus cœlesti curiæ adscripserit [n]?

15. *Beatus qui manducabit*, &c.] Sententia crebra apud Rabbinos, ab Esdræ, ut credibile est, temporibus veniens. Nam τὰ ἄδεῖπνα imagine τῶν δείπνων depingebant [o].

17. *Servum*, Τὸν δοῦλον] *Servum illum*, unicum scilicet, nempe Filium Dei [p]. At Matthæus plurium & servorum meminit & missionum [q]. *Servum*, vocatorem. Apparet morem fuisse, qui nunc etiam multis in locis viget, ut vocati sub ipsam cœnæ horam iterum appellarentur; quod ipsum observare est apud Josephum in Estheris historia [r].

18. *Simul*; ità Er. Ti. Ἀπὸ μιᾶς] *Similiter*, V. *Ad unum*, Ca. *Ab una*, Mo. sic Tre. ex Sy. Locutio μονήρης, in qua interpretanda non est mirum si eruditi hodie dissentiunt, cùm jam olim Arabs totam præterierit, ut solet, non intellecta [†]. Subauditur hoc loco, vel, 1. φωνῆς [t]: *Uno ore*, Il. Quod suppleri non potest, cùm singuli suas excusationes attulerint [v]. Vel, 2. *vice*: אחת, *una*, pro פעם אחת *vice unâ, semel*, Job. 33. 14. Vel, 3. γνώμης, aut βουλῆς [x], vel certè ψυχῆς [y], sive καρδίας [z], *uno consensu*, Be. Camer. vel, *consilio*, aut *sententiâ*, D. Be. *uno animo*, Camer. D. G. Pi. quod est ὁμοθυμαδὸν, *unanimiter*, Act. 18. 12. & 19. 29 [a]. Legimus μίαν ψυχὴν Act. 4. 32. & Phil. 1. 27 [b]. Non placet: quia seorsum invitatos

[Margin notes, left: k Bru. l Bru. sic Di. m Be. n G. sim. Bru. o Bru. sic Ham. p Ham. q G. r Gua. Eru. † Bru. t G. sim. Bru. v Bru. x G. y Pi. z G. a Bru. b D. c Bru. d G. * Idem. f Idem. g Idem. h Idem. i Pi. k G. l G. sim. Mal. Bru. m G. n Mal. o G. p Be. q Camer. r Be. † Be. t G. t Eru. v G.]

[Margin notes, right: x Di. y G. z V. a G. ex Bru. b G. c Bru. d G. * D. f G. g G. ex Bru. h G. i Pi. k Ca. l Bru. m D. n G. o Idem. p Th. in Caf. q Caf. ex Calv. r G. † G. t Q. in Ful. v G. sim. Ful. misc. x D. y D. G. Pi. z D. a D. b G.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

tatos fuisse à nunciis, prout in quemque inciderant, consentaneum est, ideóque & seorsim respondisse, non communicatis interse consiliis [c]. [*Resp.*] Sensus est, Animum omnibus fuisse similem. *Omnes compactio rem agunt, quasi in Velabro olearii*, inquit facetissimus Comœdiarum scriptor, ubi parem omnibus, etiam qui inter se non convenerant, animum vult describere [d]. Vel, 4. ἄρχειν, quæ vox inclusa censenda est in verbo παραιτεῖσθαι· ut sensus sit, *Inceperunt ex una causa excusare*, i.e. ex una eadémque aversatione [*]. Vel, 5. ὥρας, *unâ horâ* [†]. Forsan ἀπὸ μιᾶς idem quod ἐξ αὐτῆς, (quod alibi redditur, ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης, & Marc. 6. 25. *horâ unâ*,) & Lucas, natione Syrus, Syrorum adverbium מחדא (quòd *illico*, *continuò*, *statim*, itémque *jam*, significat) hâc ratione exprimere voluit: præpositio namque Syra, מן, valet ἀπὸ, & חדא, μιᾶς, & שעא, *hora*; q.d. *ex una hora*, i.e. continuò. Similiter ἀφ' οὗ, *ex quo*, Syri reddunt, מן שעתא, *ab*, vel *ex*, *hora illa*, ut Luc. 13. 25. sic & ἀφ' ἧς, *ex qua*, Luc. c. 7. v. 45. *Hora* autem hîc significat *momentum*, aut *punctum*, *temporis*. Quare ἀπὸ μιᾶς vertendum, *confestim*, vel *illico*, &c. Unde colligitur, quàm egregiè semper instructi sunt miseri mortales speciosis & extemporalibus commentis ad Divinam vocationem promptissimè recusandam [f]. Vox autem חדא h.l. *primum* potiùs sign. quàm *unum*; q.d. *primo momento*, i.e. confestim. Vocem porrò, *horam*, vel *tempus*, subintelligunt Græci quidem post, ἐξ αὐτῆς, & Latini post, *ex illo*, ut in Virgil. *Ex illo fluere & retro sublapsa referri Res Danaum*, vide Act. 10. 33. & 23. 30; Orientales autem post vocem אחר [g]. Sed, ut quod mihi videtur sine cujusquam fraude pronunciem, non possum perspicere quomodo hic sensus huic loco congruat. Nam sive ἀπὸ μιᾶς ὥρας interpreteris, *eo ipso tempore*, quam vim ἐμφατικὴν id habere hîc potest, cùm non alio tempore excusare se potuerint quàm quo compellabantur? Sin potiùs interpretari libet, *confestim*, nè id quidem quadrat: nec enim mirum, si excusare se vellent, confestim se excusâsse, qui sub ipsum cœnæ tempus compellati non habebant deliberandi spatium. Vidit hoc ipse Syrus, qui non מחדא hîc transtulit, facturus si commodam ejus vocis significationem reperire hoc loco potuisset, sed מן חד, in quo idem ille vir eruditissimus [Fullerus, sed alio loco, misc. 4. 1.] rectè suspicatur לב subaudiri. Quare, cùm vel hinc liqueat ità solitos loqui Syros, quid mirum si Lucas Syrus Syriacum loquendi genus est imitatus [h]? Si hæc doctis non placent, חד possit ad personas referri, quia additur בלחון, & מן חד בלחון esse, *ex uno omnes*; quod Latini dicunt, *ad unum omnes*; atque ità ἀπὸ μιᾶς posset sumi pro ἀπὸ μιᾶς, *unâ viâ*, *unâ ratione*, i.e. pariter, vel simul [i]. Significat autem hæc pars fabulæ non obscurè, Judæorum Magistratus & Legis Interpretes, qui olim per Prophetas, postea per Johannem & Christum, ad resipiscentiam vocati, quidvis causare maluerunt quàm salutari consilio parere [k].

¶ *Excusare*; ità Mo. Tre. ex Sy. &c. Παραιτεῖσθαι] *Excusare se*, Er. Ca. Be. &c. *Recusare*, Er. P. ¶ *Necesse*, &c. Ἔχω, &c.] *Necesse habeo exire, & eum inspicere:* (i.e. exire civitate, ut videam & disponam eum [l]:) *rogo te, habe me excusatum*, Be. Pi. &c. Multi simul Latinismi: ἔχω ἀνάγκην, *opus habeo:* (quod reperies & Luc. 23. 17. 1 Cor. 7. 37. Heb. 7. 27. Judæ, 3:) ἐρωτῶ σε, *rogo te:* ἔχε με παρῃτημένον, *habe me excusatum* [m].

19. *Juga*, &c. Ζεύγη βοῶν] Satis Græcè. Ità & suprà maluit dicere ζεῦγος τρυγόνων quàm δύο τρυγόνας, ut dixerunt LXX [n]. Ζεῦγος vox anceps est, significans, vel *ligneum illud*, sive *coriaceum*, *instrumentum quo boves junguntur*; vel, *par boum*, &c [o].

20. *Non possum venire*] Idem dicit quod alii, sed rusticiùs. Ità eorum qui sermonem salutis respuunt alii videri volunt aliis comiores [p].

21. *In plateas*, &c.] Nam in his sedere solebant qui servitio corporis semet sustentare non poterant [q]. ¶ *Pauperes*, &c.] Plebeios, idiotas, contemptos [r], piscatores, Publicanos; imò & fœminas vitæ antea impurioris. Intelligendum autem ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, non quòd omnes Judæorum qui in Christum crediderunt tales fuerint, sed plerique, aut ob rude ingenium, aut ob vitam priorem, despecti [†].

22. *Adhuc locus est*] Pro convivis excipiendis [t]. Numerus electorum non est completus ex Judæis [v]. Magnum Regnum Christo promiserat Deus: itaque potiùs quàm paucos ille subditos habeat, laxat intima misericordiæ suæ penetralia, nunquam visâ, nunquam auditâ, ratione [x].

23. *In vias* (i.e. trivia [y], itinera quovis ducentia, longè latéque patentes regiones [z],) *& sepes*] Ità Er. P. Mo. Be. &c. i.e. loca sepibus cincta [a], pagos atque villas [b], & domos rusticas [c]; vel, hortos & vineas, in quibus infimæ conditionis homines operam suam mercede locabant [d]: extra Urbem, i.e. extra Fœdus, & ubi miseras Gentes videre erat in multiplici Labyrintho, *Errare atque viam palantes quærere vitæ:* ἐπὶ τὰς διεξόδους dixit Matthæus: vide quæ ibi notata. De consulto autem φραγμοὺς nominâsse videtur Christus, quòd sepes quasi quædam interpositæ populos extraneos à veri cognitione secluderent: quo sensu vox φραγμὸς usurpatur Eph. 2. 14 [*]. Jubet hîc vocari nationes barbaras, à Judæis suis divisas limitibus, mari etiam totóque orbe [f]. ¶ *Compelle ingredi*] Quos repereris [g], si fortè vel dedignentur, vel præ pudore non audeant. *Compellendi* voce significat, 1. ingens patrisfamiliâs desiderium summámque liberalitatem, &c: 2. maximam vim Evangelii, &c [h]. Facit hic locus me memorem eximii inter veteres Doctoris, qui, cùm antea multis in Libris asseverâsset, Neminem esse ad fidei professionem cogendum, (qua in re nihil certè dixerat quod non ante eum dixerant Justinus, Athen. Tertul. Arnob. Minut. Lact. & quoquot alicujus nominis antè vixerant,) mutatæ mox nonnihil sententiæ obtendit hujus loci auctoritatem, quasi cogi debeant qui sepes constituunt, h.e. ut ipse interpretatur, qui divisiones in Ecclesia quærunt. Nimirum vel hoc exemplo apparet quantò aliter judicemus cùm res ipsas sine affectu introspicimus, aliter cùm facti quæstio incidit: quò fit ut non semper sint *secundæ cogitationes meliores*. Expressit hoc illi Donatistarum pertinacia, quos ut undique urgeret, etiam hoc telum arripuit: Cùm tamen hic locus manifestò pertineat ad Gentes adhuc fidem non professas, quas ille nè tunc quidem cogi voluit cùm Christianos ad unitatem professionis cogendos arbitraretur. Atqui quàm multa sunt ἐν ταῖς παραβολαῖς quæ in re significante sensum habent proprium, in re significata non nisi valde figuratum? Quid quod nè in ipsa quidem tabula ἀναγκάζειν de pœnis corporalibus aut minis pœnarum potest intelligi? non enim eo modo convivæ cogi solent, sed importunâ flagitatione. Jesus *coegit Discipulos*, &c. Matt. 14. 22. quod certè nec trudendo, nec trahendo, fecit, sed magisterii sui auctoritate. Rursum, duo illi qui Emmauntem ibant, Jesum παρεβιάσαντο ut secum maneret, [Luc. 24. 29.] instanter rogando scilicet. Dicitur Petrus, *Gentes coegisse ad Judaismum*, Gal. 2. 14. non vi ullâ scilicet, sed exemplo. Sic igitur Gentes ad fidem quasi coactæ, dum Apostoli, eorúmque adjutores, illis instant εὐκαίρως, ἀκαίρως, 2 Tim. 4. 2. per Christum obtestantur, addunt dictis miraculorum auctoritatem & innocentissimæ vitæ exemplum, 1 Thes. 2. 10. Certè & apud Hermam Angelus ità loquens introducitur, *Cogam eos credere*. Et Tertul. dixit, *Qui studuerit intelligere cogetur & credere*. Et vetus formula Ecclesiasticæ precationis habet, *Ad te nostras etiam rebelles Compelle propitius voluntates*. Cyprianus, libello de Mortalitate, *Gentiles coguntur ut credant*, metu mortis scilicet. Ad hoc cogendi genus sunt qui referunt signum illud πνοῆς βιαίας in cœnaculo Apostolorum die Pentecostes, [Act. cap. 2. v. 2.] i.e. ut Orig. interpretatur, πνοῆς βιαζομένης, &c. (*flatûs evanescere cogentis hominum malitiam*, &c.) Certè illi, præcipuè primorum temporum, Christiani ob vim illam subitam atque eximiam Spiritûs dici possunt quasi vi pertracti: quod & de quibusdam sui ævi affirmat idem Origenes. [Cujus verba vide in G.] Exemplo, præter illud Pauli nobile, dari possunt ex Martyrologio nonnulla; ut de mimis duobus qui, cùm Christiana mysteria per ludibrium imitarentur, sub Diocletiano alter, alter verò sub Juliano, subitò mutati ad Christianos se professi sunt. Similis est apud Senecam locutio, *Cogenda est mens ut incipiat* [i].

24. *Dico autem vobis*, &c.] Puto continuari fabulam, & verba esse Domini servos alloquentis, & testantis nunquam se posthac illos recusatores ad cœnam suam admissurum [k].

[c] Ful. [d] G. [*] Li. ho. [†] Ful. J. Cap. [f] Ful. [g] J. Cap. [h] G. [i] Di. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] G. [o] Zeg. [p] G. [q] Idem. [r] Bru. [†] G. [t] Pi. [v] Bru.

[x] G. [y] Ca. [z] Bru. [a] V. Bru. [b] Ca. sic V. Bru. Heins. [c] V. Bru. [d] Heins. [*] G. [f] Bru. [g] Pi. [h] Bru. [i] G. [k] G.

25. *Turbæ multæ*] Mali bonis permixti, ut in grandi turba fieri solet: quod occasionem sequenti sermoni præbuit[l].

26. *Si quis venit ad me*] Discendi causâ[m], ut vos facere velle videmini[n]. Judæi Proselytis proponebant incommoda quæ Legem comitantur; Christus se sectantibus multò majora[o]. ¶ *Non odit*] Comparativè, scilicet præ me[p]. Certum est, vocem hanc impropriè sumi. Nam parentes odisse impium est; semetipsum, ἀδύνατον, Eph. 5.29. Simplicissima interpretatio est quæ μισεῖν exponit *minùs amare*[q], ex collat. Matth. 10.37[r]. neque aliter sumitur Hebræum שנא, & Græcum μισεῖν, Gen. 29.31,33. Hebræis omnibus consentientibus: neque enim tam crudelis fuisse putandus est Jacob ut Leam odio habuerit. Sic & Deuter. 21.15,17. Matth. 6.24. Joh. 12.25. quomodo multis placet & illud Mal. 1.3. intelligi ex collat. Genes. 25.23. qua de re viderimus aliàs. Quod autem Christus hîc monet, Nullas necessitudines apud nos tantùm valere debere ut nos ab officio pietatis seducant, explicavimus alibi adductis Philosophorum testimoniis. Illis autem non assentior qui hæc ad solos Ecclesiarum Præfectos referunt. Eadem enim hæc apud Matthæum & Marcum dicuntur omnibus Christum sectari volentibus: neque hîc quicquam est causæ cur generale dictam sumatur angustiùs. Nam quod illos maximè movet infrà positum, ἀποτάσσε[ται] τοῖς ὑπάρχουσιν, non eum quem ipsi putant sensum habet, sed qui ad omnes Christianos extenditur[†].

27. *Venit post me*] Hîc ista locutio non discipulatum quemvis, sed seriam imitationem, significat[t].

28. *Quis enim ex vobis*, &c.] Omnia impendenda ei sunt qui velit Christi esse[v]. In hac & sequenti comparatione, ut in multis aliis, non sunt resecandæ partes singulæ quæ ad comparationis ἀπόδοσιν pertinent, sed id spectandum quò tendat comparatio. Id autem est hoc loco, Aggredienti professionem Christianismi bene expendenda incommoda & pericula quæ talem professionem comitari solent, offensas propinquorum, bonorum jacturam, vitæ discrimina; nè magis feriant improvisa tela, atque ità quod quis aggressus est temere, magno suo malo deserat, factus ῥίψασπις καὶ λειποτάκτης. Bene monet Hebræus Sapiens, Τέκνον, &c. (*Fili, si accedas ad colendum Deum, para animam tuam adversùs tentationem:*) quod optimum est harum fabularum ἐπιμύθιον. Non magis hîc quàm in bello dicere licet, *Non putaram*: sed ità comparati esse debemus ut dicere nobis liceat, *Omnia præcepi atque animo mecum antè peregi*[x]. ¶ *Sedens*, Καθίσας] Sub. ἑαυτὸν[y]. *Considens*, Be. Pi. &c. ad mensam sive abacum[z], domi consilium capiens & omnia antè supputans[a]. ¶ *Si habeat ad*, &c? Τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν] *Ea quæ ad perfectionem*, sive *consummationem*, Mo. P. Be. &c. sub. *ejus*, Be. Pi. vel, *operis*, P. & sub. *requiruntur*, Be. Pi. P. &c.

29. *Nè*, Ἵνα μήποτε] *Ut nè*, Be. *Nè quando*, Er. *Nè fortè*. Adverbium πότε hîc notat eventum contingentem[b].

31. *Iturus committere*, &c. Συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον] *Ad committendum prælium* (vel, *Ut congrediatur bello*, vel, *Ut confligat prælio*, Er.) *adversùs alium Regem*, Be. Ti. sic Er. P. Pi. &c. vel, *cum alio Rege*, Ca. sic V. *Ad bellum, ut cum altero Rege confligat*, V. sic Tre. ex Sy. ¶ *Cogitat*, Βουλεύεται] *Consultat*, Be. Pi. cum aliis[c]. Sallustius, *Priusquam incipias, consulto, & postquam consulueris, maturè facto, opus est.* Thucydides, Τοῦ πολέμου, &c. (*Eventus omnes belli antè perpendas quàm illud suscipias.*) Livius, *Cùm tuas vires, tum vim fortunæ, Martémque belli communem, propone animo.* Simile Quintil. &c[d]. [Vide G.] ¶ *Rogat* (i. e. Petit[*],) *quæ pacis sunt*] Id est, Legatos de pace mittit[f].

33. *Qui non*, &c. Οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν] *Non valedicit* (vel, *renunciat*, Er. Mo. Ti. vel, *relinquit*, Tre. ex Sy. Pers. i. e. paratus est renunciare[g],) *omnibus bonis suis*, Be. Pi. &c. Τὰ ὑπάρχοντα sunt *ea quæ possidemus*, ut Matth. 19.21. & 24.47. & 25.14. Luc. c. 8. v. 3. & 11.21. &c. Sed ex specie genus intelligendum est. Nam sicut suprà sub amicorum & vitæ, ità hîc sub bonorum, exemplo omnia intelligenda sunt quæ in hac vita diligi solent. Neque ἀποτάσσεται aliter hîc sumendum quàm ἀπαρνεῖσθαι, Matth. 16.24. Marc. 8.34. Luc. 9.23. Neque enim actus designatur, sed affectus animi isthæc omnia infra Christum ducentis, & parati ea amittere si salvâ pietate retineri nequeant. Hoc est quod dicitur, 1 Cor. 7.29,30. esse debere *habentes tanquam non habentes*, &c. Epictetus in Enchiridio similes nos esse vult vectoribus ad littus ambulantibus, quibus interim liceat conchas legere, sed ità ut parati esse debeant, simul è nave signum redeundi datum sit, easdem à se projicere, nè quid navem morentur. Philo, Κτήσει, &c. *Omnia possessione, sive dominio, Dei sunt, usu tantùm nostra, &c.*) quò pertinuisse ait Legem de anno Jubilæo, nè quis quicquam suum pleno jure arbitraretur. ¶ *Non potest meus esse discipulus*] Non potest implere officium Christiani[h].

34. *Bonum est sal*] Adagium hoc sæpiusculè Christus usurpavit, ut & alia ejus seculi. Cohærentia autem cum superioribus hæc est, Quò quæque res bona si sit est melior, eò eadem mala est pejor: sed dum salis naturam retinet, optimum est; idem, si naturam suam exuat, pejus glebâ & fimo: Ità Christianismi professione nihil excellentius, si vita respondeat; nihil pejus, nihil nocentius, si nomini vis absit; quod accidere necesse est aliud agentibus[i]: si quis ex Discipulis meis, amore mundi captus, perdat saporem gratiæ & sapientiæ Dei quâ imbutus fuerat, non facilè restituetur, &c. Videat ergò quid agat qui se vult addicere meæ disciplinæ, an poterit constans perseverare, &c[k]. Per *salem* doctrinam Christi intelligere possumus, quâ quis imbutus est: si quis autem post agnitam veritatem retrocedit, neque sibi, neque aliis, ad salutem prodesse poterit[l]. ¶ *Si autem sal evanuerit*, Μωρανθῇ] Optimè respondet Heb. תפל, quod & *Insulsum* significat, & *fatuum*, Job. 6.6. & à Lxx vertitur per ἀφροσύνη, Job. 1.22. Thren. 2.14[†]. [Sic vertunt:] *Infatuetur*, Mo. sic Er. Tre. P. Be. &c. *Insulsus*, sive *Insipidus, fuerit*, Pers. Sy. At certum est, ex Chymicorum principiis, salem non posse insipidum reddi. Per *salem* ergò hîc intelligit corpus mixtum in quo sal abundat, (ut Heb. מלח, & *salem*, & *corpora salsa*, significat,) è quo si sal educatur, insipidum fit illud corpus & saporem perdit, &, Chymicorum phrasi fit *caput mortuum*, sive *terra damnata*. Si objicias, juxta hanc interpretationem, *salem* in priore membro propriè sumi, in posteriori, pro corpore salso, responderi potest ex simili parabola, Christianos & lumini & corpori luminoso conferri, Matth. 5.14. *Vos estis lumen terræ*: deinde subjungit, non, *Vos lucete*, &c. Sed, *Lumen vestrum luceat*, &c. v. 16[m]. ¶ *In quo condietur?*] Ipsum sal scilicet, ut ex Marco liquet; nè quis impersonaliter accipiat. Ità Cor & si quæ sunt similes partes in quibus corporis sanitas sita est, sanitatem suam amissam non habent unde recuperent[n]. *Quâ re sapor illi restituetur?* V.

35. *Neque in* (vel, *ad*, Pi. &c.) *terram, neque in sterquilinium, utile est*; ità Er. Il. Ti. Pi. Εὔθετόν ἐστιν] *Appositum* (vel, *Accommodatum*, Ca.) *est*, Mo. sic P. Be. [Sensus,] Neq; per se fructus profert, neque alteri ad fructum prodest. Nam sale conspersa sterilescunt: unde loca devota & humanis adempta usibus sale conspergi solebant. Tales sunt omnes mendosæ vitæ Christiani & sibi & aliis inutiles[o]. Reliquæ, inquit, res omnes, corruptæ licèt, valent tamen ad aliquid; *sal*, ad nihil, &c[p]. Per *terram* hîc intelligit, vel, 1. homines terræ, ut *terra* sumitur 1 Sam. 27.9. ità & h. l. ex collat. Matth. 5.13. *Vos estis sal terræ*, i. e. personæ à quibus homines omnes condiendi sunt. Quare, *in terram*, hîc valet, in usum hominum[q]. Vel, 2. agrum[r], sive terram lætamine excolendam[†].

Marginal sigla (left column): [l] G. — [m] G. sim. Eru. — [n] Eru. — [o] G. — [p] Eru. — [q] G. — [r] Bru. sim. G. — [†] G. — [t] G. — [v] Ca. — [x] G. — [y] Pi. — [z] G. — [a] Be. — [b] Pi. — [c] Be. Eru. — [d] G. — [*] Eru. — [f] V. — [g] Eru.

Marginal sigla (right column): [h] G. — [i] G. — [k] Bru. — [l] Zeg. — [†] Li. ho. — [m] Ham. — [n] G. — [o] G. — [p] Eru. — [q] Ham. — [r] Ham. Bru. — [†] Ham.

CAP. XV.

1. **E**Rant—*appropinquantes*] Actum continuum & quotidianum genus hoc loquendi significat, ut suprà 4.31. & alibi monuimus[a]. ¶ *Publicani*, &c. Πάντες, &c.] *Publicani omnes*, Pi. &c. i. e. multi, vel, quivis sine discrimine[b]: vel, 2. omnes, qui non procul aberant ab eo loco ubi tum Dominus degebat[c].

2. *Peccatores recipit*] Nempe ad colloquium, & ad cibum

Marginal sigla: [a] G. — [b] Bru. — [c] Pi.

cibum, quod est contra Legem, &c [d]. De iniquitate hujus querelæ diximus ad Matth. 9. 12. Judæi omnes Dei proprietates, omnes affectus, omnia consilia, ex solo fœdere Sinaitico metiebantur. Quare, cùm id fœdus non nisi minoribus delictis expiationem concederet, ipsi quoque omnibus contra Legem delinquentibus, extra culpas illas minores, implacabiliter irascebantur; neque ullam dabant pœnitentiæ locum: Qui error alios secum traxit. Nam, cùm de Davide atque aliis gravia quædam delicta in S. Libris narrentur, illi eadem quæsitis coloribus elevare maluerunt quàm cum magnitudine facinoris magnitudinem veniæ agnoscere. Ità Davidis concubitum cum Bersabea negant Adulterium fuisse, quia scilicet in militiam secedentes uxoribus relinquere solebant divertendi libertatem: nec quod in Uriam patravit Homicidium, quia Regibus jus sit utendi civibus adversùm hostem quantovis vitæ ipsorum periculo. Dubium non est quin istis commentis assueti suis ipsi peccatis facilè obducerent tectorium. At quantò fuerat satius fateri quod verum est, multa extra fœdus illud & in animis nostris, & in Vatum scriptis, testimonia exstare Divinæ bonitatis neutiquam circumscriptæ eo fœdere, quod pro temporum atque hominum ratione conceptum fuerat? Quòd si Deus eo est animo ut quamvis gravium criminum reos, seriâ pœnitentiâ ductos, libenter recipiat in gratiam, satis apertum est, nostri etiam esse officii Divinam hac in parte clementiam imitari, ac proinde non aversari eos qui, post gravia flagitia, spem faciunt emendationis; quales erant Publicani illi atque alii vitæ minùs probatæ homines, qui, nisi desiderio tenerentur virtutis, neutiquam ad omnis virtutis Magistrum tanto studio convenirent, eum vocarent ad se, ejus verbis præstarent audientiam. Christus Dei hac in parte misericordem affectum non ex veterum literis, quod poterat, sed, quod erat popularius, argumentis ex quotidiana hominum experientia petitis, confirmat; suúmque factum defendit ejus exemplo quem imitari summa perfectio est. Quæ autem tunc fuit Judæorum duritas adversùs populares suos qui à Legis orbita recesserant, eadem fuit, post Christum exemptum rebus mortalibus, eorundem inhumanitas adversùs populos exteros, ut qui ad falsorum deorum cultus aliaque scelera prolapsi ipsorum judicio nullam deberent Dei indulgentiam sentire. Itaque, sicut hîc queruntur, *quòd hic peccatores recipit*, &c; ità Act. c. 11. v. 3. Petro dicam hanc scribunt, quòd *cum præputiatis comederet*. Res planè similis. Nam ipsi ἐθνικοὺς nominare solebant simul cum Publicanis & Judæis ἁμαρτωλοῖς, ut multis horum scriptorum locis videre est. Christus illud videns, & hoc prævidens, præsenti calumniæ ità respondet ut simul futuram diluat. Quare, non videntur mihi erràsse veteres qui in sequentibus tribus comparationibus explicandis utramque interpretationem conjungunt [*].

4. *Quis ex vobis homo*, (subaudi h. l. *est*, sicut & post γυνὴ, v. 8. nam quod hîc est ἢ, ibi est ἤχι, quod vertendum est per *nonne:* τίς ἐστι, i.e. εἴ τις ἐστι, ut aliquoties diximus [f]:) *qui habet centum oves*, &c.] q. d. Dives licèt sit, &c [g]. Est eadem fabella Matth. 18. sed fine paulò diversò proposita: ibi, nè in cursu ad pietatem offendamus eos quos Deus tantopere vult servatos; hîc, nè eos crudeliter aversemur quorum Deus miseretur [h].

¶ *Nonaginta novem*, &c.] Trita in gente numeratio, & divisio, inter 1 & 90. *De centum clamoribus* (inquiunt) *quos edit fœmina parturiens, 99 sunt ad mortem, & 1 tantùm ad vitam* ‖. ¶ *Et vadit* (vel, *abit*, Be. Bru. *solicitus quæsitum* [i],) *ad illam quæ perierat donec inveniat eam?*] Malim eos Codices sequi in quibus nota interrogationis rejicitur in finem hujus sententiæ, [v. seq.] quæ, cùm una sit, malè frangitur. Sanè si versus sequens sit separatim cum interrogatione legendus, negationem postulare videtur [k].

5. *Et cùm invenerit eam, imponit* (i.e. nonne imponit; id enim moris erat: nam cùm tardigrada sit ovicula, celeriùs gestatur per viam quàm agitur [l]:) *in humeros suos gaudens?*] Sed interrogationis nota à fine hujus versûs removenda est, quia incipit hîc nova periodus [m].

7. *Gaudium erit* (i.e. esse solet [n],) *in cœlo*] Id est, inter cœlicolas, Angelos scilicet [o]: quantò magis in terris id fieri decet [p]? ¶ *Quàm*, &c. Ἤ, &c.] Magis *quàm*, vel, *Et non*, &c. Nam utrumque vox Græca significat [q]. Magis *quàm*, &c. Er. Be. Pi. &c. [r] Ἤ, pro μᾶλλον ἤ [r]. Ellipsis Græca, ut in Homero. Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σῶν ἔμμεναι ἢ (i.e. magis *quàm*) ἀπολέσθαι [†]. Sic & Luc. 18. 14. *Descendit ille justificatus*, ἢ ἐκεῖνος, *præ altero illo* [t]. Sic & יותר apud Hebræos interdum omittitur [v]. Particula μᾶλλον, quæ more Græco hîc in comparationis explicatione subticetur, in ipsa comparatione exprimitur à Matthæo. Dicitur autem *majus gaudium* fore ἀνθρωποπαθῶς, quia insperata, aut propè desperata, magis nos afficiunt, teste Euripide. [Verba vide in G.] Accedit quòd, ut Hebræorum Magistri non malè notant, virtus quò difficilior, hoc pulchrior. *Lætius est quoties magno sibi constat honestum.* At multò difficilius est abrumpere vitiorum consuetudinem quàm probabili vitæ generi insistere non offenso gradu. Multis enim pro virtute est vitiorum ignorantia. Sed & illud addi potest quod suprà didicimus, cap. 9. plerumque fieri ut flagrantiores sint in recti studio quos anteactæ vitæ dolor stimulat: πάνυ γὰρ ἡ μεταμέλεια, ut Plutarchus docet, σωτήριος δαίμων. Estque dictum huic simile in Gemara de Synedrio, c. 16. *Quo loco consistent pœnitentiam agentes ibi justi non poterunt stare. Pacem, pacem remoto & propinquo, ait Dominus, ut sanem eum. Præponit remotum. Quis remotus? Qui longè absuit à Deo.* Ad quem locum Interpres, *Magna est virtus eorum qui pœnitentiam agunt, ità ut nulla creatura in septo illorum consistere queat.* Sicut autem hîc gaudium cœleste prædicatur super converso peccatore; ità contrà, ob peccatum Hebræi *flentes Angelos* inducunt Hebræorum Magistri [x]. ¶ *Qui non indigent pœnitentiâ*] Qui à Deo ejusque Lege non recesserunt [y]: quibus non est opus de toto vitæ genere migrare, ut exposuimus Matth. 9. 12. Opponit autem Christus Nonaginta justos Uni peccatori, non quòd ità se res habeat; paucissimi enim ad normam vivunt; sed, quòd etiamsi ità se res haberet, vel unius illius causâ labor magnus fuerit suscipiendus: quantò magis cùm corruptissimo seculo tantus esset peccatorum numerus, tanta justorum paucitas [z]? Non suam, sed Judæorum, sententiam hîc exprimit Christus de perfectè Justis, quos & *Justos à prima sua origine* vocant. Qualis ille in Hieros. Chagigah, fol. 77. 4. *Qui peccatum non commisit omnibus diebus vitæ suæ*, hoc tantùm excepto, *quòd semel indueret Phylacteria frontalia ante ista brachii.* Grande certè delictum: pro quo privatus est & titulo *perfectè Justi*, & solenni funeratione [†].

8. *Drachmam*] Heb. זוז, i.e. quarta pars Sicli nam Siclus (sacer scilicet) erat tetradrachmus [a].

10. *Coram Angelis Dei*] Ut Luc. 12. 8. Descriptio aulæ cœlestis [b].

12. *Adolescentior*] Apposite in juniore ponitur exemplum depravati ingenii: de quo vide Theogn. Homer. Philon [c]: [& verba eorum in G.] Solent juniores minùs sanere, mentéque inconstantiores esse, & minùs ferentes alienum imperium, adspirare ad libertatem [d]. ¶ *Da mihi portionem*, &c. Τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας] *Partem*, sive *Portionem*, *substantiæ* (vel, *bonorum*, Ca. Camer. Bru. vel, *facultatum*, Bru. Ar.) *adjectam*, Mo. vel, *competentem*, Ca. *mihi contingentem*, P. II. Æth. ad me *attinentem*, Be. Pi. *quæ ad me redit*, Er. Pi. Tre. ex Sy. Pers. *ex domo tua*, Tre. ex Sy. Pers. in partitione hæreditatis [*]. Ità Demosthenes dixit, τὸ ἐπιβάλλον ἐφ' ἡμᾶς μέρος· & Aristoteles, κατ' ὅσον ἐπιβάλλει μέρος· Cicero, *quod me contingit*: Jurisconsulti, *Ratam meam partem.* Usurpari solet in iis locis in quibus vigent mercimonia & artes quæstuosæ, ut filiis, cùm venerint ad plenam pubertatem, si id deposcant, parentes assignent aliquam patrimonii sui partem, ex qua filii quæstum faciant, quæ pars post parentum mortem in hæreditatem imputatur. Similem morem, si non apud Judæos, certè apud Judæorum vicinos, Syrophœnicas, viguisse Christi temporibus credibile est, cùm soleat à rebus usitatis exempla & comparationes ducere. Respondere autem in re significata puto huic parti de patrimonio non solùm τὸ αὐτεξούσιον, ut veterum plerique ἑρμηνεύουσι, sed omnia Dei bona, tum communia, ut Cœlum, Sidera, Terram, Mare, & quæ in his gignuntur; tum populorum aut hominum peculiaria, Valetudinem bonam, Pulchritudinem, Robur, Ingenii præstantiam, Nobilitatem, Divitias, & si quid his est simile, quibus omnibus pars hominum major

[d] Bru. [*] G. [f] G. [g] Bru. [h] G. [†] Li. ho. [i] Bru. [k] Caf. [l] Bru. [m] Pi. [n] V. [o] Bru. [p] Camer. [q] V. [r] Pi. ex Be. Camer. &c. [†] Pi. ex Camer. [t] Camer. [v] Be. [x] G. [y] Bru. [z] G. [†] Li. ho. [a] D. [b] G. [c] G. [d] Bru. [*] Pi.

major flagitiose abutitur [f]. ¶ *Et divisit* (i.e. distribuit, libere utendam dedit, quanquam nullâ lege aut consuetudine ad id obligatus [g]:) *illis substantiam*; ità Er. &c. Τὸν βίον] *Facultates*, P. Be. Pi. Ti. Ca. Ar. propriè, *victum*. Metonymia effecti: nam facultatibus comparatur victus [h]. *Vitam*, Mo. *Possessionem suam*, Tre. ex Sy. [Sensus,] *Ratione initâ partitionem fecit patrimonii*. Nam alioqui major filius, partem suam non separans, mansit in familia paterna, de paterno vivens, ut v. 31. videre est [i].

13. *Non post multos dies*] Fervet enim juventus in perficiendis animi conceptibus. ¶ *In regionem longinquam*] Id est, longè sitam à domo paterna [k]: putà in Ægyptum [l]. Aptè [hoc dicit] ad rem significatam: nam μακρύνειν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἑαυτοὺς dicuntur qui reverentiam Dei exuunt, Psal. 73. 27. ¶ *Dissipavit*, &c. Διεσκόρπισε, &c.] *Dilapidavit*: ità enim loquuntur Latini, Terent. & Cicero: [verba habet G.] Respondet Hebræo פזר [m]. ¶ *Vivendo*, &c. Ζῶν ἀσώτως] *Vivens* (vel, *Vivendo*, P. Be. Er. Pi. &c. *Dum viveret*, Sy.) *profusè*, Mo. Be. vel, *prodigè*, Tre. Pi. *luxuriosè*, Er. Il. Ti. Ca. Cas. ex Sy. & Vulg. Propriè utitur voce ἀσώτως. Nam ἄσωτος dicitur qui non servat, sed dissipat, substantiam suam. Vide Aristot. ad Nicom. l. 4. initio [n]. Vel, *perditè*, ut Latini loquuntur: vel, *nequiter*. Nam ἀσώτως Gellius Latinè *nequam* interpretatur, satis propriè, ni fallor. Quippe & Cicero, Tusc. 3. *Nequitiam* dixit *contrarium vitium frugalitati*: ortámque putant indè vocem quòd qui tales sint *in iis nequicquam sit*: unde & *nihili* homines dicuntur. Et interdictum Prætoris ità erat conceptum, *Quando tu bona patria avitáque nequitiâ tuâ disperdis* [o].

14. *Et*, &c. Δαπανήσαντος, &c.] *Cùm autem omnia ipse consumpsisset*, Be. sic Er. Val. Pi. &c. Sic δαπανᾷν τὴν οὐσίαν etiam Demosthenes dixit. ¶ *Fames valida*, &c.] Quæ hîc dicuntur de Fame, de Domino, Porcis, Siliquis, omnia, ni fallor, eò pertinent ut nobis describant miseriam eorum qui vitiis serviunt. Seneca, *Multò difficilius est facere ista quæ facitis. Quid enim quiete otiosius est animi? quid irâ laboriosius? quid clementiâ remissius? quid crudelitate negotiosius? vacat pudicitia, libido occupatissima est: omnium denique virtutum tutela facilior est: vitia magno coluntur*. Præclarum illud Musonii, *Abire voluptatem, manere turpitudinem; cùm in rectè factis abeat labor, maneat honestas* [p]. ¶ *Cœpit egere*; ità Er. Sy. &c. Ὑστερεῖσθαι] *Defici*, Mo. P. Be. Bru. &c. sub. *victu*, Be. Pi. vel, rebus necessariis [q].

15. *Adhæsit*; ità Be. Pi. &c. Ἐκολλήθη, &c] Propriè, *Agglutinatus fuit*, id est, agglutinavit se [r]. *Ad civem quendam se applicuit*: ità enim Cicero, Livius, atque alii, loquuntur †. Modis omnibus insinuavit se in ejus gratiam, operam suam ultro offerens, &c. ¶ *Ut pasceret porcos*] Quo nullum vilius ministerium [t], apud Judæos; sic & apud Ægyptios: qui illos, tanquam profanos homines, à templorum aditu arcebant; neque ex fæce plebis quisquam erat qui cum illorum familiis ullam conjugii societatem inire vellet, teste Herod. 2. 47. Tria sunt, ut notat Donatus, pastorum genera, quæ dignitatem in Bucolicis habent; bubulci, opiliones, & caprarii. Subulcorum autem nulla mentio apud Theocritum, aut Virgilium [v].

16. *De siliquis*; sic P. Be. Ca. Pi. &c. Ἀπὸ τῶν κερατίων] Hebraicè מחרובים. Victus hic pecudum potiùs quàm hominum, Plin. 18 [x]. Non [tamen] novum vesci siliquis. Horatius, *Vivit siliquis & pane secundo* [y]: ubi extremam frugalitatem notat [z]. Pers. Satyr. 3. *Invigilat, siliquis & grandi pasta polentâ*. Juvenal. Satyr. 11. *Sed laudem siliquas occultus ganeo*, i.e. viles cibos extollam, gulæ meæ luxum dissimulans [a]. Κεράτια propriè sunt *cornicula*, quomodo dici potuit, vel fructus, [de quo statim,] à corniculis, quæ in eo eminent [b]; vel siliquæ, quæ in modum cornuum curvatæ sunt [c]. Κεράτια hîc vocat, vel, 1. opercula sive integumenta leguminum [d]: quales siliquas habent pisa, fabæ, &c. Quod facile refellitur. Nam leguminum siliquæ non dicuntur κεράτια, sed λοβοί, apud Theophrastum, Hist. 3. 14. & 8. 3, 4. & de Causis, 4. 8 *. Vel, 2. fructus earum arborum quæ propriè *siliquiferæ* dicuntur, quia earum fructus in siliqua est [f]: eum enim fructum Syrus & Arabs & Orientis populi חרובא vocant; unde Actuarius fecit χαρρούβα. Neque aliter nunc Galli, Hispani & Itali, appellant. [Vide BA.] Et Plinio notatum, *siliquam in Syria plurimùm nasci*: quod de sylvatica accipi video. Idem Plinius de Castaneis agit, *Cæteræ suum pabula gignuntur, scrupulosâ corticis intra nucleos quoque ruminatione. Haud procul abesse videantur & prædulces siliquæ, nisi quòd in iis cortex ipse manditur* [g]. Κεράτια sunt fructus arboris *Ceratoniæ* [h], (ut dicitur Galeno & Paulo, quæ Theophrasto vocatur κερωνία, Plinio *siliqua* & *ceraunia* [i]: cujus mentio in Dioscor. l. 1. & Galen. 7. De simpl. med [k].) *siliquis digitalibus inclusi*; aut etiam ipsæ *siliquæ*. Id ipsum Simeon Sethi, ξυλοκέρατα, ἃ καὶ κέρατα· quia siliquæ illæ lignosæ sunt, Plin. 15. 28. *In siliquis verò quod manditur quid nisi lignum est?* Alii ξυλόγλυκον appellant ab insigni dulcedine [l]. Fructus hic erat difficilis concoctionis, & mali succi, teste Gorrhæo; præsertim dum viridis esset, qualem hîc fuisse credibile est [m]. Eadem hæc arbor cum Ægyptia ficu, inquit Hesychius [n], & quidam apud Theophrastum, Hist. 1. 18. Quos tamen idem refellit Hist. 4. 2. & ex eo Plin. 13. 8 [o]. Κεράτια fuisse videntur siliquæ sylvaticæ, (quarum plurimus erat proventus in Syria & Judæa,) & forsan tales siliquæ ex quibus expressus fuerat succus: in Syria enim vinum è siliqua faciebant, ut constat ex Plin. l. 14. cap. de Vinis factitiis. Κεράτια ergò sic expressa porcorum pabulo servabantur, ut & vinacia [p]. ¶ *Quas*, &c. Ὧν ἤσθιον, &c.] Pro, ἐκείνων ἃ ἤσθιον. Græcismus [q]. *Quas edebant*, Be. Pi. Quæ porcis certa mensurâ dabantur, non ab ipso, sed ab alio ad id deputato: quæ ipsi quoque certâ, sed modicâ, mensurâ dispensabantur loco omnis panis & cibi [r].

17. *In se*, &c. Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν] *In*, vel *Ad*, *se* (i.e. ad cor, ad mentem †,) *autem veniens*, Mo. vel, *quum rediisset*, Sy. P. Be. &c. *quum descendisset*, Pi. *Quùmque resipuisset*, Ar. *Et cogitavit in corde suo*, Æth. Quum se & facta sua considerâsset [t]. A sua exteriore divagatione rediens [v], sui compos effectus, & velut expergiscens ab ebrietate gravique somno [x]. Fuerat enim hactenus tanquam mente captus, nec priorem præsentémque statum suum intellexerat [y]. *Ad se redire* etiam Latinis dicitur qui ad bonam mentem redit [z]. ¶ *Fame pereo*] Ità vexatio dat intellectum [a].

18. *Pater, peccavi*] Non in ætatem, non in malos consultores, culpam rejicit, sed nudam parat sine excusatione confessionem. Salvianus bene, *Quicunque sibi se excusat, accusat Deo. Nam qui se existimat esse aliquid cùm nihil sit, seipsum seducit. Nemini itaque facilis sua causa sit. Nullus difficiliùs evadit quàm qui se evasurum esse præsumpserit*. Tertul. *In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi Deus, crede, parcet*. Ambrosius, *Allevat penitus errores qui ipse se onerat*. Seneca, *Accusatoris primùm partibus fungere, deinde judicis, novissimè deprecatoris* [b]. ¶ *In cœlum*] Id est, in Deum [c]: sic dictum, vel, 1. ἀντονομαστικῶς [d] · nam שמים unum est ex nominibus Dei, quod sciunt omnes qui eam linguam callent *: vel potiùs, 2. συνεκδοχικῶς [f], aut per Metonymiam [g] subjecti [h], vel continentis pro contento [i]; ut *Cœlum* significet eam potestatem quæ in cœlo maximè relucet, ut Dan. 4. 26. 1 Mac. 3. 18. Matth. 21. 25 [k]. vel quæ cœlos habitat [l]. ¶ *Coram te*] Id est, te teste [m]. Potiùs, te judice, te rectè judicante: alioquin longè abfuit à patre [n].

19. *Non sum dignus*, &c.] Homines omnes ortu Dei sunt filii, ut hæc fabula declarat, sed eo jure excidunt semet à Deo alienando [o]. ¶ *Fac*, &c. ποίησόν με, &c.] *Fac me*, &c. Be. Pi. &c. Ποιεῖν non tantùm cum Dativo, sed & cum Accusativo, significat, *tractare*, Matth. 5. 44. & 27. 22. Rom. 9. 20 [p].

20. *Venit*, &c. Ἦλθε, &c.] *Contendit* (vel, *Profectus est*, Pi. Cœpit proficisci [q],) *ad patrem*, Be. nam tum nondum venerat, ut sequentia docent [r]. Ἔρχεσθαι pro πορεύεσθαι, ut Joh. 6. 17 †. sic Act. 28. 14 [t]. ¶ *Cùm — longè esset*] Scil. à patre, priusquam conceptam animo pœnitentiam ipso opere perfecisset. Simulatque peccator consilia pœnitentiæ molitur, accurrit ei eum Deus, ut auxilio gratiæ suæ promoveat cœpta [v]. ¶ *Osculatus est eum*] Inter omnes Christi parabolas hæc sanè eximia est, plena affectuum, & pulcherrimis picta coloribus. Videtur autem præter similitudinem rei totius, etiam partibus quibusdam inesse τὸ ἀνηγορούμενον. Nam osculum haud dubie signum reconciliationis. Itaque hîc declaratur

Marginal notes (left column): f G. — g Bru. — h Pi. — i G. — k Bru. — l Ham. — m G. — n Cas. — o G. — p G. — q Camer. — r Pi. — † G. — t Bru. sim. BA. — v BA. 1. 2. 56. 707. — x D. — y Cas. — z D. — a BA. ib. 710. — b Ibid. 708. — c Ib. sim. D. — d D. sic Bru. — * BA. ib. — f G. ex Th.

Marginal notes (right column): g G. — h BA. ib. Ham. sim. Salmas. — i BA. ib. — k Ham. — l BA. ib. — m Ham. — n BA. Ham. — o BA. ib. — p Salm. in Wal. — q Pi. — r Bru. — † Bru. — t Pi. — v Th. in Bru. — x Bru. ex Euthym. — y Bru. — z G. — a Bru. — b G. — c Be. D. Bru. Pi. G. &c. — d Q. in G. — * D. — f G. — g Be. Pi. — h Pi. — i Be. — k G. — l Bru. sim. Be. — m Be. — n Bru. — o G. — p Idem. — q Bru. sim. Be. — r Pi. sim. Be. — † Pi. — t Be. — v Bru.

tur summa Dei bonitas, qui seriâ pœnitudine ductis peccata remittit ex intimo motu misericordiæ suæ [x]. *Osculatus est*, i. e. erexit in spem veniæ [y].

21. *Peccavi*,&c.] Etiam post annuntiatam homini remissionem expedit illi culpam suam agnoscere. Basilius, Μὴ γίνε κριτὴς, &c. (*Ne sis iniquus judex tui, tibi favens, & quæ bene egisti numerans atque de iis superbiens: quæ autem olim malè gessisti obliviscens, eorúmque veniam tibi exhibens*, &c.) Exemplum hujus modestiæ insigne præbet Paulus, 1 Cor. 15. 9. 1 Tim. 1. 15. Salvianus, *Non est nunquam omnino fecisse facere cessasse* [z]. Etiam conversi sic amplecti debent indulgentiam Dei, ut inchoatam pœnitentiam non negligant, & ut pergant peccata sua detestari, accusare, &c. Omittit autem illud, *Fac me sicut unum ex mercenariis tuis*; vel quòd intelligendum relinquitur, vel quòd hinc amplexus patris, hinc stupor & singultus filii, orationem interruperint: vel quòd in dictis contineretur [a].

22. *Ad servos*] Omnes, quasi unus non sufficeret ut filio serviret. Non respondet pater filio verbis, sed factis [b]. ¶ *Stolam*] Vestis hæc erat oblonga, ad talos usque demissa [c]. Sicut non conquirendæ sunt anxiè αἱ ἀλληγορίαι in partibus comparationum, ità hîc non negligendæ videntur cùm eas aliorum locorum comparatio suggerat. Videtur ergò στολὴ significare continuam vitæ innocentiam, quam, Deo dante, parit animus gratus ob acceptum tantæ indulgentiæ beneficium. Præit ad hanc explicationem, Apoc. 6. 11. & 7. 13, 14. additis Apoc. 18. 9. & Esa. 52. 1 [d]. Στολὴ, מעיל, cæteris vestimentis, honoris causâ, inducebatur: sine qua, ut nobis sine pallio, in publicum prodire, ingenuo indignum [*]. Articulus, τὴν, ante στολὴν, ostendit non de quavis stola eum loqui, sed de certa; ut paulò pòst, τὸν μόσχον, de certo vitulo: sic ὁ ποιητὴς dicitur de certo & celeberrimo Poeta [f]. ¶ *Primam*] Trahendum hoc vel, 1. ad tempus [g]: *primam*, i.e. priorem, ut Act. 1. 1 [h]. pristinam [i], quam antea gesserat & decoxerat [k]. Non modò innocentiam reparat, sed & pristinum restituit honorem [l]. Vel, 2. ad excellentiam, quomodo & Syrus accepit. Sic Rom. 3. 2. & 10. 19. & 1 Tim. 1. 15. item Matth. 22. 38. Diximus aliquid & suprà 6. 1 [m]. pretiosam, & filiis peculiarem [n]. ¶ *Annulum*] Cum patris nota nempe & sigillo, ut sic verus filius ac proprius agnosceretur [o]. Δακτύλιον] Qui ornatus est hominis liberi & locupletis [p]. Apud Romanos, Ingenuitatis, apud Orientis populos, Dignitatis eximiæ, signum, Gen. 41. 42. aut etiam Opulentiæ, Jac. 2. 2. Cùm autem annuli usus inter alia sit signare, non malè veteres respondere Annulo putant donum Spiritûs Sancti qui nos *obsignat*, ut loquitur Paulus, 2 Cor. 1. 21 [q]. ¶ *Calceamenta in pedes*] Quibus muniantur adversùs offendicula. Habitus filii tenerè educati [r]. Explicari potest ex Eph. 6. 15. Nimirùm pœnitentibus in gratiam receptis etiam hoc Deus concedit, ut apti sint aliis aut voce, aut certè exemplo, docendis. David in Psal. 51. cùm oràsset veniam & restitutionem Spiritûs, pollicetur operam suam in docendis convertendísque aliis peccatoribus [†].

23. *Vitulum saginatum*] Quem veteres Græci inter cibos πολυτελεστάτους referunt [t]. Hunc omnes ipsum Christum interpretantur. Forsan simpliciùs, stolâ, calceis, annulo, vitulo, hoc unum significatur quod dixit [v. 7.] *majus esse gaudium*, &c [v]. ¶ *Epulemur*, Εὐφρανθῶμεν] Suprà diximus, 12. 19. Εὐφρανθῶμεν & εὐφροσύνην distingui videmus, Act. 14. 17 [x]. *Lætemur*, V. sim. Be. Bru. Pi. &c. Convivium lætum celebremus [y]. Sanè dies nuptiarum vocatur *dies gaudii*. Lexicon vetus, Εὐφραίνω, *lætifico, epulor*, & εὐωχία, *epulatio* [z]. Sanè lautiores & hilariores epulas notat hæc vox & in hoc cap. & 16. 19 [a].

24. *Mortuus erat*] Id est, perditus [b]. Vide ad Matth. 8. 22. Vita corporis animus, vita animi Deus. Philo Allegor. 1. mortem animi definit ἀρετῆς φθορὰν, &c. (*virtutis interitum* &c.) Alibi dicit, τοὺς φαύλους, &c. (*impios, etiam ad extremum viventes senium, mortuos esse*, &c.) Adde Eph. 5. 14. Apoc. 3. 1 [c]. item Ezec. 37. 3, 12. Rom. 4. 19. Eph. 2. 1. 1 Tim. 5. 6 [d]. Hebræi dictitant, *Improbi dum vivunt mortui sunt* [*]. Hinc Pythagoras desertoribus scholæ suæ atque virtutis cenotaphium erexit [f].

25. *Filius——senior*, &c.] Hic gerit personam, vel, 1. Judæorum, ut junior, Gentilium [g]. Cui obstat, quod

[x] G. [y] Bru. ex Aug. [z] G. [a] Bru. [b] Bru. [c] Bru. ex Er. [d] G. [*] Heins. [f] Ca. [g] Q. in G. [h] Heins. [i] Bru. Heins. ex Th. & Tito. [k] Heins. ex Tito. [l] Chrysol. in Heins. [m] G. [n] Bru. [o] Heins. [p] Bru. [q] G. [r] Bru. [†] G. [t] Cas. [v] Mal. [x] G. [y] Bru. [z] D. [a] Cas. [b] D. [c] G. [d] Ham. [*] D. [f] Ham. [g] Hi. & Aug. &c. in Mal.

Gentiles antea non fuissent filii Dei, nec ab eo discessissent [h]. Vel, 2. justorum omnium [i], vel verè talium, vel ex opinione suâ atque aliorum; ut junior, Publicanorum atque peccatorum, quos Christus amplexus est; de quo & Pharisæi murmurabant [k]. ¶ *Audivit*, &c. Ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν] *Audivit concentum* (vel, *symphoniam*, Mo.) *& choros*, Er. P. Ti. Be. Pi. &c. h. e. saltationes [l]: vel, *& exsultantem cœtum*, vel, *& concinni cœtûs carmina*: talis enim quædam est significatio nominis Græci, quod Plato ducit ἀπὸ τῆς χαρᾶς, *à lætitia* [m]. Syrus, καὶ χορῶν, non legit; συμφωνίας autem vertit, *vocem cantûs multorum*, i. e. concentûs [n]. Syrus putavit esse διὰ δυοῖν, quia chori sunt qui concinunt: Χορὸς enim σύστημα, &c. (*cœtus puerorum cantantium*,) Ammonio. Aliàs χορεία significat, quomodo sumit Arabs. Erat autem apud Orientis populos non inhonesta saltatio, ut alibi notatum [o].

26. *Quid hæc essent*] Id est, quid significarent [p].

28. *Nolebat introire*] Ad convivium, ad commune gaudium [q].

29. *Preterivi*, Παρῆλθον] *Transgressus sum*, Be. Pi. Παρέρχεσθαι dixit quod frequentiùs dicitur παραβαίνειν, ut in Aureo carmine, Πῆ παρέβην [r]: vel quod ὑπερβαίνειν. Vel, *Præterii*, i.e. contempsi: quia quæ aspernamur, nè aspicere quidem sustinemus [†].

30. Ὁ καταφαγών σου τὸν βίον] *Qui devoravit*, &c. Pi. vel, *concoxit, turpiter prodegit*, &c. V. *per luxuriam absumpsit celeriter*, Camer. Σου à Latino prætermissum rectè agnoscunt Syrus & Arabs [t]. Auget enim orationis invidiam, quòd ille bona abligurierat non à se quæsita, sed à patre accepta [v]: q.d. quæ illi dedisti nondum debita [x]: quum demum post mortem patris filiis jus sit hæreditatem dividendi [y].

31. *Omnia mea tua sunt*] Vel post mortem meam futura: vel hoc ipso tempore, quoad usum [z], sunt tibi mecum communia, in tua potestate, &c [a]. Paulus Jurisconsultus. *In suis hæredibus evidentiùs apparet continuationem dominii eò rem perducere ut nulla videatur hæreditas fuisse, quasi olim hi domini essent qui etiam vivo patre quodammodo domini existimantur: unde etiam Filiusfamilias appellatur, sicut Paterfamiliâs.* Hinc illud in Comœdiis, *Herus minor*. Non significat autem hæc comparatio, His qui pii semper fuerunt doliturum quòd pœnitentes recipiuntur in gratiam; sed illud potiùs, Nullam hinc dari querendi materiam. Præterea est συγκατάβασις. Neque enim Pharisæi & Legisperiti vixerant ad præscriptum Divinæ Legis; sed, cùm tales videri vellent, Christus, hoc velut illis largiens, ostendit nè sic quidem esse cur veniam invideant pœnitentibus, cùm per eam nihil ipsis discedat. Confer quod est Mat. 20. 12, &c. Tertul. *Posuit ergò illos* (Judæos) *in parabola, etsi non quales erant, sed quales esse debuerant* [b].

[h] Mal. [i] Mal. sic Bru. [k] Mal. [l] Er. [m] Camer. [n] Di. [o] G. [p] Pi. [q] Bru. [r] G. [†] Be. [t] G. [v] G. sim. Bru. [x] Pi. sim. Bru. [y] Pi. [z] Pi. [a] Bru. [b] G.

CAP. XVI.

1. Villicum, Οἰκονόμον] *Oeconomum*, V. Bru. &c. *Dispensatorem*, Be. D. Pi. G. *Curatorem*, sive *Administratorem*, Camer. rei scilicet familiaris [a]; vel, pecuniæ domini tum exigendæ, tum dispensandæ [b]. *Villicum* dicit Latinus Interpres pro more seculi sui. Pridem enim vox illa extra nativum sensum proferri cœperat. Quin & Præfectum urbi *villicum* dixit Juvenalis [c]. ¶ *Hic*, &c. Οὗτος διεβλήθη αὐτῷ] *Hic delatus est* (Catachresis: neque enim calumniosa, aut falsa, sed vera, erat hæc delatio [d].) *ei*, Mo. vel, *apud eum*. Er. Il. Be. Pi. &c.

2. *Quid*, &c. Τί τοῦτο ἀκούω, &c?] *Quid* (vel, *Qui*, Be.) *hoc*, vel *istud*, (sub. *est quod*, Sy. Ar. Pi. &c. Ellipsis gemina, qualis Gen. 3. 13. & interrogatio conquerentis [*].) *audio de te?* P. Mo. &c. quòd bona mea profundis [f]. ¶ *Redde rationem*, &c.] Tempus illi præstituit reddendis rationibus, quibus expunctis ab actu discederet. Huic interpellationi respondent in re significata morbi, & si quid aliud nos mortalitatis admonet [g]. Ostendit hæc parabola, bona hujus vitæ nobis non concedi, tanquam Dominis, ut ea, prout libuerit, consumamus, sed tanquam deposita ex Domini voluntate dispensanda, &c [h].

[a] Camer. sim. Er. Zeg. [b] Be. [c] G. [d] Pi. [*] Pi. [f] Bru. [g] G. [h] Be. ad v. 8.

¶ *Non poteris*, &c.] Non amplius fiet tibi à me potestas [i].

3. *Aufert* (i. i. auferre decrevit [k];) *à me villicationem?*] Ut Sibnæ, Esa. 22. 19. ¶ *Fodere non valeo*] Sic apud Aristoph. quidam delaturis victum quæritans se defendit. [Verba vide in G.] ¶ *Mendicare*, Ἐπαιτεῖν] Πτωχεύειν pro eodem dixit Lucas, 18. 35. Marcus, 10. 46. Johannes, 9. 8. Tyrtæus dixit, Πτωχεύειν πάντων ἐστ' ἀνιηρότατον [l]. (*Paupertas res est omnium molestissima.*)

4. *Ut*, &c. Ἵνα ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας δέξωνταί με, &c.] *Ut cùm amotus fuero à dispensatione recipiant me*, Be. Er. P. Pi. &c. sub. *aliqui*, P. Be. vel, *sint qui me recipiant*. Nomen enim subauditur [m]. Non dicit qui, quia fraudem à se meditatam ab aliis non velit intelligi, subaudit autem, *debitores Domini mei* [n].

6. *Cados*, Βάτους] *Batos*, Be. Pi. &c. Vide Joseph. Antiq. 8. 2 [o]. Heb. כד (unde *cadus*) magis *hydriam*, vel *situlam*, sonat. Lex. vetus, Κάδος, *situla*. Nam pro mensura non memini legere [p]. Syrus hîc מתרין, *mathren*, i. e. μετρητὰς vertit, item cod. meus vetustiss. & alia duo MSS. exempl [q]. *Batus* est mensura liquidorum continens sextarios 72 [r]. Et *batus* & *metretes* (2 Par. 4. 5.) & *cadus* eadem mensura est respondens Amphoræ Atticæ, teste Georgio Agricolâ †. ¶ *Accipe*, &c. Δέξαι σου τὸ γράμμα] *Accipe* (sub. *à me*, V. Bru. quo hero meo es obligatus [t], quod ego hîc habeo [v], & tibi trado [x],) *scriptum* (vel, *librum*, sive *libellum*, Sy. Ar. Æth. Ti.) *tuum*, Il. Tre. Mo. vel, *tabulas*, (vel, *literas*, Mo.) *tuas*, P. Be. Pi. vel, *cautionem* (vel, *syngrapham*, Er. V. Ca.) *tuam*, Vulg. Optimé. Ità enim IC[ti] vocant quod Græci *syngrapham* aut *chirographam*. Eandem *cautionis* vocem hoc sensu usurpat Tertul. & Salvianus: Sed & *literas* idem Interpres, nisi quòd nulla erat variandi causa: non malé. Testatur Juris Romani titulus, *De literarum obligationibus*. *Tabularum* vox, quam præferunt alii, non syngraphas, sed codicem accepti expensique, significat: unde *novæ tabulæ*, i. e. rationum abolitio. Notandum est autem fingi penès hunc dispensatorem fuisse syngraphas; cujus moris exempla etiam in Jure Romano conspicere est [y]. ¶ *Scribe quinquaginta*] Scilicet te mihi solvisse: vel, aliam quæ 50 tantùm contineat [z].

7. *Coros*] Κόρος (quo verbo Heb. כור reddunt Lxx & Josephus [a],) est mensura aridorum [b], vel potiùs liquidorum [c]:) capiens medimnos Atticos, vel 10 [d], vel 41 *, teste Joseph. Antiq. 3. ult [f]. Sed ille Josephi locus omnino depravatus est, vel in numeri nota, vel in eo quod pro Ἀττικοὶ scribendum Ἰταλικοὶ, ut rectè observat Agricola [g]. *Corus* idem quod Homer, continétque ova 430, Ephas 10, h. e. Modios 30 [h]. ¶ *Scribe octoginta*] Non eandem omnibus remittit quantitatem, nè animadverteret Dominus [i].

8. *Laudavit Dominus* (non Christus, ut vult Syrus, sed herus †,) *villicum iniquitatis*, Τῆς ἀδικίας] *Injustum* Be. Pi. &c. i. e. τὸν ἄδικον [k], ut rectè interpretatur Syrus ex Hebraismo [l], sicut Luc. 18. 6. ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας, *Judex injustus* [m]: nè quis putet τῆς ἀδικίας cohærere cum illo ἐπῄνεσεν, (*laudavit.*) Quamvis in facto iniquo, non potuit Dominus non probare solertiam dispensatoris: Atque in hac solertia sita est vis similitudinis, non in facti improbitate. Sed à minori argumentum ducitur: Si laudatur solers improbitas, quantò magis prudentia cum virtute conjuncta? Sic infrà Luc. 18. si homo improbus assiduis flagitationibus movetur, quantò magis bonus ille Deus constanti prece? Simile est quod habuimus suprà 11. 13 [n]. Partes hujus parabolæ non sunt premendæ ultra Christi scopum, qui etiam cum fure confertur, 1 Thess. 5. 2 [o]. Al. Δίκαιος in S. S. sæpe idem valet quod ἀληθὴς· vide Gen. 24. 49. Esa. 38. 19. & contrà, ἄδικος idem quod δόλιος, *dolosus*, ex collat Mal. 2. 6. cum 1 Pet. 2. 22. Porrò, μαμμωνᾶ ἀληθινὸν, v 11. *veras*, *perfectas*, *duraturas*, *opes* denotat, quibus opponitur μαμμωνᾶ ἄδικον, *opes vanæ*, *fallaces*, & *transitoriæ*, quæ etiam in Targ. vocantur *Mammona iniquitatis*, sive *falsitatis*, Esa. 33. 15. Ezec. 22. 27. Quare & οἰκονόμος τῆς ἀδικίας hîc esse potest *dispensator falsitatis*, i. e. opum falsarum, &c [p]. *Nam*, &c. Ὅτι, &c.] *Certè* (vel, *Quia*, Vulg. Er. *Nam*, q. d. Et meritò laudavit, *nam*: Ellipsis oppositionis, cujus ratio exponitur [q]. Verba sunt Christi pergentis ad

[Margin: i Bru. ex Be. — k Bru. — l G. — m G. — n Bru. — o G. — p D. — q Be. — r V. ex Er. sim. D. ex Theodor. — † D. ex Ec. — t V. — v Ca. — x Bru. ex V. — y G. — z V. — a Be. — b V. Be. — c D. ex Hi. — d Be. & D. ex Jo. — * V ex Er. — f Er. — g Be. — h D. — i Bru. — † Di. ex Be. — k G. Ham. — l G. — m G. Ham. — n G. — o Be. — p Ham. — q Pi.]

explicationem fabellæ: ideo interpretamenti causâ adjectum à nonnullis, διὸ λέγω ὑμῖν· quod subaudiri satis est †. Mihi videtur hîc collatio esse similitudinis †.) *filii hujus seculi* (i. e. huic seculo dediti [t], qui nihil aliud curant quàm vitæ hujus commoda [v]; qualis hic œconomus [x]:) *prudentiores* (i.e. sagaciores, magis industrii [y],) *filiis lucis*, Be. &c. i. e. verâ luce illustratis [z], qui destinati sunt à Deo ad fruendum luce illâ cœlesti [a]: Ità vocat omnes eos qui luce aliquâ, i. e. vitæ melioris cognitione, illustrati sunt, quorum tamen magna pars negligit viam inire quæ ducit ad monstratum bonum. Ità olim Judæi, comparati Nationibus, rectè dici poterant *filii lucis*; & nunc Christiani omnes, 1 Thes. 5. 5 [b]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν] *In generationem suam*, Mo. *In hac generatione sua*. Tre. ex Sy. Pers. sic Ar. Bru. ex Vulg. i.e. quamdiu hîc vivunt: vel, in iis quæ illis accidunt: vel, in iis quæ gerunt [c]. Hs, in rebus suis agendis: nam *actiones* etiam Hebræi תולדות, i.e. γενεὰς, vocant, ut apparet Gen. 69. & 37. 2. quo loco causa descensionis in Ægyptum vocatur γενεὰ Jacobi [d]. *In genere suo*, Il. P. Ca. Be. Pi. Bru. i.e. in iis quæ pertinent ad generationem, sive genus suum, i.e. ad ipsos, sive ad hujus mundi commoda, quæ illi propriè spectant & quærunt *. Γενεὰ alibi, *gens*, *progenies*, *ætas*, hîc mihi videtur accipi pro certo genere ac specie hominum, ut in Virg. *Parce pio generi*; &, *Quod genus hoc hominum?* & εἰς pro ἐν usurpari [f]. Al. γενεὰ hîc vitam seu vitæ tempus declarat [g]. Additum hoc quasi correctionis & restrictionis loco [h]: q. d. prudentiores quidem sunt, non tamen absolutè, nec verè ac reipsâ, sed tantùm in malum [i], vel in rebus temporariis [k]. *In natione sua*, Er. Ti.

9. *Et* (vel, *Igitur*, Bru. *Et etiam*, Sy. in Pi. Sic *etiam*. Ellipsis conjunctionis [l]:) *ego vobis dico*] Hâc connexione Christus significat, bonorum quæ possidentur non tam proprietarios nos esse quàm dispensatores. Philo, Πρῶτον μὲν ἴδιον, &c. (*Primùm nullum proprium obtines bonum*, *sed ab alio acceptum*: ——— *deinde non tibi accepisti*, *sed tanquam mutuum*, *aut depositum quod reddendum est*, &c.) Seneca, *Quid tanquam tuo parcis? procurator es* [m]. ¶ *Facite* (i.e. Conciliate [n],) *vobis amicos*] Quibus officia præstita fidem defuncti apud Deum testificantur [o]. ¶ *De*, &c. Ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας] *Ex Mammona* (i. e. divitiis [p],) *injusto*, sive *injustitiæ*, Be. Ti. Mo. &c. Opes hîc vocantur *injustæ*, vel, 1. quòd illæ ut plurimùm injustè vel comparantur, vel conservantur [q]. *Mammona iniquitatis* hîc significat dona quibus Judices corrumpuntur: quasi pauperes (quorum est Regnum cœlorum) debeamus donis allicere & quasi corrumpere, ut delictis nobis in eorum gratiam condonatis, [Stylo Romano loquitur,] in suorum numero nos recipiant [r]. Sed de opibus malè partis hîc non agi sequens similitudo demonstrat †. Idem hoc quod v. 11. ἄδικον μαμμωνᾶ, in quo fideles esse jubemur, quod fieri nequit in muneribus quibus corrumpuntur Judices [t]. Vel 2. quia iis plerique malè uti solent, eæque homines ad iniquitatem impellunt, 1 Tim. 6. 9, 10 [v]. utpote *irritamenta malorum* [x]. Vel, 3. quia hæ maximè inveniuntur apud injustos & ab injustis maximè fiunt; eóque probantur non esse vera bona. Vide infrà 11 [y]. Vel, 4. quia divitiæ hujus mundi, cœlestibus comparatæ, sunt falsæ & adulterinæ, non veræ & propriæ [z]. In linguis Heb. Syr. & Ar. unâ eâdemque notione *justitia* & *veritas*, pariterque *mendacium* & *iniquitas*, denotantur. Etiam שֶׁקֶר, ubi *mendacium* aut *falsitatem* significat, sæpe à Lxx per ἀδικίαν vertitur, ut Deut. 19. 18. Jer. 5. 31. quâ etiam voce reddunt Heb. רמיה & מרמה, id est, *dolum* & *fallaciam*, Job. 27. 24. Ose. 12. 7. Amos 8. 5. ut contrà, δικαιοσύνην usurpant pro אמת, *veritate*. *Veritati* porrò opponitur עולה, ἀδικία. Mal. 2. 6. pro quo est δόλος, 1 Pet. 2. 22. & איש עולה vertitur, ἀνὴρ δόλιος, Psal. 43. 1. Sicut ergò μαμμωνᾶ ἀληθινὸν Hellenisticè rectè dicitur μαμμωνᾶ τῆς δικαιοσύνης ità μαμμωνᾶ δόλιον rectè dicitur μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας, eâdem significatione. Intelliguntur [ergò h. l.] divitiæ quæ non sunt veræ, (ut illæ v. 11.) sed mendaces & fallaces [a]. ¶ *Ut cùm*, &c. Ὅταν ἐκλίπητε] *Quando consummatum fuerit*, Pers. *Cùm defeceritis*, Il. Tre. Mo. Ti. Be. Pi. scilicet ex hac vita [b]; (quod tamen quia à præced. Metaphora recedit, frigidum hîc est, & sine emphasi [c]:) cùm sublati fueritis è vita

[Margin: † G. — † Be. — t V. sim. Be. Bru. — v G. sim. D. — x Bru. — y Idem. — z D. — a Pi. — b G. — c V. — d G. — * Bru. — f Be. — g Zeg. — h Mal. Bru. — i Mal. — k Bru. — l Pi. — m G. — n Bru. — o Be. — p V. D. Bru. &c. — q D. sim. Pi. — r Mar. in Cap. — † Be. — t Cap. — v V. — x Be. — y G. — z Cap. — a Di. — b Be. — c Di.]

vita & officio dispensandi[d]. *Cùm defuncti fueritis*, Ca. Ἐκλείπειν hîc absolutè ponitur, ut Heb. 1. 12. & in Græco, Gen. 49. 33. Psal. 18. 38. & 104. 29. & ut *deficere* in Tacito de Germanis, & Veget. 2. 20*. Plato ἐκλείποντας dixit *mortuos*, ut LXX interdum. Irenæi interpres ità citat hunc locum, *Quando fugati fueritis*. Et sanè solet ἐκλείπειν etiam hunc habere sensum. Sed malim subaudiri ex præcedentibus, τῷ μαμμωνᾷ, *cùm destituemini*, sub. *divitiis illis* †. Nec aliter accepit Syrus: vertit enim, דמא דנמר, i. e. *cùm defecerit*, nempe τὸ μαμωνᾶ [f] vel, quod idem est, vertas, *quum deserueritis*, scil. *mammonam*: nam ἐκλείπειν est transitivum, & sign. *relinquere*, *deserere*, ut, ἐκλείπειν τὴν τάξιν, *deserere ordinem*, ἐκλείπειν τὸ βίον, *deserere vitam* [g]. Bene autem hoc ad comparationem facit. Nam, cùm moriendum est, relinquunt nos divitiæ, ac proinde finem quoque accipit credita dispensatio. Martialis, *Rape, congere, aufer, posside: relinquendum est* [r]. Quoniam de Mammona agitur, quem veluti summum amicum diligebant, monueratque ut alios sibi indè amicos pararent, causam subjicit, Quia deserere aliquando mammonam oporteret, ejúsque loco opportunos tum fore amicos, qui eos in æterna recipiant tabernacula †. ¶ *Recipiant*, &c. Δέξωνται ὑμᾶς, &c.] *Recipiant* (sub. *ipsi*, Sy. sic Æth. &c.) *vos in æterna illa tabernacula*, Be. Pi. Signatè addit epitheton, cùm alioqui σκηνὴ non habitationi, sed commorationi temporariæ, destinetur: vide Heb. 11. 9 [t]. Verùm σκηνὰς hîc nihil aliud esse puto quam *habitacula*, in cœlis scilicet, &c. 2 Cor. 5. 1. ubi etiam σκήνους vox usurpatur. Neque enim ad Templi σκηνὴν hîc alluditur, ut in Epistola ad Hebræos [v]. *Recipiant* autem, vel, 1. Angeli [x], ordinarii illorum tabernaculorum incolæ, qui in die Judicii omnes pios colligent, & in cœlum recipient, Matth. 24. 31 [y]. vel, 2. amici quos fecistis[z], pauperes[a]. Id autem efficiunt egeni, à nobis adjuti, eo ferme modo quo parentes culti atque observati dicuntur *vitam* bonis *producere*, Exod 20. 12. Cæterùm, meminisse & hîc debemus quod suprà dictum, operibus Misericordiæ non solis atque nudis, sed ut comitibus veræ Pœnitentiæ, tales effectus tribui [b]; neque id ex ipsorum merito, sed ex gratuito Dei promisso. Vide Nehem. 13. 22 [c]. Multa sunt in lib. 1. Salviani contra avaritiam quæ lucem adferunt his Christi verbis; inter ea & hoc, *Offerat ergò vel moriens ad liberandam de perennibus pœnis animam suam, quia aliud jam non potest, saltem substantiam suam: sed offerat tamen cum compunctione, cum lacrymis*, &c. *Non enim pretio, sed affectu, oblata prosunt*, &c. *Nec offerat quasi præsumptione donantis, aut præstantis Deo beneficium*, ——— *sed quasi humilitate solventis; quia etiam quod homo habet Dei munus est, ac proinde homo non suum reddit, Dominus suum recipit, nec offerat cum redemptionis fiducia, sed cum supplicationis officio*, ——— *tanquam & minus offerens quàm debet & tardius*. Vide Tobiam, [ejúsque verba in G.] Adde quæ ad Matth. 6. 20 [d]. Hieronymus, *Non memini me legere malâ morte mortuum qui libenter opera charitatis exercuit; habet enim multos intercessores, & impossibile est multorum preces non exaudiri**. *Recipiant*, i. e. efficiant ut recipiamini [f], quia suis precibus hoc a Deo impetrant [g]. Verbum impersonaliter positum[h], ut 2 Sam. 21. 8. *Quos illa peperit*, &c. i. e. qui geniti sunt Adrieli: non enim Michalis, sed Merabi, filii erant: Matth. 19. 5. *Dixit*, i. e. dictum est, non à Deo, sed ab Adamo, vel potiùs à Scriptore, Gen. 2. 24. Sic Luc. 6. 38. δώσουσι, i. e. dabitur: & 12, 20. ἀπαιτοῦσι, i. e. requiritur: & 23. 31. ποιοῦσι, i. e. fiunt. Ità & h. l. δέξωνται ὑμᾶς, i. e. *recipiamini*[i], &c. [Videamus porrò quid Cl. Li. habet ad hunc versum:] Μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας posset reddi, *Mammona Noxæ*, quia divitiæ non rarò noxiæ sunt possidentibus. Ἀδικεῖν est non tantùm, *injustè agere*, sed & *nocere*, Apoc. 7. 3. & 11. 5. Vide & Luc. 10. 19. Vel, *Mammonam injustitiæ* vocat quas non adhuc erogarunt in *justitiam*, i. e. *eleemosynam*, quam *justitiam* vocarunt. Sed malim hîc intelligere *Mammonam iniquitatis*, i. e. opes malè partas. Quid ergò? An Christus suos hortaretur ad dandam eleemosynam ex injustè acquisitis? Minimè sanè: Nam de restitutione hîc sermo est, non de eleemosyna. Alloquitur hîc Christus Discipulos suos, ver. 1. inter quos censendi sunt etiam *Publicani & peccatores*, Luc. 15. 1. Hos ergò coram avaris & injustis Pharisæis opportunè monet, ut si quid injustè partum ab iis fuerit ante eorum conversionem, honestè restituant, & piè distribuant, ut fecit Zachæus, Luc. 19. ut sic acquirant sibi amicos. Qui *amici* h. l. non sunt Pauperes, sed Deus & Christus, ut Matth. 25. 35, &c. quorum est homines *recipere*, &c. Restitutio necessariò facienda erat, vel possessoribus veris, vel, si illos non nôssent, Deo, opes illas ad usum bonum abdicando †.

[Margin: d Bru. · * Pi. · † G. · f G. sim. Li. · g Di. · r G. · † Sy. · t Be. · v G. · x Ambros. in Mal. Pi. · y Pi. · z Med. l. 1. diss. 32. p. 226. sic Di. Bru. · a Mal. Bru. Pi. &c. · b G. · c Med. ib. · d G. · * Med. ib. · f G. sim. Pi. · g Pi · h Ham. sic Pi. · i Ham. · † Li. ho.]

10. *Qui*, &c. Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι] *Qui fidelis est in minimo*, (vel, *in modico*, in rebus parvæ quantitatis & pretii, scilicet dispensandis [k],) *etiam in multo* (vel, *in majori*, Bru. & Di. ex Vulg. *in magno*, Bru. τὸ πολὺ hîc est *id quod magni est pretii* [l]. Πολὺς sæpe valet *magnus*, *amplus*, *excellens*, tum apud LXX, (idque ex Hebraismo, ubi רב, *multus*, etiam est *magnus*, *præstans*,) ut Gen. 15. 1. 1 Reg. 4. 29. Psal. 36. 6. Dan. 11. 44. tum apud Thucyd. Homer. aliósque, teste Budæo [m].) *fidelis est*, Be. Pi. &c. Sed hoc nunquam aut rarò fit. Fur potiùs magna furabitur quàm parva, &c. Quare, paradoxa videtur hæc sententia. Credo hîc tantùm spectari hominum opinionem, qui ex parvis conjecturam faciunt de magnis [n]. Ea est hominum censura, atque ità plerumque accidit. Nam, quanquam longè probatior fit in magnis fides, &c. solent tamen homines ei, quem in parvis fidelem invenerint, majora securè committere. *Super pauca fuisti fidelis*, &c [o]. Solent heri famulorum suorum fidem in re non magni pretii explorare, atque indè de majoribus conjecturam facere [p]. Vide Matth. 25. 21, 23 [q]. Sanè & in proverbio vir justus dicitur μηδὲ βελόνης ἐπιθυμεῖν, (*neque acum* [alterius] *concupiscere*.) Satis autem est si in sententiis aliquid sit probabilitatis: neque enim requiritur ut semper locum habeant [r]. ¶ *Et qui in modico iniquus* (vel, *injustus*, Be. Pi. &c.) *est*, *& in majori iniquus est*] Qui res parvas injustè dispensat, præsumitur longè injustiùs in magnis versaturus: quem enim res vilissima pertrahere potest ad peccandum, facilè cedet majoribus, &c †. Euripides, Ὅστις γὰρ αἰεὶ τὸ πλέον ἔχειν πεφυκ᾽ ἀνὴρ, Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον, ἀλλὰ βούλεται, (*Qui enim cupiditate laborat habendi, Nihil justum aut sapit, aut vult* [t].) *Minima* vocat bona temporalia; *majora*, spiritualia [v]. Confertur hîc mammona, tanquam minimi pretii thesaurus, cum gratia Evangelica, præstantissimo thesauro, & hoc indignus declaratur qui in illo fidus non fuerit [x]. Porrò, hæc dicuntur à Christo, ut parabolam discipulis suis accommodet, doceátque quomodo sint à villicatione spirituali removendi (quod fit vel non dando illis dona, vel jam data auferendo) si concessas sibi à Deo facultates rectè non dispensaverint [y].

11. *Si ergò in iniquo*] (i. e. falso, vano, mendace [z],) *Mammona* (scil. dispensando [a],) *fideles* (non quòd fideles esse possent in injustè corradendo, sed in piè distribuendo*:) *non fuistis*, (opes aut avarè servantes nec pauperibus erogantes, aut abutentes in luxum, contra mentem donatoris [b],) *quod verum*, &c. Τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει;] *Verum*, (vel *veritatem*, Sy. & Ar. in Di. *Quod verum est*, Er. Il. V. i. e. sincerum, integrum, & incorruptum: opponitur enim *injusto* [c]. *Verum*, sub. *mammonam*, Be. P. Pi. ut monstrat antithesis [d]: veras divitias*: quæ hoc præstant quod pollicentur, possessores suos reddunt bonos & beatos, nec pereunt nisi volentibus. Hæ sunt virtutes animi, & dona divina [f]. Vel, veritatem Evangelii [g]: opes cœlestes & divinas [h].) *quis vobis credet?* Mo. &c. Lucas μαμωνᾶ declinat ἀδικίας, & τὸ ἀληθινὸν μαμωνᾶ intelligit *donum Dei*, quòd & *donum Spiritûs Sancti* dicitur. Hoc donum ordinariè Deus non concedit nisi eis qui aliquamdiu per opera pœnitentiæ Deo se probaverunt: qua in re multùm distat à divitiis illis quæ per illicita quæri solent. Habet autem vox ἀληθινὸς sæpe Excellentiæ significationem. Vide Joh. 1. 9 [i].

12. *In*, &c. Ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ] *In alieno*, Er. P. Mo. Be. Vulg. &c. i. e. in alienis opibus [k], in hujus vitæ facultatibus, quæ vobis ad tempus dantur [l], & quas Deus dedit vobis dispensandas [m]. Ἀλλότρια etiam suprà Philoni vidimus dici quæ nobis à Deo sub onere dispensationis sunt credita [n]. Opes hujus seculi *aliena* vocat, 1. quia aliena hæc sunt ab hominis natura, utpote nec homini perpetua,

[Margin: k Eru. · l G. · m Di. · n Mal. · o Eru. · p G. · q G. sic Eru. · r G. · † Bru. · t G. · v Mal. · x Di. sim. Be. · y Me. · z Eru. sim. Di. ex Be. · a Eru. · * Li. ho. · b Idem. · c V. · d Be. · * V. sic Camer. Bru. · f Eru. · g Di. · h Be. · i G. · k V. sim. Eru. · l Ca. · m V. · n G.]

perpetua, nec præcipuam hominis partem attingentia[o]. 2. Quia facilè ad alios à nobis transeunt. Cicero Paradox. 4. *Nihil meum est, nec cujusquam, quod auferri quod eripi, quod amitti, potest* P. 3. Quia non pleno jure ab hominibus possidentur, quippe qui non Domini sunt, sed dispensatores, &c[q]. Seneca, consol. ad Marciam, c. 10. *Non est quòd nos suspiciamus tanquam inter nostra positi: mutuò accepimus.* Idem epist. 98. *Quicquid est cui Dominus inscriberis, apud te est, tuum non est.* Apuleius. *Aliena voco quæ parentes pepererunt, & quæ fortuna largita est.* Hieron. *Alienum est nobis omne quod seculi est*[r]. Non tam hominis hæc quàm mundi bona sunt, à mundo accepta, & mundo relinquenda †. Al. Τὸ ἀλλότριον hîc vocat *opes hominum aliorum*; q.d. Si injusti fuistis in acquirendis bonis aliorum, atque injustè detinebitis, &c *. ¶ *Quod vestrum est*] Id est mercedem vestram[t]: cœlestes opes, quæ vobis semper mansuræ sunt[v]. Cœlestia & æterna bona nostra vocat, non quòd Dei non sint, aut quòd non Deo accepta referenda; sed quod iis malè uti homo nequeat, quòd naturæ nostræ sint consentanea, &c. *Vestrum*, inquit, non possessione, (subjungit enim Futurum, *dabit*,) sed promissione Divinâ[x]. Nostrum vocat quod hominibus est ἀναφαίρετον, (*quod auferri nequit*) ἀνεκλόγιστον, (*rationibus reddendis liberum*,) proprium atque perpetuum, vitæ scilicet æternæ possessionem. Non puto idem hîc dici quod in sententia superiore: ibi bona inter se comparantur, majora minoribus, sed talia tamen ad quorum usum requiratur humana fides & industria; hîc de fidei atque industriæ præmio agitur. Solet enim dispensatoribus rerum dominicarum pro dispensatione aliquid assignari quod ipsorum fiat proprium[y]. ¶ *Quis dabit*] q.d. Deus non dabit, cujus solius est dare[z]. *Quis dabit*, aliquid quod fiat *vestrum*, seu verè proprium: nam istud multò citiùs, multò faciliùs, dissiparetis. Solent enim homines in alieno ritè administrando (alioqui rationem reddituri, & infamiam, imò pœnas, incursuri,) diligentiores esse quàm in proprio[a].

13. *Nemo servus*, &c. Vide de hac sententia ad Matthæum. Optimè autem hîc superioribus connectitur. Nam *serviunt Mammonæ* quibus præcipuum circa divitias est studium: huic autem studio cohærere solet illiberalitas & immisericordia[b].

14. *Pharisæi*] Ut qui se turbæ audientium jungere solerent, captaturi calumniæ occasionem, suprà 11. 54[c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐξεμυκτήριζον] *Subsannabant*, Il. sim. P. Be. Præpositio ἐξ significationem auget, quæ est insignis derisionis, adhibito gestu quodam narium. Latini naso suspendere dixerunt. Μυκτὴρ est insignis irrisor, & Poeta *nasum* dixit pro nasuto[d]. *Irriserunt*, G. sic Tre. ex Sy. Ti. Mo. Er. &c. tanquam docentem aliena à Lege, quæ magnas divitias hominibus promittit. Satis autem intelligebant, neminem posse magnas divitias aut acquirere, aut retinere, si tantâ liberalitate succurrendum esset egentibus quantam Christi verba exigebant. Non poterat avaris non ingrata, aut etiam non ridicula, esse tam severa liberalitatis præscriptio. Hoc est quod Paulus ait, ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται, &c. 1 Cor. 2. 14. Quod Lactantius ità explicat, *Amara sunt vitiosis & malè viventibus præcepta justitiæ.* Chrysost. tales non malà comparat vertiginosis, quibus nihil stare videtur; aut palato corruptis, quibus nihil rectè sapit. Ἐκμυκτηρίζειν habebitur & infrà 23. 35. Voce μυκτηρίζειν utitur & Paulus. Græci in Proverbiis hâc voce reddunt Hebræum לעג *.

15. *Qui justificatis vos*] i.e. Vos pro justis venditatis[f], (ut vox accipitur Luc. 10. 29[g].) vultis videri justi justitiâ externâ[h], [&] magno molimine ceremoniarum, quas admiratur populus[i]; quibus & Deum promereri vos posse somniatis[k]. ¶ *Deus—novit corda*] In quibus præcipuè consistit justitia[l]. Deus scit in vestris cordibus nihil esse veræ sanctimoniæ, Luc. 11. 39[m]. sed regnare iniquitatem & avaritiam, unde hæc vestra irrisio, &c[n]. Dei esse proprium corda inspicere docent sæpe nos S. Literæ. Vide Nazarium[o]: [& verba in G.] ¶ *Quia*, &c. Ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις, &c.] *Quia quod apud* vel *inter*, *homines* (i.e. hominum opinione P, qui non judicant nisi de exterioribus[q]:) *sublime*, (splendidum, admirandum, in pretio[r],) *abbominationi est coram Deo*, Pi. &c. i. e. judicio & sententiâ Dei †. Non puto hîc propriè Superbiam damnari. Sensus enim est, ut & alii notarunt, Multa quæ hominibus videntur eximia atque in excelso posita (quale erat vitæ Pharisaicæ institutum magnam præferens sanctimoniæ speciem) Deo maximè displicere, quia absit vera animi probitas. Non dubito quin respexerit Christus ad 1 Sam. 16. 7. ubi Deus Samueli edicit *nè* in Rege designando *respiciat sublimitatem staturæ*, &c. quod Æthiopas factitare solitos legimus. Quod ibi de statura dicitur, Christus ad actiones ipsas transtulit. Ibi est גבה quod hîc τὸ ὑψηλὸν[t].

16. *Lex & Prophetæ* (Aut est Synecdoche, aut *Prophetas* dicit etiam Hagiographos[v]:) *usque ad Johannem*] Sub. *prophetarunt*, ex Matth. 11. 13[x]. vel venturum prænunciarunt[y]. Ex, &c. Ἀπὸ τότε, &c.] *Ex tunc* (vel *Ab eo tempore*, Er. P. Ti. Be. &c. *A diebus Johannis*, inquit Matthæus[z],) *regnum Dei* (i. e. Divinum & cœleste, præ quo humana & terrena omnia contemnenda sunt[a]; vel Evangelium, quo docemur per quem nos regat Deus[b]:) *Evangelizatur*, Mo. vel *annunciatur*, V. quod antè incognitum erat, nec nisi obscurè promissum. Non itaque mirum, si ut alia res prædicatur Evangelio quàm Lege & Prophetis, ità & præceptiones ac forma docendi sint aliæ ac diversæ, licèt non adversæ, si à me doceatur divitiarum contemptus, quarum quidem usum (non tamen amorem) Lex pro suo tempore promisit, Deut. 28. & permisit, v. g. Abrahamo, Davidi, &c. Lex enim cum Prophetis veterem populum, veluti puerum, in Dei cultu continuit spe bonorum terrenorum; Evangelium novum populum, tanquam virum, servire Deo docet spe bonorum cœlestium atque æternorum[c]. Nè miremini, si majora dilectionis opera nunc quàm olim apertè exigantur. Id enim postulat temporum ratio. Nunquam tanta in vos Deus beneficia contulit quanta nunc confert. Quid mirum est si qui plus contulit, de collato plus exigit? Mosis & Prophetarum Libri, accommodati anteactis temporibus, functi sunt velut puerorum magisterio: ideo multa dissimulârunt, & externum illum cultum, cujus vos custodia à Gentium superstitionibus arcebat, solicitè inculcârunt. A *Johanne* incipit ætas melior, ætas illa *Regni*, quæ proinde mores etiam meliores postulat. Johannem ideo nominat quia *is adventâsse Regnum* illud apertè nunciavit[d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται] *Et omnis* (vel, *quivis*, Be. Ti. Bru. Sy. &c. *universa multitudo*, Pers. infinita alia hominum multitudo, nè putetis vobis torpentibus, neminem fore qui Evangelium amplecti volet & spem Regni tanto pretio emere, contemptu inquam bonorum terrenorum eorúmque in pauperes dilargitione *. Πᾶς, i. e. πᾶς τις, ut diximus ad Marc. 9. 49[f]. *quivis*, sub. *præter vos Israelitas.* Oratio concisa[g].) *in illud* (vel *in hoc* Regnum, Camer.) *vim facit*, Mo. Er. Ti. vel, *vi irrumpit*, sive *perrumpit*, Il. P. Be. &c. εἰς αὐτὴν βιάζεται, i. e. βιαζόμενος ἁρπάζει, ut ex Matthæo liquet[h]. Vel, *premit illud ut intret*, Sy. optimè sensum expressit[i], Regnum illud non solis sapientibus, non solis Pharisaismi, tot propriis ritibus circumsepti, observatoribus, ut vos existimatis, sed omnibus, patet; non tamen adeundum nisi improbo labore. Magna res [inquit] agitur, magno nisu opus est, ut spiritum illum non Legis, non servitutis, sed Evangelii, sed adoptionis, consequamini[k]. Arabs sic vertit, *Et unusquisque injuriam*, vel *vim*, *facit sibi ipsi* (i. e. vim patitur, tum à se, tum ab aliis) *propter illud*, i. e. ob Regnum Dei, vel in gratiam ejus. Βιάζεται passivè accepit, sicut Matth. 11. 12. *Regnum cœlorum* βιάζεται, *vim patitur*: & εἰς αὐτὴν accepit sicut εἰς τοῦτο, *bujus rei gratia*, Marc. 1. 38. 1 Tim. 4. 10. vel sicut apud Aristot. εἰς δικαιοσύνην, *ob justitiam laudatur*; & Plut. εἰς δυσγένειαν, *ob ignobilitatem* irridere aliquem. Malim tamen βιάζεται esse mediæ conjug. & hîc activè accipi, ut idem sit sensus qui Matth. 11[l]. Hæc verba accipi possunt, vel, 1. de acceptatione Evangelii, ut Matth. 11. 12. vel, 2. de ejus persecutione, ut hîc sumere malim ob connexionem: quæ sic se habet, Vos me deridetis, & doctrinam meam, v. 14: nec mirum, nam, cùm *Lex & Prophetæ* fuerint usque ad Johannem, pariter cum iis egistis, v. 15: & nunc cùm exurgit & intrat Regnum cœlorum, πᾶς, &c. unusquisque contra illud agit per contradictionem, irrisionem, &c. v. 16. Quamvis autem vos totam Legem vacuam reddidistis, nè unus

unus tamen illius apex concidere potest, &c †.

† Li. ho.

17. *Facilius est autem*, &c.] Dictum de hac sententia ad Matthæum. Cæterùm optimè cohæret præcedentibus. Nam Christus, nè quæ dixit ideo dixisse putaretur quò Legis Hebrææ reverentiam animis hominum eximeret, contrà ostendit nihil Legis periturum: Suis enim præceptis non aboleri Legem, sed consummari. Huc enim Lex velut manuduxerat; Lex hoc volebat: sed cùm quod volebat ob hominum ingenia consequi non posset, extorquebat saltem & eliciebat quod suppliciorum metu extorqueri, & spe temporariæ mercedis elici, poterat, nè planè perruptis obicibus improbitas regnaret. *Est quiddam prodire tenus, si non datur ultrà* [m]. Sensus, q. d. Quod dixi de *lege*, &c. non eò spectant ut doceam Legem, regnante Evangelio, abrogatam, aut otiosam, esse. Omnia enim & præcepta Legis fient & promissa atque prædictiones evenient, nec vel minimus ejus apiculus, etiam sub Evangelio, impunè prætermittetur, &c [n]. ¶ *Cadere*] ità Er. P. Mo. Hebræis *cadere verbum* dicitur quod suo eventu caret, Jos. 23. 14. 1 Sam. 3. 19. Rom. 9. 6 [o]. Πεσεῖν] *Excidere*, Be. Pi. *Intercidere*, Ca. *Præterire*, Sy. sic Pers. *Ut aboleatur*, Ar.

m G.
n Bru.
o G.

18. *Qui dimittit*, &c.] Quod dixerat Christus insigni exemplo collustrat [p]. Optabat Moses omnia non necessaria divortia tolli, sed hoc obtinere non poterat sine majoris mali periculo: Christi lex, majoribus auxiliis populum meliorem colligens, palàm & apertè vetat quod Moses improbans tolerabat. Hunc autem locum ex Matthæo non malè interpretatur Theophylactus, ut intelligatur ὁ ἀπολύων· nimirum *ut vos Pharisæi facitis, non satis gravibus de causis*. Nam qui eorum temporum mos fuerit vel ex Josepho intelligas, qui, cùm ubique se observantissimum legis patriæ profiteatur, ità de se prædicat, Τὴν γυναῖκα, &c. *(Uxorem meam, trium liberorum matrem, dimisi ob mores ejus incommodos.)* Cætera hujus argumenti vide ad Matthæum [q].

p G. sim. Bru.
q G.

19. *Homo*, &c. Ἄνθρωπος δέ τις ἦν] *Cæterùm homo quidam erat*, Pi. sic Be. Bru. &c. In meo vetustiss. & in alio cod. sic legitur, *Dixit autem etiam aliam parabolam, Homo quidam*, &c. quæ præfatio penè necessaria videtur [r]. Hìc Christus ad argumentum unde sermonem inceperat, regreditur, de usu divitiarum; ostenditque à multis Pharisaismi sectatoribus hac in parte ipsam Mosis Legem disertis verbis prolatam violari; q. d. Non opus est ut Lex illa novi Regni vos condemnet, quibus damnandis Lex sola Mosis sufficit. Lex Regni vult ultrà conquiri eos qui beneficentiâ nostrâ possint sublevari; eorum causâ decidere nos aliquid de nostris commodis, neque exspectare dum illi ad extremam miseriæ lineam, i.e. ad mendicitatem, deveniant; neque verò popularibus tantùm, sed alienigenis quoque, etiam non optimis, vel ob hoc unum quòd homines sint: At inter Pharisæos multi erant non mediocriter divites & qui opulentiam suam vestibus atque epulis palàm ostentarent. Quàm facile his erat sine ullo suo incommodo virum probum & popularem, quotidie sibi ob oculos versantem, qualis eo tempore erat Lazarus, si non alere liberaliter, certè à mendicitate arcere? quod certè non Charitas tantùm & Natura, sed ipsa illa Lex civilis Hebræorum per Mosem data, exsertè præcipit Deut. 15. 7, 8. Prædicit igitur Christus futurum ut non evadant eas pœnas quas post hanc vitam Legis contemptoribus constitutas ipsi fateantur. Certant veteres novique Interpretes id quod hìc sequitur historiáne sit, an fabula †. 1. Historia est & res gesta [t], quanquam non sine allegoriis descripta [v]. 2. Parabola est [x]. Obj. 1. In parabolis non solent personarum nomina exprimi. Quo argumento probant Librum Jobi historiam, non parabolam, esse [y]. Resp. Proprium nomen hìc tantùm unicum est, *Lazarus*; quod tamen cuivis mendico aptari potest, ut dicatur אלעזר, *Eleazar*, (sic enim effert Tertul.) cui non homines sunt *subsidio*, sed *Deus* unus. Jurisconsulti multa congerunt nomina propria in suis exemplis, quæ sunt parabolarum instar; ut cùm dicunt, *Titio & Seio Stichum legavi*, &c. *Titius* autem, inquit Scaliger, est Jurisconsultorum persona ὑποθετική, ut Philosophorum Θέων, Δίων. Sic apud Scholasticos, *Socrates*, apud RR. *Simeon, Reuben, & Levi* [z]. Obj. 2. Parabola desumi solet ex rebus quæ nobis ante oculos versantur, quales non sunt res alterius vitæ [a]. [Hæc secunda sententia.] 3. Partim historia est, partim parabola [b]: historia, v. 19, 20, 21, 22. parabola in seq [c]. est ergò mixtum quiddam, qualis apud Poetas Tragicocomœdia [d]. 4. Mihi videtur Scriptor Respons. ad Orthod. non malè solvere hunc nodum: ait enim nec fabulam esse propriè, nec historiam, sed ὑποτύπωσιν potiùs. Ità solent autem eloquentiæ magistri appellare narrationem quibus res vera coloribus verisimilibus depingitur. Talis ὑποτύπωσις, aut potiùs διατύπωσις, (nam hanc esse volunt *delineationem accuratiorem*,) est illa de Eleazaro, ejus uxore, ac septem filiis, tum apud Jasonem Cyrenæum, tum apud Josephum, virum sanè disertum, quisquis ille fuit: Historiarum enim Scriptorem hunc esse non puto. Narrant autem illi non tantùm quæ facta sunt, sed & quæ dici, aut fieri, potuisse probabiliter creditur. Sed illud hìc addendum est, Quæ de statu post hanc vitam dicuntur, ea omnia depingi figuris expressis ad exemplum vitæ mortalis. His intellectis expeditæ sunt difficultates qui multos Interpretes implicitos habuerunt*. Præcipuus hujus parabolæ scopus est, ut indigitetur perditio Judæorum non credentium, ut patet ex v. 31 †. ¶ *Purpurâ*] Id est, purpureis vestibus: quæ pretiosissimæ erant [f], & Regum propriæ aut eorum qui eis proximi erant [g]. Errant [tamen] qui Herodem designari putant *Purpuræ* argumento. Seriùs enim usitatum est ut soli Imperatores & Reges purpurâ uterentur, cùm antea & alii lautioris fortunæ eo cultu procederent. Nam & Regum amici passim *purpurati* in historiis vocantur. Et Judæis majorem purpuræ copiam fecit Tyri vicinitas. Dubitari tamen potest an vox πορφύρας hìc propriè usurpetur. Nam πορφύραν o. Josephus, & Philo, ubique ponunt ubi in Heb. est ארגמן. Atqui ארגמן non erat *purpura Tyria*, (nam ipsi Tyrii peregre illud accipiebant, ut clarè nos docet Ezec. 27. 7.) sed secundùm RR. quod *carmesinum* vulgò dicitur. Nec illud quidem omiserim, Syrum retinuisse *byssi* vocem בוצא, Arabem verò vocem ipsam *purpuræ* ארגואן, cùm interim ארגון, quod Hebræo ארגמן respondet, ille pro *purpura*, hic pro *bysso*, usurpent. Syrum illud בוצא idem est ex Heb. בוץ, quod Paralipomenωn Interpretes *byssum* vertunt: idque ipsum Paraph. Hieros. posuit Exod. 28. 42. pro Heb. בד in feminalium descriptione: cùm Lxx, Josephus, & Philo, βύσσον ponere soleant ubi in Hebræo est שש [h]. ¶ *Bysso*] Lino tenuissimo, delicatissimo, candidissimo & mollissimo; i.e. vestibus interioribus ex hujusmodi tela confectis, ut purpura exterioribus serviebat [i]. Hebræi, Ægyptii, &c. lineis vestibus uti solebant. Byssum subtilissimum linum Achaicum esse scripsit Plinius, pretio æquale auro [k]. Porrò, byssinæ vestes purpureum non rarò colorem imbiberunt. Unde in Scriptura toties *purpura & byssus* pro purpurea bysso, per ἓν διὰ δυοῖν. Atque hinc *byssus* pro *purpura* sumitur, apud Hesych. & Suidam [l]. [Vide verba Bocharti Synopsi nostra ad Ezec. 27. 7.] ¶ *Et*, &c. Εὐφραινόμενος — λαμπρῶς] *Epulabatur* (vel, *Oblectabat se*, Be. sim. Pi. Mo. *Genio*, sive *deliciis*, *indulgebat*, P. Bru. Tremel. sic Castalio,) *splendidè*, Erasmus, Il. &c. vel, *superbè*, Tremel. *lautè*, Ca. Non accusatur hic dives rapinæ, nec quòd inutili auro incubaret, ut Hesperidum serpens, sed quòd deliciis afflueret, cùm alios consumeret egestas, & accusatur ut veteris, non ut novæ, ejúsque perfectioris, legis violator. Quomodo igitur pœnam huic diviti inflictam evadet pars magna Christianorum [m]?

r Be.
† G.
t Bru. ex Chrys. Euthym. Ambros.
v Bru.
x Justin. Chrys. Th. &c. in Mal. J. Cap.
y Mal. ex Orig.
z J. Cap.
a Mal. &
b Mal. & Salm.
& Ser. in J. Cap.
c Mal. in J. Cap.
d Mal.
* G.
† Li. ho.
f Camer. sim. Bru.
g Bru.
h G.
i Bru.
k Camer.
l Bochart. in Wal.
m G.

20. *Nomine Lazarus*] Id est, qualem nunc videtis Lazarum. Tale est illud, *Pone Tigellinum* [n]. Hebraicè, vel, 1, אלעזר, *Eleazar* [o]. Quod non de nihilo est. Nam qui olim dici solebat אלאצר, Christi temporibus contractâ pronunciatione dicebatur לאצר. Itaque idem est *Eleazari* & *Lazari* nomen [p]. Vel, 2. לעזר, q. d. לא עזר, ἀβοήθητος, *omni ope destitutus* [q]. [Vide, si lubet, Fuller. in Wal.] Diviti nomen non apponit, quia hoc odiosum fuit [r], ut famæ ejus parceret †: nè illi infamiam, sibi invidiam, conflaret [t]: vel forsan, quòd impios nesciat Dominus, nec nomina eorum memorat, Psalm. 16. vers. 4 [v]. ¶ *Jacebat*; ità Pi. Ἐβέβλητο] *Porrectus erat*, Er. V. Hoc verbo utuntur Evangelistæ de vehementer ægrotis [x]. Vide Matth. 8. 6 [y]. *Projectus erat*, Bru. Pi. ¶ *Ad januam ejus*] In ipso divitis aspectu, ut ignorantiam causari nullo modo posset [z], in via publica sub dio [a]. ¶ *Ulceribus*, &c. Ἡλκωμένος] *Ulcerosus*, P. Ti. Mo. Ca. Er.

n G.
o Be. & G. ex Tertul. & Prud.
p G.
q Cap. ex Ful.
r G.
† Bru.
t Mal.
v Bru.
x Bru ex Er.
y Bru.
z G.
a Bru.

Er. &c. Ut solent ejus fortunæ homines sordibus atque illuvie ulcera contrahere[b].

21. *Cupiens saturari de micis*] Vel fragmentis panis[c]. ψίξ, ψιχὸς, & ψιχίον, formâ diminutionis *frustulum*[d]. Duo hîc significantur, & divitis inhumanitas, qui de penu tam locuplete, de mensa tot ferculis instructa, nihil illi miserit; & ingens ipsius patientia, cui summa votorum fuerit tantum accipere quantum canibus concedi solet. Vide Matth. 15. 27*. ¶ *Quæ cadebant*] Vel fortè fortunâ, vel projectæ canibus mensariis[f]; qui deliciarum causâ nutriti sunt, & ad mensam divitis adstabant: vide Odys. κ'. v. 216. & Scholiasten ibi[g]. ¶ *Lingebant ulcera ejus*] Ob saniem; vel sanguinem, quo libenter vescuntur[h]. q.d. Tantum aberat ut dives illum suis impensis curandum daret, quod Samaritam fecisse narratum meministis, ut contrà, canes illum pro cadavere lambèrent. Nam cadaverum sanguinem à canibus sugi solitum passim narrat S. historia[i].

22. *Et*, &c. Καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν] *Et asportaretur*, Be. Pi. *ipse*, i.e. anima ejus. Synecdoche integri[k]. Præstantior hominis pars nomen totius sibi vendicat[l]. Ità passim Græci quoque & Latini Poetæ animos corporibus solutos hominum nominibus appellant. Videat, si cui lubet, Νεκυίαν Homeri & sextam Æneidem. Josephus quoque id quod Sauli apparuit *Samuelem* vocat. Porphyrius illud Homeri explicans, Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο χρύσεον σκῆπτρον ἔχων· ait, Ἐπῆλθε, &c. (*Consultò à nomine* [foemin.] *animæ in masculinum transit, ut significaret, animam fuisse Tiresiam.*) Et ad initium Iliadis Eustathius notat vocem αὐτοὺς modò animam tantùm significare, modò corpus tantùm, modò totum hominem[m]. ¶ *Ab Angelis*] Tanquam ministris Dei & piorum, Heb. 1. 14[n]. En subita mutatio! Qui modò non hominum modò, sed & canum, ludibrium fuerat, repente Angelorum ministerio honoratur[o]. Erat autem vetus Judæorum traditio, Piorum animas ab Angelis deduci in Paradisum[p]. Meminit Paraph. Chald. ad Cant. 4. 12[q]. & Rabboth Paraschâ ultimâ Deuteronomii[r]. ¶ *In sinum Abrahæ*] Id est, in locum quietis & salutis†, in eum portum in quem post hujus vitæ procellas receptus fuit Abraham[t]. Phrasis Judaica. Juchasin fol. 77. col. 4. *Illo die quo Rabbi obiit, R. Ada ben Ahava dixit, Hodie sedet in sinu Abrahami*[v]. Sic Hebræi Eliezerem, servum quondam Abrahami, aiunt in sinu Abrahami requiescere*. Pharisæi putabant, teste Josepho, animam vitâ in corpore functam vocari in jus, atque in locis subterraneis vel requie & honore frui, vel æternis affici pœnis, pro eo ac vixit in corpore. Hunc errorem Christus hîc refutat. Nam Angeli certè à cœlo in terram, & vicissim è terra in cœlum, migrant; at ad inferos non leguntur commeare[x]. Putant veteres plerique *sinum Abrahæ* dici regionem piis animis adscriptam, quam Hebræi עדן, i.e. παράδεισον, Græci *Elysios campos*, dixerunt; & *sinum* dici quo modo *maris*, aut *terræ*, sinum dicimus. At multò illi rectiùs qui non regionem illam, sed in regione illa locum honoratissimum, significari putant[y], Significat, eum in loco Abrahæ proximo collocatum[z]. Dubium non est quin inter pios omnes Judæi Abrahamo τῷ πατριάρχῃ principem attribuerint locum[a]. *Sinus* igitur *Abrahæ* est præcipua in Regno cœlorum dignitas[b]. Phrasis sumpta est, vel, 1. à puerulis qui parentibus sunt charissimi, quos illi in sinu, sive gremio, fovent, in quo etiam suaviter interdum quiescunt & dormiunt[c]. Vel, 2. à more accumbentium mensæ[d]. *Deferri in sinum Abrahami est, admitti ad discubitum cum Abrahamo, Isaaco*, &c. Matt. 8. 11*. ubi Christus gaudia post hanc vitam, more tunc recepto, sub Convivii speciem describit[f]. In conviviis autem solebant dilectissimi (atque honoratissimi[g],) in sinu ejus recumbere qui convivii princeps esset[h]. Ità Johannes, 13. 28. Sic Filius Dei esse dicitur *in sinu Patris*, Joh. 1. 18. Indicatur ergò hîc summus Lazari honos, ut qui in illa beata sede proximus hæreret Abrahamo, cujus eximiam fidem, & in malis perferendis constantiam, esset imitatus[i]. Qu. Quare *Abrahæ* potiùs hîc mentio quàm alterius cujuspiam, præsertim Adami[k]? Resp. 1. Ob hospitalitatem ejus, Heb 13. 2. quâ & hunc hospitem in sinu suo recepit[l]. Bonis suæ virtutes manent: Sic Abrahamo sua hospitalitas[m]. 2. Quia Abraham *pater omnium credentium*, Rom. 4. 17, 18[n]. & illi potissimùm promissiones factæ sunt[o]. Adam autem in S. S. non est notus nisi ut peccator[p]. ¶ *Mortuus*, &c. Ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος] Ἐμφατικὸν est illud καί· q.d. Nihil illi divitiæ adversùs mortem profuerunt. Vide Menandrum [& verba in G.] Nec illud à veteribus malè observatum, Bonitatem Dei in eo significari quòd Lazarus priùs, dives posteriùs, mortem obierit: illum enim maturè exemptum hujus ævi incommodis; huic ævum ad pœnitentiam prorogatum. ¶ *Et sepultus est*] Nè hoc quidem frustrà additum. Significatur enim de tantis divitiis hunc illi honorem postremum contigisse[q].

23. *In inferno*, Ἐν τῷ ᾅδῃ] Vox ᾅδης ordinariâ significatione, vel *sepulcrum* designat, vel *infernum*[r]. Hîc significat *locum tormenti*, ut apparet ex collat. v. 28†. Hic unicus, ni fallor, in S. Literis locus est quo moti plerique τὸν τόπον τῆς βασάνου propriè ᾅδην dici putârunt. At verissimum est, quod alibi diximus, ᾅδην esse *locum visibus nostris subtractum*; & de corpore quidem cùm accipitur, sepulcrum in quo est corpus sine animo; de animo verò, totam illam regionem, sive statum, in quo est animus sine corpore. Itaque fuit dives quidem ἐν ᾅδῃ, sed fuit ἐν ᾅδῃ etiam Lazarus, disterminatis τοῦ ᾅδου regionibus. Nam & Paradisus & Gehenna, sive, ut loquebantur Græci, Elysii & Tartara sunt ἐν ᾅδου. Græcos ità locutos res certissima est, quos Virgil. sequitur Æneid. 6. Diphilus, Καὶ γὰρ καθ' ᾅδην δύο τρίβους, &c. (*Duæ enim sunt in Ade semitæ, una bonorum, impiorum altera.*) Similia habent Sophoc. Diodorus Siculus, Plato, Plutarch. Jamblich. [quorum verba vide in G.] De Judæis nè quis dubitet, vadem do Josephum, qui Samuelem ait evocatum ἐξ ᾅδου. Idem de Sadducæis loquens ità ait, τὰς καθ' ᾅδου, &c. (*& præmia & pœnas in Ade tollunt.*) Idem, ubi Pharisæorum describit sententiam, apertè & supplicia & præmia animis constituit ἐν ᾅδου [verba habet G.] idémque vocat, ὑπὸ χθονός, (*subter terram*;) quia quæ ἐν ᾅδου sunt, vocari solent ὑποχθόνια Græcis. Sicut & Zonaras, sententiam explicans Pharisæorum, dixit δικαιώσεις ὑποχθονίους, sive quòd verè sub terra esse ᾅδης putaretur, sive potiùs quòd non minùs extra visum sit quàm ea quæ intimo recessu terra celat: quam ob causam τὰ ἐντὸς γῆς ἀειδῆ καὶ ᾅδην nominari dixit Plutarchus: τὰ ὑπὸ γῆν διαστήματα dixit Jamblichus. Vide & Pindarum, [& verba in G.] Plutarchus ad illud Homeri, Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἄϊδόσδε βεβήκει· Εἰς τὸ ἀειδὲς, inquit, καὶ ἀόρατον, εἴτε ἀέρα δεῖ πως, εἴτε ὑπόγειον τόπον. Locum non definit, sed duplicem opinionem proponit, tum quæ sub terra, tum quæ in spatiosis aeris campis, τὸν ᾅδην locat. Idem Plutarchus de primo frigido, ὁ ἀειδὴς τοῦ ἀέρος ᾅδης ἐπίκλησιν ἔχει (*Aden vocant invisibilia aeris loca.*) Sic & Hippocrates, libro de Diæta, opponit φῶς & ᾅδην. Josephus ipse, alio loco Essæorum placita describens, trans Oceanum locat τὸν ᾅδην. Idem alibi ex eadem sententia sedem piis asscribit χῶρον οὐρανοῦ τὸν ἁγιώτατον (*locum cœlorum sanctissimum.*) Sed profectò illa loquendi genera, *sub terra, in aere, trans Oceanum*, &, quod apud Tertul. est, *trans igneam Zonam*, nihil aliud quàm τὸ ἀόρατον nobísque inaccessum designant. Idem Tertul. lib. de Anima, *penès inferos* ponit *tormentum & refrigerium.* Ibidem, *puniri & foveri animam interim in inferis sub exspectatione utriusque judicii, in quadam usurpatione & candida ejus.* Similia habet adversùs Marcionem, 4. Addamus his Ambrosii locum libro de Bono mortis, c. 10. *Satis fuerat dixisse illis* (*Philosophis*) *quòd liberatæ animæ corporibus ᾅδην peterent, id est, locum qui non videtur, quem locum Latinè Infernum dicimus. Denique & Scriptura habitacula illa Animarum promptuaria nominavit*[t]. ¶ *Elevans—oculos*] Intelligendum hoc metaphoricè[v]. In hac narratione proponuntur nobis res spirituales sub figuris sensui nostro accommodatis[x]. Sicut Deo solent asscribi actus corporei, ità & animis à corpore solutis, simili figurâ. Quare, non satis certum est argumentum quòd Iren. & Tertul. hinc petunt, ut probent, post mortem in animo manere lineamenta quædam corporis & simulacra membrorum: quod non longè abit ab his quæ περὶ τῶν ἀνθρώπων σώματος dicta sunt alibi. ¶ *Cùm esset in tormentis*] Sicut qui in carcere sunt, ante damnationem torqueri solent; ità animi à corpore soluti, ità ante publicum Judicium, non possunt non esse in cruciatu gravissimo, futuram ipsis sententiam prædicante conscientiâ. Quò alludens Martialis, *Et cùm fateri Furia jusserit*

Marginal notes (left column): b G. — c Bru. — d Camer. — * G. — f BA. 1. 2. 55. 669. sim. Bru. — g BA. ib. — h Bru. — i G — k Pi. sim. Bru. — l Bru. — m G. — n Bru. — o G. — p G. sim. Cap. — q G. — r Cap. — † Bru. Pi. &c. — t J. Cap. — v Li. chron. 62. 49. — * G. — x Cam. — y G. — z Mal. — a G. — b Cam. — c Cap. sim. Pi. — d Q. in Cap. — * J. Cap. sim. G. — f G. — g Cam. — h G. sim. Cam. — i G. — k Mal. Bru. — l Th. in Mal. — m G — n Mal. Bru.

Marginal notes (right column): o Mal. ex To. sic Bru. — p Bru. — q G. — r J. Cap. — † Pi. — t G. — v Pi. sim. Mal. — x Be. sim. Bru.

Line numbers (middle): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

jusserit verum, Cogente clamet conscientiâ, Scripsi. Nazianz. 2. adv. Julian. describit pœnas improborum, inter quas ab eo ponuntur αἱ ἐν αὐλοῖς τοῖς δεινοῖς ἐξαγορεύσεις, (confessiones, sive commemorationes, in tormentis.) ¶ Vidit, &c.] Conspicere eum dicit quod eum cogitaturum erat probabile; & dicere, quòd, si dicere posset, dicturus videbatur [y]. ¶ In sinu ejus] Id est, in ipsis amplexibus Abrahami, prout soliti sunt discumbere ad mensam unus in sinu alterius; in summis deliciis Paradisi: non certè in lacu inaquoso, carcere, margine Gehennæ, qualem nobis limbum Patrum describunt Romanenses. Christus certè loqui voluit notâ & vulgari Dialecto gentis, & quomodo à Judæis intelligi posset. R. Judah, vir & doctrinâ & pietate celeberrimus, in Talm. Hierosl. auferri dicitur per Angelos; & in Talm. Babyl. sedere in sinu Abrahæ. Avoth R. Nathan, cap. 10. Animæ Mosis aliorumque justorum reponuntur sub throno gloriæ. Pesikta, fol. 9. 3. Moses est in cœlis ministrans Deo; non ergò in limbo, &c †.

24. Pater Abraham] Illum potissimùm affatur ut beatorum principem, deinde ut eum quo generis auctore gloriari solebant. At quantò ille alius, qui ignotos quosvis tam amicè exceperat [z]? ¶ Mitte Lazarum] Quem solum in illo sanctorum spirituum loco noverat [a]. Hoc ideo, quia credibile est, impiorum cogitationibus semper illos obversari quos ab se malè tractatos meminerunt. Statius, — Pallidúmque visâ Matris lampade respicit Neronem. Plato, cruciatus impiorum animorum describens, Βοῶσι, &c. (Exclamant atque invocant eos quos vel occiderunt, vel injuriis affecerunt, veniam ab iis petentes*.) ¶ Ut, &c. Ἵνα βάψῃ — ὕδατος] Ut intingat extremum (vel, extremam partem, Pi.) digitum suum (vel, digiti sui, scil. indicis, qui intingi solet præ cæteris [b],) in aquam, & refrigeret linguam meam, Be. &c. in qua maximè affligor [c]. Insolens syntaxis est, βάψῃ ὕδατος, pro, ἐν ὕδατι, vel, εἰς ὕδωρ. Sic tamen Aratus, Βάπτων ὠκεανοῖο. Tingens Oceano, seu, immergens in Oceanum [d]. ¶ Quia crucior in hac flamma] Cruciatum conscientiæ comparat flammæ urenti. Sic & Latinè uri dicimus eos qui animi anguntur: ut apud Terent. Uro hominem. Hinc jam cætera finguntur consequenter: nam hi qui uruntur maximè sitim in lingua sentiunt: sitis solet levari aquis: minimum aquæ est quantum digito adhærescit. Sensus est, Divitem qui olim Lazarum contempserat nunc libenter illi supplicaturum, si aliquod vel minimum tantorum cruciatuum levamentum possit indipisci. Simile est quod adnotavimus ad Matth. 23. 39. Adde non dissimiles διατυπώσεις, Matth. 7. 22. & 25. 37*.

25. Fili] Sic vocat, vel ad procreationem carnis respiciens, vel ad ætatem [f]; vel pungens conscientiam ejus, quòd se non gesserit ut decuit filium Abrahæ [g]. ¶ Recepisti, Ἀπέλαβες] Ἀπολαμβάνειν hîc non est, recipere, sed, plenè accipere: quo sensu ἀπέχειν etiam sumitur Matth. 6. 2, 5, 16. Luc. 6 24 [h]. ¶ Bona, τὰ ἀγαθά σου] Bona tua, Be. Pi &c. i. e. tibi à Deo destinata [i]: tua, emphaticè [k], non tam verè, quàm opinione tuâ, bona [l]; illa bona quæ tu vera, imò summa, bona duxisti, quibus usus es non ut tibi creditis sub certa lege ac modo, sed ut planè propriis, in quibus denique fiduciam tuam posuisti. Simile est illud Euripidis, Ἀνάσχου πάσχων· δρῶν γὰρ ἔχαιρες, (Fer quod pateris, nam agens lætabaris [m].) ¶ Mala, Τὰ κακά] Scil. ἑαυτῷ, sua, h. e. sibi destinata. Articulus notat aliquid certi [n]. ¶ Nunc, &c. Νῦν δὲ ὅδε παρακαλεῖται] Nunc autem hic solatio fruitur, &c. Pi. &c. Illud, νῦν δὲ, ostendit miram vicissitudinem. Plerumque sanè ità evenit ut quibus hîc optimè est, in altera vita sit pessimè. Quàm vellent nunquam sceptris fulsisse superbis. Contrà, quos hîc omne malorum genus exercuit, ibi fortè optimâ fruuntur; ità ut in hunc quoque sensum usurpari possit illud Heracliti, Ζῶμεν τὸν ἐκείνων θάνατον, τεθνήκαμεν τὸν ἐκείνων βίον. Pertinet huc illud Christi, Matth. 5. 4. Vide Lactantium, l. 6. [ejúsque verba in G.] Solatium dicitur hîc, non plena retributio, quæ, redditis demum corporibus, fiet, sed ejusdem certa exspectatio, magnis interim gaudiis sustentata: id refrigerium vocant veteres Latini. Tertullianus, regionem in qua est Abraham ait refrigerium præbere animabus justorum, donec consummatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat, tunc apparitura cœlesti promissione: eandémque regionem nominat temporale animarum fidelium receptaculum, in quo delineetur futuri imago, ac candida quædam utriusque judicii prospiciatur. Sicut autem post Christi mortem piis animis multum boni accessisse & piè & rectè creditur, ità utriusque sortis gradus, momenta, loca, describere vereor, nè curiosæ nimis sit audaciæ. Placet hîc mihi illud Sophocleum, Ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν Μάθοις ἄν, &c. (Nunquam res Divinas intelliges, quas Deus occultare vult.) Quò alludere videtur Chrysostomus, &c, post eum, Isidorus Pelusiota. [Verba vide in G.] Melius est, inquit Augustin. sapienter & modestè tractans hoc argumentum, dubitare de occultis quàm litigare de incertis [o].

26. Inter nos (justos atque electos [p], qui in cœlo sumus [q],) & vos] Impios ac reprobos [r], qui in inferno estis †. ¶ Chaos, &c. Χάσμα μέγα ἐστήρικται] Hiatus ingens (vel, Vorago magna, Er. V. Val. Abruptum magnum Val.) firmatus est, Pi. sic V. Er. &c. vel, positus, sive constitutus, est, Di. ex Be. ut Luc. 9. 51. ἐστήριξε, posuit, vel constituit [t]: firmo Dei decreto constitutus est [v]: latissima & altissima fossa intercedit [x]. Apud Poetas Elysium, sedes beatorum, & Tartarus, sedes damnatorum, tantùm Cocyto, aut Acheronte interposito, disterminabantur. Ab ista opinione non multùm distant Judæi: Midras Coheleth, 103. 2. Deus statuit hoc juxta illud, Eccles. 7. 14. i. e. Gehennam & Paradisum. Quantum distant? Palmo, vel, pariete: Æquata sunt ut ex uno in alterum prospiciant. Confer Apoc. 14. 10. Torquebitur in conspectu Angelorum sanctorum, &c*. Χάσμα chaos Latinus Interpres reddit, quem nolim hîc reprehendi. Intellexit enim vastum quoddam intervallum hîc significari, quo sensu & χάσμα & χάος Græci usurpant. Sic montis fissi hiatus χάος in Græco, Zach. 13. 4. Frequentissimus autem vocis utriusque usus ubi περὶ ᾅδε agitur. Euripides, ut alibi meminimus, dixit ἄβυσσα χάσματα. Seneca autem chaos dixit Medeâ, Noctis æternæ chaos. Thyeste, Ad chaos inane. Quam vocem hoc sensu Ovidius quoque, Silius, & alii, usurpant. Idem Silius ità describit. In medio vastum latè se tendit inane. Seneca sic, Hinc ampla vacuis spatia laxantur locis. Aristot. Acroam. 4. χάος apud Hesiodum locum interpretatur, nimirum non à χέειν, ut alii, sed à χαίνειν, unde & χάσμα, eam vocem derivans: quam Aristotelis interpretationem & Philo recitat, & probat vetus scriptor Christianus Adversus Aristotelis dogmata, qui sub Justini nomine legitur. Sicut igitur quod ante mundum hunc aspectabilem erat, Chaos dixere, ita & quod nunc extra eundem mundum est: extra quem vacuum esse infinitum multi Philosophorum sciscebant: atqui τὸ κενὸν etiam vocabant χώραν & διάστημα. Lucretius, Locus ac spatium quod Inane vocamus. Ibycus, volat ἐν ἀλλοτρίῳ χάει. Sed & Heb. תהו, apud Mosem, in historia Mundi conditi, Aquila vertit κένωμα, Th. κενόν. Ex qua voce Hebræa per metathesin, non infrequentem, videri potest derivatum הותא, quod hîc habet Syrus; pro quo Arabs habet הוה, cui affinis est altera vox Arabica הותה, quæ & χάος, & ᾅδης, verti solet. Tertul. χάσμα profundum h. l. vertit, & mox circumloquens vocat immensam distantiam sublimitatis ac profunditatis. Etiam Plutarchus, lib. de sera Numinis vindicta, in descriptione inferorum ponit χάσμα μέγα καὶ κάτω διῆκον. Præter hæc vide locum Platonis de Ere Armenio [y]. ¶ Qui volunt, &c.] Id est, Si qui vel maximè velint huc illuc commeare [z]. Οἱ θέλοντες, &c.] Id est, Κἂν θέλωσι. Simile est illud Pythagoræ de animabus, ἄγεσθαι, &c. (perduci quidem puras ad Altissimum, impuras autem nec ad illas appropinquare posse [a].

27. Ut mittas eum, &c.] Nempe ipsum corpori suo redditum; nè quis hîc de animorum apparitionibus agi suspicetur. Verum hoc esse ostendit quod infrà sequitur, si quis ex mortuis resurrexerit, &c [b].

28. Quinque fratres] Mediocris numerus, ad implendam διατύπωσιν. Sic & Esa. 19. 18 [c]. ¶ Ut, &c. Ὅπως διαμαρτύρηται αὐτοῖς] Ut hæc obtestetur eos, i. e. ut illos seriò, utpote certus & oculatus horum testis, commonefaciat [d]. Ut testificetur eis, Pi. Ut testimonium ferat eorum quæ hîc geruntur. ¶ In hunc locum tormentorum] Quem locum εἱργμὸν vocat Josephus; δεσμωτήριον, Plato. Sic Diabolis Petrus σειραῖς ζόφου, Judas δεσμοῖς ἀϊδίοις, ascribit*. Non pro fratribus orat, sed pro se, nè ex consortio fratrum, quos malè educaverat, cresceret misero mali sensus [f].

Margin notes: [y] G. — † Li. ho. — [z] G. — [a] Bru. — * G. — [b] Pi. — [c] Bru. — [d] Pi. — * G. — [f] Pi. — [g] Bru. — [h] G. — [i] Pi. — [k] G. — [l] Bru. — [m] G. — [n] Pi. — [o] G. — [p] Bru. — [q] Pi. — [r] Bru. — † Pi. — [t] Di. — [v] Bru. sim. Be. — [x] V. — * Li. ho. — [y] G. — [z] Bru. — [a] G. — [b] G. — [c] G. — [d] Be. — * G. — [f] Bru.

29. Libent

29. *Habent Moysen & Prophetas*] Id est, Libros Mosis &c[g]. qui docent & contestantur æquè omnes[h]. Mosis diserta extant verba præcipientia egenis popularibus succurri. Esaias, jejunia sua jactantibus Judæis, optimum jejunium esse ait *esurientes pascere*,&c. Esa.58.7. *Hagiographa* h. l. non memorat, quia *Moses & Prophetæ* in Synagogis sabbatatim legebantur, *Hagiographa* non ità †. ¶ *Audiant illos*] Illorum monitis pareant: id enim est cum fructu audire[i].

30. *Non*] Scilicet audient illos[k]. De se illorum ingenium noverat[l].

31. *Neque si quis ex mortuis*, &c.] Infidelitatem Judæorum post ipsius Resurrectionem, h. l. innuit *. Atqui de Tyriis & Sidoniis dicitur pœnitentiam eos acturos fuisse si miracula vidissent quæ facta erant à Christo in Galilææ oppidis. Respondendum, Primò, dici hæc omnia non ἀποδεικτικῶς, (*demonstrativè*,) sed κατὰ τὸ πιθανόν, (*verisimiliter*.) Deinde, latum esse discrimen. Tyrii & Sidonii magnâ ac vetere ignorantiâ tenebantur. Veterem Noachidarum traditionem vetustas, naturales notitias longa consuetudo, obliteraverat. Tales solent miraculis excitari. At Judæi, præter ea quæ humano generi erant communia, habebant Legem quam ipsi fatebantur à Deo traditam & multis atque insignibus miraculis confirmatam, quorum famam continuâ successione à majoribus traditam acceperant: & tamen contra apertissima Legis verba vitam agebant. Non poterant ergò aut ignorantiam, aut etiam probabilem aliquam de Legis auctoritate interpretationem, culpæ suæ obtendere. Nihil illis obstabat nisi perversus animus, nolens ea ut vera, aut certè ut necessaria, amplecti quæ falsi arguere non poterant. In tali hominum multitudine ut fortè sint aliqui quos, velut ex alto somno, miracula excitent; ità pars longè major insanabiliter ægrotat. Ostendit hoc res ipsa. Lazarum, huic Lazaro cognominem, (nec vero dissimile est Christum huc respexisse cùm ista diceret,) vitæ reddidit Christus. An eò magis Pharisæi monitis Christi obtemperârunt? Imò, potiùs quàm id facerent, operam dederunt ut & Christum & Lazarum trucidarent. Christus ipse à morte rediit: testes erant hujus rei viri non pauci, vitæ innocentis, nullo mentiendi præmio. Hoc quoq; adeò illos ad resipiscentiam non permovit ut omni vi famam ejus rei exstinctam cuperent. Bene Lactantius, *Qui avaritiâ—flagrant, sine dubio malunt id esse falsum quo desideriis suis renunciare coguntur.* Idem, *Qui libidinum stimulis incitati sunt, ——— utique incredibilia nos adferre dicunt, quia vulnerant aures eorum præcepta continentiæ*, &c. *Qui ambitione inflati ——— nec si Solem quidem ipsum gestemus in manibus, fidem commendabunt ei doctrinæ quæ illos jubet humiles vivere*, &c. *Ii sunt homines qui contra veritatem clausis oculis quoquo modo latrant.* Salvianus, *Totum durum est quicquid imperatur invitis*, &c. *Mavult quilibet improbus præcepta odisse quàm vitia, Omne fastidium non in præceptis legis, sed in moribus malis. Mutent igitur homines propositum & affectum suum, & nihil eis quod lex bona præcipit displicebit* [m].

f D. Pi. h Bru. † Li. ho. i G. k Bru. sic G. l G. * Li. ho. m G.

CAP. XVII.

1. IMpossibile est, &c; ità Mo. Ἀνένδεκτόν ἐστι] *Fieri* vel *Contingere, non potest, quin veniant*, vel, *ut non eveniant*, &c. Er. Tre. P. Be. Pi. &c. *Fieri aliter non solet quàm ut scandala adveniant.* Nam ἐνδέχεσθαι de iis usurpant quæ possunt & solent evenire [a]. *Non convenit*, &c. ut suprà 13. 33. οὐκ ἐνδέχεται. Non expedit ut vi potentiæ Divinæ impediantur homines adulterare doctrinam, scindere unitatem, & plura facere quæ in pietatis cursu alios remorentur. Vide ad Matth. 18. 7[b].

2. *Utilius*, &c. Λυσιτελεῖ αὐτῷ εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται, &c.] *Expedit* (Indicativus pro Potentiali, ut in seq. σκανδαλίσῃ [c].) *ei si mola asinaria* (i.e. mola majoris generis, quam gyrabat asinus [d]: mola inferior retinens frumentum. Expressit supplicii genus peculiare Palæstinis *.) *circumponatur*, &c. Be. Pi. sic Er. P. Mo. &c. *Tolerabilius* (vel, *Melius*, Pers. Ar.) *esset ei*, &c. Tre. ex Sy. &c.

3. *Attendite*, &c. Προσέχετε ἑαυτοῖς] *Cavete* (sub. *igitur*, Pi.) *vobis*, Be. Pi. nè quem offendatis [f]: nè cui occasionem detis pereundi, non jam dico factis, sed etiam negligentiâ officii; nè illis quidem à quibus læsi estis. Maximum hoc est, ei à quo læsus sis adeò non irasci ut etiam saluti ejus consulas, & quidem cum summa æquitate & placiditate. Hoc qui rectè præstare nôrit, neque alios ipse offendet, neque in officio suo circa alios, à quibus non est injuriâ provocatus, negligens erit [g]. ¶ *Increpa illum*] Iis gradibus qui apud Matthæum exponuntur [h]. ¶ *Dimitte illi*] Non modò ut ultionem non expetas, quod facere nè quidem adversùs contumacem debes; sed, ut verè resipiscentem in veteris amicitiæ ac familiaritatis jus admittas. Vide ad Matth [i].

4. *Septies in die*] Id est, sæpissimé [k]: ità enim loquuntur Hebræi, Psal. 119. 164 [l]. Septenarius numerus pro infinito, ob perfectionem [m]. At Judæi dixerunt, corripiendum esse centies, si opus sit, ter ignoscendum: quò trahunt Job. 32. 28. Levit. 19. 17. nec teneri quenquam ad remissionem quarti delicti ‖. ¶ *Conversus*, &c. Ἐπιστρέψῃ ἐπὶ σε] *Revertatur ad te*, Be. Pi. pœnitudine ductus, veniam te rogârit [n]. Ἐπιστρέφεσθαι ἐπί τινα, aut πρός τινα, Hebraicè שוב, addito עד, est, *ut aliquem tibi reconcilies operam dare*: ut Deut. 4. 30. Lucas suprà 1. 17. Act. 9. 35. & 11. 21. & alibi [o].

5. *Dixerunt——Adauge* (vel, *Adde*, Be. Pi. &c.) *nobis fidem*] In his narrationibus quæ velut per saturam sunt congestæ, non videtur ulla requiri cohærentia [p]. Credibile est, Apostolos, sæpe ob ὀλιγοπιστίαν reprehensos, postulâsse à Christo, ut fiduciam in ipsis adaugeret [q]; quâ certè postulatione apertissimè Divinam in ipso potentiam agnoscunt. Simul refellit hic locus eam sententiam in qua olim fuit Augustinus, cùm diceret, *Quòd credimus nostrum est, quòd autem bonum operamur illius est qui credentibus dat Spiritum Sanctum*: existimans nimirum, ut ipse errorem suum postea est interpretatus, fidem non esse donum Dei, sed per fidem Dei dona impetrari. Rectè igitur id correxit in hunc modum, *Utrumque (& credere & operari) ipsius est, quia ipse præparat voluntatem; & utrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis.* At ne quis Græcos, αὐτεξούσιον sæpe prædicantes, aliter putet sensisse, videat quæ alibi ex Justino aliisque in hanc rem adduximus [r]. Hæc verba sic forsan accipi possint; q.d. Appone, vel adde, aliquid de mensura fidei, sicut fecisti de mensura charitatis ‖.

6. *Fidem sicut granum sinapis*] i.e. Vel, 1. minimum fidei †: vel, 2. tantæ vehementiæ fidem, tam incendentem vos ad charitatem Dei & proximi quàm incendit corpus sinapis devorata [t]. ¶ *Diceretis*, Ἐλέγετε ἄν] *Diceretis*, Be. Bru. Pi. V. &c. i.e. esset in vestra potestate jubere [v]. ¶ *Huic*, &c. Τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ] *Huic sycamino*, vel *sycomoro*, V. Pi. Non venit hæc vox *à ficu*, ut quidam putant; sed est merè Syriaca שקמין, Hebræis שקמים. Oportet moro admodum similem esse arborem, quando non Latinus tantùm, sed & Syrus & Arabs, *morum* vertunt: cùm Græci morum *sycaminum* appellent. Celsus de Re medica, 3. 18. Quin & Dioscorides conjungit μορέαν & συκαμινέαν [x]. Differunt *sycaminus* & *sycomorus*, ut constat ex Galeno: [vide in Be.] illa morum significat, hæc eam arborem quæ inter ficum & morum media est [y]. Quod autem de sycamino hîc dicitur est proverbiale, quo significatur *quod hominibus impossibile est*. Tale illud Claudiani, *Jam frugibus aptum Æquor*. Per miracula autem, ut ità loquar, *naturalia*, significantur simul συμβολικῶς miracula *moralia*, stupenda scilicet opera dilectionis; quorum uberem segetem proferre solet fiducia in Deum ubi ad justam sui mensuram pervenit. Ad hæc autem opera Discipulos Christus invitat eo sermone qui istis verbis connectitur [z]. Vide dicta ad Matth. cap. 17. vers. 20 [a].

7. *Quis autem vestrûm*, &c.] Hanc comparationem veterum multi, quos inter Cypr. & Theoph. ad præstantissima etiam Christianorum facta extendunt, docentes nè in illis quidem esse quo nos efferamus, aut quod Deo imputemus. Veram enim lectionem apud Cyprianum esse arbitror in epistola ad lapsos, *qui in Ecclesia semper gloriosè & granditer operati sunt & opus suum nunquam Domino imputaverunt*; ut veteres editiones habent, non ut recentiores, quæ negationem omittunt. Nam *imputare* in Latino sermone, cùm ad benefacta refertur, non est, *acceptum*

a Camer. b G. c G. d BA. 1. p. 188. * V. f Pi. g G. h G. sim. Bru. i G. k G. sim. Bru. l G. m Bru. ‖ Li. ho. n Bru. o G. p G. q G. sim. Bru. r G. ‖ Li. ho. † Be. t V. v V. sim. Bru. x G. y Be. z G. a Bru.

ceptum, sed *expensum, ferre*. Ità *superbos* & *imputatores* dixit Seneca qui magni æstimant sua beneficia, & alios eo nomine habere volunt sibi obligatos. *Faciliùs enim*, ut Chrysost. dixit, *sine operibus humilis animus hominem ad salutem perducat, quàm cum operibus conjuncta superbia*. Multáque sunt quæ prohibere nos debent nè Deum vocemus ad calculos. Primùm enim, cùm ipse nos de nihilo ut essemus fecerit, quis dubitet quin quicquid in nostra est potestate exigere à nobis possit, etiam nullo proposito præmio? Dixit Aristoteles οὐκ ἔστι ἀδικία πρὸς τὰ αὐτοῦ ἁπλῶς, (*non esse injustitiam adversus illa quæ simpliciter nostra sunt:*) unde etiam negat inter dominum & servum jus propriè strictéque dictum locum habere. Et sanè si servus totus esset domini, sicut nos Dei sumus, verum diceret: *Nè te jactes si bene servisti: obsequitur Sol; obtemperat Luna.* Deinde verò, cùm ratio nobis data sit, idque habeamus eximium supra animantes cæteras, nonne tam naturale nobis censeri debet secundùm rationem vivere quàm bestiis secundùm naturæ impetus? At bestiis eo nomine nullum debetur præmium. Tertiò, in mentem venire debet, neminem esse cui non multa peccata sint condonata; quod, ut suprà diximus, vel unum satis est ut humiles nos Deo substernat. Nemo tantum præstare potest quin plus prò indulgentiæ beneficio debeat. Accedit quòd etiam quæ post emendationem remanent in nobis culpæ vestigia, quotidie opus habent Divinâ miseratione. Quartum est, quòd satori fructus omnes jure debentur: Deus autem in nobis sevit omne vitæ melioris studium, idque non communi quâdam, sed verè insolitâ atque inauditâ, benignitate, cùm genus humanum, jacens in vitiis, admirabili illâ per Christum vocatione erigere dignatus est: quo præcipuè respectu vitam æternam, ut quæ pœnitentiam consequitur, *donum* & *gratiam* vocant Apostoli. Addendum, quòd nunc etam Dei Spiritus nos excitat ut bene agere velimus, bene agentes adjuvat. Huc illud pertinet Cypriani toties ab Augustino repetitum, *In nullo gloriandum, quando nostrum nihil est*: & illud affine, *Dei est, Dei omne quod possumus.* Vide Salvianum, & Greg. Nazianzenum, [eorúmque verba in G.] Quintum est, quòd Deus αὐτάρκης, ἀνενδεής, (*sibi sufficiens, nullius egens,*) non potest operâ nostrâ beatior fieri, neque ad eum fructus nostrorum operum redundat, ut dici eo nomine debitor possit: quò pertinent Job. 35. 7. & Rom. 11. 35. Quibus consonat illud Hieroclis, ὁ τιμῶν, &c. (*qui Deum, velut indigum, honore prosequitur, ille clàm se putat Deo meliorem esse.*) Postremò, quod de perpessionibus, idem de factis etiam præstantissimis, verissimè dici potest, οὐκ ἄξια ἐστὶ, &c. ut dicitur Rom. 8. 18. Quem locum explicans Salvianus, *Indignum esse ad futuræ gloriæ comparationem omne opus dicit humanum.* Meritò sané. Quæ enim esse potest æqualitas inter momentaneum & æternum? ut jam de illis infirmitatibus taceam quæ humanis actionibus intercurrunt. Hæc autem omnia sicut non tollunt piorum modestam παῤῥησίαν καὶ πεποίθησιν καὶ τὸ ἐν Θεῷ καύχημα, (*libertatem loquendi & fiduciam & gloriationem in Deo,*) ità directè adversantur imputatrici superbiæ, neque patiuntur Deum nobis debitorem censeri nisi ex misericordi promissione. Veruntamen an hæc hujus loci sint propria, salvâ rerum veritate ac luce, quæ nullis disputationum nebulis obvolvi debuerit, dubitare fas est. Me nè id putem movent multa. Primùm, quòd hîc Christus de servis agit qui accubituri sunt postquam dominus cœnaverit, alibi autem de servis quos ipse dominus, statim ut advenit, jubet accumbere, atque ipse illis comiter ministerium exhibet, suprà 12. 37. quæ sicut in fabula multùm differunt, ità videntur & in ἐπιμυθίῳ diversam requirere ἀνταπόδοσιν. Quin ipse Christus alibi videtur exprimere ἀνταποδόσεως partem alteram per figuram ex eadem hac comparatione desumptam, cùm Apostolos dicit *suæ*, h. e. herili, *mensæ accubituros*, infrà 22. 30. Alterum est, quòd Christus negat istis, de quibus hîc agitur, servis *gratiam habitum iri*, quod ipsum alibi dixit de his qui benefacientibus benefaciunt, & diligentes se vicissim diligunt, suprà 6. 32, 33. aliud nos jubens sentire de iis qui inimicos diligunt, & nullâ spe mutuæ vicis beneficentiam ac misericordiam exercent, non ad hominum, sed ad cœlestis Patris, exemplum, ibidem, 34, 35, 36. Tertium est, quòd ποιεῖν, ex recepto more loquendi, intelligebatur de factis nudè consideratis, quocunque tandem animo fiant. Quæ inter se conjuncta impellunt ut credam non de quibusdam servis hîc agi, se de iis qui serviunt serviliter, non (ut Terentius loquitur) liberaliter. Quam interpretationem non destitutam bonis auctoribus sequentia explicabunt. Videat, si cui integrum est, Herman 3. 5. scriptorem, quod constat, antiquum, & ut Apostolis minimè æquandum, ità apud Iren. Clem. atque alios magnæ auctoritatis. Proponit ibi fabulam domini qui servo imperârat ut palos circa vitem figeret; ille verò & fossam circumdederat, & herbas inutiles undique abstulerat. Itaque dominus, plus quàm promiserat præstans, illum filio suo scribit cohæredem. Quare, videtur illis temporibus admodum trita fuisse hæc comparatio; quæ tamen in eo qui nunc exstat Hermæ libro alioversum trahitur. ¶ *Arantem aut pascentem*, Ἀροτριῶντα, &c.] Participia more Hebræo posita pro verbalibus. Idem enim est quasi dixisset, δοῦλον ἀροτῆρα ἢ ποιμένα. Quid magni facit ad arandum positus si arat, ad pascendum, si pascit? Nec multùm interest, δοῦλος voce *ministrum conductum* intelligamus, (ut sæpe ea vox in his & Fœderis Antiqui Libris usurpatur,) an verò eum *qui in manu sit Domini*, dummodo talem servitutem non ex barbarorum hominum consuetudine, sed ex æquo & bono, atque adeò ex lege Hebræa, æstimemus. Chrysippus rectè dixit, Mercenarium ministrum servum esse ad tempus; Servum verò perpetuum quasi mercenarium cui pro pecunia victus detur [b]. ¶ *Statim*] Jungendum hoc vel cum sequentibus, vel potiùs, cum præced [c]. ¶ *Transi*, &c? Παρελθὼν ἀνάπεσαι;] *Adveniens*, sive *Accedens*, (vel, *Transi*, Tre. ex Sy. Il. *Ingredere*, Pers. *Prodi*, P. *Ascende*, Ar. hinc ad oppositum latus [d]: *Perge*, Ti. Bru. intrò in domum [*]: *Accede*, Be. Pi. vel, 1. ad me; vel potiùs, 2. ad mensam: quæ etiam Syri & Vulgati mens: nam עבר, παρέρχεσθαι, non tantùm est, *præterire*, sed etiam *ire* in alterum sive oppositum latus. Sensus est, q. d. Tu hinc transi in alterum latus ubi mensa est [f].) *recumbe*, Mo. vel, *& accumbe*, P. Be. &c. scil. mensæ, reficere cibo, potu, quiete [g]. [Ca: verba sic reddit, *Protinus accubitum iri jubeat.*] Cum patrefamiliâs accumbere filiorum est, non servorum: solent autem servi in servitute manere quamdiu serviliter serviunt: mensæ servos adhibere manumissionis erat species, ut videre est apud Ulpianum in Institutionibus [h].

8. *Præcinge te*, &c.] Qui mos ministrantium [i], in regionibus quibus demissiores vestes gerebantur: suprà 12. 37. vide Joh. 13. 4. ¶ *Post hæc tu*, &c.] Ut mos erat servorum, aut etiam eorum quorum conducta erat opera [k].

9. *Numquid gratiam habet*, &c. Χάριν ἔχει, &c.] Gratias agit verbis, aut refert rebus, credit se illi obstrictum [l]. *Mercedis* vox strictè sumitur, ut significet id quod, secundùm communem æstimationem, operæ respondet: quo sensu dici videtur, τῷ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, Rom. 4. 4. Hoc sensu, ut alibi attigisse meminimus, distat Merces à Gratia, quòd Merces factum respicit præcipuè; Gratia, ipsum animum. Itaque merces hoc modo dicta debetur, etiamsi servus aut homo conductus quod faciendum est non lubens fecerit: At gratiam provocant qui libenter faciunt, & qui vellent facere, si id quod vellent efficere nequeant. Sed alibi vox *mercedis* laxiore significatu quamvis ἀνταπόδοσιν significat, etiam liberalem, quæ non est facti pretium, sed mutuæ benigni affectûs significatio, ut apud Matthæum; sæpe etiam iis in locis ubi Lucas, τῇ κυριολογίᾳ, (*proprietatis loquendi,*) memor, χάριν maluit dicere, ut videre est Matt. 5. 46. & 6. 1. Luc. 6. 32, 33, 34, 35. Lucas igitur hoc loco χάριν suo more opponit μισθῷ. ¶ *Quia fecit* (sub. *omnia*, Bru.) *quæ ei imperaverat?*] Agit de iis rebus quæ peculiari præscripto peraguntur, ut quòd arator arat, quòd pastor pascit, quæ prætermitti sine flagitio non possunt. Hæc qui facit, *mercedem* habet, primò, quòd flagra non patitur, deinde, quòd dimensum accipit; *gratia* autem nulla ei ob talem operam habetur. Hic status erat Judæorum Legis externa opera mediocriter implentium animo non emundato. ¶ *Non puto*] Ex contrario intelligendum, aliter se rem habituram si servus ille non ἐν ὀφθαλμοδουλείαις, sed ἐν ἁπλότητι καρδίας, (ut dicitur Col. c. 3. v. 22.) etiam extra peculiaria præscripta, omnibus modis honori & commodis heri sese impenderit. Tales enim servi gratiam hanc solent reportare ut libertatem conse-

[b] G. [c] Bru. [d] Di. [*] Bru. [f] Di. [g] Bru. [h] G. [i] G. sic Bru. [k] G. [l] Bru.

consequantur, imò & ut filiorum loco adoptentur. Quærit Seneca, an Medico possit ultra mercedem gratia deberi. Rectè respondet, Posse, si non perfunctoriè, & ut cæteros, sed ut amicum, te curaverit, si ex animo malis tuis indoluerit. Idem docet & à servo beneficium accipi posse; & quod affectu amici fit desinere esse ministerium. Pertinet huc & Hebræorum proverbium cujus Maimon. meminit, Ducis dubitantium 3. 17. *Ei datur præmium qui quid injussus facit.* Chrys. ad Rom. 8. veteres Hebræos Christianis comparans, κἀκεῖνοι, &c. (*Illi ex pœnæ formidine agebant, hi ex amore & desiderio*, &c [m].)

10. *Sic & vos*] Discipuli mei [n]. ¶ *Cùm feceritis omnia*] Per concessionem loquitur, &c [o]. ¶ *Quæ præcepta* (vel, *edicta*, Be. vel, *ordinata*. Nec præcepta hîc opponuntur consiliis, quia, utrisque licèt præstitis, servi inutiles sumus [p].) *sunt vobis*; ità Pi. &c. Τὰ διαταχθέντα] Quod hîc strictè sumendum, eo ferme modo quo Hebr. חקים, qua de voce diximus suprà ad cap. 1. In hoc numero τῶν διαταγμάτων sunt primùm ea quibus aliquid vetatur fieri; deinde & jubentium illa quæ ad facta exteriora pertinent, quæque certo loco aut tempori aut circumstantiæ ità alligantur ut sine manifesto Numinis contemptu omitti nequeant. In hac classe pono non ea tantùm quæ lex communis in commune ad eum modum præcipit, sed & quæ specialiter hominibus singulis inducuntur: ut, *Tu, Abraham, exi è Chaldæa*; *Tu, Moses, i ad Pharaonem*; *Tu, Paule, Evangelium annuncia.* Talibus præscriptis qui paret, mercedem hanc reportat quòd pœnam evadit. Exemplum poni potest in historia sequente. Purgati à scabie ex imperato ostendunt se Sacerdotibus; at gratias Christo actum non veniunt, quod imperatum quidem similiter non erat, sed quod si fecissent, gratus animus, ut illius Samaritæ, majora impetrâsset beneficia. Locus est illustris, 1 Cor. 9. 16. Ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα· (hîc καύχημα vocat spem habendæ sibi à Deo gratiæ,) ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται· (ἀνάγκην vocat obligationem ἐκ διατάγματος, ex præscripto speciali, de quo exsequendo vel omittendo nulla esse poterat deliberatio,) οὐαὶ δέ μοί ἐστιν ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι· (q.d. Non possem hoc impunè prætermittere: ideóque nullam indè exspectandam habeo gratiam.) Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· (hîc μισθὸν posuit latiore illo significatu de quo suprà diximus: Si, inquit, non facio tantùm quod jubetur, sed facio sponte, sed facio alacriter, ἑκουσίως, καὶ προθύμως, οὐκ ἀναγκαστῶς, ut Petrus loquitur, 1. 5. 2. in eo sita est spes magnæ atque eximiæ remunerationis:) εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι· (cujus scilicet ratio mihi reddenda est, & quâ non obitâ meritò plectar:) τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; (hîc iterum μισθὸν vocat τὸ ἀντίδωρον quod ex gratia venit, non ex facti æstimatione:) ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, (ut cùm jus habeam alimenta poscendi, eo tamen jure non utar ad majorem Dei honorem & profectum Ecclesiæ,) εἰς τὸ μὴ καταχρήσασθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· hîc καταχρῆσθαι, ut & eâdem Epistolâ, 7. 31. videtur esse non, *malè uti*, sed, *quovis modo uti*: quomodo & *abuti* usurpant Latini de rebus quæ usu intereunt.) Ἐλεύθερος γὰρ ὢν ἐκ πάντων, (nemini hac in parte obligatus,) πᾶσιν ἐμαυτὸν ἐδούλωσα, ἵνα τοὺς πλείονας κερδήσω. Quæri hîc solet, annon Divinis præceptis comprehensum fuerit id quod facit Paulus, cùm se, suo cum incommodo, omnibus aptavit, atque etiam suis manibus victum sibi parare maluit quàm Corinthiis oneri esse. Sanè, si *præcepta* dicimus omne id quod Deo gratum est, atque etiam à Deo generaliter præceptum, (quomodo Christus vocem ἐντολῆς usurpat Matt. 22. 36. simili ferme allusione qualem in voce ποιεῖν & nomine ἔργον alibi observavimus,) dubitari non potest quin præceptorum ambitus hoc quoque contineat. Processit enim ex intima dilectione tum Dei, tum proximi, quâ nihil est quod Deo esse possit gratius, nihil quod magis à Deo postuletur. Sed hæc præcepta non sunt (ut comparationem à Christo institutam prosequamur) quasi dicat servo dominus, *Tu pasce*; *tu ara*; sed quasi eos spe magnæ gratiæ ad testandum in se amorem invitet. Deus quanquam ex nostris factis nihil capit utilitatis, tamen quæ eo modo, h. e. extra specialis præscripti necessitatem, & cum determinatione nostræ sponti relicta, sic ex vero atque indefesso amore præstantur, ea non ut serviles operas, sed ut amicorum beneficia accipit, &, ut potentes amici solent, non pro rei dignitate, sed pro affectûs in se magnitudine, & hîc & in meliore vita repensat. Chrys. ad productum jam Pauli locum, Τὸ μὲν ἐστιν ἐπίταγμα, &c. (*Hoc quidem est Præceptum, illud sponte rectè factum: quæ autem ultra Præceptum fiunt, mercedem amplam habent*, &c.) Hæc sunt illa fidei miracula quæ pro mensura crescentis Spiritûs crescere in nobis debent. Hinc oritur non servilis debiti flagitatio, sed ingenua illa πεποίθησις καὶ παῤῥησία quæ Deum non ut Dominum tantùm, sed & ut Patrem, compellat, de amore ejus in se provocando & conservando solicita, de retributione secura. Clemens, Stromat. 5. Ἐξ ἐθελοπροαιρεσίας καὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἀγάπης ἡ δικαιοσύνη, (*In iis quæ sponte atque ex dilectione Dei agimus consistit justitia.*) Locus est huic aliquo modo comparandus apud Xenophontem, ubi Cyrus Hystaspæ, qui imperata omnia sedulò fecerat, quærenti cur sibi Chrysantas præferretur, respondet, Χρυσάντας, &c. (*Chrysantas, etiam nondum vocatus, aderat rerum nostrarum gratiâ: deinde, non solùm imperata fecit, sed & si quid illis melius perspexerit*, &c [q].) ¶ *Servi inutiles sumus*] Exponunt quidam, *inutiles Domino sumus*, eo sensu quem paulò antè ex Jacobi & Pauli verbis adstruxi. Sed notavimus ad Matth. 25. 30. vocem esse Hellenisticam, quam & hîc Syrus בטילא reddidit. Significat autem *cessatorem*: quæ tamen vox non absolutè hîc usurpatur, ut dicto Matthæi loco, sed comparatione factâ ad servos qui non peculiaria præscripta tantùm exsequuntur, sed noctu diúque etiam cum periculo suo attendunt herilibus negotiis. Plautus Sticho non dissimilem habet sententiam, *Qui manet ut moneatur semper servos homo officium suum, Non voluntate id facere meminit, servos is habitu haud probu' est.* Idque ipsum ad eam obedientiam quam Deo debemus soliti sunt aptare etiam Hebræi veteres, ut videre est apud Maimon. de Regulis Pœnitentiæ, cap. ult [r]. Respicit h. l. ad vetera mancipia, quorum ea conditio erat, ut nihil sibi acquirerent, sed hero, &c. Non minùs nos Deo obstricti sumus, à quo totum hoc accepimus quod habemus & sumus & possumus, ac proinde nullam ab eo mercedem jure postulare possimus, nec ulla suppetat superbiendi aut gloriandi materia †. Qu. Quomodo hoc dicerent, cùm *servus inutilis* in Gehennam conjiciendus sit, Matt. 25. 30? Resp. 1. Eadem vox diversimodè sumi solet, modò laxiùs, modò strictiùs: ità vox hæc ἀχρεῖος, &c. 2. Varia sunt servorum munia, pro quibus servus inutilis vel plus, vel minus, culpæ contrahit: ille Matt. 25. speciali præcepto tenebatur ad *negotiandum cum talentis*, &c. cujus proinde violatione directæ inobedientiæ reus factus est: hic verò mandata præstitisse dicitur, ideóque minore & culpâ & periculo inutilis est, &c [t]. ¶ *Quod debuimus facere*] Nempe mercenarii, ut parem operæ mercedem consequantur; servi, & ut pœnam effugiant, & ut dimensum, quod mercedis est loco, percipiant. Nam inter ista æqualitas quædam est, non ex condicto tantùm, sed ex ipsa rerum natura: quippe & vicissim, *operanti merces non imputatur ex gratia, sed ex debito*, [Rom. 4. 4.] Est enim ὀφείλημα, (*debitum*,) id quod τὸ ἀντιπεπονθὸς vocat Aristoteles. Est autem in Fœdere Sinaitico, si non plenum ὀφείλημα, aliqua tamen ejus species. Nam perpetua & diligens factorum obedientia vitæ longævæ ac feliciter aliquatenus respondet. At in nostro Fœdere nihil tale, in quo Deus respicit non quid nos accipere conveniat, sed quid summam suam bonitatem deceat dare [v]. [Disputant hîc Interpretes de Merito, & de Operibus, ut vocant, supererogationis. Sed illa quærat Lector in Scriptoribus Eristicis.]

11. *Transibat per*, &c. Διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας] *Per mediam Samariam & Galilæam*, Be. Pi. Vulg. &c. Aptiùs dictum videretur, *Per medium Galilææ & Samariæ* [x]. Cùm enim à suis *Hierosolymam* tenderet, transiit primò ad *Galilæam*, & tum per *Samariam* [y]. Samaria enim inter Galilæam & Judæam interjacebat [z], & brevissimum iter erat per Samariam, ut liquet ex Joh. 4. 4. & ex Jo. Orig. 20. 5. & in Vita sua: [Verba vide in G.] Vide & Luc. 9. 51, 52 [a]. [Hunc nodum variè solvunt:] 1. Locus sic reddendus, *Per medium Samariæ & Galilææ* [b], i. e. per locum inter Samariam & Galilæam, i.e. eam Orientalis Galilææ partem quæ Samariæ contermina est, medium, Samariâ ad dextram, Galilæâ ad sinistram, relictis. Ità & Syrus διὰ μέσου accepit pro μεταξὺ, inter:

[m] G. [n] Eru. [o] Be. [p] Eru. [q] G. [r] G. † Eru. [t] Ham. [v] G. [x] Li. ho. [y] Li. ho. sim. Eru. [z] Di. sim. G. [a] G. [b] Di. Eru.

inter: nam בית usurpatur pro בין, *inter*; vertitque, *inter Samaritanos & Galilæam*, quomodo & Arabs accepit. Intelligitur autem *Galilæa Orientalis*, quæ à mari Galilææ, sive lacu Genesareth, circa ripas Jordanis ducebat ad tribum Ephraim, in cujus medio sita erat Samaria [c]. Transibat per ipsa confinia Galilææ & Samaritanæ regionis, non rectà per Samariam [d]: perrexit quasi ad marginem utriusque regionis. Ἀνὰ μέσον apud Græcos sæpe valet בין, *inter*. An verò idem valet διὰ μέσου judicent alii †. 2. Probabile admodum est, Peræam hîc dici *Galilæam*, eo modo quo ea etiam concluditur sub nomine Galilææ, Luc. 3. 1 *.

12. *Et*, &c. Καὶ εἰσερχομένου, &c.] *Et quum ingrederetur*, Pi. sic Be. Bru. ex Vulg. i. e. jam proximè ingressurus esset [f]. Præsens pro fut. ut rectè animadvertit Syrus: nam extra oppida se tenebant qui illâ scabie erant polluti, Levit. 13. 46. teste etiam Josepho [g]. [Verba habet G.] ¶ *Decem*, &c.] Quos morbi communio inter se conciliaverat, &c [h]. At Levit. 13. 46. *Solus habitabit leprosus & seorsim*. Unde ergò hi decem unà versantes? Resp. *Seorsim*, non quidem ab aliis leprosis, sed à mundis, necnon ab aliis immundis diversâ immunditiâ ‖. ¶ *Steterunt à longè*] Procul enim ab aliis abstare jubebantur, & proclamare, *Immundus, immundus*, Levit. 13 [i].

13. *Levaverunt vocem*] Ex desiderio sanitatis, & quia procul aberant: nec pro se quisque, sed omnes pro omnibus orant [k]. ¶ *Præceptor*, Ἐπιστάτα] i. e. רבי, ut alibi diximus [l]. Ad verb. *Præfecte*. Sic suprà, 5. 5 [m]. *Domine*, vel *Curator*, &c. Bru. ex Th.

14. *Ostendite vos Sacerdotibus*] i. e. Cuidam Sacerdotum. Vide ad Matt. 8. 4 [n]. Ad hos enim spectabat lepræ judicium: his ergò jus suum relinquit, simulque eos testes facit approbatorésque miraculi [o]. Hoc dicto tacitè pollicebatur sanitatem in itinere obventuram. Neque enim ostendebantur Sacerdoti, nisi ut aut de morbo cognosceret, de quo hîc satis constabat; aut ut restitutam valetudinem pronunciaret [p]. Simul notandum, Christum hoc facto causam Judæorum adversùs Samaritas in controversia Templi probâsse: non enim ad Garizitanos, sed ad Hierosolymitanos, Sacerdotes Samaritam simul cum Judæis relegat [q]. ¶ *Dum irent*, &c.] Antè non curavit eos, quia voluit eorum fidem experiri [r]. Quòd ibant, signum est ab omnibus conceptam recuperandæ valetudinis fiduciam †.

15. *Magnificans* (vel, *Glorificans*, Er. V. Pi. &c.) *Deum*] Nempe in Christo, ut sequentia ostendunt [t].

16. *Cecidit ante* (vel, *ad*, Be. Pi. &c.) *pedes ejus*] Quod jam purgato licebat. Credibile est, hoc factum postquam Sacerdoti omnes se stiterant [v].

18. *Non*, &c. Οὐχ εὑρέθησαν, &c.] *Non est compertum illos rediisse*, &c. V. ex Er. *Non sunt reperti*, sive *inventi*, *revertentes*, sive *qui redierint*, &c. Be. Pi. D. &c. i. e. non fuerunt reversi, &c. *Inveniri*, pro *esse*, ut Exod. 35. 23. Mal. 2. 6. Ebr. 11. 5 [x]. Εὑρίσκεσθαι, ut apud Hebræos נמצא, est, *apparere*, ut Prov. 10. 13. Rom. 7. 10. Phil. 2. 8 [y]. ¶ *Nisi hic alienigena*, Ἀλλογενὴς] Alienus à genere Israel. Sic vocat, non contemptûs causâ, sed ut culpam amplificet reliquorum, qui Judæi cultorésque Dei erant, &c [z]. Respondet ἀλλογενὴς Hebræo זר. Samaritas etiam Josephus ἀλλοεθνεῖς vocat. Erant enim Samaritæ magna pars ex Chuthæis & aliis Assyriæ populis: unde כותים nunc quoque à Judæis dicuntur. Sed quidam Israelitici generis illis se immiscuerant: unde data occasio Samaritis, ut pro re nata (quemadmodum Josephus narrat) cognatos se Judæorum modò profiterentur, modò negarent. Discimus autem ex Josepho, Judæorum multos, qui in legem Sabbati aut Ciborum peccâssent, ad Samaritas immigrâsse, atque ab eo hominum genere habitatam urbem Sicimorum. Hinc est quòd Sicimitas pejores Garizitanis, qui erant Chuthæi, ut idem testatur Josephus, facit Sirachides, Ecclus. 50. 27. Mirum quo argumento Sicimitæ illi pro Sidoniis se venditaverint: quod Josephus refert [a].

20. *Quando venit regnum Dei*] Et Christi, sive tuum [b], cujus sæpe à te & à Baptista fit mentio [c]. Per ludibrium hoc quærunt, &c [d]. *Regnum Dei* hîc, ut & alibi, significat tempora Messiæ regnantis *. q. d. Quando mittet Deus Messiam ad nos regendum [f]? Quandonam complebuntur splendida ista quæ exspectamus à Messia? In hoc miserè decepti erant Judæi, quòd Gentiles primùm à Messia destruendos crederent, & dein ipsum inter Israelitas gloriosè regnaturum: cùm revera & vice versâ, erat ille primùm destructurus Israelem, & exinde regnaturus inter Gentes. Duplici ergò sensu occurrit in S. S. *Regnum Dei*, aut *Cœlorum*. 1. Pro propagatione Evangelii per Messiam, & suos, præcipuè inter Gentes. 2. Pro victoria & vindicta ejus in Urbem gentémque nequissimam Judæorum, hostes ejus & Evangelii. De posteriore hîc loquitur, ex collat. v. 22. nec immeritò, quia eam antecessit prædicatio Evangelii per totum orbem, Matt. 24. 14 †. ¶ *Non venit —— cum*, &c. Μετὰ παρατηρήσεως] *Cum observatione*, Er. Il. Mo. Ar. &c. i. e. cum splendore mundano qui incurrit in oculos & observari possit [g]. *Ità ut observetur*, Ca. vel, *observari possit*, P. Be. Pi. Bru. ex talibus signis qualia vos exspectatis [h]. Al. Non dicit ipsos non potuisse, sed non voluisse, illud observare. Quam eorum securitatem & supinam oscitantiam prædicit ille sæpe & taxat *. Sensus, Tempus secundi adventûs Christi observari non potest, nec prædici [i]. Sed hîc loquitur de Regno gratiæ, non gloriæ [k]. Non negat Christus ejus temporis esse quædam indicia prodita [l], quod alibi disertè affirmat; sed negat illud Regnum venturum σὺν πολλῇ φαντασίᾳ, cum regio splendore, divitiis, triumpho, qualia exspectabant Pharisæi, & nunc quoque Judæi exspectant [m].

21. *Neque dicent*] i. e. Verè dicere poterunt [n]: non erit quòd dicatur. Ità interpretandum, nè pugnet cum v. 23. ¶ *Hîc, aut — illic*] *In illo monte*, aut *In illo deserto*, *In Cyrene*, *In urbe Bitter*, ut dicebant Pseudochristi [o]. ¶ *Intra*, &c. Ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν] *Intra vos est*, Er. Il. Tre. ex Sy. Ar. Mo sic Ca. &c. *In vobis est*, Pers. *Jam inter vos est*, G. *In medio vestri est*, Æth. Pi. G. Confer Matt. 21. 43 [p]. [Variè explicant:] q. d. Non est corporale: non in urbibus habitat [q], sed in animis hominum [r]: spirituale est, non terrenum, non in externo splendore positum, sed in iis quæ ad animum pertinent: vide Rom. c. 14. v. 17 †. Sed hæc sententia huic loco non videtur accommodata: nec uspiam hanc phrasin ità sumi probant: non dicit, ἔσω ἐστὶν· vel, ἐν τοῖς ἐντὸς ἐστὶν· vel, ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶν· sed, ἐντὸς ὑμῶν ἐστὶν. Deinde alloquitur hîc Pharisæos; à quibus certè non est verisimile Christum sumere voluisse hypothesin ad Regni sui naturam explicandam. Nec agitur hîc de Regno Christi in Ecclesia, sed de ipsius adventu in mundum [t]. Forsan reprehendit h. l. exteriorem observationem, & attentiones defixas in apparentes quasdam & sensibus expositas species [v]. Al. *Intra vos*, collectivè sumptos; q. d. intra gentem vestram [x]. In ipso populo Judaico Regnum illud incipit vires suas exserere, vobis non observantibus. Signum autem hujus rei evidens sunt miracula, præsertim Ejectio Dæmonum, ut dicit Christus, Matt. 12. 28. ubi voce ὑμῶν similiter populi Judaici universitas intelligitur [y]. Ἐντὸς ὑμῶν dicitur, ut ἐν ὑμῖν, Joh. 1. 14. & ἐν ἡμῖν, Luc. 1. 2. & 7. 16. & ἐν Ἰουδαίοις, Joh. 11. 54 [z]. Ἐντὸς hîc emphaticum est, ut significetur, Messiam ità apud eos esse ut minimè lateat, sed in medio versetur, omnium conspectui expositus, ut Joh. 1. 26. eósque non modò propinquum, sed intus etiam, i. e. domi suæ, Messiam habere. Testatur eos ut absentem quærere quem domi præsentem rejicerent [a]. Al. Emphasin hîc non statuo, ut vulgò, in voce ἐντὸς, sed in voce ὑμῶν· ut sensus sit, q. d. Frustrà exspectatis indicium Messiæ in gente ista, deinde alia, debellata; nam in, & inter, gentem vestram hæc sunt agenda: vos estis scena harum victoriarum Christi ‖.

22. *Ad discipulos*] Omnibus suis sectatoribus: in ipsis totam Judæorum gentem compellans [b]. ¶ *Venient dies*, &c.] Tempus & errorum & persecutionum, &c. Docet, Regnum suum aliquando appariturum cum splendore, &c. sed priùs tum sibi, Regi, tum ipsis, Regni filiis, multa adversa esse toleranda [c]. ¶ *Quando desideretis* (vel, *desiderabitis*, Be. Bru. &c.) *videre unum dierum* (vel, *ex diebus*, Be. Bru. Pi.) *filii hominis*] i. e. Frui præsentiâ meâ, quemadmodum jam fruimini [d]. q. d. Olim me absentem magna cum animi tristitia frustrà requiretis *. Judaico stilo *dies Messiæ* sunt in quibus nihil nisi placentia & prospera sibi pollicentur †. Quæ infrà sequuntur, ubi itidem mentio fit τῆς ἡμέρας, aut τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, faciunt ut hoc nomine intelligam id ipsum quod

modò dixit Regnum, sed ità ut subintelligendum putem quod præcessit, ἐπὶ ὑμᾶς. Mansit in populo Judaico Regnum illud, i. e. invitatio ad resipiscentiam, ad annos ferme 40, sub cujus temporis finem nox atra calamitatum successit, de qua infrà, v.34. Illo autem tempore 40 annorum florentissimum fuit Christi Regnum, & aurea velut ætas, Spiritûs donis internis atque externis ubique apparentibus, fide purâ, dilectione fervente. ¶ *Et non videbitis*] Cùm Evangelii sermo è Judæa auferetur, quod certum erit signum imminentis excidii [f]. Me semel à vobis ablato, non ampliùs fruemini præsentiâ meâ corporali, &c [g].

23. *Dicent — Ecce hic*, &c.] Post illa tempora multi surgent Pseudochristi [h]. ¶ *Neque*, &c. Μὴδὲ διώξητε] *Neque sectemini*, Er. Mo. Vulg. &c. vel, *prosequimini*, P. Be. Pi. vel, *festinate*, vel *festinanter accurrite*: id enim est τὸ διωκονῶ, *persequentis* [i].

24. *Nam sicut fulgor coruscans de*, &c. Ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, &c.] *Ex ea* (vel, Ex una, Be. Pi. sub. *regione*, Be. Pi. G.) *quæ est sub cælo* (i. e. sub regione nubium [k],) *in eam* (vel, *in* alteram, Be. Pi.) *quæ sub cælo* (i. e. in regione terræ [l],) *est*, Di. Bru. i. e. ex una cœli plaga in alteram [m]: vel, q. d. ἐκ τῆς χώρας εἰς τὰς χώρας, *ex una regione*, putà Judæa, *in omnes regiones quæ sub cælo sunt*. Vide quæ dixi ad Matt. 24.31. ¶ *Ità erit filius hominis in die sua*] Id est, ἐν τῇ παρουσίᾳ, ut Matt. explicat. Illo, inquit, temporis spatio celerrimè per omnem mundum audietur Evangelium & magnos profectus faciet [n]. Subitò è cœlo apparebit, & ubique in terra agnoscetur ejus adventus [o]. Qui nunc inglorius est, omnibus conspicuus erit in nubibus veniens *in die sua* [p], i. e. in die adventûs sui ad Judicium [q]: quem *suum* vocat more humano, q. d. exspectatum & desideratissimum. Sensus loci, q. d. Jam veni ego verus Christus: nec est alius Christus, aut Christi adventus, exspectandus, nisi meus ad Judicium, &c [r].

25. *Primùm autem*, &c.] Ante diem illum †. Antequam illa ætas Regni adveniat, cujus initium fuit missio illa Spiritûs Sancti die Pentecostes. Hujus Spiritûs mittendi jus consequi Christus debuerat per mortem, ut alibi dictum est [t].

26. *Ità erit*, &c.] Reditus meus inexspectatus erit [v]. Tam conspicuam Divinæ bonitatis testationem meritò sequetur rejectio contumacium & severa adversùs eos judicia, etiam quæ conspici possint, quale fuit excidium Hierosolymitanum. Pertinebat enim & hoc ad tuendam Regni istius majestatem [x].

29. *Pluit*, &c. Ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον] *Pluit* (sub. *Deus*, Be. ex Sy. sic Camer. Bru. ex collat. Gen. 19.24 [y].) *ignem & sulphur*, Bru. ex Vulg. Camer. i. e. ignem sulphureum, vel sulphur ignitum & ardens [z]. Al. *Pluit ignis & sulphur*, Pi. G. sic Apoc. 11. 6. ἵνα μὴ βρέχῃ ὑετὸς [a]. Sic apud Latinos legimus, *pluerunt lapides*: ità ut Syrus sensum potiùs quàm verba expresserit. Est autem hujus historiæ memoria etiam apud profanos Scriptores conservata, Strabonem, Solinum, Tacitum. Potest autem *sulfuris* nomine fulmen intelligi: nam & Græci interdum ità loquuntur, quia fulmen odorem & vim habet sulfuream. Quin ipsa vox θεῖον, si originem spectemus, ad fulmen primitus pertinuisse videri potest [b]. ¶ *Omnes*] Illarum urbium incolas [c], impœnitentes scilicet. Idem his exemplis Christus significat, quod dicit Petrus, 2. 2.9. Quo fine etiam Philo [cujus verba vide in G.] Libro de Mosis Vita utramque hanc historiam adduxit [d].

30. *Secundùm hæc* (scil. exempla dierum Noe & Lot *,) *erit, quâ die—revelabitur*] Nimirum ad exercenda sua judicia in contemptores Regni sui. Sic Paulus dixit. Ἀποκαλύπτεται ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ, [Rom. 1. 18.] Obsidium autem Hierof. & quæ mala ex eo sunt secuta, præcipua hìc intelligi sequentia ostendunt, quæ ad universale Judicium non satis rectè referas. Joel quoque hoc severitatis Divinæ tempus vocat *magnum & illustrem diem Domini*, explicante Petro, Act. 2. 20. ubi & hæc sententia legitur ad loci præsentis explicationem faciens, *quicunque nomen Domini invocaverit salvus erit*. Interim memoriâ tenere debemus omnia illa localia Judicia imagines & pignora esse Judicii universalis [f]. Al. *Revelabitur*, non propheticâ prædictione, nec Evangelii prædicatione, sed ipse sese in illa sua gloriosissima Majestate conspiciendum exhibens [g].

[f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Di. [k] Idem. [l] Idem. [m] Bru. [n] G. [o] Di. [p] Bru. [q] Pi. sim. Bru. Ec. ad v. 22. [r] Bru. † Bru. [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] Idem. [a] Pi. G. [b] G. [c] Bru. [d] G. * Bru. [f] G. [g] Ec.

31. *Qui fuerit in tecto*, &c.] Vel, *supra tectum*, Pi. &c. Proverbialis hæc locutio certissimum exitium significat, & quòd, præcisâ omni morâ, celerrimè sit effugiendum, non solo discessu corporis, sed & locorum diversitate: nam utrumque hìc conjungi debere ostendunt sequentia: & alioqui mos est Orientalium τὰ σύμβολα conjungere τοῖς διὰ συμβόλων [h]. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω] *Non revertatur retro*, Be. Pi. &c. vel, *ad ea quæ retro sunt*; q. d. Illic exspectet sui mutationem, sive mortem [i].

32. *Mementote uxoris Lot*] Quid scil. illi acciderit [k]: solummodo respexit retro post se, & periit, nec tantum temporis concessum est ei, quo posset se rursus antè vertere [l]: Illa, ignis splendore, hominum pereuntium ejulatu, &c. mota, insuper de bonorum suorum simul pereuntium jactura dolens, spretis Dei mandato & insigni præsentis liberationis beneficio [m], dubitans an frustrà ex urbe migrâsset, quod erat fidem abrogare Dei oraculo [n], substitit & respexit, &c. Ejus igitur memores mundana bona nunquam tanti faciamus, ut propter illa Christi præcepto hìc nobis præscripto non satisfaciamus. Et fugiamus istos homines, qui nè minimam, Christi causâ, jacturam fortunarum suarum facere velint [o]: firmemus animos nostros fidei constantiâ, ut eorum quæ à tergo sunt obliti, & illecebris caducæ vitæ valere jussis, libere & alacriter ad cœlum aspiremus [p]. Sensus est, Omni modo fugienda malorum contagia, nullo commodorum temporalium respectu: quod Paulus ità enunciat, [Philip. 3. 13.] τὰ ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος. Philo autem eandem hanc de Lothi uxore historiam explicans, non debere nos περιβλέπεσθαι, &c. (*suspicere quæ à tergo sunt, inanem gloriam & similia, sed ad anteriora prospicere, nimirum virtutes & actiones secundùm virtutem*.) Idem alibi ad hanc rem appositè loquitur [q]. [Verba vide in G.]

33. *Quicunque quæsierit* (nimirum revertendo, aut respiciendo retro [r], detrectando Christianismi professionem quò impiorum vitetur offensa: quod multos fecisse ex Pauli & Johannis Epistolis, tum verò & ex divina Apocalypsi, apparet †:) *animam suam* (i. e. semetipsum [t]: quod ostendit verbum ζωογονήσει [v]) *salvam facere*, (i. e. imminentibus periculis eximere [x],) *perdet illam*.] Communi impiorum exitio involutus: quod omnibus illis accidit qui cum Christianis in montana, aut Pellam versùs, fugere noluerunt. Ea autem res simul figuram gessit Judicii post hanc vitam tum singularis, tum universalis [y]. Simile dictum in Talmud. Fingunt Gemaristæ Alexandrum M. varia quæsivisse de *Senibus*, i. e. sapientibus, *Austri*: inter alia, *Quid faciet homo. & vivet? Dixerunt illi, Mortificabit se*, i. e. pravos affectus suos. *Quid faciet homo, & morietur? Vivificabit se*, i. e. genio & libidinibus indulgebit [z]. ¶ *Quicunque perdiderit — vivificabit eam*, Ζωογονήσει αὐτήν] *Vitam illi parabit*, Er. P. Ti. *In vitam generabit*, veram scilicet & æternam [a]. *Vivificabit* (vel, *Servabit*, Tremel. ex Sy. Æth. *Conservabit*, Di. Ca.) *eam*, Il. Mo. Be. &c. Rectè; modò agnoscatur Hebraismus, ubi החיה, non tam sign. *vitam de novo dedit*, quàm *acceptum conservavit*: quo sensu accipitur Genes. 6. 19. Exod. cap. 1. v. 17, 18, 22. Act. 7. 19 *. Ità & hìc accipitur [b]: idémque est quod σώσει, Matth. 16. nam hìc ἀπολέσει & ζωογονήσει inter se opponuntur [c].

34. *In illa nocte*] Adventûs Christi: Mox vocavit *diem*, jam *noctem*: *dies* erit gloriosa Christo; hominibus autem, præsertim reprobis, *nox* horribilis [d]. Sicut modò *diem* dixit omne illud tempus quo Regnum Christi maximè conspicuum fuit, ità nunc *noctis* nomine appellat ejus temporis ultimam clausulam gravissimis calamitatibus plenam. Solent autem Hebræi Noctis & Tenebrarum nomine magnas ærumnas denotare *. ¶ *Duo*] Viri familiares: vel, vir & uxor, &c. ¶ *In lecto*] Divites, tanquam in requie otióque viventes. In Mat. *molentes*, qui pauperes: & *in agro*, qui mediocres, labore vitam sustinentes [f]. ¶ *Unus assumetur*, Παραληφθήσεται] E periculo educetur *velut apprehensâ manu*, ut ad Mat. exposuimus. ¶ *Relinquetur*, Communi nempe exitio. Evangelii sermo vim habet palàm discernendi eos qui antea permixti erant, etiam conjuges. Vide suprà 12. 52, 53, 54 [g].

36. *Duo in agro*, &c.] Hoc ab aliis omittitur, tanquam

[h] G. [i] V. [k] Bru. ex Euthym. sim. Ger. [l] Bru. Mc. [m] Chem. [n] Calv. [o] Ger. [p] Calv. [q] G. [r] Bru. † G. [t] Bru. G. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] G. [a] Bru. * Di. [b] Di. sic Ham. [c] Di. [d] Bru. * G. [f] Bru. [g] G.

quam ex Mat. huc transcriptum [h], de quo non dubitabit qui animadverterit à Græcis Scriptoribus discrimen hoc loco Matthæi & Lucæ disertè annotari [i].

37. *Ubi, Domine?*] q. d. Ubi fiet ista hominum discretio [k]: Ubi relinquendi sunt [l]? Sed illud non erat dubium; ubi scil. inventi erant, in terra [*]. Ποῦ] *Quo*, Pi. Di. ex Sy. & Ar. Bru. sub. *assumentur*, Bru. ex Th. & Euth. Pi. Di. Non enim de relinquendis soliciti erant, sed de assumendis. Sic ποῦ sæpe sumitur, ut Luc. 12.17. Joan. 3.8. & 7.35. & 8.14. & 12.35. & 13.36. & 16.5. Heb. 11.8. 1 Joh. 2.11 [m]. Ποῦ significat motum vel in loco, vel ad locum [n]. ¶ *Ubicunque fuerit corpus*, &c.] Σῶμα dixit quod πτῶμα Matthæus [o]: nec mirum: nam & de Homero Porphyrius observat, *quod viventium δέμας semper dixit, mortuorum verò σῶμα*. [Verba ejus & Homeri quære in G.] Hoc autem proverbio Christus ad interrogationem respondet, significans, illam discretionem hominum futuram quidem in Judæa, sed non ibi tantùm, verùm ubivis locorum & gentium. Tam latè enim patere debebat ista discretio quàm latè proferendum erat Christi Regnum. Non igitur hîc erit Christi Regnum, ibi non erit, pro diversitate locorum, ut Pharisæi putârunt, sed ubique & erit & non erit pro animorum discrimine [p]. Sensus est, In aera [q], ad me [r], venientem in nubibus [†], assumentur [t]; ad quem fideles omnes, tanquam aquilæ ad cadaver, cogentur [v]: quibus ipse id futurus sum quod aquilis cadaver; deliciæ, inquam, & æternæ felicitatis pabulum [x]

[h] Bru. sim. G. [i] G. [k] G. [l] Q. in Bru. [*] Bru. [m] Di. [n] Bru. [o] G. Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Bru. Di. sim. Pi. [†] Bru. [t] Bru. Pi. Di. [v] Di. [x] Bru.

CAP. XVIII.

1. **D**Ixit *parabolam ad illos, quoniam oportet*, &c. Πρὸς τὸ δεῖν, &c.] *Ad oportere*, &c. Mo. Pi. i.e. Ad docendum quòd oporteat. Metonymia subjecti [a]. *Ad hoc quòd oportet*, &c. V. Huc spectantem *quòd oporteret*, &c. Er. Il. Be. sic Ti. Pi. &c. Ad hunc finem quòd oporteat, &c. si servari & à malis liberari velimus [b]. Eò pertinentem *quòd semper preces faciendæ sunt*, G. Hi volunt πρὸς causam finalem parabolæ denotare. Id tamen sensum habet satis difficilem, propter Infinitivum δεῖν. Verto, *Propter oportere*, &c. Πρὸς enim interdum *propter*, sive causam impulsivam, significat, ut Matth. 19.8. πρὸς, &c. *Propter duritiem cordis vestri*: πρὸς ἀκροατὴν, *propter auditorem*, apud Aristotelem: πρὸς ἐπιστολὰς, *propter epistolas*, apud Thucyd. Syrus & Arabs vertunt, *Ut omni tempore precarentur*, non exprimentes verbum δεῖν [c]. *Semper*, i.e. quàm sæpissimè: opponitur enim intermissioni ex tædio & desperatione [d]: assiduè, omni tempore opportuno [*], perseveranter, non obstante tædio, metu, tentatione [f], constanter, statis precationum temporibus nunquam prætermissis [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μὴ ἐκκακεῖν] Ità Gal. 6.9. Eph. 3.13. 2 Thes. 3.13 [h]. *Et non deficere*, Bru. ex Vulg. sic Æth. scil. animo, ob dilationem rei petitæ [i]. Vel, *defatigari*, Er. Il. Ti. V. Val. i.e. non despondere animum, non cessare ab oratione præ tædio aut impetrandi desperatione, aut quia non mox pro voto exaudiaris [k]. Sed hæ Versiones nituntur hâc conjecturâ, quòd legendum ἐκκάμνειν [l]. [Alii ergò aliter reddunt:] *Nec esset anxietas* (aut *tædio*, Sy.) *eis*, Tre. *Et non pigrescerent*, Pers. vel, *teperent*, Ar. *Nec segnescere*, Pi. Mo, sic Be. Ham. Er. V. vel, *elanguescere*, Pi. vel, *afflictionibus & malis cedere*, aut *succumbere*. Be. Bru. Val. κακοὺς enim Græci nonnunquam vertunt *inertes* & *ignavos* [m]. Κακὸς propriè dicitur de segni & meticuloso, qui pedem refert in certamine [n]. Verbum ἐκκακεῖν negligentiam denotat aut *ignaviam*, ut patet tum ex 2 Cor. 4.1. Gal. 6.9. 2 Thes. 3.13. tum ex Hesych. & Phavor. (vide Ham.] Significat & *despondere animum* præ metu, ut liquet ex 2 Cor. 4.16. Eph. 3.13 [o]. Sensus, q.d. Usque instandum donec exaudiamur [p]. *Et non frangi malis*, ità scil. ut orandi studium, unà cum spe, abjicias, si primis votis non succedat [q]. Ἐκκακεῖν est, ὑπὸ τῶν κακῶν νικᾶσθαι, *malo vinci* [r]. Sensus est, Non esse fatiscendum in precibus, sed *orandum*, ut Paulus monet, 1 Thes. 5.17. *indesinenter*. Sic & Proclus ad Timæum, χρὴ ἀδιαλείπτως εὔχεσθαι, &c. (*Indesinenter orandum*, &c [*].) Monet, nè ob

[a] Pi. sim. Di. [b] Bru. [c] Di. [d] Glas. gram. 3.5. 6.439. [*] Bru. [f] T. [g] Ham. [h] G. [i] Bru. [k] Idem. [l] Ham. [m] Er. [n] Be. sim. Ham. [o] Ham. [p] Pi. [q] Bru. [r] Pi. [*] G.

afflictiones tunc orituras, in vindictâ Christi adversùs Hieros. animo deficiant [†].

2. *Judex quidam erat*, &c.] Cujus generis hæc sit comparatio, diximus ad locum similem in c. 16 [||]. Aut docendi causâ hoc confictum est; aut res gesta narratur, quæ *parabola* dicitur, quia ad docendum adhibetur [t]. Non conferuntur inter se h. l. paria, sed minus cum majore; q. d. Ab iniquissimis judicibus hoc obtinetur, &c. quantò magis à Deo [v]? ¶ *Et*, &c. Καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος] *Nec hominem* (vel, *quenquam*, P. ἄνθρωπον pro τινὰ, quod sæpe occurrit [x]: vel, *homines*, Ti. Ca. ut sit Enallage numeri [y].) *reverebatur*, Er. Be. Pi. Ti. Ca. sic Camer. G. &c. vel, *erubescebat*, Sy. sic Pers. q. d. & timore Dei vacuus, & pudore hominum, cui nec conscientiæ cura, nec famæ [z]: Planè ut Cyclops apud Homerum. [Verba vide in G.]

3. *Vidua*] Deserta, contempta, & quam crudelis ille flocci non faciebat. ¶ *Veniebat*, Ἤρχετο] *Ventitabat*. Nam Græci frequentativa non habent [a]. ¶ *Vindica me*, Ἐκδίκησον] *Ulciscere me*: vel potiùs, *vindica*, i.e. libera, tuere, defende, jure dicto, quod tui est officii, eripe è malo [b]. Ἐκδικεῖν, aut, ut infrà, & Act. 7.24. ποιεῖν ἐκδίκησιν, sicut Latinum *vindicare*, aliàs est, *ultionem sumere*, aliàs, *quovis modo arcere injuriam*: qui sensus huic loco convenit. Cicero *Vindicationem* definit *per quam vim aut contumeliam defendendo, aut ulciscendo, propulsamus* [c].

4. *Nolebat per*, &c. Ἐπὶ χρόνον] Locutio Lucæ familiaris, quæ per se neque magnum, neque parvum, sed aliquod, tempus significat, Act. 15.33. ποιήσαντες δὲ χρόνον, & 19.22. ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν. Idque sensus loci magis mihi videtur postulare, ut intelligamus non nimiùm diu potuisse ab eo judice perferri quotidianas interpellationes [d]. *Ad tempus*, Mo. P. Er. V. Camer. *Aliquamdiu*, Er. Ti. Ca. V. *Usque ad aliquod tempus*, Ar. *Per multum tempus*, Sy. Il. Be. Pi. Ἐπὶ χρόνον in Homer Odyss. [illegible] non parvum temporis spatium declarat, & χρόνος interdum de longo temporis spatio dicitur. Hoc etiam meliùs exprimit eam μακροθυμίαν, cujus postea fit mentio [*].

5. *Tamen*, &c. Διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον] *Tamen quia molestiam mihi exhibet*, Bru. Pi. sic Be. ¶ *Nè*, &c. Ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με] *Nè tandem* (vel, *indesinenter*, Il. *assiduè*, Ca. Di. *ad extremum*, P. *denique*, Er. *in fine*, V. Er. *in finem*, Mo. Pi. *ad finem usque*, Pi. Ga. vitæ scil. sive ad mortem usque: nam τέλος, perinde ac τελευτὴ, pro morte sumitur [f]. Vel, *in novissimo*, Vulg. vel, *semper*, sive *perpetuò*, sive *omni tempore*, D. Pi. Di. ex Sy. G. Q. in Be. Sed εἰς τέλος nunquam sic legis [g]. Imò, inquam, frequentissimè, ut Matth. 10.22. *qui perseveraverit ad finem*, i.e. continuò & constanter; & sæpe apud Lxx [h]. Hellenistica locutio est [k]: εἰς τέλος est לנצח [l]; quod significat *perpetuò* [m], sive εἰς τὸν αἰῶνα, *in seculum*, ut Psal. v. 9.7 [n]. & Psal. 9. v. 18. & 13.1 [o]. & 49 vers. 20. & 79. v. 5. & 103. v. 9. in quibus locis etiam Lxx habent, εἰς τέλος. Adde Joh. 13.1. 1 Thes. c. 2. v. 16 [p].) *veniens* (vel, *ventitans*, Ca. *veniat*, Ti. Æth. *veniendo*, P. Sensus, Nè semper veniens, nè venire perseverans, pergénsque mihi esse molesta [q]: nè identidem & indesinenter veniendo [r], méque interpellando [†]. Εἰς τέλος conjungunt cum ἐρχομένη [t]. Sed malo ἐρχομένη redundare Pleonasmo Hebræis familiari [v].) *obtundat me*, Be. P. Ca. Pi. vel, *sugillet* (vel, & *sugillet*, Ti. & *affligat*, Æth.) *me*, Er. i. e. vituperet ac deroget [x]: vel, *molesta sit mihi*, Tre. ex Sy. Pi. sim. Pers. Non dubito quin sit Latinismus [y], quales multi apud Lucam: nam ὑπωπιάζειν ad verbum est, *obtundere*: at *obtundere* Latinis est, Ad fastidiendum aliquid repetere. Cicero, *Si meministis, obtundam*. Terentius, *Obtundis, tametsi intelligo* [z]. Idem, *Nè me obtundas de hac re sæpiùs*, i.e. nè sis molestus auribus meis commemorando, &c. Est Metaphora κατάχρησικὴ: nam ὑπωπιάζειν propriè significat, non *aures obtundere* [a], sed *contundere*, seu *sugillare* [b], τὰ ὑπώπια, i.e. *ejus faciei partes quæ oculis subjectæ sunt* [c]: vel, alterius faciem pugnis aut cæstibus ità tundere & cædere ut livida reddatur [d]: & vulnera indè facta ὑπώπια dicuntur [*]. Verbum à pugilibus ductum [f], qui supernè sugillant genas, infernè supplantant [g]. Hinc & alia hujus vocis (sicut & Latinæ vocis, *sugillationis*,) significatio, *dedecoret*, sive *contumeliâ afficiat*. Sic in Cicerone, *Consulatum Auli non tam Consulatus est, quàm magni nominis* *hypopion*,

[†] Li. ho. [||] G. [t] Bru. [v] Be. [x] Idem. [y] Be. Bru. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. [c] G. [d] G. [*] Be. [f] Ga. pso. 250. [g] Be. [h] Di. [k] G. [l] Ca. sic D. G. Di. Ham. [m] G. ex D. [n] D. [o] G. Di. [p] G. [q] Fru. [r] Pi. Di. [†] Pi. [t] Q. in Bru. [v] Be. [x] Er. [y] G. sim. Be. [z] G. [a] Er. [b] Pi. Ca. Bru. sim. Be. [c] Pi sic Ham. [d] Bru. ex Be. sim. Ham. [*] Be. [f] Er. sim. Be. Ham. [g] Er.

hypopion, i. e. opprobrium Pompeio qui illum Consulem fecit: & in Nili Ἀνεκδότ. Narr. 6. de fortibus generosæ fœminæ dictis loquens, ait, ἑαυτὴν ὑπώπια δεξάμενοι, *ea se accepisse tanquam contumelias* [h]. Verùm non ad famam & ignominiam hoc refertur, (cùm ille homines non revereretur, ideóque nullam famæ rationem haberet: id id quod verbo ἐντρέπεσθαι significatur,) sed ad illud, *Nè mihi negotium facessat: nè assiduitate & improbitate suâ me quasi feriens obtundat* [i]. Jus, inquit, illi reddam nè nunquam desinat mihi molesta esse assiduis flagitationibus [k]. Arabs sic vertit, *Nè sit inanis à me, & veniat ad me omni tempore ut mihi molestiam exhibeat*; i. e. nè si inanis & sine auxilio à me dimittatur, assiduè & perpetuò redeat, mihique molestiam creet: Emphatica & optima interpretatio [l].

7. *Deus autem non faciet vindictam electorum suorum*, &c.] Omnia verba emphasin habent. Deus ille justus, ille misericors, an non arcebit injuriam, non ab iis quos contemnit, sed quos diligit, non ab iis qui molestiam ipsi exhibent, sed quorum preces magni æstimat? De voce ἐκλεκτῶν satis alibi [m]. ¶ *Et*, &c? Καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς;] Καὶ in nostro vetere Libro non est [n]. Alii legunt, καὶ μακροθυμεῖ (pro μακροθυμήσει [o]) ἐπ' αὐτοῖς; ità vetustiss. ille in Anglia manuscriptus; ità Latinus Interpres [p], Sy. & Ar. & Chrys. quare hanc lectionem retinendam puto; eóque magis quia qui aliter habent Codices non habent eodem modo: alii καὶ omittunt, alii ejus loco ναὶ reponunt: ut appareat variè interpolatum locum ab iis qui loquendi istud genus non satis capiebant [q]. Latinus legisse videtur μακροθυμήσει, quòd magis convenit verbo ποιήσει ut καὶ duo Futura conjungat. Locum sic verto, *Et tamerit in eos difficilis?* q. d. Eritne tam patiens Deus, tam durus, & inexorabilis, ut se potiùs suorum precibus obtundi patiatur quàm eos citò ulciscatur? Est autem μακροθυμεῖν, *patientem & tolerantem esse* [r]. Sed hæc est audax & intolerabilis loci corruptio [†]. Quidam putârunt μακροθυμεῖν ἐπί τινι hîc esse, *misericordiâ alicujus moveri*: quem sensum, si non directè, certè ex consequentia, habet ea vox ubi de exigendis debitis aut re simili agitur, ut Matth. 18. 26, 29. idque ipsum hîc secutus est Arabs: vertit enim, יעאנת עליהם, i. e. ἐλεήσει αὐτῶν· repetitâ scilicet tacitè negativâ interrogatione. Sed non potest vox μακροθυμεῖν ità hîc accipi ubi de arcendis ab aliquo injuriis agitur. Est enim in ista voce Dilationis significatio, quæ ut debitori prodest, ità gravis est ei qui vim patitur. Quare præferenda est Syri & Latini interpretatio qui negationem non repetunt. Syrus habet, ומגר רוחה עליהון, i. e. *pertrahet* [forsan legendum, *protrahet*] *spiritum suum erga illos?* Latinus, *& patientiam habebit in illis?* i. e. in eorum causa lentus erit? Dubitationem omnem eximit Sirachides, qui in re eadem idem loquendi genus usurpat, haud dubiè ex vetere proverbio ad quod allusit Christus, [Ecclus 35. 21, 22.] *Oratio humilis nubes penetrat*,—*nec recedet donec respiciat Altissimus: judicabit justos, & judicium faciet*: καὶ ὁ Κύριος οὐ μὴ βραδύνῃ, οὐδὲ μὴ μακροθυμήσῃ ἐπ' αὐτοῖς ὁ Κραταιὸς [t]. *Dominus non faciet moram, nec tardus erit erga illos*, pœnam scilicet eorum differens [v]; vel, *non longanimiter aget super illis*: non differet vindictam eorum ultra modum [x]. Idem hîc dicitur, sed præs. temp. verbum positum est pro Futuro. Declarant idem quæ sequuntur verba, ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει, *citò eos liberabit*, quod opponitur τῷ μακροθυμεῖν. Neque discedere ab hac perspicua admodum interpretatione nos cogit quòd Deus interdum ad tempus amicos suos patitur improborum injuriis vexari: nam illud ipsum tempus, quamvis longum interdum ferentibus videatur, re verâ exiguum est, imò momentaneum: vide 2 Cor. 4. 17. Adde, quòd ipsa illa dilatio causas habet ipsis ferentibus salutares, quanquam sæpe non conspicuas. Multùm autem valet ad excitandam precum assiduitatem, si confidamus non tantùm liberandos nos, sed & citò liberandos, etiamsi aliquantulùm liberatio differatur. Vide Abuc. 2. 3. & Apoc. 22. 20 [y]. Tollit h. l. offendiculum ad quod Judæi conversi impingere poterant, quòd ipsi persecutionem paterentur, dum Judæi infideles adhuc florerent. At, inquit, certissima illis imminet vindicta brevi sumenda, &c [z]. Syrum sic reddit Tre. *Et protrahet spiritum suum contra illos?* Sed non arbitror hîc promitti longanimitatem Dei, sive vindictæ dilationem, (repugnat enim hoc consolationi fidelium, adeóque menti Christi,) sed, postquam Deus eâ usus fuerit, celerem vindictam. Itaque Syriacam hujus loci Versionem sic reddo, *Deus autem non magìs faciet vindictam electis suis, qui clamant ad ipsum die ac nocte, & super quos longanimis est?* Pronomen ד in דקרין, *qui clamant*, influit, per sequentem copulam, ו, in ומגר רוחה עליהון; ut עליהון, *super eos*, ponatur pro דעליהון, *super quos*. Hebraismus, qualis Psal. 1. v. 1, 2. *Beatus vir qui*, &c. *& in lege Dei voluntas ejus*, i. e. & cujus voluntas est in Lege Dei; אשר enim præcedens influit in חפצו. Ità & h. l. καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, pro, καὶ ἐπ' οἷς μακροθυμεῖ, supp. ὅς. Sic & Arabs habet, אלדין ידעונה נהארא ולילא ותאני עליהם, quæ aliter verti nec debent nec possunt, quàm, *qui invocant eum die ac nocte, & super quos moram trahit*. Affixum posterioris membri valet pronomen relativum, propter עליהם prioris membri, quod repeti non debuit, quia de iisdem personis agitur [a]. [Alii verba sic reddunt;] *Et longanimis*, vel *patiens* (sub. *erit*, V. Bru. semper scilicet [b],) *super illos?* Mo. Bru. vel, *in illis?* V. *Et moram facit*, sive *lentus est, erga illos?* jus scilicet illis reddendo [c]. *Etiam cum patiens fuerit super illis?* Vel, *Et leni animo ferens illos?* Er. *Etiamsi* (Καὶ pro κἂν, sive κἄπερ [d]) *iram cohibeat*, sive *differat*, (vel, *longâ patientiâ utatur*, Ti.) *super ipsis?* Be. P. Pi. Ti. vel, *in illos?* i. e. quamvis diu differat vindictam illorum [*]. Locum sic verto, *Annon vindicabit electos suos Deus, implorantes se dies atque noctes, differendo animadversionem de eis?* Camer. Al. Loquitur de temporibus Excidium Hierosol. antecedentibus: quum grassaretur supra modum Apostasia, & Judæi non sine difficultate aut perducti sunt ad fidem, aut in fide retenti: ac propterea Deus plurimâ patientiâ erga electos suos usus est. Ex quo omnem istam patientiam exercuerit, εὑρήσει πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς [†];

8. *Citò*, &c.] Id est, brevi [f], primo quoque tempore opportuno [g]. ¶ *Veruntamen Filius hominis veniens*, Ἐλθὼν] *Cùm venerit*, Be. Pi. scil. in die sua, de qua suprà 17. 24. ad vindicandum electos semel omnes ab injuriis malísque omnibus, &c [g]. Cùm veniet ad suos liberandos: quod non tantùm faciet tempore Judicii universalis, sed etiam in hoc seculo sæpissimè facit. Ità venire sumitur Abac. 2. 3 [h]. ¶ *Putas*, &c? Ἆρα εὑρήσει, &c?] *Num reperturus est fidem in terra?* Er. P. Be. Pi. &c. i. e. in hominibus [i]? Cùm Christus dixisset, pios citò liberandos, reddit nunc causam, quare eos Deus sæpe non liberet, quia nimirum non eâ fide quâ debent Deum orant [k]. Itaque cùm venerit ad Judicium Filius hominis, quo potissimùm tempore electos suos liberaturus est, vix quos liberet inveniet, quia vix fidem inveniet [l]: plerique miserè peribunt ob defectum fidei & orationis [m]. Excusat ergò Deum, homines accusat: Per Deum, iniquit, non stat quominus liberentur [n]. Nec mirum, si posthac in suis malis tabescant homines, cœlesti auxilio destituti, in cujus [auxilii] fiduciam recumbere nec sciunt, nec volunt, adeóque verum remedium negligunt [o]. Significat, novissimo tempore paucissimos fore qui in fide & oratione perstiterint in superioris temporis afflictionibus, & fideles tunc pauciores fore quàm seculis præcedentibus: quod etiam significatur Matth. 24. & 2 Pet. 3 [p]. Sic [ut hoc loco] & apud Abacucum constans illa exspectatio liberationis tribuitur Fidei: sequitur enim, *Justus suâ fide vivet*. Et rectè junguntur *patientia & fides sanctorum*, Apoc. 13. 10. Hæc fides est quæ preces commendat, Jac. 1. 6 [q]. *Fidem* hîc intelligit cum fiducia & charitate conjunctam, quæ ad perseveranter orandum excitet [r]. Conqueritur Christus, multos non perseverare in patienti fiducia, ac proinde in precibus, usque dum tempus liberationis, quod non longè abest, adventet. Huc & illud pertinet, Matth. 24. *Qui perseveraverit ad finem servabitur. Fides & nativitas salutaris*, teste Cypriano, *non accepta, sed custodita, vivificat. Hoc opus, hic labor, est*. Non deerunt etiam post Christum corruptissima secula, qualia olim seculum Diluvii, seculum Tharæ, seculum Amrami, seculum Antiochi. Vide, inter alia, 2 Tim. 4. 3, 4 [†].

9. *Ad quosdam*] Prudenter Lucas monitis de constante Fiducia annectit monitum de submissa animi Modestia;

[h] Ham. [i] Ca. [k] G. [l] Di. [m] G. [n] Camer. [o] Le. [p] G. sim. Be. [q] G. [r] Ca. [†] Be. [t] G. [v] Ham. [y] G. [z] Ham.

[a] Di. [b] Bru. [c] Ham. [d] Be. ex Th. Pi. [*] V. [†] Li. ho. [f] Eru. sim. V. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. [k] Mal. ex Aug. & Beda, Me. [l] Mal. Me. sim. Bru. [m] Bru. sim. Chem. [n] Mal. [o] Calv. [p] Bru. [q] G. [r] T. ex Bru. [†] G.

destia; quæ cùm in omni vita usum habet, tum præcipuè in precibus. Dixit autem hæc Christus cùm quosdam, Pharisaicæ videlicet sectæ, præsentes conspicaretur, quorum ferocem animum introspectabat [t]. ¶ *Qui*, &c. Τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς ὅτι εἰσὶ δίκαιοι] *Qui in se* (vel, *apud se*, i. e. in animis suis [v],) *confidebant* (vel, *sibi persuaserant*, Be. Bru. Pi. πεποιθότες, pro πεπεισμένοι [x]. πείθω plus aliquid est quàm confidere [y]. הבוטחים על נפשיהם. Simile loquendi genus, 2 Cor. 1. 9. ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, &c. quanquam in sensu alio: nam ibi de fiducia ea agitur quæ in causis naturalibus collocari solet, hîc de ea fiducia quam multi plùs æquo sibi placentes in virtutibus sæpe falsò creditis ponunt, eâque re impediuntur nè demisso animo ad Divinam misericordiam confugiant [z].) *quod essent justi*, Er. Ti. sic Bru. ex Sy. i. e. sancti, subaudi, quales revera non erant, vel ob superbiam certè mentisque tumorem [a]: vel, *quasi justi essent*, aut *eò quòd justi sint*, suâ scilicet existimatione: utramque enim interpretationem verba recipiunt, & sensus in idem recidit. Chilo interrogatus, *quid esset difficillimum*, respondit, *Semet nosse: quemlibet enim præ amore sui plurimùm* ἑαυτῷ πεποιθέναι, (*sibi ipsi confidere.*) Fieri non potest quin sui amore corruptus animus & bona sua supra verum æstimet, & mala vero minora arbitretur; & contrà, quæ in aliis sunt mala, vero majora; quæ bona, infra verum. Nam ut humore aliquo suffusus oculus omnia videt non ut sunt, sed pro humoris illius qualitate, ità qui se amat sibi fingit somnia, résque omnes non ex vero, sed ex sua cupiditate, judicat. Quare, cùm medium in puncto tenere difficile sit, sicut ii quorum calcei dextrorsum vergunt eos solent multum premendo sinistrorsum reflectere, ità & nos æquum est conniti in eam partem à qua sponte nostrâ alieniores sumus. Nam in hanc partem non tutiùs tantùm, sed & laudabiliter, erratur. Bene Chrysost. Εἰ βούλει μεγάλα, &c. (*Si rectè facta tua magna haberi vis, tu nè putes ea magna esse, sed agnoscas te gratiâ servari, ut Deum tibi debitorem reddas*, &c.) Macarius, Κἂν ᾖς ὢν ἐκλεκτὸς, &c. (*Quamvis sis electus Dei, apud teipsum quasi rejectaneus esto, & fidelis cùm sis, te velut indignum judica: tales enim animi Deo probantur* [b].) ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐξουθενοῦντας, &c.] *Et reliquos* (nempe præ se [c],) *pro nihilo habebant*, Be. Pi. vel, *aspernabantur*, Er. Vulg. &c. tanquam homines nihili, sive nullius pretii [d]: Consequens enim est ut aliena deprimat qui sua miratur. Diximus de hac re ad Mat. 7 [*].

10. *Ascenderunt in templum* (quod in monte situm erat, Esa. 2. 3 [f].) *ut orarent*] Quòd is locus ad preces fundendas acceptissimus Deo crederetur, 1 Reg. 8. 38. Matth. 21. 13 [g].

11. *Pharisæus stans*, &c. Σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο] Illud, πρὸς ἑαυτὸν, jungendum, vel, 1. cùm προσηύχετο [h]. *Stans apud se* (i.e. in animo seu corde suo [i],) *orabat*, Bru. ex Vulg. Sed quorsum hoc diceretur [k]? Vel, 2. cum σταθεὶς quanquam prius malo [l]. [Alii autem posterius malunt, locúmque sic reddunt:] *Stans* (ut moris ibi erat, quia commoditas sedendi nulla erat, ubi solis Pontifici & Regi sedes erant [m]: vel *stare* hîc animi tantùm præsentiam & audaciam denotat, ut Jos. 7. 12 [n]. Vel, *Consistens*, Be. *Quum constitisset*, Pi. gradu fixo [o], singulari curâ & animi devotione componens se ad precandum [p].) *solus*, vel *seorsim*, (Publicanum velut impurum aversatus, eúmque, procul à tergo, in extima porticu relinquens [q]: verebantur enim Pharisæi nè ex profanorum hominum contactu polluerentur [r]. Πρὸς ἑαυτὸν id ipsum est quod Heb. לבדו, quòd LXX sæpe vertunt, καθ' ἑαυτὸν, *seorsim* [†], ut Gen. 30. 40. & 43. 32 [t]. Sed & vetustiss. meus cod. hîc habet, καθ' ἑαυτὸν [v]. Sed probandum erat, πρὸς ἑαυτῷ, idem interdum significare quod καθ' ἑαυτὸν [x]. Verto, *apud se*, i.e. loco suo, præcipuo scilicet aliquo ubi conspiceretur [y]: Non puto hîc significari seorsim illum à Publicano, quasi impuro, constitisse. Nam mos id ferebat ut Publicani in atrio Gentilium, Pharisæi in atrio Israelitarum, starent: nec quicquam in eo erat insolitum, aut Pharisæo imputandum [z]. Πρὸς ἑαυτὸν usitatum est pro παρ' ἑαυτῷ vel ἐν ἑαυτῷ, *apud*, vel *intra*, *seipsum* [a]. Vide Marc. 9. 10, 33. & 10. 26. 14. 4. & 16. 3 [b], Adde 1 Cor. 11. 13. ubi ἐν ὑμῖν idem est quod illis in locis πρὸς ἑαυτούς. *Stetisse* ergò *secum* dicitur, ut intelligamus, eo, qui sequitur, sermone intima ejus sensa explicari, ut qui habitus sit nemine conscio [c]. *Stabat apud se*, Di. ex Sy. i.e. totus in seipsum versus, sibi ipsi tantùm intentus, & nihil nisi seipsum spectans [d].) *hæc orabat*, J. cap. Be. &c. Atqui is qui sequitur sermo ex eorum est genere quos Hebræi תודות, Græci δοξολογίας, vocant. Sciendum igitur προσευχῶν nomine generaliùs accepto comprehendi omne id quo Deum compellamus [*]. Nihil minùs quàm oratio hæc erat [f]: sed orationis loco hæc loquebatur [g]. ¶ *Deus*, Ὁ Θεὸς] Pro, ὦ Θεέ· sic v. 13. & Marc. 15. 34. collat. cum Matth. 27. 46. Atticismus [h]. ¶ *Gratias ago tibi*] Quòd justitiam suam Deo acceptam refert, id facit ἀφοσιώσεως ἕνεκα, *dicis causâ*; quòd vero justitiam suam ostentat, id sanè facit, non perfunctoriè, sed toto suæ mentis impetu [i]. Pharisæi non excludebant Divinam opem, ut ex Josepho apertissimum est, & nos alibi meminimus. Sed etiam qui nomen hoc usurpant, ingrati sæpe sunt, cùm aut primas sibi in honestis actionibus, Deo secundas, tribuant, aut ità agnoscant beneficia communia ut ad eam peculiarem misericordiam, quâ peccata ipsorum indigent, supplices non confugiant. Bene Chrysost. ὥσπερ, &c. (*Viri boni post rectè facta sua modestè de se sentiunt, mali, etiam post peccata sua, efferuntur.*) Paulinus de hoc Pharisæo, *Non orans ut exaudiretur, sed exigens quasi debitum meriti pro operibus bonis quidem, sed ingratis Deo, quia quod justitia ædificaverat superbia destruebat.* ¶ *Non sum sicut cæteri*] Bis peccat; primùm, quòd in magna laude ponit non esse in sceleratissimorum numero; deinde, quòd de hominibus cæteris, quorum maximam partem non novit, tam protervè judicat [k]. ¶ *Velut*, &c. Ἢ καὶ ὡς οὗτος, &c.] *Vel etiam ut iste publicanus*, Be. Pi. &c. Quem, si quid in ipso fuisset dilectionis, credere debuit resipiscendi proposito ad Templum accedere [l]: quod ipse gestus indicabat. Quòd si talem credens nihilominus ei insultavit ob vitam priorem, id verò aliquantò etiam erat atrocius [m]. Intolerabilis superbia cum temerario judicio conjuncta [n].

12. *Jejuno* (i.e. Jejunare consuevi [o],) *bis in Sabbato*; ità Er. Tre. &c. Τοῦ σαββάτου, *Sabbato*, Mo. Ti. &c. *Intra singula sabbata*, Ca. *Hebdomade*, P. Be. Pi. sic V. D. Pers. Ar. Hebdomada, à Sabbato incipiens, & in Sabbatum desinens, *sabbatum* hîc vocatur à præcipuo die. Vide Matth. 28. 1 [p]. Non improbat Christus hanc σωματικίαν, quanquam non ex Legis præscripto, sed ex voluntaria susceptione, venientem [q]. Dies autem illi jejunii spontanei erant dies secundus & quintus [r], [h. e. dies Lunæ & Jovis †,] consentientibus Hebræorum libris: quia nimirum quinto conscendit Moses montem Sinai, & secundo descendit ex eo [t]. Quò & illud referendum quod est in constitut. Clem. Αἱ δὲ νηστεῖαι, &c. (*Nè autem jejunetis cum hypocritis: illi enim secundo & quinto hebdomadæ jejunant.*) Christiani veteres, nè qua in parte Judæis concederent, ex quo facta erat per totum orbem à Judæis secessio, in horum dierum locum surrogârunt diem hebdomadis quartum & sextum, quos Pagani vocabant *Mercurii* & *Veneris*. Jejunia τετράδος (*diei quarti*) & παρασκευῆς, sive προσαββάτου, Christianis observata notant Ignat. Clem. Epiphan. [quorum verba habet G.] Tertul. *Stationibus quartam & sextam sabbati dicimus.* Idem testantur Ambros. Socrates, August. Hieron. Ista corporalis exercitatio nunquam à Christo damnatur, neque à nobis improbanda est, si recto fine usurpetur æstimetúrque suis ponderibus, i.e. infra opera dilectionis. At Pharisæi, toti occupati in ritibus, negligebant potiora. Facilè scilicet istas hederas sibi circumdant quibus intus nihil est nisi vappa, cùm veræ dilectionis opera, assidua præsertim atque eximia, non possint nisi ex animo emundato proficisci. Ità evenit illud veteris sententiæ sæpe repetendum, Τὸ μὴν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα· Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα. ¶ *Decimas do*, Ἀποδεκατῶ] Vide de hac voce ad Mat. 23. 23 [v]. ¶ *Omnium quæ possideo*] Non illa tantùm quæ vulgus solet decimæ subjicere, Poma & Fruges [x], sive fructus terræ, ex quibus solis deberi decimas, scribunt omnes sapientes [y]; sed & ea quæ controversi sunt juris, puta minora Olera, Ova, Lac, Caseum [z], etiam fructus aquæ, vel fructus fructuum [a], potiùs meis commodis aliquid detrahens quàm ut quicquam faciam contra Traditiones. At quantò melius

meliùs Zacchæus, qui bonorum partem alteram pauperibus dabat. Nam in minutis illis aliquid extra Legem præstare perfacile est; in quo tamen Pharisæi summam ponebant singularis cujusdam sanctimoniæ, cujus & nomen præferebant [b]. Nihil hic à Deo petit, non remissionem peccatorum, non perseverantiam, non virtutum augmentum, quasi harum culmen assecutus esset, nec opus majore Dei gratiâ habuisset [c].

13. *A longè stans*] Non longè à Pharisæo, quem in conspectu habuit, ver. 11. sed longè ab altari & locis sanctis [d], in primo septo, quò quibusdam patebat aditus, etiam Ethnicis [*]; vel in prima atrii populi parte [f], in atrio Gentium [g]; vel in ipso Templi vestibulo, quasi indignum se reputans qui propiùs accederet [h]. Ex humilitate potiùs hîc stetit quàm ex necessitate. Nec enim Publicani, si modò Judæi, ad atrium exterius limitati fuisse videntur [†]. ¶ *Nolebat nec oculos*, &c.] Nota hîc duas negationes quæ negant, non affirmant [i]. Sic Plautus, *Nè ille haud objiciet*, &, *Neque ego haud committam*. Fortè, *nec oculos*, dixit pro, *nè oculos quidem* [k]. Omnino puto respici morem Judæis & aliis gentibus communem, tollendi manus ad cœlum simul cum oculis: quod de Judæis testatur Philo. Horum morem secuti sunt Christiani, teste Clemente, Strom. 7. [Verba utriusque vide in G.] De profanis gentibus testatur Maro, *Ad cœlum tendens ardentia lumina frustrà, Lumina: nam teneras arcebant vincula palmas*. Seorsim manuum meminit Jeremias, Thren. 3. 41. *Passis ad cœlum manibus* orant Salomo, 1 Reg. 8. 54. Judæi Alexandrini, apud Philonem; imò omnes homines, ait Scriptor libri de Mundo. Apud Poetas & Historiarum scriptores centies occurrit, *manus supinas*, aut *palmas*, *ad cœlum tollere, pandere, tendere*: ut testimonia congerere sit otio abuti. Pro Christianis unum adducam Salvianum, *Cur ad cœlum quotidie manus tendimus?* Eodem allusit & Tertulliani illud, *Paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani*. Testabantur autem hoc ritu innocentiam suam: ut notant Seneca Oedipode, Philo, Tertul. Chrys. [Verba citat G.] vide & 1 Tim. 2. 8. Publicanus ergò, peccatorum suorum memor, non modò manus non audebat ad cœlum tollere, nè falsâ jactatione iram Dei provocaret, sed nè oculos quidem: quod quanquam propriè statui pœnitentiam agentis conveniebat, aliquatenus tamen in exemplum trahi solebat à plerisque Christianis. Tertul. *Atqui cum modestia & humilitate adorantes magìs commendamus Deo preces nostras, nè ipsis quidem manibus sublimiùs datis, nè vultu quidem in audaciam erecto. Sic ille publicanus orabat*, &c. Similia habet Cyprianus lib. de Oratione Dominica [l]. [Vide G.] ¶ *Percutiebat* (scil. manu, præ contritionis vehementia, tanquam pœnas de se exigens [m]:) *pectus* (i.e. cor, sive voluntatem [n], quæ admissorum criminum ipsi origo fuisset & causa: conscium se sibi multorum agnoscens peccatorum [o].) *suum*] Qui gestus semet accusantium, ut infrà 23. 48 [p]. dolentium atque perturbatorum [q]. Eundem observârunt in Christianorum Ecclesia qui pœnitentiam publicè profitebantur. ¶ *Propitius esto mihi peccatori*, Ἱλάσθητί μοι, &c.] Heb. סלח, quod modò personam, modò rem, in Dativo habet sibi subsequentem, LXX vertunt, ἵλεων ἔσῃ, Num. 14. 20. Jer. 31. 34. sequente Scriptore ad Heb. 8. 12; ἱλάσκεσθαι, 2 Reg. 24; ἐξιλάσκεσθαι, Deut 29. 20. Psal. 103. 3. Ipsa hæc vox ἱλάσθητι exstat Psal. 25. 11. & Dan. 9. 19. Videtur mihi Syrus non malè expressisse vim vocis per חונני. Huic παρώνυμον est ἐξιλάσκεσθαι quâ voce Hellenistæ reddunt Hebræum כפר, aut חטא; quæ verba non ipsam *animi miserationem*, aut *faventiam*, sed *actum aliquem aptum impetrandæ miserationi* aut *faventiæ*, significant: qua de re aliás. Sensus totius hujus precationis desumptus ex toto Psalmo 51 [r]. Verba hîc pauca sunt, vocem reprimente tum luctu, tum verecundiâ [†].

14. *Justificatus* (vel, justus Dei gratiâ effectus [t]: vel, à peccatis absolutus [v], justus à Deo judicatus [*]:) — *ab illo*, Ἢ ἐκεῖνος] *Quàm ille*, Mo. *Præ illo*, Er. V. D. &c. *Illius comparatione*, D. Potiùs *quàm ille*, Il. Be. Pi. &c. Subintelligitur μᾶλλον, *potiùs*, vel *magis* [y]. Sic in Plauto, *Certum est mori* (potiùs) *quàm hunc pati lenonem in me grassari*: & in Terentio, *Si quisquam est qui placere se studeat bonis* (potiùs) *quàm plurimis* [z]. *Et non ille*, V. sic Camer. Hic locus variè depravatus est [a]. Non dubito quin scripserit Lucas, παρ' ἐκεῖνον· tum, 1. quia & multi Codices hanc lectionem retinuerunt [b], ut duo cod. MSS [c]. idémque exprimunt Syrus, & Arabs [d]. Sic & Latini vetustiores legerunt: nam Tertul. vertit, *justificatior Pharisæo*; & Cyprianus, *justificatus magìs quàm ille Pharisæus*: tum, 2. quia cæteros Codices indè corruptos apparet, ut, ἢ γὰρ ἐκεῖνος, quod quidam Libri habent, (imò plerique, fortè τοῦ γὰρ redundante [*];) & παρ' ἐκεῖνος, quod legit Latinus [f]; & μᾶλλον παρ' ἐκεῖνον Φαρισαῖον, ut est in meo vetustiss. cod. quod sequitur & Syrus [g]. Adde Luc. 13. 2, 4. ubi *peccatores* παρὰ πάντας dicuntur qui cæteris sunt flagitiosiores, posito παρὰ pro eo quod מן est apud Hebræos, alibi & עם, ut Job 25. 4. ubi *justus cum Deo* significat *si Deo comparetur* [h]. Sic Heb. 9. 23. παρὰ ταύτας ponitur pro ἢ ταύτας [i]. Itaque hujus loci simplicissimus est sensus, Magis probatam esse Deo, magísque placuisse, humilem Publicani, quamvìs in peccata prolapsi, deprecationem quàm externam illam Pharisæi sanctimoniam cum superba quadam confidentia conjunctam: de quo vide Orig. adv. Celsum, disp. 3. [& verba in G.] Quærit hîc non abs re Theophylactus quid sit cur ob pauca verba Pharisæus insolentiæ arguatur, cùm Jobus, tam multa de se prædicans, nullam eo nomine notam sustineat. Ad cujus quæstionis solutionem videndum, quanta sit in factis illis diversitas. Pharisæus Deo & sibi loquitur, nemine accusante: imò ipse alios animi gratiâ accusat. Jobus gravissimè accusatus, quasi in hominum aliorum comparatione insigniter facinorosus, diluit calumniam innocentis conscientiæ testimonio: neque levia adfert probi animi signa, putà jejunia & exactam Decimarum solutionem, quibus turget Pharisæus, animum interiùs vitiis plenum gerens; sed ea opera in quibus Dilectio & Dilectionis soror, Humilitas, micabant. Plutarchus, libello quo materiam hanc περιαυτολογίας accuratè pertrectat, nunquam ait justiorem esse occasionem sua rectè facta commemorandi, quàm cùm fama cujusquam injustè oppugnatur. Commendant & David, & apertiùs Nehemias, Deo sua officia, ut eorum benignè meminerit, sed postquam culpas suas, aut cum populo communes, aut sibi proprias, agnoverant, & supplici prece à Deo exambiverant veniam. Apostoli autem & Christiani multò quàm illi sub V. Fœd. se gerunt modestiùs, tantæ veniæ & beneficiorum acceptorum per Christum conscientiâ [k]. ¶ *Qui se exaltat*, &c.] Gnome Jesu familiaris [l]. Vide dicta ad Matth. 23. 11 [m]. & ad Luc. 1. 51 [n].

15. *Afferebant*] Non ut sanarentur, (tunc Apostoli eos minimè increpâssent,) sed ut Discipuli fierent & à Jesu benedicerentur: erant enim fidelium liberi [o]. ¶ *Infantes*; ità Be. Τὰ βρέφη] *Puerulos*, Pi. teneros & ab uberibus pendentes [p]. Sed neque vox βρέφη, neque illud quod apud Marcum est, ἐναγκαλισάμενος, satis validè probant de infantibus hîc agi, ut ad Matthæum diximus: ibi vide [q].

16. *Convocans*, Προσκαλεσάμενος] *Cùm eos advocâsset*, Be. Bru. Pi. Erant ergò natu grandiores [r]. Verùm infantes advocare dici solet qui ductores illorum advocat, ut infantes adferant [†].

22. *Unum tibi deest*] Imò omnia. Est ergò sancta Ironia [t]. ¶ *Da*; ità Mo. Sy. &c. Διάδος] *Distribue*, Er. Il. Be. Bru. Pi. &c. non fortuitò, sed cum judicio: quam emphasin habet hoc verbum [v].

31. *Et consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de Filio*, &c. Τῷ υἱῷ, &c.] Hæc frequentior lectio. Videtur autem eo sensu dixisse τελεσθῆναι τῷ υἱῷ, pro, ἐν τῷ υἱῷ· sicut infrà 22. 37. δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοί. Ità certè acceperunt Syrus & Latinus. Simile est Rom. 3. 19. τοῖς ἐν νόμῳ λέγει, i. e. περὶ τῶν ἐν νόμῳ [*]. [Verba sic reddunt;] *Filio hominis*, Pi. i.e. à Filio hominis, quod per trajectionem construendum cum τελεσθήσεται [y]. Vel, *De filio*, &c. Περὶ τοῦ υἱοῦ, &c. Sic enim legunt Sy. & Latinus, & meus cod. vetustiss [z].

32. *Flagellabitur*, Ὑβρισθήσεται] *Contumeliis afficietur*, Be. V. Pi. &c. Tribonianus in Institutionibus, *Contumelia quæ à contemnenda dicta est, quam Græci ὕβριν appellant* [a]. Dicitur ὕβρις omnis major injuria per improbitatem ac proterviam perpetrata [b].

34. *Nihil horum intellexerunt*] Certâ scilicet compre-

Marginal notes (left column): [b] G. · [c] Eru. · [d] Bru. · [*] Cam. sim. Ee. · [f] Mal. · [g] Ham. · [h] Bru. sim. Mal. · [†] Li. ho. · [i] D. sim. Er. · [k] D. · [l] G. · [m] Bru. · [n] Bru. ex Th. · [o] Bru. · [p] G. · [q] Camer. · [r] G. · [†] Bru. · [t] Bru. · [v] Be. · [*] Pi. · [y] D. ex Ee. Pi. &c.

Marginal notes (right column): [z] D. · [a] Be. · [b] G. · [c] Ee. · [d] G. · [*] Ee. · [f] G. sim. Ee. · [g] Be. · [h] G. · [i] Ee. · [k] G. · [l] Bru. · [m] G. Bru. · [n] G. · [o] Li. chron. 64 51. · [p] Ee. · [q] G. · [r] Pi. ad v. 15. · [†] Bru. ex Be. · [t] Be. · [v] Bru. · [*] G. · [y] Q. in Ee. · [z] Ee. · [a] G. · [b] Ee.

prehensione. Verborum facilis erat intellectus, sed quomodo ea congruerent cum vaticiniis de Messia proditis, receptísque ea de re opinionibus, videre non poterant. Itaque credibile est interdum in dubitationem adductos annon ista dicerentur allegoricè. ¶ *Absconditum ab iis*] Eadem phrasis Luc. 9. 45. & similis Luc. 19. 42. Sic & Psal. 69. 4. Hebraicum loquendi genus, quod exstat & Levit. 4. 13. & 5. 2. Num. 5. 13. Job. 28. 21. 1 Reg. 10. 3. & alibi [c].

35. *Cùm appropinquaret*, &c.] Matth. & Marc. *Egrediente eo*, &c [d]. Vide quæ ad Matthæum [*].

38. *Et clamavit*] Rursus ac postridie, Jesu jam exeunte, &c. ut antea forsan clamaverat, Jesu ingrediente, & vel non audiente, vel clamorem dissimulante [f].

39. *Qui præibant*] Turba quæ Jesum præcedebat [g]: ità Matth. 21. 9 [h].

43. *Dedit laudem*, Αἶνον] Vox in oratione soluta inusitata, pro ἔπαινον [i]. At usurpatur à Lxx, Esd. 3. 11. Nehem. 11. 17. Sap. 18. 9. & Ecclus. 15. 9, 10. Lexicon vetus, Αἶνος, ὁ ἔπαινος, *collaudatio, laus*. Legitur etiam Psal. 8. 2. & Matth. 2. 16 [k]. Esd. 3. 11. & Psalmo 8. 2 [l].

[c] G. [d] Bru. [*] G. [f] Bru. [g] G. ex Sy. sim. Bru. [h] G. [i] Be. [k] D. [l] G.

CAP. XIX.

1. ET, &c. Καὶ εἰσελθὼν διήρχετο, &c.] *Et ingressus* (sub. *Jesus*, Bru. ex Sy. P. Be. &c.) *pertransibat* (scil. per mediam [a]) *Jericho*, Mo. Bru. sim. P. &c. Nè vagabundum arbitreris inambulâsse per vicos civitatis [b]. Videtur temporis nexu cohærere cum historia superiore. Nam Hierichus sita erat inter Galilæam & Hierosolymam: & quæ sequuntur iter illud continuant [c].

2. *Zachæus*, Ζακχαῖος] *Zacchæus*. Syrus habet זכי, *Zacchai*. Quæ forma nominis exstat apud interp. nostrum Esd. 2. 9. & 3. 20. Etiam Ebræi dicunt *Zacchai*, ut, *Johannes Zacchæi filius*, qui vixit sub Vespasiano Imp. magnæ autoritatis apud suos [d]. ¶ *Princeps erat publicanorum*] Magister ejus societatis quæ ibi coierat [*]: primarius quæstor, ad quem reliqui vectigalia detulerunt [f].

3. *Quis esset*] Famâ notum vultu noscere cupiebat [g].

4 *Et*, &c. Καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν] Loquendi genus simile ei Luc. 1. 17. προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ [h]. *Præcurrens igitur*, Be. Pi. Malim προσδραμὼν legere, ut est in Complut. edit. & cod. quodam MSS. & ut Syrus legit: alioquin abundabit ἔμπροσθεν [i]. ¶ *Ascendit in*, &c. Ἐπὶ συκομωραίαν] *Sycomoræam*, Er. V. i.e. ficum Ægyptiam [k]. *Sycomorum*, Er. Be. Pi. Nec quenquam moveat, quòd *sycomoræa* dicatur, cùm Græci μορέαν appellant quam Romani *morum*, teste Dioscor. Multis argumentis videri poterat Caprifici genus [l]. Συκόμορον· alii συκάμινον dicunt, inquit Dioscor. Et sanè non uno in loco ubi Lxx habent συκαμίνους, alii Interpretes Græci maluerunt ponere συκομόρους. Syrus, לתתה פכיהתא, quod vertunt *ficum sylvestrem*; cùm tamen omnes Magistri Hebræorum, ut & Arabs, תות *morum* interpretentur. Nomen Græcum indicare videtur ità similem Moro esse hanc arborem ut Ficum aliquatenus referat. Arabs habet hîc peculiare nomen arboris *Giumus*, quomodo hanc arborem in Africæ Descriptione lib. 9. vocat Leo, Ficúsque similem dicit Fructûs sapore, ut qui non inter folia, sed in ipso arboris trunco, nascatur; esse autem magnæ proceritatis: unde apparet cur indè despectum quæsierit Zacchæus. Celsus de Re medica, 3. 18. *Arboris in Ægypto nascentis quam ibi Morosycon appellant.* ¶ *Ut videret eum*] Veræ pietatis affectu: quod Christus vidit qui *linum fumigans non extinxit*. Bene scriptor Sapientiæ, Σοφία φθάνει, &c. (*Sapientia antevertit eos qui illam appetunt* [m].)

5. *Suspiciens*] Ità bene vertitur ἀναβλέψας, hoc loco, ut & Matth. 14. 19 [n]. Ἀναβλέπειν significat, 1. *Visum recipere*, ut Matth. 11. 5. 2. *Sursum oculos attollere*, ut Matt. 14. 19. 3. *Intueri*, vel simpliciter, *Oculos aperire*, & tum, si altero videndi verbo jungitur, pleonasmum habet Hebraicum; ut h. l. ἀναβλέψας εἶδεν, i. e. ut Sy. & Ar. vertunt, *vidit*: ità & Marc. 16. 4. Simile, *aperiens os dixit*, &c [o]. ¶ *Zacchæe*] Ignotum compellat proprio nomine, ità ostendens Zacchæo, se esse Filium Dei [p]. ¶ *In domo tua*, &c.] Nulli unquam condixit Christus non vocatus nisi ei qui præ verecundia vocare non audebat [q]. Novit Jesus Zacchæi animum, quàm libenter ipsum invitâsset, nisi conscientia peccatorum & publica infamia obstitissent [r].

7. *Murmurabant*] In culpam illud vocabant †. ¶ *Peccatorem*] Mali & probrosi nominis ‖; Publicanum [t]; palàm flagitiosum [v]; vel Ethnicum [x].

8. *Stans*, Σταθεὶς] Adstans docenti ante vel post prandium [y]. *Quum constitisset* [a], tanquam rem seriam acturus, professurus scilicet pœnitentiam, &c [z]. ¶ *Dimidium*, &c.] At Judæis stata mensura, in Eleemosyna danda, erat pars quinta Mammonæ. Ad eam obligati erant, non autem ulteriùs. Sponte tamen suâ ulteriùs procedere potuit ‖. ¶ *Do pauperibus*] q. d. Ità me movent tua præcepta ut jam nunc me dedam operibus tum Justitiæ, tum etiam Beneficentiæ: quorum utrumque factis in animo cibi propositis declarat. Hanc expositionem exigere videtur id quod sequitur, σήμερον. Erat jam antè præparatus aliquantùm ad pœnitentiam animus Zacchæi, sed nondum ejus præcepta plenè hauserat: Hoc illi restabat parato facere quod faciendum doceretur. Atque hoc modò palàm apparuit quàm rectè hunc hospitem Christus legisset [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα] *Et si aliquem quid defraudavi*, Mo. sim. Er. Il. Mo. *Et si quid per calumniam* (vel, *vim*, Tre. ex Sy. vel, *injuriam*, Pers. sim. Ar. Æth.) *eripui*. P. Ti. Be. Pi. Si quid delationibus, fraude, vel malis artibus, cuiquam extorsi [b]. עשקתי. Vide suprà 3. 14 [c]. ¶ *Reddo* (Paratus sum reddere, & mox reddam [d]) *quadruplum*] Ex lege: ità enim in edicto de Publicanis cautum fuit, si quid per vim extorsissent, ut in quadruplum tenerentur. L. hoc-edicto in fin. digest. de Publicanis [*]. Al. Imitatione ejus quod erat in Lege: nam qui pecudem, extra Bovem, surripuisset, pendebat quadruplum, Exod. 22. 1. unde originem sumpsisse videtur lex Attica, & porrò Romana. Imitatione, dico, non ex Lege ipsa. Nam primùm, Lex non obstringebat nisi in judicium adductos: erat enim hæc velut pœna inficiationis: alioqui si quis ante judicium facti pœnitudine duceretur is culpâ absolvebatur, restituens simplum & quintam simpli, quæ videtur successisse in locum incertæ æstimationis damni furtum consequentis, Num. 5. 7. Deinde, pœna quadrupli locum non habet nisi post alienationem rei surreptæ: alioqui reus duplum solvens liberabatur, Exod. 22. 4. Discimus ab [hoc] exemplo quid faciendum sit iis quos peccatorum pœnitet. Primùm enim, quatenus fieri potest, resarcienda sunt damna aliis per vim aut dolum illata: quod ipsa natura dictat: neque enim, peccare desistit qui alienum retinet. *Contra naturam est*, inquiunt Jurisconsulti, *locupletari aliquem cum aliena injuria.* Præterea verò, si non necessarium, admodum tamen utile, est ut qui peccavit, judicis in se personam assumens, ipse sibi aliquid indicat pœnæ nomine, quo testetur quantopere sibi peccatum displiceat. Vide 1 Cor. 11. 31. Hoc inter illa est de quibus nulla exstat lex definita, sed quæ potentior omni lege spiritus dictat [f].

9. *Ad eum*, Πρὸς αὐτὸν] Non illum alloquens, sed (Discipulos populúmque præsentem [g]) de illo loquens [h]. Tale est illud, Psal. 33. 2. *Multi dicunt* τῇ ψυχῇ, &c. *animæ meæ*, [i. e. *de anima mea:*] Luc. 20. 41. Rom. 10. 21. πρὸς Ἰσραὴλ [i]. Sic Heb. 1. 7. πρὸς ἀγγέλους, *de angelis*: Act. 2. 25. *David dicit* εἰς αὐτὸν, *de eo*: &c. Eph. 5. 32. *Loquor* εἰς Χριστὸν, &c. *de Christo*, &c. Sic & Job. 42. 8. אלי, *ad me*, h. e. de me: Ezec. 21. 33. *Dixit*——אל, *de filiis*, &c [k]. ¶ *Domui huic*] i. e. Incolis hujus domis [l], familiæ [m], quæ cum patrefamiliâs conversa fuit, vel proximè ad hoc disposita: jure enim salus à capite extenditur ad totum corpus [n]. Ex Zacchæi fide colligit familiæ salutem, ex fœdere Abrahamico, &c [o]. Vel, *Domui*, i. e. patrifamiliâs [p]: Synecdoche. *Domus* enim pro patrefamiliâs dicitur, ut Luc. 10. 5. *Domum* autem ideo nominâsse videtur Christus ut ostendat relatam hospitii gratiam. Dixerat enim Zacchæo Christus, ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι. Quare, quæ ad hunc locum

[a] Bru. [b] Zeg. [c] G. [d] D. [*] Be. [f] Bru. [g] G. [h] G. [i] Be. [k] V. [l] Er. [m] G. [n] G.

[o] Di. [p] Bru. [q] G. [r] Bru. † Bru. ex V. ‖ Bru. [t] Bru. Ham. [v] V. [x] Ham. [y] G. [z] Pi. ‖ Li. ho. [a] G. [b] Bru. [c] G. [d] Bru. [*] Quistorp. in Wal. [f] G. [g] Eru. sim. Fe. [h] G. sim. Be. Bru. Glas. [i] G. [k] Glass. gram. 3. 6. 5. 529. [l] Pi. [m] Camer. Be. Bru. [n] Bru. [o] Fe. [p] Bru.

locum afferri solent de beneficiis Dei in familiam pii patrisfamiliâs, quanquam vera sunt rectè accepta, tamen huc pertinere non arbitror [q]. ¶ *Eò quòd*, &c. Καθότι καὶ αὐτὸς υἱὸς, &c.] *Eò quòd* (vel, *Quatenus*, Ca. Be. pro *quandoquidem*: καθότι hîc causale est, poniturque pro διότι, teste & Syro, qui vertit מטול [r]: καθότι pro ὅτι solus horum Scriptorum Lucas usurpat hîc & Luc. 1. 7. Act. 2. 24. Alibi pro καθ' ὅσον ponitur, ut Act. 2. 24. & 4. 35 [†].) *ipse* (Syrus pro αὐτὸς, *ipse*, legit οὗτος, *iste* [t]: vir ille cujus hæc domus est [v], Zacchæus [z],) *quoque* (emphaticè: q. d. ipse non minus quàm vos, à quibus rejicitur ut indignus consortio [a]. Vel, *ipsa*, Er. V. Ti. nempe domus [b]: sed per domum intellige Zacchæum inhabitantem [c]: continens pro contento [d]. Αὐτὸς refertur ad οἶκον [*].) *est filius* (vel, *filia*, Er. V. Ti.) *Abrahæ*, Pi. Be. P. &c. Domum appellat *filiam Abrahæ*, quòd talis esse solet familia qualis est paterfamiliâs [f]. Quæ ratio frigida est [g]. Ut υἱὸς Ἀβραὰμ de domo dicatur, durum esset & contra loquendi consuetudinem [h]. Αὐτὸς ergò refertur ad Zacchæum [i]. Nec obest quòd personæ fit mutatio: est enim oratio obliquè reddenda: id quod indicat vox ὅτι: quæ etiamsi abesset, tamen non esset absurdum personam mutari, cùm Christus non solùm Zacchæum alloquatur, sed etiam alios qui aderant: id quod apparet ex eo quod sequitur, *Illis autem hæc audientibus*: & solet alioquin sæpe personæ fieri mutatio [k]. Similia exempla, Psal. 22. 26. ubi יראיו, pro יראיך: & Esa. 6. 10. ורפא, pro ורפאתי & Esa. 48. 24. & Abd. 7 [l]. Zacchæus autem *Abrahamides*, sive *filius Abrahami*, vocatur [*], vel, 1. secundùm promissionem [m], i. e. electus, Rom. 9. 7, 8 [n]. imitator Abrahæ per obedientiam fidei [o], quòd Christo fidem haberet [p]. Non placet: nam id esset insolentiùs obscuriúsque dictum quàm ut eo tempore ab illo posset intelligi [q]. Veteres tamen magno consensu Gentilem fuisse volunt: ut sensus sit, q. d. Non est quòd murmuretis, nam quamvis genere non sit, fide tamen est, filius Abrahæ [r]. Vel, 2. ut Judæus, sive Israelita, genere [†]: cui ideo salus allata sit quod esset Abrahamo (cui salus promissa fuerat) prognatus: confer Luc. 13. 16 [t]. q. d. quamvis vos eum tanquam degenerem & alienum reputetis, verè tamen est filius Abrahæ [v], ut imitatione [x], ità & genere [y]; ac proinde hæres promissionum [z]: & idcirco non fuit ejus salus mihi negligenda, qui sum missus ad oves quæ perierant domui Israel [a]. Probare eorum sententiam non possum qui Zacchæum putant fuisse ἀλλόφυλον [b]: contra quos, 1. ipsum nomen testimonium præbet: est enim purè Hebræum [c], ut apparet Esd. 2. 9. & 7. 14 [d]. 2. Non reprehendunt Christum quòd apud incircumcisum epuletur [*], (id non prætermissuri profectò, si Zacchæus non Judæus fuisset [f],) sed quòd apud *peccatorem* [g], i. e. Judæum quidem, sed viventem ἀνόμως. 3. Quod de quadruplo dicit ad Mosem respicit [h]: ex quo id didicerat: tametsi & Romanus idem in Judæa discere potuisset, sed illud vero propius est [i]. Nec movere nos debet quòd ἀρχιτελώνης fuisse dicitur, quem Hebræi vocant ריש גבאי. Nam Judæis non interdicebatur publica conducere, præsertim si qui eorum erant donati Romanâ civitate, quales aliquammultos fuisse credibile est. Josephus de bel. Jud. 2. etiam Judæos quosdam in Judæa equites Romanos fuisse nos docet. [Verba vide in G.] Ab equitibus autem conduci vectigalia solebant [k]. Sed & Matthæus Publicanus fuit [l]. Sensus ergò horum verborum hic mihi esse videtur, Homo iste, quamvis antehac ob vitam impuram indignus qui Abrahami nepos diceretur, jam per pœnitentiam jus dignitatis pristinæ recuperavit, natalibus quasi redditus apud Deum, ac proinde non minùs nepos Abrahami censendus in posterum quàm qui optimo jure, secundùm illud dictum, *Sanatibus idem jus quod fortibus esto.* Vide Ezec. 18. Ruffinus ad Symbolum, *Si animus in me qui criminosus effectus est, & in quo origo fuit vitii, corrigatur, cur tibi non videor posse innocens effici, qui prius fueram criminosus?* Atque ità optimè cohærebit quod sequitur, Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς —σῶσαι τὸ ἀπολωλὸς, i. e. τὰ πρόβατα ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ' ut est Matth. 10. 6. Tenendum interim, quod suprà quoque diximus, in illis peccatoribus qui extraneis æquabantur, extraneorum fuisse imaginem [m].

10. *Quod perierat*] Supple, *ex filiis Abrahæ*, ex collat. Matt. 15. 24 [n].

11. *Hæc*, &c.] Tum quæ à Zacchæo, tum quæ à Christo, dicebantur [o]: hoc quod postremum Jesus dixerat, Venisse se, ut salutem afferret Abrahami posteris: unde spem concipiebant Apostoli futurum ut Christus hoc itinere Hierosolyma versùs iniret professionem Regni tum sibi gloriosam, tum populo salutarem. At Christus futura, ut solet, tectè indicans, significat Regnum quidem sibi deberi, nec in Judæos tantum, sed & in gentes alias, quod de Messia erat prædictum; sed ante plenam ejus Regni felicitatem multos labores ipsi subeundos; præcipuè verò Judæorum magnam fore adversùs hoc Regnum contumaciam [p]. ¶ *Adjiciens* (vel, *Pergens*, Be. Pi.) *dixit*] i. e. Insuper dixit [q]. Phrasis Hebraica [r], quam apud Lucam unum reperio, hîc & 20. 11, 12. & Act. 12. 3. nec usquam alibi in N. T [†]. ¶ *Regnum Dei*,] Seu Christi, cui à Deo promissum est, Esa. 9. 7 [t]. Quod & *regnum Israel* vocatur, Act. 1. 6. *redemptio Israel*, alibi. Hoc ex Davide & aliis Prophetis, ut propinquum, exspectabant [v], hebdomadis Danielis jam elapsis [x]. ¶ *Manifestaretur*, Ἀναφαίνεσθαι] *Appareret*, Be. Bru. Pi. *Palàm fieret*, conspicuum scilicet splendore & gloriâ externâ [y].

12. *Nobilis*; ità Be. Pi. &c. Εὐγενὴς] *Clarus & claro genere prognatus*, Er. *Filius magni stemmatis*, Sy. in Bru. Cui Regnum in cives suos ipso natalium jure debebatur: εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, Joh. 1. 11 [z]. *Maximus*, vel, *Potentissimus*, qui גדול, Job. 1. 3. quod LXX vertunt, εὐγενὴς [a]. ¶ *Accipere*, &c. Λαβεῖν] *Ut acciperet*, &c. Bru. Ut veniret in possessionem Regni [b]. ¶ *Et reverti*] Eâ mente, ut illo Regno potitus reverteretur ad suos, quorum etiam Rex erat suo jure, quanquam Regnum inter eos non administrâsset [c].

13. *Decem minas*] Æqualibus portionibus [d], singulis unam minam [*]. Ità necessaria ad salutem cognitio & remissio peccatorum æqualiter Christianis dantur. Vide ad Matthæum [f]. ¶ *Negotiamini*; ità Be. Bru. Pi. &c. Πραγματεύσασθε] *Collocate pecuniam* [g]: ut loquuntur Juris auctores: ἐργάζεσθε ἐν αὐτοῖς, ut Matthæus loquitur [h].

14. *Cives*, Οἱ πολῖται] *Sui illum non receperunt*, Joh. 1. 11. πολῖται hîc, ut apud Plat. Isoc. atque alios, sunt οἱ συμπολῖται. Ità & Cicero dicit, *cives tui*, i. e. qui ejusdem tecum sunt civitatis [i]. ¶ *Nolumus*] *Stat pro ratione voluntas* [k].

15. *Ut sciret quantum*, &c. Τίς τί διεπραγματεύσατο] *Quid quis* (vel, *Quantum quisque*, Er. Il. Sy.) *negotiatus esset*, Mo. Er. Sy. vel, *negotiando confecisset*, Be. Pi. vel, *negotiando lucratus esset*, Pi. Ea vis hîc est præpositionis διὰ [l]. Sic plus est διαπεράειν quàm περάειν [m].

16 *Mna*, (vel, *Mina*, Be. Pi.) *tua decem minas acquisivit*; sic Er. Il. Mo. Προσειργάσατο] *Peperit*, Ca. *Lucrifecit*, Sy. Be. Pi. &c. Ad verb. *Adoperata est*, Be. vel, *Ad sortem operando adjecit*, Pi. Græcis eleganter dicitur pecunia ἐργαζομένη, vel ἐνεργὸς, quæ negotiationi impenditur: & contrà, ἀργὸς, i. e. *otiosa*, quæ domui servatur. Similiter & ἐργάζεσθαι τὴν θάλασσαν, apud Plutarchum, dicitur qui ex mari quæstum facit [n]. Modestè lucrum acceptum fert herili pecuniæ, non industriæ suæ. Talis servus ille qui dicit, *Plus omnibus laboravi, nec tamen ego, sed gratia Dei quæ mecum.* Hoc est quod dici solet, *Deum in nobis sua dono coronare* [o].

17. *Potestatem* (vel, *Auctoritatem*, Bru.) *habens*, &c] Præfectura hîc non Laboris, sed Honoris, habet significationem. Sic Apoc. 2. 27 [p].

18. *Fecit*, Ἐποίησε] Sic Matth. 25. 16. sicut καρποὺς ποιεῖν arbor dicitur, Matth. 3. 8. & 7. 17, 18. *Peperit* [q]. *Confecit*: sic dicunt ποιῆσαι οἶνον, &c. *conficere vinum atque frumentum* [r].

19. *Esto super quinque civitates*] Repete ex superioribus, *potestatem habens* [†]. Scopus Christi h. l. certè non est docere, futuráne sit præmiorum in cœlo inæqualitas, sed quàm munificus futurus sit Deus laborum nostrorum remunerator [t].

20. *In*, &c. Ἐν σουδαρίῳ] *In sudario*, Be. Pi. &c. Σουδάριον est vox Latina [v], quam Lucas & hîc usurpat & alibi [*], Act 19. 12 [y]. sed & Johannes sensu nonnihil producto extra originem, ut *linteum* quodvis significet; ut ampliùs dicemus ad Joh. 11. 44 [z]. quod videns Syrus vertit hîc סודרא, (*linteum*:) non malè. Arabs alteram

ram vocem, ex Latino sermone in Arabicam derivatam, hîc posuit, significans *mantile* [a]. Apud Hellenistas σεδάριον latiùs patet quàm Lat. *sudarium* [b].

22. *De ore tuo*] Ex verbis tuis [c]. Proverbiale, [ut] Job. 15. 6. Matth. 12. 37. Sensus est, Arripio quod dicis [d].

23. *Ad mensam*, Ἐπὶ τὴν τράπεζαν] Vel, Τοῖς τραπεζίταις, ut est in edit. Complut [*]. Sed hoc interpretamentum est. Τραπεζίται, ut rectè Pollux, οἱ ἐπιδιδήμενοι τραπέζῃ, (*qui assident mensæ* [f],) fœneratorum [g]: qui positâ in publico mensâ fœnus exercent [h], non publico nomine, sed privatim, quæstui suo servientes [i]. Hi pecuniam omnem quæ ad se deferretur libenter accipere solebant, nec eam unquam recusabant. Hos ergò ultro accedebant qui superfluam & vacantem habebant pecuniam, & ad eorum mensam, quam perpetim instructam nummis habebant, eam ponebant, ut fructificaret [k]. ¶ *Ut ego veniens cum usuris utique*, &c. Ἂν ἔπραξα αὐτὸ] *Eam exegissem?* Pi. sic, Be. &c. ἂν ἔπραξα, i. e. ἐξέπραξα ἄν. Simplex pro composito [l]. Rectius in manuscripto illo in Anglia [legitur,] ἂν αὐτὸ ἀνέπραξα [m].

24. *Adstantibus*, Τοῖς παρεστῶσιν] *Ministris suis*, G. Bru. Vide quæ suprà 1. 19 [n].

26. *Dico*, &c. λέγω γὰρ ὑμῖν] Non puto aliter habuisse Græcos Codices quibus usi Syrus & Arabs, sed supplendi sensûs causâ addiderunt, *Et dixit illis*, Rex ille scilicet; planè sicut Lxx in simili loco, 2 Reg. 10. 15. addiderunt, καὶ εἶπεν Ἰηού. Solent autem Græci quoque & Latini, ubi verba ultro citróque mutantur, personarum nomina interdum subticere, quæ ex ipsa pronunciatione satis intelligi possunt [o]. At ille, *Nam*, inquit, *dico vobis*. Addendum erat aliquid ut versus hic cum superiori cohæreret [p]. Quod tamen non est necessarium [q]. Τὸ γὰρ cum v. 24. optimè cohæreret, si v. 25. abesset, ut factum in cod. vetustiss [r]. Vel, legendum cum Sy. & Vulg. λέγω δὲ ὑμῖν [†]. Sed & illud addendum, γὰρ hoc loco esse αἰτιολογικὸν τοῦ σιωπωμένε [t], sive referri ad sententiam omissam [v]: qualia alibi sæpe [x]. Perinde enim est quasi dicat Dominus, Quamvis ille decem minas habeat, tamen illi addendum est. Nam id æquum est ut habenti & utenti amplius detur [y]. De re vide ad Matthæum non uno loco [z]. Al. γὰρ superesse videtur, aut meram emphasin denotare, (ut Matth. 1. 18. Marc. 15. 14. 2. Tim. 2. 7.) quæ per *scilicet*, vel *utique*, exponi posset [a]. ¶ *Habenti*] Multum scilicet, ac proinde sedulo ac laborioso [b].

27. *Veruntamen*, Πλὴν] *Quinetiam*, Be. Pi. *Verum*, Di. ex Sy. & Ar. Bru. ut πλὴν passim sumitur, quod & hoc loco apprimè quadrat [c]. q. d. Ignavum servum sic judico puniendum, verùm inimicos graviùs tractari volo [d]. Explica ut ad Matthæum [*]. ¶ *Interficite ante me*] Vel, *in conspectu meo*, ut constet mihi de vindicta, eâque præsens fruar [f].

28. *Præcedebat*, Ἐπορεύετο ἔμπροσθεν] Ducis in morem ante turbam gradiebatur. Hæc vera interpretatio: nam Marcus habet, ἦν προάγων αὐτοὺς, 10. 32 [g]. Timentibus Discipulis ipse alacriter ad mortem perrexit [h]; præ animi nempe fervore quo ad salutem generis humani ferebatur [i]. [Alii sic vertunt;] *Antegrediebatur*, Il. Be. Pi. sic Æth. & Mo. *Ibat pergens*, sive *pergendo*, Er. Ti. *Progredi perrexit*, Ca. *Ibat ascendens*, Ar. in Di. *Progressus est ut proficisceretur Urischlem*, Tre. ex Sy. propriè, *exivit in anterius sui*, ἐπορεύετο εἰς τὸ ἔμπροσθεν αὐτοῦ quod dicitur Philip. 3. 14. τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος· nam, ut monet Beza, εἰς τὸ ἔμπροσθεν πορεύεσθαι accipitur pro προκόπτειν, *progredi*. Laudo tamen priorem interpretationem, ob locum Marc. 10. 32 [k].

29. *Cùm appropinquasset Bethphage & Bethaniam*] i. e. Cùm circa ea loca esset: nam Bethaniam transierat. Vide quæ dicta ad Matt. 20. 30. & 21. 1 [l]. Radix montis Oliveti distabat ab Urbe stadia quinque: Bethania erat *ad montem Olivarum*, scil. ad clivum montis, non ad radices ejus: itaque distabat septem, ut habet Syrus. Sed Joh. 11. 18. Bethania abest Hierosolymis quindecim. Duæ ergò erant Bethaniæ. Pridie τῆς βαϊοφορίας Jesus erat Bethaniæ, quæ scilicet Marthæ & Lazari patria. Hoc ipso verò τῆς βαϊοφορίας die accessit ad Bethphage & Bethaniam, ad montem Oliveti, Marc. 11. 1. & h. l. Bethphage non erat villula in monte Oliveti, ut vult Hieron. sed ager qui circa Hieros. erat, ut patet ex Gemara & RS. [Vide Petit.] nec tamen omnis ille ager, sed qui erat ad Orientem illius Urbis, nempe *mons Oliveti*, & totus ille tractus, in quo sita erat hæc Bethania, quæ ità distinguitur ab altera Lazari, quæ ab urbe remotior erat [m]. Bethphage dicebantur quædam ædificia & spatium illud terræ quod à mœnibus Hierosolymæ porrigebatur ad montem Oliveti, & super illum per spatium 2000 cubitorum, sive itineris Sabbatici, ubi cœpit regio illa à vico cognomine dicta Bethania. Hinc Luc. 24. 50. *duxit eos Bethaniam usque*, quod spatium erat *itineris Sabbatici*, Act. 1. 12. *Bethania* ergò ibi dicitur non vicus sic dictus, qui ab Urbe aberat 15 stadiis, sive duplici fere itinere Sabbatico, sed pars illa montis Oliveti, quæ dici cœpit Bethania, ut pars altera cum agro Hieros. Bethphage dicta est [n].

37. *Ad*, &c. Πρὸς τῇ καταβάσει, &c.] *Ad descensum*, (vel *declivitatem*, Ar. sic Sy. *clivum*, V.) *montis Oliveti*, Mo. P. Er. Ti. Be. &c. Ubi jam ante oculos erat urbs Regia. ¶ *Turbæ discipulorum*] Qui scilicet miraculis excitati è Galilæa Christum sequebantur [o].

38. *Pax in cœlo*] Prosperitas Regis Messiæ Regnique ejus in cœlo procuretur. Hæc, ni fallor, simplicissima expositio [p]. Al. Vetus dissidium, quod mortales habuimus contra Deum, diremptum est [q]. ¶ *Gloria in excelsis*] Cum summa gloria & laude agantur gratiæ Patri [r].

39. *De*, &c. Ἀπὸ τοῦ ὄχλου] *E turba*, Be. Bru. Pi. turbæ permixti †, ut ferme solebant, insidiandi causâ [t]. ¶ *Increpa*, &c.] Ne videaris adulationibus capi [v].

40. *Lapides clamabunt*] Proverbiale loquendi genus: quo significatur, impossibile esse ut non agnoscatur ab aliquibus Christi Regnum, cùm Deus id absolutissimo decreto constituisset; priùs proinde lapides mutaturus in homines (ut Matth. 3. 9. dicitur) quàm id decretum irritum fieri pateretur [x].

41. *Flevit super illam*] Agnoscunt hoc comma Latinus, Syrus, Arabs. At Epiphanius testatur suo tempore non exstitisse in publicè receptis exemplaribus [y], sed à quibusdam, alioqui orthodoxis, expunctum fuisse, quasi fletus Christo non conveniret [z]. Verba Epiphanii ἐν Ἀγκυρωτῷ (*in Anchorato*) digna sunt quæ notentur, vel ob hoc ut videamus quantum sibi Ecclesiarum Præpositi permiserint: ἀλλὰ καὶ Ἔκλαυσε, &c. (*Sed & illud*, *flevit*, *ponitur in Lucæ exemplaribus non correctis:*) ità vocat exemplaria quæ manum criticam passa non erant, *& hoc testimonio utitur sanctus Irenæus*, &c. Locum hunc in ea quam Epiphan. dicit disput. non invenio, ubi congerit Iren. ea loca quibus Gnostici abutebantur, non verbotenus, sed sensu expresso, Ἔτι, &c. (*Præterea, cùm Christus appropinquaret Hieros. flevit super illam, & dixit, Utinam nosses*, &c.) Cùm tamen non de verbis, sed de verborum interpretatione, Gnosticis controversiam moveat, apertum est eo tempore de hac lectione non dubitatum. Mutarunt homines temerarii & delicati, quibus flere Christo indignum videbatur: at parum profecerunt hâc insigni audaciâ, cùm Joan. 11. 35. exstet, *Flevit Jesus.* Causa mali præconceptæ quædam opiniones ex humanæ sapientiæ scitis. Stoicorum illud erat, *Sapiens neminis miseretur:* tollit enim ea secta affectus de humana natura. Peripatetici paulò sapientiùs moderandos affectus censebant, & in vitio esse quicquid nimium est. At si rem ipsam & Divinam voluntatem in S. Literis revelatam libet audire, inveniemus, Stoicorum quidem sententiam planè rejiciendam, Peripateticorum autem corrigendam nonnihil. Nam, ut Lactant. lib. Institut. 6. perspicuè satis ostendit, affectus neque evellendi sunt, cum Stoicis, (id enim est vim inferre naturæ, & hominem ad immobilem mentis stuporem pertrahere;) neque semper temperandi, sed in veram viam dirigendi. Est enim ubi vel punctum gaudere vitiosum sit, est ubi vel exsultare lætitiâ maximè criminosum. Quare assignandæ commotiones illæ suis rebus, suis temporibus, suis locis. Ob ea quæ ad honorem Dei, vel æternam proximi salutem, pertinent non potest nimium gauderi, neque nimius unquam dolor est qui ex contrariis nascitur. Qui viâ aberrat, licèt leniter eat, in confragosa, aut præcipitia, impinget; qui viam tenet, licèt concitatiùs iverit, non offendet. Quæ multis exemplis explicata

Margin notes, left column: a G. sim. Pi — b Di. — c Bru. — d G. — * Be. — f G. — g Pi. — h Camer. — i Be. — k Salm. in Wal. — l Pi. — m G. — n G. — o G. — p Be. — q Di. — r Di. ex Be. — † Be. — t G. — v Pi. — x G. — y G. sim. Pi. — z G. — a Di. — b Pi. — c Di. — d Bru. sim. Di. — * G. — f Bru. — g G. — h Be. — i Di. — k Idem. — l G.

Margin notes, right column: m Di. — n Li. chren. — o G. — p G. — q Zeg. — r V. — † G. Bru. sim. Pi. — t G. — v Bru. — x G. — y G. — z Be.

Line numbers, right column: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

plicata apud Lactantium videre est. Neque ille primus hanc philosophandi rationem iniit: nam & Tertul. lib. de Anima similia dicit. *Proinde, cùm Plato, soli Deo segregans Rationale, duo genera subdividit ex Irrationali*, θυμικὸν, *sive indignativum*, & ἐπιθυμητικὸν, *sive concupiscentivum*, &c. [Reliqua pete ex G.] Ubi tamen verbo magis à Platone videtur abire quàm re ipsa. Nam ipse ἄλογον sumit ἐναντίως, (*contrariè*,) cùm Plato sumat ἀποφατικῶς, (*negativè*,) ad indicandam eam vim animi quæ non per se ratione utitur, sed rationali parti aut obtemperare potest, aut rebellare. Putet fortè aliquis aliter de affectibus sensisse magnum in Christianismo Philosophum, Clementem Alexandrinum, cujus hæc sunt verba, Stromat. 2. Ὁ μὲν ἁπλοῦς λόγος τῆς καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίας τὰ πάθη πάντα ἐναποσφραγίσματα τῆς ψυχῆς φησιν εἶναι τῆς μαλθακῆς καὶ εἰκούσης, οἷον ἐναποσφραγίσματα, &c. (*Simplex autem ratio nostræ philosophiæ, omnes perturbationes dicit esse impressiones mollis & cedentis animæ, & veluti obsignationes potestatum spiritualium, adversùs quas nobis est colluctatio.*) Sed res ipsa ostendit, πάθη eo loco ab ipso dici non *affectus* quosvis, sed, *affectuum morbos*; quomodo multi Græcorum utuntur eâ voce: quod & Hieronymo est notatum. Eodem pertinet & ille Tertulliani locus planè Clementino illi consentiens, *Irrationale autem posterius intelligendum est, ut quod acciderit ex serpentis instinctu ipsum illud transgressionis admissum, atque exinde inoleverit & conoleverit in anima adinstar jam naturalitatis, quia totum in naturæ primordio accidit.* Quòd si affectus per se, aut etiam affectuum ubertas, honestis in rebus occupata, nihil habet vitii, certè nec eorum affectuum signa, in quibus est Fletus. Benè apud Ciceronem Lælius, *Neque enim sunt isti audiendi qui virtutem duram & quasi ferream esse volunt, quæ quidem est cùm in multis rebus, tum in amicitia, tenera atque tractabilis, ut & bonis amici quasi diffundantur, & incommodis contrahantur* [a].

[a] G.

42. *Dicens*, *Quia*, &c. Ὅτι ἔγνως καὶ σὺ] *Si vel tu nôsses*, Be. Redundat ὅτι [b] ut sæpe in Luca [c]. Oratio est defectiva, hominis & commiserantis cladem Urbis, & contumaciam exprobrantis [d]. *O si* (ὅτι hîc servit mimesi *: ὅτι est ἀποκοπὴ λόγου τῆς σιωπωμένου ostendit enim reddi à Christo causam fletûs [f]. Vel, *Quòd si*, Be. vel, *Utinam*; εἰ pro εἴθε, εὐκτικῶς quod Græcis usitatum [g]. Εἰ hîc est *utinam*, ut diximus suprà 12. 49. ubi ostendimus etiam cum Indicativo, & sine vocula ἄν, eo sensu usurpari [h].) *cognovisses* (vel, *scires*, Ca. sic Tre. ex Sy. *intelligeres*, Camer. Er. Aposiopesis: subauditur hîc, quàm felix esses [i]! O te felicem, si me nunc, qui tibi salutem affero, agnosceres [k].) & (vel, *vel*, vel, *saltem*, Be.) *tu*, Mo. Er. Il. &c. Urbs illa suprà omnes terræ urbes Deo dilecta, Urbs Davidis, Urbs regia, Urbs sacris dicata [l], cui Messias propriè præ cæteris urbibus ac peculiariter destinatus erat [m]. ¶ *In hac die tua*] *Dies* hujus Urbis dicitur, Hebræorum more, tempus illud quo dominus singulari beneficio eam dignatus erat [n], eam per Christum visitans [o], quâ ego tibi illuxi [p]: si non hactenus, nunc saltem cùm illa dies illuxit, de qua dictum Zac. 9. 9. Matth. 21. 4, 5. & juxta LXX, Esa. 60. 1. Simile loquendi genus, ——*Fusique per herbam, Hic meus est, dixere, dies.* Respicitur autem hîc potissimùm locus, Dan. 9. 27 [q]. Al. *Die tuâ*, scil. omnimodam tuam subversionem propè præcedente [r]. Vel, *die tuâ*, quâ tantâ pace frueris †. Sensus loci, q. d. Si, post tot Prophetarum meique repulsas, nunc saltem hac extremâ profectione, aliquam tui ipsius rationem haberes [t]. ¶ *Quæ ad pacem tibi*] Vel, *tuam*, Mo. Er. Be. &c. sub. *faciunt*, vel *pertinent*, Be. Er. Il. Pi. &c. *Utinam*, inquit, *considerares quomodo oportet* (id enim ἔγνως) *ea quæ ad tuam incolumitatem pertinent*. Imitatur Filius Paternum sermonem, Deut. 32. 29 [v]. ¶ *Nunc autem abscondita sunt* (i. e. ignota [x]: ex antecedente intelligitur simul consequens; q. d. *occulta* ac proinde remota [y]:) *ab oculis tuis*] Ignorantiâ inexcusabili, quia lucem oblatam, imò ingestam, fastidiosè respuis. De loquendi genere dictum est cap. antecedenti [z]. Notatur prodigiosus stupor, quòd Deum præsentem videre noluerunt [a]. Est & hîc Aposiopesis [b], — *abscondita sunt*, &c. magno tuo malo, vel, quod valde dolendum, vel, itaque peribis [c].

[b] Be. sim. Er. Bru.
[c] Be.
[d] Be. ex Bud.
* Pi.
[f] G.
[g] Camer.
[h] G.
[i] Pi.
[k] Ca.
[l] G.
[m] Be.
[n] Be. sim. Bru. Me.
[o] Bru.
[p] Q. in Pri.
[q] G.
[r] Pri.
† Me.
[t] Be.
[v] G.
[x] Bru.
[y] Pi.
[z] G.
[a] Bru.
[b] Be. Bru.
[c] Be. sic Pi.

43. *Quia*, &c. Ὅτι, &c.] Pergit Christus reddere fletûs causam [d]. Considerent eruditi, an non, sicut passim Heb. כי, ità & h. l. ὅτι sit particula affirmativa, valeatque, *certè*, *utique*, ut 1 Joh. 3. 20. ὅτι μείζων, &c. *utique major est Deus*, &c ||. Ὅτι hîc ponitur, vel, εἰδικῶς *, sive declarativè [f]: *Nam*, Be. Pi. *Quoniam*, Be. Vel, pro διότι, ut sit conclusio ex præcedentibus, *Quamobrem*. Sed præstat causaliter accipere, ut ratio proximè præcedentis supplementi. Itaque peribis, *nam* [g]. ¶ *Venient dies in* (vel, *super*, Pi. vel, *adversùm*, V. Be.) *te*, &, &c. Καὶ περιβαλοῦσιν, &c.] *Et*, (vel, *Quo*, Be. Pi.) *circumjicient inimici tui vallum tibi*, Bru. ex Vulg. i. e. munimentum castrorum, vel aggerem terrâ, lapidibus, lignis, firmatum [h]. [Sensus,] Veniet tempus cùm obsideberis: est enim Hebraismus, de quo alibi. Facturos [autem] hostes dicit quod Deus, de Assyriaco obsidio loquens, se facturum dixerat, Esa. 29. 3. Eventum vaticinii vide apud Josephum, cujus verba sunt de Tito, ἐκέλευσε περιβάλλειν στρατόπεδον, (*castris circumdare jussit*.) Sicut & Luc. 21. 20. ὅταν ἴδητε κυκλουμένην, &c. planè idem est. Nam quod Polybius χάρακα dixerat, Cicero *castra* transtulit. Tacitus de Tito, *Castris ante mœnia Hierosolymorum positis*. ¶ *Et circumdabunt te*] Apud Esaiam, וצרתי עליך מצב. Josephus, πρὸς τοὺς ἐκτρέχοντας, &c. (*Adversùs eos qui excursiones facerent, equites peditésque idoneos constituit* [i].) ¶ *Et*, &c. Καὶ συνέξουσι, &c.] *Et constringent* (vel, *coarctabunt*, P. Tre. ex Sy. sim. Er. Mo. Vulg. &c. *angustè continebunt*, V. *prement*, Ca. *obsidebunt*, Ar.) *te undique*, Be. Pi. &c. Ad angustias redigent te ità ut fame pereas [k]. Hoc respondet istis apud Esaiam, והקימתי עליך מצרת. Huc illud Josephi refero, ἅμα τε συντάγμασι διῄρει τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἠπίει, καὶ συμφέροντας ἐκέλευσε τὴν ὕλην ἐγείρειν χώματα. & quæ seq [l].

[d] G.
|| Di.
* Be.
[f] Pi.
[g] Be.
[h] Bru.
[i] G.
[k] Bru.
[l] G.

44. *Et*, &c. Καὶ ἐδαφιοῦσί σε, &c.] Apud Esaiam, מעפר אמרתך תצפצף, ubi LXX, πρὸς τὸ ἔδαφος ἡ φωνή σου ταπεινωθήσεται. Hoc est quòd Josephus dicit, Urbem περίζον ἐκ βάθρων ἀνηρπάσθαι & quæ alia eam in rem citavimus ad Matth. 24 [m]. [Sic vertunt;] *Et subvertent* (vel, *complanabunt*, Ca. *solo æquabunt*, Er. Il. Mo. P. Be. Pi.) *te & filios tuos*, Tre. ex Sy. *Solo æquare* est sic destruere, ut ad soli planitiem redigas. Id de urbe, sive ejus muris & ædificiis, rectè dicitur; de habitatoribus autem, qui hîc filii dicuntur, non item. Alii ergò sic vertunt, *Et ad terram prosternent te, & filios tuos*, &c. [Ità Vulg. Æth.] Id utrique convenit. Urbs prosternitur, quum muri & ædificia diruuntur: Filii urbis prosternuntur, quum occiduntur, vel solo alliduntur. Sagax hæc est Vulgati Versio, & ex usu LXX; apud quos ἐδαφίζειν, *ad terram prosternere & solo allidere*, ut Psal. 137. 8. Esa. 3. 25. Ezec. 31. 12. Ose. 10. 14. & 14. 1. Nah. 3. 10. Quibus in locis solo æquandi significatio non quadrat [n]. Συλλήψις [hîc est.] Paulò enim aliter τὸ ἐδαφίζεσθαι de urbe dicitur quæ solo æquatur, aliter de hominibus qui solo alliduntur, Psal. 137. 9. quo in loco, ut & Esa. 3. 25. Ezec. 31. 12. Ose. 10. 14. varias voces Hebræas, pari significatu de hominibus usurpatas, vertunt Græci per ἐδαφίζειν. De strage ista vide Josephum [o]. ¶ *Lapidem super lapidem*] Lapidem lapidi cohærentem [p]. Mos loquendi proverbialis & hyperbolicus, sed quo summa vastatio intelligitur: de qua ad Matthæum vide [q]. ¶ *Eò*, &c. Ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου] *Eò quòd non agnoveris* (vel, *cognoveris*, Er. Il. &c. i. e. observare, rationem habere, uti ad bonum tuum, nolueris [r],) *tempus*, (vel, *præstitutum hoc tempus*, Be. tempus istud opportunum, hoc præsens tempus; quanquam hîc loquatur de toto prædicationis suæ tempore †:) *visitationis* (vel, *reconciliationis*, Æth. vel, *inspectionis*, Er. V.) *tuæ*, Pi. Bru. &c. Causam excidii reddit Christus neglectum tempus ἐπισκοπῆς, פקדה, i. e. oblatæ salutis: quo docemur nondum tunc irrevocabiliter, id est, citra ullam conditionem, decretam fuisse horrendam illam Urbis ruinam atque hominum internecionem, quod suo tempore, impletâ scilicet peccatorum mensurâ, factum verè agnoscit Josephus, & multis conspicuis argumentis probat. Vide quæ ad Matth. 24. 16. Ἐπισκοπὴ vox est media, quæ modò ad pœnas, modò ad beneficia, pertinet, ut Gen. 50. 24. 25. Exod. 3. 16. & 13. 19. & alibi. sæpè [t]. [Hinc variant:] *Tempus visitationis tuæ*, i.e. vel, 1. vindictæ tuæ: Vide 1 Pet. 2. 12. Hesychius, Ἐπισκοπὴ, ἐκδίκησις [v]: *animadversionis tuæ*, ut verbum ἐπισκέπτεσθαι

[m] G.
[n] Di.
[o] G.
[p] Bru.
[q] G.
[r] Bru.
† Idem.
[t] G.
[v] Pri.

μαι sumitur Num. 16.5. Psal. 59. 5. & in Sirachide ubi de impudica muliere dicit, *In cœtu illa publico producetur & ad liberos ejus* ἐπισκοπὴ ἔσαι, *animadversio probri erit*. Vel, 2. (quod malim) clementiæ: *tempus respectus tui*, i. e. quo te respexit Deus, ut supra dictum, benignè & misericorditer. Sirachides ait *somnia ab altissimo dimitti*, ἐν ἐπισκοπῇ σε, *in respectu ad te* [x]. *Tempus quo tui habita cura fuerit*, quo ego tui causâ venerim [y], quo visitavit te Deus misso Christo salutis auctore [z]. Magistri alias Excidii causas fingunt. Schabb. fol. 119.2. *Vastata est Hierosolyma*, vel, *propter profanationem Sabbati*, ait Abai; vel, *quòd neglexerint recitationem Phylacteriorum manè & vesperi*, R. Abba; vel, *quòd neglexerint educationem puerorum in schola*, R. Menona; vel, *quòd non foret verecundia hujus erga illum*, Ulla; vel, *quòd æquarent inferiorem digniori*, R. Isaac; vel, *quòd se mutuò non reprehenderent*, R. Chaninah; vel, *quòd despexerint discipulos sapientum*, R. Judah. At Christus aliam hîc causam tradit, &c †.

[z Camer.] [y Ca.] [x Me. ex Bru. sim. Be. Pi.] [† Li. ho.]

47. *Docens quotidie*, Καθ' ἡμέραν] *Interdiu*: nam vesperè se extra urbem recepit, ut apparet ex Matthæo & Marco [a]. Idem loquendi genus, Matth. 26. 55. Luc. 11. 3. & 16. 19. unde satis apparet non esse positum pro *interdiu*, sed, ut veteres Interpretes acceperunt, pro, *quotidie* [b], ab hoc die usque ad diem passionis [c]. ¶ *Principes* (vel, *Primores*, Be Pi.) *plebis*, Οἱ πρῶτοι τοῦ λαοῦ] Qui alibi ἀρχιερεῖς [d], & *seniores populi*, Matth. 21. 23 [*]. & Luc. 20. 1. πρεσβύτεροι, i. e. Synedrii magni Senatores, ut & Syrus accepit: nam *Sacerdotes* ob dignitatis excellentiam, *Legisperiti* ob famam eruditionis, peculiariter nominantur; ut & alibi observavimus: πρεσβύτεροι autem τοῦ λαοῦ dicuntur quia erant & alii πρεσβύτεροι τῆς πόλεων, *decuriones*, sive βουλευταί. Sed de his alibi satis actum [f].

[a Be.] [b G.] [c Bru.] [d G. Be.] [* Be.] [f G.]

48. *Non inveniebant quid*, &c. Τὸ τί ποιήσωσιν] Eleganter redundat articulus more Atticorum [g], ut suprà 1. 62 [h]. *Quid facerent*, Be. Pi. &c. Vulgatus, Syrus [i], & Codex meus vetustiss. addunt, αὐτῷ, *illi*, nempe Christo [k]: quomodo eo superiores fierent [l]. ¶ *Suspensus*, &c. Ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων] *Suspensus erat illum audiens*, Mo. Vulg. sic Æth. *Pendebat* (i. e. inhiabat [*],) *ab eo* (vel, *ab ore ejus*, Er. Il. Ti. tanquam extra se raptus præ attentione atque aviditate [m];) ipsum *audiens*, Be. vel, *ut ipsum audiret*, Sy. vel, *quum eum audiret*, Pi. P. Il. Ti. captus & Divinâ ejus docendi ratione, & dicendi suavitate. [Eadem phrasis occurrit in aliis scriptoribus:] Eunapius de Ædesio, Ἐξεκρέμαντο τῶν λόγων, καὶ τῆς ἀκροάσεως οὐκ ἀνεπίμπλαντο. De eodem, Οἱ ἀκούοντες, ὥσπερ δοῦλοι αὐτοῦ καθάπερ εἰ τοῖς λωτοῖς γευσάμενοι, τῆς φωνῆς ἐξεκρέματο. Lucianus, Μετέωρος ὑπὸ τῶν λόγων καὶ ἐκ τῶν ὤτων ἀπηρτημένος, i. e. ἐκκρεμάμενος. Metaphora à ferro & magnete, ob illud Themistii. Τρίβωνα περιβαλόμενος, εὐθὺς ἐξεκρέματο, ὥσπερ τῆς λίθου τὰ σιδήρια. *Pendere* etiam Latinis dicuntur qui summa cum attentione audiunt. Virgil—*Pendéntque iterum narrantis ab ore*. Seneca Controv. 9. 1. *Ex vultu dicentis pendent omnium vultus* [n]. Metuebant, nè populus, à quo tanti ille fiebat, ipsum tueretur, &c [o].

[g Pi. ex Be.] [h Pi.] [i Di.] [k Be.] [l Bru.] [* V.] [m Bru.] [n Pri.] [o Eru.]

CAP. XX.

1. CONvenerunt, Ἐπέστησαν] *Ingruerunt*, Val. Er. Pi. ex improviso scilicet [a]: vel, *Aderant*, Er. vel potiùs, *Adorti sunt*, Er. V. *Apparuerunt*. Vide ad Mat. 28. 2 [b]. *Supervenerunt*, Be Bru. Pi. Di. vel, *Adstiterunt*: sicut Luc. 2. 9. 38. & 21. 34. & 24. 4. Syrus, קמו עלוהי רבי כהנא, Trem. [vertit,] *Surrexerunt adversus eum*. Id phrasis Syra interdum significat: potest & id ferre Græca. Est enim ἐφίστημι interdum, *insto*, *urgeo*, *adorior*, ut Act. 17. 5. 1 Tim. 4. 2. Sed quia קם non tantùm est, *surrexit*, sed etiam *stetit*, & על, non tantùm *adversus*, sed etiam *supra*, ut Act. 21. 40. vertendum censeo, *steterunt super eum*, i. e. supervenerunt ei, ut Act. 4. 1 [c]. ¶ *Principes*, &c.] Synedrium, quod ex his constitit. Ἀρχιερεῖς hîc sunt, primarii Sacerdotum; Γραμματεῖς, Levitæ, forsan & Sacerdotes inferioris ordinis; Πρεσβύτεροι, Israelitæ, vel Seniores Laici: qualis erat Rabban Gamaliel præsens Præses Synedrii, & Simeon filius ejus de tribu Judæ [*].

[a Pi.] [b G.] [c Di.] [* Li. ho.]

2. *In qua*, &c. Ἐν ποίᾳ, &c.] *Quâ authoritate* Be. *Quâ potestate*, Pi. *Quo jure*. Hebraicus pleonasmus præpositionis ἐν [d]. & ποίᾳ, pro τίνι [*] *quali*, pro *qua*. Heterosis [f].

[d Be.] [* Be. Pi.] [f Pi.]

4. *De cœlo*] Id est, à Deo [g]: quia ei *homines* opponit, non *terram* [h]. Phrasis hinc orta, quòd Deus in cœlis dicatur habitare [i]. Sensus, Quâ authoritate baptizabat Johannes, Divinâne, an humanâ [k]?

[g Pi. sic Be. D.] [h D.] [i Be.] [k V.]

5. *At*, &c. Οἱ δὲ συνελογίσαντο, &c.] *At illi ratiocinati sunt* (vel, *simul ratiocinati sunt*, Bru. vel, *argumento concludebant*: Rationum enim complexio συλλογισμὸς est [l].) *apud se*, Be. Pi. Bru. Διελογίζοντο, apud Mat. nec aliud puto hâc voce συλλογίζεσθαι significari. Nam nimis argutum est quod quidam [Bezam intelligit] arbitrantur, id dici ideo quòd dilemmate sint usi. Plutarchus de Cæsare, συλλογιζόμενος, &c. i. e. *animo revolvens cœpti magnitudinem* [m]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐὰν εἴπωμεν] *Si dixerimus*, Be. Pi. ὅτι servit mimesi [n].

[l Camer.] [m G.] [n Pi.]

6. *Lapidabit nos*] Metuebant nè in se recideret illa immodestia cui plebem ipsi assuefecerant. Nam cùm inimicos suos occidere per publica judicia non possent, solebant plebem in eos concitare: quod vocabant *judicium zeli*: de quo alibi vide: Joh. 10. 31. Act. 14. 19 [o].

[o G.]

9. *Cœpit—dicere*] Id est, dixit. Sic Luc. 21. 7: *cùm fieri incipient*. i. e. fient. Vide Act. 1. 1 [p]. ¶ *Peregre fuit multis*, &c. Χρόνους ἱκανούς] *Tempora sufficientia*, Mo. *Multo tempore*, Er. Il. Ti. Ar. sic Sy. P. Pi. *Non multum temporis*, Be. *Satis diu*, Ca. *Satis multis annis*, Camer. *Annos aliquot*, Cas. Nam apud Græcos (recentiores [q]) χρόνοι sunt *anni* [r], & χρόνος εἷς, *annus unus*, ut sæpe apud Jurisconsultos Græcos †. Simile loquendi genus Luc. c. 8. v. 32. ἐκ χρόνων ἱκανῶν, *à multo tempore*. Alibi dixit singulari numero ἱκανὸν χρόνον, Act. c. 8. v. 11. & 14. 3. & 27. 9 [t].

[p D.] [q Cas.] [r Cas. sim. Camer.] [† Cas.] [t G.]

10. *In*, &c. Ἐν καιρῷ] *In tempore*, Mo. P. &c. *Suo* (vel, *Præstituto*, Be. sic Ar.) *tempore*, Ca. Pi. *Cùm esset opportunum*, Er. Il. *Aliquanto temporis hoc modo transacto*, Pers. *Cùm tempus erat fructûs*, Æth. Καιρὸς notat hîc certum anni tempus [v], videlicet tempus fructuum [x], ut exprimitur Matth. 21. 34 [y].

[v Pi.] [x Pi. sim. Be.] [y Pi.]

11. *Cædentes*, Δείραντες] Scribendum δήραντες [z], ut est in nostro vet. Libro [a], à δαίρω, *percutio*: at δέραντες esset, *excoriantes*, à δέρω [b]. Sed δέρω licet propriè sit, *excorio*, per Metonymiam tamen finis est, *percutio*, vel *cædo*. Sic percutimus vulpem, ut pellis ei detrahatur, 1 Cor. 9. 26. ἀέρα δέρων est, *aerem verberans*, non *excorians*. Vide plura Matth. 21. 35. Marc. 12. 3, 5. & 13. 9. Luc. c. 12. v. 48. & c. 22. 63. &c [c].

[z Camer. Q. in Pso.] [a Camer.] [b Q. in Pso.] [c Pso. p. 194.]

13. *Forsitan*; ità Er. P. Pi. Di. ex Sy. Pers. Ar. &c. Ἴσως] *Utique*, Be.

16. *Absit*; ità Er. P. Ca. Be. Pi. &c. Μὴ γένοιτο] *Nè fit*, vel *fiat*, Tre. Mo. sic Pers. Vox omen aversantium: חלילה, quod Josephus vertit, ἀπείη ἡ πεῖρα τοῦ λόγου, (*Absit experimentum dicti*.) Vide quæ ad Mat. 21. 41 [d]. Istud facinus est inauditum [*]. *Absit*, ut talia fiant [f]. Sed hoc verbo negant, non id quod proximè præcessit, de perdendis agricolis. &c. (quippe quod ab illis affirmatum est, Matth. 21. 41.) sed id quod intelligebant, teste Matth. 21. 45 [g]. nempe se occisuros filium Domini vineæ, i. e. Messiam seu Christum [h]; Jesum enim pro Christo non agnoscebant [i].

[d G.] [* Ca.] [f Be.] [g Pi.] [h Pi. sic Bru.] [i Bru.]

17. *Quid est ergò*, &c.] Si nihil tale metuitis [k], si vos Christum occisuri non estis [l], quid igitur vult illud vaticinium de Lapide rejecto [m]?

[k G.] [l Bru. v. 16.] [m G.]

19. *Et* (vel, *Sed*, Be. Pi.) *timuerunt populum*] Id est, Sed non injecerunt—quia timuerunt, &c. Synecdoche membri metonymica, quâ effectum intelligitur unâ cum causâ. ¶ *Cognoverunt enim*] Non cohæret hoc cum proximè præcedente, sed cum remotiore [n]. [Imò] optimè cohæret superioribus. Volebat eum occidere quia metuebant multitudinem turbæ ipsum sectantis: metuebant autem ideo quia se notatos à Christo satis intellige-bant. Vide quæ ad Matthæum [o]. ¶ *Ad ipsos*; ità Mo. P. Πρὸς αὐτοὺς] *In ipsos*, Er. Il. Ti. sic Pers. *Contra ipsos*, Sy. sim. Ca. Be. Pi. Bru. *De ipsis*, Ar. Tre. G. ut Act. 28. 25. Sic Heb. 1. 5. τίνι εἶπε, refertur etiam ad illud, *Ego ero illi in patrem* [p].

[n Pi.] [o G.] [p Idem.]

20. *Et*, &c. Καὶ παρατηρήσαντες] Absolutè sumitur hæc vox, ut Luc. 14. 1. Subintelligendum autem ibi, *quid factum esset*; hîc, *quid diceret*: nam ut id observarent submittebant suos exploratores [q]. [Sic vertunt;] *Et* (vel, *Itaque*, P. Be. Pi.) *observantes*, Mo. Er. Il. Ti. P. Be. Pi. sub. *eum*, P. Be. Pi. Pri. nempe in partem pejorem. Donatus ad Terent. *Observatio duplex est, vel obsequii, vel captionis*. Vide & Luc. 6. 7. & 14. 1. Ellipsis hîc est Accusativi personæ, qualis cum hoc verbo occurrit in Græco Dan. 6. 11. & in Suida, in verbo ἀπελάζοντες· qualis & cum verbo παραφυλάττειν in Plut. Præcept. Polit. & apud Suidam in παραφυλάττοντες [*]. Παρατηρεῖν hîc ponitur in vitio, nisi sic vertas, *Et observato*, sub. *tempore opportuno* [r]. *Et per observationem*, V. *Et insidiati sunt ei*, Ar. [Ca. hoc cum seq. sic reddit, *Itaque illud observarunt ut mitterent*.] ¶ *Insidiatores*; ità Er. P. Mo. Be. Pi. &c. Ἐγκαθέτους] *Emissarios*, Ca. *Exploratores*, Tre. ex Sy. Ar. Pers. *Subsessores*: quales illi qui κάθηνται ἐν ὕλαις ἐνεδρεύοντες· (*desident in silvis insidiantes*.) Respondet Hebræo אהלים & ארבים [†]. *Fraudulentè subornatos*, Camer. Ἐγκάθετον Græcis idem est quod ἀπόκρυφον, omne quod tectum est, latens, aut obscurum, vel quod clandestinò fit. Hinc liberi ἐγκάθετοι, suppositii & spurii, quos & σκοτίους Græci vocant. Hinc & ἐγκάθετοι propriè dicuntur qui subsidunt in loco aliquo operto ut insidias struant. Et vox ἐγκάθετος apud LXX, Job. 19. 12. & 31. 9. significat subdolos, & insidiatores qui clàm subrepunt ad explorandum, auscultandum, captandum & nocendum [t]. Hesychius, Ἐγκάθετοι, ἐνεδρεύοντες, (*insidiantes*.) Suidas, Ἐγκάθετος, δόλιος, (*dolosus*,) κατάσκοπος, (*explorator*,) & ἐγκάθεται, ἐνεδρεύει. Hinc ἐνέδρα & ἐγκαθίζειν juncta. Indè & ἐγκάθετοι, Job. 19. 22; & ἐν ἐνέδρᾳ ἐγκάθηται, Psal. 10. 8; & δόλῳ ἐγκαθίζειν, Ezec. 35. 5. Vide & Sirach. 8. 11. Alludit ad insidias aut militares, aut ferarum, aut latronum [v]. ¶ *Qui*, &c. Ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους εἶναι] *Qui justificabant seipsos*, Æth. *Simulantes*, vel *Qui simularent, se justos esse*, Bru. Mo. P. Be. &c. i.e. bonos, ἀγαθοὺς, χρηστοὺς, ut Matth. 1. 19. 1 Joh. 1. 9. & 2. 1 [x]. se ad Jesum accedere motos religione, ut discerent ab ipso quid justum esset, idque sequerentur [y]; esse se, ut dici solet, teneræ conscientiæ, qui proinde de quæstionibus omnibus ad conscientiam pertinentibus plenè cuperent edoceri: δικαιοσύνη hîc generali illo significatu sumitur, ità ut omnia officiorum genera comprehendat: quo sensu sæpe jungitur cum voce ἅγιος. Alibi, δίκαιος & φοβούμενος Θεόν [z]. Simulabant se esse rigidos juris Divini exactores, & qui connivere ad nihil possent quod iniquè fieret [a]: prætextu cognoscendæ veritatis, & obligationis justitiæ, vel religionis, conabantur aliquid ab eo extorquere, propter quod plecteretur [b]. In veteribus Mimis, *Malus bonum cùm simulat, tunc est pessimus* [c]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου] *Ut caperent*, seu *carperent*, (vel, *errare facerent*, Æth. vel, *interciperent*, Be. vel, *venarentur*, Ar.) *eum in*, vel *ex*, *sermone*, Er. Il. Ti. Vulg. Sy. Tre, &c. Legerunt λόγῳ, & quidam cod. habent λόγον & λόγους [d]. Vel, *ejus sermonem*, Mo. P. Be. Pi. Quæ constructio magis usitata est, & confirmatur ex simili exemplo paulò pòst, v. 26 [*]. [Sensus,] Ut arreptâ ex ipsius sermone occasione calumniam ipsi struerent [f]: quia vix est ut quisquam tam prudens sit cujus non verba possint interdum accipere sinistram interpretationem: ἐπιλαμβάνεσθαι λόγου, dictum ut infrà, ἐπιλαμβάνεσθαι ῥήματος. Plato similiter, ἐπιλάβοντο πεφάσεως [g]. Confer Luc. 11. 54. vide & Joh. 8. 6 [h]. ¶ *Ut traderent illum principatui* (vel, *jurisdictioni*, Il. *magistratui*, Ca. *imperio*, P. Be. Pi. *judicio*, Tre. ex Sy.) *& potestati Præsidis*; ità Er. Ti. Mo. Τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος] Periphrasis [i]: i.e. Præsidi, penès quem erat imperium ac potestas [k]. Aut ἀρχὴν intellige *dignitatem* Præsidis; ἐξουσίαν, *potestatem*, vel *jus, gladii ad animadvertendum*, &c. ut Joh. 19. 10. Ἀρχαὶ & ἐξουσίαι junguntur & Luc. 12. 11. & Tit. 3. 1. sed metonymicè, & apud Philonem de Legatione. Τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν δυναστείαν (i.e. ἐξουσίαν) τῆς τῶν Ῥωμαίων δήμου, est apud Polybium: sic, *imperium ac vim potestatis fasciùmque*, apud Ciceronem [l]. Cùm de sacris controversiæ ad opprimendos innocentes non sufficiunt, solent quandoque captari ad Rempublicam pertinentia [m]; crimen seditionis aut perduellionis illis affingitur [n].

q G. * Pri. r Be. † G. t Salmas. in Wal. v Pri. x Pri. y Bru. z G. a Be. b T. c Pri. d Be. * Idem. f Bru. ex Be. g G. h Pri. i Camer. Pri. k Be. sim. Camer. Bru. Pri. l Pri. m G. n T.

21. *Non*, &c. Οὐ λαμβάνεις πρόσωπον] *Non accipis* (vel, *assumis*, Tre. *respicis*, Er. Il. sic Ti. *attendis*, Ar. *rationem habes*, Ca. Sy.) *faciem*, sive *vultum*, Mo. Pi. Tre. vel, *personam*, P. Be. Æth. *personæ*, Ca. *facierum*, Sy. Vide ad Matth. 22. 16. Marc. 12. 14. Rom. 2. 11 [o]. *Personam* appellat externas circumstantias [p], nihil pertinentes ad merita causæ [q].

22. *Tributum*; ità Er. Mo. Be. &c. Φόρον] *Vectigal*, aut *Portorium*, propriè significat [r]. *Censum*, P. ut Mat. & Marc. vocant [†]. *Censum capitis*, Pers. *Argentum capitationis*, Tre. & G. ex Sy. Bene: neque videtur mihi Lucas hîc descivisse à proprietate vocabuli. Nam quod pro mercibus solvitur τέλος propriè dicitur; quod pro agris & capitibus, φόρος ut docent Græcorum Grammatici & Strabo: quod discrimen Paulus sequitur, Rom. 13. 7 [t].

24. *Cujus habet imaginem*, &c.] Ex concessis disputat. Talmud Jeros. dialogum fingit inter Abigalem & Davidem. *Illa dixit, Quid mali feci? Respondit ille, Maritus tuus vilipendit Regnum Davidis. Cui illa? Tune igitur Rex es? Ille, Samuel me unxit. Illa regerit, Nummus noster gerit imaginem Saulis*, &c. Sanhed. fol. 20. col. 2. Maimon. Gezelah, per. 5. *Ille cujus imagine nummus signatur pro Rege legitimo istius regionis agnoscitur* [v]. Nemo nescit, ejus esse nummum, cujus est ὁ νόμος, sive penès quem majestas est, ejúsque vultum præfert. Notum illud, *Rege figurato, Regis patet esse monetam: Cæsaris &, domino sub Cæsare, fulget imago* [x]. Ἀρχόντων τὰ ἐν νομίσμασι χαράγματα, ait Julianus in Misopogone. Horatius, *Rettulit acceptos regale numisma Philippos*: ubi vetus Scholiastes, *Nummos Philippi vultu signatos*. Vide Artemidorum, 4. 33 [y].

26. *Non potuerunt verbum*, &c. Ἐπιλαβέσθαι αὐτοῦ ῥήματος] *Reprehendere* (vel, *Carpere*, Tre. ex Sy. Be. P. Pi. &c. *Arripere*, Pers.) *ejus* (vel, *ex eo*, Tre. ex Sy. vel, *adversus eum*, Pers.) *verbum*, Er. Mo. Tre. &c. vel, *verba*, P. Be. Tanta erat in Christo sapientia ut non res tantùm quas docebat, sed & modus docendi & verba singula, calumniæ occasionem excluderent [z].

27. *Qui*, &c. Οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι] Pro, λέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι. Sic Joh. 20. 4. προέδραμεν (i. e. ἔδραμεν) τάχιον τοῦ Πέτρου [a]. Similis constructio apud Thucydidem: οὐκ ἀντιλέγω ὡς οὐ πάνυ πονηρὰ βεβαίως τὰ πράγματα εἶναι. Neque longè abit illud Sophocleum, κ' οὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή [b]. [Verba sic reddunt;] *Contradicentes* (vel, *Negantes*, Er. vel, *Qui contendunt*, Q. vel, *Qui dicunt*, Sy. Tre. Ar.) *resurrectionem non* (vel, *nullam*, Tre. ex Sy. Ar.) *esse*, Mo. Er. &c. Al. *Qui negant esse resurrectionem*, Il. P. Ti. Ca. Pi. Particula negativa hîc abundat, sicut Luc. 22. 34. *priusquam ter neges*, μὴ εἰδέναι με, *te non nôsse me*, h. e. te nosse me: & 1 Joh. c. 2. v. 22. *qui negat quòd Jesus* οὐκ ἔστιν, *non est Christus*, i. e. quòd sit, vel, qui negando ait, quòd non sit, &c. Sic Aristot. *Vetuit* μὴ πωλεῖν, *non vendere frumentum*, h. e. vetuit vendere: Thucyd. μὴ διαφθεῖραι ἐκώλυσε, *prohibuit non corrumpere*, h. e. corrumpere: Demosth. ἀπιστῶ μὴ δυνήσεσθαι, *diffido me non posse*, h. e. diffido me posse: Lucian; οὐκ ἂν ἐξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶναι, *negare haud queas, te meum non esse filium*, h. e. te meum esse filium [c].

28. *Sine liberis*, Ἄτεκνος] Sic ערירי vertitur, Gen. cap. 15. vers. 2. Levit. 20. 20, 21. Vide quæ ad Matth. c. 22. v. 24 [d].

31. *Et omnes septem*] Oratio imperfecta, forma loquendi è medio petita, pro, *& cæteri quatuor*, ac perinde omnes illi septem [*].

33. *In*, &c. Ἐν τῇ ἀναστάσει] *In resurrectione*, Be. Bru. &c. i. e. in die resurrectionis. Sic, ἐν τῷ ἐλέει, in die misericordiæ, 2 Mac. 7. 29; ἐν πειρασμῷ, in tempore tentationis, Sirac. 6. 7. Sic ἐν τῇ παροικίᾳ αὐτῶν, Sapient. 19. 10. ἐν ἀπιστίᾳ, 1 Tim. 1. 13; *& liberi in furore editi*, apud Jurisconsultos. Sic & διωγμός, Marc. 4. 29 [†].

34. *Filii* (i. e. Homines [f]) *hujus seculi*] Ità vocantur Luc. 16. 8. qui præsenti vitæ sunt addicti, & *filiis lucis* opponuntur [g]: hîc autem, qui vitam hanc mortalem agunt [h], in qua vicissitudo nascentium ac morientium est [i]; quibus opponuntur *filii resurrectionis* [k]. q. d. Non est par ratio præsentis seculi & futuri [l]. Bene Theodoretus, Οὐ διαιροῦμεν, &c. (*Incorpoream naturam non dividimus in marem & fœminam*, &c.) Adde illud Athenagoræ, Ἄνθρωπος ὡς ἐνδεής, &c. (*Homo ut indigus opus habet*

o Pi. p Be. sim. Bru. q Bru. r Be. † Pi. ex Be. t G. v Li. chron. 77. 58. x Heins. y Pri. z G. a Pri. b G. c Glas. gram. 3. 24. 493. d G. * Be. † Pri. f V. g Be. h G. sim. Be. Bru. &c. i Bru. k G. l Bru.

habet cibo, ut mortalis, successione, ut ratione praeditus, jure, sive justitia [m].)

35. *Illi verò qui*, &c. Καταξιωθέντες τῦ αἰῶνος ἐκείνυ τυχεῖν] *Qui digni habebuntur seculo illo*, Er. Il. Bru. ex Vulg. sic Tre. Ar. Pri. Illud τυχεῖν expungendum videtur, ex collat. 2 Thes. 1. ubi est καταξιωθῆναι τῆς βασιλείας τῦ Θεῦ, voce τυχεῖν non additâ. Virgilius eâdem planè loquendi formâ, *Conjugio Anchisa Veneris dignate superbo* [n]. [Alii sic,] *Quibus vitam illam assequi contigit*, Ca. *Qui digni habiti fuerunt qui* (vel, *ut*, Ti. Pi.) *aevum illud* (i. e. felicitatem seculi illius futuri [o],) *consequantur*, Be. P. &c. Αἰὼν ἐκεῖνος est. עולם הבא: opposita enim sunt ὅτος & ἐκεῖνος, ut diximus Matth. 24.36. ubi ἡμέρα ἐκείνη est, ἡ ἡμέρα τῆς ἀναστάσεως. Est autem magna vis in verbo καταξιωθέντες. Illi enim intelligendi sunt digni in beatam immortalitatem resurgere qui hîc ex operibus mortuis resurrexerunt: quod declaratur & verbis sequentibus, *filii Dei sunt*. Hic *filii Dei* erant, Deum moribus imitando; ibi *filii Dei* erunt, felicitatis Divinae participatione, quatenus eum condita natura recipere potest. ¶ *Neque ducent uxores*, Ἐγαμίσκονται] Manuscriptus ille antiquus hîc & paulò pòst, ἐκγαμίζονται· quod usitatius [p].

36. *Neque—mori poterunt*] Immortales erunt: in immortalibus autem locum non habet generatio, quae est finis nuptiarum. Obj. At nuptiae institutae erant in Paradiso. Resp. Ità quidem, sed necesse tunc erat hominem propagari, & Deus unum creavit futurum seminarium reliquorum, &c [q]. ¶ *Aequales*, &c. Ἰσάγγελοι, &c.] Vox ficta ad similitudinem ἰσοθέοι· usurparunt & Pythagorici, & Hierocles: [verba producit G.] Bene autem dicit ἰσαγγέλυς, quia Angeli in S. Literis *filii Dei* vocantur ob illam quam diximus felicitatis & gloriae participationem [r]. *Pares angelis*, Be. Pi. &c. non per omnia †, sed immortalitate, castitate [t], & numero completo [v]. ¶ *Filii sunt* (vel, *erunt*, Bru.) *Dei*] Renati etiam secundùm corpus, solius Dei virtute in hanc vitam immortalem editi [x]. ¶ *Cùm sint* (sub. *futuri*, Bru.) *filii resurrectionis*] Id est, consortes & capaces resurrectionis [y], beatae scilicet [z]: ut enim verè vivunt qui aeternùm felices sunt, ità verè censentur resurgere qui in vitam aeternam resurgunt: alioquin & impii resurgent [a]: quia non hominum generatione & operâ nascentur edentúrque in vitam illam immortalem, sed ex resurrectione, cujus sola Dei omnipotentia auctor est [b], ac proinde [sunt] immortales: nam ἀναστάσεως nomen hîc Vitam aeternam ac beatam significat, ut Heb. 11.35. & alibi saepe [c].

37. *Ostendit*, Ἐμήνυσεν] הגיד, quod verti solet per ὑποδείκνυσθαι, σημαίνειν, προλέγειν, ἀπαγγέλλειν [d]. ¶ *Secus*, &c. Ἐπὶ τῆς βάτυ] *In rubo*, Tre. ex Sy. Ca. Be. &c. *Apud*, vel *Juxta*, *rubum*, P. Pi. Er. Il. &c. Brevis locutio, i. e. *ubi illam de rubo narrat historiam* [*]: quomodo & apud Marcum non malè accipias [f]. ¶ *Sicut dicit Dominum*, &c.] Sub. *verba sibi fecisse*. Concisus est sermo [g]. *Sicut dicit*, &c. narrando scilicet quod Deus dixerat [h].

38. *Omnes enim* (illi nimirum, Abrahamus, If. Jac. & horum similes [i]; *omnes*, nempe quorum Deus est Deus, quos gratiâ suâ prosequitur [k],) *vivunt ei*] Scil. Domino [l]: vel coram ipso [m]; vel quantum ad ipsum attinet: quippe cui omnia futura sunt praesentia [n]: vivunt ejus respectu, cui facultas voluntásque est ipsos à morte excitandi [o]. Solutio objectionis tacitae. Atqui mortui tunc erant. Sanè; sed vivunt quoad Dei potentiam, quae potest mortuos vitae meliori reddere. Ipse enim *vocat ea quae non sunt velut quae sunt* [p]. Mortui quidem sunt huic mundo, seu hominibus, sed minimè Domino, qui potest & paratus est, omninòque decrevit, tempore opportuno omnes ad vitam revocare [q].

39. *Bene dixisti*] Egregiè refutâsti Sadducaeos [r]. Εἶπας, אמרת, verbum est Magisterii proprium; q. d. Optimam sententiam optimo probâsti argumento †.

41. *Dixit ad*, &c. Πρὸς αὐτύς] *Eis*, Be. Pi. scil. adversariis suis, & signanter Pharisaeis, quod ex Matthaeo intelligitur [t]: vel, *De illis*, Be. De illis Legisperitis scilicet & eorum doctrina agens, quaestionem hanc proposuit. Neque enim ipsi aderant: quod ostendunt & sequentia v. 46. Vide quae supra 19.9 [v]. ¶ *Quomodo dicunt*] Scil. *homines*, ut sit pro impersonali, *dicitur* [x]: vel, sub. *Scribae*; quod addit Syrus [y]: vel tertia persona ponitur pro secunda, ut diximus supra 19.9 [z].

46. *Ambulare in stolis*] *Cum bis ter ulnarum togis*, ut ostentator Horatianus ille. Cicero de Quinctio Trib. plebis, *Facite ut non solùm mores ejus & arrogantiam, sed etiam vultum atque amictum, atque illam usque ad talos demissam purpuram, recordemini* [a]. Dicunt Magistri, *Camisia discipuli sapientum demissa sit usque ad plantam pedis, nè dignoscatur quando incedit nudis pedibus* [*]. ¶ *In synagogis*, Ἐν ταῖς συναγωγαῖς] *In conventibus*, Be. Pi. Συναγωγὰς hîc intellige non solùm Ecclesiasticos, sed & quosvis politicos conventus. Ità & Jac. 2. 2 [b].

47. *Simulantes*, &c. Καὶ προφάσει μακρὰ (vel, μακρᾶ, sub. προσευχῇ [c]· sed legendum potius μακρὰ [d], ut scribitur in Matth. & Marc. & in 2 cod [*].) προσεύχονται] *Et specie* (vel, *in speciem*, P. Be. Pi. προφάσει, i. e. εἰς πρόφασιν [f] *per simulationem*, Ti. *praetextu*, vel *occasione*, vel *causâ*, V. Tre. ex Sy. Ar. sub. *lucri*, sive *propterea*, V.) *longâ* (vel, *prolixè*, V. sub. Er. Ti. P. Be. &c.) *precantur*, Mo. &c. *Per speciem prolixarum precum*; dum prolixè precantes efficiunt ut imperitis religiosi esse videantur, atque ità eliciunt dona [g]. Ut praetextum aliquem habeant emungendi homines, longas preces concipiunt, atque id scilicet aliis imputant. Ità accipit hîc & Syrus בעלתא, & Latinus apud Marcum; ubi quae notavimus vide [h].

CAP. XXI.

1. RESpiciens, Ἀναβλέψας] *Intuitus*, Pi. vel, *Suspiciens*, Q. in Bru. vel, *Sublatis oculis*, Er. Pi. ut Marc. 8. 24. [a]. vel, quòd gazophylacium in edito loco esset: vel quòd antea suos intuitus, oculos jam sustulerit in eos qui longiùs aberant [b]: vel, quòd oculos priùs in terram deflexerat, sancti aliquid apud se meditans. Vel, *Adspiciens*, studiosè scilicet, ut vox sumitur Marc. 8. 25 [c]. ¶ *Mittebant* (vel, *Conjiciebant*, Pi. quod facere solebant ante preces in Templo, aut Synagogis, habitas [d]:) *munera sua in gazophylacium*] i.e. Arcam in Templo collocatam ad hunc usum, 2 Reg. 12. 10 [*].

3. *Plus quàm omnes*] *Dedit quantum maximè potuit, datura amplius, si potuisset*, ut Plinius de Martiali [f].

4. *Ex*, &c. Ἐκ τῦ περισσεύοντος αὐτοῖς] *Ex eo quod ipsis redundat*, vel *superest*, Pi. Be. Er. &c. Sic, *ex facili beneficium largiri*, apud Senecam. Apud Livium est, *ut ex eo quod affluit opibus vestris, aliorum necessitates sustentetis* [g]. ¶ *Miserunt*, &c. Ἔβαλον εἰς τὰ δῶρα τῦ Θεῦ] *Miserunt*, vel *Immiserunt*, (vel, *Conjecerunt*, Tre. ex Sy. sic Pi. *Contulerunt*, Ca.) *in dona*, sive *donaria*, sive *munera*, *Dei*, Er. Il. Mo. Ti. Pi. Ca. &c. vel, *divina*, Ca. vel, *quae donarent Deo*, Be. sic P. vel, *ad dandum Deo*: nam *dona Dei* passivè hîc dicuntur quae Deo consecrantur, ut *fides Dei*, quae Deo habetur. Et apud Hebraeos verbalia interdum pro infinitis verborum ponuntur, ut Esa. 7. 1. למלחמה, pro להלחם. Vel forsan, εἰς τὰ δῶρα, pro, ἐν τοῖς δώροις, i. e. *inter dona* [h]. Aut potiùs *dona Dei* vocat ipsum gazophylacium [i], per Metonymiam adjuncti: ut percipitur tum, 1. ex ipsa phrasi, βάλλειν εἰς τὰ δῶρα· tum, 2. ex collat. v. 1 [k]: tum, 3. ex collat. Matt. 27. 6. ubi est, εἰς τὸ κορβανᾶν [l]· tum, 4. quia gazophylacium Hebraicè dicitur *corban*, quod est *donum*, interprete Marco, 7. 9 [m]: tum, 5. quòd Syrus sic vertit, *in locum oblationis*, i. e. gazophylacium [n]. Dubitari non debet quin haec sit Periphrasis gazophylacii, quod Synecdochicè vocatur κορβᾶν, aut κορβανᾶ; ex re contenta. Κορβᾶν ὅ ἐστι δῶρον, inquit Marcus, 7. 11. sic & Josephus [o]: [cujus verba vide in G.] ¶ *Ex*, &c. Ἐκ τῦ ὑστερήματος αὐτῆς] *Ex penuria* (vel, *postremitate*, Mo.) *sua*, Er. P. Be. Ca. Pi. &c. Περισσεύειν & ὑστερεῖσθαι hîc opponuntur, ut & Phil. 4. 12. Sirach. 11. 12 [p].

5. *Bonis* (vel, *Pulchris*, Be. Pi. &c.) *lapidibus*] Vide Jo. Antiq. 15. 14 [q]. Hegesippus, 5. 43. de Tito, *Mirabatur saxorum magnitudinem*, &c. Quorum quaedam *longa erant cubitos 45, alta 5, lata 6*, ait Joseph. de Bel. 6. 14 [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀναθήμασι] *Ac donis*, sive *donariis*, P. Ca. Be. Er. Mo. &c. Differunt ἀνάθεμα & ἀνάθημα· illud ἐπάρατον & *maledictum* denotat, hoc est κόσμημα,

[m] G. [n] Pri. [o] Eru. [p] G. [q] Bru. [r] G. † J. Cap. [*] Bru. sim. J. Cap. [v] Bru. [x] Ideth. [y] V. sim. Ee. Pi. [z] Pi. [a] Ee. [b] Eru. [c] G. [d] G. [*] G. sim. Bru. [f] G. [g] V. [h] G. [i] G. [k] Pi. ex Be. [l] Eru. [m] Camer. [n] Ee. Pi. [o] Eru. [p] G. [q] Bru. [r] Bru. † G. [t] Bru. [v] G. [x] Pi.

[y] Bru. ex Be. [z] Be. [a] Pri. [*] Li. ho. [b] Idem. [c] Be. [d] Be. sic G. [*] Be. [f] G. [g] Ca. [h] G. [a] Pi. [b] Be. ex Er. [c] Bru. [d] Li. chron. 78. 59. [*] Pi. [f] Pri. [g] Pri. [h] Be. [i] Be. D. Bru. Di. Pi. Cas. [k] Pi. [l] Be. Cas. Di. [m] D. qu. Ebr. 2. 59. [n] Di. [o] G. [p] Pri. [q] Wal. [r] Pri.

κόσμημα, teste Hesychio, sive id quo templum ornatur. Nec tamen omnia diis aut templis dicata Græcis ἀναθήματα dicebantur, sed ea tantùm dona quæ suspendi poterant, aut in excelso aut conspicuo loco statui, ut essent templis ornamenta; ut erant phialæ aureæ & argenteæ, tripodes, acerræ, corollæ & similia †. Philo de Augusto, *Templum ferè totum magnificis donariis ornavit.* Josephus, *In toto Templi circuitu affixa erant spolia Barbarica.* Inter ἀναθήματα Templi erat Mensa donata à Ptolemæo. Sed maximè eminebat Vitis illa aurea, cujus & Tacitus meminit, ab Herode M. donata Templo, θαῦμα, &c. (*miraculum & mole & artificio,*) ut Josephus loquitur. Successerat hæc vitis in locum vitis alterius quæ ab Alexandro Judæorum Ethnarca donata Templo, ab Aristobulo indè ablata & data Pompeio fuerat, qui eam Romæ in Capitolio posuit, ut idem nos Josephus docet. Hoc δημιούργημα Strabo vocatum dicit τερπωλήν, ex quo טרפון fecit is qui se Gorionis filium vocat: id fuerit Hebr. עדן: neque enim dubito quin id opus imaginem gesserit Paradisi. Strabo ipse dubitat, ἄμπελον an κῆπον appellare debeat. Et Josephus Paradisum κῆπον appellat. At Judæi per hanc Vitem designatum aiunt populum Israeliticum ex iis quæ legimus Psal. 80. & Esa. 5 [t].

6. *Hæc*, &c. Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται, &c.] *Ex his quæ videtis, venient*, &c. Er. Ti. Illud *ex* non est in Græco [v]. Al. *Hæccine spectatis? venient*, &c. P. Be. Pi. sim. Tre. Ca. Sed frigidè dicitur, *Hæcne sunt quæ videtis* [x]? Et interrogationi obstat articulus ille interpositus, ἃ, qui facit ut emphasis sit in ταῦτα, si hoc interrogativè enuncietur. At emphasis hîc esse debet in verbo *spectandi*, ut res ipsa docet [y]. Al. Ταῦτα, i. e. τούτων [z], ut sæpe in his Libris [a]. Ità Marc. 3. 8. Οἱ περὶ Τύρον—πλῆθος. Vide & Marc. 5. 38. Joh. 6. 39. Sic & Lucianus, ubi de seipso inter salutandum lapso, Οἱ παρόντες, οἱ μὲν ἐγέλων, οἱ δὲ ἠλέουν, &c. φιλεῖ με. Philostratus, Αἱ χεῖρες δὲ, ἣ μὲν δεξιά, &c. Homerus, Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὃ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει, &c [b]. Sed & Latini ità loquuntur; ut, *Urbem quam statuo vestra est.* Item, quod propiùs accedit, apud Plautum, *Hos quos videtis stare hîc captivos duos: Illi qui astant, ii stant ambo non sedent.* Neque verò Syrus aliter accepit quàm nos dicimus [c]: quem Regia sic vertunt, *In his quæ spectatis, venient dies.* Sed *in* non est apud Syrum [d]: & optima est constructio, *Horum quæ vos nunc miramini lapis non relinquetur supra lapidem.* Apud Matt. est sensu eodem, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε [*]. Al. Quod ad *hæc* (sub. *attinet*, Di.) *quæ spectatis, venient*, &c. Pi. Di. Nominativus absolutus, ut in Hebraismo [f]. Sic Esth. 6. 7. *Vir*, &c. i. e. quod attinet ad virum, &c. Psal. 73. 28. *Et ego*, &c [g].

7. *Quod signum*] Verba popularem fæcem olentia. Judæi Prophetarum prædictionibus fidem paucam adhibere solebant, signo aliquo non addito [h]. ¶ *Quando*, &c. Ὅταν μέλλῃ, &c?] *Quando futura* (vel, *ventura*, vel *agenda*, V.) *sint ista?* Be. *Quando appropinquaverint hæc ut fiant*, Di. ex Sy. & Ar. quod Vulg. dixit, *cùm fieri incipient:* Non improbandum. Τὸ μέλλον idem est quod Heb. עתיד, *paratum*, proximè futurum. Unde ex Thucyd. affertur, μέλλω ῥήγνυσθαι, *eruptioni proximus sum*: &, μετὰ τὸ μέλλοντα μῆνα, *post mensem proximè futurum.* Ità h. l. *quum proximè ista futura sunt* [i]?

8. *Dicentes, quia*, &c. Ὅτι ἐγώ εἰμι] *Ego sum*, Be. Pi. &c. nempe Messias, sive Christus [k]: ex Matt. 24. 8 [l]. ut ὅτι sit nota orationis μιμητικῆς [*]. Nam quod alii malunt, *dicentes se esse is qui ego sum*, durius est, ni fallor †. ¶ *Tempus* (libertatis & salutis, promissum & exspectatum [m],) *appropinquavit*] Hoc est quod apud Matt. dicitur, οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη ἕως ἂν πάντα ταῦτα γένηται. Confer quæ ibi diximus [n]. ¶ *Nolite*, &c.] Nè sectamini id genus impostores [o].

9. *Prælia &*, &c. Καὶ ἀκαταστασίας] *Et seditiones*, Er. Il. Ti. P. Mo. Ca. Ar. Æth. Pi. vel, *exagitationes*, Be. *commotiones*, Pers. *tumultus*, Tre. ex Sy. G. *turbulentos motus*: Est enim ἀκαταστασία ordinis perturbatio, & eversio statûs præsentis boni [o]. Hoc posuit pro eo quod apud Matth. est, ἀκοὰς πολέμων· apud Marcum etiam, ταραχάς. Vide & Matt. 24. 6 [p]. Al. Vox hæc ingentes tempestates turbinésque notat, fortè & terræ-motus, ut respondeat Heb. סער: nam סערה, Esa. c. 54. v. 11. Lxx reddunt, ἀκατάστατος, *tempestate convulsa* [q].

10. *Tunc* (i. e. *Deinde*, vel *Propterea*, Be.) *dicebat illis*, &c. Τότε, &c.] Hæc sic distinguenda puto, Τότε, ἔλεγεν αὐτοῖς, ἐγερθήσεται [r], ut verba ἔλεγεν αὐτοῖς, accipiantur ὡς διὰ μέσου interjecta: quâ trajectione videtur Lucas plurimùm delectatus †.

11. *Per loca*, Κατὰ τόπους] *Singulis locis*, Be. Pi. Er. P. sic Tre. ex Sy. Similis locutio ei, Luc. 18. 4. ἐπὶ χρόνον [t]. *Per locos*, Mo. *In locis nonnullis*, Ca. sim. Ar. Pers. Cas. ¶ *Terrores*, Φόβητρά τε, &c.] *Terriculamenta* (i. e. extraordinariæ aeris impressiones, cùm ordinariæ quoque terribiles sint, ut tonitrua [v]:) *& signa* (nempe iræ Dei, prodigia, ut cometæ [x]:) *è cœlo*, &c. Romphæa scilicet de cœlo Urbi imminens; Flamma in Templo visa; Fores Templi sponte apertæ; Currus & armatæ phalanges conspectæ in nubibus; Vox audita in Templo; *Migremus*, cum exeuntium sono; Fanaticus homo, nomen Jesu ferens, per annos quatuor clamans, *Væ væ Hierosolymis, Væ væ Urbi & Populo & Templo:* quæ omnia & narrata & explicata apud Josephum videre est. Meminit partis horum prodigiorum etiam Tacitus. Videtur autem Syrus Codice usus qui hoc loco voces aliquot additas haberet [y].

13. *Continget*, &c. Ἀποβήσεται, &c.] *Continget autem* (vel, *Id quod erit*, Ca. Hæc *autem cedent*, sive *evenient*, P. Il. Be. Pi. sic Sy.) *vobis in testimonium*, Mo. &c. tum vestræ patientiæ, de qua infrà [z], atque constantiæ [a]: tum perfidiæ & crudelitatis hostium vestrorum [b]: unde constabit justè illos à me puniri, &c [c]. Idem loquendi genus Phil. 1. 19. τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν [d]. Al. Ut testes sitis illis de me; vel, ut testemini adversùs illos, quòd scilicet illis salutem annunciaveritis [*]: in testimonium contumaciæ eorum qui non crediderint. Vide Act. 13. 46 [f]. Afflictiones piorum pertinent ad testimonium veritatis [g].

14. *Ponite*, &c. Θέσθε οὖν εἰς τὰς, &c.] *Ponite* (vel, *Habete fixum*, Er. Be. Pi. Bru. sub. *hoc*, Be.) *in cordibus vestris*, Ti. &c. vel, *in corda vestra*, Bru. Phrasis etiam Græcis usitata, ut in Hom. σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν· pro quo Virgil. —*memori quæ condita mente teneto* [h]. Dionys. in Periegesi, —σὺ δέ σοι λόγον ἐν φρεσὶν ἔσθω. Sic in Græco, Deut. 11. 18. Agg. 2. 15. Mal. 2. 2 [i]. Alibi dixit, τιθέναι ἐν τῇ καρδίᾳ, suprà 1. 66. simile est, 9. 44. θέσθε εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν· alibi, συμβάλλειν ἐν τῇ καρδίᾳ, & διατηρεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ, 2. 51 [k]. ¶ *Non*, &c. Μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι] i. e. Τὰ εἰς ἀπολογίαν [l]. *Non præmeditari* (vel, *præmeditandam esse*, Pi. sim. Er. solicitè videlicet & anxiè [m]:) *defensionem*, Be. V. vel, *causæ dictionem*, V. *Ut non sitis discentes apologiam*, Di. ex Sy.

15. *Os* (i. e. facultatem loquendi [n],) *& sapientiam*] i. e. Sermonem sapientem [o]. ¶ *Cui non poterunt resistere*, &c.] Cui nihil contradici possit quod veri habeat speciem. Impletum hoc in Stephano, Act. 6. 10. Neque ad hoc opus fuit eloquio calamistrato, sed simplici, quæ veritatem decet. Vide Tertul. [& verba in G.] Atque hæc plerumque causa est cur ad verbera & suppliciorum sævitiam confugiant hostes veritatis, quia quod speciosè contradicant non inveniunt [p].

18. *Et capillus—non peribit*] Multò minùs peribitis ipsi [q]. Proverbiale loquendi genus; q. d. Nè hilum quidem damni sentietis. Est eadem locutio 1 Sam. 14. 45. 2 Sam. 14. 11. 1 Reg. 1. 52. Act. 27. 34. Intelligendum autem est damnum post subductas rationes. Nam damnum facere ad tempus, maximum interdum est lucrum. Simile est quòd alibi omnes pili ipsorum numerati apud Deum esse dicuntur, Matt. 10. 30. quia scilicet si quid ipsorum ad tempus interire videtur, non tam interit quàm apud Deum deponitur, qui cum fœnore est redditurus [r]. Sensus, Nè pilus erit, de quo ratio cum improbis & infidelibus hostibus subducenda non est: Deus in causa vestra vindicanda servabit τὸ ἀκριβοδίκαιον †.

19. *In*, &c. Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε, &c.] *Per tolerantiam* (vel, *patientiam*, Bru. vel, *perseverantiam*, Bru.) *vestram* (per constantem malorum tolerantiam, cum exspectatione junctam, id enim est ὑπομονή, Rom. 5. 3, 4 [t].) *possidete animas vestras*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. vos ipsos [v]: q. d. In summis perpessionibus fruimini nihilominus virtute vestrâ, vitâque tranquillâ ac beatâ, hæc omnia fortiter sustinendo, ut vos *impavidos feriant* vel ipsius *cœli ruinæ* [x]. Sensus, q. d. Non jubeo vos stringere gladios, vel convitia in hostes, sed jubeo patientes esse & constantes.

Marginal notes (left column): † Salm. in Wal. · t G. · v Di. · x G. · y Pi. · a G. Pri. · * G. · b Pri. · c G. · d Di. · * G. · f Di. sim. Pi. · g Di. · h Pri. · i Di. · k Be. Bru. Pi. G. · l Pi. · * G. sim. Pi. · † G. · m Bru. · n G. · o Camer. · p G. · q Heins.

Marginal notes (right column): r Cas. ex Be. · † Cas. · t G. · v Be. · x Pi. · y G. · z G. · a Be. · b Be. Bru. · c Bru. · d G. · * V. · f Pri. · g Camer. · h Be. · i Pri. · k G. · l Pri. · m Be. · n Pi. ex Be. · o Bru. · p G. · q Pi. · r G. · † Pri. · t Bru. · v T. · x Be.

tes [y]. Curate ut possideatis, &c. non negatione mei, aut mala declinando, neque vos ulciscendo, sed fortiter & perseveranter ferendo: ut sit præceptum [z]. Al. *Possidebitis*, &c. Tre. ex Sy. Ar. Vulg. Mo. &c. i. e. lucrifacietis, salvabitis [a]. Vel, *obtinete*, &c. Val. Er. V. *comparate*, Pers. Κτᾶσθαι &, quod Syrus hîc habet, קנא puto hîc accipiendum non in *possidendi*, sed in *acquirendi*, significatu, ut Matt. 10. 9. Act. 1. 18. & 8. 20. & 22. 28. & apud LXX sæpe. Idem est κτᾶσθαι ψυχὴν quod εὑρίσκειν ψυχὴν, Matt. 10. 39. & 16. 25. quod Lucas exponit per σώζειν, ζωογονεῖν· rectè: nam is verè semetipsum acquirit, qui quod hîc habet commodatum recipit [ceu] proprium atque perpetuum. Huic contrarium est ζημιωθῆναι τὴν ψυχὴν, Matt. 16. 26. Ἐν ὑπομονῇ igitur est, tolerando adversa omnia, etiam mortem, si opus est: nam, *Qui per virtutem perbitat non interit*. Bene ergò accepit hunc locum Tertul. liberiùs ità vertens, aut versum ab alio citans, *Per tolerantiam salvos facietis vosmetipsos*. Apud Matt. & Marc. sensus idem sic effertur, *Qui ad finem perseveraverit, servabitur* [b]. Al. *Vestrâ patientiâ saluti vestræ consulite*, Ca.

20. *Ab exercitu*; ità Sy. in Di. Ὑπὸ στρατοπέδων] *Ab exercitibus*, Er. Mo. Be. Pi. &c. Romano foris, Judaico intus [c]. Vide suprà 19. 43. Adde illud Josephi, Μετ' ἐκπλήξεως οἱ στασιασταὶ τοὺς Ῥωμαίους ἀφορῶντες στρατοπεδευομένους τριχῆ, (*trifariàm*.) Bene ergò στρατοπέδων multitudinis numero [d].

21. *Fugiant ad montes*] Ad loca proxima Romanis confœderata [*]. ¶ *Qui in medio ejus*] i. e. In illa [f], Judæa scilicet. Repetitio [g]. ¶ *Qui in*, &c. οἱ ἐν ταῖς χώραις] De hac voce diximus suprà, 12. 16 [h]. *Qui in regionibus*, Vulg. Er. exteris [i]: qui peregre agunt [k]. *Qui in agris*, Be. Pi. i.e. villis, oppidulis, prædiis; ex quibus ferè solent sese belli tempore in munitiorem locum recipere [l]. Glossarium, χώρα, *arvum, regio*: vel, χώρα idem quod χωρίον, *rus, villa, possessio, fundus* [m]. ¶ *Non intrent in eam*] Contrà autem quàm Christus monet fecerunt plerique Hebræorum, ac proinde in Urbem, velut in nassam, conclusi sunt [n].

22. *Dies ultionis*, &c.] Josephus, Τοῦ δ' ἄρα (τὸν ναὸν) κατεψήφιστο, &c. (*Templi conflagratio à Deo olim decreta est*, &c.)

23. *Erit*, &c. Ἔσται γὰρ ἀνάγκη, &c.] *Erit enim necessitas*, &c. P. Mo. Be. &c. vel, *afflictio*, Er. Il. Ti. *angustia*, D. Pi. *coarctatio*, vel *anxietas*, Er. V. Ἀνάγκη idem quod συνοχὴ, v. 25. vel θλίψις, *afflictio*, ut 1 Cor. c. 7. v. 26. & in Græco, 1 Sam. 22. 2. Job. 30. 25. Psal. 31. 7. & 107. 6 [o]. Ἀνάγκην Græci vocant τὸ βίαιον, ac proinde omnia mala, præsertim graviora, significat: quod multis locis probavit vir eruditissimus. Adde Tobiæ 3. 6. Baruch 6. v. 37. Sed & apud Paraphrastas V. & N. Testamenti vox ex Græco desumpta אננקי eundem sensum habet. Chrysost. ad 2 Cor. 6. 4. ἀνάγκαι interpretatur ἄφυκτα κακὰ, (*inevitabilia mala* [p].) ¶ *Et*, &c. Καὶ ὀργὴ ἐν τῷ, &c.] *Et ira* (nempe Dei, h. e. pœna irati Dei [q], scil. maxima erit [r],) *in populo illo*, Er. P. Be. Mo. &c. i. e. adversùm populum hunc; q. d. Graves pœnæ sumentur de populo hoc †. *Et in hunc populum atrociter sævietur*, Ca. *Ira*, i. e. miseria, ut Matt. 3. 7. Luc. 3. 7. Locus huic nostro simillimus est 1 Mac. 1. 67. ἐγένετο ὀργὴ ἐπὶ Ἰσραὴλ· quomodo non malè sumas & illud 1 Mac. 3. 8. ἀπέστρεψεν ὀργὴν ἀπὸ Ἰσραὴλ [t].

24. *Et cadent in ore gladii*] i. e. Acie gladii [v]. Eadem phrasis Sirac. 28. 18. sic πίπτειν μαχαίρᾳ, in Græco, Esa. 3. 25. & 10. 34. Μαχαίρᾳ πεσοῦνται hîc, ut in Græco, Gen. c. 34. v. 26. & 2 Reg. 15. 14 [x]. In obsidione Hierosf. fame & bello perierunt 1100000, ut refert Eusebius ex Josepho [y]. *Tunc enim*, subjicit Josephus, ὥσπερ εἰς εἱρκτὴν, &c. (*tota gens velut in carcerem fato conclusa erat* [z].) ¶ *Et captivi ducentur* (qui reliqui fuerint [a]: Ellipsis, qualis Act. 7. 9. ἀπέδοντο, scil. αὐτὸν [b]· *captivorum autem numerus erat* 97000, inquit Josephus, de Bel. 7. 17 [c].) *in omnes gentes*] Id optimè explicat idem nobilissimus Scriptor, Τῶν δὲ νέων, &c. (*Juvenum pulcherrimos servavit triumpho; alios vinctos & ad opera damnatos misit in Ægyptum: alios per provincias distribuit pugnaturos cum bestiis: alios vendidit*, &c.) Rutilius Numantianus, *Atque utinam nunquam Judæa subacta fuisset Pompeii bellis imperioque Titi. Latiùs excisæ pestis contagia serpunt: Victoresque suos natio victa premit.* Huc pertinet & illud Bardesanis Syri, Ἰουδαῖοι πάντες, &c. (*Judæi omnes legem circumcisionis observant — ubicunque fuerint, in Syria, Gallia, Italia, Græcia, Parthia*, &c [d].) ¶ *Calcabitur* (partim realiter & physicè [*], possidebitur & inhabitabitur [f]: partim metaphoricè, subjugabitur & profanabitur [g], tanquam vulgare oppidum habitabitur [h], tanquam in potestatem gentium redacta [i]. Πατεῖν est, *tenere jure victoriæ*. Tale est illud, *Barbarus heic cineres insistet victor*. Vide Apoc. 11. 2 [k].) *à gentibus*] Judæis exclusis [l]. Alienigenæ illi, quos Hebræi גוים vocant, sunt Romani, Saraceni, Franci, Turcæ [m]. ¶ *Donec impleantur* (consummentur, vel finiantur [n],) *tempora* (vel, *præstituta illa tempora*, Be.) *gentium*] Vel, *gentium exterarum*, i. e. donec exteræ gentes ad salutem vocentur [o]: tempora quæ Gentium ad fidem convertendarum saluti, & Judæorum per illas ultioni, præconstituit Deus [p]: tempora divinitus præstituta gentibus [q], quibus Deus passurus est Israelitas divexari à Gentibus [r]: Jerosolyma punietur per Gentiles, tempore scilicet & modo, quo Deus statuit †, usque ad finem mundi [t]. Non dubito quin hæc *tempora gentium*, cum quibus finietur tribulatio Judæorum, sint vel tempora quatuor Monarchiarum, in genere, (i.e. tempora prædicti Domini Gentium;) vel, quod perinde est, ultima tempora Regni quarti, quibus completis, prædicit Daniel Filium hominis in nubibus venturum, quod & Lucas h. l. facit. Si enim id quod immediatè sequitur utrobique idem sit, eadem quoque sint tempora immediatè præcedentia necesse est [v]. Al. Usque ad tempora illa, olim decreta, & sæpe prædicta, quibus Evangelium libere annuncietur Gentibus, & *gentium plenitudo intret* in Ecclesiam, juxta Rom. 11. 25. Quo præstito, Judæi, (antea ab Adriano Urbe pulsi,) credentes scilicet, eam iterum inhabitârunt [x]. Chrysost. in disputatione accurata adversùs Judæos, interpretatur de tempore Judicii universalis, ac proinde negat Judæos unquam in patriam restituendos. Sed & Origenes adversùs Celsum, de Judæis loquens, scripserat, θαῤῥοῦντες, &c. (*fidenter pronunciamus, eos nunquam restituendos*.) Et eam ipsam sententiam tuetur Scriptor Seder Olam: ait enim post secundam ejectionem è Cananæa populum Judaicum nunquam eò rediturum. Alii vero ex iis quæ sunt Esa. 65. & 66. Jer. 16. & 31. Ezec. 20. & 27. & 28. & Ose, 3. 3, 4, 5. aliter existimant, Judæos scilicet, cùm Jesum Messiam agnoverint, recuperaturos ea bona quæ Deus ipsorum parentibus sempiterno, sed conditionem continente, fœdere promisit. Vide Levit. 26. in fine, & Deut. 30. cujus sententiæ se esse dicit, in Colloquio cum Tryphone, Justinus. Certè Christus ab Apostolis interrogatus, *an jam restiturus esset Regnum Israelis*, non negavit id se facturum, sed, quo id futurum esset tempore, noluit ab ipsis inquiri. Et sanè partim ex his quæ dixi Vaticiniis, partim ex prærogativa Martyrum in resurrectione, (de qua alibi agendi erit locus,) concinnata videtur sententia illa de Mille annorum felicitate, quam, ut ab Apostolorum successoribus acceptam, tuentur magni auctores, Justinus & Irenæus; quos secuti sunt Melito, Apollinaris, Tertullianus, Victorinus: quorum opinio, quanquam admixtum aliquid habere videtur humani erroris, quando nec omnes illam felicitatem pari modo explicant, fortè tamen non in totum repudianda est. Sunt qui huc referendum putent illud Apocalypses de Euphrate, cujus *aqua siccata erit ut paretur via Regibus Orientis*. *Regum* enim nomine Israelitas putant intelligi. Quod sensisse & Lactantius videtur. Institut. 7. 15. cùm *futurum* dicit *ut Imperium in Asiam revertatur, & rursus Oriens dominetur & Occidens serviat*. Vide, si lubet, quæ in Apocrypho Esdræ Libro qui Quartus dicitur, cap. 13. v. 43, 47. Quam sententiam si recipimus, *tempora gentium* intelligere licebit tempora Divinæ patientiæ præstituta emendationi eorum qui ex Gentibus Christi nomen professi à disciplina Christi plurimùm recesserunt: quo sensu καιρὸν ἐθνικῶν de Hierosf. urbe supra habuimus: ut nimirum intelligamus, Deum irritatum à Gentibus modo quodam novo atque extraordinario usurum in convertendis ad se Judæis, sicut ab Judæis irritatus, modo simili Gentes ad obsequium suum pertraxit. Chrysost. dictâ jam disputatione etiam Josephi testimonio contra Judæos utitur, quasi is quoque existimaverit sine fine duraturam desolationem. At Josephus, sicut

Marginal notes (left column): y T. — z Eru. — a E. sim. Eru. Me. — b G. — c Bru. — d G. — * Bru. — f Pri. — g Bru. — h G. — i Bru. — k V. Eru. — l Be. — m Di. — n G. — o D. — p G. — q Pi. sim. Bru. Be. Camer. — r Eru. — † V. — t G. — v Bru. sic Be. & &c. — x Pri. — y Ham. sic G. — z G. — a Bru. — b Pri. — c Bru. sic G.

Marginal notes (right column): d G. — * T. — f T. sic Bru. — g T. — h Eru. Me. — i Pi. — k G. — l Bru. Ham. — m G. — n Bru. — o Ca. — p T. ex Beda, sic Be. v. 25. — q Bru. — r V. sim. — † Pri. T. — t Me. — t Mc. ex Bru. — v Med. l. 4. epist. 12. — x Ham.

ficut nihil certi populo suo ausus est polliceri, ità spem omnem non abjecit, ut vel ex hoc loco apparet, ubi scelera Civitatis, & pœnam eis debitam, deplorans, ità eam alloquitur, Δυιαιο, &c. (*Poteris & olim melior reddi, siquidem Deus tibi vastatæ propitius fuerit* [y].)

25. *Et* (pro, *Tunc*, quum tempora Gentium impleta fuerint [z]: transit ab excidio Hierof. ad excidium mundi [a].) *erunt signa*, &c.] i.e. Miracula indicia adventûs Christi, ex collat. v. 27 [b]. Quæ & qualia hæc signa erunt, vide ad Matt. 24. 29 [c]. ¶ *Pressura*, &c. Συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ] *Anxietas* (vel, *Pressura*, Mo. *Coarctatio*, ut συνέχομαι est, *coarctor*, Phil. 1. 23 [d]. Utitur & Paulus 2 Cor. c. 2. v. 4. Hesychius, Συνοχὴ, ταραχὴ, ἀδημονία [*].) *gentium* (vel *tribuum*, ut Matt. hìc vocat, *terræ*; Palæstinæ scilicet [f]: variarum partium, sive Tetrarchiarum, Palæstinæ; quarum quælibet ἔθνος, & omnes ἔθνη, vocantur. Ad Judæos certè, non ad Gentes, pertinet hæc anxietas [g]. Al. *gentium* omnium per totum orbem [h].) *per desperationem*, Er. Il. vel, *in dubitatione*, sive *desperatione*, id est, desperabunda, vel, adeò ut ad desperationem ferè adducat [i]. Vel, *in*, aut *præ*, *perplexitate*, Ti. P. V. *in consilii inopia*, Be. Pi. Sic ἀπορεῖσθαι dixit Paulus, 2 Cor. 4. 8. Gal. 4. 20. Nec puto aliter legisse Syrum, sed rem ipsam expressisse addito gestu [k]. Pro ἀπορία Syrus habet, *complosio manuum*, juxta Tremel. & Boder. ego, fictâ voce, verto, *palmatio manuum*, ut non tam palmorum complosio, quàm eorundem compressio, designetur, quando palmus palmum constringit, premit, & quasi metitur. Quum desperatis rebus mera est consilii inopia, jam complodùntur manus, jam, compressis digitis, constringuntur. Nescio, an mens Lucæ, & τῆς ἀπορίας natura, meliùs exprimi potuisset [l]. Quod alios legisse apparet, ἀπορροία, probare non possum [m]. Hesychius, ἀπορία, ἀγωνία. Dio Cassius, lib. 68. ἐν ἀπορίαις καὶ ἀμηχανίαις *erant homines*. In Græco, Esa. 5. 30. est, ἀπορία. Tacitus, Annal. 15. ubi de Urbe flagrante, *Quid vitarent, quid peterent, ambigui: complere vias, sterni per agros*, &c [n]. ¶ *Sonitus*, &c. Ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου] Supple ὄχλου [o], id est, *in magna maris agitatione* [p]: vel, est ἓν διὰ δυοῖν, pro, ἤχου σάλου θαλάσσης [q]: nisi σάλον interpretari malis *oram maritimam*, quomodo accepit Polybius; atque ità repetere ἠχούσης [r]. Vox θαλάσσης de Galilæa accipi potest: de quo vide à nobis dicta ad Apoc. c. 7. Vespasianus autem Galilæos primùm subjugavit, occisis eorum 100000 [†]. *Resonante mari & salo*, Be. Pi. vel, *& fluctu*, Er. *& procella*. V. *Mare* in Libris Propheticis significat statum mundi variis casibus turbidum; *sonus*, excitatos indè tumultus. Porphyrio *mare* significat τὴν ὑλικὴν σύστασιν, (*constitutionem materialem* [t].) Vel, ut in his Libris totus orbis à partibus suis, cœlo & terra, describi solet. ità totale Judæorum excidium his omnibus intelligi potest [v]. Al. Intelligitur h. l. *sicut*, ut passim apud Hebræos, *Transmigra in montem passer*, i.e. ut passer, Psal. 11. 1. *Unguentum effusum est nomen tuum*, i.e. ut unguentum, Cant. c. 1. v. 3. Ità h. l. ἠχούσης, &c. pro, ὡς ἠχούσης, &c. Ut sensus sit, Calamitatem illam similem fore mari commoto: confer Jer. 51. 55. Sirac. 29. 24. & 40. 5 [x]. [Alii hæc verba cum præcedentibus jungunt:] *Præ confusione* (seu perturbatione [y]) *sonitûs maris & fluctuum*, Vulg. i.e. ex pavore quem concipient propter fragores horribiles & impetuosas commotiones maris [z]. *Cum anxietate æstuantis & frementis maris*, i.e. cum anxietate simili illi quâ qui navigant afficiuntur cùm mare æstuat & præ ira fremit [a].

26. *Arescentibus*, &c. Ἀποψυχόντων, &c.] *Extabescentibus*, Er. Il. Ti. V. Puto ἀποψύχειν hìc esse, ut Hesychius interpretatur, ἀπομαλακίζεσθαι, *spiritu destitui*, ut in summo æstu, atque etiam in summis doloribus, fieri consuevit [b]. *Exanimatis*, P. Be. Mo. Bru. sim. Pi. Ca. Pri. Sy. & Ar. in Di. Hesychius, Ἐναπέψυξε, τέθνηκεν. Dio Cassius, lib. 43. de Catone, *Suturas vulneris sui disrumpens* ἀπέψυξε [c]. Verbum hoc deducitur à ψύχειν ἀντὶ τοῦ πνεῖν unde ψυχή. Plena autem locutio est, ἀποψύχειν τὸν βίον, *efflare vitam*, ut loquitur Sophocles in Ajace [d]. ¶ *Virtutes cælorum*, &c.] Non mirum est si mundi totius status erit impacatissimus, cùm ipsa agmina cœlestia, i.e. Ecclesiæ Christianæ, in plurimas factiones sint discessuræ, sublatâ mutuâ caritate: imò huc res deveniet ut quod amoris esse debebat vinculum, fiat bellorum titulus. Vide quæ ad Matthæum [*].

[y] G. [z] Pi. ex Be. [a] Bru. ex Be. [b] Pi. [c] T. [d] Pi. [*] G. [f] Pri. [g] Ham. [h] Bru. [i] Glas. gram. 3. 1. 9. 42. [k] G. [l] Di. [m] G. [n] Pri. [o] G. Pri. [p] G. [q] Pri. [r] G. [†] Ham. [t] G. [v] Ham. [x] Heins. [y] Bru. [z] Bru. sic Me. [a] V. [b] G. [c] Pri. [d] Be. [*] G.

27. *Tunc*] Post impleta tempora Gentium, de quibus suprà [f].

28. *His autem* (signis, seu prodigiis, in Sole, Luna, &c [g].) *fieri incipientibus*] Cùm & Imperii civilis, & Ecclesiæ, tam miserandus erit status per secula aliquot, desperare non debet verè Christianus. Christus, ut ad hunc locum pulchrè inquit Tertul. *positus in medio alterum conclusurus adventu suo, id est, incommoda Nationum; alterum incipiens, id est, vota Sanctorum* [h]. ¶ *Respicite*; ità Mo. Ἀνακύψατε] *Suspicite*, Er. P. Ca. Pi. *Sursum respicite*, Be. Ar. quasi videlicet resupinato collo, qui gestus est eorum qui avidè sursum oculos convertunt [i]: ut solent qui de loco superiore liberationem exspectant. Hoc est quod ἀποκαραδοκεῖν dixit Paulus. Hæc autem, ut & quæ infrà sequuntur, 34. & deinceps, in persona Apostolorum dicta sunt omnibus omnium seculorum Christianis: ideo apud Marcum additur, *Quæ vobis dico, omnibus dico* [k]. *Videte sursum*, Ar. Malim, *Sursum erigimini*. *Suspicere* enim ἀναβλέπειν dicitur, & ad oculos pertinet: at ἀνακύπτειν ad dorsum potiùs vel universum corpus, quod ubi terram versùs incurvatur & contrahitur, συγκύπτειν dicitur: ubi verò denuo in rectum erigitur, ἀνακύπτειν, ut Luc. 13. 11. & Joan. 8. 6, 7. Refertur autem ἀνακύπτειν etiam ad animum, & significat, *spe erigi, animo recreari*: Sic & Syrus accepit, qui vertit, *Animum sumite* [l]. Sensum expressit Syrus. Prout quisque vel hilaris, vel tristis, est, ità caput atque oculos attollit aut deprimit [m]. ¶ *Appropinquat redemptio vestra*] Vel, *vestrì*, Be. Pi. i.e. corporis vestri, Rom. 8. 23. à persecutionibus, &c [n]. tempus quo manifestum fiet vos esse liberatos à morte æterna per me [o]: plena illa liberatio quâ mors triumphabitur [p]: quam & tota creatura exspectat [q].

30. *Cùm*, &c. Ὅταν προβάλωσιν ἤδη] *Cùm jam pullulant*, Ca. vel, *germinant*, Di. ex Sy. sic V. Hebraismus est, ubi שלח, προβάλλειν, *emittere*, de arboribus dicitur, quando ramos, propagines, & frondes, emittunt. Vide Psal. 80. 12. Ezec. 17. 6, 7. Indè שלוחות, *propagines*, quasi *emissiones*, προβολὰς, dicas [r]. Προβάλλειν hìc absolutè usurpatur pro ἐκφύειν, seu βλαστάνειν [†]. Vel, *protulerint*, Mo. *protrudunt* gemmas, Ti. *emiserint* folia, P. Be. Pi. sic Pers. G. Pri. ut collatio Matt. 24. 32. & Marc. 13. 28. ostendit. Sic προβάλλειν ἄνθος dixit Dioscorides [t]: & προβάλλειν καρπὸν, de ficu loquens, Arrianus in Epict. 1. 15 [v]. ¶ *Ex se*, &c. Ἀφ' ἑαυτῶν, &c.] *A vobis ipsis*, vel, *Per vos ipsos*, &c. Mo. Ti. P. Be. Pi. &c. i.e. nullo monitore [x], ut & suprà 12. 57 [y]. At Syrus ἀπ' αὐτῶν (*ab illis*) legit, arboribus scilicet [z].

31. *Et vos*] Tacita est antithesis inter Christianos & cæteros homines [a]. ¶ *Propè est regnum Dei*] At illud jam olim appropinquâsse dicitur Matt. 3. 2. Resp. Ibi sermo est de exordio, hìc de perfectione, Regni Dei [b]. *Regnum*, i.e. tranquilla Regni possessio. Ità sæpe Hebræi vocabant τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα. Aliàs significatur his vocibus tempus Messiæ quo Regnum illud acquiritur [c].

32. *Omnia*] Omnia illa quæ Judæos & excidium Urbis spectant [d], in quibus & figura est judiciorum quæ Deus adversùs gentes immorigeras est exerciturus [*].

33. *Cælum & terra transibunt*, &c.] Alibi diximus Hebraismum esse, pro, *priusquam verba mea prætereant*, & probabile loquendi genus; q. d. Omnia fient *fieri quæ posse negantur* potiùs quàm horum quæ vaticinor quicquam irritum fiat. Vide Matt. 5. 18. & suprà, 16. 17 [f]. Quæcunque promisi, jussi, & prædixi, non manebunt infecta [g]. Παρέρχεσθαι hìc, ut & in re simili, 2 Pet. 2. 10. παρέρχεσθαι καὶ λύεσθαι [h].

34. *Attendite* (vel, *Cavete*, Be. Pi. &c.) *autem vobis*] Amat Lucas hoc loquendi genus: ut videre est suprà, c. 12. v. 1. & 17. 3. Act. 5. 35. & 20. 28 [i]. ¶ *Ne*, &c. Μήποτε βαρυνθῶσιν, &c.] *Nequando graventur* (deprimantur, deorsum agantur [k],) *corda vestra*, i.e. mentes vestræ [l]. Βαρύνειν respondet Hebræo הכביד, ut videre est Exod. 8. v. 15, 32. & 9. 34. idem & per σκληρύνειν redditur, Exod. c. 10. v. 27. & per πωροῦν, Rom. 11. 7. Significat autem βαρυνθῆναι apud hos Scriptores reddi ἀναίσθητον, Psal. 4. v. 2. *Filii hominum* ἕως πότε βαρυκάρδιοι; quo in loco, ut multis aliis, apparet Lxx Interpretes non paulò aliter legisse quàm nos legere docent Masoritæ [m]. *Temulentus, & sagina gravis*, dixit Tacit. Histor. 1. Metaphora à navibus onere prægravatis, ac proinde sidentibus. Dixit Apuleius, *Animum*

[f] Idem. [g] Bru. [h] G. [i] Be. [k] G. [l] Di. [m] Pi. [n] Idem. [o] V. [p] G. sim. Bru. [q] G. [r] Di. [†] Be. [t] G. [v] Pri. [x] G. sim. Pi. [y] G. [z] G. sic Di. [a] Pi. [b] Bru. [c] G. [d] G. sim. Be. [*] G. [f] Idem. [g] V. [h] Pri. [i] G. [k] Eru. [l] Bru. Pri. [m] G.

Animum vino mergi. Seneca, epist. 88. *Quorum corpora in sagina, animus in macie & veterno* [n]. ¶ *In*, &c. Ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ] *Crapulâ & ebrietate*, Be. Pi. &c. Ἐν δια δύο, q.d. ebrietate quæ ex se parit crapulam, atque ità impedit spirituales & sanctas cogitationes [o]. Magistri Græci tradunt, hoc differre μέθην & κραιπάλην, quod μέθη sit *ex præsenti potu animi alienatio*; κραιπάλη, ut Plato loquitur, ἐκ τῆς περιεσίας, aut, ut Aristophanis Scholiastes, ἀπὸ χθιζῆς οἰνοποσίας, (*ab hesterna vini potatione* [p].) Galenus notat, omnem noxam ex vino factam κραιπάλην dici, παρὰ τὸ κάρηνον, *caput*, & πάλλεσθαι, *concuti* [q]. Hinc κραιπάλη propriè est, gravedo capitis ex nimio vino, quâ caput quasi vibratu quodam concutitur: hîc tamen videtur esse nimia cibi ingestio: quum inter se opponantur crapula & ebrietas [r]. Sic *crapulâ & vinolentiâ madidos* dixit Apuleius. Plutarchus etiam, Sympos. 3. 6. μεθύων, ἢ ὑπὸ πλησμονῆς βεβαρημένος [s]. Non dubium autem quin sub *vinolentiæ* nomine omne vitiorum genus hîc denotetur quod circa voluptates occupatum est. Nam quia in ebrietate manefestius est detrimentum rationis, [de quo vide Philemon. & Theogn. eorúmque verba in G.] ideo ex illa specie genus totum datur intelligi. Bene autem *ebrietati crapula* adjungitur, ut ex hac una specie maximè illustri intelligamus eam vim esse voluptatum ut non tantùm dum iis fruimur usum nobis rationis eripiant, sed & in posterum eam reddant obtusiorem. Nam—*Corpus onustum Hesternis vitiis animum quoque prægravat* [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μερίμναις βιωτικαῖς] *Et curis hujus vitæ*, Bru. ex Vulg. i.e. circa res hujus vitæ acquirendas, augendas, servandas [x], circa honores & divitias: quæ alibi, *curæ hujus seculi* [y]. *Et curis de victu*: intellige & de amictu. Eadem sententia Matth. 6. 25 [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ αἰφνίδιος ἐφ' ὑμᾶς ἐπιστῇ, &c.] *Et repente vobis superveniat*, &c. Be. Pi. vel, *ingruat*, &c. V. Pi. Ut olim Chaldæo Regi evenit, Dan. 5. Eadem phrasis 1 Thes. 5. 3. Sæpe illud observare est, iisdem vocibus uti Paulum quibus utitur Lucas: ut planè credibile sit, habuisse Paulum descriptos Græcè quosdam Domini sermones quos Lucas Libro suo inseruerit [a]. Vide & Sapient. 17. 15 [b].

35. *Tanquam laqueus*, &c.] i.e. Ex improviso [c]. ¶ *In omnes qui*, &c. Καθημένους &c.] *Qui habitant*, &c. vel, *sedent*, &c. Bru ex Vulg. Pri. ut in Græco, Exod. 34. 15. & Levit. 18. 25 [d]. Heb. ישב & *sedere* & *habitare* significat [*]. Καθημένους hîc vocat quòd ἐνοικοῦντας, Esa. 24. 17 [f]. ità ut secura quædam & in res terrenas defixa habitatio hoc quidem loco intelligatur [g]. Vide dicta ad Matth. 24. 37 [h].

36. *Vigilate*, &c. Ἀγρυπνεῖτε,] Excubate (i.e. Paratos vos tenete [i].) *omni tempore rogantes*, vel, *deprecantes*, Pi. Be. &c. Duas nobis res commendat, Christianis hominibus apprimè necessarias, προσοχήν, (*attentionem*,) & προσευχήν, (*precationem*,) non hîc tantùm, sed & alibi, Matth. 26. 41. Et aliunde & hinc discere est, quàm aptè conspiret cum humana diligentia auxilium Divinum. Qui *vigilare* jubetur, non agitur *ut nervis alienis mobile lignum*; qui *precari*, ostenditur opis Divinæ indigere, sine qua inanis est omnis hominum industria [k]. Illud, *omni tempore*, positum inter *vigilantes* & *orantes*, utroque commodè referri potest, quia & semper orandum, & semper vigilandum, est [l]: sciendum tamen hîc non esse προσευχόμενοι, quod magis absolutum est, sed δεόμενοι quod requirit post se expressionem rei quæ petitur. Syntaxis igitur hæc est, Vigilate omni tempore, & Deum precamini, ut det vobis effugere hæc mala, &c [m]. Ego construi puto cum voce δεόμενοι, ut idem sit quod suprà monemur, προσεύχεσθαι πάντοτε, 18. 1. & ἀδιαλείπτως, 1 Thes. 5. 17 [n]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα καταξιωθῆτε, &c.] *Ut digni habeamini* (vel, *digni reddamini*, Er. V. Magna est hujus verbi emphasis, significans omnia deberi gratuitæ Dei electioni [o]: Ità suprà, οἱ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν. Paulus, 2 Thes. 1. 5. εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Discamus hinc, vocem καταξιοῦν, ut & δίκαιον, quod in Epist. ad Thes. sequitur, & Latinum *mereri*, plerumque non ad juris humani rigorem referri, sed ad æstimationem benignitate temperatam. Magna pars est dignitatis nostræ indignitatem nostram ingenuè confiteri [p].) *qui effugiatis ista omnia*, Be. Pi. &c. Pericula & mala, signanter æternum supplicium [q]; fallacias Pseudochristorum & pseudoprophetarum, pœnas Judæorum, aut aliarum nationum, propriæ; postremò, pœnas communes impiorum [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ σταθῆναι, &c.] *Et stare* (vel, *sisti*, V. vel, *consistere*, Bru. sic Tre. ex Sy. Il. P. Be. Pi. Pri. sub. *in illa die*, Pri.) *coram Filio hominis*, Ti. sic Er. Mo. Ar. &c. tanquam ante Judicem: id enim est σταθῆναι ἔμπροσθεν, ut Matth. 27. 11. confer 2 Cor. 5. 10 [†]. q.d. ante me, ante tribunal meum [t]. Σταθῆναι hîc est, *stare cum fiducia*, ut Act. 5. 20 [v]. intrepidè vultum & sententiam judicis sustinere. Hæc est παῤῥησία filiorum Dei. Vide Rom. 8. 33, 34 [x]. Victoriam hæc locutio designat à judiciis sumpta. Sic docti exponunt illud, לא יקומו [y], *non consistent* [z]. Sic de eo qui judicio succuberat dicebatur, לא היתה לו הקומה רגל, Nah. 1. 6. Ἀπὸ προσώπου ὀργῆς αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται· & Esd. 9. 15. οὐκ ἔστι στῆναι ἐνώπιόν σου. Utrobique in Hebræo est לפני, i. e. ἔμπροσθεν· & hîc quidem ad judicem, alibi illud לפני ad adversarium, refertur: Τότε στήσεται ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ ὁ δίκαιος κατὰ πρόσωπον θλιψάντων αὐτόν [a]. Contrarium huic est *cadere* [b], id est, pudefieri. Sic & Latini *stare* & *cadere* usurpant: *Securus cadat, an recto stet fabula talo* [c].

37. *Diebus*, Ἡμέρας] Subauditur κατὰ, ut sit, *Per dies* [d]. ¶ *Morabatur*, &c. Ηὐλίζετο εἰς τὸ ὄρος, &c.] *Diversabatur* (vel, *Pernoctabat*, V. Be. sim. Camer. *Manebat*, vel, *Acquiescebat*: Metaphora à bobus in stabulis noctu congregari solitis [*].) *in monte*, &c. Pi. &c. Haud dubium quin orandi causâ [f]. Ità quod modò sermone, nunc exemplo suo, nobis commendat, Preces cum Labore conjunctas: nam diem labori, noctem precibus, impendebat [g]. Εἰς τὸ ὄρος, pro, ἐν τῷ ὄρει [h].

38. *Populus manicabat*, &c. Ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν] Concisè dictum, ut ὀρθρίσωμεν εἰς ἀμπελῶνας, Cant. 7. 12 [i]. *Diluculo*, vel *Manè*, *veniebat* (vel, *ventitabat*, Er. Ti. Ca. vel, *ibat*, V.) *ad eum*, Il. P. Be. Pi. Val. Ca. &c. שכם, (vel, השכים [k],) est Hebræum, cui hoc [verbum] Hellenisticum respondet, ut Exod. 34. 4. & alibi. *Diluculo conveniebant*, vertit Tertullianus [l]. Ὤρθριζε propriè est, *diluculo surgebat*, i.e. diluculo surgens veniebat, *ad eum* [m]. H'. ex antecedente intelligitur consequens [n]. Matutino quid facere, instantiam & sedulitatem notat, ut Psal. 63. 1. Esa. 26. 9. Jer. 25. 3 [o]. Apparet non caruisse fructu monitum illud Christi, Ἀγρυπνεῖτε [p].

[n] Pri. [o] Pi. [p] G. [q] Gua. [r] Pi. sim. Pri. [s] Pri. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] Pi. [a] G. [b] Pri. [c] Bru. sim. Me. Be. &c. [d] Pri. [*] Bru. [f] G. [g] G. sim. Pri. [h] G. [i] Bru. [k] G. [l] E. sim. Bru. [m] E. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] Bru.

[r] G. [†] Pri. [t] Bru. [v] Pri. [x] Be. [y] G. [z] Be. [a] G. [b] G. sim. Be. [c] G. [d] Pi. [*] Camer [f] G. sim. Bru. [g] G. [h] Pi. [i] G. [k] Be. D. Pi. [l] G. [m] Glass. gram. 3. 3. 2. 231. [n] ex Be. [o] Pri. [p] G.

CAP. XXII.

1. **Q**Ui *dicitur Pascha*] Synecdochicè enim totum festum, quod erat dierum octo, ex primi diei nomine, *Pascha* nominabatur, teste etiam Josepho, [vide G.] Joh. 18. 39. ἐν τῷ πάσχα· pro quo Matth. & Marc. κατὰ ἑορτήν [a].

2. *Quomodo* (dolóne, an vi manifestâ, & quo tempore [b],) *Jesum interficerent*, Ἀνέλωσιν] Hoc verbum ultimo ex sententia Magistratûs supplicio non convenit, sed invidiosè ponitur, ut & ἀποκτείνειν, Marc. 14. 1. Act. 2. 23. ut significetur Christus à latronibus potiùs quàm à judicibus interfectus [c].

3. *Intravit*, &c.] Non in corpus Judæ, ut ipsum, velut dœmoniacum, agitaret [d], sed in animum ejus, pravis suggestionibus quasi ostium cordis ejus pulsans, illo sponte aperiente, &c [*]. Sicut qui Divinis monitionibus piè obtemperant, tandem accipiunt Spiritum inhabitantem; ità qui suggestionibus Diaboli libere consentiunt, tandem, Deo eos derelinquente, mancipia Satanæ fiunt: ac tunc *in ipsos ingredi* Satanas dicitur. Sic Diabolum Paulus vocat *Spiritum qui operatur in filiis inobedientiæ*. Eph. 2. 2. Hunc ordinem in Juda observare est. Primùm, avaritiâ tentatus furti se alligavit, & quidem in pecunia pauperibus destinata, Joh. 12. 5. neque id satis habens homo sacrilegus, videri voluit eorum defensor quos ipse spoliabat: à Magistro admonitus de malitia nihil remisit: tum illi suggessit Satanas ut Christum prodendo lucrum sibi pararet: *cordi ejus injecit*, Joh. 13. 2. Huic sceleratæ suggestioni postquam consenserat, jam *intrasse in eum* Satanas dicitur, nempe ut quod animo proposuerat id pacto firmaret: iterúmque *intrasse in eum*, penitus scilicet, narratur, postquam ille ad Christi in Cœna sermones animum obduraverat, Joh. 13. 27. ut jam

[a] G. [b] Bru. [c] Be. [d] Bru. ex Euthym. [*] Bru.

jam scilicet quod pacto firmaverat, reipsâ impleret. Qui verò definitum Dei Decretum de eventibus aliter negant posse defendi, nisi tota hæc Judæ malitia ab initio ad finem dicatur decurrisse inevitabili necessitate, & quidem Deo inclinante atque impellente ipsius voluntatem, his optimo jure dici potest quod similia docenti Florino scripsit Irenæus, Ταῦτα τὰ δόγματα, &c. (*Hæc dogmata non sunt sanæ sententiæ, nec Ecclesiæ consona, quæ in summam impietatem inducunt: ——hæc neque hæretici hactenus astruere ausi sunt: hæc seniores qui ante nos, quique Apostolorum condiscipuli erant, tibi non tradiderunt.*) Quantò sapientiùs Euripides, Εἰ θεοὶ, &c. (*Dii, si quid turpe faciant, non sunt dii.*) Et Plato, Κακῶν αἴτιον, &c. (*Peccatorum authorem dicere Deum bonum esse, non permittendum ullo modo ut quisquam aut dicat, aut audiat*, &c [f].)

4. *Et*, &c. Καὶ τοῖς στρατηγοῖς] *Et antistitibus*, Ca. vel, *magistratibus*, Vulg. Er. *præfectis*, Be. Pi. V. sub. *templo*, Be. Pi. ex collat. vers. 52 [g]. *ducibus exercitûs*, V. Pi. Præfectis militum qui Templum tuebantur [h], qui ex Judæis electi erant [i]: vel potiùs, Præfectis ædificiis Templi, ad ea restauranda, vel construenda, &c [k]. quorum magna erat dignitas, &c. Nam Romani nullam videntur militiam Judæis permisisse, &c [l]. Erant hi [στρατηγοὶ] in Sacerdotum numero, sed peculiariter nominantur quòd eorum officio incumberet prehendere eos qui in sacra peccarent: στρατηγοὺς vocat τὸν στρατηγὸν, cum adjutoribus ei additis. Nam *cuilibet Præfecto duo ministri dati sunt*, teste Jo. Orig. 4. Vide dicta ad Matth. 26. 45 [m]. Mihi extra omne dubium est, στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ fuisse (non duces Romanos, quos in vitam Christi conjuratos fuisse non constat, sed) duces variarum excubiarum, sive custodiarum. Middoth, *Tribus in locis sacerdotes excubias agunt in Templo*; *Levitæ quoque*, 21 *locis*. Unicuique autem custodiæ (utpote ex multis excubitoribus constanti) unus erat præfectus. Στρατηγὸν autem τοῦ ἱεροῦ puto fuisse *Montis Templi Præfectum*, qui caput erat omnium capitum excubiarum, & per *singulas excubias perambulabat cum facibus ardentibus*, ibid. Qui tamen alius fuit à *Præfecto Templi*, vel, *Sagan*. Nam ille præfuit excubiis tantùm, *Sagan* toti ministerio sacro. Et sic distinguuntur στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ, Act. 4. 1. & *Annas*, qui fuit *Sagan* [*]. ¶ *Quemadmodum*, &c. Τὸ, πῶς, &c.] *Quomodo*, &c. Be. Pi. &c. i. e. de modo & ratione illius prodendi, ut Act. 4. 21 [n]. Al. *Ut traderet*, &c Di. ex Sy. Non tam tradendi modum, quàm ipsam traditionis actionem, indicat: ità πῶς pro ἵνα non raro usurpari docuimus, Marc. cap. 9. 12 [o].

5. *Et*, &c. Καὶ συνέθεντο, &c.] *Et pacti sunt*, &c. Er. Mo. Be. Pi. Ca. Tre. ex Sy. &c. vel, *promiserunt*, Æth. *statuerunt*, Ar. Conventione initâ promiserunt [p].

6. *Et*, &c. Καὶ ἐξωμολόγησε, &c.] *Itaque pollicitus*, Ca. *Et promissum dedit eis*, Pers. *Et spopondit*, Mo. Æth. sic Er. Il. P. Be. Pi. Vulg. Sy. &c. promisit, obligavit se [q]. Ὁμολογεῖν, ad verbum est, *paribus verbis loqui*, ut ii solent qui petentibus assentiuntur. Itaque licèt τὸ ἐξομολογεῖσθαι alibi declaret *palàm profiteri*, hìc tamen ad mutuam stipulationem refertur, in qua principes rogârunt, Spondes te hoc pretio traditurum, &c? Judas respondit, Spondeo [r]. *Et cum eis convenit*. Habet enim hoc loco pacti conventi significationem istud verbum, alibi aliam †. Theoph. in Institut, titulo De verborum obligationibus, τὰ δὲ ἑτέρα μεταφράζεται· ἐπερωτήσεις, ἐπερωτῶ· τοῦτ' ἔστι, ὁμολογεῖς, ὁμολογῶ. Frequens usus verbi ὁμολογεῖν hoc significatu apud Græcos Oratores, sed & apud Platonem [t]. At nusquam in N. T. verbum ἐξομολογοῦμαι eo sensu sumitur, sed constanter significat, aut *peccatum confiteri*, ut Matth. 3. 6. Marc. 1. 5. Act. 19. 18. Jac. 5. 16. (id quod hìc locum non habet;) aut *gratias agere*, ut Matth. 11. 25. Luc. 10. 21. Rom. 14. 11. & 15. 9. Phil. 2. 11. Apoc. 3. 5 [v]. ἐξομολογεῖν, ut & Heb. הודה, pro *gratiam agere* sæpe accipi in confesso est [x]. Rectè ergò Arabs hìc vertit, *Et gratias egit* [y], quasi lætus oblatam sibi pecuniam, quâ avaritiam suam expleret. Sic & Syrus verti possit, *Et confessus est illis*, i. e. gratias egit, quo sensu sæpe vox usurpatur, ut Matth. 11. 25 [z]. ¶ *Sine*, &c. Ἄτερ ὄχλου] *Sine turba*, i. e. clam populo [a], qui solebat illum assectari [b]: vel, *Sine tumultu*, V. Er. Be. Bru. Pi. Ham. ὄχλος enim significat & *multitudinem* [c], & *tumultum* [d], ex more Hebræorum, quibus המון, *multitudo, tumultum* quoque significat, vel *strepitum*. Vide Forer. ad Esa. p. 197.

7. *Venit——dies azymorum*] Primus dierum octo, quo die incipiebant edi Azyma ante noctem [f]. ¶ *In*, &c. Ἐν ᾗ ἔδει, &c.] *Quo oportebat mactari Pascha*, Be. Pi. nimirum ex Legis præscripto [g]. Marcus, *quando mactabant*, i. e. quo die de more mactari solebat: sed de his ad Matthæum [h].

8. *Euntes*, Πορευθέντες] *Jam jam euntes*, non exspectato tempore pomeridiano: sic & mox, *illic parate*, nullâ morâ interpositâ [i].

10. *Amphoram*; ità Be. Pi. &c. Κεράμιον] *Vas fictile*, Er. V. Pi. *Fideliam*, V. Camer. *Hydriam*, Di. ex Sy. & Ar.

14. *Cùm*, &c. Ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα] *Quum adesset illud tempus*, Pi. vel, *tempus* constitutum, Be. Bru. esui agni [k]. *Cùm tempus esset cœnandi*; quippe multâ jam nocte: ut ad Matthæum diximus. Sic Matth. 14. 15. ἡ ὥρα ἤδη παρῆλθεν. Sic Rom. 13. 11. ὥρα——ἐγερθῆναι. Sic, ὥρα πορεύεσθαι, apud Xenophontem; ὥρα δημηγορεῖν, apud Plutarchum [l]. *Quum tempus esset*, Di. ex Sy. i. e. tempore suo, sive legitimo [m].

15. *Desiderio desideravi*, &c.] i. e. Ex animo & summo cum desiderio desideravi [n]: ut Gen. 31. 30. collat. cum Num. 11. 4. q. d. Festinavi ad hanc cœnam quia tempus mortis instat, quod mihi erepturum est facultatem τοῦ πασχάζεσθαι μεθ' ὑμῶν· itaque rationem reddit anticipatæ cœnæ Paschalis, ut apud Matthæum, *Tempus meum prope est*. Causa autem desiderii videtur explicari v. seq. nempe quòd cuperet Christus ipsis explicare quid esset quò potissimum respiceret Paschalis ceremonia, idque per ritum aspectabilem animis ipsorum infigere [o]: & quòd in hac ultima cœna argumenta amoris sui plurima ipsis exhibere statuisset [p].

16. *Non manducabo illud*, Ἐξ αὐτοῦ] *Ex eo*, scil. *paschate*. Pascha intelligit cum suis appendicibus, reliquis eduliis, &c. q. d. Ultimum hoc erit non modò Pascha, sed & convivium [q]. ¶ *Donec*, &c. Ἕως ὅτε πληρωθῇ, &c.] *Usquequo completum fuerit* (Pascha illud [r]: donec agnoscatis impletum esse quod figurat hæc immolatio & esus agni †:) *in regno Dei*, Be. Pi. &c. post resurrectionem [t], cùm Regnum à Deo accepero [v]: vel, in Regno cœlorum, sive in seculo futuro [x]: ubi perficietur hæc Paschalis cœna eique succedet alia perfectior & felicior, ob servatos electos, &c [y]. Optimè exponi potest hic locus ex 1 Cor. cap. 5. vers. 7. *Pascha nostrum immolatum est, nempe Christus*. Nam ab eo tempore completâ re ipsâ, quod illa figura designabat, Christus nobiscum verè epulatur, & nos cum illo in Regno Dei [z]. Sensus [hujus loci] est, Pascha non celebrabo vobiscum nisi quum complebitur Pascha: id autem fiet in seculo futuro, quod καθ' ἐξοχὴν solet vocari *regnum Dei*. Sciendum ergò, *Pascha*, quanquam propriè significat transitum illum Vastatoris, simul tamen & ex consequenti significâsse Liberationem ex Ægyptiaca servitute. Ac, si quis diligenter advertat animum ad sacri contextûs loca in quibus *Paschatis* fit mentio, plerumque videbit non tam prius illud, quàm posterius hoc, respici. Pascha erat *monumentum Ægyptiacæ liberationis*, inquit Josephus [verbis à G. productis.] Tota autem ista liberatio ex Ægyptiaca servitute umbram ferebat liberationis, hìc quidem à Peccato; in vita autem altera à Morte, peccati stipendio: quare & per Pascha utrumque hoc mysticè figurabatur, de quo vide Philonem, [& quæ ex eo citat G.] Ad priorem transitum referendum illud, 1 Cor. 5. 7. *Pascha nostrum* (i. e. *transitus è veteri fermento in novam massam, ab actionibus carnis ad Deum*, ut exponit Origenes, [verba vide in G.]) *immolatum est, Christus*. Ad posteriorem, illud Joh. 5. 24. *Qui—credit—habet vitam æternam*, & μεταβέβηκεν, *transiit à morte ad vitam*: nam μεταβέβηκεν est פסח; unde Pascha Philoni τὰ Διαβατήρια, Josepho & Symmacho, Ὑπέρβασις. Idque ipsum latiùs explicat Christus, Joh. 6. Ac nè ignoraremus quomodo fiat utraque hæc μετάβασις, expressit hoc ipsum Christus in consecratione Panis & Poculi, per ea signa nobis velut ob oculos ponens suam nobiscum & nostram secum communitatem, & quasi concorporationem: nam ipse culpas nostras in se suscepit ut nos ipsius innocentiam acciperemus, ipse pro nobis mortem obivit ut nos immortalitate suâ donaret. Sensus igitur hujus loci est, Nunc præsens ac conspicuus vobiscum

[f] G. [g] Pi. [h] V. [i] Q. in Bru. [k] Bru. ex Th. [l] Bru. [m] G. [*] Li. ho. [n] Be. [o] Di. [p] Bru. [q] Bru. [r] Bru. ex Be. † Camer. [t] G. [v] Ham. [x] Di. [y] Ham. sim. Di. [z] Di. [a] Bru. [b] Be. [c] Bru. [d] Bru. Ham.

[*] Ham. [f] G. [g] Be. Bru. [h] G. [i] G. [k] Bru. sim. Be. [l] G. [m] Di. [n] V. sim. Be. Bru. G. [o] G. [p] Bru. ad v. 16. [q] Bru. [r] Idem. † V. [t] Scal. V. &c. [v] V. [x] Bru. ex Orig. Euthym. & Th. [y] Bru. [z] Be

vobiscum Pascha celebro: posthac id non faciam. Sed veniet tempus cùm me iterum conspicietis, cùm res ipsa, quam Pascha designat, in vobis per me consummabitur τῇ διαβάσει τῆς φθορᾶς εἰς τὸ ἄφθαρτον, (*transitu corruptibilis in incorruptibile*;) cujus initium est in hac vita ἡ διάβασις τῆς ψυχικῆς εἰς τὸ πνευματικόν. (*transitus carnalis in spirituale* [a].)

17. *Et accepto calice*] Ex more cœnæ Paschalis: nam & in cœna aliquoties, & postremò post cœnam, in orbem bibebatur [b]. In Syro omittuntur v. 17, 18. Contrà, in meo vetustiss. cod. pars v. 19. posterior ab his verbis, *Et quod pro vobis datur*, & totus v. 20. non leguntur. Si conjecturæ locus esset, dicerem transpositos fuisse versiculos, & versui 16. annectendos qui nunc 19. & 20. habentur, quibus subjiciantur qui nunc 17. & 18. Sic omnia prorsus inter se & cum Matthæo & Marco consentiunt: quales duas transpositiones in Apocalypsi observabimus [c]. Non est quòd duo hæc commata suspecta habeamus, cùm & Græci Codices & Latini agnoscant & Arabici, sed & Syricorum nonnulli. Interpolandi causam nonnullis præbuit Matthæi narratio, hos Christi sermones non ex temporis ordine, sed brevitatis causâ, ex occasione recensentis: qua de re ad Matthæum monuimus [d]. Alius hic est calix ab eo de quo agit v. 20 [*]. Hoc poculum est quo Judæi in principio mensæ cibos consecrare solebant: illud v. 22. quo Judæi convivium claudere solebant: quo etiam Christus in Cœna sua mysterium sanguinis sui consecravit. Simpliciùs forsan dici potest, hæc de priore poculo v. 17. 18. referenda esse ad primum poculum quo Pascha consecravit; postea autem, sicut & cæteri Evangelistæ fecerunt, historiam cœnæ Paschalis Lucam abrupisse, & v. 19. progressum esse ad descriptionem sacræ Cœnæ [f]. Hoc accipio de poculo Paschali: tum quia proximè præcessit mentio agni Paschalis: tum quia similis sententia annectitur mentioni hujus poculi qualis annexa fuit mentioni agni Paschalis. Nec obstat, quod verba illa, *Dico enim me bibiturum*, &c. Matth. & Marc. recitant post verba de poculo cœnæ Dominicæ: nam nihil absurdi est, de utroque dicta à Domino fuisse [g].

19. *Hoc* (i. e. Hic panis [h]) *est corpus meum*] Σῶμα in agno Paschali גוף, vel גופה, dicebant Judæi. Nam cùm imponebant eum mensæ, dicebant, גופו של פסח i. e. *Corpus ipsius Paschæ*, nempe agni Paschalis. De corpore suo in cruce, quasi in altari, rumpendo loquitur. Ut Heb. גוף significat *corpus exanime*, ità & σῶμα ut Matth. 14. 12. Luc. 17. 37 [i]. Antitheticam partim, partim allusivam, reflexionem habent verba Eucharistiæ per totum. Hæc autem verba propter præsentem Paschatizationem, optimè respicere possunt phrasiologiam Judæorum, *corpus agni Paschalis*, apud Maimon. Sensus, q. d. Eo sensu quo agnus Paschalis extitit corpus meum hucusque, esto amodo hic panis corpus meum ‖. ¶ *Quod pro vobis datur*] Scil. in mortem [k], i. e. dabitur [l]. Præsens positum pro proximè futuro [m]: Præsens pro paulò pòst futuro, ut Matth. 26. 24. *Vadit ——— traditur*, h. e. mox vadet, tradetur. Sic Joh. 13. 3, 11, 27, 33. & 14. 3, 18, 19. &c [n]. Sic infra v. 20. *qui effunditur*, i. e. mox effundetur [o]. Sic Deut. 31. 16. *Ecce tu decumbis*, &c. i. e. mox moriturus es [p]. Κλώμενον dixit Paulus. In utroque & ad Panem, & ad Victimas, alluditur. Panis *frangitur* & *datur*: victimæ quoque *dabantur* ab offerentibus, deinde *frangebantur* in altari. Ità & Christus corpus suum *dedit*, cùm mortem patienter nostrî causâ pertulit; quod alibi dicitur *dare animam suam*, Matth. 20. 28. *fractum* quoque est idipsum corpus cùm manus pedésque clavis sunt perfossi: adde, & latus transfixum [q]. ¶ *Hoc*, &c. Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν] *Hoc facite in mei recordationem*, Bru. Pi. i. e. ad renovandam mei memoriam [r]: vel potius, *ad mei commemorationem*, Be. Vulg. &c. Agitur enim hîc non de privato singulorum victu per se, sed de communi & publica professione. Itaque τὸ ἀναμιμνήσκειν hîc respondet τῷ להזכיר [†]: q. d. ut mei recordemini, nempe mortis meæ, eámque prædicetis, juxta 1 Cor. 11. 26 [t]. [Sensus,] Hoc ritu celebrate mortis quam jamjam subiturus sum memoriam. Christus hoc loco, & alibi Apostoli, mortis potiùs Christi quàm vitæ (quanquam & vitæ) meminisse nos jubent, quia in morte & obedientia ejus [*] & amor erga genus humanum eximiè elucet [v]. *Hoc facite*, quod ego nunc feci [x], Panem accipiendo, benedicendo, frangendo, &c [y]. *Hoc facite*, i.e. sacrificate [z]. Contrà, 1. Τοῦτο hîc refertur ad σῶμα. Sed quis unquam legit apud Græcos σῶμα ποιεῖν, pro *corpus sacrificare*; nec Latini dicunt, *facere victimam*, sed *facere victimâ*, subaudi *sacra*. Heb. עשה quidem interdum valet, *offerre*: quod tamen LXX nunquam per ποιεῖν, sed ἀναφέρειν, vertunt. 2. Illud, τοῦτο ποιεῖτε, dicitur quoque de poculo, 1 Cor. 11. 25. quo novum Fœdus sancitur, non sacrificatur: ideóque nec Pontificii illud de sacrificando accipiunt, sed de eo consecrando [a].

20. *Postquam cœnavit*] Ut mos erat Judæorum, quemadmodum ad Matthæum diximus. Idem videre est & apud profanas gentes usitatum. Ità apud Virgil. in Evandri sacrificio post mensas remotas sequitur, —— *Et pocula porgite dextris* [b]. Hoc addit, ut significet, Sacramentum hoc non pertinuisse ad vulgarem cœnam, & addit ità ut junctum sit cum præced. *similiter*, q. d. similiter calicem ut panem, [utrumque] post cœnam. Cur ergò, hoc ad calicem addit, non ad panem? Resp. Ut distinguat hunc calicem à priore, quem ex antiquo usu, inter cœnandum, statim post esum agni porrexerat [c]. ¶ *Hic*, &c. Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου] Simili locutione διαθήκην περιτομῆς, (*fœdus circumcisionis*,) dixit Stephanus, Act. 7. 8. i. e. περιτομὴν εἰς σημεῖον διαθήκης, (*circumcisionem in signum fœderis*,) ut de iride legimus, Gen. 9. 12. aut, εἰς σφραγῖδα, ut Paulus loquitur. Tertullianus, hunc locum citans, non malè sententiam exprimit dicens, *testamentum sanguine suo obsignatum*. Quæ sanguine signata sunt, deleri non posse aiunt Hebræi. Vide Esther Rabba [d]. [Verba sic reddunt;] *Hoc Poculum* (sub. *est*, Bru. ex Sy. Be. Pi.) *novum illud fœdus* (promissum scil. Jer. 31. 31 [*]. sub. *quod stabilietur*, sive *confirmabitur*, Pi.) *per* (ἐν pro διὰ [f]) vel, *propter*: *in* pro *propter*, ut Gen. 29. 18. *in Rachele*, i. e. propter Rachelem, Hos. 12. 13. & Deut. 24. 16. *in peccato*, h. e. propter peccatum; & Matth. 11. 6. *in me*, h. e. propter me [g].) *sanguinem meum*, Pi. sic Be. &c. Duplex hîc Metonymia: 1. Continens pro contento, poculum pro vino. 2. Fœdus pro fœderis symbolo ac tessera: quomodo agnum & vinum fœderis symbolo *fœdus* appellat Homer. Il. γ'. Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ Ἄρνε δύω, καὶ οἶνον, &c [g]. Sic verto, *Hoc poculum est* ritus *novi fœderis*, &c. Innuit sacrificia legis fuisse ritus veteris Fœderis, quibus hoc successit velut ritus novi Fœderis [h]. Ut Vetus Testamentum dedicatum est sanguine pecudum, ità Christus per suum sanguinem dicavit Novum Testamentum [i]. Reflexionem hoc habet ad totum ministerium Altaris, ubi effusio sanguinis; imò ad totum Judaismum. Erat enim hoc Sacramentum nota cessantis Veteris Testamenti, atque inchoati Novi ‖. ¶ *Qui*, &c. Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον] *Qui pro vobis effunditur*, Be. Pi. &c. Construendum hoc, vel, 1. cum τὸ ποτήριον, *calix* [k]. Quod ineptum est, ut liquet tum ex reipsa, tum ex collat. Matth. & Marci [l]. Vel, 2. cum τῷ αἵματι [m]. Obj. At τὸ ἐκχυνόμενον casu differt ab eo [n]. Resp. Est ergò h. l. solœcophanes [o], vel anomalia sermonis [p]; Antiptosis [q], Accusativus vel pro Dativo, ἐκχυνομένῳ [r], ut legit Basilius [†]; vel potiùs, pro Nominativo: idque sine ullo solœcismo. Obliquus enim casus absque solœcismo verti potest in Nominativum: quia cùm hic initium fit & fons reliquorum casuum, adeóque in lingua Hebræa, ubi nulla est casuum variatio, omnium locum tenet, hæc ei prærogativa conceditur certè apud Hellenistas, ut reliquorum casuum vicem interdum suppleat [t]. Similis anomalia est [v], Joan. 1. 14. πλήρης, pro, πλήρους —— & Eph. 3. 17. ὑμῶν —— ἐρριζωμένοι [*] & Apoc. 1. 4. Χάρις ὑμῖν ἀπὸ τοῦ ὁ ὤν, &c. pro, ἀπὸ τοῦ ὄντος, &c [x]: & v. 5. ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς, &c. pro, τοῦ μάρτυρος, &c [y]: & mox, τῷ ἀγαπήσαντι, pro, τοῦ ἀγαπήσαντος & v. 6. καὶ ἐποίησεν, pro, καὶ ποιήσαντος [z]. Constructio [hæc] est πρὸς τὸ σημαινόμενον. Nam quia idem est διαθήκη ἐν αἵματι, & αἷμα διαθήκης, ut hoc loco post Mosem & Zachariam Mat. & Marc. loquuntur; ideo τὸ ἐκχυνόμενον intulit quasi αἷμα διαθήκης dixisset. Sic Matth. 28. 19. cùm præcessit ἔθνη, sequitur, αὐτούς. Similia sunt, *Ubi est scelus qui me perdidit?* Item, *Curemus æquam uterque partem: tu alterum; ego verò alterum.* Sic Prov. 4. 13. con-

Marginal notes (left): [a] G. [b] G. [c] Be. [d] G. [*] Bru. ex Hi. & Th. [f] Buxt. in Wal. [g] Pi. [h] J. Cap. &c. [i] Salmas. in Wal. ‖ Li. ho. [k] Pi. [l] Glass. gram. 3. 3. 48. 383. [m] G. Glas. [n] Glas. ib. [o] J. Cap. G. [p] J. Cap. [q] G. [r] Er. V. [†] Be. [t] Pi.

Marginal notes (right): [v] G. [x] Buxt. in Wal. Bru. Me. T. [y] Buxt. Bru. Me. [z] T. [a] Salmas. in Wal. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] Be. [f] Pi. [g] Bru. [h] Med l. 1. cap. 7. p. 473. [i] Er. ‖ Li. ho. [k] Bru. [l] Pi. [m] Di. [n] Q. [o] Be. [p] Pi. [q] Scal. Di. [r] Scal. ex Be. [†] Be. [t] Di. [v] Pi. [x] Di. [y] Di. l. [z] Pi.

constructio est quasi pro יסורה scriptum esset מוסר. Non dissimilia loquendi genera observare est, Gen. 4. 10. Job. 29. 10. & cap. 32. ver. 7. & cap. 33. ver. 2. & 35. 9. & cap. 37. ver. 10. Psal. 10. 2 [a]. Poculum hoc respicere videtur ad poculum vini, quod effusum erat quotidie in liba minibus cum sacrificio jugi, idque pro remissione peccatorum †.

[a] G. † Li. ho.

21. *Veruntamen*, &c. Πλὴν ἰδὲ, &c.] *Cæterum ecce, manus ejus*, &c. Be. &c. i. e. machinatio ejus: ut, *nunquid manus Joabi*, &c? i. e. machinatio [b]. Sed non puto *manum* hîc pro *consilio* accipi, ut 2 Sam. 14. 19. sed potiùs dici *manum ejus esse in mensa cum Christo*, quia cibum cum Christi communem sumebat. Matthæus, Ὁ ἐμβά-ψας μετ' ἐμοῦ, &c [c]. Possit hic versus cohærere cum præcedente [d], & bene cohæret, ut præsentia beneficia conferat cum præsenti scelere *. q. d. Verùm, quamvis hæc summi amoris symbola vobis largiar, tamen ecce rem nefandam: quâ manu jam cibum sumet, eâdem mox me hostibus tradet: quod utrumque manu fieri solet [f]. Sed hoc alieno loco positum est [g]: quum res hæc acciderit, ante institutam cœnam Dominicam, statim in Principio cœnæ Paschalis [h]: ut videre est Mat. 26. 20, &c. Mar. 14. 17, &c. & Joh. 31. 1, &c [i]. & Joh. 13. 26 [k]. Hinc demonstratur, Judam affuisse ad Eucharistiam †. Diversos Christi sermones, nullâ ordinis habitâ ratione, Lucas connectit. Nam illud de Proditore in cœna justa contigit; admonitio de vitanda Ambitione planè, ut credibile est, in lotione inter cœnam Paschalem & cœnam justam. Ità πάλιν sæpe Luc. est μεταβατικόν [l].

[b] Camer. [c] G. [d] Be. * Bru. [f] Me. ex Bru. [g] Pi. [h] Pi. sim. Be. [i] Pi. [k] Be. † Li. ho. [l] G.

22. *Filius hominis secundum*, &c. Πορεύεται κατὰ τὸ ὡρισμένον] *Vadit* (vel, *Abit*, Sy. Be. i. e. è vita decedit [m], abiit, & tollitur de medio [n], *moritur*, ut apud Matthæum diximus [o];) *secundùm definitum*, Mo. vel, *prout definitum* (vel, *constitutum*, Æth. sic Ar. vel, *destinatum*, Tre.) *est*, Be. Pi. &c. sub. *de illo*, Æth. i. e. *definito Dei consilio & providentiâ*, Act. 2. 23 [p]. ut constitutum est æterno Dei consilio, & in SS. declaratum. Non dicit definitum à Deo esse ut Judas traderet, (quanquam hoc prævideraT Deus, & permittere decreverat,) sed ut Christus vaderet. Est quidem decretum Dei de peccatis hominum, verùm ut ea Deus tantùm permittat, & dirigat ad bonum, sed nullo modo ut homines ea faciant; nisi actionem à vitio distinguas [q]. His verbis ostendit, se non temere aut casu interfectum, sed Dei decreto & providentia: quâ tamen Judas minimè absolvebatur à culpa, quia nihil minùs illi propositum erat quàm Dei decretis obsequi [r]. Distingue igitur Dei decretum à causis mediis, & in uno eodémque facto & Dei justitiam, & hominum improbitatem cernes †. Ὁρίζειν hîc idem quod προορίζειν, ut Act. 2. 23. & cap. 10. ver. 42. & 17. 26, 31. Sed hoc definitum consilium de morte Christi non erat citra omnem præscientiam: imò conjunguntur Act. 2. 23. ὡρισμένη βουλὴ & πρόγνωσις. Et Justinus Disp. adv. Tryph. objectionem illam, ὅτι ἔδει, &c. (*quod Christum cruci oportebat affigi, & Judæos fore qui id scelus committerent*,) ità solvit, ὅτι προεγίνωσκεν, &c. (*præscivit Deus qui forent mali, tales autem non fecit*.) Deus enim, cui non ea tantùm quæ inevitabiliter sunt futura, sed & quæ possunt fieri, sunt notissima, non ignoravit nunquam defuturos homines qui doctrinam veri, ipsorum commodis adversam, non aspernarentur modò, sed crudeli etiam odio insectarentur. Deinde decretum illud definitum dicitur factum de eventu, non de actionibus hominum, quibus oblatis ad eventum usus est Deus. Clarè distinguunt Apostoli in hymno qui est Act. 4. 28. ubi *Pilatus & Herodes coiisse* dicuntur *ut facerent* ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε, non, ποιῆσαι, sed, γενέσθαι. Si de actionibus Judæ, Pilati, Herodis, quæramus, certum est nè illas quidem contigisse sine Patre, cùm sine eo nè passer quidem cadat: sed voluntas Dei circa eos permittens fuit, non efficiens: quæ distinctio & S. Literis, & omnium veterum Christianorum sententiæ, multò est congruentior quàm ea quæ nonnullis placet, actionem à vitio quod in actione est discriminantibus; quod in multis actionibus, putà Furto, Adulterio, atque aliis, quarum nè nomen quidem sine vitio intelligi potest, rerum naturæ repugnat. Neque magis audiendi sunt qui actiones tales à Deo impellente procurari posse aiunt bono fine, cùm solus finis non posset rectas facere actiones, aut etiam talia decreta quæ antecedenter omnino necessitatem ponant talium actionum. Æquè rejicienda eorum opinio qui Deum rectè ista facere arbitrantur, quia nullâ teneatur lege: nam quædam mala sunt etiam citra legem: &, positâ ac manente ejus obligatione, procurare ut aliquis contra legem faciat, naturaliter malum est, ac proinde naturæ Dei repugnat. Adde, quòd hoc posito inane redditur Peccati nomen, cùm peccari in eo non possit quod Deus optimus voluerit nos facere decreto prævertente libertatem nostræ voluntatis. Quantò rectius erat cum Paulo dicere, *permisit Deus gentes ambulare in viis suis*, Act. 14. 16. & si quæ sunt alibi obscura ad eam formam exponere? quod veteres omnes videmus fecisse. Ità Clem. Strom. 8. Orig. adv. Celsum 7. Cypr. Chrysost. Salvian. Scriptor Respons. ad Græcos: [quorum verba producit G.] Huc referendum & illud, quod veteres omnes constanter tradunt, Ex divina præscientia nullam hominibus imponi agendi necessitatem: id enim nullius erat usûs, si ipsa præscientia decretis purè effectivis subniteretur. Origenes, disputans an rectè dicatur πάντως δεῖ γενέσθαι τὸ προεγνωσμένον, (*omnino oportet fieri quod prædictum est*,) accuratè vocem πάντως distinguit, Εἰ τὸ πάντως, &c. (*Si illud*, omnino, *valet*, necessariò, *negamus; poterat enim non fieri, nec necesse erat, Judam proditorem fieri; si autem*, omnino, *valet*, non impeditur fieri, potest autem non fieri, *concedimus*, &c.) Quod Tomo in Genesin tertio latius prosequitur, à veterum nullo hac in parte errorum reprehensus. Imò plurimi scriptores ad hunc locum idem planè tradiderunt: & Chrysost. oratione, Cur obscura sint vaticinia, Οὐδὲ γὰρ ἡ πρόγνωσις, &c. (*Neque enim præscientia est sceleris causa, nec ejus necessitatem inducit: neque enim Judas proditor erat quia Deus id præscivit, sed Deus præscivit, quia Judas proditor futurus erat*. Contrariam verò sententiam magno consensu damnatam ubique est invenire. Vide Clem. [ejúsque verba in G.] ¶ *Veruntamen, væ homini*, &c.] Prosper. ad objectiones Vincentianas, *Non casus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium, prædestinatio Dei aut excitavit, aut suasit, aut impulit: sed planè prædestinavit judicium suum, quo unicuique retributurus est prout gessit sive bonum sive malum: quod judicium omninò futurum non esset si homines Dei voluntate peccarent*. Quicum bene convenit Hierocles [t]. [Cujus verba vide in G.]

[m] Ga. pso. 75. [n] V. [o] G. [p] Pi. [q] Bru. [r] Calv. † Be. [t] G.

24. *Facta*, &c. Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία, &c.] *Facta est autem contentio*, Mo. &c. verto, *Fuerat*, &c. Neque enim verisimile est, imò vix credibile, tam luctuoso tempore vacâsse animos ambitioso certamini. Sed memor Christus quid olim inter se disceptâssent, abiturus, ut Dilectionis, ità & Humilitatis, præcepta suis tradidit [v]. ¶ *Quis*, &c. Τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων] *Quis eorum videretur esse maximus*, Be. Pi. &c. vel, *major*, V. Pi. Enallage graduum, comparativus pro superlativo [x]. Sic 1 Cor. 13, ult. μείζων, *maxima* [y]. Al. *Quis ipsorum putaret esse maximus*. Non enim tam quid externâ specie videretur, quàm quid quisque de se sentiret & putaret, disputatum fuit. Dùmque unus diceret, ego me puto maximum, alter, ego verò me, rectè dicuntur disputâsse, quis putaret maximus esse [z]. Sed syntaxis hæc dura videtur & insolens: rectiùs sic, *Quisnam putetur, reputetur, censeatur, maximus*: ut, δοκεῖν εἶναι, idem sit quod, εἶναι, apud Homer. Odyss. ρ'. v. 586. Sed malim formulam hanc esse πλεοναστικὴν, ut, τίς δοκεῖ εἶναι, idem sit quod, τίς ἂν εἴη, ecquis esset; ut Lucas ipse explicat, de negotio eodem planè agens, c. 9. v. 46. Sic Mar. 10. 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν, idem quod ἄρχοντες, Matthæo. Sic, ὁ δοκῶν ἑστάναι, est, *qui stat*, 1 Cor. 10. 12; δοκεῖ φιλόνεικος εἶναι, *litigiosum esse*, 1 Cor. 11. 16; δοκεῖ θρῆσκος εἶναι, *religiosum esse*, Jac. 1. 26. Sic & Latini loquuntur; Capitolinus de Vero, *Visum est nonnullis, quòd ejus fraude putaretur occisus*, i. e. ejus fraude occisum fuisse. Spartianus in Geta, *Funus Getæ accuratius fuisse dicitur, quàm ejus qui à fratre videretur occisus*; pro, occisus esset. Vopiscus in Probo, *Lugdunenses ab Aureliano contusi videbantur*, pro, contusi erant. Pariter in N. T. τὸ δοκεῖν εἶναι valet, *esse* [a]. Sic quoque Syrus & Arabs hunc locum reddunt, *Quis ipsorum esset maximus* [b].

[v] G. [x] V. [y] Pi. [z] Di. [a] Ga. cir. 37.... [b] Di.

25. *Et qui*, &c. Καὶ οἱ ἐξουσιάζοντες αὐτῶν εὐεργέται καλοῦνται] *Et qui potestatem habent super*, vel *in*, *eis*, (vel,

(vel, *præfecti*, sive *magnates*, *earum*, Ar. Æth. Bru. nempe Gentium [c], vide Matth. 20. 25 [d].) *benefici* (vel, *gubernatores*: iidem qui βασιλεῖς in priore membro: נדיבים, qui in S. Literis εὐεργέται dici solent, sunt *duces*, *gubernatores*, *principes*: Est autem hæc sententia, Inter Gentes ut quisque plurimum opibus valet, ità maximè Rex est; & potentissimus quisque facillimè Principis nomen obtinet [*].) *vocantur*, Er. Il. Tre. ex Sy. P. Pi. &c. à munificentia, clementia, &c. nomen accipiunt [f], magnificis titulis ornantur [g]; subaudi, atque in hoc sibi placent, curántque magis ut benefici nominentur, quàm ut tales sint [h]. Titulus autem hic, tanquam cumprimis honorificus, tributus est [i], 1. Romanis Imperatoribus, ut sæpe apud Josephum & Philonem reperies [k], & aliis Regibus; ut apud Plutarchum De se laudando, item apud Isocratem Panathenaico [l]; ut Cyro majori, apud Xenoph. instit. 3; Mithridati, in Strab. l. 10; Ptolemæo à Lagi filio tertio, in Strab. l. 17 [m]; sed & Simoni Ethnarchæ, apud Josephum [n], aliisque Provinciarum rectoribus: 2. nonnunquam & privatis honoris ergò, aut beneficii alicujus insignioris ratione, ut Catoni minori, quem cives Uticenses *unâ voce* Εὐεργέτην & Σωτῆρα *vocabant*, teste Plutarcho [o]; Significat Christus, nomina talia sæpe ab iis affectari qui reipsâ suis magis quàm alienis commodis consulant. Vident ergò quid pulchrum sit, (alioqui nomen non affectârent,) sed facere idipsum negligunt. Vide quæ ad Matthæum, inprimis quod ibi ex Philone adduximus: valde enim facit huic loco illustrando [p]. Hebræi Reges vocabant נדיבים, *beneficos*, ut Job. 12. 21. & 21. 28. & alibi [q]. Al. Locum sic reddo, *Et qui vocantur benefici*, i. e. οἱ μεγάλοι, ut est in Matthæo, *authoritatem exercent super eas*: ut εὐεργέται sit subjectum, & ἐξουσιάζοντες prædicatum, propositionis, & καλοῦνται idem sit quod εἰσί· ut sæpe fit [r]. Quod hîc κυριεύειν & ἐξουσιάζειν, idem apud Mat. & Marc. est κατακυριεύειν & κατεξουσιάζειν· quæ verba in bonam partem sumuntur etiam apud LXX ad Gen. 1. 28. Psal. 49. 14. & 72. 8. & 110. 2. quomodo & κατακοιρανεῖν, pro κοιρανεῖν, usurpat Homerus Il. μ'. v. 318. & Odys. α'. v. 247 [†].

26. *Vos autem non sic*] Sub. *estote*, Q. vel potiùs, *eritis*, Cas. agere debetis [t]. ¶ *Qui major* (sub. *reliquis*, Ga.) *est*] i. e. Qui præesse aliis vult aut cupit, ut explicatur Matth. 20. 22. Marc. 10. 43 [v]. Al. Qui auctoritate honoratior [x]: quicunque munus aliquod in Regno meo obtinebit [y]. ¶ *Fiat* (vel, *Esto*, Be. Pi. Debebit se gerere quod ad modestiam animíque submissionem [z],) *sicut minor*] Vel, *minimus*, Bru. sic Be. Pi. i. e. minimæ auctoritatis [a]: ut Heb. צעיר interdum sumitur [b]. Ὡς ὁ νεώτερος] Pro, ὁ νεώτατος, *minimus*, propriè *natu*, deinde authoritate, per Metonymiam subjecti [c]; quia ut senectuti ferè authoritas adjuncta est, sic juventuti contemptus [d]. Νεώτερον opponit μείζονι, à צעיר, quod non ætatis, sed rei, est: & tamen ideo ætatis esse potest, quòd ætas magnitudinem addit [*]. Ut, apud Judæos, Judices aut Rectores *Seniores*, eorúmque ministri, *Juniores*, vocabantur: pariter & in Ecclesia fit [f]: πρεσβύτεροι vocantur qui Ecclesiæ præsunt [g], dicti hîc & μείζονες, aliis superiores: ità νεώτεροι, qui illis subsunt [h], qui alibi dicuntur ἰδιῶται [i], ut Act. 4. 13. 1 Cor. 14. 16. 23, 24 [k]. alibi & νεώτεροι, ut Act. 5. 6. 1 Tim. 5. 1 [l]. Tit. 2. 6 [m]. Vult ergò Christus, Præpositos Ecclesiis nihil splendoris aut commodi sibi præcipuum supra cæteros assumere [n]. [De quo dicta vide ad Matth. 20. 25.] ¶ *Et*, &c. Καὶ ὁ ἡγούμενος] *Et qui præcessor*, Mo. Vulg. vel, *dux*, aut *rector*, Er. V. Bru. sim. Æth. Ar. vel, *princeps est*, Et. Il. P. &c. vel, *præcipuus est*, Tre. ex Sy. *Et qui præest*, Ca. vel, *præit*, sive *antecedit*, Be. Pi. ut pastor non gradu superior, sed ordine prior [o]. Ἡγούμενος hîc dici videtur qui in Ecclesia sublimiorem cæteris consecutus est gradum, ut Apostoli erant consecuturi, & post eos Episcopi. Ità enim veteres explicant illud ad Hebræos, Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν. His opponuntur οἱ διακονοῦντες, qui in minimo sunt gradu [p].

27 *Quis*, &c. Τίς, &c.] *Uter major est*, &c. Be. Bru. Pi. Τίς, pro πότερος. Vide ad Matth. 21. 31 [q]. Ostendit Christus discrimen sui Regni à Regnis mundi. In Regnis mundi Rex ad mensam accumbit, alii ministrant: at Christus, Rex cœlestis Regni, toto vitæ tempore suis subditis ministerium exhibuerat: idque ipsum hoc tempore per pedum lotionem oculis subjiciebat, ut res memoriæ penitus hæreret [r].

28. *Vos autem estis qui permansistis mecum*] i. e. Perseverâstis, non deseruistis, ut illi Joh. 6. 67. & 12. 42 [†]. q. d. Hactenus res vestræ satis rectè se habent: vos alloquor qui à proditione abhorretis, qui hactenus fideli animo me sectamini [t]. ¶ *In tentationibus meis*] Πειρασμοὶ hîc dicuntur res adversæ [v], per quas constantia exploratur, ut Gal. 4. 14. Jac. 1. 12. 2 Pet. 2. 9. Apoc. 3. 10. Dicitur autem Christus πειρασθῆναι, Heb. 2. 18. & 4. 15. quatenus per illa adversa obedientia ipsius emicuit [x].

29. *Et*, &c. Κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, &c.] *Et* (vel, *Igitur*, Pi. sic Bru. *Verò*, Be.) *ego dispono* (vel, *polliceor*, Tre. ex Sy. sic V. *dabo*, Æth. *promissum do*, Pers. *paciscor*, Il. P. Be. Pi *præparo*, Zeg. *constituo*, Bru. *decerno*, Ti. *lego*, Ca.) *vobis*, &c. Mo. &c. Dubium non est quin διατίθεσθαι hîc non sit, *legare*, quod Patri non convenit, sed, *pacto addicere*, ut apparet in Græco 2 Par. 7. 18. In Psal. 89. 3. כרתי ברית, vertitur, διεθέμην διαθήκην· sicut & Libri quidam vetustissimi hîc habent, διατίθεμαι ὑμῖν διαθήκην. Construenda autem verba sunt hoc modo, Καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ βασιλείαν, κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν ἵνα ἐσθίητε, &c. ut rectè exponit Theophylactus. Sensus est, Sicut Pater mihi Regnum addixit acquirendum per tolerantiam rerum adversarum, ità & ego vobis addico gloriam, Regiæ majestati proximam, simili ratione acquirendam: ὥσπερ κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως, 2 Cor. 1. 7. εἰ ὑπομένομεν καὶ συμβασιλεύσομεν, 2 Tim. 2. 12. Cohæret autem optimè cum superioribus, ubi eos ab ambitione deterruit. Nam quorum gloria in cœlo reposita est, ii non debent eam in terris quærere. Deinde, via ad gloriam est humilis patientia, ambitioni planè adversa [y]. Al. Non agitur hîc de cœlesti illo Regno omnibus credentibus communi, sed de Apostolica in hujus Regni administratione, i. e. in promulgando Evangelio, & constituendis per orbem terrarum Ecclesiis, autoritate, quam ipse & à Patre acceperat, &, ad Patrem abiens, ipsis committit: id quod ostendit sermonis occasio, quæ erat controversia de primatu [z].

30. *Ut* (vel, Nempe *ut*, Pi.) *edatis*, &c.] Duabus notis solent cognosci proceres Regni, Honoris & Potestatis. Honos est in mensæ Regalis consortio; Potestas, in judiciorum participatione. His translationibus hoc loco describitur dignitas, ut diximus, Regiæ proxima [a]. Significat familiaritatem cum Christo [b]. Sensus, q. d. ut fruamini mecum gaudio gloriáque cœlesti [c]: ut vos ritè, exemplo meo, vestro munere defunctos, pro meis assessoribus illo supremo die agnoscam [d]. Al. Significat his verbis non tam gloriam Apostolorum in cœlis, quàm dignitatem in terris, &c [*].

31. *Simon, Simon*] Alloquitur eum nomine proprio, ut consideret, quid ex se fit: conduplicat autem ut attentionem excitet [f], & benevolentiam declaret [g]. Latinus & Syrus legerunt, Σίμωνι. At à recepta lectione stat Arabs & veteres Latini Scriptores [h], & Vulgatus [i]. Apostolos omnes in Petri persona Christus alloquitur, sicut & ipse pro Apostolis loqui solebat. Nam quæ ad ipsum peculiariter pertinebant, eorum ex responso ipsius nata est occasio [k]. ¶ *Satanas expetivit*, &c. Ἐξῃτήσατο ὑμᾶς ὁ σατανᾶς, &c.] *Expetiit* (vel, *Quæsivit*, Ar. vel, *Conatus est*, Ca. vel, *Postulavit*, Cam. Ambros. in Er. vel, *Depoposcit*, Er. V. *Petiit vos sibi dedi*, G. Allusio ad Jobi historiam [l], ubi Deus Satanæ, הנה כל אשר לו בידך, i. e. *res ejus tibi dedo, tuo arbitratui permitto*. Sic Isocrates dixit, ἐὰν μηδὲν τούτων ποιῶ, παρ' ὑμῖν ἐξαιτεῖν, *Quòd si horum nihil facerem, ut me dedi à vobis postularent* [m]. Ἐξαιτεῖν, vel ἐξαιτεῖσθαι, est, *petere*, vel *poscere, ut quis dedatur sibi* [n]; vel, *deposcere ad supplicium*, vel, *ad quæstionem* [o]; ut apud Suidam, in verbo, Ὄπ· & Plut. de Oraculorum defectu. Vide Luc. 23. 23. & Act. 25. 15. Apuleius, *Venus*, &c. *te ad extremum supplicium expetit* [p].) *vos ut cribraret*, Il. Ti. Tre. sic Er. Mo. Sy. vel, *cribrare vos*, Ca. Ar. Æth. vel, *ut* (vel, *quos*, Be.) *ventilaret*, P. Be. i. e. agitaret & dispergeret, vel etiam excuteret. Hîc enim agitur de illo Satanæ studio, quo totus ardet, Ecclesiæ cœtum modis omnibus agitatum

Marginal notes (left): [c] Bru. [d] G. [*] Ca. [f] Bru. [g] Be. Bru. [h] Bru. [i] Ga. Cin. 32. [k] G. sim. Pri. [l] G. [m] Ga. [n] G. [o] Ga. ib. 33. [p] G. [q] G. sim. Ham. [r] Ham. [†] Ga. 34. [t] Bru. [v] Glass. gram. 3. 3. 7. 249. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] Bru. ex Be. [b] Be. [c] Pi. [d] Pi. sim. Be. [*] Ca. [f] Ham. [g] G. sic Ham. [h] Ham. [i] Ham. sic G. [k] Ham. [l] G. Ham. [m] Ham. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] Pri.

Marginal notes (right): [r] G. [†] Bru. [t] G. [v] G. sim. Bru. T. [x] G. [y] G. [z] Be. [a] G. [b] V. [c] Pi. [d] Be. [*] Cam. [f] Bru. [g] Pi. [h] G. [i] Di. [k] G. [l] G. sim. Cam. [m] G. [n] Pri. [o] Cam. [p] Pri.

tum ac vexatum dissipandi, fidémque denique nobis excutiendi. *Cribrandi* vox convenit ubi de Dei consiliis agitur in Ecclesia sua non perdenda, sed repurganda [q]. Ideo, inquit, hoc postulavit ut vos posset pro arbitrio concutere atque agitare: nam τȣ͂, Infinitivo junctum, est τελικὸν apud Lucam [r]. Σινιάσαι est vox rara apud Græcos auctores †. Attamen σίνιον [t], & σινιατήριον [v], est *cribrum*, in Hesychio; & σινιάζεσθαι est, *concutere, cribrare*, in eodem [x]; & σινίασμα, in Glossario vetere, est, ἡ ῥυπαρία τῶ σίτε, *detrimentum*, ἀπὸ τὸ σινιάσαι [y]. Sed, quia in cribratione duo sunt, unum, concussio illa atque agitatio quâ omnia sursum atque deorsum vertuntur, alterum verò, segregatio atque separatio, prius h. l. intelligit; q. d. ut vos conturbet [z]. Σινιάζειν est נוע, quod λικμᾶν vertunt Lxx Amos 9. 9. sed καταχρηστικῶς· nam sequitur, בכברה, i. e. *in cribro*. Quare eum Amosi locum hic respici credibile est. Paris significatûs est זרה, quod & ipsum sæpe per λικμᾶν vertitur: alibi per διασκορπίζειν, ἀπεκλοτιοῦν, καλυσεῖζειν [a]. Theoph. vertit, πειράσαι, tentare [b], ταράξαι καὶ βλάψαι, i. e. *turbare & lædere* [c]: quod potiùs respondet verbo σινιάσαι [d].

32. *Rogavi pro te*] Aliísque Apostolis *, teste Ignatio [f]; [verba vide in G.] sed pro te præcipuè [g], tanquam plus tentando, vel tanquam capite reliquorum [h]. [De quo vide Polemicos.] Videtur hæc ipsa esse oratio quæ Joh. 17. 19, 11, 15 [i]. ¶ *Ut non deficiat* (vel, *exstinguatur*, Bru. sub. *finaliter*, L. in Bru.) *fides tua*] Sic Be. Pi. Ignatius ἵνα intelligit ὑλικῶς, (*materialiter*,) ut sit ipsum illud quod rogatur. Et sanè simile loquendi genus infrà, *orate* ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. Potest alioquin & τελικῶς (*finaliter*) intelligi. Sed res eodem ferme recidit, dum illud teneamus, esse hîc similem μετωνυμίαν qualis observata est Matth. 26. 41. & voluisse Christum hâc oratione succurrere infirmitati naturæ humanæ, non arrogantiæ, non socordiæ: ideo Petrus æquo confidentior subtractione auxilii punitur. Quæri hîc solet an hæc Christi oratio in Petro eventum habuerit talem ut fides non defecerit. Scriptores antiqui non eodem modo loquuntur: *Fidem in negatione amissam esse, periisse* dicit Ambrosius: negat ἐκλεῖψαι τὴν πίστιν Chrysostomus. Prudentius *animo* dicit *servatam fidem*. Aliorúmque exstant dicta in utramque sententiam. Sed apparet *fidei* vocem ab illis diversè accipi: quod & Sacrarum Literarum, & communi linguarum omnium, usui convenit. Nam nomina virtutum & vitiorum modò ἕξιν (*habitum*) denotant, modò τὴν ἐνέργειαν, (*actionem*:) quo sensu ἅπαντα τῷ ἔργῳ ὁρίζεσθαι, (*omnia ex operatione definiri*,) dixit Aristoteles; & Tertul. *Mutatis qualitatibus mutari vocabulorum possessiones*; Salvianus, *Nomen sine actu suo atque officio nihil esse*. Defecit in Petro ἡ ἐνέργεια τῆς πίστεως ad tempus: ideóque, nisi pœnitentia subvenisset, inciderat in legem illam quæ exstat Matth. 10. 33. & 2 Tim. 2. 12. Neque enim satis est *corde credi ad justitiam*, nisi *ore fiat confessio ad salutem* Rom. 10. 10. Ità is, quem dixi, Salvianus ait *fidem quæ per opera non probatur habendam quasi non sit*. At ἕξιν labefactavit, non exstinxit. Mansit in animo non nuda assensio perceptæ veritatis, sed & propositum Christianismi, quanquam eo temporis momento inefficax. Cyprianus egregiè epistolâ ad Antonianum, *Nec putemus mortuos esse, sed magìs semianimes jacere, eos quos persecutione funestâ sauciatos videmus: qui, si in totum mortui essent, nunquam de eisdem postmodum & confessores & martyres fierent. Sed, quoniam est in illis quod pœnitentiâ sequente revalescat, ad fidem, & ad virtutem, de pœnitentia robur armatur.* Bene intellexit vir sanctissimus non eodem se modo habere animi & corporis tum vitam, tum mortem. Nam corpus, ut momento vivificatur, & momento solet interire: animus paulatim & per partes vitam accipit, amittit, & recipit: quod nos docet Apoc. 3. 2. Facilè autem partes mortuas restituit festinata pœnitentia: de cujus utilitate ità Salvianus, *Illico ubi concidere consurgant, & elevationem protinus meditentur in lapsu; ac, si fieri ullo modo pernicitate pænitudinis potest, tam velox sit remedium resurgentis ut vix possit vestigium apparere collapsi.* Hoc fecit Petrus, & propterea id ipsum quod in eo defecit vix defecisse censendum est: meritóque ad eum referas quod alibi de peccatore mox pœnitentiam agente dicit idem Salvianus, *Non penitus enim dominum lædit suum, cui propitiatio reservatur: & quid plura? puto quòd semper in ipso errore respexerit à quo obtinere potuit nè diutiùs erraret* [k]. ¶ *Et tu*, &c. Καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου] Et (vel, *Igitur*, Be. vel, *Etiam*, Tre. & Di. ex Sy. Pers.) *tu aliquando* (vel, *in tempore*, Tre. & Di. ex Sy.) *conversus* (i. e. postquam fueris conversus, à peccato derelictionis & negationis mei, quod brevi commissurus es [l]: *conversus*, nempe ad pœnitentiam. Confer Luc. 17. 4 [m]. Vel, *convertere*, Sy. & Ar. in Di. Voluerunt in Participio, ἐπιστρέψας, mandatum latere, quia cum imperat. στήριξον, construitur: sicut Matth. 28. 19. *Baptizate, docentes*; Syrus, *baptizate & docete*. Sic hoc loco, *conversus confirma*, i. e. convertitor & confirma [n]. Al. *cùm te converteris*, Be. Pi. à Domino conversus, juxta Jer. 31. 18 [o].) *confirma fratres tuos*, Mo. Pi. &c. Apostolos, reliquósque credentes [p]. Plerique ἐπιστρέψας interpretantur, *pœnitentiâ ductus*. Cæterum mihi id probari non potest: nam ex verbis præcedentibus periculum intelligi poterat, non lapsus. Quare alios sequi malo qui Hebraismum putant esse qualis est Psalm. 85. 6. תשוב תחינו, ἐπιστρέψας σώσεις ἡμᾶς, i. e. πάλιν σώσεις ἡμᾶς· ità hîc, καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον, est, καὶ σύ ποτε πάλιν στήριξον, *Tu quoque olim vicissim fratres confirma*, i. e. Da operam nè in fide deficiant; nempe pro ipsis orans, sicut ego pro te oro, adde & exemplo prælucens [q].

34. *Donec ter abneges*, &c. ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με] *Abneges non nosse me*, Mo. Similis locutio ei Luc. 20. 27 [r]. [ubi dicta vide.] *Negaveris quod non noscas me*, Tre. ex Sy. *Abneges te nosse me*, Er. Il. P. Ti. sim. Ca. *Me abnegaveris*, Pi. sic Pers. Ar. Æth. *quòd non cognoscas me*, Ar. vel, *tanquam non noveras me*, Æth. vel, dicens *quòd non nôris me*, Pi. sic Pers. Duplex ellipsis: quarum priorem arguit tum gemina syntaxis verbi ἀπαρνεῖν, tum collatio Mat. 26. 34. posterior verò Hebræis usitatissima est †.

36. *Qui habet* (Non de omnibus loquitur, sed de Discipulis suis duntaxat [t]:) *sacculum*, βαλάντιον] *Crumenam*, Be. Pi. G. &c. pecuniâ refertam [v]. ¶ *Tollat*, ἀράτω] *Tollat*, sub. *eam*, Be. utique vendendam [x], ut ejus pretio gladium redimat, ut apparet ex seq. de pallio [y]. Al. *Sumat*, Pi. *Secum ferat*, G. Bru. quò abire cogetur [z], nec eam domi relinquat [a]. In septem vet. cod. pro ἀράτω, πωλησάτω, &c. legimus, ἀρεῖ, πωλήσει, &c [b]. Sed qui imperat. in fut. verterunt, apparet offensos præcepti, sibi non intellecti, novitate: sed lectionem receptam defendit Interpretum consensus [c]. ¶ *Similiter & peram*] Instructam cibo, scilicet qui habet tollat [d]. Hoc dicitur per modum parentheseos. Nam ad Crumenam redit oratio. Sed obiter & [in] transcursu admonet Christus, perâ quoque opus fore, victu alioqui defecturo: βαλάντιον est כיס, quod μαρσίππιον plerumque vertunt Græci: πήρα ילקוט. ¶ *Et qui non habet*] Vel, 1. βαλάντιον, quod habere solent qui aliquid habent pecuniæ. Nam de Pera erat interjecta mentio, ut diximus; quod verborum quoque ordo satis indicat *. Hoc quidem sermonis consecutio primâ fronte fuggerit: sed hanc syntaxin sententia ipsa planè respuit. Quo enim sensu cohærent ista, *Qui non habet crumenam & peram, vendat pallium suum, & emat gladium?* [Id verò statim patebit.] Vel, 2, gladium; id quod vel cum Syro hîc subintelligi possit, vel potiùs à fine versûs desumi, ut trajectio Hebraica sit in voce gladii [f]. Mihi, ὁ μὴ ἔχων, est, ὁ οὐδὲν ἔχων, *qui nihil habet*, qui pauper est, cui tantum pecuniæ non suppetit ut gladium emere queat: sicut 1 Cor. 11. 22. *Pudefacitis* τοὺς μὴ ἔχοντας, *eos qui non habent*, id est, pauperes. Et Hebræi dicunt, אשר אין לו, *cui non est*, id est, cui nihil est, subintellecto scil. דבר, *quicquam* [g]. ¶ *Vendat tunicam suam*, &c. Hoc non præcisè dicitur, sed comparatè: i. e. Omnino gladium sibi comparet, vel veste divenditâ, si aliter comparare non potest. [Sensus loci est, q. d.] *Quisquis crumenam habet sumat eam, sed simul cum pera: & quisquis non habet, potiùs vestimentum divendat, quàm gladio careat*: id enim mos est facere quoties vis timetur [h]. Quid autem hoc sibi vult? Itáne Christus suorum oblitus est dogmatum: *de non resistendo malo*, &c. *de persecutione patienter ferenda*, &c. & Crucem mutat in Gladium & πανοπλίαν præscribit Discipulis? Et quid magni docet Christus suos si hoc præcepit quod suâ sponte faciunt & piratæ & latrones? Adde, quòd Petrum objurg-

Marginal notes: q Be. r G. † Cas. sim. Cam. t Cam. Di. v Di. x Cam. Di. y Cas. z Cam. a G. b Camer. c Be. Camer. d Be. * G. sim. Bru. Me. Ti. Pi. f G. g Pi. sic Bru. &c. h Bru. &c. i G. k Idem. l Bru. m Pri. n Di. o Pi. p Bru. q G. r G. † Pi. t Bru. v Me. ex Bru. x Er. y Be. z Bru. a G. b Be. c G. d Bru. * G. f Pi. g Di. h G.

objurgat Christus gladio utentem. Nec Apostolos unquam legimus gladios gestâsse, imò nec unguibus repugnâsse, nedum gladiis, &c. [Quid ergò dicendum?] Resp. 1. Gladium hîc intelligit Evangelium, non istum quo grassantur latrones, sed Verbi Divini, quod omni gladio penetrantius est, Heb. 4. 12[i]. Totus hic sermo allegoricus est; q. d. Vixistis adhuc in pace, nunc bellum instat, & de armis cogitandum. Quænam autem sint illa arma, suo exemplo docere maluit & reprehensione Petri, quàm importunè hoc loco stupidis adhuc, & ad res istas non satis attentis, Discipulis explicare[k]. 2. Non sunt hæc Christi verba præcipientis quod fieri vellet, sed prædicentis quod eventurum erat[l], ut sæpe S. Scriptura utitur modo imperandi in significatione prædicendi[m], jubetque fieri id quod homines facere solent, ut Jer. 9. 17, 18. Ezec. 4. 2[n]. Significat Christus, impendere magnum periculum, ut si quis præsidiis humanis uti voluisset nihil consultius facere potuisset quàm sibi parare gladium, vel vendito pallio, si aliunde non posset[o]. Non tam hortatur eos ut vim vi repellant, quàm ut, apprehensione communis contra ipsos inimicitiæ, propriam inter se animositatem reprimant; q. d. Gladiis in communem hostem potiùs opus est quàm rixis & contentionibus inter seipsos ‖. Significare Christus voluit, longè alia instare tempora quàm experti essent hactenus[p]. Nam antehac multos fuisse qui ipsis bene vellent, qui ipsorum subvenirent necessitatibus; inimicos contrà nihil in ipsos gravius ausos moliri: nunc autem sibi, & consequenter ipsis, instare gravissima quæque, vix quenquam repertum iri qui ipsos sublevet; contrà, venturos ipsos in odium publicum, ità ut à quovis impunè, atque etiam cum laude, vexandi essent. Hanc sortis diversitatem ut intelligant, primùm in memoriam illis revocat anteacti temporis sortem perquam tolerabilem, quam olim ipsis prædixerat, additis signis quibusdam visibilibus; nimirum vetito nè in communes usus sibi peram, aut crumenam, aut simile quid, compararent. Nunc sortem longè aliam signis etiam contrariis indicat: vult enim sumi Crumenam, sumi & Peram, signa instantis penuriæ, quin & quæri Gladium, signum scil. instantis periculi: nam per loca latrociniis infesta cum gladio iri solet. Diximus alibi morem fuisse multis gentibus, sed Judæis præsertim, res insigniores non verbis tantùm, sed & conspicuis rebus, designare: unde orta Manuum impositio, aliáque multa humani instituti. De antiquis Græcis Dionysius Thrax Grammaticus, Ἐσήμαινον, &c. (*Non verbis tantùm, sed & symbolis, significabant.*) Sed præcipuè id usurpârunt Prophetæ, modò ex Dei præscripto, modò sponte suâ, aut ipsi facientes aliquid quod rei futuræ haberet significationem, aut alios facere imperantes. Exempla sunt, 1 Reg. 22. 11. Esa. 20. 2. Jer. 9. 17. & 27. 2. Ezec. 4. 2. & 12. 7. Ose. 1. 2. Act. 21. 11. & alibi[q].

37. *Adhuc*] Emphasim habet indignitatis rei; q. d. præter cætera vaticinia jam in me impleta[r], post multa alia à me tolerata, jam illud ultimum restat ut pro scelerato morti addicar: unde & illa sequentur quæ ad vos pertinent: nam magistri ignominia atque odium ad discipulos redundat †. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη] *Cum sceleratis* (vel, *nefariis*, vel *exlegibus*, V.) *numeratus est*, Be. Pi. &c. vel, *computatus*, tractatus more iniquorum, damnatus, crucifixus, &c[t]. ¶ *Ea*, &c. Τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει] *Quæ de me* (sub. *sunt*, Er. Il. T. vel, sub. *scripta*, vel *prædicta*, *sunt*, P. Be. Pi. Ham. Bru. &c. ea scilicet quæ ad statum depressionis meæ pertinent[v], quæ adhuc implenda restant[x]. Al. *Res meæ*, Ca.) *finem habent*, Mo. P. Ca. Be. &c. i. e. jamjam finem accipient[y]: jam perficiuntur & consummantur: unde illud, *Consummatum est*, Joh. 19. 30[z]. Sensus, q. d. Jam res vestra est agenda, nam mea est acta. Cogitate ergò quid, me sublato, de vobis, & à vobis, agendum, & num hoc est tempus inter vos rixandi *.

38. *Ecce duo gladii hîc*] Dicunt hoc ut intelligant an per duos illos gladios satisfactum sit ipsius imperio. Galilæos fuisse pugnaces ait Josephus. Et credibile est, cùm iter è Galilæa ad Urbem infestum esset latrociniis, multos ad Urbem profectos cum gladiis: quod & ex Josepho aliquot locis colligere est: qui & Essenos ait armatos incessisse latronum metu: & suo tempore etiam ferarum causâ id fieri in Palæstina solitum Cyrillus narrat.

[i] Er. [k] E. [l] Pri. sim. Ca. Camer. Bru. ex Euthym. Mal. [m] Camer. [n] Bru. Mal. [o] V. ‖ Li. ho. [p] G. sim. Mal. Bru. [q] G. [r] Bru. † G. [t] Bru. [v] G. [x] Pi. [y] G. [z] Bru. * Li. ho.

Hunc morem secuti videntur Apostoli; non omnes, sed ex omni numero duo, quorum alter fuisse Petrus videtur, qui mox gladio, ut suo, utitur[a]. ¶ *Satis est*, Ἱκανόν ἐστι] Hoc multifariàm intelligunt[b]. Ironia est; quâ figurâ Christus utitur & Marc. 7. 9. & 14. 41[c]. & alii, 1 Sam. 26. 15. 1 Reg. 18. 27. & 22. 15. &c. Ità & h. l. sensus est, q. d. Egregia verò armatura! Satis instructi estis adversus omnem hostium vim, magnam hisce gladiis inter hostes dabitis stragem, scilicet[d]. Sic loquitur ut si quis pater dicat emendam esse domum, & filius ignarus ad eam rem dicat habere se duos teruncios, tum pater respondeat, *Satis est*; h. e. Scilicet duobus teruncìis potest emi domus *. Verùm non dicit Christus, Satis sunt duo gladii, sed, *Satis est*[f]. Al. *Satis est*, nempe ad significationem: nam ad pugnam vel duodecim gladii nihil facerent adversùs ingruentem hostium multitudinem[g]. Al. *Satis est*, ad defensionem qualem ego parari velim[h]. *Satis*, quia nè illi quidem sunt necessarii, non opus est gladiis[i]. Al. Christus hîc sermonem abrumpit, & Discipulorum absurditatem modestè refrænat[k]. q. d. Satis est verborum hac de re[l], video vos non assequi quid velim, ideo sufficit hæc monuisse, experientia vos docebit, alia arma intelligo, &c[m]. Ἱκανὸν respondet τῷ רב לכם, quod Hellenistæ modò reddunt, ἔχετω ὑμῖν modò, ἱκανούσθω, aut ἱκανὸν ἔστω modò, ἀρκείτω modò, πολὺ ὑμῖν modò &, παυσάσθω, ut Exod. 19. 28. *Satis sit illi*, scilicet tonuisse hactenus, ac desinat. Est itaque imponentis silentium h. l. & abitum parantis, simúlque ruditatem eorum aversantis[n].

39. *Secundùm*, &c. Κατὰ τὸ ἔθος] Idem quod, κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ, Luc. 4. 16. & Act. 17. 2[o]. *Ex more*, Be. Pi. Consueti secessûs locum adit, ubi facillimè reperiri posset[p].

40. *Et*, &c. Γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ τόπου] *Factus autem* (vel, *Quùmque pervenisset*, Er. Tre. ex Sy. &c. sic P. Be. &c.) *ad locum*, Mo. &c. vel, *ad eum locum*, P. Ti. Be. &c. i. e. consuetum, ubi orare noctu consueverat[q]. ¶ *Orate nè*, &c. Μὴ εἰσελθεῖν, &c.] *Nè intretis* (vel, *veniatis*, Er. V.) *in tentationem*, Be. Pi. vel, *nè cedatis tentationi*, V. i. e. nè à tentationum ac persecutionum incursione superemini. Non tam de interiori, quàm exteriori, tentatione loqui videtur[r].

41. *Et*, &c. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη, &c.] *Tum ipse abscessit* (vel, *digressus*, Ca. vel, *proripuit se*, Be. vel, *avulsus est*, Er. Il. P. Mo. vel, *abstraxit se*, Pi. invitus †, & tanquam vi[t], avulsus à Discipulis[v], ex quorum societate solatium quærebat[x]; sed preces secessum postulabant[y]. Ad verb. *abstractus est*: Sed vox passiva, more Hebræorum, capitur reciprocè[z]. Vel, *secessit*, Tre. ex Sy. Ar. Verbum hoc non violentam, sed simplicem, separationem significat, hîc, sicut & 2 Mac. 12. 10. & Act. 21. 1[a].) *ab eis*, Be. ¶ *Quantum*, &c. Ὡσεὶ λίθου βολὴν] כמטחוי, Gen. 21. 16[b]. *Quasi ad jactum lapidis*, Be. Bru. &c. sub. *levis*, Bru. ex Richel. i. e. 50 aut 60 passibus[c]. ¶ *Positis genibus*, &c.] Communis mos orandi erat stando: in genibus orabant quoties res major urgebat[d].

42. *Si*, &c. Εἰ βούλει παρενεγκεῖν, &c.] *Si vis* (vel, *velles*, Be.) *transferre*, &c. Mo. Pi. sub. *transfer*, vel potiùs, *potes*, Bru. sim. Camer. Al. *pertranseat*, Tre. ex Sy. sic Pers. Ar. vel, *averte*, Ca. vel, *transfer*, Er. P. &c. Infinitivus loco Imperativi *. Forsan Infinitum apud Græcos in petitionibus usitatum est, sicut in præceptis & edictionibus; ut, δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἔργῳ τε λόγῳ τε, &c. μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, &c. Itaque verum esse puto, id quod & in nostro vet. lib. exstat, εἰ βούλει παρένεγκαι μέσως[f]. Al. *Utinam velles auferre*, &c. nam ità εἰ accipi, etiam cum Indicativo conjunctum, jam bis notavimus. Hoc loquendi genus non intellectum mutandæ Scripturæ locum præbuit. De hoc desiderio diximus ad Matthæum[g].

43. *Angelus*, &c.] Illaudabilis fuit & superstitio & temeritas eorum qui hanc particulam, & sequentem de Sudore, delevere, nihilo graviore de causa quàm quo illud quod suprà est de Fletu deletum diximus. Christus enim destitutus Divinitatis in se habitantis virtute, humanæque naturæ relictus, ac proinde *minor factus Angelis*, opus habuit Angelorum solatio: quod in aliis etiam Christi tentationibus observare est, ut Matth. 4. 11. Simile solatium aliàs à voce cœlesti accepit, Joh. 12. 28[h]. ¶ *Confortans eum*] Id est, Addens ei animum, & responsum

[a] G. [b] Pri. [c] Ca. [d] Q. in Cer. * Ca. [f] Ger. [g] G. [h] Pri. [i] Mal. [k] Ger. [l] Bru. Ger. [m] Ger. [n] Heins. [o] Pri. [p] Euthym. in Bru. [q] Bru. [r] Zeg. † Pi. [t] Bru. [v] Pi. [x] Bru. [y] Pi. sim. Bru. [z] Pi. [a] Pri. sic Ham. [b] G. [c] Bru. [d] G. * Bru. Camer. [f] Camer. [g] G. [h] G.

sponsum ab orato Patre adferens [i]: gloriam promissam & salutem humani generis, mortis istius fructum, in mentem ipsi revocans; quibus ad tempus refocillatus iterum permissus est mœrori [k]. In tentationibus in eremo nullus ei affuit Angelus, sed iis peractis, Matth. 4. 10. In hac tentatione est *Angelus confortans eum*. Quare? Propter ἀγωνίαν; Sed unde hæc ἀγωνία; Ex sensu, inquies, iræ Divinæ. Sed non puto Deum illi iratum fuisse omnino: nec Angelus illum confortare potuit contra iram Dei. Putem Christum jam esse colluctatum cum Diabolo, qui visibiliter ei apparuit, (ut Luc. 4.) in forma aliqua dira & horrenda, quâ Christum perterrefaceret, imò cum Diabolo à catena sua soluto, & sine aliqua Divinæ providentiæ cohibitione permisso ut omnes vires & furias in eum exereret, &c †.

44. *Et*, &c. Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ] *Et* (sub. *ipse*, Be. Pi.) *correptus* (vel, *constitutus in*, Be. Pi.) *angore*, Er. V. &c. ἀγὼν est, *certamen*, *periculum*, *labor*; hinc ἀγωνία [l] quæ est horror quo homo corripi solet in gravi discrimine [m]: propriè usurpatur de eo motu animi ad grave periculum qui tamen fortitudinem non exspectoret. Vide Porphyrium, ad illud Homeri, Τρῶας μὲν τρόμος, &c [n]. [& verba in G.] *Cùm esset in æstu*, Ca. Significat ἀγωνία summam Christi angustiam luctantis & cum terroribus mortis, & cum terribili Patris irati judicio, &c [o]. ¶ *Prolixius orabat*; ità Er. Ἐκτενέστερον] *Intentiùs*, Be. Pi. Bru. *Contentiùs*, Ca. *Incessanter*, Ar. *Extensiùs*, Bru. tertiò enim ad orationem rediit [p]. Sed malo ad orationis qualitatem referre [q]. Voces, ἐκτένεια & ἐκτενῶς, & intentionem notant & assiduitatem. Vide Joh. 3. 8. Judith 4. 10. Act. 26. 7 [r]. Augescente dolore, intendebat vim precationis, gestu quoque idipsum exprimens: nam antè genua flexerat: nunc toto corpore in terram procumbit, ut ex Matthæo & Marco discimus. Eo autem situ corporis orare viri sancti solebant in extrema necessitate. Quare, errant qui hìc confundunt, τὰ γόνατα τιθέναι, i. e. ברך, & πίπτειν εἰς πρόσωπον, aut ἐπὶ τῆς γῆς, i. e. חשתחוה: [lege השתחוה :] hoc enim est ἐκτενέστερον προσεύχεσθαι †. Syrus vertit, *instanter*, Di. Tre. vel, *perturbatè*, *solicitè*, *diligenter*, *studiosè*, *perseveranter*; ut habet Ferrarius [t]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες, &c.] *Quasi grumi* (vel, *guttæ*, Vulg. *Grumi* sunt guttæ ampliores, sive crassiores [v] :) *sanguinis descendentes*, &c. Be. Pi. vel, *decurrentes*, V. sim. Pi. fluvii aut torrentis more [x]: vel, *decurrentis*, Vulg. in G. ut ad vocem, *sanguinis*, non, *guttæ*, referatur: quanquam eodem redeat sensus [y]. Sed ità sensus videtur esse apertior: nam sanguis maximè, cùm in terram cadit, conspicitur θρόμβοῦσθαι [z]. Est enim θρόμβος, Galeno, τὸ αἷμα πεπηγὸς [a], (*sanguis concretus*,) qui Latinis *grumus*, in Glossario, & in vetere Onomastico [b]. Syrus quoque sic legisse videtur; sed ità ut subintelligeret vocem ἱδρῶτος quod loquendi genus exemplo non caret [c]. Materia sudoris hujus sanguis erat, quem interdum refert sudor, ut notant Medici [d]. Diodorus Siculus, l. 17. p. 560. *serpentes* memorat, qui *morsu suo angores gravissimos effecerunt, & profluxum sudoris αἱματώδους, instar sanguinis*. Sudorem pariter hunc ego ictui Serpentis antiqui ascripserim, &c†. Docet Aristot. 3. De histor. animal. accedere nonnullis ἱδρῶσαι αἱματώδει περιττώματι, &c. (*sudare sanguineo excremento propter malum corporis habitum, & defectum caloris*.) Attamen hoc loco nihil est unde certè colligas sudori huic sanguinem fuisse permixtum. Certè Justinus adv. Tryph. omissâ *sanguinis* mentione, satis habuit *grumos* dixisse, ἱδρὼς ὡσεὶ θρόμβοι κατεχεῖτο. Tale illud,—*salsusque per artus Sudor iit* *. Non dicitur h. l. *sudor sanguinis*, sed, *sudor sicut grumi sanguinis* [f]: quæ verba indicant verum fuisse sudorem qui emanavit, non tenuem tamen [g], sed crassum, quales esse solent grumi sanguinis [h]; & viscosum [i]: cùm sudor vix soleat θρομβοῦσθαι [k]. Virgilius, simili hyperbole, *sudoris flumen piceum* videtur dixisse; quòd nempe picis guttæ crassiores existant [l]. Ἀγωνιῶντες autem *maximè sudant*, inquit Aristot. Problem. sect. 2. *de Sudore* [m]. Idémque testantur Artemidorus, Philostratus, & Philo [n]: [quorum verba vide in Pri.] Sed illud, *quasi*, non significat hunc non fuisse verum sanguinem, sed non fuisse verè guttas sanguinis, sed guttas aqueas mistas sanguine, quod etiam fieri possit per naturam vim intus patientem, ac proinde per poros ejicientem unà cum aqua sanguinem; præsertim ubi corpus rarum est ac delicatum, & sanguis subtilis, ut in Christo indubiè erat [o].

45. *Dormientes præ tristitia*] Quæ cor contrahit inque angustiam redigit, ac proinde prohibet nè vitales spiritus in sensuum meatus ejaculetur, &c [p].

48. *Osculo*, &c?] Sub pacis signo proditionem occultas? Sic illum oscularis de quo scriptum est, Psal. 2. 12. *Osculamini Filium* [q]? Singula verba emphatica sunt plenáque doloris, ut pungat proditoris conscientiam, *Juda*, q. d. Amice, Discipule, &c. non dedignatur eum nomine proprio, quod est blandè deplorantis simul & revocantis: *osculo*, benevolentiæ signo, *Filium hominis*, mitem, humilem, &c. propter te hominem factum, tibi non noxium, imò utilissimum, &c. *tradis* hostibus [r]?

49. *Videntes—quòd*, &c. Τὸ ἐσόμενον] *Futurum*, Mo. *Quod fiebat*, Tre. ex Sy. Ar. sim. Pers. *Quid futurum esset*, Ca. sic Ti. P. Be. &c. ut Jesus caperetur, &c†. ¶ *Si*, &c. Εἰ πατάξομεν, &c?] *Percutiemúsne* (vel, *Agemúsne rem*, V.) *gladiis?* Be. Pi. Ut te defendamus [t]. Dubii inter id quod natura dictabat, & sæpe inculcata Patientiæ præcepta, Dominum quid faciendum sit rogant. At Petrus, non exspectato Domini responso, ad vim vi arcendam accingitur [v].

51. *Sinite*, &c. Ἐᾶτε ἕως τούτου] *Sinite* (vel, *Satis est*, Tre.) *hactenus*, vel *hucusque*, Ti. Ca. Er. P. Be. &c. vel, *usque ad hoc*, usque ad hanc rem, vel usque ad hoc factum [x], sub. *res ipsa pervenire debuit*, V. Satis est hucusque vos progressos in vi reponenda: nolite ultrà progredi: hìc consistite [y]. *Contine*, vel *Contine te*, *hìc*, Petre, nec perge lædere, & vos, milites, sinite huc usque, nec ulciscimini quod peccatum est [z]. Permittite, ut hucusque in me sæviant inimici mei quousque eis concessum est, i. e. ut me apprehendant, nam & plura mihi patienda sunt. ¶ *Sanavit eum*] Tum nè calumnia ipsi strueretur, quasi seditiosus esset, tum ut ostenderet, se non invitum capi, & Majestate suâ hostes opprimere potuisse [a].

52. *Et*, &c. Καὶ στρατηγοὺς, &c.] *Et præfectis* (vel, *ducibus*, Er.) *Templi*, Be. Pi. &c. i. e. ædilibus: vide suprà v. 4 [b]. Horum mentio Act. 4. 1. & 5. 24 [c]. & in Josepho [d], Ἁλώσ. 5. 15. & Antiq. 8. 4 *. In solennibus ipse στρατηγὸς disponebat præsidium & excubias circa Templum [f], in arce Antonia, [quæ Templo imminebat;] interdum & in Porticibus Templi [g], nè tumultus ullus à seditiosissima illa gente oriretur [h]. Hi porrò στρατηγοὶ non erant Judæi, ut ex eo constat, quòd tempore Sabbatico atque Paschali excubias agerent; sed Romani [i]. Syrus vertit, *principes exercituum Templi*. Nec tamen putandum, hìc militares viros, seu militiæ præfectos, memorari. Distinguendi enim hi sunt ab eo qui Act. 4. 1. & c. 5. v. 24. στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ dicitur. Is unus erat, cujus erat *cohors* illa, Joh. 18. 3. Sed στρατηγοὶ in num. plur. sæpe quosvis designat Præfectos, sive politicos, sive Ecclesiasticos. Videntur ergò hi στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ fuisse è numero illorum quindecim, qui muneribus in sacro loco obeundis præpositi erant, de quibus agit Cl. Constant. L' Empereur, Middoth, p. 138. Distinguuntur autem hìc ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων, qui erant præfecti 24 ἐφημεριῶν, sive Classium, in quas genus sacerdotale erat distributum. Distinguuntur etiam ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, *à senioribus*, qui erant ἄρχοντες τοῦ λαοῦ [k].

53. *Hæc est hora vestra, & potestas* (vel, *licentia*, usurpata videlicet, non legitima, sed permissa tantum. Alibi ἐξουσία *autoritatem*, *jus*, *potestatem*, significat [l].) *tenebrarum*] Ità Mo. Er. Pi. &c. vel, *domini tenebrarum*, Æth. Σκότος est Diabolus Allegoristis: Aruch, *Primo die creationis creatus est Angelus mortis* (Diabolus,) *sicut dicitur*, *Et tenebræ erant super faciem abyssi*, *h. e. Angelus mortis qui obtenebrat oculos hominum* †. Hæc est hora diu optata & quæsita, tandémque concessa, quâ vobis permittitur mecum agere quod velitis [m]. Hoc est tempus illud quo vobis, &, per vos, tenebrarum Principi, potestas in me conceditur, ad implenda Vaticinia scilicet. Hæc potestas hactenus vobis negata est: alioqui interdiu palàm inter vos agentem comprehendissetis sine armis, sine ullo strepitu. Vox ἐξουσίας hoc modo sumitur & Apoc. 9. 3, 19 [n]. *Hora* brevitatem temporis innuit, τὸ *vestram* opponit horæ suæ, quâ se de iis ulciscetur, &c [o].

54. Prin-

[Marginal references, left column: i Bru. — k G. — † Li. ho. — l Er. — m Er. V. — n G. — o Be. — p Bru. — q Be. — r Pri. — † G. — t Di. — v Bru. — x Pri. — y Bru. — z G. — a G. Pri. — b Pri. — c G. — d Pri. — † Li. ho. — * G. — f G. ex Th. & Euthym. Pri. Ham. — g G. — h G. sim. — i Pri. Ham. — k Ham. — l G. — m Pri. — n Ham. — o Pri.]

[Marginal references, right column: o Bru. — p Bru. — q G. — r Bru. — † Bru. — t Idem. — v G. — x Di. — y G. ex Sy. — z Di. — a Bru. — b Bru. — c Ham. — d Ham. Scal. — * Ham. — f Scal. — g Ham. — h Scal. — i Ham. — k Di. — l Be. — † Li. ho. — m Bru. — n G. — o Bru.]

[Line numbers in gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

54. *Principis*, &c.] Caiaphæ. Vide ad Matthæum [p].

55. *In medio atrii*] Id est, in atrio, sive aula; ut vox μέσος periphrasticè sumatur: vel potiùs, in meditullio aulæ; nam focus in medio domûs ponitur & in Aristoph. & in Hesych [q]. [Verba habet Pri.] Atrium intelligit quâ parte tectum erat, nam sub dio non strueretur ignis, necibi morarentur ministri, præsertim noctu [r].

56. *Intuita*, Ἀτενίσασα] *Spectans oculis defixis*, G. sim. Er. V. Be. Bru. &c. ut suprà 4. 20. & in Actis aliquoties [t]. ¶ *Ad lumen*; ità Er. Mo. &c. Πρὸς τὸ φῶς] *Ad ignem*, Tre. P. Ca. Be. G. &c. ut apud Marcum †.

58. *Et*, &c. Καὶ μετὰ βραχὺ] *Et paulò post*, Sy. P. Ti. Ca. Be. Pi. &c. Potest hoc extendi latiùs quàm putatur [v]. ¶ *De illis*, Ἐξ αὐτῶν] *Ex ipsis*, Be. Pi. &c. scil. Discipulis ejus [x]. Sic 2 Tim. 3. 6. ἐκ τούτων εἰσὶν, &c. & 1 Joh. 2. 19. ἐξ ἡμῶν, de nostro grege [y]. ¶ *O homo*, Ἄνθρωπε] *Heus tu*, Be. Pi. Hoc omittit Syrus [z]. Donatus ad Adelph. ea, *Tu homo*, &c. *Tu homo, dicens, negat illi familiaritatem.* Vide suprà 5. 20. & 12. 14. &c [a].

59. *Quasi horæ unius*] Ὡσεὶ non semper minus, sed sæpe & plusculum, eo quod dicitur significat, ut diximus ad Luc. 3. 23. atque ità hîc accipi debet. Vide quæ ad Matthæum [b]. ¶ *Affirmabat*, Διϊσχυρίζετο] Id *asseverabat*, Be. Pi. sic Pri. ut Act. 12. 15 [c].

61. *Respexit Petrum*] Admonens illum tacitè & inconsultæ jactationis & maturandæ pœnitentiæ. Non alienum hinc est quod Plutarchus narrat, Πολέμωνα, &c. (*Polemonem Xenocrates visus tantùm in auditorio, & respiciens ad eum, convertit & emendavit* [d].) Aspectus autem hic erat, vel, 1. corporalis [*]. Non placet: Christus enim intus fuit, Petrus foris in atrio, quæ certè loca pariete separata erant, nè strepitus turbæ obesset principibus seriis negotiis occupatis [f]. At poterat Dominus Petrum adspicere, vel per ostium tunc fortè apertum [g]: vel per fenestram, unde in atrium patebat prospectus [h]: [vel forsan locus, ubi Christus erat cum Judicibus, apertus erat, sed paulisper elevatus, ut nostra quoque tribunalia se habent; unde Christus Petrum non procul stantem facilè cerneret.] Vel, 2. spiritualis, per gratiam excitantem, illuminantem, &c [i]. quam ipsi ob arrogantiam negaverat, &c [k]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡς εἶπεν αὐτῷ] *Quomodo* (sub. *nimirum*, Be.) *dixerat ei*, Be. Pi. V. sic Er. Bru. quomodo præmonitus ab ipso fuisset [l].

62. *Et*, &c. Καὶ ἐξελθὼν ἔξω] *Et egressus foras*, Be. Pi. &c. non in plateam, sed in vestibulum, h. e. priorem partem atrii. Pleonasmus est, qualis εἴσω εἰσιὼν, in Pluto Aristophanis. Subtraxit se conspectui præsentium, ut solent qui lacrymis indulgere volunt. Homerus Odyss. Κλαίειν ἐξελθόντες—Terent. 3. 3. Hecyræ,—*Corripui ilico Me inde lacrymans* [m].

63. *Viri qui*, &c. Οἱ συνέχοντες, &c.] *Qui unà tenebant Jesum*, Be. Pi. *Qui apprehenderant*, &c. Ti. Ar. sic Æth. Pers. *Qui tenebant*, Er. Ti. Ca. Di. ex Sy. & Ar. Est enim συνέχω, *constringo*, *constrictum teneo*. Neque refertur præpositio σὺν ad plures qui simul unà tenent, sed ad rem quæ cum alia tenetur & stringitur: unde & una res dicitur συνέχειν, ut *charitas Christi συνέχει, tenet*, vel *constringit*, *nos*. Et socrus Petri dicitur συνεχομένη πυρετῷ, *detenta febri*. Ad Matthæum monuimus coactum Lucam retrogredi, quia Historicorum more totam de Petro narrationem unâ serie exhibere voluerat. Verbum autem עצר verti solet συνέχειν· unde est verbale עצר, Esa. 53. 8. ubi hæc historia prædicitur [n]. ¶ *Cædentes*] Sub. *eum*, Be. Pi. cum pugnis & palmis [o]. Δέροντες] Hanc vocem omittit Syrus [p], & quidem solus [q], quia sequitur, ἔτυπτον αὐτὸν τὸ πρόσωπον. Sed non est novum, genere nominato speciem quoque eximiam nominari [r].

66. *Ut*, &c. Ὡς ἐγένετο ἡμέρα] *Cùm dies adventaret*: nam & ità sumi solet ὁ ὄρθρος †· primo statim diluculo [t]. ¶ *Duxerunt*; vel, *Adduxerunt*, Be. Pi. &c. Ἀνήγαγον] Videtur hæc lectio verior quàm ἀπήγαγον· nam Synedrium habebatur in porticu excelsiore [v].

68. *Si*, &c. Ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω] *Quòd si etiam interrogavero*, Be. Bru. Pi. sub. *vos*, Be. Bru. unde vos convincere possim, &c [x]. Sed interrogandi munus proprium est judicis, ac proinde nec Christus eas partes sibi sumeret, nec id negari sibi quereretur [y]. [Quid ergò dicendum? 1. Sensus est,] Si qua argumenta proponam quibus me Christum probem. Argumentari enim Hebræi, non minùs quàm Græci, solebant interrogando. Sæpe ità utitur Sextus Philosophus, & hinc apud Aristotelem fallacia Plurium interrogationum. Cicero de Fato, *Sic enim interrogant, Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, convalesces*, i. e. *Sic enim argumentantur* [z]. 2. Verbum hoc ex Hebræorum usu sumendum: quibus τὸ שאל est, agere cum aliquo, vel aliqua de re conferre, ut Exod. 18. 7. Vel, ἐρωτήσω idem est quod præcedens εἴπω, *dixero*. Τὸ שאל porrò significat, *petere*, *rogare*, *supplicare*, cui respondet τὸ ענה, quod significat non modò, *respondere*, sed & *exaudire*, quod rogatur. Sic & ἐρωτᾶν, in his Libris, interdum est, *supplicare*; ità sensus loci esse possit, q. d. *Quòd si etiam supplicem, ut me dimittatis, nunquam respondebitis, aut supplicem exaudietis* [a]. ¶ *Non respondebitis mihi*] Sciebat enim hoc illis propositum, non ut se rationibus revincerent, sed ut opprimerent auctoritate: Sed & antehac ejusdem consessûs Senatores interrogati siluerant, suprà 20. 7 [b]. ¶ *Neque dimittetis*; ità Er. Sy. Pi. &c. sub. *me*, Bru. ex Sy. Ἀπολύσητε] *Absolvetis*, Be. Bru. scilicet à vinculis & morte [c].

70. *Vos*, &c. Ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐγώ εἰμι] *Vos dicitis* (i. e. *Rem dicitis*: ut apud Xenophontem, αὐτὸς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες [d].) *me esse*, Er. Ti. sim. Tre. Pers. Æth. *Sum quem vos esse me dicitis*, Ca. Al. *Vos dicitis*: *nam* (sub. *is*, Be.) *ego sum*, Be. Pi. V. Sic vertendum ex collatione, tum Marc. 14. 62. ubi simpliciter ait, *Ego sum* [*]: tum versûs sequentis [f]. Est ergò concedentis [g], vel civiliter assentientis [h]; ut diximus Matth. 26. 64 [i]. Quod hîc monet vir eruditissimus, ὅτι esse Christi affirmantis, non repetentis vocem, verum putem [k].

71. *Audivimus de ore ejus*] Βλασφημίαν scilicet, quod exprimunt Matth. & Marc. perspicuitatis causâ; cùm alioqui mos fuerit Hebræorum βλασφημίαν silentio potiùs quàm verbo indicare [l].

CAP. XXIII.

1. **O**Mnis multitudo eorum] Qui concilio interfuerant, Pontificum, Seniorum, Scribarum: nullus enim voluit abesse [a]. Τὸ πλῆθος αὐτῶν] Ità vocat cœtum Senatorum: quare benè vertit Syrus, כנושהון [b].

2. *Hunc*] Præ contemptu haud nominant [c]. ¶ *Subvertentem*, &c. Διαστρέφοντα τὸ ἔθνος] *Evertentem* (vel, *Pervertentem*, Ti. Camer. i. e. depravantem, & inducentem in errores [d]: vel, *Pervertere*, Be. Pi. Sic seq. *Vetare*; Participia pro Infinitivis, more Græcorum; & κωλύοντα pro eo quod est, pervertere vetando, seu dum vetat [*].) *gentem*, Er. *nostram* addunt tres Codices, & Vulgatus, & Syrus [f], & Arabs [g]. Eodem crimine accusatur quo ab Achabo Elias: nam & ibi, עכר ישראל, Lxx vertunt, ὁ διαστρέφων τὸν Ἰσραήλ. Elias à falsorum deorum cultu, Jesus à vita corruptissima, populum in rectam viam revocabat: hoc impii vocant διαστρέφειν· quia scilicet nolunt moveri Camarinam [h]. Sanhed. fol. 103. 1. *Jesus Nazarenus corrupit edulium suum publicè*, i. e. corrupit doctrinam cultúmque Dei hæresi & idololatria †. ¶ *Et*, &c. Καὶ κωλύοντα, &c.] *Ac vetantem* (vel, *vetare*, Be. Pi.) *tributa dare Cæsari*, Ti. Er. Be. Pi. &c. Quia è Galilæa processerat Judas hujus dogmatis auctor, ideo confidenter objiciebant Christo crimen & odiosum maximè Romanis, & in Galilæo credibile. Neque nesciebant quàm id esset falsum: sed ità conducebat instituto. Quædam crimina objecisse satis est [i]. ¶ *Et*, &c. Λέγοντα ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι] *Dicentem* (vel, *Dicendo*, Pi. Di. vel, quatenus dicit [k],) *se Christum* (sub. *id est*, Be. Pi.) *regem esse*, Er. Ti. Be. Pi. Di. se, non Cæsarem, esse Regem Judæorum [l]: vel, se non vulgarem Regem, sed *Christum regem*, esse, adeóque sibi potiùs quàm Cæsari danda tributa; quia Christo Regi omnes Reges, utpote universi mundi Domino ex sententia Judæorum, cedere debebant [m]. Etiam mentitur qui verum ad rem pertinens subticet; quod hîc faciunt Judæi Senatores. Jesus *Christum* se, id est, eximium promissúmque Regem, dixerat, sed nempe Regni cœlestis [n]; (non mundani, Joh. 6. 15 [o].) quod Romanorum potentiæ non obstabat: id non additum facit rem longè aliam videri [p].

Marginal notes, left column: p G. sic Bru. — q Pri. — r Bru. — † G. — t G. — v BA. 2. 1. 17. 122. — x Bru. Pi. — y Pri. — z Bru. Di. — a Pri. — b G. — c Pri. — d G. — * T. Heriquein Eru. — f Bru. — g Q. in Bru. — h T. — i Bru. & T. ex Aug. — k Eru. — l Idem. — m Pri. — n G. — o Bru. — p Bru. G. — q Di. — r G. — † G. — t Be. — v G. — x Bru. — y Heinf.

Marginal notes, right column: z G. — a Heinf. — b G. — c Bru. — d G. — * Pi. ex Be. — f Pi. — g Pi. ex Be. — h Bru. — i Be. Bru. — k G. — l G. — a Bru. — b G. — c Bru. — d Camer. — * Pi. — f Be. — g Di. — h G. — † Li. ho. — i G. — k Pi. — l Bru. — m Di. — n G. — o Pi. — p G.

Line numbers (centre): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

3. *Tu dicis*] q. d. Nihil opus est me id dicere, cùm tu ipse dicas. Simile id Plauti, *Pro me responsas tibi* [q]. Phrasis hæc nec planè affirmat, nec planè negat, magis tamen ad affirmationem vergit: frequens est in Misnaioth, *Tu dixisti*, pro, bene habet, satis est, nihil ultrà rogo [r]. Rem fassus est Jesus, sed additâ, quam Senatores suppresserant, distinctione, *Rex sum*, inquiens, *sed non Regni terrestris*: quod Johannes explicat †.

4. *Ait Pilatus*] Nempe exiens ad Senatores foris exspectantes, ut Johannes nos docet [t]. ¶ *Nihil*, &c. Οὐδὲν εὑρίσκω αἴτιον] *Nullam*, vel *Nullum invenio noxam*, P. Be. Pi. sic Er. Il. Ti. V. Sed *noxa* vox ad privata delicta referri solet [v]. Vel, *occasionem*, Sy. *causam*, Ar. Mo. sic Vulg. &c. ob quam morte dignus est [x]: vel, *crimen*, Ca. Pi. G. ad verb. *causam*: Synecdoche generis. Intelligitur autem causa supplicii [y]. Videbat confessionem ità esse temperatam ut crimen non contineret: probationes videbat nullas. Ipse hominis habitus à Regni affectati suspicione longè aberat [z].

5. *At*, &c. Οἱ δὲ ἐπίσχυον] *At illi invalescebant*, Er. P. Mo. Be. Pi. Bru. ex Vulg. &c. scil. accusando [a], & clamando [b]; unde Syrus, *vociferabantur* [c], ut clamoribus extorquerent quod rationibus non poterant [d]. Vel, *contrà nitebantur*, Be. vel, *instabant*, V. G. *urgebant*, Ca. *vehementer instabant*, vel *validè urgebant*, Di. id ipsum est quod חזק, Exod. 12. 33 [*]. quod infrà v. 21. ἐπεφώνουν, & v. 23. ἐπέκειντο in quibus singulis verbis τὸ ἐπὶ notat pervicacem instantiam [f]. ¶ *Commovet*, &c. ità Er. Mo. Ar. &c. Ἀνασείει, &c.] *Conturbavit*, &c. Tre. ex Sy. Pers. *Concitat*, P. Ti. Be. Pi. *Excitat*, Ca. Bru. in seditionem [g]. Cùm non recipi à Pilato viderent crimen Regni affectati, ad aliud confugiunt quod facti erat non ambigui, sed juris habebat quæstionem: Docet, inquiunt, res quasdam novas, neque congruentes cum receptis apud nos sententiis. Jam verò satis notum est eâ re populum commoveri solere, ac proinde adversari hoc publicæ tranquillitati, cujus tu custos es constitutus. Hoc ipsum est quod Socrati Athenis objectum fuit. Ità & Paulum accusat Tertullus, ut κινοῦντα στάσιν πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις. Celsus quoque & Judæos, ut seditiosos, accusat quòd ab Ægyptiorum institutis recessissent; & Christianos, quòd à Judaicis [h]. ¶ *Incipiens*, &c. Ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἕως ὧδε] *Exorsus à Galilæa* (sub *& pergens*, Pi. ex Be. Ellipsis, qualis Matth. 2. 26. *Interemit omnes pueros*, *exorsus à bimulis*, & pergens *inferius* [i].) *huc usque*, Be. Pi. Si dubitas, inquirere potes, non per Judæam tantùm, sed & per Galilæam, nutricem seditiosorum hominum, quot ille disciplinæ suæ stipatores collegerit [k]. Ibi prædicare cœperat, Luc. 4. 15 [l]. *Galilææ* meminit, 1. tanquam Provinciæ à Jerosl. remotissimæ, nè mirum sit si Pilatus id nondum intellexisset: 2. ut seditionis suspicionem ingereret, quia indè erant Judas, & Galilæi illi Luc. 3. 1 [m]. Monstrat hic loquendi modus quàm non incognitas habuerit Lucas hujus linguæ Gratias Veneresque. Dionysius in Periegesi, de monte Tauro. Ἀρξάμενος γαίης Παμφυλίδος ἄχρι καὶ Ἰνδῶν [n].

6. *Audiens Galilæam*] Scilicet nominari [o].

7. *Quòd*, &c. Ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας, &c.] *Eum ad Herodis potestatem* (vel, *ditionem*, V. sic Pi. vel, *territorium*, G. ità enim metonymicè sumitur vox ἐξουσία [p] ad verb. *ex potestate*, i. e. regione in quam ille potestatem habuit: sic & Syrus, *ex subjectis potestati Herodis* [q].) *pertinere*, Be. Pi. &c. vel, *esse*, Pi. Herodes erat Tetrarcha Galilææ, ubi Christus educatus est, Luc. 3. 1. ¶ *Remisit eum*, Ἀνέπεμψεν] Misit, à se ablegavit, tum ut seipsum extricaret judicio Jesu, tum ut Herodi gratificaretur [r]. Propriam Romani juris vocem usurpavit. Nam *remittitur* reus qui alicubi comprehensus mittitur ad Judicem aut originis aut habitationis. Itaque Pilatus Herodi, ut Tetrarchæ ejus loci unde esse Jesus dicebatur, potestatem permisit Jesum abducendi in Galilæam, ibique, si vellet, cognoscendi de ejus causâ; ut fieri inter Romanos Provinciarum rectores solebat: quod rectè hîc notat Theophylactus. Celsus in L. Non est dubium D. de custodia rerum, *Illud à quibusdam observari solet, ut cùm cognovit & constituit, remittat illum cum elogio ad eum qui provinciæ præest unde homo est: quod ex causa faciendum est.* Sed hîc antequam quicquam constituisset, remittit eum Pilatus. Major enim reverentia Regi quàm Præsidi debebatur. Sic Vespasianus cognitionem de Tarichææ oppidanis Agrippæ Regi permittit, apud Josephum, Bel. Jud. 3. ult †.

8. *Cupiens ex*, &c. Ἐξ ἱκανοῦ] Pro, ἐκ πολλοῦ [s]. *A multo* tempore, Pi. sim. Be. ἐκ χρόνων ἱκανῶν, Luc. 8. 27 [v]. ¶ *Audierat multa*] Laude & admiratione digna [x]. ¶ *Sperabat signum aliquod* (i. e. miraculum [y], signum propheticæ suæ vocationis [z],) *videre*] Ut oculos & animum re novâ pasceret, more aulæ. At Deus non ità prodigus est potentiæ suæ ut eam inservire cupiat humanæ curiositati. Rex magna sit necesse est propter quam naturæ leges exceduntur [a].

9. *Interrogabat — eum*] De potestate quam sibi arrogaret [b]: quis esset, quæ ejus doctrina, unde ei potestas miracula patrandi, &c [c]. ¶ *Nihil illi respondebat*] Noluit Christus miraculis & sermonibus, ut non ad auditorum curiositatem aut propriam jactantiam, ità nec ad suam ipsius à morte liberationem, uti [d]. Rectè Quintilianus, *Non habet causam loquendi cui non potest credi* [*].

10. *Constanter*] Ità P. Mo. Tre. i. e. audacter, & impudenter, unde *deterrimæ fœminæ constantiam* dixit Apuleius noster [f]. Εὐτόνως] Vox est usûs medii: nam & de Paulo dicitur, Act. 18. 28 [g]. *Acriter*, Er. Ca. Bru. Pi. &c. *Vehementer*, Pri. Pi. *Pertinaciter*, Sy. Bru. *Intentè*, V. *Contentè*, Camer. *magnâ contentione*, Be. Pi. *Intento clamore*, Er. Bru. miserè metuentes nè quà elaberetur [h]. Dabant autem operam Senatores ut Herodi quoque suspectum facerent Jesum affectati Imperii. Nam Regnum Davidicum non minùs Galilæam quàm Hierosolyma complectebatur [i].

11. *Sprevit*; ità Er. Il. Ar. &c. sim. Ti. Ca. Tre. ex Sy. Ἐξουθενήσας] *Cùm pro nihilo habuisset*, P. Be. Pi. sim. Mo. contempsit eum à quo videbatur contemni, ut ignarum rerum & impotentem [k]: indignum suâ magnitudine ratus si crederetur metuisse hominem neque armis, neque regnandi artibus, instructum [l]. ¶ *Cum*, &c. Σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ] *Cum militibus* (vel, *exercitibus*, V. Camer. vel potiùs, *copiis*, Be.) *suis*, Be. Pi. Bru. &c. *Cum ministris suis*, Tre. & G. ex Sy. Nam Hellenistæ στρατιὰν & στράτευμα usurpant, ut Hebræi צבא, pro quovis *comitatu* [m]. Verbum צבא significat, 1. *militare*, ut passim: 2. *congregari*, ut Exod. 38. 8. & 1 Sam. cap. 2. v. 22: 3. *ministrare*, ut sæpe: unde & Timotheus, 1 Tim. 2. 3. dicitur *bonus* στρατιώτης, *miles*, i. e. minister. Hinc & στρατιὰ & στράτευμα totidem quoque modis sumuntur: hinc *exercitus cœli*, i. e. comitatus, sive stellarum, sive Angelorum, &c [n]. Intelligit h. l. comitatum Herodis [o], nobiles & satellites, &c [p]. Sic Latinis *agmen*, *acies*, *copiæ*, simili translatione usurpantur. Non enim sustinuisset Pilatus Herodem armatum cum suis eò venire [q]. ¶ *Illudens ei*] Ut homini fatuo. Hæc enim portio est Christi & Christianorum apud id genus homines [r]. ¶ *Indutum veste*, &c. Ἐσθῆτα λαμπρὰν] *Veste* (i. e. pallio, sive chlamyde †,) *albâ*, sive *candidâ*, Bru. & Di. ex Vulg. ut Act. 10. 30. hoc enim colore Angeli lucis apparere solent: vide Matth. 28. 3. quales sunt & vestes divitum ac nobilium, Jac. 2. 2. qui indè חורים, *candidi*, dicebantur [t]. Vel, *fulgente*, Ar. in G. Sed neutra Versio satis certa est [v]. Vel, *splendidâ*, Be. Bru. Pi. *splendidiore*; quomodo & Jacobus appellat vestem hominum opulentiorum: sic suprà de eo qui magnificè epulabatur, dixerat, εὐφραινόμενος λαμπρῶς [x], Luc. 16. 19. Vox Græca splendorem potiùs & elegantiam quàm colorem significat [y]. Privato cultu splendidior erat: nam irrisit eum Herodes ut majora captu suo stultè appetentem: ità ut re fortè non aberraverit Syrus qui *vestem coccineam* est interpretatus. Dubitari potest Latino magis, an Arabi, faveat illud Act. 10. 30. ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ. Nam solet Angelis & candidus & fulgens habitus adscribi, ut alibi notatum est [z]. Sic illusit Christo, tanquam fatuo vanóque Regi, & irridendo potiùs quàm severè vindicando [a]: illum per ludibrium sic notavit, quasi candidatum imperii [b]. Ex parte autem Dei signum hoc fuit Divini splendoris [c], innocentiæ [d], (mortis enim rei atrâ veste indui solebant [*],) & gloriæ non ipsius crucem secuturæ. Eadem admirabilis Dei providentia erat in titulo cruci imposito. Herodes autem pœnas dedit, dignitate suâ dejectus, &c [f]. ¶ *Remisit*, &c. Indignum irâ suâ ratus,

Marginal notes: [q] D. [r] Ment. in Wal. † G. [t] G. sim. Bru. [v] G. [x] Bru. sim. Pi. [y] Pi. [z] G. [a] Pi. [b] Pi. sic Bru. Di. [c] Di. [d] Bru. [*] Di. sic G. [f] Pri. [g] Bru. [h] G. [i] Pi. [k] G. [l] Bru. ex Be. [m] Bru. [n] Pri. [o] Pi. [p] G. sim. Pi. [q] Pi. [r] Bru. sim. Li. ho. † G. [s] Pi. [v] G. [x] Bru. [y] V. Pi. [z] Pi. [a] G. [b] G. [c] Bru. [d] D. [*] Pri. [f] Pri. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Bru. [l] G. [m] Idem. [n] Ham. [o] Bru. [p] Be. sim. Bru. [q] Be. [r] G. † Bru. [t] Di. [v] G. [x] Idem. [y] Bru. [z] G. [a] Bru. [b] Be. [c] Bru. [d] Be. Bru. [*] Bru. [f] Be.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

ratus, ac proinde beneficio indultæ cognitionis non utens [g].

12. *Facti sunt amici*] Eo nimirum amicitiæ genere quod communi utilitate conglutinatur, & rectiùs *factio* dicitur, —*Tam diri fœderis ictu Parta quies.* Vitia inter se discordia adversùs virtutem facilè conspirant [h]. ¶ *Antea inimici*, &c.] Ob Galilæos, ut credibile est, à Pilato nuper trucidatos [i]; adeóque jurisdictionem Herodis usurpatam [k]: de quo vide Luc. 13. 1. & Jo. Antiq. 16.5 [l]. Sed & aliàs facillimè inter Reges & Romanos Præsides ex æmulatu odia nascebantur: cujus rei insigne exemplum legat qui volet apud Philonem, adversùs Flaccum [m].

13. *Et*, &c. Καὶ τοὺς ἄρχοντας] i. e. τοὺς πρεσβυτέρους [n]. *Magistratus*, Be. ex Vulg. sic Pi. *Primores*; aut Senatores, aut Præfectos Synagogæ [o]. ¶ *Et plebe*] Allocutus eos est adstante populo. Vide quæ ad Matthæum [p].

14. *Quasi*, &c. Ὡς ἀποστρέφοντα, &c.] *Tanquam qui avertat populum*, G. sic Be. Pi. &c. sub. *à Cæsare*, V. sim. Bru. à Romani Imperii reverentia. Sic ἀποστροφὴν, προδοσίαν interpretatur Hesychius. ¶ *Coram vobis*] Hoc ad Senatores dicitur. Ait Pilatus, se rem totam inquisivisse non tantùm cum Concilio suo, sed & coram ipsis Senatoribus, primùm quidem cùm reum adducerent, iterum verò cùm ad eos ipse processisset [q]. ¶ *Interrogans*; ità Er. Ti. Mo. &c. Ἀνακρίνας] *Examinans*, Ca. *Examinavi eum*, Tre. sim. Sy. Ar. Pers. Æth. *Quæstione habitâ*, P. Be. Pi. *Inquisitione factâ*. Etiam hîc κυρίως Lucas. Nam vox est judicialis, ut Act. 4. 9. & 25. 26. & 28. 18. item apud Platonem & Plutarchum [r]. [Quorum verba habet G.] ¶ *Nullam*, &c. Οὐδὲν—αἴτιον ὧν κατηγορεῖτε κατ' αὐτοῦ] Pro, ἐκείνων ἃ κατηγορεῖτε, i. e. κατηγορήματα λόγῳ, κατ' αὐτοῦ. Syntaxis nova, κατηγορεῖν τι κατά τινος, quatenus κατηγορεῖν significat, *accusare*. Sed si accipiatur pro *dicere*, seu *prædicare*, tum κατ' exponendum περὶ [†]. [Verba sic reddunt;] *Nullam noxam* (vel, *Nullum crimen*, Er. V. quod ad Majestatem scilicet pertineat: id enim præcipuè urgebatur [t]; vel, morte dignum [v]:) *ex iis* (vel, *ex omnibus*, Sy. in Bru.) *de quibus accusatis eum*, Be. Bru. Pi. &c. vel, *quæ dicitis*, seu *prædicatis, de eo*, Pi.

15. *Sed neque Herodes*] Scil. ullum tale crimen invenit [x]. Si mihi non creditis, credite populari & consorti religionis [y]. ¶ *Nam*, &c. Ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτὸν] *Nam remisi vos ad illum*, Be. Pi. qui res Jesu meliùs novisse potuit, ipse quippe Judæus legisque vestræ peritus, sub cujus porrò ditione Jesus præcipuè conversatus est [z]. Vel, *eum ad illum*, Sy. in G. vel, *illum ad vos*, Q. in Ham. &c. Hæc autem lectio, αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, cùm multis (tribus [a]) Codicibus fulciatur, & Arabi videatur placuisse [b], mihi non displicet [c]: sequentia enim rectiùs cohærent [d]. Probat, eum crimen in Jesu non reperisse, quia eum remisit: quod facturus alioquin non erat, si dignum esse comperisset in quem animadverteret [*]. ¶ *Nihil——actum*, &c. Ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ] *Actum*, vel *Factum, est ei*, Er. Mo. Tre. ex Sy. Di. i. e. Christo ab Herode: & ἄξιον θανάτου non hîc significat, ut aliàs, quod mortem mereatur; sed quod ad mortem referatur, quod morti respondeat, veluti sententiam mortis ferre, & virgis cædere, quod ex Romano more ante mortis supplicium fieri solet, Matt. 27. 26. Sic Matt. 3. *fructus* ἄξιοι τῆς μετανοίας, *convenientes resipiscentiæ*: & Rom. 8. 18. Οὐκ ἄξια πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν, *non respondentes futuræ gloriæ* [†]. Videtur [quoque] Syrus hoc πεπραγμένον interpretari non *ab Jesu*, sed *ab Herode circa Jesum*; quem sensum & Latina Versio recipit: ut hoc dicat Pilatus, Remissum ab Herode Jesum sine ullo elogio aut signo quo mortem commeritus posset intelligi. Et certè hunc sensum requirere videtur illud ἰδὲ, quod rem quasi oculis subjicit: & alioqui bis idem dixerit Pilatus: nam præcessit, οὐδὲν εὗρον αἴτιον [f]. [Alii tamen aliter accipiunt:] *ab eo*, Er. Il. Be. Pi. &c. αὐτῷ pro ἀπ' αὐτοῦ: ut sensus sit, Christus nihil fecit quod morte dignum sit [g].

16. *Emendatum*, Παιδεύσας] *Correptum*, sive *Castigatum*, Er. V. Be. Pi. &c. i. e. cæsum flagris [h]. Iterum proprietatem sectatur: nam παιδεύειν respondet Latino *castigare*: *castigatio* autem de flagellis propriè dicitur, L. velutí D. de Pœnis. Sed notandum est, fuisse tum Pilato varia animo consilia versanti, propositum flagris Jesum cædere, non ut postea fecit, quasi habendæ quæstionis causâ, sed pro pœna. Nimirum legibus Romanis arbitraria erat pœna, *si quis* (ut Paulus Jurisconsultus in Receptis sententiis loquitur) *novas, ex usu vel ratione incognitas, religiones induceret ex quibus animi hominum moverentur*: quod Marcus Imperator dixit, *si quis aliquid fecisset quo leves hominum animi superstitione Numinis terrerentur.* Hoc crimen, quàm Majestatis, videbatur Pilato, qui quovis modo satisfacere Judæis volebat, magis in Jesum congruere: ut solent, qui aliud quàm jus intuentur, quærere aliquid quod obtendant injuriæ [i]. Παιδεύειν est, *castigare* tanquam παῖδας *pueros*, vel *servos*, qui delinquunt: idémque est quod μαστιγοῦν, Heb. 12. 6. vel, φραγελλῶσαι, Matt. 27. 26. Erat autem Flagellatio apud Romanos solennis præparatio ad Crucifixionem, ut constat ex Liv. l. 34. Valer. Max. l. 7. Dion. l. 49. Joseph. Ἁλώσ. 5. 32. Talis autem non fuit hæc flagellatio, tunc enim pars esset sententiæ mortis in eum latæ: id quod refellitur ex collat. Joh. 19. 1, 6, 9, 12, &c. Sed nec flagellatio hæc erat examinis causâ, qualis illa Act. 22. 24. quæ Grotii conjectura, nullâ ratione, nullo testimonio, nititur. Hæc ergò flagellatio erat supplicium levius Judæis usitatum pro delictis non capitalibus, quod Christo infligere voluit, ut eum morti eximeret, &c [k].

17. *Necesse*, &c.] Ex consuetudine. Tantus tyrannus est Mos [l].

18. *Universa turba*] Ut tota multitudo Israelis agnum mactabat, Exod. 12. 6 [m].

22. *Quid*, &c? Τί γὰρ κακὸν, &c?] *Quid enim* (sed enim hîc vacat [n]:) *iste mali fecit?* Be. Pi. &c. *Quod capital?* Est autem & hîc ἀπολογία, τῇ σιωπωμένῃ subintelligitur enim, *Non faciam quod vultis*: aut, *Iniquum postulatis* [o].

23. *Instabant*; ità Er. P. Mo. Be. Pi. &c. Ἐπέκειντο, &c.] Ad verb. *Incumbebant*, urgebant propositum suum [p]; *Pertinaciter instabant*: quo sensu vox occurrit in Philostrato, de Apol. Tyan. Ἐπεκειμένου, καὶ οὐκ ἀνιέντος. &c. & in Diod. Siculo, Glossæ quoque, ἐπίκειμαι, *incumbo, insto* [q]. ¶ Καὶ τῶν ἀρχιερέων] Agnoscunt has voces [à Latino omissas] Syrus & Arabs: neque supervacuæ sunt. Significatur enim hos fuisse in populo ad clamorem præcipuos; quod vel maximè indignum erat eorum gravitate [r].

24. *Adjudicavit* (vel, *Judicavit*, Pi. Æth. Ar. in Di. *Jussit*, Pers. Sy. *Decrevit*, Ca. Di. ex Glossario;) *fieri*; ità Mo. vel, *ut fieret*, P. Pi. Er. &c. vel, *facere*, Ca. Ἐπέκρινε γενέσθαι] Ἐπικρίνειν nihil hîc est aliud quàm *judicando decernere*. Ità, *mortem* ἐπέκρινε, dictum 2 Mac. 4. 48 [†]. *Secundùm eos judicavit*, Be. *Approbavit*, &c. q. d. *Post judicavit*, nempe post instantiam illam accusatorum [t].

25. *Qui propter homicidium*, &c.] Multò est ἐμφατικώτερον quàm si simpliciter dixisset *Barabbam*. Confer Act. c. 3. v. 14 [v].

26. *Post* (vel, *Ponè*, Be. Pi. &c.) *Jesum*] i. e. A tergo ipsius sub eodem onere præeuntis. Vide Matt. 27. 32. & Joan. 19. 17 [x].

27. *Quæ plangebant*, &c.] Mulieres ad planctum proclives sunt: viri autem Jesum damnaverant, &c [y].

28. *Filiæ Jerusalem*] i. e. Mulieres Hierosolymitanæ [z]. ¶ *Nolite flere super me*, &c.] i. e. Non meâ, sed vestrâ, causâ [a]. Respicit Christus morem hominum de suis, quàm de alienis, malis magis dolentium; q. d. Si calamitates quæ vobis impendent videretis, non vacaret vobis lacrymas mihi impendere [b]. Ἐπ' ἐμέ, &c.] Pro, δι' ἐμέ [c]. ¶ *Filios vestros*] i. e. Cives, quibus plus nocebit mors meâ quàm mihi [d].

29. *In quibus dicent*; sub. *mulieres*, V. vel, *homines*, Bru. Ἐροῦσι] Indefinitè, i. e. *dicetur* [*]. ¶ *Beatæ steriles*, &c.] Quia duplex est dolor liberos videre miseriæ participes [f]. Euripides, Alcestide, Ζηλῶ, &c. (*Invideo innuptis & sterilibus, quibus de una tantùm anima dolendum*, &c [g].)

30. *Cadite super nos*, &c.] Ex Ose. 10. 8. ubi de Samaria sermo, quæ & pravitatis & pœnæ Hierosolymorum gessit imaginem; vocibus tantùm ibi transpositis. Βουνὸς Johannes interpretatur πέτρας, Apoc. 6. 16. Similis est locus Esa. 2. 19. Locutiones hæ sunt quidem proverbiales, at simul à Christo usurpatæ sunt, ad eventuum singularium significationem, quò magis ex his dictis ipsius præscientia appareret. Nam & matrum (nominatim Mariæ, fœminæ nobilis ac divitis, in Jo. 7. 8 [h].) ea fuit miseria ut suos ipsæ natos præ fame manderent, &c. occu-

occupante Urbem Romano exercitu, plurimi se in specus abdiderunt; ut apud Josephum videre est [i].

31. *Si in viridi* (i. e. humido, vel succulento [k],) *ligno* (i. e. arbore [l]) *hæc faciunt*] Scil. homines [m], Romani: convenientius tamen puto impersonaliter exponi; q. d. *Si hoc fit*, &c. Divinâ scilicet dispensatione [n]. ¶ *In arido*] Sicco & sterili [o]. [Sensus loci,] Si ego justus pœnas do, quid sontes [p]? 1 Pet. 4. 18. *Si justus vix servetur*, &c? i. e. non nisi per multas calamitates [q]; quid fiet vobis Judæis [r]? RS. ad Num. 10. *Cùm Deus judicium facit in justis, timetur & laudatur: nam si in illis hoc facit, quantò magis in impiis?* Apparet autem & hoc loquendi genus fuisse proverbiale. Nam Hebræi viros bonos *ligna virida* vocant; malos, *arida*. Est enim tritum apud eos adagium, *Si duo fuerint ligna arida & unum viride, arida illa lignum viride exurunt:* quo significant, facilè bonos, utpote pauciores, opprimi malorum conspiratione. Sic Ezec. 20. 47. *Exscindam & viride lignum & aridum*, i. e. ut ipse interpretatur, c.21. v.3. *justum atque improbum*. Sic & Psal. 1. 3. vir bonus *virenti arbori* comparatur: contráque, arbores emortuæ & Christo & Baptistæ vocantur homines à pietate destituti [†].

32. *Ducebantur ——— duo nequam*, &c. Κακοῦργοι] *Malefici*, Er. V. Pi. Iique *facinorosi*, Be. sic Er. G. Bru. nam *nequam* multò est minus; *malefici* autem propriè sunt qui malis carminibus aut herbis nocent [t].

33. *Qui vocatur Calvariæ*; scil. locus [v]. Κρανίον] *Calvaria*, Be. Pi. Gua. vel, *Cranium*, Gua. Si Codices adstipularentur, legerem κρανίων, quomodo & Latinum Interpretem legisse suspicor; aut κρανίε, quomodo legisse videtur Epiphanius. Alioqui erit Metonymia, Κρανίον, pro, Κρανίε τόπ☉, ut est apud Matt. & Marc. Sed & in Cephallenia urbem fuisse legimus quæ *Cranium* vocaretur; Thucydidi Κράνια, plurali numero [x]. ¶ *Ibi crucifixerunt eum*] Crux erat pœnæ genus, & quidem servile, servis aliisque vilibus capitibus destinatum, apud Romanos; Judæis autem usitatum fuisse affirmant quidam, nos negamus, freti testimonio Rabbinorum; quorum verba sunt. *Non fuit hic mos in Israele, ut clavos figerent in pedibus, aut manibus, hominum, qui lapidati aut suspensi fuissent:* Iidem quatuor tantùm pœnarum genera ex institutione Mosis profecta recensent, Gladium, ex Exod. 21; Strangulationem, & Ignem, ex Lev. c. 20; Lapidationem, ex Deut. 22. Adde, quòd cruci in Lingua Hebræa respondet τὸ עץ; σαυρῶσαι autem & crucifixioni respondent duo verba, יקע & תלה. Atqui nulla istarum dictio est quæ Crucis pœnam designet [y].

34. *Pater, dimitte* (vel, *remitte* hoc, Be.) *illis*] Quod dicto monuerat Christus, *Orandum* ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ἡμᾶς, id facto nunc præstat, Pontificem se verè exhibens, cujus est *munus offerre pro ignorantiis populi*. Atque ità impletum illud Esa. 53. 12. *intercessit pro peccatoribus*. Illud autem, ἄφες, interpretandum ex collat. Act. 7. 60. *Nè imputa*, scilicet in hoc, ut pœnitentiam illis præcludas festinato exitio, aut plenissimâ obdurati-one. Justinus, colloq. cum Tryph. Διὸ καὶ ὑπὲρ ὑμῶν, &c. (*Quapropter etiam pro vobis & pro omnibus hostibus nostris oramus, ut pœnitentiam agant & misericordiam consequantur*, &c.) Sic 1 Tim. 1. 13. *Misericordiam consecutus sum eò quòd ignorans egi*, &c. Significat, se non obduratum, non præclusum sibi ad veritatem aditum. ¶ *Non enim sciunt quid faciunt*] Sic Eccles. 5. 1. *Nesciunt se malum facere* [z]. Ignorantia hæc fuit, eáque tum, 1. extenuans, ut in Gentilibus & rudi vulgo Judæorum: tum, 2. aggravans, crassa & affectata, ut in principibus Judæorum, qui Christum vel ex operibus dignoscere poterant, nisi odio & malitia se excæcâssent [a]. Facit hîc Christus quod solent deprecatores, Omisso quod in facto Judæorum erat accusandum, id refert quod ad minuendam aliquo modo culpam pertinebat. Erat quidem ignorantia crassa ac supina, adde etiam, profecta ex multis vitiis; sed tamen non extremâ lineâ peccabant qui in eum peccabant quem non pernoverant: Aristot. Rhet. 1. & eum secutus Themistius, Oratione ad Valentem, tria faciunt delictorum genera, ἀτυχήματα, (*infortunia*,) ἁμαρτήματα, (*errores*;) ἀδικήματα, (*injurias*.) Et ἀτυχήμασι quidem ait Themistius deberi τὸ συμπαθεῖν καὶ ἐλεεῖν, (*condolescere & misereri*;) quod dixerat & Diod. Sic. Bibl. 13. τοῖς ἁμαρτήμασι τὸ μέμφεσθαι καὶ τὸ ἐπιτιμᾶν, (*accusare & corrigere*;) postremò, τοῖς ἀδικήμασι τὸ κολάζειν καὶ τιμωρεῖσθαι, (*condemnare & punire*.) Judæorum hoc peccatum sicut nudum ἀτύχημα non erat, imò excedens etiam communem ἁμαρτημάτων sortem; ità aliquid trahebat ἐκ τῆ ἀτυχήματ☉, ob ignorantiam ei admixtam, Act. c. 3. v. 17. 1 Cor. 2. 8. Itaque videre est multos eorum hâc Christi deprecatione sublevatos, cùm intellexissent postea Christi causam Deo probatam, adductos ad seriam facinoris sui detestationem. Alia longè eorum causa est qui à vigilibus mendacium nummis redemerunt, aut Apostolis interdixerunt nè ederent cœlestis potentiæ signa. Bene docuit Aristot. lib. de Moribus, ἕτερον καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τοῦ ἀγνοοῦντα ποιεῖν· nam quosdam esse qui *ignorantes* quidem peccent, sed non *per ignorantiam*; cujus rei evidens esse indicium si eos, re compertâ, facti non pœniteat. Quam sapientissimi Philosophi observationem, ad causam hanc Judæorum sapienter aptatam, videre est in Respons. ad Orthodoxos, quæst. 108. ubi ait, quicunque ille est magni judicii Scriptor, *ignorantiam hanc voluntariam fuisse talémque quæ veniam non mereretur*, &c. [Verba habet G.] Pro iis, qui cognita Dei opera Diabolo ascribebant, Christum similia precatum non legimus. Et cùm Johannes vetat orari *pro delinquentibus ad mortem*, eos intelligit qui cognitam jam veritatem certo animi proposito oppugnant, aut monita Ecclesiæ pertinaciter spernunt; quod genus hominum rectè *ad mortem peccare* dicitur, quia insanabiles sunt propter improbitatem. Tractat idem hoc argumentum de multiplici peccatorum genere Theodoretus, fine Orationis ad Græcos: ubi ait, æquum esse ut eos qui palàm amant & amplectuntur vitam turpem exsecremur, eos verò quorum peccata non sunt ὅλα τῆς γνώμης, (*prorsus ex proposito*,) moneamus ac sublevemus quantum fieri potest [b].

35. *Deridebant*; ità Er. Ca. Tre. Ti. Mo. &c. Ἐξεμυκτήριζον] *Subsannabant*, Il. Sy. Bru. sic P. Be. Pi. Μυκτηρίζειν, à μυκτὴρ, *nasus*, est, *naso suspendere* [c]. ¶ *Principes cum eis*] i. e. Cum populo [d]. Illud, σὺν αὐτοῖς, deest in uno exemplari, & in Syro [*]. At Syrus id legisse mihi videtur, & rectè satis expressisse per אף [f], quod valet, *etiam* [g]. Sensus est, Non plebs tantùm, sed & ipsi Senatores, (quorum id gravitatem minimè decebat, ut modò notavimus in re simili,) crudeliter insultabant pendenti [h]. ¶ *Dei electus*] Epitheton Messiæ, sumptum ex Esa. 42. c. 1 [i]. Quæ sit vis vocis ἐκλεκτὸς diximus ad Matt. 20. 16. quid hîc propriè significet, ad Matthæum hoc loco. Solebat planè inter Judæos Messias hoc nomine appellari: quod in nativitatis Christi injuriam pravè interpretatus est Ebion, cujus sententiam ità explicat Epiphanius, Τούτου ἕνεκα, &c. (*Quapropter Jesum natum dicunt ex semine viri, & electum, atque ità secundùm electionem, Filium Dei dictum à Christo desuper in illum veniente.*) Ex quo loco lux affulget duobus Justini locis, colloq. adv. Tryph. alioqui obscuris: [quæ vide in G.] Unde simul liquet, usum vocis ἐκλέγειν longè alium fuisse illis temporibus quàm nunc putatur [k].

36. *Acetum*] Hoc ei dant milites, quippe quorum potus vulgaris erat, ut testantur Ælius Spart. in Pescen. Nigr. & Capitolin. in Gord. 3. & Trebel. Poll. in Claudio; ac proinde eis semper in promptu erat. Alterum poculum vini myrrhati Judæi obtulerunt pro more. Si tertium quoque poculum concesseris, scil. aceti cum felle, evanescit penitus omnis difficultas in conciliandis Evangelistis [†].

38. *Superscriptio*, Ἐπιγραφὴ] *Inscriptio*, Be. Bru. Pi. *Titulus*, Bru. G. mortis causâ [l]. Vide ad Matt [m]. ¶ *Super eum*] Supra caput ejus, in superiori crucis parte [n]. ¶ *Literis* (& linguis [o]) *Græcis & Latinis & Hebraicis*] Quæ linguæ perfectissimæ erant, & frequentissimæ, & cæterarum veluti matres, ac præcipuæ totius orbis; ut hoc intelligerent omnes, sive Judæi, sive Gentiles, qui ex omnibus orbis partibus ibi aderant. Factum porrò hoc arcano Dei impulsu, ut præsagium esset quòd Jesus per totum orbem prædicandus esset, &c [p]. Moris tunc erat, Imperatorum edicta per Asiam duplici sermone proponere, Græco & Romano: de quo vide Josephum, l. 14. Quoad ordinem Titulorum discrepant Evangelistæ, eum, ut rem nullius momenti, negligentes, ac suâ forsan incuriositate nostram castigantes curiositatem, qui frivola sæpe sectamur, seria negligimus. Pariter in edicto Julii Cæsaris,

[i] G. [k] Bru. Er. V. &c. [l] V. Bru. [m] Bru. [n] G. [o] Bru. [p] Ca. sim. Bru. Pi. G. [q] G. [r] Bru. sim. Pi. [†] G. [t] Idem. [v] Bru. [x] G. [y] Cas. in Wal. [z] G. [a] Bru.

[b] G. [c] Bru. [d] Bru. Zeg. [*] Be. [f] Be. sic Bru. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. [k] G. [†] Li. ho. [l] Bru. [m] G. [n] Bru. ex Be. [o] Bru. [p] Idem.

Cæsaris, ad Tyrios, Romana Græcis anteponuntur; at de eo loquens Jo. 1. 14. Græca anteponit Romanis [q]. *Hebraica* lingua hoc tempore mixta erat Chaldaicæ, veteri Hebraicæ literis respondens, sed non perinde vocibus [r].

40. *Neque tu times Deum*] q. d. Nè Deum times, si non homines? vel, Nè times quidem Deum, si non amas †? Trajectio est pronominis σὺ [t]· ὐδὲ φοβῇ σὺ, pro ὐδὲ σὺ φοβῇ [v]· non modò crucifixores, &c. sed tu quoque [x]. Judæos illos securè adstantes tam crudeliter atque impiè se gerere minùs mirum est; sed tibine etiam libet eorum impietatem imitari? Bene autem dicit, *times Deum*, quia qui miseris insultat eum contemnit [y]. ¶ *Quod*, &c. Ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ;] *Quod* (vel, *Eò quod*, Bru. vel, *Cùm*, Mo. Ti. Be. Pers. Æth. vel, *Quamvis*, Pi. sic Ar. ut ὅτι sumitur Joh. 8. 45. ubi dicta vide [z]: vel, *Qui*, Ca. Tre ex Sy.) *in eadem* (vel, *eodem*, Sy. Ca. &c.) *es*, vel *sis*, (sub. *constitutus*, Bru.) *damnatione?* Er. P. Mo. Be. &c. vel, *judicio?* Tre. ex Sy. Pers. Æth. vel, *supplicio?* Ca. Κρίμα dixit metonymicè pro *supplicio* quod latrones habebant cum Christo commune, quanquam disparibus meritis, ut statim καὶ ἐπανόρθωσιν subjicitur. Usurpatur similem in modum vox ista, Matt. 23. 14. Marc. 12. 40. Luc. 20. 47. & 24. 20. Rom. 13. 2. 1 Cor. 11. 29 [a]. Appositè Hesychius, Κρίμα, *retributio*, sive *vindicta Dei* [b]. Sensus, q. d. Cùm simili pœnæ subjaceas, mortem mox allaturæ tam tibi quàm ipsi, cùm jam moriturus sis, & Dei judicio præsentandus. Non mirum est, Judæos hoc facere, quippe qui prosperè agunt, de Deo non cogitant, &c [c].

41. *Et nos quidem justè*] Scilicet punimur [d]. Magnum est pœnitentiæ signum, In pœna sua acquiescere, Levit. 26. 41. Accessit & alterum, Corrigere peccantem, & Tueri oppressum: hi erant fructus pœnitentiam decentes [*]. Prudenter se alteri annumerat, quamvis pœnitentem, tum ut memor præteritorum scelerum; tum ut correptio quò modestior, eò esset efficacior [f]. ¶ *Hic nihil*, &c. Οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε] *Nihil indecens fecit*, Be. Pi. sic Tre. ex Sy. P. Pers. vel, *insolens*, Mo. vel, *improbum*, P. sim. Ar. Æth. Er. Il. Mo. Ca. vel, *absurdi*, Ti. Er. V. vel, *detestabile*, Tre. ex Sy. præter officium [g]. Heb. נבלה, Gen. 34. 7 [h]. ad verb. *quod non habet locum*, i. e. quod non convenit, & meritò repudiandum est [i]. q. d. Nihil unquam fecit quod reprehensionem mereretur, nedum hanc mortem crucis [k]. Ἄτοπον est αἰσχρὸν· quæ duo conjungit alicubi Plato. Vetus quidam explicator exposuerat πονηρόν· quod in quorundam Librorum textu legitur [l]. Hesychius, Ἄτοπον, πονηρὸν, αἰσχρόν. Glossæ, Ἄτοπος, *flagitiosus* [m]. Opponit Jesum sibi ac socio, ut justum injustis, atque ità eludit Sacerdotum consilium, qui Jesum inter latrones suspenderant ut eorum similis haberetur: ità & eos palàm damnat, & testimonium innocentiæ Jesu præbet. Sed unde hoc noverat iste de Jesu [n]? Resp. Hinc liquet, latronem hunc multa de rebus Jesu intellexisse, partim, ut credibile est, antequam caperetur; partim in ipso prætorio [o]. Fama beneficentiæ Jesu ad aures omnium pervenerat. Accessit singularis illustratio mentis à Spiritu Sancto [p].

42. *Memento mei cùm veneris in*, &c. Ἐν τῇ βασιλείᾳ σου] Pro, εἰς τὴν βασιλείαν σου [q]· ut solent illa commutari apud Scriptores [r]. Heterosis præpositionis, Hebræis usitata. Sic 1 Joh. 4. 2. *Christus venit* ἐν σαρκὶ, *in carne*, pro, εἰς σάρκα, *in carnem* †. Sensus est, *Cùm Regni illius tibi à Deo promissi possessionem fueris adeptus* [t]: id quod post mortem futurum credo [v]. Neque verò magnos in eo Regno honores sibi postulat; sed indignitatis suæ memor hoc tantùm rogat, *sui ut memor esse velit*, sciens Regium esse aliis benefacere [x]. Non petit à cruce liberari, quod Jesu possibile fuisse novit, nec in eo constituit salutem suam, sed in eo potiùs, ut Jesus ipsi à morte benefaceret. Rara & nobilis erat hæc fides in Christum, derelictum, miserè moribundum, ab omnibus irrisum, &c. Latro, contradicentibus suppliciis, credit, quum Apostoli, miraculis attestantibus, non credunt [y]. De Regno Christi saniùs videtur judicare quàm ipsi Apostoli. Vide Luc. 24. 26. Act. 1. 6 †. Sed unde hæc fides cum fiducia conjuncta? Resp. Audierat, ut credibile est, profitentem Jesum, sibi Regnum deberi, sed non hujus mundi: magna ejus in ferendis doloribus patientia, mansuetudo erga inimicos, fortè & signa quædam quæ apparere tunc cœperant, dictis ejus fidem conciliabant: sed præcipuè nova atque insolita quædam Divinæ virtutis efficacia, in exemplum omnibus seculis memorabile, latronem hunc ad credendum rem à sensibus remotissimam excitavit; ità ut in ipso imago quædam eluceat extraordinariæ illius ac subitæ vocationis quæ Apostolorum seculo multis gentibus contigit; qua de re vide quæ suprà dicta sunt, 14. 23 [z].

q Cas. in Wal. — r Bru. — † Bru. ex Er. — t Be. Pi. — v Pi. — x Pi. sim. Bru. — y G. — z Pi. — a G. — b Heins. in Wal. — c Bru. — d Bru. sic Pi. — * G. — f Bru. — g Bru. ex Be. — h Be. — i Pi. — k Bru. — l G. — m Heins. — n Bru. — o G. — p Bru. — q Pi. G. — r G. — † Pi. — t G. sim. Bru. — v Bru. — x G. — y Bru. — † Li. ho.

43. *Dixit*] Qui ad convitia surdus erat & mutus, orationi credentis incunctanter respondet [a]. ¶ *Amen*, &c.] Ostendit Christus se magni aliquid dicturum [b]. ¶ *Hodie*, Σήμερον] Statim à morte tua, cui proximus es [c]. Al. Post resurrectionem [d]: Pessima interpretatio. Christus plus promittit quàm erat rogatus: Rogas, inquit, ut olim tui sim memor cùm Regni possessionem accepero: ego tam diu non differam tua vota; sed partem & primitias speratæ felicitatis tibi intra hunc ipsum diem repræsentabo: morere securus, à morte statim te Divina solatia exspectant. Est autem illud, *hodie*, ἐμφατικὸν, & solet beneficiorum mentioni adjici, ut Jer. 1. 10 [*]. Pessimè fecerunt qui σήμερον cum λέγω conjunxerunt [f]: quod apertè improbat Syrus [g], & consensus Codicum, qui omnes illud connectunt cum ἔσῃ [h]· & usus Autorum. In Colloquiis veteribus, σήμερον μεθ' ἐμοῦ ἀρίστησον, (*hodie mecum prandeto.*) Terent. ——*Hodie apud me sis volo*. Plautus, *Nempe tu hodie mecum eris*. 1 Sam. 28. 29. *Cras—mecum eritis* [i]. ¶ *Mecum eris* (scilicet tu, i. e. anima tua [k],) *in paradiso*] In felici communique omnium justorum loco, in æterna futuri seculi vita [l]; in cœlo, loco beatissimo, qualis erat hortus Eden, Gen. 2. & 3 [m]. In horto Eden, qui locus receptaculum est animarum post hanc vitam [n]. Παράδεισος significat, 1. *hortum*, apud Xenophontem, vel *vivarium*, & *viridarium*; 2. καὶ ἐξοχὴν, hortum illum Eden, Gen. 2; 3. beatam gloriæ Dei sedem [o]. Dubium non est quin Christus ità locutus sit quomodo sciebat à latrone intelligi. Παράδεισος vox est, ut Pollux verè dicit, Persica; quanquam & Hebræi usurpant, ut Neh. 2. 8. Eccles. 2. 5. sed Græci usu hanc vocem suam fecerunt. Cicero, apud Xenophontem, vertit *agrum conseptum ac diligenter consitum*; *vivarium*, Gellius. LXX גן ità verterunt tum alibi, tum in κοσμοποιΐας historia: unde factum est ut jure quodam præcipuo παράδεισος vocetur Hellenistis, etiam Philoni, beatus ille hortus in quo Adamum Deus collocârat. Post Esdræ tempora, cùm res post vitam hanc mortalem eventuræ, obscuriùs olim indicatæ, propriis distinctisque nominibus appellari cœperunt, felicitas post hanc vitam mortalem, sed præcipuè piarum mentium à corpore separatarum & resurrectionem exspectantium status, vocatus est Hebræis גן עדן; quæ voces hoc sensu in Talmudicis scriptis frequentes occurrunt. Hinc ille εὐφημισμὸς de mortuo, *Sit anima ejus*, & *Animus ejus collectus sit, in horto Eden*. Et in solennibus precibus tempore mortis, *Partem habeat in Paradiso, necnon in futuro illo seculo*. Et in alia formula, *Requiescat anima ejus, & sit dormitio ejus in pace, donec veniat consolator, qui facit audire pacem patrum seculi dormientium in Hebron. Portas Paradisi aperite ei, & dicite pacem. Venite qui custoditis thesauros Paradisi*. Sic & *statum Edenis* à *statu resurrectionis* distinguit Jacchiades, Dan. 8. 14. & in fine Libri. Interdum vocant *Paradisum inferiorem*, quia cœlum *Paradisus superior*. Videre hoc est inter alia loca de Essenis apud Salmanticensem. Hellenistæ quoque παράδεισον eodem significatu dixere, & Hebræi quidam פרדס, quâ voce & Arabs Interpres utitur, Heb. 11. 5. agens de translatione Enochi. Causam appellationis conjectare non est difficile. Nam, quia locus ille Adamo concessus deliciis omnibus abundaverat, eâ similitudine animarum lætam tranquillitatem voluerunt indicatam. Nam & ipsum illum Adami hortum συμβολικῶς eum in modum interpretabantur, teste Philone: [cujus verba pete ex G.] Negari ergò non potest quin latro, utpote Judæus, audito nomine גן עדן, additâ præsertim designatione temporis, *hodie*, morte jam imminente, statum illum intellexit in quo Abrahami, Is. & Jaac. animas esse omnibus Judæis erat persuasum: quasi diceret Christus, Non tantùm olim, cùm Regnum meum suam accipiet plenitudinem, tui ero memor, sed jam nunc magna & ingentia solatia tibi repræsentabo. Nec sine gravi causa expressum illud *hodie*. Censebant enim Judæi non quorumvis animas

z G. sim. Bru. — a Bru. — b G. — c Bru. — d Q. in G. — * G. — f G. sim. Be. — g Be. — h G. — i Be. — i Pri. — k Pi. — l Bru. — m Pi. — n D. — o Gua.

animas statim in felicem Paradisi statum recipi, sed eas demum quæ bene purgatæ ex hac vita excederent, πνεύματα δικαίων τετελειωμένων, Heb. 12. 23. Confer quæ diximus ad Matt. 12. 32. Neque aliter interpretandum puto quod est 2 Cor. 12. 4. ut Paulus dicat sibi à Deo primùm ostensa illa perfectissima gaudia post resurrectionem, quæ *tertii*, i. e. supramundani, *cæli* nomine appellantur. Deinde verò, nè tam longa exspectatio animum cruciaret, etiam solatia piis medio tempore concessa, quæ Hebræi vocant גן עדן, καλάπαυσιν τῦ παραδείσυ, aut, si mavis, παράκλησι· quomodo suprà dictum est Lazarum παρακαλεῖσθαι. Nec video cur aliter accipi debeat Apoc. 2. v. 7. præsertim cùm & Philo ex Judæorum vetere disciplina arborem vitæ interpretetur τ̃ μεγίστην, &c. (*virtutum præcipuam, pietatem, per quam anima immortalis redditur:*) ut, *ex arbore illa vesci*, sit, frui læta rectè factorum conscientiâ; quod eadem Apocalypsis vocat, *indui candidis vestibus*; & explicationis causâ addit, *opera ipsorum ipsos sequi*. Neque nomen tantùm *Paradisi* usurpabant Hebræi ad hæc gaudia exprimenda, sed etiam sub Horti imagine rem ipsam proponebant plebeiis ingeniis vix capientibus τὰ νοητά, (*intelligibilia*,) nisi sub figura τῶν αἰσθητῶν, (*sensibilium*.) Josephus ex Essenorum sententia vocat χῶρον, &c. (*Locum imbribus, nivibus, æstu, minimè vexatum, sed quem lenis Zephyrus perpetuò spirans recreat.* Et Just. colloq. cum Tryph. ait, τὰς τ̃ εὐσεβῶν, &c. (*piorum animas in loco meliori manere.*) Tertullianus, id ipsum sequens, quo loco ostendit veritatem Divinam Græcorum fabulis adulteratam, *Etsi Paradisum nominemus*, inquit, *locum Divinæ amœnitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quâdam igneæ illius Zonæ à notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt.* Quîcum satis convenit quod à Diod. Sic. est proditum, ea quæ περὶ ᾅδου narrantur, à barbaris in Græciam pervenisse. Nè hoc quidem notatu indignum, bis in Apocalypsi nominari Vitæ arborem, nuîquam verò arborem Scientiæ boni & mali, quia arbor Scientiæ boni & mali σύμβολον erat, Philone explicante, τ̃ μέσης φρονήσεως, ejus scilicet prudentiæ quæ circa res hujus ævi occupata est, quâ uti quidem licet, ut per gustum & olfactum significatur; at vesci, id est, frui, non licet: nam animus ei studio deditus pietati quantum satis est vacare non potest: quod nobis Adami peccato sub figura ostenditur, explicante Solomone, Eccles. 7. 29. *Hoc inveni, quòd Deus hominem condidit rectum, & ipsi quæsiverunt* λογισμοὺς πολλούς. Hæ curæ atque avocamenta pietatis planè cessabunt ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ νοητῷ. Qui Symbolo fidei Christianæ asscripserunt, κατελθὼν εἰς ᾅδου, his Christi verbis optimè id tueri potuerunt. Nam si Christi anima fuit in παραδείσῳ, sequitur eam fuisse ἐν ᾅδου. Nam sicut παράδεισος & γέεννης vocabula distinctam Bonorum Malorúmque sortem significant, ità ᾅδης communiter designat Statum animarum à corpore separatarum, opponitúrque tum Vitæ huic, tum Resurrectioni, quomodo & שאול usurpant Sacræ Literæ. Nam Jacob ità loquitur, [Gen. 37. 35.] *Descendam ad filium meum lugens* שאלה, Græcè, εἰς ᾅδου· quod de corporis sepulchro intelligi non potest, quia filium non sepultum, sed à feris laniatum, Jacob existimabat. De voce ᾅδου produximus alibi testimonia Josephi, Sophoclis, Diphili & aliorum: sed & qui, titulo Sibyllinorum, carmina Græcè scripsit, homo haud dubiè Christianus, ità utitur voce ᾅδου, ut quam derivat à primi parentis nomine. Neque offendere nos debet verbum κατελθεῖν· id enim Græcus sermo ad animorum separatorum conditionem significandam receperat, non alia de causa nisi quòd, quemadmodum corpus postquam in sepulcrum descendit ampliùs non conspicitur, ità & animus è corpore elapsus: quare & Josephus præmia non minùs quàm pœnas animis ait contingere ὑπὸ χθονός· quod alibi explicat, καθ' ᾅδου. Frustrà ergò hîc se cruciat Augustinus, quærens quomodo Christus eodem tempore esse potuerit in Inferno, i. e. ἐν ᾅδου, & in Paradiso; cùm alterum sub altero comprehendatur. Neque verò supervacua fuit in Symbolo hujus rei mentio. Nam, cùm inter Paganos variæ essent de animarum statu post hanc vitam sententiæ, ad rem pertinebat, Christi exemplo doceri homines εἰς ὑφέσκεν ἡ ψυχὴ τ̃ ἀποθανόντων, i.e. non extingui cum corporibus animas, sed asservari in locis inconspicuis. Quæ verò de gaudiis Paradisi diximus, ex veterum sententia ità intelligenda suprà quoque ad cap. 16. monuimus, ut magna quidem credantur, non tamen plena: nam plenitudo promissionum in resurrectione exspectanda est, ut sapienter explicat Scriptor Respons. ad Orthod. quæst. 76. [verbis à Grotio productis.] Ad illud quod Christus hîc dicit, *mecum*, alludere videtur Paulus, cùm dicit se *cupere dissolvi & esse cum Christo*, Phil. 1. 23. simul tamen indicans, quemadmodum nunc, post ascensum in cœli regiam, major est Christi gloria quàm fuit medio tempore inter mortem & resurrectionem, ità auctum quoque gaudium eorum qui Christum secuti mortem obeunt, & pro modo ac captu animorum separatorum à corpore participes fiunt herilis felicitatis: quod hîc similitudine non incommodâ Theophyl. explicat. Non solebant autem Christiani veteres hunc sive statum, sive locum, medii temporis, *cæli* nomine appellare: quod vel ex Justino colligas, qui, cum Tryphone disputans, inter cœteras errantium opiniones & hanc recenset, μὴ εἶ, &c. (*non esse mortuorum resurrectionem, sed statim à morte animas eorum in cœlum recipi.*) Hunc statum ità describit divina Apocalypsis, 7. 15. *Propterea sunt coràm throno Dei, & serviunt ei*, &c. Quibus finibus modestè nos continentes nihil necesse habemus penetrare in ea quæ curiosiùs hac super re inter Græcos & Latinos disputantur [p].

44. *Universam terram*, γῆν] *Regionem*, Be. Judæam tantùm intelligit [q]. Sed Sol. v. seq. obtenebratus ostendit, non illi solùm regioni, sed toti terræ, lucem ademptam fuisse [r].

45. *Velum templi*] Non primum, in introitu Sancti, sed secundum, in introitu Sancti Sanctorum, ut probabile est, ex collat. Heb. 9. 8, 12. & 10. 19. 20 [†]. ¶ *Scissum est medium*] i. e. in duas partes, ut ait Matthæus [t].

46. *Voce magnâ*] Indice maximæ Christi virtutis vehementissimíque affectûs summæque fiduciæ in Patrem [v]. ¶ *In manus tuas* (i. e. tibi, tutelæ curæque tuæ [x],) *commendo*, &c. παραθήσομαι, &c.] Probo hanc lectionem eò magis quia apud LXX in Psal. simili modo legitur: sed est, more Hebræorum, fut. pro Præsenti [y]. In 2. vet. cod. & in Theophylacto Romano est, παρατίθημι, & in aliis tribus, παρατίθεμαι [z]. [Verba sic reddunt;] *Depono* (vel, *Pono*, Sy in Bru. *Deponam*, Camer. V. Bru. *Commendabo*, Er. V. Bru. *Commendo*, Vulg. Id est σωίσημι [a].) *Spiritum meum*, Be. Pi. Bru. &c. i. e. animam meam, Matth. 26. 38 [b]. quæ corpore egrediens regionem ignotam ingreditur, ac proinde mille periculis obnoxia esse possit, &c [c]. In Psalmo David, summis in periculis constitutus, vitam suam Divinæ tutelæ commendat: quomodo & Petrus *eos qui patiuntur secundùm voluntatem Dei* vult *commendare animas suas*, &c. Cæterùm, & hîc observandum est quantò exactiùs ea verba Christo quàm Davidi congruant. Apud Davidem רוח est *vita*; apud Christum ipsa Mens hominis, quam Hebræi propriè eo nomine appellant: deinde *deponere* ejus est propriè qui dominium rei habet: Christus autem *potestatem habuit ponendi animam, eámque resumendi*, Joh. 10. 18. Paulo aliter Stephanus, qui moriturus non *deponendi* utitur voce, sed *Jesum*, jam factum *Dominum* vitæ & mortis, rogat ut *accipere* velit, in suam scilicet custodiam, *spiritum ipsius*. Justin. in colloq. cum Tryph. exemplum nobis dicit à Christo datum ἵνα ἤνικα, &c. (*Ut nos moribundi eadem petamus à Deo qui & malos angelos avertere & animam nostram recipere potest.*) Confer illud Sap. 3. 1. *Manus justorum sunt in manu Dei*, &c [d]. Significat Christus his verbis, spiritum suum à Deo Patre & acceptum fuisse, & brevi repetendum atque restituendum, adeóque se brevi resurrecturum [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐξέπνευσεν] *Et spiritum reddidit*, Tre. ex Sy. sic Pers. Ar. Ad verb. *Et finitus est*, Sy. in Di. *Expiravit*, Er. P. Mo. Be. &c. i. e. spirare desiit, animâ scilicet emigrante [f]. Ità apparuit, & ipsum esse Filium Patris invocati, & spiritum ejus à Patre susceptum [g].

47. *Glorificavit Deum*] Agnovit Dei potentiam; quomodo suprà 5. 26. & alibi locutio hæc usurpatur [h]. ¶ *Justus*] i. e. Vel innocens [i]; vel (per Synec. gen.) verax, ac proinde Filius Dei, quem se esse dixit. Confer Matth. 27. 54 [k].

48. *Qui*, &c. Οἱ συμπαραγενόμενοι ὄχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην] *Quæ simul adfuerant*, &c. Bru. vel, *advenerant*, &c.

[p] G. [q] V. [r] Di. [†] Ham. [t] Bru. Ham. [v] Bru. [x] Idem. [y] G. [z] Be. [a] Idem. [b] Pi. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. [f] Pi. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. Pi. [k] Pi.

&c. V. sim. Be. Pi. *Qui ad spectandum crucis supplicium convenerant*, ut fieri solet [l]. Hesychius, θεωρία, ὄψις, θέαμα [m], *spectaculum*, Be. Bru. Pi. &c. ¶ *Videbant quæ fiebant*] Solis deliquium, extra naturæ ordinem, tremorem terræ, hominem velut suo arbitrio exspirantem [n]. ¶ *Percutientes pectora sua*] Ex pœnitentia facti, & metu vindictæ divinæ [o]: incipiente jam pungi conscientiâ, quam postea Apostolicus sermo excitavit. Signa enim erant hæc Dei facinus aversantis & Jesu innocentiam testantis [p].

49. *Stabant —noti ejus* (Jesu Discipuli, consanguinei, amici, Joh. 19. 25. ut testes essent gestorum [q]:) *à longè*] Vel, *procul*, Be. Pi. &c. Allusio ad Psalm. 38. vers. 11 [r].

50. *Decurio*, Βουλευτὴς] *Consul*, V. *Senator*, Be. Pi. Bru. *Consultor*, Er. sic Bru. Nomen est dignitatis, non officii militaris †.

51. *Hic non*, &c. Οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ, &c.] *Non consenserat* (vel, *suffragatus erat*, Mo, sic P. Bru.) *consilio* (vel, *voluntati*, Tre. ex Sy. Pers.) *ac facto* (vel, *facinori*, Sy.) *eorum*, Er. Il. Ti. sic Ca. Be. Pi. &c. i. e. principum Judæorum, sive Sanhedrim, licèt ipse ex eorum numero esset, ut hinc rectè colligitur [t]. Neque propositum Synedrii, neque rationem exsequendi propositi, probabat, memor Divinæ legis, Exod. 23. 2. Vide ad Matthæum [v]. ¶ *Ab Arimathæa*, &c.] Syrus hoc ponit v. præced. post vocem βουλευτὴς· aptè admodum [x].

53. *Involvit sindone*] Ità Be. Pi. &c. Ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι] Σινδόνα vocat Lucas quæ Johannes ὀθόνια· à quibus longè differt σουδάριον, Joh. 20. 7. Mos erat Judæorum, sicut & Græcorum, mortuos, non secùs quàm infantes, fasciis & vinculis involvere. Has autem fascias Johannes & ὀθόνια vocat [Joh. 19. 40.] & κειρίας [Joh. 11. 44.] Apparet ergò emptum à Josepho grande linteum tegmen, quod & Græcis & Latinis *sindon* vocatur, illúdque in multas eum scidisse fascias, quibus corpus Christi vinxit & convolvit: ut satis ostendit tum verbum hoc, ἐνετύλιξε· tum illud Marci, ἐνείλησεν. *Sudario* autem totum caput cum facie velabant [y]. ¶ *In monumento* (vel, *sepulchro*, Ar. Æth. sic Tre. ex Sy.) *exciso*; ità Mo. Ca. &c. λαξευτῷ] *Quod erat in saxo*, vel *lapide, excisum*, Er. P. V. Bru. Be. Pi. &c. Non compactile, aut structile, sed exsculptum suo loco nativo [z]. Hujus rei ratio petenda est ex eo quòd totum circa Jerus. solum saxosum erat & πετρῶδες, ac proinde solebant Judæi monumentum sibi cavare in petra, sive saxo; in illa autem caverna varia cavare foramina, ad singula corpora reponenda, &c [a]. ¶ *In quo nondum*, &c.] Nè quis postea alium, non autem Jesum, resurrexisse calumniaretur [b].

54. *Et*, &c. Καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ] *Et* (vel, *Porrò*, Be. Pi.) *dies erat Parasceves*, Be. malo enim cum Vulg. legere, παρασκευῆς [c]· vel, *Parasceve*, Bru. Pi. Di. ex Sy. & Ar. G. &c. per Appositionem [d]. Recta lectio est παρασκευὴ· nam ex parte totus dies παρασκευὴ appellabatur, ut & Marc. 15. 42. Joan. 19. 31, 42. & in edicto Augusti apud Josephum. Intelligi autem hîc παρασκευὴν magis ratione Sabbati, quàm festæ diei, sequentia ostendunt *. ¶ *Et*, &c. Καὶ σάββατον ἐπέφωσκε] *Et* (vel, *Quâ*, Ca.) *sabbatum succedebat*, ut ὅτι valeat *post* [f]: quod verisimile non est [g]. Vel, *incipiebat*, Pi. Bru. Camer. vel, *appetebat*, instabat [h]: vel, *illucescebat*, Er. Il. Mo. Ca. Di. &c. luce diei præcedentis vergente ad occasum [i]. Qu. Cur de vespera usurpatur ἐπιφώσκειν [k]? Resp. 1. Usurpatur hîc habitâ potiùs ratione sequuturi diei, quàm imminentis noctis, inter parasceven & diem Sabbati intercedentis, quamvìs Sabbati quies à nocte inciperet [l]. Verùm imminentis potiùs noctis ratio hîc haberi videtur: quia causa datur cur festinanter admodum, durante adhuc parasceve, corpus Christi à Josepho sepulchro fuerit conditum, quia imminente vesperâ Sabbatum incipiebat. 2. Fuit quum phrasin hanc peculiarem putarem soli Sabbato, cujus & initio & fine Judæi candelam accendebant, quam etiam *luminare discriminationis*, inter diem scil. sacrum & profanum, vocabant [m]. A lucernis ergò vesperâ Sabbati accensis *sabbatum illucescere dicitur* [n]. *Tenebantur omnes lucernam accendere in domo sabbato. Etiam, si non sit homini quod comedat, mendicet ostiatim, ut acquirat oleum, & accendat lucernam*, Maimon. Lucebant ergò jam candelæ Sabbaticæ. Verùm non hîc acquiescimus *. 3. Referendum hoc ad exortum Hesperi, aut Lunæ, aliorumque siderum [o]. Sicut ἀνατέλλειν non tantùm de Sole, sed & de Luna aliisque sideribus, dicitur; ità &, quod idem valet, ἐπιφώσκειν. Huic loco convenientissimum erit intelligere Stellarum ortum, indicem vesperæ, à qua Judæi diem suum civilem inchoabant. Tertul. de Judæis. *Stellæ auctoritatem demorantis suspirant.* Notârunt viri eruditi etiam נגה, quod hîc habet Syrus, Lunæ aliisque sideribus tribui solere [p]. 4. Synecdoche est speciei catachrestica. Τὸ *illucescere*, propriè dicitur de die artificiali, quæ à luce, sive exortu Solis, incipit; de die autem civili quam Hebræi à vespera inchoabant, impropriè h. l. usurpatur [q]. *Dies* propriè dicitur, ea temporis pars quæ, luce prædita, nocti opponitur: deinde & spatium illud 24 horarum, quo nox & dies continentur, à principaliori sui parte *dies* etiam appellatur. Unde Gen. 1. *Et fuit vespera——dies unus.* Quo ergò jure vespera diei nomen sortitur, eodem illucescere rectè dicitur, quum ab ea dies initium capit [r]. Auribus Græcanicis & Romanis hæc locutio incongrua videri possit, non item Judaicis. Nam Gemaristis, ut aliquando tota nox, ità potissimùm initium noctis, sive vespera, dicitur *lux*: quam appellationem astruunt ex Psal. 148. 3. *Stellæ lucis*: & ex Prov. 7. 9. *In crepusculo vespere diei*: Rambam, *Vocatur Nox Lux eo modo quo vocant multas res per contrarium.* Sic Pesachin, cap. 1. hal. 1. *Luce diei* 14. (i. e. vesperâ, vel, nocte diem antecedente,) *investigant fermentum per lumen candelæ.* Cherithuth, fol. 79. 2. *Quæ abortivum quid parit luce diei* 81. i. e. inquit Gloss. *nocte* 81. Pesikta, fol. 10. 4. *Comeditur usque ad diem tertium*, Levit. 7. 17. *At non comeditur luce* (i. e. vesperâ, vel nocte,) *diei tertii*: nam tum ingressus est dies tertius. Illis ergò insolens non erat, *Sabbatum illucescebat*, pro, *Ingruebat nox sabbati* ‖. Accipiendum autem ἐπιφώσκει pro, ἤμελλε ἐπιφώσκειν, sicut Præsentia pro Futuris alibi quoque habuimus: nam tantum temporis supererat ut in Urbem reversæ mulieres aromata sibi possent comparare †. Plura vide ad Matth. 28. 1 [t].

55. *Quemadmodum positum erat*, &c.] Ubi & quo modo atque situ [v].

56. *Siluerunt*, Ἡσύχασαν] *Quieverunt*, Be. Bru. Pi. velut adjuratæ ut quiescere Sponsum paterentur donec ipse semet excitaret, Cant. 2. 7 [x]. Nihil egerunt quod ad aromatum & unguentorum apparatum [y]: tum ex prudentia, nè populum in seipsas exasperarent nimiâ sedulitate erga eum qui ut maleficus obiit & odiosus populo, præsertim si aliqualiter violarent Sabbatum: tum quòd tempestivè satis hoc præstare se posse arbitratæ sunt, elapso Sabbato †. ¶ *Secundum mandatum*] Sub. *Dei*, Pi. G. &c. vel, *legis*, Bru. cujus præcepti vinculo Christus sectatores suos hactenus non exsolverat, sed verbis benignam & materiæ convenientem adhibuerat interpretationem [z].

CAP. XXIV.

1. UNA, &c. Τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων] *Primo autem die hebdomadis*, Be. Pi. &c. vel, *sabbatorum*, Er. V. Bru. pro, *sabbati*, Pi. i. e. primo die qui festum sequebatur [a]. ¶ *Valde*, &c. Ὄρθρου βαθέος] בשפרפרא, quasi tempore Darius venit, &c. Dan. 6. 19 [b]. *Summo manè*, Ca. sic Ar. *Diluculo profundo*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. *In aurora, dum adhuc essent tenebræ*, Tre. ex Sy. sic Pers. Be. Ὄρθρον interdum vocant totum crepusculum matutinum, (ac proinde addit Lucas βαθέος·) propriè tamen primum diluculi punctum sic vocant, unde gallus dicitur ὀρθροβόας. Huic succedit τὸ λυκαυγὲς, cùm dubia jam lux est, quam excipit *aurora* [c]. ¶ Καί τινες σὺν αὐταῖς] *Et nonnullæ* (mulieres scilicet, ut reliqui Evangelistæ docent [d]:) *cum ipsis*, Be. Pi. &c. Hierosolymitanæ aliquot quæ se mulieribus Galilæis adjunxerant. Neque enim delere has voces licet, (quamvis omittantur in Vulg. & in uno vet. cod *.) quas & Libri plurimi, & Syrus, & Arabs, agnoscunt, qui & τινὲς illud fœm. gen. rectè interpretantur [f]. ¶ *Venerunt*] Ità Er. Di. ex Sy. & Ar. &c. Vide ad Matth. 28. 1 [g]. *Iverant*, Ἦλθον, pro, ἀπῆλθον·

vide

[l] G. [m] Pri. [n] G. [o] Bru. [p] G. [q] Bru. [r] G. † Er. [t] Bru. [v] G. [x] Di. [y] Salmas. in Wal. [z] Er. Bru. [a] Casaub. in Wal. [b] G. [c] Be. [d] Di. * G. [f] Be. [g] Di. [h] Pi. sim. Bru. [i] Camer. [k] Di. [l] Be. [m] Di. [n] Zeg. sim. Cla.

* Li. ho. [o] Cas. in Di. Q. in Ec. [p] G. [q] Pi. [r] Di. ‖ Li. ho. † G. [t] Di. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. † Li. ho. [z] G.

[a] V. [b] G. [c] Be. [d] Bru. * Be. Bru. [f] G. [g] Di.

vide Marc. 16. 1. Non enim tempus hîc notatur quo ad sepulcrum pervenerunt, sed quo ex Urbe profectæ sunt, ut eo venirent [h].

3. *Ingressæ*] Intra septum [i], in monumentum [k] apertum, monente ducentéque Angelo †.

4. *Dum*, &c. Ἐν τῷ διαπορεῖσθαι, &c.] *Dum in ea re hærerent*, Er. vel, *hæsitarent*, Be. Pi. vel, *perplexæ essent*, Er. V. De verbo διαπορεῖν diximus suprà 9. 7. sed rectè notat Budæus διαπορεῖσθαι plus esse quàm διαπορεῖν sicut rursus ἐξαπορεῖσθαι aliquid amplius declarare videtur quàm διαπορεῖσθαι, 2 Cor. 4. 8 ‖. ¶ *Duo viri*] Angeli in specie virorum, qui viri vocantur & Gen. 18. 2. & 19. 5. Act. 1. 10 [l]. ¶ *Steterunt*, &c. Ἐπέστησαν αὐταῖς] *Supervenerunt* (vel, *Adstiterunt*, Bru. vel, *supervenientes adstiterunt*, Pi.) *eis*, Pi. ex Be i. e. subitò & insperatò apparuerunt: quæ vis est hujus verbi, Act. 4. 1. & 10. 17. & 12. 7 [m].

5. *Et declinarent* (vel, *inclinarent*, Be. Pi. *deflecterent*, Bru.) *vultum* (vel, *faciem*, Be. Pi.) *in terram*] Ex timore [n], & verecundia, & quòd fulgorem ferre non possent [o]; vel, tanquam venerabundæ [p]. Vide ad Matthæum hoc loco & 17. 6. Sic Dan. 10. 9 [q]. ¶ *Cum mortuis*; ita Er. &c. Μετὰ τῶν νεκρῶν] *Inter* (vel, *Apud*, Pi.) *mortuos*, Be. Pi. μετὰ, pro μεταξὺ [r].

6 *Qualiter*, &c. Ὡς ἐλάλησεν] *Ut* (vel, *Quomodo*, vel, *Quod*, Bru.) *locutus sit*, Be. Bru. Pi.

9. *Nunciaverunt hæc omnia*] Primùm confusiùs, distinctiùs postea †. ¶ *Cæteris omnibus*] Discipulis scilicet [t], qui Jesum sectati fuerant, Marco interprete [v]; non quibuscunque occurrentibus [x].

11. *Et*, &c. Καὶ ἐφάνησαν, &c.] *Sed visa sunt* (ad verb. *apparuerunt*, Pi. pro, ἐδόκησαν [y]. Translatio à corpore ad animum [z]. Nam φαίνεσθαι, i.e. *apparere*, propriè dicuntur quæ in oculos incurrunt [a].) *apud eos*, Be. Pi. vel, *coram eis*, Pi. i.e. illis, pharsi Hebraicâ [b]. ¶ *Sicut*, &c. Ὡσεὶ λῆρος, &c.] *Quasi deliramentum*, P. Be. P. sic Er Il. Mo. vel, *somnium*. Perf. vel, *nugæ*, Camer. sic Ca. vana atque futilia dicta [c].

12. *Petrus*] Non solus, (nam infrà dicitur, τινὲς τῶν σὺν ἡμῖν,) sed comite Johanne. Petrum tamen potiùs nominat, quia is in specum penetravit. ¶ *Et*, Καὶ παρακύψας] Eandem vocem de Magdalena, deinde & de se, Johannes usurpat in hac historia. LXX ità vertere solent Hebræum שקף, quod Magistri exponunt, *spectare de loco superiore*. Sed latiùs Græcis patet παρακύπτειν, ut & nostris; ut videre est Jac. 1. 25. 1 Pet. 1. 12. Proximè ad gestum eum, de quo hîc agitur, pertinet illa curiosi hominis descriptio in Sirac. 21. 16. Ἄφρων ἀπὸ θύρας παρακύπτει εἰς οἰκίαν· ἀνὴρ δὲ πεπαιδευμένος ἔξω στήσεται. Vim vocabuli rectè expresserunt Syrus & Arabs, ille *introspiciendi*, hic *explorandi*, verbo. Vide ad Matthæum [d]. [Sic vertunt;] *Et procumbens*, Vulg. id est προσκύψας. Malim, *Et cùm se inclinâsset*, ut Joh. 20. 5, 11. Παρακύπτειν significat, prono capite & propenso collo diligenter introspicere. Ostendit, Petrum rem totam perscrutatum esse, quò minùs est nobis de ea dubitandum [*]. *Et demisso* (vel, *obliquato*, Er.) *capite prospiciens*, V. Er. quasi immisso per fenestram capite [f], & in monumentum prominente, ut cerneret, &c. Verto, *Et introspiciens*: ad verb. *quum introspexisset*: sed est Enallage temporis, ut apparet ex verbo sequente, βλέπει. ¶ *Sola*] Sine corpore [h]. ¶ *Secum* (vel, *Apud se*, Be. Pi. Er. *Intra se*, Camer.) *mirans*, &c.] Illud, πρὸς ἑαυτὸν, jungendum, vel, 1. cum præced. *abiit*, ut significet, *in domum suam* [i]: *abiit in domum suam* [k]: Sic Joh. 20. 10. ἀπῆλθον πρὸς ἑαυτοὺς, i.e. ad domos suas: quo sensu, Ezec. 17. 12. Καὶ ἄξει αὐτοὺς πρὸς ἑαυτόν [*]. Vel, 2. cum seq. *mirans* [l]. Sic, διελογίζοντο πρὸς ἑαυτούς, dicitur Luc. 20. 14 [m]. & Luc. 18. 11. πρὸς ἑαυτὸν προσηύχετο. Hoc malim [n].

13. *Duo ex illis*] Nempe eorum quos modò λοιπῶν nomine designârat è sectatoribus Christi [o]. Probabiliter sentiunt veteres, fuisse hos de numero LXX. Cùm enim infrà dicunt, τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει σήμερον, videntur respicere id quod plebi obscuriùs, ipsis autem & apertiùs, & sæpiùs, dixerat, tertia se die in vitam rediturum. Nomen alterius infrà exprimit Lucas, *Cleopam* vocans. Alterum ipsum Lucam multi putârunt; quos satis ipse refellit in Evangelii anteloquio ab oculatis testibus se disparans. Nathanaelem Epiphanius putavit, quem alii putant unum esse Apostolici cœtus qui πατρωνυμικῶς *Bartholomæus* vocatur. In his rebus fama antiquissima maximæ debet esse fidei: ea autem est, Nomen huic alteri fuisse *Simoni*; aut quod eodem recidit, *Simeoni*: nam hoc Hebræum est nomen, illud Græcum ex Hebræo expressum. Auctor est Origenes, qui in libro adversus Celsum, Γέγραπται, &c. (*Scriptum est apud Lucam, quod Jesus post resurrectionem suam panem accipiens benedixit, deditque Simoni & Cleopæ.*) Alibi in iisdem libris, sed in Latinum versis, *Simeon* dictus legitur. Quìcum conciliari facile posset Ambrosius, si libeat *Simeonem* rescribere ubi nunc *Amaonem* (quod inauditum nomen est) legimus. Sed cogitandum, quando Origenes non famam, sed ipsum Lucam, dicti sui auctorem laudat, annon eum deceperit id quod infrà est, v. 34. Fieri enim potest ut inibi pro λέγοντας Codices quidam habuerint λέγοντες· quomodo annon legerint Latinus & alii Interpretes dubitari potest. Itaque illud, Ὅτι ἠγέρθη ὁ κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι, videri potest ità acceptum ab Origene quasi referatur quid hi duo Apostolis narraverint, non quid audiverint ab Apostolis: cùm tamen rectè rem inspicienti meritò magis sit placitura recepta lectio, λέγοντας· ità ut per *Simonem* intelligamus Petrum, cui seorsum apparuisse Christum etiam Paulus testatur [p]. Unus horum erat *Cleopas*, v. 18. qui & *Alphæus*, ex collat. Matth. 27. 56. Marc. 15. 47. cum Joh. 19. 25. qui hîc interloquitur, quippe altero grandævior, utpote pater 4 Apostolorum: Alter *Petrus*, ut fidenter statuo ex collat. v. 34. & 1 Cor. cap. 5. ver. 15 †. ¶ *Quod*, &c. Ἀπέχουσαν, &c.] *Distantem*, (vel, *Qui aberat*, Il. Ti. &c.) *stadiis sexaginta* (totidem stadia numerat editio Josephi Basileensis, An. 1544. Quare, quod aliæ editiones habent τριάκοντα, vitiosum esse non dubito [q]. *Stadiis* 60, i.e. septem milliaribus Italicis cum dimidio [r]; nam stadium est octava pars milliaris [r].) *ab Hierosolyma* Pi. &c. Non est autem tantum hoc intervallum ut non ante medinoctium indè redire Hierosolyma potuerint, atque ibi congregatos Apostolos deprehendere: potest enim id spatium duabus & quod excurrit horis confici, verosimile autem est Emmaunte eos habitâsse, atque eò regressos postquam & Parasceven, & Sabbatum, & diem à Sabbato primum, Paschalibus sacris & precibus impenderant. ¶ *Emmaus*] Quam Lucas hîc κώμην, (vicum,) Josephus χωρίον, Plinius *Toparchiam*, vocat. Neque enim dubito quin idem sit nomen quod Plinio & Lucæ scribitur *Emmaus*, Jo. *Ammaus* †. *Emmaus* porrò, vel *Ammaus*, dicitur quasi חמאי ex חמי, quod *aquas calidas* sonat, teste Jo. Bel. Jud. 4. 1 [t]. ex חם & מים [v]. Erant autem duo vici à thermis sic dicti, 1. propè urbem Tiberiadem ad lacum Genesareth conditam [x]; adeóque in Galilæa: 2. alius in tribu Juda [y], 60 stadiis distans ab Hierof. teste Jo. Bel. Jud. 7. 26 [z], vel 27 [a].

14. *Loquebantur*, Ὡμίλουν] *Confabulabantur*, Er. *Disserebant*, Camer. *Colloquebantur*, Be. Pi. Bru. *familiariter*, Bru. *Colloquebantur unà euntes*: ἡ ἴλη est, *cœtus, agmen*. Indè ὁμιλεῖν, *conversari*, & *in conversatione colloqui* [b]. Ὁμιλεῖν propriè est, *unà versari* [c], vel, *versari in cœtu*, seu *multitudine*, *hominum*; à nomine ὅμιλος· hîc autem per synecd. valet, *cum alio versari & colloqui* [d]. ¶ *De his omnibus*, &c.] De vita & morte Christi, & de iis quæ mulieres Petrúsque & Johannes renunciaverant [*].

15. *Secum quærerent*, Συζητεῖν] *Simul quærerent*, Er. V. *Se mutuò rogitarent*, Be. Pi. *Varias conjecturas in omnem partem volvebant*: id enim hîc est συζητεῖν, ut & Marc. 1. 27 [f]. ¶ *Appropinquans*] Quasi à tergo assecutus, ut in via fieri solet [g]: unde & eos ità affatur quasi partem sermonum audiisset [h]. Apparuit, ut videtur, in forma non hortulani, nec plebei, sed potiùs Scholaris, sive Docti, cùm & eos erudiat in via; & gratias pro iis agat ad mensam. Nam Berachoth, *Si Doctus & Indoctus comedant simul, Doctus agit gratias* †. ¶ *Ibat cum illis*] Quasi viæ comes, eodem tendens quo illi [i].

16. *Oculi eorum tenebantur*; ità Pi. Ἐκρατοῦντο] *Retinebantur*, Be. Bru. Impediebantur vi Divinâ, ne propriùs considerarent ea ex quibus cognosci Jesus poterat, cæteroqui habitu externo sese dissimulans, ut ad Marcum diximus [k]. Nulla erat mutatio in Jesu effigie [l], vultu & statura, tunc enim quorsum oculi eorum tenerentur [m]? nec in oculis Discipulorum, sed in aere medio: vel potiùs, effigies Jesu miraculo prohibita est emittere species, &c. Vide Marc. 16. 12. & Joh. 20. 14 [n]. Percussi sunt cæci-

h Be. i G. k Bru. Pi. † Bru. ‖ Ec. l D. m Sch. n Bru. sic Sch. Pri. o Bru. p Ham. q G. r Be. † G. t Bru. pi. Ham. v G. x Eru. y Pi ex Be. z Pi. a Pi. sim. Be. b Bru. c Camer. d G. * Be. f Er. g Pi. h G. i Zeg. k Er. * Pri. l Er. sic G. ex Sy. Pri. m G. sic Pri. n Pri. o G. sim. Bru.

p G. † Li. ho. q G. r D. Eru. Zeg. † G. t BC. 2. 16. 848. sim. Cap. v Cap. x BC. Cap. y Cap. z BC. a Cap. b Sch. c Be. d Pi. * G. f G. g G. sim. Bru. h G. † Li. ho. i Bru. k G. l Bru. m Be.

cæcitate, vel potiùs, ἀορασία, ut illi Gen. 19. 11. 2 Reg. 6. 18 [o]. Qu. Sed cur noluit Christus ab eis dignosci? Resp. 1. Ut certissimè simul & suavissimè se patefaceret, ut experti ipsum diu secum ambulantem, & colloquentem, de resurrectione non dubitarent [p]. 2. Ut ulcus suum detegerent, ac pharmacum susciperent [q]: ut liberiùs explicarent animi sui sensum, nec ejus autoritate, sed argumentis, convincerentur [r].

17. *Quos confertis*, &c. Ἀντιβάλλετε, &c.] *Confertis*, (vel, *Commutatis*, G. *Loquimini*, Tre. ex Sy. &c. *Colloquimini*, Æth.) *inter vos*, Er. P. Ca. Be. Pi. &c. Latinismus est, ni fallor †. Ἀντιβάλλειν propriè dici videtur de iis qui quippiam, ut pilam, è regione alter ad alterum projiciunt [t]. 2 Mac. 11. 3. πρὸς ἑαυτὸν ἀντιβάλλων, *secum disserens*. Suidas ἀντιβάλλειν καὶ φιλονεικεῖν conjunxit in verbo ἐρίζω. Itaque ἀντιβάλλειν λόγους, h. l. est non simpliciter, sed fervidiùs aliquantò & commotiùs, sermones commutare, atque altercari [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐστὲ σκυθρωποί;] Id est, ὄντες σκυθρωποί· ità enim loqui solent Hebræi [x]. *Et*, (sub. *quid*, Be. Pi. vel, *Ob quos etiam*, Bru.) *estis tristes?* Vulg. vel, *tristi*, sive *tetrico, vultu?* V. Be. Pi. Bru. ex Er. &c. Ad habitum oris pertinet, non ad animum [y].

18. *Respondens —— Cleophas*, Κλεόπας] Senior amborum, ut credibile est, cui alter loquendi partes cessit [z]. Fieri potest ut idem hîc sit qui Johanni [19. 25.] Κλωπᾶς dicitur [a], contractiori pronunciatione [b], cujus vel filia (vel uxor [c]) fuerit Maria [d], mater Jacobi & Josetis. Nam Syrus utrobique habet קליופא [*], vel קליופא, *Clejupha* [f]; & Latinus scribit *Cleophas*, quod ad Syriacam pronunciationem accedit. Hieronymus, *Notandum autem quòd P literam Hebræus sermo non habeat, sed pro ipsa utatur* פ, *cujus vim Græcum* φ *sonat* [g]. Est autem Κλεόπας, vel potiùs Κλεοπᾶς, nomen ὑποκοριστικὸν, (qualia Κλεοφᾶς pro Κλεόφιλος, & Ἀλεξᾶς pro Ἀλέξανδρος [h],) & idem quod Κλεόπατρος [i], per ἀποκοπὴν de qua diximus ad hujus Libri initium. *Cleopatri* nomen Macedonicum in Syria & Judæa frequentari cœpit postquam Macedones Asiam tenuere. Sic & multas mulieres *Cleopatras* vocat historia, eâdem nominis origine. ¶ *Tu solus peregrinus*, &c? Παροικεῖς ἐν, &c?] At ἐν deest in pluribus Codicibus [k]. [Locum sic reddunt;] *Commoraris* (vel, *Inhabitas*, Zeg. Sed differt παροικεῖν à κατοικεῖν, sicut apud Latinos *commorari*, & *habitare* [l].) *Hierosolymis & non nôsti*, &c? Be. sic. P. Il. Pi. q.d. Tu solus ex iis qui Hierosolymæ commorantur ignoras [m]? Παροικεῖς Ἱερουσαλὴμ, est, *habitas in agro Hierosolymitano*. Nam & Romani Juris auctores vocem Græcam πάροικοι ad eos extendi dicunt *qui in oppidi finibus agrum habent*. Et Scriptores Christiani veteres, etiam Synodi, παροικίαν vocant *agrum qui intra fines est majorum urbium*: unde ità appellatum est quicquid unius Episcopi curæ suberat; quod vocant διοίκησιν· cùm olim ea vox multò latiùs pateret. Neque verò soli Christiani hoc sensu usurpârunt τὸ παροικεῖν, sed & alii; ut Herodes orator, cùm dicit Athenas plurima adferre commoda οὐ μόνον τοῖς ἐνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς παροίκοις· cui affine est quod apud Thucydidem παροικεῖν dicuntur *qui in proximo habitant*; ut & Scholiastes exponit. Sed & apud Josephum πάροικοι vocantur Judæi qui circa Delum habitabant, in edicto Cæsaris Dictatoris quod legitur Orig. 14. 17. Optimè autem huic loco convenit hæc significatio: nam Christus ità se gerebat quasi & ipse in agro habitaret paulò ulteriùs Emmaunte, ac proinde domum, ut ipsi, contenderet. Mirantur ergò quòd tam propè ab Urbe habitans ea ignoraret quorum rumorem pro rei magnitudine par erat longè latèque esse sparsum. Atque ità erit Hebraismus in his verbis satis frequens, quem Græcè ità explices, Σὺ μόνος τῶν παροικούντων οὐκ ἔγνως τὰ γινόμενα; nisi quis malit καταχρηστικῶς sumere παροικεῖν, pro *commorari etiam citra domicilium*, sicut Judæi Herosolymis morabantur in Festis: ut dicat Cleopas, mirari se aliquem invenire posse eorum qui nunc Hierosl. versentur quem ista lateant [n]. Al. *Peregrinaris in Jerusalem*, &c? Mo. *Peregrinus*, vel *Extraneus*, (vel, *Hospes*, Ca. Ar. in Di. vel *Advena*, hoc festo [o]:) *es*, &c? Er. Ti. Vulg. Di. & Tre. ex Sy. &c. Παροικεῖν à LXX interdum pro ישב, & שכן, *habitare*, *commorari*, sæpiùs autem pro גור, *peregrinari*, usurpatur, ut & πάροικος pro גר, *peregrinus* [p]. Πάροικος in his Libris plerumque significat *eum qui extra patriam habitat*: unde modò ei adjuncta est vox ξένος, modò παρεπίδημος. Sic & παροικίαν legimus Act. 13. 17. & 1 Pet. 1. 17. & παροικεῖν, Heb. 11. 9. Atque ità hîc exponunt Sy. & Ar. & Lat. Quod si recipimus, non dubitandum est esse Latinismum, quales sunt complures apud Lucam. Nam Romani *peregrinari eum*, & *in urbe suâ hospitem esse*, dicunt qui quid agatur ignorat [q]. Cic. pro Milone. *An verò Judices vos soli ignoratis? vos hospites in hac urbe versamini? vestræ peregrinantur aures* [r]? Idem ad Atticum, 4. 13. *Te rogo*, —— *nè illuc hospes veniam*, i. e. rerum ignarus, quales solent peregrini esse †. Et hoc loquendi genus secutus M. Anton. Imperator, l. 3. ξένος κόσμου ὁ μὴ γνωρίζων τὰ ἐν κόσμῳ ὄντα [t]. Sensus ergò sit, *Tune solus omnium hîc ut peregrinus vivis, & hospes*, (i.e. ignarus rerum Hierosolymitanarum [v],) *ut ea quæ nota sunt omnibus* (etiam advenis [x]) *ignores* [y]? Externi enim non solent inquirere aut curare ea quæ geruntur in urbe in qua ad paucos tantùm dies habitant [z]. Hanc interpretationem ut præfractè improbare nolim, ità alteram [jam ante productam ex G.] præfero [a].

19. *Quæ?* Ποῖα;] i.e. Τίνα, ut Matth. 19. 18. & 22. 36. & alibi [b]. sub. *sunt?* vel *narrantur?* V. *Quæ*, inquit, *illa sunt quæ putatis mihi ignota esse non posse* [c]? ¶ *Propheta*] Voce latè sumptâ [d]: non tam quòd futura prædixerit, quàm quòd Dei voluntatem explicuerit, &c. Crediderat & hunc fuisse Filium Dei, sed id jam declarare verebatur, nè rideretur, &c [*]. ¶ *Potens in opere & sermone*] Ut de Mose dictum, Act. 7. 22. Non quivis Propheta, sed inter ipsos Prophetas eminens docendi modo & factis [f], doctrinâ totâque vitâ excellens [g]. ¶ *Coram*, &c. Ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, &c.] *Coram Deo*, & *omni*, sive *toto*, *populo*, V. Be. Pi. &c. i. e. probante Deo & etiam populo [h]. Simile quid habuimus Luc. 2. 52 [i]. Ἐναντίον hîc (ut ἔναντι, Luc. 1. 8 [k].) idem quod ἐνώπιον, Luc. 1. 15 [l]. ut in Græco, Exod. 11. 3. Marc. 2. 12. Luc. 20. 26. Act. 7. 10. Sic & Hesychius, ἐναντίον, ἐνώπιον [m]. Alibi est לפני. Quia verò hîc præcessit δυνατὸς, puto ἐναντίον non id propriè significare quod putat Theoph. & quod post Salomonem Paulus nos vult facere, *Procurantes honesta coram Deo & coram hominibus*, 2 Cor. 8. 21. sed potiùs testimonium ei datum à Deo per opera; (quomodo & Petrus Jesum vocat *virum à Deo demonstratum signis & prodigiis*;) & ab hominibus, per fidem habitam ejus sermoni. Loquendi genus indè natum quòd de iis rebus testimonium perhibemus quæ nobis in conspectu sunt. Affine est illud Gen. 10. 9. *potens venator coram Domino*, ut intelligamus eum potentissimum fuisse bellatorem, (nam & Plato & Aristoteles Bellum Venationi comparant,) Deo arma ipsius mirum in modum fortunante, haud dubiè ad puniendum eorum populorum insolentiam qui justam libertatem ferre non poterant. Quanquam fateor non improbabilem mihi videri ad eum locum Jo. interpretationem qui, לפנה יהוה, ibi exponit, πρὸς ὕβριν καὶ καταφρόνησιν τοῦ Θεοῦ. Quia scil. fuerit Nembrodus ingenio violento, &, ut Achilles apud Horat. *Jura negans sibi nata*—: quod genus hominum, ut suprà habuimus, *Deum non metuunt, nec homines reverentur*. Solet autem illud לפני pro materiæ diversitate modò in bonam, modo in malam, partem accipi, ut videre est Gen. 6. 11. ubi corruptum dicitur humanum genus לפני האלהים, i.e. *ad contemptum atque iram Numinis*. Quæ obiter afferre visum ad Mosis verba ab Hebræis Magistris variè tractata [n].

20. *Et*, &c. Ὅπως τε, &c.] *Quomodo* (*scilicet*, Pi.) *eum tradiderunt*, &c. Be. Pi. &c. Sy. & Ar. omittunt ὅπως, nullo sensûs dispendio. Ut πῶς, ità & ὅπως, non modum denotat quo tradiderunt, sed ipsum tradendi actionem [o]. De Senatoribus Synedrii agit qui injustam sententiam à Pilato expresserunt. Vide Matth. 20. 19, & 27. 2 [p]. ¶ *In*, &c. Εἰς κρίμα, &c.] *Ut morte damnaretur*, Be. Pi. *Ad*, vel *In*, *judicium* (vel, *condemnationem*, Er. Vulg.) *mortis*, Pi. V. i.e. supplicium & pœnam judicio irrogatam [q]. Κρίμα, pro κατάκριμα [r]. neque enim inquiri voluerunt, sed eum, ut convictum, damnari †. ¶ *Et crucifixerunt eum*] i. e. Effecerunt ut crucifigeretur [t]. Vide Act. 13. 28. Confer Marc. 6. 16 [v]. Hellenistæ quæ Hebræi efferunt in Hiphil, solent eum in modum enunciare [x].

o Bru. ex Aug. / p Bru. / q Bru. ex Th. / r Be. / † G. / t Pi. / v Pri. / x G. / y Er. / z G. / a G. sim. D. / b G. / c D. sim. Be. / d G. sim. D. / * G. / f D. / g G. / h D. ex Scal. / i G. sim. D. / k G. / l Be. / m Pi. sim. Be. / n G. / o Ee. ex Sy. / p Di.

q G. / r Be. Pri. / † Pri. / t G. / v Ca. / x V. / y G. sim. V / z V. / a G. / b G. / c Idem. / d Be. / * Bru. / f G. / g Be. sim. Bru. / h V. sim. Be. Bru. Pri. / i G. / k Idem. / l G. Pri. / m Pri. / n G. / o Di. / p G. / q V. / r Be. ex Er. Pi. / † Be. / t G. Pri. / v Pri. / x G.

21. *Nos autem sperabamus*; ità Be. Ai. Ἠλπίζομεν] *Speraveramus*, Er. V. Vox indicans magnum fidei deliquium. Nam quid erat cur non etiamnum sperarent nisi quòd Dei potentia non satis ipsis ob animum versabatur [y]? ¶ *Ipse esset*, &c. Ὁ μέλλων λυτροῦσθαι, &c.] *Qui redempturus esset Israelem*, Be. Pi. &c. sub. *à tyrannide Romanorum*, V. Λυτροῦν hîc est, *liberare*: quomodo & λύτρωσιν sumi diximus suprà 1. 68. & sæpe apud LXX. Nam rationem liberationis in hoc sitam, ut se daret in pretium mundi, non intellectam ab illis hoc tempore certissimum est; imò potiùs Regnum terrenum cum animorum emendatione conjunctum exspectabant. Est itaque in his verbis descriptio Messiæ ex recepta eorum temporum sententia. Ità Luc. 2. 25. *Expectans consolationem Israelis* [z]. ¶ *Super*, &c. Σὺν πᾶσι τούτοις] *Cùm omnibus his*, Mo. Ar. sic. Æth. *Præter* (vel, *Super*, Er. P. Ti.) *hæc omnia*, Be. Pi. Syrus hoc omittit [a]. Σὺν pro ἐπὶ positum, ut עם Hebræis pro על [b]. ¶ *Tertia*, &c. Τρίτην ταύτην ἡμέραν ἄγει] Satis Græcè dictum. Ità Plutarchus, Lucianus, & Achilles Tatius [c]. [Sic vertunt;] *Tertium hunc diem agit*, P. Mo. Be. Bru. vel, *ducit*, Camer. [Quis, vel Quid? Resp.] Vel, 1. ille [d] quem sperabamus liberatorem fore, &c [*]. Non probo: nam adhuc loquuntur hi duo quasi qui de ejus resurrectione nihil sperarent; tantùm in sequentibus verbis aliquid adferunt conjecturæ, sed cui se parum confidere ostendunt; quo nomine graviter reprehenduntur [f]. Vel 2. ὁ χρόνος, *tempus* [g]. Vel, 3. Deus. Vel, 4. cœlum, sive Sol: nam in verbis Exemptæ, ut vocantur, actionis varii Nominativi subintelligi solent, ut *Ningit*, *Pluit*, &c. sub. *Jupiter*, vel *cœlum* [h]. Al. *Tertius* (*hic*, Ca. vel, *jam* G.) *dies est*, Er. Il. Ti. Pers. Æth. vel, *agitur*, Ca. G. sim. Tre. ex Sy. Ar. Activum impersonaliter sumptum pro passivo, ut sæpe. Sic Terentius, *Mensis jam hic agitur septimus*. Nec aliter aut legit, aut interpretatus est, tum Syrus, tum Arabs [i]. Forsan hîc loquitur secundùm vulgarem gentis conceptum; q. d. Cùm de die tertio celeberrima sit apud nos observatio, ut notârunt Magistri ex Gen. 22. 4. & 42. 18. Exod. 19. 16. Hos. 6. 2. Jon. 2. 17. &c. hic quoque dies est tertius, &c [†]. ¶ *Quòd*, &c. Ἀφ' οὗ, &c.] *Ex quo hæc facta sunt*, Be. Bru. Pi. &c. quòd scil. damnatus & crucifixus fuerit, supple, si forte indè aliquid boni exspectari possit. Sermo est defectivus, hominum inter spem & metum pendentium [k]. Sed meritò illis dici poterat quod à Spurinna Cæsari, *Venit dies, non abiit* [l].

22. *Ex nostris*, Ἐξ ἡμῶν] *Ex nobis*, Be. Pi. &c. Nostri gregis, vel cœtûs [m], ut 1 Joh. 2. 19 [n]. Sic infrà, τινες τῶν σὺν ἡμῖν [o]. ¶ *Terruerunt nos*; ità Mo. Ἐξέστησαν] *Perculerunt*, P. Be. Pi. Bru. *Obstupefecerunt*, Sy. Æth. Ar. sic Ti. Ca. *Attonitos reddiderunt*, Er. Il. Tre. Bru. Magis pertinet hoc verbum ad epitasin admirationis quàm timoris [p]. Ἐκστῆσαι, apud Aristot. in Rhetoricis, Cicero vertit, *ad admirationem traducere*: sed videtur hîc de tali agi admiratione quæ homines judicii ambiguos reddat: quomodo ἐξίσταντο καὶ διηπόρουν conjunxit Lucas, Act. 2. 12 [q]. Ἐξιστάναι sæpiùs quidem in his Libris αὐτοπαθῶς ponitur, hîc tamen transitivè effertur, sicut & Act. 8. 9. & in Demosth. Ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους· & Arrian. in Epict. 1. 18. οὐκ ἐξίστησιν οὐδὲν· & 2. 16. Τίνα οὖν ταῦτα, &c. ἐξίσαντα ἡμᾶς· & Athen. 1. τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν ἐξίσαντα· & in Græco Gen. 45. 26 [r].

23. *Visionem angelorum*] De ipso Jesu conspecto nihil; causas silentii ad Matthæum disquisivimus. De voce ὀπτασίας vide suprà 1. 22 [†].

24. *Quidam ex nostris*] Petrus, quem modò nominavit, & Johannes, cujus nomen subticuit [t].

25. *O stulti*, Ἀνόητοι] *Amentes*, Be. Pi. &c. Ità & Paulus Galatas compellat, [3. 1.] Non ergò Matth. 5. 22. voces tales prohibentur, sed vetatur Iracundia vocem talem imprudenter ejaculans. Adeò verum est animo facta discerni [v]. De convitio, non ex verbis judicandum est, sed ex mente & affectu [x]. Est ubi audientium utilitas aceti aliquid exposcit. *Crudelem medicum intemperans æger facit* [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ] *Et tardi* (vel, *graves*, Sy. & Ar. in Di. id est βαρεῖς· quod Græca non agnoscunt [z]: duri vel difficiles [a]) *corde ad credendum*, Be. Pi. Bru. &c. Sic & Marc. 16. 14. τῇ ἀπιστίᾳ conjungitur ἡ σκληροκαρδία [b]. Puto Latinissimum esse. Terent. ——*Prorsus nihil intelligo. Hui! tardus es.*——Plin. epist. 6. 2. *Hebetes, & supra modum tardi.* Seneca controv. 6. 6. *O me tardissimum in malis meis!* Donatus ad Terent. *Intellectu tardos vocamus qui stulti sunt.* Hinc *tardi bubulci*, in Virgil. & *agrestes tardi*, in Ovid. Καρδία porrò hîc est διάνοια. Hesychius, Νωθροκάρδιος, βραδὺς κατὰ λογισμόν. Et Theophrastus, ἀναισθησίαν definit ψυχῆς βραδυτῆτα. Alcimus Avitus, *Ast aliis stolidam lentavit inertia mentem*: ubi, *lentavit*, βραδεῖαν ἐποίησεν [c]. ¶ *In*, Ἐπὶ πᾶσιν οἷς, &c.] *Omnibus* (non iis tantùm quæ gloriam, sed & quæ perpessiones, Messiæ spectant [d]: illa enim faciliùs quàm ista crediderunt [*]. Sed non debet nostri esse arbitrii excerpere ex S. Literis quod maximè placeat [f].) *quæ loquuti sunt*, &c. Be. Pi. &c. de Christo [g]. Si de ipsius fide dubitatis, certè de Prophetarum fide non erat quod dubitaretis. Neque tam supinos vos esse oportuit ut non attentè considераretis eorum vaticinia [h]. Heterosis hîc est Hebraica, πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν, pro, πιστεύειν πᾶσιν, cum Dativo scilicet rei, ut Exod 14. ult: & Græcismus, πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν, pro, πᾶσιν ἐκείνοις ἃ ἐλάλησαν [i]. Al. *Præter*, vel *Ultra*, vel *Post*, *omnia quæ loquuti sunt*, &c. Ità enim ἐπὶ cum casu sexto aliquando sumitur; q. d. Præterquam quòd hæc & prædicta scitis, & evenisse audivistis, tamen non credidistis: quamvis nec eventus careat prædictione, nec prædictio eventu [k]. Tertul. adv. Marcion. aliter hunc locum citat, *omnibus quæ locutus est ad vos*, Jesus scilicet: sed sciendum ità citari ab ipso hunc locum κατὰ συγχώρησιν, non ex recepto, sed ex Marcionis, Evangelio: quod & libri conclusio ostendit, *Misereor*, inquit, tui, *Marcio: frustrà laborâsti: Christus enim Jesus in Evangelio tuo meus est.* Marcionis autem editionem ita ut diximus hoc loco habuisse ex Epiphanio colligitur: quòd eò dico nè quis ob has, aut similes Tertul. citationes (plures enim occurrunt) receptæ lectioni status controversiam moveat [l].

26. *Nonne hæc oportuit*, &c?] Non absolutè [m], sed ex Patris decreto sæpe revelato [n]; Act. 2. 23 [o]. ex Prophetiis [p]: confer Matth. 26. 54 [q]. Ut omni ex parte Christus dux noster fieret, quos & ipsos oportet *per multas afflictiones ingredi in regnum cœlorum*, Act. 14. 22. Quare, quod illos impediebat quò minùs Jesum crederent esse promissum illum Messiam, hoc ipsum illos maximè ad id credendum excitare debuit [r]. ¶ *Et*, Καὶ εἰσελθεῖν, &c.] *Et* (sub. *ità*, Er. Pi. vel, *post*, nempe passum, post passionem demum[†],) *introire*, &c. Be. Pi. &c.

27. *Incipiens à Moyse* (i. e. à Mosaicis Libris [t],) *& omnibus Prophetis*] In quibus quædam sunt expressa vaticinia: ut apud Esa. & Dan. quædam in Typis & Symbolis, ut Serpens à Mose erectus, Sacrificium piaculare quod pro populo peragebatur [v]; imò omnia sacrificia Levitici sunt totidem typi Christi in cruce oblati [x]: Res Davidis; quarum explicationem Christus Apostolis, Apostoli nobis, tradiderunt. Credibile est aliorum quoque oraculorum similem explicationem mysticam à Christo aut ejus Spiritu traditam, & per manus quasi conservatam in Ecclesia; neque enim omnia scribi poterunt. Quale illud est de Oblatione Isaaci, in quo arcanum ingens latere veteres etiam Judæi crediderunt. Sed & nunc *per id sacrificium* Deum obtestantur *ut ipsis esse velit propitius*. Quin & Isaacus illis dicitur *crucem suam bajulâsse & ex mortuis recuperatus*. Sed multa posteris temporibus ad tales significationes pertracta pio magis animo, quàm laudabili successu, innumeræ paginæ testantur. Adeò magna atque ardua res est *sapere ad sobrietatem* [y]. ¶ *In omnibus scripturis*] Nulla enim est Scriptura quæ non habet aliquid quod eò faciat: nec enim frustrà Christus vocatur *finis legis*, Rom. 10. 4 [z]. ¶ *Quæ de ipso* (vel, *de se*, Be. Pi.) *erant*] Sub. *scripta*, Be. Bru. Pi. vel, *prædicta*, aut *figurata*; potissimùm verò de Passione sua quæ Discipulis erat scandalo [a].

28. *Appropinquaverunt*, &c.] Læti atque alacres: nam *Comes jucundus in via pro vehiculo est*: &, ut mox ipsi fatentur, cœperat in ipsis resuscitari propè exstinctus ignis fidei. ¶ *Castello*, &c. Εἰς τὴν κώμην, &c.] Emmaunta nimirum, quam suprà nominavit: nam alium locum hîc confingendi (quod quidam fecerunt) nihil est causæ [b]. ¶ *Et ipse se finxit*, &c. Προσεποιεῖτο, &c.] *Simulabat* (vel, *Fingebat*, P. sic Mo. *Præ se ferebat*, Er. Il. Bru. *Opinari faciebat eos*, Tre. ex Sy. sic. Ar.) sub. *se*,

Marginal notes (left column): y G. — z Idem. — a Bru. sic Di. — b G. — c Pri. — d Be. ex Er. — * Be. — f G. — g Er. Camer. Pri. Sch. — h Sch. — i G. — † Li. ho. — k Bru. — l G. — m G. ex Sy. & Ar. sic Er. V Be. Bru. Pri. — n Pri. — o G. — p Bru. ex Er. — q G. — r Pri. — † G. — t G. — v G. sim. Bru. — x Bru. — y G. — z Di. — a Bru. — b G.

Marginal notes (right column): c Pri. — G. sim. Bru. — d G. sim. Bru. — * Bru. — f G. — g Bru. — h G. — i Pi. — k Sch. — l G. — m Bru. — n G. — o Pri. — p Pri. sim. Bru. — q Pri. — r G. — † Bru. sim. Pi. — t Bru. ex Euthym. — v G. — x J. Cap. — y G. — z Bru. — a J. Cap. — b G.

† Pi. f Bru. g Bru. sim. E.T. h Bru. sic Mal.

se, Be. Bru. Pi. quæ ellipsis Græcis usitata & elegans est †:) *longiùs ire*, Be. Pi. Ti. Ca. Er. &c. i.e. exhibebat gestum longiùs proficisci volentis [f], sic se composuit tanquam longiùs iturus [g], progressus fortasse passus aliquot longiùs [h]. Locus est hoc diligentiùs considerandus, quòd hinc argumentum petat Chrysost. &, discipulus in plerisque Chrysostomi, Cassianus, ut probarent non semper illicitum esse Mendacium: sicut olim dixerant Diphilus, Pisander, & Democritus: [quorum verba exhibet G.] A quibus hactenus dissentit Augustinus ut dicat quædam esse genera mendaciorum in quibus non sit magna culpa, sed tamen non sint sine culpa; ex Sophoclis sententia: [verba vide in G.] Multa viri pii atque eruditi hac de re disputant, quæ omnia huc congerere animus non est. Pauca monebo nè confundantur ea quæ distingui debent. Primùm illud pro certo poni debet, non Mentiri tantùm, aut Simulare, sed & Dissimulare, (quæ res est haud dubiè per se media,) vitio gravi non carere quoties per eam viam tenditur ad alterius damnum: quod exemplis aliquot illustrat Cicero de Officiis 3. Nec id probari opus, cùm satis constet, actus per se medios malos esse quoties malo fini adhibentur. Sepositâ igitur omni finis pravitate, restat videre ecquid in illo ipso quod Simulare dicitur sit vitii: In quo duo spectanda, quorum alterum materiæ, alterum formæ, habet rationem. Materiam voco actum exteriorem; formam, intentionem agentis. Actus exterior aut in factis, aut in verbis, consistit. De factis primùm agamus. Dico igitur facta naturaliter nullam habere significationem nisi eam quam quisque velit: nam ex instituto significationem non habent nisi ea facta quæ lege Divinâ aut humanâ, sub qua etiam pacta comprehendo, ad certam significationem restringuuntur, ac proinde alio significatu usurpari licitè non possunt. Cætera omnia libera sunt à certæ significationis vinculo, etiamsi plerumque soleant ad hanc, aut ad illam, rem significandam usurpari. Exempli causâ, Fuga solet quidem plerumque ut pavoris indicium accipi; attamen etiam non paventi fugere licet. Circumcisio solet accipi ut nota se obligandi Judaicis ritibus; aliter tamen eam usurpavit, & rectè, Paulus, cùm Timotheum voluit circumcidi. Ità progredi passus aliquot, (quod hîc fecit Christus,) corpúsque in gressum componere, quanquam itineris ulterioris propositum significare soleat, licitè tamen usurpatur etiam extra tale propositum, quia actus talis est ad quem unusquisque naturaliter jus habet, neque ullâ lege ad illam significationem est adstrictus. Dicat hîc aliquis, si non ex parte materiæ, certè ex parte formæ, id est, intentionis, esse vitium: hoc enim agi, ut qui id videt decipiatur opinando. Id verò negandum arbitror. Nam quod hîc intenditur à Christo, est major utilitas spectantium; neque talis opinatio ex tali actu spectato inevitabiliter sequebatur: poterant enim opinari & aliud quippiam, Ponamus sanè scisse eum aliter illos quàm res habebat opinaturos, nec impedîsse; nihil in eo vitii est, si quis sciat nec impediat quod impedire non tenebatur. Hîc autem Christus non tenebatur hoc impedire, quia id impediri illorum non intererat, imò potiùs interrat non impediri. Vir bonus, ut inquit Clemens Alex. ὅτι τοῦ πλησίον, &c. (*quædam aget solius proximorum commodi gratiâ, quæ alioqui non ageret.*) Et hæc quidem dixerim de Simulatione quæ in factis sita est, quam Græci οἰκονομίαν vocare interdum solent: quæ nullo modo extendi debet ad eos gestus qui non possunt non avocare homines à vera pietate. Origenes, Οὐ μόνον, inquit, τὸ εὔχεσθαι τοῖς ἀγάλμασιν ἠλίθιόν ἐστιν, &c. (*Non solùm adorare imagines stolidum est, sed & eos adorare videri; quod Peripatetici faciunt, & qui de Epicuri, aut Democriti, schola sunt: nihil enim fictum esse debet in anima verâ erga Deum pietate imbuta.*) In verbis major quàm in factis est difficultas; quia verba etsi non lege, usu tamen & consuetudine, solent habere significationem certam, quo vinculo magna ex parte continetur hominum inter se consuetudo ac societas. Sed multùm refert quibus negotiis verba adhibeantur. Nam quædam negotia talia sunt ut suapte naturâ, aut lege, requirant veri ad id negotium pertinentis patefactionem. Exempli causâ, Interrogatus aliquis de vero salutari, tenetur ejus professionem edere etiam cum periculo, tum quia Dei honos, & proximi salus æterna dignior est vitâ nostrâ temporali; tum quia Christus id disertè præcipit: Qui autem verum patefacere tenetur, sine dubio simul tenetur uti verbis eo significatu quo ea scit aut sperat ab audientibus intelligi: nam alioqui verum non patefaciet. In hanc præcipuè partem impegerunt Priscillianistæ & alii quidam ab Ecclesia olim damnati: quod dico nè quis in eorum consortium trahat Chrysostomum, aut Cassianum. Bene hoc notat Clemens Alex. qui cùm συμπεριφοράν, (*circumlationem*, h. e. circumlocutionem,) quandam, bono aliorum inservientem, concessisset, ità hoc faciendum ait ut absit omnis hypocrisis sive simulatio. Sic etiam ubi contractus aliquis peragitur, pars utraque tenetur veritatem aperire rerum ad ejus contractûs naturam pertinentium: qua de re vide dicto Officiorum libro. Idémque dicendum de testimonii dictione, quoties ad eam aliquis ex æquo & bono obligatur. His ergò casibus ità loquendum est quomodo verba intelligi putantur. Quæ necessitas non ex verborum usu, per se spectato, venit, sed ex negotii quod agitur qualitate. In reliquo sermone non eadem est necessitas. Nam primùm, non ità semper usurpanda verba quomodo aut ex origine sua, aut ex usu receptiore, significant, probare supervacuum est; cùm, si id quis affirmet, tollat de rerum natura Translationes, Abusiones vocabulorum, εἰρωνείας, ὑπερβολὰς, μειώσεις, αὐξήσεις, aliásque id genus sermonis mutationes ac figuras, quibus & humanus & Divinus sermo abundat. At nè illud quidem pro perpetuo statui hîc potest quòd in superiori illo negotiorum genere diximus, verba ita usurpanda quomodo sciuntur, aut putantur, intelligenda. Nam & Christus ipse quædam videtur dixisse Apostolis quæ cùm veritatem haberent figuratam, ab illis tamen secundùm verborum proprietatem intelligebantur, ut de Sessione in XII sedibus, aliáque ejusmodi: in quo tamen sermonum genere nihil est vitii. Nam si actum externum spectes, non erant verba adstricta ad illam propriam significationem: Si actum internum, non ea erat intentio ut deciperentur Apostoli; cùm in illo sensu vero, sed Apostolis ad id tempus occulto, plus esset quàm in eo quod ipsi opinabantur. Ubi verò sermo eam quæ veritati congruat significationem ex sani judicii æstimatione non recipit, etiamsi recta sit intentio, vitio eum non carere pars Christianorum veterum longè maxima consentit: nimirum quia si talis sermo admittatur, magna ex parte tollitur vinculum illud quod homines hominibus sociat. Neque enim frustrà Dei dono singulari solis Hominibus tributum est inter se colloqui. Et ad intentionem quod attinet, ea non potest rectum efficere actum qui velut agnatam sibi habeat curvitatem. Veruntamen etiam hîc quædam occurrit exceptio. Nam si qui insaniæ malo ægrotent, ut atrâ bile perciti, (qui ferè à morbo imaginoso nisi per remedia imaginosa curari vix possunt,) aut ejus sint infantiæ quæ rationis usum non habeat, apud hos qui loquitur is positus videri potest extra illam necessitatem verba significatis rebus aptandi: quia scilicet sermonis commercium non habemus nisi cum iis qui sermonis significationem intelligere sunt idonei: atque ideo illos rationis usu destitutos quod attinet, verba videntur eodem loco habenda quo facta, quæ ad certam aliquam significationem adstricta esse negavimus. Et hoc sensu facilè receperim quod dicit Plato non improbandum, τὸ ψεῦδος, &c. (*mendacium utile & quasi pharmaci vice adhibitum.*) Quem secutus Clemens virum bonum semper ait ἀληθεύειν, &c. (*Verum dicere, nisi in parte medicaminis, ut medicus in salutem ægroti mentietur, aut mendacium dicet:*) ubi per ἰατρόσοφων revocat quod dixerat eum *mentiri*, & ait potiùs ab eo *mendacium dici*, quia scilicet vox *mentiendi* animum fallere studentem significet. Cæterùm, quod Plato Medicis hac in re æquat civitatum rectores, in ea re nimiam licentiæ fenestram aperit: neque par ratio est. Nam dignitatis differentia non tollit eum æqualitatem quam inter omnes homines natura constituit, cujus pars maxima in mutuo & æquali sermonis usu consistit, atque adeò, ut in Apologetico dixit Tertul. *nulla lex*, civilis scil. *sibi soli conscientiam justitiæ suæ debet, sed eis à quibus obsequium exspectat.* Illud quoque Christiani meminisse debent, cùm omnem Jurisjurandi usum ex communi sermone Christus sustulerit, ejúsque in locum substituerit nudam Affirmationem ac Negationem, non minùs

nus Christianos abhorrere debere ab omni perfidia, atque etiam vanitate, quàm cæteri homines qui, modò aliquid habent probitatis, abhorrent à perjurio. Sed ut ex diverticulo ad locum qui est in manibus redeam, quanquam allata modò explicatio nihil mihi habere videtur incommodi, tamen & illud insuper cogitandum relinquo lectoribus an, cùm προσποιεῖσθαι Græcis sit, *præ se ferre*, etiam ubi nulla est species simulationis, dici non possit, Jesum, sicut gressum ad iter componebat, ità verè etiam secum constituisse ultrà progredi, nisi instanter manere rogaretur. Quomodo & Centurioni verè dicebat, *Veniens sanabo eum*, Matth. 8. 7. nempe, si Centurio vellet; &, *voluit præterire*, Marc. 6. 48. nempe, nisi rogatus instanter fuisset ut navem ascenderet. Neque enim tali proposito conditionata obstat scientia futuri eventûs, cùm illa etiam Dei comminatio, *Ninive intra diem quadragesimum peribit*, nisi pœnitentiam egerit scilicet, veritatem suam habuerit, quantumvis hanc pœnitentiam Deo prænoscente [i]. Nihil falsi fuit in hac fictione: Christus enim verè voluit ulteriùs progredi, si non retineretur à Discipulis; deinde, quia ibi nolebat illâ die aut nocte manere, quod & factum est: nam non multò pòst aliò abiit [k].

29. *Et*, &c. Καὶ παρεβιάσαντο, &c.] *Sed* (sub. *ipsi*, Be. Pi. nempe Discipuli [l],) *adegerunt*, vel, *coegerunt*, *illum*, Be. Pi. Constanter rogando [m]: quo sensu habes παραβιάζεσθαι, Gen. 19. 3. & Act. 16. 15. & βιάζεσθαι, Gen. 33. 11. Jud. 19. 7. respondentia Hebræo פצר. Vide quæ diximus de verbo ἀναγκάζειν Luc. 14. 23 [n]. Ità, ἐπὶ δεῖπνον λιπαρῶν καὶ βιάζεσθαι, dixit Plutarchus; *prece cogere*, Horatius [o]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι πρὸς ἑσπέραν ἐστί (Disertissimè dictum: sic Lysias, ἦν πρὸς ἑσπέραν· & Thucyd. τοῦ χειμῶνος πληθύοντος, καὶ πρὸς ἔαρ ἤδη ὄντος [p].) καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα] *Quoniam advesperascit*, (vel, *ad*, seu *circiter*, *vesperam est*, Bru. Pi. vel, *inclinat* [q], dies scilicet [r],) *& inclinavit* (scil. ad occasum †, vel, in noctem. Sic *solem inclinare* Juvenalis dixit; & *inclinatum diem*, Plinius [t].) *dies*, Be. Pi. &c. Non bis idem dixit, sed vocem ambiguam ἑσπέρα (nam ad exemplum Hebræi ערב de *pomeridiano omni tempore* usurpatur) explicavit addito interpretamento. Sic & suprà 9. 12. quod Matth. ὀψίαν dixerat, interpretatus est, ἡ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν. Bene vertit Syrus, *Dies ad tenebras vergit*. Similis est illa apud Virgilium invitatio pastoralis, *Hic tamen hâc mecum poteris requiescere nocte*. Causam addidit, *Et jam summa procul villarum culmina fumant*, &c. Potuit autem hoc dictum esse αὐξητικῶς, ad commendandam ejus invitationem, quamvis non tam propè immineret Solis occasus; quò faciliùs, mutato consilio, mox Hierosolyma se recipere, & Apostolos, necdum in soporem datos, invenire potuerunt [v].

30. *Dum recumberet*, &c.] i. e. Dum comederet, ut verum se esse hominem monstraret qui resurrexerat, non phantasma [x]. ¶ *Accepit panem*] Præter morem convivarum: erat enim id munus convivatoris [y]: ut ostendunt Xenophon, Homerus, Apuleius: nisi quando convivator de jure suo convivæ in honorem cedere vellet [z]. Quare hoc facto se Dominum ac Patremfamiliâs profitetur: quod primùm suspicionem illis injecit esse hunc Jesum Præceptorem suum, qui inter Discipulos solebat patrumfamiliâs ritibus defungi [a]. Panis hic erat, vel, 1. Eucharisticus [b]: id quod Pontificii nonnulli acriter defendunt, ut hinc communionem sub una specie astruant: quæ tamen indè non sequitur. Aut enim in voce *panis* admittenda hîc est Synecdoche, aut Christus consecravit sine vino, ideóque & Sacerdotes possunt consecrare sine vino: quod tamen ipsi prorsus negant [c]. [Id autem sic probant:] 1. Magnum mihi [hujus sententiæ] argumentum est, quòd vehementer hæretici negant. [Argumentum planè Herculeum.] 2. Idem probat tota actionis forma, quam nescio sanè quis Christianus Eucharistiæ esse non agnoscat. 3. Miraculum hîc sequitur, & Eucharistiam non agnoscemus [d]? [Egregiè sanè. Sic sua probare solet. At alii hoc negant.] Omittuntur hîc verba substantialia, *Hoc est corpus meum*, sine quibus administrationem cœnæ nec ipsi Pontificii probant: nec probabile est, Christum mutare voluisse hoc facto institutionem suam. Quare & inter ipsos Alphonsus non audet definire *hunc locum ad Eucharistiam pertinere*: & Jansenius in h. l. scribit, *Panis hic non fuit ipsa Eucharistia, sed tantùm figura illius*, &c [*]. Mirum est quemvis intelligere posse fractionem hanc panis de Eucharistia, cùm Christus statuerat apud se disparere in ipsa panis distributione, & sic cœnam interrumpere. Et quis probet quenquam ex iis gustâsse quicquam? Nam finita est cœna, non jam inchoata [*]. Vel, 2. communis, ut statuunt Lyranus, Carthus. &c. qualis quoque erat ille Mat. 14. 19. ubi etiam benedictio, fractio & porrectio panis, referuntur. Docere ergò nos voluit Christus mensam à precibus inchoandam, & gratiarum actione concludendam esse, juxta 1 Tim. 4. 5 [†]. ¶ *Benedixit*] i. e. Gratias egit. In conviviis Hebræorum ante cibum gratias agebat Deo cibi nomine qui inter convivas erat præcipuæ authoritatis, & ille deinde panem frangebat [f].

31. *Aperti sunt*] Ut antea clausi erant, quod ad cognitionem Jesu [g]. Sublatis impedimentis propiùs eum intueri ac cognoscere cœperunt. Ità Gen. 21. 19 [h]. ¶ *Cognoverunt eum*] Ex vultu propiùs considerato [i]. Non displicet mystica veterum interpretatio, Christum verè non cognosci, nisi ab iis qui in unitate sunt corporis illius quod per panis fractionem figuratur [k]. ¶ *Et ipse evanuit*. &c. Ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν] *Inconspicuus factus est* (vel, *Desiit conspicuus esse*, Di. ex Er. V. sim. Mo. *Evanuit*, Ca. sic Æth. Hocfumo & spectris congruit, non item vero corpori, quale erat Christi [l]. Vel, *Subduxit sese*, Er. V. *Absconditus est*, Ar. *Ablatus est*. Be. sim. P. Tre. Camer. *Disparuit*, Pers. V. Pi. sub. *digressus*. Præpositio ἀπὸ omnino innuit ellipsin verbi ἀπελθών. Similis ellipsis est, Matth. 4. 5. *Assumit eum* (sub. *& transfert*) *in sanctam urbem*: & Act. 1. 9. *Nubes suscepit eum* (sub. *& abstulit*, sive *subduxit*) *ab oculis eorum* [m]. Vel, *Inconspicuus abivit*, Ti.) *eis*, Il. Di. ex Er. V. vel, *ab iis*, Ti. Mo. Pi. Pers. Tre. ex Sy. &c. vel, *à conspectu eorum*, V. sim. P. Be. Camer. Ἄφαντος ἐγένετο, hîc, ut ἀφανὴς ἐγένετο, 2 Marc. 3. 34; &, ἀφανεῖς γενέσθαι, apud Simplicium in cap. 2. Epicteti; &, ἄδηλος ἐχώρει, in Suida de Apollonio Tyaneo [n]; &, ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη, in Plutarcho [o]. Hoc quomodo factum sit non nuper demum cœpit disputari, sed olim de istis salvâ pace quærebatur. Syrus & Arabs existimare videntur factum hoc subitâ loci mutatione: At Epiphanius oculis potiùs obductam putat caliginem, ut ab Elizæo olim & ab Angelis in excidio Sodomorum. Diversa ab his videtur fuisse sententia Origenis, qui, in accurata adversùs Celsum Disputatione, Christi corpus 40 illis diebus ait fuisse ὁρατὸν, &c. *conspicuum quando & quibus voluit.*) Censet enim id ipsum sacratissimum corpus fuisse eo tempore in confinio inter eam, ut ipse appellat, παχύτητα, (*crassitudinem*,) quam habent corpora caduca, & inter naturas liberas ab hac concretione mortali. De Angelis autem quid sentiat explicavit initio Commentarii ad Lucam, nimirum eos quoque conspicuos, aut inconspicuos, fieri solo voluntatis suæ arbitrio. Videtur Latinus Interpres in hanc sententiam fuisse pronior. Ego nihil hîc dicendum invenio quod melius sit illo Basilii dicto, τὸ ὅπως μὴ περιεργάζου (*illud, quomodo, non curiosè quærere.*) Ex tribus illis modis sicut duos priores video esse καταληπτοτέρας, (*qui faciliùs comprehenduntur*;) ità tertium esse ἀδύνατον (*impossibile*) affirmare non ausim. Nam dum fæx ista nos detinet, nihil fermè quod aut ad Angelorum, aut etiam ad ejus corporis, quod non immeritò πνευματικὸν Paulus vocat, qualitatem pertineat, extra ea quæ revelata sunt, nisi tenuibus admodum conjecturis, assequi possumus: quod fibulam imponere debet nostræ curiositati. Illud mihi liquet, non satis aptè ad definiendum hujus rei modum adferri illud, ἀπ' αὐτῶν, quasi φορὰν utique designet: cùm multò sit probabilius, genus esse loquendi ex Hebraismo desumptum, quale suprà 18. 34. κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν & 19. 42. ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου· ubi & plura loca annotavimus eandem locutionem continentia [p]. Angelus Jud. 13. 21. in discessu suo agnoscitur. Virg. -- *In tenuem ex oculis evanuit auram. Agnovere Deum* —. Ubi Servius, *More suo abeuntes deos inducit agnosci*: & alibi, *Abscessu demonstrantur plerumq; Numina fuisse, cùm subitò apparere desierunt* [q].

32. *Nonne cor nostrum ardens*, &c. Καιομένη, &c.] De lectionis hujus veritate non dubito, cùm consentiant Syrus, Latinus, Arabs. Hoc aiunt, Nisi mens fuisset læva, potueramus eum, antequam nobiscum accumberet, agno-

Marginal notes: [i] G. [k] Me. [l] Bru. [m] G. sic Pri. [n] G. [o] Pri. [p] Idem [q] Bru. [r] Bru. Pi. [†] Lru. ex Euthym. [t] Pri. [v] G. [x] Bru. [y] G. sic Pri. [z] Pri. [a] G. [b] Bru. Mal. Me. &c. [c] Chem. [d] Mal. [*] Chem. [*] Li. ho. [†] Chem. [f] V. [g] Bru. [h] G. [i] G. sim. Bru. [k] G. [l] Er. [m] Pi. [n] Pri. [o] Pi. [p] G. [q] Pri.

agnoscere ex docendi modo: nam præter argumentorum pondera, & comitatem in docendo summam, accedebat Divina efficacia animos incendens, qualem sentire quondam solebamus, ipso docente. Calor cordis, vehementis motûs indicium. Confer Psal. 39.3 [r]. & Jerem. 20.9 [*]. *Nimirum nobis ardebat animus.* Quoniam Christus erat, ideo tantopere afficiebat nos ejus oratio †. In uno cod. pro καιομένη est, κεκαλυμμένη, *obtectum* [t].

33. *Eâdem horâ*] Syrismus, i.e. statim [v]. ¶ *Undecim* (Sic vocat Apostolos post ejectum Judam [x], usque ad electum Matthiam, Act. 1. 26 [y], ut antè *Duodecim*, quanquam fortè unus aut alter aberant [z]. Abfuit tunc Thomas, Joh. 20. 24 [a].) *& eos*, &c.] Qui nocturnis cœtibus alter alterum solabantur, Johan. 20. 19 [b].

34. *Dicentes*; ità P. Mo. Ti. &c. λέγοντας] Veram hanc esse lectionem cur nobis videatur suprà diximus [c]. *Qui* (vel, Et *qui*, Be.) *dicebant*, Ca. Pi. Be. *Et dixerunt*, Pers. Æth. non duo illi [d], sed Undecim, &c [*]. ut ostendit casus vocabuli, τοὺς ἕνδεκα — λέγοντας † qui simulatque hos duos viderent, non exspectatâ eorum narratione, ultro gaudio gestientes, dixerunt quod sequitur [f]: vel, inter se; vel, duobus his Emmauntinis ‖. ¶ *Surrexit — verè*, Ὄντως, i.e. Ἀληθῶς, ut Marc. 11. 32. q. d. Res jam non nititur solo Magdalenæ testimonio, aut incertis conjecturis [g], sed indubitata est [h]. ¶ *Simoni*] Ut primo Apostolorum, amantissimo Domini, & ob lapsum perculso [i], & viro gravi ac primario, cui proinde crederent reliqui qui mulieribus idem referentibus non crediderant. Apparuit Dominus, primò Magdalenæ, Marc. 16. 9. tum Petro, 1 Cor. 15. 5. deinde duobus Discipulis, &c [k]. Concipe summum Petri angorem ob negatum Magistrum, & quanto œstro percitus esset cùm audiret præceptum illud, Marc. 16. 9. Non dubito ergò quin Petrus alter fuit de his Emmauntinis, qui, hoc audito, cum Alphæo pergit versùs Galilæam, noto facto Condiscipulis profectionis fine. Quem, cum illi tam citò & inexspectatò redeuntem vident, hoc concludunt, *ob, certè Dominus apparuit Simoni*, aliter ille non tam citò rediisset. Obj. At isti duo redeuntes invenerunt Undecim — congregatos. Resp. *Undecim* vocantur non tam ob exactum numerum præsentium quàm ob præsentem numerum Apostolorum: nam & Thomas aberat, Johan. 20. 24 [*].

35. *Cognoverunt eum in fractione panis*] i.e. In mensa, non antè [l], cùm panem frangeret [m]: qui mos gentis convivii initio, adhibitâ precatione [n]. Tarditatem suam accusant [o]. Hoc facto Christum agnoverunt, quia peculiarem habuit hic ritum, sive frangendi panis [p], sive benedicendi & precandi; cui familiariter Discipuli erant assueti [q]. Sed præpositio ἐν h.l. non notat causam, sive argumentum, hujus agnitionis, sed duntaxat tempus agnitionis, Deo tunc oculos, hactenus clausos, aperiente, &c [r].

36. *Stetit*] Subitò atque inopinatò †, cum clausæ essent fores [t]. *Stetit*, potiùs quàm sedit, ut se vivere ac valere ostenderet. ¶ *In medio eorum*] Tanquam pastor, &c. non in angulo, ut solent spectra [v]. ¶ *Pax vobis*] i.e. *Avete*, ut Jud. 6. 23. & suprà 10. 5. Post hæc verba, ἐγώ εἰμι· μὴ φοβεῖσθε, quod nunc in Græcis Codicibus deest, legerunt Syrus, Lat. Arabs. Quare, videndum nè elapsum sit scribarum incuriâ, quando & Ambrosius agnoscit. Consulant antiquos Codices si quibus copia est [x]. Sed hæc adjecta videntur ex alio Evangelista [y], ex Johanne [z]: (quod miror dictum, cùm apud Johannem nihilo magis exstent [a]:) nec admodum cohærent cum sequentibus [b].

37. *Existimabant se spiritum videre*] Qualem spiritum [c]? Angelum quempiam [d], malum scilicet: nam id genus spiritus solebant apparere in specie hominum mortuorum: quomodo Hebræorum plerique historiam de Samuele à Pythonissa evocato interpretantur [*]. *Spiritum*, vel ipsius Jesu, vel certè, Angeli, aut Dæmonii alicujus, assumptâ effigie corporis Jesu apparentem. At hi jam antè dixerant, *Surrexit Dominus verè*, qui ergò nunc spiritum esse credunt? Atqui id fecit timor, & admiratio, quòd nec apertas fores, nec ullum adventantis strepitum, sensissent [f]. In Evangelio Nazaræorum, quod, ut diximus, multa ex famæ traditione ad Matthæum addita habuit, erat hoc loco, pro voce *Spiritûs*, *Dæmonium incorporale*. Estque id eò minùs repudiandum quòd Ignatius, qui Apostolos ipsos *hæc* referentes audire potuit, Christi hanc persuasionem refellentis verba hunc in modum recitat, Εἶπεν, &c. (*Dixit eis, Sumite, contrectate, me, & videte quòd non sum Dæmonium incorporale: spiritus enim non habet carnem & ossa*, &c.) Qui locus eò minùs nobis suspectus esse debet, quòd ità ut nunc legitur jam olim laudatus sit ab Eusebio; sicut & locus proximè præcedens ab Hieronymo. Quæ, ni fallor, ad loci hujus interpretationem non parum pertinent: atque eodem faciunt verba, πτοηθέντες, ἔμφοβοι, τεταραγμένοι, in hac historia. Adde quæ diximus ad Matth. 14. 26. ad verbum φάντασμα [g].

38. *Et*, &c. Καὶ διατί διαλογισμοὶ, &c?] *Et quare disceptationes* (i.e. cogitationes variæ, perplexæ [h], & dubiæ, an ego appaream, &c [i]?) *subeunt corda vestra?* Be. Pi. Ad verb. *ascendunt in cordibus vestris*: pro εἰς, vel ἐπὶ, τὰς καρδίας, *in corda*, ut 1 Cor. 2. 9 [k]. vobis indulgentibus, nec eas corrigentibus, rémque præsentem expendentibus [l]. Locutio in libris Prophetarum frequens; quam & Paulus sequitur, 1 Cor. 2. 9. Sic Latinis *subire* aliquid *animum* dicitur. Cogitationes autem intelligit in partem sequiorem proniores. Sic & Dan. 2. 29 [m].

39. *Carnem & ossa non habent*] Homerus de mortuorum animis locutus, Οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν. Maximus Tyrius, ἀσώματοι αἱ δαιμόνων φύσεις. Tribus argumentis Christus ex animo Apostolorum revellit falsam illam opinionem, judicio Visûs accurato, judicio Tactûs, & Cibi sumptione. Solent quidem Dæmones apparere in specie etiam hominum, sed ea species soliditatem non habet, &, si quis cum fiducia propiùs intueatur, facilè reperiet speciem à re discrepare. Sed terror plerumque impedit nè res accuratè dijudicetur. Quòd si quis tactum adhibeat, multò magis apparebit diversitas. Species enim, ex aere ut plurimùm conformata, tactum non patitur, *Par levibus ventis volucrique simillima somno.* Unde φαντάσματος nomen id genus imaginibus datum est. Apollonius apud Philostratum. Λαβοῦ μου, ἔφη, &c. (*Apprehende me, inquit,* ——— *& si te tangentem non refugiam, crede me vivere, nec corpus meum deposuisse.*) Tertullianus, Epiphanius, atque alii, contra Marcionem disputantes, probant Christi corpus non fuisse phantasma, , quia tangi potuerit. Objiciet aliquis, Angelos interdum apparuisse piis hominibus, tactos quoque, & cibum sumpsisse; neque tamen tot indiciis potuisse cognosci. Facilis est responsio; *Visos eos*, ut Tertul. loquitur, *in carne verâ & solida, etsi non nata*: qui & alibi dicit, *Facile habuit veram dedisse substantiam carnis vel quâ proprius auctor & artifex ejus. Diabolus* autem (ut cum eodem Tertul. pergam loqui) *phantasma infert cujus non valet veritatem.* Solvit autem Christus id quod Apostolis occurrebat περὶ φαντάσματος· de Angelo non solvit, quia id non putabant: neque verò id opus. Nam certum erat Angelos non mentiri: At is qui apparebat Jesum se esse profitebatur. Aut ergò Dæmon erat, quod non esse adhibito sensuum judicio probatur; aut ipse Jesus [n]. ¶ *Videtis*, &c. Θεωρεῖτε, &c.] *Conspicitis*, &c. Be. Pi. Et visu & tactu experiri potestis [o]. Θεωρεῖν non ad visum tantum, sed & ad alios sensus, refertur, ut Joh. 2. 23. & apertiùs Act. 4. 13 [p].

40. *Ostendit eis*] Tangenda offerens [q], ut Johannes docet hoc loco, quem vide & Epistolæ initio [r]. ¶ *Manus & pedes*] Etiamnum perforatos clavis, &c †.

41. *Adhuc*, &c. Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν] *Adhuc autem ipsis non credentibus*, Be. Pi. Cùm non satis firmo animo id quod res erat sibi persuaderent: nam ità vox ἀπιστίας sumitur etiam Matth. 17. 20 [t]. ¶ *Præ gaudio*] Obscurabat judicium illorum vehemens gaudium [v]. Majus erat gaudium quàm quod capere posset animus. Seneca Thyeste, *Proprium hoc miseros sequitur vitium, Nunquam rebus credere lætis*, &c. Simil. Æschylus. [Vide G.] Ἀπὸ, hîc, pro ὑπὸ [x].

42. *Et favum*, &c. Καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου] *Et* (sub. *aliquid*, P. Be.) *ex favo mellis*, Tre. ex Sy. sim. Pers. Ar. Ca. vel, *apiario*, Er. P. Be. Mo. &c. vel, *apicularum*, Camer. Nam & alia quædam insecta mel & favum habent [y]. Victus tenuis & pauper Discipulorum, cui addiderunt proculdubio etiam panem & potum [z]. *Favi* proprie

Margin notes (left column): r G. — * Li. ho. — † Ca. — t Be. — v G. — x G. sim. Be. — y Be. — z G. — a Be. — b G. — c G. — d Be. — * Bru. sim. Be. Li. ho. — † Li. ho. — f Bru. — ‖ Li. ho. — g G. — h Bru. — i G. sim. Bru. — k Bru. — * Li. ho. — l G. sic Bru. — m Be. Bru. Pi. Chem. — n Be. — o G. — p Li. in Chem. — q Al. in Chem. — r Chem. — † Bru. sic G. — t G. — v Bru. — x G. — y Di ex. Er. — z Er. — a G. — b Di. ex Er. — c G. — d Be. — * G. — f Bru.

Margin notes (right column): g G. — h Be. sic Bru. — i Bru. — k Pi. — l Bru. — m G. — n G. — o Bru. — p G. — q G. sim. Bru. — r G. — † Bru. — t G. — v V. — x Camer. — y Er. — z Bru.

propriè domusculæ sunt in quibus apes mella conficiunt [a].

43. *Et*, &c. Καὶ λαβὼν, &c.] *Quæ ille accepit & in eorum conspectu comedit*, Be. Pi. Ut se verum & vivum hominem esse ostenderet [b]. Consulendi & hîc veteres Codices. Nam præter Latinum, Arabs quoque addit, Καὶ λαβὼν τὰ ἐπίλοιπα, ἔδωκεν αὐτοῖς, (*Et sumens reliquias, dedit eis.*) Neque ut supervacuum videri potest cùm ad certiorem rei fidem pertineat quòd communem cum eo cibum Apostoli sumpserunt. Nam Petrus hoc ipsum urget, Act. 10. 41 [c].

44. *Et dixit*, &c.] Sequitur summa sermonum quos per 40 dies Jesus cum Apostolis suis habuit, quos, quia ejusdem erant argumenti, tum Marcus, tum Lucas, neque hîc tantùm, sed in Actis, κεφαλαιωδῶς recitat. Vide Act. 1. 3 [d]. ¶ *Hæc sunt verba*, &c.] Vel, *res*, quas nunc videtis impletas; nimirum passio & resurrectio mea [*]. Quod prædicenti mihi sæpe non credidistis, aut quod prædictum non intellexistis, nunc reipsâ experimini. Vide Mat. 16. 21. & 17. 23. & 20. 19. Marc. 9. 31. & 10. 34. Luc. 18. 33. & 24. 7 [f]. ¶ *Cùm adhuc essem vobiscum*] Quotidiano scil. convictu. Nam tunc tantùm κατ' οἰκονομίαν illis aderat [g], sive dispensatoriè, ad probandum resurrectionem; non autem continuè & familiariter, &c [h]. Nunc erat cum eis, sed brevi discessurus in cœlum, &c [i]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι δεῖ, &c.] i. e. Ἔδει. Sic Matth. 17. 11. Ἠλίας ἔρχεται, &c [k]. *Oportere*, &c. Be. Pi. Cùm diceretem *quòd oporteret impleri*, &c. ob prædictiones meas atque S. Scripturæ [l], & Patris decretum sapientissimum. ¶ *Et Psalmis*] i. e. Libro Psalmorum, ut suprà 20. 42. & Act. 1. 20. Quo probabilius est, ex parte nobilissima totum illud volumen Hagiographorum designari, quod Sacrarum apud Judæos Literarum partem efficit tertiam. Videtur autem alia fuisse Librorum divisio Josephi temporibus quàm nunc usurpatur, ità ut prima pars constaret ex Pentateucho; secunda, ex omnibus Historiis & Prophetis, comprehenso etiam Daniele; tertia ex Psalmis, Sententiis Salomonis, ejusdem Ecclesiaste & carmine Epithalamio. Tertiam hanc partem, quatuor, ut dixi, libris comprehensam ità describit Josephus, αἱ δὲ λοιπαὶ, &c. (*Reliqui autem quatuor hymnos ad Deum & humanæ vitæ documenta continent* [m].) David, licèt Propheta insignis, non tamen Prophetis annumeratur, (quia non obiit munus Propheticum;) sed Hagiographis. Psalmos autem per Synecdoch. posuit pro omnibus Hagiographis [n]. Loquitur hîc indubiè Christus cum vulgo, & alludit ad vulgarem istam & notissimam Bibliorum apud Judæos divisionem, in *Legem*, nobis Pentateuchum; *Prophetas*, quos vocant, *priores*, nempe Libros historicos Josuæ, Judicum, Samuelis, Regum, & *posteriores*, nempe Libros Jeremiæ, Ezechielis, Esaiæ, & Duodecim; & *Hagiographa*; quorum hic est numerus & ordo, Ruth, Psalmi, Job, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica, Threni, Daniel, Esther, Ezra, & Chronica. Inter omnes autem [hos,] qui de Christo loquuntur, primum locum meritò obtinet Liber Psalmorum. Ut hoc nominato, reliqui etiam subintelligantur, sicut Matth. 27. 9. totum illud volumen venit nomine Jeremiæ, quippe qui primus fuit, &c †.

45. *Aperuit illis*, &c. Ἀυτῶν τὸν νοῦν, &c.] *Eorum mentem*, &c. Be. Pi. Eadem phrasis quâ Deus dicitur *aperire aurem*, Esa. 48. 8 & 50. 5. & *aperire corda*, Act. 16. 14. & apud Hebræos [o]. [Vide Cap.] Aliud est planè διανοίγειν τὰς γραφὰς, *explicare Scripturas*: hoc enim fit externâ prædicatione [p], illud vi atque efficaciâ (speciali [q]) Spiritûs intus operantis [r], mentémque illustrantis Divinâ virtute suâ †. Eventus optimus vaticiniorum interpres. Sed nè sic quidem satis intelligi potest quid cui rei conveniat, nisi mens dono quodam singulari, quod ἑρμηνείας, aut ἀποκαλύψεως, dici notavimus alibi, illustretur ab inspiratore Prophetarum. Id quod apertè docent Justinus, Clemens in Constit. & Origenes, [locis & verbis à G. Citatis.] In quibus loquuntur illi de dono scientiæ. Nam de dono fidei quid sentiant alibi exposuimus. Utrumque donum similibus verbis describitur. Nam & his qui primùm in Christum credunt dicitur *aperiri cor*, Act. 16. 14. quod Justinus dixit, φωτὸς, &c. (*portas lucis aperiri* [t].)

46. *Christum pati*] De testimoniis ad Christi perpessiones pertinentibus diximus suprà ad v. 26. & alibi. ¶ *Et resurgere*, &c.] Ad exemplum Jonæ. Hujus resuscitationis imaginem quoque gesserant liberationes Davidis atque aliorum è summis periculis. Vide Act. c. 2. v. 25. & c. 13. v. 35 [v].

47. *Et*, &c. Καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι, &c.] *Et* (vel, *Propterea*, V. *Deinde*, Bru.) *prædicari* (sub. *oportet*, Bru.) *in ejus nomine* (i. e. Christi mandato, & quasi vices ejus obeundo [x], 2 Cor. 5. 20. Itaque & Christus ipse per Legatos suos dicitur Gentibus εὐαγγελίζεσθαι, Eph. 2. 17 [y]. Nisi malimus per trajectionem ista subjicere resipiscentiæ ac remissioni peccatorum per ipsius nomen, i. e. per ipsum in Evangelio loquentem [z].) *resipiscentiam* (vel, *emendationem vitæ*, V.) *ac remissionem peccatorum*, Pi. sic Be. &c. per meritum ejus obtinendam [a], Esa. 53. v. 12. Jer. 31. 34 [b]. q. d. Christus jubet ut resipiscatis, & remissionem peccatorum consequemini [c]. Hæc annunciatio duas habet partes, Postulationem, & Promissionem: postulatur *Pœnitentia*, cujus nomine tota Obedientia comprehenditur; promittitur *Remissio peccatorum*, in quo continentur Vita æterna, & ejus arrhabo Spiritus Sanctus. Utraque pars per Baptismum obsignatur, ut Matt. & Marc. nos docent. Ad hoc pœnitentiæ κήρυγμα tum alia apud Prophetas pertinent, tum inprimis illustris ille locus, Esa. 49. 6. Adde quæ sunt Esa. c. 61. in principio citata suprà apud Luc. 4. 18. & Psal. 22. v. 22,—27 [d]. ¶ *In omnes Gentes*] Tam Græcos quàm Judæos. Hîc clarè aperit Christus quod hactenus ferè celaverat, &c [*]. Vide Psal. 2. 8. Esa. 49. 1. Dan. 7. 14. Ose. 2. 23. Joel. 2. 32. Mal. 1. 11 [f]. ¶ *Incipientibus* (scilicet prædicatoribus: legit ἀρξαμένων [g].) *ab Jerosolyma*] Ab urbe Davidis, cujus solium Messiæ erat promissum, Psal. 132. 11. Esa. 9. 6, 7. & alibi. Huc illa [loca] pertinent, Psal. 2. 6. & 110. 2. Esa. 2. 3. & 28. 16. & 40. 9. & 60. 1. *Surge, illuminare*, Jerusalem scilicet; quod addunt LXX. Huc refer illud quod apud Suetonium est, *Vulgatam scilicet eo tempore famam, ex Judæa proditurum qui orbi imperaret* [h]. Ἀρξάμενον] Absolutè: nimirum τὸ κηρυχθῆναι, seu κήρυγμα [i] vel, ad Christum referri possit [k]. Cui reclamat tum, 1. quòd Christus indè non cœperit [l]: tum, 2. quòd κηρυχθῆναι dicit, non κηρύσσειν [m]. [Verbum sic reddunt;] *Incipientem*, Mo. *Initio facto*, Er. Il. Ti. Ca. V. sim. Tre. ex Sy. Pers. *Incipietis*, Ar. *Incipientes*, Æth. *Incipiendo*, P. Be. Pi. V. Legendum putem aut ἀρξαμένην, ut referatur ad vocem ἄφεσιν, aut, quod malim, ἀρξαμένων, ὑμῶν scilicet [n]. Al. ἀρξάμενον Accusativum esse arbitror, qui regitur ab ἔδει κηρυχθῆναι· quod liquebit, si, quod idem est, κηρυχθῆναι mutetur in χρῆναι κηρύξειν· tum enim rectè dicitur, ἔδει χρῆναι κηρύξειν μετάνοιαν, &c. ἀρξαμένην, &c. *oportebat fieri prædicationem resipiscentiæ, &c. quæ inciperet à Jerusalem*. Sic, ἔδει κηρυχθῆναι μετάνοιαν, &c. ἀρξάμενον, &c. *oportebat prædicari resipiscentiam, &c. quod inciperet à Jerusalem* [o].

48. *Vos autem testes estis horum*] Vitæ nempe meæ, mortis & resurrectionis, quibus fundamentis totum illius annunciationis fundamentum [forsan *ædificium*] superstruitur: sed resurrectioni præcipuè, ut nos docet Act. 1. 21, 22. Nam si Jesus resurrexit, certè resurrexit virtute Divinâ. At quorsum Deus id fecisse potuit, nisi ut palàm ostenderet verum esse quod ab ipso erat annunciatum, sectatoribus nempe ipsius (quantumvis antea damnabilis vitæ) patere Dei pacem, ac proinde vitam æternam? Resurrectio autem probari non potuit nisi quomodo facta probantur, testimonio scilicet αὐτοπτῶν, (*testium oculatorum*,) hominum proborum nulla ex testimonio commoda [mundana] sperantium. Ponitur autem hîc, ἐστε, Præsens pro Futuro, ἔσεσθε· ut videre est Act. c. 1. v. 8. Sic v. seq. ἀποστέλλω, pro ἀποστελῶ [p].

49. *Mitto* (i. e. brevi mittam [q], Act. 1. 5 [r]. die Pentecostes †,) *promissum* (vel, *promissionem*, Bru. &c.) *Patris mei*] i. e. Donum Spiritûs Sancti [v], mihi à Patre promissum ut à me vobis daretur [x], Joan. c. 14. v. 16 [y]. Ità Act. 1. 4. Vide Esa. 44. 3. Jerem. 31. 33. Ezec. 36. 26. Joel. 2. 28 [y]. quod explicatur Act. c. 2. quò firmiùs atque constantiùs adversùs mundi rabiem testimonium illud præbeatis. Ità Act. 1. 8. Lucas ipso hoc explicat, λήψεσθε δύναμιν, &c. (*accipietis virtutem Spiritûs, & eritis mihi testes*, &c:) ubi, *& eritis*, more Hebræo est, *ut sitis*.

Margin notes (left column): [a] Zeg. [b] Bru. [c] G. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] G. sim. Bru. [h] Bru. [i] Be. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] D. † Li. ho. [o] Cap. [p] Cap. [q] Ham. [r] Cap. sim. Ham. † Bru. [t] G.

Margin notes (right column): [v] G. [x] G. sim. Be. Bru. [y] G. [z] Be [a] Bru. [b] G. [c] V. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] Eru. [h] G. [i] Camer. [k] Q. in Er. [l] Er. [m] Be. [n] Pri. [o] Di. [p] G. [q] Bru. Pi. [r] Pi. † Bru [v] G. sic Bru. Pi. &c. [x] G. sim. Be. [y] Be. Pi.

ſitis. Bene autem ſubjunxit mandato ferendi teſtimonii; q. d. Vos quidem mihi ſermone teſtimonium præbebitis rerum conſpectarum, atque ego vobis intus teſtimonium præbebo rerum ſperatarum: *ille teſtabitur de me*, Joh. 15.26[z]. ¶ *Sedete*, Καθίσατε] *Exſpectate*, Sy. in Bru. *Reſidete*, Be. *Manete*, Pi. D. Bru. ad verb. *conſidite*, Pi. *moramini*[a]: *nè diſcedite*, Interprete Lucâ ipſo, Act. 1.4. Quare hanc partem ſermonis à Chriſto habitam arbitror poſtquam à Galilæa Apoſtoli redierant[b]. Opponitur hoc interdictum demigrationi de qua facilè alioqui cogitâſſent Apoſtoli in tanto periculo[c]. Conſtat non ante diem aſcenſionis hoc dictum fuiſſe: antè enim liberum eis fuerat abire in Galilæam alióque quò vellent. ¶ *Quoadusque induamini virtute* (vel, *fortitudine*, Bru.) *ex alto*] ממרומים: ità & Luc. 1.78[*]. i. e. è cœlo[d]: i.e. uſquequo Spiritus Sanctus è cœlo in vos illabatur[*]. Hebraiſmus eſt[f], qualis Pſal. 109. 18. & 132.9[g]. Ἐνδύειν hîc reſpondet Hebræo לבש, quod Lxx Jud. 6. 34. vertunt ἐνδυναμοῦν. Sed & *indui ſtupore, pudore, diris*, dicunt Hebræi: ut appareat dici apud illos omne id *indui* quod non accedit & recedit, ſed penitùs adhæret. Joh. 14. 16. ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Atqui hâc proprietate donum hoc diſtinguitur à ſpiritu τῷ ἐπισκοπῆς τῶν ἀνθρώπων[h].

50. *Forâs*] Extra Jeruſalem[i]. ¶ *In Bethaniam*] Nomen non vici, ſed tractûs montis Oliveti. Vide Act. 1.12[k]. Ad eam Bethaniæ partem quæ in monte erat Oliveti, in quo monte Chriſtus ſæpe preces & lacrymas ad Patrem fuderat: ut qui locus ſubmiſſionis ipſius teſtis fuerat, idem eſſet & gloriæ. Vide Act. cap. 1[l]. Sed hîc emergit ſcrupulus. *Redierunt* Diſcipuli *à monte Oliveto*, loco aſcenſionis Chriſti, *diſtante Hieroſolymis itinere Sabbatico*, Act. 1. 12. At *Bethania* oppidum diſtitit Hieroſolymis 15 ſtadiis, Joh. 11. 18. i. e. itinere Sabbato duplicato. Diſtat juxta Joſeph. Antiq. 20. 6. ab Urbe 5 tantùm ſtadiis. *Reſp.* Vera ſunt hæc omnia. Primum ſpatium ab Urbe versùs hunc montem erat tractus qui vocabatur *Beth-phage*, qui porrigebatur per ſpatium itineris Sabbatici: deinde incipit *Bethania*, ubi Chriſtus aſcendit. Erat autem *Bethania* tractus montis, & *Bethania* oppidum. Diſtabat oppidum ab Urbe 15 ſtadiis aut circiter[*]. ¶ *Elevatis* (non in cœlum, habitu precantis Deum, ſed ſuper eum qui benedicendus erat, ut factum Levit. 9. 22[m].) *manibus ſuis*] Non ſimplex precandi mos ſignificatur, de quo egimus ſuprà, 18. 13. ſed ritus εὐλογίας, (*benedictionis*,) qui fieri ſolebat manibus impoſitis, ut Gen. 27. 4, 7, &c. & 48. 9, 14, &c[n]. quum ſcilicet unus ſolus benediceretur[o]. At quoties pluribus ſimul impartienda eſſet εὐλογία, compendii causâ uſurpabatur χειραρτία, i. e. manûs protenſio ſuper eorum capita pro quibus preces offerebantur. Ità Levit. 9. 22. Eum morem tum initio, tum fine, cujuſque conventûs uſurpârunt Chriſtianorum Epiſcopi. Unde probat Optatus Milevitanus Macarium Judicem, quanquam ad populum Carthaginenſem in Eccleſia verba feciſſet, nihil tamen pro Epiſcopo feciſſe. Verba ejus ſunt Diſput. adv. Parmen. l. 7. [quæ vide in G.] Cui loco lux affertur ex Conſtitut. Clem. Ἀλλ' οὔτε λαϊκοῖς, &c. (*Sed neque Laicis permittimus quicquam ſacerdotalium munerum peragere, ut ſacrificium, baptiſmum, manuum impoſitionem, aut benedictionem minorem aut majorem*[p].) ¶ *Benedixit eis*, Εὐλόγησεν αὐτοὺς] i. e. Εὐλόγησεν ἐπ' αὐτοὺς. Sic Matt. 5. 44. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους. Et ſæpe Lxx, ut locis jam citatis, εὐλογεῖν modò eſt, *gratias agere*; modò, ut hîc, *precari*. Εὐλόγησεν αὐτοὺς, *ſolenniter bene eis precatus*[q].

51. *Dum benediceret illis*] Simul atque ritum illum valedicens impleverat[r]. ¶ *Receſſit*, &c. ità Er. Il. Διέστη, &c.] *Diſceſſit*, &c. Pi. Ca. *Separatus* (vel, *Disjunctus*, Pe. Mo. Be.) *eſt*, &c. Sy. Perſ. Bru. Corpore ſcilicet[†]. Sic & in Eliæ hiſtoria, 2 Reg. 2.11. יפרדו וגו, ubi Græci alii, διέστειλεν, alii, διεχώριζεν, &c. Breviùs poſſes dicere, עלה מעליהם; ità Gen. 17. 22. Interpretatur Lucas ipſe Act. 1. 9[t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀνεφέρετο, &c.] *Et ſurſum ferebatur* (paulatim, acſi aliorum manibus geſtatus eſſet, aſcendebat viâ rectâ[v],) *in cœlum*, Pi. quod *ſuper omnes cœlos* dixit Paulus, Eph. 4. 10[x].

52. *Adorantes*] Corpore proſtrato[y]: quod antehac non fecerant, quippe *in diebus carnis ejus* ad familiarem victum admiſſi: nunc faciunt, Majeſtate ipſius apertè cognitâ, 2 Cor. 5. 16[z]. Longè majore quàm antea reverentiâ cœperunt eum colere, non jam ut Præceptorem, aut Prophetam, &c. ſed ut Regem gloriæ, mundíque Dominum, &c[a]. ¶ *Regreſſi ſunt*, &c.] Ità Act. 1. 12. Oſtenditur quàm parentes dicto Chriſti fuerint[b]: qui id juſſerat v. 49[c]. ¶ *Cum gaudio magno*] Ob intellectam rationem admirabilem quâ procurata erat redemptio generis humani, & ob inſignem illam pollicitationem mittendi Spiritûs[d]: tum quòd congratularentur gloriæ Domini ſui: tum ob fidem atque ſpem ſuam certiſſimam, &c[*].

53. *Et erant ſemper* (i. e. ſæpiſſimè; ut vox illa ſumitur Exod. 28. 30. 1 Reg. 10. 8. Luc. 18. 1. Joh. 18. 20[f]. *quotidie*, temporibus nimirum congruis[g]: ut *horâ nonâ*, quæ deſtinata erat precibus veſpertinis[h].) *in Templo*] Nam in Templo potiùs quàm alibi ut precari, ità & gratias agere Deo, Judæi ſolebant; præſertim ſi quid majus incidiſſet. Vide ſuprà 18. 10[k]. Obſervavi nuper negligere ferè Interpretes ἐναντιοφανὲς inter hunc locum & Act. 1. 3. Videntur enim diverſa eſſe illa, quòd ab aſcenſione Chriſti Apoſtoli ſe receperint *in Templum*, & quòd ſe receperint *in cœnaculum*, domûs nimirum iſtius in qua latuerunt, &c. Sed non habeo pro diverſis, ſed pro ſubordinatis, duo iſta, fretus locis, 2 Reg. 11. 2, 3. & 2 Par. 22. 11, 12. ubi Joaſus per ſex annos delituiſſe dicitur in Templo, abditus *in conclavi lectorum*, i. e. cœnaculo. Ità h. l. cenſeo, in Templo fuiſſe hoc *cœnaculum*, quod in aliquo Sacerdotis aut Levitæ (qualis v. g. erat Barnabas ille, Act. 4. 36.) habitaculo Apoſtoli occupaverant, qualia plura die Pentecoſtes aperta cenſeo ob multitudinem auditorum[l]. Vehementer hoc mihi arridet; tum quòd ἐναντιοφανὲς tollat, tum quòd non parum illuſtrat donum Spiritûs S. quod in Templo, Meſſiæ figura, effuſum fuerit in Apoſtolos: clarum quoque facit quomodo ex ὑπερῴῳ iſto exeuntes obviam habuerint intra ipſum Templi ambitum multitudinem ob Feſti ſolennitatem ibi collectam, cui gratiam Evangelicam prædicarent. Nec dubium eſt quin plurima Templo annexa fuerint עליות, ὑπερῷα, 1 Par. 28. 11. ubi diſtinguuntur à לשכות, *conclavibus*[m]. Quod poſt acceptum Spiritum [Apoſtoli] fecerunt, idem eos & decem diebus poſt Domini ἀνάληψιν feciſſe credibile eſt; de quo tempore hæc mihi videntur accipienda. Nec obſtat quòd cœtus ſuos eo tempore habuerunt in privatis ædibus, ut docemur, Act. c. 1. v. 15. nam idem fecerunt & poſt acceptum Spiritum, quamvis quotidie interea & Templum adirent Act. 2. 46. & 3. 1. & 5. 25. & 12. 12. ¶ *Amen*] Additum ab Eccleſia, quæ lectionem Evangelii hâc acclamatione excipere ſolebat, 1 Cor. 14. 16[n].

Marginal notes (left column): [z] G. [a] Be. [b] G. [c] Be. [*] G. [d] Bru. [*] Be. [f] Be. Bru. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. [k] Be. [l] G. [*] Li. ho. [m] Bru. [n] G. [o] Bru. [p] G.

Marginal notes (right column): [q] G. [r] Idem. [†] Bru. [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] G. ſim. Bru. [z] G. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. [f] Glaſ. gram. 3. 5. 6. 429. [g] G. ſic Bru. [h] G. [k] G. [l] Clop. col. lat. crit. n. 19. [m] Di. ib. [n] G.

SYNOPSIS
Criticorum aliorumque Commentatorum
IN
JOHANNEM.

Evangelium secundùm Johannem] i.e. Historia Evangelica à Johanne scripta [a]. Sicut reliqui tres Evangelistæ, sic etiam Johannes, historiam vitæ ac mortis Christi describit. Hoc tamen singulare habet, quòd multos Christi sermones & miracula refert, de quibus reliqui tacent [b]. Johannes hic fuit filius patris Zebedæi [c], & matris Salomes, ex collat. Matt. 27. v. 56. cum Marc. 15. 40 [d]. frater Jacobi majoris [*], Bethsaidensis [f], piscatoris filius, piscator & ipse. Hic Legem quidem discere potuit puer, ut mos erat Hebræis: cæterùm nullâ tinctus fuit aut Hebraicâ, aut Græcâ, literaturâ, nisi si quid utriusque hausit jam major natu in Asia, ubi eum maximam vitæ partem ad senectutem summam produxisse, partim in Pathmi exsilio, partim ante & post id exsilium Ephesi, satis inter veteres constat. Quare, quicquid ei ad Apostolici muneris functionem fuit necessarium supplevit Dei Spiritus, qui idem in rebus non necessariis solet ea relinquere cuique quæ ei sunt propria. Hinc fit ut supra cæteros Apostolos magna sit in Johannis dictione simplicitas, & sermo Græcus quidem, sed planè adumbratus ex Syriaco illius seculi: hinc oratio adeò intercisa, tot copulativæ conjunctiones, tot repetitiones vocum, quæ per relativa minùs frequentata Hebræis, & alia dicendi compendia, vitari solent. Quod olim Alexandrum de amicis suis dixisse memorant, alium esse φιλαλέξανδρον, alium φιλοβασιλέα, putem ad duos Domini Jesu Apostolos sic posse aptari, ut Petrum dicamus maximè φιλόχριστον, Johannem maximè φιλιησοῦν. Nam diversi hujus in utroque affectûs multa in Sacris Libris vidimus vestigia: quod & Dominus respiciens illi quidem Ecclesiam præcipuo quodam modo, huic autem matrem, commendavit. De loco & tempore scriptionis dissentiunt Auctores, aliis in Pathmo scriptum hunc Librum volentibus, aliis Ephesi, & aliis quidem triginta & quod excurrit, aliis verò sexaginta & ampliùs, post Christi in cœli evectionem annis. Causam post alios hanc scribendi præcipuam tradunt omnes, ut veneno, in Ecclesiam jam tum sparso, auctoritate suâ, quæ apud omnes Christianum nomen profitentes non poterat non esse maxima, medicinam faceret. Qui autem errores in Ecclesias ejus seculi se insinuaverint, intelligi potest ex iis quæ ad Matt. 24. 11. & ad Marc. 1. 4. diximus. Erant sub Christiano nomine Judaizantes, de quibus non Paulus tantùm, sed & hic noster in Epist. 1. & in Apocal. conqueritur. Erant Gnostici ex Cabala Judaica, & Pythagoræ Platonisque schola, Philosophiam miscentes simplicitati Christianæ, & de emanationibus Divinis earúmque syzygiis & pleromatis non ex Dei Spiritu, sed ex suis commentis, quæ vellent populo venditantes, vereque *ambulantes in iis quæ non viderant*, ut dicitur Col. 2. 18. de quibus videnda quæ diximus ad Matt. 24. 11. Erant & qui Johannis Baptistæ sectatores quàm Jesu dici mallent, ad subterfugiendam crucem. His omnibus occurrendum videbat Johannes, nè pòst futura ætas incerto opinionum fluctuaret; præcipuè verò Gnosticis, qui inter suos æonas nominabant λόγον, item ζωὴν, item μονογενῆ & σωτῆρα, quæ omnia nomina etiam apud Proclum ad Platonis Timæum, & in Theologiæ Libris, reperias: & alium rursus dicebant esse *mundi Opificem*; alium, *Christum*; alium, *Jesum*. Ostendit ergò Johannes omnes istos titulos uni eidémque Jesu Christo congruere: quo fit ut illis nominibus Dominus noster non legatur insignitus apud alios Scriptores Sacros, cùm tamen de re idem tradiderint. Neque verò hoc tantùm Libro, sed & in Epistola, & in Apocalypsi, λόγε nomen Christo disertè tribuit Johannes, & μονογενῆ vocat non initio tantùm Libri, idque iteratò, sed & bis postea: & ζωὴν infrà Jesus ipse se vocat. Cæteri Scriptores Evangeliorum satis habuerunt Christi Divinam naturam tacitè indicare ex admirabili ipsius conceptione, ex infinita illa & liberrima vi ad facienda miracula, ex introspectu cogitationum alienarum, ex his quæ circa mortem, resurrectionem, & ascensum in cœlum, acciderunt; ex promisso denique perpetuæ præsentiæ, mittendi Spiritûs Sancti, remittendi peccata, judicandi genus humanum. Al. Johannes, pro usu temporum, & ipso initio *Dei* nomen ei assignandum, & vim ex æterno fonte manantem apertè tradendam, existimavit. Neque tantùm hoc modo, sed & expressâ collatione eum Johanni primùm Baptistæ, deinde Mosi, sed & Abrahamo, prætulit. Hæc cùm scribendi præcipua fuisset causa, eâdem operâ voluit & de Christo narrare quæ à cæteris, in tanta miraculorum & sermonum ipsius copia, prætermissa fuerant, intactis ferme iis quæ ab aliis tractata erant, nisi quatenus connexio aliquid ejus exigebat. Prætermissorum autem pars maxima in tempus incidit quo Johannes Baptista adhuc vivebat. Nam hinc ferme Jesu miraculorum historiam ordiuntur cæteri, quia eo tempore major multitudo Jesum secuta est, & factorum ejus testis fuit [g]. Scripsit Johannes rogatus ab Asiæ Episcopis [h], ut Cerinthi, Ebionis, cæterorúmque nascentes adversùs Christi Divinitatem hæreses refutaret [i].

[a] Eru. [b] Pi. [c] Bru. Mal. [d] Mal. [*] Mal. Bru. [f] G. sic Bru. Mal. [g] G. [h] Hi. in Pi. [i] Bru. ex Hi. sic Pi.

CAP. I.

1. IN, &c. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος] *In principio erat verbum*, vel *sermo*, Er. Il. Tre. ex Sy. Mo. Ca. &c. vel, *sermo ille*, P. Be. Pi. Ἐν ἀρχῇ, ponitur pro, ἀπ' ἀρχῆς, 1 Joh. 1. 1 [a]. Sed hæc differunt. Diabolus erat *homicida ab initio*, Joh. 8. 44. i.e. ex quo primus homo creatus est: & Adamus fuit ἀπ' ἀρχῆς, *ab initio mundi*, non verò ἐν ἀρχῇ [b]. Desumptum hoc ex Græco Geneseos [c], c. 1. v. 1 [d]. sicut vicissim Syrus ex Hebræo hîc posuit, בראשית. Noto autem Scripturæ loco, verbum indè sumptum ex sententia illius loci intelligendum est. Mosis loci sententia hæc est, *Cùm primùm creavit Deus cœlum & terram, terra erat*, &c. Nam Præterita, apud Hebræos, habent Gerundii etiam significationem. Tum verò mos est Hebræis *cœli & terræ* nomine Universum comprehendere: unde factum est ut & status vitæ futuræ significetur nomine *novi cœli & novæ terræ*, 2 Pet. 2. 13. Apoc. 21. 1. Ergò ἐν ἀρχῇ est, *Cùm primùm rerum universitas cœpit creari* [*]. Ostendere voluit Johannes, per *Verbum*, per quod perfecta est Creatio, perfectam etiam fuisse Redemptionem [f]. *In principio*, scilicet temporis [g]; vel, quo mundus esse cœpit [h]. *Erat*, i.e. subsistebat, ut rectè explicant Græci. Est enim observanda h. l. proprietas verbi הוה [i], quod uni Deo propriè convenit [k], ut liquet ex Exod. 3. v. 14 [l]. qui indè יהוה, *Jehovah*, dicitur [m]. Non dicit, *est*, nè putes Verbum tunc cœpisse; nec, *fuit*, nè intelligeres Verbum postea esse desiisse; sed, quod inter illa medium est, *erat*: quod etiam opponit verbo Mosaico, *creavit*: q. d. non tunc creavit, sed tunc erat, Verbum [n].

[a] Caf. [b] Be. [c] G. [d] Li. ho. [*] G. [f] Li. ho. [g] Bru. [h] Bru. sim. Be. Pi. &c. [i] Be. [k] Be. sim. Bru. [l] Bru. [m] Be. [n] Bru.

Τὸ

Τὸ *erat* æternam Filii generationem indicat [o]. *Jam tum erat*, G. Pi. ergò ab æterno erat, quia tempus cum mundo cœpit: ante mundum autem fuit æternitas [p]. Sic mos est Hebræis Æternitatem populariter describere: Joh. c. 17. 5. *gloriâ quam habui ante mundum conditum.* Justinus de Verbo hoc loquendi genus explicans, προϋπῆρξε, &c. (*præexstitit ante secula*;) & alibi, *ante creaturas*; & alibi, *ante Luciferum & Lunam.* Vide Prov. 8. 23,—27. Athenagoras, ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς, νοῦς ἀΐδιος ὢν, εἶχεν αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον, ἀϊδίως λογικὸς ὤν. R. Eliezel, *Ante mundum creatum exstitit clemens & benignus Deus, & nomen ejus solum* [q]. Λόγος Græcis varia significat, *Verbum*, vel *Sermonem*, *Modum*, *Supputationem* [r], *Rationem*, *Orationem* †, *Definitionem*. Hinc variè h. l. exponitur [t]. Hîc reddunt, vel, *Verbum* [v]: vel, *Sermonem* [x]; quod plenius atque expressius est. *Verbum* enim propriè est ῥῆμα, & pars tantùm λόγου: quanquam per Synecdochen idem notat quod λόγος, Matth. 26. 75. Rom. 10. 8 [y]. Christus autem λόγος potiùs quàm ῥῆμα dicitur, quia illud nomen dignius est & perfectius: illud *orationem* significat, hoc *vocabulum*: illud ad mentem & voluntatem refertur, hoc nunquam [z]. Porrò, Filius Dei λόγος appellatur non hîc tantùm, sed & 1 Joh. 1. 1. & Apoc. 19. 13. sed & Luc. 1. 2. ex collat. 2 Pet. 1. 16. &, ut puto, Act. 20. 32. Heb. 4. 12 [a]. [de quo vide illis locis (σὺν Θεῷ dicenda.] Phrasis autem hæc petita videtur, vel ex Psal. 33. 6. *Verbo Domini cœli facti sunt, & Spiritu oris*, &c. ubi tres personas videmus, &c [b]: vel ex historia creationis, ubi toties repetitur, *Dixit Deus, & factum est* [c]. Quorsum alioqui Deus toties introduceretur eo sermone utens, quo nusquam alibi utitur, nisi subesset aliquod mysterium? quod quid sit, hoc loco innuitur, dum Christus dicitur ὁ λόγος, & *is per quem Deus omnia condidit* [d]. Quia Moses scripserat, *Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux*; & ità de cæteris, hinc factum est ut vim, sive προβολὴν, aut ἀπόῤῥοιαν, (has enim voces hac in re Christiani veteres usurpant,) Dei illam quâ res ex nihilo condit, aliáque rara & eximia efficit, Hebræi appellarent דבר, ut videre est Psal. 33.6. & 148.8. Vide Maimonidem Duce dubitantium, l. 1. c. 23, & 65, & 66 [*]. Qu. Cur *Verbum* potiùs quàm *Filium* vocat? Resp. 1. Quòd nomen illud magis esset & gratum & notum [f], tum Judæis tum Ethnicis [g]. Chaldæi non illis tantùm locis [jam ex G. productis,] sed & aliis, ubi ea vox [דבר] in Heb. non exstat, posuerunt מימרא. Exempla sunt innumera, sed ad rem maximè pertinet Esa. 45. 12. *Ego feci terram*, &c. ubi Chald. *Ego in verbo meo feci terram*, &c. & 48. 13. *Manus mea fundavit terram*: Chald. *Verbo meo fundavi terram*: quos sequitur Petrus, 2. 3. 5. *Cœli erant —verbo Dei.* Eandem vocem plurimis in locis usurpat idem Chaldæus Paraphrastes, ubi de miraculis, de Prophetia, aut singulari Dei auxilio, sermo est, maximè verò ubi in Hebræo est, *facies Dei*, *manus*, *oculus* [h]. Pro יהוה passim ponit, מימר יהוה, *Verbum Domini*, ut Gen. 3. 9. & 6. 6 [i]. Exod. 19. 17. Job. 42. 9. Psal. 2. 4 [k]. Fieri potest ut hæc phrasis propriè & primùm usurpata ad Trinitatem designandam, deinceps ex ignoratione tanti mysterii aliunde translata sit [l]. Ex veteribus Chaldæorum Libris Græci citant, ἐξ οὗ λόγου γῆ ἠδ᾽ οὐρανὸς καὶ σελήνη. Hinc sumpsit Orphicorum Scriptor, Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε, Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος. εὖ δ᾽ ἐπίβαινε Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ᾽ ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα. Εἷς ἔστ᾽ αὐτοτελής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται. Idem alibi αὐδὴν vocavit; Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς τὴν φθέγξατο πρῶτον Ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς. Hunc secuti Heraclitus, apud quem hoc nomen eo sensu extare notatum ab Amelio; Zeno, laudatus à Tertul. & Lactantio. Tertul. verba sunt adv. Gentes, *Apud vestros quoque sapientes λόγον, id est, Sermonem atque Rationem, constat artificem videri universitatis. Hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta in dispositione formaverit.* Locus Zenonis quem respicit Tertul. erat in Libro ejus Περὶ οὐσίας, ut Laertius nos docet. Seneca, Stoicos sequens, *rationem facientem* vocat Epist. 65. E Platonicorum numero Amelius, sed quem sæpe à scitis Platonicis ad barbaram Philosophiam deficere conqueritur Proclus, hunc Johannis locum valde probabat, ut non tantùm Eusebius notat in Præparat. lib. 11. sed & Augustinus & Cyril Plutarchus δύναμιν Θεοῦ vocat Sympos. 8. [verbis à G. citatis.] Sic in expositione fidei factâ à Gregorio Episcopo Neocæsariensi ὁ λόγος dicitur δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητική. Philo, ad Platonica dogmata deflectens, cùm sciret Platoni mundi exemplar λόγον dici, eo sensu λόγον & usurpavit ipse, & multis aliis usurpandi auctor fuit, & per eum ait conditam rerum universitatem; vocat & ὄνομα Θεοῦ & εἰκόνα & υἱὸν Θεοῦ [m]. Amelius Platonicus, lectis his verbis, questus est Johannem in suum Librum transtulisse Platonis mysteria, *Per Jovem*, inquiens, *barbarus iste cum nostro Platone sentit, Verbum Dei in ordine principii esse constitutum* [n]. Quanquam Philosophi illi nomine λόγου vix aliud intellexerint quàm ideam seu formam mundi condendi in Deo existentem, non autem alteram in Divinitate personam; hoc tamen, Deo agente, procuratum est ut Johannes hîc uteretur *Verbi* nomine doctis & Judæorum & Ethnicorum haud peregrino aut ingrato. *Filii* autem nomen in divinis oderant Judæi, tanquam unitati Dei contrarium [o]. Resp. 2. Nomen *Verbi* accommodatius erat ad id quod jam dicturus erat, *omnia per ipsum facta esse*; quem aptissimè *Verbum* appellat, quia omnes sciebant *Verbo Domini omnia facta esse*, &c. Psal. 33. 6 [p]. Rejicitur hîc à Johanne Gnosticorum figmentum, qui ἐκ τοῦ Προαρχῆς post multa secula natum Νοῦν aiebant, deinde ex Νοῦ natum Μονογενῆ, & ab eo Λόγον. Vide Irenæum initio [q]. Qu. Cur Christus *Verbum* simpliciter, non *Verbum Dei*, hîc dicitur? Resp. 1. Ut non sermo Dei ad Prophetas habitus intelligeretur, sed aliquid per se subsistens [r]. 2. Quia vox *Dei* facilè supplenda erat ex sequentibus †. Qu. Cur Christus dicitur Λόγος? Resp. 1. Quòd similis sit sermoni hominis interno, id est, vel insitæ & naturali mentis rationi, vel, effecto illius; cogitationi nimirum, sive orationi mentis [t]. Ut cogitatio hominis se habet ad mentem hominis, ex qua illa, & quidem absque motu & passione, intellectualiter & immaterialiter, producitur, cui etiam illa prorsus similis est; ità Filius se habet ad supremam mentem, Deum, &c [v]. Deus seipsum intelligens gignit Verbum [x]: Verbum scil. mentis, non oris, &c [y]. Non placet [z]. 1. Subtilior videtur hæc interpretatio quàm ut simplicitati doctrinæ Evangelicæ conveniat [a]. 2. Syrus pro λόγος habet מלתא, quâ voce significatur λόγος προφορικὸς (*sermo externus*, sive *oris* [b].) 3. Filius appellatur דבר, Psal. 33. 6. דבר autem propriè ad externum verbum pertinet, ut Psal. 18. 1, &c [c]. Resp. 2. Quia Deus omnia quæ ad opus, sive Creationis, sive Redemptionis, spectant, non manu admotâ peregit, (id quod humanæ imbecillitatis est,) sed solo nutu atque Verbo, sive per Filium [d]. Ostendere voluit Johannes, Filium & creationis & redemptionis authorem fuisse [*]. Resp. 3. Quia noster est Advocatus apud Deum [f]. Resp. 4. Sic Messias vocatur, q.d. *promissus Dei*, de quo locutus est, sive quem pollicitus est, Dominus [g]. Hic auctor promissi, 2 Sam. 7. 21. collat. cum 1 Par. 17. 19. In eo promissio & data & præstanda erat. Hic subjectum erat fœderis atque promissi ipsius, in V. & N. F. Hag. 2. 5. Deut. 30. 12. collat. cum Rom. 10. 6, 7 [h]. Resp. 5. Quia unicus est Patris sive paterni consilii interpres [i]: ut verbum vocale nostræ mentis atque voluntatis interpres est [k]; Matth. 11. 27. Job. 1. 18 [l]. ¶ *Et verbum erat* (i. e. subsistebat, supple ex præced. *à principio*, i. e. ab æterno [m],) *apud Deum*; sic Er. Mo. P. Be. &c. Πρὸς τὸν Θεὸν] *Apud Deum illum*, unum, creatorem mundi, Deum Israelis [n]: *Deum*, i. e. Patrem [o]. Cur ergò non dixit, *apud Patrem*? Resp. 1. Quia non Filium eum jam vocavit, sed *Verbum*: *Verbum* autem *Dei* usitatiùs dicitur quàm *Verbum Patris*. 2. Ut meliùs cohæreret hoc cum seq. membro, *& Deus erat Verbum*: nec enim verè dixisset, *& Pater erat Verbum* [p]. *Apud Deum*, i. e. cum Deo [q], ut mox explicatur [r]. Pro eodem Onk. dixit, *coram Domino*. Nam Exod. 20. 19. ubi in Hebræo est, *Nè loquatur nobiscum Deus*, ipse vertit, *Nè loquatur Dominus nobiscum per Verbum quod est coram Domino.* Sic Sapientia dicitur fuisse παρὰ τῷ Θεῷ, Prov. 8. 30. ubi Chaldæus, *ad latus ejus*, i. e. præsens ipsi, pro quo est, μετὰ τῷ Θεῷ, Sirac. 9. 9. Quem locum de Lege Hebræi interpretantur †. Πρὸς hîc valet παρὰ, *apud* [t], ut Marc. 6. 3 [v]. & c. 9. v. 19. Rom. 15. 30. 1 Cor. 16. 6 [x]. 1 Joh. 1. 2 [y]. Sic Joh. 17. 5. dicit, παρὰ σοί [z]. Ostendit hæc phrasis, 1. Subsistentiam Filii [a], & distinctionem personarum Patris & Filii [b]. 2. Coexistentiam

Marginal notes (left column): [o] Be. [p] Pi. [q] G. [r] Er. † Er. Ec. [t] Be. [v] Vulg. Bru. &c. [x] Er. V. Be. D. Gom. &c. [y] Gom. [z] Cam. [a] Gom. [b] J. Cap. [c] Cam. sim. Li. ho. [d] Cam. [*] G. [f] Mal. sim. Bru. [g] Bru. [h] G. [i] J. Cap. [k] Li. ho. [l] J. Cap.

Marginal notes (right column): [m] G. [n] D. [o] Bru. [p] Mal. [q] G. [r] Q. in Bru. † Bru. [t] Q. in Gom. [v] Bru. [x] Bru. sic Mal. [y] Mal. [z] Be. Gom. [a] Gom. sim. Ec. [b] Ec. Gom. [c] Gom. [d] Cam. [*] Li. harm. part. 1. p. 6. [f] Q. in Cam. [g] Ec. [h] Li. harm. 6. [i] Ec. Q. in Cam. sic Zeg. Mal. ex Orig & Chrys. &c. Gom. [k] Mal. sim. Gom. [l] Gom. [m] Bru. [n] Idem. [o] Mal. G. ex Ignat. Bru. &c. [p] Mal. [q] Camer. ex Th. Cas. Bru. [r] Cas. † G. [t] Be. sic Bru. G. [v] Be. G. [x] Be. [y] G. [z] Ec. G. Li. harm. [a] Bru. sim. [b] Ec. Mal.

istentiam Filii cum Patre. 3. Relationem Filii ad Patrem [c], ejúsque à Patre originem atque egressum [d]: Filius dicitur esse apud Patrem, non Pater apud Filium*. 4. Summam cum Patre conjunctionem[f], & consensum [g]: unde & *in sinu Patris* esse dicitur [h]. 5. Æqualitatem Filii cum Patre, *apud*, i. e. juxta, *Deum*, ad dexteram Dei [i]. 6. Ostendit contra Gnosticos, non esse aliud pleroma τῆς Προαρχῆς, aliud τοῦ Λόγου [k]. 7. Opponitur ei quod infrà dicitur, ὁ λόγος *in mundo fuisse, caro factus, spectatus* [l]. Vult enim dicere, antè eum fuisse inconspicuum[m]. Dicitur enim Deus ἀόρατος, 1 Tim. 1. 17. & *habitare lucem inaccessam*, 1 Tim. 6. 16 [n]. q. d. Erat, etsi non apparebat. Confer 1 Joh. 1. 2 [o]. Sursum apud Patrem resedit, à quo *descendit*, Joh. 3. 13. & *exivit*, Joh. 13. 3. & 16. 28. & 17. 8. quum fieret Caro [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος] *Et Deus erat verbum*, Mo. Ar. Æth. vel, *ipse sermo*, Tre. ex Sy. sic Er. Ca. Ti. *Erátque ille sermo Deus*, P. Be. Pi. sic Il. Trajectio hîc est subjecti & prædicati [q]: subjectum hujus orationis est ὁ λόγος, ut ostendit articulus ὁ [r], qui syntacticam vim hîc habet†: de λόγῳ enim, ut subjecto, & reliqua prædicantur. Eadem est subjecti & prædicati synchysis, sive metathesis, Psal. 5. 10. *Sepulchrum—est guttur*, &c; & 111. 3. *Decor* (i, e. decorum) *—est opus ejus*; Joh. 4. 24. Πνεῦμα ὁ Θεός. Johannes autem subjectum hîc ultimo loco posuisse videtur, quòd tres illas, in hoc versu, admirandas, & planè divinas, enunciationes, memoriæ ergò ità connectere voluerit [t], ut in qua voce præcedens propositio desineret, ab illa sequens inciperet [v]: quæ est elegantia Hebraici sermonis [x]. *Deus* in præcedente clausula sumitur personaliter, pro Deo Patre [y]; hîc essentialiter, pro tota Deitate [z], sive natura communi Patri ac Filio [a], ac proinde dicitur Θεὸς sine articulo [b]. Hoc addit, nè ex præcedente personarum distinctione plures deos colligerent [c]: *Sermo erat Deus*, alius quidem [à Patre] personâ, sed non aliud; at unum & idem, naturâ, Deus apud Deum & ex Deo [d]; verè & naturâ Deus, particeps essentiæ Divinæ, sive, ut meliùs dicam Græcè, ὁμοούσιον τῷ πατρί*. Objiciunt Arriani, Patrem vocari Τὸν Θεὸν, Filium verò Θεὸν sine articulo, quasi minorem, non verè, Deum. Verùm & Pater sæpe Θεὸς dicitur, ut infra v. 6. & Rom. 1. 7. &c. & Filius ὁ Θεὸς, ut Rom. 9. 5 [f]. Censent Hebræi veteres, & Christianorum primi, quoties Angelus aliquis in S. Libris appellatur יהוה, tunc non Angelum merum, sed cui adfuerit ὁ λόγος, intelligi. Sic interpretatur Moses Gerundensis illud, *Nomen meum in eo est*, Exod. 23. 21. Chaldæus Paraphrastes, Gen. 29. 20. *Erit verbum Domini missi in Deum.* Et Ezec. c. 1. v. 24. קול שדי Lxx vertunt φωνὴν τοῦ λόγου. Sed & apud Philonem λόγος vocatur Θεοῦ nomine. Chalcidius ad Timæum eo loco ubi doctrinam eminentem sectæ sanctioris, i. e. Judaicæ, explicare se profitetur. *Et Ratio Dei Deus est humanis rebus consulens, quæ causa est hominibus bene beatéque vivendi, si non concessum sibi munus à summo Deo negligitur.* Tertullianus de eodem, *Hunc ex Deo prolatum didicimus & prolatione generatum, & idcirco Filium Dei & Deum dictum ex unitate substantiæ: nam & Deus spiritus. Etiam cùm radius ex Sole porrigitur, portio ex summa, sed Sol erit in radio, quia Sol est radius; nec separatur substantia, non extenditur.* Idem alibi, *Prolatum dicimus à Patre, non separatum.* Mox dicit, *Dispositione alium, non divisione alium.* Quod Tatiano dicitur, γέγονε κατὰ μερισμόν, οὐ κατ' ἀποκοπήν· Justino dicitur ἀτμητὸς καὶ ἀχώριστος πατρὸς δύναμις, ὥσπερ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς. Eidem γεννηθεὶς ἀπὸ τοῦ πατρὸς, ὥσπερ ἀπομεριζομένης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας. Quæ omnia, ut in rebus Divinis non possumus nisi balbutire, habent aliquid ἄκυρον, sed intelligenda θεοπρεπῶς. Idem Just. Christum vocat Θεὸν ὄντα πρὸ αἰώνων. Theoph. dicitur Θεὸς ὁ λόγος, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ πεφυκώς. Εἰκόνα, χαρακτῆρα, ἀπαύγασμα, Apostolis auctoribus, sæpe vocant proximi Scriptores: Item δύναμιν, σοφίαν, & si quid his simile. Tertullianus, *effigiem & personam Dei.* Vide quæ nos ad Marc. 2. 7. Est autem loquendi genus huic nostro non dissimile, 2 Cor. 3. 17 [g].

2. *Hoc*, &c. Οὗτος, &c.] *Hic* (sub. *sermo*, Be. Pi. Mal. Bru. &c.) *erat in principio apud Deum*, Be. Pi. &c. Qu. Sed quorsum hæc repetitio superiorum? Resp. Est eorum explicatio, atque confirmatio. *Deus erat Verbum*, quia *erat in principio apud Deum*. Nam si Deus non fuisset, nec in principio, neque apud Deum, esse potuisset [h]. Tria divisim dicta (Verbum fuisse, 1. ab æterno; 2. distinctum à Deo, [Patre;] 3. Deum) jam conjungit, nè illa separatim intelligeres, vel de alio atque alio verbo, vel de alio atque alio principio, vel de pluribus diis [i]. Repetit hoc, quia *Deum* jam vocavit; hoc volens, ità *Deum esse* intelligendum, ut & illud maneat, *fuisse eum apud Deum*; i. e. ut non fuerit ὁ λόγος omne id quod est Deus. Hypostaseωn distinctionem Origenes & post eum alii vocavere. Sed notandum est, hanc vocem ὑποστάσεων, ut & τριάδος, ὁμοούσιον, & alias quasdam, non à primis Christianis usurpatas, cùm contrà, μίαν ὑπόστασιν dixerint Athanasius, Synodi Nicena & Sardicensis & Romanæ Synodi aliquot: sed desumptas ex Platonicis scriptoribus, sensu nonnihil immutato. Apud Platonicos tres ὑποστάσεις sunt, τὸ αὐτὸον, ὁ νοῦς ὁ δημιουργὸς, ἡ τοῦ κόσμου ψυχή. Et quia νοῦς significationem habet quæ ἀπὸ τοῦ λόγου non videtur abludere, & idem νοῦς etiam γέννημα ipsis dicitur, ideo quæ περὶ νοῦ dicuntur Platonicis, multi Christianorum ad τὸν Λόγον, sive Filium, transtulerunt. Apud Platonicos reperias, ὑποστάντες θεοὶ ἐξ ἑνός· item, ἐξάρχειν δεῖ τὴν μονάδα τῆς τριάδος, ἐξάπτειν δὲ τὴν τριάδα τῆς μονάδος. Similiter Christiani loqui cœperunt, ut apud Lucianum, sive quisquis ille est auctor dialogi Philopatridis, Ὑψιμέδοντα Θεὸν, Θεὸν ἄφθιτον οὐρανίωνα, υἱὸν πατρὸς, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἓν ἐκ τριῶν καὶ ἐξ ἑνὸς τρία. Utrosque secuti Cabalistæ Hebræi, verbis magis Christianos, sensu magis Platonicos: aiunt enim, אב אלהים בן אלהים רוח הקדש אלהים שלשה באחד אחד בשלשה [k]. Illud, *apud Deum*, v. 1. coexistentiam cum Patre innuit; hîc, cooperationem cum Patre in operibus creationis, ut v. 3. monstrat [l].

3. *Omnia per ipsum facta sunt*] λόγος ἐκοσμοποίησεν, est apud Philonem. Epistola Barnabæ, cùm de Filio Dei egisset, Solem vocat *opus manuum ipsius*. Tatianus, τοῦτον, &c. (*Hunc scimus esse principium mundi.*) Irenæus, *Verbum Dei per quem facta sunt omnia*; quod & Justinus, Athenag. Theoph. Tertul. dicunt, [verbis à G. citatis.] Sæpissimè autem in Sacris Literis διὰ illud τῷ λόγῳ tribuitur, ut ipsi Deo Parenti non adimatur creatio. Et sic sumendum id quod initio Geneseωs est apud Paraphrasten Hierosol. בחכמה, & quod apud Philonem est, Allegoriis, Σκιὰ δὲ Θεοῦ, &c. (*Adumbratio Dei est Sermo ipsius, quo, tanquam instrumento usus, mundum formavit.*) Et de Caino, Ὄργανον δὲ λόγον Θεοῦ, δι' οὗ κατεσκευάσθη· mundus scilicet. Tertul. quoque *instrumentum* dixit, intelligens non extraneum, sed connaturale; alibi & *ministrum*. Justino dicitur ὑπηρέτης τῷ ποιητῇ τῶν ὅλων Θεῷ, sæpius; Theophilo, ὑπουργὸς· Origeni, Θεοῦ διάκονος. Sic Latini & Verbum & Spiritum vocant *membra, pignora, instrumenta, Dei* [m]. *Omnia*, quæ scil. facta sunt, ut mox explicatur[n], quæ exsistunt, *visibilia & invisibilia*, &c. Col. 1. 16 [o]. Confer Heb. 1. 2, 10 [p]. Arriani ex hoc loco inæqualitatem Filii arguebant, quasi διὰ, *per*, non causam efficientem, sed instrumentalem duntaxat, declaret [q]. Quos refellit, quòd ἐξ οὗ, & δι' οὗ, tum Patri, tum Filio, tum etiam Spiritui Sancto, tribuitur, Rom. 5. 5. & 11. 36. Ephes. 4. 16. Colos. 2. 19 [r]. Διὰ sæpe dicitur de causa efficiente principali [s], ut Joh. 6. 57. Act. 3. 16. Rom. 1. 5. & 5. 2. Gal. 1. 1. Heb. 9. 14 [t]. item 2 Cor. 1. 1. Ephes. 1. 1. Col. 1. 1 [v]. quare & Deo Patri tribuitur, ut 1 Cor. 1. 9. Heb. 2. 10 [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ χωρὶς αὐτοῦ, &c.] *Et absque eo factum est nihil quod factum sit*, Be. Pi. &c. Addit hoc, non necessitatis, sed claritatis, causâ [y]. Ubi omnem exceptionem removere volunt S. Literæ, id quod affirmârunt explicant oppositi negatione: Esa. 38. 1. & 39. 4. Jer. 42. 4. Joh. 1. 20. & 1 Joh. 1. 5 [z]. Vide & 2 Reg. 20. 15. Jer. 38. 25. Lam. 3. 2 [a]. Id autem hîc ideo factum ut in iis quæ per Verbum sunt condita, intelligerentur etiam ea quæ conspicua nobis non sunt, Col. 1. 16. etiam οἱ αἰῶνες, Heb. 1. 2. contra Gnosticos: nam illi alium volebant esse opificem eorum quæ cernimus τὸν δημιουργὸν· alios rerum inaspectabilium, in suo quemque pleromate. Nihil ergò præter ipsum Deum ab operibus Verbi excipitur [b]. In priore forsan membro creaturas visibiles intelligit; in posteriori, invisibiles, de quibus, utpote à Mose non expressis, dubitari poterat: vel forsan, ἐγένετο ibi valet, *creata sunt*; hîc, *reguntur*, sive *ordinantur*: confer Joh. 5. 17 [c]. Addit hoc, nè quis vel Spiritum Sanctum factum putaret, aut Deum peccati auctorem

Marginal notes (left): [c] Li. ib. [d] Bru. Mal. * Li. ib. Mal. [f] Mal. Bru. [g] Bru. [h] Mal. [i] Mal. ex Ambr. & Greg Nyss. &c. [k] G. [l] G. sim. Li. [m] G. sim. Mal. ex Greg. [n] G. [o] Mal. [p] Be. [q] Pi. [r] J. Cap. sim. Be. Pi. Glass. † J. Cap. [t] Glas. gram. 4. 2. 26. 750. [v] Glas. ib. sim. Bru. [x] Bru. [y] Li. ib. sim. Bru. Pi [z] Li. sic Pi. [a] Bru [b] Bru. sim. Pi. [c] Li. [d] Bru. * Er. [f] Mal. [g] G.

Marginal notes (right): [h] Mal. [i] Bru. [k] G. [l] Li. harm. 1. 8. [m] G. [n] Be. [o] Bru. [p] Gom. [q] Be. [r] Be. ex Basil. † Glas. gram. 3. 6. 9. 539. Li. harm. 1. 8. [t] Glas. [v] Li. ib. [x] Bru. [y] Idem. [z] G. [a] Li. ib. [b] G. [c] Li. ib.

auctorem

auctorem esse: nam nec Spiritus S. nec peccatum est quid factum, sive creatum [d]. Est autem χωεὶς hîc oppositum illi ἐδὲ quod antecessit. Irenæus, *Ex omnibus autem nihil substractum est, sed omnia per ipsum fecit Pater, sive visibilia, sive invisibilia,* &c. Est & in eo Hebraismus quòd ἐδὲ ἕν, *nec una res*, ponitur pro *nulla*, ut Psal. 139.16. Sic & 1 Mac.7.46*. Variæ hîc sunt lectiones [f], [vel potiùs punctationes,] horum atque sequentium verborum: [de quibus videat, cui lubet, Er. Be. Mal.] Nobiscum legunt & punctant Ignat. Tat. Chrys. item Sy. Ar. Ital. necnon Mal. [& Bru. &c.] Alii sensus coacti sunt[g].

4. *In ipso* (scil. Sermone [h]; vel, *Per ipsum*, i.e. ipsius vi atque efficaciâ [i];) *vita erat*] Tanquam in fonte [k], non soli sibi, sed & aliis: ipse enim homines vivificat[l]. Vita, vel, 1. creata, quam ipse Sermo creavit [m]; sive naturalis, quâ res animatæ vivunt[n]; vigor ille, quem rebus omnibus imprimit, dum eas conservat, atque gubernat[o]. Vel, 2. spiritualis. Egerat de Verbo ipso per se, ubi fuisset, & quid esset; agit nunc de ejus ad nos profectione, déque ejus causis[p]. Vel, 3. æterna [q]. Transit jam à Creatione per λόγον, ad Redemptionem per λόγον. Respexit hîc Gen. 3.20. *Vocavit Adam nomen uxoris suæ*, (quæ Mortem introduxerat,) *Vitam:* nam meliorem vitam jam gustaverat per semen mulieris promissum [r]. Sæpissimè sancti Scriptores N. Fœderis redemptionem humani generis conferunt creationi, imò & præferunt, ideóque *novam creationem* vocant, 2 Cor. 5.17. Gal. 6.15. Justinus, Χριστὸς, &c. (*Christus primogenitus omnis creaturæ, & principium alterius progeniei ab ipso regenitæ.*) Iren. 3.2. *Significans quoniam per Verbum, per quod Deus perfecit conditionem, in hoc & salutem his qui in conditione sunt præstitit hominibus.* Sic & R. Lakisch, adductus in Bereschit Rabba, ad locum initio Geneseωs ubi *Spiritus Dei* nominatur ait, *Hic est Spiritus Regis Messiæ:* Hoc & Johannes spectat cùm eidem Λόγῳ utrumque tribuit; sicut & fine Apocalypsis in descriptione Mundi novi vocabula usurpat desumpta ex primæ creationis historia. Quare *vitam* hîc cave aliam accipias quàm vitam æternam. Sic Joh. 5 26. *Dedit Filio habere vitam in ipso*: & 1 Joh. 5.12. *Vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio ejus est.* Neque mireris hæc ad Λόγον jam carnem factum pertinere, cùm tantò pòst dicat Λόγον *carnem esse factum.* Nam & quod dicitur, *in mundo fuisse*, itidem ad hoc tempus pertinet. Itaque illud ultimum tacitè hîc præsupponitur, tanquam omnibus notum; mox occasione datâ explicatur. Et in hoc dissertandi genere ordinem superstitiosè exigere, id verò est nodum quærere in scirpo. Scripta sunt hæc talia pro impetu, non præmeditato dispositu. Dicitur autem ἐν τῷ Λόγῳ *vitam fuisse*, quia per τὸν Λόγον ejus adipiscendæ ratio apertissimè revelata est. Simile loquendi genus, Act. 4.12. Simul destruitur Gnosticorum figmentum, aliam Dei emanationem esse λόγον, aliam ζωήν. Proprium Johanni est Christum Λόγον vocare, 1 Joh. 1.1. & 5.7. Apoc. 19.13 †. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ ζωή, &c.] *Et vita* (vel, *vita illa*, id est, Sermo qui erat vita [t], sermo vivificans: vel, articulus hîc distinguit illud vitæ genus de quo dicturus est, nim. vitam humanam [v].) *erat lux hominum*, Be. Bru. &c. quorumvis, etiam Gentilium, &c [x]. Non apud Latinos tantùm & Græcos, sed & apud Hebræos, conjungi solent Lux & Vita, ut Psal. 36.9 [y]. Vita sine luce tristis est. Verbum & Vita est & Lux, i.e. *lux vitæ*, ut Joh. 8.12. Lux viva, vitáque lucida, lux & sibi & hominibus [z]. *Lucem* hîc intelligit, vel, 1. naturalem [a], sive rationis [b], ex collat. v. 9 [c]: vel, 2. spiritualem, quâ Deo vivimus, quâ hominum mentes illustrantur: ut *lux* sumitur infrà v. 5, 9. & Joh. 3.19. & 9.5. & Esa. 49.6. pro ratione autem naturali nusquam, quod sciam, occurrit in S.S [d]. Vita per Christum erat lux, oriens in tenebris lapsûs & peccati, per quam fideles omnes ambulârunt. Luci Legis, quam jactârunt Judæi, hanc lucem, exhibitam in promissione Christi, opponit atque præfert*. Vita Promissionis erat lux illa quæ in mundo luxit, ad quam Prophetæ piique omnes olim respexerunt, quæ & in typis atque figuris aliquatenus emicuit, ità tamen ut opus adhuc esset Evangelium prædicari, de quo agit v. seq [f]. Sensus hic est, Cognitionem illam vitæ æternæ, & de ejus adipiscendæ ratione, lucem quandam esse ad quam homines gressus suos tutò dirigere possint & debeant. Sic Joh. 11.9, 10. & 12.35. Eph. 5.8. 1 Joh. 1.7. Apoc. 21.24. Vide quæ notavimus ad Luc. 1.79. Platonicis ἐκ λόγε φῶς τὸ νοητόν ut videre est apud Philonem, De opificio mundi. Platonicos sequebantur Gnostici. Johannes ostendit omnia hæc nomina in Christum unum convenire[g].

(Margin: d Eru. — * G. — f Mal. — g Li. — h Pi. — i Be. — k Pi. sic Bru. ex Euthym. — l Bru. — m Be. — n Q. in Mal. — o Chrys. Cyr. & Th. in Mal. — p Mal. — q Eru. — r Li. ho. — † G. — t Pi. sic Bru. — v Be. — x Eru. — y G. — z Eru. — a Be. — b Be. Pi. sic Chrys. Cyr. Th. Rup. &c. in Mal. — c Pi. — d Mal. — * Li. ho. — f Li. harm. 10.)

5. *Et lux in tenebris lucet*] q. d. Ideo lux afferri solet ut tenebræ illuminentur: quod & huic Luci contigit. Alludi videtur ad Esa. 9.2 [h]. *Lucis* nomine non humanam rationem hîc intelligo, sed τὸν Λόγον, creatorem illius lucis; *lucet* autem in mundo, quatenus est sapientiæ Dei speculum [i]. Τὸ φῶς, *lux illa*, quæ & vita & Verbum est*: Christus, ejúsque doctrina †. *Tenebras* hîc vocat homines peccatores nullam certam habentes vitæ dirigendæ regulam, ut Eph. 5.8 [k]: homines ignorantiæ & peccatorum tenebris obsitos [l]; vel hominis mentem qualis post lapsum evasit, sive intelligentiam carnis, de qua Rom. 8.7 [m]. Lux hæc *lucet*, i.e. indè à primo hominis lapsu conata est tenebras dispellere, cognitionem Dei hominibus offerens, tum per inspirationem interiorem [n], irradiando homines notitiis quibusdam de natura & cultu Dei [o]; tum per Patriarchas, Prophetas, &c; tandem per seipsum & Apostolos, &c [p]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Be. Pi.) *tenebræ eum non comprehenderunt*; sic Il. P. Mo. Be. &c. Κατέλαβεν] *Apprehenderunt*, Er. Ti. Ham. *Perceperunt*, Sy. Bru. *Admiserunt*, Bru. Lucem non receperunt [q], sed eam adspicere neglexerunt, vel contempserunt [r]. Obj. At si lux in tenebris luxit, certè tenebras illuminavit, adeóque tenebræ lucem comprehenderunt. Resp. 1. *Lucem* generaliter accipio pro omni luce, ut à genere ad speciem argumentetur; q. d. Cùm lux omnis in tenebris lucere soleat, eámque tenebræ facilè admittant, homines tamen Christum, præstantissimam lucem, admittere noluerunt †. Solent tenebræ mox cedere luci: at tenebræ istæ, ut quæ pro arbitrio agant, non pro natura, nubem luci opponunt [t]. 2. Indefinitè enunciatur quod maximæ parti convenit [v]. De plerisque loquitur, non de omnibus, ut liquet ex collat. v. 11, 12 [x]. Magna pars hominum peccatorum lucis beneficio uti noluit, ideo quòd peccata ipsis nimiùm allubescerent, ut infrà 3.19, 20. 3. Καταλαμβάνειν hîc est, *fructum rei consequi.* Sic Rom. 9.30. κατέλαβε δικαιοσύνην. Sic de cognitione Legis, Eccles. 15.7. ὀ μὴ καταλήψονται αὐτήν, &c. & Eccles. 27.8. de Justitia, *Si persequaris Justitiam*, καταλήψῃ αὐτό [y]. Sensus, Mens obtenebrata notitias illas, [de Deo, &c.] non fovet, ut indè verum Dei cultum cum sua salute conjunctum exstruat[z]. [Al. Sensus hujus versûs est,] Lux hæc promissionis & vitæ per Christum, splendet in tenebris typorum, & obscuritate Prophetarum; & tenebricosa ista eam non comprehenderunt, quin quod luceret: nec enim ità comprehenderunt, quin quod opus foret, ut majore splendore, id est, Evangelico, elucesceret. In hunc sensum inclino, quòd videam Evangelistam agere de viis & mediis, quibus Christus ante incarnationem patefactus est, 1. in promissione vitæ, v. 4. deinde in typis & Prophetiis: denique per Baptistam [a].

6. *Fuit*; ità Pi. Bru. &c. Ἐγένετο] *Exstitit*, Val. in Er. Be. G. Mal. illis scilicet temporibus de quibus nos constat agere: ut sumi solet Hebræorum היה [b]. Conceptus, vel natus, est [c]. ¶ *Homo*] Non λόγος [d], non Angelus*, non Deus [f], ¶ Sed (quod de Christo falsò Ebionæi & alii dicebant) ψιλὸς ἄνθρωπος, (*merus homo*,) quanquam eximiis Spiritûs S. dotibus donatus[g]. ¶ *Missus à Deo*] Immediatè, atque evidenter, ut liquet ex admirando ipsius ortu, doctrinâ, vitâ, &c. Hinc pondus auctoritatis & soliditas testimonii [h]. Alludit ad Mal. 3.1. Vide Matth. 11.10. Marc. 1.2. Luc. 7.27. Mittuntur Prophetæ cùm mandatum à Deo accipiunt [i]. ¶ *Cui*, &c. Ὄνομα αὐτῷ, &c.] *Nomen ei*, &c. Bru. ל pro relativo ponere Hebræorum est. Usitatum fuerat, *Cui nomen Johannis* [k].

7. *Hic venit in*, &c. Εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ] *Ad testimonium* (perhibendum [l],) *ut* (vel, id est, *ut*, Be.) *testaretur*, Be. Pi. Bru. &c. Et hoc Hebræorum, conjungere verbalia cum verbis. Tacitè significat, idoneum fuisse testem, prænunciatum à Vatibus, non sine miraculo conceptum, vitæ austeritate nobilem, libertatis tantæ ut nec Regi parceret [m]. ¶ *De lumine*] Vel, *illa Luce*, Be. Pi. i.e.

de

(Margin: g G. — h G. — i Ee. — * Eru. sim. Pi. — † Mal. ex Aug. Euthym. &c. — k G. — l Bru. sim. Mal. Pi. — m Be. sim. Pi. — n Eru. — o Pi. — p Eru. — q Mal. — r Eru. — † Mal. — t Eru. — v G. — x Bru. — y G. — z Pi. — a Li. ho. — b G. — c Mal. — d G. — * G. Be. ex Chrys. — f Er. — g G. — h Bru. — i G. — k Idem. — l Bru. — m G.)

de præsentia illius lucis [n]. Sic μαρτυρίαν περὶ ἐμοῦ legimus, Act. 22. 18. Hoc vult, quod postea explicabit, Johannem Baptistam Jesu testimonium hoc præbuisse, ipsum esse Christum, ac proinde eximiam illam Lucem [o]. Christum *lucem* vocat, 1. quia manifestat, Ephes. 5. 13. patefacit, Patrem ejúsque voluntatem: 2. quia est splendor gloriæ, & imago Patris, Heb. 1. 3. qui est *lux*, &c. 1 Joh. 1. 5: 3. quia mundum illuminat scientiâ, &c. Esa. 11. 9[p]. ¶ *Ut omnes* (ipsius auditores [q], Judæi [r], vel Gentes †,) *crederent per illum*, Δι' αὐτοῦ] Anceps est ad masc. genus & neutrum [t]. [Hinc variant:] *Per illud*, nempe lumen [v], in Deum scilicet [x]. Sed cùm de Christo agitur, verbo credendi addi solent præpositiones εἰς, ἐπὶ, aut ἐν, non διὰ [y]: ut Joh. 12. 36. Act. 9. 42. Rom. 9. 33 [z]. Al. *Per eum*, Be. Bru. Pi. sic Er. V. &c. i. e. Johannem [a], i.e. per ministerium, vel prædicationem, ejus [b].

8. *Non erat ille lux*, Τὸ φῶς] *Lux illa*, Be. Bru. Pi. de qua loquimur [c]: lux increata & immensa [d], illa eximia Lux promissa per Prophetas, ut Esa. 49. 6. Vide ad Luc. 2. 32. *. Articuli vis hîc est ἀναφορική [f]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἵνα, &c.] *Sed* (sub. *missus erat*, Er. Il. Ti. P. sic Be. Bru. Pi.) *ut testaretur*, &c. P. Ti. Sy. Er. &c. Non erat lux, sed lucis testis & præco [g].

9. *Erat*, &c. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον, &c.] *Erat* (sub. *hic*, vel *ille*, Be. Pi. &c.) illa lux [h], de qua hîc agitur [i]: de qua Johannes testatur [k]. Ubi subjectum alterius est generis quàm prædicatum, ibi relativa aut demonstrativa modò hoc, modò illo, genere ponuntur, ut, *Sed revocare gradum superásque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor est.* Nam naturalis constructio fuerat, *hoc*, scilicet *evadere*, *labor est*. Ità quod hîc legimus perinde est quasi dictum esset, *Ille verè lux erat, per quem non pauci, sed totum genus humanum illuminatur* [l].) *lux* (vel, *lux illa*, P. Be. &c.) *vera* (i. e. lux eximia, excellentissima [n], ut 1 Joh. 2. 8 [o]. prima illa ac summa lux [p], quæ sola verè ac propriè meretur *lucis* nomen; tum quòd naturâ, non participatione, luceat [q]; tum quòd lucidiùs & latiùs, quàm quævis alia lux, luceat [r], & cæteros illustret: αὐτοφῶς, ut loquitur Plato †. *Verum* autem dicitur etiam de his quæ figuratè alicui competunt: ut Christus *vera vitis*, infrà 15. 1; *caro ejus verè cibus*, infrà 6. 55; *panis verus ex cælo*, infrà 6. 32. Sic bona spiritualia *verus mammona*, Luc. 16. 12. Cœlum *verum tabernaculum*, Heb. 8. 2 [t]. *Lux vera* dicitur hic metonymicè, quia quod lux facit in corporibus, id veriùs atque perfectiùs ille in animis facit [v].) *quæ illuminat* (vel, *collustrat*, Ca. i. e. potens paratáque est illuminare: verba enim præs. temp. sæpe non tam effectum præsentem, quàm naturam promptámque efficiendi vim, significant †.) *omnem hominem* (Judæos & Gentes [x]: Christus dicitur fecisse quod fieri jussit & per Apostolos fecit. Sic Eph. 2. 17. ἐλθὼν εὐηγγελίσατο εἰρήνην ὑμῖν τοῖς μακρὰν. Opponitur autem hîc tacitè Jesus Mosi & Prophetis aliis, qui uni tantùm populo profuerunt [y].) *venientem in mundum*, Mo. P. &c. i. e. nascentem [z], ut explicat Christus, Joh. 18. 37 [a]. Periphrasis hominum Hebræis usitata [b]: qui de hominibus loquentes eos sic exprimunt, *venientes in mundum*, Musar, c. 5. Phesictha, 2. 1 [c]. *Venire* enim *in hunc mundum*, est nasci, sicut *exire*, mori. Vide Job. 1. 21. & 1 Tim. 6. 7. &c [d]. Non ergò restrictionis aut differentiæ, sed expositionis, causâ additur hæc clausula, ut homines omnes, cujuscunque ætatis, conditionis, &c. comprehendat *. Al. *Veniens in mundum*, Q. in V. Ἐρχόμενον ambiguum est ad nominat. & accusat. casum [f], ac proinde referri potest, vel, 1. ad ἄνθρωπον [g]: vel, 2. ad τὸ φῶς [h]. Valde mihi se probat hæc expositio: nam planè eodem modo infrà 3. 19. *Lux venit in mundum*: sic & Joh. 12. 46. Et intra de se, 18. 37. *Propterea veni in mundum*, &c. Est autem hîc, *venire in mundum*, non nasci, (distinguuntur enim ibi hæc duo,) sed nomine Dei hominibus apparere. Sic infrà 6. 14. *Propheta venturus in mundum*. Et Christus se à Patre missum dicit in mundum, 10. 36. & 17. 18. & à se similiter Apostolos missos in mundum, ibidem [i]. Hoc ergò hîc dicitur, Christum in hoc datum hominibus ut eis universim prodesset [k]. De *luce* autem hîc agit, vel, 1. naturali [l], vel rationis, sive intelligentiæ [m]: Apparet enim ex seq. hoc accipiendum de beneficio τοῦ λόγου toti humanæ genti communi ante lapsum [n]. Vel, 2. spirituali [o]: de doctrina, fide, gratiâ, vitâ illâ, de qua dixerat [p]: de illa luce quæ est ad salutem [q]. Qu. Sed quomodo Christus hâc luce omnes illuminat? Resp. 1. Illuminat omnes, quantum in se est [r]. 2. Sensus non est, Christum revera omnes aut illuminâsse, aut illuminare voluisse †; sed, neminem nisi per illum illuminari [t], aut ex omni hominum genere aliquos illuminari. Τὸ, *omnem*, non collectivè accipi debet, sed distributivè; ut Psal. 145. 14. *Deus sustentat omnes cadentes*, &c. i.e. Quotquot sustentantur, sive eriguntur, à Deo sustentantur, aut eriguntur [v].

10. *In mundo* (i. e. globo rerum creatarum [x]) *erat*] Hæc Lux, hoc Verbum [y], jam indè ab initio præsens per Divinitatem [z]: tandémque incarnatum præsens per humanitatem [a]. [Sensus,] Interfuit hominibus: κόσμος pro *hominibus* passim sumitur. Vide 2 Pet. 2. 5 [b]. Al. In mundo erat ante incarnationem, non tantùm invisibiliter, virtute & providentiâ suâ, sed formâ visibili, ut Gen. 4. & 15. & 18. & 32. Exod. 3. & Jos. 6 [c]. ¶ *Mundus per ipsum* (Non refert *lucem* [d]; nam obstat genus *, & dura esset locutio, mundum factum esse per lucem [f]; sed rem significatam, nempe τὸν λόγον [g], per Sermonem [h]:) *factus est*] Quod sequentem ingratitudinem exaggerat [i]. Res quidem omnes per illum factæ, ut jam audivimus, sed speciali modo homines. Nam Θεοῦ λόγος est παράδειγμα (*exemplar*) hominis, ut Philo notat, & Tatianus [k]. [Vide G.] ¶ *Sed mundus* (i.e. homines [l], plerique scilicet [m]: Vox mundi per ἀντανάκλασιν aliter significat quàm in præced [n].) *eum non cognovit*] Vel, *agnovit*, Be. Pi. G. ut opificem suum [o]. Non simplicem cognitionem denotat, sed cum approbatione, receptione, & obedientia, conjunctam [p].

11. *In*, &c. Εἰς τὰ ἴδια] *Ad*, vel *In*, *sua*, Er. Be. Ca. Pi. &c. vel, *propria*, Mo. vel, *suos*, Il. P. Tre. &c. Quasi *in domum suam*, ut Joh. 16. 32. Act. 21. 6. Vide quæ ad Lucam 2. 49 [q]. In terram suam [r], i.e. Israelis †, sic dictam Psal. 85. 1 [t]: ad populum suum [v]; vel potiùs, possessionem suam, ut Joh. 16. 32. nempe Ecclesiam Judaicam: unde liquet τὸν λόγον esse Deum, quòd Israel sit ejus *peculium* [x]. Vel, *in sua*, i.e. in mundum à se factum [y]. Docent Jurisconsulti id maximè naturaliter nostrum esse quod nos ut exsisteret effecimus [z]. ¶ *Venit*] Per incarnationem [a]. ¶ *Sui* (vel, *Proprii ipsius*, domestici [b]: quos creaverat [c]; vel, Judæi [d];) *eum non receperunt*] Ut Dominum; sic Colos. 2. 6 *: ut à Patre missum atque datum [f]: ut Redemptorem suum [g]. Intelligenda autem & hæc de majori parte [h].

12. *Quotquot autem* (numero, & quicunque fuerunt [k], cujuscunque sexûs, ætatis, conditionis, nationis [l]. Ostendit hîc paucos fuisse qui excipiendi sint ex superiore generalitate. Simile loquendi genus, Mich. 7. 14 [m]. q. d. Quamvis plerique Christum non receperint, non tamen frustrà venit; à quibusdam enim receptus fuit [n].) *receperunt eum*] Ut Dominum. Idem est λαμβάνειν, & παραλαμβάνειν [o]. ¶ *Dedit*, &c. Ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι] *Dedit eis potestatem* (vel, *hoc jus*, Be. Pi. *hanc dignitatem*, Il. P. vel, *licentiam*, Li. sim. Er. *prærogativam*, Heins. *privilegium*, Li. ho.) *filios Dei fieri*, Mo. Ti. sic Tre. ex Sy. Ar. &c. i.e. ut vocentur & sint filii Dei: Israel olim erat filius, & primogenitus, Exod. 4. 22. at jam ex omnibus gentibus adoptandi filii [p]. *Filios* hîc intellige *resurrectionis*, ut explicatur Luc. 20. 36. & 1 Joh. 3. 2 [q]. *filios* illos qui filiorum fruuntur hæreditate in cœlis, quales propriè filii appellantur, Rom. 8. 23 [r]. Ἐξουσία, *jus ad hæreditatem*; quod & *hæreditatis* nomine interdum venit; sicut qui credit (nempe sicut oportet credere, vivâ fide) dicitur *habere vitam æternam*, 3. 36. Sic Jurisconsulti, *Is qui actionem habet ad rem ipsam, rem habere videtur*. Sed hîc magis propriè dixit ἐξουσίαν, quia jus hoc adeò res ipsa non est, ut & res possit non sequi, nempe si absit perseverantia †. Sensus, Dedit eis facultatem, ut filii Dei effici possint filiatione consummatâ, quæ est adeptio beatitudinis [t]. ¶ *His* (vel, Nempe iis, Be. Pi. &c.) *qui credunt in nomine ejus*] Vel, *in nomen ejus*, Be. Pi. i.e. in eum [v]. *Nomen Dei* pro Deo sæpe ponitur, ut Mich. 6. 9. Act. 3. 16 [x].

13. *Qui non ex sanguinibus*] Ità Er. Il. Mo. &c. vel, *sanguine*, Tre. ex Sy. P. Ca. Be. Pi. &c. Αἵματα, pro αἷμα, Hebraismus est [y]. Heb. מדמים [z]. *Ex sanguinibus*, maris scil. & fœminæ [a]. Sed malim esse Enallagen numeri,

[Marginal sigla, left column: n Pru. — o G. — p Li. harm. 1. 11. — q Bru. Pi. — r Bru. Pi. — Li. ib. — † Li. ib. — t Bru. — v Qu. in Bru. sic G. — x G. — y Be. sim. Bru. — z Be. — a Be. ex Er. Bru. — b Bru. Er. Be. V. — c Bru. ex Be. — d Bru. — * G. — f Be. — g Bru. — h Bru. ex Er. & V. — i Be. — k Pi. — l G. — n G. sic Pi. — o G. — p Bru. — q Bru. ex Be. — r Bru. — † Be. — t G. — v Mal. — † Idem. — x Bru. ex Be. sic Li. &c. — y G — z Be. sic D. — a Be. — b Li. harm. 1. 4. sim. D. Mal. — c Li. — d Mal. — * Bru. — f Bru. — g Bru. sic V. — h Bru. sic V. C. ex Cyr & Aug. Ham. — i G. sim. Ham. — k G. — l Cyril. & Junil. in Mal. — m Li. ex Be. — n Be. — o Mal. ex Aug. Chrys. Cyp. &c.]

[Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70]

[Marginal sigla, right column: p Mal. — q Cam. — r Mal. — † Aug. in Mal. — t Aug. sic Cam. — v Cam. — x Bru. sim. Pi. — y Me. Bru. — z T. sic Orig. Chrys. Aug. Cyr. Th. &c. in Mal. — a T. sim. Mal. — b G. — c Li. harm. p. 11. — d Bru. ex Be. — * Bru. — f Be. — g Bru. — h Ca. — i Mal. — k G. — l Pi. Mal. Bru. — m Mal. — n Pi. sim. Mal. — o G. — p Mal. — q G. — r Be. Bru. Pi. Mal. — † Pi. sic Bru. — t Bru. ex Be. — v Be. Pi. Mal. — x Di. — y Mal. Bru. — z G. — a Bru. — b Mal. — c Bru. — d Pi. Bru. — * G. — f Be. sim. Pi. — g Bru. — h G. — i Bru. — k Bru. — l Bru. sim. Mal. — m G. — n Bru. — o G. — p Li. ho. — q G. — r Mal. — † G. — t Me. — v V. D. Li. — x Li. harm. 1. 11. — y Cap. — z Be. D. — a Bru. Aug. in Be. Cap.]

meri, ut Gen. 4. 10. Ezec. 16. 6, &c [b]. Ex commercio virilis & muliebris seminis [c]: ex sanguine menstruo, quo infans in utero alitur, quique copiosus fluit post partum, Levit. 12. 4[d]. ex humano semine qui est sanguis bene concoctus *. *Ex sanguinibus*, i. e. ex homine, sive humano more †. Mos est Hebræis Hominem, præsertim cum Deo aut Angelis comparatum, vocare *carnem & sanguinem*, ut Mat. 16. 17. Gal. 1. 16. & alibi [f]. Sensus loci; q. d. Fides non oritur ex generatione naturali, sive carnali, sed ex regeneratione spirituali [g]. Al. *Ex sanguinibus*, nempe Circumcisionis [h], (de qua דמים dicitur Exod. 4. 25, 26 [i].) & Paschatis; quibus RR. renatos dicunt Israelitas à sua degeneratione. Gloss. *Dixi*, [Ezec. 16. 6.] *In sanguinibus tuis vive: in duobus sanguinibus, Paschatis & Circumcisionis.* Maimon. *Per tria introducti sunt Israelitæ (paritérque Ethnici) in fœdus; per Circumcisionem, Baptismum, & oblationem sacrificii* [k]. Sensus, q.d. Non ex sanguine sive genere Abrahami, &c. Idem ferè hîc significatur quod Mat. 3. 9. Ethnicos scil. adoptandos fore, &c [l]. ¶ *Neque*, &c. Οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, &c.] *Neque ex voluntate* (vel, *appetitu*, Ar. *libidine*, P. Be. Pi. G. cupiditate vehementissima: Sic θέλειν pro ἐπιθυμεῖν, Marc. 10. 35 [m]. & θέλημα hîc pro חפץ [n]: *concupiscentia*, Bru.) *carnis*, Mo. Tre. Ca. &c. i.e. ex impetu sive appetitu naturali Veneris, cujus sedes est in organis generationis utriusque sexûs, de quibus dicitur *Caro*, de virili organo, Gen. 17. 13. Exod. 28. 42. Ezec. 16. 26. & 23. 20. de fœmineo, Levit. 15. 19 [o]. Al. *Carnem* hîc vocat mulierem [p]; quia sequitur, *viri*: ut sensus sit, neque ex voluntate fœminæ, nec viri [q]. *Caro* in S. S. Hominem sæpe sign. hîc autem, per Synecdochen generis pro specie, Fœminam [r]. Sed *caro* pro *fœmina* non memini legere †. Al. *Ex voluntate carnis*, eo sensu quo Patriarchæ, reliquique Judæi, ex pluribus uxoribus plurimos filios ambierunt, ut filios scilicet seminis Israelitici & fœderati [t]. ¶ *Neque ex voluntate viri*] Ut distet hoc à priori (nulla enim videtur esse ἐπεξήγησις) putem *ex voluntate virili* eos genitos dici qui non naturali sexuum commixtione, de qua actum jam est, sed adoptione, aut institutione, fiunt hominis alicujus filii. Notavimus hac de re ad Matth. 23. 9. sicut & ad Luc. 3. 23. ostendimus quàm latè pateat Hebræum ילד respondens Græco γεννᾷν. Eandem vocem de adoptione Sadducæi interpretabantur Levit. 18. 11. Nec aliter sumenda vox תולדות, Num. 3. 1. nam de naturali sobole nihil ibi agitur [v]. Al. *Ex voluntate viri*, eo sensu, cùm multos Proselytos ambierunt, admittendos in Israelitismum, & sic in fœdus & filiationem [x]. Hactenus Evangelista Mosen prosecutus est, ut ex eo, Gen. 6. 2. desumpsit phrasin *filiorum Dei*: Ex eo quoque præsentes [duas] clausulas accepit, ex Gen. 6. 3. *Spiritus meus non amplius cum homine disceptabit, quia & ipse caro est.* Ubi, ut Moses per *carnem* intelligit corruptam Caini progeniem, per *hominem* verò, familiam Sethi, vel Adami, quæ tamen tandem carnalis evasit; idem & Johannes hîc agit. Cùm enim in præced. verbis jus titulúmve adoptionis filiorum Dei, promovendæque regenerationis, origini ab Abrahamo aliisve sanctis viris abjudicasset; idem hîc præstat duobus titulis sequentibus, *voluntati carnis*, i. e. viribus naturæ; & *voluntati viri*, i.e. viribus moralibus [y]. Regenerationem h. l. opponit modis istis quibus autumarunt Judæi, homines factos esse Israelitas atque filios Dei. Ast longè aliud de adoptione & filiatione docet Evangelium [z]. Regenerationem opponit duplici generationi, 1. propriæ seu carnali, quæ fit ex conjunctione maris & fœminæ, quam significat vocibus *sanguinum* & *voluntatis carnis*: 2. impropriæ seu figuratæ. Quæ duplex est, una Judæorum, quæ fiebat per circumcisionem, quæ voce *sanguinum*, καθ' ὑπόνοιαν, significatur; per quam fœderi Dei accensebantur: altera quæ fit *voluntate viri*, i. e. per mentis in melius mutationem, ídque viribus liberi arbitrii [a]. ¶ *Sed ex Deo* (ex Dei voluntate sanctissima [b]) *nati* (vel, *geniti*, Be. Bru. &c. i. e. renati, ut dicitur Joh. 3. 5 [c].) *sunt*] Non carnaliter, sed spiritualiter, non corpore, sed animo [d]: *renovati spiritu mentis*, juxta Eph. 4. 23 *. regeniti per Spiritum Sanctum [f], eorum qualitates refingentem [g], atque pellentem tum tenebras è mente, tum pravos affectus è corde [h]. Hîc respicit non illam adoptionem quæ

[b] Be. [c] V. [d] Cap. * Me. † Mal. [f] G. [g] Pi. [h] Cap. Li. ho. [i] Cap. [k] Li. ho. [l] Li. harm. 1. 12. [m] Be. [n] G. [o] Cap. [p] Bru. ex Aug. Gom. [q] Q. in Mal. sic Gom. [r] Gom. † D. sim. Mal. [t] Li. ho. [v] G. [x] Li. ho. [y] Li. harm. [z] Li. ho. [a] Cap. [b] Bru. [c] Idem. [d] Mal. * Bru. Mal. [f] Pi. sim. Be. [g] Be. [h] Pi.

futura est in altero seculo, sed eam quæ hîc fit, quâ scilicet Deo reddimur similes non majestate, sed bonitate. Vide quæ ad Matth. 5. 9, 45. Confer & 1 Joh. 3. 2. *Jam nunc filii Dei sumus*, i. e. ejus imitatores [i]. *Nasci* ex quopiam est, principium vitæ ac motûs ab eo accipere: *ex Deo* ergò *nasci* est, speciales à Deo influxus recipere, vitámque ei parem vivere. Sensus versûs est, q. d. Qui vivunt secundùm voluntatem Dei, non autem juxta principium, vel, 1. naturale, sive naturæ corruptæ, sive vitâ primâ atque Ethnicâ: vel, 2. carnale, sive eorum qui voluntati suæ carnali & vitiosæ obsequuntur: vel, 3. morale, sive ut decet naturam ratione præditam, i. e. moraliter, sed tamen irregenitè [k].

14. Et, &c. Καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο] *Et* (vel, *Nam*, V. Bru. Καὶ hîc est ἀπολογικὸν superiorum [l].) *Sermo ille* (de quo hactenus diximus. Verbi hîc antè descripti proprietates quasdam enarrat [m].) *caro* (i. e. homo [n]: *Caro* pro homine sæpe occurrit [o], ut Gen. 6. 12. Psal. 65. 2 [p]. Esa. 40. 5, 6. & 49. 26. & 66. 16. Matth. 24. 22 [q]. *Carnem* autem potiùs dixit quàm *hominem*, multis de causis [r]: 1. Ut distinctio naturarum manifestior esset †: Judæi enim *carnem & sanguinem* Deo opponere solebant, ut Matth. 16. 17. Gal. 1. 16 [t]. 2. Ad commendationem dilectionis Dei, qui sese adeò humiliavit [v], ut carnem, viliorem hominis partem, assumeret [x]. *Caro* infirmitatem & humilem statum consignificat. Sic Psal. 56. 4. & 78. 39. & alibi. Confer 2 Cor. 8. 9. Phil. 2. 6. Eodem spectat nomen *Filii hominis*. Ut λόγος nos homines ad Divinam Majestatem eveheret, ipse in imbecilla hac nostra humana natura se ostendit: de quo vide Orig. & Iren. [corúmque verba in G.] Confer & 1 Tim. 3. 16 [y]. 3. Ut veritatem humanæ Christi naturæ astrueret. 4. Ut doceret, Sermonem non hominis ullius personam, sed omnium naturam, assumpsisse. 5. Ut medicina morbo responderet: carnem à nobis spoliatam omni bono, atque fœdè depravatam, induit, ut eam sanaret [z]; ut notat Justinus [a]. [Verba lege in G.]) *factus est*, Be. Pi. &c. vel, *exstitit*, Camer. cœpit esse [b], non mutatione substantiæ [c], conversione Verbi in carnem [d]; sed assumptione humanæ, non personæ, sed naturæ *, & quidem hypostaticâ unitione, per quam humana hæc natura in hypostasi Filii Dei subsistit, integris manentibus utriusque naturæ essentiis ac proprietatibus [f]. Non dicit, *carni conjunctum est* [g], nec, *carnem assumpsit* [h]; nè aut caro altera persona esse crederetur [i]; aut de veritate carnis dubitari posset, quum & Angeli corpora, nec tamen vera, assumpsisse, eáque mox deposuisse, legantur: sed, *caro factus est*, ut doceret unionem & personalem esse, & indissolubilem [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν] *Et habitavit* (vel, *commoratus est*, P. Be. Pi. sic Il.) *in nobis*, Mo. Ti. Sy. &c. vel, *apud*, sive *inter*, *nos*, Æth. Ca. Tre. G. &c. ut ἐν ἡμῖν sign. Luc. 1. 28 [l]. Vel, 1. nos homines, convivens, colloquens, &c. tanquam unus ex nobis [m]. Vel, 2. nos discipulos: sequitur enim, *vidimus gloriam ejus*. Idem hîc dicitur quod 1 Joh. 1. 1 [n]. Ad verb. *tabernaculum fixit*, &c. Pi. Significat, Christi moram apud nos temporariam fuisse [o], eúmque non ut indigenam, sed ut hospitem & peregrinum hîc fuisse [p]. Non placet [q]: nam & qui in cœlis habitant σκηνοῦν dicuntur, Apoc. 12. 12. & 13. 6 [r]. Sed illud notandum, voce σκηνοῦν (quæ eadem sono & significatu est cum Heb. שכן) alludi ad conspicuam Divinæ Majestatis præsentiam, quæ Chald. paraph. etiam δόξα [a] aut ad operationem singularem; quorum utrumque per שכן (unde שכינה) significari notant Hebræorum Magistri †; ut Maimonides Duce dubitantium, 1. 25. Sic bene cohæret quod sequitur [t]. Al. ἐσκήνωσεν idem est quod, *corpus assumpsit*. Σκῆνος sæpe idem quod σῶμα, *corpus*, apud Hesych. & Democritum: necnon 2 Cor. 5. 1, &c [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ] *Et spectavimus* (vel, *diligenter & fixè intuiti sumus*, Bru.) *gloriam* (vel, *splendorem*, ut δόξα sumitur Luc. 2. 9. & Act. 22. 11 [x].) *ejus*, Be. Pi. id est, effecta & signa gloriæ seu Majestatis Divinæ in eo habitantis [y]: dum alii carnis tantùm infirmitatem in eo observarent [z]. [Sed] non fuit humilis ille status sine magnis & certis indiciis Divinæ Majestatis, quæ כבוד Hebræis, ut Exod. 16. 7, 10. & 24. 16, 17. & 29. 43. & 33. 18, 22. & 40. 34, 35. Levit. 9. 6, 23. & alibi sæpe. Apparuit autem hæc Christi δόξα [a], tum, 1. in illa

[i] G. [k] Ham. [l] G. [m] Bru. [n] Aug. in Er. Mal. Bru. Cap. Be. Pi. Li. &c. [o] J. Cap. Li. [p] Li. [q] J. Cap. [r] Li. harm. 12. † Li. ib. sic Er. [t] Li. ib. [v] J. Cap. ex Aug. sim. Bru. [x] Li. Mal. Bru. [y] G. [z] Li. ib. [a] G. [b] Be. [c] Zeg. sic Li. [d] Bru. Li. * Bru. ex Be. sim. Li. [f] Be. [g] Bru. [h] Bru. Li. [i] Bru. [k] Li. harm. [l] G. [m] Bru. [n] Li. harm. [o] Be. sim. Er. Zeg. [p] Mal. Bru. [q] Er. Heins. [r] G. sim. Heins. † G. sim. Ham. [t] G. [v] Heins. [x] Ca. [y] Li. sim. Be. Bru. [z] Bru. [a] G.

Ddd

illa eximia transformatione[b], in cujus narratione vocem δόξης usurpat Petrus, 2 Epist. 1. 17: tum, 2. in iis quæ circa Passionem, in Resurrectione, & post eam, & in Ascensu ad cœlum, acciderunt; imò & in miraculis. Vide infrà 2. 11. & c. 12. v. 23[c]. in factis & dictis ejus[d]. ¶ *Gloriam*, &c. Δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός] *Gloriam* (sub. *inquam*, P. Be. Pi.) *quasi*, vel *ut*, *unigeniti* (i. e. dignam Unigenito Dei[*]; vel qualis eum decuit[f]: non terrenam, ut somniabant Judæi, sed gloriam sanctitatis, gratiæ, veritatis, & miraculorum[g]:) *à Patre*, Mo. Ti. Sy. &c. sub. *egressi*, P. Be. Pi. sim. Tre. ex collat. Joh. 16. 28. vel, sub. *geniti*[h]: vel, sub. *profectam*, Val. Er. Illud enim, *à Patre*, quanquam potest referri ad, *unigeniti*, constructione quæ est πρὸς τὸ σημαινόμενον, qualis est illa, *Quid tibi illam tactio est?* quia in nomine derivato inest vis verbi[i]; malim tamen referri ad, *gloriam*[k], ob similem locum, 2 Pet. 1. 17: λαβὼν γὰρ παρὰ Θεοῦ πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν. Sic, δόξαν παρὰ τοῦ Θεοῦ, Joh. 5. 44. Notat Justinus Λόγον etiam vocari δόξαν Θεοῦ: & Hebræi, quod Rabbini vocant שכינה, exponunt כבוד. Luciani Martyris confessio exstat, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐσίας καὶ βουλῆς καὶ δυνάμεως καὶ δόξης ἀπαράλλακτος εἰκών. [Porrò] יחיד, quod *unigenam*, aut *unicum*, significat, Græci, sensum respicientes, vertunt ἀγαπητὸν, (*dilectum*,) ut Gen. 22. 2, 12, 16. Jud. 11. 34. Jer. 6. 26. Amos 8. 10. Zach. 12. 10. aut ἀγαπώμενον, Prov. 4. 3. ποθητὸν, Jud. 11. 34. Plutarchus, Ὅμηρος, &c. (*Homerus dilectum filium appellat* μοῦνον τηλύγετον, *unicum*, &c.) In Odys. 2. est, μοῦνος ἐὼν ἀγαπητός. Vide Matth. 3. 17. & Marc. 12. 6. Sic Solomonem filium suum *unicum*, i. e. dilectissimum, vocat David, 1 Par. 29. 1. & ipse Solomo semet, Prov. 4. 3. Μονογενὴς ergò hîc rectè dicitur Christus eo quem diximus significatu; & cui addi potest, quia singulari modò à Deo processit. Justino, Ὁ μόνος, &c. (*Solus propriè dictus filius*, &c.) Et in transcursu damnantur Gnostici qui alium faciebant λόγον, alium μονογενῆ, alium Jesum: quod Julianus, contra Christianos scribens, notare non omisit[l]. Vocula ὡς hîc notat non similitudinem, sed veritatem & certitudinem[m]: ut Num. 11. 1. *Fuit populus sicut* (i. e. planè) *quiritantes*, &c; Neh. 7. 2. *Quia ipse* כאיש, *sicut vir veritatis*, &c. i. e. verè talis; Job. 24. 14. *est sicut fur*, i. e. fur est; Hos. 4. 4. *sunt quasi litigantes*, &c. 5. 10. *quasi moventes terminum*. Sic Matth. 14. 5. *Quia* ὡς *sicut prophetam*, &c. i. e. pro Propheta; Luc. 22. 44. *sicut guttæ*, &c; Rom. 9. 32. *Non ex fide*, sed ὡς *tanquam ex operibus*, h. e. ex operibus, scil. justificari voluerunt[n]. Quod hîc Chrys. & alii Græci vocant ὡς ὁριστικὸν, id Hebræi appellant כף לאמיתה, quod Latinè per *ut* rectè transfertur[o]. Sensus hujus loci, q. d. Sicut ipse verè erat unigenitus Dei Filius, ità etiam gloriam Divinam spectandam præbebat[p]. ¶ *Plenum*, &c. Πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας] *Plenus* (vel, *Plenum*, Mo. H. Ti. Æth. vel, *Qui plenus est*, Tre. Pers.) *gratiæ ac veritatis*, Er. Tre. Ca. Be. P. Pi. non tantùm ut Verbum erat, sed ut caro factum, Col. 2. 9[q]. Conjunguntur & infrà v. 17. *gratia & veritas*, unde apparet tacitam esse comparationem cum Mose[r], cujus Lex ferme sine venia ac donis Spiritûs, & plena umbris. *Legi Gratia* passim apud Paulum opponitur: sed & *Veritas*, Rom. 15. 8. Heb. 9. 24. ubi *veritas* ipsam rerum soliditatem significat, quæ & *corpus* interdum vocatur. Vide & Joh. 4. 23. Jugulatur & hîc Gnosticorum somnium, quibus aliud erat ἀλήθεια quàm λόγος, aut Christus†. Lex Mosis opponitur & *Gratiæ*, quatenus minatur maledictionem transgressoribus[t], erátque ministerium mortis, 2 Cor. 3. 7[v]; & *Veritati*, quatenus continebat ceremonias, umbras rerum à Christo præstandarum[x]. *Plenus* ergò *erat gratiæ & veritatis*, quia & à maledictione Legis nos liberavit, gratiámque Dei impetravit suâ morte, & ceremonias Legis sacrificio suo implevit[y]. Duæ sunt nobiles animi facultates, intellectus & voluntas; & duo earum objecta, *verum* & *bonum*: hinc *gratia & veritas* sæpe in S. S. tanquam bonorum summa proponuntur, ut Psal. 25. 10. & 36. 5. & 40. 12. & 138. 2. Hos. 2. 19. Christus ergò, cùm sit substantia promissionum, quæ originem suam ex *gratia*, complementum in *veritate*, habuerunt, dicitur *plenus gratiæ & veritatis*; q. d. complementum promissorum omnium *gratiæ*, & *veritas* omnium typorum atque prophetiarum; & in eo erat plenitudo

[Margin: b G. sim. Ca. Mal. — c G. — d Cla. — * Li. ho. — f Ca. — f Li. ho. sic Bru. Pi. — g Li. ho. — h Pi. — i G. — k G. sim. Val. Er. — l G. — m Pi. ex Be. sic Val. Er. Ca. Li. Ham. Mal. Bru. Glas. &c. — n Glas. gram. 3. 5. 28. 505. — o G. — p Pi. — q Bru. — r G. sim. Pi. — † G. — t Pi. — v Ham. — x Pi. sim. Ham. — y Pi.]

istius misericordiæ & veritatis, quam Patriarchæ, Prophetæ, virique sancti, sperabant; eátque ipse scopus atque summa totius Scripturæ[z]. *Plenus gratiâ*, tum gratis datâ, tum gratum Deo reddente, i. e. donis omnibus atque virtutibus; & *veritate*, prout opponitur, vel, 1. figuris, præceptis, & promissionibus, Legis, quæ omnia per Christum explicata, consummata, & præstita, sunt: vel, 2. falsitati, hypocrisi, aut errori, à quibus prorsus immunis erat, Colos. 2. 3. 1 Pet. 2. 22[a]. *Gratia* hîc denotare videtur gratuitam Christi benevolentiam, quæ est origo gratiæ, v. 16. & salutis nostræ: *Veritas*, per meton. causæ pro effecto, accipitur pro rerum, verbo signisque indicatarum, impletione[b]. *Plenus* non tantùm *gratiâ*, i. e. favore Dei erga nos, sed & *veritate*, i. e. donis ac beneficiis, quæ favoris istius veritatem demonstrent[*]. *Plenus gratiâ*, i. e. summâ misericordiâ, & *veritate* præcedentium umbrarum[c]. [Sed constructio hîc ἀνώμαλος videtur: nec liquet quîcum congruit πλήρης. [Quid statuendum?] Duo Codices legunt πλήρη, quod forsan ad ἐθεασάμεθα referri possit. Sed πλήρης legunt omnes alii MSS. Codices & Epiphanius[d]: quod referendum est ad ὁ λόγος, inclusis parenthesi verbis præced. hoc modo, *Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis (& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis*[*]. Sed non opus est parenthesin interponere. Nam rectum cum obliquis construere & Græci solent, ut ostendimus ad Marc. 6. 40. Vide & Eph. 3. 17. ubi post ὑμῶν sequitur Nominativus; & Apoc. 1. 5. ubi post Χριστοῦ sequitur ὁ μάρτυς[f]. Vide dicta ad Luc. 22. 10[g].

15. *Johannes*, &c. Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε] *Joannes testatus est* (vel, *testatur*, Be. ex Er. Vulg. &c. in præsenti[h]: vel, 1. per Enallagen[i], præs. pro præt[k]. vel, 2. ut continuum actum designaret[l], quia durabat in perpetuum auctoritas [hujus] testimonii[m]. Respicit hæc vox Joannis personam, totúmque ipsius officium sive ministerium, forsan & martyrium[n].) *de eo*, (nempe quòd Verbum caro factum est, & nobiscum habitavit, plenum gratiâ, &c[o].) *& clamavit*, Be. Pi. &c. i. e. palàm & libere[p], altâ & clarâ voce[q], cum vigore & efficaciâ[r], prædicavit†. Allusio ad Prophetica vaticinia de Joanne Baptista[t]. Respicit hæc vox particulare & vocale testimonium Christo à Joanne exhibitum[v]. Similis alibi est mutatio temporum [in verbis,] ut Joh. 4. 28. ἀπῆλθε, καὶ λέγει, *abiit, & dicit*: hîc autem aliquid amplius denotari videtur, ut dictum[*]. Ipsius Johannis publicâ confessione eos refellit qui Johannem, omisso Jesu, sectabantur, déque ejus nomine dici se volebant[y]. ¶ *Hic*, &c. Οὗτος ἦν ὃν εἶπον] *Hic erat* (ἦν pro ἐστὶ[z]) quam Enallagen Budæus ex profanis Autoribus observat[*]: nam in ver. 30. ubi hoc idem repetitur, habetur ἐστὶ[b]. Vel, τὸ *erat* refertur ad id tempus quo Johannes de Christo absente verba fecerat, quem tunc præsentem digito demonstrabat[c]. Vel, dicit, *erat*, quia Christus ad Jordanem cum Johanne fuerat, &, populo præsente atque spectante, visibiliter, ut puto, & subitò, abreptus fuerat, & in desertum abductus[d].) *quem* (vel, *de quo*, Be. Bru. Pi. ὃν, pro, περὶ οὗ[*], ut explicatur v. 31. Sic Aristophanes, Λέγε εἰ σοι δοκεῖ Λακεδαίμονα, pro, περὶ Λακεδαίμονος[f].) *dicebam*, Be. Pi. dixi jam ante Baptismum ejus[g]; vide Luc. 3. 15, 16[h]. & nunc coram multitudine repeto[i]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος] *Qui me sequitur*, Pi. ex Be. ut discipulus præceptorem, ex collat. Joh. 8. 12[k]. *Qui post me veniens*, V. sic Val. Er. vel, *venit*, Be. qui ad me accedit, quasi unus è baptizandis[l]. Vel, *venturus est*, Bru. ex Vulg. Li. ut ἐρχόμενος accipitur Apoc. 1. 8[m]. qui brevi mihi successurus est in munere prædicandi[n]. *Post me*, vel, 1. ætate[o]. Sed quid momenti in eo erat quòd Joannes aliquot mensibus natu major erat quàm Christus[p]? [Non parum sanè; ut magnum indicaret mysterium, eundem scil. Jesum, qui quoad humanam naturam ipso junior esset, secundùm alteram naturam ipsum ætate antecessisse.] Vel, 2. prædicatione[q]. Diximus jam ἔμπροσθεν esse, *procedere ad populum publicandi Divini mandati causâ*[r]. ¶ *Ante*, &c. Ἔμπροσθέν μου γέγονεν] *Antecessit me*, Er. Il. Ti. *Ante me factus est*, Mo. Vulg. Pi. Sed γίνεσθαι non hîc significat *fieri* simpliciter, sed aliquo modo†: nec usquam Christus in S. S. simpliciter *factus* dicitur[t]. Vel, *genitus est*, Val. Zeg. Sic dicimus,

[Margin: z Li. harm. 14. — a Bru. — b Gom. — * Di. ad v. 17. — c Ham. — d Be. — * Bru. ex Be. sim. Pi. Li. — f G. — g Di. — h G. — i Be. — k Bru. sic Li. Be. &c. — l Bru. — m G. sim. Be. Bru. Li. — n Li. harm. 2. 52. — o Bru. — p Bru. ex Be. sim. Li. — q Pi. — r Idem. — † Bru. — t G. — v Li. 52. — * Li. ib. 42. — y G. — z Be. Bru. Glas. — * Glas. gram. 3. 3. 46. 371. — b Bru. — c Pi. — d Li. harm. 2. 51. — * Pi. ex Be. — f Be. — g G. sim. Bru. — h Bru. — i G. — k Pi. — l Be. — m Li. harm. 2. 43. — n Bru. — o Aug. & Epiph. in Be. sic Er. — p Be. — q Be. ex Cyr. & Chrys. — r G. — † Pi. — t Gr.]

dicimus, ποιεῖν τέκνα, *facere filios* [v]. Vel, *fuit*, sive *erat*, V. D. Tre. ex Sy. vel potiùs, *exstitit*, Val. Zeg. D. vel, quod penè idem, *prodiit* [x]; vel, *cœpit esse*, Er. Refertur hoc ad Christi Deitatem quæ æterna est [y]. Et fateor τὸ ἔμπροσθεν etiam dici de tempore [z], ut apud LXX, Jud. 1. 23. 1 Reg. 3. 12 [a]. at in N.T. nusquam tempus, sed semper locum, respicit [b], ut Matt. 17. 2. Marc. 1. 2. Luc. 12. 8. & 19. 27, 28. &c. Deinde, quod sequitur, πρῶτός μου, tempus respicit, ideóque ἔμπροσθεν μου aliter sumi necesse est. γέγονεν autem, quod tempus præteritum respicere videtur, quódque ansam eis dedit qui ἔμπροσθεν de tempore accipiunt, construendum est in temp. præsenti, quomodo & ἐγενήθη, Matt. 21. 42. & γενόμενος, Act. 4. 11 [c]. Al. *Prælatus* (vel, *Antepositus*, Be. Pi.) *mihi est*, G. Be. ex Aug. & Chrys. & Cyril. destinatione Divinâ scilicet [d]: ordine [*], auctoritate [f], dignitate [g]: quia per hunc Deus voluit *tollere peccata mundi*, *judicare mundum*, Act. 2. 22. & 10. 42. Sic Gen. 48. 20. *Posuit Ephraim* ἔμπροσθεν τοῦ Μανασσῆ, est, *anteposuit Ephraimum Manassi* [h]. At ἔμπροσθεν ibi tempus denotat, vel locum in eo effato, quo Ephraimum commemoravit ante Manassem. Et ἔμπροσθεν idem est quod Heb. לִפְנֵי, ac tempus, vel locum anteriorem, semper denotat, nusquam, quod sciam, præcellentem dignitatem [i]. Hîc verò illum sensum suadet, quòd in locis parallelis pro eo quod hîc est, ἔμπροσθεν μου γέγονεν, habetur, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, Matt. 3. 11. Marc. 1. 7. Luc. c. 3. v. 16 [k]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι πρῶτός μου ἦν] *Quia* (vel, *Certè*, V.) *prior* (vel, *antiquior*, Pers. Ar. vel, *præstantior*, P.) *me erat*, Er. Il. Mo. Be. Pi. vel, *est*, Tre. ex Sy. P. sic Ca. Duo hîc notanda [l]: 1. πρῶτος, pro πρότερος [m], per Enallagen gradûs [n]: ut Joh. 15. 18. & 1 Joh. 4. 19 [o]. Sic 1 Cor. 14. 30. *Primus taceat*, i. e. prior. Non enim de omnium primo loquente, sed de proximè præcedente, sermo est [p]. Sic Aristoph. Avibus, Ἧκε δ' ὁ πρῶτος πρῶτον Δαρεῖος Μεγάβυζος. 2. Πρῶτος non temporis, aut loci, antegressum, sed dignitatis eminentiam, notat [r]. In Libro Categoriarum, Τὸ βέλτιον καὶ τιμιώτερον πρότερον δοκεῖ, (*Præstantius prius videtur.*) In Metaphysicis, 4. 11. Τὸ ὑπερέχον τῇ δυνάμει πρότερον, (*Quod excellit potentiâ prius dicitur.*) Ulpianus, Πρῶτον, &c. (*Prius non ordine, sed dignitate*, &c.) Aristophanes Ranis hoc sensu, Σοφοκλέα πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου. Notant hoc Latini Grammatici ad illud Virgilii, *Trojæ qui primus ab oris*: &c, *Primúsque Machaon*: & ad Terentii illud, *Aut quia ego sum apud te primus*: & illud, *Nihil prius aut fortius*. Cur autem dignior Jesus patet ex superioribus, quia *Filius unigenitus*. Matthæus dixit, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, 3. 11. quem secuti Marcus, 1. 7. & Lucas, 3. 16 [†]. Cohæret cum præced. q. d. Jure mihi antepositus est, quia infinitò me præstantior est [t], quippe qui erat prior me [v], tempore & exsistentiâ [x], nempe ut æternus Deus [y].

16. Et, &c. Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος, &c.] *Et* (vel, *Nam*: in 2 cod. pro καὶ est ὅτι [z]) *ex plenitudine ipsius* (i. e. ab ipso plenissimo gratiâ & veritate: non dicit, *plenitudinem*, sed, *de plenitudine*; q. d. per partes, & ad mensuram [a]: ex plenitudine donorum spiritualium, quibus Christus, quà homo, fuit repletus, idque hoc fine, ut ea cum fidelibus communicaret [b].) *omnes* (nos omnes qui in ipsum credimus [c], qui vidimus gloriam ejus, qui aliquid gratiæ accepimus [f]:) *accepimus*, Be. Pi. &c. nempe dona Spiritûs [g], pro mensura donationis Christi [h]: vel, quicquid habemus [i]. Sensus, Uberrimi illius favoris quo præditus erat, omnes consortes redditi sumus, omnes participes fecit adoptando nos Patri [k]. Verum usum ostendit vocis πληρώματος, non ut, secundùm Gnosticos, spatium aliquod supercœleste significet, sed ut τὴν ἄκραν μετοχὴν τῆς Θεότητος, (*summam Deitatis participationem*,) ut Orig. loquitur: ut & Col. 1. 19. & 2. 9. Clemens Stromat. 2. Πᾶσαι δὲ αἱ δυνάμεις, &c. (*Omnes autem virtutes Spiritûs Sancti in unum collectæ Filium perficiunt*, &c.) Est autem hoc καὶ connectendum cum superioribus quæ præcesserant, antequam testimonium Johannis insereretur; præsertim cum illis, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας [l]. Sunt autem hæc verba, vel, 1. Baptistæ [m]; vel potiùs, 2. Evangelistæ [n]: ut patet, 1. ex apta connexione cum v. 14. *plenus gratiâ*, &c. *& ex plenitudine ejus*, &c [o]. & cum v. 17, & 18 [p]. 2. ex ipsa sententia [q]. Illi enim quos tum alloquebatur Baptista, Christi officium aut nihil, aut perobscurè, cognoverunt [r], & necdum de plenitudine illius acceperant [†]; ut dici posset, *nos omnes accepimus*, &c [t].

¶ *Et*, &c. Καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος] Locus difficilis. Τὸ καὶ hîc vim habeat [v], vel, 1. ἐξηγητικὴν, *explicativam* [x]: q. d. *accepimus*, scilicet *gratiam*, &c [y]. *Et*, pro, *& quidem*: est enim amplificatio ex collatione majoris; q. d. Non solùm accepimus, sed accepimus magnâ copiâ [z]. Vel, 2. emphaticam; q. d. Non solùm doctrinam, ut à Mose, sed & gratiam, à Christo, accepimus: cui favet vers. sequens. Vel, 3. adversativam; q. d. Omnes accepimus, sed diversimodè, &c [a]. [Verba sic reddunt;] *Et gratiam* (i. e. beneficium [b]) *pro gratia*, Er. T. Mo. Be. Tre. ex Sy. P. Ca. Pers. Ar. &c. vel, *propter gratiam*, V. Pi. Bru. Li. vel, *supra gratiam*, Cam. Be. Pi. [Hinc diversimodè explicant;] 1. Favorem Dei erga nos propter favorem Dei Patris erga Filium [c]. Ut ἀντιλαμβανόμενος perhibeatur accepta gratia una pro altera gratia. Sic in Ajace, Χάρις ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω, *Veniat*, seu *retribuatur*, *gratia*, i. e. favor & benevolentia, *pro gratia* [d]. Nobis durum hoc & longè petitum videtur [*]. Ἀντὶ tamen sæpe valet διὰ, *propter* [f], ut Luc. 1. 20 [g]. Luc. 19. 44. Act. 12. vers. 23. Eph. 5. 31 [h]. 2. *Gratiam ob gratiam*, gratiam unam ob alteram, posteriorem ob priorem. Dicit ex plenitudine Christi hauriri non unam, sed plures gratias; quarum prima sit causa secundæ, ista tertiæ, &c. donec, completis omnibus gratiæ donis, perficiatur tandem beatitudo. Nec tamen rectum hîc gratiæ usum spectari arbitror, [de quo Pi. locum intelligit,] sed ipsam salutaris gratiæ conditionem, quæ ea est ut prima trahat alteram, &c [i]. 3. *Gratiam gratis*. Elegantia est S. Literarum vocem eandem contiguo loco ponere sensu alio. Et id in eadem hac voce χάριτος invenitur Rom. 5. 15. ubi priori loco χάρις est, *donum*; secundo, *benevolentia quâ nos propter Christum Deus complectitur*: quod distinctiùs enunciatur Rom. 12. 6. χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν· & alibi sine tali allusione, ut Eph. 3. 7. δωρεὰν τῆς χάριτος. Significat ergò Evangelista dona Spiritûs Sancti sibi aliísque Apostolis, imò & credentibus, gratis à Deo concessa: nam ἀντὶ χάριτος nihil aliud hîc esse putem quàm חִנָּם, i. e. non pro ullo merito, sed ex mera bonitate: quod ità per ἀντὶ (quæ particula respondet Hebræo תַּחַת) effertur, quia continet in se negationem pretii. Sic בגלל Hebræum interdum ἀντὶ transfertur, ut, χαλκὰ ἀντὶ τῆς χαλκᾶ, Jer. 11. 17. alibi χάριν, 1 Reg. 14. 16. sæpiùs διὰ, ut Deuter. 15. 10. Jer. 15. 4. & alibi [k]. 4. Dixerat, *Ex plenitudine ipsius accepimus*, gratiam scilicet & veritatem. Imò, inquit, accepimus insuper *gratiam pro gratia propaganda*, i. e. gratiam Apostolatûs, ut gratiam propagemus in aliis [l]. Huc faciunt, 1. scopus loci, qui est, de diversis mediis viísque, quibus patefactus erat Christus, agere: 2. ipsa verba. Χάρις ità sumitur Rom. 1. 5. *Accepimus* χάριν καὶ ἀποστολὴν, *gratiam & Apostolatum*; i. e. gratiam Apostolatûs: alibi χάρισμα vocat, ut 1 Tim. c. 4. v. 14. 2 Tim. 1. 6. Confer 1 Cor. 15. 9. Ἀντὶ interdum causam finalem respicit, valet, *gratiâ*, vel *causâ*. Sic 1 Cor. 11. 15. ἀντὶ περιβολαίου, *ut sit operimentum*: Heb. 12. 2. ἀντὶ χαρᾶς, &c. *gaudii causâ*. Sic dicunt Authores profani, ἀνθ' ὅτου, *cujus gratiâ*: ἀντὶ μηδενὸς, *non ullius gratiâ*: ità & h. l. *gratiæ causâ*, in aliis scilicet efficiendæ [m]. 5. Ἀντὶ hîc significat, *vice*, *loco*; & sensus est, Pro gratia Legis (quæ præteriit [n]) accepimus gratiam Evangelii [o], permanentem & veram [p]. Confirmatur ex v. seq. in quo Vetus Fœdus ac Sacerdotium cum Novo comparatur, qui additus omnino videtur ad horum verborum explicationem, ut liquet ex particula causali [q], ὅτι, in illius principio. Sed indè sequitur tantùm illustratio ejus quod dixerat, nos accepisse per Christum gratiam [r]. Non placet hæc sententia [†]: quia Lex Vetus nusquam vocatur *gratia*, sed gratiæ sæpe opponitur, ut Rom. 6. 14, 15 [t]. & inprimis hoc loco [v], ubi Joannes hoc agit, ut Veterem Legem extenuet, Novam commendet [x]: ut Legi nullam, Christo soli omnem, gratiam tribuat [y]. 6. *Gratiam pro gratia*, i. e. gratiam ei quam Christus ipse apud se habet analogam; quo modo ceræ sigillum suæ impertitur imaginem [z]. 7. *Gratiam pro gratia*, i. e. non omnes eandem, sive æqualem, sed alius unam, alius pro illa aliam, aut majorem, aut minorem, secundùm mensuram donationis Christi. Et, pro *quamvis*, vel *sed*, ut sæpe Hebræis: q. d. omnes accepimus, quamvis non eandem gratiam, sed *alius sic*, *alius sic*, juxta 1 Cor. 7. 7 [a]. 8. Ἀντὶ hîc ponitur

Margin notes (left): [v] D. ex Basil. [x] Val. [y] Q. in Be. [z] Be. [a] Di. [b] Li. & Di. ex Be. [c] Li. ib. 54. [d] G. sim. Pi. [*] Be. [f] Er. [g] Ham. sim Er. Be. Pi. Li. ib. [h] G. [i] Di. [k] Ham. [l] G. [m] G. sic Er. Be. D. Pi. Ham. [n] Pi. [o] G. [p] Glas. gram. 3. 1. 18. 71. [q] G. [r] G. sim. Er. Mal. [†] G. [t] Be. sim. Pi. [v] Pi. sic Gom. Li. [x] Li. harm. 2. 54. [y] Pi. sim. Gom. [z] Be. [a] Bru. [b] Pi. [c] Pi. sic Bru. [f] Bru. [g] Pi. [h] Pi. Bru. [i] Be. [k] V. [l] G. [m] Mal. ex Orig. Athan. Aug. Chrys. & Th. [n] Mal. Er. Be. Pi. Li. Bru. ex Chrys. Cyr. & Euth. [o] Pi. Li. [p] Li. harm. 55. [q] Pi. Li. [r] Pi. ex Be. sim. Li.

Margin notes (right): [†] Er. sim. Li. Pi. [t] Li. Pi. [v] Mal. [x] Mal. sic G. [y] Mal. [z] Pi. [a] Mal. [b] Ca. [c] Camer. sim. V. Bru. [d] Camer. [*] Di. [f] Bru. ex Be. sic Di. [g] Di. [h] Di. ex Be. [i] Di. [k] G. [l] Li. ho. [m] Li. harm. 2. 58. [n] Aug. in Be. [o] Be. ex Chrys. Cy. Th. & Aug. apud Di. Scal. in Di. [p] Aug. in Be. [q] Be. [r] Pi. [†] Di. sim. Mal. Pi. [t] Mal. [v] Mal. sim. Pi. Di. [x] Mal. [y] Di. [z] Q. in Ga. [a] Mal.

tur pro עַל, ἐπὶ, *super* [b]: Enallage præpositionum frequens. Ità significatur abundantia gratiæ Christi à Prophetis deprædicata. Vide Zach. c. 4. v. 7. *gratia, gratia* [c]. *Gratiam pro gratia*, i. e. gratiam aliam super aliam, i. e. cumulatam [d]. Vel, *gratiam loco gratiæ*, i. e. gratiam gratiæ quasi succenturiatam & jugiter succedentem, subindè novam. Phrasis qualis illa Theogn. ἀνί' ἀνιῶν ἀνίαι *tristia tristibus succedentia* *: aut illa Job. c. 2. v. 4. *Pellem pro pelle*, i. e. omnem pellem, i. e. (ut statim exponitur) omnes facultates suas, quæ tunc in pellibus, & pecudibus, sitæ erant: aut illa Amos 3. 13. *domum hyemalem* עַל *supra domum æstivam*, i. e. omnem domum [f]. Obj. עַל pro תחת nusquam reperio [g]. Resp. Esto: at עַל redditur ἀνὶ, ut Eph. 5. 31. ἀνὶ τούτου, pro quo est עַל־כֵּן, Gen. 2. 24 [h].

17. *Quia*, &c. Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη] *Nam lex* (i.e. Lex Dei, quod notat articulus, vim habens διακριτικὴν [i] · inprimis Lex moralis & ceremonialis [k]: ut colligitur ex antithesi [l].) *per Mosen* (i.e. Mose mediatore ac ministro [m],) *data est*] In transcursu confoditur Ebionis dogma Jesum Mosi posthabentis [n]. ¶ *Gratia & veritas per Jesum Christum facta est*; ità Mo. P. Tre. &c. Ἐγένετο] *Fuit*, Sy. sic Ar. *Extitit*, Val. Er. Il. *Obtigit*, Ti. sic Ca. *Exorta est*, i. e. esse cœpit [o]. *Præstita*, vel *Exhibita, est*, Be. Bru. Pi. scilicet à Deo [p]. *Jesu Christi* nomen hîc primùm exprimit Apostolus, postquam eum suis illis magnificis titulis denotavit, ut sciret Ecclesia non modò non diversos esse *Jesum & Christum*, ut tradebant Gnostici; sed nec alium esse *Jesum Christum* quàm qui Λόγου & Μονογενοῦς nomine dicatur [q]. *Gratia & veritas* peculiari phrasi conjunguntur in Hebraismo [r], & unum idémque hoc loco significant, sed ratione diversâ. *Gratia* est affectus benefaciendi, & quidem gratuitò: *veritas* (quæ est constantia in dictis & factis) id ipsum significat. Qui enim crudeles sunt, sunt etiam fraudulenti †. Phrasis hæc, sive de Deo dicatur, sive de hominibus, est periphrasis veræ beneficentiæ, quæ duabus partibus absolvitur, interno animi favore, quæ *gratia*; & externa illius comprobatione per opera & actus, quæ *veritas* dicitur: atque ità accipitur Gen. 47. 29. 2 Sam. 2. 6. Ità h. l. sensus est, q. d. In Christo Deus & nos favore suo complectitur, & reipsâ id beneficiis suis probat [t]. [Alii autem hæc duo distinguunt, non tamen uno modo:] חסד, χάρις, denotat *gratuitum Dei favorem*, quo æterna bona promittit immerentibus: אמת, ἀλήθεια, *constantiam ac veritatem Dei*, in promissis illis præstandis: quæ duo per Christum duntaxat exhibentur, in quo *omnes promissiones Dei sunt Etiam & Amen*, &c. 2 Cor. 1. 20 [v]. *Gratia* est reconciliatio [x]; vel, benignitas, h. e. gratuitus Dei favor [y], quo & remittit peccata, & regenerat &c [z]. *Veritas* est promissionum exhibitio [a], vel res ipsæ per ceremonias (& promissiones [b]) Legis significatæ atque adumbratæ †. *Veritas* hîc non falsitati opponitur [c], sed umbris Legis [d]: quæ Christum quidem prædicabant, sed obscurè duntaxat & imperfectè: nec *gratia* impietati, sive defectui gratiæ, opponitur *, sed condemnationi Legis [f]. Vel *gratia* hîc præcipuè est copia illa Spiritûs passim in Christianos effusa, statui Veteris Legis incognita: quò, præter alia vaticinia, rectè referas illud Esa. 55. 13 [g]. Discrimen inter Mosem & Christum petendum est, non ex διὰ, quod causam denotat non modò instrumentalem, sed & principalem, ut Joan. c. 1. v. 2 [h]. sed ex verbis ἐδόθη & ἐγένετο. Lex per Mosen, tanquam servum, *data est*: gratia per Christum, tanquam Dominum, *facta* [i]; quia ipse fons erat gratiæ [k].

18. *Deum* (i. e. Essentiam Dei, ut in se est, & subsistit in tribus personis [l]:) *nemo* (hominum [m], mortalium scilicet [n]: nemo Prophetarum, nè Moses quidem [o],) *vidit* (oculis, vel, 1. corporis; quia *Deus spiritus est*, Joh. 4. 24: vel, 2. mentis sive intellectûs [p]. *Vidit*, i. e. cognovit, scilicet per se, & viribus suis, & quantùm satis est ad vitam æternam [q].) *unquam*] Putem hunc esse sensum, Nemo cum Deo ità vixit familiariter ut ejus consilia pervideret: quo sensu dictum, *Quis cognovit mentem Domini*, &c? Rom. 11. 34. &, *Nemo Patrum novit*, &c. Matt. 11. 27. ubi dicta vide. Adducor huc etiam loco Ecclesiastici, 43. 35. qui ostendit quasi proverbium fuisse apud Hebræos, & quidem eò magis quia ut hîc verbum ἐξηγεῖσθαι sequitur, ità ibi verbum ἐκδιηγεῖσθαι. Noster etiam [Johannes,] aut quisquis ille est, Epist. 3. 11. *non vidit Deum*, posuit pro, *non novit*. Et Joh. 3. 32. *quod vidit & audivit*, pro, *quod certò novit* [r]. Sed quorsum hæc? Resp. 1. Referri debent ad omnia suprà dicta †. q. d. Ea quæ de Verbo dixi, ex solo Verbo didici. Quis enim alius id perspicuè enarrare potuit? Videtur etiam alludi ad Johannis testimonium, cui præfertur hoc loco testimonium Christi, utpote unigeniti, &c [t]. 2. Ratio hîc redditur cur non Moses, sed Christus, veritatem nobis disertè explicavit, quia hic, non ille, Deum vidit [v]. q. d. Nullus præcedentium Prophetarum penetravit secreta Divini consilii, unde nil mirum si veritatem summorum mysteriorum nobis revelare nemo potuerit [x]. ¶ *Unigenitus*] Sic eum hîc vocat, vel, 1. ut adoptionem excluderet, naturam [Christi Divinam] assereret [y]: vel, 2. ut significaret, eum omnia enarrare potuisse [z]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον, &c.] Pro, ἐν τῷ κόλπῳ [a]. Εἰς pro ἐν frequens & aliis, & his maximè, Libris [b]. *Qui est in sinu Patris*, Er. P. Be. Pi. &c. sub. *sui*, Sy. Ar. i. e. Patri acceptissimus [c]: charissimus & arcanorum conscius [d]: Patri conjunctissimus, cùm naturâ atque essentiâ, tum cognitione omnis veritatis, &c *. communione consiliorum & secretorum [f]. *In sinu esse*, est proximum & intimum esse. Dicitur de conjugibus inter se, Deut. 28. 54, 56. de amicis, Luc. 16. 22. ubi quæ diximus vide: Joh. 13. v. 23. de rebus aliis, 2 Sam. 12. 3. Etiam hoc loquendi genus, *sinus Patris*, à Gnosticis malè usurpatum, vero rectóque sensu hîc donatur. Vide Iren. 2. 7 [g]. Sensus, q. d. Occulta Dei ipsi sunt manifesta. Quæ enim occultamus in sinu reponimus [h]. ¶ *Ipse*, &c. Ἐκεῖνος ἐξηγήσατο] *Ille* (sub. *inquam*, Pi. & sub. *nobis*, Be. Pi. Epanalepsis est pleonastica, qualis infrà v. 33. ὁ πέμψας, —— ἐκεῖνος μοι εἶπεν, &c. Simil. & 1 Cor. 5. 5 [i].) *enarravit*, vel *exposuit*, Er. Il. P. Be. Pi. &c. Ἀπεκάλυψε. Matt. 11. 27. consilia Dei tot seculis abscondita mundo patefecit [k]; planè ac dilucidè declaravit [l]: nam ἐξηγεῖσθαι is dicitur qui res latentes & obscuras in lucem profert [m]. Nos verâ ipsius notitiâ donavit [n]. Al. *Enarravit*, non tam sermone & prædicatione quàm expressione & repræsentatione, quippe Patris character, &c [o]. *Sic cœli enarrant gloriam Dei*, [Psal. 19. 2.] i.e. structurâ suâ admirandâ Deum narrant, & descriptum quasi repræsentant. Ἐξηγήσατο idem Hellenistis quod ἐφανέρωσε, *repræsentavit, manifestam generi humano fecit*; vel, ἐχαρακτήρισε. Est etiam Ellipsis h. l. Sensus plenus est, *Deum nemo vidit. Filius vidit & expressit* [p].

19. *Et* (vel, *Etiam*, G. *Autem*, vel *Igitur*, Bru.) *testimonium Joannis*] De Christo [q], non ex occasione prolatum, sed ad legitimam interrogationem [r]. Testimonium hoc est, vel, 1. diversum à superiore, ut res ipsa & diversissimæ circumstantiæ demonstrant †. Testimonium hoc baptismum Christi sequebatur, quem reliqua Joannis testimonia antecesserunt [t]. [Vel, 2. idem cum illo:] ut ostendit ratio loquendi, *Hoc autem est ἡ μαρτυρία, testimonium illud Joannis*, scilicet, cujus paulò antè memini [v]. Quod paucis proposuerat, v. 15. deinceps pleniùs & per circumstantias exponit [x]. ¶ *Quando miserunt* (vel, *miserant*, V.) *Judæi ab Jerosolymis*] i.e. Synedrium magnum, cujus consessus erat Hierosolymis [y], quorúmque notio erat de vero ac falso Propheta [z]. Simili modo ad Barchochebam misisse Synedrium narratur percunctatum quem se diceret [a]. ¶ *Sacerdotes & Levitas*] Homines peritos Scripturarum, quíque religionibus procurandis præerant: quæstio enim de religione erat [b]. Miserant doctissimos sui cœtûs. Nam hi, quibus è publico victus erat, liberiùs studiis vacabant [c]. ¶ *Ut interrogarent eum, Tu quis es?*] Pro, *quis esset*. Oratio recta loco obliquæ [d]. Est mos Hebræorum mandata exprimere oratione directâ, ut Exod. 3. 14. 2 Reg. 4. 16. Compendio autem rem dicit quæ ex superioribus pleniùs intelligitur. Non enim interrogârunt quis esset, i. e. quo munere fungeretur, sed an esset Christus: quod Nonnus rectè exprimit *, [verbis à G. productis.] Non quærunt de nomine ejus, aut genere [f], aut persona, utpote illis nota [g]; sed de munere & officio [h]: num Christus esset, Luc. cap. 3. vers. 15. aut Christi præcursor, aut comes. Nôrunt quippe promissum adventûs Christi tempus adesse, & baptismum tempore Messiæ administrandum fore, &c [i].

Margin notes (left): b Q. in Be. Cam. Pi. — c Cam. — d Q. in Mal. sim. Musc. & Dunæus in Ga. — * Ga. advers. 27. 293. — f Mal. — g Be. — h Pi. — i Idem. — k Pi. ex Be. Li. harm. — l Pi. — m Bru. — n G. — o Er. — p Bru. — q G. — r Di. — † Cam. — t Di. — v Ful. misc. 1. 8. — x V. — y D. — z Pi. sim. Bru. — a V. — b Bru. — † Pi. sim. Bru. — c Li. — d G. sic Be. Li. harm. 61. — * Li. 60. — f Q. in Di. sic Li. Pi — g G. — h Di. — i Di. sim. Mal. ex Chrys. & Th. — k Mal. — l T. ex Bru. — m Mal. — n Mal. Bru. — o T. — p Bru. sic Mal. Me. &c. — q Pi.

Margin notes (right): r G. — † Mal. — t Me. ex Mal. — v Chrys. & Th. in Mal. — x T. — y Hil. in Mal. — z Mal. — a Bru. Pi. — b G. — c V. — d Pi. — * Bru. — f T. sim. Mal. Bru. &c. — g G. — h Me. — i Pi. — k G. — l Me. ex Bru. — m Bru. Be. ex Er. — n Be — o Di. ex Heins. — p Heins. — q Bru. — r G. — † Be. — t Ham. ad v. 29. — v Pi. — x Pi. sim. Me. — y G. sim. Bru. Li. harm. 62. — z G. sic Li. ib. — a G. — b Mal. — c G. — d Bru. ex Be. — * G. — f Bru. — g Be. — h Bru. ex Be. — i Bru.

20. *Et*,

20. Et,&c. Καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο· καὶ ὡμολόγησεν] *Et* (vel, *Tum*, Pi.) *confessus* (vel, *professus*, Be. Non placet: nam profitemur ultro; confitemur rogati[k].) *est*, (i.e. palàm & disertè agnovit[l],) *& non negavit*; *& confessus est*, Mo. sic Sy. Ca. &c. vel, *confessus* (vel, *professus*, Be.) *est*, sub. *inquam*, P. Pi. &c. vel, *inquiens*, Er. Il. vel, *nempe*, Tre. Pleonasmus Hebræorum emphaticus[m], qualis suprà v. 3[n]. & Psal. 40. 10. 11, 12. Esa. 38. 1[o]. Suprà diximus, negationem oppositi addi affirmationi solere ad omnem exceptionem elidendam[p]. Locutiones huic persimiles reperire est Job. 5. 17. 2 Reg. 18.36. Repetitur autem, ὡμολόγησε, ut significetur, illum bis térve idem magnâ constantiâ atque asseveratione dixisse: quod eò magis erat necessarium, quia multos jam illa falsa opinio invaserat, Luc. 3. 15[q]. quod & Johannis modestiam Judæorúmque improbitatem declarat[r]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὐκ εἰμὶ,&c.] *Non sum ego Christus*, Pi. &c. vel, *ille Christus*, Ti. sim. P. Æth. Be. Ὅτι servit mimesi †. Professus est, se non esse magnum illum Messiam qui circa ea tempora exspectabatur[t], ut liquet ex Luc. 2. 26, 38. & 19. 11. & 24. 31. Joh. 4. 25, &c[v].

21 *Elias es tu?*] In terras demissus ex eo loco in quem raptus est. Qui hoc interrogant, ostendunt se nescire quo patre, quâ matre, natus esset Joannes, aut de eo dubitare. Vide ad Matth. 16. 14[x]. Putabant Judæi, Eliam venturum ante diem Domini, sive tempus Messiæ; tum invisibiliter, ut ad circumcisionem cujuslibet pueri, nec non quolibet Sabbato: tum inprimis visibiliter atque corporaliter, &c[y]. ¶ *Non sum*] Hoc nimirum sensu quo interrogabatur[z]: vel, talis qualem Judæi sibi fingebant Eliam, &c[a]. ¶ *Propheta*, &c? Ὁ προφήτης, &c?] *Es tu Propheta ille?* Be. Pi. &c. Græci articulum & legunt & urgent. Quare putem Jeremiam intelligi, de cujus reditu rumor quidam inter Judæos vagabatur. Vide ad Matth. 16. 14. Sic 2 Mac. 15. 14. Ἰερεμίας ὁ τοῦ Θεοῦ προφήτης Non mirum igitur & hoc disertè à Joanne negari[b]. *Vates ille*, nempe à Deo per Mosem promissus[c], Deut. 18. 15. quem Judæi à Messia diversum fore credebant[d]. Verùm articulus sæpe Græcis redundat, ut Apoc. 3. 17. *Nescis quòd sis* ὁ ταλαίπωρος· vel articulus sic exprimi potest Gallicè, *Une prophete**. Articulus sæpe largam & generalem significationem obtinet, nec semper certam rem aut personam denotat. Nec legi apud Judæos, alium quemvis Prophetam, præter Christum & Eliam, ab eis venturum exspectari. Verto itaque, *Tune es Propheta*[f]? Tune unus Prophetarum à mortuis resuscitatus? Credebant enim Judæi in adventu Messiæ resuscitandos fore Prophetas. Dicunt Hebræi, *Discessisse Spiritum Prophetiæ à populo post mortem Zachariæ & Malachiæ*[g]. Quærunt ergò, an jam redditus erat, &c[h]. ¶ *Non*] i.e. Non qualem illi putabant, non unus ex Prophetis V. T. resuscitatus, ut Matth. 16. 14. Non se vatem esse negat, sed plusquam vatem se esse ostendit. Sic dicimus, *Non semel*, i.e. plusquam semel. Sic Num. 11. 19. *Et comedatis non uno die*, &c. non negat comesuros esse uno die, ant duobus, &c. sed plus dicit[i].

22. *Quis es?*] Post negativas responsiones affirmativam volunt elicere, qualem officio se diceret[k].

23. *Ego* (sub. *sum*, Be. Pi. is de quo scriptum est quod sequitur[l];) *Vox clamantis*, &c.] Recta locutio fuerat, *Ego clamans*, &c. sed verba ipsa Esaiæ adferre voluit[m]. ¶ *Dirigite*, &c. ità Er Mo. Ti. Ar. Di. Εὐθύνατε, &c.] *Rectificate*, Di. sicut Matth. dixit, εὐθείας ποιεῖτε, *rectas facite*[n]: non enim εὐθὺ opponitur τῷ τραχεῖ, sed τῷ σκολιῷ. At τῷ τραχεῖ opponitur λεῖον, ut ex Luc. 3. 5. apparet. Sic Propheta מישור, *rectitudinem*, opponit τῷ עקוב, *tortuoso*. Quum ergò paulò antè dixisset, εὐθύνατε, &c. sensus non est, Ablatâ asperitate planam reddite viam Domini; sed, ablatâ tortuositate rectam eam facite, ne per circumflexus & ambages populo meo in patriam sit redeundum[o]. [Alii aliter vertunt;] *Complanate*, &c. Tre & G. ex Sy. Il. Be. Pi. i.e. planum & æquabile facite[p]: *Purgate*, P. Be. *Corrigite*, Ca. *Facilem reddite*, Ar. in Di flexibus, sordibus, incommodisque omnibus, sublatis[q]. Vide ad Luc. cap. 3. vers 5[r]. ¶ *Sicut dixit*, &c.] Vel, *dixerat*, sub. *sic factum est*, V.

24. *Erant ex Pharisæis*] Non mirum: major enim Synedrii pars ejus erat sectæ, ut videre est Act. 23 †.

[k] Pi. [l] Bru. ex Be. [m] Be. sim. Bru. [n] Bru. [o] Be. [p] G. sim. Bru. [q] G. [r] Be. † Pi. [t] G. sim. Li. 63. [v] Li. ib. [x] G. [y] Li. harm. 2. 65. [z] G. [a] Cam. [b] G. [c] Q. in Ca. sim. Chrys. Cyr. & Th. in Be. [d] Be. * Ca. [f] Li. harm. 71. [g] Li. ho. [h] Li. harm. [i] Ca. [k] G. [l] Bru. sic Ham. [m] G. [n] Di. sic Bru. [o] Di. [p] Be. [q] Bru. [r] G. † G.

Hoc addit Johannes ut causam redderet cur de baptismo quærerent[t]; vel, 1. ex arrogantia cum invidia conjuncta, studióque reprehendendi, non cognoscendæ veritatis: erant enim illi inflati Legis peritiâ, vitæque sanctitate, &c[v]. Vel, 2. quia traditio erat eorum, nemini licere baptizare nisi Christo, aut Prophetis[x]. Pharisæi censebant nullum à se ritum qui aut à Deo præceptus, aut à majoribus esset traditus, omitti: quare nec Baptismum ad suos ritus addendum fuisse arbitrabantur, nisi fortè à Propheta[y].

25. *Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei*] i.e. *Interrogârunt dicentes*, G. ¶ *Quid* (vel, *Cur*, Be. Pi. Quâ authoritate[z]) *baptizas*, &c?] Tam solenni ac publicâ mersatione quæ hactenus circa Judæos inusitata: nam ablutiones Pharisaicæ alterius erant generis. Vide Marc. 7[a]. Non ignorabant Judæi mutationem aliquam in ritibus fore sub Messia, quod & ex Jer. 31. liquebat*. Expectârunt Judæi mundum sub adventu Messiæ renovandum, & immundos purificandos, juxta Ezec. 36. 26[b]. & Baptismum aliquem universalem, ex Zach. 13. alìisque locis[c]. Non quærunt de re, de ipso Baptismo; sed de persona & authoritate baptizandi. Non ignotus aut insuetus veteribus Judæis fuerat, vel, 1. Baptismus. Maimon. in Issure Biah, perek 13. *Per tria Israelita (pariter & Ethnicus) in fœdus admissus est, Circumcisionem, Baptismum, & Sacrificium.* Sic Talmud in Jebameth, perek 4. *Proselytæ admissi sunt per Baptismum, sive solum, sive*, ut plerumque, *cum circumcisione conjunctum*. Vel, 2. Baptismus infantum. Talmud in Cetuboth, perek 1. *Rab. Hona dicit, Parvulum baptizant ex mandato Consistorii.* Addúntque, *privilegium etiam nescienti conferri posse, demi autem non posse*: & paulò antè loquuntur *de proselytissa virgine circa tres annos nata*, &c. Maimon. de Servis, c. 8. *Israelita qui Ethnicum infantem invenit, eúmque baptizat in nomen Proselytæ, ecce Proselyta est*: & in tract. Issure biah dicit. *Quum mulier prægnans proselytissa facta atque baptizata est, non opus est infantem postea natum baptizari.* Cùm ergò Christus baptismum, quem velut circumcisionis appendicem usurpârunt, circumcisionis loco constituit, more antiquo atque consueto usurpandum, non mirum, à Christo nihil dici de ætate vel sexu personarum baptizandarum, de quibus satis jam constabat[d].

26. *Ego baptizo in aqua*] i.e. Solâ aquâ*. q.d. Non sum hujus ritûs autor, sed administer, idq; ejus nomine & mandato cui uni jus est tum externi instituendi Baptismi, tum ejus intus præstandi beneficii quod exteriore ritu significatur[f]. Spiritu perfundere illius est cujus ego me præconem ac ministrum profiteor: quod facio, pars est & initium functionis ipsi mandatæ. Vide infrà 33[g]. ¶ *Medius* (*In medio*, Be. Pi.) *vestrûm*] i.e. Palàm[h], inter vos[i], tanquam unus ex vobis. Alludit ad Deut. 18. 18[k]. ¶ *Stetit*] Ità Li. Respicit historiam Luc. 2. 46[l]. Steterat inter alios Judæos, petens baptismum à Johanne[m]: nec jam præsens erat, ut constat ex v. 29[n]. Ἕστηκεν] *Stat*, Be. Bru. Pi. i.e. agit, sive conversatur, vobiscum[o]. Loquitur de re præsenti, & ἕστηκεν significationem præsentis habet ut liquet ex Luc. 8. 20. Act. 1. 11. Rom. 5. 2. &c[p]. ¶ *Quem vos nescitis*] Quis sit, vel cujus dignitatis & conditionis, &c[q].

27. *Post me venturus*] Cum prædicatione & baptismo[r]. Respicit Mal. 3. 1. Vide supra v. 15 †. ¶ *Cujus*, &c.] q.d. Non dignus sum ipsi esse à calceis[t]. Vide quæ ad Mat. 3. 11. Τὸν ἱμάντα, (*corrigiam*,) i.e. rem contemptam: Gen. 14. 22. τοῦ ὑποδήματος. Nomen generis, cujus species Sandalium, quo Christus & Apostoli utebantur[v].

28. *Hæc in Bethania*, &c.] Ἐν Βηθανίᾳ habent omnes antiqui Libri, & Syrus, & Epiphan[x]. [Aliis non placet hæc lectio:] hic enim locus dicitur fuisse πέραν, *trans*, *Jordanem*[y]. At Bethania erat cis Jordanem[z], & procul à Jordane[a], prope Jerosolymam, Joh. 11. 18[b]. Obj. Πέραν respondet Heb. עבר[c], quod & *cis* valet, ut Deut. 1. 1[d]. nec semper ulteriorem ripam, sed simpliciter τὴν παραποταμίαν, notat*. Resp. Πέραν propriè non significat *juxta*, vel *secus*, sed *ultra*, vel *trans*, ut liquet ex Matth. 8. 18. Marc. 4. 35. & 5. 1. Joh. 6. 1. & 18. 1. & vix usquam aliter sumitur[f]. Putem ergò *Bethaniam* pro *Bethabara* positam, nomen videlicet notum pro minùs noto[g]: quod non mirum, cùm frequens hoc sit in Latinis Codicibus, ut videre est in Latina versione, 1 Sam. 6. 6. Cant. 2. 17. & 6. 12.

[t] Mal. sim. Bru. [v] Bru. [x] Mal. [y] G. [z] Bru. Li. ho. [a] G. * Be. [b] Li. ho. [c] G. [d] Li harm. 2. 72. * G. Bru. [f] Be. [g] G. [h] Be. [i] Be. Bru. [k] Bru. [l] Q. in Be. [m] Bru. [n] Li. harm. 2. 44. [o] Bru. sim. Be. [p] Be. [r] G. sim. Bru. † G. [t] Bru. [v] G. [x] D. ex Be. [y] D. [z] Cas. D. Be. [a] Be. [b] Scul. ex. 1. 35. ex Be. [c] Pi. sic Cas. [d] Pi. * Cas. ex D. [f] Li. harm. 2. 77. [g] Scul. ib. sic G.

& 6. 12. & 8. 1[h]. & in Græcis Bibliis, ut *Juda*, pro *Jehu*, Hos. 1. 4; *Bathuel*, pro *Pathuel*, Joel. 1. 1; *Euphratha*, pro *Sapharad*, Abd. v. 20[i]. Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ, &c.] Lectionem hanc vetustiorem esse magno consensu Græci tradunt. Neque videtur dubitandum quin idem sit locus qui infrà 10. 14. Nam quod hîc est, ὅπε ἦν ὁ Ἰωάννης βαπτίζων, ibi est, ὅπε ἦν ὁ Ἰωάννης τὸ πρῶτον βαπτίζων nimirum quia post id tempus baptizavit in Salim, in deserto scilicet, ut alii Evangelistæ loquuntur. Ibi quoque est in Syriaco, בעברת דירדנן; quod & hîc loco post nomen proprium sequitur, ad explicandum illud, πέραν τῦ Ἰορδάνε· cùm propriè sit, *in trajectu Jordanis*. Idem autem est עברה & בית עברה: nam בית nominibus loci apud Hebræos frequenter additur. Eum autem locum ità fuisse ad trajectum Jordanis ut trans Jordanem, id est, in Peræa, colligitur infrà 11. 7. & manifestum id facit tabula à Judæis edita. Videtur nomen inditum ex historia quæ est Jos. 3. 16, 17. ubi vox *trajectûs* bis apparet. Et hoc & aliis argumentis colligimus Syriacum, ut & Arabicum, exemplar (utrumq; enim hoc loco habet בית עניה) ex serioribus Græcis versum, aut depravatum. Βαταναία, quod apud Josephum aliquoties legitur, huc non pertinet. Est enim per τ, à fructu fortè qui ibi nascitur, cui nomen בטנים. Neque magis pertinere huc arbitror aut בית ערבה, quod est Jos. 18. 22; aut בית ברה, quod est Judic. 7. 24: quorum illud Gr. Βηθαβαρὰ malè scribitur, cùm scribi debeat Βηθαραβὰ & hoc Βηθηρὰ, cùm legendum sit Βηθβηρά. Videtur autem ὑπόνοια aliqua subesse loco *Bethabara*: nam ubi Dei populus, ex deserto veniens in Terram promissam, trajecit, ibidem editum est Joannis testimonium, quasi trajectum faciens ex Lege in Regnum cœleste[k]. [Qui plura vult de h. l. adeat Li. harm. p. 77... & Li. ho. in disquis. chorog. cap. 1. & D. Scul. &c.] ¶ *Trans*, &c. Πέραν τῦ Ἰορδάνε] [Variant:] *Secus*, vel *Secundùm*, *Jordanem*, Be. Pi. Cas. i. e. in ripa Jordanis[l], citeriore scilicet respectu Hierosolymæ: nam *Bethabara* erat in tribu Ephraim[m]. Al. *Trans Jordanem*, Er. G. Li. &c. in ulteriori ripa[n], in tribu Reuben, in regione Peræa[o], in ditione Scythopolitana, inter Syro-græcos, ubi tutius aliquantum potuit esse Christo à Pharisæis, Joh. 10. 40[p]. Hanc Versionem probant, 1. significatio vocis[q], [de qua dictum ad membrum præcedens,] & Lexica. 2. Communis illa trichotomia, *Judæa*, *& Galilæa*, *&* עבר הירדן, *Transjordanina*[r]. 3. Historia & progressus Johannis baptizantis. Hoc fecit diversis ac distantissimis locis, ut constat ex Matth. 3. 1, 5. & Luc. 3. 3. 4. Quòd Christus in hac historia perrexit ultra Jordanem, ut liquet ex Joh. 10. 40. & 11. 7 †. ¶ *Ubi——erat baptizans*] Phrasis hæc plerumque actum quasi continuum significat: *ubi tum solebat baptizare*[t].

29. *Venientem* (ex deserto ubi tentatus fuit[v],) *ad se*] Divino consilio, ut hoc testimonium præsenti coram populo redderetur. Sed occasio adventûs videtur fuisse, quòd sicut antè Baptismum, ità tunc Prædicationem, Johannis inter cæteros vellet cohonestare[x]. ¶ *Ecce*, &c. Ἴδε ὁ ἀμνὸς, &c.] *Ecce* (pro, *Hic est*[y]. Eum quasi digito monstrat[z].) *Agnus ille* (eximius & singularis[a],) *Dei* (i. e. Deo devotus;) ut dicitur *nox Dei*, Exod. 12. 42. *panis Dei*, Levit. 21. 21. *Nazaræus Dei*, Jud. 13. 5. *lucerna Dei*, 1 Sam. 3. 2[b]; [ità h. l. *agnus Dei*,] i. e. Deo gratissimus[c], quippe *sine labe aut macula*, 1 Pet. 1. 19[d]. innocens, obediens, mansuetus, qui occisus est *. Allusio est ad agnum Paschalem, Exod. 12. 5[f]. vel, ad agnos in V. T. mactatos[g]: vel, ad agnum jugis sacrificii[h], qui quotidie manè & vesperi offerebatur, Exod. 29. 38[i]. qui oblatus est pro toto Israele, *viris stationariis*, ut vocabantur, *ut vicariis totius populi*, *manus suas capiti agni imponentibus*, juxta Legem, Levit. 1. 4. & 3. 2. & 4. 4. atque ità peccata sua, & reatum, quasi in victimam transferentibus: ut liquet ex Levit. 16. 21, 22[k]. Adde 1. Quòd Agnus erat primum & antiquissimum Christi documentum, Apoc. 13. 8. 2. Quòd Johanni res jam erat cum Sacerdotibus & Levitis qui circa Agnum hunc occupati erant. 3. Quòd tempus jam erat hujus sacrificii, v. 39. 4. Quòd congruit hoc cum doctrina Johannis de *remissione peccatorum*, Marc. 1. 4. quam sacrificio hujus Agni impetrandam fore significat[l]. Obiter ostendit Johannes, Jesum non in pœnitentiam baptizatum[m]. Sensus loci, q. d. Ecce persona à Deo ordinata

[Margin: h G. | i Scul. | k G. | l Pi. | m Pi ex Pe. | n Li. ho. | o Bru. | p Li. ho. | q Li. harm. | r Li. ho. in disq. chorog. cap. 1. | † Li. harm. 77. | t G. | v Ham. sim. Bru. | x G. sim. Bru. | y Pi. | z Li. harm. 81. | a Pi. | b Li. ib. | c G. | d G. sim. Bru. | * Bru. | f G. | g Pi. | h Li. ho. | i Bru. | k Li. ho. | l Li. harm. | m G.]

in victimam ad expiandum peccata, &c[n]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ αἴρων, &c.] *Qui tollit peccatum* (numerò singulari[o], emphaticè[p]: intelligit autem, vel peccati pœnam[q]; vel, peccatorum omnium radicem, peccatum originale, & fructus illius[r]; vel, omnia & singula peccata †, singulare collectivè positum[t]: peccatorum universitatem, vel, corpus peccati, ut Rom. 6. 12[v]. vitiorum omnium colluviem; tyrannidem & vim omnium peccatorum[x]. Est Enallage numeri[y].) *mundi*, Be. Pi. i. e. non modò Judæorum, sed & Ethnicorum, 1 Joh. 2. 2[z]. vel, *peccatum mundi* vocat illud in Paradiso commissum, cujus totus mundus reus est, de quo Rom. 5. 12, &c. & cum illo per synecd. simul intelligit cætera peccata[a]. *Tollit* autem perfectissimè, & maculam peccati eluendo, & pœnam debitam solvendo, atque ità justitiæ Divinæ satisfaciendo[b]. Potest נשא Hebræum, cui respondet Græcum αἴρειν, & veniæ impetrationem significare & animorum emundationem. Ut posteriorem significationem hîc præferam facit locus 1 Pet. 1. 18. ubi *à vana conversatione* (idololatria aliisque flagitiis) *redempti* dicimur *Agni immaculati sanguine*; quo scilicet doctrinæ suæ exemplum simul & testimonium dedit: & locus 1 Joh. 1. 7. ubi, *si qui in luce ambulant*, dicuntur *emundari sanguine Christi ab omni peccato*, i. e. consideratione ejus dogmatis, quod ipse morte suâ sanxit, ab omni genere delictorum retrahi. Inter vaticinia de Messia & hoc est, eum fore Doctorem Gentium & idololatriæ destructorem[c]. Ὁ αἴρων, i. e. הנושא, *qui aufert*, aut *condonat*, ut 1 Sam. 15. 25. & 25. 28. vel certè, *portat*, ut Syrus vertit[d]. *Tollit*, i. e. aufert, nempe à credentibus, quatenus pro iis sacrificatus in cruce: vel, *portat*, ut de hirco dicitur, Levit. 16. 22. & de Christo ipso, Esa. 53. 4, 11, 12. 1 Pet. 2. 24. scilicet expiandi gratiâ *. *Tollit* penitus, quia in se recipit. Tollimus enim onera quæ nobis ipsis imponimus[f]. Αἴρειν ἁμαρτίαν est, *peccatum in se suscipere & portare*; sicut Matth. 16. 24. ἀράτω, &c. *portet crucem suam*. Christus, quà Deus, αἴρει, *aufert* peccatum remittendo; sed quà Agnus Dei & victima piacularis, de qua hîc agitur, αἴρει, *portat* peccatum, portando expiat, expiando aufert, efficítque ut remittatur. Est ergò hîc αἴρειν tum נשא, tum סבל, Esa. 53[g].

31. *Et*, &c. Κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτὸν] *At ego non noveram eum*, Be. Pi. &c. nempe ante adventum ejus ad me ut baptizarem eum[h]. Hoc addit, nè cognationi, familiaritati, aut gratiæ, datum videretur hoc testimonium[i]. *Non noveram*, vel, 1. ratione officii[k]; an Christus esset[l]: vel, an is esset qui Spiritu Sancto baptizaturus erat[m]. Cui repugnat illud Matth. 3. 14. *Opus habeo abs te baptizari*, &c. nempe Spiritu Sancto[n]. Veram [tamen] interpretationem putem, Messiam, mundi expiatorem, & donatorem Spiritûs Sancti, in terris esse ego nesciebam antequam Deus mihi, cùm Baptismi mandatum mihi injungeret, & hoc revelaret, & simul personam indicio designaret; nempe eum esse Messiam cui visurus aliquando essem supersedentem Columbam cœlitus missam[o]. Vel, 2. nomine[p], aut facie[q]: Deo rem sic disponente, ut nulla inter eos (quamlibet cognatos[r]) antea foret consuetudo, nè res ex composito inter ipsos geri videatur †: útque Christus Johanni per gradus innotesceret, quò certius & exploratius esset illius de Christo testimonium[t]. Sciebat Johannes Messiam esse natum, & se ei præmissum, alioquin ignoraret suum ipse munus & Zachariæ, patris sui, carmen. Sed, cùm unà cum Jesu non vixisset[v], sed longè ab eo vitam solitariam & ab omni hominum consuetudine remotam ageret, ità constituente Dei providentiâ, ejus vultum non cognovit, ante baptismum; tunc autem novisse eum cœpit, primùm revelatione interiore[x], sive aflatu Divino[y]: deinde etiam signo exteriore[z], Columbâ, &c[a]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ, &c.] *Sed ut innotesceret* (φανερῦσθαι est, *innotescere cum sua qualitate*; vide infrà 7. 4. & 21. 1[b]: vel, *ut manifestus fiat*, Be. Pi. à me prædicatus[c], & præsens præsentibus monstratus[d]:) *Israeli*, V. &c. i. e. Israelitis sive Judæis; i. e. ut manifestatus recipiatur, ametur, & colatur ab Israel tanquam promissus ille Rex Israel *. ¶ *Veni*] *Missus à Deo me ostendi populo*: ut de ea voce suprà egimus[f]. ¶ *Baptizans*] Ut homines, novo hoc baptizandi ritu (novo, inquam, licèt non modo, doctrinâ tamen & fine illius[g],) excitati, confertim ad me audiendum, baptis-

múmque

[Margin: n Pi. | o Er. Cla. | p Cla. | q Q. in Be. | r Be. | † Bru. ex Th. sim. Li. harm. p. 45. | t Bru. | v G. | x Er. | y Li. ib. | z Li. ib. sic Bru. | a Pi. | b Bru. | c G. | d D. | * Pi. | f Er. | g Di. | h Be. | i Mal. sic Bru. | k Glas. rhet 1. 14. 439. | l Q. in Li. sim. Er. | m Th. in Li. | n Li harm. 1. 176. | o G. | p Bru. | q Bru. Li. Er. Ca. &c. | r Ca. | † Bru. ex Be. | t Er. | v Ca. | x Bru. | y Ca. | z Bru. | a Ca. | b G. | c Zeg. | d Zeg. sim. Bru. | * Bru. | f G. | g Li. harm. 2. 82.]

n.umque subeundum, convolarent, & inter alios Christus, qui hoc pacto & mihi & aliis innotesceret[h]. Baptismus ideo mihi injunctus est ut quos de pœnitentia institutos baptizarem, eosdem ad accipiendam institutionem plenissimam, certitudinem veniæ, & Spiritum Sanctum, ad Jesum mitterem, Act. 19. 4[i].

32. *Vidi Spiritum* (Dei, ex Matth. 3. 16[k]. ubi dicta vide[l]:) *descendentem quasi columbam*] Vel, *specie columbæ*, V. *corporeâ specie*, ut est Luc. 3. 22. & imagine quâdam, quum ipse sit invisibilis. Verba illa, εἴδει, Luc. 3. & ὡσεὶ h. l. non referuntur ad columbam, quasi non fuisset vera columba; sed ad Spiritum Sanctum, ut doceatur, eum nec esse corporeum, nec columbam, &c[m]. ¶ *Et mansit* (i. e. non statim disparuit & avolavit, sed ad tempus requievit[n],) *super eum*] In illo acquievit Spiritus, nemini posthac majori dandus, imò nec cuiquam nisi per ipsum[o].

33. *Nesciebam eum*] Repetitio suprà dicti, quæ rem planè extra dubium ponit. ¶ *Ille mihi dixit*] Cùm mandatum baptizandi daret[p].

34. *Vidi, &*, &c. Καὶ μεμαρτύρηκα, &c.] *Et testor*, Be. Pi. Præter. pro Præsenti[q]. *Et testatus sum & testor*; more Hebræo, quibus vox Præteriti etiam permanentem actum significat[r]. ¶ *Filius* (vel, *Filius ille*, Be. Pi. nam articulus hîc habet vim distinguendi, &c †.) *Dei*] Æternus[t], ille dilectissimus, ille simillimus, unigenitus denique. Etiam Hebræi שכינה, i. e. ἀπαύγασμα Θεῦ, בן (*filium*) vocant[v]: de Deo Deus, jam homo factus. Hoc titulo Jesum & sibi, & Prophetis, anteponit, &c[x].

35. *Alterâ* (vel, *Posterâ*, Er. V. Be. Pi.) *die*] Id est, postridie[y]. Nullus enim dies intercessit inter eum quo Pharisæis & Levitis illa respondit Johannes, & quo dixit hæc[z]. Τῇ ἐπαύριον] Verto, *postea, aliquantò post*, ut suprà v. 29. & ut Heb. מחר, *cras*, sumitur Jos. 22. 24, 27, 28. Nam inter testimonium quod Johannes perhibuit legatis Hieros. & testimonium quod hîc Christo perhibetur, atque baptismum Christi, necesse est non paucos intercessisse dies, quibus ea evenirent quæ narrantur Matth. 3. 5. ad v. 13. de tota Judæa turmatim ad eum confluente: quod non verisimile est antè factum quàm Johannes se legatis probâsset, &c[a]. ¶ *Iterum stabat*] Loco consueto[b], muneri suo intentus[c], baptizans & docens[d]. Hæc gesta sunt post Christi baptismum, ut antecedentia & consequentia ostendunt. Jam verò statim post baptismum Christus à Spiritu abreptus est in desertum, &c *.

36. *Respiciens*] *Intentis oculis*, G. sim. Bru. *Dicit*] Pridianum testimonium confirmans[f]. ¶ *Ecce agnus*, &c.] Non dicit, *Ecce Messias: ecce Rex Israel*: ut doceret, Christo mortem priùs tolerandam esse quàm Regnum ineundum, & nè quis abjecto Christi statu moveretur, &c[g].

37. *Duo discipuli*] Sub. *ejus*, Bru. ex Sy. ¶ *Secuti sunt Jesum*] Non ut dehinc ipsi perpetuò adhærerent, sed ut familiaritatem cum illo inirent, ut cognitionem ejus aliquam acciperent[h].

38. *Videns eos sequentes se, dicit eis*] Alloquitur eos prior, ut ipsis, verecundis haud dubiè, animum addat, &c[i]. Basil. Μόνον θέλησον, καὶ Θεὸς προαπαντᾷ[k]. (*Volenti Deus occurrit.*)

39. *Quid quæritis?*] Quid me vultis[l]? ¶ *Rabbi*] Cognomen Doctorum Verbi[m]. Hic aliique tituli nuper orti & jam in usu erant apud Judæos[n]. Ῥαββί] Nimirum ex Baptista didicerant, hunc esse à quo haurienda essent Regni cœlestis mysteria[o]. ¶ *Ubi*, &c. Ποῦ μένεις] *Ubi habitas?* Be. Vulg. i. e. ubi hospitaris[p]? ut te postridie invisamus, & tecum colloquamur[q]. *Ubi manes*, vel *moraris?* Bru. Pi. &c. *Ubi diverteris?* Sic enim vox μένειν sumitur Joh. 2. 12. & alibi. Volebant hi duo non quovis modo auditores esse Jesu, sed ἐσωτερικοί, *interioris admissionis*[r]. Vellem sic reddere, *Ubi sabbatizas?* & suppono, non sine ratione, diem proximum fuisse Sabbatum, de quo dicit, *Manserunt apud eum diem illum*, non certè jam labentem, qui ferè elapsus fuit, (*nam hora erat decima*;) sed potiùs insequentem †.

40. *Venite & videte*] Comiter eos ad hospitium suum invitat hac ipsâ horâ, quam minùs opportunam Jesu esse metuebant. ¶ *Die illo*] i. e. Quod reliquum erat diei, & totam noctem sequentem[t]. Sensus est, Eo die indè non discesserunt, ac proinde ibidem pernoctarunt, quia jam serum erat. Vide Luc. 24. 29[v]. ¶ *Hora——erat quasi decima*] Scil. ab ortu Solis[x]: ac proinde parum diei restabat[y]. Judæi diem in 12 horas distinguebant, Joh. 11. 9[z]. ostendit tum humanitatem Jesu, qui rem differri noluit ob noctem insequentem, tum aviditatem Discipulorum ad audiendum Christum, &c. præ qua non erant de nocturno hospitio soliciti[a].

41. *Erat——Andreas*, &c.] Illud ἐκ cum εἷς, quod sequitur, non malè construit Syrus[b].

42. *Invenit hic*, &c. Οὗτος πρῶτος] Id est, πρότερος, ut suprà 15. prior scilicet altero suo comite[c]: ambo enim Simonem quærebant[d]. Adverbio hunc sensum expressit Syrus & Nonnus, eodem sensu *. *Hic primùm*, Vulg. Sy. & Ar. in Di. i. e. πρῶτον, ut in 2 vet. cod. & Th. Romano[f]. ¶ *Invenimus Messiam*, Τὸν Μεσσίαν] *Messiam illum Regem*, G. ut Judæi loquuntur[g], promissum Judæis & jam expectatum[h]. Hoc ideo dicit Andreas quòd dogmata Jesu invenisset congruentia iis quæ Joannes de eo prædicaverat. Erat Petrus inter eos *qui exspectabant consolationem & redemptionem Israel*, ut dicitur Luc. 2. 25, 38; *regnum Dei*, Marc. 15, 43. Itaque nullus ei nuncius potuit accidere lætior[i].

43. *Tu es Simon* (שמעון, *Auditor*; qui primus est gradus discere cupientium[k]: Nomen Judæis usitatissimum[l].) *filius Jona*, Υἱὸς Ἰωνᾶ, בר יונא] Vide quæ ad Matth. 16. 17. Id verò est *filius Divinæ gratiæ*; qui secundus gradus jam credentium[m]. Ἰωνᾶ contractum videtur ex יוחנא: quod confirmant Libri in quibus scriptum Ἰωάννης, aut Ἰωαννᾶ[n]. Non placet: 1. In Luc. 3. nomen *Jochanan* tripliciter profertur Græcè, Ἰαννα, v. 24. Ἰωαννᾶ, v. 27. Ἰωνᾶν, v. 30. at nunquam Ἰωνᾶ. 2. *Jonah* יונה nomen Talmudicis frequens est[o]. Jesus Simonem, quem nunquam antea viderat aut noverat, & ex nomine, & ex genere, vocat, ut auctoritatem dictis conciliaret, &c *. ¶ *Tu*, &c. Σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς] *Tu vocaberis Cephas*. Hic tertius gradus, inconcussâ constantiâ profitentium. *Vocaberis*, scil. in posterum, ut Gen. 17. 5[p]. *Ceph* occurrit in Heb. ut Job. 30. 6. Jer. 4. 29. *Ceph* est vox Chaldæa, quâ Paraphrastæ sæpe reddunt Heb. סלע, ut Num. 20. 8, 10, 11. Jud. 20. 45, 47. & 21. 13, &c. ac proinde *petram* significat. *Cephas* autem est adjectivum, nec tam *Petram* sonat, quàm *Petrosum*[q]: [de quo plura videlis in Cl. Autore.] ¶ *Quod*, &c. Ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος] *Quod declaratur* (vel, *Quod est si interpreteris*, Be.) *Petra*, Pi. [Sed] Πέτρος non est appellativum: nunquam enim vox Attica (qualis πέτρος pro *petra*: sic enim Lexica, πέτρα, κοινῶς· πέτρος, Ἀττικῶς[r].) apud Hellenistas reperitur †: & ipse Johannes statim appellativum communiter extulit πέτρα. Est ergò proprium, sed translatum cum sua significatione in sermonem Græcum[t]. Proprium nomen Syrum hîc redditur in proprium nomen Græcum, & non appellativum in appellativum; nec proprium in appellativum[v].

44. *In*, &c. Τῇ ἐπαύριον] *Postero die*, ex quo Simon ad Christum accesserat[x]. ¶ *Voluit exire* (scil. è Judæa: in qua hæc egit Johannes, ubi & Christus manifestari voluit, majoris auctoritatis gratiâ, nè in Galilæa, regione obscura & à Jeros. longè dissita, Johannes & Jesus conspirâsse, atque ex composito res gessisse, dici possent[y].) *in Galilæam*] Ut ex regione ignobili ignobiles sibi Discipulos colligeret. Vide infrà 7. 52. Conjunge 1 Cor. 1. 28[z]. ut impleret quod prædictum fuit; vide Matth. 4. 15. ut regionem in qua nutritus fuit cohonestaret, &c[a].

45. *A Bethsaida*] Oppido Galilææ, Matth. 11. 21[b]. ad lacum Genesereticum[c]. ¶ *Civitate*, &c. Ἐκ τῆς πόλεως] Id est, ἐκ τῆς πατρίδος, *ex patria*: sic Luc. 2. 3, 4. Synecdoche membri[d]. Hîc ἐξ abundat, quomodo ἐν, Joh. 2. 23. ¶ *Andreæ & Petri*] Quorum, ut familiarium, relatu præparatus jam nonnihil erat Philippi animus *. Hi autem postea migrârunt Capernaumum, Marc. 1. 21, 29. ut Christo propiores essent. Vide Mat. c. 17. v. 27[f].

46. *Nathanael*] Quod nomen occurrit 1 Chron. 15. 24. Esd. 10. 22[g]. Nomen ejusdem sensûs cujus Hebræum *Jonathan*; Græca *Dosithei*, *Dorothei*, *Theodori*, *Theodosii*; Latinum *Adeodatus*. Eruditus [hic erat,] ut veteres existimârunt: addam, quod credibile puto, à Legisperitis institutus; quod aliis sua tenuitas inviderat[h]. In

Lege & Prophetis exercitatus, ut verba sequentia innuunt [i]. ¶ *Quem scripsit*] Illum *de quo*, &c. Be. Pi. G. ut, *Scriberis Vario* [k]. ¶ *Moyses in lege*] In Libris Mosis [l]: in Jacobi vaticinio de Silo [m]. ¶ *Et prophetæ*] Reliqui omnes [n], maximè Esaias, Malachias, Daniel. Circumscriptio est Christi [o]. *Prophetarum* nomine includit quoque *Cetubbim*, vel, *Hagiographa* : ut liquet ex Matth. 13. 35. & 24. 15 [p]. ¶ *Jesum*] Indicant cui titulum Christi putent competere [q]. ¶ *Filium Joseph*] Loquitur ex vulgi opinione [r], ignorantes eum filium esse virginis †. ¶ *A Nazareth*] Ortu Nazarenum [t], quia vulgò sic vocabatur [v]: ibi conceptus erat, Matth. 2. 23. & educatus [x].

47. *A Nazareth*, &c?] Loco exiguo [y], obscuro [z], ignobili [a], barbaro [b], impio atque prophano: vide Luc. 4. 29 [c]. Non jam dicam Messias, sed Propheta aliquis indè exspectetur? nam id Legisperiti disertè negabant. Vide Joh. 7. 52 [d]. ¶ *Veni & vide*] Virum ipsum, experire quid viri sit, & quæ ejus virtus, &c [*]. Locutio frequens in Zohar. Certiora indicia ex ipsius sermone accipies quàm ex loco originis haberi possint. Philippus traditiones Legisperitorum aut ignorabat, aut non nimium magni faciebat [f].

48. *Verè Israelita*] Dignus eo nomine [g], genuinus filius Israelis, sive Jacobi [h], eum moribus referens [i]. Non omnes Israelis posteri digni eo nomine, sed qui Jacobi probitatem referunt, Rom. 9. 6. Sic Abrahami posteritas censendi *qui ejus opera faciunt*, infrà 8. 39. Simili loquendi genere Plutarchus, libro de Iside, Ἰσιακὸς ὡς ἀληθῶς [k]. ¶ *In quo dolus non est*] Simplex, sincerus, integer [l], vel, 1. erga homines: unde hoc nomine donatus atque celebratus erat apud vicinos [m]. Vel, 2. erga Deum [n]. Respicitur elogium Jacobo datum, Gen. 25. 27. איש תם, ubi Græci ἄπλαστος, Aquila ἁπλοῦς· quomodo idem vocem eandem verterat Jobi initio. Eandem vocem Hebræam alibi ἄκακος vertunt, ut Job. 8. 20. Psal. 25. 21. Prov. 8. 6. Perhibetur autem Nathanaeli hoc testimonium quia, nihil gratiæ dans, dixerat quod S. Literis congruens judicabat. Neque eò tamen minùs veniebat, si quid posset certius exploraturus. Si autem talis, ergò & beatus, ex Psal. 32. 2 [o]. Respicit illud v. præced. *A Nazareth*, &c. q. d. Non ægre fero quod de mea auctoritate derogare visus es, quia animo simplici, candido, & veritatis studioso, id dixisti [p].

49. *Unde me nosti?*] Cui nihil unquam commercii mecum fuit; q. d. Cur me ignotum laudas? Ità ostendit se sine dolo esse, nec laudem captare, &c [q]. ¶ *Sub ficu*] Unde eum Philippus solus, nemine conscio, avocaverat. *Sub ficu agere* signum tranquilli animi, Mic. 4. 4. & alibi; *vocare eum qui sub ficu est*, amicitiæ, Zach. 3. 10 [r]. *Sub ficu*, non certè dormientem, non otiantem, non mali aliquid agentem †, quin potiùs aliquid religiosum præstantem [t], idque non in viis & plateis, more gentis hypocriticæ, sed in secessu [v]. ¶ *Vidi te*] Vidi animum tuum & approbavi, ut Psal. 1. 6. q. d. Nè me putes offensum quòd argumentum objecisti nè Christus crederer [x].

50. *Tu es filius Dei*] Idem est quod *Messias*, ex Psal. 2. Vide quæ ad Mat. 14. 33. & 26. 63. Itaque sequitur, *Rex Israelis*, alter Messiæ titulus, Mat. 21. 5. & 27. 11, 42. Marc. 15. 12. Fecit hîc Nathanael quod facere Samuel jubetur 1 Sam. 17. 7. non respexit ad ea quæ hominibus magnifica videntur [y].

51. *Credis*, Πιστεύεις] Puto rectè legi assertivè, quomodo infrà 20. 29. ὅτι ἑώρακάς με, πεπίστευκας [z]. Nonnulli Codices indefinité legunt; sed plerique interrogativè [a]: quod meliùs convenit Christo admiranti fidem ejus [b]. ¶ *Majus his*] Augustiora miracula [c], quibus non Israelis tantùm, sed & Angelorum, Rex cognoscar [d].

52. *Amen, amen*] Vox *Amen* sæpe occurrit in V. T. semper autem optativè: [Vide loca apud Li.] in N. autem T. assertivè, sive per modum affirmationis; ut patet ex collat. Marc. 12. 43. cum Luc. 21. 2. & Mat. 16. 28. cum Luc. 9. 27. & Matth. 23. 36. cum Luc. 11. 51. Nimirum *Amen* propriè significat *veritatem*, Esa. 65. 16. unde & Christus dicitur *Amen*, Apoc. 3. 14. quia est *ipsissima veritas*, & unicam veritatem, nempe Evangelium propalat: nec dictis suis præfigit illud, *Sic dicit Dominus*, ut mos erat Prophetarum; sed αὐτοπίστως loquitur, tanquam Deus veritatis, *Amen, dico vobis*: quâ phrasi duo innuit, *veritatem dictam, & veritatem loquentem* [*]. Johannes autem *Amen* constanter duplicat [f], vel, 1. ad majorem confirmationem [g]: vel, 2. ad majorem attentionem conciliandam, quòd ea de quibus Johannes loquitur reliquis sublimiora sunt [h]: vel, 3. ut duplicem vocis sensum innueret; q. d. *Hæc est veritas, & ego qui loquor sum veritas* [i]; vel, Ego *Amen*, verax & fidelis: *Amen*, i. e. ἐπ' ἀληθείας, dico vobis. *Amen* in se continet ναὶ & ἀμὴν, 2 Cor. 1. 20. Apoc. 1. 7. *verum* & *stabile* aut *firmum*. Reliqui porrò *Amen* adhibent in fine sententiæ, solus Christus in initio [*]. ¶ Ἀπ' ἄρτι] Ità quidem Libri scribunt, sicut paulò post, ἕως ἄρτι, *usque huc* [k]. Sed potiùs scribendum per ὑφὲν, ἀπ-άρτι, quàm cum apostropho [l]. Al. scribendum ἀπάρτι [m]. [Sic vertunt;] *A modo*, V. *Posthac*, V. sim. Be. Pi. Val. Camer. Ἀπαρτὶ occurrit in Aristophane; quod tamen exponunt, ἀπηρτισμένως, *planè & perfectè*: sed ἀπάρτι est χρονικὸν, ab ἀπὸ & adverbio ἄρτι, *jam*, seu *modo* [n]. ¶ *Videbitis* (& tu Nathanael, & omnes credentes [o],) *cœlum apertum*, &c.] Præparatio ad ὀπτασίας, ut diximus ad Matth. 3. 16. Puto agi de iis, quæ ad majorem fidem in Discipulis, & per eos aliis, excitandam spectabant; non ergò de die Judicii [p]. Locus intelligi potest, vel, 1. ad literam [q]. Christi verba propriè accipienda sunt, & indubiè, ob Christi veritatem, impleta suo tempore. Sed de tempore impletionis ambigitur. 1. Nonnulli factum volunt in Christi nativitate, in deserto, in resurrectione & ascensione Christi. Ità Musculus. Sed in iis Apostoli non viderunt Angelos, saltem Angelos descendentes. 2. Alii factum volunt, quanquam nusquam narratum, ut multa alia, Joh. 20. 30. & 21. 25. 3. Alii hoc futurum adhuc statuunt [r], ultimo Judicio †, in quo Christus ut Angelorum Dominus, catervâ Angelorum stipatus, descendet, &c [t]. *Ascendentes & descendentes*, i. e. jussa mea obeuntes [v]. *Ascendere & descendere* ministerium significat, quale Angeli Jesu exhibuerunt in Passione, Resurrectione, Ascensu in cœlum. Diximus alibi, quæcunque Deo tribuuntur in Veteri F. eadem in Novo Christo tribui. Angeli ascendentes & descendentes Deo ministrant, Gen. 28. 12. Quod ibi in somnio vidit Israel, idem vigilans visurus dicitur *verus Israelita*, quò magis ipse Jesu confidat, sicut Israel Deo confisus est [x]. Sed quomodo tunc descendent Angeli ἐπὶ *super* Christum, ut hîc dicitur? Resp. 1. Ἐπὶ valet *supra*: Angeli autem tunc partim præcedent Christum, partim à tergo secuti descendentes supra ipsum consistent: confer Esa. 6. 1, 2. 2. Ἐπὶ valet πρὸς, *ad*, ut Luc. 3. 2. ἐπὶ, *ad Johannem*: & 10. 9. ἐφ' ὑμᾶς, *ad vos*: Act. 8. 26. & 10. 11 [y]. 3. Ἐπὶ valet *sub*: *sub filio hominis*, i. e. sub imperio & potestate mea, me imperante [z]. [Sic Marc. 2. 26. ἐπὶ Ἀβιάθαρ, vertunt, *sub Abiathar*.] Al. Est hîc σύλληψις· nam ἐπὶ propriè refertur ad καταβαίνοντας [a], [non item ad ἀναβαίνοντας.] Vel, 2. mysticè & tropicè: id quod suadet vox ἀπάρτι, quæ actiones vel res *ab eo tempore* continuatas denotat [b]. Alludit indubiè ad illam Jacobi scalam, Gen. 28. 12, 13. Verè in Christo præstatur quod ibi adumbratum est, Deum hominibus, Christo conciliante, conjunctum esse, & cœlorum januam per Christum patefactam credentibus, quibus Angeli ordinantur custodes, &c [c]. Al. Sensus est, Tot miracula & revelationes apud me videbitis, acsi conspiceretis ipsum cœlum apertum, atque Angelos Dei ascendentes & descendentes, ac secum portantes omnimodam revelationem, &c [d]. Nathanael ipsum jam vocaverat *Filium Dei*; ipse autem se vocat *Filium hominis*, non modò ut ipsius sive humanitatem, sive humilitatem, ostenderet, sed ut innueret se esse *secundum Adamum*, in quo restituendum erat quod in primo deperditum fuit [*].

Margin notes (left column): [i] Li. ib. 90. [k] G. [l] Li. ib. 91. sim. Bru. [m] G. [n] Bru. [o] G. [p] Li. ib. [q] G. [r] Bru. sic G. † Bru. [t] G. sic Bru. [v] G. [x] Bru. [y] Bru. [z] Li. 92. Bru. [a] Mal. sic Bru. [b] Mal. [c] Li. ib. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] Bru. [h] Pi. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. sim. Li. ib. 93. [m] Li. [n] Q. in Li. [o] G. [p] Bru. [q] Bru. [r] G. † Li. ho. [t] Li. ho. sim. Bru. [v] Li. ho. [x] G. [y] G. [z] G. [a] Be. [b] Pi. [c] Bru. [d] G.

Margin notes (right column): [*] Li. ib. 94. [f] Li. ib. 94. [g] Bru. sim. D. [h] Q. in Li. [i] Li. 96. [k] Li. ho. [*] Camer. [l] Be. [m] Camer. sic Li. [n] Camer. [o] Bru. [p] G. [q] Li. harm. 2. 96. [r] Gom. † Gom. V. [t] Gom. [v] V. [x] G. [y] Gom. [z] V. [a] G. [b] Li. harm. 98. [c] Calv. &c. in Gom. [d] Li. ho. [*] Li. harm. 100.

CAP. II.

1. DIE *tertiâ*] Vel, 1. postquam Simon ad Christum accesserat. Nam hinc tempora putare jam suprà cœperat [a]. Vel, 2. ex quo Christus exierat è Judæa, ut proficisceretur in Galilæam [b]. Vel, 3. ex quo Nathanael

[a] G. [b] Me. ex Bru. sim. Be.

thanael ad Christum venit[c]. Vel, 4. post hæc gesta. Vel, 5. ex secundo Johannis testimonio de Christo[d], ut patet ex collat. Joh. 1. 36. & 44[*]. ¶ *Nuptiæ*, Γάμος] *Convivium*, Bru. & G. ex Sy. nuptiale scil. ut ad Mat. 22. 2 notatum est[f]. ¶ *In Cana Galilææ*] Josephus Vitâ suâ, Διάτριβον, &c. (*Commoratus sum—in oppido Galilææ quod Cana dicitur*[g].) Sic vocatur ad distinctionem ab altera Cana[h]; vel, 1. à Cana Sidoniorum[i]: vel, 2. à Cana Samariæ in tribu Ephraim, Joh. 16. 8. & 17. 9. quum hæc *Cana* erat in tribu Asher, Jos. 19. 28. Asher autem erat in Galilæa[k]. ¶ *Et erat mater Jesu ibi*] Non invitata, ut videtur, cum Christo & Discipulis, sed quæ ibi fuerat ante invitationem, [l]: mortuo jam Josepho, vidua[m], ex collat. Joh. 19. 26, &c[n]. Fortè ut ea quæ ad nuptias opus erant jure proximitatis adornaret ut προμνήστρια, vel, νυμφαγωγός[o]. Hîc enim vixit *Alpheus*, sive *Cleopas*, cujus uxor Maria soror erat hujus Mariæ, Joh. 19. 25. cujus quoque filius Simon dicitur *Canaanita* ab hoc loco. In hujus domo hæ nuptiæ fuisse videntur: 1. Quia Maria & Jesus & Discipuli hîc invitati sunt. 2. Quòd Maria adeò solicita erat de vino & de existimatione sponsi. 3. Quòd post hanc historiam fit mentio fratrum Jesu, v. 12[p].

2. *Vocatus est—Jesus*] Ut popularis ac notus[q]: quia fortè non longè aberat. Ità videtur crevisse convivarum numerus ultra exspectatum[r]. ¶ *Et discipuli ejus*] Sectatores illi primo capite nominati[†]: vel alii quoque[t].

3. *Deficiente vino*] Cùm deficere inciperet[v], eóque infundi parciús[x]. ¶ *Vinum non habent*] Vel, cognati nostri, vel convivæ[y]; vel, personale pro impersonali, *Deficit vinum*[z]: tu ergò illud procura. Synecdoche metonymica, quâ cum causa intelligitur effectum[a]. Est modesta petitio, ut succurrat necessitati ac verecundiæ cognatorum[b]. Qu. Quo fundamento nixa miraculum exspectabat? Resp. Ex dicto illo, Joh. 1. 52. ubi significavit se ab illo tempore miraculis patefacturum se esse Filium Dei, cui cœlum & Angeli parebant. Non ignota ipsi erat Divina filii potentia, &c[c].

4. *Quid mihi & tibi* (vel, *mihi tecum*, Be. Pi.) *est*, &c?] Sub. *rei*, Be. D. vel, *negotii*, D. vel, sub. *commune*, V. i.e. Quid negotium mihi exhibes? Matth. 8. 29[d]. Quid te immisces hujusmodi meo negotio edendi miraculi? q.d. Nihil ad te hæc res, mea est illa, non tua[*]. Scio quæ sunt legationis meæ, & quo tempore agenda[f]. Tuum non est tempus mihi præscribere, &c[†]. Si hoc faciam, non virtute à te acceptâ, ut filius tuus, ut tibi obtemperem, faciam. Hinc eam *mulierem*, non *matrem*, vocat, quia in hoc negotio nihil tribuere vult maternis affectibus, sed solam spectavit Dei Patris voluntatem & gloriam[g]. Durioribus hîc utitur verbis[h], vultu tamen hilari: in verbis autem non tam attendendum est quid sonent, quàm quo vultu & modo proferantur[i]. Veteres ferè omnes culpam aliquam, aut errorem, in Maria hîc agnoscunt: quod tamen mihi non placet[k]. Sunt hæc verba reprehendentis[l]: ut hæc phrasis alibi sumitur, Jud. cap. 11. vers. 12. 2 Sam. c. 16. v. 10. Matth. 8. 29[m]. Luc. 8. 28. 2 Cor. 6. 14, 15[n]. & 2 Sam. 19. 22[o]. Reprehendit autem, vel, 1. quòd materno jure quæsivit miraculum, quod Deitatis opus erat[p]: vel, 2. quòd id peteret inconsideratè & intempestivè[q], quum *hora nondum venerit*, &c[r]. Est quidem hîc reprehensionis species[†], sed reprehensio vera hæc non fuit, sed simulata[t], ut ostenderet se non sanguinis respectu, sed solâ caritate, miraculum facere[v]. ¶ *Nondum venit hora mea*] Ὥρα est καιρός, *tempestivum tempus*, ut Ausonius vertit. Sic infrà 8. 20. & 13. 1[x]. Tempus autem edendi miraculum erat ubi planè omnibus constaret nullum superesse vinum, nè aqua vino admixta crederetur[y]. Ità dat intelligi, in miraculis beneficium hominibus obiter conferri, præcipuum esse ut Dei honos manifestetur[z]. Al. *hora mea*, i.e. tempus publici mei ministerii & miraculorum, &c[a]: opportunum tempus miraculis edendis mihi à Patre præstitutum[b]: quo doctrinam meam miraculis confirmem, &c[c]. Al. *hora mea*, i. e. tempus publicè patrandi miracula, &c. Non negat se hoc facturum, sed publicè facturum negat: id autem patrare voluit clam sponso, convivis, &c[d]. Gregorius Nyssenus putavit addendam huic sententiæ interrogationem: ut sensus sit, *Nondumne putas venisse tempus vocationis meæ, ut abs te emancipatus Deo soli pareàm*[*]?

5. *Facite*] Quamvis [id vobis] inutile videatur. Vide 2 Reg. 5. 13[f]. Non pœnitebit vos obedìsse[g]. Ex Angeli dictis aliisque signis, fortè & ex filii sermonibus, edocta nihil tam magnum esse quod non ab ipso posset exspectari, fiduciam concipit mater ipsum non defore sublevandæ amicorum inopiæ ac verecundiæ[h]. Et quum dixit Christus, *Nondum venit hora mea*, eam brevi venturam significat[i].

6 *Lapideæ hydriæ*, Ὑδρίαι] *Aquales*, Er. Be. Bru. *Lacus*, G. ex Sedul. vasa non vino[k], sed aquæ recipiendæ, destinata[l]. Non in quibus sedentes lavarentur[m], sed unde deprompta aqua vasis minoribus adferretur[n], ad purgandas subindè non manus tantùm, sed & calices. Vide Marc. 7. 4. Apud Hebræos צלחית, quod Κόλπον, *sinum*, alibi significat, vertitur ὑδρίσκη, 2. Reg. 2. 20. Apud Plutarchum nominatur ὑδρία ἑξάχυς in Solone[o]. ¶ *Sex*] Non ob mysterium[p]: nec ex more gentis, sed pro numero convivarum[q]. ¶ *Secundùm* (Κατὰ valet εἰς[r], ut non rarò fit[†]: Hesychius, Κατὰ pro ἐξ, & pro ἀπὸ, & pro ἐν, & pro εἰς. Hîc ergò vertas, *ad*, [ità & Be.] Potest & verti, *ob*: sicut, καθ' ὑστέρησιν, *ob defectum*, Phil. 4. 11. [*].) *purificationem* (i. e. ritum morémque purificationis[t].) *Judæorum*] Hoc addit, quia Christianis scribit, quorum multi ex Gentibus vocati. Intellige autem Judæorum præcipuos ac primos, Legisperitos & Pharisæos[v]. Per *purificationem* hîc denotat ablutiones, vel, 1. legales, immundorum[x]; vel, 2. Pharisaicas, manuum, & vasorum[y], forsan & pedum[z]. Vide Mat. 15. 2. Marc. 7. 4.[a]. ¶ *Capientes singulæ metretas*, &c. ità Er. Il. Ti. Mo. Sy. Ar. Ca. Μετρητὰς] *Amphoras*, P. Be. Bi. *Mensuras*, Pers. *Quadrantalia*, Tre. ex Sy. Quadrantal autem est octava pars cadi, sive modii[b]. Μετρητὴς dicitur ἀπὸ τοῦ μετρεῖσθαι, *à metiendo*[c]. Quantum ceperit non usque adeò notum[d]. LXX vocem generaliter usurpant, ac proinde eo variè utuntur[*], modò pro בת, *batho*[f], ut 2. Par. 4. 5[g]. quæ in liquidis mensura eadem quæ in aridis *epha*[h], ut liquet ex Ezec. 45 11[i]. modò pro סאה, *sato*, quæ tertia pars *bathi*[k], ut 1 Reg. 18. 32. modò pro פורה, ut Hag. 2. 17[*]. Μετρητὴς significat *cadum*[l], (quanquam ό. כד nunquam μετρητὴν, sed ὑδρίαν, vertunt, ideóque *hydriæ* h. l. sunt quæ Heb. כדים[m];) vel, *amphoram*[n]. non Romanam[o], sed *Atticam*[p]: (nam Johannes non Latinè, & in Italia, scripsit, sed Græcè & in Asia[q]:) quæ Romanam superabat dimidio, i. e. urnâ[r]; & continebat Χόας, h. e. *congios*, Atticos 12; sextarios Atticos 72; cotylas 144[†]; libras vini 120; libras aquæ 121½, ut computat Capellus[t]. Al. Puto μετρητὴν esse *bathum*[v]; tum quia hæc mensura Hebræa Johanni, utpote Judæo, notissima fuit[x]: tum quia norma mensurarum omnium *bathus* erat in liquidis, ut *epha* in aridis, Ezec. 45. 10. 11. 14. ut *bathus* meritò dicatur μετρητὴς, *mensura*, vel *mensurator*: quemadmodum nostrates modium, qui nobis est velut norma mensurarum reliquarum, *mensuræ* nomine donant[y]. *Metretes* capiebat centum (vel 108[z].) libras vini[a]. Duodecim (vel potiùs 18.[b].) hæ metretæ [his sex hydriis contentæ] capiebant culeum plus minus[c]; i. e. tantum vini quantum quadrigâ vulgò vehi potest[d], vel duas tonnas vini[*]: nam *culeus* veteribus Romanis maxima mensura erat, &[f]. Quæ res pertinet ad miraculi dignitatem ac magnitudinem[g]. Tantam autem vini copiam Christus novis conjugibus donavit, non ut convivæ se eo ingurgitarent, & totum in nuptiis absumerent, sed ut νεόγαμοι in usus necessarios reservarent, unde vitam in posterum sustentarent[h]; vel, ut singuli convivæ aliquid in vasculis auferrent, quod vel aliis gustandum darent, vel, ad longam servarent memoriam[*]. Verùm *bathus* (qui hîc *metreta*) non tam vasta erat mensura, ut centum libras aquæ caperet, ut constat tum ex Esa. 5. 10. ubi LXX Κεράμιον reddunt: tum ex eo quod *Epha*, que eadem erat mensura, eam tantùm frumenti quantitatem continebat, quæ in diurnum victum decem hominibus sufficeret, ut liquet ex Exod. 16. & Chald. paraph. ad Ruth. 3. 15.[i]. Μετρητὰς, i. e. בתים, ut apparet 2. Par. 4. 5. dicit, δύο ἢ τρεῖς, quia religiosorum est testium nihil nimiùm definitè loqui[k].

7. *Implete*] Quia crebris lotionibus depletæ erant[l]. ¶ *Aquâ*] Nullo alio liquore admixto, ut miraculo plena fides

Marginal notes (left): [c] Epiphan. Thom. L. & plerique in Mal. sim. Camer. [d] Li. harm. 2. 101. sic Pi. [*] Pi. ex Be. [f] G. sim. Bru. [g] G. [h] Li. Di. &c. [i] Mal. ex Hi. [k] Li. harm. 2. 107. [l] Li. ho. [m] G Li. [n] Li. harm. 108. [o] G. [p] Li. 109. [q] Bru. ex Chrys. [r] G. [†] G. sim. Bru. Be. [t] Be. [v] G. sim. Li. [x] G. [y] Bru. [z] G. sim. Bru. [a] Pi. [b] Eru. [c] Li. ib. 109. [d] G. [*] Bru T. [f] V. [†] Li. ib. 112. [g] Bru. [h] Bru. sim. Me. [i] Me. [k] Mal. [l] Pi. sim. Be. ex Aug. Chrys. Iren. &c. Li. [m] Li. ib. 111. [n] Be. [o] J. Cap. [p] Q. in Be. [q] Be. [r] Be. Li. [†] Mal. [t] Mal. sic T. [v] Mal. [x] G [y] G. sim. Bru. ex Chrys. Me. ex Aug. [z] G. [a] Li. 113. [b] Bru. sic T. Pi. [c] Li. sim. Be. [d] Ham.

Marginal notes (right): [*] G. [f] G. [g] Eru. [h] G. [i] Bru. [k] Be. [l] Ee. Eru. [m] G. [n] G. sim. Poc. not. 371. Li. 115. [o] G. [p] Li. ib. [q] Li. ho. [r] G. Be. Bru. [†] G. [*] Di. [t] Bru. ex Be. [v] G. [x] Q. in Li. sim. Pi. [y] Li. 115. [z] Li. ho. [a] Li. 115 [b] Di. [c] Hostus in dissert. in Crit. append. p. 3658. [d] Di. [*] Li. harm. 2. 117. [f] Di. Li. ib. [g] Li. ho. [h] Di. Li. harm. 117. [i] Li. ib. [k] Di. Li. ib. [*] Li. harm. 2. 103. [l] D. ex Be. Er. [m] Di. [n] Pi. ex Be. Gua. Was. [o] Pi. [p] Pi. Was. antiq. mens. 3. 5. Host. ib. D. [q] Pi. Was. [r] D. ex Agric. sic Pi. [†] Host. num. 55. [t] Was. ib. [v] Li. 119. Host. n. 60. [x] Host. 61. [y] Li. 120. [z] Q. in Bru. [a] Be. ex Agric. Host. n. 57. [b] Was. [c] Pi. Was. [*] Q. in Li. [f] Was. [g] Ee. [h] Host. 75. 76. [*] Bru. [l] Li. harm. 2. 121. [k] G. [l] G. sim. Bru.

fides constaret, Ità in ipsis hydriis, non in poculis, facta mutatio [m].

8. *Haurite*; ità Be. Pi. &c. Ἀντλήσατε] Infundite, V. *Defundite in pocula*, G. ¶ *Archtriclino*; ità Er. P. Be. Mo. Tre. &c. Τῷ ἀρχιτρικλίνῳ] i. e. Τῷ ἐλάτερῳ [n]: *Curatori* (vel, *Magistro*, Ca.) *convivii* G. Ca. sic Be. cui commissa est cura adornandi convivii [o]. Erat hujus nunc huc, nunc illuc, discurrere, prægustare cibos ac vina. Quare judicium hujus auctoritatem habet, ut & sobrii & periti [p]. Erat hic præfectus & magister triclinii, sive trium lectorum: nam olim in lectis accumbebant, erántque illis vice mensarum nostrarum [q]. Tres hîc voces includuntur: 1. Κλίνος, lectus, cui insidebant cibum sumentes, Est. 7. 18. 2. Τρι-κλίνος tres lectos denotat: nec enim plures erant in cœnaculo, quod indè *triclinium* dictum est. 3. Ἀρχιτρίκλινος [r]. qui Latinis *modiperator*, Græcis συμποσίαρχος †. Non placet: Si symposiarcha fuisset, vinum ex officio curasset, ejúsque defectum sensisset [t]. Fuit potiùs hic προγεύστης, *prægustator*, & τραπεζοποιός· cujus erat dapes convivis apponere [v]: fuit præfectus pincernarum [x]. Malè Syrus & alii quidam *principem convivam* interpretantur [y]. [Aliis secùs videtur.] Huic Christus præbet vinum tanquam præcipuo convivæ, qui vinum prægustaret, aptéque aliis porrigeret, &c. [z]. Hic instar sacellani erat, et gratias egit, & benedictiones pronunciavit pro toto cœtu: Christus ergò vinum ad eum dirigit, utpote qui propinaret toti cœtui, benedictione aliquâ super poculum conceptâ, poculo ab eo epoto, & subindè toti mensæ communicato [a].

9. *Aquam vinum factum*] Vide quæ ad Mat. 26. 6. ¶ *Ministri*, &c.] Hæc vim habent παρενθέτως [b]. ¶ *Vocat*, &c.] Vel, *Accedens compellat*, G.

10. *Omnis homo*] Qui convivia celebrat [c]. Ferme ità fit. Universalis locutio pro τῷ ἐπὶ πολὺ [d]. ¶ *Ponit*] Vel, *Apponit*, Bre. sic Be. Pi. mensæ, offert convivis [*]: apponere solet [f]. ¶ *Cùm*, &c. Ὅταν μεθυσθῶσι] *Cùm* (vel, *Postquam*, Be. Pi. sub. *convivæ*, Be. Bru. Pi. G.) *inebriati fuerint*, Er. Mo. Sy. &c. vel, *sitim expleverint*, Il. P. *adbiberint*, G. *affatim biberint*, Pi. sic Be. V. ad hilaritatem [g]. Sic & Heb. שכר, & (quod ei respondet [h]) Græcum μεθύειν· quod à sacrificiis deductum alibi notavimus [i]: nec semper illa verba in vitio ponuntur [k], aut ebrietatem notant, sed tantùm liberalem vini potum [l], ut Gen. 43. ult. Hag. 1. 6. ubi ex antithesi liquet; sicut *saturitas* dicitur quum quis satis edit, ità & *ebrietas* quum satis bibit [m]: ità & h. l. alioquin non esset hîc defectus vini, nec de eo procurando Maria solicita fuisset [n]. ¶ *Deterius*, Τὸν ἐλάσσω] *Quod minùs bonum* est, Be. Pi. Camer. *Minùs nobile*, G. ¶ *Tu autem servâsti*, &c.] Sic existimabat, donec consentiente ministrorum testimonio patefactum est miraculum [o].

11. *Initium signorum*] i. e. Primum signum. *Signum* pro miraculo, per synecd. gen [p]. Ante auspicationem muneris [signa] supervacua fuissent. Cæteri Evangelistæ satis habuerunt ab iis incipere quæ coram plebe facta sunt, post Johannem Baptistam carceri datum. Nam, quamvis aliquot omissis, satis magna erat copia. Et hic ipse noster, cùm prætermissa collegerit, plurima tamen à se quoque miracula prætermissa infrà testabitur [q]. ¶ *In*, &c. Ἐν Κανᾷ, &c.] *In Cana*, &c. Pi. vel, *Canæ* oppido, Be. Conjunge hoc cum *fecit*, non cum *initium signorum* [r]: hoc enim primum erat omnium, non tantùm eorum quæ in Cana fecit †. Deest articulus, τὸ ἐν Κανᾷ, *Hoc in Cana primum fuit miraculorum* [t]. ¶ *Gloriam suam*] i. e. Gloriam ut unigeniti, &c. Joh. 1. 14 [v]. Deitatem suam [x]: *Majestatem suam*, unde Christus agnosceretur, tantò Mose major, qui sitientibus aquam præstitit, quantò vinum aquâ est potius. Et, ex aqua vinum faciens, ostendit se & hujus & istius creaturæ Dominum [y]. ¶ *Crediderunt in eum*] Credidisse dicuntur qui firmiùs credunt [z]: alioquin jam antè credebant, Joh. 1. 41, 42 [a]. sic Gen. 15. 6. *Credidit*, firmiùs scilicet: Joh. 14. 1. *In me credite*, h. e. pergite credere: Joh. 14. 29. *Ut—credatis*. Res sæpe in S. S. fieri dicitur, quando continuatur, vel augescit [b]. ¶ *Discipuli ejus*] Quinque illi, quos nominavimus suprà, v. 2. [c].

12. *Descendit Capharnaum*] In oppidum celebrius: qualia loca eligi à Prophetis solebant [d]: ut Verbum Dei

[m] G. [n] G. ex Ec. [o] Er. sim. Bru. Be. [p] G. [q] V. [r] Li. harm. 2. 103. [†] Bru. [t] Li. ib. 123. [v] Be. [x] J. Cap [y] G. [z] Li. ib. [a] Li. ho. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. [f] Ham. [g] Bru. sic Pi. [h] Be. [i] G. [k] Be. [l] Bru. sim. Pi. [m] Pi. [n] Bru. [o] G. [p] Pi. [q] G. [r] Be. [†] Bru. ex Be. [t] G. [v] Bru. Pi. [x] Pi. [y] G. [z] G. sim. Bru. Pi. [a] Glas. gram. 3. 3. 4. 241 sic Pi. [b] Glas. ib. [c] Bru. [d] G. sim. Bru.

commodiùs latiùsque spargerent. ¶ *Fratres*] Patrueles, aut consobrini [*]: cognati [f], consanguinei, Jesum quasi abeuntem à se prosecuti [g], partim amore, partim curiositate, ducti [h]. ¶ *Non multis diebus*] Urgente, ut sequitur, Paschate [i].

13. *Pascha* (sub. *festum* Pi.) *Judæorum*] Diximus suprà Johannem scribere Ecclesiis quæ maximâ parte ex Gentibus collecta erant. Celebrabant quidem & illæ memoriam Resurrectionis Dominicæ, cui nomen dabant *Paschatis*, ut ex egregia Irenæi ad Victorem epistola apparet, sed non utique more Judæorum. Sic & infrà 6. 4. [k]. Verùm Johannes hoc ipsum vocat *Pascha festum Judæorum*, Joh. 6. 4. atque adeò ostendit voluisse se hoc festum à reliquis Judæorum, non Christianorum, festis distinguere. Reliqui Evangelistæ unum tantum Pascha post Christi baptismum memorant: Johannes autem quatuor Paschata recenset, 1. hoc; 2. illud Joh. 6. 4; 3. ultimum, Joh. 18. 39; 4. aliud innuitur Joh. 5. 1. ut ibi videbimus [l]. ¶ *Ascendit Jesus Jerosolymam*] Tum ex Legis præscripto [m], Exod. 23. 14, 17. Deut. 16. 16. [n]. vide Luc. 2. 41 [o], tum ut publicè auspicaretur legationem & prædicationem suam, in metropoli gentis, summóque populi confluxu [p].

14. *Invenit in templo*] Jesus, cùm venisset ad sacra emendanda, bis conspicuo signo testatum hoc fecit, Templum, velut sacrorum sedem, purgando, circa initium, & circa clausulam, sui muneris; ut in quo inceperat in eo se desinere ostenderet: Posteriorem historiam alii tradiderunt; priorem Johannes, ideo quòd ex occasione Christus verba fecerat de Templi destructione: quæ ipsa verba, cùm pro crimine ipsi objecta sint, non parum faciebant ad illustrandam Passionis historiam. Vide Mat. 26. 61. & 27. 40 [q]. Bis hoc factum [r]. Al semel forsan factum hîc commemoratur κατὰ ἀναχρονισμὸν, i. e. *temporis anticipatione* †. ¶ *Vendentes boves*, &c.] In sacrificia, & ad Pascha, &c [t]. Vide ad Mat. 21. 12 [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοὺς κερματιστὰς] *Et trapezitas*, Sy. vel, *mensarios*, Ti. Li. *commutatores*, Æh. *numularios*, Er. Il. Mo. Be, Pi. &c. qui quæstum fœnerandis permutandísve pecuniis fecisse perhibentur [x]: qui majores nummos minutulis commutant, non sive quæstu [y]. Κέρματα sunt *minutiæ æris* [z]: κέρμα propriè significat λεπτότατόν τι, nummum minutum, sive minimi pretii [a], à κείρειν, *in minuta frusta concidere*. Hinc κερματισταὶ, qui & κολλυβισταὶ dicti v. seq [b]. & in Mat. & Marc. à κόλλυβος, *permutatio pecuniæ* [c].

15. *Flagellum*, Φραγέλλιον] Habet hanc vocem & Syrus. Sic φραγελλώσας, Mat. 27. 26 [d]. Græca vox desumitur ex Latina, ut λέντιον, σπεκουλάτωρ, κουστωδία [*]. Flagello utitur, non baculo, quia baculi non erant Templo inferendi ex Canone RR [f]. ¶ *De funiculis*, Ἐκ σχοινίων] Quæ facta ibi repererat [g]: quibus pecora ligaverant, &c [h]. Tacitè innuit Scriptor ejectionem factam, non tenui flagello, sed Majestate Divinâ, flagello iræ tantùm Divinæ signum sustinente [i]. ¶ *Omnes*] Vel, 1. oves & boves [k]: vel, 2. nundinatores [l]. Vide Matth. Nè quis hoc ad seq. referat, ideo Syrus rectè copulam interjecit [m]. Summum hoc erat miraculum, quòd unus Jesus, plebeius, obscurus, nondum cognitus, fautores nullos vel paucos habens, tantam turbam negotiatorum, & quidem populi pietati servientium, & fultorum auctoritate Sacerdotum, ejiceret &c [n]. ¶ *Æs*, ità Er. Te. Ca. Τὰ κέρματα] *Monetam*, Mo. *Numulos*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. &c. Pecuniam minutulam [o].

16. *Auferte*] Columbæ enim inclusæ non perinde ejici poterant [p], nisi avolare sinerentur, certo dominorum damno [q]; sed amovendæ erant [r]. ¶ *Domum Patris mei*] i. e. Cultui Patris mei dicatam †. Ostendit se versari in loco suo ut filii solent in fundis paternis. Vide Luc. 2. 49 [t]. Ità distinguit se à reliquis Prophetis, qui Deum vocant *Deum suum*, ut Esa. 57. 21. nusquam verò Patrem suum, & se Messiam esse probat; respiciens forsan locum illum, 2. Sam. 7. 12. 13 [v]. ¶ *Domum negotiationis*] Vel, *emporii*, sive *mercatûs*, V. forum rerum venalium [x]. Mos rectè castigantium est lenibus primùm verbis agere; si contumacia occurrat, durioribus. Vide quæ notavimus ad Mat. 18. 15. Ideo hîc dicit *domum mercatûs*; in posteriore ejectione, *domum latronum*: hîc quæstum notat, ibi quæstûs in sacro loco indignitatem efficaciùs exprimit [y].

[*] Bru. [f] Be. Pi. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] G. [l] Li. harm. 2. 125. [m] G. sim. Bru. Li. [n] Bru. [o] G. [p] Bru. sim. Li. ib. [q] G. [r] D. ex Chrys. Li. 129. [†] Camer. [t] Li. ib. 128. [v] G. [x] Was. de num. antiq. 1. 17. [y] Er. sim. Li ib. 131. [z] Er. [a] Li. ib. [b] Bru. [c] Li. ib. [d] G. [*] Pi. [f] Li. ib. 132. [g] G. sim. Bru. Li. [h] Li. sim. Bru. [i] G. [k] Q. in Bru. [l] G. sim. Bru. [m] G. [n] Bru. [o] Idem. [p] G. sim. Bru. [q] Bru. [r] G. [†] Bru. [t] G. [v] Li. harm. 132. [x] Camer. [y] G.

17. *Recor-*

17. *Recordati sunt*, &c.] Locum celebrem Psalmorum & cantari vulgò solitum in memoriam sibi revocârunt. Nam constabat sub Davidis persona Messiam ibi describi [z]. Exstat Psal. 69. 10 [a]. ¶ *Zelus* (i. e. justa indignatio [b]: vel, *Ardens amor*, G. ardens studium [c]:) *domûs tuæ* (pro domo tua [d], quo feror erga Templum cultúmque tuum: vel, ob profanationem Templi tui [*]:) *comedit me*] i. e. Emaciavit, succum vitalem exhausit [f]. Dictum ut illud, —*est cura medullas* [g].

18. *Responderunt*] i. e. Orsi sunt, vel objecerunt [h]: vel, cœperunt loqui [i]. Diximus alibi Heb. ענה, ut & Græc. ἀποκρίνεσθαι, & apud Homerum, ἀμειβόμενος, sæpe dici de eo qui prior loquitur [k]. ¶ *Quod signum*, &c.] i. e. Miraculum [l]. In locis publicis tolere vitiosa nullius est nisi aut publicæ potestatis aut Divinæ. Hæc commercia tolerabat Synedrium, tolerabant Sacerdotes. Restabat ergò ut Prophetam se Jesus profiteretur. At Prophetæ se tales ostendere debebant aut prædictionibus, aut ostentis. Vide 1 Cor. 1. 22 [m]. Signum petunt, tum quia Deum singulari modo *Patrem suum* vocavit, tum quia se gessit instar Prophetæ [n]. Elapsæ jam erant quatuor annorum Centuriæ, ex quo discessit Spiritus Sanctus, & cessavit Prophetia [o].

19. *Solvite* (vel, *Destruite*, Be. G. &c.) *templum hoc*] i. e. Hoc corpus meum [p]. Christus, cùm hoc diceret, seipsum digito intento videtur omnino demonstrâsse. Similis ambiguitas in Sophoclis Oedipo Tyranno [q]. [Vide Cap.] Malignos obscurè alloquitur [r], eósque amphibologiâ fallit, ut indignos quibus aut mysteria panderentur [†], aut signa exhiberentur, ut ipsorum curiositati satisfieret [t]. Indignum erat Christo obstinatæ eorum incredulitati ità indulgere ut pro libitu eorum signa ederet. Eos ergò remittit ad signum Jonæ, Matth. 12. 39, 40. Sensus, q. d. Resurrectio mea erit signum certissimum, &c. Aliud signum non præbebo vobis [v]. Stultos homines solemus ad operis finem rejicere: Sic Christus, quanquam liberalis miraculorum, ad maximum miraculum & complementum, Resurrectionem scilicet suam, frequenter responsatores rejicit [x]. q. d. Si non credetis mira operanti, at credite tandem à mortuis resurgenti [y]. Si probo fuissent animo, in ipso hoc facto miraculum agnovissent, quòd homo unus, nullis instructus humanis viribus, tantam turbam imperio suo cedere coëgisset, solâ turpis facti conscientiâ, & Divinæ iræ sensu permotos. Sunt autem verba Christi talia ut de Templo possint intelligi: nam λύειν etiam *destruere* est, 2 Pet. 3. 10, 12. & 1 Joh. 3. 8 [z]. Corpus suum *Templum* vocat, quia hoc illius typus illustris erat, in quo scilicet Deus & habitavit, & oracula dedit, & coli voluit ab omnibus ubivis, 1 Reg. 8. 38, 42, 44. Dan. 6. 10 [a]. In Templo credebatur vis aliqua esse Divinæ Numinis. Vide Jo. Antiq. 8. 2. Hinc similitudine sumptâ Christiani, quibus Dei Spiritus contigerat, *Templum Dei* dicuntur 1 Cor. 3. 16. & 6. 19. 2 Cor. 6. 16. Quantò magis ergò hoc nomen humanæ Christi naturæ competit, in quo non per figuras, sed plenè ac solidè, σωματικῶς, Divinitas non temporarium, sed perpetuum, sibi domicilium delegerat? Col. 2. 9. R. Moses Gerundensis, *Sanctuarium Sanctuariorum est ipse Messias sanctificatus de filiis David* [b]. Aptè Christus respondet: q. d. Polluistis Templum, destruite ergò hoc Templum [c]. Non autem imperantis hoc est, sed prædicentis [d], simul & concedentis seu permittentis [*]. Imperativum pro Futuro [f]: ut Gen. 20. 7. *& vive*, i. e. vives. Sic Gen. 42. 18. Deut. 32. 50. *Et morere*, i. e. morieris. Neque enim mandari poterat mors, quæ in potestate Mosis non erat, sed Jehovæ. Esa. 54. 1. *Canta*, &c. i. e. cantabis [g]: item Esa. 8. 9, 10. Joh. 13. 27, &c [h]. Ità h. l. *solvite*, i. e. solvetis [i]. Vel Imperativus positus hîc est pro Potentiali, *Destruite*, i. e. si destruatis: ut, *Pone Tigellinum*—— i. e. Si ponas [k]. ¶ *Excitabo*, Ἐγερῶ] *Erigam*, V. Et hoc ambiguum: nam de ædificiis dicitur, *excitare* [l]. Sic in Græco Epigrammate, Δώματα πολλ' ἀνεγείρειν. Significanter autem dixit ἐγερῶ· ego ipse vi Divinâ [m].

20. *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc*] Templum hîc intelligunt, vel, 1. Zorobabelianum [n]. [Variè autem hos annos computant:] Inchoatum est initio Artaxerxis Longimani, qui regnavit 40 annos, (& opus cœptum impedivit) & absolutum anno successoris ejus Darii 6. Habes annos 46 [o]. Al. Cyrus [post captam Babylonem] regnavit annos 3; Artaxerxes Ahashuerus 14; Artaxerxes Darius 32. Habes septem hebdomadas, Dan. 9. 25. vel annos 49; &, demptis annis currentibus, nempe duobus primis Cyri, (nam in secundo Cyri inchoatum est Templum) & 32 Darii, restant 46 [p]. [Vide quæ nos prolixè congessimus ad Dan. c. 9. v. 24, &c.] Revera intra decennium absolutum est opus, si tempora computes dum ædificarent [q]. [Judæi] autem largiùs putant tempora ædificationis sub Persarum Regibus [r], comprehensis etiam annis quibus interruptum opus fuerat [†], quò majorem Jesu invidiam faciant [t]. Vel, 2. Herodianum, in quo hæc dicta sunt, cum quo optimè quadrat hic computus [v]. Opus cœptum erat ab Herode anno Regni sui 18, teste Jo. Antiq. 15. 14. nempe ex quo declaratus est Rex à Romanis [x]: vel, anno ejus 15, Jo. Bel. 1. 16. nimirum ex quo solus regnavit devicto Antigono [y]; ac proinde annis ante mortem 16: nam à depulso Antigono regnavit annos 34 [z]; & ex quo declaratus est Rex à Romanis, annos 37, teste Josepho, Antiq. 17. 10. Et natus est Christus anno Herodis 35 [a]. Labitùrque jam Christi annus 30. Ità inter 18 Herodis & 30 Christi exclusivè excurrerunt anni 46 completi [b]. Obj. At Herodes dicitur apud Josephum annis 8 absolvisse Templi structuram. Resp. Constat tamen ex Josepho semper exinde aliquid ei additum & exstructum: unde & sub Agrippa juniore, 60 post Christum natum annis dicit Jo Antiq. 20. 8. Ἤδη δὲ τότε καὶ τὸ ἱερὸν τετέλεστο, (*Et jam tum perfectum est templum* [c].) Verba itaque sic accipi possint. 46 annis jam exstitit hoc Templum in ædificando [d]. q. d. Ante 46 annos cœpta est Templi reædificatio [*]: vel, hosce 46 annos ædificatur quotidie hoc Templum [f], nondum tamen perfectum est [g]. Vel, 3. utrumque; & Judæi hîc ad utramque ædificationem respiciunt [h]. Quod audax est commentum: sed neque anni sic congruunt [i]. Diximus ad Matt. 24. 1. Herodis Magni substructionem non effecisse aliud Templum, sed auxisse: neque enim dirutum fuit [k]. Itaque semper Judæi *Templum secundum* vocant à Zorobabele ad exeidium Titi [l].

21. *Dicebat*, Ἔλεγε] *Dixerat*, V. *Loquebatur*, Be. Pi. Hoc præcipuè innuebat [m]. ¶ *De templo corporis sui*] i. e. Quod erat corpus suum [n]. Genitivus ἐξηγητικός sicut *fontem Timavi* dicimus, & alia multa vice appositionis [o]. Genitivus notans speciem, qualis, *dormitio somni*, Joh. 11. 13; &, *signum circumcisionis*, Rom. 4. 11 [p]. Corpus, pro humana natura: Synecdoche. *Corporis* autem potiùs meminit quàm animæ, quia illud ædificio magis congruit [q]. Corpus suum vocat *templum*, ut inferioritatem Templi secundi infra primum innueret. In primo Templo erant Arca, Urim & Thummim, &c. atque indè factum est illud plenus Typus Christi. Hæc à Templo secundo aberant. [Sensus ergò est, q. d.] Templum vestrum, ô Judæi, non quadrat cum Archetypo & exemplari. Defectus Arcæ, &c. monet, Templum aliud esse exspectandum quod Typo istius Templi respondeat in omnibus. Illud est Templum corporis mei [r].

22. *Cùm*—*resurrexisset*, &c.] Cùm non eventu tantùm, sed & Divinâ illustratione, cœperunt Scripturas intelligere. Vide quæ ad Luc. 24. 45 [†]. ¶ *Recordati sunt*, &c.] Verborum, simulque genuini sensûs eorum [t]. ¶ *Crediderunt* (vel, 1. cum intellectu [v]; vel, 2. firmiùs & perfectiùs [x]; vel, 3. cum speciali applicatione [y]:) *Scripturæ* (sub. *prædicenti resurrectionem*, V. sim. Bru. ex Th. Mal. Scripturis Prophetarum [z], observando quàm infallibilis sint veritatis [a]; Esaiæ, ut qui prædixerat vitam Messiæ gloriosam postquam se in mortem pro peccatoribus dedisset: quod ipsum innuit Psal. 16. sumptus χρησμῷ ἐπανοίας [b].) *& sermoni*, &c.] Huic scilicet [c].

23. *In die festo*] Quid sit ἑορτὴ diximus Matt. 26. 5 [d]. Elegit Christus locum & tempus celeberrima, quibus prædicationem suam inchoaret & miracula faceret [*]. ¶ *Multi*] Inter quos Nicodemus [f]. ¶ *Crediderunt*, &c.] Θεωρητικῶς, οὐ πρακτικῶς, intellectu convicto, non etiam flexâ ad obsequium voluntate: quod additamentum fidem efficit vivam. Vide Act. 8. 13 [g]. *Crediderunt*, non verè, ex collat. v. seq. sed professi sunt se credere: vel, agnoscebant eum pro Doctore veritatis & Divinitus misso [h].

24. *Non*, &c. Οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς] *Non fidebat eis*,

Marginalia (left column): a G. — b Er. Jun. — b Bru. ex Euthym. V. sim. Pi. — c V. — d V. Pi. — e Bru. — f Pi. — g G. — h V. — i Pi. — k G. — l Be. Bru. — m G. — n Li. ib. 133. — o Li. ho. — p V. sim. Bru. — q Cap. — r G. sim. Bru. — † Bru. — t Li. 134. — v Li. ho. — x G. — y Li. ho. — z G. — a Li. harm. 2. 135. — b G. — c Li. 134. — d Bru. sim. Li. ib. Ham. Glas. &c. — * Bru. — f V. Glas. — g Glas. gram. 3. 3. 43. 358. — h Li. ib. — i Bru. ex V. — k G. — l G. sim. Bru. — m G. — n Q. in Li. ho. sic Mal. ex Euseb. Chrys. Th. &c. plerique in Bru. — o Pi.

Marginalia (right column): p Li. harm. 2. 135. — q Li. ho. — r G. — † G. sim. Mal. Bru. — t G. — v Li. ho. — x Li. ho. Cap. — y Li. ho. — z Cap. — a Li. ho. — b Li. ho. sim. Cap. — c Cap. — d Li. ho. — * Li. ho. Cap. — f Cap. — g Cap. Li. ho. — h Q. in Bru. — i Mal. — k G. — l G. sim. Pi. — m G. — n Bru. Pi. — o G. — p Pi. — q Bru. — r Li. ho. — † G. — t Bru. — v G. sim. Mal. — x Bru. — y Li. harm. 136. — z Mal. — a Bru. — b G. — c Mal. Bru. — d G. — * Bru. — f Li. harm. 3. 5. — g G. — h Pi.

eis, Ar. V. sic Æth. Mal. *Non credebat* (vel, *concredebat*, Perf.) *eis semetipsum*, Er. Il. Mo. Be. Pi. &c. i.e. vel, 1. omnia doctrinæ suæ mysteria [i]: vel, 2. personam suam[k]. Elegans antanaclasis[l]: vel, allusio mutatâ significatione vocabuli, qualis Matt. 8. 22. [Sensus,] *Non commisit se eorum fidei*, quotidiano convictu [m], non securè cum iis conversabatur [n], sed rediit in Galilæam, quia opportunum mortis tempus nondum advenerat. Videbat eos non ità affectos ut quicquam aut periculi aut ignominiæ suâ causâ subire vellent, quia cognitio illa non habebat substructum sibi animum amantem veræ pietatis: Et jam tempus periculorum ingruebat. Ideo capite seq. narratur noctu aditus. ¶ *Quòd ipse nôsset omnes*] Et malos, & non satis bonos [o], & omnia in omnibus, & quæcunque laterent in animis eorum, livorem atque odium, quæ jam corde premebant, & præsentem malevolentiam, & futuram eorum inconstantiam [p].

25. *Ut*, &c. Ἵνα τὶς μαρτυρήσῃ, &c.] *Ut quisquam ei testaretur de homine*, Be. Pi. &c. Ut quis semet (vel alium [q]) dictis, vel factis, proderet: ὁ ἄνθρωπος hîc est, *homo quivis*: de quo loquendi genere notatum alibi [r]. ¶ *Quid esset in homine*] In cordis intimo †: quod Dei proprium, 1 Reg. 8. 39. Psal. 33. 15. & alibi [t].

i Aug. & Chrys. in Bru. k Bru. Li. 136. l Pi. m G. n Bru. o G. p Bru. q Idem. r G. † G. sim. Bru. t G.

CAP. III.

1. **E**Rat autem] Sub. *ibi*, G. ex Sy. i.e. in urbe Jeros[a]. ubi ea acciderant quæ paulò antè fuerunt narrata [b]. ¶ *Ex Pharisæis*] Melioris sectæ [c]: sectæ Christo maximè adversæ; quò mirabilior erat hæc conversio [d]. ¶ *Nicodemus*] Nomen Græcum quod Hebræi corruperunt in נקדימון, *Nacdimon*. Exstat in Juchas. 23. 2*. Pridem jam mos invaserat apud Judæos sumendi Græca nomina, ut *Menelaus*, *Tryphon*, *Dositheus* [f]. ¶ *Princeps*, &c. Ἄρχων, &c.] *Ex primoribus*, sive *principibus*, &c. Be. Pi. &c. ad verb. *princeps*: sed plures erant ἄρχοντες. Vide Joh. 7. 48, &c [g]. *Honores*, seu *magistratum*, *gerens in populo Judaico*, Camer. sim. Bru. unus ex magno Synedrio. Vide quæ ad Luc. 14. 1 [h].

2. *Nocte*] Vel, 1. ex metu [i], vel pudore: pudebat magistrum in Israel discipulum fieri [k]: vel, nè collegas jam Jesu malè volentes offenderet. Simile quid de Josepho Arimath. dicitur Joh. 19. 38. statimque sequitur hujus Nicodemi mentio, additâ hâc notâ, *qui venit ad Jesum noctu*. De Euclide Megarensi narratur eum, cùm edicto in Megarenses facto Athenas palàm venire vetaretur, venisse noctu ut consiliorum sermonúmque Socratis fieret particeps [l]. Vel, 2. ut à Christo pleniùs & secretiùs doceretur: id quod in populi concursu fieri non poterat. Vel, 3. quia Judæorum magistri nocturnum inprimis Legis studium in pretio habuerunt. Quòd autem nocte festum sequente venerit, non minùs promptitudinem ejus ad Evangelium accipiendum ostendit quòd tam citò, quàm infirmitatem prodit quòd noctu, advenerit [m]. ¶ *Rabbi*] Distinctivus titulus Doctori, aut Judici, in ordinatione sua collatus [n]. ¶ *Scimus*] Ego & alii non pauci [o]: suspicor, Patres Synedrii [p]; qui, miraculis Christi pensitatis, eo forsan die quæstionem tractaverant [q]. Potest tamen esse num. plur. pro singulari. Vel, *novimus*, idem valet quod, *vulgò agnoscitur* [r]; vide phrasin Joh. 4. 22. & 9. 31. 1 Joh. 5. 18, &c †. ¶ *A Deo venisti*] i.e. Missus es [t], ut Joh. 1. 10. & alibi sæpe [v]; idque immediatè & extra ordinem: quo discernitur ab iis Doctoribus qui mittuntur quidem à Deo, sed mediante hominum ministerio [x]. q. d. Deus te misit, non homo, ut doceas nos [y]. Respicit longam cessationem Prophetiæ per 400 annos [z]. ¶ *Magister*, Διδάσκαλος] *Doctor*, Bru. sic Pi. Cum potestate docendi populum. Simile loquendi genus infrà, c. 12. v. 46 [a]. ¶ *Nisi fuerit Deus cum eo*] Efficaciâ suâ ipsi præsens [b]. Vide Matt. 28. 20 [c]. Non humanâ, sed Divinâ, virtute hæc fiunt. Vera est ergò tua doctrina, quippe cui Deus sigilla sua apponit [d]. Supponit Christum non docere deos falsos, quo solo excepto, credendum erat ei qui miracula ederet. Deinde, Jesu miracula omnem vim, etiam diabolicam, superabant*.

3. *Respondit*] Ad quid? Nam Nicodemus nihil interrogaverat [f]. [Quid dicendum?] Hæc cum superioribus variè connectunt [g]. 1. Christus ad cogitata ejus respondet [h], ad id quod sciebat ipsum scire velle, quid sibi facto opus esset, ut Regni Christi, quem Messiam credebat, particeps esset [i]. 2. Non putandum est, Nicodemum iis tantùm verbis v. præced. descriptis usum, nec addidisse quid sibi vellet, aut cur ad Jesum veniret, Quæ tamen Joannes relinquit subintelligenda ex antecedentibus & consequentibus; & præsertim ex responsione quæstionis satis colligi poterat [k]. Responsio tacitè innuit quod adjectum à Nicodemo fuerat, nempe, Velle se scire, quandoquidem Jesus *Regni cœlestis* inter docendum mentionem sæpe faceret, quæ ratio esset eò perveniendi [l]. 3. Hæc Christi responsio optimè quadrat cum verbis Nicodemi, hoc modo, Videris tibi, ô Nicodeme, videre aliquod signum apparentis jam Regni cœlorum, in miraculis meis. At nemo potest videre Regnum Dei sicut oportet, *nisi renatus*, &c [m]. [Ad probandam hanc loci interpretationem, expendantur sequentia.] 1. *Regnum Dei* & *Regnum cœlorum* convertuntur apud Evangelistas [n], ut liquet ex collat. Matt. 4. 17. cum Marc. 1. 15. & Matt. 5. 3. cum Luc. 6. 20. & Mat. 11. 11. cum Luc. 7. 28. &c. Hoc indè ortum, quod Hebræi *cœlum* pro *Deo* dicebant, ut Dan. 4. 25. Matt. 21. 25. Luc. 15. 21. Joh. 3. 27. 2. *Regnum Dei*, sive *cœli*, sæpe usurpatur pro diebus & rebus Messiæ, tum in N. T. ut Matth. 3. 2. & 4. 17. & 21. 31, 43, &c; tum apud Judæos: vide Chald. Par. ad Esa. 40. 9. & 53. 11. & Maimon. in Melachim, per. 11. & in Teshubah, per. 9 [o]. Significat porrò hæc phrasis, 1. patefactionem Christi: 2. mutationem cultûs ceremonialis in spiritualem: 3. vigorem & effectum Evangelii gratiam producentis in cordibus hominum, ut Mat. 6. 33: 4. statum gloriæ, ut Luc. 18. 18, 24, 25 [p]. 3. Intenta jam erat apud Judæos exspectatio adventûs Messiæ [q]. 4. Miracula Christi Nicodemo (aliisque Judæis [r]) indicium aliquod & specimen advenientis Messiæ præbebant †. Vide Luc. 11. 20. Joh. 1. 49. & 4. 29. & 6. 14, 15, &c [t]. 5. Judicârunt Judæi (& cum reliquis Nicodemus, principiis Pharisaicis imbutus [v],) sibi satis esse ad participationem Regni atque felicitatis Messiæ, quòd forent filii Abrahami, unde dicunt in Sanhedrim, fol. 90. 1. *Universo Israeli est portio in mundo futuro*, hoc est, in fruitione Messiæ [x]: nec omnino necessariam fuisse animi renovationem, &c [y]. Hunc errorem redarguit Christus, & Nicodemum erudit, quonam modo aptus fiat ad intrandum in istud Regnum, docétque, cœlesti ad id generatione opus esse [z], & mutatione sui atque principiorum suorum, novâque planè formatione, &c [a]. Ità nulla est in connexione difficultas [b]. ¶ *Nisi quis renatus*, &c. Γεννηθῇ ἄνωθεν] *Genitus*, sive *natus*, *fuerit iterum*, vel *denuo*, Be. Il. Tre. ex Sy. Ca. P. Pers. &c. Haud dubiè ἄνωθεν est, *iterum*, δεύτερον [c], ut mox accipit Nicodemus [d], qui significatu vocis dubio falli non potuit, cùm in Hebræo, aut Syriaco, non sit ea ambiguitas*. Sic vox ἄνωθεν sumitur Gal. 4. 9 [f]. Exstat eo sensu apud Athenagoram. Sic hoc loco interpretatur Syrus [g]. Nonnus etiam pro ἄνωθεν dixit δεύτερον [h]. Ἄνωθεν γεννηθῆναι, idem videtur quod, ἀναγεννηθῆναι, 1 Pet. 1. 3, 23 [i]. sim. Camer. [Alii ἄνωθεν verterunt,] *desuper*, sive è *supernis*, Q. in V. Er. Ti. Li. sic Camer. Mo. &c. Ità vox sumitur infrà, 31. & Joh. 19. 11. Jac. 1. 17. & 3. 17. vide & dicta ad Luc. 1. 3 [k]. & apud Herod. & Theoc [l]. [Verba habet Camer.] Nec repugnat responsum Nicodemi, qui certè nativitatem hanc desuper non intellexit localiter, nec mysterium adhuc percepit. Quidni ergò sic responderet, *Qui potest quis nasci desuper? num secundò nasci oportet*, &c [m]? Idem utriusque Versionis sensus est, idémque, *nasci desuper*, & *nasci denuo*, valent [n]. Verba autem, *seri* & *nasci*, solere usurpari apud Hebræos de formatione animi, ostendimus Matt. 13. 23. Usurpat & Seneca [verbis à G. citatis.] Plutarchus quædam de Baccho discerpto tradita ait esse μῦθον εἰς τὴν παλιγγενεσίαν, (*fabulam ad renascentiam*,) quam interpretatur τῶν ἀλόγων καὶ ἀτάκτων κόλασιν, (*brutæ & inordinatæ partis castigationem*.) Simili sensu in antiqua inscriptione legimus, *Taurobolio Criobolioque in æternum renatus*. Etiam R. Israel, lib. de Anima, Proselytos vocat, *recens natos*. Confer Jac. 1. 18. Et sic quidam sumunt, צור ילדך, Deut. 32. 18. ubi Græci, Θεὸν τὸν γεννήσαντά σε [o]. Verbo *renascendi* non partis unius

a G. Bru. b G. c G. sim. Bru. d Li. harm. 3. 13. * D. f G. g Pi. h G. i Q. in Li. k Bru. l G. m Li. ib. 13. n Li. 14. o Bru. p Li. ho. q Li. harm. 14. r Li. ho. † Li. harm. 15. t G. Bru. v G. x Li. ib. 14. y V. z Li. ho. a G. b G. sim. Bru. c G. d Bru. * G.

f Mal. g Li. 16. h Q. in Li. i Mal. ex Rup. k Bru. l G. m Li. ho. n Li. ho. & harm. o Li. harm. 3. 16. p Li. ib. 22. q Li. ho. r Li. harm. † Li. ho. t Li. harm. 23. v Li. ib. 24. x Li. ho. y Li. harm. 24. z Li. ho. a Li. harm. 24. b Li. ib. 16. c G. d G. sim. V. Be. * G. f G. Cas. g G. h Cas. i Q. in Li. sim. Camer. Be. k Li. harm. 3. 2. l Camer. m Li. ib. 3. n Li. ib. sim. Camer. o G.

us correctionem designat, sed renovationem totius naturæ[p], nativitatem secundam[q], nempe spiritualem[r], quâ quis inseritur Ecclesiæ, justificatur & adoptatur in filium Dei[†], ut fit novus homo[t], ambulans in vitæ novitate. Asserit Christus, tum exsules nos esse atque alienos à Regno Dei donec regeneremur; tum Regnum Dei in hoc seculo incipere, perfici in altero[v]. ¶ *Non potest videre* (i.e. ingredi[x], vel particeps fieri[y]: ut Luc. c. 2. v. 26. Joh. 8. 51[z]. Sic Psal. 16. 10. & 90. 15. Eccles. 6. 6. Apoc. 18. 7[a].) *regnum Dei*] Quod hîc inchoatur per pacem conscientiæ, in altero seculo per summam felicitatem absolvetur[b]. Orta est hæc appellatio ex promissione adventûs Messiæ, Regis æterni, unde Regnum illud Sacerdotale, Exod. 19. 6. collat. cum 1 Pet. 2. 9. Conjuncta autem est possessio cum visione hujus Regni[c]. Rem novam Nicodemo Legis Doctori Christus indicat, Posthac ad salutem pariendam majus aliquid Judaismo requiri. Vide Gal. 6. 15. Sed & præmium fore majus, Regnum cœleste, quod tunc demum manifestari cœpit[d].

4. *Cùm sit senex*] Exemplum in se ponit, qui senex jam erat[*]. ¶ *In ventrem matris*, &c.] Adhuc carnalis etiam spiritualia carnaliter intelligebat. Crassa erat objectio, simplex tamen & candida, discendi studium præ se ferens, non maligna aut captiosa[f]. Agnovit aliqualem regenerationem fieri per Proselytismum[g]: Maimon. *Gentilis Proselyta factus—ecce est ut infans jam natus; nec enim cognationem suam gentilem ampliùs agnoscere debet.* Sed hæc nativitas est terrena & carnalis circa terrenas cognationes[h]. Nec Judæorum Proselytismum vel cogitare potuit aut credere[i].

5. *Ex aqua & Spiritu sancto*] [Variè intelligunt:] 1. Est ἓν διὰ δυοῖν[k]: q. d. ex spiritu aqueo[l]: vel, ex aqua quæ est spiritus, i. e. ex Spiritu Sancto exserente quasi vim aquæ[m]. Probatur hæc interpretatio: 1. quia analoga est Scripturæ & contextui[n]. Hoc sensu *aquas mundas* legimus Ezec. 36. 25[o]. (ubi, sicut & Esa. 44. 3. *aqua* & *spiritus* eodem sensu proferuntur[p]:) & Dei cognitio *aquæ* comparatur, Esa. 11. 9. Abac. 2. 14. Et in 1 Joh. 5. 8. *aqua* est puritas vitæ Christianæ quæ simul cum martyrio & miraculis testimonium reddit veritati dogmatis[q]. Phrasis hîc est, qualis Matt. 3. 11. *baptizabit vos Spiritu Sancto & igni*[r]: i. e. per Spiritum igneum[†]. *Ignis* hîc idem quod *Spiritus* igne adumbratus[t]. Rursum, sicut ibi per *igneum spiritum* significatur spiritus efficax; ita hîc per *spiritum aqueum*, spiritus emundans. Chrysost. hom. 31. τῷ πνεύματι, &c. (*Spiritus gratiam Scriptura modò ignem, modò aquam, vocat.*) Plut. Quæst. Rom. Τὸ πῦρ, &c. (*Ignis purgat, aqua mundat*[*].) Obj. At *ignis*, Matt. 3. 11. non Spiritum S. significat, sed signum ignearum linguarum, Act. 2. 3[v]. Resp. Repugnat, quòd baptismus hic Spiritûs & ignis omnibus communiter promittitur, quum dona illa Act. 2. extraordinaria erant & paucis propria, 1 Cor. 12. 10, 11, 30. [Hoc primum argumentum.] 2. Hæc aqua certò regenerat: non sic aqua baptismi, ut patet ex Act. cap. 8. vers. 13. Deinde regeneratio antecedit baptismum, Marc. 16. 16. Act. 8. 37. & 10. 47. ac proinde non est effectum baptismi. 3. Hæc aqua necessaria est ad salutem; non sic aqua baptismi[x]: quam tamen prorsus necessariam nonnulli ex hoc loco collegerunt, ideóque infantes non baptizatos æternùm perire[y]. Sed Christus hoc loco non de extraordinariis casibus loquitur, sed de ordinaria institutione, sicut de circumcisione, Genes. 17. 14. ubi tamen casus necessitatis excipitur, Jos. 5. 7[z]. Nec ad lavacrum externum hæc necessitas pertinet, sed ad regenerationem tantùm eo symbolo adumbratam, ut Lombardus accipit, *Renatus ex aqua & spiritu, i. e. eâ regeneratione quæ fit per aquam*, ut symbolum; & *spiritum*, ut efficientem primarium[a]. 4. Ex collat. v. seq. ubi Christus, rationem subjiciens cur oporteat regenerari aquâ & Spiritu, solius tamen generationis ex Spiritu meminit[b]. Neque obstat [huic interpretationi] quòd vox alteram quasi limitans hîc præcedat. Nam sic Act. 17. 25. ζωὴ καὶ πνοὴ est idem quod alibi πνοὴ ζωῆς, ut Gen. 2. 7. & 2 Mac. 7. 23. πνεῦμα καὶ ζωή. Sic Gen. 3. 16. *conceptum & dolorem*, i. e. *dolorem ex conceptu*. Et Matt. 4. 16. ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, vertit Arabs, *in regione umbræ mortis*. Et Col. 2. 8. διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης, i. e. *per inanes fallacias Philosophiæ*. Ità h. l. *aqua & spiritus*, i. e. spiritus aqueus. Si quis tamen

p Calv. q Bru. r L. Me. T. Calv. † Bru. t Calv. v Bru. x Li. sic Be. y G. sic Pi. Bru. Li. z G. a Li. 3. 3. b G. c Be. d G. * G. sim. Bru. f Bru. g Li. ho. h Li. harm. 3. 26. i Li. ho. k G. Pi. Gom. Calv. Be. l G. m Pi. n Gom. o G. p Gom. q G. r Gom. ex Calv. Pi. G. † G. t Gom. * G. v Q. in Gom. sic Mal. x Gom. y Ga. adv. 28. p. 294. z Chem. a Ga. ib. 295. b Gom.

malit ista discernere, ut *aqua* significet mali fugam, *spiritus* verò impetum ad optima quæque agenda, inveniet quo hanc sententiam fulciat[c]. [Hæc de de prima interpretatione.] 2. De aqua Baptismi hîc loquitur[d], sive simpliciter, sive cum allusione ad ablutiones legales, in quibus Pharisæi omnem ferè pietatem collocabant[*]. Intelligit per *aquam* signum visibile, per *Spiritum* gratiam invisibilem & regenerationem per Christum[f]. Argumenta hujus sententiæ sunt: 1. Ut *ignis*, Matth. 3. 11. visibilis erat, [quod tamen alii negant, ut vidimus,] ità & hîc *aqua*. 2. Johannes & prædicavit & baptizavit, Luc. 3. 3, &c. idémque de Christo credendum est: vide infrà v. 22. 3. Hinc desumpta creditur illa phrasis, *lavacrum regenerationis*, Tit. 3. 5. 4. Licèt *aqua* alibi Spiritum denotat, nimirum quà refrigerat, aut mundat; hæc tamen phrasis, *nasci ex aqua*, ab iis longè diversa est[g]. 5. Baptismum aquæ omnes Antiqui hîc intelligunt[h]. 6. Phrasis Baptismum redolet[i]. At sicut Joh. 6. non agitur quidem de Eucharistia, sed metaphoricæ locutiones tacitam habent ad illa signa allusionem, quia & signa illa, & istæ locutiones, rem eandem notant; ità hîc non agitur directè de Baptismo, sed locutiones sunt alludentes ad Baptismum. Vide Eph. 5. 26. Tit. 3. 5. Heb. 10. 22. quibus itidem in locis lotio tribuitur verbo Evangelii. Lactantius lib. 5. *Quantò satius est mentem potiùs eluere, quæ malis cupiditatibus sordidatur, & uno virtutis ac fidei lavacro universa vitia depellere? Quod qui fecerit, quamlibet inquinatum ac sordidum corpus gerat, satis purus est*[k]. Adde, quòd de baptismo verba facere intempestivum esset; quia consilium Christi hîc est, eum hortari ad regenerationem vitæque novitatem[l]. Verùm alia res hîc agitur. Præcipua quæstio erat de Nicodemi introductione in Regnum Dei, sive Messiæ, ejúsque beneficia[m]. Ad quorum participationem dixerat nihil valere quòd quis Israelita natus sit, si non sit natus ἄνωθεν· addit jam, necessariam quoque esse transitionem, tum, 1. ex statu Judaico (in quo justificationem expectabant ex propriis operibus) in Evangelicum per Baptismum: qui obligabat ad pœnitentiam, & provocabat ad exspectationem remissionis peccatorum: tum, 2. ex statu carnali in spiritualem[n]. ¶ *Non potest* (nempe secundùm communem Ecclesiæ ordinem: nec tamen gratia Dei simpliciter alligatur Sacramento[o].) *introire in regnum Dei*] Id est, vel, 1. in Ecclesiam Dei[p], in statum Evangelii, sive œconomiæ Messiæ[q]: vel, 2. in vitam æternam[r]: in statum gratiæ atque sanctificationis, internámque Dei operationem sub Messia. Ad prius requiritur *nasci ex aqua*, ad posterius, *nasci ex Spiritu*[†].

6. *Quod natum est ex carne* (i.e. ex corpore, patris scilicet & matris[t]: carnali generatione[v]: vel, ex natura hominis vitiosa[x]:) *caro est*] Id est, vel, 1. carnale, sive corporeum, est[y]. Comparatione rem illustrat[z]; Quod naturæ lege ex hominibus nascitur, vitæ naturalis actionibus fungitur. Vide Joh. 1. 13. & Rom. 8. 5. Hæc autem vita ad mortem ducit, Rom. 8. 6. nullum enim jus habet ad immortalitatem, 1 Cor. 15. 50[a]. Novam hanc genituram confert cum nativitate ex Abrahamo, quam carnalem esse innuit, ac proptereà huic illam præfert[b]. Vel, 2. id & vitiosum est. Hujus phraseologiæ ratio videtur hæc esse, quòd *caro* nonnunquam significat *pudendum*, ut Levit. 15. 2. 19. Ezec. 16. 26. & 23. 20. Jud. v. 7, 8. Utut sit[c], *caro* sæpe significat pravitatem hominis ingenitam[d], ut Gen. 6. 3. Rom. 8. 3, 6, 7, 8, 9, 12. quo sensu legimus *opera carnis*, 1 Cor. 5. 5. Gal. 5. 16. Eph. 2. 3. & *ambulare secundùm carnem*, Joh. 8. 15. Rom. 8. 1, 4. & *esse in carne*, Rom. 7. 5, 18, 25[*]. Αἰτιολογία hîc est præcedentium, regeneratione opus esse, &c. quia *quod natum est*, &c. *Caro* autem, quia spiritui opponitur[f], hîc est totus homo[g], (corpus & anima: unde & ei tribuitur φρόνημα, Rom. 8. 7. & νοῦς, Colos. 2. 18[h].) qui destitutus Spiritu, vocatur *caro*, Gen. 6. 3. Esa. 40. 6. 1 Cor. 6. 17; renatus verò, *spiritus*, Rom. 8. 5. 1 Cor. 6. 17. Abstracta ponuntur pro concretis, *caro* & *spiritus* pro homine carnali & spirituali, ut patet ex Rom. 7. 14. 1 Cor. 2. 15. Gal. 6. 1. Antithesis autem similis est Adami terreni & cœlestis, 1 Cor. 15. 46. Undè hic locus sic explicari potest, Adam creatus est homo spiritualis, &, si talis mansisset, tales etiam liberos procreasset. Sed quia per lapsum spiritum excussit factus est carnalis, unde

c G. d Be. Chem. Mal. Li. Me. T. &c. * Be. f Scal. sim. Be. g Li. harm. 3. 27. h Chem. sim. Li. i Q. k G. l Calv. m Li. ib. 28. n Li. ho. o Be. p Bru. Li. q Li. harm. 30. r Bru. † Li. ib. t Bru. v T. sim. Mal. x J. Cap. y Bru. z G. sic Li. a G. b Li. harm. 3. 31. c J. Cap. d J. Cap. sim. Be. Chem. * J. Cap. f Chem. g Chem. Be. h Be.

nascuntur carnales: quia effectus non potest esse præstantior suâ causâ [i]. ¶ *Quod natum est ex Spiritu, spiritus est*] Id est, spiritualis [k], ut 1 Cor. 6. 17 [l], immortalis, & purus, originem scilicet suam referens. Supponit, purum esse oportere qui beatus esse velit apud Deum [m]. Qui Dei virtute mundatus est, indolémque divinam accepit, vitam agit divinam. Vide Joh. 1. 13. & 1 Joh. 3. 9. & 2 Pet. 1. 4. Et confer Joh. 8. 44. Act. 13. 10 [n]. *Spiritus est*, i. e. spiritui simile, quâ parte scilicet ex spiritu gignitur. Quicquid enim generat, sibi simile generat [o].

7. *Non* (vel, *Ne*, Pi. G.) *mireris*] Tanquam incredulus, quia hæc nativitas in oculos non incurrit ut ista naturalis [p]: quasi hoc impossibile esset, aut absurdum [q].

8. *Spiritus ubi vult spirat*, Τὸ Πνεῦμα, &c.] Nomen hoc est πολύσημον [r]. [Est autem h. l.] vel, 1. Anima, ut sumitur Gen. 6. 3, 17. & 7. 15. Job. 12. 10. Psal. 77. 4. quam *spiritum* hic appellat, quia de Spiritu Sancto agit, ut exemplum majorem haberet & similitudinem & gratiam. Christus ergò à vita corporali ad spiritualem h. l. argumentatur; q. d. Non mirum, si regenerationem non intelligas, nam nec humanam generationem intelligis. *Anima ubi vult spirat*, i. e. quæ vult animat corpora; *& vocem ejus audis*, v. g. hominem loquentem, equum hinnientem, &c. unde scis eos vivere: *nescis* tamen *unde veniat*, i. e. unde gignatur, quomodo corpus ingrediatur; *aut quò vadat*, in quid desinat, quomodo egrediatur è corpore †. 2. *Spiritus* Sanctus [t]. Ità Orig. Ambros. Aug. &c. & plerique [v]: quippe qui intelligitur in præcedentibus [x], in v. 5. & in seq. v. 8. qui non omnes, sed quos vult, afflat [y]. Alludit autem, vel, 1. ad spiritum corporeum, sive ventum [z]: vel, 2. ad missionem Spiritûs cum sono velut venti, &c. Act. 2. 2 [a]. [Sed refellitur hæc interpretatio;] tum, 1. ex verbis seq. *Sic est omnis natus ex Spiritu*: unde apparet eum exemplo usum fuisse: exemplum autem ab eo cujus causâ affertur, oportet esse distinctum. Tum, 2. ex v. 12. *Si terrena dixi*, &c. scil. de vento corporeo: nam ad Baptismum hoc referre alienum est [b]. Tum, 3. quòd Nicodemus Spiritûs Sancti sonum non percepit, &c [c]. Vel, 3. Ventus [d]. Exemplum sumptum è re corporea ad rem intelligendam spiritualem *. Scrupulus hic erat in Nicodemo, regenerationem non credidit, quia ea sensibus comprehendi non poterat. At, inquit Christus, absurdum est, in spirituali Regno Dei gratiam & virtutem Dei ex sensibus æstimare velle, quum nec in vita corporali id faciendum est [f]. Ostendit & alia esse quæ non conspiciantur, revera tamen exsistant [g]. Non hîc singula singulis respondent, sed scopus spectandus est. Is autem est, Gratiam regenerationis nobis θύραθεν (*aliunde*, vel *extrinsecùs*,) advenire ex Spiritûs Sancti virtute nostris sensibus imperceptibili, eos quos libet vivificante, &c [h]. Quia verò de *Spiritu* loqui cœperat, exemplum sumit à Vento, qui item *spiritus* dici solet, ut Gen. c. 8. v. 1. & alibi sæpe. Minutius Octavio, *Vento & flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur; & sub oculis tamen non venit ventus & flatus* [i]. *Quò vult*, Be. Pi. id est, libero & vago impetu [k]. Ventus nunc huc, nunc illuc, se movet [l]. Metaphora est ab hominibus sumpta, qualis illa Rom. 8. 19, 20, 21, 22 [m]. Vento voluntas tribuitur per Prosopopœiam, ut apud Paulum Lex, Peccatum, Mors, introducuntur [n]. ¶ *Vocem* (vel, *Sonum*, Be. Pi. i. e. ἠχὴν, ut Matth. 24. 31. item 1 Cor. 14. 7, 8. Sic & Heb. קוֹל, ut 2 Reg. 6. 32. Ezec. 43. 2 [o].) *ejus audis*] Auditur sonus [p]. ¶ *Sed nescis* (i. e. nesciunt, non percipiunt [q],) *unde veniat*] Non cernitur origo ejus. Alii enim fluxum naturalem aeris esse volunt, alii exhalationes è terra: & tanta reperitur eorum diversitas, etiam eisdem in locis, ut ad terrarum ingenium referri tota nequeat. Quæritur ergò origo, non conspicitur. ¶ *Aut quo vadat*] ποῦ hîc est quò, ut Joh. 13. 36. & 16. 5. & 1 Joh. 2. 11. Sic & ὅπου, Joh. 13. 33, 36. & 14. 4. Hoc vult, Nescitur ubi desinat ventus. Non magis exitus ejus quàm origo in conspectum venit. Vide Eccles. 11. 5 [r]. ¶ *Sic est*, &c.] Id est, sic agitur cum eo †: sic se res ejus habet. Vide Matth. 13. 49. Marc. 4. 26. Hominis renati per Spiritum actiones conspiciuntur admirabiles, origo ipsa latet: latet & finis in quem tendit, quippe inconspicuus & alterius seculi. Est enim finis *vita æterna*, Rom. 6. 22. & *vita nostra absconditur in Deo*, Col. 3. 3 [t]. Sensus, q. d. Nec regeneratio oculis videri, nec modus ejus ratione comprehendi, potest [v]. Docent hæc verba, collationem esse inter ventum & regenitum potiùs quàm regenerationem. Ostendit autem hoc Spiritûs Sancti opus in regeneratione esse, 1. verum quid & reale, ut fructus ejus atque effecta monstrant, sicut ventum sonus indicat: 2. liberrimum [x]; & Spiritum S. non secundùm dignitatem & merita, sed quos, & quando, vult afflare [y]: 3. humanæ rationi inscrutabile [z]. Unde superveniat afflatus, & ad quem eventum Spiritus illos agat, ipsi renati sæpe nesciunt [a].

9. *Quomodo possunt hæc fieri?*] Ut homo sic nascatur, & sit ex Spiritu Sancto, idque fiat nobis insciis [b]. Vel, *hæc*, i. e. hanc rem, de qua Christus multa disseruerat, ac propterea num. plur. utitur [c]. Verba hæsitantis [d], non de modo tantùm, sed & de re ipsa *.

10. *Tu es magister*, &c. Ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραήλ] *Magister*, vel *Doctor*, *ille Israelis*, i. e. Israelitarum [f]. Sic alloquitur puer R. Joshuam, *Túne sapiens ille Israelis* [g]? Judæi *coronam sacerdotii* prætulerunt & *coronæ Regni*, & *coronæ legis*: *& illud opus discendi atque docendi legem omnibus Dei præceptis æquabant*, Maim. in Talm. Quadruplex erat apud Hebræos Doctorum genus: 1. In qualibet urbe aut vico: ubi pueri docebantur Legem legere. 2. In Synagogis, Act. 15. 21. 3. In Scholis Theologicis: quales Doctores erant *Hillel* & *Shammai*; & *Gamaliel*, Act. 22. 3. forsan & Nicodemus. 4. In Sanhedrim, cujus membrum hic erat, &c [h]. ¶ *Et hæc ignoras?*] Non legisti quæ Jeremias & Ezechiel promiserunt de Corde novo creando Messiæ temporibus [i]? In Psalm. 51. & Ezec. 11. 19. docetur regeneratio, eáque per Baptismum & Spiritum, ut patet ex Ezec. 36. 25, 26. Sed doctores hi oculos habebant, sed non videbant [k]. Potuit Deus inspirando in Adamum vitam ei naturalem conferre, & non poterit meliore Spiritu conferre vitam supernaturalem? Adeò defixus es in Pharisaicis illis mundationibus corporis ut nihil sublimius cogites [l]? Túne ausus es Doctorem agere, & animas docere ac ducere, qui præcipua dogmata nescis? Crassa certè hæc erat, sed Epidemica, ignorantia. Acquiescebant Doctores in ortu suo ex Abrahamo, Matth. 3. 9. in Lege, Rom. 2. 17. in operibus suis, Marc. 19. 20. Luc. 18. 11. Gal. 4. 21. & 5. 4. docebant, afflictiones, diem expiationis, & mortem expiatoria, fuisse, toti erant in ritibus occupati; nec pœnitentiam aut mortificationem docebant nisi ut justitiam suam stabilirent. Ostendere ergò voluit Christus quàm stulta erat ipsorum Theologia, &c [m]. Non novus erat, sed ex majorum usu cognitus, ritus initiationis in Ecclesiam, Baptismus scilicet, quo Proselytas admittere solebant, [ut antè notatum:] ut meritò exprobret ei Christus ignorantiam regenerationis per aquas in Baptismo illo intellectæ, &c [n].

11. *Quod scimus* (clarissimè, certissiméque [o], de renascentia, &c [p].) *loquimur*] Est proverbialis locutio certò aliquid testantium, quam Christus sibi applicat [q]. Crede ergò saltem meo testimonio [r]: non ideo verum non est quia tu non intelligis, nam, *quod scimus*, &c †. ¶ *Et quod vidimus* (i. e. comperta & explorata tenemus [t]. Certò cognovi consilium Patris de mutandis hominum animis. Vide suprà 1. 18 [v].) *testamur*] Tanquam oculati testes [x]: ac proinde nobis credendum erat ex Lege, Levit. 5. 1 [y]. Qu. Sed cur pluraliter loquitur Christus [z]? Aut quosnam hîc sibi adjungit [a]? Resp. 1. Patrem, ut Joh. 8. 16. 17 [b]. 2. Prophetas [c]. 3. Johannem Baptistam [d]. 4. Discipulos ipsius jam præsentes, aliósque qui hæc prædicabunt *. 5. Plurale hîc ponitur pro singulari, auctoritatis causâ [f]. Statim enim declarat, de se solo loqui, *Si terrena dixi*, &c [g]. Sic de se plur. loquitur, Marc. 4. 30. 6. Indefinita est locutio, *Scimus*, i. e. notum est, &c. Sic, *nisi renati sitis*, v. 7. idem est quod, *nisi quis renatus sit*, v. 3 [h]. 7. Nec de se loquitur Christus, nec de una aliqua re quam sciat. &c. sed de omnibus bonis testibus, &c. q. d. Non solemus testari nisi quæ scimus, &c. debes ergò mihi credere [i]. ¶ *Non accipitis*] Non penitus in animum admittitis vos aliíque collegæ & populares vestri [k].

12. *Si terrena*, &c.] Sic vocat, respiciens, vel, 1. ad res ipsas de quibus loquebatur [l]; mysteria inferiora, Evangelii rudimenta, intellectu faciliora, & terræ proxima:

[i] Chem. [k] G. Chem. sic Be. Bru. [l] G. [m] Be. [n] G. [o] Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Be. † Mal. [t] Bru. Camer. [v] Mal. [x] E. [y] Mal. [z] E. [a] Mal. ex Apollinar. [b] Mal. [c] Be. [d] Be. Pi. G. Li. Chem. Chrys. & Th & Cyr. in Mal. * Q. in Mal. [f] Chem. [g] G. [h] Be. [i] G. [k] Be. [l] G. sim. Chem. [m] Be. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] Bru. [r] G. † Bru. [t] G.

[v] Chem. [x] Li. harm. 3. 31. [y] Chem. [z] Li. ib. [a] Chem. [b] E. [c] Mal. [d] G. * Li. 35. [f] D. sic Er. [g] Li. ho. [h] Li. harm. 32. [i] G. [k] Li. 35. [l] G. [m] Li. harm. 34. [n] Seld. in Wal. [o] Bru. [p] Bru. Mal. [q] G. [r] Mal. ex Cyr. & Chrys. † Th. & Euthym. in Mal. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. [y] Li. 38. [z] Mal. [a] Li. 36. [b] Chrys. Cyr. Euthym. &c. in Mal. Me. ex Rup. [c] Al. in Mal. [d] Q. in Li. * Li. 37. [f] Bru. Mal. ex Th. [g] Mal. [h] Li. 36. [i] Mal. [k] G. [l] Q. in Mal.

proxima [m]: qualia sunt vel, resurrectio ipsius, de qua dixit, Joh. 2. 20, 21 [n]. vel, baptismus [o], res ipsis nota atque usitata [p], & regeneratio [q]. *Terrena* autem hæc vocat, vel, quia in terra agebantur, vel, purè cœlestibus comparata [*]. Vel, 2. ad modum loquendi [r]. q. d. Si stilo humili & perspicuo loquar†, terreno, i.e. humano, more [t]. Sic, *secundùm hominem loqui*, Gal. 3. 15. est *similitudines sumere à rebus humanis*. Sic rem vobis explicavi comparatione rerum quas quotidie experimur, nempe naturalis Nativitatis & Venti [v]. ¶ *Non creditis*] Et nè sic quidem aptantem me vobis intelligitis, ut suprà 2. 22 [x]. ¶ *Si dixero vobis cœlestia*] Vel, 1. [quoad res ipsas;] altiora Regni [y], æternam generationem atque incarnationem Filii, justitiam fidei, &c [z]. vel, quæ sequuntur, de duabus ipsius naturis, v. 13. de salute per mortem ejus & fide in eum, v. 14 [a]. Vel, 2. [quoad modum loquendi:] q. d. nudè & quales sunt suâ naturâ [b], remotis figuris, linguâ Angelorum [c].

13. *Et nemo*, &c.] Vel, *Nemo tamen*, &c. Bru. *Nullus enim*, &c. καὶ pro γὰρ [d]. [In connexione variant:] Cohærent hæc, vel, 1. cum v. 2. *Magister es*, i. e. Propheta. Imo, inquit Christus, Prophetis major, solus quippe ascendi, &c [*]. Vel, 2. cum proximè præcedentibus [f]. q. d. Non creditis. Atqui necesse est ut credatis [g], si salvi esse velitis [h]. Nec tamen credere, aut hæc unquam mysteria scire, poteritis nisi me docente, qui solus ascendi in cœlum unde ista petenda sunt. Idem dicit quod Joh. 1. 18 [i]. Reddit hîc causam cur & ipse cœlestia possit suo jure docere, & cur homines doctrinam cœlestem non admittant [k]. *Nemo ascendit*, &c. i.e. ascendere potest: ut, *nemo vidit*, Joh. 1. 18. idem est quod, *nemo videre potest*, 1 Tim. 6. 16. *Quis novit mentem Domini?* Rom. 11. 34 [l]. *Nemo*. At justi quoque ascendunt in cœlum. Non ergò verba hîc spectanda, sed phrasis [m]. *Ascendere in cœlum* dicitur qui arcana cœli penetrat, Prov. 30. 4 [n]. Quantum cœlum à terra distat, tantum consilia Divina ab humanis, Esa. 55. 9. Quod prope nos est obvium, planum, cognitum, id dicitur *non esse in cœlo, ut eò sit adscendendum*, Deut. 30. 12. Rom. 10. 6. Sic ferme *ingredi in sanctuarium* sumitur, Psal. 73. v. 17 [o]. [Sensus ergò est,] *Nemo ascendit*, &c. ità scil. ut indè petat doctrinam Evangelii [p]. Nemo novit res cœlestes præter me [q]: Nemo alius conscius fuit consilii Divini. Alludit forsan ad factum Mosis, qui in montem ascendebat, Deum consulturus, &c [r]. ¶ *Nisi qui descendit de cœlo*] Ut Joh. 6. 51 †. Qui singulari Dei dono nobis concessus est, ut infrà 6. 58. Jac. 1. 17. & 3. 15, 17. Sic 1 Cor. 15. 47. *Secundus homo, Dominus è cœlo*. Sic Johannis Baptisma *ex cœlo*, Matth. 21. 25. *Jerusalem quæ descendit ex cœlo*, Apoc. 3. 12. & 21. 2, 10. Tertullianus in Apologetico, *Lex tua erravit: puto ab homine concepta est, neque enim de cœlo ruit*. Arnobius l. 7. *Audire desidero cœlo aliquid lapsum* [t]. Al. *Descendisse* dicitur, non quòd corpus de cœlo traxit [v]; sed, 1. quoad conceptionis modum [x]: 2. respectu Divinæ ipsius naturæ [y]: 3. quoad visibilem sui patefactionem, (quo respectu *descendisse* dicitur & Deus, Exod. 3. 8. & 19. 18. & Spiritus S. Luc. 3. 22.) & conversationem in carne sive humana natura cum hominibus [z]. ¶ *Filius* (vel, Nempe *filius*. Be. Pi. sic Camer. Appositio, qualis Joh. 1. 12, 45 [a].) *hominis qui est* (vel, *erat*, Er. Be. Camer. scil. antequam descenderet [b],) *in cœlo*] Ità Il. Be. P. Pi. Sy. Pers. &c. i. e. fruitur adhuc cœlesti suâ potestate [c]. Si Christianorum πολίτευμα, i.e. *conversatio*, dicitur *esse in cœlo*, quantò magis Christi, qui semper introspexit Patris intima? Sic suprà 1. 18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς. Vide quæ ibi [d]. *Est in cœlo*, intelligit, tanquam in domo suo, aut Regno proprio, ubi dominatur, &c. Hoc addit, nè putaretur ità descendisse de cœlo, ut cœlum reliquisset [*]. [Qu. Quo pacto idem & ascendit, &c. & descendit, &c. & *est in cœlo?*] Resp. Propter Divinam personam, & propter hypostaticam unionem [f], & propter proprietatum communicationem [g]: quâ quæ propria unius naturæ sunt alteri tribuuntur [h]: aut propria alterutrius naturæ personæ tribuuntur, non quidem in abstracto, sed in concreto; neque enim Deitas *crucifigi* dicitur, sed *Deus*, Act. 20. 28 [i]. cujus respectu homo ille Christus & *ascendisse* dicitur, secundùm humanam naturam, quâ post conceptionem in cœlo esse cœpit ob dictam unionem: & *descendisse*, secundùm Divinam naturam, quæ, sumptâ humanâ naturâ, cœpit non quidem esse, sed videri, in terra, perinde acsi de cœlo descendisset: & *esse in cœlo*, quia idem Deus erat, & Deus erat in cœlo [k]. Ex hoc loco evidenter colligitur distinctio duarum naturarum in persona una [l].

14. *Et sicut* (Pergit dicere quomodo novam hanc hominum nativitatem effecturus esset Deus, non nudo ipsius Jesu dogmate, sed tali cui & exemplum & testimonium ipse suâ morte esset præbiturus, nè qua justa relinqueretur aut de veritate, aut de possibilitate, dubitandi occasio [m]. Pergit aperire mysteria Regni. Docuerat se Deum esse, v. 13. hîc docet, se tamen crucifigendum fore; atque ità summa cum infimis copulat [n]. Ascensioni in cœlos fidem abrogabat carnis humilitas, quod offendiculum hîc tollit [o]. Innuerat v. præced. sibi credendum fuisse, id hîc declarat & confirmat [p].) *exaltavit* (nempe suspendens de palo [q]. Dubitandum non est quin Christus ad crucem suam respiciat, quo sensu vox ὑψῶσαι & infrà reperitur, 8. 28. & 12. 32, 34. Impositus est serpens ille על נס, Num. 21. 8, 9. Illud autem נס RS. interpretatur פרקה, *furcam*. Et quod hîc in Syriaco est pro ὑψῶσαι רום, id Kimchi interpretatur זקף, unde est vox זקיפה, quæ *crucem* Syris significat. Justinus Apol. 2. scribit, λαβεῖν, &c. (*Mosen accepisse æs, indéque fecisse typum crucis, eumque super sanctum tabernaculum posuisse* [r].)) *serpentem*] Sub. *æneum*, ex Num. 21. 9†. qualis factus erat quò magis præsterem, qui æri concolor, referret [t]. *Serpentem*, i. e. effigiem serpentis, salutarem, animantis noxii. Sic Christus sine peccato *in similitudine carnis peccati*, Rom. 8. 3. imò & *annumeratus improbis*, Marc. 15. 28. Luc. 22. 37. Ex serpente morbi, per serpentem medicinæ: *per hominem Peccatum & Mors, per hominem Justificatio & Resurrectio*, Rom. 5. 18. 1 Cor. 15. 21. De hoc serpente Mosis Philo *De agricultura* nonnulla adfert quæ ad Christum optimè aptes. [quæ vide in G.] Quòd diximus, serpentem hunc æneum in eo Christi gessisse imaginem quòd alius erat quàm videbatur, notavit Justinus de eo serpente sic loquens, ἀναίτιος ὢν ἀδίκως. Notandum autem, quò magis vis sua comparationi constet, adspectum quidem serpentis fuisse conditionem & viam ad salutem, vim autem salutarem propriè fuisse à Divina gratia. Vide Sapient. 16. 5, 6, 7 [v]. Quod hîc dicit Christus, non desunt illius indicia in scriptis veterum RR. Illud נחית, *deduxisti*, Psal. 77. 20. R. Josua sic explicat, ut singulæ literæ vocem integram designent, & [ut reliquas mittam] ת notet תלוי, *suspensum*; quo nomine Christum hodie vocant Judæi per summam contumeliam. Signif. inquit, *Deum dedisse populo suo Suspensum pro Capite*, idque *per manus Mosis & Aharon*. *Suspensum*, i.e. Messiam, qui Serpentis ænei suspensi typo adumbratus fuit: neque enim alius Suspensus erat qui populi Dei caput esse poterat. *Deus*, inquit, *per manum Mosis & Aharonis dedisse populo suo Suspensum pro capite*, h.e. voluit à Mose & Aharone attolli atque suspendi Serpentem æneum typum Messiæ futuri capitis Ecclesiæ [x]. ¶ *In deserto*] In loco vasto, pleno veneni; in quo figura mundi Christi temporibus corruptissimi. ¶ *Ità*] Simili effectu: quod v. seq. explicatur [y]. ¶ *Exaltari*] Sublimem elevari [z], i. e. vel, 1. Evangelii prædicatione celebrari [a]. Vel, 2. in carne suâ in cœlos attolli, ut indè vitam præberet credentibus [b]. Vel, 3. in crucem agi [c]: ut jam ostendimus [d], ut liquet tum ex Joh. 8. 28. & 12. 22, 23. tum ex collatione Serpentis ænei, qui super perticam elevatus est, ut Christus super crucem [*]. ¶ *Oportet*] Ut Scripturis satisfiat [f], & Patris decreto [g]. Eadem nos had de re apud Matth. 26. 54. Marc. 8. 31. Luc. 9. 22. & 17. 25. &c [h]. ¶ *Filium hominis*] Quamvis cœlos occupantem [i]: hominem quidem, sed innocentem [k].

15. *Ut* (morte suâ hoc à Deo mereatur, ut [l]) *omnis* (Decreti jam indicati causas explicare pergit [m]:) *qui credit*, &c.] Qui fide quasi intuetur [n]. Ut solo aspectu serpentis ænei sanati sunt Israelitæ, ità nos aspectu fidei, quæ est *hypostasis*, &c. Heb. 11. 1 [o]. *Qui credit*, i.e. eo confidit tanquam suo servatore [p]. *Qui credit*, non quovis modo, sed penitus in cor admissâ fide & fiduciâ: nam talis quæ est eam cætera ad vitam æternam necessaria per se sequuntur. Intelligenda autem hæc de credente ut oportet, quâ & quamdiu talis est [q]. Sunt & alia ad salutem

Marginal notes (left): [m] Bru. sim. Li. 3. 38. [n] Q. in Li. [o] Zeg. Ham. [p] Mal. ex Chrys. Th. Euthym. Li. [q] Mal. ex Chrys. [*] Bru. ex Chrys. [r] Mal. sim. Be. † Li. [t] Mal. [v] G. [x] G. sim. Be. [y] Li. 39. Chrys. in Zeg. [z] Li. 38. sim. Bru. [a] Li. 40. [b] Pi. [c] G. [d] Pe. [*] Chrys. & Th. in Mal. [f] Q. in Li. [g] Mal. sim. Be. [h] Mal. [i] Li. 40. [k] Be. [l] Li. ib. [m] Mal. [n] G. sim. Cam. Mal. [o] G. [p] Li. 40. [q] V. sim. Bru. [r] Cam. † Li. 41. [t] G. [v] Mal. sim. Be. [x] Be. [y] Be. sim. Cas. Mal. Li. [z] Li. 42. [a] Be. [b] Er. [c] J. Cap. [d] G. [*] Mal. [f] Idem. [g] Be. sic Li. Mal. [h] Mal. [i] Li. 44.

Marginal notes (right): [k] Mal. [l] Li. ib. 41. [m] G. [n] Bru. [o] Be. [p] Mal. sim. Li. [q] Pi. sim. Bru. [r] G. † Bru. [t] G. sim. Bru. [v] G. [x] Cap. [y] G. [z] Bru. [a] Calv. [b] Be. [c] Bru. sic Pi. Li. &c. [d] G. [*] Li. 45. [f] Bru. [g] Bru. G. [h] Bru. [i] G. [k] Bru. [l] G. [m] G. [n] Bru. [o] BA. 2. 3. 13. 426. [p] Pi. [q] G.

lutem necessaria, ut pœnitentia, amor Dei, &c. Fidei autem solius meminit, tum quia hæc radix est reliquorum: tum quia fidem h. l. commendare voluit, ut sciret Nicodemus Christo credendum, non tantùm ut Doctori, sed etiam ut Deo Salvatori [r],

16. *Sic enim*] Sunt hæc verba vel, 1. Evangelistæ [†]: vel potius, 2. Christi [t], continuantis sermonem suum [v], & explicantis unde istud factum; nempe non quòd Pater ad hoc esset adstrictus, aut Filius ullius culpæ reus; sed ex φιλανθρωπίᾳ, &c [x]. ¶ *Deus* (Pater [y], ille omnium Dominus [z], nulli debitor, sibi sufficiens, nullius indigus [a],) *dilexit* (& quidem prior, 1. Joh. 4. 10. 19. singula hîc emphasin habent [b]:) *mundum*] i. e. Non Judæos tantùm quibuscum fœdus habebat aliquod [c], sed (omne omnino [d]) genus humanum [*], peccatis obrutum, 1. Joh. 5. 19. addito Rom. 5. 8. & Eph. 2. 12 [f]. Joannes optimus sui interpres, 1. Joh. 2. 2 [g]. Opponit hoc Christus sententiæ Judæorum, qui totum orbem distinguebant in *Israelem*, & *Nationes mundi*, & docebant, *Nationes mundi* à Messia non solùm non redimendas, sed vastandas & destruendas. Hieros. Taanith. fol. 64. 1. *Aurora venit atque etiam nox*, Esa. 21. 12. *Israeli erit aurora*, (cùm advenerit Messias,) *at nox Nationibus mundi*. Similiter Shemoth Rabba, sect. 5. & Midras Till. in Psal. 2. Et diras omnes, quas in S. S. improbis interminatur, illi à se & gente sua removent, & devolvunt in Nationes mundi. Docet ergò Christus h. l. Messiam æquè propitium ac redemptorem futurum Nationibus mundi ac Judæis [h]. ¶ *Ut filium* (non servum, non Angelum [i],) *suum unigenitum*] Ac proinde naturalem [k], & charissimum [l] τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἐκ ἐφείσατο, Rom. 8. 32. Non satis erat *Filium* dixisse, nisi addidisset *unigenitum*. Allusio est ad Gen. 22. 12 [m]. ¶ *Daret*, Ἔδωκεν] *Dederit*, Pi. in mortem [n], intellige gratis, nullis meritis provocatus: παρέδωκε, Paulus sæpe. De morte sua obscurè loquitur, de vita æterna apertè, ut animos erigat [o].

17. *Ut*. &c. Ἵνα κρίνῃ, &c.] *Ut damnet*, sive *condemnet*, (vel, *judicet*, Di. ex vulg. Sy. Ar. Damnationem hîc innuit, sed quæ à Deo, ut justo Judice, infligenda est [p]. Κρίνειν est κατακρίνειν, ut 1. Cor. 11. 32. Heb. 13. 4. at κατακρίνειν est & *damnare*, & *pœnas exigere* [q].) *mundum*. Be, Pi. V. Er. Bru. &c. Loquitur de priori adventu. Nam olim mittendus est ut Judex, &c. sed priùs gratiam offert, deinde ultionem contemptoribus infert [r]. Deus sæpe ultor describitur in Veteri pagina: itaque conscii peccatorum meritò exspectare poterant Filium venire ad pœnas Patris nomine exigendas [†]. ¶ *Sed ut salvetur* (vel, *vitam habeat*. G. ex Sy.) *mundus*] Nempe credentium [t]: vel, Ecclesia [v]: vel, electi in mundo. Antanaclasis est in voce *mundi* [x]. *Mundus* hîc opponitur uni genti [y].

18. *Non*, &c. Οὐ κρίνεται] *Non condemnatur*, Be. Pi. Eripitur communi exitio [z]. ¶ *Jam judicatus* (vel, *condemnatus*, Be. &c.) *est*] Suâ ipsius incredulitate [a]: vel, sententiâ illâ olim latâ, quâ peccatores morti æternæ adjudicati sunt; nec necesse est ut à quoquam condemnetur [b]. Dictum est vetus, *Illo nocens se damnat quo peccat die*. Sic in legibus Romanis, *Ipse te pœnæ subdidisti*. Et qui sceleratum capiunt consilium *suo merito puniti* dicuntur. Sed adde quæ notavimus ad Mat. 25. 32 [c]. *Condemnatus est*, i. e. meretur damnationem, est in statu damnationis [d]. ¶ *Quia non credit*, &c.] Quòd veritatem & bonitatem Divinam tam apertè referenti, & morte suâ obsignanti, nec credere, nec confidere, voluerit: quod ex pessimo animo proficisci sequentibus ostendit [*]. De adultis hîc loquitur quibus Christus annunciatus est, ut contextus monstrat: reliqui vel per legem naturalem damnantur, Rom. 2. 14. vel ob peccatum Adami [f].

19. *Hoc*, &c. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις] *Hæc est autem condemnatio*, Be. Pi. Bru. &c. i. e. causa condemnationis [g]. In hoc sunt αὐτοκατάκριτοι, intus suopte judicio damnati [h]. ¶ *Lux* &c.] i.e. Christus [i], cum suo purissimo dogmate, ut Joh. 1. 10. Confer. Esa. 9. 2. & 42. 6 [k]. & Joh. 1. 4, 9. & Joh. 12. 46 [l]. Quærere lucem debuerant: ultro ipsis oblata est [m]. ¶ *Dilexerunt homines* (i. e. magna pars hominum, ut suprà 1. 12 [n]. plerique omnes [o]:) *magis* (vel, *potius*, Be, Pi.) *tenebras quàm lucem*. i.e. dilexerunt tenebras, non lucem. Comparat. partic. sæpe negativè ponitur, ut Hos. 6. 6. Luc. 18. 14. [Ad quæ loca vide quæ nos congessimus.] Μᾶλλον hîc oppositionis est, non comparationis. Prætulerunt homines tenebras luci. Sic 2. Tim. 3. 4. Thucyd. μᾶλλον βέλομαι τοῦτο αὐτὸ ἐκείνυ, *hoc præ illo malo*. Τὸ σκότος hîc intellige vivendi rationem nullâ regulâ subnixam, quæ luculentè describitur Eph. 2. 3. Sic Joh. 8. 12. & 12. 35. Eph. 5. 11. Joh. 1. 6. & 2. 11 [p]. Sensus, duces suos cæcos, stultásque traditiones, amplexi sunt, Christum autem spreverunt [q]. Errores suos veritati se manifestanti prætulerunt, & doctrinam Christi scire noluerunt [r]. ¶ *Erant enim eorum mala opera*] Intellige non modò opera in quibus vixerant antequam lux affulsisset, sed & ea in quibus manere ipsis placebat: favebant morbo [†]. Lucem respuunt, quia si eam recepissent, detestati deseruissent mala opera & consilia sua [t].

20. *Qui malè agit* (i. e. consuevit agere, cui propositum est sceleratè vivere [v]; in quo peccatum regnat [x]:) *odit lucem*] Proverbium est ex vulgo desumptum. Euripides Iphigeniâ, Κλεπτῶν γὰρ ἡ νύξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς, (*Furum enim nox est, veritatis verò lux*.) Philo, Τὰ μὲν καλὰ, &c. (*Actiones bonæ lucem meridianam postulant ut monstrentur; turpes verò, tenebras tartareas*.) Simile habet Xenophon: [cujus verba vide in G.] Simile proverbium illud, *Qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt*, [1. Thes. 5. 7.] Seneca epist. 122. *Gravis malæ conscientiæ lux est*. Vide egregiam hujus loci explicationem apud Chrysost. in cap. 4. ad Ephes. 11. 19 [y]. ¶ *Ut non arguantur*, &c.] i. e. Prava esse demonstrentur [z]. Nè sibi ipsi appareat vitæ quam ducit turpitudo. Confer Eph. 5. 13 [a].

21. *Qui*, &c. Ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν] *Qui autem facit*, sive *operatur*, (i. e. Cui propositum est facere [b],) *veritatem*, Vulg. V. &c. i. e. integritatem & sinceritatem [c]; vel, rectitudinem & jus. אמת, *veritatem*, Lxx etiam vertunt δικαιοσύνην, vel εὐθύτητα, ut Gen. 24. 49. Jos. 24. 14. Esa. 38. 19. & 39. 8. e. Confer Esa. 26. 10 [d]. Vel, *vera*, i. e. recta & justa [*]. Vel, *sincerè*, D. Pi. Qui sincerè agit. Sic 2 Reg. 20. 3. *ambulare in veritate* exponitur, *integro corde*. Adde Psal 25. 5. & 86. 11. Prov. 28. 6. Conjungitur cum *luce*, Psal. 43. 3. Eph. 5. 8, 9. & 1 Joh. 1. 6. Hoc quoque intellige, postquam lux affulsit: nam consilium emendandæ vitæ his verbis describitur [f]. *Qui dat operam veritati*, Be. Li. cui opponitur *dare operam peccato*, 1. Joh. 3. 9 [g]. ¶ *Venit ad lucem*] i. e. Tenetur cognoscendæ & sequendæ justitiæ desiderio, ideóque ad ejus Doctorem accedit [h]. Plutarchus, Οὐδεὶς, &c. (*Nemo bona opera tenebris velare studet* [i].) ¶ *Ut manifestentur*, &c.] Ipsi scilicet [k]. Ut ipse hæc opera ad illud dogma exploret ac dirigat: neque enim formidat examen [l]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα] *Quia* (vel, *Quòd*, Er. P. Be. &c.) *in Deo* (i. e. in via & timore Dei. Sic, *mori in Domino*, Apoc. 14. 13 [m]. Vel, *cum Deo*, Ti. vel, *secundùm Deum*, P. Be. Pi. &c. ἐν pro κατὰ, secundùm naturam [n], & voluntatem, Dei [o]. Sic, ἐν Κυρίῳ, 1. Cor. 7. 39 [p]. Deo veluti duce præeunte [q]. Vel, *per Deum*, Er. V. Di. Li. i. e. instinctu Dei [r]: vel, virtute à Deo acceptâ [*]: Deo operante velle & perficere [t].) *sunt facta*, Mo sic Di. ex Sy. & Ar. *In Deo facta* dicuntur *opera*, quæ in ipso bonitatem suam ac laudem habent, quæ ipsum, tanquam causam, objectum, & finem, respiciunt, adeóque ipsius virtute, ad ipsius voluntatem, in ipsius gloriam, sunt edita [v].

22. *Venit—in*, &c. Εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν] *In Judæam terram*, Vulg. vel, *In terram Judæam*, Er. Est enim mollior collocatio, si totum præcedat, pars sequatur [*]. *In terram Judææ*, Sy. vel, *Judaicam*: Etsi enim Ἰουδαία substantivè passim usurpetur, fit tamen id quia substantivum γῆν in se comprehendit: alioqui per se adjectivum est, & tale iterum fit quum γῆ exprimitur. Sed quomodo eò venit ubi jampridem fuit [†]? Resp. Γῆ hîc non indefinitè sumitur, sed speciatim pro territorio Judææ, quatenus ab ejus metropoli, Hierosolyma, distinguitur, eíque circumjectum erat [x]. Durante festo in Urbe fuit [y], ubi & multa miracula patraverat, ubi etiam colloquium hoc cum Nicodemo habitum erat [z]: indè exiens venisse dicitur εἰς γῆν [a], *in agrum tribus Judæ*: opponitur id oppidis [b]. ארץ, *terra*, non raro sumitur pro שדה, *agro*; ut, quod sæpe occurrit, *censeres* ארצך, *terram tuam*, pro שדך, *agrum tuum* [c]. Quin & contradistinguitur urbi, Jos. 8. 1. *Et urbem ejus*, καὶ τὴν γῆν, & *terram ejus* [d], i. e. territorium

Marginal notes (left column): r Bru. † Er. t Be. Li. v Li. 46. x Be. y Be. Bru. z G. a Bru. b G. c G. sim. Bru. Ham. Li. &c. d G. * G. Bru. Calv. Li. &c. f G. g Li. ho. sim. Bru. h Li. ho. ad v. 17. i Pru. k Mal. l Bru. m G. n Bru. o G. p Di. q G. r Bru. † G. t Bru. Be. v E. ex Aug. x Pi. y Be. z G. a Be. b Bru. c G. d Li. harm. 47. * G. f Be. g V. Pe. Bru. Pi. Zeg. h G. i G. sim. Bru. k G. l Bru. m G. n Idem. o Bru.

Marginal notes (right column): p G. q Li. 48. r Bru. † G. t Bru. v Bru. x Be. y G. z Bru. a G. b Bru. c V. d Di. * Ca. sim. Bru. f G. g Li. 48. h Be. i G. k Bru. l G. m Li. 49. n G. o G. Pi. Bru. sim. Be. p Be. q Be. r V. † Li. 49. t Di. v Idem * Be. † Di. x Di. ex Be. y Di. z Li. harm. 3. 6. a Li. b G. c Di. d Di. sic G.

torium ad urbem ejus pertinens *, quod alibi dicunt χώραν [f]. Notum est γῆν & χώραν sæpe confundi: χώραν quoque urbi interdum contradistingui [g], ut Luc. 21. 21 [i]. Joan. 4. 35. ubi χώραι, *terræ*, dicuntur *albæ*: intelliguntur arva extra urbes sita, quæ maturas jam segetes tulerunt [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐκεῖ διέτριβε, &c.] *Et illic* (in oppidis & vicis [l],) *degebat* (vel, *morabatur*, Er. sic Vulg. Be. V. &c.) *cum eis*. Διατρίβειν dicitur per ellipsin pro, διατρίβειν τὸν χρόνον, *tempus terere* [m]. Vel, *conversabatur*, Di. ex Sy. & Ar. Quia additur, *cum illis*, non mera commoratio, sed conversatio, indicari videtur, quâ unà cum illis occupatus erat, seque exercebat. Id enim sæpe est διατρίβειν præsertim cùm additur, μετά τινος, *occupatum esse, versari, exercere se cum aliquo*: indè διατριβαὶ, *congressus, disputationes, dissertationes, exercitia & occupationes* [n]. ¶ *Baptizabat*] Operâ Discipulorum, Joh. 4. 2. [o]. sic Tertul. lib. de Baptismo, *Semper is dicitur facere cui præministratur*. Sic & Paulus prædicabat Evangelium, baptizabat autem plerumque non opere, sed per alios, 1. Cor. 1. 17. Johannes verò Baptista ipsemet baptizabat, hoc quoque se inferiorem Christo professus [p]. Dicuntur homines in S. S. id facere quod alii ex ipsorum præscripto faciunt. Sic Pharaonis filia *educavit* Mosen, Act. 7. 21. Salomon *ædificavit* Templum, &c. 2 Reg. 6. & 7. David *abstulit* hastam, &c. nempe per Abisæi, 1. Sam. 26. 11, 12. Rex Juda *legit*, 2 Reg. 22. 16. i. e. per alios, 2 Chron. 34. 24 [q].

23. *In*, &c. Ἐν Αἰνὼν] *In Ænon*, Be. Pi. &c. locus erat prope Jordanem [r], & cis Jordanem, ut *Bethabara* erat trans Jordanem, v. 26 †. Idem certè hic locus qui Ezec. 47. 17. ubi. עינן legitur, & in LXX' Αἰνὰν [t]. Sed longè alius est locus qui nominatur Ezec. 47. & 48. neque enim distinctè ibi legendum est חצר & עינון, sed conjunctim, חצר־עינון, ut apparet Num. 34. 9. ubi Græci Ἀρσεναὶν pro Ασερναὶν, transpositione factâ, quia Græcis σ & ρ non cohærent. At in Ezechiele priorem partem appellativè reddiderunt, αὐλὴν τοῦ Αἰνὰν, pro quo, secundo loco, Αἰλάμ corruptè legitur [v]. Syrus & Arabs vocem hanc in binas dissecant. Nam פי עין נון, *in fonte Nun*, legit Arabs; בעין יון, *in fonte Jon*, Syrus [x]. עין יון hîc [habent] Syrus & Tabula Judaica [y]. Nominis notationem videntur prodere verba sequentia, *aquæ multæ erant illic*. Aptissimè interpreteris, *locus fontium*, vel *aquosus* [z]. Mallem Ænon nomen fuisse loci, sive spatii terræ aquosæ & fontibus plenæ, quàm urbis aut oppidi, aut fluvii. Quomodo *Sharon* & *Lebanon* dicuntur loca spatiosa, &c [a]. ¶ *Juxta*, &c. Ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ] *Prope Salim*, Be. Pi. Idem hic locus est, vel, 1. cum illo qui dicitur שעלים, 1. Sam 9. 4. ubi Græci Σεγαλίμ, y, ut fit, in γ mutato [b]. Non placet [c]. Vel, 2. cum eo qui Gen. 33. 18. vocatur שלם [d], Græcis Σαλήμ, ut & in Tabula Judaica scribitur *, prope Sichemum [f]. Sed talem locum nec agnoscunt Judæi, nec Samaritani; nam שלם ibi reddunt utrique, *salvus*, vel, *in pace* [g]. [Vide ibi dicta.] Et si Salim & Ænon fuerant prope Sichemum, erant in Samaria. Quid verò Johanni cum Samaritis [i]? Forsan articulus τοῦ indicat non de urbe aut oppido esse sermonem (cùm, eorum nomina fœm. gen. ferè sint) sed de re aliqua alia. Quidni sic vertamus, *In Ænon prope Salamæum*, qui idem Targumistis cum *Kenæo* [k]. Eò autem ivit Baptista, non alio, ut videtur, consilio quàm ut, pluribus locis officio suo fungens, populum ad pœnitentiam & baptismum invitaret [l]. ¶ *Quoniam aquæ multæ*, &c.] Intellige, vel, 1. rivos multos [m]: vel potiùs, 2. simpliciter aquæ copiam [n]; tantam scilicet in qua facilè corpus humanum mersaretur, quo tum more Baptismus peragebatur [o]; plerumque scilicet, non autem semper, ut docent nos exempla eorum qui in domibus, aut Synagogis, baptizati sunt, ut Act. 9. 17, 18. & 10. 47. 48 [p]. Vide ad Mat. 3. 6. Sic & alibi, Apoc. 8. 11. & 11. 6. ὕδατα pro aquæ copia usurpat hic noster, ut & Apoc. 14. 7. & 16. 4. Ἀρδόνον ὕδωρ hoc loco Nonnus non malè [q].

24. *Nondum enim*, &c.] Ostendit, quod diximus, eas hic à se res narratas quæ Joannis captivitatem antecesserunt: cùm cæteri miraculorum Christi indè fermè initium faciant [r].

25. *Quæstio*, &c. Ζήτησις ἐκ τῶν — μετὰ Ἰουδαίων] *Quæstio* (i. e. contentio *), vel, *Disceptatio*, Ca. Pers. sub. *cuidam*, Tre. ex Sy. sic Pers. vel, sub *quibusdam*, Il. P. Be. Pi. G. quales ἐκλείψεις notavimus ad Mat. 27. 9. [t].) *ex discipulis Johannis* (τὸ *ex discipulis* positum pro, *moventibus*, vel *auctoribus, discipulis* [v].) *cum Judæis*] Τὸ μετὰ, *cum*, eos h. l. vel, 1. opponit [x]. Sed quorsum cum Judæis, non cum Discipulis Christi, disputant? Resp. Judæi illi videntur fuisse Christi Discipuli, nondum quidem familiares [y], sed qui baptismum ejus frequentarent [z]. Vel potiùs, 2. unit in hac disquisitione, ut junctim hoc quærant [a]. Alii legunt, μετὰ Ἰουδαίου, i. e. *cum Judæo*, quodam scilicet [b]. Sic habent antiquissima exemplaria [c], omnes vet. cod. nostri [d], & Chrysost. & qui post eum Græci. Etiam Nonnus, Ἑβραίου μετὰ φωτός· nec aliter Syrus: quare hæc lectio sequenda videtur: ut sensus sit, Judæum quendam, puto à Discipulis Christi baptizatum, hanc quæstionem movisse Johannis discipulis *. ¶ *De purificatione*] Ità Er. Mo. Be. &c. vel, 1. Judaica quotidiana, de qua Joh. 2. 6 [f]. & legali. Pharisæi, legalium purificationum studiosissimi baptismum forsan Johannis, ut supervacaneum, reprehendebant [g]. Vel, 2. de Baptismo Johannis & Jesu [h]: ut patet ex v. seq [i]. Sicut cap. præced. καθαρισμὸν vocavit *ablutionem* illam Pharisaicam manuum & poculorum, quam Marcus βαπτισμὸν· ità & hîc *Baptismum* vocat καθαρισμὸν· sicut & verbo καθαίρειν uti Josephum in narrando Johannis Baptismo ostendimus ad Mat. 3. 6. Neque aliter quàm de Baptismo sumam vocem καθαρισμοῦ, 2. Pet. 1. 9. Nam sic & Arabes Christiani antiquitus Baptismum appellabant. Videtur autem disputatum an Joannis Baptismus Divina esset ceremonia, an humanum institutum; quandoquidem & alii, præter Joannem, baptizare incipiebant. Et jam olim apud Hebræos in proselytis usitatum fuisse Baptismum ostendimus ad Mat. 3 [k]. Quæstio forsan mixta erat, partim cum Judæis, de præeminentia legalium purificationum & Baptismi; partim cum Discipulis Christi, de præeminentia Baptismi Johan. & Christi [l], & uter horum magis purificaret, & qualis esset illa purificatio, & quousque tenderet. Superinduceretne Jesus Baptismum super Baptismum Joannis? & Joannes super baptismos Judæorum [m]? Quæstio erat de Baptismi tum, 1. usu prisco, & novo; tum 2, fine. Baptizabant Judæi sæpe & in omni vita, eoque leviora crimina tolli putabant: Johannes baptizabat ad pœnitentiam vitæque emendationem [n].

26. *Rabbi*] i. e. Magister, cujus est & tuam auctoritatem, & Discipulorum partes, defendere [o]. ¶ *Qui erat tecum*] Venit ad te ut causæ tuæ amicus [p]: qui à te baptizari voluit [q], tanquam Discipulus. Nec nomine, nec honoris titulo, eum dignatur [r]. ¶ *Trans Jordanem*] i. e. *In trajectu Jordanis*, ut hîc Syrus, *in Bethabara*. Vide suprà 1. 28 *. ¶ *Cui*, &c.] Quem tu pro tua modestia (& humilitate, non ipsius excellentiâ [t],) elogio tua ornâsti [v]. ¶ *Baptizat*] Non minùs quàm tu: quod hîc rectè notavit Syrus; addito *etiam*; q. d. In tuas partes involat, adeò ut hoc ipsum nobis ad extenuationem tuæ auctoritatis objiciatur [x]. Hic tuum publicè usurpat officium, & se tibi æquat [y]. ¶ *Omnes*, &c.] Plures quàm ad te quasi novitatis studio. Tacitè scilicet quærunt, annon prohibendi sint baptizare alii. Vide historiam similem, Num. 11. 28. & Luc. 9. 49. Notabilis utraque, ut intelligamus cur *sectarum studia* annumerentur *operibus carnis*, Gal. 5. 20 [z].

27. *Non potest* (citra præsumptionem & superbiam [a],) *homo* (vel, 1. Christus, iste cui invidetis [b]. Sed tunc dixisset, ὁ ἄνθρωπος [c]. Vel, 2. quisquam [d]. *Hominis* voce declarat humanæ naturæ indigentiam, quæ nihil eximium habet nisi ex Dei liberalitate; atque hæc est sors omnium hominum *.) *accipere*, λαμβάνειν] *Recipere*, Be. *Sumere*, sub. *sibi*, ex Heb. 5. 4 [f]. Syrus hic addit, *ex voluntate* (vel, *ex re*, Di.) *animæ suæ*, i. e. suo arbitratu & prout ipsi libet [g]: vel, ex seipso, ex ulla re quam in se habet [h]: nam Joan. 5. 19, ponitur eadem phrasis pro ἀφ' ἑαυτοῦ [i] quod aptè huic textui addi possit [k]. λαμβάνειν, intellige cum effectu. Alioqui vanitas ipsa se deteget. Ad falsos prophetas cognoscendos indicia Deus dederat [l]. Hæc dona nequeunt à Deo extorquere [m]. *Accipere*, i. e. vendicare, arrogare sibi [n]. Al. *Percipere*, i. e. discere & credere, ea scilicet quæ percipere oportet.

Marginal notes (left column): * Di. | f G. | g Di. | i Di. G. | k Di. | l Bru. | m Pi. | n Di. | o G. Li. | p G. | q Li. harm. 3. 50. | r D. | † Li. harm. 51. | t D. | v G. | x Li. ho. disq. chor. 3. 4. 17. | y G. | z Li. ho. ib. | a Li. harm. 3. 56. | b Q. in G. | c D. G. | d G. ex Hi. sim. D. plerique in Li. 51. | * G. | f Q. in Li. | g Li. ho. 14. | i Li. harm. 51. | k Li ho. 16. | l G. | m Ee. Pi. | n G. | o G. sim. Pi. Li. | p Li harm. 3. 61. | q G. | r G. | * Bru.

Marginal notes (right column): t G. | v Plerique in Bru. | x Li. harm. 3. 62. simi. Mal. | y Mal. | z Bru. sic Mal. | a Li. ho. | b Be. | c G. | d Be. | * G. | f Scal. sim. Li. | g Be. | h G. sim. Bru. Li. Mal. ex Chrys. Aug. Cyr. &c. | i Mal. | k G. | l Li. harm. 62. | m Li. ho. | n Heins. | o Mal. sic Bru. | p Bru. | q hc Bru. | r Bru. | * G. | t Bru. | v G. sim. Bru. | x G. | y Bru. | z G. | a Bru. | b Q. in Be. | c Be. | d Pi. | * Be. | f Pi. | g Be. | h Di. | i Di. ex Be. | k Be. | l G. | m Be. | n Bru.

tet.

tet. Incredulitatem eorum ac stupiditatem hîc castigat; q.d. Nôstis, me Jesum mihi semper prætulisse, &c. & tamen cavillamini, &c. Patet vel vestro exemplo, quòd homo non potest percipere, &c[o]. ¶ *Quidquam*] i. e. Ullum honorem[p]: auctoritatem muneris tanquam à Deo impositi[q]. ¶ *De cœlo*] i.e. A Deo[r]: cujus voluntati acquiescendum est[†]: ex quo hanc gloriam suam Christus habet[t]. Egóne mihi arrogem quod Deus mihi non concessit? Quæ hæc esset præsumptio & ingratitudo[v]? De rebus bonis loquitur, de gratia & virtute, de auctoritate baptizandi: nam vitia à nobis accipimus[x].

28. *Ipsi vos*, &c.] Ipsi hâc ipsâ, quâ me compellâstis, oratione professi estis me agnovisse Jesum majorem me esse, & quidem immensè[y]. Vide Joh. c. 1. v. 19, &c[z]. ¶ *Ante illum*] Jesum scilicet, quem Christum esse dixi: ἔμπροσθεν, i.e. πρὸ προσώπου αὐτοῦ, Matth. 11. 10. ubi utrumque legitur. Marc. 1. 2. diximus munitoris qui Regem antecedit officium describi[a]. Qui apparerem *coram eo*, P. Be. Pi.

29. *Qui habet sponsam* (i.e. cui sponsa destinata est[b]: cui jus maritale in sponsam quæsitum est. Scriptor Categoriarum, ἰδίῳ γὰρ ἄλλο τὸ ἔχειν γυναῖκα σημαίνομεν ἢ ὅτι συνοικεῖν. כלה ex origine significat omne illud quo sponsa solet enitescere. Talis Ecclesia eximiè fuit, & esse debet, Eph. 5.27[c].) *sponsus est*] Sponsæ dominus & caput[d], ille solus ut sponsus honorandus est[*]: principem in nuptiis locum obtinet. Rectè autem sponso Christus comparatur, Matth. 22. 2. 2 Cor. 11. 2. Eph. 5. 25, 26. ad exemplum Dei, qui populi Hebræi *maritus* dicitur Prophetis[f]. Probat Christum præ se honorandum esse[g], tanquam sponsum, cui uni Ecclesia, velut sponsa, ambienda est. Meritò itaque omnes ad eum veniunt, & solum honorant, &c[h]. ¶ *Amicus—sponsi*] מרע. Vide dicta ad Matt. 9. 15[i]. Qui Hebræis dictus שושבין[k]: Sanhed. fol. 27. 2. וזה שושבינו, *Amicus ejus*, id est, *Shoshebin ejus*[l]. שושבין dicitur, in genere *amicus*, ut in Chald. par. ad 2 Sam. 13. 2. peculiariter verò amicus sponsi, ut in Chald. ad Jud. 14. 20[m]. qui & *paranymphus*[n], sive *pronubus*[o]. Hi autem שושבנין bini constituti sunt, alter sponsæ, sponso alter[p], ut ministrarent iis thalamum ingredientibus, caverentque; nè quid doli esset circa signa virginitatis sponsæ[q], nè aut sponsus illa celet tollátve, aut sponsa inferat secum sindonem sanguine intinctam. Apud veteres Hebræos dicuntur Michael & Gabriel *paranymphi* Adæ. Et, ubi Sponsalia inter Deum & Ecclesiam Israeliticam memorant, Mosen aiunt fuisse *paranymphum* Deo & Ecclesiæ illius[r]. *Amicum potiùs quàm Ministrum* sponsæ se vocat, quia quæstio erat de gaudio, utrum gauderet de honore sponsi, (quod amico magis convenit quàm ministro,) an verò doleret[†]. *Amicum*, tum animi affectu, tum officio obsequii, se vocat, ut gratissimum sibi esse populi ad Jesum concursum ostendat[t]. ¶ *Stat*] Ut spectator, interest nuptiis[v]; vel, ministrans sponso: nam עמד, *stare*, est ministrare, ut Gen. 41. 46. Deut. 1. 38. Zach. 3. 7[x]. Vel, *stat*, ad ostium, pro more: unde, inquit Pollux, *aliquis ex amicis sponsi* janitor *dicitur*, qui auscultare solebat an omnia rectè se haberent[y]. ¶ *Audit eum*] i. e. Sponsum jam præsentem[z]: audiens blandimenta ejus ad sponsam. Vide Cant. cantic. Hæc est mox φωνὴ νυμφίου[a]. ¶ *Gaudio gaudet*] Tantum abest ut invideat, aut ægrè ferat[b]: *Valde gaudet*; Matth. c. 2. v. 10[c]. ¶ *Propter vocem sponsi*] Cum sponsa colloquentis[d]: mutui affectûs & exhilarati animi indicem: quam vocem & paranymphi inprimis observabant, indéque more nuptiali lætabantur[*]. Erat apud Hebræos locus חופה dictus, in quo, sub tegumento, sponsus & sponsa familiari, sed privato, colloquio usi sunt donec conjuncti essent ipsorum animi: tunc autem sponsus alacriter prodiit ex illo *Chuppah*: quò respicitur Psal. 19. 5. Quum ergò paranymphus vocem hanc gaudentis sponsi audit, lætatur & celebrat, &c[f]. *Vocem* hîc ponit pro omnibus verbis, aut actionibus, quibus sponsus cognoscitur[g]. ¶ *Gaudium meum impletum est*] Consecutus sum quod maximè optabam[h]: quia tanquam pronubus populum Judaicum Christo tradidi. Hîc tacita est ὑπόθεσις. Gaudeo eos inter se alloqui. Χαρὰ πεπλήρωται, est inter locutiones Johanni proprias, infrà capite 15. versu 11. & capite 16. versu 24. 1 Epist. 1. 4. 2 Epist. 12[i].

30. *Crescere*] Famâ, &, quod vos invidetis, Discipulorum copiâ[k]. ¶ *Minui*] Ut stellæ solent, ubi Luna affulsit[l].

31. *Qui de sursum* (i.e. de cœlo, ut exponitur v. seq[m].) *venit* (scil. in mundum[n], cum potestate planè Divina, suprà 13. Johannes miracula nulla fecit, quò Christus esset illustrior[o].) *super* (vel, *supra*, Bru. Pi. &c.) *omnes est*] Super me[p], & super omnes alios, etiam Prophetas[q]: quia naturâ est cœlesti & præcellenti[r], & Divinâ[†]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι] *Qui è terra est* (quoad originem[t], generationem vel productionem[v], & materiam, ex limo terræ; ut Adam, Gen. 2. 7[x]. ex hominibus tantùm oriundus[y]: natus secundùm Adami legem; in quo non est illa verè Divina potestas[z]: qualem me esse agnosco[a]. *Qui è terra profectus est*, Er. V.) *terrenus est*, Be. Pi. Er. V. &c. vel, *de terra est*, Di. ex Vulg. & Sy. Intellige, quoad conditionem & qualitatem[b], constitutionem[c], & ingenii affectionem[d]: totus terrâ constat, terrenam tantùm naturam habet[*]: terreni tantùm ordinis est & gradûs[f]: originem redolet[g]: terram sapit[h]: humana tantùm sapit. Simile loquendi genus suprà 6. & 1 Cor. 15. 47[i]. Non est hîc tautologia[k], sed antanaclasis[l], vel πλοκή[m]. ¶ *Et de terra* (vel, *terrena*, Be. Pi.) *loquitur*] Humilis humilia loquitur[n]: *loquitur humana tantùm*, non illa mysteria absconditi Divini consilii[o]: quæ didicit in terra[p]. Indicat quâ virtute & facultate loquatur, nempe quæ merè terrena sit, quam ex terra haurire potuit, quâ constat & ex qua ortum duxit[q]. Sensus est, Qualem quisque originem, talem naturam, talémque sermonem, habet[r], atque scientiam: doctrina ejus non est altior eâ quæ ex terrenis principiis deduci queat, ac proinde humilis est, & frequenter incerta, nec valens ultra terram terrenáque hominem attollere, &c[†]. ¶ *Qui de cœlo venit*] Repetit quod suprà dixerat, ἄνωθεν, quò evidentior sit oppositio[t]. Epanalepsis ad commodiùs connectendum sequentia[v]. ¶ *Super omnes est*] Præstantiâ omnes excellit, cœlestem originem & naturam conditione refert[x].

32. *Quod vidit & audivit* (supple, in cœlo[y]: quod planè novit[z]: nam duobus his sensibus homines ad cognitionem deveniunt. Vide suprà 1. 18. & quæ ibi. Adde quod infrà 8. 26. & 15. 15[a]. Quæ ipsi certissima sunt atque exploratissima[b], tanquam familiaria & domestica[c].) *hoc testatur*] Quod suprà dixit, λαλεῖ, *prodit hominibus*: sic suprà 11. & infrà 34. Sic העיד apud Hebræos, Deut. 32. 46. Nehem. 9. 34[d]. *Testatur* dicit potiùs quàm *loquitur*, ut qui non sit tantùm Doctor veritatis, sed & testis certissimus & quasi oculatus[*]. Alludit h.l. ad modum perhibendi testimonium & docendi. In re actionis opus erat teste αὐτόπτῃ in re doctrinæ tradiderunt sicut audiverant à Magistro[f]. ¶ *Nemo*, &c.] i.e. Pauci[g]. Loquendi genus quale suprà 12. Ipsos eos [discipulos suos] comprehendit qui hanc querelam ad se deferebant[h]. Perstringit Judæos[i], & discipulos suos[k]: qui conquesti sunt, quòd omnes confluerent ad Jesum. Baptista contrà deplorat, quòd pauci confluerent & crederent[l].

33. *Qui*, &c. Ὁ λαβὼν, &c.] *Qui recipit*, &c. Be. Pi. Bru. &c. credendo[m]. Exceptio, qualis suprà 1. 11. [rectiùs forsan 12.] λαμβάνειν est, *in animum admittere*, παραλαμβάνειν, Joh. 1. 11[n]. Qui Christi testimonium, tanquam veracis, admisit[o]. ¶ *Signavit*, &c. Ἐσφράγισεν, &c.] *Is obsignat*, vel *obsignavit*, (i.e. fide, tanquam sigillo suo apposito, declarat[p]: vel, *definivit*, Sy. *fidem fecit*, Pers. *solenniter protestatur*. Metaphora sumpta à contractibus, qui publicè impressis signis firmantur, quod est חתם Hebræis: quo verbo hîc Syrus utitur. Sic 1 Reg. 21. 8. Neh. 9. 38. & 10. 1. Esth. 8. 8, 10. Jer. 32. 10. Dan. 6. 17. Simili sensu μαρτυρεῖν ἐπισφραγίζεσθαι dixit Aristides[q]. Metaphora à more Judæorum: apud quos testes testimonium suum in tabulis describebant. Scriptura autem rata fiebat, si Judices testarentur hanc esse manum testis. Atque id proculdubio Judices cum ipsis testibus obsignabant. Quare Judices hâc obsignatione suâ palàm faciebant & testes hoc dixisse, & se illud admittere tanquam verax[r].) *quòd Deus* (cujus verba loquitur Christus[†],) *verax sit*, Pi. in verbo suo & omnibus promissionibus de Christo[t]: *se planè credere Deum veracem*, G. non modò in genere, sed etiam singulariter in eo quod Deus per Filium revelat. Contrà, qui ei non credit,

o Li. ho. p Pi. sim. Bru. q G. r G. Pi. Li. &c. † G. t Mal. ex Chrys. Euthym. & Th. v Bru. x Mal. ex Euthym. y G. z Bru. a G. b Bru. c G. d Bru. * Bru. Mal. f G. g Mal. h Bru. i G. k Li. Ham. Seld. l Li. ho. m Li. harm. 63. n Ham. Seld. o Ham. p Seld. in Wal. Li. ho. q Li. ho. ad Joh 2. 6. r Seld. ex He. † Mal. t Bru. v Mal. x G. y Ham. z Bru. a G. b Bru. c G. d Bru. * Seld. f Ham. g Mal. h Mal. sim. Bru. i G.

k G. sim. Bru. l G. m Bru. Pi. n Bru. o G. p Bru. q G. r Mal. † Bru. Mal. t Bru. Mal. Li. v Di. x Bru. y Pi. ex Be. z G. a Pi. b Bru. sic G. c Di. d Pi. sim. Li. * Di. f Li. ho. g Be. h Bru. i G. k Cas. Di. l Pi. Glas. m G. n Er. o G. p Li. ho. q Di. r Mal. sic Bru. † Bru. t G. v Pi. x Bru. y Bru. z G. sim. Be. a G. b Bru. c Bru. sic Mal. d G. * Bru. f Li. ho. g G. Bru. ex Chrys. Be. Pi. h G. i Bru. ex Euthym. k Bru. ex Chrys. l Bru. m Bru. n G. o Pet. var. lect. 10. p Bru. q G. r Pet. ib. † Idem. t Li. harm. 3. 67.

credit, *Deum* dicitur *mendacem facere*, i. e. non magis ei credere quàm si mendax esset, 1 Joh. 5. 10 [v]. Velut signo apposito declarat quòd Deus stet promissis [x], & quòd Deus loquens per os Christi verax sit [y]: sicut si alicui, quæ solus ipse vidit narranti, credam, confirmo, me reputare illum esse veracem [z].

34. *Quem* (sub. *ille*, G. sic Be. Pi.) *misit* (è cœlo in terram [a], intellige *arcanorum revelatorem*: cujus typus Josephus, Ægyptiacè צפנת פענח, Gen. 41. 45 [b].) *Deus, verba Dei loquitur*] i. e. Nihil nisi Divina loquitur [c], infrà 7. 16. & 8. 47 [d]. Prophetæ verba modò Dei, modò sua, locuti sunt: omnia autem hujus verba à Deo profecta sunt, infallibilis veritatis [*]. ¶ *Non*, &c. Οὐ ἐκ μέτρου δίδωσιν, &c.] *Non enim* (sub. *huic*, vel *ei*, Er. P. Ti. Be. Pi. Glas. quod hîc omittitur, quia ex præced. & seq. satis liqueret de quo loqueretur [f]. Ellipsis relativi, qualis Matth. 21. 7. *collocârunt*, scil. ipsum, *super ea*: & 24. 33. *quòd* (scil. ille) *propè sit*, &c: Act. 13. 3. *dimiserunt*, scil. eos [g]. *Ei* autem, i. e. Filio suo [h].) *admetitur Deus spiritum*, P. Be. Pi. scil. Sanctum, i. e. dona Spiritûs Sancti [i]. Vel, *ad mensuram* (vel, *in*, sive *cum*, sive *ex*, *mensura*, Tre. ex Sy. Ar. Mo. Pi. Be.) *dat*, &c. Er. Il. Pers. Utitur præsenti tempore, propter continuum influxum [k]. Non depromit quasi ex vase sua dona, cùm sit veluti fons inexhaustus [l]. Hominibus ad mensuram dat, partem uni, partem alteri, juxta 1 Cor. 12. ad certum modum: Christo autem omnia, eáque in summo gradu, quantum humana natura capere potest [m]: cumulatissimè, quantum scilicet excellentia muneris ipsius, & ejusdem sancta voluntas, requirebat: quomodo dicitur Esd. 7. 22. *sal absque mensura*, i. e. quantum velit: quum aliis *partitur Deus mensuram fidei*, Rom. 12. 3. Confer Eph. 4. 7. & spiritus mensurâ dispari datus est, 2 Reg. 2. 9, 10. & ipsi Apostoli *ex parte cognoscebant, & prophetabant*, 1 Cor. 13. 9 [*]. *Utpote quem Deus sine modo spiritu donet*, immenso & toto Spiritu [n]. Ἐκ μέτρου forsan est quod Heb. במשורה, quæ propriè mensura parva est [o]. Ἐκ μέτρου *dare*, est restrictè dare [p], parcè aut mediocriter [q]; (unde dicunt, *aquam in mensura bibere*, i. e. parcè [r]; & qui largiter dat non metitur quod dat, sed cumulatim profundit [†]:) sicut Deus cognitionem sui dedit Prophetis. Confer quod est Num. 11. 17. 2 Reg. 2. 9. At tempore N. Fœderis dicitur non *admetiri*, sed *effundere, Spiritum*, primùm in Caput, deinde in Ecclesiam; suprà 1. 16. & infra 7. 39. Act. 2. 17. Tit. 3. 6. Vide & infrà 6. 45. Adde Esa. 42. 1 [t]. Cùm autem Christus totus possideatur à Divino Spiritu [v], nec alium spiritum quàm Divinum habeat [x], hinc rectè colligit, eum non posse nisi ex Spiritu Dei, & verba Dei, loqui [y]. Qui autem ad mensuram habet spiritum, potest aliquando non Dei, sed suo ipsius, spiritu loqui, ut sæpe Prophetæ [z].

35. *Diligit filium*] Quippe unicum. Vide Matth. 3. 17. & quæ suprà 1. 18. Nihil eum celat [a]. ¶ *Omnia dedit in manu* (vel, *in manum*, Be. Pi. vel, *per manum*, Er.) *ejus*] i. e. Arbitrio ac potestati ejus permisit [b], ut Christus ipse explicat Mat. 28. 18 [c]. omnia mysteria Regni cœlestis ipsi dedit pro ipsius arbitrio dispensanda, Dan. 7. 14. Vide Matth. 11. 27. & quæ ibi dicta. Sic infrà 13. 3. & 17. 2. Χεὶρ, ut יד Hebræis, est *plena potestas* [d]. Respicit hæc sententia & præced. & sequent. *Omnia dedit*, &c. Potest ergò tantum Spiritûs ipse accipere quantum videtur: potest quoque credentibus vitam dare [*].

36. *Qui credit in filium*] Ità Be. Pi. &c. Propriè, *qui Filio confidit*, nempe ut volenti & potenti salutem præstare [f]. *Qui credit* Jesum esse Messiam, &c. simúlque præceptis ejus obedit [g]. ¶ *Habet vitam*, &c.] *Jus habet ad vitam æternam*, nempe quà talis. Vide suprà 1. 12. Confer Rom. 8. 24 [h]. *Habet*, i. e. certò habiturus est [i]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ δὲ ἀπειθῶν, &c.] *At non persuasibilis filio*, Mo. *Qui verò non credit* (vel, *acquiescit*, Tre. ex Sy. vel, *obedit*, Be. Ar. Di. ex Sy. sim. Pers. P. Ca. Bru.) *filio*, Er. Il. Ti. Pi. sic Æth. &c. ad verb, *non obtemperat filio*. Synecdoche generis: nam intelligitur obedientia erga mandatum credendi in Christum. Sic *obedientia fidei*, Rom. 1. 5 [k]. Ἀπειθῶν est, *inobediens* [l]. Possumus sic vertere, *Qui se persuaderi à Filio non sinit*. Est enim duplex ἀπείθεια, 1. in intellectu, quâ quis doctrinæ veritatis non vult assentiri; quo sensu opponitur τῷ πιστεύειν, ut hoc loco, & Act. 14. 2: 2. in voluntate &

[Margin: v G. sim. Bru. — x V. — y T. sim. Me. — z T. — a Bru. — b G. — c G. sim. Bru. — d G. — * Bru. — f Er. sim. Glas. — g Glas. gram. 3. 2. 22. 212. — h Be. Zeg. Bru. Glas. &c. — i Pi. — k Bru. — l Be. — m Bru. — * Gom. — n Ca. — o D. — p G. — q Er. D. prov. 2. 3. 99. — r D. — † Er. — t G. — v Bru. — x Mal. — y Bru. sim. Me. ex Mal. — z Bru. sic Mal. — a G. — b Be. Bru. — c Be. — d G. — * Bru. — f G. — g Bru. — h G. — i Bru. — k Pi. — l Bru.]

moribus, ut Act. 8. 13. & sæpe [m]. *Qui inobsequens est Filio, qui dicto non est audiens*: quâ hujus loci interpretatione Cyprianus utitur. Hæc oppositio manifestè ostendit, fiduciam illam, quæ jus dat ad vitam æternam, talem esse quæ in se obedientiæ propositum includat. Ἀπειθεῖν respondet מרה Hebræo, ut ex multis locis apparet [n]. ¶ *Non videbit*, &c.] i. e. Fruetur vitâ, &c [o]. non particeps erit vitæ, &c. suprà v. 3 [p]. ¶ *Ira Dei* (i. e. supplicium [q]: ultio Dei [r], quæ ei superveniet [†]:) *manet* (vel, *manebit*, Q. in Be. nam μενεῖ legerunt Sy. & Th. & Cypr. & Cyril. quod etiam est ἐμφατικώτερον [t]. Sed μένει est interpretamentum. Sic Joh. 12. 8. ἔχετε valet ἕξετε, *habebitis*: sic & 6. 53. & 16. 12. sic & hîc Nonnus, ἕξει.) Familiare autem Johanni μένειν ponere pro *esse*, ut infra 5. 38. & 15. 11. & Epist. 1. 2. 6, 10. & 3. 15. & Epist. 2. 2. & alibi [v]. *Manet*, i. e. perseverat [x], constanter & penitissimè adhæret: id in S. S. est μένειν. Est enim ira quædam Dei quæ transit & momentanea est, quam experiuntur etiam fideles. At *ira manens* ea est quæ ità cruciat ut nunquam perimat [y]. Tempus præsens, *manet*, etiam præt. & fut. complectitur. Significat enim, quòd ante fidem in Christum, atque adeò à nativitate, omnes subjaceant iræ Dei, (*manet* enim inquit, tanquam quæ antea fuerit,) quódque, nisi credant, perseverent iræ rei, auctæ etiam per incredulitatem; & certissimè damnandi sint pœnâ æternâ [z].) *super eum*] i. e. Judicio Dei morti æternæ addictus erit [†].

[Margin: m Be. — n G. — o Bru. Pi. — p G. — q Ca. — r G. sim. Bru. — † G. — t Be. — v G. — x Bru. — y Cam. — z Bru. — † V.]

CAP. IV.

1. *COgnovit*] Divinâ cognitione [a]. ¶ *Pharisæi*] Ii maximè qui in Synedrio erant Hieros [b]. Concilium Judæorum constans Sacerdotibus, &c. qui sectâ ferè erant Pharisæi [c]. Sadducæi omnes ritus Lege non præscriptos pari loco habebant. Quare nec Baptismum Jesu, nec Johannis, curabant non magis quàm Pharisæorum ceremonias. ¶ *Jesus*] Positum pro *ipse*, ut sæpe apud Hebræos. ¶ *Plures*, &c.] Plures habet Discipulos, & solenniter eos initiat [d]. ¶ *Quàm Johannes*] Supple, non, *facit*, &c. (jam enim in carcerem conjectus erat, Matth. 4. 12. & 17. 12.) sed, *unquam fecerat & baptizaverat* [*]. Al. Putem, cùm hæc acciderunt, vixisse tunc adhuc Johannem, & aliud hoc esse iter quàm quod ab aliis Evangelistis describitur. Tantò major in Jesum invidia erat quàm in Johannem quantò plures habebat sectatores. Et Johannis quidem honos, nati ex sacerdotali familia, aliquatenus ipsum ornabat sacerdotium; & tamen hujus quoque Baptismum repudiârunt Pharisæi, Luc. 7. 30. At in Jesu Galilæo, de plebe, ut putabatur, omnis honos detrimentum erat publicæ auctoritatis [f].

2. *Quanquam*, &c. ità Er. P. Mo. Be. Pi. &c. Καίτοιγε, &c.] *Quum tamen*, &c. Sy. *Etsi non Christus*, &c. Christi tamen Baptismus vocatus erat [g]. Sic dicimus, *Imperator proposuit edictum. Præfectus fustibus cecidit.* Et semper is dicitur facere cui præministratur. Sic JCti. tradunt, *Videri enim facere qui per alium facit* [h]. Vide suprà 3. 22 [i]. Quin ipsum hoc augebat invidiam. Majoris enim auctoritatis erat per alios, tanquam dominum per ministros, quàm per se, & suo nomine quàm alieno, baptizare [k]. Qu. Cur Christus ipse non baptizavit? Resp. 1. Quòd rebus gravioribus occupatus erat, docendo, &c [l]. Confer 1 Cor. 1. 17. 2. Vix propriè baptizâsset Christus in nomen suum. 3. Quia Christi erat baptizare Spiritu, Act. 1. 5. 4. Ut occurreret contentionibus hinc facilè oriundis, si alii à Christo, alii duntaxat à Discipulis, baptizati fuissent [m].

3. *Reliquit Judæam*] In qua illi plurimùm poterant, judiciorum compotes, Romanis id permittentibus [n]. ¶ *Abiit iterum*] Primæ profectionis mentio fit Joh. 1. 43 [o]. Secunda hæc erat [p], cujus omnes Evangelistæ meminerunt [q], de qua Matth. 4. 12. & Marc. 1. 14. eáque erat post Johannis incarcerationem, ut rectè statuunt Aug. Jansen. & Chemnit. quanquam Ammonius & Grotius aliter sentiant: quos facilè refellit hujus loci cum illis collatio: unde constat, Johannis incarcerationem

[Margin: a V. sic Bru. — b G. — c Bru. — d G. — * Bru. — f G. — g Cas. — h Tertul. in Cas. — i G. — k Mal. — l Mal. ex L. sim. Bru. — m Li. harm. 3. 50. — n G. — o Bru. — p Bru. Li. — q Bru.]

huic migrationi occasionem præbuisse[r]. ¶ *In Galilæam*] Ubi Herodes regnabat, cujus ira in Johannem nondum exarserat. Ità sine damno prædicationis ad tempus sibi consuluit †. Al. Herodes Johanni infensus erat, non doctrinæ, sed Herodiadis, ergô, & metu innovationis: cujus nullum à Christo periculum erat: quippe qui paucos tantùm Discipulos collegit, eósque, frequenti loci mutatione, minùs conspicuos reddidit[t].

4. *Per Samariam*] Non urbem sic dictam, nam *Sichem* tunc præcipua urbs erat, Jo. Antiq. 11. 8[v]. sed regionem Samaritanorum, quæ media erat inter Judæam & Galilæam[x]. Vide Luc. 9. 51, 52.[y] *Samariam* intellige illam partem Terræ promissæ in qua manserant Assyrii postquam cætera, à decem tribubus olim possessa, Judæi à Babylonia reduces receperant. Ab Urbe enim, olim Regni capite, nomen mansit regioni. Per hanc autem Hierosolymis in Galilæam, & contrà, iter erat. Vide quæ attulimus ad Luc. 17. 11[z].

5. *In civitatem*, &c.] Πόλιν hîc vocat civitatis territorium[a], ut Luc. 5. 12[b]. Simile notavimus ad Luc. 2. 7. ¶ *Quæ dicitur Sichar*, Σιχὰρ] Ità habent Græci Codices plerique & Syriacus. Et sic in Latinis legitur & suo tempore lectum notat Hieronymus[c]. Alii Codices Συχὰρ[d], & hoc sequitur Arabs. Et vocalis quidem permutatio non nova. Sic Σίμων*, & Σιμεὼν[f], & Συμεὼν[g] & hæc ipsa urbs Σιχὲμ & Συχὲμ[h]. *Sychar* (indubiè[i]) idem locus cum *Sichem*[k]: ut apparet tum, 1. ex circumstantia hîc addita, *juxta prædium*, &c[l]: tum ex eo quòd mons *Gerizim* à fœmina Samaritica digito monstratur[m]. Σίκιμα Græcâ flexione plerumque hæc urbs appellatur. Montes autem duo ei imminebant, Garizim, de quo jam audiemus, & Hebal. Vide Benjaminem Itinerario. Malè id negat Epiphanius levibus argumentis. De Sicima autem totóque eo tractu exstant versus Theodoti Poetæ Græci, libro de Judæis, quos citat Euseb. Præpar. 9. 1. sed corruptos. [Eos emendatos lege in G.] Significanter autem nominatur hæc urbs, ut Hierosolymis in religione æmula[n]. Sed unde *Sichar* h. l. pro *Sichem*? Resp. 1. Librariorum vitio[o]. Non placet[p]. 1. Exigua est affinitas inter χὰρ & χὲμ, nec facilè ibi errarent Scribæ. 2. *Sichar* habent omnia exempl[q]. Resp. 2. Pronunciatio corrupta est temporibus[r], ut ex Βελιὰλ factum est Βελιὰρ †, & similia[t]. Similes in litera R variationes alibi occurrunt, ut *Darmesek*, & *Dammesec*: *Nebuchad-nezzar*, & *Nebuchad-rezzar*[v]. Sic *Achan* dicitur *Achar*, 1 Chron. 2. 7. quòd Israelem turbâsset, Jos. 7. 25*. Resp. 3. Forsan Judæi, (acerbissimi Samaritanorum hostes[x],) pro *Sychem* dixerunt *Sycar* opprobriosè & per ludibrium, ut Samaritas *ebriosorum* stigmate notarent, ex Esa. 28. 1[y]. ubi populus Regni Samariæ vocantur *ebriosi Ephraim*. *Sychar* autem *ebrietatem* sonat[z]. ¶ *Juxta prædium quod dedit* (dono dederat, vel, testamento legaverat[a],) *Jacob*, &c.] Gen. 48. 22[b]. in cujus loci expositione non placet quod quidam putant, à Simeone & Levi hunc agrum manu captum cum Sicima diriperent. Nam id factum perfidiâ mixtum improbavit Jacobus. Neque magis putem discessu Jacobi à vicinis occupatum, deinde à Jacobo reverso armis recuperatum: quod quidam fingunt. Neque enim ea fuit vis Jacobi ejúsque familiæ ut aperto bello quicquam in vicinos auderent, cùm illud ipsum quod Simeon & Levi ausi fuerant, non factum sit nisi dolo & per morbi occasionem. Quare, verisimilius est, sicut donatio hæc effectum non habuit nisi postquam Terra promissa armis occupata est, ut videre est Jos. 24. 32. ità Jacobum spe antecepisse hanc victoriam, sibíque tribuere quod sui posteri facturi erant, & præterito tempore enunciare more Prophetico id quod certò eventurum videbat[c]. Al. Hunc agrum priùs emerat Jacob *à filiis Hemor patris Sichem*, Gen. 33. 19. Postea, cùm post interfectos Sichemitas Jacob indè migrâsset[d], ad loca admodum remota, *Bethelem*, *Bethlehemum*, *Hebronem**, occupâsse locum Amorrhæi videntur; Jacob autem vi recuperâsse, ut suam emptionis titulo[f]. Postea enim filii Jacob morantur in Sichem, Gen. capite 37. versu 12, 13. & hîc Josephi ossa sepulta erant, Jos. capite 24. versu 32[g].

6. *Erat ibi* (in illo prædio, seu agro[h],) *fons* (Puteus erat[i], ut mox videbimus[k], ut v. 11, 12, vocatur[l], ut

Margin notes (left column): r Li. harm. 3. 82. — † G. — t Li. ib. 83. — v Li. 48. — x Bru. Li. — y Li. 85. — z G. — a G. Bru. — b Bru. — c G. — d G. sic D. — * G. — f D. — g D. G. — h G. — i Li. ho. — k Li. ho. in disq. chor. 4. 3. 27. sim. Be. Pi. D. Camer. V. Bru. &c. — l Li. harm. 3. 86. — m Li. ho. ib. — n G. — o Hi. in G. — p D. — q Li. harm. 86. — r G. sim. V. D. — † G. ex D. Li. ho. — t G. — v Li. ho. — * Li. ib. 86. — x Li. harm. 86. — y Li. ho. — z Li. harm. ib. — a Bru. — b Bru. G. — c G. — d Bru. sim. Li. ho. 84. — * Li. ib. — f Bru. sim. Li. — g Bru. — h Bru. — i G. Bru. — k G. — l Bru.

notant locorum periti. Sed Hebræis mos est omnem scatebram *fontem* vocare. Notavimus ad Marc. 5. 29[m].) *Jacob*] Vel, 1. quem Jacob foderat[n], infrà v. 12[o]. quod tamen ex Sacris scriptis non constabat, (nisi quis trahere huc velit illud Deut. 33. 28. πηγὴ Ἰακὼβ ἐπὶ σίτῳ καὶ οἴνῳ.) sed vetere famâ, ut alia multa[p]. Vel, 2. quo usus fuerat cum familia, ut declaratur v. 12[q]. De hoc fonte loqui videtur Jacob, Gen. 49. 22. *Filius accrescens juxta fontem*: quæ verba non tantùm figuratè intelligenda sunt, de fertilitate Josephi, sed propriè & literaliter. Nam crevit progenies Josephi ad Regnum in Jeroboamo, in Sichemo, juxta hunc fontem Jacobi[r] ¶ *Fatigatus*, &c.] Non enim equo usus erat, sed pedibus, &c †. Indicatur veritas humanæ naturæ[t]. ¶ *Sedebat*, &c. Ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ] *Sedebat sic* (vel, *Ità sedit*, Il. P. Be. Pi. vel, *Ibi resedit*, Ca. sic Æth. *Veniens itaque sedit*, Pers.) *supra*, vel *super*, (vel, *ad*, Il. P. Be. Pi. G. vel, *apud*, vel *juxta*, Ca. Pers. Ham. G. Ἐπὶ idem quod עַל, Exod. 2. 15. *sedit* עַל *ad puteum*: ad quam historiam hîc alluditur*.) *fontem*, Mo. Ti. P. Be. &c. Syrus aut non legit οὕτως, aut, tanquam expletivam solummodo emphaticámque particulam, præteriit; ídque optimè: nihil enim est nisi illativa particula, consequens ex antecedenti inferens, quales sunt Heb. *Vau*, & Arab. *Fe*; quæ proinde non redduntur. Sic Act. 20. 11. *Quum diu disseruisset*, οὕτως, *sic exivit*, i. e. simpliciter, *exivit*[v]. Al. Particula hæc emphaticè hîc sumitur, sicut & 1 Sam. 9. 13. Samuel jam *venit*, & *sacrificium est*, &c. & *cùm veneritis in urbem*, *sic invenietis eum*. *Sic*, i. e. eum jam tum advenisse, & ire sacrificatum. Et 1 Reg. 2. 7. *Gratiam reddenam sic* (i. e. humaniter) *ad me venerunt*. Et Act. 7. 8. *Dedit ei fœdus circumcisionis*, & *sic* (h. e. in circumcisione) *Abraham genuit Isaacum*[x]. Οὕτως addit μιμητικῶς, ut gestum exprimat hominis lassi: vel, *sic*, nempe quia fatigatus[y]: ut erat fatigatus, more & habitu fatigati[z]. Ostendere vult Evangelista, Christum non simulanter aquam à Samaritica petiisse, sed seriò, & urgente siti & lassitudine †. Vel, *sic*, i. e. eo modo & ordine, quem mox describit[a]. Vel, *sic*, i. e. incuriosè, ut se locus obtulerat[b]: non in sella aut commodo loco, sed neglectim humi[c]. Non dissimile illud Act. 20. 11[d]. ¶ *Hora*—*sexta*] Vide suprà 1. 40. Causam sitis ostendit, quia & multum itineris fecerat & jam erat meridies*.

7. *Venit*] Ex Sychar[f]. Indicatur casus, sed Divino consilio directus[g]. ¶ *Mulier de Samaria*] Scil. oriunda[h]. Σαμαρεῖτις, ut mox loquitur Johannes: nam ἐκ hoc loco ponitur, ut מ Hebræum, significans Originem, vel, Habitationem. Sic ἀπὸ Matth. 27. 57. *Samariam* autem hîc iterum regionem intellige[i]. ¶ *Haurire aquam*] In potum meridie cum cibo sumendum[k]. *Haurire*, cum hydria scilicet, ut moris erat; infrà v. 28. Vide Nonnum & Homerum [in G.] ¶ *Da mihi bibere*] Ex urna jam impleta[l].

8. *Discipuli enim*, &c.] Non aderant Discipuli qui urceum ipsi alicunde adferrent. Et hâc occasione consultum est pudori mulieris quam Christus ad meliorem frugem erat perducturus. Videtur autem hoc tempore Discipulos adhuc paucos habuisse ante electos Duodecim[m]: neque enim multi simul abiissent cibi emendi causâ[n]. ¶ *Ut cibos emerent*] Pecuniâ à piis oblata[o].

9. *Judæus cùm sis*] Id noverat ex habitu & sermone[p]. Dialectus etiam Ephraimitas ab aliis Israelitis, Jud. 12. 6. & Galilæos à Judæis, distinguebat, Matth. 26. 73. quantò magis Samaritam à Judæo? Credibile est & in vestibus aliquid fuisse discriminis, ut multis ritibus discrepabant: ut notatur in libro Musar[q]. ¶ *Non*, Οὐ γὰρ συγχρῶνται, &c.] *Non enim utuntur* (vel, *conveniunt*, Pers. vel, *commercium habent*, Tre. ex Sy. Er. Ti. Ca. V.) Non placet: Licebat enim commercium habere vel cum Ethnicis. Vide Nehem. 13. 16, &c[r].) *Judæi* (*cum*, Er. Tre. Ca. Pers.) *Samaritanis*, Il. P. Be. Pi. Quod κολλᾶσθαι dicitur Act. cap. 9. vers. 26. id est, *amicè uti*. Quod Legisperitorum traditio sic interpretabatur, ut emere quidem necessaria liceret, at beneficium à Samarita ullum accipere non liceret. Sed tales traditiones neque Lege Dei, neque æquâ ratione, subnixas meritò Christus repudiavit. Lex nullum cum alienigena vetat commercium

Margin notes (right column): m G. — n Bru. ex Euthym. Pi. — o Bru. — p G. — q Pi. — r Li. ho. & harm. — † Bru. — t G. — * Idem. — v D. — x Li harm. 3. 76. — y Er. — z Bru. sic Li. ho. — † Li. ho. — a Zeg. — b G. sim. Chryf. & Th. in Er. — c Chrys. in Er. — d G. — * G. sim. Bru. — f Pi. — g G. — h Bru. — i G. — k Bru. — l G. — m G. sim. Bru. — n Bru. — o Bru. — p Bru. — q Bru. — r Li. ho.

commercium (populus Divinâ sententiâ damnatos excipio) dum cibis vetitis abstineatur. Ratio non aliud dissuadet quàm quòd infirmos à Dei cultu posset abducere: quam ob causam notant Hebraei vetitum cum idololatra vinum bibere, non Lege, sed eruditorum cautione, nè familiari nimiùm consuetudine contagium contraheretur [r]. Samaritae verò adeò erant superstitiosi ut viso Judaeo exclamarent, *Nè attinge* †: putantes se contactu pollui [t]. *Non est usus necessitudinis Judaeis cum Samaritis*, Camer. Licebat Judaeis cum Samaritanis versari, ab iis emere, operâ eorum uti, benedictionibus eorum respondere *Amen*, ut Berachoth, cap. 8. hal. 8. in oppidis eorum diversari, Luc.c.9. v.52. Sensus ergò est, *Non utuntur*, &c. i. e. nolunt obligari ob aliquod beneficium. Prohibitum est Judaeis (non ad tempus, ut quoad gentes reliquas, *per tres* [duntaxat] *dies ante festa idololatrarum*, ut est in Avodah Zorah, cap. 1. hal. 1. sed) semper quicquam ab illis petere, vel accipere, gratis aut mutuò. Confer Luc. 10. 33, &c. Huc facit quòd συγχρῶμαι non tantùm est, *commercium habeo*, sed, *commodatò accipio*, *utendum rogo* [v]. Odium ex religione natum. Samaritani rejiciebant Prophetas, negabant resurrectionem, &c. Eorum alii erant *Chuthaei* [x]: vide 1 Reg. 17 [y]. alii Judaei apostatae [z]. Sunt autem haec verba, vel, 1. Evangelistae, rationem reddentis ejus quod foemina dixerat [a]. Similis parenthesis mox occurrit v. 25 [b]. Vel potiùs, 2. foeminae, scommaticè loquentis & cum Sarcasmo. Vos, Judaei, spernitis beneficium, aut gratuitum aliquid, accipere à Samaritis. Et tunc à me petis aquam [c]?

10. *Si scires donum*, &c. Τὴν δωρεὰν] *Donum hoc*, vel *illud*, Bru. Be. Pi. &c. eximium scilicet, ut articulus ostendit [d]. Seipsum intelligit, ut verbis seq. explicat *: utpote & datum mundo, Joh. 3. 16 [f]. & oblatum huic mulierculae [g]. Confer Matt. 13. 11. Luc. 10. 23, 24 [h]. [Sensus,] Si intelligeres quantum hoc sit beneficium, occasio nempe quam tibi nunc Deus praestat, quantumvis Samaritidi. Sic Eph. 2. 8. δῶρον Θεοῦ dicitur vocatio Evangelica [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τίς, &c.] *Et quis*, &c. Expositio ejus quod praecedit [k]. *Et quis quantúsque*, &c. G Filius Dei, Salvator mundi [l]. ¶ *Aquam vivam*] *Vivam* vocat, non metonymicè, quasi vitae effectricem, sed metaphoricè [m]: perennem & perpetuò scaturientem [n], è fonte fluentem, ut distinguatur ab aqua quieta ac quasi mortua [o]. *Aqua* variis in locis variam habet significationem. Hoc loco & in Apocalypsi aliquoties non dubito quin significetur dogma Evangelicum, nempe quatenus ea continet quae ad salutem aeternam pariendam necessaria sunt ac sufficiunt. Argumentum ad eam rem praecipuum habeo Joh. 6. 35. quo jamjam utemur. Nec multum hinc abeunt veteres, ut Cyprian. qui de Baptismo accipiunt: nam Baptismus est illius dogmatis solennis professio. Vide Philonem [p], [ejúsque verba in G.] *Aqua* hîc denotat gratiam Dei in Christo exhibitam, Joh. 3. v. 35 [q]: vel, Spiritum Sanctum [r], ut apertè explicatur v. 14 †. & Joh. 7. 39 †.

11. *Neque*, &c. Οὔτε ἄντλημα, &c.] *Neque quo hauri-as*, &c. Be. Pi. vel, *haustrum*, Bru. *situlam*, Sy. in G. *situlam* simul *cum fune* intelligit Nonnus, Οὐ κάδον ἑλκυσίνεα φέρεις, οὐ σχοῖνον ἀείρεις. Apud Martialem *antlia* videtur elaboratius aliquid esse [v]. ¶ *Puteus altus*] i.e. Profundus [x]: ità ut sine tali ope contingi nequeat [y]. 40 cubitis altus erat [z]. ¶ *Unde ergò*, &c.] Primùm ostendit, non esse credibile ex illo puteo Jesum aquam dare posse; nunc, quod restabat, vult ostendere non esse probabile aliunde eum aquam habere posse [a].

12. *Major*] i. e. Sapientior ad inveniendas aquas circa hunc locum [b]. ¶ *Patre nostro*] Samaritae, ut notat Josephus, cognatione Judaeorum, ubi res eorum prosperiores erant, gloriabantur [c]: quia scilicet multis Assyriis aliqui permixti erant Hebraei [d]. ¶ *Qui dedit nobis*, &c.] i. e. Vel, 1. testamento reliquit unà cum hoc agro *: vel, 2. monstravit posteris, tanquam quo nullum in his locis esset melius. ¶ *Et ipse*, &c.] Probat aquae & salubritatem & copiam [f].

13. *Sitiet iterum*] Si vivat [g]: quia suâ naturâ talis est haec aqua ut effectum non habeat nisi temporarium. Digeritur enim & excernitur [h].

14. *Non*, &c. Οὐ μὴ διψήσῃ, &c.] Duplex negans particula expressiùs negat, *Nequaquam unquam sitiet*, &c. ità scilicet ut exarescat, Psal. 1. 3 [i]. Sic Joh. 6. 35. *qui credit* —— *nunquam sitiet* [k], non quasi non concupiscet; sed sensus est, non indigebit ullâ aliâ re; aqua illa semel pota satis est usque in aeternum: non opus est eundem Spiritum Sanctum iterum accipere, quia semel acceptus semper in nobis manet, nisi nos extinguamus, &c [l]. *Non sitiet*, i. e. brevi assequetur vitam aeternam, in qua *non sitiet*, &c. Isa. 49. 10. i. e. nullius rei desideratae defectum patietur [m]. *Nunquam sitiet*. Ergò hîc *aqua* est id quod creditur ad salutem, quod semel haustum ampliùs hauriendum non est, sed retinendum tantùm. Nihil est quod ei adjici possit; aliter quàm in humanae sapientiae praeceptis, quorum nunquam finis est: ideo quò magis ea bibitur eò magis crescit sitis. De ea sermo est Ecclus. 24. 30. Cyprianus, *Baptisma salutaris aquae hîc significatur, quod semel sumitur, nec rursus iteratur*. Nimirum Baptismus, ut diximus, professio est dogmatis, quod semel hausisse sufficit. Chrysost. ad cap. penult. 1 Cor. Οὐ γὰρ αὐτὰ δεῖ, &c. (*Neque enim opus est ut hoc dogma de novo addiscatis, sed ut in memoriam revocetis*, &c [n].) ¶ *Fons aquae salientis*, &c.] i.e. Altè aquam ejaculantis, &c. q. d. non aquae stagnantis, aut dormientis, sed scaturientis [o]. Emphasis est in voce *salientis* [p]: solent enim aquae salire ad altitudinem usque suae originis [q]. Spectat huc mysticè locus Cant. 4. 15 [r]. ubi Targum, *Verba*, inquit, *Legis comparantur puteo aquae vivae* †. Spiritus Sanctus, auctor & principium hujus aquae, in coelis habitat, ut non sit mirum si aqua, quam ille diffundit in mortalium animis, è terra in coelum, ad Deum usque & vitam aeternam, saliat [t]. [Sensus] Hoc solùm sine alia cognitione sufficit ad pariendam vitam aeternam. Vide Joh. 1. 4. & 6. 68. & 12. 50. & 17. 3. & 20. 31 [v].

15. *Domine*] Sic ignotos quoque Hebraei, honoris causâ, compellabant. Vide infrà, 20. 15 [x]. ¶ *Da mihi*, &c.] Non sunt verba supplicantis [y], sed irridentis [z]. ¶ *Neque veniam*, &c.] Inopiam suam tacitè ostendit, quae cogat subire laborem quo levari mallet [a].

16. *Voca virum tuum*] Hoc dicit, vel, 1. ut per eum doceretur, juxta 1 Cor. 14. 35 [b]: vel, 2. quia non satis decorum est nuptae beneficium conferre, marito inconscio [c]: vel, 3. ut peccati confessionem eliceret, eámque de eo admoneret [d].

17. *Non habeo virum*] Legitimum scilicet. Christum decipere voluit, &c †.

18. *Quinque enim viros habuisti*] A quibus te divortio contra Legem Mosis liberâsti. Nam ea Lex marito permittebat uxorem dimittere, non autem uxori discedere à marito; quod tamen posteriorum temporum mos introduxerat, ut apud Josephum videre est, qui notat exemplum primum unde is mos coeperit *. Tu à quinque maritis, quos habuisti, divortium passa es ob adulterium [f]. ¶ *Non est tuus*, &c.] Secundùm Legem: nimirum, ut ego accipio, quia alii viro obligata adhuc tenebatur, non accepto libello dimissionis. Samaritae, si qui à Jacobo orti erant, ipso nascendi jure Lege Mosis tenebantur; caeteri, quia Legem receperant, & secundùm eam se victuros circumcisione erant professi, Gal. 5. 3 [g]. [Sensus, q. d.] Maritum non habes, adulterum habes. Ità simo impudicae suae conversationis os cachinnantis obturat [h].

19. *Propheta es*] Prophetarum enim est abdita revelare. Ideo ut Prophetam consulit de agitata diu controversia, bis ostendens Dei contemptricem se non esse, & cùm crimina haec agnoscit, & cùm non de rebus levibus, sed de his quae ad Deum ejúsque cultum pertinerent, eum consulit [i].

20. *Patres nostri*] Diximus Samaritas pro Hebraeis censeri voluisse. Cùm autem causam aliquo modo hîc agat suorum, illud, *patres nostri*, ad antiquissima tempora referam; quomodo id loquendi genus & Archidamus usurpat in oratione quae est apud Thucyd. 2. De Isaaco hîc sacrificato quod scribunt multi vanum est: id enim factum in monte Moria, Gen. 22. 2. At illud verum, non procul Sicimis altare ab Abrahamo structum aliquantò ante oblationem Isaaci, Gen. 12. 6, 7. deinde & à Jacobo, Gen. 33. 18. Solebant autem illis temporibus altaria strui in locis coelo proximis: quod & Straboni notatum. Accessit quòd in illo monte pronunciatae erant benedictiones Legis, Deut. 11. 29 [k]. *Patres nostri*, id est, veteres

[Margin notes, left column: r G. † G. sim. t D. † D. v Li. ho. x D. y Li. harm. 88. z D. a G. Li. harm. ib. b G. c Li. ho. d Be. Li. * Pi. Li. ex Be. f Li. harm. 92. g Li. ex Be. h Li. ib. i G. k Bru. simi. Be. Pi. l Bru. m Pi. n Pi. sic Bru. Camer. Ham. o Gom. p G. q Ham. r Li. Bru. Pi. † Li. 93. † Bru. v G. x Bru. y G z Rup. in Bru. a G. b Idem. c G. sim. Bru. d G. * Bru. f G. g G. Bru. h G.]

[Margin notes, right column: i Be. k G. l Mal. m Eru. n G. o Eru. p G. q G. sic Eru. † G. † Cap. t Eru. v G. x Idem. y Li. ho. z Li ho. Mal. a G. b Aug. & Cyr. in Mal. c G. sim. Mal. ex Chrys. &c. d Bru. simi. Mal. † Mal. * G. f Li. ho. g G. h Li. ho. i G. k Idem.]

veteres Ephraimitæ [l], Jacob & Patriarchæ [m]. ¶ *In monte hoc*] Vel, 1. monte Ephraim, ubi Schilo erat, & Arca atque Tabernaculum olim fuerant [n]. Vel, 2. monte Garizim [o]: quem digitis monstrat [p], quippe vicinum urbi Sichim, Jud. 9. 7 [q]. ubi templum Sanballetes struxerat Alexandri M. temporibus [r]. Et quanquam id templum diruerat Hyrcanus, sacra tamen ibidem eodem modo fieri non desierant †, & monti adhuc sanctitatem tribuebant [t]. Vocatus is mons & Ἀργαριζὼ, addito הר, in quo *montis* est significatio. Sic in Apoc. c. 16. v. 16. Ἀρμαγεδδὼν, הר מגדון. Sic apud Tacit. Annal. 15. *castellum Arsamosata* הר שמשתא, *mons Solis* [v]. ¶ *Adoraverunt*] Scilicet Deum [x]: at sub Antiocho, Jovem Olympium, cui etiam templum suum dedicari petebant [y]. ¶ *Jerosolymis est locus ubi adorare oportet*] Intellige, *adorare oblatis victimis aliisque ritibus publicis*, quod uno tantùm in loco, eo nempe quem suo tempore designaturus esset ipse, fieri Deus voluerat, Deut. 12. 14, 26 [z]. Neque hoc ignorabant Samaritani, vel non crediderunt historiam Templi Salomonici: suum tamen ei jam præferunt, quia illud orbatum jam fuerit pristinâ suâ gloriâ, Arcâ, Urim, &c [a].

21. *Crede mihi*] Quando me pro Propheta habes, in quo non falleris [b], ¶ *Venit*] Præsens pro proximè Futuro. Vide Matt. 26. 28. Sic infrà, v. 25. vertit Syrus: Latini quoque Codices antiquiores ibidem, *veniet* [c]. ¶ *Neque in monte*, &c.] i.e. Non jam restringetur adoratio Dei ad hunc, aut illum, locum, ità ut alibi adorare sit nefas [d]. Cessabit hæc contentio *, sublato utroque pristino illo cultu [f], cui novus & perfectior succedet [g]. Simul tacitè innuitur imminens utrique locorum vastitas [h]. Non est ergò opus ut ea de re solicita sis, &c [i]. ¶ *Adorabitis*] Nempe, ut dixi, eximio quodam ritu. Vide Philonem [in G.] Non dicit, *adorabimus*, sed *adorabitis*, ut se excipiat ex adorantium numero, & Filium Dei esse se declaret [k]. ¶ *Patrem*] Vel, 1. Patrem meum, non vestrum [l]. Vel, 2. Patrem omnium communem, sine locorum & gentium discrimine [m]. Vel, 3. Deum, non tantùm ut est essentiâ unus, sed etiam ut est *Pater*, & Filium gignit, &c. nempe in Trinitate personarum colectis [n]. Al. Tacitè N. Fœderis suavitatem innuit, cùm Deum *Patrem* vocat, Rom. 8. 15. Gal. 4. 6 [o]. Al. *Patrem* dicit, quia & Judæi & Samaritani Deum sic compellabant in precibus atque sermonibus suis [p].

22. *Vos adoratis quod nescitis*] Vel, 1. Quia Deum putabant esse corporeum [q]. Sed hoc illis commune erat cum Judæis non paucis [r]. Vel, 2. Quia Deum Israelis habebant pro Deo non universi, sed unius regionis: ità enim olim existimâsse censentur qui primi Assyriorum ibi habitaverunt †; sed, ut credibile, nondum Lege susceptâ, 2 Reg. c. 17 [t]. Vel, 3. Quia Deum non unicum, sed cum idolis, quasi socium & corrivalem idolorum, colebant [v]. Vel, 4. Quòd nullum habebant adorationis religionísque suæ solidum fundamentum, nullam certam aut Divinam regulam [x]; nec tantùm quoad locum errabant, sed etiam quoad Dei ipsius cognitionem & colendi rationem [y]: quòd Deum non certâ doctrinâ, legéque à Deo sibi præscriptâ, ut Judæi, sed invento ab hominibus ritu, adorabant [z]. *Quod nescitis*: Ergò sine fide. Damnatur hîc ἐθελοθρησκεία [a]. De loco tamen solo Christum hîc respondere puto, de quo quippe solo mulier interrogaverat; q. d. Nos Dei jussu Hierosol. adoramus, vos invento vestro, &c †. Credibile mihi videtur, sicut *vidisse Deum* Filius dicitur, quòd arcana ejus noverit, suprà 1. 18. ità *novisse Deum* dici Judæos, quia voluntatem ejus, ubi & quomodo coli vellet, non ex Lege tantùm cognoverant, sed & ex Prophetis, quos Samaritæ rejiciebant. Prophetarum autem monitu Templum Hierosolymis struere proposuerat David, struxit Solomo *. Sensus loci, q d. Quæris de loco cultûs: sed longè gravior intercedit nobis vobiscum quæstio, de objecto cultûs, quod vos nescitis †. ¶ *Nos*] Judæi [b]. Loquitur ex persona, vel sua [c]; vel Judæorum, tanquam Judæus Propheta, secundùm mulieris opinionem [d]. Accenset se, tum Judæis; nam jam ostenderat mulier se eum pro Judæo habere *: tum adoratoribus, quatenus est homo [f]. Al. *Nos*, non personam, sed genus, declarat. Ut si nobilis Hispanus dicat. Nos Regi libenter tributa solvimus, non significat se cæterósque nobiles solvere, sed totum Hi-

l Med. l. 1. dissert. 45. p. 347. m Bru. Ham. &c. n Med. ib. sic Ham. o G. Bru. D. Li. ho. &c. p G. q Bru. r G. D. † G. t Li. ho. v G. x Bru. y Li. harm. 97. z G. a Li. ho. b G. sic Bru. c G. d Bru. sim. Me. * T. f Mal. sic T. g T. h G. i Bru. k Mal. ex Ambros. l Mal. m Bru. n T. o G. p Li. harm. 98. q Q. in G. Thom. & L. in Mal. r G. † Al. in G. Chrys. & Th. in Mal. t G. v T. x Bru. y Me. ex Bru. z Mal. ex Cyr. a Be. † Mal. * G. † Med. dissert. 1. 12. 64. b Bru. Pi. c Bru. ex Cyr. d Bru. ex Chrys. * G. f Be. sim. Mal. ex Cyr.

spanorum genus solvere [g]. ¶ *Adoramus quod scimus*] Cognitâ, ut diximus, per Prophetas ipsius voluntate [h]. Deum scimus, quis sit & quo loco & modo colendus: certam habemus cultûs nostri regulam, Mosem & Prophetas [i]. ¶ *Quia salus ex Judæis est*] Ibi post structum Templum perpetua mansit Sacerdotum successio: quod urgent Judæi adversùs Samaritas in hac ipsa controversia; Joseph. Antiq. 13. 16. Illud Templum præsentiâ suâ honestârunt Prophetæ. Quibus signis ostendit Deus cognitionem voluntatis suæ indidem, non à Garizitanis, petendam: ac propterea etiam in eo Templo à Christo & Apostolis prædicari voluit Evangelicum dogma, juxta id quod prædictum erat Mal. 3. 1 [k]. *Salus*, non Judæorum tantùm, sed & totius mundi [l]. *Salus*, i.e. doctrina salutis [m]. Al. *Salutem* hîc vocat Christum [n], unicum salutis auctorem, Act. 4. 12. qui ex Judæis oriturus prædictus est atque promissus [o]. Causam reddit cur majorem Deus sui cognitionem Judæis quàm aliis dedit, quia ex eo populo decreverat Salvatorem mittere [p].

23. *Sed* (Ἀλλὰ refer ad id quod præcessit de adoratione neutri templo adstringenda [q]:) *venit* (i.e. instat [r]) *hora, & nunc est*] Νῦν significat tempus de proximo imminens: q. d. *erit, imò jamjam erit*. Eadem locutio infrà 5. 25. Factum autem hoc primùm quidem publicatione Christianæ libertatis (quod *tempus correctionis* dicitur, Heb. 9. 10.) deinde etiam destructione Templi & Garizitani & Hierosolymitani †. ¶ *Veri adoratores*] i.e. Christiani [t]. *Veri*, i. e. vel 1. proprii, sive genuini, eo nomine digni [v]: vel, 2. eximii, Deo ante alios grati: diximus suprà, c. 1. v. 9 [x]. ¶ *In spiritu & veritate*] i.e. Vero spiritu, seu vero animi affectu, non autem hypocriticâ observatione ceremoniarum: Ἐνδιάθετοι [y]. In veris virtutibus cordis, excitatis per Spiritum Sanctum, & in operibus à Deo mandatis quæ indè fluunt †. *Spiritu*, i.e. animo [z], non ore solùm [a]: *purâ mente*, ut est in Latino versu; quod *compositum jus fásque animi* dixit Persius. Hierocles, Τιμήσεις, &c. (*Deum optimè coles si ei animum tuum similem feceris.*) Mox plura addit: [quæ & alia ex Clem. Alex. vide in G.] Vide Rom. 1. 9. & 2. 29. 2 Cor. 3. 6 [b]. Al. *Spiritu*, non corpore [c], non corporeo loco, quo & Judæi & Samaritani Deum concludere videbantur [d]: non nudis corporeis sacrificiis, ritibus & ceremoniis *; in quibus toti erant Judæi, parum curantes spirituales victimas, orationes, laudes, virtutes, &c [f]. *Spiritum* opponit carni, seu externis certis ritibus [g]; vel, mandato, quod *carnale* dicitur, Heb. 7. 16. in sese videlicet consideratum, & quatenus cultus iste ritibus & materiâ caducis constabat [h]. Cultus quidem piorum sub V. T. spiritualis erat, ut ostendunt Psal. 50. 14. Esa. 58. v. 7. Mic. 6. 8. sed multis ceremoniis ritibus & gestibus corporalibus quasi vestitus [i]. *Spiritu*, i.e. spirituali sacrificio & cultu, &c [k]. *Spiritu*, non sub corporea specie, ut vos Samaritani Deum colitis sub specie columbæ: quo pacto *veritatem Dei convertitis in mendacium*, juxta Rom. 1. 25. *Et veritate*, i.e. concipiendo eum esse quod revera est, *spiritus* [l]. Al. *Veritate*, i. e. integritate [m], justè, cum puritate manuum, sive vitæ. Vide 1 Tim. c. 2. v. 8. Quod non frustrà dictum fœminæ impuræ. Ἀλήθεια & δικαιοσύνη passim confunduntur [n]. Al. *Veritatem* hîc opponit umbris, figuris, & hypocrisi externarum actionum, sive opinioni operis operati [o]. *Veritate*, non typis & umbris rerum futurarum, sed secundùm veritatem typis istis adumbratam, & eo cultu qui veritatem promissorum jam esse exhibitam innueret [p]. Non in figuris, sed rebus solidis, quales sunt Preces, Gratiarum actiones, Martyria, Opera beneficentiæ. Nam *veritatis* vocem sic sumi ostendimus, c. 1. v. 17. Non longè hinc abit Philonis illud de Deo, lib. Pejores insidiari melioribus, Ὃς γνησίως μὲν θεραπείας ἀσπάζεται, &c. (*Qui cultu vero delectatur: cùm* [scilicet] *anima solum & unicum sacrificium offert, nempe veritatem.*) Ritus illi Judaici suam quidem habuerunt utilitatem ad avertendum populum ab extraneo cultu, simúlque ad præparandos animos ad majora; sed postquam in illis præcipua pars pietatis collocari cœperat, evellendi jam erant ut veræ frugi obstans lolium [q]. Al. *In veritate*, non cultu superstitioso [r], seu cum mendacio & erroribus conjuncto, ut vos Samaritani adoratis †; sed cultu vero, sincero & recto [t]. *Spiritus* ergò opponi-

g Mal. h G. i Mal. k G. l Bru. m D. n Mal. ex Orig. Tert. Chrys. &c. o Bru. p Mal. sim. Bru. q G. r Bru. J. Cap. † G. t Mal. v Bru. x G. y Pi. † Chem. z Bru. Pi. a Pi. b G. c Bru. ex Euth. d Mal. ex Orig. Hil. Cyr. Chrys. Tertul. &c. sim. Bru. * T. sim. Bru. Me. f Me. g Chem. h Be. i Chem. k T. l Med. l. 1. dissert. 12. p. 64. m V n Heins. o Chem. p Med. ib. 63. q G. r Bru. † Bru. sim. Me. T. t T.

ponitur corporeis sacrificiis [v], & ceremoniis Judæorum [x]; *Veritas*, falsis dogmatibus [y], & erroribus Samaritanorum [z]: & prædicitur Deus per totum orbem colendus mente quæ, Divinâ veritate illustrata, spirituales Deo offerat hostias [a]. ¶ *Tales quærit*, &c.] i. e. Summè amat ac desiderat, ἀσπάζεται, ut dixit Philo [b].

24. *Spiritus*, &c. Πνεῦμα ὁ Θεὸς] Articulus ostendit *Deum* esse subjectum, *Spiritum* attributum [c]. *Deus est spiritus*, Be.Pi. i.e. mens quædam [d], naturâ spiritus purus & merus, sub. *& veritas*, quod Christus hîc intelligendum relinquit, ut per se notum *. *Mens*, ut Cicero inquit, *soluta & libera, segregata ab omni concretione mortali*. *Deus est animus*, ut in Latino carmine. Similia similibus gaudent: quare corporeo cultu nec per se, nec præcipuè, delectatur [f]. Qu. Cur ergò cultum typicum instituit? Resp. Ut Christum in typis cernerent, iisque exercitiis ad Christum cultúmque spiritualem perducerentur [g]. Accommodavit se Deus ad mores rudis populi, qui, si non potuisset Deo sacrificia offerre, aut uni loco non fuisset alligatus, vicinarum gentium exemplo facilè in idololatriam delapsus esset. Toleravit ergò hunc cultum *ad tempus correctionis*, Heb. 9. 10. hoc tamen addito, quò cultus ipsi gratus esset, quòd velletque pleraque signa esse Christi, &c. ¶ *Oportet adorare*] Scilicet ut adoratio congrua sit naturæ illius quem adorant [h]: sublatis ut ritibus, ità & locorum discrimine. *Omnis locus viro bono templum*, ait Menander. Simil. Clemens. Cicero, de Natura deorum, 2. *Cultus deorum est optimus — ut eos semper purâ, integrâ, incorruptâ, & mente & voce veneremur*, &c. Simil. Seneca. [Horum verba vide in G.] Sic ostendit non esse quòd mulier se de veteri illa controversia torqueat, cùm brevi cessaturum sit omnino id privilegium de quo certabatur [i].

25. *Scio quia* (vel, *quòd*, V.) *Messias venit*] Siloh ille Jacobo prædicatus [k]; cujus tempus jam instare ex communi fama (& exspectatione Judæorum [l]) acceperat [m]. Moses clarè loquitur de adventu illius, quem Prophetæ *Messiæ* nomine insignierunt. Obj. At Samaritani erant Sadducæi, qui omnes Libros V. T. rejecerunt præter Libros Mosis. Resp. Rejecerunt fortè, ut Judæi Hagiographos, à lectione in Synagogis; non autem ità ut pro fabulosis haberent. Cùm R. Gamaliel argumenta ex Libris Propheticis & Hagiographis adduceret contra Sadducæos, non rejecerunt illi Libros, sed verba allata in alium sensum torquebant [n]. ¶ *Qui dicitur Christus*] Parenthesis Evangelistæ, ut suprà, vers. 9 [o]. ¶ *Annunciabit omnia*] Ad salutem spectantia [p]: necessaria ad ritè colendum Deum [q]: quæ scire expetimus [r]: quæstionem hanc & alias, &c †. Solutionem Christi vel non intelligebat [t], vel non probabat. Itaque ad Christum provocat, ut communem & æquum Judicem, quem didicerat Prophetam fore, &c [v]. Nondum nata tunc erat opinio quam in nostri odium posteriores Judæi confinxerunt, Messiam non fore Prophetam. Simile est quod hodie de Elia dicunt Judæi, *Elias veniet & revelabit omnia*. Sic & Asmonæorum temporibus controversiæ in adventum Prophetæ rejiciebantur, 1 Mac. c. 4. v. 46. & c. 14. v. 41 [x].

26. *Ego*, &c. Ἐγώ εἰμι] *Ego is sum*, Pi. G. ut Johan. c. 18. v. 5. Magnum præmium simplicitati mulieris redditur, quòd ei primùm Jesus dignitatem suam cognitam facit [y].

27. *Et*, &c. Καὶ ἐπὶ τούτῳ, &c.] *Et in hoc*, Bru. V. Ar. in Di. *Interim*, vel *interea*, V. Be. cùm hæc fierent [z]: dum loquitur Jesus [a]. *Et*, vel *Porrò*, *huic* (sub. *verbo*) *supervenerunt*, Pi. ¶ *Mirabantur*] Nam præter morem id erat & Hebræorum & Jesu: nec conjicere poterant sermonis materiam, cùm Jesus nil nisi cœlestia solitus esset loqui quorum discendorum avidam esse Samaritidem credere non poterant [b]. ¶ *Cum muliere*] Solâ, extraneâ [c], ignotâ [d], Samaritanâ *. Dicunt Hebræi, *Nè colloquaris cum fœmina in platea, imò non cum propria uxore* [f]. Et alibi, *Nè multiplica sermonem cum fœmina*. Si enim *videndo urit fœmina*, ut ait Poeta, multò magis colloquendo lædit [g]. ¶ *Nemo tamen*, &c.] Reverentia vetabat esse curiosos [h]: de prudentia & probitate ejus persuasi erant [i]. ¶ *Quid quæris?*] Ità Be.Pi.&c. *Quid ab ea poscis?* cibum, an potum [k].

28. *Reliquit — hydriam*] Vide suprà, v. 7. Ostenditur animus accensus rerum Divinarum studio ità ut id ipsum oblivisceretur ob quod venerat [l]. Sic notantur Discipuli Jesum secuti omissis retibus, Matth. 4. 20 [m]. Al. Humaniter factum: Nempe ut Jesus & Discipuli, quos ea jam vidit ad eum congregatos, haberent unde biberent [n]. ¶ *Illis*, &c. Τοῖς ἀνθρώποις] *Hominibus*, Mo. Ti. Tre. &c. *Ejus loci hominibus*, P. Be. Pi. Il. τοῖς ἐκεῖ [o]. hominibus illius civitatis [p].

29. *Dixit mihi omnia*, &c.] Etiam occultissima [q]: clandestina mea scelera [r]: vitæ meæ seriem quam scire humanitus non potuit †.

31. *Rogabant*] Ità G. ex Chrys. Ἐρωτᾶν pro *rogare* passim sumit, ut 4. 40, 47. & 16. 19. Notavimus ad Luc. 4. 38 [t]. Ità quoque sumitur Matt. 15. 23. Joh. 16. v. 26. & cap. 17. v. 9, 15. Act. 23. 20. 2 Thes. 2. 1 *. Hellenisticæ hoc linguæ est: nam Heb. שאל sign. & *interrogare*, & *orare*, *postulare*, *petere*. Hinc, Psalm. 122. 6. שאלו וגו' *optate pacem*, &c. Vide & Psal. 35. 13. Alioquin ἐρωτᾶν apud probatos Autores Græcos tantùm pro *interrogare*, *sciscitari*, usurpatur, opponitúrque ei ἀποκρίνεσθαι, *respondere* [v]. ¶ *Manduca*] Attulerant Discipuli ex urbe prandium; itaque invitant ut vescatur, non dubitantes quin ex multo itinere famem contraxisset [x].

32. *Cibum habeo*, &c.] Dat Christus exemplum suis ut semper spiritualia temporalibus anteferant. Confer 1 Sam. 16. 11. Ideo, quamvis esuriens, differt prandium ob oblatam occasionem docendi Sicimitas. Ἔχω φαγεῖν, *edendum habeo*; ut, ἔχοντά τι λαλῆσαι, *qui habebat quid dicendum*, Act. 23. 18. &, ἔχω λέγειν, infrà, 16. 12. Alioquin, ἔχω καταφαγεῖν, apud Isocratem est, *habeo quod edam*. Mos autem est Hebræis βρῶσιν vocare, *id quo desiderium animi expletur*; sicut & Latini dicunt, *pastum animorum*. Vide Psal. 19. 10 [y]. Quis sit hic cibus declarat v. 34 [z]. ¶ *Nescitis*] Nesciebant enim instare Samaritanorum conversionem [a]. Οὐκ οἴδατε] *Non consideratis*, vel, *Non attenditis*, G.

33. *Numquid aliquis*, &c?] An quis ex urbe nobis insciis [b]? an corvus, ut olim; aut Angelus, aut aliquis eò fortè veniens [c]?

34. *Ut faciam* (vel, *Exsequi*, Be. Pi.) *voluntatem*, &c.] i. e. Mandatum mihi injunctum. Sic Joh. 5. 30. & 6. 38, 39, 40 [d]. ¶ *Opus ejus*] i. e. Quod ille mihi commisit, scilicet, ut homines salvem, tum prædicatione, cui jam insisto; tum passione, &c *: opus vocandi peccatores ad pœnitentiam: quò mandatum tendit, Joh. 17. 4 [f].

35. *Nonne vos dicitis*] Vel, *dicere soletis*, V. i.e. dicitur, vel, vulgò dici solet [g]. Soliti estis laborem sationis hâc spe solari. Id ostendit membrum oppositum, infrà v. 37. Simile est illud, ὀψίας γενομένης, λέγετε, Εὐδία, &c. Matt. 16. 2. ubi similiter à locutione de rebus temporalibus ad majora ascenditur [h]. ¶ *Quòd*, &c. Ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται;] *Adhuc quadrimestre* (sub. *spatium*, Be. Bru. Pi.) *superest, & messis erit?* Be. vel, *aderit?* Pi. sim. Er. i. e. ante messem [i]. Hebraismus, pro, *Post quatuor menses instat messis*. Sic Jonæ 3. 4 [k]. Sic Gen. 40. 13, 19. *adhuc tres dies, & tollet*, &c [l]; Esa. 16. v. 14. *adhuc tres anni, & gloria*, &c. Sic Johan. 14. 19. Heb. 10. 37 [m]. [Numerat] fortè à Calendis Nisan, quod anni initium [n]. Sensus, Messis adhuc abest quatuor mensibus [o]. Initium messis (hordeaceæ scilicet) erat à medio mensis Nisan [p]; vel, à Paschate [q]. Vide Lev. c. 23. v. 10, &c. Deut. 16. 9. Hinc retrò numera τετράμηνον, & retrograderis ad medium mensis Cisleu, quod coincidit cum initio Decembris nostri aut circiter. Unde liquet quodnam sit illud festum Joh. 5. 1 [r]. Pascha scilicet †. Sed locus hic subobscurus est [t]. Sequitur, *albæ sunt jam*, &c. At quomodo messem indicat propinquam segetum flavedo, si menses 4 ad messem superessent? Ἀσύστατα hæc videntur. In nodo hoc solvendo multùm se torquent [v]. 1. Sensus est, Restant adhuc de anno jam currente menses quatuor [x], secundùm initium anni quòd ducitur ab ingressu Solis in signum Libræ, vel ab æquinoctio verno, juxta constitutionem Mosis [y]. Quæ sententia valde arrideret, si conveniret computus. Inchoabatur politicus Judæorum annus mense Tisri: unde ad primum mensis Nisan (quo ferè tempore hæc dicta sunt, utpote ante messem dicta, quæ 16. Nisan inchoabatur) restabant non quatuor tantùm, sed sex, menses [z]. Sed non constat,

[v] Bru. [x] Li.harm. 98. [y] Bru. [z] Li. ib. [a] Eru. [b] G. [c] Be. sic Bru. Pi. [d] Pi. * Eru. [f] G. [g] Li. ib. [h] Bru. [i] G. [k] Idem. [l] Li.harm. 99. [m] G. sim. Bru. Li.ib. [n] Li. ho. [o] G. sim. Bru. [p] Be. [q] Eru. Me. [r] G. † Mal.sim. T. [t] T. sim. Eru. [v] Eru. [x] G. [y] Idem. [z] V. [a] G. ex Sy. sim. Er.V. Di. [b] G. [c] Be. Bru. [d] Bru. * Pi.Li.ho. & harm. 78. [f] Li. ho. [g] D. [h] G. sim. Bru. [i] Bru. [k] G.

[l] G. sim. Mal. [m] G. [n] Li. ho. [o] G. [p] Eru. [q] Idem. [r] Li. ho. † G. [t] Idem. * Ham. [v] Di. [x] G. [y] Idem. [z] Pi. Mal. [a] Bru. [b] G. [c] Mal. [d] G. * Eru. [f] G. [g] Mal. [h] G. [i] Bru. [k] G.exEe. [l] Ee Ga. [m] Ga. Cin. 2.7.251. [n] G. [o] Eru. [p] Li. ho. [q] Li.harm. 3. 100. [r] Li. ho. † Li.harm. ib. [t] Mal. [v] Ga. Cin. 2.7.250. [x] Camer. in Ga. [y] Camer. [z] Di.

constat, Christum eo tempore hoc dixisse. Coacta tamen videtur hæc interpretatio [a]. 2. Non de quatuor, qui ad messem supererant, sed de quatuor, intra quos messis confici solebat, mensibus loquitur Christus. Hebraismus est, quem Hellenistæ sic afferrent, ἔτι τετράμηνός ἐστι καὶ ἐν αὐτῷ θερισμός, h. e. τετράμηνός ἐστιν ἐν ᾧ θερισμός, *quadrimestre spatium est, in quo messis* [b]. Τετράμηνον θερισμοῦ dicitur in quo duo festa, Pascha & Pentecoste, concurrebant; quorum altero initium, altero finem, sumebat messis: quemadmodum ἑορτὴ θερισμοῦ, Pentecoste [c]. Egregium inventum, cui nihil deest, nisi ut liqueat solere Judæorum annos in ejusmodi quadrimestrium trientes dividi, aut certè primos quatuor anni menses peculiari privilegio τετράμηνον fuisse nuncupatos [d]. Scimus annum in quatuor תקופות, seu *revolutiones*, fuisse distinctum: de tribus autem τετραμήνοις non constat *. [Non desunt tamen alii qui hanc sententiam sequuntur.] Ὁ τετράμηνος hîc notat *Anni tempestatem, definitam quatuor illis mensibus qui finiuntur ineunte vere*. De quo sic apud Lucianum Jupiter. *In præsentia fas non est punire quenquam: ἱερομηνία γὰρ ἐστιν, ὡς ἴστε, μηνῶν τούτων τεττάρων, est enim Hieromenia, sicuti nôstis, quatuor hosce menses*, &c. Christus, de spirituali messe dicturus, præfatur h. l. verbis, ut putamus, parœmialibus, quæ in ore erant vulgi, si quando præveniret ordinarium tempus præcox aliqua messis. Sensus est, ut non differatur post quadrimestre, sed intra quadrimestre currens, necdum finitum, exspectationem præveniat messis. Est itaque illud, ἔτι τετράμηνός ἐστι, *est*, seu *currit*, *adhuc quadrimestre*, intra quod insolens est, & paradoxum quod messis maturescat [f]. [Huic autem sententiæ obstare videtur particula ἔτι · de qua sic respondent:] Τὸ ἔτι abest in manuscripto vetere [g], & in nonnullis Roberti Stephani Codicibus, & in Codice Camerarii, neque aliter in MS. antiquissimo Rutgersiano inveni [h]. Verùm etiamsi dematur ἔτι illud, sensus idem nihilominus restare poterit [i]. 3. Antithesis hîc est inter messem naturalem & spiritualem: id illam, inquit, spatium satis longum superest, hæc jam instat [k]. Proverbium erat apud Hebræos de messe corporea, *Post quadrimestre erit messis* [l]: nam apud Judæos inter sationis & messis tempus quadrimestre ferè intercessit [m]: id, inquit, nunc de messe spirituali non potestis dicere [n]: jam aliter loquendum, *jam albæ sunt*, &c [o]. ¶ *Levate oculos*] Et mentis [p], & corporis, ad oppositam civitatem [q]. Digitum absque dubio intendit in numerosam illam turbam, quæ, jam intra conspectum, versùs eum confluxit ex urbe [r]. ¶ *Videte regiones*] Quàm latè potestis aciem animi extendere. Vocatio autem non Judæorum tantùm & Samaritanorum, sed & Gentium, innuitur. ¶ *Albæ sunt*, &c.] Quod *flavescere* dicunt Latini. Sicut à cibo corporis ad cibum animi, ità à messe temporali ad spiritualem, transit. Similis translatio, Mat. c. 9. v. 37. Indicat autem ingenia multa esse docilia †. Significat potiùs, amorem Dei jam maturuisse erga Gentes quas per tot annos abjecerat, Deúmque viam ad earum conversionem jam antea munivisse, tum versione Scripturæ S. in linguam Græcam, tum dispersione Judæorum, & cum iis Sacrorum Librorum, per totum orbem [t]. Sensus, Tempestivum jam est prædicare Samaritanis, &c [v]. Tacitè hortatur Discipulos ut sibi sint auxiliares [x].

36. Et, &c. Καὶ ὁ θερίζων, &c.] *Et* (vel, *Nam*, V. *Autem*, Be. Pi.) *qui metit* (hoc genus messis [y], prædicando fidem Christi [z], iis qui jam in genere aliquid de Christi adventu audierunt [a]:) *mercedem accipit*, Bru. Be. Pi. à Domino messis [b]. Solutio operarum ab agricolis post messem differtur [c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συνάγει, &c.] *Et* (sub. *sator*, ex membro sequente: neque enim messoris est, sed satoris, fructum percipere. Curta est sententia [d].) *congregat fructum* (& sibi, & eis qui ipsius labore Christo lucrifacti sunt *,) *in vitam æternam*, Be. &c. Quos metit eos infert Regno cœlesti, tanquam horreo [f]. ¶ *Ut & qui seminat* (id est, sator [g]: Intelligit tum Patriarchas [h], & Prophetas [i], qui semina Evangelii jecerunt [k], & Christum venturum prædicârunt [l]; tum Johannem Baptistam, ipsúmque Christum [m]:) *simul gaudeat & qui metit*] Id est, messor [n]: *sator* scilicet fructu percipiendo, *messor* mercede, *gaudeat*; i.e. bonis fruatur [o]: ut Sanctorum Veterum & Novi Fœderis una sit gloria, Heb. 11. 40.

[a] Ca. ib. 251. [b] Heins. in Ga. 252. [c] Heins. in Arist. sac. part. 2. cap. 6. [d] Di. * Glas. gram. 3. 5. 10. 448. [f] Collat. crit. in Append. crit. p. 4002. [g] G. [h] Heins. Arist. ib. [i] Ga. p. 251. [k] Ga. ib. 245. ex Aug. Cyr. l. Caj. &c. [l] Mal. sim. Di [m] Di. sim. Mal. [n] Mal. [o] Di. [p] G. Bru. [q] Bru. [r] Li. ho. sim. Bru. Pi. † G. [t] Li harm. 3. 103. [v] Pi. [x] Eru. [y] Bru. [z] Bru. sim. Pi. [a] Pi. [b] Bru. [c] G. [d] Ca. * Bru. [f] G. [g] Bru. Ca. [h] Bru. [i] Bru. Pi. Li 101. [k] Pi. sim. Bru. [l] Bru. [m] Li. 102. [n] Bru. Ca. [o] Ca.

Ἵνα hîc est ἐκβατικόν. Huc mysticè pertinet locus, Amos 9. 13 [p]. In messe hujus vitæ sator sæpe moritur ante messem: at in vita altera satores, messores, eorúmque fructus, omnes simul gaudebunt [q].

37. *In hoc* (i.e. In hac re [r]: hac ratione, hac parte †. Τούτῳ refertur ad id quod v. præc. dictum est [t].) *enim est verbum* (vel, *dictum illud*, Be. Pi. i. e. proverbium [v]:) *verum*] Dictum illud vetus hîc locum habet [x], & ad hanc rem aptissimè accommodatur [y]. Verissimum est quod hoc dicto dicitur [z]. ¶ *Alius est*, &c.] Proverbium quod & apud Græcos obtinuisse notatum est, Ἄλλοι μὲν σπείρουσ', ἄλλοι δ' αὖ ἀμήσονται, (*Alii serunt, alii verò metent.*) Et Equitibus Aristophanis, τ' ἀλλότριον ἀμῶν θέρος. Cui simile, *Aliis leporem excitâsti*. Et illa, *Sic vos non vobis*— [a].

38. *Misi vos*] Id est, Destinavi mittere [b]: sic Matth. 10. 5, 6 [c]. ¶ *Alii laboraverunt*] Prophetæ [d], sanctique Legis Doctores *. Subactum est arvum à Prophetis, qui non tantùm in Judæa, sed & per dispersiones varias apud Gentes, voce ac scriptis homines ad unius Dei cultum excitârant; quod semen est Evangelicæ frugis. Sic κοπιᾶν sumitur 2 Tim. 2. 6 [f]. Illi Judæos abstraxerunt ab idololatria, & Messiam eis venturum prædicârunt, &c [g]. ¶ *Et vos in*, &c. Εἰς τὸν κόπον, &c.] Id est, *In arvum ab ipsis laboratum*: quomodo apud Poetam,—*Sata læta boúmque labores*. Sic κόπος sumi videtur 2 Cor. 10. 15 [h]. Vos à Prophetis inchoata feliciter perfecistis [i].

39. *Multi crediderunt*, &c.] Ostendunt sequentia, intelligendum hoc de Sicimitis antequam exiissent urbe. Ecce complementum ejus quod de Messia dictum erat [k]. ¶ *Propter verbum*, &c.] Mulieri credebant ut quæ sibi non parceret: & arcana nôsse divinum esse aliquid rectè judicabant [l]. Est autem hîc, ut sæpe, directa oratio pro indirecta. Nam Latinè diceremus, *ob sermonem mulieris testantis sua facta sibi ab Jesu indicata* [m]. Vides hîc messem maturam fuisse, & Samaritanos ad fidem promptos. Miraculum hîc fuit, sed quantulum præ eis quæ inter Judæos patrata sunt [n]?

40. *Cùm venissent*] Supple, *& vidissent atque audivissent*, &c. Non minuit opinionem præsentia, sed auxit [o]. ¶ *Ut*, &c. Μεῖναι, &c.] *Ut maneret*, &c. nempe ad tempus [p]. *Ut apud se diverteret*, ut suprà 1. 39 [q]. ¶ *Duos dies*] Non plus biduo illis indulsit, ut rem temperaret, nè aut Samaritas, discendi avidos, contemneret, aut Judæis præferre videretur. Discipulis antehac vetuerat morari in Samaritanis oppidis, sed ad tempus. Ipse nullâ lege eos adire vetabatur †.

41. *Propter sermonem ejus*] Scil. Christi [t]: sine miraculis: quod magnam in Samaritis docilitatem monstrat: præsagium ejus quod à Gentibus erat exspectandum [v].

42. *Non* (sub. *solùm*, vel *præcipuè*, Bru. Intellige, *non tam*: loquendi genere & in aliis & in his maximè Scriptoribus usitato. Et nota argumentum fidei [x].) *Propter*, &c. Διὰ τὴν σὴν λαλιὰν] *Propter sermones tuos*, Be. Pi. *Propter orationem* (vel, *loquelam*, D. ex Vulg. Catullus, *Verbosâ gaudet Venus loquelâ* [y].) *tuam*, V. Quod modò λόγον dixerat nunc λαλιὰν vocat [z]. Alibi est *proprietas quædam loquentis*, ut infrà 8. 43. Matth. 26. 73. Marc. 14. 70. Sic משמע Esa. 11. 3. vertitur λαλιά. Sic & Psal. 19. 3. λαλιά pro Hebræo אמר, ubi Latinè *loquela*, ut hîc. Pro Hebræo דבר reperitur, Job. 33. 1. Eccles. 3. 18. & 7. 14. Cant. 4. 3. Vide & Marc. 15. 12. Notârunt veteres in hac Samaritide Ecclesiæ esse figuram, quæ nos adducit ad Verbum Divinum; nos Verbo maximè propter ipsius Verbi Majestatem & sanctitatem credimus. Confer 1 Reg. 10. 6, 7 [a]. Λαλιά propriè est *loquacitas* [b]. ¶ *Credimus*] Scil. esse Messiam [c]. Notandum tenuitate cultûs [Christi] non offendi Samaritas [d]. ¶ *Hic est verè* (non fictè aut falsò, ut Theudas & Judas Galilæus, Act. 5. 37 *. sicut tu eum de se prædicâsse nobis memorâsti. Hoc enim tacitè subintelligendum est, quanquam non narratur. Quis enim credat hoc reticuisse fœminam [f]?) *Salvator* (*Salvator ille*, Bru. sic Be. Pi. olim promissus [g],) *mundi*] Sic 1 Joh. 4. 14. *Servator omnium hominum*, 1 Tim. 4. 10 [h]. non Judæorum tantùm. Augustior ergò ipsorum quàm Judæorum fides erat de Messia [i]. Sed unde hoc sciebant Samaritæ? Quia de Siloh, i.e. Messia, Jacob dixerat *ad eum concursuras gentes*, Gen. 49. 10 [k].

[p] G. [q] Bru. [r] Pi. † Bru. [t] Di. ex Be. [v] Be. ex Chrys. & Th. sim. V. Bru. [x] G. [y] V. [z] Di. [a] G. [b] G. sic Bru. [c] G. [d] Bru. Pi. * Bru. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. [k] G. [l] G. sim. Bru. [m] G. [n] Bru. [o] Bru. [p] Pi. [q] G. [r] G. sim. Bru. † G. [t] Er. V. Bru. [v] G. [x] G. [y] D [z] G. sim. Be. Bru. [a] G. [b] Be. sic Bru. [c] Bru. [d] G. * Bru. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Li. harm. 104. [k] G.

43, 44. Abiit

43, 44. *Abiit in Galilæam. Ipse enim Jesus*, &c. Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι, &c.] *Jesus testatus fuerat, Prophetam in sua patria honorem non habere*, Be. Pi. Multum exercuit viros doctos hic locus [l]. Aliena prorsus videtur hæc ratio: *Jesus abiit in Galilæam*, patriam suam, quia *Propheta in patria sua honorem non habet* [m]. 1. Alii præsidium quærunt in ἀπῆλθεν, quod vertunt, *digressus est*. 2. Alii in ἐμαρτύρησεν, quod vertunt, *testatus fuerat* [n]. Hebræi enim sæpe utuntur præt. pro Imperfecto & Plusquamperfecto [o]. Sic & v.seq. ἐποίησεν est, *fecerat*; & ἦλθον, *venerant* [p]. Illud, ἐμαρτύρησε, non habet certi temporis notam: itaque nihil obstat quò minùs id pòst aliquantò Christus dixerit, eo nempe tempore cujus narratio est Matth. 13. 57. & Marc. 6. 4. ubi notata vide [q]. *Testatus fuerat*, scilicet antequam exiret hoc loco [r]. 3. *Patriam suam* hîc vocat Judæam †, eam regionem in qua Bethlehemum erat [t]: ubi natus erat, Matth. 2. 1. Dixerat suprà v. 3. *Relictâ Judæâ in Galilæam abiit*, & ad eam narrationem aliâ historiâ interruptam hîc redit, *Abiit*, inquit, *in Galilæam*, sub. *relictâ Judæâ*; cujus causam hîc reddit [v]. Planè non probo: nam id [Christum Bethlehemi natum fuisse] nondum innotuerat; ità ut ibi ob familiaritatem aut educationem contemni non posset [x]. 4. *Patriam suam* hîc vocat non Galilæam latè sumptam, sed Nazaretham, locum educationis ipsius, ut liquet ex collat. Luc. 4. 23 [y]. *In Galilæam*, i.e. in agrum Galilææ, non in oppida. Sicut vox Ἰουδαία sumitur Joh. 3. 22 [z]. ubi ἡ Ἰουδαία γῆ opponitur τῇ Ἱερουσαλήμ· sic [& h. l.] ἡ Γαλιλαία, supple γῆ, opponitur τῇ Ναζαρὲθ [a]. *in Galilæam*, i. e. in oppida & vicos Galilææ [b]. Vox *Galilææ* sumenda est hîc non indefinitè, quomodo & Nazareth comprehendit, sed strictè pro territorio Galilææ extra Nazareth sito, siquidem Galilæa hîc opponitur civitati alicui, putà Nazareth: Sy. enim & Ar. ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι, vertunt, *in civitate sua* [c]. Cùm autem suprà dictum sit domicilium Jesu fuisse Nazarethi [d], ratio reddenda fuit cur non rectà ex Samaritana regione Nazarethum petierit *, sed abiit in alias Galilææ partes [f]: [nempe] quòd ibi se contemni sciret ob memoriam humilis educationis, sicut ipse interdum prædicare solebat [g]: vel, quòd indè fuerat ejectus, adeò ut testatus esset, Prophetas à suis non agnosci [h]. Idem est hic regressus Christi è Judæa in Galilæam, cujus mentio Matth. 4. Marc. 1. & Luc. 4. Illa autem historia Luc. 4. 16. ad 31. per anticipationem narratur, teste Aug. nam in hoc regressu non divertit ad Nazareth, sed eam reliquit, Mat. 4. 13. postea verò eò venit, & factum est quod narrant Marcus & Lucas, túncque hoc dictum ad Nazaræos, quod hîc de Nazaræis, *quòd Propheta*, &c [i].

45. *In Galilæam*] Id est, In reliquas Galilææ civitates & vicos, præter Nazareth [k]. ¶ *Exceperunt*; ità Be. Pi. &c. Ἐδέξαντο] *Hospitaliter acceperunt*. Neque enim tantum illis testimonium redditur quantum Samaritis. ¶ *Galilæi*] Ii qui agrum & vicos habitarent. ¶ *Cùm omnia vidissent*, &c.] Tardiores Samaritis, qui nullis conspectis miraculis fidem ei adhibuerant. ¶ *Quæ fecerat Jerosolymis*] Joh. 2. 23. & 3. 2 [l]. ¶ *Ipsi enim venerant*, &c.] Vt Lex præcipiebat [m].

46. *Venit ergò iterum in Cana* (vel, *Canam* oppidum, Be. Pi.) *Galilææ*] Cùm ex agro in oppidum recipere se vellet, nè tum quidem Nazarethum se recepit, sed Canam [n]. ¶ *Quidam*, &c. Τις βασιλικὸς] Hæc lectio non tantùm meliorum Codicum fide nititur, sed & Syri & Arabis auctoritate [o]. [Sic vertunt;] *Quidam regulus*, Vulg. Er. Legerunt βασιλίσκος [p]. Vel, *regius*, Il. Ti. P. Be. Ca. Mo. Pi. vel, 1. ex genere regio; vel, 2. qui magistratu munereque regio fungeretur [q]: *homo regis*, Ar. in G. *minister Regis*, Sy. in G. sic Pi. Herodis Antipæ [r], Tetrarchæ † Galilææ [t]: quem Galilæi honoris causâ *Regem* appellabant, Matth. 14. 9. Marc. 6. 14. cujus vectigalibus colligendis hunc præpositum fuisse puto. Ex quo edoctus deinde Centurio Romanus, in eodem agens oppido, egregiam de Jesu opinionem conceperit [v]. Herodianus aliquis, de quibus vide Matth. 22. 16. familiæ Herodianæ devotus, ex principiis conscientiæ & summissionis [x]. Forsan hic *Chuza* erat, de quo Luc. 8. 3. aut *Manaen*, Act. 13. 1. Utcunque hinc constat, Johannis ministerium aliquem & in aula fructum habuisse [y]. *Quidam aulicus*, Cas. Rectè interpreteris, *Palatinum* [z]. Forsan erat Procurator, vel Cubicularius, Regius [a]. Al. *Cæsarianus*, qui nomine Cæsaris magistratu fungebatur [b]. *Aula Regis* dicitur βασιλική, & βασιλικὸς οἶκος [c]. & Regum aulici Græcis passim dicuntur βασιλικοὶ [d]. & 3. Esdr. c. 8. v. 67. legitur, τοῖς βασιλικοῖς οἰκονόμοις *. ¶ *Capharnaum*, Ἐν Καπερναούμ] Hoc Syrus jungit cum *regulus*, alii cum *infirmabatur* [f]. Hoc ego per trajectionem connecto cum verbo ἦν, ob versum seq. verba itaque sic colloco, *Erat autem in urbe Capernaum regius quidam, cujus filius ægrotabat* [g]. Sive hoc ad patrem, sive ad filium, referas, sive ad utrumque, omnino tenendum est, hunc regium ministrum non in Cana, sed Capernaumi, habitâsse, unde mox ipsi famuli occurrunt [h].

47. *Cùm audîsset*, &c.] Fama enim Christum in eos fines adventantem præcurrebat [i]. ¶ *Rogabat eum*] Longius erat iter è Cana Capharnaum, sed audacem illum reddiderunt divitiæ, nobilitas, & amor filii [k]. ¶ *Ut descenderet*] At Capharnaum erat in monte sita [l]: dicendum ergò videtur, *ut ascenderet*. Fortè aulicus ille in decliviore loco montis habitabat [m]. *Descenderet*, i. e. veniret: Hebræi enim dicunt *ascendere* ac *descendere* etiam non habitâ sitûs locorum ratione [n]; *descendere* in locum superiorem, Jud. 15. 11 [o]; & *ascendere* in vallem, Jos. 7. 24 [p]. Sed hîc non tam urbis quàm regionis situm respici puto. Erat enim Capernaumum propiùs flumen [q], ac proinde declivius Galilæâ, circa Canam quæ montosa erat [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἰάσηται αὐτοῦ τὸν υἱὸν] Αὐτὸ, non αὐτὸν, legerunt omnes veteres Interpretes: quare id rectius. Aliquid de Jesu boni suspicabatur, quasi præsens præsentem sanare posset. Confer 2 Reg. 5. 11. Et nota quantò major Centurionis alienigenæ fides fuerit, Matth. 8. 8 *. ¶ *Incipiebat*, &c. Ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν] *Erat enim moriturus*, Er. V. vel, *moribundus*, Be. Pi. *proximus morti*, G. ex Sy. Sic in Tragœdia, Εἰ γὰρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, κτείνειν πόσις, *Si probabile erat futurum ut te occideret*: ἀποθνήσκειν pro eodem dixit Luc. 8. 42. Alioqui posset & sumi pro, *videbatur mori*; quomodo μέλλειν apud Homerum poni notant Scholiastæ †. Sapienter admodum Aristoteles inter τὸ μέλλον & τὸ ἐσόμενον distinguit [t].

48. *Nisi*, &c. Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα, &c.] *Nisi signa* (sub. *quinetiam*, Bru.) *portenta* (videtur enim τέρας hîc plus esse quàm σημεῖον, ut & Matth. 24. 24. Rom. 15. 19. 2 Cor. 12. 12. 2 Thes. 2. 9. Heb. 2. 4. quanquam alibi vocum ordo invertitur [v]:) *videritis* (vel, 1. vos Judæi [x]: vel potiùs, 2. vos Herodiani. Judæi quidem petierunt signa, 1 Cor. 1. 22. sed aula Herodis hujus reatûs postulanda præ aliis, quippe quæ nec Johanni credidit, quia *nullum edidit miraculum*, Joh. 10. 41. confer Luc. 23. 8 [y].) *non credetis*] Scilicet me esse Christum [z]. Vos, inquit, Judæi tam duri estis ut quamvis sanctissima prædicanti, quamvis testimonium habenti à Johanne Baptista, non credatis nisi conspectis sanationibus & portentis. Confer quæ diximus suprà Joh. 2. 18 [a]. & huic Judæorum duritiæ facilitatem Samaritanorum oppone. Nota item hunc ipsum Regis ministrum dici *non credere*, quia non satis credebat [b]; & vitium ejus notari, qui miraculum exigeret sui temporalis boni, non probandi dogmatis, causâ [c].

49. *Descende priusquam moriatur*, &c.] Adhuc & suum tantùm curat [d], & tenuiter de Jesu sentit, quasi absens prodesse non possit *: multò minùs suspicatur mortuum posse resuscitari, quæ robustissima est fides, Heb. 11. 19 [f].

50. *Vade*] Abi tu domum, non opus est ut ego descendam tecum [g]. Πορεύου] Quod Judæi dicunt, *Vade in pace*, h.e. Bono animo esto. Vide Luc. 7. 50 [h]. ¶ *Vivit*] Id est, valet [i], locutione Hebræis usitatissimâ. Sic infrà 52. Jos. 5. 8. ¶ *Credidit*, &c.] Secundus hic gradus credulitatis elucet: credit vera dicere Jesum; virtute ejus valetudinem filio redditam aut nondum credit, aut dubitat [k]. Imò hoc quoque credidit, persuasus quippe Jesum Prophetam esse, &c [l].

51. *Occurrerunt ei*] In itinere Canâ Capernaumum [m].

52. *Horam*] Ut intelligeret an congrueret in id tempus quo Christus ipsum bene animatum esse jusserit [n]. ¶ *Quâ meliùs*, &c. Κομψότερον ἔσχε] *Meliùs* (vel, *Commodiùs*, Er. V. ὅπερ τὸ βέλτιον [o]) *habuerat*, Be. Pi. sic Er. P. Ti. Ca. &c. *Meliusculè se habuit*: ἐλαφρότερον exponunt Lexicographi [p]. ¶ *Reliquit*, &c.] Non paulatim revaluit, sed subitò eum reliquit febris [q].

Marginal notes (left column): [l] Di. [m] Li. harm. 3. 104. [n] Di. [o] D. sim. Be. [p] Be. [q] G. [r] Glas. gram. 3. 3. 46. 369. † Mal. [t] Q. in G. [v] Mal. [x] G. [y] Li. ib. [z] G. [a] Di. [b] Camer. [c] Di. [d] G. * G. sim. Di. Li. [f] Li. sim. Di. [g] G. [h] Be. [i] Tol. [k] Bru. ex Euthym. [l] G. [m] G. sim. Bru. [n] G. [o] G. [p] Ham. ex Cas. [q] Er. sim. Zeg. [r] Ham. sc Pi. † G. Ham. [t] Ham. [v] G. [x] Li. ho. [y] Li. harm. 3. 106. [z] D. & Cas. ex Hi.

Marginal notes (right column): [a] Cas. in Wal. [b] V. [c] D. [d] Cas. * G. [f] Bru. [g] Be. [h] G. [i] G. sim. Bru. [k] Bru. [l] D. ex Be. [m] D. [n] Be. [o] G. sic D. [p] D. [q] G. [r] Bru. * G. † G. [t] Be. [v] G. [x] Bru. [y] Li. ho. [z] Bru. [a] G. [b] G. sim. Bru. [c] G. [d] G. * G. sim. Bru. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] G. Be. D. Pi. [k] G. [l] Bru. [m] G. sim. Bru. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] G. sim. Bru.

53. *Cognovit*, &c. Ἔγνω, &c.] *Agnovit* (intellexit, observavit [r],) *ergò pater* (sub. *id factum esse*, Be. Pi. sic G. sim. Bru. ex Euth.) *illâ ipsâ horâ*, Be. Pi. ac proinde non scientiam tantùm ejus, sed & potentiam, agnoscit †. ¶ *Credidit ipse*] Plenè & perfectè [t]. Tertius gradus fidei [v], quâ videtur Jesum jam planè pro Messia habuisse, & professum se ejus discipulum [x]. ¶ *Et domus ejus tota*] Quotquot erant rationis usum habentes. Similia exempla familiæ, patre ipso familiâs præeunte, conversæ videre est Act. 16. 14, 15, 34. & 18. 8 [y].

54. *Hoc*, &c. Τοῦτο πάλιν δεύτερον, &c.] *Hoc rursus* (sub. *id est*, Be.) *secundum signum edidit Jesus cùm venisset*, &c. Be. Pi. Πάλιν δεύτερον est pleonasmus [z], sicut εὐθὺς παραχρῆμα, *mox statim*, & *nunc jam* [a]. Al. πάλιν referendum ad id quod sequitur, ἐλθὼν [b], tanquam hic esset ordo verborum, *Hoc secundum signum — cùm iterum*, sive *secundò*, *venisset*; &c. q. d. Secundò in Galilæam veniens, secundum miraculum ibi edidit. De priore & adventu & miraculo vide Joh. 2. 1, &c [c]. Hierosolymis autem plura fecerat [d]. Videtur autem hoc addere Johannes ut significet hæc prima esse signa facta in regione Galilæa, ac proinde priora iis quæ à Matthæo c. 4. v. 23. & aliis narrantur [*].

[r] Eru. † G. [t] Bru. [v] G. [x] G. sim. Bru. [y] G. [z] Camer. sim. Pi. [a] Camer. [b] G. sic Bru. [c] Bru. [d] G. [*] G. sim. Bru.

CAP. V.

1. **E**RAT *festus*, &c. Ἑορτὴ, &c.] *Festum Judæorum*, Be. Pi. Sic Joh. 2. 13. *Pascha Judæorum*. Disputant hîc Scriptores quis hîc dies festus fuerit; & tempora supputant conjecturis mirum quàm incertis [a]. Vel, 1. Pentecoste [b]. Vel, 2. Pascha [c]. Ità Irenæus, auctor vetustissimus. [Probatur:] 1. Si loquendi morem attendimus, sanè Pascha hoc nomine designatum ostendimus Matth. 26. 5 [d]. 2. Ex more Johannis tempora ministerii publici Christi per Paschata supputantis [*]. Parciùs agunt cæteri Evangelistæ de actionibus Christi in Judæa, Johannes fusiùs. Nil Paschatum memorant illi, ultimo excepto, Johannes omnia. Primum, Joh. 2. 13. Secundum h. l. Tertium, Joh. 6. 1. Quartum, Joh. 13. 1 [f]. Si autem hoc festum non esset Pascha, duo tantùm anni cum dimidio inter Baptismum mortémque Christi intercessêrunt [g]. 3. Ex Joh. 4. 35 [h]. [ubi dicta vide.] Nec movere nos debet quòd hîc articulus non est additus nomini ἑορτὴ nam planè eodem modo ἑορτὴ sine articulo Pascha significans reperitur, Marc. 15. 6. Luc. 23. 17 [i]. *Festum* autem vocat, non *Pascha*, quia hoc satis patebat ex Joh. c. 4. v. 35 [k]. ¶ *Ascendit*, &c.] Ut præstaret tum obedientiam Legi, tum communionem cum Ecclesia [l].

2. *Est autem Jerosolymis probatica*, &c. Ἔστι τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα] Ità habent 16 Codices Roberti Stephani, atque alii [m]: ità Codices omnes Græci, quos equidem viderim, excepto Theoph. Romano: ità omnes manuscripti antiqui Codices, (quorum multos consului:) & inprimis Vaticanus ille celeberrimus, vetustissimus & correctissimus, majusculis literis scriptus [n]: ità Codex aureus, consentientibus exempl. S. Donatiani [o]. [Alii sic legunt,] ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα. Ità optimi nunc Codices. Alii, omisso ἐπὶ τῇ, legunt in Nominativo, προβατικὴ κολυμβήθρα. Ità quidam Codices, teste R. Stephano: ità Chrys. Cyr. Hieron. Theoph [p]. Hæc scriptura simplicior est, fortè & verior [q]. [Hinc variant Versiones:] *Ad probaticam* (vel, *pecuariam*, Il. *oviariam*, Ca.) *piscinam*, Ti. Il. Ca. Ham. Ità unicus in hac periodo Nominativus est, ἡ ἐπιλεγομένη Βηθεσδὰ· & subauditur *domus*; hoc modo, *Erat — ad probaticam piscinam domus quæ vocatur*, &c [r]. Κολυμβήθρα lego, 1. quòd προβατικῇ sine substantivo non bene poneretur: 2. quia sic piscina vocaretur *Bethesda*, quod non *piscinam*, sed *domum*, sonat †. [Hanc lectionem probat quoque Flac. Illyr. eámque refellit Gom. quem vide, si lubet. Alii aliter:] *Piscina probatica*, Æth. sim. Ar. *Locus quidam baptisterii*, Sy. sim. Pers. vel, *ablutionis*, Tre. [Alii aliter:] *Ad* (vel, *Super*, Mo. *Juxta*, Pi.) Ἐπὶ, ut Heb. עַל pro *apud*: ἐπὶ Πριάμοιο θύρῃσι, apud Homerum, *ad fores Priami*: ἐπὶ ποταμῷ Thucydides dixit pro παρὰ πόλαμοῖ [t].) *pecuariam* (supple, vel, 1. χῶρον, *regionem* [v]; vel, 2. ἀγορὰν, *forum* [x]: sed de hoc foro neque ex S. S. neque aliunde constat [y]. Vel, 3. πύλην, *portam* [z]: quod expressum legitur Neh. 3. 1. & 12. 39 [a]. Hâc victimæ in Urbem ducebantur [b].) *piscina*, Be. Pi. Mo. Er. &c. Rectè: Heb. בְּרֵכָה, quod οἱ. modò κρήνην, modò λίμνην, sed sæpiùs κολυμβήθραν, vertunt [c]. Vel, *lavacrum*, G. Ar. sim. Sy. in Di. *Piscina* dicitur καταχθονικῶς. *Conceptelam* interpretatur Frontinus [d]. Lacuna erat & locus in quo aqua pluvia colligebatur [*]. Eandem puto hanc piscinam quæ apud Jo. Bel. 5. 13. *piscina Solomonis* dicitur. Hujus autem aquæ huc adductæ sunt ex fonte *Siloam*, sive *Gihon*: (idem enim hæc sunt, ut rectè K. & RS. notant:) è quo duo defluxerunt rivuli in duas piscinas, in hanc, *superiorem* dictam, 2 Reg. 18. 17. Esa. 7. 3; in alteram, inferiorem, dictam *piscinam Siloam*, Neh. 3. 15. Joh. 9. 7. Cùm porrò aquas Siloam Deus ipse typum fecerit Regni Davidis atque Christi, Esa. 8. 6. (unde summa earum apud Judæos æstimatio orta est: *indè* enim *Spiritum sanctum hauserunt*, ait Talm. Jerosf. ad eas quoque accommodârunt illud Esa. 12. 3. *Cum gaudio haurietis aquas*, &c.) non mirum, quod Deus in adventu hujus Regis & Regni, aquas illas salutiferâ virtute donâsset, tum in hac, tum in altera illa Joh. 9. piscina [f]. Videntur in hoc (& aliis quibusdam vicinis stagnis [g]) ablui (tum etiam adaquari [h]) solitæ pecudes antequam ad Templum ducerentur; ut à compluribus notatum est [i]. Sed non liquet, hostias ante earum mactationem, vel hîc, vel alicubi, lotas fuisse: nec inter labes bestiarum immolandarum hanc reperies, *quòd non fuerint lotæ*. Lota quidem erant intestina post mactationem, & destinatum huic operi fuit *Conclave lavantium* in ipso Templo [k]. In hac piscina non abluebantur vivæ pecudes; sed earum cadavera [l], sive intestina [m]. Mallem, homines hîc lavari solitos, immundos scilicet, qui cùm numerosi fuerint, & indies opus habuerint ablutione ut purificarentur, credibile est, omnes ferè quæ Hierosf. erant natatorias huic usui inserviisse. In Targ. ad 1 Par. 11. 22. *Benaia tetigit fortè testudinem mortuam: & descendit in Siloam, &— tinxit se, idque die hyemis brevissimo*. Crediderim & Syrum, cùm [locum hunc sic] reddit, *Locus quidam baptisterii*, in animo habuisse baptismos immundorum potiùs quàm ablutiones bestiarum [n]. ¶ *Hebraicè*, Ἑβραϊστὶ] Id est, Linguâ Syriacâ [o], sive Chaldaicâ [p], vel Transeuphratensi, ut ipsi Hebræi explicant: [vide Li. ho.] i. e. quam secum reportavit gens Judæorum à *Trans-Euphraten*, quæque erat à reditu ex Babylone genti vernacula [q]. ¶ *Bethsaida*, Βηθεσδὰ] Non est dubium quin verum nomen Syrus expresserit, בית חסדא [r], à בית & חסד †; q. d. *domus benignitatis*, sive *misericordiæ*, sive *beneficentiæ* [t]: in qua benignè fit pauperibus [v], quæ πτωχοδοχεῖον dicitur [x], vel νοσοδόχον [y]. Idem nomen, sed sensu expresso, reddit Arabs, *domus Gratiæ*. Omnem locum בית, i.e. *domum*, vocare Hebræi solent [z]: χάριτος (*gratiæ*) autem vocabatur quòd ægroti hîc sanarentur Divino beneficio [a]. Gutturales à Græcis omitti solent: atque ità Βηθεσδὰ hîc est בית חסדה, quomodo בן חסד, 1 Reg. 4. 10. in Græco est Βενεσὲδ [b]. Sic in aliis nominibus litera Heb. Cheth [vel, χ ei respondens] omittitur, ut Ἐσρὼμ pro Χεσρὼμ, Matth. 1. 3. & Ναασσὼν pro Ναχσὼν, v. 4. item Ναὼμ, Ἐσλὶ, pro Ναχὼμ, Χεσλὶ, &c [c]. [Alii tamen aliter explicant:] *Bethesda*, qu. בית אשדא, *domus effusionis* [d]; vel, 1. à sanguine victimarum effuso [*]. Non placet, quia non ibi, sed apud altare, mactabantur victimæ [f]. Vel, 2. quia in eam piscinam confluebant aquæ sive pluviales, sive ductiles [g]. Vel, 3. ab aquæductu illo cujus mentio 2 Reg. 20. 20. Nehem. 3. 15. Esa. 8. 6 [h]. ¶ *Quinque porticus*, Στοὰς] Quarum erant fornicatæ exstructiones [i]. Loca erant tecto inclusa, ubi ambularent homines, aut morarentur, &c [k]. Non tam porticus significat quàm distincta conclavia [l], sive penetralia, in quibus ægri decumberent, exspectantes motum aquæ [m]. Videntur fuisse introitus per quos immundi in aquas descenderent, & in quibus vestes deponerent, &c [n]. *Quinque* autem erant; vel, 1. juxta quinque latera & angulos piscinæ [o]: vel, 2. pro diversitate immunditiarum atque immundorum [p].

3. *In his jacebat*, &c.] Ut solebat fieri in medicorum ædibus. In veteri tragœdia Latina, *Æsculapi liberorum saucii opplent porticus*. ¶ *Languentium*, Τῶν ἀσθενούντων]

[a] G. [b] Chrys. & Cyr. in Be. Camer. ex Th. [c] Be. Bru. G. Li. &c. [d] G. [*] Li. harm. 3. 244. [f] Li. ho. [g] Li. 244. [h] Be. Bru. Li. [i] G. [k] Li. ho. [l] Li. harm. 246. [m] Gom. [n] Mal. [o] Er. [p] Ham. [q] Camer. [r] Ham. † Ca. [t] G. [v] Camer. [x] Camer. sic P. Ang. Steph. in Gom.

[y] Gom. [z] Be. Gom. G. Pi. Li. [a] G. Li. harm. 3. 248. [b] G. [c] Di. [d] G. [*] V. [f] Li. harm. 249. [g] G. [h] Be. [i] G. sim. Be. Bru. D. [k] Li. ho. [l] Ham. [m] Ham. Camer. [n] Li. ho. [o] D. Pi. [p] Li. ho. Zeg. [q] Li. ho. [r] G. sim. Be. Pi. Di. † Ca. [t] Ca. D. Be. Camer. [v] Ca. [x] Ca. sic D. [y] Di. [z] G. [a] G. sim. Be. Pi. &c. [b] G. [c] Pi. [d] Be. Di. ex Canin. [*] Canin. in D. [f] Di. ex Be. [g] Nebrif. quinquag. 5. pag. (in Append. crit. Lond.) 1171. [h] Be. [i] Camer. [k] Bru. sim. Li. [l] Di. ex Heinf. [m] Heinf. [n] Li. ho. [o] Li. harm. 250. [p] Li. ho.

νόσων] Ἀσθένεια & ἀσθενεῖν de quovis morbo in his Libris dicitur, ut Matth. 8.17. & 10. 8. Marc. 6, 56. Luc. 13. 11, 12 [q]. ¶ *Aridorum*, ξηρῶν] *Paralyticorum*, Pers. *Tabidorum*, Ca. Quibus pars aliqua corporis exaruit, inutilis ad usum facta [r], motu defecta [†]; forsan, quibus nervi sunt contracti [s]. ξηρὸν dicitur quod ab influxu vitali est destitutum, ut ramus qui exaruit, Matth. 12.10 Luc. 6. 6. Vide & 1 Reg. 13. 4 [v]. Tres morbos curatu difficillimos pro omnibus hîc ponit [x].

4. *Angelus*, &c.] Non quòd videretur [y], sed quòd persuasum esset Judæis talia à Deo non nisi per Angelos agi [z]: quibus Deus aliàs utitur ministris [a]; nunc autem eis uti voluit, ut Ministeria Angelorum atque opera miraculosa, quæ jam dudum desierant, jam restituta populus observaret [b]. Ex motu autem aquæ præsentia Angeli intelligebatur [c], ut ex terræ motu, Mat. 28. 2 [d]. ¶ *Secundum tempus*; ità Mo. Κατὰ καιρὸν] *Certo* (vel, *Suo*, Il. vel, *Præstituto*, Be.) *tempore*, Er.Ti.V.Ca.Pi.G. *Certo momento*, P.Pi. *In tempore tempore*, Sy.& Ar. in Di. Κατὰ distributivè acceperunt; distributionem autem hîc notat, vel, 1. universalem; q. d. singulis temporibus, ubi (si per *tempus* intelligatur annus, sicut Apoc. 12.14.) sensus erit, singulis annis: vel, 2. particularem, (ut, *in lingua linguâ*, i.e. variis linguis;) q.d. per tempora, i.e. distributis & variis temporibus, τοῦ καιροῦ sumpto collectivè [*]. Tempore, vel, 1. incerto & indefinito, quando Deo visum esset, cúmque minimè exspectaretur: alioquin non fuisset illic tanta semper ægrotorum multitudo, nec ullus ibi fuisset pauperibus locus, divitibus locum vi occupantibus, &c [f]. Vel, 2. certo [g]: semel quotannis [h]: in festis duntaxat [i]. Κατὰ καιρὸν, pro, κατ' καιρὸν τοῦτον [k], hoc festo, de quo v. 1 [l]. Pentecostes [m]; vel Paschæ, ut veteres crediderunt. Videtur autem circa id tempus non semel tantùm, sed sæpiùs, aqua moveri solita. ¶ *Descendebat*, &c. Κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, i.e. εἰς τὴν κολυμβήθραν. Solet autem illud καταβαίνειν de Angelis dici, ut Matth. 28. 2. Apoc. 10. 1. At manuscriptus vetus ille pro κατέβαινεν habet, ἐλοῦτο· quod non improbo: solent enim Angelis aptari ea quæ hominum sunt [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ] *Et turbabat aquam*, Be. Bru. Pi. vel, æstuare cogebat, immisso fortè vento. Signum hoc tum descensus Angeli, tum virtutis Divinæ paratæ ad sanandum [o]. Ἐτάρασσε est דלח, Ezec. 32.2 [p]. ¶ *Qui prior*, &c.] Vel, *primus*, Be. Pi. &c. Quo Deus & commendare diligentiam hominum, & beneficium suum, raritate & difficultate consequendi gratius reddere, voluit [q]. ¶ *Sanus fiebat à quacunque*, &c.] Vel, ex illis scilicet morbis antè memoratis [r]; vel, [simpliciter] ab omni morbo, etiam eo cui nec ars, nec natura, possent subvenire [†]. Hujus historiæ miraculo plenæ nulla est mentio in V. T [s]. nec, quod mirum, apud Hebræos, qui tamen omnes Jerosolymæ laudes minutatim prosequuntur. Cujus silentii hæc forsan causa erat, quòd hæc medicatrix aquarum virtus Messiæ advenientis indicium & erat & habebatur [v]. Erat autem hæc virtus, vel, 1. naturalis [x], ex victimarum intestinis ibi latis κατ' καιρὸν, i.e. tempore festo, ex collat. v.1. quod nemini mirum videbitur, qui illas curationes expenderit quæ fiunt sive ægrum pelle ovis recèns excoriatæ induendo, sive eum in ventre pecudis recèns apertæ ponendo, sive vitales atque calentes bestiæ partes ei applicando. Hæ igitur aquæ plurimo sanguine tinctæ virtutem ex eo imbiberunt, præsertim crassioribus & sanguineis partibus aquarum turbatione excitatis, atque è fundo elevatis: quæ cùm statim, ut fieri solet, subsiderent, hinc forsan factum, ut is tantùm qui primus ingressus est curaretur. Quare & ἄγγελος h. l. non est Angelus Dei, sed *nuncius*, (vide Act. 12.8.) vel officialis, eo fine missus ut aquas opportuno tempore turbaret. In Bezæ autem cod. vetustiss. quartus hic versus, ubi *angeli* mentio fit, planè omittitur [y]. [Aliis hæc sententia non placet:] Multa concurrebant, nè naturalis per aquam medicatio crederetur. Primùm, stato tempore fiebat: deinde, sanabantur omnia morborum genera: postremò, commota priùs aqua, cùm alioqui ad remedia quæratur ea quæ tranquilla est [z]. Illa etiam intestinorum victimarum ablutio non alibi quàm in ipso Templo facta est, ut ex S. S. constat, & Thalmudistæ conclave ei usui deditum ostendunt [†]. Quot annis ante Christum apparuit hæc virtus, non constat: An ab exstructione *Portæ Probaticæ* per *Eliasibum* [n], ut vult Tremel. ad Neh. 3. cui repugnat cessatio miraculorum atque apparitionum Angelicarum indè ad tempora usque Christo nascenti propinqua [o]: an ab exstinctione familiæ *Asmonææ*, an à reædificatione Templi per Herodem, an à nativitate Christi. Quid si à terræ motu illo de quo Joh. Antiq. 15. 7? Forsan indè à ruina turris in *Siloamo*, de qua Luc. 13. 4. & quid si tum primùm Angelus descendit in hanc piscinam Siloami? ut Matth. 28. 2. *erat terræ motus, nam Angelus descendit*, &c. Nec minùs incertum est quousque duraverit hæc virtus, an ad excidium Urbis necne [p]. Verisimile est hanc virtutem his aquis datam paulò ante adventum Christi [q]. Cùm jam aperiendus esset insignis iste fons, Zach. cap. 13. vers. 1. fons scil. sanguinis Christi, voluit Divina providentia ut tam ineffabile beneficium nobili aliquo præcursore & prognostico non careret. Inter omnes ergò fontes & piscinas Hieros. inservientes ablutioni immundorum, celeberrimam, *Bethesdam*, vel *Siloamum*, sibi eligit, [vide dicta ad v. 2.] ut in ea præfiguratio istius rei signaretur. Fiunt ergò aquæ istæ, ut antea purificatrices, jam sanatrices etiam, ut prænunciarent fontem illum verum & vivum qui purgaret & sanaret summo gradu [r].

5. *Triginta & octo annos*] Christus jam 30 annos natus est. Morbus ergò cœpit annis circiter 8 ante Christum natum, quo tempore Templum quoque ab Herode perfectum erat. Tunc etiam virtutem hanc aquis datam lubenter crederem, ut & Templi completio & miraculorum, veluti diu sepultorum, resuscitatio Christum jam advenientem prænunciaret [†]. Augetur admiratio ex pertinacia morbi: Luc.8.43 [s]. ¶ *Habens*, &c. Ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ] *Agens in morbo*, Be. Pi. quem ἀσθένειαν vocat ab effectu, quo nimirum ità erat iste debilitatus ut consistere non posset [v]. *Detentus morbo*, V. sic Er. κακῶς ἔχων, ut vulgò dicitur & Matth. 14. 35 [x].

6. *Jacentem*; ità Be. P. G. &c. Κατακείμενον] *Decumbentem*, Bru. quòd se movere nequiret [y]. ¶ *Et cognovisset quia*, &c. Ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει] *Quòd tempore multo fuisset ei*, Sy. in Di. Quid fuisset? Tempus intelligit, vel, 1. morbi, quo diu detentus fuerit [z]: supple τῷ ἀσθενήματι [a]. [Sic ergò verba reddunt;] *Eum multo tempore affici*, Ti. *Jamdiu decubuisse*, Ca. *Quòd multum jam tempus*, sive *temporis*, *haberet*, Mo. vel, *egisset*, sub. *in morbo*, Il. P. Æth. sic Be. Pi. sim. Er. Tre. Vel, 2. ætatis in qua provectus esset. Ità Arabs, *Quòd annos multos haberet*. i.e. quòd jam satis magnæ ætatis esset, (quæ etiam indubiè Syri & Vulgati mens fuerit,) quippe annos jam 38 morbo detentus, & mediocris forsan ætatis quum eo corriperetur. Ità duo hîc miraculum illustre reddedant, 1. quòd diuturno laborâsset morbo: 2. quòd grandævus jam esset. Verissima hæc videtur interpretatio [b]. ¶ *Vis sanus fieri?*] Rogat non quòd de ea re dubitaret, cùm eo fine illic jaceret [c]; sed ut in eo excitaret, 1. sensum debilitatis inopiæque suæ, & desiderium sanitatis: 2. spem ac fidem [d]; quò paratior fieret ad suscipiendam gratiam: deinde, ut eum attentum redderet ad miraculum miraculique auctorem [*]. Vel, Sabbatum respicit, q.d. Vísne sanari Sabbato? Hîc enim superstitiosissimi erant. Vide Marc. 3.2. Luc. 13. 14. & 4. 13 [f].

7. *Hominem non habeo*] Hebraismus est pro, *Neminem habeo*. Ad morbum accedebat inopia, ut nec comitem sibi comparare posset. Sacerdotes & Pharisæi non tangebantur ejus miseriâ. Tacitè plus respondet quàm si expressè respondisset; q.d. Imò hoc unicum ago ut saner, sed neminem invenio qui mei misereatur. Verecundè Jesu opem implorat [g]. ¶ *Dum*, &c. Ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι, &c.] *In quo autem* (sub. *tempore*: vel *Simul ac*, G. vel, *Sed priusquam*, Sy.) *venio*, &c. Mo. *Sed interim dum ego venio*, Er. Il. Be. Pi. P. Ti. &c. vel, *eo*, Ca.

8. *Surge*] Ostendit hîc Jesus quicquid ab Angelo (aut aquâ piscinæ [h]) exspectatur, à se præstari posse. Non exigit hîc, ut aliàs, fidem Christus, quia hic nihil operum ipsius viderat, nihil audiverat. Non vult metere ubi non sevit. Vide infra 12 [i]. Non tam homini hîc imperat, (qui præ morbo erigere se non poterat) quàm naturæ; & dicendo, *Surge*, vires addidit, &c [k]. ¶ *Tolle* (in humeros [l]) *grabatum tuum*, (i. e. lectum [m],) *& ambula*] Id est, transfer domum, ex collat. Marc. 2. 9, 11 [n]. *Tolle*, &c. Sic Matth. 9. 6. Mos erat Christi ut peracto

Marginal notes (left column): [q] G. [r] Me. ex Bru. [†] G. [s] Li.harm. 3.237. [v] G. [x] Li. ib. [y] G. sim. Be. Li. ib. 253. [z] G. [a] Bru. [b] Li. ib. [c] G. sim. Li. ib. [d] G. [*] Di. [f] Bru. [g] Be. [h] Tertul. in Be. [i] Li. ho. sim. Ham. [k] Heins. [l] Ham. [m] Heins. ex Cyr. [n] G. [o] Bru. [p] G. [q] Bru. [r] Ham. [†] Bru. [s] Bru. [v] Li.harm. 3.252. [x] Ham. ex Th. [y] Ham. [z] G. [†] Li. ib.

Marginal notes (right column): [n] Li. ho. [o] Li.harm. 253. [p] Li. ho. [q] Li.harm. 251. & 254. [r] Li. ho. [†] Li.harm. 254. [s] G. [v] Be. [x] G. [y] G. sim. Bru. [z] Di. [a] G. [b] Di. [c] Bru. Li. ho. [d] Li.harm. 254. sic Bru. [*] Bru. [f] Li. ho. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Bru. [l] Bru. [m] Bru. sim. Er. [n] Li.harm. 256.

miraculo aliquid testimonii causâ imperaret. Idem hîc fecit. Hoc autem testimonio Divinæ potentiæ Sabbatum sanctificabatur, non profanabatur. Quantò enim hoc illustrius quàm puerum circumcidere, aut victimas jugulare; quod Sabbato licebat? Alioqui ἀχθοφορεῖν, (*onera portare*,) est inter prohibita Sabbato, ut Philo notat De Coloniis. Vide & Jer. 17. 21. & Origenem Περὶ ἀρχῶν l. 4. c. 2. ubi miros recitat Judæorum ἀκριβασμοὺς super hoc negotio [o]. Contra Canones Judæorum erat res vel minutissimi ponderis (extra casum necessitatis) portare Sabbato à loco in locum, præsertim è loco privato in publicum, aut contrà, ut h. l. è porticu in plateas. Et qui præsumptuosè hoc fecit, puniebatur apud Judæos & lapidabatur [p], vel saltem flagellabatur. Qu. Cur ergò Christus hoc jussit? Resp. 1. Ut hominis fidem & obedientiam plenè experiretur, an periculo se exponere voluit. 2. Ut Divinitatem suam assereret & potestatem Divinam, quam per totum hoc caput astruit, quâ olim præceperat Abrahamo ut filium mactaret, & Israelitis ut circumirent Jericho die Sabbati [q]. 3. Ut significaret, Sabbatum Judaicum brevi cardinibus suis dimovendum, &c [r].

9. *Erat autem sabbatum*] Et quidem δευτεροπρώτῳ, Luc. 6. 1. aut illi proximum †.

10. *Judæi*] Ex primoribus: ut & infrà 15. ¶ *Non licet*, &c.] More suo cavillantes circa ritus [t].

11. *Qui me sanum fecit*, &c.] q. d. Mandatum, æquè ac sanitatem, tanquam à Deo accepi: ut Divinâ virtute me sanavit, ità Divinâ (credo) auctoritate jussit, &c [v]. Ostendit se nec Sabbati legem ignorare, nec receptam apud ipsos obtrectatores sententiam. Ad imperium Prophetæ posse violari Sabbatum exemplo eorum qui, ad Josuæ imperium, Sabbato Hierichuntem oppugnaverunt. Tacitè autem ostendit, se Jesum pro Propheta habere, cùm is vi Divinâ sanitatem ipsi reddiderit [x].

12. *Quis est ille homo*, &c?] Opponunt hîc *hominem* Deo [y]. En malitiæ ingenium! Non dicunt, *Quis te sanavit* [z]? quod laude & inquisitione dignissimum erat: sed, quod culpæ speciem habere videbatur [a], *Quis jussit*, &c? Quærunt non quod mirentur, sed quod calumnientur [b].

13. *Declinavit*, &c. ità Mo. Ἐξένευσεν, &c.] Vox alibi non occurrit in N. T [c]. Deducunt, vel, 1. à ξενεύειν, *velut peregrinum & ignotum fieri* [d]: ut sensus sit, *Declinaverat à turba*, &c. i. e. fecerat ut non magis à turba cognosceretur quàm alienus aliquis & peregrinus*. Vel, 2. ab ἐκνεύειν [f]. Nam νεύειν propriè est, *nuere*; rariùs, *natare*: unde ἐκνεῦσαι, quasi ἔξω νεῦσαι, *foràs nutare*; &, rariùs, *enatare* [g]. Ἐκνεύειν Euripidi est, *è malo se explicare*: item, *de sententia abire* [h]. Euripid. in Phœnissis, Ἀνὴρ δ' οὐκ ἔτ' αὐτὸς ἐκνεύει πάλιν, *non declinat*, i. e. non mutat, *dictum*. Et ibidem, κασιγνήτω σέθεν Εἰς θάνατον ἐκνεύοντα, *fratres tuos declinando tendentes ad mortem* [i]. Et in Hippol. coron. v. 469. *In calamitatem verò delapsa, quantam tu dixisti*, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκεῖς; *quomodo te hic elapsurum putas?* & ibid. v. 822.—*intueor pelagus malorum tantum*, ὥστε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν, *ut nunquam elabi indè possim* [k]. Ἐκνεύειν apud Thucyd. l. 2. sign. *enatare* [l]. Apud LXX ponitur pro סור, *recedere*, *secedere*, *declinare* [m], vel, *subducere se* [n]: vide Jud. 4. 18. & 18. 26. 2 Sam. 2. 24. & 23. 16 [o]. Vel, 3. ab ἐκνεῖν, *enatare*, h. e. elabi. Conferta, & in varias partes velut exundans, multitudo commoto mari confertur, unde qui se recipit meritò dicatur quasi enatare [p]. [Locum autem sic reddunt;] *Declinavit* (vel, *Emerserat*, Be. *Evaserat*, Il. Pi. P. *Subduxit*, vel *Subduxerat*, *se*, Er. Ti. Ca. G. *Occultaverat se*, Tre. ex Sy. sim. Pers. Ar. *Secessit*, Æth.) *turbâ existente in illo loco*, Mo. Glas. vel, *è turba quæ erat*, &c. P. Be. Quæ expositio postulat articulum τῶ ante particip. ὄντος [q]: vel, *cùm turba esset in loco*, Er. Ca. quòd scilicet inter plurimos facile est unum latere, quem deinde non agnoscas [r]: quare nihil mirum est quòd se subduxerit †. Aliud certè est, ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος, &, ἐξένευσεν τῶ ὄχλου, vel, ἐκ τῶ ὄχλου [•] ut legitur Joh. 10. 39 [t]. [quod tamen nec eo loco, nec alibi, reperio.] Vel, *in turba multa*, Tre. ex Sy. vel, *eò quòd turba esset in illo loco*, Pi. sic Ti. Æth. Ratio redditur cur abiret, *quia magnus ibi erat hominum conventus*, quorum plausum à se non captari Jesus ostendebat [v].

[o] G. [p] Li. ho. [q] Li. harm. [r] Li. ho. † Li. ho. [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] G. sim. Bru. [a] Bru. [b] G. sim. Bru. [c] Be. [d] Er. * V. [f] Camer. Be. Cas. Pi. G. Pso. Li. &c. [g] Pi. [h] G. [i] Camer. [k] Pso. 86. 104. [l] Camer. [m] Di. [n] G. [o] G. Di. [p] Glas. gram. 3. 3. 46. 370. ex Be. [q] Pi. [r] Er. † Di. [t] Cas. ex Er. [v] G.

14. *In templo*] Gratias Deo reddentem in loco sacro [x], ut mos erat, Luc. 18. 10. Act. 3. 1 [y]. Non in foro eum invenit, otio aut voluptati indulgentem, &c [z]. ¶ *Jam noli*, &c. Μηκέτι ἁμάρτανε] *Nè ampliùs* (vel, *posthac*, Er. Il. Ti.) *pecca*, Mo. Be. Pi. &c. sic Tre. Ca. Cave tale aliquid committas quale ante hos 38 annos. Divinitatem suam Jesus ostendit, cùm ea videret quæ ante ætatem suam clàm acciderant [a]. Lex autem inter cætera morbos minabatur transgressoribus. ¶ *Nè deterius*, &c.] Veniam consecuti, qualis hic, non modò tuti non sunt adversùs novos lapsus, sed & in statum pejorem recidere possunt, & ob acceptum contemptúmque beneficium graviùs puniuntur, Matth. 12. 45. 2 Pet. 2. 20 [b].

15. *Nuntiavit Judæis*, &c.] Id est, primoribus, Judæorum [c], sive Synedrio, ut vox illa sumitur Joh. 1. 19. & 7. 1. & 9. 22. & 18. 12, 14 [d]. Quo consilio hoc indicavit, incertum est*: hoc fecit, non ut accusaret Jesum, (quod Diabolum, non hominem, sapuisset [f],) sed ut eum deprædicaret, &c [g]. & grato animo celebraret beneficii auctorem, cujus nomen ex adstantibus in Templo didicerat [h]. Quare non dicit, Jesum dixisse, *Tolle grabatum*, &c. quod illi invidiam conflare poterat, quod tamen illi interrogaverant; sed, quòd Jesus esset qui fecit eum sanum [i].

16. *Propterea*] Id est, propter hanc causam: vel, eo prætextu, sed revera ex malignitate. ¶ *Persequebantur*] Verbis, factis, &c [k]. Ἐδίωκον] Vide Mat. 5. 10 [l]. ¶ Ἐζήτουν, &c.] *Studebant eum trucidare*, Pi. sic Be. Processu nempe judiciali [m]: calumniam capitalem ei struebant, in tantum paulatim accenso odio. Hoc ideo hîc in quibusdam Libris omissum, quia repetitum ex sequentibus credebatur. Sed habent Syrus & Arabs, ¶ *In sabbato*] Vide Matth. 12. 2 [n]. Non licebat medicinam facere Sabbato, nisi in periculo mortis [o].

17. *Respondit*] Ad verba factum suum accusantium, quæ subticentur, sed intelligi facilè possunt [p]: ad temeraria ipsorum judicia, sive inter ipsos versata, sive etiam sibi objecta [q]. ¶ *Pater*, &c. Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι, &c.] *Pater* (vel, Sicut *pater*, Bru. Glas.) *meus usque adhuc* (vel, *usque in hunc diem*, ut ἕως ἄρτι significat Matth. c. 11. v. 12. 1 Joh. 2. 9 [r]. hactenus ab exordio mundi †,) *operatur*, Be. Pi. &c. perpetuò & incessanter, omnibus diebus [t], etiam Sabbato [v], creata conservans, gubernans [x], propagans, miracula faciens, animas creans, illuminans, &c [y]. idque continenter: nam tempus præsens actum continuum notat [z]. Non cessat vi suâ homines aliáque animantia, ipsis etiam Sabbatis, in vitam educere. Nam Sabbato olim quievit à creatione universitatis & generum. Sophocles, Τελεῖ, &c. (*Quotidie aliquid perficit Deus.*) Philo, &c. Παύεται, &c. (*Nunquam cessat Deus agere: sed ut igni proprium est urere*, &c. *ità & Dei agere*, &c.) Maximus Tyrius, Οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς, &c. (*Neque enim Deus otium agit*,———*sed perpetuò operatur*, &c [a].) ¶ *Et*, &c. Κἀγὼ, &c.] *Et* (vel, *Etiam*, Pi. ex Sy. Καὶ h. l. æqualitatem significat, ut liquet ex ex versu seq [b]. Sic *&*, Bru. G. Heb. ו solet comparativè poni [c]:) *ego* (scil. cum eo [d], ipsius exemplo*, & pari authoritate [f], &c. i. e. edo Divinæ potentiæ opera [g]: unà cum Patre continuè operor, etiam Sabbatis, mundum portans & regens, miracula faciens, & cum eo hoc ipsum sanitatis opus efficiens. Cùm ergò hujusmodi opera Divina sint, & Divino jussu & virtute Divinâ facta, non magis Legi subjacent, quàm opera Dei: nec enim Deus sibi, sed hominibus, legem de Sabbato præscripsit [h]. Astruit hîc Christus se & Messiam esse & Deum, eandémque esse ipsius cum Patre potestatem, &c [i].

18. *Solvebat*, &c.] Sic Er. P. Be. Pi. Sy. &c. Ἔλυε] *Rumpebat*, Ca. non revera [k], sed ipsorum judicio [l]. De locutione vide Mat. 5. 19. ¶ *Patrem suum*, Ἴδιον] Emphaticè, ut Rom. 8. 32. non communiter cum Judæis, qui de Deo dicebant, *Pater noster* [m], ut Joh. 8. 42 [n]. sed supra cæteros [o], proprium sibi ac peculiarem, non tantùm gratiâ seu adoptione, sed generatione, seu naturâ [p]. Perinde hoc est quasi eum accusarent quòd *Christum* se diceret, cujus cognomen habebatur *Filius Dei*. Notavimus ad Mat. 26. 63. Adde Joh. 19. 7 [q]. ¶ *Æqualem* (vel, *Parem*, Be. Pi.) *se faciens Deo*] Id est, falsò hoc fingens [r]. Verùm id non superbè & inaniter dixit,

[x] G. sim. Bru. [y] G. [z] Bru. ex Chrys. [a] G. sim. Bru. [b] G. [c] G. ad v. 10. Bru. [d] Li. harm. 239. * Cam. [f] Li. ib. 256. [g] Bru. sic Li. [h] G. [i] Bru. sim. Li. [k] Bru. [l] G. [m] Li. 258. [n] G. [o] D. [p] G. [q] Bru. [r] G. † Bru. sim. Pi. [t] Bru. [v] Bru. Li. ho. [x] Bru. Pi. [y] Bru. [z] Pi. [a] G. [b] Pi. [c] G. [d] V. sim. Glas. Bru. * G. [f] Li. ho. [g] G. sim. [h] Bru. [i] Li. ho. [k] Bru. [l] G. sim. Bru. [m] G. [n] Bru. [o] G. [p] Bru. [q] G. [r] Pi.

dixit, sed operibus declarabat †. Sibi licere prædicans quicquid Deo licet, neque magis Sabbato se adstringi. Crassa calumnia: nam Divinæ potentiæ opera haud dubiè Sabbato eximebantur [t].

19. *Non potest filius* (vel, 1. quatenus Deus est [v]: vel potiùs, 2. quatenus est Messias, ϑεάνϑρωπος, ex collat. v. 27 [x].) *à se*,&c. ità Er.Il. sic Æth.Ti.Ca.P.Mo.Be.Pi. Ἀφ᾽ ἑαυτοῦ] *Per seipsum*, seu solus, videlicet absque communione Patris; ut declarat verbis sequentibus [y]: vel, quod non unà cum natura à Patre accepit [z]. *Ex voluntate animæ suæ*, Tre. ex Sy. sim. Pers. *Suopte arbitratu*, vel, *Injussu*, G. Sic infrà sumitur 7. 17. Sed propriè puto ἀφ᾽ ἑαυτοῦ hîc opponi ei quod ab alio didicimus, infrà 18. 34. Ἀφ᾽ ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι σοι εἶπον,&c? ubi Syrus, *Ex animo tuo*. Compara Matth. 16. 17 [a]. Nihil (circa res creatas [b]) agit pro suo solius placito & arbitrio, sed omnia communicato cum Patre consilio [c]. Non potest aliquid facere ex sua voluntate & arbitrio, sed tantùm secundùm voluntatem & præscriptum Patris mittentis [d]. Non vult, nec potest, Filius facere,&c [*]. Alienissimum hoc est ab illo; nunquam id ipsi in mentem veniet [f]. *Non potest facere*, pro, *non facit*, est simplex Hebraismus, ut Genes. 19. 22. *Nihil facere potero*, &c: Marc. 6. 5. *Non potuit facere*, i. e. non fecit: Luc. 16. 2, *Non poteris* οἰκονομεῖν, i. e. οὐκ οἰκονομήσεις. Joh. 12. 39. *Non poterant credere*, idem quod v. 37. *non crediderunt* [g]. *Non posse* interdum ponitur pro *nolle*: sed h. l. propriè ponitur [h]. Nec tamen imbecillitatem hoc arguit in Christo [i]; sed obedientiam & perfectionem [k], quòd peccare non potuit, nec actiones ejus poterant à voluntate Divina discrepare. De se autem loquitur, non quà Deus est, & omnipotens, sed quà Messias est [l]: quomodo *servus* est, Esa. 42. 1. Phil. 2. 7. & missus à Patre, cujus arbitrio operandum ei erat [m]. Sic enim credibile est Christum loqui voluisse, ut Judæi ipsum intelligerent. Judæis autem non perinde nota erat distinctio personarum Divinarum ac distinctio Patris, sive Domini, qui hactenus mundum administraverat, & Messiæ, qui suo tempore futurus erat Rex & gubernator [n]. ¶ *Nisi*,&c. Ἐὰν μή τι βλέπῃ, &c.] *Sed quod videt Patrem operantem*, Di. ex Sy. Comparatio est sumpta à discipulo qui Magistrum sibi præeuntem diligenter intuetur, ut imitari possit. Sic βλέπειν sumitur Heb. 2. 9 [o]. Ἐὰν μὴ hîc est pro ἀλλὰ, ut Gal. 2. 16 [p]. Matth. 12. 4. Joh. 15. 4 [q]. sicut & εἰ μὴ, Matth 24. 36. Joan. 17. 12. Est enim ἐὰν μὴ, & εἰ μὴ, idem quod Syris, אלא; unde per crasin אלא, ἀλλὰ, *sed* [r]. Et abundat τι post μὴ, ut 2 Cor. 1. 17. & 13. 5. Et interrogativè, Matth. 7. 16. & 12. 23. & 26. 22, 25. Marc. 4. 21. & 14. 19. Luc. 6. 39 [*]. Al. *Nisi* (vel, *Si non*, Mo.) *quod*, &c. Æth. Ti. Ca. &c. Hoc solum potest quod videt Patrem facientem. De re Divina loquitur humano more, tanquam Deus Filius imitetur Deum Patrem: quod commodè intelligendum est. Significat, Filium intimè perspecta habere omnia opera Patris, & à Patre accipere ut naturam, ità & potentiam modúmque operandi, adeóque operationem ipsam, & Filium scienter & liberè non tantùm simile, verùm idem numero, opus quod Pater producere. Hinc infert, non posse Filium violati Sabbati accusari, nisi accusetur & Pater †. Al. Dicit, Filium nihil agere, nempe in administratione Evangelica, nisi prout viderit Patrem in administrando V. F. fecisse: quod tamen non de singulis Patris actionibus intelligendum, sed in genere de potestate quâ Messias omnia disposuit in Evangelio, ut Pater antea fecerat [t]. Al, Id est, *nisi viderit*, &c. P. Be. Pi. i.e. nisi intellexerit Patri placere ut operetur: ut sit similitudo sumpta à filio Regis, cui pater commisit totam Regni gubernationem: sed ità ut Filius nihil agat nisi communicato cum Patre consilio. Vel sic, nisi eâ sapientiâ ac potentiâ quam à Patre accepit & quasi didicit: ut sit similitudo sumpta à filio artificis, qui totam suam artem à patre didicit, nec quicquam aliter facit quàm à patre edoctus est [v]. Porrò verbo *videndi* h. l. respondet verbum *ostendendi*, v. seq. Interpretatur hîc Dominus id quod dixit, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ [x]. Est autem hoc genus appositionis ἐλλειπτικὸν in S. S. usitatum. Hoc ergò dicit, *Non potest Filius operari à semetipso*, supple, *id est*; & repete ἀπὸ κοινοῦ, *non potest operari, nisi viderit Patrem operantem* [y]. Ποιεῖν h. l. absolutè poni videtur pro ἐργάζεσθαι, & οὐδὲν ποιεῖν nihil aliud declarat quàm οὐκ ἐργάζεσθαι [z].

† Bru. — [t] G. — [v] Bru. — [x] Li. harm. 3. 261. — [y] Pi. — [z] Bru. — [a] G. — [b] Bru. — [c] Pi. — [d] Li. ho. — [*] Bru. — [f] G. — [g] Heins. — [h] Be. — [i] Be. sim. Li. ho. — [k] Li. ho. — [l] Li. harm. 262. — [m] Li. ho. — [n] Li harm. 262. — [o] G. — [p] G. sic Di. Bru. — [q] G. — [r] Di. — [*] G. — † Bru. — [t] Li. harm. 263. — [v] Pi. — [x] Pi. sim. Be. — [y] Pi.

¶ *Quæcunque*, &c.] Ad mundi aut hominum gubernationem spectantia [a]. ¶ *Hæc & Filius similiter facit*] i. e. Eodem modo, nempe virtute nativâ, non, ut Apostoli, alienâ [b]. Ὁμοίως, &c.] *Pariter*, i. e. æquè, seu non minùs [c], atque adeò unâ eâdémque, ut essentiâ, sic & virtute & operatione, quod ad Deitatem attinet [d]. *Hæc—facit* hæc imitatur. Sic Luc. 6. 31. & 10. 37 [*].

20. *Diligit Filium, & omnia demonstrat*, &c.] Id est, communicat; q. d. In partem omnium quæ agit accersit illum [f]. Voces verbales pro realibus ponuntur, ut, *vocare*, pro *esse*, Matt. 5. 9. &c. & ostensio pro affectione, ut Psal. 60. 5. *ostendisti* (i.e. reipsa exhibuisti) *populo tuo dura*: vide & 1 Sam. 14. 12. Psal. 16. ult. & 45. 5. Ità & h. l. *demonstrat*, &c. i.e. omnia per Filium, & unà cum Filio, operatur [g]: scientiam & potentiam suam, unà cum essentia, transfundit in Filium, ità ut hic Patri facienti cooperetur. Non nuda demonstratio hîc intelligitur, sed potentiæ operationísque communicatio [h]. Comparatio à Magistro qui discipulum unum præ cæteris intimum habeat, cui omnia artis suæ arcana aperiat [i]. Sic ירה Hebræum interdum per διδάσκειν, interdum per δεικνύειν, vertunt Græci. Et quod hîc est δεικνύει idem dicitur διδάσκειν, Joh. 8. 28 [k]. ¶ *Et majora his*, &c.] Quæ hactenus fecit; qualis sanatio paralytici, &c [l]. Majus certè fuit mortuos resuscitare, umbrâ sanare, Act. 5. 15 [m]. Sabbatum mutare [n]. Al. Comparat opera Patris in V. T. & Filii in N. T [o]. Pater sanavit à Serpente morsos, sanavit Ezechiam & alios: atque ità Filio monstravit quid & ipsi ad Patris exemplum faciendum esset. Restat ut Filius etiam majora imitetur, ac sic sibi monstrata reipsâ doceat. Itaque δείξει hîc ad τὸ φιλεῖ referendum est. Tale est illud, *Novi*, Gen. 22. 12 [p]. ¶ *Ut vos miremini*] Ἵνα pro ὥστε [q], ut Apoc. 13. 13 [r]. Non enim tam finis notatur †, quàm eventus [t]; q. d. usque adeò ut sitis me hæc agentem admiraturi, quem nunc ad necem quæritis [v]: ità ut fieri non possit quin obstupeatis. Ἵνα est ἐκβατικόν [x].

21. *Sicut*, &c.] Jam declarat quænam sint illa majora opera [y]. ¶ *Pater suscitat*, &c.] Ἐγείρει sumendum est sine temporis definitione, i. e. *cùm vult*, ut olim ad preces Elisæi. Inter eximia quæ de Deo dicuntur hoc est, *Vitam reddere*, Deut. 32. 39. 1 Sam. 2. 6. Tob. 13. 2. Sap. 16. 13 [z]. Non agit hîc Christus de universali resurrectione [a], quippe quam Filio palàm adscribit; sed de iis quæ Deus in V. T. per Prophetas, v. g. Eliam & Elisæum, fecit; ut ostendat, eandem potestatem in N. T. datam esse Filio quam Pater in V. T. exeruit [b]. ¶ *Et vivificat*] Vel, *vitam dat*, V. vel, *vitæ restituit*, Bru. החיה est ἐπεγήγερσις quod dixit ἐγείρει [c]. ¶ *Quos vult*] Pari potestate & libertate, pro suo arbitrio agens [d]. Sic Spiritus agit, *sicut vult*, 1 Cor. 12. 11. Eadem ergò αὐτοκρατορικὴ potentia, quæ est ipsamet Deitas, est omnibus personis communis [*]. ¶ *Vivificat*] i.e. Vivificabit [f], ut sequentia declarant [g]; etiam in carne existens revocabit mortuos in vitam, quosdam temporariam, omnes æternam [h]. Sensus est, Videbitis suscitari Lazarum & alios quosdam in signum resuscitationis generalis. Johannes semper in eo est ut & Christi excellentiam doceat, & Patrem ejus non alium esse quàm mundi Conditorem: contra errores sui temporis [i].

22. *Neque enim Pater judicat quenquam*] Nempe solus absque Filio, sed cum Filio, & per Filium [k]. Οὐδὲ γὰρ, &c.] Bene ponitur γὰρ, quia ejusdem est potestatis Absolvere & Damnare: & rectè hoc additum, ut quos spes non movet, malis coerceantur [l]. Dixit se vivificare quos voluit, quod de vita animæ maximè intelligitur: hoc, inquit, dixi, quia Pater dedit mihi omne judicium, non solùm extremum, sed etiam quod in hac vita peragitur, ut quos voluerim rejiciam, & relinquam in infidelitate, sive in peccato, eos non illuminando [m]. *Judicare mundum*, Dei est, Gen. 18. 25. Psal. 82. 1. Olim *judicavit* mundum temporibus Noæ, *judicavit* Sodoma, *judicavit* sæpe & populum suum: sed nunc *judiciariam potestatem Filio dabit*, Act. 17. 31. 1 Pet. 4. 5. nempe ubi ipsum *Regem* constituet, Apoc. 1. 5. nam Regum est *judicare*, Psal. 72. 1. & alibi passim. Futurum autem Præsenti tempore effertur ob certitudinem & proximitatem. Et illud κρίνει rectè fortè accipias de his quibus Evangelium prædicatum est. Vide quæ ad Matt. 25 [n]. *Judicandi* verbo

[z] Be. — [a] Bru. — [b] Pi. — [c] Pi. ex Be. — [d] Be. — [*] G. — [f] P. — [g] Glas. gram. 3. 3. 16. 277. — [h] Bru. — [i] G. sim. Bru. — [k] G. — [l] Bru. sim. Be. — [m] Be. — [n] Li harm. 265. — [o] Q. in Li. ib. — [p] G. — [q] Be. Pi. — [r] Be. — † Pi. ex Be. — [t] Pi. — [v] Be. — [x] G. — [y] Pi. Bru. — [z] G. — [a] Be. Li. — [b] Li harm. 266. — [c] G. — [d] Bru. — [*] Be. — [f] G. Bru. — [g] G. — [h] Bru. — [i] G. — [k] Glas. gram. 3. 5. 22. 491. — [l] sim. Me. Be. Pi. — [m] G. — [m] Me. — [n] G.

verbo hîc & v. 27, 30. significatur plenum imperium ac summa mundi administrandi potestas[o]. *Neminem judicat*, i.e. judicabit in œcumenico illo ultimóque Judicio[p], ritu externo formâque judiciali, sumptâque personâ Judicis[q]. ¶ *Sed omne* (i.e. omnium[r],) *judicium* (hujusmodi externum & adspectabile †) *dedit* (i.e. decrevit dare[t], commisit, credidit[v],) *Filio*] Hic constitutus à Deo Judex vivorum & mortuorum, in novissimo Judicio apparebit homo quidem, sed simul Filius Dei, Patri æqualis[x]. Al. Sensus est, Videbitis judicium Filii in hanc Urbem, quod signum erit Judicii universalis[y].

23. *Filium, sicut——Patrem*] i.e. Æquali honore[z]. Ut scilicet homines cognitâ hâc Filii potestate eum colant ac revereantur, Psal. 2. 11, 12. Phil. 2. 10. Usus Sabbati est, Deum honorare: Sic & usus Sabbati est, honorare Filium[a]. Sub V.T. Pater præcipuè colebatur, tanquam fons totius istius œconomiæ Divinæ. Sub N. T. Filius exaltatus est tanquam Dominus cui omnia genua flecterent, &c[b]. ¶ *Qui misit illum*] Causa hæc cur idem honor utrique tribuendus, quia Pater eum hoc fine misit, ut honoraretur, &c[c]. Qui Legatum, præsertim cum plenissima potestate missum, injuriâ afficit, is injuriâ afficere eum censetur cujus personam Legatus sustinet. Vide Joh. c. 4. v. 34. & 6. 38. & 7. 16. &c. Tacitè ostendit Christus quàm intimus sit Patri. Nam Deus honorem suum extraneo non concedit[d]. Sic ergò Christus factus est homo ut non desineret esse Deus*.

24. *Dico vobis*] Prosequitur hîc dictum de vivificatione & Judicio generali[f]. Dixit v. 21. se *vivificare quos vult*. De vivificatione ergò h. l. agit, tum spirituali, hoc versu; tum corporali, v. seq[g]. Ostendit quosnam sit vivificaturus, credentes scilicet in se[h]. ¶ *Qui verbum meum* (i.e. meum dogma[i], prædicatum Evangelium[k],) *audit, & credit* (i.e. sic audit ut credat[l]: nam copula hanc vim habet[m].) *ei qui misit me*] i.e. Deo Patri[n]. Potuerat adjicere, *mihi*, sed invidiæ amoliendæ causâ Patrem nominat cujus erat Legatus[o]: quo etiam mysterium Trinitatis atque incarnationis innuebat[p]. Eòdem autem recidit utrum dicas; infrà 12. 44. Sicut autem alibi, *confidere*, ità hîc, *credere*, sive *fidem dicenti adhibere*, intelligendum est *cum obedienti proposito*; ut patet infrà, v. 29[q]. Sensus, Qui credit mihi, credit & Patri, qui me misit & à se missum testatus est[r]. His verbis, *ei qui misit me*, fidem dirigit ad Deum Patrem, tanquam & fontem omnis gratiæ, sive beneficii salutaris, & ultimatum fidei objectum †. ¶ *Habet vitam*, &c.] i.e. Certò habiturus est[t]. Vide Joh. 3. 36[v]. Æqualitatem suam cum Patre astruit alio argumento. Ut Pater dedit Legem, sive Verbum, V. T. cui obedire vita erat, Deut. 30. 15, 20. ità Filius dat Evangelium, Verbum N. T. quod qui audit vitam habet[x]. ¶ *In judicium* (i.e. condemnationem: opponitur enim *vitæ æternæ*[y].) *non venit*] *Non subjacet damnationi*: sicut *ingredi in tentationem* est, *efficere ut tentationi succumbatur*[z]. Dicunt Judæi, *Quatuor sunt qui non veniunt in judicium*; *Extremè pauper*: *Qui malam uxorem habet*: *Qui in ære alieno est ità ut indè exire nequeat*: *Qui coli* (vel, *colicis*) *doloribus obnoxius est*[a]. ¶ *Transiit* (Præteritum pro Futuro, ut significet hoc certò futurum[b]:) *à morte* (scil. temporaria[c],) *in vitam*] Æternam scilicet[d]: quam *vitam* simpliciter dixit, quia reproborum vita *mors* potiùs est, &c*. Idem dicitur 1 Joh. 3. 14. ubi Dilectioni tribuitur quod hîc Fidei, sed nempe efficaci per Dilectionem. Antè erat servus mortis; nunc fide fit hæres vitæ, & quasi in aliam civitatem transcribitur. Vide Eph. 2. 5[f]. Phrasis hæc respicit, vel, 1. ad sententiam mortis in Adamum latam, Gen. 2: vel, 2. ad maledictionem Legis hominibus incumbentem[g]. Est autem in voce, *transiit*, allusio ad typum hujus rei, id est, Pascha[h].

25. *Venit hora, & nunc est*] i.e. In foribus est[i]. Futurum proximè imminens significatur, ut suprà, 4. 25[k]. ¶ *Quando mortui audient* (i.e. sentient, tanquam si audirent, obedient[l]:) *vocem Filii Dei*] Puto hîc explicatiùs dici quod suprà involutè significabatur v. 21. eòque magis quia quæ sequuntur, cum similibus locis collata, eò ducunt. Et solebat Christus voce uti in excitando, Marc. c. 5. v. 41. Luc. 7. 14. Joan. 11. 43[m]. De resurrectione hîc loquitur, vel, 1. metaphorica, ut Eph. 2. 1[n]. sive spirituali[o]; quæ *prima* vocatur *resurrectio*, Apoc. 20. 5[p].

o Tr. p Bru. q Mal. Bru. r Bru. † Idem. t G. v Bru. x Idem. y G. z Mal. Bru. Li. &c. a G. b Li. harm. 268. c Bru. d G. * Bru. f Bru. g Li. Harm. 3. 268. h Me. i G. sic Bru. k Be. ad v. 25. l G. sim. Bru. m G. n Bru. o G. p Bru. q G. r Bru. † Li. harm. 269. t Bru. v G. Bru. x Li. ib. y Bru. z G. a D. b Be. Bru. c V. Bru. d V. & c. * V. f G. g Li. 270. h G. i Bru. k G. l Bru. m G. n Li. 271. o Li. sic Pi. Ammon. Aug. & Beda in Mal. p Li. ho.

ut multa suadent. 1. Quòd verba præced. *transiit*, &c. spiritualiter intelligenda sunt. 2. Quia hanc vivificationem, ut v. præced. *verbo*, ità hîc *voci*, ascribit. 3. Huic sensui optimè quadrant verba sequentia[q]. 4. Quia hæc resurrectio planè distinguitur ab illa universali, v. 28, 29. 5. Quia rem quasi digito demonstrat, cùm dicit, *Nunc est hora*[r]. Prædixerunt Prophetæ (& exspectârunt Judæi †) resurrectionem mortuorum in adventu Messiæ; sed spiritualem[t], h. e. resurrectionem Æthnicorum à morte ignorantiæ & peccati ad lucem & vitam Evangelii[v]: de qua sermo est Esa. 26. 19. Ezec. 37. collat. cum Rom. 11. 15. Hos. 6. 2. de qua & alibi in S. S. gloriosa prædicantur: ut non immeritò authoritas Christi tam illustri & nobili opere commendetur[x]. Vel, 2. corporali, (ut apparet, tum quòd de ea ut mox futura loquitur: tum quòd non dicit, *Qui audierint & crediderint*, ut v. 24. sed duntaxat, *Qui audierint*[y].) eâque, vel, 1. speciali, eorum quos Christus hîc vivens voce aut jussu ad vitam revocavit, ut Lazarum, &c[z]. ab hac autem particulari resurrectione transit ad generalem, & ex hac illam approbat[a]: quod tamen mihi durius videtur. Vel, 2. generali atque ultima: de qua agit & suprà, v. 21. & infrà, v. 28. continuatâ de eadem re sententiâ. Qu. Quî de ea dicit, *Nunc est?* Resp. Eodem sensu quo Johannes *tempus* suum *novissimum* vocat, 1 Joh. 2. 18. i. e. statum mundi ultimum, post quem nihil aliud exspectandum est, nisi Judicium[b]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται] [Verto,] *Et illi simul atque audierint vivent*; nè quis audientes à non audientibus putet distingui. Eodem modo οἱ δὲ ἀκούσαντες legas, Matth. 2. 9. Marc. 14. 11. Act. 21. 20[c]. Non vult mortuorum aliquos non audire, sed Pleonasmus Hebraicus est, q.d. audientes vivent: ità vim vocis suæ declarat[d]. Al. *Qui audient*, intellige, non solùm corporis, sed & cordis, auribus, *vivent*, i. e. gaudebunt in Deo, gustantes nimirum favorem ejus*.

26. *Habet vitam*, &c.] i.e. Jus dandæ vitæ penès se habet: nam & ipse est qui vitam homini inspiravit. Vide Joh. 1. 4[f]. Sunt hæc verba paraphrasis nominis *Jehovah* quo significatur, Deum & habere τὸ *esse* in seipso, & dare *esse* creaturæ: ut sensus loci sit, q. d. Ut Pater est *Jehovah*, idem quoque nomen Filio dedit, &c[g]. ¶ *Sic dedit & Filio* (vel, 1. quà Deo, per æternam scilicet generationem*: vel, 2. quà Mediatori[h], Θεανθρώπῳ[i].) *habere vitam* (non quidem à semetipso, ut Pater, sed[k]) *in semetipso*] i. e. Ità habere in sua potestate ut cui velit eam dare possit[l]: ut sibi sit vita per essentiam, aliis per communicationem[m], ídque independenter ab omni alio[n]. Ostendit unde sibi tanta sit virtus ut vivificare queat [quos vult,] & solâ voce à morte suscitare[o].

27. *Et potestatem* (vel, *autoritatem*, Be. Ca. Pi.) *dedit ei judicium*, &c. Καὶ κρίσιν ποιεῖν] *Judicandi quoque*, Er. Il. Ti. *Et* (vel, *Etiam*, Be. P. Ca. Bru. &c. vel, *Præterea*, Bru.) *judicium exercendi*, Be. Ca. Pi. &c. sim. Mo. Tre. ex Sy. &c. externâ scilicet & visibili formâ, in die extremo[p]: vel, omnia gubernandi cum summa vitæ & necis potestate[q]. Al. κρίσιν ποιεῖν est hîc, *condemnare ad mortem*: vide suprà 22. Ποιῆσαι κρίσιν dixit & Judas, v. 15[r]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι υἱὸς, &c.] Sy. & Chrys. & Th. hoc cum sequentibus jungunt †, [hoc modo,] *Quòd autem is sit filius hominis, nè propter hoc miremini*, Tre. ex Sy. [Reliqui ad præcedentia referunt, & absolutè construant, & sic vertunt;] *Quia filius hominis* (vel, *homine natus*, Ca. i.e. homo[t],) *est*, Er. Ti. Mo. Ar. Bru. &c. [Hanc autem rationem variè explicant:] 1. Ὅτι refertur ad ἔδωκεν, ut causa afferatur cur, quum Deus judicandi potestatem per se habeat, datam sibi eam esse dicat, Quia nempe idem & homo est, adeóq; creatura, quæ à se nihil habet, sed aliunde accipere debet[v]. 2. Malim ὅτι referre ad καὶ κρίσιν ποιεῖν. Dixerat v. præced, *datum sibi esse habere vitam in semetipso*. Id ipsi competit quia æternus Filius Dei est. Jam addit, judicandi potestatem sibi esse datam. Quare? Quia qui Filius Dei est, idem quoque Filius hominis est[x], adeóque aptus judicio ferendo, & idoneus qui omnes homines ad se cogat, & se visibilem Judicem ipsis exhibeat, eos alloquatur, &c[y]: ut Deus homines in sua natura judicaret, juxta Act. c. 17. v. 31[z]. 3. Sensus, q.d. Quia se adeò humiliavit ut homo fieret, Deus eum exaltavit, &c. juxta Phil. 2. 8, 9[a]. 4. Quia hic ille est Filius hominis, vel, 1. ille mulieri promissus qui

homines

q Li. harm. 272. r Li. ho. † Idem. t Li. harm. v Li. ho. x Li. harm. y Be. z Plerique in Li. Cyr. & Chrys. & Th. &c. in Mal. a Chrys. & Th. &c. in Mal. b Mal. c G. d Bru. * Pi. f G. g Li. harm. 273. * Aug. & plerique in Mal. sic Pi. h J. Cap. Li. i Li. k Bru. l G. m Bru. sim. Me. T. n Cyr. & Chrys. & Aug. in T. o Me. ex Bru. p Bru. q Be. r G. † Be. t Er. Ca. Bru. Li. &c. v Aug. & Cyr. & plerique in Di. x Di. y Di. sim. Bru. z Di. Li. harm. a Bru. Li. ib. 274.

homines redimeret, Satanam perderet, &c. Gen. 3. 15[b]: vel, 2. ille de quo Daniel, c. 7. v. 13, 14. prædixit *fore ut ei detur dominatus in omnes*, &c[c]. de quo sic RS. & R. Saadias in locum, *Hic est Rex Messias*[d]. Quòd autem ibi legitur, *similis filio hominis*, planè eadem locutio est quæ Phil. 2. 7. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. In Græco Danielis est, ὡσεὶ υἱὸς ἀνθρώπου. Significant hæc, ipsum specie externâ nihil majus homine, & quidem plebeio, præ se tulisse. Vide dicta ad Matth. 8. 20. & quæ ad Phil. 2. 8, 9[*]. Adde quòd *filius hominis* non humanam Christi naturam, sed munus ejus Mediatorium, significat, vel potiùs Personam eo munere instructam[f]. [Alii ὅτι aliter reddunt:] *Quatenus filius hominis est*, Il. P. Be. Pi. Glass. Ὅτι hîc non est causale, sed distinctivum & demonstrativum, naturam ostendens, aut personam ratione naturæ limitans; cujus scilicet respectu potestas judiciaria communicata sit[g]. Ὅτι ponitur pro καθὸτι, vel καθὸς, *quatenus*: ut sensus sit, Christum, non tantùm quatenus Deus est, Judicem esse mundi, sed potestatem illam accepisse etiam quà homo est: ità καὶ pertinet ad ὅτι υἱὸς, &c. *etiam quatenus filius*, &c. quod alioqui redundaret[h]. Non placet: tum quia ὅτι pro *quatenus* insolens est, tum quia καὶ suo loco relinqui malim[i].

28. *Nolite*, &c. Μὴ θαυμάζετε τοῦτο] *Nè hoc miramini*, Be. Pi. &c. Suprà 3. 7. & 1 Joh. 3. 13. Sensus hic est, Nolite hoc mirari quod dixi[k], de potestate mihi Filio hominis datâ[l], sive gentes omnes vivificandi per Evangelium[m]; sive homines gentésque omnes judicandi[n]: dicam admirabiliora[o]: potestatem habeo mortuos omnes resuscitandi ad Judicium. Atque hinc constat cur se *filium hominis* potiùs hîc & alibi vocat Christus quàm *filium Davidis*, quomodo in S. S. & in Judæorum Scriptis vocari solet: tum nè eum terrenum Regem, qualis erat David, fore crederent; tum ut ostenderet, se esse semen illud Adamo, communi Judæorum & Gentium parenti, promissum, atque adeò Regem Judicémque hominum gentiúmque omnium[p]. ¶ *Venit hora*] Non additum est, *& nunc est*, quia hoc tempus abest longiùs: ἔρχεται ergò est, *veniet aliquando*. Vide 2 Pet. 3. 8. ¶ *Omnes*] Non unus & alter, sed omnes planè[q], & boni & mali[r]. ¶ *Qui in monumentis*] Non tantùm qui in lectulo sunt, ut Adolescentula, aut in feretro, ut Viduæ filius; sed *qui in sepulchris* scilicet non exiguo tempore, ut Lazarus, sed diutissimè, fuerunt[†]. A majori parte omnes mortuos notat, etiam insepultos, aquis submersos, à bestiis consumptos, &c[t]. ¶ *Audient vocem Filii Dei*] i. e. Ipsius jussu formatum per Angelos. Vide Matt. 24. 31[v]. Sicut vox Filii est vox Patris, sic vox Archangeli est vox Christi qui eum mittet. Vide 1 Thes. 4. 16. Adde 1 Cor. 15. 52. & Matt. 24. 51. ubi quæ notata vide[x]. Al. *vocem*, i. e. tonitrua (quæ *vox Dei* vocantur) & sonos horrificos, quales in Legis promulgatione, Exod. 19. & 20[y]. Vel, *audient vocem*, i. e. sentient potestatem, &c[z].

29. *Et*, &c. Καὶ ἐκπορεύσονται] *Et prodibunt*, vel *exibunt*, Er. Be. &c. auditâ voce ibunt[a]. ¶ *In resurrectionem vitæ*] Vel, *vitalem*, ex Hebraismo[b]: cui conjuncta erit æterna vita[c]: quæ תחיה Hebræis[d], & κατ' ἐξοχὴν sæpe ἀνάστασις interdum & ἀνάστασις τῶν δικαίων, Luc. 14. 14[*]. ¶ *Judicii*] Vel, *Condemnationis*, Be. Pi. &c. i. e. εἰς κόλασιν, Matt. 25. 46. Sic ἡμέρα κρίσεως, 2 Pet. 2. 9. exponitur per κολαζομένους[g]: ut sententiâ Domini damnati pereant[h].

30. *Non possum ego* (sive ut filius hominis, sive ut Filius Dei[i],) *à meipso*, &c.] i. e. Meâ unius vel potestate, vel voluntate, à Patre separatâ[k]: vel, quod non à Patre acceperim, quod Pater per me non faciat[l]. Semper ea, quæ de se prædicare cogitur Christus, ità temperat ut omnem honorem referat ad Patrem, & removeat illud crimen quasi Hominem Patri æqualem faciat: δύναμαι, & ἀφ' ἑαυτοῦ, hîc sumenda ut suprà 19. nisi quòd ibi de quavis actione loquitur, hîc de judiciali[m]. Suspicionem removet, quasi malè judicare posset, quia homo erat, & *omnis homo mendax*, Psal. 116. 2. quia nihil facit nisi ex Patris judicio[n]. ¶ *Sicut audio*] Scil. à Patre, & intellige, *judicandum esse*[o]: ut Pater mihi suggerit[p]: ex Lege quam Pater præscripsit de servandis qui in me credunt, damnandis qui me rejiciunt. Discimus exemplo & voce: itaque hîc *audio* idem est quod suprà, *quæ Pater monstrat*; & Joh. 8. 28. *sicut docuit me pater*[q]. Suprà v. 19. utitur voce *videndi*, hîc *audiendi*: quia illic de faciendo agebat, hîc de judicando. Solent enim, qui agunt ex alterius præscripto, in eum, quasi in exemplum, intueri; qui verò judicant, auscultare quomodo ille judicandum dicat[r]. *Sicut audio*, sicut accepi, vel, 1. à Patre in Divino & arcano consilio: vel, ex Verbo Dei, illa faciens quæ ibi de me scripta sunt[*]. ¶ *Judico*] i. e. Potestatem hanc exerceo[†]. Præsens pro Futuro[t]: id enim præcedentia videntur exigere. Sic suprà 21. ζωοποιεῖ[v]. Sic judico, & sic judicabo in novissimo die[x]. Alludere videtur ad morem; Judex in consessu aliquo inferiori, de re aliqua dubitans, ascendit ad Hierosolymam, ut audiat determinationem Synedrii in re ista, & secundùm eam judicet[y]. ¶ *Et* (i.e. propterea[z]) *judicium* (id est, Administratio[a]: vel, *judicium illud*, Bru.) *meum justum est*) Copula pro rationali, *Ideo æquum est*, &c. quia à Patris regula non discedo[b]: in Patrem autem nec ignorantia cadit, nec pravus affectus[c]. Vide Esa. 11. 4[d]. ¶ *Quia non quæro*, &c.] Epexegesis antè dicti[*]. Judices qui suis affectibus student, commodis, gloriæ, ultioni, sæpe ab æquo transversi aguntur. Nihil tale ego: non ducor meis affectibus, sed id curo quod Patri gratum esse scio: ζητεῖν enim est, *curare, præcipuum habere*, infrà 7. 18. & 8. 50[f]. Dicunt Hebræi, *Legatus illud agens cujus causâ missus est, omnia ejus acta rata sunt*[g].

31. *Si ego*, &c.] Sub. *dicet*, vel *objiciet*, *aliquis*, V. Pi. Hoc dicit, vel, 1. ex Judæorum sententia[h]: quorum præoccupat objectionem, quòd se ipse laudaret, &c[i]. Vel, 2. ex sua opinione, sed tanquam homo[k]. *Si ego*, solus scilicet ut homo, absque teste & ratione, &c[l]. Vel, 3. ex concessione[m], & ex hypothesi, & ex sensu proverbii, i. e. communi hominum opinione[n]. ¶ *Testimonium meum non est verum*] Dictum est proverbiale apud Hebræos, ut apparet 8. 13[o]. Dicunt Hebræi, *Nemo hominum testatur de seipso*[p]. *Non verum*, intellige ad modum recipientis; non admittetis ut verum: loquitur secundùm morem in Jure & judiciis ipsorum receptum[q]. *Verum* hîc non opponitur falso, ut v. seq[r]. sed idem est quod Syris שׁרירא[†], Hebræis נאמן[t]: quod Græci non rarò vertunt ἀληθὲς, aut ἀληθινὸν, sæpe etiam πιστὸν[v]. *Verum*, i.e. firmum, ratum, stabile[x]; quia nihil veritate firmius[y]: idoneum, legitimum[z], fide dignum[a]. Hoc sensu μάρτυς ἀληθὴς dicitur in Rhetoricis ad Alexandrum cap. 16. Sic Græci illud Deut. 19. 15. *stabit omne verbum*, vertunt, ἀληθὲς ἔσται πᾶν ῥῆμα. Hoc est quod Romani dicunt, *neminem idoneum esse testem in re sua*. Græcum est adagium, Οἴκοθεν μάρτυς. Potest aliquid esse verum quod solum per se tale non est ut fidem impetret. Potest quis de se vera dicere, ut ait Christus 8. 14. sed nisi alia accedant, non persuadet[b].

32. *Alius est*, &c.] Intelligit, vel, 1. Patrem[c]: de quo v. 37[d]. *alius* quàm ego, at non *aliud*[*]. Vel, 2. Johannem[f]: quia de eo sunt quæ proximè sequuntur[g]. ¶ *Et scio quia verum est*, &c.] Vel, *verum esse*, Be. Bru. *Scio*, non ex illorum testimonio, sed certâ scientiâ meâ[h]: satis mihi constat talem esse testem qui à vobis nullo jure possit rejici. Ἀληθὴς hîc iterum *fide dignus*[i]. Sensus duplex esse possit: vel, 1. Scio testimonium ejus apud vos validum fore. Vel, 2. Scio verum esse, quamvis vos spernatis ut invalidum[k].

33. *Vos misistis*, &c.] Publicâ auctoritate ad eum misistis tanquam ad hominem venerandæ sanctitatis, & quem ipsi faceretis plurimi[l]: non ergò hic testis vobis suspectus esse potest[m]. ¶ *Veritati*] Modestè dictum. Non dixit, *mihi perhibuit testimonium*, sed *veritati*, legitimè compellatus. Similis constructio Luc. 4. 22. Joh. 3. 26, 28. & Job 29. 11. *De aliquo testimonium perhibet* qui de eo bonum, vel malum, dicit; *alicui*, qui bonum quod ei prosit[n].

34. *Non——accipio*, λαμβάνω] *Capto*, Be. Pi. quasi illo opus habeam[o]. *Requiro*, ut infrà 41. 44. ubi in opposito membro ponitur ζητεῖν ut idem valens. Sic Latinè *accipere* dicimur quod avidè appetimus. Alium hîc sensum habet λαμβάνειν τὴν μαρτυρίαν, quàm Joh. 3. 11, 32, 33. & 1 Joh. 5. 9[p]. ¶ *Sed hæc dico*] De Johanne[q], κατ' συγκατάβασιν me vobis attemperans[r]. ¶ *Ut vos salvi sitis*] q. d. Non propter me, sed propter vos[†], vestrámque salutem[t]. Amolitur à se gloriæ cupiditatem. Nihil

Marginal notes, left column: [b] Li. ib. 275. [c] G. sic Cam. l i. [d] Li. ho. [*] G. [f] Cam. [g] Glass. gram. 3. 5. 32. 518. [h] Be. in Di. [i] Di. [k] G. [l] Pi. Li. [m] Li. harm. 277. [n] Li. ib. sim. Pi. [o] G. [p] Li. harm. 276. [q] G. [r] Bru. ex Aug. [†] G. [t] Bru. sim. Mal. [v] Bru. [x] G. [y] Li. harm. 3. 280 [z] Q. in Li. [a] G. [b] Be. [c] Bru. sim. Be. [d] G. ex D. [*] G. [g] G. [h] V. [i] Bru. [k] Be. [l] Bru. [m] G. [n] Mal. ex Cyr. &c. [o] Bru. [p] Be.

Marginal notes, right column: [q] G. [r] Bru. [*] Li harm. 281. [†] Be. [t] G. Eru. [v] G. [x] Eru. [y] Li. ho. [z] Bru. [a] Be. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] G. sim. Bru. [f] G. [g] Li. ib. [h] Mal. ex Chrys. Cyr. Th. &c. [i] Bru. [k] Bed. & Alcuin. in Mal. [l] Bru. [m] Mal. Be. [n] Mal. [o] G. [p] D. [q] Li. harm. 282. [r] Bru. [†] Di G. Be. [t] Be. Bru. Di. G. [v] G. [x] D. Di. [y] Di. [z] Bru. [a] Bru. G. [b] G. [c] Be. Cyr. Bed. Rup. in Mal. Bru. [d] Q. in Mal. [*] Be. [f] Mal. ex Chrys. Th. Euthym. &c. Eru. G. Li. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Li. harm. 282. [l] G. [m] Be. [n] G. [o] Bru. sim. V. Be. [p] G. [q] Bru. [†] Mal. [t] Bru.

Nihil mihi vindico nisi vestrî causâ: nè dixi quidem quis essem nisi postquam me Johannes indicaverat. Vult Christus, & quidem seriò, salutem etiam eorum qui non servantur: nihil patitur ex sua parte desiderari [v]. Mira Dei bonitas: omnia ad salutem nostram attemperat [x].

35. *Ille erat*] Videntur hæc dicta Johanne aut capto [y], aut mortuo [z]. ¶ *Lucerna ardens & lucens*] Ità Er. Mo. Be. &c. nam ut luceat ardere debet; exstincta enim lucerna non lucet [a]: clara & illustris: *ardens* in seipso veritatis cognitione, [& amore:] *lucens* aliis, veritatis prædicatione [b]: vel, *lucens*, sanctitate vitæ [c]. *Non erat ille lux*, Joh. 1. 8. illa increata & immensa, *lucerna* tamen erat, ab illo fonte lumen mutuata [d]. Solebant Judæi virum quemlibet, vitâ & scientiâ illustrem, *lucernam vocare* [*]. Hinc tituli Rabbinorum, *Lucerna legis: Lucerna lucis: Lucerna loci sui* [f]. Vox *lucernæ* in S.S. dicitur de Ministris Verbi, & de Institutis Dei in Ecclesia. Vide Zech. 4. Apoc. 1. & 11. &c [g]. Vide ut quod de Elia dici solebat Johanni aptaverit misso in spiritu Eliæ. De Elia dicitur, λόγος αὐτοῦ ὡς λαμπὰς ἐκαίετο, Ecclus. 48. 1. Est autem hîc καίεσθαι nihil aliud quàm *accendi*, principium τοῦ φαίνειν, Matth. 5. 15. Luc. 12. 35. Apoc. 4. 5. & 8. 10. Hebræum est דלק, quo utitur Syrus. In Templo נרות המערכה Græcis sunt λύχνοι τῆς καύσεως, Exod. 39. 37. Petro sermo Propheticus dicitur λύχνος φαίνων, 2. 1. 19 [h]. ¶ *Voluistis* (i.e. cœpistis [i]:) *ad*, &c. Πρὸς ὥραν ἀγαλλιασθῆναι, &c.] *Ad momentum* (vel, *Ad tempus*, V. *Non multo tempore*, G. sim. Bru. ut ad Philem. 15. & sic rectè sumas illud בשעה [lege בה שעתא] quod est Dan. 4. 33 [k]: vel, *dum tempus fuit*, quod Lxx πρὸς, vel κατὰ, καιρὸν, vel, ἐν καιροῖς, vel, ἐν εὐκαιρίαις. Lucernæ enim ardebant usque ad auroram, 1 Sam. 3. 3, 15. Johannes me antecessit, ut lucerna Solem, aut auroram. In eo itaque meritò vosmet oblectâstis, usque ad tempus quod nunc adest, quo Sol exortus est [l].) *exsultare* (vel, *gloriari*, Di. ex Sy. & Sy. & Ar. nam & Lxx התהלל, *gloriari*, vertunt per ἀγαλλιᾶσθαι, Esa. 41. 16. Jer. 49. 4. Hesychius, Ἀγαλλίαμα, δόξασμα, *gloriatio*. Ἀγάλλεται, τέρπεται, γανοῦται, *delectatur*, —*gloriatur* [m].) *in ejus luce*, Be. Pi. &c. Ut pueri, qui delectantur visu lucis, sed usum ejus non habent [n]. Ostendit Jesus Judæorum inconstantiam [o]: quòd super Johanne gestierint & gloriati sint, sed momentaneo tantùm gaudio [p]. Principiò exultabant in eo [q], & ad eum magno affectu confluxerunt: vide Matth. 3. & Luc. 3. & Matth. 21. 26. Gaudebant de Prophetia post longam absentiam redditâ [r]; de mira & doctrinæ efficacia, & vitæ sanctitate, quæ in Johanne emicuit; & quòd ipsum aut Messiam fuisse putarent, Luc. 3. 15. Joh. 1. 19, &c. quem hoc tempore expectabant, Luc. 19. 11; aut Eliam, aliúmve Prophetam, Messiæ prodromum; adeóque gloriosa illa tempora adesse credebant [†]. Hic autem fervor refrixit tandem [t], & Johannem aspernari cœperunt [v], postquam de ipso Jesu testimonium perhibuit [x], quem vulgarem hominem esse cernerent, & vitia eorum libere constanter increpuit [y], & justitiam propriam aliáque ipsorum privilegia evertit, & formam religionis mutavit, &c [z]. tunc ipsum spreverunt & calumniati sunt, Luc. capite 7. versu 30, 33. & ei malefecerunt, Matth. capite 17. versu 12 [a].

36. *Majus* (i.e. certius & clarius: non tamen dicit verius; illius enim testimonium verissimum erat, sed & magnum: ut τὸ majus innuit [b].) *Johanne*, τοῦ Ἰωάννου] *Johannis*, sub. *testimonio*, V. Be. Pi. Bru. Zeg. Similis collatio, 1 Joh. 5. 9. ex quo apparet, verum esse quod pridem monitum est, esse hîc ἔλλειψιν articuli, ut sæpe alibi [c]. ¶ *Opera*, &c.] Mea impletio Legis vitæ meæ sanctitate, prædicatio Evangelii [d], patratio miraculorum [*]. Sæpe advocat operum merè Divinorum testimonium, adversus quæ nulla erat cavillatio. Vide Joh. 3. 11. & 9. 32, 33. & 10. 25, 37, 38. & 14. 10, 11. & 15. 24 [f]. *Ut perficiam* (vel, *consummem*, Be.) *ea*] Hoc verbo significat, tum, 1. quòd multa adhuc facienda restarent [g]: tum, 2. perfectam præstationem Divinæ voluntatis, quæ unico Christo convenit [h]. ¶ *Ipsa opera*] Per se, sine alio testimonio [i]. Elegans Anaphora, qualis illa,—*Pallas te hoc vulnere, Pallas Immolat*. Habet enim emphasin istud loquendi genus [k]. ¶ *Quia* (vel, *Quòd*, Pi.) *pater misit me*] In mundum [l]: me venire Dei mandatu [m]. Duo tamen hîc pudenda effugia repererunt Judæi. 1. Fingunt, *Messiam, cùm advenerit, miracula nulla facturum*: ut ex Talmude refert Maimon. Quod commentum refellitur ex Joh. 7. 31. 2. Christum hæc miracula fecisse ope Diaboli: de quo vide dicta ad Matth. 12. 24 [n].

37. *Et—pater*, &c.] Connectam libens cum præcedentibus: ut sensus sit, Operibus ostendi me missum à Deo, & me Dei testimonio non carere: nam præcessit, *Ego ab homine testimonium non requiro*. Opera sunt testimonium, Pater testis [o]. Pater testatus est, vel, 1. in Lege & Prophetis [p]: cui favet v. 39 [q]. Vel, 2. voce de cœlo delapsâ [r], tum in baptismo, Matth. 3. 17 [†]. tum in transformatione, Matth. 17. 9 [t]. Sed huic sententiæ repugnant verba seq. *Neque vocem*, &c. nam vocem illam audierant, &c. Vel, 3. per opera, Patre auctore facta [v]. ¶ *Neque vocem*, &c.] Durè cohæret præcedentibus [x]. Sensus est, vos eum non novistis familiariter, ut ego novi; atque ità ut meo indicio opus non habeatis. Vide ad Joh. 1. 18. & 3. 32 [y]. Solet familiaritas visu & auditu contrahi: eorum ergò sensuum objecta hîc nominat, *speciem* & *vocem* [z]. Al. Retundit gloriationem Judæorum, quòd Deum sibi & Mosi loquentem audissent. Imò, inquit, nunquam veram Dei vocem audistis, &c. quare mihi credite [a]. Al. Dixerat Patrem testari per opera, &c. Causari poterant, illud testimonium mutum & mortuum esse, se Deum loquentem audire velle. At, inquit, Pater nec audiri, nec videri, potest, sed in operibus tantùm auditur & videtur [b]. Al. Sensus, q. d. Quanquam Deus testimonium mihi nunquam de cœlo præbuit vestris auribus, aut oculis, testatur tamen in Scripturis. Vel sic, Quamvis vox Dei rarissimè audiatur, aut species Dei oculis appareat, talem tamen vocem & speciem exhibuit meâ causâ, &c [c]. Al. Notandum est, ipsum populum id olim postulâsse, ut Deus se nec voce, nec specie, patefaceret, sed per Prophetas, Exod. 20. 19. Deut. 18. 15 [d]. Vide & Deut. 4. 12 [*]. Huc ergò alludit Christus [f]. q. d. Obtinuistis quod Patres vestri petierunt [g]: nempe ut voluntas Dei vobis innotesceret, non terrifica, sed blanda & suavis [h]: non enim aut vocem, aut speciem, Patris terribilem sensistis. Petierunt illi mediatorem, quem se audituros sunt policiti. Deus postulatis annuit, & pactum admittit, sed eâ lege, ut si mediatorem illum non audirent, ultionem de illis sumeret, Deut. 18. 15. Porrò hic mediator, sive Propheta, Christus erat, sive Messias [i]; cui, inquit, non creditis, nec auditis me, sicut promisistis [k]: nec pactum illud vestrum servatis [l]. Ut olim Deo, per Mosen & Prophetas humaniter vos compellanti, rebellâstis; ità nunc me hominem factum, &c. aspernamini [m]. Al. Exprobrat Judæis, quòd cùm Deus se non aliter videndum audiendúmve hominibus præbeat quàm per homines, nolunt recipere Filium ejus in humana specie, &c [n]. Al. Sensus loci, Quòd Christum, in Lege & Prophetis designatum, præsentem rejiciunt, ostendunt se alienos esse prorsus à Dei & Legis notitiâ: id quod metaphoricè sic exprimit, *Neque vocem*, &c. Vultu enim & sermone homines se patefaciunt: Ità & Deus loquitur per Prophetas, videtur quodammodo in Sacramentis, unde cognosci pro modulo nostro queat [*].

38. *Et* (vel, *Sed*, Bru. vel, *Et tamen*, ut & alibi sæpe sumitur [o]:) *verbum ejus non habetis in vobis manens*] i.e. Fixum & insculptum in animis vestris [p]. Per vos ipsos non novistis quæ Dei natura ac voluntas sit, & tamen quæ ad vos ipse mandata per me mittit, ea intra animum non admittitis. Μένειν Johanni est, *inesse*, *infigi*. Idem hîc est μένειν quod χωρεῖν Joh. 8. 37. Vide dicta ad Joh. 3. 36 [q]. ¶ *Quia quem misit*, &c.] q. d. Ut manifestum est, *quia quem*, &c [r]. Ὅτι est hîc ἀποδεικτικόν. Apparet verum esse quod dico: nam ei qui à Deo missus est fidem habere pertinaciter recusatis. Quomodo mandata Regis discet qui legatum excludit [†]?

39 *Scrutamini scripturas*; ità, Er. Il. Mo. Be. &c. sic Sy. Ar. Pers. Æth. Ἐρευνᾶτε] Est vel, Imperativum [t]; vel potiùs, Indicativum [v]: cui favent, 1. collat. v. seq. 2. quòd Doctores Judæorum hîc alloquitur, qui Scripturas diligentissimè scrutati erant, & in eo toti fuerant, &c [x]. Verto itaque, *Vos inquiritis*, &c [y]. Sensus est, Quum vos

[v] G. [x] Calv. [y] G. sim. Bru. Li. 283. [z] Bru. [a] D. [b] Bru. [c] Be. [d] Bru. [*] Li. ho. sim. D. [f] Li. ho. [g] Li. harm. 283. [h] G. [i] Bru. [k] G. [l] Heins. [m] Li. [n] G. [o] G sim. Di. [p] Di. [q] Bru. [r] Li 283. sim. Bru. [†] Li. harm. 284. [t] Bru. [v] G. [x] G. sim. Bru. [y] Bru. [z] Li. ib. [a] Bru. [b] Bru. [c] G. [d] Li. 286. [*] Li. sic Bru. [f] G. [g] Idem. [h] Be. [i] Bru. [k] G.

[l] Bru. [m] G. [n] Li. harm. 3. 285. [o] G. [p] Mal. ex Cyr. Th. Euthym. Li. sic Be. Bru. [q] Mal. [r] Chrys. & Rup. in Mal. Li. [†] Be. Bru. Li. [t] Be. [v] Mal. [x] Bru. [y] G. [z] Q. in Mal. [a] Mal. ex Cyr. Chrys. Th. &c. [b] Mal. [c] Li. 288. [d] G. sim. Be. Me. & T. ex Tol. [*] Be. [f] Be. Me. ex Tol. [g] Me. & T. [h] T. [i] Me. ex Tol. [k] Tol. [l] T. & Me. ex Tol. [m] Be. [n] E. [*] Calv. [o] G. [p] Bru. [q] G. [r] Bru. [†] G. [t] V. Chrys. in Er. Mal. ex Aug. Th. &c. Bru. sic G. [v] Be. Pi. Cam. Li. Cyr. in Mal. [x] Li. harm. 289. [y] Li. ho.

vos scrutemini Scripturas, &c. perversi estis qui mihi non creditis [z]. Ἐρευνᾶν hîc non tantùm est legere, sed attento animo expendere [a]: ut sumitur Joh. 7. 52. 1 Pet. 1. 11. Idem est ἀνακρίνειν τὰς γραφὰς, Act. 17. 11 [b]. Respondet Heb. דרש [c]; quod inquisitionem scrutaminosiorem notabat [d]. Γραφὰς, i. e. omnia scripta quæ ut Divina recipitis [*]. Ad suas ipsorum Scripturas eos remittit [f]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ὑμεῖς δοκεῖτε, &c.] *Quia vos videmini vobis in ipsis*, &c. Be. Pi. Er. P. Ti. &c. *Quia vos putatis*, &c. Mo. Ca. Tre. ex Sy. Ar. Et rectè quidem, sed non sine Christo, ut vos creditis [g]. Non negat vitam in illis haberi, Judæorum tamen sententiam hac de re castigat: Ea erat, acquiescere se posse in opere operato, & in Legis cognitione ac studio: de quo vide Rom. 2. 17, &c. & Jac. 2. 19. confer Joh. 7. 48 [h]. [Sensus,] Etiam plus æquo illis [Scripturis] tribuitis. Existimatis enim Legis præcepta observantibus promitti vitam æternam, atque ità directè eam vitam illis Libris contineri. Vide ad Matth. 5. 17. & 19. 17. ubi itidem ζωὴ, simpliciter, est ζωὴ αἰώνιος. Et nota, non cum Sadducæis, sed cum Pharisæis, hîc rem esse, qui Legem vocabant *fontem vitæ*, & de vita æterna accipiebant locum Deut. 32. 47 [i]. ¶ *Et illæ*, &c.] Emphasis notanda. Non dicit, *illæ testantur*, sed, *illæ sunt quæ testantur*: quo significat, Scripturas esse testes Christi primarios, plenissimos, &c [k]. Sensus, q. d. Fatemini, Scripturas agere de Messia, à quo salutem speratis, eóque illas velut collimare totas, ac propterea eas scrutamini, ut indè Messiam agnoscatis: & tamen (quæ vestra cæcitas) non animadvertitis, omnia in iis dicta in me quadrare, nec me recipitis [l]. Al. Καὶ hîc est *atqui*: & μαρτυροῦσαι ex v. seq. intellige, *quòd ego sum qui vitam do*. Scripturæ illæ indicant vitæ istius datorem: ad me vos rejiciunt, cùm de Novo Fœdere, cùm de Regno sempiterno, vaticinantur [m].

40. *Et* (vel, *Sed*, Be. Pi. vel, *Et tamen*; ut v præc [n].) *non vultis* (quo verbo significat ignorantiæ eorum causam fuisse malitiam & contumaciam [o]: ostendit, penès ipsos stare quò minùs ad vitam perveniant [p].) *venire ad me*] i. e. A me discere. Nam ἔρχεσθαι est, *doceri*, Joh. 6. 44, 45 [q]. *venire*, i. e. credere [r].

41. *Non accipio*, Οὐ λαμβάνω] *Non capto*, Be. Pi. Malim, cum Vulg. Er. Sy. &c. *non capio*, vel *accipio*. Captat qui venatur, operámque dat ut accipiat: at mens Christi latiùs patet; q. d. se gloriam hominum nec captare, nec oblatam arripere [†]. Sensus, Non curo quid homines de me sentiant [t]. Ego quæ dico de mea auctoritate, non dico appetitu honoris à vobis adipiscendi [v], vel, ut fiam dux factionis, &c [x]. Vide suprà 34 [y].

42. *Sed cognovi vos*] Sed ideo hoc dico, quòd cognitum mihi sit vitium vestrum quo laboratis, & quod vos ab itinere ad vitam æternam impedit. Emphasis est in *vos*. Qualem me putatis, vos tales estis [z]. Alios fallere potestis virtutum specie, me non item. Hoc autem novit Christus, vel, 1. manifestis experimentis: vel, 2. ut Messias, scrutator cordium, &c. Vide Mal. 3. 2 [a]. ¶ *Dilectionem Dei non habetis*, &c.] Habetis in ore, non in animo, pietatem & studium gloriæ Divinæ [b]; cujus prætextu mecum contenditis [c]: ac propterea me non recipitis, quanquam tot testimoniis ornatum, &c [d]. Vide infrà 44. Ἀγάπην Θεοῦ hoc sensu legas Luc. 11. 42. & alibi [*].

43. *Ego veni* (Probat, dilectionem Dei iis deesse [f]:) *in nomine patris mei*] Cum verè Divinâ potestate [g]: à patre missus, gerens omnia patris auctoritate [h], & ad gloriam illius [i]: cùm omnes Pseudoprophetæ, & Pseudochristi suam gloriam evidenter spectârunt [k]. ¶ *Non accipitis* (vel, *recipitis*, Be. Pi.) *me*] Tantùm quia dogmatis mei puritas vestris malis moribus vestræque ambitioni adversatur; primorum quidem, quia soli apud populum sancti haberi volunt; plebis verò, quia metuit à primoribus traduci: λαμβάνειν hîc idem & quod Joh. 1. 11, 12 [l]. ¶ *Alius*] i. e. Si quis alius [m]. Ἐὰν ἄλλος] Ἐὰν hîc est *quando*, ut Joh. 12. 32. & alibi [n]. ¶ *Venerit in nomine suo*] i. e. Per se [o], & propriâ authoritate [p]: id enim hîc valet ὄνομα, ut Act. 4. 7. & alibi sæpe: nulla certa talis potestatis signa adferens [q]: non missus à Deo, sed à seipso intrusus, laudem suam captans [r]. Talis fuit Barchochebas. Vide ad Matth. 24. 26. Adde 2 Thes. 2. 10 [†]. ¶ *Illum accipietis*] Vel, *suscipietis*, adhærebitis ei, non certioribus argumentis moti, sed vanis ejus promissis de mundana gloria [t]: quia vitia vestra non deteget; vobis blandietur [v].

44. *Quomodo vos potestis credere*] Subintellige, *tali dogmati quo vestra ulcera tangantur*. Adde quod Joh. 12. v. 39, 42. Jac. 4. 4. Ostendit non quid simpliciter sit ἀδύνατον, sed quid ab illis exspectandum non sit quamdiu tali sunt animo [x]. ¶ *Gloriam——accipitis*] Vel, *captatis*, Be. sic Pi. G. ut suprà 34. 41. nam de studio & conatu agitur [y]. Plebs à primoribus, primores à plebe, honorem venamini [z]. Datis operam ut probetis vos hominibus potiùs quàm Deo [a]. Vide Matt. 23. 5. His autem elatis animis placere non potuit humilis Christi status [b], aut doctrina ejus de contemptu sui, &c [c]. ¶ *Gloriam quæ à solo Deo est*, &c.] i. e. Quæ cordi sincero redditur [d], cujus testis nemo est extra Deum [*]. Facta exteriora multa bonis malisque esse possunt communia, maximè ritualia, quæ facile implentur. Vide Rom. c. 2. v. 28, 29. & dictum Ibyci [†]. [Vide in G.]

45. *Nolite*, &c.] Nihil me opus erit accusatore, quem vobis inimicum putatis [*], animum meum ex vestro judicantes, &c [f]. Non negat prorsus quod dicitur, sed corrigit [g]: nam & Christus eos accusabit [h]. ¶ *Qui accusat*, &c.] Vide & quæ Matt. 12. 41 [i]. ¶ *In*, &c. Εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε] *In quo* (vel, *In quem*, Bru. ex Euth. ut mediatorem [k]. De doctrina, non persona, Mosis loquitur: ut Apostoli dicuntur *judicare 12 tribus*, &c. nempe doctrinâ suâ [l].) *vos speratis*, Be. Pi. &c. vel, *sperâstis*: præt. pro. præs [m]. vel, *confiditis*, Be. Bru. G. ut Matth. 12. 21. Jud. 9. 7 [n]. in quo spem omnem vestram collocatis, ipsum fore patronum seu defensorem vestrî apud Deum: cujus zelo me oppugnatis [o]: per quem ejúsque Legem speratis salvari [p], atque justificari [q]. Aiunt Hebræi Samuelem, cùm post mortem evocaretur, & crederet se ad judicium vocari, attraxisse Mosem ut sibi patrocinaretur. Et sic ipsi sperant se Mosis gratiâ ac commendatione Deum habituros propitium. Obiter ostenduntur plus æquo Mosi deferre, sicut modò de Scripturis habuimus [r].

46. *Mosi*] i. e. Scriptis ejus, ut Luc. 16. 31 [†]. ¶ *De me*, &c.] Clarè, præcipuè, & quidem unicè, tanquam fine & scopo Legis [t]. Signa vobis dedit quibus veros Prophetas à falsis dignosceretis, Deut. 18. 15, &c. Signa autem veri Prophetæ in me eximiè congruunt. Vide Act. 3. 22. & 7. 37. ità ut ego ibi velut specialiter denoter [v].

47. *Si—illius*, &c.] Si Libris tam antiquitus receptæ auctoritatis non creditis. *Credere* autem hîc & alibi sæpe est credere non generatim modò, sed singulatim, aptando jus ad factum. ¶ *Quomodo verbis*, &c.] Non quod non major sit Christi auctoritas, sed quòd minùs cognita. Simili modo Judæos Petrus compellat, 2 Pet. 1. 19. Egregiè Christus eripit Judæis duos prætextus quibus ad rejiciendum se utebantur, Dilectionem Dei, & reverentiam Mosis [x]. Duplex hîc antithesis; 1. inter Mosem, quem maximi, & Jesum, quem minimi, faciebant Judæi: 2. inter scripta illius, antiqua illa & permanentia; & verba hujus recentia ac transeuntia [y].

CAP. VI.

1. POST *hæc*] i. e. Post gesta cap. præced [a]: non statim post ea [b], sed aliquanto pòst tempore [c], ut ex aliis Evang. apparet [d]. Post annum: nam illa in festo Paschæ, hæc circa Pascha subsequens, contigerunt, v. 4 [*]. Transilit hic noster multa à cæteris memorata: neque hanc de auctis panibus historiam ab aliis tractatam referret, nisi id desideraret sermo eximius Christi hâc occasione habitus, quem servari Ecclesiæ intererat [f]. ¶ *Abiit*] Secessûs causam habes Marc. 6. 31 [g]. ¶ *Trans*, &c.] Πέραν, &c.] *Trans mare* (i. e. lacum [h]) *Galilææ* (Plinio & aliis *Genesara* [i]; vel, *Genesareth*, ut totus ille lacus nominatur Luc. 5. 1 [k]. sub. *quod est*, Be. Pi. Bru. ex Vulg. vel, *quod aliter dicitur*, V.) *Tiberiadis*. Mo. Be. Pi. &c. Propiùs denotat lacûs partem quæ ab adsito oppido, ut fieri solet, nomen habebat proprium [l]. Vide infrà 23.

Erat

Marginal notes (left column): z Pi. · a G. sic Bru. · b G. · c Li. 289. · d Li. ho. · * G. · f Mal. · g Bru. · h Li. 290. · i G. · k Li. ib. · l Cam. · m G. · n G. · o Bru. · p G. · q G. · r Bru. Pi. · † Di. · t V. · v G. sim. Li. · x Li. 291. · y G. · z G. · a Li. 292. · b G. · c Be. sim. Li. · d Li. 292. · * G. · f Li. sic Bru. · g G. · h Bru. · i Bru. sim. V. · k Li. 293. · l G. · m Bru. · n G. · o Pi. · p G. Pi. · q G. · r V. · † G.

Marginal notes (right column): t Bru. · v G. · x Idem. · y Be. · z G. · a V. · b i. harm. 294. · c Bru. · d G. · * G. sim. Bru. · † G · * Idem. · f Li. 295. · g Be. sim. Pi. · h Be. · i G. · k Bru. · l Li. 295. · m Bru. · n G. · o Bru. · p Bru. sim. Pi. · q Li. ib. · r G. · † Idem. · t Li. ib. · v G. · x Idem. · y Bru. · a Bru. sic Cas. · b Cas. · c G. ex Cas. · d Cas. · * Bru. · f G. · g Bru. · h Camer. · i Pi. G. · k G. · l Pi. · l G. sim. Pi.

Erat autem hæc pars lacûs fermè infima, ità ut, non multo ambitu transito amne Jordane, plebs Christum pedestri itinere consequi posset [m]. Illud autem, *trans mare*, non de latitudine illius lacûs intelligendum est, sed de sinu quodam citeriore: quum *Tiberias* & *Bethsaida* in eodem tractu, & quidem cis lacum, sitæ fuerint; ut constat [n]. Πέραν h. l. non declarat adversum littus [o]: usurpatur tamen, & trajectionis mentio hîc fit propter amplos sinus [p], quia ex uno sinûs anfractu in alium trajectio fiebat [q]. Al. Puto significationem propriam vocis πέραν, quam expressit Syrus לעברה, hîc posse retineri. Neque enim obstant quæ ab aliis aut hîc pòst narrantur [r].

2. *Sequebatur*, &c.] Pedestri itinere †, Matt. 14. 13 [t]. ¶ *Quia videbant*, &c.] Partim ut beneficio uterentur, partim ut fruerentur spectaculo [v]: non Jesu aut Verbi Dei causâ [x].

3. *In*, &c. Εἰς τὸ ὄρος] *In montem*, Be. Pi. &c. nempe ejus loci, nam articulus est ἀναφορικὸς [y] · in deserto Bethsaidæ, Luc. 9. 10 [z]. ¶ *Ibi sedebat*] Vel, 1. disciplinæ tradendæ causâ [a]: vel, 2. quietem suis ad tempus concedens, Marc. 6. 31 [b].

4. *Erat autem proximum Pascha*] Tertium à Christi baptismo [c]. Hoc ideo interjicit ut intelligatur tempus fuisse opportunum ad eliciendam multitudinem, & quò meliùs cohæreat quod de herba sequitur [d]. Dicunt Hebræi, *Triginta diebus ante Pascha disserebant de ritibus Paschæ* [*].

5. *Cùm sublevasset*, &c. Ἐπάρας οὖν, &c.] Οὖν illud non semper continua nectit, sed & aliquo intervallo temporis disjuncta. Nam seriùs hæc gesta, postquam Jesus à monte descenderat [f]. ¶ *Dicit*] Non mox, sed post descensum à monte, teste Lucâ [g]: cùm jam hac de re ab Apostolis sermo injectus esset [h]. ¶ *Ad Philippum*] Quem magis quàm cæteros compellat, ut qui institutionis maximè egeret [i], rudis adhuc & satis confidens, ut videre est infrà, 14. 8, 9 [k].

6. *Tentans eum*] Experiri volens ejus fidem, vel potiùs, proferre ejus diffidentiam [l]: ut apertum faceret quousque profecisset. Hunc sensum habet πειράζειν cùm de Deo dicitur, Gen. 22. 1. & alibi: eundem, cùm de Christo [m]. ¶ *Sciebat*, &c.] Divinitate suâ [n]: ità definitè ut à nulla hominis cujusquam qualicunque actione impediri possit. Decreta tam firma & immutabilia Deo soli conveniunt, Act. 15. 18 [o].

7. *Ducentorum*, &c.] Nam his non ampliùs bis mille pasci poterant: multò autem plures erant. ¶ *Modicum*, &c.] Nè ad gustandum quidem tam multis sufficerent [p].

8. *Andreas*] Fide provectior Philippo: ideo ejus auxilio utitur Philippus in Domino compellando, infrà c. 12. v. 22. Videtur autem Andreas dixisse hoc, consilio priùs cum aliis Apostolis habito [q].

9. *Est puer*, &c. Παιδάριον] *Puellus*, vel *puerulus*, V. Be. Pi. Παιδάριον autem sæpissimè est apud Græcos Interpretes pro Hebræo נער [r]. ¶ *Qui habet*, &c.] Apud alios Evangelistas dicuntur [ipsi] *habere*, quia in promptu erat ut emi possent †. ¶ *Panes hordeaceos*] Significatur frugalitas Christi & Apostolorum, qui pane non nisi vili vescebantur ‖. ¶ *Et duos pisces*; ità Er. Sy. &c. vel, *pisciculos*, Il. Mo. Be. D. Pi. Ὀψάρια] Reliqui vocant ἰχθύας, *pisces*. Ὄψον, propriè *opsonium* [t], significat, tum, 1. *edulium (quodvis*, Pi.*) quod pani additur* [v], præsertim coctum [x]: quicquid in macello venit, præsertim cibum lautiorem: unde Græcis ὀψοφάγοι sunt, *ventri dediti* [y]. Tum, 2. *pisces* [z]; sic dicti, ut notant Græcorum Grammatici, per excellentiam [a]: unde ὀψοφάγοι [b]. Et LXX דג vertunt ὄψον, Num. 11. 22. Nonnus hîc ἰχθύας ὀψαλέους dixit, quo sensu vox ὀψάριον iterum comparet, Joh. 21. 9, 10, 13 [b]. Ὄψον, vel ὀψάριον, de pisce usurpant Hippocrates & Polybius passim, Plato, Pherecrates, Philemon & Menander in Athen. 9. 8. Plutarch. Sympos. 4. 4. Eustah. in Il. λ'. & Diod. l. 11. ubi *piscem* ponit pro ὄψον, quod erat in Thucyd. 1. & Suidas. Hinc apud Athen. 6. 3. εὔοψος ἀγορὰ est, *forum piscibus abundans*. Et Terent. Andr. 2. 2. *paululum obsonii* & *pisciculos minutos* pro eodem sumit [c]. ¶ *Sed hæc quid*, &c.] Exigui erant panes, ità ut non sine miraculo viginti panibus centum homines cibaverit Elisæus, 2 Reg. 4. 42, 43, 44. Quo exemplo sperabat fortè Andreas fieri posse ut 25 aut plures homines istis panibus, Christi beneficio, satiarentur: majus quicquam nondum audebat animo concipere [d].

10. *Fœnum*, &c. Χόρτος, &c.] *Gramen multum*, Pi. Bru. &c. ideóque locus commodus ad discumbendum [*]. ¶ *Discubuerunt*] Curantibus Apostolis, qui, medii inter spem & diffidentiam, parere tamen didicerant. ¶ *Viri*] Viros tantùm numerat, ut in censu qui ex Lege agebatur fieri solebat. ¶ *Quasi*] De ὡσεὶ vide Joh. 4. 6. Eandem vocem in hac historia & alii Scriptores usurpant [f].

11. *Cùm*, &c. Εὐχαριστήσας] Idem est quod εὐλογήσας. Vide ad Matth. 26. 27 [g]. ¶ *Distribuit*, &c. Διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, &c.] *Distribuit discipulis, discipuli verò accumbentibus*, Be. Pi. Sed cùm & Græca quædam exemplaria sic habeant, & Syrus, & Latinus, credibilius est illas voces, τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ, adjectas ab iis qui medicinam adferre voluerunt ei quam sibi fingebant repugnantiæ inter hunc & alios Scriptores: quæ tamen, retentâ quam diximus lectione, nulla est: quia dat etiam qui per alium dat, facit qui per alium facit, ut suprà 4. 1 [h]. ¶ *Quantum volebat*] Ad satietatem usque: ut ostendit quod sequitur [i].

12. *Colligite*, &c.] Omnia à Christo ità directa, ut & de necessitate, & de veritate, & de magnitudine, miraculi certò constaret. Videntur autem inter Discipulorum manus crevisse panes mirâ Christi potestate, cùm effecit ut tantum superesset quantum cophinorum numerum Apostolorum numero parem impleret [k].

14. *Cùm vidissent—signum*] Majus quàm quod Moses fecerat, panem non dans, sed impetrans, è cœlo, & quidem panem merum sine obsonio, & cujus nullæ superessent reliquiæ. Miracula antehac edita paucis profuerant; hoc maximæ multitudini ejus generis hominum quod victum sibi difficulter parit [l]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὗτος, &c.] *Hic* (Ὅτι hîc, ut alibi, πλεονάζει. Oratio incipit ut indirecta, impletur ut directa [m].) *est verè Propheta ille qui venturus erat*, Be. Pi. i. e. qui venturus prædicitur & exspectatur [n]: *qui venire debebat*, ut Mat. 17. v. 11. Propriè autem ὁ ἐρχόμενος intelligebatur Messias, Luc. 7. 19. quem eundem & maximum Prophetam fore eo tempore sibi persuaserant. Vide suprà, 4. 25. Ab hoc solo exspectabantur majora quàm Moses præstiterat [o].

15. *Cùm cognovisset*] Vel, 1. animadvertens, nempe ex sermone eorum, de quo v. præced [p]. vel, 2. ut Deus [q]: Divinâ vi introspectis eorum consiliis [r]. ¶ *Ut raperent eum*, Ἁρπάζειν] *Se abrepturos*, Be. Pi. Etiam invitum rapere & aliquò perducere ubi inauguraretur †. ¶ *Et facerent eum regem*] Spe facilis alimoniæ [t], & terrenæ felicitatis ac victoriæ de hostibus. &c [v]. ¶ *Fugit*, &c. Ἀνεχώρησε, &c.] *Secessit*, &c. Be. Pi. Bru. subduxit se clàm [x]: rediit in montem unde venerat, exemplum dans Ecclesiæ Pastoribus fugiendi potestates terrenas. Similis locutio suprà 4. 3. ¶ *Ipse solus*] Et quidem, ut videtur, inconspicuus sine ullo comite esse voluit, quò longiùs abesset à cupiti Regni specie [y]. *Solus*, ut noctem orationi impenderet, Matth. & Marc [z]. Connectit hîc Johannes ea quæ ad Jesum pertinent, deinde persequitur ea quæ ad Discipulos. Nam si temporis ordinem attendimus, priùs navigium intrant Apostoli quàm Jesus in montem perveniret. Sed in rebus ejusmodi mos est Historicorum libertate suâ uti [a].

17. *Venerunt*, Ἤρχοντο] *Ibant*, Be. Pi. sic G. ex Sy. ἔρχεσθαι pro *ire* poni alibi quoque notatum [b]. ¶ *Trans mare*] i. e. Trans sinum interjacentem inter Bethf. & Capern [c]. ¶ *In Capharnaum*] Is enim finis erat propositus navigationi: alioqui Bethsaidam videntur appulisse [d], quò præire jussi sunt, Marc. 6. 45. nimirum Bethsaida in via occurrebat euntibus Capernaum [*]. ¶ *Tenebræ*, &c.] Tempus per se terribile navigantibus [f].

18. *Exsurgebat*, Διηγείρετο] *Insurgebat*, Be. Pi. *Concitabatur*, Camer. *Intumuit*, G. sic V. Sic ἐξηγείρετο, סער, Jon. 1. 13 [g].

19. *Cùm*, &c. Ἐληλακότες, &c.] *Provecti*, Be. Pi. Vide ad Marc. 6. 48 [h]. *Cùm remigâssent*, Er. P. &c. *Duxerunt* navim, Tre. *Quum impulissent*, Pi. sic Camer. sub. *remos*, Pi. vel, *provexissent*, Be. sub. *navem*, Be. Camer. Pi. scil. remigando [i]: nam velis agi non poterat, ob ventum

Marginal notes (left column): m G. — n Pi. — o Be. Bru. — p Be. — q Be. Calv. sim. Bru. — r G. — † Pi. Bru. — sic G. v. 1. — t Pi. — v G. — x Bru. — y Pi. — z G. sic Pi. Bru. — a G. — b Pi. sim. Bru. — c Bru. Li. chron. 47. 57. — d G. — * Li. ho. — f G. — g Bru. — h G. — i G. sim. Bru. — k Bru. — l Pi. sim. Bru. — m G. — n Bru. — o G. — p Idem. — q Idem. — r Idem. — † G. sim. Bru. — ‖ G. — t Pi. — v V. sim. Pi. Er. — x Er. sim. Camer. — y Er. Camer. V. D. Be. Pi. BA. G. — a G. sim. Camer. BA. — b G. — c BA. 1. 1. 6. 41.

Marginal notes (right column): d G. — * Bru. — f G. — g Idem — h Idem. — i G. sim. Bru. — k G. — l Idem. — m Idem. — n Bru. — o G. — p Pi. — q Bru. — r G. — † Idem. — t G. sim. Bru. Ham. — v Ham. Bru. — x Bru. — y G. — z Bru. — a G. — b Idem. — c Pi. sim. Be. — d G. sim. Be. — * Be. — f G. — g Idem. — h Idem. — i Pi.

ventum contrarium [k]. ¶ *Stadia*, &c.] Exiguus profectus à vespere ad quartam noctis vigiliam; quod tempus notant alii Scriptores. Nam νυχθημέρε cursus mille stadiis æstimatur; ac proinde diei aut noctis totius, quingentis [l]. Stadium est octava pars milliaris [m]. ¶ *Ambulantem supra mare*] Non siccato mari, sed in ipso mari: ut hîc quoque Mosem superaret [n].

21. *Voluerunt——recipere*] Non quòd non receperint, sed quòd cupidè admodum, ut Syrus indicat [o]. Verbum ἐθέλειν hîc significat, *cupere & optare*, ut alibi. Vide Marc. 10. 35 [p]. *Cupidè receperunt*, Pi. sim. Be. cum voluntate factum quoque intelligit [q]: nam eum in navim receperunt [r], ut ex Matt. 14. 32, 33. & Marc. 6. v. 51. apparet †. Sed diversæ sunt illæ historiæ: nam Marc. 6. recedunt à Capernaum: vide v. 45. & 53. at hîc iverunt Capernaum, v. 17, 21, 24. Malim ergò ἤθελον propriè sumi, *voluerunt*, &c. i. e. parati fuerunt id facere, sed non fecerunt quia protinus appulerunt [t]. ¶ *Navis*, &c. Πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ἣν ὑπῆγον] *Navis facta est* (vel, *erat*, Er. vel, *appulit*, V. Ca. *appulerat*: appulit enim navis eo momento quo Christus parabat in eam conscendere [v]: quod falsum est [x]. [Vide jam dicta.] *Adfuit*, Tre. *pervenit*, Er. Il. Be. Pi.) *in*, vel *ad*, *terram* (vel, *terrâ*, Er. vel, *regionem*, Er. Be. Pi. Tre. &c.) *in*, vel *ad*, *quam ibant*, Mo. Be. Pi. &c. vel, *tendebant*, Ca. ad verb. *subducebant*; intellige, vel, 1. navim; phrasis nautica: vel, 2. se, i. e. abibant [y].

22. *Quæ stabat*, Ὁ ἑστηκὼς] *Quæ substiterat*, Be. Pi. G. in loco facti miraculi [z]. ¶ *Trans*, &c. Πέραν, &c.] *Cis mare*, Be. Pi. *Citra sinum illum*, G. prope Bethsaida, ubi Discipuli navim ingressi fuerint [a]: ubi editum fuit miraculum [b]. Malim, *Trans mare*, nempe respectu Discipulorum jam Capernaumi exsistentium. ¶ *Vidit*, Ἰδὼν] Vulgatus legit, εἶδεν· Sy. & Ar. εἶδον, *viderunt*; vel, ἰδὼν acceperunt pro, ἰδὼν ἦν, *videbat*, subintellecto verbo substantivo: sicut Rom. 9. 28. συντελῶν καὶ συντέμνων, pro, συντελεῖ καὶ συντέμνει. Ità hiatui [de quo statim] omni obviàm itur [c]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἦν, &c.] *Non aliud fuisse* (cùm scilicet miraculum ederetur [d]:) *navigium*, G. sic Be. Pi. Ἦν vice est cujusvis Præteriti *. Al. *Non erat*, vel *esset*, Di. ex Vulg. Sy. Ar. Er. ἦν enim Imperfectum est, non Plusquamperfectum. Sensus, Nec postero manè aderat aliud, &c [f]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον] Vel, hiat hujus versûs constructio, quæ interveniente parenthesi versûs 23. expleatur per Epanalepsin vers. 24: vel, comma post αὐτοῦ apponendum; & ἀπῆλθον, quod referri solet ad μαθηταὶ, referendum ad ὄχλος [g]. Quod Casaubono valde placet, minùs ipsi Autori, Bezæ [r]. *Soli*, quos sine magistro avectos viderant †.

23. *Aliæ*, &c. Ἄλλα δὲ ἦλθε, &c.] *Alia verò venerunt*, &c. aliquantò pòst [t], eodem manè [v]. Hoc ideo ut intelligatur quomodo ipsi transierint [x].

24. *Cùm*, &c. Ὅτε οὖν εἶδεν] Repetitio ejus quod præcesserat, ἰδὼν, ob interjecta diùque tracta verba: quod & in aliis historiis occurrit [y]. ¶ *Ascenderunt*, &c.] Huc à Capernaumo venerant pedibus, Marc. 6. 33. per pontem scilicet *Chammathe prope Tiberiada*. At remeant navibus, ut Jesum festinantiùs sequerentur [z].

25. *Quando*, &c?] Et quomodo: neque enim tam de tempore, quàm de modo, admirantur. Sed confundunt adverbia rudes [a]. Πότε] *Quando huc pervenisti?* Be. Pi. Ut si jamdudum ibi fuisse intelligeretur non dubitarent de miraculo, quando navi eum non venisse constabat, pedestre autem iter erat longissimum. At Christus id dissimulans, & corda eorum introspiciens, quæ caduco quàm cœlestis vitæ pabulo magis afficiebantur, ad id quod interrogatur non respondet; ea verò docet de quibus non interrogabatur [b].

26. *Amen, amen*] Non ex conjecturis loquor, sed ex certa scientia [c]. Hoc dicit, ut validiùs perstringat eorum conscientias [d]. ¶ *Non quia vidistis signa*] Nempe quà signa sunt, id est, quatenus pertinent ad efficiendam fidem, & elevandos animos ad cœlestia *: quatenus mihi & muneri meo testimonium præbent [f]: non quòd credatis Doctrinæ meæ illis confirmatæ [g]. Nam in ipso miraculo utilitatem tantùm hujus vitæ spectabant [h].

27. *Operamini*, &c. Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν] *Ne operemini* (i.e. omni opere & studio sectemini [i]: Vult, non hoc præcipuè agendum [k]. Vel, *satagite*, Ar. *operam impendatis*, Sy. *procurate*, Ca.) *cibo*, Il. P. Be. Pi. Pers. Tre. ex Sy. vel, *cibum*, Er. Mo. Vulg. Ἐργάζεσθαι hîc respondet verbo Hebræo, vel, עבד [l]; vel, פעל [m]; vel, עשה [n]; & quidem constructo cum ב: quod Hellenistæ exprimunt per ἐργάζεσθαι, sequente Accusativo, ut Exod. 31. 4. ἐργάζεσθαι τὸ χρυσίον· quod non est, *facere ut aurum sit*, sed, *operari in auro*, vel, *circa aurum*, Heb. לעשות בזהב. Tale est illud 1 Cor. 9. 13. οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, *qui sacris*, vel *in sacris*, *operantur*: & Apoc. 18. 17. ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, *qui in mari operantur*, *& circa illud versantur*. Ità h. l. ἐργάζεσθαι τὴν βρῶσιν non est facere ut cibus fit, imò nè quidem parare eum, (quod de cibo saltem spirituali dici nequit,) sed est, *operari in cibo*, vel, *circa cibum*. Etsi enim Christus eum paraverit, nostrum tamen est operari circa eum, ut noster fiat [o]. Vel, ἐργάζεσθαι idem est quod עשה cum Accusativo, pro, *acquirere*, *comparare*, ut Gen. 31. 1. *Fecit*, i. e. *acquisivit*, ut Onk. vertit, *omnem gloriam hanc*: item Deuter. 8. 17 [p]. Hinc ἐργάζεσθαι est, *negotiari*, &, *negotiando acquirere*, ut Luc. 19. 16. προσειργάσατο, &c. *adacquisivit decem minas*: pro quo v. 18. est, ἐποίησε· ut Hebr. עשה usurpatur pro קנה, *acquisivit* [q]. Ità & Palæphatus, De incredibilibus, p. 50. εἰργάσατο βρῶμα, *sibi victum comparavit* [r]. Ità & h. l. ἐργάζεσθαι βρῶσιν est, *cibum acquirere* †; vel, *operam dare ut victum adipiscamur*: ut, κατεργάζεσθε σωτηρίαν, Phil. 2. 12. Sic in Ecclesiastico, ἐργάζεσθαι ἀλήθειαν [t]. Sensus, In eo occupati estote ut habeatis non cibum, &c [v]. ¶ *Qui perit*] *In ventrem vadit*, &c. Matt. 15. 17 [x]. cujus utilitas temporaria est: qui *destruendus* est, 1 Cor. 6. v. 13. Vide & Gal. 6. 8. ubi *is qui carni studet* dicitur *reportare* φθοράν. Ad mortem enim tendunt omnia hujus vitæ officia [y]. ¶ *Qui permanet*, &c.] Tum in se, quia incorruptibilis est; tum in effectu suo, quia comedentem servat [z]: cujus fructus ad æternitatem pertinet, ut suprà de Aqua dixerat 4. 14. more suo, ex occasione eorum quæ videbat aut audiebat, ad spiritualia animum attollens. Nec nova erat apud Judæos hæc Allegoria. Philo Alleg. Τὸ γὰρ φαγεῖν, &c. (*Edere symbolum est cibi spiritualis*, sive *animæ*: *anima autem alitur actionibus secundum virtutem*.) Plura ad Matth. 26. 26, &c [a]. *Cibum* hîc intelligit, vel, 1. seipsum [b]; vel, carnem suam [c]: vel, 2. dogma Evangelicum [d]; vel, studium rerum cœlestium *. ¶ *Quem*, Ἣν] Refertur, vel, 1. ad ζωὴν [f]· vel, 2. ad βρῶσιν [g], ut patet tum ex re ipsa, tum ex collat. v. 51 [h]. ¶ *Dabit*] Quantum ex sua parte est: nam sic verba sæpe sumuntur, ut suprà 1. 9. Sic δοῦναι ponitur Act. 5. v. 31 [i]. *Dabit*, opportuno tempore [k]. ¶ *Hunc enim pater*, &c. Ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεὸς] *Pater consignavit*, vel *obsignavit*, vel *sigillavit*, *Deus*, Ca. Æth. Mo. Sy. &c. vel, id est *Deus*, Be. Pi. Ham. vel, qui *Deus* est: vel, Pater, inquam, Deus, cujus virtus in miraculis meis eminet, & qui mentiri non potest [l]. Syrus & Arabs hîc utuntur Heb. חתם, quod nihil aliud est quàm sigillum imprimere, & per illud firmitatem atque autoritatem addere. Sensus ergò est, Pater Filium velut sigillo suo munivit, confirmavit, &, ut barbarè loquar, autorizavit [m]; inditâ virtute suâ, tum à cæteris hominibus distinxit, ut in eo, tanquam visibili imagine, Deus Pater appareat [n], cujus ipse est character [o]; tum etiam huic rei præstandæ destinavit †: eum autoritate suâ ac testimonio comprobavit [p], subaudi, esse Filium suum, Christum, &c [q]. potestate mirificâ, eâque incomparabili, hoc egit ut fidem ei conciliaret; quomodo Reges sigillo literis impresso solent [r], aut Legatorum autoritatem obsignato diplomate sanciunt †.

28. *Quid*, &c? Τί ποιῶμεν, &c?] *Quid faciemus* (ποιῶμεν, pro ποιήσομεν· quæ enallage frequens, maximè in interrogationibus [t]: vel, pro ποιῶμεν, in modo Potentiali, *faciamus*, i. e. faciendum nobis fuerit [v]. Quid censes nobis faciendum? vel, Quid agimus reprehendendum quòd nos mones ut faciamus [x]?) *ut operemur opera Dei?* Be. Pi. &c. i. e. apprimè Deo grata [y]. Sic, *sacrificia Dei*, Psal. 51. 17 [z]. vel, nobis à Deo præscripta [a]. Meminerunt Legi Mosis tribui vim alentem, ut Deut. 8. 1, 2, 3. unde & Eccles. 2. 21. πληθύνουσι τὰ νόμιμα. Quærunt ergò an aliud præscribendum habeat quàm quod Lex præscribit. Confer quod est Matt. 19. 16, &c [b]. Nova opera ad

Margin, left column: [k] Bru. [l] G. [m] Bru. [n] G. [o] Idem. [p] Cas. [q] Pi. [r] Pi. ex Be. † Be. [t] Di. [v] Er. [x] Be. [y] Pi. [z] G. [a] Pi. [b] Be. sic Bru. [c] Di. [d] Be. * G. [f] Di. [g] Be. in Di. [r] Di. † G. [t] Idem. [v] Bru. [x] G. [y] Idem. [z] Li. ho. [a] Bru. [b] G. [c] Idem. [d] Bru. * G. [f] Bru. [g] Be. sim. Bru. [h] G.

Margin, right column: [i] Pi. sim. Bru. [k] G. [l] Be. [m] Q. in Di. [n] Di. Ham. [o] Di. [p] Ham. ex Di. [q] Di. [r] Ham. † Di. [t] G. [v] V. [x] Bru. V. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. [c] Pi. sim. Bru. [d] G. * Bru. [f] Q. in Be. [g] Pi. ex Be. [h] Pi. [i] G. [k] Bru. [l] Idem. [m] Di. [n] Be. [o] Di. † Be. [p] Er. sic Bru. Pi. [q] Bru. sic V. [r] G. † Pi. [t] G. [v] Pi. [x] V. [y] G. sic V. Be. Bru. Pi. [z] G. [a] Ham. ex Proc. [b] G.

ra ad

ra ad novum illum vitæ æternæ cibum acquirendum exigenda credebant [c].

29. *Hoc est opus Dei*, &c.] i. e. Quod Deo placet [d]. Opus est etiam hæc fiducia, sed internum. Neque opponitur operibus quibusvis, sed externis; & quidem iis quæ sine ea fiducia esse possunt, & sine quibus ea fiducia esse potest; qualia præsertim sunt ritualia, & alia quædam verè bonis & bonos simulantibus communia. Unum autem hoc exigit, quia si hoc sincerum solidúmque sit, omnia alia Deo placentia secum trahit. Nam Christus eos demum censet sibi confidere qui spe promissorum suorum viam ab ipso monstratam ingrediuntur. Sic Rom. c. 3. v. 27. ¶ *In eum quem misit ille*] Intellige, *cum tanta ac tam mirifica potestate* [*]: i. e. In me [f]. Non tamen dixit, *in me*; tum modestiæ causâ [g], quâ ubique honorem muneris sui ad Patrem refert [h]: tum ut rationem innuat cur in eo credendum sit [i].

30. *Quod—signum*] Messiâ dignum. Ubi dapes illæ quas Messias veniens exhibebit [k]? ¶ *Ut videamus*, &c?] i.e. Ut, eo conspecto, tibi fidem adhibeamus, ac proinde etiam confidamus tibi. Alii videntur hi fuisse quàm qui modò eum Messiam vocaverant, nisi quibusdam accidit quod vulgò dicitur, Μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει χάρις, (*Beneficium semel datum mox senescit.*) Diximus Judæorum esse, signa postulare, & quidem inverecundè, qualia ipsi cuperent. ¶ *Quid operaris?* Τί ἐργάζῃ;] Ποιεῖν videtur sumi pro eo quod habeat effectum permanentem; ἐργάζεσθαι, quod transeuntem [l].

31. *Patres nostri*] Qui sexcenties mille erant & amplius [m]: quum tu sex tantùm millia pavisti [n]. Extollunt Mosem. ¶ *Manducaverunt Manna*] Procurante Mose. Et cùm dicunt *Manna*, cibum intelligunt cui ex ipsa admiratione nomen, ut Josephus, Chaldæus, & Græci Interpretes cum Latino sumunt. Malè aliam originem quærunt Grammatici. Est quidem מן pro *quid* Chaldaicum: sed & Ægyptii sic loquebantur, ut notat Hascuni, quorum idioma adhuc eo tempore adhærebat Hebræis. ¶ *In deserto*] i. e. Per totos annos 40 Christus eos semel tantùm paverat: ideo mox aiunt, *Semper da nobis panem hunc*, nempe qualem semel dedisti [o]. ¶ *Sicut scriptum est*] Psal. 78. v. 24, 25 [p]. Recitant Psalmum cui canendo assueverant [q]. ¶ *Panem de cœlo*] i.e. Ex cœlo primo, qui vulgò *aer* [r], cœlum sæpe etiam Latinis †; & sub. *descendentem*, Pi.

32. *Non Moses dedit*] Manna non datum erat per & propter meritum Mosis, ut fingunt Gemaristæ [t]. ¶ *Panem*, &c. Τὸν ἄρτον, &c.] *Panem illum* (sub. *verum*, V. Pi. & sub. *sed tantùm Manna*, V. panem illum eximium, de quo sensit Scriptura Divina [v]:) *de cœlo*, Er. &c. propriè dicto [x]: ex cœlo supremo [y], quod *tertium cœlum* Hebræis; *ex solio immortalitatis* [z]. Vel, *cœlestem*, Be. Bru. Pi. Ergò non agit de loco unde datum sit Manna, sed quæritur an hic panis verè fuit cœlestis [a]. ¶ *Verum*] i. e. Vel, 1. verè cœlestem [b]; referendum enim est ad proximum [c]: qui excellenter *panis cœlestis* dici meretur. Sic vocem ἀληθινὸς sumi diximus supra 1. 9 [d]. Vel, 2. *verum* opponitur typico, ut Joh. 1. 17. Heb. 8. 2 [*]. q. d. Quod olim per Manna fuit præfiguratum, id nunc verè ac reipsa exhibitum esse, nempe seipsum [f].

33. *Panis—Dei*] i.e. Divinus & verè cœlestis [g]: qui à Deo datus eximiè [h]: vel, cujus esus Deo placet: nam etiam Manna dedit Deus [i]. ¶ *Qui*, &c. Ὁ καταβαίνων, &c.] *Descendit*, quoties opus est: nam verbum est præs. temp [k]. Verùm est hîc enallage temporis, pro, ὁ καταβεβηκώς, vel, ὁ καταβάς: ut colligitur ex collat. v. 38, 51. Loquitur autem de seipso, ut ipse exponit v. 35 [l]. De voce καταβαίνειν vide Joh. 3. 13 [m]. *Descendit*, non locum mutando, sed carnem in terra assumendo. Alia ascensionis ratio; quum descendit, tantùm erat Deus: quum ascendit, erat etiam homo [n]. Modò Verbum suum *panem* vocaverat; nunc se *panem* vocat. Solent enim quæ Evangelio conveniunt, Christo tribui ejus promulgatori ac sanctori. Philo Allegor. Οὗτος, &c. (*Hic panis quem dedit Dominus est Verbum Dei, quod pabulum est animæ*, &c.) Vide quæ ad Matt. 26. 26. ¶ *Dat*] Quantum ex sua parte, ut modò diximus. ¶ *Vitam*] Nempe æternam, ut suprà 1. 4 [o]. cœlestem ac beatam [p]. ¶ *Mundo*] Nec sexcentis tantùm millibus, sed infinito numero; omnibus, si vellent: suprà 1. 10 [q]. Non Judæis tantùm, sed & Gentibus [r]; vel, electis omnium gentium. Opponit hoc errori Judæorum, qui putabant, Messiam proprium esse Judæorum, &c †.

34. *Semper*] Non semel tantùm & iterum, sed quotidie: ut fecit olim Moses [t]. ¶ *Da nobis panem hunc*] Simile habuimus Joh. 4. 15 [v]. Vitam hîc intelligebant Judæi, vel, 1. mortalem, sive corporis [x]: sperantes se eo pane victuros in longa secula [y]. Vel, 2. animi: sed irrisoriè loquuntur, q. d. Nec ullus ejusmodi panis est, nec, si esset, dare tu posses [z].

35. *Panis vitæ*] i. e. Vivificus [a]: qui alo & vitam largior [b]. Quomodo hoc sumendum sit, diximus ver. præced. Magna Christi patientia, qui vitium non exprobrat, sed sanare aggreditur [c]. Loquitur de vita spirituali [d]. ¶ *Qui venit ad me*] i. e. Qui credit in me [*], ut mox declarat in membro opposito [f]. Non dicit, *qui manducat me*, ut abstrahat eos à cogitatione manducationis corporeæ [g]. Declarat hîc quid sit panem vitalem comesse [*]. Diximus ad Matt. 23. 25. sæpe compendio quodam orationis misceri inter se voces comparationis & ejus quod comparatione indicatur: ità hîc simplex oratio fuerat, *Qui ederit me, nunquam esuriet; & qui biberit me, non sitiet unquam*: sed quia *edere* & *bibere* significat Credere, ideo alterum exponitur per *venire*, alterum per *credere*: idem enim est *venire ad Christum*, h. e. ei se devovere; & *credere*: ut apparet infrà v. 44. Respiciunt hæc omnia locum Esa. c. 55. v. 1, 2 [h]. ¶ *Non esuriet*] Nempe *unquam*, quod ex sequenti membro repetendum est [i], per ἀπὸ κοινοῦ. *Esurire* & *sitire* idem hîc est. Tacitè ostendit quantò suum munus Mannâ sit præstantius quod tanti faciebant: & respondet ad petitionem, *Da nobis semper* [k]. ¶ *Non sitiet unquam*] Innuit se non tantùm panem esse, quod dixerat, sed & potum, atque adeò perfectam adferre refectionem [l]. [Sensus,] Non opus habebit aliud quicquam addiscere quò ad vitam æternam perveniat, ut dictum suprà 3. 14 [m]. nihil veræ felicitatis ei deerit [n]: non torquebitur solicitudinibus hujus vitæ, satiabitur certâ spe vitæ æternæ; quâ etiam fruetur tandem [o].

36. *Sed dixi vobis*] Nempe v. 26 [p]. Ubi dixerat non verbis iisdem, sed re, cùm dixit sectatores ipsos sui esse *victûs causâ, non ob miracula*, i. e. non ut miraculis adducti ipsi confiderent. Hoc sensu *dicere* ponitur & infrà 11. 40 [q]. ¶ *Et*, &c. Ὅτι καὶ, &c.] *Etiam* (ὅτι redundat ex Hebraismo [r]: vel, *Certè &*, Be. vel, *Quòd quamvìs*, V.) *vidistis me*, Pi. i. e. nôstis, me esse Messiam: suprà v. 14 †. spectatores fuistis potestatis mihi datæ. Sic & Joh. 14. 9. ¶ *Et non creditis*, Καὶ οὐ πιστεύετε] Καὶ est, *Et tamen*. In manuscripto illo vetere legitur, πιστεύετέ μοι [t].

37. *Omne quod dat*, &c.] Causam reddit cur illi [auditores ejus] ad se non venirent. Ità ferè Chrysost. Cyr. Th. Euthym. &c. At sic excusaret eos potiùs quàm accusaret [v]. Nè dicerent, Si noveras nos non esse crédituros, quare ergò hæc frustrà effutis? Respondet, Esse in turba electos à Deo qui credant: reliquos autem latenter pungit, quòd electi non sint, ac propterea non mirum sibi esse quod non credant [x]. Contra istorum incredulitatem consolatur se, quòd omnes electi in ipsum credituri sint [y]. Ostendit Christus quantæ sit virtutis illud credere quod ab ipsis negligebatur [z]. Neutrum [πᾶν, *omne*,] pro masculino aut communi [a], ut exactiùs declaret universitatem, quæ quodvis genus hominum comprehendat [b]. Sic τὰ μωρὰ, 1 Cor. 1. 27. πᾶν κοινὸν, Apoc. 21. 27 [c]. Sic *omne* dicitur de omni homine Joh. 17. 2. item Joh. 12. 32 [d]. *Quicquid*, pro, quoscunque, per Synecdochen generis [*]. *Quod dat*, &c. i. e. Quos mihi velut in manum tradit: nam διδόναι hîc cum effectu aliquo intelligitur; ut nomen κλητοὶ, 1 Cor. 1. 24. & alibi sæpe. Sic, *aperire cor*, Act. 16. 14. *implere cor*, Act. 5. 3. & hoc ipsum *dandi* verbum, Act. 11. 18. 2 Tim. 2. 25. Nec aliter exponit Maimonides illud, Deut. 29. 4. Tradit autem Pater cum effectu Christo eos qui pietati student, saltem post Verbum auditum. Solent præparationes ad fidem Patri tribui, ut fidei operatio Filio, obsignatio Spiritui [f]. *Quos dat mihi*, nempe in possessionem, juxta Psal. 2. 8. Confer Tit. 2. 14. Hoc autem fit eorum conversione. Per *datos Christo* hîc intelligit, 1. non certum numerum absolutè electorum, &c. quia ex his unus

periit,

c Bru. d Pi. sim. V. Be. * G. f Bru. g Bru. sim. G. h G. i Bru. k Li. ho. l G. m G. Bru. n Bru. o G. p Cap. Bru. q G. r G. sim. D. Bru. &c. † G. t Li. ho. v Er. x Bru. y G. sic Pi. Ham. z G. a Fe. b Bru. Pi. c Bru. d G. * Pi. f Pi. sim. Be. g Bru. h G. sim. Pi. i Pi. k Bru. l Pi. m G. n Pi. o G. p Bru. q G.

r Bru. † Pi. t Idem. v G. x Bru. Mal. ex Cyr. Chrys. Aug. Th. &c. y Bru. z Mal. a Be. D. G. b V. c G. d Pi. * Pi. sim. Be. Bru. f Pi. Bru. g Bru. * Ca. h G. i G. sic Bru. k G. l Bru. m G. n Pi. o Be. p Pi. ex Be. G. q G. r Be. † Pi. sim. Bru. t G. v Mal. x Bru. y Pi. z G. a G. sic Bru. b Bru. c G. d Gom. * Pi. f G.

periit, Joh. 17. 12; 2. non eos qui actu credunt, quia fides hanc dationem consequitur: 3. sed eos qui sunt εὔθετοι, i. e. *parati, idonei, ad regnum Dei*, Christúmque sub suis conditionibus amplectendum, probi & humiles; qui sincerè cupiunt veritatem scire, voluntatémque Dei facere, Joh. 7. 17. quales Christum, ipsis patefactum, indubiè recipient. Quæ tamen omnes præparationes cordis effecta sunt prævenientis gratiæ Dei, cujus respectu & à Deo trahi dicuntur, v. 44 [g]. Al. *Quos dat*, prædestinatione, & electione æternâ [h], ad salvandum. Pater Filio, tanquam Mediatori, eos ex massa peccatorum salvandos dat quos ab æterno elegit [i]. Insinuat Christus, fidem esse donum Dei, nec eam solis humanis viribus acquiri posse [k], nec omnibus dari auxilium sufficiens ut credant; quia nimirum non omnes aut veniunt ad Christum, aut trahuntur à Patre: Sunt enim hæc inter se convertibilia, datum esse Christo, ad Christum venire, trahi à Patre, &c [l]. *Dari à patre* est solius gratiæ Dei, sed *venire ad filium* est & gratiæ & liberi arbitrii [m]. [Sed de his consule libros Eristicos.] Porrò dati Christo sunt alii ad fidem, alii, eminentiore modo, ad constans ministerium Christi, Joh. 17. 6, 12, 17, 18, &c [n]. ¶ *Ad me veniet*] Id est, Ii mihi credent [o]: nam id significat *veniendi* vox. Similitudo sumpta à Discipulis quos pater magistro tradit, quíque volentes eum frequentant [p]. Necessariò consequuntur prædestinatio ab æterno, & vocatio in tempore, Rom. 8. 30. Significat, non defore credentes, etiam ex Gentibus, licèt Judæi Christum rejiciant [q]. ¶ *Qui venit*, &c.] Qui hoc modo mihi fidem adhibuerit [r]: qui per fidem se mihi committit †. ¶ *Non* (vel, *Nequaquam*, Be. Pi.) *ejiciam* (vel, *ejicio*: præs. pro futuro [t].) *foràs*] Non repellam à me, à domo mea, à societate mea & communione bonorum: sed benignè excipiam eum, preseverantiam ei dabo vitámque æternam [x]: non repudiabo, sed in æternum servabo. Αὐτὸς [y]. *Foràs*, i. e. è cœlo: confer Matth. 22. 22 [z]. Ἐκβάλλειν ἔξω, *è loco aliquo ejicere*, ut Act. 7. 58. sic de Synagoga dicitur infra 9. 34, 35. hic quasi de Schola. Ea enim cæpta est translatio; Non faciam ut morosi magistri: non expellam eum; nempe si perpetuò voluerit meus esse, per me non stabit quò minùs sit [a]. Velut publicus hospes, significat, se neminem non hospitio admissurum, neminémque admissum domo ejecturum [b]. Hinc constat, immotam esse gratiam electis propriam, fidémque veram nunquam penitus excidere [c]. Al. Potest pius perire, si Christum deserat, &c [d].

38. *Quia descendi*, &c.] Sub. *scitote*, V. Ex proposito sibi fine facit credibile quod dixerat. Quomodo è schola mea ejicerem eos quibus ut dem vitam æternam sum constitutus, quo nullum majus beneficium excogitari potest? *Descendi è cœlo*, i. e. à Patre singulariter missus sum, ut suprà 3. 13 [*]. vel, incarnatus sum [f]. ¶ *Non ut faciam voluntatem meam*] Quæ dissentanea sit voluntati Patris, qualem me habere vos, sed falsò, putatis [g]: ut agam pro libitu, privato arbitrio, ut Joh. c. 5. v. 30. ¶ *Sed voluntatem*, &c.] Repete, *ut faciam*, ex membro præcedente; quia quod præcessit affirmativum est, hoc negativum: Missus sum ut omnia agam congruenter Paternæ voluntati [h]. In Christo duplex est voluntas, eadem quæ Patris, h. e. Divina; & humana: utraque tamen prorsus consentiens [i].

39. *Hæc —— voluntas*, &c.] Hoc est decretum ejus generale quod ego exsequor [k]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ] Est Hebraismus [l]: nam πᾶν cum nullo verbo cohæret. Latinè dicas, *ut ex omni eo quod mihi dedit nihil perdam*: neutrum rursus vice communis, ut 1 Cor. 1. 27, 28 [m]. [Sic reddunt;] *Ut quicquid mihi dederit non perdam ex eo*, Pi. *Ut ex eo omni quod mihi dederit non perdam* quicquam, Be. sim. Il. Ti. Ca. &c. i. e. non sinam perire [n], vel perditum manere [o]; sed servem [p]. *Perdere* hîc est oppositum ei quod suprà v. 33. dixit, *vitam dare*, non tam Agendi, quàm Sinendi, sensu; i. e. *non patiar interire*: nam apud Hebræos Agentia sæpe Sinendi habent significationem [q]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλὰ ἀναστήσω, &c.] *Sed suscitem illud*, Be. Pi. ad gloriam cœlestem [r]. Meminit resurrectionis tanquam inchoationis æternæ perfectæque felicitatis †. Ἀνάστασις specialiter dici solet ea quæ est ad æternam felicitatem, ut suprà monuimus; elevatio in sortem multò sublimiorem. Sic,

[Marg.: g Ham. — h Me. ex Eru. — i Bru. — k Tol. sim. Calv. — l E. — m Eru. — n Ham. — o G. sic Pi. Bru. — p G. — q Bru. — r G. — † Bru. — t V. — x Bru. — y Pi. — z Aug. & Beda in Mal. — a G. — b Mal. — c Ec. — d Ham. — * G. — f Pi. — g Bru. — h G. — i Ec. — k G. — l G. sim. Bru. — m G. — n Pi. — o Eru. — p Pi. — q G. — r Pi. sim. Eru. — † Eru.]

ἀνιστάμενος εἰς τὴν ἀρχὴν, qui ad imperium evectus est Græcè dicitur. Sic הקים Hebræis, Ezec. 26. 8 [t]. Verbum, ἀνίστασθαι, de resurrectione mortui usurpant Homer. & Aristot. simil. & Æschylus [v]: [quorum verba vide in Camer.] ¶ *In novissimo die*] In die resurrectionis [x], & Judicii generalis [y]. Sic infrà aliquoties, ἐν συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, Mat. 13. 39 [z]. ut portionem habeant in mundo futuro. Exspectabant Judæi resurrectionem mortuorum in adventu Messiæ. Dixit R. Jeremia, *Sepelite me cum indusio & calceis*, &c. *ut, cùm advenerit Messias, paratus sim ad ejus occursum*. Hanc spem evertit Christus, &c [a].

40. *Hæc*, &c. Τοῦτο δέ, &c.] *Hæc est autem* (vel, *nimirum, videlicet*; δὲ hîc est explicativum [b]: vel, *inquam*, Bru. vel, *enim*, V. Bru. Di. ex Sy. & Ar. Δὲ pro γὰρ acceperunt, quod non est insolens. Vide Rom. 8. 11. & 1 Cor. 10. 11. Aut forsan legerunt γὰρ, ut Camer. repetitâ superiore sententiâ ἀπολογικῶς. Dat hîc causam cur Patris voluntas sit ut de dato sibi nihil amittat: quia nempe ejusdem voluntas est ut omnis qui credit habeat vitam æternam [c].) *voluntas*, &c. Repetit quod dixerat v. præced. sed clariùs expositum [d]. ¶ *Ut omnis qui*, &c. Ὁ θεωρῶν, &c.] Qui *conspicit*, &c. Be. Pi. i. e. probè considerat & contemplatur [*], agnoscit ex ipsius doctrina & miraculis [f]. Modò dixerat, *Vidistis & non creditis*, Ergò Videre præcedit ipsum Credere; nec ut incredulus damnabitur nisi qui viderit, i. e. cui rationes credendi subministratæ sunt. Non tamen de nihilo est quod θεωρῶν hîc potiùs dixit quàm ὁρῶν. Est enim θεωρεῖν non quovis modo, sed *cum attentione, videre*. Sic 1 Joh. 1. 1. post ἑωράκαμεν sequitur ὃ ἐθεασάμεθα. Sic θεωρεῖν sumi videmus tum alibi, tum Lucæ 21. 6. Joh. 2. 23. & 7. 3. & 20. 6. Θεωρεῖν Cicero Tusc. 5. vertit, *studiosè perspicere*. Hebræum חזה, quod & hîc posuit Syrus, Græci Interpretes sæpissimè vertunt θεωρεῖν. Non aliud hîc est θεωρεῖν quàm *dari à Patre*; sicut *credere* non est aliud quàm *venire*. Credentes sunt המשכילים, Dan. 12. 3 [g]. Hinc damnatur fides implicita: quia Fidei præire Theoriam oporteat [h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀναστήσω, &c.] *Ego verò suscitabo*, &c. Pi. *Et suscitem*, &c. Be. Cohæret cum ἵνα quod præcessit. Est ergò modi Subjunctivi [i].

41. *Murmurabant*] Vide Mat. 20. 11 [k]. Turbati offensique querebantur [l]. ¶ *Judæi*] Nomen hoc eo tempore omnes Israelis posteros in Terra promissa habitantes continebat, etiam Galilæos [m]. ¶ *De*, &c. Περὶ αὐτοῦ] *De eo*, nempe Jesu [n], i. e. propter eum, vel, contra eum [o]. Al. *Ob eam rem*, G. sim. Bru. Nonnus masculinè accipit [p]. ¶ *Sum panis*, &c. Ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς, &c.] *Panis ille qui —— descendit*, Be. Pi. vel, *descendi*, Sy. Vulg. & Er. in Di. cui favet v. sequens ubi est καταβέβηκα. Hîc ergò ὁ καταβὰς acceperunt in prima persona [q]. Cum accentu pronunciandum illud, ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ: nam id propriè erat quod concoquere non poterant; non quòd *Panem se* dixisset, sed quòd *se* dixisset *de cœlo venisse*: quod illi non de potestate, aut περὶ τοῦ λόγου, sed de toto homine, accipiebant [r].

42. *Jesus*] Eum proprio nomine compellant, vel, 1. per contemptum †; vel, 2. ut significent, se eum optimè, etiam de nomine, nôsse, ut falli non possint [t]. ¶ *Filius Joseph*] Ex fama publica [v]. Luc. 3. 23. & c. 4. v. 22 [x]. ¶ *Novimus*, &c?] Habitabant in proximo Nazarethæ: Ventitabant interdum Capharnaumum, suprà 2. 12 [y]. ¶ *Quomodo*, &c?] Quomodo verum id esse potest si natus est humano more [z]?

43. *Nolite*, &c. Μὴ γογγύζετε μετ' ἀλλήλων] *Ne murmuretis cum invicem*, Bru. vel, *inter vos*, Er. V. Discordes enim esse cœperant, aliis benigniùs, aliis pejùs, de Christo sentientibus. Vide infrà 52. Omniscium se ostendit [a].

44. *Nemo* (Quâ voce significat gratiam Dei omni tempori & hominum statui necessariam esse [b]:) *potest* (Potentiam intellige non remotam, sed actui proximam [c]: quâ quis aptus fit ad credendum [d]. Habent omnes potentiam naturalem, quæ tamen in actum reduci nequit sine gratia trahente [*].) *venire ad me* (i. e. mihi credere [f], quòd sim Messias [g]; ac proinde agnoscere in me cœlestem illam excellentiam quam indicaveram, cùm dicerem *ex cœlo me descendisse*. Vide suprà 35. Ostendit duritiam cordis eorum [h].) *nisi pater* (non putativus ille, Joseph, sed cœlestis, Deus [i]. Perstat in non agno-

[Marg.: t G. — v Camer. — x Bru. — y Bru. Pi. — z G. — a Li. ho. — b G. — c Di. — d Bru. — * Idem. — f Pi. — g G. — h Be. — i G. — k G. — l Bru. — m G. — n Pi. Eru. — o Pi. — p G. — q Di. — r G. — † Er. — t Ec. Bru. — v Bru. — x G. — y G. sim. Bru. — z G. — a G. — b Bru. — c Mal. Bru. — d Bru. — * Mal. — f G. sic Pi. Bru. — g V. — h G. — i Zeg.]

agnoscendo alio patre quàm Deo [k].) *qui misit me traxerit eum*] Scil. ad me [l], in cognitionem mei [m]. Idem est quod suprà, *omne quod dat mihi Pater*, ac infrà explicat ipse, nisi datum ei sit à Patre: nam hæc omnia significant præparationem, sed acceptatam. Et vox ἑλκύειν respondet Hebræo משך, quod etiam per ἄγειν vertunt Græci, & Tertul. ἑλκύσῃ in hoc loco vertit, *adducat*, lib. adv. Praxeam; alibi per ἑλκύειν, sed sine ullo sensu impositæ necessitatis, ut Prov. 7. 22. Cant. 1. 4. Jer. 31. 3. Ose. c. 2. c. 14. *Trahi* ergò est idem quod Joh. 7. 17. *velle facere voluntatem Patris*; 8. 47. *ex Deo esse*, i. e. pio quodam affectu esse præditum; 3. 21. *facere veritatem*, i. e. sincerè ambulare. Philo, ὑπ' ἔρωτ☉, &c. (*Amore cœlesti rapti, bacchantium instar, sacro quodam velut furore concitantur, donec eo quod concupiunt potiantur.*) Justinus Colloq. Εὔχε, &c. (*Ora inprimis ut Deus lucis portas tibi aperiat: neque enim hæc intelligi possunt nisi Deus dederit intelligere.* Clemens Strom. 4. Οὐ δεῖ, &c. (*Non enim opus est nos abreptos transferri, sed gradientes pervenire quò oportet: hoc enim est trahi à Patre*, &c. Et. 5. Εἴτ' οὖν ὁ πατὴς, &c. (*Sive igitur Pater ipse nos traxerit—sive voluntas nostra sponte fertur,——non tamen sine gratia eximia assurgit aut attollitur anima*, &c.) Hierocles tractionem merè activam vocat ἑλκυσμὸν, acceptatam vocat δέξιν [n], [verbis à G. productis.] *Traxerit eum*, gratiâ præveniente disponens ad Christum recipiendum [o]. *Attraxerit*, secreto suo afflatu [p], & occultâ vi Spiritûs Sancti in corde: sine qua frustrà sunt doctrina, miracula, &c [q]. Negari non posse videatur, voce *trahendi* violentiam aliquam significari, non quidem talem quâ vis voluntati infertur, sed quâ gratia Dei, etsi præveniens omnem humanæ voluntatis præparationem, ità est efficax ut suum infallibiliter assequatur effectum: non quòd ullam voluntati necessitatem imponit, aut alios trahit quàm volentes [r]; sed quòd ex nolentibus facit volentes †. Trahit Pater mentem illuminando, & corda flectendo ac formando in obedientiam Christi [t], cor novum dando, Ezec. 11. 19. & 36. 26. Non trahit violento raptu [v], non cogit hominem externo impulsu [x]; sed trahit per ministerium Verbi, per illud non tantùm aures feriendo, sed cor aperiendo, Act. 16. 14. illuminando, 2 Cor. 4. 6. emolliendo, 2 Par. 34. 27. & cœlestium bonorum desiderio inflammando. Non ergò necessitas trahit, sed voluptas, ut Poeta dicit, *Trahit sua quemque voluptas* [y]. *Trahere*, משך, modò significat, *occulto impetu aliquem impellere quò velis*; ut *Deus traxit Sisaram*, &c. Jud. 4. 7. modò, *verbis aut rationibus in partes tuas trahere*; ut Barac *traxit* Naphtalitas, &c. *ad montem Thabor*, &c [z]. Sed qualis hæc est ratio cur Judæi non murmurarent? Resp. Concisa est oratio, & sic supplenda [a]; q. d. Nolite murmurare de iis quæ non intelligitis: ideo autem non intelligitis, quia à Patre non trahimini [b]. Ità terret eos, tanquam Divino lumine destitutos, nec numerandos inter electos Dei [c]. ¶ *Et ego resuscitabo eum*] Hs. pro, *Quem ego resuscitabo*. *Eum*, qui ad me venerit ità ut & in me manserit *. Innuit ipsos non habituros partem in resurrectione justorum [f].

45. *Est scriptum in prophetis*] Id est, in uno aliquo Propheta [g]: [Enallage numeri sæpe notata.] In Esaia, apud quem solum hoc exstat [h]: vel, in eo Scripturæ Tomo qui Prophetas continet. Dividitur enim S. Scriptura in tres Tomos, *Legem*, *Prophetas*, & *Hagiographa* [i]. In Esa. 54. 13. Jer. 31. 33, 34. in illo loco verba exstant; in hoc, item apud Ezechielem, aliquoties, & Mich. 4. 2. sensus idem [k]. ¶ *Erunt omnes*, &c. Πάντες διδακτοὶ Θεοῦ] *Omnes* (quibus sermo Evangelii annunciatur [l]: omnes filii tui, ut habet Propheta, qui in Christum crediderint [m]: filii Ecclesiæ [n]: electi [o].) *dociles Dei*, Er. V. ut passivè accipiatur [p]: vel, *discipuli Dei*, LXX in Er. sic Camer. Sed plus est διδακτὸν esse quàm μαθητὴν. Multi enim Discipuli discedunt quia non didicerunt, ut infrà v. 66 [q]. Heb. *periti Domini*, V. vel, *docti à Deo*, Be. Pi. Er. Val. sic Bru. &c. non à Magistris traditionum, ut Judæi: non à Diabolo, per oracula sua & idola, ut Gentiles [r]. Διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ, i. e. δεδιδαγμένοι ὑπὸ Θεοῦ. Nomen verbale hîc, ut & in Heb. למודים, æquipollet Participio: Heterosis †. למוד Hebræum non Participium est, sed Adjectivum, significans *peritum*, *sapientem*. Conjungitur cum Genitivo, ut Esa. 8. 16. בלמדי, i. e. *inter peritos meos*, & eo loco qui hîc respicitur. At, cùm Genitivus plures habere possit significationes, congruentissima huic Esaiæ loco est illa ut intelligantur *hi qui periti sunt Divinâ institutione*; sicut מכה אלהים, Esa. 53. 4. *Percussus Dei*, i. e. *percussus à Deo*; εὐλογημένοι τοῦ πατρὸς, Matth. 25. 34. i. e. *benedicti à Patre*. Ergò διδακτοὶ Θεοῦ, duabus vocibus; aut διδακτοὶ Πνεύματ☉ ἁγίε, ut 1 Cor. 2. 13. sunt qui unâ voce θεοδίδακτοι, 1 Thes. 4. 9. Homerus idem exprimit voce αὐτοδίδακτ☉ [t]. Sic vocat eum qui non ex arte, sed afflatu numinis, caneret; *ex seipso doctus* [v]: vocis pars prior Hominem tantùm Magistrum excludit: ipse [sic] explicat, Αὐτοδίδακτ☉ δ' εἰμὶ, Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας παντοίας ἐνέφυσεν. Vide Maximum Tyrium Dissert. Εἰ τις γένοιτο θείᾳ μοίρᾳ ἀγαθός· ubi illum Homeri locum expendit. [Sensus loci,] Hi omnes à Deo docti evadent, nempe si velint, si avidi sint, si non respuant oblatum & ingestum ultro beneficium: non opus habebunt adire viros literatos, ut ex iis hauriant mysteria Veteris Testamenti. Sic & 1 Joh. 2. 27. Adde 1 Thes. 4. 9. & Jer. c. 31. 34 [x]. ¶ *Qui audivit à patre* (intus loquente ac revelante [y]: qui Patris scholam frequentavit [z].) *& didicit*] Id est, Qui ità audit ut docilem se præbeat, ut ad discendum se comparet, ut afflatus Dei admittat in animum. Vetus manuscriptus post μαθὼν adjicit ἀληθείαν [a]. *Audisse & discere* idem est quod efficaciter doceri: *audire* ad intellectum pertinet, *discere* potissimùm ad voluntatem [b]. ¶ *Venit ad me*] Id est, Se mihi dedit [c]: quod est credere [d]. Hic & non alius venit ad me *. Hinc liquet Gratiam efficacem non esse communem omnibus, sed peculiarem iis qui parent. Nam quod dicunt, *audire & discere* hîc significare, *mente obsequi*, ineptum est & tautologiam efficit: sic enim Christus diceret *venire eos qui veniunt* [f].

46. *Non* (sub. hoc dicimus, ego aut Propheta [g],) *quia* (vel, *quòd*, Pi.) *patrem vidit quisquam*] Oculis corporeis, tanquam Ludimagistrum docentem, &c [i]. ut Judæi rudes & crassi suspicari poterant [k]. Vel, *vidit*, i. e. cognovit, nempe extra Christum mediatorem [l]. Interpretatio antè dictorum; non quòd cùm Patre quispiam ità versetur familiariter ut ab eo ipso intelligat quid faciendum sit. Vide suprà 1. 18. & 5. 37 [m]. ¶ *Nisi is qui à Deo est*] Id est, ὁ μονογενὴς, suprà 1. 18 [n]. qui Divinitus nobis concessus est [o]. Seipsum excipit [p]. Εἰ μὴ hîc rectè verteris, *sed*, ut hîc Syrus, אלא: ut sensus sit, Vestrûm quidem nemo Patrem vidit; at vidit eum Filius: ità enim rectiùs cohærebit quod sequitur, οὗτ☉, &c [q]. ¶ *Hic vidit patrem*] Id est, cognovit mentem Patris, & consilium ejus de electorum salute eis exposuit [r]. Is ut intimus pernovit Patris voluntatem. Quare, cùm is eam revelat, tunc Pater trahit: & qui patitur se trahi, adducitur ut credat, ut obediat †.

47. *Qui credit*, &c.] Alibi diximus, *credere Jesu*, esse verbis ejus fidem habere; *credere in eum*, esse Ei confidere: quod Hebræi efferunt per אמן, addito ב, ut Esa. 28. 16. Ubi autem is qui loquitur agit de re quam ipse nobis præstiturus est, tum hæ duæ locutiones ferme in idem recidunt. *Credere* autem & *confidere* intellige, ità ut oportet, cum animo implendi conditiones propositas. ¶ *Habet vitam*, &c] Id est, Jus habet ad vitam æternam, ut suprà 3. 16. & 5. 24. *Qui jus ad rem habet rem habere videtur*, aiunt Jurisconsulti [t]. Ità conservatur in vita Deo grata, ut à morte consequatur vitam æternam [v].

48. *Panis vitæ*] Scil. æternæ [x]. Suprà v. 35. Sensum eundem sæpe repetit, tum ut infigatur animo, tum ut occasio detur doceri volentibus interrogandi [y].

49. *Patres vestri*] Non dicit, *nostri*: ut innueret, tum se eximium & majorem esse [z]: tum ipsos esse similes patribus, nempe incredulos, 1 Cor. 10. 5 [a]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Bru. (vel, *Et tamen*, Pi.) *mortui sunt*] Id est, Non potuit illis Manna præstare vitam nisi ad breve tempus [b].

50. *Hic*] Sub. *panis*, Bru. Pi. de quo loquor. Seipsum intelligit [c]. ¶ *Descendens*] Suprà 33. Verbum præsentis temporis usurpat, quia perpetuò potestas ipsius fluit à Patre. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τις, &c.] *Ut si quis ex eo ederit, non moriatur*. Intellige, postquam semel vitam ipsam (non jus tantùm vitæ) adeptus fuerit: nam vita ex

---

Margin notes (left column): [k] Bru. [l] Idem. [m] V. Bru. [n] G. [o] Ham. [p] Zeg. [q] Cam. [r] Bru. † Be. ex Aug. Bru. Calv. Pi. Chem. [t] Bru. Calv. sim. Pi. [v] Chem. [x] Calv. [y] Chem. [z] D. [a] Mal. [b] Mal. sim. Bru. [c] Bru. [d] V [*] G. [f] Bru. [g] D. &c. [h] Di. [i] Bru. ex Be. [k] G. [l] Idem. [m] Bru. [n] V. sim. Bru. [o] Pi. ex Be. [p] Er. [q] Be. [r] Li. ho. † Pi.

Margin notes (right column): [t] G. sic Er. [v] Er. [x] G. [y] Bru. sim. Zeg. [z] V. [a] G. [b] Bru. [c] G. sic Cam. [d] G. * Bru. [f] Cam. [g] Bru. sim. Pi. [i] Bru. [k] Euthym. in Bru. [l] Pi. [m] G. [n] G. sim. Bru. Be. [o] G. [p] Bru. [q] G. [r] Pi. † G. [t] G. [v] Bru. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. sim. Pi. [a] Pi. [b] G. [c] Bru.

ex hoc pane procedens æterna est. Ità explicatur mox v. 51, 54[d].

51. *Ego sum panis vivus*, Ὁ ζῶν] *Vivens*, V. id est, perennis, ut *aqua viva*[*]: vel, *vivificus*, D. Bru. Pi. Hebræi sæpe utuntur Kal pro Hiphil: itaque חי ipsis est & ζῆν & ζωοποιεῖν· quo exemplo ζῶν sæpe dicunt Hellenistæ pro ζωοποιῶν· sic Act. 7. 38. Heb. 4. 12. 1 Pet. 1. 3. ¶ *Panis——caro mea est*] Non tantùm Sermo meus est pabulum ad vitam æternam, (quod suprà tractatum,) sed hoc erit & Mors mea. Nam idem quod Sermo docet, docet & Mors, tum Sermonis veritati testimonium præbens, tum exemplum eorum quæ Sermo præcipit, Obedientiæ, Patientiæ, Humilitatis, Dilectionis[f]. Tacitè confutat somnium Judæorum de dapibus à Messia præbendis, docendo, dapes illas esse ipsum Messiam. *Edere* & *Bibere* apud RR. sæpissimè sumuntur sensu Metaphorico: Alioquin, quid *bibere sanguinem?* quod Judæis severissimè interdictum: & quid *edere carnem humanam?* quod horret ipsa humanitas; maximè Judæus: cui nec membrum bestiæ viventis edere licebat. Midras Coheleth, fol. 88. 4. *Omnis comestio & bibitio in lib. Ecclesiastæ dicitur de lege & bonis operibus. Panis* apud RR. pro doctrina frequens. Significat ergò se non doctrinâ tantùm suos pasturum, & Mannâ, ut Moses; sed & carne suâ. Dixit R. Hillel, *Non futurus est Messias Israeli, nam eum antehac comederunt in diebus Hezechiæ. Eum comederunt*, i. e. participes facti sunt *Messiæ*, eum avidè receperunt & quasi obsorpserunt: h. e. Ezechias fuit Messias[g]. *Panem* hîc appellat, non doctrinam, ut vult Er. nec dona & beneficia Christi; sed seipsum, ut liquet[h]. *Caro* hîc sumitur pro corpore[i]. Σάρξ & σῶμα promiscuè sumuntur apud Interpretes pro Heb. בשר[k]. ¶ Ἣν ἐγὼ δώσω] *Quam ego dabo*, Pi. suo tempore & loco[l]. *Dabo*, nempe crucifigendam[m]. Et Pater dat, & dat Filius; Pater decreto, Filius voluntario obsequio. Sic & παραδίδοναι modò de Patre dicitur, Matth. 17. 22. & alibi; modò de Christo, Gal. 2. 20. Eph. 5. 2, 25. Vide infrà 10. 17, 18. *Dare corpus* dicitur qui vexandum, qui occidendum, præbet, 1 Cor. 13. 3[n]. ¶ *Pro mundi* (i. e. hominum[o]: omnium credentium[p], selectorum ex quibusvis gentibus[q]:) *vita*] Scil. promerenda[r]: vel, à me danda[†]. Ut vitam æternam impetrem humano generi. Pro omnibus enim mortuus est, Heb. 2. 9. Vide Joh. 1. 29. & 3. 16[t].

52. *Litigabant*; ità Mo. Ar. &c. Ἐμάχοντο] *Pugnabant*, P. Be. Pi. *Contendebant*, Tre. & Di. ex Sy. sim. Er. Ti. Ca. Ar. verbis scilicet[v]: Glossa, μάχομαι, *jurgo*: μάχη, *rixa, jurgium*[x]. Disceptabant inter se[y]. ריב Hebræum, quod μάχεσθαι plerumque vertunt Græci, ut Gen. 31. 36. Neh. 13. 11[z]. sæpe est *litigare*: ἀντιλέγειν vertitur, Os. 4. 4. Alii putârunt subesse aliquid arcani: Pars major quod Christus dixerat ut planè absonum rejecerunt. Vide suprà 41. 43[a]. ¶ *Dicentes*] Pars (vel, Plerique[b]) eorum[g]. ¶ *Quomodo potest* (vel, *possit*, Bru. Pi.) *hic nobis carnem suam dare*, &c? Τὴν σάρκα, &c?] *Carnem*, nempe humanam[h], & quidem *suam*[i]: quod includitur in articulo τὴν[k]· qui est ἀναφορικὸς[l]. Illud δύναται sume non φυσικῶς, sed ἠθικῶς. Sic Jurisconsulti *impossibiles conditiones* vocant quæ honestati repugnant. Sic δύναμαι habemus Matth. 9. 15. In hoc impossibilium genere est vesci humanis carnibus: δοίνη δυσσεβὴς Moschioni: *impiam dapem* dixit vetus apud Latinos Tragicus[m].

53. *Amen, amen*, &c] Ut attentionem & discendi cupiditatem excitet, seriò affirmat id quod illi absurdum putabant, non tantùm honestum esse, sed & factu necessarium, iis scilicet qui per Evangelium vocarentur. Quo sensu Carnem suam *cibum* appellaverit, jam diximus. Hîc discernit Carnem & Sanguinem, ut significet mortem non quamvis, sed violentam & cruentam. Clemens Alex. Pædag. 1. ipsum Verbum ait vocari *carnem & sanguinem*; nec aliter Tertul. lib. De resurrectione carnis: sed verum est quod jam diximus, mortem Christi esse quasi Verbum visibile. Duobus modis sapientiam ait doceri Seneca, præceptis & exemplis. In Christi morte perfectissimum est exemplum tum virtutum aliarum, tum præcipuè Dilectionis, quam imitari compendium est præceptorum. Vide Joh. 13. 34. & 15. 12, 13. & 1 Joh. 2. 6, 9, 10, 11. 1 Cor. 11. 1. Vide & Col. 1. 24. Hoc ergò est *edere & bibere*, Uti exemplo; quomodo hunc locum interpretatur Basilius. Hoc ipsum August. vocat *communicare passionem Domini*: nam sicut cibus ac potus in corpus admissi hominem nutriunt, ità bona exempla in animum admissa eum mirabiliter confirmant. Pro *carne corpus* habet Syrus: quæ vox & in Eucharistiæ institutione legitur, ad quam hîc, ut diximus suprà ad c. 3. tacita quædam allusio est: ibi cibus & potus vocantur *corpus & sanguis*; hîc corpus & sanguis appellantur *cibus & potus*. Nimirum, ut apud veterem est Scriptorem, *significantia & significata eisdem vocabulis censentur*. Et mos erat Prophetis ex comparationibus, aut translationibus, usitatis signa visibilia sumere quibus efficaciùs rem animis hominum infigerent[n]. Ad elucidationem hujus loci notandum est: 1. *Carnem & sanguinem* Christi hîc poni pro ipso Christo: ut partes separatim positæ totum sæpe designant, ut *cœlum & terra*, totam mundi compagem, 2 Pet. 3. 7. 2. Vocem *carnis* non rarò infirmitatem & afflictiones hujus status denotare; ac propterea Christum h. l. in statu humili, non, qualem Judæi sperabant, glorioso. 3. Occasionem horum verborum hanc fuisse; Christum sequebantur panum ergò, v. 26. Mannam memorant à Mose datum, v. 31. Hanc ansam arripiens Christus seipsum Mannæ confert, docétque se verum panem esse, &c. doctrinam gratiámque suam optimum esse animi pabulum. Hæc ergò *manducatio carnis*, &c. nihil aliud est quàm fides, quâ quis doctrinæ Christi fidem adhibet, promissa ejus amplectitur, conditiones eorum in se recipiens, præceptis ejus paret, &c[o]. Hæc Christi manducatio est, vel, 1. Sacramentalis[p]; *Nisi manducaveritis*, &c. scilicet postquam id instituero: nam de fut. temp. non præs. Christi in toto hoc tractatu sermo est[q]. Non placet; quia hæc manducatio, 1. nondum instituta erat: 2. nec ad vitam simpliciter necessaria erat, &c[r]. [Sed de hac quæstione consule, si lubet, hinc Mal. & Bru. illinc Gom. & Cam.] Vel, 2. Spiritualis[†]; scil. participatio de Messia, ejúsque naturâ, justitiâ, spiritu, indéque vivere, crescere, nutriri[t]. Solet Scriptura animæ tribuere & affectus & actus corporeos, ut *famem, sitim, edere, bibere*, &c. ut Psal. 34. 8. & 42. 1. Eo hîc more Christus utitur, quia res spirituales vix aliter exprimi aut intelligi possunt quàm phrasibus à rebus corporeis petitis, &c[v]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἔχετε, &c.] *Non habetis* (vel, *habebitis*, Vulg. Temporis catachresis esse videtur[x]: Imò tempus præsens est valde emphaticum, significans, Christum esse vitæ autorem, nec tantùm conservare, sed & dare, vitam[y].) *vitam* (spiritualem[z], vel æternam[a].) *in vobis*, Be. Pi. Illud autem, ἐν ἑαυτοῖς, post ἔχειν, est Pleonasmus Hebraicus, ut Mat. 13. 21. Marc. 9. 50. Joh. 5. 26, 42. 1 Joh. 3. 15. Sensus est, *Non est vobis jus ad vitam*[b].

54. *Habet vitam*, &c.] Supple, *in seipso*, ex versu præcedente[c]. ¶ *Et* (vel, *Nam*, vel, *Id est*, V.) *ego resuscitabo*, &c.] Est epexegesis ejus quod præcessit. *Habet jus ad vitam, quia ego excitabo*, &c[d].

55. *Verè—cibus*] Non metaphoricè solùm, aut mysticè, sed reipsâ[*]: Veritatem opponit typo, Mannæ[f]. Vel, *verè*, quia verè nutrit, veriùs quàm panis[g]; non ad diem nutrit, sed in æternum[h]: q. d. cibus hic non est fluxus & caducus, sed æternus[i]. Al. *Verè*, i. e. eminentissimè[k]: de qua vi hujus vocis diximus suprà. Tale illud—*Qui pastus pulcherrimus est animorum*[l]. Hoc sensu Christus dicitur *verum lumen*, Joh. 1. 9. i. e. præstantissimum; & *vera vitis*, Joh. 15. 1. & cœlum dicitur *verum tabernaculum*, Heb. 8. 2[m].

56. *In me manet, & ego in eo*] Id est, Unitus est mihi[n], per fidem, & dilectionem indè manantem[o], & ego illi[p], per Spiritum Sanctum[q], amore mutuo: nam μένειν, ut jam antè notavimus, Johanni est, *esse, habitare in aliquo*: quod figurâ satis usitatâ ad animum transfertur. Amans est ubi amat. Quod autem hîc tribuitur Manducationi carnis & sanguinis, id alibi tribuitur Dilectioni fraternæ, 1 Joh. 3. 23, 24. & 4. 16. ut appareat hæc eodem recidere[r]. Significat nostram cum Christo arctissimam unionem[†]. Omnes uniones sunt vel Physicæ, vel Politicæ: In illis arctissima est Capitis & Membrorum; in his, Mariti & Uxoris: sub utriusque autem unionis figura nostra cum Christo unio adumbratur. Et virtute hujus unionis, & nostra mala ipsi

[d] G. [*] D. [f] G. [g] Li. ho. [h] Be. [i] Bru. sic Pi. [k] G. [l] Bru. [m] Pi. sim. Be. [n] G. [o] Bru. [p] Pi. [q] Be. [r] Pi. [†] Bru. [t] G. [v] Di. Pi. [x] Di. [y] Pi. [z] G. sim. Di. [a] G. [b] Bru. [g] G. [h] Bru. [i] Bru. sim. Pi. [k] Bru. [l] Pi. [m] G.

[n] G. [o] Ham. [p] Bru. Mal. [q] Bru. [r] Gom. [†] Gom. sim. Li. [t] Li. ho. [v] Cam. [x] Er. [y] Be. [z] Pi. [a] G. [b] Idem. [c] Camer. [d] G. [*] Bru. [f] Pi. [g] Mal. sic Ham. [h] Ham. [i] Cam. sim. Ham. [k] G. sic Ham. [l] G. [m] Ham. [n] G. Bru. [o] Pi. [p] G. Bru. [q] Pi. [r] G. [†] Cam. sim. Ern. ex Cyr.

imposita sunt, & bona ipsius nobis communicata [t].

57. *Sicut misit me vivens*, (vel, *vivificus*: ut supra 51. cui favent verba sequentia, *Et ego vivo per Patrem* [v]: vel, *vivens ille*, Be. Pi. *pater* (i. e. Deus pater meus [x]. Est autem Enallage, *Misit me vivens Pater*, i. e. Vivit Pater qui me misit. Passim in S. Literis Deus dicitur *Deus vivens*, ut Dan. 5. 26. & alibi [y]: quia verè & per se vivit [z]: quia fontem omnis vitæ in se habet [a]: unde *Pater spirituum* appellatur, Heb. 12. 9 [b].) *& ego* (vel, Ità *& ego*, Q. in Be. *Et sicut ego*, Zeg. sic Aug. in Er. vel, *ità ego*, Mal. Comparativa particula, כְּ, vel כֵּן, sæpe deest [c]: & ejus loco ponitur ו, *&*. Frequens hoc est in Johanne, qui Hebraismis maximè delectatur: ità Joh. 10. 14. & 15. 9, &c [d].) *vivo per* (vel, *propter*, Mo. Ti. Tre. ex Sy. &c.) *patrem*, Be. P. Ca. Pi. &c. Puto hoc esse prius membrum comparationis, non comparationem per se [*]. Unica est in hoc versu comparatio, scil. inter nos & Christum, quòd ut ipse propter Patrem vivit, ità nos, ejus manducantes carnem, propter ipsum vivamus [f]. Malim, duas esse comparationes. 1. Sicut Pater vivit, ità ego propter ipsum vivo. 2. Sicut ego vivo, ità qui manducat meam carnem propter me vivit [g]: etsi concisa oratio comparationem occultat [h]. Διὰ cum Accusativo plerumque valet *propter*, hîc autem, quamvis rariùs sic usurpetur, verto *per*: quia *propter* magis impellentem aut finalem, quàm efficientem, causam declarat: hîc autem omnino αἴτιον ἀίτιον æternæ vivificationis notatur: quare quartus casus hîc, ut & Rom. 8. 11. pro secundo ponitur [i]. Sed malim cum Sy. & Ar. vertere, *propter* [k]. Διὰ hîc (& sequenti commate, quanquam cum casu quarto [l],) causam efficientem denotat [m]: διὰ τοὺς θεοὺς, apud Demosthenem, i. e. deorum beneficio. Hesiodus de Jove, Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε. Sic ferme Joh. 4. 41, 42 [n]. & Marc. 2. 4 [o]. διὰ τὸν ὄχλον, *propter turbam*: Turba autem nec impellens, nec finalis, sed efficiens, causa erat impedimenti cur accedere non possent. Sic Marc. 12. 24. *Propter hoc erratis*, &c. Id tamen erat causa efficiens erroris. Sic Thucyd. *Præsentem habent desolationem*, δι' ἑαυτούς, *propter se* i. e. suâ causâ, suâ culpâ, se authoribus. Ità h. l. *Vivo propter Patrem*, i. e. Patre authore: &, *vivet propter me*, i. e. me authore [p]. *Vivo propter Patrem*, i. e. propter meam cum Patre conjunctionem, tum naturalem, quia Filius; tum gratuitam, quia missus à Patre, quia homo Deo unitus, &c [q]. Al. *propter Patrem*, ut causam finalem [r]: ad gloriam Patris [†]. Al. *per Patrem*, à quo Christus Deitatem, ac proinde vitam essentialem, nascendo accepit. Significat, carnem suam esse verâ vitâ præditam, quia in ea *habitat plenitudo Deitatis*, quam, suo more, ad Patris personam refert [s]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὁ τρώγων, &c] *Et qui manducat*, &c. Bru. ex Vulg. Ità *etiam qui ederit me* (Seipsum *carnem suam* appellat, & contrà, modò partem pro toto, modò totum pro parte, ponendo [v]:) *vivet ipse quoque per me*, Be. Pi. i. e. me ipsi vitam dante, sicut Pater mihi dedit vitam & jus vivificandi [x]. Vel, *propter me*, viventem, quia mihi viventi manducando unitur [y]. Vel, *propter me*, i. i. ut me glorificet [z]. Hîc καὶ est, *sic* [a]: ut Joh. 10. 14. & 15. 9. & 1 Joh. 2. 18 [b]. Sensus loci est, q. d. Nè miremini quòd carni meæ tribuam vim vivificandi, quia Pater meus (à quo missus sum) est fons vitæ, vitáque ipsa, neque alia est vita mea quàm Patris: non ergò mirum si ego quoque alios vivifico, &c [c].

58. *Non*, &c. Οὐ καθὼς, &c.] *Non sicut* (Hebraismus, pro, *Non similis ei pani*. Sic οὕτως, Joh. 3. 8. Rom. 4. 18. & alibi [d].) *comederunt patres vestri manna illud*, (pro, non sicut Manna quod comederunt, &c [*].) *& mortui sunt*, Pi. Be. Iterum Hebraismus, copulam ponens pro relativo; *Non talis panis qualis ille quo manducato patres vestri mortui sunt* [f].

59. *In synagoga*] Palàm, loco publico, ubi plurimi erant testes sermonis [g]. Facit hoc ad fidem narrationis, ut Act. 26. 26 [h].

60. *Multi——ex discipulis*] Non ex Duodecim, sed ex aliis qui frequentiores erant Jesu sectatores [i]. ¶ *Durus*] Ità Er. Mo. Be. Pi. &c. i. e. incredibilis [k]: molestus auditu. Metaphora, vel, 1. à rebus tactibilibus, quæ, si duræ, molestæ sunt tactui [l]: vel, 2. à cibo sumpto, qui præ duritie mandi non potest [m]. Σκληρός] *Difficilis*, Ar. קשיא Syrus hîc, quæ vox passim per σκληρὸν vertitur à Græcis, ut Deut. 1. 17. Significat autem *perplexum, inexplicabile* [n]. ¶ *Quis potest eum audire?*] Nempe æquo animo [o]: horrent aures, &c [p]. *Quis patienter audiat?* G. Hîc verò semet accusant qui de dubiis Magistrum non interrogent [q]. Nimirum hæc accipiebant in sensu literali, de κρεωφαγίᾳ, &c [r].

61. *Sciens—apud semetipsum*] Ex seipso nullo indicante. Murmur enim occultum erat [†]. ¶ *Hoc vos scandalizat?*] Vel, *offendit*, tanquam incredibile, ut suprà 52 [t].

62. *Si*, &c. Ἐὰν οὖν, &c.] *Si* (vel, *Quid* si, Er. Be. Pi. &c.) *ergò spectetis*, &c. Bru. Quid, nempe fiet [v], vel facietis [x], ubi videbitis, &c [y]. Si aut ipsi videritis, aut aliorum certo testimonio cognoveritis: nam & *cognoscendi* significatum habet, ut suprà 4. 19. infrà 12. 19, 45. & 14. 17. Act. 21. 20. Heb. 7. 4 [z]. ¶ *Ascendentem*, &c?] In cœlum, ubi antè fuit ὁ Λόγος cùm esset πρὸς τὸν Θεὸν, Joh. 1. 1. nam Dei regio cœlum. Tribuit Christus sibi quod τῷ Λόγῳ convenit [a]: Quid ni? cùm & Animum & Corpus seorsim soleamus appellare *hominis* vocabulo. Etiam animis mortuorum Homerus dat propria hominum nomina. Et modò Christus, cùm *carnem & sanguinem* suum nominâsset, subjunxit *me*. Vide infrà 20. 2, 13 [b]. Una erat persona Filii Dei, & filii hominis, &c [c]. Est autem hîc Aposiopesis [d], ut sæpe apud quoslibet Autores, post, *Quid si*. Varia supplent Interpretes. Ego sic suppleam, *An tunc saltem non percipietis quod nunc non percipitis, verba mea non posse ex usu populari intelligi: nam, corpore meo procul in cœlum amoto, nulla spes erit ejus manducandi κατὰ κρεοφαγίαν* [*]. Al. *Quid dicetis? adhùcne scandalizabimini? Credo quòd non, sed potiùs convincemini & confundemini.* Qui enim valet in cœlum ascendere, non mirum descendisse: quum naturale sit, res ad locum originis suæ redire [f]. Sensus, q. d. Vobis absurdum videtur, quòd dixi carnem meam comedendam, &c. id quod absurdius videbitur cùm in cœlum ascendero, &c [g].

63. *Spiritus est qui* (vel, *id quod*, Be. P.) *vivificat*] Res sunt animi, quibus vita æterna comparatur. Diximus ad Mat. 26. 41. voce רוח modò τὸ ἡγεμονικὸν significari, modò *animum* totum, ut infrà 11. 33. & 13. 21. Act. 19. 21. Atque hoc posteriore sensu hîc sumere simplicius est [h]. *Spiritus* nempe hominis: ut sensus loci sit, q. d. Qui fit ut sermonem meum de naturali & usitato esu, &c. accipiatis: cùm neque hæc vita animalis à carne quæ dentibus manditur, sive à cibo & potu, sed ab hominis spiritu corpus vivificante, proficiscatur [i]? Al. *Spiritus* Sanctus est is qui efficit vitam spiritualem de qua dixi, dum scil. in corde creat fidem quâ caro mea edit [k]. Al. *Spiritus* hîc est Λόγῳ θεότης [l]. Divinitas mea carni meæ unita vitam omnem, de qua hactenus egi, tribuit [m]. ¶ *Caro non prodest quicquam*] Caro nulla, nè mea quidem, potest vitam dare æternam: est enim pabulum temporarium [n]: caro neque vitam hanc animalem præstat, &c [o]. [ut diximus ad membrum præced.] Al. Caro mea, per se sumpta, non habet virtutem vivificandi, sed quia conjuncta est cum Verbo omnia vivificante [p]. Al. *Caro* mea, scil. carnaliter comesa, ut Capernaitæ intelligebant, *nihil prodest*, scil. ad vivificandum; ut postulat antithesis [q]. *Caro mea nihil prodest*; non enim comedetur, sed in cruce tolletur, & in cœlum ascendet [r]. ¶ *Verba quæ ego locutus sum vobis* (de manducanda carne mea [†]. q. d. Non ipsa caro mea, carnaliter comesa, sed verba quæ dixi de carne mea pro mundi vita danda [t],) *spiritus & vita sunt*] Id est, Non carnaliter intelligenda sunt, sed spiritualiter [v], & ità conferent vitam: vel, de Spiritu intelligenda sunt, quòd scil. is vivificet [x]: de carne non mortua, sed viva, & conjuncta Divino Spiritui, indéque vivifica [y]. Sermo meus spiritualis est, quale & Regnum meum est [z]. Verba mea sunt organum per quod Spiritus vitam æternam operatur [a]. Præcepta mea, quæ morte mea, quam *carnis & sanguinis* nomine significavi, sancientur, pertinent ad animi actiones. Ergò Πνεῦμα hîc significat πνευματικά quomodo ferme Πνεῦμα etiam sumitur 2 Cor. 3. 6. significans Christi præcepta cordi inscripta, i. e. cor conformatum Christi præceptis. *Et vita*, καὶ pro *ideo*. Quia ad animi actones pertinent, ideo ad vitam æternam pro-

Margin notes (left column): [t] Cam. [v] Pi. [x] Bru. [y] G. [z] D. sic Bru. [a] G. sim. Be. Bru. [b] G [c] Mal. Ee. [d] Mal. [*] G. sim. Ee. [f] Aug. Cyr. & Bed. in Mal. [g] Mal. ex Chrys. Euthym. &c. [h] Mal. [i] Ee. [k] Di. [l] G. [m] G. sic Di. [n] G. [o] G. Di. [p] Di. [q] Bru. [r] Aug. & Bed. in Mal. [†] Aug. V. [s] Ee. [v] Mal. ex Cyr. [x] G. sim. Be. [y] Bru. [z] V. [a] G. V. &c. [b] G. [c] Be. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] G. sim. Bru. [h] G. [i] G. [k] Bru. [l] Pi. [m] Bru.

Margin notes (right column): [n] G. [o] Pi. [p] Bru. [q] G. sim. Bru. [r] Pi. [†] Bru. [t] G. [v] Camer. [x] Pi. [y] Camer. Pi. [z] G. [a] G. sim. Bru. [b] G. [c] Bru. [d] G. sim. Bru. [*] G. [f] Bru. [g] Ca. [h] G. [i] Be. [k] Pi. [l] Q. in Be. [m] T. ex Cyr. sim. Bru. Me. Tol. Mal. [n] G. [o] Ee. [p] Me. sim. Bru. T. &c. [q] Pi. [r] Ca. [†] Bru. [t] Pi. [v] Tertul. &c. in Mal. sim. V. Bru. [x] V. [y] Me. ex Bru. [z] Ca. [a] Pi.

proficere possunt, quæ aliâ re nullâ est parabilis. Dicitur autem *vita* id quo vita æterna paratur, ut infrà 12. 50. & 17. 3. Hinc mox vocantur ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ubi Genitivus, ut sæpe, continet Effecti significationem [b].

64. *Sed sunt quidam,* &c.] q. d. Sed Spiritus Sanctus non vivificat omnes, &c [c]. Sed non miror perversè hæc à vobis accipi: sunt enim vestrorum non pauci qui fidem mihi non adhibent, idque ob animi superbiam ac contumaciam [d]. ¶ *Ab initio*] Ex quo eum sectari illi cœperant, noverat cujusque animum [*]: Sic, ἀπ' ἀρχῆς, Luc. 1. 2 [f]. ¶ *Et quis traditurus esset eum*] Non tantùm in reliqua sectantium se turba, sed & in numero Duodecim sciebat unum esse qui animum sibi addictum non haberet, & qui scelera sceleribus cumulando ad Magistri proditionem perventurus esset. Notetur hîc malarum actionum certa prænotio [g]. [Sensus,] Sciebat Christus qui credentes, & qui non credentes, essent [h].

65. *Propterea,* &c.] Quia hoc verum esse sciebam [i], ideo modò dixeram ea quæ exstant v. 44 [k]. ¶ *Nisi fuerit ei datum,* &c.] Hîc *dare alicui* vocat quod suprà *aliquem trahere* [l], dare scilicet ut penitus Christo credat: quod non datur nisi piis, modestis, discendi avidis. Sic Jurisconsulti notant sæpe *datum* id intelligi quod & acceptatum sit [m]. Docet fidem esse donum Dei: non tamen excusat eos, sed potiùs accusat, quòd tantùm donum non modò non petant à Deo, sed & rejiciant [n].

66. *Ex,* &c. Ἐκ τούτου, &c.] *Ex eo,* sub. *tempore,* Er. V. Be. Pi. &c. non obstante hâc sermonis sui interpretatione, & admonitione [o]. Al. *Propter hoc,* Di. ex Sy. & Ar. q. d. Ex hoc ortum est quòd abierunt. Subaudiverunt χρόνου, & præpos. ἐκ voluerunt causam denotare: ut Joan. 19. 12. ἐκ τούτου, &c. *Ex hoc,* i. e. ob hanc causam quæsivit eum dimittere. Ἐκ pro διὰ sæpe usurpari docet Stephanus. Significat enim originem ex qua res fluit & emanat: ut 2 Cor. 13. 4. *Crucifixus est* ἐξ ἀσθενείας, *sed vivit* ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, i. e. ex infirmitate ejus ortum est quod sit crucifixus, ex virtute autem Dei quòd vivat [p]. ¶ *Abierunt,* &c. Ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω] *Abierunt retro,* Vulg. Il. Ca. sic Sy. vel, *in retro,* Mo. vel, *versus ea quæ retro sunt,* Pi. *Pedem retulerunt,* P. Be. Pi. Redierunt unde venerant. Sic, ἀποστραφῆναι εἰς ὀπίσω, in Psalmis & alibi. Sic Luc. 17. 31. Joh. 18. 6. ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω. Esa. 1. 4 [q]. Desciverunt, eo relicto [r], nolentes eum ampliùs pro suo Magistro agnoscere †. ¶ *Jam,* &c. Οὐκέτι, &c.] *Nec ampliùs cum eo ambulabant,* Bru. vel, *versabantur,* Be. D. Bru. Pi. ut *ambulare* sumitur Job. 34. 8. & Prov. 13. 20 [t]. vel, *comitabantur eum,* V. Bru. ut antè consueverant [v]. Nè reversi quidem sunt ut eum sectarentur [x]. Subduxerunt se ab ejus contubernio, eum delirare putantes, aut belluina moliri, &c [y].

67. *Et vos vultis abire*] Rogat, non quòd ignoret aut dubitet [z], sed nè illorum discessu angi videretur [a]: ut ostendat se nullius ministerium suâ causâ quærere, ac nè velle quidem Discipulos nisi volentes [b], quódque Apostoli remanendo, non tam Jesu gratificentur quàm sibi prosint: ut eos ad remanendum accenderet [c]: ut eorum confessionem eliceret [d].

68. *Petrus*] Cæteris fervidior [*], ac proinde societatis nomine sermonem suscipiens [f], ut Matth. 16. 15, 16 [g]. ¶ *Ad quem,* &c.] Quem alium præceptorem inveniemus [h]? Nihil tale docent Scribæ, Matth. 7. 29. Johannes autem Baptista ipse nos ad te relegavit [i] ¶ *Verba vitæ,* &c.] Affirmat idem se sentire quod Christus modò dixerat, Ipsius sermones duces esse ad vitam æternam [k].

69. *Et nos* (*Et* indè *nos,* nempe ex verbis tuis [l],) *credidimus*] Jampridem Johanni tibique affirmanti id credidimus [m]. ¶ *Et cognovimus*] Imò certò quasi persuasi sumus tum miraculorum conspectu, tum sermonis efficaciâ atque auctoritate. Sic & suprà 4. 42. post πεπιστεύκαμεν ponitur οἴδαμεν. Clemens Strom. 6. πίστιν γνωστικὴν sitam ait ἐν βεβαίᾳ κατάληψει [n]. Ex verbis tuis *credidimus,* ex factis *cognovimus* [o]. ¶ *Christus*] Ac proinde tibi in omnibus tum quæ capimus, tum quæ non capimus, fidem habendam. Eodem sensu idem mox de Jesu Martha affirmat 11. 27 [p]. ¶ *Filius Dei*] Non Josephi, ut modò cæteri dixerant. Vide Matth. 16. 16 [q].

70. *Duodecim elegi*] In propiorem amicitiæ gradum, in contubernium [r]: ad Apostolatum †. ¶ *Unus* (scil. Judas [t],) *diabolus est?*] Id est, homo diabolicus [v], pessimus, qui mores Diaboli jam nunc imitatur, incredulus, fur, & mendax [x]: vel, *calumniator* Er. sive *delator,* Er. V. i. e. qui deferet me apud principes [y], ad hoc à Diabolo impulsus [z]. Qui innocentibus malum struunt vocantur διάβολοι, ut Matth. 13. 39. Neque tantùm respondet hæc vox voci *Satana,* quam hîc usurpat Syrus, de qua egimus, Matth. 16. 23. sed & voci צר, ut cùm Amani hoc nomen tribuitur, Esth. 7. 6. & 8. 1 [a]. Indicat Christus, meliùs Petrum de sodalibus suis sentire quàm res haberet, & unius exemplo cæteros solicitos reddit [b]; & reliquos præmunit adversùs futurum scandalum de proditione Judæ [c]. Videtur autem Judas jam tum Jesu malè voluisse quòd ejus præcepta ab ipsius studiis plurimùm discreparent [d].

71. *Dicebat* (i.e. notabat, insinuabat [*],) *Judam,* &c.] Hoc addidit Johannes nè quis de alio quo Apostolorum dictum hoc suspicaretur [f].

CAP. VII.

1. *Post hæc*] Id est, Etiam postquam acciderant quæ jam narrata sunt, perrexit vivere in Galilæa, ex quo eò venerat; quod narratum est suprà 6. 1 [a]. ¶ *Ambulabat.* Περιεπάτει] *Obambulabat,* divagabatur, ambulare perrexit [b]. *Versabatur,* Er. V. D. &c. הלך, quod hîc habet Syrus, frequentissimè significat *in loco aliquo degere atque versari.* Id περιπατεῖν vertunt Hellenistæ, ut Dan. 4. 29. Joh. 6. 66. & 11. 54 [c]. ¶ *Non,* &c. οὐ γὰρ ἤθελεν] Ità legunt Sy. & Ar. & Vulg. & Nonnus [d], & omnes nostri Codices [*]. Vertunt, *Nolebat,* Be. Pi. &c. Alii autem legerunt, οὐκ ἠδύνατο, *non poterat,* [f]: Ità Chrys. & Aug. & Cyr [g]. quæ lectio videtur fuisse antiquissima: quod mutatum à delicatis, quasi Christi potentiæ injuriam faceret; cùm nihil aliud significet quàm Non potuisse eum tutò eo tempore Hierosolymis versari accentis recente famâ, necdum satis restinctis, odiis [h]. Non poterat quia nolebat: quam speciem ἀδυνάτου Nazianz. ἀβούλητον appellat [i]. ¶ *Judæi*] Id est, vel, Judæorum principes [k]: vel, plebs incitatu primorum, per seditionem, ut sæpe. Quod genus mortis, ut non aptum Patris instituto, vitabat Christus [l].

2. *Scenopegia*; ità Er. P. Be. &c. Ἡ σκηνοπηγία] *Festum tabernaculorum,* Tre. ex Sy. Ar. Bru. V. &c. Quoties temporis aut loci nomen proprium disertè memorat Johannes, facit id plerumque cum emphasi. Scenopegia Judæis in memoriam revocabat tempus illud quo in locis vastis atque incultis sub Dei præsidio militariter habitaverant, Levit. 23. 43 [m]. [De festis Judæorum juxta ordinem mensium, vide Gua. & de festis hujus mensis, vide Li. ho. ad h. l.]

3. *Fratres ejus*] Galilæi [n], cognati Mariæ [o], quorum posteros δεσποσύνους vocavit ætas posterior [p]: & *fratres,* i. e. quidam fratrum: nam alii ex iis Apostoli erant [q]. ¶ *Transi,* Μετάβηθι] *Digredere,* Be. Bru. Pi. Excitantium est, *Excede ex his latebris.* Nam Galilæa ignobilis erat regio præ parte Hierosolymitana, ubi Senatus, ubi tanta populi, tanta exterorum, multitudo [r]. ¶ *Ut & discipuli tui* (i.e. qui ibi †, in Judæa [t], cœperunt auditores tui & fautores esse [v]:) *videant opera tua*] Hoc ideo quia majora & plura in Galilæa fecerat quàm in Judæa [x].

4. *Nemo—in occulto,* &c.] Frustrà enim id faceret [y]. ¶ *Et,* &c. Καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι] *Et quærit* (vel, *vult,* Sy. vel, *cupit,* Bru. Pers. sic Ar. Æth.) *ipse celebris* (vel, *palàm,* Er. Ti. Ar. *in manifesto,* Tre. ex Sy. Mo.) *esse,* Il. P. Be. Pi. &c. vel, *in libertate esse,* h. e. libere & audacter loqui [z]. Ad verb. *cum celebritate esse,* i.e. qui publicè omnium sermonibus celebretur [a]: vel, *clarus esse.* Al. *Qui se celebrem esse studeat,* Ca. Est Hebraismus copulam ponens pro relativo, *Nemo enim clàm sua agit qui celeber esse cupiat*: quod ipsi de Christo opinabantur, ex suo ingenio metientes alienum. Nam ipsi ex ipsius celebritate sibi gloriam quærebant, hoc, ut credibile est, præcipuè optantes, ut Jesu auctoritas à Synedrio approbaretur. Vide infrà 26. Vocem παῤῥησίας à Macedonibus acceperunt Judæi, sed significatu extensiore [b]. Diversa

Margin notes (left column): [b] G. [c] Pi. [d] G. [*] G. sim. Bru. [f] G. [g] G. [h] Mal. [i] G. [k] G. [l] G. sim. Bru. Pi. [m] G. [n] Bru. [o] Bru. [p] Di. [q] G. [r] V. sim. Pi. † Pi. [t] Di. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] Bru. sim. Pi. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. [d] Bru. Pi. [*] G. [f] G. sim. Pi. [g] Pi. [h] Bru. Pi. [i] G. [k] G. sim. Bru. [l] Pi. [m] G. sim. Bru. [n] G. [o] Bru. [p] G. sim. Bru. [q] G. Bru. † Pi.

Margin notes (right column): [t] E. &c. [v] Bru. sim. Pi. [x] Bru. [y] V. [z] D. sim. Cam. [a] G. [b] G. sim. Bru. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. [f] G. [a] G. [b] Bru. [c] G. [d] Di. [*] Be. [f] O. in Be. [g] Er. V. [h] G. [i] Pe. [k] Bru. sim. Be. [l] G. [m] G. [n] G. [o] G. sic Bru. [p] G. [q] Bru. [r] G. † G. [t] Bru. Be. [v] G. sim. Bru. [x] G. [y] Bru. [z] Er. [a] Ec. sim. V. Camer. [b] G.

versa significat[c]: 1. *Securitatem*, aut *fiduciam*[d], ut Levit. 26. 13. Joh. 11. 54. Heb. 10. 19*. Confer Act. 13. 46. & 26. 26. & 28. 31. Phil. 1. 20. Heb. 3. 6. &c[f]. 2. *Claritatem nominis*, aut *facti*, ut Col. 2. 15. ut ab aliis notatum[g]. 3. *Libertatem loquendi*, ut Act. 2. 29. & c. 4. v. 13. 2 Cor. 7. 4. Philem. v. 8. 4. *Perspicuitatem sermonis*, ut Joh. 10. 24. & 11. 14. & 16. 25, 29. 5. *Palàm*, sive *in publicis conventibus*, *loqui*, ut infrà v. 13, 26. & Marc. 8. 32. & Joh. 18. 20. 6. *Potestatem*, sive *authoritatem*, ut Act. 4. 29, 31. *loqui in*, vel *cum*, *authoritate*, Eph. 6. 19. Atque ità hîc accipio, *Et quærit authoritatem*, &c[h]. ¶ *Si* (i.e. Quandoquidem[i]) *hæc facis*] Nempe quæ præ te fers te facturum, videl. quæ ad officium Messiæ pertinent[k]. *Hæc*, opera scil. singularia[l]. Ποιεῖν hîc *potestatem perpetuam faciendi* significat; *Si potes*, inquiunt, *& ubi & quoties vis talia facere, aquam mutare in vinum*, &c[m]. ¶ *Mundo*] Universo[n]: passim omnibus[o]: magnæ hominum multitudini, qualis est Hierosolymis, ut infrà 12. 19[p].

5. *Neque—fratres—credebant*, &c.] Non omnino ut oportebat. Sperabant aliquid magni de illo, sed nihil certi apud se constituerant, neque ei parebant[q]: quia pompam non viderunt qualem exspectârunt in Messia[r].

6. *Tempus meum nondum advenit*, Ὁ καιρὸς, &c.] *Tempus opportunum meum*, Bru. Me. nempe quo ascendam ad festum†. Synecd. generis[t]. Al. Tempus gloriæ consequendæ, &c. de qua Marc. 16. 19. Phil. 2. 9. sed multa priùs patienda sunt[v]. Tempus meipsum manifestandi mundo[x]. Al. Tempus ad festa celebranda, q. d. tempus mihi est afflictionis, non gaudii[y]. Al. Tempus morti meæ constitutum[z]: vide Joh. 8. 20. & 13. 1. & propterea non possum ire Jerosolymam, ubi me occidere quærunt, v. 1[a]. Al. Dies festi habebant suos καιροὺς, מועדים, Levit. 23. 4. Καιρὸς τῆς σκηνοπηγίας, est tempus colligendarum in horreum frugum agri, ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἔργων σου ἐκ τοῦ ἀγροῦ, Exod. 23. 16. Mos Christi est eos, qui tentandi causâ adveniunt, per allegoricas locutiones eludere. Sic de Templo destruendo, sic de manducando Corpore & Sanguine suo, egit: pluráque sunt ejusmodi. Volebant Jesum adscendere Hierosolyma, quia jam ipsum tempus esset colligendarum frugum; Christus artificiosè indicat suarum frugum colligendarum tempus nondum advenisse; οὔπω, ait, *nondum venit*. Venire enim debebat & post Pascha, & post Pentecosten, i. e. post mortem & resurrectionem, & post inscriptionem Legis novæ in cordibus Apostolorum per Spiritum. Non multò enim pòst cœperunt colligi fideles ubique terrarum, & nomen Jesu cœpit esse celebre, ἐν παῤῥησίᾳ. Sic συνάγειν sumitur Joh. 4. 36[b]. ¶ *Tempus autem vestrum* (i. e. vel, 1. tempus humanæ quærendæ gloriæ, quam vos solam quæritis[c]: vel, 2. eundi Hierosol[d]. Alio ergò sensu suum, & fratrum, *tempus* accipit: quod elegànter sæpe fit*.) *semper est paratum*] Id est, præsens, opportunum, commodum[f]: vobis nihil ibi imminet periculi[g]. Al. Vobis semper promptum est colligere fructos vestros, hominum gratiam & hujus vitæ commoda[h].

7. *Non potest* (i. e. Ægrè potest[i]) *mundus* (i. e. homines mundani[k], sive impii: quos *mundi* nomine vocat, Joh. 14. 17, 30. & 15. 18, 19. & 17. 9, 14[l].) *odisse vos*] Generali quodam odio scilicet, quale fuit quo Christus exceptus est, & diu Christiani: nam illud non nascitur nisi ex dogmate quod maximæ partis hominum affectibus repugnat[m]: vos ergò securè potestis ibi versari. ¶ *Me autem odit*, *quia*, &c.] Id est, Non culpâ meâ, sed malitiâ suâ[n]: Probitas dogmatis mei, collata cum ipsorum vita, quàm ea fæda sit ostendit[o]. Vide Joh. 3. 19. Confer Sap. 2. 12[p].

8. *Vos ascendite*, &c.] Non omittatis meâ causâ[q]. ¶ *Ego autem non ascendo*, &c.] Omnino fuit hæc vetus Scriptura: nam si οὔπω fuisset Porphyrii tempore, nunquam hinc Christum calumniatus esset de mendacio[r]; quòd scilicet diceret se non ascendere, cùm postea ascenderit†: nam in voce οὔπω fuisset nodi solutio, quem ut evaderent alii οὔπω scripserunt, alii, οὐκ ἀναβαίνω νῦν· alii rursum deleverunt ταύτην· quibus omnibus nihil opus[t]. Hunc Porphyrii nodum diversimodè solvunt[v]. 1. Totum hoc membrum omittitur in uno Codice[x], imò in quibusdam cod. 2. Legerunt οὔπω [ut est in hodierno textu Græco] Nonnus, Chrys. & Euthym. Sic habent & innumeri Græci Codices, præsertim antiquissimus ille celeberrimúsque Vaticanus. 3. Arabs & Syrus pro οὔπω legerunt οὐ νῦν, *non nunc*: ambo quoque legerunt ταύτην[y]. 4. *Non ascendo ad festum*, nempe ad primum festi diem[z]: confer v. 14. 5. *Non ascendo*, intellige, nunc vobiscum[a]. Non negat se profecturum, sed dicit tantùm se non adhuc profecturum: partim quòd non opus forsan haberet eâ purificatione quâ illi; partim ut eligeret opportunum tempus seipsum patefaciendi. Verùm animadverso, ut Christus exceptus fuerit Hierosolymis quinquiduo ante Pascha, cum ritibus & solennitate festi Tabernaculorum, Joh. 12. 13. videntur hæc verba eò referenda, ut vox ταύτην non denotet individuum hoc festum jam instans, sed *genus* festi; q. d. Vultis me ad hoc festum ascendere ut à Discipulis meis excipiar cum applausu: Ego verò adhuc ad talem festivitatem non ascendo, nam tempus isti rei præstitutum non adhuc advenit[b]. Dixit hîc ἑορτὴν ταύτην, sicut, ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, Matth. 26. 29. utrumque sensu mystico[c]. ¶ *Nondum*, &c.] Nondum adest: illud ego exspecto[d]. Πληροῦσθαι, aut συμπληροῦσθαι, propriè dicitur de certo tempore quod exspectandum est, ut Lev. 25. 20. Num. 6. 5. Luc. 21. 24. Act. 2. 1. & 7. 23. Gal. 4. 4. Primùm oportebat Jesum Regem constitui; deinde exire debebat sceptrum ejus ex Sione; postremò figere debebat latissimas Regni sui sedes*.

9. *Mansit*, Ἔμεινεν] *Substitit* aliquamdiu[f]; ut sequentia ostendunt[g].

10. *Tunc*] Id est, aliquot diebus pòst[h]. ¶ *Quasi in occulto*] Nè, si populus magno comitatu à Galilæa usque Hierosolyma veniret, concitatos in se animos magìs accenderet[i]: vel, nè Judæi ipsi insidias struerent[k].

11. *Judæi*] Mos sæpe est Johanni vocem Ἰουδαίων sumere κατ' ἐξοχὴν, ut *Senatores* significet[l]; ut apparet mox 13. Vide Joh. 5. 16[m]. ¶ *Quærebant*, &c.] Primis scil. festi diebus, ut occiderent[n]. Mirabantur eum latere, qui solitus erat se talibus ostendere & audiendi sui copiam facere[o]. ¶ *Ubi est ille?*] Contemptim[p], ut Matth. 27. 63. Sic & infrà 35[q]. Loquuntur tanquam de homine noto: quem non audent nominare, quia metuebant offensionem Judæorum, ut liquet ex v. 13[r].

12. *Et*, &c. Καὶ γογγυσμὸς, &c.] *Et murmur*, &c. Er. Mo. Vulg. Sy. &c. vel, *mussitatio*, Be. Pi. vel, *susurri*, G. Pi. sermones clancularii†. ¶ *Bonus est*] Hoc dicebant maximè Galilæi, qui & factis & verbis ipsius comitatem erant experti[t]. ¶ *Seducit turbas*] Vel, *turbam*, Bru. Pi. &c. i. e. indoctum vulgus[v], quia docet contemnere Sabbatum[x].

13. *Nemo*] Hoc ad meliùs sentientes referendum est[y]. ¶ *Palàm*; ità Er. Mo. Be. Pi. &c. Παῤῥησίᾳ] *Manifestè* Tre. *Libere*, Er. Be. V. Pi. Bru. Vide suprà v. 4[z]. *Apertè*, Be. *Coram omnibus*, aut *multis*, ità ut ad Senatorum aures renunciari posset[a]. ¶ *Propter metum Judæorum*] Quos hìc opponit Galilæis, & vulgi turbæ quæ Christum sectabatur, &c[b]. Timebant Galilæi, nè insimularentur auctores novarum rerum, ob Jesum apud eos educatum & docentem[c].

14. *Die*, &c. Ἤδη δὲ τῆς ἑορτῆς μεσούσης] *Festo autem jam medio*, Pi. sic Be. vel, *existente medio*, Bru. *Cùm autem jam dimidium Festi peractum esset*, V. ex Er. quarto festi die[d]: nam festum Tabernaculorum durabat dies septem, Levit. 23. 34. quibus ibidem additur dies octavus, maximè solennis, à ceremonia tamen Tabernaculorum immunis*. *Die aliquo de profestis festi*: dici hoc potuit, si afforet die secundo. Sed neque præsentiam ejus die primo hìc negat, neque temere credendum, velle eum quicquam negligere præscriptum à Lege[f]. Ἑορτὴ dicitur (etiam Josepho[g]) totum tempus octo dierum, quorum primus & ultimus propriè sacri erant[h], reliqui verò profesti[i], ut diximus ad Mat. 26. 5. Exspectabat Jesus id tempus quo Judæi, à sacrificiis vacui, magìs possent vacare auditioni. ¶ *Et docebat*] Tunc primùm eò venit ad docendum. Copula pro finali[k].

15. *Mirabantur*] Loco furoris admirationem concipiebant[l]. Vide Matth. 13. 54[m]. ¶ *Quomodo hic literas*, &c. sic Be. Pi. &c. nempe Sacras[n]. Γράμματα] ספרה Syrus, *librum*, Legis scilicet, quæ τὰ ἱερὰ γράμματα, 2 Tim. 3. 15. [Cui tamen sententiæ obstare videtur, tum quòd nimis audax videtur hoc supplementum; tum quòd

Marginal notes: c Ham. d G. Ham. * G. f Ham. g G. h Ham. i Bru. k Pi. l Bru. m G. n Bru. o Pi. p G. q G. sim. Bru. r Li. ho. ad v. 4. † Pi. sim. Bru. t Pi. v Aug. Bed. & Rup. in Mal. x Cyr. in Mal. y Apollin. in Mal. z Mal. ex Chrys. Leont. T. &c. a Mal. b G. c Aug. in Mal. d Mal. ex Chrys. &c. sim. Bru. Me. T. * Mal. f Bru. Mal. g T. ex Mal. h G. i Glas. gram. 261. k Bru. l Pi. m G. n Bru. o G. sim. Bru. p G. q Bru. r G. † Mal. t G. v Mal. x Be. y Di. z T. Mal. ex Cyr. Aug. Eucher. a Bru. b Li. ho. c G. d Bru. * G. f G. sic Bru. g G. h Bru. i G. k Bru. l G. ex Bru. m G. n Bru. o G. p G. Bru. ex Chrys. q G. r Pi. † Pi. t G. v Bru. ex V. x G. ex Bru. y G. z Bru. a G. b Be. c Bru. d Pi. ex Be. * Pi. f Li. ho. g G. h G. sim. Be. i Be. k G. l Bru. m G. n Bru.

quòd vix credibile erat, Christum non nôsse Scripturas Sacras, quas vulgus Judæorum probè callebat:] Ideo qui νομοδιδάσκαλοι vocantur iidem & γραμματεῖς. Opponuntur autem γραμματεὺς & τέκτων [o]. ¶ *Cùm*, &c? Μὴ μεμαθηκώς;] *Non doctus?* Bru. *Cùm non didicerit*, Be. Pi. sub. *eas?* Be. scholas nullas frequentavit [p]: nemo præceptor in discipulorum suorum grege eum viderat [q].

16. *Mea doctrina* (quæ meo ore promitur [r], id quod ego doceo †,) *non est mea*] Vel, 1. ut hominis, sed ut Dei [t]. Vel, 2. à præceptoribus aut libris accepta, aut studio acquisita [v]: non est aliquid quod industriâ meâ mihi comparaverim, ut indè, quod homines solent, gloriam vener: vide mox 18 [x]. A nemine didici, nisi à Patre [y]. Vel, 3. à me inventa [z]. Loquitur Christus ex hypothesi Judæorum [a]. ¶ *Sed ejus*, &c.] Id est, Patris [b]. Is mihi indidit quid dicerem, Joh. 3. 32 [c].

17. *Si quis voluerit*, &c.] Si quis ità animo comparatus sit ut qualemcunque voluntatem Dei sibi revelatam, quantumcunque carnis affectibus contrariam, obsequenti animo amplecti velit [d], eámque in quavis occasione facere; nam voluntas frigida & otiosa non sufficit [*]: si vitam suam composuerit ad eum quem obtinuit revelationis modum, &c [f]: si serium habeat propositum obsequendi Deo [g]: si veritatem seriò quæsiverit [h]; & in timore Dei [i], deposito omni pravo affectu [k], irâ, invidiâ, odio, contra me [l], quibus vos Judæi occupati estis [m], sepositâ passione veritas facilè elucescet [n]. Nec tamen negat opus esse interiore Dei illuminatione, sed tantùm docet, dispositionem hanc propinquam esse tum ad recipiendum lumen divinum, tum ad discernendam doctrinam. Sic qui dicit, Qui oculos sanos & apertos habet, videt objecta, non negat requiri lumen exterius [o]. Nec dicit hoc fieri posse viribus nostris, sine Spiritu regenerante, &c [p]. ¶ *Cognoscet de doctrina*] Mea scilicet [q]. Is demum aptus erit ut judicet de meo dogmate, quippe mentem habens non impeditam: sicut oculi de coloribus tum demum rectè judicant cùm nullo pravo humore suffusi sunt. Alioqui enim quæ falsa esse vellemus ea non facilè credimus. Adde, quòd Deus illustrat eos qui vitiis suis non patrocinantur. Platonis, οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτόν, (*Ut immundus purum contrectet fas non est.*) Adeò & illud verum, Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ Θεὸς συλλαμβάνει, (*Laborantem Deus adjuvat.*) Chrysost. in Rom. 9. cùm προσκόπτειν interpretatus esset ἀπιστεῖν, (*non credere*,) addit, τὸ γὰρ προσκόπτειν, &c. (*to impingere ex eo provenit quòd non attendis, vel, quòd rebus alienis inhias* [r].) Sententia hæc apprimè notanda. Ubique sunt fallaciæ atque imposturæ: multi proinde hæsitant, & dubitationem suam de rebus controversis fovere malunt quàm seriò inquirere in veritatem, dum interea contemptum Dei in rebus manifestis produnt. Hîc ergò præmunit nos Christus: nempe, si Deo toti in obsequium simus addicti, nobis non deerit, quin Spiritum indubiè dabit discretionis inter veritatem & mendacium. Nihil aliud nobis obstat quominus rectè judicemus, nisi quòd indociles sumus ac præfracti, & justam nostræ hypocriseos pœnam sustinemus quoties nobis Satan illudit: vide Deut. 13. 3. Rectum judicium manat ex timore Dei †. ¶ *A meipso*] Vide Joh. 5. 30 [t].

18. *Qui à semetipso loquitur*] Id est, sua cogitata profert, cùm Dei mandatum præferat [v]: qui suæ doctrinæ auctor est & inventor [x]: qui suo ipsius sensu & arbitrio sentit atque docet [y]. ¶ *Gloriam propriam quærit*] Id est, cupit celebrari tanquam novæ doctrinæ inventor [z]: aliquid præ aliis esse videre vult [a], plausum popularem aucupatur [b]. Nemo est qui se à Deo missum falsò prædicet, nisi eâ re honorem & quæ honorem sequuntur commoda venetur. Nemo gratis malus est. ¶ *Qui autem quærit*, &c.] Cujus & verba & facta non aliò spectant quàm ut Deus honoretur, quíque propterea nihil ad gratiam dicit, nihil veri salutaris, quamvis acerbi, subticet; honores non ambit, vitâ tenuissimâ contentus est [c]. Sensus, q. d. Ego non quæro gloriam propriam, &c. De se loquitur, quanquam in tertia persona, modestiæ causâ [d]. ¶ *Hic verax est*] In docendo [d]: vel, sincerus [*]: fidelis, exequendo mandata, &c [f]. Dignus cui fides habeatur: suprà 5. 31 [g]. ¶ *Et injustitia* (i. e. fraus [h], impostura & fallacia [i],) *in eo non est*] Hîc ἀδικία & ἀλήθεια opponuntur, 1 Cor. 13. 6. & impostura vocatur ἀπάτη τῆς ἀδικίας, 2 Thes. 2. 10. Sensus est, Falsi crimen de eo credibile non est, cùm absit mentiendi causa [k]. Neminem fallit, nemini adulatur [l]. Hoc ad calumniam violati Sabbati spectat: τὸ *verax* ad asserendam doctrinæ veritatem [m].

19. *Nonne Moses dedit vobis legem*] Deut. 33. 4 [n]. [Qu. Quomodo hæc cohærent cum præcedentibus?] Resp. 1. Nulla est hîc cohærentia: siquidem Evangelistæ res sæpe sine ullo ordine narrant [o]. 2. Christus h. l. crimen violatæ Legis, quod sibi Judæi objiciebant, in ipsos retorquet [p]. 3. Redit ad id quod dixerat, Suum dogma ab iis ideo damnari quòd animum non haberent promptum ut Deo obediant. Quod probat ex Lege Mosis, quam à Deo esse negare non poterant, quod de Christi dogmate negabant. Moses ille eximius, quo Magistro vos jactatis [q]. ¶ *Et* (sub. *tamen*, Pi. Bru.) *nemo* (intellige ἐπὶ τὸ πολὺ, *de maxima parte*, ut Psal. 14. 3. Rom. 3. 10 [r].) *ex vobis facit legem?* Τὸν νόμον;] *Illam legem*, illâ parte signanter, quâ custodia Sabbati præcipitur †. [*Sensus*,] Non est vobis serium propositum vitam vel ad illam Legem instituendi. Sic ποιητὰς νόμου vocat Paulus eos qui ad Legis normam seriò se componunt, etiamsi fortè in minutulis lapsent, Rom. c. 2. v. 13. Vide Matt. 7. 23 [t]. ¶ *Quid* (vel, *Quare* ergò, Bru. sim. Pi.) *me*, &c?] Sensus, q. d. Clamatis me violare Legem Sabbati: vos interea aliam & majoris momenti Legem violatis, nempe de non occidendo [v]. Al. Cur me occidere vultis ob Sabbatum violatum, cujus & vos æquè rei estis [x], circumcidendo hominem [y]? Al. Vel hoc ipso apparet quàm longè absitis ab ipsius Legis obedientia, cùm me popularem vestrum innocentem, bene de vobis meritum, vultis morte afficere. Tribuit autem populo id quod proprium erat primorum populi [z]. Al. Emphasis latet in *me*. Nemo vestrûm præstat Legem, & tamen me solum occidere studetis: quare quæso non alios [a]?

20. *Respondit turba*] Simplex & innocens [b], nesciens principum consilium, ab hoc crimine aliena; imò Jesu potiùs favere visa, sed irritata hâc Jesu accusatione [c]. ¶ *Dæmonium habes*] i. e. Insanis [d], qui id putas [*]: furiæ te agitant. Græci dicerent, Δαιμονᾷς [f]. Eâ ætate morbi omnes à Diabolo invecti credebantur, maximè insania. Vide Matt. 11. 18. & Joh. 10. 20 [g]. Vel, Dæmon, mendacii & calumniæ pater, te instigat, &c [h]. Non fiebat credibile plebi, quenquam in populo esse qui necem Jesu machinaretur. At certè eam sibi auctoritatem factis pepererat Jesus ut nihil ab ipso affirmatum temere deberet rejici [i].

21. *Respondit*] Ad convitium docendo respondet [k], illud patienter ferens [l], juxta 1 Pet. 2. 23. ¶ *Unum opus*, &c.] Unum, nec molestum, opus Sabbato feci, ægrotum voce sanando [m]. ¶ *Miramini*] Nempe ità ut offendamini [n], & illud damnetis [o]. Mox explicat, ἐμοὶ χολᾶτε· sic θαυμάζειν pro *offendi* ponitur, Eccles. 5. 8. Ecclesiastici, 11. 21 [p].

22. *Propterea*; ità Er. Ti. Sy. Ar. Pi. &c. Διὰ τοῦτο] Locus vexatus: obscurum est, cujus rei causam reddat. Variè expediunt [q]. 1. Redundat hæc particula more Hebraico [r]. Sed hoc exemplo caret †. 2. Ellipsis est [t], *Propterea*, sub. *audite*, Pi. G. & sub. *quod dicam*. *Quia eo facto offendimini, accipite meam purgationem*. Sic sæpe לכן & על כן apud Hebræos, ut Os. 2. 14 [v]. Similis Ellipsis Gen. 4. 15. & Matt. 18. 23. *Propterea* audi, *simile est*, &c [x]. 3. Jungenda est sequentibus, hoc modo, *Propterea quia ex patribus est* [y]. 4. Jungenda est versiculo præced. ut legamus, καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο. Μωσῆς δέδωκεν, &c [z]. solet enim verbum *mirandi* cùm διὰ jungi, ut Marc. 6. 6. *Mirabatur* διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν [a]. Ità omnis tollitur difficultas: quæ alioqui summa est [b]. 5. Non tam causalis est hæc particula quàm inchoativa aut illativa [c], aut transitioni inserviens, (ut γὰρ & οὖν alibi sumuntur;) & sic verti potest, *In hunc finem observare potestis*: quod enim sequitur rationem exhibet cur id Sabbato facere liceret, non autem colligit illud ex præced. ut διὰ τοῦτο, *propterea*, literaliter innuit [d]. 6. Διὰ τοῦτο non illativè accipiendum, sed adversativè, & vertendum [*], *attamen*, Be. Il. P. *sed tamen*, *atqui*: idque ex Hebraismo, ubi לכן (quod propriè significat διὰ τοῦτο, seu διὸ, vel διότι, *ideo*) interdum ità sumitur, ut Gen. 4. 15. Os. 2. 14 [f]. At hoc neque cum ל, neque cum כן, convenientiam habet. 7. Διὰ

Marginal notes (left column): [o] G. [p] Bru. [q] G. [r] G. † Bru. [t] Mal. ex Aug. [v] Bru. [x] G. [y] Mal. ex Chrys. Leont. Euthym. &c. [z] Bru. sic Pi. Mal. ex Euthym. Be. [a] Be. Pi. [b] Bru. [c] G. [d] G. [*] Bru. [f] Cam. [g] Chem. [h] Pi. [i] Chem. [k] Pi. sic Chem. [l] T. sim. Chem. Bru. [m] Chem. Bru. [n] T. [o] Bru. [p] Chem. [q] Bru. sim. Pi. Cam. [r] G. † Calv. [t] G. [v] G. [x] Mal. sim. Bru. Pi. [y] Be. [z] Pi. [a] Be. [b] Bru. [c] G. [d] Bru. [*] Pi. [f] Camer. [g] G. [h] Bru. Pi. [i] Bru.

Marginal notes (right column): [k] G. [l] Bru. [m] Be. [n] G. [o] Q. in Mal. [p] Mal. ex Cyr. Chrys. &c. Bru. [q] G. [r] Idem. † Bru. [t] G. [v] T. sim. Cyr. & Chrys. in Mal. [x] Bru. sim. Mal. [y] Mal. [z] G. [a] Li. ho. [b] Mal. [c] Bru. sim. Mal. [d] G. Bru. Pi. [*] Pi. [f] G. [g] Ham. [h] Bru. [i] G. [k] Idem. [l] Bru. [m] G. [n] Pi. [o] Bru. [p] G. [q] Mal. [r] Euth. in Mal. † Mal. [t] Pi. G. [v] G. [x] Pi. [y] Bru. [z] Be. ex Th. Mal. Cas. Ham. [a] Mal. [b] Cas. [c] Q. in Mal. [d] Ham. [*] Be. [f] Idem.

7. Διὰ τοῦτο hîc est לכן, vel, למען זאת, vel, בעבור זאת, vel, על זאת; quæ omnia verti possunt, *de hac re*. Nimirum על sæpe valet *de*: sic & ל, ut Gen. 20. 13. *Dic* לי, *de me*: Psal. 91. 11. *Præcipiet* לך, *de te*: sic & למען, ut Gen. 18. 19. כי ידעתיו למען אשר יצוה, *quia novi eum, de eo quod præcipiet*; q.d. super hac re me non fallet, probè de hac re eum cognitum habeo. Quare & לכן enarramus, *de sic*, i. e. de ea re, quod ad hanc rem attinet: & ל sæpe valet, *quantum ad*, ut Gen. 4. 15. לכן, *quantum ad hoc, si quis occiderit*, &c. Psal. 17. 4. לפעלות וגו׳, *quantum ad opera hominis*, &c. Sic Hos. 2. 14. לכן, *de hac re, ego pelliciam eam*. Ità & h. l. διὰ τοῦτο verto, ut Syrus, *de hac re*, vel, *quantum ad hoc*: ut sensus sit, q.d. Non est quòd miremini, quòd Sabbato sanaverim ægrum: nam quod ad hanc rem, vel de hac re, Moses vos docebit: is enim *dedit vobis circumcisionem*, &c. Si cui hoc durius videatur, addo, 8. Constat διὰ τοῦτο idem esse quod על כן. At id non tantùm significat *propterea*, sed etiam *propterea quòd*, ut Gen. 38. 26. Num. 10. 31. & 14. 43. Psal. 42. 7. Ità h. l. διὰ τοῦτο idem quod διότι: ut ὅ interdum usurpatur pro τοῦτο, & ut Heb. זו usurpatur pro אשר: vide Job. 19. 19. Psal. 74. 2. Ità sensus optimè fluit, *Propterea quòd Moses dedit vobis circumcisionem, (etsi non Moses primus autor sit, sed Patres,)* id honoris tamen Mosi tribuitis, ut propterea quòd is vobis eam repetiit, *etiam Sabbato circumcidatis*, nè solvatur Lex Mosis. Cur ergò mihi indignamini [g]? 9. Διὰ τοῦτο, *Propter hoc dedit*, vel continuavit, vobis *Moses circumcisionem*, ut dignosceretis naturam Sabbati. Nam, 1. Circumcisio erat à Patribus ante Mosem observanda die octavo: 2. Moses, cùm leges sanciret de Sabbato, non prohibuit quin circumcisio Sabbato fieret, si dies iste fuerit octavus. Sic ergò arguamus, Si per Mosen liceat, pro emolumento infantis, circumcidere eum Sabbato, nonne per Mosen licet, pro æmolumento grandævioris, sanare eum Sabbato? Si vulnerare vobis liceat infantem per circumcisionem: æquè, si non magis, mihi licet sanare per Verbum[h]. ¶ *Dedit* (i. e. præcepit, Levit. 12. 3 [i].) *vobis circumcisionem*] i. e. Mandatum circumcisionis [k]. ¶ *Non quia*, &c.] Explicatio antè dicti [l]; *non quòd dicam à Mose primùm institutam* [m]. ¶ *Sed ex patribus*] Ἐκ pro ἀπὸ [n]: venit ab Abrahamo, Isaaco & Jacobo [o], Mose vetustioribus; q.d. Propterea Moses hoc præscripsit, quia acceperat à Patribus, Patres verò à Deo [p]. ¶ *Et* (vel, *Propterea*, reverentiâ patrii instituti opus facitis Sabbato: Καὶ enim hîc est rationale [q].) *in Sabbato* (quod ex Mose erat, non ex Patribus [r],) *circumciditis hominem*] i. e. *Puerum*, בן אדם. Sic infrà 16. 21. Sententia est Hebræorum, *Circumcisio pellit Sabbatum* [t].

23. *Si circumcisionem*, &c.] Si hoc licet & fas est, in quo tam multa concurrant quæ servilia videri possent [v], nisi pietatis causâ susciperentur [x]. ¶ *Ut non solvatur* (i. e. violetur [y]) *lex Moysi*] Vel, *Mosis*, Pi. vel, 1. Lex de observando Sabbato [z]: vel, 2. præceptum illud à Deo datum, à Mose perscriptum, suprà 22. de circumcisione octavo die facienda [a], nullâ exceptione Sabbati adjectâ [b]. ¶ *Totum hominem*, &c.] i. e. Vel, 1. & corpus & animam [c], ut apparet ex Joh. 5. 14. ubi de hoc homine agitur [d]. Cui obstat, quòd animæ sanitas non erat evidens Judæis, ideóque iis objici non potuit. Vel, 2. hominem toto corpore ægrum [*]. Paralysis totum hominem occupaverat, & ego eum liberavi: quod opus non tantùm ad Dei honorem magis pertinet quàm circumcisio, sed & per se beneficum est, ac proinde continetur in Naturæ præceptis, quæ antiquiora sunt ipsâ circumcisione, sicut circumcisio est antiquior rigido otio Sabbati per Mosem imperato; ac propterea Sabbato præfertur. Si lex ritualis cedit rituali antiquiori, quantò magis legi per naturam cordibus inscriptæ, Ut quâvis occasione miseros juvemus [f].

24. *Nolite*, &c. Μὴ κρίνετε κατ᾽ ὄψιν] *Nè judicate secundùm speciem*, P. Mo. Pi. vel, *aspectum*, Er. Il. Ti. vel, *vultum*, sive *faciem*, V. Be. &c. i. e. secundùm oculorum judicium [g], ut dicitur Esa. 11. 3. Alibi dicitur, *secundùm personam* [h]: vel, *sic ut personas accipiatis*, Di. ex Sy. & Ar. sim. Tre. Æth. Sepositis personis, circa quas favor aut odium nasci solent, rem nudam spectate [i]: in pari causâ pariter judicate: nè in me damnate quod in Mose laudatis. Si circumcidi hominem Sabbato fertis, quia Moses instituit; sanari autem hominem Sabbato non fertis, quia à me id fit, personas respicitis, non causam [k]. Sed generaliorem esse puto hanc phrasin, κατ᾽ ὄψιν, ac, præter προσωποληψίαν, significare illam quoque judicii perversitatem, quâ operis superficies externa, ad Legis literam comparata, & absque ulla attentione ad spiritualem Legis διάνοιαν, & ad ea quæ in opere Christi spiritualiter dijudicanda erant, judicabatur [l]. Hebræi dicunt, *Nè respicias cantharum, sed quod in eo est* [m]. Sensus, Nè judicate ex eo quod præ me fero, qui Galilæus esse videor, fabri filius, &c. sed spectate attentiùs rem ipsam, & ex fructibus arborem æstimate [n]. Ὄψις hîc est פנים, quod πρόσωπον verti solet [o]. Sensus desumptus est ex Deut. 1. 17. & 16. 19. ¶ *Justum*, &c. Δικαίαν κρίσιν κρίνατε] Ex Zach. 7. 9 [p]. *Justum illum judicium* (in Lege toties præscriptum, quod videtur articulus designare [q]:) *ferte*, Be. Pi. vel, *judicate*, Vulg. Accusativus regitur à verbo conjugato, more & Hebræorum, Psal. 119. 154. *Contende contentionem meam*; & Græcorum, Plat. 2. De Repub. τὴν κρίσιν αὐτὴν τοῦ βίου κρῖναι ὀρθῶς, *judicium rectum de ipsorum vita ferre* [r].

25. *Ex Hierosolymis*; ità Sy. & Ar. in Di. Ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν] Sic sæpe apud Josephum vocantur, & Marc. c. 1. v. 5 [†]. Opponuntur turbæ, vers. 20 [t]. Hi, ut cives, propiùs nôsse poterant odium Procerum in Jesum quàm qui ex aliis partibus in Urbem venerant, quos modò ὄχλου nomine significavit [v].

26. *Palàm*, Παῤῥησίᾳ] *Libere*, Er. V. Pi. &c. & se defendit, & adversarios objurgat [x]. *Palàm*, ut suprà 13 [y]. ¶ *Et* (sub. *tamen*, Pi.) *nihil ei dicunt*] i. e. Non contradicunt ei. Synecdoche generis [z]. Nè docere quidem à Synedrio vetatur [a]: nec respondent objectionibus ejus [b]. ¶ *Verè*, Ἀληθῶς] *Certò*, Bru. *Certis indiciis*. Sic infrà 17. 8. quod qui non intellexerunt posuerunt ἀληθῶς ante ἔγνωσαν: quod secutus est Syrus, postea utrumque in quosdam Codices irrepsit [c]. Hoc, prius, ἀληθῶς non legit Syrus, nec posteriùs legerunt Syrus & Arabs. Nonnus neutrum expressit [d]. ¶ *Cognoverunt*] i. e. Didicerunt, scrutando invenerunt [*]. ¶ *Principes*] Sub. *sacerdotum*, V. sim. Pi. Syrus, קשישין, i. e. *Seniores*. Senatores magni Synedrii, penès quos cognitio erat de Prophetis veris aut falsis. Vide ad Matt. 5. 22. & Luc. 14. 1 [f].

27. *Hunc scimus* &c.] Hujus patrem, Josephum, &c [g]. ¶ *Cùm venerit*, Ἔρχηται] *Veniet*: sic γινώσκει, *sciet*. ¶ *Unde sit*] *Quo patre natus sit*: id enim respondetur ad quæstionem πόθεν, 1 Sam. 30. 13. 2 Sam. 1. 13. Ex mystica interpretatione loci, *Ecce Virgo pariet*, & aliis fortè similibus, apud quosdam Judæos fama invaluerat Messiæ patrem indicari non posse [h]. Qu. Quomodo hæc congruunt cum v. 42. & Matt. 2. 5, 6? Resp. 1. De loco ejus constabat [i], & de stirpe, putâ Davidica [k]: non item de proximis parentibus [l]. 2. Hæc dicit vulgus imperitum: illud ver. 42. doctiores, ut ex utroque liquet [m]. 3. Nôrunt eum à Bethlehemo primò manifestandum, ast eum illicò abripiendum nescio quò, & occultandum ac latiturum, & post aliquot spatium appariturum iterum, sed ignotum unde & quomodo advenerit. De secunda hac ipsius manifestatione hîc loquuntur, in qua erat gentis exspectatio. Vide ad Matt. 2. 1 [n]. Nata est hæc Judæorum opinio ex duplici Christi generatione in Prophetis descripta, una abscondita, incomprehensibili, & æterna, Esa. 53. 8. Mic. 5. 2. altera visibili & temporali: Illi verò utramque de humana ejus natura intellexerunt, Divinam enim non agnoverunt. Hinc fabulabantur, repentè eum mundo appariturum, tanquam è cœlo lapsum, parem Melchisedecho, ἀπάτορα, &c. Heb. c. 7. v. 3 [o].

28. *Clamabat*] Intendit vocem, ut omnes audirent [p]. Notatur παῤῥησία. ¶ *Et*, &c. Κἀμὲ οἴδατε, &c.] *Et me nôstis*, &c. i. e. meritò nôsse debebatis, ex miraculis meis [q]. Al. Nôssetis, nisi ultrò restitissetis veritati [r]. Al. *Nôstis*, &c. scil. ut dicitis & putatis. Est enim Ironia [†]. Al. Puto legendum cum interrogatione, *Itáne verò me nôstis quo sim patre genitus?* Nec aliter puto legisse Tertullianum, qui ad Praxeam sic citat, *Neque me scitis unde sim*, interrogationem negativè exponens. Christus sicut ab aqua vulgari ad spiritualem, à cibo corporis ad cibum animi, ità à Patre terrestri ad cœlestem sermonem, traducit [t]. ¶ *Et* (vel, *At*, G. vel, *Nam* certè: Hete-

rolis.)

Marginal notes (left column): [g] Di. [h] Li. ho. [i] G. [k] Bru. [l] G. [m] G. sim. Bru. Pi. [n] G. [o] G. sic V. Bru. [p] Bru. [q] G. [r] Bru. [t] G. [v] G. sim. Bru. [x] G. [y] Bru. Pi. [z] Bru. ex Richel. [a] G. sim. Ca. Be. Pi. [b] Pi. [c] Be. Pi. [d] Be. [*] Bru. [f] G. [g] V. Bru. [h] Bru. [i] G.

Marginal notes (right column): [k] Di. [l] Clop. collat. crit. in Append. crit. Lond. p. 4002. [m] Cartw. mellif. [n] Be. [o] G. sim. Be. [p] G. [q] Be. [r] Pi. sim. Be. [†] G. [t] Bru. [v] G. sim. Bru. [x] Pi. [y] G. [z] Pi. [a] G. sim. Bru. [b] Pi. [c] G. [d] Di. [*] Bru. [g] G. sim. Bru. [h] G. [i] T. Q. in Mal. [k] T. [l] T. Q. in Mal. [m] Mal. [n] Li. ho. [o] Bru. [p] G. Bru. [q] Pi. [r] Be. [†] Bru. sim. Be. Camer. Glass. [t] G.

rosis [v].) *à me ipso* (i. e. propriâ sponte [x]) *non veni*] At sanè ego me huic muneri non ingessi. Sic ἐρχόμενος, Joh. 1. 15. ἐλήλυθας, 3. 2. & alibi [y]. ¶ *Sed est verus*, &c. Ἀληθινὸς, &c.] *Verax*, Be. Pi. &c. servans promissi [z]: credendus & fide dignus, ut נאמן sæpe sumitur apud Juristas, ut Chagigah, fol. 24. 2. *Homines Judææ* נאמנין *credendi sunt de puritate vini & olei* [a]. *Qui me misit is verè est* Pater meus. Subintelligitur πατὴρ κατὰ τὸ σιωπώμενον: nam in voce πόθεν hoc inerat. Sic suprà, τὸν ἄρτον τὸν ἀληθινὸν, 6. 32. Suprà aliquoties voci, ὁ πέμψας με, additur πατὴρ, Joh. 5. 30, 37. & 6. 39, 44. ¶ *Quem vos nescitis*] Nescitis quo sit ingenio, quo affectu erga genus humanum, quo cultu delectetur. Vide ad Joh. 1. 18 [b]. Vel, *De quo vos non scitis*, supple, *quòd ab ipso sim*, &c. ex versu seq [c].

29. *Ego scio eum*] Quis sit, quid velit, quid cogitet, quas leges quibus præferat, intimè novi. Referenda hæc ad superiorem quæstionem de sanatione in Sabbato [d]. ¶ *Quia ab ipso sum*] Per generationem æternam. Vide Joh. 6. 46 [*]. Ab ipso duco auctoritatem & potestatem miracula tanta faciendi: quod infrà 10. 36. dicitur à Patre esse sanctificatum. Sic πόθεν ἐστὶ sumitur Matt. 21. v. 25. Joh. 9. 29. Allusio est ad illud suprà dictum, πόθεν ἐστὶν, sensu alio [f]. ¶ *Et ipse me misit*] In mundum, sive in carnem [g]. *Ab ipso & mandata accepi*, suprà 3. 17, 34. Ratione hujus tum sanctificationis, tum missionis, Deum rectè *Patrem suum* dici infrà quoque probat, 10. 37 [h]. Sensus loci, q. d. Ego utrumque novi, & quòd sim naturâ Filius Dei, & quòd à Deo missus sim: vos utrumque nescitis [i].

30. *Quærebant*, &c.] Captabant opportunitatem [k]. Quinam? non plebs, sed Sacerdotes, &c [l]. Quidam ex adstantibus manus ei injicere volebant, nempe ut eum ad Synedrium adducerent, cui id sciebant gratum fore [m]. ¶ *Hora ejus*] i. e. Quam ipse elegerat, &c [n]. Tempus passionis à Patre electum [o], ut opportunissimum saluti humanæ. Id sæpe ὥραν vocat Johannes, 8. 20. & alibi. Vide Responsionem ad Orthodoxos, 122. in Justini Operibus. Ante id tempus voluntates quamvis malæ ab effectu Divinâ quâdam vi inhibebantur [p]. Vide Joh. 12. v. 23. Hanc autem Christi horam solus Johannes commemorat [q].

31. *De turba*] Quæ minus habebat literarum, sed plus bonæ mentis [r]. ¶ *Crediderunt in eum*] Non ut in Christum, (nam de eo dubitabant,) sed ut in hominem à Deo missum [†], eximium, ac propè cum Messia comparandum [t]. ¶ *Numquid plura signa*, &c?] Videbant quomodo ipse adversarios ex Scripturis convinceret, cogitatus occultásque molitiones sciret, plurimos sanaret, &c [v]. Plurima ipse etiam Johannes subticuit, infrà 20. 30. & 21. 25 [x]. Ponunt Christum ex signis cognoscendum, juxtà Esa. 35. 14, &c [y].

32. *Turbam murmurantem*] i. e. Clàm hæc mussitantem. Vide suprà v. 12 [z]. ¶ *Miserunt* (sub. *postridie*, Euth. & Caj. in Bru.) *Principes*, &c. Οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ ἀρχιερεῖς] i. e. Rem urserunt in Synedrio tum Pontificum primores, tum alii sectæ Pharisaicæ, quorum illi dignitatis, hi traditionum suarum, imminutionem metuebant, quandoquidem populus tam bene de Jesu sentire cœperat. Vide infrà 11. 47. Sed Sadducæi ista non curabant, traditionum contemptores, & ad dignitates nixi Romanâ potestate, non aurâ populari [a]. ¶ *Ministros*] Satellites publicos [b]: שוטרים, qui Senatorum judicia exsequebantur [c].

33. *Adhuc modicum*, &c.] Usque ad proximum Pascha, quod circa sex mensibus aberat [d]. Studetis me trucidare, sed non diu vobis molestus ero [*]. Velitis nolitis vobiscum agere volo, donec adveniat tempus meum, &c [f]. Ostendit omnia sua agi dispositu Divino speciali atque eximio [g], & simul vanum esse ipsorum conatum, quia & nunc noceri ipsi impedirentur [h], & posthac, ubi in cœlum ipsum ascendisset, multò magis [i]. Ità omnipotentiam & omniscientiam suam declarat [k]. Mortem suam in medio positam silentio transit, quia non pertinebat ad id quod hîc agitur [l]. ¶ *Vado*] Significat mortem suam esse voluntariam: nam ire & abire est volentis [m]. ¶ *Ad eum*, &c.] Renunciaturus legationem: qu. d. Videte quomodo tractandus sit vobis legatus [n]. Monet, se morte extinctum non iri, sed ascensurum, &c [o].

[v] Pi. [x] Bru. [y] G. [z] V. Bru. [a] Li. ho. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. [k] Idem. [l] Bru. ex Chryf. [m] G. [n] Bru. [o] G. sim. Bru. [p] G. [q] Be. [r] Bru. [†] G. [t] Pi. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] G. sim. Bru. [a] G. [b] Eru. [c] G. [d] Bru. ex Euthym. sim. Pi. [*] Pi. [f] Bru. [g] G. [h] G. sim. Bru. [i] G. [k] Bru. [l] G. [m] Bru. [n] G. [o] Bru.

34. *Quæretis me* (vos Judæi increduli [p], vestram vicem dolentes [q]: in gravissimis calamitatibus constituti, petetis opem Dei, sed sine fide [r], aut resipiscentia [†].) *& non invenietis*] Nullam à me, aut Patre meo, opem impetrabitis [t]. Al. Quæretis me iterum occidere, & nomen meum, tunc celebratissimum, extinguere, sed nihil proficietis, nec mihi nocere poteritis [v]. Al. Non est hoc exprobrantis, sed communiter dictum bonis & malis apparet infrà 13. 33. Hebræorum est Indicativo, adjectâ copulâ, uti pro Subjunctivo quo carent [x]. Sensus ergò est, Si me quæratis, non comparebo. Hoc sensu phrasis hæc reperitur Psal. 10. 15. & 37. 10. Esa. 41. 12. Of. 2. 7 [y]. Non dicit, quòd Judæi revera quærerent, sed quòd quamvis quærant, non invenient. Nihil aliud significat quàm Christum de terris sublatum iri, nec inter vivos reperiri posse [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, &c.] *Et ubi ego ero* (nempe in cœlo [a]: vel, *sum*, Vulg. & Sy. in Bru. Præsens pro Futuro [b], ut in ὑπάγω & ἐλεύσομαι ut infrà c. 17. v. 24 [c]. Vide Matt. 17. 11. sic Joh. 13. 33. ubi hic sensus repetitur, quanquam alio fine ibi Apostolis hoc dicitur quàm hîc plebi; ibi ut amicis, hîc ut inimicis [d].) *eò vos non potestis venire*, Be. sic Pi. i. e. intrare, sive admitti [*]. Al. Valde mihi placet (nec dubito quin vera sit [f]) Hen. Stephani conjectura, legendum εἶμι, *vado* [g]. 1. Ità postulat sententia [h]. 2. Sic explicatur Joh. 13. 33 [i]. ubi pro εἶμι est ὑπάγω [k], & Joh. 8. 21 [l]. 3. Sic legerunt Theoph. & Nonnus [m]. 4. Favet Arabs, cujus hæc sunt verba, *Et ad quem locum ego vado, vos non pervenietis*. ὅπου enim non tantùm *ubi*, sed & *quò*, significat, ut Matt. c. 8. v. 19. Joan. 8. 21, 22. & alibi [n]. Al. Noli cum Nonno εἶμι legere, quod Poeticum est & nostris Scriptoribus incognitum [o].

35. *Dixerunt—ad*, &c. Πρὸς ἑαυτοὺς] *Inter sese*, Be. Pi. V. G. ut Matt. 16. 7. & alibi [p]. Vel, *In animis suis*, V. Non ad ipsum, quem, præ superbia, rogare nolebant. ¶ *Quò*, &c.] In quem tam remotum locum, &c [q]. ¶ *Quia*, &c? Ὅτι ἡμεῖς, &c?] *Ut*, vel *Ità ut, non inveniamus eum?* Be. Pi. ὅτι, Hebr. כי, ut 2 Sam. 7. 10. Vide Matt. 8. 27. & Joh. 2. 18 [r]. *Ut eum invenire non possimus?* G. ex Sy. Sic 2 Sam. 7. 18. Græcè, Τίς εἰμι —— καὶ τίς ὁ οἶκός μου, ὅτι ἠγάπησάς με, &c? *ut me diligeres* [†]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων] *Ad eos qui dispersi sunt inter Græcos*, Be. Pi. *In dispersionem Græcorum*, Er. V. Di. Bru. &c. vel, *gentium*, Bru. ex Vulg. [Variè intelligunt:] 1. Ad Gentes per totum orbem dispersas & diffusas [r]. Ἕλληνες, *Græci*, solent synecdochicè poni pro omnibus gentibus [v], sive pro *Gentilibus*, ut apud Apostolum [x]; qui omnes homines dividit in Judæos & Græcos, Rom. 1. 16. & 2. 9. & 3. 9. &c. qui mos obtinuit ex quo Græci rerum potiebantur. Gloriabantur Judæi, se ut unâ lege & religione, ità uno quoque solo, junctos atque unitos esse, certísque finibus à Gentibus separatos: Gentes verò, ut superstitionibus divisas, ità per totum mundi ambitum vagas esse ac dispersas [y]. Huc facit quod RR. per *sapientiam Græcam* intelligunt *sapientiam Ethnicam*. Ast ego Ἕλληνας h. l. proprio significatu sumpserim *Græcorum*. Atque in bivio est an per διασπορὰν Ἑλλήνων intelligas *dispersos Græcos*, an *Judæos dispersos inter Græcos* [z]. [Hîc ergò variant.] 2. Ad Græcos remotissimè dissitissimè dispersos [a]: ad Græcos origine, qui Proselyti facti sunt [b]. Nulla gens disseminata fuit in toto orbe, instar Græcorum, aut Judæorum. Seneca, in Consol. ad Helv. c. 6. *In mediis barbarorum regionibus Græcæ urbes: Inter Indos Persásque Macedonicus sermo*, &c [c]. 3. Ad Judæos, qui inter Græcos (sive per orbem terrarum [d]) dispersi erant [*]: quales etiam intelligi videntur Joan. c. 12. v. 20 [†]. Ut διασπορὰ Πόντου dicuntur, 1 Pet. 1. 1. *dispersi per Pontum*, ità & hîc διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων, *dispersi per*, sive *inter*, *Græcos* [*]. Vox διασπορᾶς Judæis Græcè loquentibus, quos *Hellenistas* dici mos habet, significat ea loca in quibus Israelis posteri exsulabant, נדח, ut videre est Deut. 30. 4. Neh. 1. 9. Psal. 147. 2 [f]. Διασπορὰν Ἑλλήνων statuerim in Antithesi ad διασπορὰν Βαβυλονίων καὶ Περσῶν [g]. Nobiles διασπορὰ erant duæ, prior Babyloniorum, altera Græcorum; illa quæ sub Chaldæis, hæc quæ sub Macedonibus, contigerat: nam Regnum Macedonum Hebræi vocant יון, *regnum Græcorum* [h]. Judæi sparsi in Babylon. Assyr. Pers. &c. dicti sunt *Hebræi*, quia usi sunt linguâ Hebræâ; ast illi qui inter Græcos sparsi, idiomate usi sunt Græco, & vocantur

[p] Idem. [q] Be. [r] Pi. [†] Be. [t] Pi. [v] Eru. [x] G. [y] G. ex Mal. [z] Mal. [a] Pi. sic Bru. [b] Bru. ex Be. sic G. [c] Be. G. [d] G. [*] Bru. [f] Cas. [g] Be. Cas. [h] Cas. [i] Be. [k] Be. Cas. [l] Cas. [m] Be. Cas. Di. [n] Di. [o] G. [p] G. [q] Eru. [r] Be. [†] G. [r] V. sim. Mal. Eru. [v] V. [x] Li. ho. [y] Bru. [z] Li. ho. [a] Li. ho. sim. Camer. [b] Di. [c] Li. ho. [d] Be. [*] Pi. Li. ho. Be. Di. D. [†] Di. [*] Pi. [f] G. [g] Li. ho. [h] G.

cantur *Hellenistæ* [i]. Sensus est, Ibitne Antiochiam, aut Alexandriam, quò multi Israelitarum migrârunt sub successoribus Alexandri? Hoc autem potiùs quærunt quàm de regionibus sub Partho, quia Syria & Ægyptus minùs longè aberat à Judæa, & plurimi indè Hierosolyma festis diebus veniebant; non item ex Mediæ partibus [k]: vel, quia dispersio Babylonica Judæis, qui Palæstinam habitabant, habita est nobilior & sanctior quàm illa inter Græcos. Terra Babylonica æquè pura erat ac Israelitica, & progenies Judæorum in Babylonia purior quàm in ipsa Judæa. At regiones Græcorum immundæ erant, ubi ipse pulvis terræ inquinabat, & progenies Judæorum ibi sparsorum sanguine impurior erat, & eò ire erat ire inter gentes Ethnicissimas [l]. [Aliis hæc sententia non placet:] Hoc velut accusando dicunt. Non poterant autem accusare, quòd ad Judæos dispersos, sed quòd ad gentes, iret; quibuscum non licebat versari viro Judæo [m]. Durissimum est, ut Ἕλληνες intelligantur de Judæis. Dices, durum quoq; esse ut διασπορὰ dicatur de Græcis, quæ propriè est Judæorum. Quid ergò dicendum? Nomen διασπορᾶς, quæ occurrit Jac. 1. 1. 1 Pet. 1. 1. non pro ipsa dispersione usurpari videtur, sed pro regionibus in quibus dispersi incoluere Judæi. Quare & h. l. διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων est regio Græcorum, vel Gentium, quam inhabitabant Judæi, qui ubique terrarum erant dispersi: &, ire εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων, nihil aliud est quàm ire ad regionem Gentium quam διασπαρέντες Ἰουδαῖοι inhabitant, ibíque [ut sequitur] Gentes ipsas docere, non Judæos ibi dispersos; quia hi Verbum Dei admittere nolebant. Eò igitur Christum suâ conjecturâ amandabant, ubi se apud Judæos nihil proficere posse ille videret [n]. ¶ *Docturus gentes?* Ἕλληνας;] *Græcos*, Be. Pi. Intelligit, vel, 1. Judæos ipsos per Provincias dispersos [o]: vel, 2. ipsas profanas gentes [p], religionem Græcam profitentes [q]: id quod pessimè Judæos habebat malâ zelotypiâ correptos [r], nè Gentibus conversis, ipsi rejicerentur, &c †. Ut dogma suum spargat non tantùm inter Israelitas, sed etiam inter Græcos, i. e. eos qui, cùm Israelitæ non sint, in iis locis habitant, Deum unum non agnoscentes. לחנפא, *impios*, habet hîc Syrus. Hoc volunt, Fortè sperat suum dogma, quod ritibus Legis non multum tribuit, gratiosum fore apud alienigenas, ità ut eorum ope facilè speret tutum se fore adversùs conatus nostratium [*].

36. *Quis est*, &c?] Quid sibi vult [v]? Nam nisi hoc vult, quem sensum habet sermo ipsius? Ubi enim in terra Palæstina præsidium sibi sperat, cùm Romani ipsi in his locis plurimum deferant auctoritati Synedrii, cujus judicium ipsi adversatur? Sic & Apostolos videmus nusquam minùs tutos fuisse quàm in Judæa. Sed quò ipsi Jesum iturum putabant ut ipsorum insidias vitaret, eò, Jesu jam locum tutum ac gloriosum obtinente, ipsi coacti sunt fugam capere [x]. Nihil his respondet Christus, quòd absque serio discendi studio quærerent [y].

37. *In novissimo* (i. e. octavo [z]) *autem die magno festivitatis*] Scil. Tabernaculorum [a]: quod festum Hebræis interdum חג, *festum*, simpliciter vocatur [b]. Primus dies & ultimus τῆς ἑορτῆς erant festi [c], & solennes in eis cœtus habebantur [d], cessatúmque ab omni opere servili, Levit. 23. 36 [*]. sed ultimus, quo dabatur ἄφεσις λαοῖς, celebrior & cum solenni lætitiæ significatione. Nam & palmas ramósque tum gestantes canebant *Hosanna*. Vocatur is dies מקרא קדש, κλητὴ ἁγία, Levit. 23. 36. item עצרת, ἐξόδιον, Græcis. Multa de hac lætitiæ significatione in Thalmude, titulo *Succah* [f]. Dies octavus reliquis dignior erat, non quidem ex institutione Dei, (quâ pauciores juvenci agníque eo die oblati sunt quàm reliquis, Num. c. 29.) sed ex opinione Judæorum, qui idcirco cæteris diebus supplicationes & sacrificia fieri arbitrabantur non tam pro seipsis, quàm pro reliquis gentibus, at die hâc octavâ solùm pro seipsis. Nec æstimârunt diem octavum ut inclusum intra festum [g], quod septem tantùm diebus durabat [h], sed ut diem festum per se separatim, qui propterea peculiari & benedictione, & sacrificio, (non sex juvencorum, quod fieri oportuit [vi præcepti Num. 29.] si dies iste conjungendus foret cum reliquis festi, sed unius tantùm,) & cantico & lætitiâ, donabatur [i]. [De quibus vide Li.] Vocabatur hic dies *lætitia Legis*, quia in eo ultimam Pentateuchi sectionem legebant. Eodem die tres legebantur lectiones propheticæ. 1. Illa, 1 Reg. 9. 1.

[i] Li. ho. [k] G. [l] Li. ho. [m] Ma'. [n] Salm. in Wal. [o] Be. [p] Be. sic Bru. [q] D. [r] Be. † Bru. [*] G. [v] Bru. Pi. [x] G. [y] Pi. [z] D. Li. ho. Pi. &c. [a] Be. D. Pi. Li. Ham. &c. [b] Ham. [c] G. sim. D. [d] Be. sim. Pi. Di. [*] Bru. sic Di. [f] G. [g] Li. ho. [h] Pi. [i] Li. ho.

Et fuit quum absolvisset Salomon, &c. 2. Initium Josuæ. 3. Ultima sectio Malachiæ. Opportunè itaque hoc tempore exsurgit Servator, verus Salomo, verus Josua, finis Legis, finis Prophetarum [k]. ¶ *Stabat*, &c.] Loco editiore, ut ab omnibus conspiceretur atque audiretur, & ceu rem seriam & gravissimam constantissimè assertarus: aliàs sedere solebat [l]. Non inter deambulandum, ut aliàs, sermonem hunc habuit, sed stans & intentâ voce, quò magis attentionem excitaret [m]. ¶ *Si quis sitit* (i. e. appetit [n], intellige justitiam & omnia bona spiritualia [o], perfectionem & salutem suam: si cui quid deest, ejúsque defectûs sensu tangitur [p]:) *veniat*, &c.] Ex rebus obviis sermonis occasionem capere Christus solebat [q]. Eo autem die populus magnâ pompâ ex fonte Siloæ aquam hauriebat, (quam etiam cum vocibus & clangore tubarum Templo inferebant atque offerebant, eo significantes, se à Deo petere benedictionem pluviæ in sementem imminentem [r]:) canticum illud ex Esa. c. 55. v. 1. usurpans, *Haurietis aquas in gaudio de fontibus salutis* †. Credebant etiam Spiritum S. illâ vociferatione adeò delectari, ut nonnullos tunc lætantes afflaret, quod Jonæ Prophetæ contigisse affirmant. Ità spirituale hujus festi gaudium in magicam circulationem converterunt [t]. Hoc conspectu docet eos Christus quis sit fons verè salutaris indicatus Zach. 13. 1 [v]. & à terrestribus aquis ad cœlestes atque vivificas eos revocat, docétque illud festum omnes ceremonias ad se, tanquam scopum, referri [x]. Sensus est, Qui desiderio felicitatis utitur (nam id *sitire* vocant Hebræi, ut & aliæ gentes,) ad me veniat; ego sitim ejus restinguam [y].

38. *Qui credit in me*] Explicat quid est, *venire ad eum, & bibere* [z]. Qui mihi fidem ità adhibet ut mihi pareat atque vitam instituat quemadmodum ego doceo, & qualem describit aliquatenus Esaias, c. 58. v. 7, &c [a]. ¶ *Sicut dicit* (vel, *dixit*, Be. Pi. Bru. &c.) *scriptura*] Conjungendum hoc, vel, 1. cum præcedentibus [b]: vel sic, Qui credit in me non quocunque modo, sed quomodo Scriptura credendum esse docet, tanquam in verum Deum, Christum, &c [c]. Vel sic, Qui credit in me, sicut Scriptura dicit, omnes in me credere oportere [d]. *Sicut scriptura dixit*, h. e. jussit [*]. λέγει, *dicit*, passim in Scriptura sumitur pro *jubet* [f]. אמר apud Hebræos sæpe, apud Arabes semper, *jubere* denotat †. Sed ubinam hoc dicit Scriptura? Resp. In Deut. 18. 15, 18 [g]. item Esa. 28. 16. item Hab. 2. 4. *Justus ex fide vivet*. Ad quod fatentur Judæi reduci posse 613 præcepta Legis [h]. Al. Scripturam indefinitè indicat, non hunc aut illum Scripturæ locum: quia totius passim Scripturæ scopus est, & mandatum, ut in Christum credamus ‖. Vel, 2. cum sequentibus [i]. Sententiæ hîc trajectæ sunt, & naturalis verborum ordo est hic, *Qui credit in me, de illius ventre fluent flumina aquæ vivæ: sicut dixit scriptura* [k]. [Sed ubinam hoc dicit Scriptura?] Resp. Non citat certum aliquod Scripturæ dictum [l], quale nullum est in V. T [m], sed sensus est, *ut dicit*, i. e. ut exprimere solet [n]. Ità sæpe loquitur Johannes ubi non unum aliquem locum, sed multorum consensum, indicat. Quare & Syrus [sicut & Ar. in Di.] pluraliter hîc *scripturas* posuit, quomodo & Joh. 5. 39 [o]. Alludit ergò pluribus Prophetarum locis, quibus ingens Spiritûs & gratiæ abundantia (sub Novo Testamento futura [p]) promittitur [q], nunc sub *spiritûs*, nunc sub *aquæ*, nomine [r]. Pertinent huc omnes loci qui de *effundendo Spiritu* agunt: nam *effusio* tacitam habet Aquarum comparationem †. Tales sunt, Esa. 41. v. 18. & c. 44. v. 3. & c. 55. v. 1. Ezec. 36. 25, &c. & c. 39. v. 29. clarissimè verò, Jol. 2. 28 [t]. & Esa. 49. 10. Zach. 14. 8 [v]. Sed præcipuè respici puto Esa. c. 58. v. 11. *Erit sicut exitus aquarum cujus aquæ non deficient*: hunc enim locum videtur παραφράζειν [x]. ¶ *Flumina*, &c. Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ, &c.] *Flumina* (ποταμοὶ vocantur non tantùm *amnes*, sed & *quævis copia aquarum*, Mat. c. 7. v. 25, 17 [y].) *aquæ vivæ* (i. e. jugiter fluentis [z], ut explicat Servius in Codice Fuldensi, addens, *augurale esse verbum*. Meritò autem sic vocatur Spiritus Sanctus, quia arrhabo est vitæ æternæ [a]. Opponitur aquæ stagnanti & putenti [b]. Intelligit autem Christus, hoc loco, abundantiam, vel, 1. lætitiæ spiritualis [c]; vel, 2. doctrinæ Evangelicæ: quam credentes velut apertis fontibus emittebant [d]: vel, 3. Spiritûs Sancti [*], id est, à Spiritu Sancto

[k] Di. [l] Bru. [m] G. [n] Bru. sic Pi. [o] Pi. [p] Bru. [q] G. [r] Ham. † G. Gua. ex Tremel. Li. ho. Ham. &c. [t] Gua. ex Trem. [v] G. [x] Gua. ex Trem. [y] G. [z] Mal. [a] G. [b] Chrys. & Th. in Er. Q. in Bru. sim. Heinf. [c] J. Cap. Li. ho. [d] Th. in Mal. [*] Al. in Mal. [f] Heinf. J. Cap. Di. † Di. [g] Heinf. [h] Li. ho. ‖ Di. [i] Be. Bru. Pi. [k] Pi. [l] Pi. sim. Bru. [m] Med. sim. Mal. Pi. [n] Med. l. 1. dissert. 17. p. 82. [o] G. [p] Pi. [q] Bru. sim. Pi. [r] Bru. † G. [t] Bru. [v] Pi. [x] G. [y] Idem. [z] G. sic Pi. [a] G. [b] Pi. [c] Ammon. & Basil. in Mal. [d] Ambros. & Greg. in Mal. [*] G. Bru.

Sancto emanantem [f]: gratiarum, sive donorum, Spiritûs Sancti [g], ut statim explicatur [h]; quam largiturus est Messias credentibus [i].) *fluent* (continuè & semper: tam enim perpetuitas, quàm exundantia, donorum hîc promittitur [k]. Non solùm sitim restringuet ista aqua, sed & in eo fiet fons redundans & effluens [l].) *ex ventre ejus*, Pi. Be. &c. i.e. de medio [m], de visceribus [n], de corde ejus [o], mente, animo, quo dona illa primùm excipiuntur, ut aqua pota ventre [p]. *Venter* pro *corde*, ut Job. 15. 35. Psal. 40. 8. Hab. 3. 16. nam cor in ventre: Synecdoche [q]. *ventrem* hîc dicit, quia de potu loquitur, qui in ventrem primùm descendit, indéque omnes corporis partes per venas, quasi per flumina, rigat [r]. Apud exitus sive scaturigines aquarum solebant conceptacula lapidea fieri: ἀγγεῖα vocantur Græcis, Prov. 5. 15. Hebræis modò בור, modò באר: nam hæc in privatis locis distingui aiunt Thalmudistæ, in publicis vocabula misceri. In horum medio erant tubi per quos aqua in publicum exsiliebat. Dicto loco Prov. *Dispergantur fontes tui foràs, & fluenta de medio conceptaculi.* Omne autem medium, aut intimum, Hebræis בטן, Græcis κοιλία, dicitur, ut 1 Reg. 7. 20. Mat. 12. 40. dicitur igitur futurum ut sibi credentes ità repleantur aquâ ut contineri intra ipsos nequeat, sed undique magnis fluentis exsiliat †. Maxima copia Spiritûs à me donabitur post ascensionem [t]. Est autem Hebraismus, ὁ πιστεύων, & deinde αὐτοῦ pro quo Græci unâ voce dicerent, τοῦ πιστεύοντος [v]. Consonant porrò hæc verba cum illis Joan. 4. 14. utraque prolata ex occasione haustæ aquæ. Antithesis hæc est ad ritum illum *hauriendi aquas*, &c. quem fundabant in Esa. 12. 3. Lætabantur autem his aquis, tanquam symbolo Legis, & ex hâc lætitia Spiritum S. exspectabant, cujus effusionem hâc haustione & libatione aquæ denotari volunt Hebræi. Sensus ergò est, q.d. Tantáne vobis lætitia ob haustum tantillum aquæ ex fonte Siloami? credenti in me fluent pleni fluvii, &c. Nec aquæ apud Prophetas Legem denotant, ut putatis, sed dona Spiritûs S. quæ ex fide dantur, non ex Lege, Gal. 3. 2 [x].

39. *Credentes*, &c.] Non tantùm Apostoli, sed credentium ingens multitudo, cujus rei initium in 120 hominibus factum est in Pentecoste. Vide quæ ad Marc. 16. 17, &c [y]. ¶ *Nondum*, &c. Οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον] *Nondum enim erat Spiritus Sanctus*, Er. P. Mo. Ti. Ca. Be. &c. sub. *datus*, Tre. ex Sy. Pers. sim. Ar. Æth. ex voce correlata præcedente, *accipere: Quem accepturi erant credentes*, &c. *Dare* enim & *accipere* relata sunt. Ellipsis vocis ex voce analoga & correlata eruendæ: qualis Esa. 38. 12. *Præcidi ut textor* (scil. stamen) *vitam meam*, Ezec. 22. 10. *Nuditatem patris retegit in te*, scil. filius [z]. Vulgatus hîc legit *datus*, & Codex Vaticanus habet δεδομένον & hæc lectio indubiè vera est [a], eáque vox à Macedonianis erasa [b]. At vox illa omittitur etiam à Græcis patribus [c], Chrysost & Theoph [d]. Quid autem? Nonne antehac datus erat Spiritus S? nonne Prophetis, Zachariæ, Simeoni, &c*. Resp. Datus quidem antè fuit, sed alio modo, non visibiliter, ut Act. 2. 2. nec tam copiosè, quàm postea [f]: non secundùm nobilem illam promissionem, Joel 2. 28. Respiciunt hæc verba, sicut & illa Act. 19. 2. receptissimam gentis sententiam de discessione Spiritûs Sancti post mortem Zachariæ & Malachiæ, perfecto & consignato tum Canone Veteris Testamenti [g]. Puto ità scriptum fuisse, οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα· nam ἅγιον, quod Græci Codices, nec omnes, habent & sequitur Arabs, Syrus & Latinus veteresque Scriptores non agnoscunt. Itaque explicandi causâ adjectum est, sicut in Græcis quibusdam, ἐπ' αὐτοῖς, & in nonnullis, *datus*, ad vitandam calumniam Macedonianorum [h], quibus tamen minimè opus est [i]; vel, 1. quia apertè jam dixerat, *Spiritûs Sancti* nomine illius duntaxat dona intelligi [k]. *Nondum erat Spiritus*, i.e. donorum Spiritualium effusio, ut Act. 19. 2 [l]. Vel, 2. quia subintelligendum ex prioribus, *credentium Christo*. Hic Spiritus credentium Christo adhuc erat exspectandus. Alioqui *Spiritus Sanctus* etiam de Prophetis dicitur, 2 Pet. 1. 11. & de Elisabeta, Luc. 1. 41. & de Zacharia, ibidem 67 [m]. *Nondum erat Spiritus*, nim. præsentis & manifesti muneris efficacitate [n]. ¶ *Quia Jesus nondum erat glorificatus*] Per resurrectionem [o], & ascensionem [p]: nondum in cœlum ascenderat [q], ut explicatur Act. 2. 33. & Eph. 4. 10, 11. & à Justino [r]: [cujus verba vide in G.] Qu. Sed cur Spiritus non antea datus erat? Resp. 1. Spiritus Sanctus priùs promerendus erat, passione Christi, quàm dandus †. 2. Regis est jam regnantis dona dare regia [t]. Decebat Christum antè gloriosum evehi in cœlum quàm Spiritum diffunderet in terras, ut toti orbi constaret, tam larga dona fructum esse passionis & victoriæ Christi [v]. 3. Ob rationem datam, Joh. 16. 7. quia supervacaneum esset duos simul paracletos Apostolis dari, ideoque uno tandem abeunte alterum opportunè mitti, &c [x].

40. *Cùm audissent*, &c.] Moti verborum majestate percellente animos [y]. ¶ *Hic est verè propheta*, Ὁ προφήτης] *Propheta ille*, Be. Pi. de quo Deut. 18 [z]. quem à Messia diversum exspectabant [a]. Vide Joh. 1. 21 [b].

41. *A Galilæa*] Contemptâ regione [c]. Falsò putant eum ibi natum, nempe Nazarethæ [d]. De loco ortûs Jesu nihil nisi rumore ipsis constabat, de miraculis & dogmate visu & auditu, quibus excitari debuerant ut de ortu aut ipsum, aut cognatos ipsius, interrogarent *. ¶ *Venit*] i.e. Venire debet, juxta Scripturas [f].

42. *Ex semine David*] Juxta Psal. 132. 11 [g]. Qui hæc dicebant à Doctoribus erant instituti, apud quos traditiones istæ vigebant. Vide Matth. 22. 42 [h]. ¶ *Et de Bethlehem* (juxta Mic. 5. 2 [i]. Vide & Matt. 2. 5 [k].) *castello*, τῆς κώμης] *Vico*, Be. Pi. *oppido*, V. Oppidulum erat [l]. Κώμας vocant Scriptores nostri non rarò minora oppida, ut Luc. 24. 13. Etiam Græci עיר sæpe πόλιν, interdum κώμην, vertunt. Davidis domus paterna Bethlcem, 1 Sam. 16. 4. & 17. 12, 15. atque ibi gentilitia sacra celebrare erat solitus, 1 Sam. 20. 6, 28, 29 [m]. ¶ *Ubi erat David*] i.e. Habitabat [n], in familia paterna, antequam ad Regnum vocaretur. Sic patria ejus & natale solum indicatur. *Erat*, pro *habitabat*, ex usu Syro: nam ἦλθεν, Joh. 1. 39, 40. Syrus vertit per *habitare* [o].

43. *Dissensio*, Σχίσμα] *Dissidium*, Be. Pi. Bru. aliis aliud sentientibus [p]. *Diversitas studiorum.* Sic infrà 9. 16. & 10. 19 [q].

44. *Quidam*, &c.] Subornati à Senatoribus [r]: Vide suprà 30 †. qui & ipsi mixti erant turbæ, & suam de Jesu sententiam inter cæteros dicebant [t].

45. *Venerunt——ministri*] Satellites [v], postquam per dies aliquot Christum secati erant, quasi cum prehensuri datâ occasione [x]. ¶ *Ad Pontifices*, &c.] Ἀρχιερεῖς hîc intellige non tantùm Caiapham & Annam, sed & alios familiarum Sacerdotalium principes; *Pharisæos*, cæteros è Senatoribus, quibus prehensio cordi erat, quíque hoc negotium urgebant [y].

46. *Nunquam sic locutus est* (cum tanta eloquentia, sapientia, gratia, efficacitate, &c [z].) *homo*] Ἄνθρωπος, איש, pro τίς ut & infrà 51 [a]. Ingenuè loquuntur: non causantur metum turbæ, sed animi conscientiam verbis Divinis commotam [b]; tantò Magistratibus suis meliores. Confer Matth. 7. 29. 1 Cor. 2. 14 [c].

47. *Et vos*, &c?] Etiam vos, qui cùm in ministerio nostro sitis [d], nostras partes sequi debetis *, & facilè potestis discere ea quæ ad religionem pertinent [f].

48. *Ex*, &c. Ἐκ τῶν ἀρχόντων] *Ex primoribus*, Be. Pi. vel, *principibus*, Bru. ex Vulg. vel, Sacerdotum [g]; vel, populi: qui Legis scientiâ, judicio & auctoritate pollent [h]. *Ex Senatoribus magni synedrii*, qui jus habent cognoscendi de Propheta. Vide v. 26. & Joh. capite 3. versu 1 [i]. penès quos est judicium curáque religionis [k]. ¶ *Aut* (vel, *Aut saltem*, G.) *ex Pharisæis*] Qui sanctitatis & eruditionis nomine excellunt [l]. Ità à duplici auctoritate argumentantur, Judiciali & Magistrali [m].

49. *Turba hæc*] Ità Be. Pi. &c. Populi, sive vulgi [n]. *Populus terræ*, ut loquebantur [o], fæx populi [p]. Opponitur & Doctoribus Legis [q], & Discipulis Sapientum [r], quos vocant *Populum Sanctum* †. ¶ *Quæ non novit legem*] Quæ studium non ponit ut exactè Legem discat secundùm Scholarum interpretationes & traditiones. ¶ *Maledicti sunt*, Ἐπικατάρατοι] שקץ, quod sæpissimè Rabbini dicunt de populo terræ [t]. *Exsecrabiles*, vel *Devoti*, Er. V. Turba maledicti sunt: Synthesis [v]. Ingrati & exsecrabiles Deo [x]. Sumptum hoc ex Deut. 27. 26. ubi *maledicti* pronunciantur qui ex Lege vivere noluerint [y]. Quasi verò hoc ad illos apices pertineret qui nisi

Margin notes (left column): f Bru. g Mal. ex Orig. Hi. Hil. Chrys. Bru. V. Li. ho. k G. sim. Bru. Pi. l Li. ho. k Bru. l Pi. m V. sic Bru. n Bru. o V. D. Bru. ex Chrys. Mal. p Bru. q D. r Mal. † G. t V. v G. x Li. ho. y G. z Glas. gram. 4. 2. 7. 716. a Mal. b Q. in Glas. c Glas. phi lol. 1. 2. 8. 366. d Er. * Bru. ex Er. f Mal. Bru. g Li. ho. h G. i G. sim. Be. k Be. l J. Cap. m G. n Camer. ex Th. o T. Bru. Mal. ex Aug. Beda, &c. Pi. Me. p T. Mal. Me. &c. q G. Pi.

Margin notes (right column): r G. † Bru. t G. sim. Bru. v T. ex Leont. x Mal. y G. z Pi. a Be. sim. Pi. b G. Be. c Bru. d Pi. * G. f Bru. g Bru. h G. i Bru. k G. l Bru. m G. n Bru. Di. o Di. p Bru. q G. r G. sim. Bru. † G. t Bru. v Bru. x G. sim. Bru. y G. z Bru. sim. Pi. a G. b G. sim. Bru. c G. d G. * Bru. f G. g V. Bru. h Bru. i G. k Bru. l G. sim. Bru. m G. n Bru. o G. sic Li. ho. D. p G. q Ham. r Ham. Li. ho. sic D. t Li. ho. v Camer. sim. Pi. x Bru. y G. sim. Bru.

nisi in Scholis disci non poterant: ideoque simplex aliquis piscator aut opifex, secundùm communem intellectum dans operam servandis Dei præceptis, Deo placere non posset [z]. De his sic loquuntur Hebræi, *Non merentur dici pii: Non accipies filiam eorum; quia sunt abominatio* [a]: *Non resurgent ad vitam, nisi docti cujuspiam gratiâ, veluti si filiam illis dote magnâ elocaverint, aut mercaturam pro ipsis exercuerint, ut ipsis lucrum indè accedat, & quò negotiis vacui legis studio incumbant: hoc enim ipsis imputatum iri acsi ipsi Divinæ Majestati adhæsissent.* Quanti doctorum interesset hoc à vulgo seriò credi [b]?

50. *Qui venit* (i. e. venerat ab initio [c]) *ad eum nocte*] Hoc additur ut intelligatur & Christi fautor & timidior: ideo nec apertè ei patrocinatur [d]. ¶ *Unus—ex ipsis*] Non voluntatis assensu, sed ordinis dignitate [*]: unus è Senatu, ut apparet suprà 3. 1 [f].

51. *Numquid lex nostra* (i. e. nobis præscripta [g], quæ æquitatem ubique Judicibus commendat [h]: non tam Lex Mosis intelligitur h. l. (quæ hoc non disertè præscribit, sed ex lege naturæ & jure gentium petendum relinquit, vide Act. 25. 16.) quàm mos & praxis legis judicialis Mosis [i].) *judicat* (i.e. condemnat [k], condemnare jubet [l], aut permittit [m], patitur judicari, i. e. hoc patitur ut præjudicio confodiatur aliquis (quale hoc erat de Jesu prehendendo) neglectis veri indagandi rationibus commodis, qualis est inprimis ut ipse coràm interrogetur atque audiatur [n].) *hominem*] i.e. Hominem aliquem [o], ut Joh. 2. 25 [p]. ¶ *Nisi* (vel, *Si non*, G.) *priùs audierit* (scil. lex, i. e. Judex legem sequens [q],) *ab ipso*] Cùm in eadem urbe palàm versetur, neque de fuga suspectus sit [r]. ¶ *Et cognoverit* (locutio petita ex medio: non enim lex, sed Judex, cognoscit †: ϰ pro *ut*: ut scilicet eo modo cognoscatur [t].) *quid faciat*] Quid agat, aut doceat [v]: quam vitam vivat, quem se dicat, quibus argumentis [x].

52. *Et tu Galilæus es?*] Non quòd hoc crederent [y], sed quòd significare vellent non alios Jesum fautores habere quàm populares factione occupatos [z]. Vide Marc. 14. 70. Luc. 22. 59 [a]. Eum sic vocant per contumeliam [b], & contemptum, vel derisoriè, &c [c]. ¶ *Scrutare Scripturas*] nempe historias Sacras [d], aliásque [*]. Ἐρεύνησον, &c.] *Revolve tecum omnium temporum historiam.* Loquuntur ut erudito [f]. ¶ *Et vide*] i.e. Videbis, seu observabis [g]: q. d. Certum est, constat [h]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ὁ προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται] *Quòd propheta* (nullus [i]: non de uno, sed de quovis, Propheta accipe [k].) *ex Galilæa surgit*, Bru. ex Vulg. i. e. surgere solet [l]: vel, *surrexit*, Er. V. D. Camer. *extitit*, D. *prodiit*, Camer. Propriè autem de Propheta dicitur, ἐγήγερται, i. e. *à Deo excitatus & quasi in sublimi collocatus est.* Notavimus ad Matth. 11. 11 [m]. Nullus, aiunt, Galilæus, unquam à Deo donatus est Spiritu Prophetico: Gens est Deo dispecta [n]. Vide suprà 1. 46. Occæcatus odio animus nihil ad illud de æquitate à Nicodemo allatum respondet, sed argumentum arripit, quo nullum fragilius, ab Historia negativè [o]; quasi nemo eximius nasci posset unde non alius talis prior natus sit [p]: quo pacto quemlibet Prophetam, qui primus ex aliqua regione missus fuit, rejicere potuissent. Colligunt ex præteritis præsentia. At potest Deus præter consuetum morem agere. Sed hi Deo suam auferunt libertatem, eúmque sibi solis devinctum credunt, seclusis gentibus, Galilæis, sed & vulgo: suprà 49 [q]. Nec credibile est, nullum Prophetam ortum ex Galilæa, quippe latissimâ regione [r], quæ & magna pars erat Regni Israel †, in quo multi olim erant Prophetæ, 1 Reg. 18. 4. & alibi [t]. Quin & Propheta Nahum Galilæus erat [v]: sic & Jona, qui erat de *Gath-Hepher*, 2 Reg. 14. 25. oppido in tribu *Zabulon*, Jos. 19. 13. ac proinde in Galilæa, Esa. 9. 1 [x].

53. *Et reversi sunt*, &c.] Discessio facta est re infectâ: quod credibile est evenisse, quia Sadducæi, pars Senatûs, Nicodemi sententiam probârunt. Erant enim, ut Josephus notat, in jure dicendo exacti satis Legis observatores, & libenter Pharisæis contradicebant. Videntur autem postea hi cessisse, intellectâ Majestatis accusatione: erant enim cultores Romanæ potentiæ [y].

[Margin: z G. — a Ib. — b Poc. not. c. 6. p. 186. — c Bru. — d G. — * Bru. — f G. sim. Bru. — g Bru. — h G. — i Bru. — k Pi. Bru. — l Pi. — m Bru. — n G. — o G. sim. Bru. Pi. — p G. — q Bru. — r G. — † Be. — t G. — v Bru. — x G. — y G. — z G. sim. Bru. — a G. — b Bru. — c Li. ho. — d Pi. ex Be. — * Bru. — f G. — g Bru. — h G. — i Bru. ex Er. — k G. — l Bru. — m G. — n G. sim. Bru. — o G. — p G. sim. Bru. — q Bru. — r D. sim. Bru. — † Bru. sim. Be. — t Bru. — v J. Cap. ex Hi. — x Ham. — y G.]

CAP. VIII.

1. **P**Rofectus est] Ut precaretur, suo more. Vide Luc. 21. 37. & 22. 39 [a]. ¶ *In montem Oliveti*] Vel, ad tentorium aliquod ibi fixum: qualia multa festorum tempore circa urbem fixa sunt. Vel, ad oppidum Bethaniæ [b]: vel, ad villam (aut hortum villæ [c]) Gethsemane, ubi orare & pernoctare solebat, Matth. 26. 36. Cœnabat autem sæpe in proximo in Bethania apud Lazarum & ejus sorores [d].

2. *Diluculo*] Cum diluculo docere incipiebat, Luc. 21. 38 [*]. ¶ *Populus*] Tum Jerosʃ. tum extraneus, qui ibi remanserat vel Jesu audiendi causâ [f]. ¶ *Et sedens*, &c.] Qui mos longum sermonem ordienti [g].

3. *Adducunt*] De historia Adulteræ jam olim fuit quæstio & nunc est [h]. Ultimus versus cap. præced [i]. & hæc historia abest in multis Græcis Latinisque Codicibus [k], imò in plerisque Græcis cod [l]. & in cod. Vaticano; & in Græca Catena, in qua cùm 23 auctores sint, nemo ejus meminit; & in Orig. Clem. Alex. Chrys. Nonno, Th [m]. & in Syriaca Versione [n]. Eusebius scriptam dicit à Papia, &c [o]. At constat eum de alia historia loqui [p]. [Vide Gom. & Li. ho.] Ego planè arbitror initio nec à Matthæo scriptam in Hebræo Evangelio, nec à Johanne in Græco; sed quia hi & alii Apostoli vivâ voce hanc historiam sæpe narraverant, attextam à Nazarenis quidem Palestinæ Hebræo Evangelio, à Papia autem aliisque Johannis discipulis Græco Johannis, & ab Ecclesia probatam, ideo quod satis certo testimonio constaret ab Apostolis traditam. Ideo vetustiora Græca exemplaria & Syriacum non habent; at habent Latina quædam, seriora Græca, & Arabicum. Nam in Naziræorum Hebræo fuisse satis ex Hieronymo constat. Puto autem omissam scribi ab ipsis Apostolis, quòd facilè indè calumnia arripi posset traducendi Christianos apud Magistratus, quasi evertentes publica judicia, quibus stare videtur Reipublicæ salus. Nam, quòd quidam putant à Novatianis erasam, credibile non est, cùm ex Euseb. & Hi. satis appareat ante ea tempora desideratam [g]. Mihi, fateor, suspectum est quod veteres illi tanto cum consensu vel rejecerunt, vel ignorârunt. Nec satis cohæret cum v. 12. nec probabile videtur Jesum aut solum cum muliere relictum in Templo, aut digito scripsisse in terra [h]. Mihi verò nihil hîc esse videtur Apostolico Spiritu indignum [i]. Historia hæc Canonica est, & à Johanne scripta [k]. In Oriente ut genuina recepta fuit: ut liquet ex Tatiani & Ammonii Alexandrinorum Harmoniis, & Canonum indè constructorum usu: quorum ille floruit An. Dom. 160. hic An. 230 [l]. Reperitur hæc historia in omnibus 16 Græcis MSS. antiq. exempl. Rob. Stephani, nullo excepto [m]. & in 17 vet. nostris cod. uno excepto; sed cum magna lectionis varietate [n]: [Plura vide in Gom. & Seld.] Eam autem in nonnullis cod. deesse mirum non est, cùm scilicet audaces nimis exscriptores multa solerent in Evangeliis emendare, augere, minuere, &c [o]. Eam ab Orig. & Chrys. præteritam non mirum, cùm illi & alia multa transiliant. Habent verò Cyrillus, Ambros. Aug. &c [p].

¶ *Scribæ & Pharisæi*] Seniores Synedrii [q]: qui doctissimi & religiosissimi Judæorum audiebant [r], quæstionem ei proponunt captatoriam, qualis illa erat de Tributo Cæsari solvendo, Matth. 22. 17. ¶ *In adulterio deprehensam*] A duobus testibus, ut Lex desiderat. Quidam μοιχείαν hîc Incestum intelligunt, ideo quòd negent Adulterium apud Judæos lapidatione punitum: de quo mox dicemus. Ego planè arbitror retinendam vocis proprietatem †. Maimon. in Sotah, cap. 3. *Ex quo multiplicati sunt adulteri palàm sub templo secundo, dissolvit Synedrium explorationem adulteræ per aquas amaras* [t]. ¶ *In medio*] Loco conspicuo [v]. Sic Matth. c. 14. v. 6. Marc. 3. 3 [x].

4. *Modo*, &c. Ἐπαυτοφώρῳ] *In* (vel, *Apertè in*, Sy.) *ipso furto*, Mo. vel, *facto*, P. Pi. Sy. vel, *facinore*, Ti. Be. Camer. vel, *adulterio*, Er. Il. sic Æth. Ar. Ca. *In adulterio manifesto*, Pers. Tam manifestè ut negari non possit. Vox est Græca forensis [y]. Demosthenes in Stephanum, τοῦτον ὑμεῖς ἠδικηκότα ἐπ' αὐτοφώρῳ λαβόντες, *Hunc in ipso injuriæ manifesto facinore deprehensum* [z]. Φωρᾶν est, deprehendere in

[Margin: a Pi. — b Li. ho. — c Bru. — d G. sim. Bru. — * G. — f Bru. — g G. — h G. — i Mal. Be. ad Joh. 7. 53. &c. — k Mal. sic J. cap. &c. — l Er. — m Mal. — n J. Cap. — o Mal. — p Gom. — g G. — h Be. ib. — i Calv. — k Mal. — l Seld. in Wal. — m Gom. — n Be. ib. — o Seld. — p Gom. — q Li. ho. sim. Bru. — r G. sim. Bru. — † G. — t Li. ho. — v G. sim. Bru. — x G. — y G. — z Camer.]

in facinore ipso [a]. Indicant non agi hîc de suspicione in quam constituta erat potio aquæ Zelotypæ [b].

5. *Mandavit—lapidare*, λιθοβολεῖσθαι, *Lapidari*, Bru. &c. Levit. 20. 10. Deut. 22. 22 [c]. Mortis pœna indicitur Adultero & Adulteræ [d]: sed ea ferè constabat lapidatione, ut ex aliis legibus videre est. Et notandum, Levit. 20. 2. generali mentioni supplicii hanc speciem subjici, declarandi causâ: in sequentibus autem solùm generale supplicii nomen repeti, speciali nimirum illo è superioribus subintellecto [*]. At mortis pœna, ubi Lex nihil exprimebat, accipiebatur mitissima, id est, Strangulatio; quam & specialiter in Adulteræ supplicio agnoscunt Hebræorum Magistri [f]. Lapidationis pœna est inter atrociores [g]; eratque hæc pœna eorum qui in ipso facto deprehensi sunt: quales impunè occidi permisit Lex XII Tabularum [h]. Statuebatur vir aut mulier nudi parte aliquâ & manibus vincti in catasta alta quantum bis fert mediocris hominis statura: indè in locum inferiorem à testibus præcipitabantur: & si eo casu interimerentur, sufficiebat id supplicium: sin minùs, superjiciebatur tergo jacentis saxum ingens ab ipsis testibus, &, si opus esset, alia à reliquis adstantibus. Quo igitur jure hoc graviore supplicio affectæ adulteræ? Aiunt quidam, cùm Levit. 20. initio & fine capitis mentio fiat Lapidationis, etiam in medio posita eodèm trahenda. Sed eodem in capite quædam Incendio puniuntur, quædam per succisionem, כרת, id est per pœnam, Divinitus infligendam si res lateat; sin manifesta sit res, & monitio præcesserit, per verbera. Alii dicunt, [inter quos Bru.] cùm Deuteronomio sequentibus verbis sponsæ corruptæ imponatur pœna Lapidationis, ex pari aut majori ratione debere eam & Adulteræ aptari. Sed objici potest, in sponsam graviùs animadversum, quia in custodia mariti non erat, sicut & graviùs punitur furtum de pascuo quàm de ovili. Accedo Hebræis tradentibus, ubi mortis pœna Lege exprimitur, non item mortis genus, ibi à Synedrio pro ratione temporum genera pœnarum definita; ut graviores exigerentur ubi occurrendum erat gliscenti exemplo. Quare, cùm crebra fuissent adulteria ante exsilium Babylonicum, ubi in exsilio Judæis concessum fuit in suos jus puniendi etiam morte, lapidatæ sunt adulteræ; quod docemur Ezec. 16. 38, 40. ad quæ loca etiam à Kimchi notatum, nonnullis temporibus lapidatas adulteras. Et eò factum ut qui de Susanna historiam scripsit, falsò adulterii insimulatores lege talionis lapidatos dixerit. Similiter & Hyrcani sequentibúsque temporibus, in Judæa putem lapidatas adulteras ob criminis frequentiam. Vide Rom. 2. 22 [i]. Sumenda ergò hæc verba, quasi dictum esset, *Moses tales præcepit morte puniri, quam mortem postremus usus fecit Lapidationem* [k]. Adultera hæc desponsata fuit, necdum nupta [l]. ¶ *Tu ergò* (qui Legem Mosis aliter, ac nos, interpretaris [m]: qui multa nova instituis [n].) *quid dicis?*] Quam fers sententiam in eam [o]? Romani non ità dudum omnia capitalia supplicia eripuerant Judæis, ut alibi notatum est. In Lapidatione populus, testibus præeuntibus, judicium exsequebatur, & quidem his temporibus sæpe citra sententiam, ut Stephano factum, & Jacobo Jesu cognato, cujus historia apud Josephum. Usurpabat ergò interdum populus hoc jus, quamvis Romanis nolentibus, ut à Deo concessum. Quæritur ex Jesu quid sentiat [p].

6. *Ut possent accusare eum*] Aut apud Romanos, imminutæ Majestatis, aut apud populum, imminutæ Libertatis [q]; aut legis contemptæ [r], aut quòd sibi non constaret; quippe qui meretrices in gratiam recepit [†]. ¶ *Inclinans se deorsum* (vultum ab eis aversum in terram defigens [t]) *digito scribebat in terra*] Ità P. Il. &c. In pulvere [v], in pavimento Templi [x], characteres non permanentes formans, sed superficie tenus delineans [y]. [Qu. Sed quid, & quare, scripsit?] Resp. 1. Scripsit sententiam aliquam dignam quæ memoriæ mandaretur. Videtur id moris fuisse [z]. 2. Nihil scripsit, sed tantùm gestum scribentis exhibuit, fortè illud insinuans, Jer. 17. 13.——*in terra scribentur*, &c [a]. Scripsit, tanquam aliud agens [b], & dissimulans se audivisse accusationem [c]: vel, ex fastidio [d], significans nihil ista ad se pertinere [*], & declinans hoc arbitrium [f]. Sic solent viri prudentes, quæsitis respondere nolentes, vultum aliò vertere, & simulare se aliud cogitare atque agere [g]. 3. Imitatur hîc Christus

[a] Br. [b] G. [c] G. Bru. [d] G sim. Pi. Li. ho. &c. [*] Pi. [f] G. [g] G. sic Ham. [h] Ham. [i] G. [k] G. sim. Mal. [l] Seld. in Wal. sim. Li. ho. [m] Bru. [n] Pi. [o] Bru. [p] G. [q] G. [r] Li. chron. 59. 46. sim. Pi. Bru. [†] Pi. [t] Bru. [v] Pi. sic Li. ho. Mal. [x] Bru. sic Li. ho. Mal. [y] Bru. sim. Pi. Mal. [z] G. [a] Zeg. [b] Bru. Mal. [c] Pi. sim. Bru. Mal. [d] Be. [*] Be. sim. Pi. [f] Mal. sim. Bru. [g] Bru. ex Euthym.

gestum Sacerdotis, qui, uxorem suspectam exploraturus, sese inclinavit, pulverémque à pavimento Sanctuarii collegit, quem aquæ infusum præbuit fœminæ potandum; & maledictiones, vel adjurationes, contra eam pronunciandas, scripsit in libro, & scriptas delevit aquis amaris, Num. 5. 17, 23 [h]. In quinque Codicibus hîc additur, μὴ προσποιούμενος, i.e. *dissimulans* [i]. Sic μὴ προσποιεῖσθαι usurpat Thucyd. προσποιεῖσθαι Polybius. Subintellige, *intelligere se sermonem Pharisæorum & Legisperitorum* [k].

7. *Cùm*, &c. Ὡς δὲ ἐπέμενον, &c.] *Cùm autem perseverarent eum interrogare*, Il. P. Ti. Be. &c. putantes Jesum tergiversari, indéque insolentiores & confidentiores facti, fortiter instant [l]. ¶ *Qui sine peccato est*, Ὁ ἀναμάρτητος] Verbalia hujus generis non semper Potentiam significant, ut videtur sensisse Hieronymus, sed plerumque Actum, ut ἀσεπτος [m]. Intelligendus autem hîc ἀναμάρτητος, *qui nec adulterii, nec paris, aut majoris, criminis reus est* [n]. Ad suam quemque conscientiam revocat [o], ut de adultera statuat ut de se statui vellet, juxta legem charitatis [p]; & ut judicet, an similium sibi criminum, quæ Dei vindictam mereantur, non sit conscius. Quòd si ità sit, parcite, inquit, peccatores peccatrici, puniendi puniendæ, quemadmodum vobis parci vultis [q]. ¶ *Primus*, &c.] Respicit Legem, ut *manus testium prima interficiat reum*, Deut. 17. 7 [r]. Est reipsâ idem dictum quod Rom. 2. 1. *Inexcusabilis es*, &c [†]. Venit hoc ex naturali æquitate [t]. Cicero Verr. 5. *Non modò accusator, sed nè objurgator quidem, ferendus est is qui quod in alio vitium reprehendit in eo ipse reprehenditur*. Seneca, *Non potest auctoritatem habere sententia ubi qui damnandus est damnat*. Plinius, *Sic aliorum vitiis irascuntur quasi invideant, & gravissimè puniunt quos maximè imitantur*. Similia habent Xenophon, & Salvianus. [Vide in G.] *Primum* autem *lapidem* nominat, quia is maximus & plerumque lethalis. Propositum autem erat Christo ostendere, non esse quòd Judices, aut populus, multùm dolerent ereptam sibi puniendi potestatem, cùm ea res valde sit periculosa alicujus culpæ sibi consciis, ità ut exonerari multò sit satius. Non respondet ad illud quod dixerant de Lege, quia satis constabat non obligare eam ad pœnas exigendas, nisi ubi populus sui juris esset, aut ubi imperantes ejus rei potestatem ipsis facerent. Sed ipsi, ultrà quàm sub Romano Imperio concessum ipsis erat, ultro usurpabant quasi amore justitiæ: quem prætextum illis eripit, jussis in semet descendere, ubi satis criminum inventuri essent quod vindicare possent [v]. Nec absolvit mulierem, nec damnat, sed responsionem ità prudenter temperat, ut nec Legi contraria esset, nec à misericordia aliena. Dices, sic tolli magistratum, &c. nam multi Judices malè sibi conscii sunt. Resp. Non prohibet Christus peccatoribus, in peccatis aliorum corrigendis, officium suum facere, sed æquum esse significat ut peccatores peccatricis misereantur [x].

8. *Iterum——scribebat*] Ostendens nihil habere se quod adjiceret, neque suâ interesse quid agerent [y], & spatium illis dans ut clàm discederent [z].

9. *Audientes*, &c. Οἱ δὲ ἀκούσαντες] *At illi* (οἱ δὲ, pro, αὐτοὶ δὲ [a].) *quum* hoc *audissent*, Pi. sim. Be. Bru. ¶ Ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι] *A conscientia redarguti*, Mo. sim. P. Be. Erant enim eo tempore corruptissimi mores etiam eruditorum, ità ut & adulteria essent frequentia. Vide Rom. 2. & Jo. circa hæc tempora [b]. ¶ *Unus post unum*, Εἷς καθ' εἷς] *Singulatim*, sive *sigillatim*, Be. Pi. Val. &c. Videtur scribendum, εἷς καθ' εἷς [c]: quod sic resolvas, εἷς κατ' ἄλλον εἷς, *unus & deinde unus* [d]: forsan pro καθ' scribendum καὶ [*]. Vide ad Marc. 14. 19 [f]. Non simul, nè victi atque confusi fugere viderentur; sed sensim, quasi suo quisque consilio discederet [g]. ¶ *Incipientes*, &c. Ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἕως τῶν ἐσχάτων] *Incipientes* (vel, *Initio facto*, Er. P. Be. Pi.) *à senioribus* (sub. & *pergentes*, Pi.) *usque ad extremos*, Mo. vel, *ultimos*, i. e. minimos natu [h]. Ætate provectissimi primi convictos se sentiebant [i], sive quòd plura haberent crimina [k], sive quòd reliquis perspicaciores persenserunt vim sententiæ [l]; quorum exemplum cæteri sequebantur [m], cum infamia coram toto cœtu reatum suum confitentes [n]. ¶ *Remansit solus*] i. e. Sine Pharisæis & Legisperitis, ut μόνος habuimus suprà 6. 22 [o]; sine accusatoribus [p], aut aliis ad quos hæc causa pertinebat [q]. Non omnino *solus*; quia sequitur,

[h] Li. ho. [i] Be. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] G. sim. Mal. Eru. Pi. [o] Me. ex Mal. Eru. [p] Me. [q] Bru. [r] Bru. Pi. [†] G. [t] G. sim. Mal. Bru. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] Mal. [a] Pi. [b] G. [c] Pi. [d] Pi. sim. Be. [*] Be. [f] G. [g] Bru. [h] Pi. [i] G. [k] Bru. ex Ambros. [l] Bru. ex Rup. [m] G. [n] Li. ho. [o] G. [p] Mal. [q] Bru. sim. Mal.

sequitur, *in medio*, &c[r]. Apostoli aderant †, qui eum docentem nunquam deserebant [t]; fortè & turba aliqua[v]. ¶ *In medio stans*] Conspicua Apostolis, fortè & turbæ[x], verecunda & gemebunda, exspectans clementem Jesu sententiam[y].

10. Καὶ μηδένα, &c.] *Cùm neminem vidisset*, &c. V. Eorum qui mulierem adduxerant [z], & accusaverant, ex collat. verborum seq[a]. ¶ *Qui te*, &c.] Id est, qui meâ auctoritate videbantur uti velle ad te puniendum [b]. ¶ *Nemo te condemnavit?*] Id est, paratus fuit, juxta sententiam à me latam, ut quispiam à peccato immunis te morte puniret [c]. Si lata est in te sententia, ego ei non contradico. Non est iniquum in adulteras mortis judicium [d].

11. *Nec ego te condemnabo*] Vel, *condemno*, Be. Bru. Pi. i. e. pœnâ civili afficio, secundùm legem politicam *: quia hoc non erat ejus officium [f]. Confer Luc. 12. 14 [g]. *Non* nunc *venit* Christus *ut judicaret mundum, sed ut salvaret*, Joh. 3. 17. Nolo illis inclementior esse [h]: Ego auctoritatem meam in hoc non commodo, ut populum, qui salvâ conscientiâ à talis supplicii exactione abstinere potest, ad id excitem [i]. Dicunt Judæi, *Si quis* [maritus,] *illicitè unquam coierit cum aliqua, aquæ amaræ non explorant ejus uxorem, nec eam putrescere faciunt*, &c. Maimon. Hîc ergò agit Christus secundùm traditionem & opinionem gentis, & processionem judicii Divini in ista exploratione: eam non damnat, quia accusatores ipsi damnandi erant [k]. Sed nec dicit Christus, *Ego te absolvo*, &c [l]. ¶ *Vade*, Πορεύου] *Abi*, Bru. G. libera & secura [m]: cura res tuas: evasisti periculum [n]. Exercet Christus officium non Judicis, sed Salvatoris [o], peccati & culpam & pœnam dimittens, &c [p]. ¶ *Noli peccare*] Alioqui multò graviùs à Deo damnanda. Hoc ideo adjicit, nè commeatum videretur dare peccandi, ut notat Aug [q]. [verbis à G. productis.] Ità parcit mulieri, ut peccatum non probet [r]. Rectè autem notârunt veteres, in hac femina typum esse Ecclesiæ ex gentibus idololatris colligendæ, cui impertitam Dei misericordiam accusare Judæi non possent si ipsi suos mores inspicerent †.

12. *Iterum*, Πάλιν] *Alio tempore*. Sic Joh. 1. 35. & 9. 15. & alibi [t]. Fragmentum Syriacum Cl. Usserii hîc habet, *Quum congregati essent*, Pharisæi scil. qui omnes exiverant, v. 9. ac proinde rursus congregandi erant, priusquam eos alloqui posset: vide v. seq [v]. Respicit hic v. 2. reditque ad concionem interpellatione Pharisæorum interruptam. ¶ *Eis*] Id est, Judæis in Templo congregatis [x]. ¶ *Ego sum lux mundi*] q. d. Non solùm Galilææ [y], & Judææ [z], sed omnium gentium atque hominum [a]. Cùm varii varia de se sentirent, Jesus quid de se sentiendum sit, sed modestè, profitetur. De Messia dictum erat, *futurum eum Lucem Gentium*, Esa. 49. 6. hoc sibi aptat. Vide Luc. 2. 32. & Joh. 1. 5, &c [b]. Hebræi Rabbinos suos *lumina* vocârunt, Erubhin, fol. 13. 2. Dicunt etiam, *Lux est nomen Messiæ*, ex Dan. 22. 2 [c]. ¶ *Qui* (i.e. quicunque [d]) *sequitur me*] Vel, *ductum meum*: lux enim præferri solet *. Vel, doctrinam meam [f]. ¶ *Non ambulat* (vel, *ambulabit*, Be. Bru.) *in tenebris*] Errorum [g], & ignorantiæ rerum scitu necessariarum [h]: videt quà & quò ambulandum sit: diximus Joh. 1. 4. & Luc. 2. 32 [i]. ¶ *Habebit* (scil. in corde suo [k], vel sibi prævium [l],) *lumen vitæ*] Sub. *æternæ*, Bru. ex Aug. & Euth. i. e. quod ducit ad vitam æternam [m].

13. *Pharisæi*] Superbi & invidi homines [n]. ¶ *De teipso*, &c.] Tam magnifica de te prædicas [o], & dicenti tibi credi vis [p]. ¶ *Non est verum*] Vel, *firmum*, Be. D. *ratum*, vel *fidum*, D. idoneum, sive legitimum [q], dignum quod recipiatur. Vide Joh. 5. 31 [r]. Legibus cautum erat, nè cui in rem suam loquenti credatur †. Dicunt Hebræi, *Unus non est credendus propter seipsum* [t].

14. *Etsi*, &c.] Rejicit consequentiam. Obj. At eam concessit, Joh. 5. 31. Resp. Ibi de se loquitur ut homine, hîc ut Deo, qui mentiri nequit, adeóque in propria causa testis est idoneus, &c [v]. Etiamsi nulla essent de me prægressa Prophetarum, nulla Johannis Baptistæ, testimonia, etiamsi ego primus ac solus hæc de me prædicarem. ¶ *Verum*, &c.] Tamen recipienda essent mea dicta [x]. Respondet se esse ἀξιόπιστον, idque probat ex doctrina, miraculis, &c [y]. ¶ *Quia scio* (certò & infallibiliter [z]) *unde veni* (nempe à Patre [a]: h. e. me esse Filium Dei [b]:) *& quò vado*] Nempe ad Patrem, legationis meæ & rationem redditurus, & præmium accepturus. His paucis verbis comprehendit omnia quæ Jesus de se testificari possit, & quæ nobis de eo credenda sunt; principium & finem humanæ salutis, mysterium Incarnationis, & fructus ejus: quæ omnia sibi perspecta esse dicit, ut jure testificari possit, &c [c]. Receptum est apud omnes gentes ut testimonia admittantur pro subjectæ rei qualitate. Itaque in his quæ solent clàm fieri audiuntur qui aliàs non audirentur. Legationis injunctæ conscius est is cui injuncta est; reliqui ab ipso hoc debent discere. Quòd si is legatus nulla in re sua commoda captet, ipse ob legationem multa mala perferat, honorem verò nullum sibi vendicet, sed leganti, nec quicquam dicat quod non legante dignum sit, tunc nulla est ratio cur non ei credatur. Illud, πόθεν ἔρχομαι, καὶ ποῦ ὑπάγω, est circumlocutio legationis, quæ accipi primò, deinde renunciari, solet. *Ego scio à quo & quæ mihi data sint mandata: Vos id nisi per me scire non potestis* [d].

15. *Vos secundùm carnem* (i.e. vel, 1. *secundùm faciem*, ut dixit Joh. 7. 24 *. vel, speciem externam [f], & infirmitatem carnis quam in me conspicitis [g]: vel, 2. in humano judicio, non verè [h].) *judicatis*] Me scilicet, pronunciatis de me [i]. Non verâ ratione rem judicatis [k], sed ex affectibus [l]. Sic, κατὰ σάρκα περιπατεῖν, *sequi affectus contemptâ ratione*. Κρίνειν hîc est, *profiteri quid de aliquo sentias*: sicut isti profitebantur se Jesum habere pro indigno cui fides habeatur [m]. ¶ *Non* (nunc scilicet [n]) *judico* (i.e. condemno [o]: tunc enim hoc unum agebat, ut doceret de se P.) *quemquam*] nempe vestrûm [q]; sive me, sive alium [r]: & repete ἀπὸ κοινοῦ, *secundùm carnem* †. Al. *Neminem judico*, i. e. de nemine dico testimonium, neque id necessarium est: sunt alii qui testimonium perhibere possint, Joh. 5. 31, 32 *. Al. *Non judico*, nempe solus, ex v. seq. *quia solus non sum*, &c. ut illa verba, *Et si judico ego, judicium meum verum est*, parenthesi includantur [t]. Al. [Sensus est,] Nihil dico quod alicui noxium esse possit; in quo dictorum genere meritò majora exspectantur documenta. Κρίνειν hîc est, *id dicere unde condemnatio sequi possit*. Sic & Accusatores & Testes *condemnare* Latinè dicuntur [v]. Hostes h. l. superbiæ convincit hâc comparatione, quòd sibi licentiam usurpent præposterè judicandi, & interea ipsum simpliciter docentem, & abstinentem Judicis partibus, ferre nequeant [x].

16. *Et si*, &c.] Quòd si etiam id faciam [y]: si id facere liberet, sanè pro meo jure facerem, & longè certiore judicio [z]: si de me testor, v. g. me esse lucem mundi, &c [a]. ¶ *Judicium meum verum est*] Indicativus pro Subjunctivo, more Hebræo: mea talis professio non esset spernenda [b]. ¶ *Solus non sum*] Scilicet judicans [c], sive in tali professione. Quod dicerem non habendum esset pro meo unius dicto [d]. ¶ *Sed ego & qui*, &c.] Duo sumus testes, &c *. Mecum est Pater qui verè Judex est mundi [f]. Quod ego dicerem Pater dicere censendus esset, à quo missum me dico, & qui me à se missum ostendit & voce & tot tantisque miraculis. Legatione autem probatâ, quicquid legatus affirmat id censendus est qui legavit affirmare [g].

17. *Et* (Quod jam dico, non naturali æquitati modò congruit, sed *&* [h]) *in lege vestra* (i.e. vobis data [i], in qua gloriamini [k]: quasi vos soli eam observetis [l].) *scriptum est*] Non totidem verbis, sed eâdem sententiâ, Deut. 17. 6 [m]. cujus loci ipsa verba citantur Matt. 18. 16 [n]. ¶ *Verum est*] Id est, legitimum [o], firmum, ratum [p]: pro vero recipitur [q], & recipi debet [r], fidem invenit, etiam ad hominis alicujus condemnationem: hoc enim est, *stabit verbum*. Quòd si duorum hominum consensus tanti est, quanti haberi debet consensus Dei & à Deo missi †? *Homines* hîc emphaticè opponit personis Divinis [t].

18. *Ego sum*, &c.] Subintellige, *in cujus vita nihil est culpandum, cujus dogmata omnia ad Dei honorem, pietatem ac sanctitatem promovendam, pertinent*. Redit ad illud unde digressus erat: à professione de sua qualitate, quæ credi poterat sine ullo damno cujusquam. ¶ *Et*, &c. Καὶ μαρτυρεῖ, &c.] *Is mihi fidem adstruit*: ostendit se missum eo quo diximus modo. Vide suprà 3. 2. & 5. 32, 36 [v].

Pater

Pater loquitur & agit per me, sive humanam meam naturam, tanquam instrumentum sibi conjunctum, non à se separatum [x].

19. *Ubi est Pater tuus?*] Odio excæcati non intelligebant quem *Patrem suum* diceret, ut explicatur infrà, 27. *Ubi est?* demonstra eum nobis, ut videamus qualis sit auctoritatis, quid dicat [y]. Hoc quærunt, vel, 1. per ludibrium, negantes sibi tanti esse testimonium Josephi, fabri, obscuri & ignobilis, &c[z]: vel, probri causâ indicantes eum non posse ostendere patrem suum, sed ex adulterio conceptum [a]. Vel, 2. Ut clariùs elicerent quod in calumniam traherent, Patrem suum esse Deum, &c[b]. ¶ *Neque me*, &c.] Ità affectibus impedimini ut nec meam qualitatem intelligatis, nec quem dicam esse Patrem meum, cùm tamen utramque satis clarè vobis exposuerim [c]. De divinitate suâ loquitur[d], sed occultè, quia malitiosè interrogabant, & quia jam sæpe id dixerat [*]. ¶ *Si me sciretis*] Plus esse quàm hominem, Filium esse Dei [f]. ¶ *Et Patrem*, &c.] Quòd scilicet Deus sit, &c[g]. Si consideraretis me Doctorem esse sanctissimi dogmatis facilè & hoc conciperetis animo, non alium à me Patrem appellari quàm Deum. Sic suprà 4.10. εἰ ᾔδεις, *si intelligeres*: & infra 13.17 [h].

20. *In gazophylacio*] Loco valde celebri, & in quo etiam Sacerdotum è primoribus quidam versari erant soliti. Vide quæ ad Marc. 12.41 [i]. In atrio majore ubi erat Arca pecuniaria, quam primus instituerat Rex Joas [k]: In atrio mulierum; ubi 13 cistæ Corbanicæ locatæ sunt, ubi & rem transegerat de fœmina adultera [l]. ¶ *Docens*, &c.] Cùm nunc hoc, nunc illo Templi loco, doceret [m]. ¶ *Et nemo*, &c.] Quia divinitus conibebantur [n]. Καὶ pro, *Et tamen*. De sensu vide Joh. capite 7. versu 32 [o].

21. *Ego vado*] Cùm sciret multos adstantium perstare in consilio se capiendi & mortem ipsi procurandi, ostendit ejus consilii vanitatem, ut suprà 7.33[p]. ¶ *Quæretis me*] Non desiderio, sed odio [q], quo me etiam mortuum persequemini, ut eradatis nomen meum, &c[r]. Ut maximè velitis nocere mihi non poteritis [†]. ¶ *Et in* (vel, *in hoc*, Be.) *peccato vestro*, &c.] Vel, *propter peccatum vestrum*, nempe incredulitatem [t], & contumaciam [v]: vel, odium mei [x]. Desumptum est ex Ezec. 3. 19. ubi in Græco est, ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται ex quo loco sumenda est hujus loci interpretatio. Meritò eveniet ut ego extra periculum ponar, & vos ob culpas vestras pessimè pereatis; quia ego quidem monitoris officio probè functus sum, vos autem monenti auscultare noluistis. Indicatur autem Urbis & populi excidium: quod Universalis Judicii præsagium fuit [y]. ¶ *Quò ego vado*] In cœlum scilicet [z]. ¶ *Non potestis venire*] Vel, *eò pertingere*, ut Joh. 7.34 [a]. sub. *vestrâ operâ*, V. Exclusi eritis, &c[b].

22. *Numquid interficiet semetipsum* &c?] Num sibi manus inferet Samsonis exemplo, nè nos ei illudere aut mortem inferre possimus [c]? Nam id Hebræi quidam licitum putabant, ut ex Josepho quoque apparet [d]. Idem dictum mitiùs interpretabantur, Joh. capite 7. versu 35 [*]. Suspicantur hîc non quod rationi, sed quod odio, eorum congruebat: alioquin & ipsi se occidere poterant, &c[f].

23. *Vos de*, &c. Ἐκ τῶν κάτω] *Infernè*, Be. *Ex inferis*, Er. *Ex infernis*, sub. *locis*; Pi. sic Bru. i.e. è terra [g], è mundo, ut statim explicat [h]. Significat, vel, 1. originem [i]; vel potiùs, 2. affectum [k], ut patet Joh. 15. 19. ubi Apostoli negantur esse ἐκ τοῦ κόσμου, *mundi studiis operari* [l]. ¶ *Ego de supernis*] Sub. *locis*, Be. Bru. &c. ex cœlo [m]: *quæ sursum sunt sapio*, &c. Col. 3. 2. ac proinde non mirum est si ad superna assumar [n].

24 *Dixi ergo*, &c.] Quia terreni estis [o], ideóque in me non credituri [p]: prorsus mihi & moribus & affectibus contrarii [q]. Hîc interpretatur quod de pœnis eorum dixerat intelligendum de iis qui vitiis suis addicti erant ac tales manebant [r]. ¶ *Si enim non credideritis quia* (vel, *quod*, Bru.) *ego sum*] Vel, 1. absolutè, i.e. *sum qui sum*, quod proprium est Dei, Exod. 3. 14 [†]. q. d. quòd sim Filius Dei, & Deus homo factus [t]. Nescio an nimis hoc subtile sit [v]. Vel, 2. is quem dico me esse [x], *lux mundi*, ex v. 12 [y]. *Messias*, sive *Christus* [z], Joh. 4.26. Ubi, ἐγώ εἰμι, simpliciter ponitur, intelligendum est id de quo antè agebatur. Sic Luc. 24.39. Joh. 18. 5. Subauditur *Jesus* [a]. ¶ *Moriemini*, &c.] *Qui enim non credit jam judicatus est*, Joh. 3.18. *nec in alio salus est*, Act. 4. 12 [b]. Nullus melior morborum vestrorum medicus adveniet. Si à me sanari non vultis, insanabiles estis. Vide Joh. 16. 8. & Heb. 10. 26 [c].

25. *Quis es?*] i.e. Qualis es? ideo neutro nomine respondet Jesus [d]: quid de te magni dici potest [*]? Rogant, ut ex personæ contemptu carpant, aut derideant [f]. ¶ *Principium*, &c. Τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν] Locus obscurus. Omnis autem difficultas pendet ex duobus verbis, τὴν ἀρχὴν, & ὅτι [g]. Τὴν ἀρχὴν est vel, 1. nomen [h], sive nominat. sive accusat. casûs [i]: vel, 2. adverbium [k]; aut, quod idem valet [l], nomen adverbialiter positum [m]: ut omnes ferè accipiunt, & omnino poscit linguæ Græcæ ratio [n]. Significat autem, vel, 1. *primùm*, sive *inprimis*, vel, à principio [o]; vel, 2. *prorsus*, sive *omnino* [p]. Ἀρχὴν, vel τὴν ἀρχὴν, hoc modo usurpat Plato, *Quo pacto igitur boni bonis amici futuri sunt* τὴν ἀρχὴν, *omnino*, sive *à primo initio*: Demosth. τὴν ἀρχὴν, &c. *Primùm sanè*, sive *omnino*, *si rem intelligeretis, nihil opus esset proœmiis*: Pausan. θαυμάζοιεν τὴν ἀρχὴν ἀκούοντες, *Omnino*, sive *planè*, sive *statim*, *mirentur*, *si audiant*: Herod. οὐδὲ λέγω ἀρχὴν, *Ne omnino quidem dico*: Xenophon, *Persicæ leges cavent* τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι, &c. *nè omnino tales sint cives*: & illud Theognidis, Πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον, Suidas ità adducit, Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι [q]. Demosth. *Quæ legibus non ponuntur*, οὐδὲ γράφειν τὴν ἀρχὴν προσήκει, *ea scribere omnino non licet*: Sophocles, Ἀρχὴν θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα, *Prorsus non sunt tentanda impossibilia* [r]. Quare, significatio hujus vocis nequaquam dubia aut obscura est [†]. Nullum autem hujus significationis prorsus exemplum ex S.S. producitur [t]. Non desunt consimilia exempla [v]. Sic τὸ λοιπὸν adverbialiter sumitur [x], pro *postremo*, aut *denique*; ut subaudias præpos. κατὰ [y]. Sic τὸ δείλινον sign. *vesperi*, Gen. 3. 8. Exod. 29. 39. & τὴν νύκτα, *noctu*, Gen. 14. 15. & μεσημβρίαν, *meridie*, Gen. 43. 16. Sic & τὴν ἀρχὴν accipere possumus, *principio*, Gen. 41. 21. Ità & Nonnus hîc accipit, τὴν ἀρχὴν explicans, ἐξ ἀρχῆς, *ab initio* [z]. Alteram vocem diversimodè & legunt & explicant [a]. Vel, 1. ὅτι [b], ut constanter habent Græci Codices [c]. Vel, 2. ὅς, vel ὅστις [d], sed repugnat omnium Codicum fides [*]. Vel, 3. ὅ, τι [f]. [Hinc locum variè reddunt.] *Principium quod & loquor vobis*, Mo. Sensus, Ego sum *principium*, nempe omnium verum, Joh. 1. 3. *primus & novissimus*, ut Christus vocatur Apoc. 1. 17. & 2. 8. &c[g]. *primogenitus omnis creaturæ*, Col. 1. 15 [h]. *qui & loquor vobis*, Mal. ex Vulg. i.e. Ego quem loquentem auditis sum Deus [i]. Al. Sensus est, q. d. Quæritis quis ego sim? רישא, *Principium*, illud est & præcipue inquirendum; *quod & ego loquor vobis*, nempe quòd sim Lux mundi, Filius Dei, Messias, &c. Verùm quid operer, quid doceam, & quâ authoritate, סיפא, i.e. *finis*, aut quæstio secundaria. In scholis רישא, *principium*, intelligitur quæstio primaria; סיפא, *finis*, secundaria aut minor [k]. [Exempla vide in Li.] Al. *Principiò, quia loquor vobis* quis sim, (videl. quando dico, *Ego sum*,) nec vultis credere, *multa habeo de vobis loqui*, &c. ità ut cohæreat sequentibus. Vel sic, *Ante omnia* ego sum is *qui etiam dico vobis quis sim*, scil. cùm dico, *Ego sum*. Vel clarissimè sic, *Inprimis* ego sum is *quem loquor*, seu *dico vobis*, me esse, quando dico, *Ego sum* [l]. *A principio*, seu ab æterno, ego sum, scil. Deus, *qui & loquor*, i.e. id ipsum annuntio, *vobis*, cùm dico, *Ego sum* [m]. *Inprimis*, *quod & loquor vobis*, Ti. Al. *Primùm* (vel, *A principio*, Heb. בראשית [n], ut בתחלה [o]: quod τὴν ἀρχὴν verterunt Græci [p]; ut Gen. 13. 4. & 41. 21. & 43. 18, 20 [q]. Hoc autem ideo dicit Christus quia multa alia de se prædicare poterat præter id quod dixerat: sed eo nunc contentus est [r].) *hoc sum quod & dico vobis*, hoc ipsum quod me hoc ipso tempore esse dixi, i.e. Lux mundi. Solet מלל Hebræum, quod & hîc posuit Syrus, per λαλεῖν verti: id autem Hebræi explicant, *dicere aliquid concisè*, ἀποφθεγματικῶς, Matth. 9. 18. & 13. 3, 34. Marc. 2. 2. Luc. 24. 25. Joh. 3. 34. & alibi [†]. Id *quod* (vel, Id sum *quod*, Er. Il. sic Mal. V. Ego sum *quem*, Pers.) *à principio* (nempe prædicationis meæ [t]: vel, cùm evocatus coram Synedrio responderem me esse *Filium Dei*, sive *Messiam*, Joh. 5 [‖]. Vel, *jamdudum*, Ca. vel, jam indè ab initio.

Margin (left column): [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] Cyr. Leont. &c. in Mal. [b] Mal. ex Chrys. Euthym. &c. [c] G. [d] Me. sic T. Fru. [*] Me. [f] Mal. sim. Bru. [g] Bru. Mal. [h] G. [i] G. [k] V. [l] Li. ho. [m] G. [n] Me. [o] G. [p] G. [q] Bru. ex Aug. [r] Bru. [†] G. [t] Pi. [v] Be. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. [c] G. sim. Bru. [d] G. [*] Bru. [f] Mal. [g] V. Bru. [h] G. [i] Bru [k] G. sic Bru. [l] G. [m] Bru. [n] G. [o] Mal. sim. Bru. [p] Mal. [q] Bru. [r] … [†] Aug & Beda in Mal. sic Bru. [t] Bru. [v] Mal. [x] Pi. Be. [y] G. [z] Pi. Mal. ex l. G. Ham &c.

Margin (right column): [a] G. [b] Mal. [c] G. [d] G. [*] Cyr. & Leont. in Mal. [f] Bru [g] Mal. [h] Q. in Mal Aug. in Er. [i] Q. in Mal. [k] Be. Camer &c. [l] Mal. [m] Mal. sim. Bru. Glas. [n] Be. [o] Mal. [p] Chrys. Leont. Th. Euthym. in Mal. [q] Camer. [r] Glas. gram. 3.53 17 473. [†] Camer. [t] Mal. [v] Chem. [x] Er. sic Camer. [y] Er. [z] Chem. [a] Mal. [b] Er. Scal. Mal. &c. [c] Er. [d] Ambrof. in Be. [*] Be. [f] Be. Pi. G. &c [g] Me. ex Rib. Mal. ex Aug. Prosp. &c. [h] Mal. ex Aug. [i] Mal. [k] Li. ho. [l] Bru. [m] Me. ex Tol. [n] Mal. [o] Mal G. [p] G. sic Mal. [q] Mal. [r] G. [†] Idem. [t] Pi. [‖] Li. ho.

initio[v]: ut τὴν ἀρχὴν sumitur tum in LXX ad Gen. 13. 4. &c. tum in Nemesio, τὴν ἀρχὴν καρτερήσαντες, &c. *Initio perstiterunt, tandem verò deditionem fecerunt*: vel, *prorsus*, sive *omnino*: ut sit nota affirmationis, ut bene judicat Melanchthon; idémque quod ὁ παντελῶς, *omnino*; quo sensu & Chaldæus dicit לבתחלה. Sic Alexander Aphrodisæus, de casu loquens, ἄλλο δὲ ὃ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἠλπίζετο, *sed aliquid quod prorsus inexspectatum erat**. Ante τὴν ἀρχὴν subaudiendum κατὰ[x].) *dico* (vel, *loquor*, Er. Il. *eloquor*, Ca. *dixi*, V. Perf.) *vobis*, P. Be. Pi. V. Ham. &c. quod semper dico, semper dixi vobis[y]; i. e. Christus[z], Lux, vita, veritas[a], *Lux mundi & salus*; ut subaudiatur, *Et tamen non creditis mihi*[b]. Ità Nonnus locum intellexit[c]: [cujus verba vide in Be. & in Mal.] In hac interpretatione, 1. verbum εἰμὶ repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. 2. Τὴν ἀρχὴν per trajectionem construitur cum λαλῶ[d]. quod durum satis est*. Sed frequentes sunt trajectiones[f], præsertim in Ioanne[g], ut infrà v. 45. & apud Lucam, & Rom. 12. 3. &c[h]. 3. Per ὑποδιαστολὴν legitur ὅ,τι, *quod*, pronomen; quod durum[i]: quum Græci Codices constanter habeant ὅτι[k]. Verum ὅ,τι legitur in Th. Rom. & sic scribendum docet maxima pars veterum interpretationum[l]: [quas videsis in Be.] 4. Particula καὶ inutilis fit[m]. Sed καὶ vel valet *etiam*[n]; vel redundat eleganter[o], ut Matth. 9. 10. & 28. 9. & in Synesio, ἵν' εἰδῶ καὶ τί λέγῃ, *ut sciamus quid ille dicat*. Sic apud Gregorium sæpe, τί χρὴ καὶ λέγειν[p]. Sensus, q.d. Quamvis vos dubitetis & disputetis quis sim, non tamen vereor in pristina affirmatione mea persistere: ità est ut semper dixi, nihil de meipso locutus sum sublimius quàm par erat[q]. Al. Locus interrogativè legendus, *Primùmne etiam*, vel *utique etiam, loquor vobis?* ut jam id quærere opus habeatis; q.d. Vos me interrogatis quis sim, quasi nunquam antehac id à me edocti essetis. Ὅτι respondet Hebræorum כִּי, quod non rarò interrogationi inservit, ut Esa. 29. 16. interdum verò sign. *certè*, *utique*, ut 1 Joh. 3. 20. ὅτι μείζων, &c. *utiq; major est Deus corde nostro*[r].

26. *Multa habeo de vobis loqui* (i.e. quæ expostulem, vel conquerar†; vel, ob quæ reprehendam vos[t]; ut perfidiam[v], pertinacem incredulitatem, & odium in me[x]:) *& judicare*] i.e. Condemnare ac punire[y]. Ego quis sum satis apparet, qui vos sitis taceo, etsi multa possem loqui[z]. De me hoc tantùm dico quod dixi, *de vobis autem multa possem dicere ad vos notandos*: id enim est hîc *judicare*, ut suprà 15. diximus; q.d. Possem dicere vos esse seductores & causas tenebrarum[a]. ¶ *Sed qui*, &c.] Elliptica oratio, sic supplenda; Sed non credetis, Pater meus tamen verax est[b], in omnibus rebus fide dignissimus[d]: quod adversùm vos pro hoc tempore sufficiat*. *Verax est*, & jamdudum vera loquutus est, vos scil. *impinguandos, excæcandos*, &c. Esa. 6. 10. & 29. 10[f]. ¶ *Quæ audivi*, &c.] Vide Joh. 3. 32. Sensus, Ego nihil dico aliud quàm quod ab ipso dicendum accepi. Quare meritò mihi credere deberetis: quod cùm non faciatis, estis inexcusabiles[g]. ¶ *Loquor in*, &c. Εἰς τὸν κόσμον] *In mundo*, Sy. Bru. ex Vulg. ut sit εἰς pro ἐν[h]. Al. *Mundo*, Be. Pi. Εἰς valet πρὸς[i]. Hebraismus, לעולם: nam ל valet & præpos. εἰς, & articulum Dativi casûs[k]. Non dicit, *vobis*, sed, *mundo*; ut magis confirmet quod dixerat, *se esse Lucem mundi*. Nam & quæ ipsis dicebat, in hoc dicebat ut latiùs spargerentur. Et locus ipse gazophylacii erat medius inter subdiale in quo erant Judæi, & subdiale in quo erant alienigenæ[l].

27. *Non cognoverunt quia*, &c. Ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν] *Quòd patrem* (vel, *de patre*, Er. Il. P. Ti. Sy. Be. Pi. V. Perf. &c.) *eis dicebat*, Mo. vel, *loqueretur*, Perf. P. sic Ti. Pi. &c. nempe *Deum*: quæ vox additur in Vulgato[m], & in meo vetustiss. alióque Codice[n]. Sensus, Non intellexerunt, cùm Jesus de Patre loqueretur, quid vocaret *Patrem*, vel, ipsum loqui de Patre cœlesti[o]. Intellige τὸν πατέρα τὸν Θεὸν, quem *Patrem* κατ' ἐξοχὴν Hebræi vocabant: id quod rectè hîc interpretando expressit Latinus. Plerique de auditoribus non intelligebant eum hæc de Deo Patre dicere; Deum Patrem ab ipso *mittentis* voce significari. Nam λέγω hîc est, *significo*: ut Latinis sæpe[p].

28. *Cùm*, &c. Ὅταν ὑψώσητε, &c.] *Cùm* (vel, *Postquam*, ut Matth. 9. 15. Luc. 14. 8[q].) *sustuleritis*, &c. Be. &c. i. e. vestro incitatu egeritis[r], nempe in crucem†. Vide Joh. 3. 14. & 12. 32. ¶ *Tunc cognoscetis*, &c.] Dixerat primùm *Lucem se esse mundi: quid preterea sim*, inquit, *cognoscetis post meam passionem*: ὅ,τι hîc sumo pro τί. Tunc cognoscetis me esse Victorem Mortis, ex resurrectione; Dominum cœli & Angelorum, ex ascensione; ipsius Spiritûs Missorem, ac postremò Vindicem rebellium. Cognoscetis autem alii resipiscendo, alii ità convicti ut nullâ specie negare possitis. ¶ *Et à meipso*, &c.] Καὶ, pro *certè*, *etenim*. Quod dixi antehac, *me nihil injussu Patris facere*, id tunc apparebit. ¶ *Sicut docuit*, &c.] Vide Joh. 5. 19. *dictata Patris recito*[t].

29. *Et* (vel, *Nam*, Be. Pi. vel, *Ideo*, G.) *qui misit me mecum est*] Et ut Deo, & ut homini: Licèt legatus, non tamen sum ab eo separatus[v]: Præsens pro Futuro, ut mox 31. *Planè res meas promovebit*. Hoc enim significat Hebraismus, *cum aliquo esse*. Vide Matth. 1. 23. & 28. 20. ¶ *Non reliquit*, &c.] Explicat id quod jam dixerat. Sic & infrà opponit, *solum esse*, & *Patrem esse cum ipso*, 16. 32. Confer Joh. 14. 18[x]. ¶ *Quæ*, &c. Τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ, &c.] *Quæ placita* (vel, *grata*, V. Bru.) *sunt ei facio* (facique[y]: ποιῶ, i. e. ἐποίησα[z].) *semper*, Pi. Vulg. &c. ac propterea me non deseret[a]. Christi perfectissima obedientia non hoc tantùm in loco, sed & alibi, ponitur ut causa gloriæ ipsi collatæ. Vide. Esa. 53. 10, 11, 12. Philip. 2. 8, 9[b]. Ἀρεστὰ (ab ἀρέσκω, sicut δόγμα à δοκέω) dici hîc possunt leges, decreta, constitutiones: quemadmodum apud Romanos *Principum placita*: in Anglia, *Communia placita*. Confer Act. 6. 2. 5[c].

30. *Hæc*] Vel, 1. quæ proximè præcesserunt[d]. Vel, 2. jam indè à v. 12*. totam hanc concionem[f]. ¶ *Crediderunt*] Eum à Deo missum, sed fide infirmâ[g].

31. *Ad eos*, &c.] Eorum præcipuè causâ, quanquam communiter ad turbam sermonem dirigens[h]. ¶ *Judæos*] Ut distinguat, vel, 1. à Galilæis, qui faciliùs credere solebant: vel, 2. à Principibus Judæorum[i]. ¶ *Si vos manseritis* (i. e. perseveraveritis[k]) *in sermone meo*] vel, *doctrina mea*, V. Bru. & fide illius[l]. Si observaveritis præcepta: cui opponitur παραβαίνειν. Vide Joh. Epist. 2. 9[m]. ¶ *Verè discipuli*, &c.] i. e. Digni quos pro Discipulis agnoscam[n]: tales qui consequamini verum Discipuli finem, vitam scilicet æternam[o]. *Discipuli* dicuntur qui auditum veniunt: verè autem illis *discipulorum* nomen competit qui quod docetur sibi tanquam normam proponunt. Quintilianus de præcoci ingenio, *Non subest vera vis, nec penitus immissis radicibus innititur*. Vide quæ de voce μένειν diximus Joh. 3. 36[p].

32. *Cognoscetis* (certiùs perfectiùsque in dies[r],) *veritatem*] Doctrinæ meæ†: mysteria Regni Dei[t]. *Experiendo discetis qualis sit Veritas*. Vide quæ de voce γινώσκω diximus Joh. 6. 69. Platonici Cognitionem quandam statuunt matrem Amoris, alteram filiam[v]. ¶ *Et veritas* (credita à vobis ac cognita[x]: profectus ille in cognitione veri dogmatis[y]:) *liberabit vos*, Ἐλευθερώσει] *In libertatem vindicabit*, Be. Pi. *Ex servis liberos faciet*, Mal. Bru. ex Aug. *Manumittet*, Q. in Be. *Liberos reddet*, Zeg. sic Er. V. 1. ab erroribus[z]: 2. à servitute Legis Mosaicæ, & Diaboli[a]: 3. à Dominio vitiorum[b]; idque tum præceptorum puritate, tum promissorum præstantiâ[c]; tum Spiritu Dei, &c[d]. Hierocles, Ἐν γὰρ τῇ ἀγνοίᾳ, &c. (*In ignoratione enim meliorum necesse est hominem servire deterioribus: nec aliter libertatem consequi potest quàm conversione ad Deum mentémque bonam.*) Marinus Proclo, Ἀλήθεια, &c. (*Veritas est bonorum omnium præstantissimum, & Deo, & hominibus**.)

33. *Responderunt ei*] Quidam è turba, non illi qui crediderant, sed alii, contemptores, &c†. ¶ *Semen* (i.e. genus, vel posteri[f],) *Abrahæ*] q.d. Nobiles, generosi, & illustres[g]: qui sunt amatores & tenaces libertatis. Aversissima erat hæc gens à servitute, nec licuit Israelitæ se vendere, nisi cogente necessitate[h]. ¶ *Et nemini servivimus unquam*] Ut de Aqua & Pane, ità & de Servitute dicta κατ' ἀλληγορίαν verba sumuntur hîc nimiùm κατὰ πόδας. Duobus maximè modis homines servi fiebant, nascendo ex servis, aut bellico casu incidendo in captivitatem. Utrumque à se removent. Non sumus nati ex Cananæis aliisve servilibus populis, sed per legitimum tramitem, & ingenua capita, ab Abrahamo usque descendimus: tum verò nemo nos in servitutem bello redegit[i]. Hoc dicunt, vel, 1. de se solis[k]. q.d. Quod ad nos ipsos attinet, nunquam nos fuimus servi[l]. De suis personis potuit hoc verum esse: Romanis enim suberant jure politico, non herili;

[v] Mal. Ham. * Ham. [x] Pi. [y] Mal. Be. [z] Pi. Mal. [a] Be. [b] V. [c] Mal. [d] Be. * Di. [f] Mal. Be. [g] Mal. [h] Be. [i] Di. [k] Di. ex Er. [l] Be. [m] Di. [n] Be. [o] Be. Mal. [p] Be. [q] Ham. [r] Di. † Bru. sim. Mal. Me. [t] Chem. sic Mal. [v] T. [x] Me. [y] Bru. [z] Mal. [a] G. [b] Be. [d] G. * G. sim. Bru. [f] Li. ho. [g] G. [h] Pi. [i] Di. ex Camer. [k] Pi. [l] G. [m] Bru. Mal. [n] Be. [o] Er. [p] G. [q] G. [r] Idem. † G. Pi. Bru.

[t] G. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] G. [a] Bru. [b] G. [c] Ham. [d] Chrys. &c. in Mal. * Bru. [f] Mal. [g] G. [h] G. [i] Mal. [k] Bru. [l] Mal. ex Aug. Chrys. &c. [m] Bru. [n] G. [o] Me. ex Bru. [p] Mal. [p] G. [r] T. sim. Bru. Ae. † Mal. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] Me. [a] T. Chem. [b] G. sic Bru. Me. T. [c] G. [d] Chem. * G. † Bru. [f] D. V. Pi. [g] Bru. [h] Li. ho. [i] G. [k] Q. in Mal. [l] Li. ho.

herili: ut tributarii, non ut servi[m]. Vel, 2. de toto genere[n]: sic autem splendidum fuit impudénsque mendacium[o]: ut facilè qui gloriantur, mentiri solent[p]. Servitus eorum & prædicta est Gen. 15. 13. & narrata Deut. 5. 15[q]. Servierant Ægyptiis, Babyloniis, & nunc Romanis[r]. Nisi servitutem hîc intelligas civilem, quam venalia mancipia servire solent †. Non agitur hîc de libertate status publici, sed privati[t]: non de servitute intrinseca & personali, seu personæ ipsi inhærente, quâ status hominis personalis mutatur, quæ Character erat Libertatis naturalis omnimodò amissæ, quâ servus omni & sanguinis & nuptiali jure carebat, & velut jumentum possidebatur; sed de servitute extrinseca, qualis erat in populo devicto, in qua cum civili obedientia conjuncta erat aliqua libertatis dignitas, & jura sanguinis, Dominii, Nuptiarum, aliáque quæ hominum sunt undiquaque liberorum, manent[v]. ¶ *Quomodo*, &c?] Liberum hominem non posse manumitti & leges & ratio docent[x].

34. *Qui facit*, &c.] Id est, facere studet & consuevit[y]. Ποιεῖν ἁμαρτίαν quid sit, vide Matt. 7. 23[z]. & 1 Joh. 3. 4[a]. ¶ *Servus est peccati*] Qui ab illo vitio cui studet tanquam captivus fertur atque agitur, אסיר, Esa. 42. 7[b]. & ad peccatum iterum impellitur, nec ab eo se liberare potest. Et reatus peccati manet in eo, & macula, velut stigma fronti servi inusta[c]. Horatius de amore, *Urget enim mentem dominus non lenis, & acres Subjectat lasso stimulos* —. Cicero Paradoxis, *Si servitus sit obedientia fracti animi & abjecti & arbitrio carentis suo, quis neget omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos, esse servos? An ille mihi liber, cui mulier imperat*, &c. Egregiè hoc dictum exsequitur Philo, Ὅτι πᾶς ὁ σπουδαῖος ἐλεύθερος. Adde Prov. 5. 22. Rom. 6. 16. 2 Pet. 2. 19. Elucet autem Christi lenitas in eo quòd hæc pronunciat nondum nominatis personis in quas diceret; si fortè eâ ratione emendarentur[d].

35. *Servus autem* (naturâ, aut conditione[*]: Servus malæ frugis, quales vos estis[f]:) *non manet* (id est, solet manere[g]: vel, *habitat*, G. id est, jus habet manendi sive habitandi[h]: sicut ἔχειν sumi suprà monuimus aliquoties[i].) *in domo* (id est, in familia heri sui[k],) *in æternum*] Id est, Toto vitæ suæ tempore: ut apud Horat. *Serviet æternum qui parvo nesciet uti*[l]. Potest Dominus eum ejicere, aut alii donare, aut vendere. Hæc est una similitudinis pars: altera verò est subintelligenda, Sic qui servus est peccati non manebit in domo Domini, sed foras ejicietur in tenebras exteriores, & in Gehennam[m]. Dixerat, *Qui peccatum facit servus est*. Id hîc probat, quia peccator, quamvis sit de populo & Ecclesia Dei, non tamen manet in domo Dei in æternum, sed ejiciendus est in infernum, ac prinde servus est: nam filius semper manet, &c[n]. Probat omni servo opus esse ut liberetur, & quidem per Filium, qui in domo manet, tanquam dominus & hæres domûs, potéstq; quos velit vel vendere, vel manumittere[o]. Larvam esse monet, quòd Judæi erant Abrahæ progenies: locum, inquit, occupabant in Ecclesia Dei, sed, ut Ismael, ad breve duntaxat tempus. Concludit, solidam & perpetuam libertatem non esse, nisi quæ per Filium obtinetur[p]. Nota tacitè hîc mutari tralationem. Nam à servo affectuum transitur ad servum respectu domûs. Sic Rom. 7. à morte mariti transitur ad mortem ejus qui Legi quasi devinctus est. Et similia multa in hoc genere sermonum occurrunt[q]. ¶ *Filius* (nempe familiàs[r], vel, Dei. Seipsum intelligit †.) *manet*, &c.] I. e. Jus habet in domo habitandi: nam, ut JCti loquuntur, est quasi *Dominus rerum paternarum*; *herus minor* in Comœdiis. Confer Gen. 21. 10. Gal. 4. 30[t]. Hoc proverbio demonstrat Christus discrimen *Justitiariorum*, h. e. eorum qui nituntur operibus Legis ad vitam consequendam, qui, licèt ad tempus floreant in Ecclesia, at tandem ejicientur, juxta Matt. 15. 13. ut Judæi rejecti sunt quòd servi esse voluerunt; & *Filiorum*, qui solâ fide nituntur, Deóque serviunt animo prompto, &c[*].

36. *Si ergo* (q. d. Cùm ergò filius in domo maneat, ut dominus ejus[v],) *vos filius liberaverit*] Erat in Græciæ quibusdam civitatibus, fortè & alibi, usitata ἀδελφοθεσία, *adoptio in fratres*; quò hîc videtur alludi: *Si Filius vos ex servis faciat liberos, simúlque sibi cohæredes*. Tribuitur hîc Filio quod modò Veritati, quia eam profert Filius[x]. ¶ *Verè*, &c.] Id est, Reipsâ[y], non falsâ persuasione, Luc. cap. 24. vers. 34. 2 Pet. cap. 2. vers. 18[z]. Indicat, libertatem quam Judæi jactabant, veram non fuisse[a].

37. *Filii Abrahæ estis*] Secundùm carnem[b], vel, sensu illo vulgari, non illo κατ' ὑπόνοιαν, quo nati ex aliquo dicuntur, qui ejus exemplo, aut præceptis, animum informant. Vide quæ suprà cap. 3. Σπέρμα, זרע, pro *sobole*, Hebraismus est, Gen. 4. 25. & alibi passim. ¶ *Quæritis me*, &c.] Emphasis est in *me*, *me innocentem*, *nec nisi beneficiis cognitum*[c]: atque ità degeneres facti negatis cognationem Abrahæ †. ¶ *Quia sermo meus non*, &c. Οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν] *Non capit* (vel, *est*, Ar. *manet*, Æth. *cadit*, Be. *ingreditur*, Zeg. *penetrat*, Di. G. *habet locum*, Er. Ti. P. V. Camer. Be. Ca. Pi. Zeg. &c.) *in vobis*, Mo. Vulg. Er. P. &c. vel, *in vos*, Be. Zeg. ἐν ὑμῖν pro εἰς ὑμᾶς: ut sæpe[d] in his Libris [ἐν pro εἰς,] Mat. 16. 28. Heb. 4. 11. Proximum huic locutioni est illud 1 Thes. 1. 8. ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐξελήλυθεν[*]. Vel, *apud vos*, Be. Pi. Æth. Χωρεῖ, i. e. χώραν ἔχει[f]. Verbum χωρεῖν transitivè de persona aut loco aliud capiente crebrò usurpatur, ut Matth. 19. 11. *Non omnes* χωροῦσι, *capiunt sermonem hunc*. Ità Syrus h. l. *Sermoni meo non acquiescitis*, Sy. in Trem. malim, *non sufficitis*, scil. capiendo, i. e. capaces ejus non estis. Propriè ergò homo dicitur χωρεῖν τὸν λόγον[g]. Χωρεῖν hîc sumitur impersonaliter[h], vel intransitivè[i], ut in Aristot. hist. animal. l. 9. *Fuci*, inquit, *ab apibus interficiuntur*, ὅταν μὴ χωρῇ αὐτοῖς, &c. *quando locus*, *sive spatium*, *ipsis non est ad operandum*[k]. Χωρεῖν apud Hellenistas est, *vadere*, *transire*, Sap. 10. 23, 24[l]. Χωρεῖν hîc est, *ire*, *abire*, *tendere*. Sic Matt. 15. 17. *in ventrem* χωρεῖ, *tendit*, vel *abit*: & 2 Pet. 3. 9. *ad resipiscentiam* χωρεῖν, *tendere*. Significat & *ingredi*, *penetrare*, ut Sapient. 7. 23. Spiritus Sapientiæ dicitur esse διὰ πάντων χωρῶν πνευμάτων, *per omnes penetrans spiritus*: & v. seq. de ipsa Sapientia dicitur, quòd διήκει καὶ χωρεῖ διὰ πάντων, &c. *permeat & penetrat per omnia ob puritatem*. Ità h. l. sensus est, q. d. Sermo meus habet puritatem suam, quæ debebat penetrare per omnia; sed quia in vobis nimiæ sunt sordes, nimia durities, *non penetrat in vobis*[m]. Sensus [loci] est, *Ideo mihi mortem intentatis quia præcepta mea sanctiora sunt quàm ut in animum vestrum vitiis obsitum penetrent*. Dicit autem hoc Christus toti quidem turbæ, sed eos notans quos sibi sciebant malè velle: & sic solemus quod aliquibus de populo competit, tribuere populo[n].

38. *Quod vidi*, &c.] Id est, didici. Nam ut ὁρᾶν, ità ἀκούειν, est, *discere*[o]: quod certâ & evidenti notitiâ accepi[p]. Loquitur ἀνθρωποπαθῶς[q]. ¶ *Quæ vidistis*] Quidam Libri pro, ἑωράκατε, habent, ἀκηκόατε[r]: sed ex interpretamento, ut arbitror †. ¶ *Apud patrem vestrum*] Scil. Diabolum, v. 44[t]. Non puto hîc certum patrem designari, sed hoc dici, *Facite quæ didicistis, ut appareat quis sit pater, sive doctor, vester*; *Abrahámne scilicet, an Spiritus nequam*[v].

39. *Pater noster*, &c.] Quia ambiguè Christus locutus erat de patre ipsorum, repetunt quod dixerant, sed efficaciùs; q. d. Nolle se alium patrem agnoscere quàm Abrahamum; eo se parente gloriari. Vide Matth. 3. 9. Ideo Christus jam ex hoc concesso pressiùs respondet[x]. ¶ *Si filii*, &c.] Legitimi scilicet[y]. Si eum pro patre ac duce agnosceretis[z], opera faceretis ipsius operibus similia[a]. Hebræis *pater* vocatur etiam ex quo quis natus non est, si hic ità se gerat quasi eum pro patre habeat: qualia & illa, *Nec tibi Diva parens*, *generis nec Dardanus auctor*. Vide Ezec. 16. 3[b].

40. *Nunc*] Νῦν hîc conjunctio est, subsumptioni inserviens[c]. Præcessit syllogismi connexi propositio: sequitur assumptionis loco probatio ejus ab exemplo[d]. Hoc, νῦν δὲ, est oppositivum. Duo in illis notat opera Abrahami operibus valde adversa, Odium proximi ad suffusionem usque sanguinis, & contemptum veritatis, & quidem Divinæ. Diximus suprà communiter hæc dici, quia aut in turba ista, aut certè in populo, multi tales erant[*]. ¶ *Hominem*] Ut nihil aliud sim quàm homo, tamen innocentem[f]. Ἄνθρωπον] Quod ipsum satis erat ut me vobis commendaret. Est enim inter homines cognatio quædam à Deo instituta; ideo omnes ab uno oriri voluit. Vide Act. 17. 26[g]. ¶ *Qui* (Imò quia[h]) *veritatem*, &c.] Adscendit oratio; Non quemvis hominem, sed *qui verissima vos doceo*; ac proinde fidem & gratiam mereor[i]. ¶ *Quam*, &c.] Adscendit amplius;

[m] Bru. [n] Mal. ex Aug. Chrys. &c. [o] Bru. ex Aug. sim. Mal. Be. [p] Mal. [q] Be. [r] Mal. sim. Be. † Mal. [t] G. [v] Heins. [x] G. [y] Bru. [z] G. [a] Be. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. [f] Be. [g] Bru. sim. Mal. [h] Bru. G. [i] Mal. [k] Bru. sim. Mal. [l] G. [m] Me. ex Bru. [n] Tol. [o] Mal. [p] Calv. [q] G. [r] Bru. † Me. sim. Bru. Mal. [t] G. [*] Cam. [v] Mal. [x] G. [y] G. Bru. [z] G.

[a] Mal. ex Chrys. sim. Bru. [b] Bru. [c] G. † Bru. [d] G. sic Be. [*] G. [f] Camer. [g] Di. [h] Be. sim. Sch. [i] Di. [k] Ec. [l] G. [m] Di. [n] G. [o] G. [p] Bru. [q] Be. [r] G. ex Ec. † G. [t] Pi. sic Bru. [v] G. [x] G. [y] Bru. [z] G. [a] G. sim. Bru. Pi. &c. [b] G. [c] Eru. [d] i. [*] G. [f] Bru. [g] G. [h] Bru. [i] G.

Nec quamvis veritatem, sed *eam quam à Deo dedici* [k]: hoc enim est ἤκουσα, ut suprà aliquoties. Si omnis veritas per se amari digna est, quantò magis illa quæ Deum habet auctorem [l]? ¶ *Hoc*] i.e. tale quid [m]. ¶ *Non fecit*] Vel, *fecisset*: sub. *si ætate illius fuissem*, V. Abrahamus hominum amans fuit, captivos liberavit, peregrinos hospitio excepit, veritatem Divino nomine sibi revelatam, quanquam in speciem minùs credibilem, admisit in animum. Hæc sunt Abrahami opera, quibus ejus vera posteritas cognoscitur, Rom. 4. 9, &c. & 9. 8. Gal. 3. 6, 7. Vide & Justin. Colloq. cum Tryphone [n]. [& verba in G.]

41. *Patris vestri*] Paulatim procedit castigatio. Satis ostendit, Abrahamum moraliter patrem eorum non esse. Jam indicat alium longè diversum esse eorum patrem; quem tamen nondum nominat, exspectans voluntariam resipiscentiam [o]. ¶ *Ex*, &c.] Ἐκ πορνείας, &c.] *Ex scortatione*, &c. Be. Pi. i.e. *ex scortatoribus*, i.e. idololatris, quos *scortatores* sensu tralatitio vocant Moses & Prophetæ [p]: Ἐκ πορνείας hîc dictum est ut ἐκ περιτομῆς, Act. 10. 45. & 11. 2. i.e. *ex circumcisis*, Gal. 2. 7, 8, 9. Eph. 2. 11. Sensus, Si non de nativitate corporis, sed animi, agis, etiam sic nihil est quod nobis objicias. Non sumus בני זנונים, ut loquitur Oseas, 2. 4 [q]. ¶ *Unum patrem*] Religionis [r]. Non plures habemus quos colamus; *unum Deum colimus*, quem etiam hoc nomine *Patris* appellamus, Jer. 3. 4. Etiam idololatræ deos suos *Patres* vocabant: unde *Jupiter*, *Marspiter*, & similia †.

42. *Si Deus*, &c.] Si, ut profitemini, Deum tanquam patrem sincerè coleretis. ¶ *Me*] Æquum est ut qui aliquem amat, amet & eos quorum operâ ipse, maximè ad res eximias, utitur. ¶ *Processi*, &c. Ἐξῆλθον καὶ ἥκω] Id est, ἐξελθὼν ἥκω, *A Deo missus adsum*. Vox ἐξέρχεσθαι hoc sensu est Joh. 16. 27, 28, 30. & 17. 8. Vide quæ ad Joh. 1. 11. de voce ἔρχεσθαι. Interpretatio sequitur, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε. ¶ *A meipso*] Ut qui falsò sibi Prophetæ munus arrogant, Jer. 23. 21. De locutione, ἀπ' ἐμαυτοῦ, suprà diximus 5. 30 [r].

43. *Quare*, &c? Διατί τὴν λαλιὰν, &c?] *Quare loquelam*, sive *locutionem*, (vel, *sermonem*, Tre. ex Sy. Ar. Pers. *orationem*, Ca.) *meam* (vel, *dicta mea*, Ti. id est, idioma meum [v], vel modum loquendi [x], phrasiologias meas [y],) *non agnoscitis?* Be. Pi. &c. vel, *percipitis?* P. Bru. scil. esse consonam loquelæ Dei. Unicuique ferè genti propria est dialectus: vide Matth. 26. 73. Est & familiis certus loquendi sonus ac modus [z]. Solent filii agnoscere linguam paternam [a], & ad eam proximè accedere [b]. [Sensus est,] Si Deus Pater est vester, cur in me non agnoscitis ipsius ἰδίωμα, *loquendi characterem?* Sic vocat suam docendi rationem planè Divinam [c]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι, &c.] *Quia* (vel, *Quod*, Be. in Di. Ità ὅτι εἰδικῶς sumitur: quod aliis est ἀπολογικὸν [d]. *Nam*, Pi. Nempe *quoniam*, Be. Nisi *quia*: vel, Non aliunde id accidit quàm *quia* *.) *non potestis* (nempe ob summam animi pervicaciam [f]: *non posse* hîc est, *obstinatè non velle* [g]. Sic *non posse* dicuntur quibus affectus vehemens obstat. Diximus ad Marc. 6. 5 [h]. Nec vultis, nec potestis [i].) *audire* (i.e. patienter ferre [k]: vel, morigero animo amplecti, ut Esa. 1. 19 [l]. ἀκούειν, *attentè audire* [m].) *sermonem meum*, Er. P. &c. i.e. voluntatem Dei, quæ unicum sermonis mei argumentum est [n]: vel, *me loquentem*, G. λόγος hîc significat rem dictam [o]. Ut agnoscatur dialectus alicujus, attentione aliquâ opus est, putà שבלת dicatur, an סבלת, Jud. 12. 6 [p]. [Sensus loci,] Ideo barbarus vobis videor; *nec idioma meum intelligitis*, nec doctrinam meam ex Deo esse cognoscitis, quia *sermonem meum*, &c. i.e. causa est, quia voluntatem Dei facere non vultis. Confer Joh. 7. 17 [q].

44. *Ex patre Diabolo*] Non naturâ, sed imitatione †, suggestione & instigatione [t], aut moribus. Confer Ezec. 16. 3 [v]. q. d. Vos estis semen illud serpentis quod contriturum erat calcaneum Messiæ [x]. Διάβολον hîc intelligo, vel, 1. Dæmonum principem, ut in his Libris accipitur [y]: vel, 2. (ob ea quæ mox sequentur) genus Diabolorum, quomodo & ὁ Σατανᾶς, Matth. 12. 26. Sic ἄνθρωπος sæpe est *genus humanum*, Matth. 4. 4. pro quo ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου dicitur Matth. 12. 8. Sic Act. 13. 10. υἱὲ διαβόλου, &c. 1 Joh. 3. 8. *qui peccatum facit est ex diabolo* [z]. ¶ *Et desideria*, &c.] Ἐπιθυμίας, i.e. *quod ei collibitum est* [a]. Sic 2 Tim. 4. 3. 1 Pet. 4. 2. ποιεῖν ἐπιθυμίαν ut τελεῖν ἐπιθυμίαν, Gal. 5. 16 [b]. ¶ *Vultis facere*] Id est, libenter facitis, studetis facere. ¶ *Homicida*] Id est, occisor hominis, & quidem totius humani generis [c]. Diximus suprà duo à Christo in Judæis maximè notari, Cædis propositum, & Veritatis contemptum. Ex his duobus probat eos referre ingenium Diaboli. Homicida autem fuit eodem actu quo mendax, cùm primos homines dolo malo in peccatum illexit, unde mors erat secutura. *Invidiâ diaboli mors intravit in mundum*, Sap. 2. 24. Eodem respicit Paulus, Rom. 5. 12. ¶ *Ab initio*] Ut 1 Joh. 3. 8 [d]. nempe mundi *, (cujus origo in S. S. absolutè *initium* appellatur, ut Prov. 8. 23. Joh. c. 1. v. 1. & 1 Joh. 1. 1 [f].) hominísque creati [g]: sub, vel circa, initium mundi [h]. Ἀπ' ἀρχῆς Hellenistæ ponunt ubi in Hebræo est מעולם, ut Jos. 24. 2. Esa. 63. 16, 19. Sic Act. 24. 4. Adamum quo die erat conditus lapsum in crimen sentiunt Rabbini, & ipse Maimonides [i]. ¶ *In veritate* (i.e. vel, 1. rectitudine & justitiâ, in qua creatus fuit [k]. Vel, 2. veracitate [l]: nam de veritate in loquendo agi constat [m]; quæ opponitur mendacio. Vel, 3. fidelitate erga opificem suum [n]. Vel, 4. voluntate Dei revelata circa hominem, quem Deus in statu felici statuit, præcepítque ut Angeli ei ministrarent, Heb. 1. 14. quod mandatum Dei præ superbia & malitia erga Adamum contemptui habuit [o].) *non stetit*] Id est, perseveravit [p]. Affirmatio per negationem contrarii. Sensus est, *Deflexit à veritate*. Sic Psal. 1. 1 [q]. Non perstitit verax, sed excogitavit mendacium [r]. ¶ *Quia*, Ὅτι οὐκ ἔστιν, &c.] *Quia non* (vel, *Non enim*, Be. Pi.) *est veritas* (vel, *studium veritatis*. Sic 1 Joh. 2. 21. *Omne mendacium non est* ἐκ τῆς ἀληθείας, *ex studio veritatis*, 1 Mac. 7. 18. propiùs ad nostram phrasin, Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια καὶ κρίσις· παρέβησαν γὰρ τὴν στάσιν καὶ ὅρκον ὃν ὤμοσαν †.) *in eo*, Bru. ex Vulg. Illud ἔστιν multos vexavit [t]. Denotat, vel, 1. causam à priori, ut putavit Syrus, qui propterea ἕστηκεν vertit, *stat*: sic & Arabs, *permanet*. Præterita, ἕστηκα & ἑστηκὼς sæpe Præsentis vicem supplent, ut Mat. 12. 47. & 16. 28. Sensum ergò esse voluerunt, Diabolum semper sui esse similem. Homicidam fuisse à principio: ab eo tempore eum non stare in veritate; quia, ex quo defecit, nulla est in eo veritas [v]. Sensus, quia ex quo peccavit, veritatem odit [x], & totus mendaciis scatet [y]. Vel, 2. effectum & indicium, unde constabat, eum in veritate non perseverâsse [z]; quia nulla nunc est, & ex quo peccare cœpit, *veritas in eo*, i.e. in affectu & voluntate ejus, nullam amat veritatem, quin odit eam, &c [a]. ¶ *Ex*, &c. Ἐκ τῶν ἰδίων, &c.] *De suo*, sive *suis*, Be. Pi. Bru. Ex suo unius instinctu [b]: quod verè suum ac sibi proprium est [c]: propriâ utitur inventione, nemo ipsum mentiri docuit [d]: pro ingenio suo *. ¶ *Quia mendax est* (totus quantus est †: mendacium amat, eóque uti solet [f]: in more habet fallere: hoc amat: ideo vocatur רוח שקר, Πνεῦμα ψευδὲς, 1 Reg. 22. 22. 2 Par. 18. 21. Porphyrius de hujus generis spiritibus, τὸ γὰρ ψεῦδος αὐτοῖς οἰκεῖον [g].) &, &c. Καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ] *Et pater* (vel, *pater ille*, ob articulum, ut siqua sit in vitiis præstantia, illi in solidum tribuatur [h]: Verùm ὁ sæpe sine ulla emphasi usurpatur, planè ut ה in הירידה apud Hebræos, quod sæpe nihil notificat [i].) *ejus*, sive *ipsius*, Mo. Æth. Tre. &c. vel, 1. Diaboli [k], vel, uniuscujusque spiritûs mali [l]. *Pater generis diabolorum* est ὁ ἄρχων τῶν δαιμονίων de quo diximus ad Mat. 9. 34. ὁ ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, Eph. 2. 2. ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, Joh. 12. 31. & 14. 30. & 16. 11. Hic pater cæterorum dicitur quia deficiendi initium dedit, quomodo vox *patris* usurpatur tum alibi, tum Gen. 4. 20, 21. Qui Adamum deceperat non fuit ipse ὁ ἄρχων, sed aliquis ab eo submissus, *Angelus Satanæ*, ut 2 Cor. 12. 7 [m]. Vel, 2. mendacii [n]: quod intelligi potest, vel, 1. ex membro præcedente [o]: vel, 2. ex nomine conjugato, ψεύστης [p]. Sic Num. 23. 20. *Nec revocabo illam*, intellige *benedictionem*, ex præced. *benedixi*. Sic in Homero, ut notat Eustath. ad Odyss. α'. Δινήσω, ἴδηαι δὲ ἔστω, nimirum ἡ δίκη [q]. Sic Prov. 14. 26. *In Jovæ metu tuta est potentia, ejúsque* (scil. Jovam metuentis) *filiis*, &c. Ezec. 33. 12. *Justus non poterit vivere per eam*, scil. *per justitiam*. Sic & Plin. 28. 9. de Lacte, *Stomacho accommodatissimum caprinum, quoniam fronde—vescuntur*, intellige *capræ* ex voce *caprinum* [r]. *Et pater ejus rei*, Er. Ti. *Et pater mendacii*, P. Pi. Ca. Il. sic Be. Pro relativo substituimus ante-

Marginal notes (left column): k G. sim. Bru. — l G. — m G. sic Bru. — n G. — o G. — p G. sim. Bru. — q G. — r Bru. — † G. — r G. — v Bru. — x Bru. Li. ho. — y Li. ho. — z Bru. — a G. sim. Bru — b Bru. — c G. — d Di. — * Bru. — f Di. — g Bru. ex Chrys. — h G. — i Di. — k G. sim. Bru. — l Di. — m G. — n Di. — o Li. ho. — p G. — q Di. — † Mal. ex Aug. sim. Bru. D. — t Bru. — v Be. — x Li. ho. ad v. 37. — y Bru. — z G. — a G. sim. Bru.

Marginal notes (right column): b G. — c Bru. — d G. — * Bru. Mal. Pi. — f Mal. — g Bru. Pi. sim. Be. Mal. — h Mal. sim. Be. — i G. — k T. sim. Mal. ex Aug. Euthym. Be. &c. — l Me. ex Bru. sim. Mal. — m Mal. — n Be. — o Li. ho. — p Be. Bru. &c. — q G. — r Li. ho. — † G. — t Mal. — v Di. — x Me. — y T. — z Mal. sim. Be. Bru. — a Bru. — b Be. — c Be. Bru. — d Mal. — * G. sic Be. — f Mal. Bru. — f Bru. — g G. — h Be. — i Di. — k Non. in Sch — l Orig. in Mal. — m G. — n Be. Bru. Cas. Camer. V. Er. Ca. &c. — o Cas. ex Be. sic Bru. Di. Pi. — p Pi. sic Ca. Cas. Bru. Di. — q Cas. — r Ca.

antecedens †. *Pater* autem, i.e. auctor & inventor t.

45. *Ego*, &c. Ἐγὼ δ' ὅτι, &c. Ego (vel, *Vos*, Er. Il. P. Be. vel, *Mihi*, Sy. vel, *De me*, vel, *Ad me quod attinet*, Pi.) *autem quia* (vel, *qui*, Sy. Pers. vel, *quamvis*, ut Luc. 23.40. & ut Heb. כי usurpatur v:) *veritatem dico, non creditis mihi*, Er. Ti. Tre. Mo. &c. Est Hebraismus x, qualis Psal. 73.28. & alibi y; & Syriasmus: quo in initio sententiæ Nominativus ponitur absolutè, qui deinde, aliis dictionibus intervenientibus, mutatur per affixum in obliquum z. *Mihi verò non creditis quia verum vobis eloquor* a. Adeò alieno & averso animo à veritate estis: cujus vitii quem patrem habeatis jam indicavi b. Mendaciis facilè creditis, non item veritati, sive doctrinæ meæ c. Manifesta hîc est trajectio, ut suprà v. 25 d.

46. *Quis——arguet*, &c. Ἐλέγχει] *Arguit*, vel *Redarguit*, Be. Pi. V. i. e. convincere potest *: hoc enim est ἐλέγχειν, Joh. 16.8. Tit. 1.9, 13 f. Si cui fides negetur, oportet eam negari, aut quia loquens indignus est cui habeatur fides, aut quia res per se est incredibilis. Priorem partem hîc removet g. ¶ *De peccato*,] Quocunque h: vel, de falsa doctrina, ut docet antithesis i. ¶ *Si veritatem*, &c.] *Si ea dico quæ fide perdigna sunt*: sicut vocem ἀληθὴς sumi diximus aliquoties k.

47. *Qui ex Deo est*] Tanquam patre, non creatione solâ l, sed electione *, regeneratione, Joh. 17.6 m. & imitatione, qui Spiritu Dei agitur n: qui honesta amat, ac proinde ingenio Deum refert. Opponitur enim hoc illi, *esse ex Diabolo*: quare pari modo interpretandum. Nonnus non malè, Εἰς Θεὸν ἀρχεγόνεθλον ἔχων νόον o. ¶ *Verba Dei* (i. e. doctrinam à Deo profectam p, sermones ad Dei honorem pertinentes, Deo dignos: vide Joh. 3.34 q.) *audit*] Libenter & attentè r, cum assensu & obsequio †. ¶ *Propterea vos*, &c.] Subauditur, *At verò*: est enim oppositio. *At vos ideo gravamini quæ dico audire, quia ingenio estis averso à rebus verè Divinis* t. Ostendit causam incredulitatis in ipsis latere, quia ex Deo non sunt, &c v. Solatur se Christus, consideratione providentiæ ac voluntatis Dei: in qua omnibus acquiescendum est x.

48. *Nonne bene* (vel, *meritò*, Be. Bru. G.) *dicimus*, &c.] Id est, dicere inter nos solemus y: Nusquam enim palàm hoc dictum narratur z. ¶ *Samaritanus*] Intellige non gente, sed sensu a, quia negas veritatem religionis esse penès Judæos: vide Joh. 4.20, &c b. quia religionem erroribus misces c, Legem corrumpis, & traditiones contemnis d: vel, quia cum Samaritanis versaris: vel, Samaritanus, quia Galilæus: hi enim illis vicini erant *. ¶ *Dæmonium habes*?] Id est, insanis f: δαιμονᾷς. Vide infrà 52. & Joh. 7.20. & 10.20 g.

49. *Non habeo, sed*, &c.] Quæ dixi non præ insania dixi, sed Divino Spiritu ad Dei honorem h. De Samarita quod dixerant quasi merum convitium præterit; ut si quis nunc aliquem *hæreticum* vocet i. ¶ *Et*, &c.] *Et tamen vos me convitiis petitis*, G. sim. Bru. cùm ob hanc causam honorare me deberetis k.

50. *Non quæro*, &c.] Quod toties dico & repeto, Quæ doceo vera esse & à Deo profecta, non id facio cupiditate humanæ gloriæ: quod & ex verbis, & ex factis, meis facile collectu est l. ¶ *Est*, &c. Ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρίνων] *Est qui quærat* (scil. gloriam meam m: suprà 5.23 n. Patrem intelligit o.) *& judicet*, Er. P. Be. Pi. &c. i. e. puniat, vel ulciscatur, eos scil. qui lædunt gloriam meam p. Est qui me honore afficere velit Deus, & qui vindicaturus est has contumelias quibus me afficitis. Vide 1 Pet. 2.23. Respicit & Deut. 18.19. ubi Deus promittit se vindicem futurum contempti Prophetæ. Confer 2 Par. 24.22 q.

51. *Sermonem meum servaverit*] Locutio quæ Matth. c. 19. v. 17. & 28.20. Joh. 9.16. & 14.15. & alibi r. ¶ *Mortem non videbit*, &c.] Id est, non sentiet †, ut Psal. 89.49. & Luc. 2.26 t. non experietur, non patietur v: Idem statim, *non gustabit mortem*, ut & Matth. c. 16. v. 28. Marc. 9.1 x. Non morietur y. Sensus est, Eam vitam consequetur quæ morte careat. Vide ad Joh. 6.49 z.

52. *Nunc cognovimus*, &c.] Certiùs & clariùs quàm antehac a. Planè insanis cùm talia polliceris. Locutio similis Gen. 22.12. Joh. 16.30. ¶ *Abraham—— & Prophetæ*] Ex Zach. 1.5 b. qui sermonem non hominis, sed Dei, observârunt c, mortui tamen sunt. Omnia enim intelligunt crassè & κατὰ πόδας, odio fascinati. ¶ *Et tu*, &c.] Tu neutiquam illis comparandus hæc audes dicere? ¶ *Sermonem meum*] Emphasis est in voce μου: nam, ut diximus, supponit à Mose & Prophetis religiosè servata Dei mandata d.

53. *Tu major*, &c?] Qui vitam aliis daturus est, multò magis sibi. Tu te vitam aliis daturus profiteris: Ergò multò magis te perpetuò victurum pronuncias: quod Abrahamo non contigit. ¶ *Et Prophetæ*, &c.] *Sicut & Prophetæ mortui sunt*: nam ad eum modum copula sumi solet *. Syrus & Arabs habent, *Et Prophetis qui mortui sunt* f. ¶ *Quem teipsum facis?*] Venditas? Sic Joh. 10.33 g. esse præsumis h? dicis, vel judicas? ut *facere* sumitur Matth. 12.33. Joh. 10.33. & 19.7, 12 *.

54. *Si ego* (sub. *solus*, Bru.) *glorifico*, &c.] Si quod meum non est mihi arrogo i. Vide Joh. 3.27. & 5.41. ¶ *Nihil est*] Nullius pretii est ista venditatio, semet prodet. Sic 1 Cor. 13.2 k. ¶ *Pater——glorificat me*] Miraculis, Baptistæ testimonio, & ampliùs posthac l. ¶ *Deus vester*] Deus opifex Universi; Deus Abrahami, Isaaci, Jacobi, Mosis & Prophetarum: nè quem fortè Dæmonem à me *Patrem* appellari censeatis m.

55. *Non cognovistis eum*] Operantem, & testantem de me, &c. ac proinde nec Deus vester est n. Non intelligitis qualem cultum præcipuè desideret, & quæ præmia promittat. Vide ad Joh. 1.18. ¶ *Ego novi*, &c.] Vel, *penitus pernovi*, &c. & scio quæ ei placent, & ea religiosè observo, nusquam mandata excedens o.

56. *Pater vester*] Origine, non ingenio p: quo vos patre jactatis q. Sic suprà 17. Modestè ostendit mirari eos non debere si ipse majora adferat quàm Abrahamus r. ¶ *Exsultavit*, &c. Ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ, &c.] *Gestivit*, vel *Exsultavit*, (vel, *Cupiebat*, Tre. ex Sy. sim. Ar. Pers. V. i. e. lætanti animo expetivit †,) *videre*, vel *ut videret*, (ἰδεῖν ἠγάσσατο θυμῷ, Nonnus hîc t:) *diem meum*, Be. Ca. Er. P. Pi. &c. i. e. tempora mea v. Sic Joel. 2.1. Amos, 5.18. & alibi. Confer 1 Pet. 1.12 x. diem adventûs mei in carnem y, idque oculis corporis, ut Luc. 10.24 z. Al. Sensus est, Abraham, cùm initio Gen. 12.3. promissum à Deo accepisset, *futurum ut etiam exteræ gentes per ipsius semen bearentur*, valde expetivit propius aliquid cognoscere qualis ea futura esset beatitudo. ¶ *Et vidit*, &c.] Et vidit aliquid ejus non sine magno gaudio, sed *eminus*, Heb. 11.13. Nimirum tunc maximè cùm fiduciæ suæ in Deum hoc præmium retulit quòd Isaacum quasi è mortuis recepit, Heb. 11.19. Hinc enim intellexit quid præcipuè Deus requireret, & quantum præstare posset. Atque ex eo facto proverbium illud mysticum manavit, *In monte Domini providebitur* a. Qu. Quomodo Abraham vidit? Resp. 1. Fidei oculis c, ut declaratur Heb. 11.13 d. & Rom. 4.20 *. Fides est ὑπόστασις ὁ βλεπομένων f. 2. In figura g, nim. Isaaci immolati, adeóque typi Christi h. 3. Peculiari revelatione, & spiritu prophetico i: Deo id illi revelante in limbo k. Sed figmentum hoc est l. 4. Peculiari apparitione m. Nemo dubitet, Abrahamo exhibitam, in Divina visione fortissima, fuisse personam & faciem Jesu Christi, nascentis, viventis, morientis, &c n. Visio hæc non erat Prophetica, sed realis: ut docet, 1. collat. cum Mat. 13.17. *Non viderunt*, realiter scilicet: 2. res ipsa; visio prophetica desiderium ejus antecessit & excitavit, quod hæc visio sequuta est & explevit: 3. historia Abrahami, Gen. 18. ubi exhibitum ei erat specimen quoddam diei Christi, qui tunc apertè prælusit Incarnationi suæ, cum ipso prandens, comedens, ambulans, familiariter colloquens, &c. Qui honos alii nulli in V. T. indultus legitur o.

57. *Quinquaginta*, &c.] Qu. Cur non dicunt, *Quadraginta*: cùm Christus annum 34 non excessit, ut constans est omnium sententia p? Resp. Sic dicunt; vel, 1. Propter summam ipsius gravitatem, doctrinam, experientiam, &c q. Vel, 2. Quia Christus erat senili vultu ob labores, &c r. Vel, 3. Ut Jesum efficaciùs refutarent†: de hoc certi erant, an verò 40 annum nondum attigisset, ambiguum erat t. Non refert quòd Christus multis [annis] indè aberat: agunt enim liberaliùs, quia hoc omne nihil ad eos annos qui ab Abrahami ævo numerabantur. Vel, 4. Quia mos est omnium populorum, ubi

Margin notes (left column): † Be. | t V. Mal. ex Chrys. &c. | v Pi. | x G. Di. | y G. | z Di. | a G. sic Di. | b G. sim. Pi. Bru. | c Bru. | d Be. | * Be. Bru. G. Er. Pi. | f G. sic Bru. | g G. | h Bru. | i Pi. | k G. | l Bru. | * Me. | m Cam. | n Bru. | o G. | p Me. ex Bru. | q G. | r G. sim. Bru. | † T. sim. Bru. | t G. | v Bru. | x Pi. | y G. Bru. | z G. | a G. sim. Bru. Li. ho. | b G. | c Mal. | d Bru. | * Mal. | f Li. ho. Bru. Mal. | g G. | h G. | i G. sim. Li. ho. Bru. | k Bru. | l G. | m Bru. Me. | n Bru. | o Me. Bru. ex Aug. | p Bru. Me. | q G. | r G. | † Be. Camer. | t Be. | v Bru. | x G. | y Be. D. | z G. | a Bru. | b G.

Margin notes (right column): c G. sim. Bru. Mal. | d G. | * Idem. | f Di. | g G. | h Bru. | * Gom. | i G. sim. Bru. ex Th. Be. | k G. | l G. sim. Bru. | m G. | n Bru. | o G. | p Pi. | q G. sic Bru. | r G. | † V. Bru. | t G. | v G. sic Bru. | x G. | y Be. Bru. Mal. ex Orig. Hil. Cyr. &c. | z Gom. | a G. | c Be. sic Pi. Chem. Gom. | d Be. | * Gom. | f Chem. | g Q. in Mal. | h Chrys. Ammon. Leont. in Mal. | l Eucher. in Mal. sim. Zeg. | † T. sic Me. Mal. &c. | l Chem. | m Glas. rhet. 1.4. 59. | n Frans. in Glas. ib. | o Q. | p Mal. | q Q. in Mal. | r Carrensis in Er. | † Bru. | t Mal.

non est cur restrictè agamus numerum sumere aliquem ex nobilioribus, qualis apud Hebræos Quinquagenarius ob Jubilæum; q. d. *Nondum semisecularis es* [v]. Vel sic, q. d. Tu nondum pervenisti ad vulgarem annum superannuationis Levitarum, Num. 4. 3 [x].

58. *Antequam*, &c. Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι] *Antequam* (vel, *Priùs*, Mo. Ab *antequam*, Li. ho.) *fieret* (vel, *nasceretur*, Er. Il. Ti. Æth. vel, *esset*, Er. Ar. V. Ca. D. G. ut verbum sæpissimè sumitur, ut Joh. 1. 6, 30. & 8. 33. & 20. 27. Act. 7. 38. & 13. 5. & alibi [y]. Vel, *existeret*, Be. D. *extaret*, Li. ho. γίνεσθαι pro τὸ ponitur & Matt. 5. 45. Marc. 1. 17. Hinc & Homerus θεοὺς & αἰειγενέτας appellat, & αἰὲν ἐόντας, *semper exsistentes* [z].) *Abraam, ego sum*, Tre. Pi. Be. &c. vel, *eram*, Pers. Sy. in G. ἐγὼ ἤμην, Nonnus. Sic in Græco, Psalm. 90. 2. Πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι σὺ εἶ. Præsens hîc pro Imperfecto [a]: quo continuationem significat, ut Joh. 14. 3. *Tamdiu vobiscum sum*, h. e. fui & sum. Sic Latinè, *Jam quatuor dies ægrotat* [b]. Non dicit *eram*, sed *sum*, ut notet constantem ipsius & immobilem æternitatem [c], ipsùmque esse supra omnem temporis differentiam [d], nec Præteritum ipsi esse, nec Futurum [*]. Fuerat autem ante Abrahamum Jesus; vel, 1. Divinâ constitutione, Joh. c. 17. v. 5. 1 Pet. 1. 20. Apoc. 13. 8. Constat hoc, quia de ipso ipsiúsque Ecclesia mysticè dictum erat, recente humano genere, futurum ut *semen muliebre contereret caput serpentis*, ut exponitur Rom. 16. 20. Unde simul intelligitur hunc hominem Jesum majorem esse Abrahamo: quod ipse innuere quàm prædicare mavult [f]. [Aliis hæc sententia non placet. Eam sic refellit non nemo:] 1. Verbum εἰμὶ nunquam eo sensu usurpatur, neque occurrit aut Joh. 17. 5. aut Apoc. cap. 13. v. 8. 2. Non de constitutione Divinâ, sed de reali exsistentia, nunc agebatur, de qua certè erat Judæorum quæstio, ideóque & Christi responsio. 3. Hoc sensu idem de quolibet alio dici potuisset: nam prædestinatio omnium electorum ante Abrahamum natum facta est. Sin de constitutione illa prædictio intelligatur, eo sensu Christus dici possit natus, passus, &c. tempore Mosis: item Cyrus fuisse tempore Esaiæ. 4. Antiquitas aut prædestinationis, aut prædictionis, nihil ad dignitatem facit [g]. [Hæc de prima sententia.] Vel, 2. Secundùm naturam Divinam [h]. Sensus, q. d. Vester error indè provenit, quòd ignoratis personam meam, & putatis me esse ψιλὸν ἄνθρωπον, *nudum hominem*, non item æternum Dei Filium [i]. Tantum abest ut nondum fuerim tempore Abrahæ, sicut vos putatis, ut etiam ante illud tempus fuerim, ut Deus scilicet, &c [k].

59. *Tulerunt ergò lapides*] Furore perciti, ut Joh. 10. v. 31. Vel, 1. quòd ægrè ferebant aliquid dici quod Abrahami dignitatem lædere videretur [l]. Vel, 2. quòd se profiteretur Deum [m]; ac proinde illis videretur blasphemus, & proinde lapidandus, juxta Levit. 24. 16 [n]. Qu. Sed unde lapides in atrio Templi? Resp. 1. Ex pavimento atrii quod lapidibus stratum erat; solent enim seditiosi quidvis obvium arripere. 2. Forsan & lapides ibi sparsim jacebant [o]. Erant jam (ut videtur) ædificantes, vide Joh. 2. 20. ac propterea erant frusta & fragmina lapidum plus satis [p]. ¶ *Abscondit se*] Miraculo quodam; ut Luc. 4. 30 [q]. Ἐκρύβη] *Occultatus est*, forsan per multitudinem, scilic. illi amicam, atque eum circumcingentem, &c [r]. ¶ *Exivit de templo*] Erant enim plures exitus †. ¶ Διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν καὶ παρῆγεν οὕτως] *Cùm transivisset per medios ipsos*, (non per medium eorum qui lapides jaciebant, nam ab eorum conspectu se subduxisse dicitur, sed per præsentem reliquam turbam [t]:) *& ità præteriit*, Pi. sic Mo. Er. Il. vel, *progressus est*, Be. *abiit*, Tre. ex Sy. sic Pers. Sed videntur hæc verba addita, partim ex Luc. 4. 30. partim ex initio cap. seq [v]. Nam & vetustissimi Codices Græci non habent, & in Latinis desunt [x]. [Alii aliter statuunt.] Clausulam hanc genuinam esse docet, quòd ea extat in vetustis omnibus Græcis Codicibus, testibus Bezâ [qui tamen excipit cod. vetustiss.] & Brugensi, qui nihil diversitatis hîc notat [y]; nec non in Syro & Arabe ‖, & Nonno. Nec videtur mihi cum præcedentibus malè cohærere [z].

v G. x Li. ho. y G. z D. a G. b Ca. c Bru. d Mal. * Bru. f G. g Placæus. h Bru. sic Mal. ex Tertul. Aug. Chrysost. &c. Gom. Chem. i Chem. k Pi. l G. m Mal. sim. Bru. n Mal. Chem. o Bru. p Li. ho. q G. r Li. ho. ad Joh. 9. 6. † G. t Di. v G. ex Be. x G. y Glas. philol. l. 2. 9. 167. ‖ Di. sic G. z Di.

CAP. IX.

1. PRæteriens (locum quendam [a]) —*vidit*] *Vidit in transitu*. Sic παράγειν sumitur Mat. 20. 30. Marc. 15. 21. Nam cæcus hic sedebat juxta viam, ut fieri solebat, Matt. 20. 30. ¶ *Cæcum à nativitate*] Non frustrà hoc additur [b]: nam id vitium constat humanâ ope esse insanabile [c]: quod & Aristoteles affirmat [d].

2. *Quis peccavit*] Ex traditione habebant (& hîc supponunt [*]) cæcitatem & alia ejusmodi corporis vitia pœnas esse peccatorum: quod interdum verum est. Vide suprà 5. 14 [f]. ¶ *Hic*] Vel, *Iste*, Be. Pi. Qu. At quînam peccaret nondum natus [g]? Resp. 1. Peccato originis [h]. Sed non quærunt de universali lapsu, (in quo & parentes & cæcus conveniebant [i],) sed de singulari & personali peccato [k]. Resp. 2. Peccata ejus sunt à Deo prævisa, ob quæ eum justè punire poterat [l]. Sed pœna actu inflicta non justè antecedit causam ipsius promerentem [m]. Resp. 3. Putabant Judæi infantem etiam in utero peccare posse: unde & fœmina quædam filium seriò accusabat coram Judice, *quòd inordinatè calcitraret dum esset in utero* [n]. Resp. 4. Quærunt an ipse peccaverit, nempe in corpore priore [o]. Multi enim Judæorum credebant προϋπαρξιν, (*præexistentiam*,) animarum; imò & גלגול נפשות, μετενσωμάτωσιν, (*transmigrationem in alia corpora*,) ut apparet ex Philone, Josepho, Thalmudistis, & aliquot horum Librorum locis [p]; sive μετεμψύχωσιν [q]: quod dogma erat tum Pythagoræ ab Ægyptiis acceptum, & postea à Druydibus receptum [r], tum Sapientum Mecar, teste K. ad Psal. 104. 30 †. Contrà, Pharisæi hanc transmigrationem animis tantùm bonorum ascribebant, non item malorum [t]; quas æternis pœnis addicebant [v]. Discipuli autem suspicabantur hunc cæcum esse impium [x]. ¶ *Aut parentes ejus*] *Uterque parentum*. Quomodo? Delinquendo contra Legem, Levit. 20. 18. quod peccatum inter gravia ponit Ezechiel, 18. 6. Ex tali concubitu solent nasci partus imperfecti [y], quia natura muliebris in egestu occupata impeditur formam justam dare conceptui; ut notant Hebræi [z]. Liberos ob peccata parentum natos esse mancos, tortos, erat doctrina in Scholis Judaicis non rara, quâ terrebant eos qui ritus negligebant, &c. Dixerunt autem, *In diebus Messiæ non erit meritum aut demeritum*: i. e. ni fallor, non imputabitur [liberis] parentum vel meritum, vel demeritum. Quî ergò hoc fit [a]?

3. *Neque hic peccavit* (præ cæteris [b]. Antequam nasceretur non exstitit, quare nec peccavit [c].) *neque parentes ejus*] Sub. *ut cæcus nasceretur*, Be. Pi. Bru. &c. Neque enim peccâsse negantur absolutè, sed relatè ad cæcitatem, &c [d]. Nec tale quid de parentibus est quale suspicamini [*]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἵνα, &c.] *Sed* (sub. *cæcus natus est*, P. Be. Pi. sic Bru. V. vel, sub. *commodè hoc accidit*. Solet autem ἀλλ' ἵνα habere talem ἔλλειψιν, ut Joh. 13. 18. & 14. 31. & 15. 25 [f].) *ut manifestentur* (vel, *conspicerentur*, Tre. ex Sy.) *opera Dei* (tum justitiæ & potestatis in puniendo, tum misericordiæ & omnipotentiæ in sanando [g]. Vel plur. est pro sing. *opus Dei* [h].) *in eo*, Er. Il. &c. tanquam in subjecto, sive objecto [i]. Ut per ipsum pateat qualia & quanta sint Dei opera. Ideo plurali utitur, quia ex uno exemplo colligitur quanta Deus possit [k]. Ἵνα hîc causam finalem denotat, sed hujusmodi ex qua causa efficiens, de qua quæstio erat, facilè intelligatur; nempe singularis Dei providentia [l]. Al. ἵνα hîc & alibi, sicut ὅπως quoque, ponitur non αἰτιολογικῶς, *de causa*, sed συμβατικῶς, *de eventu* [m]. Ἵνα sæpe esse ἐκβατικὸν alibi notavimus [n]. Sic Psal. 51. 4. Rom. 1. 20 [o].

4. *Oportet* (Non absolutâ necessitate, sed ex hypothesi, positâ Patris voluntate, sive decreto [p] Δεῖ, h. e. *par est, convenit* [q]: ut officio Legati satisfaciam [r].) *operari opera*, &c.] i. e. Miracula †: docere per meipsum, ac plurimis benefacere [t]: ut quis essem, miraculis, doctrinâque, declararem [v]. ¶ *Donec dies est*] *Diem* hîc vocat, vel, 1. totum hujus vitæ tempus, usque ad consummationem seculi. Hæc interpretatio confirmatur tum ex verbis seq. *nox, in qua nemo potest operari*; quæ est altera vita: tum ex collat. v. 7. Joh. 12. 35. Ut sensus sit, Dum hoc seculum durat, sibi laborandum esse, Ecclesiam

a Bru. b G. c G. sim. Bru. d Cas. * Gom. f G. g Be. h Cam. i Gom. k Be. l Q. in Gom. sim. Cam. m Gom. n Li. ho. o D. p G. q Be. D. &c. r D. † Be. D. t Li. ho. sim. Cam. v Li. ho. x Cam. y G. sim. Ham. z G. a Li. ho. b Camer. c G. d Gom. * G. f Idem. g Pi. h Bru. i Pi. k G. l Bru. m Camer. n G. o G. ex Th. p Mal. sim. Bru. q G. r Bru. sic Mal. † Bru. t G. v Mal.

am colligendam x. Non placet: Quia Christus hîc de seipso, non de aliis, loquitur. Rationem enim reddit, non cur alii, sed cur ipse debeat operari y. Vel, 2. tempus vitæ suæ & conversationis in mundo z; vel, conspicuam suam præsentiam a, plurimis salutarem. Sic Joh. 8. 56. & 12. 35 b. Dies unicuique est dum vita est c. ¶ *Venit nox*] Tempus absentiæ corporalis. Confer Matt. 9. 15 d. Tempus passionis meæ *. ¶ *Quando nemo potest*, &c.] *Cum commodum non est operi intendere.* Sic δυνάμαι poni notavimus Matt. 9. 15. Christus hominum conspectui abreptus non amplius voce suâ docuit, neque per se effecit miracula f.

5. *Quamdiu*, &c.] Persistit in allusione, & facto confirmat verum esse quod dixerat, & supra 8. 12 g. & hic v. præced. *Oportet*, &c h. Nam beneficia corporalia spiritualium sunt argumentum: ideo hunc cæcum voluit imaginem gerere mundi, cujus ipse Lux erat *.

6. *Exspuit*, &c.] Quia aqua ad manum non erat, lutum salivâ fecit f. Sputum oculis ægris salubre habebatur apud Hebræos g. Voluit Christus primi hominis ex humo macerata creationem h. l. repræsentare, docens ab eadem virtute quâ homo factus est pendere hominum restitutionem, &c h. ¶ *Fecit* (vel, *Compegit*, Sy. *Subegit*, Tre. ex Sy. *Formavit*, Di. ex Sy.) *lutum* (sub. *factum*, Tre.) *ex* (vel, *cum*, Æth.) *sputo*; ità Er. P. Mo. Be. &c. Ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος] *Et humum lutum fecit è sputo*, Pers. ¶ *Et linivit lutum*, &c.] Caussam hujus facti ostendere cœpimus. Homini non tantùm suapte naturâ non inest vis cognoscendi per se ea quæ Divina sunt ac spiritualia, sed & quia ex luto factus est affectus habet luteos, qui ipsum impediunt, 1 Cor. 2. 14 i. Prohibitum erat apud Judæos, sputum oculo illinere Sabbato, sub notione aliqua medicinali, teste Maimon. Experiri ergò voluit Christus hominem, an adeò superstitiosus esset. Dum sputum miscet, &c. evitat suspicionem incantationis. Medetur quoque per contraria naturæ: nam lutum oculis illitum crederes oculos videntis excæcaturum probabiliùs, quàm visum cæco restituturum k.

7. *Vade*, &c. Ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν, &c.] *Vade, ablue* (vel, *lavare*; nam νίψαι potest esse & infinit. & imperat l. vel, *lotum*, Val. sub. *te*, vel *faciem*, Bru. vel, sub. *oculos*, Be. Bru.) *in* (εἰς pro ἐν m) *piscina* (vel, *lavacro natatorio*. Locum intelligit in quem excipiebatur aqua fontis Siloe, natationis, aut ablutionis, causâ n.) *Siloam*, Pi. Be. &c. Σιλωάμ ejus seculi pronunciatione pro Σιλωά. Sic *Silo* vocatur Σηλώμ, Jud. 18. 31 o. *Siloam* dictus est rivulus urbem influens p. Ex fonte Siloa prodibat aquæ ductus unde aqua in piscinam hanc colligebatur q; indè verò rivis sparsa hortos irrigabat r: de qua re locus est Timocharis apud Eusebium, Πεϱπ. 9 †. Fit hujus piscinæ mentio Neh. 3. 15. Cant. 7. 4. & illa ipsa fortè est de qua Joh. 5. 2 t. ¶ *Quod*, &c. Ὃ ἑρμηνεύεται, ἀπεσταλμένος] *Quod est, si interpreteris, Missus*, Be. sic Pi. &c. Hoc addit distinctionis gratiâ. Fons enim *Siloami* duplici rivo se effundit in duplex stagnum. Superius, dictum שלוח, Esa. 8. 6. quod significat, ἀπεσταλμένος. Inferius, שלח, Neh. 3. 15. quod Græci vertunt, τῶν κωδίων, *pellium*: q. d. *piscina pellium*. Docet ergò ad quodnam stagnum hic missus erat v. Quoties vocis interpretationem adjungunt Evangelistæ, ostendunt ad ejus significatum alludi. *Siloah* dictum volunt Hebræi quòd indè aqua *emitteretur*. At Christus, qui ubique se vocat *Missum à Patre*, Joh. 3. 17, 33. & 5. 36, 38. & alibi passim, unde & ἀπόστολος dicitur Heb. 3. 1. per hanc κολυμβήθραν τοῦ ἀπεσταλμένου intelligit Verbum suum, Verbum *emundans*, Eph. 5. 26. Act. 15. 9. Quod qui contemnerent, iis incumbebant clades similes iis de quibus locutus erat Esa. 8. 6. id enim vaticinium iterum completum est in excidio Hierosolymorum. Neque incredibile est respexisse Johannem simul ad celebre Jacobi vaticinium, ubi שלח, vel, cum epenthesi, שילה, per ה, non per ח, in antiquis fuisse Codicibus documento est Hieron. Versio, *Qui mittendus est* x. Syrus hanc particulam omisit, quia Græcis non scribebat y. Sunt ergò verba Evangelistæ Græcè scribentis, & simul significantis non extrinsecâ aliquâ, sed ipsius Christi, ut missi à Deo, propriâ, virtute hoc peragi z. ¶ *Lavit, & venit videns*] Sic primùm mundantur homines à pravis affectibus, deinde illuminantur, Eph. 1.

x Orig. Chrys. Leont. &c. in Mal. y Mal. z Mal. sim. Bru. Pi. a G. sim. Camer. Be. b G. c Bru. d G. * Pi. sim. Bru. f G. g G. h Bru. * G. f Idem. g Li. ho. h Be. i G. k Li. ho. l Bru. m G. n V. o G. p Be. q G. r G. sic Be. ex K. † G. t Be. v Li. ho. ad loc. & in disquis. chorog. sect. 3. p. 34. x G. y Di. ex Be. z Be.

v. 18. Hinc Baptismo nomen φωτισμοῦ. Indicatur hîc obiter obedientia cæci, qui nihil recusat quanquam in speciem inutile; præferendus in hoc Neemani, qui aliquamdiu spernebat intrare Jordanem. Abiit autem ad domum parentum, unde non longè sederat. Vide infra 18 a.

8. *Vicini*] Qui in proximo (propè cæcum, aut certè parentes ejus b,) habitabant, atq; eum quotidie viderant c. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι τυφλὸς ἦν] *Quod* (vel, *Quum*: ut pro ὅτι legatur ὅτε, quia præcedit τὸ πρότερον nisi ὅτι usurpetur ut Heb. כי d.) *cæcus esset*, Bru. Pi. &c. Al. *Quia mendicus erat*, Vulg. i. e. προσαίτης quod in uno tantùm cod. legimus *. Cùm autem in hanc lectionem consentiant Latinus, Syrus, Arabs, & quidam Græci Codices, omnino præferendam censeo. Sæpe visus erat, quia in publico misericordiam omnium implorabat. Vide Marc. 10. v. 46. Luc. 18. 35 f. ¶ *Nonne hic est* (vel, *hic ille ipse est*. Vide simile Act. 3. 10 g.) *qui sedebat* (vel, ad Templum h; vel, hoc loco i:) *& mendicabat?*] Opponitur forsan *mendicantibus* (ut vocant) *ostiatim*. Verba mendicantium erant, זכי בי, *Dignare mihi*: ad verb. *merere in me*, id est, Meritum acquire tibi per eleemosynam mihi datam: vel, *in me benefac tibi ipsi* k.

9. *Quia*, &c. Ὅτι οὗτός ἐστιν] *Hic* (i. e. ipsus: ὅτι redundat l: vel, *Certè hic*, Be.) *est*, Bru. Pi. Quidam planè affirmabant m. ¶ *Similis est*] Hæ variæ sententiæ pertinent ad fidem adstruendam miraculo, & ostendendam ejus magnitudinem. Nam qui dicebant *simillimum ipsi esse* nè eundem crederent hoc solo abstinebantur quòd non cogitarent fieri posse, ut cæcus visum acciperet. ¶ *Ego sum*] Nempe ille ipse quem cæcum vidistis n: quomodo sumi hoc, ἐγώ εἰμι, suprà notavimus. Gratâ professione omnem aliorum disputationem dirimit certissimus testis o.

10. *Aperti*, &c.] *Aperire oculos* est, facere ut videant. Vide ad Matt. 9. 30 p.

11. *Jesus*] q. d. Solo nomine mihi notus q. Discimus hinc multas facti circumstantias in superiori narratione omissas, ut, compellatum ab Jesu cæcum ex ipso, aut adstantibus, didicisse quis esset qui se compellaret; &, quod mox adjicitur, Sabbato facta hæc r. ¶ *Et lavi, & video*, Ἀνέβλεψα] *Visum recepi*, sive *accepi*, Er. V. G. Bru. At nunquam antea viderat †. Est ergò catachresis: nam ἀναβλέπειν propriè eorum est qui videndi facultatem aliquando habuerunt: sed nec malè *recipere* quis dicitur quod communiter tributum humanæ naturæ ipsi abfuit t. *Suspexi*, Pi. i. e. videndi facultatem adeptus sum v. *Videre incepi*. In linguis Heb. Sy. & Ar. quæ verba Esse significant, etiam significant Incipere esse. Vide dicta ad Luc. 19. 5 x.

12. *Ubi est ille*] Solebat Jesus miraculo edito se ex eo loco subducere, nè gloriam ex concursu venari videretur y.

13. *Ad Pharisæos*] i. e. Ad Synedrium, in quo plurimi Pharisæi z. Sic ἀρχιερεῖς dixit Nonnus, quia & illi in Synedrio. Vide Joh. 1. 24. Iidem infrà Judæi, 18. & 22. i. e. primores Judæorum, ut jam suprà aliquoties a. Nulla Sadducæorum mentio, quos ditiores tantùm sequebantur: vulgus autem regebatur decretis Pharisæorum, &c b.

15. *Quomodo vidisset*, Ἀνέβλεψεν] *Visum recepisset*, Er. V. &c. Forsan elevare volebant hoc miraculum, quasi cæcus natus non esset, sed amissum tantùm visum recuperâsset c.

16. *Ex Pharisæis quidam*] Duriores d, vel pertinaciores *. ¶ *Qui* (vel, *Quia*, V. G. &c.) *sabbatum*, &c.] i. e. Solenne illi est operari in Sabbato. Jam enim aliquoties Sabbato sanaverat. Linere oculos Pharisaica superstitio operibus Sabbato vetitis annumeraverat f: quod etsi ità esset, tamen quod ad Dei honorem pertinet liberum est à Lege g. ¶ *Alii*, &c.] Inter quos forsan Nicodemus h: hi quibus aliquid bonitatis erat reliquum; qui nondum occalluerant i. ¶ *Homo peccator*] i. e. Impius, qui velut artem peccandi exercet k: qui se falsò à Deo missum prædicat l; quod ex verbis antecedentibus intelligendum. Tales autem excellenter *peccatores* vocantur. Sic, *homo peccati*, 2 Thes. 2. 3 m. ¶ *Hæc*] Qualia scil. hic facit n. Nota τοιαῦτα & σημεῖα. Primùm res *tam eximias*, Divinas salutaresque; & quidem *in signum*

a G. b Di. c G. sim. Bru. d Pi. * Be. f G. g Idem. h V. i Bru. k Li. ho. l Bru. m G. n G. sim. Bru. o G. p Idem. q Bru. r G. † Di. t G. v Di. ex Be. Pi. x Di. y G. sim. Bru. z G. sim. Li. ho. Bru. a G. b Li. ho. c Be. d G. * Bru. ex Chrys. f G. sim. Bru. g G. h Pi. k Be. l G. Bru. m G n Bru.

num missionis suæ[o]. Nunquam sanè id Deus permitteret, si falsò sibi hoc arrogaret. Vide suprà cap. 3. v. 2[p]. ¶ *Schisma*] Vide Joh. 7. 43. & 10. 19[q]. Præstat homines inter se dissidere, quàm simul omnes à pietate deficere[r]. Non omne Schisma malum est, nec omnis concordia bona †.

17. *Cæco*] i. e. Ei qui cæcus fuerat[t], ut modò locutus erat Johannes. De hoc loquendi genere vide quæ ad Matt. 26. 6[v]. ¶ *Qui*, &c. Ὅτι ἤνοιξε, &c.] *Quod* (vel, *Quia*, Er. V. *Nam*, Pi. *Eò quòd*, vel, *Ob hoc quod*. Sed malim cum Vulg. *Qui*[x].) *aperuit*, &c. Be. *nempe in sabbato*: ità enim perfecta est quæstio[y]. ¶ *Propheta est*] Non peccator, sed sanctus Doctor[z], à Deo missus[a]. Receptum erat inter ipsos, mandato Prophetæ solvi posse Sabbatum[b].

18. *Non crediderunt —— donec*, &c.] Non indè sequitur postea credidisse, sed, cùm non crederent, voluisse eos ex parentibus sciscitari rem omnem. Vide quæ ad Matt. 1. 25[c].

19. *Quem vos dicitis*, &c.] Ipsâ percunctatione ostendunt quale responsum desiderent; nempe, Non fuisse reverà cæcum, aut certè, Non natum talem, ut aut everteretur, aut minueretur, laus sanationis. ¶ *Quomodo ergò nunc videt?*] Hoc solùm negari non poterat[d].

20. *Scimus*, &c.] Peculiaribus certisque indiciis*.

21. *Nescimus*] Non adfuimus cùm id fieret[f]. ¶ *Nos nescimus*] Eadem perturbati metu repetunt[g]. ¶ *Ætatem habet*] Ità Er. Ti. Mo. P. Be. Pi. &c. nempe justam & legitimam[r]; ut ad interrogata respondere possit †: vel, quæ ex moribus requiritur ad perhibendum testimonium; quæ Hebræis, anni 13[z]. Ἡλικίαν ἔχει] *Grandis est*, Ca. *Est perfectæ ætatis*, Ar. *Ad annos suos progressus est*, Tre. ex Sy. sim. Pers. Æth. ¶ *De se*] De iis quæ sibi acciderant[v]: de eo quod ipsi compertum est[x]. ¶ Περὶ ἑαυτοῦ] *Pro seipso*, Di. ex Sy. i. e. ipse se tueri potest: περὶ sæpe idem quod ὑπὲρ, ut Matth. c. 26. v. 28. Joan. 17. 9. Col. 4. 3[y].

22. *Conspiraverant*; ità Er. Ti. Ca. Συνετέθειντο] *Decreverant*, Ar. *Constituerant*, Il. Mo. Be. Sy. Pi. &c. *In eo convenerant*, G. sic Camer. *Pacti fuerant*, Be. Pi. Bru. communi consensu †; decreto non legitimè, sed ex composito, facto[z]. ¶ *Judæi*] i. e. Major pars: Nam antea ob dissidentes sententias nihil perrogari potuerat, Joh. 7. 53[a]. ¶ *Esse Christum*] Qualis à multis habebatur, & haberi volebat[b]. Quod cæcus sanatus dixerat huic erat proximum: *Missum* enim *à Deo* agnoverat. Quare nihil aliud restabat quàm ut ex Jesu intelligeret, Jesum se profiteri Messiam. Nam si à Deo missus erat, etiam in hoc ei credi debebat. Vide infrà 35, 36, 37, 38[c]. ¶ *Extra*, &c. Ἀποσυνάγωγος γένηται] *Synagogâ* (i. e. Synagogis[d], omnibus scilicet. Sing. pro plur*.) *moveretur*, P. Be. Pi. vel, *ejiceretur*, sive *excluderetur*, Er. Il. Ti. V. Sy. G. sic Tre. Æth. Pers. &c. i. e. excommunicaretur[f]: non censeretur in populo Dei, sed velut profanus haberetur, Matt. 18. 17[g]: tanquam manifestè impius ejiceretur ex Ecclesia[h]; non tam ab hac aut illa Synagoga quàm à tota congregatione Israelis[i]: idque, vel, 1. per נדוי[k]: quæ fuit minor inter Judæos excommunicatio[l]: & propriè vertitur ἀφορισμὸς, Luc. 6. 22. quâ excludebatur & à Synagogis & familiari convictu[m]. Vel, 2. per חרם[n], *anathema*, quæ major erat excommunicatio, quâ facultates omnes fisco addicebantur, unde nulla redemptio, ut colligi possit ex Esd. 10. 8[o]. Verùm חרם, qui secundus est gradus, in Jesu sectatores decerni demum cœpit post Resurrectionem. Vide quæ ad Mat. 28. 15. & Apoc. 22. 15[p]. Tertius gradus dictus שמתא, quasi שם מיתה, *ibi mors*, quia mortem reis intentabat, &c[q].

23. *Propterea parentes*, &c.] Hominum quàm Dei metuentiores †; quales non mirum est si sibi potiùs quàm charissimis consulant: itaque filium obtrudunt odio[r].

24. *Rursum*, Ἐκ δευτέρου] *Secundò*, Be. Pi. Bru. Jam antè enim eum audiverant, ut narratum est. Sed pressiori interrogatione aliquid sperabant se posse elicere quod claritatem miraculi obscuraret †. ¶ *Da gloriam Deo*] Sub. *potiùs quàm Christo*, V. i. e. Tribue hoc beneficium visûs Deo, non Christo[t]. Al. Confitere veritatem[v]: hactenus enim simulâsti[x]. Solennis erat formula[y], Jos. cap. 7. v. 19. & 1 Sam. 6. 5[z]. & Luc. 17. 18[a]. quâ rei quasi per Deum adjurati sunt nè mentirentur[b]; & ad culpam agnoscendam adigerentur[c]: ex eo orta quòd qui veritatem declarat, Deum, ut omniscium, afficit gloriâ[d]. Explicavimus eam Matt. 26. 63. Usurpant hanc & Prophetæ & Judices magni Synedrii à Deo constituti. In Thalmudicis Digestis, tit. De Synedrio, Simeon Senatorum unus Regem Iannæum sic alloquitur, *Non stas coram nobis, sed coram eo qui dixit, Fiat, & factus est mundus**. ¶ *Nos*] Literati sanctíque viri, Principes & Judices populi, quorum est judicare de Prophetis, &c[f]. ¶ *Peccator est*] Ac proinde non potest miracula edere[g]: nec Propheta est, ut tu dixisti[h]. Quò magis eliciant aliquod testimonium in Jesum, aiunt sibi jam aliunde constare esse ipsum falsum jactatorem Prophetici muneris. Vide suprà 16[i].

25. *Nescio*] Quod vos vobis constare dicitis, de eo mihi non constat[k]. Nec de eo quæstio est, cum de facto constet[l]. ¶ *Unum scio*] Hoc unum certò mihi constat[m]. ¶ *Cæcus cùm essem*, Τυφλὸς ὢν] Ὢν, *qui eram*, ut habet hic Syrus. Simile loquendi genus vide Eph. 2. 5[n].

26. *Quid fecit*, &c?] Ex ipso sanationis modò sperabant aliquid deprehensuros se quo constaret non fuisse veram ac nativam cæcitatem[o].

27. *Et audistis*] Auribus corporis, non animi[p]. Καὶ οὐκ ἠκούσατε] *Et* (vel, *At*, Æth.) *non audistis*, Mo. Tre. Be. sic Er. P. Ca. Sic Syrus & Arabs: quare hanc lectionem præferendam censeo[q], sed cum interrogandi nota, *An non satis audistis*[r]? vel, sine interrogatione, ut pronuncietur quasi ab admirante †. q. d. Non attendistis[t]: vel. non credidistis[v]. ¶ *Et vos*, &c?] Possétne fieri ut vos, qui omnia scire vos venditatis, illo Magistro utamini[x]? Suaviter & suasoriè loquitur, quasi optans ut vellent[y].

28. *Tu*, &c. Σὺ εἶ, &c.] *Tu es*, &c. Be. Pi. &c. q. d. Tu sanè ejus fautor es: nam in gratiam ejus loqueris[z]. Al. *Tu sis*, vel *esto*, Vulg. V. Li. ho. ¶ *Nos — Moysi*, &c.] Illo magistro contenti[a], alium non quærimus[b]. At si Moysi essetis, essetis & Christi[c].

29. *Nescimus unde sit*] An à Deo missus sit[d]. Oppositio membri præcedentis ostendit πόθεν hîc significare missionem; Nescimus suopte impulsu, an Dæmonis instigatu, doceat. Vide Joh. 7. 29. ideo mox sequitur, εἰ μὴ ἦν παρὰ Θεοῦ*.

30. *In*, &c. Ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν ἐστιν] *In hoc enim* (vel, *ergò*, Tre. ex Sy. Ca. vel, *certè*, Ar. V. Be. Al. *Enimvero in hoc*, Il. Æth. *At enim istud*, Be. Pi.) *mirabile* (vel, *mirabile quiddam*, Er. Il. Æth. *admirabilitas*, Ca.) *est*, Vulg. Mo. Er. &c. Illud θαυμαστὸν impersonale est, q. d. *Est quod hoc miremur*: ἐν pro *ob*. Similis constructio post θαυμάζειν, Luc. 1. 21. 2 Thes. 1. 10[f]. Vix credi possit vos ignorare[g]. ¶ *Vos*] Qui vobis arrogatis scientiam dijudicandi inter Prophetas veros & falsos[h]. ¶ *Et* (pro, *Tamen*, ut suprà[i]:) *aperuit*, &c.] Quo manifesto miraculo satis ostendit unde sit[k].

31. *Scimus*] Ego & vos: scitum est, & vulgò receptum[l]. Argumentatur ex communibus principiis[m]. ¶ *Peccatores* (i. e. in peccatis perseverantes[n]; scelerATOS[o]. Al. Prævaricatores circa religionem[p], falsæ docentes[q], & ad falsitatem confirmandam miracula facere conantes[r]. Est quidem hoc satis proverbiale, ut videre est Psal. 66. 18. Esa. 1. 15. & alibi: sed & præcedentia & sequentia exigunt †, ut intelligatur hoc de eo qui falsò se à Deo missum asseverat[t].) *Deus non audit*] Id est, (ut mox explicatur[v],) nunquam exaudit[x]; scil. ordinariè[y]; vel, ità ut faciant quæ illi petunt[z]; vel, ità ut ad declarandam sanctitatem illorum (sive missionem à Deo[a]) miracula faciat[b]: de hoc enim hîc agebatur[c]. Ità ut Divina edat signa ad fidem faciendam suæ missionis. Imò nulla miracula fieri Deus à talibus permittit extra causam tentationis ad cultum falsorum deorum, adversùs quem satis muniti esse debebant Israelitæ. Et hæc ipsa miracula multùm absunt ab eo quod Jesus fecerat. Vide quæ dicta ad Mat. 24. 24[d]. Supponit h. l. homines non posse miracula facere nisi impetratâ precibus à Deo faciendi potestate*. ¶ *Si quis Dei cultor est*, &c.] i. e. Recta de Deo sentiat & doceat, justúsque sit[f]. Est & hoc proverbiale, ut videre est Psalm. 34. 15. & alibi etiam apud Græcos, Εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος Θεός. Unde illud Ovidii, Metamorphoseos lib. 1. — *Si precibus, dixerunt, numina justis Victa remollescunt.* — Sed & hoc aptan-

aptandum ad præsentem materiam; ut intelligatur Deus libenter concedere potestatem signorum his qui pio animo Dei mandata exsequuntur, & ad hoc signis opus habent [g].

32. *A seculo*, &c. ità Er. Tre. Be. Pi. Ἐκ τοῦ αἰῶνος, &c.] *Ab* (sub. *omni*, P.) *ævo*, Sy. Ti. P. A mundo creato [h]. Neque Prophetæ hoc fecerunt, nec ipse ille, quem Magistrum profitemini, Moses. Et sanè quam causam Senatores adferre poterant cur Jesu minùs quàm Mosi crederent, cùm hujus miracula, & quidem majora, aspicerent; illius verò tantùm à patribus accepissent? *Messiam cæcis aperturum oculos* ait Midrasch in Psal. 146. Adde 42. 7. *Cæcum natum* emphaticè dicit: nam alioqui morbo multi visum amittunt qui sanabiles sunt, nec planè cæci [i].

33. *A Deo*] Missus scilicet [k]. ¶ *Facere quidquam*] Sub. *simile*, Bru. ex Euth. sic Pi. vel, sub. *horum quæ facit*, G. Al. *Proficere*, scil. in hac re [l].

34. *In peccatis natus es*] Locutio est hyperbolica, quæ significat aliquem à prima ætate vitiosum fuisse, Psal. 51. 5. & 58. 3. Esa. 48. 8. & Chrysost. ad h. l. ὡσανεὶ ἔλεγον, Ἐκ πρώτης ἡλικίας, &c. Sic & aliæ res quæ nobis à pueritia adfuerunt, dicuntur ab utero adfuisse, Job. 31. 18. Psal. 22. 9, 10. & 71. 5 6 [m]. Putabant Pharisæi, eos tantùm in peccatis natos esse quos natura insigniter notâsset [n]. Insultant cæco acsi cum scelerum nota natus esset [o]. Sensus, q. d. Corporis vitium monstrat singularem animæ tuæ deformitatem; pœna hæc est culpæ index. ¶ *Totus*] Et animâ & corpore [p]: peccatis coopertus & implicitus [q]: totus quantus es scates peccatis. Grave convitium. ¶ *Doces nos?*] Nos Magistros & Judices populi [r], & sanctitate eximios [†]; unde *Pharisæi* dicebantur [t]. ¶ *Ejecerunt eum foràs*] Vel, 1. ex collegio illo in quo jam congregati erant [v]. Non dimiserunt, sed per apparitores è curia Synedrii ignominiosè ejici jusserunt. Ità vox hæc usurpatur Act. 7. 58. & 13. 50. & alibi [x]. Vel, 2. ex Templo, omnique Synagoga [y], ex tota Ecclesia Israelitica. Ità hic evadit primus Confessor in Ecclesia Evangelica [z].

35. *Audivit*, &c.] Volebat hoc scire humano more, narrantibus aliis. Præstò autem est Jesus testibus suis ob id testimonium mala ferentibus [a]. ¶ *Cùm invenisset eum*] Non casu, sed de industria [b]. ¶ *Credis in filium Dei?*] *Fiduciam tuam collocas in Messiam*, quod omnes Judæi facere se profitentur? *Filius Dei* cognomen erat usitatum Messiæ, ut notatum Joh. 1. 46 [c].

36. *Respondit ille*] Sub. *qui sanatus erat*, G. ex Sy. ¶ *Quis est*, &c?] Ubi est? jámne venit [d]?

37. *Vidisti eum*] Virtutem ejus expertus es: nam is est per quam visum recuperâsti. Sic Joh. 6. 36. & 14. 9. Mox addit, *semet eum esse* [*].

38. *Credo*] Scil. te eum esse [f]. Planè in illo spem meam colloco. ¶ *Adoravit eum*] Non modò ut Prophetam, sed ut Messiam, cui summus honor debebatur [g]; ut Dei Filium [h], & ipsum Deum [i]. Quare gestum eximiæ venerationis hìc expresserunt Latinus & Syrus [k].

39. *In*, &c. Εἰς κρίμα, &c.] *In*, vel *Ad*, *judicium* (sub. *mundi*, Æth. & sub. *exercendum*, P. Be. Pi.) *ego in mundum hunc veni*, Mo. Ti. *Ex quo in mundum veni*, i. e. hominibus palàm apparui, ut exposuimus Joh. 1. 9. *judicia Dei hâc occasione elucescunt*. Κρίμα hìc sumitur ut Rom. 11. 33 [l]. [Variè explicant:] *Ad judicium*, quod Matth. 11. 26. vocatur *placitum*: h. e. ad decretum, illud scil. quod sequitur, *ut qui*, &c. & sub. *implendum* [m]. Veni, ut tandem aliquando feram sententiam, quâ fiet *ut qui*, &c [n]. Εἰς, & quod sequitur, ἵνα, ut alibi sæpe, sunt ἐκβατικά. Vide ad Luc. 11. 34 [o]. *Judicium* hìc condemnationem significat [q]. Non placet: quia necesse est ut nomen *judicii* ad utrumque membrum sequens referatur [r]. Sed hoc non est necesse, quia potest oratio sic resolvi, In condemnationem (videntium) veni, ut, cæcis videntibus, ipsi cæci fiant. Malim tamen *judicium* hìc, ut sæpe, dici providentiam Dei; q. d. Veni ad declaranda Dei judicia, quæ in hoc maximè cernuntur, ut, præter hominum spem, cæci videant, & videntes cæci fiant. Ità convenit hoc cum Joh. 3. 17. *Non misit—ut judicet*, &c. quia ibi *judicium* pro condemnatione ponitur, hìc pro providentia [†]. Nec εἰς, *ut*, h. l. finalem causam notat, sed eventum [t]: sicut Psal. 51. 6. 1 Cor. 11. 19 [†]. Al. *Judicium* hìc significat gubernationem Divinam animorum in Evangelii prædicatione [v]. *Judicium* sumitur pro jure ac potestate judicandi [x] pro arbitrio suo; q. d. Isti pro arbitrio suo judicant, quasi soli omnia videant; ego veni ut eos reprimam, & jus exerceam, sed longè aliâ ratione: nam quos illi pro cæcis habent luce donabo; qui sibi sapere videntur in tenebras ignorantiæ demergam [y]. Al. *Ad ejusmodi discrimen ego in hunc orbem veni*; i. e. ut ità discernam, & ejusmodi delectum habeam. Κρίνειν est aliquando, *cum ratione & delectu discernere*, ut Joh. 8. 36. λέγειν καὶ κρίνειν, h. e. λέγειν μετὰ κρίματος, *dicere cum judicio ac ratione*. Sic & Latini *nullo judicio factum* dicunt quod imprudenter fit & absque delectu ac ratione [z]. ¶ *Ut qui non vident* (tum corpore, tum præcipuè animo [a], sub. *& qui tales se esse sentiunt*, qualis ille cæcus fuerat, qui nullam sibi rerum Divinarum peritiam arrogabat. Vide suprà v. 25, 30 [b]. qui cæcitatem sibi innatam agnoscunt, & deplorant, & illuminari à Deo expetunt [c].) *videant*] Id est, cognitione donentur [d]. ¶ *Et qui vident* (non reverâ, sed opinione suâ: Ironia [*]. Qui tales haberi volunt [f], & appellari פקחים, (*aperti*, sive [g]) *videntes*; quod erat, nomen Sapientum: quales plerique Pharisæorum habebantur [h], & quales hi ipsi cum quibus res erat haberi se volebant, ut apparet suprà v. 24, 29, 34 [i].) *cæci fiant*] Id est, vel, 1. ut magis excæcentur [k], scilicet oculis animæ [l], idque prædicatione Evangelii, ut oculi noctuarum luce, &c [m]. Vel, 2. ut appareant cæci, id est, ignari rerum Divinarum [n]: ut hi, qui omni modo hoc agebant nè viderent quod videbant, cæco lucem datam. Sic ἐμωράνθησαν, Rom. 1. 22. Ex Hebræorum more, qui declarationem rei per Hiphil enunciant [o].

40. *Qui cum ipso erant*] Id est, in ejus comitatu [p]. Qui in hoc ipsum sectabantur ut sermones ejus captarent, Luc. 15. 2 [q]. ¶ *Et nos*, &c?] Satis intelligebant, Christum de animi cæcitate loqui. Sed indignum & incredibile putant se in eo numero poni [r].

41. *Si cæci*, &c.] Id est, Si ex simplici cæcitate, seu ignorantia, offenderemini meâ doctrinâ [z]. Al. Sicut modò *non videntes* erant qui ignorantiam suam agnoscebant [a]; ità hìc, *Si cæci essetis*, est, Si vos pro talibus gereretis, Si agnosceretis ignorantiam quâ tenemini [b]. Ostendit hoc membrum oppositum [c]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν] *Non haberetis peccatum*, Be. Pi. Vulg. &c. i. e. essetis aliquo modo excusabiles [d]: nam ἁμαρτία hìc sumitur non pro quavis *culpa*, sed pro *gravi & incondonabili crimine*, ut Jos. 15. 22, 24. & 16. 8, 9. ubi itidem, *habere peccatum*, est, *reum esse*. Opponitur hìc ἁμαρτία, i. e. רשע, ἀγνοία, i. e. שגגה [*]. Possetis consequi remissionem. Confer Matth. 12. 32 [f]. A cæcitate facilè liberaremini. *Peccatum* hìc vocat cæcitatem, h. e. incredulitatem, reliquorum peccatorum radicem, &c [g]. Sensus, Si vos cæcos esse nôssetis [h], ignaros veritatis, & illuminationis egentes [i], lucem quæreretis, & ità luce receptâ veniam consequeremini [k]; & me docentem audiretis, &c [l]. ¶ *Nunc verò* (etiam postquam error vester vobis apertè monstratus est. Adde Rom. 2. 19 [m].) *dicitis* (scil. apud vos [n], cogitatis [o],) *quia* (sed ὅτι abundat, more Hebræo [p]:) *videmus*] Id est, Nunc autem existimatis vos sapere [q]. Quæ opinio scientiæ superbia est, quæ Divinam non admittit illuminationem [r]. Quia peccatis cæcitate voluntariâ [†]. ¶ *Peccatum vestrum manet*] Id est, non perit, non aufertur: sicut μένειν sumitur Joh. 15. 11. 1 Cor. 3. 14. *Auferri* autem intelligo *condonari*, ob membrum superius huic oppositum: קימא habet hìc Syrus, quod significat, *firmum est*, eo quo diximus sensu [t]: immotum vobis incumbit [v]: confirmatur vobis, perstat hæretque in vobis [x]: insanabile & irremissibile est [y].

CAP. X.

1. DIco vobis] Sermoni huic, ut & priori, occasio ex re nascitur. Quia enim cæcus ejectus erat [a], & Christus pro seductore habitus [b], & Pharisæi putabant se solos esse populi doctores, atque pastores [c]; hinc de

Marginal notes: [g] G. [h] Bru. sic Pi. [i] G. [k] G. Bru. [l] V. [m] G. [n] Chem. [o] Calv. [p] Bru. [q] Be. [r] G. [†] G. sim. Bru. [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] Li. ho. [a] G. [b] Bru. [c] G. [d] G. [*] G. [f] Bru. [g] G. [h] Mal. Bru. [i] Mal. [k] G. [l] Idem. [m] Bru. [n] V. [o] G. [q] Chrys. Cyr. Th. &c. in Mal. [r] Q. in Mal. sim. Pi. [†] Mal. [t] Mal. ex Chrys. Th. &c. sim. Bru. [†] Mal. [v] Pi. [x] Q. in Mal. sim. Be ex Calv. [y] Be. [z] Ca. [a] Bru. [b] G. [c] Pi. [d] G. sim. Bru. Pi. [*] Bru. sim. Be. D. Pi. [f] G. [g] D. [h] G. ex D. [i] G. [k] Bru. sic Pi. [l] Bru. ex Th. [m] Pi. [n] G. sim. Bru. [o] G. [p] Bru. [q] G. [r] G. sim. Bru. [z] Pi. [a] G. [b] G. sim. Bru. [c] G. [d] G. sim. Bru. Pi. [*] G. [f] Pi. [g] Bru. [h] Be. Bru. [i] Bru. [k] Be. [l] Bru. [m] G. [n] Bru. [o] G. sic Bru. [p] Pi. [q] G. sim. Bru. [r] Bru. [†] Pi. [t] G. [v] Be. [x] Bru. [y] Bru. sim. Pi. [a] G. sim. Bru. Mal. [b] G. sim. Mal. ex Cyr. [c] Mal. ex Cyr. sim. Bru.

de vero Pastore & Ostio incipit differere [d], ostenditque se esse verum pastorem, ipsos verò fures & latrones [*]. Sicut autem Christus priori sermone, ut Messiam se indicaret, circumlocutione usus se *Lucem mundi* dixerat, quod Messiæ est epithetum, ità nunc alio epitheto idem significat. Messias enim indicatur nomine *unius pastoris*, Ezec. 34. 23. Ideo post hunc sermonem absolutum interrogant Judæi *an se Christum dicat*, infrà 24. Vide 1 Pet. 5. 4. ubi idem Ezechielis locus respicitur. Xenophon, Παραπλήσια, &c. (*Paria sunt & Pastoris boni & Regis boni opera* [f].) Hæc parabola illustrari potest ex Zach. 11 [g]. [de quo vide Li. ho. ad h. l. & Synopsin ad illum locum.] Docet hæc parabola quâ ratione vera doctrina atque Ecclesia à falsa discerni possit [h]. ¶ *Per ostium* (qui est introitus regius [i]: *Per ostium villæ*, ubi statim apparebat subdiale, & in eo caula. Eustathius ad Odyss. σ'. πρόδομος ὁ ἔξω, μεθ' ὃν εὐθὺς ἡ αὐλή [k]. Erat in ovili ostium majus, per quod introitus & exitus gregi & pastoribus: & minus, per quod exierunt agni ad decimationem [l].) *in ovile* (Ovile vocat, non qualia nunc sunt, solo reti septa, ea enim neque ostium, neque janitorem, habent; sed stabulum muro circumdatum [m]:) *ovium*] Nam erant & alia septa Hircorum, Suum [n]. *Ostium* hîc vocat, vel, 1. Scripturam sanctam: per quam bonus pastor ingredi dicitur, quia indè & auctoritatem habet, & dicta sua probat, & in ea Christus prædictus est atque præsignatus [o]. Vel, 2. Divinam autoritatem, sive ea in Scripturis, sive in miraculis, &c. contineatur [p]. Vel, 3. Christum [q]. Obj. At quomodo Christus intrat per seipsum? Resp. i.e. Suâ, non alienâ, auctoritate [r]. ¶ *Ascendit aliunde*] Perrupto pariete [†]. ¶ *Fur est*, &c.] *Fur*, quia venit ut rapiat alienum; *latro*, quia ut occidat. Sic exponitur infrà v. 10 [t].

2. *Qui—intrat* (ad curandas oves [v]) *per ostium*] Id est, Qui ad officium illud electus est [x], sive à Deo missus. Vide Jer. 23. 21. Heb. 5. 4 [y]. ¶ *Pastor est*] Id est, Venit ut curet oves, eisque præfectus est [z]: reipsâ monstrat se pastorem esse [a].

3. *Huic ostiarius* (qui non semper ostio assidet, sed cui clavis ostii commissa est [b]. Loquitur ex ditiorum more, ad quorum ædes excubabant janitores [c].) *aperit*] Nihil opus est in parabolis particulas singulas habere cui respondeant. Multa sunt ἐπεισόδια, (*adventitia*.) Sic hoc de Janitore aperiente descriptio est noti hominis [d]. ¶ *Oves vocem ejus audiunt*] Non solùm consuetudine, sed instinctu quodam naturali [*]. Habent pastores voces quasdam proprias, ut σίττα apud Theoc. quibus assuescunt pecudes [f]. Sensus, Pastores à lupis discernere noverunt ipsâ voce. Hic est Spiritus discretionis, quo electi Dei veritatem à falsis hominum figmentis dijudicant [g]. *Oves* in hac assabulatione intellige [h]; vel, 1. prædestinatos, ut v. 16 [i]. At ibi *oves* vocantur per anticipationem. Vel, 2. qui sunt in ovili, sive Ecclesiâ [k], eos qui pio sunt animo ac proinde dociles [l], infrà v. 16. Hi & ex majestate verborum, & ex sanctitate dogmatis, Christum agnoscunt [m]. ¶ *Vocat nominatim*] Id est, sigillatim, ut sciat an omnes adsint; distinctè eas cognoscit, quot & quænam sint [n], & singulas diligenter curat [o]. [Sensus,] *Ipse vicissim oves suas novit.* Vide Prov. 27. 23. Virgil. *Bisque die numerant ambo pecus——. Vocare nomine* signum perfectæ notitiæ, Esa. 40. 26. & alibi. *Novit Dominus qui sint sui*, 2 Tim. 2. 19 [p]. Mos ibi fuisse videtur ut pastores oves suas variis nominibus donarent atque distinguerent; quomodo apud nos Venatores canibus, & Aratores bobus suis, facere solent [q]. Verùm non tam respicit hîc Christus ad rem significantem quàm significatam, oves ratione præditas, quas omnes pastor spiritualis novit [r]. ¶ *Educit eas*] Nempe in pascua [†]. Nè hoc quidem requirit specialem ἀνταπόδοσιν. Pertinet enim ad circumlocutionem curæ pastoralis [t].

4. *Emiserit*; ità Be. Pi. &c. Ἐκβάλῃ] Quod jam dixerat ἐξάγειν, nunc dicit ἐκβάλλειν. Sic דחה modò per ἐξάγω vertitur, Jer. 46. 28. modò per ἐκβάλλω, 2 Par. 13. 9. Jer. 29. 18 [v]. ¶ *Ante eas vadit*] Solent pastores modò subsequi gregem [x], ut 2 Sam. 7. 8. Psal. 78. 71 [y]. modò præire [z]. Vide Psal. 80. 1. & quæ diximus ad Matth. 25. 32. Sic Christus vitæ exemplo nobis præivit, & veri Christi Discipuli τύποι sunt τῷ ποιμνίῳ, 1 Pet. 5. 3 [b]. Hoc

Marg.: d G. * Mal. Bru. f G. g Li. ho. h Be. i Bru. k G. l Li. ho. m Mal. n G. o Mal. ex Chrys. Th. &c. p Mal. q Be. Zeg. Bru. Mal. ex Cyr. Aug. Greg. &c. r Mal. † G. sim. Bru. t G. v Bru. x G. y Mal. z Ham. a Bru. b Li. ho. c Be. d G. * Mal. f G. g Calv. h G. i Aug. in Mal. k Mal. l G. sim. Ham. m G. n Bru. o Bru. ex Euthym. p G. q Ham. r Bru. † G. Bru. ex Euth. t G. v G. x G. sic Bru. y Bru. z G. sim. Bru. b G.

autem [τὸ præcedere] maluit exprimere, tum ut perfectius, quia famulorum est sequi; tum ut congruentius rei significatæ, quo admonerentur pastores spirituales, præire suis rectæ vitæ exemplo. ¶ *Vocem ejus*] Sibilos & sonos quibus uti consuevit [c].

5. *Alienum*] Furem nimirum aut latronem, etiam vocantem ut caulâ exeant, aut præeuntem sequantur [d]. ¶ *Non noverunt*, &c.] Sic & pii animi agnoscunt falsorum magistrorum arrogantiam, privati commodi studium, & alia à pietate aliena [*].

6. *Proverbium*, Παροιμίαν] Exprimere voluit Heb. משל [f]: quod omnem *sermonem figuratum* significat [g], ut Ezec. 20. 49 [h]. vel, quodvis *acutum & elegans dictum* [i]. Distingunt Græci παροιμίαν & παραβολὴν, sed Hellenistæ pro eodem usurpant. Itaque Liber Solomonis משלי utroque titulo inscribitur. Et sicut Matth. 15. 15. παραβολὴ vocatur quæ propriè est παροιμία, ità hîc & Joh. 16. 25, 29. παροιμία appellatur quæ propriè παραβολή [k]. Quod à cæteris Evangelistis παραβολὴ, ab uno Joanne ubique παροιμία dicitur [l]. Causam hîc innuit, cur hoc non intelligerent, &c [m]. ¶ *Quid*, &c. Τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς] *Quænam illa essent quæ* (vel, *de quibus*, Camer.) *loquebatur eis*, Be. Pi. Quid hâc similitudine significaret [n]. Sic λέγειν habuimus suprà 2. 21 [o]. Verba intellexerunt, non item sensum latentem [p].

7. *Ego sum ostium ovium*] Per quod & oves intrant in ovile, & pastor ad oves [q]. Superiori similitudine non expositâ, alium affinem orditur atque explicat occasione ejus quod de ostio dixerat. Intra ostium in tuto sunt oves [r]. Merus Israelitismus apud Judæos erat caula & ostium & omnia [†]. Nemo, inquit, salvus esse potest, nisi per me [t], per fidem, &c [v].

8. *Omnes*, &c. Πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον] Πρὸ ἐμοῦ, quod Nonnus & Arabs legerunt, puto rectiùs omitti, cùm præter Latinum & Syrum multa Græcorum exemplaria consentiant. Et credibilius est adjectum hoc interpretamentum quàm sine causa erasum [x]. Deest in nostro vetere Libro [y], & in septem exempl [z]. [Aliis hoc genuinum videtur. Locum sic reddunt;] *Quotquot ante me venerunt*, Be. Pi. &c. scil. non vocati, nec missi [a]: vel, dicentes, se (aut alium quemvis [b],) esse ostium ovium [c]: promittentes aditum ad salutem sine me Mediatore [d]. Vel intellige, sibi arrogantes illud nomen magni Pastoris, i. e. Messiæ [*]. Obstat tamen quòd talem Pseudo-Messiam vix reperies ante adventum Jesu, sed post eum plurimos. Cujus causa erat, quòd tempus Messiæ præstitutum, & exspectatum, antea non advenisse nôrunt. Quod argumentum est non infirmum, contra Judæos, Jesum esse verum Messiam [f]. Perstringit hîc Christus malos pastores illos, de quibus Jer. 23. 1, &c. Ezec. 35. 2, &c. Zech. 11. 16. & præcipuè tres illos pastores, Zech. 11. 8. h.e. Pharisæos, Sadducæos, & Essenos, sub quorum erroneo ductu gens malè agebatur per aliquot secula. Christi osores, atque ipsi exosos [g]. *Quotquot me prævertuntur.* Ut Il. δ'. καὶ πρὸ ὁ τοῦ νόησε, *Antevertit hic illum intelligendo.* Ut sensus sit, *Qui ostium vitant*, sive, *præter ostium feruntur* [h]. ¶ *Fures sunt*, &c.] Id est, Fuerunt Theudas, Judas Gaulonites, &, si qui his similes, impostores, qui & se saginârunt, & miserum populum à se fascinatum cædibus objecerunt. Alluditur ad locum Jer. 23. 1. & Ezec. 34. 2, 3 [i]. ¶ *Non audierunt eos* (ad se vocantes, spreto Christo: saltem non perseverârunt audire eos [k],) *oves*] Habuerunt suos sectatores Zelotas, humana commoda sectantes; sed pietatis amantes alieni ab ipsis fuerunt [l]. Sensus, Electi non receperunt eos, & si qui fortè seducti sunt, citò resipuerunt [m]. De electis & prædestinatis ad vitam æternam est hic sermo Jesu, prout omnes intelligunt [n].

9. *Per me* (i. e. per fidem in me Christum Mediatorem [o],) *si quis introierit*] In ovile Dei, in Ecclesiam, sive ut pastor, sive ut ovis [p]: per me inveniet fidum receptum apud Deum, Rom. 5. 1. Heb. 10. 19 [q]. ¶ *Salvabitur*] A peccato, Diabolo, &c [r]. extra periculum erit [†]. ¶ *Et ingredietur & egredietur*] Sic mos est loquendi Hebræis [t], Deut. 28. 6. 1 Sam. 29. 6. 2 Sam. 3. 25. 2 Par. 1. 10. Psal. 121. 8 [v]. Eo significatur quotidiana hominis conversatio, omnésque ejus actiones: vide Act. 1. 21 [x]. q. d. securus vitam aget, ut proverbium hoc sumitur Deut. 28. 6. Psal. 121. 8 [y], quocunque se

Marg.: c Bru. d Bru. * G. f Di. ex Be. g G. sic Be. h G. i Di. k G. l Be. sim. Bru. m Mal. n G. sim. Pi. Bru. V. o G. p Bru. q Bru. r G. † Li. ho. t Mal. sim. Bru. v Bru. x G. y Camer. z Be. a Zeg sim. D. ex Hi. b Bru. sim. Pi. c J. Cap. sic Be. Pi. d Bru. * G. sim. Li. ho. f Li. ho. g Li. ho. h Camer. i G. k Bru. l G. m Me. ex Bru. n Bru. o Bru. p Idem. q G. r Bru. † G. t G. sim. Bru. v G. x Bru. y Be.

se verterit, quicquid egerit, sive intùs, sive foris; sive clàm, sive palàm [z]. Est autem allusio ad id quod erat in comparatione: nam oves caulâ exeunt, & in eam redeunt [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ νομὴν, &c.] *Et pascua* (vel, *pastum*, sive *pabulum*, Mo. Ti. V. Bru. Heb. [illegible] [b]: *pascuum*, Ca. Li. ho. amplissimum scilicet [c]:) *inveniet*, Er. Be. Tre. Pi. &c. Ubicunque fuerit, pabulo non carebit [d].

10. *Fur*] Qui & *latro*, v. 8. Sequentibus sensum exprimit [*]. ¶ *Nisi ut—mactet*, &c.] Si non ex proposito, at certè ex eventu [f]. ¶ *Ut vitam habeant*, &, &c. Καὶ περισσὸν ἔχωσιν] *Et abundent*, Il. P. Be. Pi. Referri hoc potest ad donorum, seu cœlestis seu hujus vitæ, incrementa; vel, ad æternæ vitæ commendationem †. *Et abundantiùs* (vel, *largiùs*, Ca. vel, *abundantem*: potest enim περισσὸς esse adjectivum commune, more Attico [g].) *habeant*, Er. Ti. Mo. &c. vel, *inveniant*, Æth. Vitam hîc promittit, & quidem abundantem. Περισσὸν dicitur, vel pro, κατὰ περισσὸν, *secundùm abundantiam, abundanter*: vel, pro περισσῶς, ut Joan. 4. 52. κομψότερον ἔσχε, pro κομψοτέρως [h]. Al. *Et amplius* (vel, *aliquid abundantius*, Sy. in Dy.) *habeant*, G. ex Sy. sim. Pers. *Quid vitâ περισσότερον*; Resp. Regnum cœlorum. Sensus ergò est, q. d. Ut non tantùm hîc vivant, sed, quod majus est, in cœlo [i]. Sed non puto comparationem hîc institui inter vitam, & aliud quid eâ excellentius. Juxta Syrum esset in textu, περισσότερόν τι. Non ergò placet hæc interpretatio [k]. Oves quæ bene habentur non tantùm habent quæ necessaria sunt ad vitam sustentandam, sed & delicias herbarum varietate. Vide de caprarum deliciis Eupolidis anapæstos apud Macrobium leguntur, & confer ea quæ sunt Ezec. 34. Sic Christus suis non tantùm vitam dabit æternam, sed & cum ea vita omne genus felicitatis. Sic περισσότερον habuimus Matth. 5. 37. Luc. 12. 4. Heb. 6. 17 [l]. Al. Ut *vitam habere* dicitur, qui vitam sustentare potest; ità περισσὸν videtur habere, cui aliquid post usum suum superest, quo aliis succurrat. Solebant autem qui vitam de suo sustentabant, περισσεύματα, cùm satiati essent, egentibus relinquere: quod factum Matth. 14. 20 [m].

11. *Sum pastor bonus*, Ὁ καλὸς] *Ille bonus*, Be. Pi. *Ille egregius*, Er. de quo Prophetæ V. T. loquuntur [o]. Occasione antedictorum tertiam incipit comparationem, *Pastoris* vocem jam sumens non pro solo Messia, sed pro quovis populum docente. Neque hîc Pastorem opponit, ut antè, Furi & Latroni; sed Pastorem, qui idem Dominus sit ovium, Mercenario, quem *alienum* Virgilius vocat, *Hic alienus oves custos bis mulget in hora: Et succus pecori & lac subducitur agnis*. Homerus. Αὐτὰρ μῆλα κακοὶ φθείρουσι νομῆες. Est eadem oppositio Pastoris & Mercenarii, apud R. Abrahamum. Ibi ergò Christus se Pseudo-Christis opponit, hîc quidem quibusvis pravis Doctoribus. Ibi respexit Theudam, & eos quos diximus; hîc Legisperitos suorum temporum & Pharisæos [p]. ¶ *Animam suam dat*] Vel, *ponit*, V. Bru. *deponit*, Be. Pi. Vitam perdere paratus est [q]. Ψυχὴν τιθέναι significat, hoc loco, *mortem non defugere*, sive reipsâ mors sequatur, sive non: quod pleniùs Hebræi dicunt, *vitam ponere in manu sua*, Jud. 12. 3. 1 Sam. 19. 5. & 28. 21. Sic, παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς, Act. 15. 26. Sic, παρθέμενοι κεφαλὰς, apud Homerum, Odyss. β'. & ψυχὰς παρθέμενοι, Odyss. γ'. ubi Scholiastes, κινδυνεύσαντες ἑαυτόν. Plautus Captivis dixit, *caput periculo ponere* [r]. ¶ *Pro ovibus*] Sub. *suis*, Bru. ex Vulg. Cujus rei typus fuit in Davide, 1 Sam. 17. 34, &c †. Pugnat pro ovibus adversùs ingruentes lupos [t], aut leones: quod non fuisse planè inauditum, liquet ex Amos c. 3. v. 12. Confer Esa. 31. 4. Homer. Il. σ'. v. 161 [v]. Alioqui vix est ut quis se pro pecude magnis periculis objiciat [x]: & pastor pluris facere tenetur vitam suam quàm pecudis. Respicit ergò præcipuè Christus h. l. pastores hominum [y].

12. *Mercenarius*] Id est, Custos ovium mercede conductus [z]: verè mercenarius, h. e. quæstuarius, & lucripeta, qui de conscientia aut fama parum solicitus turpi solùm φιλοκερδείᾳ ducitur: alioquin potest & mercede conductus pastor bonus esse, qualis apud Labanem Jacobus fuit [a]. ¶ *Qui non est pastor*] Proprius ovium [b]: vel, pastor affectu. Vide Phil. 2. 21 [c]. ¶ *Cujus non sunt*, &c.] Scil. peculium [d]. Quia nec ipsius sunt pecudes, nec paternæ, ut Davidi; neque est partiarius, ut loquuntur. Itaque à veri Pastoris nomine Apostoli eorumque similes non excluduntur, quià gregem Christi, tanquam suum, curabant. ¶ *Videt*, &c.] Id est, *Si videat lupum venientem, deserit gregem fugâ. Lupum* intellige sævitiam imminentem, quam fugere non semper vetitum est, sed tum demum cum eo modo grex destitutus manet. Vide quæ ad Matth. 10. 23. ¶ *Et lupus*, &c.] Id est, *Ità ut lupus partim rapiat oves, partim disjiciat*. Ità vox πρόβατα repetitur ad significandam partitionem, & καὶ est consecutionis. Oppositio Pastoris & Lupi hominibus aptata est & apud Maximum Tyrium [*]. [Verba vide in G.] Lupi non solùm famem explent, sed totum gregem passim interimunt [f].

13. *Non*, &c. Οὐ μέλει, &c.] *Non est ipsi cura ovium*, Be. sic Er. V. Pi. &c. *Non sunt oves ei cordi*: quia res ipsius non agitur, neque tanti putat. Eadem locutio, Marc. 12. 14. Luc. 10. 40 [g].

14. *Cognosco* (distinctè scilicet & perfectè, Joh. 13. 18. 2 Tim. 2. 19. etsi nondum natæ sint, aut adhuc errent, nullo signo ab aliis distinctæ: cognosco cognitione non sterili, sed plenâ amoris & curæ, &c [h]. Hic intellige, *scio quanti me faciant*, ut suprà 1. 10 [i].) *meas*] *Oves* ex superioribus intellige [k]. ¶ *Novi*, ex nota inusta, aut impressa, ex more [l]. ¶ *Et cognoscunt*, &c.] Sciunt vicissim quo amore se prosequar [m]. Sciunt me ut pastorem & salvatorem suum, fide scilicet [n].

15. *Sicut novit me Pater*, (familiariter [o], ità ut diligat, curet, servet, me [p]: approbat me, & sibi conjunctissimum habet [q]. *Sicut & Pater scit quàm ipsi sim obsequens*, Mat. 11. 27 [r].) *&* (sub. *prout*, Pi. sic Cas. ex Nonno. Non enim his verbis continetur ἀπόδοσις sententiæ proximè præcedentis; sed ambæ istæ sententiæ pertinent ad πρότασιν comparationis, cujus ἀπόδοσις proximè præcessit: πρότασις autem hîc annectitur per ἐπάνοδον, ordine inverso †.) *ego agnosco Patrem*] Ità scil. ut eum redamem, celebrem, &c [t]. Et ego scio quanti sim apud Patrem, quanta mihi destinet [v]. Hæc verba cum superioribus, à quibus pendent, conjungenda sunt [x], & parentheſi includenda. Significat notitiam, quâ ipse noverit oves, & illæ vicissim ipsum, esse notitiam amicitiæ, qualis est inter Deum Patrem & Filium [y]. Sæpiùs Christus amorem inter se & Christianos comparat ei amori qui est inter se & Patrem, Joh. 6. 56, 57. & 17. 23. Vide Mat. c. 11. 27 [z].

16. *Alias oves habeo*] A Patre mihi promissas & donatas, Psal. 2. 8. Declarat quæ sint illæ oves pro quibus animam poneret [a]. [Sensus, q. d.] Non pro his tantùm consanguineis meis me morti objiciam, sed & pro extraneis [b]. Ostendit se non indigere Judæorum fide, alios enim credituros, &c [c]. *Oves* hîc vocat Gentes [d], vel, eos qui electi erant ex gentilitate [*]: quæ *oves errantes* fuisse dicuntur 1 Pet. 2. 25 [f]. quos *oves* vocat propter hanc electionem [g]; vel per anticipationem, quia oves aliquando futuri erant [h]. Al. *Oves* intellige eos qui miti erant animo ac tali ut spes esset eos Evangelium sibi patefactum non repudiaturos. Sic & *populi* vox sumitur ex spe futuri, Act. 18. 10. & *messis*, Mat. 9. 37 [i]. ¶ *Quæ non sunt ex hoc ovili*] Ità Er. Ti. Sy. &c. vel, *hac caulâ*, Mo. P. Be. Pi. Tre. i.e. populi congregatione [k]: ex hac gente [l] Judæorum [m]. *Ovile* vocat multitudinem hominum iisdem legibus viventium [n]. ¶ *Illas oportet* (necesse est, tum ob Patris decretum; tum ut illæ salvæ sint, cæteroqui perituræ [o]:) *me* (per ministros meos [p]: post ascensionem meam [q]:) *adducere*; ità Er. Mo. Be. &c. Ἀγαγεῖν] Id est, προσαγαγεῖν [r] vel συναγαγεῖν [s], ex collat. Joh. 11. 52. ut sit simplex pro composito. Sic & Nonnus intelligit [t]. *Congregare*, Bru. Me. *Ducere*, V. Bru. Non ad Synagogam Judæorum, sed sub virgam meam [v]: adjungere ad reliquas oves [x], sive ad Ecclesiæ ovile [y]. *Regere*, aut *Gubernare*, V. ¶ *Audient*] Ostendit magnam copiam eorum qui in se credituri essent ex Gentibus [z]. Sensus, Mihi credent. Judæorum incredulitatem obliquè notat [a]. ¶ *Unum ovile* (in toto orbe [b]: una omnium Ecclesia [c]: unus populus ex Judæis & Gentibus, diruptâ maceriâ, Eph. 2. 14, &c [d]. *Unum* autem non loco, sed religione, sacramentis, spe, pastore, &c [*].) *&* (Sed malè additur copula. In Græco est ἀσύνδετον, quod mirè elegans est [f].) *unus pastor*] Scil.

Christus[g]: ut prædictum erat Jer. 23. 3, &c[h]. & Ezec. 34. 23, &c[i]. & 37. 21, &c[k]. ubi typus est ejus rei, descriptio Ecclesiæ undiq; colligendæ sub Capite Christo[l]. Proverbium fuit, *Grex unus, unus pastor*[m]. Sensus est, Uni pastori unus debetur grex. Sicut ergò ego unicus sum pastor, ità & unicum erit ovile[n]. Indicat priùs aut plures, aut nullum Judæorum, & Gentium, fuisse pastorem[o]. Antea erant sub variis Doctoribus, Judæi sub Legisperitis, Græci sub Philosophis[p], vel etiam sub Diabolo[q].

17. *Propterea*, &c. Διὰ τοῦτο, &c.] Heb. לכן, δι' ὃ, Phil. 2. 9. מעמל נפשו, Esa. 53. 11[r]. *Propter hanc causam diligit me.* Loquitur ut homo, cujus diligendi plures fuerunt Deo Patri causæ, inter cæteras hæc non postrema †. Vel, *diligit*, magis & magis: alioquin ipsum antea dilexerat[t]. ¶ *Ut*, &c. ἵνα πάλιν, &c.] *Ut* (Pro, Ità tamen ut[v]) *eam rursus assumam*, Be. Pi. &c. Hoc ἵνα non est τελικὸν, sed, ut sæpe, ἐκβατικόν[x]: non causam, sed quod futurum est, significat[y]. Quasi repetiisset, Objiciam quidem me morti, sed ita ut vitam sim recepturus[z]. Pono vitam, non ut alii, ut mors mihi dominetur, sed ità ut mortis victor mox resurgam, ut qui vestem deponunt mox resumpturi[a]. Hoc ergò addidit, tanquam expositionem vocis, *pono*[b].

18. *Nemo tollit*, &c.] Nempe per vim & coactionem[c]. Ostendit Christus aliquid in se eximium. Alii etsi periculo se offerre poterant, non tamen quoties volunt se periculo possunt eximere, quod ipse poterat. Ideo ait sibi non eripi vitam, invito scilicet[d]. ¶ *A meipso*; ità Er. P. Mo. Ti. &c. Ἀπ' ἐμαυτοῦ] *Per meipsum*, Be. Pi. *Sponte meâ*, Perf. Ca. Pi. sic V. *Meâ voluntate*, G. ex Sy. sic Tre. Ar. ¶ *Potestatem habeo*, &c.] Nempe αὐτοκρατορικὴν, & Deo propriam[*]: facultatem plenam & liberam[f]. Ἐξουσία hoc loco, ni fallor, *potentiam* significat, ut Act. 1. 7. & 26. 18. Hunc sensum habet משל, & sic vertitur Psal. 136. v. 8[g]. ¶ *Ponendi*, &c.] Quando velim[h]. ¶ *Iterum sumendi* (vel, *assumendi*, Be. Pi.) *eam*] Intellige, vel, 1. vitam periculo jam præsenti eripiendi: quod sæpe fecit, cùm se reddidit inconspicuum, & cùm corda satellitum emollivit, & cùm in se missos præcipites dedit[i]. Vel, 2. meipsum à morte excitandi[k]. ¶ *Hoc mandatum*, &c.] Refer ad prius membrum, ut ponam animam meam[l]: non ad posterius, ut resurgam[m]. Non temere illud pastoris officium usurpavi[n]. Loquitur ut homo[o]; cui tamen nihil hîc mandatum, nisi volenti & consentienti[p]. Hoc constituit Pater, ut sic & moriar & resurgam[q]. Pater hoc negotium ovium servandarum mihi commendavit. Solet ἐντέλλεσθαι apud Græcos dici etiam ubi *imperium* propriè dictum locum non habet[r].

19. *Dissensio*, Σχίσμα] Vide suprà 9. 16 †.

20. *Dæmonium habet & insanit*] Alterum per alterum (Prius per posterius[t]) exponitur: q. d. *Furiis agitatus insanit*[v]. Vide Joh. 7. 20[x]. *Dæmoniacos*, de quibus toties legimus in N. T. non alios fuisse puto quàm quos vocamus Maniacos, sive Lunaticos. Probatur, 1. ex hoc loco, & ex Matth. 17. 15. *Lunaticus est*, &c. idem tamen erat *Dæmoniacus*, ex collat. v. 18. & Luc. 9. 39. 2. Alioqui non constat, aut cur tot essent dæmoniaci in populo Dei, de quibus altum est apud Ethnicos silentium, aut cur Judæis id non videretur mirum, aut inusitatum. 3. Quòd & Gentiles idem senserint de Maniacis suis, quos vocabant *Larvatos*, i. e. *larvis*, h. e. dæmonibus, *actos*; & *Cerritos*, quasi *Cereritos*, i. e. *à Cerere percussos*. 4. Quòd apud Justin. Mart. δαιμονολήπτοι & μαινόμενοι idem sunt. Hi porrò vocabantur *Dæmoniaci*, ut verisimile est, à Pharisæis, errori Sadducæorum hoc pacto occurrentibus[y].

21. *Numquid dæmonium potest*, &c?] Opus hoc est potestatis rerum opificis, non spiritûs minoris. Vita & sensus solius Dei sunt munera. Vide Chrysost[z]. [in G.]

22. *Encænia*; ità Er. P. Mo. Be. &c. Τὰ ἐγκαίνια] *Renovalia*, Ca. in Be. *Instauratio*, Ca. *Encænia* multi è veteribus *à renovatione rei antiquæ* dicta crediderunt. Verùm id potiùs ἀνακαινίζειν est, quàm ἐγκαινίζειν[*] quæ vox perpetuò apud Lxx, & in N. T[a]. de iis dicitur quæ Deo dedicantur & consecrantur[b], non quæ obsoleta & abolita in usum revocantur[c]. *Consecratio*, Æth. *Festum dedicationis*, Tre. ex Sy. Ἐγκαινίζειν, unde est nomen ἐγκαίνια, Hebræis est חנך, quod de quavis dedicatione sive prima,

[g] Fru. Mal. Cam. [h] Bru. [i] Mal. Bru. Cam. [k] Mal. Cam. G. &c. [l] G. [m] G. fic Di. [n] Di. [o] Mal. [p] G. [q] Mal. [*] G. † Bru. Me. [t] Mal. ex Chryf. [v] V. Bru. [x] G. [y] Mal. ex Euthym. [z] Mal. [a] Bru. fim. Mal. [b] Bru. [c] Mal. fim. Bru. ex Euthym. [d] G. [*] Be. [f] Bru. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Bru. [l] Me. fic Mal. Bru. T. &c. [m] Me. [n] Mal. [o] Mal. fic Bru. [p] Bru. [q] Ham. [r] G. † G. [t] Med. [v] G. fim. Med. [x] G. [y] Med. l. 1. diff. 6 p. 38. [z] G. [*] Caf. [b] Caf. fim. Be. [c] Caf.

sive instaurata, usurpatur. Invenitur Deut. 20. 5. 1 Reg. 8. 64. 2 Par. 7. 5[d]. חנוכה in titulo Psal. 30 Lxx vertunt ἐγκαινισμὸς: quæ res non erat, ut Magistri putant, dedicatio Templi, sed tantùm lustratio & repurgatio domûs Davidis, quam Absolomus polluerat, &c[*]. Hic autem agit de dedicatione, vel, 1. Urbis Jerof. muris ipsius, qui à Babyl. & Antiocho labefactati fuerant, instauratis[f]. Vel, 2. Templi, ut omnes alii sentiunt[g]: vel, 1. per Salomonem, de quo 1 Reg. 8[h]: vel, 2. post reditum à Babylone[i], per Zorobabelem[k], vel per Nehemiam[l], Esd. 6. 15, 16[m] Neh. 12[n]. Sed hæ sententiæ non placent. 1. Neutrius dedicationis causâ festum legitur institutum. 2. Neutra hyeme contigit[o]: sed prima in Autumno, mense septimo, 1 Reg. 8. secunda in mense 12, sive Adar[p]. Vel, 3. per Judam Machabæum[q]: qui festum octiduanum annuum instituit[r], quod & Judæi perpetuò observârunt usque ad Christi tempora †. Vide 1 Mac. 4. 52, &c[t]. & v. 58. ἡμέραι ἐγκαινισμοῦ[v], & 59. item 2 Mac. 10. 6, 7, 8[x]. & Joseph. Antiq. 12. 11[y]. [Verba vide in G.] Congruit tempus: nam hyeme celebratum erat, 1 Mac. 4. 56, 59[z]. Vocabatur [hoc festum] Φῶτα, (*lumina*, sive *lucernæ*,) quia per totos hos octo dies lucernæ noctibus etiam in domibus accendebantur, ut in titulo Thalmudico, quo de hoc facto & festo Sortium agitur, traditum est. Discimus hinc, posse piè à populo Dei, etiam sine speciali mandato Divino, in beneficii alicujus memoriam dies festos institui[a]. ¶ *In Jerosolymis*] Non tamen ut Pascha, Pentecoste, & Scenopegia, quæ alibi celebrari non poterant. Verùm Encænia celebrabantur ubivis per totam regionem[b]. ¶ *Hiems erat*] Die 25 mensis Casleu[c], quod in Decembrem incidit[d], & coincidit cum solstitio brumali[*].

23. *Ambulabat*, &c.] Non animi recreandi causâ[f], sed ut calorem captaret[g], & ut præsentem se ostenderet, paratúmque ad docendum & benefaciendum[h]. ¶ *In templo*] In atriis Templi, in atrio Israelis[i]. ¶ *In porticu Salomonis*] Vel, ut rem haberet cum patribus Synedrii qui ibi sederunt: vel, ut corrigeret & castigaret ementes & vendentes in Tabernis[k]. Bene cohæret [hoc] cum eo quod dixit *hyemem fuisse*. Nam æstate in ipso subdiali ambulabant, hyeme magis in porticu, ubi & tum densior erat multitudo: quam occasionem captant Jesu inimici[l]. *In porticu*, &c i. e. in ea porticu, quæ ut loco, ità & formâ, respondebat pristinæ porticui, quam olim erexerat Salomon in parte Templi Orientali[m], idque extra Templum, & post finitum Templum, 1 Reg. 6. 3. quod & Josephus testatur De bello Jud. 6. 6[n]. Dicitur *Solomonis porticus*, aut *Regia*, quia codem loco, quo ille suam struxerat, erat restituta, ad Meridiem Templi: describit Joseph. Antiq. 7. 2. & 20. 8. Sed ibi ἀνατολικὴν mendosè pro νότιον scriptum putant viri eruditi[o]. Verùm hæc porticus alia erat à *porticu Regali*, quæ, ut Josephus nos docet, erat ad murum Templi Australem: *at porticus Salomonis* fuit, inquit, ad murum Templi extimum, versùs Orientem[p].

24. *Circumdederunt*, &c.] Magno confluxu, quò plures essent dictorum testes[q]: & nè elaberetur, nisi responso dato[r]. ¶ *Quousque animam nostram* (i. e. nos †) *tollis?* ità Mo. Tre. Perf. D. Αἴρεις] Αἴρω idem quod נשא. Quid sit *tollere animam* disces ex Deut. 24. 15. Psal. 25. 1. & 86. 4. Jer. 22. 27[t]. *Suspendis?* Er. Il. Ti. Be. Pi. i. e. Suspensos tenes[v]. Quousque nos relinquis cupidos sciendi num Christus sis necne[*]? Verùm non tam sperabant Jesum esse Messiam quàm metuebant nè esset[x]. Αἴρειν hîc est quod μετεωρίζειν, Luc. 12. 29. *suspensum tenere in dubio*[y]. Sic in Philostrato, 2. 4. Καὶ μὴ πάνυ αἴρει ὁ λόγος ὃν εἴρηκα. Cicero ad Atticum, *Nè diutiùs pendeas, palmam tulit.* Αἴρειν hîc est quod αἰωρεῖν & αἰωρούμενοι, μετεωριζόμενοι exponitur ab Hesychio †. Al. *Aufers?* vel, *furaris*, sive furto capis? Heb. גנב & αἴρειν sunt synonyma: nam & Lxx id non tantùm per κλέπτειν *furari*, sed & per ὑφαιρεῖν, *tollere*, *auferre*, vertunt. Qui furatur, aufert. Porrò לב, *cor*, etiam per ψυχὴν rectè vertitur. Est ergò αἴρειν ψυχὴν, *furari*, vel *auferre cor*, sive *animam*, *alicujus*; quod de eo dicitur qui clam alio agit, cúmque res suas celat[z].
¶ *Dic nobis palàm*; ità Mo. Ar. Παῤῥησίᾳ] *Libere*, Er. V. Camer. posito omni metu[a]. *Apertè*, Er. Il. P. Sy. Perf.

[d] G. [*] Li. ho. [f] Q. in Mal. [g] Mal. [h] Leonf. Th. & Cyr. in Mal. Nonnus in Caf. [i] Ca. [k] Chryf. Cyr. Th. &c. in Mal. [l] Q. in Be. [m] Be. Mal. [n] Be. [o] Be. fim. Tre. in Gua. Gom. [p] Gom. [q] Tre. Be. D. Mal. Bru. Me. Pi. [r] Li. ho. fic V. G. [t] Gom. † Bru. [t] Li. ho. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] Gom. Mal. [a] G. [b] Li. ho. [c] Bru. fic G. Li. ho. [d] G. fic Bru. [*] Li. ho. [f] Bru. [g] Li. ho. [h] Bru. [i] Me. [k] Li. ho. [l] G. [m] Me. [n] Mal. [o] G. [p] Li. ho. disq. chorog. 6. 2. [q] G. [r] Bru. † Camer. [t] V. Bru. [t] D. [v] V. Camer. Bru. ex Euthym. Mal. &c. Be. &c. [*] D. [x] Li. ho. [y] G. Pri. † Pri. [z] Di. [a] V.

Perſ. Ca. Pi. G. ut Joh. 16.29 [b]. *Ingenuè*, Er. Ti. V. ſermone minimè ambiguo [c], ſine verborum ambagibus & parabolarum involucris, ut credamus, &c. Verùm inſidiosè loquuntur, ut reſponſum eliciant, ut, ſi negaret, fidem ei apud populum derogarent; ſi affirmaret, Majeſtatis læſæ accuſarent [d]. Hactenus de ſe locutus eſt, ſed ità tectè ut quid de ipſo ſtatuendum eſſet, ignorarent [*]. Videbant Jeſum uti circumlocutionibus eò tendentibus, ut, cùm ſe *Lucem mundi*, cùm *eximium paſtorem*, imò & *Dei Filium*, vocabat: ſed volunt eum apertè loqui: Nimirum *Chriſti* nomine ſciebant *Regem* intelligi [f], Chriſtúmque promiſſum fore Regem, & quidem talem qui Reges mundi ſubigeret, Eſa. 60. 12. Dan. c. 7. v. 14 [g]. Eâ ergò profeſſione periculum illi creare volebant apud Romanos [h]. Vide Joh. 19. 12. Abſtinuit ergò ſtudiosè ab hoc nomine, (Apoſtolis tantùm illud declarans, ſed cum interminatione nè cui dicerent, Matth. 16. 20.) ad vitandam calumniam, donec veniſſet hora ejus: tunc autem clarè confeſſus eſt ſe Chriſtum Regem eſſe, Matth. 26. 63, 64. Joh. 18. 36, 37 [i].

25. *Loquor*, &c. Εἶπον ὑμῖν] *Dixi vobis*, Be. Pi. jamdiu & ſæpe [k], reipsâ, verbis idem ſignificantibus [l], quanquam minùs invidioſis [m]. ¶ *Opera*, &c.] Conciſus ſermo: q. d. Quid opus eſt verbis, ubi rerum teſtimonia adſunt [n]? Si qua in verbis meis ſit obſcuritas, opera mea eam facilè elucidant [o]. Cæcos illumino, & ſenſu myſtico, &, quò magis excitemini, etiam ſenſu populari; aliáque facio quæ de Meſſia ſunt prædicta [p].

26. *Non creditis, quia non eſtis ex ovibus meis*] Id eſt, vel, 1. quia non eſtis pii ac dociles, quales ſunt apti ut oves meæ fiant [q]. Vide ſuprà v. 16 [r]. Eſt demonſtratio ab effectu †. Ex ovibus Chriſti eſſe non eſt cauſa fidei, ſed effectus, Joh. 1. 12, 13. Ex conſequentis remotione procedit ad remotionem antecedentis [t]. Non creditis, quia malitia veſtra pertinax facit ut non ſitis ex ovibus meis [v]. Docet cauſam cur non credant, non in ſe, ſed in ipſis, eſſe; non quòd ille non ſatis apertè loquatur, ſed quòd illi ex ovium grege non eſſent. At quid aliud eſt, oves ejus eſſe, niſi in illum credere? Nihil prorſus. Tunc autem ſenſus eſſet, *Non creditis, quia non creditis*. Reſp. Per anticipationem *oves* appellat eos qui animo non erant duro & maligno, ſed tali, ut facilè credituri eſſent [x]. Vel, 2. quia non eſtis ex electorum numero [y]; ex iis quos Deus per me ſalvandos elegit, Act. 13. 48. His enim fidem dat, quam vobis negat [z], ſed juſto judicio, ob peccata veſtra [a]: unde *fides electorum* vocatur, Tit. 1. 1. & *credidiſſe* dicuntur *prædeſtinati*, &c. Act. 13. 48 [b]. Alibi ὅτι notat conſequens, ex quo antecedens colligitur, ut Luc. 7. 47. Joh. 8. 44. hîc verò declarat antecedens, ex quo intelligitur conſequens. Priùs enim oportet oves eſſe quàm credamus, priùs diligi quàm diligamus, priùs trahi quàm veniamus. Nec tamen vel incredulitatis, vel damnationis, cauſa eſt Deus, cùm voluntaria ſit incredulorum contumacia, &c [c]. Occurrit hîc Chriſtus ſcandalo ex incredulitate Judæorum metuendo, &c [d]. ¶ Καθὼς εἶπον ὑμῖν] *Sicut dixi vobis*, Be. Pi. &c. vel hoc ipſo loco, vel ſuprà v. 4. & 16. & Joh. 16. 36, 37, 65. & 8. 21 [*]. Dixi *oves eſſe eos qui vocem meam audiunt*. Confer Joh. 8. 47 [f]. Hæc verba addita videntur [g]. Ea omittit Nonnus [h]. Leguntur autem in Sy [i]. & in omnibus cod. noſtris [k].

27. *Oves—audiunt*] Ac propterea vos non eſtis oves meæ, &c [l].

28. *Do*] Id eſt, certiſſimè dabo [m]. Nè quis putaret, qui oves non eſſent oves fieri nullo modo poſſe, adhuc promiſſorum excellentiâ eos allicit ut oves fieri velint [n]; nè quis parvi referre putet, ſit ex ovibus Jeſu, necne [o]. ¶ *Non peribunt in æternum*] Id eſt, unquam [p], & penitus; ſic enim locutio hæc ponitur Joh. 13. 8. & alibi ſæpe [q]: & morte æternâ [r]. Poterunt ad tempus perire, i. e. à Deo per peccatum ſeparari, ſed non permanebunt in peccato: nam ante mortem reſipiſcent, &c †. Al. Intellige loqui Chriſtum de ovibus quà tales ſunt ac manent, ut Joh. 3. 36 [t]. ¶ *Non rapiet eas* (per vim, vel dolum, &c [v].) *quiſquam* (nulla vis, nè ipſe quidem Diabolus [x], qui *habet imperium mortis*, Heb. 2. 14 [y]. non latro, non mundus, non caro, non adverſa, non proſpera, non vos Phariſæi [z]:) *de manu* (i. e. potentia [a]) *mea*] Quâ cuſtodiuntur [b]. Spiritus ſanctorum deponuntur in manu Chriſti, Act. 7. 59. Is eos ſervat ad tempus reſurrectionis, quæ prædicta à Daniele, credita à Maccabæis, adumbrata in liberatione populi ab Antiocho. Hæ verò prophetiæ & hiſtoriæ tempore ἐγκαινίων populo explicabantur [c]. Si pereant, non meâ infirmitate, ſed ſua voluntate, peribunt [d]. Dum mihi adhæreant, perire nequeunt [*]. Potentia Dei hîc opponitur imbecillitati hoſtium [f]. Eſto: prohibet ergò Deus nè hoſtes nos ſuperent, ideòque nè nos cedamus. Nemo enim eſt in tentatione qui ſibi aliunde metuit quàm à ſemetipſo. Hinc oramus, *Nè nos inducas in tentationem*, id eſt, nè nos patiatur ſuperari à Tentatore; ſive ut nos eum ſuperemus [g].

Margin (left column): b G. — c Be. Eru. — d Eru. — * Di. — f G. — g Bru. — h G. — i Eru. — k Bru. — l G. ſim. Bru. — m G. — n Pi. — o Bru. — p G. — q G. ſim. Mal. Ham. L. — r G. — † Ham. — t Glaſ. gram. 3. 7. 17. 614. — v Me. — x Mal. — y Chem. Bru. Tol. ex Aug. Calv. Be. Gom. &c. — z Bru. — a Bru. ſim. Tol. Calv. — b Gom. Chem. — c Be. — d Gom. — * Idem. — f G. — g Er. ſim. Caſ. Zeg. — h Bru. — i Be. Caſ. — k Be. — l Bru. — m Bru. — n G. — o Bru. — p Pi. ſic G. — q G. — r Me. ex Bru. — † Bru. — t G. — v Eru. — x G. ſim. Bru. — y G. — z Bru. — a Mal. Bru. — b Bru.

29. *Pater*, &c. Ὁ πατήρ μου ὃς δέδωκέ μοι, μείζων (Aug. & Cyr. legunt, ὃ δέδωκέ μοι μεῖζον [h]. & facilis erat lapſus, μεῖζον pro μείζων, & ὃ pro ὅς [i].) πάντων ἐστι] Sic habent non Græci tantùm, ſed & Syrus & Arabs. Quare omnino videtur hæc verior lectio [k]. *Pater meus*, (Exponit quod dixerat, Neminem poſſe eas rapere è manu ſua [l]:) *qui mihi dedit* eas, (Pater dat credentes Filio ſervandos ac vivificandos. Vide ſuprà 6. 37 [m].) *major* (i. e. fortior, ſive potentior [n],) *omnibus* (creaturis [o], & Angelis & hominibus, & morte & Diabolis [p]:) *eſt*, Be. Pi. &c. Potentior eſt ad ſervandum quàm adverſarius ad eripiendum [q]. Comparativus pro Superlativo [r]; fortiſſimus, potentiſſimus †, maximus omnium, æternus & omnipotens [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὐδεὶς, &c.] *Et* (vel, *Ideo*, quia Pater illis potentior eſt [v],) *nemo* (vel, *Nemo autem*, Bru.) *poteſt rapere de manu Patris mei*, Bru. &c. utpote omnipotentis [x]: ſub. *ergò nec de mea*, Bru. ex V. *Ideo illi nihil poſſunt eripere Patris poteſtati* [y].

30. *Ego & Pater unum ſumus*] Connectit quod dixerat cum ſuperioribus; Si Patris poteſtati eripi non poterunt, nec meæ poterunt: nam mea poteſtas à Patre emanat, & quidem ità ut tantundem valeat, *à me*, aut *à Patre, cuſtodiri*. Vide Geneſ. 41. 25, 27 [z]. *Unum*, non modò conſenſu & concordiâ, ut Joh. 17. 11, 12. Act. 4. v. 32. ut expoſuerunt Ariani [a], ſed & naturâ [b], potentiâ, &c [c]. ut patet, 1. quia non Patris auxilio, ſed potentiæ ſuæ, tribuit, quòd eos nemo rapere poſſit. 2. Judæi ſe ità intellexiſſe oſtendunt, & factis, v. 31. & verbis, v. 33 [d]. Τὸ *unum*, docet naturam eſſe unam: τὸ *ſumus*, oſtendit duas eſſe perſonas [*].

31. *Suſtulerunt ergò lapides*, &c.] Per tumultum, ut Act. 7. 59 [f]. Nimirum quòd intelligerent Jeſum ſibi aſcribere Divinam poteſtatem. Sic ſuprà 5. 18 [g]. Blaſphemus, ſecundùm proceſſum Synedrii judicialem, erat lapidandus [h].

32. *Multa bona*, &c. ità Be. Pi. &c. Καλὰ, &c.] *Preclara* (vel, *Pulchra*, ſive *Laudabilia*: שפירא, *eximia*, Syrus. Sic Matt. 5. 16. Marc. 14. 6. 1 Tim. 5. 10 [i].) *opera*, J. Cap. i. e. beneficia [k], nullum malum opus [l]. ¶ *Oſtendi vobis*; ità Be. Ἔδειξα] *Demonſtravi*. Sic Demoſth. Olynth. 2. ἔργον τι δεικνύειν. Herod. in Pertinace, Ἐπεδείξαμεν τ' ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὰ σύμφορα καὶ χρηστὰ ἔργα [m]. *Exhibui*, Bru. Pi. *Præſtiti*, Bru. Phraſis eſt Hebraica [n], qualis Pſal. 71, 20. Emphaſin habet [o]. *Oſtendere* eſt, ità facere, ut is, cui fit, oculis videat, manibúſque teneat, réque ipsâ experiatur [p]. *Feci, & quidem palàm*. Hebræi dicunt הראה, *facere videre*, Pſal. 4. 6. & 60. 3. & 85. 8. Eccleſ. 2. 24 [q]. ¶ *Ex Patre meo*] Profecta ſcilicet [r]: eâdem illâ Deitatis potentiâ quâ Pater meus †: ità volente & jubente Patre meo [t]. Modeſtiæ causâ & minuendæ invidiæ hoc adjicit: ἐκ pro παρὰ, ut ſæpe [v]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ ποῖον, &c.] *Ob quale* (vel, *quod*, Be. Pi. &c.) *opus me lapidatis?* Camer. i. e. lapidare vultis aut cogitatis [x]. Nam his verbis Chriſtus quanquam perverſos animos inhibuit nè deſtinatum opus efficerent, reipsâ oſtendens quod dixerat, in ſua eſſe poteſtate ſemet eripere periculis quoties vellet [y]. Aut fortaſſe aliqui lapides in eum conjecerant [z]. Eſt mira δεινότης in his verbis: ποῖον pro *quis*, Matt. 19. 18. Luc. 12. 39. Apoc. 3. 3. & alibi [a].

33. *De*, &c. Περὶ καλοῦ ἔργου, &c.] *Ob bonum opus*, Be. Pi. Bru. &c. Περὶ pro διὰ [c]. Non omnino diſſimile eſt illud Xenophontis, *Eos qui interfecerunt Euphronem nos perſequimur* περὶ θανάτου, *actione ultimi ſupplicii*, i. e. pertinente ad mortem [c]. ¶ *Sed de blaſphemia*, &c.] Non tantùm maledicta in Deum hoc nomine veniunt,

Margin (right column): c G. — d Mal. — * Ham. — f Q. in Caſſ. — g Cam. — h Be. ſim. Er. — i Er. — k G. — l Pi. ſic Bru. — m G. ſim. Bru. — n Bru. ex Rup. G. Pi. — o Bru. — p G. — q Er. — r Bru. ſim. V. — † Bru. — t V. — v G. — x Bru. — y G. — z Idem. — a Mal. ſim. Hil. in Bru. — b Mal. Bru. Pi. — c Bru. ex Chryſoſt. Euthym. Th. &c. — d Mal. — * Mal. ex Idacio, ſim. Bru. ex Hi. — f D. — g G. — h Li. ho. — i G. — k Bru. ſic V. — l Bru. — m J. Cap. — n Bru. ſim. Mal. — o Mal. — p Mal. Bru. — q G. — r Bru. — † Be. — t V. — v G. — x D. G. — y G. — z G. — a G. — b Pi. Camer. — c Camer.

ſed

sed & quicquid Dei honorem minuit, Matth. c. 9. v. 3. & cap. 26. v. 65. Marc. c. 14. v. 64 [d]. ¶ *Et* (vel, *Nempe*, G. vel, *Id est*, Be. Pi. Et exegeticum est*, ut in illo, *Judicium Paridis spretæque injuria formæ* [f].) *quia tu homo* (i.e. *caro & sanguis*, ut loquuntur Hebræi [g]:) *facis* (i.e. jactas, arrogantissimè prædicas [h],) *teipsum Deum*] Dum dicis, *te & Patrem unum esse* [i]. *Facis*, i.e. dicis, ut Joh. 8. 53. *pro Deo te venditas*. Hoc ideo quia *Patrem suum* singulari modo *Deum* dixerat, ut diximus suprà 5. 18. Quare, quod ibi dixerant *æqualem Deo*, hîc dicunt *Deum*, i.e. quasi alterum Deum: sicut filii idem cum patre esse etiam in Jure dicuntur [k].

34. *Respondit*, Ἀπεκρίθη] *Replicans*, ut infrà 12. 34 [l]. ¶ *In lege* (i.e. in Sacra Scriptura [m]: quæ tota aliquando vocatur *lex* [n], ut Matt. 22. 40 [o]. in Sacris illis Literis quæ vobis præscribunt quid credere & facere debeatis; & proinde non malè *legis* nomine appellantur, i.e. תורה, quo significatur, *quicquid hominem dirigit* [p]. Vel, *doctrina* [q]. Sic Joh. 15. 25. 1 Cor. 14. 21 [r]. in Psalmis Davidicis †. Sed & in ipsa Mosis Lege non quidem eadem exstant verba, sed sensus idem cùm Judices *dii* vocantur [t].) *vestra*] i.e. Vobis data, non mihi, quippe qui Lege superior sum, & eam vobis tradidi [v]: vel, quâ gloriamini [x]: quam profitemini, cujus proinde turpior ignorantia [y]. ¶ *Ego dixi*, (vel, *dico*: Sunt verba Dei ad Judices à se constitutos [z], Psal. 82. 6 [a]. quæ de Judicibus Synedrii magni facta sunt ad eos sui officii commonefaciendos [b].) *dii estis*] i.e. Ego vos nominis mei & dignitatis participes reddidi [c].

35. *Si illos* (homines [d]: iniquos Judices, quales illi erant *:) *dixit* (vel, Deus [f]: vel, Sacra Scriptura, cui solent per Prosopopœiam talia tribui, Joh. 7. 38. Rom. 4. 3. & 9. 17. &c [g].) *deos ad quos* (vel, *quòd ad eos*, Tre. ex Sy.) *sermo Dei factus* (vel, *habitus*, Ca.) *est*] Ità Er. Ti. P. Mo. Be. Pi. Tre. &c. nempe sermo ille, Psal. 82. 6. *Dii estis* [h]: quos ibi compellat David [i]: quos Judices tantùm erant [k], nec quidem extraordinariè aut immediatè à Deo destinati, sed ab hominibus electi, & per impositionem manuum Sanhedrim instituti [l]; qui & impii erant, ac propterea, *dii* licèt dicti, tamen ut homines morituri erant [m]: quibus certum aliquod officium aut negotium impositum est [n]: ad quos pervenit Verbum Dei peculiari dispensatione & diplomate, eos destinantis & deputantis ad magistratum, ut ostendit tota tela Psalmi [o]. Sic ratio ibi occultatur cur *dii* vocentur, quia nempe à Deo imperandi munus ipsis sit demandatum [p]. Dicitur quidem hoc de omnibus quos aliquo modo Deus affatur: sed hoc loco assentior omnino iis qui λόγον interpretantur *mandatum*: sicut דבר eodem jure modò λόγον, modò πρόσταγμα, vertunt Græci, 1 Par. 26. 32. & quod Latinè dicimus, *mandatu*, Hebræi dicunt בדבר. Mandatum autem à Deo acceperant Senatores judicandi populum, ideo *Dei judicia exercere* dicuntur 2 Paral. 19. 6. & ipsa judicia *res Dei* vocantur 1 Par. 26. 32. 2 Paral. 19. 11. Vide institutionem ejus judicii, Num. 11. 17 [q]. Possit hæc esse descriptio Ministrorum, qui quanticunque sint, non sunt tamen αὐθένται, sed infra Dei Verbum, quod ad eos fit, ut ipsis imperet, &c. Tale illud Jud. 3. 20. *Verbum Dei mihi est ad te.* Quum ad Christum Verbum Dei non est, tanquam ad Ministrum, factum, sed ab eo, tanquam à Domino & Authore, profectum. Magis tamen arridet Heinsii sententia [r]: [quam ex ipsius ore audire præstat.] λόγος hîc idem est quod משא, *onus*, [sive *onerosa prophetia*,] ut sumitur apud Lxx, Jer. 50. 1. Hag. 1. 1, 3. Zach. 12. 1. Πρὸς hîc valet אל, *contra*, *adversus*, ut sæpe apud Græcos. Sic Demosthenis oratio, πρὸς Λεπτίνην, *aduersus Leptinem*. Et Principi Philosophorum, ἡ πρὸς Ἁρμόδιον, Iphicratis adversùs Harmodium Oratio Rhetoric. 2. inscribitur. Sic Heb. על Hellenistis, ut plerumque אל, ità interdum ὅπη, quod est πρὸς, Jer. 50. 1. Zach. 12. 1. vertitur. Sensus ergò est, q. d. Si eos adversus quos totus ille locus agit, quos acerbè reprehendit Deus, tamen deos dixit, quia Deum repræsentant Magistratus †. ¶ *Et non potest solvi* (i.e. destrui [t], ut Joh. 7. 33. vel, violari, aut irrita fieri, ut Matt. 5. 17, 19 [v]. vel, *rescindi*, Ca. *excidere*, vel *rejici*, Euth. in Bru. tanquam falsa negari, aut erroris redargui [x],) *Scriptura*] Scil. Sacra [y], sive Lex [z]. Non potest non esse verum quod in illis Literis scriptum est [a]. Non potest ei contradici. Sicut qui facit contra præceptum, id *solvere* dicitur, Mat. 5. 19. Joh. 5. 18. & 7. 23. sic & qui affirmationi contradicit [b]. Dii ergò meritò vocantur, qui homines tantùm sunt, &c. quantò magis ego, &c [c]. Sensus, q. d. Esto, sim merus homo, uti vultis, quid tantopere offendimini quòd me vocem Dei Filium, cùm familiaris vobis sit ex Lege vestra *deorum & filiorum Dei* appellatio Magistratibus tributa. Non tamen Christus docet, se nullâ aliâ ratione esse Dei Filium, quàm quâ Judices sic vocantur, sed Judæorum duntaxat calumniam hoc pacto refellit, qui ipsi blasphemiam objiciebant, quòd, cùm homo esset, diceret se Dei Filium. Christus nunquam negat se esse Deum, nec hominum adorationem detrectat, nec tamen exsertè dicit se esse Deum, sed apertam hujus Mysterii notitiam, pro ratione præsentis οἰκονομίας, quam obscuriorem esse voluit, differebat ad suam usque resurrectionem, ascensionem, &c [o].

36. *Quem*, &c. Ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε——ὑμεῖς λέγετε, ὅτι βλασφημεῖς, &c.] *Quem* (vel, Méne *quem*, Il. P. Be. vel, De eo *quem*, Er. Camer. Pi. Subaudiendum hic *mihi*, ut ex sequentibus apparet [p].) *pater sanctificavit* (vel, *consecravit*, Ca. ad munus hoc, quo inter vos fungor, peragendum [q]: sanctum genuit [r]: *sanctificavit* Spiritu in ipsum descendente, & voce de cœlo missâ, *Hic est filius*, &c †. Vel, designavit, destinavit, ad officium Salvatoris mundi [t]. Vel, commendavit, sancivit, confirmavit [v]. Quod Jer. 1. 5. est הקדיש, in Græco, ἁγιάζειν, ut & Eccles. 49. 7. id Paulus, ad eum locum alludens, vertit ἀφορίζειν, Gal. 1. 15. Hebræi rectè exponunt, *præparare*, ad Divinum scilicet ministerium. Quod in Christi conceptione ineffabili, eximio & admirando modo factum est: τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον ait Angelus matri, Luc. 1. 35. Sed magis est ut hîc aliquid intelligatur, de quo satis auditoribus constare poterat; attributio scilicet potestatis tanta prodigia faciendi [x].) *& misit in mundum*, (Significat, se priùs fuisse, & quidem apud Patrem, quàm in mundum hunc veniret [y]. Qui mandatum aliquod à Deo accipit ad aliquid perferendum, is *mitti* ab eo dicitur, ut Joh. 1. 6. & 3. 17, 34. & 5. 36. & 6. 57. & 8. 42. Est autem hîc tacita comparatio; Senatores mandata acceperant ad unum populum pertinentia, ego ad totum genus humanum, ut Joh. 1. 9. & 3. 17. & 4. 42. & 8. 12 [z].) *vos dicitis, blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum?* Pi. sic Tre. vel, *quia blasphemas*, &c? Mo. vel, *blasphemare*, &c? Il. P. Be. &c. Refellit calumniam; q. d. Si quid Divini mihi tribui, non id feci me opponens Deo, sed eum ut fontem agnoscens: quod ostenditur ipsis vocibus, *Patris & Filii*, quas usurpavi [a]. Argumentum à majori ad minus, quia plus est vocari *Deum*, [ut illi vocantur, Psal. 82.] quàm *Dei filium*, ut se Christus vocaverat [b].

37. *Si non facio*] Diluto blasphemiæ crimine, redit ad rem ipsam, & se Deum esse probat [c]. ¶ *Opera Patris mei*] i.e. Quæ Patri, sive Deo, sunt propria [d]; quæ à nemine alio fieri queunt: opera non modò æqualia, sed & eadem numero, utpote ex una eadémque potentia profecta*: vel, opera Deo digna; dum omne genus morborum sano, cogitationes introspicio, corda flecto ubi libuit, cœcis visum do, Diabolis nutu impero [f]. ¶ *Nolite*, &c.] Est figura quæ Concessio dicitur [g]. q. d. Nisi tanta facio, permittam vobis nè credatis. Sic suprà c. 9. v. 41 [h].

38. *Si mihi*, &c. Κἂν ἐμοὶ, &c.] *Etiamsi mihi* (i.e. verbis meis [i], quanquam Divinâ majestate prolatis [k],) *non credatis*, Be. Pi. vel, *credere non vultis*, G. ¶ *Operibus*, &c.] Propter opera credite verbis [l]. *Factis habete fidem*. Confer Joh. 14. 11 [m]. ¶ *Quia Pater in me est* (per vim operantem, ut exponitur Joh. 14. 10 [n].) *& ego in Patre*] Per obedientiam perfectissimam, ut exponitur Joh. 14. 10. Confer 15. 4, 5 [o]. Al. Hæc phrasis, *Patrem esse in Filio, & Filium in Patre*, declarat τὸ ὁμοούσιον & ἰσοδύναμον [p]. Declarat, tum, 1. identitatem naturæ [q], sive essentiæ [r]; vel, individuam Patris & Filii unitatem †, quâ personæ in se mutuò sunt [t], sive subsistunt [v]: tum, 2. distinctionem personarum, quia nemo esse dicitur in seipso: tum, 3. intimam & perfectissimam inhabitationem unius personæ in alia [x].

39. *Quærebant ergò*, &c.] Quòd persisteret in eo quod dixerat, se esse Filium Dei, unum cum Patre Deum [y].

Al.

Al. Quia blasphemiæ calumniam ità solverat ut nè species quidem restaret, lapidationem, tanquam in blasphemum, omittunt, & dant operam ut eum captum tradant Synedrio aliud aliquod crimen reperturo [z]. ¶ *Sed exivit*, &c.] Sub. *atque evasit*, Pi. quietè & liberè [a]: & inconspicuus; iterum ostendens potestatem sibi non deesse quævis pericula evadendi [b].

40. *Abiit*] Cedens immedicabili furori Judæorum. ¶ *Iterum*] Nam ibi ante prædicationem suam habitaverat, Joh. 1. 39 [c]. ¶ *Trans Jordanem*] In Bethabara [d]. Exposuimus suprà 1. 28. ¶ *Ubi erat Johannes——primùm*] Nempe antequam in Salim veniret [*]: Joh. 3. 23 [f]. Hoc ideo addit ut significet, Christum eo ipso loco revocare populo in memoriam voluisse testimonium à Baptista ibidem perhibitum [g]. Ideo mox sequitur, *multi ibi crediderunt* [h].

41. *Signum fecit nullum*] Deo hoc sic dispensante, quò major esset Messiæ claritas. Hoc autem volunt, Cùm Johannes nullum ediderit miraculum, nos tamen eum venerati sumus, & propè pro Messia eum habuimus [i]. Cur ergò non credimus Jesum esse Christum, &c [k]? ¶ *Quæcunque dixit*, &c.] Hunc multò *se esse majorem, Agnum Dei*, id est, emundatorem mundi [l]. Vide Matt. 3. 11. Joh. 1. 26, &c. & 3. 27, &c. ¶ *Vera erant*] Ut probat eventus [m]. Apparet ex dictis & factis [n].

42. *Et multi*, &c.] Itaque multi, miraculis Christi, & testimonio Johannis, commoti. Sermo Dei, licèt aliquando frustrà prædicatus videatur, suo tempore fructificat [o]. ¶ *In eum*] Ut in talem qualem Baptista dixerat [p].

[z] G. [a] Eru. [b] G. [c] Bru. [d] G. Li. ho. Bru. [*] G. [f] Eru. [g] G. sim. Bru. [h] G. [i] G. sim. Bru. [k] Bru. [l] G. [m] Bru. [n] G. [o] Bru. [p] G.

CAP. XI.

1. LAnguens, Ἀσθενῶν] *Ægrotabat*, Bru. Pi. sic Be. febri [a]. Ἀσθενεῖν etiam de graviter ægroto dicitur, ut Matth. 10. 8. Luc. 4. 40. & alibi. Sic vertitur דאב Hebræum [b]. ¶ *Lazarus*] Nomine [c]: de quo vide quæ ad Luc. 16. 20 [d]. Sic in Talmude Hierosl. R. *Lazar*, pro R. *Eleazar*, א initiale sæpe decurtatur, ut, *Quid* מר, pro אמר, *dicit Magister?* & בר בא, pro בר אבא, *Bar Aba* [*]. ¶ *A Bethania*, (scil. oriundus: confer Joh. 1. 45, 46 [f].) *de castello*] Vel, *oppido*, V. Zeg. vel, *vico*, Be. Pi. i.e. ut rectè Syrus, *ex Bethaniæ vico*, i.e. ex vico quodam sito in eo montis Oliveti tractu qui *Bethania* dicebatur. Vide Act. 1. 12 [g]. Verùm *Bethania* potiùs vicus est quàm tractus. Vide infrà ad v. 18 [h]. Noli aliud *Bethaniam* putare, aliud *vicum*: est enim [alterum] alterius interpretatio. Neque movere nos quicquam debet interjecta præpositio, [ἐκ, quam urget Beza:] nam sic & suprà habuimus, 1. 45 [i]. ¶ *Mariæ* (scil. Magdalenæ [k].) *& Marthæ* (Μάρθα Syriacum nomen etiam apud Plutarchum Mario legitur. Et apud Tacitum pro *Martina* bis ponendum *Martha* in Syræ mulieris nomine [l].) *sororis ejus*, Αὐτῆς] Nempe Mariæ [m]. Sensus, q. d. Ubi hæ sorores, vel, 1. habitabant [n]; vel, 2. natæ erant [o]. Ità hic Bethania dicitur vicus *Mariæ & Marthæ*, quomodo Bethsaida *oppidum Andreæ & Petri* [p]. Nominat autem sorores has, quòd sæpissimè apud eas divertissent Christus & Apostoli [q]; & Lazarum per eas describit, utpote tunc celebriores in Ecclesia, vel ex prioribus Evangelistis [r], vel ex Christi familiaritate; ut solent mulieres religiosiores esse quàm viri [†]. Nomina *Mariæ & Marthæ* nota erant in historia præterita, at de Lazaro altum hactenus silentium [*]. Habet hic paulò aliter Syrus [t], *Frater Mariæ & Marthæ*, Sy. in Di. Sed non video curà Vulgata, & tanto consensu comprobata, lectione abeundum sit [v]. Græcam lectionem, præter Latinam, Arabs confirmat [x]. Exactè describit omnes hujus miraculi circumstantias, quippe maximi omnium [y]. Quæri solet cur hanc tam nobilem historiam priores Evangelii Scriptores non attigerint. Mihi hoc succurrit, cùm illi scriberent vixisse resuscitatum Lazarum, & periculum ei fuisse à Judæis si quod ipsi accideret palàm vulgaretur. Nam etiam mox narratur, ob hoc ipsum structas ei insidias, c. 12. v. 10. Quare visum illis hoc ad tempus subticeri posse, cùm alia exempla resuscitatorum suppeterent. At, mortuo Lazaro, cùm jam nemini periculum ex rei narratione fieri posset, additum hoc à Johanne in hac quasi Prætermissorum collectione. Supervixit autem Lazarus, si Epiphanio, traditionem referenti, credimus, annos triginta; intra quod tempus tres alii Evangelistæ scripserunt [z].

[a] Bru. ex Nonno. [b] G. [c] Bru. Pi. [d] G. [*] Li. ho. [f] Pi. [g] Be. [h] Pi. [i] G. [k] Bru. V. [l] G. [m] Bru. Pi. sic V. &c. [n] Bru. Mal. [o] Pi. [p] G. sim. Bru. Mal. [q] G. [r] Bru. [†] Mal. ex Leont. & Th. [*] Li. ho. [t] G. [v] Di. [x] G. [y] Bru. sim. Mal.

2. *Quæ*, &c. Ἡ ἀλείψασα, &c.] *Quæ unxit*, Be. Pi. V. &c. Non quòd hoc ante Lazari morbum esset gestum, sed quòd gestum hoc esset & notum omnibus cùm hæc scriberentur: planè ut Luc. 6. 16. de Juda scriptum est, *qui & proditor erat*; & de Simone, *qui dicebatur Petrus*, Matt. 4. 18. & 10. 2. Sic exponunt Theod. Mopsvestenus & Leontius. De re ipsa vide quæ ad Matt. 26. 6 [a]. *Unxit*, postea scilicet [b], ut narratur infrà v. 12. 3 [c]. Est ergò prolepsis, sive anticipatio historica [d]. Al. *Quæ unxerat* antea, Li. ho. sic Mal. Anticipationis causa hic nulla erat: at causa erat, cur ad unctionem aliquam præteritam hoc referretur; nempe ut demonstretur unde hæc familiaritas inter familiam *Lazari* & Christum. Sic & Aoristus vim suam retinet plus quàm Perfecti [*]. Respicit ergò historiam illam Luc. 7. 37 [f]. Al. *Quæ unxit*, aliquoties, semel pœnitentiæ causâ, Luc. 7. 38. semel sepulturæ, Joh. 12. 3. Fuit ergò hæc actio ipsi peculiaris, & tunc notissima Ecclesiæ [g]. ¶ *Et extersit*, &c.] Ἐκμάξασα τοὺς πόδας· nam prius abstersit, deinde unguento perfudit [h], Luc. 6. 38. Joh. 12. 3 [i].

3. *Miserunt*] Scil. nuncium [k]. ¶ *Dicentes*] Per nuncium. Vide Matt. 8. 5 [l]. Λέγουσαι] *Qui nunciarent*, scil. verbis ipsarum [m]. ¶ *Quem amas*, &c.] Descriptio personæ argumentosa, habens πάθος [n]. Nimirum sperantes fore ut Jesus adveniens eum sanaret, ut apparet infrà 21. Confer Joh. 4. 49. Etiam Deo chari suis non carent miseriis [o]. Nec sua, nec Lazari, merita crepant, sed solum Jesu amorem, &c. Desiderium suum modestè insinuant, bene sperantes, &c. nec tamen credentes eum absentem jussu suo sanare potuisse, v. 21, 32 [p].

4. *Non est* (sub. *immissus*, Be. Pi.) *ad mortem*] Nempe vulgarem ac diuturnam [q], in qua manendum esset usque ad universalem Resurrectionem [r]. Rei exitum spectat, & finem [†]: quem hic denotat præp. πρὸς, ut infrà præp. ὑπὲρ [t]. *Mortis* voce hic intellige permansionem in morte. Vide Rom. 6. 23. 1 Cor. 15. 24, &c. Idem alibi ἅδης dicitur. Simile quid Matth. 9. 24 [v]. Ostendit Christus notum sibi quod tanquam nescienti indicabatur [x]. ¶ *Sed* (sub. *immissus est*, Bru. vel, sub. *commodè evenit*, G.) *pro gloria Dei*] Amplificanda [y]. Vel, *ut indè illustretur gloria Dei*. Vide ad Joh. 9. 3 [z]. ¶ *Ut glorificetur* (i.e. agnoscatur & celebretur [a]) *Filius Dei* (cujus omnis gloria ad Patrem redit [b].) *per eam*] Scil. infirmitatem [c].

5. *Diligebat*, &c.] Ut Deus æterna, ut homo naturali, dilectione [d]. Amabat eos à quibus hospitio excipi solebat: ut olim Elias, 1 Reg. 17. 9. Elisæus, 2 Reg. 4. v. 8. Ità non perit beneficium quod sanctis præstatur, Matth. 10. 41. Mysticum sensum vide Prov. 8. 17 [*].

6. *Tunc*, &c. Τότε μὲν, &c.] Est hic μὲν sine δὲ [f], ut Act. 19. 4 [g]. contra communem loquendi usum [h]. *Tum quidem mansit*, &c. Be. Pi. &c. Ut de morte minùs dubitari posset [i]: ut majus & evidentius esset miraculum [k]. Ideo mox notatur eum fuisse τεταρταῖον [l].

7. *Eamus*; ità Be. Bru. Pi. &c. Ἄγωμεν] Neutraliter positum pro *eamus*, seu *conferamus nos*, ut infrà v. 15, 16. & Joh. 14. 31 [m]. ¶ *In Judæam*] Introrsum longiùs à Jordane versùs Urbem [n]. Jam in Peræa erant [o].

8. *Nunc*, &c. Νῦν] *Non diu est. Jam modò*, dicunt Latini. Sic infrà 21. 10 [p]. ¶ *Et iterum*, &c.] Inconsulto amore volunt eum à periculo removere [q], ut Petrus, Matt. 16. 22 [r].

9. *Nonne duodecim sunt horæ diei?*] Certum est & statum diei spatium, quod minui non potest: sic & mihi certum & constitutum est tempus, quo ambulare debeam, i. e. vivere & officium meum explere [†]. Ultima hora non minùs quàm prima ad diem pertinet [t]: itaque eâ quoque solet Iter fieri: sicut suprà de Opere dixerat, 9. 4. Confer Luc. 13. 32 [v]. Dominus h. l. 12 horis tempus vitæ suæ significat [x]. Παραβολικὸν hoc est, sed ἀλληγορικὸν subintelligitur collationis applicatio. Tale est, *Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur*, Et, *In pertusum ingerimus dicta dolium*, Sententia hæc est, Ut in diurno spatio negotia facilè geruntur, sic actiones suo quæque tempore commodè perficiuntur [y]. Dies dividebatur

[z] G. [a] G. [b] V. [c] Pi. &c. [d] Pe. Pi. Leont. &c. in Mal. [*] Li. ho. [f] Li. ho. sim. Mal. [g] Eru. [h] G. sim. Camer. Bru. [i] G. [k] Bru. G. [l] G. [m] Camer. [n] Pi. [o] G. [p] Eru. [q] Eru. [r] Pi. sic Bru. [†] Eru. [t] Pi. [v] G. [x] G. sim. Bru. [y] Bru. [z] Bru. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. sic Pi. &c. [d] Eru. [*] G. [f] G. sic Be. [g] G. [h] Be. [i] G. sic Me. [k] Me. sim. Bru. [l] G. [m] Bru. [n] G. [o] Bru. [p] G. [q] G. sim. Bru. [r] G. [†] Mal. ex Rup. Me. T. [t] G. sim. Tol. [v] G. [x] Tol. [y] Camer.

Numbers in the inner margin: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

batur in tres horas: quarum singulæ rursus quatuor horas complectebantur [z]. De horis vide ad Matt. 20. 3 [a]. unde constat horas diei fuisse 12, quæ tamen erant impares, sive inæquales: longæ, si dies longa esset; breves, si brevis [b]. Hunc autem morem diei per 12 horas computandi Judæi (ut & Græci, & reliquæ nationes,) à Romanis sumpserunt. Nam veteribus Judæis hoc erat ignotum. Solarium Achazi erat res singularis, nec illud colligendis horis institutum, &c [c]. ¶ *In die*] i.e. Lucente Sole [d]: quamvis horâ ultimâ [*]. ¶ *Non offendit*; ità Er. Mo. Be. &c. Οὐ προσκόπτει] *Non impingit*, Pi. Sy. Bru. Tutò ambulat [f]: videt quà eundum sit, infrà 12. 35. Vide ibi dicta [g]. q. d. Sic si quis versatus fuerit mecum quamdiu prædicavero, omni injuriâ immunis erit. Est similitudo concisa [h]. ¶ *Quia lucem*, &c.] Cujus beneficio potest offendicula cavere [i], quia illustratur à Solis lumine. Ἀπὸ τούτου non apponitur, sed facilis intellectu est ex illis verbis, *lucem hujus mundi.* Quantò ergò magis tutò ambulo qui prælucentem mihi habeo lucem supracœlestem ac Divinam cognitionem Paterni propositi [k]?

10. *Si—in nocte*, &c.] Sermo concisus, q. d. Præterea ut *si quis nocte*, &c. Sic ubi hâc vitâ functus fuero, vexabimini, Matt. 9. 15 [l]. Veniet aliquando nox & finis vitæ meæ, quando volens eis tradar, &c. sed ea nondum adest: quare nihil adhuc periculi est [m]. ¶ *Quia lux non est in eo*] Scil. vel, mundo: vel, ambulante [n]: vel, in oculis ejus. Receptione enim lucis & specierum fit visio. Sensus allegoricus qui obiter & per occasionem innuitur, est, Eos qui Dei voluntatem non respiciunt in peccata labi [o].

11. *Dormit*; ità Be. D. Pi. &c. Κεκοίμηται] i.e. Mortuus est [p]. Εὐφημισμὸς [q]. De hac locutione diximus ad Matt. 9. 24. Apud Syrum est שכב [r]: quod linguæ Syrorum peculiare est [†]; quod pro *mori* usurpatur, tum 2 Sam. 7. 12 [t]. tum Esa. 14. 8 [v]. Utrobique Græci reddunt per κοιμᾶσθαι [x]: tum quoque Deut. 32. 50. 2 Reg. 20, 21. Job. 14. 12. Et שכיב pro *mortuo* Talmudicum est. Mors quoque dicitur *somnus æternus*, Jer. 51. 39. Sirach. 46. 24. ubi etiam v. 27. μετὰ τὸ ὑπνῶσαι, *postquam obdormiisset.* [Similes occurrunt locutiones apud Ethnicos.] Mortem Poetæ vocant *noctem*, & Horatius vocat *perpetuum soporem* [y]; &, *ferreum somnum*, Homer. & Virgil [z]. Sed & κοιμητήρια, *cœmeteria*, vocantur sepulcreta [a]. ¶ *Ut à somno excitem eum*] Ità Be. Pi. &c. Modestia Christi in hoc elucet quòd, cùm eum dixisset *dormire*, addidit se *experrecturum*; mox, cùm *mortuum* dicit, nihil adjicit tale: עור vertitur ἐξυπνίζειν, Job. 14. 12. quanquam alio sensu. Sed, si Hebræis ὑπνῶσαι erat *mori*, nihil à consueto sermone abiit Christus cùm dixit ἐξυπνίζειν, pro, *à morte ad vitam reducere*; quod ipsi æquè erat facile atque alii excitare dormientem [b].

12. *Si dormit, salvus erit*] i.e. Convalescet [c]. Somnus enim ægrotantium erat salutis indicium [d]: quod in ore populi fuisse apparet ex Libro Misnajoth [*]. Concipiunt acerbitatem morbi, quæ eum huc usque detinuerat insomnem, jam defervescere [f]. Discipuli omni modo quærunt Dominum ab isto itinere avocare: Ideo omnibus utuntur argumentis [g]; Si dormit, quid est quòd excitetur [h]? cur periculo te inferis [i]?

13. *De dormitione somni*] i.e. De dormitione quæ est somnus [k]: de stupore quodam; & quia potentiam Jesu, utcunque magna ejus effecta viderant, non satis animo comprehendebant [l].

14. *Manifestè*, Παῤῥησίᾳ] *Apertè*, Be. Pi. absque metaphora [m]: sermone apertissimo & minimè ambigui sensûs, ut suprà 10. 24. infrà 16. 29. Syrus, פשיקאית, *apertè, explicatè* [n].

15. *Ut credatis*] Sub. *me esse Messiam*; de quo dubitâssetis, si, me præsente, mortuus fuisset [o]: quò magis, quò firmiùs, credatis [p], me esse vitæ datorem. Sic *credere* usurpatur Joh. 2. 11. & alibi. Est [autem hoc] παρενθετικὸν nam quæ sequuntur cohærent cum prioribus [q]. ¶ *Non eram ibi*] Scil. corpore, sive humanitate [r]. Tacitè significat se, si in loco fuisset, vix honestè potuisse negare opem suam, cunctis obviam [†], ad amicum aut in vita retinendum, aut statim à morte revocandum; quorum utrumvis imminuturum fuerat aut rem ipsam, aut rei fidem [t]. Nunc, in quatuor dies sepulto, nulla erat tergiversatio. Ità & nunc sapientiam ostendit suam, & pòst potentiam est demonstraturus [v]. Locum sic reddo, *Me illic non adfuisse gaudeo vestrâ causâ, ut credatis.* Si adfuissem, morbum ejus sanâssem. Nunc cum in vitam revocabo, quæ res fidem mihi apud vos magis conciliabit [x]. ¶ *Sed eamus*, &c.] Hoc loco quid facturus erat maluit innuere quàm exprimere, ob eam quam diximus causam [y].

16. *Thomas, qui dicitur Didymus*] i.e. Qui inter Græcos agens ejusdem significationis vocabulo Δίδυμος vocabatur. Nam Judæorum alii apud Græcos nomen sumebant alludentis soni, alii verò paris significatûs. Itaque Syrus, qui nihil mutare potuit, bis hîc idem posuit nomen [z]. Non sunt duo nomina, sed unum & idem: prius Ebraicum, & posterius Græcum: Gen. 5. 24. תומים, Hieron. *gemini*; LXX, δίδυμα· nempe παιδία [a]. ¶ *Ut moriamur cum eo*] Vel, 1. cum Christo [b]. q. d. Cùm decretum ei sit ire in mortis periculum, eamus & nos in certam mortem: nec enim æquum est ut eum deseramus [c]. Vel potiùs, 2. cum Lazaro, de quo αὐτὸν præcesserat, quò respicit Thomas. Thomam ideo nominaverat Johannes quòd infrà ostensurus esset ejus in credendo tarditatem, cujus jam nunc indicium dedit: perinde enim est quasi dicat, Eamus sanè, ut Lazarum jam mortuum sequamur: quid enim aliud speremus? Meminerat periculi in quo nuper fuerat Dominus Hierosolymis, unde Bethania modicùm distabat; quod hac ipsa de causa mox exprimitur [d].

17. *Venit*] Non dicit quò venerit, quia ex v. 1. & 18. facilè intelligebatur [*]; nempe εἰς Βηθανίαν [f]· quod hîc adjicit MS [g]. Habent etiam Sy. Ar. & Non. & quædam exemplaria. At quomodo hîc venit Bethaniam; quum infra v. 30. dicatur nondum eò venisse? Resp. Ut hîc dicitur invenisse Lazarum quatuor jam dies in monumento agentem, quum infrà demum v. 38. 39. ex Martha id intelligat, ità dicemus, v. 17. breviter & summatim narrari quæ deinde altiùs repetuntur, insertis iis quæ ante adventum ejus ad sepulchrum & Bethaniam contigerunt. Rectiùs tamen omittitur εἰς Βηθανίαν· neque enim satis commodè junguntur, *Venit in Bethaniam, & invenit Lazarum jam quatriduo*, &c. Id enim non in vico, sed extra eum, ad ipsum monimentum deprehendit, quod, pro more Orientalium, extra vicum fuisse ex v. 31. apparet [h]. ¶ *Quatuor dies—habentem*] i.e. Jacentem & agentem [i]. Quorum duo in hoc itinere conficiendo insumpti sunt, &c [k].

18. *Quasi stadiis quindecim*] Quantum erat iter Sabbati [l]: duobus milliaribus [m], Italicis, uno stadio excepto [n]. Milliare Judaicum non constitit 8 stadiis, ut alia, sed ex 7 & semi [o]. [Vide Li. ho.] Stadia 16 constituunt leucam [p]. Rationem hîc reddit cur *multi venirent*, &c [q].

19. *Ex Judæis*] Sic κατ' ἐξοχὴν vocantur Hierosolymitæ [r]. ¶ *Venerant ad*, &c. Πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν] *Ad Martham & Mariam*, Er. Il. Be. Pi. &c. Græcismus [†] satis notus [t]: quo dicunt illi τοὺς ἀμφὶ Πλάτωνα, pro *Platone ipso*; οἱ περὶ Ἐπίκουρον, pro *ipso Epicuro* [v]. Sic Aristot. Metaph. 2. 4. οἱ περὶ Ἡσίοδον, pro, *Hesiodus* [x]; & Diod. Sic. l. 16. p. 475. *Mox etiam duces bello præfecit* τοὺς περὶ Χάρητα καὶ Λυσικλέα, *Charetem & Lysiclem* [y]. Sic Aristot. Rhet. 3. οἱ περὶ Θεόδωρον & Ἀναξαγόραν, pro, *Theodorus & Anaxagoras*; & Plutarch. οἱ περὶ Φίλιππον καὶ Ἀλέξανδρον, pro, *Philippus & Alexander* [z]. Sic Iliad. γ'. v. 146. Οἱ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον, &c. pro, *Priamus, Panthous*, &c. Comites eorum ibi notari nequeunt, quia illi nec omnes ibi considere potuissent, nec δημογέροντες fuerunt [a]. Sic Epiphan. Hæref. 37. *Serpens decepit* τοὺς περὶ Εὔαν, &c. *Evam & Adamum.* Chrysost. ad Matt. 8. 29. Εἰ δὲ οἱ περὶ Λουκᾶν ἕνα φασὶν αὐτὸν εἶναι, δεῖ δὲ [Matthæus] δύο, &c. & statim addit num. sing. εἰ μὲν γὰρ ἔλεγεν ὅτι εἷς μόνος ἦν, &c [b]. Sic & Act. 13. 13. οἱ περὶ τὸν Παῦλον, *Paulus* [c]. Ità hoc loco, πρὸς τὰς περί, &c. *ad eas quæ erant circa Martham & Mariam*, i.e. ad Martham, &c. Metonymia adjuncti [d]. Non enim invisebant eas quæ circa illas erant, sed ipsas in luctu constitutas: id quod palàm arguunt quæ sequuntur, *ut consolarentur eas de fratre suo* [*]. Dubitari tamen potest annon & ipsæ & simul tota ipsorum familia significetur [f], ut Act. 13. 13. οἱ περὶ τὸν Παῦλον, *Paulus & qui ei aderant* [g]. Ità h. l. proculdubio significantur

Marginal notes (left column): z D. · a Me. · b Bru. · c Salm. in Wal. · d V. · * Bru. · f G. Bru. · g G. · h V. · i Bru. · k G. · l V. · m Bru. · n Camer. Bru. · o G. · p D. Camer. &c. · q G. Camer. · r D. G. · † Canin. in D. · t G. · v G. ex D. · x G. · y D. · z Camer. · a D. sic Camer. · b G. · c Pi. Bru. · d In ex Aug. sim. G. · * G. · f Li. ho. · g G. sim. · h Bru. · h G. · i Bru. ex Rup. · k Bru. · l G. · m Bru. · n G. · o V. · p G. sim. Bru. · q G. · r Bru. · † G. · t G. sim. Bru.

Marginal notes (right column): v G. · x Ca. · y G. · z Idem. · a D. · b G. sim. Me Bru. Camer. · c Bru. sim. Me. Camer. · d G. · * Mal. · f Bru. Mal. · g G. · h Di. · i V. Bru. · k Bru. · l G. · m Li. ho. · n Bru. · o Li. ho. · p V. · q Mal. · r G. · † G. sic Er. Rev. Pi &c. · t G. · v Er. · x Glas. gram. 3. 2. 1. 172. · y Rev. · z Mal. · a Sch. · b Rev. · c Er. · d Pi. · * Er. · f G. · g G. Glas. Sch.

nificantur fœminæ etiam aliæ & amicæ, aut etiam cognatæ, quæ, de more, luctum potiùs intendebant quàm moderabantur[h]. ¶ *Ut consolarentur eas*, &c.] Quod officium per septem dies extendi solebat. Sæpe ejus moris mentio in S. Historia, & apud Josephum, & in Thalmudicis Libris[i]. Triginta dies erant tempus lugendi, Tres primi Fletui destinabantur, (quibus nec de sacris, nec suo, edere, nec ullum servile opus facere, nec salutantem resalutare, licebat,) septem Planctui, triginta intermissioni lotionis vestium & tonsuræ[k]. [Plura hîc vide in Li.]

20. *Martha ut audivit*, &c.] Rem familiæ curans huc illuc cursitabat[l]. Itaque priùs accepit rumorem quàm Maria salutatores excipiens in intima domo. Vide Luc. 10. 41[m].

21. *Si fuisses hic*, &c.] Fides quidem, sed infirma, ut quæ nihil ei tribuat nisi præsenti. Sic suprà 4. 49[n].

22. *Quæcunque poposceris*, &c.] Concedet tuis precibus. Non audet dicere, *mortuum resuscitabit*, ob voti magnitudinem[o]. Et hîc infirmitas apparet. Putat illum gratiosum esse apud Deum, non autem in illo esse plenitudinem Divinæ potestatis[p], nec eandem esse ipsius & Patris virtutem[q].

23. *Resurget* &c.] Non ait clarè, Ego eum nunc statim resuscitabo, partim ut Marthæ animum paulatim ad miraculi fidem ac spem exerceret, partim modestiæ causâ[r]. Modestè [loquitur,] ut solet: nam de se nihil prædicat nisi necessitate extorquente †.

24. *In resurrectione*, &c.] Syrus vertit, *In consolatione*[t], locutione receptâ[v]; quia spes resurrectionis consolationem adfert, &c[x]. De hac autem generali resurrectione Martha aliquid quidem à Pharisæis didicerat, sed confusum, obscurum, neque certis nixum testimoniis: Ex Christi autem habitis antehac sermonibus certius aliquid cognoverat[y].

25. *Ego sum resurrectio*, &c.] i.e. Auctor resurrectionis[z]: quare & repræsentare eam possum[a], & fratrem tuum nunc excitare[b]. Sic solent Hebræi causis dare nomen effecti, ut suprà 1. 4. Simili modo Christu dicitur *justitia, sanctificatio, redemptio*, 1 Cor. 1. 30. Non est [inquit] quod hæsites. Refellitur hîc tenuis illa Marthæ de Jesu opinio[c]. q. d. Non egeo alterius auxilio, ego ipse largitor sum vitæ, &c. ut Deus quidem, causa principalis, &c[d]. Non precariò, non alienâ virtute, sed meâ ipsius, possum suscitare: nec quisquam nisi per me resurgere potest aut vivere. Per me & mortui resurgunt, & viventes vivunt*. ¶ *Qui credit* (vel, *confidit*, G.) *in me*, (i.e. me esse Christum, esse resurrectionem & vitam. Probat se esse & resurrectionem, hoc versu, & vitam, v. seq[f]. Hæc omnia [hoc v. & seq.] de tota persona sunt intelligenda[g].) *etiamsi mortuus fuerit*, (scil. corpore[h],) *vivet*] i.e. Reviviscet[i], corpore, ad vitam æternam[k]: non manebit in morte[l]. Hîc jam vult intelligi: Quare, cùm Lazarus in me crediderit, per me suscitandus est ad vitam immortalem & beatam, quod præcipuum est bonum[m]. At hæc responsio videtur esse abs re, quia quæstio erat de vita corporis restituenda: Christus verò loquitur de vita animæ. Imò bene respondet, non solùm corpori, quod rogabatur, sed etiam animo, se vitam dare posse[n]: &, sumptâ occasione à vitâ (& resurrectione[o]) corporis, altiùs mulieris fidem attollit ut petat animi vitam, quæ sola expeti digna est, &c[p]. & de beata resurrectione differit[q]. Solet hujusmodi occasiones captare Christus à corporeis ad spiritualia homines traducendi, ut Joh. 4. 13. & 6. 27[r].

26. *Qui vivit* (vitam hanc mundi scilicet †,) *& credit* (i.e. si credat[t],) *in me*] Agitur autem hîc de fiducia operante & constante[v]. ¶ *Non morietur*, &c.] Scil. morte secundâ[x]. Sic suprà 6. 49, &c[y]. ¶ *Credis hoc?*] q. d. Hoc præcipuè credendum, & optandum, & fratri tuo & tibi, nè in æternum moriamini[z]. Christus plerumque ante miraculum fidem exigit[a]: & fidem rogantis postulat pro curatione eorum pro quibus rogabatur, ut Matt. 9. 2, 32[b].

27. *Utique*, Ναί] Etiam, Be. Pi. Credo tibi hoc jam affirmanti, *te esse datorem vitæ æternæ*: nam ναὶ præcedentia affirmat[c]. ¶ *Ego credidi*, &c.] Jamdudum[d]. Rationem reddit; *nam & antehac credidi te esse Christum*. Quare æquum est ut omnia dicenti tibi credam. Vide suprà 5. 25*. ¶ *Qui—venisti*, Ἐρχόμενος] *Veniens*, vel, *Qui venis*, Bru. vel, *venturus eras*, Be. Pi. qui debebas mundo apparere; qui exspectabatur[f]. Sic suprà 6. 14. Vide & Matth. 17. 11[g].

28. *Abiit*] Jussa à Christo, ut sequentia ostendunt[h], Mariam sororem advocare ad eum locum ubi Christus substiterat, qui propior erat sepulchro extra vicum, ut mos erat, posito. ¶ *Magister*] Sic eum illa familia appellabat[i]. Fatentur se & sororem esse discipulas Jesu. Non dicit, *Christus*: quia id nomen nondum vulgandum erat, Matt. 16. 20[k]. ¶ *Vocat te*] Mariam solam Christus vocari jusserat, nè turbam colligere videretur, quam tamen sponte secuturam præviderat[l].

29. *Surgit citò*] Prompto obsequio[m], & moræ impatiens[n].

31. *Judæi*] Hierosolymitæ. ¶ *Dicentes*] *Cogitantes*, ut rectè hîc exponit Syrus. Hinc in quosdam Græcos contextus irrepsit interpretamentum, δόξαντες[o]. ¶ *Ut ploret ibi*] i.e. Ut indulgeat illic fletibus[p]. Solebat enim ibi major quidam planctus excitari, velut renovato dolore[q].

32. *Cecidit ad pedes ejus*] Ut Prophetam venerata[r].

33. *Infremuit spiritu*] Ita Er. Il. P. Mo. Tre. ex Sy. Be. &c. i.e. in animo suo, vel corde †: h.e. intimè[t]. Infrà v. 38. dicitur, *in semetipso*[v]: præ studio quo præditus erat erga Lazarum[x]. Πνεῦμα hîc est, *animus*: nam sæpe & pars illa, in qua sunt affectus, venit hoc nomine, Matt. 5. 3. Act. 19. 21[y]. Al. *Spiritu* interiore, anhelitu intus coacto. Ἐνεβριμήσατο aliquando transitivè usurpatur, ut Matt. 9. 30. Marc. 14. 5. hîc neutraliter, pro, *fremitum edidit*[z]. Ἐμβριμᾶν respondet Hebræo זעם, & sic vertitur Thren. 2. 6. זעם, quod & זעף, quemlibet animi motum graviorem significat, sive ille ex Ira est, sive ex Metu, sive, ut hîc, ex Dolore[a]. Ἐμβριμᾶν derivari videtur à βρέμω *fremere*, & propriè ac primariò est, *infremere*, eámque animi commotionem significat quæ est in ira cum fremitu & horrore: ut Thren. 2. 6. ubi pro זעף אף, *commotio iræ*, LXX dixerunt, ἐμβριμήματι ὀργῆς: & in Xenoph. Pæd. 4. ἐμβριμῶντο τῷ Κύρῳ, *excandescebat in Cyrum*. Indè secundariò significat, *increpare* aliquem & *acriter minitari*, q. d. fremere & commoveri in aliquem. Syrus hîc vertit, ut bene Trem. *vehementer commotus est in spiritu suo*. A βριμη, *robur, fortitudo*, fit ἐμβριμᾶσθαι, *fortiter commoveri*[b]. ¶ *Et turbavit* (i.e. vehementer commovit[c]) *seipsum*] Excitavit in se tristitiam[d]. Vide Joh. 12. 27. & 13. 21. & 14. 1, 27*. Expositio est formæ Hithpahel[f], quæ non Actionem semper significat, sed sæpe & Passionem, intra nos[g], & passivè significat[h]. *Et commovit se*, Sy. & Ar. in G. Sed ut differat à superiore membro, puto hîc intelligi mutationem in vultu quæ animi affectum indicaret[i]: ità tamen ut nulla in eo esset ἀταξία[k]. Fremitus autem hic atque turbatio erat, vel, 1. indignantis[l]; vel, 1. ob peccata, causam mortis[m]; vel, 2. in mortem, ejúsque Auctorem, Diabolum[n]; vel, 3. in Judæos, quorum pertinax incredulitas fecerat ut Lazarus moreretur, quò ejus resuscitatione ad fidem adducerentur[o]. Vel, 2. compatientis & condolentis[p]: ut se verum hominem ostenderet[q]. Solent lachrymæ lachrymis excitari[r], præsertim apud animos misericordes. Homer. Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες, (*Homines optimi proni ad lachrymas.*) *Flere cum flentibus* est, Rom. 12. 15. Vide Eurip. & Menand †. [& verba in G.]

34. *Ubi posuistis eum?*] i.e. Sepelivistis[t]. Volebat ab ipsis deduci: ideo interrogat[v]: geritque se tanquam ignorantem, &c. nè fraudem suspicarentur[x].

35. *Lacrymatus est*] Lacrymas oborientes non ultrà tenuit, conspecto sororum fletu graviore. Neque hoc indignum Jesu. Vide Luc. 19. 41. & 22. 44. quæ loca malè olim solicitata ab iis qui Christum nobis Stoicum effingere voluerunt[y]. En verum affectum humanitatis[z]! Divinitatis signum editurus humanitatis signa præmisit, ut & Deus & homo esse crederetur[a].

36. *Quomodo amabat eum?*] Ex lacrymis de amore judicant[b]. In hoc profuit [forsan legendum *profuit*] fletus Jesu ut spectatores benigniùs de eo sentirent, ut de homine non nescio misereri aliísque humanis affectibus tangi[c].

37. *Non poterat hic*, &c.] q. d. Videtur non potuisse, &c. quia tristamur de iis quæ nolentibus & invitis accidunt.

[Marginal notes, left column: h Be. — i G. — k Li. ho. — l G. sim. Bru. — m G. — n G. sim. Bru. — o G. — p G. sim. Bru. — q Bru. — r Bru. — † G. — t Pi. sic G. — v G. — x Pi. — y G. sim. Bru. — z V. Bru. G. Pi. — a G. — b Pi. — c G. — d Bru. — * Mal. — f Bru. — g G. — h Bru. Pi. — i Pi. — k Bru. Pi. — l G. — m Bru. — n Mal. — o Bru. — p Mal. — q Bru. — r Mal. — † G. sim. Bru. ex Aug. & Euth. Pi. — t Bru. — v G. — x Pi. — y G. — z Bru. — a G. — b Mal. — c G. — d Bru.]

[Marginal notes, right column: * G. — f G. sim. Bru. — g G. — h G. sim. Bru. — i G. — k Bru. — l G. — m Idem. — n Bru. — o G. — p Bru. — q G. — r Idem. — † V. Pi &c. — t Pi. sic Mal. — v V. Bru. — x V. — y G. — z Bru. — a G. — b Di. — c Be. — d Bru. — * Ham. — f G. sic Ham. — g G. — h Ham. — i G. sim. Mal — k Be. sim. Mal. — l Rup. & Jans. in T. — m Aug. & Beda in Mal. — n Al. in Mal Me. Bru — o Me. ex Bru. — p T. ex Aug. sic Bru. Mal. — q Bru. Mal. — † G. sim. Bru. — t G. — v Bru. — x G. — y Bru. — z G. — a Pi. — b Bru. — b Idem. — c G.]

accidunt. Miraculum illud visûs cæco redditi vel vellicant & in dubium vocant; vel saltem cum exprobratione commemorant, quia faciliora præstare non poterat [d]: vel etiam negant [*]. Sarcasmus est diabolicus [f]. [Loquuntur] animo dubio. Nam & de ipsius animo in Lazarum bene existimabant, & Cæci illuminatio majus quiddam erat Sanatione. Hæc eò diligentiùs annotata ut plurimis testimoniis constaret non dubitatum de Lazari morte [g].

38. *Rursum fremens*] Vultu iterum dolorem testante: nam quod antè explicatiùs dixit, hîc breviùs. Solet, ut diximus, aspectu sepulchri dolor recrudescere. ¶ *Erat —spelunca*] Vide ad Matth. 27. 60. ¶ *Lapis superpositus*, &c.] Quia os hujus speluncæ parte unâ sublimius, alterâ depressius, erat, declivi specu [h]. ¶ Ἐπέκειτο] *Superjacebat*, clausuræ loco: non dicit, *advolutus erat*, ut Matth. 27. 60. ideóque non hîc dicitur *revolvi*, ut Matth. 28. 2. sed *auferri*. Facit hoc ad miraculi fidem, & excludendam doli suspicionem [i]. Malim, *appositus erat ad eam*, id est, ad ostium ejus [k], per quod in antrum speluncæ descendebatur. Sepulchra Judæorum non erant qualia nostra sunt, quibus, sic excavatis ut sursum pateant, cippus superimponitur, sed speluncæ, &c [l].

39. *Tollite lapidem*] Alloquitur plures, circumstantes [m], ministros Martham & Mariam comitantes: erat enim nonnullius laboris, Marc. 16. 3 [n]. ut hi, cadaver jacens ejúsque fœtorem sentientes, certissimi essent miraculi testes [o]. Si autem clauso sepulchro eductus esset, spectrum potiùs videretur quàm verus homo. ¶ *Martha*] Quæ magis dedita rebus exterioribus, prudentior sibi in hujusmodi videbatur [p]. ¶ *Jam*, &c. Ἤδη ὄζει] *Jam olet*, Be. Pi. &c. gravissimè scilicet [q]: i.e. fœtet, ut Sy. & Vulg. vertunt. Synecdoche generis verecunda [r]. Putabat Jesum non eum resuscitare velle, quippe quod non manifestè promiserat, sed tantùm frui adspectu amici jacentis [†]. Spem præ rei speratæ magnitudine non retinens, quasi humanè, avocat Dominum ab introitu speluncæ, nè ingrato jam putiscentis odore offenderetur [t]. ¶ *Quatriduanus est*] Ità Er. Il. Ti. Mo. Non à die mortis, sed à die sepulturæ, ut patet ex v. 17 [v]. Τεταρταῖός ἐστι] *Quatuor dierum est*, Sy. P. Be. Ca. Pi. &c. Sic Aristoph. Avibus, πεμπταῖον dixit puerum natum dies quinque. At Plutarchus, de mortuo itidem agens, τριταῖον dixit, lib. De sera Numinis vindicta: ut & Philostratus vitâ Apollonii, 3. 12. Plato itidem de mortuo δωδεκαταῖον [x]. Jam præterierat spes omnis reviviscendi. Massecheth Semachoth, cap. 8. *Prodeunt ad sepulchra, atque invisunt mortuos, tribus diebus. Intra id tempus nonnulli revixerunt*, &c. Beresch. rabba, fol. 114. 3. *Tribus diebus anima vagatur circa sepulchrum expectans ut redeat in corpus: Cùm verò videt quòd immutatur aspectus faciei, recedit & relinquit corpus.* Maimon. *Non testantur de mortuo* (quod ille hic est, & non alius) *nisi intra tres dies post mortem: quia postea aspectus vultûs ejus mutatur* [y]. Plures, tanquam mortuos, è feretro, & rogo, & sepulchro, revixisse tradunt Celsus, Plinius, & Alexander ab Alexandro. Lege cautum erat, nè apoplectici, quibus spuma circa os & labra versaretur, sepelirentur, nisi post 72 horas: optimè quidem, ait Rhasis, quia omnes humores tribus diebus expleverunt motus suos, unde nihil postea exspectandum est. Hinc Christus Lazarum quatriduanum suscitavit [z].

40. *Nonne dixi tibi, quoniam* (vel, *quòd*, Bru.) *si credideris*] Scil. me esse resurrectionem & vitam [a]. *Dixi*, non totidem verbis, sed sensu, cùm dixerat *resurrecturum fratrem*, & *se esse resurrectionis dandæ Dominum*, & rogâsset *an hoc crederet*. Fidem [autem] hanc in talibus beneficiis requirebat Christus, ut disceremus spiritualia beneficia non nisi in ipsum confidentibus conferri [b]. ¶ *Videbis gloriam Dei*] i. e. Divinum gloriosúmque factum [c]: potentiam Dei, non vulgarem, sed summam, quæ rapiet in admirationem & deprædicationem facti. *Gloria* Dei in Scriptura vocatur, tum Potentia Dei, ut Rom. 6. 4. tum Bonitas ejus [d]. Al. opus profectum à Deitate mea [*], ex quo ego agnoscar Filius Dei [f]. De se loquitur, ut suprà v.4. quanquam propter Judæos tectiùs loquitur [g]. Modestè tamen non suam dixit, sed [*gloriam*] *Dei*, cujus majestas nunquam magis quàm in admirandis & superantibus naturam operibus conspicitur [h].

41. *Tulerunt*, &c.] *Ministri, ut diximus.* Οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος] Latinus hoc non habet, sed nec Syrus, nisi quòd articulo addito refert se ad id quod suprà dictum erat. At habent pleraque exemplaria Græca & Arabs: quare retinendum puto [i]. ¶ *Elevatis*, &c.] Ad Deum Patrem. Habitus alloquentis Deum, mentémque vehementer elevantis in Deum, &c [k]. Vide quæ diximus Luc. 18. 13. Sic & Matth. 14. 19. ¶ *Gratias ago tibi*] Pro omni bono adepto debetur תודה, *gratiarum actio*, quocunque modo id nobis obtigerit, quando omnium primus auctor est Deus, Jac. 1. 17 [l]. ¶ *Quoniam audisti me*] i. e. Quòd velis & paratus sis hoc opus per me facere. Loquitur ac si res perfecta esset, docens se certum esse de Patris voluntate [m]. Vel præt. est pro fut. *audies*, ex Hebraismo [n]. *Audire* aliquem Deus dicitur etiam non rogatus, cùm ei benefacit, Psal. 10. 17. Esa. 65. 24 [o]. cùm voluntatem suam voluntati ejus accommodat [p]. Agit ergò gratias Christus pro accepta Divina miraculorum quorumvis efficiendorum potestate [q]. Nihil adhuc precatus auditum se dicit, ostendens se non egere precibus, sine quibus à Deo quod optabat obtinere potuerat; Deus enim volebat Divinâ voluntate, quod Christus volebat humanâ [r]. Nihil ergò aliud his verbis quàm essentiæ, voluntatísque, unitas significatur [†]. Christus sæpe in Evang. vim suam Divinam ad Patrem refert, non ut illâ sese spoliaret, sed tanquam Mediator, &c [t]. Christus duplicem naturam suam hîc prodit duplici verbo: Patrem appellat, ut Deus; auditur, & gratias agit, ut homo, qui beneficia verè acceperat à Deo, &c [v].

42. *Sciebam*, &c.] qu. d. Non hoc ideo facio, quòd novum hoc sit beneficium, ut vulgus putat, suprà 22 [x]. (solemus enim de novis tantùm beneficiis gratias agere [||],) quasi aliquando non audias, aut nolis quod ego volo, aut quasi dubitem aliquando an velis [y]; sed quia semper mihi ades [z], & vis quicquid ego, sive quà Deus, sive quà homo, velim [a]. ¶ *Propter populum*, &c.] Id est, ob imbecillitatem populi [b], qui solum Patrem noverat, id est, unum tam personâ, quàm naturâ, Deum: cui nisi Jesus opus hoc acceptum tulisset, non facilè in eum credidissent, sed spectrum hoc aut præstigias esse putâssent [c]. Hoc ideo dixi, ut populus hic intelligeret me omnia tuo auspicio & voluntate facere [d]. Ideo hoc facio nè putent aut me mihi originem hujus potestatis asscribere, aut Diabolo uti auctore, aliúmve quàm te Deum colere ac monstrare: te, inquam, quem & populus hic colere se profitetur [*]. ¶ *Ut credant*, &c.] Ut indè me à te missum colligant [f], & in omnibus veracem Deóque consentientem esse [g], quòd videant omnia à me ad laudem tuam referri, nihil me mihi vendicare; Diaboli autem & Mortis potestatem per me destrui [h]. Alioqui non egisset Deo Patri gratias, quippe ejusdem cum Patre naturæ, voluntatis, & potestatis: quam quidem à Patre acceperat, sed nascendo, non dono, &c [i].

43. *Voce magnâ clamavit*] Ut ab omnibus percipi possent verba [k]; nè quid superstitiosè aut magicè geri videretur [l]: non magico susurro [m], sed palàm, exserens potestatem [n]; ut ostenderet, se non alterius, sed suo tantùm nomine, sive imperio, suscitare; ac proinde Deum esse [o]: vel, tanquam ad dormientem loquens [p], & surdum [q], & mortuum, qui difficulter audire possit; ità accommodatè se gerens ad morem opinionémque hominum cum talibus loquentium [r]: vel, ut vox magna virtutis magnæ fortisque operis indicium esset [†]: vel, ut magnam judicii tubam repræsentaret, 1 Cor. capite 15. versu 52. Confer Joh. cap. 5. v. 25 [t]. Nam Lazari resurrectio figura quædam erat resurrectionis novissimæ, & clamor hic futuram vocem Archangeli significabat [†]. Est hîc imago quædam generalis resuscitationis, Matth. c. 24. v. 31. 1 Thes. capite 4. versu 16 [v]. ¶ *Lazare*] Exprimit nomen, vel, 1. ut suo imperio illum suscitari indicet; ac propterea dicit &, *veni:* quod imperantis vox est: nec dicit in nomine Patris, sed tanquam potestatem in se habens [||]. Vel, 2. tanquam amici [x]. Vel, 3. ut constaret de mente ipsius [y]; nè alius resuscitatus videretur [z]. At Lazarus jam non erat [a]. Sed Christus cum mortuo loquitur tanquam

cum

cum vivente, quia illi, ut Deo, omnes, etiam mortui, vivunt [b]; & Deus *vocat quæ non sunt ac si essent*, Rom. 4. 17 [c]. ¶ *Veni foràs*] Non dixit tantùm, *Surge*, ut ad puellam, Marc. 5. 41. sed quod ampliùs est, *Exi è monumento* [d]. Non dicit, *Resurge*, sed *veni*; quasi jam resurrexeris & vivas, exi [*]: te vivum & præsentem exhibe extra specum[†]. Tales autem voces non agunt, sed vim agentem significant, ut diximus ad Marc. 1. 25. Confer Rom. 4. 17 [h]. Vox hæc operatoria erat & efficax [i]. Postquam populum docuit se hominem esse consentientem Deo, monstrat & Filium Dei se esse (quod de se prædicabat) dum hoc facit non oratione aut obsecratione usus, sed imperio [k].

44. *Statim prodiit*] Non vitâ tantùm, sed & valetudine, recuperatâ [l]. ¶ *Ligatus*, &c.] i. e. Quamvis esset ligatus [m]. Secundum hoc miraculum [n]. Præter sudarium capiti impositum cæterum corpus totum perpetuis involucris tegebatur, quod & icones Ægyptiacæ monstrant, & Nonnus hoc loco: [vide G.] Confer Joh. 19.40. Quare, quod hîc dicitur de *vinctis manibus pedibúsque*, ità accipe ut illud Plinii de infantibus, *Jacent pedibus manibúsque devinctis*. Augustinus, *Institia quibus totum corpus Christi alligatum est*. Nec aliter sensisse videtur Basilius ubi hanc historiam tractat. Ideo συστέλλεσθαι dicitur mortuus, Act. 5. 6. i. e. *involvi, fasciis* scilicet, quam vocem Latinam hîc Syrus usurpat ut Græcum κειρίαις interpretetur. Hebræa vox est מרבדים [o]. ¶ *Institis*, Κειρίαις] *Fasciis*, Mo. Be. Pi. &c. Κειρίαι (à κείρω) propriè *segmenta* reddas [p]. ¶ *Sudario*, Σουδαρίῳ] vox est, vel, 1. Latina [q]: vel, 2. Syriaca [r]; ut Nonnus putat [†]. [Verba vide in G.] Rectè: nam in Syriacum & Judaicum idioma hæc vox transierat, ut notavimus Luc. 19. 20. Nec mirum, cùm & Græci eam à Latinis accepissent, ut docet nos Pollux. Ruth. 3. 15. המטפחת *flammeum*, ut K. ibi exponit, Chaldæus vertit סודרי, ut Exod. 34. 33. κάλυμμα quod vultui suo imposuit Moses; מסוה Hebraicè. Alii Rabbini etiam *vexillum constare* dicunt ex *pertica*, sive *columna*, & *sudario*. In Thalmudico titulo De sepultura refertur, *sapientioribus additum sudarium* non ampliùs denario constans. Meminit *sudarii* quo caput mortui obvolvebatur & Maimonides. Servius in Æneid 11. de Pallante mortuo, *Unam de duabus vestibus induit juveni, alterâ caput ejus velavit*. Adde verba Homeri de Patroclo; & quæ Penelope dicit Odyss. β'. & Didymum ad eum locum [t]. [Quorum verba vide in G.] ¶ *Solvite eum*] Id est, fascias, quibus involutus propserat [v]. Hoc voluit adstantes facere, ut ipsi testes essent non fictæ resurrectionis. ¶ *Sinite abire*] Quò velit, ambulare, &c. nam ligatus progredi non poterat [x]. *Abeat domum*, G, Noluit Christus cum eo ire, nè quasi in triumphum ducere videretur [y].

45. *Crediderunt*, &c.] Tracti & magnitudine, & certitudine, miraculi, crediderunt non tantùm à Deo missum, sed & Messiam, ut sequentia ostendent. Vide Joh. 12. 11, 18 [z].

46. *Quidam* (forsan illi qui dixerant, *Nonne poterat hic*, &c? suprà v. 37 [a].)—*ex ipsis*] Refer non ad postremas voces, sed ad illud generale, Ἰουδαίων. Impios hos fuisse necesse est: quod genus hominum, nè conspectâ quidem mortuorum resurrectione, resipiscere solet, Luc. 16. 31. Omnia enim potiùs, etiam absurdissima, comminiscuntur quàm sua commoda, aut hominum gratiam (quam istos venatos apparet) amittant [b]. ¶ *Ad Pharisæos*] Præcipuos ejus sectæ qui in Synedrio erant [c], ut docent sequentia [d].

47. *Pontifices*] Pontifex maximus Cajaphas, & socer ejus Annas antè eo functus Pontificatu, & cujus consiliis ferme regebatur Cajaphas [*]. Vide Luc. 3. 2. Joh. 18. 13, 24. Act. 4. 6 [f]. ¶ *Pharisæi*] Hi impulsu, Annas & Cajaphas auctoritate, Senatum convocârunt [g]. ¶ *Quid*, &c? Τί ποιοῦμεν] *Quid agemus?* Be Pi. vel, *agimus?* quomodo & Latini loquuntur ubi deliberant [h]. q. d. Negligentes sumus, non prohibemus [i]. ¶ *Hic homo*] Contemptim dictum [k], ut suprà 5. 12 [l]. ¶ *Multa signa facit*] Dum nos nihil facimus, nec contranitimur [m]. Adeò excæcati erant invidiâ animi, ut quod argumentum esse debuerat quo ipsi crederent, eo in ipsius perniciem incitarentur [n].

48. *Si*, &c. Ἐὰν ἀφῶμεν, &c.] *Si sinamus* (vel, *omittamus*, Be. vel, *permiserimus*, Er. Ti.) *eum*, Tre. Il. P. Pi. &c. scil. miracula edere [o]. Quasi humana vis Divinam impedire possit [p]. Ex professo opponunt se virtuti & gloriæ Dei [q]. ¶ *Omnes* (Judæi nostri [r]) *credent in eum*] Ut Messiam, ac proinde populi hujus Regem [†]. ¶ *Venient* (scil. cum exercitu [t]) *Romani & tollent* (nempe de medio [v]: i. e. delebunt, ut נשא, quod sæpe per αἴρειν redditur, significat, *delere*, Os. 1. 6 [x]. Sic αἴρειν sumitur Luc. 23. 18. Joh. 1. 29. & alibi [y]. Vel, *tollent*, i. e. transferent aliò [z]:) *nostrum locum* (id est, Templum [a]; q. d. nostræ curæ & custodiæ commissum [b]. Vel, Urbem [c]: τόπος pro *urbe* etiam Act. 6. 13, 14 [d]. Vel, regionem [*], Patribus datam, & à nobis occupatam [f].) *& gentem*] Id est, totum Judæorum genus [g]. Urbs deletur excidio, Gens internecione, aut dispersione [h]. Romanos autem infensos aiunt fore ob Messiam [i], præter ipsorum consensum, pro Rege acceptum [k], reputantes nos Imperatori rebelles [l]. Quasi non Jesus apertè docuisset obtemperandum qualibuscunque Rectoribus, Regnum autem etiam oblatum defugisset. At ipsi Messiam, & quidem Romani Imperii hostem, exspectabant. Et, vero Messiâ contempto, in id inciderunt quod se metuere profitebantur [m]. Incertum est an Judæi hoc dicant ex animo; an verò (quod Cyr. Chrys. &c. probabiliùs sentiunt) repugnante conscientiâ, & specie utilitatis publicæ invidiam suam velantes [n]. Vel cognoscebant, vel saltem suspicabantur, Jesum esse Messiam: Nam, 1. nôrunt eum esse hæredem, Marc. 12. 7. 2. Nôrunt adimpletas Danielis Hebdomadas: indéque tantus Judæorum confluxus ad Hieros. Act. 2. Messiam exspectantium. Confer & Luc. 19. 2. 3. Viderunt stupenda ipsius miracula [o]: quorum tantam fatentur esse vim ut omnes credituri essent, &c [p]. Obj. Dicuntur hoc ex ignorantia perpetrâsse, Luc. 23. 24. Act. 3. 17. & 13. 27. 1 Cor. 2. 8. Resp. Ignorabant quidem personam, h. e. Messiam esse Deum æquè ac hominem: suspicabantur tamen Jesum esse Messiam. Quid ergo? An Messiam suum interimerent? Ità sanè, potiùs quàm pereat ipsorum religio & Judaismus, quem à Messia gloriosè regnante stabiliendum glorificandúmque putârunt, ipsis à jugo Ethnico liberatis. Cùm autem Messias tam pauper appareret, qui hortaretur tributum pendere Cæsari, tam contraria Pharisæis doceret, Judaismum ex traditionibus inventisq; humanis consutum profligaret, pereat per eos talis Messias potiùs quàm Judaismus; quo pereunte non possent non perire Urbs & Gens, juxta maledictiones illas Deut. 28. Præterea observârunt Magistri ex collat. Esa. 10. ult. cum Esa. 11. 1. quòd manifestatio Messiæ, & excidium Templi parum distarent [q]. Non inquirunt de his signis, an virtute Divinâ fierent, an congruerent Prophetiis, Esa. 35. &c. an sufficientia essent, &c. Quæ si indagâssent, facilè intellexissent, Romanos vel credituros, vel tali virtute facilè superandos [r]; vel saltem ipsis credendum esse, licèt per Romanos idcirco exscinderentur; & spiritualia temporalibus præferenda esse [†].

49. *Cùm esset Pontifex* (summus, ac proinde concilio præsideret, majori cæteris auctoritate præditus [t]: ac propterea liberiùs loquebatur, & attentiùs audiebatur [v].) *anni illius*] Hoc additum non quòd in annos, sed quòd subindè, mutarentur Pontifices [x]: quem morem ipsorum ambitio contra Legem invexerat [y]. ¶ *Nescitis quidquam*] Stulti estis [z], quòd in re tam facili atque expedita hæsitatis [a].

50. *Expedit*, &c.] Descriptio ingenii ejus generis quos vulgò *Politicos* vocant, qui, Honesto atque Justo insuper habito, nihil præter Utilitatem spectant, nec aliud in ore habent; Utilitatem, inquam, quam publicam vocant, cùm revera plerumque merè privata sit [b]. ¶ *Ut unus homo* (quicunque & qualiscunque tandem sit [c], licèt innocens justúsque sit [d]. Non nominat Jesum, nè privato in illum odio ferri videatur [*].) *moriatur pro populo*] Idem ferè dictum Praxitheæ in Euripide, & Othonis Imperatoris apud Xiphilinum. [Quorum verba habet G.] Apud Virgilium, *Unum pro cunctis dabitur caput*—Eandem sententiam Musulmannici magistri Selimo dictârunt, ut est in Leunclavii Annalibus. Sed, ut hoc laudabile sit in eo qui sponte se pro patria devovet, illud excusari quî potest ut ob periculum imaginarium homo innocens, beneficus, opprimatur, & quidem per

Marginal notes (left column): b Mal. ex Chrys. &c. — c Bru. — d G. — * Mal. — g Bru. — h G. — i T. — k Bru ex Euthym. — l G. — m Bru. Li. ho. — n Li. ho. — o G. — p Ful. misc. 6. 18. — q Er. Cas. — r Di. — † Cas. G — t G. — v G. sim. Bru. — x Bru. — y G. sic Bru. ex Chrys. — z G. — a Bru. ex Euthym. — b G. — c G. sim. Bru. — d G. — * G. sim. Bru. — f G. — g G. sim. Bru. — h G. — i Bru. — k G. Bru. — l G. — m Bru. — n G.

Marginal notes (right column): o Bru. sic Mal. — p G. sim. — q Bru. — r Idem. — † G. sim. Bru. — t Bru. — v D. — x G. ex D. — y G. — z V. sic Bru. ex Aug. — a Bru. Mal. Me. — b Mal. — c G. sic Bru. Me. Chrys. in Mal. — d D. — * T. sic Bru. Chrys. in Mal. — f Bru. — g Mal. sim. Pi. Bru. — h G. — i G. sim. Li. ho. — k Li. ho. — l Li. ho. sim. Mal. — m G. — n Mal. — o Li. ho. — p Mal. — q Li. ho. — r Bru. — † Mal. — t Me. ex Bru. — v Bru. — x G. sim. Bru. — y G. — z G. sim. Bru. — a Bru. — b G. — c Me. ex Bru. sim. Mal. — d Bru. sim. L. — * Bru.

per

per calumniam? Hæc est illa mundi sapientia [f]. *Pro populo*, i.e. pro salute populi [g]: vel vice (quod ὑπὲρ significat) populi, alioqui per Romanos destruendi: sed & *pro populo*, scil. expiando & Deo reconciliando [h]. ¶ *Ut non* (Καὶ μὴ, i. e. *ne*, ut Heb. ולא [i]:) *tota gens pereat*] i. e. potius quam ut tota gens pereat [k].

51. *Hoc autem à semetipso non dixit*] Id est, vel, 1. non sponte, aut sciens quid loqueretur [l]; ut asina Bileami, verbis ori, non menti, ejus inditis [m]: quod, si ad prophetiam referatur, verum est, non, si ad sensum humanum [n]. Vel, 2. non proprio spiritu, aut instinctu [o], quatenus scilicet veram sententiam continebat [p]: nam, secundum sensum quem Caiphas intendebat, dixit à seipso [q]: non casu, non sine speciali directione Divina, quæ in singulis vocibus apparet [r]. ¶ *Cum esset pontifex anni illius*, &c.] Itaque non meritis ipsius, sed sacerdotali officio, datum est ut prophetaret †. Rationem reddit Divinæ providentiæ. Nam verba quæ Principibus excidunt multò magis animum afficiunt, & quasi ominosa [sæpe] sunt [t]. Frustrà hoc ascribitur officio ejus Pontificali, ac si is ex ipso Pontificatu fieret vates: siquidem non extiterat inter Pontifices, inter Sacerdotes, inter populum, per annos 400 & ampliùs Propheta quispiam. Emphasis hìc est in vocibus, *anni illius*: nam fuerat Cajaphas Pontifex aliquot annis ante hunc annum, & erat aliquot post. Erat annus ille magnus effusionis Spiritûs, qualem nec unquam viderat mundus, nec erat visurus. Et cadunt nonnullæ guttulæ super hunc improbum, ut micæ aliquæ à mensa filiorum ad catellum, ut ab ipso hoste redemptoris ederetur testimonium de redemptione. Expiraturus quoque hoc ipso anno erat Pontificatus, &c [v]. Apud Homerum de somnio quodam dicitur contemnendum fuisse nisi evenisset Ducum Duci Agamemnoni. Et apud Spartanos solis Ephoris licebat somnia referre. Et Hebræi aiunt ominis loco esse quod viro principi, etiam ignoranti, exciderit: unde proverbium, יהיה כשגגה היוצא מלפני לשליט. Docet scilicet ratio, si quid publici negotii significare vellet Deus, id significaturum maximè iis qui populo præsunt. Sic Pharaoni, sic Nabuchodonosoro, ventura per somnium patefacta sunt. Etiam Urim & Thummim consulere Regum erat, aut summorum Magistratuum in populo Dei. Quia verò Cajaphas in eo populo summam obtinebat dignitatem & quasi Princeps erat populi, ideo ejus ore, tanquam instrumento, utitur Deus. *Inimici nostri, judices*, Deut. 32. 31 [x]. ¶ *Prophetavit*] Non formaliter, nam aliud omnino intendebat, sed materialiter [y], Spiritu Sancto linguam ejus movente, non cor [z], nec mentem ejus illuminante [a]: ac propterea non fuit hic propriè Propheta [b]. *Quòd* (ὅτι non causaliter sumendum, sed objectivè [c]:) *Jesus moriturus erat pro*, &c. Ὑπὲρ τοῦ ἔθνους] *Pro ea gente*, Be. Pi. Bru. Judaica scilicet [d]. Magna hìc est vis articuli *. Nè tota gens periret, sed ut reliquiæ salvæ fierent [f]. Deus mortem ipsius erat permissurus atque ordinaturus ad salutem æternam eorum ex Judæis quibus aliqua esset Dei reverentia. Nam per mortem Christi, secutâ maximè resurrectione, certi facti sunt de ejus dogmate, fidem ei habuerant, & se converterunt. Vide Act. cap. 2. & sequentibus. Ἔθνος de Judæis, Luc. 7. 5. Joh. 18. 35. Act. 10. 22. & 24. 3, 10. Hinc Abrahamum Philo vocat ἐθνοπάτορα. *Pro gente* autem *mortuus* dicitur, quia pro parte optima gentis est mortuus: nam affectus hìc respici videtur, non sola occasio, ut alibi [g].

52. *Ut filios Dei* (vel, 1. electione Divinâ [h], qui filii Dei futuri erant [i]: electos ex Gentilitate [k]. Vel, 2. qui animo sunt apto ut Dei Filii fiant: sicut *oves*, & *populum Dei*, ex præparatione quadam dici suprà notavimus, 10. 16 [l].) *qui erant dispersi* (per totum orbem [m]: non in uno loco, sed passim, habitantes [n], regionibus, sectis & erroribus diversos. Sic distinguit gentes idololatras à Judæis [o], qui in uno & loco & populo erant. פרד, quod est *dividere, separare*, διασκορπίζειν interdum vertunt Græci. Et opposita sunt διασκορπίζειν & συνάγειν, Matth. 25. 24, 26. Vox Hebræa est נדחה, quam per πλανώμενον vertunt Græci, Ezec. 34. 4, 16 [p].) *congregaret* (unà cum gente Judaica [q]) *in unum*] Scil. *ovile*, ut dixerat Joh. 10. 16 [r]. ut fiat una Ecclesia sub eodem capite Christo †. Confer Eph. 2. 13. Antehac qui extra Judæos erant, σεβόμενοι τὸν Θεὸν, nullos inter se cœtus faciebant, nullum constituebant corpus [t].

53. *Cogitaverunt*, Συνεβουλεύσαντο] *Consultabant*, Be. Pi. sic Er. V. *Unà consultarunt*; communibus consiliis decreverunt, totum scil. Synedrium [v]. Jam planè ac firmè, exempto omni scrupulo, constituerunt rem non ultrà differendam, sed omni modo mortem maturandam. Ostendit Evangelista illum obtentum publicæ utilitatis tam bellum ipsis visum ut sufficeret ad decernendam Christi occisionem, cui deinde color quærebatur. Ità apparuit verum esse quod dicitur, *Grave præjudicium est quod judicium non habet* [x].

54. *In palàm*, Παῤῥησίᾳ] *Apertè, palàm*, 1 Mac. 4. 18 [y]. ¶ *Apud Judæos*] Scilicet Jerosolymitanos, aut Jeros. propinquos [z]. ¶ *In regionem juxta desertum*] Sub. *Judææ*, & sub. *sitam*, Bru. Ad partem Judææ Orientalem, non procul Hierichunte [a]. ¶ *Ephrem*, Ἐφραΐμ] Urbs obscura [b]. Quæ & *Ephron* [c], cujus mentio in Paralipomenis & Maccabaica historia. Non placet: nam *Ephron* incipit ab Ayn, *Ephrem* Syro & Arabi ab Aleph [d]. In 2 Par. 13. 19. cum *Bethel* commemoratur & עפרין, ut scribitur, quod tamen Masora docet legendum עֶפְרַיִן, *Ephrain*, quæ & *Ephraim*, Josepho de Excidio, 4. 33 *. Eadem est Ἐφραΐμ & Ἐφρὴμ [f]: ut pro ירושלים scribitur Ἱερουσαλὴμ [g]. & *Misrem*, pro *Misraim*, apud Josephum [h]: & in multis aliis vocis Patach cum Jod mutatur in Tzere ob vicinitatem pronunciationis. Omnino videtur hoc oppidum dictum ab ipsa tribu; cujus, credo, reliquiæ illuc se contulerant post cladem ab Jephta illatam, Jud. 12. 6 [i]. Videtur fuisse urbs in Benjamitide, ubi *Bethel*, quæ ei connumeratur [k]. ¶ *Ibi morabatur*; sic Be. Διέτριβε] *Conversabatur*, Bru. *Agebat*: ad verb. *conterebat*, scil. *tempus*. Elliptica phrasis [l]. Nè ante justum tempus se odiis objiceret, & ut ipsâ absentiâ apud non malos desiderium sui excitaret; quod ostendunt sequentia: itaque introitus postea ejus in Urbem ex ipsa exspectatione factus est augustior [m].

55. *Pascha* (sub. *festum*, Pi.) *Judæorum*] Quartum & ultimum prædicantis Christi [n]. Vide Joh. c. 2. v. 13 [o]. ¶ *De regione*] Id est, regionibus, circa Jeros. sitis [p]. Ἐκ τῆς χώρας] *Ex illa regione*, Be. Pi. G. In quam se receperat Jesus, & qui ibi eum reliquerunt [q]. Syrus, *Ex agris*, vel, *ex pagis*. Χώρα enim urbibus sæpe opponitur, & agros, sive rus, denotat, ut Luc. 12. 16. & 21. 21. Joan. 4. 35 [r]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς] *Ut purificarent* (vel, *præpararent*, V. Camer. Bru.) *se*, Be. Bru. Pi. secundùm Legem: vide 2 Par. 30. 18 †. vel tonsurâ & lotione vestium [t]. At illud domi poterat fieri. Vel jejuniis [v], orationibus, sacrificiis [x] pro peccato [y], solutione votorum [z], forsan & aspersione aquæ purificationis, &c [a]. Maturiùs iverunt quotquot aut imperatis à Lege sacrificiis, putà qui culpæ alicujus sibi erant conscii, aut sponte suscepto Nazaræatûs voto, obligabantur: nam & vota talia solvi solebant sub aliquem diem festum. Sed & alii aliquot dies prævios impendebant precibus. Vide 2 Par. 29 [b].

56. *Quærebant*] Cupiditate aut videndi miracula [c]; aut audiendi docentem [d]. ¶ *In templo*] Ubi conspiciendum se dare, & docere populum, solebat *. ¶ *Quid*, &c. Τί δοκεῖ ὑμῖν, ὅτι, &c?] *Quid videtur vobis? an quòd non veniet*, &c? Bru. sic Be. Pi. Ὅτι, ut solet, abundat. Dubitabant, *venturúsne esset ad diem festum*, aliis affirmantibus ob morem ipsius perpetuum, aliis negantibus ob impendens periculum [f].

57. *Pontifices*, &c.] Id est, Senatus, impellentibus Pontificibus & iis qui Pharisaicæ erant factionis, cæteris se tempori aptantibus. ¶ *Ut si quis*, &c.] Quod fieri solitum in criminibus atrocibus cum diris in non parentes. Vide Sophoclem Oedipode. ¶ *Ut apprehendant eum*] Ut ità eum in sua potestate haberent, ac deinde constituerent de modo interficiendi [g].

CAP. XII.

1. *Jesus ergo*] Cùm alii jam præiissent & ipse aliquamdiu exspectatus esset. Cohæret cum cap. superiori, v. 54, &c [a]. ¶ *Ante*, &c. Πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα] *Ante*

Margin notes (left column): [f] G. [g] Bru. G. [h] G. [i] Idem. [k] Pi. [l] Cyr. Leont. &c. in Mal. [m] Q. in Gom. [n] Mal. [o] Me. ex Bru. sim. E. Mal. [p] Me. sim. E. [q] E. [r] G. † Mal. ex Chrys. [t] Cam. [v] Li. ho. [x] G. [y] T. [z] T. ex Chrys. [a] E. [b] E. sic Bru. ex Th. [c] er. [d] Bru. Pi. &c. * Be. [f] Bru. [g] G. [h] Bru. Me. E. [i] Bru. [k] E. [l] G. [m] Pi. sic Bru. Be. &c. [n] G. [o] Err. [p] G. [q] Bru. [r] Bru G. † G. sim. Bru.

Margin notes (right column): [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] G. [z] Bru. [a] G. sim. Bru. [b] Bru. [c] Hi. in Er. [d] G. * Li. ho. disq. chorog. cap. 7. [f] G. sic Be. ex D. [g] G. ex D. [h] D. [i] G. [k] Li. ib. [l] Bru. [m] G. [n] Bru. [o] Bru. G. [p] Bru. [q] G. [r] Di. † Bru. ex Euthym. [t] Li. ho. [v] Bru. [x] V. Bru. [y] Bru. [z] V. [a] Li. ho. [b] G. [c] G. [d] Bru. * G. sim. Bru. [f] G. [g] G. [a] G.

Ante sex dies Paschæ, Er. Mo. Ti. Æth. Sy. in Di. At festum Paschæ non erat 6, sed 7, dierum [b]. Est itaque hîc verborum trajectio, pro, ἓξ ἡμέρας, vel ἡμέραις, πρὸ τῦ Πάσχα [c]. *Sex diebus* (vel, *Sexto die*, P.) *ante Pascha*, Ca. Il. Be. Pi. P. Sed hanc Versionem coactam puto [d], tum ob trajectionem præp. πρὸ, tum ob mutationem constructionis [*]. Est phrasis Syra [f]. Omnino eadem est locutio quæ Amos 1. 1. πρὸ δύο ἐτῶν τῦ σεισμῦ, *duobus annis ante terræmotum*. Sic 2 Cor. 12. 2. πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, i. e. *annis* 14 *ante hunc diem* [g]. *Ante sex dies* (vel, *Ante sextum diem*, posito cardinali numero pro ordinali, ut, μία σαββάτων, pro πρώτη quo nihil usitatius) *paschatis*, vel, ut Arabs, *à paschate*, i. e. antequam sextus à paschate dies venisset, vel, quum adhuc plus quàm sex dies ad Pascha restarent: sex enim dies futuri Paschatis sunt sex dies ad Pascha. Pascha autem non præsens, vel inchoatum, sed futurum hîc intelligi, ex seq. historia, ubi Christus ipso Paschatis primo die crucifixus narratur, adeò erat clarum, ut hîc addi non esset opus [h]. ¶ *Venit Bethaniam*] Prosabbato: neque enim Sabbato tantum itineris fecisset. ¶ *Ubi*, &c.] *Ubi habitabat Lazarus, & ubi manserat*: neque enim Jesus eum secum ducere voluerat, vitandæ ostentationis [causâ [i].]

2. *Fecerunt—ei cœnam ibi*] Id est, In Bethania [k]: scil. Discipuli & amici ejus loci, Lazarus, Maria, Martha, Simon leprosus, & alii [l]. Personale pro impersonali. *Parata est ei cœna* [*]; vel, 1. apud Simonem [†], leprosum [l], Lazari consanguineum, cujus domus erat Bethaniæ [m], erátque vel eadem domus quæ Lazari & sororum, vel ei vicina, vel illâ commodior, &c [n]. Ibi fuisse colligitur ex Matth. 26. & Marc. 14 [o]. Vide quæ ad Mat. 26. 6. & ad Luc. 7. 37. ubi pleraque hujus historiæ explicata [p]. Vel, 2. in domo Lazari. Alia prorsus hæc cœna fuit ab illa Simonis leprosi, quippe quæ fuit non sex, sed duobus tantùm, diebus ante Pascha, Mat. 26. 6. Marc. 14. 1. collat. cum 3. Matthæus autem & Marcus ordinem exactè servant, & præcisè referunt quid Bethaniæ gestum erat, tum 5 diebus ante Pascha, Marc. 11. 1, 11; tum 4 diebus ante Pascha, Marc. 11. 12, 15, 19, 20; tum 3 diebus ante Pascha, Marc. 11. 20, 27. & 13. 3: & deinde 2 diebus ante Pascha, Marc. 14. 1. Porrò cœna illa Joh. 13. eadem erat cum illa Mat. 26. & Marc. 14. ut hinc constat quòd inde cœpit proditio Judæ, Matth. c. 26. v. 13, 14. Marc. 14. 9, 10. quæ etiam cœpit ex quo Satanas in ipsum intravit, quod factum in cœna illa Joh. 13. Si dicas, cœnam illam fuisse nocte Paschali, contrarium constat tum ex v. 1. erat πρὸ τ̃ ἑορτῆς tum ex v. 29. ubi agitur de rebus comparandis ad festum. Si urgeas, v. 38. *Gallus non antè cantabit*, &c. quod nocte Paschali dictum erat, respondeo, id bis dictum fuisse, primùm in cœna illa Joh. 13. ubi emphasis est in voce, *ter*: deinde in cœna Paschali, ubi emphaticè additur, *hâc nocte* [q]. Solebant Judæi ante Paschatis dies cœnis solennioribus se & amicos excipere, præsertim nonâ, ut notat Theoph. quæ tunc incidit in diem Solis [r]. ¶ *Martha ministrabat*] Sedula suo more, Luc. 10. 40 [†], ut honoraret Dominum [t]. Non solebant in talibus conviviis accumbere fœminæ [v]. ¶ *Lazarus*, &c.] Ipso cibi sumptu vitæ redditæ veritatem probans [x]. Vide Marc. 5. 43. Joh. 21. 13 [y].

3. *Maria*] Soror Lazari [z], quæ & *Magdalena*, fortè ab oppido *Magdala*, quod erat quàm prope Hierosf. & quò forsan elocata est in matrimonium [a]. ¶ *Libram*; ita Er. Mo. sic Il. P. Ti. Be. Ca. Λίτραν] Hæc vox, quâ & Hebræi utuntur, una est earum quas à vicinis Siculis Latini acceperunt, ut & λέπρειν, οὐγκίαν, νόγκιον, multáque alia. Errant enim qui primitivâ origine Latina hæc putant. Judæi eam acceperant à Macedonibus [b]. Malim, vocem hanc Græcam esse [c]. ¶ *Unxit pedes*, &c.] Matth. & Marc. dicunt *caput*. Ità totum unxit Jesum, &c [d]. Inusitatum hoc erat, pedes unguento aromatico ungere [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐξέμαξε] *Et absterserat*, ut diximus Joh. 11. 2 [f]. Aut supponit hæc vox pedum lotionem, aut, si ad unguentum referatur, vix supposuerit abstersionem unguenti jam illiti, quin potiùs quòd fœmina capillis suis unguentum triverit & confricuerit [g]. ¶ *Capillis suis*] *Quod summum formæ decus est*, ait Poeta, & quo fœminæ maximè se solent jactare. Vide 1 Pet. c. 3. v. 3. ¶ *Impleta est*, &c.] Est enim valde odorum Nardus, Cant. cap. 1. vers. 12 [h].

4. *Judas*] Is dolo malo sermonis fecit initium, quem alii incautiùs sequuti sunt [i].

6. *Non quia*, &c.] Quippe perfido & immisericordi. Exemplum est Judas multorum privatis commodis obtendentium nomen pietatis. ¶ *Fur*] Permissus tamen à Christo inter Apostolos vivere; nè unquam sine malis speremus fore Ecclesiam. Subducebat autem pecuniam aut divortium meditans, aut periculum prævidens [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸ γλωσσόκομον, &c.] *Et crumenam*, sive *marsupium*, &c. Er. Mo. Be. Ca. &c. Ità ארון vertitur à Chaldæo & Hierosf. Gen. 5. 26 [l]. & à Græcis, 2 Par. 24. 8, &c [m]. Et creditur propriè fuisse arcula oblonga & angusta, quam iter facientes ferre secum poterant [n]. Talmudici proferunt גלוסקמא, & דלוסקמא, adhibéntque vulgò pro Arca sepulchrali, Moed. Katon, fol. 24. 1. Massech. Semachoth, cap. 3. &c. Hesychius, Γλωσσόκομον, θήκη, σορὸς ξυλίνη τῶν λειψάνων. Alii, *Est theca reliquiarum lignea, loculus, arca, capsula, marsupium, vel potiùs scrinium, in quo pecuniæ reconduntur.* Quidni ergò hîc sit *scrinium* aut *arca*, aut *cista* pecuniarum domi sita, cujus claves erant penès Judam, ad quod reportavit ille τὰ βαλλόμενα? Non enim dicitur, ἐβάσαζε γλωσσόκομον, sed quòd, εἶχε γλωσσόκομον, & ἐβάσαζε τὰ βαλλόμενα [o]. Docuit hoc exemplo Christus viris excellentibus non esse demandanda ea quæ ad vitæ hujus curam pertinent, Act. 6. 2. 1 Cor. 6. 4. Simul hinc apparet etiam perfectissimæ vitæ non obstare commune aliquod ærariolum unde necessaria comparentur [p]. ¶ *Quæ*, &c. Τὰ βαλλόμενα, &c.] Id est, τὰ ἐμβαλλόμενα, vel, συμβαλλόμενα per Aphæresin, aut Enallagen [q]. *Quæ injiciebantur*, &c. Bru. Pi. sim. Be. Pecunias quæ isti marsupio indebantur, & si quid aliud ad viam erat necessarium [r].

7. *Sinite*, &c. Ἄφες αὐτὴν] *Sine* (vel, *Omitte*, Be) *eam*, Bru. Pi. facere quod facit: nè sis illi molestus [†]: agat quod vult. Vide Matth. 27. 49 [t]. Solum Judam alloquitur [v]. Marcus optimè exponit, *Quid ipsi molesti estis?* 14. 6 [x]. ¶ *In diem sepulturæ*, &c. Τῦ ἐνταφιασμῦ, &c.] *Funerationis*, &c. Pi. *Tumulationis*, &c. Val. *Servavit hoc tanquam ad pollincturam*, G. ad indicandum sepulturæ meæ tempus instare [y], ut ungat me vivum, quem mortuum ungere prohibebitur [z]. Qui hoc loquendi genus non intellexerunt, mutârunt lectionem ut esset, *In diem sepulturæ meæ servet illud*; quod non Latini tantùm Codices habent, sed & Græci quidam: habuit & Codex quo usus est Nonnus. At Syrus rectè. Neque novum est perperàm intellecta perperàm mutari [a]. *Servavit* autem, non tam ex mente propria, quam ex eventu, & ex instinctu Spiritûs Sancti [b], sive ex providentia Dei, &c [c].

8. *Semper habetis*] Vel, *habebitis*, Be. Pi. Præsens pro Futuro, ut infrà 16. 10. & alibi [d]. Alludit ad Deut. c. 15. v. 11 [*].

9. *Cognovit*, &c.] Cùm hæsisset ibi per diem unum aut alterum [f]. ¶ *Ex Judæis*] In vicinia Bethaniæ [g]: ex Hierosolymitis, ut suprà aliquoties [h]. ¶ *Sed ut Lazarum* (opibus & nobilitate notum [i]) *viderent*] Eâdem operâ. Fama adventûs Jesu famam Lazari in vitam revocati resuscitaverat [k].

10. *Cogitaverunt*, Ἐβουλεύσαντο] *Consultârunt*, Be. Bru. Pi. Hic potiùs est, *constituerunt*, ut Act. 5. 33. & 15. 37. 2 Cor. 1. 17 [l]. *Consilio inito statuerunt*, Bru. ¶ *Principes*, &c.] Cum Senatoribus cæteris [m]. ¶ *Ut & Lazarum*, &c. Non Jesum solum [n]. Præceps est malitia, & semper ultrà rapit. Tam bene jam profecerant in egregia ista Cajaphæ sententia, *Pro bono publico quidvis licere*, ut non dubitarent hominem nullius culpæ reum adjectamentum facere sui sceleris ad tuendam dominationem [o]. Non ex stultitia aut errore, sed ex rabiosa malitia, Deo ipso bellum inferunt [p].

11. *Abibant*; ità Be. Pi. Ὑπῆγον] *Subducebant se*, deficiebant ab ipsis [q]: Urbe relictâ Jesum sectabantur. ¶ *In Jesum*] Non tantùm ut in Prophetam [r], sed & ut in Messiam [†], ut sequens historia ostendit [t].

12. *In*, &c.] Τῇ ἐπαύριον] *Postridie*, Er. Bru. sic Be. Pi. Die mensis 10, & 5 diebus ante Pascha: quo die ut assumptus est agnus, & reservatus ad Pascha, Exod. 12. 3. ità & sese præsentavit hicce agnus Dei, istius ritûs antitypum [v]. ¶ *Turba multa*] Nam quò propiores crant

[Margin notes, left column:] b Be. c Be. Pi. d Di. ex D. * Di. f Pi. ex Tre. g G. h Di. i G. k Bru. G. &c. l Bru. * G. † G. Bru. Me. l Bru. Me. m G. n Bru. o Mc. p G. q Li. chron. 61. 80. r G. † Bru. G. t Bru. v G. x G. sim. Bru. y G. z Bru. Li. ho. a Li. ho. b G. c D. d Bru. * Li. ho. f G. g Li. ho.

[Margin notes, right column:] h G. i G. k G. l Idem. m G. Li. ho. n G. o Li. ho. p G. q Camer. r G. † Bru. t G. v Val. Er. x G. y V. sim. Bru. z Bru. a G. b Bru. c Be. d G. * Be. f G. g Bru. h G. i Bru. k G. l G. m Idem. n G. Bru. o G. p Bru. q Bru. r G. † G. Bru. t G. v Li. ho. p 171. sim. [illegible]

erant dies Paschatis, eò major turba in Urbem veniebat. ¶ *Venit Jesus*] Ex Bethania. Historia explicata ad Matth. 21 [x].

13. *Ramos* (vel, *termites*, Pi.) *palmarum*] Ità Il. Mo. Be. &c. Signum lætitiæ [y]. Βαΐα à βαίνειν, *scandere*, quia termites, i.e. rami palmæ arboris, quò magis premuntur, eò fortiùs se erigunt [z]. *Rex Israel*] Promissus Messias. Ità Christus ante mortem & Regni sui indicia dedit, & quale esset Regnum ostendit, vi Divinâ in sui cultum animos movens [a].

14. *Et*, &c. Καὶ εὑρὼν, &c.] *Cùm invenisset autem*, Bru. *Nactus autem*, Be. P. G. Sic enim vox illa sumitur, ut diximus Luc. 1.30 [b]. ¶ *Asellum*, Ὀνάριον] *Pullum asinæ majusculum*, G. ¶ *Sedit*, &c.] Nempe dum fierent quæ narrata sunt [c]. ¶ *Sicut scriptum est*] Nempe Zach. 9.9 [d]. [ubi vide quæ in Synopsi fusè congessi.]

15. *Nolite timere*] *Secura esto*, quod *jubilandi* voce Propheta expresserat [*]. Sed Johannes sententiam recenset, non verba numerat. Hoc dicit, quia jam sibi timere cœperant, Joh. 11.48 [f]. [Vide & Matth. 2.3.] ¶ *Filia Sion*] Civitas Hierosolymorum [g]. ¶ *Rex tuus venit*] Qui liberet & defendat te [h]. ¶ *Sedens*, &c.] Nihil habens fastuosum [i]: non rapax, durus, ferox, tyrannus, ut plerique hactenus Regum vestrorum; sed humilis, clemens, facilis, &c [k].

16. *Non cognoverunt*] Ità Be. Pi. &c. vel, *intellexerunt*, ut γινώσκειν sumitur Matth. 12.7. & 21.45. & alibi sæpe [l]: quorsum ista fierent [m], vel, illud vaticinium ad hanc rem spectare [n]. Non erubescit Johannes fateri ignorantiam suam [o]. ¶ *Primùm*] Recenti re [p]. ¶ *Quando glorificatus est*, &c.] Postquam in cœlum ascendit [q], ut suprà 7.39. Tempore Regni cœlorum. Vide Matth. 11.11 [r]. ¶ *Recordati sunt*, &c.] Conferebant cum his factis testimonia Prophetarum [†]. Reminiscendo rem intellexerunt sensum Prophetæ; quia scil. Ascensio in cœlum & secuta Missio Spiritûs exemerunt illis opinionem de Regno terreno acceptam, ac docuerunt Regnum hoc, in conspectu hominum humile, esse omnium sublimissimum, & verè Regnum [t]. ¶ *Et hæc fecerunt ei*] Referri potest vel ad Discipulos, vel ad turbam [v]. Hæc illi facta esse animo revolverunt [x]: nam personale est pro impersonali [y]. Intelligit acclamationem *Hosanna*, substrationem vestimentorum, insessionem asini, & introitum in Urbem tantâ turbâ comitante [z].

17. *Testimonium ergò perhibebat*] Scil. hunc esse eum qui id fecisset [a], eum Lazaro reddidisse vitam [b]. Solet μαρτυρεῖ absolutè poni ubi ex sequentibus intelligitur quò sit referendum, ut suprà 1.32 [c]. ¶ *Quæ erat* (vel, *fuerat*, Bru. G.) *cum eo*, *quando*, &c. Ὅτι, &c.] Ità Syra editio Fabriciana, ità Latina, & Græci Codices vetustiores. Qui adfuerant cùm Lazarus excitaretur [d].

18. *Propterea*, &c.] Est ἔνδοξον. Nam quòd narrârat magnam turbam ei obviàm factam, ait maximè evenisse ob famam sparsam de Lazaro [*].

19. *Pharisæi ergò*, &c.] Cùm sectatores ejus in tantum crescentes viderent [f]. ¶ *Videtis quia*, &c. Ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν;] *Vos nihil proficere?* Be. Pi. edictis, machinamentis, &c [g]. Alii aliis hoc dicunt, *nihil promoveri*, imò multùm corrumpi res suas cunctando: ità ut jam majora præsidia quærenda sint ad exsequendum senatûsconsultum. Ὠφελεῖτε legit Syrus, Latinus vertit, *proficimus*, sensum respiciens [h]. ¶ *Mundus totus*, &c.] Hyperbole [i]. *Vis ingens hominum*: quomodo עולם sæpe usurpant Hebræi, & hîc Syrus עלמא [k].

20. *Gentiles*, Ἕλληνες] *Græci*, Er. V. Be. Bru. Val. &c. vel, 1. Gentiles, sive Ethnici [l], qui sive Templi celebritate, sive famâ miraculorum Christi, moti, sive quòd unum Deum crederent, huc venerant ut adorarent [m]. Horum non pauci, quamvis se circumcidi nollent, nec proselyti fierent, multas tamen Judaicas ceremonias observârunt, & in Templo adorârunt [n]; unde *Atrium Gentium*, quò allusum est Apoc. 11.2 [o]. etiam sacrificârunt. Romæ sub Imperatoribus multos constat Sabbatizâsse. Notum illud Horatii, *Hodie tricesima Sabbata, vin tu Judæis castis oppedere?* Marcus Agrippa, ut testatur Philo, quotidie Templum accessit, ibique preces sæpe effudit, & victimas Deo obtulit. Augustus quoque,

x G. y G. z Pi. a G. b G. c Idem. d BA. 1.2. 17.213. * G. f Bru. g G. h Bru. i G. k Bru. l G. m Pi. n G. o Bru. p G. q G sim. Bru. Pi. &c. r G. † Bru. t G. v Be. x G. y G. sim. Bru. z G. a G. b Ca. c G. d Idem. * G. f G. g Bru. h G. i D. Bru. k G. l Bru Mal. Me. Li. ho. &c. m Mal. n Salmas. in Wal. o Li. ho.

eodem teste, ex proprio sensu holocausta quotidie offerri constituerat [p]. Sacrificia autem nulla Gentilibus permissa erant præter Holocausta [q], eáque duntaxat quæ Sponte, aut ex Voto, offerebantur. Vide Maimonidem [r], [ejúsque verba in Seld.] item Menachoth, fol. 51. 2. & 72. 2. & 73. 2. & Joseph. Bel. 2.30, 31 [†]. Hi erant proselyti [t], ut eorum adoratio docet [v]: quales illi, Act. c. 2. v. 5. Et Eunuchus, Act. 8.27. quibus permissum erat, vel ut spectarent celebritates, vel ut adorarent in Atrio gentium [x]. Ἕλληνες vocantur omnes qui nec Israelitæ erant, nec proselyti, inter quos non pauci erant viri pii, unius Dei cultores, σεβόμενοι Ἕλληνες, Act. 17.5. Hebræis Thalmudicis חסידי אומות, *pii ex Gentibus*, qualis Cornelius, Act. 10. & ille Act. 8. Tales Deum adorabant in subdiali, quod vocabatur, *Gentium*, ex instituto Solomonis, 1 Reg. 8.41. Narrat Josephus inter hæc subdialia intersepimentum fuisse quò alienigenæ interiùs penetrare vetabantur. Vide Act. 21.28. Pertinet autem hæc historia ad cognoscendam amplitudinem Regni Messiæ: nam Gentium uberrimæ vocationi præludebatur. Videntur autem hi Gentiles fuisse Syrophœnices [y], vel Syro-Græcos, eósq; de Decapolitanis, vel Gadarensibus, vel Hippenis [z]: nam & alibi notavimus, Marc. 7. 26. Ἑλληνὶς vocari quæ aliis est *Syrophœnissa*. Et his ob vicinitatem facilior notitia cum Galilæis Bethsaidensibus, quòd illi fortè in partes Tyri & Sidonis subindè excurrebant [a]. Ratio hujus conjecturæ, partim quòd se applicant ad *Philippum de Bethsaida*, ut ob vicinitatem notum; partim, quòd probabile est, Græcos, tam Galilæis & locis ubi Christus sua edidit miracula vicinos, proniores fuisse & ad religionem Judaicam, & ad videndum Christum, quàm qui remotiùs habitarent [b]. Vel, 2. Hellenistæ, sive Græcienses [c], id est, Judæi qui in Gentibus habitabant [d], qui ex longinquis terris venerant, ideóque hospites erant & ignari rerum tunc Hierosf. gestarum, Gentiles non fuisse duo docent: 1. Quòd nunquam passi essent Judæi misceri sibi in solenni Dei cultu Gentiles [*]. Vide Act. 21.28 [f]. Resp. Contrarium constat ex Act. 8.27 [g]. 2. Severè prohibitum erat Romanis legibus, nè quis, patrio cultu relicto, ad Judaismum transiret [h]. Resp. Romani neminem prohibebant Judæum fieri, præsertim, si simul idolorum cultum retineret [i]. Roma enim, ut Leo loquitur, *cùm penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus*, &c [i]. ¶ *Ex his qui ascenderant*] Id est, ascendere solebant [k], Hierosolymam scilicet [l]: ex his quibus commodum erat ob loci propinquitatem hoc iter quotannis suscipere [m]. ¶ *Ut adorarent*] Scil. Deum Israelis, tum 1. precibus [n]; ut preces suas cum populo Dei conjungerent [o]: tum, 2. sacrificiis. Vide Esd. 6. 9, 10. 2 Mac. 3. 2, 35 [p]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ ἑορτῇ] *In festo*, Be. Pi. *In hoc festo*, Paschæ [q].

21. *Ad Philippum*] Notum fortè; aut quòd in eum inciderant [r]. ¶ *Galilææ*] Cui forsan hi vicini erant [†]. ¶ *Volumus*, Θέλομεν] *Vellemus*. Vide ad Matt. 26.39. Marc. 10.35 [t]. *Cupimus*, Bru. ¶ *Jesum videre*] Id est, propiùs & privatim convenire [v], cum eo colloqui [x], & doctrinam ejus audire [y]: nam alioquin præsentem illum conspiciebant [z], sed turbæ immixtum [a].

22. *Dicit Andreæ*] Ut qui senior ac major [b], & ordine prior [c], imò primus Discipulus Jesu, Joh. 1.40 [d], ac proinde familiarior esset [*]. ¶ *Dixerunt Jesu*] Quia antehac in legatione Discipulos vetuerat ire in fines Gentium, Matth. 10. 5. dubitabant an homines indè venientes, incircumcisi, admitti ad Christi colloquium debeant. Itaque ut in re dubia ipsum consulunt [f].

23. *Respondit eis*] Verbis quidem generalibus, sed unde satis intelligeretur se hoc colloquium non recusâsse [g]. q. d. Num Gentiles me quærunt? Appropinquat jam tempus ut ego glorificer, in conversione Gentium. Veruntamen, sicut granum tritici, &c. sic mihi primùm est moriendum, & exinde crescet infinita seges Ethnicorum [h]. ¶ *Venit hora*] Non longè est; adest; instat tempus illud [i]: id quod iste Gentilium ad me accursus significat [k]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα δοξασθῇ, &c.] *Ut* (vel, *Quâ*, V. sic Pi.) *glorificetur*, &c. Bru. &c. inter Gentes scilicet [l]. Ut qualis quantúsque sit non Judæi tantùm, sed & alienigenæ, agnoscant [m]. *Glorificandi*, &c. Ἵνα hîc accipitur τελικῶς, & respondet literæ ל, in Gerundii

p Salmas. q Seld. in Wal. ex He. sim. Li. ho. ex He. r Seld. † Li. ho. t Be. Pi. v Pi. x Ham. y G. z Li. ho. a G. b Li. ho. c D. d D. sic Calv. * Calv. f Q. in Mal. g Mal. h Calv. i Mal. k Be. Bru. l Bru. m G. n Bru. o G. p Pru. q Idem. r G. † Bru. t G. v G. Be. sim. Bru. x G. sic Bru. y Bru. z Be. sim. Bru. a G. b Bru. c G. d Bru. * G. sim. Bru. g G. h Li. ho. ad v. 24. i G. sim. Bru. k Bru. l Idem. m G.

rundii modo Hebræorum, quod Græci exprimunt per τὸ, subaudito ἵνα[n].

24. *Nisi granum*, &c.] Hæc dicit allegoricè de se moriturus[o]. Jam ostendit quâ viâ sibi aliisque ad veram gloriam eundum sit, nempe per ignominiam & passiones: &, nè offendantur Pharisæorum in se conspiratione, docet pejora adhuc restare[p]. Obj. Tu gloriam exspectas: atqui parata tibi est mors ignominiosa, &c. Resp. Mors mihi gloriam parabit. ¶ *Mortuum fuerit*] h. e. putrefactum[q], & terræ calore[r] resolutum †, atque in aliam quodammodo substantiam conversum[t], germinaverit[v]. *Mortuum* dicitur non ob ejus interitum, cùm vis vivifica potiùs se exerat maximè, cùm in terra reconditur, ejúsque calore & humiditate fovetur; sed ob mutationem, quâ fit radix frugiferi culmi[x]. ¶ *Solum manet*] Unum solum granum[y], sine fructu[z]. Sic Joh. 6. 22. μόνος dicitur certo respectu[a]. Apodosin subaudiendam relinquit, q.d. Sic ego, nisi morerer, neminem mecum ad salutem perducerem. Mortem suam comparat sationi[b], vel corruptioni grani, &c[c].

25. *Qui* (Quicunque. Nè in Jesu solo verum putaretur, ut mors sit salutis gloriæque radix, profert generalem sententiam[d].) *amat* (nempe præ Divinis *: vel, ità ut ejus retinendæ causâ me abneget[f]. Vide ad Mat. 10. 39[g].) *animam suam*] Id est, se, & sua commoda & honores hujus vitæ, intellige, *in hoc mundo*, ut ostendit membrum oppositum[h]. ¶ *Qui odit*, &c.] [Comparatè scilicet :] minoris faciens quàm ea quæ ad Deum pertinent[i], ut Luc. 14. 26. ubi dicta vide[k]. Sic Gen. 29. 31[l]. paratus est perdere meâ causâ, ac si odisset[m]. *Odit*, i. e. arctam viam ingreditur, Matth. 7. 14. ut qui alterum odit, eum laboribus & inediâ, &c. conficere studet. Talia enim aliqua vocantur, qualia plerunque contingere, aut existimari, solent[n]. ¶ *Custodit eam*] Efficiet ut ad vitam æternam perveniat. φυλάσσειν opponitur τῷ ἀπολλύειν, etiam Joh. 17. 12[o].

26. *Si quis mihi ministrat*] Si quis profiteri & præstare se voluerit ministrum meum in procuranda sua ipsius aliorúmque salute[p]. Ostendit generalia hæc effata non ad se tantùm, sed & ad suos, pertinere. Hic tacitè Regem se nuncupat, qui ministros plurimos habeat ad res Regni sui promovendas[q]. ¶ *Me sequatur*] Per viam crucis, contemptúsque & sui ipsius & mundi[r]. Imitetur exemplum meum. Sic Marc. 8. 34. Apoc. 14. 4†. ¶ *Ubi sum*] Ut Deus[t]: vel, *ero*, Bru. G. ut homo[v]. Intelligit locum summæ felicitatis[x]. ¶ *Illic*, &c.] Non divelletur in lætis, qui adsuit in tristibus[y]. ¶ *Honorificabit*, &c.] Felicitati addit gloriam, nè quid absit quod desiderari ab hominibus solet. Pro temporali jactura æterna promittitur reparatio; sicut ipse Christus per mortem non modò ad vitam æternam, sed ad perfectam Regni possessionem, pervenit[z].

27. *Nunc* (vel, Sed *nunc*, Bru.) *anima mea* (i. e. interior affectus meus[a]: pars sensualis[b]: imò anima cum omnibus facultatibus suis, ex collat. Matth. 26. 38. Joh. 13. 21[m].) *turbata est*] Ità Be. Pi. &c. Totus contremisco & conturbor[n], passionibus timoris, horroris ac tristitiæ[o]. Nè putarent qui ad ipsum imitandum invitantur, in ipso non esse naturalia desideria vivendi, evitandi dolorem & probra, ostendit eadem in se esse revera, quò magis aptus erat ut exemplar nostrum fieret, Heb. 2. 17. & 4. 15. Utitur hìc voce ταράσσω, quâ & suprà vehemens affectus indicatus est, 11. 33. Heb. נפשׁ תהמי עלי, ut Psal. 42. 6. Confer quæ ad Matth. 26. 38, &c. & Luc. cap. 22. vers. 44[p]. Poterant Discipuli, quos ad oppetendam mortem hortatur, dicere, Facile esse illi homini securo, alios ad mortem adhortari. Ostendit ergò, se mortem, aliorum more, exhorrescere, nec tamen eam recusare, &c[r]. Sed unde hæc tanta Christi turbatio? Resp. 1. Ex horrore mortis & suppliciorum imminentium†. 2. Ex apprehensione furoris & insultûs Diaboli: cum quo ei dimicandum erat juxta Gen. 3. 15. cujus totum furorem passurus erat, cui Deus laxavit omnes habenas, ut omnes vires suas in Christum exerceret, qui à Christo vincendus erat, non per potentiam Divinam, quod parum esset, sed per obedientiam suam & sanctitatem[t]. 3. Ex sensu iræ Divinæ[v] adversùs peccata totius humani generis, quæ in se expianda susceperat[x]. Christo congrediendum erat cum morte quæ nondum devicta erat, quatenus erat *stipendium peccati*, Rom. 6. 23. quod est *stimulus mortis*, 1 Cor. 15. 55. quatenus conjuncta erat cum ira Dei, Psal. 90. 7. peccatis omnium hominum debita, & initium erat *secundæ mortis*, h. e. æternæ damnationis, Apoc. 20. 6. Hinc Christus tantopere horrebat mortem, quam sancti Martyres læto animo adibant[y]. Nec absurdum, Dei Filium ità turbari: Divinitas enim occulta, neque vim suam exerens, quodammodo quievit, ut locum expiationi faceret[z]. Verùm an Christus rem habuerit cum irato Deo, quæro. Cùm enim ille jam staret, & perstaret in summo apice obedientiæ, vix congruum videtur, ut ingemisceret sub ira Dei[a]. Rectè quidem, si Christus suam tantùm personam sustinuisset, & suo solùm nomine passus esset: non ità si Christus aliorum, & quidem Peccatorum, personam induisset, eorúmque loco iram illis debitam in se recipere voluisset[b]. ¶ *Et quid dicam?* (Quid orabo Patrem[c]?) *Pater*, *salvifica* (vel, *libera*, Be. Pi.) *me ab hac hora?*] Instante[d]; ab hoc cruciatu: Meton. subjecti *: à tempore passionis & mortis imminentis[f]. Puto rectè etiam posterius hoc membrum per interrogationem legi. Solemus enim, in talibus sermonibus, primùm generaliter interrogare, *Quid agam?* deinde subjicere hoc aut illud. Ὥραν vocat tempus istud sibi periculosissimum inter tam potentes & crudeles inimicos[g]. ¶ *Sed* (Corrigit[h], non id quod absolutè oraverat, sed quod discutiebat an orare deberet[i]. Ostendit se non facturum quod interrogaverat, non deprecaturum mortem: nam ἀλλὰ hìc valet, *atqui*[k].) *propterea* (vel, *ob hoc ipsum*, Zeg. sic G. intellige, *ut moriar*[l]; quod superioribus verbis indicaverat[m]: ex instituto & proposito[n], & libenter[o].) *veni* (huc Hierosolyma, in medios inimicos me conjeci[p]:) *in horam hanc*] Quare non convenit ut eam deprecer[q].

28. *Clarifica* (vel, *Illustra*, V. *Glorifica*, Be. Pi. &c.) *nomen tuum*] Vel, meâ morte, &c[r]. Patiar quidvis quod tibi sit honorificum. Δοξάζειν Θεὸν eximiè dicuntur qui pro Divinæ veritatis testimonio moriuntur, infrà 21. 19†. Sensus, q.d. Illud ergò quod mihi precandum restat, hoc est, Ut nomen tuum, & promissum, & decretum tuum contra Diabolum Gen. 3. 15. glorifices, nè ille glorietur[t]. ¶ *Venit ergò vox de cœlo*] Quod solum ferme oraculi genus temporibus Templi secundi restabat, בת קול vocant[v]. *Vox* articulata[x], in medio tonitru[y]. קול est *vox*, &, eximiè, *tonitru*, h. e. vox Dei[z]. Φωνὴ & βροντὴ in his Scriptoribus idem valent: unde קולות *tonitrua* significat. Hinc בת קול, *filia vocis*, erat voluntas Dei patefacta cum tonitru, Exod. 19. 16, 19. Hinc h. l. v. 29. alii *tonitru*, alii *Angelum*, fuisse dicunt, & utrique verum dicunt; quippe tonitru cum voce junctum erat. Hinc βρονταὶ καὶ φωναὶ, Apoc. 4. 5. & 8. 5[a]. ¶ *Et clarificavi* (vel, 1. sub. *te*, ut miraculis, ità nunc nominatim resuscitato Lazaro, ut Pater ostendat sibi cordi esse Filii gloriam, sicut sua gloria erat Filio[b]. Vel, 2. nomen meum[c], per te Filium meum[d], in victoria tua in eremo, Matth. 4 *.) *& iterum clarificabo*] Per varia miracula[f], per victoriam tuam in hoc certamine[g], tuâ morte[h], resuscitatione & evectione in cœlum[i], missione Spiritûs Sancti[k], per quam amplificabitur Ecclesia, & nomen meum fiet illustrius[l], & toti orbi propalabo te esse Messiam, &c[m].

29. *Turba ergò quæ stabat*] Vel, *adstabat*, Be. Pi. ἑστὼς, pro παρεστὼς[n]. Pars ista vulgi quæ à Christo longiùs aberat[o]. ¶ *Tonitruum esse*] Vox magna erat, quam hi quasi confusum sonum exceperunt[p]. ¶ *Angelus*, &c.] Opinio erat multorum apud Hebræos Deum non loqui nisi Angelorum ministerio. Itaque decem præcepta, quæ *Deus* dicitur *elocutus*, asscribuntur Angelis, Act. 7. 38. Heb. 2. 2[q].

30. *Non propter me*] Scil. solùm, qualis antithesis est, Joh. 5. 22[r]. vel, præcipuè †, h. e. ad me consolandum[t], adversùs mortis horrorem; vel, ad me instruendum, &c[v]. ¶ *Sed* (sub. *etiam*, Pi. vel, *præcipuè*, Bru.) *propter vos*] Scil. erudiendos de me[x]: ut vos credatis me à Patre missum, résque meas ei curæ esse, & mortem meam ad ejus gloriam pertinere[y]: ut videatis quanti me Pater facit, etiamsi pro impio & seductore condemner[z].

31. *Nunc*, &c.] Νῦν κρίσις, &c.] *Nunc judicium* (i. e. causa,

Marginal notes: n Be. o Pi. p G. q Bru. r Mal. † Mal. Bru. t Mal. v Bru. x Glas. rhet. 1. 12. 356. y Bru. z Bru. G. a G. b Bru. c Mal. d Bru. * G. f Pi. g G. h G. sim. Bru. i G. sim. Glas. gram. 3. 3. 19. 285. k G. l Glas. ib. m Pi. n Glas. rhet. 1. 1. 37. o G. p Bru. Me. q G. r Me. † G. t Bru. Me. v Bru. &c. x G. sim. Bru. y Bru. z G. a Me. ex Bru. b Q. in Ger. m Ger. n T. o Me. ex Bru. p G. r Li. ho. † Bru. t Li. ho. v G. sic Calv. Ger. x Ger. ith. Calv. y Ger. z Calv. a Li. ho. b Q. c Bru. sim. Zeg. Li. ho. d Bru. * Pi. f Bru. g G. h Bru. sim. Pi. i Bru. k G. l G. sim. Bru. m G. n Li. ho. o Bru. p G. q Li. ho. r Bru. † G. t Li. ho. v G. x Bru. Ham. y Ham. z Heinf. a Ham. b G. c Bru. Li. ho. d Bru. * Li. ho. f T. g Li. ho. h Bru. i G. sim. Bru. Me. T. &c. k Bru. ex Aug. Me. T. l Me. m T. n Pi. o G. p Bru. q G. r Pi. † Bru. t Pi. v Bru. x Pi. y Bru. z G.

Line numbers: 10 20 30 40 50 60 70

causa, vel negotium[a]: vel *damnatio*, Pi. sic Gom. &c.) *est* (vel, *adest*, Be. Pi.) *mundi*, Bru. ex Vulg. &c. vel, *mundi hujus*, Be. Pi. Recordatione passionis suæ turbatus fuerat: sed, auditâ voce cœlesti, & consolatione indè perceptâ, redit ad tractationem de passione sua, in cujus lætam catastrophen, resurrectionem secuturam, respiciens, certúsque de sua contra Diabolum victoria, quasi in triumpho lætus gaudet[b], & contemplans mortem suam fore mundi redemptionem, exsultat[c]. Explicat hîc quid sit illa glorificatio Christi, ut scilicet per ejus mortem mundus ejúsque Princeps vincerentur[d]. *Mundus* hîc, per metonym. subjecti, & synecd. gen. accipitur pro impiis in mundo*, sive infidelibus, qui mundi nomine veniunt, Joan. 15.19. & 17. 6, 9. & 1 Cor. 6. 2. & 1 Cor. 11. 32. & *mundi impiorum*, 2 Pet. 2. 5[f]. & κρίσις, *judicium*, hîc, ut plerumque, pro condemnatione sumitur[g], per synecd. generis[h]. Sensus, q. d. Nunc mundus condemnabitur, quòd me innocentem occiderit, quòd me pro Christo agnoscere noluerit[i]. Non placet: quia Christus jam *non venit ut judicet mundum*, Joh. 3. 17. & 12. 47*. Al. *Mundus* hîc, ut v. seq. opponitur angustiis populi Israelitici finibus[k], accipitúrque pro toto humano genere; & *judicium* accipitur in bonam partem, pro vindicatione & liberatione[l], ut Deut. 10. 18. & 32.36. 1 Sam. 24. 15. Esa. 1. 17. & 11. 4. Jer. 5. 28. & 22. 16[m]. Κρίνειν sæpe apud Hebræos est, *in libertatem vindicare*. Id qui faciebant שופטים. [Sensus,] Vindicabitur genus humanum ab injusto possessore, ut sequentia explanant[n]. Misero loco erant res mundi[o]: Solicitavit hominem Satan ad peccandum, & prævaluit: exinde tanquam victor hominibus, velut servis, dominari cœpit, eósque in peccata miseriásque protrudere, 2 Tim. 2. 26. Deus autem homines liberare voluit, non viribus, (quod facilè poterat,) aut merâ gratiâ, sed jure, & itâ ut justitiæ Divinæ satisfieret[p]. [Sensus,] Jam instat tempus, passionis scil. & mortis meæ, quo causa mundi in judicio tractabitur[q], atque definietur[r], an scilicet mundus dominio Diaboli, ut hactenus, subjectus manere debeat, an verò asserendus in libertatem & mihi concedendus†. Diabolus urgebit jus suum, quòd per peccatum potestatem obtinuit in homines: sed ego eorum causam suscipiam, sistam me Dei judicio adversùs peccatum & Diabolum[t]. *Judicium*, i. e. initium ἀποκαταστάσεως mundi, de qua Act. 3. 21. ejecto illius usurpatore†. ¶ *Nunc* (i. e. mox, brevi[v]: Expositio est ejus quod præcedit[x]. Declarat judicium prædictum fore pro mundo adversùs Satanam[y].) *princeps hujus mundi* (i. e. Diabolus[z]: qui vocatur *princeps mundi*, hîc & 14. 30[a]. & 16. 11[b]. & apud Hebræos [vide Li. ho.] princeps nationum mundi, sive Gentilium, quales hi erant qui Christum jam quærebant[c]: & ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, 2 Cor. 4.4[d]. & κοσμοκράτωρ τοῦ σκότους αἰῶνος τούτου, Eph. 6. 12*. *Mundi hujus* dicit, vel, per contemptum, ut 1 Cor. 2. 6, 8. confer Gal. 1. 4. 2 Tim. 4. 10. vel, discriminis causâ, ut distinguatur à Deo, qui *Princeps mundi* simpliciter vocatur à Judæis passim: vel, per oppositionem, sive ad seculum futurum, in quod nulla est Diaboli potestas[f]; sive ad Principem illum, cujus Regnum non est de hoc mundo, Principem scilicet mundi futuri[g]. *Hujus mundi*, i. e. impiorum[h]; vel, Gentilium, quos captivus ducit in omne peccatum & perditionem[i]: qui inductâ in maximam mundi partem idololatriâ, &, quæ idololatriam comitatur, vitiorum colluvie, quasi Deo excluso, regnabat[k]. Non tamen legitimus hic est hominum Princeps, sed Tyrannus, homines, peccato à se victos, ipsíque ob peccatum à Deo traditos, pro libitu suo vexans[l]. *Princeps*, tum gloriatione suâ, Matth. 4. 6. tum operatione efficaci incredulis, 2 Cor. 4. 4. Eph. 2. 2. tum hominum opinione, &c[m].) *ejicietur foràs*] q. d. Ex arce & possessione sua[n]: de Regno deturbabitur[o]: nam ἔξω ex voce ἄρχων interpretandum, ἐκ τῆς ἀρχῆς[p]. Ex domo suâ, quam occupavit, Matth. 12. 29[q]. ex mundo seu hominibus[r]: vel, extra eos qui à me redempti sunt†: extra electos meos[t]: quos & merito mortis meæ, & efficaciâ Verbi & Spiritûs, à potestate Diaboli liberabo[v]. Abolebitur à me per mortem meam, juxta Heb. 2. 14[x]: deturbabitur de throno & tyrannide sua inter Gentiles[y], promulgato per totum orbem Evangelio[z]. Hoc Christus, Græcos jam videns, lætanter pronunciat, &c[a]. Significat Christus destruendam idololatriam & quæ ei cohærent. Confer Joh. 10. 16. Act. 26. 18. Col. 2. 15[b]. At, inquis, Diabolus nondum ejicitur, quia adhuc grassatur in mundo, & fideles indies oppugnat, &c[c]. Resp. Quòd tentet electos, indicium est, non regnare illum intrinsecùs, ut antè, sed solùm forinsecùs oppugnare, non instar Domini, sed hostis nostri[d]: dominio suo jam excidit, tandémque prorsus conteretur, Rom. 16. 20. Matth. 16. 18. Ejectus porrò est è gentibus infidelibus, &c*. & Diabolus nihil hominibus nocere potest, modò ipsi velint Christum fide amplecti[f].

32. *Si*, &c. Ἐὰν ὑψωθῶ, &c.] *Si* (vel, *Postquam*, G. vel, *Quando*, G. ex Sy. Ger. Sic 1 Joh. 3. 10. Sic sæpe sumitur Hebræum אם[g]. Sic & Marc. 16. 18. Joh. 14. 3. & 16. 7. Particula conditionalis pro χρονικῇ· ut interdum χρονικὴ ponitur pro conditionali. Ἐὰν h. l. non ponitur conditionaliter, aut dubitativè, sed absolutè & assertivè. Vel, *Etiamsi*: q. d. Quamvis me occidatis, adeóque extinctum putetis, sic tamen gloriam potiùs meam promovebitis[h].) *exaltatus* (vel, *in altum sublatus*, Bru.) *fuero è terra*, Vulg. Er. Pi. &c. i. e. supra terram, sive in aerem[i], in crucem, ut Joh. 3. 14[b]. *Sublatus*, i. e. crucifixus, ex linguæ Syræ usu, quâ זקף, quod propriè est, *attollere*, ut 2 Tim. 4. 15. sæpe valet, *crucifigere*; ut Matth. 20. 19. & 23. 34. & 26. 2. similiter & Chaldæis, Esth. 7. 10. & 9. 13. Confer Esd. 6. 11[l]. Puto Christum, Syriacè loquentem, verbo ambiguo usum esse, quo significaretur, & *tolli in sublime*, & *tolli è medio*[m]. Ex posteriore hac significatione orta est Judæorum objectio, v. 34[n]. ubi opponuntur, *manere in æternum*, & *è medio tolli*[o]. Pro ὑψωσω Ebræus hîc diceret, aut נעלית, quod verbum in Hiphil de morte usurpatur, Psal. 122. 25. aut הורמתי; (nam הרים, ὑψόω, est *extollo*. Sed de morte usurpatum non observavi[p]: quanquam Dan. c. 8. v. 11. הורם valet, *è medio tolli*[q].) aut נשאתי, quod in Niphal significat, *tollere è medio*[r]. Sic נשא sumitur Gen. 40. 19. Job 32. 22†. Hâc voce Judæi facilè intelligerent crucifixionem designari, tum ex similitudine præced. de grano frumenti, &c. tum ex collat. Joh. 8. 28. *cùm exaltaveritis*, &c. non certè in gloriam, quod illi minimè voluerunt, sed in crucem. Consultò autem utitur verbo quod exaltationem non modò ignominiosam significat, sed gloriosam, ut Act. 2. 33. & 5. 31. Philip. c. 2. v. 9. ut ostenderet, mortem sibi fore viam ad gloriam, &c[t]. ¶ *Omnia* (i. e. πάντα, ut est in meo cod. vetustiss. & in Aug[v]. quæ scil. Diabolus antè possiderat[x]. Sed πάντας habent plerique Codices Græci & Syrus[y]. *Omnes* intellige, non Judæos tantùm, sed & alienigenas[z]: omnes homines[a], nempe qui non reluctantur[b]. *Omnes*, nempe Dei filios[c], vel electos: nam de impiis jam dixit, eorum damnationem adesse[d].) *traham* (i. e. adducam, transferam*. Sed *trahendi* voce utitur; vel, 1. respiciens comparationem retis trahentis pisces, Matth. 13. 47. Vel, 2. ut ostendat non esse opus naturalium virium, sed Divinæ virtutis & miserationis, ad Christum venire, sive ad Deum converti, juxta Joh. 6. 44. Rom. 9. 16[f]. Vel, 3. respiciens ad dispositionem Christi in cruce brachia expandentis, ut omnes complectatur & trahat[g]. Alii crucifixi fugant à se homines, quippe qui ab ipsorum intuitu abhorrent: at Christus ad se trahebat, quod & serpens æneus fecit ob vim sanandi, &c. Num. 21. 9[h]. Vel, 4. ut notet vim oppositam, quæ duplex est, Satanæ, & pravi hominis ingenii; quibus, inquit, invitis & repugnantibus traham[i]. Ostendit se fortiorem Diabolo, Luc. 11. 22[k].) *ad meipsum*] Abstraham à Diabolo[l] ad me ac Dei Regnum[m]. *Traham*, vi resurrectionis meæ[n]. *Traham*, invitatione amicâ[o]: vel, per Evangelii prædicationem, internámque Spiritûs Sancti operationem[p], in cordibus credentium[q], quâ fides quoque generatur, 1 Pet. 1. 23. Joh. 6. 44, 65. Confer 1 Cor. 3. 5, 6, 7[r]. Prædicationis efficaciam hâc voce denotat & h. l. & Joh. 6. 44†. Qu. Sed quî omnes trahit Christus, cùm multi adhuc Diabolo adhæreant? Resp. Quia innumeri homines & populi conversi sunt ad Christum: alios quod spectat, illi jure ad Christum pertinent, à quo tandem ut rebelles subigendi sunt: & per solos ipsos stat quominus à Diaboli servitute liberati sint, &c[t].

33. *Quâ morte*] i. e. Quo mortis genere, nempe Crucis[x], quod vox illa, ὑψῶν, innuit. Vide ad Joh. 3. 14[y].

34. *Audi-*

Marginal notes (left column): a Bru. b Ger. c Eru. d Mal. ex Chrys. * Pi. f Gom. g Gom. sic Pi. h Pi. i Chrys. & Th. in Ger. * Ger. k Be. l Ger. sim. Mal. Bru. m Ger. n G. o Eru. Me. p Bru. q Ger. r Bru. † T. sim. Bru. t Ger. v Bru. x Bru. ex Aug. y Bru. z Bru. Bru. Cap. G. Camer. Gom. Li. ho. Pi. Ger. &c. a Cap. G. b G. c Li. ho. d Cap. G. * G. f Cap. g Li. ho. h Glas. rhet. 1. 3. 38 sim. Bru. i Li. ho. k G. l Bru. m Ger. n Mal. Ger. o G. sim. Ger. p G. q Bru. r Bru. ex Th. Mal. † Zeg. t Gom. Aug. in Mal. v Gom. † Be. x Pi. y Li. ho. sic Be. z Be. a Li. ho.

Marginal notes (right column): b G. c Gom. d T. ex Aug. sim. Ger. * Gom. f Ger. g G. h Ger. i Bru. k G. sim. Bru. Mal. Ger. Di. l BA. 2. 3. 13. 426. m Pi. ex Be. sim. Ger. n Ger. sic Be. Pi. Di. o Ger. p D. q Pi. sim. D. r D. † Ger. t Ger. v Be. x Bru. y G. z G. sim. a Be. Bru. Gom. Ger. b Bru. c G. sim. Ger. * Calv. d Pi. * Bru. f Ger. g Pi. sic Ger. h Ger. i Bru. k Ger. l G. sic Bru. m Bru. n G. o Q. in Gom. p Gom. sic Ger. q Ger. r Gom. † Ger. t Bru. x Bru. Pi. y G. sim. Bru. Pi. y G.

34. *Audivimus* (i. e. Didicimus [z]) *ex lege*] i.e. Ex S. Literis [a], ut *lex* sumitur Joh. 10. 34 [b]. Intellige, Legisperitis interpretantibus [c], ex verbis Scribarum. Opposita huic phrasiologia est, *Hæc est ex Rabbinis* [d]. Puto autem præcipuè intelligi Psal. 110. Dan. 7. 14 [*]. ¶ *Christus manet* (Præsens pro fut. *manebit* [f], nempe in vivis [g], ut Psalm. 72. 17. & 89. 30 [h]. regnabit [i],) *in æternum*] Juxta Esa. 9. 7. Ezec. 37. 25 [k]. Unde ergò Magistri tempus & annos ejus definiunt? Quidam ad spatium 40 annorum, quidam septuaginta, quidam trium generationum, Sanhed. fol. 99. 1. Post dies Messiæ exspectârunt successuram æternitatem [l]. Quæ ad evectionem Messiæ pertinent diligenter annotârant Magistri illorum temporum, cæci ad ea quæ de præviis ejus passionibus dicebantur, tum alibi, tum maximè Esa. cap. 53. cujus initium mox citatur. Vide 1 Pet. 1. 11 [m]. ¶ *Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari*, &c?] i.e. Crucifigi [n]. Quomodo hæc congruunt [o]? At hæc verba non præcesserunt, sed ea addita fuisse significat [p]. Omnino iis accedo qui à Johanne relatam hîc aiunt summam verborum Christi, non verba singula. Nam hæc plebis dicta ostendunt Christum simul cùm de *evectione* diceret nominasse *Filium hominis*: fortè & ipsam evectionem Serpentis similitudine illustraverat, ut suprà 3. 14. quo factum ut mortem eo verbo indicari plebs intelligeret [q]. ¶ *Quis est iste*, &c?] Quem scil. exaltandum dicis [r]. Nos, cùm *Filium hominis* dici audimus, eum concipimus de quo dixit Daniel & cujus fore Regnum æternum ipse vaticinatus est, i.e. Messiam [†]. An tu alium *Filium hominis* designas [t]?

35. *Dixit ergò*, &c.] Noluit Christus dictis respondere; tum quia mysteriorum illorum nondum erant capaces, Joh. 16. 12 [v]. tum quia ex malitia obstrepebant, ut calumniarentur, &c. tum maximè, quia in præced. v. 24. responderat [x]. Christus igitur responsionis loco hortatur eos, &c [y]. ¶ *Adhuc modicum*, &c.] Cùm eos videret offendi mentione Passionis suæ, contrà ostendit hoc magis ipsis esse festinandum ut sui præsentis beneficiis fruantur. *Ut esse Solis gratius lumen solet Jamjam cadentis.* Se vocat *lucem*, ut suprà aliquoties; *tempus lucis*, præsentiam suam conspicuam, quam & *diem* dixerat Joh. 9. 4 [z]. ¶ *Ambulate*] i.e. Credite, ut exponitur v. seq [a]. Proficite in cognitione rerum Divinarum [b]. ¶ *Dum lucem habetis*] i.e. Me præsentem, exemplis, doctrinâ, ac miraculis, vobis prælucentem [c]. Conjungi solent *lux* & *ambulatio*, ut Joh. 8. 12 [d]. ¶ *Ut non vos tenebræ* (nempe ignorantiæ [*], errorum [f], peccatorum [g], excæcationis atque obdurationis [h], æternæque damnationis [i]. Hæc enim omnia *tenebrarum* nomine significantur in S. S. ut Esa. 9. 2. & 42. 2, &c [k].) *comprehendant*] Sic Ger. ex Sy. Pi. Præter spem, & cum quadam violentia, ut verbum sumitur Marc. 9. 18. Joh. 8. 4. 1 Thes. 5. 4. & apud LXX, Num. 21. 32. Jos. 6. 20. & 10. 19. &c [l]. Καταλάβῃ] *Deprehendant*, Be. *Occupent*, V. Pi. Nè fortè Deus sermonem suum vobis subtrahat. Quod jure quidem Deus facere potuit statim post Christum crucifixum: sed pro sua misericordia multum adhuc temporis indulsit; quo elapso, Urbem reliquit suæ cæcitati, eductis Christianis [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὁ περιπατῶν, &c.] *Et* vel. *Nam*, Bru. G.) *qui ambulat in tenebris nescit quò vadat*] Et viam, ubi incedit, & terminum ad quem perveniet [n]. Ideo utimini luce, quia in tenebris nescitur quò eundum sit. Et sanè ab Evangelio derelicti non in suam tantùm Legem, sed in mores civiles & naturam ipsam, gravissimè impegerunt, ut docet Obsidionis historia [o].

36. *Credite*] Explicat quod modò dixerat figuratè, *ambulate* [p]. ¶ *Filii*, &c.] i.e. Hæredes [q]: vel, participes; ut solet vox *filiorum* sumi apud Hebræos. Diximus Mat. 9. 15. Sensus ferme idem qui Joh. 8. 12. ubi in luce ambulantibus promittitur fore ut *habeant lucem vitæ*, æternæ scilicet [r]: quos lux hîc regit, ducitque ad fruitionem lucis æternæ [†]. ¶ *Abscondit se*, &c.] Bethaniam secessit, nè ante opportunum tempus se ingereret periculis, Luc. 21. 37 [t]. noluit sciri ubi nocte diversaretur [v].

37. *Cùm autem*] Hoc est quasi Epiphonema Apostoli, subnixum non iis quæ proximè præcesserunt, sed toti historiæ. ¶ *Tanta*, Τοσαῦτα] *Tot*, ut Luc. 15. 29. Joh. 6. 9 [x]. *tantaque*: nam & multitudinem respicit, & magnitudinem [y]. Syrus, *Hæc omnia*: ex aqua vinum fecerat, cæcum natum illuminaverat, mortuum excitaverat. ¶ *Coram eis*] Non clàm, sed palàm: coram oculis magnæ multitudinis, coram ipsis inimicis [z]: nè quis esset dubitandi locus [a]. ¶ *Non credebant*, &c.] Pars maxima Hierosolymitarum non agnovit eum à Deo missum: nam qui obviàm ei processerant pauci erant in tanta multitudine [b]; iique postea ipsum negârunt [c].

38. *Ut—impleretur*] i.e. Ità ut impleta sit [d]: vel, unde constat impletam fuisse [*]. Sic evenit quod Esaias dixerat eo in loco quo Christi statum despectum & mala prædicit [f]. Ἵνα hîc significat, vel, 1. causam finalem, ut referatur ad intentionem Dei justo suo judicio eos derelinquentis, &c [g]: vel, 2. eventum [h]; ut sæpe [i]. Sic ἵνα occurrit Joh. c. 5. v. 20. *ut vos miremini*: Rom. 5. 20. *ut abundaret delictum* [k]: 2 Cor. 1. 17, & 7. 9. Apoc. 8. 12 [l]. & ὅπως, Matt. 5. 16. & 23. 34. & Heb. למען, Exod. 11. 9. Psalm. 30. 12. & 51. 4 Amos, 2. 7 [m]. ¶ *Domine*] Hebraicè non legitur [n]: sed hoc rectè ad sensûs plenitudinem addiderunt LXX [o]; ut constaret hæc dicta esse in persona, non Dei, sed Esaiæ [p], Deum alloquentis ex persona sua aliorúmque Prophetarum & Apostolorum [q]. ¶ *Quis* (i.e. Quotusquisque [r], ut Esa. 42. 23. & 51. 19 [†]. scil. ex Judæis: nam de Gentibus præcessit, Esa. 52. 15. *viderunt*, &c [t].) *credidit auditui nostro?* Τῇ ἀκοῇ, &c.] *Sermoni*, Be. Pi. G. ut ἀκοὴ sumitur Hellenistis, & Homer. Odyss. ς'. Sic Mat. 4. 24. & 24. 6. Gal. 3. 2. 1 Thes. 2. 13 [v]. Auditus pro re audita [x]: Meton. adjuncti [y]. Evangelio hoc vaticinium Esaias aptat, & Paulus, Rom. c. 11. v. 8 [z]. ¶ *Et* (vel, *Nimirum*. Declarat quid sit illa ἀκοὴ [a].) *brachium Domini* (i. e. vel, 1. admiranda illa Dei opera, ut *brachium* sæpe sumitur in V. T. & Act. 13. v. 17 [b]. vel, 2. Evangelium, quippe quod est potentia Dei, Rom. 1. 16. 1 Cor. 1. 18 [c]. vel, 3. Messiam [d]: de quo agit Propheta & in præced. & in consequent. qui per *brachium Domini* describitur Esa. 51. 5. & 52. 10. & 59. 16. & 63. 5. per quem, ceu per brachium, Pater omnia operatur, Joh. 1. 3. & 14. 10 [*]. qui est potentia Dei, 1 Cor. 1. 24 [f].) *cui* (ex Judæis [g]) *revelatum est?*] Intellige cum effectu [h], ut de vocibus, *dari* & *trahi*, suprà notavimus [i]: ità scilicet ut credantur & salventur. Hoc sensu sumitur verbum נגלה, 1 Sam. 3. 7. Esa. 40. 5. & vox ἀποκαλύπτειν, Luc. 10. 21. 1 Cor. 2. 10. Gal. 1. 16. Eph. c. 3. v. 5 [k]. De retectione loquitur, non externa, per prædicationem Evangelii; sed interna, quâ oculi mentis aperiuntur per donationem fidei, ut Matth. 11. 25, 27. & 16. 17 [l]. Sensus est, *Quotusquisque satis rectè advertit opera Dei?* Ubi autem verba quædam ex Propheta citantur, subintelligenda sunt & sequentia, quæ continent descriptionem sortis abjectæ ipsius Christi; putà quòd pauper erat, quòd à Synedrio prædamnatus [m]. His verbis occurrit Johannes scandalo de incredulitate Judæorum [n].

39. *Propterea*] Nempe, ut dixi, ob illa impedimenta quæ memorat Esaias [o]: propter excæcationem suam [p]: ut alibi propter inanem gloriam, Joh. 5. 44 [q]. ¶ *Non poterant credere*] i.e. Non credebant: ut phrasis sumitur Marc. 6, 5. Luc. 16. 2. sic & Gen. 19. 22 [r]. Erat ipsis tali ingenio præditis ut externa mirarentur difficillimum talem Messiam amplecti. Sic δύναμαι sæpe sumitur, ut Jer. 13. 23. Marc. 3. 20. & alibi. Vide & 1 Cor. c. 2. v. 14 [†]. *Non posse*, hîc idem quod, *non velle* [t]: sicut & Gen. 18. 17. & 19. 22. 2 Sam. 17. 17. Joh. 7. 7 [v]. Al. Suppositâ præscientiâ & prædictione Dei non poterant [x], quia nolebant; id quod prævidit Deus [y]. Accidere secùs non potuit quàm Deus prævideràt. Quanquam hîc non tam præscientiæ Dei, quàm judicii & vindictæ, nobis habenda est ratio. Hîc notatur causa propinqua & inferior, cur Verbum suum Deus Judæis exitiale esse voluit, nempe quòd suâ malitiâ meriti essent ut obdurarentur [z]. *Non poterant*, quia excæcati erant & indurati, idque suâ culpâ [a]. Hanc autem pœnam ipsis impossibile fuit effugere, quum semel Deo statutum esset ipsos in reprobum sensum conjicere [b]. Sicut credere nolunt reprobi, sic non possunt velle credere, quia Deus quos vult indurat, &c. Mira est hominum arrogantia qui rogant cur aliquos indurat, cùm potiùs mirari debuerint tantam esse ipsius bonitatem ut aliquos efficaciter vocet [c]. ¶ *Quia*

z Bru. G. a G. sic Camer. b Bru. Pi. Li. ho. c Bru. G. d G. * Li. ho. f G. g Bru. h Pi. sim. Bru. i Pi. k Bru. G. l Bru. m Li. ho. n G. o Bru. p Mal. q Bru. r G. t Bru. † G. t G. sic Bru. v Ger. sim. Bru. x Ger. y Ger. sim. Bru. z G. a Bru. b G. c Bru. d G. * Ger. ex Aug. f Bru. Ger. ex Euth. g Ger. ex Leont. sic Bru. h Bru. i Ger. ex Rup. k Ger. l Idem. m G. n Ger. o G. p G. q Bru. r G. † Bru. t G. v Bru.

x G. y Bru. z G. a Bru. b G. c Bru. d V. * V. Bru. f G. g Q. in Ger. h G. Bru. Me. Ger. Gom. &c. i G. k Gom. l Ger. m Gom. n Bru. o G. sim. Bru. Ger. p Ger. q Bru. r Ger. G. † Ger. t Bru. v G. x Bru. y Li. z G. sim. Bru. Ger. a Bru. b G. c Q. in Gom. d Gom. Bru. Ger. ex Aug. Rup. &c. * Ger. f Gom. g Bru. h G. sim. Ger. i G. k Ger. l Gom. m G. n Ger. o G. p T. E. q E. Me. r Ham. † G. t Greg. Naf. Chrysost. &c. in Ger. v Ger. x Q. in Ger. y Ger. ex Aug. z Calv. a Ger. b Calv. c Be.

iterum, &c.] i. e. *Nam verè dixerat*, &c. malim enim hoc ὅτι per *nam* vertere, ut & infrà 49. quàm per *quia* [d].

40. *Excæcavit*, &c.] Vel, 1. Deus*; vel, 2. Christus; qui fecisse dicitur id cui suâ humilitate occasionem præbuit; sicut in Hebræo imperativè dicitur ipsi Prophetæ, Christi imaginem gerenti, *Impingua cor*, &c. Esa. 6. 10. Tale illud Ezec. 14. 9. *Ego Dominus seduxi eum*, & similia multa. Ideo Syrus hîc vertit passivè, quomodo legitur idem hic Prophetæ locus, Act. 28. 27. Vide quæ ad Matt. 13. 15 [f]. Vel, 3. Malitia eorum, ut dicitur Sapient. 2. 21. Vel, 4. Personale est pro impersonali, *Excæcati sunt*, &c [g]. Dominus, ut Rex & Judex mundi excæcat homines [h], & per se, & per ministros suos, & per Satanam [i]; cujus tentationi & excæcationi eos permittit, 2 Cor. 4. 3, 4. & 2 Thes. 2. 9, 10. Porrò, Christus tradit eos in mentem judicii expertem [k], & ex luce Verbi caliginem ipsis inducit. Quod tamen Verbo accidentale est, & hominum malitiæ imputandum est [l]. ¶ *Oculos*, &c.] i. e. Intellectum, nè cernerent clarissima Divinæ virtutis argumenta, &c [m]. ¶ *Induravit cor*, &c.] i. e. Vel, 1. voluntatem [n], ut *cor* sumitur Joan. 16. 6. Rom. 1. 24. & 10. 1. Vel, 2. mentem, ut Matth. 9. 4. Marc. 11. 23. Rom. 1. 21. cui favet quod sequitur, *intelligant corde*: quanquam eadem vox in eadem interdum oratione diversimodè sumatur, ut Matth. 8. 22. 2 Cor. 5. 21. Quare prius malim. Vel, 3. totam animam, ut Matth. 15. 19. cui congruit sequens conversio, &c [o]. Πωρὸς est, *callus*, sive durities cutis quæ sensum ei adimit: hinc πώρωσις, *obduratio* [p]. Ut callo obducta tactui non cedunt, sed resistunt; sic mens præjudicio, & voluntas malitiâ, obdurata, Verbo Dei non cedunt, sed obsistunt. Porrò, non agit hîc de prima duritie, quam in se & à seipsis habuerant, sed de illius incremento: quod Christo ascribitur; cujus tamen ille non erat causa efficiens, sed tantùm antecedens occasio, quâ positâ, non illius, sed alieno, vitio res ipsa certò consequitur, &c [q]. ¶ *Ut non videant*, &c.] Hoc non causaliter accipiendum, sed consecutivè, &c [r]. ¶ *Et convertantur*] Passivum pro Activo reciprocante, ut suprà, ἐκρύβη. In Græco Esaiæ est, ἐπιστρέψωσι· quomodo & apud Matthæum & in Actis. ¶ *Et sanem eos*] Sic & in Græco Esaiæ, in Actis, & apud Matthæum: nimirum quia apud Prophetam Deus loquitur, (ut notatur Act. 28. 25.) verterunt Interpretes in personale, sensum magis secuti quàm verba: nam in Hebræo est, *ut medicetur ipsi*, quod Marcus egregiâ paraphrasi explicat, 4. 12. *Et remittantur eis peccata* †.

41. *Quando vidit* (vel, 1. oculis propheticis, sive spiritualibus [t], ut Abrahamus *vidit diem Christi*, Joh. 8. 56 [v]. vel, 2. vidit, non futuram, sed præsentem, quam Christus, ut Deus, cum Patre & Spiritu S. habet communem *. Vide Esa. 6 †.) *gloriam* (i. e. majestatem, sive excellentiam [x],) *ejus*] i. e. Vel, 1. Dei Patris [z]. At ejus nulla præcessit mentio [a]. Vel, 2. Christi [b]: de quo sermo & præcessit & sequitur [c]. *Gloriam ejus*, i. e. judicium quod Deus, tanquam throno insidens, per Evangelium exercet, Angelos ei negotio ministrantes, & expositam peccatorum remissionem: nam hæc omnia apud Esaiam præcedunt, quibus conspectis animatus est nè abstineret Dei mandata eloqui, quanquam plerisque contemptui futurus [d]. Esaias dixit, *Vidi Dominum*, &c. Sic & Exod. 24. 10, 11. *Viderunt Deum*, &c. in quibus locis Targumistæ reddunt, *gloriam Dei*, sive *Domini*: laudanturque quòd sic reddiderint, quia Deum nemo videre potest. Loquitur ergò Johannes cum Targumista & gente. Ast altior est sensus, Non dubito, gloriam illam Esa. 6. talem fuisse quali describitur Christus adveniens ad supplicium sumendum de gente Judaica. Vidit enim, 1. *postes januarum quassatos*, vergentes quasi in ruinam: 2. *Templum repletum* non nube, ut olim, specimine Divinæ præsentiæ; sed *fumo*, prænuncio conflagrationis: 3. *Seraphim*, i. e. Angelos igneos, propter incendium prædeterminatum: 4. Decretum de excæcatione & obduratione populi, donec urbes & terra vastabuntur *. Evidens hoc testimonium est Divinitatis Christi. Is enim quem vidit Esaias, est Jehova, ut apparet ex toto contextu, idémque est Christus, teste Johanne h. l [f]. ¶ *Et locutus est de eo*] i. e. Christo [g]: de statu ac sorte quam Christus in diebus carnis suæ apud Judæos habiturus erat [h]; quòd scil. ipsum repudiaturi erant [i]. Vel, *de eo*, sub. *populo*, V.

[Margin: d G. · * Plerique in Bru. · f G. · g Bru. · h Gom. · i Calv. · k Gom. · l Calv. · m Bru. · n Bru. sim. Gom. Ger. · o Gom. · p Ger. · q Gom. · r Ger. · † G. · t Bru. · v G. · * Ger. · † Bru. Ger. &c. · x Bru. · z Chrys. in Mal. · a Mal. · b Bru. Gom. Ger. Mal. ex Cyr. Hil. Hi. Th. &c. · c Bru. sim. Mal. · d G. · * Li. ho. · f Ger. · g Mal. Ger. Gom. &c. · h Ger. sim. Bru. · i Ger.]

42. *Verumtamen*] Quanquam plerique aspernabantur Jesum, quidam tamen minùs contumaces satis intellexerunt eum esse Christum. ¶ *Ex*, &c. Ἐκ τῶν ἀρχόντων] *Etiam ex ipsis senatoribus*, quos ἄρχοντας solere dici notavimus [k]. Ex iis qui opibus, auctoritate, & gratiâ, valebant [l]. ¶ *Crediderunt*, &c.] Contemplativâ, non activâ, fide [m], convicti de veritate [n], sed non ut etiam voluntatem in ejus obsequium redigerent [o]. ¶ *Sed propter Pharisæos* (potentes in Synedrio [p]) *non confitebantur*] i. e. Non audebant profiteri, nè, his urgentibus, exerceretur adversus ipsos decretum jam factum [q]. ¶ *Ejicerentur*] i. e. Excommunicarentur [r], juxta decretum, Joh. 9. 22 †. quod probrosum valde habebatur [t].

43. *Dilexerunt* (i. e. Conciliare studuerunt [v]) *gloriam* (i. e. honorem [x]: vel, *existimationem*, i. e. opinionem. Nam *gloria*, vel, rem significat, vel, opinionem de re, vel, deprædicationem [y].) *hominum* (i. e. quam ab hominibus accipiebant [z]: vel, *suum honorem*: nam δόξα cum Genitivo hîc est ejus cui exhibetur [a].) *magis quàm* (μᾶλλον ἢ est hîc Oppositionis, non Comparationis, ut & suprà 3. 19 [b].) *gloriam Dei*] i. e. Quam à Deo referre potuissent [c], confitendo Christum [d]: vel, quæ Deo debetur *.

44. *Clamavit*, &c.] Cùm consideraret aliorum incredulitatem, aliorum fidem infructuosam, medicinam studet adhibere [f]. ¶ *Non credit in me*, &c.] Non tam mihi quàm Patri confidit [o], cujus legatus sum. Similis locutio 1 Sam. 8. 7. Marc. 9. 37. 1 Thes. 4. 8 [p].

45. *Et qui*, &c. Ὁ θεωρῶν ἐμὲ, &c.] *Qui conspicit me* (i. e. contemplatur, ritè cognoscit, & pervidet me, naturam meam dignitatémque Divinam [q], & miracula mea Divinitatis meæ indicia [r]: qui credit verbis meis †) *conspicit eum qui misit me*] Deum, quippe unius & inseparabilis naturæ [t]. Sic & Joh. 14. 9. q. d. In meis operibus resplendet Patris majestas; Heb. 1. 3. Vide Lucianum martyrem [v]: [cujus verba & hîc & antè prolata sunt à G.]

46. *Ego lux* (i. e. ut lux essem ipsi: vel, est appositio [x].) *in mundum veni*] Ego lux affulsi hominibus: Joh. 1. 9. & 3. 19. & 8. 12. Esa. 42. 6 [y]. ¶ *In tenebris*] Errorum & iniquitatum [z]: in rerum bonarum ignorantia, gravissimísque erroribus. ¶ *Maneat*] i. e. Versetur. De voce μένειν diximus Joh. 3. 36. & 8. 31. Contrarium est, *versari in luce*, 1 Joh. 2. 10 [a]. Innuit eos in tenebris fuisse antequam crederent [b].

47. *Si quis audierit*, &c.] Auribus corporis [c]: vel, verum crediderit sermonem meum [d]. ¶ *Et non*, &c. Μὴ πιστεύσῃ, &c.] *Non crediderit*, Be. Ar. in G. &c. Al. *Non custodierit*, fide amplexus, & prosecutus opere *. *Non observaverit*, i. e. se Discipulum meum non profitebitur. Vide suprà v. 42 [m]. Pro πιστεύσῃ legerunt aut τηρήσῃ [n] aut φυλάξῃ [o]· sed hoc in nullis cod. inveni [p]. [Quin] ità habent quidam Codices, & ille in Anglia antiquissimus. Sequitur Syrus, Latinus, Nonnus. Quare hæc lectio præferenda videtur [q]. ¶ *Non*, &c. Οὐ κρίνω] *Non damno*, Pi. sic V. Bru. ex Aug. &c. sub. *modò*, Bru. ex Aug. in præsenti seculo [r]: vel, hoc primo meo adventu †. Κρίνω, pro κατακρίνω, per Synecdochen generis [t]. Nihil de illo durius pronuncio, ut Joh. 8. 15 [v]. Al. *Non accuso*, ut Actor, aut Testis, ut Joh. 5. 45. non negat se condemnaturum, ut Judicem [x]. Non simpliciter & absolutè partes judiciarias sibi derogat, ut patet ex Joh. 5. v. 22 [y]. sed sic loquitur, vel, 1. q. d. jam judicatus est, ut Joh. 3. 18 [z]. vel, 2. ut ostendat se non esse condemnationis auctorem, sed ipsos propriâ culpâ perire [a], dum rejiciunt sermonem suum, ipsi à Patre traditum: qui [sermo] proinde ipsos hîc *judicaturus* dicitur [b]. ¶ *Non veni*, &c.] Sub. *modò*, Bru. Non id mihi præcipuè propositum est: οὐκ ἔστι τοῦτο τὸ σπουδαζόμενον, (*hoc non volui antecedenter*:) libenter talibus abstineo. Sic Joh. 3. 17. ¶ *Sed ut*, &c.] Hoc unicè ago, hoc desidero, *nè quisquam pereat*, &c. 2 Pet. 3. 9 [c].

48. *Qui spernit me, & non accipit*, &c.] i. e. Amplectitur, ut λαμβάνειν sumitur Joh. 1. 12. & 3. 11. Alludit ad locum, Deut. 18. 19. ¶ *Habet*, &c.] Quid dicat explicant sequentia: *secum fert judicem suum*, vel me tacente [d]: nempe Patrem, vel Patris decretum *. ¶ *Sermo*, &c.] Sicut Ninevitæ dicuntur *testes* futuri, Matth. 12. 41. Moses *accusator*, Joh. 5. 45. sic hîc Evangelium condem-

[Margin: k G. · l Bru. · m G. · n G. sic Bru. · o G. · p G. sim. Bru. · q G. · r Pi. · † Bru. sic Pi. · t G. · v Cam. · x Bru. · y Cam. · z Bru. sim. Pi. · a G. · b Idem. · c Bru. sim. Pi. · d Bru. · * G. · f Idem. · o G. Bru. · p G. · q Bru. · r Be. · † Bru. · t Bru. sim. Be. · v G. · x Be. · y G. · z Bru. · a G. · b Bru. · c Idem. · d G. · * Bru. · m G. · n G. in Er. · o Bru. G. · p Be. · q G. · r Bru. ex Euthym. · † Me. T. Pi. · v G. · x Ham. · y Ger. · z Mal. · a Ger. sim. Mal. · b Ger. · c G. · d Idem. · * Bru.]

condemnaturum incredulos, spretum scilicet, cùm nihil in se habeat quod non admiratione ac veneratione sit dignissimum. Vide Joh. 15. 22. ¶ *In novissimo die*] Quo tempore omnium non facta tantùm, sed & cogitata, nudabuntur, & perfectissimè adimplebitur Esaiæ Visio suprà priore loco memorata [f].

49. *Quia*,&c. Ὅτι, &c.] Dixi optimè verti per *nam*, hoc sensu, *Nam certè nihil vobis tanquam ex me repertum, sed tanquam à Patre mandatum, loquor:* subintellige, *quâ in re credi mihi & ob opera, & ob præceptorum sanctitatem, oportuit:* ἀπ' ἐμαυτοῦ, sume ut Joh. c. 7. v. 17. & 14. 10. ¶ *Sed qui misit*, &c.] Prophetæ, & inter eos Esaias, certis temporibus movebantur Divino Spiritu. Ego verò eum semper in me habeo, ità ut non tantùm cùm doceo,(nam id vox אמר Hebræis significat,) sed cùm quidvis etiam obiter loquor, sequar Patris præscriptum: ἐντολὴν, ut suprà 10. 18 [g].

50. *Mandatum ejus* (id est, quod mihi mandavit, ut doceam [h]: doctrina ejus [i], Evangelium [k],) *vita æterna est*] i.e. Causa vitæ æternæ [l], quatenus nimirum fide recipitur [m]: ejusmodi est ut in eo obeundo vita sit posita [n]. Effectus pro causa. Sic *vita* dicitur Christus, Joh. 11. 25. & 14. 6. & Verbum Dei, Deut. 32. 47. ¶ *Sic loquor*] Sub. *& sic à vobis accipienda sunt* [o].

f G. g Idem. h T. ex Bru. sim. Pi. i Pi. k G. l G. Pi. Zeg. m Pi. n Ca. o G.

CAP. XIII.

1. **A***Nte*, &c. Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς, &c.] *Ante diem festum Paschæ*, i.e. pridie Paschæ [a], i.e. vel, septiduani illius festi; vel, primi & solennis illius diei: quod perinde est [b]. Erat vespera illa à qua incipiebat τὸ νυχθήμερον τοῦ πασχαλίου [c]. *Diem* ergò hîc intellige oppositam nocti, sive vesperæ præcedenti; q.d. Ante lucem festi [d]. Sed vox *dies* hîc malè additur: nam,1. חג הפסח semper denotat totam festivitatem, & tempus Paschatis. Sic & in festis cæteris. Nec ἑορτὴ aliter sumitur in S. S. 2. Durius est cœnam Paschalem excludere extra titulum τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, cùm ab ea derivata fuerit cognominatio totius festi [*]. *Ante festum Paschæ*, Pi. Ger. &c. i.e. die proximè præcedente Paschalem festivitatem. Sic tempus πρὸ τοῦ ἀρίστου, Luc. 11. 38. & πρὸ τοῦ με παθεῖν, Luc. 22. 15. est tempus proximè & immediatè prandium, vel Passionem, præcedens. Obj. At Christus comedit Pascha *primo die Azymorum*, Matth. 26. 17. Luc. 22. 7. Qui hæc congruunt [f]? Resp. 1. Factum hoc ipso die Paschæ, naturali scilicet 24 horarum, qui apud Judæos à vespera ad vesperam numerabatur; sed ante diem artificialem & usualem [g]. Sed huic contradicit idem Mal. ad Mat. 26 [h]. Resp. 2. Hæc cœna alia fuit ab illa Matth. 26. eràtque eadem quæ in domo Simonis leprosi, biduo ante Pascha [i]. Resp. 3. Πρὸ τῆς ἑορτῆς, idem est quod, ἐν τῇ προεορτίῳ, quod ità præcedit festum ut tamen sit pars festi, ut *prologus* est pars orationis, &c [k]. Resp. 4. Johannes hîc loquitur, non de *Christi*, sed de *Judæorum, Paschate* [l]. [Sed de his omnibus plura vide in Collectaneis nostris ad Matt. 26. 2.] ¶ *Sciens*, &c.] Ab æterno [m]: considerans [n]. Ostendit eum nec ignarum, nec invitum, mori [o]. ¶ *Venit hora ejus ut transeat*, &c.] Secundùm humanam naturam [p]: tempus illud conveniens nomini Paschatis, quod διάβασιν significat: tempus opportunissimum morti ob maximum populi conventum, quò res esset testatior. [*Transeat* autem] per mortem scilicet, qui primus erat ad eum transitum gradus [q]. Significat, mortem ipsius duntaxat transitum fuisse, quòd mox resurrecturus erat, &c [r]. Similis Phrasiologia in Bemidbar rabba, fol. 243. 3. *Dixit Abrahamus, Cras ego* μεταβαίνων ἐκ τοῦ κόσμου [†]. ¶ *Cùm dilexisset suos*, Τοὺς ἰδίους] *Proprios*, Mal. à Patre sibi datos, i.e. electos [t], quos *suos* vocat, 2 Tim. 2. 19 [v]. vel, domesticos ac familiares ejus [x], Apostolos [y]; ut omnes statuunt, & ex seq. historia constat [z]: eos qui disciplinam suam receperant, præcipuè Duodecim illos [a]. Sensus, Cùm varia & peculiaria specialis dilectionis indicia & effecta eis exhibuisset [b], eos vocando, informando, regenerando, &c [c]. ¶ *Qui erant in mundo*] Efficaciter dictum, quos relicturus erat in hoc rerum salo [d], mille odiis, periculis, calamitatibus, expositos [*]. Sic Joh. 17. 11. ¶ *In*, &c. Εἰς τέλος ἠγάπησεν] i.e. διατελεῖ ἀγαπῶν, *perrexit eos diligere*. Sic locutio hæc usurpatur Psal. 9. 18. & 44. 23. & alibi [f]. *Usque ad finem*, &c. Be. Pi. &c. hujus vitæ mortalis [g]; vel, vitæ suæ: q.d. Non cessavit ab hac dilectione, imminente jam vitæ fine, sed tunc majora dilectionis indicia exhibuit [h]. Donec vita duravit, declaravit amorem erga illos. Al. *Amore perfecto*, &c. qui τέλειος [i]. Τέλος pro τελειώσις, *perfectio*, qu. d. majorem erga eos dilectionem ostendit, &c [k]. Hoc autem ideo præfatur Apostolus ut significet, ideo tam vili ministerio Christum se subjecisse ut amorem suum evidentissimè ostenderet. Quod diximus vile esse ministerium, liquet ex 1 Sam. 25. 41. & ex Josepho, Herodoto, Plutarcho, Catullo. [Quorum verba vide in G.] Tam vile autem ministerium non detrectare magnæ est dilectionis, Luc. 7. 44. 1 Tim. 5. 10 [l].

a Mal. Ger. b Be. c G. sim. Bru. d Bru. * Di. f Ger. g Mal. h Ger. i Li. ho. k BA. 1. 2. 50. 565. l Cer. m Mal. ex Chrys. Bru. n Bru. o Mal. p Bru. q G. r Mal. † Li. ho. t Pi. v Mal. x Mal. Bru. ex Chrys. & Euthym. y Mal. Eru. z Mal. a G. b Ger. sim. Bru. c Ger. d G. * Ger. sim. Bru. f G. g Bru. Me. h Ger. i Camer. k Mal. ex Chrys. Th. &c. l G.

2. *Et*, &c. Καὶ δείπνου γινομένου] Sic legitur in vet. cod. omnibus præter unum, & in Theophylacto Romano [m]. [Variè reddunt:] *Et cùm esset* (vel, *advenisset*, Ar. in Di. vel, *fieret*, Pi.) *cœna*, Di. Pi. Er. i.e. inter cœnandum: ut patet ex v. 4, 12, 26. Quare legendum γινομένου [n]. Verùm γενομένου quoque de præsenti dicitur, ut Matt. 8. v. 16. *quum esset vespera:* & Matth. 26. 6. *quum Jesus esset in Bethania* [o]: collat. cum Marc. 14. 3. ubi pro γενομένου est ὄντος [p]. *Et cœnâ factâ*, Vulg. Er. vel, *peractâ*, Be. ità tamen ut mensa nondum esset remota [q]: vel, *paratâ*. Sic, *facere hædum, convivium*, &c. i.e. apparare [r]. Forsan *cœna* synecdochicè dicitur de prima cœnæ parte [†]. Post cœnam ordinariam, sed ante Sacram & Eucharisticam [t]. [Loquitur hîc] de cœna illa priore, quâ non Agnum quidem mactatum edit Christus, sed tamen, ut potuit, ritu Babylonici exsilii memoriam Pascatis celebravit: quæ cœna non habebat ante se lotionem: nam non erat cœna justa, sed cœnæ imago. Vide quæ ad Matthæum [v]. Tres cœnas Christus hâc nocte fecit, 1. legalem, Paschalis agni; quæ non satiandæ naturæ, sed ceremoniæ causâ, sumebatur: 2. communem, quæ Paschali successit: 3. Eucharistiam. Factum autem hoc post secundam, & ante tertiam, cœnam [x]. ¶ *Cùm Diabolus jam misisset*, &c.] Vel, *immisisset*, Be. Pi. i.e. suggessisset, persuasisset [y]; intellige cum effectu, nempe ut Judas hoc consilium Diaboli receperit. Simile loquendi genus suprà jam aliquoties observavimus. Sic *tentare* Satan dicitur, cùm tentationi succumbitur, 1 Cor. 7. 5 [z]. Opportunum jam erat, ut aliquo indicio demonstraret se suos sibi vendicare & confirmare adversùs lupum ingruentem [a]. ¶ *Ut traderet*, &c.] Habet & hoc emphasin. Jam consilio se tradendi capto, tam propinquo periculo, non omisit testari curam suam pro Discipulis, etiam pro illo nefario, si fortè adhuc resipisceret [*].

3. *Sciens*, &c.] i.e. Quamvis sciret [b]. Hoc dicit, Tam humile obsequium fecit non inconscius suæ dignitatis. Id enim auget facti æstimationem quòd tantus ac talis hoc fecerit [c]. ¶ *Omnia* (i.e. *omnem in cælo & terra potestatem*, Matth. 28. 18 [d]. omnes creaturas, ut iis pro imperio utatur [*]: omnia quæ ad salutem fidelium perficiendam spectant [f]: potestatem in omnia quæ Ecclesiæ conducunt [g].) *dedit ei*] i.e. Dominio ejus subjecit [h]. *Dare* autem hîc intellige, *promittere daturum:* nam tradita illi sunt omnia, Matt. 28. 18. post ascensum in cœlum, Act. 2. 36. ¶ *A Deo exivit*] A Deo ad genus humanum missum se prodiisse dicit. Sic suprà c. 8. v. 42 [i]. ¶ *Et ad Deum vadit*] i.e. Redit, per resurrectionem, &c [k]. Et se receptum iri in Dei Regiam, in consortium Regni. Omnia hæc mirificè describunt ejus dignitatem [l].

4. *Surgit*, &c.] Ut postulabat ritus cœnæ Paschalis. Vide ad Matth. 26. 20 [m]. Surrexerunt quoque indubiè Discipuli [n]. Non solebat cœna etiam Agni à stantibus sumi post Exitûs [ex Ægypto] tempora. In cœna autem memoriali, qualis hæc erat, omnino sedebatur, aut accumbebatur, & nunc etiam sedetur. Itaque eâ confectâ surrexit Christus, & ad cœnam plenam atque ordinariam pedes lavit: quod ante cœnas fieri erat solitum [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια] *Et deponit* (τίθησι pro καταθίθησι, ut Joh. 10. 11, 17, 18 [p]. vel, *ponit*, Er. Il. Mo.) *pallium*, Be. Pi. Camer. &c. vel, *vestimenta*, Vulg. D. Er. Di. ex Sy. & Ar. non omnia [q]; neque enim nudus mansit [r], ut Origenes putat [†]: sed superiora, quæ שמלות Hebræis,

m Be. n Pi. o Di. sim. Li. ho. p Li. ho. q Be. sic Bru. r D. † Pi. t Bru. v G. x Mal. y Bru. z G. a Li. ho. * G. b Bru. Me. c G. d Ger. * Bru. f Chrys. in Ger. Mal. g G. h Bru. i G. k Bru. l G. m Be. n Bru. o G. p Pi. q Mal. r Mal. sim. Di. † Mal.

Hebræis, Gen. 9. 23 [t]. Plurale est hîc loco sign [v]. Hæc vox ex illis est quæ plurali sono singularem habent significatum, ut notavimus ad Matt. 17. 2. Verti ità solet Heb. שלמה, quo propriè significatur *extimus amictus*, qui à ministrantibus deponi solet, ut notat Philo [x] [verbis à G. productis.] Quod Romanis *toga* aut *pallium*, Græcis est ἱμάτιον [y]. Esto: nusquam tamen (quod sciam) plur. ἱμάτια unum *pallium* denotat [z]. Non exuit Christus tunicam interiorem inconsutilem, de qua Joh. 19. 23 [a]. sed summam vestem [b], tunicam exteriorem, sive superiorem, quæ Orientalibus oblonga erat [c], ut expeditior esset ad ministrandum [d]; ut rem servilem faceret formâ habitúque servi, Philip. 2. 7 [*]. Deposuit forsan & *pallium* [f], vestem supremam [g], & *tunicam* [h]; vel, *stolam*, vestem talarem, quæ cingulo succingebatur, nè gressum impediret [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ λαβὼν λέντιον, &c.] *Acceptóque linteo* (Vox Latina est [k]: A Romanis pervenit & ad Græcos [l], sive Hellenistas [m], & ad Hebræos [n], sive Talmudistas [o]. [Vide D. & Di.] λέντιον & σινδὼν synonyma sunt [p]. Scribitur לנטיון. Exponunt Grammatici סדין, ut hîc Syrus *sindonem*, & Arabs *abstersorium*: nam ei fini serviisse hoc linteum sequentia ostendunt [q]; præterea, ut servilem sic habitum imitaretur [r].) *præcinxit se*, Be. Pi. i. e. *lumbos suos*, ut loquuntur Hebræi, & hîc Syrus. Is habitus ministrantium, quò expeditiores essent, Luc. 17. 8. Et Latinis ministri & popæ *succincti* vocantur. Verbum διαζώννυσθαι bis hoc loco legitur, & infrà 21. 7. Est & apud Lucianum †.

5. *Mittit aquam* (sumptam scil. ex hydriis illis quæ pro more adstabant. Vide ad Joh. 2. 6 [t].) *in pelvim*] Nihil ministerii omittit. ¶ *Cœpit lavare*, &c.] Id nihil aliud est quàm *lavit*, ut diximus Luc. 3. 8. sic Act. 1. 1. & alibi sæpe [v]. Vel, paravit, aut disposuit, se ad lavandum [x]. Vel, innuit eum aliquos lavisse, sed non omnes: quod facilè crediderim; quia id ad exemplum doctrinámque sufficeret. Lavit forsan solos *Petrum*, *Jacobum* & *Johannem*, quos ad secretiora consilia admittere solebat. De his prædixit quòd subituri illi erant martyrium: & nonne per hanc lotionem eundem baptismum quo & ipse baptizandus erat designat? Et ut fœmina caput ejus unxerat in sepulturam, ità ille pedes eorum lavat in parem significationem [y]. Qu. Utrum lotio pedum ritus fuit ordinarius, à Judæis in festo Paschatis, & aliis conviviis, ante accubitum observatus? Resp. Ità sentiunt Scal. Beza, Baron. Casaub. & docti plerique omnes. Ego contrà aio, in omnibus Judæorum Libris nullum hujus moris vestigium reperiri. Adfert Scaliger, 1. Testimonium duplex ex Heb. ritualibus. Sed verba pessimè & legit & intelligit. [Vide Buxt. in Wal.] 2. Locum, Luc. 7. 44. Resp. Concedo hoc factum iter facientibus, qualis tunc Christus fuit, tum ad detergendum pulverem, tum ad tollendam lassitudinem: quò respicit & 1 Tim. 5. 10. non item, quod sciam, convivantibus. 3. Locum, Luc. 11. 38. Resp. Non agitur illic de lotione pedum, sed manuum duntaxat, vel saltem totius corporis. Fuit ergò hoc factum Christi extraordinarium, ut exemplum præberet extremæ humilitatis, quale hoc erat: vide 1 Sam. 25. 41 [z]. Præstandum erat hoc officium, ab uxore marito, à filio patri, à servo erga herum; minimè verò à superioribus erga inferiores. Nunquam etiam loti sunt pedes solùm sub notione purificationis legalis. Quò insuetior ergò erat hæc Christi actio, eò altiùs assurgit ad erudiendum suos, proposita non solùm in exemplum, sed & in doctrinam [a].

6. *Venit ergò ad Simonem*] Ut qui primus obvius erat [b]. Οὖν hîc est specialiùs rem enarrantis. Nec impossibile est à Petro factum initium [c]. ¶ *Tu mihi*, &c?] *Tu*, Dei Filius, *meos* peccatoris [d]? Vide Matth. 16. 16. & Luc. 5. 8. confer Matt. 3. 14. ubi oppositio non dissimilis, νίπτεις, i. e. *vis lavare?* sicut, λιθάζετε; (*vultis lapidare?*) Joh. 10. 32 [*].

7. *Nescis*] Non intelligis causam & mysterium [f]: *nondum capis quid agam*, id est, quò tendat quod ago [g]. ¶ *Scies*, &c.] Partim quum hoc exposuero, vers. 12 [h]. partim quum venerit Spiritus quo doctore hæc & alia mysteria cognosces [i]: vel, quum in Apostolica functione, & in simili sedulitate, purgabis quod sordium in Christianis restabat. Vide Luc. 22. 32. & adde 1 Pet. 2. 1 [k].

8. *Non lavabis*, &c.] Nunquam hoc patiar [l]. Est autem hoc profectum ex animo quidem reverente, sed non satis attendente ad id quod Christus dicebat & innuebat [m], aut quam deberet obedientiam [n]. ¶ *Si non lavero te non habebis partem mecum*] Sim. Er. V. D. &c. i. e. cohæres meus non eris [o]: non eris particeps meorum bonorum. Sic hæc locutio sumitur Deut. 14. 27. & 18. 1. & alibi. Ut Christi cohæredes simus, non sufficit à vitiis gravioribus animum avertisse, nisi & gressus nostros quotidie reddamus à terrenis contagiis purgatiores [p]. Renuncio tibi omnem amicitiam [q]. Qu. Num talem pœnam mereri poterat tantillæ rei recusatio? Resp. 1. Poterat certè, propter conjunctam inobedientiam [r]. 2. Christus hîc, ut sæpe, eleganter ludit ambiguitate, idémque *lavandi* verbum in alium sensum commutans, de ablutione jam loquens, non corporali, quam Petrus intellexit †; sed spirituali [t]. q. d. *Nisi lavero te*, non tam extrinsecùs, hâc aquâ, quàm intrinsecùs, meo sanguine: Antanaclasis [v]. Mos Christi est à rebus quæ aspiciuntur ad sensum sublimiorem ascendere. *Nisi te lavero*, i. e. Nisi & sermone & Spiritu eluero quod in te restat minùs puri, putà nimiam de teipso Existimationem, Matt. 26. 33. Indiligentiam, ibidem, 40. Iracundiam, 51. Formidinem, 70, 74. quas sordes quomodo purgaverit in Petro Christus, videre est dictis locis. Sed & quotquot apud Johannem sequuntur sermones, ad hanc lotionem pertinent. Vide Matth. c. 3. v. 11 [x].

9. *Et manus & caput*] Quibus vocibus totum corpus significari diximus Joh. 11. 44 [y]. q. d. totum me [z].

10. *Qui lotus est*] v. g. In balneo [a]: i. e. Qui partem superiorem lotam habet & mundam, h. e. animam [b]. *Lotus*, à peccatis sanguine & spiritu meo [c]. Qui semel in animum induxit Evangelio obsequi [d]. Ità hoc explicatur Joh. 15. 3. Adde Act. 15. 9. ubi Fidei tribuitur quod dicto Joh. loco tribuitur Evangelio, quia sermo ità demum purgat si cum fide misceatur, Heb. 4. 2 [*]. ¶ *Non indiget nisi ut pedes lavet*] Scil. viæ causâ [f]; quos calcatâ terrâ iterum inquinat [g]. Pedes intelligit affectus humani animi qui circa terrena versantur, indéque peccata contrahunt [h]. *Pedes*, sive sordes pedum [i], i. e. peccata quotidianæ infirmitatis, &c [k]. Hoc tantùm ei opus est, ut ab iis se purget quæ ex occasione agnascuntur [l]. Similitudo sumpta, vel, ab his qui à balneo nudis pedibus abeunt [m]: vel potiùs, à viatoribus, (quales perpetuò erant Apostoli) quorum pedes, ut partem unicè pollutam, Hebræi abluere solebant †. Scriptor de ablutione pedum in operibus Cypriani, *Suprà diximus semel lotos baptismate eodem lavacro ulteriùs non egere: Sed hoc lavacrum quotidianis est excessibus institutum, & jugis retractatio usque ad novissima veniens omnia debet opera & cogitatus singulos perscrutari, & affectus per vitia discurrentes — corrigere & lavare, — & gemitibus atque suspiriis expiare.* *Pedes* Philoni significant τὰς ἐπιβάσεις τῶν ἀφροδισίων, (*fulcra voluptatum.*) Allegor. 2. & τὴν περὶ τὸν βίον διέξοδον, (*totius vitæ decursum.*) De vita Mosis, 3. Cyrillo, τὴν ἐν ἑκάστῳ τῶν πρακτέων ὁδὸν, (*viam*, sive *institutum*, *in rebus singulis gerendis*,) l. 9. contra Julian. Confer Legem, Lev. 8. 24 [m]. ¶ *Sed est mundus totus*] Nempe cætero corpore, exceptis pedibus [n]: nam universalitas restringitur ex superiori sententia, ut 1 Cor. 15. 27 [o]. ¶ *Vos mundi estis*] i. e. Permansistis, sive vosmet servâstis animis [p], animi proposito. *Spiritus promptus*, Matt. 26. 41. *cor purum*, 2 Tim. 2. 22 [q]. mundi à gravibus culpis [r]. ¶ *Sed non omnes*] i. e. Omnes uno Judâ excepto †. Conscientiam Judæ vellicat, qui proposito ipso animi erat impurus, retinens intra se malorum facinorum consilia †, & facinus prodendi Jesum jam animo volvens [v].

12. *Et accepit*, &c.] i. e. Recepit, rursus induit, &c [x]. ¶ *Cùm*, &c. Ἀναπεσὼν, &c.] *Rursum discumbens*, Pi. sic Be. &c. Ad mensam [y], ad cœnam justam, sive domesticam, quam finivit instituto Passionis suæ Sacramento [z]. ¶ *Scitis*, &c.] Si intelligitis, bene est, si non, docebo vos. Hîc incipit apodosis periodi [a]. An quale hoc sit satis animadvertitis? Agit de humilitate mysterii: nam mysticum sensum non nisi post acceptum Spiritum erant intellecturi [b].

13. *Vocatis* (i. e. salutatis, vel vocantes me appellatis [c], quando præsentem me alloquimini [d]. Sic apud Horatium, *Poeta salutor*. Φωνεῖν idem hîc est quod *nominare* [*]: & est hîc μίμησις [f], qualis Jer. 22. 18 [g].) *me Magister*,

[Margin, col. 1:] t D. v Bru. Mal. x G. y Mal. z Di. a Mal. sic Bru. b Mal. c Bru. d Bru. sic Mal. * Mal. f Di. sic Pi. g Di. h Pi. i Di. k Er. Gua. sic Cas. Camer. l G. m D. Di. n G. o D. Di. p Di. q G. r Mal. † G. t G. sim. Bru. v G. x Li. ho. sim. Bru. y Li. ho. z Buxt. in Wal. a Li. ho. b Bru. c G. d G. sim. Bru. * G. f Bru. g G. h T. Me. Pi. sim. Bru. ex Aug. & Th. i Me. sim. Bru. ex Rup. k G. l G. sim. Bru.

[Margin, col. 2:] m G. n Bru. o V. p G. q Be. sim. Mal. r Bru. † Mal. t Mal. sim. Zeg. v Pi. x G. y Bru. z G. sim. Bru. a Me. T. b V. c Pi. d G. sim. Ham. * G. f V. g Me. ex Bru. sim. T. h Bru. sim. Me. T. i Pi. k Pi. sim. Ham. Bru. Mal. l G. m G. sim. Be. Bru. † Heins. m G. n G. sim. Bru. o G. p Bru. q G. r Me. sim. Bru. † Me. ex Bru. † G. v Bru. ad v. 11. x Bru. y Idem. z G. a Pi. b G. c Pi. d Bru. * G. f G. Camer. g G.

gister,&c.] Ponuntur hæc πτωτικῶς, & est Enallage casus; διδάσκαλ&, &c. pro ὦ διδάσκαλε, &c. Sic ὁ Θεός, &c. Marc. 15.34. pro Θεέ, &c. Matth. 27.46[k]. Apostoli quoties inter se agebant, de Christo dicebant, *Dominus hoc dixit*; *Magister hoc fecit*. רבי מראי, sæpe apud Hebræos[l]. רבי, *Rabbi*, & מר, *Mar*, tituli Doctorum usitatissimi[m]. ¶ *Bene dicitis*, &c.] Nihil mihi alienum per adulationem asscribitis: *Magister* sum docendo, *Dominus* redimendo[n].

14. *Si ergo*, &c.] Si ego tantò vobis superior non recusavi hoc vile ministerium subire in gratiam vestri qui tantò inferiores estis. Vide Matth. 11.29[o]. ¶ *Et vos debetis*, &c.] Multò magis vos, qui conservi estis, debetis similia officia deferre[p], etiam servilia, si opus sit[q]; præcipuè spiritualia, &c[r]. Vide Phil. 2.3 †. Non ad literam intelligendum est, ut putârunt Ambros. & Bern[t]. (nec enim voluit hîc Christus ritum sacrum abluendi pedes in Ecclesia instituere[v]:) sed metaphoricè[x]. Generalis hæc est præceptio[y], de obsequiis mutuis charitatis & humilitatis[z]: Locutionem autem desumit ex more tunc recepto abluendi pedes viatorum, &c[a]. In hac specie intelligit genus, omnia servilia abjectáque ministeria[b].

15. *Exemplum*, Ὑπόδειγμα] *Exemplum imitandum*. Sic Jac. 5.10. ¶ *Quemadmodum ego feci*] In genere actûs; quomodo sæpe hæc vox sumitur[c]. Ut sicut ego, antequam vos ad sacram hanc mensam admiserim, lavi sordes pedum & affectuum vestrorum; ità vos, antequam alios ad eam admittatis, purgandis aliorum animis incumbite[d]. In quibusdam Ecclesiis etiam ipsa actûs species in sacramentum præcepti retenta est, ut Mediolani usque ad Ambrosii tempora*.

16. *Amen*, &c.] Quia Apostoli futuri erant principes Ecclesiæ & muneris auctoritate, & donorum eminentiâ, ideo eos munit contra superbiam quæ eminentiam comitari solet, & ostendit, quò sublimiores erunt eò magis ipsorum fore officii ut se aliorum usibus submittant. Vide quæ ad Matthæum. ¶ *Non est servus*, &c.] Tritum proverbium, Matth. 10.24. Joh. 15.20. Repetit tacitè quod dixerat, Se ipsorum esse Dominum ipsorum confessione, quare non debere eos, quantumvis in loco excellente positos, se indignum ducere quod ipse non detrectâsset. ¶ *Neque apostolus*, &c.] Ἀπόστολ& hîc non specialis muneris, sed generale, nomen est, *missum cum mandatis* significans, ut Phil. 2.25. Heb. 3.1. Sic Hebræum שלוח vertitur, 1 Reg. 14.6. Quod autem modò dixerat *magistrum*, nunc dicit *mittentem*, quia in hoc eos instituerat ut eorum operâ uteretur[f].

17. *Si hæc scitis*] Scil. facienda vobis, juxta exemplum & doctrinam meam[g]: si hæc creditis vera. Sic Joh. 4.25. & alibi. ¶ *Si feceritis*] Fides enim non operosa nocet magis quàm prodest, Jac. 4.17[h].

18. *Non*, &c.] *Non de omnibus tam bene spero*, G. ¶ *Scio quos elegerim*] Vel, 1. ad æternam beatitudinem[i]: de qua loquitur v. præced[k]. Vel, 2. ad perseverantiam[l]. Vel potiùs, 3. ad Apostolatum[m]. Novi eos intimè quos mihi in comites delegi[n], quales & modò sint, & deinceps futuri sint[o]. Hæc enim electio Christo asscribitur; ea quæ est ad fidem, Patri. Sic ἐκλέγειν usurpatur Luc. 6.13. Joh. 6.70. & 15.16, 19. Act. 1.2. q.d. Et tunc, cùm eum Apostolum feci, scivi esse levem, & nunc scio esse perfidum. Vide Joh. 6.64[p]. Prædestinatio ad gloriam nusquam in Scriptura tribuitur Filio, sed semper Patri[q]. Tribuitur quidem Deo, non tam ἀπο-ταλικῶς, quàm ἰδικῶς, sumpto, quo pacto & Christus includitur. Et malim hîc agi de electione personarum ad beatitudinem, ex collat. Joh. 6.70. *Duodecim elegi*, scil. ad Apostolatum. Hîc verò de tali electione loquitur quæ non competit omnibus Apostolis, ut ex antithesi liquet, *Non de omnibus vobis loquor, ego scio quos elegerim*: non dicit, ποίους, *quales*, sed οὕς, *quos*: & disertè asserit, non omnes qui sunt electi ad Apostolatum, esse etiam electos ad salutem[r]. ¶ *Sed* (Ἔλλειψις †, sub. *oportet*, Be. Pi. vel, sub. *hoc fit*, Pi. vel, sub. *elegi unum impium*, Bru. vel, sub. *commodè hoc accidit*, G.) *ut* (*Ut* h. l. finem significat, non eventum tantum[t]:) *adimpleatur scriptura*] Ut iterum, & quidem eminentiùs, fiat quod olim sibi ab Achitophele factum conquestus est David: nam de eo Psal. 41. & 55. interpretantur Hebræi, & nominatim Chald. Paraphrastes. Tacitè simul vaticinatur Judæ similem fore exitum qualis Achitophelis fuerat[v]. ¶ *Qui manducat* (scil. quotidie: non enim unicus actus notatur[x]:) *mecum panem*] i.e. Quem mensæ meæ participem feceram[y]: quod etiam apud Gentes sacrum amicitiæ signum, 1 Cor. 5.11. Vide & Marc. 14.18[r]. ¶ *Levabit*, &c, Ἐπῆρε, &c.] *Sustulit*, sive *levavit*, &c. In Hebræo, Psal. 41.9. est הגדיל †, quod est, *magnificavit*[t], vel, *magnificè usurpavit*. Sensus ergò est, *Pede sublimi me pressit atque calcavit*: id enim rectiùs quàm ut ad cursores aut luctatores alludi dicatur[v]. Me calcitravit[x]: conatus est me proculcare & pedibus terere, ut calcitrones equi solent[y]. Al. Metaphora est à certantibus, qui, supplantantes adversarios, dum eorum calcaneum calcant, dejiciunt[z].

19. *Dico vobis*, &c.] Scil. me dolo opprimendum[a]. Et cogitationum & rerum futurarum conscium me ostendo[b]. ¶ *Ut —— credatis* (certiùs & constantiùs[c]. Nam *credere* hîc de augmento fidei accipiendum, ut Joh. 2.11. & alibi sæpe[d].) *quia* (vel, *quòd*, Bru.) *ego sum*] Nempe Salvator, & is de quo id prædictum fuerat*: vel, is cujus typum gessit David[f]: vel, *sum* is qui sum, Deus æternus: vide Joh. 8.24, 28. quippe qui cordium secreta denudo, & futura contingentia certò prædico; quod solius Dei est, Esa. 41.22, 23[g]. Nisi dixissem, poterat ubi evenisset hoc vos offendere. At nunc tantò magis confirmari debetis[h].

20. *Qui*, &c. Ὁ λαμβάνων ἐάν τινα πέμψω] Manifesta trajectio[i], ut v. 29. & Joh. 15.10[k]. *Quando aliquem* (ἐάν τινα hîc est *quemcunque*[l], i.e. ὅντινα ἄν vel potiùs, ἐάν pro ὅτι, ut Joh. 14.3[m].) *misero*, *quisquis eum recipit*, Be. Pi. Redit ad mutuæ charitatis commendationem[n]. Al. subjungit hoc ad consolationem Apostolorum. Ne cogitarent se ob unius Judæ proditionem omnibus exosos fore[o], & se, Domino sublato, ab omnibus spernendos esse, proponit ingens præmium eos accepturis, &c[p]. Ostendit ministeria ipsis injuncta non caritura suis solatiis. Nam velle Deum vicissim ut Christiani Apostolis omnia officia exhibeant, quæ ipse largè sit remuneraturus. Vide Matth. 10.41[q]. Al. Exaggerat h.l. scelus Judæ, (de quo & in præced. & in sequent. agit,) ut admissum non contra hominem nudum ac contemptum, sed contra ipsum Patrem, à quo missus est, &c. Vel sic, Quò major est Apostolatûs dignitas, eò gravius delictum est, ex Apostolo fieri proditorem[r]. ¶ *Me accipit*, &c.] Vel, *recipit* Pi. &c. Perinde mihi gratum facit ac si me in hospitium reciperet. Vide Matth. 25.40. Et quod mihi præstatur, id Pater sibi præstitum interpretatur, Matth. 10.41 †.

21. *Turbatus* (vel, *Commotus*, G.) *est*, &c.] Animo turbato esse cœpit[t], & periculi consideratione, & sceleris horrore. Vide Joh. 11.33[v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐμαρτύρησε, &c.] *Et testatus est*, &c. Be. Pi. i.e. palàm & cum asseveratione locutus est[x]: palàm professus: quod dixerat tectiùs, fore ut ab uno Discipulorum proderetur: μαρτυρεῖν solet absolutè poni, ubi aliquid respicitur quod præcessit, ut diximus suprà[y].

22. *Aspiciebant*, &c.] Perculsi rei atrocitate[z], vix credibili animis probis minimèque suspicacibus[a]; & observantes si quod indicium malè conscii ex vultu colligere possent[b].

23. *Recumbens —— in sinu Jesu*] *In sinu*, Plinius; *complexus gremio*, dixit Apuleius[c]. Soliti sunt Judæi (necnon Romani, teste Lipsio[d],) comedere discumbentes, & reclinati in latus sinistrum*, & pedibus ad terram[f], inferiore parte corporis in longum porrectâ, capite leviter erecto, dorso pulvillis modicè suffulto[g], pedibus ad terram, singuli super lectos singulos[h]; [&, si plures in uno lecto accubarent,] primus discumbebat ad caput lecti, cujus pedes porrigebantur juxta dorsum secundi, &c[i]. Locus autem lecti honoratissimus, erat vel medius, ut apud Persas[k], & Hebræos[l]; vel primus ut apud Græcos[m]. Cùm autem non possent ob hunc modum accubitûs inter se colloqui, loquebantur per signa, manibus aut digitis[n]. Uxores vel amicæ apud Romanos semper in sinu mariti, vel amatoris, discumbere solebant. Juvenalis, —— *& gremio jacuit nova nupta mariti*. Plinius, *Cœnabat Nerva cum paucis, Vejento recumbebat propius, atque etiam in sinu*. Hinc ἐπιστήθι&, pro amico intimo, Græcis; & qui quasi in sinu recumbit[o]. Discumbentibus ergò Christo

Marginal notes (left column): [h] Be. [i] Pi. Camer. Be. [k] Pi. [l] G. [m] Li. ho. [n] G. [o] G. [p] G. sim. Bru. Pi. [q] Pi. [r] Bru. † G. [t] T. [v] Be. [x] T. [y] Be. [z] T. sim. Be. [a] Be. [b] E. [c] G. [d] Bru. * G. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Me. Pi. Mal. ex Aug. Bed. Rup. Ger. [k] Mal. Ger. [l] Camer. [m] Bru. Mal. [n] G. sim. Bru. [o] Bru. [p] G. [q] Mal. [r] Ger. † G. [t] Bru.

Marginal notes (right column): [v] G. [x] Bru. [y] G sim. Bru. Zeg. [r] G. † G. D. par. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. [y] Pi. [z] Zeg. [a] Bru. [b] G. [c] Bru. [d] G. * V. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Be. sic Bru. [k] Be. [l] G. Er. in Be. [m] F. [n] Me. [o] Q. in Ger. [p] Bru. [q] G. [r] Ger. † G. [t] V. [v] G. [x] Be. sim. Bru. [y] E. [z] G. sim. Bru. [a] G. [b] Bru. [c] G. [d] Li. ho. * Li. ho. ex He sim. Salmas. in Wal. [f] Li. ho. ex He. [g] Li. ho. ex Lips. [h] Li. ho. ex He. [i] Li. ho. ex Lips. [k] Salmas. [l] Li. ho. [m] Salmas. [n] Li. ho. ex He. [o] Salmas.

Christo & Discipulis, accubuit Petrus à tergo Christi, & Johannes à sinu: Johannes in sinu Christi, & Christus in sinu Petri. Non potuit ergò Christus promptè colloquium cum Petro in aure habere, (nam susurris in aure hæc res transigebatur.) Petrus ergò, supra caput Christi Johannem prospectans, nutu eum excitat ut de re interroget[p]. ¶ *Quem diligebat Jesus*] Familiariùs cæteris[q]. Hâc modestâ circumlocutione se designare solet Johannes, ut infrà 19. 26[r].

24. *Innuit*; ità Be. Pi. &c. Nutibus rogat†. Νεύει] Innuit ei ut interrogaret, Sic νεύετω δίκαια, in Græco, Prov. 4.25. Cupit autem hoc Petrus, tum ut innoxii extra suspicionem sint, tum ut sibi caveant ab impuro[t], tum ut insurgerent in eum, conatûmque ejus impedirent[v].

25. *Cùm*, &c. Ἐπιπεσὼν, &c.] *Cùm incidisset, recidisset*, (vel, *Cùm sese inclinâsset*, Be. vel, *Allapsus*, Pi.) *super* (vel, *in*, vel *ad*, Be. Pi.) *pectus Jesu*, Bru. &c. A quo nonnihil se erexerat Johannes, quò meliùs nutum Petri intelligeret[x]. Propiùs se ad aurem admovens[y].

26. *Respondit*] Submissâ voce, nè cæteri audirent[z]: alioquin non ignorâssent dictum, v. 28[a]. ¶ *Cui*, &c. Ὧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον, ἐπιδώσω] *Cui ego intinctam offulam* (vel, *buccellam*, Er. V. vel, *panem*, Vulg. Sy. & Ar. in Di. Sic Job. 22. 7. לחם Lxx vertunt ψωμὸν[b]. *panis particulam*, sive *frustum*, Bru. Ham. Sic Hesychius ψωμίον interpretatur[c]. Al. ψωμίον est diminutivum à ψωμὸς, quo *frustum* significatur *escæ*, ut modò panis. Od. ι'. sunt ψωμοὶ ἀνδρόμεοι, *frusta carnis humanæ*[d].) *dedero*, Be. Pi. &c. Ἐπιδώσω, pro δώσω, ut Matth. 7. 9, 10. Luc. 4. 17. & 24. 30. Act. 15. 30. Ostendit Christus summam suam lenitatem, qui nunc etiam perfidiosum amoris quodam testimonio ad resipiscentiam provocat*. *Cùm intinxero*, nempe in jus seu condimentum[f], in tryblium ἐμβάμματος herbarum amararum, חרוסת illis dictum. Antiquus hic Judæorum ritus erat, ut post cœnam Paschalem paterfamiliâs tortam Azymam in tot divideret frusta quot essent convivæ, singuláque frusta tryblio isti intingeret, & singulis porrigeret convivis[g]. Al. *Intinxero*; non εἰς τὰς πικρίδας, [ut jam dictum] quæ erant jam sublatæ cum cœna rituali; sed in jusculum cœnæ domesticæ, מרק Hebræis, Jud. 6. 16, 20. Esa. 65. 4[h]. Factum hoc in postcœnio, ut liquet ex collat. v. 2. & 12. in quo sacra cœna instituta est, Luc. 22.20. Confer Matth. 26. 26. Marc. 14. 28. Ac propterea frustum hoc erat panis sicci, quale singulis porrigebatur, ut post illud poculum vini, &c. Βάπτειν ergò, vel ἐμβάπτειν, significare potest, manum *intingere* (non quidem in liquorem aliquem, sed tantùm) in vas concavum, &c. Sic ἐμβάπτειν χεῖρα valet, *cibum sumere*, suprà v. 18. & Matth. 26. 23. collat. cum Psal. 41. 9. Sic & ἐμβαπτόμενος, Marc. 14. 20. Sic & βαπτίζεσθαι dicitur de Spiritu Sancto & Igne. Nec insolens ut verba nativam perdant significationem, & laxiùs usurpentur[i]. Insolitum hoc ut sic buccellam alicui porrigeret. Sic ergò locus intelligi possit, q.d. *Fac citò*: nè cunctèris donec cœna sit peracta, sed accipe hanc buccellam pro reliqua parte cœnæ, & exi & expedi tua negotia[k].

27. *Post buccellam*] Quam recusare noluit, nè se magis patefaceret, sed tanquam gratum habens hoc amicitiæ symbolum accepit[l]. ¶ *Introivit*,] Sic & Lucas de Juda loquitur, 22.3. Intelligendum hoc εἰσῆλθε, *penitus intravit*, quod dicitur Act. 5. 3. *Satanas implevit cor tuum*, ubi nihil amplius est quod resistat, lumine rectæ rationis paulatim exstincto[m]: totum cor suum Diabolo aperuit, ipse eum, jam vehementiùs instigantem, paratus sequi; exacerbatus quippe illâ patefactione sceleris sui, &c. alioquin antea Satanas introierat in eum, v. 2. Luc. 22. 3. Sic viri sancti repleri dicuntur *Spiritu Sancto*, quoties Spiritus Sanctus novo se modo in eis exserit: vide Luc. 1. 67. & 22. 3[n]. ¶ *Dixit*, &c.] Cùm nè sic quidem eum flecti videret, sed magis magísque obdurescere[o]. ¶ *Quod facis* (vel, *facere cogitas*, vel *vis*, V. G. sic Bru. ut suprà 6 P.) *fac* (id est, perfice[q]) *citiùs*] Vel, *citò*, Pi. Bru Comparativus pro positivo[r], ut *ociùs* Latinis. Est hoc proverbiale, *Fac quod facis*, in Latino epigrammate; Senecæ, *Fac si quid facis*; Plauto in Trinummo, *Age si quid agis*: idem Persâ, *Hoc si facturus face*: δρᾶ γ' εἰ τι δρᾶσεις, apud Euripidem†. Significat autem, Non impedio[s], quod facilè possim: non curo, neque timeo[v], ferre paratus sum. Sic 2 Mac. 7. 30. τίνα μένετε; nec longè aliter, Joh. 2. 19. Λύσατε, &c[x]. Non sunt verba imperantis, aut consulentis[y], aut adhortantis ad hoc scelus, sed inprimis declarantis se id scire, &c[z]. & perfidiam ipsi exprobrantis[a]; ut, *I, sequere Italiam*: &, —*jamdudum sumite pœnas*: & Adelphis, *Facite quod vobis lubet*; cùm id jubemus fieri, quod omnino nolumus, aut non oportere significamus[b]. Vel sunt verba comminantis cum irrisione; q.d. *Fac citò*, aliter per mortem prævenieris, quæ tibi instat, juxta Psal. 109. 8. *Dies ejus sunto pauci*. Atque intra biduum & trinoctium actum est de Juda[c].

28. *Nemo scivit—ad quid*, &c. ità Er. Mo. &c. πρὸς τί, &c.] *Propter quid*, Tre. Æth. *Quorsùm*, P. Be. Ca. Pi. Pers. Quamobrem, vel, quo sensu*. Nemo nisi Johannes[d]: nec is forsan†. Nemo vim illorum verborum intellexit, nè Johan. quidem[f]: neque existimabat tam propè esse facinus[g].

29. *Quidam*; Alii quàm Johannes[h]. ¶ *Loculos*, γλωσσόκομον] Vide Joh. 12. 6[i]. ¶ *Eme*, &c.] Victimas[k], aut panes azymos[l]. Quanquam enim Christus Paschaticam cœnam aliquo modo anticipaverat, ut dictum est ad Matthæum, suspicabantur tamen aliam quamvis causam potiùs quàm quòd tam citò, ante sequentem vesperam scilicet, esset moriturus[m]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ] Ἵνα postpositum, ut Rom. 11. 31[n].

30. *Exivit continuò*] Actus tum timore, nè suo nomine proderetur, & ab aliis opprimeretur; tum furore, Dæmone impellente, &c[o]. ¶ *Erat autem nox*] Initium noctis: nam qui sequuntur sermones in multam noctem protracti. Vide quæ ad Matthæum[p]. Noctem captavit, ut opportuniorem ad Christum capiendum[q], & ad opus tenebrarum[r]. Vel, temeritatem notat Judæ, quòd nec temporis importunitate à scelere abductus sit†. *Nox* hæc erat cœnæ Paschalis[t]. Sed arduum est hoc demonstrare, & multis nodis illaqueatur hæc opinio. Duo milliaria emensuranda erant Judæ à Bethania ad Hierosolymam. Quærendi erant & congregandi Sacerdotes, ut de proditione paciscerentur, &c[v].

31. *Cùm*, &c. Ὅτ' οὖν ἐξῆλθε] *Cùm ergò exivisset*, Be. Pi. Sed Codices qui οὖν addunt non alii sunt quàm qui toti facti sunt ad Latinum exemplar[x]. In omnibus vet. cod. deest οὖν[y]. Græci Codices longè plurimi & Syrus habent, ὅτε ἐξῆλθε[z], & cum superioribus connectunt[a]. *Erat autem nox cùm exiret*[b]. ¶ *Nunc clarificatus est*, &c.] i.e. Jamjam glorificabitur[c]. Hactenus celebris effectus est, doctrinâ & miraculis[d]. Satis jam apparuit per hæc documenta & opera, quibus jam finis imponendus est, me à Deo missum, etiam ipso indicio latentis proditoris. Vide Joh. 8. 54. & 12. 28*. ¶ *In eo*] Vel, *Per ipsum*, G. sic Er. Bru. Quia & documenta ad verum Dei cultum excitant[f], & opera ipsa sua Jesus Deo auctori perpetuò asscripserat. Vide Joh. 7. 18[g].

32. *Si*, &c.] Εἰ hîc non est conditionale, sed causale[h], & valet, *quandoquidem*. Sic Matth. 22. 45. & alibi. Utitur axiomate noto inter Hebræos, quod exstat 1 Sam. 2. 30. ubi in Græco, τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω[i]. ¶ *Et Deus* (vicissim, qui quicquid sibi præstitum est rependit centuplò, qui *glorificantes se glorificabit*, 1 Sam. 2. 30[k].) *clarificabit eum* (i.e. gloriosum reddet Christum[l]) *in semetipso*, ἐν ἑαυτῷ] *In sese*, Be. Pi. Non per Angelos[m], non declaratione externâ, quâ Sancti & Prophetæ indigebant[n], sed *per seipsum*[o], suâ virtute[p], suâ solius operâ, per signa in Sole & terra, per resuscitationem è mortuis, evectionem in cœlum, & donationem nominis supra omne nomen. Vide Joh. 12. 28[r]. Deus in eo existens (quia homo hic est Deus) per se solum, contra omnium blasphemias, declarabit eum esse Filium Dei†. Clarum testimonium de Deitate Christi[t]. ¶ *Et* (sub. *quidem*, Bru.) *continuò clarificabit*, &c.] q.d. Hæc glorificatio propè adest[v]. Statim in ipso mortis puncto incipiet ei testimonium reddere[x], ità ut qui aspiciant dicturi sint, *Hic verè Filius Dei est*: neque in morte eum relinquet nisi perpauxillo tempore[y].

33. *Filioli*] Christus in morte sua illud reperiebat tristissimum quòd gravissimo mœrore suos esset affectura; itaq; omnia illis solatia adhibet, etiam verborum blandimenta, quale hoc τεκνία. Sic Gal. 4. 19. 1 Joh. 2. 1, 28. &c[z]. Moriens paternum tenerúmque suum erga eos amorem declarat[a]. ¶ *Vobiscum sum*] Vel, *ero*, Bru. nempe quotidianâ hâc præsentia[b], vel, more mortalium[c]: nam post resurrectionem adfuit tantùm οἰκονομικῶς. Sic Joh. 7. 33. & 12. 35.

¶ *Quæretis*

¶ *Quæretis me*] Si fortè quæratis me postea, ut exposuimus Joh. 7. 34 *. Desiderabitis præsentiam meam [f]. ¶ *Sicut dixi*, &c.] Joh. 7. 34 [g]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Bru.) *vobis dico, modò*] Scil. modò non potestis eò venire, ut Judæi nunquam venire poterunt [h]. Quod his dilatum, Judæis prorsus negatum est [i]. Al. *Et* (vel, Ità *&*, Be.) *vobis nunc dico*, Be. Pi. Locus est inaccessus: non potestis eò venire ullâ humanâ ope [k].

34. *Mandatum novum do vobis*] Ut solent abeuntes mandata suis dare [l]: ut sciatis, quomodo vos gerere vos velim [m]. In 1 Joh. 2. 7. & 2 Epist. 6. præceptum hoc *vetus* & *ab initio datum* dicitur, ubi initium Evangelii & Christianismi intelligitur. Hieron. Comment. ad Epist. Johannis, *Johannes Apostolus à fratribus admonitus cur semper inculcaret, dicens*, Filioli, Diligite alterutrum, *respondit, Quia præceptum Domini est, & si solum fiat sufficit.* Ubi *Domini præceptum* vocat quia, ut jam diximus, ejus proprium est ac peculiare: & *solum sufficit*, quia si fiat ut oportet, non potest non ex Dei amore proficisci, cùm nostri amor indè nos retrahat. *Novum* autem dicit [n], vel, 1. pro *aliud*, ut *novum* sumitur Exod. 1. 8. Esa. 62. 2. collat. cum Esa. 65. 15. Mat. 26. 29 [o]. Vel, 2. pro *præstans*, & *eximium*; quo sensu *novum* accipitur Psal. 33. 3. *canticum novum* [p]: Esa. 65. 17. *cælum novum:* Mat. 26. 29. *vinum novum* [q]. Vel, 3. pro *renovatum*, ut, *porta nova*, Jer. 26. 30. i.e. renovata [r]: quia, cùm moribus hominum esset ferme obliteratum, nec à Judæis rectè intelligeretur, Matth. 5, 43. ipse illud renovavit †, & exemplo ac doctrinâ suâ revocavit, & perfecit [t]. Vel, 4. pro, *de novo*; q. d. Quod vobis sæpe commendavi, iterum commendo, acsi novum esset, nec antea auditum. Itaque novitas non tam ad mandatum, quàm ad studium, quo illud Christus commendat, & quo discipuli excipere debebant, referenda est [v]. Vel, 5. quia novo modo expositum & practicatum [x], novâ formulâ traditum [y]: Illud enim, *sicut dilexi vos*, longè expressius est quàm illud, *sicut teipsum* [z]. *Dilexi vos*, nullis vestris meritis præcedentibus, imò cùm inimici essetis non meam utilitatem, sed vestram salutem, quærens, *dilexi*, usque ad sanguinis effusionem, &c. Hoc & vos præstate fratribus [a]. Vel, 6. quòd hoc præ omnibus aliis ipsis commendatum, inculcatum, & observatum, velit [b], ac si novum esset. Solent enim homines novas leges studiosiùs observare [c]. Vel, 7. quia non agit de dilectione communi omnium, nec de ea quæ ob consanguinitatem, aut beneficia accepta, impenditur; sed de speciali Christianorum inter se quà tales sunt. Itaque infrà hoc *suum* quasi proprium sibi mandatum vocat, 1 Joh. 3. 23. Huc spectat 1 Thes. 4. 9 [d]. ¶ *Ut diligatis* (Hoc, inquam, mandatum, ut diligatis *) *invicem*] Vel, *alii alios*, Be. Pi. ut fratres, ut condiscipulos [f]. ¶ *Sicut dilexi vos*, (sub. *ità præcipio vobis*, V.) *ut & vos*, &c.] Exponit qualem dilectionem requirat, nempe ut non tantùm in rebus hujus vitæ alii alios nobis præferamus, 1 Cor. c. 10. v. 24. verùm etiam ut pro aliorum salute æterna nulla incommoda defugiamus, nè mortem quidem. Vide Joh. 15. 13. & 1 Joh. 3. 16 [g].

35. *In*, &c. Ἐν τούτῳ, &c.] *Ex hoc* (tanquam signo ac symbolo [h]: ἐν τούτῳ, pro, διὰ τούτου [i].) *cognoscent omnes* &c.] Hoc vexillum me Principem ostendit [k]. Discipuli Legisperitorum ex receptis quibusdam sententiis & interpretationibus Legis noscebantur. Pharisæorum, ex habitu & ceremoniis; Johannis Baptistæ, ex vitæ austeritate & jejuniis: at Discipuli Christi quo cognoscentur nisi imitatione Magistri, i. e. mutuâ dilectione? Hâc notâ insignis fuit illa primorum temporum Ecclesia, *cùm esset credentium cor unum & anima una*, Act. 4. 32. Tertullianus Apologetico, *Sed ejusmodi vel maxime dilectionis operatio nobis notam inurit apud quosdam. Vide, inquiunt, ut invicem se diligant: ipsi enim invicem oderunt: & ut pro alterutro mori parati sint: ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt:* mox, *Itaque quia animo animâque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt apud nos præter uxores.* Minutius, *Sic mutuò, quod doletis, amore diligimus, quoniam odisse non novimus: Sic nos, quod invidetis, fratres vocamus, ut unius Dei parentis omnes, ut consortes fidei, ut spei cohæredes.* Quid nunc illi dicerent Christiani si nostra viderent tempora, si, non dicam, lites asperrimas, sed sævissima bella Christianorum inter se, & quas ob reculas? si notas Ecclesiæ audirent magnis certantium clamoribus adferri omnes potiùs quàm illam quam Magister assignavit. ¶ *Ad invicem*, Ἐν ἀλλήλοις] Id est, *inter vos*, ut Marc. 9. 50 [l].

36. *Quò vadis?*] Quo scil. non possum te sequi [m]. Existimavit Petrus Dominum iter parare in locos longinquos, plenum incommodis [n]. ¶ *Non potes me modò sequi*] Quia nondum venit hora tua, multa priùs tibi facienda sunt: nondum tibi sat virium [o], aut animi, ut mortem subeas per quam iter sit in cœlum [p]. ¶ *Sequêris*, &c. Ὕστερον, &c.] *Postea* (vel, *Tandem*, aut *Aliquando*, G. ex Sy. Spiritu firmatus [q],) *sequêris me*, Be. Pi. in Regnum Dei per mortem similem meæ [r]. Vide Joh. 21. 18 †.

37. *Quare non*, &c?] Quid impedit? putâsne ullâ itineris molestiâ me terreri [t], aut ullis periculis? Impatiens erat omnis separationis à Christo, etiam temporariæ [v]. ¶ *Animam meam*, &c.] Si opus sit, etiam mortis discrimine me pro tuo capite objiciam. De hac phrasi diximus Joh. 10. 11, &c [x].

38. *Animam tuam*, &c?] Itáne vero? nihil tam grave est quod non pro me sis subiturus? Hoc ità pronunciatur, ut indè intelligi possit, minimè eum qui interrogat, id credere ||. ¶ *Non cantabit* (i. e. non absolvet cantum suum [y]) *gallus*] Cantu illo notiore, & qui κατ᾽ ἐξοχὴν *gallicinium* dicitur. ¶ *Donec*, &c.] *Priùs ter negabis me tibi cognitum quàm gallus cantet.* Johannes & Lucas hoc narrant ut in domo dictum: quare credibile est apud Matth. & Marcum esse ἐπάνοδον· ut τότε sit, *circa illud tempus:* quomodo ad Matthæum notavimus [z].

CAP. XIV.

1. NON (vel, *Nè*, Be. Pi.) *turbetur*, &c.] Videbat eos commotos antecedentibus sermonibus de sua morte, de periculis, de abnegatione [a], de lapsu & scandalo Petri [b]. Turbati sunt quòd Judaismo valedixerant, duce Christo, qui jam discessurus erat, nullâ ipsis relictâ spe quam cum tota gente conceperant de restitutione Regni Israelitici per Messiam, Act. 1. 8. ejúsque pompa & splendore, Matth. 20. 20. Luc. 24. 21. Quin omnia evenerant contraria, paupertas, contemptus, derisio, persecutio [c]. Itaque eos erigit [d], & solatur *. ¶ *Creditis*, &c. Πιστεύετε, &c.] Hoc verbum utrobique anceps est [f]: potest esse vel modi Indicativi, ut Joh. 6. 36. & 8. 45. vel imperat. ut Joh. 12. 36. & 14. 11 [g]. Hinc quadruplex expositio [h]. 1. Ut utrumque sit indicat. *In Deum creditis, & in me creditis*; sensúsque sit, Cùm credatis in Deum, & in me, turbari non debetis [i]. 2. Ut utrumque sit imperat. *Credite in Deum, & credite in me*, ità cessabit turbatio vestra, utpote ex fidei infirmitate orta [k]. *Credite*, &c. i. e. Pergite in Patrem & in me credere, & hanc fidem testari sine metu [l]. 3. Ut prius sit imperat. posterius indic. *Credite in Deum, & in me creditis*, i. e. Si creditis in Deum, eâdem operâ in me creditis, utpote Filium Dei ὁμοούσιον [m]. 4. Ut prius sit indic. posterius imperat. *Creditis in Deum*, (id quod vel absolutè, vel cum interrogatione, lectum,) *credite in me* [n]. *Sicut* hîc subauditur [o], ut v. 19. & Joh. 5. 17 [p]. [Sensus,] Sicut creditis Deum esse veracem & constantem in promissis [q]; sicuti à prima ætate didicistis *fiduciam collocare in Deo* ut rerum omnium auctore ac conservatore, ut in Psal. 78. 7 [r]. ac proinde, etiamsi eum non videatis, confiditis tamen vos ejus ope liberandos in periculis †: *ità & in me*, coràm conspectum notúmque, *fiduciam collocate*, ut Ecclesiæ auctorem & conservatorem [t], ut veracem, ut Filium Dei Deóque æqualem [v], qui, tametsi corpore absens, vos nunquam deseram [x]: ego ipse, adeò amans vestri, ero adjutor vester [y]. Al. *Creditis in Deum?* Be. Pi. Id omnes dicitis. Si ità est, credite etiam in me, ità fiet ut verè in Deum credatis, nec ullis procellis dejiciamini [z]. Mihi secunda sententia maximè placet: 1. Quia non datur exemplum in S. S. ubi unum idémque verbum, in eadem propositione, in indicat. præs. & in imperat. usurpetur, nec id uspiam sine necessitate statuendum

Marginal notes (p. 1313): * G. — f Me. ex Bru. — g G. — h Bru. — i Be. — k G. — l G. — m Bru. — n G. — o Ger. — p Ger. ex Mal. — q Mal. — r Ger. — † Ger. Me. ex Jans. — t Me. — v Mal. — x T. ex Aug. & Chrys. — y Be. — z Be. sic V. Me. — a Me. sim. T. — b Bru. sim. Q. in Ger. — c Q. in Ger. — d G. — * Bru. — f G. — g Idem. — h Bru. — i Pi. — k Bru.

Marginal notes (p. 1314): l G. — m Bru. — n G. — o Me. ex Bru. — p G. — q G. sic Bru. Me. &c. — r Bru. — † G. — t G. — v Bru. — x G. — || G. — y Li. ho. — z G. — a G. sim. Bru. Me. T. &c. — b Me. ex Bru. — c Li. ho. — d G. sim. Me. — * Li. ho. — f Er. — g Gom. — h Gom. ex Er. — i Q. in Gom. sim. Er. ex Chrys. — k Al. in Gom. Er. ex Hil. Cyr. Th. Non. in Be. — l V. — m Al. in Gom. — n Al. in Gom. — o G. Bru. Me. — p G. — q Me. ex Bru. — r G. — † Bru. — t G. — v Bru. ex Aug. — x Bru sim. Me. — y G. — z Be.

dum est. 2. Non est verisimile Christum Discipulis fidei laudem tribuere, quibus incredulitatem sæpe exprobrat, ut Matth. 6. 30. & 8. 26. & 14. 31. & ὀλιγοπιστίαν· ex qua etiam nata erat hæc turbatio cordis, à qua eos dehortatus Christus aptè subjicit hortationem ad fidem, quâ cor exhilaratur, Eph. c. 3. v. 12. mundus vincitur, 1 Joh. 5. 4. & Diabolo resistitur, Eph. 6. 16. 1 Pet. 5. 9[a]. Authoritatem suam proponit, in ipsum nempe credendum esse, æquè ac in Deum. Eos hîc instruit, 1. De Deitate Messiæ, quam negârunt Judæi. 2. De vera fide & salvifica, de qua illi cæcutierunt[b]. Vox *Dei* sæpe usurpatur non essentialiter, sed personaliter, idque vel de Deo Patre, ut hîc & Joh. 13. 3. Rom. 3. 25. vel, de Deo Filio, Act. c. 20. v. 28. vel, de Spiritu Sancto, ut Act. 5. 4[c].

2. *In domo Patris mei* (ad quam iturus sum[d]; in Regno cœlorum[*]: ibi, non in terris, exspectandæ[f],) *mansiones* (vel, *habitationes*, Be. Camer. Æth. Bru.) *multæ sunt*] Μονὴ est *habitandi locus*, quod statim dicet τόπον, 1 Mac. 7. 38[g]. *Mansiones* sunt stationes, sedes justorum illis attributæ[h]. Quia dixerat illis, *Quò vado, non potestis venire*[i]; & Petro, *Non potes me sequi modò, sequeris autem postea*[k]: metuebant nè ipsi Regno cœlorum excluderentur[l]. Eos ergò consolatur his verbis; q. d. Non mihi soli[m], aut Petro[n], parata est mansio apud Patrem[o], sed etiam omnibus servis meis[p]. Nè turbemini quòd, Judaismo vestro abacto, novam religionis administrationem sitis accepturi: nam admissio est in cœlum sanctis viventibus sub variis Oeconomiis: vósque æquè admittendi sub nova hac administratione, ac quivis alii, vel ante Legem, vel sub Lege[q]. Non excludemini.——*Locus est & pluribus umbris*[r]. Multitudinem autem locorum non malè veteres intelligunt cum graduum differentiis†. Vide Clem. Strom. 6. & Tertul. Scorpiaco. [& verba eorum in G.] ¶ *Si*, &c. Εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν] Hîc interpungit Syrus, nec dubito quin id rectum sit: nam, εἰ δὲ μή, sæpissimè in his Libris est, *ni ità esset*; Si locus non esset vobis, apertè hoc dixissem vobis, ut mos meus est; ademissem vobis spem inanem. Nunc autem Petro, &, in Petro, omnibus dixi, futurum tandem ut me illuc sequamini[t]. ¶ *Vado parare*, &c.] Confer Num. 10. 33. *Præcedebat arca—ad explorandum iis requiem*[v]. Similitudo sumpta ab uno comitum qui, in itinere prægressus ad diversorium, ibi cæteris cubicula assignat, & efficit ut venientibus parata sint[x]. *Vado*, &c. Principium est alterius sententiæ[y]. Beza distinctum indè versum fecit. Quod an laudandum sit nescio: nam cum præcedentibus optimè cohæret, præsertim si πορεύομαι præmittatur ὅτι, quod legitur in Nonno, & Sy. & Ar. & in quibusdam cod. Græcis, ut Er. innuit: potestque vel redundare, vel sumi εἰδικῶς· ut mens sit, *Dixissem vobis, me ire paratum vobis locum*; quod amplexi sunt Er. & Arabs: vel αἰτιολογικῶς, *nam vado parare vobis locum*. Sensus ergò est, Nisi ità esset, dixissem vobis. Nam, quum abeam parare vobis locum, frustrà id facerem, nisi multæ ibi extarent mansiones: & vos ea de re monendi essetis. Sed & sine ὅτι. Tum enim sensus est, Tantùm abest ut dicam vobis, non esse multas in domo Patris mei mansiones, ut contra abeam parare vobis locum[z].

3. *Et si*, &c. Ἐὰν πορευθῶ, &c.] *Quum* (vel, *Postquam*, ut ἐὰν sumitur Joh. 12. 32[a].) *profectus fuero*, &c. Be. Pi. Ἐὰν pro ὅταν[b]. Sed malim cum Vulg. Sy. & Ar. ἐὰν per *si* vertere, quia & usitatius est, & magis emphaticum; q. d. Nè dubitetis, quin mecum in cœlum assumendi sitis, quia illud à mea ad Patrem profectione, tanquam à certa conditione, pendet[c]. ¶ *Veniam, & accipiam*, &c.] Continuatur similitudo. Nam solent qui primi in diversorium venerunt cæteris jam adventantibus obviàm procedere & eos introducere. Vide Act. c. 1. v. 11[d]. ¶ *Ut ubi sum* (vel, *ero*, Bru. G. εἰμί, *ero*, ut Joh. 7. 34[*]. sub. *tunc*, V. Bru.) *ego, & vos sitis*] Consortes, participes meæ felicitatis, Rom. 8. 17[f].

4. *Quò ego vado*] Mos est loquendi cùm dicere volumus satis nos dixisse: *Habetis quò vadam*. Nam *domum Patris* jam nominaverat[g]. ¶ *Scitis*] Hoc dicit non tam quòd scirent, quàm ut ignorantiam fassos pleniùs doceret quod scire avebant[i]. ¶ *Et viam scitis*] Id est, facilè scire potestis ex dictis meis[k]. Quia illic iturus sum, & vos post me, nimirum per mortem[l]. *Habetis & quâ via ego vadam*. Nam quod dixerat, *Se non ampliùs conspiciendum*, & quod statim addiderat de sua Dilectione, circumlocutio erat mortis pro ipsis subeundæ[m].

[a] Gom. [b] Li. ho. [c] Gom. [d] Me. [*] Bru. Li. ho. [f] Li. ho. [g] G. [h] Me. ex Bru. [i] E. sim. Bru. [k] Me. [l] Bru. [m] E. [n] Me. [o] E. [p] Me. [q] Li. ho. [r] G. † G. sim. E. Bru. [t] G. [v] Li. ho. [x] G. [y] Q. in V. sim. Val. Be. Camer. &c. [z] Di. [a] G. [b] Cas. [c] Di. [d] G. [*] Idem. [f] G. sim. Bru. [g] G. [i] Bru. [k] T.

5. *Thomas*] Cæteris tardior ad res fidei, sive ingenii tarditate, sive mœstitiâ impeditus, non intellexerat quid Jesus significaret; ac proinde de se conjecturam faciens nec cæteros intellexisse existimabat[o]. ¶ *Nescimus quò vadis*] Locum aliquem sensibilem somniabant[p]. ¶ *Et quomodo possumus viam scire?*] Via est τῶν πρός τι· nempe à termino ad terminum alterum. Quòd si ignoretur quæ sit meta, non potest via sub ratione viæ concipi[q]. Quod Thomas negat, Christus affirmavit, ipsos scire. Quinam hæc conveniunt? Resp. 1. *Scitis*, id est, scire deberetis[r], vel potestis. Verba activa sæpe non actum denotant, sed officium & debitum, ut Gen. 20. 9. Levit. 4. 2. Luc. 3. 14. & 7. 42. &c. vel etiam facultatem, ut Gen. 16. 10. Matth. 7. 16. & 12. 31†. 2. Sciebant, sed ex parte tantùm, confusè & imperfectè[t].

6. *Ego sum*] Christus, ut ostenderet quantum haberet suorum curam, de se nihil respondet, sed ipsis pleniùs indicat quomodo ipsi quoque ad Patrem pervenire possint[v]. ¶ *Via*, Ἡ ὁδὸς] *Via illa*, Be. Pi. sub. de qua quæritis, per quam & mihi & vobis eundum ad Patrem[x], unica illa salutis via[y]. Videtur autem Christus, se *viam* dicens, alludere ad Esa. 35. 8. Se autem nominans *viam*, actiones suas intelligit, per quarum exemplum, tanquam stratum iter, nobis ambulandum est[z]. Christus via est ad Patrem, tum, 1. sibi ipsi[a], quia propriâ potestate & autoritate[b], non per aliena merita[c], sed *per proprium sanguinem*, Heb. 9. 12[d]. & merito passionis suæ[*], intravit in gloriam[f], sibique viam eò patefecit, hostibus frustrà renitentibus[g]. Vide Luc. 24. 26. Philip. 2. 7, 8[h]. Tum, 2. aliis[i]: quod præcipuè hîc respici docent verba sequentia, *Nemo venit*, &c[k]. Aliis autem via est, 1. doctrinâ[l], viam iis monstrans[m]: 2. exemplo[n], quo iis prævivit per sanctam vitam suam[o]: 3. merito[p]; viam iis clausam aperiens: 4. ipso ductûs actu, eos *ambulare faciens*, juxta Ose. 11. 3. & per fidem deducens ad Patrem[q]. ¶ *Et veritas*, Ἡ ἀλήθεια] *Illa veritas*, Be. Pi. Evangelium *sermo veritatis*, Eph. 1. 13. nihil falsi admixtum habens. Christus se *Veritatem*, i. e. veri Doctorem, vocans, indicat sibi fidem habendam; eventurum quod pollicetur[r]. *Veritas* dicitur prout opponitur, vel, 1. promissionibus & ceremoniis Legis, quas implevit, Joh. 1. 17. 1 Cor. 1. 20†. Quo sensu vera typis opponuntur, Heb. 8. 2. & 9. 24. Vel potiùs, 2. falsitati ac mendacio, 1 Joh. 8. 44. Rom. 3. 7. Sic Joh. 17. 17. *Sermo tuus est veritas*, i. e. verissimus, Apoc. 3. 7. cui meritò tutòque in omnibus credendum. Abstractum pro concreto, ut *stultitia*, pro summè stulto, Prov. 14. 1[t]. Christus veritatem docet, Joh. 8. 40. & 18. 37. complet, promittit & præstat[v]. ¶ *Et vita*, Ἡ ζωή] *Vita illa*, Be. Pi. i. e. dator vitæ æternæ[x], ut Joh. 11. 25[y]. & 1 Joh. 5. 11. eam & morte suâ promeritus, & Spiritu inchoans, & monstrans doctrinâ suâ, quæ vita est, Joh. 6. 63, 68. & ad eam nos resuscitans atque introducens. Vide Joh. 3. 16. & 10. 28[z]. & 1 Joh. 1. 1[a]. Multum hoc est quòd Christus ipse vitæ æternæ dandæ jus habet: id enim ut eum imitemur, útque ei credamus, vim habet maximam[b]. Christus & *via* est, per quam eundum, & *veritas*, i. e. viæ ductor; & *vita*, h. e. viæ terminus[c]. *Sum via, veritas & vita*, i. e. via vera[d], non curva, fallax, aut seductrix[*]; & vivifica, sive ducens ad vitam[f]: vel, via per quam itur ad veram vitam[g]. Est ergò ἓν διὰ δυοῖν, ut—*pateris libamus & auro*, id est, aureis. Sic Act. 14. 13. *tauros & coronas*, i. e. tauros coronatos, sive vittatos[h]. Sic Jer. 29. 11. *Ad dandum vobis finem & spem*, i. e. finem speratum[i]. Cui repugnat articulus hîc substantivis præpositus: quod, ubi ἓν διὰ δυοῖν occurrit, fieri non solet, ut Act. 14. 13. &c. Hoc etiam sensum nimis angustum reddit[k]. Refellere voluit sententiam Judæorum, quibus Lex erat via, veritas, & vita, & quidem omnia; & propriam authoritatem & potestatem novam normam religionis introducendi asserere: quia nempe ille est *via*, &c. Acceditur ad Deum favorémque ejus *in lege*, i. e. ambulando in ejus præceptis, sed non *per legem*, &c[l]. ¶ *Nemo venit* (i. e. venire potest

[l] Me. [m] G. [o] G. [p] Bru. ex Euthym. [q] G. [r] Me. sic Ger. † Ger. [t] Ger. sim. Gom. [v] G. [x] Bru. Me. [y] Ger. sim. Er. [z] G. [a] Bru. Ger. [b] Ger. [c] Bru. [d] Bru. Ger. [*] Bru. [f] Bru. Ger. [g] Ger. [h] Bru. [i] Bru. Ger. [k] Ger. [l] Bru. Ger. [m] Ger. [n] Bru. Ger. [o] Ger. [p] Bru. Ger. [q] Ger. [r] G. † Gom. sim. Ger. [t] Gom. [v] Ger. [x] G. Ger. Gom. [y] G. [z] Ger. [a] Gom. [b] G. [c] Ger. [d] Bru. Ger. Ham. Li. ho. [*] Bru. [f] Bru. sim. Ger. [g] Ger. [h] Q. in Gom. [i] Li. ho. [k] Gom. [l] Li. ho.

potest [m]) *ad Patrem* (scilicet coràm videndum & fruendum [n]; vel, cognoscendum, Matth. 11. 26; vel, invocandum; vel, conciliandum: q. d. nemo Deo reconciliari potest [o]. Pro eodem ponit, *vitam æternam consequi*, &, *ad Patrem venire*, quia vita illa æterna erit apud Patrem [p]: nemini aditus est in domum Patris [q].) *nisi per me*] Nisi mihi fidem habeat, méque imitetur [r], ut ostendunt præcedentia †: nisi per meritum mortis meæ. Ego ad Patrem vado nixus meis meritis, homines tantùm per mea merita [t]. Ego unicus sum Mediator, non modò redemptionis, sed & intercessionis, Rom. 8. 34. 1 Joh. 2. 2. Hinc probat se esse viam, & quidem unicam [v].

7. *Si cognovissetis* (rectè [x], plenè & perfectè [y], secundùm utramque naturam [z]:) *me*] i. e. Proprietates meas, quæ in actionibus elucent [a]. Si plenè & rectè judicaretis de munere, opere, & authoritate, Messiæ [b]. ¶ *Et Patrem*, &c.] *Eâdem operâ Patrem nôssetis*, in quo eædem sunt proprietates Bonitatis, Justitiæ, Sapientiæ. Tale est illud, *Qui utramvis rectè nôrit, ambas noverit*. Vide suprà 8. 19 [c]. In omnibus hisce quæ doceo & facio, agnosceretis voluntatem, mandatum, authoritatem, Patris [d]. De cognitione hîc loquitur, vel, 1. voluntatis paternæ & benevolentiæ erga ipsos: vel potiùs, 2. essentiæ, sive naturæ, (quæ eadem est in Patre & in Filio,) ut patet ex v. 9 [*]. Me agnito non potest Pater non agnosci, quia *unum sumus*, Joh. 10. 30. ac proinde scitis quò ego vado, quia Patrem in me nôstis; & viam, quia me nôstis [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε, &c.] *Et nunc*, aut *abhinc*, (i. e. brevi [g], posthac, accepto Spiritu Sancto [h],) *cognoscetis eum*, &c. Bru. ex Vulg. V. &c. Verùm Codices omnes habent, γινώσκετε· quod exprimunt Syrus & quidam Codices Latini [i]. Al. *A modò cognoscite eum*, Li. ho. Si hactenus non nôstis Patrem, saltem deinceps eum agnoscite [k]. Hinc porrò agnoscite Patrem in omnibus quæ ego feci, atque introduxi, & in me existimate vos videre Patrem [l]. Al. *Et jam nunc nôstis*, vel *cognoscitis*, *eum*, Be. Pi. Er. Ger. G. &c. Ut si quis dicat ei qui imaginem alicujus vidit, nec nescit cujus sit imago, *Jam illum nôsti ex lineamentis* [m]. Ἀπ' ἄρτι, propriè est, *deinceps*: sed quia hîc additur Verbum præsens, ponitur pro ἄρτι, ut Joh. 13. 19. collat. cum v. 33 [n]. ¶ *Et* (vel, *Quia*, ut & causaliter accipiatur, sicut Psal. 60. 12. Esa. 53. 11, &c [o].) *vidistis* (vel, *videbitis*, V.) *eum*] Nempe in me, ejus effigie [p], in carne mea, & in operibus meis [q]. *Vidistis*, visione, tum, 1. corporali, in persona mea: tum, 2. spirituali, sive cognitione fidei, quâ ex doctrina & operibus mea Divinitas & ὁμοουσία cum Patre agnoscitur. Ὁρᾷν sæpiùs ad mentem refertur, ut Matt. 8. 4. & 9. 30. & 16. 6. Hoc ergò verbo designat fidei certitudinem, quia in Christo Patrem præsentissimum habebant, acsi eum oculis corporeis intuiti essent [r].

8. *Ostende nobis* (scil. oculis nostris corporeis, facie ad faciem, sicut te videmus †:) *Patrem*] Legerat Deum variis modis interdum apparuisse Patribus; hoc vellet & sibi concedi [t]. Cùm daretur Lex, viderunt Israelitæ Deum in gloria sua: & tu, cùm jam aliam Legem & Oeconomiam introducis, Patrem ejúsque gloriam ostende [v]. ¶ *Sufficit nobis*] Non ultrà interrogando molesti tibi erimus [x]: de ea re non ambigemus ampliùs [y].

9. *Tanto tempore vobiscum sum*] Verbis & operibus monstrans quis sim [z]: cùm tamdiu tam familiariter vobiscum agam [a]. ¶ *Non cognovistis* (vel, *nôsti*, Be. Pi. Er. V. &c.) *me?*] Quis vel qualis sim [b] naturâ, & unde sim [c]; Deus scilicet [d]. Non dicit, *vidisti*, sed *nôsti*, oculis scil. animi [*], abducens eum ab humili sensu, quo desiderabat Patrem videre corporaliter [f]. Certè me nôsse debebas. ¶ *Qui videt me*, &c.] Si me satis nôssetis, jam & scire possetis qualis sit Pater [g]. Non dicit, *qui cognoscit*, sed, *qui videt* [h]. Duplicem in se naturam ostendit, humanam & Divinam; illam videri, hanc non videri: deinde eundem esse Patris & Filii naturam [i].

10. *Ego in Patre* (vel, per obedientiæ propositum, ut exposuimus Joh. 10. 38 [k]. vel, tanquam in principio & origine, ut imago in suo archetypo [l]:) *& Pater in me est*] Vel, per efficaciam [m]: vel, tanquam in viva & perfectissima sui imagine & charactere hypostatico; & per æternam generationem. Christus hîc mirandâ sapientiâ exprimit [n], tum, 1. personalem Patris & Filii distinctionem [o]; nihil enim propriè est in seipso [p]: tum, 2. utriusque unam essentiam sive ὁμουσίαν [q]: alioqui viso uno non videretur alter: tum, 3. utriusque περιχώρησιν, quam Ambros. vocat *complexionem*; Aug. *ineffabilem complexum*; Scholastici, *immanentiam & circumincessionem*: quâ Personæ Trinitatis sibi invicem arctissimè sunt præsentes, nec una est extra aliam, sed in alia [r]. ¶ *Verba autem*, &c.] Ratio redditur prioris membri. Nihil loquor non imperatum à Patre, Joh. 7. 17. Ratio membri alterius est, *Pater autem*, &c. Nam Pater per me operatur, atque ità ostendit se esse in me. Nam μένειν Johanni est, *inesse*, ut suprà cap. 5. ver. 38. Dei proprietates ex operibus cognoscuntur, quæ nunquam majora ac plura quàm per Christum sunt edita; ità ut in istis Sapientiam Dei, Bonitatem, Potentiam, multò apertiùs fuerit concipere quàm in visionibus illis quæ Prophetis contigerunt, & quibus illæ proprietates tantùm per similitudinum figuras adumbrabantur. Duo quæ diximus membra, quibus conjunctio Patris & Filii indicatur, breviter exprimit Nonnus, Ὡς ζωὴ ἐμοὶ τελέθει γενέτης ἐμός, ὅττι καὶ αὐτὸς σύμφυλός εἰμι τοκῆϊ· ἐγὼ λαλέων, ὃ δὲ ῥέζων †. Dixerat, se esse in Patre, & Patrem in se: id jam probat ab effectis, à verbis & operibus suis [t]: quæ, inquit, tam Patris quàm mea sunt [v], utpote que habeo à Patre in me manente. Identitas autem verborum atque operum probat identitatem naturæ [x]. ¶ *A me ipso non loquor*] Tum quà homo, quia non finxit ex suo cerebro: confer Joh. 3. 34. & 7. 16. & 12. 49. tum quà Deus, quia sic ut non erat à seipso, ità non loquebatur à seipso: confer Joh. 5. 19. & 8. 28. ¶ *Pater in me manens*, &c.] Perpetuò, immutabiliter, & inseparabili περιχωρήσει & immanentiâ. Emphasis est tum in voce *Pater*, tum in voce, *manens*. Deus aderat quoque Prophetis, sed separabiliter, & per eos loquebatur, sed ut per servos, & per instrumenta; non ut per Filium [y]. Phrasis hic est ecliptica, quæ Hebræis frequens, sic supplenda, *Verba—à meipso non loquor:* Pater autem—loquitur verba. Similiter opera quæ ego facio, à meipso non facio: *Pater autem—facit opera* [z].

11. *Non*, &c. Πιστεύετέ μοι, &c.] *Credite mihi*, &c. Be. Pi. Bru. &c. Verbis meis nihil non Divinum continentibus credite, me Patri esse conjunctissimum [a]. ¶ *Alioquin*, Εἰ δὲ μή] *Sin minus*, Be. Pi. Si verbis credere non vultis [b]. ¶ *Propter opera*, &c.] Quæ talia sunt ut nisi à Deo proficisci nequeant. Vide Joh. 3. 2. & 5. 36. & 10. 37 [c].

12. *Dico vobis*] Pergit consolari [d]. ¶ *Opera*, &c.] i. e. Miracula [*]. Dæmonas ejiciet, morbos sanabit, mortuos resuscitabit. Intelligenda autem hæc promissio secundùm ea quæ dicta sunt ad Marc. 16. 17 [f]. ¶ *Et majora*, &c.] Vel, 1. quòd non voce tantùm, aut manûs contactu, sanarentur ægroti [g]; sed & umbrâ transeuntis Petri, Act. 5. 16 [h]. & sudariis Pauli absentis, Act. 19. 12 [i]. Vel, 2. montis transplantatio in mare, promissa sub conditione, &c. Matth. 17. 19. Luc. 17. 6 [k]. Vel, 3. quòd Apostoli plura miracula patrarent [l], & plura eorum genera, qualia illa Act. 5. 5, 9, 10. Act. 13. 11. 1 Cor. 5. 5 [m]. Vel, 4. quòd omni genere linguarum loquerentur [n], ad conversionem omnium gentium [o]. Vel, 5. quòd Christus Judæis tantùm prædicavit, quorum quoque pauci duntaxat fuere conversi; cùm Apostoli per totum orbem prædicarent, & quidem cum felici successu. Vide Rom. 10. 18. & 15. 19. Col. 1. 6. Plurimos hi sanabant spiritualiter cæcos, surdos, mortuos, &c [p]. Maximum signum gloriæ Christi quòd per absentem fierent quæ præsens non effecerat [q]. ¶ *Quia ego ad Patrem vado*] h. e. In Regnum & gloriam Patris [r], in cœlum †, unde mittam Spiritum Sanctum [t], qui non est effundendus ante ascensionem meam, Joh. 7. 39 [v]. ubi à Patre impetrabo credentibus omnem agendi facultatem [x]: ubi sedebo à dextris Patris, & creaturarum omnium dominium accipiam [y]. Non ergò tunc humilitatis, ut hactenus, sed gloriæ ac Majestatis meæ, demonstrandæ tempus erit [z]: & nomen meum manifestandum est Gentibus, &c [a]. Similitudo sumpta ab eo qui ad Regem profectus coràm commendat amicorum desideria [b]. Al. Sensus, Hoc faciam, quia jam non versabor inter homines, nec videbunt me in terra patrantem miracula [c]: ac propterea opus est ut hanc virtutem relinquam credentibus [d], ut cognoscant

m Bru. n Me. ex Bru. o Ger. p G. q Ger. r G. sim. Bru. † G. t Bru. v Ger. x G. Me. y Ger. sim. Bru. T. z Bru. a G. b Li. ho. c G. d Li. ho. * Ger. sim. Bru. f Ger. g Bru. h V. i Ger. k Salm. in Ger. l Li. ho. m G. n Ger. o Idem. p G. q Bru. r Ger. † Bru. t G. v Li. ho. x G. sim. Bru. ex Chrys. y Li. ho. sim. Ham. z Bru. a G. b Bru. ex Cyr. G. c Bru. ex Cyr. d Bru. ex Euthym. * Bru. f Bru. ex Th. g G. h Mal. i Mal. ex Aug. Basil. Cyr. Chrys. Athanas. &c. k G. l Ger. m G. n Ger.

o Ger. sim. Bru. Me. T. &c. p Ger. q Ger. sim. Bru. Me. &c. r Ger. † G. t Bru. sim. Ger. &c. v T. ex Chrys. Bru. x Bru. y Ger. z Bru. a G. b G. sim. Bru. c G. d Idem. * Bru. f G. g Ger. h Mal. ex Aug. Rup. &c. Bru. Ger. i Bru. k Q. in Bru. l Ger. m Mal. n G. sim. Mal. o G. p Orig. in Ger. q G. ex Chrys. r Bru. ex Chrys. & Euthym. † Pi. t Pi. sic Ger. v Ger. x V. y Bru. z Mal. ex Cyr. & Leont. sim. Tol. a Tol. b G. c Me. sim. Chrys. in Mal. d Chrys. in Mal.

noscant homines potentiam meam, quam ego sæpe, dum in terris eram, occultabam*, ut locus daretur morti meæ, &c [f].

13. Et, &c. Καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε, &c.] *Et quicquid petieritis* (oratione, vos aliique fideles [g]. Ostendit, Apostolos majora illa facturos non propriâ, sed ipsius Christi, potestate per preces impetratâ [h]. Qualiacunque & quantacunque miracula, tempore ad id idoneo, patranda petieritis [i]: omnia ad hanc & futuram vitam necessaria [k].) *in nomine meo*, (i.e. vel, 1. invocato meo nomine, ut Act. 3.6 [l]: vel, 2. quæ ad Dei, vel Christi, gloriam pertinent, ut Matt. 18. 20*: vel, 3. quæ conformia sunt voluntati & verbo & sapientiæ Dei; quia Christus est *Verbum Dei*, & *Sapientia Dei* [m]: vel, 4. propter me [n]: ob merita mea, ut Mediatoris inter vos & Deum [o]: ut Pater meâ causâ faciat. Solebant Hebræi Deum orantes rogare ut populo benefaceret ob Patres, Abr. Is. Jac. Dav. nova nunc docetur orandi ratio, *per Christum*, Rom. 1. 8 [p].) *hoc faciam*, Be.Pi.&c. Non dicit, *hoc Pater dabit vobis* [q], ut Joh.16.23 [r]. sed, *ego faciam* †, ut ostendat preces tum ad se æquè ac ad Patrem esse dirigendas, tum ab utroque pariter exaudiendas [t], ac proinde unam esse utriusque omnipotentiam [v], essentiam & Divinitatem [x]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα δοξασθῇ, &c.] *Ut glorificetur Pater in Filio*; vel, *per Filium*, per quem illa opera faciet [y]. Ut publicè omnibus innotescat, quòd Pater Filium evexit, unicúmque constituit Mediatorem, &c. Hoc addit, ne dicendo, *ego faciam*, putetur Patris gloriam obscurare, & suam duntaxat quærere, Joan.8.50. Patrem & Filium non separat, sive in exauditione & præstatione, sive in gloria [z]. Hoc ἵνα communiter referendum ad αἰτήσητε, ut rectiùs cum superioribus cohæreat, *Quicquid postulaveritis quo Filius & per Filium Pater inclarescere possint, id ego pro vobis effectum dabo.* Notandus & Hebraismus, ποιήσω [in v. præced.] ποιήσω, i. e. *profectus efficiam* [a].

14. *Si quid petieritis*, &c.] Quo opus habetis, quod ad gloriam Dei, aut salutem vestram, faciat. Hoc dat solamen absentiæ suæ [b]. Hic versus redundat, & ex margine in contextum irrepsit [c]. Idem potiùs hîc repetitur per ταυτολογίαν, & asseverandi sive confirmationis, causâ, ut sæpe fit in S.S. Exod. 12. 50. & 16. 35. Joh. 1. 20 [d]. Repetit hoc ut magis spem eorum confirmet, quòd ipse adeò ipsis notus omnia effecta dandi sit habiturus potestatem*.

15. *Si diligitis me*] Si postquam abiero vultis perseverare in dilectione mei, ut jure debetis, & præ vobis fertis [f]. ¶ *Mandata mea*, &c.] Ne luctu ostendite amorem, sed obedientiâ præceptorum, præsertim illius de mutua Dilectione. Sic Act. 2. antequam narretur missio Spiritûs Sancti, præponitur, ἦσαν πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό. Itaque hâc præcipuè ratione ad accipiendum eum Spiritum parabantur [g].

16. *Et ego rogabo Patrem*, Ἐρωτήσω, &c.] Verbum ἐρωτᾷν (quemadmodum & Heb. שאל, & Lat. *rogo* [h],) propriè est, *interrogare* [i], ut Matth. 16. 13. & 21. 24, &c [k]. indéque (quòd petitiones sæpe interrogatione instituuntur, ut, *Placétne*, aut *visne, mihi hoc largiri* [l]?) *orare*, sive *petere* [m], ut frequens in his Libris*: ut Matt.15.23. Mar.7. 26. Luc.4.38 [n]. item Joh.4.47. & 16.26. &c. At in Græcis authoribus & Lexicographis eo sensu non occurrit, nisi quòd Hermogenes notat, ἐρωτᾷν & παρακαλεῖν pro δέομαι esse orationis vitium, à nonnullis tamen usurpatum; ἀκυρίαν scilicet, qualis est in *sperare*, pro *timere*, apud Homer. Il. τ'. Virgil Æneid. 4. Juven. Sat. 4. & in voce παῤῥησία, quæ propriè *libertatem* notat, sed *palàm* significat Joh.11.54 [o]. Sed ubi & quando rogavit Patrem, ut Spiritum S. daret Apostolis? Resp. Joh. 17. 5. *Glorifica me*, &c. v. 11. *serva eos* &c. v. 17. *sanctifica eos*, &c. Quæ omnia per Spiritum S. sunt illis præstita [p]. Deinde, in passione sua, Heb. 5. 7 [q]. & (quod potissimùm hîc spectatur) post ascensionem [r] in cœlis, ubi *sedet ad dextram Patris*, &c, ex officio Sacerdotali, *interpellat pro nobis*, Rom. 8. 34. 1 Joh. 2. 2 †. Heb. 7.25 [t]. cum qua exaltatione Christi arctissimè conjungitur effusio Spiritûs Sancti [v]. Precatur autem jam Christus, non cum supplicibus lacrymis, ut in hac vita, sed pro ea auctoritate quam sibi mortis obedientiâ quæsivit [x]; non modo servili, sed virtute meriti sui [y]. Est autem hîc posterior pars [versûs] in priori repetenda; *Orabo ut Spiritum vobis det, & dabit*, nempe

*Me. [f] Tol. [g] Eru. [h] Ger. [i] Me. [k] Ger. [l] Ger. ex Th. & Eu thym. * Ger. [m] V. Me. [n] Me. sim. [o] Ger. [o] Me. [p] G. [q] Ger. sim. Me. [r] Ger. † Ger. Me. [t] Ger. [v] Ger. sim. Me. [x] Ger. [y] Me. Eru. [z] Ger. [a] G. [b] Fru. [c] Q. in Ger. [d] Ger. * G. [f] Bru. [g] G. [h] Gom. [i] Gom. sim. Ger. [k] Ger. [l] Gom. ex Pi. [m] Gom. Ger. G. * G. [n] Ger. [o] Gom. [p] Ger. sim. Gom. [q] Ger. [r] Gom. † Ger. [t] Gom. [v] Ger. [x] G. sim. Bru. [y] Ger. ex Naz.

si in obedientia præceptorum perseveraveritis [z]. At Spiritus Sanctus istam quoque conditionem efficit, *deducendo nos in omnem veritatem*, quod est efficere ut in omni veritate ambulemus [a]. Qu. Sed cùm dixisset, *Ego faciam*, v. 13, 14. cur non hîc dicit, *Ego mittam*, sicut Joh. 15.26. sed, *rogabo*, &c [b]? Resp. Ut ostendat se esse, 1. hominem [c]: 2. Mediatorem Dei & hominum [d]. Nunc ut homo, nunc ut Deus, loquitur, ut utramque naturam demonstret*. Consolatur eos de abitu suo, quem docet illis utilissimum fore, Joh. 16. 7 [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἄλλον παράκλητον, &c.] *Et alium* (scil. à me [g], hypostasi scil. non *aliud* substantiâ [h]: hinc patet & Personalitas, & Divinitas, Spiritûs Sancti †. *Alium*, pro me, seu meo loco [i]. Significat se quoque παράκλητον fore [k].) *paracletum* (vel, *advocatum*, Be. Pi. Ham. *confirmatorem*, Ca. *consolatorem*, Er. Il. Ti. P. V. Ar. Ham. vel, *hortatorem*, Ham.) *dabit vobis*, Mo. Tre. &c. tum visibiliter, Act. 2. 3. tum invisibiliter, Joan. 14. 26. Gal. 4. 6. [m]. *Dabit* autem Spiritum, hoc est, dona Spiritûs, & abundantiùs & manifestiùs: alioquin & antea Spiritum habuerant, sed parciùs & occultiùs [n]. Patri tribuitur datio Spiritûs [o], (quia hic à Patre procedit [p],) non tamen exclusivè ad Filium [q]: quippe qui dicitur *baptizare Spiritu*, Joan. 1. 33. Act. 2. 33. *dare os & sapientiam*, &c. Luc.21.15 [r]. *insufflando dare Spiritum*, Joan. 20. 22 †. *missurus Paracletum*, Joan. 15. 26. & 16. 7 [t]. *Spiritus* quoque dicitur ut *Patris* alibi, sic & *Filii*, Gal. 4. 6. quia à Patre & Filio mittitur. Qu. Quid hîc παράκλητος? Resp. Vox hæc hoc loco tantùm occurrit, & 1 Joan 2. 2. ubi Christo tribuitur [v]: descendit à verbo ambiguæ significationis, παρακαλέω: ac proinde variè reddi potest, *advocatus, consolator, hortator*; quæ omnia aptè congruunt officiis Spiritûs S. erga Apostolos, ideóque hâc voce contineri censenda sunt [x]. [Alii verò in partes hîc eunt:] 1. Παράκλητος hîc est *patronus*, sive *advocatus* [z], cujus officium est non solùm clientem consolari, sed etiam ipsi suggerere utilia, ad ea hortari, eum animare atque confirmare, coram judice ejus causam agere, pro eo intercedere, &c [a]. [Argumenta hujus sententiæ sunt:] 1. Παράκλητος sic usurpatur apud Demosth. teste Ulpiano [b]. [Verba vide in Be. Gom. Ger.] Sic & Philoni, libro 3. De Vita Mosis, est *deprecator*, vel *intercessor*. 2. Παρακαλέω & παρακαλοῦμαι, à quo hoc nomen formatum, non solùm significat, *consolari*; sed & multò magis, *exhortari, pro alio obsecrare, advocare, & causam alterius agere*, apud Æschin. Demosth. Thucyd. Et in N. T. non solùm est, *consolari*, sed & *rogare*. Matth. 1. 5. & 14. 36. & 18. 32. & *hortari*, Luc. 3. 18. Act. 2. 40 [c]. 3. Vocem hanc hoc loco retinent Sy. & Ar [d]. eámque usurpant & Rabbini, פרקליט, sed non nisi *patroni* atque *advocati* significatione*, sive pro *eo qui causam agit alterius, & quidem rei*. Nam qui pro accusatore dicit vocatur aliâ Græcâ voce קטגור, κατήγορ. Et notandum Dei Spiritui; qui est παράκλητος, opponi Spiritum malignum, qui est κατήγορος, & sic dicitur Apoc. 12. 10 [f]. Sic autem vox illa sumitur in lib. Juchasin, 138. 2. Sic in lib. Musar, *Qui facit præceptum unum, comparat sibi paracletum unum*, id est, *advocatum*, vel *oratorem, qui dicit pro eo*. David de Pomariis, פרקליט, *procurator, rhetor*; vel, *qui alicujus causam agit coram Rege*, ait Moses Ægyptius. Sed & in Targum Job 16. 20. פרקליטי, παράκλητοί μου, *advocati mei*: Heb. מליצי, *oratores*, aut *rhetores, mei* [g]. 4. Christus vocatur *noster Paracletus*, 1 Joh. 2. 1. non tantùm quia consolatur, sed & *interpellat pro nobis*, Rom. 8. 34. tanquam Mediator & obses. 5. Spiritus dicitur *postulare pro nobis*, Rom. 8. 26, 27 [h]. Sed malim explicationem petere ex Matth. 10. 19, 20. & Luc. 12. 11, 12. *Ne sitis anxii——nam Spiritus vos docebit——quid dicatis.* Verè Spiritus S. patronus est & advocatus, quia adversùs omnes mundi criminationes & tyrannidem ipse est qui ἀπολογεῖ ὑπὲρ ἡμῶν. Atque ità explicatur Joh. 16. ubi, quum rursus Paracletum hunc promitteret, docet, quomodo Advocati munere functurus sit, nempe coarguendo mundum de peccato, de justitia, & de judicio: Fideles autem ducendo in omnem veritatem, ut habeant quo se tueantur. Hinc apparet, alio prorsus sensu hîc Spiritum S. alio Christum, 1 Joan. 2. παράκλητον dici [i]. *Alium* hîc *oratorem*

[z] G. [a] Cam. [b] Bru. sic Mal. [c] Bru. ex Cyr. sic Ger. [d] Bru. Ger. * Mal. ex Chrys. & Cyr. [f] Ger. [g] Bru. [h] Be. ex Tert. sim. Ger. &c. † Ger. [i] Pi. [k] Pi. sim. Bru. ex Aug. Ger. [m] Ger. [n] Bru. [o] Ger. sic Bru. [p] Bru. [q] Gom. Ger. [r] Gom. † Ger. [t] Gom. Ger. [v] Ger. [x] Ham. [z] D. Pi. Di. sic Be. Gom. Ger. G. Ham. [a] Ger. [b] Gom. & Ger. ex Be. [c] Ger. [d] Di. Ger. * Di. ex D. [f] G. [g] D. [h] Ger. [i] Di.

rem Christus pollicetur qui causam suorum agat apud mundum, sicut ipse acturus est apud Patrem: nam hoc sensu ipse est παράκλητος, 1 Joh. cap. 2. vers. 1. Et quod modò dixit, Se pro suis interpellaturum Patrem, est circumlocutio muneris παρακλήτου. Spiritus autem est qui pro Apostolis apud Reges, &c. loqui dicitur, Matth. cap. 10. vers. 20. qui Christi dicta ipsis in memoriam revocat, infrà 26. qui adversarios ipsorum efficaciter convincit, Joh. cap. 16. vers. 8. Ideo veteres Latini *Advocatum* dixerunt[k]. Παράκλητος est, *precator interveniens ut advocatus & patronus*[l]. Nec magis officit Deitati Spiritûs, quàm Filii, quòd *intercedat*, &c. quia hoc facit θεοπρεπῶς, & hoc dicitur tantùm οἰκονομικῶς, quatenus officium suum in nobis, ac circa nos, administrat[m]. Spiritus *intercedere* dicitur *pro nobis* non immediatè, sed excitando in nobis affectum precandi. Παράκλητος idem quod מליץ, quod eum significat *qui eleganter & accommodatè loquitur*, vertitúrque modò *Doctor*, modò *Interpres*, ut Gen. cap. 42. vers. 23. Significat ergò Christus, quòd Spiritus Apostolos edocturus esset & disertos redditurus, ut aliis respondere, eósque docere, possint[n]. Spiritus advocatus est & apud Deum, Rom. cap. 8. vers. 26. & cum hominibus, Matth. cap. 10. vers. 20. & contra mundum, Joh. cap. 15. vers. 26. & 16. 8. Verbum παρακαλεῖν sæpe valet, *prædicare*, *hortari*, *docere*, & velut *intercedere* cum aliis, &c. ut Act. cap. 13. vers. 15. & 15. 32[o]. [Hæc de prima vocis significatione.] 2. Παράκλητος hîc est, *consolator*[p]. [Huic favet,] quòd inter nomina & titulos Messiæ apud Hebræos, מנחם, *Consolator*, præcipuè obtinuit; & *dies Messiæ* apud eos vulgatissimè vocantur *Dies consolationis*. Luc. cap. 2. vers. 25. *exspectans Consolationem Israel.* Targum in Jer. cap. 31. vers. 6. *qui desiderant annos Consolationis venturos.* Sic quoque jurare solebant, Hebræi, *Ità videam Consolationem.* Sensus ergò est, qu. d. Exspectatis Consolationem cum gente in Messia. At mihi discedendum est, verùm mittam vice meâ alium Consolatorem. Adde, quòd mœstis & turbatis jam Discipulis quadrat meliùs promissio *Consolatoris*, quàm *Advocati*[q]: deinde, cognatum nomen παρακλήτωρ usurpatur pro מנחם, *Consolatore*, Job cap. 16. vers. 2. ac λόγοι παρακλητικοὶ sunt, *sermones blandi & consolatorii*, Zach. cap. 1. vers. 13. qui etiam vocantur λόγοι παρακλήσεως, 1 Mac. cap. 10. vers. 24. Sed & Spiritui Sancto peculiariter tribuitur παράκλησις, sive *consolatio.* Interim *consolatoris* nomen non exhaurit vim & emphasin hujus vocis, sed significat quoque *advocatum:* quare utramque significationem hîc conjungo[r]. ¶ *Ut* (vel, *Qui*, Bru.) *maneat vobiscum* (id est, corda vestra inhabitet, & consolator instructórque vobis sit†,) *in æternum*; Ἐις τὸν αἰῶνα] Id est, Non ut aliquot annis apud vos sit, ut ego fui[t], sed perpetuò; hoc enim Hebræis est εἰς αἰῶνα[v]: dum hîc vixeritis[x], ut עולם sumitur Deut. cap. 15. vers. 17[y]. vel, in omnem æternitatem, ut hæc phrasis semper à Joanne usurpatur, 4. 14. & 6. 51, 58, & 8. 35, 51. & 10. 28. &c. Sensus, qu. d. Paracletum vobis eripere non poterunt sive hostes, sive mors ipsa. Promissio hæc propriè & præcipuè spectat ad Apostolos, ut infallibiles essent, &c. deinde ad eorum successores in ministerio, ut Matth. cap. 28. vers. 20. denique ad pios omnes ratione gratiosæ inhabitationis, &c*. Intelligendum autem hoc sub conditione, jam dicta, observationis mandatorum[z]: alioqui fieri posse ut Spiritus recedat & repellatur[a]. Itane vero? Poterántne Apostoli repellere Spiritum? Omnis itaque certitudo jaciendorum fundamentorum Ecclesiæ non pendebat à Spiritu, sed à voluntate Apostolorum: nec Spiritus fuit determinans & constabiliens, sed potiùs determinatus & constabilitus. Deinde, Christus hîc voluit eos solari. At hominem peccato obnoxium non consolatur qui dicit, *Non discedit Spiritus nisi volueris*, quia sibi non metuit, nisi à seipso; sed qui dicit, *Efficiet quoque Spiritus ut nè id velis:* quo fundamento nituntur & preces nostræ, dum id petimus, & gratiarum actio, &c. Verbum μένειν in S. S. singularem habet significationem: notat enim Constantiam & pe-

k G. l Gua. m Ger. n Cam. o Ham. p Er. V. Cam. Ger. Mal. Li. ho. &c. q Li. ho. r Ger. † G. t G. ex Bru sim. Pi. Gom. &c. v G. x Bru. sim. Mal y Mal. * Ger. P. 934. z G. a Q. in Cam.

nitissimam adhæsionem rei, sive in malo, ut *ira Dei manens* dicitur quæ ità cruciat ut nunquam perimat; sive in bono, ut hoc loco[l].

17. *Spiritum veritatis*] Id est, veracem[m], qui est ipsa veritas, 1 Joan. cap. 5. vers. 6[n], Doctorem veritatis[o], ut explicatur infrà 16. 13[p]. & 1 Joh. cap. 2. vers. 27[q]. qui veritatem in Ecclesia conservat, eámque in cordibus nostris obsignat, 1 Joh. cap. 5. vers. 7. qui facit ut nos *simus ex veritate*, Joh. cap. 18. vers. 37. ut veritatem & agnoscamus & intrepidè confiteamur, eique vitam nostram conformemus[r]. Vel, qui permanens est & stabilis, & vobiscum perpetuò mansurus†: ut Hebræi *verum* accipiunt, Esa. capite 39. versu 8. & 61. 8[t]. Huic opponuntur *Spiritus erroris*, 1 Tim. cap. 4. vers. 1[v]. & *mendacii*, 1 Reg. cap. 22. vers. 22.[x] & *mundi*, 1 Cor. c. 2. v. 12. qui vanus est & fallax[y]. Totus mundus jam succubuit sub errore, Gentiles sub spiritu delusionis, & Judæi sub delusione traditionum: opportunum ergò & necessarium erat ut *Spiritus veritatis* jam mitteretur in mundum†. ¶ *Quem mundus* (id est, homines mundani[z], & addicti huic seculo[a], iisque quæ sunt in mundo, 1 Joh. cap 2. vers. 16[b]. infideles & reprobi, ut vox *mundi* sumitur Joan. c. 17. v. 9[c]: carnales[d], quamdiu scilicet tales sint, tumentes mundanâ potentiâ & sapientiâ, ut *mundus* sumitur 1 Cor. cap. 1. vers. 20, 21*.) *non potest* (nisi Spiritus animum præveniens mutet[f],) *accipere*] Nempe quà mundus, quà affixus rebus hujus seculi, 1 Cor. cap. 2. vers. 14[g]. ubi inquit, *Animalis homo non percipit*, &c. idcirco non potest accipere[h]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό] *Quia non conspicit eum*, (nempe oculis corporis[i]. Refertur hoc ad externa Spiritûs opera velut ob oculos eorum posita, quæ mundus cernere noluit[k]: Mundus non curat nisi ea quæ oculis corporeis conspiciuntur; quale non est ille Spiritus[l]: quum pii contrà ea respiciant quæ non videntur, 2 Cor. cap. 4. vers. 18. Confer Heb. cap. 11. vers. 1. Al. *non videt eum*, nempe *cum delectatione*, ut & Heb. חזה significat & Græcum θεωρεῖν, Joh. cap. 17. vers. 24. Act. c. 7. v. 56[m].) *nec novit eum*, Be. Pi. &c. ac proinde nec expetit: *Ignoti enim nulla cupido.* Nôsset autem si se Divinis sermonibus docilem ac morigerum præberet. Nam talia pectora quærit ille Spiritus. Irenæus, τοὺς ἀχαλιναγωγήτους, &c. (*Effrænes homines & qui suis obsequuntur cupiditatibus,——nulloque Divini Spiritûs desiderio tenentur, justè Apostolus carnales vocat:*) Confer ad Colos. cap. 3. vers. 10[n]. *Non cognoscit eum*, scil. fide, saltem propensò animi affectu[o]. Γινώσκειν non nudam cognitionem denotat, sed affectivam, ut Matth. cap. 7. vers. 23. Joan. cap. 10. vers. 14, 27. & 17. 25, &c. 1 Joh. cap. 4. vers. 8. Est itaque duplex impedimentum in mundo, &c. prius in intellectu, posterius in voluntate[p]. Vel, *non novit*, nempe oculis mentis[q]. Forsan θεωρεῖν idem hîc quod γινώσκειν, & posterius tantùm est expositio prioris[r]. Sed noluit Christus in tanta brevitate idem bis dicere†. *Non videt*, quia non habet oculos cordis mundos, quibus solis Spiritus videtur; *non scit*, id est, non amat[t]. ¶ *Vos autem* (à mundo & moribus ejus segregati[v]) *cognoscetis eum*; Præsens pro futuro[x]. Verùm præsens hîc est emphaticum[y]. Γινώσκετε] *Nôstis*, Be. Pi. *Cognoscitis*, V. Bru. Ger. *Nôstis & curatis, expetitis.* Sic Matth. capite 7. versu 23[x]. De Spiritûs persona, officio & beneficiis, sæpe edocti estis, ejus promissionem accepistis, Luc. capite 11. versu 13. & 12. 12. eum vidistis, Matth. capite 3. versu 16 ejúsque vim sensistis, tum in miraculis, Matth. capite 12. versu 18. Luc. capite 11. versu 20. tum in vestri illuminatione, regeneratione, &c[y]. Non dicit, *Vos videtis eum*, quia omnibus invisibilis est[z]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι παρ' ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται] *Quia apud vos manet* (vel, *inhabitat*, G. sic Di. ex Sy. ut μένειν accipitur Joan. capite 1. versu 39[a]. & 5. 38. Sic esse in aliquo, 1 Joh. capite 2. versu 5. exponitur per μένειν, ibid. 6, 14, 24[b]. Hoc malim quàm *manet*, quia hoc & esse dicit, & in posterum futurum; adeóque frustrà adderetur sequens membrum, *& erit*, &c. nam si discederet, non maneret†. Vel, *manebit*, Vulg. Nonnus in Cas. id est, habitabit,

l Cam. m Bru. n Cer. o G. Eru. V. Mal. p G. ex Bru. Mal. q G. r Cer. † Mal. ex Chryf. sim. Ger. t Ger. ex Mal. v G. Ger sim Bru x Bru. y Ger. sim. Mal † Li. ho. z Camer. Me. a Me. b Bru. c Gom. d Mal. Ham. * Ger. f Bru. g G. h Mal. i Be. Cer. k Ee. l G. sim. Bru. Cer. m Ger. n G. o Eru. p Cer. q Be. r Q. in Ger. † Ger. t Me. v Me. ex Bru. x Bru. y Ger. x G. y Ger. z Bru. sim. Cer. a Di. b G. † Di.

habitabit, conversabitur, familiariter & perseveranter [c]: quia familiaris & consuetus vobis est [d]. Sensus, qu. d. Hanc cognitionem non ex vestris meritis habebitis, sed ex ipsius præsentia [*]. Al. Puto ὅτι hîc poni pro διὰ τοῦτο, aut pro *certè*, ut Esa. capite 7. versu 9. 1 Joh. c. 3. v. 20. & alibi. Videntur enim præcedentia indicare Spiritum, quomodo hîc sumitur, priùs nosci, deinde in hominem penetrare [f].) *& in vobis* (vel, *intra vos*, Be. in cordibus vestris, tanquam in templo suo, 1 Cor. c. 6. 19. 2 Cor. capite 6. versu 16 [g].) *erit*, Pi. &c, *& habitat*, *& habitabit*: ἔσται enim idem est quod μένει ut jam diximus [h]. Se vestro Spiritui insinuabit, itaque vos intus reget, confortabit, illuminabit, sanctificabit [i], afflatu suo gubernabit, & potentiâ tutabitur [k]. Hæc autem membra sic distinguuntur, *Apud vos manet*, hoc est, in Ecclesia per lucem Verbi, veritatem ibi conservando, propagando, &c; *in vobis erit*, id est, in cordibus vestris, per illuminationem & gratiosam inhabitationem [l].

18. *Non relinquam vos orphanos*] Id est, orbos me patre [m], solos ac destitutos, ut vox ὀρφανὸς sumitur in Plat. & Sophoclis Scholiaste [n]. Sensus, q.d. Nec in morte destituam vos præsentiâ & gratiâ meâ. Hebraismus, quo ex negativis intelligitur contraria affirmatio [o]. Al. Non ultra triduum à vobis abero [p]. Tempore sepulturæ meæ eritis tanquam pupilli. Sed non manebitis tales: nam ego primùm rediens vobis ero pro patre, deinde Spiritum vobis, qui vice patris & defensoris sit, relinquam [q]. ¶ *Veniam*, &c. Ἔρχομαι, &c.] *Venio ad vos*, Glas. *Veniam*, &c. Vulg. Præsens, ut sæpe, pro Futuro [†]. *Redeo*, &c. Be. Pi. sic D. G. Glas. &c. Verbum simplex pro composito, ut, γίνεσθαι, pro παραγίνεσθαι, *adesse*: κρίνειν, pro κατακρίνειν, *condemnare*, Joh. cap. 3. vers. 17: ἀγαγεῖν, pro συναγαγεῖν, vel περισυναγεῖν [r]. Ità hoc loco, ἔρχομαι, pro ἐπανελεύσομαι [†] *venire*, pro *redire*. Sic & infrà 28. & Matth. cap. 12. vers. 44 [t]. Sic, *eo*, pro *venio*, Gen. cap. 11. vers. 3. & contrà Jon. cap. 1. vers. 3 [v]. Al. Emphaticè utitur præsenti, ἔρχομαι, ut significet se, licèt nondum profectum, jam esse in reditu [x], & visibiliter ipsis affuturum [y], post resurrectionem, &c [z].

19. *Modicum*, (sub. *tempus erit*, Bru.) *& mundus*, &c.] Id est, homines mundi [b], à mea disciplina alieni, quæ pars maxima [c]; impii [d]. Hebraismus, qualis & Ose. 1. 4. Agg. 2. 6. pro eo quod diceremus, *Post aliquod tempus mundo non conspiciar ampliùs*; post mortem scilicet: θεωρεῖ, pro θεωρήσει, ut sæpe in hoc Scriptore [*]. ¶ *Videtis me*] Vel, *videbitis*, V. G. &c. Vestris oculis vos me non semel videbitis [f]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐγὼ, &c.] *Quia* (vel, *Sicut*, ut καὶ accipitur v. seq. ut & Joh. c. 5. v. 17 [†]. Καὶ hîc est nota paris. Pariter enim est vita in capite & in membris [‖].) *ego* (vel, *Nam sanè*, G.) *vivo* (vel, *vivam*, Bru. G. Eadem Enallage [g]. Quia mox à morte vivam [h]. Non videbitis spectrum, me, inquam, vivum videbitis [i].) *vos etiam vivetis*, Be. Pi. &c. vitâ, vel, 1. naturali [k]. Timebant nè cum Christo in mortem raperentur, suprà 11. 16. nunc illis affirmat futurum ut gravissimis periculis exempti superstites sint [l]. Vel potiùs, 2. spirituali & æternâ [*], gratiæ & gloriæ: nam, 1. ut verbis præced. visionem illis promittit non tantùm corporalem, sed & maximè spiritualem & beatificam; ità parem vitam hîc promittit, ut connexio evidenter ostendit. 2. De ea vita loquitur (ut particula causalis ὅτι ostendit) quæ à vita Christi, ut Mediatoris, tanquam effectus à causa, dependet; quæ non tam naturalis quàm spiritualis vita est. 3. In fut. loquitur, *Vos vivetis*. At vitâ naturali jam tum vivebant. 4. Ex collat. v. seq. *In illo die vos cognoscetis*, &c. Sensus ergò est, qu. d. Quia ego ad vitam resurgam, vos quoque resurgetis & vivetis [m], resurgetis ad vitam, mecum semper victuri: mundus autem in perpetua manebit morte: mortui vivo videre non possunt [n].

20. *In illo die* (vel, *tempore*, Bru. G. cùm resurrexero [o], quo jam mortis victor vobis apparebo [p]: & præcipuè in die Pentecostes [q]: vel potiùs, in vita futura [r],) *cognoscetis*] Multò quàm antehac perfectiùs, per explicationem apertam veterum vaticiniorum, Luc. c. 24. v. 45 [†]. & per rei ipsius experimentum [t]. ¶ *Quia* (vel, *Quòd*, Bru.) *ego sum in Patre meo*] Supple, *& Pater meus in me*, Bru. ex v. 10, 11 [v]. Sensus, q. d. quòd ego non separer à Patre meo [x]: quòd sim ejusdem naturæ & unus cum ipso Deus [y]: tunc sublime illud mysterium ὁμουσίας & περιχωρήσεως pleniùs & clariùs scietis: vide Joan. cap. 20. vers. 28. Rom. cap. 1. vers. 4 [z]. Al. Scietis me mansisse in omnibus quæ Pater mihi præscripserat: quod Pater ipsâ resurrectione & evectione in cœlum ostendet. Vide infrà 16. 10 [a]. ¶ *Et* (vel, *Sicut*, G.) *vos* (Apostoli, ceterique credentes [b],) *in me*, (sub. *estis*, Bru. ut membra in corpore [c], mihi tanquam capiti conjuncti, Col. cap. 1. vers. 18, 24 [d]. ut palmites in vite [*]:) *& ego in vobis*] Id est, conjunctus vobis, ut membris seu corpori [f]: ut anima in membris [g]. Cognoscetis tunc me vobis conjunctissimum fore præsente auxilio, sicut vos mihi fuistis conjunctissimi obedientiâ & fide, Luc. cap. 22. vers. 28. De locutione vide Joh. cap. 6. vers. 56. Adde 1 Joh. cap. 4. vers. 15, 16 [h]. Sicut *vos in me* mansistis, mihi fideles & morigeri; *sic ego in vobis* ero, sive permanebo, promissa mea vobis præstabo, potestatem vobis impertiam, &c. scietis me non deseruisse vos, prout suspicati estis, &c. Κἀγὼ hîc valet, *sic & ego*, sicut v. 16. & Joh. c. 6. v. 56. 1 Joh. 4. 15 [*]. Τὸ *sicut* hîc subauditur, ut sæpe apud Hebræos, & καὶ est comparationis complementum. Sensus est, qu. d. *Tunc cognoscetis quòd* sicut *ego* sum *in Patre meo*, & Pater meus in me; *sic vos in me*, *& ego in vobis* [i]. Abutebantur Ariani hoc testimonio [k]. Sed similitudo hîc significatur, non æqualitas [l], ut Matth. cap. 5. 48 [m]. nec idem modus, &c [n]. Sensus, qu. d. Maxima erit inter me & vos unitas, & identitas, non per naturam, sed per gratiam [o]. Tunc scietis, qualis sit unitas inter me & Patrem, quæve sit unio inter me & vos. Hinc constat unionem fidelium cum Christo esse magnum mysterium, quòd illud Christus hoc loco conjungit cum altissimo Trinitatis mysterio, & utrumque in vita duntaxat futura cognoscendum testatur. Confer Eph. cap. 5. vers. 30, 32. Distincta tamen hæc sunt mysteria: non enim dicit, *quòd ego sim in Patre & in vobis*, *quódque vos sitis in me & in Patre*; sed distinctè, *quòd ego sim in Patre*, *& vos in me*, *& ego in vobis*. *Unio* porrò fidelium cum Christo non est *essentialis*, qualis est Patris & Filii; nec personalis, ut duarum naturarum in Christo: sed tantùm mystica & *spiritualis*, 1 Cor. cap. 6. vers. 17. *Qui adhæret Domino est unus Spiritus cum eo*, id est, cum Deo unitus per Spiritum Sanctum. *Unionis* hujus *medium* ex parte Dei est Verbum cum Sacramentis; & ex parte nostra *fides*: ejus *efficiens* est Spiritus Sanctus qui credentibus datur, Gal. cap. 3. vers. 2. Eph. cap. 1. vers. 13. *fundamentum* ejus, vel causa meritoria, est incarnatio, passio & satisfactio Christi: *formale* denique est quòd Christus per fidem nos sibi inserit, & filios Dei facit, &c [p].

21. *Qui*, &c Ὁ ἔχων, &c.] *Qui habet*, &c. Vulg. vel, *tenet*, Be. Pi. Bru. memoriâ [q]: didicit [r]: intùs recepit, id est, credidit, vel fidem habuit, ut, ἔχειν λόγον, Joh. cap. 5. vers. 38. Nequis putaret solis se Apostolis promittere quæ dixerat [†], quòd antea eos allocutus erat in 2. pers. *si diligitis me*, &c [t]. extendit jam dicta ad omnes sibi parentes [v], & se diligentes [x]. Amplificatio hæc est præcedentis argumenti: Sicut in præcedentibus promissionibus mentionem facit objecti, ad quos scilicet illæ pertineant, idem & hoc loco facit [x]. ¶ *Et servat*, &c.] Alioqui credere nocet magis quàm prodest. ¶ *Diligetur*, &c.] Subsequente, eâque majore ac fervidiore, dilectione [y]: Novis augebitur beneficiis. Non loquitur hîc de dilectione quæ est in mente Dei, quæ nostram dilectionem antecedit, Rom. cap. 5. vers. 10. 1 Joh. cap. 4. vers. 19. & æterna est; sed de dilectionis illius effectibus & beneficiis, nec quidem primis, sed posterioribus, &c [z]. ¶ *Et manifestabo ei meipsum*] Familiariter videndum [*]. Et post resurrectionem illi me ostendam [†], ut Magdalenæ, Cleophæ, Nathanieli, quingentis aliis [a], & per divinas illustrationes, & majorem in dies rerum cœlestium cognitionem [b], & participes faciam Spiritûs mei. Vide

[c] Bru. [d] Mal. [*] Me. sim. Ger. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. [k] Be. [l] Ger. [m] Bru. sim. Ger. [n] Ger. [o] Ger. [p] Me. [q] G. [†] G. sim. D. Bru. &c. [r] Glas. gram. 3.3. 1 227. [†] Glas. ib. D. [t] G. [v] D. [x] Be. [y] Ger. [z] Ger. sim. Be. [b] Bru. [c] G. [d] Pi. [*] G. [f] G. sim Bru [†] Ger. ex Mal. [‖] Pi. [g] G. [h] Bru. ex Th. [i] Bru. [k] Q. in Ger. [l] G. sim. Bru. [*] Ger. sic T. sim. Mal. ex Rup. [m] Ger. [n] Mal. ex August. Chrys. [o] V. Bru. Chrys. &c. in Mal. Me. [p] G. [q] Me. [r] Mal. [†] G. sim. Bru Me.

[t] G. [v] Ger. [x] V. [y] Me. ex Bru. [z] Ger. [a] G. sim. Ham. [b] Bru. [c] T. ex Bru. [d] Bru. [*] T. [f] Bru. ex Th. [g] T. [h] G. [*] Ham [i] Bru. [k] Mal. [l] Bru. ex Cyr. &c. sim. Mal. [m] Mal. [n] Me. ex Bru. [o] Me. [p] Ger. [q] Bru. [r] V. Bru. [†] G. sim. Ger. [t] Ger. [v] G. sim. Ger. [x] Ger. [y] G. [z] Bru. [*] Bru. [†] G. sim. Bru. Me. [a] G. ex Bru. [b] Me.

Vide Psalmum 25. v. 12. Eph. cap. 3. v. 3 [c]. De manifestatione hîc loquitur, non corporali [d], quæ paucis tantùm obtigit, non omnibus ipsum diligentibus, quibus hîc promittitur [*]; sed spirituali, de perpetua ipsius in Ecclesia præsentia ἐνεργητικῇ in credentibus, & modo peculiari in Apostolis, &c [f]; de interiori illuminatione & mysteriorum revelatione in hac vita, & de plena perfectâque Christi cognitione in vita futura [g]. Al. *Insinuabo*, sub. *me esse Messiam*, V.

22. *Judas, non ille Iscariotes*] Quia ille jam exiverat, Joh. 13. 30 [d]. Hoc ideo adjicit quòd de eo locutus antè erat [*]. Ergò Thaddæum designat [f], fratrem Jacobi [g]. ¶ *Quid*, &c? Τί γέγονεν ὅτι, &c?] *Quid* (nempe causæ [h]) *est* (vel, *Quid accidit*. Sermo proverbialis est de re nova & subita [i]: *Quî fit*, G.) *cur te*, &c? Be. Pi. *Quid indicat sermo tuus, quòd te*,&c? Ar. in Di. *Quare nobis ostensurus es teipsum?* Τί γέγονεν ὅτι, simpliciter est, *Quare?* Hebraicè diceres, מה היה כי וגו', *Quid fuit quòd ostendes*, &c? quod aliter dicunt, מה ראית כי, *Quid vidisti quòd*, &c. i. e. למה, vel מדוע, *quare* [k]. Miratur hoc quia cum cæteris Regnum Christi coram toto mundo conspicuum exspectabat [l]. q. d. Quî hoc fit? cùm & prædixerunt Prophetæ, & tu promisisti hactenus, quòd beneficia tua velis toti mundo offerre, & gloriam Regni tui toti mundo manifestare, &c. Quæstio ergò ex ignorantia profluxit [m]; vel, ex desiderio gloriæ Christi per totum orbem propagandæ; vel, quòd humiliter & modestè de se sentiret; vel, ex consideratione Divinorum judiciorum, quæ ratio humana non capit, Matth. c. 11. v. 25 [n]. ¶ *Non mundo*] Toti, non cuivis sine discrimine [o].

23. *Si quis* (i. e. Quicunque tandem, vel, Ubicunque fit [p]. q. d. Non planè privabitur mundus, ut tu supponis, præsentiâ, favore, & gratiâ meâ. Nam, *si quis* [q].) *diligit me, sermonem meum* (i. e. doctrinam ac præcepta Evangelica [r]) *servabit*] Docet quomodo & quamobrem non omnibus se manifestet [†], quia mundani homines non diligunt ipsum, &c [t]. nec vult Christus, nisi cum amicis suis, gloriam suam communicare [v]. Hæc & quæ sequuntur rursum uno legenda sunt spiritu. Ait Christus, mirari Judam non debere si non omnibus ipse se ostendat, quando & Patri is mos sit se non patefacere nisi sui amantibus, i. e. præcepta sua observantibus: Se autem Patris esse imitatorem. Vide ad Matth. 11. 25. & Joh. 6. 44. Repetit autem quod suprà dixerat v. 15. dilectionem nullam à se ac Patre æstimari sine præceptorum observantia [x]. ¶ *Et Pater meus*, &c.] Sub. *& ego*, ut sequentia verba plur. num. declarant [y]. ¶ *Et ad eum veniemus*] Non motu locali [z], aut modo visibili [a], sed modo Divino, efficaci tamen [b]; vivificâ operatione [c], cum augmento gratiæ omnis atque benedictionis [d]: ità ut præsentiam nostram sentiat [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μονὴν, &c.] *Et mansionem* (firmam scil. & stabilem [f], i. e. habitationem [g].) *apud eum* (id est, in intimis ejus, velut in templo nostro [h].) *faciemus*, Mo. P. Ti. Sy. Vulg. &c. *Et apud eum habitabimus*, Be. vel, *manebimus*, Il. Ca. Multum est si Rex aliquis privatum adeat, plus si in ejus ædibus velit divertere. Hic honos non nisi bene charis habetur. Sic æquum etiam ostendit Christus ut illa propioris familiaritatis indicia à se & Patre non exhibeantur quibusvis, sed sui amantibus. Vide Zach. 2. 10, &c [i]. Qu. Cur nulla hîc Spiritûs Sancti mentio? Resp. 1. Quia Discipuli Patrem tantùm & Filium videre optabant [k]. [2. Quia Pater & Filius, κατ' οἰκονομίαν, dicuntur in nobis habitare *per Spiritum*, Eph. 2. 22. Rom. 8. 9.]

24. *Qui non diligit*, &c.] Inversa oratio pro, *Qui verò præcepta mea non observant*, ut mundani homines, *ii me non diligunt*, subaudi, *ac proinde tali honore digni non sunt* [l]. ¶ *Et* (vel, *Quanquam*. Est enim correctio [m].) *sermonem* (vel, *sermo*, Be. Pi. &c.) *quem audistis* (vel, *auditis*, Pi. G. &c. per hos annos, dum me sectamini [n]:) *non est meus*, (sub. *solius*, Bru,) *sed ejus*, &c.] Non mirum est, ait, si & Pater non honoret eos qui præcepta mea spernunt, cùm ea non à me originaliter sint profecta, non meo reperta ingenio, sed ab ipso Patre emanent. Vide Joh. 7. 28. & 8. 28. & 12. 49, 50 [o].

25. *Hæc* (aliaque multa mysteria [p]) *locutus*, &c.] Hæc ad vos consolandos breviter vobis dixi, quoad fert temporis ratio [q]. ¶ *Apud vos manens*] Præsentiâ corporali [r]: dum adhuc vobiscum esse & colloqui licet [†]. Subindicat se jam abiturum, &c [t].

26. *Quem mittet Pater* (non motu locali, sed ratione effectûs, scil. donorum ejus. Mittit & Filius, Joh. 15. 26. A Patre enim Filioque procedit: verbum autem *mittendi* adfert secum quandam originis significationem. Spiritus ergò nunquam dicitur mittere seipsum [v].) *in nomine meo*] i. e. In meam gratiam, ut suprà 13 [x]. ob preces, intercessionem, ac mea merita [y], ut patet ex v. 16. & Joh. 16. 7 [z]: loco mei [a], ut prosequatur quod ego cœpi, & mea negotia perficiat [b]. ¶ *Ille*, &c. Ἐκεῖνος, &c.] Præcessit τὸ Πνεῦμα· Constructio igitur refertur ad sensum: & pronomine masculino notatur manifestè persona. Synesis, qualis 1 Cor. 12. 2 [c]. *Ille vos docebit* (internâ inspiratione [d], illustratione mentis vestræ [*].) *omnia*, supple ex seq. *quæ dixi vobis* [f]: ad salutem & officii administrationem necessaria [g]: quæ jam obscura sunt vobis præ mœrore & ruditate vestra [h]. *Omnia* quæ ego vos, aut propter angustiam temporis, aut quòd capere vos non possetis, non docueram [†]. Et hæc [verba cum sequentibus] legenda uno spiritu, ut postrema verba ad utrumque membrum referantur. *Docebit*, i. e. interpretabitur, obscura; *in memoriam revocabit* oblivioni data. Exempla vide Joh. 2. 22. & 12. 16 [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὑπομνήσει, &c.] *Et suggeret* (vel, *commonefaciet*, Tre. *in memoriam revocabit*, Ca. Pi. &c.) *vobis omnia quæ dixi vobis*, Be. P. Er. &c. Ut Christus Mosis, ità Spiritus S. Christi, doctrinam illustravit, nec quicquam proposuit novum, aut ab illa alienum, ut liquet ex Matth. 28. 19. Joh. 16. 13, 14 [k].

27. *Pacem relinquo* (scil. post abitum meum; q. d. precor, vel opto [l],) *vobis*, (i. e. benevolentiam & amorem meum non auferam vobis [m]:) *pacem meam* (id est, merito meo impetratam, & per Verbum meum & Spiritum credentibus collatam, in mea nativitate nunciatam, Luc. 2. 14 [n]. per me prædicatam [o], & per vos toti mundo offerendam [p],) *do* (i. e. dabo, non solis verbis, sed reipsâ, ut Auctor pacis [q]:) *vobis*] Abiturus valedicit. Nam id Hebræi dicebant *relinquere*, aut *dare, pacem*, i. e. salutem: nam id valet שלום. Bis autem eundem sensum repetit, sicut dicere solemus, *Vale, vale* [r]. *Pax* Hebræis salutem significat, & omne bonum, ut 2 Sam. 18. 29. *Estne pax*, &c? q. d. Prosperéne se habet? éstne incolumis? Sensus ergò est, Valedico vobis, & opto ut post discessum meum prosperè agatis, incolumes animo & corpore [†]. Verùm Christus non simpliciter hîc dicit, *Pax vobis*, sed, *Pacem relinquo*, &c. nec pacem tantùm optat, sed & confert, &c. *Pacem* hîc intelligit internam & spiritualem, quæ consistit in reconciliatione cum Deo, Rom. c. 5. v. 1. 2 Cor. 5. 20. pacificatione conscientiæ, Phil. c. 4. v. 7. 1 Joan. 3. 21. & vitiosorum affectuum, donatione Spiritus Sancti, &c [t]. ¶ *Non quomodo mundus* (i. e. homines mundi [v], major pars hominum [x],) *dat*, &c.] i. e. Verbis inanibus, & sæpe adulatoriis; sed efficacibus, quæ præstant id quod optant [y]. Mundus salute alios impertit sono vocis, nihil sæpe de re cogitans; & si cogitet, tamen id alteri nihil prodest: At Christus tum ex animo, tum efficaciter, salutat: sicut εὐλογεῖν, cùm Deo tribuitur, significat, *benefacere*. Deest ἀπὸ τῶν πολλῶν, ut suprà v. 22. *non Iscariotes* [z]. Pax mundi est duntaxat externa, brevis, instabilis, sæpe & simulata: pax mea est spiritualis, firma, æterna, sincera & solida [a]. ¶ *Non turbetur*, &c.] Vel, 1. ob abitum meum [b]; quippe quo hanc pacem vobis impetrem, &c [c]. Vel, 2. miseratione mei [d]. ¶ *Neque formidet*] Ità Ti. P. Mo. Tre. &c. vestri periculi respectu [*]. Connectenda hæc cum sequentibus [f]. Δειλιάτω] Quod propriè est, *ob ignaviam refugere & detrectare periculum, animóque pavido esse* [g].

28. *Vado*, (vel, *Abeo*, Be. Pi. per mortem [h],) *& venio* (vel, *veniam*, Bru. i. e. redibo, quàm citissimè à morte redivivus [i]:) *ad vos*] Suprà 12. & 19. ubi diximus ἔρχομαι esse, *rediturus sum* [k]. ¶ *Si diligeretis me*] Cordatè [l], quantum oportet & quomodo oportet, cum judicio rectæ rationis [m]. Amantis enim est, amici bonis non dolere, sed gaudere [n]. ¶ *Gauderetis*, &c.] Congratularemini, &c [o]. non invideretis mihi beatitudinem, &c [p]. Sicut & gavisi sunt postea, cùm implementum abitûs ad Patrem conspexerunt, Luc. 24. 52 [q]. ¶ *Quia vado ad Patrem*] Exaltandus scil. & glorificandus [r]. Ergò abitus

Marginal notes, left column: c Ger. d Ger. sim. Be. * Ger. f Be. g Ger. d Bru. * G. f G. Bru. g Bru. sic Be. Pi. h Be. i Er. k Di. l G. sim. Bru. Ger. m Ger. n Q. in Ger. o Me. ex Bru. p Bru. q T. r Bru. † Mal. t Me. v Mal. x G. y Bru. z T. ex Bru. a Me. Bru. b Bru. c T. d Bru. * Me. f Bru. g Pi. h Bru. ex Aug. sic Pi. i G. k Mal. l G. m Pi. n G. o Idem. p Bru. q G.

Marginal notes, right column: r Bru. ex Aug. † G. t Bru. ex Euthym. v Bru. x G. y Bru. sim. Me. T. Ger. z Ger. a T. ex Mal. Bru. b T. ex Til. & Mal. & Tol. sim. Ger. ex Euthym. c Pi. d Me. ex Bru. * Bru. f Bru. Ger. g Ger. h Bru. † Mal. i G. k Ger. l Bru. m V. n Ger. o Ger. sim. Bru. p Ger. q Bru. r G. † Me. ex Bru. t Ger. v Bru. x G. y Bru. z G. a Ger. b Ger. sic Bru. c Ger. d G. * G. sim. Bru. f G. g Er. h Bru. i Bru. sic Me. k G. l T. sim. Bru. m G. n Me. o G. p Pi. q G. r Bru.

abitus meus erit & mihi gloriosus, & vobis fructuosus †. ¶ *Quia Pater major me est*] Mittens misso. Hoc autem ideo dicitur ut intelligatur & se ibi tutum fore, & ipsis in Patre plus futurum præsidii quàm in sua corporali præsentia [t], & hanc profectionem in Christi commodum & gloriam fore [v]. *Major*, i.e. beatior: Synecdoche generis. Sic Joh. 15.20 [x]. Al. *Major*, i.e. sublimior naturâ, majestate, gloriâ, &c [y]. *me*, vel, 1. ratione officii mei, sive ut sum Mediator: est comparatio officiorum, non personarum [z]. Vel, 2. secundùm eam naturam quâ vado ad Patrem, humanam scilicet [a]: nam secundùm Divinam dixerat se esse unum cum Patre, &c [b].

29. *Nunc dixi vobis*] Quòd scil. vado, &c [c]. Indicavi vobis his verbis meum ascensum in regionem cœlestem. Sic Joh. 13. 19. & 16. 4 [d]. ¶ *Ut—credatis*] Nempe in me [*], vel, me Filium Dei esse, & ad Patrem ire, ut æquali cum illo gloriâ fruar [f]. Est enim apertum Divinitatis documentum, prædictio futurorum contingentium [g]. Ut magis magísque mihi confidatis [h], & credatis verè futura & cætera quæ prædixi de auxilio meo perpetuo & vestri assumptione [i].

30. *Non multa*, &c.] Scil. ante mortem [k]. q.d. Temporis angustiæ abripiunt verba [l]. ¶ *Venit enim* (i.e. mox veniet [m]) *princeps mundi hujus*] i.e. Diabolus [n]: sic dictus & Joan. 12. 31 [o]. & 16. 11. similiter & Eph. 6. 12 [p]. qui venit, tum per se & Angelos suos invisibiliter; tum visibiliter [q], per homines sui plenos, quorum vis erat *potestas tenebrarum*, &c. Luc. 22. 53. nam is operatur in impiis, Eph. 2. 2 [r]. per Judam, milites & ministros armatos †, eos omnes impellens ad hoc facinus [t]. Quo fine venit, non exprimit Christus, sed ex ingenio illius intelligendum relinquit. Vide Joh. 8. 44. & 10. 10 [v]. *Venit*, scil. adversùm me [x]: omnibus viribus me aggredietur [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδὲν] *Et* (vel, *Sed*, Be. Ger. G. καὶ, pro ἀλλὰ, ut Esa. 29. 13. Matt. 12. 39. Act. 10. 28. vel, *Quamvis*: καὶ, pro καίτοι, ut Jer. 31. 35. Ose. 5. 2. Zach. 12. 3, &c [z]. *Quanquam*, Bru. Pi.) *in me* (ἐν ἐμοὶ idem est quod πρὸς με, Act. 24. 19. & 25. 19 [a]. adversùm me [b]) *non habet* (quod apertiùs, ἔχειν κατηγορῆσαι, Act. 28. 19. Diaboli opus est accusare [c].) *quicquam*, Be. P. Er. &c. scil. virium, meriti [d], juris [*]; ut me occidat [f]. In me nihil habet quod culpare possit. Vide Joh. 8. 46. Unde sequitur, Jesum non esse mortis debitorem: nam *mors stipendium peccati*: & *Diabolus habet imperium mortis*, ut notatum suprà. Samuel figura Jesu, suo modo ἀνέγκλητος, 1 Sam. 12. 5 [g]. His verbis negat se aut ob propria peccata, aut à Diabolo coactum, mori: negat quoque Diabolum sibi prævaliturum [h].

31. *Sed*, &c. Ἀλλ' ἵνα γνῷ, &c.] Hæc duplici modo construuntur [i]: Vel, 1. per Ellipsin, hoc modo; q. d. Non morior quia Princeps mundi in me aliquid invenit, *sed ut cognoscat*, &c [k]. *Sed* (sub. fit hoc, Pi. qualis Ellipsis, Marc. 14. 49. Joan. 13. 18, &c [l]. vel, sub. *venit ille ut me occidat* [m]:) *ut*, &c. Pi. &c. Vel, 2. ut priora versùs verba ex ultimis pendeant, hoc modo, *Sed surgite, eamus hinc, ut cognoscat*, &c [n]. *Ut cognoscat mundus* (i.e. vel electi qui in mundo sunt [o]: mundus credentium in me [p]. Vel, genus humanum [q].) *quia* (vel, *quòd*, Bru.) *diligo Patrem*] Ut generi humano constet de eo amore quo Patrem amo [r], ejúsque voluntati me sponte submitto †. ¶ *Et*, &c. Καὶ καθὼς, &c.] Καὶ hîc est, *propterea*, ut & alibi. *Propterea*, inquit, *omnia ea facio quæ à Patre mihi commendata sunt*: propterea & capi me sinam, & in judicium adduci, & damnari, & ignominiosè interfici, Phil. 2. 8. Confer Joh. 10. 18 [t]. *Et* (ὅτι, *quòd*, repetendum ἀπὸ κοινοῦ [v],) *prout mandavit*, &c. Pi. &c. Καθὼς emphasin habet; q. d. Mandatum Patris, idque juxta modum mentémque præcipientis, implevi. Loquitur autem Christus ut homo, & *servus Patris*, ut Esa. 42. 1. & 52. 13 [x]. ¶ *Surgite*, Ἐγείρεσθε] *Surgamus*, G. scil. à mensa [y]: cui hactenus accubuerant [z]. Solebant enim sermones in accubitu etiam post cœnam nonnihil produci. Vide Marc. 16. 14. Luc. 24. 33. Nec video quid nos impediat credere sermones qui sequuntur ad cap. usque 18. habitos à Christo in ipso itinere, [quod urget Beza, illúdque verisimile esse negat] non quidem Apostolis omnibus exaudientibus, sed iis qui, primi ordine cùm essent, ipsius lateri propiùs hærebant, Petro scilicet, Jacobo, & huic nostro Johanni [a]. Verùm Christus hoc dicit de discessu suo, non è loco in quo cœnârant, sed ex mundo, &c [b]. ¶ *Eamus* (vel, *Abeamus*, Be. Pi.) *hinc*] Ad supplicium [c]: vel, obviàm iis qui me capturi sunt [d]: vel, ex urbe in montem Oliveti, in hortum, ubi me comprehendendum novi [*], ubi princeps mundi, comitatus suis, venire parat, &c [f]: vel, à Bethania Hierosolymam ad Pascha, cœnámque Paschalem. Quæ autem habentur cap. 15, 16, 17. protulit post cœnam Paschalem, & institutam Eucharistiam [g].

[Left margin: † Ger. | t G. | v Me. ex Bru. | x Pi. | y Ger. | z Q. in Ger. | a Bru. sic Ger. &c. | b Ger. | c Bru. | d G. | * Pi. | f Me. sim. Bru. | g Bru. | h G. sim. Pi. | i G. | k Bru. | l G. | m Bru. sim. Ger. | n Er. L. Mal. Bru. Me. Ger. Li. Pi. &c. | o Mal. Ger. sic G. | p Ger. | q Bru. Me. | r G. | † Bru. Me. sim. Ger. | t Bru. | v G. | x Bru. ex Euthym. | y Bru. ex Be. | z Ger. | a G. | b Bru. | c G. | d Bru. | * Bru. ex Be. Pi. Me. T. Ger. | f Bru. | g G. | h Ger. | i Idem. | k Chrys. Cyr. &c. in Ger. | l Ger. | m Pi. | n Ger. ex Hil. & Non. Bru. ex Aug. | o V. sim. Bru. | p Bru. | q Ger. | r G. | † Ger. | t G. | v Pi. Ger. | x Ger. | y G. Bru. Ger. | z Bru.]

[Right margin: a G. | b Be. | c V. | d Pi. | * Ger. | f Bru. | g Li. ho.]

CAP. XV.

1. **E**GO *sum vitis vera*] Vel, *illa vera*, Be. Pi. Bru. Hactenus consolatus est eos de abitu suo [a], monet nunc, nè propter hunc discessum ipsi ab ejus fide & dilectione separentur [b], sed constanter ipsi adhæreant [c], si Deo grati & salvi esse velint [d], si vellent vivere; quod eleganti vitis metaphorâ declarat [*]. Sic discedentes amicis nostris injungimus, nè absentia oblivionem inducat [f]. Nè videretur Christus abitu suo (de quo dixit cap. præced.) ab illis planè separari, subjungit hoc cap. se nihilominus ipsis arctissimè unitum manere, ut vitis palmitibus, &c. Simúlque hortatur eos nè voluntariâ Apostasiâ se ab ipso avellant, siquidem spiritualis vitæ & gratiæ participes manere velint [g]. Quo monito nullum jam erat illis magis necessarium [h]: quippe qui gravissimum in morte scandalum passuri erant, & de fide periclitaturi. Prædixerat illis mundi odia, persecutiones, &c. hortatur ergò eos ut ad se, tanquam tutissimam munitionem, confugiant, nec ab ipso se averti paterentur. Dixerat cap. præced. de acquisitione beneficiorum morte suâ, &c. hoc cap. de eorundem applicatione, & quomodo eorum participes reddamur, videl. per fidem, quæ Christo nos unit & inserit, in qua etiam perseverandum monet [i]. [Quærendum jam quare, & quâ occasione, Christus hoc loco se Vitem vocat?] Resp. 1. Mos est Christi ex rebus obviis sermonis sui occasionem sumere [k]. Hæc loquitur Christus illico post institutionem Eucharistiæ, in qua dixerat, *Hoc est Novum Testamentum in sanguine meo*, atque illico dicit, *Ego sum vitis vera*, &c [l]. Propinaverat jam post cœnam suis ultimum calicem, passionis suæ tesseram; quam historiam ab aliis liberaliter tractatam omisit Johannes, eò quòd nihil aliud esset quàm significatio per res visibiles ejus quod verbis dixerat Christus suprà c. 6. v. 51. In hac propinatione vinum vocârat *sanguinem suum*. Hinc ad affinia delabens (quomodo suprà 10. se *Pastorem* primùm, deinde *Ostium*, dixit) *Vitem* se vocat, & quidem *illam Vitem*, sicut cap. 10. se dixerat *illum Pastorem*; nimirum descriptum locis satis notis [m]. Ut Joh. 6. 32, &c. *panem*, ità hîc *vitem*, se vocat, respectu habito ad Eucharistiam in pane & vino institutam. Al. *Viti* se comparat, quia vites illis notissimæ erant & communissimæ, Deut. 8. 8 [n]. atque in lateribus etiam domorum plantatæ, Psal. 128. 3. forsan & hujus domûs, &c [o]. Resp. 2. *Vitem* se vocat, ut remittat eos ad Oracula prophetica, in quibus Ecclesia Israelitica sæpe comparatur *vineæ*, ut Deut. 32. 32. Psal. 80. 9. Cant. 2. 12. & 6. 10. Esa. 3. 14. & 5. 1, &c. idque quia ex illa proditurus esset Messias, vera illa vitis, &c. & præcipuè ad oraculum illud, Gen. 49. 11. in quo Messias vocatur שׂרק, *eximia vinea* [p]. [De quo plura petas, si lubet, ex Ger.] In antithesi ergò hoc dicitur, q. d. Hucusque *Israel* erat *vitis*, Esa. 5. 7. Jer. 2. 21, &c. in quam insitus fuit quicunque Deum verum colere voluit. Ast amodo *ego* sum *vera vitis*, in quam inserendi omnes palmites Ecclesiæ. Hinc Discipuli vocati sunt *Christiani*, Act. 11. 26. non Judæi, aut Israelitæ [q]. Ἡ ἄμπελος h. l. significat, vel, 1. *vineam*, sive agrum vitibus consitum [r], ut accipitur apud LXX, Levit. 25. 3. Cant. 2. 15. Sed vinea potiùs Ecclesiæ quàm Christi figuram continet, Psal. 80. 9. Esa. 5. 1. Vel, 2. *vitem*, ut Gen. 40. 9. & alibi passim †. Per *vitem* autem intelligit id quod præcipuum in vite est, radicem scil. & stipitem seu truncum: distinguit enim se à palmitibus [t]. Al. Christus non radix vitis hîc vocatur, sed ipsa *vitis*, quæ

[Right margin: a Bru. | b Tol. sim. Me. | c Bru. sim. Tol. | d Bru. | * Me. | f Tol. | g Ger. | h Ger. sim. Me. | i Ger. | k G. sim. Ger. | l Li. ho. | m G. | n Ger. pag. 982. | o Ger. pag. 979. | p Ger. pag. 982. | q Li. ho. | r Calv. | † Ger. | t Bru. sim. Ger.]

quæ Christum cum omnibus fidelibus comprehendit: unde & Ecclesia aliquando *vitis* dicitur. Sic corpus Christi mysticum nunc dicitur Ecclesia, nunc ipse Christus, ut 1 Cor. 12. 12 [v]. *Viti* porrò se comparat, quia hæc licèt lignum debile & abjectum sit [x], fructus tamen affert copiosissimos & præstantissimos [y]. Sic Christus, quamvis aspectu vilis, Esa. 53. 2, 3. fructus nobis optimos attulit, &c [z]. *Vitis vera* dicitur, i.e. genuina [a], non fera [b], non spuria, non infructuosa [c]: sed eximia [d]; verè & perfectè viti similis [*], quæ meliùs & perfectiùs homines nutrit, quàm vitis sarmenta sua [f]. Cùm se *illam veram vitem* vocat, intelligit sibi demum excellenter competere ista epitheta, שורק כלה זרע אמת, Jer. 2. v. 21. ἄμπελον καρποφόρον πᾶσαν ἀληθινήν, ut est in Græco; ubi in Hebræo, *semen veritatis*, ut hîc, *vitis veritatis*, in Syriaco. Gloriatur Vitis in fabula, Jud. 9. 13. *suo liquore lætificari Deum & homines*, quod de Christi sanguine verissimè dicitur. Vinum *sanguis uvæ*, Gen. 49. 11. Deut. 32. 14. 1 Mac. 6. 34. Clemens, Pæd. 2. de Christo, Μετέλαβεν οἴνε, &c. (*Accepit vinum eique benedixit, dicens, Accipite, bibite: hic est sanguis meus, sanguis uvæ.*) Et paulò antè, Μυςικὸν, &c. (*Mysticum symbolum sancti sanguinis ipsius vinum vocavit* [g].) *Veram vitem* appellat, quæ unica vim vivificam ad vitam spiritualem & in se habet, & aliis communicat [h]. Christus porrò *vitis* est, sicut & caput Ecclesiæ, quà Mediator, h.e. secundùm utramque naturam [i]; humanam, quâ cum palmitibus, h.e. credentibus, est ejusdem naturæ: Divinam verò, quâ palmitibus succum vitalem suppeditat [k]; sed per interventum carnis [l]: humanitas enim est quasi canalis, per quem ad nos Spiritûs Sancti dona fluunt: Christus gratiam infundit quà Deus, promeruit quà homo [m]. ¶ *Et Pater meus agricola est*] Genus pro specie, γεωργὸς, pro ἀμπελεργὸς, כרם, Matt. 21. 33 [n]. Deus dicitur, *paterfamiliâs qui plantavit vineam*; Philoni quoque, *cultura animæ* comparatur *culturæ terræ*, libro ejus argumenti. Et multæ sunt apud Prophetas similitudines ab Agricultura desumptæ [o]. *Agricola*, i.e. cultor. Est & Christus agricola, & vitis cultor, quà Deus est: sed Patrem sic vocat, ut servet decorum parabolæ cùm se vitem fecisset [p]. Quæ Divinitatis suæ sunt Christus sæpe Patri tribuit [q]. Comparatur autem Pater agricolæ, respectu, 1. palmitum, quorum curam gerit [r]: 2. radicis, sive vitis, h. e. Christi, secundùm humanam ipsius naturam. Pater hanc vitem plantavit nobis, quum Filium suum in mundum misit, eúmque carnem fieri voluit. Ut agricola vitem novit, defendit, fœcundat, eâque delectatur, &c. ità Pater & Christum & credentes novit, Joh. 10. 15. 2 Tim. 2. v. 19. defendit, &c †.

2. *Omnem palmitem* (i. e. hominem qui est [t]) *in me*, Ἐν ἐμοὶ] i.e. Ὃν ἐν ἐμοὶ [v], mihi adhærentem [x], ut palmes viti, fide videlicet, mihi insitum per baptismum [y]: qui videtur esse in me, quum revera non sit. Dictum κτ̀ δόξαν, ut 2 Pet. 2. 1 [z]. Hypocritæ dicuntur esse in Christo, tum quia sunt in Ecclesiæ societate, & per Baptismum *Christum induerunt*, Gal. 3. 17. tum quia & suâ, & aliorum, opinione Christo videntur esse insiti: quo sensu tales dicuntur *deleri de libro vitæ* Psal. 69. 29. Apoc. 22. 19. in quo alioqui nunquam scripti erant. Digitum hîc intendere videtur Christus ad Judam, qui jam ab hac vite se separaverat, fuitque exemplar ac typus omnium hypocritarum & apostatarum [a]. ¶ *Non ferentem fructum*] Scil. bonorum operum [b]. ¶ *Tollet*, &c. Αἴρει αὐτὸ] *Tollit*, Er. P. Sy. Be. &c. i.e. aufert, amputat [c]: *ejicit foràs*, &c. ut explicatur v. 6 [d], *Tollit eum*, Mo. Hebræa, eáque pleonastica, repetitio antecedentis per pronomen relativum [*]. *Abscindet*, Ar. Æth. & *tollet*, Æth. Hanc defractionem inutilium palmitum סור Hebræi, Græci κλάσιν, vocant, interdum κάθαρσιν· *deputationem*, Latini. Vide Varronem & Theophrastum. Cicero De Senectute, *Vitem serpentem multiplici lapsu & erratico ferro amputans coercet ars agricolarum, nè silvescat sarmentis*, &c. Sic qui Christianismum profitentur sine factis piis, tolluntur, habentur à Deo pro non Christianis, utcunque frondibus viridibus se ostentent [f]. ¶ *Purgabit*, Καθαίρει] *Purgat*, Be. Pi. &c. Elegans paronomasia inter αἴρει & καθαίρει [g] · resecat ligna superflua [h]: aufert impedimenta profectûs [i]: magis magísque purgat & fœcundiorem reddit. Hæc est βλαςολογία Græcis, Latinis *pampinatio*.

v Ger. x Bru. sim. Ger. y T. sim. Bru. Ger. z Ger. a G. T. b G. c T. d Bru. & Ger. ex Euthym. sim. Pi. * Ger. f Me. g G. h Be. i Ger. k Ger. sim. Be. l Be. sim. Ger. m Bru. n G. sim. Ger. o G. p Bru. Me. q Tol. r Basil. & Chrys. in Ger. † Ger. t Bru. v G. x G. Eru. y Bru. z Pi. a Ger. b Bru. Me. c Pi. sim. Bru. Ger. d Ger. * Pi. sim. Ger. f G. g Ger. h Bru. i Me. ex Bru.

Hoc autem facit Deus variis modis [k], præcipuè per afflictiones [l]; deinde per tentationem, per Verbum, per Spiritum, imò & per ipsa peccata [m].

3. *Jam vos mundi estis*] Proposito animi, ut explicatur Joh. 13. 11. Dicit autem *jam*, quia impurus Judas jam exierat, nunquam ad Apostolorum consortium rediturus, sarmentum inutile. Tacitè autem subintelligi vult Christus ità *puros* esse, i. e. frugiferos, ut tamen magis magísque purgandi sint solicitâ purgatione, quam *pedum lotionem* suprà dixerat. Nam repetens verba tum dicta, etiam connexa censendus est repetiisse aut innuisse [n]. ¶ *Propter*, &c. Διὰ τ̀ λόγον, &c.] *Per* (vel, *Propter*, Be. Pi.) *sermonem*, &c. Li. Bru. jam per triennium à me vobis prædicatum. De vite & palmitibus agens alludit ad legem Levit. 19. 23. quâ fructus arboris per primum triennium immundus erat, &c [o]. *Sermonem*, subintellige, *piè admissum atque receptum*: quod innuitur v. 7. Adde quæ Joh. 17. 17, 19 [p].

4. *Manete in me*] In charitate ac fide mei [q]. *Curate ut mihi infixi sitis*, nempe obediendi imitandíque proposito, 1 Joh. 2. 6. Vide quæ ad Joh. 10. 38. & 14. 10 [r]. ¶ *Et*, &c. Κἀγὼ, &c.] *Et ego in vobis*, sub. *manebo*, Be. Pi. sic Camer. Glass. Sic v. 5. Ellipsis verbi ex præcedente membro repetendi: qualis Matt. 20. 23. *Non est meum dare, sed* (sub. *dabitur*) *quibus*, &c. Eph. 1. 13. *In quo & vos*, sub. *speratis*; 2 Thes. 2. 7. *Tantùm qui nunc obstat*, sub. *obstabit*, &c †. Sed malim præceptum esse quàm promissionem; q.d. Manete in me, ut ego vicissim in vobis maneam, gratiam infundendo, &c [t]. *Curate ut ego vobis infigar*, per influxum Spiritûs & auxilii quotidiani. Hoc autem indicat futurum, si ipsi retinuerint obediendi imitandíque propositum: sunt enim hæc connexa. Simile loquendi genus 1 Tim. 4. 12. *Nemo contemnat*, &c. i. e. Cura nè tui contemnendi occasionem des [v]. ¶ *A semetipso*] i. e. Vi aliquâ propriâ [x], quam ab alio non mutuetur [y], quam habeat extra vitem. Sic, ἀπ' ἑαυτȣ̃, suprà 5. 30. & 7. 17. & 8. 28 [z]. ex se solo, separatim à vite [a]. ¶ *Nisi*, &c.] Vel, Id est, *nisi*, Be. Pi. Al. *Sed tantùm si manserit*, &c. Bru. Ἐὰν μὴ, pro *sed*, ut Joh. 5. v. 19 [b]. i. e. Ità demum palmes fructum feret si maneat viti cohærens [c]. ¶ *Sic nec vos*] Quidquam bonorum operum edere potestis [d]. ¶ *Nisi in me manseritis*] Mihi inhærentes per fidem, & dilectionem, vitam, vigorémque spiritualem à me accipientes [*]. Significat Christum esse unicum spiritualis fructificationis fontem, nec quidquam boni nobis, sed omnia insolidum ipsi, tribui debere [f]. Al. Nisi perpetuò illud propositum in animo retinueritis. Alioqui delabemini ad ritus inutiles, aut falsò dictas virtutes; tandem ad aperta vitia [g].

5. *Ego sum vitis*] Statim subjungit planiorem interpretationem, ut Matth. 13. 49 [h]. ¶ *Vos palmites*] Quos instar vitis gratiâ meâ, tanquam vivifico succo, fructificare facio [i]. ¶ *Et ego in eo*] Hebraismus [k], pro, *& in quo ego maneo* [l]. ¶ *Hic*, Οὗτος] Epanalepsis antecedentis πλεοναςική [m]. *Hic demum, non alius* [n]. Sic Jac. 1. 25 [o]. Pronomen hîc habet vim excludendi [p]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι χωρὶς ἐμȣ̃, &c.] i. e. Χωρισθέντες ἀπ' ἐμȣ̃, *separati à me* [q]. *Nam sine me* (i. e. sine influxu meæ gratiæ & auxilii [r]. Vel, *extra me*, ut ostendunt præcedentia. Sic Matt. 14. 21. Joh. 20. 7. Sic, χωρὶς Χριςȣ̃, Eph. 2. 12. Sic vertitur מלבד, Num. 16. 29. & alibi: quod aliis locis, καθ' ἑαυτὸν, κτ̀ μόνας, καὶ αὐτὸ †. Vel, *seorsim à me*, Be. Pi. Cam.) *nihil* (Intellige secundùm subjectam materiam [t], nullum fructum bonum [v]: Synecd. generis [x]. Sine me nihil, nec parvum, nec magnum, nec facile, nec difficile [y]; per me omnia [z].) *potestis facere*] Non dicit, *perficere*, ut tam initium operis comprehendat quàm finem seu perfectionem [a]. Idem Christus dixerat v. præc. sed hîc repetit, ut efficaciùs inculcet, & evidentiùs exprimat ἀδυναμίαν, (*impotentiam*,) liberi arbitrii in actionibus spiritualiter bonis, &c [b]. [Al. Sensus est,] Qui à Christi præceptis & exemplo discedit, ab eo nihil bonæ frugis exspectandum est. Vide Joh. 6. 68. Act. 4. 12 [c].

6. *Mittetur*, &c. Ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη] Hi Aoristi sine designatione temporis significant quid fieri soleat, pro quo & Præsens sæpe usurpatur [d]. Præterita hîc pro Futuris sunt, ut rem certè futuram notet [*]. *Abjicitur* (vel, *Ejectus est*, Val. Er. V. i. e. ejicietur [f],) *foràs* (vel, *extra* vineam, Be. Pi. Malim βάλλεσθαι ἔξω esse, *projici*

k G. l G. sim. Ger. m Ger. n G. o Li. Bo. p G. q Bru. r G. † Glass. gram. 4. 2. 9. 720. t Bru. sim. Mal. v G. x G. Be. y Be. z G. a Bru. b G. Iu. c G. d Bru. * Me. ex Bru. f Ger. g G. h Idem. i Bru. k G. l G. Eru. m Pi. n G. sic Bru. o G. p Bru. q Pi. † T. sim. Bru Me. Ger. &c. t G. v Bru. x Bru. sim. Pi. y Pi. z Bru. ex Aug. a Bru. b Bru. ex Aug. b Ger. c G. d Idem. * Bru. sim. Camer. f Glass. gram. 373.

Line numbers in the column gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

projici sicut projiciuntur res inutiles, ut Matt. 5. 13. Luc. 14. 35[h]. Ἐβλήθη ἔξω in comparatione est, *præcidi à vite*[i], & humi projici[k]; in significatione, *destitui gratiâ ac favore Christi*. Vide Matt. 8. 12. & 22. 13. & 25. 30[l]. Sensus, Vel, non vivificatur Spiritu, quo vivit corpus Ecclesiæ, nec accipit influxum gratiæ. Vel, extra vineam electam Domini ab electorum consortio projicietur[m].) *ut palmes*, (sterilis scilicet[n]: vel, resectus[o]: vel, *ut sarmentum*, Val. ut palmes vitis sylvestris, quæ ad omnia inutilis præter focum, Heb. זמורה, Ezec. 15. 1[p].) *& arescit*, Pi. vel, *statim exaruit*, Be. Pi. Apparet ejus inutilitas: quæ egregiè describitur Ezec. 15. 2. Hoc fiet in die Judicii[q]. Vel, *qui arescit*, Di. ex Sy. & Ar. ¶ *Et*, &c. Καὶ συνάγουσιν αὐτὰ, &c.] *Et* (vel, *Deinde*, Be. Pi.) *colligunt* (Præsens pro Futuro ut in seq[r]. *colligent*, Bru. ex Vulg. nempe *colligentes*†, vel ii quibus id mandatum fuerit, Angeli, sive ministri Divinæ justitiæ, ex collat. Matt. 13. 41[t]. Vel, *colliguntur*, Be. sim. Bru. Pi. G. Hebraismus, *colligunt*, impersonaliter sumpum[v].) *ista*, (nempe sarmenta[x]: vel, *isti* palmites, Be. Pi. Mutat numerum, quia sensus idem est. Sic & Psal. 111. 10[y].) *& in ignem mittent*, Bru. &c. ut solent aridi vitis palmites abscissi à vite humíque projecti colligi & auferri, & in ignem projici[z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ καίεται] *Et ardent*, Be. Pi. &c. i. e. ità ut ardeant[a]. *Igni datur ad consumendum*. De sarmentis, Ezec. 15. de zizaniis, Matth. 13. 40. de arbore inutili [dicitur] Matt. 3. 10. Explicatio est Matt. cap. 13. Videtur autem tacitè Judæ exitus indicari, ut ejus exemplo cæteri sibi caveant[b].

7. *Et verba mea in vobis*, &c.] Non in memoria tantùm hæreant, sed & in affectu[c]. Sic Joh. 5. 38. & 1 Joh. 2. 14[d]. & observatione[*]. ¶ *Quodcunque volueritis*] Nempe, *secundùm voluntatem Dei*, ex 1 Joh. 5. 14[f]: vel, *in nomine Christi*, ex Joh. 14. 13, 14[g]: vel, ad honorem Dei pertinens, quæ restrictio addita est Joh. 14. 13[h]: vel, quod saluti vestræ non repugnat[i]; vel, quod tendit ad uberiorem fructum spiritualem in vobis, aut aliis, proferendum[k].

8. *In*, &c. Ἐν τούτῳ, &c.] *In hac re*, Pi. Bru. scil. quam mox dicam[l]. *Per hoc*. Ex operibus sanctis suorum inclarescit Dei gloria, Matt. 5. 16. 1 Cor. 6. 20. ¶ *Ut*, &c.] Ἵνα hîc est modi significativum; quod Latinè interdum per *ut*, interdum per *si*, enunciatur. Similis hujus voculæ usus, Joh. 4. 34. & 6. 29. & 15. 13. & 17. 3. Quam significationem rectè hîc expressit Syrus[m]. Ἵνα hîc non τελικῶς ponitur, sed εἰδικῶς[n]: non declarat finem, sed illud ipsum explanat, in quo posita est gloria Patris[o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ γενήσεσθε, &c.] Sic etiam Syrus legit[p]. *Et* (vel, *Et ità*, Be. vel, *Tunc*, G.) *eritis*, i. e. apparebitis esse, *mei discipuli*[q]. Sæpe enim dicitur esse id quod apparet. Vide Joh. 8. 31. Rom. 3. 4[r]. Al. *Et sitis*, vel, *ut sitis*, vel, *si sitis*, id est, si permaneatis Discipuli mei, fide & dilectione; q. d. Ad gloriam Patris faciet tum fœcunditas vestra, tum perseverantia, &c †.

9. *Sicut*, &c.] Hic versus legendus uno spiritu[t]. ¶ *Manete*, &c.] Sub. *igitur*, vel *modò*, Pi. vel, *sic*. Ante μείνατε subauditur οὕτως, ut v. 3. & Joh. 6. 57[v]. *Manete in dilectione mea*, vel, 1. activè[x], quâ scil. ego vos diligo †, ex collat. præced. Sic Rom. 8. 35, 39. Eam retinete[y], curate ut erga vos permaneat, neque eam culpâ vestrâ amittatis[z]. Vel, 2. passivè[a]: q. d. Sic vos vicissim me diligite[b]. Quod hîc, ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ, statim dicet, ἀγάπῃ μου, id est, *amore mei*. Sic, ἀγάπη Θεοῦ, Luc. 11. 42. Joh. 5. 42. item 1 Joh. 2. 5. ubi ἀγάπη Θεοῦ explicat id quod antè dictum erat, ἔγνωκα αὐτόν· & ib. 15. ἡ ἀγάπη τοῦ Πατρὸς opponitur ei dilectioni quâ mundus diligitur. Sic & 1 Joh. 3. 16, 17[c].

10. *Præcepta mea*] Illud signanter mutuæ dilectionis, quod propriè *meum* voco, infrà v. 12[d]. vel, illud amoris mei: quod caput & summa est omnium mandatorum; sive via ad servanda mandata, &c[*]. ¶ *Manebitis*, &c.] Pergam ego vos diligere[f]. Al. Sic apparebit me à vobis diligi. Sic Joh. 14. 24. & 1 Joh. 2. 5. ¶ *Sicut & ego*, &c.] Sic ostendi quantopere ipsum diligam. Confer Joh. 14. 31[g].

11. *Hæc*, &c.] Ideo vos excitavi ad multum fructum proferendum[h]. ¶ *Ut gaudium meum*] Vel, 1. quo ego gaudeo[i]: ut meritò possim in vobis gaudere[k]. Vel, 2. ob me[l], ut materiam gaudii, tanquam vestrum Mediatorem[m]: quo [gaudio] gavisi estis me præsente ac vos fovente. Vide Joh. 17. 13. qu. d. Hæc mea verba mei absentis vicem supplebunt in vobis consolandis[n]. ¶ *In vobis sit*] Id est, perseveret, sive perpetuum sit[o]. ¶ *Et gaudium vestrum* (quo vos in me, seu de me, gaudetis; quòd scil. mihi conjuncti sitis[p]:) *impleatur*] Id est, augeatur magis, ac tandem in futuro seculo perficiatur[q]. Πληρωθῇ de gaudio dicitur & Joh. 3. 29. & 17. 13. & 1 Joh. 1. 4. Phil. 2. 2. Non hîc tantùm mea verba vobis solatio erunt, sed vobis quoque ea res perfectissimum pariet gaudium in vita futura[r].

12. *Hoc est præceptum meum*] Mihi peculiare & commendatissimum, &c †. *Meum*, non Legis veteris, quæ Dilectionem nec tam late porrigit, nec ad eum extendit gradum. Vide quæ suprà 13. 34. Sæpissimè hoc inculcat, ut ad Ecclesiam constituendam, continendámque maximè necessarium[t]: & quia traditiones ferè antiquaverant hoc præceptum, ídque præcipuè per impia vota, ut Matth. 15. 5. & quia dissidia in hac gente cruenta futura erant & bella civilia, &c[v]. ¶ *Sicut*, &c.] q. d. Nihil præcipio nisi quòd ipse prior feci[x].

13. *Majorem*, &c.] Explicat quid sit illud, *sicut ego vos dilexi*. Affectum suum erga amicos nemo majori facto potest ostendere. Erga amicos, inquam: nam ad tales sermo erat. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα τις] *Ut quispiam*, Pi. Est expositio illius ταύτης. ¶ *Animam*, &c.] i. e. Mortis periculis se objiciat. De locutione diximus 10, 11. & deinceps. *Vitâ nihil carius*, ait Euripides. Vide Job. 2. 4. Notæ sunt de Pylade & Oreste, de Damone & Pythia, sive fabulæ, sive historiæ, ultra quæ amicitiæ exempla progredi non possunt[y].

14. *Estis*] Vel, *Eritis*, Be. Pi. Præsens pro Futuro[z], ut apparet ex seq. *Si feceritis*, &c[a]. Sic Joh. c. 8. v. 31. [Sensus, q. d.] *Ità amici mei manebitis*: ità fiet ut semper à me diligamini, ac proinde nihil non à tam fideli amante exspectandum habeatis, Rom. 5. 8, 9, 10[b].

15. *Jam non*, Οὐκέτι] *Non amplius*, sive *posthac*, Be. Pi. Er. V. &c. Verùm Οὐκέτι & μηκέτι quandoque nullum habent respectum ad tempus præcedens, sed simpliciter pro οὐχ, *non*, ponuntur, ut h. l. & Act. 13. 34. Rom. 6. 9. &c[c]. ¶ *Dicam* (vel, *Dico*, V. Bru. i. e. habeo[d]) *vos servos*] i. e. Loco servorum[*]. *Non ego nunc vobiscum ago tanquam cum servis*, quanquam meo jure possem. Diximus ad Matth. 1. 21[f]. Vos jam habeo & semper habui amicorum loco. Hs. quo *dicere* & *vocari* ponuntur pro *habere* & *esse*, ut Matth. 1. 16, 23. Luc. 1. 35[g]. ¶ *Quia servus nescit quid faciat*, &c.] Id est, facere velit, vel decreverit[h], ut suprà 10. 32. Non solent heri servis sua consilia patefacere, ut notant Xenophon & Euripides, [verba habet G.] sed amicis. Seneca, *Servus herilis imperii non censor est, sed minister*. Non longè hinc abit quod apud Platonem est, *Servos à medicis curari solis præceptis, at amicos ità ut simul præceptorum ratio ipsis reddatur*[i]. ¶ *Vos autem dixi* (ex quo vos vocavi[k]:) *amicos*] Et sic voco, & ut tales tracto[l]. ¶ *Omnia*] Mysteria[m], quæ vos vestrúmque munus concernebant[n], quæ ullo modo ad consolationem (salutémve[o]) vestram pertinere poterant. Sic enim sæpe universalitas ex subjecto sermone restringitur. Locus non dissimilis, Act. 20. 27. Nam quædam, ut, Regnum suum merè esse spirituale, Legem Mosis cessare, postea demum docuit, ut profitetur se facturum infrà 16. 12[p]. ¶ *Quæcunque audivi* (i. e. didici[q], vel, accepi, ut *audire* sumitur Joh. 3. 32. & 8. 26[r].) *à Patre meo*, &c.] Id est, Patris consilia †, de mea Resurrectione, de Ascensione in cœlum, de Missione Spiritûs S. de Vocatione Gentium, de Judicio universali, de Vita æterna. Horum pleraque Deus antehac adumbraverat quidem, sed non revelaverat, Eph. 3. 5[t].

16. *Non vos* (priores[v]) *me elegistis*] In amicum[x], dominum, præceptorem[y]: ut discipuli apud Judæos magistrum eligere solebant[z]. Commendat amorem suum quòd à se amicitiæ factum sit initium, nullis ipsorum in se benefactis provocato[a], sed à gratuita sua benevolentia[b]. Hinc inferunt August. & alii Patres electionem & vocationem ad fidem (adde & justificationem[c]) esse gratuitam[d]. Sunt autem medii quidam effectus, qui aliquando admittunt merita, sed non alia quàm quæ effecerit, non invenerit, gratia[*]. ¶ *Sed ego elegi* (vel,

Marginal notes (left): h Cas. i G. sim. Bru. Me. k Bru. l G. m Me. n Me. ex Bru. o Be. p Li. ho. q G. r Bru. † G ex Sy. t Bru. v G. sim. Bru. x Bru. ex Euthym. y G. z Bru. a Bru. Pi. &c. b G. c G. sim. Bru. Me. d G. * Bru. Me. f Bru. Me. sic Ger. g Ger. h G. i Ger. k T. l Pi. m G. n Be. Glas. gram. 3. 7. 20 627. o Bru. sim. Be. p C. q G. sim. Pi. r C. † Bru. t C. v Idem. x Aug. Cyr. &c. in Mal. † Bru. Pi. y Pi z Bru. sim. Me a Mal. ex August. Chrys. &c. b G. sim. Mal. c G. d Bru. * Camer. f Bru. g G. h Idem. i Bru. Me. k T. l G. sim. Pi.

Marginal notes (right): m Pi. n G. o Bru. p Me. ex Bru. q Bru. r G. † Bru. t G. v Li. ho. x Bru. y G. z G. sic Be. a Be. b G. c Glas. gram. 3. 5. 11. 450. d Bru. G. * Bru. f G. g Bru. h G. Bru. sic Pi. i G. k Bru. l G. m Bru. n T. o Bru. p G. q Bru. r G. † G. Ham. sim. Bru. t G. v Bru. Me. T. x G. Bru. Me. y Bru. Me. z Li. ho. a G. b Bru. c Idem. d T. * Bru. ex Aug.

(vel, *mihi assumpsi*, G.) *vos*] Ut essetis credentes. Discipuli, amici mei [f]. Hîc loquitur de electione, vel, 1. ad Apostolatum [g]: ut probatur, 1. ex fine hujus electionis, *ut eant in mundum*, scil. universum, & prædicando Evangelium omnibus *fructum afferant*, &c. 2. ex collat. Luc. 6. 13 [h]. Vel, 2. ad salutem æternam [i]: ut colligitur, 1. ex scopo Christi, qui erat suam erga Apostolos dilectionem exaggerare: 2. ex collat. Joan. 13. 18. Utraque autem expositio conjungi potest [k]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἔθηκα ὑμᾶς] *Et posui vos*, i.e. plantavi, ut vineam: ut Metaphoram continuet, cui favent sequentia, *ut eatis*, &c. i. e. ut crescatis, ut palmites, &c [l]. *Et constitui*, Pi. Bru. Me. sic Be. ordinavi [m], declaravi [n]. Magistratus primò eligitur, deinde declaratur [o]. Etiam ad Apostolicam dignitatem evexi. Sic & usurpari solet τιθέναι Act. 13. 47. & 20. 28. Rom. 4. 17. Heb. 1. 2. Hoc alibi est καταστῆσαι, ut Matth. 25. 23 [p]. Al. Τὸ *posui* potest referri ad firmitatem ac stabilitatem electionis, ut fundamentum *poni* dicitur, quando stabilitur, Luc. 6. 48. & 14. 29 [q]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε καὶ καρπὸν φέρητε] *Ut abeuntes fructum feratis*, Be. Pi. sic P. Sy. &c. Solent sæpe hæ particulæ, ὑπάγειν, & πορεύεσθαι, abundare. Sed hîc rectius est ut intelligamus Christi verbis excitari Apostolos ut non exspectent dum homines discendi avidi ad se veniant, sed ipsi ultro eas quærant [r]. *Ut vos eatis*, vel *abeatis*, scil. in mundum universum †, quod exprimitur Marc. 16. 15 [t]. *& fructum afferatis*, Mo. Er. tum privatum, fructum bonorum operum in vobis; tum publicum, alios prædicatione ad Christum adducendo, &c. q. d. Non elegi vos, ut otiemini, aut vestra quæratis commoda, sed ut laboretis, &c [v]. ¶ *Et fructus vester maneat*, Hebraismus, pro, *qui fructus maneat*, qui in cœleste horreum reponatur, non comburatur. Vide Matth. c. 13. v. 30. Joh. c. 4. v. 36 [x]. *Maneat*, nunquam periturus [y], tum vobis [z], quibus causa sit vitæ æternæ [a]; tum Ecclesiæ, quæ contra omnem vim Divinitus conservabitur [b]. ¶ *Ut*, &c.] Ἵνα hîc quoque est ἐκβατικόν. Nam hoc consequens est diligenti fructificationi ut preces ipsorum Deus impleat. Vide suprà v. 7. Matth. 21. 22. Act. 4. 30 [c]. ¶ *Det*, Δῷ] In tertia persona, ut legunt Syrus & Latinus, & Græcorum nonnulli [d], imò probatiores & plures Codices Græci [*]. At Chrys. & Th. & Nonnus legunt δῶ [f], absque subscripto iota, in prima persona, *Dem*, indéque colligunt Patris & Filii æqualitatem [g].

17. *Hæc*, &c. Ταῦτα ἐντέλλομαι] *Hæc* (i.e. hoc: quum mox sequatur ἵνα ἀγαπᾶτε, & unicum mandatum exponatur [h]. Vel, *Hæc omnia*, G. quæ hactenus dixi [i], nempe de amore quo vos præveni, quam ad mortem usque extendi, quo nihil vos celavi [k].) *mando*, Pi. sim. Be. &c. i. e. commemoro [l], inculco [m]. Solet & אמר verti per ἐντέλλομαι, & צוה (quod plerumque ἐντέλλομαι) per λαλεῖν. Sic Psal. 42. 8. יצוה, ἐντελεῖ ἔλεος αὐτοῦ, *indicabit*, *significabit*. ¶ *Ut diligatis*, &c.] Non hæc dico quòd beneficia exprobrem, sed ut vos, tanto exemplo provocati, diligatis alii alios [n].

18. *Si mundus vos odit*] Videbant jam Apostoli non posse sermonem Evangelii doceri ut non maxima odia incurrerentur. Jam enim conventu prohibiti erant qui Jesum profiterentur Messiam: ipse petebatur ad mortem. Itaque adversùs hunc metum Christus eos solatur. Est autem egregius usus particulæ *si*, ubi malo bonum opponitur [o]. ¶ *Scitote*] Id est, Animo recolite [p]. Sic εἰδότες sumitur in eodem argumento, 1 Pet. 5. 9 [q]. Γινώσκετε] Possit verti, *scitis*. Sed parum interest [r]. ¶ *Priorem vobis*, Πρῶτον ὑμῶν] Referri hoc possit, vel, 1. ad dignitatem †, *Primum*, vel, qui sum primus, vestrûm [t], i.e. dignissimum [v]. Probatur, 1. ex collat. v. 20. & Matth. 10. 25. Luc. 6. 40. 2. ex usu vocis πρῶτος cum Genitivo, Marc. 10. 44. & 12. 29. Luc. 19. 48 [x]. Vel, 2. (quod malim [y]) ad tempus [z]. Πρῶτον, i.e. πρότερον [a], *antequam vos*, ut exponit Syrus. Vide Joh. 1. 15 [b]. Superlativum pro comparativo, & comparativum pro adverbio, ut in illo, *Lupi te videre priores*, i. e. prius [c]. Probatur ex collat. Joan. 1. 15. πρῶτός μου, quod exponitur ἔμπροσθέν μου, v. 27 [d]. Sensus, q. d. Non vos priores ad pericula mitto [*]: munivi vobis viam: hæc odia prior excepi [f].

19. *Si de mundo*, &c.] Id est, de numero hominum mundanorum, moribus & vitâ similes [g], affectu mundano præditi: quomodo, *ex Diabolo esse*, &c. *ex Deo*, sumptum Joh. 8. 44, 47 [h]. ¶ *Mundus*] Id est, impii [i], vel, universitas eorum qui carni & seculo student, qui generali odio solos pietatis & sanctitatis professores insectantur. Vide Joh. 7. 7. & 1 Joh. 3. 13 [k]. ¶ *Quod suum*, &c.] Id est, vos ut suos (& sibi similes [l]) diligeret. Solet enim ad amicitias valere studiorum communitas [m]. ¶ *Elegi vos*, &c.] Id est, separavi à mundo, & mihi adjunxi fide, moribus, studiis [n]: secrevi ex illa universitate & mihi in peculium seposui. Sic dicuntur Christiani *effugisse inquinamenta mundi*, 2 Pet. 2. 20. Ἐκλέγειν sæpe hoc sensu in V. T. usurpatur, ubi agitur de populo Hebræo, eorúmve patribus, 2 Mac. 1. 25 [o]. ¶ *Propterea*, &c.] Id est, propter electionem vestram [p], & studiorum repugnantiam [q]. ¶ *Odit vos*] Tanquam qui sua ipsius vitia contrario vitæ instituto exprobretis [r]. De hoc ergò odio non dolendum, sed gaudendum, quia est electionis indicium †.

20. *Mementote*, Μνημονεύετε] Vel indicat. est, vel potiùs Imperativum [t]. *Memores estote*, Bru. G. Sic Luc. 17. 32 [v]. ¶ *Sermonis*, Τοῦ λόγου] Adagii satis noti [x]. ¶ *Quem—dixi*] Joh. 13. 16. quanquam alio usu [y]. ¶ *Non est servus*, &c.] Variis propositis accommodatum variè explicandum est. Hic sensus est, Non solet servus pluris fieri, &c [z]. Non debet ægrè ferre aut mirari si sibi accidat quod Domino. In hunc sensum simile dictum usurpatur Matth. 10. 24. ¶ *Si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt*] Id est, Si mihi audientes fuerint, exspectate ut & vobis sint; q. d. Non est quòd hoc speretis [a]. Intelligendum relinquit à contrario [b], Sed (vel, Quemadmodum [b]) meum non servaverunt, sed contempserunt, quare nec vestrum servabunt [c]. Consolatur eos adversùs scandalum contemptæ prædicationis, & paucitatis credentium, &c [d]. [Alii aliter:] *Si sermonem meum insidiosè observârunt*, quæ species est persecutionis, etiam vobis laqueos ponent [*]. Verbum τηρεῖν hîc indubiè in malum sumitur, pro παρατηρεῖν, *insidiosè observare*, Luc. 14. 1. & 20. 20 [f]. Hunc sensum suadet totius sermonis series à v. 18, &c. & quòd sic τὸ, εἰ ἐτήρησαν, aptè respondet τῷ, εἰ ἐδίωξαν, in præcedente membro. Τηρεῖν valet, *observare*, apud LXX ad Eccles. 11. 4. & alibi, notante Stephano. Quo sensu & Heb. שמר occurrit Psal. 56. 7. & 71. 11 [g]. & נטר Levit. 19. 17. quo verbo Syrus h. l. utitur [h], & נצר Job. 7. 20 [i]. Sed huic sententiæ repugnat, 1. quòd de insidiosa observatione dici solet compositum, παρατηρεῖν, non simplex, τηρεῖν [k]. 2. Usus phraseos, τηρεῖν λόγους, in N. T [l]. ut Matth. 19. 17. & 23. 3. & 28. 20 [m]. præsertim in Johanne [n], 8. 51, 52, 55. & 14. 15, 21, &c. & 15. 10, &c. ubi in bonum accipitur, de fideli & studiosa eorum observatione, &c [o].

21. *Hæc omnia*] Ut vos odio habeant, vexent, dicta contemnant. ¶ *Propter nomen meum*] Hoc sicut alibi est, *in meam gratiam*, ità hîc est, *odio mei*; ut & Matth. 10. 22. quod explicare licet, ἕνεκεν ἐμοῦ· ut est Matth. 5. 11. Si ob me hoc patimini, etiam à me auxilium & præmium exspectate. Hanc consolationem senserunt postea Apostoli, Act. 5. 41. Vide & 1 Pet. c. 4. v. 16 [p]. Non ob aliquam culpam vestram, sed ob me, à vobis prædicatum, ipsis verò exosum, &c [q]. ¶ *Quia nesciunt*, &c.] Ignorantiâ scilicet affectatâ & quæsitâ [r]: scire & credere nolunt †: *non considerant à quo missus sim*, excæcati ambitione aliisque mundanis affectibus. Vide quod paulò ante diximus ad vocem γινώσκετε. q. d. Quid miramini si cæci in vos ruunt [t]?

22. *Si non venissem*] Scil. in mundum [v], ad eos, prout promissum erat [x], instructus tam certis missionis meæ testimoniis [y]. *Nisi publicè me ostendissem*. Id enim est ἔρχεσθαι, ut suprà diximus aliquoties [z]. ¶ *Et* (sub. non, Bru. V.) *locutus fuissem eis*] Id est, docuissem eos, me venisse à Patre, &c [a]. Et nisi ipsis apertè prædicassem dogma longè sanctissimum, in quo nihil potest reprehendi; idque affirmâssem mihi à Deo mandatum, simúlque confirmâssem non tantùm testimoniis Prophetarum, sed & eximiâ quâdam loquendi majestate. Suprà 7. 46. ¶ *Peccatum non haberent*] *Essent extra culpam*, nempe in eo quòd ignorant à quo missus sim: connectenda enim hæc cum superioribus [b]. Intellige hoc de peccati vel certa specie, vel certo gradu [c]. *Peccatum*,

Marginal notes (left): [f] Bru. [g] Ger. ex Iren. & Chrys. Mal. [h] Ger. [i] Ger. ex Aug. Prosp. &c. [k] Ger. [l] Q. in Mal. [m] Bru. Me. [n] Mal. ex Theod. Mal. [p] G. [q] Ger. [r] G. † Bru. Me. [t] Bru. [v] Ger. [x] G. [y] Me. ex Bru. [z] Ger. [a] Bru. sim. Ger. [b] Ger. [c] G. [d] G. sim. Ger. [*] Ger. [f] Bru. [g] Ger. [h] Pi. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. [m] Bru. G. [n] G. [o] G. [p] G. sim. Bru. Pi. [q] G. [r] Bru. † Bru. sim. Ger. [t] Bru. ex Er. sic Camer. [v] Bru. Ger. [x] Ger. [y] Bru. sic Ger. [z] Bru. [a] G. Pi. [b] G. [c] Bru. [d] Ger. [*] Bru. [f] G. [g] Bru.

Marginal notes (right): [h] G. [i] Pi. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] Me. ex Bru. [o] G. [p] Ger. [q] Bru. [r] G. † Ger. sim. Bru. [t] Bru. [v] G. [x] G. sim. Bru. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Me. [c] Bru. sim. Me. Pi. Ger. [d] Ger. [*] Albertus in Ger. [f] Kn. ex Sarav. [g] Kn. [h] Ger. [i] Ham [k] Ger. [l] Ham. sim. Ger. [m] Ger. [n] Ham. [o] Ger. [p] G. [q] Bru. [r] Me. † Bru. [t] G. [v] Me. [x] Bru. [y] T. [z] G. [a] Bru. sim. T. [b] G. [c] Ger.

nempe incredulitatis [d], vel rejectionis mei [*], vel odii, seu persecutionis, sive mei, sive vestri propter me [f]; vel, contemptûs cœlestis veritatis [g]. Vel, *non peccatum*, scil. tantum quantum nunc habent [h]. Al. Per mimesin hoc dictum, *non haberent*, i.e. dicerent se non habere. Sic Joan. 9. 39. *qui vident*, i.e. videre se dicunt [i]. Non imputaretur eis peccatum [k]: nam probabilis ignorantia eos excusaret [l]. ¶ *Nunc*, &c. Νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσιν, &c.] *Nunc autem prætextum* (vel, *excusationem*, Mo. Perf. Æth. sic Ar. Tre. vel, *colorem*, ut in Juvenal. *Dic aliquem, dic, Quintiliane, colorem* [m]. Vel, *quod prætexant*, Er. P. Ti. Be. &c.) *non habent*, &c. Bru. Πρόφασις est, *obtentus*, vel, quod facto alicui prætexitur, Matth. 23. 14. Marc. 12. 40. Act. 27. 30. Phil. 1. 18 [n]. Nihil habent obtentûs ad se purgandum de hac culpa. In Psal. 141. 4. להתעולל עלילות רשע, τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις [o]. Non solùm destituuntur legitimâ excusatione, sed & omni ejus colore ac prætextu [p].

23. *Qui me odit*, &c.] Sensus hic est, Cùm scire potuerint ac debuerint me à Patre missum, quicquid in me contumeliosum faciunt, id Pater in suam contumeliam factum interpretatur. Mos est S. Scripturæ ut facere quis dicatur quod non facit propriè, si id facit quod eodem loco habetur Deo Judice. Sic 1 Sam. 10. 19. Mat. 25. 40. Hæc autem culpæ illorum aggravatio mirificè pertinet ad consolandos Apostolos [q].

24. *Si opera*, &c.] Alterum adfert argumentum quo adversarii reddantur inexcusabiles, Miracula sua. Hoc autem ità accipiendum est ut utrumvis sufficiat, aut Dogmatis sola propositio, aut Opera, ad probandam missionem. Itaque hìc est ellipsis, *Si nec locutus essem ipsis, nec talia opera fecissem, erant excusabiles* [r]. Si non ista dixissem, atque fecissem, quibus planè me demonstravi esse Messiam, &c [†]. ¶ *In eis*, Ἐν αὐτοῖς] Supple ὢν, *dum inter ipsos ago*: ἐν μέσῳ αὐτῶν, ut Act. 2. 22 [t]. *Inter eos*, Be. Pi. Bru. *In conspectu eorum*, G. ex Sy. quæ scilicet inficiari non possunt [v]. ¶ *Quæ nemo alius*, &c.] Præcipuè eò quòd omnia morborum genera, nullis exceptis, etiam naturale Cæcitatis vitium, solo imperio ac meo jure sanavi. Hoc non fecit Moses, non Elias, non Elisæus, quos à Deo missos crediderunt. Quæ autem illi fecerunt ego quoque feci & potentiùs, ut in Resuscitatione mortui quatriduani, in Panum multiplicatione, apparet [x]. ¶ *Nunc autem & viderunt* (vel, opera illa eximia [y]: vel, me & Patrem, utrumque ex operibus demonstratum [z]:) *&* (vel, *&* tamen, Bru. G. Pi.) *oderunt & me*, &c.] Me quidem directè, Patrem autem Patris interpretatione, quia ipsius mandata atque opera contemnunt nullo probabili prætextu [a]. Nullus ergò eis est tergiversandi locus [b]: non peccant ex ignorantia [c], sed petulanter [d].

25. *Sed* (Iterum ellipsis quæ suprà [*], sub. *oportet*, Be. vel, sub. *id faciunt*, Zeg. Pi. i.e. me oderunt [f],) *ut* (ἵνα est ἐκβατικὸν [g], vel consecutionem significat [h]:) *adimpleatur*, &c.] Commodè evenit ut hoc modo in me impleretur quod olim David, qui typum mei gessit, sibi fieri conquestus est. De voce πληρῶσαι diximus ad Mat. 1. 22 [i]. ¶ *In lege* (i.e. Scriptura [k]) *eorum*] Id est, ipsis data [l]. *Legem* sume ut Joh. 10. 34 [m]. est enim ex Psal. 35. 19 [n]. & 69. 5 [o]. ¶ *Quia*, Ὅτι] Redundat [p]. Hoc ὅτι hìc valet, *nempe*; & est producentis testimonium Psalmi [q]. ¶ *Gratis*, Δωρεὰν] Heb. חנם [r]. *Immeritò*, Be Bru, Pi. *Sine justa causa*: itaque alibi vertitur, ἀδίκως, ut Prov. 1. 11, 17. Vide 1 Sam. 19. 5 [†]. Δωρεὰν propriè valet, *gratis*, *sine spe mercedis*, ut Matth. 10. 8. Rom. 3. 24. 2 Cor. 11. 7. &c. hìc & Gal. 2. 21. est, *sine causa*, sive impellente, ut h. l. sive finali [t]: ex pura malitia ac invidia [v].

26. *Cùm venerit*, &c.] Ostendit causam suam, quanquam tantis odiis obnoxiam, non cariturani defensoribus etiam se absente. Ac primùm dicit *Spiritum S. venturum* παράκλητον, i.e. *actorem causæ suæ*, ut suprà exposuimus. ¶ *Quem ego mittam*] Id est, efficiam ut veniat: sicut causarum oratores mitti solent ab eo cujus est causa [x]. *Mittam*, post ascensionem meam, tum invisibiliter in corda, &c. tum visibiliter, Act. 2. Una autem est eadémque missio & à Patre & à Filio, à quibus utrisque ut originem & naturam, ità & operationem, habet, &c [y]. ¶ *A Patre*] Scil. procedentem, ut sequitur [z]: vel, Pa-

[d] Bru. Ger. T. [*] Li. ho. [f] T. sim. Ger. ex Euthym. [g] Rup. [h] Ger. ex Aug. Pi. [i] Ger. [k] Q. in Ger. [l] Bru. [m] Me. ex Bru. [n] G. [o] Ger. [p] G. [q] Ger. [r] G. [†] Li. ho. [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] G. sic L. Me. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. [c] Pi. sic Bru. [d] Pi. [*] G. [f] Zeg. Bru. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Be. Bru. [l] Bru. ex Aug. sic Pi. [m] Bru. [n] G. Bru. Pi. Zeg. [o] Zeg. Er. [p] Bru. [q] G. [r] Be. G. Ham. [†] G. [t] Ham. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] Mal.

tre consentiente & facultatem mihi dante mittendi, simúlque mittente [b]: vel, ex domo Patris mei, ex cœlo [c]. Sic dicimus, *Eamus ad me* [d]. Ex sinu Patris [*]; ac proinde & omnia mysteria sciens, & fidus legatus neminem fallens [f]. ¶ *Spiritum* (vel, *Spiritus*, in nominandi casu [g]:) *veritatis*] Qui, cùm ex cœlo veniat, omnino pro veraci habendus est, cui nihil potest opponi [h]. ¶ *Qui à Patre* (i.e. ex natura vel substantia Patris [i],) *procedit*, Ἐκπορεύεται] *Proficiscitur*, Er. *Egreditur*, Be. Bru. *Emanat*, Be. Pi. Si Angelus aliquis mihi testimonium præberet, credere deberent. At nunc perhibiturus est testimonium mihi, causámque meam acturus, non creatus aliquis spiritus, sed *qui de Patris ipsius substantia procedit & ab ipso emanat*, ἀπόρροια, &c. (*effluxus Patris, ut radius solis, ut lumen ab igne*,) ait Athenagoras. Justinus vocat ἄνωθεν, &c. (*Donum desuper à Deo descendens in sanctos homines, quod Sancti Prophetæ Spiritum sanctum vocant*.) Tertulliano Adversùs Praxeam dicitur *tertium numen Divinitatis & tertium nomen Majestatis* [k]. Sed certum est non hìc agi de Spiritûs essentia, sed virtute & efficacia in nobis [l]. [Aliis id non ità certum videtur. De quo paulò fusiùs hìc dicendum: tum quia hic articulus fidei est, nec inter postremos numerandus, tum quia hæc illius sedes.] Agitur hoc loco, de Spiritûs Sancti, vel, 1. temporali missione [m]. Nam, 1. verbum ἐκπορεύεσθαι est generale, & usurpatur de manifestatione Dei in signo externo, ut in LXX ad Psal. 68. 8. Mic. 1. 3. 2. Verbum parallelum, ἐξέρχεσθαι, usurpatur de temporali missione Filii in mundum, Joh. 8. 42. & 16. 28. 3. De æterna processione Spiritûs loqui noluit coram rudibus & incapacibus, quales hi adhuc erant, Joh. c. 16. v. 12. Vel, 2. æterna processione: quod malim. Nam, 1. distinguit hìc Christus inter æternam Spiritûs processionem, & temporalem ejusdem missionem: de illa dicit, *qui procedit à Patre*, de hac, *quem ego mittam*. 2. Describit hìc personam hujus testis, ut probet testimonium ejus esse fide dignum: *procedit a Patre*, ergò est consubstantialis, & αὐτόθεος. 3. De temporali missione usurpantur verba ἔρχεσθαι, vel ἐξέρχεσθαι, vel πέμπεσθαι, non autem ἐκπορεύεσθαι. 4. Verbum præsens, ἐκπορεύεται, ostendit hìc agi de emanatione æterna atque immobili, &c. Quòd si de temporali missione hìc ageretur, indè tamen æterna Spiritûs processio insinuaretur, cùm persona in Divinis non mittatur *temporaliter*, nisi ab ea à qua vel generatur, vel spiratur, *æternaliter* [n]. *Procedit* autem per modum dimanantis seu exspirati amoris: alioquin & Filius *procedere* dicitur, Joh. 8. 14. sed per modum nascentis. Qu. Sed annon Spiritus Sanctus etiam à Filio procedit [o]? Id negant Græci recentiores, Theod. Damasc. Theoph. Euth. his verbis freti. Sed affirmativa verior; ut liquet, 1. quòd sæpe dicitur *Spiritus Filii*, sive *Christi*, ut Rom. 8. 9. Gal. 4. 6. &c. 2. Ex collat. Joh. 16. 13. *De meo accipiet*, &c. Accipit autem Spiritus à Filio sapientiam illam, aut in tempore, aut ab æterno per ineffabilem processionem: prius adversatur tum perfectioni & immutabilitati Spiritûs, tum ei quòd sapientia illa est ipsa Spiritûs essentia, quam non accipit in tempore. Ergò verum posterius. Confer Joh. 16. 15. 3. Quia alioqui tolleretur planè omnis personalis nexus & relatio inter Filium & Spiritum, qualem hiatum perfectio Trinitatis non admittit [p]: [aut Filius & Spiritus essent quasi duo fratres, ac proinde duo essent Filii Dei naturales, quod & veritati rei, & stylo atque phrasiologiæ totius Scripturæ, repugnat.] 4. Quia hìc jam dixerat, *mittam eum vobis à Patre*: quod certum est argumentum, Spiritum à Filio procedere [q]. Non enim jussione aut imperio fit quòd Divinæ personæ mittantur, sed auctoritate principii. Cur ergò solius Patris hìc meminit? Resp. 1. Quia processum à se apertè satis significaverat illis verbis, *quem ego mittam*; processum verò à Patre obscurè tantùm iis verbis, *à Patre*. 2. Quòd suo more adscribat Patri id quod habet à Patre commune cum Patre: à quo enim habet Filius ut sit Deus, ab eo habet etiam ut procedat ab eo Spiritus Sanctus [r]. Ostendere ergò sic voluit, Patrem esse Deitatis principium [†]. Sed cur non dicit Christus, Spiritum à se procedere? Resp. Causa duplex: tum nè arrogantiùs de se loqui videretur, tum nè suspectum sic redderet Spiritûs de se testimonium [t]. ¶ *Ille testimonium perhibebit de me*] Quis ego

[b] Bru. ex Th. [c] G. sim. Mal. [d] G. [*] Mal. sim. Bru. [f] Mal. [g] Bru. [h] G. [i] Me. Bru. ex Euth. [k] G. [l] Be. [m] Q. in Ger. [n] Ger. [o] Bru. [p] Ger. [q] Mal. sim. Bru. [r] Bru. [†] Bru. ex Aug. [t] Mal.

ego sim, & quàm injustè occisus, & quòd à Deo resuscitatus, exaltatus, &c. Non autem voce ullâ suâ [v], sed in vos illapsus testabitur per vos [x], omnibus donis instructos [y]. Donum enim linguarum (ut alia dona omittamus) non alii fini serviebat quàm ad agendam Jesu causam: quod cùm non posset esse nisi à Patre, apertissimè Pater hanc causam probabat [z].

27. *Et vos testimonium*, &c. Μαρτυρεῖτε] i.e. Μαρτυρήσετε, receptâ Enallage. Sicut modò dicebat etiam sine operibus sermonem suum sufficere ad docendam suam missionem, ità nunc ait etiam sine talibus donis credi debuisse Apostolis, viris bonæ vitæ ac fidei. Nota conjungi testimonium Apostolorum & ipsius Spiritûs, ut Act. 5.32 [a]. Hoc autem Apostolorum testimonium, humanum scilicet, ex visu & experientia sumptum, distinguere voluit à testimonio quod iidem reddituri essent ex parte Spiritûs Sancti [b]. ¶ *Quia ab initio* (scil. meæ prædicationis [c]: à Baptismate Johannis & usque in diem assumptionis meæ [d]: ex quo cœpi munus meum agere [*], Act. 1. 21 [f].) *mecum estis*] Id est, fuistis, perseverâstis, individui comites mei [g]. Viris bonis credi solet ac debet quoties testantur de re quam oculis suis conspectam profitentur; quod faciebant Apostoli, Act. 2. 32. & 4. 20. & 10. 41. 2 Pet. 1. 16. 1 Joh. 1. 1 [h].

[v] Bru. [x] Bru. Me. [y] Bru. [z] G. [a] G. [b] Bru. [c] Pi. [d] Bru. [*] G. [f] Bru. G. [g] Bru. [h] G.

CAP. XVI.

1. **H**ÆC, &c.] De pervicaci Judæorum incredulitate [a], & de odio atque incommodis quæ vobis imminent [b]. ¶ *Ut non scandalizemini*] Id est, turbemini, ut re inexspectatâ & intolerabili [c], ac propterea impingatis, à fide in me aut patientia decidatis, vel ab officio testificandi de me desistatis [d]. Non ut vos mœstiores reddam [*], sed ad utilitatem vestram [f], ut vos muniam: prævisa enim mala minùs percellunt. Nec offendi debetis si vobis accidit quod semper accidit bonis, Matth. 5. 12 [g].

2. *Absque*, &c. Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς] *Movebunt vos synagogis*, Be. Pi. *Alienos à synagogis facient vos*, V. i. e. Synagogis suis interdicent vobis [h], excommunicabunt vos [i]. Incipit à nota quasi censoria; *Separabunt vos à se*, non tantùm per נדוי, sed & per חרם. Vide dicta suprà 9. 22. & 12. 42 [k]. Præter Templum erant Judæis in urbibus singulis, &c. Synagogæ, in quibus habebantur conventus, Luc. 7. 5. Act. 18. 7. in quibus Scripturas S. singulis Sabbatis & prælegebant & interpretabantur, Act. 13. 15, 27. & 15. 21. ubi & disputationes de religione habebantur, Act. 17. 2, 17. & 18. 4, 19, 26. & 19. 8. & preces publicæ recitabantur, necnon corrigebantur delicta contra Legem commissa, Mat. 10. 17. & 23. 34. Act. 5. 40. & 9. 2. &c. Qui nec plagis emendabantur fiebant ἀποσυνάγωγοι, i. e. nomine publicè recitato è Synagogis ejiciebantur, Luc. 6. 22. ex Ecclesiastica communione separabantur, *pro Ethnicis & Publicanis* habebantur, Mat. 18. 17. &, quasi quoddam anathema ac maledictum, omni piorum consortio censebantur indigni [l]. De ejectione à tota Congregatione Israelis hoc esse intelligo, quòd ità à Judæis processum noverim contra Samaritanos, quibus æquabant Discipulos Jesu, & utrosque *Cuthæos* sæpe appellant [m]. *Synagoga* h. l. non proseucham, aut cultûs Divini locum, denotat, sed universum populum Judaicum sexcenties in Fœdere veteri Synagogæ nomine denotatum: quomodo apud Christianos *Ecclesiæ* nomine ut ædes sacræ, ità & populus Christianus passim sumitur [n]. ¶ *Sed*, Ἀλλ'] *Imò*, Be. Pi. Bru. Hæc particula hîc est augentis, ut *imò* apud Latinos. Sic ἀλλὰ sumitur 2 Cor. 7. 11 [o]. vel, *Quinetiam*, Bru. Be. Ἀλλὰ, pro, ἀλλὰ καὶ, *sed &*, quod plus est [p]. Vel, ἀλλὰ, pro ὅτι, aut γὰρ, *quia*, aut *enim*: nam Heb. כי, *quia*, LXX sæpe vertunt, ἀλλὰ, *sed*, ut 1 Sam. c. 6. v. 3. & 8. 7. 2 Reg. 13. 32, 33 [q]. ¶ *Venit hora*] Id est, tempus erit. Sic Joh. 5. 25 [r]. ¶ *Ut*, Ἵνα] Positum pro ὅτε, *quando* [†]: vel, ponitur αἰτιολογικῶς, ut Joh. 15. 8, 12, 13, 17 [t]. ¶ *Omnis*] De Judæis præcipuè loquitur, quos ubique ad seditionem exarsisse in necem Apostolorum docent Actus Apostolici [v]. ¶ *Arbitretur*, &c.] Δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ] *Existimet* (vel, *Putet* sc. P. Be. &c.) *cultum* (vel, *obsequium*, Vulg. gratum servitium. Λάτρις, vel λάτρος, dicitur *mercenarius*, *minister*, *servus*, *cultor* [x]. Nonnus λατρείαν interpretatur θυηπολίην & θύλον, cap. seq. λάτριν: nondum enim emerserat putida illa distinctio, quâ λατρείαν soli Dei, δουλείαν Angelis, tribuunt [y]. Vel, *oblationem*, sive *sacrificium*, Di. ex Sy. Ar. Pers. Æth. Λατρεία respondet Hebræo עבודה. Sed, ut solet genus pro specie poni, valet hîc קרבן, id est, προσφορά. Sic Exod. 32. 29. pro, *Consecrâstis manus*, Chald. habet, *Sacrificium obtulistis* [z]. Et Exod. 7. 16. & 8. 1, 26. & 10. 7, 24. apparet eodem significatu poni λατρεύειν & θύειν [a].) *afferre* (vel, *præstare*, P. Be. &c. *offerre*, Sy. Bru. &c. Προσφέρειν respondet Hebræo הקריב, quod de victimis usurpari solet [b]:) *Deo*, Mo. &c. Sensus, Putabit se rem piam & Deo gratissimam facere [c]. Vide exempla, Act. 8. 1. & 9. 1. & 23. 14 [d]. Sic קנאין, *Zelotæ*, qui transgressores propriis manibus interfecerunt, non exspectato judicio Synedrii. Hinc horrendæ immanitates in ipsorum historia, &c [*].

3. *Et*, Καὶ] *Sed*, G. est enim consolatio adversùs priora [f]; q. d. Christus, Miserandi magis erunt qui ista faciunt, *quòd zelum Dei habent, sed sine scientia*, Rom. 10. 2 [g]. Non ob culpam vestram hoc faciunt [h]. ¶ *Quia non noverunt Patrem* (sub. *meum*, Bru. ex Sy. Non intelligunt Deum esse amantem humani generis, nec tam ritibus delectari quàm animi puritate [i]:) *neque me*] Filium ejus, unúmque cum ipso Deum [k]. Neque considerant ea quibus convinci possunt me à Deo missum, Joh. 15. 22, &c [l]. Non tamen excusat eos hæc ignorantia [m], quia crassa erat & affectata [n].

4. *Ut cùm venerit hora*, Ἡ ὥρα] In manuscripto illo antiquissimo est hîc, ὥρα αὐτῶν non malè. Vide Luc. 22 [o]. ¶ *Reminiscamini eorum*] Ut sic certi sitis de Divina mea tum præscientia, tum potentia, tum veracitate [p]: ut fidelitatem meam discatis ex tam veridica prædictione, eóque & connexis promissionibus confidatis: Mat. 24. 25 [q]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι, &c.] *Quòd* (vel, Nempe *quòd*, Be.) *ego* (sub. *hæc*, Be. Pi.) *dixerim vobis*, Pi. Be. ¶ *Hæc autem* (tam dura vobis eventura [r]: hæc vos passuros ab ipsis cognatis vestris & sub obtentu pietatis [†]: vel, hæc de Spiritûs Sancti adventu & officio, & nominatim de consolatione & roboratione in adversis [t].) *vobis ab initio* (quo vos vocavi [v]: ἐξ ἀρχῆς, מן קדם, ut habet Syrus, nihil aliud est quàm *olim*, Eccles. 39. 38 [x].) *non dixi*] Non prædixi, ità apertè scil. & determinatè [y]. Nam indistinctiùs multa mala prædixerat, Matth. 10 [z]. ¶ *Quia vobiscum eram*] Ac proinde ipse, ut hujus negotii caput, omnium odia in me excipiebam [a]: vel, vos curabam, nè in hæc mala incideretis [b]: vel, illo munere fungebar [c]: adeóque non necessaria vobis erit harum rerum cognitio [d]. Perinde loquitur acsi jam cum iis non esset: quia mox discessurus erat, &c [*].

5. *Nunc vado*, &c.] Nunc vobis id opus est dici, qui, me erepto, Principes eritis hujus legationis [f]. ¶ *Nemo* (sub. *tamen*, Pi.) *ex vobis interrogat*, &c.] At id jam antè quæsiverant, Joan. 30. 36. & 14. 5. & Christus sæpe exposuerat se ire ad Patrem. Quid ergò dicendum [g]? Resp. Quærere quidem cœperant, sed & destiterant, ante responsum acceptum. Improperat itaque eis suaviter, quòd non amicorum more amicum longè abeuntem interrogant de via, de mediis, de loco, de rebus illic agendis, &c [h]. *Nemo interrogat*, i.e. non pergitis percontari [i], non ampliùs jam interrogatis, ut deberetis. Videbatur enim, nondum se satis intelligi [k]. Nemo vestrûm verè expendit quò & cur abeam [l], quo consilio, quâ causâ, quo fructu, quid facturus [m], an & quando rediturus, &c [n]. & ad quantam gloriam evehendus, quantáque cum vestra utilitate, &c [o].

6. *Quia hæc*, &c.] Imminentem absentiam meam, & connexa incommoda [p]. ¶ *Implevit*, &c.] Obsedit planè animos vestros. Sic Act. 5. 3 [q]. Id impedit quò minùs, ut antè, interrogetis [r].

7. *Veritatem dico*] Attentionem & fidem excitat. ¶ *Expedit vobis*, &c.] Nempe ut possessionem accipiam Regni cœlestis [†], & Spiritu vos donem, &c [t]. ¶ *Paracletus*] Ex hoc loco constat vocem παράκλητος sumi in notione *advocati*, sive *actoris*, cujus hoc est officium, convincere τὸν ἐγκλήματος, *accusatorem*; sive, ut Tit. c. 1. v. 9. ἐλέγχειν

Marginal notes, left column: [a] Bru. [b] G. sim. Eru. [c] Ec. sic Bru. [d] Eru. [*] G. sim. Eru. [f] Bru. [g] G. [h] V. [i] V. sim. Ger. [k] G. [l] Ger. [m] Li. ho. [n] Seld. in Wal. [o] G. sic Eru. ex Cyr. Euthym. Be. [p] Pi. [q] Mal. [r] G. [†] Cas. ex Non. Mal. sic G. [t] Pi. [v] G.

Marginal notes, right column: [x] Camer. [y] Cas. [z] G. [a] G. sim. Di. [b] Di. [c] Bru. [d] G. [*] Li. ho. [f] G. sim. Eru. [g] G. [h] Bru. [i] G. [k] Bru. [l] G. [m] T. ex Eru. [n] T. [o] G. [p] Bru. [q] G. [r] Bru. [†] G. [t] T. [v] Eru. [x] G. [y] Bru. [z] G. sim. Eru. [a] G. [b] Bru. [c] T. [d] Me. [*] Pi. [f] G. [g] Ger. [h] Eru. [i] Me. sim. Bru. ex Euthym. [k] G. [l] V. sim. Ger. [m] Bru. Me. sim. T. Ger. [n] T. [o] Ger. [p] G. sim. Bru. [q] G. [r] G. sim. Bru. [†] G. [t] Eru.

ἐλέγχειν ἀντιλέγοντας, id est, *causam justificare adversus contradicentes*, convincere ipsos, aut alios, quòd causam injustè egerint, &c [v]. ¶ *Non veniet ad vos*] Sed quid ità? visibilis enim Christi præsentia non impediit Spiritûs Sancti adventum [x]. *Resp.* 1. Quia Discipuli, à visibili carnis Christi præsentia pendentes, non habebant dignam de Christo existimationem, nec Spiritûs Sancti capaces erant [y]. 2. Spiritus mitti non poterat, nisi & Deo nobis reconciliato, & cordibus nostris à peccato purgatis; quorum utrumque effectum sanguine Christi [z]. 3. Hoc fieri non poterat, nempe posito Divinæ providentiæ decreto, ut scilicet omnes personæ procurandæ hominum saluti operarentur, idque convenienti tempore & ordine [a]. Noluit Deus Spiritum effundere ante exaltationem Christi. Vide Act. 2. 32. Eph. 4. 11. Hujus autem decreti variæ causæ dari possunt: 1. Ut omnibus constaret, donationem Spiritûs esse fructum passionis & resurrectionis, &c. Christi [b]. 2. Quia hoc erat inter ea quæ cœlesti Christi Regno reservata sunt [c]. Vide Joan. 7. 39 [d]. Nec Christo humiliter in terris versanti congruebat [*]. 3. Quia Spiritus Christum glorificaturus erat, infrà v. 14. ergò nisi Christo glorificato venire non decuit [f]. 4. Ut mundo innotesceret mysterium Trinitatis [f], & Divinitas Spiritûs Sancti [g]: qui si Christo adhuc præsente sua munera distribuisset, nihil Spiritui, sed totum Christo, adscriptum fuisset [h]. ¶ *Si* (vel, *Cùm*, Pi. *Ubi*, G.) *autem abiero* (ad dexteram Patris [i]: ut suprà 14. 3 [k].) *mittam eum*, &c.] Ratione donorum, non naturæ [l]: quasi ex arce demittam: Act. 2. 33 [m].

8. *Et cùm venerit ille*] Ad vos, in corda vestra [n], die Pentecostes, &c [*]. & vos impleverit sapientiâ, & dono linguarum, &c [o]. ¶ *Arguet*; ità Er. Il. Mo. Be. Pi. &c. Ἐλέγξει] *Coarguet*, vel *Reprehendet*, Q. in Ger. Camer. Ἐλέγχειν sign. *redarguere*, Matt. 18. 15. Luc. 3. v. 19. Joan. 3. 20. Eph. 5. 11, 13. &c. idque non solùm *verbaliter*, sed & *realiter*, Heb. 12. 5. Apoc. 3. 19 [p]. Sed hæc significatio non congruit singulis membris: Quis enim arguitur, aut accusatur, de justitia [q]? Verùm, 1. idem hoc verbum diversimodè accipi potest in diversis membris, ut sæpe fit, ut Matt. 8. 22. Joan. 1. 10. & 4. 14 [r]. 2. Hæc significatio singulis membris congruit, subintellectis tantùm diversis participiis, *Arguet mundum de peccato*, scil. commisso, *de justitia*, & *de judicio*, spretis, scil. vel neglectis †. Al. *Demonstrabit*, vel *apertè docebit*, Mal. *Convincet*, Be. Bru. Pi. Cam. Camer. Ger. ità ut nihil habeat quod prætexat [t]: non tantùm accusabit & increpabit [v], sed & evidentibus argumentis docebit [x]: ut verbum sumitur Joan. 8. 9, 46. 1 Cor. 14. 24. 2 Tim. 4. 2. Tit. 1. 9, 13. Vide & 2 Tim. 3. 16. 2 Pet. 2. 16. Ἐλέγχειν in Platonis Gorgia est, *disputantem argumentatione convincere*: & ἔλεγχος in Aristot. Elench. 1. 1. est, *syllogismus cum contradictione conclusionis*, id est, quando unus convincit alterum contraria opinantem: & ἐλέγξαι apud Demosth. Budæus reddit, *cùm liquidò probâssem* [y]. Diximus παράκλητον esse *defensorem causæ*: ejus munus est, ἐλέγχειν τοὺς ἀντιλέγοντας, *convincere de causæ suæ rectitudine*. Respondet Hebræo יכח. Sicut autem hoc forensi est conveniens personæ, causarum actori; ità & quæ sequuntur [z]. Tria enim sunt (vel, erant apud Judæos [a]) causarum genera: 1. Publica judicia, *de peccato*, לחטא [b]: i.e. de causis criminalibus, de censura delinquentium in Deum, de falsis Prophetis, &c [c]. 2. Privata ex æquo & bono [d], dicta לצדקה, *de justitia*, sive *æquitate* [*]: nam צדק Hebræis *æquitatem* magis significat quàm *jus* strictè dictum [f]: quum virum justum defenderent adversùs omnem oppressionem, falsúmve testimonium [g]. 3. Privata certam ex lege formulam habentia [h], dicta למשפט, *de judicio* [i]: ut in actionibus de latrocinio, de retaliatione, &c. In his singulis Spiritus Sanctus advocatus erat pro Christo adversùs mundum [k]. Sensus loci, *Evidentissimis argumentis docebit peccatum, justitiam, & judicium*: i.e. ostendet mundum peccâsse, justitiam Christi sprevisse, eúmque Judicem contempsisse [l]. Porrò, aliud est *convincere*, aliud *persuadere* [m]. Multi convicti erant, nec tamen persuasi, ut Act. 6. 10, 11. confer Luc. 21. 15 [n]. Alios convincet ad emendationem, alios permanentes pervicaces. Convincet autem tum per se, mentes intùs perstringens, tum per Apostolos aliósque quos suo numine replebit [o], eos ex infirmis & timidis

[v] Ham. [x] Ger. [y] Aug. in Ger. sim. E. T. [z] Ger. [a] Mal. & Ger. ex Euthym. [b] Ger. [c] G. sim. Ger. ex Dionys. E. Bru. [d] G. [*] E. [f] Ger. [g] Bru. [h] Bru. sim. Ger. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] Bru. [*] Ger. [o] T. [p] Ger. [q] Mal. [r] Q. in Ger. † Al. in Ger. [t] Be. sic Bru. [v] Bru. [x] Bru. sim. Ger. [y] Ger. [z] G. [a] Ham. [b] Ham. ex G. [c] Ham. [d] G. [*] Ham. [f] G. [g] Ham. [h] G. [i] Ham. ex G. [k] Ham. [l] V. [m] Ger. ex Tol. [n] Tol. [o] Bru.

reddens impavidos, &c [p]; eorum quoque prædicatione & miraculis [q]. ¶ *Mundum*] i.e. Peccatores, & mundanos homines, ut Joh. 14. 17, 22, 27, 30. & 15. 18 [r]. vel, incredulorum multitudinem †: & inprimis Judæos [t]; de quibus initio actum, & adversùs quos Apostolos consolatur; quos etiam voce *mundi* in illius reprehensione intelligere solet, ut Joan. 7. 7. & 15. 18, 19. & 16. 20. & propterea non dicit, *quia non credent*, sed, *quia non credunt*, quo innuit Evangelium iis ab ipso prædicatum fuisse [v]: non tamen solos Judæos, sed etiam Gentes [x], adeóque totum genus humanum: ut multa docent: 1. Usus vocis *mundi* de omnibus, &c. Joan. 3. 16. & 14. 17, 22, 27. &c. 2. Series textûs. *Mundus* hìc opponitur Apostolis [y]; ejúsque princeps dicitur Diabolus, qui & Judæorum & Gentium princeps est [z]. 3. Scopus loci, qui est officium Spiritûs Sancti exponere, quod ipsi respectu omnium hominum competit [a]: ut ergò adventus Spiritûs communis erat, in Judæorum scil. & Gentium utilitatem, ità & redargutio communis est. 4. Quòd peccatum & justitia, de quibus arguendus est mundus, communia sunt Judæis & Gentibus [b]. 5. Complementum hujus promissionis in utrisque [c]. Quamvis ergò hæc redargutio Judæis primò fieri debuerit, & facta sit, Gentibus tamen postea per Apostolos facta est [d].

9. *De peccato*] In quo videlicet demersus fuerit [*]: Mundum, opinantem se immunem esse à peccato [f], convincet quòd peccatis sit obnoxius [g]; quòd in peccato totus mundus demersus jaceat [h]; quòd ex infecta origine peccator natus sit [i], servus peccati, fœdus animo [k], ac proinde sub ira Dei æternáque damnatione [l]. *Peccatum* hìc generaliter accipio, quo etiam ante Christi adventum totus mundus obstrictus tenebatur. Significat fore, ut mundus, visis admirandis Spiritûs Sancti operibus, agnoscat se vetere adhuc teneri peccato [m]. *Peccatum* hìc significat dominans in incredulis ratione & culpæ & reatûs, à quo dominatu fides liberat [n]. Dicitur Spiritus *arguere mundum de peccato*, quia [mundus] extra lucem Verbi nihil novit de peccati origine, propagatione, subjecto, effecto ac remedio [o]: & licèt naturali lumine quædam cognoscat peccata, ut latrocinari, patriam prodere, &c [p]. tamen interiorem immunditiam pro peccato non habet, superiores etiam animæ potentias peccato corruptas esse nescit, magnitudinem peccati iræque Divinæ, &c. non intelligit: opus igitur est hoc Spiritûs officio [q]. Al. Intelligitur h. l. peccatum vel incredulitatis [r], vel crucifixionis Christi †. Sensus, q. d. Spiritus S. declarabit uter nostrûm peccator sit, egóne, an mundus, qui me peccatorem solet appellare [t]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι οὐ πιστεύουσιν, &c.] In uno Codice est, ἐπίστευσαν [v]. Ὅτι hìc accipitur, vel, 1. εἰδικῶς, *specificativè*, ut sit descriptio ipsius rei, quam Spiritus arguet; q. d. *Arguet mundum de peccato*, *quòd non credunt in me*, i.e. de magno illo incredulitatis peccato [x]. [Sensus est,] Cùm evenient omnia quæ prædixi de mittendo Spiritu, apparebit me esse Prophetam, secundùm regulam Deuter. 18. 22. ac proinde eos qui mihi non credunt gravissimis suppliciis afficiendos ex lege publici judicii quæ extat ibidem, 18, 19. Et hæc supplicia Deus coram oculis mundi de Judæis exiget excidio gentis [y]. Hæc ergò prima est Christi actio adversùs mundum *de peccato*, an Christus reus esset, ut Pseudopropheta, an illi rei quòd eum ut verum Prophetam non reciperent [z]. Abfuerat Spiritus Sanctus à populo, quoad dona sua prophetica & extraordinaria, per 400 annos: & cùm jam redditus & effusus esset modo & mensurâ tam mirandis, non potuit non evincere *Jesum esse verum Messiam*, Filium Dei, qui Spiritum sic effuderat: & consequenter non potuit non redarguere mundum de peccato, quòd in eum non crederet [a]. Vel, 2. αἰτιολογικῶς, *causaliter* [b]. Sensus non est, Arguendum mundum de peccato hoc, quòd non crediderit [c], sed absolutè convincendum esse de peccato, eò quòd fidem non habuerit [d], sine qua nemo potest à peccatis liberari [*]: sicut graviter ægrotans, nec medicinam, quâ solâ sanari potest, habens, convincitur morti addictus, quia medicinam illam non habet, &c [f]. Significat, quamdiu non credunt, tamdiu subjacere peccatis [g]. Vide Joh. 8. 24. Act. 4. 12. Rom. 2. & 3 [h]. Nominatur hìc infidelitas, quia non separat à Christo, extra quem nè gutta est rectitudinis, & peccatum unicè regnat [i].

[p] Bru. sim. Ger. [q] T. [r] Mal. † Gom. sim. Be. Ger. T. Cyr. & Aug. [t] Gom. sim. Pi. Mal. [v] Gom. [x] Mal. Tol. Ger. [y] Ger. [z] Tol. Ger. [a] Ger. [b] Tol. [c] Ger. [d] Tol. [*] Q. in Be. [f] Bru. [g] Bru. sim. Me. T. Ger. ex Cyr. [h] Camer. [i] Bru. sim. Ger. Tol. [k] Bru. [l] Ger. [m] Mal. [n] Gom. [o] Ger. [p] Cam. [q] Ger. [r] Aug. & Chrys. in Tol. sim. Pi. Be. † Q. in Ger. sim. Be. Pi. Q. in Mal. [t] Mal. [v] Be. [x] Q. in Ger. [y] G. sim. Ham. [z] Ham. [a] Li. ho. [b] Ger. [c] Tol. sic Mal. [d] Tol. [*] Me. sim. Mal. T. Tol. [f] Tol. [g] Bru. [h] Tol. [i] Bru.

10. *De*

10. *De justitia*] Christi scil[k]. ut omnes consentiunt[l]: vel, 1. personali & inhærente[m]. Sensus, q. d. Convincet Judæos, me[n], quem tanquam blasphemum & seditiosum occiderunt[o], esse justum & innocentem[p]. Impletum hoc Act. 2. 23, 24. 37. & 3. 15[q]. Natura æqui & boni, quæ δικαιοσύνης nomine intelligitur, hoc exigit ut rectores, etiamsi lex nulla præcesserit, bonos mala passos aliquibus bonis solentur, 2 Thes. 1. 6, 7. Heb. 6. 10. Ostendet ergò Spiritus Deum æquum esse rectorem, ut qui me extra omnem injuriæ contactum (hoc enim est quod ait, *non videbitis me*, ut suprà 7. 36.) in suæ majestatis consortium receperit[r]. Vel, 2. communicata & justificante[†]: de qua hîc præcipuè agi, facilè constabit, quòd de ea tot & tanta celebrantur in Scriptura, ut Esa. 56. 1[t]. & 53. 11[v]. Jer. 23. 6. Dan. 9. 24. &c. In Lege revelatur & justitia Dei damnans, & fides in Deum; in Evangelio, Justitia Christi justificans,& fides in Christum. Spiritus ergò erudiit mundum in duobus hisce magnis fidei articulis, in quibus toto cœlo erratum à Judæis[x]. Mundus opinatus est se justum esse, i. e. Deo gratum, Judæi quidem ex operibus Legis, Gentes verò ex operibus naturali rationi consonis. Declaravit autem Spiritus solum Christum esse justitiæ vitæque Auctorem, & ab eo solo justitiam hominibus exspectandam esse[y], nec eam in humanis meritis, aut operibus, sed in solo Christi merito, quærendam[z]. Quòd [Christus] effudit Spiritum, arguit *meritum* Justitiæ suæ, aliter non potuerat Spiritum tali modo donâsse[a]. Rectè autem hoc connectitur cum præcedenti redargutione: postquam mundus convictus fuerit peccati, eò quòd fidem Christi non habeat, convincetur de vera Christi justitia[b], id est, neminem justum esse posse vera justitiâ, quæ apud Deum justum facit, nisi per fidem Christi[c]: hic enim est qui morte suâ nobis justitiam comparavit, nósque Patri reconciliavit, &c. Vide Rom. 1. 16, 17. & 3. 22. & 4. 2. & 10. 3[d]. ¶ *Quia ad Patrem* (Græcè & Syr. additur *meum*[*]) *vado*] Per resurrectionem & ascensionem in cœlum[f]: qui me recipiet[g], & approbabit[h]. Sensus, q. d. Quia ego morte meâ mundum sum Patri jamjam reconciliaturus, & ad jus filiorum evecturus: confer Joh. 20. 17[i]. Declarat hic abitus Christum & justum esse[k], & justitiam vitámque æternam nobis impetrâsse[l]. Christus enim ad Patrem redire non potuit, nisi perfecto opere, pro quo peragendo missus fuerat. Opus autem illud præcipuè erat, ut persolveret obedientiam, à genere humano debitam; & justitiam, per quam peccatores justificandi erant[m]. ¶ *Et jam*, &c. Καὶ οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με] *Et ampliùs non conspicietis* (vel, *Ut posthac non videatis*, V. θεωρεῖτε, pro θεωρήσητε[n], Enallage tum aliis, tum huic inprimis, familiari[o].) *me*, Be. Pi. &c. scil. familiariter & visibiliter inter vos versantem[p], in hac carnis infirmitate[q]; unde occasionem sumpserant homines humiliter de ipso sentiendi. Hoc verò ascensu meo, inquit, constabit me plus quàm infirmum hominem esse, potentem esse Deum, qui meâ auctoritate in cœlum conscendi[r]. *Vado*, &c. non ampliùs reversurus, ut iterum moriar, quia unicâ oblatione Patrem placavi, eique mundum reconciliavi, & justitiam pro omnibus [hominibus] præteritis, præsentibus,& futuris, consummavi. Spiritus ergò mundum statim post discessum meum de justitia jam per me perfecta convincet[†]. Al. Sensus, q. d. Non latebo ad tempus fictè me subducens, ut vobis imponam, sed semper cum Patre ero, ex quo mea justitia & sanctitas clariùs apparebit[t]. Al. q. d. Quamvis vos mihi sitis amicissimi, tamen præsentiâ meâ non fruemini ampliùs, unde argui potest quòd merito meo fruimini, præsertim cùm vos videat mundus donis Spiritûs mei ità locupletatos; quod certè meritum Justitiæ meæ arguit[v].

11. *De*, &c. Περὶ δὲ κρίσεως, &c.] *De judicio autem, eò quòd princeps hujus mundi* (i. e. Diabolus[x], ut omnes monent[y]: vide Joh. 12. 31. & 14. 31[z].) *condemnatus* (vel, *judicatus*, Vulg.) *sit*, Be. Bru. Pi. &c. id est, foras ejectus[a], suo in mundum principatu spoliatus[b]. [Locum variè explicant: ut sensus sit] *Judicium* hîc opponit τῇ ἀταξίᾳ, sive rebus confusis: ut sensus sit Satanam omnia turbâsse, fœdámque invexisse operum Dei confusionem, Christum verò, illo devicto, ea in ordinem bene temperatum restituisse, statúmque mundi ritè fuisse compositum[c]. Al. Inter κρίσεις, i. e. *judicia quæ inter partes exercentur*, est eximia illa de Talione, Levit. 24. 20. ut qui injustè cuiquam nocuit, ipse tantundem mali ferat. Diabolus causa fuit mortis Christi; jure igitur ipse, Deo condemnante, passus est quod ipsi est pro morte, exutus Regno suo per destructionem idololatriæ aliorúmque vitiorum, peragente id Spiritu Sancto. Vide suprà 12. 31. Tot igitur modis per Spiritum Sanctum, tanquam fidelissimum patronum, probata est Christi causa, non sine maximo fructu apud pios animos[d]. Al. *Judicium* hîc dicitur de potestate judiciaria, quam Christus post ascensionem suam obtinuit, Satanâ per Evangelium ex cordibus hominum expulso: ut patet ex vaticinii hujus complemento, Act. 2. 34[*]. Al. Sensus est, Quia Diabolus à Christo devictus erat per obedientiam mortis suæ, Heb. 2. 14. cujus indicium erat tum resurrectio Christi, tum liberatio Gentilium è carcere Satanæ, Apoc. 20. 1, 2[f]. ac propterea homines, qui sub ejus principatu erant, ab eo liberati in potestatem Christi liberatoris translati sunt, ipsiúsque judicio subduntur. Christus igitur constitutus est à Deo Princeps, Dominus & Judex omnium, vivorum & mortuorum, qui priùs erant sub Diabolo principe[g], omnésque (nempe in ipsum non credentes[h]) ab ipso in carne judicandi sunt[i]. Convincetur ergò mundus, Christum omnium Judicem esse: aliud autem est judicium, de quo arguendus est mundus, aliud quo judicatus est Dæmon; per hoc enim illud demonstratur. Dicit autem, *judicatus est*, quia proxima & certa erat mors, propter quam judicandus erat[k]. *De judicio*, i. e. de potestate quam ego tum obtinebo in cœlo & terra, ut explicatur Mat. 28. 18. Vide & Phil. 2. 9. reipsâ enim sentient Diabolum à me superatum, omnésque vobis se frustrà opponere[l]. Al. Convincet mundum de corrupto perversóque suo judicio, quo Christum & Apostolos, ut blasphemos & seditiosos, damnavit, quia Diabolus jam judicatus sit, ut pro lubitu non possit grassari; & Deus ex iniquo illo judicio elicuit bonum judicium, quo Christus mundi principem, qui in ipsum manus injicere ausus fuit, condemnavit[m]. Al. Κρίσις hîc, ut sæpe, ponitur pro κατάκρισις[n]. Sensus, *Arguet mundum*, existimantem se liberum, felicem, & benedictum, *de judicio*[o], ut cognoscat mundus judicium suum, h. e. condemnationem suam, cùm videat se jam in Principe suo damnatum[p]. Convincet mundum quòd damnatione dignus sit[q], & verè sit damnandus, nisi in me crediderit, quia Diabolus jam ejectus est è Regno suo[r]; quod ostendet Spiritus, eò quòd in nomine meo passim ejicietur idolis, (in quibus responsa dare nequeat[†],) templis, hominum corporibus, pectoribus, ac moribus[t], idque palàm & observante toto orbe[v]; unde patebit idem eos passuros esse qui Diabolo[x], veteri tyranno judicato & maledicto, adhærere & servire malint, quàm mihi victori & legitimo Principi, &c. Cùm ergò mundus id malit, arguetur ipse ultro suam servitutem ac damnationem optâsse, & sibi accersivisse[y].

12. *Adhuc multa* (alia hujusmodi[z], profunda mysteria[a], quæ Apostolicam functionem, & Ecclesiæ constitutionem[b], statum ac regimen tangunt[c]; non alios fidei articulos, de quibus dixerat, *omnia se iis patefecisse*, Joh. 15. 15. sed uberiorem eorum explicationem, certásque circumstantias, utpote abolitionem legum forensium atque ceremonialium[d], Sabbatique Judaici, rejectionem Judæorum[*], & vocationem Gentium[f]:) *habeo vobis dicere*] i. e. Habeo quæ vobis dicam[g], & possem & vellem dicere[h], nisi frustrà esset. Ità hæc phrasis accipitur Act. 19. 38. 2. Epist. Joan. 4[i]. *Sunt mihi adhuc quæ vobis dicam*, G. ex Sy. ¶ *Non potestis portare*] i. e. Animo capere[k], sive tolerare[l], intelligere[m]. ¶ *Modò*] Non tam quia turbati, quàm quia rudes estis, imperfecti atque imbecilli[n], & fascinati præjudiciis de temporali Christi Regno, &c[o]. Boni magistri est non omnia simul ingerere, sed suis dispensare temporibus, & quædam ad majorem Discipulorum maturitatem reservare, 1 Cor. 3. 1, 2, 3. Heb. 5. 11, 12[p].

13. *Cùm—venerit ille*] Ille Vicarius meus[q], meæ causæ Patronus. Constructio est κατὰ τὸ σημαινόμενον[r], quæ & Joh. 14. 26. & 15. 26. Sic Eph. 1. 13. τῷ πνεύματι—ὅς, &c. Simile Act. 26. 17. ἐθνῶν, εἰς οὕς, &c; Rom. 9. 23, 24. σκεύη ἐλέους, οὕς, &c; Gal. 4. 19. τεκνία—οὕς, &c[†].

¶ *Do-*

Marginal notes (left column): k Li. ho. Ger. ex Chrys. Tol. &c. · l Li. ho. · m Li. ho. sim. Ger. ex Chrys. &c. · n Ger. T. &c. · o Ger. Ham. · p Ger. sim. Bru. Me. Li. ho. Ham. · q Ger. · r G. · † Li. ho. sim. Ger. &c. · t Li. ho. · v Ger. · x Li. ho. · y Bru. · z Ger. · a Li. ho. · b Tol. · c Tol. T. · d Tol. · * Bru. · f Pi. sim. Bru. · g Me. sic Be. · h Be. · i Tol. sim. Ger. · k Ger. sim. Be. · l Ger. · m Li. ho. · n G. Pi. · o G. · p Ger. sim. Pi. · q Bru. ex Euthym. sim. Mal. · r Mal. · † Tol. · t Me. · v Li. ho. · x Mal. Bru. Pi. Tol. &c. · y Mal. · z Bru. · a Bru. Pi. · b Bru. sim. Tol. Ger. · c Calv.

Marginal notes (right column): d G. · * Q. in Ger. · f Li. ho. · g Tol. · h Li. ho. · i Tol. sim. Li. ho. · k Tol. · l Be. · m Q. in Ger. · n Al. in Ger. · o Bru. · p Mal. ex Aug. Bed. & Rup · q Me. sim. Bru. · r Me. · † Mal. · t Bru. sim. Mal. · v Bru. · x Me. · y Bru. · z Idem. · a Bru. Me. · b Be. · c Me. · d Ger. · * i. ho. · f Li. ho. Ger. · g Bru. · h Ger. sim. Mal. · i Ger. · k Bru. Ger. · l Ger. · m Bru. Ger. · n Bru. ex Aug. & Euthym. sim. Ger. · o Ger. · p G. · q G. sim. Bru. &c. · r G. · † Ger.

¶ *Docebit*, &c. Ὁδηγήσει, &c.] *Ducet* (vel, *Diriget*, Hi. in Zeg. vel, *Introducet*, Pi. Verbum valde emphaticum, q. d. ut Dux viæ, Matth. 15. 14. qui peregrinantem per loca ignota & periculosa ducit, ut Deus duxit Israelitas, &c. de quo hæc vox usurpatur Num. 24. 8. Deut. 1. 33. *Ducet*, per internam illuminationem ac inspirationem, per immediatam assistentiam & gubernationem. Τὸ *docere*, &c. terminatur in intellectu: sed *ducere*, &c. pertinet ad voluntatem, memoriam, affectum, &c [t].) *vos* (vel, *Dux viæ vobis erit*, Be.) *in omnem veritatem*, Er. V. &c. necessariam scil [v]. sive utilem ad bonum Ecclesiæ regimen [x], & ad fungendum officium vestrum, & quæ ad fidem moresque & ad Scripturas intelligendas facit [y]. Vos manu ducet ad perfectam cognitionem eorum quæ ad Ecclesias constituendas pertinent. Nam universalitas restringenda ad id de quo agitur. Tertul. *His verbis ostendit eos nihil ignorasse*, &c. Huc pertinet, ut suprà diximus, cognitio Regni Christi merè spiritualis, & ablatio Legis ritualis, teste Origene, [cujus verba vide in G.] & huc respicientes Apostoli in decreto aiunt, *Visum est nobis & Spiritui Sancto* [z]. ¶ *Non enim loquetur à semetipso*] Solo, sine me [a], aliena aut diversa ab iis quæ ego docui [b], ex Patris voluntate [c]. Nihil quod Deo Patri mihique visum non fuerit de se comminiscetur. Loquitur ut de legato. Sic Joh. 7. 18. & 14. 10. λαλεῖν Spiritûs S. est insinuare animis [d]. *Non loquetur à seipso*, quia non est à seipso, sed est *Spiritus ex Deo*, 1 Cor. 2. 12. ejusdem cum Patre & Filio essentiæ, sapientiæ, & voluntatis; ideóque testis verissimus & certissimus [*]. ¶ *Quæcunque audiet* (i. e. accipiet [f], intelliget [g], à Patre [h]; vel, à me [i]: de quo solo hoc dici suadent sequentia [k]. *Audire Spiritum Sanctum* est, rerum cognitionem unà cum natura procedendo accipere à Filio Dei [l], & à Patre [m].) *loquetur*] Sic Joh. 5. 30. & 8. 26 [n]. Dictum secundùm Dialectum gentis, *Si audierunt docent*, Sanhed. cap. 11. hal. 2. Ubi sermo est de Judice in Synedrio inferiori, consulente superiora Synedria [o]. Videtur hîc esse vocum metathesis: non enim promittitur quòd *Spiritus loquetur omnia quæ audiet*, quippe quæ infinita sunt; sed quod *quæcunque loquetur audiet*, i. e. non alia loquetur quàm quæ audiet [p]. ¶ *Quæ ventura sunt*, &c.] Non omnia, sed quæ vos scire aut vobis aut Ecclesiæ utile est [q]: v. g. præmia & pœnas vitæ futuræ [r]: ea verò præcipuè intelligit quæ in V. T. nondum fuere patefacta, nec sine Prophetiæ dono sciri poterant, v. g. afflictiones vobis imminentes, hæreses exorituras, adventum Antichristi, &c [†]. futura contingentia [r]: unde sciatis quàm certum sit illius testimonium [v]. Sensus, Spiritum Prophetiæ vobis infundet, quo futura prænoscatis, & adversùs instantia pericula, quæ metuitis, vos præmuniatis [x]. Quæ aut mundo, aut populo Judaico, aut Ecclesiæ, eventura sunt prænunciabit. Exempla vide Act. 11. 28. & 13. 1. & 20. 28, 29. & 21. 11. 1 Tim. 4. 1. 2 Tim. 3. 1. Eph. 4. 11. 2 Pet. 1. 14. & per totam Apocalypsin [y]. Verbum ἀναγγέλλειν significat, notitiam hanc ipsis à Spiritu communicatam non fore obscuram, & ambiguam, sed certam atque perspicuam [z].

[t] Ger. [v] E. sim. T. [x] T. sim. Bru. [y] Bru. [z] G. [a] Me. sim. Bru. [b] Me. ex Bru sim. Mal. [c] Mal. [d] G. [*] Ger. [f] Bru. T. G. [g] Bru. [h] G. Bru. Me. [i] Bru. T. Me. [k] Bru. [l] Bru. Me. [m] Me. [n] G. [o] Li ho. [p] Bru. [q] Ger. [r] Ger. sim. Bru. [†] Ger. [r] Bru. [v] Mal. [x] T. [y] G. [z] Ger.

14. *Me clarificabit*] Hoc ipso meam gloriam ostendet, quòd per me meis futura præsignificantur [a]. ¶ *De meo* (i. e. ex eo quod meum est [b]) *accipiet*] Tanquam ex archivis meis, ut legati solent [c]: nomine meo & veniet & loquetur [*]. *De meo*, i. e. de mea scientia [f], doctrina, aut instructione [g]: Evangelicam scil. doctrinam, cujus subjectum & materia est Christus, &c [h]. q. d. Non novam, aut meæ contrariam, doctrinam afferet [i]. Al. *De meo*, i. e. quæ Divinitatis sunt meæ, *accipiet* [k], ex me procedendo scilicet [l]; & vobis declarabit [m]. Cur ergò non dicit *meum*, sed, *de meo*, quo pars duntaxat significari videtur [n], quasi non acciperet totam Divinitatem [o]? Resp. Sic loquitur ratione effectûs annunciandi, quia non omnia annunciavit [p]. Sed cur non dicit, *accepit*, sed, *accipiet*, cùm hæc processio jam esset præterita [q]? Resp. Ut se accommodet tempori, quando annunciaturus est: nam & æternitas omne tempus complectitur, *accipiet*, & *accepit*, & *accipit* [r]. At agitur h. l. de testimonio, quod Spiritus Christo exhibiturus erat, quod oportebat esse conspicuum; quale non erat hæc processio, &c [†]. Verùm hæc processio Apostolis satis evidens fuit, nempe ex revelatione Spiritûs: & optima est connexionis ratio, *Sp. S. me glorificabit*, &c. quia scientiam illam Divinam, quâ futura vobis annunciabit, per æternam processionem à me accipit; ideo per hanc ipsam futurorum annunciationem, scientiâ Divinâ à me acceptâ factam, me glorificabit [t]. Spiritum S. esse Messiæ Spiritum agnoverunt olim Judæi: unde R. dixit ad Gen. 1. 2. *Hic est Spiritus Messiæ* [v]. ¶ *Et annuntiabit vos*] Est ἐπεξήγησις ejus quod præcesserat [x].

[a] G. [b] Bru. [c] G. [*] Ger. Mal. [f] Bru. ex Th. Euth. &c [g] Li. ho. [h] G. [i] Ger. [k] Tol. [l] Bru. [m] Tol. [n] Bru. [o] Tol. [p] Tol. Bru. [q] Mal. [r] Tol. [†] Mal. [t] Ger. [v] J. Cap. [x] G.

15. *Quæcunque habet Pater*, &c.] Divinam essentiam, sapientiam, potentiam, &c [y]. Confer Joh. 5. 19, 26. & 10. 30. & 14. 9, 10. & 17. 5, 10 [z]. Al. *Quæcunque*, etiam præscientiam & decreta de rebus futuris, quatenus Ecclesiam spectant. ¶ *De meo accipiet*, &c.] Quod de paterno accipit de me accipit. Filius enim alter Dominus rerum paternarum, Luc. 15. 31. Tertul. Spiritum S. vocat *Villicum* (i. e. dispensatorem) *Patris*, *Vicarium Christi*, Act. 2. 23. Peleus, apud Euripidem, de Pyrrhi nepotis sui rebus, Οὔκουν ἐκείνου τἀμά, τἀκείνου τ' ἐμά. (*Nonne igitur & mea bona illius, & illius bona mea sunt* ?) Tacitæ objectioni respondet, cùm essentia, quam Spiritus accipit, sit Patris, cur dicit Filius, *De meo accipiet* [b]? Nè id arrogantiùs dixisse, aut de Patris gloria detraxisse, judicaretur [c], respondet, eandem esse ipsius & Patris essentiam [d], & se per æternam generationem accepisse à Patre omnia quæ ipse habet; & ideo accepisse ut unum sit cum Patre principium Spiritûs S [*]. ut producendo, & simul cum Patre spirando, dem Spiritui naturam omnémque perfectionem, &c [f].

[y] Me. ex Bru. sim. Mal. Tol. Ger. &c. [z] Ger. [a] G. [b] Tol. [c] Bru. [d] Tol. sim. Bru. [*] Me. [f] Bru.

16. *Modicum*, Μικρὸν] *Paulisper*, vel *Pusillum* (vel, *Post exiguum*, G. sub. *tempus*, G. sic Bru.) *& non conspicietis me*, Er. Bru. Secundùm carnem scilicet [g]; vel personaliter [h]: quia citò moriar [i]. Idem Hebraismus Joh. 14. 19. Intelligendum hoc de spatio quod ad mortem restabat [k]. Malim locum intelligere de ascensu ejus in cœlum, post quem non viderunt eum ampliùs [l]. ¶ *Iterum modicum* (sub. *erit*, Bru. *Rursus post exiguum intervallum*, nempe quantum inter mortem & resurrectionem intercessit [m]; cùm scil. tertio die resurgam [n]: vel potiùs, quantum restat ab ascensione usque ad secundum adventum [o]: quod tempus *modicum* vocatur, ut *breve*, 1 Cor. 7. 29. confer 1 Joh. 2. 18 [p].) *& videbitis me*] Scil. secundùm carnem, redivivum, sanum, immortalem [q]; & ego vos videbo, ut mox explicat. Videbimus alter alterum [r] in resurrectione mea [†]: iterum fruemini meo conspectu [t]. Al. *Videbitis me*, virtualiter, aut operativè, in influxu meo, & largitione Spiritûs [v]. ¶ *Quia vado ad Patrem*] Per mortem & resurrectionem [x]: utrumque enim comprehendit hæc via [vel *abitus*] ad Patrem: nam resurgens ad cœlos ascendit; at non resurrexit nisi ex morte [y]. Dat rationem utriusque intervalli [z], sive brevis moræ [a], sublatæ & redditæ visionis [b]: quia scil. ex hac vita mortali transit in immortalem, ut ibi regnet cum Patre [c]. [Sensus,] Non enim manebo in morte, sed ad Patrem ibo, transitum quasi per vos faciens, Joh. 7. 33. & 13. 3, 33. & 16. 5 [d]. Al. Quoniam transeo ad æternam gloriam, unde futurum est ut vobis adsim, idque efficaciùs quàm olim in carne, &c [*].

[g] Bru. [h] Li. ho. [i] Bru. Me. sic Mal ex Aug. Tol. [k] G. [l] Li. ho. [m] G. [n] Me. sim. Be. Bru. Tol. Ham. [o] Mal. ex Aug. [p] Mal. [q] Bru. [r] G. [†] T. [t] G. sim. Bru. [v] Li. ho. [x] Tol. T. [y] Tol. [z] Bru. [a] Me. [b] Bru. [c] Me. sim. Bru. [d] G. [*] Be.

17. *Ex discipulis*] Sub. *quidam*, Be. Bru. G. quales locos aliquot notavimus, Mat. 27. 9. ¶ *Ad invicem*] Vel, *Alii ad alios*, Be. Pi. &c. mussitando ut exaudiri nequirent [f], ut explorarent an quisquam intelligeret [g]. ¶ *Quid est hoc*, &c?] In animum inducere non poterant mortem tam propinquam instare [h]; nec sciebant ipsum mox à morte resurrecturum, &c [i].

19. *Cognovit*, &c.] Vi suâ Divinâ [k].

20. *Plorabitis*, &c.] Me capto, crucifixo, mortuo [l]. Vide Luc. 23. 27 [m]. ¶ *Mundus* (i. e. impii [n], Judæi inimici mei, mundi amatores [o]:) *autem gaudebit*] Illudent mihi milites, Matth. cap. 27. ver. 27. etiam Judæi eorúmque proceres, ib. 39, &c. Pharisæi, tanquam me devicto, triumphabunt, 63 [p]. ¶ *Vertetur*, &c. Εἰς χαρὰν γενήσεται] *In gaudium erit*, seu *fiet*, Bru. vel, *vertetur*, G. ex Vulg. & Sy. Hebraismus [q]: vel, *evadet*, Be. Pi.

21. *Mulier* (sub. *sicut*, Bru.) *cùm parit*, &c.] Id est, parturit, nititur ad edendum partum [r]. Egregiâ comparatione rem illustrat. Passim dolores maximi parturigini comparantur. ¶ *Hora ejus*] Id est, tempus dolorum [†]: *Dies partûs ejus*, Bru. ex Sy. ¶ *Non meminit*, &c.] Id est, non curat, nihil facit, nec pœnitet ejus [r]. ¶ *Quia natus est homo* (Sic dicimus, *Hominem*

[f] G. [g] Bru. [h] G. sim. Bru. [i] Bru. al v. 18. [k] G. [l] G. sim. Bru. Me. &c. [m] G. [n] Pi. [o] Bru. Me. [p] G. [q] Idem. [r] Bru. [†] G. [r] Bru.

nem natum te memineris [v] :) *in mundum*] Id est, Quòd genus humanum novâ prole auxerit [x].

22. *Nunc—habetis*] i. e. Mox habebitis [y], ad breve tempus, ut puerpera. Antiquus ille in Anglia manuscriptus pro ἔχετε habet ἕξετε [z]. ¶ *Videbo vos*] Id est, Invisam vos, præsentem ac redivivum me vobis exhibebo [a]: adero vobis conspiciens & conspiciendus [b]; idque, vel, 1. à Resurrectione usque ad Ascensionem [c]: vel potiùs, 2. in secundo meo Adventu, quo vos ità videbo ut in Regni possessionem inducam, Joh. c. 14. v. 3. [d]. ¶ *Gaudebit*, &c.] Implementum vide Joh. c. 20. v. 20 [*]. ¶ *Gaudium vestrum nemo tollet*, &c.] Αἴρει, pro ἀρεῖ qualia jam sæpe habuimus. Et *gaudium* intellige causam gaudii, perpetuam vitam ac potestatem Christi. Hæc causa gaudii non cessabit, etiam postquam secundò subtractus erit ipsorum conspectui: erit enim ubi inimici ei nocere nequeant, Joh. 7. 34; nec ille *moritur ampliùs*, Rom. 6. 9. Quare Christiani *non videntes quidem eum, sed credentes, gaudent*, &c [f].

23. *In illo die*] Cùm gaudebitis mei causâ, quamvis absentis [g]. Qu. Quando hæc promissio fuit impleta [h]? Resp. Vel, 1. vitâ futurâ [i]: ubi solùm perfecta erit cognitio, &c. Vide 1 Cor. 13. 9, 10. 2 Cor. c. 5. v. 7. 1 Joan. 3. 2. Vel, 2. quod malim, in hac vita, ut multa docent: 1. Sequens promissio, *Quæcunque petieritis*, &c: quæ ad hanc vitam pertinet: [quod & Mal. agnoscit.] 2. Connexio cum præced. *Gaudebitis*, &c. in hac vita scilicet. 3. Quòd hoc idem antè promissum erat, Joan. 14. 20. 26. & 16. 13. quod in hac vita impletum ostendimus. 4. Collatio similium promissionum, ut Esa. 11. 9. & 54. 13. Jer. 31. 34. 5. Complementum ejus, Luc. c. 24. v. 45. Hic ergò impleta est inchoatè, plenè autem in vita futura [k]. *In illo die*, nempe à Resurrectione ad Ascensionem, & deinceps [l]: die Pentecostes [m]. ¶ *Me*, &c. Ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδὲν] Ἐρωτᾷν significat tum *petere*, ut Matth. 15. 23. Marc. 7. 26. Luc. 7. 3. &c; tum *interrogare*, ut Matth. 16. 13. & 21. 24. Joan. 1. 19, &c. qui enim interrogat, rei alicujus explicationem petit; & qui petit, quasi interrogat eum à quo petit, &c. Hinc variant [n]. *Me non obsecrabitis*, sive *orabitis*, *quicquam*, Q. in Zeg. Quia ἐμὲ præcedit, omnino sentio hoc membrum oppositum esse ei quod sequitur. Angebantur Apostoli quòd Jesum non habituri erant præsentem, quia si quid esset mali aut periculi ad eum recurrebant, ipsum precibus sollicitabant. Vide Mat. 8. 25. & Joan. 11. 21 [o]. Al. *Me non interrogabitis quidquam*, Bru. ex Vulg. sic Tol. Mal. Ger. Ham. &c. scil. eorum quæ jam interrogatis [p], de abitu & reditu meo [q], ut suprà v. 17, 19. & Joh. 13. 36. & 14. 5 [r]. restringendum enim est ad subjectam materiam †. *Nihil ex me sciscitabimini*: quia omnia perspicuè scietis [s], ex eventu [v], & ex illustratione Spiritus [x]. Huic interpretationi favent: 1. Quòd ἐρωτᾷν ità sumitur v. 19. quò & hìc respicitur. 2. Christus de petitione agens verbis seq. non utitur verbo ἐρωτᾷν, sed αἰτεῖν [y]: quòd si hæc sententia conjungeretur sequenti, idem verbum repetitum esset [z], & δὲ, vel ὅτι, additum fuisset; siquidem posterior sententia esset ratio prioris [a]. ¶ *Si quid petieritis*] Novo argumento eos consolatur [b], Quia nihil illis deerit, ipso absente, etiam inter adversa, si Patrem petierint [c]. Hoc beneficium percipietis ex abitu meo, quòd preces vestræ exaudientur: vel sic, Post mentionem Spiritus aptè sequitur invocatio, quam Spiritus nos docet, Rom. 8. 26. Gal. 4. 6 [d]. Al. Declarat hìc unde tanta illis intelligentia: quia scilicet ex Deo, sapientiæ fonte, haurire licebit [*]. ¶ *In nomine meo*] Sicut mos est Ecclesiæ orare, *Per Dominum nostrum Jesum Christum*. Vide ad Joh. 14. 13, 14 [f]. Phrasis hæc est S. Scripturæ peculiaris [g]. [Sensus,] q. d. meâ causâ, per me ut mediatorem [h]; intuitu meritorum meorum [i]. ¶ *Dabit vobis*] Pater mecum [k]. Intelligendum hoc sub tacitis quibusdam conditionibus: de quibus actum & Joh. 14. 13, &c. & Matth. 18. 19. & 21. 22 [l].

24. *Usque*, &c. Ἕως ἄρτι] *Usque adhuc*, Be. Bru. Pi. *Usque nunc*, Bru. ex Sy. *In hunc usque diem*: ἄρτι pro νῦν, Matth. 3. 15. & 9. 18. & 11. 12, &c [m]. ¶ *Non petiistis quidquam in nomine meo*] At multa antè petierunt, v. g. ut se orare doceret, Luc. 11. 1. ut fidem sibi adaugeret, Luc. 17. 5 [n]. Quin & pii in V. T. propter Messiam exauditi sunt [o]: à mundi principio nihil ad salutem pertinens impetratum est, nisi virtute Christi, & propter justitiam ejus [p]. Orârunt omnes fideles in nomine Messiæ, præsertim ii qui Jesum agnoscebant Messiam [q]. [Quî ergò hoc verum?] Resp. Ignoratus erat ille precandi mos, & vim suam præcipuè accepit ex obedientia Christi in morte præstita [r]. Non fuit hic communis petendi modus, sed Prophetis tantùm & Patriarchis usitatus †. Non sic oraverunt veteres nisi implicitè & sub umbris, v. g. coràm Arca, &c [t]. Plerosque ex iis latebat tum Trinitatis mysterium, tum Verbi incarnatio [v]. Quin & Discipuli admodum tenuiter illum pro Messia agnoscebant; Mediatoris officium tunc valde obscuratum erat [x]. Mediator nondum palàm agnitus fuit [y]: necdum Christus illud peregerat officium, homines Deo morte suâ reconciliando, aut ascendendo in cœlum ut interpellaret pro eis, &c [z]. *In nomine meo*, scil. tanquam redemptoris vestri & mediatoris, &c [a]. Al. Hoc opponit præsentiæ suæ: non enim solemus quidquam petere, aut agere, nomine præsentis, sed absentis; q. d. Quod hactenus à me petiistis, deinceps à Patre petite nomine meo [b]. Al. Intelligendum hoc de donis Spiritûs extraordinariis, v. g. virtute edendi miracula, Spiritu Prophetiæ, &c. Hæc, inquit, nondum petiistis in nomine meo, nec opus erat petere, cùm ipse præsens essem qui ea exhiberem pro necessitate vestra [c]. ¶ *Petite*, &c.] Vide exemplum Act. 4. 24. & confer v. 33 [d]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἡ χαρὰ, &c.] *Ut gaudium vestrum sit plenum*; id est, copiosum, perfectum. Pertinet hoc ad vitam & præsentem, & futuram [*]. Ut perficiatur gaudium quod vobis obtigit per meam evectionem. De locutione vide Joh. 15. 11 [f]. Τὸ *ut* hìc non causam significat [g], sed consecutionem [h]. q.d. Si abeam, perfectius gaudium consequemini. Non hoc ipsum petere jubet ut gaudium plenum sit, sed propterea petere ut gaudium plenum sit [i]. Al. Refertur hoc ad τὸ *accipietis* [k], & ἵνα est ἐκβατικὸν ut describatur consequens & effectus exauditionis, scil. perfectio gaudii, &c [l].

25. *Hæc* (de orando in nomine meo, de abitu & reditu meo, de Patre, Paracleto, &c [m].) *in proverbiis* (i.e. subobscurè [n], & quasi sub umbris & involucris [o]; allegoricè [p], & ænigmaticè [q]:) *locutus sum vobis*] Verba quæ *esse* vel *facere* significant, quandoque pro rei opinione ponuntur: ut Matth. 10. 39. *Qui invenit*, &c. id est, putat se invenire, &c. & 13. 12. *Qui habet*, i.e. putat se habere, Luc. c. 8. v. 18. Et Rom. 7. 9. *Ego vivebam* i. e. vivere videbar. Ità h. l. *locutus sum*, i.e. loqui visus sum [r]: non ex veritate, sed ex Apostolorum opinione, hoc dicit †, quia Christum non intelligebant, &c [t]. alioqui satis apertè locutus fuit [v]. Non tantùm figuratus sermo, sed & qui generalis est minúsque distinctus, vocatur משל, παροιμία, sive παραβολὴ, Hellenistis; ut Ezec. 20. 49. Talia autem erant hæc præcedentia: nondum enim intelligebant Apostoli cujus generis essent illa quæ essent impetraturi [x]. ¶ *Venit hora*, &c.] Vel, 1. in vita futura [y]: vel, 2. post meam resurrectionem [z], per 40 dies [a]: vel, 3. per Spiritum Sanctum [b], maximè in Pentecoste [c]. ¶ *Palàm*, &c.] Apertissimè & explicatissimè aperiam vobis per Spiritum quæ sit Patris voluntas de Regno meo, & qualia ipsum precari debeatis. Vide Act. 10 [d].

26. *In nomine meo petetis*, (nova & auctiora gratiæ beneficia [*],) *&*] Hoc, *&*, habet vim conditionis in præcedente membro, ut diximus 7. 34. Deinde est ἔλλειψις quædam, aut potiùs ἀναν απόδοτον. Sensus est, Si quid petieritis vobis ob me dari, id Pater dabit [f]. ¶ *Non dico vobis quia* (vel, *quod*, Bru.) *rogabo* (vel, *orabo*, Bru. &c.) *Patrem de* (vel, *pro*, Bru. Ger. περὶ pro ὑπὲρ, ut Matth. 26. 28. Marc. 1. 44. Joan. 17. 9. &c [*].) *vobis*] Præterea hoc quasi minus eo quod jam inferam. Sic Joh. c. 5. v. 45 [g]. At Christus dixerat, *Ego rogabo Patrem*, &c [h]. Christus pro nobis interpellat, Rom. 8. 34. Heb. 7. 25. Quomodo ergò hoc dicit [i]? Resp. 1. Non negat se rogaturum, sed dicturum fore ut roget [k]. At verba sequentia, *Pater amat vos*, significant, non esse rogaturum, quia opus non erit, quia Pater eos amat [l]. Non evertit Christi intercessionem, sed supra omnia commendat Patris dilectionem. Sic passim Christus in speciem removet causam secundariam ac leviorem, ut primariam tantò magis commendet, ut Joh. 9. 3. & 12. 44. Adde Psal. 51. 4.

Marginalia (left column): [v] G. [x] G. sim. Bru. [y] Eru. [z] G. [a] Eru. [b] G. [c] Plerique in Mal. [d] Mal. [*] G. sim. Eru. [f] G. [g] G. [h] Ger. [i] Greg & Bed. in Ger. Mal. ex Aug. [k] Ger. [l] Ger. sim. Ham. [m] Plerique in Mal. [n] Ger. [o] G. [p] Bru. T. &c. [q] Bru. sim. Tol. Mal. Me. Ger. [r] Bru. sim. Ger. † Bru. sic Tol. [s] Ca. sic Me. Eru. [v] Me. ex Bru. [x] T. sim. L. [y] Ger. sim. Ham. [z] Tol. [a] Ger. [b] Tol. sim. Bru. [c] Eru. sim. Tol. [d] Ger. [*] Calv. [f] G. [g] Er. [h] Bru. [i] T. sim. Tol. Eru. [k] Bru. [l] G. [m] Ger. [n] Mal. Ger. [o] Ger.

Marginalia (right column): [p] Tol. [q] Li. ho. [r] G. † Tol. [t] Q. in Ger. [v] Bru. [x] Be. [y] Calv. [z] Ger. [a] Bru. Me. [b] Mal. [c] Li. ho. [d] G. [*] Bru. [f] V. [g] Tol. Me. [h] Tol. Bru. Me. [i] Mal. [k] Ger. ex Cyr. & Euthym. Bru. [l] Ger. [m] Bru. sim. Mal. [n] Me. T. sic Bru. V. [o] T. [p] Be. sic V. [q] Ee. [r] Glas. gram 3. 3. 18. 282. † Mal. [t] Mal. Glas. [v] Mal. [x] G. [y] Cyr. & Greg. in Mal. [z] Chrys. in Mal. Me. Bru. [a] Bru. ex Chrys. [b] T. sic Mal. ex Aug. [c] T. [d] G. [*] Bru. [f] G. [*] Ger. [g] G. [h] Me. [i] Mal. [k] Euthym. in Mal. [l] Mal.

51.4. 1 Cor. 3. 7[m]. Discipuli de discessu Christi dolebant, quia ille rogare Patrem pro iis potuerit[n]. At, inquit, non indigebitis precibus meis[o]. Nomen quidem & meritum meum necessarium est, oratio mea non est vobis necessaria, ut impetretis quæ in nomine meo petieritis[p]. Pater vel me tacente[q], vobis etiam non petentibus[r], beneficia sponte suâ dabit[†].

27. *Ipse*, &c. Αὐτὸς, &c.] h. e. Αὐτόματος, *ultroneus*[t], vel, αὐτοκέλευστος ut habet Nonnus[v]. Ultro, etiam me non commendante, amat vos; ac proinde (quod subintelligi diximus) dabit quæ petitis[x]. Sponte & per se properat ad audiendas preces vestras[y]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι, &c.] *Quia vos me amâstis*, Be. Pi. &c. Ὅτι modò consecutionem, modò causam, significat[z]. [Qu. Quomodo hîc sumendum?] Resp. 1. Αἰτιολογικῶς, *causaliter*[a]. [Sensus,] Hæc causa novæ ac specialis cujusdam dilectionis quâ Pater Christianos prosequitur. Vide Joh. 14. 21, 23[b]. Absolutè quidem Deus prior amat quàm homo credat, 1 Joh. 4. 10. cùm homo ideo credat, & diligat, quia dilectus à Deo priùs est, *& nemo potest venire ad Christum, nisi à Patre tractus*, Joh. 6. 44. neque verò hujus amoris est causa ex parte hominum. At amor Divinus adhuc procedit: amat Deus amore consequenti quo nova beneficia confert, & hujus causa esse potest bonum jam homini collatum. Deus enim justos propter dona ex amore suo collata diligit, etiam nova conferendo[c]. Actus dilectionis duo sunt, 1. bonum velle alteri & facere: 2. complacere sibi in bono facto. De amore complacendi hîc loquitur. Prior dilexit nos Deus benefaciendo & donando fidem & dilectionem Christi, diligit postea in eo ipso quod dedit complacendo[d]. 2. Συλλογιστικῶς, *ratiocinativè*, ut non causa rei significetur, sed præcedentis assertionis probatio; quòd scil. amor ipsorum certum sit Divini amoris erga ipsos argumentum, testimonium & signum. Probatur hic sensus, 1. ex scopo; qui non est Apostolorum merita extollere, sed gratuitum Patris favorem, &c: 2. ex collat. 1 Joh. 4. 10: 3. ex loco parallelo, Luc. 7. 47[*]. ¶ *Et credidistis quia* (vel, *quòd*, Bru.) *ego* (homo licèt[f],) *à Deo exivi*] Nascendo scilicet, naturalis Dei Filius sum[g]. Credidistis me verè à Deo missum, Joh. 8. 42. & 13. 3[h].

28. *Exivi*, &c.] Confirmat eos in eo quod crediderant[i]. ¶ *Veni in mundum*] Hunc inferiorem[k]. Ostendi me hominibus sermone & operibus, Joh. 1. 9. & 3. 19. & 6. 14. & 9. 39. & 11. 27. & 12. 46, 47[l]. ¶ *Iterùm*; ità Be. Pi. Πάλιν] *E diverso*, seu *converso*: Invertit enim terminos utriusque membri hujus versûs[m]. *Vice versâ*: ità sæpe πάλιν non Iterationem, sed Oppositionem, significat. Vide Matth. 4. 7[n]. ¶ *Relinquo mundum*] Quoad corporalem præsentiam[o]. Subtraham me hominum conspectui. Est enim Præsens pro Futuro, & de Adscensione agitur. ¶ *Vado ad Patrem*] In arcem paternam[p].

29. *Nunc palàm loqueris*] Quia nunc addiderat illud, *relinquo mundum*, incipiunt intelligere de quali profectione ageret[q]. Senserunt forsan aliquem profectum, illustrationémque animi, &c[r]. q. d. Jam apertè intelligimus, &c[†]. Plus justo in spirituali cognitione sibi arrogant[t]. Al. Non de verbis, sed factis Christi, loquuntur; q. d. Non opus est verbis, satis clarè loqueris factis declarando cogitationes nostras, &c[v]. Sed de verbis eos loqui constat ex collat. v. 25[x].

30. *Nunc scimus* (docti experientiâ[y]) *quia scis* (vel, *te scire*, Pi. &c.) *omnia*] Scil. ex te ipso, nullo docente[z]: quia antequam interrogatus esses à nobis, nôsti nos non intellexisse sermonem, ac propterea voluisse te interrogare[a]: vidisti quà in parte hæsitaremus[b]. [Vide v. 19.] ¶ *Et* (Repete ὅτι, *quòd*, ex præcedente membro[c],) *non opus est*, &c.] Scil. ad hoc ut noveris quid Discipulis tuis obscurum sit, &c[d]. Non opus habes ut qui tua verba non intelligit, enunciet quid sit quod non intelligat. Est hîc Indicativus pro Subjunctivo, more Hebræorum[*]. Al. Chrysost. legit, οὐ χρεία σοι, *non opus est*; quod simplicissimum est: q. d. Nunc tam planè loqueris ut non opus sit nobis de dictis ampliùs ex te quærere; quod antea sæpe fecimus[f]. ¶ *In*, &c. Ἐν τούτῳ, &c.] *Ob* (vel, *Per*, Be. Pi. Ex, Bru.) *hoc credimus*, &c. i. e. Magis ac firmiùs credimus: ut Joh. 2. 11. Divinum est introspicere cogitata[g].

31. *Modò*, &c. Ἄρτι πιστεύετε] *Nunc creditis?* Be. Pi. Di. Interrogatio miserentis[h], & jactantiam (securitatémque[i]) reprehendentis[k]. Apud Nonnum adscribitur quidem interrogatio, ἐμοὶ πιστεύετε μύθῳ; sed malè, ut ostendit quod sequitur, ἔρχεται ὥρα. Puto [hîc] rectiùs legi sine interrogatione, & sumendum[l], vel, 1. pro Imperativo[m], ut sumpsit Syrus[n], & Arabs: ut sensus sit, Dicitis vos jam credere. Bene habet. Opus tamen habetis ut iterum maneam, & dicam, credite[o]. Vel, 2. pro Indicativo, *Jam quidem creditis*, i. e. profitemini vos credere dum tutum est: ἄρτι præsens tempus hîc notat, ut Joh. 5. 17. & 9. 25. & 13. 19. & alibi[p].

32. *Venit* (vel, *Imminet*, G. sim. V.) *hora, & jam venit*] Vel, *imò jam nunc adest*. Paucarum enim horarum spatium intererat. Præsens pro Futuro proximo[q]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὰ ἴδια] *In*, vel *Ad*, *sua*, Er. Be. Pi. V. Bru. &c. *In locum suum*, Di. ex Sy. & Ar. In varia loca, alius huc, alius aliò[r], ubi se tutum fore putat[†]. *In sua quisque latibula*. Nam ἴδιον dicitur etiam ubi quis pro tempore divertitur. Vide Joh. 1. 39. & 10. 3[t]. *In patriam*, Galilæam videlicet, quæ non erat Pilato & Hierosolymitanis obnoxia, Matth. 28. 10. quò illos se recepisse constat ex Joh. 21[v]. ¶ *Et me solum*, &c.] Mat. 26. 56[x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ, &c.] *Attamen*, &c. Est enim explicatio speciem habens ἐπανορθώσεως. Quid dico me solum futurum? Pater mihi aderit[y]. ¶ *Pater mecum est*] Semper, & tunc erit mihi auxilio, &c[z]. Permittit me quidem ad tempus malè tractari, sed ità ut non abjiciat curam mei, neque me sine solatiis relinquat. *Cum aliquo esse* est, Stare ab ejus partibus, Auxilium ei præstare. Vide Joh. 8. 29[a].

33. *Hæc*, &c.] Vel, 1. de fuga vestra & fide infirma[b]. q. d. Hæc non temere disserui, aut sine causa, nec vos reprobandi, sed potiùs animandi, causâ; ut præmoniti à me, ac proinde præmuniti, me nunquam deseratis[c]. Vel, 2. de meipso, quòd sim Filius Dei, mundi victor, &c. item de mundi contra vos odio. Vel, 3. de meo auxilio[d]: me, etiam in gravissimis malis, non cariturum Patris auxilio. ¶ *Ut in me pacem habeatis*, Ἔχητε] Iterum Indicativus pro Subjunctivo[*]. *In me*, i. e. in fiduciâ mei[f], sive mearum promissionum. Nam, si me in media cruce Pater non relinquet sine auxilio, nè vos quidem relinquet[g]. *Pacis* nomine intelligit, vel, 1. reconciliationem cum Deo, ut Rom. 5. 1[h]. vel, 2. animum tranquillum[i], fortem, constantem, & interritum[k]; quod ostendunt sequentia[l]: ut non scandalizemini, aut turbemini in me propter ea quæ eventura sunt[m]; vel saltem in scandalo non permaneamini, sed citò resurgatis, & in pacem cum Christo reversi, in ea perseveretis[n], quamvis tentationibus impellentibus, &c[o]. quod & factum est[p]. Ut propter calamitatem meam futuram animum non despondeatis, vel securi sitis[q]. ¶ *In mundo*, &c.] Id est, A mundo, ex parte multorum hominum[r]. Ab hominibus affligemini[†]. ¶ *Sed confidite*, Θαρσεῖτε] *Sumite animum* meo exemplo[t], à me sperantes auxilium[v]. ¶ *Ego vici* (Præteritum rursus pro proximè futuro[x], tum ob certitudinem, tum ob propinquitatem, victoriæ[y]. *Vici* autem, non privatim mihi, sed vestrâ potissimùm causâ[z], & vestro loco[a]; idque merito mortis meæ[b]. Nam excellentissimè mundi furores vicit cùm mortem patientissimè pertulit. Subintelligendum autem, *hoc faciendo vobis vires peperi quibus armati idem faciatis*, 1 Cor. 15. 57. 1 Joh. 4. 4. & 5. 4, 5. Apoc. 12. 11[c].) *mundum*] Quia scil. vici *Principem mundi*, Joan. c. 12. v. 31[d]. & peccatum in mundum introductum, mundi mores & vitia[*]. *Mundum* appellat totum id quod Legi Dei[f], suorúmque paci & saluti, adversatur, sint adversa, sint prospera[g]; omnia quæ in mundo sunt, honores, divitias, voluptates, persecutiones, malos homines, Dæmones, & quicquid est quod hominem à Deo avertere tentat. Christus tyrannidem, quam mundus in hominem habebat, quæque insuperabilis habebatur, destruxit[h]; tantámque homini gratiam promeruit[i], ut qui in Christo per gratiam manet, ejus viribus fultus, & viribus datis utens[k], possit, si velit, mundum vincere[l], 1 Joh. 4. 4[m]. & 5. 4[n]. Nè ergò vobis metuatis de mundo, de persecutoribus vestris, &c[o]. Vobis quidem pugnandum est, Eph. 6. 12. sed cum hoste prostrato[p].

CAP.

[m] J. Cap. [n] Tol. [o] Tol. sim. Bru. Mal. Me. [p] Tol. [q] J. Cap. [r] Mal. [†] Mal. sim. J. Cap. [t] Cas. ex Er. [v] Cas. [x] G. [y] Be. [z] Tol. [a] Q. in Ger. sic Tol. &c. [b] G. [c] Tol. [d] Tol. ex Aug. [*] Ger. [f] Bru. [g] Bru. sim. Mal. [h] G. [i] G. [k] Bru. [l] G. [m] Bru. [n] G. [o] L. sim. Pi. [p] G. [q] G. [r] Bru. [†] Me. sim. Bru. [t] Ger. [v] Mal. [x] Ger. [y] Bru. Me. [z] Me. [a] Tol. sim. Be. [b] G. [c] Pi. [d] Me. [*] G. [f] Be. [g] G.

[h] Pi. [i] Be. [k] Pi. Mal. ex Chrys. Cyr. &c. [l] G. [m] Q. in G. [n] G. [o] Di. [p] G. [q] G. [r] Bru. [†] V. [t] G. [v] Be. [x] Bru. G. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Bru. [c] Mal. ex Chrys. Cyr. &c. [d] Mal. [*] G. [f] Be. sim. Pi. [g] G. [h] Cyr. & Euthym. in Mal. [i] G. sic Mal. Bru. Me. T. [k] Bru sim. Mal. Tol. &c. [l] G. [m] Bru. sic Tol. [n] Bru. [o] Tol. [p] Bru. [q] V. [r] G. [†] V. [t] G. sim. Bru. [v] Bru. [x] G. [y] Ger. [z] Bru. sim. Ger. [a] Ger. [b] Bru. [c] G. [d] Mal. Ger. [*] Ger. [f] Tol. [g] Bru. [h] Tol. [i] Bru. sim. Tol. [k] Tol. [l] Bru. sic Mal. Tol. [m] Bru. [n] Tol. Ger. [o] Ger. [p] Mal.

CAP. XVII.

1. HÆC, &c.] Id est, His dictis. Consolationi addit preces [a]. ¶ *Sublevatis*, &c.] Habitus orantis [b]: ritu Pontificis pro se & pro populo oraturus, Heb. 5. 3, 7. Et credibile est factum hoc in conspectu Templi, cùm isthâc Christus transiret ac nonnihil subsisteret. Nam pars porticûs Templi Septentrionalis & Orientalis proxima erat valli Cedron, ut nos docet Josephus, Belli Jud. 6. 19 [c]. ¶ *Dixit*] Oravit, ut doceret nos, & fructum doctrinæ à Deo petere, & spem omnem in Deo ponere, &c [d]. ¶ *Venit hora*, Ἡ ὥρα] *Hora illa*, Tol. Bru. Be. Pi. &c. à te mecum præfinita [*], de qua sæpe dictum [f]: hora mortis meæ [g]: tempus non tantùm quo cruciatus patiar gravissimos, sed & quo prodar, damner, illudar, contemnar [h]: auxilium peto tempore opportuno [i]. ¶ *Clarifica Filium tuum*] i.e. me [k]: vel, 1. ut Deum, qui glorificari dicitur, quoad notitiam & manifestationem sui [l]: vel, 2. ut hominem [m]: nam, ut Deus, poterat hoc sibi ipse præstare [n]. *Glorifica*, nempe celeri resurrectione [o], & evectione in cœlum. Vide Joh. 11. 4. & 12. 28. & 13. 31 [p]. Palàm ostende Filium tuum non esse hominem impium & mendacem & qui nihil habet Divinitatis [q]; sed omni honore, laude, & cultu, dignum; nè me, ut vilem & infamem, ob mortem crucis contemnant homines [r]: patefac mundo mysterium adventûs tui: in quo & Divinitas Christi, & incarnatio, & redemptio, & cætera mysteria comprehenduntur ad salutem pertinentia. Sic orat, quia in morte maximè Divinitas occultabatur, & multi scandalum indè passuri erant; & mundum jam relicturus erat, nec ampliùs prædicaret, aut miracula patraret, &c†. ¶ *Ut Filius tuus clarificet te*,] Deum Patrem suum [t]: ut tuam Divinitatem, gloriam, omnémque perfectionem, omnibus manifestem; nempe per mortem meam, resurrectionem, &c [v]. Per hæc enim toti mundo (cui Deus aut prorsus, aut propè, ignotus erat [x],) innotuit mysterium Trinitatis, & bonitas, potentia, sapientia, justitia Dei infinita [y]. ¶ *Ut—glorificet te*, efficiendo ut Evangelium prædicetur per orbem terrarum, Joh. 15. 8 [z]. Significat se id petere, non ut gloria in ipso sistat, quà homo est; sed ut refundatur in Deum [a], velut in fontem & auctorem [b].

2. *Sicut* (Καθὼς hîc sumitur, vel, 1. συγκριτικῶς, (*comparativè* [c]:) & similitudinem denotat, quandámque æqualitatem; q. d. da tantam claritatem, quantam dedisti potestatem, ut non unus duntaxat populus, sed omnes homines, quippe quos curæ meæ commisisti, me Filium tuum, & Redemptorem, agnoscant [d]. Vel, 2. αἰτιολογικῶς, pro ὅτι [*] ut rationem denotet, ac sensus sit, *Juxta quod*, *Eâ ratione quâ*, vel, *Eò quod*, *dederis ipsi potestatem* [f]. Καθὼς hîc rationem reddit præcedentium, & valet, *Siquidem* [g]) *dedisti* (i.e. daturus es [h]: vel, daturum te promisisti, ut in Jure sæpe. Nam jus hoc ei traditum est post resurrectionem, Mat. 28. 18 [i].) *ei* (nempe ut homini [k], & Redemptori [l],) *potestatem*] (i.e. auctoritatem, sive imperium [m],) *omnis carnis*] Vel, *in*, vel *super*, *omnem carnem*, Be. Bru. Pi. Ger. ex Sy. ut *potestas spirituum*, Matth. 10. 1. i.e. *super spiritus*, Luc. c. 9. v. 1; *potestas luti*, Rom. 9. 21. i.e. super lutum; ut sit Genitivus objecti, ac subaudiatur κτ, vel ἐπάνω, ex collat. Luc. 19. 17. Joan. 19. 11 [n]. *Carnem*, i.e. hominem [o], ut sumi Hebræis notum satis [p]. Vide Matth. 24. 22. Luc. 3. 6. &c [q]. Intellige, in omnes homines [r] servandos, aut damnandos, Joh. 5. 27 †. Ostendit quomodo per Evangelium clarificandus sit Pater, quia per illud nullis aliis vita æterna promittitur quàm qui Deum Patrem sincerè colunt [t]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας, &c.] *Ut omne quod dedisti ei*, *det eis* (sub. *& tandem*, V.) *vitam æternam*, V. *Ut quotquot* (vel, *omnibus*, Bru. scil. hominibus quos [x]) *dedisti ei* (id est, subjecisti ei [y], tanquam redemptori & mediatori [z],) *det eis vitam æternam*, Be. Pi. Bru. &c. Hebraismus [a] duplex [b], [imò triplex:] 1. Πᾶν ὃ, pro πᾶσι [c], vel, πάντη [d], vel, κτ πᾶν. 2. In numeri mutatione, *ei*, *eis*, quia singulare illud quoad sensum erat plurale [f]: αὐτοῖς est constructio κτ σημαινόμενον [g]. 3. In repetitione relativi [h], post antecedens, ut Joan 1. 27. 1 Pet. 2. 24 [i]. Est hîc ἀνακόλουθον & Solœcophanes [k], intellige respectu elegantioris linguæ Græcæ, non linguæ Hellenisticæ, in qua Nominativus absolutus, qui deinde per pronomen in obliquum mutatur, elegantiam habet. Neque aliter Hebræi, Syri, & Arabes, loquuntur. Tale est illud, Joan. 6. 39. Ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ. Πᾶν ἐξ αὐτοῦ, i.e. ἐκ πάντων [l]. Relativum ὃ, juxta usitatum Græcismum, τὸ πᾶν trahit in suum casum [m]. Pro δώσῃ in meo cod. vetustiss. legitur ἔχῃ [n] quia scil. δώσῃ non videbatur cum πᾶν convenire [o]. Explicat modum utendæ potestatis, nempe ut vita æterna detur non omnibus, sed credentibus. Sic Joh. 3. 16. primùm de *mundo* locutus, restringit deinde salutem ad *credentes*: ὃ δέδωκας αὐτῷ, intellige cum effectu, ità dedisti ut reipsâ ad eum pervenerint; ut diximus Joh. 6. 37 [p]. Hanc gloriam suam reputat, eámque à Patre petit, ut det omnibus vitam æternam. Qu. sed cur à Patre petit quod ipse promeruerat? Resp. 1. Ut testetur gratiam esse fontem meriti sui: gratia autem illa fuit unio carnis cum Verbo; nec enim purus homo promereri potuit. 2. Ipsius erat, ut hominis, promereri; Dei verò, largiri. Petit ergò ut Deus ipsius merito det, &c [q]. Sapienter ergò hoc loco indicat & humanitatem, quòd dixit, sibi *datam potestatem*, &c; & Divinitatem suam, his verbis, *ut det*, &c. hoc enim ut Deus facit cum Patre [r]. Altera hæc est petitionis ratio; quòd gloria quam petit non solùm in gloriam Patris cessura sit, sed & in salutem hominum ipsi à Patre datorum †; electorum scilicet, qui periissent nisi Christus resuscitatus fuisset & glorificatus. Vide 1 Cor. 15. 17. Heb. 9. 24. &c. Hæc claritas quam peto, quæ fides est in me, est omnibus ad salutem necessaria [t].

3. *Hæc*, &c. Αὕτη δέ ἐστιν, &c.] *Hæc* (Αὕτη h. l. vel, 1. convenit cum ζωὴ [v]: vel, 2. ponitur absolutè pro τοῦτο, fœmin. pro neutro [x], per Hebraismum, ut Psal. 27. 4 [y].) *est autem*, vel *enim*: δὲ pro γὰρ, ut series textûs ostendit [z].) *vita æterna*; i.e. Causa vitæ æternæ [a], ut Joan 5. 20 [b]. vel, ratio ejus consequendæ [c]. In hoc sita est [d]: hoc modo paratur. Metonymia, ut Joh. 6. 63. & 11. 25. & 12. 50. & 14. 6. Simile loquendi genus, Rom. 11. 12 [*]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν] *Ut* (Ἵνα hîc non ponitur τελικῶς [f], sed εἰδικῶς [g], vel, per appositionem, ut Joan. 15. 8, 12 [h]. Describitur enim modus parandæ vitæ æternæ, qui talis est ut Dei Patris gloriam maximè spectet [i].) *cognoscant* (intellige πρακτικῶς, ut 1. 10. *ut agnoscant*, *amplectantur*, *revereantur* [k], scil. omne quod dedisti ei, omnes homines [l]. *Cognoscant* autem fide [m], ut ipse explicat v. 7, 8. quæ ante omnia necessaria est ad vitam [n]: & cui vita sæpe promittitur, ut Joan. 3. 36. & 6. 40. 1 Joan. 5. 11, 13 [o].) *te* (sub *esse*, Be.) *illum solum Deum verum*, Be. Bru. Pi. &c. vel, *te ut solum Deum*, &c. G. Perperàm hinc colligebant Ariani, Christum non esse Deum, &c. Nam particula *solus*, h. l. non afficit subjectum, *te*; q. d. te solum esse verum Deum: sed prædicatum, *Deus*; q. d. te esse illum qui solus est verus Deus [p]: ut ostendit articulus inter *te* & *solum* [q]. *Solus* autem h. l. non excludit Filium, aut Spiritum, sed idola [r], sive omnes illos [*deos*] quos falsa Gentium persuasio introduxerat, ut observant Ignatius & Clem. Constitut. [quorum verba producit G.] Vide 1 Thes. 1. 9 †. Ità sæpe sumitur vox *solus*. Sic Deus Pater est *solus potens*, *Rex Regum*, &c. 1 Tim. 6. 15. *solus immortalis*, v. 16. nec tamen excluditur Filius, qui & ipse est *Rex Regum*, &c. Apoc. 17. 14. & *vitam habet in seipso*, Joan. 5. 26. Sic Deut. 32. 12. *Dominus solus dux ejus fuit*, (quod de Filio dici constat ex collat. Exod. 3. 8. & 23. 20. 1 Cor. 10. 9. nec tamen excluduntur Pater, aut Spiritus S. quippe qui deduxerunt Israelem, &c. 2 Sam. 7. 23. Esa. 63. 7, &c. sed idola tantùm, ut ibi sequitur:) *& non erat cum eo deus alienus*. Sic Christus solus dicitur *Salvator*, Esa. 43. 11. non tamen excluditur Pater. Sic Solus Pater novit Filium, & solus Filius Patrem, Matth. 11. 26. nec tamen excluditur Spiritus, 1 Cor. 2. 10. Sic solus Spiritus *novit quæ Dei sunt*, 1 Cor. 2. 11. Quare, hoc membrum opponitur πολυθεΐᾳ Gentilium, ut sequens membrum opponitur cœcitati Judæorum. Adde, quòd vox *solus* non semper ità ἀπλῶς & absolutè accipitur ut omnia omnino excludat, sed quædam tantùm, ut, *Solus Caleb*, &c. Deut. 1. 36. scil.

[a] G. [b] Mal. [c] G. [d] Bru. [*] Bru. Me. [f] Bru. [g] Tol. [h] G. [i] Tol. [k] Bru. [l] Q. in Tol. [m] Tol. sic. Bru. [n] Bru. [o] G. sim. V. Aug. in Tol. [p] G. [q] V. [r] Bru. † Tol. [t] Bru. [v] T. [x] Tol. [y] T. ex Tol. [z] G. [a] Me. ex Bru. [b] Bru. [c] Q. in Ger. [d] Tol. [*] Ger. ex Euthym. [f] Ger. [g] G. [h] V. [i] G. [k] Bru. sic Tol. [l] Tol. [m] Bru. Me. Be. [n] Ger. [o] Fe. sic Er. V. Zeg. G. &c. [p] G. [q] Ger. [r] G. Bru. &c. † G. [t] G. [v] Me. [x] Bru. Me. [y] Bru. [z] G. Tol. Ger. [a] Tol. Ger. [b] G. ex Be. Ger. [c] Pi. Ger. [d] Q. in Ger. [f] Ger. ex Tol. [g] G.

[h] Tol. Ger. [i] Ger. [k] Ec. in Di. [l] Di. [m] Ger. [n] Be. [o] Ger. [p] G. [q] Bru. [r] Tol. † Ger. sim. Tol. [t] Tol. [v] Ger. [x] Pi. Ger. [y] Pi. [z] Ger. [a] Gom. Ger. sim. Be. Pi. [b] Ger. [c] Bru. [d] Ca. G. [*] G. [f] Be. [g] Be. Pi. Ger. sic G. [h] Ger. ex Pi. [i] G. [k] Idem. [l] Bru. [m] Bru. Ger. [n] Bru. [o] Ger. [p] Bru. sim. Ger. [q] Bru. [r] Ger. sim. Tol. Bru. Mal. ex Cypr. Basil. Cyr. Chrys. &c. † G.

scil. cum Josua, v. 38. & *tribus Juda sola*, 1 Reg. 12. 20. scil. cum Benjamin, v. 21. *Christus solus*, Marc. 6. 47. non tamen exclusis Discipulis; & Joh. 8. 9. ubi tamen non mulier, sed accusatores tantùm removentur[t]. Et quomodo, quæso, hîc excluderetur Filius qui *in Patre est, & Pater in ipso*, Joh. 14. 10[v]. qui *omnia habet quæcunque Pater habet*, Joh. 16. 15. qui *est verus Deus*, 1 Joh. 5. 20[x]? ¶ *Et* (repete, *ut cognoscant*[y], seu credant[z],) *quem misisti* (scil. in mundum[a]; ut carnem assumeret, adeòque officium redemptoris perficeret, quæ omnia voce *missionis* designantur[b]:) *Jesum Christum*] Sub. *esse salvatorem regem, neq; alium esse exspectandum*, V. i. e. *Jesum* (de se modestè in tertia persona loquitur[c]:) esse *Christum*, hominum Salvatorem, promissum & exspectatum[d]. Sensus est, Et ut me agnoscant ut Legatum tuum. Hâc voce ostendit honorem sibi habitum ad Patrem redire. Nam Regis interest ut Legatus honoretur[*]. Significat, Patrem non posse aut salutariter cognosci, aut adiri, nisi per Filium, Matth. cap. 11. vers. 26. Joan. cap. 14. vers. 4[f]. Gentes nec Deum, nec Christum, noverant; Judæi Deum noverant, non item Christum, Orat ergò ut utrisque hæc patefiant[g], ac proinde ut ipse glorificetur, &c[h].

4. *Ego te glorificavi*] Vitâ & doctrinâ meâ, & miraculis[i]. Sed & Passio includi potest, quia eam subire constituerat, & de proximo imminebat. Nam simili locutione infrà ait *se non esse in mundo*. Hâc autem passione eximiè Deus glorificatus est. Vide quæ diximus Joh. 12. 28. & 21. 19. Ostendit non iniquum se petere, ut qui omnia sua dogmata ad Patris honorem retulerit. Vide Matth. 9. 8. & 15. 31. Marc. 2. 12. Luc. 5. 26. & 18. 43[k]. ¶ *Super terram*] i. e. Vel, quamdiu fui in terra; vel, hominibus qui sunt in terra[l]: nam in cœlis glorificatus erat ab Angelis[m]. ¶ *Opus* (vel, 1. prædicationis; q.d. Annunciavi Evangelium[n], docui Judæos[o]: vel, 2. redemptionis[p]. q.d. Jam me in mortem trado[q]. Opus Christi peragendum pro Patre erat varium; Manifestatio Patris, Prædicatio Evangelii, Debellatio hostium Dei, Peccati, Mortis, Diaboli: Præcipuum verò, & à quo pendebant omnia reliqua, erat, ut persolveret Obedientiam, vel Justitiam Obedientialem, Deo[r].) *consummavi*] i. e. Mortem, Diabolum, peccatum, morte meâ debellavi, homines Patri reconciliavi[†]. Loquitur in præterito, ob rei tum propinquitatem, tum certitudinem[t]: *ob definitionem voluntatis, de qua cuncta venerandæ passionis insignia adire decreverat*, &c. inquit Polycarpus[v]. [Vide G.] ¶ *Quod dedisti mihi*] i. e. Mandâsti sive commisisti[x].

5. *Et nunc*] Vel, *Etiam obsecro*, V. *Nunc igitur*, Be. Pi. Bru. *Nunc ergò vicissim*, G. Habet enim hîc vim inferendi[y], tanquam æquum & justum. ¶ *Clarifica me*] i. e. Fac me notum & clarum & gloriosum per orbem terrarum[z]. *Me*, i. e. vel, 1. humanitatem hanc meam[a]: ut ferè omnes accipiunt[b]. q. d. Gloria mea Divina communicetur quoque carni meæ[c], eam scil. resuscitando & evehendo ad dexteram tuam[d]. Vel, 2. Divinitatem meam, aut personam meam: nam & Pater glorificari dicitur à Filio. Sensus ergò est, q. d. Ostende hominibus quàm clarus apud te sim[*]. ¶ *Apud temetipsum*] In cœlo[f]. Opponitur enim hoc ei quod præcesserat, *super terram*[g]. ¶ *Quam habui, priusquam mundus esset*, (vel, *ante fundationem mundi*, 1 Pet. 1. 20. Chald. paraph. ad Psal. 62. *Ante solem præparatum est nomen Messiæ*[h]: q. d. ab æterno, quia ante mundum nihil extitit præter Deum[i].) *apud te*] Refer ad illud ἔχον[k], ut ordo verborum sit, *quam habui apud te, priusquam*, &c[l]. & sit hîc & Ellipsis, δόξῃ ᾗ, pro, τῇ δόξῃ ἐκείνῃ ἥν & trajectio[m]: q. d. claritate non alienâ, aut adventitiâ, sed propriâ ac naturali[n]. Hanc autem gloriam Christus *habuisse* dicitur, &c. 1. destinatione, sive decreto Dei[o]: ut infrà 24. & 1 Pet. cap. 1. vers. 20. Apoc. cap. 13. vers. 8. Sic & Eph. cap. 1. vers. 4. Cujus signum aliquod jam tum datum est, cùm mundum & ipsum hominem Deus condidit per τὸν λόγον, præsignificans eundem in Jesu Auctorem fore novæ creationis & mundi melioris. Vide quæ ad Joh. 1. Adde Apoc. cap. 5. vers. 12, &c. Simile loquendi genus Eph. c. 1. v. 3, 4. Sic *legem fuisse ante mundum* aiunt Hebræi. Vide Thalmudem De votis[p].

[t] Ger. [v] E. [x] Ger. [y] Pi. Bru. [z] Bru. [a] Ger. sim. Bru. [b] Ger. [c] G. sic Bru. [d] Bru. [*] G. [f] Ger. [g] Bru. [h] Ger. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. [m] Tol. [n] V. [o] G. [p] Tol. sim. Bru. [q] G. sim. Me. [r] Li. hu. ad Joh. 16. 10. [†] Tol. [t] Tol. Bru. [v] G. [x] Pi. sic Bru. [y] Bru. sim. Tol. Mal. [z] Bru. [a] Tol. [b] Mal. [c] Tol. sim. plerique in Mal. [d] Q. in Mal. [*] Mal. [f] G. Bru. [g] G. [h] Idem. [i] Ger. [k] G. [l] Bru. ex Aug. sic Ger. [m] Ger. [n] Bru. ex Cyr. [o] G. Aug. in Mal. Socin. in Ger. &c. [p] G.

[Aliis hæc interpretatio non placet:] 1. Id respuit verbum *habendi*, quod solam destinationem possessioni oppositam nunquam significat, nec quisquam in S. S. dicitur aliquid habere eo tempore quo nondum est, quamvis prædestinatus sit ut illud habeat olim[q]: alioqui de omnibus electis hoc ipsum dici possit, quod hîc de Christo dicitur: quod absurdum est[r]: sic & Paulus dici posset habuisse fidem Christianam, cùm esset infidelis. Dicuntur quidem fideles *habere domum in cœlis*, 2 Cor. 5. 1. non tamen antequam ipsi sunt, nec solius destinationis ratione, sed ob jus illis à Christo partum atque collatum, & ab ipsis per fidem acceptum. Quod autem dicitur *Gratia nobis data esse ante tempora secularia*, 2 Tim. 1. 9. aliud planè est. *Dare* enim actum dantis significat; *habere*, nostrum. Dari potest aliquid (v. g. vel mediante tertio aliquo; vel per instrumentum actum dantis exprimens) quod nondum accipitur. At nemo habet aliquid ab alio scilicet, antequam accepit. 2. Satis hîc innuit Christus se jam non habere hanc gloriam quam petit: at habuit destinatione, &c[†]. [Alii ergò aliter exponunt:] Christus *habuisse* dicitur, &c. reipsâ[t], idque *apud Patrem*, apud quem scil. erat ab æterno, Joan. 1. 1[v]. Petit ergò ut claritas illa, quam habuit Divina natura, antequam mundus fieret, cum humana communicetur[x]. At, inquis, gloria illa Christo essentialis fuit, ideóque amitti non potuit. Cur ergò eâ se glorificari petit? Nemo petit quod habet. Resp. Deus personam Christi ante mundum tractabat ut Filium dilectissimum, æqualem sibi, &c. jam verò, ut servum, ut peccatorem, cum summa ignominia. Petit ergò ut Divina ipsius gloria conspicua fiat in carne sua, & se exerat productione qualitatum illi consentanearum: & ut tractet ipsum Pater secundùm carnem suum honorificè, ac convenienter illi gloriæ, &c[y]. q. d. Fac ut ego, mortuus ut homo inglorius, agnoscar etiam unus tecum Deus esse, quod fui ab æterno; & ut augear qualitatibus Deo homine dignis; quales, resurrectio, ascensio, &c[z].

6. *Manifestavi* (i. e. notum feci, clarè & ex professo docui[a],) *nomen tuum*] i. e. Gloriam tuam[b], quicquid in te gloriosum est, vel hominibus salutare[c], proprietates tuas, justitiam, potentiam, bonitatem. Et hoc intellige cum effectu, i.e. *Illi me docente perceperunt*. Vide ad Joh. 6. 44. φανέρωσις hæc est δεῖξις Hierocli[d]. Nôrunt, ut Judæi, Deum unum esse, omnipotentem, &c. non item Filium habere sibi æqualem quem amore hominum mitteret, &c. Hæc ergò iis patefecit[*]. ¶ *Quos dedisti mihi*] Sub. *ut docerem eos*, V. quos ad me traxisti & Discipulos fecisti[f]: Iterum cum effectu; *qui te trahente ad me venerunt & mei esse voluerunt*, ut modò diximus. Agit autem hîc de iis qui jam reipsâ crediderant, aget & de crediturìs[g]. ¶ *De mundo*] i. e. De promiscua hominum turba electos & segregatos[h]. Sic Joh. 15. 19. *Elegi vos ex mundo*, i. e. ex mundi universitate secretos dedisti mihi in peculium. ¶ *Tui erant*] Vel, *ex te*, ut Joh. 8. 47. *Tui*, pietatis quodam affectu[i]. Al. *Tui*, tum creatione, tum præcipuè æternâ electione[k]. Non aliena, sed tua propria, dedisti[l]. ¶ *Mihi* (ut homini, ut Redemptori & Magistro[m],) *eos* (vocatos ad me, & ad fidem in me[n],) *dedisti*] Operam dedisti ut in me crederent, me Dominum suum agnoscerent; eáque opera effectu suo non caruit[p]. ¶ *Et sermonem tuum* (i. e. doctrinam meam abs te profectam[q], quam tuo nomine annunciavi[r],) *servaverunt*] i. e. Cordi suo impresserunt ac retinuerunt: non defecerunt perfidè, ut Judas[†].

7. *Nunc cognoverunt*] Et fide, & experientiâ, convicti[t]. *Jam nunc hoc credunt*, eousque profecerunt: γινώσκειν sæpe pro *credere*, ut Joh. 6. 69. & alibi[v]. ¶ *Omnia* (mea & verba & opera[x]) *quæ dedisti mihi abs te sunt*] A Divina tua virtute in me latente[y], non à Principe Dæmoniorum, &c[z]. Videtur idem per idem dicere: sed sensus est, *Omnia quæ eos docui à te sunt*. Pro eo autem quod diceret, *quæ docui*, modestè ad honorem Patris ait, *quæ mihi dedisti docendo*. Tu quidem scis te mihi dedisse, illi autem à te data crediderunt[a].

8. *Quia verba*] Explicat quod dixerat, & ostendit rectè eos credidisse. ¶ *Acceperunt*, Ἔλαβον] *Amplexi sunt*, ut Joh. 1. 11, 12[b]. receperunt fide, & opere compleverunt. ¶ *Cognoverunt verè*] Vel, 1. indubitanter

[q] Q. [r] Ger. sim. Tol. [†] Q. [t] Q. sim. Ger. Tol. &c. [v] Ger. [x] Mal. [y] Idem. [z] Bru. [a] Idem. [b] Mal. ex Cyr. [c] Mal. [d] G. [*] Bru. [f] Bru. sic Tol. [g] G. [h] Bru. sim. Tol. [i] G. [k] Tol. sic Bru. Me. [l] Bru. [m] Tol. sic Bru. Me. ex Bru. [p] G. [q] Bru. [r] G. sic [†] G. [t] Bru. [v] G. [x] Bru. [y] Me. ex Bru. [z] Bru. [a] G. [b] G.

bitanter, ut protestati sunt, Joh. 16. 30[c]. Vel, 2. non ficte, sed sincere. Sic, ἐν ἀληθείᾳ ἐργάζεσθαι, *animo sincero servire*, Eccles. c. 7. v. 21. Sic & Luc. 20. 21. & alibi[d]. ¶ *Quia à te exivi*] Vel, *Me à te prodiisse*, Be. Pi. secundùm Divinam naturam[*], per generationem[f]. *Me tuo mandatu apparuisse*, ut antehac sæpe. Nam quod sequitur est hujus ἐπεξήγησις[g].

9. *Pro eis rogo*] Vel, *oro*, Bru. Περὶ hîc pro ὑπὲρ, ut Joh. 16. 26[h]. Cùm suos his titulis commendâsset, ostendit non ingratas Deo esse debere quas pro talibus fundit preces[i]. ¶ *Non pro mundo* (sub. *te nunc*, Bru.) *rogo*] i. e. Vel, 1. pro quibusvis hominibus indifferenter: quia non omnia omnibus, nec ubique & semper petenda sunt[k], non pro impœnitentibus venia, nec pro incredulis salus, &c[l]. Oravit & pro mundo, ut resipisceret & veniam acciperet peccatorum, Luc. 23. 34[m]. imò & mox, *ut credat*, 21. sed, hæc quæ nunc orat, de Protectione paterna, de Spiritu, de Concordia, non nisi ad credentes pertinent. Et habet ἔμφασιν hæc oppositio; quasi filius Regis oret patrem ut se exaudiat, non pro omnibus subditis, rebellibus non minùs quàm fidelibus, orantem; sed pro iis qui reipsâ ostenderunt quanti Regem facerent[n]. Vel, 2. pro incredulis[o]. Vel, 3. pro reprobis[p]. Orat quidem infrà v. 21. *ut mundus credat*. *Mundus* ergò modò generaliter sumitur pro hominibus qui sunt in mundo, etiamsi sint peccatores, ut Joh. 3. 16[q]. modò pro electis, ut hîc, v. 21, 23. & Joh. 6. 33. & 2 Cor. 5. 19[r]. modò pro reprobis, ut 1 Cor. 11. 32. & hoc loco[†]: ut res ipsa arguit, tum quia hic mundus electis opponitur, tum quia talis oratio fuisset contraria voluntati, sive decreto, Dei; quod Christus quoque certò cognovit, Matt. 11. 25, 26, 27[t]. tum quia omnis Christi oratio exaudita est, ut illa pro crucifixoribus suis; ac proinde pro electis duntaxat rogavit[v]. Illa verò oratio Luc. 23. 34. non erat pro reprobis, sed pro iis qui nescientes peccabant: deinde, indefinitè loquitur, & de electis hoc intelligere oportet, ut eventus declarat: quia quicquid Christus orat, Pater præstat, Joan. 11. 42[x]. ¶ *Sed pro eis quos dedisti mihi*] i. e. Per meton. effecti pro causa, dare decrevisti, ut vox *dandi* sumitur, infrà v. 22. & Joh. 6. 37. & 2 Tim. 1. 9[y]. quos ad fidem in me traxisti, quos meæ curæ commisisti à me custodiendos, erudiendos, formandos[z]. ¶ *Quia tui sunt*] Etiam postquam eos mihi dedisti, tui esse non desinunt. Hoc quoque ad commendandas preces est efficax[a]. *Tui*, respectu, vel, 1. electionis, ut 2 Tim. 2. 19. confer Act. 18. 10. vel, 2. vocationis, ut Rom. 9. 25. De Apostolis hîc loquitur, & pro eorum conservatione, sanctificatione, & salute, h. l. rogat[b]. Sensus, Rogo pro iis tanquam tuos, & à te electos, & mihi traditos. Justa ergò est mea pro iis petitio[c]. Debet enim quisque suorum curam habere[d].

10. *Et* (Pro, *Nam*, G. Causam reddit cur sibi dati non desinant ad Patrem pertinere[*], Quia omnia inter ipsos sint communia, ut inter amicos solent, maximè inter Patrem & Filium. Nam & quæ Pater habet, habet in usum Filii; & quæ filius habet, simul cum ipso Filio Patri subjecta sunt[f].) *mea omnia* (i. e. quæ mihi dedisti, sive naturaliter ut Deo, sive dono ut homini[g],) *tua sunt*, (quia tu genuisti me, & omnia tua communicâsti[h]:) *& tua* (i. e. Divinitas[i]) *mea sunt*] Eadem abs te accepi[k]: eadem est nobis substantia, potentia, &c[l]. ¶ *Et*, &c. Καὶ δεδόξασμαι, &c.] *Et glorificatus sum in eis*, Be. Pi. vel, *per eos*, Bru. i. e. promoverunt gloriam meam, dum me, relictis omnibus, secuti sunt, mundo reclamante, &c[m]. Præteritum hoc est pro Præsente sive Aoristo, nullâ temporis definitione: q. d. Etiam hoc nomine illi tibi commendati esse debent quòd ego illorum operâ & ministerio & inclaruerim, & inclariturus sim ampliùs: itaque in ipsorum persona mea res vertitur[n].

11. *Jam*, &c. Οὐκ ἔτι, &c.] Pro, ἔτι ὀλίγον ut vertit Syrus, *Deinceps non sum*, &c. i. e. non ero, &c. quia proximè futurum erat. Nova commendandi causa, Quòd ipse ab eis discedat; nè videatur, ut suprà dixit, relinquere eos orbos, Joh. 14. 18[o]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Bru.) *hi in mundo sunt*] i. e. Erunt post me. Hos relinquam in tantis fluctibus[p]. ¶ *Ad te venio*] i. e. Redeo, ut homo in cœlo sessurus, &c[q]. Ἐπεξήγησις ejus quod præcesserat, *non fore se in mundo*: ut appareat *mundi* nomine universum hoc inferius intelligi, ut sæpe[r].

¶ *Pater sancte*] Quæ sanctitatis sunt hîc rogat[†], nempe sanctificationem Discipulorum[r]. Solent Deo cognomina tribui accommodata ad id quod agitur[v]. Sic Rom. 15. 5. & in Psalmis sæpe. Deus *sanctus* dicitur, quòd omnem malitiam abhorreat[x]. ¶ *Serva* (vel, *Custodi auxilio tuo*, G.) *eos* (in gratia, dilectione, & vita: nè aut occidantur, aut tentationibus, aut afflictionibus, succumbant[y]:) *in*, &c. Ἐν τῷ ὀνόματί σου] *Nomine tuo*, Er. *Propter nomen tuum*, Bru. Propter te[z], propter nominatissimam tuam potentiam, bonitatem, &c[a]. Nè deserueris ipsos[b]. *Per nomen tuum*, Be. Pi. i. e. cognitionem tui[c]. Al. *In nomine tuo*, Tol. ex Vulg. Di. ex Sy. & Ar. i. e. vel, tuâ virtute & potentiâ[d]: vel, in professione nominis tui, in cultu tuo. Sic ὄνομα sumitur Act. 9. v. 27. Apoc. 2. 3. & alibi[*]: in doctrina tua, in communione tua, in te ipso. Nam, ut loquuntur Hebræi, *Nomen est ipse Deus*. *Nomen* autem pro Doctrina usurpatur Act. 4. 17. & 5. 28, 41. & 9. 15[f]. ¶ *Ut sint* (i. e. esse pergant inter se[g]) *unum*] Animo, spiritu, consensu, fide, amore, &c[h]. Ut in ea professione perseverantes idem testentur, ut rem tantam consentientibus animis peragant, 1 Cor. 15. 11. Gal. 2. 9[i]. ¶ *Sicut & nos*] Sub. *unum sumus*, Tol. Bru. substantiâ & voluntate[k], & omni modo[l]. *Sicut* hîc non est æqualitatis, sed similitudinis[m]. Sicut ego idem volui quod tu præceperas, Pater, & tu mea dicta probâsti ac rata habuisti[n].

12. *Cùm essem*, &c.] Anticipat tempus absentiæ suæ[o]. ¶ *Servabam eos* (docendo, monendo, exemplis præeundo[p]:) *in nomine tuo*] i. e. Tanquam mihi à te concreditos[q]: vel, tanquam ad id abs te delegatus[r]: vel, Divinâ tuâ virtute[†]. Ego quotidianis præceptis & exemplo meo operam dedi ut in ea professione permanerent, & quidem satis feliciter; quod res hactenus monstrat. ¶ *Quos dedisti*, &c.] Etiam hanc curam gessi, nè numerus collegii istius minueretur[t]. ¶ *Nemo ex eis* (scil. meâ negligentiâ[v]) *periit*] Morte; sive temporali, Joh. 18. 9. sive æternâ[x]. ¶ *Nisi*, &c. Εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας] *Nisi* (vel, *Tantum*, Bru. vel, *Sed*, Bru. Di. ex Sy. Εἰ μὴ h. l. non est exceptivum[y], quasi Judas exciperetur è numero eorum quos Pater dederat Filio[z], non enim datus ei fuerat servandus[a]; sed adversativum[p], ut 1 Cor. 7. 17[q]. Gal. 1. 7[r]. Vide dicta ad Gal. 2. 16[†].) *filius ille perditionis*, Be. Pi. &c. sub. *periit*, quia non erat de numero datorum, sive electorum[t]. Excepto illo qui dignissimus erat ob suam perfidiam exitio, & qui proinde ab Apostolis segregatus pessimè peribit. Υἱὸς ἀπωλείας dicitur hîc & 2 Thes. 2. 3. non ex nuda Dei destinatione, sed ex merito[v]; ut, *filius mortis*, 2 Sam. 12. 5[x]. i. e. morte dignus, seu mortis reus[y]: *filius gehennæ*, Matt. 23. 15. Sic, ἔθνος ἀπωλείας, Ecclus. 16. 10[z]. Sic, *filius percussionis*, Deut. 25. 2. Nomen *filii* apud Hebræos, inter alia, significat homines rei alicui deditos ac destinatos[a]. *Filius perditionis* hîc dicitur, vel, quia perditissimus erat[b], & deploratè impius, & perditionem amavit, sibique accersivit[c]: quia perditione dignus erat[†]: vel, quia periturus prædicebatur[d]: vel, quia exitio destinatus ac devotus erat, ut liquet ex Act. 1. 16. & 4. 27, 28[*]. quia reprobatus erat, voluntate scilicet Dei consequente[f]. ¶ *Ut scriptura impleatur*] Ἵνα hîc sumitur, vel, 1. causaliter[g]. Non negligentia Christi, sed voluntas Dei, per Scripturam declarata, causa fuit non quidem sceleris Judæ, sed perditionis illius[h]. Eum volens non servavi, quia sciebam te nolle me eum servare, & te prædixisse eum periturum[i]. Perditio Judæ ipsi tanquam Authori tribui debet, Deo ut Judici, &c[k]. Vel, 2. eventualiter[l]: ut Mat. 5. 16. & 23. 35[m]. valetque, *adeò ut*, sicut 2 Cor. 7. 9. Apoc. 13. 13: & nec rei, nec Dei, finem notat, sed eventum; nempe convenientiam rei cum Scriptura[n]. q. d. Quo pereunte implebitur illa imprecatio quam David scripsit in eos qui pro benefactis mala rependunt. Dicitur enim Scriptura impleri quoties tale quid accidit quale ibi dictum est[o]. Respicit hîc diversa loca Psalmorum, ut Psal. 41. 10. collat. cum Joan. 13. 18[p]. & Psal. 69. v. 23. ad 30[q]. & 109. 8[r]. collat. cum Act. 1. 20[†].

13. *Hæc loquor in mundo*] Supple ὤν &c. ἔρχομαι καὶ, pro ἐρχόμενος. [Sensus loci est,] *Nunc, cùm abeundum mihi sit, hæc illis dico*; i. e. illis audientibus precor. Nam omnino hæc dicta sunt οἰκονομικῶς ad salutem Apostolorum[r]. ¶ *Ut habeant gaudium meum*, &c.] Vel, gaudium

Marginal notes (left column): c Bru. d G. * Bru. f Me. g G. h Pi. i G. k Bru. l Tol. m G. sim. Mal. Cer. n G. o Zeg. p Pi Camer. Gom. sic E. q E. r Gom. † Gom. E. t Gom. v E. x Gom. y Idem. z Bru. a G. b Gom. c Tol. d Mal. * G. sim. Bru. f G. g Bru. h Tol. i Bru. k Idem. l Tol. m Bru. n G. o Idem. p G. sim. Bru. q Tol. r G.

Marginal notes (right column): † Tol. r Rup. in Mal. v G. sim. Tol. x G. y Tol. z V. Bru. a Bru. b V. c Pi. d Tol. * G. f Di. g Bru. h Bru. sim. Tol. i G. k Tol. l Bru. m Bru. Tol. n G. o Idem. p Me. ex Bru. q Q. in Tol. r Bru. Me. sim. Mal. ex Cyr. † Tol. t G. v Bru. Mal. x Bru. y Bru. Di. Cam. z Di. Cam. a Bru. p Bru. Di. Cam. q Di. r Cam. Di. † Di. t Q. in Ger. v G. x G. Ger. y Ger. z G. a Ger. b Ger. sic Er. c Ger. † Me. ex Bru. d Tol. * Be. f Ger. g Q. in Ger. sic Tol. Bru. Mal. h Bru. i Tol. k Gom. l Ger. sic Gom. G. ex Chrys. m Ger. n Gom. o G. p Gom. q Gom. G. r Gom. † Gom. G. r G.

gaudium quo ego afficior, quòd sciam me à te per omnia servari [v]: vel, gaudium ex me, ut Joh. 15. 11. & *amorem meum*, Joh. 15. 9. vel, id quod ipsis in me est gaudii materia; quòd scil. hactenus meâ præsentiâ tuti fuerint [x]. Sensus est, Ut gaudium illud, quod hactenus conceperunt ex mea præsentia ac cura pro ipsis, non minuatur; imò crescat potiùs me absente [y], ubi meminerint harum precum, non dubitantes quin exauditus sim [z]; adeóque se tibi curæ fore credant [a]. Al. Sensus, q. d. Ut tales sint quales esse cupio, & quales me gaudio afficient; nempe ut unum sint, &c. Simile illud Philip. 2. 2. *Implete gaudium meum, ut idem sapiatis*, &c [b].

14. *Dedi* (vel, *Tradidi*, Be. Pi.) *eis*, &c.] Rursus intellige, *ità ut ab ipsis receptus sit*; quod expressum fuerat suprà v. 8 [c]. Docui quæ jusseras [d]. Nova commendatio, Quòd ob receptum Evangelium mundo exosi sint. Æquum autem est ut patrocinio ejus quis foveatur ob quem plurimas incurrit offensas. ¶ *Et*, Καὶ] i. e. *Ideo*, ob receptum eum sermonem [*]. ¶ *Quia non sunt de mundo*] Quoad mores, studia, & affectiones animi [f]. Quia ex eo tempore desciverunt à secta mundi. Vide Joh. 15. 19. ¶ *Sicut & ego*, &c.] Secuti meum exemplum, cujus vita à vita mundi alienissima est. Vide Joh. c. 8. v. 23 [g].

15. *Non rogo*] Ad explicationem præcedentium, ob Apostolos audientes. Quanquam mundi odiis scio fore objectos, *non tamen hoc oro* [h]. ¶ *Ut tollas* (vel, *auferas*, Bru.) *eos de mundo*] *Mundus* hîc paulò aliter accipitur, scil. pro cœtu hominum mortalium [i]. *E mundo*, i. e. è vita hac [k]; quippe quorum opera adhuc usui esse debet [l]. ¶ *Sed ut serves eos* (singulari curâ atque tutelâ [m]) *à malo*; ità Er. Il. Mo. Pi. &c. Ἐκ τοῦ πονηροῦ] *Ab illo malo*, Bru. Pi. quod per se malum est, peccato, inquam, & Diabolo peccati auctore: i. e. ne, Diabolo per afflictiones agente, in peccatum labantur, & à me desciscant [n]. *Ab omni malitia* mundana. Nam *mundus totus* ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, 1 Joh. 5. 19. Sic τοῦ πονηροῦ vocem sumi etiam in orationis Dominicæ formula ad Matthæum probabilius esse diximus [o]. *A maligno*, vel *improbo*, *illo*. Vide Matth. 6. 13 [p]. i. e. A Diabolo [q]: de quo hîc agi suadet articulus [r].

16. *De mundo non sunt*] Hoc repetit † quod dixerat versu 14. sed alia de causa: ibi tanquam causam odii, &c. hîc ut rationem novum quid impetrandi [t]: vel, ut significet eos jam animo alieno esse ab omni tali malitia, quanquam non extra infirmitatem [v].

17. *Sanctifica eos*] Locus est in speciem facilis, re verò ipsâ valde difficilis [x]. *Sanctificare* h. l. significat, vel, 1. confirmare [y]; ut mundi persecutiones, de quibus agebatur, superarent [z]: vel, 2. perficere in sanctitate & puritate [a]. q. d. Vitam eorum redde indies puriorem, Apoc. 22. 11. Confer quæ suprà Joh. 13. 10 [b]. Vel, 3. segregare, designare [c], deputare, consecrare [d], destinare, & idoneos facere [*], initiare ad ministerium: ut *sanctificare* sumitur Jer. 1. 5. Verbum hoc legale erat, & solenne. Vide Exod. c. 13. v. 1. & 29. 1, 7, 8. Levit. 9. 1 [f]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου] *Tuâ veritate*, Be. Pi. &c. Vel, 1. per veritatem tuam [g], magìs magísque impressam eorum animis per Spiritum, Joh. 16. 13. 1 Joh. 2. 20, 21. Vide Plutarchum in Iside [h], [ejúsque verba in G.] Vel, 2. per *Spiritum veritatis*, Joh. c. 14. v. 17 [i]. Vel, 3. verè [k], ut 2 Epist. Joh. 1. & 3 Ep. 1 [l]. vel, re ipsâ; qu. d. non externâ unctione, aut legalibus illis umbris ac ceremoniis, quibus Ministri V. T. consecrabantur, sed internâ Spiritûs Sancti unctione [m]. Vel, 4. in, vel ad, veritatem, scil. prædicandam [n]. q. d. Appropria eos, & idoneos fac ad promulgandam veritatem tuam, i. e. Evangelium, 2 Cor. 3. 6 [o]. ἐν ἀληθείᾳ, pro, εἰς ἀλήθειαν Hebraismus. Vel, 5. per sermonem tuum, ut ipse explicat verbis seq. h. e. per Evangelium, quod *veritas* vocatur, & *verbum veritatis*, Gal. 2. 5. & *veritas Evangelii*, Gal. 3. 1. 2 Thes. 2. 10. &c [p]. Per *veritatem* autem hîc intelligit veram eorum quæ de Dei essentia & voluntate (& cultu [q]) hominibus ad salutem scitu necessaria sunt, cognitionem [r], ex verbo unicè petendam †. ¶ *Sermo tuus* (i. e. à te mihi mandatus [t], quem ego ipsis dedi, & ipsi receperunt [v], h. e. sermo Evangelii [x],) *veritas* (i. e. veritas illa [y]) *est*] i. e. Verissimus [z], est indubitatæ & immotæ veritatis [a]: non falsus est, ut Pseudoprophetarum dicta [b]; non falso admixtus [c], ut Pharisæorum & Philosophorum dogmata; sed pura ac puta *veritas*, Joh. 8. 31, 32, 40. & 14. 6 [d]. Al. Non in umbris consistit & figuris, sed *in spiritu & virtute*, 1 Cor. 2. 4, 5. veráque justitia; res vera est, non typica [*]. *Veritas hæc est*, in qua eos sanctificandos & conservandos rogo [f].

18. *Sicut tu me misisti*, &c.] Causa redditur, vel, 1. cur hi supra alios auxilio Divino egeant, quia durum munus suscepturi sint legationis pro Christo, 2 Cor. 5. 20. Eph. 6. 20 [g]. vel, 2. quare nolit adhuc eos auferri è mundo [h], quia mittendi sunt ut per totum mundum prædicent [i]: & ut ritè hoc officio fungantur, petit eos sanctificari, &c [k]. Illud καθὼς aliquam, non omnimodam, congruentiam significat, in ipso scil. dogmate quod erat prædicandum [l], vel in eodem fine, nempe ut totam salutis doctrinam hominibus tradant [m]; non in auctoritate. Christus *à Patre se missum* passim in hoc Libro prædicat, nec rarò in illo sensu Docendi. Vide Esa. 61. 1 [n]. Significat his verbis, causam Patris hac in re agi; q. d. Ut ego Apostolus tuus sum, ità & illi mei. Ut ergò me mittens sanctificâsti, &c. sic & eos, &c [o]. ¶ *Et* (vel, *Ità &*, Be. Pi. Bru.) *ego misi*, &c.] Id est, mittam [p], vel, constitui mittere: quo sensu & vocem *dandi* usurpari aliquoties monuimus [q]. *Misi*, non se ingesserunt [r].

19. *Et*, &c. Καὶ ὑπὲρ αὐτῶν, &c.] *Et pro eis* (vel, *eorum causâ*, Be. tum loco ipsorum, tum propter eos, ut ὑπὲρ exponitur Joan. 6. 51. Confer Matth. 20. 28. & 26. 28 †. Ὑπὲρ αὐτῶν, hîc est ut magìs confirmentur in ea fide quâ sermonem meum amplexi sunt. Sic Eph. 3. 13. Colos. 1. 24 [t]. Vel, ut promerear eis remissionem peccatorum & vitam æternam [v].) *sanctifico meipsum*. Magna est emphasis in voce *meipsum* [x]. Seipsum opponit typicis V. T. sacrificiis [y]; quæ pro Aarone aliísque ministris Dei legitimè consecrandis & sanctificandis offerebantur, Exod. 29. & Levit. 8 [z]. Repetit vocem ἁγιάζειν sensu paulùm mutato. Nam קדש, ἁγιάζειν, inter cætera, etiam valet προσφέρειν, & dicitur [a], tum de Sacerdotibus [b], tum de victimis [c], tum de aliis rebus quæ Deo consecrantur, Exod. 13. 2. Levit. 22. 2. Ecclesi. 35. 8. Idem ergò hîc dicitur quod Heb. 9. 14. ἑαυτὸν προσήνεγκε. Vide & 10. 10, 14 [d]. Alludit h. l. ad sanctificationes legales, &c [*]. Sensus, q. d. Resurrectione meâ ostendam palàm me esse illum sanctum olim promissum à te per Prophetas [f]. Al. *Sanctifico meipsum*, ut Sacerdos simul & victima [g]: Me tibi consecro atque offero [h], in sacrificium [i], per mortem [k]. Dicit autem, *sanctifico*, vel, ob certitudinem & propinquitatem mortis; vel, ut ostenderet, has ipsas preces esse partem Sacerdotalis sui muneris, cujus respectu seipsum pro nobis sanctificare dicit [l]. ¶ *Ut sint & ipsi sanctificati* (ut ego impetrem eis [m], & ut ipsi consequantur [n], hanc sanctificationem [o] merito [p], & efficaciâ, sacrificii mei [q], imputatâ ipsis sanctitate meæ victimæ; ut declaratur Heb. 10. 10, 14 [r]. Sacrificia V. T. offerebantur ad eorum sanctificationem pro quibus offerebantur: Christus verò, quia nullum habuit peccatum, quod expiatione indigeret, ideo pro aliis se sanctificat, ut scil. sanctificaret corpus suum mysticum: vide Heb. 13. 12. Soli Christo hoc competit, ut sui sanctificatione etiam alios sanctificet †.) *in veritate*] Vel, *verè*, Be. non in figura, sed in veritate; quemadmodum sacrificium meum non erit umbraticum, sed verum [t]. Cum externis purificationibus comparat interiorem & realem per Spiritum sanctificationem [v]. Vel, *per veritatem*, i. e. per Verbum tuum, cùm illi fidem adhibuerint [x]. Al. Hîc magis explicat finem illum inter cæteros eximium mortis Christi, nimirum ut eo exemplo Apostoli vitam suam reddant indies puriorem, confirmati in veritate [y].

20. *Non pro eis*, &c.] Quanquam pro Apostolis specialia quædam precatus est, ostendit tamen multa esse quæ cum aliis credentibus habeant communia, ut confirmationem in fide & charitate [z]. ¶ *Pro eis qui credituri sunt*, Πιστευόντων] Præsens pro Futuro [a]: *Credituris*, fide nempe vivâ & perseverante, adeóque pro omnibus & solis electis, ex collat. v. 9 [b]. Pro credentibus duntaxat orat, quia credentium duntaxat est Salvator, Matth. 1. 21. 1 Tim. 4. 10. nimirum ratione efficaciæ &

& applicationis,&c[c]. ¶ *In me*] Exprimit proprium & adæquatum fidei justificantis objectum, quod est Christus in officio suo Mediatorio, cujus beneficia in verbo Evangelii fides amplectitur, eadémque sibi applicat[d]. ¶ *Per verbum eorum*] Id est, per doctrinam, vel, 1. prædicatam per Apostolos*, eorúmque successores[f]; vel, 2. in Scripturas redactam: h.e. per Evangelium, &c[g].

21. *Ut omnes* (ubicunque dispersi[h]) *unum sint*] Fide & charitate[i], pace & concordiâ[k], velut membra unius corporis animorum consensu connexa. Vide suprà v.11[l]. Agit autem de primis Christianorum: de quibus vide Act. 4.32. Confer Rom. 12.5. Eph. 4.3[m]. ¶ *Sicut tu, Pater, in me*, &c.] i.e. Sicut & nos unum sumus, & naturâ & voluntate[n]. Est ergò hoc *sicut* similitudinis, non æqualitatis[o]. Vide suprà v. 11[p]. Al. Sicut nos conjunctis operis Evangelium promovemus. Vide Joh. 10.38. & 14.10[q]. ¶ *Ut & ipsi in nobis unum sint*] i.e. Vel, 1. nobis obediendo. Sic *esse in Christo* dicuntur qui ejus regulam sequuntur[r]. Vel, 2. nobis mediis†, iis rebus mediantibus quibus nos unum sumus. Non vult suos unum esse malitiâ, &c. sed talibus rebus qualibus Pater & Filius sunt unum, placentibus & consentaneis Deo, h.e. fide, charitate, &c[t]. Vel, 3. exemplo nostro, ut phrasis sumitur 1 Cor. 4.6[v]. Vel, 4. virtute & operâ nostrâ, ut Psal. 44.6. *In te*, i.e. virtute Dei[x]. Vel, 5. dicit, *unum in nobis*, quia Pater & Filius manent in eo, & ipse in iis. Duplex ergò in hoc versu est fidelium unitas; 1. inter ipsos, in priore membro: 2. cum Deo & Christo, in hoc membro[y]. ¶ *Ut credat mundus*, &c.] Ut cæteri illorum exemplo alliciantur ad fidem, admirantes summam illam constantiam in professione dogmatis, & mutuam dilectionem[z]. Vide ad Joh. 13.35. Idem autem est *credere Jesum esse à Deo missum*, & *credere Evangelio*[a]. *Mundum* hîc vocat, vel, 1. totum genus humanum, ut Joan. 14.31. & 16.8. &c. Hâc enim dilectione convincuntur omnes, Joan. 13.35. etiam obtrectatores, 1 Pet. 2.12. & hostes. Complementum vide Act. 2.42, &c. & 4.32, 33. & 5.12, 13, 14[b]. Vel, 2. electos[c], & credentes de mundo[d], ut Joan. 3.17. 2 Cor. 5.19*. de mundana sobole exemptos. Κόσμος synecdochicè, οἱ σωζόμενοι ἐν τῷ κόσμῳ, *qui in hoc mundo conservantur*[f]. Vel, 3. reprobos, qui, sicut & Diaboli, Marc. 1.34. Luc. 4.34. Jac. 2.19. convincuntur evidentiâ rei, &c[g]. Vel, 4. incredulos[h], sive qui tales mansuri sint, cogantur tamen hoc credere[i]; sive qui nondum quidem crediderant, sed tamen credituri erant[k].

22. *Et ego claritatem* (vel, *gloriam*, Be. Bru. i.e. vel, 1. felicitatem illam cœlestem[l]: vel, 2. Divinitatem[m], quâ inprimis sum gloriosus[n]: vel, 3. potestatem faciendi miracula, quæ *gloria Christi* dicitur, Joh. 2.11. & *gloria Dei*, Joh. 11.40[o]: vel, 4. ministerium Evangelicum, cui tribuitur *gloria*, 2 Cor. 3.8. Confer 2 Cor. 8.23[p].) *quam dedisti mihi* (ut Deo, per naturam[q]; ut homini, per unionem hypostaticam[r]. Exemplo suo, qui hanc illis potestatem dederit, commendat id quod Patrem rogaverat pro ipsorum sanctificatione. Solet enim οἰκονομικῶς quasi inter se & Patrem operas partiri†.) *dedi eis*] Participativè: ut nempe etiam ipsi sint filii Dei adoptivi[t], Joan. 1.12. & Divinæ naturæ participes, 2 Pet. 1.4[v]. *Dedi*, nempe in Eucharistiæ sacramento*: in quo dedi eis Divinam naturam, mediante scil. carne & sanguine meis, quibus ea conjuncta est[y]. Al. *Dedi*, i.e. constitui dare, ut *misi*, suprà v. 18[z]. Sensus loci, q.d. Omnia bona & dona mihi collata cum ipsis communicavi, v.g. ut sint *filii Dei*, Joan. 1.12. *Reges & Sacerdotes*, Apoc. c. 1. v. 6. ut habeant Spiritum S. &c[a]. ¶ *Ut sint unum*] Et inter se, & (quod sequitur) nobiscum[b]. Ut eâ quoque ratione, nimirum per illum influxum, mihi connexi sint. Subaudio enim hîc, ἐν ἐμοί, *idem mecum*[c]. ¶ *Sicut & nos*, &c.] Ad exemplum nostrum[d]. Per Divinam illam vim quam à te habeo. Vide Joh. 10.38*.

23. *Ego in eis* (1. per naturæ communionem, Eph. 5.30: 2. per spiritûs mei participationem, Rom. 8.9: 3. per gratiosam inhabitationem, ut caput in membris, suppeditans ipsis sensus & motus spirituales: 4. per specialem dilectionem[f]: 5. per carnem meam quam manducant[g].) *& tu in me*] 1. Per Divinam naturam carni meæ unitam[h]: per ὁμοουσίαν & συνουσίαν(?), per *essentiæ unitatem*. 2. Per operationem & approbationem omnium quæ facio, Joh. 14.10. 3. Per singularem dilectionem[i]. Explicatio est ejus quod præcessit: & repetendum, ἵνα ὦ, & καὶ, pro καθώς· quod positum est infrà[k]. Nec tamen, *ego in eis & tu in me*, accipiendum exclusivè, quasi Pater non sit in credentibus: sed Christus hîc loquitur ut Mediator, quo Deo unimur[l]. ¶ *Ut sint consummati* (vel, *perfecti*, Bru. T. Ger. &c.) *in unum*] Id est, ut sint perfectè unum[m], & inter se & nobiscum[n]: *unum*, ratione & animarum & corporum, &c[o]. unitatem perfectè, i.e. sincerè, colentes, &c[p]. conjuncti & carni meæ, & naturæ Divinæ: quâ non datur perfectior unio ipsorum nobiscum[q]: *ut sint consummati in charitate*, 1 Joh. 4.18. ut illa dona communia ad causam communem conferant. Vide Heb. 11.40. & 12.23[r]. ¶ *Ut cognoscat mundus*, &c.] Vel stabilem hanc unionem observans†; vel visis signis illis: quemadmodum suprà concordiæ Apostolorum eundem tribuerat effectum, 21. ¶ *Et dilexisti eos*] Quandoquidem tuâ voluntate ipsis ea potestas concessa est, nec aliter concedi potuit[t]: quòd tu eis faveas & benefacias. ¶ *Sicut & me dilexisti*] Id est, replevisti donis spiritualibus, juxta Esa. 11.2[v]. Quòd inter cætera ostenderas, datâ mihi illâ Divinâ miraculorum edendorum potestate[x].

24. *Quos dedisti mihi*] Cum effectu, *ità ut tradiderint se mihi*. Hoc non pro Apostolis tantùm precatur, sed pro omnibus credentibus, ut suprà 20[y]. *Dedisti*, prædestinatione tuâ, q.d. electos tuos[z]. ¶ *Volo*; id est, cupio, peto[a]. Θέλω] *Velim*, ut Mat. 12.38. Marc. 6.25. & 10.35[b]. ¶ *Ut ubi sum*] Id est, futurus sum[c], brevi scilicet[d], in cœlo supremo, Joh. 7.34. & 12.26. 2 Tim. 2.12*. ¶ *Sint mecum*] Nempe suo tempore[f], post resurrectionem[g], sicut ego[h]: ejusdem mecum gloriæ & beatitudinis consortes. ¶ *Ut videant*, &c.] Et ex visu beati fiant, 2 Cor. 3.18[i]. *Ut coràm spectent quo me honore affeceris*. Est enim pars quædam beatitudinis amicos habere ejus conscios ac testes[k]. ¶ *Quam dedisti mihi*] Id est, constituisti dare[l]. ¶ *Quia dilexisti me*] Vide suprà 5. & Matth. 25.34[m]. ¶ *Ante constitutionem mundi*] Pendet hoc vel à proximo verbo, *dilexisti*[n]; vel à remotiore, *dedisti*. Similis trajectio suprà v. 5[o].

25. *Pater juste*] Qui reddis unicuique juxta opera sua, Psal. 62.13[p]. Compellat eum hoc nomine, quia æquitati ejus sit conveniens præmiis afficere eos qui mundo relicto ipsum coluerunt[q]; quia justitiæ effectus his verbis significatur, &c[r]. Vel, *justus* dicitur pro *misericors*: vide Psal. 31.2. & 51.16. &c†. ¶ *Mundus*, &c.] Καὶ ὁ κόσμος, &c.] Illud καὶ non exprimunt Vulg. & Be. nec nego ex more Hebraismi interdum redundare. Hîc tamen Sy. & Ar. & Er. illud expresserunt: & emphaticum est, si jungas, vel, 1. cum, *non novit*, q.d. Etsi tua justitia quaquaversum pateat, tamen etiam non novit te mundus. Vel, 2. cum *te*, q.d. Non me tantùm non novit, quod non adeò mirum videri possit, quippe qui carnis infirmitate Divinitatem obtexi; sed te etiam non novit*. Cohæret [hæc] sententia cum præcedentibus, *quia dilexisti*; itaque non est interstinguendum complete post κόσμου, [in fine v. præced.] *Magna hominum pars non ostendit factis te sibi esse notum*. Agitur enim hîc de cognitione activa, 1 Joh. 2.4. & 4.8. ¶ *Ego autem te cognovi*] Ostendi dogmate meo[t]. *Novi*, scil. & te aliis notum feci[v]. ¶ *Et hi cognoverunt*, &c.] Factis ostenderunt se id credere[x].

26. *Nomen tuum*] i.e. Proprietates tuas, ut suprà 6[y]. nominatissimam tuam misericordiam[z]. ¶ *Et notum faciam*] Magis in colloquiis post resurrectionem, Luc. 24.45. Act. 1.3[a]. ¶ *Ut dilectio*, &c.] Non eadem, aut æqualis, sed similis. ¶ *In ipsis sit*] Id est, in ipsos derivetur, & perseveret in eis in æternum[b]. Ut eos tam bene institutos de te ames sicut me amas. Sic 1 Joh. 4.9. *Charitas Dei* ἐν ἡμῖν est, *erga nos*, quâ nos prosequitur[c]. ¶ *Et* (vel, *Quia*, Bru.) *ego* (sub. *sim*, Pi. Bru.) *in ipsis*] Tanquam caput in membris; q.d. quia mei sunt, mihi adhærent, &c[d]. Al. Ut mea dogmata & exemplum vitætam bene inculcata magis magísque hæreant eorum mentibus, Gal. 4.19. & Joh. 14.23*.

Marginal notes (left): c Ger. d Ger. * Ger. sim. Bru. f Pru. Ham. g Ger. h Bru. i G. sim. Be. k Tol. T. l Bru. m G. n Bru. T. o T. p Mal. q G. r G. † Bru. Me. t Bru. v Q. in Tol. x Al. in Tol. y Tol. z G. sim. Tol. Bru. Me. &c a G. b Ger. c Q. in Ger. d Q. in Ger. Tol. Camer. * Tol. f Camer. g Ger. h Ger. sic Mal. i Mal. k Chrys. &c. in Mal. l Pi. ex Be. m Tol. Bru. Me. n Bru. o G. p Q. in Ger. q T. r T. sim. Bru. Tol. † G. t T. sim E. v Ger. x Me. sim. Tol. Bru. y Bru. z G. a Ger. b Bru sim. Tol. c G. d Bru. * G. f Ger. g Me. ex Bru. sim. Tol. h Me. ex Bru sim. Ger.

Marginal notes (right): i Ger. k G. l Ger. m Bru. Tol. E. n T. sim. Tol. Bru. Ger. o Hil. & Cyr. in Ger. p Ger. q Bru. r G. † Bru. t G v Bru. x G. y G. z Bru. a Pi. Bru. Me. b G. c G. sic Be. Pi. Bru. &c. d Bru. &c. * G. f Pi. g G. sic Pi. h G. i Bru. k G. l G. sim. Be. Pi. m G. n Bru. o Pi. p Bru. Me. q G. sim. r Tol. † Ger. * Di. t G. v Bru. x G. y G. z Bru. a G. b Bru. c G. d Bru. * G.

CAP. XVIII.

1. *EGressus est*] Ex domo [a], & extra Urbem [b]: cujus portæ etiam noctu patebant altâ pace, præsertim festis diebus, cùm tantæ multitudini locus ad quietem intra Urbem non esset [c]. ¶ *Trans*, &c. Πέραν τοῦ χειμάῤῥου] *Trans torrentem*, Be. Pi. &c. Ad eum locum quà pedibus transitur, ut hîc Syrus [d]. ¶ *Cedron*, Τῶν Κέδρων] Ità hîc Græci omnes Codices [*], & Nonnus [f]: nec aliter in Græca Versione, 2 Sam. 15. 23. 1 Reg. 2. 37. Alibi, ut 2 Reg. 23. 4. sine articulo, κέδρων· sed ità ut appellativum esse appareat, cùm alioqui Hebræa nomina scribantur cum accentu in ultima. Accedit, quòd Jo. Bel. Jud. 6. & alibi, vallem adsitam κεδρῶνα vocat, quomodo montem Oliveti ἐλαιῶνα· & sicut Græci dicunt δαφνῶνα, πλατανῶνα, & alia ad eam formam [g]; ità ut dubitari non debeat quin cedris consiti fuerint margines hujus torrentis [h]. Nec movere quenquam debet quòd nonnulli [inter quos Beza ex Capnione] monuerunt Cedros Hebræis dici ארזים. Multa enim sunt Cedri ità generaliter dictæ genera, & inter ea unum, unde nomen Græcum fluxit קדרון, quod exstat in Chald. Par. Gen. 6. quod RR. Nathan & Josua Karchel extulerunt קדרונא. Hebræis ergò dicitur *torrens cedri*; Græcis, *cedrorum*, eodem significatu, quia in his collectivis singulare sumitur pro plurali, ut vidimus suprà 5. 16. Solet autem Johannes, ubi nomina propria exprimit, ad significationem aliquam aut historiam allùdere, ut hîc ad eam quâ David, typus in plerisque Christi, à filio suo bello petitus, Urbe migrans, eundem torrentem transiit, bonis tam indignam ejus calamitatem lacrymantibus, 2 Sam. 15. 23. Sicut perfidus Achitophel Judæ, ità Absolomus, ingratus & rebellis filius, populi Judaici, gessit imaginem [i]. [Aliis non placet hæc lectio:] Τῶν Κέδρων manifesto errore ponitur pro τοῦ Κεδρὼν [k]. *Cedron* non est Græcum nomen [l], sed Hebraicum [m], קדרון [n]: Torrens autem ille sic dictus est *à nigrore*, sive *obscuritate* [o], à קדר, *obtenebrescere* [p]; aquis scil. ejus fimo & cœno atratis: nam erat revera potiùs Cloaca urbis, quàm fluviolus [q]. ¶ *Ubi erat hortus*] Pars villæ Gethsemani. Vide Matth. 26. 36 [r]. Hortos & paradisos circa urbem habuerunt magnates populi etiam in monte Oliveto. Nam non erant horti intra urbem [†].

2. *Frequenter Jesus*, &c.] Solebat Jesus semper precandi causâ loca sola quærere. His verò festis diebus semper ibi pernoctare solitus erat, Luc. 21. 37. & 22. 39. Ostendit & hoc facto Christus se inimicos non fugere, sed locum & tempus eligere opportuna Patris suóque consilio. In loco Orationis quàm in loco Cœnæ capi maluit; & nocte, ut ostenderetur hostium formido qui die illum aggredi ausi non erant [t].

3. *Cohortem*] Pars erat ferè decima legionis [v]: continebat mille milites [x]. Τὴν σπεῖραν] Articulus ostendit certam cohortem hîc significari, eam nempe de qua Mat. 27. 65. cui præerat Præfectus Templi [y]: cohortem Prætoriam [z], à Præside impetratam [a]: illam quæ Paschatis diebus à Præside dari solebat Senatoribus ad servandam Urbis & Templi quietem. Vide quæ ad Matth. 26. 47. Hujus cohortis Præfectus χιλίαρχος mox vocatur, v. 12. Neque tamen necesse est totam cohortem adfuisse, sed ejus partem [b]. Malitiâ obcæcatus fuit Judas: alioqui Christum se eripere posse expertus erat, &c [c]. ¶ *Et à*, &c. Καὶ ἐκ, &c.] Ἐκ, i. e. *ab ipsis datos*. *Pontificum* & *Pharisæorum* nomine iterum Senatum describit, quòd illi ob privata studia maximè Jesu adversarentur: ὑπηρέται שוטרים, de quibus dicto Matthæi loco. Aderat his ministris ὁ στρατηγὸς· ut ibidem notatum [d]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ φανῶν, &c.] *Cum facibus*, &c. Ca. Pers. Ar. *Cum laternis*, Er. Tre. P. Mo. Be. Pi. &c. i. e. cum lumine laternis incluso [*]: nox enim erat [f]. Ostendit quanto ardore Christum quæsierint & metuerint nè elaberetur, qui plenâ Lunâ tamen & faces & laternas attulerint, ut omnes latebras perreptarent. ¶ *Et armis*] Hoc arguit eam, quam modò notavimus, formidinem [g].

4. *Sciens omnia*, &c.] Et hoc & sequentia diligenter annotat Evangelista, ut ostendat Christum non impotentiâ, sed voluntate suâpte, in manus venisse inimicorum [h]. ¶ *Processit*, &c. Ἐξελθὼν, &c.] *Egressus* (scil. horto [i], vel, eo loco horti ubi erat illis adventantibus [k]:) *dixit* (postquam Judas Jesum osculatus fuerat, dans sic militibus condictum signum [l]:) *eis*. Ultro prodit & se offert [m]. Simile de Elisæo Josephus, 8. 2 [n]. ¶ *Quem quæritis?*] Comprehendendum [o].

5. *Jesum*, &c.] Tantâ luce (& Judæ osculo demonstratum [p]) agnoscere eum non potuerunt, percussi ἀορασίᾳ, ut olim Sodomæ cives, Gen. 19. 11 [q]. in quo præsagium fuit Urbis non dissimilem in modum perituræ [r].

6. *Ego sum*] Ego is sum, ut alibi exposuimus. ¶ *Abierunt retrorsum*, &c.] Evenit illis κατὰ πόδας quod David adversùs inimicos suos à Deo precatur, Psal. 35. 4. Sic & Esa. 28. 13 [†]. Videtur autem hîc graphicè exprimi Jesu potentia, quasi solo halitu suos inimicos difflâsset [t], quod Deo tribuitur, Job. 4. 9. Vide & Dan. 10. 9 [v]. Sic docuit nomen illud, *Ego sum qui sum*, Exod. 3. 14. cum Deo sibi esse commune [x].

7. *Iterum*, &c.] Cùm isto miraculo moniti nondum resipiscerent. Magnæ contumaciæ character [y].

8. *Sinite hos abire*] Liberos & intactos [z]. In me unum potestatem vobis concedo, non in illos [a]. Verba sunt non tam præcipientis quàm operantis, ut illa, Joh. 11. *Lazare veni forâs* [b]. Præcipiendo effecit nè læderentur, aut tenerentur [c]. Hostes jam prostraverat, ut de fuga Discipulorum pacisceretur [d]. Boni Regis specimen, non pro se, sed pro suis, soliciti: qua & ipsa in re David ejus typum gessit, 1 Par. 21. 17. & potentiam suam ostendit, qui hoc quasi jure suo imperat [*].

9. *Ut impleretur*, &c.] Hîc manifestum est, quod sæpe diximus, talibus dictorum citationibus appositum ἵνα ἐκβατικὸν, ut & infra 19. 24. ¶ *Non perdidi*, &c.] Ἀπώλεσα hîc, ut ἀπολέσω, Joh. 6. 39. est, *sivi perire*; quomodo sæpe interpretanda sunt ea quæ habent formam Hiphil apud Hebræos, quâ formâ hîc Syrus utitur. Nam verba quæ hîc repetuntur suprà sic se habent, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, 17. 12. Voluit Christus, ut ibi diximus, singulari quadam curâ præstare nè Duodenario testium suorum numero præter unum impurissimum quisquam subduceretur, ut cæteri omnes acciperent promissum Spiritum, & munus suum cum fructu auspicarentur, viderentque incrementa Regni Messiæ [f]. Quæritur hîc, an de corporis, an verò de animæ, perditione hîc loquitur [g]. A morte animæ Judas non est liberatus; à corporis morte nemo Discipulorum servatus est; nec propterea periissent Discipuli etiamsi comprehensi fuissent, &c [h]. Resp. 1. Verba Domini de æterna morte intelligenda sunt, ea autem Evangelista accommodat etiam temporali morti à qua nunc custoditi sunt [i]. Sed noluit ille verba Domini in alium sensum ab eo, quem Dominus intendebat, distrahere: quia fidelitati narrationis hoc repugnat, aperireturque janua infidelibus, &c [k]. Resp. 2. De utriusque perditione sermo est: q. d. Nè perirent, tum corpore, utpote interfecti; tum animâ [l]: [ob causam mox dandam.] Resp. 3. De morte animæ æterna loquitur: q. d. Noluit eos comprehendi & occidi, nè perirent in æternum: tunc enim erant imperfecti [m], & imbecilli [n]: & si comprehensi fuissent [o], ad evadendum mortem Christum negâssent [p], ac proinde in æternum periissent. Si enim Petrus, fortior cæteris, ità miserè lapsus est, quid de aliis putandum est [q]? Noluit Christus eos supra vires tentari [r], aut exponi periculis antequam accepto Spiritu Sancto constantes essent redditi, &c [†]. Sic Deus nostræ subindè infirmitati indulget, nec suos unquam, impares & nondum maturos, ad certamen producit [t].

10. *Habens gladium*] Vel, fortuitò: vel, studiosè [v]; pro more peregrinantium in iis locis. Diximus ad Luc. 22. 38. Cætera vide ad Matthæum. ¶ *Malchus*] Nomen frequens apud Syros: quomodo & patrio sermone vocabatur Philosophus is qui se Græcè *Porphyrium* dixit. Etiam Arabes usurpârunt, ut apud Josephum apparet [x]. Hunc nominat, ut rem certam esse ostendat [y].

11. *Calicem*, &c.] Passionis [z]. Vide de hac locutione ad Matth. 20. 22 [a]. ¶ *Non bibam illum?*] Vin' tu prohibere quò minùs impleam quod Patri placet? Vide locum non dissimilem, Matth. 16. 23 [b].

12. *Tribunus*; ità Be. Pi. Bru. &c. cohortis [c]. Ὁ χιλίαρχος] Vertendum fuit, *Præfectus cohortis*: ità enim Latini vocant

[a] Fru. [b] G. sic Bru. [c] G. [d] Idem. [*] G. sic Be. D. Cas. [f] Cas. [g] G. [h] G. sim. Er. [i] G. [k] Be. sim. Ca. Zeg. D. Cas. ex H. [l] D. [m] Ca. D. [n] D. Be. &c. [o] Zeg. sic Bru. Li. ho. [p] Bru. [q] Li. ho. [r] G. ex Be. [†] Li. ho. [t] G. [v] Me. [x] V. [y] Be. [z] Bru. T. [a] Bru. [b] G. [c] Tol. [d] G. [*] Bru. [f] Me. [g] G. [h] G. sim. Tol. Fru.

[i] Fru. [k] Pi. [l] Me. ex Bru. [m] G. sim. Bru. [n] G. [o] Bru. [p] Bru. [q] G. sim. Bru. [r] G. [†] G. [t] G. sim. Bru. [v] G. [x] Bru. [y] G. [z] T. ex Tol. [a] Me. sim. Bru. [b] E. [c] T. [d] Li. ho. [*] G. [f] G. [g] Bru. [h] Tol. [i] Chrys. in Tol. [k] Tol. [l] Bru. [m] Tol. ex Rup. [n] Bru. Calv. [o] Tol. [p] Bru. sim. Tol. E. ex Caj. [q] E. ex Caj. [r] Calv. [†] Bru. [t] Calv. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. [z] Me. sim. Bru. [a] G. Bru. [b] G. [c] Bru.

vocant quem Græci Latinæ historiæ scriptores χιλίαρχον, ut & Lucas in Actis sæpiùs. *Tribunus* verò est qui toti legioni præest. Erant & inter Judæos χιλίαρχοι, Num. 31. 14, &c. 1 Sam. 18. 13. 1 Par. 12. 20. Sed hîc de eo agitur qui Romanam cohortem ducebat. Ideo apposite sequitur, καὶ οἱ ὑπηρέται τῶν Ἰουδαίων [d]. ¶ *Ligaverunt eum*] Manibus post tergum retortis [*]. Ab Juda moniti ut cum magna circumspectione eum ducerent [f], quòd solitus esset interdum è turba inconspicuus elabi. Vide Marc. 14. 44 [g]. & in opprobrium Christi tanquam sceleratissimi, &c [h].

13. *Ad Annam primùm*] [Quid ità?] Resp. 1. Quòd ejus domus in proximo esset [i], & illac erat ad domum Cajaphæ transeundum [k]. 2. Honoris causâ, ob ejus ætatem, dignitatem, &c [l]. quia is magnæ erat apud generum Cajapham (& apud Judæos [m]) auctoritatis [n]. 3. Animi causâ, ut oculos senis tam grato spectaculo pascerent [o]; ut rem ostentarent, & quasi triumphum ducerent [p]. 4. Ut hâc eâdem operâ Annam ad Synedrium advocarent [q]. 5. Quia hic erat auctor insidiarum, & pecuniam Judæ promiserat [r]. 6. Ut ex ipso discerent quònam & quomodo ducendus esset Jesus: vide ad versum 24 [†]: ut consilio ejus dirigeretur Cajaphas quomodo in isto negotio procederet: quia hic grandævior erat, & majoris experientiæ, & peritior in Lege. Summi Pontifices aliquando indoctissimi erant, nec tam ob merita quàm ob ambitionem & pecuniam creati. Joma, cap. 1. hal. 6. *Si Pontifex maximus sit sapiens, exponit; sin minus, exponunt ei: si assuetus ille lectioni, ipse legit; sin minus, legunt coram eo.* At Sagan Sacerdotum (qualis erat Annas) necesse erat ut esset doctior, &c [t]. 7. Quia ille *Sagan* tum erat Præfectus Templo & victimis, quæ magno numero adductæ sunt multo mane illius diei ut examen ejus subirent an sine labe essent, &c. & postea mactarentur. Coram illo ergò Jesum sistere voluerunt antequam in Templum iret ad munus suum, quod non permisit eum cum reliquis sedere in aula Cajaphæ [*]. ¶ *Erat enim socer Cajaphæ*] Provectior ætate, affinitate junctus, & cujus gratiâ Cajaphas Pontificatum acceperat. ¶ *Qui erat Pontifex anni illius*] Quare, quoties infrà ἀρχιερεὺς simpliciter dicitur, Cajaphas est intelligendus, ut & apud Matthæum aliósque Scriptores. Cur additum sit, *ejus anni*, dictum Joh. 11. 49 [v]. nempe quòd Pontificatus tunc ferè annuus fuit, &c [x]. Et, cùm modò dixisset, *primùm ductum ad Annam*, tacitè satis indicavit indè ductum ad Cajapham: quod, cùm quidam deesse putarent, textui addiderunt, ut ex Cyrillo discimus [y], qui hæc h. l. legit, καὶ ἀπέστειλαν (sed malim legere ἀπέστειλεν, & *misit*, ipse videlicet Annas,) αὐτὸν δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα [z]. quæ verba in contextum reponenda puto [a]; tum, 1. quia sic legit Cyrillus, verus ac nobilis Interpres [b]: at is non sic legit, sed explicationis causâ, ex v. 24. huc transtulisse videtur [c]: deinde Codex, quo usus est Cyrillus, alia quoque habebat afficta, ut Joh. 19. 30. Tum, 2. quia alioqui non cohærebit narratio [d]. Omnia hîc gesta videntur apud Annam quæ apud Cajapham gesta referunt reliqui Evangelistæ [*]: contra quorum consensum prima Petri negatio apud Annam non apud Cajapham, hoc pacto contigisse dicenda esset [f]. Hoc ἀπόρημα (quod multos torsit) diversimodè solvi possit [g]. 1. Κατὰ πρόληψιν (aut ὑστέρωσιν [h]) dicuntur quæ sunt inter v. 14. & 24. ut quamvis Johannes id non dicat, gesta tamen intelliguntur in Cajaphæ ædibus [i]. Sed durum hoc est [k]. 2. Dici possit, Annam cum Cajapha vel easdem habuisse ædes, vel ità vicinas ut communem haberent αὐλὴν, i. e. *vestibulum*, in quo erant milites, & Petrus se calefaciens; ut per quam Christus ad Annæ primùm, deinde ad Cajaphæ, ædes ductus est, Petro interim ibi manente, Christúmque etiam secundò & tertiò abnegante [l]. Sed his conjecturis non opus est: sine iis constat narrationi & veritas & ordo. Vox *primùm* indicat Christum apud Annam non mansisse, sed aliò deindè deductum. Quò? ad Cajapham [m]: ut satis intelligitur, tum, 1. ex v. 15 [n]. ubi dicitur Jesus (& post eum Petrus) introiisse in aulam Pontificis maximi, qui erat Cajaphas, v. 13. ubi omnes negationes contigerunt: tum, 2. ex v. 24. Ἀπέστειλεν οὖν, &c. Quod Beza rectè vertit, *Miserat igitur eum Annas*, &c. ubi particula οὖν innuit id priùs tantùm indicatum fuisse v. 15. deinde ex obscuriori narratione apertè collectum, hoc v. 24 [o].

d G. · * Bru. · f G. sim. Bru. · g G. · h Bru. · i G. · k Tol. sim. Me. · l †. · m Idem. · n G. · o T. · p Tol. ex Chryf. sim. T. ex Euthym. · q T. · r Tol. ex Cyr. sim. Er. · † G. · t Li. ho. · * Li. ho. ad Joh. 19. 31. · v G. · x Bru. sim. D. Li. ho. · y G. · z Be. · a Be. ex Er. · b Be. · c Di. · d Ec. · * Di. sim. Be. · f Q. in Di. · g Cas. · h Q. in Be. · i Q. in Cas. · k Be. sim. Cas. · l Cas. · m Di. · n G. sic Di. · o Di.

14. *Erat autem Caiphas*, &c.] In memoriam reducit dictum hujus Cajaphæ memoratum cap. 11. ut indè intelligatur quanto ille odio in Christum incensus fuerit, ut qui, nullâ aliâ prolatâ causâ, prætextu utilitatis publicæ, & quidem imaginario, interficiendum eum pro sententia ausus esset dicere. Pertinet autem hoc [tum] ad elevandam judicii in Christum habiti auctoritatem [p]: tum ad ostendendum, quòd Christus non pro se, sed pro aliorum salute, innocens passus sit [q].

15. *Sequebatur*, &c.] Post fugam se recolligens, &c [r]. ¶ *Alius discipulus*, Ὁ ἄλλος, &c.] *Alius* quidam, &c. Bru. vel, 1. Johannes [†]: cui favent, 1. articulus, qui hominem certum notari videtur [t]. [Sed] certum est, & in aliis, & in his, Libris sæpe abundare articulum, quem sensum & hîc secutus est Syrus, vertens, *Unus ex discipulis aliis* [v]. 2. Quòd hoc memorat solus Johannes, qui quædam à se gesta, & à cæteris prætérita, nomine suo suppresso, séque per periphrasin notato, narrare solet, ut Joh. 13. 23. & 19. 27, 35 [x]. Solet quidem Johannes Discipulum se vocare, sed addere, *quem diligebat Jesus* [y]. 3. Ὁ ἄλλος verti possit, *alter*, qui scil. solebat familiariter cum Petro versari: vide Joh. 20. 2, &c. & 21. 21 [z]. Verùm non est probabile aut ipsum Johannem hîc intelligi [a], (cur enim Galilæus cùm esset minùs interrogaretur ab adstantibus quàm Petrus [b]? neque hic vel ausus vel permissus fuisset eò ingredi, vel Pontifici notus charúsve esse posset [c]:) aut aliquem ex Duodecim: sed aliquem quendam Hierosolymitanum [d], è nobilioribus quempiam [*], non æquè manifestum fautorem Jesu [f]; quales multi erant in Urbe, Joh. 12. 42. Valde mihi se probat conjectura existimantium hunc esse eum in cujus domo Christus cœnaverat, ob id quod legitur Matth. 26. 18 [g]. ¶ *Notus Pontifici*] Et facie & familiaritate [h]; quippe civis ejus Urbis, non Galilæus [i]: vel, ex arte sua piscatoria [k]. Hîc per reticentiam ostenditur ad Cajapham adductus: dicit enim paulò pòst, *Miserat enim Annas*, &c [*]. [v. 24.]

16. *Stabat ad ostium*] Præ verecundia, aut timore, se non ausus ingerere intrò, sperans tamen se ab altero intromittendum [l]. ¶ *Dixit*] Sub. *aliquid*, Camer. *Dixit*, pro *jussit*, aut *rogavit* [†]. ¶ *Ostiariæ*, Τῇ θυρωρῷ] Sic 2 Sam. 4. 6. in Græco, ἡ θυρωρὸς, &c. Mos erat Hebræis, etiam fœminis uti janitricibus [m]. Servi forsan omnes jam in Christo comprehendendo & adducendo occupati erant. Hinc ancilla erat ostiarii loco [n]. ¶ *Introduxit Petrum*] Ipsa janitrix. Est enim sensus concisus. Dixit ille janitrici ut intrare pateretur Petrum; quod illa fecit [o].

17. *Numquid & tu*, &c?] Affirmantis apud Hebræos. Vide quæ ad Matthæum [p]. Johannes inter hunc versum & 25. multa interserit tanquam facta inter primam & secundam Petri abnegationem [q].

18. *Servi*] Conditione scilicet [r]: privata domûs servitia [†]. ¶ *Ministri*, Ὑπηρέται] *Ministri publici*, G. qui sponte, aut mercede, serviebant, ut apparitores, lictores, &c [t]. ¶ *Ad prunas*, Ἀνθρακιὰν πεποιηκότες] *Qui congesserant prunas*, Be. Bru. ex V. vel, *struem carbonum*, G. sic Bi. ad excitandum ignem luculentum. Vide Marcum [v]. ad verb. *carbonum compositionem*, seu ignem ex carbonibus [x]; carbones enim minùs habent fumi [y]. ¶ *Quia frigus erat*] Qu. Unde frigus tempore Paschæ, quando messis erat, Exod. 13. Levit. 23. &c [z]? Resp. Quia nox erat primi veris [a]. Constat autem in locis æquinoctialibus noctes æstate eò frigidiores esse quò longiores sunt [b]. Profunda nox erat, instante jam gallicinio. Biddulphus noster qui Hierosolymis extitit tempore Paschali, frigus, noctu præsertim, expertus est. Imò supponunt RR. gelu & nives occurrere posse in tempore Paschatis [c]. [De quo vide Cl. Authorem.] ¶ *Stans*] At in prima negatione sedebat, ut cæteri referunt [d]. Interdum stans, interdum sedens, incertus quid ageret, quem habitum præferret [*].

19. *De discipulis suis*] Cur Discipulos colligeret, & nominatim Duodecim primæ admissionis. ¶ *Et de doctrina ejus*] Quænam ea esset [f]; tacitè indicans esse factiosam & seditiosam [g]. Discipulorum & doctrinæ eadem erat causa, & eadem qualitas: ac propterea de Discipulis nihil respondit, quia hos defendit defensione doctrinæ [h].

p G. · q Bru. · r Li. ho. · † Chryf. in Bru. sic Pi. Me. · t Pi. · v G. · x Pi. · y Eru. · z Pi. · a G. sim. Bru. · b G. · c T. ex Bru. · d G. · * T. · f G. sim. Bru. T. · g G. · h Bru. · i G. · k Nonnus in Li. ho. · * V. · l Bru. · † V. · m G. · n Bru. · o G. · p Idem. · q BA. 2. 17. 122. · r Bru. · † G. · t Eru. · v G. · x Bru. · y Bru. ex Er. · z E. · a G. sic Bru. · b E. · c Li. ho. · d Bru. · * G. · f G. sim. · g G. · h Bru.

20. *Locutus sum mundo*] i. e. Hominibus cunctis[i], sive quibusvis indefinitè[k]. Coram omnibus qui audire vellent docui: quod non faciunt seditionum concitatores[l]. ¶ *Semper*] i. e. Assiduè[m]; sæpissimè[n]: quoties ulla se dedit occasio[o]. ¶ *Quò*, &c. Ὅπου πάντοτε, &c.] *Quò undique*, &c. Be. Pi. &c. Vulgò & hîc est, πάντοτε[p] ut in vetustis Codicibus legimus[q], repetitum, ni fallor, ex loco superiore[r]. At πάντες legerunt Syrus, Arabs, Latinus †. ¶ *In occulto locutus sum nihil*] Quod scilicet vetuerim proferri in publicum[t]: quod non postea aut ipse docui, aut per meos doceri jussi[v], Matt. 10. 27[x]. nihil studui celare: non aliud domi docui quàm in publico: quod signum est magnæ fiduciæ[y]: nihil alienum aut contrarium his quæ palàm docui, sed omnia ad eundem finem & doctrinam tendebant[z].

21. *Quid me interrogas?*] Cui non habebis fidem[a]. qu. d. Jam Synagogâ movistis qui mihi credunt, jam me decrevistis capiendum, & nondum inquisivistis in mea dogmata, sed nunc demum ex me ea vultis discere? Quis hic mos agendi[b]? ¶ *Interroga eos qui audierunt*, &c.] Appellat ad auditores, eósque inimicos[c]: Hoc jubet Lex, à testibus incipi, præsertim ubi multi suppetunt, ut hîc. Audierant eum toties Pharisæi[d]. Appellat jus & normam usitatam, nempe ut primùm evocentur & audiantur testes pro parte defensoria*: ut notatum in Sanhed. fol. 32. 1. & 40. 1. *Ordiuntur judicia capitalia à parte defensoria; pro qua parte omnibus*, idque *per totum diem, licuit agere; non item pro parte accusatoria.* Num sic processum cum Christo[f]? At quisnam audet pro eo testari? *Quærebant falsum testimonium*, Matt. 26. v. 59. non item verum[g]. ¶ *Hi sciunt*, &c.] Aut certè scire possunt[h]. Ipsi vestri satellites satis nôrunt qualia docuerim; scitis quid vobis retulerint. Vide c. 7. v. 46[i].

22. *Unus*, &c.] Metuens nè & ipse pro fautore rei haberetur[k]: veluti pontificii honoris vindex[l], responsionem hanc superbam & incivilem putans[m]. ¶ *Dedit alapam*, Ῥάπισμα] Vide quæ ad Matth. 26. 67. *Percussit super maxillam*, Syrus hîc, Sic solent facere qui tyrannis adulantur. Vide ad 1 Reg. 22. 24. ubi ῥαπίζειν ait Josephus[n]. ¶ *Sic* (vel, *Itáne*, Be. Pi. superbè ac contumaciter[o]) *respondes Pontifici?*] Confer Act. 23. 4. Debetur quidem Magistratibus reverentia, sed non quæ reis se tuendi libertatem tollat[p].

23. *Respondit*] Nec se ultus est, ut facilè poterat[q]: nullum vindictæ, aut impatientiæ, specimen dat[r]. ¶ *Si malè*, &c.] Si quid dixi contumeliosiùs in Pontificem. Sic, οὐκ ἐρεῖς κακῶς, Act. 23. 5. ut & in Græco, Exod. 22. 28†. ¶ *Testimonium perhibe de malo*] Accusa, ut causâ dictâ plectar[t]. Ostende me in legem illam Exodi peccâsse. Μαρτυρεῖν est, *palàm dicere*, ut suprà 13. 21. Fidenter hoc dicere poterat Dominus, qui defendit se quidem, quod licebat & decebat; sed λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, &c[v]. [1 Pet. 2. 23.] ¶ *Si autem bene*, &c.] Nam necesse est ut aut bene, aut malè, locutus sim[x]. Qui in æquorum Judicum sunt potestate, iidem & in eorum tutela sunt contra vim omnem extra judicium, & à ministris Judicum in hoc defendi, non violari, debent. Et quæ mox sequuntur de Pilati cognitione, tacitè ostendunt, ut & Acta Apostolorum sæpe, Romanos Judæis fuisse æquiores, ac proinde justo Dei judicio accidisse ut Romanis parerent[y].

24. *Et misit*, &c. Ἀπέστειλεν οὖν, &c.] *Miserat igitur*, &c. Be. Pi. Tol. &c. Οὖν abest à plerisque Codicibus, & rectiùs, ut opinor[z]. Nos autem οὖν restituimus ex fide duorum Codicum[a]. Quod v. 14. omiserat (vel insinuarat*) hîc supplet[b]. Ex aliis Evangelistis liquet, etiam primam Petri negationem, quæ alapæ Christo inflictæ præmittitur hîc à Joanne, in domo Caiphæ contigisse, & consequenter alapam quoque ibidem inflictam fuisse†. Est Epanalepsis. Redit ad ea quæ inchoârat, v. 18[c]. ad interruptam scilicet negationum Petri historiam[d]. Ut nodum solvas qui hîc necti solet, ἀπέστειλε verte *miserat*, ut ἔδησεν Matt. 14. 3. *vinxerat*: ubi & alia attulimus exempla. Sic, ἐκράτησε, Marc. 6. 17. Sic & paulò infrà [v. 26.] ἀπέκοψε, *absciderat*. Cur autem hoc quod antè suo loco omiserat Johannes, hîc inseruerit, ità demum intelligemus si accentum, ἱμαδειας indicem, posuerimus non in voce ἀπέστειλεν, sed in voce δεδεμένον. Narraturus enim

[Margin: i Camer. k Di. ex Be. sim. Pi. l G. m Bru. n Glas. gram. 440. o G. sim. Bru. p G. q Be. r G. † G. sic Di. t Bru. Me. T. v T. sim. Bru. x Bru. y G. z Tol. sim. Bru. a Bru. b G. c Bru. d G. * Li. ho. f Li. ho. ad v. 15. g Li. ho. h Bru. i G. k Idem. l Bru. sim. Me. m Me. sim. Tol. n G. o Bru. p G. q Bru. r Tol. † G. t Bru. v G. x Bru. y G. z Idem. a Be. * Bru. b T. sim. Bru † T. c Be. sim. Tol. d Bru. sim. Be. Tol.]

Johannes secundum Petri lapsum, causam præmittit, quòd Petrus jam Jesum videret manere vinctum; quod Johannes obiter notat factum fuisse ipsius Annæ jussu, gravi in reum præjudicio, cùm ante id tempus satellitum impudentiæ id potuisset ascribi. Hoc igitur Petro omnem spem æquæ cognitionis ademit*.

25. *Stans*, &c.] Vide quæ suprà v. 18[f].

26. *In horto*] Ut modò secundi, ità nunc tertii, lapsûs causa affertur, quòd valde sentiret se premi memoratione horti, & metueret nè violatæ potestatis reus ageretur[g]: quia abscissio auriculæ, &c. videri poterat crimen capitale[h].

28. *Adducunt ergò*, &c.] Quinam? Pontifices & alii Judæi, v. 35[i]. Al. Ἄγουσιν, impersonaliter, i. e. *ducitur* Jesus. Circumducitur per multa tribunalia, quò magis innocentia ejus innotescat[k]. ¶ *A Cajapha*] i. e. Ab ejus ædibus[l]. Sic Marc. 5. 35. *ab archisynagogo*. Vide Joh. 15. 26[m]. Sic Terentius Eunucho, *Eamus ad me*, i. e. ad ædes meas: & alibi, *Mysis ab ea egreditur*. Plautus, *A me ut irem*, i. e. domo mea. Cicero, *A nobis discessi*, i. e. domo nostra. Idem, *Divertit Clodius ad se*, i. e. in villam suam. Hanc phrasin non intelligentes Librarii mutârunt, *à Caipha*, in, *ad Caipham*[n]. ¶ *In prætorium*] i. e. Domum Prætoris, Pilati scilicet[o]. Vide ad Matt. 27. 27[p]. ¶ *Erat autem manè*] Primi scil. diei Paschæ[q]. Nè hoc quidem frustrà additum. Ostenditur enim summa Senatorum festinatio. Judicari solebat post nonam. Ante id tempus volebant peragi judicium, nè imminente Sabbato aliquid accideret quo reus elaberetur[r]. ¶ *Ut non contaminarentur*] i. e. Nè redderentur immundi† ingressu domûs viri Ethnici. Habebant ut Gentiles, ità Gentilium ædes immundas[t], ex Lege, Num. 19. 22[v]. Vide Act. 10. 28. & 11. 3[x]. Gentilem in publicum alloqui licitum putabant, non item ædes illius intrare[y]. Cùm non possent omne cum alienigenis colloquium vitare, ità rem temperaverant ut, diebus sacris & præparatoriis ad sacra, eos privatim accedere non liceret; sed publicè, si quod urgeret negotium, alloqui eos possent: quod commentum erat frivolæ superstitionis. Petrus quoque in Actis Apostolicis à Cornelio missos primùm pro foribus alloquitur, nec in ædes introducit nisi cognito eos esse de quibus à Deo erat præmonitus, Act. 10. 21, 22, 23. Alii verò existimant, ideo Judæos Prætorium non ingressos, nè damnationis participes viderentur: nam statim à damnatione sacris vesci non licebat, ut notatum Maimonidæ[z]. Præpostera hæc religio: horrent ingressum domûs Ethnici, non horrent cædem innocentis[a]. ¶ *Sed ut manducarent Pascha*] Scilicet impolluti[b], salvâ religione: & nota τὸ πάσχα ad ea quæ diximus Matt. 26. 2, 17[c]. Brachylogia, pro, Sed ut puri permanerent, ac proinde edere possent Pascha, à quo immundi arcebantur[d]. Per *Pascha* hîc intellige, vel, 1. agnum Paschalem*. At illum præcedente vesperâ manducaverant[f], vesperâ scilicet diei 14. jam exeuntis; à qua nunquam tralata est ejus comestio, nec propter Sabbatum, imò nec propter immunditiam congregationis[g]. Vel, 2. panes azymos[h]. At ab his nè immundi quidem arcebantur, cùm alio tunc pane uti non liceret[i]. Vel, 3. *chagigam* Paschalem; cujus adducendæ proprium tempus erat dies 15[k]. Vel, quodvis aliud Paschale sacrificium è pacificis †: hostias omnes Paschales[l], sive pacifica sacrificia[m], ovium, vitulorum, boum, &c[n]. quæ totis illis septem diebus immolabantur[o]: quæ non minùs quàm agnus, &c. *Pascha* vocantur[p]: ut constat ex Deut. 16. 2. *Mactabis Pascha Deo*, nempe *oves & boves*[q]: (subauditâ voce, *nempe*, ut in similibus locis: Exod. 20. 24. *Pacifica tua*, nempe *oves*, &c: Num. 28. v. 11. *Holocaustum*—nempe *juvencos*, &c:) & v. 3. *Septem diebus comedes cum eo* (Paschate) *azyma*[r]. Adde & 2 Par. 30. 24†. & 2 Par. 35. 8, 9[t]. Sic & RR. ut in Menachoth, fol. 3. 1. *Vitulus & juvencus quem mactant nomine Paschatis*, vel, pro Paschate[v].

29. *Exivit ergò* (quia illi intrare nolebant[x],) *Pilatus*, &c.] Nempe è Prætorio[y], non in plateam, sed in Lithostroton, quæ erat porticus supra plateam ædificata[z]: vel, in stadium ubi tribunal ponere solebat[a]. Non cogit eos ingredi, sed (quâ erat humanitate) cedit ipsorum religioni, &c[b]. Non tam superstitiosus ut illi, sed æqui observantior, & hoc melior. Omnia enim hæc suum habent

[Margin: * G. f Idem. g Idem. h Bru. i Val. k G. l G. sim. Val. Er. Be. D. Pi. m G. n D. o Bru. p G. Bru. q Bru. r G. † Bru. t Bru. sim. Me. T. v Bru. x Ham y Bru. z G. a Bru. sim. Me. b G. sim. Bru. c G. d Pi. * Q. in Me. Pi. f Bru. Me. T. sic Li. ho. g Li. ho. h Q. i Me. ex Bru. k Li. ho. † BA. ib l Bru. Me. T. m BA 1. 2. 50. 565. n T. ex Bru. sim. Li. ho. o Me. ex Bru. sim BA. T. Tol. p Bru. sim. Li. ho. BA &c. q BA sim. Bru. r BA ib. 566. † Li. ho. t Bru. Li. ho. v Li. ho. x Bru. Me. y Pi. Bru. z Bru. a G b Bru.]

habent momentum[c]. ¶ *Quam accusationem*, &c ?] Cujus criminis capitalis ipsum accusatis[d]? Κατηγορίαν vocat *crimen*. *Quod crimen affertis* quod vos alieno tempore huc adigit[*]?

30. *Si non esset*, &c.] i.e. Nisi nobis constaret[f], ipsum esse κακοποιὸν, *maleficum*, i.e. sceleris non vulgaris reum, nempe blasphemiæ: quam non exprimunt, nè à Pilato rejicerentur; imò crimine læsæ Majestatis postea texerunt[g]. Vide iniquitatem. Quod probationibus deerat id supplere volunt suâ auctoritate. Simul, ut credibile est, aliqua attulerunt de Sabbato, & similia[h].

31. *Secundùm legem vestram judicate*] i.e. Condemnate: supplicio vel mortis, vel minori, afficite, prout meruit ex legis vestræ præscripto[i]. Loro cædite: nam hucusque potestas illis salva permanserat post Judæam in provinciam redactam. Vide Matth. 10. 17. 2 Cor. 11. v. 24[k]. Hoc dicit Pilatus, vel, 1. per irrisionem[l], insultabundus & εἰρωνικῶς[m] vel potiùs, 2. per concessionem, ex collat. v. seq. Quanquam indignetur eis quòd causas explicare nolint, negétque se causâ incognitâ mortem inferre aut velle, aut posse[n]; permittit tamen illis interfectionem Jesu[o], metuens forsan aliquid mali ex cæde viri justissimi, &c. & subindicans, ipsos, si ex invidia, aut odio, præter legem suam, judicarent, pœnas sibi, aut Cæsari, daturos[p]. ¶ *Nobis non licet interficere quenquam*] Malitiosè hîc respondent, tum ut Christum per Gentiles occiderent, & sic invidiam & scandalum populi evaderent: tum ut eum morte crucis plecterent, tanquam sceleratissimum; adeóque infamarent, &c[q]. *Non licet interficere*, &c. vel, 1. tempore solennitatis[r]. In mora autem periculum est ob Christi virtutem, &c[†]. Vel, 2. morte crucis[t]. Non placet: quia verba generalia sunt, quodcunque necis genus significantia: alioquin respondisset Pilatus, satis esse quòd possent ipsum more suo interficere[v]. Tacitè innuunt, Jesum tantorum criminum teneri ut omnino morte luenda sint: Id autem non erat ipsorum potestatis. Nam, si qui aliquando à Judæis sunt interfecti, id factum est motu populari, quanquam interdum præjudicium quoddam præcesserat Senatûs eos reos declarantis. Vide quæ ad Matt. 5. 22[x]. Judicia capitalia adempta sunt à Judæis 40 annis ante excisionem Urbis[y], & Templi[z], prout ipsi sæpe affirmant[a]. Ità Juchasin, 51. 1. Moses de Kotsi, lib. Præcept. 188. 3[b]. Sed unde hæc ademptio? Resp. Vel, 1. A Romanis[c]: ut sensus loci sit, Tu scis nobis ademptum esse jus gladii: tuum igitur est, non nostrum, in eum animadvertere[d]. Non licebat Judæis capite plectere quenquam sine Præsidis consensu, &c[†]. Vel, 2. Ab ipsis Judæis, qui per oscitantiam stolidámque suam lenitatem id amiserunt. Rem totam ordine compingamus. 1. Stolidissima erat lenitas Israelitarum, quia scilicet horrendum putabant, Israelitam morte plectere. 2. Hinc, ut par erat, adeò crevit omnimoda nequitia, ut Synedrium non auderet animadvertere, &c. 3. Hinc Synedrium determinavit de non judicando, &, cùm se obligatos existimarent à majestate & authoritate loci ad justè judicandum, dum considerent in *conclavi Gazith*, in ipso atrio Israelis coram Altari, indè recesserunt in tabernas in Atrio Gentium, &c[*]. [Hæc aliáque probata dat Cl. Li.]

32. *Ut sermo*, &c.] Sub. *dictum est hoc à Judæis*, V. *Ità factum est ut impleretur quod Jesus dixerat*, G. Verba præcisa, ut suprà v. 9[f]. ¶ *Significans* (vel, *Quo significarat*, Zeg. *Quum significaret*, V.) *quâ morte*, &c.] Non seditione populari, sed (quod pejus erat) sententia hominis Gentilis, quem ipsi abominabantur; sed sententiâ à Judæis extortâ. Vide Matth. c. 20. v. 19. & 26. 45. Ipsum supplicii genus quo se afficiendum Christus indicaverat Joh. 3. 14. & 12. 32[g]. h. e. crucifixio[h], non Judæorum erat, sed Romanorum[i]. Jesum crucifigi voluerunt, ut & crudeliùs & probrosiùs occideretur quàm ipsi possent[k].

33. *Introivit ergò iterum*, &c.] Πάλιν hîc non ad actum intrandi refertur, (is enim repetitus non est;) sed ad locum ubi fuerat antequam exiret. Simile loquendi genus habuimus Joh. c. 6. v. 15. & 10. 17. Syrus, quòd abundaret hæc particula, eam omisit. Eò autem intravit ut Jesum liberiùs interrogaret[l], & sine tumultu[m]. ¶ *Tu* (vel, *Tune*, Pi.) *es Rex*, &c?] Rex ille quem

c G. — d Tol. sim. Bru. — * G. — f Bru. — g Be. — h G. — i Bru. — k G. — l Bru. sim. Li. ho. — m Scal. — n Bru. — o Bru. ex Euthym. sim. Tol. — p Bru. — q Tol. — r Tol. ex Cyr. — † Tol. — t Q. in Tol. — v Tol. — x G. — y Li. ho. sic D. ex Scal. — z D. ex Scal. — a Li. ho. — b D. — c Q. in — † Li. ho. — d Scal. — † Tol. — * Li. ho. — f Li. — g G. — h Scal. — Li. ho. — i Scal. sic G. Li. ho. — k Bru. — l G. — m Bru.

Judæi jampridem venturum sibi pollicentur? aut eum te esse prædicas? Nam delegati à Synedrio hoc præcipuè crimine eum oneraverant: quod alii Evangelistæ narrant[n]. Al. Legendum sine interrogatione, *Tu igitur es*, &c. Ità enim dicere solent Judices, ut eliciant veritatem[o].

34. *A temetipso*, &c.] Id est, Ex tuâne, an ex aliorum, sententia id rogas[p]? An propriâ sponte, an ab aliis, incitatus[q]? An *à teipso*, quasi volens veritatem dicere, an tanquam Judex aliorum accusationes prosequens, cui proinde parere volo, &c. Hoc dicit, nè jactantiæ, aut timori, tribueretur, quòd se Regem confiteretur[r]. [Sensus loci:] Tot jam annis Præsidem agis, & Imperii Romani majestatem non negligenter tutaris, compertúmne tibi est aliquid quod me Imperii turbati suspectum faceret? Quòd si tibi nihil tale compertum est, sed alii hoc suggesserunt, vide nè vocis ambiguo fallaris. Ità prudenter ex Præside id vult elicere quod ipsi ad ulteriorem responsionem viam paret[†].

35. *Ego Judæus sum?*] Nempe ut Prophetas vestros legam[t], aut curem[v]; aut sciam proprietates Regis quem exspectant[x]. Egóne scire possum quid Judæi ex suis Libris sperent, aut sibi promittant[y]? Non ergò ex meipso rogavi, sed ex instinctu Judæorum[z]. ¶ *Gens tua*] *Populares tui*, ut hîc Syrus[a]: populus Regni tui. Ità occultè rimatur an se Regem profiteretur[b], ¶ *Et Pontifices*, &c.] Expositio ejus quod præcesserat, *Imò ipsi Pontifices*, proceres populi, istarum rerum intelligentes, *te huc adduxerunt* à se præjudicatum[c], ut authorem seditionis[d]. ¶ *Quid fecisti?*] Quo facto eos tam graviter offendisti? Hoc quoque Christo occasionem dat respondendi[*].

36. *Regnum meum* (à Prophetis promissum[f], quod mihi vindico[g]: Prudens sciens agnoscit se Regem esse[h]. Certè sum Rex Judæorum; sed Regnum meum[r]) *non est de hoc mundo*] i.e. Non est tale qualia sunt Regna hujus mundi[k], mundanum & caducum[l]; sed cœleste & spirituale & æternum[m]: statum Imperii Romani non lædit[n], cum quo nihil commune habet aut quærit[o]: *non enim est indolis mundanæ*: quo ferme sensu illa locutio, ἐκ τοῦ κόσμου, usurpata est, Joh. 8. 23. & 15. 19. Hoc interest, quòd ibi de moribus vitiosis mundi agitur, hîc de potestate illa quâ ubique utuntur qui Reges appellantur sensu vulgari. Idem mox dicit, ἐντεῦθεν, (*hinc*.) Narrantur apud Eusebium Jesu cognati, rogati de ipsius Regno, respondisse Domitiano, ὡς ἡ αὐτοῦ βασιλεία, &c. (*quòd regnum ejus non esset mundanum aut terrenum, sed cœleste & angelicum*[p].) Regnum Cæsaris nec impedio, nec mihi arrogo[q]. ¶ *Si ex hoc mundo*, &c.] Si tale Regnum affectâssem quale cavere ad te pertinet, collegissem mihi stipatores armatos, ut solent qui talia conantur: hortatus essem meos, ut Imperatores solent, ut pro me fortiter dimicarent, nè in potestatem venirem inimicorum: quo sensu παραδίδωμι usurpatur Mat. 4. 12. Nunc paucos habui Discipulos, & plerosque inermes; quid ad tantam vim inimicorum? & hos ipsos pugnare vetui[r]. ¶ *Non est hinc*] Est *hîc*, quia in hoc mundo colligitur, *quia est intra vos*, Luc. 17. 21. non est *hinc*, i.e. hujus mundi: non dicit unde aut qualis sit, sufficit enim ipsi calumniam depellere, &c[†].

37. *Ergò*, &c. Οὐκοῦν, &c?] *Num* (vel, *Nonne*, Be. Pi. מכדין Syrus, i.e. *ergò*[t].) *igitur Rex es tu?* Bru. &c. Rectè hoc infert: qui enim Regnum habet, qualecunque sit, Rex est[v]. Quandoquidem distinguis de Regno, aliquod ergò Regnum tibi vindicas[x]? ¶ *Tu dicis*] Sub. *quod res est*, V. Responsio concedentis, seu confitentis, ex collatione Matth. 26. 64. & Marc. 14. 62[y]. *Rectè dicis*: Hebraismus. Rex sum certo sensu. Interrogatio Pilati tacitè hoc ponebat. Noluit Christus simpliciter à se abdicare Regis titulum, nè videretur præclara illa de venturo Rege vaticinia à se alienare. Hæc est illa καλὴ ὁμολογία, 1 Tim. 6. 13[z]. ¶ *In hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*] Dei, & huic inprimis, me Regem esse Judæorum, Christum Filium Dei, & habere Regnum, cœlorum scilicet, credentibus paratum[a]. Sensus, q. d. Non negabo me esse Regem, sicut tu dicis; nam ad hoc veni ut attestarer veritati, quodcunque periculum occurrat[b]: ut palàm & libere dicam quæ vera sunt[c]. Al. Solent, qui

n G. — o V. — p T. — q Bru. — r Tol. — † G. — t Bru. — v V. — x Bru. — y G. — z Bru. — a G. — b Bru. — c G. — d Pi. — * G. — f G. sic Bru. — g G. — h Bru. — r V. — k Bru. Me. — l Bru. — m Me. — n G. sim. Bru. — o Bru. — p G. — q Bru. — r G. — † Bru. — t G. — v Bru. — x G. — y Pi. — z G. — a Bru. — b Li. ho. — c V.

Regnum sibi vindicant, dicere se cum eo jure natos: Christus quoque se ostendit natum in hoc ut regnaret, Luc. 1. 32. *Ad hoc veni in mundum* [d], scil. per incarnationem [*]; in hoc me ostendi & notum feci hominibus, Joh. 3. 17, 19. & 9. 39. & 11. 27 [f]. *ut testimonium*, &c. sub. *Et in hoc ipso situm est Regnum meum:* non est coactivum, sed persuasivum. De locutione vide Joh. 5. 33 [g]. ¶ *Omnis qui est ex veritate*] Id est, ex Deo, quem Deus elegit, qui est prima veritas [h]: *qui stat à veritate*, i. e. qui fovet partes ejus [i]: qui ingenio sunt veri amante [k]: ut Rom. 2. 8. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, *his qui ingenio sunt contentioso*. Vide & Joh. 8. 47 [l]. qui desiderant & student rectè & justè agere. Ità Judæos malitiæ & mendacii arguit [m], tollitque hoc scandalum, quòd pauci Judæorum in eum crederent [n]. ¶ *Audit vocem meam*] Id est, doctrinam quâ veritati attestor [o]. Hi mihi, tanquam Regi, suâ sponte, vi nullâ coacti obediunt. Vide Joh. 10. Ex contrario dat intelligi homines falsi amantes (quales erant Judæi, Joh. 8. 49.) alieno à se esse animo; neque mirum si à talibus accusetur, cùm veritas apud tales odium pariat [p].

38. *Quid est veritas?*] q. d. Quid vocas veritatem [q]? des illius definitionem [r]. Putavit Jesum agere philosophum, qui de veritate, Regno, justitia, fortitudine, bello, pace, &c. soleret palàm & libere disserere [†], sine superiorum injuria [t]. Quæ est ista veritas quam tu testificaris [v]? Quisnam est verus hujus rei status? quis verus sensus rei tam ænigmaticæ [x]? Ex Jesu responso Pilatus concepit, Regnum, quod Jesus sibi tribueret, non magis Imperio Romano obesse quàm id quod Stoici Sapienti suo tribuunt [y]: qui docent, *solum sapientem regnare*, *veram fortitudinem patiendo maximè probari*, &c [z]. Obiter autem quærit cujus generis sit illa veritas cujus se Magistrum profiteatur; sed ità ut non instet, quasi de re ad Judicis officium nihil pertinente [a]. Contemnentis & fastidientis est hæc quæstio, non seriò inquirentis. Unde nec exspectato responso exit [b], persuasus hæc non sui fori, aut professionis, esse, nec ad se pertinere, &c [c]. ¶ *Ad Judæos*] Ad Pontifices, adstante coronâ populi [d]. ¶ *Nullam*, &c. Οὐδεμίαν αἰτίαν, &c.] *Nullam causam*, &c. Er. Tre. ex Sy. Mo. &c. *Nullum crimen*, &c. Er. P. Ca. Be. &c. Non est perduellis, &c [*]. Αἰτία hîc, ut sæpe apud Græcos, est *crimen*. Sic & Joh. 19. 4, 6. Sic, αἰτία θανάτου, Act. 13. 28. *crimen capitale*. Sensus est ferme similis ei qui Gallioni tribuitur, Act. 18. 15. Video quidem aliquid esse inter vos controversiæ, sed ejus generis quæ in disputationibus versetur, quæ non sit forensis cognitionis: non est hîc ἀδίκημα ἢ ῥᾳδιούργημα [f].

39. *Est autem consuetudo vobis*] Id est, in vestri gratiam introducta. Vide quæ ad Matthæum [g]. ¶ *Regem Judæorum*] Id est, vestrum [h]: à vobis tam diu exspectatum. Est Hebraica repetitio antecedentis, non sine sarcasmo [i]. *Regem*, &c. contemptim: q. d. si qui vestrûm tales homines Regio titulo dignantur, nos Romani id non curamus; nihil ad nos id pertinet, permittimus vobis hæc somnia [k].

40. *Latro*, λῃστής] i. e. φονεύς, ut Act. 3. 14. caput cruentæ seditionis [l], seditiosus & homicida: quod docent Marcus & Lucas [m].

Margin: d G. — * Eru. sic Me. — f Eru. — g G. — h Me. ex Eru. — i V. — k G. sim. Tol. T. — l G. — m Tol. — n Bru. sim. Tol. — o Bru. — p G. — q Me. — r Eru. — † T. ex Eru. — t T. — v Me. — x Li. ho. — y G. — z T. — a G. — b T. ex Bru. — c Eru. — d G. — * Bru. — f G. — g G. — h Be. Eru. — i Ee. — k G. — l G. — m Eru.

CAP. XIX.

1. **T**UNC *ergò*] Cùm nihil proficeret Pilatus isto commento de die festo [a]. ¶ *Flagellavit*] Scil. per lictores suos [b], loris cecîdit [c], tanquam quæstionis habendæ gratiâ [d]; consilio interim satiandi iram populi: ut ad Matthæum annotatum est [*]. Al. Romanorum more factum, qui agendum in crucem flagris priùs cædebant [f].

2. *De spinis*] Indicium quòd Regnum ejus non de terra sit, cùm coronetur tantùm *spinis & tribulis*, maledictione terræ, Gen. 3. 18 [g]. ¶ *Veste purpureâ*, &c. Ἱμάτιον πορφυροῦν] *Pallio purpureo*, Be. Pi. &c. *Chlamydem coccineam*, alii. Syrus hîc ארגונא, quod respondet Hebræo ארגמן, quod πορφύραν vertere solent Græci. Est autem color aut idem qui תולע, & שנים dicitur, & Græcis κόκκινον vertitur; aut sanè proximus, ità ut Hebræorum Magistri utrumque interpretentur per *cramosinum*. Et Esa. 1. 18. ubi Græcè est, ὡς φοινικοῦν, Latina Versio habet, *ut coccinum*; ἱμάτιον autem vox hîc generalem habet notionem, non illam specialem *pallii* [h].

3. *Ave rex*, Ὁ βασιλεύς] Pro, ὦ βασιλεῦ. Enallage casûs Attica [i].

4. *Nullam*, &c.] Id est, Nè tantillum quidem ob quod flagris cædi debuerit. Ità ipse se iniquitatis damnat, qui populo irato obsequens donaverat pœnam hominis innocentis [k].

5. *Ecce homo*] Videte ejus miseriam & quàm ridiculum sit in ipso crimen Regni affectati. Vide infrà 14 [l].

6. *Pontifices*, &c.] A quibus initium factum in populum manavit [m]. ¶ *Crucifige, crucifige eum*] Repetitio animi furorem & ardorem significat [n]. ¶ *Vos*, &c.] q. d. Vos hoc, si libet, facite vestro periculo [p]: meum non est damnare insontem. Non jus concedit, sed mavult alienum quàm suum esse crimen [q].

7. *Nos legem habemus*] Cùm non persuaderent crimen adversùs Imperium Romanum, legem suam urgent; nempe illam de Pseudoprophetis, Deut. 18. 20 [r]. ¶ *Quia filium Dei* (scil. naturalem [†]: vel, Messiam, ut notavimus Joh. 1. 49. & 10. 36. & ad Matth. 26. 63 [t].) *se fecit*] Id est, se eum esse finxit [v], prædicavit [x], persuadere hominibus conatus est [y]. Sic & Joh. 5. 18. & 8. 53. & 10. 33. & mox v. 12. Si mori debet qui Prophetam se dicit cùm non sit, mori multò magis debet qui Messiam se dicit cùm non sit, cùm Messias & Propheta esse debeat & plusquam Propheta. Vide Joh. 4. 25 [z]. Qui Filium Dei naturâ se facit, alium Deum invehit contra Legem, Deut. 6. 4. & blasphemiæ reus est [a].

8. *Magìs timuit*] Scil. quàm antea [b]. Perculsus erat antea, alternante nimirum conscientiâ, & clamoribus Judæorum, nunc etiam legem prætexentium: metuit nè tandem seditio erumperet, nisi illis pareret [c]. Metuit ob res miras de eo auditas, nè fortè verum esset ortum eum Divino satu, sicut Romani & Græci de Heroibus suis credebant [d]; nè heros esset aut semideus, ex Deo & homine natus: quod Ethnicum metuisse mirum non est. Confer Act. 14. 11 [*]. Vide quæ diximus ad Matth. c. 27. v. 54 [f].

9. *Iterum*] Novæ accusationis causâ novam instituturus interrogationem. ¶ *Unde es tu?*] i. e. Unde ortus [g]? quibus majoribus [h]? Vide ad Joh. c. 7. v. 27. ¶ *Responsum non dedit ei*] Secutus quod ipse præceperat, *nè margaritæ porcis objicerentur*. Vide quæ ad Matth. 26. 63 [i]. Nihil æqui exspectari poterat ab eo qui verberari in gratiam plebis iratæ jusserat eum quem noverat & fatebatur innocentem [k]: novit Jesus Pilatum cessurum Judæis: nec à morte liberari voluit Jesus, sed judicium subire nostrâ causâ [l]. Nec intelligere poterat Pilatus quæ esset vis Hebraicæ locutionis, *Filius Dei*. Tum verò quantum satis est jam antè dixerat Jesus suprà 18. 37 [m].

10. *Potestatem habeo*, &c.] Id est, & auctoritatem & vires [n]. Ἐξουσία hîc est non *jus* propriè, sed *efficacia talis quæ quod vult æquum aut iniquum facilè effectum dat*, ut Joh. 10. 18. Sic Eccles. c. 9. v. 13. Ἀπέχε ἀπὸ ἀνθρώπου ὃς ἐξουσίαν ἔχει τοῦ φονεύειν, Hoc sensu vocem *licere* usurpavit Cicero pro Rabirio, Judices alloquens, *Si enim quod liceat quæritis*, *potestis tollere è civitate quem vultis* [o]. ¶ *Dimittere*, Ἀπολῦσαι] *Absolvendi*, Bru. *Dimittendi*, Be. Pi. *Impunitum dimittendi*, G. ut Joh. 18. 39. Pilatus, parum memor officii, quid valeat jactat; & se damnat qui tam potens plebi furenti serviliter morem gerit [p].

11. *Non haberes potestatem*, &c.] Id est, talem *potentiam*, sive *facultatem*, quam jactas in me: facilè eam evaderem, ut antehac insidias & seditiones multas [q]. Coercet Pilati jactantiam, sed non omnem, nec præcipuam [r]. ¶ *Desuper*] Indè scilicet unde ortus sum. Tacitè enim hoc indicat [†]. Ἄνωθεν est, *ex cælo*, מעלה, Job. 3. 4. quod & ἐξ ὑψίστων vertitur, Job. 31. 2. sic Joh. 3. 21. Jac. 1. 17. & 3. 15, 17. Cùm autem dicit, *datum è locis superis*, non illam communem significat permissionem quæ multa relinquit ordini naturali, sed ex gravissimis causis deliberatam rem in consilio Divino, quæ omnia impedimenta undique amoverat. Hoc modo

Margin: a G. sim. Bru. — b Bru ex Pi. sim. Camer. Pi. — c Camer. Bru. — d G. — * G. sim. Eru. — f V. sim. D. — g Li. ho. — h G. — i Pi. — k G. — l G. — m G. — n Bru. — p Bru. — p G. sim. Bru. — q G. — r G. — † Bru. — t G. — v G. Bru. — x Bru. — y Pi. ex Be. sim. Bru. — z G. — a Bru. — b Bru. — c Be. — d G. — * Bru. — f G. — g G. — h Bru. — i G. — k G. sim. Bru. — l Bru. — m G. — n Bru. — o G. — p Idem. — q G. — r Bru. — † G. sim. Bru.

modo nactus est Pilatus potentiam in Jesum. Ità & suam indicat dignitatem,& Pilatum modestiæ admonet. Vide Luc. 22.53[t]. Sensus, q. d. Neque à Cæsare, neque à teipso, neque ex merito causæ meæ, neque ex hostium malitia & importunitate, &c. quidquam juris aut potestatis in me haberes, si non speciali decreto Divino ità statutum esset: sum enim superior omnibus hominibus, omnium Dominus & Deus[v]: ac proinde quòd hominis judicio subjiciar, est extraordinariæ & prorsus Divinæ voluntatis opus, ut liquet ex Act. 4.27,28[x]. ¶ *Propterea qui me tradidit tibi* (i.e. populus Judæorum, Joh. 18.35[y]. Singulare pro plurali, *Quisquis is qui me tibi tradidit*, qui causa fuerunt cur ut reus ad te ducerer; Judas præcipuè, secundo loco Senatus, tertio populus[z],) *majus peccatum habet*] Vel, *majori peccato tenetur*, V. Bru. scilicet *quàm tu*[a]. Pilatum quoque peccâsse monet[b]. q. d. Non cares tu culpâ qui innocentem non modò non defendis, sed oneras: sed minùs delinquis,quia tibi non tam promptum est nôsse in quem delinquas. Atrocitatem injuriæ auget cognita) aut cognosci quita, qualitas ejus cui infertur. Damnat Christus sententiam quæ peccata statuit paria, ut & Luc. 12.48. Mat. 10.15[c]. Al. *majus peccatum*: quia sic & in Deum peccabant à qua Judicum potestas servandis insontibus constituta est; & in Pilatum, cui vim afferebant; & in ipsum innocentissimum Christum †. Tanto majus est eorum peccatum quanto tua potestas justior est,& à Deo; quia me ut reum & sceleratum injustè tradiderunt potestatem habenti ad mihi nocendum & crucifigendum; idque eâ intentione ut crucifigeret[d]. Potestatem in me habes, non judiciariam & authoritativam; sed duntaxat permissivam, sive ex permissione Dei. Indè tu quidem peccas, potestate illâ contra me utendo ut judiciariâ, cùm sit potestas tenebrarum ac Diabolica: sed illi graviùs peccant, tum quia livore & odio acti sunt, tum quia potestatem divinitus constitutam suo furori & sceleri servire coegerunt *. Al. Aposiopesis est, & aliquid subintelligendum; q. d. Magis peccant illi, quia Divina mysteria de Filio Dei promisso & exhibito Messia intelligunt, aut intelligere debent, quæ tu non intelligis[f]. Διὰ τοῦτο relationem habet ad aliquid quod subticetur, sed quod facilè ex dictis intelligi potest; Ideò quia talis sum cujus curam tam peculiarem gerat Deus, quod scilicet Judæi ex vaticiniis scire possunt, tu non itèm potes, nec æquè teneris[g], quia tu probabiliori laboras ignorantiâ, putâsque te in me jurisdictionem habere: quum Judæi ex Scripturis discere potuerunt me esse Filium Dei[h], & tamen me persequuntur,&c[i].

12. *Et*, &c. Ἐκ τούτου] *Ex hoc*, Mo. *Ex eo*, Er. P. Be. Ca. Ger. *sub. tempore*, Er. Be. Pi. &c. ut ἐκ τούτου sæpe usurpatur à Johanne, ut Joh. 6.66[k]. Ex quo conscientiam sui peccati convictam sentiebat[l]: nè peccaret innocentem occidendo[m]: & ex quo suboluit, Jesum esse Filium Dei[n]. *Propter hoc*, Ar. sic Æth. & Syrus hìc & Joh. 6.66. ¶ *Quærebat—dimittere*, Ἀπολῦσαι] Sume sensu quo suprà v. 10. Quærebat obtentus quibus eum favorabiliter dimitteret[o]. ¶ *Non es amicus Cæsaris*] Cujus locum tenes, ut cui fidem debes[p]: ejus jura non tueris[q]: ostendis te non esse fidum Cæsari: ut sæpe היה sumitur pro *ostendi*[r]. ¶ *Qui se Regem facit*] Id est, vocat, jactat, gerit †: quicunque in Provinciis Romanis Regem se asserit[t], injussu Imperatoris[v]. ¶ *Contradicit*, &c.] i.e. Adversatur, rebellat[x]. Ἀντιλέγειν hìc, ut & Luc. 2.34. est, *repugnare*. Nam Hebræis *dicere* sæpe est, facere aut moliri. Partes Imperatoris Romani sibi vindicat qui sine ejus auctoritate vult regnare[y].

13. *Cùm audisset*,&c. Veritus nè apud Cæsarem perduellionis & perfidiæ accusaretur[z], Cæsarem magis metuens quàm Deum[a]. Suspicacissimus erat Tiberius, & sub illo minima quæque veniebant in crimen Majestatis, ut ex Tacito & Suetonio apertissimum est. Apud talem dominum qualiscunque provincialium accusatio adferebat periculum: cujus timori succumbens Pilatus, planè ut Cajaphas, injustè agere quàm pati mavult; quod ferè est ingenium eorum qui Rempublicam tractant[b]. ¶ *Sedit*] Habitu Judicis, ad ferendam sententiam[c]. ¶ *Pro* (vel, *In*, Be. Pi.) *tribunali*, ἐπὶ τοῦ βήματος] In xysto sive stadio tecto. Vide quæ ad Matthæum. Mos erat Romanorum Præsidum non pronunciare nisi pro tribunali, qui locus & *jus* dicitur[d]. ¶ *Lithostrotos*, Λιθόστρωτον] Sic vocatur nobile pavimentorum genus, incrustatione exiguis lapillis factâ *. Pari de causa forum Constantinopoli dictum πλακωτόν· quia nimirum, ut Zonaras Constantino loquitur, κατέστρωτο λιθίναις πλαξί[f]. Forsan intelligit *conclave Gazith*, sic dictum, inquit Aruch. *quia structum fuit lapidibus dolatis*, ubi sedes Synedrii. Et cùm Judæi nollent ire in Prætorium Pilati, ubi tribunal ejus, ipse ivit in Prætorium eorum. [De quo plura videsis in Li.] *Totum pavimentum Templi erat* λιθόστρωτον, *lapidibus constratum*, ut refert Aristæas, cui attestantur Talmudici[g]. ¶ *Hebraicè*] Intellige sermone ejus temporis[h], qui erat Chaldaicus veteri Hebraico mixtus; quam linguam nos Syriacam vocamus[i]. ¶ *Gabbatha*, Γαββαθᾶ] גבתא[k]: Significat βῆμα, *locum excelsum*, qualia erant Romanorum tribunalia. Syri sæpe ב mutant in פ. Ideò hìc (Syrus reddit[l]) גפיפתא[m]; i.e. πέδιλον[n]. Chaldææ formæ est vox[o]: Significat autem *altum* & *editum*, sub. *locum*[p]. Sic vocatur pavimentum illud, quòd elevatum esset[q]. Quod Heb. est גבה, Chaldæi, adjectâ suo more literulâ, גבתא dicunt, *altitudo*[r]. Hinc constat linguam Syriacam tunc Judæis fuisse vernaculam †.

14. *Erat autem parasceve* (i.e. præparatio[t]) *Paschæ*] Et simul προσάββατον, Marc. 15.42. Vide quæ ad Matthæum[v]. *Parasceve*, i.e. dies præparationis rerum necessariarum ad sequens Sabbatum[x]. Additur, *Paschæ*, quòd dies hic parasceves incideret in unum, & quidem eo anno primum, dierum Paschalium,sive Azymorum[y]. [De quo plura vide ex BA. & aliis in Synopsi nostra ad Matth. c. 17. v. 2.] Al. Erat dies proximus ante diem Paschæ[z]: quo ad festum se præparabant[a]. Pascha quidem præcedenti die ab illis celebratum fuerat[b]: At nomen Paschæ extendebatur ad dies (totúmque tempus[c]) Azymorum[d]. Al. *Præparatio Chagigæ*, non *Agni*: de quo diximus ad Joh. 18.28. & fusiùs ad Marc. c. 14. v. 12 *. Forsan tamen vox *Pascha* h.l. τὴν ἑορτὴν denotat, & hoc vult Johannes, eo die parari & cibum & animos ad festivitatem totius festi[f]. Impietatem eorum notat, quòd hoc scelus tam solenni sanctóque die patrarent[g]. Significat non sine speciali Dei providentia rem ità directam, quandoquidem & Christi mors verè erat præparatio ad transitum nostrum in vitam meliorem[h]. ¶ *Hora quasi* (vel, *circiter*, Bru.) *sexta*] i.e. Sub meridiem[i]: cùm Sol maximè fulget. Non significatur præcisè fuisse meridies, sed illa pars diei quæ est inter *manè*, בקר, & ערב, *vesperam*. Vide quæ ad Matthæum. Solet ὥρα & apud alios & apud nostros scriptores nonnihil habere latitudinis[k]. At Marc. 15.25. est *hora tertia*. [Quomodo hæc concilianda?] Resp. Totum νυχθήμερον, constans 24 horis, apud Judæos distributum est in 8 partes,quarum singulæ continebant tres horas; v.g. tertiam sextam, nonam, &c. quæ etiam erant horæ precationis, ac propterea indicio tubæ significabantur.Quodlibet porrò trihorium vocabatur nomine primæ istius spatii horæ: ut hæc hora dici posset & *tertia*, ut Marc. 15. & *quasi sexta*, h.e. instante sextâ[l]. Distinguendum ergò est inter horas diei, & horas orationis; harum verò singulæ durabant usque ad principium sequentis, ideóque hora tertia durabat usque ad sextam[m]. [Vide plura in Collectaneis nostris ad Marc. 15.25.] ¶ *Ecce Rex vester*] Pauper, & afflictus: Cæsar sibi ab illo non timet, vos tantum quiescite & illius misereminì[n]. Vult eos verecundiâ aut misericordiâ flectere[o]: Contemnit ipsorum calumniam, se non esse amicum Cæsaris, &c[p]. Est & Ironia[q]. Exprobrat illis quòd tam stulti multi inter ipsos fuerint qui talem hominem pro Rege habuerint[r].

15. *Tolle*] E medio, ex conspectu nostro, ex vita. Confer Act. c. 22. v. 22 †. Vide quæ ad Matthæum[t]. ¶ *Non habemus* (i.e. agnoscimus[v]) *alium Regem nisi Cæsarem*] Mos erat Græcorum & Hellenistarum, quem Romani vocabant *Imperatorem*, appellare βασιλέα, (*regem*,) quia potestas erat similis[x]. Deo ità res & verba dirigente, Judæi & spem de Messia abdicant[y], Messia, inquam, divinitus promisso, in quo inclusa erat tota ipsorum & religio & salus, à quo pendebant omnes Dei promissiones[z]; & se ob bella postea excitata rebellionis damnant. Tantum potest ira ut sæpe dicantur quæ

Nnn maxime

[Marginal notes, left column: t G. — v Bru. — x Be. — y Bru. — z G. — a Bru. Me. — b Bru. — c G. — † Be. — d Tol. — * Ger. — f Q. in Ger. — g G. — h Me. — i T. — k Ger. — l G. sim. T. — m Ger. — n T. ex Bru. — o G. — p Me. ex Bru. — q Bru. — r G. — † Bru. — t G. — v G. sim. Bru. — x Bru. sic Pi. — y G. — z Me. ex Bru. — a Bru. — b G. — c Bru.]

[Marginal notes, right column: d G. — * Be. — f G. — g Li. ho. — h G. sim. Bru. — i Bru. — k Li. ho. — l Idem. — m G. — n Li. ho. — o V. — p V. sim. Ca. — q Pi. — r Zeg. — † Be. — t Me. Li. ho. — v G. — x T. sim. Tol. Eru Me. — y T. ex Baron. sim. Bru. BA. &c. — z Pi. Cap. in Wal. — a Pi. — b Me. — c Tol. — d Me. sim. Tol. — * Li. ho. — f Li. ho. ad Marc. 15. 25. p 77. — g Li. chron. p 70. — h G. — i V. Ham. Eru. G. — k G. — l Ham. — m Tol. — n Bru. — o Me. ex Bru. — p Tol. Bru. — q Cauer. — r G. — † Bru. — t G. — v G. Bru. — x G. sim. Er. — y G. — z Bru.]

maximè nocent [a]. Odium Jesu extorsit eis servitutis invisæ publicam professionem, & ut Cæsari, quem ut tyrannum summè oderant, in æternum se obstringerent [b]. Solebant dicere, *Non habemus Regem nisi Deum:* quod est in Thalmude [c].

16. *Tradidit*, &c.] Non in manus tradidit; nam traditus est militibus ex more Romano: sed *largitus est ipsum illorum odio*, χαρίσασθαι, Act. 25. 11, 16. ¶ *Susceperunt*, Παρέλαβον] i.e. *Acceptus est:* nam subauditur Nominativus, οἱ παραλαβόντες, *quorum id erat officium* [d]; milites scilicet [*]. ¶ *Eduxerunt*] Ità Di. ex Sy. vel, *Abduxerunt*, Di. ex Er. & Be. Utraque sententia quadrat. Quum enim in Lithostroto, ubi tribunal erat, damnatus esset, abduxerunt eum in Prætorium, teste Mat. 27. 27. Indè eduxerunt eum ut crucifigeretur [f]. Ἀπήγαγον] *Abduxerunt* autem, vel, 1. ii quorum erat crucifigere, apparitores & lictores Pilati [g]. Vel, 2. Judæi [h]: quorum non tantùm postulato, sed & auxilio, hæc facta sunt, ut liquet ex Luc. 23. 25, 26 [i]. qui lictoribus Jesum abducentibus adhæserunt, eósque suâ auctoritate & violentiâ coegerunt, &c [k].

17. *Bajulans sibi crucem*] Ut solebant malefici apud Romanos [l], quod docet Lipsius de Cruce, lib. 2. cap. 5. Et ignominiosum hoc erat, & gravissimum, Jesu inprimis, extremè fatigato & flagellis mutilato [m]. Obj. At Simon Cyrenæus portavit, Matth. 27. 32. Resp. Christus initio portavit, postea verò Simon [n]. ¶ *Exivit*] Prætorio eductus [o]. Al. Extra Urbem, ut Matth. 27. 32. De cæteris vide quæ eo loco [p].

19. *Titulum*, Τίτλον] Vox est Latina [q]: Τίτλος, πυξίον ἐπίγραμμα ἔχον, (*codicillus inscriptionem continens,*) Hesychio. Latinam vocem hoc sensu usurpat Suetonius. *Tabulam*, non malè dixerunt Syrus & Arabs. Hebræis est לוח [r]. Τίτλος erat tabula causam mortis continens & exhibens [†]. Lucas vocat ἐπιγραφὴν, *inscriptionem*; Matthæus αἰτίαν, *causam*, quòd causa mortis in eo publicaretur. ¶ *Super crucem*] Id est, In superiori crucis parte [t].

20. *Prope civitatem*] In suburbano, ut solebant esse loca suppliciorum [v]: duobus ab Urbe stadiis [x]. ¶ *Hebraicè, Græcè, & Latinè*] Ut omnes, qui de diversis mundi partibus ad festum venerant, legere possent [y].

21. *Noli*, &c.] Id enim ità accipi poterat quasi populus Judæorum eum pro Rege habuisset [z]. ¶ *Sed —ipse dixit*, &c.] Tam falso quàm ambitiosè [a]: quòd id nominis temere sibi arrogaverit [b].

22. *Quod scripsi* (i. e. scribi jussi, ut suprà v. 1. ἐμαστίγωσε [c]) *scripsi*] i. e. Pro scripto habeo, scriptum manere volo [d]. Similis πλοκὴ, Matth. 5. 37. Agesilaus, apud Xenophontem, *respondit* ὅτι μεταγνῶναι, &c. (*se nihil eorum quæ scripserat mutaturum.*) Vides hîc τὸ ἀκαμπὲς (*obstinatum ingenium*) Pilati Philoni notatum [*]. Mutare nec potuit, (nam, ut Apuleius ait, *Proconsulis tabella semel lecta neque augeri literâ unâ, neque minui, potest,*) nec à Deo permissus est [f]. Similes phrasiologiæ apud RR. qui dicunt, *Illud quod obtulit, obtulit:* &, *Quod factum est, factum est*, & non est revocandum [g].

23. *Vestimenta*, Ἱμάτια] Hâc voce intelligi videntur omnia ejus vestimenta, excepto pallio, vel veste exteriori, super quam sortes jecerunt [h]. Ὁ χιτὼν videtur contineri voce ἱματίων. Quî ergò hîc distinguuntur? Si esset ἱμάτιον, perspicua esset antithesis inter *pallium*, vestem extimam; & *tunicam*, vestem interiorem, ut Mat. 5. 40. & Luc. 6. 29 [i]. [Ad quæ loca vide Synopsin nostram.] Pluralis vox [ἱμάτια hîc ponitur] sensu singulari [k], ut diximus ad Matth. 27. 31. & Joh. 13. 4 [l]. *Vestimenta*, pro *vestimento* [m], nempe pallio [n]. Id autem ideo quia pallium pluribus partibus constabat [o]. ¶ *Fecerunt* (scissurâ [p]: dissuerant scindendo [q]:) *quatuor partes*] Facilè id fieri potuit, quia Judæorum vestis exterior (sive pallium [r]) quatuor partibus (sive pannis, certo modo inter se junctis [†],) constabat; quarum extimæ oræ כנפות Hebræis, πτερύγια Græcis, Deut. 22. 12. Hæ partes fibulâ jungebantur [t]. Non multum dissimile erat pallio Græcorum: quod & τετράγωνον ἱμάτιον Græcis passim appellatur [v]. ¶ *Et tunicam*] i.e. Vestem interiorem [x]: quæ corpori ejus adhærebat, subuculam [y]. Targ. in Psal. 22. 19. *Super* פתגי, i. e. *sindonem meam* (ut Prov. 13. 24.) *jecerunt sortes* [z]: Ità Christus prorsus

a G. b Eru. c G. d G. * G. sic Pi. f Di. g Bru. h Bru. Di. i Di. k Bru. l Bru. Ham. m Bru. n Ham. sim. Bru. o Be. p G. q Bru. r G. † Di. ad v. 20. t Bru. v G. x Bru. y L. sim. Tol. z G. a Bru. b G. c G. d G. sim. Pi. Bru. * G. f Bru. g Li. ho. h Li. ho. i Pi. k G. sim. E. Bru. l G. m E. Bru. n E. o G. p Caf. in Wal. q Bru. r Caf. † Idem. t G. v Caf. x Camer. sim. Bru. ex Euthym. y Bru. z Li. ho.

nudus in cruce pependit [a]. ¶ *Inconsutilis*; ità Er. Mo. Il. Be. &c. Ἄῤῥαφος] *Absque sutura*, Tre. ex Sy. Bru. simil. Æth. *Sine commissura*, continuo textu, non juncta fibulis: ut Pontificis tunica apud Josephum [b]. [Verba vide in G.] Quæ non esset ex pluribus partibus consuta, ac proinde nec dissui posset [c]. Simili opere fiunt lineæ interulæ [d]. ¶ *Desuper*, &c. Ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι᾽ ὅλου] *Ex iis desuper* (vel, *A summo*, Tre. ex Sy. P. Be. Ca. &c. *A summa parte*, V. Bru.) *contexta tota*, sive *per totum*, Mo. Er. Be. vel, *usque ad imum*, Pers. sic Zeg. Bru. uno continuo textu [*], contexta acu, opere reticulato, idque ex filis laneis [f]. Sic dicitur quia in altitudinem sursum versùm, & à stantibus, texebatur [g]. ¶ *Non scindamus eam*] Inutilem futuram si scinderetur [h]. ¶ *Sortiamur*, &c.] Duplex erat sortitio, contrà quàm sentit Cl. Cas. 1. de vestibus in 4 partes distributis, quam Mat. Marc. & Luc. narrant, *quis quid tolleret*, ut habet Marcus: quam probat Mat. ex Psal. 22. 19. 2. De sola tunica quam narrat Johannes probátque ex eodem loco, ubi est לבוש, quod generale nomen est ad omnes vestes, sicut & ἱματισμὸς ut ex Act. 20. 33. liquet [i]. Probus apud Vopiscum, cùm equus in commune obtigisset in præda, *in urnam milites jussit nomen suum mittere, ut aliquis eum sorte ductus acciperet*. Pro *urna* est *alea*, apud Virgilium & Papinium [k]. ¶ *Ut—impleretur*, &c.] Non causa significatur, (quæ milites nihil movit [l];) sed consecutio, sive eventus [m]. ¶ *Partiti sunt*, &c.] Dixit hoc David de se proverbialiter, Psal. 22. 18. ut indicaret inimicos lætatos suis spoliis. At Dei providentiâ factum est ut hæc & alia ejusmodi in Christo implerentur perfectiùs, non modò secundùm sensum proverbialem, sed & κατὰ πόδας ut appareat in ipso esse complementum omnium quæ veteribus contigerant [n].

25. *Stabant—juxta crucem*, &c.] Ità ut Jesum & videre & loquentem audire possent [o]: ità tamen ut, intercedente militum turbâ, propiùs ad crucem accedere prohiberentur, Matth. 27. 55 [p]. ¶ *Mater ejus*] Scil. Jesu [q], neque periculo suo, neque tristitiâ spectaculi, neque probris, absterrita quominùs Filii ultima mandata exciperet, & reipsâ ostenderet, memorem se eorum quæ ab Angelo didicisset. Præsagium fortitudinis Christianæ etiam in sexu infirmiore appariturae [r]. Jam impletum illud Luc. 2. 35. ¶ *Soror matris ejus*] Conjugii jure, soror Josephi jam mortui [†]. ¶ *Maria Cleophæ*] Subauditur, vel, 1. mater [t]. Vel, 2. filia [v]: ut disertè habet Arabs. Vide quæ ad Matthæum [x]. Vel, 3. uxor [y]. Usitatum enim est ut mulieres cognominentur à maritis [z]: sed & à filiis, ut Luc. 2. 36. *Anna—filia Phanuelis*, occultato nomine mariti [a]. *Cleophæ*, sive *Alphæi*, ex collat. Marc. 15. 40. cum Matth. 10. 3. Sæpe occurrit חלפי apud Talmudicos, flexile in lectione, vel in *Alphæi*, vel in *Cleophi* [b].

26. *Quem diligebat*] Ut Joh. 13. 23 [c]. Ità Johannes seipsum significare solet [d], proprium nomen occultans modestiæ causâ [*]. ¶ *Mulier*] Ut Joh. 2. 4 [f]. *Matrem* non vocat, tum ob hostes circumstantes [g]; tum nè viscera materna æquo vehementiùs commoverentur [h]. ¶ *Ecce filius tuus*] Non naturâ, neque adoptione, quæ fieri solebat hæreditatis ergô, quam Maria non habuit; sed officio & charitate filiali [i]: hic tibi pro me filii erit loco, hic tibi filii officia exhibebit [k], senectutis tuæ curam geret pro me, qui jam abs te divellor [l]: ut sic etiam in ipsa adimpleretur id quod Christus piis promisit, Mat. 19. 29. Tertul. adv. hæreticos, de Johanne, *quem loco suo filium Mariæ demandavit* [m]. Hinc colligitur, Josephum jam mortuum fuisse, alioqui matrem non tradidisset Christus custodi alteri [n].

27. *Ecce mater tua*] Quam tu ut matrem posthac observaturus es [o]. Sic Æn. 9. Ascanius Euryalo de Euryali matre, *Námque erit ista mihi genitrix*. ¶ *Ex illa hora*] Vel, *die*, ut habet Manuscriptus quem sæpe jam laudavi [p]: incunctanter [q]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὰ ἴδια] *In sua*, Er. Il. Vulg. *In propria*, Mo. Bru. & Joh. 1. 11 [r]. *Ad*, vel *Apud*, *se*, Bru. Tre. ex Sy. Pers. Ca. *In domum suam*, P. Pe. Pi. Ar. G. sim. V. Metonymia Adjuncti: nam suas quisque facultates domi suæ ferè habet [†]. Vide quæ ad Luc. 2. 49. & Joh. 16. 32. Sic Heb. ביתו, Esth. 5. 10. & 6. 12. Græcè vertitur, εἰς τὰ ἴδια. Notavimus alibi Josephum Mariæ conjugem, cùm hæc gererentur, fuisse

a Bru. Cas. ex Amb. &c. b G. c Me. ex Bru. d Me. * Bru. ex V. f Bru. g Ferrar. in Wal. h G. i Di. k G. l Bru. m Me. ex Bru. n G. o Bru. p G. q Bru. r G. † Bru. t Q. in Bru. v G. Be. Al. in Bru. Di. x G. y Be. Bru. Di. z Di. ex Be. a Di. b Li. ho. c G. d Bru. * Bru. ex Th. f G. g T. h T. ex Bru. i E. k G. sim. Bru. T. Pi. &c. l Pi. m G. n E. o G. sim. Bru. Pi. p G. q Bru. r Idem. † Pi.

fuisse mortuum[t]. Vel, *in sua*, i. e. loco suorum, quorum curam gereret[v]

28. *Omnia* (sub. *reliqua*, quæ scil. præcesserant: restabat enim tum quod jam facturus erat, tum ipsa mors[x]. *Omnia* quæ ad ipsius statum humilem pertinebant[y]: quæ à Patre decreta, & à Prophetis prædicta, & ante mortem toleranda, præter id quod sequitur[z].) *consummata sunt*] Præteritum pro proximè Futuro, ut Matth. 26. 28. & quæ ibi notata[a]. ¶ *Scriptura*] Nempe Psal. 69. 22[b]. ¶ *Dixit, Sitio*] Certò præsciens acetum sibi propinandum[c]. Sitim contraxerat & sanguinis fluxu[d], & cruciatu.

29. *Vas ergò erat positum*] De industria, ut crucifixis serviret. ¶ *Aceto*] Quod pro crucifixis paratum erat[*]: vel, 1. ut citiùs morerentur: nam acetum valde vulneratis nocet[f]. Vel potiùs, 2. ut diutiùs in tormentis viverent: Acetum enim & semianimes recreat appositum ori, aut naribus, & sanguinem copiosè fluentem sistit admotum vulneribus[g]. Vel, 3. ut sitim restinguerent[h]. Certissimum est, milites Romanos & pauperes alios acetum vini loco bibisse[i]. Christo autem dederunt ut ei illuderent, pro juvante & jucundo potu nocentem & acerbum offerentes[k]. Ὄξος] Puto esse vinum illud factitium quod apponi solebat ad crucem. Nam id ὄξος appellari ad Matthæum notavimus. Erat autem is potus & per se amarus, & eò magis quia in supplicio dabatur[l]. Bis Christo propinatum erat; 1. antequam affigeretur cruci, Matth. c. 27. v. 33, 34, 35. 2 postea, hoc loco[m]. ¶ *Hyssopo, &c.* Ὑσσώπῳ περιθέντες] *Hyssopo circumponentes*, Bru. ex Vulg. i. e. calamo ejus arboris[n], ut ad Matthæum[o]. אזוב *Hyssopum* esse suadet congruentia soni[p]. Aliam Hebræos Hyssopum novisse quàm Græcos vel illud arguit, quòd plura ponant ejus genera, inter quæ numerant אזוב יון, *Hyssopum Græcanicam*; & aliam speciem quam nomine generis appellant אזוב: Hanc autem Judæi non in herbarum censu & numero referunt, sed in plantarum lignosarum; quales sunt arbores & frutices: eámque ut lignum comburebant[q]. *Colligitur Hyssopus aut pro cibo, aut pro ligno*; Parah, cap. 11. Hal. 8. Et in Succah, fol. 13. 1. inter cannas & calamos, quibus obtexerunt tentoriola sua in festo Tabernaculorum, memoratur אזוב, *Hyssopus*[r]. Neque hæc mirabitur qui meminerit Sinapi *arborem* vocari in his Libris †. Adde quòd Hyssopus עץ dicitur, 1 Reg. 4. 33. & δένδρον Josepho, 8. 11[t]. Sed ad hoc sufficit quòd planta sit ligneis ramis: עץ enim propriè quodvis *lignum* significat[v]. [Alii aliter conciliant:] Spongia forsan in arundine hyssopo (vel ramusculis hyssopi, quasi funiculis[x],) circumligata erat[y]; aut in summitate arundinis circum spongiam hyssopus posita fuit[z]; scilicet nè spongia dilaberetur[a], & ut acetum virtute hyssopi condiretur[b]: Hæc enim herba & frequens erat (in montibus Hierosl. abundè crescens, ut Arabes constanter dicunt[c]:) & amara: quod accommodatum erat his qui torquebantur, sicut vinum myrrhatum[d]. Al. κάλαμος apud Mat. & Marc. fortassis erat *calamus odoratus*, Exod. 30. 22. quem, sicut & hyssopum, quin & acetum, ad eundum usum adhibere poterant; scil. ad reficiendos miseros, qui aut pavore, aut dolore, deliquium patiebantur. Hæc enim singula sensus maximè reficiunt, cerebrum roborant, & spiritus instaurant. Obj. 1. Si κάλαμος non sit arundo, quî spongia ori Christi fuit admota? Resp. Forsan arundine, aut hastâ, aut baculo, &c. nec tamen opus erat instrumentum exprimere, quia id per se intelligebatur. Obj. 2. At quomodo tunc dicuntur milites *circumposuisse spongiam* τῷ καλάμῳ? Resp. *Calamus* hic *odoratus* non fractus erat, aut contusus, sed integer, qui arundinis instar se habebat. Huic simul & herbæ hyssopo facilè circumvolvi potuit flexilis spongia, adeò ut simul & aceti, & calami odorati, & hyssopi, vires haurire miser potuerit. Sit venia huic conjecturæ[*]. [Alii lectionem mutant, nec uno modo:] Legendum, vel, 1. ὑσσωπον[f] vel, 2. ὑσσῷ, quod est *hastile*, vel *pilum*[g]: quod Mat. & Marc. κάλαμον vocant, vel à materia, vel à forma, cujus ferro præfigi poterat spongia aceto immersa[h]. Sed huic emendationi repugnat constans lectio omnium Codicum recentium & antiquorum[i], & consensio veterum Interpretum[k], sive Versionum, Ægyptiacæ, Syræ, Arabis, Latinæ[l], Al. Ὕσσωπος corruptè quidem, apud probatos tamen Græcorum medicos, usurpatur pro οἴσυπον, *œsypus*; ibique significat *lanam succidam*, cujus in molliendis curandisque vulneribus usus est. Quin & Arabum medici suum זוף, quod ὕσσωπον indubiè significat, pro *œsypo* quoque adhibent[m]. Rem penitiùs examinemus. Quod Dioscoridi dicitur οἴσυπον, Arabum medicis dicitur אלזוף, ὕσσωπος · sed addito epitheto, אלרטב, ὑγρόν. Et notat Matthiolus œsypum in officinis vulgò vocari *Isopum humidam*. Apud Paulum Æginetam confundi videas οἴσυπον ὑγρόν, edit Basil. p. 290. & ὕσσωπον ὑγρόν, p. 286. Sed notandum τὸ οἴσυπον & Arab. אלזוף non esse ipsam *lanam succidam*, sed pinguedinem ab ea separatam, & ad pharmacum adaptatam, indéque cerotum factum esse ad leniendos vulnerum dolores: quo fine & hîc Christo adhiberi potuit[n]. [Plura qui vult, consulat Synopsin ad Matth. 27. 48.] ¶ *Obtulerunt ori ejus*] Per ludibrium[o]; vel, 1. ut biberet, eóque sitim non extingueret, sed accenderet[p]: vel, 2. ut odoraretur: non quo sitim, de qua querebatur Christus, restingueret, sed quo spiritus reficeretur[q].

30. *Consummatum est*] Mallem, *Peractum est*, ut in Senec. Herc. Oetæo, *Habet: peractum est: quercus hanc sortem mihi Fatidica quondam dederat*[r]. Τετέλεσται] *Finis adest passionum.* Proverbiale est. Homerus, Τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται. Philoxenus moriturus, apud Comicum, Τέλος ἔχει τὰ πάντα μοι †. Significat se defunctum omnibus, non quidem simpliciter, quia nondum Christus resurrexerat & ascenderat, quæ tamen prædicta sunt; sed iis quibus in hac vita defungi debuit, Joh. 17. 4[t]. ¶ *Inclinato capite*] Ut solent moribundi. Ovid. *Sic corpus moriens jacet, & defecta vigore Ipsa sibi est oneri cervix, humeróque recumbit*[v]. Hic gestus morientium[x], vel potiùs mortuorum[y]: nam capite erecto, aut certè nictabundo, esse coguntur moribundi, vi mortis & spiritûs egredientis caput violenter erigente; spiritu autem emisso, caput suo pondere in pectus inclinat. Christus ergò caput inclinans ante mortem, ostendit se sponte mori[z]. ¶ *Tradidit spiritum*] i. e. Animam[a], in manus Dei Patris[b]. Pia est locutio apud Hebræos illos, qui judicium post hanc vitam credebant, recepta, quâ qui moritur dicitur *spiritum tradere*, Deo scilicet ejus auctori, ut is de eo statuat. Vide Eccles. 12. 7[c].

31. *Ut non remanerent in cruce corpora sabbato*] Proximè instanti, quod vesperâ illius diei incepturum erat[d]. Quia longâ permansione corporum in patibulo Terra sancta contaminari dicitur, Deut. 21. 23. collegerunt ex similitudine rationis Legisperiti etiam diem, præsertim tam solennem, contaminatum iri tali spectaculo[*]. Festinant autem ut tollantur, non tantùm ante vesperam quâ Sabbatum inchoatur, sed etiam ante horas proximas quæ parandis sacro animis ac corporibus debebantur. Erat quidem depositio facienda non per Judæos, sed per milites Romanos; verùm Judæi partem αὐτονομίας sibi concessæ in eo ponebant, nequid publicè etiam à Romanis fieret quod tempus dedeceret. Vide quæ ad Matth. 26. 5. ¶ *Parasceve erat*] i. e. Tempus ipsum præparationi destinatum jam imminebat[f]. Dies proximè Sabbatum præcedens[g]. ערב שבת, ex quo tempore tota dies κατὰ συνεκδοχὴν nomen habebat. Vide infrà 42[h]. Al. *Præparatio Paschæ*, ut vocatur, v. 14. quando parârunt Chagigas suas, &c[i]. ¶ *Magnus dies, &c.*] i. e. Solennis admodum & celebris[k]. 1. Erat Sabbatum[l]. 2. In Sabbatum [hoc] sequens incidebat dies maximè festus Paschatis[m], h.e. secundus dies Azymorum[n]: vel potiùs, primus dies Azymorum qui *Pascha* solet dici διωνομασμένως. In quolibet enim festo duo dies erant *sancti* & *magni*, quia in illis erat & cessatio ab opere servili & congregatio sancta, Primus, & Ultimus, maximè verò Primus; tum quia in ejusmodi concursibus & conventibus res solet initio fervere, sub finem autem torpescere; tum ob Agni esum †. Festinabant hoc tempore non modò ob Sabbatum, sed & ob Pascha. Vide Matth. 26. 2[o]. 3. Erat dies quo & comparuit populus in Templo, juxta Exod. 23. 17. & oblatus est manipulus primitialis, secundùm Levit. 23. 11[p]. ¶ *Ut frangerentur, &c.* sim. Be. D. Pi. Ἵνα κατεαγῶσιν, &c.] Personale pro impersonali, quod per passivum Latinè exprimitur, *ut frangerentur*. Ait Lactantius, quem sequuntur alii, factum hoc ex more Romano. Nimirum qui

Marginalia (left): t G. v Tol. sim. Bru. x Be. y G. z Eru. a G. b Ham. Bru. c Eru. d G. sim. Bru. T. * Bru. f Tol. g Eru. h Li. ho. i Cas. in Wal. k Tol. l G. m Li. ho. n G. sim. Eru Li. ho. Salm. in Wal. o G. p Li. ho. q Salm. in Wal. r Li. ho. † Cas. t Q. in Di. v Di. x T. y Me. z Me. ex Tol. a T. ex Tol. b T. c Di. d Tol. * Di. f BA. 1. 2. 50 592. g Be. ex Camer. E. Bru. h Be. i Me. sim. Cas. k Salm. sic Cas. l Salm.

Marginalia (right): m Di. ex Heins. n Di. o Di. sim. Bru. p Bru. q Di. r Cas. † G. t Cam. v G. x Me. y Tol. sim. Bru. z Bru. a Pi. b Me. ex Eru. Be. Pi. c G. d Bru. * G. sim. Eru. f G. g Me. ex Bru. sim. Tol. h G. i Li. ho. k Bru. l Li. ho. &c. m G. n Bru. † Cap. in Wal. o G. p Li. ho.

qui damnati erant mori in cruce, quæ lenta mors, iis interdum accidebatur mora supplicii, sed compensatione non exigui cruciatûs, i. e. crurifragio, nè de pœnæ gravitate nimiùm decederet [q]. Erat alioqui Crurifragium pœna distincta à Cruce [r]. Modus frangendi crura talis erat, ut incus cum malleo vel vecte ferreo inferretur, ac tibias incudi imponerent validis ictibus sic frangendas[†]. ¶ *Et tollerentur*] Non crura, sed corpora, ante vesperam [t]. Ut mortua corpora tolli de cruce possent [*].

32. *Fregerunt*] Ad accelerandam mortem [v]: vel, ut sic occiderentur, nè fraus fieret sententiæ mortis in eos latæ [x].

33. *Ad Jesum*] Quem ad extremum reservârunt, ut eum diutiùs in cruciatu relinquerent [y]. ¶ *Ut viderunt*, &c.] Viderunt ex indiciis, aut etiam compererunt ex relatu adstantis Centurionis, qui ejus mortem observaverat. Vide ad Matthæum [z]. ¶ *Non fregerunt*, &c.] Quia superfluum erat, eo jam mortuo [a]. Sic in Christo impletum quod de agno Paschali Lex edixerat, *ossa ejus non confringetis*, Exod. 12.46. Vide & Num. 9. 11 [b].

34. *Lanceâ*. &c. λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε] *Lanceâ* (quam manu gerebat armorum loco [c]. Erat hæc hasta cum ferri cuspide [d].) Solebant autem speculatores habere lanceas, ut docent Sueton. Claudio, & Jos. Bel. Jud. 3.8 [*].) *latus* (sinistrum scilicet, ubi cor [f],) *fodit*, Er. Pi. V. vel, *pupugit*, Val. Er. V. *sauciavit*, Be. *percussit*, G. ex Sy. i. e. perfodit, nimirum dubitans an verè esset mortuus [g], & experiri volens an sensu ictûs se esset commoturus [h]. Curæ enim erat militum ut sententia Judicis perficeretur. Sed & Deus hoc pacto testatissimam esse voluit Christi mortem, nè de ejus resurrectione dubitaretur [i]. ¶ *Exiverit* (Ex eo vulnere copiosè profluxerit [k]) *sanguis* (cujus fons est cor [l]:) *& aqua*] Vera & naturalis [m]. Ex thoracis cavo profluxerunt humores hi aquati & cruenti, quales ibi sunt in cunctis hominibus [m]. Al. Tacto (& transfosso [n]) pericardio [o] (in quo est aqua & sanguis circum [p]) & aquæ conceptaculo: quo effuso animal quodvis mori protinus necesse est [q]. Nondum autem refrixerat corpus, ità ut fluxum facilè ferret [r]. Verùm mysterium sapuit hæc effluxio potiùs quàm naturam: & si præternaturale quid in ea non fuisset, vix credo Evangelistam triplicatam illam asseverationem de veritate rei, adhibuisse velle, *Et qui vidit testatur* [†]. Miraculosam hanc aquam fuisse verisimile est. Liquor autem ille pericardii, nec colore, qui flavus est, nec sapore, qui amarus, aquam refert [t]. [Mysterium hîc latens diversimodè eruunt:] Dicitur vulgò, quòd effluxerunt duo Sacramenta novi fœderis [v]: Aqua baptismum, Sanguis Eucharistiam, repræsentat [x]: significat insuper sacramenta vim efficaciámque habere, ad nostri regenerationem, expiationem, & sanctificationem, ex sanguine Jesu qui illis conjunctus est [*]. Dicerem potiùs quòd emanavit Antitypus veteris fœderis, cujus pactio fuit *in sanguine & aqua*, teste Heb. 9.19. cujus Antitypus clarissimè hîc elucet in pactione & consignatione novi fœderis: atque hinc Johannes tam ferventer veritatem hujus rei asseveret, nempe quia tam planè respondit typo, & demonstravit adimpletionem typi. Dicunt Hebræi, *Percussit Moses petram bis, & produxit primò sanguinem, & postea aquam. Petra erat Christus*, 1 Cor. 10. 4 [y]. In curatione quoque leprosi avis mactatæ sanguis cum aqua miscebatur [z]. Al. *Aqua* designat puritatem Christi, *sanguis* ejus fortitudinem atque patientiam: & hæc duo μαρτυροῦσι, testantur. Vide 1 Joh. 5. 6, 8 [a].

35. *Et qui*, &c. Καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε] Locutio inversa pro eo quod esset, *qui testatur is vidit*, ut suprà 7. 28. & alibi. Ideo autem hoc de testimonii sui certitudine tam disertè inculcat, ut etiamsi ex prioribus non constaret Christum esse mortuum, hinc certè constaret, cùm id vulnus, si vixisset, omnino fuisset letale. Quintilianus inter signa necessaria futuri ponit, mori necesse esse eum cujus cor est vulneratum. Galenus dat certi theorematis exemplum, Εἴ τις, &c. (*Si cui cor vulneratum sit morietur.*) Mos est Johannis de se in tertia persona loqui [b]. ¶ *Et verum est*, &c.] Firmum est & minimè fallax [c], tametsi singulare sit, quia testis oculatus erat [d]. ¶ *Et ille* (vel, 1. Christus Deus hæc passus; ut sit juramentum [*]: vel potiùs, 2. testimonium perhibens [f].) *scit*, &c.] i. e. Certò sibi conscius est, licèt priores Evangelistæ non meminerunt [g]. ¶ *Ut & vos credatis*] Scil. verum hoc esse [h], hæc testatus est & scripsit [i]. Quò magis vos Christiani credatis verè mortuum esse Jesum, ac proinde etiam verè à mortuis resuscitatum. Sic *credere* aliquoties suprà usurpavit de augmento [k]. Al. *Ut credatis*, scil. hunc esse verum sanguinem fœderis qui ità respondet typo in pactione fœderis primi [l].

36. *Ut scriptura impleretur*] Vel, 1. illa de agno Paschali, Exod. 12.46 [m]. Vel, 2. illa Psal. 34. 20. ubi specialis Dei cura pro homine pio describitur [n].

37. *Alia scriptura*] Zach. 12. 10 [o]. ¶ *Videbunt*, &c. Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν] Sic habuit haud dubiè aliqua Græcarum Versionum: nam & in multis Libris ea lectio reperitur, à Symmacho, Aquila, aut Theodotione [p]. At LXX (qui in interpretatione sua favent aliquando traditionibus Judaicis, aut communi interpretationi gentis: nec desunt utriusque rei exempla frequentia) illum Zachariæ locum sic reddunt, Ἐπιβλέψονται πρός με ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο, *Et aspicient in me* (lugentes) *pro eò quòd*, vel *quoniam*, *insultaverunt*, Gentiles scilicet, in populum meum in captivitate sua. Proinde Johannes ab iis meritò recedit [q]. Pro Heb. דקרו LXX, literis transpositis, legerunt רקדו [r]. [Verba Johannis sic reddunt;] *Videbunt* (sub. *eum*, Bru. Be.) *quem transfixerunt*, Bru. Pi. vel *pupugerunt*, V. Redundat hîc præp. εἰς, *in* [†]. ראה Hebræis construitur cum ב, *in* [†]. Conjicient oculos in eum cujus latus lanceâ perforabunt [v]. Hoc tralatitiè dictum à Deo de se contempto evenit in Jesu κατὰ πόδας ut & alia vaticinia [x]. Non audent Judæi negare in Zach. 12. de Regno Christi agi. Istius autem Regni duo ibi effecta exponit: 1. Quòd hostes profligabit. 2. Quòd electos ornabit donis spiritualibus, fide & pœnitentiâ. Ostendit ergò, Judæorum aliquos respecturos ad Christum velut scopum fidei, & authorem pœnitentiæ; & quidem eam ob causam id facturos, quòd conscii futuri sint suæ impietatis in Christum quem ipsi transfixerunt [y]. Quicquid enim à Romanis militibus in Jesum admissum est, Judæis, quorum consensu, hortatu, coactione, factum est, meritò adscribitur [z]. *Videbunt* autem illud, de Jesu sumptum, videtur optimè intelligi de die Judicii, ob locum Apoc. 1. 7. Vide Matth. 26. 64 [a]. Sed malim hoc impletum esse die Pentecostes, quando multa Judæorum millia conversi sunt ad Christum, &c [b].

38. *Eò quòd*, &c. Ὢν μαθητὴς] *Ut qui* (vel, *Eò quòd*, Be. ex Vulg.) *discipulus esset*, Pi. G. ex Sy. Causa notatur quæ Josephum ad hoc audendum impulit [c]. ¶ *Occultus*, &c.] Scil. hactenus; jam enim se patefacit [d]. Tales multi è primoribus, Joh. 12. 42. Metuebat contumeliam excommunicationis [*]. ¶ *Ut tolleret*, &c.] Ut de cruce tollere sibi liceret [f], ut suprà v. 31 [g]. & sepelire [h]. En ut subitò supplicii indignitas timidum animaverit, & nullo intervallo ultimum contemptum secuta sit aliqua gloria, viro illustri mortui amicitiam profitente, qui vivi dissimulaverat. ¶ *Permisit Pilatus*] Facilitate obviâ apud Romanos Præsides. Vide quæ ad Matthæum [i].

39. *Venit*] Ad crucem, aut certè ad monumentum Jesu [k]. ¶ *Qui venerat*, &c.] i. e. *Antehac*, ut hîc habet Syrus. ¶ *Noctie primum*, Πρῶτον] Pro πρότερον, ut Joh. 1. 15. ¶ *Mixturam myrrhæ & aloes*] Quæ aromata ad hunc usum optima habebantur [l]; quia, cùm amarissima sunt, vermibus & putredini resistunt [m]. Eadem ad odorandas Regum vestes adhibita, Psal. 45. 8. Apud Ætium est, νεκρῶν σμύρνισις, & alibi σμυρνισμός [n]. Ἀλόη duplex erat veteribus nota: 1. Vulgaris & medica, quæ est herba ex qua succus amarissimus eliciebatur. 2. Arbor aromatica. De hac locum cum Nonno accipio contra omnium Interpretum sententiam: Id suadent, 1. quòd Marcus & Lucas dicunt mulieres emisse ἀρώματα καὶ μύρα, &c. At quis Aloen vulgarem inter aromata unquam recensuit? aut quis illâ utitur ad unctionem & pollincturam cadaverum? 2. Quòd *Aloe* hæc jungatur cum *myrrha*, ut 3 aut 4 locis Bibliorum fit. Atqui illa omnino aromatica Aloe est, cujus mentio in Psalm. Prov. Cant. & alibi. Σμύρνη de Myrrhæ liquore & stacte accipio. Sic enim Latini loquuntur, *myrrhâ madentes crines*, apud Poetam: &, *crines perfundere myrrhâ*, apud Propertium [o]. Μίγμα est [Hebræorum] בְּשָׂמִים, 2 Par. 16. 14 [p]. vel potiùs חנט, ut Syrus & Arabs intelligunt. Peculiariter

[Marginal notes, left column: q G. sim. Bru. — r G. — † D. — t Bru. — * G. — v Me. sic Er. ad v. 24. — x Bru. — y Pi. — z G. — a Bru. Me. — b BA. 1. 2. 5c. 615. — c Bru. — d Barthol. in Wal. sim. Bru. — * G. — f Bru. — g G. sim. Er. Bru. ex Cyr. — h G. — i Bru. — k Idem. — l Me. ex Bru. Me. sic T. ex La. — m Barthol. in Wal. — n Pi. — o G. Pi. Ham. T. — p G. — q Pi. ex Jun. sim. T. Ham. — r G. — † Li. ho. — t Bru. — v Li. ho. sim. E. &c. — x Tol. sim. E. Me. Bru. — * Bru. ad v. 35. — y Li. ho. — z BA. 2. 1. 22. 155. — a Ham. — b G — c Bru. — d Ham. — * Q in Bru. — f Bru. Me.]

[Marginal notes, right column: g Bru. — h Bru. — i Me. — k G. — l Li. ho. — m Li. ho. Bru. Me. Plerique in G. — n G. — o Er. D. Jun. Bru. &c. — p G. — q Li. ho. — r Bru. ex D. — † Idem. — † Di. — v V. — x G. — y Jun. par. 85. 171. — z Bru. — a G. — b Bru. — c Be. Pi. — d Bru. — * G. — f G. sic Bru. Pi. — g G — h Pi. sic Bru. — i G. — k Bru. — l G. — m Bru. — n G. — o Salm. in Wal. — p G.]

riter enim μύγματα dicuntur medicamentorum misturæ: unde apud Galenum μυγματοπώλης dicitur, qui medicamentorum misturas vendit[q]. ¶ *Quasi libras centum*] Scil. ponderantem[r]. Signum & opulentiæ Nicodemi & non parci affectûs. Notandum autem in magno aromatum cumulo deponi solita magnatum corpora, ut apparet v. seq. & 2 Par. 16. 14. Sic & Jacobi Patriarchæ corpus Hebræi memorant aromatibus induruisse, ità ut nullâ manu tangeretur. Quibus locis collatis apparet aliam hanc esse pollincturam & sumptuosiorem vulgari illâ quæ per unctionem fiebat. Adde quæ ad Mat. 26. 12†.

40. Et, &c. Καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις] *Et obvinxerunt* (Syrus vertit, כרכו, i.e. *involverunt*, verbo utens unde illud Hebræum nomen est quod modò dixi. Vide & quæ ad Matthæum[t].) *illud linteis*, Be. Pi. Ὀθόνιον, sicut ὀθόνη, Hesychio est σινδὼν, (*sindon*,) ζώνη, (*zona*,) τελαμὼν, (*fascia*.) Vide Joh. 20. 7. & Act. 5. 6[v]. Ὀθόνια intellige illas *fascias*, חכרכין Hebræis, quibus corpus involutum fuisse diximus, Joh. 11. 44[x]. ¶ *Cum aromatibus*, &c. ità Be. Μετὰ τῶν ἀρωμάτων] *Cum aromatibus illis*, quorum scil. fit mentio v. præced[y]. Non unxerunt ob temporis angustias[z], sed aromata apposuerunt, uncturi primo commodo tempore[a]. ¶ *Sicut mos — sepelire*] Viros scilicet primarios, ut Gen. 50. 2[b]. Ἐνταφιάζειν] *Funerare*, Be. Pi. D. vel, *Aromatibus condire*, D. vel, *Præparare ad sepulturam*, sive involvendo, ut hîc; sive ungendo, quod propriè חנט, ut apparet ex voce Syriaca & Arabica חונטא quæ μύγμα significat, suprà 39. Referendum hoc ad ὀθόνια[c].

41. *In loco*, &c.] Τόπον hîc vocat regionem illam suburbanam[d]. ¶ *Nondum quisquam*, &c.] Nè quis alius surrexisse crederetur[*].

42. *Propter parasceven Judæorum*] Dictum ut suprà 2. 6, 13. & 5. 1[f]. Quòd Parasceve jam vergeret ad vesperam[g]. Parasceve hîc non accipitur ut suprà, pro toto die qui Pascha antecedebat, sed pro ea diei parte quæ propriè Parasceve erat, & à qua toti diei id nomen dabatur; nempe pro tribus postremis diei horis, quæ vesperam Paschatis antecedebant, quibus mactandus erat agnus, auferendum fermentum, necessaria ad festum paranda[h]. Refer [hoc] ad ἔθηκαν. Festinârunt ibi deponere nondum unctum, quod alioqui facturi fuerant ni tempus ursisset[i]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἐγγὺς, &c.] *Quòd propè esset*, &c. Be. Pi. Nec enim poterat cadaver longiùs deferri[k]. Per παρένθεσιν legendum: q. d. Nè miremini ibi tam citò, instante ipso puncto festæ præparationis, potuisse deponi: *erat enim in proximo monumentum*; ad 50 aut 60 passus, ut aiunt qui ea loca lustrârunt[l].

[q] Di. [r] Bru. † G. [t] G. [v] Ham. [x] G. [y] Pi. [z] G. sim. Be. Pi. [a] G. [b] Bru. [c] G. [d] G. [*] G. sim. Be. [f] G. [g] V. [h] Di. [i] G. [k] Me. [l] G.

CAP. XX.

1. UNA *autem sabbati*] Vel, *Primo verò die hebdomadis*, V. Pi. Quæ dies more Hebræo cœperat ab occasu Solis Sabbati[a]. Postridie Paschæ[b]. שבת, *Sabbatum*, dicitur veteribus non solùm dies seu annus septimus, sed & ipsa Septimana. Hinc Feriæ sæpe appellantur prima, secunda, tertia, בשבת, *Sabbathi*. Unde & Gentiles, ad quos hæc Sabbati notio pervenerat, diem quemlibet in ordine Hebdomadico vocabant ἡμέραν τῶν Σαββατικῶν, *diem Sabbaticum*, q. d. diem Hebdomadicum[*]. ¶ *Magdalene*] Unam præcipuam nominat pro pluribus. Sic Marc. 15. 47. si cum Matthæo conferas[c]. ¶ *Venit*] Ad inungendum[d]. Ἔρχεται] *Vadit*. Ad verb. *venit*. Metonymia causæ, nempe finis: nam ideo vadebat ut veniret. Alioqui *venit* tandem *orto sole*, Marc. 16. 2[*]. ¶ *Mane*, &c.] Fine noctis exiit, pervenit ubi nonnihil illuxerat[f]. Ostenditur mulieris sedulitas, quæ, sublato impedimento legitimo Sabbati, & naturali noctis, nullum tempus officio vacare permisit. ¶ *Sublatum*, Ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου] Ablatum ab ore specûs & seorsim positum, Matth. 28. 11. Ergò ἐκ est[*], ut & alibi[g].

2. *Cucurrit ergò*] Postquam scilicet & monumentum vacuum vidisset & Angelum: id quod ab aliis dictum Johannes omittit[h]. Breviter hic tantùm narrat quod mox exsequetur fusiùs. Hîc enim occasio refertur quæ Petrum & Johannem ad sepulcrum perduxit; mox quomodo rei gestæ ordo singulatim cognitus fuerit[i]. Non sola cucurrit, sed cum sociis, Luc. 24. 9, 10[k]. ¶ *Ad Simonem*, &c.] Ad omnes quidem Discipulos numero undecim, sed ità ut cum his, tanquam eminentibus, peculiariter sermonem conferret[l]. Hos nominat, vel, 1. quia his priùs quàm reliquis locuta est[m]: vel, 2. tanquam animosiores & Christo fideliores[n]: quibus hæc maximè cordi essent[o]. ¶ *Tulerunt*, &c.] Hebraismus, pro, *Sublatus est*, &c[p]. vel honoris, vel contumeliæ majoris, causâ[q]. Viderat quidem ipsum, sed φάντασμα crediderat, ut &, ipsâ referente, alii, Luc. 24. 21.—25[r]. ¶ *Nescimus*] Nec ego, nec sociæ†. ¶ *Ubi posuerunt eum*] Ubi relictum sit corpus, in via, an in sepulcro alio[t], in loco decenti, an indecenti[v].

3. *Ad monumentum*] Laxiùs sic dictum, i. e. *intra septum*. Vide ad Matthæum[y]. Cognoscendæ veritatis gratiâ[z].

4. *Præcucurrit*, &c.] Utpote ætate junior[a], & velocior[b].

5. *Cùm se inclinâsset*, Παρακύψας] *Procumbens*, ut Luc. 24. 11[c]. capite in specum intromisso[d]. Non enim poterat sepulchrum inspici ab erecto, cùm ostium humile & sepulcrum profundum esset. Vide Matth. 27. 60[*]. ¶ *Non tamen introivit*] Juvenili quâdam αἰσχύνῃ†: vel præ timore; vel quia satis constabat corpus abesse; vel quia Petrum exspectabat cui hoc nunciaret‖. ¶ *Linteamina*] Fascias illas, de quibus suprà in Lazari historia[f]: testes resurrectionis[g].

6. *Venit — Petrus*] Ætate prudentior, eòque diligentiùs omnia explorans. ¶ *In monumentum*] Μνημεῖον hîc intellige ipsam speluncam[*].

7. *Sudarium*] Vide Joh. 11. 44[h]. Vox Latina videtur. An sit dubito. Nam Magistri dicunt סודר, & Syri סודרא: [quæ tamen, ut multa alia, ex Latina deducta videntur.] Sumitur etiam pro velamine capitis tam virorum quàm mulierum[i]. ¶ *In*, &c. Εἰς ἕνα τόπον] Pro, ἐν ἑνὶ τόπῳ, *in uno loco*; alio scilicet[k]: loco proprio & peculiari[l]. Hæc tam accurata collocatio linteorum amovebat furti suspicionem[m]. Fures enim festinant, nec agunt aliena à suo instituto[n].

8. *Et credidit*] Non quòd resurrexisset[o], ex collat. v. seq[p]. sed quod mulieres dixerant, corpus ablatum esse[q]. Credidit certò abesse corpus, quod Mariæ Magdalenæ referenti non crediderat, & de quo conspectis fasciis dubitaverat[r].

9. *Nondum enim sciebant*] Est αἰτιολογικὸν τοῦ σιωπωμένου. q. d. Corpus illud vitæ redditum nondum credebat Johannes: nam & ille & Discipuli alii nondum satis perceperant id quod Scriptura prædixerat de ejus resurrectione. Sæpe quidem audiverant Dominum id pollicentem, sed rei magnitudo & ingenii tarditas obstabant quominus hoc in animum admitterent, Luc. 24. 12†. ¶ *Scripturam*] Sacram scilicet[t]: i. e. sensum sacrorum Scriptorum qui sub figuris & typis hoc indicaverant, ut Psal. 2. & 16. & apertiùs 110. Vide Luc. 24. 27[v]. nondum plenè Scripturam intelligebant[x]. Scripturæ potiùs meminit quàm sermonis Christi, qui hoc sæpe prædixerat, tum quia verebantur nè, more suo, parabolicè id diceret: tum quia aptius hoc erat ad convincendos Judæos, &c[y].

10. *Abierunt*,] Id est, reversi sunt[z]. ¶ *Iterum*, Πάλιν] Sumendum ut Joh. 19. 4. redierunt in locum unde venerant. ¶ *Discipuli*] Id est, Petrus & Johannes[a]. ¶ *Ad*, &c. Πρὸς ἑαυτοὺς] *Ad se*, Ca. Di. sic Er. Mo. Ti. i. e. domum[b]. *Ad suos*, Il. P. Be. Pi. in eam domum in quam diverterant: de quo loquendi genere vide Joh. 19. 27[c]. *Ad locum suum*, Tre. & Di. ex Sy. Perf. Ar. non ubi quisque habitabat, sed ubi simul pro tempore Hierosolymis conveniebant & commorabantur[d].

11. *Maria*] Magdalene[*]. Ostendit per reticentiam, revertisse eam ab Urbe[f], ad monumentum sequutam Petrum & Johannem[h], quibus nuntiaverat; verùm solam, non comitatam aliis mulieribus[i]. ¶ *Stabat*, Εἱστήκει] *Steterat*. Dicta enim hæc sensemus per ὑστέρησιν. Vide quæ ad Matthæum: & ad eum modum interpretanda quæ sequuntur. ¶ *Foris*] Extra septum[k]: extra speluncam in qua excisum erat sepulchrum[l].

[*] Seld. in Wal. [a] G. [b] V. [c] G. [d] Bru. ex Non. [*] Pi. [f] G. sim. Pi. [g] G. [h] Bru.

[i] G. [k] Me. ex Bru. [l] G. [m] Me. [n] Tol. [o] Me. [p] G. [q] Bru. [r] G. † Me ex Bru. [t] G. [v] Bru. [y] G. [z] L. Bru. [a] Bru. [b] G. sim. Bru. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. † G. ‖ Bru. [f] G. [g] Bru. [*] G. [h] G. Bru. [i] Di. [k] Bru. [l] G. [m] G. sim. [n] Bru. ex Euthym. [o] Bru. ex Aug. & Th. [p] Bru. [q] Bru. Me. [r] G. † G. [t] Bru. [v] G. [x] Me. [y] Bru. [z] Bru. [a] G. [b] Ca. sic V. Er. Be. &c. [c] G. [d] Di. [*] Bru. [f] V. [h] Bru. [i] V. [k] G. [l] Be.

12. *In albis*] Sub. *vestimentis*, V. Pi. Vide Matth. 28. 3. Apoc. 1. 14[m]. ¶ *Unum ad caput*, (quâ parte caput situm fuerat. Vide ad Matth. 28. 6[n].) & *unum* (vel, *alterum*, Pi. &c.) *ad pedes*] Sic erant Cherubini ab utraque extremitate arcæ, Exod. 25. 18, 19[o]. ¶ *Ubi positum*, &c.] Explicatio ejus quod dixerat de *capite* & *pedibus*, ut intelligatur locus sessionis ei loco respondisse; à Septentrione in Austrum, ut creditur[p].

13. *Quid ploras?*] Consolantium est; q. d. *Nulla causa flendi est*: additâ ratione quæ apud alios Evangelistas legitur. ¶ *Tulerunt*, &c.] *Sublatus est* à furibus, aromatum fortè lucrandorum causâ. ¶ *Nescio ubi*, &c.] Ut suprà. Confer Cant. 3. 1[q].

14. *Conversa est retrorsum*] Oculos à monumento ad hortum vertit, ut solent anxii[r]. Percepit vel ex strepitu, vel ex Angeli vultu gestúque, aliquem à tergo adstare, vel certè accedere[†]. ¶ *Non sciebat*, &c.] Impediebatur plenus contuitus ad tempus, ut & vocis perceptio, ut Luc. 24. 16[t].

15. *Hortulanus*, Κηπουρὸς] Horti illius colonus[v]. ¶ *Ubi posuisti eum*] Illum quem scis à me quæri. Valde probabile videbatur ab hoc potiùs quàm ab alio ablatum corpus, quòd nemo liberiorem haberet aditum[x]. ¶ *Eum tollam*] Vel adjutus aliorum operâ: vel præ affectûs vehementia nimis præsumit de suis viribus[y]. Si hîc locus illi non est, inveniam ubi honestè sepeliatur, nè tanti viri corpus inimicis sit ludibrio[z].

16. *Dicit* ——, *Maria*] Hoc protulit eo sono qui facilè cognosceretur. ¶ *Rabboni*] Quomodo appellare eum solebant, Marc. 10. 51. Erat hoc Hebræum illius temporis[a]. Syri dicunt רב, Magistri Hebræorum רבין, *Dominus*: indè רבוני, *Domine mi*. Ob frequentem verò usum perit vis affixi, sicut etiam in רבי, *paßßi*. Itaque redditur hîc simpliciter per διδάσκαλε[b].

17. *Noli me tangere*; *nondum enim ascendi*, &c.] Similis est hic locus, si quid rectè judico, illi Matth. 26. 29. Nam ut ibi *fructus vitis*, sive vinum, alium habet significatum in priore membro, alium in secundo, in quo repetitum censetur; ità hîc ἅπτεσθαι. Q. d. Jesus, Vis me tangere, Maria, i. e. vis omnino frui amicitiâ meâ: id nunc non licet, cùm tantùm οἰκονομικῶς ad fidem vestram roborandam me do conspiciendum. At ubi ad Patrem adscendero, veniet tempus cùm frui meâ amicitiâ perfectissimè poteris, non terrestri contactu, sed tali qui loco illi, i. e. cœlo, conveniat, spirituali. Philo, τὴς ἀνὰ πᾶν, &c. (*virtute per totum corpus sparsâ, quam tactum vocamus.*) Ideo fruitio voce tactûs optimè indicatur[c]. *Nè me tangas*, nè pergas me tangere, aut tactui mei diutiùs inhærere[d]. Nè sis occupata in me tangendo; nondum enim discedo: me per totos 40 dies contingere & amplecti poteris. Potiùs festina ire ad Apostolos, &c[*]. Voluit illa Jesum tangere solâ familiaritate[f], & more mortalium[g]: putabátque eum victurum sicut priùs, quod fecit Lazarus. Christus ergò monet se quidem resurrexisse, sed non mortalem, ut priùs; nec ut antè victurum & conversaturum, &c[h]. Al. Respiciunt hæc verba illa Christi de missione Paracleti, &c. q. d. Nè me prehende & detine sub ista exspectatione: ascendendum priùs est quàm ista vobis exhibeam[i]. Al. Hanc unicam ex adorantibus repellit, quòd ipsum adorantur gratulabunda, quasi Christus jam eluctatus esset & nixus ad supremum usque fastigium dignitatis suæ[‖]. ¶ *Vade* —— *ad fratres meos*] i. e. Discipulos[k]: quos nunc honorifico hoc titulo mærentes erigit[l]. Vide ad Matth. 28. 20[m]. ¶ *Dic eis*] *Hæc mea verba ipsis refer*: sequitur enim oratio directa[n]. ¶ *Ad Patrem meum &* —— *vestrum*] Meum naturâ, vestrum adoptione[o]: in quem fiduciam vestram tutò ponere potestis, ut ego posui & resuscitatus sum[p]. ¶ *Deum meum &* —— *vestrum*] *Vestrum* naturâ & veritate; *meum*, quia vestram carnem assumpsi[q].

18. *Quia*, &c. Ὅτι ἑώρακε, &c.] *Quòd vidisset Dominum*, Er. Pi. &c. vel, aliquem quem ipsa Dominum crediderat. Nam dubitabat iterum an non fuisset visio incorporea[r].

19. *Serò*] *Jam multâ nocte*. Vide quæ ad Marcum & Lucam[†]. ¶ *Unâ sabbatorum*] i. e. Primâ die hebdomadæ, quæ Christianis dicitur *Dominica*[t]: Eâ die quam modò nominavi; ideo nuncupationem repetit. ¶ *Et fores essent clausæ*] Designatio est ejus quod clàm fit, 2 Reg. 4. 4. Matth. 6. 6. Act. 12. 12, 13, 14[v]. Clausis foribus intravit, ut ostenderet corpus suum gloriosum esse[x], & se Deum omnipotentem esse[y]. Sed verba illa, *foribus clausis*, tempus duntaxat notant quo ingressus est, nempe cùm vespera esset, & clausæ essent fores metu Judæorum; non autem modum quo ingressus est, quasi corpus Christi per aliud corpus solidum permanens intrâsset: quæ dimensionum penetratio repugnat veritati corporis Christi[z]. At temporis descriptio præcessit, ὀψίας οὔσης[*]. Resp. *Clausis foribus*, idem esse potest quod, *cùm vespera esset*; quia fores tum claudebantur. *Primâ nocte domum claude*: Intelligit κλαυσίθυρον. Juvenal. Satyr. 3. —— *nam qui spoliet te Non deerit, clausis domibus*, &c. Simile est illud Jos. 2. 5. ὡς ἡ πύλη ἐκλείετο ἐν τῷ σκότει[†]. At scopus Johannis est describere miraculosum ejus ingressum[a]. Resp. Miraculum omnes agnoscunt, quod multis aliis modis contingere poterat, v. g. aut rarefaciendo portas, januâ utrinque coarctatâ atque in medio divisâ, rursúsque per potentiam Divinam dilatatâ atque unitâ; aut etiam cedere jubendo. Miraculum quoque fuit in repentina & inexspectata, ac sine ulla Apostolorum præsensione, præsentia[b]. Inst. At hoc erat quod terruit Apostolos, Jesum per clausas fores intrâsse, Luc. 24[c]. Resp. In eo non erat miraculum; quum enim fores apertæ sunt ut duo illi Discipuli intrarent, quidni & Christus cum eis intraret, nemine præsentiam ejus observante? Nec desunt similia exempla: carcer enim apertus est, & Apostoli ex eo educti, ac fores rursus clausæ, præsentibus licèt & antestantibus custodibus illud minimè animadvertentibus, Act. 5. 23. sic & Act. 12. 4, 6, 7, 10. quo modo & Christus hîc facilè intrare poterat[d]. [Qui plura vult, adeat hinc Ger illinc Gom.] ¶ *Propter metum Judæorum*] Referendum hoc ad utrumque membrum præcedens. Causa enim redditur cur cœtus habuerint nocturnos, & cur clausis januis; nimirum, nè si cœtus de die & palàm haberent, Judæorum odia & pœnas publicas aut seditionem in se commoverent. Noctu habitos sæpe præ metu Christianorum cœtus ex Plinio & Tertul. liquet. Etiam januis clausis convenire solitos ob causam similem apparet Act. 12. 13[*]. ¶ *Stetit in medio*] Repentè visibilis, nullo dato sive ingressûs sive adventûs sui indicio[f]. Subitò inter ipsos adstitit, ità ut quà venisset non appareret. Solutor Quæstionum ad Orthodoxos, Ἰησοῦν ἀμεῖ, &c. (*Huic miraculo geminum erat quòd Christus super mare ambularet*, &c.) Cyrillus, *Hîc nemo quærat quomodo clausis januis corpus Domini penetravit, cùm intelligat, non de homine nudo, ut modò nos sumus, sed de omnipotente Filio Dei, hæc scribi.* Factum hoc septimo die post Pascha, quali die olim mare cesserat Israelis populo, qui figura Christi[g]. ¶ *Pax vobis*] Hebræorum formula imprecandi omnia prospera, quæ perficitur si addideris, *à Deo*[h]. *Salvete*: Eâ voce trepidos confirmavit[i].

20. *Ostendit* (& contrectanda obtulit[k]) *eis manus & latus*] Etiam *pedes*: quod addidit Lucas[l]: in quibus locis crucifixionis & transfixionis erant vestigia. ¶ *Gavisi sunt*, &c.] Ità impletum est illud Joh. cap. 16. vers. 22. ¶ *Viso Domino*] Emphasin hoc habet: non imaginem aliquam ipsius, sed planè ipsum, eodem corpore[m].

21. *Dixit* —— *iterum, Pax vobis*] Hoc repetit, tum confirmandi causâ[n]; tum ut ipsis, perfidiam suam erga Dominum detestantibus, salutem ac remissionem peccatorum præstaret; tum ut rebus maximis dicendis attentionem pararet[o]: tum denique ut significet, eos pacem toti mundo annuntiaturos[p]. ¶ *Sicut misit me Pater*] Nempe ad annunciandum Evangelium. Suprà Joh. cap. 17. ver. 18. significat se legatione defunctum[q]: ad procurandam hominum salutem[r]. ¶ *Et*, &c. Κἀγὼ, &c.] *Ità* (id est, pari auctoritate[†] in mundum universum[t]: ad colligendam regendámque Ecclesiam[v].) *mitto* (id est, mittam brevi; præs. pro fut. proximo[x]:) *vos*; id est, Quomodo me solum & unum Pater in terris audiri voluit, eandem ego vobis facio potestatem[y].

22. *Insufflavit*; ità Mo. Ἐνεφύσησε] *Afflavit*, Be. Ca. Pi. vel, *Inflavit*, Ti. sim. Er. Il. P. Tre. ex Sy. &c. sub. *eos*, V. Be. Pi. &c. i. e. Flatum sive anhelitum in eos gestu oris immisit

[Marginal notes, left column: m G. n G. sim. Bru. o Li. ho. p G. q G. r G. † Bru. t G. v G. sim. Bru. x G. y Bru. z G. a G. b Di. c G. d Bru. sim. Me. * V. sim. Be. T. f E. g Bru. h Tol. sim. Bru. i Li. ho. ‖ Cam. k Pi. G. l G. m G. Bru. n G. o Bru. p G. q Be. r G. † G. t V.]

[Marginal notes, right column: v G. x L. sim. Bru. Tol. &c. y Bru. z Gom. * Ger. † Heins. a Ger. b Gom. c Os. d Gom. * G. f Bru. g G. h V. i G. k Bru. l G. sim. Bru. m G. n Bru. ex Aug. o Bru. p Tol. q G. r Bru. † Me. sic T. Bru. &c. t Me. ex Bru. v Bru. x G. y Cam.]

immisit [z]. Hoc externo symbolo significare voluit, se reipsâ facere quod diceret [a], h.e. Spiritum Sanctum ipsis interiùs infundere [b]. Sicut passionem suam futuram signis aptis præfiguravit, ità & missionem Spiritûs Sancti, qui vento comparatur, Act. 2. 2. Sufflando datus erat homini spiritus vitæ: sufflando promittitur Spiritus [c]. ¶ *Accipite* (me dante unà cum hoc flatu [d]) *Spiritum Sanctum*] i.e. Dona & virtutes Spiritûs [*]. Tam certi este vos accepturos Spiritum Sanctum quàm sentitis hunc flatum, Act. 1.4 [f]. At Spiritus Sanctus dandus promittitur post abitum Christi, Joh. 16. 7. & datus est in die Pentecostes. Quî ergò nunc datur? Resp. 1. Dona Spiritûs varia sunt, 1 Cor. 12. 4 [g]. Nunc datur quoad potestatem dimittendi peccata: at in die Pentecostes quoad dona miraculorum, linguarum, &c [h]. 2. Non significat his verbis actualem donationem Spiritûs Sancti, ut constat ex Luc. 24. 49. sed tantùm prioris promissionis confirmationem signo visibili [i], ipsorúmque præparationem ad Spiritum percipiendum [k]. *Accipite*, &c. q. d. Idoneos ad suscipiendum Spiritum S. vos facio [l]. Sed violenta hæc est & impropria locutio, *Accipe*, id est, aptum te facio ut accipias [m]. Si dicas, potestatem clavium ipsis actu datam v. seq. respondeo, claves non usurpandas fuisse ante descensum Spiritûs: nam primùm *dedit dona*, in descensu Spiritûs; deinde *Apostolos*, Eph. 4. 8, 11. Sensus ergò hujus loci est, q. d. Ut Pater me mittens *unxit Spiritu Sancto*, Act. 10. 38. descendente super me in Baptismo, Luc. 3. 23. sic & Apostoli in inauguratione sua ad munus suum consecrandi erunt [n]. Al. *Accipite*, &c. scil. cum hoc privilegio & authoritate, ut Spiritum aliis detis [o].

23. *Quorum*, &c. Ἄν τινων ἀφῆτε, &c.] *Si quorum* (vel, *Quorumcunque*, V. etiam Judæorum qui me occiderant: quibus remissionem prædicare ausi non essent, nisi authoritate aliquâ à Domino suo peculiariter de ista re iis commissâ [p].) *remiseritis* (nempe annuntiando eis remissionem peccatorum, testandóque remissa eis esse: solus enim Deus propriè remittit [q]. Al. *remiseritis*, i.e. judicaveritis esse remittenda, verbísque ipsis remiseritis, postquam cognoveritis eos pœnitentiâ duci [r].) *peccata, remittuntur eis*: verè ac reipsâ, judicio meo Patrísque cœlestis [†]. Etiam apud Deum tales recipientur in gratiam, judicio scilicet rectè peracto. Aliter ἀφίεσθαι dicitur de Apostolis, aliter de Deo: nam alterum est in conditione, alterum in promissione. Remiserunt Apostoli peccata quoties aut profitentes fidem per Baptismа receperunt in Ecclesiam, ut Act. 2. 38, 41. aut quoties lapsos post seriæ pœnitentiæ testimonium receperunt in suam communionem, 2 Cor. 2. 10. Utrumque in interpretatione hujus loci rectè conjunxit Cyprianus, epist. 73 [t]. ¶ *Et quorum*, &c. Ἄν τινων κρατῆτε, &c.] *Si quorum* (vel, *Quorumcunque*, Bru.) *retinueritis*, (testando scilicet quòd retineantur [v]: quos repuleritis à remissione [x].) *retenta sunt*; meo Patrísque judicio: manent peccatis suis obnoxii [y]. *Quorum retinueritis*, aut Baptismum non impartiendo, quippe incredulis; aut à communione arcendo, ut contumaces, 1 Cor. 5. Tertullianus, *Summum futuri judicii præjudicium est, siquis ità deliquerit ut à communicatione orationis & conventûs & omnis sancti commercii relegetur*. Vide quæ ad Luc. 6. 22. *retenta sunt*: etiam Deus tales à suo favore alienos habebit: Atque ejus rei signum erunt immissa cœcitas, Act. 13. 11. Diaboli in ipsos visibile dominium, 1 Cor. 5. 5. & 1 Tim. 1. 20. & mala alia [z]. Præter negativum, *non remittentur*, positivum aliquid hîc includitur. Conceditur nempe iis, 1. potestas feriendi rebelles, morte aut plagâ aliquâ corporali, ut Act. 5. & 13: 2. potestas tradendi Satanæ, quæ, ex sententia Judæorum, [de qua vide Li.] erat Divinæ & miraculosæ potestatis. Potestas hîc data non est *potestas ligandi & solvendi*, tum quia illa antè donata est; jam novum aliquid largitur, quod actione tam insolitâ & novâ, scil. insufflatione, testatur: tum quia illa erat circa articulos & decisiones legis; hæc, quam jam largitur, est circa personas & peccata hominum [a]. Al. Potestas hîc data est ipsissima *potestas ligandi & solvendi*, de qua Matth. 16. & 18. ut ipsa verba docent, quæ utrobique idem sonant. Idem sunt δεῖν & κρατεῖν & utroque verbo LXX reddunt Heb. עצר, Dan. 10. 8. & 11. 6. nisi quòd δεῖν propriè sit *ligare*, κρατεῖν, *ligatum retinere*: quod huic loco magis congruit, quia κρατῆτε hîc ponitur post ἀφῆτε: sed & κρατεῖν ac δεῖν conjuncta sunt, Matt. 14. 3. Apoc. 20. 2. Sic & ἀφεῖναι & λύειν idem sonant, & utrumque denotat remissionem peccati, illud tanquam debiti, Matt. 6. 12. aut captivitatis, Luc. 4. 18; hoc tanquam vinculi, Gen. 4. 13. Confer & Exod. 32. 21. Job. 42. 8. Ità refellitur eorum sententia, qui, ut censuras Ecclesiæ tollerent, affirmant *ligare* in Matt. 16. & 18. esse, prohibitum declarare; & *solvere*, licitum declarare: Id quod hîc saltem locum non habet, quia non hîc dicit, *Quodcunque*, sed, *Quorumcunque*, &c [b].

24. *Thomas autem, unus ex duodecim*] Sic post mortem Theramenis ii qui Athenis regnârunt vocantur *triginta*, Xenophonti, lib. 2. ¶ *Non erat cum eis*] [Vel, 1.] negotio aliquo, ut credibile est, occupatus [c]. Vel, 2. quia ex quo fugerant Apostoli, Marc. 14. 50. nondum cum reliquis convenit [d], præ dubitatione tardiùs veniens [*]. At Undecim simul jam convenerant, Luc. 24. Resp. 1. Mulieribus rem nunciantibus aliqua audivit Thomas, sed præ incredulitate recessit, deliramenta esse putans, permittente hoc Domino, ut ejus dubitatione nos confirmati essemus, &c [f]. 2. Cùm *Undecim* nominantur, intelligendum est id post Judam sublatum collegii fuisse nomen, ut antè *Duodecim*. Vide Matt. 28. 16 [g]. Qu. Num Thomas dono Spiritûs Sancti privatus est per absentiam? Resp. Minimè [h]: nam privilegium illud erat, ut peculiare [solis, ità] commune [omnibus,] Apostolis: unde & Paulo, longissimè jam absenti, datum fuit [i]. Sic Spiritus Eldado & Medado, licèt absentibus, datus est, Num. 11. 26, 27 [k].

25. *Dixerunt—vidimus Dominum*] Haud dubiè ampliori sermone totam rei historiam exsecuti sunt, at Johanni suffecit summam tradere [l]. ¶ *Nisi videro in manibus ejus fixuram*, &c. Τὸν τύπον τῶν ἥλων] *Vestigium* (vel, *Locum*, Pers. sic Tre. ex Sy. *Figuram*, Er. V. *Foramen*, V. Τύπος vox Græca est, sed quâ & Hebræi posteriores utuntur. Propriè autem admodum hæc vox hoc loco usurpatur. Sic Plinius, *quibus impressa argilla typum fecit*: ἐνσείεται τύπος est apud Platonem, *imprimitur typus* [m].) *clavorum*, Mo. P. Ti. sic Er. Il. Be. &c. ferreorum, quibus cruci affixus fuit [n]. Solebant damnati clavis ad crucem figi: id προσηλοῦσθαι dicitur Græcis. Quò alludens Paulus eâdem voce utitur. Hinc Apuleio, *Carnosi clavi pendentium*. Et huc Seneca alludens, *Cùm refigere se crucibus suis conentur, in quas unusquisque clavos suos adjicit. Insertum manibus chalybem* dixit Lucanus [o]. Ad crucem suffigi solebant quaternis clavis, singulis scilicet per singulas manus & singulos pedes adactis [p]. ¶ *Et mittam manum meam in latus ejus*] Lanceâ ante mortem perforatum, ut vos testamini [q]. Omnem enim Passionis historiam ex Johanne atque aliis didicerat; & aptè minori vulneri digitum, majori manum, destinat [r]. Qu. Sed cur voluit Jesus vestigia vulnerum in corpore suo glorioso retinere? Resp. Ut constaret idem corpus resuscitatum quod crucifixum fuerat [†]. ¶ *Non credam*] Scil. ipsum resurrexisse [t]: potiùs deceptos putabo omnium oculos, phasma apparuisse. Vide Luc. c. 24. v. 37 [v]. Pertinax incredulitas: non credidit mulieribus, Apostolis, ipsi Christo, qui toties hoc prædixerat [x]. Causæ hujus incredulitatis duæ: 1. Quòd non credebat Christi Divinitatem. 2. Quòd mallet non credere quàm tristitiâ affici ex eo quòd fraudatus fuisset Christi conspectu [y].

26. *Post dies octo*] i. e. Octavo pòst die. Vide Marc. 8. 31. *octavo* autem à resurrectione, quæ dies fuerat resurrectionis [z]. Phrasis notat, *post alteram hebdomadam*, ut antè v. 19. Judæi enim hebdomadam exprimunt per *octo dies*. Sic Josephus Antiq. 7. 9. cùm dixisset, δι' ἡμέρας ὀκτὼ, statim se explicat, ἀπὸ σαββάτου εἰς σάββατον, *ab hebdomada ad hebdomadam*. Sic quod Matt. 17. 1. μεθ' ἡμέρας ἕξ, Luc. 9. 28. est, ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ, inclusis diebus primo & ultimo: utrumque autem hebdomadam denotat. Sic & *febres tertianas & quartanas* vocamus, inclusis duobus diebus extremis, & [a]. Videntur Discipuli, semel resurrectionis die Domini experti præsentiam, eundem diem in postremum solennibus conventibus dicasse, Act. 20. 7. 1 Cor. 16. 2. Hinc dicta ἡμέρα κυριακὴ, Apoc. 1. 10 [b]. Christus non continuè & familiariter cum suis à resurrectione conversatus est, sed per intervalla: hîc verò post

Margin notes (left column): [z] Bru. [a] Me. [b] Tol. [c] G. [d] Bru. [*] Tol. Bru. &c. [f] G. [g] Me. ex Bru. [h] Tol. sim. Bru. Me. [i] Ham. [k] Ham. ex Th. [l] Q. in Tol. [m] Tol. [n] Ham. [o] Li. ho. [p] Li. ho. [q] Pi. [r] Bru. [†] Me. ex Bru. [t] G. [v] Pi. [x] Me. ex Bru. [y] Bru. [z] G. [a] Li. ho.

Margin notes (right column): [b] Ham. [c] G. [d] Bru. Li. ho. [*] L. [f] Tol. [g] G. [h] Li. ho. sim. Bru. Mal. &c. [i] Li. ho. [k] Mal. ex Cyr. [l] G. [m] Idem. [n] Bru. [o] G. [p] D. [q] Bru. [r] G. [†] E. ex Leone & Hil. [t] Bru. G. [v] G. [x] Bru. [y] Bru. sim. Tol. [z] Bru. [a] Ham. [b] G.

post 8 dies [e]. Qu. Quid ità? Resp. 1. Ut magis incenderetur desiderium videndi Christum. 2. Ut Thomas interea institueretur ab Apostolis, &c [d]. 3. Quia non citiùs congregati erant omnes Discipuli. Volebat autem Christus Thomæ se, non soli, sed coram reliquis, ostendere [*]; partim ut eorum testimonio confirmaretur, partim ut palàm redargueretur, juxta 1 Tim. c. 5. v. 20 [f]. ¶ *Erant discipuli ejus* (Apostoli, simul omnes [g],) *intus*] Id est, conclusi & abditi domi [h], in eadem illa domo, Jerosolymis [i]. ¶ *Venit Jesus januis clausis*] Omnia quæ semel fecerat iterat in Thomæ gratiam, exemplum dans συγκαταβάσεως· de qua vide Rom. 15. 1 [k].

27. *Dicit Thomæ*] Quippe qui ex imbecillitate, non ex malitia, peccavit [l]. ¶ *Infer digitum tuum*] Repetit Thomæ verba, ut se omniscium ostendat [m]. ¶ *Huc*] In loca clavorum, in cicatrices [n]. ¶ *Et vide manus meas*] *Vide*, i. e. tange [o]: cognosce evidenter [p]: explora, scil. tactu [q]. *Videre* non rarò ponitur pro *tangere* [r]. Sic Esa. 44. 16. *Concalui, ignem vidi*, h. e. calorem ejus sensi. Proverbium est Græcorum apud Athen. dipnosoph. l. 7. Ἴδε πῦρ ἀφύη, *vidit ignem apua*; indè ortum, quòd pisciculus ille statim atque ignis fervorem senserit, percoquatur illicò. Et de salsamento ib. l. 3. Τάριχος ὀπτὸς εὐθὺς, ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ. Nec dispar illud Jud. 16. 9. *statim atque ignem olfecerit*. Sic Matth. 14. 30. *Cùm ventum videret*. Plautus quoque Asinariâ, 1. 3. *Semper oculatæ manus sunt nostræ, credunt quod vident*. Et Alexis in Athen. l. 4. Ἅπαντες, &c. *Omnes simulatque vini odorem viderint, saltant confestim* †. ¶ *Mitte in latus*, &c.] Omnino quod jubet Christus fecisse Thomam puto, & tum exclamâsse: Et huc referam illud, 1 Joh. 1. 1. *Quod vidimus, quod manus nostræ contrectârunt*. Tertul. Adv. Praxeam, *Ipse & auditus & visus, &, nè phantasma crederetur, etiam contrectatus*. ¶ *Noli esse incredulus*] Incredulitas aliquid habet de voluntario. ¶ *Sed fidelis*, &c. Πιστὸς] Hæc vox Græcis *fidelem*, aut *constantem*, significat; at nostris etiam, *eum qui credit*, τὸν πιστεύοντα. Itaque hìc videmus mos opponi ἀπίστῳ, ut & 2 Cor. 6. 15. & hoc sensu sæpe occurrit, ut Act. 10. 45. & c. 16 v. 1. 1 Tim. 4. 3, 10, 12. & 5. 16. & 6. 2 [t]. Idem repetitum ἀντιστικῶς· ut sit oratio plenior, & evidentior, &c [v].

28. *Dominus*, &c. Ὁ Κύριός, &c.] *Ille Dominus*, quo nomine Jesum compellare antea solebant, ut Joh. 13. 13. *meus*, cui me totum regendum permitto [x], cui parere volo [y]. Particula magnæ fidei affectûsque declarativa [z]. *Domine mi*, Be. Pi. Nominativus pro Vocativo: quod frequens Atticis, sed & Hellenistis, ut in hac ipsa voce apparet, Psal. 35. 23. Marc. 15. 34. & in alia sensûs ejusdem, Psal. 22. 1 [a]. ¶ *Et Deus meus*] Sub. *tu es*, Bru. ex morte quam subiisti redivivus: te Deum agnosco & profiteor [b]. Christum hìc palàm vocat *Deum*: quod & agnovit Christus, utique repulsurus si falsò dictus fuisset Deus [c]. Hìc primùm ea vox [*Deus*] in narratione Evangelica reperitur ab Apostolis Jesu tributa, postquam scilicet suâ resurrectione probaverat se esse à quo vita, & quidem æterna, exspectari deberet. Vide suprà 11. 25. Mansit deinde ille mos in Ecclesia, ut apparet non tantùm in scriptis Apostolicis, ut Rom. 9. 5. & veterum Christianorum, ut videre est apud Justinum Martyrem contra Tryphonem, sed & in Plinii ad Trajanum epistola, ubi ait Christianos *Christo, ut Deo, carmina cecinisse* [d].

29. *Quia vidisti*] Verbo *Videndi* hìc etiam Tactus comprehenditur [*]. Sic & Auditus, Exod. 20. 18. Jer. 2. 31. Marc. 15. 4. & in Græco, Ezech. 3. 13. alibi Odoratus, Gen. 27. 27 [f]. ¶ *Credidisti*] Id quod res est, me scil. virtute meâ resurrexisse, & proinde Deum esse: supple, *alioqui non crediturus*; q. d. Non tam mihi, aut authoritati meæ, quàm manibus tuis, credidisti. Fidem ejus, quamvis impropriè dictam approbat, non item modum, &c [g]. Πεπίστευκας] Id est, *Credis*. Frequens enim est in verbis Affectuum ut Præterita pro Præsentibus ponantur [h]. ¶ *Beati*] i.e. Beatiores, Deóque gratiores [i]: præferendi sunt. Sic Luc. 11. 27, 28. Positivus pro comparativo, ut 1 Cor. 7. 8 [k]. ¶ *Qui non viderunt &* (sub. *tamen*, Bru. Pi.) *crediderunt*] Nam hoc verè est de Dei potentia ac bonitate rectè sentientium, fidem adhibere probabilibus testimoniis de ea re quæ ad sanctissimum dogma confirmandum pertinet. Est autem & hìc Aoristus pro Præsenti: Præsens autem pro quovis tempore. Nam de credituris Apostolorum testimonio, & quidem longè positis à Judæa hominibus, præcipuè agitur [l]; de futuris discipulis, cùm ex Judæis, tum ex Gentibus. Quare prophetia est hæc quâ præt. est loco Futuri [m].

30. *Multa — & alia*, &c.] Omnino arbitror quæ hìc sequuntur conclusionem esse totius operis, & ibi finiisse Johannem Librum quem edidit: at sicut caput ultimum Pentateuchi & caput ultimum Josuæ post Mosis & Josuæ mortem additum est à Synedrio Hebræorum; ità & caput quod sequitur, post mortem Johannis additum ab Ecclesia Ephesina, hoc maximè fine ut ostenderetur impletum quod de longævitate, ac non violenta morte, Johannis, Dominus prædixerat. Cætera autem quæ in eo capite narrantur, addita ad demonstrandum tempus, locum & occasionem, illius oraculi. Argumento est quòd in fine capitis clausula huic similis repetitur; & quidem hoc modo, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ· quibus verbis Ecclesia ostendit se de suprà positis à Johanne, & de his etiam quæ ex privatis ipsius commentariis erant deprompta, minimè dubitare; cùm alioqui si Johannes hoc scripsisset, dicturus fuisset ut suprà, κἀκεῖνος οἶδεν ὅτι ἀληθῆ λέγει, 19. 35. ¶ *In conspectu discipulorum suorum*] q.d. Ea miracula narravi quæ magnâ turbâ conspiciente facta sunt. Quæ verò coram familiaribus tantùm, pauca; ut quòd bis januis clausis intraverit. Rationem subjicit. ¶ *Quæ non sunt scripta*] Ut minimè necessaria [n].

31. *Hæc*, &c.] Hæc non adeò multa, sed præcipua, & ad locum aliquem V. Fœderis respicientia. ¶ *Est Christus*, &c.] Ille Abrahamo, Jacobo, Davidi, promissus: quod ipse palàm professus est, additque ut id appareret & miracula à se facta Vaticiniis congruentia, & se resuscitatum iri [o]. ¶ *Ut credentes vitam* (scil. æternam [p]: vitam gratiæ & gloriæ [q]: jus ad vitam æternam, Joh. 3. 15, 36. & 5. 24. Sic & 1 Pet. 1. 9 [r].) *habeatis*] i. e. Assequamini †. Quæ intelligenda sunt de fide non qualicunque, sed actuosa [t]; ad quam ducunt Lex & Prophetæ [v]. ¶ *In nomine ejus*] i. e. Per eum, merito sanguinis & mortis ejus [x]; per ipsum, vel propter ipsum [y].

CAP. XXI.

1. POstea] *Post hæc*, V. Post acta ea quæ Johannes scripto complexus fuerat [a]: post manifestationes cap. præced. descriptas. ¶ *Manifestavit se*] Videndum se præbuit [b]. Sic Marc. 16. 14. Hoc ideo [dictum,] quia non jam, ut antè, perpetuò cum Discipulis erat [c]; sed per 40 dies occultus agebat, quia non congruebat, corpus immortale familiariter inter mortalia versari. Interdum tamen, ut constaret ipsum resurrexisse, manifestavit se, non omnibus, sed testibus præordinatis, &c. Act. 10. 41. ídque sæpiùs, sed per intervalla [d]. ¶ *Iterum*] Refer, vel, 1. ad locum. Nam priores ostensiones factæ Hierosolymis [*]. Vel, 2. ad Thomam: cui jam secundò se ostendit [f]. Πάλιν] *Rursus*, id est, tertiò, ut explicatur infrà v. 14. ¶ *Ad mare Tiberiadis*] Seu Galilææ. Vide Joh. 6. 1 [g]. In Galilæa, quò venturum se dixerat, Matth. 28. 7 [h].

2. *Erant simul*] In uno contubernio [i], aut hospitio: qui huc ex primis advenisse videntur: omnes enim Apostoli Galilæam profecturi erant [k]. ¶ *Alii — duo*] [Vel, 1. Apostoli,] Philippus, ut puto, & Andreas [l]. Vel, 2. inferioris ordinis [m]: ex numero LXX minùs nobiles, itidem Galilæi, ut videtur [n].

3. *Vado piscari*] i.e. Volo ire piscatum. Dum exspectabatur Spiritus nihil erat quod agerent Apostoli [o]. Et apud Judæos inhonestum non erat. Victus quoque, ut credibile est, non aliunde suppetebat, hactenus ex comitatu Christi alimoniam habentibus [p]. Mirandum, quòd abesse audent ab isto monte Galilææ ubi Christus appariturus erat, Matth. 28. 16. & quòd quatuor abesse audent à reliquo coetu. Sed videntur exspectâsse Christum appariturum die duntaxat Dominica, quæ nondum advenerat. Et ex his sex habitârunt propiùs à monte,

[e] Bru. [d] Mal. ex Chrys. sic Bru. [*] Mal. [f] Mal. Bru. [g] G. [h] V. [i] Bru. [k] G. [l] Bru. [m] G. [n] Me. sim. Bru. [o] Mal. Bru. Ga. [p] Bru. [q] E. [r] Ga. ex Stella. † Ga. Tfo. 38. 246. [t] G. [v] Camer. [x] Bru. [y] G. [z] Bru. [a] G. [b] Me. [c] Er. [d] G. [*] G. sim. E. Bru. &c. [f] G. [g] Bru. [h] G. [i] Bru. [k] G.

[l] Idem. [m] Bru. [n] G. [o] G. [p] Bru. T. [q] Me. [r] G. † Bru. [t] G. sim. Bru. [v] G. [x] Me. ex Bru. sic T &c. [y] V.

[a] G. [b] Bru. [c] G. [d] Bru. [*] G. [f] Tol. [g] Bru. [h] G. [i] G. [k] Bru. [l] Li. ho. [m] Bru. [n] G. [o] G. sim. Bru. [p] G.

monte, qui erat prope Capernaumum, & circa mare Galilææ [q]. ¶ *Venimus*, &c.] i.e. Veniemus, seu ibimus [r]: volumus & nos ire. ¶ *Et exierunt*, Ἐξῆλθον] Huic voci rectiùs præponitur καὶ, ut est in vetere illo manuscripto. ¶ *In navim*] Relictam †, aut commodatam antehac. ¶ *Illâ nocte*] Tempus piscatui opportunum [t], ob quietem; nam strepitu & adspectu hominum terrentur pisces [v]. ¶ *Nihil*, &c. Ἐπίασαν οὐδέν] *Nihil ceperunt*, Pi. Providentiâ Divinâ; ut eo constaret, frustrà esse humanum laborem sine Divina gratia, Psal. 127. Vox πιάζειν est & suprà 7. 30 [x].

4. *Stetit — in littore*] Significans, se per resurrectionem jam esse in vado, ipsos in salo versari [y]. Non stetit in mari, nè spectrum esse putaretur [z].

5. *Pueri*, Παιδία] Alloquitur eos ut servulos & operarios [a]. Al. Blanda compellatio, 1 Joh. 2. 13, 18 [b]. ut Discipuli, qui eum ex intuitu non nôrunt, noscant jam ex familiari hac compellatione [c]. ¶ *Numquid*, Μή τι προσφάγιον] *Numquid pulmentarium*, &c? Vulg. Mo. Ca. Sed cur à piscatoribus pultem petat [d]? *Numquid obsonii*, Er. P. Be. Pi. &c. Προσφάγιον, ex πρὸς & φάγω [*], est, εἰς τὸ φαγεῖν ἐπιτήδειον, *ad cibandum opportunum* [f]. Idem est quod ὄψον [g], sive ὀψάριον [h], sive προσόψημα [i], id quod cum pane editur [k]; præcipuè pisces [l], qui *eo nomine per excellentiam appellantur*, ait Athen. l. 7 [m]. Sensus, q. d. En panem hîc apud me paratum, num vos aliquid captâstis, quo vescamur cum pane? Vel, προσφάγιον possit reddi, *cibus pro una repastione*, jentaculo, aut prandio [n]. Loquitur ut mercator qui pisces emere vellet. ¶ *Non*] Cogit eos fateri inopiam suam, ut attentiores faciat ad miraculum [o].

6. *In dexteram*, &c. Propiùs littus, ut videtur, ubi minor erat spes capiendi: q. d. *Quo minimè reris gurgite piscis erit.* Sic apud gentes prope barbaras felicior quàm apud Judæos captura. ¶ *Et invenietis*] Quantum satis. ¶ *Præ multitudine*, &c.] Præsagium maximæ capturæ hominum per Apostolos faciendæ [p].

7. *Dixit*, &c.] Ipso miraculo admonitus [q]. Confer Luc. 5. 6 [r]. ¶ *Tunicâ*, &c. Τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο] *Amiculum* (vel, *Indusium*, Ca. vel, *Tunicâ se*, Er. Il. sic Ti. Vulg. D. ex Sy. &c.) *succinxit*, P. Mo. Be. Pi. Qu. Quid hîc ἐπενδύτης; Resp. 1. Est vestis superior, quæ ita dicitur †: superindumentum [t], vel pallium [v], sive penula, aut toga [x]. H. Stephano, *Superaria*, vel *Superalia*, redditur, quòd super alias vestes indueretur. Similiter & Suidas [de quo vide Ful. & Ham.] & vetus Lexicon Græco-Latinum. Ab Arabe redditur חמון, h.e. *tunica*, superior scilicet laxiórque, ut quæ cinctu opus haberet: quæ aut linea erat, ut Atheniensibus; aut etiam lanea, sed tenuior, ideóque non valde incommoda natatui, exiguo saltem spatio [y]. Ἐπενδύτην vertunt LXX duobus locis מעיל, quod est vestis genus honoratius; ἐπένδυμα, Aquilæ & Symmacho; Hieronymo, epist. 130. *superior tunica*; Theod. in Exod. quæst. 66. χιτὼν ὁ ἔξωθεν, (*tunica exterior*.) In Martyrologio ad 12. Cal. Nov. de Hilarione, *pelliceum habens ependyten*, quod ex Hieronymo desumptum, Vitâ ejusdem Hilarionis. Vertunt ἱμάτιον, (*pallium*;) στολὴν ποδήρη, (*vestem talarem*.) Suidas, τὸ ἱμάτιον ἐπάνω, (*vestem superiorem* [z].) Utuntur & Hebræi posteriores אפונדתא [a]: quod in Lexico Juris exponitur, *Indusium parvum, in quo sunt multæ suturæ, in quibus reponunt obvium quidque.* Id mihi est ἐπενδύτης. פונדא Hebræis est, *cingulum è corio ad reponendum nummos*, &c [b]. Hanc [vestem] induit Petrus (id enim *succingendi* vocabulo tacitè innuitur: unde Syrus, *accepit tunicam & cinxit lumbos suos*) quò honestior apud Christum appareret, nihil veritus si eam per aquas gradiendo nonnihil humectaret [c]. Mihi nec pallio nec stolæ locus [hîc] ullus videtur, quippe quæ natanti molesta sunt [d]. Sed & illam molestiam libenter sustinuit Petrus, nec liquet an nare necesse erat, nam prope à terra aberat [*]. Crediderim hoc cinctorium, Anglicè **an Apron**, fuisse, quod modò vestibus superinduitur, ut eas mundas servet; modò nudo corpori ad tegendum nuditatem, ut legimus in historia Adami †. Resp. 2. Infima erat vestis, quæ *indusium* dicitur, &, voce ex Arabica desumptâ, *camisia* [f]: amiculum ex lino: λίνεον πέπλον vertit Nonnus [g]. Hoc autem succinxit, tum pudoris causâ [h]; tum nè indusio laxato ac diffluente impediretur in natando [i]. Non placet:

[q] Li. ho. [r] Bru. † G. [t] G. sic Bru. [v] Bru. [x] G. [y] Idem. [z] Bru. [a] Idem. [b] G. [c] Li. ho. [d] Be. [*] Pi. [f] Camer. [g] Be. sic G. [h] G. [i] Be. [k] G. sim. Camer. Bru. &c. [l] G. sim. Pe. [m] Be. [n] Li. ho. [o] Bru. [p] G. [q] G. sim. Bru. [r] Bru. † Ful. in Di. [t] V. [v] V. Er. [x] Er. in Di. [y] Ful misc. 2. 11. [z] G [a] G. sic D. [b] D. [c] G. [d] Di. [*] Ful. ib. † Ham. [f] Q. in Di. [g] Be. [h] Pi. ex Be. [i] Pi.

neque hæc [vestis] natanti apta tum ob laxitatem, tum quia talaris erat: nec convenit cum voce ἐπενδύτης, quæ à superinduendo dicta est. Resp. 3. Mihi nec suprema vestis fuisse videtur, nec infima, sed inter indusium & stolam media. Hic enim erat vestium ordo. 1. Indusium. 2. Subucula cum subligaculis seu femoralibus. 3. Stola. 4. Pallium. Fuit Petrus in calido isto climate prorsus nudus, tectis tantùm pudendis. Audiens ergò Dominum esse, neglecto indusio quod natatui oberat, induit subligaculum: quod erat ex levi semper tenuíque materia, gossypina plerumque, & interdum linea. Sed cur dicitur, διεζώσατο; Resp. Quia subligacula Orientalium infernè angusta, supernè laxa, crumenæ instar contrahuntur, & ad lumbos contracta constringuntur; unde & διαζώματα vocantur [k]. ¶ *Erat enim nudus*] [Vel, 1. prorsus, modo jam dicto, ex Di. vel, 2. ex parte:] *Nudum* Hebræi vocant eum qui superiori veste exutus est [l], qui non habet nisi τὸν χιτῶνα, כתנת, ut 1 Sam. 19. 24. 2 Sam. 6. 20. Esa. 20. 3. Act. 19. 16. Germanos Mela *plerumque nudos egisse* dicit: interpretatur id Tacitus, rejectâ veste superiore. Sic Job. 22. 6. & 24. 7. *vestis* dicitur *nudis detrahi*. Chrysostomus, Ad baptizandos, γυμνὸς μὲ τῷ χλανίσκῳ μόνον. Sic apud Xiphilinum Pseudantonio, cùm γυμνὸς positum esset, sequitur, τὸν ἔνδον διασείων [m]. ¶ *Misit se in mare*] Præ amore & desiderio præsentiæ Domini moras navigii non sustinens [n].

8. *Alii*, &c.] Sicut Petri promptitudinem laudat, ità excusat cæteros. ¶ *Non — longè erant*, &c.] Brevi navigio erant perventuri ad Christum [o]. ¶ *Trabentes*, &c. Σύροντες, &c.] *Trahentes* funibus (vel, *Ægrè moventes*, G.) *rete piscium*, vel *pisculentum*, aut *piscatorium*, V. vel, *piscibus* plenum, Bru. sic Be. vel, in quo pisces erant: eo modo dictum quo dixit Cicero, *scutellam dulciculæ potionis, & calicem mulsi* [p]. [Trahebant autem, quia] ponderosius erat quàm ut posset è mari sustolli in navim. Rete cum piscibus conservandum judicârunt, nè miraculum suo splendore fructúque fraudaretur [q].

9. *Viderunt prunas*, Ἀνθρακιὰν] *Carbonarium ignem*, Bru. quem Christus cum pisce & pane de novo produxerat [r]. Majorem jam potestatem Christus ostendit, res creans ex nihilo. ¶ *Et piscem*, Ὀψάριον] Diminutivum ab ὄψον. Significat quodvis opsonium, sed pisci appropriatur. *Piscem* autem, i.e. pisces, quot congruerent Discipulis convivio excipiendis †. Vox singulari sono pluralem significatum comprehendens. Olim pisces paucos auxerat, nunc facit ut ex nihilo existant [t].

10. *Afferte de piscibus*, &c.] Ut veritas miraculi constet, &c [v]. Christus ex piscibus à se factis & aliis, quos Apostoli ceperant, communes facit epulas, ut sic ostendat & eos quos ipse converterat, & quos Apostolorum ministerio erat conversurus, ad eundem finem destinari [x].

11. *Ascendit*] Vel, 1. in mare [y], quod terrâ altius habetur [z]: in aquas littori proximas [a]. Vel, 2. in navem. Sic Marc. 6. 51. Luc. 8. 22 [b]. Petrus ubique primus & promptissimus ad obsequendum Domini jussui [c]. ¶ *Traxit rete in terram*] Quippe nave jam ad littus admotâ ut faciliùs jam trahi rete posset. Intellige autem hoc factum à Petro & sociis; sed ipse, ut cæterorum dux, nominatur [d]. ¶ *Piscibus centum*, &c.] Sigillatim è reti extractis, ut liqueret de miraculo [*]. Notant quidam tot piscium numerari genera, eóque significari, ex omni hominum genere capturam fore. Figura Davidis & Salomonis temporibus, cùm 153 millia fuere Proselytorum, 2 Par. 2. 17. ¶ *Cùm tanti essent*] Vel, *tot*. Sic suprà 6. 9. ¶ *Non est scissum rete*] Præsagium miræ unitatis eorum qui per Apostolorum operam in Ecclesiam erant colligendi [f].

12. *Venite, prandete*, Ἀριστήσατε] Ἄριστον dicitur cibus etiam qui manè sumitur. Sic apud Homerum narratur paratum Ἄριστον ἅμ᾽ ἠοῖ φαινομένηφι. Intelligendum autem est Christum unà cum ipsis cibum sumpsisse in majorem corporis sui fidem, Act. 1. 4. & 10. 41. ¶ *Nemo audebat*, &c.] Quanquam conspectus erat olim viso augustior [g]. ¶ *Scientes*, &c.] Ex vultu, voce, factis [h].

13. *Dat iis*] Patremfamiliâs Ecclesiæ se ostendit, cujus est suum cuique demensum dare: quod mox explicatur, sermone habito ad Petrum & Johannem. Confer quæ dicta Matt. 25. 15 [i].

14. *Hoc jam tertiò*, &c.] Refer ad dierum numerum.

Primùm

[k] Di. [l] G. sim. sim. Ful. ib. [m] G. [n] Bru. [o] G. sim. Bru. [p] Ca. [q] Bru. [r] Bru. & Me. ex Chrys. &c. † Bru. [t] G. [v] Bru. [x] G. [y] Bru. Me. [z] Bru. [a] Me. ex Bru. [b] G. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] G. [h] G. sim. Bru. [i] G.

Primùm apparuit diversis ipso Resurrectionis die, iterum die octavo, nunc tertium[k].

15. *Cùm—prandissent*] Quod tempus est colloquendi[l]. ¶ *Simon Joannis*, Ἰωνᾶ] *Jona*, scil. *fili*, Bru. De hac voce vide ad Matth. 16. 17[m]. Petri patrem nominat, ut memor originis suæ & tenuis conditionis, jactantiam caveat, &c[n]. ¶ *Diligis me plus his?*] Vel, *quàm hi*, Be. Bru. Pi. scil. condiscipuli tui præsentes[o]: ut olim fidenter professus es, Matth. 26. 33, &c[p]. & ut hâc projectione tui in mare, &c. significare visus es[q]. Mira Christi sapientia, qui tam paucis vocibus efficit ut Petrus & sibi satisfaceret quem ter negaverat, & collegis quibus se prætulerat; exemplum dans disciplinæ Ecclesiasticæ[r]. ¶ *Tu scis quia* (vel, *quòd*, Bru.) *amo te*] Non addit, *plus his* †. Lapsus eum modestiorem fecerat[t]. *Suffecit ei*, ut ait Aug. *testimonium perhibere cordi suo: noluit judex esse cordis alieni*. Non prætulit se aliis, ut antè, Matth. 26. 33. & tamen ex corde sincero affectûs testimonium protulit, quale in Ecclesiæ pastore requiritur. Promiscuè hîc usurpavit Johannes ἀγαπᾷν & φιλεῖν, ut mox βόσκειν & ποιμαίνειν. Neque hîc quærendæ sunt subtilitates[v]. Et reverenter Petrus ad Christi scientiam provocat, cui se notiorem esse quàm sibi ipsi experimento didicerat[x]. ¶ *Pasce* (i. e. Rege ut pastor[y]) *agnos meos*] i.e. Fideles meos[z]: quos promiscuè *agnos* & *oves* appellat[a]. Vel, *agnos* appellat recens conversos & teneriores in fide; *oves*, robustiores in fide[b]. Docet Christus in principe Apostolorum cæteros quo optimè modo amor in ipsum demonstretur. *Pasce*, i. e. ipsis, non tibi, consule; suade, non coge: *oves*, non tuas, sed *meas*; quam vocum vim optimè se intellexisse Petrus demonstrat, 1 Pet. 5. 2[c]. non ut rem tuam, sed ut meam, tracta[d]: vitam tuam, quam pro me deponere pollicitus es, Matt. cap. 26. meâ causâ pro ovibus meis expone periculo, & depone cùm requiretur. Privilegium ergò Petri non tam eloquuntur hæc verba quàm officii vinculum, periculum, & tandem martyrium; de quo idcirco loquitur v. 18*.

16. *Iterum*, πάλιν δεύτερον] *Rursum secundò*, Be. Pi. Pleonasmus, qualis Mat. 26. 42[f]. Ostenditur hîc, emendati animi notas requiri pro culpæ magnitudine. ¶ *Pasce*, &c.] Quod de vocibus βόσκειν & ποιμαίνειν diximus, idem de vocibus προβάτων & ἀρνίων intelligendum est: nam & hæ promiscuè usurpantur, ut apparet ex collat. Mat. 10. 16. Luc. 10. 3. Confer Zach. 11. 4. & cogita exitium Judaicæ gentis, quæ propriè Petro commissa, Gal. 2. 9[g]. Triplex hoc *Pasce* forsan aptè applicueris ad tergeminum objectum ministerii Petri; 1. Gentiles, quibus ostium fidei aperuit, Act. 10: 2. Judæos: 3. Israelitas de decem tribubus, qui commixti erant cum Hebræis in Babylonia, ad quos pervenit Evangelium per ministerium Petri, & inter quos sors Petro obtigit: ut Jacobo inter Hebræos in Palæstina & Syria; Johanni inter Hellenistas Asianos[h].

17. *Tertiò*] Ut trinæ negationi opponeret trinam amoris professionem[i]. ¶ *Contristatus est*] Quòd ter negando meruisset ter interrogari[k]: quòd Christus illum suspectum haberet[l]: vel, quòd timeret, nè ut antè, [Matt. 26.] ità nunc quoque minùs fortasse Christum amaret quàm sibi videbatur[m]; & nè iterum Christum negaturus esset[n]; nè Jesus, cui notior erat quàm sibi ipsi, nôsset aliquem in ipso amoris defectum, aut ipsum non perseveraturum, &c[o].

18. *Amen, Amen*, &c.] Confirmat veram esse Petri responsionem[p], Petrúmque perseveraturum, & vitam positurum, &c[q]. Ostendit Pastori considerandum quàm difficile suscipiat munus, nè imparatus deprehendatur, Matt. 10. 16. Res est quæ constat libertatis & vitæ dispendio. ¶ *Cùm esses junior*, &c. Ὅτε ἦς νεώτερος] Hic hic habet indefinitam significationem. Nam nunc quoque eum ut juvenem alloquitur, respectu venturæ ætatis: omnia enim quæ Christus hîc dicit allusionem habent ad facta præcedentia; interrogatio de majori dilectione, ad id quòd Petrus primus per mare Christo occurrerat; mandatum eximium Apostolici muneris, ad id quòd rete pertraxerat; sic & hæc verba ad id quòd superariam cinctus venerat. Et ærumnas impendentes cò ostendit graviores fore quòd incubituræ sint ætati per se gravi[r]. ¶ *Cingebas te*] Zonâ tuâ †; ut mos Orientalium quorum vestes prælongæ erant[t]. Induebas, vestiebas ipse te sine alterius ope[v]. ¶ *Ubi volebas*] Expeditus & liber[x], ut modò ex navi & in navem tuopte arbitratu[y]. ¶ *Cùm senueris*] Ubi ad hanc ætatem 40 fermè annos adjeceris: obiit enim Petrus paulò ante excidium Hierosolymæ[z]. ¶ *Extendes* (i. e. Cogêris extendere, ut solent captivi[a],) *manus tuas*] Vel, 1. ut ab altero accingaris, utpote non valens præ senio teipsum accingere[b]. Vel, 2. ad crucis cornua[c], clavis configendas in cruce[d]: præbens eas carnifici vinculis constringendas †. ¶ *Ducet*, &c. Οἴσει, &c.] *Transferet* (vel, *Aget*, Bru. *Feret*, i. e. rapiet*,) *quo noles*, Be. Pi. vel, *nolles*. Indicativus pro Subjunctivo, ut Matt. 26. 39. Joh. 12. 21. Hæc verba, non illa priora, supplicii Crucis habent significationem. Est autem χαλινισμὸς, *agent te quò nolles*, i. e. in malam crucem[f]. *Noles*, naturali scil. voluntate, quæ mortem fugit[g]. Quin cruce Petrus, & quidem Romæ, obierit, dubitandum non arbitror, cùm tot habeamus veterum testimonia. Tertullianus tanquam rem apud omnes, etiam hæreticos, confessam adfert. Similiter Clemens Strom. 7. [utriusque verba pete ex G.] His adde Caium qui sub Zephyrino Episcopo vixit, & Dionysium Corinthi Episcopum, quorum testimonia apud Eusebium exstant. Posteriores auctores qui plurimi id tradiderunt omitto. Si quis tamen eos qui auctoritatis sunt eximiæ volet videre, legat Ambrosium in Nativitatem Apostolorum, Prudentium de Passione Petri & Pauli, Chrysost. Oratione de iisdem, Theodoretum, Περὶ ἀγάπης[h].

19. *Quâ* (i. e. quali[i]) *morte*] Morte scilicet violenta & cruciabili[k], morte crucis[l]. ¶ *Clarificaturus* (vel, *Glorificaturus*, Be. Pi.) *esset Deum*] Magnificus martyrii titulus, *glorificare Deum*. Vide Joh. 13. 31[m]. Mors Martyrum efficacissimè confirmat veritatem Divinam, per quam Deus honorificatur[n]. Gloria Dei est, quòd talem habet famulum qui pro ipso, & pro veritate Dei confirmanda, morietur[o]. ¶ *Sequere* (i. e. Sequêris. Imperat. pro fut. more Heb[p].) *me*] Pedibus corporis, indicio quòd me sequêris in cruce[q]. Sicut modò res antè gestas signa dicendorum sumpsit, ità nunc quod dixerat, signo conspicuo exprimit: nam, *Sequere me*, sensum habet & illum communem cui etiam Petrus in præsens paruit, & mysticum alterum. Alludit ad id quod dixerat, Matt. 10. 36[r].

20. *Sequentem*] Quia Petrum subsequi videbat †: fortè ut se quoque paratum ostenderet ad mortem pro Jesu obeundam: vel, ut frueretur præsentiâ Jesu, quamdiu liceret, veritus nè subitò evanesceret[t]. ¶ *Qui & recubuit*, &c.] Hæc, antehac in designatione Johannis poni non solita, (solâ enim notâ *Dilecti à Domino Discipuli* designatus est,) hoc loco non sine efficaciâ adduntur. Nam omnia ista Petro in animum veniebant, ut crederet hunc Discipulum sibi in diligendo Christo parem esse aut proximum. Quare, cùm ipse post Amoris professionem accepisset prædictionem ferendæ Mortis ad Domini exemplum, curiositate quâdam humani ingenii scire vult quid de illo sit futurum[v].

21. *Hic autem quid?*] Ellipsis, pro, *Quid patietur*[x], aut *aget*[y]? quem habebit exitum[z]?

22. *Sic*, &c. Ἐὰν αὐτὸν θέλω, &c.] *Si* (vel, *Si sic*? V.) *velim eum manere*, Be. Pi. Etiamsi vellem eum servare[a] superstitem[b], in vita hac caduca. Sic 1 Cor. 15. 6. Phil. 1. 21,—24[c]. Vel, Si nolo eum me sequi: i.e. interfici sicut ego interfectus fui[d]. ¶ *Donec veniam*] i. e. Redeam*, usque ad adventum meum[f]; vel, 1. secundum & gloriosum[g], ad judicandum vivos & mortuos[h]: vel, 2. metaphoricum[i], ad excidendam Urbem gentémque Judaicam[k]. Sensus, q. d. Tu, ô Petre, à contribulibus tuis Judæis patieris mortem, hunc autem manere volo donec vindictam sumam de gente ista nequissima. Id quod firmat historia. Nam omnibus in concesso est, Petrum martyrio coronatum ante excidium Hierosl. & Johannem supervixisse. Favet & collatio aliorum locorum S. S. quæ hoc pacto intelligenda sunt, ut Matth. 16. v. 28. & c. 24. v. 29, 30, 34. Hinc tempora Excidium illud præcedentia vocantur *ultima tempora*, 1 Joh. 2. 18. & *fines seculorum*, 1 Cor. 10. 11. sic & 1 Pet. 4. 7. & tempora illud subsequentia vocantur *nova creatio*, *novum cælum*, & *nova terra*, ut Esa. 65. 17. Perlege caput, & videbis Judæos rejectos & excisos, & exinde nova illa creatio

[k] G. [l] Idem. [m] Idem. [n] Bru. [o] Idem. [p] Li. ho. [q] Bru. [r] G. † Bru. Me. [t] Me. [v] G. [x] G. sim. Bru. [y] Mal. T. &c. [z] Tol. T. sic Bru. Me. &c. [a] Mal. [b] Me. [c] G. [d] Tol. * Li. ho. [f] G. ex Be. [g] G. [h] Li. ho. [i] Bru. ex Aug. & Cyr. sic Tol. Mal. ex Th. Ambros. &c. [k] G. [l] Mal. ex Theod. [m] Chrys. Th. &c. in Mal. [n] Tol. [o] Bru. [p] Bru. ex Cyr. sic Tol. &c. [q] Tol. [r] G. † Bru. [t] Pi. ex Bru.

[v] Me. ex Bru. [x] Iru. [y] G. sim. Bru. [z] Bru. [a] G. [b] Tol. [c] Me. sim. Mal. ex Aug. Theod. Leont. &c. [d] T. ex Euthym. sic Bru. † Pi. * V. sic Bru. [f] G. [g] Me. ex Bru. [h] G. [i] Bru. [k] G. sim. E. [l] Bru. [m] G. [n] Tol. [o] Bru. [p] V. [q] Bru. [r] G. † Idem. [t] Bru. [v] G. [x] G. sic Bru. Pi. [y] Bru. [z] G. [a] V. [b] V. Bru. [c] C. [d] V. * Bru. Me. sim. V. [f] Mal. [g] Bru. [h] Bru. Me. [i] Q. in Mal. [k] Li. ho. sim. Tol. Q. in Mal. Med. pag. 872. Camer.

atio mundi Evangelici inter Gentiles. Confer Apoc. 21. 1, 2. ubi excisâ veteri Hierosolymâ, struitur nova, & creantur novi cœli & nova terra. Sic & 2 Pet. 3. *Conflagrabunt cœlum & terra* Ecclesiæ & Reipublicæ Judaicæ, & *elementa*, nempe Mosaica, Gal. 4. 9. Col. 2. 20. Quibus absumptis, inquit, exspectamus novam creationem status Evangelici. Et Petrus Prophetiam Joelis, de *die Domini magno & terribili*, ad sua tempora applicat. Huc pertinet & Heb. 10. 37. Jac. 5. 9[l]. [Sensus hujus loci:] Quasi Imperator diceret, *Quid si hunc velim in præsidio manere*[m]; vel, illæsum manere, non crucifixum aut dilaceratum, ut te[n], *donec ipse eum revocem?* Ità obscurè significat, Johannem non, ut Petrum, morte violentâ moriturum, sed tali quâ sine hominum vi solveretur ubi Christus tempus idoneum judicâsset: quod & contigit, ut veterum plures consentiunt. Sic tempus mortis *accersitionem* sæpe vocant Christiani[o]. ¶ *Quid ad te?*] Pertinet rogare, aut cognoscere[p]. Sic & Latini dicunt, *Quid ad te?* q.d. Quicquid de illo erit, id ad te non pertinet: cura quod te spectat. Hæc est pars Lotionis pedum Petri, quam ipse rectè intelligens postea vetuit Christianos esse ἀλλοτριοεπισκόπους, 1 Pet. 4. 15. ut & fœminas Paulus esse περιέργους, 1 Tim. 5. 13[q]. Duplex in hoc versu est Syriasmus: 1. in voce μένειν, קום, quod est *vivere*, aut, *in vita permanere*, ut 1 Cor. 15. 6: 2. in voce ἔρχεσθαι. *Dominus venit*, non modo de magno novissimoque die Domini dicitur, sed & de morte singulorum, ut Luc. 12. 40. Ut sensus sit, qu. d. Quid si manere eum volo usque ad horam quam decrevi, quid ad te? Tuum non est aliena agere, aut scrutari abdita; sed me compellantem sequi[r].

23. *Exiit—sermo*] Hebraismus. Vide Mat. 9. 26. Adde & Luc. 6. 12 †. *Permanavit rumor*, Er. V. simil. Be. ¶ *Non moritur*] Vel, *Non moreretur*, Er. V. *Non moriturum*, Præsens pro Futuro. Sumpserunt scilicet interrogationem Christi pro affirmatione, & *adventum*, pro, *adventu ad Judicium*; de quo sæpe illis antehac locutus erat, & quidem additâ voce ἔρχεσθαι, ut Matt. 16. 27. & 24. 30. Hunc diem de propinquo imminere existimabant, 1 Thes. 5. Et cùm is dies futurus esset dies resuscitationis antè mortuorum, qui tum piorum victuri essent, mortem non sensuros rectè existimabant, 1 Cor. 15. v. 51. Et credibile est, Christum colloquiis post resurrectionem de illo die apertiùs quàm antea locutum, ut de complemento Regni sui, Act. 1. 3[t]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Be. Pi. *Et tamen*, ut alibi sæpe[v],) *non dixit*, &c.] *Non dixerat, nunquam moriturum*, ut illi interpretabantur[x]. ¶ *Sed*, &c.] Merâ usus conditione, rem reliquit dubiam[y]. Hæc repetitio vocum hucusque ostendit ἔμφασιν non esse in illo, ἐὰν θέλω sed in illo, ἔρχομαι, cujus ambiguitate decepti erant Discipuli, cùm debuissent aut Magistrum interrogare, aut quod ambiguè dictum erat pro

[l] Li. ho. [m] G. [n] Mal. [o] V. [p] Me. [q] G. [r] Heins. † G. [t] Idem. [v] Idem. [x] G. sim. Bru. [y] Bru.

ambiguo relinquere donec sensum exitus declararet. Tertul. lib. De anima, *Obiit & Johannes, quem in adventum Domini fuisse remansurum falsò fuerat spes*[z].

24. *Hic* (de quo nata fuerat jam dicta opinio[a]: vel, *hic*, qui adeò dilectus erat Christo & familiaris, qui proinde non incerta aut ignota narrat, sed à se visa: quem, si mendax esset, Christus minimè amâsset[b].) *est discipulus*] Sic se modestè vocat qui omnes Doctores longè superat[c]. ¶ *Qui testimonium perhibet de his*] Petro jam mortuo & aliis qui adfuerant, qui ampliùs de his dictis testimonium præbere non poterant[d]. Testem se appellat, quia illa tantùm narrat quæ vidit, audivit, &c. testis enim nihil de suo dicit[*]. ¶ *Et scripsit hæc*] Qui hæc quoque super cætera antehac edita in Commentariis privatis reliquerat[f]. *Hæc*, vel, 1. de Petro & Johanne proximè dicta[g]: vel potiùs, 2. totum Evangelium: apparet enim eum toti operi fidem conciliare velle[h]. ¶ *Et scimus*] Loquitur Ecclesia Ephesina[i]: Johannes Evangelium scripsit rogatu Episcoporum Asiæ, quorum proinde testimonio par erat illud Ecclesiis reliquis commendari †. [Alii aliter:] *Scimus*, ego Johannes[k], reliquique Discipuli Jesu[l]. Antè per 3. person. sing. loquitur, nunc per 1. pers. plur. Sed hæc personæ numerique mutatio Hebræis frequens est, ut Genes. 18. 3[m]. Dixerat Joh. 19. 35. *scit quòd vera dicit*; hîc, mutatâ personâ, *scimus*. Crederes, talem esse Idiotismum in lingua Chaldaica & Syra, ut ἴσμεν idem sit quod οἶδε. Vide Targ. ad Jos. 2. 9. 1 Sam. 17. 28[n]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἀληθής, &c.] *Verum esse*, &c. Pi. *Firmum esse*, Be. vel, *Fide dignum*, ut Joh. 5. 31. & 8. 13. *Scimus*, aiunt, *fide dignum*; ex vitæ scilicet perpetua puritate & miraculis ab ipso editis. Scimus ergò planè qualem habuit mortem prædictam ab Jesu[o]. Respicit hîc & Joh. 19. 35. testem ocularem; q. d. Novimus omnes oculare testimonium in causis omnibus judicialibus obtinere. נאמן, ἀληθής, cùm de testimonio dicitur, non nudè *Verum* significat, sed acceptandum pro firmo & irrefragabili[p].

25. *Alia multa*] Miracula[q], quorum tunc adhuc recens erat memoria, non ità dudum mortuis testibus. ¶ *Quæ si scribantur*, &c.] Ità ut nihil eorum omittatur[r]. ¶ *Nec ipsum arbitror* (οἶμαι hîc dicitur singulariter, quia pro Ecclesia hæc scripsit Episcopus. Sicut & in Apocalypsi literæ pro Ecclesiis ad Episcopum diriguntur. Fortè is fuit Johannes ὁ πρεσβύτερος, cujus sepulchrum se Ephesi distinctum ab illo Johannis Apostoli vidisse memorat Hieronymus, & cui veterum nonnulli adscribunt Epistolas duas †.) *mundum capere posse* (vel, *capturum*: χωρῆσαι, pro, χωρήσειν [t].) *eos*, &c. Τὰ γραφόμενα, &c.] *Qui scriberentur* (vel, *scribi deberent*, G.) *libros*, Be. Pi. Hyperbole est[v], non infrequens S. Literis, ut Gen. 11. 4. Num. 13. 33. Dan. 4. 20. Vide & Joh. 12. 19[x].

[z] G. [a] Bru. [b] Mal. [c] Bru. [d] G. [*] Bru. [f] G. [g] Q. in Mal. [h] Mal. [i] G. sim. Ham. † Ham. [k] Mal. [l] Bru. sim. Mal. Me. [m] G. [n] Li. ho. [o] G. [p] Li. ho. [q] G. sim. Bru. Tol. [r] G. † Idem. [t] Pi. [v] G. sic Er. Zeg. Pi. &c. [x] G.

SYNOPSIS

SYNOPSIS

Criticorum aliorumque Commentatorum

IN

ACTA APOSTOLORUM.

PROLEGOMENA. Auctor hujus Libri Lucas [a]: ut ipsius indicio [v. 1.] constat [b]: nec quisquam ea de re dubitat [c]. Canonicus est hic Liber [d]: de quo nulla unquam dubitatio [*]. Eum scripsit Lucas ut fictitiis de Apostolorum vita & prædicatione narrationibus occurreret. Liber hic porrò obscurus est & impeditus, tùm quia 22 conciones ei inseruntur; tum ob citationes locorum ex V. T. eorúmque accommodationes ad rem subjectam; tum quia pauci in eum exstant Commentatores [f]. ¶ *Acta*, Πράξεις] Græcam vocem retinuere Syrus & Arabs, ut sæpe in vocibus quæ, transfusæ in sermonem alium, vim non eandem habituræ putabantur. Perinde autem est sive *Acta* vertas, sive, ut veterum nonnulli, *Actus*: idem enim hæc significant, ut *effectus*, & *effecta*, *eventus* & *eventa*, *jussus* & *jussa*, &c. Est quidem receptius ut *Acta* dicantur quæ in publicas tabulas relata sunt. Sed etiam Cicero quicquid quisquam egit, id modò *Acta*, modò *Actus*, vocat: & leges Sempronias ait esse, *acta Gracchorum*. Neque *actus* hoc sensu Poetarum tantùm vox est: nam & Cicero, 1. Legum, dixit, *non solùm in rectis, sed etiam in pravis, actibus insignem esse humani generis similitudinem* [g]. Vox Πράξεων latior est quàm *Actorum* [h]. [Hinc variè reddunt.] *Gesta*, Er. sic Ca. *Actiones*, Camer. ¶ *Apostolorum*] i.e. Petri & Pauli. Nam cæterorum ferme obiter tantùm fit mentio: & postquam Paulum sectatus est Lucas, de eo solo pergit loqui. De cæterorum Apostolorum Actibus vix tenuis ad nos fama manavit [i]. Lucæ nomen unde, ipse quis qualísve fuerit, diximus ad Librum ejus priorem, qui vulgò *Evangelium* dicitur [k].

[a] Lor. La. San. Camer. &c. [b] Camer. [c] San. [d] Lor. ex Aug. &c. [*] Er. [f] San. [g] G. [h] Be. [i] G. sim. Ham. [k] G.

CAP. I.

1. PRimum, &c. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον, &c.] *Primum* (vel, *Priorem*, Er. La. i. e. πρότερον. Vide quæ ad Joh. 1. 15, 30 [a]. Sic & Aristot. πρῶτον ἤ, *prius quàm*: & Aphrodisæus, Ἡ πάνυ πρῶτον τῆ ἀφεσεως· Cicero, *In primo*, i.e. priore, *libello diximus* [b].) *quidem* (μὲν plerumque post se requirit δὲ, at non semper, ut notant Grammatici [c]:) *sermonem* (vel, *volumen*, Er. vel, *librum*, Be. Pi. Er. Di. ex Sy. & Ar. & Æth. Li. &c. Sic ἐξηκεν λόγον dixit Galenus [d]. Sic apud Lucianum. *Veræ historiæ λόγος*, *liber primus* [*]. Et Isocrates suos libellos λόγους appellat [f]. Et Jerem. 29. 29. את הספר Lxx vertunt, τοὺς λόγους τούτους [g].) *feci*. In Evangelio à me scripto [h]: cujus mentione fidem his Actis conciliat [i]. ¶ *De omnibus*] Præcipuis scilicet mysteriis, vel punctis, &c. alioqui multa prætermissa sunt, Joh. 21. 25 [k]. *Omnibus*, i.e. multis, ut sæpe [l]. [Vide San.] ¶ *O Theophile*] Vide quæ dicta ad anteloquium Evangelii Lucæ [m]. Vir hic fuit eximius [n], senator, vel princeps [o]: cui favet Epithetum [Luc. 1.] κράτιστε, i. e. *potentissime* [p]. ¶ *Quæ cœpit* (vel, *instituit*, Ca.) *Jesus facere & docere*] i. e. Quæ fecit & docuit [q]. Sic Gen. 2. 3. ὧν ἤρξατο ποιῆσαι [r]. Sic, ἤρξαντο τίλλειν, Matt. 12. 1; μὴ ἄρξησθε λέγειν, Luc. 3. 8 †; ἤρξατο λέγειν, Luc. 11. 29 [t]. Adde & quod infrà Act. 2. 4 [v]. Vel sic Jesus *cœpit*, Apostoli perfecerunt [x]. Sensus, q. d. de dictis & factis Christi [y]. Hæc verba brevem Evangelii descriptionem continent [z].

[a] G. [b] San. [c] La. [d] G. [*] Li. [f] Er. [g] Di. [h] La. sim. Er. Be Pi. Li. San. &c. [i] San. [k] La. [l] San. [m] G. [n] La. ex Chrys. Aug. &c. [o] Th. & Euthym. in La. [p] La. [q] Ca D. Cas. G. &c. [r] G. Cas [†] G. [s] Cas. [v] G. [x] Li. [y] Be. sic Camer. [z] G.

2. *Usque*, &c. Ἄχρι ἧς ἡμέρας] Pro, ἄχρι ἐκείνης ἡμέρας ᾗ [a]. *Ad eum usque diem*, Er. Be. Pi. Sic solent Historiarum Scriptores Libros posteriores cum prioribus connectere. Sic Herod. Thaliæ principio, Ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν Ἄμασιν· principio Eratûs, Ἀρισταγόρας μὲν ἐν Ἰωνίην ἀποστάσας ὧτω τελευτᾷ· initio Uraniæ, Ταῦτα μὲν ὅτως λέγεται γενέσθαι. Thucydides, Peloponnesiacῶν 2. Ἄρχεται δὲ ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη Ἀθηναίων καὶ Πελοποννησίων· qui pari modo & sequentes Libros præcedentibus connectit. Sic & respicit Lucas hîc apertè finem Libri sui prioris [b]. ¶ *Præcipiens*, &c. Ἐντειλάμενος, &c.] *Cùm præcepisset*, Er. La. *Cùm præcepta dedisset*, Be. sic Pi. &c. Multa illis præcepta dans, quæ brevitatis causâ hîc reticentur. Simile dicendi compendium habes 2 Sam. 17. 2 [c]. *Præcepta* hîc intellige quæ Matt. 28. 19, 20 [d]. vel præceptum illud, Luc. 24. v. 49 [*]. ¶ *Per Spiritum Sanctum*] Est & hæc compendiosa locutio: vult enim dicere, *mandavit quæ agere deberent per Spiritum Sanctum*; postquam scilicet eum accepissent [f]. Τὸ *per Spiritum Sanctum* refertur, vel, 1. ad sequentia, *quos elegit*: ut sit trajectio, qualis Joh. 8. 15. & 15. 10. Rom. 8. 3. sítque hæc sententia, Data esse à Christo mandata Apostolis quos per Spiritum Sanctum delegerat [g], non ex affectu humano, quia cognati ipsius erant, ut Jacobus, Johannes, &c [h]. sed insufflando Spiritum, &c. Joh. 20. 22 [i]. Deinde eos electurus pernoctavit in oratione, Luc. 6. 12. quod Divini Spiritûs instinctu factum esse constat. Facit hoc ad commendationem Apostolorum (de quibus dicturus erat) fidémque illis faciendam [k]. Vel, 2. ad præcedentia, ἐντειλάμενος· ut Christus hîc dicatur *præcepisse Apostolis per Spiritum Sanctum* [m], quem sibi semper habuit assistentem [n]. Sic legunt Vulgatus, Theoph. Marlor. Angl. & optima exemplaria [o]. Neque tamen hîc respici puto aut primam illam Spiritûs missionem in Apostolos, Joh. 20. 22. neque alteram illam die Pentecostes; sed unctionem Spiritûs: ut sensus sit, Christum ascendisse postquam per Spiritum Sanctum, quo à Patre unctus, & in Christum Principémque Ecclesiæ constitutus, mandata Apostolis dederat, quibus Ecclesia colligeretur & regeretur: ut hoc à Christo, non ut Deo, sed ut per Spiritum S. ad munus mediatorium ordinato, profectum esse sciamus. Ità absque trajectione retinetur verborum situs [p]. Sensus est, Christum *præcepisse Apostolis* non per sermones oris sui, sed *per Spiritum Sanctum* ipsis infusum, (ut & Prophetis factum, Zach. 1. 6.) atque eo fine insufflatum, ut eos constanter informaret, ac dirigeret, &c [q]. ¶ *Quos elegit*] Vel, *elegerat*, Be. Pi. Me. nim. Matt. 10. 1, 2 [r]. Vocum trajectio: nam hoc membrum refertur ad id quod præcessit, Ἀποστόλοις. [De quo vide jam dicta.] Frequentes sunt tales in S. Scripturis trajectiones †. ¶ *Assumptus est*; ità Tre. ex Sy. Ἀνελήφθη] *Receptus est*, Mo. *Ascendebat*, Æth. sim. Ar. *Sursum receptus est*, Be. Pi. &c. nempe in cœlum [t], unde venerat [v]; idque non ab Angelis, sed à sua virtute & Divinitate [x]. Vide infrà v. 11. & Marc. 16. 19. &, in alia re, Act. 10. 16 [y]. Vide dicta ad Marc. 16. 19 [z].

[a] Pi. [b] G. [c] Idem. [d] Cas. sim. Camer. [*] Camer. [f] G. [g] Be. [h] San. [i] Q. in La. [k] San. [l] Q. in Be. sim. Di. Li. [m] Di. sic Li. Chrys. in La. [n] Chrys. in La. [o] Li. har. pag. 3. [p] Di. [q] Li. 4. [r] Me. ex La. [†] G. [t] Cas. Be. Pi. La. &c. [v] Be. La. [x] Cas. [y] G. [z] La. Me.

3. *Quibus*, &c. Οἷς καὶ παρέστησεν, &c.] *Quibus* (nempe Apostolis [a]) *exhibuit*, vel *præbuit*, (vel, *declaravit*, sive *coram probavit*, Camer. *ostendit*, Sy. *repræsentaverat*, Il. *exhibuerat*, Er. Ti.) *sese vivum*, Be. Pi. &c. ex morte redivi-

redivivum, scilicet suscitando seipsum, &c [b]. ¶ *In*, &c. Ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις] *In* (vel, *Cum*, Be. G.) *multis* (vel, *Idque compluribus*, Er. Ti.) *argumentis*, Mo. Er. Ti. vel, *signis*, Æth. Sy. *indiciis*, Ca. *miraculis*, quorum quædam referuntur à Johanne in Evangelio [c]: vel, *certissimis*, sive *indubitatis*, *signis*, Be. P. Pi. Sic enim Græci τεκμήρια vocant, ut ex Aristotele docet Quintilianus, 5. 9 [d]. Sic hæ actiones, Loqui, Ambulare, Edere, Bibere, τεκμήρια sunt vitæ [*]. Per multa argumenta confirmans, scil. resurrectionem suam, qualia erant Christi apparitiones, locutiones, cicatrices, manducationes, &c [f]. ¶ *Per dies quadraginta*] A resurrectione numeratis [g]: non continuè, sed per vices & interpolatè [h]. Sic Deus per 40 dies in Sina præsentem se Mosi exhibuit. Tot dies morari voluit, tum ut humanitatem resurrectionémque suam certiùs probaret, tum ut Apostolos pleniùs informaret [i]. ¶ *Loquens de regno Dei*] Vel, *quæ spectant ad regnum Dei*, Pi. sic Be. tum cœleste, tum terrestre, Ecclesiam & triumphantem & militantem [k]: de prædicatione & doctrina Evangelica, de statu ac purgatione Ecclesiæ, de futura beatitudine, de gratia, Sacramentis, aliisque mediis ad eam perveniendi [l]. Quomodo ad omnes gentes perventurum esset Evangelium, per quod Deus in hominibus, etiam Regibus, regnat [m].

4. *Et*, &c. Καὶ συναλιζόμενος] *Et congregans*, Mo. supple αὐτοὺς, *ipsos in unum recolligens*, qui dispersi fuerant. Vide Joh. 21. 2. Est Attico more passivum sono, sensu activum [n]. *Et convescens*, Vulg. *Et quum comederet cum iis*, Tre. ex Sy. sim. Æth. Ar. in Di. Putârunt, sicut ἁλίζεσθαι est, *saliri*; ità συναλίζεσθαι posse accipi pro, *eodem sale vesci* [o], vel, *communi mensâ uti*, ab ἅλς, *sal* [p]: unde & in Glossario σύναλος, *consalineus* [q]. Verùm pro *convescens* in Vulg. legendum *conversans*: nam quidam Codices habent συναυλιζόμενος [r]. Al. *Et eos frequentando*, Ca. *Et congregans illos*, Er. Il. Ti. P. *Et cum illis conveniens*, Be. Pi. Post συναυλιζόμενος restitui, μετ' αὐτῶν, ut est in meo vetustiss. cod. quod & in Versionibus Syr. Arab. & Lat. exprimitur [†]. Sed nollem hoc addi unius Codicis fide. Latina non exprimit. Sy. & Ar. addo & Æth. exprimunt quidem, non quòd sic legerint, sed quia, compositis verbis carentes, συναλιζόμενος non aliter vertere potuerunt quàm per, ἁλιζόμενος σὺν αὐτοῖς [s]. Συναλίζεσθαι apud idoneos Scriptores non usurpatur nisi pro *congregari* [v]. Hesychius, συναλιζόμενος, *congregatus* [x]. Herodotus Euterpe, τὰς γυναῖκας συναλίσας, *cùm in unum locum fœminas omnes congregâsset* [y]. Idem Terpsichore, qui est lib. 5. *Tunc Persæ—his auditis* συναλίζονται, *congregabantur & succurrebant Lydis*. Idem lib. 1. *Atque ità hi* συναλίζοντο, *coibant*, sive *conveniebant*. Idem Polymniâ, ἁλὴς ἐὼν ὁ στρατὸς, *exercitus non distractus*. Homero, *apes* ἁλὴς πωτῶνται, *confertæ volant*, Il. β' [z]. ¶ *Præcepit eis*] Qui alioqui vix reversi essent in Urbem sanguine Christi adhuc madentem [a]. ¶ *Hierosolymis*] Ibi Spiritum S. mitti voluit, 1. ut ubi passus esset ignominiam, ibi subiret & gloriam: 2. quia ibi ascensurus erat, putà in monte Oliveti qui Urbi imminet: 3. quia promulgatio novæ legis ibi facta omnibus Judæis innotesceret, &c: 4. quia Christus in Sion regnaturus erat, Esa. 2. 3. & 61. 1 [b]. ¶ *Promissionem Patris*] i. e. Spiritum Sanctum à Patre promissum per me, Joh. 14. 26. & alibi [c]. Meton. actûs pro objecto, promissio pro re promissa. Et modestiæ causâ promissionem vocat non suam, sed Patris [d]. *Promissionem*, &c. Luc. 24. 49 [*]. ¶ *Quam*, &c. Ἣν ἠκούσατέ μου] *Quam* (sub. *inquit*, Be. Pi. Vulg.) *audîstis ex me*, Pi. Be. &c. Transitus à sermone indirecto (sive obliquo [f]) in directum [g], sive rectum [h], qui frequens est in historiis [i], & apud Lucam, Luc. 5. 4. & Act. 15. 5 [k]. ἠκούσατέ μου, i. e. παρ' ἐμοῦ. Sic & Demosth. in De Corona, ἔστιν ὅτι τῆς ὑμᾶς ἀ μου ἠκούσατε. Plena locutio est 2 Tim. 1. 13. & 2. 2 [†]. Ἠκούσατέ μου, bene Græca locutio, quales multæ in Luca, qui & Medicos & Historicos legerat. Ità Xenophon, τότε πολλῶν ἔφη ἀκούειν [l]. Malim locum sic distinguere, ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου, *promissionem Patris*, *quam audîstis*, *mei*. Sic Luc. 24. 49. *mittam promissionem* πατρός μου, *Patris mei*. Violenta est constructio, μου, pro, παρ' ἐμοῦ. Infinitivi quoque hîc accipi possunt pro Imperativo, Ellipsi valde familiari, subaudiendo v. g. vocem δεῖ λέγετε, ante τὸ χωρίζεσθαι, & τὸ περιμένειν ut sæpe in Phocylide, Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, &c. *Ne ditescas injustè*, &c. & in N. T. ut Rom. 12. 14, 15. Εὐλογεῖτε—Χαίρειν, &c. pro χαίρετε, *gaudete* [m].

5. *Quia Johannes quidem baptizavit aquâ*] Vide Matth. 3. 11 [n]. ¶ *Vos autem baptizabimini* (sub. *à me*, vel *à Patre*, vel *à me & Patre*, cùm ab utroque emanet Spiritus Sanctus [o]. Βαπτίζεσθαι hîc non est, *leviter aspergi*, sed, *largiter perfundi* [p], tanquam in κολυμβήθρᾳ demergi. Domus enim Spiritu Sancto repleta erat [q]. Multò plus accepere Apostoli quàm olim Prophetæ. Vide Joh. 3. 34 [r].) *Spiritu*, Ἐν Πνεύματι, &c.] Pro, διὰ Πνεύματος· vel, pro Πνεύματι. Hebraismus [†]. Satis fuerat dixisse, Πνεύματι, &c. Sed Hellenistæ ad modum Hebræi ב addunt ἐν, ut Matt. 3. 11. Hic Spiritus erat πνεῦμα κρίσεως καὶ πνεῦμα καύσεως, Esa. 4. 4 [t]. Hæc verba repetit Lucas tanquam à Christo dicta, non tamen ab Evangelistis relata. Quale illud Act. 20. 35 [v]. *Baptismum Spiritûs Sancti* hîc vocat copiosam Spiritûs Sancti effusionem in Pentecoste [x], ut verba sequentia demonstrant. Quo Baptismo Christus hæc tria præstitit, 1. Apostolos aliosque certos fecit de veritate doctrinæ à Christo traditæ & ab Apostolis prædicandæ. 2. Apostolos ad munus suum consecravit, ut ignis usus erat in consecratione, &c. Levit. 9. 24. 3. Vires Christianis dedit, quibus mandata implerent, &c [y]. ¶ *Non*, &c. Οὐ μετὰ πολλὰς, &c.] *Non multis post diebus*, Be. &c. Decimo abhinc die [z]. Certum diem noluit indicare, ut semper vigilarent [a].

6. *Igitur*, Οἱ μὲν οὖν, &c.] *Illi* (οἱ pro αὐτοὶ, vel ἐκεῖνοι [b]. Apostoli & alii Discipuli [c], forsan 120 illi infrà v. 15. vel 500 illi, 1 Cor. 15. 6 [d]:) *igitur cùm convenissent*, Pi. sic Be. &c. Simul coeunt ad interrogandum, ut pudore quodam, ac reverentiâ multitudinis, quod desiderant extorqueant [*]. ¶ *Si*, &c. Εἰ—ἀποκαθιστάνεις, &c.] *Num* (אם, quod sæpe *an* significat, ut Græci Interpretes per εἰ, ità Latinus per *si* sæpe vertit [f]:) *hoc tempore restitues* (vel, *restituis*, Er. Mo. Sed Præsens est pro Futuro [g]. Vel, *restauras*, Cas. sic Ca. restituere paras in veterem dignitatem [h],) *regnum* (illud promissum [i]) *Israeli?* Pi. sic Be. &c. i. e. populo Israelis [k], cui subtractum est per Romanos & Herodem, per Messiam verò recuperandum [l]. Respiciunt locum Dan. 7. 27 [m].

7. *Non est vestrum nôsse* (i. e. Non pertinet ad vos hoc scire nec quærere [n]. Reprehendit eos, quòd curiosiùs doceri volunt de rebus minimè necessariis [o].) *tempora*, &c. Χρόνους ἢ καιροὺς] *Tempora* (i. e. successiones & eventa temporum [p]:) *vel momenta*, Vulg. vel, *articulos*, Er. Rev. momenta & puncta in quibus res gerenda sit [q]: vel, *opportunitates*, Er. Be. Pi. i. e. rei gerendæ commoditates [r]. Sed καιρὸς hîc tempus denotat non tam quod gerendæ rei opportunum est quàm quod à Deo constitutum [†]. Hîc χρόνοι ἢ καιροὶ idem quod זמן ועדן, *tempus & tempus*, Dan. c. 7. v. 12. Est ἓν διὰ δυοῖν, quo significatur *tempus certò constitutum* [t]. Id verò tempus fuit 300 ferme post hæc verba annis. Tunc enim Christus, Davidis stirps, in terris regnare cœpit per Constantinum, ac deinceps per alios ac alios, non Imperatores tantùm, sed & Reges, qui Regnum suum Christo, ut Regi Regum, subjecere. Christiani populus Dei, atque ideo verus *Israel*, Gal. 6. 16. Christus eorum caput, Israelita etiam secundùm carnem. *Occultum esse hominibus quando Regnum rediturum sit ad domum Davidis*, aiunt & Hebræi. Καιροὺς *tempestates* vertit Aug. epist. 78 [v]. ¶ *Quæ Pater posuit*, &c. Ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ] *Decrevit in judicio suo proprio*, Æth. *Posuit* (vel, *Statuit*, sive *Constituit*, Be. Er. Il. &c.) *in propria*, vel *sua ipsius*, *auctoritate*, Mo. vel, *potestate*, Er. Il. Pi. Tre. ex Sy. Deus enim Regnorum rerúmque omnium vicissitudines, exordia, media & fines, congruè & opportunè pro sua sapientia & providentia disposuit, earúmque gubernationem sibi reservavit [x]. Mos est Christi arcanas dispensationes ad Patrem referre, Matt. 20. 23. Marc. 13. 32 [y]. Septem sunt hominibus occulta; 1. Dies mortis: 2. Dies consolationis: 3. Profunditas judicii: 4. Quo præmio donandi sunt: 5. Quid in corde proximi sui: 6. Regnum improbum quando eradicabitur: 7. Quando Regnum domûs David redibit in locum suum [z]. Respondet Christus non quæ ipsi vellent, sed quæ scire expedit. A studio rerum inanium ad altiora & cœlestia eos revocat [a].

8. *Sed accipietis virtutem*, &c. Δύναμιν ἐπελθόντος, &c.]

Marginalia (left column): b La. — c G. — d La. ex Be. — * Be. — f Me. sim. Be. — g San — h Me. ex La. — i La. — k T. ex La. — l Me. — m C. — n Idem. — o Di. — p San. — q Di. — r Val. — † Be. — s Di. — v Di. ex Be. — x Di. ex Er. — y G. — z Camer. — a Be. — b La. sim. Li. 11. — c T. sim. La. Me. — d La. — * G. — f Be. — g G. — h Be. — i G. — k Be. — † Pri. — l G.

Marginalia (right column): m Kn. — n G. — o Be. — p G. — q Cas. — r G. — † Pi. — t C. — v San. — x La. sic Me. T. ex Chrys. L. Ham. &c. — y Ham. — z La. Me. — a La. ex Chrys. — b Be. — c La. Me. — d San. — * Lor. ex Chrys. — f G. — g Be. — h G. — i Pi. — k Idem. — l T. ex La. — m G. — n L. — o San. — p Me. ex La. — q Rev. — r Heins. — † Be. — t G. Heins. — v G. — x Me. — y G. — z He. in D. — a San.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Vir-

Virtutem (vel, *robur*, sive *potentiam*, Ar. Ti. La. quâ totum orbem subigetis, &c[b]. אזרו חיל, 1 Sam. 2. 4[c].) *Supervenientis Spiritûs Sancti in vos*, Mo. sic Il. vel, *Spiritûs Sancti, postquam supervenerit in vos*, P. Be. Pi. sive, *qui vos invadet*, Ca. vel, *quum*, sive *postquam, Spiritus S. advenerit super vos*, Er. Ti. Ità Sy. & Ar. & Æth. acceptis Genitivis istis absolutè[d]. ¶ *Eritisque mihi testes*] De incarnatione mea, morte, resurrectione, &c*. de sanctitate mea & gloria, de meo erga homines amore[f]. Et prædictio est & præceptum[g]. Summam hîc proponit tot sermonum Apostolicorum quos hic Liber exhibebit. Confer Marc. 16. 20[h]. Ostendit quid sit Apostolici muneris, non scrutari quæ ipsos scire non expedit, sed testes esse Christi, idque in Jerusalem, &c. Quod profectò magnarum erat nec humanarum virium: quas, inquit, Spiritus Sanctus vobis suggeret, &c[i]. *Testes* autem *eritis*, per miracula, sanctitatem, prædicationem vestram, &c[k].

9. *Cùm hæc dixisset*] Aliáque, quæ Matth. Marc. & Luc. recensent[l]. ¶ *Videntibus illis*] Vel potiùs, *Aspicientibus ipsis*, Be. Pi. Nam βλέπειν est expressius quàm ὁρᾷν. Significat, illos testes fuisse oculatissimos[m]. ¶ *Elevatus est*; ità Be. Pi. Ἐπήρθη] Ἀνεφέρετο, Luc. 24. 51[n]. Non vi externâ, aut ab Angelis, sed vi internâ quâdam, & propriâ, unitâ sibi Divinitate, & gloriosi corporis agilitate[o]; idque sensim & pedetentim, ut diutiùs pasceret oculos Discipulorum intuentium[p]. ¶ *Et nubes suscepit*, &c. Ὑπέλαβεν, &c.] *Accepit eum*, &c. Tre. ex Sy. Di. id est, abstulit. Idem est quod ἀνέλαβεν, ut infrà v. 11. ὁ ἀναληφθεὶς, &c. sicut 2 Reg. 2. 9. πρὶν ἢ ἀναληφθῆναι, &c. In Heb. בטרם אלקח מעמך, *antequam capiar*, i. e. auferar, *à te*[q]. *Subduxit*, &c. Er. Ti. Ca. *Susceptum eum abstulit ab oculis eorum*, Be. Pi. Hebraismus, quo ex antecedente significatur consequens. Sic ὑπολαμβάνειν est, *acceptum transferre*, Matth. 4. 5[r]. Elias in cœlum vectus in turbine, 2 Reg. 2. 1, 11. Christus in nube placida. Vide Luc. 9. 54, 55†. *Nubes* hæc vera erat[t], sed gloriosa, quæ fulgore suo majestatem ascendentis ostenderet[v]. Sic ascendere voluit, quia in nube declarata est Divina majestas. Vide Exod. 16. & 19. & 24. &c. Matt. 17. 5. & 24. 30[x].

10. *Cùmque*, &c. Καὶ ὡς ἀτενίζοντες, &c.] *Et quum essent intenti in cœlum oculis, eo proficiscente*, Be. Pi. sic La. Me. &c. Verba hæc, εἰς τὸν οὐρανὸν, conjungenda sunt & cum ἀτενίζοντες[y], ut ex oratione Angeli apparet[z]; & cum πορευομένου, quasi bis essent posita: qualia multa reperiuntur apud optimos Scriptores. Alioquin, πορευομένου αὐτοῦ, duriùs dictum videtur[a]. ¶ *Duo viri*] Duo Angeli specie virorum[b]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἐσθῆτι λευκῇ] *Albo vestitu*, Be. Pi. Vide dicta ad Matth. 17. 2. Manuscriptus vetustissimus habet, ἐν ἐσθήσεσι λευκαῖς· sed parum id refert. Est autem loquendi genus usitatum [&] Latinis, ut, *in auro, in purpura*, Cato apud Gellium[c]; & Græcis. Sic Plut. in Gracchis, φορῶν ἐν τοῖς χλαμύσι στράτῃ. Sic apud Athen. ἐν ἱματίῳ *fabulam docere*[d].

11. *Galilæi*] Apostoli è Galilæa erant oriundi. ¶ *Quid statis*, &c?] qu. d. Sat suspexistis. Christus subductus, non ampliùs nunc videndus*. ¶ *Sic veniet*] i. e. Descendet, 1 Thes. 4. 16[f]. propriâ virtute, non alienâ ope[g]: cum eadem majestate & gloria, cum eadem anima & corpore[h]. Resurrecturos in monte Olivarum Israelitas sentit Chaldæus in Canticum, & alii ad Joel 3. 2. Zach. 14. 4[i].

12. *A monte—Oliveti*] Indè ergò Christus in cœlum ascendit: idque quia, 1. hîc inchoavit passionem suam, in horto sudans, à Juda proditus, captus, &c; hîc sæpe oravit & pernoctavit, Luc. 21. & 22: 2. ut in conspectu impiæ Jerosolymæ gloriosè ascenderet. Erat enim hic mons tantæ altitudinis ut indè penè omnes Urbis plateæ conspicerentur[k]. At Christus dicitur *eduxisse eos in Bethaniam, & ferri in cœlum*, Luc. c. 24. v. 50. Resp. Hæc non discrepant: nam Bethania erat pars montis, in ejus descensu sita. Quare, designatur ibi pars illa montis unde ascendit; illa nimirum quam Bethania vel colebat ut suam, vel saltem ut proximam spectabat. Bethania quoque sumitur pro loco ei vicino, ut Joannes dicitur baptizâsse *in Bethania*, Joh. 1. nec tamen in Urbe baptizabat[l]. ¶ *Sabbati*, &c. Σαββάτου ἔχον ὁδὸν] *Sabbati habens iter*, Mo. Vulg. *Distans itinere sabbati*, P. Be. sim. Er. Il. &c. ἔχον, pro ἀπέχον, *distans*. Simplex pro composito†. Qu. Quantum spatium continebat iter Sabbati? Resp. In numero 2000 plerique conveniunt. Sed *cubitos* alii, alii *passus*, Hieron. *pedes*, Origenes *ulnas*, memorat, quas Origenes interpres *cubitos* vocat[m]. Hebræi ferè omnes illud definiunt 2000 cubitis[n], sive milliari uno[o], h. e. milliari majore Hebræorum; quod ἰσομέτρον est milliari veteri Romano, continens passus Hebraicos mille majores, qui faciunt bis mille minores, quos *gressus* propriè appellant, impropriè verò *cubitos*, &c[p]. Longius iter facere Judæis fas non erat Sabbatis[q]. Id colligunt ex Jos. 3. 4. ubi inter Arcam & populum erat distantia 2000 cubitorum, &c[r]. Favet Syrus, qui hîc habet, *circiter septem stadia*, quæ unum ferè milliare efficiunt†; non enim Græcorum, sed Hebræorum, stadia in animo habuit; quorum 7 cum dimidio faciebant מיל, sive iter Sabbati, teste Baal Aruch, &c[t]. Obj. 1. At Josephus Antiq. 20. 16. ait hunc montem ab Urbe dissitum esse στάδια πέντε, *quinque stadiis*[v]. Resp. 1. Chrysost. hunc Josephi locum citans, non πέντε, ut Ruffinus, sed ἑπτὰ, *septem*, legit[x]. 2. Stadium Græcis fuit centum passuum, passus 6 pedum, sive 4 cubitorum, teste Herod. lib. 2. [verba vide in Di.] Quare 600 pedes, qui faciebant stadium, erant 400 cubiti: 5 ergò stadia, 2000 cubiti[y]. Obj. At locus unde ascendit Christus, qui hîc dicitur *mons Oliveti*, dicitur *Bethania*, Luc. 24. 50. quæ ab Hierosf. distabat 15 stadiis, Joh. 11. 18[z]. Resp. 1. Bethania non fuit certus vicus, ut liquet tum ex Joh. 11. 1. *ex vico Mariæ*, &c. tum ex eo quòd constat Christum non ascendisse è loco incolis referto, sed tractus montis Oliveti[a]. Verùm Bethania indubiè vicus erat, ut liquet ex Matth. 21. 17. & 26. 6. Marc. 11. 11. Joh. 12. 1[b]. & ex ipso Joh. 11. 1. Resp. 2. verba, ὑπέστρεψαν ἀπὸ ὄρους Ἐλαιῶνος, sic verti possunt, *Reversi sunt*, nempe ex agro Bethaniæ, quò Christus suos eduxerat, & unde ascenderat, *per montem Oliveti*, quem transire necesse erat ut à Bethania Hierosolymam venirent; ut ἀπὸ interjacens spatium significet, sicut Joh. 11. 18. *vicina fuit Hierosolymæ* ὡς ἀπὸ σταδίων, &c. *ferè per stadia quindecim*. Sic illud Act. 13. 14. Διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, Vulgatus vertit, *pertranseuntes Pergam*: & Apoc. 13. 20. *Exivit sanguis*—ἀπὸ σταδίων, &c. ubi Vulg. & Beza, *per stadia*, &c. Ità Christus non ex monte Oliveti, ut hactenus creditum ex conjectura hujus loci, sed ex agro Bethaniæ, ascendit. Si autem Bethania esset villa in latere montis Oliveti, locum sic accipias, *Reversi sunt à monte*, i.e. à latere montis extremo, ubi erat Bethania, &c[c]. [Videamus jam quid G. hîc habet:] *Iter Sabbati* plerique Judæi definiunt bis mille Ulnis, i. e. mille Passibus: nam Passus duplex Ulna. Stadium Plinio octava pars mille passuum, 2. 23. Ergò *iter Sabbati* essent stadia octo. In Josepho explicatur per *stadia quinque*, sed suspecta est lectio, cùm Th. Josephum citet de *stadiis septem*. At Christus sublatus est ex Bethania, Luc. 24. 50. quæ aberat ab Urbe 15 stadiis, Joh. 11. 16. Videtur Johannes in animo habuisse Judaicam quandam mensuram, quam *stadium* vocat, quanquam Græci stadii ferme dimidium tantùm continebat. Sic Leucæ alibi majores, alibi minores. Vide quæ habet doctissimus Seldenus, l. 3. c. 9. De Jure Naturali, &c. post D. & Be. hoc loco[d]. Quærendum porrò cur Lucas distantiam Bethaniæ ad Hierosf. hîc, nusquam verò alibi, designat? Resp. Quia h. l. postremam Bethaniæ mentionem facit, id autem notare voluit ad elucidationem variarum rerum quas ibi gestas memorat in Evangelio suo*.

13. *Cùm introissent*] Urbem scilicet[f], & domum[g]. ¶ *Ascenderunt in cœnaculum*] Ità Er. P. Mo. Be. &c. i.e. superiorem partem domûs[h]; ubi Hebræi, æquè ac Romani, degebant, aulásq; amplas habebant ad convivia, cœtus, & cœnas[i]: ubi & Magistri convenire solebant ut negotia eruditionem & religionem spectantia tractarent[k]. Vide & Act. 20. 7[l]. Vide ex quantillo loco, & hominibus 120, quantæ rei factum sit exordium; & confer quæ habuimus Matth. 13. 31*. Cujusmodi autem domus hæc fuerit, controvertitur[m]. Alii Joannis Evangelistæ, alii Simonis leprosi, alii Nicodemi, &c. fuisse putant[n]. Malim, Mariæ, matris Johannis Marci[o]: cujus fit mentio infrà 12. 12[p]. Al. Domus illa fuisse videtur in qua Christus ultimam cœnam instituit[q]. At illud ἀνώγεον dicitur Marc. 14. 15. Luc. 22. 12. quod superiorem

[b] La. [c] G. [d] Di. * La. [f] T. [g] Be. ex Th. [h] G. [i] San. [k] La. [l] Idem. [m] Be. [n] G. [o] San. [p] La. Me. [q] Di. [r] Be. † G. [t] San. La. Me. &c. [v] La. [x] San. [y] Be. ex Er. [z] Be. [a] Cas. [b] E. Pi. sim La. Me. &c. [c] G. [d] Cas. * La. Me. [f] G. [g] Me. ex La. [h] T. [i] G. [k] La. [l] Sar.

† Sch. [m] D. [n] D. sim. Seld. Li. 17. Gua. ex JT. Di. La. &c. [o] Was. D. Gua. Pi. Li. &c. [p] Was. Antiq. men. 1. 12. [q] Was. ex Er. sim. Li D. Gua. &c. [r] Li. ib. † Was. ib. [t] Di. [v] Di. Was. [x] D. obs. 3. 12. sim. Was. [y] Di. [z] Be. sim. Di. &c. [a] Di. [b] Li. 19. [c] Di. [d] G. * Li. ib. 20. [f] Me. sic T. Er. Zeg. &c. [g] Me. Be. T. [h] La. Me. T. Er. Zeg. &c. [i] La. [k] Li. chron. p. 79. [l] Med. operum lib. 2. dissert. ad 1 Cor. 11. 22. * G. [m] Di. [n] Me. ex La. [o] La. & Me. ex Baron. sic Be. [p] Pe. [q] Q. in Li. Med.

ſuperiorem quemvis locum notat; hoc verò ὑπερῷον, quod erat in parte domûs celſiſſima, Act. 20. 8, 9 [r]. Præſtat ipſum Templum intelligere, ex collat. Luc. 24. 52, 53. ubi dicitur, ἦσαν διαπαντὸς, &c. *erant perpetuò in Templo*, ut hîc, ἦσαν καταμένοντες, *commorabantur* †; quæ, ut eadem ſunt, ità nunquam conciliabis, ſi alibi quàm in Templo manſerunt. Multum id illuſtrat illuſtrem illum Spiritus illapſum, &c. Act. 2. ſi in Templo (Meſſiæ figura *) contigerit, ubi olim שכינה, *præſentia Majeſtatis Dei*, habitaverat, ſed jamdiu exulaverat, umbris atque typis hoc pacto in veritatem converſis, ipſóque Spiritu S. typorum vicem præſtante [t]. Nec obſtat, quòd ventus dicitur implevisse non ἱερὸν, *templum*, ſed οἶκον, *domum*. Nam Templum, tum primum, tum ſecundum, בית, *domus*, dicitur [v], ut Hag. 2. 7, 9 [x]. & in Talmude ſæpe. [Vide Ham.] Et quod ναὸς Matth. 23. 35. idem οἶκος Luc. 11. 51 [y]. Nec obſtat quòd hic locus ὑπερῷον dicitur. Habuit enim templum in ambitu plurima עליות, ὑπερῷα, ut liquet ex 1 Par. 28. 11. & 2 Par. 3. 9. item לשכות, *cubicula*, *conclavia*, ut Jer. 36. 10. ubi & *conclave* vertitur, οἶκος, ſicut & Jer. 35. 4. Serviebant autem conclavia illa & cœnacula non tantùm Templi miniſtris, rebúſque ſacris aſſervandis, ſed & religioſorum hominum conventui, ubi ſacris vacabant. In tali loco & legit Baruch, Jer. 36. 10. & convenerunt ſtupratæque ſunt mulieres illæ, 1 Sam. 2. 22. & Anna Deum indeſinenter coluit, Luc 2. 36 [z]. Cùm autem cœnacula illa eſſent pars Templi, qui ibi convenerunt, in Templo eſſe jure dicuntur [a]. De tali quoque loco accipio illud, κατ' οἶκον, Act. 2. 46 [b]. quod non vertendum, *domatim*, ſive *per domos*, ut nos vertimus; ſed, *in domo* [c]: nam, κατ' οἶκον, idem valet quod, ἐν οἴκῳ, ex collat. Rom. 16. 5. cum 1 Cor. 16. 19 [d]: ut ſenſus loci ſi, *Perdurârunt in Templo* in cultu publico temporibus ſtatutis, deinde *frangebant panem* (i. e. Euchariſtiam celebrârunt, ex collat. Act. 20. 7. 1 Cor. 10 16.) κατ' οἶκον, i. e. *in domo*, ſive cœnaculo illo *. Hinc etiam liquet, & quomodo Apoſtoli, ex ὑπερῷῳ iſto exeuntes, obviàm habuerint intra ipſum Templi ambitum multitudinem, ob Feſtum ibi collectam, cui Evangelium prædicarent [f]: & quomodo iidem *in Templo* delituiſſe dicantur, quando ſe abdiderunt in ὑπερῷον aliquod: nimirum ut Joaſus dicitur delituiſſe in Domo Dei, *in conclavi*, &c. Vide 2 Reg. 11. 2, 3. & 2 Chron. cap. 22. ver. 11, 12. Plura porrò hujuſmodi cœnacula ad publicam populi inſtitutionem aperta fuiſſe cenſeo in Feſtis, quando conveniebant aliquot myriades: alioqui nullus Stentor ab illis exaudiri potuit [g]. ¶ *Vbi*, &c. Οὗ ἦσαν καταμένοντες] *Ubi commorabantur*, Be. Pi. &c. ad verb. *erant manentes*, Di. ſim. Vulg. Er. Idem eſt quod Luc. 24. 53. *erant indeſinentes*, nempe *non diſcedentes à templo* [h]. ¶ *Et Petrus*] Qui primus hîc bono jure nominatur, utpote à Chriſto deſignatus non obſcurè προστάτης Apoſtolici cœtûs: unde & loquendi exordium facit, ut hîc notant Græci Interpretes, Oecum. & Th [i]. [Verba vide in G.] ¶ *Jacobus Alphæi*] Sub. *filius*, La. Li. 22. ex Sy. & Ar. & Be. &c. ¶ *Judas Jacobi*] Sub. vel, *frater*, G. ex Ar. D. La. &c. vel, *filius*, Sy. in G. Pi. Fieri potuit ut pater filium haberet ſibi cognominem [k].

14. *Erant*, &c. Ἦσαν προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν] *Perdurabant* (vel, *Perſeverabant*, Er. Ti. ſic Mo. *Erant ſeduli*, Tre. ex Sy. *Erant aſſidui*, Ar. Προσκαρτερεῖν ſignificat aſſiduum eſſe, inſiſtere rei cuipiam arduæ & prolixæ, ſuſtinere & fortiter ſuperare moleſtias, tædia, &c [l].) *concorditer*, ſive *unanimiter*, P. Be. Pi. Il. &c. vel, *pariter*, Sy. ¶ *In*, &c. Τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει] In *precibus*, ſive *oratione*, (προσευχὴ illud precum genus eſt quo bona petimus [m]:) *& ſupplicationibus*, Be. vel, *obſecratione*, Val. Er. vel, *deprecatione*, Pi. quâ liberationem petimus à malis, &c [n]. ¶ *Cum*, &c. Σὺν γυναιξὶ] *Cum uxoribus*, Be. Pi. &c. Apoſtolorum ſcilicet [o]. Al. *Cum mulieribus*, Vulg. D. G. &c. illis ſcil. quarum mentio Matth. 27. 55 [p]. & cum iis Hieroſolymitanæ quædam. De ſexu, non de matrimonio, hanc vocem rectè cepere Syrus & Arabs [q]. Vetuſtiſſ. meus cod. addit, *& liberis* [r]. ¶ *Et Maria*, &c.] Quæ ut eximia ſingulariter memorari merebatur †. Vide dicta ad Marc. c. 16. v. 7 [t]. ¶ *Et fratribus* (id eſt, cognatis [v]) *ejus*] Scilicet Jeſu [x], vel Mariæ [y].

15. *In diebus illis*] Inter Aſcenſionem & Pentecoſten [z]. ¶ *Petrus*] Qui & in loquendo & in agendo primas ferè obtinet: tum quia ſpeciali modo miniſter fuit circumciſionis, Gal. cap. 2. ver. 8. tum quia præteritum ejus crimen ſingularem jure poſtulavit zelum ac diligentiam [a]: *Petrus*, tanquam inter cœteros eminens [b]. ¶ *Erat*, &c. Ἦν τε ὄχλος ὀνομάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ] *Erat autem turba* (vel, *numerus*, Ca. *multitudo*, Camer. *cœtus*, Tre. ex Sy.) *nominum* (vel, *capitum*, Be. Ca. Pi. vel, *hominum*, P. Tre. ex Sy. vel, *perſonarum*, Di. *Nomina* pro *hominibus* [c], ſive *capitibus*; quippe quæ nominatim cenſentur [d]. Receptum hoc fuiſſe inter Judæos loquendi genus ex Apocalypſi apparet *, Apoc. 3. 4. & 11. 13 [f]. Sic ſæpe Num. 1. *Juxta numerum nominum*, i. e. perſonarum [g]. Latini ſimile quid habent; dicunt enim *nomen Romanum*, hoc eſt, Romani: ſicut & Æſchines τὸ Θηβαίων ὄνομα dixit, pro *Thebanis* [h]. Al. Vox, *nomina*, viros denotat oppoſitè ad fœminas: nam viri duntaxat in Genealogiis cenſeri ſolent, & in illis familia durat, quæ perit in fœminis. Arabs hîc vertit, viros *nominis*, ſive celebres [i].) *in id ipſum*, Mo. vel, *ſimul*, Er. Il. Ti. Di. ex Vulg. vel, *eodem* loci, Be. Pi. Sed malim, *ſimul*, vel *pariter*, quia LXX Hebræum יחד ſic vertere ſolent, ἐπὶ τὸ αὐτό· etiam ubi tantùm perſonarum aut rerum conjunctarum, non ejuſdem loci, habetur ratio, ut Pſal. 19. 10. & 37. 40. & 49. 9 [k]. [Arabs locum ſic reddit, *Erat autem ibi cœtus quorum nomina & voluntates conſentiebant in hac eadem opinione.*] Ἐπὶ τὸ αὐτὸ *convenire* dicuntur qui conveniunt tanquam unus homo, eodem fine atque conſilio, ut in Græco, Pſal. 2. 2. & Act. 2. 1. & 1 Cor. 11. 20. ubi deſignatur omnium unio in precibus & cultu Dei [l]. ¶ *Ferè* (vel, *Circiter*, Ar. *Quaſi*, Mo. Be. Pi. Tre. &c.) *centum viginti*] Tanquam Satrapæ novi Regni, quod multò majus extiturum quàm Nabonidi Regnum, cui 120 fuerunt Satrapæ, Dan. c. 6. v. 1 [m]. Non exiſtimandum eſt hos 120 fuiſſe integrum credentium in illa Urbe cœtum, aut (quod indè ſequeretur,) fideles omnes Galilæos fuiſſe, nullos Hieroſolymitanos: nec dubium eſt quin plurimi Chriſti prædicatione converſi eſſent. Vide Marc. 3. 8. Joh. 2. 23. & 4. 1. & 7. 31. &c. Erat ergò hic cœtus eorum tantùm qui Chriſtum conſtanter ſequuti erant, v. 21. in familiam ipſius adſciti, & deſignati ad Miniſterium [n].

16. *Oportet* (vel, *Æquum fuit*, Sy. in Me. *Oportuit*, Be. Pi. &c.) *impleri*, &c.] Par erat Judæ ſimile quid evenire quale Achitopheli evenerat, cujus perfidiam Judas erat imitatus. Sic πληρωθῆναι ſæpe ſumi diximus ad Matth. 1. 22 [o]. Sic præfatur Petrus, ut ſcandalum tolleret, nè quem turbaret horribilis Judæ caſus. Nec tamen excuſabilis erat Judas ob hanc prædictionem, quando non prophetiæ impulſu, ſed ſuâ malitiâ, peccavit [p]. ¶ *Qui fuit dux*] Vel, *viæ dux*, Be. Pi. &c. quia præivit cæteris [q], erátque dux non modò itineris [r], ſed etiam conſiliorum atque actionum †. Vel, *rector*, ſive *director*, Di. ex Sy.

17. *Et*, &c. Καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης] *Et ſortitus erat* (i. e. ſorte acceperat, i. e. providentiâ Dei, quâ ſors gubernatur, [Prov. 16. 33.] Metonymia [t].) *ſortem* (i. e. partem [v]: miniſterium tanquam ſortem [x], Apoſtolatus hîc vocatur *ſors* [y], non quia ſorte obtigit [z], ſed quia Apoſtolis ſingulis hæc dignitas obvenit, non ex natura, non ex generis ſucceſſione (ut Aaronidis [a],) non ex jure aut merito; ſed ex mera Dei dignatione, & gratia [b]. Κλῆρος dicitur quicquid alicui obvenit [c], ſicut hæreditaria ſolâ ſorte dividebantur. Sunt quidam κλῆροι ἁγίων, ad quos omnes pertinent Chriſtiani, Col. 1. 12. 1 Pet. 5. 3. Sunt & κλῆροι διακονίας, ad quos Paſtores: indè natum nomen *Clericorum* [d].) *miniſterii hujus*; id eſt, Apoſtolatûs *.

18. *Is igitur acquiſivit* (vel, *paravit*, Er. Il. Ti. *poſſedit*, Vulg. Ar. Quod non convenit [f]: neque enim Judas eum poſſedit [g]. Vel, *emit*, Æth) *agrum ex mercede injuſtitiæ*, Be. Pi. h. e. proditionis Chriſti [h]: id eſt, monumentum ſceleris ſui reliquit, ut explicavimus ad Matth. 27. 6. Non tamen obſtem ſi quis putet fundi ad ſepulcra externorum deſtinati uſum quendam conceſſum Judæ, & ibi eum exſpirâſſe. Vide quæ hîc habet Theophylactus [i]. Non pugnant quòd Judas hîc dicatur eum emiſſe, at Matth. 27. 5. primarii Sacerdotes. Poterat enim proditor nummos jam antè acceptos, Matth. 26. 2, 14

[r] Li. 21. † Di. ex Clop. Ham. * Di. in collat. crit. [t] Di. [v] Di ſic Ham. [x] Di. [y] Ham. [z] Di. [a] Ham. [b] Ham. Med. ib. p. 409. [c] Med. [d] Ham. * Med. [f] Di. in collat. crit. ad V. & N. T. num. 19. [g] Clop. in collat. crit. [h] Di. [i] G. [k] G. ſim. Pi. [l] Me. ex La. ſim. Be. [m] Be. [n] Idem. [o] Be. [p] G. ex Me. [q] G. [r] Be. † G. ſim. Be. [t] G. [v] D. Pi. La. &c. [x] Er. Be. D. La. [y] La.

[z] San. [a] Li. 24. [b] Me. [c] G. ſim. Caſ. La. San. &c. [d] La. ſic Be. * G. [f] Caſ. San. [g] Di. [h] Caſ. [i] Li. 23. [k] Di. [l] Ham. [m] G. [n] Li 25. [o] G. [p] Calv. [q] Be. [r] Di. ex Be. † Di. [t] Pi. [v] La. [x] Pi. [y] La. Me. [z] E. [a] La. [b] Me. [c] G. ſim. Camer. [d] G. * Pi. ſic Me. [f] Be. [g] Er. [h] Me. Ti. La. [i] G.

agro emendo impendere velle, eáque de re cum fundi domino transigere; postmodum verò, pœnitudine ductum, eos sacerdotibus refundere, qui iis eundem agrum admiranda Dei providentiâ coemerint [k]. Non spectat Lucas consilium, voluntatem, aut conatum, Judæ; sed eventum. Agrum ergò sibi acquisivit, sed multò aliter quàm speraret. Sic Latini dicunt aliquem sibi *malum quærere*, ratione eventûs, &c [l]. *Acquisivit agrum*, i. e. pretium quo emptus fuit ager. Jure autem quod meo ære emptum est, hoc meum censetur [m]. *Acquisivit*, i. e. occasionem dedit Judæis ut illi acquirerent [n]. Hoc dicit, mercede illius comparatum esse hunc agrum [o]. Al. Irrisio est ostendens fructum avaritiæ suæ [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος, &c.] Vide ad Matth. 27.5 [q]. *Et præceps* (vel, *pronus*, sive *declivis*, Er. Zeg.) *factus* (i. e. cadens in faciem, cui opponitur *supinus*. Quanquam & dejicere se poterat de præcipitio, ut melancholicos sæpe fecisse notant Medici [r]. Forsan à Diabolo abreptus erat ac suffocatus, & deinde præcipitatus. Nam πρηνὴς γένεσθαι dicitur, *qui vel à seipso, vel ab alio, præcipitatur*, inquit Stephanus [*]. *Et cecidit in faciem suam humi*, Tre. ex Sy. sic Ar. Æth.) *crepuit* (vel, *divisus est*, Tre. ex Sy. *dissiluit*, Q. in Ham. *disruptus*, vel *discissus*, *est*, Camer. Ham. cum fragore quodam, ut verbum innuit [†].) *medius*, (vel, *per medium sui*, Tre. ex Sy.) *& effusa sunt*, &c. Mo. ex vulnere aut ruptura [t].

19. *Innotuitque*, &c.] Neque enim tam horribilis casus latere potuit [v]. ¶ *Linguâ*, &c. Τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν] *Propriâ ipsorum* (sceleris conscriorum atque auctorum [x], nempe Jerosolymitanorum [y]:) *dialecto*, D. Respicit discrimen dialecti Jerosf. & Galilææ [z]. Sed vocem διαλέκτῳ non tam arctè sumi à Luca ut discrimen *aliquod* in *lingua* significet, quomodo Græci hâc voce uti solent; sed pro ipsa *lingua*, apparet ex Act. 2.6, 8. & 21.40. & 22.2. & 26.14 [a]. ¶ *Aceldama*, Ἀκελδαμά] חקל דמא [b], quomodo hîc scribit Syrus. Hierosolymitana ejus temporis lingua propè ad Syriacam accedebat [c]. ¶ *Ager sanguinis*] Tum quia pretio sanguinis Christi emptus est [d]: tum quia sanguine illius qui pretium accepit, aspersus est: ut hic versus innuit [*].

20. *Fiat commoratio* (vel, *habitatio*, Tre. Ca. sic Mo. vel, *urbs*, Ar. sic Æth.) *eorum*, &c.] putà Judæ [f], & reliquorum Judæorum Christicidarum, nempe Jerosolymæ [g]. Ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος] *Villa ejus deserta*, &c. *Villâ* synecdochicè significari videtur possessio agrorum & cultura universa [h]. In Lxx est, ἠρημωμένη. Citavit hæc Lucas memoriter ex Lxx. Id qui faciunt sæpe verbum verbo commutant [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ] *Et episcopatum ejus*, &c. Be. Pi. Et hoc ex Lxx [k], ad verb. *inspectionem*, Gua. Pi. Be. i. e. munus Episcopi [l]. Ἐπισκοπὴ, h. l. & ἐπίσκοπος alibi, (ut liquet ex usu vocis in V. T. [Loca vide in Ham.]) *præfecturam* denotat in Ecclesia, potestatem scilicet Apostolicam [m]. In Hebræo est, פקדתו. Est autem פקדה Hebræis quodvis *officium*, vel *munus*, sive perpetuum, sive temporarium, ut videre est Num. 3.32. & 4.16. &c [n]. Ἐπίσκοπος in V. T. dicitur præfectus, 1. exercitûs, Jud. 9.28; 2. operariorum, 2 Chron. 34.12, 17; 3. urbis, Neh. 11.9; 4. in ministerio Templi, Num. 4.16; 5. super domum Domini, 2 Reg. 11.18 [o]. Quod David dixit de Doego, regiis armentis præfecto, Petrus hîc transfert ad Ecclesiasticam functionem, quæ voce *pastoris ovium* sæpe significatur [p].

21. *Oportet*, &c.] Oportuit Apostolos esse duodecim, ut fundatores Ecclesiæ Christianæ responderent Duodecim Tribubus, quæ Judaicam fundabant. Jam enim Judæi cum Christianis coalescere debebant [*]. ¶ *Viris*] Excludit mulieres [q]. ¶ *Qui nobiscum sunt congregati*: vel, *convenerunt*, Be. P. Pi. vel, *fuerunt*, Tre. ex Sy. Τῶν συνελθόντων] Pro, ἐκ τῶν συνελθόντων [||]. *Ex iis qui nobiscum versati sunt*, Er. Ar. Ca. vel, *manserunt*, Æth. vel, *qui fuere in nostro cœtu*, Camer. *Convenientium*, &c. Mo. ¶ *Tempore quo intravit & exivit*, &c.] Id est, quo inter nos versatus est [r]: quo coram nobis vixit. *Intrandi & exeundi* vocabulo (apud Hebræos [†]) omnes vitæ actus (quà publici, quà privati [t],) significantur [v]. Vide Zach. 8.10 [x]. item Deut. 31.2. & 2 Par. 1.10 [y]. Tempore quo Jesus munere publico functus est [z]. Ex quo Christus Discipulos colligere cœpit [a].

22. *Exorsus à baptismo Johannis*] i. e. Ex quo [Jesus] à Johanne fuit baptizatus [b]. Id enim initium ei fuit auspicandi muneris [c]. Et indè cœpit Evangelium, & Christi prædicatio [d]. Indè incipit Evangelii historia, cui quædam alia præfationis vice inserviunt, ut diximus ad inscriptionem Libri Matthæi [*]. ¶ *Testem resurrectionis ejus*] Ac reliquorum mysteriorum quæ in ea tanquam fine & scopo concluduntur [f]. *Apostolus* ergò idem est quod testis resurrectionis Christi. Resurrectionis meminit ut creditu difficillimæ [g].

23. *Statuerunt igitur*] Quinam? Undecim nempe illi ad quos hic sermo dirigitur [h]. Apostoli cæterique fideles communi consensu duos nominârunt [*]. ¶ *Joseph*] *Joseph*, & *Jose*, & *Joses*, unum est idémque nomen [i]. ¶ *Vocatum Barsaban*, Βαρσαβᾶν] בר שבע, *Filium juramenti* [k]. ¶ *Justus*, Ἰοῦστος] Appellatio Romana [l], sed Judæis tum usurpata [m]. Fortè à Romanis id nomen acceperat ob morum integritatem [n]. ¶ *Matthiam*] Idem nomen quod *Mattathias* [o]. Idem sonat quod *Nathaneel*, & idem fortassis hic erat [p].

24. *Qui corda nôsti*] חקר לב, Jer. 17.10 [q]. cùm homines sæpe externâ specie fallant [r]. De animis hominum certò judicare solius est Dei [†]. ¶ *Ostende*; ità Be. Pi. &c. Ἀνάδειξον] *Designa*, Er. Judica & declara. Nam ἀναδεικνύειν idem h. l. valet quod simplex δεικνύειν. Sed Luc. 10.1. accipitur pro Constituere & alicui functioni designare [t]. ¶ *Quem*, &c. Ἕνα ὃν ἐξελέξω] Utrum (vel, *Unum quem*, Mo. Tre. &c. *Quem unum*, Vulg. ὃν ἕνα ponitur pro πότερον. In uno cod. sic legitur, *Designa ex his duobus unum: eum* videlicet *quem* [v].) *elegeris*, &c. Be. Pi. &c. i. e. utrum magis ames: sic enim בחר sæpe sumitur apud Hebræos [x].

25. *Ut*, &c. Λαβεῖν τὸν κλῆρον, &c.] *Accipere* (vel, *Ut accipiat*, Er. P. Be. Pi. G. &c. Λαβεῖν, pro τοῦ λαβεῖν, scil. ἕνεκα • vel, ὥστε λαβεῖν. Pendet à verbo præced. *elegeris* [y].) *sortem* (vel, *portionem*, Tre. *hæreditatem*, aut *successionem*, Er.) *ministerii hujus* (quod habuimus & suprà v. 17 [z].) *& Apostolatûs*, Mo. P. &c. Epexegesis [a]. Ἐν διὰ δυοῖν, pro, ἀποστολικῆς. In manuscripto illo, τὸν τόπον τῆς διακονίας [b]. ¶ *De quo*, &c. Ἐξ ἧς παρέβη] *A quo* (vel, *Unde*, Il. Ti. Camer.) *aberravit*, P. Be. Pi. vel *separavit se*, Tre. ex Sy. *excidit*, Ca. *recessit*, Tre. ex Sy. Sic enim Hellenistæ reddunt Heb. סור, ut Exod. 32.8. Deut. 9.12, 16 [c]. Vel, *excidit prolabendo*, Camer. *prævaricatus* (sive per, aut propter, prævaricationem, putà proditionem, &c [d].) *excidit*, Er. Ti. Est Metalepsis [*]. Heb. פשע: cujus officii Judas desertor fuit [f]. Παρέβη, hîc, pro παρεξέβη. Græci enim promiscuè dicunt παρέβασιν & παρέκβασιν. Vocatio cujusque est quasi via & stadium in quo currere debet. Ab hac via, i. e. Apostolatu, dicitur Judas digressus, imò in contrariam deflexisse, &c [g]. ¶ *Ut*, &c. Πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον] *Abire*, vel, *Ut abiret*, (πορευθῆναι pro εἰς τὸ πορευθῆναι [h];) Refer ad consilium propositúmve non Judæ, sed Dei [i]. *Ut* hîc non est causale, sed consecutivum [k]. Significatur eventus scelera ipsius justo Dei judicio consecutus [l].) *in locum suum*, sive *proprium*, Mo. P. Er. Tre. G. &c. velut antè occupâsset alienum [m]: vel, *proprium*, i. e. qui ipsi meliùs conveniebat quàm Apostolica functio. Manuscriptus ille quem dixi, habet, εἰς τὸν τόπον τὸν δίκαιον non malè [n]. *In locum suum*, i. e. se dignum [o], sibi destinatum à Deo [p], suæ debitum perfidiæ [q]: Suspendium intelligit [r], aut infernum [†]. Hic locus proditoris est; alius, usurpatus & alienus, nec ejus erat, nec ejus moribus conveniens [t]. In Instit. Tit. de rerum divis. *Dum mortuum infert in locum suum*. Τόπος ἴδιος, ὃν λαμβάνειν ἔμελλε τόπος, ut Heb. 11.8. nimirum qui Luc. 16.28. βασάνου τόπος. At hîc est Euphemismus. Ignatius, Ἕκαστος εἰς τὸν ἴδιον τόπον χωρεῖν μέλλει. Comicus Latinus, *I hinc quo dignus es*. Polycarpus de beatis loquens, Εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον. Philo, Ἀπαχθεὶς εἰς ἀποδεδειγμένον κακίας τόπον [v]. [Aliis hæc interpretatio non placet:] 1. Infernum non erat *locus* Judæ *proprius*, sed omnibus damnatis communis. 2. Lucæ [*Petri* diceret, cujus hæc est oratio] non erat sententiam damnationis ferre in Judam, quod erat inter arcana Dei. 3. Impropriè aliquis dicitur *peccare ut eat in infernum*. Verba itaque aliter accipienda [x]. Exponi possunt de Matthia, quòd, Judâ pereunte, ipse in illius locum, h. e. Episcopatum, succederet [y]. *Locum proprium* vocat quod Matthias obtineret [z]. Sic & Glossa ordinaria, in

Marginal notes (left column): k Di. · l Be. · m La. sim. Th. in Camer. · n Pi. · o Camer. · p Li. 26. · q G. · r Ham. · * Li. 27. · † Camer. · t Ham. · v Li. · x Be. · y D. · z Q. in Er. sim. D. · a G. · b G. Di. Pi. D. &c. · c G. · d Me. Li. · * Li. 27. · f T. · g T. ex La. · h Camer. · i G. · k Idem. · l Gua. sim. Be. · m Ham. · n G. · o Ham. · p Be. · * Li. 28. · q Be. · || Camer. · r Me. ex La. sim. San. Pe. · † La. Me. · t G. · v G. sim. Pe. San. La. Me. · x G. · y Be. La. San. · z Pi. ex Je. · a E.

Marginal notes (right column): b G. sim. Pi. · c G. · d La. Me. · * G. · f Me. ex La. · g La. · h Ham. · * La. Me. · i D. · k G. · l Cas. sim. Be. D. Er. &c. · m Cas. · n G. · o G. ex D. · p Li. 29. · q G. · r Camer. · † G. · t Be. · v Idem. · x G. · y Pi. · z G. · a Pi. · b G. · c Di. · d La. Me. · * La. · f G. · g Be · h G. · i Pi. · k Me. · l G. · m Er. · n G. · o Me. ex La. · p Be. Pi. · q San. · r Me. sic La. ex Oecum. San. · † San. La. sim. Me. Pi. &c. · t San. · v Pri. · x Ham. · y Ham. ex Oecum. · z Th. in Ham.

in locum suum, i. e. sortem Apostolicam; ut κλῆρος, qui præcessit, & τόπος idem sint, & utrumque significet provinciam ejus, h. e. episcopatum ipsi assignatum qui ἴδιος τόπος aptissimè dici potest. Adde, quòd τόπος, inter alia, significat *ordinem*, ut locum Episcopi, vel, Presbyteri. Locus ergò sic accipiendus, *Ut accipiat partem hujus ministerii—(ex quo Judas excidit) & eat ad locum suum*, h. e. se conferat ad procurationem muneris sui [a]. Videtur tamen hoc (& mihi, & Bernardo & omnibus penè Interpretibus) pertinere magis ad Judam: ut postulare videtur cursus ipse orationis: nam suprà dictum fuerat, præclaram sortem Apostolatûs cum infami possessione agri commutâsse Judam: nunc illud idem confirmat, dum ait excidisse ex Apostolatu, ut in locum suum discederet [b].

26. *Et dederunt* (vel, *Jecerunt igitur*, Be. Pi.) *sortes eis*] Vel, *eorum*, Be.Pi.San. Joseph nempe, & Matthiæ, quia eorum locus & gradus quærebatur [c]: i. e. Conjecerunt nomina eorum in urnam, & in alteram urnam alteram schedam inscriptum habentem nomen *Apostolus*, alteram schedam vacuam; deinde ex utraque urna pariter eduxere binas schedas, ut in divisione Terræ. Ad eum modum David Sacerdotum functiones sortibus distribuerat, 1 Par. 24. 5. Quod & Josephus notat, [verbis à G. productis.] Virgilius 2. Æneid. *Laocoon ductus Neptuno sorte Sacerdos*, ubi Servius ex Euphormione, *Laocoon Thymbræi Apollinis Sacerdos sorte ductus est, ut solet fieri cùm deest Sacerdos certus.* Vide Platonem [d], [ejúsque verba in G.] Apostoli non poterant Apostolum impositione manuum ordinare, prout Presbyteros ordinabant, sed sorte utuntur, quæ erat velut immediata manuum Christi impositio in eum [*]. ¶ *Cecidit sors*, &c.] In sortione evasit superior [f]. Nomen ejus cum nomine Apostolatûs exiit [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συγκατεψηφίσθη] *Et cooptatus est*, Val. Er. Camer. *Et simul suffragiis electus est*, Mo. *Et communibus calculis* (vel, *suffragiis*, Val. Il. vel, *sententiis*, Camer.) *allectus* (vel, *additus*, P. sic Camer.) *est*, Be. Pi. q. d. Hic sortis eventus communi omnium sententiâ comprobatus fuit [h]. Verbum deducitur à ψῆφος, *calculus*. Nam calculis conjectis sententiæ olim, sive suffragia, declarabantur [i]. Verbum h. l. catachresticè usurpatur de qualibet electione, idémque significat quod eligi, accenseri, annumerari [k]. Constat enim Matthiam sorte delectum fuisse, non per hominum suffragia [l]. Al. *Et connumeratus fuit*, Tre. ex Sy. sic Ar. Vulg. Ham. Συγκατεψηφίσθη, נמנה, quod alibi vertitur, ἐλογίσθη, alibi, ἐξηριθμήθη. Vide suprà v. 17. ubi pro eodem dicitur, κατηριθμημένος ἦν [m]. Calculorum duplex usus erat, 1. in electionibus, vel judiciis, Apoc. 2. 17: 2. in computationibus aut recensionibus. Hinc pariter καταψηφίζω significat & *eligere*, & *numerare* [n].

[a] Ham. [b] San. [c] San. [d] G. [*] Li. 28. [f] Be. [g] G. [h] Be. sim. La. [i] Camer. [k] La. [l] Ham. [m] G. [n] Ham.

CAP. II.

1. ΚΑΙ' ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς] *Et cùm complerentur dies Pentecostes*, Vulg. &c. Legendum, τὰς ἡμέρας [a]: ità prisci Codices [b]: ità legunt Syrus & Latinus. Optimé: agitur enim non de uno die, sed de toto dierum ambitu. Et familiare Hebræis id loquendi genus. Sic, ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι, habemus Gen. 25. 24. Levit. 12. 4. sic Luc. 2. 21. Πεντηκοστὴ Hellenistis vocatur non semper dies ultima, sed sæpe totum illud tempus dierum quinquaginta à Paschate, שבעות Hebræis. Sic & Tertul. De idololatria, *Excerpta singulas solennitates nationum, & in ordinem exsere, Pentecosten implere non poterant.* Sic Canon Nicænus vetat genua flecti ἐν ταῖς τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέραις. Dies ultimus septem septimanarum erat dies datæ Legis, ut colligitur Exod. 19. 1, 11. vocabatúrque ob id שמחת תורה, *festum Legis*. Eodem die cœpit prædicari ab Apostolis Lex Nova, complementum Veteris [c]. *Cùm complerentur dies*, putà dies quinquaginta à Paschate, ità ut jam adesset dies quinquagesimus [d]. Πεντηκοστὴ tam dies 50 prævios, (ut hîc sumitur [*],) quàm ipsum diem quinquagesimum, significat [f]. Al. *Cùm compleretur dies* (i. e. tempus [g]) *Pentecostes*, V. Val. Er. h. e. septem hebdomadarum à resurrectione [h]. Al. Ἐν τῷ συμπληροῦσθαι, pro, ἐν τῷ συμπληρωθῆναι, *postquam impleti sunt dies.* Similia exempla sunt Levit. 12. 6. Num. 6. 13. Esth. 1. 5 [i]. Sed [hoc] nihil necesse videtur. Numerus enim 50 dierum non erat propriè completus, ineunte primo Pentecostes, sed currente eo complebatur; erat enim ipse quinquagesimus. Sensus est, *Quum numerus dierum à Paschate ad Pentecosten esset exactus*, i. e. quum tempus 50 dierum, quod incidebat in diem Pentecostes, compleretur, currente adhuc eo die quo complebatur [k]. Συμπληροῦσθαι hîc non significat absolutam completionem Subjecti nominati, seu ipsius Festi, vel diei Pentecostes, quia manè illius diei hæc facta sunt; sed completionem Spatii interjecti, cum ipso initio Subjecti nominati. Ità & Luc. 9. 51. *cùm complerentur dies assumptionis ejus*; ubi etiam de completione, seu ad finem deductione, spacii, usque ad dies ἀναλήψεως interjecti, sensus est; non de ipsa assumptione, aut absoluto fine ejus [l]. Particula ἐν declarat tempus vigens, sed jam ad finem vergens. Obj. At hæc contigerunt ultimo die non inclinante, sed inchoante. Resp. Lucas ergò h. l. non intelligit diem 12 horarum, ut Joh. 11. 9. sed 24 horarum [sive νυχθήμερον,] in cujus medio hæc sunt gesta, v. 15 [m]. Al. *Quum autem advenisset dies*, &c. Pi. Ham. Ang. &c. Ad verb. *Et in complendo*, &c. i. e. *dum compleretur*, &c. i. e. ipso die Pentecostes, vel, quum jam ageretur dies quinquagesimus à Paschate: qui Judæis festus erat ob datam Legem, Exod. 19. 1, 11. & vocatur *festum hebdomadum*, Exod. 34. 22. Confer Deut. 16. 10 [n]. Συμπληροῦσθαι idem est quod πληροῦσθαι, & quum de temporibus dicitur, tempus jam advenisse significat. Sic Gen. 25. 24. & 29. 21. Marc. 1. 15. Luc. 21. 24 [o]. Πεντηκοστὴ revera est nomen Adjectivum, ad quod subaudiri oportet nomen ἡμέρα [p]: hîc autem Substantivè accipitur [q], & subauditur ἑορτῆς [r]. Hic porrò dies Pentecostes erat dies Dominicus; ut facilè constat ex computatione dierum. Christus enim crucifixus erat die 15 mensis Nisan, in sepulcro jacuit die 16, sive Sabbato Judaico, resurrexit die 17, sive die Dominico: qui dies primus est quinquaginta illorum ad Pentecosten. Huic adde 13 reliquos dies mensis Nisan, deinde 30 dies mensis Ijar, & 7 dies primos mensis Sivan: ità exsurgunt 50; quorum ultimus erit dies Dominicus & Pentecostes. [Si quis dubitet videat Calendarium à Cl. Li. h. l. compactum.] Sic consultum voluit Christus honori diei Dominicæ, ut priùs resurrectione suâ, ità jam effusione Spiritûs Sancti, in illo die [†]. Duplex jam erat confluxus Judæorum; 1. è Judæa ad festum: 2. ex aliis omnibus gentibus; quia ex Dan. 9. v. 24, &c. Messiam tunc apparituram sperabant, Luc. 19. 11 [*]. ¶ *Erant omnes*] Nempe Apostoli, ex collat. Act. 1. ult. & 2. 4, 14, 15 [v]. vel, Christiani [x], illi 120 [y], qui cum Apostolis donum Spiritûs Sancti & linguarum hoc die acceperunt: id quod multa suadent. 1. Quòd Evangelista illum proponit numerum, Act. 1. v. 15. tanquam subjectum historiæ suæ. 2. Quid reliquos 108 solenni hoc die divelleret ab Apostolis, quibus hactenus adhæserant, Act. 1. 13, 14? 3. Plerique horum Ministri constituti sunt à Christo, Luc. 10. (alioqui quid factum LXX Discipulis?) & propterea unà cum Apostolis acceperant donum miraculorum, Luc. 10. 17. & Spiritum S. die resurrectionis, Joh. 20. 22. collat. cum Luc. c. 24. v. 33, 36. 4. Illustria illa dona Stephani, Act. 6. 3, 8, 10. & Philippi, Act. 8. 6. aliorúmque quando, aut ubi, aut quomodo, in eos collata sunt si non die Pentecostes [z]? ¶ *Pariter*, Ὁμοθυμαδὸν] Vulgatus legit ὁμαδὸν [a]. *Simul*, ut sæpe usurpatur ab Hellenistis, etiam ubi nullus est animorum consensus, ut 1 Par. 10. 6. Job. 34. 15. Thren. 2. 8 [b]. *Concorditer*, vel *Unanimiter*, Er. V. B. Di. Consentientibus animis, studiis, ut in Aristoph. Avibus, ἀλλ' ὁμοθυμαδὸν ἅπασιν, &c. *Communibus studiis & operis à nobis omnibus rursum manus admovendæ sunt* [c]. Deus dona sua promisit unitati [d]. Hâc voce toties utitur Lucas in hac historia, ut significet, hunc fuisse fructum & doctrinæ Christi, Joh. 15. 12. & precationis, Joh. 12. 17. & legati ejus, Joh. 14. 27. & insufflationis Spiritus S. Joh. 20. 22. ut qui antea contentionibus ac dissidiis laborabant, ut Marc. 9. 34. & c. 20. v. 24. Luc. 22. 24. tam suaviter conspirarent, quanquam etiam gentibus, conditionibus, sectis, diversi fuissent [*]. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ] *In* (Ἐπὶ hîc est pro ἐν [f].) *eodem*, Mo. Er. P. &c. sub. *loco*, Ei. Il. Ti. Ca. sic P. Be. Pi. G. cx

[a] D. ex Scal. [b] D. [c] G. [d] La. Me. sim. E.T. &c. [*] V. [f] La. [g] V. [h] Idem. [i] BA. 1. 2. 50. 570. [k] Di. [l] Sch. [m] Ee. [n] Pi. [o] Ham. [p] Pi. [q] Sch. ex Pi. [r] Sch. [†] Li. 33. &c. [*] Li. chron. 80. [v] Pi. ex Be. [x] La. [y] G. La. Me. Li. &c. [z] Li. 39. [a] Er. [b] Di. [c] Camer. [d] G. [*] Li. 40. [f] Cas.

ex Hesychio. *Simul*, Camer. ex Suida. Congregationem copulationémque significat[g]. In eodem cœnaculo de quo Act. 1. 13[h]. Glossa, *Ibidem* :*in id ipsum : in unum.* Occurrit phrasis infrà v. 44. 1 Cor. 7. 5. & 11. 20. & apud Plutarchum, &c[i]. Sic apud Herodotum, συλλέγεσθαι ἐπὶ τὸ αὐτό[k].

2. *Sonus*] Magnus, quippe & intus & foris auditus[l]: qui excitabat tum fidelium animos ad Spiritum S. devotè excipiendum; tum Judæos per Urbem sparsos, ut huc accurrerent[m]. Hic sonus symbolum erat sonitûs Evangelii toto orbe, &c[n]. ¶ *Tanquam advenientis*, &c. φερομένης πνοῆς βιαίας] *Ruentis* (vel, *Cum impetu venientis*, Be. ex Er. ut & Græcum, φέρεσθαι, & Latinum, *ferri*, sumuntur[o]:) *flatus* (vel, *spirationis*, ut apud LXX, Job. 32. 8[p]. vel, *Spiritûs*, Vulg. Sed distinguere malui inter Πνεῦμα, cujus hîc fit mentio, & πνοὴν, h. e. inter symboli significatum & ipsum symbolum[q]. Πνοὴ signum Divini adventûs, Gen. 3. 8[r]. Vel, *venti*, La.) *violenti*, Mo. Be. Pi. La. &c. vel, *vehementis*, Er. Il. Al. *Violenti flatus qui effundebatur*, Heins. vel, *qui fertur*, V. vel, *quasi ferretur flatus vehemens*, Aug. in V. Ut hîc est, φερομένης, ità Gen. 1. 2. de Spiritu Dei dicitur, ἐπεφέρετο, *ferebatur*, vel agitabatur †. Voce βιαίας magnitudo donorum suprà Prophetica significatur[t]. ¶ *Et replevit* (sonus scilicet[v]) *totam domum*] Significans ejus incolas Spiritu Sancto replendos[x]. Præsagium sic etiam implendi totius orbis, per quem Ecclesia diffusa est[y]. ¶ *Ubi erant sedentes*] Id est, degentes & commorantes[z]: ut Heb. ישב significat[a].

3. *Et*, &c. Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς] *Et visæ*, sive *conspectæ*, *sunt eis* (vel, *in eis*. Αὐτοῖς, pro ἐν αὐτοῖς. אלהם, pro להם, vel עליהם[b].) *linguæ* (Ignis flammulæ, sive particulæ *linguæ*, dicuntur Hebræis. Vide Esa. cap. 5. ver. 24[c]. Sed & Latinis quod extremum & acutum est *lingua* dicitur, quare scopulos summos & invios *linguas* dixit Cæsar[d].) *dispertitæ* (vel, *dividuæ*, Ca. *dissectæ*, Er. Ti. V. *quæ se dividebant*, Sy. sic V. *quæ distribuerentur*, Camer. Sic vocantur *hæ linguæ*, vel, 1. quia singulæ singulorum capitibus insiderent[*]: vel, 2. quia sectili formâ, aut vibratâ, visæ sunt; sive tales essent, ut serpentum quorundam linguæ bifidæ sunt aut trisulcæ, &c. sive tales videbantur, ut fit in eis quæ celeriter moventur, aut vibrantur[f]: quia infernè in unam quasi radicem coalescebant, sed supernè dividebantur ob suam agilitatem, ut solet flamma vel sponte suâ, vel vento, agitata[g]. Alludi hîc videtur ad divisionem illam linguarum[h]. Pœna linguarum dispersit homines, Gen. 11. Donum linguarum dispersos in unum populum recollegit[i]. Repræsentabant hæ linguæ multiplicitatem linguarum ac donorum, &c[k]. maximè verò dona discretionis spirituum quò penetrarent intima hominum, & iis congrua ad salutem suggererent[l].) *tanquam*, vel *instar ignis*, Mo. P. Pi. &c. i. e. quasi igneæ[m], vel specie ignis[n], quia videbantur ardere, lucere, & agitari, instar ignis. Hoc schemate designabatur, Discipulos cœlesti Spiritûs igne purgari, illuminari, accendi & ad ad cœlestia elevari[o]. Ut hîc Apostoli per linguas igneas acceperunt Spiritum Sanctum, ità Esaias per carbonem ignitum, quo purgata erant labia ejus[p]. Al. Voluit Deus donum hoc in initiatione Ecclesiæ Christianæ exhibitioni Legis in initiatione Ecclesiæ Judaicæ planè respondere, ut tempore Pentecostes, et à modo tradendi, cum specie ignis, &c †. Al. Summa efficacia & splendor prædicationis significatur. Vide dicta ad Matth. 3. 11. Vide & Philonem [ejúsque verba in G.] Confer 2 Cor. 2. 16. & Esa. 4. 4[q]. ¶ *Seditque*, &c.] Id est, institit, incubuit[r], hic ignis, vel lingua ignea[*]. Causam reddit cur conspectæ sunt linguæ †. Significabat hæc sessio perpetuò illis hoc donum adfuturum, quoties negotium ipsis esset cum gentibus linguæ alterius. Prophetis Prophetia rarò aderat, cùm Deus vellet; neque certi erant Prophetæ quando eam essent habituri. Exempla habemus in Nathane, Samuele, Esaia[t]. Al. Donum hoc linguarum non erat perpetuum, nec ultra illum diem duravit, nec nisi sedentibus super eos linguis: nam ablatis linguis cessavit miraculum. Alioqui quid opus habuisset Petrus Græcarum literarum Interprete, quem Patres omnes ipsi assignant, nempe Marco[v]? In Syro & cod. meo vetustiss. est, ἐκάθισαν, *sederunt*[x].

4. *Repleti sunt omnes*, &c.] Qui antea Spiritum habebant[y]: *omnes* illi 120[z]. ¶ *Cœperunt loqui* (i. e. Tunc primùm locuti sunt[a]) *variis*, &c. Ἑτέραις] *Aliis*, Be. D. Pi. &c. id est, novis[b], Marc. cap. 16. ver. 17. *aliis* quàm quas didicerant[c]: *aliis* quàm Galilæi[d]. Tum quia unus unâ, alius aliâ, linguâ loquebatur: tum quia Apostoli & fideles singuli vicissim & successivè variis linguis locuti sunt, ut apertè hîc dicitur[*]. Al. Apostoli unicâ linguâ loquentes à variis variarum linguarum gentibus intellecti sunt[f], & auditores singuli visi sibi sunt propriâ linguâ loquentes audire[g]. Sed sic miraculum hoc non tam loquentium, quàm audientium, fuisset[h]. Noli eis credere qui miraculum in auribus audientium factum asserunt. Manifestè omnia eis resistunt quæ sunt 1 Cor. 12. 10, 28, 30. & 14. 2, &c[i]. ¶ *Prout Spiritus—dabat eloqui*; sic Er. Mo. Pi. &c. Ἀποφθέγγεσθαι] *Fari*, Ca. Solet de Prophetis usurpari hæc vox, respondens Hebræis נבא, קסם, חרף, & similibus. Vide infrà 14[k]. Significat præclarè & sententiosè loqui[l], nec tam ex se quàm ex numinis afflatu[m].

5. *Erant autem in Jerusalem habitantes*; ità Be. Κατοικοῦντες] *Commorantes*, Pi. Med. La. Me. degentes ad tempus[n]. Κατοικεῖν, *habitare*, alibi distinximus à παροικεῖν, *commorari*; hîc verò idem sonat[o]. Οἰκεῖν & κατοικεῖν Græcis significat, *habitare*; Hellenistis autem, ad tempus *commorari*, ut constat ex Gen. 27. 44. 1 Reg. 17. v. 20[p]. Verbum κατοικεῖν hîc respondet Hebræo גור, quod & κατοικεῖν & παροικεῖν verti solet, interdum & διατρίβειν: itaque dicitur non tantùm de iis qui sedem fixerant, sed & de iis qui ad Pascha, aut ad Pentecosten celebrandam, in Urbem venerant, ad tempus aliquid ibi substituti. Id ostendunt sequentia. Nam Hierosolymis qui domicilium habebant, eos credibile est linguam novisse Hierosolymitanam; non item cæteros. Adde, quòd sub hoc nomine veniant & quibus domicilium in Mesopotamia, & qui Romanorum in Judæa peregrinabantur, infrà 9, 10[q]. Hi autem Jerosolymam convenerant[r], vel, 1. studiorum, sive pietatis, causâ †. Vel, 2. ad festum Pentecostes[t]. Non placet: 1. Judæos enim, in gentibus dispersos, eò ad festa venire nec jussit Lex, nec fieri potuit. 2. Tunc non dicerentur ibi κατοικεῖν, quippe intra paucos dies redituri. Vel, 3. Messiam exspectantes jam appariturum: ut constat tum ex Luc. 2. 26, 38. & 3. 15. & cap. 19. ver. 11. Joh. 1. 20, 21. tum ex Hebræorum scriptis, &c[v]. ¶ *Judæi*] Quales eos fuisse liquet ex v. 22, 23, 37, 38, 39, 41. Certum enim est Cornelium fuisse Gentilem primum qui ad fidem conversus est[x]. Sed sub Judæis necesse est etiam proselytos complecti, ex v. 10. Arabs autem locum sic legit, *Judæi, & ex omnibus gentibus*[y]. ¶ *Viri religiosi*, Εὐλαβεῖς] אנשי יראה. Frequens apud Hebræos loquendi genus. Sic vocantur non hi tantùm qui se Legi subjecerant, verùm etiam viri pii qui, idololatriâ desertâ, puriùs vivere instituerant[z]: viri cultui Dei addicti. Syrus, *timentes Deum*[a]. ¶ *Ex omni natione*, &c.] In qua scilicet degebant Judæi[b], ubique dispersi[c]. Triplex erat Judæorum dispersio atque captivitas: 1. Sub Salmanasare, 1 Reg. 17. 6. & 18. 11. Hi nunquam in patriam redierant. Ex his erant hîc dicti *Parthi, Medi, Elamitæ*. 2. Sub Nabuchodon. Ex his Mesopotamitæ. 3. Sub Ptolomæo Lagi, qui captâ Jerosol. populum abduxit in Ægyptum. Hi dicti sunt Hellenistæ. Erant & aliæ dispersiones minores. Vide Jac. 1. 1. Et in omni ferè urbe Gentilium, ubi Apostoli prædicârunt, erant Judæi[d]. Hyperbole hîc est[*]. Al. Ex omni, &c. propriè. Vix enim ulla natio est in qua linguarum hîc memoratarum aliqua non obtinuit[f].

6. *Facta*, &c. Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης] *Orto autem* (vel, *Divulgato*, Er. V.) *hoc rumore*, Be. ex Er. V. pro, *hujus facti rumore*: ταύτης, pro, περὶ τούτου. Vide Mat. 9. 26[g]. Φωνὴ, pro *fama*[h], sive *rumore*[i], ut Num. 16. 34. 1 Reg. 1. 40. & alibi[k]. Sed nusquam reperio aut קול Hebræis, aut φωνὴν Hellenistis, ità sumi, nisi fortè Jer. 10. 22. φωνὴ ἀκοῆς, ubi tamen ἀκοὴ est *rumor*; φωνὴ, ejus *sonitus*, quo innotescit & pervagatur[l]. Al. *Orto—hoc sonitu*, Pi. *Factâ—hâc voce*, Vulg. Tum soni vehementis, tum locutionis Apostolorum variis linguis[m]. Al. *Factâ—hâc re*, i. e. quum hoc ità contigisset. Φωνὴ enim hîc accipi posset pro Heb. דבר, quod LXX nunc λόγον, nunc ῥῆμα, nunc φωνὴν, interpretantur: דבר autem sæpe pro *re* aut *negotio* sumitur. Sed & Heb. קול &

Marginal notes, left column: g Camer. h La. i Pri. k Cas. l San. m La. sic Me. n La. o Be. p Di. q Be. r G. † Heins. t G. v La. Me. x La. y G. z La. Me. a La. b Pi. c Heins. d San. * San. sim. La. Me. f San. g Me. ex La. h Heins. i G. sim. Li. 41. k T. ex Cyp. l T. m Pi. n Me. T. o T. ex Thom. p V. † Li. 41. q G. r La. Me. * La. T. sic Pi. Di. Be. † Pi. t G. v Salm. in Wal. x Le.

Marginal notes, right column: y La. Me. z E. a D. b Er. D. G. c G. d V. * La. f Q. in La. sim. T. g Q. in Me. h La. i G. k Idem. l V. sim. m Be Camer. n Be. o Me. ex La. sim. Be. p Be. q Med. dissert. 20. ad h. l. r G. San. † La. Me. t La. Me. sim. San. &c. v Li. 42. x Med. ib p. 97. y Di. z G. a T. b Me. sim. La. T. c T. d Med. ib. 99. * Be. ex Er. sic Camer. f Li. 45. g Be. h G. i Be. k G. l Pi. m La. Me.

& φωνὴ sic accipi videntur, Exod. 4. 8. Quid enim ibi *vox signi*, nisi negotium & ipsa res signi [n]? ¶ *Convenit multitudo, &*, &c. Καὶ συνεχύθη] *Et confusa est*, P. Ti. Mo. vel, 1. pudore, quòd Deus itâ glorificaret Christum quem ipsi occiderant [o]: vel, 2. stupore & admiratione tantæ rei [p]. *Et conturbata fuit*, Be. mente [q]. Συνταράχθη, ἐταράχθη, *animo fuit turbido, ac solicito*. Omnibus his vocibus reddi solet Heb. רגז, & hoc explicant sequentia, v. 7, 12 [r]. *Et commoti sunt*, Di. ex Sy. & Ar. Refero ad tumultuarium perplexúmque populi concursum, ubi alius alium impellit, aut retardat. Confer Act. 19. 29, 32 †. *Et tumultuata est*, ut fieri solet in hominum confluxu ad spectaculum prodigiosum [t].

7. *Galilæi*] i.e. Homines indocti; vide Joh. 1. 46 [v]. qui & cæteris Judæis hebetiores erant [x], & pejus loquebantur [y].

8. *Unusquisque linguam suam*, Τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ] *Linguâ suâ*, Be. Pi. sub. *loquentes*, V. Διάλεκτος ferè est peculiaris aliqua in eadem lingua loquendi diversitas, sed hîc latiùs sumitur [z].

9. *Parthi*] ארפכשד, Gen. 10. 22. ¶ *Medi*] מדי, ib. v. 2 [a]. Per *Medos* quandoque Persæ significantur, & contrà. Nam hosce populos propter vicinitatem antiqui confundebant [b]. ¶ *Elamitæ*, עילם, Gen. 10. 22 [c]. Ἐλαμῖται] Persæ [d], ex provincia Elymaide*: Gens aut in Perside, aut prope eam. Vide 1 Mac. 6. 1. Jo. Antiq. 1. 7 [f]. *Elymæi* vicini Persis & Medis. Vide Strabonem, Livium, Plinium, nostra ad Danielem, 8. 2 [g]. Duplex est *Elam*, una in Persia, altera in Media, de qua Jer. 49 [h]. Notandum est, in horum populorum censu Lucam ab ortu in occasum semper progredi recto ordine. Unde constat Elamitas fuisse medios inter Medos & Mesopot. qui idem situs est Elymaidis [i]. [Vide dicta ad Esa. 21. 2. & Jer. 25. 25.] ¶ *Mesopotamiam*] ארם dictam, Gen. 10. 22. ¶ *Judæam*] Quæ olim terra כנען, Gen. 10. 15 [k]. Hanc commemorat, quia diversâ tum dialecto uteretur à Galilæa [l]. Judæi jam Syriacè, sive Chaldaicè, loquebantur, sicut & Mesopot. sed cum magno discrimine; unde hîc distinguuntur Mesopot. & Judæa [m]. ¶ *Cappadociam*] משך, Gen. 10. 2. urbs præcipua *Mazaca*. In omni hoc Asiæ tractu populos paucos fuisse Græcos, barbaros plerosque, docet nos Strabo lib. 12. Illorum barbarorum erant linguæ illæ 22 quas didicerat Mithridates. ¶ *Pontum*] תירס, Gen. 10. 2. ¶ *Asiam*] גמר, ib [n]. *Asiam* hîc intellige nec majorem, nec minorem [o], quia sic Cappadociam & Phrygiam complecteretur, sed eam Asiæ partem quæ est circa Propontidem: quomodo accipitur & 1 Pet. c. 1. v. 1 [p]. In Pamphylia, Asia, Phrygia, Ponto, &c. etsi Græcè loquerentur, aliam tamen dialectum singulæ illæ Provinciæ sibi peculiarem habuerunt. Hinc & Cibyratas Strabo 4 linguis usos esse scribit, Pisidicâ, Græcâ, Lydâ, & Solymâ. Syri, ut & Judæi, & Græcè loquebantur, & Syriacè, & Latinè [q].

10. *Phrygiam*] אשכנז, Gen. 10. 3. Vide Annotata nostra ad lib. 1. V. R. C. ¶ *Pamphyliam*] ריפת, Gen. 10. 3. ¶ *Ægyptum*] מצרים. Κόπτος urbs mercatu jam olim celebris, cum articulo & levi mutatione, Αἴγυπτος. Indè terræ & flumini nomen apud Græcos. Ipsi se Μεστραῖοι vocabant [r]. ¶ *Partes Lybiæ*, &c.] i. e. Lybiæ Cyrenaicæ, quæ Ægypto ab occasu adjacet: alioqui tota Africa *Lybia* dicitur †. Nomen quidem *Libyum* respondet Heb. להבים, Gen. 10. 13. Sed Græci sic totam Africam vocant quæ פוט, Gen. 10. 6. & Aug. hunc locum citans, *Africam* nominat [t]. *Lybia* duplex erat, Cyrenaica, & Æthiopum [v]. Duplex quoque Cyrene, una Lybiæ h. l. Assyriæ altera [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι] *Et advenæ*, (vel, *peregrinantes*, Ca. vel, *illic versantes*, Er.) *Romani*, (orti ex יון, Gen. 10. 2, 4 [y]. *Qui venerunt ex urbe Roma*, La. ex Sy. Romæ commorantes [z].) *tum* (vel, *partim*, Salm.) *Judæi*, (scil. origine [a], & religione & genere [b].) *tum* (*partim*, Salm.) *proselyti*, Be. Pi. vel, *peregrini*, V. i.e. Proselyti justitiæ [c], Gentiles Judaismum amplexi [d]. Romæ multi erant Judæi, ut nos docent Cicero & Horatius. Multi etiam fœminæ & libertini se eis addebant: testes Tibullus, Ovidius, Philo, & alii*. *Judæi* suprà memorati erant κατοικοῦντες Hierosolymis, hi vero ἐπιδημοῦντες, *advenæ*, non *incolæ* [f]: qui Hierosolymam religionis, vel negotiorum, causâ venerant [g]. Porrò, qui Romam incolebant Judæi *Romani* dicti sunt, ut certum est ex Philone lib. De legatione ad Caium, & Josepho lib. 2. contra App. etiam scribit, Alexandriæ Judæos vocatos Ἀλεξανδρεῖς· Antiochiæ, Ἀντιοχεῖς, &c. Confer Act. 11. 19, 20. & 18. 24 [h].

11. *Cretes* (Pars יון, cujus mentio Gen. 10. 2 [i]. Creta erat insula exigua, cujus tamen lingua per totam Græciam diffusa est [k].) *& Arabes*] Pars posterùm כוש, Gen. 10. 6 [l]. *Cretes & Arabes* hi erant aut 1. Judæi [m]: vel, 2. Proselyti [n]. ¶ *Magnalia Dei*] *Magnifica*: i.e. de Deo magnificè loqui: vel, quæcunque præclarè fecit Deus [o]. *Dei potentiam*, quæ, Jesu resuscitato, apparuit. Id enim præcipuum argumentum fuit quo conversus est mundus, Act. 1. 22. & 2. 24. & 3. 13 [p].

12. *Mirabantur*; itâ Er. Il. Ar. Διηπόρουν] *Obstupescebant*, Sy. *Hæsitabant*, Tre. P. Ti. Mo. Be. Pi. G. ex Aug. *Dubitabant*, Ca. ¶ *Quidnam*, &c. Τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι;] מוה, Hebræis admirantium vox [q]. *Quid hoc sibi vult?* Pi. sim. Be. ex Vulg. & Er. Ad verb. *Quid velit hoc esse?* Pi. Latini sic exprimunt, *Istud quid est*. Verbum θέλειν sæpe redundat, ut Matth. 20. 26. collat. cum 23. 11. Sic Plato in Sympos. ἐὰν θέλῃ παύεσθαι ἡ λύγξ, *si cessaverit singultus* [r]. Θέλειν h. l. eleganter dicitur de rebus inanimatis, ut apud Herod. Plat. & sæpe apud Aristot. ut Magn. moral. l. 2. Διὸ καὶ ἀνόμοιος ἡ ἀρετὴ ἡ τῇ κακίᾳ τῇ θηριότητι ἀντικειμένη· θέλει δὴ τῇ τοιαύτῃ ἀντικεῖσθαι ἡ θεία καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον †. Sic Herod. Polymniâ, *Sententia dicti ista* τὸ ἐθέλει λέγειν, *hoc vult narrare*, i. e. hoc narrat [t]. Sic redundat & βούλομαι [v]. Aristot. Polit. ε΄. *Rex vult esse custos*, i. e. est custos [x]. Al. *Quid hoc rei esse possit?* Be. q. d. Quo tandem ista evadent*? Θέλειν, pro δύναμαι quam Enallagen observat Corinthus in Attica dialecto †.

13. *Alii autem* (Scribæ fortasse, & Pharisæi [y]: vel, inquilini Jerosolymæ aut Judææ, qui gentium ibi præsentium linguas non intelligebant, ac proinde eos blaterâsse putabant, ut ebrii solent ||.) *irridentes*; itâ Er. χλευάζοντες] מלעבים, ut est 2 Par. 36. 16. ubi Græci μυκτηρίζοντες [z]. *Cavillantes*, Pi. *Sannis eos excipientes*, Be. *Contumeliosè irridentes*, Camer. Verbis injuriosis addentes gestum contumeliosum, ut & Christo factum, Matth. 27. 29, 30. χλεύη in Onomastico vertitur *Sanna*, in Cyrilli Lexico Græco-lat. vetere, *Inlusorium*, *Ludibrium* [a]. ¶ *Musto pleni sunt*] Ità Mo. sic Er. Il. sim. Sy. עסים. Est autem γλεῦκος hîc γλυκασμὸς, Joel 3. 18. Amos 9. 13. *sapa*, vel *defrutum*, vinum ex musto decoctum, eóque perpetuam dulcedinem retinens [b]. Verùm γλεῦκος hîc non est *mustum* [c]: 1. quia mustum nullum erat illâ anni horâ [d], h. e. tempore solstitii*, & Pentecostes [f]. Saltem non videtur idoneâ quantitate tunc haberi potuisse. 2. Quia mustum minimè inebriat, ut notant Medici [g]. [Vide Lind. num. 231, &c. & p. 4560.] Γλεύκους μεμεστωμένοι] *Vino dulci pleni*, Be. Pi. &c. Cyrilli Lexicon, Μεμεστωμένος, *Fartus*, *Confertus*. Iterùm, μεστὸν, *cumulatum*: μεστὸς, *onustus* [h]. Vini copia erat in festis †. Γλεῦκος hîc est *perdulce vinum* [i]: flos vini, seu optimum uvarum [k]: quod vocant & γλεῦξιν, & σίραιον, & ἕψημα, & γλυκύ [l].

14. *Stans*, Σταθεὶς] *Consistens*, Be. sim. Pi. i.e. audacter & constanter stans. Constantem & præsentem Petri animum declarat [m]. ¶ *Petrus*] Ut gregis non Christiani tantùm, sed & Apostolici, Pastor. Hîc incipit nominis sui à *rupe* dicti meritum implere [n]. ¶ *Cum undecim*] Qui, æquè ac Petrus, locuti sunt, ut multa suadent. 1. Alioqui cur Undecim unà cum Petro *stetisse* dicerentur? 2. Judæi perculsi ut Petrum consulunt, itâ & reliquos Apostolos, v. 37. & *in Apostolorum doctrina perseverâsse* dicuntur, v. 42. 3. Si Petrus solus jam esset orator, tum aut 3000 illi conversi erant unius linguæ; aut unica Petri lingua auditoribus singulis sua lingua visa est; aut eandem concionem sæpiùs repetiit Petrus in diversis linguis: quæ omnia absurda sunt. Cur autem unica Petri concio hîc perhibeatur, à nobis antè dictum est [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐνωτίσασθε, &c.] Eadem phrasis Job. 32. 10. Psal. 5. 1. & alibi. Ἐνωτίζειν est vox Hellenistica confecta ad exprimendum Hebræum האזין [p]. [Sic vertunt;] *Attendite*, &c. Tre. ex Sy. Ar. Ca. *Auribus percipite*, &c. Er. P. Mo. Be. Pi. &c. q. d. *Inaurite* [q].

15. *Cùm sit hora diei tertia*] Scil. ab ortu solis [r]: respondens nostræ octavæ vel nonæ ante meridiem †: tempus precum matutinarum, ad quas homines, vel mediocriter pii, non ibant nisi jejuni [t]. Durabat autem hujus

Marginal notes (left column): n Di. — o La. — p Me. & T. ex La. — q Er. Be. — r G. — † Di. — s Q. in La. — v G. — x Me. ex La. — y Me. ex Glossa. — z Be. — a G. — b D. — c G. — d D. Med. p. 97. — * Med. ib. — f Di. — g G. — h La. — i BP. 1. 2. 79. — k G. — l Salm. in Wal. — m Li. 45. — n G. — o La. — p Me. ex La. — q Salm. in Wal. — r G. — † Lor. — t G. — v Er. ex Hi. — x D. — y G. — z Me. ex La. — a Camer. sim. La. Me. — b Be. — c D. — d Pi. sim. Er. V. D. Gua. Camer. Be. &c. — * G. — f Salm. in Wal. — g La. Me.

Marginal notes (right column): h Salm. — i G. — k Li. 45. — l G. — m Be. sim. Salm. — n Er. — o V. — p G. — q G. — r Ga. Cin. 43. — † Cas. — t Camer. — v Camer. Cas. Ga. — x Camer. — * Be. sim. Camer. — † Pe. — y Me. ex La. — || Li. 46. — z G. — a Linden dissert. h. l. in fine Append. Crit. p. 4563. — b G. — c Pri. Lin. — d Pi. — * Camer. — f Be. — g Lind. 4560. — h Idem. 4562. — † Li. — i Pri. sic. Camer. Be. Lind. — k Lind. — l Camer. — m Be. — n G. — o Li. 48. — p G. — q Pi. — r E. Me. T. La. Pi. — † E. — t G. sin. Pet. misc. cap. 15. p. 2557.

jus precationis tempus ab hora tertia ad septimam [v]; vel potiùs ad sextam: quæ erat hora prandii [x]. Diebus festis (religiosiores verò etiam aliis diebus[y]) ad sextam usque horam jejunabant: ut docet nos Josephus de Vita sua [z]. Argumentum hoc Petri sumptum est ab eo quod consuetum est & honestum. Docet tempus hoc immaturum esse ebrietati [a].

16. *Dictum per Joelem*] Cap. 2. 28, &c [b]. Iterum evenit quod Joel de temporibus sibi propioribus prædixerat. Antequam Deus judicia sua per Nabuchodonosorem exerceret in Judæos, Esaiam, Jeremiam, Ezechielem, fœminas etiam nonnullas, donavit Prophetiâ. Sicut verò judicia quæ per Romanos Deus erat exerciturus multò futura erant atrociora, ob dissipationem gentis sine spe restitutionis, par erat ut majora etiam beneficia præcederent ad convincendam Judæorum duritiem: id nunc eveniebat: Itaque monet Petrus singulos nè tantum beneficium negligant, ut sic, gente pereunte, ipsi serventur, sicut olim illi per ת signati apud Ezechielem [c].

17. *In novissimis diebus*] In Hebræis est, אחרי כן, i. e. *post ista* [d]. Sed idem solere significari per *ultimos dies* notavimus ad Gen. 49. 1. & alibi. Lxx h. l. ἔσται μετὰ ταῦτα. Sequitur Lucas in hujus loci, ut & aliorum, productione Lxx Interpretes, non tamen ad amussim, verbis interdum mutatis aut transpositis: quod & Moses fecit Decalogum in Deuteronomio recitans [*]. *Dies* hîc pro *temporibus* [f]. *Ultimos dies* hîc vocat dies Messiæ [g]: postquam Christus datus à Patre *justitiæ doctor* [h], de quo dictum Joel. 2. 23 [i]. post Christi Resurrectionem & Ascensionem: vel, ultimos dies Judæorum exitium immediatè præcedentes ex collat. v. 19. Sic phrasis sumitur Deut. 31. 29. 2 Tim. 3. 1. Heb. 1. 2. 1 Joh. 2. 18. &c [k]. ¶ *De Spiritu meo*] Id est, Spiritum meum [l]: vel, dona ejus [m]. ¶ *Super omnem* (vel, *quamvis*, Be. Pi.) *carnem*] In diversæ sortis homines [n]: Gentiles æquè ac Judæos [o], Act. 10. 45. contra axioma illud Judaicum, *Divina Majestas in nemine habitat extra terram Israelis* [p]. ¶ *Prophetabunt*, &c.] Id est, Afflatum sentient [q], ut Philippi filia, Agabus [r]. Fungentur munere Prophetico [†]. Scripturam interpretabuntur, ut verbum sumitur 1 Cor. 11. 4 [t]. ¶ *Visiones*, &c. Ὁράσεις, &c.] Ὁπτασίαι, *visa* Divinitus excitata [v]: quæ imagines menti, ut Esaiæ, Jeremiæ, &c. interdum & oculis, ut Dan. 5. 5. objiciunt [x]: quale est quod Petro obvenit, Act. 10. & Ananiæ, Act. 9. 10 [y]. & Paulo, Act. 9. 3 [z]. [Sensus est,] Mysteria cœlestia percipient per Spiritum Sanctum: sicut olim fiebat per visiones & somnia [a]. ¶ *Somnia*, &c.] Visa nocturna à Deo accipient; ut Paulus, Act. 16. 9 [b]. Per somnia voluntatem meam illis aperiam [c]. *Somnia* dicuntur quando dormientibus ostenduntur futuri eventus, aut per imagines, aut per internam locutionem, & illustrationem [d].

18. *Super servos meos*, &c.] In Hebræo est, *super servos*, &c [*]. omissis pronominibus [f]: supple, *etiam*: contra dictum Hebræorum, *Sp. S. non requiescit super animam pauperis* [g]. Petrus pronomina addit, ut moneat servos Hebræorum esse & Dei servos, ac proinde minimè contemnendos [h]. ¶ *Effundam*] Significatur larga donatio [i].

19. *Dabo* (vel, *Edam*, Be. Pi.) *prodigia*, &c.] Ità Be. Pi. Ità Heb. מופתים hîc & alibi per τέρατα vertitur [k]. Intelligit visa tremenda [l], signa iræ Dei in contemptores Evangelii [m]: vel, Christum cruci affixum [n], excidium Judæorum [o], & ultimum Judicium [p]. ¶ *Et signa*] Id non est hîc in Hebræo [q], sicut nec ἄνω, nec κάτω [r] sed valet idem quod aliis in locis Hebræum אותות, quod cum מופתים sæpe junctum invenitur. Sic τέρατα & σημεῖα conjunguntur, Joh. 4. 48. Act. 4. 30. & 7. 36. Rom. 15. 19. & in Estheris capite ultimo [†]. ¶ *Sanguinem*] Nempe Filii Dei [t]. Al. multas cædes [v]. ¶ *Ignem* (nempe Spiritûs Sancti jam apparentis [x]. Al. incendia [y].) *&*, &c. Καὶ ἀτμίδα, &c.] *Et vaporem* (vel, *exhalationem*, Ca. *atrorem*, Ar.) *fumi*, Er. Mo. Be. Pi. &c. In quo Christus ascendit [z]. Multa incendia oppidorum, vicorum, villarum [a], [unde & fumus.]

20. *Sol—in tenebras*] Per fumum, qui cœlum obsidebit [b], Christo patiente [c]. Omnia tenebris referta esse putabunt homines præ calamitatibus suis [d]. ¶ *Luna in sanguinem*] Propter aerem, qui multum sanguinem attrahet [*]. ¶ *Dies magnus & manifestus*; ità Ar. vel *illustris*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *formidabilis*, Tre. ex Sy. Di. ex Ar. In Joele est, הנורא, *tremendus*, ut & Chald. & Syr. reddunt, quia vox illa regulariter deducitur à ירא [f]: Lucas tamen h. l. bene vertit, ἐπιφανῆ· quomodo & Lxx [g] [in Joele:] quasi fuisset נראה [h]; est enim à ירא [lege ראה] *videre* [i]. Sic & Deut. c. 1. v. 19. idem הנורא Lxx vertunt, ἐπιφανής [k]. Vertitur eodem modo Jud. 13. 6. 1 Par. 17. 21. Hab. 1. 7. Mal. 1. 14. alibi μέγας, χαλεπός, θαυμάσιος, θαυμαστός, φοβερὸς, κραταιός, ἔνδοξος [l]. Lucas hîc sequitur Lxx, tum quia illâ Versione usi sunt ii quorum gratiâ scripsit Lucas: tum quia sensum vocis Hebraicæ plenè exprimit vox ἐπιφανής, *illustris*, *notabilis*, quia non minùs *tremendas*, quàm *gratas*, *patefactiones* denotat [m]. Truculentus ille Antiochus dictus est ἐπιφανής, *terribilis*, potiùs quàm *illustris* [*]. Dixit hoc Joel de die Excidii per Nabuchodonosorem [n], Petrus de die Excidii per Romanos [o]. Omnes enim dies, beneficiis aut pœnis illustres, *dies Domini* vocantur, ut bene notavit Maimon. Duct. dub. 2. 29 [p].

21. *Omnis*, &c. Πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται, &c.] In Scholiis est, ὃς ἐὰν, quod est usitatius in his Libris. Ἐὰν pro ἂν usurpatur & in N. T. & in aliis, ut in Athen. l. 4. ὅτι ἐὰν πίωσιν [q]. *Quicunque invocaverit*, &c. scil. ardenter & in veritate implorabit opem Divinam [r]. Pii eripientur communi exitio. Vide quæ diximus ad Mat. 24. 16, &c. Idem in altero excidio evenerat, Ezec. 9. Imò & in ipsa Captivitate pii in honore fuerunt, ut Daniel & socii ejus. Sic & Apollos, Timotheus, & alii Apostolorum discipuli. Ἂν pro ἐὰν usurpant & alii, & Dionysius Halicarnassensis [†].

22. *Jesum Nazarenum*] Quem illi per contemptum sic vocitabant [t]. Appellat eum eo nomine quo vulgò vocatus fuerat, Matth. 26. 71. Marc. 1. 24. & 10. 47. &c. Act. 3. 6. & 4. 10. & 6. 14. &c [v]. ¶ *Virum*, &c. Ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς] *Virum à Deo* (ἀπὸ, pro ὑπὸ, ut Matth. 11. 19. & 16. 21 [x].) *approbatum* (vel, *exhibitum*, Er. Ti. V. *repræsentatum*, Ca. *conspectum*, Tre. ex Sy. *conspicuum*. Sic, κοράσια ἀποδεδειγμένα, Esth. c. 2. v. 9. נערות הראיות, *puellæ spectabiles* [y]. Vel, *declaratum*, Er. Camer. ex Th. *designatum*, V. vel, *demonstratum*, Er. Zeg. Pi. Di. Ham. Certissimis argumentis probatum [z], nempe quòd esset is quem se esse profitebatur, nempe Christus [a]: de quo nullus est dubitandi locus, nec ulla certior est ἀπόδειξις. Philostratus 1. 13. de Eunucho cum muliere deprehenso dixit, τῷ λόγῳ ἀποδεδειγμένῳ [b] · quem Deus multis demonstrationibus comprobavit orbi esse suum Filium, & legatum [c]:) *apud vos*, Tre. ex Sy. Ti. P. Be. Pi. vel, *inter vos*, Be. Pri. atque adeò spectantibus vobis, vel, ut infrà dicit, *in medio vestri*. Sic Demosth. Εἶπον εἰς ὑμᾶς ἃ μὴ ἠκούσατε [d]. Εἰς ὑμᾶς, pro, ἐν ὑμῖν. Idem dicit quod Act. 6. 8. *Fecit signa* ἐν τῷ λαῷ, & Luc. 24. 19. ἐναντίον—τοῦ λαοῦ [*]. Al. *erga vos*, Er. V. vestri scil. causâ, ut vos salvaret [f]: vel, *vobis*, Zeg. G. ¶ *Virtutibus*, &c.] Δυνάμεσι, &c. Heb. גבורות. De his vocibus jam diximus. Hæc tria junctim habes & 2 Cor. 12. 12. Mos est Hebræorum res magnas pluribus vocibus eloqui [g].

23. *Hunc*, &c. Τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον] *Hunc* (sub. *inquam*, P. Be. Ti. Pi. &c.) *definito illo consilio* (i.e. Divino decreto [h],) *& præscientiâ* (i. e. prædestinatione, ut vox sumitur 1 Pet. 1. 20 [i]. Vel, *præscientiâ*, quâ scilicet prævidebat impias Judæorum voluntates ità dispositas, ut si Christus illis objiceretur, eum crucifigerent [k]. *Decretum* erat passionis Christi, *præscientia* impietatis Judæorum. Hinc dicunt Theologi, *Actio displicuit, passio grata fuit* [l]. Ut Dei *consilium* ratione non carere doceat Petrus, *præscientiam* illi sociam adjungit. Verùm non tantùm prævisum Deo docet quicquid Christo accidit, sed ab eo fuisse decretum [m]. Vel, *præstituto*, præeunte decreto. Confer Rom. 8. 29. & 1 Pet. 1. v. 20 [n]. Vel, *prænotione*, Ti. La. *præcognitione*, i.e. ordinatione & decreto [o]: vel, *providentiâ*, P. Ca.) *Dei traditum*, Il. Er. Ti. vel, *deditum*, P. Be. vel, *expositum*, Mo. traditum à Patre, Rom. 8. 32. à seipso, Gal. 2. 20. à Diabolo, Joh. 13. 2. ac à Juda, à Judæis, à Pilato [p]. Ἔκδοτον idem est quod alibi sæpe παραδοθέντα, *permissum ipsis*, Mat. 17. 22. & 20. 18. Vide & Luc. 22. 53. Ἔκδοτοι sunt propriè *qui deduntur hostibus*. Sic Deus Christum dedidit hostibus [q]. Apud Euripidem, Ἔκδοτος ἢ γίγνομαι· Glossarium, Ἔκδοτος εἰς κόλασιν, *Dediticius*. Josephus Antiq. 6. 14. de Saule & Davide agens, λαβὼν αὐτὸν ἔκδοτον ὑπὸ τοῦ ὑπνου [r]. Occurrit h. l.

Marginal notes (left column): v Pet. ex Maim. x Pet. y Pet. ex Maim. z G. sic La. Me. a San. T. b Me. Jun. &c. c G. d G. sic Er. Pi. &c. * G. f Be. g Ham. h Heins. ex Pe. Li. i San. Heins. k San. l Ham. m Er. Pi. n Camer. o G. sim. Ham. San. p Li. sim. Er. Camer. q Li. 48. r G. sim. Pi. † G. t V. v San. x G. y San. z G. a San. b Pi. c G. d Pi. * San. f G. San. g &c. h Pi. i G. k Pi. l G. m G. n Ham. o Pi. p Camer. q ex Th. r Be. sim. Camer. † Camer. ex Th. t G. v Be. x G. y Li. 49. z G. sic Li. a L. Pi. b Li. c G. d G. * Li. Pi. G.

Marginal notes (right column): f Ham. g G. h Ham. i G. k Ham. l G. m Ham. * Di. n G. o G. sic Li. p G. q Cas. r Camer. † G. t Be. v G. x Be. y G. z Di. sim. Pri. a Pi. b Pri. c La. d Be. * Pri. f La. g G. h Me. ex La. i E. k Me. ex La. l San. La. m Calv. n Pi. o Be. p La. q G. r Pri.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

h. l. scandalo crucis †. q. d. Hunc interemistis, ô Judæi, non casu, non violentiâ, vel necessitate, eò adactum, sed ex Dei decreto vobis traditum [t]: Libere ergò & sponte passus est [v]. Deus constituerat ut Christus *per perpessionem in gloriam intraret*, Luc. 24. 26. hoc est τὸ ὡρισμένον de quo egimus ad Luc. 22. 22. Idem est πρόγνωσις hîc & 1 Pet. 1. 2. Nam προγινώσκειν in his Libris *decretum* sæpe significat, sicut & Latinum, *sciscere*; unde *scita*. Rom. 8. v. 29, & 11. 2. 1 Pet. 1. 20. Ut hoc decretum ad exitum perveniret, permisit Deus Judæos de Christo agere quæ vellent, cùm id impedire facillimè posset, Mat. 26. 53, 54 [x]. ¶ *Manibus*, &c. Διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε] *Manibus sceleratis* (vel, *sceleratorum*, Pi. Camer. sim. Er. Vulg. &c. sub. *hominum*, Q. in Be. h. e. militum Pilati, ut sit ellipsis articuli ante ἀνόμων [y]. Hæc conjungunt, vel, 1. cum voce præc. ἔκδοτον [z]. Sed διὰ non satis commodè cum ea voce, aut cum λαβόντες, connectitur. Vel, 2. cum seq. προσπήξαντες, vel, cum ἀνείλετε [a].) cruci affixum (προσπήξαντες dictum breviter pro, προσπήξαντες σταυρῷ. Sic, προσηλώσας σταυρῷ, dicitur Col. 2. 14. *Cruci affigere* dixit Curtius; *cruci suffigere*, Suetonius [b]. *Crucifixum*, Er. Il. Ti. *ad palum alligatum*, Ca. vel *affigentes*, Mo.) *interemistis*, Be. Pi. &c. i. e. interficiendum curâstis [c]. *Interfecistis eum crucifigendo per Romanos*, qui ἄνομοι quòd Dei Legem nullam observarent. Eodem sensu ἁμαρτωλοὶ, Matth. 26. 45. Marc. 14. 41. Luc. 24. 7. In manuscripto veteri est, διὰ χειρῶν ἀνόμων non malè, ביד רשעים. Dicuntur per Romanos hoc fecisse Judæi quòd à Romanis importunis flagitationibus ac minis extorsere. Facit, qui facit ut fiat [d].

24. *Quem Deus suscitavit*] Surrexit enim Christus virtute Divinitatis suæ *. Non dicit excitatum Christum propriâ virtute; quia nondum Christi nomen illis expers invidiæ [f]. ¶ *Solutis*, &c Λύσας τὰς ὠδῖνας, &c.] *Solvens* (vel, *Dum solvit*, Pi. *Solvendo*, Æth. *Solutis*, P. Be. Er. Pi. &c. *Quum dissolvisset*, Li. 49. Deus scilicet [g].) *dolores* (vel, *doloribus*, Er. Be. &c. *vincula*, Æth. *funibus*, D. חבלי מות, & *dolores* & *funes* significat *mortis*. Vide ad Psal. 18. 6. & 116. 3. *Solvendi* autem verbum (sicut & *retinendi* [h]) *funibus* meliùs convenit quàm *doloribus* [i]. Secutus autem est Lucas h. l. LXX, qui Psal. 18. 4. חבלי (quod indubiè *vincula* significat [k]) *dolores* vertunt [l].) *mortis*, Mo. Er. Be. i. e. dolores gravissimos, quales sunt in morte [m]: vel, *dolores mortis*, pro morte dolorum & cruciatuum plena [n], per Hypallagen; qualis est Matth. 24. 15. *Abominatio vastationis*, pro *abominanda vastatione*; & Apoc. 17. 1. *damnatio meretricis*, pro *damnanda meretrice* [o]. Respicit hoc populum Dei, q. d. Christi resuscitatione dissolvit dolores & potestatem mortis super populum suum [p]. Al. *dolores inferni*, Vulg. i. e. destructâ morte æternâ, quæ sine summo dolore esse nequit [q]. Sed Græcè est, θανάτου, *mortis* [r]. חבלי מות, ὠδῖνες θανάτου Græcis Interpretibus non est *mors* aut *status post mortem*, sed *gravissimi dolores, quales solent esse parturientium*. Apparet 2 Sam. 22. 6. Psal. 18. 5. & 116. 3. Ab his doloribus Deus Christum liberavit, resuscitando eum ad vitam nullis doloribus obnoxiam †. ¶ *Juxta*, &c. Καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ] *Eò quòd* (vel, *Quatenus*, Er. Ti. Ca. *Quia*, Tre. Æth. *Siquidem*, Sy. *Juxta quòd*, Mo. Vulg.) *fieri non poterat ut ipse ab ea* (scil. morte [t]. Arabs legit, ὑπ' αὐτῶν nempe τῶν ὠδίνων [v].) *retineretur*, Be. Pi. nempe perpetuò, aut saltem diu [x]. Κρατεῖσθαι sonat *vinci*, sive *captum esse* [y]. [Sensus,] Non erat par aut æquum (quomodo δυνατὸν sumitur Matth. 9. 15. & alibi) ut vir innocens diu subjaceret alienæ malitiæ [z].

25. *David enim dicit in eum*, Εἰς αὐτὸν] *Ad eum*, scil. respiciens [a]. *De ipso*, G. sic Pi. Di. San. Me. ex Sy. &c. εἰς αὐτὸν, pro, περὶ αὐτοῦ & hoc pro, ἐπ' αὐτῷ, per Hebraismum [b]. Sic, εἰς Χριστὸν, &c. de Christo & de Ecclesia [c]: εἰς pro περὶ [d], sicut apud Hebræos sæpe ל pro על, ut Psal. 91. 11. *Præcipiet* לך, i. e. περὶ σοῦ, *de te*, Matth. 4. 6. Sic Gen. 20. 13. & 26. 7. Esth. 3. 2 *. Sic Job. 42. 8. *locuti estis ad me*, i. e. de me. Heb. 1. 7. *Ad Angelos*, i. e. de Angelis [f]. Rectè dicit, *de ipso*, quia Judæis persuasum erat res Davidis esse typos Regis Messiæ. Habent quæ sequuntur sensum suum in Davide, sed magis figuratum. Voluit autem Deus, in Messia eadem impleri magis κατὰ πόδας, nè quid causari posset populus vocularum anceps [forsan, anceps [g].] ¶ *Providebam*, &c. Προωρώμην, &c.] *Prospiciebam* (Heb. *Posui*. Sed Lucas sequitur LXX [h].) *Dominum*, &c. Be. Pi. In omni scil. mea actione, passione, &c. fortiter decertans quasi in conspectu Ducis [i]. Videbam Deum ità solicitum mei, ut semper in promptu mihi esset auxilii causâ [k]. In angustiis meis proposui mihi tum voluntatem Dei de passione mea, tum promissionem de mei conservatione, tum potentiam in me conservando [l]. ¶ *A dextris est mihi*] Tanquam hyperaspistes, protector & propugnator [m]. Opitulatur mihi tanquam παραστάτης [n]. ¶ *Nè*, &c. Ἵνα μὴ σαλευθῶ] *Nè concutiar*, Mo. Be. Pi. *Nè commovear*, Er. Il. P. Sy. Ar. &c. vel, *labefiam*, Ca. Propriè est, *loco moveri* [o]. Nè dejiciar de Regni promisso [p].

26. *Propter hoc*] i. e. Propter præsentiam illam Domini, v. 25 [q]. ¶ *Exultavit lingua mea*] At Heb. est, *gloria mea*: ubi tamen LXX habent, *gloria mea*. Sic Psal. 30. ult. *ut canat tibi gloria*, i. e. lingua [r]. ¶ *Et caro mea* (i. e. corpus meum: syn. membri †.) *requiescet* (vel, *commorabitur*, Be. Pi. *habitabit*, Ar. Tre. *quasi in tabernaculo manebit*, Camer. scilicet in sepulcro [t].) *in* (vel, *cum*, Be. Pi.) *spe*; ità Er. P. Mo. Ti. Tre. &c. Κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι] *Habitabit* (vel, *degit*, Ca.) *confidenter*, Di. Ca. vel, *securè*, sive *secura*; i. e. tuta ab omni malo. Ità vertunt Hellenistæ Hebræum בטח, vel לבטח, *in fiducia*, ut Jud. 18. 7. Prov. 1. 33. Sic Psal. 4. 10. &c [v].

27. *Non derelinques* ((vel, *deseres*, Ti. Be.) *animam meam* (i. e. vel, vitam meam [x]; vel, me [y]: frequens Hebraismus [z]. Synecdoche membri Hebraica; & *me*, i. e. corpus meum: Synecdoche integri. Confirmatur hæc expositio ex collatione membri sequentis, ubi idem repetens habet, *sanctum tuum* [a]: & ex v. 29. *David obiit, & sepultus est* [b]. נפש, *anima*, sæpe ponitur pro *persona*, ut Ezec. 41. 15. Amos 6. 8. & pro *cadavere*, ut Levit. 19. 28. & 21. 1, 11. Num. 5. 2. & 9. 10. quomodo & Virg. Æneid. 11. *Ite ait* (Æneas) *egregias animas quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere suo*; ubi loquitur de hominibus defunctis: & pro *vita*, ut Psal. 33. 19. ubi *animam* dicit *emi à morte*; & Psal. 89. 49. *emi animam è manu* שאול, *sepulcri*: quæ vera est hujus loci interpretatio. Et cùm cadaver in sepulcro deponatur, aptissimè idem quoque dicitur in sepulcro non deseri. Neque Petrus hîc disputat de animi immortalitate, sed de corporis incorrupti resurrectione, quam David eo loco non sibi, sed Christo, tribuit [c].) *in*, &c. Εἰς ᾅδου] *In inferno*, Er. Il. Mo. Æth. Vulg. *Apud inferos*, Ti. Be. *In orco*, Ca. *In Hade*, i. e. in statu mortis, vel in Paradiso, sive loco aliquo in quo erat anima (ut Latronis, ità &) Christi, in quem pro brevi tempore descendit, ut se hominem esse ostenderet: nondum enim Christus in cœlum ascenderat ‖. Εἰς ᾅδου, pro, εἰς ᾅδου, scil. οἶκον, in Plutonis seu Orci domo [d]. Hinc colligitur, Christi animam post mortem descendisse ad inferos *. Sed שאול, qui usitatè est *infernus*, sæpe tamen significat *sepulcrum* [f]; ut hoc loco [g]: ut constat tum ex hac Petri citatione [h]; alioqui locus & de Davide exponi potest, quippe qui apud inferos non est relictus [i]: tum ex Act. 13. 34, 35 [k]. Sic ᾅδης sumitur in Eurip. Hecuba, v. 418. Ἐκεῖ δ' ἐν ᾅδου κείσομαι χωρὶς σέθεν, *Illic verò in sepulcro jacebo absque te.* Sic & in Alcest. v. 25. Ἱερῆ θανόντων ὅς νιν εἰς ᾅδου δόμους μέλλει κατάξειν, *Sacerdotem mortuorum, qui ipsam* (Admeti uxorem) *ad Orci domus est deducturus* [l]. Et, *descendere ad infernos*, translatitiè de iis dicitur qui summis opprimuntur doloribus, &c. ut Gen. 37. 35. & 42. 38. Psal. 18. 6. & 49, 15 [m]. [Alii ergò sic reddunt;] *In sepulcro*, P. Pi. &c. ᾅδης significat statum mortuorum, qui duplex est pro differentia bonorum & malorum [n]. De Davide sensus, Non patieris me interfici à Saule, 1 Sam. 22. 1; de Christo, Non relinques me diu sub Regno mortis [o]. ¶ *Nec*, &c. Οὐδὲ δώσεις, &c.] *Nec sines* (vel, *dabis*, Mo. Sy. Vulg. i. e. permittes. Heb. נתן vertitur per ἀφιέναι, ut Gen. 20. 6. Exod. 12. 23. & per ἐᾶν interdum, sæpe & διδόναι, ut Gen. 31. 7 [p].) *sanctum* (Heb. חסיד, *pium* [q], sive *beneficum* [r],) *illum tuum* (i. e. me †, qui sum sanctus ille tuus [t]: per Antonomasiam, utpote Sanctus sanctorum [v]. Vel, *servum tuum*, G.) *videre* (i. e. experiri [x], vel *sentire*, Be.) *corruptionem*, Pi. &c. h. e. putrefactionem [y]: i. e. perdi, interire. Metaphora ab animato ad exanime. Sensus idem qui in priore membro: est enim ἐξήγησις [z].

28. *No-*

28. *Notas mihi fecisti* (i.e. ostendisti, exhibuisti [a].) *vias vitæ*] i.e. Quæ ducunt ad vitam [b]: aditum mihi fecisti ad veram vitam [c]. Revocâsti me in vitam [d], eámque jucundissimam [*]. De Davide, Eximes me his malis, quæ morti comparantur: De Christo, Eximes me morti [f]. ¶ *Replebis me jucunditate* (i. e. omni gaudio & lætitia, in corpore & anima [g]:) *cum* (vel, quæ est *cum*, Pi.) *facie tua*] Heb. *præsentiâ tuâ*: vel, præsentem te mihi exhibendo [h]: vel, apud te [i]. De Davide intellige in Templo; de Christo, in Cœlo [k].

29. *Liceat*, &c. Ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤῥησίας, &c.] *Licet* (vel, *Liceat*, Mo. Ar. *Permittitur*, Tre. *Si licet*, Ca. Camer. *Quandoquidem licet*, Er. Ti. *Cùm liceat*, Fr. Camer. vel, *Siquidem liceat*. Ἐξὸν est significationis absolutæ [l], éstque Participium impersonale [m], positum absolutè in casu nominandi, quod alioqui fit in Genitivis apud Græcos [n]: qualium usus est similis Genitivis absolutis. Similia sunt, δέον, προσῆκον, δοκοῦν, συμβάν, &c. *Si*, vel, *cum*, vel, *ubi deceat*, sive *oporteat*, *conveniat*, *videatur*, *acciderit*. Tale & λεγόμενον, *cùm dicatur*, in Thucid. lib. 2. & ὄν, *cùm ità sit*, vel, *siquidem sit*: Et indè ἐξόν. Sophocles Electrâ, ——— νῦν ἐξὸν πατρὸς, &c. *Cùm liceat*, seu *concedatur modo, te omnium optimi patris filiam perhiberi*. Et μέλον, *cùm curæ sit* [o]. Al. ἐξόν, i. e. ἔξεστι, ex Hebraismo [p]. Al. ἐξὸν hîc valet, ἐξὸν ἐστι. Ipsissima est apud Virg. ellipsis, *Fas mihi Graiorum sacrata resolvere jura* [q].) *libere* (vel, *apertè*, Tre. ex Sy. Ar. Æth.) *dicere apud vos*, Be. Pi. &c. Benigna compellatio [r]. Qui quid liberiùs dicturi sunt ità molliter præfari solent. Petronius, *Pace vestrâ liceat dixisse*, &c. Tale illud, *Sit mihi fas audita loqui* †. Præfatus multum honorem Prophetæ David; præmollit sermonem, qui durior erat futurus auribus Judæorum, si nudè dixisset, *hoc non fuisse prædictum de David, sed de Christo* [t]. ¶ *De Patriarcha*] q.d. *De summo patre*: quomodo & ἀρχιερεὺς est, *summus sacerdos*; ἀρχίατρος, *summus medicus* [v]. Syri & Arabes hîc habent, *de Patre patrum*: sicut & Act. 7. & 8. & 9. habent *Patres nostri*, pro *Patriarchis*. Vox Πατριάρχαι habetur 1 Paral. 8. 28. idémque sonat quod apud Prophetas *capita Patrum*, seu *principes familiarum*, vel *cognationum*. Stante Rep. Ebraicâ, palàm est ex eorum Pandectis non Magistratus aut Jurisdictionis nomen hoc fuisse [x], sed tantùm Dignitatis [y], ac Eminentiæ, quæ reverentiam conciliaret [z]. ¶ *Quoniam defunctus est*, &c.] Non negat verba illa de Davide ullo modo posse intelligi, sed neque tam magnificè, neque tam κατ᾽ κυριολογίαν, quàm de Jesu: unde sequitur eum esse Messiam in Davide præfiguratum. David in sepulcro manet, Jesus non manet [a]. ¶ *Sepulcrum*, &c. Τὸ μνῆμα] *Monumentum*, Be. Pi. & Testis corporis ejus in eo corrupti [b]. Mirum est, illud post tot clades durâsse, sed forsan instauratâ Urbe Regum quoque monumenta renovata sunt [c]. ¶ *Apud nos*], i.e. In hac Urbe: quod soli Davidi concessum [d].

30. *Jurejurando jurâsset*] q. d. Non simpliciter, sed solenni quâdam formulâ & conceptis verbis promisit. Hæ enim repetitiones pondus habent [*]. ¶ *De fructu lumbi ejus*] i.e. De posteris ejus [f]. In lumbis enim est origo seminis [g]. Verba sunt ex Psal. 132. 11 [h]. ubi est, *è fructu ventris tui* [i], vel, *ex partu uxoris tuæ*. Eò sensus eodem recidit [k]. q. d. Ex virgine quæ ex Davide oritura erat [l]. ¶ Τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν] Hæc verba non legunt Vulg. & Æth. neque Sy. & Ar [m]. Habentur autem in textu Græco [n]. [Ea autem cum præcedentibus jungunt, & sic vertunt;] *Ut* (vel, *Futurum ut*, V.) *ex fructu lumbi ipsius*, sive *sui*, *quod*, vel *quantum*, *ad carnem* (i.e. corpus [o]) *attinet*, (hoc ideo addidit Petrus, [vel] quia Christum pro certo habebat conceptum ex Spiritu sancto [p]: [vel, quia] quoad Deitatem cum Patre æternus erat confessus ejus [q]: vel, ut exprimeret veram hominis naturam, & formam servi, quam accepit Filius Patri æqualis [r].) *Christum* (in hoc missum ut Rex esset populi Dei †) *excitaret*, Pi. vel, *suscitaret*: quod refertur, vel, 1. ad resurrectionem [t]; vel potiùs, 2. ad naturalem ejus productionem, ut & 2 Sam. 7. 12. de resurrectione ejus agitur v. seq [v]. Duplex ergò est Christi ἔγερσις, sive ἀνάστασις: altera *incarnationis*, hoc versu, & Act. 13. 23. collat. cum 32, 33. altera *resuscitationis*, h.l. v. 31, 32. & Act. 13. 30, 34, 35 [x]. Hæc autem verba sunt παρένθεσις ἐξηγητική ut intelligatur is homo resurrexisse de morte, qui per maximos cruciatus illam obiisset [y]. Τὸ hîc sumitur τεχνικῶς, sive *materialiter*, & materiam denotat jurisjurandi Dei; nempe *se resurgere facturum*, &c †. ¶ *Sedere*, &c. Καθίσαι, &c.] *Sedere*, sub. *aliquem*, Er. Zeg. *Ut* (vel, *Ac*, Ti. sic V.) *sederet*, &c. Ar. Di. subaudi ἕνεκα τοῦ [z]. quod usitatissimum. Καθίσαι sumo intransitivè, quæ vulgatissima est per totum N.T. ejus significatio [a]. Al. *Sedere faciam*, &c. Tre. *Poneret*, &c. Æth. Al. *Quem collocaret* (vel, *sedere faceret*, D. ut respondeat τῷ להושיב [b]) *super ejus throno*, P. Be. D. Pi. Καθίσαι est & *sedere* & *collocare* [c]. Davidis Regnum fuit super populum Dei, sic & Christi. Nec refert quòd in Christi Regno plures sint è Gentibus: nam in his impletum est quod in Israele erat adumbratum [d].

31. *Providens*, Προϊδὼν] *Prævidens*, La. ex Sy. *Præscius*, Be. Pi [Sic connectitur cum præced.] q.d. David, Cùm Spiritu Prophetico intelligeret, sibi promissum fore, Psal. 132. ut de semine suo suscitaretur Christus, eâdem præscientiâ Propheticâ locutus est Psal. 16. de ipsius resurrectione. ¶ *Neque derelictus est*] Sic Sy. & Ar. Græcè est, *non derelictam esse animam*, quam illi interpretati videntur *personam*, i.e. ipsum [*].

32. *Cujus* (sub. *rei*, Be. sic Pi. Quanquam possit ad Deum, vel Christum, referri [f].) *nos testes sumus*] Non ex fama, sed ex iis quæ visu, auditu, tactúque, percepimus. Hoc testamur omnes pariter, nihil indè lucraturi, nisi odia, verbera, carceres, mortes: quare nulla est causa cur nostro testimonio fidem derogetis [g].

33. *Dexterâ* (i. e. potentiâ, ut Psal. 44. 4 [h]. vel, *Ad dextram*, Pi. Ar. in Di. τῇ δεξιᾷ, pro, πρὸς τὴν δεξιάν, ut alibi Scriptura loquitur. Dativus qualis ille Virgilii, *It clamor cœlo* [i].) *igitur Dei exaltatus*] i.e. In cœlestem regiam sublatus, Joh. 20. 17 [k]. ¶ *Et promissione* (factâ vel sibi à Patre; vel ab ipso Apostolis [l]:) *Spiritûs*, &c.] i. e. Impetrato à Patre jure mittendi Spiritum S. quod Pater ei promiserat. Vide Joh. 14. 26. & 15. 26. & 16. 13, 14, 15 [m]. ¶ *Effudit hoc*] Scil. Spiritum Sanctum [n]: ac proinde Deus est [o]. ¶ *Quod vos videtis* (i.e. *auditis*. Hebræi omnem sensum & internum & externum *videndi* vocabulo exprimunt. Agitur hîc de subito linguarum usu [p]. Vel, *videtis*, in linguis igneis [q].) *& auditis*] Per os nostrum, &c [r].

34. *Non enim David ascendit*, &c.] i. e. Evectus est in cœlum, ut Elias [*], nempe ut ibi ad dextram Dei sedeat: sessionem enim per Synecdochen comprehendit sub ascensione, & propterea ascensionem jam probaturus adducit locum de sessione, &c. Psal. 110 †. Sed David in sepulcrum descendit, 1 Reg. 2. 10. Quare verba Psal. 110. in ipsum congruere non possunt. De eis Psalmi verbis vide quæ diximus tam ad ipsum Psalmum quàm ad Matth. 22. 44 [t]. Non ergò de se loquitur, sed de Christo resuscitato [v]. ¶ *Dixit Dominus* (i. e. Deus Pater [x].) *Domino meo*] i.e. Filio ejus incarnato. Ità probatur Divinitas Christi. Vide Matth. 22. 45 [y]. ¶ *Sede*, &c.] i. e. Regna [z], tanquam proximus à me [a].

35. *Donec ponam inimicos tuos scabellum*, &c.] Vel, *sub scabellum*, Ar. & Æth. in Di. Sic Arabs habet & Matth. 22. 24. & Heb. 1. 13 [b]. Id est, Donec eos tibi subjiciam [c].

36. *Certissimè*, &c. Ἀσφαλῶς, &c.] *Certò* (vel, *Verè*, Tre. vel, *Manifestè*, Æth.) *nôrit*, ידע ידוע [d]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι Κύριον —— ἐποίησε] *Quod Deus hunc fecerit* (i. e. ordinavit & constituit [*]: ut Mar. 3. 14. *Fecit Duodecim*: Sic, *facere Consulem*. Et Il. ἐποίησε παῖδα, &c. *te mihi filium feci*, i.e. adoptavi. Et in fabula Aristophanis, ὃν Ἀθηναῖον πεποιήμεθα, *quem fecimus civem Atheniensem*, i. e. civitate donavimus. Non enim loquitur hîc Lucas de naturæ origine atque persona [f].) *Dominum* (Dominum rerum omnium, magis quàm Adamus fuerat [g].) *& Christum*, Be. Pi. i.e. Regem [h] populi Dei [i]. *Christi* nomen eum Regem à Deo unctum & designatum declarat [k].

37. *His*, &c. Ἀκούσαντες δὲ] *Cùm audissent autem*, Er. scil. ταῦτα, *hæc* [l]; nempe populares qui eò confluxerant, i.e. aliqui ex illis: & subauditur τινές, ut Act. 19. 5 [m]. Sed hoc durum est [n]. ¶ *Compuncti sunt*, &c. ita Er. Mo. Be. Pi. &c. Κατενύγησαν] Sic vertitur יתעצבו, Gen. 34. 7. *dolorem sensere* [o]; quòd Christum crucifixissent [p] ex collat.

collat. v. præced. & v. 23 [q]. ¶ *Quid faciemus*, &c?] Ut malum emendemus [r], ut remissionem consequamur tanti peccati †. Quærunt an aliqua spes restat, & quæ [t].

38. *Pœnitentiam agite*] שובו, *Emendamini* [v]. ¶ *Et baptizetur —— in nomine Jesu*, &c.] i. e. In fide, professione, virtute & meritis, Christi †. Vel, *in nomen*, &c. ἐπὶ τῷ ὀνόματι, pro, εἰς τὸ ὄνομα, ut est Matt. 28. 19. & 1 Cor. 1. 13 [x]. vel, adhibito nomine Christi, ut sciatis & publicè fateamini Jesum esse cujus beneficio peccata deleantur [y]. Non excludit Patrem & Spiritum Sanctum, quia illos Judæi agnoverunt, sed Christum duntaxat nominat, quippe quem nondum agnoverant, &c [z]. *In remissionem*, i. e. in testimonium atque confirmationem remissionis peccatorum: qui Sacramentorum finis est, &c [a]. Non satis est Christo credere, sed oportet & Christianismum profiteri, Rom. 10. 10. quod Christus per Baptismum fieri voluit. Qui hæc præstat [ex fide, eâque operosâ, ut alibi se non semel explicat,] certus fit de remissione peccatorum, ut Constantino dixit Ægyptius quidam, [verbis à G. productis,] ἄφεσις ἁμαρτιῶν, סלח [b]. ¶ *Et accipietis* (sive omnes [c], quotquot pœnitentiâ & fide donati [d], baptizabimini: sive aliqui saltem ex vobis, qui scil. Evangelium annunciarent [*]: *accipietis* autem per impositionem manuum Apostolicarum, Act. 19. versu 6 [f].) *donum Spiritûs Sancti*] Dona hîc intellige, vel, 1. interna, quæ his omnibus jam exhibita sunt, v. g. confirmationem in fide & officiis Christianis, v. 42. & Act. 4. 24, 31. gratiam Spiritûs renovantem, Tit. 3. 5. atque confirmantem, 2 Cor. 1. 22. Vel, 2. externa, sive χαρίσματα, dona linguarum, sanationum, &c. quæ apertè vocantur *donum Spiritûs Sancti*, Act. 10. 45. cui adde Marc. 16. 17. Et hæc dona in aliquos ex eis collata sunt. Ità omnia Spiritûs Sancti dona inter eos sparsa sunt, hæc in quosdam, alia in aliis, &c [g]. Non vult dona extraordinaria in baptizatum quemlibet statim collata fuisse, sed quemlibet tantùm illorum capacem redditum fuisse, ut deinceps, in nonnullis saltem, collata essent per impositionem manuum Apostolorum [h].

39. *Vobis enim* (utpote filiis Abrahæ [i]) *est* (sub. *facta*, Er. V. q. d. Ad vos pertinet [k]:) *repromissio*] Vel, *promissio*, Pi. sic Be. &c. nempe remissionis peccatorum, ut apparet Jer. 31. 34. Zach. 13. 1 [l]: vel de Christo omnibúsque donis ejus, &c [m]: de salute æterna per Christum donanda [n]. Occurrit diffidentiæ eorum de tanta gratia capessenda [o]. ¶ *Et omnibus qui*, &c. Τοῖς εἰς μακρὰν] Subaudi ἐσομένοις, *longè post* futuris, Judæis nempe in multas generationes convertendis [p]. Non placet, quòd dona linguarum & prophetandi (de quibus hîc propriè sermo est) non diu durârunt †. Al. *qui remotiores sunt*, Ca. sim. Ar. *qui longè sunt*, Er. Il. P. Ti. Pi. &c. nempe à Deo, Ecclesia, fide, salute [q]. Εἰς μακρὰν, subaudi ὁδὸν, q. d. qui longâ viâ absunt à nobis, h. e. longè à nobis discrepant religione [r], h. e. Gentilibus †: quorum periphrasis hæc est. Confer Eph. 2. 17. Probatur hæc interpretatio tum ex verbis sequentibus, *quos advocaverit Deus*, &c. tum ex promissionis complemento, Act. cap. 10 [t]. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Τοῖς ἐγγὺς opponuntur non οἱ εἰς μακρὰν, sed οἱ μακρὰν, Eph. c. 2. v. 17 [v]. Resp. 1. Οἱ μακρὰν ibi est pro, οἱ κατὰ μακρὰν [x]. Resp. 2. Τοῖς εἰς μακρὰν idem est quod τοῖς μακρὰν [*] nam præp. εἰς ejusmodi adverbiis junctum sæpe vacat, ut in εἰς τὸ παραχρῆμα, *statim*, εἰς αὔριον, *cras*, εἰς ἔτι, *adhuc*, εἰς ἅπαξ, *semel*, εἰς τρίς, *ter*, &c [y]. 2. Gentium vocationis arcanum Petrus nondum nôrat, nec, si nôsset, Judæis tunc adhuc novitiis id patefieri expediebat [z]. Resp. Ægrè credo, Apostolum, Scripturarum peritissimum, & jam Spiritu Sancto illuminatum, vocationem Gentium, quam tot Prophetæ toties & tam clarè prædixerant, quámque hodierni quoque Judæi futuram tempore Messiæ agnoscunt, aliquando futuram ignorâsse. Nec obstat historia Act. 10. Sciebat Petrus vocandas fore Gentes, quando, ignorabat; quúmque hactenus vocatæ non essent, detrectavit iis agglutinari [a]. Jam dixerant [Apostoli] à Christo per eum remissionem peccatorum etiam Gentibus dari, Matth. 28. 19. vide supra v. 18. sed quibus legibus eam adepturæ essent Gentes, id necdum sciebant [b]. ¶ *Quoscunque advocaverit*, &c.] i.e. Sanctâ vocatione aggregaverit ad nos [c], sive ad Ecclesiam suam [d]: i. e. quicunque vocati paruerint. Nam sæpe in vocibus beneficium significantibus tacitè subintelligitur beneficii acceptatio. Sic nomen *vocatorum* sumitur 1 Cor. 1. 24. & Judæ 1. 1. Sic *revelari* sumitur Esa. 53. 1. Sic Deus *dare pœnitentiam* dicitur 2 Tim. 2. 25. *dare panem de cœlo*, Joh. 6. 32. *dare cor*, Deut. 29. 4. multáque sunt alibi pari sensu posita [*].

40. *Aliis etiam verbis plurimis testificatus est*, Διεμαρτύρετο] *Testabatur*, V. quasi testibus adhibitis asseverabat & confirmabat dicta sua [f], tum ex Scriptura Sacra [g]; tum ex Christi sanctitate, miraculis, &c [h]. Hinc constat, solere Lucam, aliósque Evangelistas, non totas conciones, sed earum summam, reticere [i]. *Obtestabatur*, Be. Pi. Dei auctoritate & nomine interposito [k]. ¶ *Salvamini* (vel, *Servate vos*, recedendo scilicet, vel separando vos [l]: *Segregate vos*, V.) *à generatione* (vel, *gente*, Be. sim. Pi.) *ista prava*] i. e. Deserite hujus improbæ gentis mores [m]. Eadem phrasis in Platone, πῶς ἐσώθης ἐκ τῆς μάχης; *quomodo è pugna incolumis evasisti?* & in Jer. 30. 30. *Servabo te* —— (scil. reducendo) *è terra captivitatis ipsius*: Sic & in Act. 23. 24. ἵνα —— διασώσωσι πρὸς Φήλικα, *ut Paulum ad Felicem conservent*, id est, salvum incolumémque perducant. Vide & Act. 27. 44. 2 Tim. 4. 18 [n]. Γενεὰ σκολιὰ dicitur ex Deut. 32. 20. Respondet Hebræo נלוז [o].

41. *Qui*, Οἱ μὲν] *Et quidam eorum*, Di. ex Sy. & Ar. Idem quod οἱ δὲ, &c. Matth. 28. 17. *quidam hæsitabant* P. ¶ *Libenter*; ità Er. Be. P. Pi. &c. Ἀσμένως] *Promptè*, vel *paratè*, Di. ex Sy. & Ar. i. e. sincerè [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ προσετέθησαν] *Et accesserunt*, Ti. Ca. *Et additæ*, vel *appositæ*, *sunt*, P. Be. Mo. Pi. &c. sub. *Ecclesiæ*, ex v. ultimo [r]; vel, Discipulis Jesu Christi, cœtui illi 120 hominum †.

42. *Erant*, &c. Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες, &c.] *Perdurabant* (vel, *Perseverabant*, Tre. ex Sy. Ti. sic Er. Il.) *autem* (*magnâ*, scil. *continuâque instantiâ & constantiâ*, ut vox significat [t]:) *in doctrina*, &c. Be. Vide Act. 1. 14. & 2. 46. & 6. 4. & 8. 13. & 13. 6. Rom. 12. 12. & 13. 6. Col. 4. 2. Hebræi dicerent שוקדים [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου] *Et communicatione fractionis panis*, &c. Vulg. Τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει, *communione & fractione*, putavit poni pro, τῇ κοινωνίᾳ τῆς κλάσεως, *communione fractionis*, i.e. communi fractione: sicut *paterâ libabat et auro*, i. e. paterâ auri sive aureâ [x]. Τὸ & accepit quasi exegeticum, pro, *id est* [y]; aut hendyadin esse judicavit, ut in illo Virgil. *Aurum frenósque momordit*, i. e. frenos aureos [z]. *In communicatione, videlicet fractione*, &c. Quis enim nescit sacram Synaxin constitisse tribus partibus, auditione Verbi, Orationibus, & communicatione Eucharistiæ [a]? *Et communicabant in precibus & fractione Eucharistiæ*, Sy. in Be. [Alii aliter:] *Et communione* (vel potiùs, *communicatione*, Ham.) sub. *bonorum*, Er. V. sic Be. Pi. ut declaratur v. 44, 45 [b]. Voces κοινωνεῖν & κοινωνία significationem habent *liberalitatis*, sive *communicationis*, *facultatum nostrarum egenis*, tum in N. T. ut Rom. 15. 26. 2 Cor. 8. 4. & 9. 13. Heb. 13. 16. tum in Simplicio & Luciano, [verbis à Cl. Ham. productis. Aliis hæc sententia non placet:] Cùm de communione bonorum infrà demum agere incipiat [c], videtur hîc vox κοινωνίας rectè intelligi pro *colloquio*: quo modo κοινωνεῖν alibi sumitur [d]. [Hæc de primo membro. Secundum sic reddunt:] *& fractione panis*, Be. Pi. Ar. *Panem* hîc intellige, vel, 1. communem; q. d. habebant communes mensas [*]: vel, 2. Eucharisticum [f]: unde dicit, τοῦ ἄρτου, i. e. *illius panis* [g]. Deinde vulgaris comestio in V. T. & RR. rarò exprimitur per *fractionem panis*, sed potiùs, per *manducationem panis*. Adde, quòd fractio panis in Sacramento est necessaria, 1 Cor. 11. 24. Confer 1 Cor. 10. 16 [h]. At nulla hîc fit mentio calicis [i]. Est ergò Synecdoche membri, qualis Act. 20. 7 [k]. [Vel, 3. utrumque;] q. d. Frugalibus conviviis, quæ Eucharistiæ sumptione claudebantur: quare *Eucharistiæ* mentionem hîc fecit Syrus. Vide quæ diximus ad Mat. 26. 21. κλάν ἄρτον, פרס לחם, Jer. 16. 7. Hebræorum panes tales erant qui manu facilè frangerentur: indè *fragmenta*, μερίδες, בצועין Hebræis [l]. [Sequitur,] *& precibus*, Pi. &c. Act. 1. 14. Tertul. Apologetico, *Coimus ad Deum, quasi manu factâ precationibus ambiamus. Hæc vis Deo grata est.* Simil. & Chrysost [m]. [Verba vide in G.]

43. Omni

q Pi. r Me. † Pi. t G. v Idem. † La. sic T. x Pi. y V. z Li. 49. a Pi. b G. c Pi. d Ham. * Pi. f G. g Ham. h Li. i T. ex La. k Pi. l G. m Me. ex La. n T. o Me. p Be. in Di. † Pi. q Me. ex La. r Pi. † La. Me. T. t Pi. v Be. x Pi. y Di. z Be. a Di. b G. c Pi.

d T. * G. f La. g La. sic San. h La. i San. k Be. l Ga. a. 31. 329. m G. n Ga. adv. cap. 31. o G. p Di. q Ham. r Be. Pi. † G. sic San. t La. v G. x Di. y La. Med. lib. 2. de Christiano sacrificio, c. 5. z La. a Med. ib. b Pi. c G. sim. La. d G. * Q. in La. sim. Pe. f La. sim. Pi. Med. Li. g La. h Li. 50. i Er. k Pi. l G. m Idem.

43. *Omni animæ*] i. e. Omni homini [n], scilicet degenti Hierosolymis, nec aggregato ad istum cœtum. Synecdoche duplex [o]. Ψυχὴ pro homine & alii usurpant, & Epiphanius [p], & Polybius, l. 16 [q]. [Verba habet Cas.] ¶ *Timor*] i.e. Horror, indéque reverentia [r]. Reverentiâ magnâ Apostolorum omnes tenebantur propter sermonis vim & antecedentia signa †. Vide Act. c. 5. v. 5, 11. ¶ *Prodigia & signa*] Habes hæc duo in Act. 4. 30 [t].

44. *Erant pariter*, Ἐπὶ τὸ αὐτὸ] *In eodem* loco, Er. V. sic Be. Pi. *Simul*, vel *Conjuncti*, V. sic Me. T. nempe statis horis ad concionem, communionem & orationem, confluentes [v]. *Pariter*, non sanè loco, sed fide & charitate [x]. Communes intelligit Ecclesiæ cœtus cum mutua in eandem doctrinam consensione & summa animorum concordia [y]. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ, apud Lxx, denotat convenientiam, sive concursum, hominum, vel, 1. in eodem cœtu, ut Jud. 6. 33. & 19. 6; vel, 2. in eadem conditione, ut Esa. 66. 17. Jer. 6. 12; vel, 3. in eadem actione, quamvis locis aut cœtibus distincti sint, ut 2 Sam. 2. 13. Psal. 2. 2. & 34. 3. & 49. 2. &c. ità & h. l. Cœtus enim diversos fuisse docet tum multitudo credentium, tum diversitas linguarum & gentium [z]. ¶ *Habebant omnia communia*] Præter uxores [a]: usu videlicet charitatis quæ certâ ratione exercebatur [b]. *Communia:* nempe quomodo Esseni, de quibus erat bona pars Christianorum; quorúmque instituta Christus nunquam reprehenderat. De illis loquor Essenis qui conjuges ac liberos habebant, Philo, ἓν ταμεῖον ἐν πάντων, &c. (*Unum omnibus promptuarium, communes sumptus, cibi, vestes, &c.*) Hos idem dicit, τὰ ἴδια προφέρειν, &c. (*facultates proprias in medium proferre ad communem participationem atque fruitionem.*) Idem de eis tradunt Josephus & Zachuth, necnon Theophrastus, [cujus verba vide in G.] Par vita Pithagoristarum, quorum multa instituta ab Essenis aut eorum Auctoribus. Iamblichus de iis, Ἴδιον, &c. (*Nemo quicquam ut sibi proprium possedit.*) Id κοινόβιον vocat Gellius, 1. 9. & explicans, ait, *quod quisque familiæ pecuniæque habebat, id dedisse in medium, & coitam societatem inseparabilem* [c]. Soli autem Judæi hoc fecisse dicuntur, qui Excidium gentis brevi futurum credebant, ac propterea facultates suas, dum liceret, optimis usibus impenderunt, ut scil. Apostoli aliique Evangelium liberiùs prædicare possent, &c [d].

45. *Possessiones*, &c.] Scil. *agrorum*, aut *domorum* [*], ut explicat Lucas, Act. 4. 34 [f]. Τὰ κτήματα videntur esse bona immobilia, qualia sunt fundi, agri, prædia: unde κτῆμα est *ager*, Sirach. 28. 27. & 36. 25. & apud Lxx, Prov. 23. 10. & *vinetum* apud Lxx, Os. 2. 15. Joel. 1. v. 11. idémque est quod χωρίον, Act. 5. 1, 8. τὰς ὑπάρξεις vocat reliqua omnia bona [g]. Rerum suarum venditarum pretia dabant Apostolis in usus communes, Act. 4. 37. ¶ *Prout cuique opus erat*] Nempe ægrotis ad medicamenta & alias res necessarias; item ad alimenta infantium. Nam cæteri viri fœminæque de publico vestiebantur, de publico mensam habebant communem κατὰ φρατρίας [h].

46. *In Templo*] i.e. In atrio [i]: ubi ad docendum publicè conveniebant [k], cùm spatiosæ ibi essent porticus [l]. Ibi Deum colebant [m], quotidie horis precationis consuetis [n]. Quanquam cœtus habebant peculiares, tanquam Synagogas, tamen communes in Templo populi cœtus non deserebant. Vide infrà c. 3. v. 1 [o]. Credentes Judæi reverentiam exhibebant Legi, & Templo dum staret; quam & Apostoli ad tempus permiserunt. Vide Act. 15. & 21 [p]. ¶ *Frangentes*, &c. Κλῶντές τε κατ' οἶκον ἄρτον] *Frangentes domatim* (vel, *per singulas domos*, Er. V. sim. Val. Salm. nunc hîc, nunc illic, simul congregatos [q]: ut κατὰ πόλιν est, *per urbes*, vel *oppidatim* [r], Luc. 8. 1. & Tit. 1. 5. & mox, καθ' ἡμέραν, *quotidie*. Ellipsis particulæ universalis, quæ suppletur Act. 15. 21. κατὰ πᾶν σάββατον, & 36. κατὰ πᾶσ πόλιν †. Nam & Pascha νομικὸν Judæi in suis quisque domibus edebant. Sic & Agapæ Christianorum modò in Ecclesia, modò in privatorum domibus, celebrabantur [t]. Vel, *domi*, Di. Deni aut viceni simul ad mensam conveniebant in ædibus ad id commodissimis [v].) *panem*, Be. Pi. i. e. vescentes [x]: vel, divites frangebant (i. e. distruebant atque communicabant) panem pauperibus. Vide Esa. 58. 7 [y]. Vel, panem Eucharisticum [z], & post eam Agapen, sive epulum commune per varias domos, &c [a]. ¶ *Sumebant*, &c. Μετελάμβανον τροφῆς] *Capiebant* (vel, *Invicem sumebant*, Er. V. Μεταλαμβάνειν est, *ab alio sumere*, &, *participem esse* [b]. Malim, *Unà capiebant*, ut μετὰ ad communem illum victum referatur [c].) *cibum*, Pi. ¶ *Cum exsultatione*] Ità Be. Pi. &c. vel, *gratulatione*, V. ob tanta Dei beneficia [d], ob mutuam charitatem, & consolationem ex sumptione Eucharistiæ [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀφελότητι, &c.] *Et simplicitate* (vel, *hilaritate*, Ar. vel, *puritate*, Tre.) *cordis*, Il. Mo. Be. Pi. &c. Sine malitia, dolo, suspicione, invidia; sed benevolè, candidè, sincerè [f], hilariter, liberaliter [g]. Significat omnia bonâ fide esse gesta, nullas exquisitas delicias, quosvis de suo libenter cum fratribus communicasse [h]: quod vocatur ἁπλότης κοινωνίας, 2 Cor. c. 9. v. 13 [i]. *Corde puro:* quod ἐν ἁπλότητι, Rom. 12. 8. 2 Cor. 1. 12. Col. 3. 22. Eph. 6. 5. Sic, καθαρὰ καρδία, Gen. 20. 5. ὁσιότης καρδίας καὶ εὐθύτης, 1 Reg. 9. 4. τελειότης secundùm quosdam Interpretes Græcos, Prov. 11. 3. ἁπλότης καρδίας, 1 Par. 29. 17. ἀλήθεια, Prov. 28. 6 [k]. Sed brevi corrupta erant hæc convivia, ut notum [l].

47. *Et*, &c. Καὶ ἔχοντες χάριν πρὸς, &c.] *Et habentes gratiam apud totum populum*, Be. Pi. sic Er. V. i.e. grati & accepti populo [m]. Confer Luc. 4. 15. Act. 5. 13, 34. item 1 Sam. 18. 5. Iamblichus, 1. 6. de Pythagoræ discipulis, *Erant* εὐφημούμενοι, καὶ παρὰ τῶν περὶξ πόλεων μακαριζόμενοι †. Erant gratiosi etiam apud τοὺς ἔξωθεν, ob bonitatem, modestiam, patientiam; quarum virtutum ea vis est, ut amorem etiam à disparis vitæ hominibus extorqueat [n]. Similis phrasis in Plinio, 19. 1. *Lanugo illis nulla: quod apud alios gratiam, apud alios offensionem, habet* [o]. Sic Herodian. lib. 1. Ἀνδρείας καὶ εὐστοχίας παρὰ τοῖς δημώδεσιν εἶχέ τινα χάριν, *Fortitudinis & exactè jaculandi causâ, apud plebeios gratiam aliquam habuit.* Et versus proverbialis, Ἅπαντα καιρῷ χάριν ἔχει τεθνηγμένα, (*Omnia suo tempore comesta gratiam habent* [p].) Al. *Et exercentes* (ut ἔχειν sumitur Matt. 13. 12. & Heb. 12. 28.) *charitatem*, sive *liberalitatem*, (ut χάρις sumitur tum in Epicuri Libro, tum 2 Cor. 8. 4. tum quoque Act. 4. 33. ubi μεγάλη χάρις à Syro vertitur, טיבותא לבתא, i.e. *magna bonitas*, sive *benignitas*,) *ad*, vel *erga*, *omnem populum*. Ità & Syrus h. l. יתיבון ברחמא, i. e. *dederunt eleemosynas coram omni populo*; non, ut Guido Fabritius vertit, Græcum potiùs textum quàm Syrum respiciens, *cùm iniissent gratiam*, nam יהב sign. *dedit*, & רחמא, *misericordia, eleemosyna.* Vide 2 Cor. 8. 19. ¶ *Dominus autem augebat*, &c. Προσετίθει τοὺς σωζομένους καθ' ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ] *Addebat servandos* (vel, *qui salvi fiebant*, Mo. *qui salvi fierent*, Er. Il. P. Be. Pi. &c. Τοὺς σωζομένους hîc intellige eos qui se segregabant à communi Judæorum impietate. Vide suprà 40. Heb. פליטים, quicunque malum aliquod effugiunt: dicuntúrque ii Græcè σωζόμενοι, ἀνασεσωσμένοι, ἀνασωθέντες, ἐξαιρούμενοι, διαπεφευγότες. Prius est, Vitia fugere; sequitur, Addiscere virtutes, quod fit in Ecclesia [r].) *quotidie Ecclesiæ*, Ca. Be. &c. vel, *congregationi*, Er. Ti. Pro, τῇ ἐκκλησίᾳ, Vulgatus habet, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *in id ipsum* †, i. e. in eandem societatem rationémque vivendi [t]. Sed id pertinet ad sequentem narrationem [v].

CAP. III.

1. **P**Etrus, &c. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος, &c.] *Circa idem tempus* (vel, *Simul*, Er. Camer. *In id ipsum*, Zeg.) *Petrus*, &c. G. ¶ *In templum*] Solenni aliquo die, Sabbato, aut Festo, forsan eodem die Pentecostes: ut ostendit maximus populi conventus: nam 5000 jam conversi sunt, ut 3000 horâ tertiâ ejusdem diei [a]. ¶ *Ad*, &c. Ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην] *Ad* (vel, *Sub*, P. Be.) *horam orationis nonam*, Mo. sic Er. Pi. vel, nempe *nonam*, P. Be. simil. Ca. *Tempore precationis horâ nonâ*, Sy. vel, *horæ nonæ*, Tre. *Quæ hora precationis erat diei nona*, G. scil. ab ortu Solis [b]: quæ incipiebat horâ tertiâ post meridiem [c], & finiebatur in vespera Solísque occasu [d]: quod tempus vocatur, *inter duas vesperas*, Exod. 29. 39 [*]. Placet hîc ea adferre quæ tradunt Judæi

Marginal notes (left column): [n] Pi. ex Pe. sim. Ca. [o] Pi. [p] G. [q] Cas. [r] Me. T. † G. sim. Me. T. [t] G. [v] Me. & T. ex La. [x] San. [y] Be. [z] Li. 51. [a] T. ex Tertul. [b] Be. [c] G. [d] Med. l. 1. dissert. 28. p. 171. [*] La. Me. [f] La. [g] Di. sim. Be. [h] G. [i] V. [k] Be. sim. Me. [l] Be. [m] Di. Med. [n] Med. l. 2. p. 409. Li. [o] G. sim. Li. 52. [p] Li. ib. [q] Q. in Di. [r] Salmas. [t] Be. † Be. [t] Salmas. [v] G. [x] Be. [y] Pi.

Marginal notes (right column): [z] La. & T. ex Oecum. [a] T. ex La. [b] V. [c] Be. [d] G. [*] Me. ex La. [f] La. Me. [g] La. [h] Be. La. ex Chrys. [i] Be. [k] G. [l] Be. [m] Be. sic La. Me. Pri. † Pri. [n] G. [o] Be. [p] Sch. [q] Ham. [r] G. † Be. [t] T. [v] Be. ex Chrys. [a] Li. 52. [b] Pi. [c] La. sic Me. T. sim. Be. [d] La. [*] Be.

Judæi de Precum institutione & tempore. Sic ergò Maimon. *Deus quotidie orandus est, ex præcepto. Cæterùm, neque numerus Precum, neque obligatio ad hanc vel illam Precem, nec tempus certum & definitum Precum, est de Lege. Corrupto autem ex captivitate sermone, cùm Judæi singuli non possent linguâ sanctâ orare, instituit Esdras 18 formulas εὐλογιῶν, quæ conceptis verbis fierent. Numerum porrò Precum instituerunt pro numero oblationum* [f]. Tres ergò quotidie erant Preces [g]: 1. *Matutina* [h], quæ dicebatur אור [i]; vel, שחרית [k], quæ ab Abrahamo instituta est [l], & respondit oblationi matutinæ [m]. 2. *Meridiana*, צהרים [n], ab Isahaco instituta [o]. Aliis dicitur מנחה, quæ vespertinæ respondit oblationi [p]. 3. *Vespertina*, ערבית [q], quam Jacob instituit [r]. Nihil hac in parte mutârunt Christiani. Clem. Constit. Τρὶς, &c. *Ter quotidie orate.* Idem & Tertul. De jejuniis, probat exemplo Danielis, &c. [Verba quære in G.] Idem nos docet *quartâ & sextâ* à Sabbato *stationes*, i. e. semijejunia protracta ad nonam: quod & Judæorum religiosioribus factum notat Maimonides †. Festis autem diebus tribus dictis Judæi quartam addebant, dictam מוסף post precem matutinam, quæ addititiis, ut ità dicam, oblationibus ἀντίστοιχεῖ: die denique Jejunii, sive Propitiationum, & quintam addebant, dictam נעילה, quæ perficienda erat cùm Sol occidit [t]. Horæ Precationis primariæ erant duæ, Prima, & Nona [v]: His addebant Tertiam [x]. Ea autem Precatio [de qua hîc agitur] *vespertina* dicitur, quia vesperi incipiebat, Sole declinante. Exempla habes Gen. 24. 63. Judith. 9. 1. Act. 10. 30. Vide quæ diximus ad Matt. 14. 15. & 27. 45. Et solebat fieri addito מנחה, ut apparet Dan. 9. 21. vocabatúrque id מנחה, sive μικρά, *parvum*, quia matutina oblatio erat uberior [y]. Mahomedani quinquies in die precari tenentur; 1. in diluculo; 2. oriente Sole; 3. meridie; 4. inter meridiem & vesperam; 5. occidente Sole: quibus ex traditione & consuetudine addunt 6. in vespera, nempe 1½ horâ post occasum Solis; & 7. circa mediam noctem [z].

2. *Claudus ab utero*, &c.] Quod exaggerat miraculi magnitudinem [a]. ¶ *Ad portam templi*] Ubi major hominum frequentia [b]. Solent plerumque in descriptione Templi πύλαι dici: sed interdum & θύραι, ut 2 Par. 4. 22. Ezec. 40. 13. Vocesque Hebrææ שער פתח & modò vertuntur, πύλη, modò θύρα [c]. ¶ *Quæ dicitur Speciosa*] Ità Be Pi. &c. *Formosa* Camer. à pulchritudine [d]. Erat una ex decem atrii portis *, ad Orientem [f]: à Josepho *Corinthia* dicta [g], quia facta ex ære Corinthio [h]; Josephus, de Bel. Jud. 7. 12. ubi vir doctissimus, Lud. Capellus ἐξωτέρω pro ἐνδοτέρω legendum putat, non levibus de causis [i]. Erat hæc ad ingressum atrii secundi, sive Judæorum. A Judæis ergò emendicavit, non à Gentilibus, præ eorum, ut videtur, fastidio [k]. ¶ *Ut peteret eleemosynam*; ità Be. Pi. Τοῦ αἰτεῖν, &c.] *Ad petendam stipem.* Sic loquuntur Cicero, Seneca, & Latinorum alii [l].

3. *Rogavit*, &c. Ἠρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν] *Rogavit ut eleemosynam acciperet*, Be. Pi. Λαβεῖν eleganter abundat, ut in Eunapio, Ἤτει λαβεῖν & in Aristoph. Αἰτῶν λαβεῖν τι, &c. Similia in Virg. 10. *Donat habere*; & in Apul. 3. *Telum aliquod quærens invenire.* Et δοῦναι abundat Act. c. 7. v. 46 [m].

4. *Intentis*, &c. Ἀτενίσας, &c.] *Intentis*, sive *Defixis in eum oculis*, Be. Pi. Er. Il. &c. ¶ *Respice in nos*] Hoc jubet; tum ut attentionem ac spem excitaret; tum ut claudus modum miraculi videret [n].

5. *At*, &c. Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς] *Ille igitur attendebat* (vel, *intendebat*, Er. Il. Ti. P. sub. *oculos*, Ti.) *eos*, Mo. Be. Pi. vel, *iis*, P. *in eos*, Er. Il. Ti. Animo nimirum & oculis [o]. Vox est bene Græca, quales multæ apud Lucam. *Intentus os tenebat* [p]. Hoc egit quod jussus est [q].

6. *Aurum non est mihi*] Vel, 1. in promptu & ad manum. Vel, 2. proprium: alioqui multorum agrorum pretia ad pedes ejus quotidie adferebantur [r]. Apostoli pauperes erant censu, divites spiritu & fide †. ¶ *Quod habeo*, &c.] i. e. Potestatem sanandi ægros, quæ mihi donata est, tibi applico [t]. ¶ *In nomine*, &c.] Id est, virtute [v]: vel, ex mandato [x]. ¶ *Surge*, Ἔγειραι] Vide quæ diximus ad Marc. 1. 31 [y].

7. *Et*, &c. Καὶ πιάσας, &c.] Hoc est, κρατήσας, quæ vox irrepsit in quosdam Libros [z]. *Et prehensâ*, vel *apprehensâ*, *manu*, &c. Er. Be Pi. Πιάζειν, seu πιέζειν, est, *manu premere*: quod fieri solet inter bene volentes sibi mutuò [a]. ¶ *Protinus* (ut appareret esse Divina sanatio [b],) *consolidatæ* (vel, *confirmatæ*, Mo. sic Tre. P. Pi. Sy. Æth.) *sunt bases*, &c. Αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρά] *Plantæ* (vel, *gressus*, Er. ex Iren. *pedes*, Tre. P. Pi. Er. sic Sy. Æth. *crura*, Ca. כפים, sive כפות, βῆμα, Deut. 2. 5. Nam & Latinis *solum* & pedis infimum significat, & id cui pes imprimitur: sic & Hebræis [c]. Crura & plantæ quibus nititur ipsum corpus, ut domus fundamentis [d]. Βάσεις modò sunt *incessus animalium*, ut Sophoc. Ajace, 1. 1. —*quasi canis — sagacis* βάσις, *incessus*: modò, *id quo instruitur incessus*; vel etiam, *id quo nititur & insistit* *.) *ac malleoli*, P. Be. vel, *plantæ*, Mo. *tali*, Er. Il. Ti. V. Camer. sic Ca. Compages tibiæ & calcis [f]: *calcanei*, Tre. sic Ar. קרסלים. Sic dicitur pars illa circum talos [g], Σφυρὰ vocat extrema illa quæ ad talum desinunt, & ad latera extuberant; processus nimirum illos appendicum ossium quæ tibiam constituunt, quæ *malleolos* vocamus, quia mallei speciem quodammodo repræsentant. Nos *pedis clavos* vocamus, quòd in illa vertebra pes vertatur, quæ nisi firma fuerit, gradiri non possis [h].

8. *Et exiliens*, &c.] Scil. è grabbato in quo jacens ad januam Templi solebat deferri [i]. Respicitur vaticinium Esa. 35. 6 [k]. Exiliuit tum præ gaudio, tum ut fidem faceret miraculi [l].

11. *Cùm*, &c. Κρατοῦντος, &c.] *Cùm autem — teneret* (vel, *detineret*, Cas. *retineret*, V. sic Ca.) *Petrum*, &c. Er. Il. Be. Pi. Tenuit autem; vel, 1. nè ab iis disjunctus rursus claudicaret [m]: vel, 2. ex amore, reverentia, & gratitudine [n]: ut miraculum prædicaret [o], & sanatores suos toti populo ostenderet [p]. ¶ *In porticum — Solomonis*] Sic dictam, non quasi ipsa esset porticus quam construxit Solomon, quæ incensa est per Chaldæos, sed quia hæc porticus eodem prorsus loco erecta fuit [q]; vel, quòd illa à Chaldæis superstes manserat, saltem bonâ sui parte [r]. Erat hæc prima porta, vel introitus in montes domûs Domini: nec sola porticus, sed & Atrium intra eam, illo nomine donabatur †; ut ex eo liquet, quòd tot millia hominum jam confluentium contineret [t]. Erat hæc pars Atrii gentium à Solomone olim constructi [v]: quod *porticus* vocabatur ad distinctionem Atrii Judæorum, quod vocabatur *templum*, cui Atrium gentium exteriùs adjacebat quasi porticus [x]. Al. Erat hoc Atrium Judæorum [y]. Verùm mendici in locum Judæis sanctissimum minimè admissi essent, &c [z].

12. *Petrus respondit*] Non tamen solus, ob Act. 4. 1. *Loquentibus illis* [a]. ¶ *Quasi*, &c. Ὡς ἰδίᾳ δυνάμει πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν] *Quasi propriâ vi* (vel, *potentiâ*, Be. *facultate*, Camer. medicâ facultate [b]: *virtute* suâ scil. & à Deo non datâ. Donum hoc non erat inhærens iis per modum habitûs, sed assistens per modum transeuntis [c].) *aut pietate* (vel, *religione*, V. quâ impetraverimus à Deo ac meriti simus hanc gratiam [d]: aut quasi Deus nobis hoc ob nostram pietatem largiretur. Hoc ideo aiunt quia donum hoc acceperant non in suo, sed in Jesu, nomine, ut ejus Discipuli & testes. Vide quæ sequuntur v. 15, 16 *. & confer Joh. 9. 31. Omnes Codices mei hic habent εὐσεβείᾳ: at Sy. & Ar. legerunt ἐξουσίᾳ, *robore*, seu *viribus*: alii δυνάμει, *potestate*: quæ lectio nec Erasmo displicet, nec mihi [f]: imò hæc lectio melior est. Expende, lector, an tam bene dicatur, *Non nostrâ pietate, sed Jesu Nazareni*, quàm, *Non nostrâ potestate, sed potestate Jesu* [g].) *effecerimus ut hic ambulet*, Pi. Be. In hujuscemodi locutionibus subauditur τὸ πρᾶγμα, *rem hanc, nempe ut hic ambularet.* Sic & infra 28. 1 [h]. Ellipsis hic est & vocis ἕνεκα, aut similis; & τοῦ ἕνεκα, vel χάριν quasi sic scriptum esset, ὡς πεποιηκόσι τοῦτο, ἕνεκα, vel χάριν, τοῦ περιπατεῖν αὐτόν. Similis Ellipsis Act. 27. 1. ὡς δὲ ἐκρίθη (supple γνώμη, aut simile) τοῦ ἀποπλεῖν. & 1 Cor. 2. 2. οὐ γὰρ ἔκρινα (supple γνώμην, vel ὑπόληψιν,) τοῦ εἰδέναι, &c. Sic & 1 Cor. 7. 37. Καὶ τοῦτο κέκρικεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ (subaudi ἕνεκα, vel χάριν,) τοῦ τηρεῖν, &c *. Totam hujus facti laudem in Christum refert [i]. Damnat eos qui hominum sanctitatem miraculorum causam esse putant [k].

13. *Glorificavit Filium*, &c. Τὸν παῖδα, &c.] *Puerum*, i. e. servum, ut Act. 4. 25. Confer Esa. 53. 11 [l]. Παῖδα, i. e.

[f] Cap. [g] Cap. ex Maim. sic D. ex Hi. & K. &c. [h] D. Cap. G. [i] G. [k] Cap. [l] He. in D. [m] Cap. [n] G. ex D. [o] He. in D. [p] Cap. ex Maim. [q] D. Cap. G. † He. in D. [t] G. [v] Cap. [x] Me. sim. Cap. [y] D. [y] G. [z] Di. [a] Me. [b] San. [c] G. [d] Me. ex La. [f] La. & Me. ex Jo. sim. V. [g] V. [h] Me. ex La. [i] G. La. Me. [k] G. [l] Li. 53. † G. [m] Pri. [n] La. [o] Be. [p] G. [q] Pri. [r] E. † La. [t] T. [v] Me. [x] Pi. [y] G. [z] Cas.

[a] G. [b] Me. ex La. [c] G. [d] V. * Sch. ex Camer. [f] Camer. [g] G. [h] Be. [i] Cas. [k] G. [l] Me. [m] Oecum. in La. [n] Chrys. & Th. in Camer. sim. [o] Be. [p] Me. ex La. sim. Be. [q] San. [r] La. sim. San. † Li. 53. [t] Me. & La. ex Oecum. [v] Li. ex Jo. [x] La. [y] Me. ex La. sim. T. [z] La. [a] Rib. in La. [b] La. [c] Li. 54. [d] G. [e] E. [f] Pi. * G. [g] Be. [h] D. [i] G. * Sch. San. [k] Calv. [l] P.

i.c. υἱὸν, quomodo Deus eum appellaverat, Mat. 3. 17. Id enim magis hîc respicitur quàm admirabilis conceptio, paucis adhuc nota. Παῖδα, cùm de Jesu dicitur, *Filium* vertunt etiam Ambrosf. & Hilar. ut notat Erasmus Act.4.27. ¶ *Vos tradidistis*] Pilato. Hoc propriè ad Senatores pertinet, Matth. 27. 1 Joh. 18. 30. ¶ *Et abnegastis*] Hoc ad populum. Sensus est, Noluistis eum pro Christo agnoscere. Simile loquendi genus de Mose, Act.7.35 [m]. Vel, *negastis* dimitti debere, Barabbam ei præferentes [n]. ¶ *In conspectu Pilati*; ità Er. Il.Be.Pi. Κατὰ πρόσωπον, &c.] *Adversùs* (vel, *Ante*, Tre.Mo. sic Ca.) *faciem*, &c. i.e. contra voluntatem ejus [o]. ¶ *Judicante*, &c. Κρίναντος, &c.] *Quum ille judicâsset* (vel, *statuisset*, Er. vel, æquum *judicâsset*, & sub. *eum*. Ellipsis [p].) *esse dimittendum*, Pi.Be. &c. vel, *absolvere*, Er. *dimittere*. Idem est quod Syrus hîc significat per הודיק [q].

14. *Homicidam*] Auctorem seditionis, unde cædes erat orta, Luc.23. 19.25 [r]. ¶ *Donari*, &c. Χαρισθῆναι ὑμῖν] *Condonari vobis*, Be. In vestram gratiam dimitti †. Contrà, χαρίζεσθαί τινα dicitur & qui in gratiam alterius aliquem damnat, Act.25.11,16 [t].

15. *Authorem* (vel, *ducem*, sive *principem*, Be. Pi.) *vero vitæ*] i.e. Eum qui unus est dux ad vitam [v], scilicet æternam [x]. Respicit ad Esa.9.6. ubi typus Christi [vel Christus ipse, ut plerique statuunt. Vide ibi dicta] vocatur אבי עד, quod LXX vertunt, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Jam ostenderat Jesus hunc sibi titulum competere mortuos excitando. Et est manifestum ἀντίθετον in vocibus φονέα & ἀρχηγὸν ζωῆς [y]. Idem dicitur ἀρχηγὸς σωτηρίας, Heb. 2. 10. & πίστεως, 12. 2. & ἀρχιερεὺς, 3. 1. & ἀρχιποίμην, 1 Pet. 5. 4. ¶ *Interfecistis*] i.e. Vestrûm impulsu Pilatus. *Unicuique imputari scimus quod alter in ejus gratiam fecerit*, ait Servius [z]. *Occidit* qui necis causam dat; ut Judæi clamando, *Crucifige* [a]. ¶ *Cujus*, &c.] Scilicet Christi [b], ex collat. Act.5.32 [c]. & 22. 8 [d]. Vel, *cujus rei*, Be. Ca. quod mihi planius videtur [*].

16. *Et in*, &c. Ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος, &c.] *In fide* (vel, *Per fidem*, Be. Pi. ἐπὶ pro ἐν, ut Philem. v. 4 [f]. vel pro διὰ [g]. *Per*, vel *Propter*, *fiduciam*, V. Er.) *nominis ejus*, Vulg. Er. vel, *in nomen ipsius*, Be.Pi. &c. i.e. quæ habetur ipsius nomini, ut Mar. 11.22. Rom. 3. 22: vel, *ipsi*, ut habet Syrus [h]; nempe Christo [i]. *Nomen Christi*, pro Christo, sicut *nomen Dei*, pro Deo [k]. Per fidem & invocationem nominis Christi [l]: vel, quia persuasum haberemus quòd ipse posset præstare huic sanitatem [m]. *Fides* Christi hîc non activè, sed passivè, sumitur. Christus erat causa meritoria, fides Petri causa instrumentalis, hujus sanationis [n]. ¶ *Confirmavit*, &c. ità Be.Pi. Ἐστερέωσε, &c.] *Consolidavit* (i.e. quàm solido & firmo fundamento nitatur, ostendit [o]. הכין, quod alibi per στερεῶν, alibi per ἀνορθοῦν, vertitur. Vide suprà v. 7 [p].) *nomen ipsius*, V. sic Be. Mos est Hebræorum Nomen bis repetere etiam diverso casu, ut parcant Pronominibus: ut Gen.14.24. & 20.12. & 23.18,19. & 24.1,2. Num. 10.29. 1 Sam.12.1. Psal. 82.1. & 13.4. Zech.1.6. *Nomen* hîc est Vis ac Potestas [q]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἡ πίστις ἡ δι' αὐτοῦ] *Et fides* (vel, *Fides, inquam*, Be. Pi. *Fidem* bis nominat ob fidem & Petri in patrando, & claudi in recipiendo, hoc miraculum [r]:) *quæ per eum*, Vulg. Er. Glass. &c. nempe Christum †, intellige, prædicata est [t]: vel, quæ ab ipso Christo fuit in ipso accensa: ut διὰ hîc accipiatur de causa principali, sicut Joh.1.3. Heb.1.2 [v]. Vel, *per illud*, nempe nomen [x]. Confer 1 Pet.1.21 [y]. Vel, *in ipsum*, Pi.V. ex collat. membri præced. Idem quod ἐν αὐτῷ, vel, εἰς αὐτόν. Syrus habet דבידה, quod est &, ἡ δι' αὐτῷ, & ἡ ἐν αὐτῷ. Et Petrus, Syriacè loquens, illâ voce haud dubiè usus est [z]. ¶ *Dedit integram*, &c. Τὴν ὁλοκληρίαν] Sic Esa.1.6. מתם vertitur, ὁλοκληρία [a]. *Integrationem*, ut habet Glossarium [b]. *Integritatem*, Ar. Il. Mo.Be. &c. Bene. Nam *integrum* corpus *vitioso* opponit Cicero [c]. *Sanitatem*, Tre. ex Sy. *Incolumitatem*, Ca. Iren. in Er.

17. *Per ignorantiam* (sub. *ista*, Be.Pi.) *fecistis*] בשגגה quod κατ' ἄγνοιαν vertitur Levit. 22. 14. alibi, ἀκουσίως. Remiserat Deus interdum & graviora crimina, ut Davidi. Sed multò erat facilior ad ea condonanda quæ aliquid trahunt de involuntario, propter admixtam ignorantiam [d], quantumvis crassam ac supinam, quæ culpam non tollit sed minuit [*]. Vide 1 Cor.2.8. Philo, Ἀμαθία, &c. (*Inscitia involuntarium & leve malum est, facilèmque habet curationem, doctrinam* [f].) Ignorabant Jesum esse Messiam [g]. Confer Luc. 23. 34. Hæc autem ignorantia orta est ex duplici errore, 1. de loco nativitatis Jesu, quem Nazaretham esse putârunt: 2. de natura Regni Messiæ [h]. ¶ *Sicut & principes vestri*] Quorum major erat culpa quàm plebis Senatorum auctoritatem sequentis. Vide suprà v. 13 [i]. Ignorabant hi, non quidem culpam esse, ut patet ex Matth.21. 38 [k]. sed tam atrox fuisse facinus [l], & Jesum fuisse Filium Dei. Major tamen Principum culpa, quos invidia ac ambitio excæcârunt, quàm populi, quem seduxit Principum authoritas [m]. Hâc excusatione aperit Petrus illis fores pœnitentiæ [n].

18. *Deus autem qui* (vel, *quæ*, Be.Pi.&c.) *prænuntiavit*, &c. Προκατήγγειλε] נבא: idem verbum infrà v. 24. & Act.7.52 [o]. Sensus, q.d. Deus autem vestrâ ignorantiâ usus est in bonum [p], nam per illam implevit prædictiones, &c [q]. ¶ *Omnium*, &c.] i.e. Plerorumque [r]. ¶ *Pati Christum*] Vide quæ diximus ad Luc.24.25,26. & Act. 26. 23. Subdubitari potest an hæ voces sint pars sensûs, an glossema additum: quia desunt in vetere illo manuscripto. ¶ *Sic implevit*] Vos in malum excogitâstis, ille in bonum direxit: Gen.50.20 †. *Sic*, sub. *ut prænuntiaverat*, V. sic Er.

19. *Pœnitemini*] Animo [t]. *Pœniteat vos*, vel *facti*, vel vitæ prioris [v]. ¶ *Et convertimini*] Factis [x]. Vide infrà v.26 [y]. ¶ *Ut deleantur*, &c.] Ità Er. Be.Pi. &c. Sic ἐξαλείφω est Esa. 44.22. ubi in Hebræo, מחיתי. Similitudo sumpta ab iis quæ in tabulis scripta delentur [z]. *Ut expungantur*, Sy. in La. sicut literæ è tabulis ceratis olim, & nunc è membranis [a]. Ut remissis peccatis in cœlum recipiamini [b]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως] *Ut cùm venerint* (i.e. obvenire possint vobis, scilicet quæ quantum ad Christum jam venerunt; sed non vobis, quatenus eum non admittitis [c]. Sensus pendet [d]. Apparet hoc anantapodoton esse: nec enim explet quod cœpit. Vel aliquid subauditur, v.g. *ut salvi sitis cùm veniant* [*]. Vel, *Postquam venerint*, Be.Pi.Sch. Ὅπως & ὡς sunt synonyma quando conjunctiones sunt, & τελικῶς ponuntur; & utrumque est temporis adverbium. Quare, ὅπως ἂν, idem est quod, ὡς ἂν, 1 Cor.11.34 [f]. & nihil aliud declarat quàm ἐπειδὰν, ut in Sophoc. Oedip. Tyr. ὅπως εἰσῆλθε *postquam ingressa est*, v.1250. & 1253. & Herod. Thalia, ὅπως ὕοι, *quando plueret*, vel, *postquam pluisset* [g]. Sed nondum credo ὅπως ἂν valere, *postquam* [h]. Al. *Ut* (vel, *Dum*, Ca. vel, *Et*, Sy. *Quatenus*, Ar.) *veniant*, Ti. Camer.G.V. Di. Li. Sic ὅπως sæpissimè sumitur in his Libris: & rectè sensum assecuti sunt Syrus & Arabs [i]; qui existimârunt continuari hîc promissionem in præced. inchoatam, & ὅπως ἂν tantùm copulare secundam promissionem primæ. Nec obstat huic Versioni quòd ὅπως ἂν futurum dicat, ἔλθωσι autem & ἀποστείλῃ sint Aoristi: solent enim passim cum Aoristis eo sensu construi, ut Mat. 6.5. ὅπως ἂν φανῶσι, *ut appareant*. Sic Luc. 2.35. Act. 15.17. Rom.3.4 [k]. Tertul. sic citat, *ut superveniant vobis* [l]: ostendit ipsorum pœnitentiam acceleraturam illa tempora, &c [m].) *tempora* (vel, *præstituta tempora*, Be.) *refrigerationis*, sive *refrigerii*, Er.P. Mo. Ti. vel, *recreationis*, Ca. *refocillationis*, V. Exod.8.11. הרוחה vertitur, ἀνάψυξις. Sicut calamitates æstui comparantur, ità ab iis liberatio, auræ refrigeranti. Sensus est, Ut imminenti exidio gentis eximamini [n], & per Christum atque Evangelium refocillemini [o]. Ut dies ille, qui Judæis impœnitentibus terribilis erit, vobis suavissimus sit. Idem vocatur ἀπολύτρωσις, Luc.21.28. & σωτηρία, Rom.13. 11. *Tempora refrigerii*, vel *consolationis*, apud Hebræos proverbialiter denotant liberationem quamvis, sive temporalem, sive æternam. Vide Esd. 9. 9. & Hos. 6. 3 [p]. Referenda hæc sunt ad Christi adventum, vel primum [q]; vel secundum [r]. Ut refrigeremini à peccatis & irâ Dei, die videlicet novissimâ †. ¶ *A conspectu Domini*] i.e. Ab ipso Domino præsente & conspiciente [t]: vel, à Domino qui dator est salutis per Christum [v]: vel, à persona Christi; nam πρόσωπον & *faciem*, & *personam*, significat: vel, *à facie Christi*, cujus aspectus erit causa be-

Marginal notes (col. 1419): m G. — n Me. sim. V. — o Ham. — p G. sim. Di. ex Sy. & Ar. — q G. — r G. — † G. sic Pi. — t G. — v Be. — x Pi. — y G. — z Pri. — a G. — b Cas. ex Be. — c Cas. — d Be. — * Idem. — f Pri. — g Be. — h Be. sim. La. — i Be. Er. V. — k Be. — l Me. ex La. — m V. — n La. — o Be. — p G. — q Idem. — r Li.54. — † Er. Chrys. in La. — t Chrys. — v Glas. gram.3.6. 9.539. — x Er. — y Be. — z Pi. — a G. — b Pri. — c G.Be.

Marginal notes (col. 1420): d G. — * G. ex Me. sim. T. ex La. — f G. — g Camer. — h Li.54. — i G. — k San. — l Camer. — m San. — n Camer. — o G. — p Me. — q Me. sic T. ex La. — r San. — † G. — t G. — v V. — x G. — y Be. — z G. — a La. — b Pi. — c V. — d San. — * Er. — f Be. — g Sch. ex Be. — h Di. — i G. — k Di. — l G. — m Camer. — n G. sim. Ham. Oecum. in San. Li. — o Li. 55. — p Ham. — q Q. in Di. — r Di. Heins. ex Chrys. — † V. — t Me. — v V.

beatitudinis [x] : quæ refrigeratio erit cùm rursus conspectus erit Christus ; vel propter fidem in Christum [y]. Vel, *ab ira Domini*, ut *facies Domini* sumitur 1 Pet.3.12. Heb. אף & *faciem* significat & *iram* †.

20. *Et miserit*, &c.] Vel, *mittat*, Zeg. G.&c. quamprimum scilicet, ad tollenda omnia piorum mala. Vide Tertullianum [z], [& verba ejus in G.] i.e. patiatur vobis & saluti vestræ missum esse ; nam etiamsi missus sit, vobis tamen perinde est acsi missus non esset quamdiu eum per fidem non recipitis. Vel, ut remittatur etiam vobis & saluti vestræ in die novissimo: vel, ut remittatur per prædicationem nostram ; nam ità mox sequentia videntur postulare exponendum [a]. ¶ *Eum*, &c. Τὸν προκεκηρυγμένον, &c.] *Prius prædicatum*, Be. Li. nempe in Lege, v.22. & Prophetis, v.24. veram ergò esse hanc lectionem probat scopus Petri [b]. *Prænunciatum*, Pi. *Præconio jam antè celebratum*, Camer. Alii autem legunt προκεχειρισμένον· Ità vetus ille in Anglia Codex [c],& omnes veteres Græci Codices quos vidimus [d], & Syrus & Arabs *, & Tertullianus [f] ; quod vertunt, *præparatum* [g], vel *prædesignatum*, Tertul. in G. sive *destinatum*, vel *repræsentatum*, ac veluti expromptum [h]. Vide Act.22.14. & 26.16. Exod.4.13. Jos.2.12 [i].

21. Ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι] Verba ambigua sunt [k], ut semper quum duo Accusat. cum verbo Infinitivo junguntur ; ut, *Aio te, Æacida, Romanos vincere posse* : & in illo Aristotelis, Ἐγώ σ᾽ ἔθηκα δοῦλον ὄντ᾽ ἐλεύθερον, i. e. vel, *ex servo liberum*, vel, *ex libero servum*. Quam ambiguitatem vitans Terentius, sic vertit, *Feci ut ex servo esses libertus* *. Vel 1. *Qui cælum recepturus est*, eo sensu quo Camillus dicitur δέξασθαι πόλιν, *recipere civitatem*, i. e. suscipere regimen ejus ; & ut Psal.75.2. de Christi exaltatione loquens, ait, *quum cœtum recepero*. Ut idem hîc dicatur quod 1 Cor.15.25. *Oportet eum regnare*, &c. alios convertendo, alios profligando, &c. Huic sensui favet contextus [l]. Δέξασθαι hîc valet, *occupare* ; ut aliquis Regnum occupat. Ità in Eurip. Alcest.v.817. *Non venisti opportunè* δέξασθαι δόμους, *has ædes occupatum*, vel, *ut has ædes occupes*. Et in Demosth. Philip.α'. *Neque Amphipolin* δέξασθαι δύναισθ᾽ ἄν, *occupare possetis* [m]. Vel 2. *Quem oportet cælis capi*, Sy.sim.Ar.vel, *cælum recipere*, V.ex Vulg. sic Mo.La.E.Me.T. i.e.in cœlo manere [n] : vel, *ut cœlum capiat*, Pi.sic Be. i.e. receptum contineat. Hs. quo ex antecedente intelligitur consequens [o]. Inversio hîc est constructionis in relativo pronomine, Petro usitata. Sic 1 Pet.3.21. ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, & 2 Pet. 1.19. ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες. Hanc syntaxin confirmat usus verbi δέχεσθαι, quod significat, *recipere in se*, vel, *ad se*. Ità cœlum recipit Christum, nempe in se, ut locus rem locatam : non verò Christus cœlum [p]. Nihil hîc redditur ad μὲν illud. Sed ea ἀποσιώπησις facilè suppletur ex verbis, ἄχρι χρόνων, &c. q.d. Ubi illud tempus venerit, ex cœlo in terras redibit, Act.1.11 [q]. Τὸ μὲν hîc sine δὲ sequente [r], ut sæpe in Pindaro † : ut μὲν pro μὴν [s], ut Act.1.1 [v]. Ponitur hîc & δέξασθαι pro δέχεσθαι, quæ Enallage sæpe occurrit, ut Matt.10.34,35. Luc.9. 22. & 17. 25 [x]. ¶ *Usque*, &c. Ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων] *Usque ad*, vel *in*, *tempora restitutionis* (vel, *instaurationis*, Ca.Camer.) *omnium*, &c. Er.P.Be. Mo. &c. quæ scil. promisit se restituturum ; nempe electos homines, & cœlum atque terram, i. e. mundum hunc inferiorem. Vide Rom.8.20, &c [y]. i. e. usque in diem judicii [z] : quo creaturæ in pristinum honoris statum restituentur, quæ nunc sceleribus contaminantur [a] : quo Deus hominem, lapsum in peccatum & mortem, Deo & felici immortalitati restituet, atque ità instaurabit Angelorum ruinas [b]. Vel, *consummationis*, sive *completionis*, *omnium*, Li. Kn. ex Oecum. Ἀποκατάστασις, τελείωσις, Hesych. & Phavor [c]. Ἀποκατάστασις, Plutarcho, Columellæ, Numenio apud Eusebium, Servio ad Eclog. 4. Gnosticis apud Iren. 1.13. & aliis, est, *revolutio syderis in pristinum locum* ; Historicis, *quies reddita rebus turbidis*. Sed, cùm ἀποκαθίστασθαι etiam *ostendere* significet, sicut ἀποκαταστατικὸν numerum Capella vocat Quinarium, quia cum aliis imparibus sive cum suo genere sociatus se semper ostendit, hunc sensum hîc præferam [d], *Adusque tempus*, inquit, *illud cùm exhibita rebus erunt ea quæ Prophetæ verbis prædixerant* *, de Christo Satanam mortémque devicturo [f], de excidio Judæorum & vocatione Gentium [g] : quæ omnia

x Me. y V. † Kn. z G. a V. b Li. c G. d Be. * Di. Be. f Be. G. g Q. in Er.V. h Be. i G. k La.ex Caj. E. Camer.Be. * Camer. l Ham. m Sch. n V. sic Camer. o Be. p Pi. q G. r Sch. ex Camer.Be. † Sch. s Camer. Sch. v Sch. x Be. y Pi. z La.Me.V. Pi.sic Kn. ex Oecum. a V. b La.Me. c Kn. d G. * G.sim. Li.Ham. f Li. g G. sim. Li.Ham.

compleri quidem, non autem *instaurari*, sive *restitui*, dici possunt [h]. Sic, ἀποκατάστασις, pro, καταντᾶν, Amos 5.15. Nec aliter sumitur ἀποκαθιστῶν, Psal. 16.5. & Oecum. sic explicat, ἀποκαταστάσεως εἰς πέρας ἐλθεῖν ἅπαντα, (i. e. *consummari, in finem venire omnia* [i].) Syrus quoque sic vertit, *Usque ad plenitudinem* (vel, *complementum*, Sy. in Bib. Pol.) *temporis rerum omnium* : & Arabs, *Usque ad tempus quo consummabuntur omnia*. Ἀποκατάστασις quidem in Græcis Scriptoribus est, *instauratio*, vel *restitutio in pristinum statum* : at in S. S. est *completio*, ut Mat. 17. 11. *instaurabit* : quod tamen huic loco non congruit, quia non de instauratione, sed consummatione, rerum, hîc agitur [k]. ¶ *Quæ*, &c. Ὧν ἐλάλησεν, &c.] *Quæ* (sub. *tempora*, P. vel, *De quibus*, Ti.Be.Sy. vel, *Sicut* Æth.) *locutus est*, &c. Er.Mo. Tre. &c. vel. *prædixit*, Il.P. ¶ *A seculo*, Ἀπ᾽ αἰῶνος] i.e. *Jam olim* : מעולם Esa. 63.16, 19 [l]. Qui jam olim fuerunt [m], à seculo, h.e. ab origine mundi [n] : vel, vetustissimorum [o].

22. *Moyses*] E multis Prophetis unum citat, eúmque primarium [p]. ¶ *Dixit*] Deut.18.15 [q]. ubi dicta vide [r]. ¶ *Prophetam*, &c.] i.e. Doctorem eximium extra ordinem à Deo missum †. Generaliter hæc Dei Lex eò pertinet, ut quicunque Propheta in populo Dei surrexerit, miracula faciens, aut futura incognita certò prædicens, nec abducens populum ad Deos falsos, ei pareatur, etiamsi quid contra Legem præcipiat. Eximiè autem pertinet ad Jesum, quo nullus illustrior illis signis per quæ Prophetas cognosci Deus voluit [t]. ¶ *Tanquam me*] i.e. Similem mei [v], sapientiâ, miraculis ; & insuper Mediator, &c [x].

23. *Exterminabitur*, &c. ità Mo. sic Er. Il. Ar. Æth. Ἐξολοθρευθήσεται, &c.] *Disperdetur* (i. e. expungetur [y]) *è populo*, Pi. sic P. Be.Tre. ex Sy. Morte violentâ aut immaturâ. Sed mysticè etiam RR. hoc ad pœnas post hanc vitam referunt [z]. *Interibit* sublatus *de populo*, Camer.

24. *A Samuel*] Cujus tempore Regnum Israeliticum constitutum fuit [a]. Primus hîc post Mosem Propheta numeratur ; 1. quia à Mose ad Samuelem *Prophetia erat rara*, 1 Sam. 3. 1, 2. 2.Quia primus hic erat post Mosem Propheta qui Prophetiam suam scripsit [b]. 3.Quia Scholæ Prophetarum ab ipso primùm erecta atque instituta sunt [c]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῶν καθεξῆς, ὅσοι ἐλάλησαν] *Et iis qui deinceps fuerunt, quotquot locuti sunt*, Be. Pi. Sed hi minus rectè distinguunt [d]. Hæc ità connectenda sunt, τῶν καθεξῆς ὅσοι *. Verba sic construenda, προεφῆ ἀπὸ Σαμουὴλ, καὶ ὅσοι τῶν καθεξῆς ἐλάλησαν [f]· vel sic, προεφῆ, ὅσοι ἐλάλησαν, ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς, &c. *Prophetæ, quicunque locuti sunt, à Samuele usque & deinceps secutis, illi etiam denuntiârunt dies istos*, i.e. istius temporis eventus [g]. ¶ *Annunciaverunt* (vel, *Prænuntiârunt*, P. Mo. Be.Pi.) *dies istos*] Adventum, miracula, & Regnum [h], putà Christi [i].

25. *Vos estis filii Prophetarum* (vel, 1. propriè [k], posteri Patriarcharum [l], qui & *Prophetæ* vocantur Psal. 105.15. quales Noe [m], Abr. If. & Jacob [n]. Vel, 2. spirituales, in fide & religione [o]. Discipuli eorum, ut 2 Reg. 2. Confer Amos 7.14. *nec Propheta, nec Prophetæ filius*, i.e. discipulus : & Matth.11.19 [p]. Vel, ii ad quos missi sunt Prophetæ. Sic, υἱοὶ νυμφῶνος, Matth. 9. 15. Marc.2.19. Luc.5.34 [q]. ad quos inprimis pertinent Prophetiæ & promissiones de Christo [r] :) *& testamenti*] Vel, *pacti*, sive *fœderis*, Be.D.Pi. ad quos, tanquam hæredes, pertinet pactum Abrahami † : quippe in quo semen ejus comprehenditur [t]. Hebræi dicuntur *filii promissionis*, Rom.9. 8. Gal. 4. 28. & *filii Regni*, Mat.8.12 [v]. *Filii pacti* dicuntur Hebræis ad quos pactum pertinet. Promiserat Deus Abrahamo, Isaaco, Jacobo, nunquam defecturam posteritatem ipsorum. Hæc causa fuit cur in maximis excidiis aliquos semper Deus servaverit : inter illos aliquos nunc esse poterant illi quos alloquitur Petrus. Dicere poterant, *Quid vetat in paucis nomen inesse meum* [x] ? ¶ *Quod*, &c. Ἧς διέθετο] Pro, ἣν ἐκείνοις διέθετο [y]. ¶ *Omnes familiæ* (vel, *tribus* : nam quidam Codices habent φυλαὶ [z].) *terræ*] Ità Be.D.Pi.&c. Vide dicta ad Gen. 12. 3. Si ille Abrahamo promissus benefaciat omnibus Gentibus, quantò magis consanguineis suis, si modò hi impedimenta auferant [a] ? Πατριαὶ *familiæ*, apud LXX, Exod.6.15. 1 Sam.9.21. Psal.22. 30, &c. Hesychius, Πατριὰ, φυλή, *tribus*. *Familia* pro *tribu*

h Ham. i G. k Li. 56. l G. m V.sic Pi. n Pi. sim. La. o V. p La. Me. q Pi.G.&c. r G. † Pi. t G. v Er.V.sic x Pi. y Be. z G. a Camer. b Li. 57. c Ham. d Cas. * G. f Cas. g Camer. h G. sim. La. i La. k Be. l T. sic Be. m D. n D.ex Be. o La. Me. p Li. 55. q G. r V.sim. Camer. San. † San. t Be. v Be. x G. y Pi. z Er. Camer. a G.

tribu ponitur, Jos.7 14. Alioqui in una *tribu* plures erant *familiæ*, ibid. & Levit. 25.10. & in una *familia* plures *domus patrum*. Vide Exod.12.3 [b].

26. *Vobis primùm*] Vel, 1. Hierosolymitanis, & Judææ incolis; prout distinguuntur à Judæis *dispersis*, 1 Pet.1.1. sive *Hellenistis*, Act.6.1. non verò à Gentibus: quarum quippe vocationem Petrus adhuc ignorabat, ut patet ex Act.10 [c]. [Vel, 2. Judæis omnibus.] Primò enim & directè missus est Christus ad Judæos, quasi Messias patribus eorum promissus [d]. Vide Rom.15.8 [*]. Christus primùm Judæis Verbum suum proposuit per se; deinde Gentibus per Apostolos. Vide Mat.10.5. & 15. 24 [f]. ¶ *Suscitans*, &c. Ἀναστήσας, &c.] *Suscitatum*, i.e. excitatum à mortuis, & in Regnum suum evectum [g]. *Postquam suscitavit*. Post resurrectionem enim Christus suam benedictionem, i.e. Spiritum sanctum, gratiam & salutem, copiosè in Judæos effudit [h]. Al. *Excitatum*, Er.V.Pi. vel, *Productum*, Er. V. i.e. Exhibitum mundo [i]: ut Act. 13.22, 23, 32 [k]. *Excitare* hîc non est, E mortuis ad vitam revocare [l]; sed, Conspicuum facere Prophetiâ aliisque donis [m]. Respiciuntur enim ea quæ præcesserc. Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει [n]. Sic & *surgere* tribuitur Prophetis, Deut.13.1. & 34.10. Sirac.47.1. & 48. 1 [o]. ¶ *Benedicentem vobis*] Qui vobis benedicat, i.e. benefaciat [p], benedictionibus omnis generis, corporalibus, spiritualibus, æternis [q]: benefacientem populo vestro per tot sanationes [r]. ¶ *Ut*, &c. Ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον] *In averti*, &c. Mo. *Avertendo*, &c. P. *Convertendo unumquemque vestrum*, Il.Pi. *Si convertamini*, &c. Tre. *Dummodo recedat*, &c. Ar. vel, *avertat*, &c. San. *Dum unusquisque vestrum convertat se*, Ti. *Ut resipiscatis*, &c. Æth. *Ità ut converteret se*, &c. Er. *In hoc quod* (vel, *Ità ut*, vel, *Ut tandem*, V.) *unumquemque vestrùm avertat*, Er. *Unoquoque sese avertente*, Be. Pi. vel, *Ut convertat*, &c. Be. & G. ex Vulg. ἐν τῷ, pro εἰς τὸ [†]. sæpe enim nostri Scriptores istas particulas permutant. Ostendit quo illa beneficia spectaverint, nempe ut auctoritatem Jesu conciliarent, & per eam quisque ad vitæ emendationem, qualem Jesus præcipiebat & præmonstrabat, perduceretur [t]. Hoc fine misit Christum, ut vos convertat à peccatis [v]. Τὸ ἀποστρέφειν referri potest, vel, 1. ad Christum [x], convertentem adeóque benedicentem eos [y]: ut modus indicetur quo benedicturus ipsis missus erat, nempe avertendo ipsos à pravitatibus: id enim muneris Christi est, Tit.2.14. & passim. Ità verbum transitivâ, eâque usitatiore, significatione vertamus, *Avertendo unumquemque* [z]. Vel, 2. ad Judæos [a]: ut hic sit effectus gratiæ Christi in nobis, & velut conditio benedictionis percipiendæ [b]. q.d. *Si se quisque convertat*, ut Syrus habet [c]. Etsi verò ἀποστρέφειν intransitivè pro *converti*, vel, *convertere se*, in N.T. non usurpetur, sic tamen apud LXX non rarò usurpari fateor [d]. ¶ *A*, &c. Ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν] *A nequitiis suis*, Er. sic V. ex Vulg. vel, *iniquitatibus*, V. *vitiis*, vel *malitiis*, Er. vel, *sceleribus*: à vitiis quibus obnoxii estis; vel ab ipsis vitiorum radicibus: quibus sensim per Spiritum S. exstirpatis, (id quod per veteris hominis mortificationem intelligitur,) non autem vitiorum duntaxat cohibitis effectis, verè nos ad Deum convertimus [*]. Heb. רעות. Ea vox [πονηρία] modò generaliter omnem *vitiosam consuetudinem* significat; modò specialiter *malitiam*, ut Mar.7.22. Rom.1.29. 1 Cor.5.8. Cicero in Tusculanis, *Virtuti contraria est vitiositas: sic enim malo quàm Malitiam appellare, quam Græci κακίαν vocant. Nam malitia certi cujusdam vitii nomen est; vitiositas, omnium* [f].

CAP. IV.

1. SUpervenerunt; ità Er.P.Be.Pi. &c. Ἐπέστησαν] *Surrexerunt*, Tre. ex Sy. *Astiterunt*, Ar. *Præsto fuerunt*, Ti. Ca. Vide Luc.20.1 [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ] *Præfecti*, vel *Magistratus*, *templi*, Er. Vulg. Sy. & Ar. & Æth. in Di. quasi legissent, οἱ στρατηγοί: ut τοῦ στρατηγῶν τοῦ ἱεροῦ mentio fit Luc22.52 [b]. *Præfectus* (vel, *Princeps*, vel *Dux*, Er. D.) *templo*, Be. Pi. sic P. &c. Cujus erat munus cavere nè quis tumultus in Templo oriretur, qualem videri volebant timere ex nova hac prædicatione. Vide quæ diximus Matth.26.47. Luc.22.4 [c]. Hominem quempiam significat cui commissa erat tutela Templi [d]. Στρατηγοὶ autem duo erant, unus dominabatur in diem, alter in noctem [*]. Erat hic Dux Romanus, Capitaneus præsidii in turre Antonia positi ad tutelam Templi. Ità Romani rursus cum Judæis conspirant, ut antè fecerant, Psal. 2.1,2 [f]. ¶ *Sadducæi*] Rigidi admodum in pœnis exigendis, ut Josephus nos docet, qui Pharisæos ait fuisse in rebus leniores. Nimirum qui omnem spem in hac vita collocatam habebant, severè occurrendum putabant omnibus iis quæ turbare poterant quietem populi, in qua & ipsorum quies continebatur [g]. Adde, quòd si Jesus à mortuis resurrexisset, in ea controversia quam habebant cum Pharisæis, maximè penès Pharisæos erat victoria [h].

2. *Dolentes*; ità Ar. Διαπονούμενοι] *Ægrè*, vel *molestè, ferentes*, Er.Il.Be.Ca. *Labore affecti*, Mo. sim. P. *Quum irati essent*, Tre. ex Sy. ¶ *Et annuntiarent in*, &c. Ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν, &c.] *In Jesu* (i.e. in Jesu demonstratam [i]: in prædicatione de Jesu, sive in illo quod de Jesu commemorarent [k]. Vel, *per Jesum*, Ar.Ca. i.e. potentiâ Jesu [l], virtute & efficaciâ resurrectionis ejus qui *primitiæ resurgentium*, 1 Cor. 15. 20, 23. Vide & Act.17.31. Ἐν valet *per*, hic & infrà v. 10 [m]. Vel, *de Jesu*, Æth. La. *In*, pro *de*, ut sæpe [n]. Vel, *In nomine Jesu*, P.Ti.Er.Il. Be. Pi.) *resurrectionem*, &c. Mo. vel, *de resurrectione*, Tre. Resurrectionem plerique credebant, eámque negantes è mundo futuro eliminârunt: sed hoc eos angebat, quòd prædicarent aut Jesum resurrexisse, aut eum authorem esse resurrectionis [o]; & ex ejus resurrectione colligerent discipulos ejus resurrecturos [p].

3. *In*, &c. Εἰς τήρησιν] Sic Act.5.18 [q]. τήρησις vocatur quæ plerumque φυλακή [r]. Vide Jer.20.2 [†]. *In custodiam*, Pi. *Custodiendos*: alicujus fidei commiserunt eos: nam carcer in his Libris non τήρησις, sed φυλακή, dicitur. Ità paulatim suos Dominus tanquam tyrones ferendæ cruci assuefacit [*].

4. *Qui audierant verbum*, Τὸν λόγον] *Hunc sermonem*, Be. nempe Petri, Act.3.12, &c. Articulus est ἀναφορικός [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐγενήθη, &c.] *Et* (vel, *Et ità*, nempe per illam accessionem [v],) *factus numerus virorum* (non auditorum, sed credentium [x], sive Apostolis adhærentium [y]; ut verba apertè innuunt: nec uspiam in S.S. traditur auditorum numerus: scopus quoque Lucæ erat virtutem Evangelii in conversione hominum ostendere [z]. *Et virorum*, præter fœminas & pueros [a].) *quinque* (vel, *quasi*, sive *ferme*, *quinque*, Er. V. Be. Pi. &c.) *millia*; vel, 1. universorum, inclusis 3000 illis, cap. 2 [b]. alioqui dixisset hîc, οἵτινες ἦσαν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε [c]. Vel, 2. præter 3000 illos [d]: ut verba præ se ferunt. *Numerus virorum*. Quorum? qui audierant *sermonem*. Quem? Petri & Joannis, v.1. de quorum duntaxat miraculo hîc agitur usque ad v.23. Hic quoque numerandi mos Scripturæ S. insuetus est, ut dicendo 5000 intelligat tantùm 2000 [*].

5. *Principes*, Ἄρχοντες] *Primores*, Be. Pi. i.e. vel, 1. ii quibus constabat בית דין, sive συνέδριον, vel Sanhedrim [f]: infrà v. 15. Vide Luc. 14. 1. Joh. 3.1. Act.3. 17 [i]. Vel, 2. Sacerdotes primarii, sive capita 24 Ephemeriarum [k]. ¶ *Et seniores*] Ità Be.Pi. &c. i.e. vel, 1. Senatores Urbis [l]: vel, 2. Heb. זקנים, scil. Judices Synedrii majoris, quorum princeps נשיא; vel, 3. *senes* hîc dicit *Sapientes*, qui & Pharisæi [m]; vel, eos ex populo qui authoritate & dignitate pollebant, & unà cum illis considebant in solennibus judiciis [n]; eos qui annis, prudentiâ & moribus, venerabiles erant [o]: vel, 4. Senatores ex omnibus tribubus, præter tribum Levi [p]. ¶ *Et Scribæ*] i.e. Vel, 1. Adsessores utrorumque, viri Legis periti [q]: vel, 2. Doctores de tribu Levi, qui non erant Sacerdotes [r]. ¶ *In Jerusalem*] Accersitis videlicet qui Urbe aberant, ut solennis esset conventus [†]. Sic distinguit Scribas Hierosol. à Scribis aliorum oppidorum [t].

6. *Et Annas*] Vide Luc.3.2 [v]. ¶ *Princeps sacerdotum*] Vel, 1. summus Pontifex [x]: qualis vel jam fuit, ipso cum Cajapha alternis annis gerente Pontificatum; vel antè fuerat, & adhuc nomen retinebat, licèt munere abdi-

abdicato[y]. Vel, 2. *Nasi*, sive Præses Synedrii[z], Præponitur Annas Cajaphæ, ut senior, & socer ejus, & qui omnes filios suos, numero quinque, Pontifices viderit[a]. ¶ *Cajaphas*] Sacerdos summus, sive אב בית דין[b]; quem Procurator Pontificem constituit Aaronicæ lineæ loco*. ¶ *Et Joannes*] יוחנן הכהן in Rabbinorum scriptis[c]: filius, ut videtur, Annæ; de quo Jo. Bel. Jud. 2. 25[d]. ¶ *Alexander*] Opibus & virtute celebris, inquit Josephus, Antiq. 20. 3*. ¶ *Et quotquot erant de*, &c. Ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ] *Ex genere Pontificio*, P. Be. Ca. Pi. sic Er. Il. Ti. Mo. vel, *Pontificum*, D. *summorum sacerdotum*, Tre. ex Sy. *sacerdotali*, Vulg. sim. Æth. *Sacerdos* aliquando idem quod *Pontifex*, & ἱερωσύνη pro ἀρχιερωσύνη[f]. Intelligit h. l. vel fratres & cognatos familiæ Pontificiæ[g]; vel, eos quorum majores summo Sacerdotio non ità pridem functi fuerant, quæ magna nobilitas fecerat ut Synedrio magno ascriberentur[h]. Ἀρχιερεῖς sive *Pontifices* interdum dicti sunt tum Vicarii, tum Expontifices, sive exautorati, Jo. Antiq. 20. & Bel. Jud. 2. & 4. tum sanguine proximè conjuncti, quibus spes erat ex jure recepto succedendi; qualis forsan erat *Sceva*, Act. 19. 13. tum stationum Sacerdotalium Principes, quíque oblationibus præerant Sacerdotalibus[i].

7. *In medio*] Ut Luc. 2. 46. *Synedrium enim sedebat in circulo*, Rambam[k]. ¶ *In qua* (vel, *Quali*: ποίᾳ, pro τίνι & ἐν redundat; q. d. Cujus[l]) *virtute*, &c.] aut *potentiâ*, &c. Pi. &c. Arte Medica an Magicâ? Nam & hæc inquisitio erat Synedrii[m]. ¶ *Quo nomine*, &c?] i. e. Cujus mandato[n]? Quâ auctoritate? si fortè se id Prophetico jure fecisse dicerent[o]. Putabant miracula recitatis nonnullis nominibus fieri posse[p].

8. *Repletus* (de novo; ut antè, Act. 2. habitualiter, ità nunc actualiter[q]:) *Spiritu*] Ipsum & roborante & dirigente[r]. ¶ *Principes*, &c.] Accusaturus eos liberiùs compellat pro dignitate eorum †.

9. *Si*, &c. Εἰ ἡμεῖς — ἀνακρινόμεθα] *Si* (vel, *Cùm*; ut, *Si erit Jubilæus*, &c. & *Si Deus pro nobis*, &c[t]: vel, *Siquidem*, vel *Quandoquidem*, Be. Pi. Il. Ar. Εἰ, pro ἐπεὶ, vel ἐπειδή. Heterosis[v]. Al. *Si* hîc sumo in sensu vulgari, *Si de hac re quæstio est, parata est nobis responsio*[x].) *nos examinamur*, Er. Ti. vel, *judicamur*, sive *dijudicamur*, Tre. Mo. Ar. Æth. D. *in jus vocamur*, Sy. *vocamur ad rationem*, V. Verbum forense est, & in eum dicitur de quo constituitur judicium[y]. Vel, *interrogamur*, Ca. G. Zeg. Camer. Sic Tacitus, *nè cujus facti in posterum interrogaretur*. Cicero pro domo, *Quis me unquam lege ullâ interrogavit?* Ἀνακρίνεσθαι hoc sensu habes apud Platonem De legibus 6[z]. & 9[a], Plutarchum, & alios. Vide Act. 12. 19. & 25. 26. & 28. 18[b]. Vel, *de nobis quæstio habetur*, Pi. Be. Pi. ¶ *In*, &c. Ἐπὶ εὐεργεσίᾳ, &c.] *In beneficio* (vel, *Super beneficio*, Be. Pi. sim. La. &c.) *hominis*, Vulg. Mo. vel, *in hominem* collato, Be Pi. &c. De hoc quòd benefecerimus homini[c]. Genitivus modò Caussam efficientem, modò Rem, aut Personam, recipientem notat, ut hîc[d]. ¶ *In quo*, &c. Ἐν τίνι, &c.] *Quomodo* (vel, *Quâ ratione*, Er. V. ut במה accipitur Psal. 119. 9*; vel, *Per quem*, Er. V. Pi. Di. G. ut respondeat ei, *in quo nomine*[f]: vel, *Per quid*, Di. ex Sy. quâ virtute[g]: ut respondeat quæstioni v. 7. *In qua virtute*[h]. Simile loquendi genus 2 Sam. 22. 30. Psal. 108. 13[i].) *videlicet iste servatus sit*, Be. Pi.

10. *In nomine* (i. e. virtute & ope[k]) *Jesu*, &c.] Verba ut libera, ità plena gravitatis: unde mox videbimus παῤῥησίαν tribui Apostolis. Quid enim hoc erat aliud quàm summum Senatum arguere summi parricidii? ¶ *Astat*, Παρέστηκεν] *Adstat erectus*, ut infrà v. 14[l]. Claudus ergo præsens erat[m].

11. *Hic est lapis*, &c. Citat Psal. 118. 22[n]. Vide ad Mat. 21. 42[o].

12. *Non est in alio aliquo* (nempe hominum, ut indicant sequentia: neque enim Deum excludit Petrus[p]) *salus*] i. e. Opus & effectio salutis[q], aut in corpore, aut in anima[r]. ¶ *Nec — aliud nomen*] i. e. Alius †. *Nomen* pro re, vel persona, nominata, ut Prov. 18. 10[t]: vel, alia vis, aut auctoritas. Phrasis indè orta quòd in periculis ac votis appellari soleant ii à quibus opem exspectamus[v]. ¶ *Sub cælo*] Eorum qui in terris conspecti sunt; non Patriarchæ, non Prophetæ, non Sacerdotis, non Regis[x]. Vel, q. d. uspiam: neque enim *cælum* hîc opponitur terræ, sed est Pleonasmus; nec sine emphasi, ut scil. significet imperii Christi amplitudinem[y]. ¶ *Datum*, &c. Τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις] *Datum* (vel, *Quod datum sit*, P. Be. Pi. scil. à Deo. Vide Joan. 3. 16[z]. Quem contigerit audiri[a].) *in hominibus*, Mo. vel, *inter homines*, P. Be. Pi. V. Er. &c. vel, *hominibus*, Tre. ex Sy. Be. ex Vulg. & Iren. Sic Act. 7. 44. ἐν τοῖς πατράσιν, idem quod, πατράσιν[b]. Hoc addit ob Mosem, cui fidebant[c]. Sed ab illo salutem minimè exspectabant[d].

13. *Sine literis*, Ἀγράμματοι] *Illiterati*, Be. Pi. Non qui ἀναλφάβητοι, *prorsus indocti*; sed minùs eruditi in legibus aliisve disciplinis*: non instituti in schola Pharisæorum[f]: non versati in doctrinis Thalmudicis quales לא יודעי ספר, Hebræis. Nam Scripturas Sacras Apostoli & legerant & memoriâ tenebant[g]. ¶ *Idiotæ*, Ἰδιῶται] הדיוטים sunt Hebræis[h], qui neque Magistratus sunt neque Legisperiti. Sic 1 Cor. 14. 16, 23, 24. *idiota* opponitur ei qui docet. Confer 2 Cor. 11. 6[i]. Vox & Hebræis & Græcis usitatissima est[k]. Eâ utuntur pro homine & *privato*[l]; & *vili abjectóque*[m]; & *vulgari*[n]; & (quia plerique ex vulgo ferè indocti sunt[o]) *indocto rerúmque imperito*[p]. His omnibus modis forsan intelligebant eos tales esse[q]. Ἰδιῶται opponuntur τοῖς σοφοῖς in Luciano; τεχνίταις, in Platone[r]; *philosophis*, in Epicteto, &c; *ingeniosis & intelligentibus*, in Cicerone †. Sacerdotes inferiores ab AE. vocantur *Sacerdotes Idiotæ*[t]. ¶ *Cognoscebant*, &c.] Recordabantur se vidisse eos cum Jesu[v]. Non mirum, cùm Senatorum quidam interdum Jesum suis Discipulis comitatum adiissent & allocuti essent, Matt. 21. 23. Luc. 18. 18. Joh. 12. 42[x].

14. *Nihil*, &c. Οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν] *Nihil habebant* (vel, *poterant* Er. P. Be. Pi. &c.) *contradicere*, Mo. &c. vel, *quod contradicerent*, Ca. *Non potuerunt dicere quicquam mali contra eos*, Ar. in Di.

15. *Foràs extra concilium secedere*] Vel, *abire*, Be. Pi. Mo. Vox συνέδριον alibi *collegium* significat, alibi, *locum quò collegæ conveniebant*. Sic & *Ecclesia* interdum Homines, interdum Locum[y].

16. *Quid faciemus*, &c?] Verba victorum. Vincebantur autem tum facti evidentiâ, tum asseveratione Petri & Joh. & claudi[z].

17. *Sed nè*, &c. Ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ, &c.] *Nè* (sub. *id*, P. Be. Pi. Ca. vel, *fama isthæc*, Sy. sic Camer.) *ampliùs* (vel, *latiùs*, Ca.) *serpat* (vel, *dimanet*, Ca. *divulgetur*, Er. Il. Ti. Vulg.) *in populum*, P. Be. Pi. ¶ *Comminemur*, Ἀπειλῇ ἀπειλησώμεθα] *Minaciter* (vel, *Distinctè*, G. Heb. *Minis*, V. Pi. *Etiam atque etiam*, V. *Minando*, Er.) *interminemur*, Be. Pi. Vehementem acrémque interminationem significat[a]. ¶ *Nè ultrà loquantur* (sive prædicando, sive invocando, & sic miracula faciendo[b]:) *in nomine hoc*] Vel, *hoc nomen*, vel, *de hoc nomine*, La. i. e. nè Christum ejúsve resurrectionem aut Evangelium prædicent[c].

18. *Nè*, &c. Μὴ φθέγγεσθαι μηδὲ διδάσκειν] *Nè loquerentur* vel *docerent*, Be. Pi. Neque privatim neque publicè docere id dogma[d]. ¶ *In nomine Jesu*] i. e. Tanquam Apostoli & Legati Jesu*.

19. *Si*, &c. Εἰ δίκαιον, &c.] *An justum sit apud Deum* (vel, *coram Deo*, Camer. Deo Judice[f]: *in conspectu Dei*, Be. Vulg. &c. ἐμφατικῶς, q. d. quem scil. nihil latet, & qui scelerum vindex est[g]. Qui hoc cogitat, rectè de omnibus judicat[h] & pronunciat[i].) *vos potiùs audire*, &c. Provocant Apostoli simpliciter ad κοινὰς ἐννοίας, ut & Act. 5. 29. Est hæc sententia frequens apud Rabbinos. Herodotus, πρεσβύτερα ποιεῖν τὰ τοῦ Θεοῦ, ἢ τὰ τῶν ἀνθρώπων[k]. Deo potiùs obediendum quàm hominibus non Apostoli tantùm dixerunt, sed & Socrates, ut Plato docet in ipsius Apologia; & Apollonius, qui Neronis Edicto illud Sophocleum opponebat; Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε, *Nam jussa non hæc Jupiter dederat mihi*. Et Hebræorum exstat sententia, indicans Regi contra Dei Legem quid præcipienti prorsus non parendum, teste Jo. Antiq. 17. Polycarpus dixit, Δεδιδάγμεθα, &c. *Didicimus Potestatibus exhibere honorem quem par est, quique salutem nostram non impediat*. Chrysost. illud Eph. 6. 1. *Obedite in Domino*, sic explicat, *in quibus Deum offensurus non es*. Tertul. *Subditi magistratibus, sed intra limites disciplinæ*. Musonius, apud Stobæum, ait, *Si quis patri aut Princip*-

turpia imperanti non paret, is nec inobediens est, nec injuriam facit, nec peccat. Seneca pater, *Non omnibus imperiis parendum est.* Seneca De beneficiis, III. 20. *Non aut nos omnia jubere possumus, aut in omnia servi parere coguntur. Contra rempublicam imperata non facient: nulli sceleri manus commodabunt.* Judæi sub Alexandro M. *militantes nec verberibus nec contumeliis adigi poterant ut ad Beli templum instaurandum humum cum cæteris aggererent*, ait Hecatæus apud Josephum. Cùm diceret Julianus ad Christianos sub se milites, *Producite arma in Christianos*, parere nolebant, ut notat Ambrosius[l].

20. *Non enim possumus*, &c.] Quia Divino mandato tenemur ea quæ vidimus aut audivimus loqui[m]. Hîc quoque δυνάμεθα sumitur sensu non physico, sed morali, ut suprà 2.24. Si quis homini testimonium veri denegat, peccat; quantò magis qui Deo[n]? Christus voluit nos esse testes suos, &c[o].

21. *Dimiserunt eos*; ità Camer. Be. Pi. &c. Ἀπέλυσαν] *Absolverunt*, Camer. Apud Hebræos nulla absolutio erat peremptoria: semper repeti poterant rei ex novis probationibus[p]. ¶ *Non*, &c. Μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ πῶς κολάσωνται] *Non* (Μηδὲν, pro μὴ, ob sequentem articulum, quem Lucas peculiari Pleonasmo usurpare solet[q]:) *invenientes* (nullum colorem aut prætextum invenientes: confer Act. 13.28. & 23.9[r].) *quomodo* (vel, quâ pœnâ†; vel, quâ specie juris[t]: vel, *propter quod*, V. More suo Lucas τὸ πῶς dixit pro ὅπως[v]. Sic Luc. 22.4[x]. & 1 Thes. 4.1[y]. Est Ellipsis non dissimilis ei Act. 3.13. & Luc. 22.4[z].

22. *Annorum enim erat*, &c.] Ergò & fide dignior, & curatu difficilior[a].

23. *Dimissi*] Non innocentes declarati, sed tantùm à pœnis immunes vinculis soluti[b].

24. *Qui*, &c. Οἱ δὲ] Pro, οὗτοι δὲ, *isti verò*[c]. ¶ *Unanimiter*] Uno animo & uno quasi ore[d]. ¶ *Domine*, &c. Δέσποτα, σὺ, &c.] Est locutio Hellenistica, per σὺ interpositum significans Vocativum: ut Gen. 49.8. Psal. 2.7. Sensus est, *O tu, Domine, Opifex cœli, terræ*, &c. Universum hoc apud Hebræos modò tribus nominibus, ut hîc, modò duobus, ut *cœli & terræ*, exprimitur*.

25. *Spiritu Sancto*] Hoc habent & Syrus & Ar. & Iren. & meus vetustiss. & alii manuscripti quinque Codices: quorum auctoritate hoc restituimus in Græco contextu[f]. ¶ *David pueri tui*, Παιδός σου] i.e. *Servi tui*[g]: Id apparet ex collatione Hebræi cum Græco, 19. 18. & aliis locis. In vet. illo MS. additur, ἁγίου παιδός σου. *Spiritus Sanctus oris Davidis* est is qui per os Davidis futura pronunciabat. ¶ *Quare*, &c? Ἵνα τί ἐφρύαξαν, &c?] Hæc omnia Lucas κατὰ λέξιν descripsit ex LXX[h]. *Cur fremuerunt*, &c. Er. Mo. P. Be. &c. vel, *tumultuantur*, Ca. sic Tre. ex Sy. vel, *cum tumultu fremitúque conglobati sunt*, Er.

26. *Reges*] מלכים Hebræis non tantùm illi qui propriè *Reges*, sed & *Reguli* & *Præsides*, ut sæpe notavimus[i]: Herodes & Pilatus. ¶ *Principes*] Id est, Sanhedrim[k].

27. *Convenerunt* (vel, *Congregati sunt*, Be. Pi.) *verè*; sic Be. Pi. Ἐπ' ἀληθείας] Id est, reipsâ & manifestè[l]. *In veritate*, Camer. In manuscripto illo additur, ἐν τῇ πόλει σου ταύτῃ. ¶ *Sanctum puerum*, &c.] Vide Act. 3.13, 26[m]. ¶ *Quem unxisti*] Scil. Spiritu S. ad serviendum tibi in munere Prophetico, Sacerdotali & Regio[n]. Quem tantâ potestate ornaveras, sanandi morbos, expellendi Dæmones, mortuos resuscitandi. *Unctio* Christi, ut & Davidis, suos gradus habuit. ¶ *Cum gentibus*] i.e. Romanis, qui in consilio aut ministerio erant Pilati[o]: cum cohortibus Herodis & Pilati[p]. ¶ *Et populis Israel*] Juda & Benjamin, & qui ex aliis tribubus in Judæa habitabant. Pari modo ἔθνη & λαὸν opposita habes, Tob. 14.8[q]. Dicunt, ut *populus Israel*, ità & *populi Israel*[r]; tum ob ingentem multitudinem, quasi plures simul gentes coîssent, ut Jud. 5.14. tum ob 12 Tribus, quarum singulæ velut populum distinctum constituebant, juxta precationem Isaaci, Genes. 28.3. & promissionem Dei, Genes. 48.4†. Ut *populi* pro tribubus ponuntur, Gen. 48.4. ità contra *Tribus*, i.e. φυλὴ, pro populo & gente ponitur[t].

28. *Facere*, Ποιῆσαι] Pro, τοῦ ποιῆσαι, scil. ἕνεκα[v]. *Ad faciendum*, V. *Ut facerent*, Be. Pi. Hoc non referendum ad consilia & voluntates Herodis & Pilati, sed ad consiliorum eventum. Distinguendum quoque est opus illorum ab opere Dei. Confer Act. 1.25[x]. ¶ *Quæ*, &c. Ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι] *Quæcunque manus tua* (i.e. vel, potentia tua[y]: vel, providentia & directio tua: vel, operatio tua[z]: vel, tu pro tua potestate tuóque jure[a]. Vel, alludit ad ritum Levit. 16.8. ubi Aaron sortes conjecit super duos hircos. Sors una inscripta est, *Domino*, sors altera, *Azazel*, & utraque in vas conjecta: unam eduxit Sacerdos manu dextrâ, ubi hircus unus erat; alteram sinistrâ, ubi hircus alter. Eam verò manum, quâ sortem *Domini* eduxit, hirco ad latus illud posito imposuit: qui hircus exinde Domino sanctus, & statim mactatus erat. Hæc porrò sortium & totius rei dispositio erat à Domino, juxta Proverb. 16.23. quo significabatur, Christum ex decreto Dei, instar hirci illius, passurum Deóque offerendum fuisse pro peccatis populi[b].) *& consilium tuum* (vel, *voluntas tua*, Tre. ex Sy. *sententia tua*, Camer.) *prædefiniit* (vel, *priùs definierat*, sive *priùs decreverat*, Er. Il. Ti. P. Pi. Tre.) *ut fierent*, Be. Tre. Pi. &c. Non decreverat Deus fieri peccatum illorum, sed mortem Filii sui[c]. Decrevit quòd hæc fierent, non quòd Judæi hoc facerent: hoc enim duntaxat prævidit[d]. Vide Act. 2.23. Deus, quia omnipotens est, ideo quod vult effectum dat: ideo *manus*, i.e. Potentia, præponitur hîc *Consilio*. Hominum, quia talem potentiam non habent, consilia sæpe fallunt: προορίζειν Hebræis כשר קדם*. Verbum προορίζειν docet decretum Dei omnes reliquas causas ut tempore, ità & ordine, antegredi[f].

29. *Et*, &c. Καὶ τὰ νῦν] *Et* (vel, *Sed &*, Sy. *Et etiam*, Sy.) *nunc*, Er. Ti. *Nunc igitur*, Be. Ti. *Quamobrem*, Ca. ועתה, quod per νῦν vertitur, apud Hebræos est excitantis, Gen. 19.2. & 21.23. & 27.3, 8, 43. & 31. 13. & alibi sæpe[g]. ¶ *Respice*, &c. Ἔπιδε ἐπὶ, &c.] *Intuere* (vel, *Despice*, cœlitus videlicet, unde cuncta summo jure administras[h],) *in minas*, &c. Pi. P. &c. Ut eas compescas, aut nos robores[i]. ¶ *Fiduciâ*] Id est, sine metu[k].

30. *In eo*, &c. Ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς ἴασιν] Explicatur ratio per quam Deus maximè illam in Apostolis fiduciam loquendi augere possit[l]. *Manu tuâ à te extensâ ad sanandum*, Be. Pi. &c. *In extendendo manum tuam ad sanitatem*, Val. sive, *sanationem*, Er. *Manum tuam porrigendo in hoc ut sanatio &* [quod sequitur in textu] *signa & prodigia edantur*, V. Sensus est, q.d. Ità libere & intrepidè prædicabimus (& fides nobis apud auditores conciliabitur[m]) si tu nos loquentes adjuves, additis signis, &c[n].

31. *Motus* (vel, *Concussus*, Pi. sic Be.) *est locus*, &c.] Ità Er. Mo. Il. &c. Signum Dei efficaciter agentis. Vide Act. 16.26. Heb. 12.26[o]. Ἐσαλεύθη] *Contremuit*, Ca. ¶ *Repleti sunt omnes*, &c.] Vel, 1. Apostoli, pro quibus istæ preces conceptæ fuerunt, ex v. 29[p]. Vel, 2. fideles ibi præsentes & precantes[q].

32. *Erat cor unum & anima una*] i.e. Summa tum in doctrina, tum in voluntatibus, consensio[r]. Declarat summum animorum consensum. Sic Homer. Od. γ'. ἕνα θυμὸν ἔχειν†. Citat Plutarchus in Catone Uticensi versum veterem, Δύο φίλοι, ψυχὴ μία· Eòdem respicit Aristoteles, Nicom. 9.8. Erant, ut Hebræi loquuntur, כאיש אחד[t]. ¶ *Nec quisquam——suum*, &c. Ἴδιον εἶ] *Suum* (vel, *Proprium*, Mo. Ti. *Peculiare*, Ar.) *esse*, Er. P. Be. Ca. &c. Explica ex iis quæ suprà 2.44[v]. Hæc bonorum communitas sequentibus seculis non est præscripta, sed tantùm præsenti rerum statui accommodata. 1. Res libera erat nulli mandata, Act. 5.4. 2. Fundi venditi partim in locis remotis erant, v. g. in Cypro, 36. qui idcirco illis qui Apostolis adhærere decreverant parum profuturi essent; partim in Judæa, quam brevi exscindendam nôrunt. 3. Ecclesia jam recens nata erat & in una urbe conclusa: plerique Christiani à domibus suis longè erant positi, & persecutionibus instantibus longiùs dissipandi. 4. Deus hoc pacto consuluit eis adversùs persecutionem, nè aut pauperes ob penuriam, aut divites ex amore hujus mundi, à Christo resilirent[x].

33. *Et*, &c. Καὶ μεγάλῃ δυνάμει] *Et magnâ vi*, vel *potentiâ*, Be. Pi. i.e. vel, 1. miraculis[y]; de quibus δύναμις dicitur, Luc. 5.17. Rom. 15.19[z]: vel, 2. prædicandi

Marginal notes (left column): [l] G. de J. B. & P. 2. 26. 3. [m] Di. sim. Me. & La. ad v. 19. [n] G. [o] La. [p] G. [q] Be. [r] Pri. † Be. [t] Pi. sim. Be. [v] Cas. sim. Pri. [x] Cas. [y] Pri. [z] G. [a] Me. [b] Idem. [c] Ti. [d] La. * G. [f] Be. [g] V. Be. G. &c. [h] G. [i] Idem. [k] Ham. [l] Be. [m] G. [n] Pi. [o] G. [p] Er. [q] G. [r] D. † Be. [t] D. [v] Pi.

Marginal notes (right column): [x] Be. [y] V. sic Camer. [z] La. [a] Be. [b] Ham. [c] E. [d] Ham. * G. [f] Be. [g] G. [h] Be. [i] La. Me. [k] G. [l] Idem. [m] T. [n] Er. sim. La. T. Me. [o] G. [p] Pi. [q] Ham. ad Act. 2. 38. [r] Be. † Cas. [t] G. [v] Idem. [x] Li. 66. [y] V Pri. La. Me. [z] Pri.

candi fiduciâ & audaciâ [a], & efficaciâ, 1 Cor. 2. 4. Col. 1.29. Confer Act. 1. 8 [b]. Vi scil. persuadendi [c]. ¶ *Reddebant*, &c.] Ità Er. Mo. Be. &c. quasi depositum eorum fidei commissum [d]. Ἀπεδίδουν, &c.] *Edebant testimonium*, &c. Pi. ¶ *Gratia magna erat in*, &c. Ἐπὶ πάντας, &c.] *Super eos omnes*, Be. Pi. [Variè explicant:] Magni ab omnibus fiebant. Vide Act. 2. 47 *. Ἐπὶ sumendum ut Act. 5. 5. Est quod Græci dicere solent, ἐπὶ χάρις, vel, ἀκολουθεῖ [f]. Al. Significat Divinæ gratiæ præsentiam, per res jam dictas. Ἐπὶ αὐτοῖς dicitur ut ἐπ' αὐτὸν, Luc. 2. 40. Idem est quod, μετ' αὐτῶν, Act. 10. 38 [g]. Gratia Dei in eorum vultu, verbis, omníque actione, resplendebat [h]. Magnam in mutua consuetudine ostendebant gratiam, benevolentiam, & beneficentiam [i].

34. *Pretia eorum*, &c.] Nempe agrorum & domuum, ut præcedentia ostendunt [k].

35. *Ponebant antè*, &c. Παρὰ τοὺς πόδας, &c.] *Ad* (vel, *Juxta*, Er. V.) *pedes Apostolorum*, Be. Pi. Quod signum erat pecunias illas subjicientium eorum arbitrio [l].
——*Zephyrique tepentia ponunt Ante meos sua flabra pedes.*—— Cicero, *Ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondo centum* [m]. Ab eo more sumpta locutio, Psal. 8. 6. ¶ *Dividebatur*, &c.] Expone ut suprà 2. 45 [n].

36. *Joseph*, Ἰωσῆς] Sic & vetus ille Manuscriptus. Alii Ἰωσῆς, eodem sensu. Nam Hebræa vocabula in Græcum transferuntur, aut planè qualia sunt, ut Ἰωσὴφ aut addendo, ut Ἰώσηπος aut detrahendo, ut faciliùs recipiatur declinatio Græca, quale est Ἰωσῆς, Ἰώσηπος. Vide quæ diximus ad Matth. 1. 16. ¶ *Barnabas*, &c.] Apostoli ei hoc nomen dederant in omen doni Prophetici. Vide Act. 9. 27. Itaque dictus fuit Hebraicè בר נבואה, Græco sermone contractè Βαρνάβας. Nihil mutandum: nam Hellenistis mos Prophetiam vocare παράκλησιν. Sic accipe Act. 13. 15 [o]. Heb. נבא est, *prophetare*. Munus Prophetandi positum est ἐν παρακλήσει, 1 Cor. 14. 6. id est, doctrinæ applicatione ad auditores, sive consolando, sive exhortando; quod utrumque παράκλησις vocatur [p]. At Heb. נבא neutrum significat. Syris ביא est, *consolari*, indè fut. 3. pers. est נביא: hinc בר נביא, &, compendii causâ, בר נבא, *filius consolans* [q]. ¶ *Filius consolationis*] Heb. pro, *plenus consolationis* [r]. Sic dictus à comitate, & eximia in erigendis conscientiis facultate †; q. d. ad consolandum maximè idoneus [t]. ¶ *Levites*] *Ex tribu Levi*. Quomodo autem Levitæ res aliquas soli habere potuerint, diximus id quod nobis videtur ad Jer. 32. 7. Potuit etiam fundus hic pertinuisse ad uxorem Barnabæ; quomodo RR. explicant Jos. 24. 33 [v]. ¶ *Cyprius*] Id est, ex Cypro insula [x]. Ortus parentibus qui in Cypro habitaverant. Vide Act. 13. 5 [y]. Judæi enim toto orbe sparsi erant, &c [z]. Habitavit autem hic Hierosolymis, ubi Sacris Literis imbutus erat [a]: quomodo Saul Tarso oriundus Hierosf. habitavit [b].

37. *Cùm haberet agrum*] Vel, in Cypro [c]: vel etiam, in Judæa [d]. Levitis enim fas erat agros etiam in terra Canaan sibi comparare. Vide 1 Sam. 1. 1 *. Oportet autem magnam fuisse possessionem Barnabæ, quòd ejus speciatim hîc fit mentio [f]. ¶ *Attulit* (sub. eò, Be.) *pretium*; Er. Tre. Æth. Τὸ χρῆμα] Hebr. כסף [g]; quod Græci plur num. χρήματα vocant [h]: rem partam ex agri venditione [i]. *Pecuniam*, P. Mo. Be. Ca. Ar. id est, τὴν τιμὴν, ut modò est locutus. Sic כסף Job. 27. 17. vertitur χρήματα [k]. Hoc fecit tum ut Christianus, tum ut prædicator Evangelii futurus, memor istius loci, Matth. 10. 9, 10. Confer Act. 3. 6 [l].

CAP. V.

1. ANanias] Idem nomen quod Jer. 28. 1 [a]. Hebr. חנניה, *gratia Domini*, aut *gratiosus Domini* [b]. ¶ *Sapphira*] שפירה, *pulcra* [c]: ut Psal. 16. 6. Jod interpositum more Syriaco [d]. ¶ *Vendidit agrum*, Κτῆμα] *Possessionem*, Er. V. Be. Pi. id est, domum, vel prædium [d]. מקנה κτῆσις vertitur: שדה, κτῆμα, Prov. 23. v. 10 [f].

2. *Et*, &c. Καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς] Est idem verbum 2 Mac. 4. 32. Tit. 2. 10 [g]. In Glossis, Νοσφίζομαι, *peculor*, *usurpo* [h]. *Et intervertit* (vel, *tulit*, Tre. ex Sy. *fraudavit*, D. La. ex Vulg. *callidè surripuit*, ab oculis heri removendo [i]. Sic Jos. 7. 1. ἐνοσφίσαντο ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, *clàm usurpârunt de anathemate*, *surripuerunt*, vel *suffurati sunt*, *clàm subduxerunt*, *inque usum suum converterunt*: ex νόσφι, *seorsim* [k]. Vel, *averterat*, Il. sic Be. *avulsit*, Er. *seposuit*, Er. V. separavit clàm ut sibi retineret ad suos usus [l]. Vel, *sibi reservârat*, Ti. sub. *aliquid*, P. Be. Pi.) *de pretio*, Mo. P. Be. Pi. *Et detractâ pretii parte*, Ca. Erat hoc furtum & sacrilegium rei Deo dicatæ [m]. Partem sibi reservârunt, ut sibi in tempore necessitatis consulerent, diffidentes Deo [n]. Grave crimen est, rem votam non solidam Deo persolvere, Levit. 27. 10. Deuter. 23. 21, 22, 23. Voti species est חרם, cujus violati pœnam vide Jos. 7. 15, 25 [o]. Rectè observat Ainsworthus ad Levit. 7. 16. ex Maimon. *In votis non necessarium fuisse ut quis verbis exprimeret; sed si in corde suo plenè statuisset, tenebatur.* Distinguendum hîc est inter *speciem* facti, quod erat Sacrilegium; & *circumstantias* facti, hypocrisin, vanæ gloriæ studium, avaritiam, &c *.

3. *Cur*, &c? Διὰ τί ἐπλήρωσεν, &c?] *Cur* (vel, *Quomodo*, Æth. *Propter quid*, Mo. *Quid est quod sic*, Tre.) *implevit* (id est, prorsus occupavit: nam omnis abundantia Hebræis verbo מלא significatur, ut Job. 8. 21. Psal. 83. 17 [p]. Vel, *obfirmavit*, Sy.) *Satanas cor tuum?* Er. P. Be. Pi. &c. Sic & *in Judam intrâsse* dicitur Satanas, Luc. 22. 3. Joh. 13. 27 [q]. [Sensus, q. d.] Cur sivisti à Satana impleri cor tuum [r]? Cur ei consensisti †? Al. *Implere cor est*, *audacem reddere*, ut Esth. 7. 5. Eccles. 8. v. 11 [t]. Audacia enim implet cor turgidúmque reddit fervidis spiritibus, qui totum hominem ad quævis audenda impellunt. Hoc pacto cor Ananiæ repletum est ut fidenter & sine metu vel Spiritui Sancto mentiri auderet. Ἐπλήρωσε, idem hîc quod, ἐπὶ προθύμως, *fidens reddidit*. Duplex autem est πληροφορία, una *fidei*, quâ pii intrepidè adversa contemnunt; altera *audaciæ*, quâ impii sine metu mala audent [v]. ¶ *Mentiri*, &c. Ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον] *Mentiri te* (vel, *Ut falleres*, id est, fallere conareris [x]: *Ut mentireris*, Er. Il. P. Tre. Be. Ca. &c. *Ut ludificareris*, sive *fucum faceres*, V.) *Spiritum Sanctum*, Mo. &c. vel, *Spiritui*, &c. Er. Il. Ca. V. &c. vel, in *Spiritum*, &c. Tre. P. Be. [Variè explicant:] *Mentiri Deo*, aut *Spiritui Sancto*, dicitur is qui sperat se Apostolos fallere posse Spiritu Sancto instructos [y]: quod mox dicitur πειράσαι, ut in Psal. 78. 41. וינסו, *tentârunt*: quod paulò antè 36. יכזבו, *mentiti sunt*. Sic duplex figura: nam & conatui datur nomen actûs, & possidens designatur ex re possessa [z]. Al. *Ut mentireris*, &c. id est, ut præ te ferres habere Spiritum Sanctum cùm aliter se res haberet [a]: ut fictè simulares quod cæteri instinctu Spiritûs Sancti faciebant. *Mentiri* dicitur qui simulat, ut, —*faciem mentita Creusæ*: &, *Æs mentitur aurum* [b]. Al. *Ut mentireris*, & probro exponeres, *Spiritum Sanctum*, id est, dona ipsius & Petro, & tibi inter alios, data. Videtur enim Ananias fuisse Minister Evangelii, qui dona eximia acceperat; cujus proinde post Barnabam fit mentio [c]. Al. Ut cùm Spiritûs Sancti impulsu prædium totum consecrâsses Ecclesiæ, postea partem ejus interverteres [d]. Al. Ut fidem Spiritui Sancto datam falleres, & rem illi promissam subtraheres *: ut Deum in pollicitatione falleres [f], non solùm mendacium illi referendo, sed & rem Spiritui Sancto, sive Ecclesiæ, prorsus dicatam surripiendo [g]. Ψεύδομαι (sicut & Heb. מעל, Levit. 5. 15.) significat, *fallere*, *frustrari*, *mentiri*, &, in juramentis atque promissis, *non servare*, *frangere* [h]. Ψεύδομαι (quod respondet Hebræo כזב [i]) modò cum Dativo construitur [k], ut v. seq. & Psal. 78. 36. & 89. 35 [l]. Job. 34. 6 [m]. modò cum Accusativo, ut hîc [n], & Prov. 14. 5. Esa. 57. 11 [o]. Sic & εὐλογεῖν cum Accusativo reperitur 2 Reg. 4. 16. Pari modo εὐλογεῖν modò Dativum post se, modò Accusativum, habet. Sed & Græci sic loquuntur, ut Aristophanes, ὁ ψεύδεταί με [p]. Sic dicimus *benedicere* & *Deum* & *Deo* [q]. Idem est *mentiri Deo*, vel *Spiritui Sancto*. Vide quæ diximus ad Matth. 12. 31 [r]. [Alii κατὰ ἀντίφρασιν expendunt.] Qu. Cur specialis hîc fit mentio *Spiritûs Sancti* †? Resp. Quia per votum & res & ipse homo sanctificantur Deo. Sanctificationis autem opera

a La. Me. b Pri. c Fi. d Pri. sim. Camer. Ham. * G. sim. Cas. f Cas. g Pri. h T. ex La. i Me. ex La. k G. l G. sim Pri. Camer. m Pri. n G. o Idem. p Be. q Di. r V. † Be. t V. v G. x D. y G. z La. Me. a La. b Li. c T. ex Hug. d T. ex Alex. * Li. f G. g Be. h Be. Camer. i Camer. k G. l Li.

a G. b Di. c G. ex D. d G. * V. ex Er. f G.

g G. ex Pi. h G. i La. k D. l Pi. m La. sim. Be. T. Med. ex Aug. Chrysost. Oecum. Hieron. n La. o G. ad v. 3. * Med. l. 1. dissert. 20. p. 151. p Be. q G. r G. sim. Me. † E. sim. Pi. t Di. Ham. Med. ib. v Di. x Pi. y G. sim. Fl. z G. a V. b Er. c Li. 67. d Be. * La. Me. sim. Med. Ham. f Ham. ex Aug. g Ham. h Med. ib. i G. k G. sic Di. Be. l G. Li. m G. n G. Di. Be. o Di. p G. q Me. sim. La. r G. † Med.

Spiritui S. appropriantur [t]. Spiritûs Sancti prærogativa est, motus cordis & excitare & discernere. Vide Rom. 9. 1. *conscientiâ testificante in Spiritu Sancto* [v]. Al. Ecclesiâ jure suo fraudatâ falli dicitur Spiritus Sanctus, qui cœlitùs descendit ut Ecclesiam constitueret ac stabiliret, quíque hæc dona tanquam Deo non hominibus data acceptavit [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ νοσφίσασθαι] *Et interverteres*, &c. Be. Pi. &c. id est, intervertendo, seu dum intervertisti, &c. & interim videri voluisti deponere apud nos totum [y].

4. *Nonne*, &c. Οὐχὶ μένον, &c.] *Nonne manens* (vel, *Dum manebat*, Be. Pi. scil. in tua possessione [z]; vel, nondum divenditum [a]; ut postulat antithesis τῷ πραθὲν [b]) *tibi manebat*, (id est, ad tuos usus [c]. Al. Sensus est, q.d. Nonne verè ac prorsus tibi manebat [d]? Hebræorum more congeminatione vocis expressit epitasin [*]. Atqui antithesis inter τὸ μένον & τὸ πραθὲν fuit explicanda [f]. Al. *Nonne possessio tua erat?* Τὸ μένον hoc loco denotat possessionem stabilem & immobilem; κτῆμα, ut v. 1. agrum, quem Anglicè **demean** vocamus, à *manendo*, quòd fructu ablato ager manet: cui opponitur τὸ πραθὲν, i. e. ager divenditus & in pecuniam versus [g]. Licebat tibi per nos non vendere prædium, & ejus proprietatem retinere [h].) *& venundatum* (seu, *venditum*, Pi. scil. τὸ κτῆμα, sive χωρίον [i], *prædium*, i. e. pretium prædii venditi [k]; nempe ἡ τιμή [l]. Meton. effic. vel subjecti [m]. Alioqui de prædio ipso falsum esset quod hîc sequitur [n].) *in tua erat potestate?* Vulg. Er. V. Be. Pi. [Hoc autem membrum non uno modo explicant:] Etiam postquam vendideras fundum, pretium totum retinere tibi licebat ac de eo nihil Deo vovere [o], & aut nihil de eo, aut quantum velles, dare. Et hoc sine exceptione intelligo [†]. Al. *In tua potestate*, scil. antequam illud Deo voveres & offerres [p]: neque enim hoc sine exceptione intelligendum [q]. *In tua potestate*, id est, in tua possessione [r]; vel, *in manu tua* [†], non tanquam domini, sed tanquam Oeconomi [t], qui pretium acceperat [v]. *Habere* autem dicitur, idque *in manu*, id est, possessione, *sua* non solùm dominus, sed & qui rem tenet, vel ejus possessionem habet, ut servus ille, Genes. 24. 10 [x]. Duplex poterat afferri hujus facti excusatio, si Ananias aut *dominus in solidum* non fuisset, aut pretium integrum rei venditæ non accepisset. Utrumque hîc tollit, prius præced. membro, οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, *dum maneret*, non divenditum, *nonne tuum maneret? nonne tu dominus illius fuisti?* posterius hoc membro, *quum divenditum esset, nonne erat in possessione tua?* vel, *in potestate tua?* non quidem, *ut illud tibi reservares*, ut vulgò intelligunt: quod nec in textu legitur, & scopo historiæ repugnat; (sic enim & votum vovere quis posset & postea non præstare:) sed, *ut illud impenderes*, nempe secundùm votum tuum [y]. Al. [Sensus loci est,] Nemo te vel vendere, vel pretium afferre, cogebat [z]. Sive retinuisses, possessio, sive vendidisses, pecunia, tua fuisset [a]. Sensum valde bene expressit Syrus, *An non tuus erat antequam venderetur? & postquam venditus esset, tu potestatem habebas in pretium ejus?* Mendacii tantùm argui videtur & hypocriseos, (quòd scilicet cùm per ambitionem totius pretium donâsse videri voluerit, partem ejus suppresserit,) non item sacrilegii: de voto enim aut Ananiæ aut reliquorum, nè verbum est in textu, sed tantùm de piorum liberalitate & fraterna charitate [b]. ¶ *Quid*, &c. Τί ὅτι ἔθου, &c?] *Quid quò d*(vel, *Quare*, Er. Tre. Il. Ti. *Cur ergò*, Ar. *Quid erat cur*, P. Be. Pi. *Quid* fuit causæ *cur*: sic & infra v. 9. Loquitur sic & Pollux. Plena locutio, Τί γέγονεν ὅτι, Joan. 14. 22 [c].) *posuisti in corde tuo*, Mo. Er. &c Heb. *cogitâsti*, id est, concepisti corde tuo [d]. *Cor* vel est intellectus, vel voluntas [*]. Vel, *induxisti*, sive *induceres, in animum tuum?* Ti. P. Be. Pi. G. i. e. Cur hoc decrevisti [f]? Indicatur deliberata fraus, & culpa hominis admittentis instinctus diabolicos [g]. ¶ *Non*(scil. tantùm, vel præcipuè [h],) *es mentitus* (vel, studuisti ut imponeres [i]) *hominibus*, (nempe nobis Apostolis [k], ut tu quidem propositum tibi habuisti [l]:) *sed Deo*] Nempe Spiritui Sancto [m], cui tua vovisti [n]; vel, qui in nobis agit, & arcana, quum opus est, nobis revelat [o].

5. *Cecidit*, &c. Πεσὼν ἐξέψυξε] *Cecidit exanimis*, P. Be. *Collapsus exspiravit*, Er. Il. Ti. Pi. Ad vocem Petri Divinitus plagâ lethali percussus interiit [p]. עיף vertitur per ἐκψύχω, Jud. 4. 21. Vide infra v. 10. & Act. 12. 23. Quia deerant Ecclesiæ Magistratus, tutores & injuriarum vindices, ideo Deus prodigiosam puniendi potestatem attribuit Apostolis [q]. Hinc Porphyrius arguebat Petrum sævitiæ. Verùm non Petrus hunc occidit, sed Deus [r]; idque ad terrorem novellæ Ecclesiæ, ut eo sanciretur publica disciplina crescente numero fidelium [†]. Sic violator Sabbati & Nadab & Abihu severissimè mulctabantur initio Ecclesiæ Judaicæ [t]. [Vide Synopsin ad Levit. 10.] Et forsan Ananias & uxor ejus pœnituerunt, auditâ Petri increpatione, antequam expirarent: forsan & contritione ac dolore nimio expirârunt [v].

6. *Juvenes*] ità Be. Pi. &c. Qui membra erant illius cœtus [x]. Νεώτεροι] Qui νεανίσκοι, v. 10 [y]. qui inferioris ordinis erant, quibus curæ erat mortuos sepelire [z]. ¶ *Amoverunt eum*; ità Er. Il. Συνέστειλαν] *Corripuerunt*, P. Mo. Pi. *Subtraxerunt*, i. e. à consequenti, ut Act. 3. 21. correptum sustulerunt ex adstantium conspectu. Possit verti, *Obvolverunt*, tum nè conspectu cadaveris terreretur cœtus, tum ut compositus & elatus humaretur [a]. Optimè Syrus accepit [b], pro *componere ad sepulturam*: nam συστέλλειν cum compositis id interdum significat. Epigr. Græc. lib. 1. ὧν με Σαυΐσαν στεῖλε [c]. Sed hæc significatio potiùs competit τῷ περιστέλλειν quàm τῷ συστέλλειν [d]. Verùm περιστέλλειν idem est quod συστέλλειν [*]. Περιστέλλειν autem est *mortuum fasciis involvere* [f], Tob. 12. 14. Usurpant sic & Euripides, & Homerus sæpe, [vide Cas.] item Plutarchus. In Glossario, *Pollingo*, περιστέλλω νεκρόν. Unde περιστολὴ apud Dionys. Halicarnass. Sic & συστέλλειν in Euripide [g]. [Vide G.] Sophocles dixit eodem sensu συγκαθαρμόζειν, quod Scholiastes explicat, περιστεῖλαι [h]. Sic & illud, συγκομίζω, Act. c. 8. v 2. intelligo de comportatione membrorum in vincula & fascias ad sepeliendum [i]. Huc facit & vulgata verbi συστέλλειν notio, nempe *contrahere*, seu *coarctare*: id quod fit vinciendo mortuum linteis, &c [k]. Συνέστειλαν h. l. cum Syro verto, *collegerunt*, nempe in involucra, sive *constrinxerunt*: Æthiopicus, *involverunt*. Idem verbum est quo Marc. 15. 46. utitur de Christi corpore, cùm id involucris involveretur. Arabs, *involverunt involucris*, nempe fasciis & linteaminibus.

7. *Spatium*; ità Mo. Διάστημα] *Intervallum*, Er. P. Be. Ti. ¶ *Nesciens*, &c.] Quia nemo ausus fuit id ei annunciare; adeò Petrum reverebantur [l]. ¶ *Introivit*] In templum, vel domum [m].

8. *Dixit*, Ἀπεκρίθη] *Respondit*, pro *dixit*, ex Hebraismo [n]. *Compellavit*: vel illa priùs dixit aliquid [o]. ¶ *Si* (vel, *Num*, Be. Pi?) *tanti*, &c.] Expressâ nempe pretii quantitate quam dixerat Ananias [p]: eam tamen tacet Lucas [q].

9. *Quid*, &c. Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν] *Quid quod* (vel, *Cur*. Er. Ti. &c. *Quomodo igitur*, Æth. *Quid* est *cur*, P. Be. Pi.) *convenit*, sive *convenerit*, (vel, *communicâstis*, Æth. Heb. חברתם, *in hoc conspirâstis* [r]: Quæ est conspiratio [†].) *vobis*, Mo. vel, *inter vos*, P. Be. Pi. V. *Quid conspiratum est à vobis*, Er. Sy. & Ar. non legerunt τί, ideóque omissâ interrogatione verterunt, *Propterea quod convenit inter vos* [t]. ¶ *Tentare*, &c?] Vel, *Ut tentaretis*, &c? Be. Pi. quasi de industria volentes periculum facere an Deus justus esset & omnipotens [v], & omniscius. Non consilium eorum respicit, sed eventum [x].

10. *Ad virum*. &c. Πρὸς, &c.] *Juxta virum*, &c. Er. P. Be. Pi. &c. *Unà cum viro*, in eodem sepulcro. Hoc sensu προσθάπτειν dixit Poeta Græcus in Epigrammate [y].

12. *Per manus*, &c.] בְּיַד, i.e. per *Apostolos*: Hebraismus frequens [z]: ministerio & operâ eorum, habitâ fortassis etiam ratione impositionis manuum [a]. ¶ *In plebe*] Nam principes superbi & increduli Divinæ benignitatis fontem sibi obstruebant [b]. ¶ *In porticu Salomonis*] Quæ amplissima erat, & in Atrio gentium; ut ibi liberiùs & pluribus prædicaret [c].

13. *Cæterorum*, &c. Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολλᾶσθαι αὐτοῖς] *Cæterorum*, vel *Reliquorum*, *autem nemo audebat ipsis adhærere*, sive *adglutinari*, Be. P. vel, *se conjungere*, Er. Il. Ar. sic Mo. Pi. Ca. vel, *arctè adhærere*, Di. h. e. familiariter iis uti [d], se iis inserere, se profiteri Apostolum, aut Apostolis familiarem [*], aut parem [f]: partim metu Magistratuum; partim ex admiratione & reverentiâ Apostolorum, quòd ad eorum dignitatem & virtutem se assurgere posse diffiderent [g]. Vel, metu nè mali aliquid ipsis eveniret ab Apostolis.

Apostolis. Simile vide 1 Reg. 17. 18 [h]. Al. *illis appropinquare*, hoc est, congredi cum illis, sive eos adoriri [i]. Verùm id mox ausi sunt, v. 17, 18 [k]. *Reliquorum.* Quorum? Resp. 1. Eorum qui extra Ecclesiam erant [l], & quidem alicujus dignitatis; quippe quos à plebe distinguit, qui, utpote timidiores, non audebant se palàm Ecclesiæ adjungere [m]. [Non placet:] 1. Tunc dixisset, τῶν δὲ ἄλλων· nam vox λοιπῶν *reliquos* ex ipsorum cœtu denotare videtur. 2. Hi dicuntur Apostolis, non verò Ecclesiæ, adjungi, ut Grammatica constructio apertè docet [n]. 3. Obstat illud v. seq. *Magis augebatur credentium multitudo*, &c [o]. quos adeò auditores Apostolorum fuisse necesse est [p]. Sed hoc non repugnat: auditores enim eorum esse poterant, quamvis iis non arctè adhærerent, nec eorum consortio adjungere se auderent [q]. Resp. 2. Membrorum Ecclesiæ, qui se cum Discipulis 120 in consistorio conjungere non sunt ausi [r]. Resp. 3. Reliquorum ex 120 Discipulis ad ministerium destinatis, de quibus dicitur illud ἅπαντες, v. 12. qui, viso tremendo Dei flagello uni ipsorum numero immisso, non sunt ausi Apostolis se pares facere. Et hanc veram loci sententiam esse puto, ob causas jam dictas †. ¶ *Sed magnificabat eos* (vel, 1. Apostolos [t], vel, 2. Discipulos 108, qui etiam donis eximiis instructi erant, licèt infra Apostolos [v].) *populus*] Vel, *plebs*, utpote simplicior & integrior: Primores enim & Pharisæi calumniabantur [x].

14. *Magis*, &c. Μᾶλλον δὲ προσετίθεντο, &c.] *Imò verò adjiciebantur*, &c. Be. Pi. q. d. Tantum abfuit ut hoc exemplo decesserit aliquid Ecclesiæ, ut hæc contrà aucta sit, &c. Sic Græci utuntur particulis illis, μᾶλλον δὲ [y]. Tunc autem distinctio post eas ponenda esset [z]. Al. *Magis autem* (Multò etiam magis quàm ante. Respicitur enim hîc id quod dictum est suprà 4. 4 [a].) *adjiciebantur*, &c. Vulg. Di. ex Sy. & Ar. Hi μᾶλλον construxerunt cum προσετίθεντο· quod præfero [b].

15. *Ità*, &c. Ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν, &c.] *Adeò ut in plateas* (vel, *secundum plateas*, Mo. *per vicos*, Ca. *per plateas*, i. e. hîc illic per varias plateas: ut κατὰ seriem & distributionem aliquam significet: ut Act. 21. 21. κατὰ τὰ ἔθνη, *per gentes*: & 22. 19. κατὰ τὰς συναγωγὰς, *per synagogas* [c].) *efferrent*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. Di. vel, *exportarent*, Er. Il. V. Ca. *ejicerent*, Vulg. Hellenistæ utuntur ἐκπορεύεσθαι, *exire*, pro *ejici*, ut Marc. c. 7. v. 19. ità & ἐκφέρειν, *efferre*, pro *ejicere*, ut Esd. 1. 19 [d]. ¶ *Grabbatis*] Vide Marc. 2. 4 *. ¶ *Saltem umbra*, &c.] Mira thaumaturgia [f]. Christus fimbriæ tactu sanavit morbos, Petrus etiam umbræ contactu. Ità impletum illud Joh. 14. 12 [g]. Verùm an ulli hoc pacto sanarentur non liquet, neque id hîc dicitur. Et forsan hoc non à credentibus factum est, quibus licebat eos ad Apostolos adducere; sed ab incredulis & superstitiosis Judæis, &c [h].

16. *Vicinarum urbium*; ità P. Be. Pi. &c. Τῶν πέριξ πόλεων] *Circumjacentium urbium*, Di. sim. Æth. Mo. Sy. i. e. ex urbibus, &c. Hesychius, πέριξ κύκλῳ [i].

17. *Exurgens*; ità Be. Ἀναστὰς] Exiens è Synedrio, ut videret quid ageretur [k]. Vel, διεγερθεὶς, &c. (*excitatus ac commotus rebus his gestis*,) ut rectè Scholiastes interpretatur [l]. Syrus & Arabs hoc in Versionibus suis consultò prætereunt, ut vacare hîc indicarent. Ut enim קום Hebræis, ità Hellenistis ἀνίστημι, non semper situm personæ indicat, sed sæpe novæ actionis initium, & tum, non aliter quàm ἄρχεσθαι, Luc. 3. 8. Act. 1. 1. & alibi, vacat. Sic Jos. 6. 9. *qui surget & ædificabit*, i. e. qui ædificabit. Vide & Deut. 32. 38. Esd. 10. 5. Act. 6. 9 [m]. ¶ *Quæ*, &c. Ἡ οὖσα αἵρεσις, &c.] *Quæ est secta* (vel *hæresis*, Vulg. Be. *factio*, V. sic Zeg.) *Sadducæorum*] In magno Senatu erant & Pharisæi & Sadducæi, Act. 23. 6. sed summus Sacerdos & consanguinei ejus sectæ erant Sadducæorum; ut Procerum pars magna [n]. Innuit Pontificem fuisse pariter Sadducæum [o]. Al. Ellipsis hîc est conjunctionis, *Omnes qui cum illo erant* (sub. *&*) *quæ est hæresis*, &c. i. e. qui erant ex hæresi, &c [p]. Αἵρεσις, ut Latinè *secta*, vox est media. Vide Act. 24. 5. Ciceronem lib. 15. Epist. 16. L. si duas § 2. D. de Excus. Tutorum [q]. ¶ *Repleti sunt zelo*] Ità Mo. Zelo tuendi partim Judaismi [r], partim Sadducaismi †. Ζήλου] *Invidiâ*, Il. P. Be. Pi. *Æmulatione*, Er. Ti. V. Vitiosam æmulationem significat conjunctam cum odio atque invidiâ; ut in Platone, ζῆλοί τε αὖ καὶ φθόνοι ἐκ ἐγγίγνονται. Est quoque ζῆλος in laude, apud Demosth. Eurip. &c [t]. קנאה, quod ζῆλον vertunt LXX, sæpe *iram* significat. Causam iræ Sadducæorum indicavimus suprà 4. 1 [v].

18. *In custodia*, Ἐν τηρήσει] Vide Act. 4. 3. Idem δεσμωτήριον, Act. 5. 23. & φυλακὴ, 22 [x].

19. *Aperiens januas*, &c.] Ut Matth. cap. 28. ver. 2. Act. 12. 10 [y].

20. *Et*, &c. Καὶ σταθέντες, &c.] i. e. Et constanti animo. Qui tales sunt *stare* dicuntur Hebræis: ut 1 Cor. 7. 37. & 10. 12. 2 Cor. 1. 24. Eph. 6. 14. Col. c. 4. v. 12. Philo De Cherubinis, στῆναι explicat, ἀτρεπτον κλίνουσαν διάνοιαν, (*mentem constantem*, sive *immutabilem, obtinere* [z].) Al. *Et consistentes*, Pi. *Et vos sistentes*: Cohæret cum seq. *in templo* [a]. ¶ *Omnia verba vitæ hujus*] Ità Er. Il. Mo. Be. Pi. &c. vel, *istius*, non mundanæ & caducæ, sed cœlestis & æternæ [b], quæ unicè in pretio habenda est: ut ταύτης emphaticè ponatur [c]. Vel, *hujus*, quam scil. Sadducæi negant [d]. Vel, *verba hujus vitæ*, pro, *hæc verba vitæ*, per Hypallagen *: qualis est 2 Sam. 2. 4 [f]. Estque Metonymia: nam *vitæ* nomine intelligit doctrinam quæ ad vitam æternam ducit. Sic & Joh. 12. 50 & 17. 3 [g]. q. d. Hujus instituti rationem, scil. Christianismi [h].

21. *Diluculo*; ità Il. Ti. Ὑπὸ τὸν ὄρθρον] *Sub diluculum*, P. Mo. Be. Pi. *Ante auroram*, Ar. ¶ *Concilium*, Τὸ συνέδριον] Hîc intellige alios primarios Sacerdotes & Scribas, istorum collegas [i]. ¶ *Et*, Καὶ πᾶσαν τὴν γερουσίαν, &c.] *Et totum senatum*, Camer. sic Er. P. Mo. Be. Pi. vel, *seniorum ordinem*, Er. Il. V. Sy. Tre. Ca. Seniorum populi cœtum [k]: Senatores urbis Hierosolymorum, & si qui Senatores ex aliis oppidis ad festum diem convenerant. Vide Act. 4. 5. & dicta ad Matth. 10. 17. Idem est γερουσία quod suprà πρεσβύτεροι, זקנים [l]. Γερουσία & Πρεσβυτέριον idem sunt, ait Hesych. & ut hoc est σύστημα πρεσβυτέρων, *cœtus Presbyterorum*; ità illud est σύστημα γερόντων. Lacones pro illo dixere γερωχία [m]. Al. Ut per συνέδριον hîc intelligo Concilium LXX, ità per γερουσίαν, Seniores, vel Judices duorum reliquorum Conciliorum: ut jam Seniores 117 præsentes fuerint [n].

23. *Clausum cum*, &c. Ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ] *In*, vel *Cum, omni securitate*, Mo. V. vel, *diligentiâ*, Er. Il. P. *Cum summa fide*, V. Nullo manente patefactionis indicio [o].

24. Ὅ τε ἱερεὺς] Nempe ὁ μέγας· הכהן P. Ἱερεὺς, pro ἀρχιερεὺς· ut 2 Reg. 12. 2. & 2 Par. 24. 2. & 1 Mac. 15. 1. Sic *Sacerdos* dicitur & Aaron, & Christus. Sic alibi *Angelus*, pro *Archangelo: pistor*, pro *principe pistorum*, &c [q]. *Sacerdos*, pro *summo sacerdote*, ut Latinis *Poeta*, pro *summo Poeta* †. Syr. Vulg. & Æth. non legerunt. Q. cod. hîc habent ἀρχιερεὺς [r]. ¶ *Magistratus templi*] De quo Act. 4. 1. ¶ *Principes sacerdotum*] Vel, *sacerdotalium familiarum*. Vide ad Mat. 2. 4 †. ¶ *Ambigebant*; ità Er. Il. P. Mo. Ca. &c. Διηπόρουν] *Obstupuerunt*, Tre. ex Sy. *Mirabantur*, G. *Hæsitabant*, Be. Tre. i. e. hæsitantes cogitabant [t]. ¶ *De illis*] Vel, *De negotio eorum*, Ar. ¶ *Quidnam*, &c. Τί ἂν γένοιτο τοῦτο] *Quinam factum esset hoc*, Ar. V. *Quidnam hoc fieret*, Mo. vel, *esset*, Ca. *futurum esset*, Er. P. V. *sibi vellet*, Ti. *Quònam hoc evasurum esset*, Be. Pi. *Quid hoc esset rei*, G. Γένοιτο, pro εἴη [v], Act. 10. 17. Confer Act. 2. 12 [x]. An magicis artibus evasissent, an corruptis custodibus [y], an vi carcerem perfregissent [z].

26. *Sine vi*] Non ligatos, ut alioqui fieri solebat, Matth. 27. 2 [a]. vel metu populi, vel eos vinculis invitos teneri non posse putantes [b].

28. *Præcepimus*, &c.] Locutio qualis suprà 4. 17. Notat quis Responsa ad orthodoxos scripsit, hoc jam non ignorantiæ, sed malitiæ, fuisse [c]. ¶ *In nomine isto*] Contemptim, ut Act. 9. 21. & 28. 22. Terentius, *Cum milite isto*: ubi Donatus, *ISTO bene additum, quasi odioso, ut alibi.* Hæc enim pronomina spernentis sunt odiúmque monstrantis [d]. ¶ *Vultis inducere*, &c.] i. e. Vultis nos onerare crimine interfecti hominis istius *, & populum concitare [f], & Romanos, potentes æquè ac justos scelerum vindices [g], ut pœnas illius de nobis sumant [h]. *Sanguis* Hebræis [dicitur] cædes, & crimen cædis, & pœna cædis [i].

29. *Obedire oportet*, &c. Πειθαρχεῖν, &c.] Vide quæ suprà 4. 19. Πειθαρχεῖν est vox benè Græca, quæ occurrit &

& infrà v. 32. & Act. 27. 21. & Tit. 3. 1. Respondet Heb. שמע [k]: Propriè sign. *parere Magistratui*, sive *imperio* [l]: ut Aristot. Nicom. 9. *Vir bonus πειθαρχεῖ τῷ νῷ, paret imperio mentis* [m].

30. *Deus Patrum*, &c.] Providè hoc addidit, nè quis alium Deum ab Jesu prædicatum crederet quàm eum quem coluerant Abraham, Isaac, Jacob, de quo præceperat Moses; contrà quàm sibi persuasit Marcio. Sic & Act. 3. 13. & 7. 32. & 22. 14 [n]. ¶ *Quem vos interemistis*; ità Er. Mo. &c. sic Tre. P. Be. Ca. Pi. &c. Διεχειρίσασθε] *Violentâ manu occidistis*, V. sic Er. Nam *interimitur* & qui meritò plectitur [o]. *Trucidâstis*. Sic enim vox hæc sumitur & infrà 26. 21. Lucas, ut eruditus, multis utitur vocibus purè Græcis: qualis hæc est, quæ eodem sensu apud Herod. & Plut. reperitur. Heb. est קטל, quod χειρῶν vertitur Job. 13. 15. ¶ *In ligno*] Ità maluit dicere quàm, *in cruce*, ut allùderet ad locum Deut. 21. 23 [p].

31. *Hunc*, &c. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε, &c.] *Hunc Principem—exaltavit*, Vulg. Sic τοῦτον cohæreret cum ἀρχηγὸν, &c. quod non placet [q]. *Hunc* (sub. *inquam* Be.) *principem* (vel, in *ducem*, Pi. ἀρχηγὸν finem designat [r], ponitúrque pro, εἰς ἀρχηγὸν †, vel pro, εἰς τὸ εἶναι ἀρχηγὸν [t], *ut sit dux*. Ellipsis qualis Rom. 4. 11. σφραγῖδα, pro, εἰς σφραγῖδα, *in sigillum*, vel, *ut esset sigillum* [v]: & Act. 7. 35. ἄρχοντα, pro, εἰς ἄρχοντα, *qui esset princeps*: & Jac. 2. 5. πλουσίους, pro, εἰς τὸ εἶναι πλουσίους [x]. Vel verti potest, *ut Ducem* [y]. נגיד, ἡγούμενον, Dan. 9. 25. Vide suprà 3. 15 [z].) *& salvatorem* (vel, *liberatorem*, Ham. Est ἓν διὰ δυοῖν· ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα, pro, ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, Act. 3. 15 [a]. vel pro, ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας, Heb. 2. 10 [b].) *dextrâ suâ* (vel, *ad dextram suam*: ut τῇ δεξιᾷ valeat, πρὸς τὴν δεξιὰν, sicut Act. 2. 33 [c].) *evectum constituit*, Be. Di. Sic verto ὕψωσε, ex collat. Act. 2. 36 [d]. *Evexit*, pro, *evectum constituit*. Ex antecedenti intelligitur consequens, more Hebræorum; ut, לקח, *accepit*, pro, *acceptum adduxit* *. ¶ *Ad dandam pœnitentiam*, &c.] Id est, Ut per Christum, & ejus merita adduceret Israelitas ad pœnitentiam [f]. Ut, resurrectione ipsius & ascensu in cœlum intellectis, ineatis eam viam quam ineundam dixit. *Christi sanguis*, ut inquit Clemens, *toti mundo pœnitentiæ gratiam fert* [g]. Monet Regnum Messiæ non esse carnale, ut somniabant Judæi, sed spirituale, &c [h]. ¶ *Et remissionem*, &c.] Quæ pœnitentiam fide animatam sequitur [i].

32. *Testes horum verborum*] Id est, Harum rerum, more Hebræo [k]: *Rerum quas dicimus* [l], quas oportet à nobis promulgari [m]. ¶ *Et Spiritus sanctus*] Non nos tantùm, sed & Spiritus S. virtus Divina, Matth. 10. v. 20 [n]. Hic testatur tum per Apostolos, tum per seipsum, per miracula, per illapsum in credentes, &c [o].

33. *Dissecabantur*; ità Er. Διεπρίοντο] *Frendebant*, Be. Pi. *Diffindebantur*, Camer. sic Ga. i. e. ringebantur [p]. Declarat eorum gestum qui præ rabie dentibus strident, veluti si quis serram trahat [q]. Διαπρίεσθαι idem est quod βρύχειν, i. e. πρίειν τοὺς ὀδόντας [r]. Non placet: quum illa sit cordium, (Act. 7. 54 †.) hæc dentium, affectio [t]. Apud LXX διαπρίεσθαι nusquam ità sumitur. A tormento potiùs Orientalium vox desumpta videtur, qui nocentes διαπρίειν solebant, 1 Par. 20. 3 [v]. *Urebantur*, Ga. ex Ca. *Inflammabantur irâ*, Di. ex Sy. *Dirumpebantur animis*. Sic infrà 7. 54 [x]. *Furebant in eos*, instar ursorum, &c. Hesychius, διαπρίεται, μαίνεται [y]. Significat iram aut dolorem vehementem: quo sensu dicta & de Martyribus defectionem suorum spectantibus, apud Euseb. 6. 41. & Niceph. 5. 31. & de Christianorum hostibus, Euseb. 5. 1. Eodem sensu usurpatur apud Græcos ῥήγνυσθαι, & διαρρήγνυσθαι, apud Arian. in Epict. 1. 13. & Antonin. Imperat. 8. 4. &, apud Latinos, *findi & rupi*. Persius, Satyr. 3. —*turgescit vitrea bilis, Findor.*—Horat. Serm. 1. 3. *Rumperis & latras* [z].

34. *Pharisæus*] Quod genus hominum lenius erat circa pœnas. ¶ *Gamaliel*] Credibile est fuisse illum quem Thalmudici aiunt magistrum fuisse Simeonis ejus cujus ætate destructum fuit Templum. Frequens fuit hoc nomen apud Hebræos: & Patriarcha quidam ejus nominis fuit Honorianis temporibus, cujus meminit lex Honorii in cod. Theodosiano, Hieron. ad Pammachium, Marcellus Emp. cap. 23 [a]. Fuit hic magister Pauli [b], Act. 22. 3 [c]. S. Barnabæ, & S. Stephani [d]: filius Simeonis illius Luc. 2. cujus avus erat celebris ille Hillel. Dicitur *Gamaliel senior*, ob nepotem & pronepotem ejus sibi cognomines; & hi tres cum quatuor aliis insigniti sunt peculiari illo titulo, *Rabban*; quo nullus eminentior erat: id quod famam ejus ostendit *. Postea Christianus factus est, &c [f]. Sed confictum hoc est, & facilè ex scriptis Thalmudicis refutandum. Narrant enim quòd Onkelos Targumista 70 libras thuris funeri ejus impendit [g]. ¶ *Jussit foràs*, &c. Ἔξω βραχύ τι—ποιῆσαι] *Foràs breve quid—fieri*, Mo. potiùs, *facere*, h. e. foràs emittere [h]. *Pusillùm foràs secedere*, V. Verùm *secedunt* volentes, captivi abducuntur [i]. *Ut paulisper* (βραχύ τι, scil. μέρος τοῦ χρόνου. Sic Heb. 2. 9 [k].) *abducerent* (ad verb. *extra facerent*, Be.) *foràs*, Be. Pi. Ut moris erat fieri reis ubi de eorum negotio consultabatur; suprà 4. 15. Est autem locutio satis Græca. Sic Aristot. Oecon. 2. dixit, τοὺς ἀποσαλεύοντας εἰς φυλακὴν ποιῆσαι. *Huc te fac*, apud Terentium, Donatus interpretatur, *accede*. Sic & Apuleius, *intrà tamen sese facit* [l].

36. *Ante*, &c. Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν] *Nam ante hæc tempora*, Be. Pi. Non multis abhinc annis *, sub Augusto †. Politici in deliberationibus multùm utuntur exemplis, præsertim patriæ suæ, & quorum recens memoria ||. ¶ *Theodas*, Θευδᾶς] Contractum ex Θεόδωρος, ut Δημᾶς ex Δημήτριος, & Μηνᾶς ex Μηνόδωρος [m]. Sed nomen hoc non Græc. est, sed Heb. תודה, quod Syri enunciant per diphthongum, *Theuda*; quomodo *Thomam Thaumam* vocant, & *Josephum Jausephum*. Frequens erat id nomen apud Hebræos: itaque non mirum est diversis temporibus plures extitisse factiosos homines ejusdem nominis [n]. De quo hîc agitur is exstitit paulò ante finem Herodis [o]. *Theudæ* meminit Jo. Antiq. 10. 2. quem interfectum narrat à Cuspio Fado Præside Judææ [p]; nempe anno 4 Claudii Cæsaris [q], annis 7 vel 8 (vel 12 aut circiter [r]) ante hanc Gamalielis orationem †. Quî ergò Lucas cum Josepho conciliandus? Resp. 1. Lapsus μνημονικὸς hic tribui potest vel Lucæ, ut Act. 7. 16. & alibi in S. Scriptoribus; vel Josepho [t]: qui hîc forsan, ut alibi non semel in Chronologia, peccat [v]. Resp. 2. Alius Lucæ quàm Josephi Theudas erat [x]: hic sub Claudio, noster sub Augusto [y]: & hic forsan erat nostri filius aut nepos, qui ejus rebellionem sopitam suscitare, vel necem vindicare conatus est, ut sæpe fit [z]. Sic sæpe solent sectæ aut hæreses sepultæ reviviscere, & dispersæ vires colligere, ut factum narrat Josephus, Antiq. 20. 3. in filiis Judæ Galilææ, qui idcirco sub Tiberio crucifixi sunt. Ut igitur ibi loquitur de sobole Judæ *Galilæi*, ità verisimile est eum cap. 2. locutum de sobole alterius Theudæ, qui Judæ illius antecessor erat [a]. ¶ *Dicens se*, &c. Εἶναί τινα ἑαυτόν] Addit MS. ille in Anglia, ut & alii quidam, μέγαν, ut infrà 8. 9 [b]. *Se esse aliquem*, Er. P. Be. &c. vel, *aliquid magni*, Tre. ex Sy. sim. Ar. Vocant Græci τινὰ, *aliquem*, eum qui cæteris præstat; ut contrà, οὐδένα, *hominem nihili*, futilem & abjectum [c]. ¶ *Cui consensit*, Προσεκολλήθη] *Adhæsit*, Pi. Er. *Agglutinatus est*, Be. Conspiravit cum illo & eadem docebat [d]. ¶ *Dissipati* (vel, *Dissoluti*, P. Be. Pi. *Deleti*, Ca.) *sunt*, &c. ità Er. Il. &c. Διελύθησαν, &c.] *Dispersi sunt*, Duce amisso, & omnes illarum conatus evanuere, juxta proverbium Hebraicum, de quo diximus ad Matth. 16. 28 *.

37. *Post hunc*; ità Be. Pi. &c. Μετὰ τοῦτον] Al. *Præter eum*, Q. in Li. *Præterea*, Q. in Be. ¶ *Judas Galilæus*] Idem qui Josepho dicitur *Gaulonites* [f], utpote oriundus Gaulone, loco vel in Galilæa latè sumpta, vel illi contiguo [g]. Hujus Judæ meminerunt Salmanticensis [h], & Rabbini alii [i]. Al. Alius hic erat à Gaulonite [k]. ¶ *In diebus professionis*; ità Ca. Τῆς ἀπογραφῆς] *Census*, Ar. *Descriptionis*, Er. P. Mo. Be. La. D. G. &c. Relegato Archelao [l]: de qua Luc. 2. 2 [m]. Sed hæc erat altera descriptio [n]. [Vide Synopsin ad Luc. 2. 2.] Syrus, *in diebus quibus homines descripti sunt in pecunia capitationis*, putà capitatim in censu. In censu autem tria fiebant; 1. singuli profitebantur se subditos Cæsaris: 2. ei solvebant censum in signum subjectionis: 3. describebantur à Præside in tabulis Cæsaris, ut & numerum & vires Provinciarum sciret [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ] *Et avertit populum multum post se*, Pi. Be. Mo. Tre. P. &c. Sic *avertere in se populum* Macrobius 2. 5. dixit: ibi de oculis autem, hîc de animis, agitur. Ἀπέστησε idem quod μετέστησεν, Act. 19. 26. & ἀποστρέφειν, Luc. 23. 14 †. *Multùmque ad se*

Side notes, left column: [k] G. [l] Er. Camer. [m] Camer. [n] G. [o] Er. [p] G. [q] Be. † Pi. [r] Di. [t] Di. † Pi. [v] Pi. [x] Di. [y] Pi. [z] G. [a] Cas. Camer. [b] Ham. [c] Pi. [d] Be. * Di. [f] Me. [g] G. [h] Ham. [i] G. [k] G. ex Cas. &c. [l] V. sic Camer. Be. [m] V. [n] G. [o] La. [p] Camer. [q] Be. sim. Camer. [r] Q. in Ga. † Heins. [t] Ga. adv. 47. 468. [v] Heins. [x] G. [y] Ham. [z] Ga. ib. [a] G. [b] La. Li. [c] L. [d] La.

Side notes, right column: * Li. 72. [f] La. Baron. in Li. [g] Li. [h] Er. [i] Be. [k] Pi. [l] G. * Me. † Me. sic T. || G. [m] D. [n] G. [o] G. ex Cas. & Orig. [p] Be. Cap. La. Li. &c. [q] T. Cap. [r] Li. D. ex Scal. † Cap. Li. [t] Cap. [v] Li. ex Baron. [x] La. Me. T. D. ex Scal. Be. Camer. Li. Ham. [y] La. T. &c. [z] Me. & T. ex La. sim. Li. [a] Li. 76. [b] G. sim. Be. [c] Camer. [d] Er. * G. [f] Cap. sic G. [g] Cap. [h] G. ex D. [i] G. [k] D. ex Scal. [l] G. [m] V. [n] D. Span in Wal. [o] La. † Pri.

se hominum traduxit, Ca. Dicens, indignum esse ut gens fidelis serviret Romanis, nec licere iis vectigal dare [p], aut aliam Potestatem præter Deum agnoscere [q]. ¶ *Dispersi sunt*, διεσκορπίσθησαν] Idem quod modò dixerat, διελύθησαν. In Hebræo esset, נפצו, ut Ezec. 28.25. & alibi [r].

38. *Et*, &c. Καὶ τὰ νῦν λέγω ὑμῖν] *Et nunc* (vel, *Nunc quoque*, Ca. *Nunc itaque*, Be. Pi. *Et impræsentiarum*, Ham.) *dico vobis*, Er. P. Mo. Tre. &c. Ellipsis, τὰ νῦν, pro, κατὰ τὰ νῦν ὄντα [*]. ¶ *Discedite*, &c. Ἀπόστητε, &c.] *Abscedite* (vel, *Abstinete*, Er. P. Tre. Ti. Pi. q.d. Manus abstinete [†]. Vel, *Ut vobis temperetis*, Ca.) *ab hominibus istis*, Be. &c. i. e. Nihil vobis sit cum illis negotii, ut Matth. 27. 19 [t]. Nolite eorum res aut acta inquirere, aut dijudicare, nec conciones eorum impedire [v]. Fuit hic vel animo erga Christum propenso, cui tamen obstat quod Precationis formulam composuisse traditur, ut *Deus perdere velit Hæreticos*, i. e. Christianos [x]; vel ingenio miti & moderato [y]; vel, verebatur nè cædem Apostolorum, contra Romanorum autoritatem factam, gravius aliquid sequeretur [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐάσατε αὐτούς] *Et sinite* (vel, *missos facite*, Ba. Ca.) *eos*, Er. Mo. Tre. Pi. &c. ¶ *Si—ex hominibus*] Id est, ex humano commento [a]: ut apparet ex antithesi, in Matth. 21.25 [b]. ¶ *Dissolvetur*, Καταλυθήσεται] לא תקום, ut est in Hebræo proverbio paris sensûs [c], ut lib. Aboth. c. 5. *Omnis contentio quæ fit propter Deum tandem stabilis erit*; *& quæ non fit propter Deum, non erit stabilis* [d].

39. *Non poteritis*, &c.] Quia non est consilium aut vis contra Dominum [*]. ¶ *Nè fortè*, &c. Μήποτε καὶ θεομάχοι, &c.] Difficilis est connexio cum præcedentibus. Præcisum est docendi genus [f]. Ellipsis est [g]. Ante μήποτε hìc subintelligitur, *cavendum est* [r]. ¶ *Nè etiam* (vel, *Nè quando*, Er. V. vel, Et videte *nè etiam*, Be. vel, *Nè si hoc facere conemini*, Camer.) *cum Deo pugnare comperiamini*, Pi. Be. &c. Hæc verba jungenda sunt cum ἐάσατε αὐτούς, v. 37. verbis intermediis per parenthesin interpositis [†]. Symmachus רפאים vertit θεομάχους, Job. 26. 5. Prov. 9. 18. & 22. 16. Verbum θεομαχεῖν habes 2 Macc. 7. 19. Γλώσσας θεομάχους in Expositione Fidei quæ additur operibus Justini [t]. Tigillinus Apollonium apud Philost. 4. 15. absolvens, ὥσπερ θεομαχεῖν φυλαττόμενος, χώρει, ἔφη, οἷ βούλει. Pythagoras, τῇ θείᾳ προνοίᾳ ἀντιτείνειν dixit. Vide Act. 9. 5. & 11. 17. Philost. 6. 10. Θεοῖς ἀντινομοθετεῖν μανίαν οἶμαι [v].

40. *Consenserunt* (vel, *Paruerunt*, Pi. sim. Er.) *ei*] Sim. Be. ab ipso persuasi [x]: nempe nè Apostolos occiderent; non autem ut intactos dimitterent: quod tamen æquum fuerat & congruens iis quæ dixerat Gamaliel [y]. ¶ *Cæsis*, Δείραντες] *Cùm cecidissent* eos, G. Me. Pi. scil. virgis, seu flagellis [z], seu loris, more Hebræo. Confer Act. 22. 19. 2 Cor. 11. 24. Prædictum id Mat. 10. 17. & 21. 35. & 23. 34. Marc. 12. 5. & 13. 9. Luc. c. 20. v. 10, 11 [a].

41. *Gaudentes*, &c.] Memores præcepti herilis, Mat. 5. 11, 12. Magna virtus, ipsam contumeliam honori ducere ob bonam causam [b]. ¶ *Quòd digni habiti* (vel, *facti*, Tre.) *essent*] Ità P. Be. Er. &c. Elegans hìc oxymorum, κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι· quale, *Insipiens sapientia*, & *Concordia discors*: nam ἀξιοῦσθαι & ἀτιμάζεσθαι sunt contraria [c]. Est certè ingens donum pro Christo pati, Phil. 1. 29 [d]. ¶ *Pro nomine Jesu*] In manuscripto illo vetere non additur, τοῦ Ἰησοῦ· parìque modò 1 Joh 3. 7. legitur in eodem manuscripto, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος· nimirum ἀντονομαστικῶς [*]. Ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ] *Pro nomine ejus*, Be *Pro nomine*, Sy. & Ar. in Di. Non legerunt αὐτοῦ. *Nomen*, absolutè, pro *Deo* Hebræis usitatissimum est, ut Levit. 24. 16 [f]. ¶ *Contumeliam* (i. e. verborum injuriam [g]) *pati*] Flagellatio erat servile & infame supplicium [h].

42. *In*, &c. Ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον] Idem dici puto quod Act. 20. 20. δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους [i]. Docuerunt tum publicè, audientibus Judæis; tum privatim, ubicunque opus erat [k]. Boni pastores non tantùm suas oves pascunt & docent publicè in Templo, sed & privatim obeuntes singulorum domos, eos instruunt, consolantur, hortantur, &c [l]. *In templo*, i. e. in illis Templi locis publicis quæ destinata erant ad Panegyres solenniores: κατ' οἶκον, i. e. Synagogis Hierosolymitanis: quales fuisse necesse est, cùm tot myriades hominum convenirent: quæ etiam aliquando includuntur generaliori *Templi* appellatione [m]. Al. κατ' οἶκον est, *domesticatim* [n], vel, *de domo in domum*, vel etiam *domi*, i. e. per domos, non in singulis domibus [o]. ¶ *Docentes*, &c.] Pro, *Docere* [p]. Hellenismus [q].

Margin (left column): p La. — q Ham. — r G. — * Sch. — † Camer. — t G. — v La. — x Cap. — y Cap. sim. Be. — z Be. — a G. sim. Be. — b Be. — c G. — d D. — * Me. — f Be. — g Q. in Pri. Camer. — r G. — † Ham. Pri. — t G. — v Pri. — x Be. — y G. — z Pi. — a G. — b G. — c Cas. — d La. Me. — * G. — f Di. — g Me. — h Ham. — i Di. in collat. crit. p. 4000. in Append. crit. sim. Be. — k Be. — l La.

Margin (right column): m Clop. in collat. crit. — n Er. — o V. — p V. Pi. — q Li.

CAP. VI.

1. *Discipulorum*] Id est, eorum qui postea *Christiani* appellati sunt [a]. ¶ *Murmur*; ità Er. P. Mo. Be. Ca. &c. Γογγυσμός] Sic verti solet vox Hebræa pluralis תלנות, Exod. c. 16. v. 7, 8. & alibi [b]. *Fremitus*, Ca. ¶ *Græcorum*, Τῶν Ἑλληνιστῶν] *Græcorum*, Er. P. Mo. Be. Id est, Ἑλλήνων [c]. *Græcanicorum*, sive *Græcistarum*, sive *Græciensium*, Ti. Ca. Pi. D. Qu. Quinam hi? Resp. 1. Hi erant gente extranei, sive Gentiles, religione Judæi [d]. Probatur: 1. quia distinguuntur à *Judæis* & *Hebræis* hìc & Act. 9. 29. & 11. 20. 2. Cùm plurimi tunc essent Proselyti, Act. 2. 10. & 13. 43. mirum si nulli ex his, sed soli Judæi, credidissent. 3. Inter septem Diaconos Hellenistas & ex Hellenistarum corpore electos Nicolaus fuit *Proselytus Antiochenus*; quo forsan significatur reliquos fuisse Proselytos Hierosolymitanos, h. e. Hierosf. natos: sed hoc saltem constat quosdam Proselytos Ἑλληνιστὰς dici. 4. Ecclesia Christiana jam constabat ex duobus his generibus, 1. ex Judæis: 2. ex Proselytis; qui duorum generum erant, Syri & Græci. Syri, quia eodem sermone utebantur cùm Judæis, communi quoque nomine Ἑβραῖοι dicti sunt. Qui ergò his opponuntur Ἑλληνισταὶ, non alii possunt esse quàm Proselyti ἑλληνίζοντες & χριστιανίζοντες [*]. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Tales nusquam, quod sciam, Ἑλληνισταὶ, sed semper *Proselyti*, nuncupantur [f]. 2. Nondum in Ecclesiam admissi videntur Gentiles [g], saltem magno numero. Vide Act. 2. 5, 22. & 3. 12 [h]. & Act. 10 [i]. 3. Tales dicuntur Ἕλληνες, Joh. 20. 10. Ἰουδαῖοι quoque & Ἕλληνες in tota S. S. continent & distinguunt omnes gentes, ut proinde *Hebræi* & *Hellenistæ* h. l. aliud planè significent necesse est. Et si *Hellenistæ* hìc essent Græci conversi, eos sanè τοῖς Ἰουδαίοις opposuisset, non Ἑβραίοις [k]. Resp. Ἑβραίοις h. l. potius dicit, quia nomen Ἰουδαίων complectitur omnes Ἰουδαΐζοντας, qui Judæi essent religione, quamvis non genere. Vide Gal. 2. 14. At Ἑβραῖος dicitur Gentis ac generis & linguæ ratione, 1 Cor. 11. 22. Quare & Paulus Epistolam suam ad fideles Judæos non inscripsit, πρὸς Ἰουδαίους, sed, πρὸς Ἑβραίους. Hinc & Syri Ἑβραῖοι h. l. dicuntur, quia eorum lingua, quæ tunc Hierosf. usurpata, *Hebraica lingua* dicitur, Act. 22. Eos autem qui his opponuntur non Ἕλληνας vocat, quo nomine vocabantur Gentiles; sed Ἑλληνιστὰς, ad vitandam homonymiam, & ut significet hos Proselytos fuisse [l]. [Hæc de prima sententia.] Resp. 2. Judæi [m]; ut liquet ex collat. Act. 11. 19, 20 [n]. qui nati fuerant, aut vixerant, inter Gentes [o]; (Gentiles enim *Græci*, & Gentilitas *Græcia* sæpe dicitur [p]:) vel inter Græcos [q]: qui Græcâ linguâ utebantur [r], & Græcis moribus [†]. Judæi religione, sed qui, cùm Alexandriæ & vicinis in locis vixissent antea, morem indè retinuerant Sacra scripta legendi Græcè אלינסתין Ἑλληνιστὶ, ut aiunt hac de re Thalmudici: qui mos mansit ad Justiniani tempora, ut cognoscimus ex Novella 146. Talem Alexandrinam Synagogam fuisse Hierosolymis notatur in Glossis ad cap. 2. Estheris; & Cæsareæ, in Thalmude Hierosolymitano. Horum plerique Hebraicè non intelligebant, quorum fuit & Philo, quanquam Judæus ex Judæis ortus. In talium gratiam librum vas sui transtulit nepos Sirachides [t]. Judæi sic distinguebantur; Judæi Palæstini, qui hìc *Hebræi*: διασπορὰ Βαβυλώνιος· & διασπορὰ Ἑλλήνων, qui hìc *Hellenistæ*, sive *Græcienses*, qui peculiari utebantur dialecto, quam *Hellenisticam* vocant [v]. Ἑλληνίζειν non est, *habitare* in Græcia; sed, linguâ Græcâ uti [x], teste Phavorino [y]. Confirmatur hæc sententia ex Act. 9. 29 [z]. *Disputavit adversùs* Ἑλληνιστὰς· non certè adversùs Græcos conversos: quorsum enim aut Paulus cum illis, aut illi cum Paulo acriùs certarent quàm Judæi? & quì ausi fuissent illi, qui Hierosolymis peregrini erant, Judæum inter Judæos interficere? sed adversùs Judæos Græcæ dispersionis: qui-

Margin (Cap. VI): a V. — b G. — c Er. D. — d Salm. in Wal. sim. Be. Camer. Zeg. — * Salm. — f D. — g La. sim. E. T. Li. — h Li. p. 99. — i La. — k Li. Ib. — l Salm. — m Er. V. D. La. E. Me. T. G. ex Sy. Ham. Li. Pi. ex Scal. Pi. — n Pi. Ham. — o Er. V. — p E. — q Li. sim. D. La. Me. T. — r La. Me. Li. D. sic G. ex Sy. & Chrys. Oecum. & — † La. Me. T. — t G. — v D. — x Ham. ex Scal. — y Ham. — z Li. sim. G.

quibuscum disputavit Paulus, tum quia illi viventes inter gentes majorem ex Antiperistasi quadam zelum pro Judaismo nacti sunt; tum quia lingua ipsorum Græca erat, in qua Paulus à cunis institutus fuerat [a]. ¶ *Adversus Hebræos*] Hi Judæi erant [b], in Judæa (aut in regionibus Orientalis dispersionis [c]) nati [d], & educati [*]: qui Hebraicè, sed corruptè, h.e. Syriacè, loquebantur [f]. ¶ *Eò quòd*, &c. Ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ, &c.] *Quòd despicerentur* (vel, *prætermitterentur*, Ca. *negligerentur*, V. Camer. Pi.) *in ministerio quotidiano*, P. Mo. Be. Pi. &c. *In ministerio*, vel, 1. activè sumpto [g]: quòd ab Hebræis deputatæ erant ad viliora ministeria [i], nimióque labore oppressæ [k]: vel repulsæ à ministrando, ut rariùs ministrarent quàm Hebrææ [l]: vel, quòd quotidianus administrandorum pauperum labor ipsis imponeretur [m]. Ità, ἐν τῇ διακονίᾳ, sumeretur pro, διὰ τῆς διακονίας [n]. Vel, 2. passivè, quo scil. illis ministrabantur necessaria [o]: ut colligitur tum ex 1 Tim. 5. 3. *Viduas honora*, tum quòd διακονία & διακονεῖν hoc sensu sumuntur, Rom. 15. 25, 31. & 2 Cor. 9. 1 [p]. quòd vel in collegium viduarum ægriùs allegerentur [q]; vel minùs promptè aut largiter iis daretur [r]. Nempe aut ægrotæ aut infantibus oneratæ minus accipiebant quàm mulieres in Judæa natæ. Hæc distributio vocatur hîc διακονία. Sic διακονεῖν, Marc. 1. 31. Luc. 4. 39. & 8. 3. Joh. 12. 2. Rom. 15. 25. Heb. 6. 10. διακονίαν παμπόλων hoc sensu dixit Julianus Imperator. Id accidebat; [vel, 1.] quia non certis hominibus, sed modò his, modò illis, Apostoli ad hanc rem utebantur; & quidem Judæis in Judæa natis. Id correctum instituto Diaconorum collegio, & allectis etiam Hellenistis †. Vel, 2. ob antiquum ipsorum Canonem, *Viduas à mariti liberis alendas esse*. Vel, 3. quòd in Judæa nati plures suppeditâssent sumptus, divenditis ipsorum & bonis & agris; quod Hellenistæ non ità promptè facere poterant [t].

2. *Duodecim*] Propriè, quia Matthias numerum impleverat [v]. ¶ *Multitudinem discipulorum*] h.e. Christianorum [x]. Erat enim eo tempore Ecclesiæ regimen tale quale olim Athenis fuisse dicit Plato ἀριστοκρατίαν μετ' εὐδοξίας πλήθους, (*Aristocratiam cum placito plebis:*) adde, & cum Principatu [y]. Notatu dignum, quam potestatem h. l. habet societas Christianorum, quæ modò πλείονες dicitur 2 Cor. 2. 6. modò πάντες, 1 Tim. 5. 20. modò ἐκκλησία & ἀδελφοὶ, Act. 15. 3. & Matth. 18. 17. His permittitur h. l. Diaconorum electio, sed, 1. ex instituto Apostolorum: 2. certis limitibus circumscripta: 3. ordinatione ipsorum Apostolis reservatâ, v. 3. Sic & Act. 15. cum Apostolis & Senioribus jungitur *tota Ecclesia*, v. 22. in electione & missione nunciorum Antiochiam, & in inscriptione Epistolæ, v. 23. & in cognitione atque approbatione decreti. Soli tamen Apostoli & Seniores suffragia decisiva habebant, ut patet tum ex v. 6. tum ex Act. 16. 4. ubi ab illis solis *decretum constitutum fuisse* dicitur [z]. Al. *Multitudo* hîc intelligitur non credentium; quorum multa jam millia erant, sed Presbyterii, sive 108 illi de quibus antè dictum est. 1. Quorsum tot millia convenirent ut 6 vel 7 homines eligerent? 2. Quî illi omnes, & gentibus & linguis diversi, murmurationibus quoque divisi, in hac electione consentirent? 3. *Deligere* jubentur *viros Spiritu sancto plenos ex seipsis*: non constat autem Spiritum S. in alios descendisse præter illos 120 [a]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ ἀρεστόν ἐστιν] *Non est æquum*, P. Æth. Vulg. Be. Pi. vel, *commendabile*, Ti. *bonum*, Tre. *gratum*, vel *placitum*, Er. V. Il. Mo. sub. *Deo*, Il. tale ut laudari [b], & placere nobis, debeat [c]. Heb. ישר ἀρεστὸν vertitur: alibi δίκαιον, εὐθὺ, ὀρθὸν [d]. q. d. οὐ δεκτὸν, *non debet admitti* †. ¶ *Derelinquere verbum Dei*] Id est, prædicare [*]. Hoc ideo dicit quia quod aliis negotiis datur id decedit prædicationi. Itaque καταλείψαντας hîc est, *minùs curantes quàm fieret si eo onere levaremur* [f]. ¶ *Ministrare mensis*] Ità P. Mo. Be. &c. vel, *Ut ministremus mensis*, Er. Il. Tre. &c. i. e. conviviis, aut in conviviis, de quibus Act. 2. 42. quanquam Synecdochicè cætera etiam munera intelliguntur quæ cum isto erant conjuncta, præsertim cura pauperum, &c [g]; dare singulis sodalitiis quæ ad victum & vestitum sunt necessaria. Ità διακονία hæc à majore parte describitur. Vide quæ diximus suprà 2. 44 [h]. Mensæ hæ erant partim sacræ, partim communes: celebrabant enim fideles

[a] Li. 172. [b] Li. 100. [c] Idem. ib. [d] La. Me. Li. &c. E. [*] Me. [f] La. E. [g] Q. in La. [i] Me. La. ex Raban. sim. Er. [k] La. Me. [l] La ex Chrys. & Beda, sim. Er. [m] Di. ex Æthiop. [n] Di. [o] Al. in La. sim. E. Me. Li. &c. [p] E. [q] Be. [r] Me. sim. La. Be. † G. [t] Li. chron. 83. [v] G. [x] Ham. [y] G. [z] Ham. [a] Li. 101. [b] V. [c] Er. sic V. G. Ec. Cas. [d] G. † Cas. [*] La. [f] G. [g] La. [h] G.

Eucharistiam, deinde Agapen, sive commune convivium; & ad utrumque ministerium deputati sunt Diaconi [i]. Verùm de mensis sacris h. l. non agit: neque enim Eucharistiæ administrationem à se amandare, aut ad alios transferre, Apostoli voluerunt. Quare Diaconi mensis tantùm communibus, & rebus pauperum curandis, præfecti erant, non item aut administrationi Eucharistiæ, aut prædicationi Verbi †. At constat Philippum (& Stephanum ‖) potestatem habuisse prædicandi & baptizandi [*]. Rectè quidem; eámque potestatem ante Diaconatum acceptum habebant: erant enim, teste Epiphanio, ex numero LXX, vel saltem ex 108, quos ad ministerium delegatos antè diximus †. Sensus, q. d. Nostrum est pascere animas Verbo Dei, ergò par non est ut distineamur curâ pascendi corpora. Notent hîc Episcopi, procurationem rerum suarum temporalium aliis demandare, exemplo Basil. Nazianz. Aug. qui nè quidem de iis loqui, aut earum rationes audire, sustinebant [k]. Significant Apostoli, se utrique oneri sustinendo impares esse, & Verbi ministerium sic operosum esse, ut hominem prorsus detineat, neque aliis negotiis vacare sinat [l].

3. *Considerate*, Ἐπισκέψασθε] *Circumspicite*, Er. *Dispicite*, Pi. *Deligite*, Be. ברו לכם, 1 Sam. c. 17. v. 8. ubi Græci, ἐκλέξατε ἑαυτοῖς [m]. ¶ *Boni*, &c. Μαρτυρουμένους] q. d. *Testimoniatos*, Er. *Testimonio* (*bono*, V. vel, *idoneo*, P. Be. Pi.) *probatos*, Mo. V. &c. *Testatos*, quoad vitam suam [n]. *Bene audientes*, Ca. *Spectatæ probitatis*, Er. Il. Formam dat Ecclesiæ, ut qui ad ministeria eliguntur testimonia habeant eorum quibuscum vixere. Sic infrà 16. 2 [o]. ¶ *Septem*] Videtur respicere 7 gentes Occidentalium Judæorum, qui h.l. murmurabant, scil. *Cappadoces*, *Ponticos*, *Asianos*, *Phryges*, *Pamphylios*, *Romanos*, & *Cretes* [p]. ¶ *Plenos Spiritu Sancto*] Id est, sanctitate [q]: vel, donis eximiis præditos, v. 8 [r]. quæ non Apostolis tantùm, sed & credentibus, quamvis non omnibus, collata sunt. Vide Marc. 16. 17, 18. Act. 2. 38. & 4. 31. & 10. 44, 45, 46. & 19. 6 †. ¶ *Et sapientiâ*] Vel, prudentiâ [t]: in Sacris Literis institutos, ut si opus esset ex iis disputare possent, sicut fecit Stephanus [v]. ¶ *Quos*, &c. Οὓς καταστήσομεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης] *Quos huic negotio* (vel, *usui*, Be. sic Mo. vel, *curæ*, Pri. vel, *muneri*, sive *functioni*, Camer. Er. vel, *In hoc negotio*, scil. ministrandi mensis: vel, *super hanc necessitatem* [x]. χρεία dicitur & id quo opus & usus est, & munus atque officium: ut χρεία membrorum corporis humani, apud Galenum, est munus quo illorum quodque fungitur [y]. Vel, *Ad hunc usum*, G.) *præficiamus*, P. Pi. Pri. &c. eam enim vim habet ἐπὶ, ut Act. 8. 27. & 12. 20 [z]. vel, *constituamus*, Mo. Æth. sic Tre. ex Sy. *Quibus delegabimus hoc negotii*, Er. Il. Ar. V. על מלאכת הזאת; exemplo scil. illorum qui in Synagoga dicebantur חזנים, Epiphanio Ἀζανῖται. Totum primæ Ecclesiæ regimen conformatum fuit ad formam Synagogæ. Quæ bene se habebant, nihil opus erat mutari. Habuere tales & Esseni: de quibus Philo Ἐλλόγιμοι δ' ὑπηρετοῦσι ταῖς διακονικαῖς χρείαις ἐπιτελοῦντες. Tales Josephus ἀποδέκτας & χειροτονητοὺς ἐπιμελητὰς vocat [a].

4. *Nos verò orationi —— instantes erimus*, Προσκαρτερήσομεν] *Perdurabimus*, vel *perseverabimus*, Be. Pi. Camer. *Incumbemus*, V. *Assidui erimus tum in præeundo plebi in precibus ad Deum, tum in plebe instituendâ*. Quod sic tamen intelligendum est ut inspectionem in Diaconos Apostoli à se non abdicaverint, sicut nec Episcopi postea fecere: sed ea inspectio minus exigebat temporis quàm quotidiana administratio. Ignatius, Τί δὲ διάκονοι, &c. (*Quid Diaconi nisi ad instar Angelorum, ministrantes ei*, nempe Episcopo, &c [b].)

5. *Placuit*, &c. Ἤρεσεν —— ἐνώπιον, &c.] *Placuit —— toti multitudini*, Be. Pi. sic V. vel, *coram omni*, &c. Pi. Heb. בעיני, quod LXX per ἐναντίον vertunt, Gen. 34. 18. & 41. 37. & per ἐνώπιον, Deut. 1. 23. 2 Sam. c. 3. v. 36 [c]. ¶ *Stephanum*, &c.] Hellenistas omnes fuisse credibile est [d]. Nomina hæc omnia sunt Græca; quod non mirum in Alexandrinis: in Judæis verò in Judæa notis credo nomina fuisse Hebræa, quæ Lucas Græcè extulerit. Sic Apostolum *Philippum* credo Hebræis vocatum פלא פי לבא, *Os cordi congruens*, aut פלא פי, *os admirabile* [*]. ¶ *Et Nicolaum advenam*, &c. Προσήλυτον Ἀντιοχέα] *Proselytum Antiochensem*, Be. Pi. sim. Salmas. Hinc

[i] La. Me. † Li. 101. ‖ Q. in Li. [*] Ham. † Li. ib. [k] La. [l] Calv. [m] G. [n] Camer. [o] G. [p] Li. 101. [q] Me. [r] G. † Ham. [t] Me. [v] G. [x] V. [y] Camer. [z] Pri. [a] G. [b] G. [c] Di. [d] Camer. [*] G.

Hinc constat, reliquos quoque Proselytos fuisse, sed Hierosolymitanos. Si dixisset, *Nicolaus Antiochenus, proselytus*, indubiè significaret, reliquos sex esse Judæos, non Proselytos [f]. *Nicolaus* cùm dicitur fuisse *ab Antiochia proselytus*, intellige גר צדק, i.e. circumcisum, & Legi suâ voluntate subditum. Nam tales quin in Ecclesiam recipi possent, nunquam dubitavere Apostoli: sed an idem fieri deberet de iis qui erant גרי תושב, gravior erat quæstio & oraculi indigens. Hic est Nicolaus à quo nomen traxere Nicolaitæ in Apocalypsi & Patribus memorati. Alii ipsum accusant: alii verbum ejus in pravum detorta malunt [g].

6. *Imposuerunt eis manus*] Id est, Ordinabant eos: unde Ordinatio χειροτονία [vel χειροθεσία] dicitur [h]. Signum mandati ministerii, 1 Tim. 5.22. Sic populus eligebat Regem, Prophetæ ungebant Dei nomine. Quod hîc fecere Apostoli, idem Episcopi postea tum in Presbyteris, tum in Diaconis, ordinandis; etiam tunc cùm electio esset penès ordinem ac plebem [i]. Originem hujus ritûs Hebræi petunt ab ipso Mosis ævo; tum à LXX Senioribus, quibus Mosen manus suas imposuisse volunt; tum ex Num. 27.18. ubi Moses Josuæ manus imposuit. Non ergò à more manuum victimis imponendarum ortus est hic mos, sed ex זקנים, sive *Presbyterorum* suorum, creatione: quæ fiebat per manuum impositionem; ità tamen ut etiam sine Impositionis actu per Epistolam ab eo, cui Ordinandi facultas esset missa, legitima fieret Ordinatio [k]. Diu mos erat in Ecclesia, ut populus eligeret, Episcopus ordinaret [l], sed qui ob populares tumultus rectè mutatus est [m].

7. *Multa etiam turba sacerdotum* (i. e. ex familia & comitatu Sacerdotum. Vide similem historiam, Joh. 7. 46, 47 [n].) *obediebat* (vel, *auscultabat*, Be. Pi. ὑπήκουον, pro πείθειν ut annotavimus Matth. 8. 27 [o].) *fidei*] Id est, Evangelio, quod est doctrina fidei. Meton. adjuncti [p]. Sic Gal. 1. 23. Confer Rom. 1.5 [q]. *Per fidem obedivere Christi præceptis:* baptizati sunt [r]. Mihi mirum videtur, tot Sacerdotes credidisse †, ut ὄχλος nomen illis conveniat. Locus ergò mihi suspectus videtur [t]. Ait Junius defuisse τῶν ἱερέων in suo [Arabico] exemplari, non deest sanè in eo quod Erpenius edidit. Syrus pro eo habet, *Judæorum* [v]. Quod non probo: nam quorsum *Judæos* nominaret, cum illis solis prædicaretur Evangelium [x]? Resp. *Judæos* intelligi propriè dictos, h.e. Hebræos Palæstinos; qui opponuntur vel Hebræis dispersionis, aut Babylonicæ, aut Græcæ; vel Proselytis, ut Act. 2.10 [y]. Forsan unica hîc vocula addenda, πολὺς τε ὄχλος (adde, καὶ) τῶν ἱερέων, sub. τινες, ellipsi usitatâ, ut Act. 21.16. Ut sensus sit, *multam populi turbam credidisse, & aliquos etiam è Sacerdotibus* [z]. Placet hæc conjectura [a]. Sed nimis audacter hîc & alibi sæpe Beza levibus de causis puritatem sacri Textûs vellicat [b]. Ἱερέων hîc legunt Chrysost. Vulg. Ar. Æth. & Græca exemplaria omnia [c]: nec vel unum producit Beza in adversum [d]. Et quidni Sacerdotum (quorum 4289. ex captivitate reduces erant, Esd. 2. 36, &c. & multum deinde aucti sunt) turba crederet, &c [*].

8. *Plenus gratiâ*] Nam χάριτος legunt Vulg. Sy. Ar. Er [f]. & 4 Codices [g]. Πλήρης πίστεως] *Plenus fide*, Be. Pi. in Christum [h]. ¶ *Et fortitudine*] Ad agendum, prædicandum, disputandum, patiendum, &c [i]. Δυνάμεως] *Potentiâ*, Be. Pi. i.e. eximiis Spiritus S. donis. ¶ *In populo*] Id est, palàm, multos ex populo sanabat [k].

9. *De Synagoga quæ appellatur Libertinorum*, Λιβερτίνων] Qu. Quinam hi? Resp. 1. Vox corrupta est ex Λιβυστίνων [l]. q. d. Libyum, qui inter Cyren. & Ægypt. habitabant, quíque suam in Jerus. habebant Synagogam [m]. Resp. 2. Apud Suidam est, Λιβερτῖνοι, ὄνομα ἔθνους, *nomen gentis* [n]. Idem scribit Ortelius [o]. Quin & *ecclesia Libertinensis* in Africa habetur in Collatione Carthaginiensi †. Resp. 3. *Libertini* hi medii erant inter servos & ingenuos [*]; ac proinde ibi Synagogam habere poterant separatam ab aliis à quibus conditio ipsos separabat [p], tanquam viliores, juxta illud Flacci, *Quem rodunt omnes libertino patre natum* [q]. Libertini Romæ multi Judaicæ religionis. Eorum fuit Cæcilius ille in quem est Divinatio Ciceronis, ut nos Plutarchus docet. Tacitus Annal. 2. ait *quatuor millia libertini generis, superstitione Judaicâ infecta missa, in Sardiniam.* Meminit & Josephus. Hi partim erant Proselyti [r], partim Judæi origine & bello capti ac manumissi †, Romanáque libertate donati [t]. Vide Act. 22. 28. Qui ex servis liberi facti sunt dicebantur *liberti*, horúmque filii in hac libertate nati, *libertini* [v]. Philo in Legatione, Πῶς ἦν ἀποδέχετο, &c. (*Alioqui non passus fuisset trans Tiberin bonam Romanæ urbis partem teneri à Judæis, quorum plerique erant Libertini: quippe qui captivi abducti in Italiam à dominis libertate donati fuerant, permissi ritu majorum vivere.*) [Addit ibi Philo, *Hos sciebat habere suas proseuchas in quibus cœtus facerent*, &c.] Horum sumptu structa Hierosolymis hæc Synagoga, & positi in ea Magistri eruditi. Narrant Judæi, Hierosolymis fuisse Synagogas 480 [x]. *Ex synagoga*, i.e. cœtu & veluti gymnasio. Nam certè oportuit tam amplam civitatem, ad quam undique Judæi, tanquam ad communem Academiam, suos erudiendos mittebant, in varios cœtus distribui: quos quidem apparet ex hoc loco, pro nationum varietate fuisse appellatos: ut hodie Lutetiæ multa collegia à variis gentibus cognominantur, quibus etiam peculiariter ac propriè sunt constituta [y]. Non ovum ovo similius quàm Libertinus Proselyto. Ut Libertinus in Judaismum cooptatus in ipso cooptationis actu Libertinitate donatus est, ità Proselytus Justitiæ tempore cooptationis è Gentilismo in Judaismum erat ingenuus seu Liber. *Libertini* autem hîc intelligi possunt sic dicti, vel, 1. ex Jure tantùm Romano ut Judæi Romæ manumissi & in patriam reduces: vel, 2. (quod malim) ex Jure Ebraico, ut Judæi illi posteriùs eorum qui è servitute in Judaismum simul & libertatem cooptabantur, indéque nomen illud nacti sunt [z]. [Plura videsis in Cl. Seld.] ¶ *Et Cyrenensium*] Multi in Cyrenaica Judæi; Josephus 16. 10 [a]. An hoc ad Cyrenaicos Philosophos pertinet? Non puto: nam hæc sunt gentium, non sectarum, nomina [b]. Cyrene erat triplex; Syriæ, Mediæ, Africæ. De tertia hîc agitur, quia Cyrenenses junguntur Alexandrinis, qui pariter sunt Afri [c]. Illud καὶ hîc legunt Vulg. Ar. & Æth. quod varias innuit Synagogas; 1. Libert. 2. Cyren. 3. Alex. At Syrus copulam omittit, locúmque sic vertit, *Quidam è Synagoga quæ vocatur Libertinorum, Cyrenæi & Alexandrini*, &c [d]. Sic unum indigetatur collegium Libertinis Judæis consecratum, cujuscunque tandem gentis essent [*], sive Cyrenæi sive Alexandrini, &c. quod valde nobis arrideret si lectio comprobaretur [f]. Sed nil obstat quò minùs etiam cum copula sic accipiatur de unica tantùm Synagoga, eâque Libertinorum dicta, sed cujus sodales gentium quæ insequuntur nominibus distinguantur [g]. ¶ *Alexandrinorum*] Ubi etiam jus par cum Macedonibus erant adepti. Vide quæ ad Maccabaicum tertium notavimus. ¶ *Et Asia*] Plurimi & in Asia Judæi; Josephus 12. 3. & 14. 17. & 16. 14. Vide & infra cap. 9 [h]. *Asia*, scil. Minori, quæ Ciliciæ adjacet [i]. Habebant ergò Jerosolymis variæ nationes suas distinctas Synagogas, ut Verbum Dei suâ linguâ audire possent: ut Romæ videmus Gallos, Hispanos, Germanos, &c. peculiares Ecclesias habere [k]. ¶ *Disputantes*; ità Er.Il.Pi.&c. Συζητοῦντες, &c.] *Altercantes*, &c. P. Pi. &c.

10. *Non poterant resistere sapientiæ*] Divinæ, quâ plenus erat Stephanus [h]: *Sapientiæ*, propter Scripturas quas noverat [i]. ¶ *Et Spiritui qui* (vel, *quo*, V. Zeg. *per quem*, Be. Pi. ᾧ, pro, δι᾽ οὗ.) *loquebatur*] Propter Divinam vim verba ejus dirigentem, ex promisso, Matth. c.10. v.20 [l].

11. *Tunc*, &c. Τότε ὑπέβαλον, &c.] *Tunc subjecerunt*, &c. Be. Pi. vel, *summiserunt*, Mo. *allegârunt*, Ca. *subornârunt*, Er. Il. G. V. Camer. Sic de testibus loquuntur Cicero pro Roscio, & in Panegyrico Plinius [m]. Optimè mentem [loci] expresserunt Sy. & Ar. *Tunc miserunt quosdam & docuerunt eos ut dicerent* [n]. ¶ *Verba blasphemiæ*] Vel, *blasphema*, Be. Pi. *contumeliosa*, Camer. V. נאצות, Ezec. 35. 12. ubi in Græco, βλασφημιῶν [o].

12. *Commoverunt*; ità Be. Pi. Συνεκίνησαν] קשרו: quod Græcè verti solet συστρέφειν [p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτὸν] *Et invadentes* (vel, *instantes*, Mo. *ingruentes*, P. *adorti*, Be. Pi. *cùm adstitissent*, V. *concursu facto*, G.) *corripuerunt eum*, Er. Il. V. &c.

13. *Falsos testes*] Vera falsis miscentes, ut ii qui in Christum dixerant. Volebant enim credi ea quæ dixe-

Marginal notes (left): f Salmas. — g G. — h La. — i G. — k Seld. in Wal. — l Er. ex Rab. — m Er — n G. — o Be. — p Pi. sim. Be. — q Pi. — r G. — † Cas. sim. Be. — t Be. — v Di. — x Ec. — y Di. — z Cas. — a Be. — b Li. 103. — c Di. — d Li. ib. — * Di. — f Di. sim. G. — g Be. — h Idem. — i Me. ex La. — k Be. — l Q. in D. — m Q. in La. — n D. sic Cas. — o D. — † Seld. in Wal. d. — * D. — p D. sim. La. Me. T. Be. — q Be.

Marginal notes (right): r G. — † G. sim. La. Me. T. Di. — t Li. sim. La. &c. — v Li. 1c. — x G. — y Be. — z Seld. in Wal. — a G. — b Cas. — c Me. ex La. — d Di. — * Di. sim. Be. — f Di. — g Seld. — h G. — i La. Me. — k Me. — h La. Me. — i G. — k Pi. — l G. — m G. — n Di. — o G. — p G.

 rat

rat Stephanus dicta ab eo cum abominatione Templi & Legis. Contra tales testes est Psal. 52[q]. ¶ *Locum sanctum*] Templum, vel Urbem[r].

14. *Jesus—destruet locum istum*] Id est, Templum. At idem prædixerat Daniel 9.26. Olim cùm similia prædiceret Jeremias, in periculum venit, sed immeritò, ut sapientiores & æquiores judicabant; ut videre est Jer. 26. 16, &c. ¶ *Mutabit*, &c.] Hæc non dixerat Stephanus: sed fortè allegaverat locum Mal. 1. 11. & similes alios †.

15. *Tanquam faciem Angeli*] i.e. Valdè pulchram & gratiosam[t]: augustum quid & cœleste in vultu[v]. Habebat gravitatem cum summa suavitate conjunctam. Vide suprà v. 8[x]. Splendorem habet & Mosis & Angeli, quia nihil dixit nisi quod illi antè dixerant, Deut. 28. & 32. Dan. 9[y].

[q] G. [r] Me. Pri. † G. [t] E. sim. T. [v] Me. [x] G. sim. Pri. [y] Li. 104.

CAP. VII.

1. SI, &c. Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει;] *Si* (vel, *Num*, Er. P. &c. *Num igitur*, Be. Pi.) *hæc ità* (*se*, Er. P. Ti.) *habent?* Mo. P. &c. Suntne vera quæ isti de te testantur? εἰ ἄρα, האם[a].

2. *Qui ait*] Cum de duabus rebus accusaretur Stephanus, quòd Templi excidium prædixisset, & quòd vocationem Gentium ad Deum, ut ostendat nihil in eo esse iniqui, omnem historiam veterem ad sua tempora percurrens insinuat κατ' κρύψιν, Dei favorem nunquam adstrictum fuisse loco illi, nè Tabernaculo quidem, aut Templo: deinde Judæos, si gentis suæ & sua facta bene expenderent, nihil habere cur se alienigenis præferrent[b]. ¶ *Viri fratres* (τὸ *viri* redundat ex H[s]: ut Gen. 13. 8[c]. Hoc populo dicit[d]. Judæos *fratres* vocat, ut earum promissionum cum eisdem consors, ejusdem & Legis observator & Dei cultor *. Vel, *fratres* vocat sibi æquales & coævos[f].) *& patres*] Hoc [dicit] Senatoribus[g]. Sic & Romani Senatores vocabant *Patres*[h]. Al. *Patres* vocat, ut Proselytus: Discipuli enim quasi filii censebantur[i]. ¶ *Deus gloriæ*] Ut Psal. 24. 7[k]. i. e. gloriosissimus[l], fons & causa omnis gloriæ Angelis & hominibus collatæ[m]: qui ante Legem & Templum fuit Deus gloriæ, suámque gloriam ostendit Patribus vestris[n]. Refellit calumniam illam Act. 6. 13. Stephanus, honorificè loquendo de Deo Abrahæ, déque ipso Abraham, ac de Lege, Templo, Mose & Prophetis. His, inquit, vos potiùs obloquimini, &c[o]. ¶ *Apparuit*] Hoc est ex traditione Hebræorum, (cujus meminit Abarbaniel,) non ex scripta historia[p]. ¶ *Abrahæ*] Ab hoc incipit, quia is Judæorum primus pater & Patriarcha fuit, primúsque promissionem explicatam accepit de Christo ex se nasciturо[q]. ¶ *Cùm esset in Mesopotamia*] Imò erat in Ur Chaldæorum, Gen. 12. 1. collat. cum Gen. 11. 31. Pugnat ergò Stephanus cum Mose[r]. Resp. Videtur Ur fuisse in Mesopotamia. Nec repugnat Ammianus l. 25. ubi *Uris* facit mentionem: nam eo tempore Mesopotamiæ possessio inter Romanos & Persas disceptabatur armis †. Docet Ammianus *Ur* in Mesopotamia fuisse inter Nisibin & Tigrim amnem. Eupolemus quidem hanc *Uram* ponit in Babylonia. Sed illud malim, tum quia indè in Judæam via recta est per Carrhas, seu Charran; è Babylone verò per Arabiæ deserta: tum ex collat. Jos. 24. 2. ubi Thara dicitur trans Euphratem habitâsse מעולם, *jam olim*, vel, ut LXX & Vulg. ab *initio*; & ibi idola coluisse. At Babyloniæ pars illa, ubi *Ura* Eupolemi, est cis Euphratem. Obj. Hoc dicitur respectu Charran urbis. Resp. Non verisimile est, Tharam post Dei vocationem idola ibi coluisse, sed neque fuit diu superstes, quia ex Ura venit valde senex, Gen. 11. 28, 31[t]. Fieri potest ut ארם נהרים Hebræis latiùs patuerit, & omnia illa continuerit quæ non Euphrate tantùm & Tigride, sed & eorum divergiis, irrigantur[v]. Vicinæ, vel etiam confusæ, fuerunt regiones Chaldaica & Mesopotamiæ[x]. *Mesopotamia* latè accipitur, ut sub se comprehendat *Chaldæam*[y]: ut liquet, 1. ex v. 4. *Tunc exiit de terra Chaldæorum*[z]: 2. ex collat. Gen. 11. 31. & 12. 1[a]: 3. ex Plin. 6. 26. *Reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæque Babylonia appellata est*[b]; & paulò antè, *Mesopotamia tota Assyriorum fuit præter Babylona & Ninum*[c]: 4. ex lib. Juchasin, 135. 2. ubi Mesopotamia vocatur *Regnum Haran*. Nam *Haran* vixit in *Ure* Chaldæorum[d]. 5. Quòd Chaldæam pertinere ad Mesopotamiam etiamnum censent Arabes. Geog. Nub. dicit ad *Mesopotamiam* pertinere regiones quasdam *Parthiæ*, & inter eas *Bagdad*, quæ hodierna Babylonia est, Chaldææ metropolis *. ¶ *Priusquam moraretur* (vel, *habitaret*, Be. Pi.) *in Charran*, Ἐν Χαῤῥὰν] *In Carris*, quæ & ipsæ in Mesopotamia[f]: quæ fuit urbs Parthorum sita in finibus Mesopotamiæ, versùs terram Canaan[g]: ubi Abraham aliquot annis habitavit, Gen. 11. 32[h].

[a] G. [b] G. [c] Li. 104. [d] G. * Salm. in Wal. [f] La. [g] G. sim. La. Me. [h] G. [i] Salm. [k] G. [l] La. T. Me. [m] La. [n] La. ex Chrys. [o] La. [p] G. [q] La. [r] Q. in La. † G. [t] EP. 2. 6. 88. [v] G. [x] Camer. [y] La. Me. sim. Li. Di. EP. [z] La. sic D. [a] Me.

3. *Dixit ad illum, Exi de terra tua*, &c.] Qui hæc conciliant cum Mose, Gen. 12. 1. existimant in Mose ויאמר esse plusquam perfectum, & per ὑπόθεσιν ibi referri id quod in Ure dictum fuerat: qualia ὑστερόπρωτα multa sunt & in Sacris & in profanis historiis[i]. Vertendum ibi, *Dixerat*: ut indè constat, quòd jubetur ex terra & cognitione sua exire; & propterea hoc pertinet ad id tempus quo primùm ex patria migravit[k]. Perperàm hoc refertur ad Gen. 12. 1. quasi de eadem re atque eodem tempore dictum. Duplex enim erat Abrahæ vocatio; 1. in Chaldæa, [quæ innuitur] Gen. 11. 31. quòd enim vocatio illa non Tharæ data sit, ut ex eo loco videri possit, sed *Abrahæ*, constat & ex hoc loco, & ex Jos. 24. 2. & ex consensu Hebræorum. Hujus autem monito promptè paruit Thare cui proinde ductus illius itineris adscribitur. 2. In Charran; ubi dicit, *Exi è terra & cognatione tua*, additque, *è domo patris tui*, quam antea secum tulerat[l]. Laudo qui omnes nodos tollunt: neque tamen si in veteris loci aut temporis exacta designatione memoria Lucæ titubaverit, ideo historiæ quam scripsit peribit auctoritas. Spiritus Sanctus Apostolos & Evangelistas confirmavit in doctrina Evangelica: in cæteris rebus, ut hominibus, reliquit quæ sunt hominum. ¶ *Veni in terram*, &c.] Longè ergò erat adhuc à Cananæa cùm Deus hæc ei diceret. Amabat ipsum Deus, non locum quòeum ducebat[n].

4. *Et indè, postquam mortuus est pater ejus, transtulit illum in terram istam in qua vos habitatis*, Gen. 12. 4[o]. Μετῴκισεν, &c.] *Transtulit*, Er. Be. Mo. Pi. &c. Traduxit illum Deus[p]. *Fecit ut esset* μέτοικος, &c. Μέτοικος autem propriè est qui ex uno loco in alium migrat, non ad tempus, sed habitandi causâ, stabilem sedem nondum habens[q]. Sed nodus hîc difficilis occurrit[r]. Abrahamus natus videtur ætatis Tharæ anno 70. ex Gen. 11. 26. exivit è Charran ætatis suæ anno 75. ideóque ætatis Tharæ anno 145. qui vixit annos 205. Gen. 11. 32. Supervixit ergò [Thare] ab egressu ex Charran annos 60. Quî ergò Deus h. l. dicitur eum transtulisse è Charran, mortuo Thare †? Resp. 1. Abraham non erat Tharæ primogenitus, (neque id dicitur Gen. 11. v. 26[t].) sed natus anno Tharæ 130[v]. 2. Per ταύτην τὴν γῆν h. l. non videtur innuere terram Canaan universim, sed speciatim eam partem quæ Judæ attribuenda, Regnóque & sacris destinata, erat; quâ proinde Judæi, quos hîc alloquitur Stephanus, gloriabantur. Respicit ergò habitationem Abrahami in Mamre, ubi agrum emit, firmámque usque ad vitæ finem sedem invenit. Factum autem hoc ann. 61 post discessum è Charran. [de quo vide Di.] Hoc ergò vult, q. d. Deus in hac ipsa terra, quâ gloriamini, nullam dedit hæreditatem: ager enim quem emit, quia ad sepulturam tantùm, non ad præsentis vitæ usum, spectabat, pro hæreditate haberi non poterat; præsertim pro ea quam Deus promiserat, quæ pecuniâ nequaquam emi, sed solius Dei donatione haberi, debebat. Itaque aliunde pendebat Abrahami felicitas, aliunde pendet & vestra[x].

5. *Nec*, &c. Οὐδὲ βῆμα ποδὸς] Sicut Deut. 2. 5. transfertur כף רגל[y]. *Nè vestigium* (vel, *passum*, Mo.) *quidem pedis*, Er. P. Be. Ca. Pi. &c. i. e. nè tantillum quidem[z]. Cicero in Philippicis, *Vestigium ubi imprimam non habeo*. Ibid. *Quid erat in terris ubi in tuo pedem poneres*[a]? ¶ *Sed*, &c. Καὶ ἐπηγγείλατο[*Quamvis pollicitus esset*, Be. Pi. &c. Καὶ, pro καίτοι, ut Matth. 5. 19. & 15. 5. item Luc. 18. 7[b]. Non placet, ob verba seq. *quum non haberet filium*. Verto itaque, Et *promisit*, vel, cum Syro, *promiserat*. Non hoc miratur, quòd Deus nullam

[b] Li. 1 P. sim. Be. [c] BP. ib. [d] D. * Di. [f] G. [g] La. Me. [h] Ham. [i] G. [k] Be. [l] Li. 104. [n] G. [o] G. [p] Camer. [q] D. [r] San. † Di. sic San. [t] San. [v] Di. ex Merc. San. ex Theod. L. & Caj. [x] Di. [y] G. [z] Be. sim. Pri. La. &c. [a] Pri. [b] Be.

nullam ibi possessionem ipsi dederit, licèt eam promisisset; sed, quòd eam ipsi seminique ejus promiserit, licèt filium non haberet: quo fidem ejus Deus vehementer exercuit [c]. ¶ *Dare*, &c. Δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτῷ] *Se illam daturum obtinendam*, P.Be.Pi. vel, *possidendam*, Er. Il. Ca. Sy. &c. vel, *in possessionem*, Mo. ¶ *Cùm non*, &c.] Hoc obiter inspergit ut fidei vim commendet [d].

6. *Locutus est ei*] Vel, *sic*, Er. V.Be.&c. In uno cod. Græco legi αὐτῷ· in reliquis οὕτως [*]. ¶ *Erit accola*, Πάροικον] *Inquilinum*, Be. Pi. *Liberi ejus incolæ erunt*: ità enim loquuntur Latini [f]. ¶ *In terra aliena*] Et Canaan & Ægypto: nam in utraque advenæ erant & Abrahamus, Gen. 12. 10. & posteri ejus [g]. ¶ *Annis quadringentis*] Sic in Hebræo Gen. 15. 13. in Græco paulò ampliùs est, [vide G.] ex diversis Versionibus inter se permixtis. Est autem hìc in Hebræo brevis locutio, non bene percepta ab Interpretibus. Sensus enim est, duraturam eam calamitatem usque ad annum ferme quadragesimum [lege *quadringentesimum*] ex quo oraculum Abrahamo obtigerat; ut diximus ad illum Geneseos locum, ubi quæ prædicuntur omnia ad Ægyptum pertinent [h]. In hoc numero conveniunt Sy. Ar. & Æth[i]. Invenitur autem à nato Isaaco hoc modo: Isaacus anno ætatis Abrahami 100 natus, suscepit Jacobum ætatis suæ anno 60. Jacobus natus annos 130 venit in Ægyptum. Exinde ad liberationem fluxerunt anni 210, habes 400, quibus si addas 25 annos Abrahami (ex quo primam promissionem accepit [k], vel) ex quo ex Haran profectus est, (discessit inde enim anno ætatis 75,) rursus 5 annos, quibus derelictâ Chaldæâ Harane habitavit, habes 430 annos, de quibus Exod. 12. 41. Gal. 3. 17 [l].

7. *Judicabo* (vel, *Puniam*, Be. Pi. sim. Camer.) *ego*] Ἐγὼ emphaticè: q. d. non vi humanâ, sed divinitus [m]. ¶ *Exibunt*, &c.] Hoc magis sensu congruit [cum Hebræo] quàm verbis: nam in Genesi est, ἀποσκευῇ πολλῇ [n]. Brachylogia, in notis historiis usitata, ut 1 Chron. 1. 36. Matt. 1. 12. Marc. 1. 2, 3, &c. Hæc clausula allegatur velut Abrahamo dicta, cùm post 400 annos à Mose dicta esset [o]: nec exstat Gen. 15. sed exstat altera ei affinis, Exod. 3. 12 [p].

8. *Dedit illi* (scil. Abrahamo, ex collat. v. 2 [q]. nempe post illa eximia promissa. Hoc quoque ad propositum Stephani pertinet, nè crederetur circumcisionis obedientia causa fuisse promissorum [r].) *testamentum* (vel, *fœdus*, sive *pactum*, Be. Pi. &c.) *circumcisionis*] Id est, fœdus gratiæ[†], quod ei obsignavit circumcisione[t]. Vel est Hypallage, pro, *circumcisionem pacti*, hoc est, quæ esset signum fœderis initi [v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οὕτως, &c.] Sic in vet. cod. emendatissimis quibusque legimus [x]. Ità Chrysost. & edit. Hispan [y]. Al. Legendum οὗτος [z], ut habent mei Codices, & Aldina editio [a]. [Hinc variant:] *Et hic*, vel *iste*, *genuit*, &c. Er. V. &c. Al. *Et ità* (sub. *Abrahamus*, Be.) *genuit*, Be. Pi. &c. *Et sic*, id est, circumcisus genuit Isaacum[b], cùm Ismaelem suscepisset incircumcisum [c]. Al. οὕτως hìc non tam qualitatem, sive modum, quàm tempus denotat [d]. *Et tunc genuit*, &c. Di. ex Sy. Ar. & Æth. οὕτως, *tunc*, ut Act. c. 20. v. 11. Vide quæ ad Joan. 4. 6. ubi οὕτως pro particula illativa interdum usurpari docemus [*]. Non propter Isaacum data sunt promissa, sed Isaacus propter promissa datus, in umbram gratiæ per Evangelium dandæ. ¶ *Patriarchas*] Tribuum Auctores, ut & v. seq. Sic & Abraham πατριάρχης, Heb. 7. 4. Confunduntur voces φυλῆς & πατριᾶς. Illi quos diximus propriè φυλάρχαι, vel φυλάρχοι· David propriè πατριάρχης, ut supra 2. 29. quia Auctor erat familiæ Regalis, quæ πατριά, Luc. 2. 4 [f].

9. *Æmulantes*; ità Mo. Æth. Ζηλώσαντες] *Furore perciti*, Ham. *Invidiâ moti*, P. Be. Pi. sim. Ca. Tre. ex Sy. Ar. &c. Est κρύψις. Vult enim dicere, *Vos pari modo Jesum ex invidia tradidistis extraneis* [g]. ¶ *Vendiderunt* (sub. *abducendum*, P. Be.Pi.Cas.&c. Ellipsis verbi consequentis, ut apparet ex præp. seq. εἰς, ut infra 9. 2 [h]. vel, sub. *quâ occasione perductus est*, ut sit ζεῦγμα quoddam, quâ duo axiomata sibi invicem quodammodo implicantur. Alioqui non sub ea lege fratrem vendiderant ut eò deportaretur [i].) *in Ægyptum*] Hæc est servorum venditio quam veteres vocabant ἐπ' ἐξαγωγῇ, cùm mancipia eâ lege vendebantur ut in longinquas terras deportarentur [k]. מכרו אתו אל מצרים, quod de Madianitis dixit Moses, Gen. 37. 36. hic rectè ad Patriarchas transtulit, qui causa ejus mali fuerant [l]. *Vendiderunt in Ægyptum*, est brevitas sermonis quâ Hebræi delectantur. Sic tamen & Græci loquuntur, ut Homer. Od. ο'. Τὴν μὲν ἔπειτα Σιδῶνα ἔδοσθ· & Od. ρ'. Αὐτὰρ ἐμ' εἰς Κύπρον ξείνῳ δόσαν ἀντιάσαντι [m]. Pari fermè modo ἀγοράζειν εἰς ἀγρὸν dixit Aristophanes, i. e. *emere ut feratur in agrum* [n]. ¶ *Et* (vel, *Sed*, Be. Pi. vel, *Tamen*, G.) *erat Deus cum eo*] Peculiari scilicet favore [o]. q. d. Non est sine exemplo quod Deus benefacit iis quibus vos noetis maximè [p].

10. *Dedit ei gratiam & sapientiam*, &c.] Ità Er. Mo. P. Ca. Be. &c. Ἐν ἔδωκεν αὐτῷ χάριν, *gratiosum eum fecit apud Regem sapientiæ nomine* [r], Gen. 41. 39. Ἐξέλαμψε in ipso, ut Philo loquitur, καλοκἀγαθίας ἐμπύρευμα. ¶ *Præpositum*, &c.] *Vice Regis cuncta regentem*, Gen. c. 41. v. 43. ¶ *Super omnem domum*, &c.] Fecit etiam illum *aulæ suæ Magistrum*, quales *Majores domûs* Francis olim, Græcis Constantinopolitanis κουροπαλάτης, *à cura Palatii* [†].

11. *Cibos*; ità Er. Be. P. &c. Χορτάσματα] Sicut χορτάζω etiam de hominum *alimonia* dicitur, Mat. 5. 6. & 14. 20. & 15. 33, 37. Luc. 6. 21. & 9. 17. &c. ità & χόρτασμα, quod hìc respondet Hebræo שבר, quod est Gen. 42. 2, 26. & 43. 2. & 44. 2. &c. & illico verterunt σῖτα [t]. ¶ *Esse*, &c. Ὄντα σῖτα] *Existentia frumenta*, Mo. *Esse* (vel, *Quod esset*, Tre.) *triticum*, Be. Pi. sim. Er. P. Ca. &c.

12. *Misit—primùm*, Πρῶτον] i. e. Πρότερον, ut Act. 1. 1 [v].

13. *Et*, &c. Καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ] Supple χρόνῳ· id est, cùm alterâ vice eos mitteret [x]. *Et in secunda* profectione, Be. ¶ *Cognitus*, &c. Ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ] *Agnitus est* (Hebr. התודע, Gen. 45. 1. ubi Græci, ἀνεγνωρίζετο [y].) *Joseph à fratribus suis*, Er. Be. Pi. &c. id est, ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Malim ad verbum, *Notificatus est Joseph fratribus suis*. Neque enim hìc actio fratrum indigetatur, quâ ipsi Josephum agnoverint, sed Josephi potiùs, qui se ipsis aperuit [z].

14. *Omnem cognationem suam in animabus*, &c. Ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε] *In*, vel *Cum*, *animabus* (id est, hominibus [a]: & 1 Pet. 3. 20. & in Eurip. Helena, v. 52 [b]. vel, *Animas*, Ar. vel, Erant autem numero *animæ*, Tre. ex Sy. vel, *Quæ constabat ex animabus*: ἐν ψυχαῖς, pro, τῶν ἐν ψυχαῖς, nim. συνισταμένων [c]. Vel, *Capitum*, Il. P. Be. Pi. vel, *Ad capita*, Ca.) *septuaginta quinque*, Er. Ti. Mo. &c. Vetus satis est hæc lectio ut, ex Syro, Arabe, Latino, apparet. Et hinc factum ut, sicut in *Cainanis* nomine repetito, Libri Græci etiam hìc mutationem reciperent à Christianis exscriptoribus. Nam Genes. 46. 27. ubi in Hebræo *septuaginta animæ* nominantur, quomodo habent Josephus & Chaldæi Interpretes, Græca nunc habent, ἑβδομήκοντα πέντε· additis & vocibus quibusdam quæ in Hebræo desunt, & ad explendum hunc numerum pertinent. Quin & in Deut. 10. 22. ubi eadem refertur historia, eadem mutatio in Græcis Libris facta post tempora Hieron. nam is in eo loco extitisse num. 70 apertè significat Quæstionibus ad Genesin. Sicut autem in nomine *Cainani* ex uno exemplari Lucæ malè scripto error in omnia fluxit quæ habemus, ità & hìc factum arbitror; originémque erroris fuisse, quòd post ο'. id est, *septuaginta*, annotatum fuit ε'. ad significandam quintam particulam sectionis ad Stephanum pertinentis [d]. Stephanus hoc loco non sequitur textum Hebræum [*], qui habet tantùm 70, Gen. 46. 26 [f]. sed Septuaginta, qui habent 75 [g], tam Gen. 46. 27. quàm Deut. 10. 22 [h]. Horum autem Versionem sequitur, velut vulgatiorem [i], & ubique receptam; vel, quòd non existimâret numeri rationem ad id de quo agebatur pertinere [k]. Hunc autem numerum colligunt, additis quinque filiis Josephi ex Libris Chronicorum, quos Moses non memorat, quíque post ingressum in Ægyptum nati sunt; videlicet, *Machir*, *Gilead*, *Shuthelah*, *Taben*, & *Eden* [l]. Al. Locus hic depravatus videtur, nec Lucas πέντε scripsit, sed πάντες· quam particulam expressit quoque Moses, [Gen. 46. 27. *Omnis anima*, &c.] & locus sic vertendus, *Qui omnes*, i. e. simul conjuncti, *erant animæ*, i. e. capita, *septuaginta* [m]: connumeratis cum 66. qui descenderant Jacobo, Josepho & duobus ejus filiis [n]. Hæc sententia non est improbabilis [o]. Neque sic vacillat Scripturæ authoritas, si quæ hìc aut alibi in numerorum notis labefactentur, cùm & illa ex aliorum locorum collatione & analogia fidei emendari possint, & salva nihilominus

[c] Di. [d] G. [*] Be. [f] G. [g] Ham. [h] G. [i] Di. [k] Ham. Li. [l] Di. sim. Ham Camer. Be. Li. [m] Be. [n] G. [o] Li. 107. [p] Pi. [q] Idem. [r] G. [†] Pi. [t] Pi. sim. Camer. Ham. [v] V. [x] Be. [y] Er. [z] Camer. [a] Er. [b] Er. sic V. [c] Er. [d] Sch. [*] Di. [f] G. [g] Idem. [h] Be. [i] Ga. adv. 31. 331.

[k] Cas. [l] G. [m] Cas. [n] G. [o] Be. [p] G. [q] Idem. [r] G. sim. Camer. [†] G. [t] Idem. [v] Idem. [x] Idem. [y] Idem. [z] Idem. [a] V. La. [b] Pso. [c] Glas. gram. 3. 2. 2. 174. [d] G. [*] Cap. [f] La. &c. [g] Er. Zeg. Cap. Ham. Li. &c. [h] Cap. [i] Zeg. [k] Idem. [l] Li. 107. sim. Ham. Cap. [m] Be. ex Bertram. [n] Be. [o] Glas. philol 1. 3. 10. 168.

hilominus tum doctrinæ, tum etiam historiæ ipsius, fides permaneat p. Al. Parum hîc difficultatis est, si dicamus hunc locum & Gen. 46. 27. non esse loca parallela. Moses genealogiam instituit Jacobi, sive catalogum solorum ejus posterorum, exceptis disertè filiorum uxoribus; ideóque & eos numerat qui in Ægypto nati sunt, vel ante descensum, ut duos Josephi filios; vel post descensum, ut duos Judæ nepotes, Hezron & Hamul. Stephanus verò docere voluit quosnam Josephus in Ægyptum advocaverit; propterea excludit Josephum cum duobus filiis ejus, & duos Judæ nepotes; Jacobum verò seorsim commemorat. Ità restant 64; nempe fratres 11, Dina, & fratrum filii 52, quibus adde fratrum uxores 11, quæ ad τὴν συγγένειαν pertinebant, habes 75. Obj. At decem Benjaminis filii nondum nati fuisse videntur. Resp. Cùm Josephus tunc esset 39 annos natus, potuit Benjamin esse annorum 37, quâ ætate, præsertim ubi polygamia locum habebat, cur non 10 filiorum pater esse potuerit? Hinc sequitur corruptum esse textum LXX, Genes. 46. 27. idque à Christianis, ut Stephano fidem conciliarent. Corruptionis manifesta sunt indicia. 1. Omnia exemp. Heb. & Josephus, & Vulgatus, habent 70. 2. Ipsi LXX Deut. 10. 22. ubi hæc historia repetitur, habent tantùm 70. 3. Ut cum specie aliqua veritatis interpolarent versum illum 27, corruperunt quoque v. 20. ubi contra fidem omnium exemp. Heb. &c. quinque ex posteris Josephi excerpunt ex 1 Par. 7. reliquos ibi nominatos prætermittentes, quia numerum Stephani supplere apud Mosem voluerunt q.

16. *Et, &c.* Καὶ μετετέθησαν εἰς Συχὲμ] *Et translati sunt* (scil. patres nostri, hoc est, 12 Patriarchæ, hoc est, ossa eorum r,) *in Sichem*, vel *Sichar*, urbem Samariæ præcipuam †, quæ & Σίκιμα vocatur, hodie *Neapolis* t. At illud de uno Josepho notat Scriptura v. [Quid dicendum?] 1. Potest esse enallage plur. pro sing x. Syrus & Arabs in sing. legerunt, *Et translatus est*, ipse scil. Jacobus, *in Sichem*. Perperàm hic enim in Hebron sepultus est, Gen. 50. 13 y. Vel, *translatus est*, sub. *Joseph*. Vide Jos. 24. v. 32 z. 2. De Josepho solùm id refertur, quia hic solus Vates erat, & liberationem prævidit, & ex fide petiit ut ossa in Cananæam transferrentur, Heb. 11. 22. quod & cavit juramento, Gen. 50. 25. Hoc ergò factum narrari oportuit, quia se hoc modo juramento liberârunt Israelitæ. Vide Exod. 13. 19 a. Sed quamvis de Josephi fratribus idem non referatur, tamen id conjicere facile fuit, quia par erat ratio: omnium Patriarcharum apud Judæos eadem fuit dignitas b, ac propterea reliquæ Tribus Patriarchis suis eundem cum Josepho honorem conferrent: omnibus eadem causa erat quæ Josephum movit ut hoc peteret, fides in promisso Dei, proprietas in terra, spes resurrectionis c. Sed Josephus, Antiq. 2. 4. hæc habet, *Sed & obierunt fratres Josephi—atque eorum quidem corpora cùm post aliquod tempus posteri exportâssent, filii Chebrone sepeliverunt.* Quod ex vetustiorum Judæorum traditione hausit Josephus: quamvis in eo fallatur, quod *Chebronem* scripsit pro *Sichem*: qui erat memoriæ lapsus d. Magis credendum oculato testi Hieronymo, qui *Sichem*, quàm Josepho, qui *Hebronem*, habet *. ¶ *Et positi sunt in sepulcro quod emit* (vel, *emerat*, V.) *Abraham pretio argenti* (vel, *pecuniâ*, V.) *à filiis*, &c. Παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ τοῦ Συχὲμ] *A filiis Emmor* (sub. *domini*, sive *principis*, Cap. Gua. ex Tre. vel, sub. *filii*, Vulg. Ar. Æth. P. Ti. Ca. vel potiùs, sub. *patris*, Er. Il. Be. D. Pi. Cap. Li. BA. ut exprimitur Gen. 33. 19 f. Emor scilicet *Sichemi* pater fuit, non filius g. Et Græca verba id ferre possunt. Sic Luc. 24. 10. *Maria Jacobi*, sub. *mater*, BA. ex Sy. & Ar. ex collat. Marc. 15. 40. Sic in Herodoti Clio, Ἄδρασος ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω, *Adrastus* nepos *Gordii* patris *Midæ* h. Et in Thalia, Κῦρος ὁ Καμβύσεω, *Cyrus Cambysæ* pater i. Ælian. Var. 13. 30. Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου est, *Olympias* mater *Alexandri* k.) *Sichem*, Pi. Be. &c. Vel, τοῦ Συχὲμ accipiatur per epexegesin, *à filiis Emmor*, i. e. ab Emorrhæis, nempe *à Sichemo* l. Syrus & Arabs non legerunt τοῦ Συχὲμ m: quod malè id hîc adscriptum docet n. Locus hic difficillimus est o. Agrum illum, quem h. l. *emisse* dicitur *Abraham à filiis Emmor*, non emit Abraham, sed Jacobus, Gen. 33. 19. Jos. 24. 32 p. idque *centum agnis* q. Abraham verò sepulchrum emit ab *Ephron filio Zoar*, Gen. 23. 16 r. [Variè solvunt:] 1. Mendum hoc est †: memoriæ lapsus est, non in Luca, qui fideliter dicta scripsit, sed in Stephano t, qui, dum totâ mentis intentione in causam raptus fuerit v, duo similia facta, emptiones Gen. 23. & 33. confudit x. Sed obstat quòd *plenus* jam *fuerat* Stephanus *Spiritu Sancto*, Act. 7. 55. & *sapientiâ* tali cui contradici non poterat, Act. 6. 10 y. 2. Ἀβραὰμ hîc est Genitivus, *Abrahæ*, sub. *filius* z, vel, sub. *nepos*: vel legendum, ὁ τοῦ Ἀβραὰμ, sub. ἔκγονος a. 3. Bis hic ager emptus est, primò, ab Abrahamo; deinde, cùm alienatus esset, à Jacobo b. 4. Vox *Abraham* glossema est, in margine adscriptum à sciolo, qui putavit ante ὠνήσατο deesse Nominativum, indéque in textum irrepsit. Ità autem scripsit Lucas, *Descendit Jacob—& obiit tam ipse quàm patres nostri, qui Sichemam translati sunt, & positi in monumento quod emerat* (nempe *Jacob*, de quo paulò antè,) *argenti pretio* c. 5. *Abraham* patronymicè sumitur pro Abrahamide, hoc est, pro Jacobo Abrahæ nepote d. Sic Amos 7. 9. *excelsa Isaac*, id est, Israelis. Sic למשה, Psal. 90. 1. *filiis Mose*, qui cantores erant: & לאהרון, *filiis Aaronis* *. Sic 1 Reg. 12. 6. *Quæ nobis pars in David*, id est, in Roboamo, Davidis nepote. Sic Christus dicitur *David*, Jer. 30. 9. Ezec. 34. 23 f. Sic Æneas vocatur *Dardanus*, pro Dardanide, Æn. l. 4 g. Parentes siquidem & filii idem esse moraliter censentur h: ac propterea unius gesta alteri tribuuntur. Sic eandem emptionem quam Jacob Abrahamo tribuit, Genes. 49. 30. & rectè, Josephus Jacobo assignat, Gen. 50. 5 i. 6. Sermo hîc est de emptione facta ab Abrahamo, Gen. 23. non à Jacobo, Gen. 33. ut constat, 1. ex nomine *Abraham*: 2. quia Stephanus loquitur de emptione sepulcri. At Jacob emit agrum ad altare, non ad sepulcrum. 3. Abraham illud emit *pretio argenti*, Genes. 23. 15. ut hîc dicitur, Jacob verò *centum agnis*, Gen. 33 k. At illæ *Kesitæ* non erant *agnæ*, nisi aureæ aut argenteæ. *Agnorum*, vel *ovium*, sicut & *boum*, nomine nummi sæpe intelliguntur; unde proverbium, *Bos in lingua* l: [de quo vide dicta ad Gen. 33.] Dices, Abraham emit ab *Ephron filio Seor*, non *à filiis Hemor*, ut hîc dicitur. Resp. *Ephronis* pater erat binomius, *Seor*, & *Hemor*. Porrò, *Hemor* erat *filius Sichem*, non illius de quo Gen. 33. sed eo longè antiquioris. Dices secundò, Quomodo verè dicit, Patres nostri translati sunt in Sichem, & positi in sepulcro Abrahæ? hoc enim erat in Hebron, non in Sichem. Resp. Synecdoche hic est, & hæc partialiter applicanda sunt m, quia Stephanus concisè loquitur, & paucis multa conglomerat n; utpote historiam illis notissimam, idque stylo ipsis familiari, referens o. Vel, pro *Emmor* legendum *Heth*: vel pro, τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ, legendum, τοῦ υἱοῦ Ζοὰρ p. Optima erit sententia si pro Ἐμμὸρ viciná voce scribas Ἐφρὼν. Ab Ephrone enim est quòd monumentum emit Abrahamus, Genes. 23. 17. & in eodem monumento sepultus fuit Jacob, Gen. 50. 13. Josephus autem sepultus fuit in Sichem, Jos. 24. 32. Hoc ergò dicit, Eos de quibus erat locutus, partim in Sichem, partim in agro qui Ephronis fuerat, sepultos. *Fratres Josephi in Sichem sepultos*, ait Hieronymus, in Paulæ Epitaphio; at Josephus, *in illo quod Ephronis fuerat agro*, Antiq. 2. 4. Optimam conciliaturam nobis hic locus suppeditat, si dicamus, partim eos cum Jacobo, partim cum Josepho, sepultos: quod ipsum argumentum est nullam eis certam fuisse sedem q. Locus ergò sic accipi possit, *Et Jaacob obiit, & patres nostri, & translati sunt* (nempe ex Ægypto, ubi prius sepulti fuerant, Jos. 24. 32 r.) *in Sichem* †, *& positi*, hoc est, sepulti, *sunt*, scil. *Jaacob*, & & post eum alii nonnulli, *in sepulcro quod Abraham emit à filiis Heth*, Gen. 49. 32. vel *ab Ephron* filio Zoar, Gen. 23. 8 t. Vel sic, *& positi sunt in sepulcris*, (sing. pro plur. ut sæpe,) *in illo quod Abraham emit pretio argenti*, (sub. *&*, quæ ellipsis frequentissima est, ut 1 Sam. 6. 19. 2 Reg. 23. 8. Psal. 133. 3.) *in illo quod emptum est* [*emit* impersonaliter posito, ut sæpe fit] *à filiis* Emmor patre *Sichem* v. 7. Illud, ὁ ὠνήσατο Ἀβραὰμ, (quod inexplicabilem peperit difficultatem, dum vertunt, *quod emerat Abraham*,) sic verto, *quod emerat* (scilicet *Jacob*, de quo v. præced.) *Abrahamo*, hoc est, tanquam pignus hæreditatis totius terræ quæ primò promissa erat Abrahamo, Gen. 13. 15. ut hæres mundi esset, Rom. 4. 13. Designat ergò scopum Jacobi in hac emptione, qui non fuit duntaxat in sepulcrum, neminem enim isthic Jacob inhu-

Marginal notes (left column): p Be. — q Di. — r Pi. ex Be. sim. Li. Hi. in G. — † La. — t D. — v Cap. — x Cap. V. — y Be. Li. — z V. — a BA. l. 2. 43. 435. — b BA. ib. sim. Li. — c Li. 109. — d BA. ib. — * Be. — f Idem. — g BA. ib. — h BA. ex Be. — i Be. — k BA. — l Be. — m Be. sic G. — n G. — o Di. sim. La. &c. — p BA. La. — q Ham. — r La. Ham.

Marginal notes (right column): † Pi. sim. Cap. ex Mas. — t Bed. & Raban. & Can. in Glas. phil. 1. 2. 11. 171. sim. Cap. — v Q. in Glas. — x Cap. — y Glas. ib. — z V. — a Cap. — b Q. in D. — c Q. in BA. — d La. Glas. ib. sim. D. BA. — * D. — f Glas. BA. — g BA. — h BA. sim. Glas. — i Glas. — k La. — l BA. ib. 436. — m La. — n La. sim. Li. — o Li. — p Ham. — q G. — r Ham. — † Ham. Li. — t Ham. — v Li. 110.

inhumavit, nec ipse ibi inhumatus est; sed vel maximè, ut primitiæ quædam essent terræ Canaan. Quum articulus hîc non exprimatur potest æque legi τοῦ Ἀβραάμ, ac ὁ Ἀβραάμ. Huic quidem sententiæ repugnat, quòd Josephus eos non Sichemi, sed Hebrone, sepultos ait. Sic ergò statuendum videtur, Patriarcharum filios transtulisse ipsorum corpora Sichemum primò, ad filios Emmor, tanquam ad amicos, quibus (ut tutiùs perageretur) rem totam commiserunt, ut negotium hoc tanquam suum conficerent; indéque Hebronem transportâsse, & in sepulcro, quod Abrahamus emerat, condidisse, operâ filiorum Emmor. Ità, παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ, &c. non erit construendum cum ὠνήσατο, sed cum ἐτέθησαν [x].

17. *Tempus promissionis*] Præstandæ scilicet [y]. Finis annorum aliquantò supra quadringentos. Vide Exod. 12.40 [z]. ¶ *Quam*, &c. ἧς ὤμοσεν, &c.] Pro, ἐκείνης ἣν ὤμοσεν, *Quam juraverat*, i. e. juramento fecerat. Hoc autem juramentum significatur nomine *fœderis*, Gen. 15.18. exprimitur autem Gen. 22.16 [a]. Omnem vehementem Dei affirmationem juramentum dici ait Moses Maimonides. Tale est, *certò cognosce*, Gen. 15. 13. At Codex ille qui in Anglia, hîc habet, ὡμολόγησεν quomodo legit & Latinus [b].

18. *Alius rex*, &c.] Verba sunt Lxx, Exod. 1.8 [c].

19. *Hic*, &c. Οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν] Sic Lxx, Exod. 1.10. Κατασοφισώμεθα αὐτούς· ubi in Hebræo, נתחכמה לו, *prudenter adversus eos agamus*. Pertinet autem hæc vox ad labores eis impositos, ut historia ostendit, & Judith 5.9. κατεσοφίσαντο αὐτοὺς ἐν πόνῳ καὶ ἐν πλίνθῳ. Eundem sensum in eadem historia habes Psal. 105.25. להתנכל בעבדיו; ubi Græci, τοῦ δολιοῦσθαι ἐν τοῖς δούλοις αὐτοῦ· & in Ezechiele Tragico, [cujus verba vide in G.] Sic de Antiocho Daniel, 8.23. συνιῶν προβλήματα [d]. [Verba sic reddunt,] *Circumveniens* (vel, *Cùm circumvenisset*, V. *Astutè premens*, Pi. *Frustrando*, Ca. vel, *ingeniosus*, P. Be. vel, *astutiâ usus est*, Di. ex Sy. sim. Be.) *genus nostrum*, Er. Mo. &c. vel, *adversùs genus nostrum*, P. Be. Di. &c. obruendo parentes vectigalibus & laboribus [*]; filios clàm occidendos curans [f]: tandem apertam vim adhibuit [g]. ¶ *Ut*, &c. Τοῦ ποιεῖν ἔκθετα, &c.] *Ut* (vel, *Adeò ut*, Il. Be. Pi.) *exponerent* (vel, *ut exponendos curaret*, Ca. sim. Ar. Sy. Mo. vel, *Exponendo*, vel, *Exponendos curando*: sic enim Infinitivus sæpe redditur, ut Act. 15.10. *Cur Deum tentatis* ἐπιθεῖναι, *imponendo jugum*? Sic Ruth 1.6. *Deus visitavit populum suum* לתת, *dando illis panem*. Et Psal. 78.18. *Tentârunt Deum in cordibus suis* לשאול, *petendo cibum*, &c. Ità & h.l. referendum hoc non ad Israelitas, *ut illi exponerent*, &c. quod fecit quidem mater Mosis, Exod. 2.3. verùm alio planè consilio, nempe ut filium servaret; sed ad Pharaonem, qui hoc fecit ut eos perderet: quod hîc sequitur [h].) *infantes suos*, Er. Be. Pi. i. e. Ità ut ipsi cogerentur exponere infantes suos mares, nè à regiis satellitibus interficerentur. Hunc sensum suggerit nobis vox eadem ἐκτεθῆναι, quæ repetitur mox v. 21. ¶ *Nè*, &c. Εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι] Hoc refertur [vel] ad illud ἐκάκωσε [i] · vel ad verba proximè præcedentia [k]. *Nè sobolescerent*, Il. Be. Pi. sim. Mo. parentes scilicet [l]. *Nè propagarentur*, Ca. *Ut* (vel, *Ad hoc ut*, Er. sic Ham.) *non viverent*, Sy. & Ar. in Di. V. vel, *vivificarentur*, Vulg. *in vita conservarentur*, Ham. sic Camer. *vitales essent*, P. Er. Ti. nempe fœtus [m]. Propositum Pharaonis erat gentem exstinguere. Ζωογονεῖν Hellenistæ usurpant pro, *in vita relinquere*, החיה; ut videre est Jud. 8.9. 1 Sam. 2.6. & 27.9, 11. 2 Reg. 7.4. Id hîc ad totam gentem refertur: nam interemptis, aut dispersis, infantibus, necesse erat gentem perire. Contrarium hujus verbi est Exod. 1.7. de obstetricibus, ותחיין הילדים; ubi in Græco, καὶ ἐζωογόνουν τὰ ἄρσενα [n].

20. *Fuit*, &c. Ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ] *Fuit gratus* (vel, *dilectus*, Tre. ex Sy. *consecratus*, Ar. *pulcher*, sive *venustus*, D. Be. Pi. Mo. Li. &c.) *Deo*, Er. P. Il. sim. Ca. &c. vel, *divinitus*, Be. Pi. ut 2 Cor. 18.4 [o]. τῷ Θεῷ, pro, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, *à Deo*, singulari consilio Dei; ut scilicet pulchritudine ejus moveretur filia Pharaonis [p]; vel, modo supernaturali natus, matre ejus jam vetulâ [q]. Vel, *divinè*, i. e. excellenter [r], aut valde. Hebraismus est, ut, *urbs magna Dei*, Jon. 3.3 †. Sic, *luctationes Dei*, Gen. 30.8. & *cedri Dei*, & similia. Illud ἀστεῖος est ex Græco, Exod. 2.2. ubi in Hebræo est טוב [t]. Formam dicimus *bonam* quæ [s] pulchra est. Ἀστεῖος, *venustus*, *festivus*, *lepidus*, 2 Mac. 12.43. *bonus*, ut in Græco, Num. 22.32 [v]. Ἀστεῖος & χαρίεντας junxit Plutarchus. Tales *animas urbanas* Apuleius dixit. Verùm non de moribus ejus hîc loquitur, sed de venustate oris quæ vel in recèns nato eminebat [x]. Josephus, Antiq. 2.5. *Tanta erat Mosis pulchritudo, ut eâ conspectâ omnes transeuntes relictis negotiis stupescerent*, &c [y].

21. *Exposito*, &c. Ἐκτεθέντα, &c.] *Expositum*, &c. Er. Be. Pi. Meliùs MS. ἐκτεθέντος, ob id quod sequitur [z]. *Quum expositus fuit*, Tre. ex Sy. ¶ *Sustulit*; ità Er. Mo. Be. Ca. P. &c. scilicet educandum [a]. Ἀνείλετο] Terentius, *Quicquid peperisset decreverunt tollere*, i. e. non pati interire. ¶ *In filium*] Exod. 2.10. Heb. 11.24 [b]. *Vice filii*, V.

22. *Omni sapientiâ Ægyptiorum*] *Ægyptios constat in artibus——solertes exstitisse*. Lucianus Philopseude, πᾶσαν σοφίαν, &c. (*doctrinam Ægyptiorum omnem callebat*.) Apuleius 11. *Priscâque doctrinâ pollentes Ægyptii*. Idem 1. Floridorum, *Ægyptios eruditos, & Judæos superstitiosos*. De Mose testatur Philo eum didicisse *Arithmeticam, Geometriam, Rythmicam, literas Assyrias, & cœlorum scientiam* [c]. Quæ fuerint Ægyptiorum disciplinæ, discere est ex Clem. Alex. Strom. 6. Adde Quæstionem ad Orthodoxos, 25. Non scripsit hoc de se Moses, sed res per se est credibilis & traditione firmata, teste Ezechiele Tragico: [cujus verba habet G.] Certè Astrologiæ & Medicinæ peritia passim in ejus Legibus apparet [d]. ¶ *Potens in verbis*, &c.] Erat eloquens, & dictis facta æquabat [*].

23. *Quadraginta*, &c.] Hoc non est in Sacra Scriptura, sed haustum est ex traditione, quæ reperitur in Midrasch Rabba Bereschith [f], & in Tanchum ad Exod. 2 [g].

24. *Cùm vidisset quendam*, &c. Τινα ἀδικούμενον] *Quendam* (scil. Israelitam [h]) *injuriâ affici*, Be. Pi. Ἀδικούμενον, pro ἀδικεῖσθαι. Græcismus [i]. ¶ *Vindicavit*, Ἠμύνατο] *Defendit*, Er. Il. Camer. sim. P. Be. Pi. &c. sub. *eum*, Er. Il. scil. durè tractatum verberibus [k]. *Ultus est*, Sy. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν, &c.] *Et vindicavit*, vel *ultus est*, *eum* (vel, *vicem ejus*, Er. Il.) *qui affligebatur*, sive *opprimebatur*, Er. Il. P. Ti. Be. ¶ *Percusso*, &c.] Ad mortem usque [l], ex v. 28. Jus naturæ & innocenti, & innocentem tutanti, jus dat adversùs nocentem. Vide quæ diximus de J. B. & P. 2.1.6, 10 [m].

25. *Existimabat autem* (eo nempe spiritu ductus qui describitur Heb. 81.24, &c. Erravit tamen in temporis circumstantia & liberationis modo [n].) *intelligere* (vel, *quòd intelligerent*, Tre. sic Æth. vel, *percepturos*, Ar. ex mirabili ipsius ereptione ex aquis [*]; ex tam prompto ipsius animo ad eos tutandos [y]; [& ex appropinquatione temporis liberationi suæ à Deo præfixi:]) *fratres*] Vel, *fratres suos*, Be. Pi. &c. i. e. suæ gentis homines [z]. ¶ *Per manus ipsius*] i. e. Vel, operâ suâ: vel, ipso interprete & internuntio [a]. ¶ *Salutem*] i. e. Liberationem ex Ægypt. tyrannide [b]. ¶ *Non intellexerunt*] q. d. Duri, & pervicaces, quod perpetuum gentis hujus vitium [c]. Nec illi Mosen receperunt, nec vos Christum, &c [d].

26. *Apparuit* (vel, *visus est*, Be. Pi.) *illis*, &c. Αὐτοῖς μαχομένοις] Διαπληκτιζομένοις habent hîc Lxx: in Heb. נצים, quod & alibi per μάχεσθαι vertitur, ut Exod. 21. 22. Levit. 24.10. Deut. 25.11. 2 Sam. 14.6 [*]. *Ipsis litigantibus*, Vulg. Er. Sy. & Ar. Rectè: μάχεσθαι enim sæpe de verbis tantùm dicitur: & Exod. 2.13. est נצים, *litigantes*: ubi tamen Lxx habent, *dimicantes*; nec malè: etsi enim נצה apud Syros & Hebræos ad verba propriè pertineat, extenditur tamen ad verbera, ut 2 Sam. 14.6 [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συνήλασεν, &c.] *Et compulit* (i.e. graviter est exhortatus [g]: vel, *orabat*, Sy. in Di. *redegit*, Er. Il. V.) *eos in pacem*, sive *concordiam*, P. Mo. Be. Pi. V. Conatui datur nomen effectûs: deinde vox quasi vim significans agentis instantiam significat, ut ἀναγκάζειν, Luc. 14.23. & παραβιάζεσθαι, Luc. 24.29 [h]. *Pacem inter eos conciliare conatus est*, Ca. *Cœpit orare eos ut pacem inirent*. Ar. in Di. ¶ *Dicens*, &c.] Non ipsa verba posuit quæ sunt in Exodo, sed sensum benè expressit. Nam ibi ὁ πλησίον qui hîc ὁ ἀδελφὸς, *popularis*, eisdem ortus majoribus [i].

x Di. y Pi. sim. Me. z G. a Pi. b G. c G. d G. * Me. ex La. f D. sim. La. Me. g D. h Ham. i G. k Ham. l Be. in Di. m Er. Di. n G. o Be. p Pi. q Li. 110. r Be. † G. sic Be. D.

s G. v D. x Pi. y Di. z G. a Be. b G. c Pri. d G. * V. f G. g Li. 110. h Be. ex Sy. & Ar. i Pi. k G. l G. sim. L. Pi. m G. n Be. * Me. y G. sim. Me. z Er. a V. b Be. c Me. d La. * G. f Di. g Be. sim. Ham. h G. i Idem.

27. *Qui*, &c. Ὁ δὲ ἀδικῶν, &c.] Sic & Lxx verterunt in hac historia רשע. In Evangelio eodem sensu dicitur ὁ πονηρὸς, is qui injuriam facit, ὁ ἀξξάμενος χειρῶν ἀδίκων ut Græci loquuntur. Vide de J. B. & P. 1. 2. 18. ¶ *Quis te*, &c?] Eadem verba sunt in Versione Lxx, nisi quod ibi est, ἐφ' ἡμῶν, sensu eodem [k]: [hic, ἐφ' ἡμᾶς.]

29. *Fugit*, &c.] Nempe satis intelligens cædem illam Ægyptii malum sibi creaturam, quòd Ægyptii Hebræos servorum, imò pecudum, haberent loco, in quos nullam cadere injuriam credi volebant [l]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ] *Ad* (vel, *Ob*, Pi.V.Sy.Æth.) *hunc sermonem*, P.Be.Ti.Ca.&c. *De eo dicto*, Ca. His auditis [m], è vestigio. Heb. ב vel אל non sine emphasi [n]. ¶ *In terra Madiam*] Semper urget propositum. Deus sicut in Mesopotamia & Ægypto, ità & in terra Madianis, adfuit piis. Est ubique idem [o].

30. *Expletis*, &c.] Et hoc ex traditione [p]. ¶ *Sinæ*] Montis nomen in deserto Arabiæ [q]: ubi postea Lex tradita [r]. ¶ *Angelus Domini*] Vel, 1. verè Angelus, sed divinis mandatis & extraordinariâ potestate instructus. Vide quæ diximus ad initium Decalogi †. Vel, 2. Filius Dei, qui magni consilii Angelus, &c. Ità Græci [t]. ¶ *In*, &c. Ἐν φλογὶ πυρὸς βάτου *In flammeo igne*, sive incendio, (vel, *flammâ ignis*, Mo. Ar. V. *flammâ igneâ*, Ca.) *rubi*, P.Be.Pi. Er. &c. h.e. in rubo viso. Genitivus denotans subjectum recipiens, ut Luc. 21.4. *dona Dei*, i.e. quæ Deo dicantur [v]. MS. ille, πυρὶ φλογὸς, quomodo legit Latinus: tam φλὸξ πυρὸς, quàm πῦρ φλογὸς, 2 Thes. 1.8. est, *ignis flammans* [x]. Hypallage hîc est pro, ἐν πυρὶ φλογὸς [y].

31. *Admiratus est*, &c.] Breviter significat quod non exprimit, rubum arsisse, nec ustum tamen: quæ imago erat populi Hebræi in summis calamitatibus futuri superstitis [z]. ¶ *Et*, &c. Προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι] *Et quum accederet ad* (sub. *hoc*, Be.) *considerandum*, Il. P.Be.Pi. vel, *ut attenderet*, Er. V. *ut planè cognosceret*, Camer. *ut videret*, Tre. ex Sy. sim. Ti.Ca.Ar. ¶ *Facta est—vox*, &c.] Hîc quoque aliqua est ordinis inversio, sed ad summam rei nihil pertinens. Nam in Exodo Moses priùs jubetur *calceos solvere*, quàm Deus ei dicit *se esse Deum Abrahami, Isaaci, & Jacobi* [a].

32. *Non audebat* (sub. *illud*, Be.) *considerare*; ità P. Mo.Be.Pi. Κατανοῆσαι] *Attendere*, Er. Il. *Intueri in visionem*, Tre. ex Sy. *Intueri*, Ca. *Inspicere*, ut est in Heb. Exodi, ubi Græci, κατεμβλέψαι. Sed κατανοεῖν eodem sensu pro verbo נבט, quod hîc in Hebræo est, sæpe ponitur, ut Exod. 33.8. Psal. 10.14. & 22.17. & 91.8. & 94.9. & 119.15, 18. & 142.4. Simili modo Exod. 19.21. לראות in Græco vertitur, κατανοῆσαι. Nimirum sensuum internorum & externorum vocabula inter se commutari solent [b].

33. *Solve*, &c.] Vide quæ ad hunc Exodi locum attulimus [c].

34. *Videns* (vel, *Vidi*, Be.Pi.) *Vidi*] Ità G. &c. i.e. Penitus pervidi [d]. Attentè, vel, Haud dubiè, vidi*. Eadem hîc verba quæ in Lxx ad Exodum. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοῦ στεναγμοῦ, &c.] In Lxx est, τῆς κραυγῆς· צעקה: plerumque κραυγὴ vertitur: at Job 27.9. δέησις. ¶ *Et descendi*, &c.] Hoc quoque ex Versione Lxx [f]. Dicitur Deus *descendere*, ubi aut protegit suos, aut hostes ulciscitur [g], ut Gen. 11.5. & 18.21. Exod. 19.20 [h]; *adscendere*, ubi id facere definit [i]. ¶ *Et nunc veni*; sic V. vel, *adesdum*, Be.Pi.G. Δεῦρο] Sic quoque est in Lxx in Heb. לכה [k].

35. *Hunc —— quem negaverunt*] i. e. Noluerunt agnoscere. Vide Act. 3.13 [l]. ¶ *Redemptorem*; ità Il. P. Mo. Pi. D. G. Λυτρωτὴν] *Vindicem*, D. *Liberatorem*, Tre.Ti.Be.Ca.D.Pi. *In redemptorem*, i. e. qui redemptor esset [m]. גואל hâc voce verti solet [o], usurpatúrque & de hominibus & de Deo, etiam cùm nullo pretio accepto aliquem liberat, ut videre est Psal. 19.14. & 78. 35. Nec durior erit Metaphora si Latinè *redemptorem* hoc sensu dicas quàm si Græcè λυτρωτὴν, quod venit ἀπὸ τοῦ λύτρου. Nimirum ad translationis elegantiam sufficit par effectus [p]. Est Synecdoche speciei καταχρηστική· nam λυτρωτὴς propriè est qui aliquem solvit è vinculis expenso λύτρῳ, i.e. pretio redemptionis [q]. Non magis Christo injurius est qui Mosen *redemptorem* vocat quàm qui *mediatorem*, ut Gal. 3.19. Λυτρωτὴς dicitur quatenus populum Dei per sanguinem agni immunem incolumémque eduxit ac servavit: atque ità typum exhibuit veræ redemptionis per sanguinem Christi [r]. ¶ *Cum*, &c. Ἐν χειρὶ ἀγγέλου] Hoc referendum est ad ἀπέσταλκεν, *mandata ei per angelum dedit* †. *Per manum* (vel, *Ductu*, P.Be.Ca.) *angeli*, Er. V.Pi. &c. i.e, per Angelum [t]: vel, Angelo internuntio qui apparuerat. Hebræi *manum* vocant quicquid vice instrumenti est ad aliquid conficiendum, sive animatum id est, sive inanimatum [v]. Hîc autem diversa est translationis ratio [x]. *Manus* significat tum potentiam tum instrumentum [y]. Significat, non tantùm Dominum Angeli ministerio Mosen vocâsse, sed & Mosen Angeli manu ac potestate fuisse armatum [z], Deúmque & Mosis & redemptionis per eum præstandæ regimen commisisse huic Angelo [a]. Quare Angelus iste qui Exod. 3. apparuit erat filius Dei [b], *angelus faciei ejus*, de quo Esa. 63.9. *angelus fœderis*, & ipse *Dominus*, Mal. 31. Vide Exod. 23.20, 21. & 33.2. Num. 20.16. 1 Cor. 10.9. Negant quoque Judæi, teste Maimon. se ab Angelo eductos, & rectè, de Angelo creato [c].

36. *Hic eduxit*, &c.] Latè prædicat & beneficia quæ Moses populo præstitit, & honores quos à Deo accepit; ut eò turpior sit populi in ipsum contumacia, minúsque mirum si talibus orti parentibus in Jesum ingrati & immunes fuerint [d]; & nè de Moyse minùs honorificè sentire videretur, & ut testimonium Mosis de Christo commendabilius redderet *; útque ostendat, non se, sed Judæos, Mosi adversari [f].

37. *Prophetam suscitabit*, &c.] Putà Christum Prophetarum principem [g]. Ille vobis Jesum commendavit, verbis ad Prophetas quidem alios aliquatenus, sed ad Jesum eximiè, pertinentibus. Vide ad Deut. 18.15. & Act. 3.22 [h].

38. *Hic est qui fuit*, &c. Ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] *Qui fuit* (vel, *Ille factus*, Mo.) *in congregatione*, &c. Er. P.Tre. &c. vel, *in ecclesia*, Vulg. Mo. vel, *in multitudine*, Ca. scil. Israelitarum [i], ad montem Sinai, Exod. 19. & deinceps [k]. Vel, *cum ecclesia*, sive populi corona: ut sit ἐν pro σὺν, ut sæpe: non enim Deum audivit Moses in populi corona, sed cum populo; nam populus procul stare jussus est [l]. Qui in omni isto perdifficili itinere populo Israelitico, qui Heb. קהל, Græcè ἐκκλησία, adfuit [m], & præfectus fuit [n]. Al. *Qui quum conventus ageretur*, (vel, *conveniente* populo, Be. i. e. quum congregati essent filii Israel, Exod. 19. & deinceps [o]:) *in deserto fuit cum angelo qui loquebatur*, &c; nempe Dei nomine & mandato speciali. Vide quæ diximus ad initium Decalogi [p]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα] *Qui excepit*, vel *accepit*, *verba* (vel, *eloquia*, Be. Pi. &c. *oracula*, P. *sermonem*, Er.Ti.Ca. &c.) *vitæ* Tre. ex Sy. Vulg. vel, *viva*, P.Be.Pi. &c. i. e. vivâ voce pronuntiata & auribus accepta, non autem per exstasin aut somnium [q]: vel, *vivifica*, Vulg. quæ vitam dant; ut *panem vivum*, i. e. qui vitam largitur. Sic, *pallida mors*, i. e. qui pallidos reddit [r]. Legem, cujus præceptis qui obedierit, vivet †. Respicitur locus Deut. 32.47. ubi Lex dicitur esse *vita*, i. e. causa vitæ felicis, quæ eximiè *vita* Hebræis. Hîc ζῶντα est ζωοποιοῦντα, sicut βασιλεύειν, *facere regnare*. Frequens hoc Hellenistis [t]. Vocantur λόγια à Græcis (inquit Thucydidis interpres) *quæ à Deo dicuntur oratione solutâ* [v]. ¶ *Dare*, &c. Δοῦναι ἡμῖν] *Ut daret* (vel, *Dare*, Mo. *Tradendum*, Ca. sim. Ti. Ar. *Quæ traderet*, Sy.Be.Pi.) *nobis*, Er.Il.

39. *Et*, &c. Καὶ ἐστράφησαν, &c.] *Et aversi sunt* (vel, *versi sunt*, Di. *reversi sunt*, Di. ex Sy. & Ar.) *cordibus suis in Ægyptum*, Be. Pi. Vulg. scil. redire volentes [x]: desiderio Ægypti flagrârunt [y]: rediere ad mores quos in Ægypto didicerant [z]: corporibus suis ab Ægypto jam absentes mentes suas reflexerunt ad idola Ægypti [a].

40. *Fac nobis deos*] Ægyptii, ut ex Iamblicho & aliis scimus, statuebant deorum gradus; & per minores deos etiam majores attrahi in simulacra: ideo Pluralis ponitur hîc & in Exodo [b]. ¶ *Qui*, &c. Οἳ προπορεύσονται ἡμῶν] *Qui præeant nobis*, P. Be. Pi. &c. *Qui nobis iter monstrent ac prosperent*, G. ¶ *Moysi*, &c. Ὁ γὰρ Μωσῆς, &c.] Ἀνακόλουθον Hebræis frequens [c]. Nominativus absolutè positus; q.d. *Ad Mosen—quod attinet*, &c [d].

Est

Est Hebraica locutio*, pro τοῦ δὲ Μωσῆ τούτῳ οἴδαμεν τί γέγονε. Sic & in Versione Lxx. Sed ibi amplius est, Μωσῆς οὗτος ὁ ἄνθρωπος· & in Hebræo, משה האיש; q. d. Mortalem ducem nolumus, immortalem volumus [f].

41. *Et vitulum fecerunt*, Ἐμοσχοποίησαν] Hanc vocem Lucas confinxit ad exemplum multarum quas ad eum modum finxere Lxx. Respondet Hebræis duabus, יעשו עגל. Fecere autem juvencum ad imitationem Ægyptiorum, apud quos Apidis cultus valde est vetus. Vide Tacit. hist. 5. ad Herod. l. 2 [g]. ¶ *Simulacra*] Isti juvenco fusili [h], tanquam in quem deducti essent Divini spiritus [i]. ¶ *Lætabantur*, &c.] Cantando, convivando, &c [k]. Læti saltârunt ejus rei causâ: *Surrexerunt ad ludendum*, Exod. 32. 7 [l].

42. *Convertit*, &c. Ἔστρεψε, &c.] *Convertit autem* (vel, *Avertit*, Er. Il. P. &c. *Aversus est*, Sy. sic Ca. *Vertit*, Be. Pi. sub. *se*, V. Be. Pi. Cas. scil. ab eis [m]: aversans eos. Sicut Virg. dixit, *aversa Deæ mens*: & est verbum activum pro reciproco [n]. Mutavit se ex benefico patre in severum judicem [o]. Est constructio quam Græci vocant κατ' ἀντιπάθειαν. Sic Homer. Il. ε'. —— μὴ δὴ στρέφου ἡνιοχῆας, pro, μεταστρέφου ἑαυτὸν. Et in Od. β'. μεταστρέφειν dicuntur *qui avertunt se ab aliqua re & consilium prius relinquunt*. Id alibi μεταστρέφειν νόον. Quare non est dubium hîc ità esse vertendum [p]. Vel, *Reversus est*, Di. ex Ar. quod de Deo dicitur, Os. 5. 15 [q].) *& tradidit eos*, &c. Vulg. Mo. Ti. nempe in mentem judicii expertem, Rom. 1. 28 [r]. Eos desertos tradidit Satanæ & perversis cupiditatibus †: *tradidit*, i. e. permisit [t]. *Reversus est & tradidit*, i. e. στρέψας παρέδωκε, *rursus tradidit* [v], quod aliter Hebræi efferre nequeunt quàm, ושב ונתנם: ut mens sit, sicut illi cordibus suis ἐστράφησαν, &c. ità Deus ἔστρεψε, &c. ut servirent idolis, quibus antea in Ægypto servierant [x]. *Tradidit*, non positivè, impellendo eos; sed permissivè & occasionaliter, deserendo eos suâ gratiâ, & occasiones objiciendo, &c [y]. Permisit eos ab uno malo cultu in alium delabi, nec uni aut alteri, sed plurimis diis, se prosternere. Hoc autem non est referendum ad illud tempus in deserto, sed ad tempora posteriora. Nam, ut jam videbimus, propter hæc peccata frequentia & diuturna traditi sunt in manus Chaldæorum. Vide 2 Reg. 17. 16. & 21. 3. & 23. 5 [z]. ¶ *In libro Prophetarum*] sub. *Duodecim*, Zeg. qui *minores* vocabantur [a], qui in uno volumine descripti erant [b]. Locus exstat Amos 5. 25, &c [c]. ¶ *Num victimas —obtulistis mihi*, &c?] Tacita antithesis [d]: q. d. Sacrificia illa non mihi obtulistis, sed idolis vestris *, quæ occultè animo fovebatis & colebatis [f]: ut exprobrat eis Deus, Deut. 32. 17. Hanc expositionem confirmat collatio versûs sequentis [g]. Sensus hujus v. & seq. talis esse videtur, q. d. Non collibitum est vobis sacrificia mihi offerre in deserto, &c. sed postea vobis collibitum est sacrificare idolis, &c [h]. Sed cur queritur Deus de sacrificiis omissis, quum ab eorum lege populum in deserto liberum esse voluit? Resp. Non quæritur quia illa omissa sunt; sed quia illa, quibus Deus Hebræos onerare noluit, ultro ipsi & avidè iidis, & multò duriora, impenderunt. Dicit autem, *annis* 40, numero rotundo, quanquam uno aut altero anno oblata sunt sacrificia, &c †. Verba sunt ex Lxx, quæ ad Amosum sic interpretati sumus, *Nonne in deserto quotidie mihi sacra obtulistis, & tamen vos aversatus sum propter contumaciam? quantò magis nunc cùm ad contumaciam adjeceritis hos novos cultus novorum deorum* [i]? Θυσίας [vertit] מנחות. Vide dicta ad Marc. 9. 49 [k]. [De hoc loco fusè dicta vide in Synopsi ad Amos 5. 25.]

43. *Et*, &c. Καὶ ἀνελάβετε] *Et* (vel, *Imò*, Be. Pi. &c. *Imò verò*, V. Καὶ pro ἀλλὰ, more Hebræorum [l].) *suscepistis*, Mo. Er. &c. vel, *adhibuistis*, Ca. *sustulistis*, Tre. *bajulâstis*, P. Be. Pi. i. e. in humeros sublatum tulistis [m]: ut de Arca dicitur, 1 Reg. 2. 27 [n]. Al. *Bajulabitis igitur*: nihil enim tale in deserto fecerunt [o]. Neque verò ad tempus illud hoc referendum est: sed reprehendit primùm Deus populi hypocrisin, quòd Deum in deserto simulatè coluerint, Psal. 95. & 106. & postea subjicit tandem eos in apertum idolomaniam erupisse [p]. ¶ *Tabernaculum* (vel, *Canopæum*, Sy.) *Moloch*; ità Er. Il. P. Be. &c. Τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ] Qu. 1. Quid *Moloch*? Resp. *Moloch* idem qui *Baal* sensu speciali dicitur, ut liquet ex collat. Jer. 7. 31. & 19. 5 [q]. *Moloch* idem quod מלך, *Rex*. Denotat, hoc loco, Regem aliquem Ægypti, quem inter astra deósque retulerunt & coluerunt: unde Mars in Alphabeto Ægyptiaco dicitur Μολὸχ, teste Kirchero [r]. *Moloch* Rex quondam Ammonitarum, ex quo nomine Ammonitæ Saturni stellam nominabant †: dicitur מלך, aliàs מלכום, in Amos. 5. מלכּכם, *rex vester*, non certè terrenus, quem nè tum quidem habebant Israelitæ; sed cœlestis [t]. *Moloch* erat idolum Ammonitarum [v], & Moabitarum [x], ad quos facilè migravit ab Ammonitis ob generis locíque propinquitatem [y]: specialiter vetitum Israelitis, Levit. 18. 21. & 20. 2. sæpe tamen cultum, 1 Reg. 11. 7. 2 Chron. 28. 3. Jer. 7. 31 [z]. Ut בעל est nomen diis omnibus commune, quod additis epithetis distinguitur; sic & מלך, ut patet ex collat. 2 Reg. 18. 34. & Esa. 36. 19. cum Esa. 37. 12 [a]. *Moloch* est, vel, 1. Sol [b]: vel, 2. Mars, ut hodie in usu est inter Coptitas [c]: vel, 3. Saturnus [d]: de quo non sinit nos dubitare, quòd idem appelletur כיון *Ciun*, (qui omnino est Saturnus, ut testantur hoc loco RR. & nos alibi probavimus,) itémque *Repha*: ut videbimus *. Qu. 2. Quid hîc σκηνή; Resp. Est ναΐσκος, in quo sedebat imago Moloch [f]: cistula in qua servabatur: quales ναοὺς τῆς Ἀρτέμιδος, Act. 19 [g]. In Amos 5. est סכות [h]: quod Aquila reddit συσκιασμοὺς, *umbracula*, Th. *visionem* [i]; alii, *Siccuth* [k]: at Sym. & Lxx *tabernaculum* [l]: sic & Lucas h. l. Rectè: quia tentoriis & thensis deos circumferre antiquissimo ritu solebant idololatræ [m]: quod hîc factum ab Israelitis narratur [n]. Qu. 3. Quando hoc ab iis factum? Resp. In deserto, cùm coluerunt Baal-Peor, Num. 25. Psal. 106. 28. nam *Baal* & *Moloch* idem [o]. ¶ *Et sidus Dei vestri Remphan*, Ῥεμφὰν] Vel, Ῥομφὰ, vel Ῥεφὰ, vel Ῥεφὰν, vel Ῥαιφὰν, vel Ῥαμφὰν· has enim omnes formas exemplaria exhibent [p]. Ῥεμφὰν habent multi Codices: & hæc lectio videtur restituenda etiam in libris Lxx. Nam Ῥεμφὰν est רמון, *Remvan*, Syriacâ pronunciatione, pro quo Masoritæ legunt רמון, Ῥιμμὼν, 2 Reg. c. 5. v. 18. Sic Saturnum vocabant Syri, colebántque non in forma Regis, sed in forma stellæ. Nomen indè sumptum quòd ea stella sit *altissimo orbe*, ut Tacitus loquitur. In Hebræo est כיון, quod eandem Saturni stellam significat, sed Arabibus: res eadem [q]. [Sed de hac voce paulò fusiùs disserendum est.] In ea est præcipua loci obscuritas [r]: eam, quod sciam, nemo satis explicavit. Fatentur omnes poni pro Hebræo כיון, quod est Amos 5. 26 †. pro quo Lxx ibi posuerunt Ῥεφὰν [t], nomen ejusdem dei magis notum & familiare apud plebem quàm *Ciun*, quod fortasse sacrorum tantùm erat, vel jam in usu esse desierat. Appellabatur autem Saturnus in illo Syriæ tractu רפא, *Repha*, quem Psaltes, Psal. 106. per contemptum voce synonymâ מת appellavit: רפאים enim in S. S. sunt מתים, id est, *mortui*. *Comederunt*, inquit, *sacrificia mortuorum*, id est, mactata honori *Baalpehor*, id est, Saturni. Nam Saturnus inter τοὺς ἀλαχθονίους Θεοὺς censetur [v]. Stella Saturni, ut ex lingua Arabica & Persica certum est, appellatur כיואן [x]. כון in Kal. Heb. est, *aptari, disponi*; Arab. & Syr. *fieri*: in Piel & Hiphil Heb. *disponere, aptare*; in Piel Arab. & Hiphil Syr. *facere existere*. Hinc כיון (quomodo Saturnus Orientalibus dictus est) est ea virtus quæ existentiam, sive naturam, rebus tribuit, propriè *naturatio*, vel q. d. *essentificatio*; propriéque id ipsum exprimit quod antiqui Saturno tribuerunt qui Orpheo *deorum pater & hominum* dictus est. Jam Ῥεφὰ, vel Ῥεφὰν, vel Ῥεμφὰν, est dictio Arabica, ejusdem notionis cum כיון. Nam verbum רף sign. *movere, agitare*, & propriè alas, ut aves incubantes ovis ut pullos excludant. Est ergò Ῥεφὰ ea virtus quæ, movendo se & agitando super omnes res, eas quasi excludit & existere facit. Adde, quòd רף in Lexico Arab. vertitur, *voracitas*, quod Saturno optimè convenit, qui liberos suos deglutivit, &c. Denique testatur Salmasius, in Alphabeto Ægyptiaco, Româ ad se misso, ubi sunt nomina septem Planetarum, Ῥηφὰν est *Saturnus*. Qu. Sed unde hîc Saturni mentio, cùm in historia Mosis solius *vituli*, vel *bovis*, ut vocatur Psalm. 106. v. 20. fiat mentio? Resp. Bos retulit Deum agriculturæ authorem; qui antiquis gentilibus Saturnus fuit. Porrò, cùm Saturnus *sit sidus Israelis, ut dicunt omnes Astrologi, & in portione ejus sint anima rationalis, & vis cogitandi ac sciendi*

Marginal notes (left column): * G. sim. Pi. — f G. — g G. — h G. sim. Pi. — i G. — k La. sim. Pi. — l G. — m V. — n G. — o Pi. sim. Be. — p Cas. — q Di. — r Pi. — † Be. — t V. — v Di. sim. T. — x Di. — y La. — z G. — a Zeg. sic Pi. — b Pi. — c 11. Zeg. &c. — d Pi. — * Cap. sim. Pi. — f Cap. — g Pi. — h Li. — † San. — i G. — k G. sic. Be. — l Pi. — m Be. Pi. — n Be. — o Q. in Be. — p Be.

Marginal notes (right column): q Li. 113. — r Ham. — † G. — t Di. — v Zeg. sic D Cap. — i. 111. Pet. var. lect. 1. — x Pet. ex Theod. sic San. — y San. — z Li. 112. — a Pet. — b Di. ex Scld. — c BP. 1. 15. 67. — d Pet. D. ex Euseb. & Scal. — * Pet. — f G. — g Ham. — h Di. Li. &c. — i Pet. ex Hi. — k Li. — l Pet. — m Di. — n Pet. — o Pet. Li. 113. — p Di. — q G. — r Li. 113. — † Di. — t Di. BP. Pet. — v Pet. ib. — x Di. ex AE.

di omnia mysteria; & domus sanctuarii, & lingua Hebraica, & lex Israelis, ut ait R. Isaac Caro, meritò stellam Saturni vocavit Stephanus *stellam Dei vestri*, & domum Sanctuarii *tabernaculum Molochi* [y]. Al. כיון est Hercules, quem Ægyptii *Chon* vocârunt, Judæi verò רפא à gigantea forma & magnitudine vocârunt [z]. Al. Erat (inquit Diod. Sic. l. 1.) Rex Ægypti, nomine *Remphis*, circa tempus quo Jacob in Ægyptum descenderat, qui vastas opes congessit, & post se reliquit 40 myriadas talentorum: Unde conjicere licet hunc fuisse Pharaonem illum qui Josephum Ægypto præfecit, & ex annona divendita has opes corrasit. Ille ergò *Remphis* videtur ab Ægyptiis ob servatam Ægyptum cultus pro Deo, quomodo Apin & Osirin coluerunt; idémque fortè ab Israelitis nonnullis cultus est in Ægyptiorum imitationem [a]. Et fortè iste Remphis fuit Ægyptiorum Apis, quem bovis figurâ coluerunt ob somnium vaccarum, Gen. 42 [b]. Hunc ergò inter astra locârunt, eúmque per astrum, nempe Saturnum, significârunt [c]. ¶ *Figuras quas fecistis*, &c. ità Mo. P. Ti. sic Er. Be. Pi. &c. Τὺς τύπυς, &c.] *Imagines*, Tre. ex Sy. Æth. Ham. sic Ca. *Repræsentationes*, totius scil. exercitûs cœli in una serie [d]. Sensus verborum Stephani atque Amozi talis esse videtur; q. d. *Tabernaculum* illud, quod vos humeris *bajulâstis*, non meum fuit, sed *Molochi vestri*; hoc est, non me in Tabernaculo illo coluistis, sed idola, quibus in Ægypto assueveratis, tacitè animo agitabatis; & totam illam *imaginum* (quibus Sanctuarium intus erat decoratum) *structuram* (nam כיון, à כון deformatum, *structura stabilis* reddit potest,) eo loco & numero habuistis quo hodie *Astrorum*, quæ à vobis Ethnicorum more coluntur, simulacra habentur. Itaque totum illum cultum externum censeo ego à vobis diis potiùs fictitiis, quàm mihi, esse exhibitum [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ μέτοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος] *Itaque* (vel, *Et*, Er. Mo. vel, *Propterea*, G.) *transferam vos ad Babylonis fines*, Be. Faciam ut incolæ sitis Babylone [f]. Ἐπέκεινα hîc ponitur pro מהלאה [g]; ac proinde non significat *trans*, sed ipsam Babyloniam cum vicinis populis; ut hæc vox etiam apud idoneos Scriptores Græcos usurpatur [h]. Sed מהלאה verti, *ad fines*, non est conveniens, nec res ipsa admittit, quia non agitur hoc loco de tribu Judæ, quæ in Babyloniam transportata est; sed de Decem tribubus quæ ultra eam deductæ sunt [i]. [Reliqui ergò vertunt,] *trans*, vel *ultra*, *Babylonem*, Er. P. Pi. Ca. Tre. ex Sy. Mo. Ar. &c. id est, in Assyriam [*]: vel in Persida & regionem Caspiorum [†]. In Amoso est, מהלאה לדמשק, ἐπέκεινα Δαμασκῦ, *ultra Damascum* [k]; non, *ultra Babylonem*. Quid igitur dicemus [l]? Resp. Stephanus neglectâ circumstantiâ rem dixit quam intendebat Propheta [m]. Sensus bene expressus est: minus enim dixit Amosus, plus significavit. Assyria & Media, quæ ultra Babylonem sunt, multò magis sunt ultra Damascum. Sic Esa. 10. 9. ubi in Heb. est כרכמיש, ο' vertunt, ἐπάνω Βαβυλῶνος [n]. Trans Damascum dici sunt in, sive trans, Babylonem [o]. Al. Stephanus *Babylonem* posuit loco *Damasci*, quia, ut initio capitis differuerat de Abrahami discessu ab illis partibus, ità nunc ostendere voluit eos ob idololatriam suam in illas partes reducendos [p]. Porrò, Amos dixit, *ultra Damascum*, ob causam suo tempore peculiarem, quia magnis tum cladibus Hasael Rex Damasci populum affecerat, multósque in Syriam abduxerat. Cùm autem illi nondum resipiscerent, denunciat Propheta eos brevi ultra Damascum longiùs deportandos; quàm longè autem, res ipsa demonstrat, nempe in fines Mediæ & Armeniæ [q]. Al. Amosi locum sic accipio, *submovebo vos* מהלאה לדמשק, quod non verto, *ultra Damascum*, in Babylonem; hoc enim falsum est, quia Decem Tribus, de quibus hîc agit, non in Babyloniam summotæ sunt, sed in Mediam, 2 Reg. 17. 6: sed sic reddo, *longinquiùs quàm submoti fuerunt Damasceni*, qui exportati sunt in *Kirum*, 2 Reg. 16. 9. Amos 1. 5. quem locum non dubito esse in Babylonia. Rectè ergò hîc dicitur, ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, *longinquiùs quàm in Babyloniam*: itaque in Mediam deportati sunt [r].

44. *Tabernaculum testimonii*, &c. Ἡ σκηνὴ τῦ μαρτυρίυ] Sic Græci exprimere solent Heb. אהל מועד, i. e. *tabernaculum condictionis*, vel, ut alii, *tentorium conventûs*; [sic dictum, vel, 1.] quia Israelitæ ibi convenire solebant [†]: vel, 2. quia Deus ibi cum populo quasi conveniebat, ut Deus se explicat Exod. 29. 42, 43. Confer Exod. 25. 22 [t]. [Sensus, q. d.] Majores nostri habuerunt Tabernaculum [v]. Redit ad alteram partem argumenti sui quod est de Loco cultûs; & ostendit eum variâsse. Eodem argumento pugnat Jeremias, 7. 12 [x]. ¶ *Secundùm formam*, Τὸν τύπον] *Exemplar*, Be. Pi. sic in Versione LXX Exod. 25. 40. ubi Heb. תבנית [y].

45. *Quod*, &c. Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν] *Quod & induxerunt suscipientes*, &c. Mo. vel, *qui successerunt*, &c. Er. Il. Fateor διαδέχεσθαι non aliter quàm pro *excipere*, id est, *succedere*, usurpari apud LXX. At si hoc voluit Stephanus, dicere debuit, οἱ διαδεξάμενοι πατέρες ἡμῶν. Jam verò constructio arguit, διαδεξάμενοι non esse personarum, sed actionis, determinationem [z]. Al. *Quod etiam acceptum*, vel *exceptum*, (id est, quasi per manus ipsis traditum [a]: vel, *quum accepissent*, Di. ex Ar. *cùm per successionem accepissent*, Pi. ab iis qui cum Mose vixerant [b],) *introduxerunt patres nostri*, P. Pi. Ca. Be. ¶ *Cum Jesu in*, &c. Ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἐξῶσεν, &c.] *In ipsa occupatione gentium quas* (ὧν, pro ἃ, Atticè [c]:) *expulit*, Be. &c. id est, cùm inciperent obtinere [d]. At κατάσχεσις, apud LXX, potiùs terram ipsam quàm ejus occupationem aut acquisitionem significat [*]. Al. *Cùm occuparent terram gentium*, V. *Cùm fines occupârunt gentium*, &c. Ca. Sed sic subaudienda erit *terra Sancta*, in quam Tabernaculum introduxerunt, cùm occuparent gentes [f]. [Alii aliter:] *In possessionem gentium*, &c. Er. Il. P. Mo. Ham. Ar. Di. ex Sy. &c. Frequens Hellenistis permutatio ἐν & εἰς, quia Hebræi pro utroque ב literam ponunt [g]. Ἐν hîc pro εἰς, ut & apud LXX ἐν κατασχέσει & εἰς κατάσχεσιν promiscuè usurpantur. Confer Num. 32. 5, 22. cum Deut. 32. 51. Atque ipsa constructio id hîc satis innuit, quum dixit Lucas, εἰσήγαγον ἐν τῇ κατασχέσει· influit enim præcedens εἰς in sequens ἐν [h]. Κατάσχεσις ἐθνῶν est, *terra à Gentibus possessa*. Sic vox κατάσχεσις plerumq; sumitur respondens Heb. אחזה. Ἐξῶσεν, Heb. הוריש, ut Exod. 34. 24. Num. 21. 32. Deut. 11. 23. ubi in Græco, ἐκβάλλειν [i]. ¶ *A facie*, &c. Ἀπὸ προσώπυ, &c.] *A conspectu patrum*, Be. Pi. q. d. Quas expulit ut ingredientibus patribus ipsæ possessione cederent, eámque vacuam patribus relinquerent, ut promisit Exod. 23. 28. Jos. 24. 12 [k]. *Ad* (vel, *Sub*, V.) *adventum patrum*, &c. Est hoc loquendi genus Deut. 2. 21, 22. & alibi sæpe. Imitati sunt hanc locutionem ii qui inscriptionem eam fecere quam in Africa vidit Procopius, Ἡμεῖς, &c. (*Nos fugimus à facie Josue fili Nave prædonis* [l].)

46. *Qui invenit gratiam*, &c.] מצא. Vide Luc. 1. 30 [m]. Gratus fuit Deo [n]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα, &c.] *Et petiit* (vel, *desideraverit*. Sic שאל per ἐπιθυμεῖν vertitur, Deut. 14. 26 [o].) *ut inveniret* (Illud εὑρεῖν est sumptum ex Psal. 132. 5 [p]. *Donec invenero* [q]: vel, *ut compararet*, Pi. sim. Be. id est, ædificaret [r]: vel, *facere*, Di. ex Ar. ut explicatur 2 Par. 28. 2. *ædificare. Invenire* Orientalibus est, *consequi*, & *incipere consequi*, id est, parare & facere ut habeas. Ità sumitur Psal. 36. 1. *inveniendo*, id est, faciendo, *iniquitatem suam ad odium*, sive odiosam. Prov. 3. 13. *qui invenit*, id est, paravit sibi, *sapientiam*. Esa. 58. 13. Os. 12. 8. [†].) *tabernaculum*, &c. Vulg. id est, locum in quo Templum ædificaret [t]: vel, *permanentem sedem*, &c. Σκήνωμα, Hebræis אהל, est *qualibet habitatio* [v].

48. *Sed excelsus* (vel, *Excelsissimus ille*, Be. Pi. &c.) *non in*, &c.) Ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ] Depromptum ex 1 Reg. 8. 27. ubi κατοικήσει, in Hebræo ישב, significat, *considere* poterit. Idem ferè dicunt Euripides & Zeno [verbis à G. productis.] Habes ναὸν χειροποίητον etiam Marc. 14. 58. & ἐν χειροποιήτοις ναοῖς, Act. cap. 17. ver. 24. MS. tamen quem dixi vocem ναοῖς hîc non habet. Origenes, Contra Celsum 3. 7, 8. pari loco ponit Simulacra & Templa; dicitque ea primùm dicata Dæmonibus qui aut carminibus inducti, aut per se locis quibusdam assueti, ob nidores iis adhærescerent. Sic & Cæcilius de Christianis, *Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra?* & agnoscit M. Octavius, *Templum quod ei exstruam, cùm totus hic Mundus, ejus opere fabricatus, eum capere non possit?* Et Arnobius *templorum constructionibus Deum à Christianis honorari negat.* Apparet eos Christianorum conventuum loca *templa* dici noluisse, quòd templum Christianis sit corpus purum;

Marginal notes (left column): y Di. — z Be. — a Cap. sic Ham. — b Cap. — c Ham. — d Li. 114. — * Cap. — f Camer. — g Di. ex Be. — h Ec. — i Di. — * V. — † Pi. ex Jun. — k Pet. G. Di. — l Pet. — m Di. — n G. — o Hi. in Pet. — p Li. 115. — q Di. — r Pet. — † Be.

Marginal notes (right column): t Di. — v V. — x G. — y Idem. — z Di. — a V. — b G. sim. Di. — c Ham. — d Be. — * Di. — f Idem. — g G. — h Di. — i G. — k Be. — l G. — m G. — n V. La. — o G. — p G. sic Di. — q Di. — r Pi. sim. Di. — † Di. — t V. — v G.

rum; altare, animus sanctus; simulacra verò, omnis generis virtutes. Sensit Origenes Deum, cùm Templum sibi fieri permisit à Solomone, pari id fecisse proposito quo & Altare & Victimas indulsit; nempe ut se populi ingenio aptaret, ac eos ritus sibi vindicaret quos alioqui populus falsis diis erat impensurus. Loca Origenis ea de re digna sunt lectu, & ab his quæ hîc dicit Stephanus non aliena. Imperatores etiam Christiani *templorum* nomen usurpant ubi de paganis agitur, ut C. De paganis sacrificiis & templis; non ubi de Christianis. Sic & Zeno Veronensis, *Quò tibi Ecclesia, si adeunda sint templa?* Hieron. adv. Vigilantium, *Basilicas aut destrueret, aut in templa converteret.* Vocabant ergò Christiani suorum conventuum loca modò Ecclesias καλὰ συνεκδοχὴν, modò *basilicas*, & eodem sensu, *Domos Dei*; *Templi* autem appellatione destinatò abstinebant. ¶ *Per Prophetam*] Esa. 66. 1 [x].

49. *Quam* (vel, *Quantam*, V.) *ædem*, &c?] Si tam procerus & magnus sim, quantâ esset mihi opus domo[y]? In LXX verba sunt paulùm diversa [z]. [Vide G.]

51. *Durâ* (vel, *Duri*, Er Mo. Be. &c.) *cervice*] Hoc elogium Hebræis datur Exod. 33. 3. & 34. 9. Deut. 9. 6, 13. Neh. 9. 16. Adde Bar. 2. 30 [a]. Inflexibiles [b] ad bonum [c], pervicaces [d], obstinati in malo [*], præfracti & monitis non cedentes [f]. Metaphora à vitulis qui jugum cervici impositum rejiciunt [g]. Notant quoque Physiognomici, quòd σκληροτράχηλοι *duri cervice sint indociles & stulti* [h]. ¶ *Incircumcisi cordibus* (Cor habentes plenum vitiosis affectibus, Levit. 26. 41. Jer. 9. 26 [i]. in naturæ corruptæ vitiis adhuc hærentes demersi [k]:) *& auribus*] Quibus pruriunt aures ad ea audienda quæ vitiis favent, Jer. 6. 10 [l]. qui vocem Dei nè audire sustinetis [m]. q. d. Homines vitiis madentes & immorigeri, qui nihil salutare audire vultis [n]. Qui cor & aures tegmine infidelitatis obductas habetis, nec vultis circumcidere aut auferre [o]. Adimit illis laudem circumcisionis, quâ valde superbiebant [p]. Qu. Sed cur Stephanus, hucusque lenis, nunc subitò acer tonat in Judæos? Resp. Quia vidit eos dictis animum non advertere [q], magisque in vultu & gestu accendi eorum odia [r]. ¶ *Vos semper Spiritui sancto* (id est, Dei monitis per Prophetas [†]: Deo tot modis vos ad veram pietatem invitanti, Lege datâ, prodigiis, beneficiis, Prophetis, &c [t].) *restitistis*, Ἀντιπίπτετε] *Resistitis*, Er. Il. Mo. Ar. V. *Contravenitis*, Ca. *Obnitimini*, Be Pi. id est, ex adverso irruitis more hostili [v]. *Vos objicitis*, P. Ti. Vos opponitis, ut qui iter impediunt: quod est ילך קרי, πορεύεσθαι πλάγιον, Levit. 26. 21, 23, 24, 40, 41 [x]. Idem est quòd *Deum* aut ejus *sermonem*, sive *consilium*, ἀθετεῖν, Luc. 7. 30. Joh. 12. 48. vel, ἀπωθεῖσθαι, Act. 13. 46. Pythagoras apud Jamblichum τῇ θείᾳ προνοίᾳ ἀντιλέγειν dixit. Hesychius, Ἀντέπιπτεν, ἐναντιοῦτο [y]. ¶ *Sicut patres vestri & vos*, Καὶ ὑμεῖς] Sic legunt Sy. Ar. & Æth. nec redundat [z]. Est hîc geminatio vocis ὑμεῖς, quales multæ apud Hebræos [a]. Est proverbiale, ut Ezec. 16. 44. καθὼς ἡ μήτηρ καὶ ἡ θυγάτηρ [b]. *Tales & vos* estis, Be. Hoc non legitur in Aug. nec Hi [c].

52. *Quem Prophetarum*, &c?] Matth. 5. 12. & 21. 35. & 23. 31, 37. Luc. 13. 34 [d]. ¶ *De adventu Justi*, Τοῦ δικαίου] *Justi illius*, Be. Pi. &c. id est, Jesu [*], cui eximiè hoc nomen competit. Vide Act. 3. 14 [f]. qui insons erat cùm occideretur. צדיק est vox forensis *reum insontem* significans, cui opponitur רשע, ὑπόδικος, *reus*, *sons* [g]: quem Judex quoque innocentem pronunciavit [h]: qui *justus* antonomasticè [i], sive eminenter [k]; qui suâ justitiâ alios justos efficit [l]. ¶ *Cujus vos nunc proditores*, &c.] Vestrum fuerat eum tueri, quia Prophetæ vestræ tutelæ commissi sunt: contrà verò nihil omisistis quo ejus mors procurari posset. Vide Act. 3. 13 [m].

53. *Qui accepistis legem* (scil. Dei [n]) *in*, &c. Εἰς διαταγὰς ἀγγέλων] *Per* (vel *In*, Mo. *Inter*, G. Ham. *Juxta*, sive *Secundum*, Ti. Ar. Di. ut Heb. ל sumitur Gen. 1. 21. למינהו, *secundum speciem suam:* Num. 1. לצבאותם, *juxta exercitus suos*, sæpe [o].) *dispositionem* (vel, *dispositiones*, Er. Mo. *mandatum*, Di. ex Sy. & Ar. sive *sanctionem & ordinationem*, ut διαταγὴ sumitur Rom. 13. 2. Habent enim & Ministri Dei suam mandandi authoritatem, licèt ὑπηρετικὴν, non δεσποτικὴν [p].) *angelorum*, Il. P. Be. Pi. &c. id est, eorum ministerio [q]: idem

Marg.: [x] G. [y] V. [z] G. [a] G. [b] Me. La. sic T. [c] T. [d] Me. T. La. [*] T. [e] E. [f] E. sim. Camer. Ham. [h] Ham. [i] G. [k] Be. [l] G. [m] Be. [n] V. [o] T. sic La. Me. [p] Camer. [q] Oecum. in La. [r] La. [†] G. [t] E. [v] Pi. [x] G. [y] Pri. [z] Di. [a] G. [b] Fri. [c] Zeg. [d] G. [*] G. Ca. [f] G. [g] D. [h] Camer. [i] Camer. L. [k] La. [l] Camer. [m] G. [n] Pi. [o] Di. [p] Idem. [q] Be. Pi.

quod δι' ἀγγέλων, Gal. 3. 19 [*]. & Heb. 2. 2 [r]. Εἰς διαταγὰς, pro, ἐν διαταγαῖς [†] (ut in Sophoc. εἰς δόμους pro, ἐν δόμοις [t] & Eurip. *Venisti* εἰς χαμὸν, pro, ἐν χαμῷ. & Marc. 5. 34. *abi* εἰς εἰρήνην, pro, ἐν εἰρήνῃ. Joh. cap. 20. ver. 19, 26. *Stetit* εἰς τὸ μέσον, pro, ἐν μέσῳ, Luc. cap. 24. ver. 36 [t].) & hoc pro, διὰ διαταγῶν [v] (ut ἐν μύθοις, apud Musæum, v. 158. pro, διὰ μύθων [x]) & hoc pro, διὰ διαταγῆς [y]. q. d. Legem ab Angelis constitutam, vel ministerio Angelorum traditam, sive per Angelos & Prophetas, legatos ejus: nam Prophetæ etiam dicuntur *angeli*, id est, internuntii Dei [z]. Ostendit quàm magnificè data sit Lex inter multas Angelorum turmas [a], stipantium Jehovam Imperatorem suum [b], sive Filium Dei, qui κατ' οἰκονομίαν *Angelus* dicitur, suprà 35, 39. & Legem tulit in formâ Angeli, è medio Angelorum, velut eorum præfectus. Confer Psal. 68. 8. Idem hîc est διαταγὴ ἀγγέλων, quod Dan. 4. 14. *decretum vigilum*, & *mandatum sanctorum*, i. e. decretum mandatúmque senatûs Angelici, cui præerat summus Dei Filius, cujus respectu idem dicitur *decretum Altissimi*. Εἰς hîc propriè accipio, *Ad ordinationes Angelorum*, id est, ordinantibus Angelis: quo sensu dicitur Filius facere *ad nutum Patris* [c]. Respicitur hîc locus Deut. cap. 33. ver. 2. Διατάσσειν vox est militaris, ut patet Jud. cap. 3. ver. 23. in Græco, 1 Mac. cap. 6. ver. 35. 2 Mac. c. 13. v. 20 [d].

54. *Dissecabantur*, &c. ità Er. Mo. &c. Διεπρίοντο, &c.] *Dirumpebantur*, P. *Frendebant*, Il. Pi. *Urebantur*, Ca. *Repleti sunt furore*, Heinf. ex Sy. Norma interpretandi veteres Hesychius, Διαπρίεται, ὀργίζεται, (sed lege, ὀργίζει) μαίνεται, θυμοῦται. Vehementem iram notat [*]. Vide ad Act. 5. 33 [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἔβρυχον &c.] *Et stridebant* (vel, *frendebant*, Sy. Ti. Ca. vel, *stringebant*. Hinc βρυγμὸς, *stridor*, Matth. 22. 13. & βρυχημα, *sonus leonum*, apud Pollucem [g].) *dentibus*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *dentes*, Mo. Camer. Heb. חרקו שנימו, Psal. 35. 16. & 37. 12. & 112. 10. Thren. 2. 16. Gestus vehementer irascentium [h].

55. *Vidit gloriam Dei*] i. e. Gloriosam illam constitutionem cœli qui est thronus Dei [i]: gloriosum Deum, quatenus quidem humanis oculis cerni potest [k]: fulgorem quendam quo Dei majestas repræsentabatur [l]. Vide Exod. 24. 17. & 33. 18, 22. Ezec. 2. 1 [m].

56. *Video cœlos apertos*] i. e. Patentes: *Cœlos*, vel stellatos [n], vel aereos [o]. Vel, vidit quasi hiatum cœli, & in illo Christum visibiliter apparentem [p]: vel, oculus ejus, per Dei concursum supernaturalem elevatus, cœlos omnes, quasi patentes, penetravit, & porrectus fuit usque ad cœlum Empyreum, ibíque Jesum vidit [q]. ¶ *Et Filium*, &c.] Vide quæ diximus ad Matth. 8. 20 [r]. ¶ *Stantem*, Ἑστῶτα] i. e. Παρόντα [†] non *sedentem*, quomodo alibi describitur ad ostendendam Regiam dignitatem; sed *stantem* [t], quasi militem, aut Ducem, aut Advocatum pro Stephano, aut Agonothetam [v], bravium cœlestis gloriæ ipsi ostendentem [x], quasi paratum in opem suorum [y]. Nam & auxiliatores Græcis παραστάται, & עמד apud Hebræos sæpe eum habet sensum [z]. ¶ *A dextris* &c.] Loco honestissimo [a], & Patri proximo [b]. Qu. Sed cur hoc dicit Judæis qui id non viderant, nec ipsi credebant? Resp. 1. Ex ardenti amore in Jesum, ac desiderio eo fruendi, præ quo eorum tormenta sprevit [c]. 2. Ut eos invitet ad pœnitentiam reserato jam per Jesum cœlo, & ulnis misericordiæ ejus adhuc apertis. 3. Ut terreat illos ostenso Judice & vindice. 4. Ut testem se ipsis exhiberet oculatum Christi redivivi [d].

57. *Exclamantes*, &c.] Hæc intellige non de Senatoribus, sed de astante plebe. Facta enim hæc omnia per seditionem, quam comitari solet clamor [*]. ¶ *Continuerunt aures suas*; ità P. Mo. Be. Συνέσχον, &c.] i. e. Ἔφραξαν, יאספו [f]. *Compresserunt*, &c. Pi. *Obturârunt*, Tre. & Di ex Sy. Æth. Me. manuum objectu [g]; sive digitum ingerendo in aures, sive ipsam auriculam inflectendo [h]; nè blasphemias audirent [i]. *Et*, &c. Καὶ ὥρμησαν, &c.] *Et irruerunt concorditer in eum*, Be. Pi. *Et impetum fecerunt*, &c. Er. Il. &c. Quasi ex judicio zeli [k], quod stante Republicâ usurpare solebant, sed tantùm in eos qui Judæis auctores essent ad falsos cultus. Solebant autem tales lapidari, Deut. 13. 6. Vide quæ diximus ad eum locum, & de J.B. 2. 20. 9. Exempla habes aliquot in Maccabaicis.

Marg.: [*] Di. sic Be. [r] Di. [†] Pi. Sch. [t] Sch. [v] Pi. Sch. [x] Sch. [y] Pi. [z] V. [a] G. sim. Ham. Glas. gram. 3. 6. 4. 525. Di. [b] Glas. ib. sim. Di. [c] Di. [d] G. [*] Heinf. [f] G. [g] Camer. [h] G. [i] Pi. [k] Be. [l] G. sim. Me. [m] G. [n] Caj. & La. in T. [o] T. ex Euthym. Jans. Suar. &c. [p] Me. [q] Me. ex La. [r] G. [†] Be. [t] G. [v] Me. T. [x] Me. [y] G. Ham. [z] G. [a] Me. [b] T. [c] La. [d] T. ex La. [*] G. [f] Idem. [g] Me. [h] Di. [i] T. [k] G. Ham.

Maccabaicis, & Act. 23. 13. Meminere ejus juris Josephus Albo, & Philo [cujus verba quære in G.] Solebant autem Sacerdotes, etiam cùm sub Romanis essent, ad talia connivere. Vide Josephum 15.8. qui & alibi hujus moris meminit. Verùm duplici modo hîc peccabant isti homines; primùm in Legem, quæ etiam liberâ Republicâ judicium illud populare exerceri noluit, nisi in auctores idololatriæ qualis non erat Stephanus: deinde, in Romanos, qui ipsis ademerant jus omne capitalium suppliciorum. Atque istorum hominum, quos ζηλωτὰς Josephus vocat, crescens in dies audacia tandem & iram excitavit Romanorum, & Urbi Templóque exitium attulit [v].

58. *Ejicientes eum*, &c.] Nè scil. pollueretur civitas vel blasphemiâ ipsius [x]: vel noxio sanguine. Vide Levit. 24. 14 [y]. ¶ *Lapidabant*] [Morem lapidationis vide in Di.] ¶ *Testes*, &c.] Quanquam per seditionem hæc, ut diximus, agebantur, tamen aliquid de legitimo more retinebant [z]. Testium enim erat primos jacere lapides, Deut. 17. 7 [a]. & Deut. 13. 9 [b]. ac sic semet, si quid falsi subesset, sontes facere cædis; populum verò, qui ipsorum auctoritatem sequebatur, absolvere. Vide Mosem de Kotzi Præcepto jubente 99 [c]. ¶ *Deposuerunt vestimenta sua*] Scil. extima, qualia sunt pallia [d]; nempe quò expeditiores essent [*], ad lapides conjiciendos [f]. Ingentia enim saxa jaci à testibus solebant. ¶ *Saulus*] Qui tum scholam Gamalielis frequentare studiorum causâ solebat, Act. 22. 3. sed æstu abreptus, à lenitate magistri ad atrociora multorum exemplis patiebatur se trahi, Phil. 3. 6 [g].

59. *Invocantem*; ità Er. P. Mo. Be. Ca. &c. Nempe Jesum [h], quod ex sequentibus hîc subintelligitur [i]. Ἐπικαλούμενον] *Orantem*, Tre. ex Sy. sic Ar. ¶ *Domine, Jesu*, Κύριε Ἰησοῦ] Non dubium est quin Ἰησοῦ hîc sit Vocativus, quomodo Apoc. 22. 20 [k]. non Genitivus; tunc enim debuisset dici, Κύριε τοῦ Ἰησοῦ. Et constat illum hîc invocari quem *vidit stantem*, &c. Is verò Jesus est, v. 55. Adde, quòd Syrus hîc habet, מרן ישוע ¶ *Domine noster Jesu* [l]. ¶ *Suscipe spiritum*, &c.] Id est, animam [m]. Magistrum Discipulus imitatur, Luc. 23. 46 [n].

60. *Positis—genibus*] Ut solebat fieri in precibus intensioribus, maximè in periculis [o]: ut ostenderet summam compassionem curámque, ut eis veniam impetraret [p]. Pro se stans orat, pro hostibus verò genu flexit [q]. ¶ *Nè*, &c. Μὴ στήσῃς, &c.] *Nè statuas eis*, &c. Er. P. Mo. Be, Ca. Tre. &c. Verbum firmam & perennem peccati imputationem denotat [r]. *Nè constituas*, &c. Æth. Glas. nimirum ut hoc peccatum, testis instar, contra eos stet, eos accuset atque condemnet [†]. *Noli in eos vindicare*, &c. Ca. Condones & remittas eis [t]. Et hoc Domini exemplo, Luc. 23. 34. Μὴ στήσῃς, ad verb. *Nè appendas*. Sic Job. 28. 15. Jer. 32. 9, 10. Zach. 11. 12. Est verbum hoc, ἱστάναι, pro Hebræo שקל, quod 1 Reg. 20. 39. vertitur τίειν· Exod. 22. 17. ἀποτίειν· Esa. 55. 2. σταθμᾶσθαι. Olim pecuniæ erant æs grave, quod pendi, & sic solvi, solebat. Inde σταθμὸς Græcis, Romanis *libripens*, *impendia*, *expensæ*, *pendere*, *pensiones*, & similia. Quia autem in rationibus æquandis quod alteri imputo id non minùs me liberat quàm si penderem, i. e. solverem, hinc factum est ut ἱστᾶσθαι sit, *imputare*. Et propter similitudinem quam crimina cum debitis pecuniariis habent, (qua de re egimus de J. B. & P. 2. 20. 2.) sicut *solvere* dicitur pœnas qui eas patitur, ità *imputare*, qui eas exigere vult; *non imputare*, qui exigere non vult. Hîc autem, *Nè impendas*, aut *imputes*, hoc valet. Nè tanti hoc crimen facias ut viam illis ad conversionem obstruas: quemadmodum & in dicto Christi, de quo ad Luc. 23. 34. egimus [v]. Μὴ στήσῃς efficacissimè dictum. Στῆσαι enim est σταθμῆσαι, quod *exigere ad amussim*, *ponderare*, aut *librare*, Homero, ut notat Eustathius; *persolvere ad pondus*, (quod in emptionibus fiebat,) Hellenistis, ut Jer. 32. 10. Καὶ ἔστησα, &c. *Et argentum in statera appendi*: quod Græci στάσιμον in fœnore dicebant. Ponderabant enim fœneratores quod exponerent, deinde ad libram fœnus exigebant. Hesychius, Στήσασθαι, δανείσασθαι. Sensus ergò est, q. d. Nè exactè ac severè agas, nè peccatum ipsorum ponderes, nè debitum hoc cum fœnore exigas [x]. ¶ *Obdormivit*] Id est, mortuus est [y]. Hebræorum est שכב dicere pro *mori*, ut Esa. 14. 8. ubi in Hebræo שכבת, in Græco κεκοίμησαι. Sic & Matth. 27. 52. Joh. 11. 11. Act. 13. 36. 1 Cor. 7. 39. & 11. 30. & 15. 6, 18, 20, 51. 1 Thes. 4. 13, &c. 2 Pet. 3. 4. Vide quæ diximus ad Matth. 9. 24 [z].

[v] G. [x] La. [y] Me. [z] G. [a] G. sim. Be. D. &c. [b] D. [c] G. [d] La. Me. [*] G. sim. La. Me. [f] Camer. sim. Me. [g] G. [h] G. V. [i] G. [k] G. sim. Glas. [l] Glas. gram. 3. 1. 4. 14. [m] Pi. Camer. [n] G. [o] G. [p] La. ex Chrys. [q] La. ex Aug. [r] Be. [†] Glas. rhet. 1. 9. 210. [t] D. [v] G. [x] Heins. [y] Be. P. Pi. &c. [z] G.

CAP. VIII.

1. SAulus autem erat, &c. Ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ] *Erat consentiens* (vel, *Ultro consenserat*, Be. Pi. *Acquieverat*, Pi. *Comprobârat*, P. Camer. sic Pi. *Consociatus est eis*, Æth. *Delectabatur & participabat*, Sy. sic Ar. in Di. Quum Syrus compositum verbum non haberet, duobus expressit. Verto ex Syro, *Unà delectabatur*: εὐδοκεῖν est, *delectari*: σὺν significat, eum unà cum aliis, de quibus cap. præced. fuisse delectatum [a].) *neci* (vel, *necem*, P. *cæde*, Di. *in cæde*, Sy. in Di. sic Pi. *in necem*, Il. Ca. Pi.) *ejus*, Mo. &c. Probabat hoc Zelotarum facinus animo, verbis, factis, Act. 22. 20. Hoc & alia quæ sequuntur de Saulo non temere referuntur, sed ut cogitemus οἷος ἐξ οἵου [b], (*quantum mutatus ab illo*.) ¶ *Persecutio magna*, &c.] Dorotheus tradit cum Stephano occisos esse 2000 Christianos. Certè plures tunc occisos indicat Paulus, Act. 26. 20. *Et cùm occiderentur, ego detuli sententiam* [c]. ¶ *Omnes dispersi sunt*, &c.] Vel, 1. omnes fideles, qui erant de Ecclesia, de qua præcessit [d]. Intellige commodè, q. d. plerique omnes [*]: qui scil. tutò latere non poterant [f], & quibus fugere commodum erat [g]. Vel, 2. omnes seniores [h], doctores Ecclesiæ, ex collat. v. 4 [i]. Diaconi aliíque [k]: 108 illi qui cum Apostolis Presbyterium constituerunt: ut multa docent. 1. Scopus Lucæ qui erat illorum 120 ab initio usque Libri historiam texere. 2. Vox εὐαγγελιζόμενοι, de solis Ministris usurpata. 3. Quòd tales persecutioni maximè obnoxii essent [l]. 4. Quòd unus ex his erat Philippus [m]. 5. Quòd fideles jam Jerosolymæ manerent, v. 3 [n]. ¶ *Præter Apostolos*] Qui Dei consilio ibi manserunt, ut Ecclesiam firmarent, & ibidem Ecclesia Synagogæ succederet [o]: quos Deus inter medios hostes mirabiliter conservavit [p].

2. *Curaverunt*, Συνεκόμισαν] Respondet Hebræo אסף. Vox est sepulcralis [q]. Sophocles Ajace, Οὗτος, σὲ φωνῶ· τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν Μὴ συγκομίζειν, ἀλλ' ἐᾶν ὅπως ἔχει· quod magnus Scaliger [sic vertit,] *Heus te volo: istud manibus efferas cave Tuis cadaver: verùm ut est, missum face.* Ubi interpres, συγκομίζειν, inquit, est, θάπτειν, *sepelire*, *à frugibus quæ in areas conferuntur*: De iis enim συγκομίζειν & συγκομιδὴ dicuntur. Has ergò primas martyrii quasi fruges colligunt & in terra recondunt, ut per resurrectionem in aream cœlestem reciperentur [r]. Tria apud Græcos in funere ab amicis præstabantur [t]; teste Scholiaste ad Æschylum [v]. 1. Ante sepulturam [x]: quo Romanorum unctio, lotio, & similia, referri possunt [y]. Hoc συγκομίζειν [z]. 2. In sepultura [a]. Id ἐκκομίζειν, *exportare*, sive *efferre* [b], ad sepulcrum [c]. 3. Cùm transferrentur jam sepulti [d], ab uno sepulcro in aliud [*]. Id ἀνακομίζειν [f]. [Hinc judicium fieri potest de variis hujus verbi versionibus] *Tulerunt*. Ar. *Extulerunt*, Il. P. Mo. Be. *Parentârunt*, Ca. *Comportârunt*, Pi. *Collegerunt*, Sy. Heins. *Curaverunt*, Er. Ti. Vulg. Latinè & eleganter. *Curare*, ad verbum κηδεῦσαι, quod de supremis usurpatur. Κηδεῖαι, *exequiæ* [g]. Vide dicta ad Act. 5. 6. Hoc addo, *Deductionem mortui ad sepulcrum* referri ab Hebræis inter opera *quorum fructus homo edit in hoc seculo, sors autem ipsi manet in futuro* [h]. ¶ *Stephanum*] Id est, corpus Stephani [i], è loco ubi jacebat, &c [k]. ¶ *Viri timorati*, Εὐλαβεῖς] *Religiosi*, Be. Pi. Vide Act. 2. 5 [l]. Proselyti [m]. ¶ *Fecerunt planctum*, &c.] Rabidos Judæos nihil veriti, &c [n]. Κοπετὸν, &c.] Verba desumpta ex Gen. 50. 10. Vide & Zach. 12. 10. 1 Mac. 2. 70. & 4. 39. & 9. 20. Erat id genus honoris habiti mortuo apud illas gentes. Majorem ei Deus honorem habuit, cùm post ad ipsius, ut Martyrum primi, reliquias plurimos morbos sanari voluit. Qua de re si quis dubitet, legat Aug. De civ. Dei, 22. 8. ubi conspicua reperies ejus quod dico documenta: quare nec mirum si eas reliquias pii convenienter honoraverint, ut loquitur idem Aug. epist. 103. Ab hoc

[a] D. [b] G. [c] La. [d] La. sic Me. [*] La. [f] T. [g] T. sic La. Me. [h] Euseb. in La. [i] Pi. [k] Ham. [l] Li. 118. [m] Pi. Li. [n] Li. [o] Me. [p] Li. 117. [q] G. [r] Heins. [t] Heins. sim. Ham. [v] Ham. [x] Heins. Ham. [y] Heins. [z] Heins. Ham. [a] Heins. [b] Heins. sic Ham. [c] Ham. [d] Heins. [*] Ham. [f] Heins. sic Ham. [g] Heins. [h] Di. [i] Pi. [k] Be. [l] G. [m] Ham. ad Act. 10. 2. [n] Be.

hoc experimento ad aliorum quoque Martyrum reliquias concurri cœpit pari successu. Eaque pars est *regni* ejus quod Martyribus tribuit Apocalypsis, 20. 4. ubi qui memorantur *mille anni*, à Constantino incipiunt [o].

3. *Devastabat*; ità Er. Mo. Be. &c. Ἐλυμαίνετο, &c.] *Persequebatur*, Tre. ex Sy. *Labefactabat*, vel, *Clades inferebat*, Camer. ¶ *Per*, &c. Κατὰ τοὺς οἴκους, &c.] *Irrumpens in ædes*, G. *Intrans passim in domos*, Pi. vel, *domesticatim*, Er. sive *per singulos domos*, Er. V. Κατὰ distributionem notat, sed indefinitè, ut Matth. c. 24. v. 7 [p]. ¶ *Et*, &c. σύρων τε, &c.] *Et trahens*, Er. P. Ca. Pi. &c. Verbum concinnum. Arrian. 1. 29. in Epictetum, Σύρει εἰς τὸ δεσμωτήριον. Seneca, *Centurio periturorum agmen trahens*. Apuleius, *Lictores duo* —— *me trahere*, &c [q]. *Corripiendo*, &c. Camer. *Tractos*, Be. quasi bello captos. Sic Virgil. Æn. 2. *Ecce trahebatur sparsis Priameia virgo Crinibus*. Simil. Eurip. Troad. & Seneca Thebaid. [Verba vide in G.] Ideo Paulus horum facinorum postea se damnans, ait se fuisse non διώκτην modò, sed & ὑβριστὴν, 1 Tim. 1. 13 [r]. ¶ *Tradebat* (sub. *eos*, Pi. scil. magistratibus †. Confer Act. 9. 1, 2 [t].) *in custodiam*, Be. Pi. &c. sub. *abducendos*, Pi. vel, *conjiciendos*, Pi. In carcerem Templi. Vide Act. 4. 3. & 5. 18, 19, 22, 25. jussu nimirum Synedrii, quod in Judæos non prehensionum tantùm, sed verberum, jus habebat [v].

4. *Pertransibant*] Diversas urbes [x]. Διῆλθον] *Peragrabant*, Be. Pi. sic V. sub. *regionem*, Be. i. e. Non subsistebant in Judæa & Samaria, sed longiùs etiam ibant ut à periculo abessent. Vide Act. 11. 19 [y]. ¶ *Evangelizantes*, Εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον] *Evangelizantes* (vel, *Annunciantes*, V.) *verbum*, sive *sermonem*, Mo. Be. &c. sub. *Dei*, Be. Pi. ut exprimitur v. 14. Synecdoche generis κατ' ἐξοχὴν· qualis Gal. 6. 6 [z]. Τὸν λόγον ἐμφατικῶς, *illam doctrinam*, nimirum salutis & vitæ æternæ [a]. Εὐαγγελίζειν & κηρύσσειν idem sonant, quoad rem, sed in modo forsan differunt: illud ad quoslibet spectat, ut solent omnes lætum nuncium sine voce præconis quibuslibet promulgare, significatque tantùm annuntiationem doctrinæ & miraculorum, &c. quæ etiam fœminis permissa est; hoc ad Apostolos, &c. & significat publicam & solennem rei promulgationem tanquam voce κήρυκος, *præconis*, sive ex officio [b].

5. *Philippus*] Non Apostolus [c], sed Diaconus [d], ut censent veteres, rectè *: Nam si Apostolus fuisset, [&] imposuisset manus baptizatis, vide infra 14 [f]; & Hierosolymis mansisset [g]. In tali circumstantia Evangelium prædicare non Diaconorum tantùm est, sed & privatorum, Act. 11. 20 [h]. ¶ *In civitatem* (vel, *In urbes*. Sing. pro plur. quod tritum Hebræis [i].) *Samariæ*] *Samaria* & regionis & urbis nomen est [k]: eo tempore de regione sæpissimè dicebatur, Luc. 17. 11. Act. 1. 8. & 9. 9. & 15. 3. Itaque rectè hic & Joh. 4. 5. dicitur πόλις τῆς Σαμαρείας· urbs Sebaste, olim anathemate devota per Esdram & Nehemiam, nunc in communem gratiam recepta [l]. Hic urbs ipsa intelligitur [m], regionis metropolis, ut ex v. 8. liquet, dicta שומרון, aliàs *Samaria*. Eam funditus ab Hyrcano deletam docet Jo. Antiq. 13. 18. restituit verò valdèque ornavit Herodes, & in honorem Augusti, sive τοῦ Σεβαστοῦ, *Sebasten* appellavit. Jo. Bel. Jud. 1. 16 [n]. *Urbs Samariæ* dicitur, ut *urbs Romæ*, *fluvius Euphratis*, *arbor fici*, &c [o]. Servius ad initium Æneid. 1. *Plerumque Poetæ pro Urbe regionem ponunt*, ut Æn. 1. *Venturum excidio Libyæ*, i. e. Carthaginis [p].

6. *Audientes*, &c. Ἐν τῷ ἀκούειν, &c.] *Audientes* (Quia audiebant tam seriò ac constanter asseverantem res actas [q]:) *& videntes* (ad verb. *In audiendo & videndo*, i. e. dum, vel, eò quòd, audiebant & videbant [r],) *signa*, &c. Quæ ipsi auctoritatem conciliabant maximam †.

7. *Multi*, &c. Πολλῶν γὰρ τῶν ἐχόντων —— βοῶντα —— ἐξήρχετο] Verba hic sunt trajecta [t]: Antecedens, omissum priore loco, deinde loco relativi ponitur ex Hebraismo [v]. *Spiritus enim impuri ex multis qui iis tenebantur* (vel, *qui eos habebant*, P. V.) *exibant clamantes*, &c. Be. Pi. Er. Il. P. V. Glas. Potest tamen servari constructio, si sic vertamus, *Multis enim habentibus spiritus immundos, clamantes magnâ voce, exibant* [x]. Al. *Ex multis enim spiritus impuri quos habebant*, &c. Ca. Βοῶντα, nempe αὐτὰ τὰ πνεύματα. Frequens enim est Hebræis ut subintelligatur novus casus nominis quod præcessit. Solent impuri spiritus non exire sine clamore, Matth. 8. 29. Marc. 1. 26. & 3. 11. & 5. 7. & 9. 26. Luc. 4. 41 [y].

9. *Magus*, &c. Μαγεύων καὶ ἐξιστῶν, &c.] *Magicam exercens, & seducens* (vel, *dementaverat*, Er. Il. Ti. *fascinabat*, P. *obstupefecerat*, Be. Pi. sive *attonitam reddebat*, Ca. Id in Heb. est הַחֲרִיד, apud LXX, ἐξέστησε· ut & תמהון, ἔκστασις. Possis vertere, *pavidam reddiderat*, Heb. החריד, quod LXX per ἐξίστημι non rarò reddunt [z].) *gentem*, &c. Mo. &c. ¶ *Dicens se esse aliquem* (vel, *quempiam*, Er. P. Be. Ca. &c.) *magnum*] Sic Mo. &c. i.e. potentem & efficacem. Scholiastes Horatii ad epist. 1. lib. 2. *quasi magus promittat se agere magna*. Vide Act. 5. 36 [a]. Al. *Quum magnificaret seipsum*, Tre. ex Sy.

10. *Cui*, &c. Ὧ προσεῖχον, &c.] *Cui attendebant*, &c. Be. sic Pi. vel, *adhibebant*, sub. *aures*, Pi. Cujus præceptis responsisque attendebant [b]. ¶ *Hic est virtus*, &c. Ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη] *Potentia illa Dei magna*, Be. Pi. vel, *quæ vocatur magna*, Vulg. ut est in MS. cujus sæpe memini. *Multi*, inquit Justinus, *illum ut* πρῶτον Θεὸν, *Deum summum, adorabant*. Iren. 1. 20. *Dicebat Simon se esse sublimissimam virtutem*, h. e. *eum qui sit super omnia Pater*. Tertul. aut quisquis est scriptor ejus particulæ quæ subjici solet libro Tertulliani De præscriptione adversus hæreticos, de Simone hoc agens, *Hic ausus est summam se dicere virtutem*, i.e. *summum Deum*. Sensus est, Dicebat Simon se esse id Numen quod in quaque gente summum creditum variis vocabulis appellaretur; ut apud Samaritanos יהוה, apud Græcos Δία, apud Latinos *Jovem*, & ità deinceps [c]. *Virtutem Dei*, i. e. Messiam [d]. Dixit se esse Messiam Judæorum & Deum gentium, ut ab utrisque haberetur Deus *. Se infinitam nuncupabat potentiam, qui Judæis ut Filius apparuit; ad Samaritanos ut Pater venit; inter reliquas gentes ut Spiritus Sanctus degit †. Similia de eo habent Hieron. Theodor. Epiphan. &c [f].

11. *Attendebant*, &c. Προσεῖχον δὲ αὐτῷ, &c.] *Attendebant autem ei*, Be. *Et illi acquiescebant*, Tre. ex Sy. vel, *obediebant*, Di. ex Sy. & Ar. Rectè Syrus non tam de aurium quàm de mentis attentione intellexit. Sensus est, q.d. Ei docenti fidem habebant ac morem gerebant. Vel, in eo spem & fiduciam collocabant: id enim προσέχειν denotat, teste H. Stephano. Dicit quoque Budæus, προσέχειν τινὶ interdum esse, applicare se ad aliquem, sectatorem ejus se præbere. Est sanè ubi LXX דבק, *adhærere*, per προσέχειν vertunt: quod hîc non est aspernandum [g]. ¶ *Magiis*, Ταῖς μαγείαις] *Magicis artibus*, Er. V. Be. Pi. Satanæ præstigiis [h].

12. *De*, &c. Τὰ περὶ τῆς βασιλείας, &c.] *Quæ* (sub. *pertinent*, Be.) *ad regnum Dei*, &c. Be. Pi. De Regno illo quod hîc inchoatur, consummabitur post resurrectionem [i]: quæ ad cognitionem Regni Dei pertinerent, & ad illustrationem nominis Jesu Christi [k]. ¶ *Viri ac mulieres*] Nisi baptismus aquæ creditus fuisset præcepti esse Divini, abstinuissent ab eo fœminæ [l].

13. *Ipse credidit*] Fide historicâ & temporariâ [m]. Credidit Christum fecisse miracula, & resurrexisse à morte; non autem propositum addidit vivendi secundùm Christum, quæ fidei est perfectio [n]. Al. Professus est fidem: Meton. subjecti. Sic Joh. 2. 23 [o]. Simulavit se credere [p], tùm nè à suis discipulis Philippo credentibus desereretur [q]; tum ut potestatem faciendi miracula, &c. acquireret [r]. ¶ *Adhærebat*, &c. Ἦν προσκαρτερῶν, &c.] *Perdurabat apud Philippum*, Be. Pi. *Assiduus apud eum erat*. Vide Act. 1. 14. & 2. 42, 46. & 6. 4. & 10. 7. Rom. 12. 12. Col. 4. 2 †.

14. *Quòd*, &c. Ὅτι δέδεκται, &c.] *Quòd* (vel, *Quomodo*, Æth.) *recepisset Samaria*, &c. Er. P. Tre. Mo. &c. sim. Be. Pi. &c. Δέχομαι in Passiva δέδεκται Activè ferè significat, rarò Passivè [t]. ¶ *Miserunt* —— *Petrum*, &c.] Partim ut Philippi doctrinam confirmarent, partim ut Apostolicâ auctoritate Ecclesiam ibi constituerent [v].

15. *Orârunt* (scil. Deum Apostoli [x]) *pro ipsis*] Id est, pro aliquibus eorum, non pro omnibus [y]: ut patet, 1. ex fine hujus doni:] Donum Spiritus Sancti conferebatur ad prædicandum, &c. quod non erat omnibus commune [z]. [2. Ex natura hujus doni:] *Spiritus sanctus* sic *datus* non sanctificationem denotat, aut confirmationem in gratia, sed dona extraordinaria, linguarum Prophetandi, &c. ut constat tum ex usu phraseos istius, tum ex Act.

Marginal notes (left column): o G. — p Pi. — q Pri. — r G. — † Be. Ii. — t Pi. — v G. — x L. — y G. — z Pi. — a Camer. — b Ham. — c Camer. — d G. Camer. — * G. — f G. sim. Camer. — g Camer. — h G. — i Q. in D. — k Di. — l G. — m Di. G. D. — n Di. — o D. — p Pri. — q G. — r Pi. — † G. — t Glas. gram. 4. 2. 25. 749. — v Be. — x Di.

Marginal notes (right column): y G. — z Di. — a G. — b Pri. — c G. — d Cap. — * La. ex Aug. — † Di. ad v. 18. ex Theodorito. — f T. — g Di. — h G. — i G. — k V. — l G. — m Be. — n G. — o Pi. — p Me. Li. — q Me. — r Me. sim. Li. p. 117. — † G. — t Sch. — v Be. — x Er. — y Pi. sim Li. — z Pi.

Act. 10. 45. & 19. 6. tum ex eo quòd hæc dona Simoni conspicua erant, &c. 3. Si singulis datus sit Spiritus, Simoni quoque inter cæteros collatus fuisset, &c. 4. alioqui etiam fœminis manus impositæ erant, quod nemini unquam in mentem venit. Quare statuendum, manus illis duntaxat fuisse impositas qui ad Ministerium ordinati sunt [a]. ¶ *Ut acciperent*, &c.] Promissus quidem erat Spiritus Sanctus iis qui baptizabantur, sed non illico atque baptizati essent; sed ubi Deo id videretur. Voluit autem Deus ordinariè non contingere baptizatis dona illa admiranda nisi per Apostolos, ut eâ ratione testibus suis auctoritatem quàm maximam conciliaret: quod ipsum simul ad retinendam Ecclesiæ unitatem pertinebat [b]. *Spiritum sanctum* hîc vocat dona illa eximia quibus ornandi erant Præfecti Ecclesiæ [c].

16. *Nondum enim in quenquam illorum supervenerat*, Ἦν—ἐπιπεπτωκός] Vide Joh. 7. 39 [d]. *Deciderat*, Val. *Illapsus fuerat*, Er. Be. Pi. sic Di. ex Ar. *Resederat*, aut *Manserat*, Di. ex Ar. Spiritus Sanctus ex usu Hebræorum, Syrorum, & Arabum, promiscuè dicitur μένειν, sive σκηνοῦν & κατασκηνοῦν, *residere, habitare*, ut Joh. 1. 14. Act. 2. 26. quod Heb. נפל, Ezec. 11. 5. & ἐπιπίπτειν, ut Act. 10. 44. & 11. 15. Intelligitur autem non Spiritus gratiæ salvificæ, sed donorum extraordinariorum. Id autem constat ex phrasi Hebræorum, quibus רוח הקדש est *Spiritus propheticus*, qui & שכינה, κατασκήνωσις, *habitatio*, quia *residebat super Prophetas*. Etsi aliis Hebræorum שכינה est Majestas Divina sedens super Arcam; רוח קדש, Præsentia Divinæ gloriæ in Prophetis. Utrumque porrò credebant & in Templo secundo cessâsse, & per Messiam restituendum. Hinc phrasis *Spiritus S. nondum erat*, Joh. 7. 39. Simil. h. l. & Act. 19. 2. h. e. Spiritus iste Propheticus [*].

17. *Imposuerunt eis manus*] Quorsum? Resp. 1. Ad Confirmationem [f]: ut hinc liquet quòd ipsorum statim conversionem & baptismum sequebatur, v. 14. & quòd Confirmatio est actus Præfectis Ecclesiæ reservatus [g]. Non placet: quia Spiritus S. h. l. non denotat dona interna gratiæ sanctificantis atque confirmantis, omnibus piis collata; sed dona extraordinaria aliquibus duntaxat exhibita [h]. [De quo dicta vide ad v. 15.] Resp. 2. Ad ordinationem Ministrorum [i]: quam ab Apostolis jam præstitam fuisse probabile est, ex more suo. Vide Act. 14. 23. Tit. 1. 5. Quare utrumque h. l. contineri puto, & Spiritum Sanctum ipsorum ministerio delapsum in omnes credentes quoad dona interna, in aliquos quoad dona extraordinaria; & Apostolos jam ordinâsse Episcopos & Diaconos [k]. Vide quæ diximus ad Matth. 9. 18 [l].

18. *Cùm vidisset*, &c.] Hinc constat visibili signo, v. g. locutionis linguarum, &c. foris ostensum esse id quod Spiritus S. intus operabatur [m].

20. *Pecunia tua tecum sit*, &c. Εἴη εἰς ἀπώλειαν] *Pereat*, P. Be. Pi. *Sit in perditionem*, Er. Mo. Ti. Tibi maneat tuo cum malo [n]. Damneris tu cum nummis tuis [o]: subaudi, nisi pœnitentiam agas [p]. In hoc versu & 4. seq. est ἀφέρεσις ejus devotionis quæ fiebat per חרם אתה, sine definitione temporis [q]. Utinam pereas tu & pecunia tua tecum [r]. ¶ *Existimâsti*, &c. Ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι] *Existimâris* (vel, *Sperâsti*, G.) *pecuniis acquiri*, Be. Pi. &c. i. e. tibi visus es acquirere: nam κτᾶσθαι passivè accipi potest [†]. Vel, *comparare*, G. *te acquisiturum esse*, sive, *te acquirere posse*. Κτᾶσθαι hîc, ut semper, activè significat [t]. Vide Matth. 10. 8 [v].

21. *Non est enim tibi pars*, &c. Μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ] *Pars neque sors* (vel, *hæreditas*, V.) *in hoc negotio*, Be. Pi. Di. La. Me. &c. Ut דבר pro *re* dicitur [y], ità & λόγος, Rom. 9. 28. & alibi. Verto itaque, *in hac re*, nempe in dono Spiritûs S [z]. in receptione & collatione Spiritûs S [a]. Al. Vitæ istius æternæ, quam nos prædicamus, *tibi neque pars, neque ministerium, debetur*: μερὶς, ut 2 Cor. 6. 15. κλῆρος, nempe διακονίας, ut Act. 1. 17 [b]. Prædicatio nostra nihil ad te pertinet, quia non credis, &c. Vel, Indignus es qui admittaris in consortium Evangelistarum [c]. ¶ *Cor—tuum non est rectum coram Deo*] Id est, verè [d]: is enim est καρδιογνώστης [*]. Vel, *erga Deum*, V. Tu enim non Dei honorem quæris [*] & id Deus videt [f].

22. *Si*, &c. Εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι] *Si fortè remittatur tibi*, Pi. Be. &c. Hæsitanter loquitur, ut Dan. 4. 27. Joel 2. 14. Joh. 3. 9. Poterat Deus vitam illi statim post crimen abscindere: poterat & dare dolorem aliquem sine vera animi emendatione. Philo Allegoriis, Πολλαῖς γὰρ ψυχαῖς μετανοίᾳ χρῆσθαι ἐθελούσαις οὐκ ἐπέτρεψεν ὁ Θεός, ἀλλ' ὥσπερ ὑπὸ παλιρροίας εἰς τοὔμπαλιν ἀνεχώρησαν· (*Multis enim hominibus pœnitentiam cupientibus non concessit Deus, sed velut æstu refluo retrorsum abrepti sunt.*) Eadem est sententia Mosis Maimonidæ De pœnitentia, 6. 4. Christiani primorum seculorum in gravissima crimina post baptismum lapsos non restituebant communioni, neque tamen desperare jubebant de Dei misericordia [g]. Qu. An dubitat Petrus num Simoni, si verè pœniteat, remittendum sit peccatum? Resp. Nequaquam [h]. Nam ἄρα, *fortè*, non est dubitantis, sed potiùs expletiva, & confirmantis, particula; valétque, *utique, sanè, profectò* [i]: uti collatio Concordantiarum Græcarum docet. Et videtur ἄρα particulæ εἰ vim potiùs illam addere, ut conjunctim sit idem ac ὅπως δὴ: *ut sanè dimittatur tibi* [k]. Non ἐνθυμηματικῶς, sed συλλογιστικῶς, hoc dicitur, ut dimissio facinoris promittatur pœnitenti. Simile è contrario est illud, 2 Tim. 2. 25. μήποτε δῷ, &c. Ubi non vult eos doceri nè resipiscant, sed ut resipiscant [l]. Εἰ ἄρα est Heb. אולי, ut Gen. 18. 24. quod dubitationem quidem designat, sed cum spe conjunctam; ut contrà, malè ominantis est פן, i. e. μήποτε [m]. *Fortè*, significat dubium eventum & effectum remissionis ex dubia causa, quia incertum erat an resipisceret, ac proinde an ei remitteretur [n]. ¶ *Hæc*, &c. Ἡ ἐπίνοια, &c.] Hanc vocem habes Sap. 6. 16. & 9. 14. & 14. 12. & 15. 4. Sirach. 40. 30. & 2 Mac. 12. 46 [p]. ubi in bonum sumitur. Idem quod Heb. מזמה [q]. [Sic vertunt,] *Cogitatio*, &c. Er. P. Mo. &c. *Dolus*, Tre. ex Sy. *Machinatio*, Be. Pi. Consilium quod cepisti [r]. *Studium cordis tui*, i. e. id quod cor intendit & molitur. Hesychius, ἐπίνοια, ἐπιτήδευμα [†].

23. *Video*, &c. Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα] *Video enim te in felle* (vel, *in bili*, Er. εἰς, pro ἐν [t]) *vel, fel*: hoc enim est ἐμφατικώτερον quàm, *in felle*: ità εἰς Hebraismum continet, qualis est Esa. 1. 31. *Erit in stupam*, i. e. stupa: & *ero in patrem*, i. e. pater [v].) *amarissimo* (vel, *amaritudinis*, Er. Il. Æth. χολὴ πικρίας, pro, χολὴ πικρά, per syntaxin Hebraicam [x]. Idem est quod χολὴ καὶ πικρία, Deut. 29. 18 [y]. Vel alludit ad Deut. 32. 32 [z].) *& nexu*, sive connexu, (vel, *colligatione*, Er. Ti. *obligatione*, Vulg. Mo. *vinculis*, Tre. ex Sy.) *injustitiæ* (vel, *iniquitatis*, Er. Ti. &c.) *positum*, Il. Be. Pi. &c. vel, *existentem*, Mo. &c. vel, *esse*, Tre. ex Sy. Ὄντα, pro ὢν, per Græcismum [a]. Χολὴ πικρίας significat animi constitutionem perquam vitiosam [b], & talem quales sunt cibi felle corrupti. Idem est σύνδεσμος ἀδικίας, *nodi vitiorum vix extricabiles*. Σύνδεσμος ἀδικίας est in Hebræo, Esa. 58. 6. Sensus, Cerno te exsecrandâ impietate & vinculis scelerum implicatum [c]. Video te planè imbutum veneno, & constrictum funibus, scelerum gravissimorum [d], hypocrisis, ambitionis [*], avaritiæ [f]; quibus ut animus tuus devinctus est, ità Deus gravissimè offenditur, ut homo gustu fellis [g]. Video te vehementer iratum esse, & ità conjunctum esse cum iniquitate, ut ab ea divelli non queas [h]. Verùm non irascebatur Magus, &c [i]. Status tuus est tibi venenatus & periculosissimus, Deo verò odiosus, quia non ipsius gloriæ studes, sed tibi velificaris: id quod hîc meritò vocat συνδεσμὸν ἀδικίας, i. e. *proditionem* (sic συνδεσμὸς sumitur apud Lxx, 2 Reg. 11. 15. & 12. 20. Jer. 11. 9. ubi Sym. habet συνωμοσία.) *impiam*, sive *injustam*, vel, *hypocrisin sceleratissimam*: ut sit Hypallage, qualis, μαμμωνᾶ ἀδικίας, pro *Mammona iniquo* [k]. Al. Sensus est, Cerno te manere in acerba sive amara indignatione, & vinculis sceleratorum [l]. Ità hæ essent minæ eum deterrentis ab impietate [m]. *Video tibi*, (ingenio contumaci) *acerbam bilem* (h. e. graves à Deo pœnas: quæ *bilis*, vel *ira*, in S. S. sæpe dicuntur. Græcè, *bilem acerbitatis*, pro, *bilem acerbam*, vel pro, *acerbitatem bilis*, ut Latini dicunt *montium proceritatem*, pro *montibus proceris*.) *imminere* (sic verto, quia εἰς aliquando futurum aliquid notat, ut Luc. 2. 34. οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν, &c. *hic multis casui—futurus est*:) propter tuum scelus, *& te scelere constrictum esse* [n].

24. *Precamini vos*, &c.] Sensit se talem esse intus qualem Apostoli dixerant. Itaque cùm ipsos judicet Deo charos, eorum deprecatione uti vult, ut Jobi deprecatione qui cum læserant. ¶ *Ut nihil veniat*, &c.] Respicit

[a] Li. 124. [b] G. [c] Be. [d] G. [*] Di. [f] Ham. sim. La. Me. &c. [g] Ham. [h] Li. 123. [i] Li. Ham. [k] Ham. [l] G. [m] E. sim. La. ex Chrys. [n] G. sim. Pi. [o] Me. T. [p] Me. [q] G. [r] V. [†] Be. [t] Sch. [v] G. [y] Be. [z] Di. [a] Me. & T. ex La. [b] G. [c] V. [d] Be. [*] Camer. [f] G.

[g] G. [h] La. [i] La. sic Glas. gram. 3. 5. 25. 496. [k] Glas. ib. [l] Sch. ex Camer. [m] Be. [n] La. sic Me. [o] G. [p] G. D. [q] D. [r] G. [†] Di. [t] D. G. Pi. &c. [v] Di. [x] Pi. [y] G. Ham. [z] Di. [a] Pi. [b] G. sim. Er. [c] Camer. [d] Me. & T. ex La. [*] La. Me. T. Pi. [f] Me. T. [g] Pi. [h] V. [i] Er. [k] Ham. [l] Camer. ex Th. [m] Camer. [n] Ca.

spicit ad illa verba Petri suprà v. 20 [o]. Fingit se pœnitere, ut pœnam evadat: timebat enim nè morte mulctaretur, ut Ananias [p].

25. *Multis*, &c. Πολλάς τε κώμας——εὐηγγελίσαντο] *Multis vicis*, sive *pagis*,—*evangelizârunt*, Be. Pi. sic Er. V. &c. Εὐαγγελίζεσθαι cum Accusativo personæ, ad quam defertur nuncius, habes etiam in Græco, Joel. 2. 32. Luc. 3. 18. Apoc. 14. 6 [q].

26. *Vade contra*, &c. Κατὰ μεσημβρίαν] *Ad* (vel, *Versus*, Be. Pi. Er. P. &c.) *meridiem*, Tre. ex Sy. Al. *Tempore meridiei*, Ar. & Æth. in Di. Κατὰ sæpe de tempore usurpatur, & respondet quæstioni *quando*. Vide Act. 27. 27. 2 Tim. 4. 1. Apoc. 22. 2 [r]. ¶ *Hæc*, &c. Αὕτη ἐστὶν ἔρημος] *Hæc* (vel, *Quæ*, Pi. G. &c.) est *deserta*, Be. Αὕτη refertur, vel, 1. ad Gazam †. Hoc addit ad distinctionem. Nam *Gaza* duplex erat, 1. in Perside, de qua Curtius, l. 13: 2. in Palæstina, quæ vastata ab Alex. Curt. 4 [t]. Gaza vetus ab Alexandro disjecta, adhuc Strabonis tempore erat μένουσα ἔρημος· quæ sunt ipsius Strabonis verba. Sed alia sub ejus nomine ædificata est in proximo; ex Libro Loc. qui Hieron. esse creditur [v]. Vel, 2. ad præced. ὁδὸν, *viam* [x]. Hujus autem itineris minùs triti admoneri Philippum necesse fuit, alioquin communem viam ingressurum [y].

27. *Vir*, &c. Ἀνὴρ Αἰθίοψ] *Quidam Æthiops*, Be. Pi. D. איש pro *quidam*. Vel, pleonasmus est: quales sunt, *vir Judæus*, Zach. 8. 23. *mulier ancilla* in Sallustio, *homo sacerdos*, &c [z]. Eunuchi *viri* dicuntur, quòd virorum habeant speciem [a]. ¶ *Eunuchus*] Vel, 1. spado [b]. Terentius, *Eunuchum porrò dixti velle te, Quia solæ utuntur his reginæ*: nempe, ad evitandas suspiciones. Impletum hîc mysticè quod dictum Psal. 72. 10. & Esa. 56. 4, 5 [c]. Vel, 2. regius minister [d], princeps *. *Eunuchus* idem qui *princeps*, ut Dan. 1 [f]. Hinc Potipharus, licèt uxoratus, sic dicitur Gen. 40 [g]. ¶ *Potens*, &c. Δυνάστης, &c.] *Dynastes* (vel, *Præfectus*, Val. Er. V.) *Candaces* (i. e. qui autoritate plurimùm valebat apud Candacem: vel, *Præfectus* pudicitiæ *Candaces* [h]) *reginæ Æthiopum*. *Æthiopia* duplex occurrit tum in Scriptura, una Arabiæ, altera Africæ: tum apud Homerum. Qu. Cujus hæc Regina? Resp. Æthiopiæ Africanæ [i], Meroes, quæ Æthiopiæ accensetur, & erat γυναικοκρατουμένη [k], i. e. regebatur à fœminis quasi Reginis [l]: quarum commune nomen hoc erat [m]. Nomen *Candaces* ab Augusti ævo ad Vespasiani ævum ad Meroes Reginas transiit, ut discimus ex Strabone, 17. Plin. 6. 29 [n]. Æthiopes Homero dicuntur ἔσχατοι ἀνδρῶν, *ultimi hominum*, erántque apud Judæos contemptissimi. Monet ergò nullum jam gentium discrimen esse [o]. ¶ *Super omnes gazas ejus*] *Dynastæ* vocem generalem specialiùs explicat, significans fuisse γαζοφύλακα· quod inter præcipua est munera [p]. *Custos regiæ pecuniæ*, Curtio l. 6 [q]. ¶ *Venerat adorare*, &c. Προσκυνήσων, &c.] *Adoraturus*, Er. V. Be. Pi. Tempore Pentecostes. Venit autem ut Proselytus. Non incircumcisorum primitiæ Cornelius [r]. Gentiles non solùm in atrio Templi adorabant, sed etiam victimas immolabant. Exempla non semel apud Josephum †.

28. *Et revertebatur*] Sacris confectis, redibat ad Meroen [t]. ¶ *Sedens super currum*] Ut mos viris magnis, Esa. 22. 18 [v].

29. *Dixit autem Spiritus*] Vel, 1. Angelus [x], ex collat. v. 26 [y]. Vel, 2. Spiritus Sanctus per internam inspirationem [z], sive afflatum Propheticum, ut Act. 10. 19. & 11. 12, 28. & 13. 2. Confer 1 Cor. 14. 30, 31. & 1 Tim. 4. 14 [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κολλήθητι, &c.] *Sequere currum*, Di. *Adhære* (vel, *Adjunge te*, Pi. *Applica te*, Camer. *Proximè adhæreto*. Be. propriè, *Agglutinato te*, Pi.) *currui*, &c. Di. ex Sy. & Æth. quasi ei affixus, euntem comitare, nec ab eo discedas [b]. Tam propè accede ut ullum in curru sedentem alloqui possis [c]. Sic Ruth. 2. 8. κολλήθητι, &c [d]. *adhære eis*, maneas adjuncta *.

30. *Legentem*] Clarâ voce [f]. ¶ *Putásne*, &c? Ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις ;] Allusio qualis in illo, Ἀνέγνων, ἔγνων, (*legi, judicavi*.) *Satisne percipis quò tendant quæ legis* [g]? *Nempe* (vel, *Num*, Er. sic Val. V. &c.) *intelligis quæ legis?* Pi.

31. *Quomodo possum*, &c.] Non putabat tam perspicuam ubique esse Scripturam, & expositum omnibus habere sensum, ut nunc faciunt non sellularii tantùm, sed & fœminæ, qui rectiùs facerent si duce sibi opus esse agnoscerent [h]. ¶ *Ostenderit mihi*, Ὁδηγήσῃ με;] *Mihi præierit*, Pi. *Dux viæ fuerit*, V. Be. i. e. interpretatus fuerit [i]. ¶ *Rogavit*, &c.] Impletum est hîc mysticè quod dixit Esa. 66. 20 [k].

32. *Locus*, &c. Ἡ δὲ περιοχὴ, &c.] *Argumentum*, vel *Sententia*, Er. *Locus*, Be. Pi. Di. &c. Idem est quod Hebræis est, vel, 1. פרשה, *sectio* [l]. De quo dubito [m]. Nihil cum eo commune habet præter fortuitam soni vicinitatem [n]. Integra sectio hîc non citatur: deinde, Sectiones sunt Legis, non Prophetarum [o]: sunt quoque in Pentateucho [duntaxat] 53 sectiones [p]. Vel, 2. פרק, quæ capitum minorúmque sectionum appellatio est [q]. Vel potiùs, 3. פסוק, *pausa*, quæ integram sententiam, aut certæ cujusdam materiæ complexionem, continet, v. g. Duæ sunt in cap. 1. Mat. sectiones; 1. genealogiam, 2. nativitatem, continet. Græci vocant τμήματα, suntque brevia quædam capita, secundùm materiam distincta [r]. Περιοχὴ idem quod περικοπὴ †: Græci Interpretes solent χωρίον appellare, Latini *locum*, ut Tul. De legibus, *Et hunc locum satis in iis libris quos legisti expressit Scipio*. Aliis περικοπὴ dicitur [t]. Περιοχὴ occurrit etiam in Cicerone, epist. 13. ad Atticum, *Nè Tironi quidem dictavi, qui totas periochas persequi solebat* [v]. ¶ *Tanquam ovis*, &c.] Locum hunc totum ex LXX (quorum versionem, ut usitatam, Eunuchus legit [x],) protulit Lucas [y]; nisi quòd in LXX est, κείροντος αὐτὸν, & post ἄφωνος non ascribitur αὐτοῦ, nec post ταπεινώσει· & τὴν γενεὰν ibi est sine δὲ. Sed hæ duæ postremæ varietates non sunt in MS. qui hîc consonat versioni Græcæ. Utitur eodem loco, sed longiùs producto, Clemens in Epistola. Ipsum Eunuchum puto Prophetæ locum legisse in sermone Hebræo, quem faciliùs addiscere potuit à multis Judæis qui in Æthiopia erant; à quibus & religionem acceperat [z]. *Sicut pecus*——*ducitur*, i. e. duci solet; vel, *ductus est*; vel, *ducetur*: ut ad Christum referatur [a]. ¶ *Ità non aperuit* (ad verb. *aperit*. Enallage temporis [b]. Ὁ στόμα videlicet [c].) *os suum*] Id est, causam suam non defendit in judicio [d].

33. *In*, &c. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη] *In ipsius depressione* (vel, *humilitate*, Er. Il. Ti. Mo. Ca. *dejectione*, Pi.) *judicium ejus sublatum est*, P. Be. &c. *Judicium* accipio pro supplicio ejus: unde sublatus est, ruptis mortis vinculis *. Legerunt LXX, מעצר משפטו לקח [f]. Sensus tunc esset, *Postquam depressus fuit ablata est ab eo pœna* [g]. Al. *In humilitate sui*, sub. *fuit*, id est, humiliatus est; *judicium ejus*, sub. *fuit*, *sublatus est*, h. e. sententia capitis contra eum pronunciata fuit, & tandem sublatus de medio [h]. In Esa. 53. 8. est, מעצר וממשפט לקח, quæ reddunt, *De angustia & de judicio sublatus est*. Lectum igiter aliter volunt, [ut dictum.] Sed non opus est; Possunt Hebraica sic verti, *Præ afflictione*, vel, *Propter afflictionem, etiam à judicio sublatus est*. Sic optimè convenient cum hoc loco, quem sic vertas, *Cùm humiliatus esset*, sive judicio *oppressus*, *ablatum est ejus judicium*, quo ad talia ferenda destinatus fuerat; vel, sublata ejus pœna; vel, (ut est in Esa. 53.) *sublatus*, i. e. liberatus, *est* ab afflictione & *judicio isto* [i]. Sive autem dicas, *sublatus est è judicio* [k], id est, liberatus est à pœna [l]; sive *judicium ejus sublatum est* [m]; vel, pœna ipsius ab ipso ablata [n], idem dicis [o]. Ταπείνωσις est illa depressio quâ in sepulcrum detrusus, velut in carcere conclusus ac detentus fuit. Illud valet Heb. עצר, *conclusio*, *detentio* [p]. [Plura qui velit adeat Synopsin ad Esa. 53. 8.] ¶ *Generationem* (vel, *Seculum*, P. Be. Pi. *Ætatem*, Tre. Be. Pi.) *ejus quis enarrabit?* Ità Er. Il. Mo. &c. Γενεὰ Græcis, ut דור Hæbræis, *durationem* significat, sive *tempora* quæ mensuræ sunt durationis. Vide Esa. 34. 10, 17. & 51. 8. Explica ex Heb. 7. 24 [r]. *Ætatem ejus*, i. e. durationem vitæ †: quamdiu durabit; quia *non ampliùs moritur*, Rom. 6. 9. *nec Regni ejus finis est*, Luc. 1. 33 [t]. Al. *Generatio* pro hominibus ætatis ipsius; q. d. Quis verbis consequi poterit improbitatem hominum qui ipsius ætate vivent, cùm sint illum, tametsi justum, interfecturi [v]? ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι αἴρεται, &c.] *Quoniam tollitur* (vel, *Cùm sublata sit*, Ca.) *è terra vita ejus*, Be. Pi. &c. ab impiis scil. ista generatione [x]. Al. Propter mala tolerata honorabitur summis illis præmiis [y].

34. *De se*] Nam & Esaias multa pertulit mala Manasses

Margin notes (left column): o G. p Me. ex La. q G. r Di. † D. La. &c. t La. v G. ferè ex D. x Be. Cas. y Be. z D. a G. b Me. c G. d Me. * La. T. f La. g Di. h V. i Li. 125. k G. l La. m Pi. sim. Val. Er. D. &c. n G. o Heins. p G. q Pri. r G. † Scal. t G. v G. x Lor. in La. T. ex Hi. Chrys. &c. San. y T. z La. Me. sic Pi. Ham. a Ham. b Di. c G. sim. Be. d G. Di. * Di. f G. g Idem.

Margin notes (right column): h G. i V. k G. l Be. m D. n G. o D. p D. Di. q Di. Ham. r Di. † G. t Cas. v G. x Ham. y G. Ham. z G. a D. par. b Pi. c D. par. d D. * Be. f G. Di. g G. h V. i Poc. misc. cap. 4. p. 72. k Di. Poc. ib. l Poc. m Di. Poc. n Poc. o Di. Poc. p Di. r G. † Pi. t Be. v V. sim. Ham. x Ham. sim. V. y G.

sis tempore. ¶ *An de alio*, &c?] Fortè de Jeremia cogitavit [z].

35. *Evangelizavit illi Jesum*] In quem omnia ista verba congruunt eximio modo [a]. [Imò uni Christo ista competere putant reliqui, de quo consule Collectanea nostra ad Esa. 53.]

36. *Et dum irent per viam*, Κατὰ τὴν ὁδὸν] *In via*, Pi. *Per viam stratam.* Sic כברת Gen. 35. 16. vertit Aquila, καθ' ὁδὸν τῆς γῆς. Meminit Hieron. in locis Hebraicis, & ad Genesin, interpretatúrque, *in itinere*, &, *juxta viam* [b]. ¶ *Venerunt ad quandam aquam*] Id est, fluvium [c]. Ad fontem qui est in vico Bethsora in tribu Juda euntibus ab Ælia ad Hebron in vigesimo lapide. Ità Ado in Martyrologio [d]. Vel, ad fluvium Eleutherum [*]. ¶ *Quid probibet*, &c?] Hinc intelligimus, Eunuchum etiam de Baptismi necessitate institutum. Sic multa præcedentium ex subsequentibus supplentur [f].

37. *Dixit autem Philippus*] In MS. illo, cujus sæpe memini, deest hoc comma, non minùs quàm in aliis tum Codicibus, tum Versionibus, antiquissimis: quare nihil probabilius quàm ab aliquo additum, ex eo quod gestum credi par erat [g]. ¶ *Si credis ex toto corde*] Id est, corde integro & minimè simulato [h].

38. *Baptizavit eum*] Ergò & Diaconis jus baptizandi, nempe quia Apostoli ipsis id permiserant ubi ipsi non adessent. Ignatius ad Smyrnenses, οὐκ ἐξὸν, &c. (*Non licet sine Episcopo baptizare, nec offerre.*) Tertullianus, De Baptismo, *Dandi Baptismum habet jus Episcopus, deinde Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi auctoritate, propter Ecclesiæ honorem, quo salvo salva pax est. Alioqui etiam laicis jus est, nempe in necessitatibus*, sive cùm urget circumstantia periclitantis [i].

39. *Spiritus*, &c. Πνεῦμα Κυρίου ἥρπασε, &c.] MS. ille vetus sic habet, Πνεῦμα ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον, ἄγγελος [illegible] Κυρίου ἥρπασε τὸν Φίλιππον, &c [k]. quomodo & alios quosdam habere Codices notatum Erasmo & Bezæ: & sic citat ipse Hieron. Dialogo Orthodoxi & Luciferiani. Difficile est dicere utra lectio sit verior, cùm receptam sequantur & Syrus & Arabs. Si MSS. quos dixi sequimur, sensus erit, Ante ullam manuum impositionem anticipatum in Eunucho donum Spiritûs Sancti, planè ut in Cornelio Centurione & domesticis ejus ante Baptismum, Act. 10. 44. Philippum autem ab Angelo fuisse aliò deportatum, quale quid Abacuco evenisse credidit Scriptor Accessionis ultimæ ad Danielem [l]. ¶ *Ibat*, &c. Ἐπορεύετο γὰρ, &c.] *Perrexit igitur* (γὰρ pro οὖν, ut Luc. 12. v. 58. Rom. 6. 19. & 12. 3 [m].) *in via sua.* Causam reddit cur Philippum Eunuchus ultrà non viderit, quia suam viam insistebat Eunuchus, Philippus aliò auferebatur [n]. ¶ *Gaudens*] De tanto Dei dono & tam mirâ providentiâ sibi collato [o]. Significat tranquillitatem animi quam Eunuchus ille ex Evangelii notitiâ erat consecutus [p].

40. *Inventus est*] Id est, vel, 1. fuit, aut extitit. Sic Exod. 35. 23. *Apud quem inveniebatur*, id est, erat. Sic Esth. 1. 5. Mal. 2. 6. Sirah. 20. 5 [q]. Vel, 2. conspectus fuit. Sic מצא, pro, *conspicere*, habemus Gen. 4. 14, 15. & alibi sæpe. Itaque per εὑρεῖν vertitur Jerem. 23. 11 [r]. ¶ *In Azoto*, Εἰς Ἄζωτον] Rursum εἰς pro ἐν, ut suprà v. 23 [†]. *Repertus est Azotum delatus*, Camer. Heb. אשדוד, *Asdod* Philistæorum [s]: quod Lxx & Jo. Ἄζωτον vocant [v]. Distabat à Gaza 270 stadiis, sive 34 milliaribus, teste Diod. Siculo [x]. ¶ *Cæsaream*] Quæ *Stratonis* dicitur, & non longè abest ab Azoto. Vide Ptolemæum [y].

[z] G. [a] Idem. [b] Idem. [c] Pi. [d] G. sim. Ful misc. 2. 8. [*] Ic. [f] G. [g] Idem. [h] Be. [i] G. [k] G. Ham. [l] G. [m] Be. [n] G. [o] La. [p] G. [q] D. [r] G. [†] G. sim. Camer. [s] Li. sic Er. D. Li. [v] Di. [x] Li. chro. p. 86. [y] G.

CAP. IX.

1. ADhuc] Non satiatus nece Stephani aliorúmque, &c [a]. ¶ *Spirans*, &c. Ἐμπνέων ἀπειλῆς, &c.] *Spirans* (vel, *Efflans*, Zeg. Heb. נשם [b].) *minas*, &c. Er. P. Be. Cic. &c. vel, *minarum*, &c. Mo. Pi. Di. Syntaxis obscura. Subaudiri videtur ἕνεκα, q. d. Spirans, quod ad minas & cædem attinet [c]. Constructio est qualis Jos. 10. v. 40. πᾶν ἐμπνέον ζωῆς, *omne spirans vitam* [d]. Sic Aristoph. Κακίας καὶ πυκνοῦ ταμιεῖα πνεῖ. Alii dicunt, πνεῖν θυμοῦ [*]. Sy. & Ar. *Plenus minarum*, &c. quasi legissent ἔμπλεως [f]. *Flatus* transferuntur ad elationem, audaciam & vehementiam animi. Homericum est, μένεα πνείοντες Ἀχαιοί. Et Eurip. Οἱ γὰρ πνέοντες μεγάλα, &c. *Vehementer inflati*, &c. Ἀπειλῆς καὶ φόνου est ἓν διὰ δυοῖν, ut, *Molémque & montes* [g]. ¶ *Principem sacerdotum*] Qui eo tempore erat נשיא, id est, *Princeps Synedrii* [h].

2. *Petiit ab eo* (ut Synedrii Principe. Patet id ex Act. 22. 5 [i]. Sacerdotes in tota hac historia agunt ut pars Synedrii, non autem potestate aliquâ distinctâ & separatâ [k].) *epistolas*] Id est, mandata literis comprehensa [l]. ¶ *In Damascum*] Sub. *perferendas.* Ellipsis, qualis Act. 7. 9 [m]. Literæ autem hujusmodi missivæ ad fratres in terris exteris non tam mandata erant quàm declarationes & hortationes; quibus tamen illi lubenter parebant, Synedrium pro oraculo suo habentes [n]. Romani Synedrio permittebant jus prehensionis & verberum, non tantùm in Judæos Palæstinæ, verùm etiam extra Palæstinam, ubi erant Synagogæ quæ sponte suâ jurisdictionem Synedrii in rebus ad religionem spectantibus agnoscebant [o]. Permisit Judæis Rex Damasci ut suæ gentis hominibus jus dicerent [p]. Rex Aretas eis consensit in hac persecutione, ut patet ex 2 Cor. 11. 31. Habebant quoque Judæi suas plateas Damasci, ubi jus dicebant, 1 Reg. 20. 34 [q]. ¶ *In Jerusalem*] Ut hæc fierent majori & auctoritate [r], & fervore: Damascenos enim segniores fore putabant [s]. Multa porrò Judæorum millia Damasci habitabant, testibus Josepho, Bel. Jud. 2. 25. & Benjamine in Itinerario [*]. Eò quoque multi ex Judæis dispersis confugerant [†]. ¶ *Si quos invenisset hujus*, &c. Τῆς ὁδοῦ ὄντας] *Hujus*, vel *Illius*, *viæ*, Mo. Er. Ti. vel, *sectæ*, Il. P. Be. Pi. *instituti*, G. Ca. *existentes*, Mo. τῆς ὁδοῦ, scil. ταύτης [t]. hujus doctrinæ & rationis vivendi [v]: Christianismi [x], quem τὴν ὁδὸν appellat Act. 19. 9. & 22. 4. & *viam Dei*, Act. 18. 26. *Via*, pro, *via Domini*, ut *sermo*, pro, *sermo Domini* [y]. *Viæ illius*, tanquam multorum ingressione celebris. Hebraicâ phrasi *via* significat sectam & professionem & rationem vitæ [z]. Al. *Qui iter facerent per hanc viam*, Tre. ex Sy. *Sequentes hanc viam* Æth. ¶ *Vinctos perduceret*] Ergò multos secum habebat comites, vel satellites, ut patet ex v. 7 [a].

3. *Ut appropinquaret Damasco*] Tum ut cæcus Damascum ilicò introduceretur: tum ut ibi clariùs hoc miraculum appareret [t]. ¶ *Circumfulsit eum*, &c.] Ità P. Mo. Pi. Idque meridie, Act. c. 22. v. 6. & 26. 13. Magnus hic splendor qui lucem meridianam vicit [v]. Περιήστραψεν αὐτὸν] Heb. ברק עליו [x]. *Assulsit super eum*, Sy. Ar. *Circumfulguravit eum*, Er. V. Circumdedit eum more fulguris [y], pari celeritate cœlitus demissa [z]. Lux hæc exterior symbolum erat tum lucis internæ quam Christus menti Pauli infudit; tum lucidæ doctrinæ & sanctitatis, quam Paulus ubique sparsurus erat. Porrò hanc lucem spargebat corpus Christi gloriosum quo hîc apparuit [a].

4. *Cadens*, &c.] Ut Dan. 8. 17. & 10. 9 [b]. Perculsus, tum luce fulgurante, tum voce Christi terribili, instar tonitrui [c]: tum præsentiâ Dei, quem hoc modo se patefacere solere novit [d]. ¶ *Saule*, Σαοὺλ] Ipsam vocem Hebræam hîc posuit sine casu & Græco [*]. Exprobrat ei nomen suum, quòd ipsum persecutus sit, ut Saul Davidem [f]. Geminatio index est tum alti somni Sauli; tum ingentis amoris & commiserationis, æquè ac efficacis vocationis, Christi [g]. ¶ *Quid me persequeris?*] Quia Christus & Ecclesia unum faciunt corpus [h]: & qui Regnum lædit, lædit Regem [i]. *Me* emphaticè, q. d. Me tui amantissimum, Salvatorem tuum, qui tot & tanta pro te passus sum, &c [k].

5. *Quis es*] Deus, an Angelus [l]. Videbat Christum, v. 17, 27. sed confusè [m]. ¶ *Domine*] Tacitè se quasi servum submittit [n]. ¶ *Dominus autem dixit*] In MS. illo, Ὁ δὲ, Ἐγώ εἰμι ὁ Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ὃν σὺ διώκεις· ἀλλὰ ἀνάστηθι· quomodo & multos alios habere Codices observatum est ab aliis, qui non malè notârunt à librariis hæc ad hunc locum addita ex eo quod est Act. 22. 10. & 26. 14. quibus in locis hæc ipsa historia pleniùs recitatur [o]. ¶ *Durum est tibi contra stimulum* (vel, *stimulos*, Be. Pi.) *calcitrare*] Sic Er. Ti. P. Ca. &c. Similis est phrasis in R. Jonah, *Neque calcitres adversùs correctiones* [p]. Et Deut. 32. 15. *Saginatus est*, & *recalcitravit*, nempe in Legis stimulos, quibus ad officium urgemur:

[a] Me. [b] G. [c] Pi. [d] Di. [*] Sch. [f] Di. [g] Camer. [h] G. [i] G. sic Li. chron. 87. [k] Li. ib. [l] Camer. [m] Be. [n] Li. ib. [o] G. [p] Me. [q] La. [r] La. ex Chrys. [s] La. T. [*] Di. [†] Me. [t] Pi. [v] V. [x] D. sic Pi. [y] D. [z] Camer. [a] La. [t] La. [v] La. Me. [x] G. [y] Camer. sic V. [z] V. [a] T. ex La. [b] G. [c] La. [d] Ham. [*] G. [f] Val. [g] La. [h] G. sic La. [i] G. [k] La. [l] Idem. [m] Me. [n] La. ex Chrys. [o] G. [p] Cap.

10 20 30 40 50 60 70

gemur: & 1 Sam. 2. 29. *Cur in sacrificia mea recalcitrâstis?* Vide & Os. 4. 16 [q]. Proverbium hoc est de contumacia seipsos lædentium [r]. Usurpatum ab Æschylo, in Agamemn. v. 16. 20. πρὸς κέντρα μὴ λακτίζε, &c. & Eurip. in Bacchis, p. 793. & Pindar. in fine Pythiæ secundæ: & Terent. in Phorm. Act. 1. Scen. 2. *Nam quæ inscitia est Adversum stimulum calces*, sub. *jactare* † ? Figura est sumpta, vel, 1. à bobus refractariis, qui cùm ad arationem ab agricola punguntur, in stimulum calcitrant, & eò graviùs feriuntur, ait Scholiastes ad Pindarum [t]. Vel, 2. à servis; quibus quoque adhibebatur hoc supplicium *stimuleum* dictum, Plaut. mil. 2. 6 [v]. Stultè lacessis te potentiorem [x]. Pupugi te stimulis miraculorum, prædicationis Stephani aliorúmque [y], remorsibus conscientiæ, & inspirationibus internis. Alios adhibebo stimulos, sed acriores, & majori damno tuo [z].

6. *Quid me vis facere?*] Sunt verba animi planè compuncti, & se totum Dei voluntati permittentis [a]. ¶ *Ingredere civitatem*] Damascum [b]. ¶ *Et*, &c. Καὶ λαληθήσεται, &c.] *Et dicetur tibi*, &c. Pi. Sicut Sauli olim Regi dictum, γνωρίσω σοι ἃ ποιήσεις [c]. In 2 exempl. est, κἀκεῖ λαληθήσεται, &c. *Et illic dicetur*, &c [d]. Sic Sy. & Ar. legunt *. [Sic & Vulg.] Obj. At Christus hoc illi dixit, Act. 26. 16. Resp. Dixit in genere, sed in particulari de Baptismo eum instrui voluit ab Anania [f]. Innuitur hoc loco plenam Pauli à Christo ipso factam institutionem, cùm Damasci triduum mansit cæcus & jejunus, raptus (uti videtur) per exstasin in tertium cœlum [g], ubi vidit & audivit ἀνεκλάλητα & ἄῤῥητα, 2 Cor. c. 12. Hinc Gal. 1. 12. disertè dicit *se non ab homine edoctum esse Evangelium*, *sed* immediatè *ex revelatione Jesu Christi*. Unde factum ut mox à Baptismo suo, nullâ præcedente humanâ institutione [h], (quid enim ei dixit Ananias, præter ista pauca, —*Jesus*— *misit me ad te, ut recipias visum & implearis Spiritu Sancto* [i]?) verè παῤῥησιαζόμενος Christum constantissimè prædicavit, &c [k]. Differt itaque iste Pauli raptus ab exstasi cujus meminit Paulus, Act. 22. 17. quæ ipsi contigit tertio post ipsius conversionem anno [l].

7. *Qui*, &c. Οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ] *Qui cum Saulo iter faciebant*, Be. Pi. *Comites itineris*, Er. ¶ *Stabant*] Ità Er. Tre. sic P. Mo. &c. Obj. At prostrati fuisse dicuntur Act. 26. 14 [m]. Resp. 1. Collapsi primùm sunt, sed postea in pedes erecti [n]. 2. Τὸ εἱστήκεισαν hîc opponitur τῷ πορεύεσθαι, (*progredi*,) non τῷ καταπεσεῖν, (*jacere*.) Itaque εἱστήκεισαν rectè vertitur, *constiterunt* [o], [vel, *astabant*, Ca. Camer. *restiterunt*, vel *substiterunt*, Pi.] id est, non aufugerunt [p], præ stupore non sunt progressi, sed immoti manserunt, quocunque tandem corporis situ. Sæpe enim *stare* valet, *manere* & *non moveri*, ut Genes. 19. 17. *Nè stes*, &c. id est, nè maneas aut moreris: neque enim innocens fuisset, si ibi consedisset. Sic Levit. 13. 37. *stat plaga lepræ*, id est, non serpit [q]. ¶ *Stupefacti*, Ἐννεοὶ] *Admirantes*, Æth. *Attoniti*, Er. Camer. Tre. P. Mo. Pi. &c. *Muti*, præ stupore [r]: q. d. muti ac surdi †. *Ità attoniti ut vocem perderent*, G. ex Sy. Simile vide Gen. 45. 3. Præ stupore primùm defixi, deinde delapsi sunt, ut discimus infrà 26. 14 [t]. ¶ *Audientes quidem vocem*] At Act. 22. 9. contrarium dicitur, *Vocem non audierunt* [v]. Resp. 1. Οὐκ ἤκουσαν, ibi est, *non intellexerunt* [x]: nam Heb. שמע sæpe ponitur pro *intelligere* [y]. Verba Christi perceperunt, sed eorum mentem sensúmque non intellexerunt, quia nesciebant Hebraicè; [quod non est vero absimile, quum lingua tunc temporis Judæis familiaris Syriaca esset,] quâ linguâ Christus Paulum alloquebatur *. Resp. 2. Vocem ibi intelligit Christi [z], hîc Sauli [a]. Huc facit, 1. constructio: quæ poscere videtur ut cùm præcesserit αὐτῷ, hîc quoque subaudiatur idem relativum, quod ad Saulum videlicet referatur: ad quem etiam refertur φωνὴ, in v. seq. 2. Quòd probabile est Sauli vocem ab iis auditam, non item Christi, cùm hæc fierent unius Sauli causâ, ut res ipsa ostendit: neque enim comites ejus conversi fuisse leguntur. 3. Quòd Act. 22. 9. vocem quam non audierint disertè à sua distinguit: nec enim simpliciter dicit, τὴν φωνὴν, ut hoc loco, sed addit, τοῦ λαλοῦντός μοι [b]. [Aliis hæc solutio non placet:] 1. Quia nullum ei est fundamentum in textu. 2. Quia quod sequitur, μηδένα θεωροῦντες, non ad Saulum spectat, sed ad Christum [c]. Resp. 3. Vocem Christi hoc loco audiebant, (ut colligitur ex verbis sequentibus [d],) sed confusè *: sonum confusè audientes, non autem intelligentes verba, planè ut illi Joh. 12. 29. quod & populo ad montem Sinai evenisse putat Maimonides ex loco Exod. 19. 9. collat. cum Deut. 4. 12. & 5. 23 [f]. Vocem quidem ἄσημον, & inconditum quendam sonum audiverunt, non articulatum sermonem [g], sive expressa verba [h]. Resp. 4. Vox Hebræa קול & φωνὴν, *vocem*, significat & βροντὴν, *tonitru*, quæ idcirco promiscuè usurpantur. Sic Heb. 12. 26. *Cujus vox*, id est, *tonitru*, ex collat. Exod. 19. 16. Sic, *vox nubis*, Luc. 9. 35. erat tonitru cum voce adjuncta. Confer Joh. 12. 28. Sic, *tonitrua proferebant voces suas*, Apoc. 10. 3. Sensus ergò hoc loco est, Audierunt tonitru, (prout & fulgurem viderunt,) non autem vocem de tonitru, &c [i]. ¶ *Neminem autem videntes*] Quanquam pro viribus oculos eò converterent [k]. Planè ut illi Dan. 10. 7 [l].

8. *Surrexit*, &c.] Ut Dan. 8. 18 [m]. ¶ *Nihil videbat*] Legit οὐδὲν [n]. Sic & Syrus [o], & Arabs [p], multíque Libri. Sensus est, *Quanquam oculis erat apertis nihil tamen conspiciebat*: & is sensus clarè exprimitur Act. 22. 11. Ea fuit imago Sauli qualis antehac fuerat, speciem habens hominis eruditi in Lege, cùm planè animo cæcus esset [q]. Οὐδένα, &c.] *Neminem*, &c. Val. Er. Be. Pi. Di. ex Chrys. &c. ¶ *Ad*, &c. Χειραγωγοῦντες, &c.] *Sed manuducentes illum*, V. Er. Be. Pi. &c. Ut cæcis fieri solet. Sic Antigone πόδηγος Oedipodis in Phœnissis, *cæci parentis regimen*, apud Senecam [r].

9. *Tribus diebus non videns*] Hoc triduo Evangelium à Deo didicit: nam paulò post prædicare cœpit, v. 20 †. Tunc & raptus fuit in cœlum, 2 Cor. 12. 2 [t]. At id posteriùs factum ibi ostendi [v]. Edoceri potuit Paulus sine extasi, iis scilicet modis quibus Deus mentem suam Prophetis patefacere solebat, hoc est, vel somniis, vel visionibus, vel immediatis inspirationibus. Habuit certè Paulus visionem, infrà v. 12. Habuit quoque exstasin, in Templo, Act. 22. 17. quâ Deus ipsum amandat ad Gentes, Act. 22. 21 ad quas etiam solenniter missus erat, Act. 13. 2. In illa extasi raptus fuisse videtur in cœlum, 2 Cor. 12. 2. neque enim de alia Pauli extasi quicquam legimus [x]. [Qui plura velit adeat Cl. Li. de anno conversionis Pauli, & tempore quo Epist. 2. ad Corinth. scripta sit, fusè doctéque disserentem.] ¶ *Non manducavit*, &c.] Partim ex corporis debilitate [y]; partim orationis & pœnitentiæ causâ [z]: pœnitentiam sic ostendens sævitiæ in Ecclesiam exercitæ. Hoc est quod Hebræi dicunt, *affligere animam suam* [a].

10. *Ananias*] Inter fideles insignis, Act. 22. 12 [b]. Presbyter [c]: vel, Diaconus, & unus ex 72 Christi Discipulis [d]. Tam amicus Saulo futurus quàm alter Ananias fuerat Danieli, Dan. 1. 6, &c *. ¶ *In visu*] Vel, *Per visionem*, Be. Pi. forsan noctu [f]. Apparuit illi non in somnio, sed ἐν ἐκστάσει; Angelus aliquis Christi speciem referens. Viderat ergò antehac Christum Ananias, quippe unus Discipulorum LXX, si veteribus credimus. ¶ *Ecce*, &c.] Id est, Paratus sum jussa accipere & facere. De hoc loquendi genere diximus Matth. c. 21. v. 30 [g].

11. *In vicum*, ità Be. Pi. &c. Τὴν ῥύμην] Sic Esa. 15. 3. vertitur רחוב, quod alibi πλατεῖα; & Pollux illam vocem per hanc exponit. In Glossario ῥύμη, *vicus* [h]. ¶ *Rectus*] Quia longus & rectus [i]. ¶ *In domo Judæ*] Cum quo vetus hospitium Saulo videtur fuisse. ¶ *Tarsensem*] Mysticè impletum id Esa. 66. 19. ubi in Heb. est תרשיש, in Græco Θαρσὶς [k]. ¶ *Ecce enim orat*] Ut se ad meliorem vitam & baptismum disponat [l]. q. d. Nè timeas illum adire, jam non persequitur, sed orat [m]; orationi vacat [n]. Syrus hoc nectit sequentibus, *Dum oraret, vidit per visionem*, &c [o].

12. *Et vidit*, &c.] Sunt verba, vel, 1. Lucæ referentis quid oranti Saulo ostensum sit quum Ananias ad ipsum mittebatur. Ideo autem Saulo hæc visio oblata est, ut mox veniente Anania ex ejus voce & specie eum agnosceret. Quare hic versus parenthesi includendus est [p]. Vel, 2. Domini continuantis sermonem ad Ananiam [q]. Nec obstat quod sequitur, *virum nomine Ananiam*: quia Paulo, qui illum non noverat, in viso id ipsum nomen indicatum fuit. ¶ *Imponentem*, &c.] Vide dicta suprà 8. 17 [r].

[q] BA. 1. 2. 39. 387. [r] Camer. † BA. ib. [t] BA. ib. sim. La. Me. T. Be. D. prov. 1. 3. 8. [v] Ham. [x] D. ibid. sim. La. [y] Me. ex La. sic T. [z] T. [a] Me. ex La. sic Ti. [b] G. La. &c. [c] G. [d] Be. * Di. [f] La. [g] Cap. in Append. crit. pag. 3914. [h] Cap. ib. 3886. [i] Cap. 3914. [k] Cap. 3886. [l] Cap. 3914. [m] La. Be. Pi. [n] Q. in Be. [o] Di. ex Be. [p] Pi. sim. Be. [q] Di. [r] Be. † Camer. [t] G. [v] La. Ham. &c. [x] G. sic Q. in Be. [y] G. * Cap. 3886. [z] Li. 129. [a] V. Ca. Zeg. Be. Camer. ex Th. L. &c. [b] Be. [c] Ham.

[d] Pi. * Pi. sic Camer. &c. [f] G. [g] Cap. ib. sic Li. chron. 88. [h] Pi. [i] Ham. [k] Be. [l] G. [m] Idem. [n] Er. [o] G. [p] Di. [q] G. [r] Idem. † T. ex La. [t] Bed. & Hug. in La. [v] La. [x] Li. 129. [y] T. sim. Ham. [z] La ex Chrys. Me. T. [a] G. [b] La. [c] Aug in La. [d] La & T. ex Oecum. sim. Camer. * G. [f] Me. [g] G. [h] Idem. [i] La. [k] G. [l] La. ex Chrys. L. &c. [m] La. [n] Me. [o] La. [p] Me. ex La. [q] Pi. ex Be. sim. G. ex Sy. [r] G.

13. *Sanctis tuis*] Veris Nazarenis. Sic & infrà v. 32, 41 †.

14. *Et hîc*, &c.] i. e. In hac urbe [t]. Ostendit Ananias quàm non tutum sibi sit eum accedere qui potestatem acceperat in ipsa urbe Damasco capiendi homines ejus professionis cujus erat Ananias. ¶ *A principibus*, &c.] Est Synecdoche: ex parte enim nobilissima designatur totum Synedrium. ¶ *Qui invocant nomen tuum*] Sicut Stephanus fecerat, Act. 7. 58. Plinius de Christianis sui temporis, *quòd essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem* [v].

15. *Vas*, &c. Σκεῦος ἐκλογῆς, &c.] *Vas* (vel, *Organum*, sive *Instrumentum*, Il. P. Be. Pi. Er. Ti.) *electionis*, &c. Mo. Pi. G. &c. vel, *electum*, Er. P. Be. Tre. G. &c. id est, exquisitissimum. *Vas usûs Dei*, ait R. Israel ad Psal. 51. Nec aliter vocem σκεῦος usurpat Polybius de Damocle loquens, ὁ ἦν ὑπηρετικὸν σκεῦος, &c [x]. Homo selectissimus & praeclarissimus [y]. *Electus*, id est, praedestinatus ad magnam gratiam & gloriam, Gal. 1. 15. necnon ad Evangelizandum, & ad multa pro me patiendum, &c [z]. Instrumentum *vas* vocat ex Hebraismo [a]. ¶ *Coram gentibus*, &c.] Respicitur ad Esa. 49. 6. & Jer. 1. 10 [b].

16. *Ostendam illi*, &c.] Odia popularium, furorem Gentium, carcerem, flagra, famem, sitim, naufragia, mortem. Haec illi ostendam, & tamen praedicabit nomen meum: quae aliis fecit, libenter feret [c].

17. *In domum*] Illius Judae de quo suprà v. 11 [d]. ¶ *Frater*] Sic eum vocat ut fidei consortem. Sic suprà c. 6. v. 3 [*]. ¶ *Imponens ei manus*] Partim ut illum Deo consecret, partim ut impetret illi Spiritûs dona [f]. Al. Hoc non fecit ut Confirmationem illi conferret, quia nondum baptizatus erat: sed partim fuit curatio Sauli [g], cui perficiendae adhiberi solebat haec ceremonia, Marc. 16. 18 [h]. ¶ *Implearis Spiritu Sancto*] Quod ei evenit simulatque visum recuperavit; ut ad externum signum res interna accederet. Haec fuit anticipatio gratiae, qualis Act. 8. 39. & 10. 44 [i]. Quo pacto Spiritum acceperit, non liquet: num ante Baptismum, an cum illo; num immediatè, ut illi, Act. 10. 45. an per impositionem manuum Ananiae: qui, cùm Apostolus non esset, extraordinarium hoc fuisse putandum est, nec sine mandato Dei extraordinario peractum [k].

18. *Tanquam squamae*; ità Er. Il. Mo. P. Ti. Be. Pi. &c. λεπίδες] *Cortices*, Ar. Pelliculae similes squamis piscium, quae oculis ejus extrinsecùs obductae caecitatem hanc effecerunt [l]. Adumbrantes velum illud de quo agit Paulus 2 Cor. 3. 14. ¶ *Baptizatus est*] Usus est pari jure Ananias quo antè Philippus Diaconus [m].

19. *Confortatus est*, Ἐνίσχυσεν] Est sono activo, sensu reciproco: החזק, Genes. 48. 2. Sic & ἰσχύειν, ἐνισχύειν, κατισχύειν, saepe in Interpretibus V. T. & Sirac. 48. 25. 1 Mac. 1. 38. & 7. 25. Sic & ἐπίσχυον, Luc. 23. 5 [n]. *Convaluit*, Camer. vel, *Vires recepit*, Camer. sim. Be. Pi. &c. Nam debilitatus erat ex itinere, metu, tristitia, jejunio, & diuturna oratione [o]. ¶ *Fuit—cum discipulis*, &c.] Μαθηταὶ hîc, ut Act. 1. 15. qui Jesum Magistrum agnoscebant, non Hillelem, aut Sameam, aut alios. Damasci autem tales aliquammulti erant à tempore dispersionis illius de qua Act. 8. 1, 3 [p].

20. *Continuò*, &c.] Hinc patet, Paulum illo triduo à Christo edoctum esse [q]. ¶ *In synagogis*] Semper enim Apostoli primùm Judaeos affati sunt, ut aut eos converterent, aut omnem eis excusationem adimerent [r]. ¶ *Praedicabat Jesum*, &c. Ἐκήρυσσε τὸν Χριστὸν, ὅτι οὗτός ἐστιν, &c.] *Praedicavit Christum*, nempe *eum esse Filium illum Dei*, Be. sic Pi. Meliùs in MS. ἐκήρυσσε τὸν Ἰησοῦν ὅτι, &c. Nam *Christus* & *Dei filius* pro eodem ponitur, ut diximus. Quaestio erat, An Jesus Nazarenus esset ille Christus sive Dei Filius †.

21. *Nonne hic est qui*, &c. Ὁ πορθήσας, &c.] *Qui persequebatur*, Tre. ex Sy. vel, *grassabatur*, Ti. *perdidit*, Be. Ar. *vexavit*. Eadem vox occurrit Gal. 1. 13, 23. q. d. *An etiam Saul inter Prophetas?* 1 Sam. 10. 11 [t]. *vastavit*, Pi. Di. sim. Er. P. Mo. Ca. Camer. Glossarium, πορθῶ, *populo, vasto* [v]. Hinc Achilles Homero πτολιπόρθος dicitur [x]. ¶ *Et huc ad hoc* (vel, *idcirco*, Be. Pi.) *venit*, &c.] Ὧδε Graecis etiam motionem ad locum significat, Matth. 8. 29. & 14. 8. Luc. 14. 21. Joh. 20. 27. Apoc. 4. 1 [y].

† G. · [t] Er. sic La. · [v] G. · [x] Idem. · [y] V. · [z] La. · [a] Me. ex La. · [b] G. · [c] Idem. · [d] G. sim. Ec. &c. · [*] G. · [f] Calv. · [g] La · [h] T. ex La. · [i] G. · [k] Li. chro. 88. · [l] La Me. T. · [m] G. · [n] Idem. · [o] Me. · [p] G. · [q] La. · [r] G. · † Idem. · [t] G. · [v] Di. · [x] Camer. · [y] G.

22. *Convalescebat*, Ἐνεδυναμοῦτο] *Sese corroborabat*, Be. *Confirmabatur*, Camer. *Fortior fiebat in dies*. Sic Rom. 4. 20. Eph. 6. 10. 2 Tim. 2. 1. Heb. 11. 34. Respondet Hebraeo עז, ut apparet Psal. 52. 7 [z]. ¶ *Confundebat*, &c. ità Be. Pi. &c. Συνέχυνε, &c.] *Commovebat ac perturbabat*, Er. V. *Pudefaciebat argumentis*, G. ¶ *Affirmans*, &c. Συμβιβάζων, &c.] *Affirmans*, &c. Er. Ti. *Conferens*, Mo. *Confirmans*, P. Ca. *Cum ostenderet*, &c. Tre. ex Sy. *Collatis testimoniis demonstrans*, Be. Pi. Ex collatione locorum docens & probans [a]; nempe sicuti solent artifices aliquid compacturi, singulas partes inter se comparare, ut inter se alia aliis ad amussim quadrant [b]. *Docens eos*, G. Ar. Respondet enim Hebraeo הודיע, Exod. 18. 16. Deut. 4. 9. Esa. 40. 13. Sic & infrà 16. 21. 1 Cor. 2. 16 [c]. Graeca Scholia interpretantur, *cum quadam animi aequitate ac moderatione dicens*; ut amicam collationem potiùs quàm altercationem fuisse sciamus [d]. *Docens verè*, vel *certò*, Æth. in Di. LXX utuntur simpliciter συμβιβάζειν pro הבין, *instruere*, Esa. 40. 14. pro הודיע, *notum facere*, Exod. 18. 16. Deuter. 4. 9. denique pro הורה, *docere*, Exod. 4. 12, 15. Σὺν in συμβιβάζω non videtur ad comportata Scripturae testimonia pertinere, sed potiùs ad mentes instruendorum, cum quibus argumenta docentis ità comportantur & conjunguntur, ut de rei veritate convinci cogantur. Hinc apud Hesychium, Συμβιβασμὸς, *persuasio, doctrina, fides*: συμβιβάτω, *doceat*. Vides relationem denotare docentis ad eum qui docetur, quâ ambo quasi inter se uniuntur. Hinc passim cum Accusat. personae construitur, συμβιβάζειν τινὰ· quâ phrasi actio docentis significari videtur, quâ instruendum ad se allicit, ac persuadendo convincendóque secum quasi compingit ac coagmentat. Huc pertinet illud 1 Cor. 2. v. 16. ὃς συμβιβάσει αὐτὸν, *qui instructurus sit eum*; id est, qui rationes suas ità ei sit probaturus, ut eum sibi quasi compingat, & suum esse cogat [*].

23. *Dies multi*; ità Be. Pi. &c. Ἡμέραι ἱκαναὶ] Ad verb. *Dies sufficientes*. Ἱκανὸν pro πολὺ, per Graecismum [f]. Triennium, ut percipitur ex Gal. 1. 18 [g]. Quod Paulus in Damasco & Arabia exegit [h]. Post conversionem ejus rectà Damasco abiit in Arabiam, indéque Damascum rediit [i]. ¶ *Ut eum interficerent*] Velut judicio zeli, de quo diximus Act. 7. 57. Vide quàm citò impletum sit quod praedictum v. 16 [k].

24. *Custodiebant—portas*, &c.] Nempe Judaei: quod nomen, quanquam ex remotiore loco, hîc subauditur, ut saepe alibi [l]. Illis favet Aretas, cui forsan Judaei suggesserant hunc exploratorem fuisse pro Herode, adversus quem bellum parabat [m]. *Portas*, scil. urbis, nè elabi posset [n].

25. *Per murum demiserunt*; ità Er. P. Mo. Be. &c. Καθῆκαν] Ut olim Rahab exploratores, Jos. 2. 15. Apostoli corda explorant, ut illi urbes. Sic & David dimissus per fenestram, 1 Sam. 19. 12. ¶ *Submittentes*; ità Er. Il. Mo. &c. χαλάσαντες] *Submissum*, P. Be. Pi. χαλᾷν, vel χαλάζειν, *funibus dimittere*, ut Jerem. 38. 6. ¶ *In sporta*] Sic Sallustius, *E muris carnes sportis dimittebant. Sporta* à *sparto* [o].

26. *Tentabat*, &c. Ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι, &c.] *Tentabat* (vel, *Volebat*, Tre. ex Sy. *Conabatur*, Camer. Ca. *Studuit*, Ar.) *jungi*, &c. Mo. vel, *se* (vel, *se propiùs*, Be.) *adjungere*, P. Pi. Tre. ex Sy. Be. vel, *firmiter eis adhaerere*, ut quae glutine juncta sunt [p]. Vel, familiariter cum illis *conversari*, ut Act. 10. 28. ubi κολλᾶσθαι id est quod συγχρᾶσθαι, Joh. 4. 9 [q]. ¶ *Non credentes*, &c.] Hinc colligunt nonnulli, Paulum mox à conversione profectum Jerosolymam, alioquin non ignota ibi fuisset ipsius conversio. Vide Act. 26. 26. Sed multa hujus rei notitiam impedire poterant. 1. Maxima inter Jerus. & Damascum distantia. 2. Simultates inter Herodem & Aretam, &c. 3. Persecutio adhuc durans in Judaea, quae & absterruit Judaeos Damascenos nè eò irent; & Jerosolymitanos cautiores redderet [r]. 4. Quòd Paulus totum tempus à conversione sua egerat inter Arabes, quibus parum aut nihil cum Jeros. erat commercii †.

27. *Barnabas*, &c.] De quo Act. 4. 36 [t]. Fortè Barnabas Saulum ante conversionem noverat [v], utpote ejus sub Gamaliele condiscipulus [x], credebátque ei ut minimè mendaci [y]. Utrique erant Graecizantes Judaei, hic Ciliciae, ille Cypri, & Hierosolymis instituti, &c [z]. Forsan

[z] Idem. · [a] V. sic Be. · [b] Be. sim. Sch. · [c] G. · [d] Be. · [*] Di. · [f] Pi. · [g] Pi. ex Be. · [h] Li. 167. · [i] Cap. 3887. · [k] G. · [l] Idem. · [m] Li. 168. · [n] G. · [o] Idem. · [p] D. · [q] G. · [r] Li. 169. · † Cap. 3887. · [t] G. · [v] G. sim. La. Me. T. · [x] Me. ex La. · [y] G. · [z] Li. 169.

ſan plus audivit Barnabas de converſione Pauli[a]; quippe qui in diſperſione illa, Act. 8. 1. abiit verſus Damaſcum & Arabiam, &c[b]. ¶ *Ad Apoſtolos*] Scil. Petrum & Jacobum[c], Gal. 1. 18. duos miniſtros circumciſionis; dum alii, ut credibile eſt, abeſſent, Eccleſias hîc illic fundantes, &c[d]. ¶ *Et narravit illis, &c.*] Quis? Reſp. 1. Paulus[*]. 2. Barnabas[f], ut Græci ſtatuunt, & rectiùs, ni fallor, propter ea quæ ſequuntur de Damaſco. Conveniebat enim id potiùs narrari ab aliis qui id ſcirent, quàm ab ipſo Saulo prædicari[g]. ¶ *Fiducialiter egerit*, Ἐπαῤῥησιάσατο] *Fortiter* (vel, *Libere*, Er. Be. Pi. *Cum fiducia*, Er.) *egiſſet*, V. Er. vel, *locutus eſſet*, Be. Pi. ſic Er. Hoc malim, quia ad ſermonem potiùs pertinet[h]. Magnâ fiduciâ ac loquendi libertate probâſſet Jeſum eſſe Chriſtum[i]. *Apertè & palàm locutus eſt*, Joh. 7. 13, 26. & 11. 54[k].

28. *Intrans & exiens*] Id eſt, Coram eis vivens, ut Act. 1. 21[l]. Cum eis verſatus[m]. Ut phraſis ſumitur Eſa. 37. 28. Zach. 8. 10. &c[n]. Palàm & libere verſatus[o].

29. *Cum Græcis*] Vel, *Græcanicis*, ſive *Græcienſibus*, D. Pi. Quod eò cupidiùs fecit, quia ab his ortâ contentione adverſus Stephanum, ipſe olim iis impensè faverat, &c[p]. Etiam cum Judæis Græco ſermone utentibus[q], ut hîc Syrus. Vide Act. 6. 1. & quæ ibi dicta. ¶ *Illi autem*, &c.] Nihilo meliores Judæis Damaſcenis[r].

30 *Cæſaream*] Vel, 1. eam de qua Act. 8. 40[†]. hoc eſt, maritimam, quæ & turris Stratonis[t]. Vel, 2. Cæſaream Philippi, circa montem Libanum, &c[v]. ¶ *Tarſum*] Urbem Ciliciæ, Pauli patriam, Act. 21. 39[x]. ubi inter multos ſibi propinquos & notos tutior ab inſidiis eſſe poſſet[y].

31. *Eccleſia*, Ἐκκλησίαι] *Eccleſiæ*, Er. Be. Pi. id eſt, congregationes Chriſtianorum diſperſæ[z]. ¶ *Habebat pacem*] Sedatâ jam Sauli perſecutione[a]. Multis in exilium egreſſis deflagraverat vexatio: id eſt quod Chriſtiani *pacem* vocabant. Vide Annotata ad J. B. & P. 1. 2. circa finem. ¶ *Et*, &c. Οἰκοδομούμεναι] Eſt hæc vox ſimili modo tranſlata quo Latinum *inſtruere*. Vide 1 Cor. 8. 10. & 10. 23. & 14. 4[b]. *Ædificabantur*, Be. Pi. Ham. &c. id eſt, promovebant in Evangelio[c]. Indicat augmentum [Eccleſiæ] & ſtabilimentum & adjumentum[d]. Οἰκοδομεῖν propriè eſt aliquid ſuperſtruere fundamentis, & Eccleſiæ attributum ſignificat profectum in cognitione veritatis, pietate, charitate, unitate, &c[x]. ¶ *Ambulans*, &c. Καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει—ἐπληθύνοντο] *Et pergentes* (vel, *ambulantes*, Ar. Val. V. ſim. Tre. ex Sy. Æth. *proficientes*, Ca.) *timore* (Similis conſtructio 2 Sam. 15. 11. ἐπορεύοντο ἁπλότητι, *ibant in ſimplicitate*. Sic legimus, *ambulare* ταῖς ὁδοῖς μου, *in viis meis*, Pſal. 81. 14. &, τοῖς κρίμασί μου, *in judiciis meis*, Pſal. 89. 31. &, σοφίᾳ *in ſapientia*, Prov. 28. 26. omiſſo ἐν, licèt ב ſit in Hebræo[f]. Sic, πορεύεσθαι τοῖς λογισμοῖς, & τοῖς νομίμοις, eſt 1 Mac. 6. 23, 59[g]. Vel, in *timore*, Il. P. Be. Pi. &c. vel, in *religione*, Ca.) *Domini*, (id eſt, Deum reveriti[h],) *& conſolatione* (vel, *confirmatione*, Ca. *cum gaudio*, Æth. *per admonitionem*, ſive *hortationem*, Ham. *in obedientia*, Ar. in Di. τῇ παρακλήσει accepit pro *hortatione* cui obediendum eſt. Utrumque ſignificat[i].) *Sancti Spiritûs replebantur*, Mo. vel, *multiplicabantur*, Er. P. Be. Pi. &c. Vulg. & Er. & Sy. &c. τῷ φόβῳ Κυρίου, conſtruxerunt cum πορευόμεναι, ſed, καὶ τῇ παρακλήσει, cum ἐπληθύνοντο: ità ut conſolatio Spiritûs S. eſſet id ipſum in quo augebantur. Beza utrumque conſtruxit cum πορευόμεναι, adeò ut ratio quâ creverint Eccleſiæ ſit, quòd ambularent in timore Domini & conſolatione, &c. Locus ſic verti poſſit, *Ac magis magiſque timore Domini & conſolatione —— creſcebant*. Πορευόμεναι ἐπληθύνοντο, *euntes creſcebant* aut *multiplicabantur*. Sic 2 Par. 17. 12. Heb. *Et fuit iens ac creſcens*, id eſt, magis magiſque creſcebat. Sic Gen. 8. 3[k].

32. *Factum eſt autem, ut Petrus*, &c. Πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων] *Ut Petrus per omnes* (nempe ſanctos, ex collat. verborum ſequentium[l]. Vel, *illas omnes*, Il. nempe Eccleſias[m], nuper à Diſcipulis diſperſis plantatas, ut ſcil. eas conſtitueret ac ſtabiliret; præſertim ut Miniſtros in iis ordinaret: id quod ab Apoſtolis fieri oportuit, quòd hi dum manus imponerent unà cum officio conferebant quoque dona Spiritûs Sancti, quibus ad munus idonei redderentur. Reſpicit hîc loca v. præced. memo-

Margin notes: [a] L. ſic Li. [b] Li. [c] Li. ſic Camer. [d] Li. [*] Q. in Li. [f] Cap. G. Li. [g] G. [h] Er. [i] V. [k] G. [l] Idem. [m] D. Be. V. [n] D. [o] Camer. [p] Be. [q] G. ſic Camer. Di. [r] G. [†] Q. in Di. G. [t] Q. in Di. [v] Di. [x] D. [y] G. [z] Er. [a] Cap. 3885. [b] G. [c] V. [d] Camer. [x] Ham. [f] Di. [g] G. [h] V. [i] Di. [k] Idem. [l] Pi. [m] Ham. Li.

rata, *Judæam*, &c. vel potiùs, populos locorum illorum, ideòque utitur gen. maſc. πάντων[n]. Vel, *per omnia*, Ca. *per omnia loca*, Li. Ham. Aug. *cuncta loca prædicta*, Ar. *per civitates*, Tre. ex Sy.) *pertranſiens*, Be. vel, *peragrans*, Er. Il. Ca. ¶ *Ad ſanctos*] Id eſt, Chriſtianos[o]: olim ſic dictos, quia vocati erant ad ſanctitatem, ſanctificati in Baptiſmo, & ſanctè vivebant[p]. ¶ *Lyddæ*] Eſt is vicus Palæſtinæ ad Occaſum Jordanis. Vide Plinium & Ptolemæum. In Syriaco לוד, ut & in Hebræo, 1 Par. 8. 12. Joſephus Antiq. 20. 5. vocat κώμην πόλεως τὸ μέγεθος οὐκ ἀποδέουσαν, (*vicum urbe paulò minorem.*) Vide dicta ad Marc. 1. 38[q].

33. *Æneam*, Αἰνέαν] Idem eſt nomen Αἰνέας & Αἰνείας, ſed illud genuinum, ut hîc eſt poſitum; hoc poeticum, quia aliter ea vox Heroicum intrare non poterat. Ideo in Iambicis ſcribitur Αἰνέας, ut in Sophocle. [Vide G.] Et hinc etiam Heroici dicunt Αἰνεάδας, & Latini *Æneadas*, ſecundâ corruptâ. Æneas de quo hîc agitur non dubito quin fuerit Judæus, dictus inter Græcos, quibus Lucas hîc ſe accommodat, Αἰνέας, Hebræis הלל, *Hillel*, ut ille Hieroſolymis nobilis Magiſter[r].

34. *Sanet*, &c. ità Er. Id eſt, ἰᾶσαι[†]. Ἰᾶται, &c.] Sic habet MS. ille: ſic Syrus[t], & Arabs[v]. Non precatur, ſed certò promittit. ¶ *Surge*] קום לך[x]. ¶ *Sterne*, &c. Στρῶσον σεαυτῷ] *Sterne* (i.e. In planum extende: cui opponitur *colligere*, i.e. extenſum contrahere, Sy. propriè, *complana, adæqua*, i.e. complicatum explica & expande. Sic & Ar. & Æth[y]. *Tute ſterne*, G. ſic Ca.) *tibi ipſi*, Er. Mo. Be. Pi. &c. ſub. *lectum*, ſive *ſtratum*[z], quem antehac tibi ſtraverunt alii, in ſignum reſtitutæ valetudinis. Simile, non idem, habes Marc. 2. 9. Joh. 5. 8[a]. *Sterne tibi*, vel, ad comedendum, vel ad decumbendum[b]. At quorſum appararet lectum ad decubitum, qui ſurgere jubetur? Reſp. Non jubetur ſurgere & abire, ſed ut lectum incompoſitum cubantique moleſtum, ut volutantibus ægris contingere ſolet, ipſemet ſurgens componeret & cubationi aptum redderet[c].

35. *Lyddæ*, Λύδδαν] Urbs erat Palæſtinæ, poſtea *Dioſpolis* dicta[d], non procul à mari Mediterraneo: in tribu Ephraim, ſed in confinio tribûs Dan. Heb. לוד[*]. *Lydda* idem locus eſſe videtur qui *Lod*, 1 Chron. 8. 12. Eſd. 2. 33[f]. Ab uno latere *Joppe* erat *Jabneh*, ab altero *Lydda*: utrobique erant ſcholæ & viri illuſtres[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὸν Σάρωνα] [Alii legunt] Σαρωνᾶν, MS. Σάῤῥωνα neutrum malè: hoc eſt Hebræum, illud Syriacum[h]. Audacter ſcribimus *Haſſaron*, (ut eſt Cant. 2. 1. *Roſa* השרון, *Haſſaronis*: hinc *vinum Haſſaroniticum*:) nam & plurimæ editiones pro τὸν Σάρωνα legunt τὸν Ἀσσάρωνα. Sic Er. Chryſ. &c. At quatuor aliæ editiones noſtræ habent τὸν Σαρωνᾶν. השרון Lxx interdum reddunt nomine proprio, ut 1 Chron. 27. 29. Eſa. 33. 9. interdum appellativo, ut Cant. 2. 1. *planitiei*; Eſa. 65. 10. *in nemore*[i]. *Saron* hîc non eſt nomen urbis[k], ut oſtendit articulus maſc. gen[l]. ſed regionis[m], ſive vallis fœcundiſſimæ[n], ſive agri paſcui latè patentis[o], inter montem Thabor & ſtagnum Tiberiadis, à Cæſarea Paleſtinæ uſq; ad Joppe[p]. Vide 1 Par. 5. 16[q]. (qui locus eſt trans Jordanem unde colligitur nomen hoc fuiſſe commune planitierum omnium[r].) & 1 Par. 27. 29. Eſa. 33. 9[†]. Obſervandus hîc articulus, τὸν Σάρωνα. Diſtinguendum enim eſt inter שרון, urbem ultra Jordanem, de qua 1 Chron. 5. 16. & השרון, τὸν Σάρωνα, regionem cis Jordanem ad oram maris Mediterranei, à Joppe ad Cæſaream uſque, de qua 1 Chron. 27. 29. Cant. 2. 1. Eſa. 33. 9. & c. 35. v. 2. & 65. 10. Hæc enim loca à doctis confundi video[t]. ¶ *Converſi ſunt*, &c. ità Er. Il. Mo. &c. Ἐπέστρεψαν, &c.] *Converterunt ſe*, &c. Be. Ca. Pi. &c.

36. *Tabitha*, Ταβιθά Syrum eſt ex Hebræo צבי, *caprea*[v]. Sic vertit Lucas, ut videtur, quia hæc erat Judæa Græcizans, ac proinde utroque nomine vocabatur, uno apud Græcos, altero apud Ebræos[x]. In Syriaco טביתא. Rectè monent eruditi, Syris ſæpe ט poni pro Heb. צ. Hebræis צבי eſt δορκάς, (*caprea*,) Deut. c. 12. 15, 22. & 14. 5. & 15. 22. 2 Sam. 2. 18. 1 Par. 12. 8. &c[y]. ¶ *Dorcas*, Δορκάς] *Caprea*, Val. V. Pi. &c. ſic dicta à δέρκομαι video, quòd id animal ſit perſpicacibus oculis[z]. Sic vocabatur inter Græcos, quomodo Thomas Δίδυμος, Cephas Πέτρος. Vide infrà 39. ¶ *Plena operibus bonis*] Locutio Hebræa, qualis Eſa. 1. 21. Joh. 1. 14. Act. 13. 10[a].

Margin notes: [n] Li. 223. [o] Ca. Mc. T. [p] Me. ex La. ſim. T. [q] G. [r] G. [†] Be. Di. [t] G. [v] Di. [x] G. [y] Di. [z] G. Be. P. &c. [a] G. [b] Ham. [c] Di. [d] Camer. ſic Hi. in Di. [*] Di. [f] Li 226. [g] Li chron. 89. [h] G. [i] Di. [k] Be. Li. 226. [l] Li. [m] Be. D. ex Hi. & Euſeb. [n] Li. [o] G. [p] Euſeb. & Hi. in Di. [q] G. Li. [r] Li. [†] G. Li. [t] Di. [v] D. ſim. Be. [x] Li. 227. [y] G. [z] Er. [a] G.

37. *Cum lavissent*] Ad sepulturam [b], in pignus futuræ resurrectionis, 1 Cor. 15. 29 [c]. Omnes ferme gentes mortuos lavabant, Græci apud Homerum, Latini apud Virgil. Hebræi h. l. &c [d]. *Lavare cadavera proximis concedebatur*, Servius ad Æneid. 4. ad illud,—*Date, vulnera lymphis Abluam*.—Idem Virgil. 4. *Corpusque lavant frigentis & ungunt* [*]. ¶ *In cœnaculo*] Locus hic erat in editiore ædium parte, ut ipsa vox Græca, (ὑπερῷον) & Heb. Sy. & Ar. עליה indicant, à עלה, *ascendere* [f]. Forsan hic locus erat publicorum conventuum, ubi eam posuisse videntur, ut Petrus miraculum in eam patraret, cujus quoque omnes spectatores essent; quod tamen Petrus pati noluit, v. 40 [g].

38. *Propè—ad Joppe*] Apparet id ex Ptolemæo [h]. ¶ *Rogantes nè*, &c. Μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν, &c.] *Nè cunctaretur* (vel, *gravaretur*, Er. Ti. V. Ca. *pigeret*, Sy. Ar. *pigraretur*, Be. sic Mo. *Pigrere* respondet Hebræo עצל, Jud. 18. 9 [i].) *progredi* (vel, *transire*, Be. *venire*, Er. Il. Ca. &c.) *usque ad ipsos*, Pi. vel, *usque ad sese*, Er. V. Camer.

39. *Venit* (vel, *Abiit*, Tre. ex Sy.) *cum illis*; ità Er. Il. Be. &c. Συνῆλθεν αὐτοῖς] *Simul venit illis*, Mo. ¶ *Flentes*] Ut Marc. 5. 38. Vides verum esse quod dixit Euripides, Ἀρετὴ δὲ, κἂν ἀποθάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται, (*Virtus ne morte quidem exstinguitur.*) ¶ *Tunicas*, &c.) Χιτὼν interior vestis, ἱμάτιον exterior [k]. Ἱμάτιον est *pallium*, h. e. suprema vestis, Græcis περιβόλαιον, Hebræis κατ' ἐξοχὴν שמלה, *vestis*, Gen. 9. 23. & לבוש, *indumentum*, quia præcipua vestis est & plena plurimósque usus corpori præbens [l]. ¶ *Quas faciebat illis*, &c. ità Ar. & Æth. in Di. Μετ' αὐτῶν ὤν] *Cùm unà cum ipsis esset*, Be. Pi. sic Er. &c. vel, *Secum vivens*, Er. sic Sy. & Ar. in Di.

40. *Ejectis*, &c. Ἐκβαλὼν, &c. *Exire fecit*, D. ex Sy. quovis modo, sive jussu, sive eductione, sive ejectione [m]. *Ejectis*, i.e. exire jussis [n]; vel, 1. ut liberiùs precaretur [o]: vel, 2. nè famam aucupari videretur. Didicerat & hoc à Magistro, Marc. 5. 40. ¶ *Ponens genua*] Vide Act. 7. 60. ¶ *Ad corpus*, Σῶμα] Propriè; nam Homerum σῶμα non usurpare nisi de *corpore mortuo* observant veteres [p]. ¶ *Dixit*] Certâ fiduciâ preces suas esse exauditas [q]. ¶ *Surge*, Ἀνάστηθι] קומי, ut Marc. 5. 41. ὁμοιώθητι τῇ δορκάδι (*similis esto capreæ*, Cant. 8. in fine.) ¶ *Aperuit oculos*] Signum reviviscentis [r].

41. *Erexit*; ità Er. Mo. Be. Pi. &c. Ἀνέστησεν] *Allevavit*, Ca. ¶ *Assignavit*, &c. Παρέστησεν, &c.] *Exhibuit*, V. Be. G. *Repræsentavit*, vel, *Præsentem*, sive *Coram*, *eis*, *stitit*, Be. Pi.

42. *Notum*, &c.] Celebratur Joppe Barjonas plusquam Jonas; Jonas è ceto resuscitatus, Barjonas Talithæ ex orco resuscitator †. ¶ *Crediderunt*, &c.] *In Christo fiduciam suam posuere*, G.

43. *Coriarium*; ità Er. P. Mo. Be. Ca. Sy. &c. Βυρσεῖ] In Glossario βυρσεύς, *coriarius*. Græci elegantiores βυρσοδέψην dicerent [t]. Hi sunt qui coria macerant & concinnant, ut unde ocreæ, calcei, &c. fiant [v].

[b] Ham. [c] Ec. [d] San. [*] G. [f] Di. [g] Li. 228. [h] G. [i] Di. [k] G. [l] Di. [m] Di. [n] Pi. ex Pe. [o] Be. [p] G. [q] Camer. [r] G. † G. [t] G. [v] Me. & T. ex La.

CAP. X.

1. IN *Cæsarea*] Non Philippi [a], sed Palæstinæ, quæ & *turris Stratonis* dicta [b]. ¶ *Cornelius*] Romanus Romano nomine, ex Scipionibus, aut Sullis fortè [c]. ¶ *Centurio*] Ità Be. Pi. G. Qui in Glossario ἑκατόνταρχος [d]. ¶ *Ex*, &c. Ἐκ σπείρας, &c.] *Ex legione*: vide dicta ad Matth. 27. 27. Sic interpretor, quia in Romani imperii militia & alibi fit mentio legionis Italicæ [*]. Al. *Ex cohorte*, Pi. sic Vulg. La. &c. quæ primitus erat decima pars legionis [f]. Σπεῖραν in his Libris esse non *legionem*, sed *cohortem*, apparet ex Matth. 27. 27. Marc. 15. 16. Joh. 18. 3, 12. ubi qui ei præest χιλίαρχος vocatur, ut & infra 21. 31 [g]. Glossarium σπεῖρα, τάξις στρατιωτικὴ [h]. ¶ *Quæ dicitur Italica*] Legio Italica est in veteri lapide cujus meminit Lipsius ad Tacitum, Hist. 2. & ipse Tacitus sæpe [i]. Forsan hæc cohors erat satellitum Proconsulis, quippe qui Cæsareæ habitabat, Act. 23. 23, 24. & 24. 6 [k].

2. *Pius ac timens Deum*] Incircumcisus [l], ut apparet ex Act. 15. ubi necessitatem circumcisionis negat Petrus exemplo Cornelii [m], sed qui idololatriâ relictâ uni Deo se dederat [n], & quæ pietati consentanea judicabat sequebatur, quales חסידי אומות dicuntur Thalmudicis, σεβόμενοι Ἕλληνες, infrà 17. 4. Multi autem tales in Judæa vixerant, sed certis adstricti regulis: de quibus plurima lectu utilia prodidit vir maximæ eruditionis Seldenus [o]. *Proselyti* duplices erant; 1. *Fœderis*, qui circumcisioni, totíque Pædagogiæ Mosaicæ, se submiserunt: hi pro Judæis habebantur, &c. 2. *Portæ*: qui quidem circumcisionem non receperunt, &c. sed tantùm 7 Præceptis Noachi parebant: hi pro Gentilibus habebantur, quibuscum versari non licebat Judæo: his tamen concedebant Hebræi partem in seculo futuro. Talis erat Naaman, & hic Cornelius [p]. Gentili verò idololatræ, qui his 7 præceptis nomen non dederat, Judæi, quum floruerunt & juris planè sui erant, & domi sedes & domicilium in ditione sua, quin & hospitium, imò vel transitum, (inquit Maimonides,) negabant [q]. Postquam [verò] Judæi Gentium jugum ferre coacti, ægrè servatâ sibi sacrorum libertate, jurisdictionem in alienigenas secum habitantes amiserant, ideóque eos intra illas regulas coercere non poterant, instituêre Sapientes ut Judæi planè alienigenarum commercium devitarent, qui aut idololatræ erant, aut certè Noæ præcepta non putabantur servare. Et hoc perpetuò secuti essent Apostoli, neque ullum non Judæum gente, aut proselytum Legis, admisissent ad suam familiaritatem, nisi Deus disertè Petro primùm, deinde & Paulo, ostendisset id fieri sibi placere. Et cessabat causa instituti illius Sapientum, quia tales alienigenæ aggregantes se Ecclesiæ per Baptismum, eo ipso testabantur se non modò ab idololatria, sed ab omnibus flagitiis, longè discedere, vitámque pollicebantur multò puriorem quàm illa Noæ præcepta sequentium fuerat [r]. Proselyti porrò his titulis insigniti sunt; 1. Ἄνδρες εὐλαβεῖς, Act. 2. 8. 2. εὐσεβεῖς, ut h. l. 3. φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ut hîc, & Act. 13. 16, 26. 4. & præcipuè σεβόμενοι, Act. 13. 43. & 17. 4 [*]. ¶ *Faciens eleemosynas multas plebi*, Τῷ λαῷ] *Populo*, Be. Pi. &c. Judæis †: quos ideo amabat quòd unum Deum colerent [t]. Nec eleemosynæ Judæo datæ manu Gentilis immunditiem indè contraxerunt: quò alludere videtur Christus, Luc. 11. 41 [v]. ¶ *Deprecans* (vel, *Precabatur*, Pi. &c.) *Deum semper*] Id est, constanter, statis scilicet temporibus [x]. Assiduus in fundendis precibus ad unum & verum Deum [y].

3. *Vidit in visu* (vel, *per visionem*, Be. Pi.) *manifestè*, φανερῶς] Hoc addit, ut doceat eum vigilantem & oculis corporeis vidisse: erant enim & visiones in somniis; ut Gen. 20. 3. & 28. 12. Job. 4. 13 [z]. ¶ *Horâ diei nonâ*] Id est, tertiâ pomeridianâ [a], circa tempus sacrificii vespertini [b]: cum quo preces conjungebantur [c]. Vide ad Act. 3. 1. ¶ *Angelum Dei*, &c.] Vide quàm bonus sit Deus, qui tam bene utenti datis & Angelum mittit & Apostolum, ut eum doceat eam viam quæ posthac unica erat ad salutem, Verbum crucis [d].

4. *Quis*, &c? Τί, &c?] *Quid est* (i.e. Quid me vis [*]; Quid rei est [f].) *Domine?* Be. Pi. &c. Sic eum appellat honorificè [g], vel, virum putans [h]: vel, ut homine majorem [i]. ¶ *Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ* (quæ sanè conjungendæ sunt. Vide Mat. 6. 1—5. & 1 Cor. 16. 1, 2. Confer Deut. 16. 26 [k]. Precationem subvehi alis duabus aiunt veteres, Jejunio & misericordiæ operibus [l].) *ascenderunt in memoriam*; ità Er. Mo. Be. Pi. &c. Εἰς μνημόσυνον] Μνημόσυνον, pro μνημοσύνῃ. Heterosis. Phrasis est Hebraica, qualis *ascendere in cor*. Vide infrà v. 31 [n]. [Sensus, q. d.] Deus recordatus est earum [o]. *Pro monimento*, P. Μνημόσυνον, *memoriale*, dicitur ipsum sacrificium, Levit. 9. 16. & 5. 12 [p]. Est similitudo sumpta à suffitu Legali: nam is propriè vocatur אזכרה, Græcè μνημόσυνον, Levit. 2. & alibi. Et de suffitu dicitur ἀναβαίνειν, (*ascendere:*) is autem suffitus symbolum erat Precum, Apoc. 5. 8. & 8. 3 [q]. Preces enim & eleemosynæ sunt sacrificia Christiani, Phil. 4. 18. Heb. 13. 6 [r]. *Ascenderunt* holocausti ritu, &c †. Qu. Quî Cornelius Deo placuit, cui deerat fides sive notitia Christi? Resp. Credidit in Christum venturum [t]. Audiverat aliquid de Christi prædicatione & morte, & de Judæorum contradictione; nondum autem de Christi resurrectione certus

[a] La. [b] La. Me. T. sic Li. 231. [c] C. [d] Idem. [*] Be. [f] La. [g] G. [h] Pri. [i] G. [k] Li. 231. [l] G. Med. Ham. &c. [m] Med l. 1. dissert. 32. p. 221. [n] G. sim. Med. Li. Camer. [o] G. [p] Med. ib. [q] Seld. in Wal. [r] G. [*] Ham. † G. Li. [t] G. [v] Li. 232. [x] Ham. [y] G. [z] Li. 232. [a] V. sim. Camer. [b] G. sim. D. Pi. Li. [c] Pi. [d] G. [*] Be. [f] Er. [g] G. [h] Pi. [i] G. [k] Med. l. 1. diss. 32. [l] G. [n] Pi. [o] V. sic Be. [p] Ham. [q] G. [r] Ham. † Be. [t] Med. ib. sic Be.

tus factus est. Quare anceps animi orat ut Deus eum in veritatem perducat [v]. ¶ *In*, &c. Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ] Non malè: sed nec malè MS. ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ [x]. Apud Deum, sive Deo ipsi, ut passim apud Hebræos [y].

5. *Accerse Simonem*] Major erat legatio Apostolica quàm Angelica. Angelus Apostolum monstrat, Apostolus Christum. Tantum honorem testibus suis habuit Christus [z]. *Simonem*: quem Christus jamdudum huic operi destinaverat, Act. 15. 7. Cui Christus dederat *claves regni cœlorum*, ut ostium fidei & Ecclesiæ Gentibus aperiret, & *potestatem ligandi atque solvendi*, usum scil. Legis Mosaicæ apud Gentes,&c. [de quo vide Synopsin ad Matth. 16.19. & 18. 18.] qui & minister Circumcisionis erat & proinde aptissimus qui ora Judæorum obstrueret, &c [a].

7. *Et militem*, &c. Στρατιώτην εὐσεβῆ] *Militem pium*, Pi. &c. Rarum ἐπίθετον [b]. ¶ *Ex his qui illi parebant*, Τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ] *Ex iis qui illi* (vel, *cum ipso*, Be. Pi.) *assistebant*, Er. vel, *inserviebant*, Er. V. *adhærebant*, continuò præstò erant [c], ministerii gratiâ [d]: *assidui erant*, Be. Pi. *apparebant*, G. V. & sic scripsisse puto Latinum interpretem [*]. *Parebant* enim & cæteri milites [f].

9. *Ascendit — in*,&c. Ἐπὶ τὸ δῶμα] *Supra domum*, V. *In solarium*. Vide Matth. 10. 27 [g]. *In tectum*, Pi. Er. Cast. ex Sy. &c. quod planum erat de more regionis [h]: unde liber conspectus esset Templum versùs. Talibus enim in locis precari solebant Judæi, Dan. 6. 10 [i]. Vide 1 Reg. 8. 48. Apostoli statis horis precabantur in Templo, Luc. 24. 53. Act. 3. 1, &c. quidni & Templum versùs [k]? Voluit orare sub dio, ceu vicinior Deo, tum etiam semotior ab hominum strepitu [l]. Δῶμα Græcis est οἶκος, *domus*: Lxx autem usurpant pro גג, vel στέγος, *tectum*: à quibus hoc acceperunt Evangelistæ, quia nunquam aliter utuntur [m]. ¶ *Circa horam sextam*] Id est, meridiem [n]: Tempus erat & precationis, & prandii [o]. Hæc una horarum dicatarum precationi, ut diximus suprà 3. 1 [p]. Tria erant precandi tempora, *manè, meridie, & vesperè* [q]. Vide Psal. 55. 17. Dan. 6. 10 [r]. Tempus hoc erat מנחה גדולה: quod sic describunt Hebræi, *Minchah gedolah est initium temporis vespertini sacrificii*, &c. Non quòd eo tempore necesse erat parare sacrificium, &c. (nisi tempore Paschatis;) sed quòd liceret eo tempore opus inchoare, &c. Vide 1 Reg. 18. 29. Non deserit Petrus tempus modúmque cultûs Judaicum †.

10. *Cum esuriret*] Ità Er. Il. sic Tre. ex Sy. Ca. vel, *valde esuriret*, Be. sic Ar. *famelicus esset*, P. sim. Pi. Camer. Esuriisse non mirum est meridie eum, qui manè summo, ut credibile est, surrexerat [t]. ¶ *Voluit gustare*] Vel, *comedere*, Camer. sim. Be. Pi. &c. Sic Augustus apud Suetonium, *Palmulas & panem gustavimus* [v]. Meton. effecti destinati: nam ideo cibos gustamus, ut, si sapiant, comedamus [x]. Idiotismus Hebræorum, qui verba cognatæ significationis supplere solent: plena locutio est, *gustare panem* [y]. Γεύεσθαι non addito Accusativo habemus & Jonæ 3. 7. Et infrà 20. 11. γευσάμενος potest eodem modo sumi, aut referri ad ἄρτον, quæ vox præcessit [z]. Forsan γεύσασθαι idem hîc quod ἐσθίειν, *vesci*; vel etiam *prandere*: nam ἄριστον dici γεῦμα notat Eustath. ad Odyss. δ' [a]. *Gustare* pro *edere* ponitur 1 Sam. 14. 24. Sic Cæsar de Britannis, *Leporem*, &c. *gustare fas non putant* [b]. ¶ *Cecidit*, &c. Ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις] *Incidit in eum* (vel, *Invasit eum*, Camer.) *mentis excessus*, Be. Pi. vel, *stupor*, Sy. in Di. ob visum admirandum [c]. Ità vox sumitur Marc. 5. 42. & 16. 8. Luc. 5. 26. Act. 3. 10 [d]. vel, *alienatio* mentis, ut esset extra humanos sensus [*]: vel, *abstractio*, sive *abductio*, q. d. Abductus fuit spiritus ejus à corpore [f]: vel, mens ejus à terrenis & sensibilibus abducta est ad percipienda cœlestia mysteria [g]: sensibus ejus velut somno profundo ligatis, Deus menti ejus veritatem patefecit [h]. Ἔκστασις interdum *horrorem*, interdum *insaniam*, significat; hoc loco, *constitutionem hominis extra se rapti*. Sic de Apolline Lucanus, — *mentémque priorem Expulit, atque hominem toto sibi cedere jussit Pectore* [i]. [Plura qui velit de hac voce, adeat Gualtperium ad h. l.] Septem modis se Deus hominibus olim patefecit; 1. Somniis: 2. Apparitionibus, dum vigilarent: 3. Visionibus, quum dormirent: 4. Voce de cœlo: 5. Urim: 6. Inspiratione, sive revelatione auris: 7. Raptu, sive extasi: qui modus est omnium præstantissimus; quo homo *abreptus est in cœlum*, 2 Cor. 12. 2. & *erat in Spiritu*, Apoc. 1. 10. De eo hîc agitur, ut & Gen. 2. 21 [k]. Vox *cecidit* significat, hanc exstasin non naturalem fuisse, sed Divinam & cœlitus immissam [l].

11. *Vidit* (mente scilicet [m], vel, in visione [n],) *cælum*, &c.] Vide dicta Matth. 3. 16. & Act. c. 7. v. 56 [o]. ¶ *Vas*; ità Be. Pi. &c. Σκεῦος] *Utensile* Camer. כלי Hebræis, quod σκεῦος vertunt Græci, Syri מאנא, significat omne *id quod in usu est domestico*, etiam è lino aut lana [p]. *Involucrum*, Heins. ¶ *Ut linteum magnum*] Ità Be. Pi. &c. quod *mappam* dixere [q]. Ὀθόνης, vel ὀθόνιον vox satis generalis, ut apparet Ose. 2. 5, 9. *Sindonem* dixit Scriptor Responsorum ad Orthodoxos, & h. l. Oecumenius [r]. ¶ *Quatuor initiis*, &c. ità Mo. Ἀρχαῖς] *Capitibus*, Ca. *Extremis*, Er. P. Be. Pi. Camer. &c. sub. *partibus*, Camer. *Angulis*, V. Tre. ex Sy. G. Quadratum ergò erat †, & colligatum, nè animantia diffluerent: vel dilaberentur [t]. Videbatur autem linteum illud à cœlo pendere ut significaretur libertas cœlitus indulta [v]. ¶ *Submitti*, &c. Καθιέμενον] *Quod demittebatur*, P. Be. Pi. &c.

12. *Omnia* (vel, *Quævis*, Be. Pi. *Omnigena*, V. sic Camer. Pi. &c. munda & immunda [x]. Particula universalis indefinitè posita, ut 1 Tim. 2. 4 [y].) *quadrupedia*] Nempe domestica [z], ut boves, oves, &c [a]. בהמות [b], quod, ubi nullo addito ponitur, significare solet *animantia ex Lege munda* [c]. ¶ Τὰ θηρία] *Bestias*, Er. V. Sed hoc nimis generale est [d]. *Feras*, Be. Pi. Li. חיות [*], quorum multa immunda, Levit. 11. 27 [f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ ἑρπετὰ] *Et reptilia*, Be. Pi. &c. Quàm latè patet hoc nomen vide ad Levit. 11 [g]. שרץ, quo nomine etiam Pisces comprehenduntur apud Hebræos. Horum multa immunda, ut Levit. 11. apparet. ¶ *Et volatilia cœli*] עוף, cujus generis multa item immunda [h].

13. *Occide*, &c.] Id est, macta omnia ista, & de omnibus ede [i]. Cum omnibus libere vescere atque versare, Judæis & Gentibus [k].

14. *Absit*, Μηδαμῶς] *Nequaquam*, Be. Pi. Sic verti solet חלילה, quod alibi, μὴ γένοιτο, alibi ἵλεως· de qua voce diximus ad Matth. 16. 22 [l]. ¶ *Commune*, &c. Κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον] *Commune* (opponitur *sancto*. Vide ad Matt. 15. 11 [m]. *Commune* est quo vulgò utuntur Gentes, non etiam populus Dei sanctificatus [n]. Vel, *Pollutum*, Be. D. aliquo scil. casu, quum alioqui per se purum esset: quædam verò impura erant per se, interdicto illorum usu [o].) vel (vel, *hoc est*, ut Vau [& Græc. ἢ] exegeticum sit [p]:) *impurum*, Pi. &c. Alterum per alterum explicat [q]: *commune, hoc est, immundum* [r]. Nam Sus dicitur טמא, ἀκάθαρτος, Levit. 11. 7. eadem inter κοινὰ, 1 Mac. 1. 50, 65. Narrat Seneca *Tiberii tempore vetita Romæ sacra externa. Signum fuisse, abstinentiam à certis animalibus* †.

15. *Commune*, &c. Μὴ κοίνου] *Nè polluito*, Er. Be. P. sic Ar. *Nè profanes*, Tre. ex Sy. *Nè communica*, V. sic Val. Er. *Nè communia* (vel, *polluta*, Ca. sic Er. Camer. & nefasta [t]) *feceris*, Pi. vel, *dixeris*, Er. Il. Ti. vel, *putato*, Ca. Nè pro pollutis habeto. Locutio est petita è medio, quoties factum pro dicto ponitur; ut in illo Virgilii ex Sileno, *Tum Phaetontiadas musco circumdat*, &c. i. e. canit circumdatas, ut annotavit Linacer Grammaticorum doctissimus [v]. Verba activa, sive effectiva, sæpe declarativè tantum significant, ut Gen. 41. 13. *Me restituit*, &c. Ezec. 43. 3. *Quum veni ad perdendum*, &c [x]. Sic Mat. 16. 19. *ligare & solvere*, pro docere quid ligatum sit & quid solutum [y]. [Sic] verbum טמא, quod hîc vertitur κοινοῦν, propriè est, *polluere*; impropriè pro, *polluto habere* [z]. Sic & Levit. 13. 6, 8, &c [a]. Frequens id in verbis Hebræis [b]. Ità h. l. *Nè profanes*, i. e. profana esse dixeris. *Commune* pro *profano* ponitur, quod indè forsan est, quòd tota rerum natura ob peccatum immunda & profana est, nisi Deo quasi approprietur, & ejus verbo sanctificetur [c]. Potuerat credere Petrus hoc visu indicari tantùm, permitti jam cibos Lege vetitos, quos extra terram Judæam licitè sumi etiam Judæi quidam credidere, quia ratio valetudinis id in Judæa exigebat & in vicinis quibusdam locis: unde & Ægyptii à Sue abstinuere olim, & Æthiopes non Judaizantes à cibis ferme illis omnibus quos Lex vetat. Sed Petrus, quòd *linteum illud de cœlo venisset*

Marginal notes (left column): [v] Med. ib. [x] G. [y] Be. [z] G. [a] Li. 230. [b] G. [c] V. [d] Er. [*] G. [f] Er. [g] Be. [h] Me. [i] G. sim. Ham. [k] Ham. [l] Er. [m] Ga. Pso. c. 23. p. 205. [n] V. sim. Be. Pi. Ham. [o] D. [p] G. [q] D. ex He. sic Li. [r] Li. ex He. † Li. 233. [t] G. [v] Camer. [x] Pi. [y] Be. [z] G. [a] Be. [b] D. [c] Di. [d] Ham. [*] Camer. [f] V. sim. Be. [g] T. [h] Ham. [i] G.

Marginal notes (right column): [k] Li. 234. [l] La. [m] Pi. [n] Ham. [o] G. [p] Idem. [q] Camer. [r] G. † Camer. sic La. [t] La. [v] G. [x] Ham. [y] Be. [z] Be. sim. Li. 234. [a] Be. [b] G. Li. [c] G. [d] Be. [*] G. Li. ib. [g] Be [h] G. [i] G. [k] Ham. [l] G. [m] Pi. [n] G. [o] D. ex Be. [p] D. [q] G. sim. D. Pi. [r] D. † G. [t] Er. [v] Be. [x] Li. 234. sim. Glas. gram. 3. 3. 15. [y] Li. ib. [z] G. sim. Li. Glas. [a] Li. [b] G. [c] Glas. ib. 271.

venisset & in cœlum receptum esset, primùm suspicatus est majus aliquid latere, infra 17: deinde, cùm eodem tempore à Cornelio accerseretur, & à Deo juberetur ad eum ire μηδὲν διακρινόμενος, intellexit quid hîc esset mysterii. Nempe Judæis persuasum planè erat, *per animalia immunda* significari homines impios, ut ostendit Barnabæ epistola producta nobis ad l. 5. De V. R. C. Clemens Strom. 2. 5. Eleazar apud Euseb. Præpar. Evang. Orig. Contra Celsum, & Jos. Albo: ac sicut de animali, ità de tali homine, dicebant, טמא הוא. Hinc intellexit *linteum illud de cœlo delapsum* esse Ecclesiam cœlitus collectam, Apoc. 21. 2. & in cœlum redituram. In hanc Ecclesiam colligi debent non tantùm *animalia munda*, quomodo se Judæi vocabant; sed & *immunda*, quo nomine Judæi appellabant alienigenas; sed nempe postquam cœlesti ope ab idololatria & pravis moribus resipuissent ac pietati se dedissent: quod fecerat Cornelius, ampliúsque facturus erat, & post eum multi alii Evangelio fidem habentes. Hi sunt *quos Deus mundavit*: nec in Ecclesiam involvuntur nisi jam mundati. Vide infrà 34. 35. *Occidere* est, tollere in eis quod restat de veteri homine; *manducare*, sibi adunare[d]. Duo primarii lapides in pariete illo intergerino Judæos inter & Gentes erant *circumcisio*, Gen. 17. & *distinctio ciborum*: quare de utroque contendunt cum Petro Judæi, Act. 11. 3. Ex his posterior magis propria erat & certiùs discriminabat: circumcisi enim erant & Ismaelitæ, &c. soli autem & omnes Israelitæ abstinebant à cibis, &c. Proinde libertas quidlibet edendi aptissimè designabat libertatem versandi cum gente qualibet[*].

16. *Ter*; ità P. Ca. Be. Ἐπὶ τρὶς] *Tertiò*, Er. Il. Æth. V. *Per ter*, Vulg. Mo. Barbarè[f]. *Ad ter*. Sic Latini dicunt, *Ad calendas*, pro circiter[g]. Ter repetitus est totus dialogismus præcedens[h]. Solent visa & oracula quæ penitus animo infigi Deus vult, repeti. Ternarius autem numerus proprius Christianorum: Act. 11. 10. 2 Cor. 12. 8[i].

17. *Et*, &c. Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διηπόρει, &c.] *Cùm autem apud sese ambigeret*, Pi. vel, *hæsitaret* cogitans. Cod. meus vetustiss. habet, Ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ ἐγένετο, διηπόρει, *Ut autem in sese factus est*, i. e. (cùm ad se rediisset, antea nimirum ἐξεστηκώς,) *incertus erat*[k]. ¶ *Inquirentes domum Simonis*] Nempe, *coriarii*, ut suprà v. 6. Ideo v. seq. distinctè dicitur *Simon—Petrus*[l]. ¶ *Astiterunt*; ità Er. Il. Ἐπέστησαν] *Aderant*, Ca. *Præstò fuerunt*, Ti. *Supervenerunt*, P. Be. ¶ *Ad januam*; ità Camer. id est, atrium[m]. Ἐπὶ τὸν πυλῶνα] *Ad vestibulum*, Be. Pi. De hac voce ad Matth. 26. 71[n]. *Ad fores*. Πυλὼν est locus complectens januam, q. d. *Januarium*[o].

19. *Dixit Spiritus*] Sanctus scilicet: Synecd. gen[p]. Deus non per visum, sed per afflatum[q], sive internam inspirationem[r].

20. *Nihil dubitans*] Vel, *hæsitans*, Pi. G. ut infrà 11. 12. nempe ideo quòd illi ad quos accerseris Judæi non sunt. Ità διακρίνειν sumitur Matth. 21. 21. Marc. 11. 23. Rom. 4. 20. Jac. 1. 6. & 2. 4[†]. Διακρίνεσθαι est, *judicio in partes diversas propendere*[t]. ¶ *Ego misi*] Activum pro duplici activo, i.e. *feci ut mitterentur*[v].

21. *Ad viros*] Quæ sequuntur [in Græco textu,] ἀποσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν, sicut in multis aliis Libris desunt, ità & in MS. nec habet Syrus. Articulus scilicet τοὺς satis indicat de quibus agatur[x].

22. *Vir justus*, Δίκαιος] Bonus & honestus[y]. *Probus*. Vide ad Matth. 1. 19. ¶ *Timens Deum*] Verum Deum, quem & vos Judæi colitis, non deos Gentium[z]. ¶ *Testimonium habens*] Ità Er. Æth. Ti. vel, *Testes habens*, nimirum pietatis & probitatis suæ[a]: ut alter ille Centurio huic non dissimilis, Luc. 7. 5[b]. Μαρτυρούμενος] *Bene audiens*, Ca. *Ornatus testimonio*, P. Mo. Be. Pi. ¶ *Responsum*, &c. Ἐχρηματίσθη] *Divinitus* (vel, *Oraculo*, Er. Il. Ti. Ca.) *admonitus est*, P. Mo. Be. Pi. *Dictum est* [ei] *per visionem*, Tre. ex Sy. *Divino responso jussus*, Camer. ut Matth. 2. 12[c]. ubi dicta vide. Χρηματίζω respondet Hebræo דבר apud Jeremiam sæpe[d]. ¶ *Et audire verba*, &c. Ῥήματα, &c.] *Quædam*, Be. Pi. Malim, *verba*. Ῥήματα hîc non sunt πράγματα, sed ἐντάλματα, *præcepta*, nempe, *quid ipsum oporteat facere*; ut suprà v. 6. Sic דברים, *verba*, LXX vertunt ἐντολὰς, *mandata*, Deut. c. 17. v. 19. Jer. 19. 15. Sic אמר, *dixit*, sæpe Hebræis, semper autem Arabibus, valet, *jubere*: quale & illud Luc. 12. 13. *Dic*, i. e. jube. Sy. Ar. & Æth. vertunt *verbum*: quasi ῥῆμα legissent, vel, existimârunt Verbum Dei ob excellentiam dici pluraliter ῥήματα: sicut sacer Codex βιβλία, & λόγια τοῦ Θεοῦ, pro λόγος, Rom. 3. 1[*].

23. *Recepit*, &c. Ἐξένισε] *Participes fecit hospitii sui*, volente Simone coriario[f]. ¶ *Sequenti*, &c. Τῇ δὲ ἐπαύριον] Scil. ἡμέρᾳ, ut v. seq[g]. *Postridie*, Be. Pi. ¶ *Quidam—ex Joppe*, &c.] Ità bene consultum Petro & rei Gentilicæ, ut testes essent rei quæ alioqui Petro invidiam & molestiam crearet[h].

24. *Alterâ autem die*, &c.] Iter ergò biduo confectum dicitur. Rectè: nam Cæsarea à Joppe distat 15 leucis, sive horis[i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους] *Et necessariis amicis*, Be. Pi. &c. q. d. Amicis non omnibus, sed magis intimis, putà necessitudine & propinquitate conjunctis[k]: *affinibus*, nam & hi dicuntur *necessarii*, teste Festo. Et ità hîc sumenda ea vox, cùm *cognatorum* mentio præcesserit[l]. *Et amicis suis sibi peculiaribus*, Ar. in Di. Hos convocavit, ut omnes participes essent gratiæ Dei[m].

25. *Et*, &c. Ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν] *Quum autem factum est ut introiret*, Pi. sic Be. *Cùm in eo esset ut fores intraret*, G. nempe, domûs Cornelii, ut apparet ex v. 27, 28. εἰσελθεῖν, pro εἰσέρχεσθαι[n]. ¶ *Adoravit eum*] Id est, advolvit se ad genua ejus[o]. *Adoravit*, non latriâ[p], non ut Deum aut Angelum[q], sed duliâ[r], adoratione civili[†], profundâ[t], & religiosâ[v]. Judæi quidem & aliæ gentes Orientis eum honorem exhibebant non Regibus tantùm, sed & aliis in dignitate positis: at Græcis & Romanis is mos deorum honori reservatus. Unde intellexit Petrus se Cornelio Angelum putari, quomodo Lystrenses pro diis habuere Paulum & Barnabam, Act. 14. 11, 13. ideo eum honorem Petrus aversatur; quod ostendunt quæ sequuntur ejus verba[x].

26. *Homo sum*] Tibi ὁμοιοπαθὴς[y], tui similis[z], licèt à Deo missus[a]. Ità loquitur Petrus humilitatis & modestiæ studio[b]. Petro in primis illis tenuibus sui Pontificatûs initiis hic honor visus est æquo major & immoderatior[c]. [Aliter visum successoribus Petri.] Imò verò Petrus rem hanc, ut illicitam, improbat, quod & Angelus fecit, Apoc. 22. 8, 9. voluítque suum Deo honorem relinqui intactum[d].

27. *Et*, &c. Καὶ συνομιλῶν αὐτῷ] *Et colloquens* (vel, *pergens*, vel *versans*, Camer.) *cum eo*, Er. P. Be. Ca. Pi. Camer. &c. ¶ *Intravit*] In partem interiorem domûs[*].

28. *Scitis quomodo*, &c. Ὡς ἀθέμιτόν ἐστιν— κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι, &c.] *Judæo nefas esse* (vel, *non licere*, Sy. sim. Æth. vel, *dedecere*, Ar. Vocem ἀθέμιτος habes 2 Mac. 6. 5. & 7. 7. Respondet Rabbinico איסור, *illicitum*[f].) *adjungere se* (vel, *conjungi*, Er. Mo. Ar. *hærere*, Ca. *adhærere*, sive *adglutinari*, Er. *accedere*, Æth. *propiùs adjungere se*, Be. *familiariter convivere*, G. sic Li. Ham. Vide Act. 8. 29[g]. & 9. 26[h]. Id quod in duobus situm erat, *cum iis vesci*, & *eorum ædes ingredi*, Act. 11. 3. Alioqui fas erat cum Ethnicis loqui, ambulare, negotiari, Neh. 13. 16[i].) *aut accedere* (vel, *imò etiam adire*, extra necessarios usus: προσέρχεσθαι נגש[k].) *ad alienigenam*, Be. Pi. Be. &c. i. e. Gentilem[l]: Heb. נכר, Esa. 2. 6. 2 Mac. 10. 2. 5. unde ἀλλοφυλισμὸς, Mac. 4. 13. & 6. 24[m]. Gentes spernebant Judæos, quasi viles, singulares, &c. eósque per contemptum vocabant *verpas*, *recutitos*, *apellas*. Vicissim Judæi abominabantur Gentes, ut infideles, impias, exleges, immundas, cum quibus versari contra jus & fas erat[n]. Non Lege Mosis, sed decreto Sapientum, quod pari loco cum Lege habebatur[o]. Sic scribunt Hebræi, *Sapientes decrevere omnimodos Gentiles pro eis qui perpetuo sanguinis profluvio laborant habendos, quoties de munditia & immunditia quæstio fit*, i.e. ex eorum contactu immunditiam contrahi, & proinde Judæos ab eorum consortio arcendos: quod in Judæis notant Justinus historicus, Apollonius Molo, & verum fuisse palàm asserit Josephus dum rem ipsam ex Græcorum aliquot de peregrinis more pluribus defendit[p]. Sed præterquam quod Deus non talium tantùm decretorum, sed & suæ Legis, est Dominus, cessabat hîc ratio decreti. Decretum factum erat contra idololatras malæque vitæ hominis, qualis non erat Cornelius. Et posthac aggregatio ad Ecclesiam apertissima futura erat

erat nota quâ alienigenæ boni à malis discernerentur[q]. ¶ *Sed mihi ostendit Deus* (nempe v. 15[r].) *neminem* (nempe à Deo mundatum, ut explicat infra v. 35 †. neminem, scil. fidelium, ex collat. Act. 15. 9. & 1 Cor. 7. 14. & Tit. 1. 15 ‖.) *communem aut immundum dicere hominem*] Ac proinde neminem, ut immundum, abominandum esse & aversandum[t]. Hæc erat allegoria animalium[v]: sub quibus constabat intelligi homines, quia hoc ciborum discrimine homines ab hominibus primò & præcipuè discernebantur[x]. De immunditie hîc loquitur non naturali, nec morali, sed ceremoniali, ad quam pertinebat ciborum distinctio, Heb. 9. 10. Judæi sancti erant non fœdere tantùm, sed & ceremonialiter, idque tum circumcisione, tum aspersione sanguinis taurorum, &c. Heb. 9. 13. quorum respectu Gentes immundæ dicuntur, &c. Significat ergò sublatam jam omnem ceremonialem illam immunditiem, neminémque exinde aut ob circumcisionem sanctum, aut ob præputium immundum, dici debere[y]. Petrus h. l. claves habet Regni cœlorum, iisque ostium aperit Gentibus, & id quod in tota politia Mosaica præcipuè & præ aliis ligatum erat, solvit; h. e. discrimen mundorum atque immundorum. Hoc autem facit tum declarativè & authoritate suâ, tum practicè & exemplo suo, cum Gentibus vescendo, &c[z]. *Neminem immundum*, nempe, quoad legalem illam distinctionem, &c. alioqui omnes immundi nascimur[a].

29. *Sine*, &c. Ἀναντιῤῥήτως] *Sine contradictione*, Il. Ti. Ca. Pi. sic Mo. Er. *Sine controversia*, P. *Sine dubitatione*, Vulg. sim. Æth. Ca. *Incunctanter*, Er. *Promptè*, Tre. ex Sy. אין פתגם, Eccles. 8. 11[b]. ¶ *Quam*, &c. Τίνι λόγῳ] *Quâ ratione*, P. Be. *Quam ob causam*, Il. Ti. Ca. Pi. sic G. Ar. Mo. &c. כאשר דבר[c].

30. *A*, &c. Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων] *Nudiusquartus* (vel, *Quarto abhinc die*, Val. Er. V. Sed illud *abhinc* in Græco non est[d]. Ἀπὸ hîc est positum pro מ Hebræo. Sic ממחרת, *postridie*, Levit. 23. 11. Sensus est, *Die ante hoc tempus quartâ*[*].) *usque ad hanc horam* (i. e. ad horam nonam quota nunc est[f]. Phrasis ex medio petita: neque enim horam præsentem declarat, sed duorum diversorum dierum nonam, quod mox ipse explicat: nam καὶ [sequens] ponitur in epexegesi[g].) *eram* (vel, *sedebam*, V. sic Er. Camer. Legebant ἤμην· sed in omnibus Græcis meis editionibus est ἤμην, quæ vox non est adeò poetica quin usurpetur, Act. 11. 5, 17. & Gal. 1. 10[h].) *jejunus*, Be. Pi. vel, *jejunans*, Val. Er. Camer. Di. Illud, μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας malè referunt ad ἤμην νηστεύων. Puto [contra Be.] horam præsentem indicari, & quidem ejus diei matutinam. Sensus, Ad hanc ipsam horam quartus dies est elapsus, quo me jejunio dabam. Vel, q.d. Si à quarto die ad hanc ipsam horam supputes tempus, habes horam quâ me jejunio dabam; exinde horâ nonâ orans vidi: quod idem est atque *quarto ab hac hora*, vel *abhinc*, *die jejunabam*. Similis est phrasis Latinorum, quâ, quum quis præteritis decem diebus est profectus, à decem diebus profectum dicunt, lapsis scilicet ad hoc ipsum tempus quo id dicitur. Responderi hîc puto non ad quæstionem *quamdiu*, quasi jam tum per 4 dies jejunâsset, quum horâ nonâ Angelus appareret; (tunc enim & non intelligeretur ex verbis cujus diei horâ nonâ apparuerit, & ineptè inseruisset, μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας· quæ verba hoc ipsum tempus exprimunt, quo jam loquebatur: at quatriduo antè contigerat visio:) sed ad quæstionem *quando*: ut sensus sit, Quarto abhinc die eum se jejunio dedisse, & ejus diei horâ nonâ contigisse quæ deinceps narrat: id quod cum circumstantiis historiæ quadrat. Vide v. 9, 23, 24. Syrus tamen alteram sententiam sequitur, sic vertens, *Quatuor dies sunt hucusque ex quo jejuno*. At Cornelius dicit, *jejunabam*, non, *jejuno*[i]. Perinde est utro modo intelligas. Forsan verò Cornelius h. l. sequitur Judæorum morem, qui, solennibus saltem diebus, nihil gustabant ante meridiem, quo etiam tempore Petrus fortè ad Cornelium venit[k]. ¶ *Horâ*, &c. Τὴν ἐννάτην ὥραν, &c.] Subaudi κατὰ[l]. *Horâ nonâ orabam*, P. Be. sic Er. Pi. &c. Imitatus in hoc Judæos, supra v. 3. & Act. 3. 1[m]. Beda notat Græcè scriptum, *ab hora sexta usque ad horam nonam*: quo temporis spatio durabat precatio Manaa, i.e. muneris[n]. ¶ *Veste candidâ*] Qui mos Angelis, Act. 1. 10[o].

31. *Commemoratæ sunt*, Ἐμνήσθησαν] *In memoriam venerunt*, Be. Pi. sim. Er. V. &c. Quod suprà dictum, ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον. Simile loquendi genus, Gen. 8. 1. & 19. 29. & 30. 22. & sæpe alibi[p].

32. *Loquetur tibi*] Vel, *tecum*: vel, ellipticè, *dicet cætera*, nimirum pertinentia ad salutem tuam & tuorum[q].

33. *Confestim*, Ἐξ αὐτῆς] Scil. ὥρας[r]. *Eodem momento*, Be. Pi. *Illico*. Sic usurpatur hæc vox & infra 11. 10. Marc. 6. 25. Phil. 2. 23. Utitur & Philo de transnominatis, & Procopius Vandalicis †. ¶ *Bene fecisti*, &c.] Καλῶς ποιεῖν forma est dicendi elegans, quæ facti approbationem continet[t], & gratiarum actionem[v], ut *benignè* apud Horatium, notante bis Scholiaste, Epist. 1. 7. Sic, καλῶς ἐποιήσατε, Phil. 4. 14. καλῶς ποιήσεις, Joh. Epist. 3. 6. Aristophanes Acharnensibus, Καλῶς ποιῶν σὺ τὸ ἦν. Utuntur & Archytas apud Laertium, Demosth. & Dionys. Halicarnass. Sic quod Aristophanes dixit Pluto, Νὴ Δία καλῶς τοίνυν ποιῶν ἀπώλλυτο, Plinius dixit 6. Epist. *Bene fecit Regulus, quòd est mortuus*. Notavit hoc genus loquendi etiam Donatus ad Terentium. ¶ *In conspectu tuo*] Cùm Syrus & Latinus legerint, ἐνώπιόν σε, puto eam lectionem esse vetustiorem; q. d. *in tua sumus potestate*. Idem loquendi genus Ge. 13. 9. לפניך, ubi Græci, ἐναντίον σου eodem sensu[x]. ¶ Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ] *In conspectu Dei*, V. Be. Pi. i.e. conscio Deo[y]: q.d. Testamur Deum, & juramus nos paratos audire & facere, &c[z].

34. *Aperiens*, &c. Magni aliquid dicturus. Sic Mat. 5. 2[a]. ¶ *In veritate* (vel, *Verè*, Be. Æth. Ar. Trc. *Reipsâ*, Er. Il. V. sic Ca.) *comperi*] Vel, *comperio*, Er. Il. Pi. vel, *deprehendo*, P. Mo. Be. &c. nempe, per miracula novámque visionem[b]. Agnoscas ex his verbis Petri ingenium promptum atque sincerum[c]. ¶ *Non est personarum acceptor*] Vide Marc. 12. 14[d]. Heb. לא נשא פנים[*], i. e. *faciem non admiratur*, Deut. 10. 17. & 2 Par. 19. 7[f]. Vel *levat*, sive *accipit*. Alibi dicitur, *non agnoscit faciem*, Deut. 1. 17[g]. Non curat unde quis ortus sit. Vide Ezec. 18[h]. ut scil. Judæos præ Gentibus ad Ecclesiam suam elegerit[i]: acsi dives eleemosynam suis tantùm civibus daret, sed gratiam suam omnibus credentibus offert, &c[k]. Προσωποληψία non in eo sita est ut vel paribus imparia tribuantur, vel imparibus paria; utrumque enim à Deo factum, Deut. 7. 7, 8. & 9. 5, 6. Matth. 20. 10. sed est vel juris perversio, cùm scil. ob rationem quandam quæ personæ inest aliquid tribuitur præter jus & fas: vel præpostera benevolentia, cùm personæ aliquid tribuitur ob conditionem quandam personarum minimè congruam rei quæ tribuitur[l].

35. *In omni gente*] Etiam inter Romanos[m]. ¶ *Qui timet Deum*] *Timor* declarat universum Dei cultum, ut sæpe dictum: qui *sine fide Deo non placet*, Heb. 11. 6. Quare Cornelius jam fidelis erat & in Christum venturum credidit[n]. ¶ *Et operatur justitiam*] Id est, vel, 1. justitiam universalem[o]: q. d. faciens opera virtutis universæ[p]. Vel, 2. eleemosynam, ut Psal. 112. 9[q]. Ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, est ex Psal. 15. 2. יפעל צדק in descriptione ejus qui habiturus est in tabernaculo Domini, quod mysticè ad Ecclesiam refertur. ¶ *Acceptus*, &c. Δεκτὸς] רצון[r], Prov. 10. 24. לרצון, Exod. 28. 38. Luc. 4. 24. Phil. 4. 18. *gratus*, *acceptus*. Sensus in illo, Psal. 33. 18[r].

36, 37. *Verbum misit*, &c.] Nempe, Evangelii †. Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε——εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτός ἐστι πάντων Κύριος. Ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα, &c.] *Quem sermonem* (vel, *Quem nuncium*, G. *Doctrinam quam*, Il. τὸν λόγον ὃν, accipiendum pro, ὃν λόγον[t] ut Matth. 21. 42. λίθον ὃν, pro, ὃν λίθον. Antecedens præponitur relativo more Hebræorum[v]. Idem est quod Hebraicè את הדבר אשר[x]: ubi את, quod Accusativum format, in hujusmodi constructionibus valet pronomen זה, & per Nominativum est reddendum: ut 2 Reg. 9. 24. *Ego & tu sumus* את רכבים *illi qui vehebamur*: Hag. 2. 5. את הדבר וזה, Lxx, τὸ ῥῆμα, pro, וזה הדבר, *hoc est verbum*, &c. Zac. c. 7. v. 7. Annon את הדברים, pro, אלה הדברים, *illa sunt verba quæ clamavit Dominus*? Sic & RR. אותו, *eum*, usurpant pro, *is est*[y]. Al. Secundùm *eum sermonem quem*, Camer. Be. Di. ut subintelligatur κατὰ[z]. Al. *Id quod*, P. Ὃν λόγον, idem est possit quod ὅ, τι, vel, ὅπως, *id quod*. דבר sæpe valet *res*[a]. Al. *Quod attinet ad sermonem quem*. Accusativus positus absolutè[b].) *significavit* (vel, *delegavit*, Camer. *misit*, Er. P. Ca. Pi. Be. &c. Id est, significavit per nuntium ejus rei

causâ

causâ missum : ex Hebraismo, quo ex antecedente intelligitur consequens, ut Marc. 8.11. Luc.3.7 [c]. Vel, *nuntiavit*, Deus per Jesum; ut sequitur. Olim quidem id innuerat exemplis Melchisedeci, Jobi, Naamanis, Cyri : sed per Jesum decretum hoc suum generale aperuit *Israelitis*. Apparet id Matth.8.12. Joh.12.32. quæ tamen verba ipsi Apostoli non plenè assecuti sunt ante has revelationes [d].) *filiis Israel, evangelizans* (vel, *annuntians*, Er.P.Pi. &c. vel, *quum annuntiaret*, nempe Esa. 56. 1. ubi annuntiatur pax sive salus per Christum, sed simul cum mandato operandi justitiam, atque ità dicit eos, & quidem eos omnes, qui justitiæ student Deo acceptos esse : atque ità verè dicit id quod dictum v.35. esse eundem illum sermonem quem Deus jamdudum filiis Israel miserat [*].) *pacem*—(nempe & cum Deo, & inter electos homines, Eph.2.13, &c [f]. *pacem* quam Angeli prædixerant, Luc.2.14. & Christus dedit, Joh.14.27. Nempe Christi Discipuli inter se in summa pace, imò & dilectione, debent vivere; & ad id Christus dat Spiritum suum. In uno linteo, id est, in una Ecclesia, esse debent [g].) *qui est omnium* (rerum, vel hominum : confer Rom.3.29 [h].) *Dominus*. (Οὗτος pro ὃς, demonstrativum pro relativo [i], ut Luc.2.36, 37. & 7.12. Act.8. 26. Vel, *hic*, sive *iste*, *est omnium Dominus*, Be.Pi. ut sit hæc periodus μονόκωλος, & quasi per Epiphonema dictum [k]: & ut hæc parenthesi includantur [l] : quod durum est [m]. *Omnium Dominus*, Matth. 28.20. Ostendit impletum Danielis vaticinium de imperio æterno [n].) *Vos nôstis* (vel, *scitis*, V.&c. Id est, rumore audîstis, ex fama communi confusè, nam distinctè & particulatim ignorabant : undè edocentur hîc à Petro [o]. Nôrunt omnes Christum prædicâsse, & quid prædicavit; quanquam non omnes crederent ipsum aut Messiam esse, aut resurrexisse ex mortuis : quæ duo hoc loco Petrus ostendit [p].) *quod gestum est* (vel, *factum verbum*, Mo. *sermonem divulgatum*, Ti. nempe *negotium quod gestum fuit*, Il. *quæ res acciderit*, Ca. *de quo sermone famâ divulgatum fuit*, V. *verbum*, inquam, *quod factum est*, Er. Ῥῆμα vocat famam de Jesu [q].) *in tota Judæa, initio facto*, &c. Be. &c. vel, *rumore primùm orto à Galilæa*, &c. V. sic Er. Est in loco σύγχυσις [r]. Oratio est Anapodotos : aut Accusativo, τὸ λόγον, abusus est pro Nominativo, *hoc est verbum*; aut, quod malim, τὸ λόγον referendum ad sequens οἴδατε· deinde, quia intercessit Hyperbaton, & item Parenthesis, quod antè dixerat λόγον, aliâ voce repetiit ῥῆμα· ut sic legamus †, *Verbum quod misit* (vel, *Sermonem mandatum*, Camer.) *filiis Israel, annuncians pacem* (vel, *bono nuntio pacis*, Camer.) *per Jesum Christum*, (*hic est omnium Dominus*:) *ipsi nôstis verbum*, inquam, *quod factum est*, &c. Er.Camer.Kn. τὸ [ante γενόμενον] sumitur τεχνικῶς, aut appositivè. *Vos nôstis*, i.e. famâ accepistis, non ignoratis rem adeò vulgarem [t]. ¶ *Post baptisma*, &c.] Vide Act.1.22 [v].

38. *Jesum*, &c. Ἰησοῦν——ὡς ἔχρισεν αὐτὸν, &c.] *Jesum illum à Nazareth, ut unxit eum*, &c. Mo. Hebraismus, pro, ὡς Ἰησοῦν——ἔχρισεν, &c [x]. Ὡς trajectum [y], ut Rom.12.3 [z]. & abundat αὐτὸν, *eum* [a], ex more Hebræorum [b] : relativum quoque, αὐτὸν, suo substantivo, Ἰησοῦν, postponitur, ut Matth.12.36. *Omne verbum*——*reddent de illo rationem* [c]. *Ut* (vel, *Quomodo*, V.) *Jesum*——*unxerit*, &c.Be.V. Al. *Jesum* dico *à Nazareta*, &c.Q. in Be. Al. Ἰησοῦν pertinet ad verbum οἴδατε [d]. Al. *De Jesu*, &c. Sy. in Be. Er. Kn. ut subaudiatur κτ᾽ ante Ἰησοῦν [*]. Al. *Quod inquam attinet ad Jesum*—*quomodo unxerit*, &c. Iterum Accusativus absolutè positus, ut suprà v.36 [f]. Hæc est ἐξήγησις illius famæ de qua loqui cœperat. Respicitur autem locus Esa.61.1. citatus Luc.4.18 [g]. Voce *unxerit* alludit ad nomen משיח, Χριστὸν. Apud Hebræos ungebantur Reges, Sacerdotes, & Prophetæ. Indè factum ut dicantur ungi à Deo, quos ipse donis ac virtutibus imbuit [h]. *Unctio* in festis fieri solebat, erátque indicium lætitiæ, Psal. 45.8. Hinc factum ut prælationem uncti præ aliis significaret, factáque sit ceremonia consecrationis ad munus, &c. Hinc vox *uncti* iis tribuitur quos Deus aliis hominibus præfert, v.g. Abrahamo, & Patriarchis, Psal. 105. & præcipuè Christo, quem Deus *unxit*, &c. Esa.61.1. Luc. 4. 18 [i]. ¶ *Spiritu sancto & virtute*] Est ἓν διὰ δυοῖν, *Spiritu & virtute*, i.e. spiritu potentissimo. Similis Luc. 1.17, 35. Sic & alibi δύναμις pro *Spiritu*, ut suprà 1. 8 [k]. Al. Designat his verbis duo media quibus Deus Christum unxit, nempe descensu Spiritûs super eum, & dono miraculorum, &c [l]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν] *Qui obambulavit* (vel, *perrexit*, Camer. Judæam peragravit [m].) *beneficiis afficiens*, Be. Pi. Pari sensu nomen εὐεργεσίας habuimus Act. 4.9 [n]. nemini malè, sed cuilibet bene, faciens [o]. ¶ *Oppressos*, &c. ità Er.Il.Ca. Καταδυναστευομένους, &c.] *Potestate oppressos*, &c. Mo. Tyrannicè *oppressos*, &c. P. *Sub diaboli potestate redactos*, &c. Be. Pi. Ideo à Dæmonibus corporaliter possessos liberavit, ut intelligeretur etiam genus humanum à Diabolo spiritualiter possessum liberaturus, & verè futurus עשה משפט לעשוקים, ποιῶν κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις, ut est in Psal.146.7. Vide Matth.12.29. Luc. 10.19 [p]. ¶ *Quoniam Deus erat cum illo*] 1. Οὐσιωδῶς, ut Christus explicat, Joh. 10. 37, 38 [q]. per unionem hypostaticam [r]. 2. Ἐνεργητικῶς †, per potentem operationem in miraculis & prædicatione, &c. 3. Per gratiam singularem [t] : Deus eum semper amabat, Matth. 3.17. semper exaudiebat, Joh.11.42 [v].

39. *Et nos testes*, &c. scil. Apostoli [x]. Ἡμεῖς, &c.] MS. ille ὑμεῖς· non malè; ut Petrus distinguat facta ante resurrectionem & facta post resurrectionem, & horum quidem Apostolos dicat esse testes; illorum verò, populum omnem [y]. Sed præfero receptam lectionem, ἡμεῖς, ut Act.5.32. Confer 2 Pet. 1. 16 [z]. ¶ *Suspendentes*, &c.] Vide Act.5.30. Eò minùs Judæi querendum habent de vocatione Gentium, quòd ipse Jesum tam crudeliter tractaverint [a].

40. *Dedit*, &c. Ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι] *Fecit* (vel, *Exhibuit eum*, Er. Ca. &c. *Dedit eum*, Mo. Tre. *Dedit ei*, Sy. *Concessit ei*, Ar.) *ut conspicuus* (vel, *manifestus*, Er.P.Ca. &c.) *fieret*, Be.Pi. tanquam victor mortis [b]. *Fecit eum cognosci*, visu, auditu, tactu, 1 Joh.1.1. Hoc est quod ἐφανέρωσε dicitur, Joh.21.1 [c].

41. *Non omni populo*] Non illis crudelibus Judæis, Joh.14.22. ubi est verbum ἐμφανίζειν [d]. ¶ *Sed testibus præordinatis à Deo*; ità Mo. Τοῖς προκεχειροτονημένοις, &c.] *Delectis*, Er.V.Il.Ti. ut fit per suffragia, Er. *Priùs declaratis*, &c. Camer. vel, *designatis*, Pi. Ca. sim.Be. *Quos priùs suffragio suo designavit*, P. Metaphora καταχρηστική [*]. Quos Deus immediatè designavit, ut Act.1. Antithesis hîc est inter Dei χειροτονίαν & hominum suffragia [f]. Χειροτονεῖν vox est nata quidem in Græciæ civitatibus, ubi manibus sublatis fiebant electiones Magistratuum; sed cœpit paulatim produci longiùs ad quamvis electionem : ità ut Josephus ὑπάρχους dicat χειροτονηθέντας à Cæsare; & Philo τὸν ἄθλων Mosen dicit ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθέντα [g]. ¶ *Nobis*] Sub. *nimirum*, Be.Pi.&c. ¶ *Qui manducavimus & bibimus*, &c.] Quâ locutione designat tantùm convictionem eorum familiaritatémque cum Christo; ut sit consequens pro antecedente : nam Christum post resurrectionem bibisse non legimus [h]. At legimus eum *edisse*, Luc. 24.43. & *prandisse*, Joh.21.12. non certè sine potu : quem tamen exprimere non erat opus, quia potus passim sub cibo comprehenditur, ut Mat.15.2. Confer Luc.7.36 [i]. ¶ *Postquam resurrexit*, &c.] Conjungendum hoc cum fine versûs præced. *Fecit eum manifestum postquam resurrexit*, &c [k].

42. *Ipse*—*constitutus est*—*judex*, &c.] Mat. 25. 31. Joh.5.27, 28. Act.1.11. 2 Tim.4.1, 8. 1 Pet.4.5 [l].

43. *Omnes Prophetæ*, &c.] Vide Luc.24.25, &c. ¶ *Remissionem*, &c.] Vide dicta ad Mat. 26.28. Joh.3.18 [m].

44. *Cecidit Spiritus*——*super omnes*, &c.] Scil. visibili specie, putà linguis igneis, &c [n]. Anticipata rursus gratia, ut Act. 8. 39. & 9. 17. Erat autem hæc dispensatio planè necessaria, ut disceret Petrus, & per Petrum Apostoli, non negandum illis aquæ Baptismum quibus etiam Spiritûs Baptismum Deus impartiret. Minori auctoritate res tam nova obtineri non poterat : docet id nos comma sequens. Ἐπέπεσεν dicitur de Spiritu S. Act.8.16. & 11.15. dicitur & τῶν ὀκνούντων, ut suprà v.10. sic & de timore, Luc.1.12 [o].

45. *Ex*, &c. Οἱ ἐκ περιτομῆς, &c.] *Qui erant ex circumcisione*, Er.V.Be. i.e. ex circumcisis nati, Gal.2.12. Col.4.11. Tit. 1. 10. Περιτομὴ, per transnominationem, *homines circumcisi*, Rom. 3. 30. & 4. 9. Gal. 2. 7, 8, 9 [p]. ¶ *In nationes*] Vel, *Gentes*, Be.Pi.&c. Putabant enim Christum solis Judæis promissum & destinatum, &c [q].

¶ *Effusa*

[c] Be. [d] G. [*] Di. [f] Pi. [g] G. [h] Pi. [i] Di.ex Be. [k] Be. [l] Er. sim. Pi. &c. [m] Be. [n] G. [o] La. [p] Li. 240. [q] G. [r] Camer. † Er. [t] Kn. [v] G. [x] G. [y] Be. Glas. gram.3. 2. 25.219. [z] Be. [a] Be. sic V. [b] Be. [c] Glas. ib. [d] Q. in Be. [*] Kn. [f] Pi. [g] G. [h] Be. [i] Ham. [k] G. [l] Ham. [m] Me. [n] G. [o] La. [p] G. [q] Be. [r] La. † Be. [t] La. [v] G. [x] Pi. [y] G. [z] Pri. [a] G. [b] Ham. [c] G. [d] G. [*] Pi. [f] Be. [g] G. [h] Cam. [i] Di. [k] Cam. [l] G. [m] G. [n] T. & Me. ex La. [o] G. [p] G. [q] La. Me.

¶ *Effusa est*, Ἐξεκέχυται] Eadem vox quæ supra 2.17,33. Respondet Hebræo שפך, Joel 2.28. & copiam ingentem donorum significat [r].

46. *Loquentes linguis*] Vel, *linguis variis*, ut Apostoli & alii in primo cœtu, Act.2.6,11 †: vel, *peregrinis linguis*, Cas. nam ex usu linguæ Græcæ λαλεῖν γλώσσῃ, vel γλώσσαις, non loqui linguâ simpliciter, sed *barbarâ & haud intellectâ linguâ uti* eum, significat [t]; ut 1 Cor.14. Et Clemens Alex. notat barbarorum linguas propriè γλώσσας appellari. Hinc libri Grammaticorum veterum περὶ γλωσσῶν, quibus eas voces explicabant quas Græci auctores ex aliis linguis videbantur sumpsisse [v].

47. *Aquam*, &c. Τὸ ὕδωρ κωλῦσαι] Id sic dicitur sicut, *prohibetis aquas*, apud Ovidium, κωλύειν ὕδωρ, Job 12.15. Et κωλύειν hoc modo cum Accusativo rei positum habes Gen.23.6. Sirac.4.26. Luc.6.29. *Prohibet aquam* Deus cùm imbrem negat: *prohibet aquam* qui non finit bibi, & qui non finit lavari. De quali autem lotione hîc agatur exponunt sequentia [x]. Τὸ ὕδωρ Accusativus aut pendet à præp. subauditâ κατὰ, aut adhæret verbo βαπτισθῆναι, eâ formâ quâ dicimus, βαπτίζομαι βάπτισμα [y]. ¶ *Ut non*, &c. Τοῦ μὴ βαπτισθῆναι, &c.] Sub. ἕνεκα · ut sæpe [z]. *Quominus* (sub. *videlicet*, Be.) *baptizentur*, Be. Respicit verba Christi Mat.28.19 [a].

48. *Jussit eos baptizari*] A suis comitibus [b]: quos verisimile est fuisse ministros [c]. Apostoli ad baptizandos homines etiam aliorum utebantur operâ [d]. Vide 1 Cor. 1.17. Sic Christus per se prædicabat, per Apostolos baptizabat, Joh.4.2 [*]. Facit & qui per alium facit [f]. ¶ *In nomine* (vel, *In nomen*, Be.Bi.) *Domini*, &c.] Putà Baptismo Christi [g]. Ex nomine *Christi* tacitè intelligitur & *qui unxit* Pater, & Spiritus *quo unctus est*. Vide Act.2.38. & 19.2,5. Rom.6.3. Gal. 3.27 [h]. Ἐν τῷ ὀνόματι, pro, εἰς τὸ ὄνομα. Heterosis Hebraica. Confer Act. 8.16 [i]. ¶ *Tunc rogaverunt*, &c.] Cornelius & qui cum eo Petrum rogârunt ut & hospes ipsorum & conviva esset. Qua in re obsecutus est eis Petrus, Act. 11.3. Et sic ostendit Petrus se à Deo solutum præceptis illis Sapientum de vitanda familiaritate cum incircumcisis. Cibis tamen Lege vetitis eum usum non puto: neque enim id ei objicitur capite seq. Nec puto quemquam Judæum ad Christum conversum id fecisse dum patriâ illis frui licuit [k].

[r] G. † G. [t] Cas. fin. Be. [v] Cas. [x] G. [y] Er. [z] Be. [a] Li. 241. [b] La. E.T. sic Li. [c] Li. [d] G. [*] La. [f] G. [g] La. [h] G. [i] Pi. [k] G.

CAP. XI.

1. ET *fratres*] i. e. Cæteri fideles [a]. ¶ *Gentes*] Homines incircumcisi, quos Judæi גוים vocant [b].

2. *Disceptabant*; ità Er. Il. Tre. P. Be. &c. Διεκρίνοντο] *Contendebant*, Ca. sim. Pi. Æth. &c. דנו, *disputabant* [c].

3. *Dicentes*, &c. Λέγοντες, Ὅτι, &c.] Subintellige, *hoc querimur*, G. ¶ *Manducâsti cum illis*] Quod illicitum videbatur [d]: contra decretum Sapientum [*]. Non rogant, Quare baptizâsti eos, aut prædicâsti eis? Hoc enim Christo injurium fuisset, & contrarium præceptis ejus Mat. 28. 19 [f].

4. *Incipiens*, &c.] Ab initio revelationis, quæ sibi contigerat, omnia deinceps ordine exposuit [g].

5. *Eram*, Ἤμην] Frequens vox huic Scriptori, ut Act. 10.30. & infrà v.17 [h].

6. *Considerabam* (vel, *Animadverti*, V.) *& vidi*, Κατενόουν καὶ εἶδον] Κατανοεῖν hîc est *conspicere*, ut supra 7.31. ἰδεῖν, *diligentiùs contemplari* [i].

7. *Manduca*] Sine ullo discrimine [k].

9. *Secundò*; ità P. Be. &c. Ἐκ δευτέρου] *Ex secundo*, Mo. *Rursum*, Er. Tre. &c.

10. *Et*, &c. Καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη, &c.] נעלה. Sic עלה, ἀνέσπασε, Abac. 1. 15. suprà 10.16. pro eodem positum ἀνελήφθη, נלקח [l]. *Et ——— subducta* (vel, *retracta*, Ca. Ar. *sublata*, Tre. *attracta*, P. *recepta*, Mo. *sursum retracta*, Be. Pi.) *sunt*, &c. Er. Il. Ti.

12. *Sex fratres isti*] Qui testari poterant à Deo dona Spiritûs S. in Cornelium & domesticos ejus effusa [m]. ¶ *In domum viri*, Τοῦ ἀνδρὸς] *Viri illius*, Be. Pi. nempe de quo expostulâstis, &c. v.3 [n].

[a] La. Me. [b] G. [c] G. [d] La. [*] G. [f] La. & T. ex Chrys. [g] G. [h] G. [i] G. [k] Ham. [l] G. [m] G. [n] Pi. ex Be.

14. *Quibus* (vel, *Per quæ*, Be. Pi.) *salvus eris*, &c.] Post missum Christum noluit Deus aliam esse viam ad salutem quàm per ejus cognitionem. Ideo Cornelium in illo statu Noachidarum non reliquit. Et nota, non ipsi tantùm, sed & domui ipsius, bene à Deo fieri; ut notat Philo de Abrahamo Angelis ad eum divertentibus [o]. [Verba vide in G.] *Et domus tua*, scilicet si crediderit [p].

15. *Cùm ——— cœpissem loqui*] i. e. *Dum loquor*, ut Act. 1.1 [q]. [ubi dicta vide.] Jam enim Petrus fusè disputaverat, & oratio ejus fini quàm principio propior erat [r]. ¶ *Sicut & in nos*] Nempe die Pentecostes †: vel eodem modo, vel eisdem effectibus [t].

16. *Verbi Domini*, &c.] Sunt propriè quæ sequuntur Baptistæ verba, Matth.3.11. Marc.1.8, &c. Sed quæ Johannes dixerat probavit Christus, Matth. 11. 9 [v]. ¶ *Sicut dicebat*; ità Mo. Ὡς ἔλεγεν] *Quo* (vel, *Quod*, Il.) *dixerat*, Ca. *Cùm diceret*, Be. Pi. Sy. Ar. *Ut dixit*, Er. sic Ti. *Quomodo scilicet dixerit*, P. Nempe Act. 1. 5 [x].

17. *Si*] Vel, *Postquam*, Be. Pi. Εἰ pro ἐπεὶ, vel ἐπειδὴ, ut Act.4.9 [y]. ¶ *Eandem*, &c. Ἴσην δωρεὰν, &c.] *Par* (vel, *Pariter*, Æth. sim. Tre. ex Sy.) *donum*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. ¶ *Ego*, &c. Ἐγὼ τίς ἤμην δυνατὸς, &c.] Pro, ἵνα δυνατὸς ὦ, &c? *Quis ego eram ut Deo possim obsistere?* Deus eos tales vocavit ad salutem, non ego [z]. [Alii sic legunt,] ἐγὼ δὲ, τίς ἤμην, &c. Camer. Di. Temere Beza expunxit δὲ, contra omnium ferè Græcorum Codicum fidem: nec caret emphasi [a]. *Ego sanè quinam*, &c? Camer. sim. Di.

18. *Tacuerunt*; ità Mo. sic Er. Ar. Ti. Ἡσύχασαν] *Desierunt*, Tre. *Quieverunt*, Il. P. Be. Pi. &c. *Acquieverunt*, Ca. Nihil ultrà conquesti sunt, victi vero [b]. ¶ *Ergò*; ità G. Ἄραγε] *Nempe*, Be. Pi. ¶ *Pœnitentiam dedit ——— ad vitam*] i. e. Ut vivant [c]. *Pœnitentiam*, i. e. & tempus [d], & gratiam, & fructum, pœnitentiæ; putà remissionem peccatorum [*]. *Dare pœnitentiam* hîc est, velle ignoscere, dare effectum pœnitentiæ [f].

19. *Dispersi*] Illi de quibus Act.8.1,4 [g]. ¶ *A tribulatione*; ità Mo. Ἀπὸ τῆς θλίψεως] *Ex afflictione*, Er. Be. Pi. &c. *ob afflictionem*, Ca. Ar. ¶ *Quæ facta* (vel, *orta*, Er. Be. Pi. Ca. &c.) *fuerat sub*, &c. Ἐπὶ Στεφάνῳ] *Sub Stephano*, Vulg. [Non placet:] 1. Sub eo res geri dicitur qui imperio potitur [h], ut sub Claudio, v.28 [i]. 2. Id esset, ἐπὶ Στεφάνου ut, ἐπὶ Ἐλισσαίου, Luc.4.27. ἐπὶ Κλαυδίου hîc v.28 [k]. *In Stephano*, Mo. Er. V. *Post Stephanum*, V. D. scilicet lapidatum: ἐπὶ enim cum Dativo *post* significat. Sanè Scholiastes Thucididis, ἐπὶ τούτοις exponit, μετὰ ταῦτα, *postea* [l]. *Ob* (vel, *Adversus*, V.) *Stephanum*, Er. Il. Be. Pi. Di. &c. Sic & Syrus, *super Stephano*; ut Latini dicunt, *super hac re doleo*, i. e. ob hanc rem. Ἐπὶ cum Dativo propriè est *super*, deinde *ob*, *propter*, ut Luc. 1. 29 [m]. *Causâ Stephani*, Ar. ¶ *Usque Phœnicem* (regionem Syriæ, cujus metropolis erat Tyrus [n]:) *& Cyprum & Antiochiam*] Syriæ metropolin [o]. Latius explicat quod breviter dixerat Act. 8. 4. Ex his locis quosdam porrò Silæ & Timothei propinquos in Macedoniam venisse diximus in secundam ad Thessalonicenses. ¶ *Solis Judæis*] Quia sermonem Græcum non didicerant [p].

20. *Cyprii & Cyrenenses*] Nativitate scilicet, sed Judæi educatione & habitatione, ut illi Marc. 15. 21. Act. 4.36 [q]. nati illis in locis in quibus frequens sermo Græcus. Nam Cyprus & Cyrene connexa diu Regno Ægyptio, in quo multus ille sermo, præsertim Alexandriæ [r]. ¶ *Loquebantur & ad*, &c Πρὸς τοὺς Ἑλληνιστὰς] *Ad Hellenistas*, sive *Græcienses*, D. Li. sim. Pi. &c. [Intelligit] vel, 1. Judæos †: quibus quippe solis prædicâsse dicuntur v.19 [t]. origine & religione Judæos, sed alibi natos [v], illâ civitate donatos: nam Antiochia erat urbs Syro-Græca [x]. Qui Græcâ & linguâ & Scripturâ S. utebantur [y]. Vel, 2. Gentiles [z]: nam, 1. *Græcistæ* hîc opponuntur *Judæis* ibi degentibus [a], quorum mentio versu præced [b]. Illud, ἦσαν δέ τινες, &c. arguit exceptionem illius quod dictum fuerat v.19. innuitque istos Ἑλληνιστὰς non fuisse Judæos [*]. 2. Si Judæi fuissent, eam jam tum movissent controversiam, quæ post multos annos mota est, sed per eos qui ex Judæa venerant, Act.15.1,24. Ἑλληνισταὶ ergò hîc latiùs sumuntur quàm Act.6.1 [c]. iidémque sunt qui Ἕλληνες,

[o] G. [p] Ham. [q] G. sic Cas. [r] Cas. † Pi. [t] Ham. [v] G. [x] Pi. [y] Be. [z] G. [a] Di. [b] G. [c] V. La. [d] La. ex L. [*] La. [f] G. [g] G. Ham. [h] D. ex Er. [i] D. [k] Li. [l] D. [m] Di. [n] La. Me. T. [o] La. ex Hi. Me. [p] G. [q] Li. 257. [r] G. † Pi. Li. 258. Ham. [t] Pi. [v] V. e Er. [x] Li. ib. [y] Ham. [z] La. ex L. Hug & Caj. Me. T. sim. Ee. D. G. Cap. [a] La. sim. [b] Be. D. [*] Be. sim. D. [*] Cap. 3885. [c] Be.

Ἕλληνες, *Græci* [d]. Neque tamen τὰ ἔθνη, *gentes* [infideles,] intelligit, sed τοὺς σεβομένους, sive proselytos ex Gentibus*. Fortè *Græcistas* vocat, quia cùm essent Syri & Phœnices, loquebantur Græcè, & imbuti erant sapientiâ Græcanicâ [f]. Certò legendum [h. l.] πρὸς Ἕλληνας, quomodo habet ille in Anglia MS. Et ità legit Syrus; vertit enim, *cum Græcis*, non, *cum Græcè loquentibus*, ut suprà 9.22. Legit eodem modo & Latinus & Arabs. Ἕλληνες jam à tempore Imperii Græci, i. e. Macedonici, dicebantur Judæis omnes incircumcisi, à parte prædominante. Sic sumitur ea vox 2 Mac. 4.36. Et hinc Ἑλληνικὸς χαρακτὴρ, 2 Mac. 4.10. Ἑλληνικαὶ δόξαι, 15. τὰ Ἑλληνικά, 2 Mac. 6.9. & 11. 24. *instituta* scilicet *extranea*: & apud Paulum sæpe. Cæterùm hîc propriè sumi rectè potest: nam Antiochiæ multi erant Græcæ originis. Vide 2 Mac. 6. & ibi dicta. ¶ *Annuntiantes Dominum*] Ejus res narrantes, ut Act. 5.42 [g].

21. *Erat manus Domini*, &c.] i.e. Assistentia, potentia, & cooperatio [h]. Deus per eos virtutem suam exserebat, miracula in doctrinæ confirmationem edendo [i]. ¶ *Conversus est*, &c. Ἐπέστρεψεν, &c.] *Convertit* se, &c. Be. Pi. sic G. &c. Activum pro reciproco [k].

22. *Pervenit*, &c. Ἠκούσθη——εἰς τὰ ὦτα, &c.] *Auditus est hic sermo in aures*, Pi. vel, *in auribus*, εἰς τὰ ὦτα, pro, ἐν τοῖς ὠσὶ [l]. vel, *auribus*, Camer. Pleonasmus emphaticus [m], qualis in illo,——*vocémque his auribus hausi* [n]. ¶ *Miserunt Barnabam*, &c.] Qui & ipse Hellenista erat [o], & Cyprius [p].

23. *Cum——vidisset gratiam Dei*] Cœlitus eis impertitam [q], scilicet Gentilium conversionem piósque mores [r], egregiam fidem, & charismata Spiritûs sancti ipsis infusa †. Per *gratiam Dei* hîc intellige incrementum Ecclesiæ [t]. ¶ *Hortabatur omnes in*, &c. Τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν, &c.] *Proposito* (vel, *Cum destinatione*, Ca. *Firmo proposito*: quomodo πρόθεσις sumitur etiam 2 Tim. 3.10 [v].) *cordis* (vel, *animi*, Ca. Al. *Toto corde suo*, Tre. ex Sy. non metu aut pudore, sed ex animo & liberâ voluntate [x]: propenso corde, firmis animis [y]: non frigidè, nec simulatè, sed sincero & ardente studio [z].) *permanere*, Mo. sic P. Be. Pi. vel, *adhærere*, V. sic Tre. ex Sy. Ca. *ut perseverarent*, Er. Il. *perseveranter adhærere*, V. sic Ti. *Perseverare in eo quod corde* seu *animo suo proposuissent*, Camer.

25. *Ut quæreret* (vel, *requireret*, Be. Pi.) *Saulum*] Amicum veterem & beneficio à se affectum, suprà 9.27 [a]. & Doctorem Gentium [b].

26. *Et*, &c. Ἐγένετο δὲ αὐτοὺς——συναχθῆναι——καὶ διδάξαι——χρηματίσαι τε, &c.] *Factum est* (vel, *Accidit*, Er. V.) *autem ut annum totum convenirent*, vel *congregarentur*, (vel, *consuetudinem agerent*, Er. V. vel, *versarentur*, Camer.) *in Ecclesia* (vel, *cum congregatione*, Er. V. nempe ad sacras synaxes, ad orationem, & ad Dei Verbum audiendum [c]: ut sacros cœtus agerent [d].) *docerèntque turbam multam, & discipuli nominarentur* (vel, *cognominarentur*, Er. Il. *nuncuparentur*, Ti. sic Ca. *appellarentur*, V. sic Mo. sim. Tre. ex Sy. Ar. vel, *cognominarent*, sub. *se*, ut patet ex Joanne Antiocheno, qui sic scribit, *Augustus* ἐχρημάτισεν ἑαυτὸν οὕτως, &c. *ità se cognominavit, Augustus, Cæsar, Triumphator*, &c *.) *primùm Antiochiæ* (ubi sedes fuerat Regni ejus quod *Magog* Ezechieli, *Septentrionale* Danieli; & eversum erat ante adventum Christi secundùm oracula *.) *Christiani*, Pi. Be. &c. vel, *& discipulos vocarent Christianos*, Er. Græcorum more, qui à magistris discipulos nominabant, ut *Pythagoreos, Platonicos, Aristotelicos, Epicureos* [f]. Antea dicebantur *Discipuli* [g], Act. 1.15. *Credentes*, Act. 5.14. *Fratres*, Act. 11.29. & apud incredulos Judæos, per contemptum [h], *Nazaræi* [i], & *Galilæi* [k]: jam *Christiani*, à Christo, cui nomen dederant [l]. Utitur hîc novo verbo χρηματίσαι pro ὀνομάζεσθαι: & Activo verbo abutitur pro Passivo, ut Latini dicunt, *audit Doctor*, id est, appellatur [m]. Verùm χρηματίζω activè quoque sumitur, Rom. 7. 3. & in Oecum. & Epiphan [n]. [quorum verba vide in Ham.] χρηματίζειν pro *nominari* est vox melioris Græcitatis: quam & Polybius non semel usurpat, scriptor Lucæ lectus; & Paulus, Rom. 7.3 [o]. Sed & Joannes Antiochenus, qui verba faciens de publicata edicto Cæsaris libertate Antiochiæ, sic scribit, χρηματίζει ἡ μεγάλη, &c. *Ideo Antiochia magna computat in illius honorem à Caio Julio Cæsare, & hunc annum Æræ suæ primum statuit.* Hæc itaque Æra peculiariter dicta erat χρηματισμὸς τῆς Ἀντιοχέων, quoniam in hac publicatione Imperator ἐχρημάτισεν ἑαυτὸν, *adscripsit se Dominationis juri*, & ἐχρημάτισεν αὐτοὺς, *adscripsit eos Privilegiis & Immunitatibus*. Ab hoc usu verbi Antiocheno, & hoc sensu politico, intelligendus est S. Lucas, qui erat Medicus Antiochiæ, qui etiam hoc verbo innuit novum hoc nomen publicè & solenniter fuisse impositum [p]. Judæi & Gentiles jam coalescunt in unam Ecclesiam, ac proinde diversa illa nomina veluti abrogantur, & communi donantur nomine, cóque novo quod Dominus eis dedit, juxta Esa. 65.15 [q].

28. *Agabus*] עגב [r], nomen obvium, Esd. 2. 46 †. unde Græcum ἀγάπη. ¶ *Sub Claudio Cæsare*] Meminere Suetonius & Dion Claudio, & Josephus 20.2 [t]. Vel, 1. anno Claudii secundo, ut testatur Dion Cassius lib. 60. *tunc*, inquit, *erat* λιμὸς ἰσχυρὸς, *fames ingens* [v]. Vel, 2. anno ejus quarto [x]. Vel, 3. anno utroque: famem enim per plures annos durare novum non est [y].

29. *Prout*, &c. Καθὼς ηὐπορεῖτό τις] *Prout cuique suppetebat*, Er. P. Be. Ca. &c. *Secundùm copias suas*, Camer. כמצאת ידו די, Levit. 25.28 [z]. Pro modo facultatum suarum: Hoc Luc. 11.41. τὰ ἐνόντα, pro, κατὰ τὰ ἐνόντα: & 1 Cor. 16.2. ὅ, τι ἂν εὐοδῶται: & 2 Cor. 8. 11. ἐκ τοῦ ἔχειν: quomodo in præceptis Delphicis, καθὼς ἔχῃς, θυσίαζε: & apud Plutarchum, θεοὺς ἀπὸ τῶν παρόντων τιμᾶν †. ¶ *Proposuerunt*, &c. Ὥρισαν——εἰς διακονίαν πέμψαι, &c.] *Decreverunt* (vel, *Proposuerunt*, Il. Ti.) *in ministerium* (vel, *subministrationis causâ*, Be. Pi. ad verb. *in ministerium*, id est, ut ex eo possent Diaconi pauperibus subvenire: omnia enim ritè & ordine administrari oportuit: quamobrem etiam dicuntur hæc ad Presbyteros misisse [a]. Al. *opitulandi gratiâ*, Ca. *in subsidium*, Er. Il. P. Di. sic Ti. Sy. *ad levamentum pauperum*, G. Id διακονία dicitur [b], Act. 6.1. Rom. 12.7 [c]. 2 Cor. 8.4. & 9.1,12,13 [d]. & 11. 8*. Sic Heb. 6. 10. διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις, &c. *quum subsidio fuistis sanctis & estis*. Non hîc Diaconos respici arbitror, sed ipsorum piorum ac liberalium affectum exprimi qui suâ liberalitate διακόνησαν, *ministrârunt*, &c [f].) *mittere* (sub. *aliquid*, Be. Pi.) *habitantibus in Judæa*, &c. Mo. &c. Qui pauperes fermè erant. Quare sæpe eos Paulus modò Achæis, modò Macedonibus, commendat [g].

30. *Mittentes ad seniores*; ità Be. Pi. &c. Πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους] Id est, vel, 1. ad Apostolos [h]: vel, 2. ad Presbyteros & primores fidelium, præsertim Diaconos; horum enim erat eleemosynas distribuere [i]: nam verisimile est Apostolos jam Hierosolymis discessisse [k]. Hæc prima est *Presbyterorum* in Ecclesia mentio [l]. Judæis זקנים dicti non solùm qui judiciis publicis, sed & qui Synagogis singulis, præerant. *Presbyteros* vertit lex secunda Codice Theodosiano de Judæis: in alia lege dicuntur *Patres Synagogarum*: Totum autem regimen Ecclesiarum Christi conformatum fuit ad Synagogarum exemplar. Sed & apud Græcos, *veteres*, ait Halicarn. Dionysius, l. 2. *solebant* πρεσβυτέρους *vocare* καὶ τοὺς ἀρίστους καὶ γέροντας [m], *& Rectores & Senes*. Ità sumitur & vox Hebræa זקנים, quæ ut *senes* significat, ità & Præfectos, ut Gen. 50.7. Exod. 3.16,18. & 4.29. Deut. 31.28, &c. Aptè ergò hæc vox, πρεσβύτεροι, designat *Rectores* Ecclesiæ Christianæ: eâque voce & hîc & alibi in N. T. designari puto non *Presbyteros*, (ut hodie vocamus,) sed *Episcopos*; & hoc loco Episcopos intelligit diversarum urbium sive fratrum in Judæa, v. 29. non autem Presbyteros duntaxat Ecclesiæ Jerosolymitanæ, quia fames erat per totam Judæam, non tantùm Hierosolymæ. Nec sanè liquet ullos secundi illius ordinis, quos *Presbyteros* vocamus, eo tempore institutos fuisse, sed tantùm Episcopos & Diaconos [n]. [De quo qui plura velit, adeat Cl. authorem.] ¶ *Per manus Barnabæ*, &c.] Id est, *Per Paulum & Barnabam eò missos*. Pro *per* Hebræi dicunt ביד [o].

CAP.

[d] La. Cap. 3885. * Be. [f] La. [g] G. [h] La. Me. [i] V. [k] G. [l] D. [m] Camer. sic D. [n] D. [o] Li. 258. [p] La ex Caj. [q] T. sim. La. [r] Me. † T. sim. La. [t] G. [v] Idem. [x] Er. [y] V. [z] Be. [a] G. [b] Li. 258. [c] Me. sim. La. [d] La. * Greg. not. cap. 36. pag. in Append. crit. 2831. * G. [f] Idem. [g] Ca. Li. 293. [h] Li. [i] Li. D. &c. [k] Camer. [l] D. sim. Er. &c. [m] Er. [n] Ham. [o] G.

[p] Greg ib. [q] Li. 292. [r] G. D. † D. [t] G. [v] Li. 131. [x] Cap. 3889. Euseb. in Li. [y] Li. chron. 92. [z] G. † Pri. [a] Be. [b] G. sim. Di. [c] G. [d] G. Di. * G. [f] Di. [g] G. [h] La. ex Oecum. [i] La. Me. [k] La. [l] G. sic Ham. [m] G. [n] Ham. [o] G.

CAP. XII.

1. Misit, &c. Ἐπέβαλεν —— χεῖρας] Injecit (vel, Intulit, sive Admovit, Camer.) —manus, &c. Pi. sic Er. Be. &c. Id est, cœpit affligere [a], regiâ scilicet autoritate abutens, indictâ causâ [b]. Hebræum est, שלח יד, quod sæpe vertitur ἐπιβάλλειν χεῖρα, nonnunquam ἐκτείνειν & significat studium alicui rei impendere, Gen. 3.22. Deut. 12.7. & alibi [c]. Ἐπιβάλλειν χεῖρα vel absolutè positum, vel sequente Infinitivo, significat, aliquid conari, sive aggredi, ut Gen. 3.22 [d]. Herodes, non Ascolonita, qui infantes in ortu Christi occidit, nec Antipas, qui Baptistam decollavit, & Christum illusit [*]; sed Agrippa [f], major scilicet, sive primus [g], pater istius Agrippæ, Act. 25. & 26 [h]. filius (vel nepos ex Aristobulo [i]) Magni Herodis; ex qua familia quotquot erant, communi nomine Herodes vocabantur [k]. Hunc forsan incitavit zelus ipsius pro ritibus Mosaicis Josepho memoratus [l]. ¶ Ut, &c. Κακῶσαι] Solet sic verti ענה Hebræum [m]. Ut infestaret, Pi. ¶ Quosdam, &c. Τινὰς τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας] Quosdam ex Ecclesia, Be. Pi. sic Er. Vulg. &c. Id est, Ecclesiasticos [n], scilicet præter Jacobum & Petrum [o]. Æthiopicus vertit, præpositos domûs Dei, id est, Ecclesiæ. Putavit ergò aut per Ecclesiam hîc intelligi Synedrium, aut aliud esse τινὰς ἀπὸ, &c. cui allatæ Versiones respondent; aliud τινὰς τῶν ἀπὸ, &c. Certè, οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, significat Stoicos; οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, Peripateticos; οἱ ἀπὸ βήματος, concionatores: sic, τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, putavit esse τῶν ἐκκλησιαστῶν, quosdam Ecclesiastarum, sive præfectorum Ecclesiæ, quales Jacobus & Petrus, quorum mox fit mentio. Perpende [p].

2. Occidit Jacobum] Præsidem Ecclesiæ Hierosolymitanæ, cui suffectus est statim Jacobus alter Alphæi filius, frater Jesu Christi dictus [q], qui eam rexit per 13 aut 14 annos: vide Act. 21.18. Jo. Antiq. 20.8 [r]. Filium Zebedæi [†], filium tonitrui [t], id est, eximium inter Apostolos, eóque Herodi suspectiorem. Ità contigit ei calix ille de quo Christus erat locutus, Matth. 20.23 [v]. Probabile est, cæteros Apostolos absuisse Hierosolymis, &c [x]. ¶ Gladio] Id est, Decollavit eum [y]. Antiquitus Reges hoc solo supplicio in sontes utebantur. Hæc Hierosolymis acta sunt. Nam præter alias Tetrarchias etiam Judæam propriè dictam à Claudio Agrippa accepit, teste Josepho, 9.4. Vide infrà v. 19 [z].

3. Videns—quia placeret, &c.] Vel, quòd gratum esset, V. &c. Herodis posteri Herodis Magni exemplo omnes actus suos in id dirigebant, partim ut Cæsaribus, partim ut populo Judaico, grati essent, rectúmne esset quod agerent, an non, planè securi. ¶ Apposuit, &c. Προσέθετο συλλαβεῖν, &c.] Locutio Hebræa, qualis Luc. 20.12. & alibi [a]. Perrexit comprehendere, Er. P. Il. Be. Pi. &c. Comprehendit insuper, Ca. correptione violentâ [b]. ¶ Erant autem dies Azymorum] Initium τῆς ἑορτῆς, sive octo dierum Azyma incipiunt ante Pascha, ut diximus ad Matth. 26.18 [c]. Hoc addit, ut indicet, 1. causam cur non ilico occisus esset Petrus; sive quia festum cæde maculare nolebat [d]; sive quia tumultum in illo populi concursu metueret [*]: 2. perversitatem Judæorum tunc odio ardentium, &c. quum Deo vacare deberent, & malitiæ fermentum expurgare, &c [f].

4. Quatuor quaternionibus, &c. ità Er. Mo. Be. &c. Τέσσαρσι τετραδίοις, &c.] Quater quaternis, &c. P. Ca. Pi. Sexdecim, &c. Tre. ex Sy. La. Me. In Glossis, τετράδιον, quaternio. Quaterni per vices eum servabant [g]. Ut singulis noctis vigiliis, hoc est, ternis horis, quatuor advigilarent custodes [h], & prioribus fessis quatuor integri & recentes succederent [i]: duo juxta ipsum, duo ad ostium, positi [k]: & forsan eâdem catenâ Petrus cum custode copulatus est [*], ut olim factum monet Seneca, Epist. 5 [†]. Tam arctè eum custodivit, quia audierat eum facere miracula, & olim è carcere per Angelum eductum, Act. 5.19 [||]. ¶ Volens post Pascha (Post diem eum quo Agnus edebatur, qui ob lætitiam exemptus suppliciis [l], quem funestare noluit, utpote Judaismi studiosissimus [m]:) producere eum, Ἀναγαγεῖν] Id hîc, & mox προάγειν est, producere, publico ostendere [n]. Producere, vel in publicum tribunal, ut causam ejus discuteret,

[a] Camer. [b] Ec. [c] G. [d] Ham. [*] La. [f] G. ex Sy. Pi. Ti. La. Me. L. &c. [g] Cap. Er. [h] Be. [i] Be. Camer. [k] G. [l] Li. 317. [m] G. [n] Camer. [o] Ec. [p] Di. [q] Cap. 3887. [r] Cap. 3899. [†] G. Camer. T. [t] La. G. [v] G. [x] La. [y] Li. chron. 93 ex He. [z] G. [a] G. [b] Camer. [c] G. [d] La. Me. sic Li. [*] Li. 322. [f] La. [g] G. [h] La. ex Occum. sic Li. 322. [i] Me. ex La. [k] Li. ib. [*] Me. sic Li. [†] Me. [||] La. [l] G. [m] La. [n] G.

eúmque damnaret; vel in theatrum, ut eum publicè morte mulctaret [o]. ¶ Populo] Ut ad libitum cum enecaret [p], eo genere mortis quo luberet [q].

5. Oratio, &c. Προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς, &c.] Oratio, sive Precatio, —assidua, Camer. sic P. Be. Tre. ex Sy. Mo. vel, continua, Ca. sic Ar. prolixa, Er. V. sine intermissione, Er. Il. Ti. Ham. ex Aug. Rectè omnes [r]. Hesychius enim ἐκτενείαν esse docet, ζωντανῶς ποιεῖν τὸ αὐτὸ, continuò idem facere [†]. Vel, accurata, Camer. sive, intenta, aut intensa, Er. V. Camer. Ham. Di. id est, vehemens & fervida. Vide Luc. 22.44. Rectè quoque hi: nam Hesychius ἐκτενὲς vertit etiam διατεταμένον, intensum [t]. Glossarium, Ἐκτενέστερον, enixiùs. Malim tamen assiduitatem quàm intensionem hâc voce notari. Occurrit illa Act. 26.7. 1 Pet. 1.22. & 4.8 [v].

6. Producturus eum] Ità Er. P. Be. Ca. &c. nimirum ad supplicium [x]. ¶ Dormiens, &c.] Securè quiescens in Dei providentia [y]. ¶ Inter duos milites, vinctus, &c.] Vides quàm anxiè sit custoditus, ut cui nè cubare quidem soli licuerit, quíque non unâ catenâ vinctus fuerit, sed duabus; & præter hæc ad fores aliis appositis custodibus [z].

7. Astitit, Ἐπέστη] Supervenit, Be. Pi. Idem loquendi genus quod Luc. 2.9. & 24.4. ¶ Lumen, &c.] Ut Act. 9.3 [a]. ¶ In, &c. Ἐν τῷ οἰκήματι] In carcere, Be. Pi. Sic Hesychius, οἴκημα, δεσμωτήριον [†]. Ad verb. habitaculo, vel conclavi, Pi. Synecdoche generis [b]. Sic honestiore voce carcerem, authore Solone, Athenis dictum fuisse testatur Plutarchus. Syrus hîc, In tota domo: malim, in ea parte in qua vinctus erat Petrus [c]: solus enim Petrus vidit [d]. ¶ Percusso (vel, Pulsato, Be. Pi.) latere, &c.] Ut solent qui aliquem volunt excitare [*].

8. Præcingere; ità Pi. sic Be. Περίζωσαι] Cingulum circumdato, Camer. Adstringe tunicam, ut erat moris, Jer. 13.1. Cubaverat Petrus in tunica [f]. Judæi gerebant vestes longas, quas ituri aut operaturi cingebant, & si vestibus non depositis essent dormituri, cingulo detracto laxabant [g]. ¶ Et, &c. Καὶ ὑπόδησαι, &c.] Et subliga sandalia, &c. Be. Pi. sic P. Mo. &c. vel, caligas, Vulg. Non ineptè [h]. Glossarium, σανδάλιον, caligula. Et Dio Caligulam sic dictum notat quòd στρατιωτικῷ ὑποδήματι usus sit. Ergò caligæ sunt ὑποδημάτων εἶδος [i]. Vel, soleas, Er. V. D. Est genus quoddam calceorum quòd plantas modò, aut calces, muniat [k]. Vide dicta ad Marc. 6.8. ¶ Circumda, &c.] Jam & pallium impone tunicæ, ut exituri solent [l].

9. Nesciebat, &c.] Ut Admetus apud Euripidem [m]. [Verba dat G.] Res nova erat, & maxima, ac proinde incredibilis. Confer Psal. 126.1 [n].

10. Transeuntes primam & secundam custodiam] Φυλακὴν Latinus rectè custodiam vertit. Suidas, Κουστωδία, τὸ τῷ δεσμωτηρίῳ ἐπικείμενον στράτευμα· nec aliter Hesychius [o]. Videtur duplex hæc custodia extra ostium carceris, at intra portam ferream, versata [p]. Vox φυλακὴ sumitur, vel, 1. passivè, pro carcere, &c [q]; vel, 2. activè, pro custodibus: cui favet usus vocis, &c [r]. ¶ Quæ ducit ad civitatem] E carcere in Hierosol [†]. ¶ Ultro, &c. ità Er. Il. &c. Αὐτομάτη, &c.] Sponte, Tre. P. Pi. sic Be. Ca. Spontanea, Mo. nempe ope Angeli [t]. Αὐτομάτως fieri dicitur quod fit sine labore humano. Vide Levit. 25.5, 11. 2 Reg. 19.29. Marc. 4.28. Sic αὐτοδίδακτον vocat Homerus eum quem Deus docuit. Sic αὐτομάτῳ πνεῦμα, Sap. cap. 17. v. 6 [v].

11. Ad se, &c. Γενόμενος ἐν ἑαυτῷ] Factus in seipso, Mo. Ubi ad se redierat, G. sim. Er. P. Be. Ca. Pi. &c. stupore excusso [x]: præ quo quasi extra se fuerat [y]. Apud se non esse dicunt Latini eum qui ità perculsus est ut sui non sit compos [z]. ¶ Nunc scio, &c.] Sentiebat in se impletum illud Esa. 21.14 [a]. ¶ Et de omni (vel, tanta, Ca.) exspectatione] Ità Er. P. Mo. Be. &c. id est, à supplicio exspectato [b]. Syrus, de omni machinatione [c]. ¶ Judæorum] Non eorum tantùm qui Hierosolymis habitabant, sed & qui Paschatis causâ eò convenerant [d].

12. Consideransque; sic Mo. Συνιδών τε] Quod cùm intellexisset, Sy. sim. Ar. Reque perpensâ, sive consideratâ, Er. Il. Ti. V. P. Be. Pi. apud se, Be. Considerato ubi locorum esset, quæsivit proximam domum fidorum sibi [*]. Ac sciens, Ca. periculum unde ereptus fuit, & beneficii

[o] La. [p] La. sic Ham. [q] La. [r] Di. [†] Di. Ham. [t] Di. [v] G. [x] Camer. [y] La. Me. [z] G. [a] Idem. [†] Di. [b] Pi. [c] Be. [d] Me. [*] G. [f] Idem. [g] Me. [h] D. sim. Cas. [i] Cas. [k] D. [l] G. [m] Idem. [n] La. [o] G. [p] Di. [q] Q. in Li. [r] Li. 324. [†] G. [t] T. sim. La. [v] G. [*] Idem. [y] Be. sic La. [z] Be. [a] G. [b] V. [c] La. [d] G. [*] Idem.

magnitudinem[f]. ¶ *Mariæ matris Joannis qui cognominatus est Marcus*] Mater hîc à filio, ut notiore, appellatur. Sic Matt. 20. 20. & 27. 56. Marc. 15. 40. *Joannem* autem hunc *Marcum* cur alium esse putem ab eo qui scripsit Evangelium, dixi ad initium illius Evangelii. ¶ *Ubi multi congregati*, &c.] Multi enim cœtus & multis in domibus habebantur[g]. *Multi*, & ii quidem ex privatis, neque ut coactus Ecclesiæ cœtus, ut liquet ex versu 17[h].

13. *Ostium januæ*, Τοῦ πυλῶνος] *Vestibuli*, Be. Pi. &c. Ostium illud quo area domui præjacens claudebatur. Vide Matth. 26. 71. Act. 10. 17[i]. *Januæ*, Vulg. Hoc melius, ex usu LXX, qui pro פתח השער, *ostium portæ*, aut *Januæ*, dicunt τὼ θύραν τῦ πυλῶνος. Vide Jud. 18. 16, 17. Ezec. 40. 12. Et simpliciter השער, *portam*, vertunt πυλῶνα, ibid. & 1 Paral. 26. 13. Sic & infrà v. 14. *Non aperuit* τὸν πυλῶνα, id est, januam, non vestibulum, ut res ipsa docet. Glossarium quoque, πυλὼν, *janua*. Quæres, quid ergò differunt θύρα & πυλὼν ? quod apud Hebræos פתח & שער, quæ K. sic distinguit, *Quicquid*, inquit, *porta est extra valvas* פתח *vocatur, quia illud semper patet: at* שער, *porta, vocatur omne illud quod est extrorsum & introrsum, cum valvis & limine exteriori, quatenus illud junctum est postibus & limini superiori*[k]. ¶ *Ad videndum*, Ὑπακοῦσαι] *Ut subauscultaret*, Er. P. Be. Pi. sic Mo. Ca. Ut ex voce cognosceret quis esset[l], nè quem temere admitteret[m]: pii enim tunc in maximo erant metu[n]. Al. *Ut responderet ei*, Sy. & Ar. in Di. Non spernendum[o]. Sæpe enim pro ענה, *respondere*, LXX dicunt ὑπακοῦσαι ut Cant. 5. 6. vide & Esa. 50. 2. & alibi sæpe; ubi ὑπακούειν respondet τῷ καλεῖν, nec est aliud quàm vocanti dicere se adesse, & rogare quid velit. Favet illud v. seq. *cognovit vocem Petri*: at certum est, eam non subauscultando, sed alloquendo, pulsantis vocem elicuisse. Et qui ad fores accedit daturus pulsanti responsum, dicitur ὑπακούειν, in Plut. Symposio. Quin & pro κρούειν usurpatur τὸ φωνεῖν, ut Act. 10. 18. καὶ φωνήσαντες ἐπυνθάνοντο, *& quum vocâssent rogabant*, cui sanè τὸ *respondere* optimè quadrat[p]. ¶ *Rhode*, Ῥόδη] Hebraicè חבצלת, Cant. 2. 1. Multa mulierum nomina à floribus, herbis, arboribus, ut *Susanna* à *lilio*, *Hadassa* à *myrto*. Græcum nomen Ῥόδη est etiam in Menandri fragmentis[q].

15. *Insanis*] Deliras[r]: Syrus, *perterrita*, *perculsa*, *es*, scil. ex imaginatione vehementi: terror enim facit hominem emotæ mentis†. ¶ *Affirmabat*; ità Er. Mo. Διϊσχυρίζετο] *Asseverabat*, P. Ti. Be. Pi. *Contendebat*, Tre. ex Sy. sic Ca. *Institit asseverans*, Ar. ¶ *Angelus ejus est*] Ex opinione Magistrorum, de qua diximus ad Mat. 18. 10. Vide Gen. 48. 16[t]. Hujusmodi visis assueverat eo tempore Ecclesia, quæ etiam novit fideles præsidio Angelorum esse circumseptos[v]. *Angelus* qui speciem ejus assumpsit[x]. Al. Angelus custos ejus[y]. Hinc colligitur, cuique hominum (à prima nativitate[z]) Angelum suum custodem à Deo deputatum esse†. Sed multa obstant: 1. Si Angelus hic fuisset custos Petri non tamen certus quidem & peculiaris Angelus hîc denotabitur; ut cum dicitur *medicus*, aut *famulus*, *Regis*, aut *excubitor*, &c. non certum quempiam intelligimus, &c. 2. Si ità esset, quorsum, quæso, Angeli custodes figuram, vocem, gestum eorum quorum custodes sunt, assumerent[a]? 3. Et unum Angelum multis hominibus advigilare legimus, & multos Angelos homini uni[b], ut Lazaro, Luc. 16[c]. Al. Ἄγγελος, hoc loco, non est *spiritus*, sed *nuncius*[d], ut vox sæpe sumitur, ut Matt. 11. 10. Luc. 7. 24, 27. & 9. 32*. q. d. *Nuncius est ab eo missus*, de eo aliquid nunciaturus[f]: ut solent qui in vinculis sunt nunciorum operâ uti, qui significent quo in statu res suæ sunt[g]. Sed huic sententiæ obstat quòd illa *vocem Petri agnovit*[h]. At in eo non impetravit fidem. Petri injectâ mentione à Petri nuncio, putârunt Rhoden seciùs rem accepisse[i].

16. *Perseverabat pulsans*] Vel metuens deprehendi, vel desiderio ardens fratres revisendi[k].

17. *Annuens*, &c. Κατασείσας, &c.] Vox est bene Græca, quam & alibi Lucas usurpat, Act. 13. 16. & 19. 33. & 21. 40. Ovidius autem sic circumscribit, —*qui postquam voce manuque Murmura compressit*. Persius, —*calidæ fecisse silentia turbæ Majestate manûs*. Heliodorus, τὴν χεῖρα προτείνας, &c. (*manum protendens*, &c[l].) [Sic vertunt,] *Annuens autem* (vel, *Innuebat*, Tre. ex Sy. Ar. sic Er. &c. *Cùm significâsset*, Ti. ad verb. *Cùm decussisset*, id est, cùm decussione manûs significâsset se hoc cupere[m]:) εἰς *manu*, Mo. Tre. &c. *suâ*, Tre. ex Sy. vel, *manu motâ*, Er. Il. Κατασείειν est, motâ deorsum manu quidpiam significare, ut docet Budæus[n]. ¶ *Ut tacerent*, Σιγᾷν] Pro, εἰς τὸ σιγᾷν. ¶ *Nuntiate Jacobo*] Fratri, id est, consanguineo, Domini, cujus est quem habemus Epistola. Josephus hunc vocat fratrem Jesu[o]. ¶ *Et fratribus*] Id est, collegis & senioribus, in quorum cœtu πρόεδρος erat Jacobus, Act. 15. 4. & 21. 18[p]. Iis qui in eo loco tunc non aderant. Multis enim in locis cœtus habebant, nè nimia multitudo in unum conglobata suspectiores eos faceret. ¶ *Abiit*, &c.] Nè fortè ibi quò multi convenerant quæreretur[q].

18. *Turbatio*; ità Er. Mo. &c. Τάραχος] *Tumultus*, P. Be. Pi. *Contentio*, Tre. ¶ *Quidnam*, &c. Ti, &c.] *Quidnam Petrus factus esset*, Mo. Er. Forsan suspicabantur eum metamorphosi mutatum in aliud quiddam, ut credit stultum vulgus magicis artibus homines verti in aves aut genios[r]. Γίνεσθαι est, *aliud fieri*, *mutari*, ut Mat. 4. 3. Joh. 2. 9. Alii locutionem hanc, quæ insolentior videtur, ità salvant: Ut dicitur Matt. 27. 22. Τί οὖν ποιήσω τὸν Ἰησοῦν; ità etiam dici possit, Τί ποιεῖ ὁ Ἰησοῦς; sive ὁ Πέτρος; & pro ποιεῖν, ἐγένετο. Vide Possel. Append. reg. 8. Verb. cum Accusat. Vide & Marc. c. 15. v. 12 †. *Quidnam factum esset Petro*, Be. Pi. vel, *de Petro*, Er. *Quònam devenisset Petrus*, V.

19. *Inquisitione*, &c. Ἀνακρίνας, &c.] *Inquirens custodes*, Mo. *Examinatis custodibus*, Er. &c. *Quæstione de eis habitâ*, G. sic P. Be. Ca. Pi. nemper per Regem in judicio[t]. Vide Act. 25. 26. & 28. 18[v]. ¶ *Jussit*, &c. Ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι] *Jussit* (sub. *eos*, P. Be. &c.) *duci*, Er. G. V. vel, *abduci*, Er. Camer. Pi. *agi*, Ca. *rapi*, P. Be nempe *ad supplicium*, G. sic P. Mo. Er. V. Be. &c. ad mortem[x]. Romano more loquitur. Seneca, De ira, 1. 16. *Confundit tribunal furens Piso, ac jubet duci utrumque*[y]. Hesychius, Ἀπάγεσθαι, εἰς θάνατον ἕλκεσθαι[z]. *Præcepit ut morerentur*, Tre. ex Sy. ¶ *In Cæsaream*] Hujus itineris meminit & Josephus, 19. 7[a]. ¶ *Ibi*, &c. Διέτριβεν] *Morabatur*, Tre. sic Er. P. Mo. Be. &c. sub. *ibi*, Er. P. Be. &c. Ellipsis, ut Act. 14. 3. Alioqui, εἰς τὴν Καισάρειαν, διέτριβεν, hîc valeret, ἐν τῇ Καισαρείᾳ διέτριβεν, ut Act. 19. 22. εἰς τὴν Ἀσίαν χρόνον ἐπέσχε, id est, ἐν τῇ Ἀσίᾳ, & Act. 18. 21. *Festum* εἰς Ἱεροσ. ποιῆσαι, pro, ἐν Ἱεροσ[b].

20. *Erat*, &c. Ἦν δὲ ——— θυμομαχῶν] Hanc quoque vocem de Polybio sumpsit Lucas: utitur & Diodorus Siculus, & alii: significátque, *pugnaturire*[c]. *Erat autem —iratus*, Mo. Tre. ex Sy. sic Ar. vel, *infensus*, Er. Il. Ca. V. *infenso animo*, Be. Pi. *iratè*, seu *acerbè*, *pugnans*, Val. At nondum indixit bellum[d], *animo bellum agitabat*, P. Ti. sim. Er. V. Plutarchus, *Etsi nihil relatu dignum præstaret Demetrius*, ὅμως ἐθυμομάχει, *tamen animo infenso bellum meditabatur contra ipsos*[*]. ¶ *Tyriis & Sidoniis*] Quæ civitates tunc sub Romanis erant, sed cum umbra aliqua libertatis. ¶ *At illi*, &c.] Legati ex communi utriusque civitatis decreto[f]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πείσαντες, &c.] *Et persuaso* (vel, *illecto*, Pi. *inducto*, Ca.) *Blasto*, Be. Utentes Blasti operâ[g]. ¶ *Qui erat super cubiculum*, &c.] Ità Mo. &c. Hoc officio fungentes Suetonius & in Nerone, & in Domitiano, *cubicularios* vocat: quo nomine etiam de privata domo agentes utuntur Cicero & Jurisconsultus Alfenus. Dicunt & Græci posteriores κουβικουλάριος, ut Leontius Scholasticus in Epigrammate, Cedrenus, Menander protector, Etymologici scriptor. Codinus dixit, κοιτωνάρχην[h]. ¶ *Pacem*] At bellum nondum indictum est. Εἰρήνην ergò dixit, ut Latini *pacem*, cùm veniam intelligunt; ut Plauto *deorum pacem exposcere* passim dicuntur qui veniam ab eis petunt[*]. ¶ *Eò quòd*, &c. Διὰ τὸ τρέφεσθαι ——— ἀπὸ τῆς βασιλικῆς] *Eò quòd aleretur regio ipsorum ex regis*, sive *regia*, Er. P. Be. &c. sim. Mo. Ca. &c. sub. *annona*, vel *pecunia*, vel *alimonia*, Er. V vel, *ditione*, Tre. *regione*, Il. Zeg. *agro*, P. Ca. Pi. Sive hoc intelligendum sit de commercio gentis Judaicæ, sive de salario[i]. Nè Herodes, frumenti exportatione prohibitâ, eos fame conficeret[k]. Territorium Sidonis & Tyri angustius erat quàm ut illas civitates populosas alere frumento suo & vino posset: itaque opus habebant ex Judæa, Galilæa, & aliis regionibus

Marginal notes, left column: f Me. · g G. · h Be. · i G. · k Idem. · l G. sim. Be. Camer. · m G. · n Be. · o Di. sim. Ham. · p Di. · q G. · r La. Me. · † La. · t G. · v Be. · x Li. 325. · y La. Me. T. &c. · z T. · † T. La. Me. ex Chrys. &c. · a Cam. · b Li. 324. · c Cam. · d Q. in Fe. Cam. Ham. · * Ham. · f Be. · g Cam. · h Li. ib. · i Cam. sim. Ham. · k Me. · l G.

Marginal notes, right column: m Pi. · n Be. · o G. · p Be. · q G. · r Er. · † Sch. · t Be. · v G. · x Pri. sic La. Me. T. ex Chrys. · y G. · z Pri. · a G. · b Pri. · c G. · d Er. · * Sch. · f G. · g Ca. · h G. · * Heins. · i V. ex Er. · k Me. sim. La. T.

bus quæ Herodis erant, talia coemere. Vide quæ diximus ad Esa. 23. 18[l].

21. *Statuto autem die*, ità Er. P. Mo. Be. &c. Τακτῇ, &c.] Forsan festo die à Deo statuto, Hebr. מועד, id est, χρόνον τακτὸν, Job. 12. 5[m]. *Die ad hoc constitutâ*, G. nempe ut negotium ipsorum tractaret[n], secundâ nempe ludorum quos exhibebat in honorem Claudii Cæsaris: ità Josephus, 19. 7[o]. *Die celebri*, sive *solenni*, Di. ex Tre. vel, *certo*, Tre. & Di. ex Sy. Ca. sive, *quodam*, Di. sive, *noto*, Ar. sive, *uno*, Æth. qui scil. suum in dierum serie habuit ordinem[p]. ¶ *Veste regiâ*] Ex argento rarâ arte textâ, quæ Solis radiis in eam incidentibus splendorem de se edebat admirabilem: idem Josephus. ¶ *Pro tribunali*] Βῆμα hîc est, *suggestum positum in theatro*, ut ex Josepho discimus. Omnis locus editior βῆμα Græcis dicitur, ut & Syrus בים, quâ voce Syrus Interpres hîc utitur. ¶ *Concionabatur*, &c. ità Be. Pi. &c. Ἐδημηγόρει] Singulari quâdam facundiâ[q].

22. *Populus*, &c.] Principium facientibus aulæ assentatoribus. ¶ *Dei*, &c.] Hebræi eam revelationem quæ per vocem fiebat vocabant בת קול, quâ voce hîc Syrus utitur: id his verbis Herodi tribuunt assentatores, Θεὸν προσαγορεύοντες, ait Josephus. Non erat Hebræis mos Reges *Deos* appellare, ob periculum vocis, cunctis ferme circùm populis Reges partim vivos, partim mortuos, colentibus honore eo qui diis erat proprius. In collegio toto Senatorum non idem erat periculi: itaque eos, non autem Reges, invenimus dictos אלהים[r].

23. *Percussit eum Angelus*, &c.] Gravi dolore circa cor, & per ventrem omnem †, plagâ lethali, viscerum scil. torminibus, teste Josepho; item corporis putrefactione & fœtore, unde vermes ebullierunt[t]. In morbis immittendis sæpe Angelorum ministerio Deus utitur, Exod. 12. 27. 2 Sam. 24. 16[v]. *Angelus*, scilicet malus à Domino[x]. ¶ *Quòd non dedisset honorem Deo*] Adulatorum voces reprimendo[y]; sed eum sibi arrogâsset. Peccavit tacendo, quòd tacitè assensus est, &c[z]. Non reliquit Deo illibatum suum honorem: non fecit quod Petrus, Act. 10. 26. & Paulus, &c. Act. 14. 14, 15[a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος, &c.] *Et erosus à vermibus exanimatus est*, Be. Pi. P. &c. יעך, ut suprà 5. 5. Ad exemplum Antiochi, 2 Mac. 9. 9. ostendit sic Deus iis qui plus homine spirant, homines eos esse, id est, vermium escam[b]. Ad verb. *factus vermivorus*, &c. Σκωληκας autem Marcellus in Dioscor. testatur non tantùm ad ventris animalia, sed & ad alios vermes, in quavis parte corporis genitos, pertinere posse[c]. Obiit pthiriasi, sive morbo pediculari[d], ut Lucius Sylla *: imò erosus fuit vermibus veris, non pediculis; hi enim vivis, non mortuis, infesti sunt, quin & morituri hominis corpus deserunt[f]. Planum est, non φθειριῶντα, sed σκωληκιῶντα, hoc est, *verminantem*, sive *vermiculantem*, obiisse[g].

24. *Crescebat*] Accessionibus[h], multâ hominum fruge. Verbum enim Evangelicum Germini comparatur[i]: à multis recipiebatur. Metaphora[k].

25. *Reversi sunt*] Scil. Antiochiam[l], ut habet Syrus[m], & editio Complutensis[o], & duo exemplaria[p]. ¶ *Expleto ministerio*] Ità Er. P. Be. Pi. &c. sub. *suo*, Di. ex Sy. & Ar. cujus mentio suprà[q], Act. 11. in fine[r]; id est, officio sibi demandato deferendi eleemosynas Hierosolymam. Hîc tamen, ut Act. 11. 29. per διακονίαν intelligi possit subsidium, seu id quod Gentes subministrârant: ut sensus sit, *Quum complevissent*, id est, plenè tradidissent, *subministrationem*, id est, subministratas à Gentibus eleemosynas. Phrasis qualis 1 Sam. 18. 27. *Et complevit ea Regi*, id est, plenè Regi injuncta præputia tradidit †. Cùm subvenissent pauperibus Judææ ex pecunia Antiochiæ collecta, Act. 11. 29, 30[t]. ¶ *Joanne*, &c.] De quo suprà v. 12[v].

l G. · m Di. · n Ham. · o G. · p Di. · q G. · r Idem. · † G. ex Jo. · t Me. ex La. · v G. · x Heins. ex Jo. · y Be. · z La. · a G. · b G. · c Be. · d Q. in Be. Er. sim. Camer. · * Er. · f EA. 2. 4. 18. 583. · g Heins. · h V. · i G. · k Pi. sim. Be. · l V. La. Cap. &c. · m La. · o Camer. · p Be. · q Camer. · r V. · † Di. · t G. sim. Pi. Cap. Ham. · v G.

CAP. XIII.

1. IN, &c. Κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν] *Apud existentem ecclesiam*, Mo. *In ecclesia* (nempe Christianorum[a]) *quæ erat*, Er. Ti. P. Be. Ca. G. &c. sub. *ibi*, G. Ti. sic P. Be. &c. *In vera ecclesia*, quæ opponitur τῇ μὴ οὔσῃ, seu *non veræ*, quæ erat eorum qui Circumcisionem urgebant, Act. 15. 1, 2, 24. Quòd autem ὤν, significatione nominali, *verum & legitimum* significet, ad Joh. 10. 12. ostensum est[b]. Phrasis est notatu digna, q. d. *Secundùm statum præsentis ecclesiæ*, qui tales Doctores propheticos adhuc exigebat[c]. ¶ *Prophetæ* (*instructi prophetico dono*) quod à Malachiæ temporibus ad tempora Christi cessaverat. Tales qualis Cæsareæ Agabus[d]: *Prophetæ* propriè dicti: nam id donum tunc datum constat ex Act. 2. 17. 1 Cor. 14*. Qui Divino Spiritu afflati futura prædicebant[f]. Al. Explanatores S. Scripturæ[g], nempe ex revelatione Spiritûs: nonnulli quoque futura prædixerunt, ut Act. 11. 28. & 21. 10, 11[h]. *Prophetæ* & *Doctores* hoc loco iidem sunt[i].) & *Doctores*] A Prophetis & ordinariis pastoribus distincti, 1 Cor. 14. & Eph. 4[k]. qui Scripturas interpretabantur & fideles docebant[l]. Sicut in Synagogis primus Senum is erat qui docebat populum, & רבי, aut ממנה, vocabatur; ità in Ecclesia Christiana τῷ πρεσβυτέρῳ idem erat munus: iidem sunt πρεσβύτεροι οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ, 1 Tim. 5. 17. In magnis urbibus, qualis Antiochia, sicut multæ erant Judæorum Synagogæ, quia omnes in unum locum coire non poterant, tantis spatiis divisi; ità plures Christianorum conventus: singulis suus Magister, qui & τῶν ἀρχόντων dictus ὁ διδάσκαλος, sicut Hebræis הזקן הגדול. In rebus magnis Magistri ex omnibus urbis regionibus coibant; ut hîc[f]. ¶ *Simon qui vocabatur Niger*, Νίγερ] Quo distinguebatur à Simone Petro, & Simone Cananita[g]. Cognomen Latinum ei à Romanis datum. Habes nomen idem in Dioscoridis initio. Etiam Imperii affectator quidam sic dictus[h]. ¶ *Lucius Cyrenæus*] Cyrene ortus, &, ut videtur, institutus in collegio Cyreniaco Jeros. Act. 6. 9. ibique primùm Evangelium amplexus. Lucam Evangelistam hunc esse nonnulli sentiunt, non temere. Vide Rom. 16. 21. & ibi dicenda †. ¶ *Manahen*, Μαναὴν] Emendo, *Manahem*[i]: מנחם[k], *consolator*, nomen tritum apud Hebræos[l], ut in Libro Juchasin. Græca vox nulla in μ terminatur. Non observârunt id LXX, qui Judæis scribebant. At Lucas, qui etiam ortu Græcis scribebat, μ mutavit in ν, vicini soni literam[m]. Forsan hic filius erat illius *Menahem*, qui (ut refert Juchasin, fol. 19.) erat Propræses Synedrii sub *Hillele*, sed indè discessit in ministerium Herodis Magni, & cum ipso 80 viri primarii: unde & pater & filius apud Herodem gratiosi erant[n]. Syrus hic habet *Manail*. Nun enim & Lamed, literæ linguales, facilè permutantur. מנאל valet, *Quid est Deus*[o]? ¶ *Herodis*, &c. Ἡρώδου—σύντροφος] *Herodis Tetrarchæ* (nempe Herodis Antipæ, qui Baptistam occidit[p]: vel, Agrippæ Minoris, qui filius illius Agrippæ cujus mors jam narrata, non Judææ, ut puto, sed Chalcidi primùm, deinde & aliis quibusdam regionibus, præfuit, Tetrarchæ nomine[q].) *collactaneus*, Vulg. Er. Σύντροφος, *collactaneus*, in Glossis. Exstat vox *collactanei* apud Ulpianum. De fœmina *collacteam* dixere Juvenalis & Capella. At vocabulum σύντροφος latius patet, significatque *eum qui à prima ætate cum altero educatus est*; ut 2 Mac. 9. 29. atque ità utuntur Plato, Plut. & alii: nec aliter hîc accepit Syrus[r]. *Qui fuerat unà educatus* (vel, *nutritus*, Ar. Ca.) *cum Herode*, &c. P. Be. Pi. Syrus in Tremel. *filius educationum* (Boderianus, *educationis*, malim, *educatorum*, vel *nutritiorum*.) *Herodis*, qui sub iisdem cum Herode fuit educatoribus †, ejusdem nutricis lacte lactatus[t].

2. *Ministrantibus*, &c. Λειτουργούντων, &c.] *Cùm illi sacrificarent*, Er. vel, *operarentur*, Ti. sic Ca. vel, *sacris operarentur*. Nullum autem sacrificium Deo gratius quàm impartiri doctrinam Evangelicam[v]. Vel, *ministrarent*, Il. P. sim. Mo. id est, prædicarent[x]; vel, Evangelium annunciarent[y]. Vel, *fungerentur munere suo*, Be. Camer. scil. docendi & prophetandi. Nam paulò antè Doctores & Prophetas fuisse dixerat[z]. Vel, *precarentur*, Sy. & Ar. in Be. Λειτουργεῖν sign. *publicum munus obire*[a]: unde Magistratus λειτουργὸς dicitur, Rom. 13. 6[b]. Innuere videtur jejunium solenne fuisse, forsan ob famem, &c[c]. Verbum λειτουργεῖν satis latè patet: sed cùm addatur *jejunium*, rectè puto Syrum & Arabem hoc loco sumpsisse in *precandi* sensu: conjungi enim solent Preces & Jejunium, Matt. 17. 21. Luc. 2. 37. Act. 14. 23. 1 Cor. c. 7. v. 5. ideóque צבא Hebræum modò vertitur λειτουργεῖν

a G. · b Sch. · c Li. chron. 93. · d G. · * La. · f Me. · g Lor. in La. sim. Be. · h Pi. · i Lor. in La. · k Pe. · l Me. · f G. · g Li. chron. 93. · h G. · † Li. 93. · i D. · k D. G. · l D. · m G. · n Li. chron. 94. · o Di. · p Camer. La. Me. · q G. · r Idem. · † Di. · t La. Me. · v Er. · x Be. ex Chrys. · y V. · z Pe. · a V. sim. Be. · b Be. · c Li. chron. 94.

λειτουργεῖν, modò ὑμνεῖν[d]. Al. Licèt λειτουργία significet *ministerium* in genere, tamen antonomasticè hìc significat sacrificium Missæ[*]. Sed hoc ridiculum est[f]. ¶ *Dixit—Spiritus*, &c.] Instinctu interno[g], per Prophetas istos[h]. ¶ *Separate mihi*, &c.] Tanquam primogenitos. Nam in lege de Primogenitis, Exod. 13. 12. est, ἀφορίσεις[i]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς] *Ad opus quod* (vel, *ad quod*, Er.P.Be. Pi.&c.) *advocavi* (vel, *accersivi*, Er. Il. &c. *elegi*, Æth. *destinavi*, G. sic Ca.) *eos*, Mo. &c. Non opus est repetere εἰς ante ὃ. Plena est constructio, quia ὃ regitur à sequente πρὸς[k], [in ὃ προσκέκλημαι,] resolvique potest in πρὸς ὃ κέκλημαι αὐτούς[l] sicut infrà v. 31. τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ, pro, τοῖς ἀναβᾶσιν σὺν αὐτῷ[m]. Verbum regit Accusativum vi præpositionis, more Græcorum. Item Præteritum passivum usurpatur in significatione activa[n]; προσκέκλημαι, pro, προσκέκληκα, vel, προσεκαλεσάμην, ut Act. 16. 10[o]. *Ad opus*, &c. scil. Evangelizandi ubique Gentibus[p], murúmque intergerinum prorsus diruendi. Opus maximum, nec sine Dei mandato atque missione suscipiendum. Hinc colligitur, illud antea notum fuisse, hos Doctores Gentium futuros[q]. Metaphora à Principibus qui ad se vocant quorum operâ uti volunt, &c[r]. Hi duo jam quidem secretò, & quasi in actu inchoato, designati erant Apostoli Gentium; jam in actu completo, & publicè, ad id munus deputantur & mittuntur[†].

3. *Imponentésque eis manus*] Invocantes Dei opem ad impositum ipsis ministerium. Vide Act. 6. 6[s]. Hoc præstiterunt Simeon, Lucius, & Menahen; ut apud Judæos ordinatio Seniorum facta est per Triumviratum, sive per tres Seniores, Sanhed. per. 1. hal. 3. Secunda hæc est ab initio Evangelii ordinatio quæ Spiritum Sanctum non contulit, & prima ordinatio Seniorum extra terram Israel; quam Deus exemplum esse voluit ad ordinandos ministros in futuris temporibus[v]. ¶ *Dimiserunt eos*, Ἀπέλυσαν] i. e. *Vale illis dixerunt*. Sic Matth. 14. 15, 22, 23. & 15. 23[x].

4. *Abierunt Seleuciam*] Ibi quoque visuri exstinctum Regnum Magog; ut suprà diximus, Act. 11. 26[y]. Vel, quia hæc erat urbs frequens & celebris, & vicina Antiochiæ[z], & opposita Cypro[a], quò jam profecturi erant, ut sequitur: erat enim portus, teste Strabone[b]. Tradit Volaterranus Seleucum urbes 16 vocâsse *Antiochias*, in honorem patris Antiochi; à se 9 *Seleucias*; à matre Laodicea 5 *Laodiceas*; ab uxore Apamia 3 *Apamias*[c]. [Quæ observatio usum suum habet non contemnendum in Scriptoribus sacris profanísque intelligendis & conciliandis.] Hæc erat in Cœlesyria[d]: erat *Seleucia Pieriæ*, quæ est prima urbs Syriæ à Cilicia, Strab. lib. 14. Plin. 5. 12[*]. ¶ *Cyprum*] Quia ex Seleucia commodus erat trajectus in Cyprum[f]. Cyprus & patria erat Barnabæ, Act. 4. v. 36. & regio Judæis refertissima[g].

5. *Salaminam*] Urbem quam Teucer ex patriæ suæ dixit nomine, *Ambiguam tellure novâ Salamine futuram*, ut canit Horatius[h]: urbem Cypri[i], præcipuam[k], ad latus Orientis, & Syriæ, unde solverant, oppositam[l]: postea dictam *Constantiam*, nunc *Famagosta*[m]. ¶ *In synagogis Judæorum*] Ab his enim semper incipiunt, quamvis ad Gentiles missi[n]. Multi in Cypro Judæi. Hieron. in Chron. Eusebii ad tempora Trajani, *Salaminam Cypri, interfectis in ea gentibus, subvertêre Judæi*[o]. ¶ *Johannem*] De quo Act. 12. 25[p]. ¶ *In*, &c. Ὑπηρέτην] *Ministrum*, Pi. *Subservientem*, Be. *Ministrantem*, Pi. ad verb. *Subremigem*, Be. sub. *ipsis*, Be. Pi. scil. Apostolis quasi gubernacula obtinentibus[q]: obeuntem minora munera, ut in Ecclesia Diaconi. Vide quæ ad Luc. 4. 20[r].

6. *Et*, &c. Διελθόντες δὲ τὴν νῆσον] *Peragratâ verò insulâ*, Be.Pi. In MS. ὅλην τὴν νῆσον[†], quia ab Oriente ad Occidentem usque venerant[t]. ¶ *Paphum*] Urbem Poetis celebrem[v], olim Veneri sacram[x]: destructuri Veneris cultum[y]. ¶ *Magum*] Quales plurimi erant ex Judæis, qui præstigiis suis miracula Christi in contemptum adducere sategerunt. Talmud Jeros. agit de ipsorum incantationibus. Shab. fol. 8. col. 2, 3. etiam *in nomine Jesu*, ib. 14. 4[z]. ¶ *Barjesu*, Βαριησοῦ] *Filius Jesu*, sive *Josuæ*, alicujus. Talia nomina sunt *Barjonæ*, *Bartholomæi*, aliáque facta πατρωνυμικῶς[a]. Syrus habet, בר שומא, id est, *filius inflationis*, qui scilicet instinctu

[d] G. · [*] La. · [f] Calv. · [g] La. Me. · [h] G. sic La. Me. T. · [i] G. · [k] Di. · [l] Di. sim. Pi. G. · [m] Di. · [n] Pi. · [o] Be. · [p] La. Me. T. sic Li. · [q] Li. chro. 94. · [r] Be. · [†] T. · [s] G. · [v] Li. ib. · [x] G. · [y] Idem. · [z] La. Me · [a] T. · [b] Li. ib. · [c] La. · [d] T. · [*] Li. ib. · [f] Me. · [g] Li. ib. · [h] G. · [i] Pi. Be. Camer. &c. · [k] Camer. · [l] Be. · [m] La. Me. sim. Be. · [n] Li. chro. 95. · [o] G. · [p] G. La. Cap. · [q] Be. · [r] G. · [†] Idem. · [t] G. sim. Er. · [v] Me. · [x] Camer. · [y] G. · [z] Li. · [a] G.

Dæmonis inflatus vaticinatur: vel, *filius ulcerum*, q. d. qui ulcerum curationem profitetur. Heb. בר ישוע, *filius salutis*, qui salutis sanitatísque conferendæ artem profitetur[b].

7. *Cum proconsule*] Ità Er. Mo. Ca. P. Tre. ex Sy. &c. Be. Camer. &c. Magistratu Romano[c], vicario Consulis[d], qui potestate consulari Provinciam administrabat[*]. Sed hìc occurrit difficultas. *Hæc enim provincia erat Prætoriana*, ait Strabo, l. 14. p. 470. ideóque à Prætore, non à Proconsule, administrata. Quî ergò hìc ἀνθύπατος, *Proconsul*, Cypri[f]? Resp. 1. Hic erat Proconsul Ciliciæ, cui etiam Cyprus jam suberat, teste Sigon. 1. 14[g]. Sed hìc *honor Cyprum unà cum Cilicia regendi, tribus tantùm concessus est, Lentulo, Claudio, & Ciceroni, & post Ciceronem ablatus est*, ut idem ibi addit[h]. Resp. 2. Est κατάχρησις[i]. Vox hìc latè sumitur[k]: propriè enim qui Cypro præerat vocabatur ἀντιστράτηγος. Sed non mirum est, Græcos ista permiscuisse, aut potiùs, ut egregii erant adulatores, nomen quàm honorificentissimum dedisse Provinciarum Rectoribus[l], huic præsertim, quia tres illius decessores, ut dictum, hoc titulo gaudebant[m]. Generale nomen est *Præsidis*; quo & hìc latinè uti licet[n]. Al. *Cum Proprætore*, Be. Pi. *Apud tribunum*, Ar. ¶ *Viro prudente*; ità Pi. Pri. Συνετῷ] *Intelligente*, Be. *Ingenioso*, vel *Docili*, sive *Docto*, Camer. ¶ *Desiderabat*, &c.] Ex dono Dei[o], qui eis, quibus fidem & gratiam destinat, priùs tale desiderium injicit[p].

8. *Resistebat*; ità Er. Mo. Tre. Ἀνθίστατο] *Obsistebat*, P. Be. Pi. *sceleratè* & totis viribus[q]. ¶ *Elymas*, Ἐλύμας] Hoc alterum erat nomen illi qui modò dictus *Barjesus*[f]. ¶ *Magus*, &c. Ὁ μάγος· οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται, &c.] Id est *magus*, (*ità enim explicatur nomen ejus*,) Be. Pi. id est, Ἐλύμας significat μάγον, nempe Arabum linguâ: nam עלימא, *magi*[†]. Unde Arabem hunc fuisse non malè conjeceris[t]. Ἐλύμας, id est, עלימא, à עלים, *magus*, sive *sapiens*: nam *Magus* in linguâ Persarum, *sapiens*[v]. Confirmatur hoc ex Arabica Pentateuchi interpretatione, ubi pro Hebr. חרטום est עלמא, Gen. 41. 8. Exod. 8. 19. &c[x]. Sed malim Ἐλύμας esse interpretamentum nominis Βαριησοῦ. Lucas dicit, *nomen ejus*: at quodnam erat nomen ejus? id v. 6. dixit, *cui nomen Βαριησοῦ*. Ἐλύμας Heb. aut Chald. חלומא, *sanator*, à חלם, *sanare*, nec discrepat à בר ישוע, *filius salutis*. Nec insolens est, aut ח per ε reddi, ut in חנוך, Ἐνώχ, &c; aut terminationem א in ας mutari, ut in ברנבא, Βαρναβᾶς, &c. Fuit porrò Magorum genus Judæis apprimè invisum: unde lex apud ipsos, *Qui discit quicquam à Mago, reus est mortis*[y]. Forsan *Elymas* hìc dictus est ex nomine gentis, non artis, ut Latinis *Chaldæus*: est enim Elymais Persidis pars, & *Magorum* nomen Persicum esse constat[†]. De hoc loco ἐπέχω. Non puto sensum esse, quòd qui proprio nomine *Barjesus* vocabatur, per antonomasiam fuit *Elymas*, sive μάγος, appellatus, quia nomen hoc ibi usitatum erat. Est in Diod. Sic. l. 20. *Elymas*, Rex Libyæ, quem à magiæ peritia sic dictum verisimile non est, &c[z]. ¶ *Quærens* (vel, *Studens*, Be. Ca. *Cupiens*, Tre.) *avertere*, &c.] Ità Er. P. Mo. Pi. &c. ad verb. *pervertere*, id est, pervertendo abalienare, *à fide*, Christiana scilicet; ut articulus innuit[a]: impedire nè crederet Evangelio[b].

9. *Saulus autem (qui & Paulus)*] Qui, ex quo cum Romanis conversari cœpit, hoc nomine, à suo non abludente, cœpit à Romanis appellari. Sic qui *Jesus* Judæis, Græcis *Iason*; Hillel, *Pollio*; Onias, *Menelaus*; Jakim, *Alcimus*. Apud Romanos Silas, *Silvanus*, ut Hieron. notavit; Pasides, *Pansa*, ut Suetonius in Crassitio; Diocles, *Diocletianus*; Biglinitza soror Justiniani, Romanè, *Vigilantia*. Sic & nomina Persica à Græcis nonnihil immutari dixit Strabo l. 12. idémque nunc facere Turcas Leunclavius[c]. *Saulus* & *Paulus* ità differunt ut *Jesus* & *Jaso*, *Tarphon* & *Trypho*, &c. Paulus ab initio binomius erat[d], ut plerique Judæorum[*], Hebræis שאול, Græcis, qui Romanis jam nominibus magis assueverant, *Paulus*. Et notandum, Lucam qui eum nunquam antea *Paulum*, nunquam deinceps *Saulum* vocare, sed *Paulum*; vel, 1. quia hinc incipit Apostolatu suo defungi apud Gentes, inter quos hoc nomen illi perpetuum fuit[f]; ut faciliùs & blandiùs se Romanis & Græcis, quasi re & nomine Romanus, insinuaret. Vel, 2. quia hoc nomen occasione

[b] Di. · [c] Me. · [d] La. · [*] La. Me. T. · [f] Ham. · [g] Baron. in Ham. · [h] Ham. · [i] G. · [k] Ham. · [l] G. · [m] Ham. · [n] G. · [o] E. · [p] La. · [q] Be. · [f] G. · [†] G. sim. Be. D. · [t] G. · [v] D. · [x] Be. · [y] Di. · [†] Be. · [z] Cas. · [a] Pi. · [b] G. · [c] Idem. · [d] Q. in Be. · [*] D. · [f] Be.

occasione Proconsulis jam acceperat [g]. Cui repugnat, quòd *Paulus* vocatur ante ipsius conversionem [h]. ¶ *Repletus Spiritu*] Cujus novum jam sensit ardorem, & instinctum ad patrandum miraculum. ¶ *Intuens in eum*] Iracundis & ardentibus oculis [i]. Vide Act. 3. 12. & 6.15 [k].

10. *Plene omni dolo & omni fallacia*, 'Ραδιεργίας] *Scelere*, Ca. Camer. Pi. sim. Tre. ex Sy. vel, *Ad quodvis scelus propensione*, Be. sim. Er. Camer V. Pi. Id enim vox significat [l], à ῥᾴδιον, *facilè*, & ἐργάζομαι, *operor* [m]. Vox singularem improbitatem denotat; unde Polybius l. 4. dixit *catervam furum* καὶ ῥαδιεργῶν, *& sceleratorum* [n]. *Malitiâ*, Æth. *Maleficio*, P. *Maleficentiâ*, Mo. Pi. Licèt Hesychius vocem putet esse πολύσημον, & significare *falsò*, aut etiam *celeriter*, *scribentem*, *versutum*, *artificem*, *versipellem* [o]. *Maledicentiâ*, Il. *Versutiâ*, Er. Ti. In Glossario, 'Ραδιεργία, *falsum*. Infrà 18.14. habemus ῥᾳδιούργημα, quo nomine Plutarchus vocat *falsi testamenti fabricationem* [p]. 'Ραδιουργεῖν est, *versutè agere*, ait Phavor. sim. Hesych [q]. ¶ *Fili Diaboli*] i.e. Dedite Diabolo [r]: Diaboli ingenium referens. Vide Joh. 8. 44 †. ¶ *Non*, &c. Οὐ παύσῃ διαστρέφων, &c.] *Non cessabis*, vel *desines*, *pervertere* (vel, *pervertens*, Mo. vel, *invertere*, Il. Pi. Er. vel, *depravare*, i. e. ex rectis flexuosas facere [t]: *transvertere*, G. ex Tert. Id verò est ex transverso aliquid objicere quò minùs iter peragi possit. Vide quæ diximus suprà v. 8 [v]. Vel, *detorquere*, Sy. in Di. vel, *divertere*, ut suprà v. 8. i. e. in diversum vertere, ut à rectitudine sua aliorsum deflectant [x].) *vias domini* (i. e. præcepta, & omnino doctrinam [y],) *rectas?* Be. Pi. Sensus est, Cur tu vias Domini rectas, quæ nullos curvitatum flexus habent, tortuosas reddis, & fraudibus tuis in varios anfractus deflectis [z]. Διαστρέφειν manifestè opponitur τῷ εὐθείας ποιεῖν [a], quod verto, *complanare*; ideóque διαστρέφειν hìc est, *suffodere* viam, ut iter non sit pervium [b]: sed malim esse σκολιὰς ποιεῖν· nam ut λεῖαι, *planæ*, & τραχεῖαι, *asperæ*, *salebrosæ*, opponuntur; ità εὐθεῖαι & σκολιαὶ, Luc. capite 3. versu 5 [c].

11. *Manus* (i. e. plaga [d]) *Domini super te*, Ἐπὶ σὲ] *Contra te*, D. sic Be. Pi. &c. Ἐπὶ valet idem quod ב, Ruth. 1. 13. Et *manus Domini* quamvis potentem actionem significat in bonum, vel malum *: hìc verò, virtutem Dei quâ hostes ferit, &c [f]. ¶ *Ad*, &c. Ἄχρι καιροῦ] *Usque ad tempus*, Tre. Ti. Mo. Ar. P. Er. Be. &c. *opportunum*, P. vel, *constitutum*, Be. *Usque dum venerit tempus tuum*, Æth. Temporaria erit cæcitas, non perpetua, ut resipiscas [g]. Innuit, non pœnam fuisse, sed medicinam, ut probior factus visum reciperet [h]. Resipuit ergò, & à cæcitate curatus est [i]. Sed postea ad Judaismum & magiam rediisse dicitur [k]. ¶ *Cæcus, non videns solem*] Emphatica repetitio. Talia Deut. 9. 7. *Memento, & nè obliviscaris.* Sic 2 Reg. 9. 3. Luc. 1. 20. & 9. 45. Sic Homerus, — Τρεῖσαί τε καὶ ἄγριοι, οὐδὲ ἑκόντες. Plato, 'Ατενθῆλες, καὶ μὴ πεθῦλοι. Aristophanes, eâdem, quæ hìc, formâ, βλέπει, καὶ μὴ τυφλός — Et Sophocles, τυφλὸς γὰρ, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ὁρῶν Ἄρης. Sic & Virgilius, — *Non adversata petenti Annuit.* — Gellius, 1. 23. Respondit, *tacendum esse*, *neque id dici licere:* simil. 15. 22 [l]. ¶ *Caligo ac tenebræ*] Ità Be. Pi. &c. Duabus vocibus expressit Hebræum סנורים, Gen. cap. 19. ver. 11. 2 Reg. cap. 6. ver. 18 [m]. ¶ *Quærebat qui*, &c. Χειραγωγοὺς] *Manuductores*, Val. Er. Vide Act. cap. 9. ver. 8 [n].

12. *Credidit*, &c.] Nempe Evangelio: neque tamen se abdicavit magistratu: quod si factum fuisset, non reticuisset id Lucas [o].

13. *Pergem*] Celebrem Dianæ templo, ut Mela nos docet [p]. ¶ *Pamphyliæ*] Provinciam adjicit, tanquam notiorem, non quasi plures *Pergæ* essent [q]. ¶ *Reversus est*, &c.] Nempe laboris & periculorum fugiens, ut hìc aiunt Græci scriptores [r]. Vel ex affectu erga matrem degentem Jerosolymis †: vel dedignatus ire inter Gentes, &c. Quicquid sit, discessus ejus illicitus erat, &c [t]. In hujus locum videtur Paulus postea assumpsisse Titum [v].

14. *Antiochiam Pisidiæ*] Non *Syriæ*, de qua suprá [x]. De hac vide Strabonem l. 12. Hìc Apostolus intrare incipit eas partes in quibus Gog regnaverat, & destructus fuerat [y].

15. *Post lectionem — legis & Prophetarum*] More recepto ab Esdræ temporibus, ut præter particulas de Lege, quod vetus erat, (mos enim recitandi Legem in Synagogis diebus Sabbati ab ipso Mose introductus est, & ab Esdra in usum revocatus [z],) etiam de Prophetis particula aliqua Sabbatis singulis legeretur [a]. ¶ *Principes Synagogæ*] Qui plures erant in una Synagoga, Act. 18. 8, 17 [b]. פרנסים, sive וקנים, quorum princeps ὁ Ἐξοχὴν, ὁ ἀρχισυνάγωγος, ראש הקהל [c]. ¶ *Ad eos*] Qu. Unde nôrant eos aptos esse ad docendum? Resp. Quia cum eis antè versati sunt in Urbe; neque enim nunc primùm eos vident, &c [d]. ¶ *Sermo exhortationis*, &c.] Id est, Prophetiæ *. Lectione peractâ aliquis vel è Synagoga, vel advena, habebat concionem, &c [f].

16. *Et*, &c. Καὶ κατασείσας τῇ χειρὶ] Subaudi σιγᾶν, quod exprimitur Act. cap. 12. ver. 17 [g]. ubi dicta repete [h]. *Et significavit manu*, Ca. sim. Tre. Ar. *Et silentium indicens manu*, Mo. sim. Il. P. &c. ¶ *Et qui timetis Deum*] Est expositio Israelitarum [i]. Al. Est disparatum ab iis [k]. q. d. Vos Proselyti, sive Gentiles ad Judaismum conversi [l]: quales cum Judæis Sabbatis convenire solebant [m]. Οἱ σεβόμενοι τῶν Ἑλλήνων, Act. cap. 17. ver. 4 [n].

17. *Deus plebis*, &c.] Græcè, *populi hujus*, Be. Pi. G. &c. Hoc dicit Pisidis, Judæos digito monstrans [o]. ¶ *Elegit patres nostros*] Ex omnibus gentibus, ut essent populus Dei [p]: eos non vulgaribus beneficiis affecit. ¶ *Exaltavit*, &c.] Id est, in gratia apud Regem eos constituit per Josephum [q]. ¶ *Cum*, &c. Ἐν τῇ παροικίᾳ, &c.] Durante incolatu ipsorum in Ægypto [r]: παροικία, Heb. מגר ut Gen. 28. 4. ¶ *Brachio*, &c.] Ex verbis Dei, Exod. 6. 6 †.

18. *Per quadraginta*, &c.] Idem sensus Psal. 95. 20 [t]. ¶ *Mores*, &c. Ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς] Et de scriptura & de sensu ambigitur [v]. Vera lectio est, ἐτροφοφόρησε· quippe bis usurpata apud LXX, Deut. 1. 31 [x]. unde vox hæc desumpta est, ubi [tamen] Lucas rectè legit, ἐτροποφόρησέ σε, & non, ἐτροφοφόρησέ σε. [Sed & Di. LXX citans ad Deut. 1. 31. legit ἐτροφοφόρησε.] in Hebræo enim est נשאך, i.e. *pertulit te*; in Chaldæo, סברך. Est vox τροποφορεῖν bene Græca. Cicero ad Atticum 13. 29. *In hoc* τὸν τῦφόν μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον [y], i. e. *elationem meam, per Deos obtestor te, sustineas*, sive *perferas* Ità malim, quàm, aut cum Budæo, *indulgeas*; aut cum Strigelio, *eleganter feras* [z]. Hesychius quoque habet, ἐτροποφόρησεν, ἔτρεψεν [a]. sed legendum, ἐτροφοφόρησεν [b], ἔθρεψεν [c]. Si legatur ἐτροφοφόρησε, (quæ vox *educandi* significatione exstat 2 Mac. 7. 27 [d]. q. d. τροφὴν φέρειν, *cibum adferre* *; vel, δίκην τῆς τροφοῦ φέρειν, *instar nutricis gestare* [f], vel, *nutricationis*, sive *educationis*, *labores molestiásque perferre* [g]:) respicit illud Mosis Num. 11. 12 [h]. At ἐτροποφόρησε [vel ἐτροφοφόρησε] petitum est ex Deut. 1. 31 [i]. Alii scripturam retinent, sed de sensu nihil demutant; putant enim τροποφορεῖν, εὐφωνίας causâ, pro τροφοφορεῖν dictum [k]. [His præmissis, videamus quo pacto locum reddunt.] *Nutrivit eos*, Tre & Di. ex Sy. Ar. & Æth. in Di. τροφοφορεῖν, sive τροφοφορεῖν, dictum; q.d. τὸ τροφὴν φορεῖν, *cibum* alicui *ferre* [l]. *Portavit eos velut nutrix*, Ham. Al. *Mores* (vel, *Morositatem*, Ga ex Maf. *Ingratos mores*, G.) *eorum pertulit*, vel *sustinuit*, vel *toleravit*, Er. P. Mo. Camer. V. Pi. Be. Il. Ti. G. Ga. Τροποφορεῖν est quod in Æschylo, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν, *moribus inservire*, sive *obsequi*. *Alere*, inquit, *Leonem in urbe primò haud convenit:* Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν. *Sin nutriatur, mores ferre convenit* [m]. [Aliis autem hæc interpretatio non placet:] 1. Non enim mores eorum pertulit Deus in eremo, sed omnes prostravit, 1 Cor. 10. 5 [n]. Resp. Miranda tamen erat Dei patientia, quæ quoque multis prædicatur Deut. 32. Psal. 78. & 95. & 106. Diu certè eos tulit Deus, quamvis eos ob defectiones crebras nec ferendas paulatim absumpserit [o]. 2. Repugnat ἀναλογία· φορεῖν enim non est, *perpeti*, sed, *portare*, sive *gestare*, ut ἐκφορεῖν, πυρφορεῖν, &c. *exportare comportare*, &c [p]. Resp. At δυσφορεῖν est, *ægrè ferre*, ut 2 Mac. 4. 35. & 13. 25. & in Herodian. l. 3. & 5. Idem est & βιοφορεῖσθαι apud Epiphan. Adde Gal. 6. 2. *Alii aliorum onera portate*, i. e. mores vestros invicem parum commodos sustinete ac ferte [q].

19. *Et*, &c. Καὶ καθελὼν, &c.] *Et cùm delevisset septem gentes*,

Marginal notes (left column): g Me. h Be. i Me. ex La. k G. l Er. sim. Be. m Er. n Camer. o Er. p G. sim. Ham. q Ham. r V. † G. t Er. v G. x Di. y Pi. z Di. a Di. ex Be. b Be. c Di. d V. D. * G. f Be. g La ex Glossa, Me. h G. i Isid. in La. k La. l Pri. m G. n Idem. o G. p G. q Er. r G. sim. Camer. Me. T. ex Chrys. † Q. in Me. t Li. chro. 96. v Cap. 3889. x G. sim. Er. D. Pi. y G.

Marginal notes (right column): z Gua. ex He. a G. sim. Gua. b Ham. c G. d Li. chro 96. * G. f La. g Pi. h G. i Chrys. in La. k La. l La. Me. T. m La n G. o G. p La. Me. q G. r G. sim. Be. Pi. † G. t G. v Ca. ad vers. 41. x Ham. y G. z Ga. ib. a D. b Di. Ga. ib. c Ga. ib. d Di. sim. Ham. Ca. * Di. f Li. Ham. g Ga. h Di. ex Be. i Di. k Ga. l Dun. in Ca. m Ga. ib. n Dun. in Ga. sim. Ham. o Ca. ib. p Dun. in Ga. q Ga.

gentes,

gentes, P. Be. Pi. &c. memoratas Jos. 3. 10. & alibi [r]. Sex nominantur Exod. 3. 8. *Cananæi, Hitthæi, Amorrhæi, Perizæi, Hevæi, Jebusæi.* Sed addendi his *Girgazeni*, גרגשי, ex Neh. 9. 8. quos in Africam ivisse aiunt Hebræi. Et eos nominat in Africanis rebus Procopius, Vandalicorum 2 †. ¶ *Sorte*, &c. Κατεκληροδότησεν, &c.] *Sorte distribuit*, &c. Be. Pi. &c. ut patet ex Jos. 13 [t]. At κατεκληρονόμησεν habent Libri antiquiores, etiam ille in Anglia. Nihil refert: nam נחל in piel, aut הנחיל in Hiphil, modò vertitur κατακληρονομεῖν, ut Deut. 3. 28. Jos. 14. 2. & alibi; modò κατακληροδοτεῖν, ut Deut. cap. 1. ver. 38. Jos. 19. 51 [v].

20. *Quasi*, &c. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, &c.] *Et postea annis circiter quadringentis quinquaginta dedit Judices* (quasi Dictatores cum potestate, non & cum pompa, Regia. Vide quæ ad Librum Judicum diximus [x].) *usque ad Samuelem*, Be. Pi. &c. Sed perdifficilis est h. l. annorum supputatio [y]. Repugnat 1 Reg. c. 6. v. 5. ubi ab Exitu ad Templi initium numerantur 480 anni [z]. [Hæc variè conciliant.] 1. Hic locus corruptus est vel à Paulo, vel à librario [a]: forsan pro τετρακοσίοις legendum τριακοσίοις, *trecentis* [b]: facilis enim erat in numerorum notis lapsus [c]. [Non placet:] Repugnat consensus omnium Codicum [d], uno excepto *. Præstat autem ignorantiam nostram fateri quàm his Sacris Libris vitium impingere †. 2. Sequitur Paulus Versionem LXX [f]. Sed id ineptum esset dicenti apud Hebræos, & authoritatem Evangelio apud ipsos potiùs derogâsset quàm conciliâsset. Sed neque sic tollitur difficultas [g]. 3. Hic numerus respicit antecedentia [h], in sermone Pauli, cujus initium est *electio Patrum*, v. 17; terminus, *distributio, terræ Canaan*, v. 19. Sic verto, *Et post hæc, circiter 450 annis*, sub. γενόμενα, *facta, dedit Judices*, &c [k]. Rectè Codex ille in Anglia, & alii quibus usus est interpres Latinus, illa, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, connectunt cum præced. & deinde ponunt, καὶ μετὰ ταῦτα [l]. locum hoc modo legentes, Κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κριτάς [m]: ut non quamdiu rexerint Judices, sed quando eos Deus dederit, indicetur: nempe post ea quæ v. 17, 18, 19. narrata fuerant, quæ 450 circiter annis gesta fuere. Convenit computus [n]. Nam à nato Isaaco (quo tempore cœpit illa *Patrum electio*, v. 17 [o].) ad natum Jacobum sunt 60 anni: indè ad introitum in Ægyptum, 130; indè ad exitum, 210; indè ad introitum in terram Canaan, 40; indè ad distributionem terræ, anni 7: qui simul faciunt 447 annos, id est, circiter 450 [p]. Illud ὡς h. l. denotat numeri rotundationem [q], quæ usitata est [r]: solétque Scriptura parvos numeros excrescentes negligere †. 4. Hic numerus ad sequentia pertinet [t]. Hi anni incipiunt ab exitu ex Ægypto [v], desinunt in illud tempus quo David ex Sione ejecit Jebusæos. Tantum temporis impensum fuit ad collocandam gentem Hebræam in illis sedibus. Solomon anno ab exitu 480 Templum condidit, 1 Reg. c. 6. v. 1. Regnavit autem David per annos ferme 40, 2 Sam. 5. 5 [x]. Si supputes annos ab ingressu in Canaan usque ad finem 40 annorum Heli, qui exprimuntur 1 Sam. 4. 18. & ad annum primum Samuelis, qui seorsim hîc ponitur, comperies annos esse 450. Annis enim Judicum, qui 397 sunt, accensendi sunt anni 93, quibus Israelitæ extraneis servierunt. Apostolus illum simpliciter numerum expressit, quem sigillatim omnes numeri eundo per singula Libri Judicum constituunt [y]. [Plura vide in Synopsi ad 1 Reg. 6. 1.]

21. *Et*, &c. Κἀκεῖθεν] *Et indè*, vel *exinde*, G. Be. Pi. &c. i. e. ab ipso. Sic Cicero, *fore unde discerem neminem*, pro, à quo discerem: & Virgilius, *genus unde Latinum*. i. e. à quo: apud Terentium, *unde petitur*, i. e. à quo petitur. ¶ *Postulaverunt regem*] Hoc voluerunt, idque cùm adhuc Prophetam haberent, i. e. Deum ipsum, à quo regerentur. ¶ *Virum de tribu Benjamin*] Ex qua erat & hic melior illo Saul, Regnum sub Christo adeptus maximum, destructor mysticus Amalecitarum, mori paratus pro populo Dei, rejectus, non, ut ille, à Deo; sed à suis popularibus Dei nomen obtendentibus. ¶ *Annis quadraginta*] Hoc referendum est ad id quod præcessit, ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου, cæteris velut per parenthesin interjectis: ut intelligatur Samuel munere suo Prophetico functus partim ante Saulis Regnum, partim dum consiliis Saulem rexit, simul annis 40: nam 4 tantùm ante mortem Saulis mensibus creditur Hebræis mortuus Samuel. Ità Samuel, velut alter Moses curando populum, Mosis æquavit tempora [i]. Anni hi 40 ex Samuelis & Sauli annis conflati sunt [k]: quos conjungere voluit Paulus, quia etiam hæc tempora, à Libris Judicum exclusa, in Libros Samuelis collata sunt. Eandémque ob causam Samuel ab aliis Judicibus exclusus est [l], & cum Saule conjunctus, quia hujus dignitas à regia majestate fuit quodammodo absorpta [m]. Saulum autem non regnâsse 40 annos, constat tum ex 1 Reg. 6. 1. tum quòd David (quem unctum credunt 2 anno Saulis, h. e. 38 annis ante interitum Saulis) Regnum suscepit anno ætatis suæ 30, 2 Sam. 5. 4. Adde, quòd Saul *duobus annis regnâsse* dicitur, 1 Sam. 13. 1 [n]. [De quo loco vide quæ hîc San. vel nos in Synopsi.]

22. *Et*, &c. Καὶ μεταστήσας αὐτόν] *Et illo amoto*, Er. Il. P. Be. G. &c. vel, *sublato*, Ca. sic Tre. ex Sy. &c. nempe, *à rebus humanis*. Non enim antè Davidi Regnum promissum tradere Deus voluit quàm mortuus esset Saul. Sic μεταστὰς dicitur *qui obiit*, 2 Macc. 11. 23. & μετατίθεται, *qui ex rebus humanis aufertur*, Heb. 11. 5. ¶ *Suscitavit*, Ἤγειρεν] Heb. הקים, *erexit, conspiciendum dedit*. ¶ *Inveni David*, &c.] Psal. 89. 20 [o]. Hæc non exstant αὐτολεξεὶ in Libris Regum, sed Propheticè tantùm dicta à Samuele ad Saulem, ut notant Græci [p]. ¶ *Secundùm cor meum*] Vel. *Qui mihi cordi est*, V. i. e. mihi gratissimum. Vide Act. 7. 46. Aliis verbis exprimit quod in Psalmo præcesserat, *electum de populo* [q]. ¶ *Faciet omnes voluntates meas*] Id est, volita mea [r], vel præcepta †, nempe, in regendo populo. Idem est quod dicitur Psal. 78. 72 [t].

23. *Hujus* —— *ex semine*] Matth. 1. 1. Luc. 1. 32. ¶ *Secundùm promissionem*] 2 Sam. 7. 12, 13, 14. Psal. 79. 36. Jer. 23. 5. Mic. 5. 2. ¶ *Eduxit*, Ἤγειρε] Hoc exscriptores posuere ex eo quod antecessit de Davide: at MS. in Anglia & alii Libri perveteres habent ἤγαγε quomodo Heb. הביא est, *fecit venire* [v]. [Sic vertunt:] *Excitavit*, Be. Pi. D. *Fecit ut surgeret*, D. ex Sy. i. e. existeret, seu exoriretur [x]. ¶ *Israel*] *Israeli*, Er. V. Be. &c. id est, illis primo loco; quia inter eos vixit. ¶ *Salvatorem*] Sic vocatur Luc. 2. 11. Joh. 4. 42. Act. 5. 31. & apud Paulum sæpe. Est autem explicatio ejus quod sequitur, Ἰησοῦν. Vide Matth. 1. 21 [y]. A quibusdam Libris abest *Jesum* [z]. Mihi additum à Paulo videtur, ut significet Jesum verè id fuisse quod dicebatur [a].

24. *Prædicante*, &c. Προκηρύξαντος, &c.] *Cùm antè prædicâsset*, Be. Pi. *Ut antè prædicarat*, Er. Matth. 3. 1 [b]. ¶ *Ante*, &c. Πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ] *Ante faciem adventus* (vel, *introitus*, Er. sic Pi.) *ejus*, Mo. Ar. *Coram eo jam adventante*, Il. P. Pi. *In conspectu accedentis ipsius*, i. e. proximè ante eum [c]. Antequam Jesus munus suum auspicaretur. Sic ingredi *Consulatum* dicunt & Jurisperiti [d]. *Præiens ipsius ingressui*, q. d. Christum non procul, ut alii Prophetæ, venturum significans, sed jam iter ingressum; imò jam præsentem commonstrans. Πρὸ προσώπου αὐτοῦ, est Heb. לפני באו, quod non tempus declarat, sed præsentiam illius cui aliquis præit. Τῆς εἰσόδου, *adventûs*, pro εἰσερχομένου, vel, προσερχομένου αὐτοῦ, *eo qui adventat*: Hebraismus *. Al. *Ante initium introitûs ejus*. Facies hominis est quasi initium ejus, & ex ea primariò cognoscitur. Hinc *facies* pro *introitu*, Ezec. 40. 15. & 47. 1. in Pindar. Olymp. ς'. α'. 5. *Auspicantes opus*, πρόσωπον *frontispicium fac splendidum* [f]. Al. *Ante adventum ejus*, Tre. ex Sy. Rectè; modò *ante* non ad tempus præcedens referatur, sed ad locum sitúmve, & rei præsentiam. Est enim πρὸ προσώπου, *in conspectu ipsius rei*, ità sitæ, ut faciem suam veluti obvertat nobis. Phrasis emphatica, licèt obscura; q. d. Prædicavit paulò ante Christum, sed tamen quum jam adesset, adventúsque ejus homines jam respiceret, faciémque suam ipsis obverteret. Sic Num. 19. 4. *ante faciem tabernaculi*, i. e. sic constitutum ante tabernaculum, ut id eum quasi respiciat faciémque ei obvertat [g]. ¶ *Baptismum*, &c.] Marc. 1. 4. Luc. 3. 3 [h].

25. *Cùm*, &c. Ὡς δὲ ἐπλήρου, &c.] *Cùm autem expleret*, sive *impleret* (vel, *conficeret*, Ca. Ar.) *Johannes cursum*, P. Be. Ca. Pi. &c. vel, *ministerium*, Tre. ex Sy. cursum, scil. ministerii sui [i]; vel vitæ suæ †; i. e. *cùm in cursu suo*

suo pergeret. Sic, *implere post aliquem*, in Hebraismo est, *aliquem sequi* [k]. Πληρῶν hîc ῥ מלא *continuandi* significatione exprimit: alioqui evenit id de quo hîc agitur aliquamdiu ante conjectum in carcerem Baptistam *. ¶ *Quem*, &c? Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶ) ;] *Quem me existimatis* (vel, *suspicamini*, P. Be. Ca. Pi.) *esse*? G. simil. Il. Mo. Tre. &c. Subintelligitur *Messiam*. Non verba ipsa, sed sensum retulit qui est Joh. 1. 20 [l]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ εἰμὶ ἐγὼ] *Non* (sub. *is*, Er. P. Be. scil. Christus [m]) *sum ego*, Mo. Tre. Er. P. &c. ¶ *Venit post me*] Id est, post me munus suum auspicabitur. ¶ *Non sum dignus*, &c.] Vide quæ ad Matth. 3. 11. Joh. 1. 27 [n].

26. *Vobis verbum salutis hujus*, &c.] Id est, nuncius ille salutifer [o]. *Verbum*, scil. incarnatum [p]. Syrus, *Vobis ille missus est, verbum vitæ*, i. e. Christus vitæ auctor missus est ad vestram salutem [q]. Non alienum hîc negotium agitur. Nuncius quem adferimus tam ad vestram, ô Judæi, quàm ad vestram, pii Pisidæ, salutem pertinet [r].

27. *Qui—habitabant*, &c.] Plebs & Senatores Magni Synedrii †. ¶ *Hunc*, &c. Τοῦτον ἀγνοήσαντες] *Quum hunc ignorarent*, Be. Pi. Refertur, vel, 1. ad personam Christi [t]. Nescientes illum Jesum esse Messiam promissum. Vide Act. 3. 17. 1 Cor. 2. 8. Vel, 2. ad λόγον σωτηρίας, *sermonem salutis*, v. præced [v]. *Non cognoverunt illud verbum*, i. e. non habuerunt ejus veram & experimentalem cognitionem, sic ut conscii sibi fuissent veritatis, ejúsque vim in animis sensissent [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰς φωνὰς τῶν Προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας, κρίναντες, ἐπλήρωσαν] Est hîc indubiè trajectio sive σύγχυσις· nam κρίναντες ad τοῦτον pertinet, & ἐπλήρωσαν ad τὰς φωνάς [y]. Hîc incipit apodosis periodi, seu consequens enuntiati relativi causæ [z]. Difficultas in eo est, quorsum spectat καὶ. Putem eo copulari ἀγνοήσαντες & κρίναντες· ut constructio loci talis sit, *Ignorantes, & propterea condemnantes, eum, impleverunt voces*, &c [a]: vel sic, *Cùm hunc ignorarent, tum* (ità verto καὶ) *voces Prophetarum quæ per omne Sabbatum leguntur, eo damnato, impleverunt* [b]. Syrus, Arabs, & Beza, καὶ τὰς φωνὰς, construunt cum ἀγνοήσαντες, satis commodè. Possis tamen etiam cum ἐπλήρωσαν construere, si modò καὶ vertas *etiam*; hoc modo, *Quum hunc ignorarent, etiam voces Prophetarum*, &c. *judicando*, vel *damnando, impleverunt*: & τοῦτον mallem ad personam quàm ad sermonem referre, quia κρίναντες eo quoque referri debet [c]. *Quum hunc ignorarent, & voces Prophetarum quæ per omne sabbathum leguntur, ipso condemnato, impleverunt*, Pi. Hoc ad Senatores refertur, qui præjudicio suo Jesum confoderunt, Matth. 26. 66. Luc. 23. 2. Joh. 18. 13. & sic impleverunt prædicta Esa. 53. & alibi. Est hîc ἔλλειψις duplex, 1. κρίναντες [d], *quum judicâssent*, i. e. condemnâssent *; κρίναντες, pro κατακρίναντες, ut Mat. 7. 1. Joh. 12. 47. sub. αὐτὸν, *eum* [f], nempe Jesum, cujus facta mentio, v. 23 [g]: 2. ἐπλήρωσαν, sub. τὰς φωνάς. Φωνὰς dixit הפטרות: ità enim vocantur partes Prophetarum in sua Sabbata distributæ, sicut Legis פרשיות. Vide Act. 3. 17. Audiebant harum rerum vaticinia Sabbatis, inquit, & non intelligebant. Nam ἀγνοήσαντες & ad *Jesum*, & ad *Propheticas voces*, sive *lectiones*, refertur [h].

28. *Et nullam causam*, &c.] Hoc jam ad plebem pertinet, Matth. 27. 22. Nullam causam veram habebant: neque enim in Legem, neque in ipsos, peccaverat. Legem bene explicaverat, ipsos plurimis affecerat beneficiis [i].

29. *Quúmque consummâssent omnia*, Ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα, &c.] Possis exponere, *Postquam finem habuere omnia*, ut respiciatur id quod dixit Christus, Joh. 19. 28, 30. Nam sæpe *verba* activa sensum habent passivum, vel absolutum. Vide quæ dicta ad præceptum quartum Decalogi [k]. ¶ *Deponentes*, &c. Καθελόντες, &c.] *Detractum* (vel, *Qui detulerunt*. Deest articulus, ut sæpe. Vult enim dicere οἱ καθελόντες· nempe, Josephus Arimathensis & comites ejus. Matth. 27. 58, 59. & sub. *eum* [l],) *è ligno* (vel, *de cruce*, G. sim. Pi. Ham.) *posuerunt* (vel sic vertas, *detractus è ligno positus fuit*, ut sit personale pro impersonali [m]:) *in monumento*, Be. Pi. &c. Matth. 27. 59. Matth. 15. 46 [n].

31. *His*, &c. Τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ, &c.] *Iis qui simul ascenderant cum eo*, &c. Be. Pi. P. Er. &c. Non Apostolis tantùm, sed & mulieribus Galilæis, quæ cum ipso Hierosolyma venerant, Matth. 27. 55. ¶ *Testes ejus*, &c.] Act. 10. 41. Adde Act. 1. 22, 32. & 3. 15. & 5. 32. & 10. 39 [o].

k G. sim. Heins. — * Heins. — l Idem. — m Pi. Mc. &c. — n G. — o Be. — p L. — q Mc. — r G. — † G. — t Vulg. in Di. — v Di. ex Sy. — x Di. — y Ham. — z Pi. — a Ham. — b Be. — c Di. — d G. — * Pi. — f G. sim. Er. Be. Ca. P. &c. — g Pi. — h G. — i G. — k G. — l G. sim. D. Be. — m D. sic Pi. — n G. — o G.

32. *Et nos vobis*, &c. Ἡμεῖς ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα, &c.] Εὐαγγελίζεσθαι hîc rursum habemus cum Accusativo personæ, ut Act. 8. 25, 40. In sequentibus est Hebraica circumductio, pro qua liceat dicere, ὅτι τὴν ἐπαγγελίαν πρὸς τοὺς πατέρας γενομένην ἐκπεπλήρωκεν ὁ Θεὸς, *Hic est nuncius quem adferimus vobis, impleta illa promissa* [p]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ταύτην, &c.] Ὅτι hîc sumitur, vel, 1. ἐξηγητικῶς, *Quod expleverit*, &c [q]. *Deum videlicet eam implevisse filiis illorum*, id est, *nobis*, Be. sic Pi. i. e. nobis qui illorum sumus filii [r]: vel, 2. αἰτιολογικῶς, ut causam reddat Paulus cur promissionem illam ipsis enunciet, quia, inquit, tempus id suadet & urget, ut quod explevit nobis, nos vobis annunciemus †. ¶ *Resuscitans*; ità Mo. sic Er. Il. Ti. Ἀναστήσας, &c.] *Suscitato*, vel *Excitato*, P. Be. Pi. sic Ar. Æth. *Qui excitavit*, &c. Tre. Ut præp. ἀνὰ nunc iterationem, sive *rursum*, nunc ascensionem, sive *sursum*, denotet: ità & ἀναστήσας h. l. aliis est, *resuscitare*, aut *restituere*; aliis, *suscitare* & suscitando exhibere [t]. [Hinc variant.] 1. Ἀναστήσας, i. e. *exhibens* [v], vel, in mundo mittens [x]. [Huic sententiæ favent: 1. Similis verbi usus,] Act. 2. 30. & 3. 26 [y]. & Deut. 18. 15. Act. 7. 37 [z]. & Act. 5. 36, 37. Heb. 7. 11 [a]. 2. Quòd infrà distinctè sequitur, ἀναστήσας ἐκ νεκρῶν [b]. Cùm duplex sit Christi ἔγερσις, sive ἀνάστασις, altera *incarnationis*, altera *resuscitationis*, utramque distinctim Apostolus tum prædicat, tum probat: priorem prædicat v. 23. probátque v. 32, 33. posteriorem prædicat v. 30. probat v. 34, 35. Utramque hanc ἀνάστασιν habes quoque Act. 2. 30, 31 [c]. Evidentissimè h. l. distinguit Christi *exhibitionem*, v. 32. & *excitationem ex mortuis*, &c. v. 34 [d]. [Hæc prima sententia.] 2. Ἀναστήσας, i. e. *resuscitans ex mortuis*: cui favet tum, 1. contextus loci, nam resurrectio Christi ut argumentum tractandum proponitur v. 30. neque ulla hîc fit mentio adventûs ejus in mundum, vel æternæ aut temporalis generationis ejus: tum, 2. allegatio Psal. 2 *. [de quo statim dicendum.]

33. *In Psalmo secundo*] Ità Sy. & Ar. & Æth. in Di. & omnes vet. cod. excepto vetustiss. in quo est *primo* [f]. Sed & Hi. Hil. & Aug. *primum* vocant [g], sive quòd primum Psalmum pro præfatione haberent [h]; sive quia olim in Hebræis Codicibus Psalmus primus & secundus cohærebant [i], ut in aliis etiam Psalmis evenit [k]; sive quòd secundum cum primo unum fuisse putarent †. Sic & Kimchi [l]. Ità sanè quidam apud K. at K. ipse ait, *In omnibus correctis libris hic Psalmus est secundus* [m]. [Vide Di.] Q. cod. habent, *In Psalmo*, mallem, *in Psalmis*; ut *primo*, vel *secundo*, ex albo in contextum irrepserit [n]. ¶ *Filius meus es tu, ego hodie genui te*] *O fili mi, hodie te genui*, G. Locus difficillimus †. Judæos antiquitus hunc locum ad Messiam retulisse apparet tum ex Justini Colloq. cum Tryphone, tum ex Davide Kimchi *. Et quota, quæso, pars hujus Psalmi Davidi competit? & quæ vox illius in Christo non completur ‖? [Locus diversimodè accipitur: 1. De evectione Christi in Regnum.] *Genui*, i. e. Regem te feci, ut ad Psal. 2. diximus. Hoc in Christo impletum cùm *ei data omnis potestas*, &c. Matth. 28. 18. Justin. Colloq. τότε γένεσιν, &c. (*Tunc genitura ejus fieri dicitur cùm manifesta fit.*) Rectè: nam sicut qui nascuntur nosci incipiunt, ità & qui in magnum honorem evehuntur. Similia similium occupant nomina [o]. Ut filii denominantur à similitudine, ut *filii Dei* & *filii Abrahami* dicuntur qui eis similes sunt, & ut similitudo Dei in homine dominium hominis denotat, Gen. 1. 28. ità titulus *filii Dei*, & *Deorum*, Psal. 82. 6. ad Magistratus pertinet; & proinde hæc verba, *Filius meus es*, idem notant quod v. 6. *Regem meum constitui*, &c. Hinc & Heb. 1. dictum illud, *filius meus es*, v. 5. producitur ad probandum Christum Angelis superiorem esse, v. 4. qualis factus est Christus per Resurrectionem & exaltationem suam [p]. 2. De Christi incarnatione. Vide dicta Heb. 1. 5 [q]. q. d. Ego te hominem genui hodie, id est, hoc die incarnationis tuæ [r]. 3. De ejus resurrectione †: ut constat, [1. ex contextu:] Nam illud, *sicut scriptum est*, refertur ad id quod antecessit, *resuscitans Jesum*. 2. Ex Psal. 2. ubi his verbis, *Ego hodie genui te*, subjicitur, *Dabo tibi gentes*, &c. quod Christus impletum docet post Resurrectionem suam, Mat. 28. 19 [t]. 3. Quòd resurrectio in Scriptura vocatur *regeneratio*, Mat. 19. 28. & Christus *primogenitus mortuorum*, Col. 1. 18. Apoc. 1. 5 [v].

p G. — q Di. ex Er. & Be. — r V. sic Di. — † Di. — t Ga cit. c. 5. p. 50. — v G. Be. Ga. &c. — x Be. — y Jun. — z Ga. ex Cham. — a Q. in Ham. — b G. — c Ga. ib. — d Jun. par. — * Ham. — f Be. — g Be. ex Er. sic G. — h Be. — i G. sim. Be. — k G. — † Be. — l Be. — m Di. — n Be. — † San. — * G. — ‖ Jun. par. — o G. — p Ham. — q Q. in La. — r La ex Suar. Mo. lin. &c. — † San. La. Cam. — t San. — v San. sic La. Me.

Deus porrò post resurrectionem demum Christi hoc dicit, *Tu es filius*, &c. non quasi tunc cœperit esse Filius Dei, & ab eo gigni, sed quia, qui antè infirmitate carnis obscuratus fuit, per Resurrectionem palàm & potentissimè declaratus est Filius Dei, &c [x]. juxta Rom. 1. 4 [y]. Scripturæ enim mos est, ut res tum dicantur fieri vel nasci cùm manifestantur [z]. Sic Prov. 17. 17. *Amicus nascitur in die malo*, i.e. tum se prodit [a]. Sic Gen. 22. 12. *Nunc cognovi*, &c. i. e. hodie manifestâsti, &c. nam Deus antea cognovit. Sic cùm Regius puer aliquid patre dignum fecerit, dicit Rex, *Nunc es filius meus*. Et Medicus, qui filium moriturum sanitati reddidit, dicere possit, *Ego te hodie iterum genui* [b]. 4. De Christi Divinitate [c], æternáque ejus generatione [d]. Ità patres plerique, Aug. Hil. Chrys. Theodor. &c [*]. q.d. *Ego hodie*, id est, in æternitate, quæ est quasi punctum semper durans, & quasi unum idémque hodie [f]. Mens Apostoli non est, ex his verbis inferre resurrectionem Messiæ, (ut liquet ex v. 34. ubi eam probare aggreditur, hâc præfatione inchoans, ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν·) sed ex resurrectione jam facta promissionis Psal. 2. factæ impletionem probare. Quæ est illa promissio? Patet ex Psal. 2. Promittitur ibi Ecclesiæ talis Rex qui Filius Dei esset, hodie (i. e. ab æterno in æternum: nam apud Deum perpetuum est hodie) ex eo genitus. Id jam, inquit Paulus, Deus præstitit in Christo. Patet ex ejus resurrectione, quæ irrefragabile est æternæ ejus filiationis documentum: quia enim Filius Dei æternus erat, impossibile fuit eum à morte detineri. Quare Christus mortem devincendo ostendit se esse Filium Dei æternum, &c [g]. 5. De Christi generatione & æterna & temporaria. Christus duo ordine enunciat fuisse à Patre pronunciata, unum de generatione æterna, his verbis, *Filius meus es tu*; alterum de missione in hunc mundum, his verbis, *Ego hodie genui te*. Prioris indicia sunt, quòd Deus Regibus, &c. imperat ut ipsum colant, atque osculentur, & in eum credant. Huic autem æternæ generationi commodè subjicitur ea quæ in tempore facta est, &c [h].

34. *Quòd autem suscitaverit*, &c.] Retro redit ad id quod de Resurrectione dixerat, ostendens & hoc Vaticiniis congruere [i]. ¶ *Ampliùs*, &c. Μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθοράν] *Non ampliùs reversurum* (h. e. non reversurum: nam μηκέτι, & οὐκέτι, interdum dicuntur sine ullo respectu ad tempus antecedens, valéntque simpliciter, *non*, ut Joh. 15. 15. Rom. 6. 9. & 7. 17, 20. &c [k].) *in sepulcrum*, Be. Pi. vel, *corruptionem*, Er. Vulg. Sic vertunt Lxx Hebræum שחת, *sepulcrum* [l]. *Nunquam posthac aditurum corruptionis locum*, i. e. sepulcrum [m]. Non iterum moriturum, ut illi quos Elias & Elisæus suscitavere. Vide suprà v. 22 [n]. ¶ *Ità dixit*] Nempe, Deus per Esaiam [o]. ¶ *Dabo*, &c.] Δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά] *Dabo vobis sancta Davidis fidelia*, Pi. Er. Mo. Ti. vel, *firma*, V. vel, *beneficentiam David fidelem*, Tre. ex Sy. *fidelem Davidis benignitatem*, Ca. *justitias Davidis fideles*, Ar. *firmas illas Davidis beneficentias*, Be. Pi. vel, *misericordias*, Il. P. vel, *certissima illa Davidis beneficia*, Pi. i.e. promissiones factas Davidi de Christo reddam firmas; h. e. adimplebo [p]. Lxx in Esa. 55. 3. διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Sensus est, Misericordiam meam vobis tam constantem exhibebo quàm exhibui Davidi. Genitivus hìc est Δαβὶδ, significátque objectum; & subintelligitur ὡς [q]. *Sancta*, id est, sanctas, pias, & munificas promissiones Dei factas Davidi [r], de filio possessuro Regnum æternum [†], faciam fideles, i. e. ratas & stabiles, quia eas opere complebo, præstando ea quæ de Christo ei promisi, inter quæ est resurrectio, Psal. 16. 10. & Regnum æternum [t]. Locus est Esa 55. 3. ubi est חסידים [v], quod propriè denotat *benignitates*, sive *beneficia* [x]; sed Lxx ibi vertunt, τὰ ὅσια [y], ex eo quòd חסיד & *beneficum* & *pium* significat [z]; unde, quum Deum חסיד, *benignum* dicere volunt, ὅσιον reddunt, Psal. 18. 28. Iidem Lxx חסד, *benignitatem*, promiscuè per ἔλεος & δικαιοσύνην reddunt, & חסדי דוד, 2 Par. 6. 42. vertunt, τὰ ἐλέη Δαβίδ. Idem ergò τὰ ὅσια, & τὰ δίκαια, & τὰ ἐλέη· & singula gratuitas Dei promissiones denotant [a]. Porrò Adjectivum plurale substantivè hìc sumitur, ut multa neutralia apud Latinos, pro actibus benignitatis, &c [b]. Πιστὰ, idem quod Heb. נאמנים [c], valet, *fida*, *rata* [d], certa, durabilia [*]; ut Latini dicunt *fidam pacem*, aut *fidelem ad perpetuitatem materiam* [f]. Qu. Sed quomodo ex his verbis colligit Paulus Christum resurrecturum ad vitam immortalem? Resp. Quia Deus Davidi promiserat, ex ipso oriturum Messiam qui non videret corruptionem [g]. Cùm Christus hìc *David* appelletur, necesse est ut sit homo, & porrò ut moriatur. Et cùm durabile æternúmque sit Davidis nostri fœdus, necesse est ut ipse sit sempiternus, atque ità in suos Israelitas conferat beneficia sempiterna [h]. Promissa, mundo in Christo facta, cum vita ipsius prorsus expirâssent nisi resurrectione ejus rata facta essent [i].

x Cam. y Q. z Cam. sim. San. a Cam. b San. c Di. d Di. La. ex Suar. * San. f La. g Di. h Jun. par. i G. k Glas. gram. 3. 5. 11. 451. l Be. sim. D. m V. n G. o V. p Idem. q G. r La. † Pi. t La. v Ca. sic Di. &c. x D. Ca. y D. Ham. z Ham. a Di. b Ham. c D. d D. sic Ca. Ham. * Ca. sic Cam.

35. *Aliàs* (i. e. Alio vel loco [k], vel Psalmo [l],) *dicit*] Scil. Scriptura [m], vel David [n]: quod ex remotiore loco repetitur, ut sæpe. ¶ *Non dabis*, &c.] Idem locus qui suprà 2. 27 [o]. ¶ *Videre corruptionem*] Id est, putrefactionem & incinerationem [p]. Remanere in sepulcro in quo corrumperetur corpus ejus [q].

36. *David enim in sua*, &c. Τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη] Ἀμφιβολία hìc est ob distinctionem ambiguam [r]. *Cùm suæ generationi ministrâsset* (i.e. cùm populum suum rexisset, & hominibus suæ ætatis inserviisset [†]: vel, *quasi ministerio ætatis suæ functus*, Camer.) *voluntate*, vel *consilio*, *Dei*, *obdormivit*, Er. V. q.d. David non vixit nisi suam ætatem, & rebus bene gestis obdormivit cum cæteris: cæterùm Christus est immortalis [t]. Sed hæc distinctio neque vet. exempl. neque ullâ ratione nititur. Quis enim aliter quàm Dei decreto interveniente moritur? Sed non omnes consilium Dei sibi pro vitæ scopo proponunt, ut David [v]. [Alii ergò aliter:] *Cùm*, vel *Postquam*, *suâ ætate*, sive, *per suam ætatem*, (i.e. decurso ætatis suæ spatio [x], tempore vitæ suæ [y],) *inservivit Dei consilio*, sive *voluntati*, *obdormivit*, Be. Pi. G. Meliùs dicitur David serviisse voluntati Dei, h.e. faciens omnes voluntates ejus, v. 22. quàm generationi suæ [z]. ¶ *Appositus—ad patres*] Id est, Sepultus est. Vide Act. 2. 29 [a]. Conditus est majorum sepulcro [b]. ¶ *Et vidit corruptionem*] Id est, sensit interitum [c]: cadaver ejus corruptum fuit in sepulcro [d]. Aliquo tempore servatus fuit à morte, quæ via est ad dissolutionem corporis, non in perpetuum. Est ἐξήγησις præcedentium, eò tendens, ut pateat locum modò productum excellentiùs in Christum quàm in Davidem convenire [*].

37. *Quem—Deus suscitavit*] Tertiò scilicet die [f]: antequam corpus naturaliter putrefieri solet [g]. ¶ *Non vidit corruptionem*] Mors eum effectum in eo non habuit ut corpus dissolveret. Est duplex κατάχρησις· nam & *videre* ponitur pro *experiri*, & *experiri* de mortuo non nisi impropriè dicitur [h].

38. *Per hunc* (sub. γινομένη, *quæ per hunc contingit* [i],) *remissio peccatorum annunciatur*] Vide Act. 10. 43 [k].

39. *Et*, &c. Καὶ ἀπὸ πάντων ὧν, &c.] Ὧν, pro ἀφ᾽ ὧν· Græcismus [l]. *Et* (vel, *Etiam*, sub. *liberatio*, V.) *ab omnibus à quibus non potuistis per Legem Mosis justificari*, &c. Be. Pi. &c. i. e. liberari [m]: vel, justi à Deo pronunciari [n]. Non est idem quod præcessit, sed aliud beneficium. Nam הצדיק, quod plerumque Græcè est δικαιοῦν, significat & *purgare*: vertitúrque צדק, καθαρὸς ἔσται, Job. 4. 17. καθαρισθήσεται, Dan. 8. 14. Purgatur à criminibus qui à peccandi consuetudine liberatur: id ἐπὶ τὸ πολὺ per Legem non fiebat, Heb. 10. 1, 2. Causa est quia Lex promissa non habebat cœlestia. Hæc autem attulit Christus, ideóque corda purificavit [o]. Sensus, q.d. Christus liberavit vos non tantùm à peccatis [p], sed etiam ab omnibus ceremoniis oneribúsque Legis veteris, &c [q]. Distinguenda sunt ἀπὸ πάντων, & ὑπὸ πάντων. Non pertinent hæc ad ceremonias *à quibus*, i. e. per quas, non poterant absolvi; sed ad peccata, à quibus liberari, sive absolvi, non poterant per Legis ceremonias [r]. A falsa Legis fiducia revocat eos ad Christum, qui erat *finis Legis*, Rom. 10. 4. & à quo pendebat vis & effectus ceremoniarum omnium [†].

40. *Videte ergò nè vobis superveniat*, &c.] Id est, nè in vobis impleatur [t]: nè idem vobis eveniat quod olim parentibus vestris, Urbe & Templo exciso, ipsis deportatis ob contemptum beneficiorum Dei. Vide Abacucum & ibi dicta. ¶ *In Prophetis*] Nempe in Abac. 1. 5 [v]. Est ergò numeri Heterosis [x], pro, in uno Prophetarum [y]. Al. In eo volumine (sive ea parte Veteris Instrumenti [z]) quod ad Hebræis dicitur נביאים [a]. In volumine Prophetarum minorum [b], qui omnes compingebantur, &c [c].

41. *Videte*,

f Ca. g Di. h Ca. i Ham. k Pi. l V. Pi. m Pi. n Pi. G. o G. p La. q V. r Camer. † V. t Er. v Be. x V. y Camer. z La. a G. b V. c Camer. d V. sim. Camer. * G. f G. g Ham. h G. i Pi. k G. l Be. m V. n Pi. o G. p La. q La. T. r Be. † Calv. t G. v La. x Er. in Be. y V. D. z D. a G. sic D. b Pi. ex Be. c Be.

41. *Videte*, &c. Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ] *Videte* (Imperativi pro Futuris [d].) *ô contemptores*, Be.Pi.&c. *Videbitis vos qui tot monita contemsistis*, quid sim facturus*. At Hab.1.5. est, ראו בגוים, *aspicite Gentes* [f]; vel, *in gentibus*, ut Aq. Sym. Th. & Chald. legunt [g]. At LXX ibi habent, ἴδετε οἱ καταφρονηταί. Eos hîc sequitur Paulus [h], nolens hîc, & alibi, receptam in Ecclesiis lectionem mutare, quod nec operæ pretium, nec utile, duxit; quia etsi in verbis, in re tamen & sensu, nullus erat error, nulla varietas: ut ex ipsa Prophetæ mente liquet. Quum enim Gentes aspicere jubet, καταφρονητὰς facit Judæos, eósque aperti contemptûs arguit, quòd ad Gentium scholam ablegari, & à Gentibus discere, mererentur, qui ex ore Dei discere hactenus recusârant [i]. [Qu. Sed unde hic error LXX?] Resp. Legerunt vel בוזים [k], vel בוגדים [l], errore orto ex affinitate literarum ו & ד [m]: solent enim [LXX] בגדים & alibi vertere καταφρονητὰς [n], ut Abac. 2.5 [o]. ut & verbum בגד καταφρονεῖν [p]. Sed his non opus est [q]. Discrepant hîc Interpretes antiquiores & recentiores, quòd verbum idem diversimodè non tam legerent quàm intelligerent, his pro voce gemina habentibus composita ex præp. ב & גוים, *in gentibus*; illis forsan pro una & simplici voce, quasi בגוים esset plur. à sing. בגויא, *Bago*, formâ קנויא *Kano*, *Zelotes*, sumpto; à themate nempe בגא, quod in usu olim apud Hebræos fuisse, etsi non alibi in textu Biblico, (qui unus Hebraismi puri & antiqui thesaurus nobis superest) occurrat, suadet linguæ Arabicæ usus, in qua verbum בגא, *Baga*, inter alia, significat, *injurius fuit*, *superbè*, sive *insolenter*, *se gessit*: id quod à matre ipsius, linguâ Hebraicâ, tractum credibile est. Nec nos moveat, quòd nec thema ipsum, nec aliqua ejus propago in S.S. extat, cùm multa alia sint quæ in longam desuetudinem abierunt, alia quoq; semel tantùm occurrentia, quæ non aliunde quàm è vicinis *Syrorum* & *Arabum* dialectis agnoscantur: id quod doctissimus Bochartus monet, & exemplis multis constat: [quæ vide in Cl. Authore.] Quare à בגא potuit esse בגוים, quod *insolentes*, *superbos*, καταφρονητὰς, significet [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε] *Et admiramini*, Be. Pi.&c. (Contraxit Lucas, salvo sensu, Græca; quæ sic habent, καὶ ἐπιβλέψατε, καὶ θαυμάσατε θαυμάσια. †, Heb. התמהו bene per θαυμάσατε reddi nemo dubitat [t].) *& evanescite*, Er.P.Mo. Ar. Il. Ti. Pi. V. i.e. deleamini à Romanis [v]: vel, *disparete*, ut qui præ pudore sese foràs proripiunt [x]: vel, sub. τὰ πρόσωπα, ut Matth. 6.16. *expallescite* [y]. Vel, *stupescite*, Di. sic Er. Pi. animo scilicet, ut vox sumitur Ose. 5. 15. sic & Ezec. 12. 19. sic ut mens vobis ac consilia pereant atque evanescant [z]. Vel, *devastamini*, Pi. Tre. Quomodo LXX Senes hîc in Hebræo legisse videantur, diximus ad Prophetam ipsum [a]. In Heb. est תמהו, quod bene vertitur per ἀφανίσθητε· neque enim illud postulare videtur ut quis prorsus consumatur, sed præ stupore ab eo quo fuerat statu mutetur & quasi corrumpatur: quam esse thematis תמה vim, ostendit ejus in lingua Arabica usus: [de quo vide in Poc.] adeóque simplex תמה majus aliquid significare videtur quàm התמהו, neque infrequens puto ut tam apud Hebræos quàm Arabes conjugationes auctæ minus aliquid, diversum licèt, quàm thema simplex innuant, &c [b]. ¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἔργον, &c.] In LXX pro ὅτι est διότι. Apparet à Luca hæc non ex Codice scripta, sed quantum memoria suppeditabat [c]. *Quia opus operor*, &c. Be. Pi. Ad literam opus hoc fuit vindicta, quam Deus per Chaldæos exercuit in Judæos, &c [d]. Mysticè verò, sive allegoricè, hoc opus est excæcatio, reprobatio, & perditio Judæorum fidei rebellium*, ac vocatio Gentium [f]. ¶ *Opus*, Ἔργον] Hæc repetitio vocis in Græco [textu Abac. 1. 5.] non est, sed rem efficaciter exponit [g]. ¶ *Quod*, &c. Ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, &c.] *Quod nequaquam credetis*, &c. Pi. q. d. Tot & tanta, ut incredibilia videantur [h]. Alii Codices [pro ὃ] habent ᾧ, quomodo & LXX [i]: quod rectius puto [k].

42. *Exeuntibus*, &c. Ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων] Sermo ambiguus [l]. [Vel, sic,] *Exeuntibus* (nempe, Apostolis [m], Paulo & Barnabâ [n].) *è cœtu Judæorum*, Er. sic Camer. Sed tunc cur adderetur, *Judæorum*, cùm *Synagoga* per se satis intelligatur fuisse Synagoga Judæorum [o]? [Vel, sic;] *Egressis è cœtu*, sive *Synagoga*, *Judæis*, Er. V. Be. Pi. Sch. qui scil. Pauli verbis offensi Synagogâ excesserunt [p]: ut Ἰουδαίων sit Genitivus non Possidentis, sed Agentis, *Quum exirent Judæi*, plerique scil. nam bene multi manebant cum Proselytis [q]. ¶ *Rogabant*, &c. Παρεκάλουν τὰ ἔθνη] *Rogârunt Gentes*, Be. Pi. Gentiles qui Judaizabant, &c †. Proselyti, sive pii ex Gentibus [t]: Pisidæ isti [v]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον, &c.] Insolens sanè loquendi genus, quod ex usu linguæ *medium aliquod Sabbatum* significat [x]. Dura locutio est, & forsan mendosa [y]. Græca sonant, q. d. *intermedio*, sive *intercurrente*, *sabbato* [z]. [Diversimodè accipiunt:] *Ut intra proximè sequens sabbatum*, &c. Be. Pi. *In interjectum sabbatum*, Il. *Ut interjecto medio tempore ad proximum usque sabbatum*, &c. Camer. Ad verb. *In sabbatum quod erat in medio*, *seu interjectum*, Pi. Omnino legendum, εἰς τὸ μεταξὺ σαββάτων [a], scil. χρόνῳ [b], *medio tempore inter duo Sabbata* [c]. Olim o longum & o breve [apud Græcos] ad eandem, aut supparem, formam scribebatur [d]: Judæi dicerent, בחול השבת*: diebus profestis [f]. Id ideo dicunt quia videbant Apostolos per Sabbata Judæis instituendis vacare, ut patet suprà v. 14. & infrà v. 44. & Act. 16. 13 [g]. Legendum hîc, εἰς τὸ μεταξὺ σαββάτων [h], *in reliqua septimana*. Nam σάββατον vox est Hebraica mera, שבתון [i], non Genitivi pluralis forma Græca; nec Sabbatum hîc significat, sed septimanam quæ proximum Sabbatum præcedebat [k]: &, εἰς τὸ μεταξὺ, positum est pro, ἐν τῷ μεταξὺ [l]: ut Marc. 2. 1. εἰς οἶκον ἐστι, pro, ἐν οἴκῳ [m]. Sed repugnat [huic sententiæ,] tum quòd Codices omnes habent σάββατον· tum quòd hoc seq. Sabbato præstitum innuitur, v. 44 [n]. Al. Εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον, h.e. diebus hebdomadæ secundo & quinto, quibus diebus ex veteri traditione habebantur conventus tanquam die Sabbati [o]. Al. Quod hîc *de Sabbato intermedio*, sive *interjecto*, dicitur, refero ad diem aliquem festum quo feriandum esset. Festi enim dies aliquot erant ex Dei præscripto æquè solennes atque Sabbatum ipsum, tum ob sacros conventus, tum quòd ab omni opere feriandum erat; & propterea ipsis etiam nomen שבת & שבתון, sæpe tribuitur, ut Levit. 16. 31. & 23. per totum, Num. 29. tot. collat. cum Exod. 31. 15. & 35. 2 [p]. [Alii aliter accipiunt:] *In sequens sabbatum*, Mo. Cap. *Sequenti* (vel, *Alio*, Tre. vel, *Proximo*, Ca.) *sabbato*, Er. P. Ti. Æth. Cap. Di. Εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον est, לאחר השבת [q], ut μεταξὺ sit pro μετόπισθεν, vel μετέπειτα· nec valeat *inter*, sed *postea*. Ità vox sumitur in Jo. Bel. Jud. 6. 6. Δαβίδ τε καὶ Σολομῶντος, ἔτι δὲ τῶν μεταξὺ τούτων βασιλέων, h. e. τῶν μετὰ τούτους βασιλέων, *qui hos secuti sunt reges*: nulli enim inter Davidem & Salomonem fuerunt, sed multi secuti sunt Reges [r]. Sic Clemens Romanus in epist. ejus ad Corinth. nuper edita, *Cognoverunt Apostoli—fore ut de nomine Episcopatûs contenderetur, itaque, omnimodâ in se curâ susceptâ, constituerunt prædictos*, καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, *deinde autem ordinationem instituerunt, ut defunctis illis succederent alii probati viri qui ministerium eorum capesserent.* Et mox, *Constitutos itaque ab illis*, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων, *ut deinceps ab aliis legitimis viris*, &c †.

43. *Cùmque*, &c. Λυθείσης, &c.] *Soluto autem conventu*, Be. Pi. sic V. ex offensione Judæorum [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων] *Et religiosorum proselytarum*, Val. Er. sic V. Be. Pi. &c. Non τῶν Ἑλλήνων, sed eorum qui Legi Mosis se subdiderant, גרי צדק [v]. Gentilium qui Judaismum amplectebantur [x], ad verb. *accedentium*; accedebant enim ad cultum Dei [y]. ¶ *Ut*, &c? Ἐπιμένειν, &c.] *Ut permanerent* (vel, *adhærerent*, Tre. ex Sy. *perseverarent*, Er. Il. Ti.) *in gratia Dei*, P. Be. Ca. Pi. &c. Quâ præventi cœperant sequi fidem Christi [z]: vel, in gratuita in uno Christo justificatione, de qua disseruerat [a]. Al. Ità [*gratia Dei*] per Metonymiam vocatur doctrina Evangelica, quæ summo Dei beneficio nobis contigit. Sic Heb. 12. 15. 1 Pet. 5. 12 [b].

44. *Sequenti verò Sabbatho*; ità Er. P. Ti. Be. Ca. Τῷ δὲ ἐρχομένῳ, &c.] *Ipso verò veniente*, &c. Mo. Cic. Ham. vel, *appropinquante*, &c. Ham. Meliùs MS. τῷ δὲ ἐχομένῳ, &c. *Sabbato proximo*. Sic τῇ ἐχομένῃ, infrà 20. 15 [c].

45. *Repleti sunt zelo*, ζήλου] *Æmulatione*, vel *indignatione*, V. vel, *invidiâ*, Be. Pi. V. quòd ferre non poterant se Gentibus æquari [d]. Vide Joh. 2. 17*. ¶ *Contradicebant*, &c. Ἀντέλεγον — ἀντιλέγοντες, &c.] *Contradicebant iis quæ à Paulo dicebantur*, *contradicentes* (vel, recla-

[Margin notes, left column:] d V. * G. f Di. g Me. h Poc. Di. &c. i Di. k Cap. in Poc. l Be. G. Di. m Di. n Di. sim. G. o G. p Di. q Ham. r Poc. misc. 3. † G. t Poc. ib. v V. x Be. y G. z Di. a G. b Poc. ib. c G. d La. * La. sic Me. T. f La. g G. h Camer. i G. k Pi. l Er. m Er. Camer. n Zeg. o Be.

[Margin notes, right column:] p Be. sim. Sch. q Sch. † Be. t Ham. v G. x Cas. y D. z V. a G. ex Scal. Cas. b D. Pi. c Pi. d G. sic Pi. Scal. &c. f G. * Scal. f Pi. ex Be. g G. h Scal. in Cas. & in Glas. i Scal. in Glas. gram. 3. 6. 4. 525. Cas. ex Scal. k Cas. ex Scal. l Cas. ex Scal. Pi. m Glas. ex Scal. n Cap. o Li. chron. 95. p Eert. Luc. Frankt. c. 7. q Cap. r Di. ex Cap. † Di. r Be. v G. x V. sim. Be. y V. sim. Pi. z La. Me. a Be. b G. c G. Ham. d G. * Be.

gentes, P. Be. Pi. &c. memoratas Jos. 3. 10. & alibi [r]. Sex nominantur Exod. 3. 8. *Cananæi, Hitthæi, Amorrhæi, Perizæi, Hevæi, Jebusæi.* Sed addendi his *Girgazeni*, גרגשי, ex Neh. 9. 8. quos in Africam ivisse aiunt Hebræi. Et eos nominat in Africanis rebus Procopius, Vandalicorum 2 †. ¶ *Sorte*, &c. Κατεκληρονόμησεν, &c.] *Sorte distribuit*, &c. Be. Pi. &c. ut patet ex Jos. 13 [t]. At κατεκληροδότησεν habent Libri antiquiores, etiam ille in Anglia. Nihil refert: nam נחל in piel, aut הנחיל in Hiphil, modò vertitur κατακληρονομεῖν, ut Deut. 3. 28. Jos. 14. 2. & alibi; modò κατακληροδοτεῖν, ut Deut. cap. 1. ver. 38. Jos. 19. 51 [v].

20. *Quasi*, &c. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, &c.] *Et postea annis circiter quadringentis quinquaginta dedit Judices* (quasi Dictatores cum potestate, non & cum pompa, Regia. Vide quæ ad Librum Judicum diximus [x].) *usque ad Samuelem*, Be. Pi. &c. Sed perdifficilis est h. l. annorum supputatio [y]. Repugnat 1 Reg. c. 6. v. 5. ubi ab Exitu ad Templi initium numerantur 480 anni [z]. [Hæc variè conciliant.] 1. Hic locus corruptus est vel à Paulo, vel à librario [a]: forsan pro τετρακοσίοις legendum τριακοσίοις, *trecentis* [b]: facilis enim erat in numerorum notis lapsus [c]. [Non placet:] Repugnat consensus omnium Codicum [d], uno excepto [*]. Præstat autem ignorantiam nostram fateri quàm his Sacris Libris vitium impingere †. 2. Sequitur Paulus Versionem LXX [f]. Sed id ineptum esset dicenti apud Hebræos, & authoritatem Evangelio apud ipsos potiùs derogâsset quàm conciliâsset. Sed neque sic tollitur difficultas [g]. 3. Hic numerus respicit antecedentia [h], in sermone Pauli, cujus initium est *electio Patrum*, v. 17; terminus, *distributio, terræ Canaan*, v. 19. Sic verto, *Et post hæc, circiter* 450 *annis*, sub. γινόμενα, *facta, dedit Judices*, &c [k]. Rectè Codex ille in Anglia, & alii quibus usus est interpres Latinus, illa, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα, connectunt cum præced. & deinde ponunt, καὶ μετὰ ταῦτα [l]. locum hoc modo legentes, Κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν αὐτῶν, ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις πεντήκοντα, καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκε κριτάς [m]: ut non quamdiu rexerint Judices, sed quando eos Deus dederit, indicetur: nempe post ea quæ v. 17, 18, 19. narrata fuerant, quæ 450 circiter annis gesta fuere. Convenit computus [n]. Nam à nato Isaaco (quo tempore cœpit illa *Patrum electio*, v. 17 [o].) ad natum Jacobum sunt 60 anni: indè ad introitum in Ægyptum, 130; indè ad exitum, 210; indè ad introitum in terram Canaan, 40; indè ad distributionem terræ, anni 7: qui simul faciunt 447 annos, id est, circiter 450 [p]. Illud ὡς h. l. denotat numeri rotundationem [q], quæ usitata est [r]: solétque Scriptura parvos numeros excrescentes negligere †. 4. Hic numerus ad sequentia pertinet [t]. Hi anni incipiunt ab exitu ex Ægypto [v], desinunt in illud tempus quo David ex Sione ejecit Jebusæos. Tantum temporis impensum fuit ad collocandam gentem Hebræam in illis sedibus. Solomon anno ab exitu 480 Templum condidit, 1 Reg. c. 6. v. 1. Regnavit autem David per annos ferme 40, 2 Sam. 5. 5 [x]. Si supputes annos ab ingressu in Canaan usque ad finem 40 annorum Heli, qui exprimuntur 1 Sam. 4. 18. & ad annum primum Samuelis, qui seorsim hìc ponitur, comperies annos esse 450. Annis enim Judicum, qui 397 sunt, accensendi sunt anni 93, quibus Israelitæ extraneis servierunt. Apostolus illum simpliciter numerum expressit, quem sigillatim omnes numeri eundo per singula Libri Judicum constituunt [y]. [Plura vide in Synopsi ad 1 Reg. 6. 1.]

21. *Et*, &c. Κἀκεῖθεν] *Et indè*, vel *exinde*, G. Be. Pi. &c. i. e. ab ipso. Sic Cicero, *fore unde discerem neminem*, pro, à quo discerem: & Virgilius, *genus unde Latinum*. i. e. à quo: apud Terentium, *unde petitur*, i. e. à quo petitur. ¶ *Postulaverunt regem*] Hoc voluerunt, idque cùm adhuc Prophetam haberent, i. e. Deum ipsum, à quo regerentur. ¶ *Virum de tribu Benjamin*] Ex qua erat & hic melior illo Saul, Regnum sub Christo adeptus maximum, destructor mysticus Amalecitarum, mori paratus pro populo Dei, rejectus, non, ut ille, à Deo; sed à suis popularibus Dei nomen obtendentibus. ¶ *Annis quadraginta*] Hoc referendum est ad id quod præcessit, ἕως Σαμουὴλ τοῦ προφήτου, cæteris velut per parenthesin interjectis: ut intelligatur Samuel munere suo Prophetico functus partim ante Saulis Regnum, partim dum consiliis Saulem rexit, simul annis 40: nam 4 tantùm ante mortem Saulis mensibus creditur Hebræis mortuus Samuel. Ità Samuel, velut alter Moses curando populum, Mosis æquavit tempora [i]. Anni hi 40 ex Samuelis & Sauli annis conflati sunt [k]: quos conjungere voluit Paulus, quia etiam hæc tempora, à Libris Judicum exclusa, in Libros Samuelis collata sunt. Eandémque ob causam Samuel ab aliis Judicibus exclusus est [l], & cum Saule conjunctus, quia hujus dignitas à regia majestate fuit quodammodo absorpta [m]. Saulum autem non regnâsse 40 annos, constat tum ex 1 Reg. 6. 1. tum quòd David (quem unctum credunt 2 anno Saulis, h. e. 38 annis ante interitum Saulis) Regnum suscepit anno ætatis suæ 30, 2 Sam. 5. 4. Adde, quòd Saul *duobus annis regnâsse* dicitur, 1 Sam. 13. 1 [n]. [De quo loco vide quæ hîc San. vel nos in Synopsi.]

22. *Et*, &c. Καὶ μεταστήσας αὐτὸν] *Et illo amoto*, Er. Il. P. Be. G. &c. vel, *sublato*, Ca. sic Tre. ex Sy. &c. nempe, *à rebus humanis*. Non enim antè Davidi Regnum promissum tradere Deus voluit quàm mortuus esset Saul. Sic μεταστὰς dicitur *qui obiit*, 2 Macc. 11. 23. & μετατιθεὶς, *qui ex rebus humanis aufertur*, Heb. 11. 5. ¶ *Suscitavit*, Ἤγειρεν] Heb. הקים, *erexit, conspiciendum dedit.* ¶ *Inveni David*, &c.] Psal. 89. 20 [o]. Hæc non exstant αὐτολεξεὶ in Libris Regum, sed Prophetice tantùm dicta à Samuele ad Saulem, ut notant Græci [p]. ¶ *Secundùm cor meum*] Vel. *Qui mihi cordi est*, V. i. e. mihi gratissimum. Vide Act. 7. 46. Aliis verbis exprimit quod in Psalmo præcesserat, *electum de populo* [q]. ¶ *Faciet omnes voluntates meas*] Id est, volita mea [r], vel præcepta †, nempe, in regendo populo. Idem est quod dicitur Psal. 78. 72 [t].

23. *Hujus — ex semine*] Matth. 1. 1. Luc. 1. 32. ¶ *Secundùm promissionem*] 2 Sam. 7. 12, 13, 14. Psal. 79. 36. Jer. 23. 5. Mic. 5. 2. ¶ *Eduxit*, Ἤγειρε] Hoc exscriptores posuere ex eo quod antecessit de Davide: at MS. in Anglia & alii Libri perveteres habent ἤγαγε quomodo Heb. הביא est, *fecit venire* [v]. [Sic vertunt:] *Excitavit*, Be. Pi. D. *Fecit ut surgeret*, D. ex Sy. i. e. existeret, seu exoriretur [x]. ¶ *Israel*] *Israeli*, Er. V. Be. &c. id est, illis primo loco; quia inter eos vixit. ¶ *Salvatorem*] Sic vocatur Luc. 2. 11. Joh. 4. 42. Act. 5. 31. & apud Paulum sæpe. Est autem explicatio ejus quod sequitur, Ἰησοῦν. Vide Matth. 1. 21 [y]. A quibusdam Libris abest *Jesum* [z]. Mihi additum à Paulo videtur, ut significet Jesum verè id fuisse quod dicebatur [a].

24. *Prædicante*, &c. Προκηρύξαντος, &c.] *Cùm antè prædicâsset*, Be. Pi. *Ut antè prædicârat*, Er. Matth. 3. 1 [b]. ¶ *Ante*, &c. Πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ] *Ante faciem adventûs* (vel, *introitûs*, Er. sic Pi.) *ejus*, Mo. Ar. *Coram eo jam adventante*, Il. P. Pi. *In conspectu accedentis ipsius*, i. e. proximè ante eum [c]. Antequam Jesus munus suum auspicaretur. Sic ingredi *Consulatum* dicunt & Jurisperiti [d]. *Præiens ipsius ingressui*, q. d. Christum non procul, ut alii Prophetæ, venturum significans, sed jam iter ingressum; imò jam præsentem commonstrans. Πρὸ προσώπου αὐτοῦ, est Heb. לפני באו, quod non tempus declarat, sed præsentiam illius cui aliquis præit. Τῆς εἰσόδου, *adventûs*, pro εἰσερχομένου, vel, προσερχομένου αὐτοῦ, *eo qui adventat*: Hebraismus [*]. Al. *Ante initium introitûs ejus*. Facies hominis est quasi initium ejus, & ex ea primariò cognoscitur. Hinc *facies* pro *introitu*, Ezec. 40. 15. & 47. 1. in Pindar. Olymp. ς'. α'. 5. *Auspicantes opus*, προσώπου *frontispicium fac splendidum* [f]. Al. *Ante adventum ejus*, Tre. ex Sy. Rectè; modò *ante* non ad tempus præcedens referatur, sed ad locum situmve, & rei præsentiam. Est enim πρὸ προσώπου, *in conspectu ipsius rei*, ità sitæ, ut faciem suam veluti obvertat nobis. Phrasis emphatica, licèt obscura; q. d. Prædicavit paulò ante Christum, sed tamen quum jam adesset, adventúsque ejus homines jam respiceret, faciémque suam ipsis obverteret. Sic Num. 19. 4. *ante faciem tabernaculi*, i. e. sic constitutus ante tabernaculum, ut id eum quasi respiciat faciémque ei obvertat [g]. ¶ *Baptismum*, &c.] Marc. 1. 4. Luc. 3. 3 [h].

25. *Cùm*, &c. Ὡς δὲ ἐπλήρου, &c.] *Cùm autem expleret*, sive *impleret* (vel, *conficeret*, Ca. Ar.) *Johannes cursum*, P. Be. Ca. Pi. &c. vel, *ministerium*, Tre. ex Sy. cursum, scil. ministerii sui [i]; vel vitæ suæ †; i. e. *cùm in cursu suo*

Margin notes (first column): [r] D. — † G. — [t] L. — [v] G. — [x] G. — [y] Be. — [z] Di. sim. Be. — [a] Q. in Jun. — [b] Be. ex Luth. — [c] Be. — [d] Jun. sim. Be. — [*] Be. — † Jun. par. — [f] Q. in Jun. — [g] Jun. — [h] Q. in Jun. Glas. Di. — [k] Glas. gram. 4. 2. 2. 704. — [l] G. — [m] Jun. — [n] Di. — [o] Glas. Di. Jun. — [p] Di. sim. Jun. La. Glas. San. &c. — [q] Jun. — [r] Jun. sic La. — † La. — [t] Q. in Jun. — [v] G. sim. Be. — [x] G. — [y] Be.

Margin notes (second column): [i] G. — [k] San. sim. La. Be. &c. — [l] San. — [m] Be. — [n] San. — [o] G. — [p] Camer. — [q] G. — [r] La. sic Pi. — † La. Me. sim. Be. — [t] G. — [v] G. — [x] D. — [y] G. — [z] D. ex Be. — [a] Be. — [b] G. — [c] Camer. — [d] G. — [*] Be. — [f] Sch. — [g] Di. — [h] G. — [i] Pi. Me. La. — † Me. La.

suo pergeret. Sic, *implere post aliquem*, in Hebraismo est, *aliquem sequi*[k]. Πληρῶν hîc τὸ מלא *continuandi* significatione exprimit: alioqui evenit id de quo hîc agitur aliquamdiu ante conjectum in carcerem Baptistam*. ¶ *Quem,* &c? Τίνα με ὑπονοεῖτε εἶναι;] *Quem me existimatis* (vel, *suspicamini*, P. Be. Ca. Pi.) *esse?* G. simil. Il. Mo. Tre. &c. Subintelligitur *Messiam*. Non verba ipsa, sed sensum retulit qui est Joh. 1. 20[l]. ¶ *Non*, &c. Οὐκ εἰμὶ ἐγώ] *Non* (sub. *is*, Er. P. Be. scil. Christus[m]) *sum ego*, Mo. Tre. Er. P. &c. ¶ *Venit post me*] Id est, post me munus suum auspicabitur. ¶ *Non sum dignus*, &c.] Vide quæ ad Matth. 3. 11. Joh. 1. 27[n].

26. *Vobis verbum salutis hujus*, &c.] Id est, nuncius ille salutifer[o]. *Verbum*, scil. incarnatum[p]. Syrus, *Vobis ille missus est, verbum vitæ*, i. e. Christus vitæ auctor missus est ad vestram salutem[q]. Non alienum hîc negotium agitur. Nuncius quem adferimus tam ad vestram, ô Judæi, quàm ad vestram, pii Pisidæ, salutem pertinet[r].

27. *Qui—habitabant*, &c.] Plebs & Senatores Magni Synedrii †. ¶ *Hunc*, &c. Τοῦτον ἀγνοήσαντες] *Quum hunc ignorarent*, Be. Pi. Refertur, vel, 1. ad personam Christi[t]. Nescientes illum Jesum esse Messiam promissum. Vide Act. 3. 17. 1 Cor. 2. 8. Vel, 2. ad λόγον σωτηρίας, *sermonem salutis*, v. præced[v]. *Non cognoverunt illud* verbum, i. e. non habuerunt ejus veram & experimentalem cognitionem, sic ut conscii sibi fuissent veritatis, ejúsque vim in animis sensissent[x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰς φωνὰς τῶν Προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας, κρίναντες, ἐπλήρωσαν] Est hîc indubiè trajectio sive σύγχυσις: nam κρίναντες ad τοῦτον pertinet, & ἐπλήρωσαν ad τὰς φωνάς[y]. Hîc incipit apodosis periodi, seu consequens enuntiati relativi causæ[z]. Difficultas in eo est, quorsum spectat καί. Putem eo copulari ἀγνοήσαντες & κρίναντες: ut constructio loci talis sit, *Ignorantes, & propterea condemnantes, eum, impleverunt voces*, &c[a]: vel sic, *Cùm hunc ignorarent, tum* (ità vertò καὶ) *voces Prophetarum quæ per omne Sabbatum leguntur, eo damnato, impleverunt*[b]. Syrus, Arabs, & Beza, καὶ τὰς φωνὰς, construunt cum ἀγνοήσαντες, satis commodé. Possis tamen etiam cum ἐπλήρωσαν construere, si modò καὶ vertas *etiam*; hoc modo, *Quum hunc ignorarent, etiam voces Prophetarum*, &c. *judicando*, vel *damnando, impleverunt*: & τοῦτον mallem ad personam quàm ad sermonem referre, quia κρίναντες eo quoque referri debet[c]. *Quum hunc ignorarent, & voces Prophetarum quæ per omne sabbathum leguntur, ipso condemnato, impleverunt*, Pi. Hoc ad Senatores refertur, qui præjudicio suo Jesum confoderunt, Matth. 26. 66. Luc. 23. 2. Joh. 18. 13. & sic implêrunt prædicta Esa. 53. & alibi. Est hîc ἔλλειψις duplex, 1. κρίναντες[d], *quum judicâssent*, i. e. condemnâssent*; κρίναντες, pro κατακρίναντες, ut Mat. 7. 1. Joh. 12. 47. sub. αὐτόν, *eum*[f], nempe Jesum, cujus facta mentio, v. 23[g]: 2. ἐπλήρωσαν, sub. τὰς φωνάς. Φωνὰς dixit פתרות: ità enim vocantur partes Prophetarum in sua Sabbata distributæ, sicut Legis פרושין. Vide Act. 3. 17. Audiebant harum rerum vaticinia Sabbatis, inquit, & non intelligebant. Nam ἀγνοήσαντες & ad *Jesum*, & ad *Propheticas voces*, sive *lectiones*, refertur[h].

28. *Et nullam causam*, &c.] Hoc jam ad plebem pertinet, Matth. 27. 22. Nullam causam veram habebant: neque enim in Legem, neque in ipsos, peccaverat. Legem bene explicaverat, ipsos plurimis affecerat beneficiis[i].

29. *Quúmque consummâssent omnia*, Ὡς δὲ ἐτέλεσαν ἅπαντα, &c.] Possis exponere, *Postquam finem habuere omnia*, ut respiciatur id quod dixit Christus, Joh. 19. 28, 30. Nam sæpe *verba activa* sensum habent passivum, vel absolutum. Vide quæ dicta ad præceptum quartum Decalogi[k]. ¶ *Deponentes*, &c. Καθελόντες, &c.] *Detractum* (vel, *Qui detulerunt*. Deest articulus, ut sæpe. Vult enim dicere οἱ καθελόντες: nempe, Josephus Arimathensis & comites ejus. Matth. 27. 58, 59. & sub. *eum*[l],) *è ligno* (vel, *de cruce*, G. sim. Pi. Ham.) *posuerunt* (vel sic vertas, *detractus è ligno positus fuit*, ut sit personale pro impersonali[m]:) *in monumento*, Be. Pi. &c. Matth. 27. 59. Matth. 15. 46[n].

31. *His*, &c. Τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ, &c.] *Iis qui simul ascenderant cum eo*, &c. Be. Pi. P. Er. &c. Non Apostolis tantùm, sed & mulieribus Galilæis, quæ cum ipso Hierosolyma venerant, Matth. 27. 55. ¶ *Testes ejus*, &c.] Act. 10. 41. Adde Act. 1. 22, 32. & 3. 15. & 5. 32. & 10. 39[o].

[k] G. sim. Heins. * Heins. [l] Idem. [m] Pi. Me. &c. [n] G. [o] Be. [p] L. [q] Me. [r] G. † G. [t] Vulg. in Di. [v] Di. ex Sy. [x] Di. [y] Ham. [z] Pi. [a] Ham. [b] Be. [c] Di. [d] G. * Pi. [f] G. sim. Er. Be. Ca. P. &c. [g] Pi. [h] G. [i] G. [k] G. [l] G. sim. D. Be. [m] D. sic Pi. [n] G. [o] G.

32. *Et nos vobis*, &c. Ὑμᾶς εὐαγγελιζόμεθα, &c.] Εὐαγγελίζεσθαι hîc rursum habemus cum Accusativo personæ, ut Act. 8. 25, 40. In sequentibus est Hebraica circumductio, pro qua liceat dicere, ὅτι τὴν ἐπαγγελίαν πρὸς τοὺς πατέρας γενομένην ἐκπεπλήρωκεν ὁ Θεός, *Hic est nuncius quem adferimus vobis, impleta illa promissa*[p]. ¶ *Quoniam*, &c. Ὅτι ταύτην, &c.] Ὅτι hîc sumitur, vel, 1. ἐξηγητικῶς, *Quòd expleverit*, &c[q]. *Deum videlicet eam implevisse filiis illorum*, id est, *nobis*, Be. sic Pi. i.e. nobis qui illorum sumus filii[r]: vel, 2. αἰτιολογικῶς, ut causam reddat Paulus cur promissionem illam ipsis enunciet, quia, inquit, tempus id suadet & urget, ut quod explevit nobis, nos vobis annunciemus †. ¶ *Resuscitans*; ità Mo. sic Er. Il. Ti. Ἀναστήσας, &c.] *Suscitato*, vel *Excitato*, P. Be. Pi. sic Ar. Æth. *Qui excitavit*, &c. Tre. Ut præp. ἀνὰ nunc iterationem, sive *rursum*, nunc ascensionem, sive *sursum*, denotet: ità & ἀναστῆσαι h. l. aliis est, *resuscitare*, aut *restituere*; aliis, *suscitare* & suscitando exhibere[t]. [Hinc variant.] 1. Ἀναστήσας, i.e. *exhibens*[v], vel, in mundo mittens[x]. [Huic sententiæ favent: 1. Similis verbi usus,] Act. 2. 30. & 3. 26[y]. & Deut. 18. 15. Act. 7. 37[z]. & Act. 5. 36, 37. Heb. 7. 11[a]. 2. Quòd infrà distinctè sequitur, ἀναστήσας ἐκ νεκρῶν[b]. Cùm duplex sit Christi ἔγερσις, sive ἀνάστασις, altera *incarnationis*, altera *resuscitationis*, utramque distinctim Apostolus tum prædicat, tum probat: priorem prædicat v. 23. probátque v. 32, 33. posteriorem prædicat v. 30. probat v. 34, 35. Utramque hanc ἀνάστασιν habes quoque Act. 2. 30, 31[c]. Evidentissimè h. l. distinguit Christi *exhibitionem*, v. 32. & *excitationem ex mortuis*, &c. v. 34[d]. [Hæc prima sententia.] 2. Ἀναστήσας, i. e. *resuscitans ex mortuis*: cui favet tum, 1. contextus loci, nam resurrectio Christi ut argumentum tractandum proponitur v. 30. neque ulla hîc fit mentio adventûs ejus in mundum, vel æternæ aut temporalis generationis ejus: tum, 2. allegatio Psal. 2*. [de quo statim dicendum.]

33. *In Psalmo secundo*] Ità Sy. & Ar. & Æth. in Di. & omnes vet. cod. excepto vetustiss. in quo est *primo*[f]. Sed & Hi. Hil. & Aug. *primum* vocant[g], sive quòd primum Psalmum pro præfatione haberent[h]; sive quia olim in Hebræis Codicibus Psalmus primus & secundus cohærebant[i], ut in aliis etiam Psalmis evenit[k]; sive quòd secundum cum primo unum fuisse putarent †. Sic & Kimchi[l]. Ità sanè quidam apud K. at K. ipse ait, *In omnibus correctis libris hic Psalmus est secundus*[m]. [Vide Di.] Q. cod. habent, *In Psalmo*, mallem, *in Psalmis*; ut *primo*, vel *secundo*, ex albo in contextum irrepserit[n]. ¶ *Filius meus es tu, ego hodie genui te*] *O fili mi, hodie te genui*, G. Locus difficillimus †. Judæos antiquitus hunc locum ad Messiam retulisse apparet tum ex Justini Colloq. cum Tryphone, tum ex Davide Kimchi*. Et quota, quæso, pars hujus Psalmi Davidi competit? & quæ vox illius in Christo non completur ||? [Locus diversimodè accipitur: 1. De evectione Christi in Regnum.] *Genui*, i. e. Regem te feci, ut ad Psal. 2. diximus. Hoc in Christo impletum cùm *ei data omnis potestas*, &c. Matth. 28. 18. Justin. Colloq. τότε γένεσιν, &c. (*Tunc genitura ejus fieri dicitur cùm manifesta fit.*) Rectè: nam sicut qui nascuntur nosci incipiunt, ità & qui in magnum honorem evehuntur. Similia similium occupant nomina[o]. Ut filii denominantur à similitudine, ut *filii Dei* & *filii Abrahami* dicuntur qui eis similes sunt, & ut similitudo Dei in homine dominium hominis denotat, Gen. 1. 28. ità titulus *filii Dei*, & *Deorum*, Psal. 82. 6. ad Magistratus pertinet; & proinde hæc verba, *Filius meus es*, idem notant quod v. 6. *Regem meum constitui*, &c. Hinc & Heb. 1. dictum illud, *filius meus es*, v. 5. producitur ad probandum Christum Angelis superiorem esse, v. 4. qualis factus est Christus per Resurrectionem & exaltationem suam[p]. 2. De Christi incarnatione. Vide dicta Heb. 1. 5[q]. q. d. Ego te hominem genui hodie, id est, hoc die incarnationis tuæ[r]. 3. De ejus resurrectione †: ut constat, [1. ex contextu:] Nam illud, *sicut scriptum est*, refertur ad id quod antecessit, *resuscitans Jesum*. 2. Ex Psal. 2. ubi his verbis, *Ego hodie genui te*, subjicitur, *Dabo tibi gentes*, &c. quod Christus impletum docet post Resurrectionem suam, Mat. 28. 19[t]. 3. Quòd resurrectio in Scriptura vocatur *regeneratio*, Mat. 19. 28. & Christus *primogenitus mortuorum*, Col. 1. 18. Apoc. 1. 5[v].

[p] G. [q] Di. ex Er. & Be. [r] V. sic Di. † Di. [t] Ga. cit. c. 5. p. 50. [v] G. Be. Ga. &c. [x] Be. [y] C. Jun. [z] Ga. ex Cham. [a] Q. in Ham. [b] G. [c] Ga. ib. [d] Jun. par. * Ham. [f] Be. [g] Be. ex Er. sic G. [h] Be. [i] G. sim. Be. [k] G. † Be. [l] Be. [m] Di. [n] Be. † San. * G. || Jun. par. [o] G. [p] Ham. [q] Q. in La. [r] La ex Suar. Mo. lin. &c. † San. La. Cam. [t] San. [v] San. sic La. Me.

Deus

Deus porrò post resurrectionem demum Christi hoc dicit, *Tu es filius*, &c. non quasi tunc cœperit esse Filius Dei, & ab eo gigni, sed quia, qui antè infirmitate carnis obscuratus fuit, per Resurrectionem palàm & potentissimè declaratus est Filius Dei, &c[x]. juxta Rom. 1. 4[y]. Scripturæ enim mos est, ut res tum dicantur fieri vel nasci cùm manifestantur[z]. Sic Prov. 17. 17. *Amicus nascitur in die malo*, i.e. tum se prodit[a]. Sic Gen.22.12. *Nunc cognovi*,&c. i. e. hodie manifestâsti,&c. nam Deus antea cognovit. Sic cùm Regius puer aliquid patre dignum fecerit, dicit Rex, *Nunc es filius meus*. Et Medicus, qui filium moriturum sanitati reddidit, dicere possit, *Ego te hodie iterum genui*[b]. 4. De Christi Divinitate[c], æternâque ejus generatione[d]. Ità patres plerique, Aug. Hil. Chryſ. Theodor. &c[*]. q.d. *Ego hodie*, id est, in æternitate, quæ est quasi punctum semper durans, & quasi unum idémque hodie[f]. Mens Apostoli non est, ex his verbis inferre resurrectionem Messiæ, (ut liquet ex v. 34. ubi eam probare aggreditur, hâc præfatione inchoans, ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν·) sed ex resurrectione jam facta promissionis Psal.2. factæ impletionem probare. Quæ est illa promissio? Patet ex Psal.2. Promittitur ibi Ecclesiæ talis Rex qui Filius Dei esset, hodie (i. e. ab æterno in æternum: nam apud Deum perpetuum est hodie) ex eo genitus. Id jam, inquit Paulus, Deus præstitit in Christo. Patet ex ejus resurrectione, quæ irrefragabile est æternæ ejus filiationis documentum: quia enim Filius Dei æternus erat, impossibile fuit eum à morte detineri. Quare Christus mortem devincendo ostendit se esse Filium Dei æternum, &c[g]. 5. De Christi generatione & æterna & temporaria. Christus duo ordine enunciat fuisse à Patre pronunciata, unum de generatione æterna, his verbis, *Filius meus es tu*; alterum de missione in hunc mundum, his verbis, *Ego hodie genui te*. Prioris indicia sunt, quòd Deus Regibus,&c. imperat ut ipsum colant, atque osculentur,& in eum credant. Huic autem æternæ generationi commodè subjicitur ea quæ in tempore facta est, &c[h].

34. *Quòd autem suscitaverit*, &c.] Retro redit ad id quod de Resurrectione dixerat, ostendens & hoc Vaticiniis congruere[i]. ¶ *Ampliùs*, &c. Μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθοράν.] *Non ampliùs reversurum* (h. e. non reversurum: nam μηκέτι, & οὐκέτι, interdum dicuntur sine ullo respectu ad tempus antecedens, valéntque simpliciter, *non*, ut Joh. 15. 15. Rom. 6. 9. & 7. 17, 20. &c[k].) *in sepulcrum*, Be. Pi. vel, *corruptionem*, Er. Vulg. Sic vertunt Lxx Hebræum שחת, *sepulcrum*[l]. *Nunquam posthac aditurum corruptionis locum*, i. e. sepulcrum[m]. Non iterum moriturum, ut illi quos Elias & Elisæus suscitavere. Vide suprà v.22[n]. ¶ *Ità dixit*] Nempe, Deus per Esaiam[o]. ¶ *Dabo*, &c.] Δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστὰ] *Dabo vobis sancta Davidis fidelia*, Pi. Er. Mo. Ti. vel, *firma*, V. vel, *beneficentiam David fidelem*, Tre. ex Sy. *fidelem Davidis benignitatem*, Ca. *justitias Davidis fideles*, Ar. *firmas illas Davidis beneficentias*, Be. Pi. vel, *misericordias*, Il. P. vel, *certissima illa Davidis beneficia*, Pi. i.e. promissiones factas Davidi de Christo reddam firmas; h. e. adimplebo[p]. Lxx in Esa. 55. 3. διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Sensus est, Misericordiam meam vobis tam constantem exhibebo quàm exhibui Davidi. Genitivus hîc est Δαβὶδ, significátque objectum; & subintelligitur ὡς[q]. *Sancta*, id est, sanctas, pias, & munificas promissiones Dei factas Davidi[r], de filio possessuro Regnum æternum[†], fiant fideles, i. e. ratas & stabiles, quia eas opere complebo, præstando ea quæ de Christo ei promisi, inter quæ est resurrectio, Psal. 16. 10. & Regnum æternum[t]. Locus est Esa 55. 3. ubi est חסידים[v], quod propriè denotat *benignitates*, sive *beneficia*[x]; sed Lxx ibi vertunt, τὰ ὅσια[y], ex eo quòd חסיד & *beneficum* & *pium* significat[z]; unde, quum Deum חסיד, *benignum* dicere volunt, ὅσιον reddunt, Psal. 18. 28. Iidem Lxx חסד, *benignitatem*, promiscuè per ἔλεος & δικαιοσύνην reddunt, & חסדי דויד, 2 Par. 6. 42. vertunt, τὰ ἐλέη Δαβὶδ. Idem ergò τὰ ὅσια, & τὰ δικαιώματα, & τὰ ἐλέη· & singula gratuitas Dei promissiones denotant[a]. Porrò Adjectivum plurale substantivè hîc sumitur, ut multa neutralia apud Latinos, pro actibus benignitatis, &c[b]. Πιστὰ, idem quod Heb. נאמנים[c], valet, *fida*, *rata*[d], certa, durabilia[*]; ut Latini dicunt *fidam pacem*,

x Cam. y Q. z Cam. sim. San. a Cam. b San. c Di. d Di. La. ex Suar. * San. f La. g Di. h Jun. par. i G. k Glas. gram. 3. 5. 11. 451. l Be. sim. D. m V. n G. o V. p Idem. q G. r La. † Pi. t La. v Ca. sic Di. &c. x D. Ca. y D. Ham. z Ham. a Di. b Ham. c D. d D. sic Ca. Ham. * Ca. sic Cam.

aut *fidelem ad perpetuitatem materiam*[f]. Qu. Sed quomodo ex his verbis colligit Paulus Christum resurrecturum ad vitam immortalem? Resp. Quia Deus Davidi promiserat, ex ipso oriturum Messiam qui non videret corruptionem[g]. Cùm Christus hîc *David* appelletur, necesse est ut sit homo, & porrò ut moriatur. Et cùm durabile æternúmque sit Davidis nostri fœdus, necesse est ut ipse sit sempiternus, atque ità in suos Israelitas conferat beneficia sempiterna[h]. Promissa, mundo in Christo facta, cum vita ipsius prorsus expirâssent nisi resurrectione ejus rata facta essent[i].

35. *Aliàs* (i. e. Alio vel loco[k], vel Psalmo[l],) *dicit*] Scil. Scriptura[m], vel David[n]: quod ex remotiore loco repetitur, ut sæpe. ¶ *Non dabis*, &c.] Idem locus qui suprà 2. 27[o]. ¶ *Videre corruptionem*] Id est, putrefactionem & incinerationem[p]. Remanere in sepulcro in quo corrumperetur corpus ejus[q].

36. *David enim in sua*, &c. Τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη] Ἀμφιβολία hîc est ob distinctionem ambiguam[r]. *Cùm suæ generationi ministrâsset* (i.e. cùm populum suum rexisset, & hominibus suæ ætatis inservîsset[†]: vel, *quasi ministerio ætatis suæ functus*, Camer.) *voluntate*, vel *consilio*, *Dei*, *obdormivit*, Er. V. q.d. David non vixit nisi suam ætatem, & rebus bene gestis obdormivit cum cæteris: cæterùm Christus est immortalis[t]. Sed hæc distinctio neque vet. exempl. neque ullâ ratione nititur. Quis enim aliter quàm Dei decreto interveniente moritur? Sed non omnes consilium Dei sibi pro vitæ scopo proponunt, ut David[v]. [Alii ergò aliter:] *Cùm*, vel *Postquam*, *suâ ætate*, sive, *per suam ætatem*, (i. e. decurso ætatis suæ spatio[x], tempore vitæ suæ[y],) *inservivit Dei consilio*, sive *voluntati*, *obdormivit*, Be. Pi. G. Meliùs dicitur David serviisse voluntati Dei, h.e. faciens omnes voluntates ejus, v. 22. quàm generationi suæ[z]. ¶ *Appositus—ad patres*] Id est, Sepultus est. Vide Act. 2. 29[a]. Conditus est majorum sepulcro[b]. ¶ *Et vidit corruptionem*] Id est, sensit interitum[c]: cadaver ejus corruptum fuit in sepulcro[d]. Aliquo tempore servatus fuit à morte, quæ via est ad dissolutionem corporis, non in perpetuum. Est ἐξήγησις præcedentium, eò tendens, ut pateat locum modò productum excellentiùs in Christum quàm in Davidem convenire[*].

37. *Quem—Deus suscitavit*] Tertiò scilicet die[f]: antequam corpus naturaliter putrefieri solet[g]. ¶ *Non vidit corruptionem*] Mors eum effectum in eo non habuit ut corpus dissolveret. Est duplex κατάχρησις· nam & *videre* ponitur pro *experiri*, & *experiri* de mortuo non nisi impropriè dicitur[h].

38. *Per hunc* (sub. γινομένη, *quæ per hunc contingit*[i],) *remissio peccatorum annunciatur*] Vide Act. 10. 43[k].

39. *Et*, &c. Καὶ ἀπὸ πάντων ὧν, &c.] Ὧν, pro ἀφ' ὧν· Græcismus[l]. *Et* (vel, *Etiam*, sub. *liberatio*, V.) *ab omnibus à quibus non potuistis per Legem Mosis justificari*, &c. Be. Pi. &c. i. e. liberari[m]: vel, justi à Deo pronunciari[n]. Non est idem quod præcessit, sed aliud beneficium. Nam הצדיק, quod plerumque Græcè est δικαιοῦν, significat & *purgare*: vertitúrque צדק, καθαρὸς ἔσται, Job. 4. 17. καθαρισθήσεται, Dan. 8. 14. Purgatur à criminibus qui à peccandi consuetudine liberatur: id ἐπὶ τὸ πολὺ per Legem non fiebat, Heb. 10. 1, 2. Causa est quia Lex promissa non habebat cœlestia. Hæc autem attulit Christus, ideóque corda purificavit[o]. Sensus, q.d. Christus liberavit vos non tantùm à peccatis[p], sed etiam ab omnibus ceremoniis oneribúsque Legis veteris, &c[q]. Distinguenda sunt ἀπὸ πάντων, & ἀπὸ πάντων. Non pertinent hæc ad ceremonias *à quibus*, i. e. per quas, non poterant absolvi; sed ad peccata, à quibus liberari, sive absolvi, non poterant per Legis ceremonias[r]. A falsa Legis fiducia revocat eos ad Christum, qui erat *finis Legis*, Rom. 10. 4. & à quo pendebat vis & effectus ceremoniarum omnium[†].

40. *Videte ergò nè vobis superveniat*, &c.] Id est, nè in vobis impleatur[t]: nè idem vobis eveniat quod olim parentibus vestris, Urbe & Templo exciso, ipsis deportatis ob contemptum beneficiorum Dei. Vide Abacucum & ibi dicta. ¶ *In Prophetis*] Nempe in Abac. 1. 5[v]. Est ergò numeri Heterosis[x], pro, in uno Prophetarum[y]. Al. In eo volumine (sive ea parte Veteris Instrumenti[z]) quod ad Hebræis dicitur נביאים[a]. In volumine Prophetarum minorum[b], qui omnes compingebantur, &c[c].

f Ca. g Di. h Ca. i Ham. k Pi. l V. Pi. m Pi. n Pi. G. o G. p La. q V. r Camer. † V. t Er. v Be. x V. y Camer. z La. a G. b V. c Camer. d V. sim. Camer. * G. f G. g Ham. h G. i Pi. k G. l Be. m V. n Pi. o G. p La. q La. T. r Be. † Calv. t G. v La. x Er. in Be. y V. D. z D. a G. sic D. b Pi. ex Be. c Be.

41. *Videte*,

41. *Videte*, &c. Ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ] *Videte* (Imperativi pro Futuris [d].) ô *contemptores*, Be.Pi.&c. *Videbitis vos qui tot monita contemnitis*, quid sim facturus*. At Hab.1.5. est, ראו בגוים, *aspicite Gentes* [f]; vel, *in gentibus*, ut Aq. Sym. Th. & Chald. legunt [g]. At Lxx ibi habent, ἴδετε οἱ καταφρονηταί. Eos hic sequitur Paulus [h], nolens hîc, & alibi, receptam in Ecclesiis lectionem mutare, quod nec operæ pretium, nec utile, duxit; quia etsi in verbis, in re tamen & sensu, nullus erat error, nulla varietas: ut ex ipsa Prophetæ mente liquet. Quum enim Gentes aspicere jubet, καταφρονητὰς facit Judæos, eósque aperti contemptûs arguit, quòd ad Gentium scholam ablegari, & à Gentibus discere, mererentur, qui ex ore Dei discere hactenus recusarant [i]. [Qu. Sed unde hic error Lxx?] Resp. Legerunt vel בוזים [k], vel בוגדים [l], errore orto ex affinitate literarum ו & ד [m]: solent enim [Lxx] בגדים & alibi vertere καταφρονεῖν [n], ut Abac. 2.5 [o]. ut & verbum בגד καταφρονεῖν [p]. Sed his non opus est [q]. Discrepant hîc Interpretes antiquiores & recentiores, quòd verbum idem diversimodè non tam legerent quàm intelligerent, his pro voce gemina habentibus composita ex præp. ב & גוים, *in gentibus*; illis forsan pro una & simplici voce, quasi בגוים esset plur. à sing. בגוא, *Bago*, formâ קנוא *Kano*, *Zelotes*, sumpto; à themate nempe בגא, quod in usu olim apud Hebræos fuisse, etsi non alibi in textu Biblico, (qui unus Hebraismi puri & antiqui thesaurus nobis superest) occurrat, suadet linguæ Arabicæ usus, in qua verbum בגא, *Baga*, inter alia, significat, *injurius fuit*, *superbè*, sive *insolenter*, *se gessit*: id quod à matre ipsius, linguâ Hebraicâ, tractum credibile est. Nec nos moveat, quòd nec thema ipsum, nec aliqua ejus propago in S.S. extat, cùm multa alia sint quæ in longam desuetudinem abierunt, alia quoq; semel tantùm occurrentia, quæ non aliunde quàm è vicinis *Syrorum* & *Arabum* dialectis agnoscantur: id quod doctissimus Bochartus monet, & exemplis multis constat: [quæ vide in Cl. Authore.] Quare à בגא potuit esse בגוים, quod *insolentes*, *superbos*, καταφρονητάς, significet [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ θαυμάσατε καὶ ἀφανίσθητε] *Et admiramini*, Be. Pi.&c. (Contraxit Lucas, salvo sensu, Græca; quæ sic habent, καὶ ἐπιβλέψατε, καὶ θαυμάσατε θαυμάσια †, Heb. התמהו bene per θαυμάσατε reddi nemo dubitat [t].) *& evanescite*, Er.P.Mo. Ar. Il. Ti. Pi. V. i.e. deleamini à Romanis [v]: vel, *disparete*, ut qui præ pudore sese foràs proripiunt [x]: vel, sub. τὰ πρόσωπα, ut Matth. 6. 16. *expallescite* [y]. Vel, *stupescite*, Di. sic Er. Pi. animo scilicet, ut vox sumitur Ose. 5. 15. sic & Ezec. 12. 19. sic ut mens vobis ac consilia pereant atque evanescant [z]. Vel, *devastamini*, Pi. Tre. Quomodo Lxx Senes hîc in Hebræo legisse videantur, diximus ad Prophetam ipsum [a]. In Heb. est תמהו, quod bene vertitur per ἀφανίσθητε· neque enim illud postulare videtur ut quis prorsus consumatur, sed præ stupore ab eo quo fuerat statu mutetur & quasi corrumpatur: quam esse thematis תמה vim, ostendit ejus in lingua Arabica usus: [de quo vide in Poc.] adeóque simplex תמה majus aliquid significare videtur quàm התמה, neque infrequens puto ut tam apud Hebræos quàm Arabes conjugationes auctæ minus aliquid, diversum licèt, quàm thema simplex innuant, &c [b].

¶ *Quia*, &c. Ὅτι ἔργον, &c.] In Lxx pro ὅτι est διότι. Apparet à Luca hæc non ex Codice scripta, sed quantum memoria suppeditabat [c]. *Quia opus operor*, &c. Be. Pi. Ad literam opus hoc fuit vindicta, quam Deus per Chaldæos exercuit in Judæos, &c [d]. Mysticè verò, sive allegoricè, hoc opus est excæcatio, reprobatio, & perditio Judæorum rebellium*, ac vocatio Gentium [f]. ¶ *Opus*, Ἔργον] Hæc repetitio vocis in Græco [textu Abac. 1. 5.] non est, sed rem efficaciter exponit [g]. ¶ *Quod*, &c. Ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, &c.] *Quod nequaquam credetis*, &c. Pi. q. d. Tot & tanta, ut incredibilia videantur [h]. Alii Codices [pro ὃ] habent ᾧ, quomodo & Lxx [i]: quod rectius puto [k].

42. *Exeuntibus*, &c. Ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων] Sermo ambiguus [l]. [Vel, sic,] *Exeuntibus* (nempe, Apostolis [m], Paulo & Barnabâ [n].) *è cœtu Judæorum*, Er. sic Camer. Sed tunc cur adderetur, *Judæorum*, cùm *Synagoga* per se satis intelligatur fuisse Synagoga Judæorum [o]? [Vel, sic;] *Egressis è cœtu*, sive *Synagoga*, *Judæis*, Er. V. Be. Pi. Sch. qui scil. Pauli verbis offensi Synagogâ excesserunt [p]: ut Ἰουδαίων sit Genitivus non Possidentis, sed Agentis, *Quum exirent Judæi*, plerique scil. nam bene multi manebant cum Proselytis [q]. ¶ *Rogabant*, &c. Παρεκάλουν τὰ ἔθνη] *Rogârunt Gentes*, Be. Pi. Gentiles qui Judaizabant, &c †. Proselyti, sive pii ex Gentibus [t]: Pisidæ isti [v]. ¶ *Ut*, &c. Εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον, &c.] Insolens sanè loquendi genus, quod ex usu linguæ *medium aliquod Sabbatum* significat [x]. Dura locutio est, & forsan mendosa [y]. Græca sonant, q. d. *intermedio*, sive *intercurrente*, *sabbato* [z]. [Diversimodè accipiunt:] *Ut intra proximè sequens sabbatum*, &c. Be. Pi. *In interjectum sabbatum*, Il. *Ut interjecto medio tempore ad proximum usque sabbatum*, &c. Camer. Ad verb. *In sabbatum quod erat in medio*, *seu interjectum*, Pi. Omnino legendum, εἰς τὸ μεταξὺ σαββάτων [a], scil. χρόνον [b], *medio tempore inter duo Sabbata* [c]. Olim o longum & o breve [apud Græcos] ad eandem, aut supparem, formam scribebatur [d]: Judæi dicerent, בחול השבת*: diebus profestis [f]. Id ideo dicunt quia videbant Apostolos per Sabbata Judæis instituendis vacare, ut patet suprà v. 14. & infrà v. 44. & Act. 16. 13 [g]. Legendum hîc, εἰς τὸ μεταξὺ σαββάτων [h], *in reliqua septimana*. Nam σαββάτων vox est Hebraica mera, שבתון [i], non Genitivi pluralis forma Græca; nec Sabbatum hîc significat, sed septimanam quæ proximum Sabbatum præcedebat [k]: &, εἰς τὸ μεταξὺ, positum est pro, ἐν τῷ μεταξὺ [l]· ut Marc. 2. 1. εἰς οἶκον ἐστὶ, pro, ἐν οἴκῳ [m]. Sed repugnat [huic sententiæ,] tum quòd Codices omnes habent σάββατον· tum quòd hoc seq. Sabbato præstitum innuitur, v. 44 [n]. Al. Εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον, h.e. diebus hebdomadæ secundo & quinto, quibus diebus ex veteri traditione habebantur conventus tanquam die Sabbati [o]. Al. Quod hîc *de Sabbato intermedio*, sive *interjecto*, dicitur, refero ad diem aliquem festum quo feriandum esset. Festi enim dies aliquot erant ex Dei præscripto æquè solennes atque Sabbatum ipsum, tum ob sacros conventus, tum quòd ab omni opere feriandum erat; & propterea ipsis etiam nomen שבת & שבתון, sæpe tribuitur, ut Levit. 16. 31. & 23. per totum, Num. 29. tot. collat. cum Exod. 31. 15. & 35. 2 [p]. [Alii aliter accipiunt:] *In sequens sabbatum*, Mo. Cap. *Sequenti* (vel, *Alio*, Tre. vel, *Proximo*, Ca.) *sabbato*, Er. P. Ti. Æth. Cap. Di. Εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον est, לאחר השבת [q], ut μεταξὺ sit pro μετέπειτα, vel μετέπειτα· nec valeat *inter*, sed *postea*. Ità vox sumitur in Jo. Bel. Jud. 6. 6. Δαβὶδ τε καὶ Σολομῶντος, ἔτι δὲ τῶν μεταξὺ τούτων βασιλέων, h. e. τῶν μετ' τούτους βασιλέων, *qui hos secuti sunt reges*: nulli enim inter Davidem & Salomonem fuerunt, sed multi secuti sunt Reges [r]. Sic Clemens Romanus in epist. ejus ad Corinth. nuper edita, *Cognoverunt Apostoli—fore ut de nomine Episcopatus contenderetur*, *itaque*, *omnimodâ in se curâ susceptâ*, *constituerunt prædictos*, καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, *deinde autem ordinationem instituerunt*, *ut defunctis illis succederent alii probati viri qui ministerium eorum capesserent*. Et mox, *Constitutos itaque ab illis*, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων, *ut deinceps ab aliis legitimis viris*, &c †.

43. *Cùmque*, &c. Λυθείσης, &c.] *Soluto autem conventu*, Be. Pi. sic V. ex offensione Judæorum [t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τῶν σεβομένων προσηλύτων] *Et religiosorum proselytarum*, Val. Er. sic V. Be, Pi. &c. Non Ἑλλήνων, sed eorum qui Legi Mosis se subdiderant, גרי צדק [v]. Gentilium qui Judaismum amplectebantur [x], ad verb. *accedentium*; accedebant enim ad cultum Dei [y]. ¶ *Ut*, &c? Ἐπιμένειν, &c.] *Ut permanerent* (vel, *adhærerent*, Tre. ex Sy. *perseverarent*, Er. Il. Ti.) *in gratia Dei*, P. Be. Ca. Pi. &c. Quâ præventi cœperant sequi fidem Christi [z]: vel, in gratuita in uno Christo justificatione, de qua disseruerat [a]. Al. Ità [*gratia Dei*] per Metonymiam vocatur doctrina Evangelica, quæ summo Dei beneficio nobis contigit. Sic Heb. 12. 15. 1 Pet. 5. 12 [b].

44. *Sequenti verò Sabbatho*; ità Er. P. Ti. Be. Ca. Τῷ δὲ ἐρχομένῳ, &c.] *Ipso verò veniente*, &c. Mo. sic Ham. vel, *appropinquante*, &c. Ham. Melius MS. τῷ δὲ ἐχομένῳ, &c. *Sabbato proximo*. Sic τῇ ἐχομένῃ, infrà 20. 15 [c].

45. *Repleti sunt zelo*, Ζήλου] *Æmulatione*, vel *indignatione*, V. vel, *invidiâ*, Be. Pi. V. quòd ferre non poterant se Gentibus æquari [d]. Vide Joh. 2. 17*. ¶ *Contradicebant*, &c. Ἀντιλέγοντες — ἀντιλέγοντες, &c.] *Contradicebant iis quæ à Paulo dicebantur*, *contradicentes* (vel, recla-

[Marginal sigla, left column: d V. | * G. | f Di. | g Me. | h Poc. Di. &c. | i Di. | k Cap. in Poc. | l Be.G.Di. | m Di. | n Di. sim. G. | o G. | p Di. | q Ham. | r Poc. misc. 3. | † G. | t Poc. ib. | v V. | x Be. | y G. | z Di. | a G. | b Poc. ib. | c G. | d La. | * La. sic Me. T. | f La. | g G. | h Camer. | i G. | k Pi. | l Er. | m Er. Camer. | n Zeg. | o Be.]

[Marginal sigla, right column: p Be. sim. Sch. | q Sch. | † Be. | t Ham. | v G. | x Cas. | y D. | z V. | a G. ex Scal. Cas. D. Pi. | b Pi. | c G. sic Pi. Scal. &c. | d G. | * Scal. | f Pi. ex Be. | g G. | h Scal. in Cas. & in Glas. | i Scal. in Glas. gram. 3. 6. 4. 525. | l Cas. ex Scal. | * Cas. ex Scal | l Cas. ex Scal. Pi. | m Glas. ex Scal. | n Cap. | o Li. chron. 95. | p Eert. Luc. Frankr. c. 7. | q Cap. | r Di. ex Cap. | † Di. | t Be. | v G. | * V. sim. Be. | y V. sim. Pi. | z La. Me. | a Be. | b G. | c G. Ham. | d G. | * Be.]

reclamantes, V.) & *blasphemantes*, Pi. sic Be. V. i. e. de doctrina ejus maledicentes †. Repetitio contradicentium vehementiam indicans [f]: q. d. contradicebant, perpetuâ blasphemiâ contradictionem comitante. Phrasis emphatica, qualis 1 Sam. 6. 12. Ibant *euntes & mugientes*, id est, perpetuo mugitu euntes comitante [g]. Illud, ἀντιλέγοντες καὶ, redundare videtur [h]: nam sicut in multis aliis Libris deest, ità & in illo optimo MS [i]. Nec legunt id Vulg. Sy. Ar [k]. nec Æth. Non [tamen] quòd à Græcis exemplaribus id abfuerit, (constanter enim omnia habent,) sed quòd omiserint quæ redundare putarent [l].

46. *Constanter*, &c.] Nihil territi ipsorum contumeliis [m], & blasphemis contradictionibus, ut sperabant Judæi [n]. ¶ *Vobis* (utpote filiis & hæredibus patrum, quibus promissus est Christus [o], ut primùm missus [p],) *oportebat*, &c.] Ità G. vel, *necesse fuit*, &c. Be. Pi. ex Christi præcepto & exemplo, Matth. 10. 6. & 15. 24. Luc. 24. 47. Act. 1. 8 [q]. ¶ *Sed*, &c. Ἐπειδὴ δὲ ἀπωθεῖσθε, &c.] *Postquam* (vel, *Quoniam*, Zeg. &c.) *illum repellitis*, Be. Pi. Er. Il. Ti. sic Mo. Tre. sim. P. Ca. &c. vel, *fastiditis*: Heb. מאס מאסתם plurimis in locis V. T. vertitur ἀπωθεῖν· interdum ἐξουθενεῖν, φαυλίζειν, aliisque verbis. Vide Act. 7. 39. 1 Tim. 1. 19 [r]. ¶ *Et indignos vos judicastis*, &c. Κρίνετε, &c.] *Judicatis*, V. *Decernitis*, Be. Pi. Hoc vestro facto, (scilicet refutando Evangelium †,) quasi sententiâ in vos ipsos latâ, statuitis [t]. Est idem loquendi genus L. Judices Cod. de dignit. l. 12. *Nec sibi posthac de eo honore blandiantur quo seipsos indignos judicaverunt*, id est, ostenderunt non minùs clarè quàm judex qui sententiam pronuntiat. Solent actionibus nomina tribui aliarum actionum quarum pares sunt effectus. Vide dicta de J. B. & P. 2. 20. 2. Matth. 26. 12. Vide & Psal. 106. 24. Prov. 8. 36. & 17. 19 [v]. Est hæc Græcæ elegantiæ locutio. Arrian. in Epictet. 2. 20. Κάθελε, καὶ τί τοῦ σπαλακός πίει, ὧν ἄξιον ἔκρινας σεαυτόν· Et ibidem, Ὧν ἄξιον ἔκρινας σεαυτόν, ἔσθιε, καὶ πίνε, καὶ σωματίζε· Et 4. 11. Σαυτὸν ἄξιον ποιῆς τοῦ ὄζειν. Apud Aristoph. ille in Equit. Οὐκ ἀξιῶ 'γὼ μ' αὐτὸν ἰσχύειν μέγα. Scholiastes, οὐκ ἀξιῶ κελεύω. Similiter & Latini: Cicero Catil. 1. *Quàm longè videtur à carcere —— abesse debere, qui seipsum jam dignum custodiâ judicavit?* Quintil. ——*Majore se theatro dignum putat*. Eodem sensu Cicero pro Cæcina ait, *videri eum qui, cùm liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicâsse*: id est, οὐκ ἄξιον ἑαυτὸν κεκρικέναι [x].

47. *Sic——præcepit Dominus*] Christus, Act. 1. 8. Matth. 28. 19. Marc. 16. 15. Luc. 24. 47 [y]. Prædixit Deus per Isaiam se hoc decrevisse & velle. ¶ *Posui*, &c.] Id est, Certò ponam [z]. Præt. pro fut. est enim prophetia: q. d. Efficiam ut tota terræ portio quam incolunt Gentiles, instituatur à te, ità ut agnoscat te salvatorem & liberatorem [a]. Dicens, *Constitui te*, &c. Be. Pi. In Versione LXX Esa. 49. 6. Δέδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Hoc de Esaia dictum, multò magis Christo convenit, qui fecisse dicitur quod fecit per Apostolos. Est autem allegatio hæc absolutè posita, ità ut ante eam subaudiatur, *sicut scriptum est*; quod rectè supplent Syrus & Arabs [b].

48. *Audientes autem gentes*] Pisidæ parem sibi à Deo honorem haberi cum Judæis, qui se solos populum Dei vocabant. ¶ *Glorificabant*, &c.] Laudârunt Dei bonitatem in Evangelio apparentem [c]. ¶ *Et crediderunt quotquot*, &c. Ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, &c.] *Quotquot erant ordinati* (vel, *præordinati*, Vulg. Mo. vel, *positi*, Tre. & Di. ex Sy. *destinati*, Ca. *prædestinati*, Pi.) *ad vitam æternam*, Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Ar. [Sed hîc in partes eunt.] Notanda hîc restrictio. Non dicit credidisse omnes, sed *quotquot*, &c. docetque fidem ab electione Dei pendere [d], & decretum Dei fidem antegredi, non tempore solùm, sed & causarum ordine [*]. Hinc constat electionem ad gloriam esse à libera & mera Dei voluntate, non ex meritis electorum; imò ante eorum prævisionem [f]. Declarat hic locus viam prædestinationis Divinæ [g]. Sensus est, Ideo crediderunt quia præordinati erant ad vitam æternam; in qua præordinatione [finis] continetur & præordinatio mediorum, quorum primum est fides [h]. Al. loquitur hîc de prædestinatione non completa, quæ est ad gloriam; sed incompleta, quæ est ad fidem. Sensus est, Credidisse eos quibus præordinatum erat ut daretur auxilium efficax ut crederent. *Vita æterna* hîc Metonymicè ponitur pro auxiliis gratiæ ad eam necessariis, ut 1 Joh. 3. 15 [i]. [Aliis hæc sententia non placet:] Nihil vident qui ad prædestinationem, & quidem absolutam, ut loquuntur, hæc verba referunt [k]. Nam neque prædestinati omnes unius loci credunt eodem tempore, neque omnes qui credunt sunt eo sensu prædestinati. Neq; id arcanum de singulis, qui ad salutem perventuri essent, qui non, Lucæ erat revelatum. Non est hîc προωρισμένοι, quod esset *prædestinati*, sed nec προτεταγμένοι· verùm τεταγμένοι [l]. Nulla hîc mentio *Dei*, ut oportuit si de prædestinatione Dei actum esset. Nec τάττειν uspiam valet, *determinare*, aut *prædeterminare*; sed ὁρίζειν, vel προορίζειν [m]. [Alii ergò aliter accipiunt, nec uno modo.] Hæc phrasis est notatio Proselytarum [n]. Sensus loci est, Judæi blasphemabant, Gentiles reliqui erant incapaces. At σεβόμενοι, qui hîc vocantur τεταγμένοι, &c. hoc est, *candidati vitæ æternæ*, vel *in procinctu ad vitam æternam*, utpote instituti in cultu veri Dei, & vitam æternam sperantes vel sitientes, illi (nec forsan omnes, nam ὅσοι sæpè ponitur pro οἱ, & indefinitè sumitur, sed illi soli) crediderunt [o]. Certum est, fuisse hos Proselytos Gentilium, nec quidem *Proselytos justitiæ*, qui adhuc repugnabant, v. 50. sed *Proselyti portæ*. Sed cur ad illos hæc phrasis restringeretur, fateor me non videre, nec constat eos omnes jam credidisse, &c [p]. [Alii ergò aliter explicant:] Participium τεταγμένοι hîc nominascit, idemque valet quod ἄξιοι, *digni*, *aptè dispositi* [q]. Qui alibi dicuntur εὔθετοι εἰς βασιλείαν Θεοῦ, Luc. 9. 62. & προσερχόμενοι τῷ Θεῷ, Heb. 11. 6. quæ est Periphrasis Proselytorum, hîc dicuntur τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, id est, ut Chrys. explicat, *separati Deo*, *devoti*, *addicti*, *parati*, sive *dispositi*, *ad vitam æternam*; qui cor habebant probum, sincerùmque piè vivendi desiderium, in qualibus Evangelium fructum ferre solet; qui parati sunt quidvis facere quod Deus exigit ut vitam æternam comparent [r]. Cui sensui favet manifesta antithesis †, inter Judæos, qui contumaciter repellebant Evangelium, v. 46. & hos qui dociles & sequaces erant [t]. Hi τεταγμένοι *ad vitam æternam* manifestè opponuntur eis *qui se eâ vitâ indignos judicaverant*, id est, ostenderant. Τάττειν valet שית, quod & per τιθέναι sæpe vertitur; & inter alia significat, *parare* [v]. Τάττειν in Scriptura sæpe significat, *constituere*, *præcipere*, ut Matth. 28. 16. Act. 15. 2. Sæpiùs tamen sensu militari sumitur, ut apud LXX, Exec. 44. 14. 1 Mac. 5. 27. 2 Mac. 15. 20. Luc. 7. 8. & in Ælian. & Thucid. [Vide Ham.] *de acie & collocatione militum*, *de adscriptione in ordinem*, vel *classem*. Dicuntur milites τάσσεσθαι εἰς μάχην [x]. & τάσσεσθαι εἰς ἄνδρας est, *in numerum virorum adscribi* [y]. Hinc illud 1 Cor. 16. 15. ἔταξαν ἑαυτοὺς, &c. *disposuerunt*, vel *decreverunt*, *se* isti functioni, seu parti militiæ Ecclesiasticæ. Quare & hoc loco τεταγμένοι, &c. sunt *qui adscripti sunt in numerum eorum qui vitam æternam quærunt*, *parati & ordine stantes*, *centuriati ad vitam æternam* [z], *qui nomina sua dederunt vitæ æternæ*, aut, sensu militari, *ordinati erant ad vitam æternam* [a]. Tum verò frequens est Hebræis ut forma passiva ponatur pro reciproco, Niphal pro Hithpael [b]: notant id Hebræorum Grammatici, Levit. 25. 29. 2 Sam. 20. 10. & sequuntur Hellenistæ. Sic 2 Mac. 14. 3. μεμολυσμένος est, *qui se polluerat*, & Jac. 4. 10. ταπεινώθητε, *humiliate vosmet*; quod verbum pari sensu habes 1 Pet. 5. 6 [c]. Et frequens hoc est in compositis hujus verbi [d]: sic ὑποτάσσομαι est, *se subjicere*, vel *obedire*, ut Rom. 10. 3. & 13. 1, 5. Heb. 12. 9. Jac. 4. 6 [*]. & ἀντιτάσσομαι est, *immorigerum esse*, Rom. 13. 2. Jac. 4. 6. & 5. 6 [f]. *Parant se vitæ æternæ* qui, si ejus spes detur, gravissima ob id velint facere aut pati: tales sunt εὔθετοι, &c. Luc. 9. 62. & facilè credunt Evangelio, Joh. 7. 17. Cùm hæc dicimus, non excludimus prævenientem gratiam. Facere enim homines dicuntur id quod faciunt per Dei gratiam excitati: sicut se dicuntur *convertere*. Est enim quædam gratia etiam ante fidem, quæ *Patris tractio* vocatur [g]. [Aliis hæc interpretatio non placet:] 1. Vox τεταγμένοι nusquam in Scriptura sumitur acsi nomen esset, sed neque sic hoc loco construi possit. 2. Si ità esset, mulieres illæ, quarum meminit Act. 17. 12. quásque vocat σεβομένας καὶ εὐσχήμονας, potiùs diceren-tur

---

Marginalia (left column): † V. · f Camer. · g Di. · h Lc. · i G. · k Di. ex Be. · l c G. · l Di. · m G. sic Di. · n Di. · o T. · p Me. · q G. · r Idem. · † Camer. · t Be. · v G. · x Pri. · y G. · z La. Me · a V. · b G. · c G. · d Calv. · * Be. · f Carthus. & alii in La. · g E. · h E. Carthus &c.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

Marginalia (right column): i Me. · k G. · l G. sim. Ham. · m Ham. · n Ham. ex Med. · o Med. l. 1. diffent. 4. · p Ham. · q Q. in Cam. · r Ham. · † La. sim. Ham. · t Ham. · v G. · x Ham. · y Med. · z Ham. · a Med. · b G. sic Ham. · c G. · d Ham. · * Ham. ex G. · f Ham. · g G.

tur τέτaγμένοι, &c. quàm Ethnici à veri Dei cognitione alieni[h]. 3. Vox τεταγμένοι in Scriptura (ad cujus phrasiologiam in explicatione Scripturæ cumprimis attendendum est) semper transitivè sumitur, ut constat ex Act. 15. 2. & 22. 10. & 28. 23. imò ex illo ipso loco 1 Cor. 16. 15. ἔταξαν ἑαυτοὺς, ubi certum animi propositum, & sui ipsius ad ministerium consecrationem, notat. Sic Hesychius, Suidas, Phavorinus, ταξάμενος, ὁριζόμενος. Sic & omnes hoc loco Versiones transitivè vertunt[i]. Τάττειν hîc est, ponere in eo statu qui capaces illius vitæ faciebat, donando fidem nempe, καλεῖν, Mat. 20. 16. τιθέναι, 1 Pet. 2. 8. στρατολογεῖν, 2 Tim. 2. 4[k]. Τέταγμένοι verti possit, *instructi*, id est, qui quod docuit Apostolus audiverunt; vel, *in ordine collocati*, nempe ad audiendum Verbum Dei. Sed quicquid velit τὸ, τέταγμένοι, prorsus puto illud, εἰς ζωὴν αἰώνιον, construendum cum verbo ἐπίστευσαν· & locum sic reddendum, *Et crediderunt, quotquot convenerunt, in vitam æternam*, quâ Judæi se indignos judicârunt. Τεταγμένοι ponitur pro συνηγμένοι· nam Heb. יעד, quod à Lxx sæpe vertitur συνάγω, & συναθροίζω, *convenio*, & *congrego*, quandoque ab iis vertitur τάττομαι, ut Exod. 29. 43[l]. [Sed de hoc loco plura qui velit, adeat Polemicos.]

49. *Disseminabatur*, Διεφέρετο] *Divulgabatur*, Er. Il. Ti. Ca. Ar. *Perferebatur*, P. Mo. Be. Pi. Camer. huc illuc[m]. *Differebatur*, Er. Pi. id est, in diversas partes ferebatur[n]. ¶ *Verbum*, &c.] Ille sermo de quo dictum v. præced[o].

50. *Concitaverunt*; ità Mo. Ar. Παρώτρυναν] *Exstimulârunt*, Er. Il. P. Ti. Be. ¶ *Mulieres*] Quæ sunt blandiloquæ, pertinaces, illices, zelosæ pro sua fide vel perfidia, in pietatem vel pietatis speciem pronæ[p]. ¶ *Religiosas*; ità Er. P. Be. Ca. Pi. Mo. &c. Τὰς σεβομένας] Id est, τῶν σεβομένων προσηλύτων conjuges[q]. Proselytas: nam erant & Proselyti in ea urbe, ut audivimus suprà v. 43[r]. Religionem Judaicam amplexas †. Zelosas pro Gentilismo, vel Judaismo, id est, superstitiosas[t]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰς εὐσχήμονας] *Et honoratas*, Be. Pi. G. Nomen εὐσχήμων hoc sensu habuimus & Marc. 15. 43. & habebimus rursum de fœminis infrà 17. 12. Græci hoc loco Romano vocabulo *matronas* interpretantur: nec malè. Ità Clemens & Cedrenus[v]. [Verbis à G. productis.] *Et divites*, Sy. in Di. Me. sive primarias, quales habitu composito & ornato uti solent[x]. *Et pulchras formâ*, Ar. in Di. *Et honestas*, Er. Il. P. Mo. Di. ut Marc. 15. 43. Act 17. 12. decentibus & honestis moribus[y]. Illæ [σεβόμεναι] proselytas alias fœminas honoratas, notas sibi, concitabant[z]. ¶ *Et primos civitatis*] Illæ matronæ maritos suos incitabant[a], qui plurimùm poterant[b]. Τοὺς πρώτους τῆς πόλεως habes & in Novella Justiniani 123. Ità vocantur Decurionum primi, Latinè *principales*, ut apud Tertullianum & Codice Theodosiano. Hi erant alibi quinque, alibi decem, alibi viginti[c]. ¶ *Excitârunt*, &c.] Vide Matth. 5. 10, 11, 12. & 13. 21. Act. 8. 1. ¶ *Et ejecerunt*, &c.] Exire jusserunt pro imperio. Sic verbum id sumitur Mat. 9. 25*.

51. *Excusso pulvere*, &c.] Non rem tantùm, sed & rei symbolum, observârunt, juxta Domini verba, Mat. 10. 14. ubi dicta vide[d]. Ostendunt se eos urbémque eorum pro Ethnicis habere. Erat enim axioma Hebræorum, *Pulvis urbis aut regionis Ethnicæ hominem inquinat* *. ¶ *In eos*; ità Be. Pi. Ἐπ' αὐτοὺς] *Adversùs ipsos*; *in testimonium contra ipsos*, ut est Luc. 9. 5. ¶ *Iconium*] Urbem Lycaoniæ, Strabo 12[f].

52. *Discipuli*] Vel, 1. Paulus & Barnabas[g]. Vel, 2. generaliùs[h], qui Pergis Evangelio crediderunt. ¶ *Replebantur gaudio*] Ob acceptam peccatorum remissionem & promissa cœlestia. ¶ *Et Spiritu sancto*] Donis ad obsignandam fidem[i].

h Cam. · ! Wal. k Pri. l Kn. m Camer. n Pi. o G. p La. q Camer. r G. † Pi. sim. Be. t La. Me. v G. x Me. y Di. z G. a G. sim. Be. b Be. c G. * G. d G. * Li. chro. 97. f G. g Ar. & Æth. in Di. h Di. i G.

CAP. XIV.

1. FActum, &c. Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ, κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν, &c.] *Factum est autem in Iconio*, (vel, *Iconii*, Er. Pi. &c. Oppidum erat Lycaoniæ[a]. Latinus dixit, *in Iconio*, Græcum secutus. Sic, *in Berenice*, *in Hispali*, apud Plinium, sed ubi vox *urbis* aut *oppidi* sequitur. Hîc Paulo adfuit Timotheus, 2 Tim. 3. 10, 11. etiam antè Paulo notus, & sæpe itinerum ejus comes, adhuc puer aut adolescens cùm esset[b]:) *juxta illud ipsum* (vel, *itidem*, Be. Pi. *similiter*, Camer. Ar. in Di. nempe ut fecerant Antiochiæ[c]: vel, pro consuetudine sua*. Vel, *unà*, sive *simul*, Er. Il. P. Ti. Ca. G. Non est aspernandum: Lxx enim τὸ יחד & יחדו, *simul*, *unà*, *pariter*, non tantùm reddunt, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, sed &, κατὰ τὸ αὐτὸ. Vide Exod. 26. 24. 1 Sam. 30. 24. & 31. 6. 2 Sam. 2. 16. & alibi †. Ut suprà 2. 1. nempe Paulus & Barnabas, & eorum comites, in quibus Timotheus pariter ingressi sunt Synagogam[d].) *introire*, &c. Mo. vel, *ut introirent*, &c. Be. Pi.

2. *Et*, &c. Καὶ ἐκάκωσαν, &c.] Κακοῦν dixit quod alii κακύνειν. Loquitur sic & Dioscorides aliquoties*. [Sic vertunt,] *Et corruperunt*, vel *depravârunt*, (Hoc sensu est ἅπαξ λεγόμενον· eleganter tamen dictum, quia hi malis artibus & ad improbè agendum sunt à Judæis inducti[f]. Vel, *irritârunt*, Il. *concitaverunt*, V. *ad iracundiam concitaverunt*, Vulg. *malignitate impleverunt*, La. *malè affectos reddiderunt*, P. Mo. Be. Pi. *fecerunt malos*, hoc est, malevolos, aversos, offensos, iracundos[g]: vel, *affixerunt*, id est, cum afflictione impulerunt, tam importunè scilicet instantes, urgentes & prementes ad hoc facinus, ut Gentibus non usque adeò ad id pronis ac facilibus molesti etiam fuerint[h].) *animos*, vel *animas*, *Gentilium contra fratres*, V. sic Er. &c. Judæos, scilicet Paulum & Barnabam[i]: vel, Christianos[k], præsertim Apostolos[l].

3. *Fiducialiter*, &c. Παρρησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ] *Libere* (vel, *Fortiter*, V. *Apertè & confidenter*, Camer.) *loquentes* (vel, *prædicantes*, V. sic Camer.) *in Domino*, Mo. id est, in negotio Domini[m]: vel, *super Domino*, Camer. Pi. sub. *innitentes*, tanquam super scipione[n]: vel, *freti*, seu *nixi*, *Domino*, Be. V. Pi. id est, præsidio, vel adjutorio, Domini[o]. ¶ *Testimonium*, &c. Τῷ μαρτυροῦντι, &c.] *Qui testimonio*, nempe miraculorum per Apostolos editorum, *confirmabat doctrinam*, &c[p]. *Qui testimonium dabat* (vel, *Auctoritatem Deo dante*; sic Act. 15. 8. Joh. 5. 37[q].) *sermoni gratiæ suæ*, Be. Pi. &c. id est, Evangelio[r]. Sic & Act. 20. 24, 32. εὐαγγέλιον χάριτος, & breviùs, διὰ τῆς χάριτος, id est, per Evangelium, infrà 18. 27. quòd ex summa Dei bonitate is nuntius processit †. Τῆς χάριτος est Genitivus subjecti, & periphrasis Evangelii, q. d. quo annuntiatur Dei gratia credentibus in Christum[t].

4. *Divisa est*, &c.] Simile Joh. 7. 43[v].

5. *Impetus*, &c. ità Be. Pi. &c. Ὁρμὴ, &c.] Respondet Hebræo שאוה, quod *tumultum* significat[x]. Ὁρμὴν Cicero interpretatur *appetitum*, eam partem animi quæ hominem huc & illuc rapit[y]. ¶ *Cum principibus*, &c.] Act. 13. 50. ¶ *Ut*, &c. Ὑβρίσαι, &c.] Simile illud Matth. 22. 6. Vide & 1 Thes. 2. 2[z].

6. *Intelligentes*, Συνιδόντες] *Quod cùm animadvertissent*, Er. *His compertis*, Camer. *Re intellectâ*, sive *consideratâ*, Er. V. Be. Pi. ¶ *Confugerunt*, &c.] Non tam suæ vitæ causâ, quàm nè tempus inutiliter periret, quod alibi fructuosiùs impendi poterat. Vide Matth. 10. 23. ¶ *Lystram*, Λύστραν] Λύστρα habet Stephanus In urbibus. Hîc modò Λύστρας, modò Λύστρα, Λύστρων declinat. ¶ *Et Derben*] Derbes meminit Ptolemæus[a], & Strabo lib. 12[b]. ubi Derben ait esse ad latus Isauriæ[c].

8. *Infirmus* (vel, *Impotens*, V. *Captus*, Be. Pi.) *pedibus*, Ἀδύνατος] Nihil peccavit qui vertit *debilis*. Mæcenas, *Debilem facito manu, debilem pede, coxâ*. Vide Controversiam Senecæ quæ inscribitur, *Debilitans expositos*. ¶ *Ex* (vel, *Ab*, Be. Pi.) *utero*, &c.] Simile loquendi genus Matth. 19. 12. & Act. 3. 2. Incurabilia sunt humanâ ope vitia quæ, cum aliquo nata, cum eo adoleverunt. ¶ *Ambulaverat*, Περιπεπατήκει] MS. Περιεπάτησε[d].

9. *Et videns*] Vel, 1. spiritu Prophetico*. Vel, 2. quia ejus desideria vultus, oculi, gestus, attentio in audiendo, satis prodebant[f]. ¶ *Fidem haberet ut*, &c. Τοῦ σωθῆναι] *Ad salvum fieri*, Mo. *Quâ* (vel, *Ut*, Æth.) *salvaretur*, Ar. *Fore ut salvus fieret*, Er. Il. &c. Se *servatum*, sive *liberatum*, *iri*, Sy. P. Be. Ca. Pi. vel, 1. sa-

a Camer. b G. c Di. sic Pi. * Camer. † Di. d G. * G. f Be. g La. h Di. i V. k Camer. La. &c. l La. m La. n Pi. o G. p Camer. q G. r Camer. La. &c. † G. t Pi. v G. x G. y Camer. z G. a G. b Li. chro. 97. c Lib. sim. Camer. d G. * La. f La. & Me. ex Beda, sim. Be.

1. salute æternâ [g]; vel, 2. à malo suo [h]. Vide ad Matth. 9.28 [i].

10. *Surge*, &c.] Similis locutio Act.3.6. ¶ *Exilivit*] Vide Act.3.8 [k].

11. *Lycaonice*] Linguâ Cappadocum [l]. Erat hæc Græcæ linguæ dialectus, ut Dorica, Ionica, &c. In minori Asia, ubi hæc loca, Græca lingua fuit in usu [m]. ¶ *Dii similes facti hominibus*, &c.] Vel, 1. *in specie hominum*, &c. V. sic Er. La. &c. Id interdum factum credebant Gentes. Homerus, Καί κε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι Παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶσι πόληας. Catullus, *Præsentes namque ante domos invisere castas Sæpius, & sese mortali ostendere cœtu Cœlicolæ, nondum spretâ pietate, solebant.* Jupiter apud Ovid. Met. 1. *Et Deus humanâ lustro sub imagine terras* [n].

12. *Vocabant Barnabam, Jovem*] Quòd staturâ esset procerior, (nam Paulus erat parvo, contracto & incurvo, corpore, teste Nicephoro, hist. 2.37. unde Chrysost. *Tricubitalis est, & cœlos transcendit* [o]:) ætate fortasse grandior [p], & corporis specie pulchrior [q], & specie & gravitate silens assistebat Paulo, eique quasi nuntio & præconi suo annuebat, ut Jupiter Mercurio [r]. ¶ *Paulum verò, Mercurium*] Qui apud Gentiles Deorum nuntius & interpres habebatur, proinde & Deus eloquentiæ, qui linguam eloquiúmque præstaret hominibus †. Solebat Jupiter Mercurium secum ducere, ut vides in Amphitruone Plauti. Aristides de Demosthene, Ὃν ἐγὼ, &c. (*Quem dicerem velut quendam Mercurium ad homines descendisse.*) Similiter Themistius, orat. 1 [t]. [Verba vide in G.] ¶ *Quoniam ipse erat dux*, &c. Ὁ ἡγούμενος τοῦ λόγου] *Dux* (vel, *Antistes*, Ti. *Moderator*, Ar.) *sermonis*, Er. Il. P. Pi. &c. *Præibat in loquendo*, Be. *Orationi præerat*, Ca. *Principatum habebat in sermone*, Tre. Solebat concionari ad populum, quòd eloquentiâ præiret Barnabæ [v]: plurimùm loquebatur. Allusum videri potest ad cognomen Mercurii Ἡγεμών. Philo de Mercurio, τῆς ἑρμηνείας καὶ προφήτην τῶν θείων, ἀφ' οὗ καὶ Ἑρμῆς ὀνομάσαι. Justinus Apologet. Ἑρμῆν μὲν λόγον τὸν ἑρμηνευτικὸν καὶ πάντων διδάσκαλον [x].

13. *Sacerdos autem Jovis*, &c. Τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος, &c.] *Jovis collocati* (vel, *qui erat*, Er. P. &c.) *ante* (vel, *extra*, Tre. ex Sy.) *urbem*, Be. Ca. Pi. &c. tanquam Præsidis urbis [y]. Qui in suburbiis habebat aram & templum [z]. More Gentium Jovis simulacro Jovis nomen dedit. Πρὸ τῆς πόλεως, i. e. ad portam, παρὰ τῆς θύραν τῆς πόλεως, 2 Reg. 7.3, 10. Sic Venus *extra urbem*, in Rudente Plautina [a]. ¶ *Tauros*, &c. Ταύρους καὶ στέμματα] *Tauros vittatos*, Be. Pi. vel, *coronatos*, La. Camer. secundùm sacrificiorum veterum ritum †. Ἓν διὰ δυοῖν [b]. Στέμματα hoc loco non sunt deorum, sed taurorum. Minucius in Octavio, *Victimæ ad supplicium saginantur, hostiæ ad pœnam coronantur.* Plutarchus de Medullina, Μεθύσασα, &c. (*Patrem inebriavit & coronavit, atque ad aram ducens mactavit.*) Diodor. Sic. l. 16. de Apolline Pythio, Ἐστεφάνωσεν ἐν πανηγύρει καὶ θεῶν θυσίαις Φίλιππον ὥσπερ τὸν ταῦρον ἐστεμμένον σφαγιασθησόμενον [c]. Ovid. Fastorum 1. *State coronati plenum ad præsepe juvenci.* Plutarchus in Paulo Æmilio, *Post hos*, inquit, *ducebantur auratis cornibus armentales boves* 120, *mitris ornati & corollis.* His coronis significabant, victimam hanc dari Jovi, qui erat Rex Regum, qui etiam coronatus in sede sua sedebat [d]. Al. *Tauros* (Virgil. —*Et maxima taurus Victima.*) *& coronas*, quas ipsis diis imponerent. Epistolâ Jerem. 8. καὶ λαμβάνουσι στεφάνους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν θεῶν αὐτῶν ad quem locum allata à nobis vide. Etiam Dianam Ephesiam fuisse coronatam testes sunt Pausan. & Dionys. Halicarnassensis *. ¶ *Ante*, &c. Ἐπὶ τοὺς πυλῶνας] *Ad fores*, Er. V. *Ad vestibula*, V. Be. Pi. Me. La. i. e. atria domorum [f]. *Ad loca circum portas*, Camer. *Ad portas*, sive *januas*, Di. ex Sy. & Æth. nempe urbis [g]: rectè, si ibi Paulus concionem habuit [h]: ad ipsius templi suburbani porticus [i]. Neque sequitur hæc intra urbem gesta, quia Paulus v. 19. urbe ejectus dicitur; cùm eodem tempore id factum non dicatur. Contrà, tempore opus erat ut id persuaderetur populo, qui illos deos esse putârunt [k]. Al. Ante fores ædium, in quibus Paulus & Barnabas diversabantur [l]. Sacerdos extra urbem habitans eam jam cum pompa ingressus est comitatus populi turbâ, adiitque domum, &c [m]. Forsan est Enallage numeri, *portæ* pro *porta* [n]. Sed non opus est: nam orientalium ædibus duplex erat janua, exterior & interior [o]. ¶ *Volebat sacrificare*, Θύειν] *Immolare*, *mactare*, *porricere*; quomodo diis fieri solebat [p].

14. *Conscissis tunicis*] Ut in summo dolore [q]: ut solebant Judæi cùm blasphemiam audirent [r]. Vide dicta ad Matth. 26.65 †. ¶ *Exsilierunt*, &c. Εἰσεπήδησαν, &c.] *Insilierunt* (vel, *Se intulerunt*, Ti. *Irruerunt*, Ar.) *in turbam*, Be. Pi. sic Er. P. Mo. Ca. &c. Intrare cum illa pompa volentibus ivere obviàm [t].

15. *Quid hæc facitis?*] Non hoc fecisset Empedocles, qui studuit, ut ait Horatius, *Deus immortalis haberi*; & de se scripsit, Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός, &c [v]. ¶ *Similes*, &c. Ὁμοιοπαθεῖς, &c.] *Similis conditionis*, Camer. *Iisdem obnoxii affectionibus*, Be. Pi. vel, *passionibus*, sive *malis*, Er. V. ut Jac. 5.17. i. e. cibi & potûs indigi, morbis mortíque obnoxii [x]. Sic Sap. 7.3. ἐπὶ τὴν ὁμοιοπαθῆ κατέπεσα γῆν [y], *in terram iisdem malis*, vel *incommodis*, *obnoxiam incidi* [z]. Utuntur eâdem voce Plato, Aristoteles, Theophrastus [a]. Mortales ut vos estis [b]. ¶ *Ab*, &c. Ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων] *Ab istis erroribus*, Ar. *A vanis* (vel, *inutilibus*, Tre. ex Sy.) *istis*, Er. P. Mo. Ca. &c. sub. *diis*, P. vel, *rebus*, Camer. sic Be. Pi. i. e. idolis, Jovi, Mercurio, aliísque idolis, qui vani sunt & mendaces dii [c]. Μάταια אלילים, Zac. 11.17. הבלים, 1 Reg. 16.3. & alibi sæpe; כזבים, Amos 2. 4. quibus nominibus Hebræi deos Gentium vocant, quippe inania hominum commenta, deos sine re. ¶ *Ad Deum vivum*] Qui non moritur, ut Reges illi in deos consecrati, sed semper vivit agitque. ¶ *Qui fecit cœlum*, &c.] Ut suprà 4.24. Hâc notâ Deus optimè distinguitur à diis falsis, Jer. 10.11. Egregiam hîc habemus formam orationis, quam imitari debeant qui apud populos in idololatria educatos Evangelium prædicant *.

16. *In*, &c. Ἐν ταῖς παρῳχημέναις, &c.] *Præteritis* (ad verb. *prætervectis*, Pi.) *ætatibus*, Be. Pi. Olim ante Evangelii promulgationem [f]: longo jam tempore, ex quo vixit Josephus Jacobi filius [g]. ¶ *Dimisit*, &c. Εἴασε —— πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν] *Sivit* (vel, *permisit*, Ar. Sy. Ca. Val.) *omnes gentes* (nempe judicio suo nondum iis manifestato [h]:) *incedere*, sive *ambulare*, (vel, *vivere*, Ti. Ca. &c. *pergere*, Camer.) *suis ipsarum viis*, P. Be. Pi. i. e. suo more & arbitrio vivere [i], naturæ ductu aut impetu [k], suas sequendo concupiscentias, errores, & falsa numina [l]. Hoc non absolutè dictum [m], quasi Deus omne eis virtutis & veritatis auxilium abstulerit [n]; (habebant enim naturalem legem quam sequerentur, &c [o].) sed comparatè [p], ad genus Hebræorum [q], ut sequentia ostendunt. Nec legem illis (ut Judæis [r]) dedit, nec Prophetas, quibus pravos cultus compesceret †. Nullam illis præscripsit rationem religionis [t]. Errores hîc appellat *vias* hominum, errorúmque fontem esse docet, quòd homines ingenio suo fidentes proprias sequerentur imaginationes, nec Deo se subjicerent. Duo erant incredulis obstacula,——longa temporis antiquitas, & consensus omnium gentium. Utrumque hîc diruit, negátque ex perversa mundi ignorantia æternæ & immutabili Dei veritati præjudicium fieri debere [v]. *Viam* hîc posuit pro ratione vitæ [x], aut religionis, ut Act. 9.2. & 13.10 [y]. *Viis suis*, i. e. quæ ipsis rectæ videbantur [z]. *Permisit*, &c. nimirum dum non patefaceret se, Eph. 3.5. eorum nempe ingratitudine, & præcipuè idolomaniâ, irritatus. Pro ἐᾶν, infrà 17.30. hoc argumento ὑπεριδεῖν habemus. Vide ibi dicta [a].

17. *Non sine testimonio*, &c.] Nempe Divinitatis suæ [b], vel viæ quâ ducerentur ad Deum: ex beneficiis enim Dei naturalibus assurgere poterant ad ipsius cognitionem [c]. Dedit tamen unde discerent, quanquam non tanta quanta Hebræis. Scriptor egregius de Vocatione Gentium, *Quamvis speciali curâ atque indulgentiâ Dei Israel electus esset, &c. nulli tamen nationi hominum bonitatis suæ dona ita subtraxit ut eos ad cognoscendum se atque metuendum nullis significationibus admoneret.——Nunquam Deus aut alendis hominum corporibus, aut docendis juvandisque eorum mentibus, defuit.——Adhibita semper est universis hominibus quædam supernæ mensura doctrinæ, quæ parcioris occultiorisque gratiæ: sufficit tamen, sicut Dominus judicavit, quibusdam ad remedium, omnibus ad testi-*

[g] Q. in Pe. [h] G. sim. Be. [i] G. [k] G. [l] G. [m] Q. in Wal. [n] G. [o] La. [p] Me. ex La. T. ex L. [q] Me. La. & T. ex Chrys. [r] La. † Zeg. [t] G. [v] V. [x] G. [y] Ham. [z] La. Me. T. [a] G. † Camer. [b] Pi. ex Be. La. &c. [c] Tri. [d] La. * G. [f] La. [g] Di. ex Æth. [h] Di. [i] Plerique in Be. [k] Heins. [l] G. sim. Be. [m] La. [n] Be.

[o] Di. [p] G. [q] G. sim. La. Me. Camer. [r] Me. † G. [t] Idem. [v] G. [x] Idem. [y] Di. sic G. [z] Di. [b] Be. [c] Be. D. &c. * La. Me. * G. [f] V. [g] G. [h] Med. in Apoc. 14. 3. [i] Me. T. Ee. [k] San. [l] T. ex La. sim. San. [m] San. [n] La. [o] San. [p] G. San. [q] San. [r] T. † G. [t] Be. [v] Calv. [x] V. sic San. [y] San. [z] V. [a] Pri. [b] Calv. [c] Me.

testimonium. [Plura vide ex eodem apud G.] Ait Plotinus, *Si mundi vocem audiremus, nihil aliud eum dicere quàm* DEUS ME FECIT: non Cretensis Jupiter, aut Arcas Mercurius, sed Deus ille ἄγνωςος, de quo Paulus ad Athenienses [d]. ¶ *Benefaciens*, &c. Ἀγαθοποιῶν] *Benefaciendo*, &c. Pi. *Bona tribuendo.* Vide Marc. c. 3. v. 4 [*]. Heb. מטיב. Nam הטיב vertitur per ἀγαθοποιεῖν, Num. 10. 32. Jud. 17. 13. Exstat idem verbum Tob. 12. 14. 1 Mac. 11. 33. 2 Mac. 1. 2. Marc. 3. 4. Luc. 6. 9, 33. apud Petrum etiam & Johannem pro eodem ἀγαθοεργεῖν. 1 Tim. 6. 18. & hîc MS. ille habet ἀγαθουργῶν. Optimè autem hæc vox connectetur cum superioribus. Satis enim memoriam sui insculpsit illorum animis qui non cessat perpetuò eis benefacere. ¶ *Dans pluvias*] Aratus, Τοῖος ἐρχομένοιο Διὸς πάρα.— ¶ *Et tempora fructifera*] Ver, æstatem, autumnum [f]. ¶ *Implens cibo & lætitiâ* (i. e. lætitiâ ex cibi copia [g]) *corda*] i. e. Victum abundè suppeditans, quo corda exhilarantur, &c [h]. Al. *Cibo*, i. e. frumento; *& lætitiâ*, i. e. vino, Sirac. 31. 31 [i].

18. *Vix*, &c. Μόλις κατέπαυσ, &c.] *Vix compescuerunt* (vel, *sedaverunt*, Mo. *cohibuerunt*, Tre.) *turbam*, &c. Er. P. Be. Ca. Pi. &c. Quatuor MS. hîc addunt, *Sed unusquisque domum suam abiret* [k].

19. *Judæi*] Aliqui eorum qui jam hostilem animum in Apostolos induerunt, Act. 13. 50. & 14. 2. Adde 2 Tim. 3. 2. ubi hujus capitis historia attingitur. ¶ *Lapidantes*, &c. Λιθάσαντες, &c.] In MS. λιθοβολήσαντες · perinde est utrum legas: nam & λιθάζειν & λιθοβολεῖν in usu est Græcorum, etiam in his Libris. Quod hîc narratur id est cujus meminit Paulus 2 Cor. 11. 25 [l]. Vide populi inconstantiam. ¶ *Paulum*] Ut ducem sermonis, ideoque multitudini magis invisum [m].

20. *Circumdantibus eum discipulis*] Ut vel mortuum sepelirent [n]: vel, vivum tegerent & Judæis abscondérent [o]. ¶ *Surgens*, Ἀναςὰς] De eo loco ubi pro mortuo jacuerat [p]: miraculo Dei illico restitutus sanitati & viribus [q].

21. *Cùmque evangelizâssent*] Ecce persecutione crescit, non decrescit, animus virtúsque Pauli [r].

22. *Exhortantes ut permanerent in fide, & quoniam*, &c. Καὶ ὅτι διὰ πολλῶν, &c.] *Et quòd*, &c. Ti. Ar. *Et* (sub. *dicentes*, P. Tre. ex Sy. vel, *docentes*, Camer.) *oportere per multas afflictiones*, &c. Be. Pi. Rom. c. 8. & 2 Cor. passim. Hoc præfiguraverant molestiæ itineris per desertum Mosis tempore †.

23. *Et cùm*, &c. Χειροτονήσαντες, &c.] *Ordinantes*, &c. Mo. *Constituerunt*, &c. Sy. *Præposuerunt*, &c. Æth. *Postquam creârunt*, Ca. *Designârunt manibus suis*, Ar. *Cùm suffragiis*, sive *per suffragia creâssent*, &c. Er. Il. Ti. P. Be. Pi. Vox orta ex more Græcorum, qui porrectis manibus suffragia ferebant [t]. Significat hos suffragiis delectos fuisse [v]. Populus pastores elegit, sed, nè quid tumultuosè fieret, præsident Paulus & Barnabas, quasi moderatores [x]. Non placet, quia in Ecclesiis his recèns plantatis ac conversis nulli adhuc erant idonei ad Ministerium, nisi qui per impositionem manuum Apostolorum Spiritum Sanctum acceperunt [y]. Χειροτονεῖν apud Græcos veteres propriè & primariò significat, *eligere*, vel, *per suffragia creare*; tandem verò (ut multæ voces aliæ) significationem mutavit, valétque tantùm, *creare*, vel *constituere*, vel *ordinare*: quo sensu verbum hoc usurpat tum Philo, de Pharaone Josephum Proregem Ægypti *constituente*, de Deo & Mosem & Sacerdotes *constituente*; tum Lucianus, de Alexandro Hephestionem mortuum deum *creante*; tum Maximus Tyrius, de equo Darii ipsum Regem *creante*; in quibus omnibus (utpote unius personæ actionibus) nulla erant suffragia. Sic & Act. 10. v. 42. προκεχειροτονημένοις dicuntur à Deo, sine suffragiis. Adde, quòd χειροτονεῖν hoc loco dicuntur Paulus & Barnabas, quod ut facere dicerentur aliorum suffragiis non patitur usus verbi. Et χειροτονεῖν apud Hesychium est ut ψηφίζειν, *eligere*, ità καθιςᾶν, *constituere*. Quare χειροτονεῖν πρεσβυτέρους h. l. idem est quod καταςῆσαι πρεσβυτέρους, Tit. 1. 5 [z]. Solet quidem χειροτονεῖν sumi de quavis electione, etiam quæ ab uno vel paucis fit. Sed & electioni de qua agitur accessisse consensum plebis credibile est, ob id quod in re minori suprà habuimus, Act. 6. 2, 3 [a]. ¶ *Presbyteros*] i. e. Episcopos. Vide ad Act. 11. 30 [b]. Vel, Pastores, Diaconos, & alios Ecclesiæ gubernationi præpositos [c]. *Presbyteros*, tum majores, i. e. Episcopos; tum minores, i. e. Sacerdotes ordinarios [d]. ¶ *Commendaverunt*; ità Er. P. Be. Pi. &c. Παρέθεντο] Quasi depositum ipsius fidei commissum, ut 1 Tim. 1. 18. 1 Pet. 4. v. 19 [*]. ¶ *Domino*] Jesu optimo custodi [f]: ut is eos in fide suscepta conservaret & promoveret [g]. ¶ *In quem crediderunt*] i. e. Cujus providentiæ totos se commiserunt [h].

24. *Venerunt in Pamphyliam*] Sua vestigia retrò legentes. Vide Act. 13. 13 [i].

25. *Verbum*, Τὸν λόγον] *Sermonem*, scilicet Dei [k]. ¶ *In*, &c. Εἰς Ἀττάλειαν] Urbem [l], vel regionem [m], Pamphyliæ [n]: in ora maritima Pamphiliæ, post Lyciam [o]. Ità Ptol. 5. 6. & Strab. l. 14 [p]. Sed Provinciarum fines à Romanis sæpe mutati. Nomen habet ab *Attalo* uno Regum Regni Gog, ut Hebræi loquuntur [q].

26. *Antiochiam*] Nempe Syriæ [r], ut sequentia ostendunt collata cum Act. 13. 1, 2, 3, 4, 13, 14 †. ¶ *Traditi*, &c. ità Er. Mo. Παραδεδομένοι, &c.] *Commissi*, &c. Ti. *Commendati gratiæ Dei*, Be. Pi. cum precibus & faustis omnibus dimissi [t].

27. *Cùm*, &c. Παραγενόμενοι] *Advenientes*, Mo. *Cùm venissent*, Er. Be. Pi. &c. *Cùm adfuissent*, P. ¶ *Quanta fecisset Deus cum illis*; sic Er. Zeg. V. Sy. Μετ' αὐτῶν] Scil. ὢν, Deus cum ipsis existens [v]: q. d. ipsis cooperantibus, ut dicitur & 1 Cor. 3. 9. & 2 Cor. 6. 1 [x]. [Sensus, q. d.] Quanto honore eos affecisset Deus per tot hominum conversionem. Similis locutio Psal. 119. 124. Luc. 1. 72. & alibi [y]. *Per ipsos*, Be. Pi. Hebr. בהם. Μετὰ hîc non propriè declarat h. l. σὺν, sed potiùs διὰ, i. e. causam instrumentalem. Sic Act. 15. 12. δι' αὐτῶν. Vide & Act. 13. 17 [z]. Al. *Ipsis*, Di. ex Ar. q. d. quanto ipsos honore esset dignatus, quanto auxilio & robore ipsis præsto fuisset. Arabs μετ' αὐτῶν accepit pro αὐτοῖς. Optimè, ex Hebraismo, ubi עשה, *fecit*, construitur cum עם, vel את, *cum*, pro Dativo personæ, ut Deut. 10. 21. *qui fecit tecum magna*, i. e. tibi, Jud. 8. 35. ubi & LXX, ἐποίησ' ἔλεος μετὰ τοῦ οἴκου— & μετὰ Ἰσραὴλ, pro, τῷ οἴκῳ Ἱεροβάαλ, & τῷ Ἰσραὴλ. Sic & Act. 15. 4. *quanta fecisset* μετ' αὐτῶν, *ipsis* †. ¶ *Et—aperuisset Gentibus ostium fidei*] i. e. Occasionem dedit in se credendi. Idem loquendi genus 1 Cor. 16. 9. 2 Cor. 2. 12. Col. 4. 3 ‖. per prædicationem vocando, & per fidem ac baptismum in Ecclesiam introducendo [*].

CAP. XV.

1. **Q**Uidam] Ex Judæis Antiochensibus [a], credentes sed zelotæ pro Lege, Act. 21. 20 [b]. falsi fratres, Gal. 2. 4. de Pharisæorum secta, qui in Christum crediderant [c]; Cerinthus cum suis [d]. ¶ *Docebant fratres*] Id est, Gentiles conversos [*], Proselytos, forsan Portæ, quales circumcidi non solebant [f]. ¶ *Nisi circumcidamini*, &c.] Id est, Legem Mosis servetis [g]. Est enim Synecdoche [h]. Ità sentiebant, *Neminem hominum servari posse nisi circumcideretur, totique Mosis legi, ut unicæ ad salutem viæ, se subjiceret*; quomodo hic locus explicatur Constit. Clem. 6. 12. Alii tamen sentiebant etiam eos qui erant חסידי אומות posse servari, nimirum quia ipsa Circumcisio non erat imperata nisi Abrahami posteris, Gen. 17. 10, 11, 12. nec Lex Mosis nisi Israelitis. Ananias Judæus Izati Adiabeno apud Josephum, 20. 2. Δυνάμενον, &c. (*Posse eum dixit Deum vel sine circumcisione colere.*) Tryphon hæsitanter loquitur apud Justinum, Μένοντι γὰρ, &c. (*Quamvis enim in tua sententia manseris, dummodo inculpata vivas, superest tibi spes sortis, sive vitæ, melioris.*) Ex his duabus sententiis leniorem Deus probavit [i]. ¶ *Secundùm*, &c. Τῷ ἔθει, &c.] *Ritu* (vel, *Secundùm instituta*, G.) *Mosis*, Be. Pi. Syrus legit, τῷ νόμῳ, *legis* [k]. Erat quidem Circumcisio antiquior, sed à Mose etiam præcepta, Joh. 7. 22 [l]. ac proinde dicta ἔθος Μωϋσέως [m].

2. *Facta*, &c. Γενομένης οὖν ςάσεως καὶ συζητήσεως ——τῷ Παύλῳ, &c.] *Cùm ergo orta*, vel *facta*, *esset seditio* (vel, *commotio*, Tre. *tumultus*, Sy. & Ar. in Di. Pri. vel, *strepitus*: nam ςάσις hîc opponitur *quieti* & *silentio.* Sic Plutarchus,

Marginal notes (left column): d G. — * Be. — f G. — g Pi. — h Me. — i G. — k Be. sic Er. Camer. — l G. — m Pri. — n La. ex Caj. — o La. ex L. ex Hug. — p G. — q La. ex L. Me. &c. — r La. — † G. — t Be. — v Er. — x Calv. — y Li. chro. 97. — z Ham. — a G. — b Ham.

Marginal notes (right column): c Pe. — d La. Me. — * Be. — f G. — g La. Me. — h La. — i G. — k Pi. — l La. Me. Camer. — m La. T. — n La. Me. T. — o G. — p La. — q G. — r G. Camer. Pi. — † G. — t Ca. — v Sch. — x Di. — y G. — z Be. — † Di. — ‖ G. — * Me. ex La. — a G. — b Li. chron. 97. — c Cap. 389. — d Be. ex Epiph. — * Li. ib. l. — f Ham. — g Cap. La. Me. — h La. Me. — i G. — k Be. — l G. — m Cas.

tarchus, ἐπιβάσεως ϰ) ςασιάζοντας inopino dominæ interventu cessare dicit [n]. Vel, *lis*, sive *controversia*, Di. vel, *contentio*, Pri. ex G. *certamen*, Ca. Exacerbatione animorum ortâ: ità ריב modò ςάσις vertitur, modò παραπικρασμὸς [o]. Vel, *repugnantia*, Be.Pi. Non malè: quum enim ςάσις sit *intestina pugna*, teste Suidâ, intelligi eâ voce hîc potest religiosa hæc pugna, &c [p]. Στάσις, pro ἀντιθέσεως [q].) *& disceptatio*, &c. Er. Il. Ti. sic Mo. Sy. vel, *contentio*, Ca. &c. Dativi autem, *Paulo*, &c. ad συζήτησιν pertinent, non ad ςάσιν. Paulo & Barnabæ imposita necessitas cum illis hominibus disputandi. Uti potuit Paulus iis quæ Prophetæ dixerant Nehemani, Nabuchodonosori, Cyro [r]. ¶ *Statuerunt*] Nempe οἱ ἀδελφοὶ, *fratres* †, qui erant Antiochiæ [t]; tota Ecclesia [v]; vel, Præpositi ejus [x]. Ἔταξαν] *Constitutum fuit*, Be. Pi. nempe à Doctoribus his Hierosolymitanis, qui judices Paulo & Barnabæ ferebant Apostolos & Seniores Hieros. id quod [quoad sensum] adjectum reperio in cod. meo vetustiss [y]. ¶ *Et alii*] Inter quos Titus, Gal. 2. 3 [z]. qui incircumcisus erat, & talis manebat, cùm esset coram Apostolis circumcisionis [a]. Vel *alii*, nempe ex parte adversa [b]. ¶ *Ad Apostolos* (scil. Petrum, Jacobum, & Joannem, Gal. 2. 9. cæteri enim Apostoli per orbem erant dispersi [c].) *& presbyteros*, &c.] Tum Episcopos [d] Jerosolymæ atque Judææ *, tum Sacerdotes; ad illos ut Judices, ad hos ut Consiliarios & Doctores [f]. Apostoli, quanquam in se juris satis haberent & donorum Dei & auctoritatis, exemplo suo docebant Episcopos nihil agere sine Presbyterorum consilio, probantes laudabilem Synagogæ morem: Si qua inter Judæos quæstio orietur unde justus erat schismatis metus, adibatur Synedrium, instructum viris doctissimis, idque ex lege Deut. 17. &c. Sic Christiani, ubi tale quid inter ipsos ortum esset, ibant consultatum Hierosolyma, ubi Petrus erat & Johannes & Jacobus, fortè & alii quidam Apostolorum, & Seniores egregii. Quod tunc fuit urbs Hierosolyma, id destructis Hierosolymis facta est Roma, ubi magna copia eruditorum, tum qui in Urbe habitabant, tum qui aliunde eò adventabant; ità ut Synodus Romana Concilii universalis (quale nisi sub Imperatoribus Christianis haberi non potuit, nec sub illis semper,) vim aliquatenus in se contineret; eòque magis quòd ab ea Synodo etiam aliarum regionum Episcopi per epistolas consuli solerent [g].

3. *Illi ergo deducti ab Ecclesia*; ità Be. Pi. &c. Προπεμφθέντες, &c.] *Præmissi*, Me. Aliquousque deducti [h], officiosè [i], vel honoris causâ [k], à fidelium quibusdam [l], vel ab Ecclesiastico cœtu: quod officium amicis discedentibus & verbis & operâ præstari solet [m]. Additi sunt comites ab Ecclesia, ne viderentur illi vel causam suam agere, vel ab Ecclesia Antiochena dissentire [n]. Sed προπέμπειν non est, *comitem se dare itineri*, sed, *honoris causâ aliquousque prosequi*: unde nomen habent carmina προπεμπτικὰ [o]. ¶ *Conversionem*, &c.] A falsitate ad veritatem, à pravitate ad honestatem vitæ [p], vel ad Deum; nempe Cornelii, Antiochensium, Cypriorum, Pisidarum, Pamphyliorum, Lycaoniorum, Lyciorum. ¶ *Gaudium*, &c.] Ob tanta Ecclesiæ incrementa [q]. ¶ *Annunciantes*] Privatim primò Petro, Joh. & Jac. Gal. 2. v. 2. deinde publicè in Concilio [r].

4. *Cum illis*, Μετ' αὐτῶν] Vide ad Act. 14. 27 †.

5. *Surrexerunt*, &c. Ἐξανέςησαν δὲ, &c.] Sunt verba, vel, 1. Lucæ [t], referentis quòd Paulo perorante, & Gentium conversionem celebrante, surrexerint adversarii cum criminantes, &c [v]. Vel, 2. Pauli & Barnabæ: qui hîc proponere incipiunt statum controversiæ suæ cum Judæis, ob quam mittebantur [x]. Id exposcit vox *eos*, *oportet circumcidi eos*: quos? utique Gentiles quorum conversionem celebrabat Paulus. Tunc autem cum Syro subaudiendum, *Sed inquiunt* [y]. *Sed*, aiebant, *quidam surrexerunt*, &c. Be. Pi. ut sit transitus ab obliqua oratione ad rectam, ut Act. 16. 36. & 17. 3. &c [z]. Sicut Antiochiæ quidam è Judæis facti Christiani, ità & Hierosolymis quidam duriorem illam defendebant sententiam [a]. ¶ *Oportet circumcidi eos*] Id est, Gentes [b], Christum amplexas [c], de quibus egerat Act. 14. 6, 7 [d]. ¶ *Legem*] Moralem & ceremonialem *.

6. *Apostoli & seniores*] Vel, *presbyteri*, Be. Pi. Sedentes, plebe adstante, qui & postea mos Christianis. Confer quod est infrà v. 12 [f].

7. *Ab*, &c. Ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων] *Jampridem*, P. Be. Ca. Pi. *Jam indè antiquitus*, Ti. *A principio*, Æth. *Olim*, vel *Antehac*, vel *Non ità pridem*. Similis phrasis Jer. 28. 8. *Qui fuerunt* מן העולם, hoc est, *antehac*, non verò *ab antiquo*, vel *ante multa secula* [g]. *Ab antiquis* (vel, *prioribus*, Tre. vel, *primis*, Di. ex Sy. & Ar. Ἀρχαῖον non modò est παλαιὸν, *antiquum*, sed & πρῶτον, *primum*, teste Hesychio: ἀπ' ἀρχαίων usurpatur pro, *ab initio*: & dicitur Medicus ægrum è morbo restituere εἰς τὸ ἀρχαῖον, id est, in priorem statum. Sed & apud LXX ἀρχαῖος interdum pro ראשון, *primus*, usurpatur, dicitúrque simpliciter de eo quod præcessit, sive à multis seculis, sive non ità pridem, ut Psalm. 79. v. 8. *Ne memineris nobis iniquitatum* ראשונים, *primarum*; LXX, ἀρχαίων, *præteritarum*, sive *antiquarum*, sive *recentium* [h].) *diebus*, Er. Il. Mo. V. &c. id est, superioribus [i]. Pari sensu Asaph usurpat ימים מקדם; ubi LXX, ἡμέρας ἀρχαίας, pro iis quæ ante annos aliquos evenerant [k]. Ab initio nascentis Evangelii [l]: ab initio mandati præconii Evangelici [m]: ab initio prædicati post Domini ascensionem Evangelii [n]: à primis Apostolicæ missionis diebus, quum primùm ad divulgandum ubique locorum Evangelium Apostoli mitterentur [o]: post illapsum in Apostolos Spiritum Sanctum [p]: à conversione Cornelii, Act. 10 [q]. ante 14 (vel 16 [r]) annos †. ¶ *In*, &c. Ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο διὰ τοῦ ςόματός μου, &c.] *Inter nos* (vel, *In nobis*, Mo. Loquitur de Cornelio & aliis quos docuerat Christum jussu Dei [t]. *Inter nos*, id est, præsentibus seu testibus nobis [v]. Sed sic dicendum esset, ἐν ὑμῖν. Malim, *Ex nobis*: Hebr. בנו, pro ממנו, vel מבינו, *ex medio nostri*, id est, ex nostro Apostolorum cœtu. ב sæpe ponitur pro מן, vel בין. Nisi malis ἐν ἡμῖν vertere *nos*, ut Petrus in plur. numero de se loquatur [x]. *Nos*, modestè, id est, ego, ut, —*& nos aliquid nomenque decúsque Gessimus* [y]: nam sic construitur Hebr. בחר [z]. Ἐξ ἡμῖν ἐξελέξατο, est Hebræa constructio, qualis 1 Sam. 16. 9, 10. 1 Reg. 8. 16. 2 Paral. 6. 5. Nos ipsi placuimus [a]. Al. *Ex vobis*, Ar. in Di. Ca.) *elegit ut* (vel, *elegit me ut*, Be. Pi.) *per os meum* (Sensus esse videtur, Deus inter vos omnes acceptum habuit, ut ex ore meo, &c. Sæpe hoc verbum ad rem refertur, & sign. *acceptum habere*, ut Esa. 58. 5. *Non hoc jejunium* ἐξελεξάμην, *elegi*, id est, acceptum habeo [b].) *audirent gentes*, &c. Er. P. &c. id est, ut alienigenæ ex me discerent Evangelium [c].

8. *Et qui*, &c. Καὶ ὁ καρδιογνώσης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, &c.] *Et Deus qui novit corda* (i. e. cogitationes [d], Gentilium; quòd sc. Deum & salutem sincerè quærerent *:) *dedit eis testimonium*, &c. Pi. sim. Er. Be. testimonium ipsis reddidit corda illorum esse purgata: ut jam sequetur [f]. Sed quâ re? *quum dedit* [ut sequitur] *ipsis Spiritum*, &c [g]. quem alioqui illis non esset daturus [h]; Spiritum nempe donorum extraordinariorum, sive propheticum, qui datus erat ut Apostolis, ità & Cornelio, Act. 10. Hinc rectè colligitur, Deum palàm testatum esse, Gentes quoque pertinere ad Christum: nam *testimonium Jesu est Spiritus Prophetiæ*, Apoc. 19. 10. & Christus dicit de Spiritu, *ipse testabitur de me*, Joan. 15. 26. Qui ergò hunc Spiritum habent, testimonio Christi sunt obsignati [i]. ¶ *Sicut & nobis*] Qui circumcisi sumus, & Mosis instituto observamus [k]: nobis Apostolis, Act. 10. 44 [l].

9. *Nihil discrevit*, &c.] Quoad gratiam, justitiam & salutem [m]. Sine personarum acceptione omnes admittit [n]. ¶ *Fide purificans* (ab idololatria & sceleribus, i. e. justificans eos à peccatis [o]:) *corda eorum*] Circumcisione internâ, nempe fide, si non carnem circumcisione externâ [p]. Cùm ergò mundati sint, non debent ampliùs immundis accenseri [q]. Vide Act. 10. 15, 28. Justinus contra Tryphonem, de Christiana religione, Διὰ ταύτης, &c. (*Per hanc viam dari omnibus hominibus intellectum* [r].)

10. *Quid tentatis Deum?*] i. e. Vertitis in dubium an Deus velit circumcidi Gentes quas jam elegit & vocavit, dato Spiritu Sancto †? Cur non habetis Deo fidem, quasi ille non valeat hominem fide salvare [t]? *Cur Deum offenditis?* ut Act. c. 5. v. 9. Qui Deum offendit, patientiam ejus tentat: offendit autem qui voluntati ejus sufficienter revelatæ obstrepit [v]. Deum tentat qui ejus clara certáque dicta in dubium revocat [x]. qu. d. Cùm constet de voluntate Divina [y], Gentiles admittendos esse in Christianismum, misso in eos Spiritu [z], cur de ea dubite-

Marginal notes (left): [n] Pri. [o] G. [p] Di. [q] Pi. ex Be. [r] G. † G. sic Pi. [t] Pi. [v] G. [x] Ham. [y] Be. [z] Cap. 3890. Li. chron. 97. [a] Li. 58. [b] Zeg. ex Hi. La. Camer. [c] La. Me. [d] La Me. sic Ham. * Ham. [f] La. Me. [g] G. [h] G. sim. Me. [i] Camer. [k] Me. [l] G [m] Camer. [n] Be. [o] G. [p] Camer. [q] G. [r] Cap. 3890. † G. [t] Plerique in Be. La. [v] La. [x] La. ex Be. [y] La. [z] Be. [a] G. [b] Be. Pi. [c] Pi. [d] Be. * Pi. [f] G.

Marginal notes (right): [g] Cap. [h] Di. [i] Camer. [k] G. [l] V. [m] Camer. [n] Pi. [o] Di. [p] Di. sim. [q] Me. & T. ex La. sim. Di. Be. [r] T. † La. Me. [t] V. [v] Q. in Be. [x] Be. [y] G. [z] Be. [a] G. [b] Di. [c] G. [d] Camer. * La. sim. Me. [f] G. [g] Di. [h] G. [i] Di. [k] G. [l] Ham. [m] La. sim. Camer. [n] Me. sim. La. [o] La. [p] T. [q] G. sim. La. [r] G. † V. [t] Camer. [v] G. [x] La. Me. [y] T. ex La. [z] La.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

dubitetis, Deúmque tentatis, an ſeriò hoc velit, an in dictis ſuis firmus ſit & conſtans [a] ? Deinde tentatis Deum, quia conamini ejus voluntatem agnitam ad veſtram, quæ contraria eſt, inflectere, ut contra id quod decrevit imponat jugum Legis Gentilibus, quia id vos vultis & cupitis [b]. ¶ *Imponere jugum ſuper cervices*, &c.] Dicitur hoc de Servitute, ut Jer. 28. 14. RR. uſurpant de Doctrina quæ aliquid omnino faciendum inculcat. Vide quæ diximus ad Matth. 23. 4. Dicunt pro eodem RR. טרח, i. e. βαρύνειν, cui contrarium eſt קלל, κουφίζειν, pro, *docere aliquid non eſſe neceſſarium* [c]. Ἐπιθεῖναι, &c.] i.e. Τῷ ἐπιθεῖναι, *dum vultis imponere jugum*, nempe Legem Moſis, ex collat. v. 5 [d]. Vel, ſub. ἕνεκα· & vertendum, *ut imponatis*, Di. ex Sy. & Ar. Hoc enim agebant illi, ut publicâ hujus Concilii Deíque authoritate ſervandæ Legis neceſſitas Gentibus injungeretur. Hoc pacto non in Diſcipulos modò peccatis, ſed & in Deum, quem tentatis, periculum faciendo an Lex Moſis, quâ nunquam Gentes, ſed ſolos Iſraelitas, obſtrinxerat, non poſſet Divinâ authoritate in Gentes etiam transferri, cùm acquieſcere deberetis in hac Dei gratia ipſis collata, &c *. ¶ *Neque nos portare potuimus*] i. e. Tulimus, ſed cum moleſtia, ob ingentem illum numerum præceptorum ritualium, quem videre potes apud Moſem de Kotzi. Dicimur *non poſſe* quod perdifficile eſt, ut Matth. 6. 24. Marc. 1. 45. Luc. 11. 7. Joh. 6. 60. Oſtendit quàm durum ſit, onus tam moleſtum iis imponi quos Deus velit ab eo eſſe liberos [f].

11. *Sed per gratiam*, &c.] q.d. Non per Legem [g], ſed per gratiam [h]. Lex ergò eis non imponenda, tum quia jugum eſt, tum quia inutilis ad juſtificationem [i]. ¶ *Et illi*] i. e. Patres noſtri Judæi [k], ex collat. v. præced. ſcil. *ſervati fuerunt* [l].

12. *Inter Gentes*] Aliud argumentum, Deum non diſcreviſſe inter Judæos & Gentes [m].

13. *Reſpondit*] i. e. Loqui cœpit, ut Act. 3. 12. & alibi [n]. ¶ *Jacobus*] Scil. Alphæi [o], qui & *Juſtus* [p], & *frater Domini*. Epiſcopus Hieroſ. Eccleſiæ [q], qui huic Concilio præfuit [r]. Quia non minùs Petrus ob Cornelium, quàm Paulus ob alios ad Eccleſiam admiſſos, accuſabatur, Jacobi, qui proximam Petro habebat auctoritatem, erat primam ſententiam dicere †.

14. *Simon*, Συμεὼν] Qui & Petrus [t]. Heb. eſt שמעון, Gen. 29. 33. Id Græcis literis ſcribitur Συμεὼν, ut Luc. 2. 25. poſito υ pro Hiric, & ε pro Scheva. Græci pro eo uſurpârunt nomen Græcum ſoni ſimilis, Σίμων, ut Sirac. 50. 1. Joſephus, & noſtri Scriptores. Sed hîc Lucas Hebraicam pronunciationem ſequutus eſt, quia Hebræum inducit loquentem Hebræis. Syrus & hîc & alibi eodem modo id nomen expreſſit. Errant qui de Simeone illo agi putant cujus Lucas meminit dicto c. 2. Breviter repetit Jacobus à Petro dicta [v]. ¶ *Primùm*, &c. Πρῶτον—ἐπεσκέψατο λαβεῖν, &c.] *Primùm* (i.e. primitùs, ſive *ab antiquis diebus*, ut v. 7 [x]. nempe in perſona Cornelii [y]:) —*reſpexit* (vel, *diſpexit*, Di. ex Ar. Ham. quo ſenſu dicimur diſpicere de re aliqua, quum providemus & curamus ut ea fiat. Sic Act. 6. 3. ἐπισκέψασθε, &c. *diſpicite viros ex vobis*. Vel, *viſitaverit*, i. e. juxta promiſſiones veteres, diu dilatas: ut ſit Hebraiſmus, quo פקד, *viſitavit*, Deo tribuitur, cùm dictorum ſuorum recordatur ut præſtet, ut 1 Sam. 15. 2 [z]. Vel, *delectatus eſt*, ſive *placuit ei*, ut hoc verbum ſumitur apud Lxx ſequente non Nomine, ſed Infinitivo [a], ut Jer. 32. 41 [b]. ubi ſimilis eſt locutio, ἐπισκέψομαι τοῦ ἀγαθῶσαι αὐτούς· ubi in Heb. eſt, *gaudebo de ipſis, benefaciendo ipſis* [c]. Vel, *curaverit*, Ca. Syrus, πρῶτον ἐπεσκέψατο, unico verbo vertit, *incepit*: non aſpernandum: nam, *primùm recordatus eſt ſumere*, idem eſt atque, *incepit ſumere*; éſtque rei de qua hîc agitur convenientiſſimum [d].) *ſumere*, &c. Mo. Di. vel, *ut ſumeret*, &c. Er. Il. Ti. Ar. vel, *aſciſcendum*, &c. Ca. Al. *Primùm Deus reſpexerit Gentes, ut ſumeret ex ipſis*, Be. P. Pi. i. e. rationem habuit Gentium, ut ex illis ſibi ſumeret *. ¶ *Populum*, Λαὸν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ] *Populum* (Antè erant quidam in Gentibus qui Deum invocabant, & *Dei timentes* dicebantur, ſed cœtum non faciebant [f].) *nomini* (vel, *nomine*, Ca. vel, *in nomine*, Er. Il. Mo. Ti.) *ſuo*, P. Be. Pi. Tre. & Di. ex Sy. i.e. vel, 1. ſibi ipſi [g]. Nomen Dei eſt Deus nominatus, ut Prov. 18. 10. &c [h]. Vel, 2. qui invocet nomen ipſius [i], & viciſſim vocatur nomine

[a] La. ſic Me. [b] La. [c] G. [d] Pi. * Di. [f] G. [g] Pi. ſim. Camer. Ham. [h] Pi. [i] Me. [k] La. ſic Pi. [l] Pi. [m] La. [n] G. [o] Camer. [p] Ham. [q] Camer. Ham. [r] To. in La. † G. [t] Camer. Caſ. &c. [v] G. [x] La. ſic Me. [y] G. [z] Di. [a] Ham. [b] Ham. G. [c] G. [d] Di. * V. [f] G. [g] La. Be. [h] La. [i] V. La.

ſuo, putà Eccleſia & populus Dei [k]. Vel. *ſub nomine ſuo*, Pi. ad verb. *pro nomine ſuo*, i. e. qui ſuus eſſet [l]. Vel, 3. ad nomen & gloriam ſuam [m].

15. *Verba Prophetarum*] Nempe Amos 9. 11, 12 [n]. Enallage num. plur. pro ſing [o].

16. *Poſt hæc*] Pro quo in Heb. eſt, *In die illa* †. Nempe, in diebus Meſſiæ [p]. Significat converſionem Gentium anticipatam, hoc eſt, quæ Judæorum inſtaurationem præcederet. Innuit enim non tantùm *nomen Domini ſuper Gentes invocandum fuiſſe*, (i. e. futuras ei Gentes in populum;) ſed etiam illud ex parte tunc futurum, dum adhuc *tabernaculum Davidis collapſum* jaceret, i. e. Regnum Iſraelis nondum per Chriſtum inſtauraretur [q]. ¶ *Revertar & reædificabo* (i. e. iterum ædificabo. Hebraiſmus, Amos 9. 11. ſimpliciter eſt אקים, *excitabo* [r],) *tabernaculum*, &c.] Locutio Hebraica, quæ hoc ſignificat, *Reponam domum Davidis collapſam*. Nam Hebræis omne habitaculum σκηνὴ dicitur, quia ea habitatio vetuſtiſſima. Clariùs explicare voluit quod ſic verterunt Lxx ἀναστήσω, &c †. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ κατεσκαμμένα, &c.] *Et ruinas* (vel, *diruta*, Er. Mo. Ca. &c. *quod corruerat*, Tre. ex Sy. *dirutas*, ad verb. *ſuffoſſas*, ſub. *partes*. Metonymia efficientis [t].) *ejus reſtaurabo*, Be. &c. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀνορθώσω αὐτήν] *Et* (vel, *Et rurſus*, Pi.) *erigam illud*, Be. Vulg. In Lxx eodem ſenſu, propiùs ad verba Hebraica, καὶ ἀνοικοδομήσω, &c. *reſtituam eam qualis olim fuit*. Deus minus promittit, plus facit. Reſtituit enim domum Davidis in Jeſu, & ad ſplendorem multò majorem [v].

17. *Ut*, &c. Ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον, &c.] *Ut requirant reliqui* (vel, *qui reliqui ſunt*, Er. Il. P. *reliquæ*, Tre. id eſt, Gentes, ut explicatur membro ſeq [x]. cæteri omnes non comprehenſi fœdere cum Judæis icto [y].) *homines* (vel, *hominum*, Mo. Ca. Helleniſmus: ut Plinius, *Nigras lanarum*, & *Degeneres canum*, dixit [z].) *Dominum*, & *omnes Gentes*, Be. Pi. &c. Addidit ἂν purioris ſermonis, & Κύριον majoris perſpicuitatis, causâ ad Verſionem Lxx [a]. Petita hæc ſunt ex Amos 9. 12. למען יירשו את־שארית אדום וכל הגוים, quæ ſic verti ſolent, *Ut poſſideant reliquias Edom, & omnes gentes*: quæ quidem Verſio difficillimè cum hoc loco conciliatur [b]. Idem tamen ſenſus eſt, cùm eos demum poſſideat Eccleſia qui Dominum requirunt [c]. Citat hæc, ut alia, Apoſtolus ex Verſione τῶν Lxx tunc uſitatiſſima [d]. Hebræa ſic ſonant, ὅπως ἂν κατακληρονομήσωσι τὸ κατάλοιπον τῆς Ἰδουμαίας *. Pro יירשו legerunt ידרשו, pro אדום, אדם [f], pro את שארית, השארית [g], vel אל שארית [h], & addiderunt יהוה, *Dominum* [i]. Sed non puto Apoſtolos aut Lxx locum aliter legiſſe [k]. Hebræa ſic verto, *Ut poſſideant* (nempe Tabernaculum, &c.) *reliquiæ Edom*, &c. Lxx, *Ut requirant*, &c. Sed cur יירשו ſic vertunt? Nimirum apud Orientales verba eadem ſignificant & *eſſe*, & *fieri*, ſive *moveri ad eſſe*; ut, פתח, *aperire & ſolvere*, quia ſolutio motus eſt ad apertionem: קנה, *poſſidere & emere*, quia emptio eſt motus ad poſſeſſionem. Sic & ירש non tantùm valet, *poſſidere*, ſed &, *movere ſe ad poſſidendum*, ut Deut. 2. 24. *Incipe, poſſide*, (i. e. poſſeſſionem adi,) & *conflige*, &c. neque enim actu poſſiderunt antequam conflixiſſent & ejeciſſent hoſtem: & v. 32. *Incipe* רש לרשת, i. e. non, *poſſidere ut poſſideas*, quæ tautologia mera eſt; ſed, *adire poſſeſſionem*. Ità h. l. non tam poſſeſſionem intelligebant Lxx quàm poſſeſſionis ſtudium, quod *requirendi* verbo bene exprimunt. *Ut poſſideant* autem, vel *requirant*. Quid? nempe inſtauratum Davidis Tabernaculum, de quo v. præced. vel, *Dominum*, ut eſt h. l. Tabernaculi iſtius inſtauratorem herúmque, propter quem Tabernaculum requiſituræ eſſent Gentes. Alioquin hæc verba nullum habent ſenſum, niſi ſubintelligas quidnam ſint requiſituri. את שארית rectè vertunt, οἱ κατάλοιποι, *cæteri*: nam את h. l. eſt nota Nominativi, ut ſæpe fit; nec tantùm poſt verba paſſiva, ſed & cum neutris verbis, conſtructum, ut 1 Sam. 17. 34. 2 Reg. 6. 5. & 9. 25. Neh. 9. 32. Jerem. 33. 5. Ezec. 43. 7; & cum tranſitivis, ut Neh. 9. 34. Jer. 38. 16. Ezec. 39. 14. unde factum ut אותו, quod alioqui Accuſativi casûs eſt, apud RR. cum omnibus promiſcuè verbis Nominativum faciat, ut, אותו עשה, *ipſe fecit*. אדום, *Edom*, latiùs quàm de illo populo acceperunt [r]; nempe de reliquis hominibus ab Eccleſia alienis †: [cui

[k] La. ex Hug. &c. ſim. Pi. [l] Di. [m] La. [n] Er. Jun. La. [o] La. † Er. [p] Ham. ſim. Med. L. [q] Med. in Apoc. 7. 4. [r] Glaſ. gram. 3. 3. 35. 345. † G. [t] Pi. [v] G. [x] Be. [y] Camer. [z] Be. [a] G. [b] Di. [c] Be. [d] Glaſ. phil 75. 118. ex Helvico. * Med. ib. [f] Med. Q. in Glaſ. [g] Q. in Glaſ. [h] Med. [i] Q. in Glaſ. [k] Poc. not. c. 4. p 46. [r] Di. † Di. ſim. Poc.

interpretationi multa favent.] 1. Quòd *reliquiæ Edom* h. l. opponuntur *tabernaculo Davidis*, i. e. Reipublicæ Israelis[t]. 2. Quòd explicationis gratiâ addit, *& omnes gentes*[v]. 3. Quòd ut Esau, sive Edom, reliquos, ità Isaac, alter Rebeccæ filius, Ecclesiam, adumbrabat[x]; & *Israelis* nomine gaudent quotquot Christo nomen dederunt[y]. Nec est quòd contra hoc objiciant Judæi, qui Romanos, imò omnes Christianos, *Edomi* reliquias esse volunt[z]. Nec de alia Idumææ aut Gentium subjugatione loquitur, quàm Verbi gladio, quo sub jugum mittuntur Christi, cui in hæreditatem dati sunt omnes fines terræ, ut ità rectè instituti omnes Dominum quærerent, & ipsi nomen darent[a]. ¶ *Super*, &c. Ἐφ' οὓς ἐπικέκληται, &c.] *Super quas invocatum fuerit nomen meum*, Be. *Quæ vocatæ fuerint de nomine meo*, Pi. vel, *à me denominatæ*, h. e. quæ meæ dicuntur[b], vel à Christo Christianæ[c]. Apparet constructionem esse κατὰ τὸ σημαινόμενον· ἔθνη, ἐπ' αὐτοῖς, quasi dixisset ἄνθρωποι· *qui vocantur de nomine meo*, i. e. qui erunt ὀνομαζόμενοι Θεοῦ. Vide quæ ad Matth. 5. 9[d]. ¶ *Dicit Dominus faciens*, &c. Ὁ ποιῶν πάντα ταῦτα] *Qui facit hæc omnia*, Be. Pi. Cujus mirabile hoc opus est ipsíque gratissimum, ut Judæi jam cum Gentibus in unum populum coalescerent*. Hæc, ait Amosus, sunt Dei ipsius dicta, qui & ea dabit effecta[f].

18. *Notum*, &c. Γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος, &c.] Non mirum est, Deum Amosi temporibus prænôsse quod facere decreverat, atque id præfigurâsse tum rebus illis de quibus agit Amosus, tum ipsius verbis, eminentiùs implendis Messiæ temporibus quàm unquam antè. Deus, cùm exiguam terram dedit Jacobi posteris, cùm primùm decem, deinde duas, Tribus spargi sivit in oras longinquas, majus aliquid animo agitabat: Volebat latiùs & nosci & coli. In Manuscriptis quibusdam & illo in Anglia est γνωστὸν & ἔργον, *notum* [ut habet Vulg.] *opus suum*, nempe opus conversionis Gentium[h]. Complut. edit. legit, ἃ ἐστὶ γνωστὰ, &c. *quæ sunt ei nota*, &c[i]. [Verba sic reddunt;] *Nota sunt Deo ab ævo* (vel, *ab omni ævo*, Be. vel, *ab æterno*, Be. sic La. &c.) *omnia opera sua*, Pi. Be. &c. *Exploratus est Deo ordo faciendorum ab æterno*, Camer. Deus prædisposuit hoc & prædestinavit[k]. Non temere hoc fecit Deus[l]. Non est cur legalium rituum abrogatione quisquam offendatur[m]. Acquiescite ergò, ô Judæi, in sapientissima ordinatione Dei, neque opus hoc novum vobis aut paradoxum videatur[n].

19. *Ego judico*; ità Mo. Ar. Ca. Κρίνω] *Dico*, Tre. ex Sy. *Determinatio mea est*[o]. Ità *censeo*, G. sic Er. P. Be. Pi. &c. quomodo Romani Senatores sententiæ dictionem concludebant. Vide Philippicam Ciceronis, 3, 5, 8, 9, 10, 11, omnes circa finem[p]. ¶ *Non*, &c. Μὴ παρενοχλεῖν, &c.] Scil. δεῖν. Ellipsis Græca[q]. *Non esse exhibendum negotium*, &c. V. *Non esse molestiâ afficiendos*, &c. Ca. sim. Er. V. Camer. vel, *vexandos*, Sy. vel, *obturbandos*, Be. Pi. sic Er. P. Mo. &c. Non imponendas illis molestias non necessarias, nè sic multis aditus ad Christianismum præcluderetur[r]. Ὀχλεῖσθαι est, *vexari* Luc. 6. 18 Act. 5. 16. ἐνοχλεῖν, *turbas dare*, Heb. 12. 5. παρενοχλεῖν à LXX usurpatur pro *affligere*, *arctare*, Jud. 14. v. 17; pro *commovere*, *inquietare*, 1 Sam. 28. 15; pro *molestare*, Jud. 16. 16; pro *pavefacere*, *perturbare*, Jer. 46. v. 26; pro *fatigationem* ac *molestiam parere*, Mic. 6. 3. quæ omnes significationes satis bene hìc quadrant. Usurpatur autem nunc cum Dativo, ut h. l. nunc cum Accusativo†.

20. *Sed*, &c. Ἀλλὰ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς] *Sed ad eos scribendum*, Be. Pi. &c. Eâ auctoritate de qua diximus suprà. ¶ *Ut abstineant*] Non censet monendos pios ex Gentibus de iis quæ satis didicerant, Deum colendum, unum, & verum, non falsos; Ei omnem exhibendam Reverentiam; Abstinendum à Cœdibus, Rapinis, Injuriis, Adulteriis, & Incestis jure gentium cognitis; Jus cuique reddendum: sed de iis monet quæ disputationem recipere videbantur, & quæ Judæos poterant offendere, & impedire quò minùs pii ex Gentibus cum piis Hebræis in unam Ecclesiam coalescerent[t]. Voluit Gentes [conversas] & à Gentibus idololatricis secernere, & cum Judæis communi aliquo præcepto conjungere[v]. Qu. Cur nulla hìc circumcisionis aut rituum legalium mentio? Resp. Quia diversa erat Judæorum & Gentilium credentium ratio: de his, non illis, h. l. quæstio erat. Non est quæsitum an Judæi conversi suos circumciderent, &c. sed an alii populi ad hæc adstringendi essent: non, quousque Judæi Christiani aliis Judæis lucrifaciendis sese demittere tenerentur, sed, quantum alios populos tribuere Judæis infirmis oporteret. Curatum hìc est de rebus quæ ad mutuum vitæ usum communem pertinebant in Provinciis ubi collectæ erant ex Judæis & Gentibus Ecclesiæ, & ubi nulla de aliis ritibus potuit esse controversia; quippe qui Hierosolymis duntaxat exercebantur[x]. Tria hìc sunt capita rerum prohibitarum, ex quibus duo sunt necessaria, nempe ut vitentur tum idola, ex priore Legis tabula, tum scortatio, ex posteriore; quibus verbis synecdochicè totius Legis [moralis] mandatur observatio: tertium, ut abstinerent à suffocato & sanguine, vetitum propter infirmam aliorum conscientiam, &c[y]. ¶ *A*, &c. Ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων] *A pollutionibus* (vel, *inquinamentis* Er. Il. Ti. *fœditatibus*, Ca.) *idolorum*, P. Pi. &c. *A pollutione victimarum*, Tre. ex Sy. *Ab immolato idolis*, Æth. *A contaminatione ciborum addictorum simulacris*, Ar. *A pollutis per simulacra*, Be. i.e. ab iis quæ idolis immolantur[z], à carnibus pollutis per idola, eò quòd illis fuerunt immolatæ[a]; ab iis quæ infrà v. 29. vocantur εἰδωλόθυτα[b]· quomodo Lucas ipse exponit Act. 21. 25. φυλάσσεσθαι τὸ εἰδωλόθυτον[c]. Sed hæc distinguere oportet, Ἀλισγήματα τῶν εἰδώλων erant omnia usurpata, quanquam non oblata, in cultu idolorum; qualia cultri, patinæ, &c. quæ ex traditione Judæorum immunda habebantur, & usurpari vetita: quæ tamen non erant εἰδωλόθυτα· quum contrà omne εἰδωλόθυτον esset ἀλίσγημα[d]. Verùm τὸ ἀλίσγημα h. l. non de pollutione quavis, sed ciborum ac potorum, usurpari ne dubitandum puto*. Huc facit illud Mal. 1. 7[f]. ubi in LXX est, ἄρτους ἠλισγημένους, ubi Aq. & Sym. μολυνομένους[g]· & Dan. 1. 8[h]. ubi, οὐ μὴ ἀλισγηθῇ, &c[i]. & Syrac. 11. 33. ἀλισγήσει τὴν ψυχήν αὐτῆς ἐν ἐξ-ομματι ἀλλοτρίοις[k]. Hesychius quoque, ἀλισγημάτων, τῆς μολυσμῶν τῆς μιαρᾶς θυσίας· item, ἀλισγηθῇ, σωματισθῇ[l]. Scriptor Constitut. Clem. 6. 12. ἀλισγήματα exponit per εἰδωλόθυτα. Christiani, ut ait Justin. cum Tryphone disputans, *omnem, etiam mortis, pœnam sustinent* περὶ τοῦ μήτε εἰδωλολατρῆσαι, μήτε εἰδωλόθυτα φαγεῖν. Et cùm Trypho dixisset, *esse quosdam qui Christiani dicerentur, & ederent* εἰδωλόθυτα, *dicerentque eâ re animum non obstringi*, dicit *eos id quidem nomen usurpare, sed ea docere quæ sunt à Spiritu seductore*. Εἰδωλόθυτα, à quibus abstineri vult Jacobus, duum sunt generum: alia, ubi ad ipsam mensam pars de pane & extis in focum porricitur (ea enim vox huic rei propria) & vinum igni inspergitur, dei alicujus nomine in id advocato; alia, ubi qui diis in templo sacra fecit, id amicis significans, eos vocat ad exta: cujus moris apud Plautum aliquoties est mentio. Theocritus iter facientibus ——— καί τυ θύσας ταῖς νύμφαις Μύρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον. Ovid. Metam. 12. *Sacra tulere suam: pars est data cætera mensis*. Huc illud pertinet Juvenalis, *Et natalitium cognato ponere lardum, Accedente novâ, si quam dabat hostia, carne*. Pars illa extorum, quæ in aram vel focum dabatur, Græcis dicitur ἀπαρχή, Latinis *prosecta*, aut *proficiæ*: per eam partem cætera quoque diis sacra erant. Utro horum modorum quis de immolatitiis edat, ea res idololatriæ deputatur. Tertul. De idololatria, *Si propter sacrificium vocatus assistam, ero particeps idololatriæ*. Et De corona, *Si quis ——— dixerit, Hoc idolothytum est, nè contigeris*. Apud Minutium Cæcilius, *Præcerptos cibos & delibatos altaribus potus abhorretis*: mox Octavius, *Sacrificiorum reliquias, & pocula delibata contemnimus*. [Plura vide ex Tertul. ex Clem. Pædog. 2. 1. in G.] Abstineri ab immolatitiis, non simpliciter quòd res illæ malæ sint factæ, sed ob justas causas, dicit Orig. contra Celsum, 8[m]. ¶ *Et fornicatione*] Vel, *scortatione*, V. Be. Pi. &c. Qu. Quid hìc est *scortatio*? & cùm hìc de rebus per se liberis, & concessis extra scandalum, agatur, quî fit inter eas scortationis mentio, quæ nunquam in Ecclesia fuit ἀδιάφορον[n]; Resp. 1. Rebus adiaphoris h. l. adjicitur non quòd talis sit, sed quòd, ob corruptos hominum mores, scortari apud ipsos flagitium non esset[o]: quia propter impunitatem flagitii, & inveteratam corruptelam non putaretur esse culpa, cùm tamen adulterio severissima esset propositapœna[p]. Hâc prohibitione significat quid maximè & Ju-

Marginal notes (left column): [t] Di. [v] Poc. [x] Di. [y] Poc. [z] Poc. sim. Di. [a] Poc. [b] Ca. [c] Be. [d] G. * Ham. [f] G. [g] Idem. [h] E. [i] Be. [k] La. sic Me. T. E. &c. [l] Camer. [m] Be. [n] La. [o] Ham. [p] G. [q] Pi. [r] G. † Di. [t] G. [v] San.

Marginal notes (right column): [x] Be. [y] Jun. [z] V. [a] Pi. [b] G. sic Be. Pi. Heins. [c] Heins. [d] Li. chro. 99. * Heins. [f] Heins. sic G. [g] G. [h] G. Heins. [i] Heins. [k] G. Heins. [l] Heins. [m] G. [n] Be. [o] Q in Be. [p] San. p. 297.

& Judæos offenderet, & Gentibus commendatum oporteret [q]. Inter præcepta Adamo & Noæ data Judæi non ponunt interdictum Scortandi. Et qui inter Gentes putabantur sapientissimi, non negabant quidem *meretrices turpiter facere quòd meretrices essent*, ut loquitur Ulpianus, & *pœnam esse in ipsa professione flagitii*, ut loquitur Tacitus, Annal. 2. attamen non putabant peccare qui fœminis ad hoc venialibus uterentur; ut apparet ex Catonis sententia quæ apud Horatium est, & Solonis lege quam Philemon laudat in Comœdia Delphis, iis versibus quos in Excerpta retulimus, ut & Eubuli in Nannio versus paris argumenti; quibus addi potest Argentarii Epigramma in Anthologia, 3. 6. Cicero pro M. Cœlio hac de re agens, *Quando enim hoc factum non est? quando reprehensum? quando non permissum?* At lex Christi, Dilectionem in omnes fraternam imperans, non sinit quenquam alienâ uti turpitudine, & sic eam fovere; quippe cùm & Lex Mosis omnibus Hebræis fœminis id vitæ genus interdixisset. Lactantius, 6. 23. *Nec tantùm alienis toris, quos attingere non licet, verùm etiam publicis vulgatisque corporibus, abstinendum esse præcepit.* Multùm pertinebat ad illos ex Gentibus cum Hebræis consociandos, si viderent Hebræi ipsorum puellas castitatis laude Hebræis puellis nihil concedere, viros quoque sibi ab omni Venere extra nuptias temperare [r]. [Hæc prima responsio.] Sed non satisfacit: quia de ea re non legimus in Synodo quæsitum, neque hoc, ut reliqua, κατά τι, sed præcisè & ἁπλῶς, inhibetur 1 Cor. 6 [†]. [Al. paulò aliter:] Non de qualibet scortatione hîc agi puto, sed de concubinatu, cui adeò assuetæ sunt Gentes, ut propemodum instar legis foret [t]. Resp. 2. Per *fornicationem* hîc intelligi verisque videtur vox Hebræa עריות, quæ *nuptias inter gradus prohibitos* designat: Apostoli ergò h. l. Gentiles redigere student ad obedientiam istius Legis Levit. 18. quam antea spreverant [v]. Tales autem nuptias ante Legem Leviticam prohibitas fuisse constat tum ex pœnis istius Legis violatoribus illatas, Levit. 18. v. 27. tum quòd tales nuptiæ *scortationis* nomine notantur 1 Cor. 5. 1. Πορνεία quoque h. l. designat pollutionem omnem contra naturam, in qua Gentes immersæ sunt [†]. Resp. 3. Πορνεία h. l. est πορνικὴ θυσία, sive merces scorti, quæ offerri Deo vetita est, Deut 23. prout vox accipitur & apud Athanas. Adv. gentes, —*Fœminæ in templis* [Ethnicorum] *sese publicè prostituebant quæ corporis μισθαρνίαν, mercedem sui, diis suis offerebant, putantes τῇ πορνείᾳ*, i. e. *meretricia oblatione, placari deos.* Nam scortatione ipsa placari quis credat Deum? Et præcessit μισθαρνία, *merces*, quâ ejusmodi à scortis emi victima solebat. Solebant enim meretrices, teste Athenæo, luculentas Veneri Divisque victimas offerre [x]. Resp. 4. *Scortationis* nomine hîc, ut sæpe apud Prophetas, intelligitur idololatria, non quidem illa de qua dictum in priore membro, h. e. esus τῶν εἰδωλοθύτων extra idolorum templa & sacrificia; sed altera, convivii, in ipso idolorum templo, & ipsius sacrificii, appendix [y]. [Non placet:] 1. Id omnino continebant præced. ἀλισγήματα, &c [z]. [2. Eadem quæ suprà hîc redit difficultas:] nam hoc pacto idololatria inter Adiaphora ponitur [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τοῦ πνικτοῦ,] *Et suffocato* (vel, *strangulato*, Sy. vel, *mortuo*, Æth. vel, *suffocatis rebus*, Be.) *& sanguine*, Er. P. Pi. &c. Fuere jam olim Codices in quibus deerat πνικτοῦ [b]. Sic legunt Iren. Tertul. Aug. putantes forsan id contineri voce *sanguinis*, sanguinem nimirum bestiarum hîc intelligentes: ut sensus sit, nè quicquam ederent carnis cujus sanguis non esset effusus [c]. Fuere & [Codices] in quibus post αἵματος additum hîc & v. 29. καὶ ὅσα μὴ θέλουσιν αὑτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν. Sed & in plurimis cod. inque Versionibus omnibus, & apud Orig. l. 7. contra Cels. aliósque, hoc abest, illud verò adest. Et certè prius illud huc pertinet, ut mox ostendemus, non & alterum. Nam si quis dicere velit hâc verborum summâ comprehendi omnia Evangelii præcepta, fallitur; cùm præceptum de uno Deo colendo per Christum, de Abnegatione sui, & subeunda Cruce, non sint intra hunc ambitum; alia etiam non nisi obscurè admodum huc referri possint. Sed id quærebatur, A quibus rebus, præter nota omnibus scelera, cavere sibi deberent incircumcisi, ut sine offensa Judæorum cum Judæis in unam Ecclesiam coalescerent. Legem quæ est Genes. 9. 4. post Diluvium datam humano generi, quam vulgò nunc interpretantur Judæi de *membro animalis vivi non edendo*, vetustiores intellexere de *non edendo carne simul cum ejus carnis sanguine.* Manifestum id facit Josephus, Antiq. 1. 4. & Versiones LXX, Aq. & Sym. Et sic sensisse R. Ananiam Gamalielis F. & alios quosdam, ait Gemara Babylonica ad tit. De Synedrio. Nec obstat quòd incolæ incircumciso permittit Lex morticino vesci, Deut. 14. 21. id enim fieri poterat detracto sanguine, non minùs quàm in eis animalibus quæ victûs causâ occidebantur. Hanc legem non minùs quàm alias Adamo & Noæ datas observavere diu populi alii extra Hebræum, donec ad idololatriam sunt prolapsi: ideo Scriptor Constit. Clem. ait, *pios hîc remitti ad imitationem Melchisedeci, Jobi, & similium.* Seriore ævo legis illius observatio redacta est ad incolas terræ Judææ, qui non nisi sub conditione ejus legis inter cæteras observandæ jus hospitii & amicitiæ impetrabant; & ad paucos pios qui, quamvis idololatris cohabitantes, ab idololatria tamen se abstinebant. Ex quo verò Macedones, deinde Romani, summo imperio Judæam tenuere, aut Judæa Reges habuit Romanis obnoxios, Judæi sapientes, cùm viderent sibi ultrà jus non esse cogendi incolas ad observanda ea quæ Adamo & Noæ præcepta à Deo fuerant, non aliud remedium, nè ista licentia ad Judæos serperet, invenere quàm ut ab omni propiore consuetudine cum incolis omnibus (neque enim pii ampliùs ab impiis distingui poterant) Judæos arcerent. Hinc illud, μὴ συγχεῖσθαι, μὴ συγκολλᾶσθαι, μὴ συμμίσγειν, cum talibus, quæ sæpe habes & in Sacris Scriptis & apud Josephum. Postquam novam Ecclesiam ex Christi præcepto Apostoli colligere cœperunt, potuere jam iterum, ut olim, peregrini pii ab idololatris distingui, eo ipso quòd se illi addebant Ecclesiæ. Causa autem cur Jacobus voluerit hos ex Gentibus vocatos *abstinere à sanguine*, hæc credita est à veteribus Christianis, Quòd illi Mosis quidem præceptis, quæ Israelitis data erant, non tenebantur; neque Circumcisionis lege, quæ solos Abrahami obstringebat posteros: liberi autem non erant ab iis quæ Adamo & Noæ Deus præceperat, ad quæ addidit quædam Christus, dempsit nihil. Tertul. De Monogamia, *Et adeò in Christo omnia revocantur ad initium, ut & fides reversa sit à circumcisione ad integritatem carnis illius, sicut ab initio fuit; & libertas ciborum, & sanguinis solius abstinentia, sicut ab initio fuit; & matrimonii individuitas, sicut ab initio fuit; & repudii cohibitio, quod ab initio non fuit; & postremò, totus homo in paradisum revocatur, ubi ab initio fuit.* Et in libro De jejuniis, *Æquè post Diluvium in reformatione generis humani sufficisse unam interim legem à sanguine abstinendi, permisso usu cæterorum.* Huc respiciens Leo Imperator, ubi vetat sanguinem edi intestinis velut tunicis infarctum, ait *tum veteris tum novæ Gratiæ rem illam habitam nefariam.* Et certè præcepti illius sicut observatio, non nimis superstitiosa, est facilis; ità causæ honestæ admodum. Nam si quod naturale est spectamus, solent quæ tali alimento utuntur gentes efferari; quod in America maximè perspectum est: si verò id quod morale est, optima & apertissima significatio est, A vindicta abstinendum. Nam qui se vindicat *pasci sanguine* dicitur. Addit Origenes aliam causam, Quòd Dæmones pasci sanguine crederentur. Neque verò Christiani veteres hoc præceptum accepere tanquam datum ea una ex causa ut Judæorum offensa vitaretur: nam si id esset, non observâssent id præceptum cum certo vitæ periculo etiam ubi non aderant Judæi: at hoc fecisse eos constat. Biblis, apud Euseb. Hist. 5. 1. πῶς ἂν παιδία, &c. (*Quo pacto infantes comedant illi, quibus vetitum vel brutorum sanguinem comedere?*) Testis & Tertullianus Apologet. *Erubescat error vester Christianis, qui nè animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus: qui propterea quoque suffocatis & morticinis abstinemus nè quo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christianorum, botulos etiam cruore distentos admovetis; certissimi scilicet illicitum esse penès illos per quod exorbitare eos vultis. Porrò, quale est, ut quos sanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis?* Octavius apud Minutium, *Tantùmque ab humano sanguine cavemus ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noverimus.* In Canonibus Apostolicis, qui Liber antiquissimos Christianorum

[q] San. 289.
[r] G.
[†] Be.
[t] Calv.
[v] Li. chron. 99. fin. Ham.
[†] Ham.
[x] Heins.
[y] Be.
[z] Li. 99.
[a] Heins.
[b] G.
[c] Ham.

rum mores continet, legimus, Εἴ τις ἐπίσκοπος, &c. (*Si quis episcopus,—aut sacerdos, carnem comedat cum sanguine ejus, aut à bestia raptum aut morticinum, deponatur; hoc enim lex vetat: si laicus, excommunicetur.*) Neque verò initiis Christianismi inclusa fuit hæc observatio, sed magnâ solicitudine ad sequentia secula transmissa est. Pro Oriente testis sit Gangrensis Synodus, Can. 2. Εἴ τις ἐσθίοντα, &c. (*Si quis eum qui comederit carnem (exceptis sanguine, & idolothytis & suffocato,) condemnaverit,—Anathema sit.*) Renovavit hoc interdictum Synodus in Trullo, Can. 68. & Leo Imperator, ut modò cœpi dicere, Novellâ 58. Pro Occidente testimonium habemus Synodi Wormatiensis sub Ludovico Pio cap. 65; & Papæ Zachariæ Epist. ad Bonifacium Archiepiscopum Moguntinum; Adamum Bremensem, cap. 20. & Libros Pœnitentiariorum complures, qui sanguine vescentibus pœnas imponunt canonicas. Et hæc quidem de Sanguine. Sed cur πνικτὸν additur? Nimirum, quia solebant Græci & gentes aliæ, ut ex Athenæo discimus, in deliciis habere τὰ πνικτὰ, i. e. carnes in quibus exactâ diligentiâ asservatus erat sanguis, ut ità cum eo sanguine intus retento coquerentur: quod & ipsum erat contra legem De sanguine non edendo. Hac de causa & in Gangrensi Synodo πνικτοῦ disertè fit mentio, ut & εἰδωλοθύτου, ex hoc scilicet Apostolorum præcepto. Magis mirum videri potest quòd θνησιμαῖον additur in Apostolico qui dicitur Canone, & quòd Justinus ait, πλὴν κρέας ἐν αἵματι ὅπερ ἐστὶ θνησιμαῖον, cùm, ut modò ex Deuteronomio ostendimus, pio incircumciso licuerit edere נבלה, quod θνησιμαῖον vertunt Lxx, quod idem est cum νεκριμαίῳ· ità ut θνησιμαῖα apud Aristophanem Avibus Scholiastes interpretetur νεκριμαῖα. Sed intelligenda est hæc prohibitio de *morticino* aut etiam *à feris rapto*, (nam & θηριόβρωτα adjicit dictus Canon,) quibus adhæreret non deductus sanguis, ut plerumque fieri solebat. Tertul. Apol. cap. 4. cùm de *sanguine* locutus esset, *qui propterea quoque suffocato & morticinis abstinemus:* quæ duo ut paria ponit & Hebræus liber dictus *Chulin.* Quæ sunt de Sanguine edicta in Lege per Mosem tradita huc non adfero, quia ea nullos nisi Israelitas, aut qui sponte se Legi subjicerent, obligabat. Hunc Canonen si Ecclesia, Apostolorum & antiquitatis reverentiâ, in usum revocare velit, non reluctabor. Absit superstitio, & id caveatur nè de industria magna sanguinis copia aut in carne, aut extra carnem, ad victûs delicias asservetur. Nam rigidè illud de Suffocato non observatum in Africa suo tempore testis est Augustinus contra Faustum, 2. 13. Et Zonaras ad Gangrensem Canonem *sanguinem* interpretatur, ἐξεπίτηδες ἑψόμενον καὶ πηγνύμενον, (*de industria decoctum & coagulatum.*) Balsamo, χωρὶς ἐπιτηδευτοῦ αἵματος, (*sine condito sanguine* [d].) Proselyti erant duûm generum: 1. *Proselyti justitiæ:* à quibus exigebatur ut circumcisioni totíque Legi Mosaicæ se subjicerent. 2. *Proselyti portæ:* à quibus nihil requirebatur præter observationem Sex Præceptorum Adami, & Septimi superadditi filiis Noæ, quæ omnia vocantur *Septem Præcepta Filiorum Noæ:* quæ erant hujusmodi; 1. Adversùs cultum deorum alienorum. 2. De cultu veri Dei. 3. De judiciis, sive justitia administranda. 4. De retegenda nuditate, juxta, Lev. 18. 5. De homicidio. 6. De furto sive rapina, & ut aliis facerent quod sibi fieri vellent. 7. De membro vivi animalis, quòd carnem cum sanguine non comederent, &c. Quæstio ergò h.l. erat an Gentiles, ad Christum conversi, iis omnibus obstricti essent quibus Proselyti justitiæ; an verò iis duntaxat quibus Proselyti portæ tenebantur: & posterius hîc statuitur. Ex his autem Adami sive Noæ Præceptis nonnulla h.l. exprimuntur, sub quibus, sicut & in illo Phocilydis versu, Αἷμα δὲ μὴ φαγέειν, εἰδωλοθύτων δ' ἀπέχεσθαι, (*Sanguinem non comedere, & ab Idolothytis abstinere,*) reliqua contineri vero absimile non est. Fortasse tamen singula h.l. quodam modo exprimuntur; 1. & 2. in eo Præcepto de Idolothytis; 5. in eo de abstinentia à sanguine; 7. in eo de rebus suffocatis; 4. in eo de scortatione; 3. sive illud de Judiciis, omitti hîc poterat, quia Judæi Romanorum potestati subjecti erant. Hîc porrò quærendum an hoc Decretum Christianos omnes adhuc obligat? Resp. 1. Hæc præcepta Adami, sive Noæ, non erant omnia unius generis: quædam enim erant juris naturæ, eáque omnes & semper obligant: quædam juris positivi, eáque vel Adamo data in prima creatione, vel postea filiis Noæ; rursùs alia à Christo confirmata, alia non. Illud de scortatione, sive retegenda nuditate, Adamo in primævo statu vetitum erat, ex collat. Gen. 2. 24. & Matth. 19. 5, 8, 9. Duo verò reliqua interdicta de cibis, de abstinentia ab idolothytis, & sanguine ac suffocato, erant juris duntaxat positivi, & Noachi filiis data, sed Christo minimè renovata. Quin & sub V. T. hæc Gentilibus omnibus non fuisse vetita constat ex Deut. 14. 21. ubi morticinum à Judæis vendi poterat extraneis, &c. Quòd autem hoc Decretum Christianos non obligat, hæc suadent: 1. Quòd hic Canon eo tempore quo constitutus est, Præceptum non fuit; nec certè Præcepto opus erat: illi enim quos spectabat præsens Canon erant Proselyti portæ, ac proinde hæc omnia jam antè servaverant; ac proinde iis loquitur præs. temp. *à quibus* διατηροῦντες, *custodientes vosmet, benefacietis:* quæ verba nè formam quidem habent Præcepti, sed tantùm eos ab ulteriori obligatione liberos pronunciat. Obj. Abstinentia ab his ἐπάναγκες, *necessarium*, dicitur. Resp. Necessarium erat non omnibus Christianis, sed illis duntaxat qui inter Judæos degebant erántque Proselyti portæ, ídque pro præsenti rerum statu. Indicio est, quòd Christianis Romanis & Corinthiacis à Paulo, ídque post hoc decretum consignatum, permissum est cibis omnibus vesci, Rom. 14. 3. 1 Cor. 10. 27. Col. 2. 16. extra casum scandali. 2. Quòd ratio hujus Decreti erat illis temporibus peculiaris, nè scil. offenderentur Christiani Judaizantes *. Judæi nimirum ab esu sanguinis tantopere abhorrebant, ut eos omnes populos gladio destruendos scribant qui renuunt huic mandato se subjicere, teste Maimon [f]. nec sine gravissimo periculo avelli poterant ab hoc ritu [g]. Iis ergò ad tempus indulgebant [h], dum scil. promulgatum esset Evangelium, quod tempus destructione Templi & Reip. Judaicæ definiendum puto [i]; donec Judæi & Gentes in unam communionem coalescerent [k]; dum spes esset Judæos infirmos lucrifaciendi, de quo cùm desperatum esset, abrogatum erat hoc decretum, 1 Cor. 10. 25. & alibi [l]. 3. Praxis Ecclesiæ, præsertim Occidentalis [m]: in qua qui hanc legem observârunt *à cæteris irridebantur*, ait Aug. contra Faustum, l. 32. c. 13. Græci tamen hodiéque tenentur hoc scrupulo [n].

21. *Moyses enim à temporibus* (vel, *ætatibus*, sive *generationibus*, Er. V. Be. Pi. &c.) *antiquis——habet qui*, &c. Τοὺς κηρύσσοντας, &c.] *Præcones*, Camer. *Qui ipsum prædicent*, Be. Pi. i. e. doctrinam ejus *. [Locum variè accipiunt:] Hoc dicit ad placandum Judaizantes Christianos; q. d. Præcones Mosis sint Judæi, apud quos Lex satis honoratur & celebratur in Synagogis suis; eas adeant illi: nobis sufficit in Ecclesia Christus, ad quem Moses nos remisit, Deut. 18. 18 [o]. Ecclesia aliis legibus, aliis privilegiis gaudet [p]. Al. Quæri hîc poterat, Si ad Gentiles scribendum, quid de Judæis [q]? cur non & Judæis eadem scribimus [r]? Respondet, Non opus est †: nam Moses illis continuò loquitur [t]. Al. Ratio hîc redditur cur decretum hoc scribi voluerit [v], & eodem modo legi in Ecclesia quo Moses in Synagogis [x], ut non minùs ratum habeatur quàm Lex Mosis [y]. Al. Fieri non posse admonet ut citò & semel aboleantur ceremoniæ, quia jam à multis seculis assueti essent Judæi Legis doctrinæ: ideo redimendam ad breve tempus concordiam esse, donec paulatim clariùs innotesceret libertas per Christum parta [z]. Al. Sensus mihi hic videtur esse per ἀνθυποφορὰν. Nam quod ad Mosem attinet, non possunt qui ex Judæis sunt queri cum sperni ab alienigenis nostri gregis, quando in nostris, non minùs quàm in Judaicis conventibus, Moses, ità ut ab antiquo factum est, legitur, & quidem Sabbatis [a]. Dicit ergò Jacobus hac in parte non habere quod querantur Judæi, cùm in singulis urbibus, ubi conventus erant Christianorum, in Sabbatis legeretur Moses, ἐκ γενεῶν ἀρχαίων, i. e. ut olim, nihil in hoc immutato more. Creditur à Mose fuisse institutum ut Lex in Sabbato legeretur: κηρύσσειν est, *altâ voce pronunciare*, ut Exod. 35. 2. Matth. 3. 1. & alibi sæpe [b]. Al. Moses Dei Propheta antiquissimus, vel, qui jam olim à priscis seculis legitur in Synagogis, omnes docet in suo Pentateucho hæc omnia fugienda esse [c]. ¶ *In*, &c. Ἐν ταῖς συναγωγαῖς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμενος.] *Quum in synagogis per singula sabbata* (vel, *per omne sabbatum*, vel,

[d] G.
* Ham.
[f] BA. 1. 1. 2. 11.
[g] Li. chron. 98.
[h] BA. sim. Ham. Be. Li.
[i] Be.
[k] Ham.
[l] EA.
[m] Ham.
[n] EA.
* Pi.
[o] Me. ex La.
[p] T.
[q] L.
[r] Chrys. in Zeg.
† L.
[t] Chrys. sim. L.
[v] Zeg.
[x] San.
[y] Zeg.
[z] Calv.
[a] G. sim. Ham.
[b] G.
[c] V.

vel, *per singulas hebdomadas*, vel, *septimo quoque die*, V.) *legatur*, Be. Pi. Moses scilicet [d]. Συναγωγῶν nomine veniunt etiam Christianorum Ecclesiæ, ut notat Theoph. Antioch. Sic & Jac. 2. 2. Christianorum mos vetus, qui diutissimè mansit in Oriente, convenire non minùs Sabbati quàm Dominicis diebus. Clemens Constit. 7. 24. Τὸ σάββατον, &c. (*Sabbatum celebrate & diem Dominicam: quia illud Creationis monumentum est, hoc Resurrectionis.*) Paria habet 8. 33, 67. Asterius Amasææ Episcopus in Homil. de Repud. καλὴν συνωρίδα, (*pulchrum conjugium*,) vocat *Sabbati & diei Dominicæ*: Gregor. Nyss. hos dies *sorores* vocat. Balsamo, Παρὰ τῶν ἁγίων, &c. (*Apud sanctos Patres propemodum exæquabantur Sabbata & dies Dominici.*) Ideo Constantinus Christianos non minùs in Sabbatum quàm in diem Dominicum vadari vetuit, teste Eusebio. Hinc etiam ortum illud, ut sicut diebus Dominicis, tanquam lætitiæ diebus, non jejunabatur, sicut docet Gangrensis Synodus, Can. 18. ità nec Sabbatis, excepto uno ante Pascha. Sic ἑορτὰς interpretatur Zonaras ad Canonem Apostolicum 53. Ignatius ad Philippenses, Εἴ τις κυριακὴν, &c. (*Si quis die Dominicâ aut Sabbato jejunaverit, uno excepto, Christicida est.*) *Sabbatum nunquam nisi in Pascha jejunandum*, ait Tertul. De jejuniis: qui & Adversùs Marcion. 4. *privilegium donatum Sabbato à primordio mundi* dicit *veniam jejunii*. Quare, cùm Justin. & Tertul. Patres illos ante Mosem negant sabbatizâsse, id intelligendum non de conventibus, sed de rigido per totum diem otio. Ignatius ad Magnesios, μηκέτι, &c. (*Non jam sabbatizemus more Judaico, velut die profesto lætantes.*) Sabbatis autem in illis primorum Christianorum conventibus non Evangelia legebantur, sed Mosis פרשיות, planè ut apud Judæos Judaizantes. Primò id mutavit Synodus Laodicena, voluitque Sabbatis Evangelia non minùs quàm Veteres Scripturas legi, Canone 19. Manet & nunc ex antiquo mos apud Christianas Ecclesias ut in Sabbato ante Pascha legatur historia Creationis, planè ut apud Hebræos *.

22. *Apostolis*, &c.] Vide suprà v. 2. ¶ *Cùm omni ecclesia*] Approbante Apostolorum & Presbyterorum sententiam. Sic Laici Synodorum Actis subscribebant, hoc modo, *consentiens subscripsi*. Vide infrà 16. 4. ubi *Apostoli* cum — *Presbyteris* nominantur [f]. Ab his conditum erat decretum, ab Ecclesia probatum [g]. Plebs illis permisit judicium, nunc quoque subscribit eorum decreto [h]. ¶ *Mittere cum Paulo & Barnaba*] Ut his causam adjudicatam esse significarent, & id pars adversa crederet [i]. Difficile enim erat compescere calumnias, satisfacere morosis, errores abstergere, odia sanare, suspiciones tollere, &c [k]. ¶ *Judam*, &c.] Fratrem illius Josephi de quo Act. 1. 23. ¶ *Et Silam*] Fuit hic inter primos Christianorum Hierosolymis, dictus & *Silvanus*, ut notavimus suprà 13. 9 [l]. ¶ *Viros primos*, Ἡγουμένους] *Præcedentes*, Er. V. *Primarios*, vel *præcipuos*, V. Be. Pi. Camer. *Æstimatos*, vel *honoratos*, D. In existimatione habitos, utpote Ecclesiastico munere fungentes [m]. *Præfectos*, Ham. *Eximios*, ראשים [n].

23. *Scribentes*, &c. Γράψαντες, &c.] Est σολοικοφανὲς: nam postulabat syntaxis γράψαντας, cùm præcedebat ἐκλεξαμένους. Sic & Il. β'. post Κρονίωνα subjecit, Ἀστράπτων ἐπιδέξια. Ad quem locum consule Eustathium [o]. Est hic [casus] rectus pro obliquo: de quo loquendi genere diximus ad Marc. 4. 40 [p]. Hæc participia respondent Infinitivo Hebræorum, & ità excusatur Solœcophanes [q]. Sensus est, q. d. Literis scriptis quæ redderentur ipsorum ministerio [r], quæ ipsi Antiochiam perferrent †. ¶ *Fratribus*] Id est, Discipulis [t]. ¶ *Ex Gentibus*] i. e. Ex Gentilismo ad Christum conversis [v]. Incircumcitis. Ad Judæos fideles nihil hæc pertinent. ¶ *Salutem*, Χαίρειν] Ità vertit Lucas Hebræum שלום [x].

24. *Turbaverunt vos*] Quasi in Christianismo non esset salus, nisi simul suscipiatur Judaismus [y]. ¶ *Evertentes*, &c. Ἀνασκευάζοντες, &c.] Ἀνασκευάζειν dixit quod Hebræi הניא לב, quod LXX vertunt, διαστρέφειν διανοίας, Num. 32. 7; ἀποστῆσαι καρδίαν, Num. 32. 9 [z]. [Sic vertunt,] *Labefactantes*, &c. Er. Il. Mo. Be. Pi. G. Contrarium est τῷ κατασκευάζειν καὶ οἰκοδομεῖν [a]. *Evertentes*, Camer. Vulg. vel, *Prosternentes*, Ar. in Di. Figura ab ædificiis sumpta. Onomasticon vetus, *Destruo*, ἀνασκευάζω. Glossarium, *Destruit*, καταλύει, ἀνασκευάζει [b]. *Transferentes*, &c. ut idem sit quod Gal. 1. 6. μετατίθεσθε, *transferimini*, nempe in aliud Evangelium, idque per eosdem de quibus hîc agitur, qui Christo jungebant circumcisionem, &c. Hesychius ἀνασκευάζειν, μετατιθέναι. Idem, ἀνασκευαζόμενοι, μετοικιζόμενοι. Budæus quoque docet, ἀνασκευάζεσθαι propriè de iis dici qui collectis vasis aliò migrant [c]. *Avertentes*, &c. à recto tramite nimirum [d]. ¶ Λέγοντες περιτέμνεσθαι, &c.] Hæc non legunt Vulg. & Æth. legunt autem Syrus & Arabs *. Infinit. pro Gerundio, *Dicentes circumcidendos*, nempe fideles, *& observandam ipsis legem*, i. e. illa præcepta quæ Moses addidit ad præcepta vetera: de iis enim solis querebantur [f]. Al. *Jubentes* (sub. *vos*, Er. V.) *circumcidi*. &c. Er. V. Di. Λέγω & εἶπον, pro *jubeo*, non est insolens. Vide Mat. 4. 3. Marc. 5. ult. Luc. 12. 13. ut & אמר apud Hebræos, Esth. 1. 10, 11 [g]. ¶ *Quibus non*, &c.] Οἷς οὐ διεστειλάμεθα] *Non mandaveramus*, Er. Il. Pi. sim. Tre. Ca. Mo. &c. *Non edixeramus*, Be. *Mandata talia non dedimus*, G. Alibi διαστέλλεσθαι interdictum notat, quod & hîc congruit, quia hoc semper in ore habebant, *Nè attigeris, nè gustaris*, &c. Col. 2. 21 [h]. Auctoritatem Apost. falsò illi suis dogmatibus præscribebant [i].

25. *Placuit nobis collectis*, &c. Γενομένοις ὁμοθυμαδὸν] *Collectis*, Di. ex Sy. ad verb. *factis simul*. Ὁμοθυμαδὸν pro ἅμα sæpe apud Lxx. Vide Act. 2. 1 [k]. *Concorditer* (vel, *Unanimiter*, V.) *congregatis*, Pi. V. sim. Be. Camer. Vide Act. 2. 1. & 5. 12. Non parum ponderis addit decreto concors sententia [l]. ¶ *Eligere*, &c. Ἐκλεξαμένους, &c.] *Delectos viros mittere*, Be. Pi. Ad verb. *Postquam delegissemus viros, mittere eos*, Pi.

26. *Qui tradiderunt* (vel, *exposuerunt*, Be. Pi.) *animas suas*, &c.] i. e. Vitam periculis exposuerunt [m]: quod τιθέναι ψυχὴν, Joh. 10. 11. Efficaciter commendant eos, ut qui nihil credendi sint facere sui causâ, cùm propter Christum & Ecclesiam tot pericula subierint & subeant quotidie [n].

27. *Qui*, &c. Καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας, &c.] *Qui & ipsi vobis eadem verbis* (ad verb. *per sermonem*, Pi. Mo.) *referent*, Be. Pi. Il. Ti. Ca. Præsens pro Futuro, ἀπαγγέλλοντας, pro ἀπαγγελοῦντας [o] ut Act. 21. 3. ἀποφορτιζόμενον, *exonerandum*. Sic quoque sumuntur γεννᾶται, Mat. 2. 4. ἐκκόπτεται, Mat. 3. 10. θεωρεῖτε, Joh. 14. 19 [p]. Ut verbis eadem vobis dicant quæ continet Epistola, & certos vos faciant Epistolam hanc non esse suppositam [q].

28. *Visum est* (vel, *Placuit*, Tre. ex Sy.) *enim Spiritui sancto & nobis*] Ità Er. P. Mo. Be. Pi. &c. i. e. nobis per Spiritum Sanctum: ἓν διὰ δυοῖν [r]. Præcedit h. l. dictamen Spiritûs, *Visum est Spiritui*; sequitur mentio Apostolorum, à quibus illi se missos finxerant. *visum est nobis*: quo testantur, ea demum esse probanda quæ à Spiritu profecta sunt, &c †. Dicunt, *visum est Spiritui S.* nè humanum illud negotium esse videretur: addunt, *& nobis*, ut ministerii & operæ fidelitas demonstretur [t], & ut constaret ipsos non fuisse authores illius sententiæ, v. 1 [v]. ¶ *Nihil*, &c. Μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος] Βάρος hîc dicitur quod ζυγὸς, suprà 10. ubi dicta vide [x]. *Nè quod amplius imponeremus vobis onus*, Be. Pi. malim generaliùs vertere cum Syro passivè, *nè quod amplius imponatur vobis onus*, scil. nec à nobis, nec à quoquam alio [y]. ¶ *Quàm*, &c. Πλὴν τῶν ἐπάναγκες τούτων] *Quàm* (vel, *Præter*, Be. Pi.) *necessarium horum*, Mo. vel, *hæc necessariò*, Ca. vel, *necessaria hæc*, Er. Il. P. sic Be. Pi. *Præter hæc quæ omnino opus est fieri*. Est ἐπάναγκες vox purè Græca; dicitúrque apud Demosth. & Plut. de *iis rebus quæ lege fieri oportet*. Subauditur ὄντων. Sic dicimus τὰ λίαν [z]. Adverbium, ἐπάναγκες, cum Articulo Adjectivè significat, ut sæpe apud Græcos [a]. Ἐπάναγκες, pro ἀναγκαίων. Nisi fortè sit Adverbium, & subaudiatur ἐχόντων & dicantur τὰ ἐπάναγκες ἔχοντα, *ea quæ se habent necessariò*, per periphrasin [b]. Al. Τῶν ἐπάναγκες constructio omnino Græca non est, nec potest fieri. Quare legendum, τῶν ἐπ' ἀνάγκης. Ἐπ' ἀνάγκης ἔχω, *necesse habeo*, Græci dicunt [c]. Necessaria autem hæc erant non semper & ubique, nec ad salutem per se & simpliciter, sed ad pacem Ecclesiæ [d], & ad vitandas offensiones *, & ut aleretur mutua benevolentia inter Gentiles & Judæos [f].

29. *Ut*, &c. Ἀπέχεσθαι, &c.] *Ut* (vel, *videlicet ut*, Be.) *abstineatis ab idolothytis*, Li. chron. 99. sic Salm. *Immolatitia* ea vocant Christiani Latinè scribentes, Hebræi, זבחי מתים. Vide suprà v. 20 [g]. Moris apud antiquos

Marginal notes (left column): d Pi. — * G. — f G. — g Me. ex La. — h Calv. — i Me. ex La. — k Calv. — l G. — m Be. — n G. — o Cas. — p G. — q Be. — r Camer. — † Be. — t D. — v Me. ex D. — x G. — y La. Me. — z G. — a Be. — b Pi.

Marginal notes (right column): c Pi. sim. Ham. — d Pri. — * Di. — f G. — g Di. — h Be. — i G. sim. Be. — k Di. — l G. — m G sim. Camer. V. La. &c. — n G. — o G. sic Ham. — p Ham. — q G. — r G. sim. La. Pi. — † Cam. — t Camer. — v Cam. — x G. — y Di. — z G. — a Sch. — b Pi. — c Salmas. in Wal. — d Pi. — * Ham. — f V. sim. Camer. — g G.

tiquos fuit, ut, exceptis partibus hostiæ quæ porriciebantur & adolebantur, reliqua domum referrent, & iis epularentur. Quin rarò carnes ex majoribus animalibus ad vescendum usurpabant nisi deo alicui immolatis. Qui secus facerent, proverbio notabantur tanquam impii, & ἄδυτα ἱερὰ κατεσθίοντες. Hinc & ἱερεῖα passim dicuntur omnia animalia quibus vescebantur, ut oves, boves, &c[h]. Duo priora h. l. nempe *Idolothyta*, & *scortatio*, hîc ideo commemorari videntur, quòd jam tum fortè gliscere inciperet in Ecclesia Nicolaitarum error, qui utrumque horum licere dicebant, ut liquet ex Apoc. 2. 14, 15. Duo posteriora, nempe *Sanguis* & *suffocatum*, videntur addita, ut daretur aliquid infirmitati Judæorum fidelium qui ab his vel maximè abhorrebant, nec facilè convixerent cum iis qui istis vescerentur[i]. ¶ *Et sanguine & suffocato*] Eodèm utraque recidunt, nè sanguis comederetur: quod interdictum erat Deut. 12. 16, 23. & 15. ult. Eadem quoque de causa & morticina eis interdicta erant, Deut. c. 14. v. 21. Pari ratione & πνικτὸν vetitum, h. e. suffocatum. Hoc vocârunt omne privatum vitâ ex animalibus sine ulla sanguinis emissione. Aliàs πνικτὸν Græci vocant quod in furno aut clibano coctum[k]. Πνικτοῦ hîc non legit Irenæus, ut nec Cyprianus, & in multis exemplaribus defuisse testatur Hieronymus: fortè quòd quantum ejus necesse esset, id sub vocabulo *sanguinis* satis intelligeretur[l]. ¶ *Quibus*, &c. Ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς] Ἐξ ὧν, pro ἀφ' ὧν[m]. Hebraismus. Nam apud Hebræos מ litera propriè valet ἐξ, nonnunquam ἀπό. ¶ *Bene*, &c. Εὖ πράξετε] *Rectè agetis*, G. ex Tertul. Vide ad Act. 10. 33. ¶ *Valete*, Ἔρρωσθε, החזקו. Sicut Latini Epistolam claudunt verbo *Vale*, aut *Valete*, sic Græci verbo ἔρρωσο, vel ἔρρωσθε. Sed vetustissimi Codices hoc loco sic non habuere, sed, φερόμενοι ἐν πνεύματι ἁγίῳ· quod Irenæi interpres 3. 12. vertit, *ambulantes in Spiritu sancto*; Tertul. rectiùs, *vectante vos Spiritu sancto*. Simili modo πνευματοφορεῖσθαι dicunt Patres Græci[n].

30. *Illi ergò*] Paulus, Barnabas, Judas, Silas[o].

31. *Cùm legissent*] Christiani Antiochenses ¶ *Gavisi sunt*, &c.] Multùm ipsis placebat quòd viderent libertatem quâ utebantur ab Apostolis probari[p].

32. *Prophetæ*] 1. Propriè dicti[q], donis Spiritûs instructi[r], charismate Propheticæ præditi[†]. 2. Metaphoricè[t], Doctores in Ecclesia[v]. Hi Prophetæ, præter potestatem regendi ac docendi, donum habebant interpretandi Mosem & Prophetas, & ex iis demonstrandi Christianismum[x]. ¶ *Verbo*, &c. Διὰ λόγου, &c.] *Multo sermone*; scil. Prophetico. Vide Act. 4. 36. & 13. 15. ¶ *Et confirmaverunt*, Ἐπεστήριξαν] Infrà v. 41. Act. 14. 22. & 18. 23. סמכו[y].

33. *Facto*, &c. Ποιήσαντες δὲ χρόνον] Subaudi τινὰ[z], ex Act. 18. 23[a]. Sed χρόνον dicunt Græci absolutè, pro tempore non parvo, sed indefinito. Mihi idem valet quod ἐπὶ χρόνον[b], vel, κατὰ χρόνον[c]. Ποιεῖν χρόνον Ciceroni est, *tempus ponere*[d]. Ποιεῖν, pro διατρίβειν, & *alicubi commorari*, ut insolens est Græcis disertioribus, ità apud recentiores, quorum oratio λατινίζει, passim occurrit, ut apud Euseb. Sic Suid. in voce Βραχμᾶνες, Καὶ ποιήσαντες μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν ἡμέρας μ', &c. Et in antiqua inscriptione, *Memoriæ E. F. L. Julianæ—Quæ vixit annos* XIII. D. XLVII. cum Marito fecit, M. D. D. XX. Occurrit quoque Act. 18. 23[*]. & 20, 3[f]. & 2 Cor. 11. 25. Jac. 4. 13[g]. Vide ad Matth. 20. 12[h]. & ad Apoc. 13. 5[i]. Usitatissima Syris est hæc phrasis, ut ad Act. 20. 16[k]. [Verba sic vertunt,] *Facientes autem tempus*, Mo. *Et cùm annum ibi exegissent*, Ar. [quasi χρόνος, *tempus*, Græcis *annum* significaret; ut ימים, *dies*, Hebræis.] *Cùm autem egissent* (vel, *mansissent*, Æth. sim. Er. Il. Ca. Tre. &c.) illic *aliquamdiu*, P. Be. Pi. &c. scil. legati illi[l]. ¶ *Dimissi sunt*] i. e. Potestas eis facta abeundi, si vellent. Abiit autem primùm Judas solus, postea cum Paulo & Barnaba Silas[m]. ¶ *Cum pace*] i. e. Cum faustis precibus[n]; ut εἰρήνη sumitur Matth. 10. 13[o]. dicentes, v. g. *Ite in pace*, &c[p]. & cum bona Ecclesiæ venia[q]; vel, controversiâ de legalibus jam sopitâ, & omnibus pacem mutuam colentibus[r]. ¶ *Ad eos qui miserant illos*] Ità Æth. in Di. i. e. πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας αὐτούς· ut est in meo vetustiss. cod[†]. & multis aliis, & rectiùs[t]. Πρὸς τοὺς Ἀποστόλους] *Ad Apostolos*, Be. Pi. Per quos generaliter intelligit Ecclesiam Hierosol. ubi pauci tunc erant Apostoli, &c[v].

34. *Visum est—Silæ*, &c.] Hoc comma MS. ille non habet, ut nec Interpres Syrus: habent tamen Latinus, Arabs, & Libri alii[x]. Silas consilium certis de causis mutavit, quas tamen Lucas non exprimit[y].

35. *Demorabantur*, &c.] Aliquot dies post Judæ abitum substitere[z].

36. *Visitemus*, &c Ἐπισκεψώμεθα τοὺς ἀδελφοὺς——πῶς ἔχουσι] Hebraica locutio, pro, ἐπισκεψώμεθα πῶς ἔχουσιν οἱ ἀδελφοί, &c. Sic Act. c. 16. v. 4[a]. *Invisamus fratres nostros——cognituri quomodo se habent*, Be. Pi. vel, *& videamus quid faciant*, Tre. ex Sy. vel, *quid facti sunt*, Di. ex Sy. Nam Peil modò activè, modò passivè sumitur[b].

37. *Barnabas volebat*, &c. Ἐβουλεύσατο, &c.] *Consulebat*, &c. Val. Er. V. vel, *Deliberabat*, V. *Cogitabat*, Er. Alii legunt, ἐβούλετο· ità 2 Codices, & rectiùs, ut opinor[c]. Ità MS. ille vetus, & multi alii, & Syrus[d]. *Consilium erat secum assumere Johannem*, &c. Be. Pi. Cognatum suum[*], ut censent veteres ex Col. 4. 10[f].

38. *Paulus autem rogabat*, &c. Ἠξίου, &c.] *Nolebat—adjungere*, Ti. sic Er. Tre. Est enim ἀξιοῦν, *volo*, Act. 28. 22[g]. *Ducebat*, Mo. *Censebat*, Er. V. Ca. *Æquum judicavit*, G. sic Er. V. P. Be. Pi. Sic Luc. 7. 7[h]. *Rogavit——ut non assumeret*, &c. Di. ex Æth. Ἀξιοῦν pro *rogare*, *orare*, est in Glossario[i]. ¶ *Qui*, &c. Τὸν ἀποστάντα, &c.] *Qui abscessisset* (vel, *descivisset*, sive *defecisset*, Er. V. unde ἀποστάτης, *desertor*, sive *defector*[k]:) *ab ipsis*, &c. Be. Pi. &c. Hominem qui labores & pericula defugisset, minùs aptum putabat tali itineri: & mores potiùs respiciendos quàm sanguinis cognationem, quæ multùm sæpe rebus sacris obstitit[l]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ ἔργον] *Ad illud opus*, scil. conficiendum; nempe, opus ad quod ipsos advocaverat Spiritus, Act. 13. 2[m].

39. *Facta*, &c. Ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς] *Facta* (vel, *Orta*, Be.) *est ergo irritatio*, Mo. vel, *disceptatio*, Er. V. *acris disceptatio*, Ti. Ar. *exacerbatio*, V. Be. vehemens & acris animi commotio[n]: קצף, quod verti solet θυμὸς, ὀργὴ, χολὴ, item παροξυσμὸς[o]. Culpa fuit penès Barnabam: ὁ Παῦλος ἐζήτει τὸ δίκαιον, ὁ Βαρνάβας τὸ φιλάνθρωπον, (*Paulus quærebat quod justum esset, Barnabas quod humanum*,) aiunt hîc Græci[p]: qui & illud notant, Severitatem hanc Pauli profuisse Marco, qui per eam monitus, fortior in posterum sit factus, &, ut talis, à Paulo salutatur, Col. 4. 10[q]. ¶ *Ità*, &c. Ὥστε ἀποχωρισθῆναι, &c.] *Adeò ut alter ab altero abscesserint*, Be. sic Pi. &c. Ut olim Abrahamus & Lotus, salvâ amicitiâ, Gen. 13. 9[r].

40. *Traditus*, &c. Παραδοθεὶς, &c.] *Commendatus Divino favori*, ut Act. 14. 26[†].

41. *Et Ciliciam*] Nempe ubi fratres erant aliqui ex illa post Stephanum dispersione, Act. 11. 19. & 15. 23. Ex Syria scilicet in Ciliciam iverant quidam, ut alii in Cyprum & Macedoniam[t].

CAP. XVI.

1. *In Derben*, &c.] Isauriæ civitatem[a]. Vide Act. 14. 6, 8, 20, 21. ¶ *Timotheus*] Lucæ non antè visus, Paulo autem à pueritia notus, 2 Tim. 1. 5. & in multis itineribus ei comes, 2 Tim. 3. 10. ¶ *Filius mulieris*, &c.] Fœminæ ex illis quæ in Judæa primæ in Christum crediderant. Nomen ei *Eunice*, 2 Tim. 1. 5[b]. ¶ *Patre Gentili*] Vel, *Græco*, D. sic Be. Pi. tum natione, tum religione[c]; viro bono incircumciso. Lex vetabat Judæis ducere extraneas Legi non subjectas; fœminis autem Judæis non vetabat nubere extraneo pio, sicut Esther nupsit Assuero. Judæi multùm erant mulierosi[d].

2. *Huic testimonium*, &c.] Pietatis & probitatis suæ[*]. Bonæ vitæ testimonium habebat ab eis quibuscum vixerat: id, quanquam in viro sibi noto, præire volebat Paulus priusquam ei munus Evangelistæ mandaret, exemplum dans Episcopis, nè quid in Presbyterorum electione faciant suis affectibus ducti, sed sequantur normam[f].

3. *Hunc voluit* (nempe Titi loco, quem in Creta reliquerat, Tit. 1. 5[g].) *Paulus secum proficisci*] Nempe in Mace-

[h] Salm. in Wal. [i] Cap. 3890. [k] Salm. [l] G. [m] Be. [n] G. [o] G. [p] G. [q] La. [r] G. [†] Camer. [t] La. [v] Be. sic La. [x] Ham. [y] G. [z] Pi. G. [a] Pi. [b] Be. [c] Pi. [d] G. [*] Cas. [f] Cas. 1. [g] Cas. [h] G. Di. [i] G. [k] Di. [l] Be. [m] G [n] G. sim. Be. [o] G. [p] La. [q] Be. [r] La. [†] Be. sim. G. [t] G.

[v] Be. [x] G. [y] Be. [z] G. [a] G. [b] Di. [c] Be. [d] G. [*] G. sim. Li. chron. 100. [g] Di. [h] G. [i] Di. [k] G. [l] Idem. [m] Pi. [n] Camer. [o] G. [p] G. sic Camer. [q] G. sim. La. [r] G. [†] G. [t] G.

[a] Be. [b] G. [c] Pi. [d] G. [*] Camer. [f] G. [g] Cap. 3891.

Macedoniam, ubi Timotheus & Silas propinquos quosdant habebant Judæos gente, fide Christianos, ex illis post Stephanum longè latèque dispersis. ¶ *Circumcidit eum*] Non fuerat circumcisus, quia, ut Thalmudici tradunt, non erat jus matri filium circumcidere patre invito: patris enim potestas prævalebat [h]. ¶ *Propter Judæos*] Lucrandos scilicet [i]: nè illum ut incircumcisum repudiarent [k]. Sperabat ipsius operâ multos ex Judæis nondum conversos ad Christum posse converti, quorum nonnulli, rigidioribus illis sententiis occupati, consuetudinem sermonémque ejus declinaturi fuerant si scîssent incircumcisum. Paulus circumcisionis & usum & omissionem ex temporum locorúmque utilitate metiri noverat. Et in his rebus dijudicandis lumine fuit perfusus majore quàm alii Apostoli. ¶ *In illis locis*] In Macedonia, quò ire volebat [l]. ¶ *Sciebant omnes quòd*, &c. Τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν] Ad verb. *Patrem ejus quòd Græcus esset.* Trajectio Græca [m]. Constructio Hebraizans, qualem sæpe habuimus, ut Act. 15. 36. Cùm Græcum scirent parentem ejus fuisse, ipsum quoque suspicati essent religionis esse Græcanicæ. MS. simpliciùs habet, Ὅτι Ἕλλην ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὑπῆρχε [n]. Ὑπῆρχεν, *erat*, vel potiùs, *fuerat*: ut sublatus è medio circumcisionem impedire non potuerit [o].

4. *Tradebant*, &c. Παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα, &c.] *Tradebant* (vel, *Commendabant*, V. De hac voce vide Matth. 15. 2 P.) *eis servanda*, sive *observanda*, (vel, *custodire*, Vulg. Ga. i. e. executioni dare [q]) *instituta* (vel, *dogmata*, Mo. *mandata*, Tre. ex Sy. sic Ar. *placita illa*, P. Ca. Be. *decreta*, Er. Il. Ti. G. In Græco Danielis sæpe invenitur δόγμα pro *decreto regio*: sic & Luc. 2. 1. Act. 15. 7. Sumitur de *præceptis per Mosem datis*, Eph. 2. 15. Col. 2. 14. Apostolorum decreta erant quidem leniora quàm Mosis, & salutaria magìs quàm quæ à Regibus solent proficisci, non minùs tamen obligantia [r]:) *quæ decreta* (vel, *ordinata*, Er. Il. Ti. vel, *constituta*: sic κρίνειν sæpe sumitur, ut Act. 20. 16. 1 Cor. 5. 3 †.) *fuerant*, &c. P. Be. Ca. Quorum antè facta est mentio [t].

6. *Phrygiam*, &c.] Hæ partes erant Asiæ Minoris [v]. ¶ *Vetati* (vel, *Prohibiti*, Be. Pi.) *sunt*, &c.] Scil. per afflatum [x]. ¶ *Loqui verbum*, &c. Τὸν λόγον, &c.] *Sermonem* (id est, Evangelium [y], κατ' ἐξοχὴν, ut Act. 8. 4. & 11. 19 [z].) *in Asia*, Pi. nempe Minore [a]; non tamen tota, quæ complectitur Phrygiam, Pamphyliam, &c [b]. sed propriè dicta [c], circa Ephesum [d]. Qu. Cur prohibiti sunt hîc prædicare? Resp. 1. Ob arcanam aliquam causam*. 2. Ex libera Dei potestate, cujus ut electio, ità & vocatio, gratuita est, ac minimè in hominibus fundata [f]. 3. Quia tractus ille S. Joanni servabatur [g]. 4. Quia Provinciæ istæ Bithynis & Pisidis vicinæ erant, apud quos jam magnæ erant constitutæ ex Gentibus Ecclesiæ, unde facilè Evangelii cognitio per Asiam Minorem spargi poterat [h]. 5. Quia Deus eos ocyùs mitteret in Macedoniam, ad novum opus, &c [i]. 6. Quia illi parum dispositi erant ad recipiendum Evangelium [k].

7. *Tentabant ire*, &c. Κατὰ τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι] *Ire* (vel, *Iter inire*, G.) *Bithyniam versùs*, Be. Pi. quæ & ipsa cum Mysia pars Asiæ Minoris, Regni Gog. In MS. est, εἰς τὴν Βιθυνίαν [l]. ¶ *Non permisit*, &c.] A Dei nutu pendent tum verba, tum itinera, prædicatorum suorum [m].

8. *Troadem*] Vel, 1. urbem, reliquias Trojæ antiquæ, ut constat tum ex eo quòd indè solvisse dicuntur, tum ex Act. 20. 6 [n]. Vel, 2. regionem [o], ut frequentiùs sumi fateor [p], quæ Ptolemæo *Asia parva* vocatur [q], & *Phrygia minor* [r], Phrygiæ partem maritimam †, Hellesponto adjacentem [t].

9. *Vir Macedo*, &c.] Id est, similitudo viri [v], in imaginatione Pauli [x], habitu Macedonico [y]: vel, Angelus curator Macedonum [z], qui hîc se Macedonibus accenset. ¶ *Succurre nobis*] Confer quæ ad Dan. 10. 12, 13, 20, 21 [a] Novum hoc opus erat. Antea prædicaverat Judæis, Græcis, Syris, jam Romanis. Erat enim *Philippi* colonia Romana, infrà v. 12, 21. & Plin. cap. 4. ver. 11 [b].

10. *Quæsivimus*, &c. Ità Er. Mo. Ti. Ἐζητήσαμεν, &c.] Act. 16. *Studuimus*, &c. Be. Pi. *Voluimus*, Tre. Æth. *Statuimus*, P. *Cupivimus*, Ca. scil. ego Lucas, Paulus, Silas, & Timotheus [c]. Lucas antea loquutus est in 3. persona, hîc in prima, se iis adjungens [d]. Abhinc Lucas Paulo adfuit comes*. Hinc patet Lucam hujus Libri autorem fuisse [f]. ¶ *In Macedoniam*] Erat quidem Pauli jam antè consilium, eò ire, sed volebat ire longo ambitu, transeundo Bosporum [g]. ¶ *Certi*, &c. Συμβιβάζοντες] *Certi facti*, Er. Ti. Vulg. Id esset συμβιβασθέντες [h]. Idémque dicendum de Syri Arabísque Versionibus, quorum ille, *intelligentes*; hic, *scientes* [i]. *Conjicientes*, P. Bud. in Be. sim. Camer *Argumentum indè trahentes*, nempe ex illo viso nocturno [k]. *Existimantes*, Æth. *Coinstructi*, Mo. *Affirmantes*, Ca. *Collatis argumentis*, sive *indiciis*, *colligentes*, Il. Be. Pi. In Platone est, ἀνασκοπῶ καὶ συμβιβάζω τὰ λεγόμενα [l]. Hesychius, συμβιβάζει, συνάγει, *colloquentes*, *conferentes inter nos*, &c. Vel, *consentientes*, sive, *pariter hoc statuentes*. Συμβιβάζειν non tantùm transitivè sumitur pro, *coire facere*, ut apud Thucyd. συνεβιβάσθησαν, *convenerunt*, *pacti sunt*; sed & intransitivè, ut apud Plat. συμβιβάζομεν, &c. *convenit inter nos*, &c. συμβιβασμὸς, *transactio*, *concordia*. Vide dicta ad Act. cap. 9. ver. 22 [m].

11. *Recto*, &c. Εὐθυδρομήσαμεν] *Rectà cucurrimus* Mo. *Rectà tetendimus*, Tre. *Recto cursu venimus*, Er. Il. Ca. sim. Ti. P. Be. Pi. *Secundo vento navigavimus*, G. ¶ *Samothraciam*] Quæ insula [n], non longè à Troade [o], è regione Thraciæ [p]. Itaque à Samothrace Germanicus in Troada venit, apud Tacitum, Annal. 2 [q]. ¶ *Neapolim*] Urbem in Thraciæ & Macedoniæ confinio, non procul à Philippis [r]. Urbs est Edonidis partis Macedoniæ, in qua & Philippi. Sed Neapolis in ipso sinu Strymonico; introrsum Philippi. Vide Ptolemæum †.

12. *Philippos*] Urbem à Philippo patre Alexandri M. dictam [t]. ¶ *Quæ*, &c. Ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μακεδονίας πόλις, κολωνία] *Quæ est prima* (vel, *primaria*, Cas. Tre.) *hujus partis* (id est, regionis, ut Matth. 15. 21 [v]. vel, provinciæ, hoc est, τῆς ἐπαρχίας· vel, *hujus tractûs*, ut articulus τῆς habeat vim pronominis: τῆς μερίδος, pro, ταύτης τῆς μερίδος, ut Act. 9. 2. τῆς ὁδοῦ i. e. ταύτης τῆς ὁδοῦ. Ità ferè Syrus [x].) *Macedoniæ urbs*, (quæ scil. prima occurrit venientibus ex Asia [y], vel è Thracia [z], & Samothracia [a]. Dicit *primam*, quia Neapolis, quæ prior occurrebat, vel, 1. non urbs, sed pagus, erat: vel, 2. tunc Thraciæ ascriberetur, non Macedoniæ [b].) *colonia*, Er. Be. Pi. &c. vel, *& erat colonia*, Tre. ex Sy. Quæ scilicet ab aliunde deductis habitabatur [c]. *Colonia*, nempe Romanorum, ut patet v. 21 [d]. adeóque gaudens jure Romanorum*. Est vox Latina [f]. Fuere autem Philippenses in Provincia Macedonia juris Italici, teste Paulo JCto [g]. Al. πρώτη jungendum cum κολωνία· q. d. *prima* hæc fuit *colonia* quæ occurrit venientibus ex Asia [h]. Non interstinguendum inter πόλις & κολωνία. Hoc enim dicit, *Venienti à sinu Strymonico primam urbem quæ sit colonia esse Philippos* [i]. Paulus Colonias maximè sequebatur [k], quòd ibi & plus esset hominum & gentes variæ. Celsus in L Colonia, &c. *Colonia Philippensis juris Italici est.* Ulpianus in L in Lusitania. *In Provincia Macedonia, Dyrrachení, Cassandrenses, Philippenses, Dienses, Stobenses, juris Italici sunt* [l]. ¶ *Eramus*, &c. Ἦμεν — διατρίβοντες] *Commorabamur*, Ti. sic Be. Er. V. *Consumpsimus*, P. *Mansimus*, Tre. Æth. sic Ar. *Egimus*, Il. Pi. sic Ca. *Eramus versantes*, Mo.

13. *Die autem sabbatorum*] Sic Er. Ti. Mo. Plur. pro sing. ut Act. 13. 14 [m]. vel, *sabbati*, Il. Be. P. Pi. Tre. &c. ¶ *Juxta flumen*, *ibi*, &c. Οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι] *Ubi solebat* (vel, *conspiciebatur*, Tre. & Di. ex Sy. vel, *putabatur*, Ar. Di. scil. à nobis, hoc est, putabamus, ut Æth. vertit [n]: vel, *fama erat*: nam νομίζεσθαι aliquando sign. *in fama & existimatione esse*, ut ex Platone docet Budæus [o]. Vel, *videbatur*, Vulg. quasi legisset, ἐδόκει, i. e. erat: nam δοκεῖν & *videri* interdum expletiva sunt, ut ad Matth. 3. notatum. Vel, *videbatur*, nobis scil. à Neapoli venientibus [p]. Vel, *ex recepto more erat*, Heins. sim. Be. Νομίζεσθαι, pro, *moris esse*, positum probat H. Stephanus [q].) *esse* (vel, *fieri*, Ca. vel, *futura*, Er.) *oratio*, sive *precatio*, Be. Mo. Er. P. Pi, &c. vel, *locus orationis*, D. Ar. Sy. &c. in quo ad preces convenire consueverant [r]: *Proseuchas* appellant †. Sic Juvenal. *Ede ubi consistas*:

h G. i T. sim. Me. ex La. k Pi. l G. m Pi. n G. o Camer. p G. q Ga. Pso. 17. 173. r G. † Idem. t Be. v G. x G. sim. Ham. y G. sic Camer. D. z G. a G. Me. La. b La. ex Er. c La. Me. Camer. Be. Er. d Cap. 3891. sic Er. D. La. Me. * Prosper in La Calv. f Calv. g Me. sic La. ex Chrys. h G. i Li. chro. 100. k Me. & T. ex La. l G. m La. ex Chrys & Ambros. n Be. o Sy. in Be. La. p Be. q Camer. r La. † G. t La. v L. x Me. y Me. sim. L. z G. sim. Me. a G. b Li. 100.

c La. Me. T. d Li. 100. sic Cap. 3892. * Cas. f Camer. g G. h Di. ex Be. i Di. k G. l Be. m Di. n G. Me. o G. p Me. q G. r Be. Er. † G. t La. Me. v D. x Cas. y Cap. 3892. z La. a La. Me. T. b Cas. c V. ex Er. d La. * La. Me. f Camer. g Cas. h Bert. in Cas. i G. k G. sim. Cas. l G. m Pi. n Di. o Di. sic Ham. p Ham. q Pi. r D. † D. sic G. &c.

consistas: in qua te quæro proseucha. ubi Scholiastes, locus Judæorum in quo orant[t]. Sic Josephus, Populus convenit in Proseucham, quam precationis vocant domum: item, in Proseucham conveni, &c[v]. Philo Synagogas vocat προσευχὰς, quia in illis & legebatur Lex, & orabatur[x]. Sed etiam quibus in locis Synagogæ non erant, putà ob exiguum Judæorum numerum[y], aut quòd Magistratus non permitterent[z], habebant Judæi Proseuchas[a], sive loca orationibus destinata, procul à turba & maximè ad amnes & mare. Vide Act. 21. 5. Philippis non fuisse Synagogam colligimus & infrà 17. 1[b]. Hîc viri cum mulieribus colloqui poterant, ut verba seq. docent; non item in Synagogis, ubi hæ ab illis cancellis distinctæ erant[c]. Erant autem Proseuchæ ferè extra urbem, ut notat Epiphanius[d], in agris, vel in montibus, ut Luc. 6. 12*. vel propè fontes, aut fluvios; quod & Idololatræ sunt imitati, Esa. 57. 6. Ritûs autem hujus origo fuisse videtur ex facto Jacobi, Gen. cap. 24. ver. 62, 63[f]. Προσευχαὶ sæpe dicuntur oratoria, sive loca precationis: quod tamen hîc non congruit ob verba, ἐνομίζετο εἶναι[g].

14. *Nomine Lydia*] Gentili nomine[z]: ità dicta à solo natali: nam Thyatira, unde hæc erat, Lydiæ asscribit Stephanus. Fœminæ è Lydia vestium textu nobiles[a]. ¶ *Quæ*, &c. Πορφυρόπωλις] *Quæ purpuram vendebat*, Be. Pi. sic Er. V. *Purpuraria*. In Glossis, πορφυροπώλης, *purpurarius*[b]. ¶ *Civitatis Thyatirenorum*] Vel, *Thyatirorum*, Be. Pi. &c. i. e. indè oriunda[c]: nam Philippis habitavit cum familia sua, v. seq[d]. ¶ *Colens Deum*] Id est, Judæa proselyta*. ¶ *Audivit*] Sub. *nos*, Be. vel, sub. *Paulum*, V. ¶ *Cujus Dominus aperuit cor*, &c.] Id est, intellectum illustravit, & voluntatem movit[f]: frustrà enim ferit aures orator, si cor non reserat Creator[g]. Activæ voces interdum sic sumuntur ut tacitè includant effectum, quanquam is effectus aliquatenus in humana est potestate. *Aperuit Deus*, illâ sinente aperiri, imò etiam aperiente suo modo, ut apparet Apoc. 3. 20. Sic *trahi* dicitur qui trahentem volens sequitur: sic *dari* id quod accipitur. Vide ad Joh. 6. 37, 44[h]. ¶ *Intendere*, &c. Προσέχειν, &c.] *Ut attenderet*, &c. Be. Pi. Ut fidem haberet dictis Pauli[i]. Est μετωνυμία· nam τὸ προσέχειν causa credendi[k].

15. *Baptizata*] Vide Act. 8. 12. ¶ *Si — fidelem*, &c.] Si me putatis ex animo credere, quod profiteor. ¶ *Et*, &c. Καὶ παρεβιάσατο ἡμᾶς] Habes hoc verbum eodem sensu, Luc. cap. 24. ver. 29[l]. *Et coegit* (vel, *adegit*, Be. Pi.) *nos*, Vulg. Vehementibus precibus[m].

16. *Puellam*, Παιδίσκην] *Ancillam*, Val. Er. V. sic Be. Pi. &c. Conditionem exprimit, quia mox *dominorum* meminerit. ¶ *Habentem spiritum*, &c. Πνεῦμα Πύθωνος] MS. habet πνεῦμα Πύθωνα· quod non probem[n]. [Sic vertunt,] *Spiritum divinationis*, Tre. & Di ex Sy. *Spiritum Pythonis*, Er. P. Mo. Be. Pi. V. &c. id est, Apollinis[o]; sic dicti παρὰ τῷ πυθωνάνειν, quòd responsa daret petentibus[p]: quo mulier hæc plena esse credebatur†. *Spiritum Pythonicum*. Πύθων erat Dæmon cujus afflatu futura prædicebant[q]. *Pytho* est urbs Delphorum. Qui ibi vaticinabantur πύθωνες, πυθόληπτοι[r], πυθομάντεις[s]. Indè vox serpsit ad similia facientes. Heb. אובים o' vertunt ἐγγαστριμύθους, Latinus, *Pythones*. Horum nominum eadem ratio, ut explicat Galenus. Vide & Aristophanem ejúsque Scholiastem[t], [eorúmque verba in G.] Hos autem *ventriloquos* olim Ἐυρυκλέας, (ab Eurycle viro in his celebri[v],) nunc verò πύθωνας dictos notat Plut. De defectu oraculorum[x]. *Pytho* ab Heb. פתן, *serpens*. Hebræi ex serpentibus divinationes olim plures & auguria instituerunt. Unde נחש & *serpentem*, & *divinare*, denotat. Nec dubito quin Pythius Apollo, qui Hebræis *Ob* & *Abaddon*, sub hac serpentis forma quâ hominem decepit, primò cultus sit in Græcia[y]. [Plura de his videat qui vult in Gualtperio, ad h. l. & Nebriss. quinquag. cap. 35. & BA. 2. 3. 5.] ¶ *Quæstum*, &c.] Ità Er. P. Mo. Be. &c. Ἐργασία propriè *opificium*; per μετωνυμίαν *quæstus* omnis, ut infrà v. 19[z]. ¶ *Divinando*; ità Er. P. &c. Μαντευομένη] *Vaticinans*, Mo. *Vaticinando*, Be. Pi.

17. *Servi Dei — sunt*] Dicit hoc Dæmon; vel, 1. coactus à Deo[a]; vel, 2. sponte: idque vel, 1. ut ad se plures pelliceret, quasi qui spiritus esset divinus, & servos Dei dilaudans[b]: vel, 2. ut Paulum adulando titillaret, vel sibi conciliaret[c]: vel, 3. ut Paulum perderet, quem prævideret expulsurum se, ideóque malè mulctandum[d]: 4. ut fidem sibi pareret in cæteris*. Vide similem historiam Marc. 5. 7. *Malus bonum cùm simulat, tunc est pessimus*[f].

18. *Dolens*; ità Mo. Διαπονηθεὶς] *Iratus*, Tre. ex Sy. *Ægrè*, sive *Molestè*, *ferens*, Er. P. Be. &c. Tum puellæ miseriam, tum Dæmonis fraudem, qui divinando populos ad se & magicas artes trahebat[g]. Nolens testem sibi spiritum mendacem[h]: ut ostenderet eum patrem esse mendacii, omnémque cum eo communicationem nobis interdictam esse[i]. ¶ *Dixit*, *Præcipio tibi*, &c.] Utens jure dato Marc. 16. 17[k].

19. *Domini ejus*] Plures enim erant participes hujus quæstûs[l]. Possunt unius plures esse domini, non tamen in solidum[m]. ¶ *Spes quæstûs*, Τῆς ἐργασίας] Ἐργασία hîc est, *quæstus*, ut in Aristot. Eth. 4. *Qui illiberales ἐργασίας*, *quæstus*, *exercent*: & in Demosth. in Neæra, Ὡς αὐτὴ ἡ ἀπὸ τοῦ σώματος ἐργασία, &c. *Quasi quæstus corporis non præbuisset ei sufficientem rerum copiam*. Sic Act. 19. 24, 25. Vide ad Luc. 12. 58†. ¶ *Perduxerunt*, &c. Εἵλκυσαν, &c.] *Rapuerunt in jus*, V. *Traxerunt in forum*, Be. Pi. locum judicii[n], *obtorto collo*, ut loquuntur Latini[o]. ¶ *Ad*, &c. Ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας] *Ad magistratus*, Be. Pi. Decuriones, ex quibus publicum concilium in coloniis constabat[p]. *Ad Duumviros* coloniæ, quos jam dicet στρατηγὺς, honoratiori vocabulo; sicut Capuæ Duumviri *Prætores* se dici volebant. Pari modo suprà qui erat Proprætor dictus est ἀνθύπατος· sic Decuriones, *Senatores*[q].

20. *Magistratibus*; ità Er. Il. Ti. Τοῖς στρατηγοῖς] *Præfectis*, P. Mo. *Ad prætores*, Be. Ca. Pi. Duumviros[r]: propriè, *Ad duces exercitûs*, Pi. Sed vox στρατηγῶν in his Libris latè patet†. Syrus & Arabs hoc cum præced. immiscuerunt, locum hoc modo reddentes, *Et stiterunt eos coram strategis* (Arabs, *præfectis satellitum*) *& coram primatibus urbis*. Primi sunt οἱ στρατηγοὶ, alii, οἱ ἄρχοντες. Videntur ineptum existimâsse, eos primùm ad ἄρχοντας dici pertractos, deinde adductos ad στρατηγὺς· itaque utrosque conjunxerunt. Conveniens tamen judico, ut primùm ad Magistratus, sive Præfectos, urbis, quippe pacis publicæ tutores, & sontium judices, deinde ad Prætores sive satellitum Præfectos, quippe quibus, præeunte τῶν ἀρχόντων judicio, capiendorum, incarcerandorum, & puniendorum sontium cura incumberet, deducerentur[t]. ¶ *Conturbant civitatem*] Vetus calumnia. Vide 1 Reg. 18. 17[v]. ¶ *Cùm sint Judæi*] Nomen toto orbe infame[x], & Romanis exosum[y], ob fidei morúmque dissimilitudinem. Ità Paulo invidiam conflant[z].

21. *Quos non licet nobis suscipere*, &c. sic Er. Mo. Παραδέχεσθαι, &c.] *Recipere*, — *cùm simus Romani*, id est, coloni Romanorum, ac proinde eorum jure viventes[a]. Romanis non licuit quicquam in religione innovare: de quo Mæcenas Augustum sic admonet[b], Τὸ μὲν θεῖον, &c. (*Deum patrio ritu cole, aliósque ad eum colendum coge. Eos autem qui in his innovant, castiga*, &c[c].) Cicero De legibus 2. *Suos Deos*, *aut novos*, *aut alienigenas*, *coli*, *confusionem habet religionum*. Tertullianus *vetus* ait *decretum fuisse nè quis Deus consecraretur nisi à Senatu probatus*[d].

22. *Et*, &c. Καὶ συνεπέστη, &c.] *Et consurrexit*, &c. Mo. vel, *concurrit*, &c. Er. Ti. *Cùm adversùs eos vulgus instaret*, Ca. *Unà autem insurrexit turba adversùs eos*, P. Be. Pi. *Et congregata est*, &c. Di. ex Sy. & Ar. σὺν voluerunt multitudinem significare; ἐπέστη autem, *advenit*, *astitit*, *convenit*. Vide Luc. 2. 9, 38. & 20. 1. & 21. 34*. ¶ *Scissis*, &c. ità Er. Ti. &c. Περιῤῥήξαντες, &c.] *Diruptis* (vel, *dilaceratis*, Ca.) *vestibus eorum*, P. Be. Pi. vel, *suis*, Er. Zeg. &c. Græcus sermo anceps est. Lacerârunt Magistratus tunicas, vel, 1. suas ipsorum[f]: confer Marc. 14. 63[g]. Vel, 2. Apostolorum[h], Pauli & Silæ[i], tum ad contumeliam, tum ut eos nudarent ad flagellationem[k]. Rectè autem dicit, *Quum dirupissent*, &c. thoracem enim flagellandorum non exuebant, sed lacerabant, ut legitur in Mischna[l]. [De hoc more sic Dionys. Halicarn. τοῖς ῥαβδούχοις ἐκέλευσε τὴν ἐσθῆτα περιῤῥήξαι, καὶ ταῖς ῥάβδοις τὸ σῶμα ξαίνειν. Pro quo Livius, lib.

Marginal notes (col. 1531): [t] G. [v] D. [x] G. [y] G. sim. Heinf. [z] G. [a] Heinf. [b] G. [c] Heinf. [d] Di. ex D. * Ham. Li. [f] Ham. ex Di. [g] Pi. [z] Camer. [a] G. [b] Idem. [c] Be. sic V. [d] Be. * Me. sim. Ham. La. ex L. Hug. &c. [f] La. Me. T. sic Calv. [g] T. sim. La. Calv. [h] G. [i] G. T. [k] G. [l] G. [m] Camer. sic L. [n] G. [o] V. Be. BA. [p] Be. † BA. 2. 3. 5 383. [q] D sim. Er. [r] G. † G. sic D. [t] G. [v] Ham. [x] BA. ib. sic Cas. G. &c. [y] Heinf. in Wal. [z] G. [a] Bed. Hug. &c. in La.

Marginal notes (col. 1532): [b] Q. in La. [c] La ex Chryf. [d] La. * Camer. [f] G. [g] Me. [h] G. sim. La. [i] La. [k] G. [l] Camer. [m] G. † Sch. [n] Ham. [o] G. [p] Be. [q] G. [r] Be. G. V. præced. † Be. [t] Di. [v] G. [x] Me. [y] T. ex La. Me. [z] T. ex La. [a] La. Me. [b] Cas. [c] Cas. G. [d] G. * Di. [f] Zeg. ex Er. [g] Cas. [h] Er. Zeg. Di. [i] Cas. Di. [k] La. Me. [k] T. ex La. [l] Di.

lib. 2. *Consules spoliari hominem & virgas expediri jubent.* Eodem modo loquitur idem Livius lib. 7. Pro eodem dixit Plutarchus in Cicerone, ἐσθῆτα περιχίσαι· in Publicola, περιῤῥηγνύειν τὰ ἱμάτια· in Camillo, καὶ περιῤῥηγνύναι τὰ ἱμάτια· in Mario, περιῤῥῆξαι τὴν χλανίσκον. Valerius, alibi ait, *nudari jussit*; alibi addit, *veste scissa, spoliatóque corpore.* Cicero 7. Verrinâ, *Hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari, & virgas expediri, jubet.* Seneca in Controversiis ut verba legitima refert, *Summove, lictor, despolia, verbera.* In historia de B. Apollinari, *Exuite eum, & cædentes dicite*, &c. Livius 28. *lacerantibus vestem lictoribus.* Seneca De ira, 1. 16. lictorem describit vestimenta scindentem. Tacitus Hist. 4. de Herennio, *Protractum è tentorio scissâ veste, lacerato corpore* [m]. ¶ *Jusserunt*, &c. Ἐκέλευον ῥαβδίζειν] *Jusserunt* (sub. *eos*, Be. Pi. h. c. ministros [n]) *flagellare*, Mo. vel, *verberari*, Ca. vel, *virgis cædi*, P. Ti. Be. Pi. Er. vel, *ut flagellarent* eos, Tre. Vide Marc. 14. 65 [o].

23. *Cùm multas plagas*, &c.] Partim à populo furente, partim à lictoribus, &c [p]. ¶ *Custodi*, Τῷ δεσμοφύλακι] Paulus JC^tus. *carceri præpositum* appellat: *optionem carceris*, Ambrosius: *commentariensem* vocat L. *De his* C. de custodia reorum: & Græci ex Latina, κομενταρήσιον, in Novella Justiniani 13. & in Edicto 13. Hunc Commentariensem dictum fuisse *Stephanam*, & eundem esse cujus Paulus meminit 1 Cor. 1. 16. & 16. 15, 17. putant Græci ad hunc locum [q].

24. *Præceptum*] Itâ G. nam παραγγέλλειν, inter alia, *præcipere*, Matth. 10. 5. & alibi sæpe. ¶ *In interiorem carcerem*] *Imum carceris* vocat August. *Sedis intimæ tenebras* dixit L. 1. C. de custodia reorum [r]. ¶ *Pedes eorum strinxit*, &c. Ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον] *Strinxit* (vel, *Ligavit*, Sy. & Ar. in Di. *Munivit*, Di. ex Æth. ut Matth. 27. 65 [†]. *Adstrinxit*, P. Be. Pi. q. d. *Assecuravit*, Pi. propriè, *Firmavit*: sed ex consequente intelligitur antecedens [t]. *Compegit*, Ca. *Inclusit*. Camer. *Diligenter cautéque strinxit*, V. ex Er. quò de fuga illorum esset securior [v]. *Custodiit*: ἀσφάλεια custodia enim securos nos facit [x].) *ligno*, Er. Il. Ti. vel, *in lignum*, Camer. Mo. *trabi*, Ar. *in numella*, P. sic Be. Ca. Pi. D. compede ligneâ. Synesio est *cippus*, h. e. lignum bipatens in quo sontium pedes includuntur [y]. Scholiastes ad Nebulas Aristophanis, εἶδος δεσμωτηρίου τὸ ξύλον, ἣν ποδοκάκην λέγουσι καὶ ποδοστράβην. Fuit tamen discriminis aliquid inter ξύλον & ποδοκάκην· nam in veteri lege Attica habemus, Δεσμεύειν ἐν τῷ ξύλῳ οἱ ἕνδεκα ἢ ἐν τῇ ποδοκάκῃ. Puto ποδοκάκην esse quas *ligneas soleas* appellat Cicero; ξύλον autem quod *ligneam custodiam* appellat Plautus. In L. *Si hominem*, D. depositi, legimus *vinctum vel ad malam mansionem extensum.* Hîc Græci Scholiastæ malam mansionem exponunt, ξύλον εἰς ὃ ἐμβάλλουσι τοὺς πόδας. Eusebius dixit τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τῶν ποδῶν· quod Prudentius, *Lignóque plantas inserit Divaricatis cruribus.* Lucianus, τὰ μὲν ἐν τῷ ξύλῳ κατακεκλεισμένα. Job. 33. 11. ubi in Græco, ἔθετο ἐν ξύλῳ μου τὸν πόδα, in Hebræo est סד, quod Job. 13. 27. alii κώλυμα vertunt, alii ταλαιπωρίαν, alii ξύλον εἱρκτῆς, alii ξυλοπέδην. Chaldæis סדיא aut סדן est *cippus.* Quod apud Cedrenum est κακουχία id latiùs patet, & omnia carceris incommoda complectitur [z].

25. *Mediâ autem nocte*, Κατὰ τὸ μεσονύκτιον] Quod Varro dixit *noctis meridiem*, audaci translatione. ¶ *Laudabant*, &c. Ὕμνουν τὸν Θεὸν] *Laudes Deo canebant*, & gratias agebant pro honore sibi habito, in eo quòd pro Christo pati possent, Act. 5. 41 [a].

26. *Terræ motus* &c.] Signum secuturæ rei magnæ, ut Matth. 28. 2 [b]. Quo ostendit Deus se orantium vocem audivisse, & potenti suâ virtute adesse, ut eos liberaret à vinculis [c]. ¶ *Fundamenta*, &c.] Simile loquendi genus Psal. 19. 8. & 82. 5. Esa. 24. 18. ¶ *Aperta sunt*, &c.] Ut Act. 12. 9 [d]. ¶ *Et universorum vincula*, &c. Τὰ δεσμὰ ἀνέθη] *Vincula* (vel, vi terræmotûs, vel potiùs, operatione secretâ Angeli [*].) *soluta* (vel, *laxata*, Be. Pi. vel, *remissa*, P. Mo.) *sunt*, Er. Il. Ti. Non uni, ut Act. 12. 7. sed vinctis omnibus, ut scirent Apostolos & sibi & aliis esse utiles, & per eos solvi animorum vincula [f].

27. *Expergefactus*] Ex terræ motu [g]. ¶ *Evaginato*, &c. Σπασάμενος, &c.] *Educto* (vel, *Stricto*, Be.) *gladio*, Pi. Σπᾶν μάχαιραν est, *gladium de vagina educere*, Num. 22. 23, 31. Jos. 5. 13. Jud. 8. 20. & 9. 54. &c. Plena locutio est 1 Sam. 17. 51. Dixit & Aristophanes, ξίφος γ' ἐσπάσω. Et Strabo 4. σπασάμενος τὸ ξίφος [h]. ¶ *Volebat se interficere*] Metu gravioris supplicii [i], ob carcerem malè custoditum [k]. Solebant enim Commentarienses, si effugissent vincti, eandem pati pœnam quam vincti passuri fuerant. L. *ad commentariensem* C. de custodia reorum. Αὐτοχειρία autem frequens Græcis & Romanis; neque improbata aut Stoicis aut Epicureis; nè Platonicis quidem & Aristotelicis, omni modo & sine exceptione [l].

28. *Nihil tibi mali feceris*] Inter Hebræos quæstionem fuisse dubiam, An se interficere liceret, diximus De J. B. & P. 2. 19. 5. Christiani, majoris patientiæ debitores, & exempla Christi Apostolorúmque ejus habentes ob oculos, pro certo semper habuere potiùs quamvis mortem exspectandam quàm sponte sumendam, ut testantur Justinus Apolog. 1. Clemens Strom. 4. [quorum verba vide in G.] nisi quòd de mulieribus quarum pudor periclitatur nonnihil dubitatum est [m]. ¶ *Hic sumus*] Nemo effugerat, quia omnes perculsi erant, nec advertebant [aut] se vinculis esse solutos [n], [aut] fores apertas esse [o].

29. *Petitóque lumine*; sic Be. Pi. Αἰτήσας δὲ φῶτα] *Plures lucernas*: φῶτα in plurali usurpant Hellenistæ, ut Psal. 136. 7. Hinc dies φώτων, qui & ἐγκαινίων [p]. *Postulatis luminibus*, Camer. ¶ *Introgressus est*, Εἰσεπήδησε] *Irrupit*, vel *Irruit*, vel *Insiliit*, Er. V. Be. Pi. &c. ¶ *Procidit*, &c.] Sub. *ad pedes*, Be Pi. Vulg. Veneratus in eis & potentiam & morum innocentiam, quòd cùm potuissent non effugissent [q]. Mos hic ab Oriente in Macedoniam venerat cum aliis multis ab Alexandri M. temporibus. Vide Marc. 3. 11. & 5. 33. & 7. 25. Luc. 5. 8. & 8. 28, 47 [r].

30. *Producens eos foràs*] In locum aliquem carceris sub dio positum, ut liberiùs respirarent. *Vestibula carcerum & salubria loca* dixit L. 1. C. de custodia reorum [†].

31. *Domini*, Κύριοι] *Dominos* vocare eos quos honorare velimus receptum tum erat & apud Græcos & apud Romanos. Testis Martialis & alii. ¶ *Ut salvus fiam*] Spem aliquam vitæ melioris ex antiqua traditione, aut ex Philosophorum doctrina, [aut ex commercio cum Judæis, sive Proselytis,] acceperat [t].

32. *Crede*, &c.] Nempe eâ fide quæ ad obedientiam flectat animum. Sæpe enim generis nomina pro specie quadam eximia ponuntur. ¶ *Salvus eris*] *Vives*, hic Syrus; id est, pervenies sic ad eam vitam quam expetis [v].

33. *Lavit*, &c. Ἔλουσεν, &c.] *Lavit* eorum plagas, ad verb. eos *à plagis*, Be. Pi. id est, Lavando purgavit. Synecdoche membri metonymica: vel Ellipsis, subaudito καθαρίζων [x]. Sanguinem concretum abstersit, & medicamentum adhibuit [y]. Sanguinem virgis excitatum abluit in κολυμβήθρᾳ aliqua quæ erat intra septa carceris [z]. ¶ *Et*, &c. Καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες] *Et omnes illius*, sub. *familiares*, aut *domestici*, Er. V. MS. καὶ οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ πάντες. ¶ *Continuò*, Παραχρῆμα] Similia exempla dati sine mora Baptismi habemus Act. 8. 38. & 10. 47. & 16. 15 [a]. *Illico*, Be. Pi.

34. *Cúmque*, &c. Ἀναγαγών τε, &c.] *Cúmque perduxisset* (vel, *deduxisset*, sic Be. Pi. vel, *ascendere fecisset*: quo sensu ἀνάγειν sumitur Luc. 4. 5. Act. 9. 39. Respondet Heb. העלה [b].) *eos domum suam*, Er. vicinam carceri, ut solent esse domus Commentariensium [c]. Vel, *in conclave suum*: neque enim fuit intervallo distinctum ædificium à δεσμωτηρίῳ, sed maximè contiguum: quod ex v. 27. apparet [d]. ¶ *Apposuit mensam*] Itâ Be. Pi. &c. Παρατιθέναι propriè dicitur de convivatore, Luc. 10. 8. & 11. 6. 1 Cor. 10. 27. Cicero ad Atticum, *Hæc ad te scripsi appositâ mensâ secundâ.* Idem alibi dixit, *apponere in vasis fictilibus: apponere quod satis est.* Helena Paridi, ——*Appositâ quæ nunc facis improbe mensâ* [*]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ] *Et exsultavit quòd cum omni domo sua credidisset*, V. sic Be. Pi. Er. Il. P. &c. Πανοικὶ referendum ad particip. sequens, πεπιστευκώς [f]. Participium hîc causam reddit. Ideo gavisus est quòd non ipse tantùm, sed & tota ejus familia tantâ luce perfusa esset [g]. Al. *Exsultabátque ipse, & domestici*

Marginal notes: [m] G. [n] Pi. [o] Be [p] La. [q] G. [r] G. [†] Di. [t] Be. [v] V. sim. Be. Pi. [x] G. [y] D. [z] G. [a] G. [b] G. [c] Me. ex La. [d] G. [*] La. T. [f] G. [g] L. — [h] G. [i] G. sim. Me. [k] Me. [l] G. [m] G. [n] La. ad v. 26. ex Chrys. [o] Camer. [p] G. [q] Me. [r] G. [†] G. [t] G. [v] G. [x] Pi. [y] Me. [z] G. [a] Idem. [b] Di. [c] G. [d] Sch. [*] G. [f] Er. [g] G.

domestici ejus omnes, in fide Dei, Trc. ex Sy.

35. *Lictores*; ità Mo. Ti. Ca. Τοὺς ῥαβδούχους] *Viatores*, Er. Il. P. Be. Pi. Sic dicuntur à bacillis seu virgis quas gestabant [h]. Censeam in versione retinendam vocem *rhabduchi*. Quanquam enim & Plutarchus & Glossaria *lictores* Græcè ῥαβδούχους vocant, ipsa tamen vox Græca quosvis *Magistratuum ministros* significat, quòd bacillum, qui Græcè ῥάβδος dicitur, in ministerii sui signum gestarent [i]. ¶ *Dicentes*, (vel, *Qui dicerent*, Be. Pi.) *Dimitte*] Subierat Duumviros pœnitentia [k], quòd pridie injustè in illos sævierant [l], ob beneficium collatum, &c [m]. quòd in plebis commotæ gratiam, indictâ causâ, cædi jussissent homines advenas contra morem Romanum. Paulum autem jus habuisse civitatis Romanæ nondum videntur scisse [n]. Fortè edocti erant de terræ motu, Paulique innocentia & lætitia [o]. ¶ *Homines illos*] Ἐκείνους contemptim, ut Luc. 14. 24. & 19. 27. Joh. 7. 11. & 8. 10. Plautus Trucul. —*Illine ut inimici mei Bona istbic comedant?* Virgil. 3. —*Hæc illa Charybdis.* Ubi Servius, *Hoc pronomine & in venerativa & in vituperativa significatione Veteres utebantur.* Adde quæ ad Act. 5. 28 [p].

37. *Dixit eis*] Nempe viatoribus [q]. ¶ *Cæsos*, &c. Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους] *Cæsos* (vel, *Cædentes*, Mo. *Flagellârunt*, Æth.) *nos publicè*, (Dicuntur Duumviri fecisse quod fieri jusserant. Et multùm auget injuriam quòd facta erat in publico. Vide L. Prætor in fine D. de injuriis [r].) *indictâ causâ*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *indemnatos*, Mo. Ca. Pi. i. e. non damnatos †: vel, *sine delicto*, Sy. sic Ar. & Æth. in Di. q. d. *indemnabiles*, id est, insontes, innoxios, qui damnari non essent meriti [t]: *injudicatos*, vel, *incognitâ causâ damnatos*, Zeg. contra jus Gentium & Romanorum. De jure Gentium audi Hesiodum, Μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς· & Senecam Medeâ, *Qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ, Æquum licèt statuerit, haud æquus fuit.* De Jure Romano testis Cicero, *Causâ cognitâ possunt multi absolvi; incognitâ, nemo condemnari potest*: & Hist. 1. *Inauditi atque indefensi tanquam innocentes perierant*: & Hist. 3. *quamvìs invisum & nocentem, more tamen audiendum.* Testis & Tertullianus, peritus sanè Romani Juris, in Apologetico, *Inauditum si damnant, invidiam iniquitatis merebuntur.* Idem Adversùs nationes, *Quando non licet indefensos & inauditos omnino damnari.* Apuleius 9. Milesiarum, *Nec ad instar barbaricæ feritatis vel tyrannicæ impotentiæ damnaretur aliquis inauditus.* Salvianus fine lib. 8. *Sed in urbe illa non tam hominum fuerunt hæc beneficia quàm legum: interfici enim indemnatum quemcunque hominem etiam 12 tabularum decreta vetuerunt.* ¶ *Homines Romanos*] Est Synecdoche, qualis Matth. 27. 44. Nam jus civitatis Romanæ solus habebat Paulus, ut videbimus infrà 22. 25 [v]. Civem Romanum omnino (nisi cùm lata esset in eum mortis sententia [x]) cædere non licebat per leges Porcias & Sempronias [y]: quantò minùs causâ indictâ [z]? Cicero in Verrem 7. *Facinus est vinciri civem Romanum, scelus verberari.* Confer Act. 22. 25, &c [a]. Nôrat Paulus ad innocentiæ & causæ bonæ præsidium etiam legibus uti [b]. ¶ *Non*, &c. Οὐ γὰρ] *Non profectò*, Be. Pi. Non ità hoc abibit [c]. Nequaquam ità fieri debet [d]. Ἀποκρίνεται. Non enim ità agi rectum est *. ¶ *Ipsi nos ejiciant*, Ἐξαγαγέτωσαν] *Educant*, Be. Pi. &c. Tanquam innoxios [f]: agnoscentes injuriam suam nostrámque innocentiam [g]. Sic Magistratus Apuleium solatum veniunt, Milesiarum 3 [h]. Meritò deposcit Paulus ut publicam ignominiam publicâ retractatione detergant [i], nè Evangelium labe aspergeretur quasi ejus præcones facinorosi homines essent [k]. Ità subindè decet, vitandi scandali causâ, & ad ora maledicentium obturanda, viriles animos & iram assumere, & columbinæ simplicitati serpentinam prudentiam admiscere [l].

38. *Timueruntque*, &c.] Simile vide Act. 22. 29. Metuebant Majestatis crimen, quod Verri minatur Cicero circa finem Verrinæ ultimæ. Ità enim constituerant leges, ut in cive Romano læso ipsa populi Romani majestas læsa crederetur [m].

39. *Deprecati* (vel, *Precati*, Be. Pi.) *sunt eos*] At sequitur ἠρώτων· quod Sy. Ar. & Æth. omiserunt ut redundans. Cur enim bis orarent? 1. Nè indignè ferrent quod per tumultum contigisset. 2. Ut è civitate exirent, ad novus tumultus vitandos [n]. Παρεκάλεσαν αὐτούς] *Consolati sunt eos*, G. Di. dicentes indignos eos esse eâ quam accepissent injuriâ. Vide Terentium Adelphis, Act. 2. Scen. 1°. Sic & v. seq. qu. d. blandis verbis compellârunt, ut missâ omni irâ solarentur se de acceptis verberibus, & illatâ ignominiâ [p]. ¶ *Ut egrederentur*, &c.] Hoc obtentu, nè quid triste ab irata plebe paterentur [q].

40 *Introierunt ad*, &c. Εἰς τὴν Λυδίαν] *Ad Lydiam*, Be. Pi. vel, 1. regionem; vel potiùs, 2. mulierem [r]: i. e. In Lydiæ domum †. Sic in Comœdiis, *Eamus ad me* [t]. Εἰς pro πρός. Nisi fortè legendum, εἰς τὴν Λυδίας, scil. οἰκίαν· ut suprà v. 14 [v]. ¶ *Consolati sunt eos*; ità Be. Pi. Παρεκάλεσαν] *Hortati sunt*, ut in fide constantes manerent, quanquam se abeuntibus [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐξῆλθον] *Et egressi sunt*, sub. *ex urbe*, Be. Pi. Nempe tum nè periculis se ingererent non necessariis, tum quia Macedonia, quam ipsis Deus commendaverat, latiùs patebat [y]. Hîc jacta sunt celeberrimæ Ecclesiæ fundamenta [z].

Marg.: h Be. sim. Camer. Pi. — i G. — k G. sim. La. — l Me. — m La. — n G. — o La. — p Pri. — q Be. — r G. — † Pi. — t Di. — v G. — x Me. — y G. sim. — z a. T. — a G. — E. — b G. — c Camer. — d Pi. — * G. — f G. sim. Zeg. La. — g Me. — h G. — i T. — k Me. — l T. — m G. — n Di. — o G. — p Di. — q G. — r V. ex Er. — † G. sic Er. V. — t G. — v Pi. — x G. — y Idem. — z Li. chron. 100.

CAP. XVII.

1. CUM, &c. Διοδεύσαντες, &c.] *Quum autem iter fecissent* (vel, *transierunt*, Tre. ex Sy.) *per Amphipolin*, Be. Pi. Urbem vicinam Philippis, ut ex Ptolemæo liquet [a]. ¶ *Et Apolloniam*] Urbem Thessalonicæ vicinam [b]: eam quam Ptol. vocat *Mygdoniam*. Erat mari adsita, Corinthiorum & Corcyræorum colonia: quam describit Cæsar 3. Belli civilis, & Strabo l. 7 [c]. ¶ *Thessalonicam*] Est urbs præclara (& inter primas [d], ac altera metropolis *,) Macedoniæ, ad sinum Thermaicum, ut ex Strab. & Ptol. cognoscere est, condita à Philippo Amyntæ filio post victoriam de Thessalis: unde urbi nomen [f]. ¶ *Ubi erat synagoga*, &c. Ἡ συναγωγή, &c.] *Synagoga quædam.* Novè ponitur articulus pro τις, & vel certè redundat [h]. Al. Articulus additus significat Philippis, Amphipoli & Apolloniæ, nullas fuisse Synagogas; sed si qui ibi essent Judæi, eos Synagogam adiisse Thessalonicensem [i].

2. *Secundum*, &c. Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτούς] Hebraismus, pro, ὁ δὲ Παῦλος κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ εἰσῆλθε. Mos erat Paulo primùm adire Judæos, & ipsis afferre Evangelii sermonem, Act. 13. 46 [k]. ¶ *Disserebat eis*, (vel, cum *eis*, Be. Pi.) *de*, &c. Ἀπὸ τῶν γραφῶν] *Ex Scripturis*, Be. Pi. sic Er. V. nempe Sacris [l], Legis & Prophetarum [m]: illinc enim adducebant testimonia [n]. Similis locutio Act. 28. 23. πείθων—ἀπό τε τοῦ νόμου, &c. Al. Hoc cum seq. jungendum [o]: & sic distinguendum, διελέγετο αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν γραφῶν διανοίγων, &c. Locis Scripturæ iisdem usus est Paulus quibus Christus in eadem re, Luc 24. 26, 27 [p].

3. *Adaperiens*, &c. Διανοίγων καὶ παρατιθέμενος] *Explicans* (vel, *Apertum faciebat*, G. Heb. פותח, *aperiens*, i. e. certis testimoniis probans; unde פתח pro *declaratione*, Psal. 119. 130 [q].) *& ob oculos ponens*, Be. Pi. sic G. παρατιθέμενος, intellige ἐνώπιον αὐτῶν· quæ plena locutio reperitur Exod. 19. 7. & 21. 1. Deut. 4. 44 [r]. q. d. tam manifestè exponens quàm cernimus quæ spectanda proponuntur †. Παρατίθεσθαι est 1 Tim. 1. 18. & 2 Tim. 2. 2. Simili sensu est ἀνατίθεσθαι, Gal. 2. 2. & παρατίθεσθαι, 1 Tim. 4 6. & ἐκτίθεσθαι, Act. 28. 23. & ἐπιδεικνύειν, Act. 18. 28 [t]. Vel, *citans*, sive *allegans*, Er. Ti. V. *ostendens*, Tre. ex Sy. *proponens*, Il. P. Mo. *exponens*, Ca. *insinuans*, Vulg. *componens & conferens*, gesta scil. & passiones Christi cum verbis Prophetarum [v]. ¶ Τὸν Χριστόν] Indefinitè dictum, ut Luc. cap. 24. ver. 26 [x]. id est, Messiam: ponitur enim hoc loco appellativè, ut sequentia docent [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὅτι οὗτος] *Et hunc esse Christum*, nempe *Jesum*, Pi. sim. Be. *Quòd hic esset Jesus Christus*, V. ¶ *Quem* (sub. inquit, Er. Be. Pi.) *ego annuntio vobis*] Ità Pi. Be. &c. Transitio ab oratione obliqua ad directam, frequens & aliis & nostris maximè Scriptoribus [z].

4. *Et*, &c. Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν, καὶ προσεκληρώθησαν, &c.] *Et consociati sunt*, &c. Be. Pi. adjuncti sunt quasi sorte lecti. Synecdoche speciei κατάχρησις [a]. *Et consortes facti sunt*, Camer. Heb. נלוו, *additi fuere*, &c. Sed in προσεκληρώθησαν plus aliquantò est, & significat planè illos addictos fuisse iis, sicut res hæreditariæ

Marg.: a G. — b Me. ex La. — c G. — d La. M. — * Ham. — f G. — g Be. sic Pi. — h Be. — i G. — k G. — l Sch. — m L. sim. Sch. — n V. ex Er. — o Pri. — p G. ad v. 3. — q Be. — r G. — † Be. — t Pri. — v La. — x Pi. — y Be. — z G. — a Pi.

ditariæ apud Hebræos. Utitur hoc verbo & Lucianus: συγκληρῶσαι pro eodem dixit Aristides [b]. ¶ *Et*, &c. Τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων, &c.] *Et religiosorum Græcorum*, &c. Be. Pi. id est, vel, 1. Judæorum qui Græcè loquebantur †: vel, 2. Græcorum qui proselyti erant Judæorum [c]: Heb. חסידי אומות [d], *piorum ex Gentibus* *, qui Legem quidem Mosis non susceperant, sed, idololatriâ & pravis moribus relictis, unum colebant Deum, & nemini faciebant injuriam: qui gradus erat ad Christianismum [f]. Hi erant *Proselyti portæ*, vel *Proselyti inquilini*, qui σεβόμενοι dicuntur hîc, & v. 17. & Act. 13. 42, 43. & 16. 14. qui cum Judæis Synagogas adibant, Legem & Prophetas lectas & expositas audiebant: alioquin incapaces fuissent præsentis concionis Pauli quâ ex Scripturis probavit Messiam, &c [g]. ¶ *Mulieres*, &c. Γυναικῶν τε, &c.] *Ex matronis*, &c. Vide Act. cap. 13. ver. 50 [h].

5. *Assumentésque de vulgo*, &c. Τῶν ἀγοραίων τινὰς] *Quosdam circumforaneorum*, Mo. sic Er. Il. P. Be. Pi. vel, *è foro civitatis*, Tre. ex Sy. qui scil. in foris versari solent [i], & vitam terere, viles & venales [k], leves & improbos [l]; quos Livius l. 9. vocat *forensem factionem*, Plautus *scurras* Trinummo, quos sic graphicè depingit, *Nihil est profectò stultius neque stolidius, Neque mendaciloquius*, &c. ἀγοραῖοι σύρφακες Clementi Alexandrino, ἤθη ἀγοραῖα Theophrasto. Ἀγοραῖος, inquit Ammonius, est, *qui in foro honoratur*; *at* ἀγοραῖος *vir malus in foro enutritus* [m]. Tales & illi ἀγόραιοι. Act. cap. 19. ver. 25, 29. Eustathius ad Iliad β'. Ἀγοραῖος ἀνὴρ ὁ ὀχλώδης ἐπὶ σκώμμασι λέγεται. Sic ἀγοραῖος νοῦς, in Suida. Sic Aristoph. Equit. Πονηρὸς κἀξ ἀγορᾶς εἶ. Et post, Γέγονας κακὸς, κ' ἀγόραιος εἶ. Idem in Ranis ἀγόραιον cum πανοῦργῳ junxit; & in Ammonio ἀγόραιος τοῖς πονηροῖς παραλλήλως ponitur, ut hîc in Luca. Hos Tacitus vocat *sordidam plebem, circo ac theatris assuetam*; Apuleius, *trivialem popularium fæcem*; Horatius, *innatam in triviis, & penè forensem*. Seneca, Benef. 7. *Huic homini malo quem invenire in quolibet foro possum* [n]. Ἀγόραιος pro *vulgari, triviali, vili*, &c. Sic Aristot. 8. ἀγόραια φιλία, *vulgaris amicitia, quæ opponitur* τῇ ἐλευθεριότητι. Sic *scommata* ἐκ ἀγόραια, *non-vulgaria* [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὀχλοποιήσαντες, &c.] Ὀχλοποιεῖν est קשר, quod συστροφὴν ποιεῖν vertitur apud Amosum [p]. *Ac turbâ congregatâ* (vel, *coactâ*, Pi. *commotâ*, Camer.) *turbaverunt*, &c. Pi. vel, *fecerunt ut tumultuaretur*, &c. Be. simil. Camer. ¶ *Et*, &c. Ἐπιστάντες τε τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος] *Et adorti* (vel, *urgentes*, Er. Ti. *aggressi*, Ca. *imminentes*, Er. V. *astantes*, Mo. *circumsteterunt*, Ar. *insurrexerunt adversus*, Sy.) *domum* (vel, *domui*, Mo. τῇ οἰκίᾳ ἐπιστάντες, ut Act. cap. 10. ver. 17. ἐπὶ τὸν πυλῶνα ἐπέστη. Vide & 6. 12. Herodian. l. 2. Ἐπιστάντες αὐτοῦ (Pertinacis)——θύραις [q].) *Jasonis*, Be. Pi. Il. P. &c. Judæi, qui Hebraicè ישוע [r]. *Jason* est nomen Græcum, quo Hellenistæ olim usi sunt pro nomine *Jesu*. Unde Jason frater Oniæ verò nomine *Jesus* vocabatur †. Hic fuit ex Judæis illis Christianis qui ex Judæa in Syriam, ex Syria in Macedoniam, venerant [t]. Κατὰ τὸ σιωπώμενον indicatur Apostolos apud Jasonem hospitio fuisse exceptos [v].

6. *Cùm non invenissent eos*] Qui fortè secesserunt, ut Judæorum furori locum darent [x]. ¶ *Trahebant Jasonem*.] Tumultuariè [y], ut criminis participem [z]. ¶ *Ad*, &c. Ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας] Vox Græca eodem modo facta quomodò Βοιωτάρχαι illi *urbis præfecti*, hi *gentis Bæoticæ* [a]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες] *Hi qui orbem* (vel, *terrarum orbem*, Er. G. Pi. vel, *orbis terrarum statum*, Be. Pi.) *commoverunt*, Er. V. Ar. vel, *conturbârunt*, Er. Ti. V. Sy. Ham. sic Ca. rerum innovatione scilicet [b]: vel, *subverterunt*, Il. P. Be. Pi. sic Mo. vel, *ad res novas excitârunt*, G. simil. Pi. Sic ἀναστατοῦν sumitur Act. capite 21. versu 38. Politici, qui sæpe dogmata vera à falsis, salubria à noxiis, non norunt distinguere, omnia nova suspecta habent. Id Evangelio vehementer obstitisset nisi Deus ingenti Spiritu difflâsset ista consilia [c]. Significatio hujus verbi petenda est ex Gal. cap. 5. ver. 12. ubi idem est quod ταράσσειν, *conturbare*, v. 10. & Gal. cap. 1. ver. 7. Sic & Eustathius in Il. ι'. ἀναστατοῦν, inquit, est ἀναστάτους, sive ἀβασιλεύτους, ποιεῖν, id est, *confusionem inducere*. Huic contrarium est κατάστασις, quæ *tranquillitatem, constantiam*, vel *sedationem*, denotat. Quare ἀναστατεῖν est, *perturbare, excitare, inquietare*: idémque valet quod ἀκαταστασία, Jac. cap. 3. ver. 16 [d]. ¶ *Huc*, &c. Ἐνθάδε πάρεισιν] *Hîc adsunt*, P. Mo. Be. Pi. Ca. &c. Quod ubique fecerunt, hîc quoque facturi sunt *. *Huc venerunt*, Er. Ti. Sy. q. d. Non cives sunt, sed peregrini [f], advenæ ignoti, errones, vagabundi [g].

7. *Quos*, &c. Οὓς ὑποδέδεκται] *Quos excepit*, Be. Pi. Er. scil. furtim, sive clanculùm [h], ob præp. ὑπὸ [i]: ita quidem interdum accipitur, ut in Plut. Pericle, ὑποδέξασθαι γυναῖκα, *clanculum recipere fœminam* [k]. Potiùs est, *sub tectum suum recepit* [l]. Vel, *accepit*, nim. hospitio, ut in Plat. l. 12. Legum, *Hospitem publicè* ὑποδέχεσθαι χρὴ, *hospitio oportet accipi* [m]. In Glossis, ὑποδέχομαι, *suscipio, excipio*. Sic usurpatur hæc vox Tob. 7. 9. 1 Mac. 16. 15. Frequens vox hoc sensu apud Poetas, & apud Historiarum Scriptores Græcos [n]. ¶ *Contra*, &c. Ἀπέναντι, &c.] i. e. Ἐναντία, seu κατὰ [o]. *Contra decreta*, vel *edicta, Cæsaris*, Be. Pi. Neque enim aut olim populus Romanus, aut postea Cæsares, permisere in regionibus devictis quenquam Regem dici nisi suo permissu. Livius commemorat à Masinissâ gratias actas Senatui quòd Scipio eum Regem appellâsset. Et Cicero pro Dejotaro, & in Aruspicum responsis, & in Epistolis, non semel Dejotarum ait à Senatu Regem appellatum. Sallustius in Bello Jugurthino narrat Masinissæ nepoti à Metello non concessum ut sellam juxta eum poneret, quòd is honos eorum modò foret quos populus Romanus Reges appellavisset. Ariovistum à populo Romano Regem appellatum docet nos in Commentariis suis Cæsar. In qua historia Dion, Τῶν κύρωσιν τῆς βασιλείας παρὰ τῶν Ῥωμαίων εἰλήφει. Qui & de Juba, βασιλέας προσηγορεύθη. Valerius Maximus refert à Pompeio Ariobarsanis filium Regem appellatum [p]. ¶ *Regem alium*, &c.] Nempe à Cæsare [q], qui se κόσμου Κύριον dicebat, ut est in L. Ἀξίωσις, D. ad legem Rhodiam. *Regem*, non Judææ tantùm, de quo apud Pilatum accusatus Jesus fuerat, sed totius humani generis. Nam Christiani Jesum vocabant Κύριον· quod in hoc Libro sæpe, sæpissimè verò in Paulinis Literis, occurrit. Hoc autem idem valet quod βασιλεὺς, Apoc. cap. 1. ver. 8. & 15. 3. & 17. 14. Non magis quàm Pilatus intelligebant isti Macedones Regnum Christi ejus esse ingenii ut Regibus mundi hujus non obstaret; imò & illorum firmaret imperia multis modis. Simile vide Joh. capite 18. versibus 36, 37 [r]. Malitiosè loquuntur & contra conscientiam suam: nam & ipsi Messiam Regem exspectabant, & Christi Regnum spirituale erat, &c †.

8. *Concitaverunt*, &c. Ἐτάραξαν, &c.] *Commoverunt autem turbam*, &c. Be. Pi. id est, Animos & populi & Magistratuum non parum commoverunt, metu nè quid in Imperium Romanum committeretur [t].

9. *Et*, &c. Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν] *Et* (vel, *Sed*, Tre. ex Sy. vel, *Qui tamen*, Be. Pi.) *accipientes* (vel, *cùm accepissent*, Il. P. Be. Pi. Di.) *satisfactionem*, Mo. sic Er. Ti. Ca. vel, *satis*, Be. Pi. Di. sive, 1. apologiâ satisfecerit [v], defensione sui [x], idoneâ excusatione aut aliâ ratione [y]: sive, 2. cautionem dederit [z], vel satisdationem judicio sisti [a], ut Budæus & plerique h. l. accipiunt [b]. Est vox Romani Juris, *satis accipere*, cui respondet *satisdare* [c]; unde *satisdatio*, ἱκανοδοσία, Theophilo; sicut *satisfacere*, ἱκανὸν ποιῆσαι, Marc. 15. 15. Sunt enim hæc pari modo dicta L. 1. D. qui satisdare cogantur. *Satis accipere*, frequens in Jure; ut initio L. 1. D. ut in possessionem legatorum. *Satis accipit* cui cavetur quantum legi aut judici aut viro bono satis est. Jason hîc & amici ejus satis dederunt judicio sisti Paulum & Silam, si opus esset; quod non evenit. Ità interpretati sunt hunc locum rectè & Syrus & Arabs [d]. Plautus Persâ, *Nec satis à quoquam homine accepi* *.

10. *In Berœam*, Εἰς Βέροιαν] Est urbs Macedoniæ [f]; non procul à Pella [g], Plin. 4. 10 [h]. non procul à Thessalonica [i]. Vide Ptolem. in Macedonia [k]. ¶ *Qui* (Paulus & Silas [l]) *cùm venissent*] Scil. in civitatem [m], Berœam [n].

Marginal notes (left): b G. — † Græci in Camer. — c Camer. — d G. — * G. sim. Zeg. Ham. Med. — f G. — g Med. l. 1. diss. 3. p. 27. — h G. — i V. — k Be. — l Camer. — m G. — n Pri. — o Sch. — p G. — q Pri. — r G. — † D. — t G. — v Camer. — x Me. — y La. — z Me. — a G. — b V. ex Er. — c G.

Marginal notes (right): d Ham. — * Er. — f Me. — g T. — h Er. V. — i Er. — k Q. in Sch. — l Sch. sim. Be. — m Camer. — n G. — o Camer. — p G. — q G. sic Pi. — r G. — † E. — t G. — v Di. — x Camer. — y V. — z Di. — a Be. Pri. — b Be. — c G. sim. Be. — d G. — * Pri. — f G. La. Di. Li. — g G. La. — h G. Di. — i Di. — k G. Idem. — l Er. — m G.

11. *Hi autem*] Nempe Judæi Berœenses: nam præcessit τῶν Ἰουδαίων post *Berœæ* mentionem. Huc ergò refertur illud ἔστι[o]. ¶ *Nobiliores*, &c. Εὐγενέστεροι τῶν &c.] *Generosiores* (vel, *Meliores*, Æth. *Quod optimum, nobilissimum*, Velleius 2. Γενναιότατος ὁ βέλτιστος, Iphicrates, Aristot. Rhet. 2. 23. Vide & Senecam, Epist. 44 ‖. *Nobiliores*, Tre. ex Sy. tum genere & prosapiâ, tum generositate & indole[*]: vel, *Nobilissimi*, Er. summo genere nati[p]. Ad conditionem civilem hoc refero, ut Luc. 19. 12. *Homo* εὐγενὴς *profectus est*, &c. & 1 Cor. 1. 26. οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς· cui quoque favet v. 12. ubi mentio fit fœminarum τῶν εὐσχημόνων[*]· quanquam potest ad animum referri[q]. Meliùs instituti atque edocti quàm turba illa v. 5. Judæi viros doctos vocabant בני חורין, *filios nobilium*: id forsan hîc εὐγενέστεροι[r].) *eorum* (vel, *inter eos*, Er. Ti. V. vel, *iis*, Il. Be. Pi. Tre. ex Sy. P. Æth. Ar. &c. nempe Judæis[†]: de quibus hîc agi liquet tum ex articulo, quia non dicit, εὐγενέστεροι Θεσσαλονικέων, sed, τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ· tum ex collat. v. seq. ubi seorsim fit mentio indigenarum civium, tum virorum, tum mulierum, à quibus discernuntur Judæi. Non comparat h. l. simpliciter Thessalonicenses cum Berœensibus, sed utriusque urbis Judæos inter se[*].) *qui sunt*, vel *erant*, *in Thessalonica*, Mo. &c. Genitivus [τῶν] hîc significat alterum membrum comparationis: εὐγενέστεροι autem Patres Græci interpretantur ἐπιεικέστεροι. Non æquè duro erant animo: audiebant patienter, cogitabant de re, inquirebant. Erant εὐθετώτεροι πρὸς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Erant magis πεπαιδευμένοι πρὸς τὴν ζωὴν αἰώνιον, *volebant facere voluntatem Patris*, eóque meliùs *cognoscebant de verbo*, Joh. 7. 17. In Glossario εὐγενὴς, *ingenuus*. Utrumque primitivam significationem habet de origine translatam ad animum. Sic & Latini dicunt, *ingenium liberale*. Josephus de iis qui Antiochi impiis jussis non obsequebantur, Antiq. 12. 7. οἱ δὲ δοκιμώτατοι καὶ τὰς ψυχὰς εὐγενεῖς οὐκ ἐφρόντισαν αὐτοῦ. Plutarchus in Homericis quæstionibus, *Est autem Philosophorum sententia*, καὶ τὸ διδακτὸν εἶναι τὴν ἀρετὴν, ἔχειν μὲν ἀρχὴν τὴν εὐγένειαν, ὑπὸ δὲ παιδείας εἰς τὸ τέλειον προαγομένην[s]. ¶ *Qui*, &c. Οἵτινες, &c.] *Qui* (scil. Berœenses[v], Judæi[x]: vel, *Ut qui*, Be. Pi. vel, *In eo quod*, Ang.) *receperunt sermonem*, Ham. &c. scil. Dei, ob articulum[y]: i. e. crediderunt Verbo, ut hîc explicant Græci. Eadem locutio Act. 11. v. 1[z]. Hinc constat aliquam in hominibus esse rationem discriminis, cur hi potiùs quàm illi à Deo vocentur[a]. Certè generosius est Christum amplecti quàm aspernari, & Apostolus h. l. causam, nempe generositatem, demonstrat ex effecto, obsequio Verbo Dei præstito. Sed hîc semper recurrit quæstio, Unde profectum fuerit ut generosiores fuerint, quando naturæ conditione utrique pares erant. Certè nos Deo discriminis hujus causam tribuimus, cui omnis excellentiæ laus tribuenda est[b]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ πάσης προθυμίας] בכל לבב[c]. *Cum omni* (vel, *summa*, Ca.) *aviditate*, Vulg. Ca. vel, *promptitudine*, Er. Ti. Ar. V. *alacritate*, Il. P. Mo. Be. Pi. *animi*, Er. Il. Ti. P. V. libenter, aut propensis animis[d]: *animo alacri*. Sic προθυμία sumitur Sir. 45. 32. 2 Cor. 8. 11, 19. & 9. 2[*]. ¶ *Scrutantes Scripturas*, &c. ità Er. Il. Ti. P. Mo. sim. Be. Æth. Ca. Ἀνακρίνοντες, &c.] *Exquirentes*, &c. nempe ad confirmandam fidem[f]. *Conferentes*, vel *Expendentes*, vel *Excutientes*, V. ad verb. *Dijudicantes*, i. e. diligenter & cum judicio singula perpendentes, sepositis præjudiciis, nec temere quidvis arripientes[g]. *Dum discuterent è Scripturis*, Tre. ex Sy. Ἀνακρίνειν hîc est quod ἐρευνᾶν, Joh. c. 5. v. 39. חקר· nam id utraque illâ Græcâ voce vertitur[h]. Al. *Interrogantes*, &c. nisi forsan legas συγκρίνοντες, *comparantes*, Scripturam scil. cum doctrina Pauli, ut deprehenderent consensum vel discrepantiam[i]. Non quòd dubitarent de veracitate Pauli & Silæ, sed ut, Prophetica scripta cum illorum verbis conferendo, magis magísque in veritate confirmarentur, & haberent unde alios convincerent[k].

12. *Multi*, &c.] Ex Judæis, alii aliorum exemplo[l]. ¶ *Mulierum Gentilium*, Ἑλληνίδων] *Græcarum*, Be. Pi. Quædam etiam ex Macedonicis matronis. Vide Act. 13. v. 50[m]. ¶ *Honestarum*, Εὐσχημόνων] Ad habitûs, cultûs, incessûs, honestatem pertinet[n]. *Honoratarum*, Be. Pi. *Celebrium*, Tre. ex Sy. vel, *Nobilium*, Di. ex Sy. i. e. vel bonarum, vel primariarum, nobiliorum atque æstimatiorum[o].

[Margin: o La. Me. T. ex Chrys. sim. Sch. ‖ Ga. · * La. · p V. ex Er. · * Cam. · q Er. · r Li. chron. 101. · † Il. Be. Pi. · * Be. · s G. · v G. La. Me. · x G. · y Pi. · z G. · a Q. in Cam. · b Cam. · c G. · d Er. · * G. · f Camer. · g Be. · h G. · i Pi. · k G. · l Idem. · m Idem. · n Er. · o Di.]

13. *In*, &c. Οἱ ἀπὸ Θεσσαλονίκης, &c.] *Judæi de Thessalonica*, pro, Θεσσαλονικεῖς. Loquendi genus tum vulgare, ut in illo versu, Βοΐσκος ὁ ἀπὸ Κυζίκου, &c. Quod Ruffinus sic vertit, *Boiscus is de Cyzico*, i. e. Κυζικηνός[†]. ¶ *Turbantes*, &c. Σαλεύοντες, &c.] Σαλεύειν multis vocibus Hebræis respondet: hîc tantundem valet quantum σείειν, הסית, *concitare*, *irritare*, *adversus aliquem*[p]. [*Sic vertunt*,] *Concitantes* (vel, *Commoventes*, Camer. Er. V. sic Il. Ti. *Concutientes*, Pi. Metaphora vel à procellis in mari[q]; vel ab ædificiis quæ vento concutiuntur[r].) *turbam*, vel *turbas*, Er. V. P. Mo. &c.

14. *Ut iret usque*, &c. Ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν] *Velut ad mare*, Be. Pi. Habet quidem MS. ille & alii ἕως· sed ὡς veriùs arbitror, & deductum quidem Paulum ad oram maris tanquam navigaturum, & famam ità sparsam; cæterùm reipsâ properasse cum terrestri itinere Athenas[†]. Sy. & Ar. & Æth. habent, *ad mare*, vacante vel ὡς vel ἐπί· nam ὡς θάλασσαν Atticè rectè dicitur pro, ἐπὶ θάλασσαν, *ad mare*; sicut ὡς βασιλέα, *ad regem*, ὡς ἐμὲ, *ad me*: ut passim apud Aristoph. Xenoph. Demosth. &c. Sic Odys. ρ'. ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, *quàm semper similem adducit Deus ad similem*. Sic Plato, ὡς ὅτι μάλιστα, *quàm maximè*; &, ὡς ὅτι βέλτιστον, *quàm optimum*. Sic, ὡς ἀληθῶς, *verè*, apud Demosth. Plat. &c. Et ὡς sæpe redundare notat Eustathius[t]. ¶ *Remanserunt ibi*] In Macedonia, ubi consanguineos habebant[v].

15. *Qui*, &c. Οἱ δὲ καθιστῶντες, &c.] *Qui deducebant* (vel, *prosequebantur*, Er. Ti. *comitati fuerant*, Ar. sim. Tre. vel, *constituebant*, Pi. Be. Glass. id est, conabantur constituere[x], ut verba agendi de conatu sæpe intelliguntur[y]: *constituendum susceperant*, Be. Pi. P. *collocaturi*, nempe *tutè*, Mo. vel, *in tutum*, Il. *tuto loco*, P. Be. Pi. Glass. Athenis scilicet, extra potestatem hostium. Quod nutat vel vacillat *constitui* dicitur cùm ad meliorem & certiorem statum adducitur[z].) *Paulum*, G. Ca. Vulg. Mandatu Thessalonicensium. In MS. est καθιστάνοντες. ¶ *Ab eo*] Nempe Paulo[a]. ¶ *Profecti sunt*; ità Er. P. &c. Ἐξῄεσαν] *Abierunt*, Mo. Be. Pi. *Digressi sunt*, Ca.

16. *Incitabatur*; ità Mo. Παρωξύνετο] *Irritabatur*, P. Be. Tre. Er. ex Aug. V. *Exstimulabatur*, Ca. *Exacerbabatur*, Pi. *Mœrore afficiebatur*, Sy. *Excandescebat*, Me. sic Il. Ti. Ar. Æth. Præ zeli vehementia[b]. *Commotus fuit*, G. Æstuabat, tum dolore tam doctæ, cæcæ & miseræ civitatis; tum desiderio & zelo eam erudiendi; tum irâ in idololatriam, &c[c]. Heb. ישתומם, Psal. 143. 4. ubi Græci ἐταράχθη. Similis locutio Joh. 12. 27. & 13. 21. & 14. 1[d]. Idem se βασανίζειν, 2 Pet. 2. 8. Confer 1 Mac. 2. 24. Sic Apollonius Romæ ἐῤῥήγνυτο πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἄνοιαν, ait Philost. 4. 15. Lactantius, *Necesse est & naturale bono ad alterius peccatum moveri & incitari*. Apoc. 2. 2. *Malos non potes ferre*[*]. ¶ *Videns idololatriæ*, &c. Κατείδωλον οὖσαν] *Idololatram existentem*, Mo. *Idolis* (vel, *Simulacris*, Tre. Er. *Deastris*, Ca. *Simulacrorum cultui*, Er. Il. Ti.) *plenam*, sive *refertam*, Ar. Sy. Be. Pi. Tre. Cas. Di. vel, *deditam*, Er. Il. Ti. Ca. *obnoxiam*, Er. P. nam præpos. κατὰ subjectionem notat[f]. Vocem κατείδωλον finxit Lucas ad exemplum vocis κατάθεος, quod est, interprete Polluce, πλήρης θεοῖς. Quos *deos* vocabant Græci, eos Christiani εἴδωλα. Paulus Hebraicè dixerit, עובדה זרה[g]. Κατείδωλος dicitur eâ formâ quâ Geographis loci κατάδενδροι, ubi multæ sunt vineæ; & κατάδρυμος, *sylvosus*, &c[h]. & in Glossario, κατάκαρπος, *fructifera*[i]. Quàm verè hoc scripsit Lucas docent Scriptores Græci: nam Pausanias in hac urbe plura penè idola quàm in reliqua Græcia commemorat[k]. Strabo scribit, eos hospitalitatem suam etiam ad deos extendisse, paratissimos nova numina recipere[l]. Xenoph. de iis, *Festa duplo plura agitant quàm alii*[m]. *Athenæ urbs fanorum referta*, teste Cicerone, de Aruspicum responsis[n]. Apud Petronium ille, *Utique nostra regio tam præsentibus plena est Numinibus, ut faciliùs possis deum quàm hominem invenire*[o]. Athenienses *Græcorum omnium* εὐσεβέστατοι, Joseph. 2. contra App. *In cultu deorum omnes superârunt*, ait Soph. Oedip. Hinc altaria, ut notat Pausanias, *Pudori*, *Famæ*, *Desiderio*, &c. constituerant[p].

17. *Et colentibus*, Τοῖς σεβομένοις] *Religiosis*, Be. Pi. D. scil. τῶν Ἑλλήνων, ut suprà v. 4[q]. Proselytis, quod additur Act. 13. 43[r]. ¶ *Et in foro*] Ubi res erant venales, & quo maximè populus coibat. Ἀγορὰ, τόπος ἔνθα

[Margin: † Salm. in Wal. · p G. · q Camer. · r Pi. · † G. · t Di. · v G. · x Glass. gram. 3. 3. 8. 251. sic Pi. · y Glass. ib. · z Be. · a G. · b Me. · c La. · d G. · * Pri. · f Er. · g G. · h Cas. · i Pri. · k Be. · l Ham. · m Be. · n G. · o Pri. · p Ham. · q G. · r Pi.]

ἔνθα πωλεῖται τὰ ὤνια, (*Locus ubi merces venduntur*,) ait Scholiastes ad Acharnanses †. ¶ *Ad*, &c. πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας] *Ad contingentes*, Mo. *Ut quisque occurrerat*, Ca. *Ad eos qui fortè accedebant*, Er.sim.Ti.V. *Cum quibusvis obviis*, P. Be. Pi. Sy. Pri. sic Il. &c. qui eum loquentem audire vellent [t]. Οἱ παρατυγχάνοντες hîc iidem qui ἐντυγχάνοντες apud Plutarchum in Apothegm. Reg. & in Arrianum in argumento persimili, 3. 1. Οὐδ' ἀγέζομαι, οὐδ' ἀνήτω· ἀλλὰ καὶ νέῳ καὶ πρεσβυτέρῳ, καὶ ἁπλῶς ἀεὶ τῷ ἐντυγχάνοντι προσελθὼν, πάντα ταῦτα ἃ καὶ νῦν πυνθάνομαι. Loquitur ex persona Socratis, de promulganda doctrina sua [v].

18. *Epicurei & Stoici*] De quibus vide Diogenem Laertium [x]. Duo genera Philosophorum nominat maximè alienorum à Christiana religione. Nam Epicurei neque Mundum conditum à Deo credebant, neque Deo curam esse rerum humanarum, neque ulla præmia aut pœnas post mortem, neque bonum aliud quàm quod sensibus perciperetur. Stoici verò erant —κενῆς οἰήσεως ἔμπλεοι ἀσκοί, (*Utres vanis opinationibus pleni.*) Negabant Sapientem suum quicquam Jovi cedere; nihil cum Deo debere ob id quod saperet; *Jovem plus non posse quàm bonum virum*; *Jovem diutiùs bonum esse, at sapientem nihilo minoris se æstimare quod virtutes ejus spatio breviori clauduntur*: quæ habes apud Senecam, Epistolâ 73 [y]. *Esse aliquid quo sapiens antecedat Deum. Ille naturæ beneficio, non suo, sapiens est, Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei* [z]; Manu quærendam mortem potiùs quàm ferendam servitutem, contumelias, aut graves morbos [a]; nullam esse libertatem voluntatis [b]. ¶ *Disserebant*, &c. Συνέβαλλον αὐτῷ] *Adoriebantur eum*, Camer. *Congressi sunt* (vel, *Conserebant*, sermones scilicet [c]: *Confligebantur*, Be. *Committebantur*, V. sic Er.) *cum eo*, G. sim.Er. V. Translatio est de præliis sumpta [d], ut apparet Luc. c. 14. v. 31. Utitur ità sæpe Polybius, quem sequi amat Lucas. Tertul. de Paulo, *Fuerat Athenis, & istam sapientiam humanam affectatricem & interpolatricem veritatis de congressibus noverat* [*]. ¶ *Quid vult seminiverbius hic*, Ὁ σπερμολόγος] *Spermologus*, Er. V. q. d. *verbisator*, i. e. qui novos rumores spargit in vulgus, & ad quæstum quidvis garrit [f]: qua de causa Demosthenes Æschinem σπερμολόγον appellavit [g]. *Seminator verborum*, Mo. Æth. *Seminilega*, vel *Blaterator*, Pi. *Garrulus*, Be. *Vanus nugator, & circulator futilis ac levis*, Camer. *Loculeius*, qui libens verba fundit [h]. Dictum irrisoriè, & ex loci genio. *Omnes Athenienses* erant σκωπτόλαι τε καὶ ὑβρισταὶ, &c. i. e. φιλοσκώμμονες, ait quidam apud Suidam; &, σοφοὶ ἐν τοῖς λόγοις, ait Anacharsis apud Lucianum. Σπερμολόγος, *levis & futilis & importunus locutor*. Glossarium, *Fundito*, σπερμολογῶ· eruditè. Gellius, *Verborum volumina, vocúmque turbas, fundebat*. Onomast. vetus, *Loquacito*, σπερμολογῶ. Ibidem, *Vaniloquentia*, σπερμολογία [i]. Tatianus conjungit φλυάρους (*nugaces*) καὶ σπερμολόγους [k]. Hesychius, σπερμολόγος, ὁ φλύαρος, *nugator*, aut ὁ τὰ σπέρματα συλλέγων, *qui semina colligit* [l]. Σπερμολόγος dicitur *avicula parva* [m], cujus meminerunt Hesychius, Athenæus Dipnosophist. l. 9 [n]. & Harpocration [o], quæ *semina in triviis dispersa colligere solet* [p]. Indè apud Atticos ad homines translatum fuisse docet Eustathius, τοὺς περὶ τὰ ἐμπόρια, &c. *qui circa mercatus & fora versantur, ut quæ ex saccis defluunt colligant, atque inde vivant* [q]. [Plura vide ex Eustathio in G.] Eo viles & contempti homines describuntur [r]. Σπερμολόγοι propriè *aves* quæ *sata depascuntur*, ut ait Scholiastes ad Aves Aristophanis. Cœpit hinc transferri ad *eos qui aris imposita auferrent*, ut ait Ulpian. ad Demosth. Orat. de Corona, ubi Æschini hoc nomen datur. Longiùs transferri cœpit ad omnes *inhonesto quæstu se sustentantes*. Hinc σπερμολόγα ῥήματα, & σπερμολογία ναυτική, apud Plutarchum †. *Collector verborum*, Sy. in Di. Verbum לקט Hebræis, Syris & Arabibus, significat *res in terram effusas separatim tollere*, ut pauperes spicilegia, & columbæ semina per arvum sparsa. Voluit Syrus vanos homines hîc describi, qui fora perreptantes dicta aliorum captant, & quæ ex ore cujusque, velut grana è sacco, excidunt, colligunt, ut animum suum istis pascant, & habeant quod garriant [t]. ¶ *Novorum*, &c. Ξένων δαιμονίων —καταγγελεὺς] *Peregrinorum* (vel, *Novorum*, Er. Vulg.) *deorum* (vel, *dæmoniorum*, Er. Mo. &c.) — *annunciator*, Be. Pi. &c. Non rarum id Athenis, publico scito extranea Numina admittere [v]: quo nomine malè audiebant Athenienses [x]. Strab. lib. 10. de Atheniensibus, πολλὰ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο [y]. Privatim id non licebat: ideo Socrates accusatus tanquam ἕτερα καὶ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος, ut Laertius loquitur [z]. ¶ *Jesum & resurrectionem*, &c.] Perperàm verba ejus sacra interpretantes, tam *Anastasin*, quàm *Jesum*, Dæmonium seu Numen adorandum, & deam esse eam indicare voluisse sunt opinati, quod & Chrysost. ibi annotat [a]. Sub *resurrectione* intellige etiam omnem potestatem in cœlo & in terra, & judicandi mortuos & vivos, quam Jesu Paulus tribuebat. Vide infrà v. 31 [b].

19. *Et*, &c. Ἐπιλαβόμενοι, &c.] *Et prehensum eum*, Be. Pi. G. manu leniter [c]. ¶ *Ad*, &c. Ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον] *In Areopagum*, Be. Pi. &c. vel, *Martiam viam*, vel *curiam*, V. vel, *Martium vicum*, Er. Ca. vel, *collem*, Ang. sic Be. Camer. vel, *forum*, V. non procul enim aberat templum Martis [d]. Erat locus editus, ut vertex collis seu scopuli [*]. Forum erat judiciale in summa urbis parte situm, in quo locum habebant peritissimi & gravissimi Atheniensium [f]. Ibi erant Areopagitæ, morum magistri [g]. Athenæ distributæ erant in quinque pagos, sive vicos, è quibus unus erat Areopagus, ità dictus à templo Martis, in quo, vel juxta quod, Areopagitæ judicabant [h]. Senatus hîc erat Atheniensium, cujus scito dii novi admittendi erant. Ab his morte mulctatus est Diagoras, ut contemptor deorum: sic & Protagoras, & Socrates. Huc ergò Paulum adducunt [i]: non ad judicium, sed quòd ibi multi esse solerent homines eruditi, Senatores, Oratores, & alii. Vide infrà v. 34 [k]. Al. *In domum judicii quæ dicitur Areopagus*, Di. ex Sy. & Ar. ¶ *Possumus* (vel, *Possumúsne*, Be.) *scire*, &c?] q. d. Licétne nobis per te discere quid sit tuum dogma [l], cujus sis in Philosophia sectæ [m]?

20. *Nova*, &c. Ξενίζοντα, &c.] *Peregrina*, &c. Be. Pi. Non audita. Sic ξενίζουσι συμφοραῖς dixit Scriptor 2 Macc. 9. 6. ¶ *Quidnam velint*, &c.] Idem loquendi genus habuimus suprà 2. 12 [n].

21. *Athenienses omnes, & advenæ*, &c. Οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι] *Advenæ* (vel potiùs, *Inquilini*, i. e. μέτοικοι· nam alioqui ξένοι redundârit, si *advenas*, i. e. ἐπήλυδας, interpretemur, i. e. eos peregrinos qui alicubi morantur ad tempus [o]. Vel, *Illic peregrinantes*, Ca. *Qui illic versabantur*, Er. Il. Ti.) *hospites*, Mo. Pi. Ca. &c. vel, *peregrini*, Er. V. Be. *Peregrini qui ibi ad tempus diversabantur*. Facilè & hi imbibebant civium vitia [p]. Τοὺς ξένους ἐπιδημοῦντας dixerunt Lucianus, Simplicius in cap. 37 Epicteti, Ælian. Var. 3. 14. aliique. Nil mirum ad Athenas, portûs inclyti urbem, Musarum & artium domicilium, tot advenas confluxisse. Notetur h. l. antithesis *Atheniensium & peregrinorum*, quæ occurrit quoque in Athen. 5. Luciano, &c. *Cives* enim ob αὐτοχθονίαν (quam jactitabant) se solos dici censerique volebant: alios, ubicunque positos, indiscriminatim *inquilinos* existimabant: de quo vide Aristidis Panathenaica [q]; [ejúsque verba in Pri.] ¶ *Ad*, &c. Εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν] *Ad nihil aliud vacabant*, Mo. Er. Il. Ti. sim. Be. P. G. Sic & Marc. 6. 31 [r]. *De nulla alia re soliciti erant*, Tre. *Ad nihil aliud idonei*, Ca. Εὐκαιρεῖν hîc est quod Plinius vocat, *in stationibus sedere, tempúsque audiendis fabulis conterere*; Seneca, *in circulis tempus terere*. Philo de Alexandrina plebe, ἀργὸν ὄχλον —καὶ ἐνσχολάζοντα διαβολαῖς καὶ βλασφημίαις †. ¶ *Nisi aut dicere aut audire aliquid novi*] Hanc levitatem in iis notat Plutarchus [t], & civibus suis sæpe exprobrat Demosthenes [v], Philippicâ 4. item in Responso ad Epistolam Philippi; [verba vide in G.] ubi quoque dicit νεώτερον, ut hîc καινότερον· comparativum pro positivo. Sic & apud Platonem, Τί καινότερον ὦ Σώκρατες [x]; & Thucyd. l. 1. & 3. rerum novarum studiosi, item μετὰ καινότητος λόγου ἀπάτασθαι ... καὶ ὑπερόπται εἰωθότων, describuntur [y].

22. *Per*, &c. Κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ] *Omnino* (vel, *Per omnia*, sive *In omnibus*, Er. Il. Æth. Mo. &c. in omnibus rebus, & præ omnibus Græcis †,) *conspicio vos quasi* (vel, *paulò*, Ca. vel, *ferè*, Er. Il. Ti. Mitigavit odium dicti, primùm Adverbio ὡς, deinde Comparativo. Hoc enim erat fieri omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret [z]. Vel, *quàm maximè*, P.) *religiosiores*, Be. Pi. vel,

Marginal notes: † G. — t Be. — v Pri. — x Gua. — y G. — z Heins. — a G. — b Ham. — c Pi. — d G. sim. Er. — * G. — f V. ex Er. — g Er. — h Zeg. — i Pri. — k G. — l Er. — m D. prov 2. 4. 10. ex Th. Er. Be. Ham. Di. — n Er. — o Pri. — p D. ib. ex Th. — q Di. sic G. — r Di. — † G. — t Di. — v G. — x Cas. — y G. Cas. — z G. — a Seld. in Wal. — b G. — c G. — d V. — * Er. — f V. — g Ca. — h La. — i Ham. — k G. — l G. sim. Me. — m G. — n G. — o Tre. — p G. — q Pri. — r G. — † Pri. — t D. — v D. sim. G. — x G. — y Sch. — † Me. — z Er.

domestici ejus omnes, in fide Dei, Trc. ex Sy.

35. *Lictores*; ità Mo. Ti. Ca. Τοὺς ῥαβδούχους] *Viatores*, Er. Il. P. Be. Pi. Sic dicuntur à bacillis seu virgis quas gestabant [h]. Censeam in versione retinendam vocem *rhabduchi*. Quanquam enim & Plutarchus & Glossaria *lictores* Græcè ῥαβδούχους vocant, ipsa tamen vox Græca quosvis *Magistratuum ministros* significat, quòd bacillum, qui Græcè ῥάβδος dicitur, in ministerii sui signum gestarent [i]. ¶ *Dicentes*, (vel, *Qui dicerent*, Be. Pi.) *Dimitte*] Subierat Duumviros pœnitentia [k], quòd pridie injustè in illos sævierant [l], ob beneficium collatum, &c [m]. quòd in plebis commotæ gratiam, indictâ causâ, cædi jussissent homines advenas contra morem Romanum. Paulum autem jus habuisse civitatis Romanæ nondum videntur scîsse [n]. Fortè edocti erant de terræ motu, Paulíque innocentia & lætitia [o]. ¶ *Homines illos*] Ἐκείνους contemptim, ut Luc.14.24. & 19.27. Joh.7.11. & 8.10. Plautus Trucul. —*Illine ut inimici mei Bona isthic comedant?* Virgil. 3. —*Hæc illa Charybdis*. Ubi Servius, *Hoc pronomine & in venerativa & in vituperativa significatione Veteres utebantur*. Adde quæ ad Act. 5. 28 [p].

37. *Dixit eis*] Nempe viatoribus [q]. ¶ *Cæsos*, &c. Δείραντες ἡμᾶς δημοσίᾳ, ἀκατακρίτους] *Cæsos* (vel, *Cædentes*, Mo. *Flagellârunt*, Æth.) *nos publicè*, (Dicuntur Duumviri fecisse quod fieri jusserant. Et multùm auget injuriam quòd facta erat in publico. Vide L. Prætor in fine D. de injuriis [r].) *indictâ causâ*, Er. P. Be. Pi. &c. vel, *indemnatos*, Mo. Ca. Pi. i. e. non damnatos [†]: vel, *sine delicto*, Sy. sic Ar. & Æth. in Di. q. d. *indemnabiles*, id est, insontes, innoxios, qui damnari non essent meriti [t]: *injudicatos*, vel, *incognitâ causâ damnatos*, Zeg. contra jus Gentium & Romanorum. De jure Gentium audi Hesiodum, Μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς· & Senecam Medeâ, *Qui statuit aliquid parte inauditâ alterâ, Æquum licèt statuerit, haud æquus fuit*. De Jure Romano testis Cicero, *Causâ cognitâ possunt multi absolvi; incognitâ, nemo condemnari potest*: & Hist. 1. *Inauditi atque indefensi tanquam innocentes perierant*: & Hist. 3. *quamvìs invisum & nocentem, more tamen audiendum*. Testis & Tertullianus, peritus sanè Romani Juris, in Apologetico, *Inauditum si damnant, invidiam iniquitatis merebuntur*. Idem Adversùs nationes, *Quando non licet indefensos & inauditos omnino damnari*. Apuleius 9. Milesiarum, *Nec ad instar barbaricæ feritatis vel tyrannicæ impotentiæ damnaretur aliquis inauditus*. Salvianus fine lib. 8. *Sed in urbe illa non tam hominum fuerunt hæc beneficia quàm legum: interfici enim indemnatum quemcunque hominem etiam 12 tabularum decreta vetuerunt*. ¶ *Homines Romanos*] Est Synecdoche, qualis Matth. 27. 44. Nam jus civitatis Romanæ solus habebat Paulus, ut videbimus infrà 22.25 [v]. Civem Romanum omnino (nisi cùm lata esset in eum mortis sententia [x]) cædere non licebat per leges Porcias & Sempronias [y]: quantò minùs causâ indictâ [z]? Cicero in Verrem 7. *Facinus est vinciri civem Romanum, scelus verberari*. Confer Act. 22. 25, &c [a]. Nôrat Paulus ad innocentiæ & causæ bonæ præsidium etiam legibus uti [b]. ¶ *Non*, &c. Οὐ γὰρ] *Non profectò*, Be. Pi. Non ità hoc abibit [c]. Nequaquam ità fieri debet [d]. Ἀποσιώπησις. Non enim ità agi rectum est [*]. ¶ *Ipsi nos ejiciant*, Ἐξαγαγέτωσαν] *Educant*, Be. Pi. &c. Tanquam innoxios [f]: agnoscentes injuriam suam nostrámque innocentiam [g]. Sic Magistratus Apuleium solatum veniunt, Milesiarum 3 [h]. Meritò deposcit Paulus ut publicam ignominiam publicâ retractatione detergant [i], nè Evangelium labe aspergeretur quasi ejus præcones facinorosi homines essent [k]. Ità subindè decet, vitandi scandali causâ, & ad ora maledicentium obturanda, viriles animos & iram assumere, & columbinæ simplicitati serpentinam prudentiam admiscere [l].

38. *Timuerúntque*, &c.] Simile vide Act. 22. 29. Metuebant Majestatis crimen, quod Verri minatur Cicero circa finem Verrinæ ultimæ. Ità enim constituerant leges, ut in cive Romano læso ipsa populi Romani majestas læsa crederetur [m].

39. *Deprecati* (vel, *Precati*, Be. Pi.) *sunt eos*] At sequitur ἠρώτων· quod Sy. Ar. & Æth. omiserunt ut redundans. Cur enim bis orarent? 1. Nè indignè ferrent quod per tumultum contigisset. 2. Ut è civitate exirent, ad novus tumultus vitandos [n]. Παρεκάλεσαν αὐτοὺς] *Consolati sunt eos*, G. Di. dicentes indignos eos esse eâ quam accepissent injuriâ. Vide Terentium Adelphis, Act. 2. Scen. 1 [o]. Sic & v. seq. qu. d. blandis verbis compellârunt, ut missâ omni irâ solarentur se de acceptis verberibus, & illatâ ignominiâ [p]. ¶ *Ut egrederentur*, &c.] Hoc obtentu, nè quid triste ab irata plebe paterentur [q].

40 *Introierunt ad*, &c. Εἰς τὴν Λυδίαν] *Ad Lydiam*, Be. Pi. vel, 1. regionem; vel potiùs, 2. mulierem [r]: i. e. In Lydiæ domum [†]. Sic in Comœdiis, *Eamus ad me* [t]. Εἰς pro πρὸς. Nisi fortè legendum, εἰς τὴν Λυδίας, scil. οἰκίαν· ut suprà v. 14 [v]. ¶ *Consolati sunt eos*; ità Be. Pi. Παρεκάλεσαν] *Hortati sunt*, ut in fide constantes manerent, quanquam se abeuntibus [x]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐξῆλθον] *Et egressi sunt*, sub. *ex urbe*, Be. Pi. Nempe tum nè periculis se ingererent non necessariis, tum quia Macedonia, quam ipsis Deus commendaverat, latiùs patebat [y]. Hîc jacta sunt celeberrimæ Ecclesiæ fundamenta [z].

CAP. XVII.

1. CUM, &c. Διοδεύσαντες, &c.] *Quum autem iter fecissent* (vel, *transierunt*, Tre. ex Sy.) *per Amphipolin*, Be. Pi. Urbem vicinam Philippis, ut ex Ptolemæo liquet [a]. ¶ *Et Apolloniam*] Urbem Thessalonicæ vicinam [b]: eam quam Ptol. vocat *Mygdoniam*. Erat mari adsita, Corinthiorum & Corcyræorum colonia: quam describit Cæsar 3. Belli civilis, & Strabo l. 7 [c]. ¶ *Thessalonicam*] Est urbs præclara (& inter primas [d], ac altera metropolis [*],) Macedoniæ, ad sinum Thermaicum, ut ex Strab. & Ptol. cognoscere est, condita à Philippo Amyntæ filio post victoriam de Thessalis: unde urbi nomen [f]. ¶ *Ubi erat synagoga*, &c. Ἡ συναγωγὴ, &c.] *Synagoga quædam*. Novè ponitur articulus pro τὶς, &c. vel certè redundat [h]. Al. Articulus additus significat Philippis, Amphipoli & Apolloniæ, nullas fuisse Synagogas; sed si qui ibi essent Judæi, eos Synagogam adiisse Thessalonicensem [i].

2. *Secundùm*, &c. Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰσῆλθε πρὸς αὐτοὺς] Hebraismus, pro, ὁ δὲ Παῦλος κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ εἰσῆλθε. Mos erat Paulo primùm adire Judæos, & ipsis afferre Evangelii sermonem, Act. 13. 46 [k]. ¶ *Disserebat eis*, (vel, cum *eis*, Be. Pi.) *de*, &c. Ἀπὸ τῶν γραφῶν] *Ex Scripturis*, Be. Pi. sic Er. V. nempe Sacris [l], Legis & Prophetarum [m]: illinc enim adducebant testimonia [n]. Similis locutio Act. 28. 23. πείθων — ἀπό τε τοῦ νόμου, &c. Al. Hoc cum seq. jungendum [o]: & sic distinguendum, διελέγετο αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν γραφῶν διανοίγων, &c. Locis Scripturæ iisdem usus est Paulus quibus Christus in eadem re, Luc 24. 26, 27 [p].

3. *Adaperiens*, &c. Διανοίγων καὶ παρατιθέμενος] *Explicans* (vel, *Apertum faciebat*, G. Heb. פותח, *aperiens*, i. e. certis testimoniis probans; unde פתח pro *declaratione*, Psal. 119. 130 [q].) *& ob oculos ponens*, Be. Pi. sic G. παρατιθέμενος, intellige ἐνώπιον αὐτῶν· quæ plena locutio reperitur Exod. 19. 7. & 21. 1. Deut. 4. 44 [r]. q. d. tam manifestè exponens quàm cernimus quæ spectanda proponuntur [†]. Παρατίθεσθαι est 1 Tim. 1. 18. & 2 Tim. 2. 2. Simili sensu est ἀνατίθεσθαι, Gal. 2. 2. & ἐκτίθεσθαι, 1 Tim. 4. 6. & ὑποδεικνύειν, Act. 28. 23. & ἐπιδεικνύειν, Act. 18. 28 [t]. Vel, *citans*, sive *allegans*, Er. Ti. V. *ostendens*, Tre. ex Sy. *proponens*, Il. P. Mo. *exponens*, Ca. *insinuans*, Vulg. *componens & conferens*, gesta scil. & passiones Christi cum verbis Prophetarum [v]. ¶ Τὸν Χριστὸν] Indefinitè dictum, ut Luc. cap. 24. ver. 26 [x]. id est, Messiam: ponitur enim hoc loco appellativè, ut sequentia docent [y]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὅτι οὗτος] *Et hunc esse Christum*, nempe *Jesum*, Pi. sim. Be. *Quod hîc esset Jesus Christus*, V. ¶ *Quem* (sub. *inquit*, Er. Be. Pi.) *ego annuntio vobis*] Ità Pi. Be. &c. Transitio ab oratione obliqua ad directam, frequens & aliis & nostris maximè Scriptoribus [z].

4. *Et*, &c. Καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν, καὶ προσεκληρώθησαν, &c.] *Et consociati sunt*, &c. Be. Pi. adjuncti sunt quasi sorte lecti. Synecdoche speciei καὶ κληρωθῆναι [a]. *Et consortes facti sunt*, Camer. Heb. נלוו, *additi fuere*, &c. Sed in προσ- plus aliquantò est, & significat planè illos addictos fuisse iis, sicut res hæreditariæ

[Marginalia, left column: h Be. sim. Camer. Pi. — i G. — k G. sim. La. — l Me. — m La. — n G. — o La. — p Pri. — q Be. — r G. — † Pi. — t Di. — v G. — x Me. — y G. sim. — z a. T. — a G. — b E. — b G. — c Camer. — d Pi. — * G. — f G. sim. Zeg. La. — g Me. — h G. — i T. — k Me. — l T. — m G.]

[Marginalia, right column: n Di. — o G. — p Di. — q G. — r V. ex Er. — † G. sic Er. V. — t G. — v Pi. — x G. — y Idem. — z Li. chron. 100. — a G. — b Me. ex La. — c G. — d La. M. — * Ham. — f G. — g Be. sic Pi. — h Ee. — i G. — k G. — l Sch. — m L. sim. Sch. — n V. ex Er. — o Pri. — p G. ad v. 3. — q Be. — r G. — † Be. — t Pri. — v La. — x Pi. — y Ee. — z G. — a Pi.]

ditariæ apud Hebræos. Utitur hoc verbo & Lucianus: συγκληρῶσ pro eodem dixit Aristides [b]. ¶ *Et*, &c. Τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων, &c.] *Et religiosorum Græcorum*, &c. Be. Pi. id est, vel, 1. Judæorum qui Græcè loquebantur †: vel, 2. Græcorum qui proselyti erant Judæorum [c]: Heb. חסידי אומות [d], *piorum ex Gentibus* *, qui Legem quidem Mosis non susceperant, sed, idololatriâ & pravis moribus relictis, unum colebant Deum, & nemini faciebant injuriam: qui gradus erat ad Christianismum [f]. Hi erant *Proselyti portæ*, vel *Proselyti inquilini*, qui σεβόμενοι dicuntur hîc, & v. 17. & Act. 13. 42, 43. & 16. 14. qui cum Judæis Synagogas adibant, Legem & Prophetas lectas & expositas audiebant: alioquin incapaces fuissent præsentis concionis Pauli quâ ex Scripturis probavit Messiam, &c [g]. ¶ *Mulieres*, &c. Γυναικῶν τε, &c.] *Ex matronis*, &c. Vide Act. cap. 13. ver. 50 [h].

5. *Assumentesque de vulgo*, &c. Τῶν ἀγοραίων τινὰς] *Quosdam circumforaneorum*, Mo. sic Er. Il. P. Be. Pi. vel, *è foro civitatis*, Tre. ex Sy. qui scil. in foris versari solent [i], & vitam terere, viles & venales [k], leves & improbos [l]; quos Livius l. 9. vocat *forensem factionem*, Plautus *scurras* Trinummo, quos sic graphicè depingit, *Nihil est profectò stultius neque stolidius*, *Neque mendaciloquius*, &c. ἀγόραιοι σύρφακες Clementi Alexandrino, ἤδη ἀγόραια Theophrasto. Ἀγοραῖος, inquit Ammonius, est, *qui in foro honoratur*; *at* ἀγόραιος *vir malus in foro enutritus* [m]. Tales & illi ἀγόραιοι. Act. cap. 19. ver. 25, 29. Eustathius ad Iliad β'. Ἀγοραῖος ἀνὴρ ὁ ὄχλος ἐπὶ σκώμματι λέγεται. Sic ἀγόραιος νοῦς, in Suida. Sic Aristoph. Equit. Πονηρὸς κἀξ ἀγορᾶς εἶ. Et post, Γέγονας κακὸς, κ' ἀγόραιος εἶ. Idem in Ranis ἀγόραιον cum πανούργῳ junxit; & in Ammonio ἀγόραιος τῷ πονηρῷ παρακεῖται ponitur, ut hîc in Luca. Hos Tacitus vocat *sordidam plebem*, *circo ac theatris assuetam*; Apuleius, *trivialem popularium fæcem*; Horatius, *innatam in triviis*, *& penè forensem*. Seneca, Benef. 7. *Huic homini malo quem invenire in quolibet foro possum* [n]. Ἀγοραίους pro *vulgari*, *triviali*, *vili*, &c. Sic Aristot. 8. ἀγοραία φιλία, *vulgaris amicitia*, *quæ opponitur* τῇ ἐλευθεριωτέρᾳ. Sic *scommata* τὰ ἀγόραια, *non-vulgaria* [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ὀχλοποιήσαντες, &c.] Ὀχλοποιεῖν est קשר, quod συστροφὴν ποιεῖν vertitur apud Amosum [p]. *Ac turbâ congregatâ* (vel, *coactâ*, Pi. *commotâ*, Camer.) *turbaverunt*, &c. Pi. vel, *fecerunt ut tumultuaretur*, &c. Be. simil. Camer. ¶ *Et*, &c. Ἐπιστάντες τῇ οἰκίᾳ Ἰάσονος] *Et adorti* (vel, *urgentes*, Er. Ti. *aggressi*, Ca. *imminentes*, Er. V. *astantes*, Mo. *circumsteterunt*, Ar. *insurrexerunt adversùs*, Sy.) *domum* (vel, *domui*, Mo. τῇ οἰκίᾳ ἐπιστάντες, ut Act. cap. 10. ver. 17. ἐπὶ τῷ πυλῶνα ἐπέστησ. Vide & 6. 12. Herodian. l. 2. Ἐπιστάντες αὐτῷ (*Pertinacis*)——θύραις [q].) *Jasonis*, Be. Pi. Il. P. &c. Judæi, qui Hebraicè ישוע [r]. *Jason* est nomen Græcum, quo Hellenistæ olim usi sunt pro nomine *Jesu*. Unde Jason frater Oniæ verò nomine *Jesus* vocabatur †. Hic fuit ex Judæis illis Christianis qui ex Judæa in Syriam, ex Syria in Macedoniam, venerant [t]. Κατὰ τὸ σιωπώμενον indicatur Apostolos apud Jasonem hospitio fuisse exceptos [v].

6. *Cùm non invenissent eos*] Qui fortè secesserunt, ut Judæorum furori locum darent [x]. ¶ *Trahebant Jasonem*.] Tumultuariè [y], ut criminis participem [z]. ¶ *Ad*, &c. Ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας] Vox Græca eodem modo facta quomodo Βοιωτάρχαι· illi *urbis præfecti*, hi *gentis Bœoticæ* [a]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες] *Hi qui orbem* (vel, *terrarum orbem*, Er. G. Pi. vel, *orbis terrarum statum*, Be. Pi.) *commoverunt*, Er. V. Ar. vel, *conturbârunt*, Er. Ti. V. Sy. Ham. sic Ca. rerum innovatione scilicet [b]: vel; *subverterunt*, Il. P. Be. Pi. sic Mo. vel, *ad res novas excitârunt*, G. simil. Pi. Sic ἀναστατοῦν sumitur Act. capite 21. versu 38. Politici, qui sæpe dogmata vera à falsis, salubria à noxiis, non norunt distinguere, omnia nova suspecta habent. Id Evangelio vehementer obstitisset nisi Deus ingenti Spiritu difflâsset ista consilia [c]. Significatio hujus verbi petenda est ex Gal. cap. 5. ver. 12. ubi idem est quod ταράσσειν; *conturbare*, v. 10. & Gal. cap. 1. ver. 7. Sic & Eustathius in Il. ι'. ἀναστατοῦν, inquit, est ἀναστάτους, sive ἀβασιλεύτους, ποιεῖν, id est, *confusionem inducere*. Huic contrarium est κατάστασις, quæ *tranquillitatem*, *constantiam*, vel *sedationem*, denotat. Quare ἀναστατοῦν est, *perturbare*, *excitare*, *inquietare*: idémque valet quod ἀκαταστασία, Jac. cap. 3. ver. 16 [d]. ¶ *Huc*, &c. Ἐνθάδε πάρεισιν] *Hic adsunt*, P. Mo. Be. Pi. Ca. &c. Quod ubique fecerunt, hîc quoque facturi sunt *. *Huc venerunt*, Er. Ti. Sy. q. d. Non cives sunt, sed peregrini [f], advenæ ignoti, errones, vagabundi [g].

7. *Quos*, &c. Οὓς ὑποδέδεκται] *Quos excepit*, Be. Pi. Er. scil. furtim, sive clanculùm [h], ob præp. ὑπὸ [i]: ità quidem interdum accipitur, ut in Plut. Pericle, ὑποδέχεσθαι γυναῖκα, *clanculum recipere fœminam* [k]. Potiùs est, *sub tectum suum recepit* [l]. Vel, *accepit*, nim. hospitio, ut in Plat. l. 12. Legum, *Hospitem publicè* ὑποδέχεσθαι χρὴ, *hospitio oportet accipi* [m]. In Glossis, ὑποδέχομαι, *suscipio*, *excipio*. Sic usurpatur hæc vox Tob. 7. 9. 1 Mac. 16. 15. Frequens vox hoc sensu apud Poetas, & apud Historiarum Scriptores Græcos [n]. ¶ *Contra*, &c. Ἀπέναντι, &c.] i. e. Ἐναντία, seu κατὰ [o]. *Contra decreta*, vel *edicta*, *Cæsaris*, Be. Pi. Neque enim aut olim populus Romanus, aut postea Cæsares, permisere in regionibus devictis quenquam Regem dici nisi suo permissu. Livius commemorat à Masinissa gratias actas Senatui quòd Scipio eum Regem appellâsset. Et Cicero pro Dejotaro, & in Aruspicum responsis, & in Epistolis, non semel Dejotarum ait à Senatu Regem appellatum. Sallustius in Bello Jugurthino narrat Masinissæ nepoti à Metello non concessum ut sellam juxta eum poneret, quòd is honos eorum modò foret quos populus Romanus Reges appellavisset. Ariovistum à populo Romano Regem appellatum docet nos in Commentariis suis Cæsar. In qua historia Dion, Τὴν χώραν τῆς βασιλείας παρὰ τῶν Ῥωμαίων εἰλήφει. Qui & de Juba, Βασιλεὺς προσηγορεύθη. Valerius Maximus refert à Pompeio Ariobarsanis filium Regem appellatum [p]. ¶ *Regem alium*, &c.] Nempe à Cæsare [q], qui se κόσμου Κύριον dicebat, ut est in L. Ἀξίωσις, D. ad legem Rhodiam. *Regem*, non Judææ tantùm, de quo apud Pilatum accusatus Jesus fuerat, sed totius humani generis. Nam Christiani Jesum vocabant Κύριον· quod in hoc Libro sæpe, sæpissimè verò in Paulinis Literis, occurrit. Hoc autem idem valet quod βασιλεὺς, Apoc. cap. 1. ver. 8. & 15. 3. & 17. 14. Non magis quàm Pilatus intelligebant isti Macedones Regnum Christi ejus esse ingenii ut Regibus mundi hujus non obstaret; imò & illorum firmaret imperia multis modis. Simile vide Joh. capite 18. versibus 36, 37 [r]. Malitiosè loquuntur & contra conscientiam suam: nam & ipsi Messiam Regem exspectabant, & Christi Regnum spirituale erat, &c †.

8. *Concitaverunt*, &c. Ἐτάραξαν, &c.] *Commoverunt autem turbam*, &c. Be. Pi. id est, Animos & populi & Magistratuum non parum commoverunt, metu nè quid in Imperium Romanum committerent [t].

9. *Et*, &c. Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν] *Et* (vel, *Sed*, Tre. ex Sy. vel, *Qui tamen*, Be. Pi.) *accipientes* (vel, *cùm accepissent*, Il. P. Be. Pi. Di.) *satisfactionem*, Mo. sic Er. Ti. Ca. vel, *satis*, Be. Pi. Di. sive, 1. apologiâ satisfecerit [v], defensione sui [x], idoneâ excusatione aut aliâ ratione [y]: sive, 2. cautionem dederit [z], vel satisdationem judicio sisti [a], ut Budæus & plerique h. l. accipiunt [b]. Est vox Romani Juris, *satis accipere*, cui respondet *satisdare* [c]; unde *satisdatio*, ἱκανοδοσία, Theophilo; sicut *satisfacere*, ἱκανὸν ποιῆσαι, Marc. 15. 15. Sunt enim hæc pari modo dicta L. 1. D. qui satisdare cogantur. *Satis accipere*, frequens in Jure; ut initio L. 1. D. ut in possessionem legatorum. *Satis accipit* cui cavetur quantum legi aut judici aut viro bono satis est. Jason hîc & amici ejus satis dederunt judicio sisti Paulum & Silam, si opus esset; quod non evenit. Ità interpretati sunt hunc locum rectè & Syrus & Arabs [d]. Plautus Persâ, *Nec satis à quoquam homine accepi* *.

10. *In Berœam*, Εἰς Βέροιαν] Est urbs Macedoniæ [f], non procul à Pella [g], Plin. 4. 10 [h]. non procul à Thessalonica [i]. Vide Ptolem. in Macedonia [k]. ¶ *Qui* (Paulus & Silas [l]) *cùm venissent*] Scil. in civitatem [m], Berœam [n].

Marginal notes (left column): b G. — † Græci in Camer. — c Camer. — d G. — * G. sim. Zeg. Ham. Med. — f G. — g Med. l. 1. diss. 3. p. 27. — h G. — i V. — k Be. — l Camer. — m G. — n Pri. — o Sch. — p G. — q Pri. — r G. — † D. — t G. — v Camer. — x Me. — y La. — z Me. — a G. — b V. ex Er. — c G.

Marginal notes (right column): d Ham. — * Er. — f Me. — g T. — h Er. V. — i Er. — k Q. in Sch. — l Sch. sim. Be. — m Camer. — n G. — o Camer. — p G. — q G. sic Pi. — r G. — † E. — t G. — v Di. — x Camer. — y V. — z Di. — a Be. Pri. — b Be. — c G. sim. Be. — d G. — * Pri. — f G. La. Di. Li. — g G. La. — h G. Di. — i Di. — k G. — l Idem. — m Er. — n G.

11. *Hi autem*] Nempe Judæi Berœenses: nam præcessit τ̃ Ἰυδαίων post *Berææ* mentionem. Huc ergò refertur illud ἐπὶ [o]. ¶ *Nobiliores*, &c. Εὐγενέστεροι τῶν &c.] *Generosiores* (vel, *Meliores*, Æth. *Quod optimum*, *nobilissimum*, Velleius 2. Γενναιότατ۞ ὁ βέλτιϛ۞, Iphicrates, Aristot. Rhet. 2. 23. Vide & Senecam, Epist. 44 ‖. *Nobiliores*, Tre. ex Sy. tum genere & prosapiâ, tum generositate & indole *: vel, *Nobilissimi*, Er. summo genere nati [p]. Ad conditionem civilem hoc refero, ut Luc. 19. 12. *Homo εὐγενὴς profectus est*, &c. & 1 Cor. 1. 26. ὐ πολλοὶ εὐγενεῖς · cui quoque favet v. 12. ubi mentio fit fœminarum τῶν εὐσχημόνων * · quanquam potest ad animum referri [q]. Meliùs instituti atque edocti quàm turba illa v. 5. Judæi viros doctos vocabant בני חורין, *filios nobilium*: id forsan hîc εὐγενέστεροι [r].) *eorum* (vel, *inter eos*, Er. Ti. V. vel, *iis*, Il. Be. Pi. Tre. ex Sy. P. Æth. Ar. &c. nempe Judæis inter se *.) *qui sunt*, vel *erant*, *in Thessalonica*, Mo. &c. Genitivus [τῶν] hîc significat alterum membrum comparationis: εὐγενέστεροι autem Patres Græci interpretantur ἐπιεικέστεροι. Non æquè duro erant animo: audiebant patienter, cogitabant de re, inquirebant. Erant εὐθετώτεροι πρὸς τ̃ βασιλείαν τ̃ Θεῦ. Erant magis πεπαιδευμένοι πρὸς τ̃ ζωὴν αἰώνιον, *volebant facere voluntatem Patris*, eòque meliùs *cognoscebant de verbo*, Joh. 7. 17. In Glossario εὐγενὴς, *ingenuus*. Utrumque primitivam significationem habet de origine translatam ad animum. Sic & Latini dicunt, *ingenium liberale*. Josephus de iis qui Antiochi impiis jussis non obsequebantur, Antiq. 12. 7. οἱ δ̀ δοκιμώτατοι κ̀ τὰς ψυχὰς εὐγενεῖς ὐκ ἐφρόντισαν αὐτῶ. Plutarchus in Homericis quæstionibus, *Est autem Philosophorum sententia*, κ̀ τὸ διδακτὸν τ̃ ἀρετὴν, ἔχεσθαι μ̀ ἀρχὴν τ̃ εὐγένειαν, ὑπὸ δ̀ παιδείας εἰς τὸ τέλειον προαγομένην [t]. ¶ *Qui*, &c. Οἵτινες, &c.] *Qui* (scil. Berœenses [v], Judæi [x]: vel, *Ut qui*, Be. Pi. vel, *In eo quòd*, Ang.) *receperunt sermonem*, Ham. &c. scil. Dei, ob articulum [y]: i. e. crediderunt Verbo, ut hîc explicant Græci. Eadem locutio Act. 11. v. 1 [z]. Hinc constat aliquam in hominibus esse rationem discriminis, cur hi potiùs quàm illi à Deo vocentur [a]. Certè generosius est Christum amplecti quàm aspernari, & Apostolus h. l. causam, nempe generositatem, demonstrat ex effecto, obsequio Verbo Dei præstito. Sed hîc semper recurrit quæstio, Unde profectum fuerit ut generosiores fuerint, quando naturæ conditione utrique pares erant. Certè nos Deo discriminis hujus causam tribuimus, cui omnis excellentiæ laus tribuenda est [b]. ¶ *Cum*, &c. Μετὰ πάσης προθυμίας] בכל לבב [c]. *Cum omni* (vel, *summa*, Ca.) *aviditate*, Vulg. Ca. vel, *promptitudine*, Er. Ti. Ar. V. *alacritate*, Il. P. Mo. Be. Pi. *animi*, Er. Il. Ti. P. V. libenter, aut propensis animis [d]: *animo alacri*. Sic προθυμία sumitur Sir. 45. 32. 2 Cor. 8. 11, 19. & 9. 2 *. ¶ *Scrutantes Scripturas*, &c. ità Er. Il. Ti. P. Mo. sim. Be. Æth. Ca. Ἀνακρίνοντες, &c.] *Exquirentes*, &c. nempe ad confirmandam fidem [f]. *Conferentes*, vel *Expendentes*, vel *Excutientes*, V. ad verb. *Dijudicantes*, i. e. diligenter & cum judicio singula perpendentes, sepositis præjudiciis, nec temere quidvis arripientes [g]. *Dum discuterent è Scripturis*, Tre. ex Sy. Ἀνακρίνειν hîc est quod ἐρευνᾶν, Joh. c. 5. v. 39. חקר · nam id utràque illâ Græcâ voce vertitur [h]. Al. *Interrogantes*, &c. nisi forsan legas συγκρίνοντες, *comparantes*, Scripturam scil. cum doctrina Pauli, ut deprehenderent consensum vel discrepantiam [i]. Non quòd dubitarent de veracitate Pauli & Silæ, sed ut, Prophetica scripta cum illorum verbis conferendo, magis magísque in veritate confirmarentur, & haberent unde alios convincerent [k].

12. *Multi*, &c.] Ex Judæis, alii aliorum exemplo [l]. ¶ *Mulierum Gentilium*, Ἑλληνίδων] *Græcarum*, Be. Pi. Quædam etiam ex Macedonicis matronis. Vide Act. 13. v. 50 [m]. ¶ *Honestarum*, Εὐσχημόνων] Ad habitûs, cultûs, incessûs, honestatem pertinet [n]. *Honoratarum*, Be. Pi. *Celebrium*, Tre. ex Sy. vel, *Nobilium*, Di. ex Sy. i. e. vel bonarum, vel primariarum, nobiliorum atque æstimatiorum [o].

[o] La. Me. T. ex Chrys. sim. Sch. ‖ Ga. * La. [p] V. ex Er. * Cam. [q] Er. [r] Li. chron. 101. † Il. Be. Pi. * Be. [t] G. [v] G. La. Me. [x] G. [y] Pi. [z] G. [a] Q. in Cam. [b] Cam. [c] G. [d] Er. * G. [f] Camer. [g] Be. [h] G. [i] Pi. [k] G. [l] Idem. [m] Idem. [n] Er. [o] Di.

13. *In*, &c. Οἱ ἀπὸ Θεσσαλονίκης, &c.] *Judæi de Thessalonica*, pro, Θεσσαλονικεῖς. Loquendi genus tum vulgare, ut in illo versu, Βοΐσκ۞ ὁ ἀπὸ Κυζίκε, &c. Quod Ruffinus sic vertit, *Boiscus is de Cyzico*, i. e. Κυζικηνὸς †. ¶ *Turbantes*, &c. Σαλεύοντες, &c.] Σαλεύειν multis vocibus Hebræis respondet: hîc tantundem valet quantum σείειν, הסית, *concitare*, *irritare*, *adversus aliquem* [p]. [Sic vertunt,] *Concitantes* (vel, *Commoventes*, Camer. Er. V. sic Il. Ti. *Concutientes*, Pi. Metaphora vel à procellis in mari [q]; vel ab ædificiis quæ vento concutiuntur [r].) *turbam*, vel *turbas*, Er. V. P. Mo. &c.

14. *Ut iret usque*, &c. Ὡς ἐπὶ τ̃ θάλασσαν] *Velut ad mare*, Be. Pi. Habet quidem MS. ille & alii ἕως · sed ὡς veriùs arbitror, & deductum quidem Paulum ad oram maris tanquam navigaturum, & famam ità sparsam; cæterùm reipsâ properasse cum terrestri itinere Athenas †. Sy. & Ar. & Æth. habent, *ad mare*, vacante vel ὡς vel ἐπὶ · nam, ὡς θάλασσαν, Atticè rectè dicitur pro, ἐπὶ θάλασσαν, *ad mare*; sicut ὡς βασιλέα, *ad regem*, ὡς ἐμὲ, *ad me*: ut passim apud Aristoph. Xenoph. Demosth. &c. Sic Odyss. ρ'. ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει Θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, *quàm semper similem adducit Deus ad similem*. Sic Plato, ὡς ὅτι μάλιστα, *quàm maximè*; &, ὡς ὅτι βέλτιστον, *quàm optimum*. Sic, ὡς ἀληθῶς, *verè*, apud Demosth. Plat. &c. Et ὡς sæpe redundare notat Eustathius [t]. ¶ *Remanserunt ibi*] In Macedonia, ubi consanguineos habebant [v].

15. *Qui*, &c. Οἱ δ̀ καθιστῶντες, &c.] *Qui deducebant* (vel, *prosequebantur*, Er. Ti. *comitati fuerant*, Ar. sim. Tre. vel, *constituebant*, Pi. Be. Glass. id est, conabantur constituere [x], ut verba agendi de conatu sæpe intelliguntur [y]: *constituendum susceperant*, Be. Pi. P. *collocaturi*, nempe *tutè*, Mo. vel, *in tutum*, Il. *tuto loco*, P. Be. Pi. Glass. Athenis scilicet, extra potestatem hostium. Quod nutat vel vacillat *constitui* dicitur cùm ad meliorem & certiorem statum adducitur [z].) *Paulum*, G. Ca. Vulg. Mandatu Thessalonicensium. In MS. est καθιστάνοντες. ¶ *Ab eo*] Nempe Paulo [a]. ¶ *Profecti sunt*; ità Er. P. &c. Ἐξήεσαν] *Abierunt*, Mo. Be. Pi. *Digressi sunt*, Ca.

16. *Incitabatur*; ità Mo. Παρωξύνετο] *Irritabatur*, P. Be. Tre. Er. ex Aug. V. *Exstimulabatur*, Ca. *Exacerbabatur*, Pi. *Mœrore afficiebatur*, Sy. *Excandescebat*, Me. sic Il. Ti. Ar. Æth. Præ zeli vehementia [b]. *Commotus fuit*, G. Æstuabat, tum dolore tam doctæ, cæcæ & miseræ, civitatis; tum desiderio & zelo eam erudiendi; tum irâ in idololatriam, &c [c]. Heb. ישתומם, Psal. 143. 4. ubi Græci ἐταράχθη. Similis locutio Joh. 12. 27. & 13. 21. & 14. 1 [d]. Idem se βασανίζειν, 2 Pet. 2. 8. Confer 1 Mac. 2. 24. Sic Apollonius Romæ ἐρρήγνυτο πρὸς τ̃ τῶν πολλῶν ἄνοιαν, ait Philost. 4. 15. Lactantius, *Necesse est & naturale bono ad alterius peccatum moveri & incitari*. Apoc. 2. 2. *Malos non potes ferre* *. ¶ *Videns idololatriæ*, &c. Κατείδωλον οὖ̃σαν] *Idololatram existentem*, Mo. *Idolis* (vel, *Simulacris*, Tre. Er. *Deastris*, Ca. *Simulacrorum cultui*, Er. Il. Ti.) *plenam*, sive *refertam*, Ar. Sy. Be. Pi. Tre. Cas. Di. vel, *deditam*, Er. Il. Ti. Ca. *obnoxiam*, Er. P. nam præpos. subjectionem notat [f]. Vocem κατείδωλον finxit Lucas ad exemplum vocis κατάθεος, quod est, interprete Polluce, πλήρης θεῶν. Quos *deos* vocabant Græci, eos Christiani εἴδωλα. Paulus Hebraicè dixerit, עובדה עבודה זרה [g]. Κατείδωλ۞ dicitur eâ formâ quâ Geographis loci κατάδενδροι, ubi multæ sunt vineæ; & κατάδρυμ۞, *sylvosus*, &c [h]. & in Glossario, κατάκαρπος, *fructifera* [i]. Quàm verè hoc scripsit Lucas docent Scriptores Græci: nam Pausanias in hac urbe plura penè idola quàm in reliqua Græcia commemorat [k]. Strabo scribit, eos hospitalitatem suam etiam ad deos extendisse, paratissimos nova numina recipere [l]. Xenoph. de iis, *Festa duplo plura agitant quàm alii* [m]. *Athenæ urbs fanorum referta*, teste Cicerone, de Aruspicum responsis [n]. Apud Petronium ille, *Utique nostra regio tam præsentibus plena est Numinibus, ut faciliùs possis deum quàm hominem invenire* [o]. Athenienses *Græcorum omnium εὐσεβέστατοι*, Joseph. 2. contra App. *In cultu deorum omnes superârunt*, ait Soph. Oedip. Hinc altaria, ut notat Pausanias, *Pudori*, *Famæ*, *Desiderio*, &c. constituerant [p].

17. *Et colentibus*, Τοῖς σεβομένοις] *Religiosis*, Be. Pi. D. scil. τῶν Ἑλλήνων, ut suprà v. 4 [q]. Proselytis, quod addidur Act. 13. 43 [r]. ¶ *Et in foro*] Ubi res erant venales, & quo maximè populus coibat. Ἀγορὰ, τόπος

ἔνθα

† Salm. in Wal. [p] G. [q] Camer. [r] Pi. † G. [t] Di. [v] G. [x] Glas. gram. 3. 3. 8. 251. sic Pi. [y] Glas. ib. [z] Be. [a] G. [b] Me. [c] La. [d] G. * Pri. [f] Er. [g] G. [h] Cas. [i] Pri. [k] Be. [l] Ham. [m] Be. [n] G. [o] Pri. [p] Ham. [q] G. [r] Pi.

ἔνθα πωλεῖται τὰ ὤνια, (*Locus ubi merces venduntur,*) ait Scholiastes ad Acharnanses †. ¶ *Ad,* &c. πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας] *Ad contingentes,* Mo. *Ut quisque occurrerat,* Ca. *Ad eos qui fortè accedebant,* Er. sim. Ti. V. *Cum quibusvis obviis,* P. Be. Pi. Sy. Pri. sic Il. &c. qui eum loquentem audire vellent [t]. Οἱ παρατυγχάνοντες hîc iidem qui ἐντυγχάνοντες apud Plutarchum in Apothegm. Reg. & in Arrianum in argumento persimili, 3. 1. Οὐδ' ἀνέξομαι, οὐδ' ἀνήσω· ἀλλὰ καὶ νέῳ καὶ πρεσβυτέρῳ, καὶ ἁπλῶς ἀεὶ τῷ ἐντυγχάνοντι προσελθὼν, πεύσομαι ταῦτα ἃ καὶ νῦν πυνθάνομαι. Loquitur ex persona Socratis, de promulganda doctrina sua [v].

18. *Epicurei & Stoici*] De quibus vide Diogenem Laertium [x]. Duo genera Philosophorum nominat maximè alienorum à Christiana religione. Nam Epicurei neque Mundum conditum à Deo credebant, neque Deo curam esse rerum humanarum, neque ulla præmia aut pœnas post mortem, neque bonum aliud quàm quod sensibus perciperetur. Stoici verò erant — κενῆς οἰήσεως ἔμπλεοι ἀσκοὶ, (*Utres vanis opinationibus pleni.*) Negabant Sapientem suum quicquam Jovi cedere; nihil cum Deo debere ob id quod saperet; *Jovem plus non posse quàm bonum virum*; *Jovem diutiùs bonum esse, at sapientem nihilo minoris se æstimare quòd virtutes ejus spatio breviori clauduntur:* quæ habes apud Senecam, Epistolâ 73 [y]. *Esse aliquid quo sapiens antecedat Deum. Ille naturæ beneficio, non suo, sapiens est, Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem Dei* [z]; Manu quærendam mortem potiùs quàm ferendam servitutem, contumelias, aut graves morbos [a]; nullam esse libertatem voluntatis [b]. ¶ *Disserebant,* &c. Συνέβαλλον αὐτῷ] *Adoriebantur eum,* Camer. *Congressi sunt* (vel, *Conserebant,* sermones scilicet [c]: *Conflictabantur,* Be. *Committebantur,* V. sic Er.) *cum eo,* G. sim. Er. V. Translatio est de præliis sumpta [d], ut apparet Luc. c. 14. v. 31. Utitur ità sæpe Polybius, quem sequi amat Lucas. Tertul. de Paulo, *Fuerat Athenis, & istam sapientiam humanam affectatricem & interpolatricem veritatis de congressibus noverat* *. ¶ *Quid vult seminiverbius hic,* Ὁ σπερμολόγος] *Spermologus,* Er. V. q. d. *verbisator,* i. e. qui novos rumores spargit in vulgus, & ad quæstum quidvis garrit [f]: qua de causa Demosthenes Æschinem σπερμολόγον appellavit [g]. *Seminator verborum,* Mo. Æth. *Seminilega,* vel *Blaterator,* Pi. *Garrulus,* Be. *Vanus nugator, & circulator futilis ac levis,* Camer. *Loculeius,* qui libens verba fundit [h]. Dictum irrisoriè, & ex loci genio. *Omnes Athenienses* erant σκωπτόλαι τε καὶ ὑβρισταὶ, &c. i. e. φιλοσκώμμονες, ait quidam apud Suidam; &, ἥρωες ἐν τοῖς λόγοις, ait Anacharsis apud Lucianum. Σπερμολόγος, *levis & futilis & importunus locutor.* Glossarium, *Fundito,* σπερμολογῶ· eruditè. Gellius, *Verborum volumina, vocúmque turbas, fundebat.* Onomast. vetus, *Loquacito,* σπερμολογῶ. Ibidem, *Vaniloquentia,* σπερμολογία [i]. Tatianus conjungit φλυάρους (*nugaces*) καὶ σπερμολόγους [k]. Hesychius, σπερμολόγος, ὁ φλύαρος, *nugator,* aut ὁ τὰ σπέρματα συλλέγων, *qui semina colligit* [l]. Σπερμολόγος dicitur *avicula parva* [m], cujus meminerunt Hesychius, Athenæus Dipnosophist. l. 9 [n]. & Harpocration [o], quæ *semina in triviis dispersa colligere solet* [p]. Indè apud Atticos ad homines translatum fuisse docet Eustathius, τοὺς περὶ τὰ ἐμπόρια, &c. *qui circa mercatus & fora versantur, ut quæ ex saccis defluunt colligant, atque indè vivant* [q]. [Plura vide ex Eustathio in G.] Eo viles & contempti homines describuntur [r]. Σπερμολόγοι propriè *aves quæ sata depascuntur,* ut ait Scholiastes ad Aves Aristophanis. Cœpit hinc transferri ad *eos qui aris imposita auferrent,* ut ait Ulpian. ad Demosth. Orat. de Corona, ubi Æschini hoc nomen datur. Longiùs transferri cœpit ad omnes *inhonesto quæstu se sustentantes.* Hinc σπερμολόγα ῥήματα, & σπερμολογία ναυτική, apud Plutarchum †. *Collector verborum,* Sy. in Di. Verbum לקט Hebræis, Syris & Arabibus, significat *res in terram effusas separatim tollere,* ut pauperes spicilegia, & columbæ semina per arvum sparsa. Voluit Syrus vanos homines hîc describi, qui fora perreptantes dicta aliorum captant, & quæ ex ore cujusque, velut grana è sacco, excidunt, colligunt, ut animum suum istis pascant, & habeant quod garriant [t]. ¶ *Novorum,* &c. Ξένων δαιμονίων — καταγγελεὺς] *Peregrinorum* (vel, *Novorum,* Er. Vulg.) *deorum* (vel, *dæmoniorum,* Er. Mo. &c.) — *annunciator,* Be. Pi. &c. Non rarum id Athenis, publico scito extranea Numina admittere [v]: quo nomine malè audiebant Athenienses [x]. Strab. lib. 10. de Atheniensibus, πολλὰ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο [y]. Privatim id non licebat: ideo Socrates accusatus tanquam ἕτερα καὶ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος, ut Laertius loquitur [z]. ¶ *Jesum & resurrectionem,* &c.] Perperàm verba ejus sacra interpretantes, tam *Anastasin,* quàm *Jesum,* Dæmonium seu Numen adorandum, & deam esse eam indicare voluisse sunt opinati, quod & Chrysost. ibi annotat [a]. Sub *resurrectione* intellige etiam omnem potestatem in cœlo & in terra, & judicandi mortuos & vivos, quam Jesu Paulus tribuebat. Vide infrà v. 31 [b].

19. *Et,* &c. Ἐπιλαβόμενοι, &c.] *Et prehensum eum,* Be. Pi. G. manu leniter [c]. ¶ *Ad,* &c. Ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον] *In Areopagum,* Be. Pi. &c. vel, *Martiam viam,* vel *curiam,* V. vel, *Martium vicum,* Er. Ca. vel, *collem,* Ang. sic Be. Camer. vel, *forum,* V. non procul enim aberat templum Martis [d]. Erat locus editus, ut vertex collis seu scopuli *. Forum erat judiciale in summa urbis parte situm, in quo locum habebant peritissimi & gravissimi Athenienium [f]. Ibi erant Areopagitæ, morum magistri [g]. Athenæ distributæ erant in quinque pagos, sive vicos, è quibus unus erat Areopagus, ità dictus à templo Martis, in quo, vel juxta quod, Areopagitæ judicabant [h]. Senatus hîc erat Atheniensium, cujus scito dii novi admittendi erant. Ab his morte mulctatus est Diagoras, ut contemptor deorum: sic & Protagoras, & Socrates. Huc ergò Paulum adducunt [i]: non ad judicium, sed quòd ibi multi esse solerent homines eruditi, Senatores, Oratores, & alii. Vide infrà v. 34 [k]. Al. *In domum judicii quæ dicitur Areopagus,* Di. ex Sy. & Ar. ¶ *Possumus* (vel, *Possumúsne,* Be.) *scire,* &c?] q. d. Licétne nobis per te discere quid sit tuum dogma [l], cujus sis in Philosophia sectæ [m]?

20. *Nova,* &c. Ξενίζοντα, &c.] *Peregrina,* &c. Be. Pi. Non audita. Sic ξενιζούσαις συμφοραῖς dixit Scriptor 2 Macc. 9. 6. ¶ *Quidnam velint,* &c.] Idem loquendi genus habuimus suprà 2. 12 [n].

21. *Athenienses omnes, & advenæ,* &c. Οἱ ἐπιδημοῦντες ξένοι] *Advenæ* (vel potiùs, *Inquilini,* i. e. μέτοικοι· nam alioqui ξένοι redundârit, si *advenas,* i. e. ἐπήλυδας, interpretemur, i. e. eos peregrinos qui alicubi morantur ad tempus [o]. Vel, *Illic peregrinantes,* Ca. *Qui illic versabantur,* Er. Il. Ti.) *hospites,* Mo. Pi. Ca. &c. vel, *peregrini,* Er. V. Be. *Peregrini qui ibi ad tempus diversabantur.* Facilè & hi imbibebant civium vitia [p]. Τοὺς ξένους ἐπιδημοῦντας dixerunt Lucianus, Simplicius in cap. 37 Epicteti, Ælian. Var. 3. 14. aliique. Nil mirum ad Athenas, portûs incluti urbem, Musarum & artium domicilium, tot advenas confluxisse. Notetur h. l. antithesis *Atheniensium & peregrinorum,* quæ occurrit quoque in Athen. 5. Luciano, &c. *Cives* enim ob αὐτοχθονίαν (quam jactitabant) se solos dici censérique volebant: alios, ubicunque positos, indiscriminatim *inquilinos* existimabant: de quo vide Aristidis Panathenaica [q]; [ejúsque verba in Pri.] ¶ *Ad,* &c. Εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν] *Ad nihil aliud vacabant,* Mo. Er. Il. Ti. sim. Be. P. G. Sic & Marc. 6. 31 [r]. *De nulla alia re soliciti erant,* Tre. *Ad nihil aliud idonei,* Ca. Εὐκαιρεῖν hîc est quod Plinius vocat, *in stationibus sedere, tempúsque audiendis fabulis conterere;* Seneca, *in circulis tempus terere.* Philo de Alexandrina plebe, ἀργὸν ὄχλος — καὶ σχολάζειν εἰθισμένος βλασφημίαις καὶ βλασφημίας †. ¶ *Nisi aut dicere aut audire aliquid novi*] Hanc levitatem in iis notat Plutarchus [t], & civibus suis sæpe exprobrat Demosthenes [v], Philippicâ 4. item in Responso ad Epistolam Philippi; [verba vide in G.] ubi quoque dicit νεώτερον, ut hîc καινότερον· comparativum pro positivo. Sic & apud Platonem, Τί καινότερον ὦ Σώκρατες [x]; & Thucyd. l. 1. & 3. rerum novarum studiosi, item δοῦλοι ἀτόπων, & ὑπερόπται εἰωθότων, describuntur [y].

22. *Per,* &c. Κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ] *Omnino* (vel, *Per omnia,* sive *In omnibus,* Er. Il. Æth. Mo. &c. in omnibus rebus, & præ omnibus Græcis †,) *conspicio vos quasi* (vel, *paulò,* Ca. vel, *ferè,* Er. Il. Ti. Mitigavit odium dicti, primùm Adverbio ὡς, deinde Comparativo. Hoc enim erat fieri omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret [z]. Vel, *quàm maximè,* P.) *religiosiores,* Be. Pi. vel,

vel, *deorum timentes*, P. ſic Pi. vel, *ſuperſtitioſiores*, Er. Il. Ti. Mo. Ca. *Video ego vos quòd in omnibus excellitis in religione dæmonum*, Tre. ex Sy. Δεισιδαίμων vox eſt media[a], & ſæpe in bonum ſumitur, pro *religioſo*[b]. Plutarchus, Δεισιδαιμονία ἥψατο τῆς πόλεως, *Religio civitatem invaſit*[c]. Polybius l. 16. p. 497. commendat in Romanis δεισιδαιμονίαν. Heraclitus de Orpheo, εἰς δεισιδαιμονίαν ἀγαγὼν, καὶ ἐπὶ τὸ εὐσεβεῖν παρακαλέσας· ubi *ſuperſtitionem* & *pietatem* idem facit. Tiberius quoque apud Joſephum 19. 4. interdicit Judæis, *nè vilipendant aliarum gentium* δεισιδαιμονίας, *religiones*. Vetus Gloſſarium, δεισιδαίμων, θεοσεβής· ſimiliter Etymologiſta. Cicero δεισιδαιμονίαν *religionem* vertit. In Athenæo δεισιδαιμονίᾳ συνέχεσθαι eſt, *religione teneri*, & ſic à Budæo redditur[d]. Xenophon de Ageſilao, Ἀεὶ δὲ δεισιδαίμων ἦν, &c. Et Regem Ægyptiorum ſummus Sacerdos ſolet cohortari ad δεισιδαιμονίαν καὶ θεοφιλῆ βίον, Diod. Sic lib. 1. Sic Joſephus etiam de Manaſſe converſo ait, καὶ πάσῃ χρῆσθαι περὶ αὐτὸν (τὸν Θεὸν) δεισιδαιμονίᾳ, Antiq. 10. 4 †. Sumitur quoque δεισιδαιμονία in malum *, tum apud Ethnicos, ut Theoph. Char. πϛ'. δεισιδ. eſt δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον· & Max. Tyr. ὁ μὲν εὐσεβὴς, inquit, φίλος θεῷ, ὁ δὲ δεισιδαίμων κόλαξ θεοῦ· & Plut. in Alex. οὐκ οἴεται ὁ ἄθεος θεοὺς εἶναι, ὁ δὲ δεισιδαίμων οὐ βούλεται, *Atheus exiſtimat, Superſtitioſus vult, Deum non eſſe:* tum apud Chriſtianos[f], & Theologos qui eam τῇ εὐσεβείᾳ opponunt, ut apud Philonem De ſacrif. Abel. p. 90[g]. [Hinc h. l. variant, ut oſtendunt Verſiones:] Senſus loci, Video vos nimis religioſos eſſe, & ad ſuperſtitionem uſque[h]. Omnino video vos ità in colendis diis occupatos, ut quodammodo videamini plus illis tribuere quàm par ſit[i]. Laudare voluit Athenienſes quòd pro copia cognitionis ſuæ religioſi eſſent, ut eâ inſinuatione aditum ſibi pararet ad eos docendos rectiora. Erat autem hæc laus propria Athenienſium, religionis ſtudio alios populos vincere. Jo. Adv. Appion. *Lacones* τοὺς ἀνδρειοτάτους, *Athenienſes* τοὺς εὐσεβεστάτους τῶν Ἑλλήνων ἅπαντες λέγουσιν. *Athenienſes alios in pietate antecellere* dicunt Sophoc. Lycurgus Orator, Pauſan. 1. [verbis à G. productis.] Eos φιλοθύτας vocat Philoſt 4[k].

23. *Præteriens*, Διερχόμενος] *Tranſiens*, G. ſic Be. Pi. ſcil. per urbem[l]. ¶ *Videns*, Ἀναθεωρῶν] *Conſiderans & inſpectans*, velut ii qui rem diu non viſam aſpiciunt[m]. ¶ *Simulacra*; ità Camer. Τὰ σεβάσματα] Philoni σεβασμοὺς, *ea per quæ dii coluntur:* unde *culturas* hîc non malè vertit Latinus: [at in meo cod. aliter vertit, ut poſui.] Diximus de hac voce ad 2 Theſſal[n]. Vox Græca complectitur omnia quæ veneramur[o], nempe aras, delubra, ſtatuas, monumenta[p]. *Cultus*, vel *Delubra*, Val. *Culturas*, Val. Er. *Sacra*, Be. Pi. *Domum religionis veſtræ*, Sy. & Ar. in Di. id eſt, templa. Meliùs Vulg. & Æth. *Simulachra:* nam σέβασμα propriè eſt, *id ipſum quod colitur*; quæ quidem apud Athenienſes erant ſimulachra. Malim tamen *numina* reddere, ut vox ſumitur Sapient. Salom. 14. 20. & 15. 17. & in hiſtoria Draconis, & 2 Theſ. 2. 4[q]. ¶ *Inveni & aram in qua ſcriptum erat, IGNOTO DEO*] Scriptum fuit *Diis ignotis:* quod Paulus in ſing. mutavit[r]. Titulus ſic ſe habebat, *Diis Aſiæ & Europæ, & Africæ, Diis ignotis & peregrinis* †. Sed dubitari non debet quin fuerint inſcriptiones quædam in ſingulari, Θεῷ ἀγνώστῳ· ſicut Laertius, originem hujus rei narrans, dicit ab Epimenide (quem illi θεοφιλέστατον habebant[t]) monitos Athenienſes (tunc peſte laborantes[v]: cùm colendis fruſtrà Diis patriis ſe fatigâſſent, timeréntque nè quod numen prætermiſſum à ſe eſſet[x],) ut ſacra facerent τῷ προσήκοντι Θεῷ, i. e. *ei Deo ad quem ea res pertineret*[y], vel, *Deo convenienti*, ſive *proprio*, h. e. verè poteſtatem habenti peſtilentiæ averruncandæ, quiſquis is tandem foret[z], non addito nomine[a]; quia Epimenides neſciret cui deorum ſacrificandum eſſet ut peſtem averteret[b]. Sic Romani, *Si Deus, ſi Dea es*, Macrob. 3. 9[c]. *Veteres Romani*, inquit Agellius, 2. 28.——*in conſtituendis religionibus caſtiſſimi cautiſſimique, ubi terram moviſſe ſenſerunt, ferias ejus rei cauſsâ edicto imperabant. Sed Dei nomen, ità uti ſolet, cui ſervari ferias oporteret, ſtatuere & edicere quieſcebant, tum nè alium pro alio nominando falsâ religione populum alligarent, tum quia & quâ vi, & per quem deorum, terra tremeret, incertum eſſet*[d]. Cùm Pauſanias ait, aras Athenis fuiſſe Θεῶν ἀγνώστων, hoc vult, Multas fuiſſe aras tali inſcriptione, Θεῷ Ἀγνώστῳ· quanquam potuere & aliæ eſſe

[a] G. ſic Ham. [b] La. Rev. Ham. [c] G. [d] Ham. † Rev. * Ham. ſim. Rev. [f] Ham. [g] Rev. [h] T. ſim. La. [i] Be. [k] G. [l] G. ſic Pi. [m] Er. [n] G. [o] V. ex Er. ſic Camer. [p] Er. [q] Di. [r] Hi. in D. † Er. ex Hi. [t] Ham. [v] Ham. ſic Voſ. in Wal. Heinſ. [x] Heinſ. [y] G. [z] Voſ. [a] G. ſic Voſ. [b] Voſ. [c] G. [d] Voſ.

pluraliter, aliæ ſingulariter *. Sed & Lucianus[f], ſive alius potiùs, Dialogo illo, qui Philopatris inſcribitur[g], ſic jurat[h], Νὴ τὸν ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, *Non per ignotum Athenis*[i]: ac in Dialogi fine, Ἡμεῖς, &c. *Nos autem Athenis Deum ignotum invenientes, & adorantes,—huic gratias agemus*[k]. Philoſtratus 6. 2. *Athenis*, inquit, ἀγνώστων θεῶν βωμοὶ ἵδρυνται[l]. Cæterùm pro, Ἀγνώστῳ θεῷ, Syrus habet, *Dei occulti*, ſive *abditi*[m]. Athenienſes, qui acceperant deos etiam extraneos, timentes nè forſan & alius quiſpiam eſſet quem ignorarent, propter majorem ſecuritatem etiam illi altare erexerunt[n]. Qu. Quiſnam hic Deus ignotus? Reſp. 1. Chriſtus crucifixus, quem Deum putabant ob Ecliplin in morte ejus factam, quam videns Dionyſius exclamavit, *Deus ignotus in carne patitur*, &c[o]. Reſp. 2. Deus Judæorum[p], cujus nomen *Jehova* Hebræi ineffabile eſſe dicebant[q]. Videntur Athenienſes, vel à Philoſophis †, meliùs ſentientibus[t], qui ſacros Libros abſque dubio legerunt, inter quos Plato & Pythagoras, & complures alii, qui multa indè in fabulas ſuas tranſtulerunt[v]; vel ex Sibyllis[x], fortè etiam à Judæis, intellexerunt Deum verum inviſibilem eſſe, abſconditum, incomprehenſibilem; ideóque illi, ut *ignoto Deo*, hanc aram ſtatuerunt[y]. Quòd enim ignotus hic Deus verus eſſet, non falſus, verba ſequentia docent[z]. ¶ *Quod*, &c. Ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, &c.] *Quem ergò ignorantes colitis*, &c. Be. Pi. Nota εὐσεβεῖν activè. Sic apud Plutarchum, ex Poeta vetere, Οὐδεὶς κάματος εὐσεβεῖν θεούς. Simili conſtructione, ſenſu paulùm inclinato, εὐσεβεῖν τὸν ἴδιον οἶκον, dixit Paulus, 1 Tim. 5. 4. Lucanus, *Et dedita ſacris Incerti Judæa Dei*—— i. e. Θεοῦ ἀγνώστου. Samaritani in Epiſtola ad Antiochum Epiphanem, ἱδρυσάμενοι δὲ ἀνώνυμον ἐν τῷ Γαριζὶν λεγομένῳ ὄρει ἱερόν. Dion Caſſius Judæorum Deum vocat ἄρρητον καὶ ἀειδῆ. Joſepho Deus Judæorum ἀγένητος, ἀΐδιος, ἄχρονος, ἀναλλοίωτος, κατ' οὐσίαν ἄγνωστος. Nullum habebat nomen cognitum Gentibus; quo verò à Judæis appellabatur, id vulgò pronunciare non licebat. Deum eſſe qui mundum creâſſet aut non credebant Gentes, aut quis is eſſet ignorare ſe fatebantur. Ovidius, *Sic ubi diſpoſitam, quiſquis fuit ille deorum, Congeriem ſecuit.* Vide quæ jam ſequentur, & quæ Act. 14. 15. Sicut illa, ità & hæc, oratio egregiam præſcribit formam iis quibus negotium eſt idololatras ad rectam viam revocare[a].

24. *Non in manufactis templis habitat*] Tanquam loco affixus, ſive alligatus[b]: Non eſt ergò quòd eum quiſquam ſtatuis aut templis alliget, quaſi potentia ejus ibi circumſcripta eſſet[c]: alioquin Deus habitavit in Templo ſuo, cujus tamen intuitu voluit Deus Judæos ſurſum ad ſe in cœlos conſcendere, &c[d]. Vide ad Act. 7. 48 *.

25. *Nec manibus humanis colitur*; ſic Be. Pi. Θεραπεύεται] *Tractatur*, V. *Delinitur*, ſive *Conciliatur*, vel, *Illi ſervitur*, ſicut θεράποντες, *ſervi*, dominorum uſibus inſerviunt[f]. *Miniſtratur*. Hoc malim quàm *colitur*. *Colere* enim honoris eſt, & à Deo admittitur: *Miniſtrare* autem propriè utilitatis eſt, quam quenquam Deo adferre, meritò negatur: & *manus* aptè dicuntur *miniſtrare*, non item *colere:* Emphaſis eſt non in ὑπὸ χειρῶν, quaſi hîc deſcribatur verus Dei cultus, qui cordis ſit, non manuum; ſed in θεραπεύεται· ut ſenſus ſit, Quando homines cultum ſuum manibus Deo quaſi offerunt, non miniſtratur indè, i. e. nullum indè miniſterium capit, quod uſui ipſi ſit, ut ſervorum heris. Ut ergò v. præced. Dei incomprehenſibilitas & infinitas, ità hîc ejus perfectio & αὐτάρκεια, aſſeritur[g]. Senſus eſt, Non ideo à piis colitur quòd eo cultu ipſe opus habeat, ſed quia id noſtri eſt officii. Idem ſenſus in Pſal. 50. 10, 11, 12, 13. Euripides Hercule Furente, Δεῖται γὰρ ὁ Θεὸς, εἴπερ ἔστ' ὄντως Θεὸς Οὐδενός· ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι, (*Deus, ſiquidem verè Deus ſit, nullius indiget. Iſta itaque miſera Vatum dicta ſunt*[h].) ¶ *Indigens aliquo*; ità Er. P. Mo. &c. Προσδεόμενός τινος] *Egens* (i. e. Tanquam egens[i]) *alicujus rei*, Be. Pi. Supple, *ſed quia noſtri ſic officii ratio requirit.* Eſt hîc ἀνανταπόδοτον. Lucretius de divina natura, *Ipſa ſuis pollens opibus, nil indiga noſtri.* Seneca, de Benef. 4. 9. *Nec ille collato eget, nec nos ei quidquam conferre poſſumus.* Simplicius, Οὐ δεῖται, &c. *Non indiget Deus aut donis noſtris, aut rectis de ipſo cogitationibus*, aut *vitâ bene inſtitutâ*, &c. Hierocles, Ὅστις τιμᾷ, &c. (*Quiſquis eum colit, tanquam egentem, clàm ſe facit Deo meliorem*[k].) ¶ *Cùm ipſe det*

* G. [f] G. Voſ. Heinſ. [g] Voſ. ſim. Heinſ. [h] Heinſ. [i] Voſ. G. Heinſ. [k] Voſ. ſim. Heinſ. [l] Pri. [m] D. [n] Er. ex Chryſ. [o] L. & Hug. in La. [p] San. La. ex Baron. Lor. &c. [q] La. † La. San. Me. [t] Me. [v] San. [x] San. La. Me. [y] La. Me. [z] La. [a] G. [b] Calv. Me. [c] San. [d] Calv. * G. [f] Be. [g] Di. [h] G. [i] Pi. [k] Pri.

det omnibus vitam, &c. Ζωὴν καὶ πνοὴν] Id est, πνοὴν ζωῆς, ut apparet ex Gen. 2. 7[l]. & diximus ad Joh. 3. 5[m]. Vel, ζωῆς πνεῦμα, ut Apoc. 11. 11[n]. Deus *Pater* πνευμάτων; Num. 16. 22. i. e. omnibus animantibus causa vivendi; eximiè verò Hominum, ut qui & sui & aliarum rerum dominium, ad instar Dei, acceperint[o]. Elegans παρήχησις, in ζωὴ καὶ πνοὴ[p]. ¶ *Et*, &c. Καὶ τὰ πάντα] *Et omnia*, nempe ad spiritum eum quem infudit sustentandum necessaria, & quæ ornatui & voluptati inserviunt. Non ergò ex nostro proveniunt quæ offerimus ei[q]. Alii legunt, κατὰ πάντα, *per omnia*: unde vix erui potest apta sententia. Sed, καὶ τὰ πάντα, scriptum inveni in 2. vet. cod. & in Vulg. & Clem[r].

26. *Fecitque ex uno*] Ità legit & Clem. *uno*, nempe homine †. Ἐξ ἑνὸς αἵματος] *Ex uno sanguine*, Er. V. D. Be. Pi. Ex una origine sive cognatione[r]. Ex semine unius Adami, ut eo quoque modo nos omnes quodam naturalis cognationis vinculo colligaret. Misna, præter hanc causam, adfert & alias, Ut ostenderet Deus totum mundum posse esse in uno homine; Ut sic rectiùs Deum esse unum intelligeretur; Ut major esset admiratio in tanta formarum ac vocum diversitate[v]. ¶ *Omne genus*, &c. Ità Er. Il. Mo. &c. Ità Virgil.—— *Genus alto à sanguine Divûm*. Idem, *Sic genus amborum se sanguine findit ab uno*. Quare molesta est recentioris [Bezæ] diligentia qui ἔθνος hîc *gentem* vertit †. ¶ *Inhabitare*, &c. Κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς] Id est, ἐπὶ πάσης τῆς γῆς πρόσωπον, ut Luc. 21. 35. Similis locutio Act. 12. 11. Rom. 1. 18[x]. [Sic reddunt,] *Ad inhabitandum* (ad verb. *inhabitare*. Sed Infinitum est pro Gerundio[y].) *super faciem* (vel, *superficiem*, Be. Pi. G. id enim est πρόσωπον h. l. cùm Jurisconsulti id quod inædificatur vocant *superficiem*; τὸ πρόσωπον verò, γῆς *solum*[z].) *universam terræ*, Val. Er. &c. Ex Gen. 11. 8[a]. ¶ *Definiens*, &c. Ὁρίσας προτεταγμένους καιρούς, καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν] *Definiens* (vel, *Præfiniitque*, Il. *Et definivit*, Tre. ex Sy. *Definitis*, P. Be. *Præfinitis*, Ca. *Qui definiit*, Camer. *Quum definivisset*, Di. Er. V.) *statuta*, vel *præstituta*, *tempora*, Mo. Er. Il. &c. (vel, *priùs statuta tempora*, Er. vel, *statis*, sive *præstitutis*, *temporibus*, Be. Pi. Ca. *eorum*, Ca. vel, *temporum opportunitatibus quæ præstitit*, P. vel, *tempora mandato suo*, Tre. ex Sy. Non sic capio quasi definivisset Deus tempora ante definitionem istam præordinata, sed, antequam ipsa illa tempora, aut res in temporibus, contingant præordinata[b]. Non dicit χρόνους, sed καιρούς, ut accipiamus à Deo præfinitum quid quâque ætate fieret. Distinxit enim Imperia ad certum tempus duratura, exsilia, migrationes; item legem Naturæ, Mosis, & Evangelii[c]. Præfinivit cuique homini, genti & Regno, suam temporis & ætatis mensuram[d], quando & quamdiu essent*. Καιρούς, intellige τὸν βίον, *vitæ*. Ὁρίζειν & προτάττεσθαι idem valent. *Stat sua cuique dies*, ut ait Virg. ubi Servius, *Fixum est tempus vitæ*. *Deus* τὴν γένεσιν σου ὥρισε, Arrian. 1. 12. in Epictetum[f]. Al. *Statuta tempora* hîc intelligo temporum vicissitudines quas subeunt anni, quas Deus distinxit & disposuit[g]. Al. [Sensus,] Magnâ quâdam providentiâ curavit ut ubi gens aliqua cœpisset exundare, terræ ei novæ patescerent, nemine prohibente[h].) *& terminos* (Heb. גבלות Deut. 32. 8. ubi Græci ὅρια[i] vel, *posuit*, sive *præfixit*, *terminos*, sive *limites*, Er. Il. Tre. ex Sy. vel, *terminis*, Ca. vel, *positis*, vel *præfixis*, *finibus*, sive *terminis*, P. Be. Pi. Er. tam temporis, quàm loci in quo gens quæque habitet, nè vicini locum invadat[k]. Ὁροθεσία est, *designatio terminorum*[l].) *habitationis eorum*, Mo. Er. P. Be. &c. ubi quisque populus habitaret[m]: Divino consilio alii in alias Provincias distracti sunt[n]. Ità sufficientes cuique fines attribuit, ut non necesse haberent alienos fines invadere: neque verò id permissæ fuissent facere nisi Deus populus quosdam ob gravia facinora punire voluisset[o]. Et refellit Epicureos qui casu omnia fieri nugabantur, & Atheniensium vanitatem coarguit[p], qui se omnium hominum antiquissimos jactitabant, vocabántque αὐτόχθονας, i. e. *terrigenas*, sive *è terra sua prognatos*[q]. Al. Dubito an ὁροθεσίαι τῆς κατοικίας non sint, *positi limites vitæ uniuscujusque*, ad quos certò pertingit, nec ulterius: sicut paulò antè, *fecit totam gentem hominum* κατοικεῖν, *ut habitaret*, i. e. viveret, ætatem ageret super terram: sæpe enim hæc vox durationem significat[r].

27. *Quærere* (vel, *Ut quærerent*, Er. P. Be. Ca. &c.) *Dominum*] Ità Mo. &c. vel, *Deum*, Il. P. &c. In MS. τὸν Θεὸν, quia Κύριος in his Libris plerumque est Jesus †. ¶ *Si*, &c. Εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν] *Si fortè attrectent* (vel, *palpent*, Er. Il. sic Ti. ψηλαφᾶν ambiguum est, modò sign. *tangere*, & *contrectare*; modò *palpare*, i. c. conari tangere, & manu vestigare cæcorum instar; ac metaphoricè, *scrutari*[r]. Ostendit hæc phrasis aliquam rei difficultatem. Nam *palpare* aut cæcorum est, (vide Parietem palmatum Quintiliani,) aut noctu incedentium[v]. *Palpet*, ut cæcus in tenebris[x], manu vestigans[y], prætentans iter & locum[z]. Significat, Deum in hac vita videri & clarè cognosci non posse[a], sed per creaturas, quasi per certa vestigia, adiri, attrectari, palpari[b].) *eum*, *& inveniant*, Mo. Er. Il. vel, *palpando eum invenirent*, Be. *palpando eum attingerent & invenirent*, Pi. Iterum ἐν διαδόσει, ψηλαφήσειαν καὶ εὕροιεν, pro, ψηλαφήσαντες εὕροιεν. Fecit hæc omnia ut occasionem illis daret *se inveniendi velut palpando*[c]. Cum Philosophis philosophicè disputat & præcipuum Physices usum illis ostendit, ut & Rom. 1. 20[d]. ¶ *Quamvis*, &c. Καίτοι γε οὐ μακρὰν, &c.] *Quanquam* (vel, *Quia*, Sy. & Ar. in Di. sic ut causa reddatur, cur facilè Deus in creaturis suis attrectari & inveniri queat: vel, *Sed &*, vel, *Et quidem*, id enim & καίτοι significat. Vide Lexic. Constant. & Comment. Budæi*.) *profectò non longè abest ab unoquoque nostrûm*, Be. Pi. tum situ & loco, tum potiùs operatione †, vel vi potentiæ suæ. Neque enim ad subtiles disputationes de præsentia essentiali Dei, de qua variæ fuere & Philosophorum, & Judæorum, & Christianorum, sententiæ. Athenienses vocat Paulus, sed ad ea quæ rebus sentiebantur. Porphyrius Oraculum citat, πάντα Θεοῦ πλήρη· πάντη Θεὸς ὅτι φαίνεται. Aristæus apud Josephum. Τὸν γὰρ ἅπαντα ἐπισκοποῦντα Θεὸν καὶ κτίστην (Judæi scilicet) καὶ ὑμεῖς (Græci) σεβόμεθα, &c. Zenonis sententia apud Diog. Laert. εἰς ἅπαν, &c. (*Mentem* [*summam*, nempe Deum,] *in omnes mundi partes pervenire*, &c.) Seneca Epist. 41. *Propè est à te Deus, tecum est, intus est*. Proclus ad Timæum, Οὐδενὸς, &c. (*Nulli abest Deus*, *sed omnibus ex æquo adest*.) Similiter Josephus, Dion. Chrysost. Epist. 73. & 83. & scriptores Christiani, Minutius Felix, Clemens, Arnob. Salv. [Quorum omnium verba vide in G.] Si quis plura velit, consulat Arrianum Epicteteorum, 1. 14. Nazianz. orat. 1. Ambrof. in Psal. 18[f].

28. *In*, &c. Ἐν αὐτῷ, &c.] *In ipso* (i. e. per ipsum[g], ut dicitur Rom. 11. 36[h]. Hebraismus, ipsius beneficio[i], sive virtute[k]. *In ipso*, & tanquam in causa efficiente & conservante, & tanquam in continente & loco divino nos concludente & ambiente: ille nos totos penetrat essentiâ suâ, extra illum exire non possumus, quia ubique est[l].) *enim vivimus*, *& movemur*, *& sumus*, Be. Pi. &c. vel, *subsistimus*, Ham. *existimus*. Ipse nobis *vitam* Homini congruentem, & *motus* tali vitæ respondentes, dedit[m]. ¶ *Quidam*, &c. Τινες τῶν καθ' ὑμᾶς, &c.] *Quidam vestratium* (vel, *secundùm vos*, Er. ex Iren. & Aug.) *poetarum*, Be. Pi. &c. scilicet Aratus[n], in Phœnomenis[o]: Non mirum si Cilix Paulus Cilicem Aratum, vel in patriæ communis honorem, legerat[p]: sic & vetus Iambicus, Ζῶμεν δ' ἐν αὐτῷ καὶ κινούμεθα[q]. Sic Virg. Georg. 4. ——*Deum namque ire per omnes Terrásque tractúsque maris*——: & Æneid. 6. *Spiritus intus alit totámque infusa per artus Mens agitat molem*——. Lucanus l. 2. *Juppiter est quodcunque vides, quocúmque moveris*[r]. ¶ *Ipsius*, &c. Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν] *Nam hujus* (τοῦ pro τούτου more Poetico †:) *progenies etiam sumus*, Be. Pi. Animo scilicet[s] q. d. Ei propinqui & cognati sumus[v], creati & ab ipso, & ad ejus similitudinem[x]: Hemistichium est Heroicum Arati[y]: cujus paraphrasin habes apud Festum Avienum, ubi hæc inter alia. *Flos & flamma animæ qui*, *discurrente meatu Mentis primigenæ penetralia dia resolvens*, *Implevit largo venas operatus amore*. Quod de Jove dixerat Aratus, id vero Deo aptat Paulus, quia & sapientiores Græci per Jovem Deum summum intelligebant. Sic Aristæus apud Josephum ait Deum Judæorum esse Deum universi, quem Ζῆνα vocant Græci[z].

29. *Genus* (vel, *Progenies*, Be. &c.) *ergò cùm simus Dei*] Id est, soboles & imago Dei[a], filii ejus ob mentis similitudinem[b]. Accommodat se Poeticæ locutioni Paulus. Significat autem nos mente potissimùm ad Deum

accedere,

accedere, ac propter hanc similitudinem *filios* ejus dici. Vide quæ diximus ad finem 3. Lucæ. In Novo verò Testamento graviore de causa *filii* ejus dicimur, quòd bonitatem ejus imitemur. Rursum aliter per resurrectionem ejus *filii* erimus, beatitudinis consortio [c]. ¶ *Non debemus æstimare* (vel, *putare*, Er. Zeg. sim. Be. Pi.&c.) *auro & argento, aut lapidi*] Argumentum Apostoli tale est, Homo non est conflatus ex auro, argento, &c. sed ex rebus præstantioribus, carne & anima rationali. Atqui homo est soboles Dei. Ergò Deus non est conflatus ex auro,&c. sed longè præstantior,&c [d]. Rursum, homo factus est à Deo; simulacra verò facta ab homine: ergò nequeunt esse dii. Aut potiùs sic, Anima nostra, juxta quam sumus genus Dei, non potest pingi vel effigiari auro,&c. multò minùs Deus effigiari potest, &c [*]. [Vel sic,] Si nos, qui sumus Dei opus, sumus auro,&c. longè superiores, certè Deus non est illis similis,&c [f]. Duo spectantur in simulacris, materia, & opus. Materia etiam præstantissima,ut aurum,argentum,marmor,multò inferiora sunt homine. Opus non potest non ignobilius esse opifice. Multùm ergò falluntur qui putant talia ad honorem Dei esse idonea, cùm purissimus Dei honos sit in cultu abducto ab omnibus rebus sub sensum cadentibus. Vide quæ de ea re attulimus ad Deut. 4. Λίθ☉ hic est *marmor*, ut Esa. 37. 19. Jer. 2. 27. & 3. 9. De marmoreis simulacris vide Plinium [g]. ¶ *Sculpturæ*, &c. Χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου] *Sculpturæ* (Appositivè [h] refertur ad illa tria, *auro, argento, lapidi* [i]. Nempe *sculpturæ*, Pi. Χάραγμα est, *id quod sculpitur*: nam χαράσσειν, *sculpere*, 2 Reg. 17. 11. in Græco. Exprimere voluit Hebræum פתח [k]. Per χάραγμα autem h. l. synecdochicè intelligitur non modò sculptile opus, sed & pictum, & quicquid Deum repræsentat, &c [l].) *artis* (vel, *artificii*, Be. *artificiosæ*, Pi. Qualia opera Praxitelis vel Polycleti. Τέχνης ἐμμελέτημα, Sap. 3. 10. ἔργον χειροτέχνου, Deut. 27. 15 [m].) & (vel, *aut*, P.) *cogitationis* (vel, *excogitationis*, Be. *excogitatæ*. Genitivi h. l. notantes causam efficientem [n].) *hominis*, Mo. &c. vel, *hominum*, Be. Pi. *ab homine*, Pi. vel, *imaginationis hominis*, putà ideæ,quam imaginatus est, concepit & excogitavit, artifex vel sculptor [o]. q. d. Quam sculpturam homo efficit juxta artem,& mentis suæ cogitationem,& ideam [p]. Quædam non ex arte ad aliquod exemplar ficta, sed facta pro libitu, quales illæ personæ sine corpore,de quibus dicto loco Arnobius. Quod hîc ἐνθύμησις dicitur,id in Græco Ezechielis ἐνθύμημα multis in locis, ubi in Hebræo גליל [q]. [Alii verba sic reddunt,] *Arte sculpto & invento hominis*, Er. Il. Ti. V. sim. Tre. ex Sy. Ar. *Arte & industriâ humanâ cælato*, Ca. ¶ *Divinum*, &c. Τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον] *Numen* (vel, *Divinum*, Mo. *Divinitatem*, Ca. La. ex Sy. *Deum*, V.) *esse simile*, Er. Il. Be. Pi. &c. Nam multæ gentes putabant tales in cœlo esse deos quales simulacra exhibebant. Arnob. l. 6. *Simulacra hæc omnia superiorum sunt imagines Numinum: ergò & in cœlo habitare dicendus est Deus talis ad cujus formam & speciem simulacri hujus similitudo directa est* [r].

30. Et, &c. Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν,&c.] *Et* (vel, *Igitur*, V. Zeg. Be. &c.) *tempora* (vel, *temporibus*, P. Be. Pi. &c.) *quidem hujus ignorantiæ* (vel, *idololatriæ*, La. ex Sy. sim. Me. Sic vocat tempora priora comparata ad lucem Evangelii [†].) *despiciens Deus*] Sic Mo. &c. i. e. negligens, ac nihili æstimans [t]: *insuper habens Deus*, ut sit ὑπεριδεῖν, ὀλιγωρεῖν. Hesychius, ὑπεροφᾷ, παραβλέπει. Æschines in Timarch. Καταφρονοῦντας μὲν τῶν θεῶν, ὑπερορῶντας δὲ τοὺς νόμους, ὀλιγώρως [lege ὀλιγώρως] δὲ ἔχοντας πρὸς ἅπασαν αἰσχύνην [v]. Brutus in Plutarcho, *Xanthii*, inquit, *beneficium meum* ὑπεριδόντες, *contemnentes, in sepulcro desperationis patriam posuere* [x]. Metaphora ab iis ducta qui rem aliquam, quam neglectim habent, nè aspectu quidem, nedum respectu, dignantur, &c [y]. Sensus, q.d. Qui Gentes hactenus despexisse videbatur, jam benignior factus est [z]. *Cùm despexerit*, permittendo eos idolis servire, quasi eas non curaret [a]. *Quum despexisset, sprevisset, neglexisset*; vel, *quum irasceretur*: nam LXX ὑπεριδεῖν pro *irasci* ponunt, Deut. 3. 26. Psal. 78. 59. 62. & pro *abscondi ab* aliquo, ut Deut. 21. 1, 3, 4. unde sic accipias; q. d. quum absconderit se Deus à temporibus ignorantiæ. Ista tempora inquit, sprevit Deus, non dignatus ea istâ gratiâ quam nunc exhibet [b]. Vel, *detestans, & abhominans, nec ampliùs ferre valens*, Zeg. vel, *præterire fecit*, Tre. ex Sy. *prætermissis*, Ca. vel, *dissimulatis*, Il. P. Pi. *dissimulans*, Er. San. i.e. non puniens [c]: *cùm hactenus dissimulârit*, Er. Ti. V. i. e. ità se cum iis gesserit, quasi dissimulaverit eas ad suam providentiam pertinere [d]. Vel, *connivendo dissimulatis*, Be. Pri. Vox sign. leviter & superficiem tantùm rerum intueri [*]. Ὑπεριδεῖν est, *dissimulare quasi non videas*: עלם, Deut. 22. 1. Dicitur Deus *dissimulâsse idololatriam* quia eam sectantibus non minabatur pœnam Gehennæ, ut in Evangelio [f]. Ὑπεριδεῖν idem quod παριδεῖν, quod, etiam cum verbo ἀγνοίας, occurrit Sirac. 28. 7. & 30. 11. & cum ἁμαρτίας, Sap. Sal. 11. 24. Tacitus vocat, *silentio* aut *dissimulatione transmittere* [g]. Al. Sensus est, q. d. Deus non respiciens perpetuam gentium idololatriam,propter quam eos in æternum deserere jure poterat, nunc ad vos, earum posteros, mittit, &c [h]. Non dicitur hoc de iis qui jam obierant, sed de illis quos alloquitur; q. d. Dat vobis Deus veniam præteritæ vestræ ignorantiæ, & deinceps vos credere jubet [i]. ¶ *Nunc*, &c. Τανῦν παραγγέλλει, &c.] *Nunc annunciat*, &c. Er. Mo. Il. vel, *præcipit*, &c. Tre. ex Sy. Ar. *denunciat*, Be. Ca. Pi. *districtè omnibus denunciat ut se corrigant*, G. q. d. *Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat.* Confer Rom. 13. 11. Tit. 2. 11, 12. 1 Pet. 1. 14, 15. & 4. 3 [k].

31. *Eò quòd*,&c. Διότι ἔστησεν, &c.] *Eò quòd statuit*,&c. Be. Pi. vel, *apud se constituit*, &c. Homines verò certos fecit aliquam diem Judicii fore, etsi quando ea futura esset etiam amicissimos celaverit [l]. ¶ *In*,&c. Ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε] Pro, ἐκεῖνον ὃν ὥρισε [m]. *In viro* (vel, *Per eum virum*, Er. P. Be. Pi. sic G. &c.) *quo* (vel, *quem*, Be. Pi. &c. *per quem*, Er. Ti. Ca.) *statuit*, Mo. vel, *definiit*, Be. Pi. *decrevit*, Ca. sic Er. Ti. nempe Christum [v]: *per quem statuerat* innovare mundum [x]. ¶ *Fidem*, &c. Πίστιν παρασχὼν πᾶσιν] *Fidem præbens* (i. e. faciens, certo & fide digno argumento [y]: vel, *præstans*, Mo.) *omnibus*, Vulg. V. Quia res erat vix credibilis, argumentum adfert eximium. Sic, הודעתי נאמנה, Ose. 5. 9 [z]. *Fide* (sub. *ejus rei*, Be.) *præstitâ* (vel, *palàm factâ*. Il. P. Be. Pi.) *omnibus*, Er. Ti. &c. i. e. comprobationem omnibus exhibens [a], sive testimonium fide dignum, de Christo Judice futuro, &c [b]. *Fides* hîc pro probatione, sive argumento, ut in Aristot. Topic. 1. 7. *Vna fides per inductionem, alia per syllogismum* [c]. Syrum sic verto, *Et fidem suam* (i.e. certitudinem consilii de futuro Judicio initi) *obvertit omnibus*, i. e. effecit ut ea coram omnium vultu ac facie versetur. Similiter & Arabs, *Et certum reddidit omnem hominem de fide suâ* [d]. Al. *Fides* hîc sumitur pro instrumento fidei accendendæ Verbo salvifico: Sic *gloria* pro lingua, Psal. 16. 9. *potentia* pro organo exserendæ potentiæ, Rom. 1. 16. *vita* pro vitæ conservandæ mediis & organis, Deut. 24. 6 [*]. ¶ *Suscitans*, &c.] Deus, *Jesum resuscitando è mortuis*, maximum quod potuit doctrinæ ejus testimonium præbuit. In ea autem doctrina & hoc erat, Se fore Judicem humani generis, Matth. 25. 31, &c. Joh. 5. 25 [f].

32. *Quidam* (Non dubium quin Epicurei [g]) —*irridebant*; ita Er. Il. Mo. Tre. &c. Ἐχλεύαζον] *Cavillabantur*, Pi. *Sannis eum excipiebant*, Be. sic P. Resurrectionem impossibilem judicantes [h]. ¶ *Quidam— dixerunt, Audiemus te*, &c.] Nempe Stoici, qui hominis mortui restitutionem non putabant impossibilem, ut ostendimus ad lib. 2. De V. R. C [i].

33. *Exivit*, &c.] Dilatus in alium diem [k].

34. *Adhærentes ei*] Cùm in propiorem se ejus familiaritatem insinuâssent. Sic κολλᾶσθαι sumitur Act. 5. 13. & 9. 26. & 10. 28 [l]. ¶ *In quibus* (sub. *fuit*, Be) *& Dionysius*] Non ille qui in Gallia martyrium passus est: id enim Decio Romanis imperante contigit, ut perspicuum fecit vir doctissimus Jacobus Sirmondus [m]. ¶ *Areopagita*] Unus ex illo nobilissimo Senatu [n], qui & in Republica multum habebat auctoritatis, & de cædibus & vulneribus judicabat. Græci vocant σεμνότατον καὶ δικαιότατον δικαστήριον: *sanctissimum consilium*, Valerius Maximus, 2. 6. qui & sapientiam ejus prædicat 8. 1. *Areum judicium* dixit Tacitus Annal. 2 [o]. Ὁ Ἀρεοπαγίτης] *Ille Areopagita*, La. q. d. Celebris ille Dionysius in Areopagitarum Senatu primarius [p]. Multùm proculdubio profuit Evangelio viri tam gravis & publico testimonio probati conversio.

[c] G. [d] La. Me. [*] La. [f] San. [g] G. [h] Er. Camer. [i] Er. [k] G. [l] Be. [m] G. [n] Pi. [o] La. Me. [p] Me. [q] G. [r] G. [†] G. [t] Stun. cont. a Er. in crit. 3495. [v] Ga. adv. 31. 331. [x] Stun ib. [y] Ga. ib. [z] San. [a] La. [b] Di.

[c] Zeg. ex Chryf. [d] San. [*] Be. [f] G. [g] Pri. [h] Ham. [i] Camer. ex Græcis. [k] Pri. [l] G. [m] Pi. [v] I. E. La. Me. &c. [x] Er. [y] Di. [z] G. [a] Be. [b] San. sim. La. [c] La. [d] Di. [*] Glaf. rhet. 1. 2. 1. 25. [f] G. [g] G. sic E. Ham. [h] Me. [i] G. [k] G. [l] G. [m] G. [n] G. sim. Camer. Me. &c. [o] G. [p] Me. ex La.

versio. ¶ *Damaris*] Dubito an legendum Δάμαλις, quod Atticum esse mulieris nomen discimus ex Anthologia, 3.12 [q].

CAP. XVIII.

1. EGressus, &c. ità Mo. sic Tre. Χωρισθεὶς, &c.] *Digressus*, &c. Er. Il. Ca. &c. *Cùm discessisset*, &c. Be. Pi. &c. *Cùm abiisset*. Respondet Hebræo פרד, ut apparet Jud.4.1. sic & v. seq. & Act. 1. 4 [a]. ¶ *Corinthum*] Metropolin Achaiæ, sive Peloponnesi [b]: in Isthmo inter Peloponnesum & Atticam sitam, gemino portu celebrem ac proinde opulentam [c]: *Græciæ quondam lumen*, ut eam Cicero vocat, excisam quidem à Mummio [d], ob legatos Romanos ibi violatos [*], sed cum tempore reflorescentem [f]: *urbem olim claram opibus, post clade notiorem*, ait Mela; *nunc Romanam coloniam*, inquiunt Mela 2.3. Strabo l.8. Plin.4.4 [g]. plenam philosophis & oratoribus [h].

2. *Aquilam*, Ἀκύλαν] Heb נשר Latini vertere *Aquilam*. Scribitur & עקילה & אקולס. Quidam putant idem nomen fuisse nobili interpreti Chaldæo, qui interposito נ, quod frequens Chaldæis, dicitur אנקלוס [i]. ¶ *Ponticum genere*] Oriundum ex Provincia Ponti [k], ubi multi Judæi [l]: ortum parentibus Ponticis [m]. ¶ *Nuper*; ità Be.Pi.&c. Προσφάτως] Pro recenti [n]. *Recens*, Ca. G. בקרב, Ezech.11.3 [o]. *Eo ipso tempore*, Tre. ex Sy. ¶ *Priscillam*, Πρίσκιλλαν] Hebraicè קרמד [p]. ¶ *Præcepisset Claudius*, &c.] Claudius, Imperator simul ac Pontifex maximus, i.e. Religionis in orbe Romano arbiter summus, sub Imperii sui initiis concessit Judæis ut juribus & moribus suis fruerentur. Sed octo pòst annis edictum in eos promulgavit [q]. Meminit Suetonius [r], in Claudio, *Româ expulit Judæos*, inquit, *assiduè tumultuantes*; additque, *impulsore Chresto*, sive *Christo* [†]; vel, splendidè mentiens, ut solent Gentiles historici in rebus Judaicis [t]; vel intelligens, occasione Christi [v], de quo cum Christianis assidua Judæis erat altercatio [x]. Claudius ergò, qui naturâ timidissimus erat [y], metuens nè in tumultum res tandem erumperet [z], Judæos expulit [a]; quorum tamen nomine Christianos pariter contineri meritò sentiunt eruditi [b]: nam primi Christiani ex Judæis [c]. Nec Judaicam religionem à Christiana distinguebant Gentiles [d]. Et Christiani Ethnicis appellati sunt *Judæi*, ut Arrian. Epict. 11.9. Ὅταν τινὰ ἐπαμφοτερίζοντα ἴδωμεν εἰώθαμεν λέγειν, Οὐκ ἔστιν Ἰουδαῖος ἀλλ' ὑποκρίνεται· ὅταν δ' ἀναλάβῃ τὸ πάθος τὸ τοῦ βεβαμμένου —— *tunc Judæus vocatur*. *Qui* [verò] *tincti & baptizati præter Christianos*? Lipsius ad Tacitum [†]. Josephus [hujus edicti] non meminit [*]: unde apparet non diu Romæ observatum illud edictum: quod & ex fine hujus Libri colligere est [f].

3. *Operabatur*] Idque per sesquiannum, ut victum sibi suisque compararet [g]. Quem morem ab initio prædicationis Paulus sibi indixerat, 1 Cor.4.12. 1 Thes. 2. 9. 2 Thes.3.8 [h]. ¶ *Erant*, &c. Ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην] *Erat enim ars illorum conficere* (vel, *texere*, V.) *tentoria*, Be.Pi,G. vel, *tabernacula*, Er.V. Zeg. nempe in usum militarem [i]: unde phrasis, *esse sub pellibus* [k]. Vel, *aulæa*, Er. V. Camer. quibus theatrum ornari solebat [l]. Mos erat etiam doctissimis Judæorum opificium aliquod discere [m], unde, ubi res ferret, se sustentarent [n], nè alios gravarent [o]. *Quid debet Pater filio? Eum circumcidere, redimere, legem docere atque opificium, & uxorem ei comparare*. R. Juda dixit, *Qui non docet filium suum opificium perinde est acsi eum furem esse doceret* [p]. Erant Pelliones, Sutores, σκηνοποιοί, Pistores, Librarii: nimirum Hesiodeum illud cogitantes, Ἔργον δ' οὐδὲν ὄνειδος [q]. Sic R. Jose erat *coriarius*, R. Juda *pistor*, Jochanan *calcearius* aut *sutor* [r]. De Asinæo & Asilæo in Babylonia Judæis Josephus 18. 12. refert *matrem eos textrinam edocuisse*, &c. Vide & Theodor. serm.7. & Epiphanium hæresi 80. [eorúmque Christi verba in G.] Sic Apostoli post resurrectionem Christi piscatores. Et Minutius de Christianis, *expertes artium nisi sellulium*: & de Octavio, *pistorum præcipuus* [†]. Hanc artem hîc exercuit Paulus, vel,

[q] G. [a] G. [b] La. Me. T. [c] Li. chron. 101. [d] G. [*] Li. ib. [f] G. [g] Li. ib. [h] La. ex Chrys. [i] G. [k] La. Me. T. [l] G. sim. Er. [m] G. [n] Pri. ex Suid. [o] G. [p] Idem. [q] Seld. in Wal. [r] G. La. Seld. &c. [†] La. T. Seld. &c. [t] La. [v] T. [x] T. sim. La. Me. [y] T. [z] Me. [a] La. Me. &c. [b] Seld. sic D. &c. [c] D. [d] Me. [†] Ga. [*] G. sim. Seld. [f] G. [g] La. [h] G. [i] G. sim. Camer. Li. [k] Li. [l] Camer. [m] G. sim. D. Li. [n] G. [o] D. [p] Li. [q] G. [r] D. [†] G.

quia nulla adhuc erat hoc loco Ecclesia quæ ipsum sustentaret [t]; vel, nè fidelibus molestus esset; vel, ut omnibus constaret, illum non lucra, sed animas, venari [v]: atque ità honori ac propagationi Evangelii consuleret [x]. Confer 1 Cor.9.6,11,12 [y].

4. *Suadebátque*, &c. Ἔπειθε, &c.] *Et in sententiam suam adducebat tum Judæos, tum Græcos*, Be. Pi. Nam etiam Græci *Sabbato disputare solebant*, Sueton. Tiber. 32 [z]. Ad verb. *Persuadebat Judæis*, &c. scil. doctrinam suam [a].

5. *Cùm venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus*] Quos Paulus sequi se jusserat, Act.17.15 [b]. quos Paulus in Macedoniam miserat [c], idque bis, ut colligitur ex collat. 1 Thes.3.1,2,3,4,5. Hic autem locus necessariò intelligendus est de secunda missione Athenis facta, unde ipsi redeuntes Paulum, interim Athenis digressum, Corinthum secuti sunt [d]. Significaverat autem illis Paulus per eos qui se Athenas deduxerant, quò porrò iter dirigeret [*]. ¶ *Instabat*, &c. Συνείχετο τῷ πνεύματι, &c.] *Constringebatur* (vel, *Coarctabatur*, Er. Pi. Ti.) *spiritu*, Il.Mo.Be.Pi.Er. &c. Vel, 1.Spiritu Dei [f]: *Divino instinctu afflatus*, Ca. Plenus Divino Spiritu agitabatur [g]. Non placet: 1.Quia eo sensu vox ἁγίου præmitti solet voci πνεῦμα [h]. 2. Quia dixisset potiùs, ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ut Act.16.6 [i]. Vel, 2. Spiritu suo [k]. *Angebatur animo suo*. Indicatur incitati animi vehementia [l]. Intus & apud se æstuabat præ zeli ardore [m]. *Angustiabatur animo*, non potuit continere se. Ità apud Parthenium in Eroticis, cap.10. ὑπὸ ἀνοίας καὶ ἀλγηδόνων συνεχόμενος [n]. Idem hoc est quod συνοχὴ καρδίας, 2 Cor. 2. 4. & Luc.21.25. Συνέχω accipio, ut Luc.8.45. & 19. 43.Phil.1.23 [o]. Sic, Συνεχόμενος εἰμι, Jer. 23.9. עבר, i. e. velut extra se positus: Συνεχόμενος φόβῳ, Job 3.24. Sic Plutarchus fœminas superstitiosas συνέχεσθαι ait τῷ βαρβαρικῷ, in Solone [p]. Συνέχεσθαι, sign. comprimi, sive constringi, Matth.4.24. Act.28.8. sive metu, ut Job 3. 24. sive dolore, ut Luc.21.25. Hîc ergò ingentem ejus dolorem de contumacia Judæorum, denotare potest [q]. Alii pro πνεύματι hîc legunt λόγῳ [r]. Ità Sy. & Vulg. & Codex meus vetustissimus [†], & alius MS. quod & rectius puto [t]. [Sic autem vertunt,] *Instabat verbo*, Vulg. scil. prædicationis, q.d. Instanter & crebrò prædicabat [v]. *Angebatur in sermone*, Sy. in Be. i.e. anxius erat quibus apud istos verbis uteretur [x]. *Vehemens erat in sermone*, ut idem dicatur quod infra v. 28. *Apollo* εὐτόνως διακατηλέγχετο, &c [y]. Sed rectiùs legi puto πνεύματι [z]. ¶ *Testificans*, Διαμαρτυρόμενος] *Pergens testificari*: ut verbo *pergendi* exprimatur vis præp. διὰ· vel potiùs, *Exactè testificans*, ut διὰ notet penetrationem controversiæ [a]. *Etiam atque etiam testificans*: Significat, Paulum non destitisse ob pervicaciam Judæorum, &c [b]. Sed multa loca S.S. sunt ubi διὰ vim illam non habet, ut Heb. 2. 6. διεμαρτύρατο, *testatus est* [c]. *Testificando*, i. e. testimonio suo confirmando [d]. *Testatus est vehementer*, Ham. ¶ *Esse*, &c. Εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν] Sic habet & MS. Est autem transpositio pro τὸν Ἰησοῦν εἶναι Χριστόν. Similis infrà v.28 [*]. *Jesum esse Christum*, Pi. vel, *Christum illum*, Be. Pi. διακριτικῶς, q.d. unctum illum qui à reliquis unctis distinguitur [f]: *illum* per Prophetas promissum [g].

6. *Blasphemantibus*] Convitiantibus tum Christum, tum Paulum [h]. ¶ *Excutiens vestimenta sua*] h. e. Vestem exteriorem, ut plur. ἱμάτια ponatur pro sing. ut Matth.26.65. Marc.5.30. Joh.13.4. & 19.23 [i]. Nempe nè quid pulveris adhæresceret. Vide Act. 13. 51 [k]. ¶ *Sanguis vester* (sub. *esto*, Be. Pi.) *super caput vestrum*] Ità Be.Pi. &c. Sanguis vestris manibus fusus erit super vos [l]: Deus peccatum vestrum capiti vestro quasi imponat; ut testes solebant manum imponere capiti rei, quasi eo ritu peccatum ei imponentes, ipsúmque exitio consecrantes [m]. *Sanguinis* voce tum cædes, tum omne exitii genus, intelligitur, cujus causa is esse dicitur cui imputatur, &c. q. d. Video vos in perniciem vestram ruere [n]. Non ego, sed vos vobis ipsis causa estis exitii vestri [o]. Confer 2 Sam.1.16 [p]. ubi eadem phrasis, *Sanguis tuus sit*, &c. i.e. Luis pœnam debitam homicidio. Propriè enim de Homicidio dicitur, ut & Matth.27.25. impropriè de peccatis aliis. Sensus est [q], Si quid vobis mali evenerit, scitote id vestrâ culpâ evenisse [r], non meâ [†], nec alterius cujuspiam [t]. ¶ *Mundus ego*] Sub. *sum*, Be.

[t] Li. ib. [v] T. [x] Li. sim. [y] T. [z] Li. [a] G. [a] Pi. [b] G. [c] Cap. 3892. [d] Cap. 3915. [*] G. [f] Ham. [g] G. [h] Ham. [i] Be. [k] Be. Ham. [l] Camer. [m] Be. [n] Pri. [o] Be. [p] G. [q] Ham. [r] Q. in G. [†] Be. [t] Ham. [v] La. [x] Be. [y] Ham. [z] G. [a] Pi. [b] Be. [c] Di. [d] Camer. [*] G. [f] Fe. [g] Pi. [h] La. [i] Glas. gram. 3.1. 26.93. [k] G. [l] V. [m] Pi. [n] Fe. [o] Be sim. Camer. [p] Le. G. [q] G. [r] G. sim. V. La. Me. [†] La. Me. [t] La.

Be. scil. à sanguine vestro. Confer Act. 20. 26 [v]. Steti in specula & clamavi. Respicitur locus Ezec. 33. 4. ubi in Græco, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἔσαι· & v. 9. σὺ τὴν ψυχήν σου ἐξῄρησαι [x]. ¶ *Ex hoc*, &c. Ἀπὸ τοῦ νῦν, &c.] *Ab hoc tempore* (vel, *Posthac*, V.) *ad gentes proficiscar*, Be. Pi. nempe illis prædicatum [y]: ut suprà 13. 46 [z].

7. *Nomine Titi*, &c. Ἰούςου] *Justi*, Be. Pi. Τίτου legêre Syrus & Arabs. Quidam Codices habent utrumque nomen, Τίτου Ἰούςου, Romano more [a]. *Titi Justi*, Vulg. cognomento *Justi* [b]. ¶ *Cujus domus erat*, &c. Ἦν συνομοροῦσα, &c.] *Adhærebat*, &c. Tre. ex Sy. *Erat confinis* (vel, *contigua*, Er. Il. Ar. G. &c. *conjuncta*, Mo.) *synagogæ*, P. Be. Pi. Hîc prædicavit Paulus, nè videretur genti suæ operam Evangelii subtrahere [c].

8. *Crispus*, Κρίσπος] Hebræum fortè nomen fuit קרץ באש. ¶ *Archisynagogus*] ראש כנסת. Vide quæ ad Matth. 9. 18 [k]. ¶ *Multi*, &c.] Inter quos Gaius, & Stephanas, 1 Cor. 1. 14, 15, 16. forsan & Sosthenes, 1 Cor. 1. 1 [l]. & Epænetus, Rom. 16. 5 [m].

9. *Dixit—Dominus*] Per Angelum in Christi figura. ¶ *Per visionem*] Ut Act. 16. 9. ¶ *Noli timere*, &c.] Fac ut olim Esaias, 62. 1 [n].

10. *Sum tecum*] i.e. Sum tibi auxilio [o]. Vide quæ dicta Matth. 28. 20. Respicitur dictum Jer. 1. 18 [p]. ¶ *Nemo*, &c. Οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε] *Nemo te invadet* (vel, *te adorietur*, Er. Il. Ti. V. *apponetur tibi*, Mo. *tibi injiciet*, P. *tibi superponet*, Pi. sic Ar. Di. supple *manus*, Di. G. Pi. P. Ar. Sic Psal. 3. 7. שתו עלי, *ponunt supra me*, supple *manus*; i.e. invadunt & adoriuntur me [q]. Ellipsis Græca [r]. Achilles in Hom. Il. α΄. Οὔτις ἐμοῦ ζῶντος —— Σοὶ —— χεῖρας ἐποίσει †. Apud Suidam in Ὕπατα, —— ἐπιθέμενοι πολλοὶ ἀθρόοι Ἐπιδειδεῖς τὸν ἄνθρωποι, &c. ἀναιρεῖν τὸν φιλόσοφον [†].) *ut malè te accipiat*, Be. sic P. Pi. Mo. &c. vel, *te affligat*, Il. Ti. *tibi noceat*, G. *lædendi gratiâ*, Ca. Simile Jer. 1. 18, 19 [v]. ¶ *Populus est mihi multus*, &c.] Tuâ prædicatione convertendus, meæque Ecclesiæ adscribendus [x]. *Populus* hîc dicuntur ii qui facilè Christi populus fieri poterant, ut *oves*, Joh. 10. 16. [ubi dicta vide.] Ut hîc ex futuro, ità alibi ex præterito, dantur nomina, ut Matth. 21. 31. Respici videtur vaticinium, Esa. 54. 15 [y]. Al. Populum suum vocat, qui tunc alienus erat, quia scriptus erat in Libro vitæ, & mox in familiam adoptandus, Deúsque eum acquirere sibi decreverat. Vide Joh. 17. 6 [z].

11. *Sedit*, Ἐκάθισε] *Desedit*, Camer. *Commoratus est*, Be. Camer. Pi. Ad verb. *Consedit*. Metonymia effecti destinati [a]. *Moram fecit*: nam ità sumitur Hebræum ישב, cui respondet καθίζω quod & alibi vertitur, διατρίβω, μένω, διαμένω, καταμένω, ἀναμένω, παύω, ἀναπαύω [b]. *Sedit*, Er. Sumitur ut in Cicer. Epist. famil. 16. 2. *Is ventis istinc navigatur, qui si essent, nos Corcyræ non sederemus* [c]. ¶ *Annum*, Ἐνιαυτὸν] Hâc voce utuntur Lucas 4. 19. & Joannes, & Paulus, & Scriptor ad Hebræos, & Jacobus; &, præter Poetas, Plato, Xenophon, Aristophanes. Exstat & sæpissimè in Græcis Versionibus V. T [d].

12. *Gallione*, &c. Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος, &c.] *Cùm autem Gallio esset Proconsul Achaiæ*, Be. Pi. &c. i.e. cum imperio summo, tanquam Consulari [*]. Erat Achaia provincia Consularis. *Vocant*, inquit Pausanias, *non Græciæ, sed Achaiæ, Præsidem Romani, quòd Græcos subjecerint per Achæos* [f]. Achaia erat provincia Proconsularis sub Augusto. Tiberius Macedoniæ adjunxit, & Cæsarianam fecit. Sed Claudius has Provincias *Senatui reddidit*, i.e. rursus fecit Proconsulares, teste Suetonio in vita Claudii, 25. & Dione 60 [g]. Erat hic [Gallio] frater magni Senecæ dictus [h], cùm junior esset Novatus; sed adoptatus postea à Junio Gallione. Statius de hoc nostro, *Et dulcem generâsse Gallionem*. Hic est frater quem honores consecutum dicit Seneca, ad matrem his ipsis temporibus scribens [i]. Erat vir suavissimis moribus, omnibus dilectus, à vitiis omnibus alienus, adulationis impatiens, &c. teste Senec. l. 4. nat. quæst. in præf. Vide & Tacit. Annal. 15. 11 [k]. ¶ *Insurrexerunt*; ità Be. Pi. Κατεπέςησαν] i.e. Ἀντετάξαντο, ut suprà v. 6. ¶ *Ad tribunal*] Proconsulare, ut gravis criminis reum [l].

13. *Contra legem* &c.] Scilicet nostram [m], ex collat. v. 15 [n]. sive Mosis [o]: *contra legem* quoque Romanorum, quæ vetat sine Senatusconsulto novos inducere deos [p]. Hoc volunt, Judæis concessum est à Romanis etiam in Græcia vivere secundùm Legem Mosis [q]: hic verò neque vobis Romanis in religione se addit, neque Legem Mosis sequitur, & turbat Judæos. Hæc accusatio indè obtentum sumebat, quòd Apostoli, qui Judæi erant, incircumcisos ad suum cœtum admittebant. Ideo autem Proconsulem accedunt Judæi, quia in Achaia animadversiones in populares suos non habebant, quales habebant in Judæa & vicinis regionibus [r].

14. *Iniquum*, Ἀδίκημα] *Injuria*, V. Pi. *Injustè factum*, Be. Putà Homicidium, Vulneratio, Furtum †; quæ veniunt sub nominibus עשק, פשע, עון, עול; quæ omnia per ἀδίκημα reddi solent [t]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν] *Aut maleficium*, P. *Aut facinus malum*, Er. Mo. Pi. &c. sive *sceleratum*, Camer. Be. sive *atrox*, Ca. de quibus Judices cognoscere solent [v]: quale est Falsimonium. Vide Act. 13. 10 [x]. Non redundat hîc πονηρὸν. Dictum ut ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς, Judæ, v. 15; *vetitum nefas*, Horatio; *novum mustum*, Juven. *callido astu*, Apul. l. 4; *illicita avaritia*, L. 6. §. ult. de offic. Præs [y]. ¶ *Rectè*, &c. Κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν] *Meritò* (vel, *Conveniente*, Tre. ex Sy. *Conveniens esset ut*, Di. ex Sy. *Probabiliter*, Er. *Rectè*, Vulg. V. *Juxta rationem utique*, Mo. sic Di. *Quatenus ferret ratio*, Be. *Quatenus æquum esset*, Pi.) *vos ferrem*, sive *sustinerem*, Ca. Er. Il. Ti. Mo. G. Rationi consentaneum esset ut vos ferrem [z]. Ratione & ordine ità postulante, sustinerem molestiam interpellationis vestræ [a]. Æquum esset ut vos paterer quantum velletis dicere: fuisset hoc mei officii. Usurpat sic ferme κατὰ λόγον Plato Epist. 7 [b]. necnon Polybius in Excerptis, Plut. in Lacon. Apophthegm. Arrian. Epictet. 2. 8. Alcinous, cap. 17. Sic Artemidorus sæpe; ut 5. 78. ὀρθῶς καὶ κατὰ λόγον, quod 3. 39. ὀρθῶς καὶ εὐλόγως dixit [c].

15. *De*, &c. Περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων] *De sermone*, sive *verbo*, (i.e. de eo quod aliquis dixerit, rectène, an secùs [d]. Vel, *verbis*, Ar. *Verba* opposuit *factis* [*]. Al. *De rebus quæ disputationem recipiunt*. Sic λόγου vocem usurpant Demosth. Theoph. & alii [f]. Al. *De verbo*, Dei scilicet [g].) *& nominibus*, Er. P. Be. Ca. Tre. &c. Putà an Jesus dicendus sit *Christus* [h], aut *Messias* [i]. An credentes se *Christianos* vel *Discipulos* appellare liceret [k]. Al. Quæstiones de communi & non communi, déque Genealogiis, vocat *nomina* [l]. Prophanus homo putavit verborum potiùs quàm rerum esse controversiam, & doctrinam Dei habuit pro verbis inanibus [m]. ¶ *Et legẽ vestrâ*] i.e. De ceremoniis Judaicis [n]. An Lex vestra omnes incircumcisos damnet [o]. ¶ *Vos*, &c. Ὄψεσθε αὐτοί] *Ipsi* (vel, *Vos*, G. vel, *Vos ipsi*, Er. Æth.) *videritis*, Il. P. Mo. Be. Ca. &c. q.d. Componite ipsi istas controversias [p]. Habebant enim Judæi potestatem de talibus judicandi in Synagogis suis [q]. Idem loquendi genus quod Matth. 27. 4 [r]. ¶ *Judex ego horum nolo esse*] q.d. Ego hæc non intelligo, neque hoc ad cognitionem meam pertinet †. Bene responsum, ut ab homine dulci: q.d. Romani quidem libertatem religionis Judæis etiam in Græcia concessêre; sed si quæ inter ipsos de religione oriuntur controversiæ, aut eas componant inter se, aut disputent quantum libet. Romanorum Magistratuum non est eis se immiscere, non magis quàm Stoicorum & Epicureorum inter se disceptationibus [t].

16. *Et*, &c. Καὶ ἀπήλασεν, &c.] *Et abegit*, &c. Be. Pi. *Et removit eos in limine judicii*, tanquam nihil adferentes quod sui esset fori [v].

17. *Apprehendentes*, Ἐπιλαβόμενοι] Hæc vox media est. Hoc loco eam prehensionem quæ cum vi fiat significat. ¶ *Omnes*, Πάντες οἱ Ἕλληνες] Non est Ἕλληνες in illo MS [x]. nec in Lat [y]. nec in Ar [z]. *Omnes Græci*, Be. Pi. &c. Vel, 1. οἱ σεβόμενοι, qui hoc fecerunt in Pauli gratiam [a]. Non placet: neque enim Christianam hoc decebat modestiam, neque opus erat Paulo jam absoluto [b]. Vel, 2. alii qui nec Judæis, nec Paulo, favebant, Gallionis sententiam secuti [c]. ¶ *Sosthenem*, &c.] Qu. Quisnam hic erat, & cur percussus? Resp. 1. Idem erat qui alio nomine *Crispus* [d]. 2. Hic Crispo (quem Judæi loco moverant †) in munere Archisynagogi successit [f]. 3. Erat hic Præfectus Synagogæ alterius ab ea cui præerat Crispus. Nam in magnis urbibus plures erant

v Pi. x G. y La. z G. La. a G. b La. c Me. k C. l Cap. 3892. m Li. 102. n G. o G. sim. La. p G. q Di. r Pi. † G. † Pri. v G. x Me. ex La. y G. z Calv. a Pi. b G. c Pri. d G. * Camer. f Be. g G. h G. sim. Camer. Li. i G. k Li. chron. 103. l G. m Be. Pi. n Pi. o Camer.

p La. Me. q G. sim. Be. r G. † G. sim. La. Me. t G. v Camer. x G. y Pri. z Di. sim. Camer. a Camer. b G. c Pri. d Be. * Er. V. f G. g Di. h G. sic La. Me. &c. i La. Me. k Ham. l V. m Be. sim. Calv. Sch. n V. ex Er. o G. p V. q Li. 102. r G. † Ham. t G. v G. x G. y G. Be. z Be. a Q. in Be. b San. c Be. d Q. in E. † La. f Cap. 3892. sim. E.

erant Synagogæ; & singulis sui Archisynagogi. Eadem de causa olim Romæ, Antiochiæ, & aliis magnis in urbibus, exceptâ Alexandriâ, ubi morem alium semper obtinuisse ait Epiphanius, plures fuere Episcopi pro diversis urbium regionibus conventibúsque Christianorum: id in posterum vetuit Synodus Nicena. *Sostheni* nomen Heb. videtur fuisse שוש, unde & fœminæ nomen *Susanna* †. Erat autem, vel, 1. prædicatione Pauli conversus, & quia Paulo favebat, à Judæis percussus [g]: vel, 2. adhuc Judæus [h]; percussúsque erat vel instigatione Judæorum, quòd frigidiùs causam eorum egisset, &c [i]. vel à ministris Proconsulis, ut eum cum Judæis suis abigerent à tribunali [k]. Corinthii homines, qui tribunali adstabant, cùm viderent Judæos ideo à tribunali cum contemptu abigi, quòd suæ legis quæstiunculis obstrepuissent, Proconsuli aliis rebus occupato, ipsi quoque, velut Proconsuli gratiam facturi, verbera ingessere Judæis, quò abirent celeriùs. Ità mos erat provincialium, præsertim Græcorum, actus suos aptare ad ea quæ placerent potentibus. Cicero, in epistola ad fratrem, *Græcos* ait *diuturnâ servitute ad nimiam assentationem eruditos* [l]. ¶ *Et nihil—Gallioni*, &c.] Vel quòd contemneret Judæos, eorúmque rixas: vel nè in se iras eorum verteret [m].

18. *Dies multos*] Vel sesquiannum, de quo v. 11. per Prolepsin: vel præter & post sesquiannum [n]. ¶ *Valefaciens*, &c. Ἀποταξάμενος] *Dimissis*, Er. V. *Vale dicto*. Habes hanc vocem Marc. 6.46. Luc. 9.61. 2 Cor. 2. 13 [o]. Rebus suis compositis, præscius se vix unquam ad eos rediturum, Act. 20.22,25 [p]. ¶ *Priscilla & Aquila*] Priscillam priùs nominavit, quia de Aquila aliquid addendum habebat, nempe, *Eum antequam iter aggrederetur voto se solvisse Cenchreæ, raso capite* [q]. ¶ *Qui*, &c. Κειράμενος, &c.] *Tonso capite*, Er. *Quum totondisset caput*, Be. Pi. Qu. Quis? Resp. Ambiguum est [r]. Vel, 1. Aquila †: cum cujus nomine jungitur κειράμενος, nè commate quidem interposito in quibusdam exemplaribus [t]: & hinc uxor viro præponitur, ut intelligeretur τὸ, κειράμενος ad Aquilam referri [v]. Imò verò cùm horum termentio fiat in Epistolis Pauli, bis uxor viro præponitur [x]. Vel, 2. Paulus [y]. Unde Romani Codices Priscillam & Aquilam parenthesi intercipiunt [z]. ¶ *Cenchris*, Ἐν Κεγχρεαῖς] *Cenchreis*, Be. Pi. *Cenchreæ* portus est Corinthiorum [a], ut Piræus Atheniensium. Est autem is portus ad sinum Saronicum. Apparet ibi Ecclesiam fuisse Christianorum, Rom. 16.1. *Cenchris* pro *Cenchreis* contractè dixit Ovidius Tristium, 1.10 [b]. ¶ *Habebat enim votum*] Ità Be. Pi. &c. Qu. Quod votum? Resp. 1. voverat se *festum acturum Hierosolymis*, v. 21. de quo ergò dicit, *oportet*. *Oportebat* autem non ex lege de tribus festis annuis, &c. nam biennium ferè Corinthi, & triennium Ephesi, commoratus est; sed ex voto. Quare hæc verba, εἶχε γὰρ εὐχήν, sunt ἀπολογία non ejus quod immediatè præcedit, κειράμενος τὴν κεφαλήν, sed hujus potiùs, Δεῖ με τὴν ἑορτὴν [c]. Resp. 2. Votum hoc erat Nazaræatûs [d], ex lege Num. 6.18. quod per excellentiam εὐχὴ dicitur, & Philoni εὐχὴ μεγάλη· ut diximus ad Matth. 2. 23†. quòd scilicet vino abstineret, & aleret comam, ad certum tempus [f]; quod tempus menstruum esse solebat, teste Jo. Bel. 2.26. & Maimon [g]. [Utriusque verba vide in Pet.] Obj. Cur ergò totondit caput in Cenchris [h]? Nam ex lege Num. 6. debebat Nazaræus caput tondere ad ostium Tabernaculi, & sacrificium Deo offerre [i]. Resp. 1. Factum id Cenchreis, quia forsan funere aliquo comam polluerat [k]: ergò caput illico tondendum erat [l]. Verùm in illo casu caput non erat illico tondendum, sed septimo à pollutione die, Num. 6 [m]. 2. Lex de victimis offerendis illos obligabat qui Hierosolymæ erant, eíque vicini; non item remotos, quibus hoc impossibile erat [n]. Cùm in deserto esset populus, capillus radi debebat apud Tentorium, & post terram possessam, Hierosolymis, accedente victimâ: sed hæc præcepta, ut alia de sacrificiis, eos non obligabant qui extra Judæam agebant [o]. 3. Complevit Paulus hoc votum (vel simile [p]) Hierosolymis [q]: Act. 21.24. unde magna huic loco lux affulget [r]. Qu. Quæ causa tondendi capitis? Resp. Ut Judæorum imperitiæ consuleret †, qui illi vitio dabant quòd Legem nihili faceret [t]. Solenne fuit Paulo, *Judæis fieri tanquam Judæum, ex legibus tanquam exlegem*, 1 Cor. 9. Hinc quamdiu apud Corinthios fuit comam aluit: nam apud Græcos id erat hominis ingenui, ut ex hoc Aristoph. versu constat, Ἔπειτα δῆτα δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις; πάρεστιν τῶν ἐλευθέρων κομᾶν, ut veteres observant Magistri. At Hierosolyma profecturus caput strictim totondit, ut mos erat Judæorum; ut constat è Nazaræis, qui per 30 dies comam alere tenebantur. Alii ergò sæpiùs tondebantur, &c [v].

19. *Ephesum*] Metropolin Asiæ Minoris [x]. ¶ *Illos ibi reliquit*, Αὐτοῦ] *Ibi*, Be. Pi. Ubi? Resp. Vel, 1. Ephesi [y], in ipsorum hospitio [z]. Vel, 2. Cenchris [a]. Syrus rectè, ni fallor, hæc verba trajecit post illa, ἀνάξομαι πρὸς ὑμᾶς [b].

20. *Rogantibus autem eis*] Aquilâ & Priscillâ [c].

21. Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα] Hoc non legit Vulgatus [d], nec Æth. At Sy. & Ar. legunt *. [Sic vertunt,] *Oportet omnino* (vel, *sedulò*, Tre. ex Sy. vel, *certò*, sive *constanter*, Di. ex Sy. id est, sic ut de sententia ista nihil mutem [f],) *me festum quod instat* (scilicet Paschatis [g]: ubi ἑορτὴ simpliciter dicitur, intelligitur Pascha [h].) *agere* (ποιεῖν ἑορτὴν est periphrasis τοῦ ἑορτάζειν [i]. Loquendi genus quale infrà v. 23. & Act. 15.33 [k].) *Hierosolymis*, Pi. Er. P. Mo. sic Be. &c. εἰς pro ἐν [l], ut Act. 8.27 [m]. Arabs sic vertit, *Oportet ut incipiam facere festum sequens Hierosolymæ*. Non construxit πάντως cum δεῖ, sed cum ποιῆσαι· &, ποιῆσαι τὴν ἑορτὴν πάντως, ipsi fuit, non festi dies quosdam, sed à primo initio omnes, celebrare [n]. ¶ *Iterum*, &c. Πάλιν ἀνακάμψω] *Iterum revertar*, Er. Il. Mo. Be. Pi. &c. Πάλιν abundat ut apud Platonem Timæo, πάλιν ἐπανελθεῖν [o]. ¶ *Deo volente*] Quamvis Propheta esset, & se reversurum sciret, id tamen simpliciter non dicit, quia nescimus *quid sequens pariet dies* [p]. Egregia cautio Christianorum, nihil futuri promittere, nisi expressè addito, *si Deus velit* [q]; ut ità significarent, omnibus rebus, sed piorum maximè, intervenire Dei providentiam. Sic & Paulus, 1 Cor. 4.19. & de eo omnes Christianos admonet Jacobus 4.15 [r]. ¶ *Et*, &c. *Profectus est*, Ἀνήχθη, &c.] *Solvit* (vel, *Provectus est*, Be. Pi. ut Act. 13.13 †. vel, *Navigavit*, G. ex Sy. sim. Be. ut Luc. cap. 8. ver. 22 [t].) *Epheso*, Er.

22. *Et*, &c. Καὶ κατελθὼν, &c.] *Cùmque descendisset* (nempe è navi. Est enim Cæsarea maritima urbs. Sic & Act. 27. 5. sumitur κατήλθομεν [v].) *Cæsaream*, vel, 1. Cappadociæ [x]: nam in Syriam nondum pervenerat Paulus [y]. Vel, 2. Palestinæ [z], vel Cæsaream Stratonis [a]: quæ via erat Hierosolymas tutissima: brevius fuisset iter per Joppam, quæ portus erat Jerosolymæ, sed periculosus; quæ causa cur Herodes veterem portum Cæsareæ refecerit, &c [b]. ¶ *Ascendit*, Ἀναβὰς] *Ascendissétque*, Pi. Be. &c. Quò? Resp. 1. In eam urbem [c]: vel, Ecclesiam illius loci, quæ forsan erat in editiore urbis loco [d]; in elevatioribus enim locis strui templa solebant. Quanquam & *ascendere* sæpe simpliciter significat, *loco se movere*; ut ostendimus ad Luc. 5.2. Sic accepit Æthiop. quum vertit, *& ascendit in domum Christianorum*, i. e. Ecclesiam *. Resp. 2. Hierosolyma [f]: [quod multa suadent.] 1. Quia ea semper intelligitur quoties de itinere per Judæam Hebræi loquuntur, ut Joh. 7.8,10. & 12.20 [g]. 2. Id verbum ἀναβὰς innuit [h], in tali circumstantia [i]: pro quo plenè dicitur, ἀναβαίνειν εἰς Ἱερος. Act. 21. 12. ubi quoque Paulus est Cæsareæ. Pariter & Act. 24.1. Κατέβη, *descendit*, nempe Hierosolymâ Cæsaream, quæ portus erat Hierosᵏ. 3. Quòd eò ire statuerat, & posteà Ephesum redire, v. 21. At Cæsareâ Antiochiam ivisse idem esset acsi rediisset Ephesum, & indè petiisset Hieros [l]. Ità tertia hæc erat Pauli profectio Hierosolymam: ut prima erat Act. 9.26. Gal. 1.18. secunda Act. 15. quarta Act. c. 21. v. 17. Multa sanè brevitatis studio subticet vel prætervolat Lucas [m]. ¶ *Salutavit Ecclesiam*] Non Cæsareensem, ut primâ fronte videri possit [n], sed Hierosolymitanam, reliquarum Ecclesiarum matrem [o], ac proinde *Ecclesiam* antonomasticè dictam [p]: Apostolos & fideles qui erant Hierosolymis. ¶ *Descendit Antiochiam*] Syriæ ad Orontem [q]: ubi eam persecutionem, 2 Tim. 3. 11. passus est [r].

23. *Et*, &c. Καὶ ποιήσας χρόνον, &c.] *Et quum egisset* (sub. *illic*, Be.) *aliquantum temporis*, Pi. sim. Be. Vide Act.

† G. [g] E. San. [h] Q. in San. Hug. Caj. &c. in La. [i] Q. in La. [k] Al. in La. [l] G. [m] La. [n] La. [o] G. [p] Be. [q] G. [r] Er. sim. Ca. † Er. Ca. Zeg. ex Chrys. Ham. G. Isid. & Baron. in La. [t] Ham. [v] Ca. sim. Zeg. [x] Pe. [y] Be. San. La. ex Aug. & Hi. Pet. var. lect. 3. [z] La. [a] G. sic Er. Camer. [b] G. [c] Pet. ib. [d] G. sic D. Ham La. Me. San. &c. † G. [f] La. Me. [g] Pet. [h] T. ex Baron. [i] Pet. ex Baron. [k] T. sim. Baron. in Pet. [l] Baron. in Pet. [m] Pet. [n] La. [o] G. [p] La. [q] T. ex La. [r] La. † V. sim. La. T. Zeg. ex Bed. Pet. &c. [t] V.

[v] Pet. [x] La. Me. &c. [y] Li. Camer. La. &c. [z] Camer. [a] Camer. Ham. [b] G. [c] G. [d] Di. ex Be. * Di. [f] Idem. [g] Ham. [h] G. [i] Be. [k] G. [l] Pi. G. [m] Pi. [n] Di. [o] G. [p] Camer. ex Græcis. [q] G. sim. La. [r] G. † Pi. [t] G. [v] G. [x] L. Rab. & Bed. & Gagn. in La. [y] Raban. &c. in La. [z] Me. La. ex Caj. Baron. & Mont. [a] Be. Ham. Greg. not. cap. 3. [b] Greg. ib. [c] Camer. ad v. 24. [d] Di. Med. l. 2. differt. de templis, p. 410. * Di. [f] G. sic La. Me. T. Ham. Greg. Cap. [g] G. [h] Greg. Ham. Be. Cap. [i] Greg. [k] Ham. [l] Greg. sic Ham. [m] La. [n] Cap. 3893. [o] Cap. La. &c. [p] Cap. [q] G. [r] Cap.

Act.15.33 †. & 20.3 [t]. ποιεῖν pro διατρίβειν, ut 2 Cor. 11.25. Jac.4.13. nisi fortasse innuat, eum illic in perpetuo opere fuisse [v]. ¶ *Galaticam*, &c.] Ubi aliquos jam discipulos fecerat, Act. 16. 6. ¶ *Et Phrygiam*] Suprà 16.6, 11. ¶ *Confirmans*, &c.] Act. 14.22. & 15.32,41. Etiam bene sata interdum irrigari utile est [x].

24. *Apollos*, Ἀπολλώς] In Genitivo *Apollo*, non *Apollinis* [y]. Idem nomen *Apella* apud Horatium; Ἀπελλῆς, Rom.16.10. Heb. אפלא. ¶ *Alexandrinus*, &c.] Cujus parentes aut majores Alexandriæ habitaverant. Idem loquendi genus quod suprà 4. 36 [z]. ¶ *Eloquens*; ità Er.Il.Mo.Be. &c. λόγιος] *Prudens*, Æth. V. *Eruditus*, V. *Eruditus in eloquentia*, Sy. λόγιος in Lex. Const. *eloquens*, *prudens*, *doctus*; in Hesychio, *historiarum peritus*, *eruditus* [a]. ¶ *Potens*, &c.] Par loquendi genus Act. 7.21. גבור [b]. Scripturarum cognitione egregiè instructus [c], promptus & efficax in iis citandis, explicandis, urgendis, &c [d].

25. *Hic erat edoctus*, &c. Κατηχημένος, &c.] *Initiatus viâ*, &c. Be.Pi. i.e. doctrinâ: sub. κατὰ, ante τὴν ὁδὸν viva voce institutus [*]. Prima elementa Christianismi acceperat. Vide Luc. 1. 4. & quæ diximus ad Matth. 28. 19,20. Adde Gal. 6.6. ¶ *Fervens Spiritu*] Idem loquendi genus Rom. 12.11 [f]. Significatur vehementia animi ipsius à Spiritu Sancto incitati [g]. ¶ *Docebat diligenter*, &c. ità Be. Ἀκριβῶς] *Accuratè*, Pi.Ham. *Optimâ fide*: pro modo cognitionis quem acceperat [h]. ¶ *Sciens*, &c. Ἐπιστάμενος, &c.] *Sciens* (i. e. quamvis sciret [i]; vel, *Expertus*: quomodo ab Hebræis sumitur ידוע, Esa.53.3 [k].) *tantum baptisma Johannis*, Be. Pi. id est, Johannis tantùm baptismate, hoc est, aquâ, non autem Spiritu Sancto, vel baptizatus fuerat, vel baptizabat [l]. Christiano more non fuerat baptizatus, ideòque nec Spiritûs S. dona acceperat [m]. Al. *Bapt. Joh.* id est, doctrinam de Christo quam Johannes tradiderat, & baptismate obsignaverat discipulis suis. Synecdoche metonymica [n].

26. *Cœpit fiducialiter agere*, Παῤῥησιάζεσθαι] *Libere loqui*, Be. Pi. sim. G. i. e. intrepidè Christum prædicare [o]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀκριβέστερον, &c.] *Et exquisitiùs*, (vel, *penitiùs*, Be. vel, *diligentiùs*, Vulg. Sed de doctrina ipsa hîc agitur, non de diligentia [p].) *ei exposuerunt viam Dei*, Pi. &c. i.e. doctrinam de Deo [q], maximè de salute incircumcisorum [r].

27. *Cùm—vellet ire Achaiam*] Corinthum †. ¶ *Exhortati*, &c. Προτρεψάμενοι, &c.] *Fratres* (qui Ephesi scilicet erant [t]) *eum adhortati*, &c. Be. sic Pi. Ultro hortantes ad implendum tam forte propositum [v]. *Anteverterunt eum*, &c. Tre. ex Sy. [de quo vide Di.] ¶ *Contulit*, &c. Συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος] Ambiguum est quò referatur, διὰ τῆς χάριτος [x]. Vel, 1. ad πεπιστευκόσι [y]. *Plurimum contulit iis qui crediderunt*, id est, qui antea ad fidem conversi fuerant, *per gratiam*, hoc est, per Evangelium (quod *gratia* sæpe vocatur, ut Joh.1.17. Act. 11. 23. & 13.43. Tit. 2.11.) à Paulo prædicatum [z]. Vel, 2. ad συνεβάλετο [a]. Multùm profuit Ecclesiæ per dona quæ post baptismum in nomen Christi sibi collatum acceperat, præveniente Dei gratiâ Apostolicas manus [b]. *Per gratiam*, id est, eloquentiâ & prudentiâ suâ [c]: vel, donis gratiæ sibi tributis [d]. Vel, *per gratiam*, id est, iis qui gratiâ Dei crediderant Evangelio [*]. Probabilius est, hanc clausulam conjungi cum συνεβάλετο, si sententiam spectes, sed durius ob trajectionem. Ego neutri expositioni præjudicium adferre volui [f].

28. *Vehementer*, Εὐτόνως—διακατηλέγχετο] *Vehementer* (vel, *Magnâ contentione*, P. Be.Pi. *Fortiter*, Tre. ex Sy. Hesych. εὐτόνως, *validè*, *levi negotio*. Idem, εὐτόνως, *animosus*, *generosus*: hinc vertas, *animosè*, *generosè*. Idem εὐτονία, *malorum tolerantia*, *perseverantia*: hinc vertas, *constanter*, *perseveranter* [g]. *Acriter*. Hæc vox occurrit & Luc. 23. 10. & in Græco, Jos. 6. 8 [h]. Idem quod ἀποτόμως, Tit. 1. 13. & μετὰ ἐπιταγῆς, Tit.2. 15 [i].) *enim Judæos* (vel, *adversus Judæos*, Di. ex Sy.) *revincebat*, Er. sim. Ti. Ca. vel, *redarguebat*, Il.Mo. *disputabat*, Tre. ex Sy. *magis ac magis redarguebat*, P.Be.Pi.Sed attendenda potius erat vis præp. κατὰ, quàm διὰ [k]. Heb. הוכיח, quod vertitur per ἐλέγχειν, διελέγχεσθαι, ἐξελέγχειν [l]. ¶ *Ostendens*; ità Pi. &c. Ἐπιδεικνύς] Idem quod παρατιθέμενος, Act.17.3 [m]. ¶ *Esse*, &c. Εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν] Ambiguum est quid sit subjectum, quid prædicatum. Sy. Ar. Er. & Be. Ἰησοῦν faciunt subjectum, τὸν Χριστὸν prædicatum. Si tamen mutes in, ὅτι ὁ Χριστὸς ἐστὶ Ἰησοῦς, subjectum potiùs est ὁ Χριστὸς: ac sensus, eum qui dicitur Christus, esse verum mundi Servatorem. Nec tamen id necessarium, quia articulus ὁ interdum prædicato apponitur, ut Joan. 1.4. & 8.44. Jac.3.6 [n].

Marginalia: † Pi. [t] Sch. [v] Le. [x] G. [y] Er. sim. D. [z] G. [a] Di. [b] G. [c] Be. [d] Me. [*] Pi. [f] G. [g] Camer. [h] G. [i] Pi. [k] G. [l] V. [m] G. [n] Pi. [o] La. Me. [p] Be. [q] Pi. [r] G. † G. Ham. Cap. [t] Camer. [v] G. [x] Pi. [y] Pi.Ham. Be. [z] Ham. [a] Pi.G. ex Sy. Be. [b] G. [c] V. [d] Camer. sim Be. [*] V. sim. Camer. [f] Be. [g] Di. [h] G. [i] Pri. [k] Di. [l] G. [m] G. [n] Di.

CAP. XIX.

1. Apollos, Τὸν Ἀπολλώ] Accusativus antiquus quartæ apud Græcos declinationis. Sic Theocritus, Ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν: & Virgilius ex eo, *Aut Atho, aut Rhodopen*: & Livius, *montem Atho* [a]. ¶ *Peragratis superioribus partibus*] Quarum suprà facta mentio [b]: Septentrionalibus, Ponto & Bithyniâ [c], Phrygiâ & Galatiâ [d].

2. *Si*, &c. Εἰ, &c?] *An*, vel *Num*, *Spiritum S. accepistis postea quam credidistis?* Er.V.Be.Pi.&c. Et baptizati estis [*]? q. d. Estísne confirmati Sacramento Confirmationis? in eo enim primitus visibiliter dabatur Spiritus Sanctus [f]. Al. Spiritus Sanctus hîc & in seq. & Joh.7. 34. sunt dona ista Ecclesiæ Christianæ reservata, quæ Paulus haud dubiè pluribus vocibus descripserit [g]; dona extraordinaria [h], linguarum & prophetiæ, ex collat. v. 6 [i]. quibus Deus tunc eos ornare solebat qui ad sacrum ministerium vocabantur [k]. q. d. Num Spiritus Sanctus vos donis suis ad ministerium separavit? Vide Act. 10. 44 [l]. Agitur hoc loco de Ecclesiæ Ephesinæ primordiis, cùm antea nulli fuissent illic ordine constituti piorum conventus [m]. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' οὐδὲ εἰ, &c.] *Sed nequi si est* (vel, *Imò sitne*, Be.Ti. *Imò nè hoc quidem an sit*, P. Pi. sim.Er.Ca.Il.&c.) *Spiritus S.* (sub. *collatus*, sive *datus*, ex collat. Joan. 7.39. & Act. 8. 16. ut Joh.7. 42. *ubi erat David*, sub. *natus*: & 1 Sam.3.7. *Necdum nôrat Jehovam*, sub. *loquentem*; q. d. Ignorabat, Jehovam cum suis loqui solere [n]. Neque enim personam Spiritûs ignorare poterant [o], qui vel Sacros Codices evolverant, vel Johannem audierant [p], qui de Christo dixerat, eum *baptizaturum Spiritu S* [q]. sed *Spiritûs* nomine hîc veniunt dona extraordinaria à Spiritu collata [r]. q.d. An restitutus sit Spiritus Sanctus, quem RR. dicunt *post mortem Zachariæ & Malachiæ ab Israele discessisse*, Juchas fol.15 †.) *nè audivimus quidem*, Be. &c. nedum accepimus [t]. Non audivimus dari nunc talia dona [v]. Nondum nobis declarata vel efficacitas Sancti Spiritûs, vel doctrina de eo [x].

3. *In*, &c. Εἰς τί, &c?] *In quid ergò baptizati estis?* Be.Pi. id est, in quam doctrinam sive religionem [y], per baptismum obsignandam [z]: in cujus doctrinæ obsignationem [a]. Totam enim Christianarum Ecclesiarum rationem ignorare videmini [b]; illæ enim baptizant *in nomen Patris*, *& Filii*, *& Spiritûs Sancti* [c]. *In quid*, id est, in quem, cujus nomine invocato [d]. Al. *Quomodo*, &c? G. *Quo*, &c? Er. *In quo*, &c? Vulg. Di. ex Sy. & Ar. & Æth. id est, in qua doctrina [*]: εἰς pro ἐν [f], ut passim in N. T. Sic 1 Cor.10.2. εἰς τὸν Μωϋσῆν, *in Mose*; id est, in doctrina Mosis [g]. ¶ *In*, &c. Εἰς τὸ, &c.] *Baptismate* (vel, *In baptisma*, Be. Pi.) *Johannis*, G. id est, baptismo aquæ [h]: vel, in doctrinam à Johanne traditam, & baptismo obsignatam [i]: Metonymia adjuncti [k]. *Baptismus* sæpe sumitur pro doctrina, ut Matth. 21. 25. Act. 13.24. & 18.25. & alibi pro effusione donorum Spiritûs Sancti, ut Act. 1. 5. & 2.2. & 10.47. Non mirum hos, qui à Joanne baptizati postea in patriam reverterant, Spiritum Sanctum ignorâsse, qui non ante diem Pentecostes missus est [l]. Singularem hi retinuisse videntur opinionem de Johanne, quem ut autorem religionis suæ [post Deum] profitebantur [m]. Videntur à discipulo Johannis baptizati, idque non rectè; in nomen scilicet Johannis, non Christi: erant enim qui Christi honorem Johanni tribuerunt, Joh.3.26, &c [n].

4. *Johannes*, &c. Ἰωάννης μὲν, &c.] *Johannes quidem baptizavit*, Be. Pi. &c. Hæc est syllogismi propositio. Assumptio

Marginalia: [l] G. [m] G. [n] Di. [a] G. [b] Camer. [c] G. [d] La. Me. Cap.3893. [*] T. [f] La. sic E. Me. T. [g] G. [h] Be. sim. Cap. [i] Be. Pi. [k] Be. [l] Ham. sim Be. [m] Be. [n] Heins. [o] Heins. Ga. [p] Ga. adv. 28. 296. [q] Heins. [r] Ga. sim. Be. Heins. Li. Ham. † Li.chron. 105. [t] Pi. [v] G. [x] Camer. [y] Pi. sim. Be. [z] Be. [a] Pi. [b] Be. [c] Pi. [d] La. [*] Di. [f] La G.Di. &c. [g] Di. [h] V. [i] Pi. sim. Be. [k] Pi. [l] Be. [m] Camer. [n] Pi.

Assumptio est subaudienda, nempe, *At vos non estis baptizati in nomen Jesu Christi* [o]. Al. Non cohæret hoc μὲ cum eo quod sequitur, ἀκούσαντες δὲ, ut multi putârunt; sed positum est καὶ ἀποστόπησιν, ut Act.3.21. Sic contrà, apud Terentium Donatus notat, *sed tamen* poni ubi *quidem* non præcessit. Sensus est, Baptizavit ille quidem in pœnitentiam, i.e. hortatus est eos quos baptizavit ut se emendarent, & sic mala imminentia evaderent; sed non in promissum Spiritûs Sancti: quæ distinctio inter utrumque baptisma innuitur Matth.3.11. & Act.1.5. Scriptor Respons. ad Orthod. *Baptismus Johannis erat* προοίμιον *proœmium Evangelii gratiæ* [p]. ¶ *Baptismo pœnitentiæ*] Id est, qui erat symbolum, excitatio, & protestatio, pœnitentiæ [q]. Græci hîc notant fuisse inchoatum sive imperfectum baptisma Johannis, quia non dicitur *baptismus dimissionis*, sed *pœnitentiæ*. At in Marco dicitur, *baptisma pœnitentiæ in remissionem peccatorum* [r]. ¶ *Dicens*, &c. λέγων, εἰς τὸν ἐρχόμενον μετ᾽ αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι] *Dicens, ut in eum, qui venturus erat post ipsum, crederent*, Be. Pi. Al. *Dicens de eo qui venturus esset*, &c. Er. Illa, εἰς τὸν, &c. conjunxit cum λέγων, quæ per trajectionem construenda sunt cum verbo πιστεύσωσι: ut vel ex eo apparet quòd in vet. cod. post λέγων subjicitur distinctio [†]. [Populo dicens,] ut plena præcepta Regni cœlestis acciperent ab eo qui post ipsum populo Israelitico apparitùrus esset. Hâc enim notâ Baptista Christum depinxerat, Matth.3.11. ubi dicta vide. Perfectius dogma perfectiorem exigebat baptismum. Vide Græcos Patres hoc loco, & Tertul de Baptismo, ubi *Baptismum Johannis* ait *nihil cœleste præstitisse, sed cœlestibus præministrâsse*: & addit, *Adeò postea in Actis Apostolorum invenimus, quoniam qui Johannis baptismum habebant, non accepissent Spiritum sanctum, quem nè auditu quidem noverant; ergò non erat cœleste, quòd cœlestia non exhibebat* [t]. Sed ex hoc loco constat, eundem esse baptismum Johannis & Christi, quòd baptismus Johannis Christum respiceret [v], essetque pœnitentiæ & remissionis symbolum [x]: alioquin & baptismum nostrum non haberemus communem cum Christo, qui à Johanne baptizatus est [y]. Interim Paulus istos homines ruditatis suæ convincit, nè sibi placeant, sed ad altiores progressus aspirent, & fide Christum apprehendant, à quo pendet tota vis baptismi [z].

5. *His auditis*, &c. ità Er. P. Ti. &c. Ἀκούσαντες δὲ, &c.] *Qui verò illum* (vel, ea, Il.) *audierunt*, &c. Be. Il. &c. *Qui verò audiebant*, scilicet præconium Johannis de Christo [a]; id est, qui Johanni, istum baptismum docenti, crediderunt. Ἀκούσαντες δὲ, pro, οἱ δὲ ἀκούσαντες, ut Act.2.37 [b]. At si ità diceretur, tamen stylus Lucæ in hoc Libro postularet exponi, οἱ δὲ, pro αὐτοὶ δὲ. Vide Act.4.23. & 5.21,33. & 17.32 [c]. Sunt itaque hæc verba Pauli [d], narrationem cœptam continuantis [†], per mimesin recitata [f]. *Qui verò auditores illius erant, baptizabantur* (scilicet à Johanne [g]) *in nomen Domini*, Ga. Id arguunt particulæ μὲν & δὲ [h]. Sed non necesse est ut δὲ è regione respondeat μὲν quum nihil vetet quin sit sermo ἀνανταπόδοτος, & conjunctio δὲ sit transitiva; ut in locis illis paulò ante annotatis [i]. Lucæ verba incipiunt à v. seq. Res est, non conjectura [k]. [Aliis hæc sententia non placet:] 1. Eam ratio loquendi non admittit: [de quo jam dictum ex Be. & Pi.] 2. Ob versum seq. *Quum imposuisset eis*, &c. nempe eis quorum jam facta mentio, qui scilicet baptizati fuerunt in nomen Jesu. At Paulus non imposuit manus auditoribus Johannis, sed istis Duodecim discipulis [l]. Verùm hi discipuli erant ex eorum numero qui, Johanne Christum prædicante, crediderunt [m]. 3. In v. 4. baptizationis Joannis fit mentio: igitur supervacanea esset ejus v.5. repetitio [n]. Resp. Non est supervacanea: primùm enim in genere proponit integrum Johannis ministerium, quod consistit *in baptismo pœnitentiæ*, quæ phrasis cum Sacramento doctrinam quoque includit; posteà specialiùs exprimit ministerii ejus ordinem; quòd nimirum primùm fidem in Christum inculcârit, & deinde auditores suos de Christo informatos in nomine Jesu baptizaverit [o]. Al. Sunt hæc Lucæ verba [p]. Sic accepere Latinus, Syrus, Arabs, & veteres omnes ante Marnipium [q]. Ostendit hoc v. sequens: alioquin nulla erit horum versuum connexio, sed erunt scopæ dissolutæ [r]. *Quum autem hæc audivissent* (nempe illi ad quos Paulus loquebatur [*]) *baptizati sunt in nomen Domini*, &c. Pi. Tre. ex Sy. Ar. id est, baptismo Christi, hoc est, baptismo Spiritûs, non Aquæ [†]: *in nomen Domini*, &c. id est, *in nomen Patris, & Filii, & Spiritûs sancti*. Vide quæ diximus ad Matth. 28.19 [*]. Hinc constat, eos rebaptizatos fuisse [t], ac proinde alios etiamnum rebaptizandos [v]. Sed non dicitur eos rebaptizatos fuisse, sed quòd finem proprium baptismatis Johannis jam percipientes, nempe ut in Jesum crederent, v.4. baptismum suum ad eum finem atque constructionem agnoscerent. Et quorsum rebaptizarentur, qui in primo illo baptismo pœnitentiam fidémque in Christum professi erant? Neque enim, opinor, novus cognitionis Evangelii gradus novum postulavit baptismum, (alioqui quoties & ipsi Apostoli baptizati fuissent?) sed tantùm mutatio professionis ex Judaismo in Christianismum. Porrò, si hi rebaptizati sunt, idem de omnibus reliquis dicendum quum Jesum agnoscerent, &c. quod prorsus incredibile est; nulla enim illius rei fit mentio: & quis, quæso, Apostolos, à Joanne baptizatos, rursus baptizaret? nam *Jesus neminem baptizavit*, Joh.4.3. Quòd si illi rebaptizati fuissent, non indè sequitur aliquos hodie rebaptizandos, quòd duplex esset illius rebaptizationis ratio, utraque isti tempori peculiaris: 1. Controversia tunc agitata, an Jesus esset Messias. 2. Visibilis collatio Spiritûs Sancti cum baptismo juncta ad promovendam Christi gloriam, &c [x].

6. *Cùm illis imposuisset manus Paulus*] Baptizati erant ab alio Christiano, sed Deus ad commendandum munus Apostolicum, non antè eis Spiritûs sui dona communicare voluit quàm Apostolica manus eos tetigisset [y]. Hoc plerumque ità factum est [z]. Deus tamen illi legi non adstrictus, sicut Apollo illa dona ante impositionem Apostolicarum manuum contulerat, ità Cornelio ante ipsum baptisma [a]. ¶ *Loquebantur linguis*] Nempe ex afflatu Spiritûs Sancti [b]. Non vulgaria dona, sed & complura, & maxima, accepere utiles futuri ad fundandas per Asiam Ecclesias. Vide Esa. 54.13, 14. & 62.1 [c]. ¶ *Prophetabant*] Vel, 1. propriè, futura prædicando; vel, 2. impropriè, celebrando magnalia Dei [d], Deum laudando. Vide Act.10. in fine [*].

7. *Ferè*, Ὡσεὶ] *Circiter*, Be. Pi. Hoc Sy. & Ar. non legunt, nec video cur addi in tantillo numero oportuerit [f].

8. *Ingressus Synagogam*] Judæorum [g] Ephesi [h]. In majoribus oppidis, ubi multi erant Judæi, habebant & *Synagogam*, in qua habebant precationes, lectionem Legis, & conciones; & *Scholam Theologicam*, dictam illis *Beth Midrash*, in qua controversiæ & res difficiliores tractabantur. Utramque frequentabant die Sabbati; unde proverbium, מבית מקדש לבית מדרש [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πείθων τὰ, &c.] *Et suadens quæ ad regnum Dei*, Be. Pi. sub. *pertinent*, Be. *Disserens, & fidem faciens*, &c. vel, *persuadendo asserens*, &c. vel, *cum assensione audientium disserens*, &c. Camer. Vide Act.18.4. ubi idem verbum πείθειν, sed cum Accusativo personæ. Significatur, multos tractos in assensum, etsi non omnes; ut ostendunt sequentia [k].

9. *Cùm autem quidam*] Nempe Judæorum [l]. ¶ *Maledicentes viam*, &c. ità Mo. Κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν, &c.] *Malè loquentes de via*, Er. P. Ti. V. &c. vel, *de via illa*, Be. Pi. sub. *Dei*, vel *Domini*, Tre. ex Sy. Ti. P. Be. Pi. Id est, de dogmate Christi [m]. Vide infrà v. 23. & Act. 18. 25,26. & 22.4. & 24.22 [n]. *Maledicebant ei institutioni*, Ca. *Viámque fidei criminarentur*, Ar. *Maledixerunt contra doctrinam*, Æth. ¶ *Discedens ab eis segregavit* (vel, *separavit*, Be. Ca. Tre. ex Sy.) *discipulos*] Id est, seorsim egit conventus doctrinæ, neque ampliùs ad congregationes Judaicas accessit [o]. Et ipse è Synagoga exiit, & eos qui crediderant abduxit, eò quòd in Synagoga tuti non erant futuri [p]. ¶ *In schola* (privata scilicet. Scholæ apud Judæos duûm generum erant, in quibus Lex docebatur; 1. privatæ, in quibus quilibet Doctor discipulos instituit: 2. publicæ, ubi Consistoria sedebant, &c [q].) *Tyranni*, &c. Τυράννου τινὸς] *Tyranni cujusdam*, Be. Pi. &c. *Tyrannus* sumitur hoc loco, vel, 1. pro nomine proprio [r], ut Syrus & Arabs interpretantur [†]. In schola Sophistæ sive declamatoris, cui nomen *Tyranno*: ità Suidas [t]. Ità dictus forsan, quòd vi eloquentiæ auditores ageret terrerétque. Eunapius de Juliano,

[o] Pi. [p] G. [q] La. Me. [r] Camer. [†] Be. [t] G. [v] Be. [x] Calv. [y] Be. ad v.5. [z] Calv. [a] Glas. gram. 3.7. 14. 610. [b] Be. [c] Pi. [d] D. Be. ex Marnipio, Ga. Glas. [†] Q. in La. [f] Q. in Pi. [g] Glas. [h] D. [i] Pi. [k] D. [l] Pi. [m] D. qu. Ebr. 1. 83. [n] Bel. in Glas. [o] Glas. ib. [p] G. sic La. Me. Pi. &c. [q] G. [r] La.

[*] G. [†] V. [*] G. [t] Q. in Be. La. [v] Q. in Li. [x] Q. in Li. [x] Li. [y] G. [z] G. sim. Camer. [a] G. [b] Pi. [c] G. [d] La. Me. [*] V. [f] Be. [g] Cap. [h] Ham. [i] Li. 106. [k] G. [l] G. [m] G. sim. Camer. V. Be. Pi. [n] G. [o] Camer. [p] G. [q] Ham. [r] Camer. Be. D. La. Zeg. Cal. [†] Be. [t] G.

no, ὀνόματι, καὶ ἐνεδέχνυε γὰρ τῆς Ἀθηνῶν. Idem, ubi de statuâ Sophistæ Proæresio erectâ, Ἡ βασιλεύουσα Ῥώμη τῷ βασιλεύοντι λόγων, id est, τυραννοῦντι. Sic in Sueton. *Sophista Princeps*. Sic alii *Monarchæ Juris* appellati [v]. Fuit hoc nomen & cuidam satelliti Herodis, ut videre est apud Josephum 16.16 [x] טורנוס est nomen obvium in RR. quod alii legunt *Turnus*, alii *Turannus*, alii *Turannius* [y]. Tyrannus [hic] Sophista fuit aliquis Ephesinæ scholæ, is forsan de quo sic Suidas, Τύραννος σοφιστὴς · περὶ στάσεων καὶ διαιρέσεως λόγου βιβλία δέκα [z]. Sed si nomen est proprium, cur addit τινὸς [a]? Resp. Τὶς, *quidam*, nominibus propriis ignotorum hominum quandoque additur [b], ut Marc. 15.21. τινὰ Σίμωνα [c]. Sic Act. 21. 16. & 24. 1. & 25. 19. Sic Cicero 3. in Verrem, *Deducitur ad Janitorem quendam*, &c. ubi Asconius, *Addit*, quendam, *ut ostenderet non appellativum esse nomen, sed proprium* [d]. Vel, 2. appellativè [*]. Τύραννος hoc loco *primatem* ac *potentem* significat, cujus secessus, in quo otiari solebat, dicitur σχολὴ, quod *otium* sonat [f]. Τύραννος est *civitatis princeps*, Phavorinus. Videtur vox Chaldaica: occurrit Est. 9. 3. Dan. 3. 2. Habac. 1. 10. item Jos. 13. & Jud. 16. sæpiùs, ubi pro Heb. סרני οἱ ἄρχοντες, Chaldæus legit טורני, *tyranni* [g]

10. *Ità ut omnes*, &c.] Id est, Plerique omnes [h]: qui sacrorum causâ Ephesum venire solebant. Erat enim templum illud commune Asiæ, unde & nomen Ἀσιαρχῶν. Judæi quoque ex aliis Asiæ urbibus sæpe eò veniebant mercatûs causâ aut judiciorum [i]. ¶ *In Asia*] Minore [k], vel propriè dicta, quæ circa Ephesum [l].

11. *Virtutésque non*, &c.] Οὐ τὰς τυχούσας] Locutio bene Græca. Dionys. Longinus de Mose, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνήρ [m]. Plutarchus de educat. τρόφους οὐ τὰς τυχούσας. Herodian. 3. οὐχ ὁ τυχὼν ὄλεθρος. Artemidor. 2. 12. οὐ τὸν τυχόντα κίνδυνον. Glossarium, ὁ τυχὼν, *quilibet* [n]. [Sic vertunt,] *Non vulgares*, Er. P. Mo. Be. Pi. *Non quaslibet*, ad verb. *non contingentes*, Er. *Non fortuitas neque communes*, id est, singulares & eximias: Αὐτὸς [o]. *Magnas*, Tre. ex Sy. Æth. Δυνάμεις est גבורות, ut Act. 2. 22 [p].

12. *A corpore ejus*; ità Er. P. Mo. Be. &c. Ἀπὸ τοῦ χρωτὸς] *Ab extremitate vestimenti*, Æth. ¶ *Sudaria*; ità P. Mo. &c. Σουδάρια] De hac voce diximus Luc. 19. 20. Joh. 11. 44 [q]. Significat lintea quibus sudorem abstergimus [r], quibus (mulieres †) caput operiunt [t]. ¶ *Semicinctia*; ità Er. Il. P. Be. Pi. &c. Σιμικίνθια] Idem hoc quod σουδάρια [v]: nisi quòd illa manibus tenerent ad abstergendum sudores, lacrymas, &c [x]. Est apud Martialem lemma, *Semicinctium*, cum hoc disticho, *Det tunicam dives: ego te præcingere possum, Essem si locuples, munus utrumque darem*. In Glossis, *Semicinctum*, ἡμιζώνιον. Alibi, *semicinctum*, ὑπόζωμα. Est vox σιμικίνθιον & in Catechesi Cyrilli, & in Niceta Paphlagone. Suidas, Σιμικίνθιον, φακιόλια, ζωνάρια. Illud φακιόλια vult dicere *fasciolas* [y]. Σιμικίνθιον, φακιόλιον, (apud Suidam & Hesychium, quod, inquit Suidas, est *capitis velamen*, &c.) ἢ σουδάριον, Suidas: addit Hesychius, ζωνάριον, &c. *cingulum horarium sacerdotum*, quo se accingerent sacra facientes. Vide Exod. 39. 29. 1 Sam. 2. 18. Talibus quoque cingulis, quò expeditiùs incederet, &c. indubiè usus est Paulus. Syrus vertit *lacinias*, quæ sunt vestium extremæ partes, *Hebræis* כנפים, *alæ*, Jer. 2. 34. quas per σιμικίνθια hîc intelligi, non repugno [z]. Al. *Semicinctia* sunt velamina lintea aut pellicea, quo opifices (qualis erat Paulus) pectus & femora præcingunt [a]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀπαλλάσσεσθαι, &c.] *Et recederent*, sive *discederent* (vel, *liberarentur*, Pi.) *ab eis morbi*, Er. P. Be. Pi. &c. id est, Et ipsi liberarentur à morbis. Hypallage [b]. Ità præstitum illud Joh. 14. 12. Vide & Act. c. 5. v. 15 [c].

13. *Quidam de circumeuntibus*; ità Er. Ti. Τῶν περιερχομένων] *Ambulatoribus*, Ca. *Qui circumvagabantur*, Tre. ex Sy. sic Ar. *Circulatoribus*, P. Il. Be. Pi. G. Græcis ἀγύρται sic dicti, quòd non uno in loco subsisterent, sed huc illuc cursitarent quæstui occupando [d]. ¶ *Judæis exorcistis*; ità Be. Pi. Ἐξορκιστῶν] *Adjuratoribus*, Zeg. Gua. *Qui adjurabant Dæmones*, Gua. ex Sy. Qui Dæmones ejiciebant per nomen Jehova [*], sive additâ per nomen Dei obtestatione [f]: de quibus vide ad Matth. 12. 27 [g]. Tales habebant Judæi ante Christum, ut hinc liquet, & ex Matth. 12. 27 [h]. & ex Jo. Antiq. 8, 2. Belli, 7. 25. & Epiphan. hæres. 30 [i]. Vide quæ hîc Camer.] ¶ *Adjuro vos*, &c.] Simile vide Marc. 9. 38. Luc. 9. 49 [k]. Ἐξορκίζομεν, &c.] *Adjuramus*, &c. i. e. imperamus vobis per Jesum, &c [l].

14. *Erant autem cujusdam*, &c. Τινες υἱοὶ, &c.] *Quidam filii Scevæ*, &c. Be. Pi. &c. Σκευᾶ] שבעא, ut hîc Syrus. A jurejurando dictum nomen [m]. Ἑπτὰ τινες hîc, ut apud Milesiarum Scriptorem, *septem quibusdam testibus*. Sic Act. 23. 23. & Luc. 7. 18. δύο τινάς. Vulg. legit τινὸς [n]. ¶ *Principis*, &c. Ἀρχιερέως] *Primarii sacerdotis*, Be. Pi. Filii principis familiæ alicujus Sacerdotalis: nam & tales dici ἀρχιερεῖς ostendimus Mat. 2. 4 [o]. Ἀρχιερεῖς dicti sunt & Expontifices, & illi quibus ob sanguinis proximitatem spes erat succedendi, &c [p].

15. *Respondens*, &c.] Deo cogente. Tertul. in Apologet. *Credite illis cùm verum de se loquantur, qui mentientibus creditis. Nemo ad suum dedecus mentitur, quin potiùs ad honorem*. Vide si placet totum locum. ¶ *Vos—qui*, &c?] q. d. Vos certè nihil ad illos pertinetis [q]: vos quid potestatis habetis ut mihi imperetis [r]? vos estis nostra mancipia †.

16. *Et*, &c. Καὶ κατακυριεύσας αὐτῶν] *Et prædominatus eis*, Mo. sic Er. Ti. &c. vel, *superatis illis*, Il. P. Be. Pi. Ἀμφοτέρων pro αὐτῶν habet & ille MS [t]. Codex meus vetustissimus [v], & Vulgatus [x]. Ergò de septem Scevæ filiis duo ibi adfuere. Mirè autem transit oratio ab homine ad ipsum spiritum, quia quod ille homo agebat, id agebat non suâ, sed spiritûs impuri, vi. Vide Mat. 8. 28 [y]. Sed Si. Ar. & Æth. legerunt αὐτῶν [z].

17. *Timor*, &c.] Ut Act. 5. 11. ¶ *Magnificabatur*, &c.] Solet de Deo dici, *Magnificetur nomen tuum*, ut 2 Sam. 7. 26 [a].

18. *Veniebant*] Ad Apostolos [b]. ¶ *Confitentes*; ità Er. P. Mo. Be. &c. Ἐξομολογούμενοι] *Annunciabant delicta sua*, Tre. ex Sy. sim. Æth. Ca. non, ut nunc, clàm & in aurem; sed apertè, & in genere [c]. Confitentes quàm malè vitam hactenus traduxissent, commemoratis etiam criminibus gravioribus: ut illi qui ad Joannem Baptistam venerant, Matth. 3. 6. ubi dicta vide. Græci h. l. Δεῖ πάντα, &c. (*Fidelem omnem oportet confiteri peccata sua*, &c [d].) ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀναγγέλλοντες, &c.] *Et annunciantes*, &c. Er. Il. &c. vel, *prodentes*, P. *indicantes*, Be. Pi. *enunciantes*, i. e. planè commemorantes [*], & publicè: nam τὸ ἀναγγέλλειν opponitur τῷ κρύπτειν [f].

19. *Multi ex iis qui*, &c. Τῶν τὰ περίεργα πραξάντων] *Curiosa agentium*, Mo. *Qui illicita tractaverant*, Ca. *Magicam artem exercentes*, Tre. ex Sy. sic Ar. *Qui curiosa illa exercuerant*, Be. Pi. vel, *curiosas artes*, &c. Er. Il. P. &c. i. e. vel astrologiam judiciariam & genethliacam †: vel, artes magicas [g], per μείωσιν sic dictas [h], quòd iis exercendis homines curiosiores sint quàm conveniat [i]. Eadem vox de magia usurpatur apud Horatium, *An quæ movere cereas imagines (ut ipse nosti curiosus) & polo Deripere lunam*, &c. & apud Herodianum, qui περιέργους vocat qui τὰ θεῖα καὶ δαιμόνια πολυπραγμονοῦσι. Sed & Plato de Socrate dixit, περιεργάζεται, ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆν καὶ τὰ ἐπουράνια [k]. Et in Aristæneto, Epist. 2. 18. τις ἐκ τῶν περιέργων ἐδόκει, *magus esse videbatur*; & ὑποκρινόμενος τῶν περιέργων τὸ σχῆμα, *personam induens veneficarum*. Et in Aug. Confess. 10. 42. *Curiosæ visiones* sunt *apparitiones magicæ* †. Περίεργα quæ sint, intelliges ex Irenæo, 1. 2. De Simonianis, *Amatoria quoque, & agogima, & qui dicuntur paredri, & oniropompi, & quæcunque sunt alia perierga* (malè scribitur *parerga*) *apud eos studiosè exercentur*. Hæc Philosophi vocabant περίεργα, & γοητείας, & τερατουργίας ut Porphyrius 2. De abstinendo ab animatis, ubi & φίλτρα & ἐρωτικὰ ponit in hac classe. Γοητικὰς βίβλους habent hîc Patres Græci. Christiani verò *Diabolica* hæc vocârunt, Sed Lucas receptâ Ephesi voce uti contentus est [l]. Ephesus ante alias civitates his pravis studiis dedita [m]: ut ostendit vetus proverbium [n]. Ἐφέσια ἀλεξιφάρμακα, *Ephesia carmina*, sive *incantamenta*, apud Menandrum [o], in Παιδίῳ. Ἐφέσια τοῖς γαμοῦσιν οὗτος περιπατεῖ λέγων ἀλεξιφάρμακα.—quod interpretare ex Apuleio in Herbario, *Si quis devotus defixúsque fuerit in ejus nuptiis, eum sic resolves* [p]. Et illud, Ἐφέσια γράμματα, *Ephesiæ literæ* [q]: quarum meminere Athenæus, Plutarchus Sympos. 7. Clemens Alex. Strom. 1. & 5. [quorum verba exhibet G.] & Eustathius ad Odys. φ'. qui etiam pedibus & zonæ, & coronæ, ipsius

v Pri. x G. y Di. z Cas. a Er. b Glas. gram. 4. 3. 7. 787. ex Be. c Glas. d Be. Glas. * L. Er. Caj. & Gagn. in La. f Er. g Kn. h Me. La. i G. k La. Me. l Gap. 3893. m G. n Pri. o Camer. p G. q G. r Me. ex La. sim. Camer. Gua. † D. t D. sim. Ham. ex Th. & Oecum. v Q. in Di. x Gua. Ham. ex Th. & Oecum. y G. z Di. a Q. in La. sim. Gua. ex Os. b Pi. sim Ca. c G. d G. * T. f Be. g G. h La. Me.

i La. k G. l V. m G. n Pri. o G. p Seld. in Wal. q G. r Me. sim. E. † La. T. t G. v Be. x Di. y G. z Di. a G. b G. c Er. d G. * Camer. f Be. † Q. in La. g Er. V. Ca. Be. Ham. &c. h Be. i V. k Be. † Ham. l G. m G. sim. Cas. Ham. Be. n Be. Ham. o Ham. ex G. p G. q Be. G. Ham.

ipsius Dianæ Ephesiæ inscriptas ait fuisse literas Ephesias ἀσαιδὰς ϗ αἰνιγματώδεις· & Suidas, & Hesychius[r], qui scribit *eas literas primitus sex fuisse, sic dictas*, (ut ex Clem. Strom. 1. 18. emendari possit hic locus in Hesychio corruptissimus) 1. ἄσκιον· 2. κατάσκιον· 3. λίξ· 4. τετράς· 5. δαμναμενεύς· 6. αἴσιον· earumque significatio talis erat, 1. *tenebræ*: 2. *lux*: 3. *terra*: 4. *annus*: 5. *sol*: 6. *veritas*. Περίεργα in Hesych. sunt καθάρσια, *ritus purgationis*, sive *lustrationis*, de quibus vide Jambl. Porphyr. Hieroc. erántque duntaxat γοητεῖαι, & θεουργεῖαι, *magica* & *veneficia* †. ¶ *Contulerunt*, &c. Συνενέγκαντες, &c.] *Comportatos libros exusserunt in omnium conspectu*, Be. sic Pi. &c. in L. ult. cod. Theod. De Malef. & Mathem. *Codicibus erroris proprii sub oculis omnium incendio concrematis*. Ammianus l. 29. *Deinde congesti innumeri codices, & acervi voluminum multi sub conspectu Judicum concremati sunt, ex domibus eruti variis, ut illiciti, ad leniendam cæsorum invidiam* [t]. Non satis est pœnitentiam animo concipere; factis quoque ostendenda est, Matth. 3. 8[v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς, &c.] *Et computaverunt pretia eorum*, Mo. sim. Er. P. Be. Tre. Pi. &c. *Et revocarunt ad calculos pretium eorum*, Camer. ¶ *Invenerunt pecuniam*, &c. Ἀργυρίου μυριάδας πέντε] *Argenti* (vel, *Pecuniæ*, Er.) *myriades quinque*, V. Pi. D. vel, *quinquaginta millia*, D. Hæc summa 5000 aureorum nostrorum coronatorum valet[x]; vel 5000 ducatos †. Per ἀργύριον hîc intelligunt, vel, 1. denarios[y]; vel drachmas[z]: quæ tantundem ferè valebant atque denarii[a]. Μυριάδας πέντε, sub. δραχμῶν· quæ ellipsis usitatissima est in sermone Græco[b]. *Argenteorum*, sub. *denariorum*, Was. ex Sy. ex more Scripturis usitato. Ità pretium excurret ad 8333 Florenos Germ. cum triente. Vel, 2. Cistophoros, numos proprios Asiaticorum: locus enim monet, sequendam hîc Asiaticam æstimationem. Cistophorus autem nummus erat cujus pretium paulò majus Denarii sive Drachmæ semisse[c]. Vel, 3. siclos[d]. Puto Lucam hoc pretium non ad Romanum, aut Græcum, aut Asiaticum, sed ad Judaicum, redegisse; & ἀργυρίου respondere Hebræo כסף, quod pro *siclo argenteo* ponitur*, atque ità vertitur Num. 7. 85. Deut. 22. 19. 2 Reg. 15. 20. Esa. 7. 23. Jer. 32. 9[g]. Interdum tamen LXX כסף reddunt, δίδραχμα ἀργυρίου, ut Deut. 22. 29. interdum δίδραχμα absolutè, ut Gen. 20. 16. aliquando σίκλος, [ut jam dictum:] intelligitur autem siclus Communis, valens δίδραχμον, *duas drachmas*: quomodo & Chald. pro כסף dicere solet סלעא, *siclus*. Ità summa esset 50000 *siclorum*, altero major quàm denariorum: siclus enim Communis duos denarios comprehendit[h]. Usserunt isti fideles libros illos, non vendiderunt ut pretium ad Apostolos afferrent: fuisset enim id velut pretium scorti, quod offerri non debet, Deut. 23. 18[i].

20. *Ità*, &c. Οὕτω κατὰ κράτος, &c.] *Ità* (vel, *Adeò*, Ca.) *fortiter* (vel, *potenter*, Camer. *per potentiam*, Mo. *virtute magnâ*, Sy. *valde*, sive *vehementer*, Camer. *penitus*, Ca. *plenè*, sive *perfectè*, Pri. ex Hesych. Hinc Plut. κατὰ κράτος φίλος[k]) *crescebat*— & *invalescebat*, P. Mo. Be. Pi. sic Ca. vel, *confirmabatur*, Er. Il. Ti.

21. *Proposuit*, &c. ità Er. Il. Mo. &c. Ἔθετο — ἐν τῷ πνεύματι] *Proposuit* (vel, *Posuit*, Pi.) *in spiritu*, V. P. i.e. per Spiritum, h. e. ductu Spiritûs[l]. Non placet: ἔθετο enim pro ἐθέσπισε durum est & insolens[m]. Vel, *animo suo*, Camer. *Induxit in animum*, Be. Pi. sub. *suum*, Be. Est locutio Hebraica, שׂם על לבו, *Ponere super cor suum*[n], Dan. 1. 8. sic & 2. 29[o]. Non mirum autem πνεῦμα cum articulo poni pro *animo*. Vide 1 Cor. 2. 11. & 5. 5. & 6. 20. Eph. 4. 23[p]. Statuit apud se[q]. ¶ *Achaia*] Per *Achaiam* h. l. intelligit τὴν Ἑλλάδα, *Græciam*, ut & Græci Scriptores sub Romanis passim accipiunt. Romani *Achaiæ* nomine Peloponnesum & Græciam comprehenderunt, quas utrasque regebat Proconsul Achaiæ[r]. ¶ *Et Romam videre*] Quærebat eas urbes Paulus ubi maximam sperabat messem †.

22. *Mittens*, &c.] Ut viam sibi secuturo pararent[t], & simul collectam eleemosynarum pro Hierosolymitis facerent[v], ut patet 1 Cor. 4. 17 †. & 2 Cor. 9. 3, 4*. ¶ *Erastum*] Non eum cujus mentio Rom. 16. 23. sed alterum, cujus mentio 2 Tim. 4. 20. Fortè Hebræus fuerit, cui nomen Davidiy. ¶ *Ipse*, &c. Αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν] *Ipse remansit* (vel, *substitit*, Sy. P. Be. Pi. *institit*, Camer. ad verb. *inhibuit*, scil. susceptam profectionem[z]: vel, *exspectavit*, V.) *tempus* (sub. *proficiscendi*: de qua profectione vide cap. seq[a]. Vel, *ad tempus*, Er. P. Be. Pi. &c. χρόνον, pro, κατὰ χρόνον τινα[b]. Vel, *aliquamdiu*, Ca.) *in Asiam*, Mo. vel, *in Asia*, G. Pi. &c. quæ mutatio frequens Hellenistis[c].

23. *Turbatio*, Τάραχος] *Tumultus*, Be. Pi. G. Τάραχος, & ταραχὴ, & θόρυβος, poni solent pro Hebræo מהומה[d]. ¶ *De*, &c. Περὶ τῆς ὁδοῦ] *De* (vel, *Super*, Be.) *via*, Mo. vel, *illa via*, Er. Il. Ti. *via* Dei, Be. sic Sy. *secta illa*, P. *hac doctrina*, Æth. τῆς, pro ταύτης*. *Ob eam institutionem*, Ca. Occasione Evangelii[f]: quòd Paulus illud doceret[g].

24. *Argentarius*, Ἀργυροκόπος] *Faber argentarius*, Er. Il. Ti. P. Tre. Ca. G. Ità hæc vox in Glossario rectè vertitur[h]. *Argenticelator*, Mo. *Signator argenti*, P. Tre. Be. Pi. Opifex & sculptor argenti, quem aurificem, seu aurifabrum, vocamus[i]. Excusor argenteorum vasorum[k]. ¶ *Faciens ædes*, &c. Ναοὺς, &c.] *Imagines argenteas*, Ar. & Æth. in Di. *Delubri sigilla*, sive *simulacra*, &c. Ca. *Templa*, sive *delubra*, P. Be. Tre. Er. Ti. Ca. &c. id est, exiguas ædiculas argenteas, & in iis simulacrum Dianæ, ad effigiem veri Templi & simulacri[l]. Talis ædiculæ Veneris Cnidiæ meminit Plinius, 36. 5[m]. Ναΐδια vocat Polybius; Dion, νεὼς μικρὸς· quorum fabros ναοποιοὺς vocat Aristotelis interpres[n]. Strabo quoque l. 14. ναΐσκους, & ναοκορίας commemorat[o]. Solebant Ethnici in pompa deorum imagines circumgestare, idque in curru eo usui destinato, quem Romani *thensam* vocarunt; vel in pyxide, quam *ferculum* vocabant: idémque ferè erat quod Græcis ναός. Scholiastes ad Arist. Rhet. 1. 15. Ναοὶ, inquit, sunt εἰκονοστάσια, *capellulæ cum imaginibus inclusis*. Sic Athen. Deipnos. 11. καδίσκος, inquit, *est vas in quo imagines Jovis reponunt*. Ubi Casaubonus, *Erant simulacra hæc armariis inclusa, quæ ad sacellorum modum fiebant*. Scribit Ammianus Macel. de Asclepiade, quòd *secum semper circumferret Deæ cœlestis argenteum breve figmentum*. Tale erat & *tabernaculum Moloch*, Act. 7. 43. ut ibi ostensum[p]. Al. Sic vocat imagunculas, sive nummos, templi istius typum repræsentantes[q]; & inde *templa* dictos, ut nummi apud Græcos dicti sunt *boves*, *puellæ*, *pulli*, *testudines*, à figuris quas repræsentabant[r]. Hæc sententia probabilis est, non tamen placet: quia horum nummorum, qui ναοὶ appellarentur, nemo veterum meminit †. *Diana* indubiè est Luna, &c[t]. ¶ *Præstabat*, &c. Παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην] *Præbebat*, vel *Præstabat*, (vel, *Lucrabatur*, Ca.) *artificibus* (Τεχνίτας hîc vocat *operas* Demetrii, quibus ille dabat quod agerent. *Filios artis suæ* dixit Syrus[v].) *non parvum quæstum*, P. Be. Pi. sic Er. &c.

25. *Quos convocans, & eos*, &c. Καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας] *Et istiusmodi rerum opifices*, Be. Pi. Alios sibi similes & quæstûs ejusdem[x]. Meus vetustiss. cod. non legit καὶ· & rectè, ut puto, cùm τεχνῖται & ἐργάται iidem sint. Favet & Syrus[y]. At Syrus locum sic reddit, *Congregavit istos coartifices suos omnes, & qui operabantur cum illis*; ubi manifestè distinguit inter τεχνίτας, & reliquos ἐργάτας· per istos intelligens, qui, sicut Demetrius, magistri artis erant, & aliis operas præscribebant; per hos verò, inferiores operarios, quibus à magistris artificibus operæ præscribebantur[z]. ¶ *De hoc artificio est*, &c. Ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι] *Quæstus* (vel, *Acquisitio*, Mo.) *nobis* (vel, *noster*, Ar. Æth.) *est*, Er. Il. Ti. V. G. Hinc ditamur. Nolebat falsum videri quod ipsi proderat[a]. *Negotiatio nostra tota est*, Tre. ex Sy. *Nostræ sunt facultates*, P. sic Ca. vel potiùs, *copiæ*, Be. Pi. Sunt enim & tenues facultates, sed nulla tenuis est εὐπορία[b].

26. *Suadens*, &c. Πείσας μετέστησεν, &c.] *Suadens avertit* (vel, *Persuasit & avertit*, Er. Il. Ti. vel, *Persuasam avertit*, P. *Verbis avertit*, Ca. *Persuadendo avertit*, Be. Pi.) *turbam multam*, Mo. ¶ *Non sunt dii*, &c.] Negabat ullam esse vim Divinam in simulacris. Dicebat congruentia Psalmo 115. 4, &c. Jer. 10. 3, &c[c].

27. *Non solùm*, &c. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν] *Non solùm autem hæc periclitatur nobis pars in redargutionem venire*, Mo. *Non solùm autem hæc pars nobis in periculum venit ne reprobetur*, Er. Il. Ti. V. vel, *ne reprobemur*, V. Er. *Non solùm autem periculum est ne istud quod nobis est peculiare*, (i.e. opificium illud,

Marginal notes (left column): [r] G. — † Ham. — [t] Pri. — [v] G. — [x] V. — † Ca. — [y] Be. Sch. Camer. — [z] Camer. Sch. — [a] Di. sim. Sch. — [b] Camer. — [c] Was. antiq. num. 2. 22. — [d] Ham. G. — * G. — [g] G. — [h] Di. — [i] G. — [k] Pri. — [l] V. sim. Camer. L. Me. &c. — [m] Be. — [n] G. ex Be. — [o] Be. — [p] G. — [q] Be. — [r] Salmas. in Wal. — † G. — [t] La. Me. — [v] La. Me. Cap. — † La. — * Cap. — [y] G.

Marginal notes (right column): [z] Pi. — [a] V. — [b] Pi. — [c] G. — [d] G. — * Di. — [f] G. sim. V. — [g] Be. — [h] G. — [i] V. ex Er. sim. Val. Camer. — [k] Camer. — [l] G. sim. Me. & T. ex La. Er. Camer. Cas. Salm. — [m] G. — [n] G. ex Salm. — [o] Cas. — [p] Ham. — [q] Be. sim. Pi. — [r] Be. — † Cas. — [t] Ham. sim. La. — [v] G. — [x] G. — [y] Be. — [z] Di. — [a] G. — [b] Be. — [c] G.

illud,

illud, ex quo, tanquam possessione quâdam nostrâ, vivere consuevimus [d],) *nobis probrosum evadat*, Be. Pi. ad verb. *in refutationem*, sive *increpationem*, *veniat*, Pi. vel, *in opprobrium veniat*, Zeg. vel, *nè hac in parte res evadat ad nostram contumeliam*, Ἔλεγμος (unde ἀπελεγμὸς) idem est quod ἔλεγχος, quod *probrum*, sive *infamiam*, significat: ut in Homer. Il. λ'. δὴ γὰρ ἔλεγχος ἔσεται, id est, infamiam magnam afferet, si scil. naves ab Hectore expugnentur [*]. Vel, *nè hæc nobis pars confutetur*, Ca. vel, *nè pars ista nobis per ipsum confutata pereat*, P. Al. *Non solùm autem hanc partem in reprobationem nostri venturam necessariò consequitur*. Nam κινδυνεύειν non solùm *periclitari*, sed etiam *concludi*, & *necessariò consequi*, significat [f]. Omnino [pro ἡμῖν] legendum est ἡμῶν· quomodo & Syrum & Arabem arbitror legisse. Sensus est, *Periculum est non modò nè id quod nos contingit* (i. e. ars nostra) *in contemptum veniat*. Τὸ ἡμῶν μέρος, *id quod nos tangit*: nota locutio. Ἀπελεγμὸς autem, idem quod ἐλεγμὸς, per μετωνυμίαν *contemptum* significat: ideóque ὀνειδισμὸς & ἐλεγμὸς se mutuò interpretantur, Esa. 37. 3 [g]. Al. *Et non hæc res*, sive *hoc negotium*, (quo sensu idem nomen mihi capi videtur 2 Cor. 9. 3. Col. 2. 16. 1 Pet. 4. 16. nempe ars quam profitemur: *hæc pars*, i. e. hoc quod ad hanc rem spectat:) *tantùm publicæ ignominiæ exponetur & cessabit*. Itá Syrus optimé [h]. ¶ *Sed magnæ Dianæ templum*, &c.] q. d. Parum est de nostro quæstu: tota religio hîc periclitatur. Templum Dianæ fuisse Ephesi ante Liberi Patris & Amazonum tempora, docent nos Ephesii apud Tacitum Annal. 3. Majus factum communiter ab Asiæ civitatibus Livius auctor est l. 1. Ideo Martialis, *Nec Triviæ templo molles laudentur Iones*. Aristophanes, Ἡ τ' Ἐφέσε μάκαιρα πάγχρυσον ἔχεις οἶκον, ἐν ᾧ κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν. *Magna Diana* hîc dicitur illa Ephesia, ut Pausaniæ πρωτοθρονία [i]. *Magna Dea*, epitheton Dianæ [k]. Templum hoc adeò magnificum erat, ut inter septem orbis miracula numeraretur [l]. Quo die natus est Alexander deflagravit, sed postea longè augustius refectum est, *ducentis viginti annis factum à tota Asia*, Plin. 36. 14 [m]. ¶ *Et*, &c. Καὶ καθαιρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς] *Ut etiam destruatur* (vel, *contemnatur*, Di. ex Sy.) *majestas ejus*, Be. Pi. G. ex Vulg. Glossarium, μεγαλειότης, *majestas*. Vel, *numen ejus* [n]: vel, *ipsa Dea*. Μεγαλειότης τοῦ Θεοῦ, idem quod μεγαλοπρεπὴς δόξα dicitur, 2 Pet. 1. 17. ipsa divinitas: quamobrem Æth. hîc habet, Et *destruetur divinitas ejus* [o]. ¶ *Quam tota Asia & orbis colit*] Non falsò hoc dicit. Nam & inter paucos deos qui à Romanis testatoribus hæredes institui poterant, erat hæc Diana Ephesia, ut nos docet Ulpianus Institut. tit. 22 [p].

28. *Magna Diana*, &c.] Quasi abhominantes id quod Paulus efficere conabatur [q]. Quam perituram Paulus dicit, ejus gloria æternùm manebit [r]. Gentiles *magnos deos* 12 numerabant; quos Ennius hoc disticho complectitur, *Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo*. Cæteri dii erant minorum gentium [†].

29. *Impleta ——— confusione*, Συγχύσεως] Idem quod suprà τάραχος· מהומה utraque voce redditur [t]. ¶ Ὥρμησάν τε, &c.] *Et irruerunt — in theatrum*, Be. Pi. Locum in quo & ludi spectabantur [v], & orationes audiebantur [x], & puniebantur rei [y]: in illud rapientes Gaium aliósque Christianos, ut eos ibidem reos & sacrilegos publicè proclamarent & mactarent [z], feris objicientes: hîc enim erant θηριομαχίαι [a]. *In theatrum*, quò populus (in Græciæ urbibus, turbatâ civitate [b],) concurrere solebat [c], de rebus publicis disceptaturus [d]. Meminere moris istius Diod. Siculus, l. 16. Plutarchus Arato: [quorum verba vide in G.] & in Timoleonte, & is qui vitam scripsit Latinè. Juvenalis de Demosthene, — *& pleni moderantem fræna theatri*. Vide & alia loca quæ in hanc rem congessit Heraldi diligentia in Adversariis. ¶ *Gaio*] Caius hic erat quidem Thessalonicensis, sed origine Derbæus, ut discimus infrà 20. 4. Mentio & aliorum hujus nominis, inter Romanos perfrequentis, in scriptis Pauli & Johannis [*]. ¶ *Aristarcho*] Hujus mentio Col. 4. 10 [f]. & Act. 20. 4. & 27. 2. & Philem. 24. Nomen est apud Græcos celebre, ac commune multis etiam Scriptoribus [g]. ¶ *Comitibus*; ità Er. Mo. Tre. &c. Συνεκδήμους] Occurrit hæc vox 2 Cor. 8. 19. &

[Margin notes: d Be. — * Camer. — f Zeg. — g G. — h Di. — i G. — k D. — l La. — m Salm. in Wal. — n G. — o Di. — p G. — q G. — r Me. — † La. Me. — t G. — v Gua. sim. Zeg — x ua. — y L. — z La. — a Ham. sim. Li. chron. 106. — b D. — c G. sim. D. — d D. — * G. — f G. La. — g G.]

in Plutarcho, & in Excerptis Diod. Sic. Glossarium vetus, Συνέκδημος, *comes* [h]. *Sociis peregrinationis*, P. Be. Pi. sim. Ca.

30. *Paulo — volente*, &c.] Vel turbam sedaturus, vel pro Christo occubiturus [i]. ¶ *Non permiserunt*, &c.] Precibus eum dimovebant [k].

31. *Quidam autem & de*, &c. Τῶν Ἀσιαρχῶν] *Ex Asiarchis*, Be. Pi. *Ex Asiæ principibus*, sive *primoribus*, Er. Il. P. &c. sim. Mo. Tre. Ca. &c. Inter Ethnicos Agones ad placandos deos instituti sunt, quales in Græcia quatuor Olymp. Nem. Isthm. Pyth. Eos autem moderabantur atque curabant Sacerdotes in qualibet provincia, ut notat Cujacius, observ. 2. 13. & ex provinciis suis nomina sortiebantur. Sic Κυπριάρχης, 2 Mac. 12. 2. & Συριάρχαι in Cujacio. Et apud Modestinum 6. 14. Ἀσιαρχία, Βιθυναρχία, Καππαδοκαρχία, inter summa gentium sacerdotia numerantur. Et præter hos gentium Officiales, erant quoque in urbibus πολιτάρχαι, ἀγωνοθέται, ἀλυτάρχαι, non à Romanis, sed populi electione, designati [l]. Sicut *Phœnicarchia* & *Syriarchia* sacerdotia fuere, Codice de Nat. lib. L. 1. sic & *Asiarchia*, quod *sacerdotium Asiæ* vocatur L. in honoribus D. de vacatione & excusatione munerum: ità ut Ulpianus in L. si duas § Gentium D. de excus. dignitatem hanc *Præsidatum Asiæ* vocet; & Asiarchas πρωτεύοντας κατὰ τὴν ἐπαρχίαν dicat Strabo: qui & hoc nos docet, lectos ex præcipuis Asiæ civitatibus, inter quas fuisse & Tralles. Sic & Latinus Interpres hoc loco *Asiarchas* vocat *Asiæ Principes*. Postquam Christiani facti sunt Imperatores, mansit Sacerdotibus illis provincialibus, sine sacrificiis, honos & insignia vetera. Functio autem unica eis mansit, ludos edere suo sumptu: unde Asiarchas *munerarios* interpretatur Ruffinus in Polycarpi Martyrio apud Eusebium. Horum impendia magna erant, nec adstricta legibus ludorum aliorum sumptus ad modum redigentibus, L. cunctos C. Theod. de expensis ludorum: & ideo patrimoniorum oneribus accensentur L. Nec protostasiæ C. de muneribus patrimoniorum: & L. 1. Cod. de periculo successionum parentis. Dabatúrque de eis excusatio artium professoribus L. si duas § est autem D. de Excusat. Tutorum. Est *Asiarcharum* mentio & in Marmoribus Arundelianis [m]. Ἀσιάρχαι h. l. non sunt *Principes*, sive *Primores*, *Asiæ*, sed *summi sacerdotes* solennitatis [n], quorum munus erat ludos Theatrales in deorum honorem edere. Nonnulli etiam ex his profanis aliquatenus saltem Evangelium amplexi sunt [o]. Ἀσιάρχαι erant ἱεράρχαι, sive *sacerdotum principes*: qui ex ipsismet primoribus Asiæ & opulentissimis civibus eligebantur ad munera ac ludos edendos, in honorem deorum, quorum & sacerdotium simul capessebant: nec tamen sacerdotium solùm, sed & magistratum, gerebant, & consilii totius provinciæ primates habebantur: unde πρωτεύοντας κατὰ τὴν ἐπαρχίαν eos vocat Strabo, h. e. *provinciæ principes*. Tales erant Συριάρχαι, & Φοινικάρχαι, & Λυκιάρχαι de quibus sic Strabo, ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ πρῶτον μὲν Λυκιάρχης αἱρεῖται, εἶτα ἄλλαι ἀρχαὶ αἱ τοῦ συστήματος, δικαστήριά τε ἀποδείκνυται κοινῇ. Synedrium illud ex omnibus Lyciacis urbibus compositum erat. Ἀσιάρχας autem hîc vocat num. plur. vel, quòd plures eligi simul solerent, ut ostendit Strabo l. 14. de Trallibus, sic scribens, ἀεί τινες ἐξ αὐτῶν εἰσὶν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσι· vel potiùs, quòd eos item sic appellet qui jam eo munere functi fuerant [p]. ¶ *Nè se daret in theatrum*] Ità Be. Pi. vel, *committeret theatro*, V. Nè populi concitati irâ ei noceret [q].

32. *Erat enim Ecclesia*, &c. Ἡ ἐκκλησία, &c.] *Concio*, &c. Be. Pi. Er. &c. i. e. multitudo quæ in theatrum concurrerat, quæ postea speciem induerat justi conventûs, &c [r]. Ἐκκλησία hîc, קהל, cœtum quemvis significat, cùm *concio* Latinè non sit nisi à Magistratu secundùm leges convocata multitudo. Plutarchus in Coriolano dixit ἐκκλησίαν ἀθροισθεῖσαν &, in Phocione, ἐκκλησίαν παμμιγῆ καὶ ἄτακτον [†].

33. *De*, &c. Ἐκ δὲ τοῦ ὄχλου] *Ex turba verò*, Be. Pi. &c. sub. *quidam*, P. Be. sic G. Ham. ut Matth. 23. 34. Joh. 16. 17. & alibi [t], forsan lictores, &c [v]. ¶ *Detraxerunt*, Προεβίβασαν] *Constituerunt*, Tre. ex Sy. *Prius instruxerunt*, Er. V. tanquam patronum causam acturum [x]. *Protruserunt*, Camer. *Protraxerunt*, Er. Il. Ti. *Produxerunt*, P. Mo. Be. Pi. *Protractus est*, Ca. Promoverunt eum extra turbam

[Margin notes: h Pri. — i La. — k G. — l Ham. — m G. — n Greg. not. 10. in Append. crit. p. 2784. sim. Be. — o Be. — p Salm. in Wal. — q G. — r Be. — † G. — t G. — v Ham. — x Er. Zeg.]

turbam in eum locum unde ab omnibus exaudiri posset[y].

¶ *Propellentibus* (vel, *Producentibus*, Ca. *Objicientibus*, seu *promoventibus*, Camer.) *eum Judæis*] Ità Er. Il. P. Mo. Be. Pi. &c. Ut virum doctum & eloquentem[z], amicum Pauli[a], & Christianorum[b]: ut communem Judæis cum Paulo causam contra numen Dianæ defenderet[c]: nam in Judæos æquè ac Christianos hæc faba cudebatur[d], ut constat ex v. seq[*]. Vel, ut, derivatâ in Paulum & Christianos accusatione, populum placaret[f]. Vel forsan, quòd esset de Fabrorum numero, à quibus orta est seditio[g]. Judæi eum proponebant tanquam idoneum Pauli accusatorem, ut qui ipsius dogmata nôsset omnia, & ab iis descivisset. Hoc autem modo Judæi volebant odium omne hoc à se amovere, cùm scirent se quoque invisos esse tanquam inimicos deorum[h]. Videtur enim hic esse Alexander de quo queritur Paulus, 1 Tim. 1. 20. & 2 Tim. 4. 14[i]. Alii verò hunc alium fuisse volunt, quod probabilius[k]. Προβάλλειν, testibus Phavorino & Hesychio, sensum habet forensem, valétque, *interrogare*, vel, *testem advocare*[l]. ¶ *Manu*, &c. Κατασείσας, &c.] *Motâ manu*, Er. *Quum decussisset manum*, Pi. Vide Act. 12. 17. & 13. 16. ¶ *Volebat*, &c. Ἤθελεν ἀπολογεῖσθαι, &c.] *Volebat causam dicere*, &c. Pi. Judæorum causam à Pauli causa segregare[m].

34. *Judæum*] Ideòq; amicum Pauli, & Dianæ hostem[n]. ¶ *Omnium*, Ἐκ πάντων] *Ab omnibus*: ἐκ, pro ὑπὸ, vel ἀπὸ[o].

35. *Et*, &c. Καταστείλας δὲ ὁ γραμματεὺς, &c.] *Tum Scriba cùm sedâsset*, &c. Be. sic Er. Il. Ti. Tre. Ca. vel, *repressisset*, &c. P. Pi. sic Mo. Glossarium, καταστέλλω, *sedo*. Suidas, καταστείλας ἀντὶ τοῦ κατασιγάσας P, (*silentium indicens*.) Γραμματεὺς h. l. erat, vel, 1. magister publicarum literarum[q], Scriba civitatis, cujus munus erat τὰ τοῦ δήμου γράμματα ἀναγινώσκειν, (*decreta populi publicè legere*,) ait Scholiastes Thucydidis. Apud Romanos, ut ait is qui Vitas Imperatorum Latinè scripsit, *Scribæ mercenarii* existimabantur. At apud Græcos nemo ad id officium admittebatur nisi honesto loco & fide & industriâ cognitus[r]. Sed hujusmodi vir non erat idoneus qui plebem tumultuantem compesceret[†]. Vel, 2. Præfectus urbis[t], qui militibus tesseras ac symbola dat, & munia præscribit; qui *tesserarius* dicitur. Glossarium, Γραμματεὺς, *Scriba Tesserarius*: hic enim absolutè vocatur γραμματεὺς[v]. Vel, 3. Actuarius in publicis agonibus[x]; cujus erat Victorum nomina & præmia scriptis consignare[y]: de quo vide Fabrum Agonist. 3. 23, 27. His enim ludis sacris tres præcipuè præsidebant, ut testatur antiquus author (Domninus[z]) citatus à Johanne Antiocheno; 1. Ἀλυτάρχης, qui ab Imperatore Romano nominatus est: 2. Γραμματεὺς & 3. Ἀμφιθαλὴς qui duo à populo electi sunt, ac propterea populum sedare poterant, &c[a]. ¶ *Dixit*] Ex Græco parum liquet, an Alexander dixit, an Scriba[b]. Dixit Alexander[c]: imò Scriba, ut verba Græca monstrant[d]. ¶ *Quis—nesciat Ephesiorum civitatem cultricem*, &c? Νεωκόρον οὖσαν, &c?) De Enna Cicero, *Ut mihi non cives illius civitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolæ atque antistites, Cereris, viderentur.* Est νεωκόρος vox hoc sensu etiam in Marmoribus Arundelianis, & in numis sæpe; ut in illo, Μαγνήτων νεωκόρων Ἀρτέμιδος in alio, Ἐφεσίων δὶς νεωκόρων καὶ τῆς Ἀρτέμιδος ubi bis νεωκόροι vocantur Ephesii ob bis editos ludos in honorem Cæsaris, Dianæ autem perpetuos[*]. [Sed hoc non tam leviter prætereundum est. Verba sic reddunt,] *Æedituam* (vel, *Cultricem*, Er. Il. Ti. Ca. &c.) *esse* (vel, *existentem*: non dicit εἶναι, sed οὖσαν, *nunc factistam* †,) *magnæ deæ Dianæ*, Be. P. Pi. Sy. [Quærendum hîc de voce νεωκόρος.] Passim legas in Veteribus Inscriptionibus hoc *Neocori* nomen, ubi tamen de Civitatum populis rarò dicitur[f]. In Marmoribus (licèt minùs frequenter quàm in numismatis Græcis) invenitur à primordiis Imperii [Romani] usque ad Gallienum. Inscriptiones sunt in illis Augusti, Καισαρέων φιλοπολειτῶν Νεωκόρων Tiberii, Πασεμφεῖτων Νεωκόρων Περγαμένων δὶς Νεωκόρων in aliis, Χρυσάνθινα Σάρδιων τρὶς Νεωκόρων Ἄκτια Πύθια Περινθίων Νεωκόρων Ἐφεσίων Δ Νεωκόρων Ἐφεσίων δὶς Νεωκόρων καὶ τῆς Ἀρτέμιδος β. Νεωκόρος dicta est, vel, 1. à ναὸς, *templum*, & κόρη, *virgo*; nam Dianam virginem faciunt Poetæ[h]: vel, 2. quod malim, à ναὸς, *templum*, & κορεῖν, quod est *purgare*, aut *verrere*, ut docent Hesych. Suid. &c[i]. quasi civitas hæc æditua esset & ministra, i. e. propriè cultrix & ornatrix, Templi illius[k]. Solent qui impensiùs dediti sunt alicui Divæ aram illius ornare, &c[l]. Sic & ζάκορος dicitur *æedituus*, aut *templi minister*. Et νεωκορεῖν significat, *administrare*, vel *tractare*, *res sacras*, i. e. ad Templa pertinentes. Julius Pollux Onomast. l. 1. *Nomina*, inquit, *Diis inservientium sunt*, ἱερεῖς, νεωκόροι, ζάκοροι[m]. Plato de legibus, *Constituant Sacerdotes utriusque sexus* νεωκόρους γίνεσθαι τοῖς θεοῖς[n]. Νεωκόρος dicitur, *qui templum verrit*, sive *purgat*, Phavorinus, & Græcum Etymologicum; vel potiùs, *qui templum adornat*, Suidas: κορεῖν γὰρ est καλλωπίζειν, ὅθεν καὶ Νεωκόρος, ut Schol. Aristoph. ad Νεφελ. p. 61. Julius Firmicus Astron. 4. 7. *Defluens autem* ☿ *Luna—facit magnos*, &c. *Neocoros quoque, aut prophetas, vel sacerdotum principes*, &c. Idem alibi, *Hujus* (Serapidis) *Simulacrum Neocororum turba custodit*, &c. Ubi vides in magnis Templis multos fuisse Neocoros qui in gradus & ordines distinguebantur, ut patet ex illo in corpore Inscriptionum, Ὁ πρεσβύτατος τῶν Νεωκόρων τοῦ μεγάλου Σεράπιδος & Vetere expositione totius orbis à Jo. Gotofredo, edit. c. 18[o]. Possumus hîc vertere, *Sacristam* P. Augustus, ejúsque exemplo successores ipsius, potestatem erigendi altaria & Olympia exhibendi nonnullis indulsit civitatibus, quæ maximi honoris loco ducebant dici Νεωκόρους, sive *Sacristæ* solennitatum[q]. Et Ephesus & pleræque Asiæ urbes frequentissimè *Neocori* simpliciter dicuntur, non addito Numine cujus Νεωκόροι sunt; intellectâ tamen forsan *Deûm matre*, quæ earum Numen commune erat, interdum (cujus tamen tria duntaxat exempla reperio) *Neocori Dianæ*. Ità Ephesii primùm vocantur, imperante Claudio; & posteà sub Antonino Caracalla, qui iis impensè favit, in cujus numis *Ephesii* dicuntur fuisse *quater Neocori* simpliciter, & *bis Neocori Dianæ*[r]. Cùm autem celebratio horum Ludorum (ad quos hæc vox refertur) res sanctissima habita sit, & institutum summæ religionis erga Deos & Imperatores, civitates valde affectabant Dignitatem & Titulum *Neocori*: & quoties alicui civitati hæc gratia concessa fuerit, toties stylus exprimebatur in numismatis Imperatorum[†]. Quod ad Agonem illum sacrum, Κοινὸν Ἀσίας dictum, attinet, Civitates Asiæ indè dictas Νεωκόρους non censeo, idque duplici argumento: 1. Quia Agon ille Smyrnæ duntaxat celebratus legitur. 2. Si ità esset, Smyrnenses sæpiùs *Neocori* fuissent: at illi, ut primùm *Neocori* dicuntur in Numis Augusti, & indè usque ad tempora Gallienorum, Neocori ampliùs facti non sunt; itaque in Numis Gallienorum *bis Neocori* tantùm dicuntur[t]. [De his fusè doctéque differentem Cl. Authorem legas si lubet.] ¶ *Jovisque*, &c. Καὶ τοῦ Διοπετοῦς] Nempe, ἀγάλματος[v]. *Et Jovis prolis*, Mo. Vulg. i. e. Dianæ à Jove genitæ[x]. Sed Διοπετοῦς ad *Dianam* non pertinere, sed ad ἄγαλμα, ostendit tum Articulus τοῦ, tum Conjunctio καὶ[y]. *Et à Jove delapsi*, sub. *signi*, vel *simulacri*, Er. V. ità Il. P. Be. Ca. Pi. sic Tre. ex Sy. G. &c. Erat id ex vite factum, ut Muciano Auctore tradidit Plinius. Sed quia fabricatio ejus omnem memoriam excedebat[z], ideo facilè Sacerdotes plebi persuasere esse de cœlo delapsum, ut Suidas notat in voce Διοπετὲς[a] quod ipsum Numa persuasit Romanis de ancilibus[b], & Asiatici de Passinuncio suo simulacro[c]. Sic de Tauricæ Dianæ simulacro Euripides, Λαβεῖν τ' ἄγαλμα θεᾶς, ὅ φασιν ἐνθάδε Εἰς τούσδε ναοὺς οὐρανοῦ πεσεῖν ἄπο, (*Accipere simulacrum deæ, quod in hæc templa de cœlo cecidisse dicunt.*) Idem posteà vocat Διοπετὲς ἄγαλμα. Sic & de ancili Plutar. Διοπετοῦς πέλτης. Est & apud Herodianum Διοπετὲς ἄγαλμα. *Jovem* pro cœlo dici frequens Græcis. Sic & Horatius, *Sub Jove frigido*[d]. Plutarchus in Parall. Διοπετὲς Παλλάδιον. Cicero de Ennensis Cereris simulacro, *Erat tale, ut homines aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cæsaris non humanâ manu factam, sed de cœlo delapsam, arbitrarentur*[*].

36. *Cùm ergo his contradici non possit*] Hoc vult, Qui περὶ τῶν χειροποιήτων loquuntur, ii nihil lædunt hoc simulacrum, quod constat esse non χειροποίητον, sed Διοπετὲς[f]. ¶ *Sedatos esse*; ità Er. Tre. Be. Ca. G. &c. Κατεσταλμένους ὑπάρχειν] *Contineri*, P. *Sedatos subsistere*, Mo. *Vos cohibere*, Ar. —*Motos componere fluctus*. Greg. Nyssen. κατεσταλμένῳ ἠσυχίᾳ. Καταστέλλω, *sedo*, ut suprà versu 35. Sic Virgilius, *Olli respondit sedato corde Latinus*[h]. ¶ *Et nihil temere* (vel, *præceps*, Mo. P. Be. Pi. *præcipitanter*, Er. Tre. Il. &c.) *agere*] Vel, *facere*, Ca. P. &c. Sic, προπετῶς

Marginal notes (left): y G. — z T. ex I a — a La. — b T. — c La. Me. sic T. — d T. sim. — f a. Be. Me. — * Be. — f Be. sim. Ham. — g Be. — h G. — i G. sim. Be. Ham. Baron. & Hugo in T. — k T. ex Cai. — l Ham. — m G. — n Ham. — o Pi. — p Pri. — q Camer. — r G. — † Greg. not. 9. 2782. — t D. ex Sy. sim. Di. ex Ar. & Sy. — v Di — x Ham. — y Greg. ib. sim. Ham. — z Ham. — a Greg. ib. — b Er. — c Baron. in Ham. — d Ham. — * G. — † Greg. not. sim. Ham. — f Pet. var. lect. 29. 2602. — g Greg. not. 10. 2783. — h Er. in crit. Append. 3587 — i Er. ib. Stun. in Append. crit. p. 3497.

Marginal notes (right): k Stun. — l Er. — m Stun. ib. — n Ham. — o Greg. ib. — p Greg. ex Di. Ham. — q Cas. in Greg. — r Pet. ib. — † Greg. not. — t Pet. — v G. — x T. — y Er. — z G. sim. Be. — a G. sim. Er. Zeg. Camer. — b Er. sic Be. — c Be. — d G. — * Pet. — f G. — g Pri. — h G.

πετῶς μὴ ὄμνυε, *Temere nè jura.* L. si dicit D. de jurejurando. In Glossario, προπετὴς, *temerarius.* Plut. Camillo, προπετῶς μάχην συνάψας, *cùm temere pugnâsset* [i].

37. *Neque sacrilegos*] Quia nè intraverant quidem Templum [k]. ¶ *Neque blasphemantes*, &c.] Vel, 1. quia Paulus conviciis Dianam non proscideret, sed nudam veritatem dixerit [l]. Vel, 2. quia Dianam specia tim non nominaverat [m]: vel, mentitur officiosè ad sedandum populum [n]. Josephus 2. contra App. Τὰ γὰρ αὐτῶν ἡμῖν φυλάττειν, &c. (*Patrius mos est ut nostra servemus, non aliena traducamus: legislator noster apertè nobis interdixit, Nè deos extraneos blasphemenus.*) Nempe Judæi nominatim non maledicebant huic vel illi Gentium deo, quia nomina ipsa eorum deorum non pronunciabant. Aliud tamen vult Lex, aliud Josephus Romanis persuadere conatur, ut diximus de J. B. & P. 3. 5. 2 [o]. *Dii illi quibus non maledicendum*, sunt Judices, sive Principes, ut interpretantur Onk. Jon. RS. aliique Judæi [p].

38. *Si*, &c. Εἰ——πρός τινα λόγον ἔχουσιν] Nempe μομφὴν. Sic, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφὴν, Col. 3. 13 [q]. Sic דבר, quod propriè λόγον sonat, vertitur ἀντιλογία, Exod. 18. 16. & ῥῆμα, Exod. 18. 22 [r]. *Si—negotium* (vel, *controversiam*, Camer. *causam*, Be.) *habent cum aliquo*, Pi. vel, *adversus aliquem*, Be. εἰ λόγον idem quod εἴ τι, Act. 24. 19. vel, εἰ πρᾶγμα, 1 Cor. 6. 1 [†]. ¶ *Conventus*, &c. Ἀγοραῖοι ἄγονται] *Agitur forum*, P. Be. Ca. Pi. *Fora* (vel, *Conventus forenses*, Er. Il. Ti. Camer. vel, *Forenses*, sub. *cognitiones*, vel *lites*, Er.) *aguntur*, Mo. Er. &c. Ad verb. *Agunt*, vel *aguntur*, vel *coguntur*, *forenses*, i. e. forensium causarum tractatores, judices, vel causidici [t]: vel, *forenses*, Camer. &c. sive, *fasti*, Pi. sub. *dies*, Camer. Pi. D. Ham. Ἀγόραιοι scribendum, si Suidam sequimur, & Glossarium, ubi legimus, *Cùm lex agitatur*, ὅτι ἡ ἀγόραιος ἐστιν· ubi subaudiri ἡμέρα notavit Casaubonus, *Sunt*, inquit, *dies quibus lege agitur, quos Fastos Romani vocant* [v]. Certis diebus dantur judicia forensia [x]: & illi dies jam aguntur. Ἡ ἀγόραιος, inquit Phavorinus, est *dies in quo ἡ ἀγορὰ πληθύει* [y]. Al. *Artifices sunt*, Sy. in Di. *Tantummodo illi operarii sunt*, Ar. in Di. ut sensus sit, Peccârunt Demetrius ejúsque sodales, quippe qui operarii tantùm sunt & artifices, quorum non est hîc jus dicere, sed Proconsulis. Eo sensu vertendum esset, *circumforanei*, vel *forenses*, *habentur*: nam ἄγω, ut & Latinis *duco*, aliquando pro *existimo*, *habeo* usurpatur; ut ἄγω ὑμᾶς, &c. *habeo vos in pari honore* [z]. ¶ *Et Proconsules sunt*] Vel, *adsunt*, Be. Camer. Est κατάχρησις. Nam *Proconsules* cùm dixit, intelligit & eum qui verè Proconsul [a], & Legatum ejus [b], sive Vicarium [c]. Sic Magistratibus nomina data majora ostendimus Act. 13. 7. & 16. 20. De Legato Proconsulis vide L. omnes § apud Legatum. L. solent § Legatos. L. Legati De officio Proconsulis [d]. ¶ *Accusent*, &c. Ἐγκαλείτωσαν ἀλλήλοις] *Accusent invicem*, Er. Il. Ar. *Disceptent unus contra alium*, Tre. ex Sy. *Alii alios postulent*, P. Mo. Be. vel, *in jus vocent*, Pi. *Lege inter se agant.* Ἐγκαλεῖν propriè de accusatore dicitur; sed hîc valet, *disceptare*: quomodo & apud Plutarchum sumitur Alcibiade [*].

39. *Si quid—alterius rei*, &c.] Gravioris, ad bonum & quietem publicam spectantis [f]. Si quicquam desideratis eorum quæ ad civitatis regimen pertinent, sub quo & Templi cura comprehendebatur. Civitates multæ sub Romanis habebant quandam restrictam αὐτονομίαν· ut ex Plinii Epistolis videre est [g]. ¶ *In*, &c. Ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται] *In* (vel, *Id in*, Ca.) *legitima concione* (vel, *ecclesia*, Mo. quæ non tumultu, sed legitimo more, fit indicta [h]: quæ ter quolibet mense facta erat [i]. In cœtu qui à Magistratu civitatis convocatur & regitur [k]. In cœtu populi, aut comitiis provinciæ [l].) *dirimetur*, Er. Il. Ti. V. vel, *absolvetur*, Val. Er. P. Ca. *dissolvetur*, Mo. *explicabitur*, Be. Pi. Rev. decidi poterit [m].

40. *Nam*, &c. Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι στάσεως περὶ τῆς σήμερον] *Etenim periclitamur* (omnes qui hîc sumus [n]: vel, *Nam periculum est*, Be. Pi. &c.) *postulari* (vel, *rei fieri*, G. sim. Er. Il. V. &c. vel, *nè postulemur*, P. Be. Pi. *nè accusemur*, Ca. sic Tre. ex Sy.) *seditionis* (vel, *tanquam seditiosi*, Tre. ex Sy. Percellit eos metu Imperatoris & Proconsulis [o], P. Suilii [p].) *circa hodiernum*, Mo. vel, *hodiernæ*, Er. Il. vel, *propter* diem *hodiernum*, P. Be. Pi. sic Ca. ¶ *Cùm*, &c. Μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος—τῆς συστροφῆς ταύτης] *Cùm nemo sit in culpa*, sive, *cùm nemo fuerit auctor*, *hujus concursus.* Nam illud, *de quo poterimus reddere rationem*, per parenthesin interjectum est [q]. Cùm nullus sit turbator, Reip. proditor, &c. ob quem hic concursus sit factus, ut propterea eum excusare possimus [r]. Illud, μηδενὸς αἰτίου, incertum est ad hominem referatur, ut sit gen. masc. an ad rem, ut sit gen. neutri [†]. [Sic ergò vertunt;] *Cùm nihil subsit causæ per quam* (vel, *ob quam*, Be. Pi.) *poterimus defendere hunc populi concursum*, Er. Zeg. vel, *reddere rationem concursûs istius*, Be. Pi. sic G. Utitur & Seneca hâc voce hoc sensu. Sulpitius Victor, *secundùm legem illam, qui cœtum & concursum fecerit capite puniatur.* Erant exceptiones quædam, ut in adventu hostium, incendio, & rebus similibus. Ideo dicit, *nullam hujus concursûs causam posse reddi* [t]. Vel, *reddere rationem seditionis hujus*, Di. ex Ar. Tumultuarium enim & seditiosum concursum significat: ut συστρέφειν est, *populum factiosè cogere*, sic συστροφὴ est, *factiosus cœtus*: quare & LXX pro קשר, *conjuratione*, utuntur 2 Reg. 15. 15. Amos. 7. 10 [v]. Al. *Quia non possumus defensionem habere pro congregatione diei hujus quâ congregati sumus frustrà, & tumultuati sumus sine causa*, Tre. ¶ *Dimisit ecclesiam*] Jussit quemque domum ire [x].

CAP. XX.

1. Valedixit, Ἀσπασάμενος] *Complexus esset*, Be. Pi. familiariter [a], ut mos tum in primo accessu [b], tum in discessu [c]. *Osculatus esset*, G. ex Sy. ex more illarum gentium, Luc. 7. 45. Rom. 16. 16. 1 Cor. 16. 20. 2 Cor. 13. 12. 1 Thes. 5. 26 [d]. ¶ *Profectus est*, &c.] Sapienter cedens furori Demetrii, &c [*]. nè Christianos omnes mactarent, se verò aliis Provinciis & laboribus reservans [f].

2. *Multo sermone*] Copiosâ enim cohortatione opus erat post illam turbam [g]. ¶ *Græciam*] Illam partem ubi Athenæ. Vide Ptolem. in *Achaia* [h].

3. *Ubi*, &c. Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς] *Et ibi commoratus*, &c. Pi. sim. Be. Locutio quæ Act. 15. 33. & 18. 21, 23. ¶ *Factæ sunt illi insidiæ*] Ut sæpe evenit: Act. c. 9. v. 23. & 14. 2, 5. & 17. 5. 2 Cor. 11. 26. Impletum sæpe circa Paulum id quod dicitur Psal. 27. 12, 13 [i]. *Insidiæ*; vel, ut illum occiderent [k]: vel, ut eleemosynas, quas deferebat Hierosolymam, illi eriperent [l]. ¶ *Habuitque*, &c. Ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν, &c.] *Censuit* (vel, *Constituit*, Il. *Cogitavit*, Tre. ex Sy. sim. Er. Ti. V. *Sententia fuit*, Be. Ca. *Decretum est*, Camer.) *revertendum* (vel, *reverti*, Be. Ca. *ut reverteretur*, Er. Ti. &c.) *per Macedoniam*, P. Pi. &c. eo ipso nimirum itinere quo Corinthum venerat [m].

4. Ἄχρι τῆς Ἀσίας] *Usque in Asiam*, Pi. &c. Quidam & ultrà: neque enim ἄχρι excludit ulteriora. Similia vide Matt. 1. 25 [n]. ¶ *Sosipater*, Σώπατρος] *Sopater*, Be. Pi. V. &c. Vulgatus hîc addit, *Pyrrhi*, sub. *filius* [o]. At Syrus, Ar. & Æth. non legunt *Pyrrhi* [p]. Legitur autem in MS. illo vetere, ut in multis aliis [q]. *Pyrrhus* nomen est frequens in Thessalia & vicinis regionibus. Σώπατρος est אבישוע, ut dicemus ad Rom. c. 16. v. 21. Idem nomen est Σώπατρος & Σωσίπατρος. Ac fuere hoc nomine etiam Historici, Rhetores, Grammatici. ¶ *Beroensis*] *Beræa* urbs Macedoniæ est, de qua Act. 17. 10, 13. ¶ *Thessalonicensium verò Aristarchus*] De quo Act. 19. 29. Hos duos tantùm Thessalonicenses fuisse putat Syrus: Mihi videtur hoc ad quatuor quæ sequuntur nomina pertinere. Vide quæ suprà 19. 29. ¶ *Et Gaius*] Qui origine Derbæus, natus in Macedonia. ¶ *Et Timotheus*] Hic Thessalonicensibus accensetur, quia majores ejus ex Judæis erant, qui Thessalonicæ quondam vixerant. Vide quæ diximus in Appendice de Antichristo. ¶ *Asiani verò*] i. e. Ex Epheso, ut infrà de Trophimo dicitur, & de Tychico colligitur 2 Tim. 4. 12. ¶ *Tychicus*] Qui nominatur Eph. 6. 21. Col. 4. 7. 2 Tim. 4. 12. Tit. 3. 12. ¶ *Et Trophimus*] Hujus mentio Act. 21. 29. & 2 Tim. 4. 20 [r]. Hi verò videntur

videntur omnino esse illi *Apostoli ecclesiarum*, 2 Cor. 8. v. 23. i. e. qui ab Ecclesiis missi erant ut cum Paulo collectas Jerosolymam deferrent. Inter eos erat & Lucas, ut liquet ex 2 Cor. 8. 19. qui tamen ipse se nominare noluit †.

5. *Sustinuerunt*, &c. Ἔμενον ἡμᾶς] Exspectarunt (vel, *Manserunt*, Mo. Ca.) *nos*, Er. Tre. P. Be. &c. Hic obiter Lucas significat, quod non exprimit, se Paulo comitem fuisse hujus itineris & sequentium Romam usque. ¶ *Troade*] Dubitari interdum potest sitne nomen regionis, an urbis. Nam Τρῳὰς etiam urbs, Plinio teste: ἐν Τρῳάδι, ut ἐν Ἐφέσῳ, Ephes. 1. 1. 1 Tim. 1. 3. 2 Tim. 1. 18. ἐν Κορίνθῳ, Act. 19. 1. 1 Cor. 1. 1. 2 Cor. 1. 1. 2 Tim. 4. 20 [t]. *Troas* & regionis nomen est & urbis [v].

6. *Navigavimus*] Amne primùm, deinde mari. ¶ *Post dies*, &c.] Paulus vocatorum ex Gentibus libertatem tuebatur; ipse tamen dies Judæorum festos observabat. Vide infrà v. 16. & Act. 18. 21. 1 Cor. 16. 8. ¶ *A Philippis*] De qua urbe Act. 16. 12 [x]. ¶ *In*, &c. Ἄχρις ἡμερῶν πέντε] *Diebus*, &c. Tre. Ca. *Die quinto*, Camer. vel, *Post* (vel, *Intra*, Er. P. Mo. Il. Be. &c. ἄχρις extremum spatium declarat [y]:) *dies quinque*, Camer. Ad verb. *Usque ad dies quinque*, id est, proficiscendo ad quintum usque diem [z]. Subauditur πλεύσαντες, ex eo quod præcessit, ἐξεπλεύσαμεν. Ità sæpe constructio magis fit ad sensum quàm ad verba [a]. Significat eos in itinere fuisse diebus 5 [b]. Non vult, Paulum intra quinque dies à Philippi Corinthum aut Troada profectum, sed quòd comites ejus, qui rectà profecti sunt Troada, dum Paulus Corinthum iret, Troade non substiterint suprà 5 dies antequam Paulus eò pervenisset [c]. ¶ *Ubi*, Οὗ] *In qua urbe*, nempe Troade [d].

7. *Unâ*, &c. Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων] *Primo autem die hebdomadis*, Be. Pi. ad verb. *sabbatorum*. Enallage numeri, & Synecdoche membri [*]. Vide Matt. 28. 1. Is dies conventûs Christianis proprius, 1 Cor. 16. 2. dies Κυριακὴ, Apoc. 1. 10. Justinus de eadem die, Apolog. 2. Τῇ τοῦ Ἡλίου, &c. (*Die Solis dicto omnium in urbibus & agris communes conventus fiunt* [f].) *Die Dominico*: in quo Christiani conventus habebant, ut hinc constat, & ex 1 Cor. 16. 2 [g]. ¶ *Cùm*, &c. Συνηγμένων, &c.] *Congregatis discipulis ad frangendum panem*, Be. sim. Er. V. Pi. Non corporalem, ut volunt Lyran. & alii [h], sed sacrum †, nempe Eucharistiam [i]. Vel, ad capiendum simul cibum [k]: cujus convivii potissima pars erat Cœna Domini [l]. Intellige h. l. Agapas, quæ Eucharistiâ claudebantur. In MS. συνηγμένων ἡμῶν· & mox, ἡμῶν συνηγμένοι· non malè [m]. Sy. & Ar. & Æth. omnes de S. Cœna intellexerunt [n]. ¶ *Disputabat*, &c. Διελέγετο, &c.] *Disserebat eis*, Val. V. sim. Er. Be. Pi. &c. post cœnam, ut Christus, Joh. 13. 31, &c. Marc. 16. 14. Luc. 22. v. 23 [o]. ¶ *Profecturus*, &c. Μέλλων ἐξιέναι, &c.] *Abiturus*, &c. Be. Pi. *Exiturus*, &c. G. ex urbe Troade [p].

8. *In cœnaculo*] In quo erat conventus: ut suprà c. 1. v. 13 [q].

9. *Eutychus*, Εὔτυχος] Rectiùs & ἀναλογικώτερον scribetur Εὐτυχὶς· id enim nomen non rarum in Græcia [r]. ¶ *Super fenestram*] Ità Mo. vel, *In fenestra*, Er. Be. Pi. &c. ¶ *Cùm*, &c. Καταφερόμενος, &c.] *Demersus* (vel, *Obrutus*, Be. *Oppressus*, Ca. *Dejectus*, Mo. *Cùm degravaretur*, Er. Il. Ti. *Cùm deorsum traheretur*, Er. V. *Cùm deferretur*, Camer. Eleganter & propriè καταφερόμενος dixit †, cùm καταφορὰν intelligat [t]. Est in verbo significatio impetûs vehementis [v].) *somno profundo*, Pi. &c. ¶ *Disputante diu*, Ἐπὶ πλεῖον] *Diutiùs*, Er. P. Mo. Be. Ca. Pi. ¶ *Cecidit de*, &c. Ἀπὸ τοῦ τριστέγου] *Ex tertio cœnaculo*, Er. Il. Mo. &c. *Ex tertia contignatione*, P. Be. Tre. incipiendo ab imo. Contrà in Genesi [6. 16.] à summo incipitur, & imum vocatur τρίστεγον· ut diximus Gen. 6. 16 [x]. Non cecidit hic intra cœnaculum ubi Paulus erat, sed foràs in domûs aream, aut in callem: alioqui non opus erat ut Paulus *descenderet*, &c. v. seq [y]. Casûs hujus auctor erat Diabolus, ut fructum concionis Pauli interturbaret [z]. Sed Deus novo miraculo eam comprobavit, &c [a].

10. *Incubuit*, &c. Ἐπέπεσεν αὐτῷ] *Prolapsus* (vel, *Illapsus*, Pi.) *est in eum*, Pi. Be. ut olim Elisæus, 2 Reg. 4. 32 [b]. Habitus enixè orantis [c]. ¶ *Et complexus*] Ità Er. P. Be. &c. sub. *eum*, Il. Be. Pi. Tre. &c. ¶ *Anima—in ipso est*] i. e. Vivus est [d]. Jam nunc, cùm loquor, vita ei redit [*]. Sic loquitur, vel, quia anima jam redierat, post preces nimirum Pauli [f]; vel, in ipso editi miraculi momento [g]; vel, de re mox secutura certissimus [h].

11. *Et gustans*] Vide Act. 10. 10. Hic erat cibus matutinus [i]. ¶ *Satisque*, &c. Ἐφ' ἱκανόν] *Diu*, Pi. *Aliquamdiu*, Be. ad verb. *Ad sufficiens*, Pi. sub. χρόνον, *tempus*, Pi. Pri. ut Luc. 23. 8. Plena locutio Luc. 8. 27 [k]. ¶ *Allocutus est*; sic Mo. Ar. Ὁμιλήσας] *Collocutus*, Er. Il. P. Be. Ca. *Locutus*, Tre. ex Sy. ¶ *Sic*, &c. Οὕτως ἐξῆλθεν] *Ità profectus est*, Pi. *Ità demum digressus est*, Be. Pedestri itinere, cæteris navi ituris, v. 13. Οὕτως interdum non similitudinis est particula, sed quæ consequens antecedenti subjungat, ut diximus Act. 7. 8. & Joan. 4. v. 6. Sy. & Ar. hîc vertunt, *tum*: nec aliter כן usurpatur Psal. 61. 9. *Sic*, i. e. tum, quum res se sic habebit, *canam*, &c [l]. Οὕτως hîc nota est rei factæ, ut Joan. 8. 59. Act. 17. 33. In colloquiis veteribus, *Scripsi nomen meum*, καὶ οὕτως ἐξῆλθον. Plutarchus Apophtheg. Reg. Πάλιν τὸ φρόνημα τοῦ ἀνδρὸς καταπλαγεὶς ὄψιν,——— οὕτως ἠσπάσατο αὐτὸν ὁ Ποπίλλιος. Servius ad Æneid. 3. *Bono usus est ordine, ut priùs averteret mala, sic* [pro *deinde*, vel *postea*,] *optanda conciliaret* [m].

13. *Navigavimus*; ità Ca. Ἀνήχθημεν] *Solvimus*, Er. Ti. *Iter fecimus*, Tre. ex Sy. *Provecti sumus*, Be. Pi. Vide Act. 18. 21 [n]. ¶ *In Asson*] Urbem, vel Æolidis, seu Mysiæ [o], aliter *Apolloniam* vocatam [p]; vel Troadis, Strab. 13. Huc Troade urbe tam terrâ quàm mari breve erat iter [q]. Q. cod. legunt Θάσσον [r]. ¶ *Sic enim edixerat*; ità Be. Ἦν διατεταγμένος] *Erat constitutus*, Mo. *Constituerat nobiscum*, Pi. *Ordinaverat*, Er. Il. P. Camer. *Mandaverat*, Tre. Pi. Ca. ¶ *Per*, &c. Πεζεύειν] *Pedare*, ut loquebantur veteres Latini; *peditare*, ut Glossarium †. *Pedestri itinere venire*. Id voluit, tum ut amicos fideles salutaret [t]: tum ut ubique evangelizaret [v]: tum mortificationis studio & exemplo [x]: [tum forsan, ut solus secum & cum Deo liberiùs versaretur.]

14. *Cùm*, &c. Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν] *Ut autem congressus est* (vel, *conjunxit sese*, P. Be. Pi. Paulus scilicet [y]) *nobis*, Mo. sic Ca. vel, *nobiscum*, P. Be. Pi. ¶ *In*, &c. Εἰς τὴν Ἄσσον] *Ad* (vel, *Apud*, Be. Pi.) *Assum*, Camer. εἰς pro πρὸς [z]. ¶ *Mitylenen*] Lesbi insulæ urbem præcipuam: unde Pittacus, Alcæus, Sappho [a]. ¶ *Venimus*; ità Er. Il. Ca. &c. Κατηντήσαμεν] *Devenimus*, P. Mo. Be. Camer. *Occurrimus*, Camer.

15. *Contra Chium*; ità Er. Il. Mo. Ca. &c. Ἀντικρὺ Χίου] *E regione Chii*, Be. *Rectà in Chium*, Camer. Nota est insula inter Lesbum & Samum [b]. Ἀντικρὺ, inter alia, & *penitus*, sive *prorsus*, & *directè*, significat [c]. ¶ *Applicuimus*, Παρεβάλομεν] *Appulimus*, Er. P. Tre. Be. Ca. Pi. &c. *Accessimus*, Camer. *Adjecimus*, Mo. *Venimus*, Tre. ex Sy. ¶ *Samum*] Ioniæ. Nam est altera ejus nominis insula in Ambracio sinu, & alia apud Thraciam [d]. Samus insula est in mari Ionio, patria Pythagoræ & Sibyllæ Samiæ [*]. ¶ Καὶ μείναντες ἐν Τρωγυλλίῳ] *Et commorati* (vel, *cùm diversati essemus*, Be. Pi.) *Trogylii*, Er. V. Quod Ioniæ est promontorium non longè à Samo [f]. Testes Strabo & Ptolemæus [g]. ¶ *Miletum*] Oppidum littoralis Cariæ [h]. Al. Urbem Ioniæ [i]; unde Thales, Anaximander, & alii. Hinc *Milesiaca*, de amoribus scripta [k].

16. *Nequa*, &c. Ὅπως μὴ γένηται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι] *Nè tempus tereret*, Er. P. &c. *Nè sibi mora facienda esset*, Ca. sim. Tre. ex Sy. Ar. *Nè ipsi contingeret* (vel, *Ut non fieret illi*, Mo.) *tempus terere*, Mo. Utitur hoc verbo Aristoteles. Hebræi dicerent התמהמה [l]. ¶ *Festinabat—ut diem*, &c. Τὴν ἡμέραν——γενέσθαι, &c.] *Ut—die Pentecostes esset*, &c. V. Be. Pi. *Ut diem Pentecostes faceret*, &c. Vulg. & Sy. & Ar. in Di. Videntur pro γενέσθαι legisse ποιεῖν· de qua phrasi vide Mat. 20. 12. Act. 15. 33. & 18. 23 [m].

17. *A Mileto mittens* (sub. *nuncios*, Be. Camer.) *Ephesum*] Asiæ Metropolin [n]. Non ità longè distant hæ urbes, ut ex Ptolemæo apparet [o]: circiter stadia 400 distabant [p]. ¶ *Vocavit*; ità Mo. Μετεκαλέσατο] *Accersivit*, Er. Il. Be. Pi. &c. *Advocavit*, P. *Ad se vocavit*, G. sic Act. 7. 14. & 10. 32. & 24. 25 [q]. ¶ *Majores natu*, Πρεσβυτέρους] *Presbyteros*, Be. Pi. &c. Episcopos intelligit & Primores Ecclesiarum, ut mox dicet [r]. Vox h. l.

Margin notes (left column): † Cap. 3895. — t G. — v Camer. — x G. — y Be. — z Pi. — a G. — b Camer. — c Li. chron. 124. — d G. — * Pi. — f G. — g Be. — h La. — † T. ex — i La. ex Sy. sim. Pi. Ham. — k Be. sic Camer. — l Be. — m G. — n Di. — o G. — p Idem. — q Idem. — r Idem. — † Heins. — t Heins. sim. Camer. — v Camer. — x G. — y San. — z T. ex La. — a T. — b Be. Pi. sic G. — c Mont. in Append. cit. p. 698.

Margin notes (right column): d T. — * G. — f Pi. — g Fe. — h Pi. — i G. — k Pri. — l Di. — m Pri. — n G. — o Be. sic — Ham. — p Be. — q G. ad v. 14. — r Be. — † G. — t La. — v La. sim. Me. — x La. — y Camer. — z Pi. — a G. — b Idem. — c Camer. — d G. — * La. — f G. sim. Camer. — La. — g G. — h Er. — i G. La. — k G. — l Idem. — m Di. — n Ham. — o G. — p Camer. — q G. — r Vox Er.

h.l. honorem indicat, non ætatem †. Heb. זקנים. Vide Act. 11. 30. & 14. 23. & 15. 4, 6, 22, 23. & 16. 4. Vocantur iidem & ἐπίσκοποι, nempe quia *inspectores* erant *gregis*; ut infrà dicitur v. 28. Sed is qui princeps erat excellenter vocabatur ὁ ἐπίσκοπος, cui respondebat summus Sacerdos in Templo, in Synagoga verò Achisynagogus. Hic est Angelus Ephesi in Apocalypsi, quia Dei nomine verba faciebat ad populum, & pro populo ad Deum. Videtur autem hoc tempore Ephesini Presbyterii princeps fuisse Timotheus & cum Compresbyteris venisse ad Paulum t. Sed Timotheus & Trophimus jam in comitatu ipsius erant. Crediderim ergò fuisse hos Duodecim illos quibus Paulus manus imposuerat, & Spiritum Sanctum contulerat, ut eos ad ministerium idoneos redderet, Act. 19. 6. & alios, si qui tales essent, quos Timotheus ordinaverat v.

† Er. t G. v Li chron. 124.

18. *Dixit eis*] Est hîc egregia forma quâ uti possit bonus Episcopus ex causis necessariis valedicens Ecclesiæ suæ x. ¶ *In Asiam*] Non Majorem, nec Minorem, sed Minoris partem, Asiam peculiariter vocatam, cujus urbs præcipua erat Ephesus y. ¶ *Qualiter vobiscum——fuerim*] i.e. Quomodo me erga vos gesserim. Pari ferè modo habes ἐγενήθημεν, 1 Thes. 2. 5, 10. Sic, γίνεμαι σοι δὶ ἐχθρὰς, apud Thucydidem z.

x G. y Ec. z G.

19. *Cum omni humilitate*; ità Er. &c. Ταπεινοφροσύνης] *Modestiâ*, Pi. *Animi submissione*, Be. Apostoli, in tanto vocationis culmine positi, nihil tamen grande præ se ferebant, sed cum minimis etiam æquabiliter versabantur. Nè hoc quidem de se prædicâsset Paulus, nisi successoribus formam vitæ relinquere debuisset a.

a Idem.

20. *Quomodo*, &c. Ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων] *Utì nihil remiserim* (vel, *suffugerim*, sive *subterfugerim*, Er. P. Ti. Be. Pi. *suppresserim*, Il. *aspernatus sum*, Tre. ex Sy. *detrectaverim*, Ca. *subtraxerim*, Vulg. *celaverim*, vel *dissimulaverim*, Camer. sic Pri. Sic Philo, φράζω, μηδὲν ὑποστειλάμενος. Suidas, ὑποστειλάμενος, ὑποκρυψάμενος. Hesychius, ὑπεστειλάμην, ἀφηρησάμην. Josephus Belli Jud. 6. ult. Οὐκ ἂν ὑποστειλάμην εἰπεῖν ἅ μοι τὸ πάθος κελεύει. Eodem sensu Demosth. & Plut. hoc verbo utuntur b. Ὑποστέλλειν hîc & v. 27. est, *subducere*. Ponitur ea vox Græca pro Hebræo נשא & pro עפל c.) *conferentium*, Mo. vel, *quod utile esset*, Ca. sim. Tre. ex Sy. Vulg. vel, *eorum quæ conducerent*, sub. *vobis*, P. Be. Pi. sim. Er. Ti. vel, sub. *animabus vestris*, Tre. ex Sy. Nihil eorum quæ ad vitam æternam parandam credi, sperari, fieri, debent d. Nihil detrectavi neque periculi, neque laboris, &c *. Nihil per metum, aut lucri causâ, subticui. Nam ὑποστέλλεσθαι dicuntur quos metus (ut ità dicam) contrahit, aut qui tanquam vela colligunt in loquendo f. ¶ *Quominus*, &c. Τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν] *Ad non annunciandum vobis*, Mo. *Quin vobis* (vel, *Quo minus vos*, Ca. *Nè id vobis*, G. *Quo minus ea vobis*, Be. Pi.) *annunciarem*, Er. Il. P. Be. G. &c. vel, *instituerim*, Ca. De hac locutione diximus aliquoties. ¶ *Publicè*] In conventu, Act. c. 18. v. 28 g. In Synagogis & scholis h. ¶ *Et per*, &c. Καὶ κατ' οἴκους] *Domatim*, Be. Pi. *Per domos*, Di. ex Vulg. Er. *singulas*, Er. *In domibus*, i.e. privatim. Vide Act. 2. 46 i. Singulos, occasione datâ k. Seneca, Epist. 38. *Plurimum proficit sermo qui minutatim irrepserit animo. Disputationes præparatæ & effusæ audiente populo plus habent strepitus, minus familiaritatis. Aliquando utendum est & illis concionibus ubi qui dubitat impellendus est. Ubi verò non hoc agendum est ut velit discere, sed ut discat, ad hæc submissiora verba veniendum est* l. Non sufficit Pastori, ut publicè in genere doceat, sed & debet privatim singulos in particulari & domatim compellare, solari, monere, hortari, ubi res exigit; præsertim rudes aut sceleribus irretitos. Id quod Pastores in Belgio facientes vidi, &c. Sic & pastor ovium singulas oves in particulari agnoscit, curat, medetur si ægrotent, &c. Genes. 31. 39. Vide & Prov. 27. 23 †.

b Pri. c G. d G. sim. Pri. * V. ex Er. f Ec. g G. h Ham. i Di. k G. l Ga. † La.

21. *Testificans*, &c.] Ità Pi. *Etiam atque etiam testificans*, &c. i.e. ex Verbo Dei testimoniis & argumentis declarans m. Διαμαρτύρεσθαι suprà habuimus, modò sine adjuncto, modò Infinitivo, aut ὅτι, subsequente. Hîc cum Accusativo, [μετάνοιαν,] ut & mox v. 24. & Act. 23. v. 11. & 28. 23. & Exod. 18. 20. Ezec. 16. 2. & 20. 4. ubi in Hebræo הודיע. Sensus est, *Certò affirmavit illis esse locum pœnitentiæ*, (i.e. pœnitentiam non fore inutilem. Sic, διδόναι μετάνοιαν, Act. 11. 18.) *& fidem in Christum esse veram ac salutarem* n. Hic locus brevissimè complectitur totam veræ conversionis summam, & ejus effectum o.

m Ec. n G. o Ec.

22. *Ecce*, &c. Ἰδοὺ ἐγὼ δεδεμένος τῷ πνεύματι, &c.] *Ecce ego vinctus* (vel, *ligatus*, Er. sic Ti. Ar. Vulg.) *spiritu*, Il. P. Mo. Be. Pi. i.e. vel, 1. impulsu & mandato Spiritûs Sancti p, cui quasi alligatus & devinctus sum q; qui viarum omnium & actionum mearum dux est & moderator r; qui me ità possidet ut non tam agere, quàm ab ipso agi, videar †. Sic de sanctis aliò migrantibus dicitur, ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ πνεύματος, Matth. 4. 1; ἐν τῷ πνεύματι ἦλθεν, Luc. 2. 27; confer Luc. 4. 14: ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐκπεμφθέντες, Act. 13. 4. Sic & Apuleius,——*deæ potentis instinctu Romam eo*. E converso dicuntur κωλυθέντες ὑπὸ πνεύματος, Act. 16. 6 t. Sensus, q. d. Spiritus S. mihi indidit ardens desiderium eundi v. Hoc dicit, non quòd invitus eò pertraheretur, sed nè fratres hoc iter ipsi dissuaderent, & nè putaretur Ecclesiæ & Prophetarum prædictiones ac consilia [Act. 21. 11, 12.] contemnere x. Vel, 2. Spiritu vincula præsentiens y. Nam quæ futura sunt, ea Prophetis, tanquam præsentia menti, obversantur. Id in sequentibus fusius explicat z. Vel, 3. paratus vinciri: quo modo *pauper spiritu* dicitur, Matt. 5. 2. qui licèt actu pauper non sit, animo tamen est parato ad paupertatem ferendam. Vel, 4. nihil aliud hîc significat quàm firmissimum animi sui propositum eundi, quomodo dicitur, ἔθετο ἐν τῷ πνεύματι, Act. 19. 21 a. Vel, 5. *vinctus*, &c. id est, contristatus, & quasi constrictus, ob vincula quæ præsensit b. ¶ *Quæ*, &c. Τὰ——συναντήσοντα, &c.] *Concursura*, &c. Mo. *Quæ mihi occurrent*, Be. Pi. sim. Er. P. &c. מה יפגע לי: nam פגע, *evenire*, Ruth cap. 1. v. 16 c. Exitum eorum d. Quæ causa, qui modus, quis exitus futurus sit vinculorum, adhuc me latet *.

p Be. Camer. sim. La. Me. Pri. q La. † T. † Me. ex La. t Pri. v La. x Be. y G. sim. Zeg. Ham. z G. a Ham. b Heins. c G. d Camer. * G.

23. *Spiritus sanctus per*, &c. Κατὰ πόλιν διαμαρτύρεται, λέγων, &c.] *Oppidatim* (vel, *Per civitatem*, Mo. Sy. nempe *omnem*, Sy. sic Er. P. &c.) *monet*, Ca. vel, *testificatur*, Pi. &c. Quocunque venio, me monet per eos qui donum habent Prophetiæ f: ut Act. 21. 4, 11 g. Al. Puto hîc metathesin esse, pro, λέγον ὅτι κατὰ πόλιν δεσμά με μένουσιν, i.e. *manent*, pro, *exspectant* h.

f Ham. g Sch. h Pri.

24. *Sed*, &c. Ἀλλ' οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι] *Sed nullius* (*rei*, Be. Pi.) *rationem* (vel, *nihil pensi*, Ca.) *facio*, Mo. vel, *habeo*, P. Be. Ca. Pi. *Verùm nihil* (sub. *istud*, Camer.) *me movet*, Er. Il. Ti. V. Camer. Non tanti sunt mihi ista mala ut ea me ab Evangelii prædicatione deterreant i. ¶ *Nec*, &c. Οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ] *Neque vita mea mihi ipsi chara est*, Be. Pi. Camer. V. &c. Syrus, *Nihilo mihi habetur anima mea*, scil. pro Christo, pro quo paratus sum mori k. Subauditur hîc οὕτως, cui respondet quod sequitur ὡς. Tantum abest vincula metuam, nè mortem quidem defugio. Hebræis *pretiosam habere vitam* dicitur qui ei parcit, 2 Reg. 1. 13, 14. contrà, *nullo pretio habere* qui non parcit, Ezec. 36. 5 l. ¶ *Dummodo*, &c. Ὡς τελειῶσαι, &c.] *Ut* (vel, *Modò*, Il. *Dum*, Ca. *In*, Camer.) *consummem* (vel, *absolvam*, Ti. Ca. Sy. &c. *peragam*, Pi. *perficiendo*, Camer.) *cursum* (vel, *curriculum*, Camer.) *meum*, Er. Be. &c. Confer 2 Tim. c. 4. v. 7 m. *Non tam vitam curo quàm complere cursum*. *Cursus* laborem magnum & assiduum significat, Act. 9. v. 25. 1 Cor. 9. 24 n. ¶ Μετὰ χαρᾶς] Sy. Ar. Æth. & Vulg. hoc non legunt. At omnia Græca exempl. & Chrys. legunt o. *Cum gaudio*, Be. Pi. Sæpe Paulus hoc nomine appellat animi ex bona conscientia tranquillitatem, ut Rom. 15. 13. 2 Cor. 7. 4. 1 Thes. 5. 16. & alibi. ¶ *Et ministerium*, &c.] Vide Act. 1. 17, 25. & 6. 4 p. ¶ *Testificari*, &c. Διαμαρτύρεσθαι] *Ad testificandum*, &c. V. Pi. i.e. ad ferendum testimonium Evangelio, quòd nobis sit communicata Dei gratia q. Εὐαγγέλιον τῆς χάριτος, i.e. quod testatur de gratia. Genitivus subjecti, sive objecti r. Vide Act. 14. 3 †.

i G. k La. l G. m Pi. G. n G. o Di. p G. q V. r Pi. † G.

25. *Ampliùs non videbitis faciem meam vos omnes*] Asiatici. Hebraismus; *Non videbitis vos omnes*, i.e. nemo vestrûm: q. d. *Extremum fato quod te alloquor, hoc est* t. Hoc videtur dixisse ex humano spiritu & proposito atque conjectura, (ut multa alia, Act. 19. 28. Rom. 15. 24. 2 Cor. 1. 15.) ut desperans de reditu suo, quanquam res aliter ceciderit contra ipsius spem ac opinionem.

t Idem.

nem [v]. [De quo plura petat Lector ex Cl. Authore in hac Append. histor. Apostol.]

26. *Contestor vos*, Μαρτύρομαι ὑμῖν] *Testor vobis*, Be. Pi. *Coram vobis testificor*. Sic Gal. c.5. v.3 [x]. ¶ *Mundus sum*, &c.] Quòd nullius sum causa exitii [y]. *Me ab omnium pernicie insontem esse*, i. e. neminem meâ culpâ perire [z]. Vide Act. 18.6. & Matth. 27.24. & ibi dicta [a].

27. *Non enim subterfugi*] Subauditur τι. Vide suprà v.20 [b]. ¶ *Omne consilium Dei*] De pertinentibus ad salutem [c]. Decretum Dei de servandis in Christo credentibus [d]. Christianam doctrinam universam, quâ vos adversùs hæreses futuras præmunirem [*]. *Voluntatis* nomine αἰλωνυμικῶς hîc significat omne id quod à singulis præstari vult Deus ut ad salutem perveniatur. Usus non dissimilis, Luc. 7. 30. Idem hîc vocat τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ quod modò τὰ συμφέροντα [f].

28. *Attendite* (i. e. Cavete [g]) *vobis &——gregi*] Vobis primò, & propriæ perfectioni & saluti; deinde, cæteris fidelibus vestræ curæ commissis [h]. Non potest gregi attendere qui non sibi attenderit [i]. ¶ *In quo vos Spiritus sanctus posuit*, &c. Ἔθετο ἐπισκόπους] *Constituit* (verbum hoc significat, vel, 1. ordinationem ipsorum ad munus suum [k]. Dicit autem eos *constitutos à Spiritu S.* quia constituti erant ab Apostolis plenis Spiritu S. quanquam approbante plebe: vide Act. 14.23 [l]. Quia Apostoli ex descensu Spiritûs in ipsos potestatem acceperunt quâ successores suos eligerent. Vel, 2. designationem, electionem, sive nominationem, ipsorum, quæ speciali tunc instinctu Dei, sive Spiritûs Sancti, facta est. Vide Act. 1.24. & 13.2. 1 Tim.4. 14 [m].) *episcopos*, Be. Pi. Quorum munus est, ut vox significat, invigilare gregi, & circumspicere, & amoliri noxia [n]. Explicat nomen muneris, quod erat פרנסים: nam Pastores sunt ἐπίσκοποι ποιμνίου פקידי עדר [o]. Inspectores seu Curatores [p]. *Episcopos* hîc intelligit, vel, 1. propriè dictos [q], plurium civitatum provinciæ Ephesinæ [r]: vel, 2. Presbyteros primarios, qui cum Episcopo Ecclesiam regebant. Vide dicta Phil. 1. 1 †. ¶ *Regere*, &c. Ποιμαίνειν] Breviloquium, frequens Hebræis, pro, εἰς τὸ ποιμαίνειν [t]. *Ad pascendam*, Be. Pi. Camer. V. i. e. custodiendam, instituendam & regendam [v]. *Ad gubernandum & curandum more Pastorum*, Er. Manet in metaphora, quia Ecclesiam *gregem* nominaverat [x]: hinc mox mentio *luporum* [y]. Hoc absolutum Episcopi officium comprehendit [z]. Eorum est non se, sed oves, pascere [a]. ¶ *Ecclesiam Dei*] i. e. Christi. Synecd. gen. quâ nomen, tribus personis commune, de Christo intelligitur [b]. MS. ille habet, τοῦ Κυρίου· ut & multi alii. Et Syrus sic legit, qui vertit, *Christi*. Facilis lapsus compendiosæ scriptionis Θ̄ῦ pro Χ̄ῦ. Apostoli plerumque Christum Κύριον vocant, Patrem verò *Deum* [c]. In 5 exemplaribus legitur, Κυρίου καὶ Θεοῦ [d]. ¶ *Quam*, &c. Ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος] *Quam acquisivit* (vel, *fecit ut exsisteret*; qui justissimus acquirendi modus. Vide Eph. 1. 14 [*].) *suo* (vel, *proprio illo*, Pi. *suo illo proprio*. Articulus præstantiam sanguinis declarat, de qua vide Heb. 9. 12 [f].) *sanguine*, Vulg. Be. Pi. Nam per mortem cruentam Christus illam potestatem colligendæ sibi Ecclesiæ adeptus est, secundùm Esa. 53. 10 [g]. Illustris sententia de Deitate Christi, & unione duarum naturarum, quâ uni tribuitur proprietas alterius [h]. Sanguis Jesu est sanguis Dei proprius, vi κοινωνίας ἰδιωμάτων [i].

29. *Post*, &c. Μετὰ τὴν ἄφιξίν μου] *Postquam abiero*, Tre. ex Sy. *Post discessum meum*, Er. Il. P. Ca. Be. Pi. &c. Plana sententia, sed inusitata nominis significatio. Forsan legendum ἄφεσιν; *dimissionem*, nempe *ad Dominum*: nam ἄφιξις adventum declarat [k]. Generalius tamen in Glossar. redditur ἄφιξις, *adventus, profectio*. Hinc verte, *Post profectionem meam* [l], ut ad Genes. 38. 1. *declinavit*; Lxx, ἀφίκετο· & in Demosth. ἀφιξιν, &c. *profectionem in hostes instituit* [m]. ¶ *Lupi rapaces*, Βαρεῖς] *Graves*, Be. V. Pi. *Sævi atque infesti*, Camer. *Vespertini*, Jerem. 5.6. Soph. 3. 3. Βαρεῖς hîc idem valet quod חרוץ, Abac. 1. 8. ub Lxx, ὀξύτεροι, &c. Vult dicere, *rapaces*. Persecutio hîc indicatur illa sub Nerone. Ob hanc laudatur Ephesiorum perseverantia, Apoc. 2. 2 [n]. *Lupos* hîc vocat falsos doctores [o]; confer Matth. 7. 15 [p]. vel, hæreticos [q]. ¶ *Non*, &c. Μὴ φειδόμενοι, &c.] *Non parcentes gregi*, Be. Pi. *Qui nullâ ducuntur gregis commiseratione*, G. sim.

[v] Cap. 3901. [x] G. [y] V. [z] Ca. [a] G. [b] Idem. [c] Me. sim. T. Pi. [d] Be. [*] Ham. [f] G. [g] Pi. [h] La. Me. sic T. [i] G. [k] Ham. [l] G. [m] Ham. [n] Me. [o] G. [p] Pi. [q] T. [r] La. & T. ex Iren. † La. [t] G. [v] Camer. [x] Pi. [y] Er. [z] V. [a] La. [b] Pi. [c] G. [d] Be. [*] G. [f] Be. [g] G. [h] Camer. [i] Sch. sim. Camer. Be. [k] Be. [l] Di. sim. G. [m] Di. [n] G. [o] Pi. Ham. [p] Pi. [q] La. Me. T. ex Ambros.

Heins. Ità חוס, & Græcè φείδεσθαι, sumitur Deut. 7. 16. & 13.8. & 19. 13, 21 [r]. Hebraismus: Illi חמל & similia, passim usurpant pro *misereri* †. Dicit simpliciùs quod figuratè Sophonias, *non rodent ossa usque ad manè* [t].

30. *Et* (Repete ὅτι, *quòd*, ex v. præced [v].) *ex vobis ipsis exsurgent*] Nicolaitæ, Apoc. 2. 6 [x]. Hymenæus, Alex. Phyg. & Hermog. Paulo adhuc vivente, 1 Tim. 1. 20. & 2. 1. 15. Non vanus ergò erat Vates [y]. ¶ *Loquentes* (vel, *Docentes*, G) *perversa*] Sic Be. Pi. &c. *Distorta*, vel *obliqua*, i. e. minimè simplicia, miniméque sincera [z]; ipsum Verbum Domini distorquentes in contrariam sententiam [a]: *ea quæ à recto deflectunt*. Sic διαστρέφειν sumitur Luc. 23.2. Act. 13. 8, 10. sic γενεὰ διεστραμμένη, Matt. 17. 17. Luc. 9. 41. Phil. 2. 15. Dogma Nicolaitarum erat, Matrimonium institutum esse merè humanum, & tale quod conscientias non obligaret; Immolatitiis sine distinctione licere vesci. Vide Iren. 1. 27. Tertul. de præscript. adv. Hæret. Clem. Strom. 2. & 3. qui *Nicolai Diaconi verba in pravum ab eis* ait *detorta*; Epiphan. Hæres. 25. Theodor. l. 3. ¶ *Ut*, &c. Τοῦ ἀποσπᾷν, &c.] Subauditur ἕνεκα [b]. *Ut subvertant*, &c. Tre. ex Sy. *Ut abstrahant* (vel, *abducant*, Er. Il. &c.) *discipulos post se*, P. Be. Pi. &c. vel, *ut sequantur ipsos*, Camer. Loquitur ut de membris à suo corpore crudeliter avulsis, pergens in eadem translatione [c]. Hæretici non Domino, sed sibi, populum acquirunt [d]. Ideo docent carni placentia, ut eos quos Ecclesiæ disciplina offendit, ab Ecclesia abductos sibi faciant sectatores. Ὀπίσω est vox propria discipulis, Matth. 4. 19. & 10. 38. & 16. 24. &c [*].

31. *Vigilate*] Cavete vobis, & facite ut & alii eos caveant. Non excidit illis hoc monitum, Apoc. 2. 6 [f]. ¶ *Triennium*] Nempe *biennium* integrum, Act. 19. 10 [g]. Cum eo conjungendum tempus prioris adventûs Pauli Ephesum, Act. 18. 19. & annus ille unus interpretandus, pars anni [h]; nempe tres menses [i], quibus antè docuerat, & tempus illud, licèt breve, quo Ephesi docuit cùm primò illuc venit, Act. 17. 18 [k]. Triennium enim hoc inchoandum est non à posteriore Pauli adventu Ephesum, sed à priore [l].

32. *Commendo* (הפקדתי [m]) *vos Deo & verbo gratiæ ejus*] i. e. Quo annunciatur gratia. Genitivus subjecti, & periphrasis Evangelii [n]: q. d. Evangelio quod gratiam confert, & hîc per prosopopœiam fingitur esse persona animata & spiritu plena [o]. Al. *Verbum gratiæ*, per Hebraismum, est ipsa gratia, ut Verbum Evangelii est Evangelium [p]. *Verbum* enim Hebræi rem omnem vocant [q]. Sensus, q. d. *Commendo vos Deo*, ut vos conservet, id est, Evangelio, sive gratiæ suæ nuncio: ut sit epexegesis [r]. Est ἓν διὰ δυοῖν· sensus enim est, *Commendo vos Deo per sermonem bonitatis ejus*. Itaque ad Deum oratio redibit, planè quasi illa, καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, interjecta non fuissent †. Al. Λόγος h. l. est Christus, (hîc dictus λόγος τῆς gratiæ Dei, quia Author est gratiæ Patris, &c. Rom. 5. 1. Eph. 1. 6, 7 [t]. quomodo & *sermo vitæ* dicitur 1 Joh. 1. 1. quia vitæ Author; & ut, *Deus omnis gratiæ*, 1 Pet. 5. 10. &, *Spiritus gratiæ*, Heb. 10. v. 29. quòd gratiæ origo:) non Evangelium: ut ostendit *sermonis* hujus *gratiæ* tum, 1. adjunctum, quòd ei fideles commendantur [v]: Commendare autem est, aliquid fidei & curæ alicujus committere. Quare Deo meritò commendamus nos, Luc. 23. 46. 1 Pet. 4. 19. aut alios, Act. 14. 26. & 15. 40. non item Evangelio, cui nuspiam commendantur fideles; sed contrà, Evangelium commendatur fidelibus, 1 Tim. 1. 18. & 6. 20. 2 Tim. 1. 13. & 2. 2 [x]. Tum, 2. effectum, quòd possit superstruere, & dare nobis hæreditatem, &c. id quod Christo optimè congruit, Matth. 16. 18. Eph. 2. 21. & 4. 12. non item Evangelio [y]. ¶ *Qui*, &c. Τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι] *Qui* (Ambiguum est [z]: *Qui*, vel, 1. sermo [a]; vel, 2. Deus [b]; cui favet seq. δοῦναι [c]. Utrumque consistere potest, ut referatur ad vocem propinquiorem, λόγῳ· aut ad remotiorem, Θεῷ· & quocunque modo construatur, Deus & Verbum ejus hîc concurrunt: Verbum gratiæ à Deo ædificat, & Deus per Verbum [d]. *Qui* quidem Deus, Be.) *potest* (sub. *vos*, G. ex Sy. Be. Pi.) *superstruere*, Pi. Be. &c. fundamentis à me jactis [*], super Christum, Ecclesiæ fundamentum, Eph. 2. 20, &c [f]. *Ædificare* est, efficere ut in fide crescant, sicut Domus quæ paula-

[r] G. † Heins. [t] G. [v] Pi. [x] G. [y] La. Me. [z] V. ex Er. [a] Be. [b] G. [c] Be. [d] Camer. ex Th. [*] G. [f] Idem. [g] La. G. Cap. [h] G.' [i] La. Cap. [k] Cap. 3894. [l] Cap. 3912. [m] G. [n] Pi. [o] Q. in La. [p] La. Me. T. [q] T. [r] Be. † G. [t] Gom. ad Joh. 1. 1. [v] Gom. ad Luc. 1. 2. [x] Gom. ad Joh. [y] Gom. ad Luc. [z] Pi. [a] Pi. Sy. & alii in La. [b] D. Pi. La. [c] Pi. [d] Di. [*] Er. [f] Pi.

paulatim surgit, Eph. 2. 20. Colos. 2. 7. Judæ, v. 20[g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ δοῦναι, &c.] *Et dare vobis hæreditatem.* Sic vocatur vita æterna[h], vel, 1. quia firma est ejus possessio, ut rerum soli apud Hebræos. Vide Eph. cap. 1. v. 14, 18[i]. Vel, 2. quia eam gratuito tantùm adoptionis jure obtinemus[k]. ¶ *In*, &c. Ἐν τοῖς, &c.] *Inter sanctificatos*, &c. Pi &c. Ἐν hîc, ut sæpe apud Hebræos ב, valet *inter*; *in societate omnium qui ad sanctitatem pervenere*[l]. Soli sancti hujus hæreditatis sunt capaces[m].

33. *Argentum——nullius concupivi*] Eadem ferè verba Mosis Num. 16. 15. & Samuelis, 1 Sam. 12. 5[n]. Præclarior de se prædicatio quàm illa Samuelis. Samuel testificabatur nihil se judicandi causâ accepisse, Paulus nec laboris in docendo assidui repensationem ullam accipere voluerat[o].

34. *Ipsi scitis*, &c.] Ut Act. 18. 3. & 2 Thes. 3. 8. Adde 1 Cor. 4. 12. 1 Thes. 2. 9. Idem loquendi genus apud Xenophontem, αἱ χεῖρες ἐμαὶ ὑπηρέτησι[p].

35. *Omnia*, &c. Πάντα ὑπέδειξα, &c.] *Omnia ostendi vobis*, Er. Mo. Tre. Ca. *In omnibus*, &c. Il. P. Be. Pi. Subauditur κατὰ[q]. Observaverunt alii idem loquendi genus 1 Cor. 9. 25. & 10. 33. Eph. 4. 15[r]. Πάντα, i.e. πάντως[†]. In omnibus tum verbis, tum actibus[t]. ¶ *Sic*, &c. οὕτω κοπιῶντας] *Sic laborando*, Be. Pi. Etiam cum molestia aliqua. Sic κοπιῶ usurpatur 1 Cor. 4. 12. Respondet Heb. vocibus, לאה & יגע & חלה, & aliis *molestiæ* significationem habentibus[v]. ¶ *Oportet suscipere*, &c. ità Be. Pi. &c. Ἀντιλαμβάνεσθαι, &c.] Vox significat, *porrectâ manu retinere lapsurum alioqui*, aut *abiturum*[x]. *Infirmos sustentandos*, nè cadant scilicet[y]. *Infirmos* vocat infirmâ fide præditos[z], nondum satis confirmatos doctrinâ & exemplis, qui offendicula inveniunt ubi planissima via est[a]; qui suspicari poterant Paulum commodi sui causâ comminisci doctrinam Evangelii. Omnes tales ansas præcidere Paulus voluit[b], neque ab illis quicquam accipere voluit[c]. ¶ *Quoniam ipse dixit*] [Qu. Unde hoc habuit?] Resp. 1. Dixit Christus aliis verbis[d], ut Luc. 149. & in parabola talentorum, &c[*]. ut Luc. 14. 13, 14[f]. Resp. 2. Paulus hoc accepit vel traditione, vel revelatione[g]. Hoc est inter illa quæ Paulus didicerat non ex scripto, sed relatu eorum qui Dominum noverunt[h]. ¶ *Beatius est magis dare*, &c.] Temporalia bona. *Dare* enim signum est abundantiæ[i], & liberalitatis[k]; *accipere* verò, egestatis: ideóque illud honestius est & divinius, hoc utilius[l]. Non dissimile dictum Aristot. Nicom. 3. Τῆς ἀρετῆς μᾶλλον τὸ εὖ ποιεῖν ἢ τὸ εὖ πάσχειν· & Sallustii in Catilinario, *magis dandis quàm accipiendis beneficiis amicitias parabant*: & in Jugurthino de Sulla, *multis rogantibus aliis per se ipsa dare beneficia, invitus accipere*. Plutarchus ex Epicuro, εὖ ποιεῖν ἥδιον ἐστι τὸ πάσχειν[m].

36. *Positis genibus*] Ut in tristi tempore. Vide ad Matth. 6. 5. Nondum ergò introductus erat mos genua non flectendi inter Pascha & Pentecosten. Nam quæ hîc narrantur in id tempus inciderunt. Vide suprà v. 16[n].

37. *Super collum*, &c.] Hunc morem habes Gen. 45. 14. & 46. 29[o].

38. *Deducebant eum*, &c.] Vide suprà 15. 3. Talem προπομπὴν describit Ovidius, *terra tibi, nobis adspiciuntur aquæ*, &c[p].

[e] G. [h] G. sim. Pi. La. &c. [i] G. [k] Be. [l] G. [m] La. Me. [n] V. [o] G. [p] G. [q] Be. [r] G. ex Be. [†] ... [t] Ham. [v] G. [x] V. ex Er. sim. Be. [y] G. [z] V. [a] Be. [b] G. [c] V. sim. Er. [d] Camer. sim. Be. [*] Be. [f] Zeg. [g] La. Me. [h] G. [i] Me ex La. T. [k] La. T. [l] Me. ex La. [m] G. [n] G. [o] G. [p] G.

CAP. XXI.

1. UT *navigaremus*, Ἀναχθῆναι] Sume ut Act. 13. 13. & 16. 11. & 18. 21. & 20. 3, 13[a]. *In altum provectos esse*, Camer. *Ut autem provecti sumus*, Be. Pi. ¶ *Abstracti*, &c. Ἀποσπασθέντας, &c.] *Avulsi ab eis*, Be. Pi. Ut pater à filiis ægrè avellitur[b]. *Quasi vi avulsi*. Significanter exprimit affectus mutuos. ¶ *Recto*, &c. Εὐθυδρομήσαντες, &c.] *Vento secundo*, &c. ut Act. 16. 11[c]. *Recto cursu* (vel, *Recta currentes*, Mo.) *venimus*, Er. P. Be. Ca. &c. ¶ *Coum*, Εἰς τὴν Κῶν] Nomen insulæ est Κῶς, & Κῶος[d]. *Con* dixit Aristoteles, *Coon* Plinius. Priores illas duas desinentias agnoscit Stephanus: Lucas eam prætulit quam & suprà habuimus 19. 1. Insula est inter Cycladas celeberrima tum Æsculapii cultu, tum Junonis æde, de qua scriptum Theodori Librum meminit Vitruvius[*]. Patria erat Hippocratis & Apellis[f]. ¶ *Rhodum*] Solis cultu & Colosso nobilem[g]. ¶ *Pataram*] Lyciæ urbem maritimam[h], & metropolin[i]: unam ex sex præcipuis Lyciæ urbibus[k].

[a] G. [b] Me. ex La. [c] G. [d] Camer.

2. *Transfretantem*, Διαπερῶν] *Trajicientem*, Be. sic Pi. *Quæ trajiceret*, Er. Il. Ca. i. e. quæ trajectura erat, seu cujus Dominis propositum erat trajicere[l]. ¶ *In Phœnicen*] Nempe Tyrum, ut mox dicet[m].

3. *Cùm*, &c. Ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον] Ità legunt Chrysost, Vulg. & pleraque Græca exempl. quia tamen insolens videbatur constructio, nec satis evidens sensus, audaculi quidam immutare eum ausi sunt. Hinc duo cod. legunt ἀναφάναντες, *quum aperuissemus*, vel *detexissemus*: at scribendum fuerat vel in aor. 1. ἀναφήναντες· vel in aor. 2. ἀναφανόντες. Alii duo Codices habent, ἀναφανείσης δὲ τῆς Κύπρου, *quum apparuisset Cyprus*: solœcismo manifesto; dicendum enim fuerat, ἀναφανείσης δὲ τῆς Κύπρου. Nos communem lectionem rectam putamus[n], quæ ad verbum sonat, *quum autem ostensi essemus Cyprum*, id est, ostensa nobis esset Cyprus: sicut, ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, *crediti sunt verba Dei*, i. e. credita sunt ipsis verba Dei, Rom. 3. 2[o]; &, ἐπιστεύθην τὸ εὐαγγέλιον, *creditus sum Evangelium*, pro, creditum est mihi[p]; & 1 Cor. 9. 7. οἰκονομίαν πεπίστευμαι, *dispensatio credita est mihi*[q]. Hypallage est[r]: qualis Mat. 8. 3. *Mundata est ipsius lepra*, i. e. ipse mundatus fuit à lepra. Ità h. l. *cùm apparuissemus Cypro*, i.e. cùm apparuisset nobis Cyprus[†]. Ἀναφαίνειν hîc opponitur τῷ ἀποκρύπτειν, *abscondere*, & id declarat quod Virgil. *aperire* dixit[t]. Æneid. 3.—*quarto terra die se attollere tandem Visa, aperire procul montes, ac volvere fumum*. Idem ibid. *Et formidatus nautis aperitur Apollo*[v]. Sic contrà, *abscondere* dixit, ibid.—*celsas Phæacum abscondimus arces*[x]. Est [ἀναφανέντες] vox nautica, *Cùm detexissemus Cyprum*. Etiam nunc sic loquuntur nautæ cùm volunt dicere aliquem locum priùs latentem sibi in conspectum venisse[y]. [Verba sic reddunt,] *Apparentes autem Cypro*, Mo. *Et detectâ Cypro*, Ca. *Cùm autem cœpisset* nobis *apparere Cyprus*, Er. P. Be. Pi. Il. Ti. *Cùm fecissemus ut appareret Cyprus*, nimirum cursu navigationis nostræ. Phrasis est nautica[z]. *Pervenimus usque ad Cyprum insulam*, Tre. ex Sy. sim. Ar. *Et aspeximus Cyprum*, Æth. ¶ *Relinquentes eam*, &c. Αὐτὴν εὐώνυμον] *Eam ad sinistram*, Be. Pi. Similis locutio,—*at illi læva jacebat Bellua*[a]; & Virg. Æneid. 3. *Læva tibi tellus, & longo læva sequuntur Æquora circuitu*. Idem, *Quò tandem mihi dexter abis? huc dirige cursum*[b]. ¶ *Ibi enim navis*, &c. Ἦν τὸ πλοῖον ἀποφορτιζόμενον τὸν γόμον] *Navis exponebat* (vel, *expositura erat*, Mo. Ca. Be. &c. sive *exoneratura*, à φορτίον, *onus*[c]. Præsens pro fut. *exponere debebat*[d].) *onus*, Er. Mo. &c. *onus suum*, Be. Ca. Ephesi receptum[*]; i.e. merces impositas: nam γόμος propriè est, onus quo repleta est navis, à γέμειν, *plenum esse*[f].

4. *Discipulis*, Τοὺς μαθητὰς] Pro, μαθητάς τινας. Articulus æquipollens pronomini indefinito, ut Act. 17. 18[g]. *Fratres* vocantur, v. 17. Crediderim *fratres* dici, ubi Ecclesiæ constitutæ erant, & conventus habebantur; *Discipulos*, ubi dispersus adhuc erat credentium numerus[h]. ¶ *Dicebant per Spiritum* (i. e. admoniti à Spiritu[i]: per spiritum Propheticum[k].) *nè ascenderet*, &c.] Brevis locutio: subintelligendum enim, *nisi vinciri vellet*. Eadem illi prædicebant quæ mox Agabus[l]. At Paulus contrà dixit cap. præc. *se spiritu vadere Hierosol.*[m]. Resp. 1. Suadebant nè iret, sed ex proprio spiritu, seu affectu[n]; ex charitate, non ex mandato Spiritûs, ignari quid Spiritus Paulo præcepisset[o]. Resp. 2. Non cohortabantur eum per Spiritum, sed per Spiritum scientes dicebant futura[p], mala ei ibi eventura. Dices, cùm Prophetia illa certò implenda esset, cur monent nè ascendat? Putabant forsan prædictionem conditionatam fuisse, si eò iret: qualis illa Davidi facta, *Tradent te viri Ceila*[q].

5. *Et*, &c. Ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι, &c.] i.e. Πληρῶσαι, מלא[r]. *Sed peractis*, sive *expletis*, *illis diebus*, Be, Er. &c. *Postquam evenit ut illos dies compleremus*, Camer. ¶ *Deducentibus*, &c. ità Er. Be. &c. Προπεμπόντων, &c.] *Præmittentibus*, Mo. Ut Act. 15. 3. & 20. 38[†]. *Comitabanturque*, Tre. ex Sy. ¶ *Positis genibus*, &c.] Ex occasione quidem itineris à Paulo suscepti, sed simul congruenter mori Judæorum. Tertul. De jejuniis, *Judaicum* cert[e]

[*] G. [f] La. T. [g] G. [h] D. sim. Me. [l] Me. [k] Cather. [l] Pi. [m] G. [n] Di. [o] Di. Pi. [p] Di. [q] Pi. [r] Pi. Glas. [†] Glas. gram. 4. 2. 21. 739. [t] Be. Glas. ib. [v] Be. [x] Pri. [y] G. [z] Camer. [a] G. [b] Pri. [c] Pi. [d] G. [*] Idem. [f] Pi. [g] Pi. [h] Be. [i] V. [k] Me. T. La. [l] G. [m] E. [n] T. ex La. sim. Camer. [o] Be. [p] Camer. ex Græcis [q] E. [r] G. sim. Camer. [†] G.

certè jejunium ubique celebratur, cùm omissis templis, per omne littus, quocunque in aperto aliquando jam preces ad cœlum mittant. Idem Adversus Nationes 1. *Judæi enim festi, Sabbata & cœna pura, & Judaici ritus lucernarum, & jejunia cum azymis, & orationes littorales.* Philo Adv. Flaccum, Παννυχὶ ἢ διατελέσαντες, &c. (*Noctem totam impendentes hymnis & canticis manè per portas effusi ad vicina littora perveniunt.*) Vide quæ Act. 16. 13 [t].

6. *Et*, &c. Καὶ ἀσπασάμενοι, &c. Ut suprà 20. 1. In MS. est, προσδεξάμενοι ἀπεπαισάμεθα ἀλλήλους [v]. ¶ *Redierunt in sua*, Εἰς τὰ ἴδια] *Domum*, Pi. *Domum suam*, Be. sic Camer. *Ad sese*, Camer. *Ad propria*, vel, *Ad sua*, Pi. ut Joan. 19. 27. non *ad suos*, quia uxores & liberi aderant [x]. Vide quæ ad Luc. 2. 49 [y].

7. *Nos*, &c. Ἡμεῖς δὲ τὸν πλοῦν διανύσαντες] *Nos verò iter fecimus*, Tre. ex Sy. vel, *navigavimus*, Æth. vel, *navigatione perfectâ*, P. Be. Pi. sim. Mo. Ar. vel, *explicitâ*, Er. Il. Ti. *expeditâ*, Ca. Διανύειν Græcis itinerum absolutionem notat [z]. At hi in medio jam itinere erant. Quid ergò dicendum? Resp. Vel legendum διανύσαντες, (ut est in Hesychio, διανύσαι, διατελέσαι) atque ità τὸν πλοῦν διανύσαντες, erit tantùm, *navigantes*: vel notandum, quòd verbum ἀνύω communiter explicatur per πληρόω, τελέω· quæ omnia interdum nihil aliud significant quàm ποιῶ, *facere*, & significationem à verbis adjunctis recipiunt. Sic ἐπιτελεῖν λατρείας est, *cultus peragere*, Heb. 9. 6. & τελεῖν δρόμον, 2 Tim. 4. 17. est, *currere cursum*; non autem propriè, *cursum finire*, quia nondum venerat finis aut vitæ aut Apostolatûs ejus. Sic in Lino, Ῥάδια πάντα Θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν, *Omnia facile est Deo facere, & nihil impossibile:* unde liquet τελεῖν & ἀνύειν esse tantùm, *facere*. Quare, διανύσαντες τὸν πλοῦν, nihil aliud est quàm ποιήσαντες, *navigatione factâ*, vel, *cursu inchoato*, non autem *impleto*, ut verba sequentia monstrant [a]. ¶ *Ptolemaidem*] Urbem Phœnices, quam Plinius dicit olim *Acen* dictam [b], i. e. עכו, *Acco*, Jud. 1. 31 [c]. unde Syrus hîc habet לעכו, *ad Accu:* sic & Arabs, *ad Accha* [d].

8. *Profecti*, &c. Ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Παῦλον] *Egressi ii qui circa Paulum*, Mo. vel, *nos qui eramus cum Paulo*, Er. Il. sim. Ar. Æth. *qui erant cum Paulo*, Ti. vel, *Paulus & nos qui cum eo eramus*, P. Be. simil. Pi. Synecdoche membri [*]: ut Act. cap. 13. v. 13 [f]. *Paulus cum suis*, Ca. ¶ *Cæsaream*] *Stratonis*, quæ in Judæa, sive Syria Palæstina. Vide Ptolemæum [g]. Est & altera, *Cæsarea Philippi*, ad radices montis Libani; & tertia Cappadociæ [h]. ¶ *Intrantes* (vel, *Ingressi*, sub. *Paulus*, V.) *domum Philippi Evangelistæ* (i. e. præconis Evangelii [i]: sic Ephes. 4. 11. & 2 Tim. 4. 5 [k].) *qui erat unus de septem*] Scil. primis illis Diaconis [l], Act. 6 [m], i. e. qui, cùm olim de numero 7 Diaconorum fuisset, factus erat Presbyter περιοδευτής, nulli certæ Ecclesiæ affixus: quales *Evangelistæ* vocabantur, Eph. 4. 11. 2 Tim. 4. 5. id est, מבשרים, Esa. 40. 9. & 52. 7. Ità solebant promotiones fieri κατὰ βαθμὸν, 1 Tim. 3. 13 [n].

9. *Virgines*] Ex proposito & suo & patris, ut credibile est. Vide dicta ad Matth. c. 19. v. 12. Luc. 2. 37. 1 Cor. 7. 37 [o]. ¶ *Prophetantes*] Vel, 1. Divinas laudes celebrantes [p]. Vel, 2. Scripturam propheticam ex singulari Spiritûs Sancti revelatione celebrantes [q]. Vel, 3. futura prædicentes [r]. Sic nobilitare voluit Deus Evangelii primordia †. Vide hîc impletum id quod habuimus suprà 2. 18. ἐπὶ τοὺς δούλους μου [t].

10. *Agabus*] Is de quo Act. 11. 28 [v].

11. *Tulit zonam Pauli*, &c.] Notus Prophetarum mos, ipsis etiam rebus conspicuis futura præsignandi. Sic zonam suam defodere jussus Jeremias c. 13. Imitati id & falsi Prophetæ, Jerem. 28. Dionysius Thrax, ἐπιμαινον, &c. (*Non verbis tantùm, sed & per symbola, significabant* [x].) Vide & Esa. 20. & Ezec. 4. & 12 [y]. ¶ *Et*, &c. Δήσας τε αὐτοῦ, &c.] *Vinctis sibi manibus*, &c. Be. Pi. &c. ut in se Paulum ejúsque vincula repræsentaret: vel, *ipsi*, si legas αὑτοῦ, scilicet Paulo, ut Greg. & Dionys. censent [z]. Sic Christus Petro dixerat, ἄλλος σε ζώσει, Joh. 21. 18 [a]. ¶ *Sic alligabunt —— Judæi*] i. e. Causam dabunt ut hoc fiat [b]. Impletionem vide v. 33 [c]. ¶ *Et tradent*, &c.] Ità Discipulo eventurum erat quod olim Magistro, Mat. c. 20. v. 19 [d].

12. *Et qui*, &c. Οἱ ἐντόπιοι] i. e. Ut Matth. 14. 35. οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου [*]. *Incolæ*, Ca. *Qui illius loci*, Mo. *Ejus loci incolæ*, Be. Pi. sim. P. *Cæteri qui loci illius erant*, Er. Il. Ti. Cæsareenses Christiani, humano ducti affectu [f].

13. *Quid facitis flentes, & affligentes*, &c. ità Er. Il. &c. Καὶ συνθρύπτοντες, &c.] *Et emollientes*, &c. Be. *Et angitis*, Ca. *Et comminuentes*, &c. Mo. P. Tre. Pi. &c. vel, *frangentes animum*, nempe quantum in ipsis erat. Verba enim interdum intelliguntur etiam sine effectu. Est locutio eadem Num. 32. 9. *fregerunt cor:* ubi Lxx, ἀπέστησαν τὴν καρδίαν. Paulò antè, ubi idem verbum est, διαστρέφετε τὰς διανοίας [g]. Qui in propriis tentationibus non patiebatur, dolebat præ amore, &c [h]. ¶ *Paratus sum*; ità Er. Be. P. Sy. &c. Ἑτοίμως ἔχω] *Paratè habeo*, &c. Mo. Eadem locutio 2 Cor. 12. 14. 1 Pet. 4. 5. & Dan. c. 3. ver. 18 [i].

14. Μὴ πειθομένου, &c.] *Cùm igitur non assentiretur*, Be. Pi. ad verb. *persuaderetur*, Val. Pi. V. i. e. pateretur sibi persuaderi [k]. ¶ *Dicentes, Domini voluntas fiat*] Et hoc ad exemplum Magistri, Matth. 26. 42 [l].

15. *Præparati*, &c. Ἀποσκευασάμενοι] i. e. Ἀνασκευασάμενοι, ut loquuntur disertiores Græci. Nam ἀποσκευάζειν significat potiùs, *Deponere*; item, *E medio tollere*: ἀνασκευάζεσθαι verò dicuntur οἱ μετοικιζόμενοι, i. e. qui ex aliquo demigraturi sarcinas colligunt. Significat igitur, Paulum cum suis Cæsareâ profectum, quasi eò non rediturum [m]. [Vocem sic reddunt;] *Collectis* (vel, *Sublatis*, Er. V. *Paratis*, Vulg. & Th. in Camer. *Relictis*, ut iter esset expeditius [n].) *sarcinis*, Be. Pi. Ἀποσκευάζεσθαι significat interdum, *remotis impedimentis præparare:* hoc sensu Lxx usurpant pro Heb. פנה, Levit. 14. 36. quod alibi per ἑτοιμάζειν reddunt, ut Gen. 24. 31. Esa. 40. 3. Ità h. l. sensus esse potest, *quum sublatis omnibus obstaculis parassemus nos.* Interdum quoque Lxx ἀποσκευὴν usurpant pro רכוש, *suppellectile*, seu substantia quam quis acquisivit, sive apparatu cujusvis rei familiaris. Vide Gen. 14. 12. & 15. 14. hinc rectè vertas, *Apparatu facto* [o]. Alii, quinque cod. legunt, ἐπισκευασάμενοι [p], quod rectius [q]; i. e. instructi & comparati ad quævis nimirum subeunda pericula [r]. Ἐπισκευάζεσθαι hîc est, *sarcinas jumentis imponere:* utuntur sic Xenophon & Aristoteles †.

16. *Quidam*, &c. Καὶ τῶν μαθητῶν] Nempe τινὲς, ut Matth. 23. 34. & alibi [t]. ¶ *Et discipulorum*, Mo. *Et* (sub. *quidam*, Sy. Er. P. sic Be. Pi. &c.) *discipuli*, Tre. ex Sy. vel, *ex discipulis*, Er. P. Be. &c. ¶ *Adducentes apud*, &c. Παρ' ᾧ ξενισθῶμεν] Relativum in Dativo ponitur, ᾧ, cui respondet antecedens [Μνάσωνι] subjunctum in Dativo, cùm deberet verbo, ἄγοντες, respondere in Accusativo [v]. Brevis locutio, pro, ἄγοντες ἡμᾶς πρός τινα παρ' ᾧ ξενισθῶμεν, *ducentes* (i. e. *ducturi*, Præsens pro Futuro,) *nos ad eum apud quem diverteremur.* Nam Mnason ille ex Cypro videtur habitatum ivisse Hierosolyma. Ei nomen Hebræum fuerit יוכר [x]. Μνάσωνι, pro, πρὸς τὸν Μνάσωνα. Sic, ὁρμᾷ διὰ τοῦ ἀέρος τῇ πόλει, pro, εἰς πόλιν †. *Apud quem hospitaremur*, Er. Il. Ti. vel, *diversaremur*, Ca. Be. ¶ *Antiquum discipulum*] Ex eo tempore quo Paulus & Barnabas in Cypro fuerant, suprà 13. 4 [y].

17. *Cùm venissemus*, Γενομένων] Pro, ἀφικνουμένων [z].

18. *Ad Jacobum*] Absente Petro, primum Apostolici cœtûs. ¶ *Seniores*, Οἱ πρεσβύτεροι] Ut suprà 15. 6 [a]. Tum ætate, tum potiùs dignitate & ordine [b]. Qui Apostolorum Hierosolymis erat, is munere fungebatur quo postea Episcopi, ideóque Presbyteros convocabat: nisi fortè Jacobus hic fuit frater Domini non Apostolus, sed Episcopus [c].

19. *Per ministerium ipsius*] Vide ad Act. 20. 24 [d].

20. *Quot millia*; ità Be. Pi. &c. Μυριάδες] *Myriades*, V. Ham. Sch. &c. Myrias continet decem millia [*]. Vide quo modo auctum fuerat granum illud sinapis intra annos 25 [f]. ¶ *Æmulatores*, &c. Ζηλωταὶ, &c.] *Studiosi sectatores* (vel, *Accensi zelo*, Be. Pi. &c.) *legis*, V. &c. Legem vehementer asserentes [g]. Vide Joan. 2. 17 [h]. *Magno studio tenentur servandæ Legis*, etiam de Sacrificiis, de Cibis vetitis, aliísque rebus ejusmodi. Nec id mirum: nam decretum quod fecerant Apostoli tantùm ex Gentibus vocatos tangebat. Neque dum Paulus quicquam Judæos ea de re docere cœperat: quod fecit aliquanto seriùs, & quidem extra Judæam. Nam intra Judæam qui erant Judæi χριστιανίζοντες, hi, ante dispersionem illam quæ per Adrianum evenit, libertatem à Legis

Marginal notes (left column): [t] Idem. [v] G. [x] Be. [y] G. [z] Pi. [a] Ham. [b] G. [c] G. D. BC. 864. [d] BC. ib. [*] Pi. [f] Pi. ex Be. [g] G. sim. Er. [h] Er. ex Hi. [i] Pi. sim. Camer. La. Me. [k] Pi. [l] La. Cap. 3896. sic Be. Pi. L. E. T. [m] L. Pi &c. [n] G. [o] G. [p] La. T. [q] Pi. [r] Be. Pi Ham. † Calv. [t] G. [v] G. Pi. La. [x] G. [y] La. [z] Idem. [a] G. [b] Camer. [c] Pi. [d] G. [*] Pri.

Marginal notes (right column): [f] G. [g] G. [h] La. ex Chryf. [i] G. [k] Pi. [l] G. [m] Be. [n] Camer. [o] Di. [p] Be. [q] G. [r] Be. † G. [t] G. [v] Glaf. gram. 3. 2. 20 209. [x] G. † Kn. [y] G. fim. Ham. [z] Pi. [a] G. [b] La. [c] G. [d] G. [*] V. [f] G. [g] Camer. [h] Be.

gis onere non percepere, ut intelligimus ex Eusebio & Severo Sulpicio circa illa tempora. Et ad tales scripta est Epistola ad Hebræos[i]. Ceremonialia post promulgationem Evangelii mortua erant, sed mortifera diu postea neutiquam habebantur, &c[k].

21. *Audierunt autem de te*; ità Er. P. &c. Κατηχήθησαν, &c.] *Edocti sunt*, &c. Camer. Mo. *Auditione acceperunt*, &c. Ca. *Audierunt ex aliorum sermone*, &c. Be. Pi. q. d. Sono imbuti sunt[l]. Vide Luc. 1. 4[m]. *De te hoc intellexerunt*, nempe sermone & literis illorum in Asia Judæorum qui tot molestias Paulo exhibuerant[n]. ¶ *Quia*, &c. ὅτι ἀποστασίαν, &c.] *Te defectionem à Mose* (i. e. à Lege[o], 1 Macc. 2. 15. ἀποστασία, סרה, Jer. c. 29. v. 32 [p].) *docere omnes — Judæos*] Qui erant ἐν διασπορᾷ[q]. ¶ *Non—circumcidere*, &c.] Quod antiquissimum erat præceptum omnes Abrahami posteros obstringens[r]. ¶ *Neque*, &c. Μηδὲ τοῖς ἔθεσι περιπατεῖν] *Neque ritibus* (vel, *moribus*, Ca. *in ritibus*, Tre. secundùm *instituta*, Er. Il. Ti. juxta *consuetudines*, Er. V. secundùm *ritus*, P. Be. Pi. nempe paternos†, vel Mosaicos[t],) *ambulare*, Mo. &c. vel, *vivere*, Er. Il. *vivendum*, Ca. *Ἔθη hîc sunt חקות, *præcepta ritualia*: & περιπατεῖν respondet Hebræo הלך, ut Prov. 8. 20. & alibi. Pro eo mox habebimus στοιχεῖν[v].

22. *Quid*, &c. Τί οὖν ἐστι;] *Quid est ergo?* Be. Pi. sub. *futurum*, vel *agendum*, Be. ¶ *Oportet convenire multitudinem*] Ità Be. Pi. Utique conveniet multitudo Judæorum, &c. ut de te inquirant, querantur, accusent[x]. In rebus majoribus, præcipuè ex quibus schisma metuebatur, Apostoli, &, successores eorum, Episcopi, non Presbyterorum tantùm utebantur consilio, sed & plebem advocabant, ut vidimus suprà 15. 23, 30. Vide Epist. Cypriani, 33, 34, 35, 40[y].

23. *Viri quatuor votum*, &c. Εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν] *Votum habentes super se*, Er. Il. Ti. *Voto obnoxii*, sive *obstricti*, P. Pi. Ca. sim. Be. Tre. ex Sy. Ar. nempe, *ut purificentur*, Tre. ex Sy. Votum hîc intellige, vel, 1. Nazaræatûs[z], non tamen perpetuum, sed temporarium[a]: cujus voti terminus & consummatio erat sanctificatio, h. e. detonsio comæ, lustratio, & sacrificii oblatio, juxta legem Num. 6. 13[b]. Pauperes autem hi erant, neque oblationes in promptu habebant[c]. Vel, 2. Votum conceptum ob liberationem à morbo, vel periculo, vel necessitate, ex more, de quo Jo. Bel. Jud. 2. 15[d].

24. *Sanctificator* (vel, *Purifica te*, Er. V. *Lustrare*, Ca. *Consecrator*, Be.) *cum illis*; ità Be. Pi. &c. Ἁγνίσθητι, &c.] Respondet verbo נזר, Num. 6. & ἁγνισμὸς nomini נזר respondet: significat autem, *abstinere à vino rebúsque aliis quæ interdicta sunt Nazaræis*: sic & Act. 24. 18[f]. Ἁγνίσθητι idem quod הזיר, *separato te*, Num. 6. 21. q. d. *Esto Naziræus cum illis*[g]. Hîc verò non dicitur de initio concepti voti, sed de illius præstatione, & sacrificio triplici, quod dierum illius voti finis & complementum erat[h]. *Et*, &c. Καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς ἵνα ξυρήσωνται, &c.] *Et adde ad eorum sumptus*, &c. Be. Pi. *Et impende* (vel, *fac sumptum*, P. Ca. *expone impensas*, Tre. ex Sy. sic Æth.) *super illis*, (vel, *in illis*, Mo. *pro iis*, Tre. ex Sy. Æth. sic V. Zeg. *cum iis*, P. *apud eos*, Ca. Al. *ipsorum causâ*, ut huic voto non tantùm interfuisse, sed etiam præfuisse, videaris. Erant enim in Nazaræorum oblationes sumptus decreti, sed ità ut aliquid adjicere liceret, Num. 6. 21. Ideo dicitur ipse postea dies sanctificationis denunciâsse[i]. [Sensus, q. d.] Non ipse tantùm offer quæ oportet, sed & illis aliis da pecunias unde habeant quæ offerant, agnum, agnam, arietem, placentas, & lagana. Talem enim liberalitatem fuisse non insolitam ex Maimonide discimus[k]. Offer hostias, vel cum illis, vel propter illos: hi enim pauperes erant[l]. Vult autem hoc Paulum facere Jacobus quò plebi abundantiùs satisfiat[m]. Mos erat Judæis, ait Maimonides, ut si quis dixisset, הרי עלי לגלח נזיר, i. e. δαπανήσω ἐπὶ Ναζαραίῳ, ἵνα ξυρήσηται τὴν κεφαλήν, tenebatur ille sumptus facere in victimas à Nazaræo offerendas, si Nazaræus id pateretur. Quòd si dixisset, se dimidium impensæ præstiturum, Nazaræus quod erat reliquum præstabat[n].) *ut radant capita*, Er. Il. &c. i. e. ut illi voti liberentur eò faciliùs. Est μετωνυμία signi pro signato. Nam sicut obligatio votiva exprimebatur dimisso capillo, ità liberatio comâ abrasâ, Num. 6. 18. quæ coma supponebatur urenda ollis in quibus coquebantur carnes de sacro εὐχαριστικῷ: ità enim nos docent Hebræi. Diximus suprà v. 18. legem hanc de Victimis & de Rasura in Templo facienda vim habuisse in Judæa, non extra eam. Non longè abit hinc mos Græcorum comam libandi diis, de quo Homerus, Statius in Achilleide, & Coma Earini, & Censorinus De die natali[o]. Notandum autem h. l. non Paulum, sed quatuor hos viros, votum concepisse & comam deposuisse; Paulum verò sumptus fecisse, an verò integros, incertum est, sed hoc certum, illum fuisse, ἁγνισθέντα σὺν τοῖς Ναζαραίοις: quia quasi in partem Nazaræatûs venerat sumptus hos faciendo, & præterea non poterat non esse in casto, cùm sacris interesse deberet quorum ille sumptus faciebat, & על ידו offerebantur. Quare non simpliciter dicitur ἁγνισθεὶς, sed, ἁγνισθεὶς σὺν Ναζαραίοις[p]. Paulus hîc non fuit Nazaræus, tum quia nulla voti ejus mentio, tum quia recèns advenerat[q], & posterâ die quàm ad Jacobum venit hoc fecit, idéoque dies à Lege præscriptos explere non poterat[r]: tum quia non dicunt, *ut radatis*, sed, *ut radant*†. Verùm satis ex adjunctis colligitur, radendum esse Paulum, cùm de ipsius *purificatione*, idque eo modo quo Nazaræus purificari debuit, dictum sit[t]. Paulus ergò hîc Nazaræus fuit, suúmque votum explevit[v]. ¶ *Et*, &c. Καὶ γνῶσι, &c.] *Et nôrint omnes nihil esse eorum* (ὧν, pro ἐκείνων ἃ[x]) *quæ de te famâ* (vel, *auditione*, Be.) *acceperunt*, Be. Pi. vel, *falsam esse famam quæ de te sparsa est*, quasi Judæos à Legis observatione averteres. ¶ *Sed ambulans*, &c. Ἀλλὰ στοιχεῖς, &c.] Στοιχεῖν, ut modò diximus, hîc est הלך, & significat, *vitæ institutum aliquod persequi*[y].

25. *De*, &c. Περὶ δὲ τῶν, &c.] *De iis autem*, &c. vel, *Ad eos autem quod attinet*, &c. Pi. q. d. Alia est ratio vocatorum ex Gentibus: illos enim à Legis onere liberos communi decreto pronunciavimus[z]. ¶ *Scripsimus*; ità Er. P. Mo. Tre. Be. Pi. &c. sub. *ad eos*, Pi. Ἐπεστείλαμεν] *Misimus* ad eas, Ar. *Epistolas misimus*, Ti. sim. Pi. *Præcepimus eis*, Æth. ¶ *Judicantes* (vel, *Decernentes*, V. sic Be. Pi.) *ut*, &c. Μηδὲν τοιοῦτον τηρεῖν αὐτοὺς] Infinit. pro Gerundio, *Nihil tale servandum ipsis*; nempe eorum quæ Moses scripsit. Vide Act. 15. 20, 29[a].

26. *Tunc Paulus*] Vide facilitatem Pauli, statim acquiescentis Jacobi consiliis[b]. ¶ *Assumptis viris*] Id est, se eis socians. ¶ *Posterâ die*] Postridie quàm advenerat, ut colligimus infrà 24. 1, 11[c]. ¶ *Purificatus*, &c.] Id est, simulans se cum aliis implevisse tempus Nazareatûs[d]. *Purificatus*, nempe ab aliqua immunditia legali*, forsan contactu cadaveris, &c[f]. ex quo pollutus erat Paulus, utpote Nazaræus. Ab hac ergò pollutione se purificavit, radendo illico caput, & Templum adiit, ut ibi annunciaret & expleret reliquos 7 dies purificationis suæ præscriptos Lege, Num. 6. 9[g]. ut sic planè mundus inchoaret votum Nazaræatûs unà cum quatuor sociis illis*. ¶ *Annuntians* (vel, *Denuncians*, P. Be. Pi. nempe Sacerdotibus[h], ad quos harum ceremoniarum cura spectabat[i]. Cùm enim quo die finiebatur Nazaræorum votum, offerenda essent certa sacrificia, necesse fuit dierum expletionem Sacerdotibus significari. Vide Num. 6. 13[k].) *expletionem dierum purificationis*] Ità Er. Il. Mo. P. &c. Omnibus edicens se castimonium suscipere in dies septem, ità ut dies ipsius pariter exirent cum diebus aliorum qui aliquantò antè, ac in majus tempus, se obligaverant. Licebat enim cuique eum, quem vellet, votivæ obligationi præstituere terminum, Num. 6. 5. Sic Paulus in dierum hebdomada se obligavit; illi alii in duas, tres, aut quatuor, hebdomadas. Illud, ἐκπληρώσεως, verba Legis respicit, ἡ ἂν ἡμέρα πληρώσῃ, &c[l]. Sed non videtur hîc agi de purificatione Nazaræi, sed de aliis peculiaribus ex traditione majorum introductis. Sensus ergò est, q. d. Paulus fecit votum victimas offerendi, idéoque, ex more, purificavit se, & quot diebus vellet orando, aut jejunando, &c. occupari, significavit Sacerdotibus; nimirum velle se septem diebus illis exerceri[m]. ¶ *Donec*, &c. Ἕως οὗ προσηνέχθη, &c.] *Usquedum* (vel, Sub. Neque discessit à templo, *donec*, V.) *oblata fuit* (vel, *esset*, V.) *pro unoquoque*, &c. Be. Pi. Aoristus hîc significat rem quæ fieri debebat, *Usquedum offerenda esset pro unoquoque* (eorum qui se obligaverant) *oblatio*, i. e. ità tempus sumpsit ut pariter cum illorum tempore desineret[n]. Hoc addit, quia

Marginal notes (left column): i G. — k Seld. in Wal. — l Pi. — m Be. — n G. — o G. Pi. &c. — p G. — q G. sim. Me. &c. — r G. — † V. — t Ca. Pi. — v G. — x La. — y G. — z La. T. sic D. Ham. V. Pet. G. &c. — a D. — b T. ex La. — c V. — d Cap. — * G. sim. Be. — f G. — g D. — h Be. — i Be. — k G. — l Zeg. — m G. — n Pet. var. lect. 2. 2540.

Marginal notes (right column): o G. — p Pet. ib. — q Caj. in La. — r E. — † Caj. in San. — t San. — v La. ex L. — x Pi. — y G. — z G. — a Idem. — b La. — c G. — d V. — * Me. T. sic La. ex San. — f T. sim. La. — g La. ex San. — * T. — h Me. Ti. ex San. & La. sic V. — i Ti. ex San. — k Be. — l G. — m Me. — n G.

quia non eâdem die omnes illi votum suum expungebant, sed intercedebat aliquod intervallum, quod tamen non majus fuisse videtur quàm septem dierum, ut est in v. seq. Atque intra hos dies futuram *expletionem dierum purificationis* horum quatuor Nazaræorum denunciaverat Paulus: idque ab eo factum est nè pecunia, quam conferebat ad victimas, & reliqua erat futura post peracta sacra primi Nazaræi, in aliorum Nazaræorum sacra, præterquam trium illorum qui sequentibus diebus intra ἐπὶ τὸ ἱερὸν sua vota erant expuncturi, impenderetur. Hoc ex more factum. Scribit enim Maimonides, Nazaræum, sive quis alius sumptus in victimas faceret, denunciare solitum se tantum pecuniæ destinâsse in victimarum sumptus; idque fiebat ἐν τῷ συντελεῖσθαι τὰς ἡμέρας τοῦ ἁγνισμοῦ. Quòd si quid pecuniæ superesset post sumptus factos, impendebatur in victimas aliorum Nazaræorum [o].

27. *Dum*, &c. Ὡς δὲ ἔμελλον, &c.] *Quum autem septeni illi dies jam essent explendi*, Pi. sic Be. vel, *penè essent expleti*, V. ex quo scilicet Paulus Jerusalem fuerat ingressus [p]. Hinc colligimus, quod suprà tacuit Lucas, Paulum castimonio suo præfiniviſſe dies septem [q]. Septem hi dies inchoandi sunt, vel ab adventu Pauli Hierosolymam [r]; vel potiùs, à cœpta Pauli purificatione †; vel, post illa v. præced. explicata [t]. Sed hoc non patitur calculus 12 dierum, Act. 24. 11 [v]. Sensus est, q. d. Paulò ante finem septenorum illorum dierum, h. e. illarum hebdomadum quæ numerabantur à die oblationis manipuli spicarum usque ad diem Pentecostes [x]. Putem Lucam scripsisse, αἱ ἑπτὰ ἡμέραι, pro, αἱ ἑβδομάδες· quæ similiter à septenario recurrente numero vocantur Heb. שבעים. Dictum enim est, Act. 20. 16. Paulum omninò cupiisse diem festum Pentecostes agere. Quòd si malis *septem*, quàm *septenos*, *dies* interpretari, tunc de ultimæ, i.e. septimæ, hebdomadis imminente fine fuerint hi septem dies accipiendi [y]. ¶ *Qui*, &c. Οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας] *Qui ex Asia*, Be. Pi. &c. Ex Ephesô & aliunde [z], sub. *advenerant*, Be Pi. nempe ad festum Pentecostes celebrandum [a]. ¶ *In templo*] Nempe ultra eam stationem in qua licebat etiam profanis consistere. Vide Luc. 18. 13 [b]. In secundo Atrio Templi, nempe Atrio mulierum, quò Ethnici non admittebantur [c]. ¶ *Concitaverunt*; ità Be. Tre. ex Sy. Ar. Συνέχεον] *Conturbârunt*, Er. Il. P. Pi. רגשו Vide Act. 19. 19 [d]. *Confuderunt*, Mo. P. sic Ca. Sic v. 31 *. ¶ *Injecerunt ei manus*] Per seditionem, sine publica auctoritate [f].

28. *Viri Israelitæ*] Ut Romæ dicebatur, *Porrò Quirites*. ¶ *Adjuvate*, Βοηθεῖτε] *Succurrite*, Be. Pi. Ità Scipio apud Appianum, Ἐπικουρεῖτε, ὦ Ῥωμαῖοι, *Adeste cives*, est duobus locis apud Livium. Et cùm *fides Quiritium* imploratur, opem atque auxilium *fidei* nomine significari ait Servius ad Æn. 10. ¶ *Hic est homo*, &c.] Eadem accusatio in Stephanum, Act. 6. 14. ubi dicta vide [g]. ¶ *Gentiles*, &c. Ἕλληνας, &c.] *Græcos introduxit in templum*] i. e. In Atrium Judæorum [h]. Quod planè non licebat. Vide Mosem de Cotsi, Præcepto jubente 21. Nempe intra septum illud lapideum quod in tres cubitos attollebatur; inscriptumque columnis habebat, Μὴ δεῖν ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παριέναι, Josephus Belli Jud. 5. 14. Si quis alienigena, etiam Romanus, id septum transgrederetur, is occidi poterat, teste eodem Josepho Belli, Jud. 6. & Philone De legatione [i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ κεκοίνωκε, &c.] *Et polluit* (vel, *Eo facto polluit*, G.) *sanctum*, &c. Be. Pi. ad verb. *communem fecit*. Vide & Act. 10. 15 [k]. Κοινοῦν *polluere*, Mat. 15. 11, 18. Marc. 7. 15, &c [l].

29. *Viderant enim Trophimum*, &c. Quem illi Judæi Asiatici optime noverant [m].

30. *Concursio*, Συνδρομὴ, &c.] Exstat hæc vox Judith 10. 19. idem quod συστροφὴ, Act. 19. 40. קשר [n]. *Concursus*, Be. Pi. ¶ *Trahebant eum extra templum*] Ut eum liberiùs audaciùsque occiderent, nec Templum ejus sanguine pollurerent [o]. ¶ *Clausæ sunt*, &c.] A janitoribus (vel militibus [p]) Templi, metuentibus nè qua in Templo seditio oriretur, aliis Paulum malè tractare, aliis tueri, volentibus [q]; vel, nè in hoc tumultu Gentiles in Templum irrumperent, & nè cædes in Templo committeretur [r]; & ad præcludendum effugium sontibus, publicæ pacis & loci sancti violatoribus †.

[o] Pet. ib. [p] V. [q] G. [r] L. & V. in La. † La. ex San. [t] Q. in Be. [v] Be. [x] Pi. ex Be. [y] Be. [z] G. [a] Pi. [b] Be. [c] Li. chron. 128. [d] G. * Pi. [f] Be. [g] G. [h] Me. T. La. [i] G. [k] Pi. [l] G. [m] G. [n] G. [o] La. ex Chrys. [p] Me. [q] G. [r] La. † Me.

31. *Nuntiatum est*; ità Er. Ti. Ἀνέβη φάσις] *Auditum est*, Tre. ex Sy. *Pervenit* (vel, *Ascendit*, V. Pi. Mo. Ca. *Delatus est*, Ar.) *rumor*, Be. Pi. Ar. vel, *fama*, Il. P. Mo. Ca. vel, *dictum*, Be. vel, *indicium*, Camer. G. Ità eam vocem usurpant Attici, Isoc. Demosth. & alii: μήνυσιν interpretatur Pollux [t]. Φάσις idem quod φήμη & μήνυσις [v]. ¶ *Tribuno*, &c. Τῷ χιλιάρχῳ τῆς σπείρης] *Præfecto* ejus *cohortis* quæ temporibus festis, ac proinde etiam in Pentecoste, præsidium habebat in porticibus Templi ad prohibendos tumultus, si qui orirentur: quam *cohortem* σπεῖραν etiam Johannes dixit, 18. 3. τάξιν Josephus, ut ostendimus ad Matth. 26. 5, 45. Eos qui cohorti præerant Tacitus modò *Præfectos* vocat, modò *Tribunos*: *Præfectos* puto cùm in legione sua erant; *Tribunos*, ubi extra eam. Hoc addendum eis quæ diximus ad Joh. 18. 12 [x].

32. *Statim*, Ἐξαυτῆς] *Eo ipso momento*, Be. Pi. Admirandum providentiæ Dei exemplum [y]. ¶ *Cessaverunt*, &c.] A vi abstinebant in conspectu Romani Præfecti [z].

33. *Catenis duabus*] Quibus manus ambæ stringerentur, ut Act. 12. 6, 7. ¶ *Interrogabat*, &c.] Tum ex ipso, tum ex plebe [a].

34. *Cùm*, &c. Μὴ δυνάμενος, &c.] In MS. μὴ δυναμένου δὲ αὐτοῦ γνῶναι· quæ constructio & infra est Matth. 22. 17 [b]. ¶ *Certum*, Ἀσφαλὲς] *Certi* quicquam, Pi. *Verum*, id est, quo non erraretur †. ¶ *In castra*; ità Be. Pi. Εἰς τὴν παρεμβολὴν] Malim, *in castrum*, id est, locum muris munitum, castellum, sive arcem [c]; nempe arcem Antoniam [d], Templo contiguam *. In plur. autem *castra*, locus in quo milites tentoria fixêre, vel, ipsa militum tentoria. Παρεμβολὴ utrumque significat: in Glossario est, *phalanx*, *castrum*; in Hesychio *castra*, *acies*, *cuneus*, *exercitus*, aut *multitudo*, *habitaculum*, aut *castrum*; in Lxx. Esa. 21. 8. *specula*, id est, locus editus & munitus, &c [f]. Ad Maccabaica diximus παρεμβολὴν his Scriptoribus dici *ipsam militum multitudinem*. Ea autem extra dies festos omnes, in diebus festis bona pars, erant in Antonia; ut & alii & nos diximus [g].

35. *Ad gradus*; ità Er. Mo. Be. Pi. Quibus ascendebatur in arcem Antoniam [h]. Ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς] Cicero ad Atticum, *Gradus templorum ab infima plebe completi erant*. Idem pro Cluentio, *gradus concitatis hominibus completos* narrat [i].

36. *Si*, &c. Εἰ ἔξεστι, &c.] *Licetne mihi*, &c. Be. Pi. Plena honoris præfatio. Sic apud Livium, *Cum bona venia*, *quæso*, *audiatis*, *Patres conscripti* [k]. ¶ *Græcè nôsti?*] Cùm Hebræus sis [l]. Curtata locutio. Subauditur *loqui*, ex Neh. 13. 24. ubi plena est locutio. Lingua Græca post Macedonum Imperium facta erat quasi communis populorum Asiæ & Ægypti. Vide quæ diximus ad Matth. 27. 37 [m]. *Græcè*, &c. q. d. quia ego Hebraicam vestram linguam non intelligo [n]. At ille Romanus erat. *Resp.* Sed Græca lingua passim erat usitatior, & plerisque etiam Romanis nota, ut nunc passim Gallica apud Germanos, Anglos, &c [o].

38. *Nonne tu es Ægyptius*] De quo Euseb. Hist. 2. 21. & in Chronico [p], Jo. Antiq. 20. 6. & Belli Jud. 2. 12 [q]. Hæc ostendunt gesta hæc sub Neronis Imperio. Neque enim dubitandum quin Ægyptius, de quo hîc agitur, sit ille de quo Jo. Antiq. 20. 6. & Bel. 2. 23. Hic Ægyptius Prophetam se dicebat [r]. ¶ *Ante hos dies*] Puta, ante triennium; nimirum anno Claudii 13 †. ¶ *Tumultum*, &c. Ἀναστατώσας] *Commovisti*, Be. *Adseditionem concitavit*, Pi. sic P. Er. Il. &c. Vide Act. 17. 6. ¶ *In desertum*] Solebant enim impostores illi initia colligendæ multitudinis armatæ facere in locis desertis, ut diximus ad Matth. 24. 26. Josephus Antiq. 20. 6. ἐπεῖσεν αὐτοῖς εἰς τὴν ἐρημίαν ἕπεσθαι. ¶ *Quatuor millia*, &c.] Hæc, ut dixi, nebulonis illius initia fuere: postquam multitudo illi ad 30 millia creverat, ex locis desertis ad Olivarum montem processit; ibique copiæ ejus per Felicem dissipatæ sunt. Sed hæc iis quæ hîc narrantur seriora sunt, legique possunt apud Josephum Bel. Jud. 2. 23. ¶ *Sicariorum*, Σικαρίων] Sic & Josephus vocat indicato jamjam loco illos homines publico injussu arma capientes: qua de re diximus ad Matth. 27. 16, 38 [t]. Vox est Latina [v], significans *interfectorem*, &c, ut Cicero explicat, *audacem*, *& sæpe in cæde versatum* [x]; sic dictum à *sica* [y]. *Sica* autem erat gladius brevior, sed acutior [z]; pugio [b], *gladiolus ad mensuram Persicæ acinacis*

[t] G. [v] Camer. [x] G. [y] Be. [z] G. [a] G. [b] G. † Camer. [c] Di. [d] Di. ex Be. * Be. [f] Di. [g] G. [h] La. Me. [i] G. [k] G. [l] Zeg. [m] G. [n] Me. [o] E. [p] D. [q] D. sic Be. Camer. [r] G. † La. [t] G. Er. Camer. Zeg. D. Le. Gua. &c. [v] Gua. sim. Be. [x] D. Ham. Camer. [y] Ham. [z] La. [b] Ham.

cis accedens, sed curvus ferè : ut describit Jo. Antiq. 20. 7 [c]. Has sicas illi gestabant sub tunicis suis [d], ad occultè & expeditè alios trucidandum *. Erant hi ex sectatoribus Judæ Galilæi [f]. Al. Erant Hessæi [g] : nam Hessæi contra Romanos acerbissimè dimicabant, & mortem potiùs acerbissimam tolerabant quàm Cæsarem *Dominum* dicerent [h]. Sed error hîc est, & facilis erat lapsus. *Esseni* enim dicuntur οἱ ἐσσαῖοι, (sic enim legendum,) id est, *Karæi*, sive *Scripturarii*. Id mutatum in σικάριοι [i].

39. *Judæus à Tarso*] *Natus Tarsi, ortu Judæus* [k]. ¶ *Ciliciæ non*, &c. Οὐκ ἀσήμου, &c.] *Non obscuræ* (vel, *ignobilis*, Zeg.) *urbis civis*, Be. Pi. imò ἐπισημοτάτης, ut de ea loquitur Stephanus [l] : notæ & celebris. Meiosis [m]. Rectè : erat enim Ciliciæ totius caput [n], teste Strabone ; condita à Perseo, ut Lucanus vult ; ab heroibus, aut gigantibus, ut alii apud Dionem Chrysostomum. Tum verò facta urbs libera, de quo dicemus infrà 22. 28 [o]. Nunc verò celebrior quòd Paulum illi debemus [p]. ¶ *Permitte mihi*, &c.] Prudenter populum allocutus non est nisi acceptâ potestate, nè seditionem accendere crederetur. Vide Act. 26. 1 [q].

40. *Stans in gradibus*] Antoniæ, de quibus suprà v. 35. ¶ *Annuit manu*, &c.] Vide Act. 12. 17. & 13. 16. & 19. 33. ¶ *Silentio*, &c.] *Conticuere omnes, intentique ora tenebant* [r]. ¶ *Linguâ Hebrææ*] Id est, Linguâ Hierosolymitanâ, magna ex parte Syriacâ, quâ tum Judæi utebantur †. Sic διάλεκτον posuit Lucas, Act. 1. 19. & 2. 6, 8. In MS. est, τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ· ut in illis locis [t].

[c] FA. [ ]. 5. 15. 761. [d] Ham. * La. [f] Q. in D. [g] D. ex Th. [h] D. [i] Ham. ex Ful. [k] G. [l] G. Er. [m] La. [n] G. sim. Er. [o] G. [p] La. sim. Er. [q] G. [r] G. † G. sim. Salm. in Wal. [t] G.

CAP. XXII.

1. **V***Iri fratres & patres*] Vide ad Act. 7. 2 [a]. ubi simile exordium [b]. *Patrum* nomen addit, si qui fortè Senatorum adessent [c], aut aliorum ætate, vel dignitate, præstantium [d]. ¶ *Audite——rationem*, Ἀπολογίας] *Excusationem*, Er. V. *defensionem*, Be. Pi. Ἀπολογία rectè cum Cicerone dicetur *defensio*. *Defensio* est etiam ubi factum negatur. *Purgatio* ejus est species, ubi facto concesso culpa removetur. Latinus Interpres hîc non malè, *reddo rationem*. In Glossario, ἀπολογοῦμαι, *rationem reddo* *.

2. *Quia Hebræâ linguâ*, &c.] Hâc usus est ut ipsos leniret, qui ab Hellenistis, qui Græcè loquebantur, & Græcâ Bibliorum Versione utebantur, alieniori erant animo, &c [f]. ¶ *Præstiterunt silentium* ; ità Er. Mo. Ca. &c. Παρέσχον ἡσυχίαν] *Desierunt*, Tre. *Quieverunt*, Sy. *Præbuerunt se quietos*, Be. Pi. *Fecere silentium*. Ità loquitur Plautus [g].

3. *In ista* (vel, *hac ipsa*, Be. Pi.) *civitate*] Ubi præcipua sedes studiorum Legis [h]. ¶ *Secus* (vel, *Apud*, Be. Pi.) *pedes*. (scilicet sedens, ut discipulus [i], vel assiduus auditor ad pedes Magistri. Unde dicunt in lib. Aboth, *Esto pulverans in pulvere pedum ipsorum*, sub. *Sapientum* [k].) *Gamaliel*] Ejus de quo suprà 5. 34 [l]. id est, Illum audivi de superiore loco docentem [m]. Sedebat Magister in loco editiore. At discipulus dicebatur *prostratus*, sive *jacens*, *in solo*, ad pedes Magistri [n]. Discipuli sedebant multùm infra Magistros ; proximi verò Magistro ii quorum maximi profectus. Vide Deut. 33. 3. & Philonem de Essenis. Pseudambrosius ad Corinth. 1. *Hæc traditio Synagogæ est, ut sedentes disputent, seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellиis, novissimi in pavimento super mattas*. Quod igitur est in Thalmudicis titulo מגילה, *ad tempora Gamalielis stantes didicisse Legem*, interpretare, stetisse omnes dum ipsa Legis verba legebantur. Vide quæ ad Luc. 4. 20 [o]. ¶ *Eruditus* (vel, *Institutus*, Pi.) *juxta*, &c. Κατὰ ἀκρίβειαν, &c.] *Accuratè* (vel, *perfectè*, Tre. ex Sy.) *in patria lege*, Er. Ca. &c. *Ad* (vel, *Secundùm*, Mo. Pi. G. &c.) *exquisitam formam* (vel, *exactam rationem*, vel *rigorem*, Er. V. vel, *diligentiam*, Val. *veritatem*, Vulg. ut LXX ἀκρίβειαν usurpant Dan. 7. 16 [p]. *accurationem*, Pi. *exquisitionem*, Mo. *sectam exquisitiorem*, G. ut infrà 26. 5 [q]. *Pharisæi enim videntur aliis præstare* ἀκριβείᾳ, sive εὐσεβείᾳ, inquit Josephus in sua vita, & Antiq. 17. 3. & Bel. Jud. 1. 4 [r]. [verba vide in G.]) *patriæ* (vel, *paternæ*, Mo. Sed malim *patriæ*, cùm non de patre suo, sed de omnibus majoribus, sentiat †) *legis*, Il. P. Be. Pi. Di. id est, quam à majoribus accepimus * : non intelligo, quam Patres à Deo per Mosem acceperant, sed παραδοθέντα, quam ipsi à Patribus acceperant. Vide Gal. 1. 14. Sensus ergo est, se institutum fuisse in Pharisaismo, quæ accuratissima est patriæ legis forma [t]. ¶ *Æmulator legis*] id est, τοῦ νόμου· quam puto esse germanam lectionem [v]. Ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ] Sic legerunt Sy. Ar. Æth. Chryſ. & omnia, quæ vidi, Græca exemplaria [x]. *Sectator* (vel, *Æmulator*, Er. V.) *Dei*, V. Ex Num. 25. 13. Habebant quidem Pharisæi ζῆλον Phineæ, sed non cum veri scientia conjunctum, Rom. 10. 2 [y]. ubi est ζῆλος Θεοῦ, ut hîc ζηλωτὴς Θεοῦ [z]. *Zelo Dei accensus*, Be. Pi.

[a] G. Me. [b] Me. [c] G. [d] La. T. * G. [f] Ham. [g] G. [h] G. [i] Pi. [k] D. [l] G. [m] Camer. [n] Di. [o] G. [p] Di. [q] C. Di. Caſ. [r] G. † Er. * V. sim D. [t] Di. [v] Be. [x] Di. [y] G. [z] Di.

4. *Hunc viam*] Vel, *sectam*, Be. G. id est, religionem Christianam [a]. ¶ *Persecutus*, &c.] Vide Act. 16. 17. & 19. 9, 23. ¶ *Ad mortem*] Quantum scilicet in me erat [b]. Morti tradens Christianos [c]. ¶ *Tradens*, &c.] Act. 9. 1, 2 [d].

5. *Et*, &c. Καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον] *Et totus seniorum* (vel, *Presbyterorum*, Er. V.) *ordo*, Be. Pi. id est, Synedrium *, magnum scilicet [f]. Vide ad Act. 9. 1, 2 [g]. ¶ *Epistolas*] Æth. reddit, *literas potestatis*, quibus nempe Senatus eum autoritate suâ muniebat [h]. ¶ *Ad fratres*] Scilicet Judæos Damascenos [i] ; quos *fratres* vocat ob communem ex Jacobo originem [k]. ¶ *Ut*, &c. Ἄξων] *Adducturus*, Il. P. Ti. Mo. Be. P. *Ut adducerem*, Tre. Ar. Ca. ¶ *Ut punirentur* ; ità Be. Pi. Ἵνα τιμωρηθῶσιν] *Ut verberibus cæderentur*, V.

6. *Circumfulsit*, &c. Περιαστράψαι, &c.] *Circumfulguravit*, Er. V. i.e. velut fulgur circumdedit [l].

7. *In terram*, Ἔδαφος] *Solum*, Be. Pi. Heb. ארצה, quod χαμαὶ reddi solet [m]. ¶ *Saule, Saule*] Repetitio more vocantium ; ut, *Abraham, Abraham*, &c [n].

9. *Vocem——non audierunt*] Nempe distinctè [o], vocem articulatam [p]. Sonum confusum audiebant, non ipsa verba, ut diximus Act. 9. 7 [q]. [ubi dicta vide.] Al. Audierunt vocem Pauli respondentis, non Christi compellantis [r]. Al. *Non audierunt*, id est, non intellexerunt †, quòd Hebraicè nescirent quâ linguâ Christus Paulum allocutus est, Act. 26. 14 [t].

10. *Quæ*, &c. Ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι] *Quæ constituta sunt* (vel, *Quæ ordinata sunt*, Er. Il. P. &c. vel, *Quæ constitutum est*, Be. Pi. sic Ca. *Quæ jussa sunt*, Di. sim. Tre. ex Sy. Ar. Æth. *Quæ* à me *imperantur*, G. τάσσω interdum pro προστάσσω, *mando*, *jubeo*, ut Matth. 28. 16 [v].) *tibi* (vel, *te*, Camer.) *facere*, Mo. &c. vel, *ut facias*, Be. Pi. &c. Deus enim jusserat Ananiæ, quæ ipse jussurus esset Paulo, à quo hæc jussa erant facienda [x]. Confer Act. 9. 6 [y].

11. *Præ*, &c. Ἀπὸ τῆς δόξης, &c.] *Præ claritate*, &c. Pi. vel, *gloria*, Er. V. Be. Δόξα, כבוד, *eximium quendam fulgorem* significat, Act. 7. 55. 2 Cor. 3. 7 [z].

12. *Secundùm legem*] Pius, non quovis modo, sed etiam secundùm Legis nostræ præscripta, ut Zacharias & Elizabet. Hoc multùm pertinet ad rem de qua agebatur. In MS. tantùm est, ἀνὴρ κατὰ τὸν νόμον, *vir legi congruens*. ¶ *Ab omnibus*, &c.] Damasci [a].

13. *Stans*, Ἐπιστὰς] *Adstans*, Be. Pi. ut Luc. 4. 39. *Stabat superior*, ut ei manus imponeret [b]. ¶ *Respice*, Ἀνάβλεψον] *Visum recipe*, Er. V. Be. ex collat. Act. 9. 17. Vide ad Matth. 11. 5 [c]. *Attolle oculos*, Er. Malim, *Suspice* : ut sit, ἄνω βλέπειν [d].

14. *At ille dixit*] Referens scil. visum quod sibi divinitus obtigerat. ¶ *Deus patrum*, &c.] Et hoc appositè, ne crederetur à Deo Abrahami, &c. defectionem docere *. ¶ *Præordinavit*, &c. Προεχειρίσατο, &c.] Sic & infrà 26. 16. προχειρίζεσθαι habes pro שלח, Exod. 4. 13. pro לקח, Jos. 3. 12. Eodem sensu habuimus προκεχειροτονημένοις, Act. 10. 41 [f]. [Sic vertunt,] *Præparavit*, vel, *priùs apparavit*, Er. *Expediit*, &c. Est enim πρόχειρον, *in promptu*. Sic in Polyb. l. 1.—*legiones singulis annis* προχειρίζονται, *expediunt* [g]. *Designavit*, Be. Pi. vel, *Delegit*, ut Act. 26. 16. Referendum vel ad æternum Dei consilium, vel potiùs ad ejus executionem ac deliberationem, more artificis deliberantis quid & quorsum esset facturus [h]. *Constituit*, &c. Sy. & Ar. & Æth. in Di. Verto, *Sumpsit*, &c. Propriè enim προχειρίζεσθαι est, *præ manibus sumere id quo uti velis*, sive ad rem, sive ad personam, referatur.

[a] G. [b] G. [c] La. Me. sic Pi. [d] G. * G. Be. D. Pi. &c. [f] G. sim. D. [h] Di. [i] Me. ex La. sic G. [k] G. [l] V. [m] G. [n] D. [o] G. La. T. [p] La. T. [q] G. [r] Q. in Er. † Cap. Pi. [t] Cap. [v] Di. [x] Idem. [y] G. [z] G. [a] G. [b] G. [c] Be. [d] Pi. * G. [f] Idem. [g] Camer. [h] Be.

feratur. Sic 2 Mac. 3. 7. *hic autem* προχειρισάμενος, &c. *sumens Heliodorum*, &c. *misit eum.* Hinc pro לקח usurpatur Jos. 3. 12 [i]. ¶ *Et videres* (oculis, vel animi [k], vel corporeis [l]. At lucem potiùs vidit quàm Christum, Act. 26. 13. fulgore Christi sic perstringente Pauli oculos, ut etiam cæcus indè evaserit †.) *justum*, Τὸν δίκαιον] *Justum illum*, Be. Pi. id est, Jesum [m], illum summè innocentem ac bonum, 1 Joh. 2. 1. & 3. 7 [n]. Al. legendum τὸ δίκαιον [o], *justitiam*, sive *id quod justum est*; hoc est, ut cernas id quod antehac zelo Legis excæcatus non videbas [p]. Possit esse abstractum pro concreto, ut Jesus dicatur τὸ δίκαιον, sicut τὸ σωτήριον [q].

16. *Quid*, &c? Τί μέλλεις;] *Quid cunctaris?* Er. P. Be. Pi. Ca. &c. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου] *Et ablue peccata tua*, Er. Il. P. *Et abluitor à peccatis tuis*, Be. Pi. Fidei, & professioni fidei, quæ per baptismum fit, simul conjunctis promittitur remissio peccatorum. Vide Marc. 16. 16. Sicut ablutio facit nè maculæ appareant, ità remissio, ne peccata, Esa. 1. 18. ¶ *Invocato nomine ipsius*] In MS. illo, & aliis, τὸ ὄνομα αὐτοῦ· quomodo & Sy. legit [r]. Τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου] *Nomine Domini*, vel, 1. Christi †; vel potiùs, 2. Dei Patris: sæpe enim demonstrativa & relativa respiciunt aliquid remotiùs. Cur ità censeam causam vide in iis quæ diximus ad Matth. c. 28. v. 19. ubi agimus de precibus in baptismo [t].

17. *Et oranti*, &c. Καὶ προσευχομένου μου —— γενέσθαι με, &c.] Hæc est una revelationum de quibus agit 2 Cor. 12. 1. Est autem constructio qualis Act. 21. 34 [v]. Rectus enim sermo fuerat, καὶ προσευχομένῳ —— γενέσθαι, &c [x].

18. *Et videre* (scilicet in exstasi, ex collat. v. praeced [y].) *illum*, &c.] Emphaticè [z], nempe Christum [a]: vel, Angelum vice Christi, ut in V. Fœdere Dei vice. Vide Act. 9. 10. & 18. 9. ¶ *Exi velociter*, &c.] Tacitè hìc subintelligitur, *& abi alio prædicatum*: nam ad id respondet Paulus. ¶ *Non recipient*, &c.] q. d. Sanabiles qui sunt, jam sanati sunt: cæteri jam obduruere, quos sua pœna exspectat. Vide Act. 9. 29 [b].

19. *Dixi, Domine, ipsi sciunt*, &c.] Quasi non universaliter intelligendum esset quod Dominus dixerat, ostendit Paulus sibi nonnihil esse spei, quòd Hierosolymitæ, qui se pridem novissent, tantam mutationem non possent nisi magnæ veræque causæ attribuere [c]. Sciunt me non privato odio aut affectu agi, sed solo Dei impulsu [d]. Ità ostendit amorem suum erga Judæos, apud quos cupivit manere *, & se iis relictis ivisse ad Gentes, non ex suo voto, sed Dei jussu, &c [f]. ¶ *Eram*, &c. Ἤμην φυλακίζων] *In carcerem dabam*. Exstat hoc verbum in Βασανισμὸς μαρτύρων· item Sap. 18. 4. ¶ *Et cædens*, &c.] Ex jussu Synedrii, cui ea coercitio permissa intra Judæam & regiones quasdam vicinas. Vide Act. 9. 2. & 26. 11. & quæ ad Matth. 10. 17 [g].

20. *Et*, &c. Καὶ συνευδοκῶν, &c.] Ipsa verba Act. 8. 1. ¶ *Interficientium illum*] Nempe testium, qui primi ad lapidandum. Vide Act. 7. 58 [h]. Ἀναιρούντων] Rectè: nam vi manifestâ eum cædebant, cùm per leges non liceret. Vide Luc. 22. 2. & Act. 5. 33 [i].

21. *In nationes*] Vel, *Ad gentes*, Be. Pi. Nempe in Arabiam, Syriam, Lyciam, Lycaoniam, Bithyniam, Mysiam, Asiam, Græciam, Macedoniam, Illyricum; & quidem magno cum fructu. Vide Act. 9. 15. Rom. 15. 19 [k].

22. *Usque ad hoc verbum*] Profectionis & prædicationis ad Gentes [l]: ut qui pati non possent Gentes fieri participes communis salutis [m], aut ipsis præferri. Cætera enim quæ dixit ipsis inania visa sunt, aut ad se nihil pertinentia [n]. ¶ *Tolle*, &c. Αἶρε —— τὸν τοιοῦτον] *Tolle* —— (sub. *hominem*, Be. Pi.) *istiusmodi*, Be. &c. vel, *talem*, V. La. Paulum scilicet apostatam, & suæ gentis hostem [o]. Confer Luc. 23. 18. & Act. 21. 36 [p]. ¶ *Non*, &c. Οὐ γὰρ καθῆκον, &c.] *Non enim convenit* (vel, *expedit*, Sy. *decet*, Er. Ar. Ti. *fas est*, Vulg. Er. Il. אין משפט [q].) *eum vivere*, Be. P. Mo. Pi. Ca. &c.

23. *Et*, &c. Καὶ ῥιπτούντων, &c.] *Et projicientibus* (vel, *jactantibus*, Ca. *abjicientibus*, Tre.) *vestimenta*, Er. P. Mo. &c. vel, *pallia*, Be. Pi. Nempe in Paulum, quia lapides ad manum non habebant [r]: ut ità significarent, eum ut blasphemum, &c. lapidibus obruendum †: cui favet quòd in lapidatione vestimenta abjiciantur [t], & lapidantium vestes depositæ erant [v]. Vel, ut expeditiores essent ad vim faciendam [x], & lapides projiciendum [y]. Simile Act. 7. 58 [z]. Vel, in signum doloris & detestationis [a]. Sed hujus signum non est vestis projecta, sed discissa [b]. Non autem abjecerunt vestes, sed argutis & impatientibus manibus hàc illac eas jactàrunt, ut illi in Luciano, histrione Ajacem insanum saltante, ἐπήδων, καὶ ἐβόων, καὶ τὰς ἐσθῆτας ἀπερρίπτουν· id autem ab admirationis excessu, ut hi ab iracundiæ. Sic sæpe imbecillæ mentis homines irritati vibrant, & in plures nodos sua pallia componunt [c]. ¶ *Pulverem jactantibus in aerem*] Nempe terrâ pedibus concussâ, ut ab iratis fieri solet. Ità accepit Syrus [d]: ut significarent, Paulum non tantùm terræ turbatorem esse, sed & aeris ac cœli *.

24. *In castra*] Id est, in partem interiorem Antoniæ, ubi erant milites [f]. ¶ *Et*, &c. Εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτὸν] *Dicens* (vel, *Dixit*, Pi. *Cùm dixisset*, Camer. *Jussit*, sive *Imperavit*, Er. Il. Ti. P. Ca. sic Tre. ex Sy. *Edicto*, Be.) *eum* (vel, *ut in eum*, Be. Pi. Camer. vel, *de eo*, Ca. P.) *flagellis*, sive *flagris*, (vel, *verberibus*, Tre. ex Sy.) *inquiri*, Mo. vel, *examinari*, Ti. V. *quæstionem haberi*, Ca. sic P. vel, *inquireretur*, Be. Pi. *interrogaretur*, Tre. id est, ut torqueretur [g]. Mos Romanus quæstionem habendi per flagra; de quo diximus ad Matth. 27. 26. Sed & antè is mos apud alias gentes fuerat. Hinc factum ut μάστιξ sumatur pro *flagris*, 2 Macc. 7. 37. & μαστίζειν pro *torquere*, Sapient. 11. 10 [k]. sic & Sapient. 2. 19. & 6. 6 [l]. Sunt autem flagra virgis sæviora. Cicero pro Rabirio, *Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovet: hic misericors flagella retulit* [m]. Sed injustum erat, Paulum ob tumultum populi ad torturam & flagella damnare [n]. ¶ *Ut sciret*] Ex ipsius confessione. ¶ *Propter quam causam*, &c.] Quâ re eos tam graviter offendisset [o].

25. *Et cùm*, &c. Ὡς δὲ προέτεινεν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν] *Et cùm* (vel, *postquam*, G.) *astrinxisset* (vel, *extendisset*, Sy. V. vel, *exposuerat*, nempe Præfectus cohortis [p], vel Centurio [q]; cujus, ut videtur, hoc munus erat [r]: προτείνειν est, προβάλλειν, *exponere* †. Vel, *obtendisset*, id est, objecisset [t]: vel, *præparasset*, vel *antrorsum distendisset*, Ham. Præpositio πρὸ indicat, eum sic fuisse tensum ut superiori corporis parte pronus columnæ incumberet [v]. Sed videtur προτείνειν positum pro διατείνειν, *distendere* [x]. Vel, *distendissent*, Be. Pi. *extendissent*, Tre. vel, *produxissent*, vel, *objecissent*, Pi. [Legunt προέτειναν] vel, *astrinxissent*, Vulg. V. Ham. ex Ang. nempe ad palum, vel columnam [y], ex more Romano [z]. Columna autem ista apud Hebræos erat lignum terræ infixum, altitudinis sesquicubiti, ut reus ipsi incumbere posset inclinatus [a]. Vel, *adstrictus est*, P. Al. *Sed dum ille constringit*, Ca.) *eum loris*, Er. Il. P. Mo. Ca. Be. Pi. &c. sub. *cædendum*, Be. sim. Me. T. Per ἱμάντας hoc loco intelligit, vel, 1. vincula quibus verberandus astringeretur ad columnam [b]; vel, 2. taureas scuticas quibus cæderetur [c]. Ἱμάντες hìc indubiè quod modò μάστιγες, *flagra*, v. 24 [d]. Ἱμάς, *lorum*, in Glossario *, & Hesychio [f]. *Loris cædi*, apud Ciceronem & Comicos sæpe. Ea est *censio bubula* apud Plautum: cujus est & hoc alibi, *Ubi vivos homines mortui incursant boves* [g]. Al. Est hìc Hypallage pro, *extendit*, vel *extensa ostendit, ei lora*: ut sit gestus lictoris lorum agitantis, ut terrorem incuteret [h]. Al. Arabs sic, *Et quum extendissent ipsum inter lictores*, quorum nempe alii ad caput, alii ad pedes, reum loris continebant, nè ictus declinare possit: qui ritus etiamnum est Orientalibus usitatus. Nec inde abludit Æth. *Et quum vincto eo traherent pedes ejus* [i]. ¶ *Dicit astanti*, &c. Πρὸς τὸν ἑστῶτα, &c.] Alii Codices habent ἐφεστῶτα, & sic legisse videtur Syrus. *Astantem*, nempe quæstioni à Præfecto imperatæ. Vide ad Matth. 27. 31 [k]. ¶ *Si* (vel, *num*, Be. Pi.) *hominem Romanum & indemnatum*, &c?] Ità Pi. vel, *& quidem indictâ causâ*, Be. Utrumque habuimus & Act. 16. 37. Illud, *Romanum*, est contra leges Porciam et Semproniam; illud, *indemnatum*, et contra Romanas, et contra omnium bene moratarum gentium leges, ut suprà diximus. De Porcia lege diximus modò. Cæsar apud Salustium, *Quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteretur? an quia lex Porcia vetat?* Cicero Verrinâ 5. *O nomen dulce libertatis! ô jus eximium nostræ civitatis! ô lex Porcia*, le-

legésque Semproniæ! Et mox, *Facinus est vinciri civem Romanum, scelus verberari.* Proclamavit Paulus itidem ut ille de quo ibi Cicero, *Civis Romanus sum* [l]. Paulus erat Judæus genere, Romanus civitate [m]; non Romæ natus, sed ex cive Romano natus [n]: Romanus non patriâ, sed civitatis jure [o]. Tarsensis erat natione: Romanus privilegio & dignitate [p], quia Tarsus erat colonia [q]. Et ut *Tarsenses ità Cæsari priori,* [Julio,] *ac propter eum secundo,* [Augusto,] *favebant, ut Juliopolin ab eo urbem suam nuncuparent,* ut ait Dio Cassius; ità Augustus, inquit Dio Chrysostomus, iisdem *contulit terram,* sive *agrum,* liberum scil. & immunem; *leges,* quæ de libertate municipiis conferri solitæ; *honorem,* id est, ipsum civitatis jus. Primum autem è Legibus libertatis beneficium, verberum immunitas fuit. *Romani,* inquit Josephus, *non hominibus modò, sed & magnis gentibus nomen communicârunt suum. Iberi ergò, Tyrrheni,* &c. *Romani dicuntur* [r]. De Agrippa scribit Philo, eum *jus Romanæ civitatis totis etiam regionibus dedisse.* Sic Philippenses dicti sunt *Romani,* Act. cap. 16. ver. 21. & *Romani* ἐκ ψηφισμάτων, *ex decretis,* inquit Photius Epist. ϙβ'. p. 146 †. Tarsenses civitate donavit Marcus Antonius Triumvir [t].

26. *Dicens, Quid,* &c. Ὅρα τί, &c.] *Vide quid facturus sis,* Be. Pi. Vide nè in majestatem populi Romani pecces. Diximus ea de re Act. 16. 38 [v].

28. *Ego multa,* &c. Πολλοῦ κεφαλαίου] *Multâ summâ,* Er. Il. P. Be. Ti. &c. *Magno pretio,* Ca. *Argento multo,* Tre. ex Sy. sim. Æth. *Multo capitali,* Mo. Ad verb. *Multo capite. Caput pro summa:* Hebraismus, ut Exod. 30. 12 [x]. Κεφάλαιον, *summa,* dicitur & de spoliis, Num. 31. 26. & de filiis Kaath, Num. 4. 2. & de re pecuniaria, ut Levit. 6. 4 [y]. De numero propriè dicitur, quando plures numeri in unam summam contrahuntur, quæ ראש, *caput,* Hebræis dicitur, Num. 5. 7. quidni ergò de multis summis in unam summam collectis dicatur [z]? Κεφάλαιον Græci ponunt pro *sorte* quæ *usuris* opponitur [a]. At Hellenistæ pro *quavis pecuniæ summa* ponunt, ut Levit. 6. 4. Num. 5. 7. & 31. 26, 49 [b]. Sic & Artemidorus 1. 18. Τὰ χρήματα κεφάλαια καλεῖται. Glossæ, *summam,* ποσότητα, κεφάλαιον [c]. Glossarium, Κεφάλαιον, ἐπὶ δανείου, *sors,* vel *summa,* quæ scil. usuræ exponitur [d]. ¶ *Civilitatem,* Πολιτείαν, &c.] *Civitatem istam* (i. e. jus civitatis istius [*]) *acquisivi.* Be. Pi. &c. *Per avaritiam Claudianorum temporum,* ut loquitur Tacitus Hist. 5. Et nominatim *jus civitatis Romanæ ab eo venditum dicit* Dion [f], *principio quidem* (ut addit) *magno pretio, tandem verò vilissimo* [g]. *Nomen civium Romanorum magno emptum* dicit Salvianus [h]. Ausonius panegyr. *Dantur multa nominibus, & est Roma pro merito* [i]. ¶ *Ego—natus sum*] Sub. *civis,* Be. Pi. i. e. ex patria civitate Romanâ donata [k]. Tarsus enim hoc privilegium obtinuerat [l]. Atqui Tarsus non colonia erat, sed *libera civitas,* Plinio teste 5. 27. *Concessam Tarsensibus libertatem ab Antonio* dicit Appianus Civilium 5. Et Dion Chrysostomus priore oratione Tarsensi multa privilegia recitat ab Augusto tributa Tarsensi civitati, non autem jus coloniæ aut municipii, qualibus jus civitatis Romanæ competebat: ut diximus D. ad Municipalem. Et Ulpianus inter Ciliciæ colonias Tarsum non nominat. Restat ergò ut aliquis majorum Pauli bellis civilibus, quæ inter Cæsarem Augustum & Brutum Cassiúmque, aut etiam inter eundem Cæsarem & Antonium, intercessere, jus illud sibi comparaverit. Unde colligas ex opulenta familia fuisse Paulum; neque vana esse quæ veteres Græci ad hunc locum dixere [m].

29. *Torturi,* &c.] Quos Latini *lorarios* vocant, Græci μαστιγοφόρους. ¶ *Quia alligâsset eum*] Nam vel hoc solum, *vincire civem Romanum,* crimen erat; ut modò ostendimus [n].

30. *Volens certum scire,* Τὸ ἀσφαλὲς] *Certum,* Er. Mo. Be. &c. *Certò,* Il. Ca. &c. *Verè,* Tre. Novè dictum pro τὸ ἀληθές [o]. At sic sumitur Sap. Salom. 18. 6. & Act. 2. 36. & ἀσφάλεια pro *certitudine,* aut *certâ veritate* [p]. *Certi aliquid scire volens,* G. sic & Act. 21. 34. & 25. 26 [q]. ¶ *Quâ,* &c. Τὸ, τί κατηγορεῖται, &c.] *Cujus* (sub. *rei,* Be. vel, *Qua ex causa,* Er. Vulg.) *accusaretur,* Pi. Be. Τὸ, τί similiter habemus Luc. 1. 62. τὸ est δεικτικὸν sensûs sequentis. ¶ *Solvit,* &c.] Ut sine præjudicio causam diceret. ¶ *Et,* &c. Καὶ ἐκέλευσεν ἐλθεῖν, &c.] Melius MS. συνελθεῖν. Non enim eos ad se vocavit, sed in loco Majorum eos convenire jussit. Nam quia intellexerat de religione controversiam esse, explorare voluit Synedrii sententiam, cujus erat de religione cognitio. *Principes* autem *sacerdotalium familiarum* specialiter nominantur, quia in eo consessu dignitate eminebant: ut Matth. 26. 3, 59. & 27. 1, 2, 12. Marc. 8. 31. & 14. 55. Luc. c. 24. v. 20. Act. 4. 23. & 23. 14 [r]. ¶ *Statuit inter illos,* Εἰς αὐτούς] Pro, ἐν αὐτοῖς †, *in medio eorum consessu,* G. *Coram eis,* Be. Pi. *Ad,* vel *Apud, ipsos* Camer.

CAP. XXIII.

1. *Ntendens,* &c. Ἀτενίσας,] *Intentis oculis,* Be. Pi. De hoc verbo vide Luc. 4. 20. & 22. 56. Act. 3. 4, 12, &c [a]. ¶ *Omni conscientiâ bonâ*] Id est, sine adulatione & hypocrisi [b]: sincerè [c]: nullius mihi criminis conscius [d]: nunc quidem secundùm Christum, antè verò quantum ex Pharisæis Magistris haurire poteram. Hoc illis opponit à quibus pro impio Deique hoste habebatur [*]. ¶ *Conversatus sum ante Deum*] Sic Er. Il. Ti. Tre. ex Sy. τῷ Θεῷ est, *coram Deo.* Testem citat mentium introspectorem [f]. Πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ] *Me gessi apud* (vel, *erga,* Ca. *ante,* Ar.) *Deum,* Be. Ca. Ar. *Servivi,* sive *ministravi Deo,* P. Pi. Mo. Gessi quæ Dei erant [g]. Sum munere meo functus Deo, sive ad Deum [h], i. e. ad Dei gloriam [i]. Vel, loco meo officium præstiti Deo. Πολιτεύεσθαι est propriè, *gerere Rempublicam,* & indè transfertur ad quascunque curationes & officia [k]. Πολιτεύεσθαι Græcis Scriptoribus est, *vitæ genus sequi.* Sic 2 Mac. 6. 1. & 11. 25 [l]. Est, se instar civis, sive publicè, sive privatim, in Rep. gerere [m]; vitæ tenorem gubernare, vel dirigere. Vide Phil. 1. 27. Plutarchus de Aristide, Καθ' αὑτὸν ἐπολιτεύετο [n]. Passivo sensu sumitur Canone 14. Sardicensis Synodi [o]. Sic verto, *vixi Deo.* Ità verbum sumitur 2 Mac. 6. 1. & 11. 25. Phil. 1. 27. & apud alios, ut Lexica docent [p]. Τῷ Θεῷ, idem puto quod, κατὰ τὸν Θεὸν, *ut semper ejus cultum putavi postulare.* Sic, τῇ πατρίδι πολιτεύεσθαι, (id est, *prout dignitati & usui ejus conveniret,*) apud Ælian. var. hist. 3. &, τῷ θείῳ νόμῳ πολιτευόμενοι, in 3. Maccabaico [q].

2. *Ananias*] *Nebedæi filius,* Jo. Antiq. 8. 3. Et fortè Antiq. 20. 6. pro, πρὸς τὸν Ἀρχιερέα Ἰωνάθην, scribendum Ἀνανίαν. Nam à Roma, quò cum Cumano missus fuerat, rediisse Ananias videtur. Alius ab hoc est Ananias qui Josepho Cabæi successit [r]. Fuit hic vel, 1. Annas, de quo Joh. 18. 13 †. Si ità est, utique annosus fuit, 70 vel 80 annorum [t]. Vel potiùs, 2. Ananus, ultimus istius Annæ filius [v]. ¶ *Præcepit astantibus*] i. e. Apparitoribus, qui Heb. שוטרים. ¶ *Percutere os ejus*] Offensus forsan vel vultûs ejus constantiâ, quam innuit vox ἀτενίσας [x], vel protestatione innocentiæ suæ [y], vel liberiore exordio [z]; & quòd ipsum Paulus illustri aliquo titulo non compellaret [a]; vel tanquam impium & blasphemum, &c [b].

3. *Percutiet te Deus*] Vehemens & malè precantis dictum est [c]. Favet v. seq. *Num maledicis?* Hebraismus est, fut. pro Imperativo, *percutiat* [d]. Al. Non est imprecatio, sed prædictio [*]. Utitur jure Prophetæ. Vide quæ diximus ad Luc. 13. 32. & adde Respons. ad Orthod. 125. Simile illud Esa. 50. 11. *in dolore cubabitis.* Vide quæ ad Esa. 22. 17, 18. & Jer. 22. 30. Ananiæ, incertum mortuo, an amoto, non multò post hoc tempus suffectus est Ismael Phabi [f]. ¶ *Paries dealbate*] Ità Er. Il. Mo. Be. Pi. &c. Κεκονιαμένε] *Incrustate,* Ca. *Tectorio inducte,* Camer. i. e. hypocrita [g], homo ficte & fucate [h]. Parietes extrinsecùs opere tectorio exornati, intus lapidum sordibus cæmentorúmque pleni sunt [i]. Sic Christus Scribas vocabat *sepulcra dealbata* [k]. Egregia similitudo ad exprimendos homines impios, qui, honoris aut commodi causâ, pios se simulant, *Introrsum turpes, speciosi pelle decorâ.* Pari comparatione utitur Seneca, *Miseri sunt, sordidi, turpes, & ad similitudinem parietum suorum extrinsecùs culti.* Etiam hoc Prophetarum est, liberè reprehendere non viros tantùm Principes, sed & Reges. Exempla vide 1 Reg. 18. 18. 2 Reg. 3. 13 [l].

Non

Marginal notes (left column): l G. m Camer. n Zeg. o Be. p Zeg. q Be. Heinſ. r Heinſ. † Ham. t Be. v G. x Pi. y D. z Di. a G. ſim. Camer. b G. c Pri. d Di. * Pi. Er. Camer. &c. f G. g Be. h G. i Pri. k La. l La. ſic Me. T. m G. n G. o Be. p Di. q G. Di.

Marginal notes (right column): r G. † G. ſic Pi. a G. b V. c Me. d T. * G. f Idem. g V. h V. Camer. Budæus in Di. i V. k Camer. l G. m Be. n Pri. o G. p Di. q Pri. r G. † Q. in La. t La. v La. ſic Camer. x Pri. y La. z Pri. ſim. San. ex Carthuſ. a San. b La. c Camer. d Zeg. * E. Be. f G. g La. Me. T. Pi. D. &c. h Me. i D. prov. 1. 3. 24. k Me. l G.

Non hoc dixit Paulus ex impatientia aut ira, sed ex zelo justitiæ, &c [m]. ¶ *Et tu*] Et hîc non est copula, sed particula indignantis, ut in Virg. *Et quisquam numen Junonis adoret* [n]? *Etenim tu*, V. ¶ *Judicans* (i. e. Profitens te judicare [o]) *me secundùm Legem*] Manebat lex Judicialis quamdiu manebat Respublica: & secundùm eam judicare tenebantur Hebræi Judices intra eos cognitionis limites quos Romani ipsis concedebant. ¶ *Et*, &c. Κὰι παρανομῶν] Heb. מעיל, Psal. 71. 4 [p]. *Et contra legem*, Vulg. Me. &c. omnem, naturalem, positivam, Divinam, humanam [q]. *Et legem transgrediens*, Be. Pi. quæ jubet reum patienter audiri, & ex Concilii sententia Judicem pronunciare [r]. ¶ *Jubes me percuti?*] Nondum dictâ causâ †, nec damnatum, nec auditum [t]. Vide dicta ad Joh. 18.22. & Act. 16. 37 [v].

4 *Maledicis?* Λοιδορεῖς;] Idem quod ὑβρίζεις in loco simili Luc. 11. 45. Acrem sui sensum relinquebat multum de vero trahens exprobratio [x]. *Convicîaris?* Pi. Be. &c.

5. *Nesciebam, fratres*, &c.] Benignis verbis lenire hominem ferocem voluit, ut Nathan apud Josephum: [verba pete ex G.] Hæc Pauli verba Ananias & apparitores sic accipiebant quasi excusaret Paulus quòd sibi in istis malis constituto non satis in mentem venisset quîcum sibi res esset. Nam ידע sæpe est, *considerare*, ἐπισκοπεῖν, ut Esth. 2. 11. Verùm latentior sensus suberat [y]: [de quo statim.] Qu. Quo pacto hoc dicit [z]? & quomodo Pontifex ignotus erat Paulo [a]? Resp. 1. Ironicè loquitur [b]: eum enim, si non Pontificem, at certè principem virum, esse non potuit ignorare. Sensus, q. d. Ex modo loquendi furioso non videtur esse Pontifex, sed tyrannus [c]: in eo nihil Pontifice dignum comparet, neque se ut talem adversùs me gessit [d]. Sic Senatûs principi nescio cui dixit Domitius, *Cur ego te habeam ut principem, cùm tu non habeas me ut Senatorem?* Cæterùm ab Apostoli genio & ingenio hoc alienum videtur [*]. Resp. 2. *Pontificem nescire*, h. l. est, *non agnoscere, pro Pontifice non habere* [f]. Seriò autem hoc dixit [g], & verè ac ut res erat [h], ut verba sequentia monstrant [i]: ídque vel, 1. de munere ipso Pontificio [k]. qu. d. Nullum jam agnosco Pontificem præter Christum [l]. Exponit Paulus sua verba, Heb. 8. non jam in terris, sed in cœlis, nos habere Pontificem: τὸ ἀρχιερεὺς itaque hîc est subjectum, τὸ, ἐστὶν, est & copula & prædicatum, sive est secundi adjecti, valens, *superest* [m]. qu. d. Evanuit dudum istud officium Hinc cum ex instituto vocavit *parietem dealbatum*, quòd colorem tantùm gestaret Pontificatûs, cùm res ipsa evanuerat [n]. Non placet: quia Paulus ritus ipsos, quos unà cum Sacerdotio cessare necesse fuit, observabat, Act. 21. 26 [o]. Vel, 2. de persona Ananiæ: quem Pontificem non agnovit [p], vel, 1. quia revera Pontifex non erat, sed in veri Pontificis, sive Ismaelis, sive Josephi, partes sese obtrusisset [q]: vel, 2. quia sacerdotium emeerat [r]. Sensus est, Non esse eum Sacerdotem, aut principem Senatûs, qui eas dignitates pretio comparasset. Dixerat enim hoc à Gamaliele Paulus, *Judicem qui honoris consequendi causâ pecunias dederit, reverà neque Judicem esse, neque honorandum, sed asini habendum loco*; ut est in titulo Thalmudico de Synedrio. Judæi peculiariter tales Magistratus vocant *Deos aureos & argenteos, eósque adorandos negant*. Veram defensionem non attulit Paulus, *Prophetico jure se usum*; quia id ei non fuisset creditum, nec id quicquam isto loco profuisset †. Resp. 3. Paulus non agnovit Pontificem, quia diutiùs Hierosolymâ abfuerat, & novus erat hic Pontifex, & multis astantibus cingebatur [v]. Fortè etiam tumultuariè & confusè sedebatur; non enim erant in Templo, aut domo Pontificis, &c [x]. Forsan & audivit vocem, sed à quo esset emissa non animadvertit [y]: neque enim Pontifex hîc in solio considebat, sed mistus aliis pontificibus & judicibus [z]. Quibus adde, quòd tanta tum temporis erat ἀναρχία, ut in dies quasi essent Pontifices, aut non essent [a]; & intra annum unum tres quandoque Pontificatum gessisse referuntur [b]. ¶ *Scriptum est enim*] q. d. Scio ex Scripturis in eo honore positis deberi hanc reverentiam, nè maledictis, etiam veris, lacessantur. Vide quæ de J. B. & P. 1. 4. 7. ¶ *Principem*, &c. Ἄρχοντα, &c.] Verba ipsa Lxx, Exod. 22. 28. ubi in Hebræo est נשיא, quomodo vocari solebat *Princeps Senatûs*, quem locum istis temporibus plerumque occupabat Sacerdos summus. Habes hîc, ἐρεῖς κακῶς, cum Accusativo; ut & κακολογεῖν 2 Macc. 4. 1 [o].

6. *Sciens*, &c.] Pharisæos fuisse in Synedrio apparet Matth. 21. 45. Sadducæos quoque, Act. 4. 1. & 5. 17 [p]. Ananias quoque Sadducæus erat, teste Jo. Antiq. 20. 8 [q]. Non deerat Paulo humana etiam prudentia, quâ in bonum Evangelii utens Columbæ Serpentem utiliter miscebat, & inimicorum dissidiis fruebatur. ¶ *Pharisæus sum*] Ut Phil. 3. 5. *Accuratioris sectæ*, ut dixit Act. 22. 3 [r]. ¶ *Filius Pharisæorum*] Legunt Φαρισαίων †. Sic in MS. est [t], & in duabus Syri editionibus [v]: i. e. ex patre & matre ejus instituti. Sic, *Hebræus ex Hebræis*, Phil. 3. 5 [x]. Τῶν Φαρισαίων] *Pharisæi*, Be. Pi. &c. Ità legunt Syrus in Reg. edit. & Trem. & Arabs & Æth. Chrysost. quoque & omnes nostræ editiones, nisi quòd earum duæ ad marginem annotent variantem lectionem τοῦ Φαρισαίου [y]. ¶ *De spe & resurrectione*, &c.] Est ἓν διὰ δυοῖν. Rectum fuerat, *de spe resurrectionis*. Vide dicta ad Act. 17. 23. Joh. 3. 5 [z]. quòd asseram sperandam esse resurrectionem [a].

7. *Dissensio*, Στάσις] *Seditio*, Be. Pi. *Dissidium*, ut Act. 15. 2. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐσχίσθη, &c.] *Et scissa* (vel, *dissecta*, Er. V. *fissa*, Be.) *est multitudo*] i. e. עדה, ipse cœtus Senatorum cum suis Assessoribus. Idem quod Joh. 7. 43. & 10. 19. σχίσμα ἐγένετο. Simili locutione Virgilius dixit, *scinditur vulgus* [b].

8. *Non esse resurrectionem*] Id est, vitam futuram [c]. Deum esse credebant, sed, præter eum, nihil quod non sensibus perciperetur; non Angelos ὑφίστασθαι, non superesse corporibus Animos, ideóque nec fore ἀνάστασιν. Vide dicta ad Matth. 22. 28 [d]. ¶ *Neque angelum*] Quod mirum, cùm reciperent Pentateuchum, in quo toties mentio Angelorum [*]. Sed fortè per *Angelum* intelligebant vel Deum humanâ specie apparentem; vel instinctus bonos menti à Deo impressos allegoricè sic dictos [f]; vel spectra, sic dicta quòd per ea Deus voluntatem suam significavit hominibus. Negabant autem Angelos esse Spiritus immortales & per se subsistentes [g]. Nè nunc desunt inter Judæos qui dicunt, Angelos esse motus quosdam naturales, Dei jussu vel bona, vel mala, effecta producentes: quod non procul abest à Socratis Dæmonio [h]. ¶ *Neque*, &c. Μήτε πνεῦμα] *Neque Spiritum*, Be. Pi. &c. Quo intelligunt, vel, 1. Angelum [i]; vel, 2. animam [k] hominis post mortem corporis superstitem [l] Eam nihil aliud esse censebant quam κρᾶσιν, seu temperamentum quoddam humorum [m]. Verùm non ὑπόστασιν animæ negabant, sed tantùm τὴν διαμονὴν, Jo. Bel. Jud. 2. 12. eásque cum corpore interire credebant, Jo. Antiq. 18. 2. Vel, 3. Spiritum Sanctum [n], ut Æth. hîc habet [o]: cui favet illud v. 9. εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν, &c. *sed si spiritus*, &c. Sanctus scilicet, ait Th. quem, inquit Epiphan. Sadducæi non agnoscunt. Obj. sic dicendum, ὅτι τὸ πνεῦμα. Resp. Πνεῦμα sine articulo pro Spiritu Sancto sæpe usurpatur, ut Joh. 3. 5. & 4. 24. Rom. 1. 4. & 8. 14. & 15. 19 [p]. Al. ut *Angelus* hîc indefinitè pro omnibus Angelis, ità πνεῦμα quoque indefinitè, accipitur, ut genus, sub quo Angelus, ut species, continetur. Sensus est, Tantum abest ut Angelum credant, ut nè spiritum quidem ullum [q]. Hæc sententia proculdubio verissima est. Nam & Deum corporeum esse dicebant, &c [r]. ¶ *Utraque*, &c. Ἀμφότερα] *Ambo ista*, Pi. sed quî dicit ἀμφότερα, cum tria præcesserint, Resurrectio, Angeli, & Spiritus †? Resp. 1. Illa ergò verba, μηδὲ ἄγγελον, tanquam glossema in contextum irrepserunt [t]. *Utraque*, id est, Resurrectionem, & Spiritus. Spiritûs autem nomine comprehendit etiam Angelos [v]. Conjunxit hîc opinionem de Angelis, & de Spiritu, tanquam unam [x]. Angelum & Spiritum quasi unum quid, & ejusdem rationis ac generis, conjungit, opponítque resurrectioni, quæ est corporum [y]. Sed sic dixisset, ἢ πνεῦμα, *sive spiritum* [z]. Duo tantùm hoc loco sunt membra. Negabant, 1. Resurrectionem; 2. Spirituum existentiam, sive Bonorum, qui notantur nomine speciei, ἄγγελον sive Malorum, qui nomine generis, πνεῦμα. Vocula μηδὲ hoc loco distributioni inservit, particula autem μήτε indicat, vocem πνεῦμα non tam segregari à voce ἀνάστασιν, quàm ab ἄγγελος [a]. 3. Vox ἀμφότερον dicitur quoque de pluribus, cùm scilicet duo genera constituunt. Sic Cicero 2. in Catilin. de duobus

Marginal notes (left): m Me. n Be. o Me. p G. q La. Me. T. r Be. † G. t T. sic La. Me. v G. x G. y G. z Pi. a San. b Camer. sic Lor. in La. c La. d Calv & Brent. & Gua. in Ga. * Ga. Cin. c. 6. p. 74. f Al. in Ga. g Pi. Clop. h Be. i Pi. k Q. in Ga. l in Q. Ga. sim. Beda in Er. Clop. in epist. ad Capellum p. 158. Li. chron. p. 129. Cyp. Aug. &c. in Ga. m Clop. ib. n Li. ho. ad Joh. 11. 51. o Ga. Cin. 73. p Al. in Ga. q Q. in Ga sim. Li. chron. Be. r Al. in Ga † G. v La. Me. T. ex Chrys. L. & Dionys. sim. Ga. ex Cai. Montacut. x T. ex La. sim. San. y Me. sic La. ex San. z La. a Heins. b La. Cin.

Marginal notes (right): o G. p G. q La. r G. † D. t G. v Di. x G. sim. D. y Di. z G. a V. b G. c Ham. d G. * sim. Scal. in Cam. f E. g Cam. h Be. i Pi. k Pi. Be. E. Ham. La. l E. Ham. m Scul. ex Be. n Scul. o Di. p Scul. in Wal. q Scul. ex Scal. r Scul. † Be. t Pi. v Me. x G. y La. ex Chrys. z Be. a Sch.

bus

bus civium generibus differens, *Utrosque*, inquit, *in eodem genere prædatorum pono.* Ità hoc loco quia similis est Angelorum ac animarum natura, unus error fuisse videtur utrorumque ἀνάστασιν negantium[b].

9. *Quidam*, &c. Οἱ γραμματεῖς τοῦ μέρους, &c.] *Scribæ* (hinc constat, *Scribas* nomen esse publici muneris[c]. Legisperiti adsessores Senatorum. Vide quæ ad Matth. 2. 4[d].) *ex partibus* (vel, *de secta*, V. *ex lateribus*, Sy. in Di. i. e. partibus *) *Pharisæorum*, Be. Pi. ¶ *Pugnabant*, Διεμάχοντο] *Contendebant cum aliis*, רבו[f]. ¶ *Si spiritus*, Πνεῦμα] *Spiritus aliquis*, indefinitè, i. e. Angelus aliquis, ut mox exponitur[g]. Al. *Spiritus*, i. e. prophetica revelatio[h], afflatus quidam in animum miro modo penetrans, qui & ἐπίπνοια Græcis. Vide Act. 10. 19. & 11. 12, 28. & 16. 7. & 20. 23[i]. Spiritus Sanctus, qui jam rediturus exspectatur. Confer Joh. 7. 39[k]. ¶ *Aut Angelus*] Ut Matth. 1. 20. & 2. 13. Luc. 1. 11. Act. 5. 19. & 8. 26. & 10. 3, &c[l]. Angelus, in somnio aut visione: vel בת קול, *filia vocis*, sive vox de cœlo per Angelum delata[m]. ¶ Μὴ θεομαχῶμεν] Hoc non legit Vulg. nec Æth[n]. nec Theoph[o]. Rectè. Videtur enim è margine in textum, tanquam sensûs supplementum, irrepsisse[p]. Adscriptum apparet ex superioribus[q]. Atqui in omnibus vet. cod. est, & idem verbum est Act. 5. 39[r]. Syrus pro eo habet, *Quid* (vel, *Quid mali*, Tre.) *est in hoc?* Similiter & Arabs †. *Nè repugnemus Deo*, Be. Pi. &c. *Nè pugnemus cum Deo*, Er. Vox est bene Græca, quæ exstat & 2 Macc. cap. 7. ver. 19. Vide ad Act. 5. 39[t].

10. *Nè*, &c. Μὴ διασπασθῇ, &c.] *Nè —— discerperetur*, Be. Pi. &c. *Nè eum discerperent*, ut Orphea Thressæ, in qua historia vocem διασπᾶσθαι usurpat Isocrates. Lucianus, μικροῦ γοῦν με διεσπάσαντο[v]. ¶ *Descendere*] Ex superiore loco arcis Antoniæ in inferiorem, ubi erat consessus, &c[x]. Totam militum manum ab Antonia deduxit in conclave illud apud Templum, in quo Senatus habebatur. ¶ *In castra*] Id est, in Antoniam, ut suprà[y].

11. *Nocte.*] Visio ergò non fuit corporea, sed intellectualis[z]. ¶ *Assistens*, &c. Ἐπιστὰς, &c.] *Adstans ei Dominus*, Pi. vel, *Superveniens ei*, &c. Be. De hoc verbo vide Luc. 2. 9. & 24. 4. & Act. 12. 7. Dominus ei apparuit per Angelum, ut suprà aliquoties. ¶ *Constans*, &c. Θάρσει] *Confide*, Be. Pi. *Bono animo esto*, V. Certum eum facit Dominus omnem istam commotæ plebis violentiam nihil ipsi nocituram. Deus *pios tutatur*, Psal. 12. 6. *improbos irridet*, &c. Psal. 37. 12. *mala consilia non provehit*, Psal. 140. 8. ¶ *Oportet*, &c.] Δεῖ illud rem futuram hîc significat, ut Matth. c. 16. v. 21. ubi dicta vide. Nec aliter interpretatur Syrus[a].

12. *Collegerunt se*, &c. ità Er. Il. Ti. Ποιήσαντες —— συστροφὴν] *Congregati sunt*, &c. Tre. ex Sy. *Conspirârunt*, &c. Ca. *Factâ —— coitione*, P. Be. Pi. sic Mo. vel, *conspiratione*: vide ad Act. 19. 40[b]. Vel, *cœtu*, Camer. *conjuratione*, Pi de cæde Pauli[c]. Συστροφὴ, Act. 19. 40. *concursus*, hîc potiùs *coitio* est, sicut mox explicatur συνωμοσία. Sic συστρέφεσθαι est, *conjurare*, 2 Sam. 15. 31. 1 Reg. 16. 9, 16. 2 Reg. 9. 14. & 10. 9. &c. pro quo συστροφὰς ποιεῖσθαι, Amos 7. 10. in quibus locis in Heb. est קשר[d]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀνεθεμάτισαν, &c.] *Et devoverunt sese*, &c. Er. P. Mo. Ca. Be. *Seseque anathemate obstrinxerunt*, Tre. ex Sy. *Et cum sui detestatione juraverunt*, Zeg. *Et exsecrando*, sive *devovendo se*, *promiserunt*, Camer. dixerunt se velle à Deo perdi & deleri instar anathematis, si, &c*. Voto addiderunt diras, id est, pessima sibi imprecati sunt, ni id implerent. Vide quæ ad Matth. 26. 74. Impletum hîc quod de se dixit David, insanientibus inimicis, Psal. 102. 8. בי נשבעו, κατ' ἐμοῦ ὤμνυον. Non fuisse sine exemplo talia inter Judæos juramenta docet nos Philo de legibus specialibus, εἰσὶ γὰρ οἱ ὀμνύντες, &c. (*Sunt qui jurant se commissuros homicidium, aut aliquid simile*[f].) *Per cherem nosmet devovimus.* Erat autem חרם seu Anathematis notio duplex huc spectans: 1. Id significat quod expressim Jure belli ac militari, seu ob capitales inimicitias, devovebatur internecioni. Exemplum habemus in Hierichunte, &c. 2. Id quod, Jure pacis, diris fiebat, ubi diris quis devovebatur, vel ob jam commissum quid, vel siquid imposterum committeret, vel omitteret. Exempla habemus Jos. 6. 26. Esd. 10. 7. 8. & in Essenis, qui ab iis qui in ipsorum sodalitium admitterentur, ὅρκους φρικώδεις, *juramenta horrenda*, exigebant & vindictæ divinæ imprecationes solennes, quibus addebant Excommunicationis comminationem, si ritus moresque ipsorum non servarent, &c. Ità & hoc loco, execratione se obligârunt, sive Excommunicatione comminatoriâ, in fidem seu pactum violantes[g]. ¶ *Donec*, &c. Ἕως οὗ] subaudi, χρόνου[h].

14. *Ad*, &c. Τοῖς ἀρχιερεῦσι, &c.] Quibusdam ex Synedrio. Vide Matth. 16. 21. & 21. 23. Act. 4. 5. & 22. 30[i]. ¶ *Devotione devovimus nos*] Ità Be. Pi. Geminatio auget orationem[k]. q. d. Gravissimè devovimus[l]. Heb. בחרם החרמנו[m]. Quasi *diis manibus devoverunt se*, ut Ethnici loquuntur[n].

15. *Vos*, &c. Ὑμεῖς ἐμφανίσατε, &c.] *Vos indicate tribuno*, P. Pi. Mo. vel, *significate*, &c. Er. Il. Ar. Ca. G. Camer. Nam הודיע vertitur ἐμφανίζειν, Exod. 33. 13. sic & infrà v. 22. Heb. 11. 14[o]. *declarate*, Camer. q. d. *dilucidate*, Pi. Al. *Vos comparete apud tribunum*, Be. Ἐμφανίζειν est verbum forense hîc & Act. 24. 1. & 25. 15. alibi generaliter est, *palàm & apertè declarare*, Joan. 14. 21. Heb. 11. 14. & mox v. 22. pro μηνύειν, v. 30[p]. ¶ *Cum*, &c. Σὺν τῷ συνεδρίῳ] *Et concilio*, Er. V. In Græco enim est, καὶ τῷ συνεδρίῳ[q]. Sic & Æth. qui porrò pro κατάγῃ dixit pluraliter, *ut cras adducant.* Malè: neque enim à tribuno & concilio, sed à tribuno ad concilium, produci debebat, v. 20. Rectiùs Sy. & Ar. πᾶσι τῷ συνεδρίῳ, conjunxerunt cum ὑμεῖς· *Vos & concilium indicate Chiliarchæ*[r]. Et hæc lectio, καὶ τῷ συν, licet sit in 2 vet cod. admitti non potest. Neque enim concilio significandum erat ut Paulum adduceret, sed potiùs nunciandum ut conveniret †. *Cum consessu*, sive *concilio*, Pi. Vulg. &c. id. est, non vos soli, sed unà cum collegis vestris, quò major significationi sit auctoritas[t]. *Ex consessûs voluntate*, P. Be. Pi. id est, Senatu ità fieri petente. Ità σὺν interdum accipitur, ut, σὺν Θεῷ, *Deo juvante*[v]. ¶ *Ut producat*, &c. ità Er. Mo. &c. Κατάγῃ, &c.] *Deducat*, P. Be. Pi. &c. nempe ex Antonia in conclave in quo Senatus habebatur[x]. ¶ *Aliquid certius*, &c. ità V. Camer. Ἀκριβέστερον, &c.] *Exactius*, Er. G. *Exquisitius*, &c. Be. Pi. scil. *quàm in prima cognitione.* Solent enim rei per intervalla temporum sæpiùs audiri, sive quòd novi aliquid Judici innotuerit, sive ut exploretur an sibi constent. ¶ *Priusquam appropinquet*, &c.] Ità Be. Pi. *Antequam ad vos veniat*, Syrus. Sed ampliùs significatur velle se cædem perpetrare in via, satis longè ab eo loco in quo Senatus habebatur, nè Senatus eo nomine argui posset. ¶ *Parati sumus interficere*, &c. Τοῦ ἀνελεῖν, &c.] Hîc quoque τοῦ abundat, ut aliquoties: nam suprà dixit, ἕτοιμος ἔχω ἀποθανεῖν. Sic & infrà 20. συνέθεντο τοῦ ἐρωτῆσαι[q].

16. *Filius sororis*, &c.] Paulum habens avunculum[r]. Hunc credibile est fuisse in comitatu Pauli †. ¶ *Insidias*, Τὴν ἐνέδραν] *Has*, vel *Istas*, *insidias*, Tre. ex Sy. Ca. Be. Pi. vel, τὸ ἔνεδρον, ut est Sap. 14. 2. 1 Macc. 9. 40. & 10. 8. & 11. 8, 69. Ἐνέδραν habes Act. cap. 25. ver. 3. & 1 Macc. cap. 1. ver. 38. Utrumque Græcum est, & apud Interpretes Græcos sæpe reperitur[t]. ¶ *Venit*, Παραγενόμενος] *Qui tunc aderat*, Camer. *Ideo quòd adfuisset*, nempe consilio; nimirum ignorantibus Judæis illis necessitudinem juvenis hujus cum Paulo. ¶ *In castra*] In eum locum in quo Paulus asservabatur, suprà v. 10[v].

17. *Unum ex centurionibus*] Quales decem erant sub illo Præfecto si cohors esset millenaria, alioqui pauciores. Vide Act. cap. 22. ver. 26. ¶ *Ad tribunum*] Nihil petiit à Præfecto, sed credidit eum pro æquitate Romana facilè reperturum malo illi imminenti remedium[x].

18. *Assumens eum*, &c.] Ipsum juvenem secum deduxit, ut Præfectus ex ipsius ore cuncta certiùs cognosceret[y].

19. *Apprehendens —— manum illius*] Ut iis solemus facere quos ex turba abducimus[z]. Humaniter eum excipit, vel ex naturali benignitate; vel ut sarciat injuriam Paulo antè factam; vel munus exspectans, &c[a].

21. *Nè crediderit*, Πείσθης] *Assentitor*, Be. Pi. *Morem gesseris*,

[b] Ec. [c] Ec. [d] G. * Di. [f] G. [g] Pi. [h] Be. [i] G. [k] Ham. [l] G. [m] Ham. [n] Di. [o] Camer. [p] Di. [q] Er. [r] Be. † Di. [t] G. [v] G. [x] La. sim. Mc. [y] G. [z] Ec. [a] G. [b] Di. [c] Pi. [d] G. * V. [f] G.

[g] Seld in Wal. [h] Pi. [i] G. [k] Me. [l] Pi. [m] G. [n] Er. [o] G. [p] Be. [q] Er. [r] Di. † Be. [t] G. [v] Be. [x] G. [q] G. [r] G. † Camer. [t] G. [v] Idem. [x] G. [y] G. [z] G. [a] Me.

gesseris, V. Hoc juvenis addit ex pio in avunculum affectu. ¶ *Parati sunt*] Nempe *ad eum occidendum:* suprà v. 15[b]. ¶ *Exspectantes promissum tuum*] Ità Sy. vel, *à te*, Zeg. Non factum, sed faciendum[c], de eo producendo, &c[d]. Τὴν ἀπὸ σοῦ ἐπαγγελίαν] *Denunciationem tuam*, Camer. *Quid à te renuncietur*, Be. Pi. Ἐπαγγελία, pro ἀπαγγελία[*]. *Nuncium abs te.* Sic ἐπαγγελία sumitur Esth. 4. 7. Ezec. 7. 26. & ἐπαγγέλλειν, *annunciare*, Sirach 16. 26[f].

22. *Quoniam*, &c. Ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας, &c.] *Quòd hæc ipsi indicâsset*, P. Be. Pi. &c. vel, *mihi indicaveris*, Er. Ti. sic Mo. Camer. Transitio ab indirecta oratione ad directam, (vel, à tertia persona ad primam[g],) frequens Hebræis, sed & aliis Scriptoribus[h].

23. *Parate milites ducentos*] Quisq; centum milites qui sub se erant. Vide Martialem. ¶ *Equites septuaginta*] Solent peditibus equites attribui, qui eis præsidio sint. Hic numerus paulò plus quàm duas turmas facit[i]. ¶ *Et*, &c. Καὶ δεξιολάβους, &c.] *Et stipatores*, vel *satellites*, Ham. ex Phavorino & H. Stephano, Mo. Be. Pi. Di. D. qui latus alicui muniunt[k]: forsan Tribuni ipsius stipatores. *Dextra* autem hîc non opponitur sinistræ, sed in genere *latus* declarat[l]. Suidas & Etymologiæ scriptor δεξιολάβους interpretantur παραφύλακας. Putat Meursius intelligi eos qui carceri datos asservabant, & prehendebant eos qui prehendi jubebantur. Constantinus Prophyrogenneta, *Tetrarchæ dicti sub se habebant* —— τοξότας 500 καὶ πελτασὰς 300 καὶ δεξιολάβους 100. Sed fieri potest ut ex hoc loco Lucæ malè lecto & intellecto id nomen in serioris ævi militiam penetraverit[m]. Forte legendum δεξιοβόλους[n], ut est in MS[o]. nec aliter legêre & accepere Syrus[p], & Arabs. Legionibus Romanis aderant auxilia è milite externo, armata leviùs. In iis præter funditores erant qui tela manu mitterent. Hi videri possent dicti δεξιοβόλοι[q]. *Et sagittarios*, Camer. vel, *jaculatores*, Ar. in Di. *lancearios*, Vulg. Er. Ti. *viros lanceæ*, vel *gladii*, Æth. in Di. *jaculantes dexterâ*, Sy. Hi lanceis, vel hastis oblongis, depugnabant, erántque vel pedites[r], quia hîc ab equitibus secernuntur[†]; vel equites[t], sed ab equitibus vulgaribus discreti, quòd aliis armis certarent. Hi ponuntur ultimo loco tanquam triarii in acie[v]. ¶ *Noctis*] Frequens est in Syria noctibus iter facere ob calores diurnos. Verùm hîc hoc consilium eò pertinebat nè in ipso itinere insidiæ fierent, antè deducto Paulo quàm ad conjuratos ejus rei notitia perveniret[x].

24. *Et*, &c. Κτήνη τε παραστῆσαι] *Et* (sub. *jussit eos*, Camer.) *præstare*, sive *exhibere*, (vel, *ut præberent*, Pi. Be. id est. parata exhiberent[y],) *jumenta*, Er. Camer. Infinitivus hîc pro Imperativo, παραστήσατε[z]. Contrà quàm modò[a], transit hîc oratio à directa in indirectam[b]. Syrus legit, παρέστησε[c]. ¶ *Ut*, &c. Ἵνα ἐπιβιβάσαντες τὸν Παῦλον διασώσωσι, &c.] *Ut impositum Paulum* (Vide Luc. 10. 34. & 19. 35[d].) *salvum perducerent* (vel, *salvent*, Sy. Ex antecedenti hic intelligitur consequens, more Hebræorum. Vide ad Luc. 3. 7[*].) *ad Felicem præsidem*, Pi. Il. P. Mo. &c. Felix hic Pallantis, qui apud Claudium omnia potuit, frater fuit, *Judææ impositus, & cuncta malè facta sibi impunè ratus, tantæ potentiæ subnixo*, ut ait Tacitus Annal. 12. qui de eodem Hist. 5. *Antonius Felix per omnem sævitiam ac libidinem jus regium servili ingenio exercuit.* Nihil minùs quàm Arcadiæ Regibus ortus, quod illorum adulatores plebi persuadere volebant. Et hic tamen homo, servili & ortu & ingenio, non *cohortibus* tantùm *alisque & provinciæ Judææ præpositus* fuit, sed & trium Reginarum maritus, teste Suetonio in Claudii vitâ 28. Quod intellige non eodem tempore, sicut quidam malè interpretantur illud, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, apud Paulum; sed aliâ mortuâ aliam: & *Reginas* intellige Regum filias & neptes; quomodo Antigone & Electra ἄνασσαι (*Reginæ*) apud Tragicos. Harum Reginarum una fuit Drusilla infrà nominata 24. 24. Agrippæ Regis soror, cui ad adipiscendam Cæsarum gratiam nomen datum ex ea familia quæ tum imperabat; unde & Agrippa ipse habebat nomen: erat autem hic Judææ Procurator, vice Præsidis. Vide dicta ad. Matth. c. 27. v. 2[f].

[b] G. [c] La. T. [d] La. sim. Camer. Be. [*] Be. [f] G. [g] Be. [h] G. [i] G. [k] D. [l] Be. [m] G. [n] Pi. sim. Er. Camer. [o] G. Ham. [p] G. sic Be. [q] G. [r] La. sim. Me. T. [†] La. Me. [t] Q. in La. [v] La. [x] G. [y] Be. [z] Er. [a] G. [b] G. sim. Pi. Be. [c] Be. [d] G. [*] Be. [f] G.

25. *Epistolam continentem hæc*] Vel, *formam hanc*, Mo. Camer. vel, *modum istum*, Camer. vel, *hanc summam*, P. Be. Pi. Non placet: nam epistola ipsa (quæ hîc exprimitur cum inscriptione) quomodo epistolæ summam continet? Τὸ περιέχειν ergò παθητικῶς hîc usurpatur, valétque idem quod ἔχειν, vel, γεγραμμένον εἶναι, ut 1 Pet. 2. 6. & apud Canonistas, & apud Zonaram, &c. Τύπον autem τοῦτον idem quod, κατὰ τὸν τοιοῦτον τύπον· ut sensus sit, *quæ ad hoc exemplum scripta fuit*, aut *istius argumenti.* Adde, quòd ipsæ Imperatorum epistolæ, &c. πολιτικοὺς καὶ δημοσίους τύπους posteriores dixerunt, teste Zonarâ: quæ Latinis *Formatæ*, & *Formatæ epistolæ*, quòd certis verborum formis conciperentur[†]. Περιέχουσαν τὸν τύπον τοῦτον] *In hanc formam*, Er. Il. Ti. V. Sed τύπος potiùs est *summa*, sive *compendium*, quàm *forma*; unde τυπωδῶς, seu τύπῳ λέγειν, λαμβάνειν, διορίζειν, apud Græcos[g]. *Hoc tenore*, ut loquitur Cicero. Hinc τύπους pro *epistolis* usurpat Zonaras ad Canonem 39. Concilii in Trullo. In Glossario, Τύπος, *formata*, *forma*. Sumitur pro *exemplari*, 1 Pet. 5. 3[h]. *Cujus exemplum hoc est*, Ca. Τύπος denotat *exemplum*, sive *exemplar*, ut Phil. 3. 17. 1 Thes. 1. 7. 2 Thes. 3. 9. &c. alibi *descriptionem minùs exactam*, ut in Aristot. Ethic. 1. 3. παχυλῶς καὶ τύπῳ, &c[i]. Diversa enim genera atque argumenta Epistolarum Græci ἰδέας καὶ τύπους vocârunt[k].

26. *Optimo*, &c.] Rectè: est enim vox ἐγκωμιαστικὸς, ut notant Scholiastæ. Et Plutarchus κράτιστον τῷ κακίστῳ opponit. Idem alibi, Τῶν ἰσχυρῶν κράτιστος[l]. Τῷ κρατίστῳ, &c.] *Præstantissimo*, &c. Pi. *Potentissimo*, Er. V. Be. Κράτιστος titulus positorum in dignitate. Vide ad Luc. c. 1. v. 3[m].

27. *Et*, &c. Καὶ μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι, &c.] *Cùm jam propè esset* (vel, *futurum esset*, Be. Pi.) *ut ab eis interficeretur.* Hoc sensu μέλλειν invenitur etiam apud Thucydidem, Demosthenem, & alios. ¶ *Superveniens*] Ità ἐπιστὰς bene vertitur, ut Act. 4. 1. ¶ *Cognito*, &c. Μαθὼν, &c.] Aoristus hîc nullum certum tempus designat, & tantum valet quantum, καὶ ἔμαθον[n].

28. *Causam quam*, &c. Δι' ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ] *Ob quam* (vel, *Cujus*, Be. *Cur*, P. Pi.) *accusarent* (vel, *postulârunt*, Be. *criminarentur*, P. Pi.) *illum*, Er. Il. Tre. Ca. &c. ¶ *In concilium*, &c.] Vide Act. 22. 30[o].

29. *De quæstionibus legis*, &c.] Vide Act. c. 18. v. 15. ¶ *Nihil*, &c.] Nullius criminis reum quod Romanæ leges morte puniant, aut vinculis coerceant; non signiferum Rebellionis, non Homicidam, non Seditiosum[p].

30. *Et*, &c. Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι] i. e. Μελλούσης ἔσεσθαι. Sed non liquet quomodo hæc cohæreant. Forsan sic legendum, Μηνυθέντος δέ μοι ἐπιβουλὴν, &c[q]. *Indicatis autem mihi insidiis adversùs hunc virum eventuris*, Be. Pi. sic V. Sermonem ità incepit quasi dicturus esset μελλούσης, dixit autem μέλλειν· quasi præcessisset, μηνυθέντος δέ μοι ἐπιβουλήν. Ità sæpe constructio fit ad sensum magìs quàm ad verba, ut diximus Eph. 1. 13[r]. Sed nulla hîc est syntaxeos anomalia. Sic vertas ad verbum, *Indicatis autem mihi insidiis in hunc virum, fore ut fierent à Judæis.* Indicatæ enim ipsi fuere quum nondum factæ essent. Observandum quoque, μέλλω, etsi Futuri significationem in se contineat, adeóque non nisi cum Præsenti, aut Aoristi Præsentis significationem habente, construi, eíque Futuri vim dare soleat, hîc tamen cum Futuro construi: quod alibi in hisce Libris non observavimus, & in hoc quidem Libro cum solo ἔσεσθαι· nempe hîc, & Act. 11. 28. & c. 24. v. 15, 16. & 27. 10. Apud alios tamen Authores cum aliis etiam verbis interdum contingit: ut apud Demosth. Τί ἔμελλον κελεύσειν, &c? *quid jussurus essem*, &c? *Alia exempla vide apud Lexicographos*[†]. ¶ *Denuncians*, &c.] Ex more Romano, infrà v. 35. & Act. 25. 16. ¶ *Vale*, Ἔῤῥωσο] Quæ solennis Epistolarum clausula. Vide Act. 15. 29[t].

31. *Duxerunt per noctem in Antipatridem*] Non ità tamen ut nocte eò pervenerit, nam distabat Jerosolymis 17 leucis, h. e. itinere 17 horarum[v]. Distabat hæc Cæsareâ plus minus 20 millia passuum[x]. Urbs est Judææ ad Occidentem Jordanis. Vide Ptolemæum[y]. Urbs amœna erat ad mare Mediterraneum, media inter Joppen & Cæsaream, ab utraque circiter 8 leucis distita[z].

32. *Reversi sunt ad castra*] Antipatride Hierosolymam[a], in Antoniam. Pedites ducenti gravioris armaturæ,

[†] Heins. [g] Be. [h] G. [i] Glas. phil. 2. 2. 4. 1. [k] Camer. [l] Pi. [m] G. [n] G. [o] G. [p] G. [q] Be. [r] G. [†] Di. [t] G. [v] Me. [x] Camer. [y] G. [z] T. [a] Zeg.

turæ, & totidem jaculatores: neque enim opus tam multis erat, cùm jam longiùs abitum esset ab Hierosolymis, ubi erant conjurati. Adversùs vulgaria itinerum pericula sufficiebat equestre præsidium [b].

33. *Qui*, οἵτινες] Hoc ad remotius, i.e. ad equites, referendum. ¶ *Cæsaream*] Nempe *Stratonis*: ubi tum fortè erat Felix, ut solebant Præsides provinciam perambulare [*]. ¶ *Statuerunt*, Παρέστησαν] *Stiterunt*, Be. Pi. Bene. Sic ubi in Digestis est, *judicio sistere*, Græca Basilica habent παριστᾷν. Paulus non dixit Centurionibus, aut equitibus, illicitum esse quod agebat, sed usus est beneficio publicæ tutelæ; ut notant Patres in Africano Concilio, can. 83 [c]. [verbis à G. citatis.]

34. *Cùm legisset*] Sub. *literas*, Be. ¶ *De qua provincia*] Ἐπαρχία est, *provincia* [d], ut infra 25. 1. & apud Græcos qui Romanas res scripsere [*], ut apud Plutarchum Catone [f]. In Glossario quoque, Ἐπαρχία, *Provincia* [g]. ¶ *Et*, &c. Καὶ πυθόμενος] *Ac cognovisset*, Er. P. Be. Pi. &c. *Ac didicisset*, Tre. ex Sy. *Ubi audivit*, Ca.

35. *Audiam te*, Διακούσομαι] *Sufficienter, distinctè & de singulis, audiam*, Sch. *Peraudiam*, q. d. pergam te audire, & cognitionem absolvam: quam vim præp. διὰ hic habet [h]. At διακούειν idem est quod ἀκούειν· ut apparet Deut. 1. 16. Joh. 9. 33. Utuntur sic & Plato & Plutarchus. ¶ *Cùm accusatores tui venerint*] Juxta dictum vetus, Μηδὲ δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. ¶ *In prætorio Herodis*] Nempe quod erat Cæsareæ. Vide Act. 12. 19, &c [i]. i. e. in palatio Præsidis, sive Prætoris, quod olim ab Herode ædificatum fuit [k]. *Prætorium* à *Prætore* Romano, i. e. imperatore, nomen habet: sed, ut fieri solet, cœpit proferri latiùs ejus vocis usus *ad omnes domos virorum illustrium*. Vide Matth. 27. 27. Marc. 15. 16. Joh. 18. 28, 33. & 19. 9. Phil. 1. 13. Et apud Rusticæ rei scriptores *prætorium* est, pars villæ in qua Dominus habitat [l].

[b] G. [*] G. [c] Idem. [d] G. sic Camer. [*] G. [f] Camer. [g] G. [h] Be. [i] G. [k] Me. ex La. sic T. [l] G.

CAP. XXIV.

1. *Post quinque* (In MS. est τινάς [a].) *autem dies*] Ab appulsu Pauli Cæsaream [b]. ¶ *Descendit*] Ab Hierosolymis mare versùs qui eunt, *descendere* dicuntur. ¶ *Cùm*, &c. Μετὰ τῶν πρεσβυτέρων] MS. addit τινῶν, *cum aliquibus è Senatu*, supra 23. 14. ¶ *Et Tertullo quodam oratore*] Homine Romano qui & linguam Romanam, & actionum formulas, meliùs nosset, &c [c]. Forsan Græcè non ità expeditè ipsi Judæi loqui poterant [d]. Ῥήτωρ Græcis est, *orator*: Latini eam vocem Græcam magis de *dicendi Magistris* usurpant, quos Græci σοφιστὰς vocant [*]. ¶ *Qui adierunt*, &c. ità Er. Ti. Ar. Ἐνεφάνισαν, &c.] Sub. ἑαυτοὺς, i.e. seipsos exhibuerunt, sive indicârunt se adesse [f]: vel, sub. διδασκαλικὸν χάρτην· q. d. Significârunt libello Prætori oblato, adesse Pauli accusatores [g]. *Comparuerunt*, &c. Il. P. Mo. Ca. Be. Verbum hoc transitivum est, cujus passivum, ἐμφανισθῆναι, usurpatur Heb. 9. 24. utrumque autem reciprocè sumitur [h]. *Declarârunt*, Pi. Camer. ut in Polybio, *Amicis* ἐνεφάνισε, *declaravit* [i]. Ἐμφανίζειν est, *indicium facere* [k], ut vidimus suprà 23. 15, 22. & Esth. 2. 22 [l]. unde apud Græcos φανοὶ sunt, *delatores criminum*, *sycophantæ*, teste Scholiaste Aristophanis [m]. In Glossario, Ἐμφανίζω, *allego, intimo*, Quare hîc sensum esse arbitror, *Accusationem attulere*, *Reum egere* Paulum, Inscripsere in crimen more Romano [n]. ¶ *Adversus Paulum*] Ante κατὰ subaudio τὰ [o].

2. *Et*, &c. Κληθέντος] *Citato*, Be. Pi. *Vocato*, V. *Adduci jusso*, i. e. nam sub militari custodia servabatur [p].

3. *Cùm*, &c. Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες, &c.] *Multæ pacis compotes per te*, Mo. *Quum multâ pace potiamur* (vel, *fruamur*, Er.) *per te*, Pi. sim. Be. Per *pacem* hîc intelligit tranquillitatem publicam illarum regionum, sive quietem provinciæ; quæ boni Præsidis laus est & nota illustrissima, ut notant Ulpianus l. 13. &c. Symmachus 9. 67. &c. 1 Tim. 2. 2 [q]. Felix quidem iste Eleazarum insignem prædonem, & Ægyptium impostorem, maximo Judææ commodo delevit, Jo. Antiq. 20. 11. & Bel. Jud. 12. Avarè tamen & crudeliter Judæam administravit, ut hoc adulatoriè potiùs quàm verè dixerit [r]. Inter præcepta Rhetorica est, Judicem laudando sibi benevolum reddere: quod nec Paulus ignoravit, ut apparet infrà v. 10. & Act. 22. 1, 3. Vide Ciceronis exordia pro Roscio Amerino, pro Milone; & alia. Vide & Ambrosium [†]: [& verba ejus in G.] ¶ *Et*, &c. Καὶ κατορθωμάτων γινομένων, &c.] MS. Regium habet διορθωμάτων [t]· quod melius. Κατόρθωμα, apud Philosophos, ut Cicero nos docet, est, *factum exactum ad perfectissimam sapientiæ regulam*. Sed voce διορθωμάτων significatur, *multa à Felice in rebus ad Judæos pertinentibus fuisse in melius restituta*: nam hoc est διορθοῦν, Hebræis כון: & ità accepit Syrus [v]. Sed nollem quæ obtinuit lectionem inquietari [x]; sic enim & Polyb. lib. 1. *Quasi ipse per se* καὶ διὰ τὴν ἰδίαν πρόνοιαν κατορθώσας, *& suâ providentiâ rem bene gessisset*: & Stoici κατόρθωμα vocant *officium perfectum* [y]. Vulg. & Syrus putârunt κατόρθωμα idem esse quod διόρθωμα, cùm hoc sit id quo quippiam corrigitur & emendatur; κατορθώματα verò dicantur quæ summâ tum virtute, tum felicitate, ab aliquo perficiuntur [z]. Κατόρθωμα est, *officium*, sive *res cum virtute & laude facta*, à κατορθόω [a]. [Verba sic reddunt,] *Et directionum factarum genti huic per tuam prudentiam*, Mo. *Quódque tuâ providentiâ hæc natio rectè administratur*, Ca. *Et egregia facinora*, &c. Il. sic P. *Et multa rectè gerantur in populo hoc*, &c. Er. Ti. V. *Et ea quæ* (vel, *Quùmque multa*, Pi.) *rectè ac feliciter gesta sunt in hac gente*, &c. Be. vel, *contingant huic genti*, Pi. Sensus loci, *Cùm per tuam providentiam multâ fruamur pace, multáque officia præstes huic populo* [b]. *Et multa corrigantur*, &c. Vulg. *Et emendationes multæ fiunt moderamine judicii tui*, &c. Tre. ex Sy. vel potius, *per portationem oneris tui*, i. e. te onus portante, per tuam curam & sollicitudinem. Κατορθοῦν apud Lxx modò usurpatur pro ישר, *dirigere*; modò pro הכין, *confirmare*, *stabilire*; & modò sign. *corrigere*, ut & in Gloss. κατορθῶ, *corrigo*. Hinc locum sic vertas, *Et directiones* (vel, *stabilimenta*, vel *correctiones*,) *fiant genti huic*, &c. non enim est, ἐν τῷ ἔθνει, sed, τῷ ἔθνει [c]. ¶ *Semper*, &c. Πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα] *Et prorsus* (vel, *semper*, Pi. Ca. &c.) *& ubique* (q. d. Omnibus & temporibus & locis [d]) *agnoscimus*, P. Be. &c. vel, *suscipimus*, Er. Mo. Camer. Zeg. vel, *comprobamus*, sive *approbamus*, Er. Ti. Ca. V. *amplectimur*, Camer. Er. vel, *accipimus*, sub. *id*, Pi. vel, *commendamus*, sub. *tuam providentiam*, vel, *suspicimus*, i. e. admiramur & veneramur [*].

4. *Nè*, &c. Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ πλεῖόν σε ἐγκόπτω] *Nè verò te* (aliis videlicet publicis negotiis occupatum [f]) *diutius* (vel, *multis*, Tre. *pluribus*, Sy. Camer. *super plus*, Mo.) *interpellem*, P. Be. Pi. Mo. vel *obtundam*, Ca. *morer*, Camer. Er. V. *detineam*, Er. Il. Ti. *impediam*, Er. V. In Glossario, Ἐγκόπτω, *impedio*: & ità sumit Paulus, Rom. 15. 22. Gal. 5. 7. 1 Thes. 2. 18. Impedit autem à negotiis Præsidem qui diu alloquendo eum detinet. Est & hoc inter Rhetorica artificia, polliceri se brevem fore, præsertim apud occupatos [g].— *Nè in publica commoda peccem Si longo sermone morer tua tempora* —[h]. ¶ *Breviter*, Συντόμως] *Concisè*, Mo. *Paucis*, Il. P. Ca. Be. Pi. &c. *Succinctè*, sub. *dicturos*, Pi. ¶ *Pro*, &c. Τῇ σῇ ἐπιεικείᾳ] *Tuâ* (vel, *Pro tua*, P. Ca. Be. Er. &c.) *æquitate*, Mo. P. Be. &c. vel, *humanitate*, Er. Ti. *Eâ humanitate quâ soles*. Solent conjungi ἐπιείκεια, & πρᾳότης. Intelligitur hîc *facilitas & patientia in audiendo* [i].

5. *Invenimus*, &c. Εὑρόντες, &c.] Pro, εὕρομεν. Participium pro verbo [k], subaudito, *sumus*, ut Act. 26. 20. 2 Cor. 3. 12 [l]. Sic Mat. 3. 17. λέγουσα, *dixit*: 1 Thes. 2. 11. παρακαλοῦντες, &c. *hortantes*, sub. *fuimus* [m]. [Sic vertunt,] *Comperimus*, Be. Pi. ¶ *Pestiferum*, Λοιμὸν] *Pestem*, Be. Pi. &c. sub. *esse*, Be. pestilentem [n]. Sic Cicero dixit *pestem civitatis*, pro Rabirio; *pestem patriæ*, pro Sestio; *pestes imperii*, pro Dejotaro [o]. Sic *scelus* pro scelerato [p]. Sic *sterquilinium*, *gurges*, &c [q]. ¶ *Concitantem*, &c.] Idem sensus qui Act. 17. 6 [r]. ¶ *Et*, &c. Πρωτοστάτην, &c.] *Et principem*, &c. Il. P. Ca. Be. &c. vel, *antistitem*, Mo. *autorem*, Er. Val. &c. *antesignanum*, Pi. *præceptorem*, Val. sim. Æth. *præfectum*, Ar. Ti. *signiferum*, Pri. Est vox militaris [†]; q. d. primipilaris [t], vel, qui primus stat in acie [v]. In Glossario, Πρωτοστάτης, *princeps*. Sic vocantur qui in arte, qui in convivio, qui in judicio aut

[a] G. [b] Me. ex La. [c] G. [d] Be. [*] G. [f] Be. [g] Camer. [h] Be. [i] Cam. [k] G. Pri. [l] G. [m] Pri. [n] G. [o] Pi. [p] G. [q] Pri.

[r] Be. [†] G. [t] Pri. sic G. [v] G. [x] Pri. sim. Camer. [y] Camer. [z] Be. [a] Er. [b] E. [c] Di. [d] Pi. [*] Zeg. [f] Be. [g] G. [h] Pri. [i] G. [k] Glas. ex Be. [l] Be. [m] Glas. gram. 3. 4. 5. 416. [n] Pi. Camer. [o] G. [p] Be. [q] Camer. [r] G. [†] Be. sim. Pi. [t] Be. [v] Pi.

aut re quavis alia, primarium locum obtinent. Sic Cyprianus in sententia Proconsulari dicitur *auctor iniqui nominis & signifer* [x]. ¶ *Sectæ*, &c. Τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως] *Hæresis* (vel, *Sectæ*, Camer. D. &c. i. e. sectatorum [y], amplectentium hæresin, i. e. doctrinam [z]) *Nazarænorum*, Be. Pi. Ità in Judæa vocabantur (per ludibrium [a]) qui extra Judæam Christiani, nempe à Domino ipsorum Jesu *Nazareno*. Et sic hodie quoque Judæi & Mahumetistæ Christianos appellant. Vide quæ diximus ad initium Matthæi [b]. Quin gloriosissimum erat hoc nomen, ei consilio Dei impositum, Mat. 2. ult. & Christo datum tum à seipso, Act. 22. 8. tum à fidelibus, Joh. 1. 45. Act. 2. 22. & 3. 6. & 4. 10. q. d. הנצר, *surculus ille*, per Prophetas promissus, &c [c].

6. *Templum violare*, &c.] Introductis alienigenis [d]. Falsum crimen [*]. ¶ *Quem*, &c. Ὃν καὶ ἐκρατήσαμεν, &c.] *Quem & apprehendimus*, &c. V. sim. Be. Pi. Recta locutio fuerat, αὐτὸν ἐκρατήσαμεν [f]. Alioqui est ἀνακόλουθον· nec illud εὑρόντες verbum habet quod ei respondeat. Sed similia passim apud bonos auctores repeririuntur, maximè verò apud nostros. Simile quid notavimus Eph. 1. 13. ¶ *Secundùm legem*, &c.] Nempe tanquam eum qui alienigenas in Templum induxisset: in quo crimine capitalis pœnæ ipsis permissa erat exsecutio, ut diximus suprà 21. 28 [g].

7. *Superveniens*, Παρελθὼν] *Interveniens*, Be. *Adveniens*, Pi. Idem quod ἐπιστὰς, Act. 23. 27. Scholiastes Thucydidis, Ἐπελθόντες [dicitur] ἐπὶ ξένων· παρελθόντες, ἐπὶ ἰδίων. Alibi, ἐπέρχεται ὁ ξένος· παρέρχεται ὁ πολίτης. Idem, τὸ παρελθεῖν, τὸ αὐτίκα δηλοῖ. Sic & Athenæus, αὐλῳδοὶ δὲ παρελθόν. ¶ *Cum vi*, &c.] *Vim* vocant opem vim prohibentis.

8. *Jubens*, &c.] Act. 23. 30 [i]. ¶ *A quo*] Vel, 1. Lysia tribuno [k]. Vel, 2. Paulo [l]: cujus comprehensi facta est mentio [m]. q. d. Paulus ipse hæc negare non poterit [n]. Ità effrons & impudens est impietas [o]. ¶ *Poteris ipse judicans*; ità Mo. Ἀνακρίνας] *Interrogans*, Er. Tre. *Si quæris*, Ca. *Inquisitione factâ*, Er. Il. P. V. sic Be. Pi. *Quæstione habitâ per tormenta*. Ità rectè accepit hîc Syrus [p]. Veritatem ex eo extorquebis metu minisque [q].

9. *Adjecerunt*] Ità Er. Ut mos erat, cùm orator causam egerat. Virgilius, *Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant Dardanidæ* [r]. Συνέθεντο] *Assensi sunt*, Be. sim. Camer. Pi. *Confirmarunt*, Camer. Ananias & Senatores Oratoris sui dicta approbabant. In Glossario, συντίθεμαι, συναινῶ. Pausanias, Ἀρριανῷ μὲν οὖν ἔγωγε ὁμολογῶς κατά γε τοῦτο συντίθεμαι [†].

10. *Annuente*, &c. Νεύσαντος, &c.] *Cum innuisset*, &c. Be. Pi. vel, *annuisset*, Er. vel, *signum nutu dedisset*, Camer. Potestate loquendi ei factâ. Vide Act. 21. 39. & 26. 1 [t]. ¶ *Ex multis annis*, &c.] Gesta enim hæc sub finem Procurationis hujus Felicis, ut patet infrà v. 26 [v]. ¶ *Judicem*, Κριτὴν] i. e. Præfectum [x], vel Rectorem [y], ex Hebræorum more, de quo sæpe dictum [z]: nam שפט, κρίνειν, Hebræis est etiam, *regere*. ¶ *Genti huic*] Judææ, Galilææ, Samariæ, Perææ, Jo. Bel. Jud. 2. 21. Nam Agrippa habebat Bataneam, Trachonitidem, Gaulonitidem, & Regnum Lysaniæ, & Præfecturam quam Varus addiderat [a]. ¶ *Bono*, &c. Εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι] *Eò meliore* (vel, *æquiore*, Er. Il. Ti. *alacriore*, Be.) *animo quæ ad me attinent* (vel, *de meipso sunt*, Val. in v. 22. vel, *pro mea causa*, Er.) *pro mei defensione dicam*, Pi. Be. vel, *satisfaciam*, Vulg. vel, *respondeo*, Er. *causam dicam*, vel *respondebo*, V. Intrepidè dicam, sperans te æquum judicem futurum [b]. Seditiosus enim non fui, sive antehac, quia nullas unquam querelas de me audieras; sive recens, ut ostendam [c]. Reo convenit vultu & verbis præ se ferre fiduciam [d].

11. *Potes enim cognoscere*] Ex testibus [*]. Rerum de quibus agitur peritus es & intelligens [f]. ¶ *Dies—duodecim*] Vide Act. 21. 27 [g]. & 22. 30. & 23. 12, 32. & 24. 1 [h]. E quibus facile novem dies in vinculis exegi [i]; ut tantillo tempore non potuissem advena incomitatus seditionem concitare, &c [k]. ¶ *Ex quo ascendi*] i. e. perveni, ut Act. 21. 31 [l]. Ab hac urbe Cæsareæ. ¶ *Adorare*, &c.] Non profanaturus Templum, sed Deum veneraturus cum Judæis cæteris [m].

12. *Neque—disputantem*] Non hoc dicit quòd crimen esset in Templo postquam à sacrificiis vacabatur, aut in Synagogis, aut inter eundum per vias publicas, de Legis & Prophetarum sensu disputare; sed quò longiùs omnem criminis speciem à se amoveat [n]. ¶ *Aut*, Ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα, &c.] *Aut coitionem* (vel, *concursum*, Er. Il. Ti. Camer. G. *seditionem*, Ar. Mo. Ca.) *turbæ facientem*, Be. Pi. P. &c. De concursu turbulento loquitur [o]. *Concursum* contra leges Romanas: συστροφὴν, Act. 19. 40. Nam יער vertitur συστροφὴ, Jud. 14. 8. & ἐπισύστασις, Num. 16. v. 41. Sic & Num. 26. 9. בהצותם vertitur, ἐν τῇ ἐπισυστάσει αὐτῶν [p].

13. *Neque*, &c. Οὔτε παραστῆσαι, &c.] *Neque probare* (ad verb. *sistere*, Pi. ob oculos sistere, & certis argumentis confirmare [q].) *possunt ea*, &c. Be. Pi. Er. P. &c. *Nec exhibere me possunt in his*, &c. Er. V. vel, *convincere me eorum*, &c. V. sic Camer. Παρίστασθαι propriè est, *hominem exhibere*, ut Act. 9. 41. & 23. 33. Impropriè ad res transfertur, & significat, *ostendere*: sic ἀνδρίαν παρίστασθαι, apud Plutarchum; δόξαν παρίστασθαι, apud Platonem. Non possunt probare quod intendunt, aut seditionem à me excitatam, aut alienigenas deductos in Templum. Quod hîc est παραστῆσαι, infra est ἀποδεῖξαι, Act. 25. 7. Accusatore autem non probante, reum absolvi necesse est [r].

14. *Confiteor*, &c.] Id fatetur quod ad Dei honorem maximè pertinebat, & apud æquum Judicem nocere ei non poterat, nempe, *esse se sectæ—Nazaræorum*, &c. non tamen contemptorem aut Dei, aut Legis, aut popularium [†]. ¶ *Secundùm sectam*] Vel, *viam illam*, Be. Pi. i. e. vitæ institutum, sive vivendi rationem [t], vel religionem, ut Act. 22. 4 [v]. ¶ *Quam dicunt hæresin*, Αἵρεσιν] *Sectam*, Er. Est hæc vox significationis mediæ, ut apparet ex Act. 5. 17. & 15. 5. & 26. 5. Ità Josephus usurpat de *Judæorum sectis*, de *Philosophorum* Græci, de *Medicorum* Galenus [x]. *Quam dicunt*, nempe Judæi [y] increduli [z], accusatores mei [a]. ¶ *Sic*, &c. Οὕτω λατρεύω, &c.] *Ità servire patrio Deo*, Pi. sim. Be. Deo Patrum, Abr. If. Jac. & cæterorum à quibus ortum duco. Vide Act. 3. 13. & 5. 30. & 7. 32. & 22. 14 [b]. *Sic*, sub. *ut quisquam alius*: vel, ad hunc modum sequentem [c]. ¶ *Credens omnibus*, &c.] Vide Act. 26. 22 [d].

15. *Spem habens*, &c.] Vide Act. 23. 6. Ἐλπὶς Hellenistarum respondet sæpe Hebræo בטח, vel מבטח; ideòque post se recipit εἰς, vel ἐπὶ, cum Accusativo. *Fiduciam hanc in Deo habeo*, *Futuram resurrectionem eam quam & isti exspectant* [*]. ¶ *Justorum & iniquorum*] h. e. Et improborum. Quare Pharisæi eo tempore utrorumque resurrectionem credebant: licèt posteriores Judæi vel justos tantùm, vel justos cum improbis quibusdam, resurrecturos contendunt [f]. Quæ melior erat inter Judæos sententia, à Christo probata, Mat. 25. 31, &c. Joh. 5. 29. Nota præcipuum hoc esse fidei objectum [g].

16. *In*, &c. Ἐν τούτῳ (subaudi vel χρόνῳ [h], vel πράγματι, vel τρόπῳ [i]) δὲ αὐτὸς ἀσκῶ] *Quin* (vel, *Igitur*, P.) *in hoc* (i. e. in hac re [k]. Placet. Sic in Epictetum Simplicius, cap. 37. ἐν τούτοις ἀσκούμενος· & Arrianus, 2. 16. ἤσκησας ἐν ταῖς ἀποκρίσεσιν [*]. Vel, *interea*, Be. Pi. vel *sic*, Æth. in Di. vel, *propterea*, Di. ex Sy. & Ar. Med. *propter hoc*, i. e. propter hanc fiduciam [l]. Ἐν τούτῳ, pro, διὰ τοῦτο ut, ἐν τῇ πολυλογίᾳ, *propter multiloquium*, Mat. 6. 7; ἐν θλίψει, *propter afflictiones*, Eph. 3. 13; ἐν βρώσει, *propter cibum*, Col. 2. 16 [m]. Hebraismus est, ubi ב, *in*, sæpe valet *propter* [n]; ut, בחמשה, *propter quinque*, Gen. 18. 28 [o].) *& ipse studeo*, Er. Vulg. Di. vel, *meditor*, Budæus in Be. Ἀσκῶ sæpe intransitivè sumitur, ut ἀσκῶ ποιεῖν, *studeo facere*, apud Xenoph. ἀσκεῖ in Hesychio, *meditatur*, *exercet se*, *allaborat* [p]. Sic & in Plutacho, ἤσκει—πίνειν· & alibi, γλώσσαις πολλαῖς ἤσκητο χρῆσθαι. Plerumque verò ἀσκεῖν cum Accusativo nunc rei, nunc personæ, ponitur [*]. Vel, *laboro*, Be. ex Sy. vel, *exerceo*, nempe *memetipsum*, G. sic P. Be. Pi. quod apud Hellenistas sæpe subauditur, quia Hebræi sæpe pro reciprocis usurpant modò activa, modò passiva [q]. q. d. Totus sum in hac re. Sic *Ascetæ* olim dicti Religiosi qui toti vacabant Deo & virtutibus [r]. ¶ *Sine*, &c. Ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν] Hoc rectius quàm ἔχων ut alii Codices habent [†]. *Habere* (vel, *Ut habeam*, P. Sy. sic Be. Pi. &c. *Ut servem*, G.) *conscientiam inoffensam*, Mo. vel, *sine offensa*, sive *offendiculo*, Be. Pi. Er. Il. P. &c. id est, quæ nusquam offendat [t]. *Ut intemeratâ conscientiâ sim præditus*, Ca. Idem quod, *nullam dare προσκοπὴν*, 2 Cor. 6. 3. aut ἀφορμὴν, 1 Tim. 5. 14. Confer 2 Cor. 4. 2. & 8. 21. Hesychius, ἀπρόσκοπον,

Marginal notes (left column): x G. · y Be. · z Pi. · a Be. · b G. · c Di. · d G. sim. Er. · * G. · f G. sim. Be. · g G. · i G. · k Zeg. sim. H g. & Dionys. in La. · l Er. La. · m G. &c. · m Er. · n La. Me. · o La. · p G. · q La. · r Be. · † G. · t G. · v G. sim. Be. · x Be. · y G. sim. Be. · z Be. · a G. · b Me. · c T. · d G. · * G. sim. L. · f Camer. · g G. · h Be. · i T. · k T. sim. Me. ex La. · l Pi. · m G.

Marginal notes (right column): n G. · o Camer. · p G. · q Be. · r G. · † Idem. · t V. ex Er. · v Pi. · x G. · y D. qu. Ebr 2 49. · z Zeg. Q. in Er. · a Pi. · b G. · c V. · d G. · * Idem. · f D. · g G. · h Pi. · i Q. in Di. · k Er. in Di. · * Pri. · l G. · m Di. · n Di. sic Med lib. 4. epist. 84. p. 1068. · o Di. · p Idem. · * Pri. · q G. · r La. · † C. · t Er. sim. G.

κοπον, ἀσκανδάλιστον [v]. Vox ἀπρόσκοπος est & Sirach. 31. 22. & 1 Cor. 10. 32. Phil. 1. 10. Προσκοπὴ & πρόσκομμα respondent Hebræis מוקש & נגף, quæ id significant quod Latinum *offensa* [x]. ¶ *Ad* (vel, *Apud*, Be. Pi. &c.) *Deum*, &c.] i.e. Ut judicio & Divino & humano nihil in me reprehendi possit [y]: vel, Ut neque Deum neque homines offendam ulla in re [z].

17. *Post*, &c. Δι᾽ ἐτῶν, &c.] *Pluribus autem annis interjectis*, Be. Pi. *Post annorum aliquot absentiam*. Sic διὰ habemus Gal. 2. 1. & alibi [a]. ¶ *Eleemosynas*, &c.] Quas in Asia collegeram, &c [b]. Tantum abest ut nocere, ultro prodesse ipsis volui [c]. ¶ *Et oblationes*] Confer Act. 21. 26 [d]. Tantum abest ut Deum, aut Legem, contempserim, obtuli victimas & alia legitimo ritu [*].

18. *In* &c. Ἐν οἷς] *Cum quibus*, V. *Inter quæ*, Be. Pi. i.e. quæ dum ago [f]. In quibus dum occupor [g]. Sic & Demosthenes, ἐν οἷς τὰς γεωργίας ἀπέλυεν, *quo tempore judiciis absolvebar*. Idem, ἐν οἷς τὰς εὐθύνας, &c. *quo tempore rationes meas obsignabatis*. In duobus cod. est, ἐν αἷς, nempe προσφοραῖς captus enim erat Paulus cum Nazaræis vacans rebus sacris [h]. Alibi, ἐφ᾽ οἷς [i]. ¶ *Invenerunt me purificatum*; ità Er. P. Mo. &c. Ἡγνισμένον] *Lustratum*, Ca. *Sanctificatum*, Il. Be. Pi. נזיר, *in casto*, abstinentem à vino aliisque rebus à quibus Nazaræi abstinent. Vide Act. 21. 24, 26 [k]. ¶ *Non* (sub. *tamen*, Be.) *cum turba*] Non cientem turbas [l]. *Sine concursu*. Vide suprà v. 12 [m]. ¶ *Neque cum tumultu*] Sic Be. Pi. &c. *Sine vi*. In Glossario, Θόρυβος, *tumultus, turba*. Vide Matth. 26. 5. & 27. 24. Marc. 5. 38. & 14. 2. Act. 21. v. 34. Respondet Hebræo מהומה & פחד. Nec de vi publica nec de privata teneor. ¶ *Quidam*, &c. Τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι] Vide suprà 21. 27 [n]. Plerique Codices post θορύβου adscribunt punctum, novámque hîc inchoant periodum [o], & cum sequentibus jungunt: ità in octo meis diversis editionibus reperio. Nec est cur ab antiqua hac & recepta lectione recedamus. Sensus planus est, *Quidam autem ex Asia Judæi*, sub. *sunt*, *quos oportebat apud te adesse*: vel, si liceret Encliticum τινὲς mutare in Interrogativum τίνες, sic legerem, τίνες δὲ; ἀπὸ τῆς Ἀσίας, &c. *Invenerunt me*, &c. *Quinam autem? ex Asia Judæi, quos oportuit adesse* [p]. Malim sic legere & distinguere, θόρυβον——τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι, οὓς ἔδει, &c. ut est in tribus MS. Codicibus [q]. Hoc rectius esse apparet tum ex historia Act. 21. 27. tum quòd alioqui durissimum hîc erit ac Lucæ præsertim insusitatum ἀνακόλουθον, & deerit rectus qui cum verbo εὗρον construatur. Potest tamen vetus scriptura retineri, si alliquid suppleatur [r]. [Sic ergò alii:] Imperfectus hîc sermo est, & sic supplendus [†], *Quidam ex Asia Judæi*, sub. *invenerunt me*, V. ex Er. vel, sub. ἐθορύβουν, *tumultuati sunt*, Sy. & Ar. in Be. q. d. Illi tumultum concitârunt, non ego [t]. Vide Act. 21. 27 [v].

19. *Quos*, &c.] Scil. Judæos Asiaticos [x].

20. *Aut hi ipsi* (sub. *qui hîc adstant*, V.) *dicant*] Hæc verba per parenthesin legenda. ¶ *Si quid*, &c. Εἴ τι, &c.] In MS. τί εὗρον, interrogativè. Optimè sic sensus cohæret. Quid maleficii, inquit, in me probârunt, cùm apud Synedrium res acta est [y]? Sed nihil hîc velim innovari: usitata est altera locutio, ut Joh. 18. 23. εἰ κακῶς, &c. Act. 25. 5. εἴ τι ἐστιν, &c. & in Lucian. εἴ τι ἐγκαλεῖς, εἰπὲ [z].

21. *Nisi*, &c. Ἢ περὶ μιᾶς, &c.] Est hîc Aposiopesis [a]. Oratio hiulca est [b]. *Nisi* (vel, *Aut*, Mo. Zeg. vel, *Quàm*, Er.) *de hac una voce*, &c. Er. Ti. Be. Pi. &c. *Nisi sit hoc unum verbum*, &c. Tre. ex Sy. *Nisi fortè criminosa est hæc unica vox*, &c. Ca. *Nisi hoc crimen esse volunt quòd palàm professus sum credere me mortuos à Deo posse resuscitari*, G. *Nisi fortè accusare me volunt quòd sic dixerim*, &c. V. *Aut de una*, &c. q.d. Si nihil aliud habeant, vel hoc objiciant crimen [c]. Non fatetur hoc crimen esse, sed εἰρωνικῶς loquitur [d]. Ipsi dicant si quid habeant, &c. aut ipse libere meipsum accuso de hac voce [*]. *Nisi quod ad unam hanc vocem attinet*, &c. P.

22. *Distulit——illos*; ità Pi. Er. Mo. &c. Ἀνεβάλετο αὐτοὺς] *Rejecit ipsos*, i.e. rem distulit [f], i.e. judicium [g]; vel, cognitionem causæ, & sententiæ pronunciationem [h]. *Ampliùs pronunciavit*, Ca. *Ampliavit eos*, P. Be. Optimè. Sic loquitur Cicero, & Livius. Solennis vox Judicis diffindentis erat, *Ampliùs*, supple, *cognoscendum*. Meminit Cicero Bruto, Asconius ad tertiam Verrinam, Donatus ad Eunuchum [i]. ¶ *Certissimè*, &c. Ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπών——διαγνώσομαι, &c.] Totum hoc Felici tribuendum est, & τὸ, εἰπὼν, explicandum est per trajectionem, qualis Luc. 5. 24. & 7. 42. & Act. 25. 5. nisi quòd h. l. inter duo membra ponitur, alibi plerumque in medio aliquo membro invenitur [k]. Sequor eos qui εἰπὼν hîc inter media verba censent interponi, hoc sensu, *Ubi exactiùs didicero quid sit de hac secta, & ubi Lysias venerit, causam istam terminabo*. Nam διαγινώσκειν est, *definire causam*: διὰ enim in compositione sæpe Consummationem significat. Statum hujus controversiæ videbat Felix partim esse legalem, partim inficialem. Legalis erat, An secta Nazarena esset contra Legem Judæorum: Inficialis, An Paulus concursum aut tumultum concitâsset. De priore audiendi erant complures viri eruditi, præter accusatores [l]; nec de ea constituere poterat Felix nisi viâ, sive sectâ, Pauli meliùs cognitâ [m]: at de altero testis certus erat ipse Lysias [n]. Quare meritò interlocutus est Felix [o]. Paulus utrumque prorsus inficiatur [p]. *Certò sciens* (vel, *Cùm exactè nôsset*, Er. V. *Exquisitiùs cognoscens*, Mo. sim. Val. Comparativus pro Positivo, nisi referas ad Lysiam, q. d. Felici notior fuit hujus sectæ ratio quàm Lysiæ [q]. *Ut qui exquisitè noverat*, Pi. *Satìs perspectum habens*, Ca. *Quia plenè cognoscebat*, Tre. ex Sy. sim. Q. in Be. vel, *postquam exquisitiùs pernovero*, Be.) *quæ ad hanc*, sive eam, *viam attinebant*, Er. Ti. sic Be. Pi. (vel, *de via hac*, V. vel, *eam viam*, Er. V. *eam institutionem*, Ca. *Viæ* nomine hîc intelligit, vel, 1. Sacerdotum mores & ingenia, quæ optimè novit Felix, ut facilè conjiceret, Paulum per invidiam & calumniam accusari [r]. Placeret, nisi quòd τῆς ὁδοῦ nusquam eo sensu invenio [†]. Vel, 2. Judaismum, sive jus Judaicum [t], sive religionem Mosis [v], & quantum ea distaret à Christiana [x]: unde constabat ei, Paulum nihil contra Legem admisisse: sed neque sic τῆς ὁδοῦ in N. T. reperio [y]. Vel, 3. institutum & religionem Christi [z], ut Act. 9. 2. & 19. 8, 22. & 22. 4 [a]. & Pauli: ex cujus sapienti & modesta apologia, sicut & ex Lysiæ literis, certò cognovit doctrinam vitámque Pauli seditiosam non fuisse [b].) *dicens*, *quum* (vel, *inquiens*, *cùm*, Be. Pi.) *tribunus Lysias descenderit, pernoscam causam vestram*, Er. V. &c. vel, *negotium vestrum*, Be. Pi. [Al. sic,] *Postquam, inquiens, exquisitiùs cognovero quæ ad sectam istam pertinent, quum——Lysias descenderit, pernoscam*, &c. P.

23. *Jussitque*, &c. Διαταξάμενός τε, &c.] Subaud. ἦν. *Edixit*, &c [c]. Participium pro verbo [d]. Sed præstat & εἰπὼν & διαταξάμενος referre ad verbum ἀνεβάλετο [*]. *Edicens etiam Centurioni*, Be. Alicui ex Cæsareensibus. ¶ *Custodire eum*] Neque enim ante absolutionem planè dimitti poterat L. Neque D. de custodia reorum [f]. ¶ *Et*, &c. Ἔχειν τε ἄνεσιν] *Haberéque relaxationem*, Mo. Pi. Er. V. sim. P. Be. Nempe à vinculis [g]. In Glossario, Ἄνεσις, *laxatio* [h]. *Sineretque eum relaxari*, Er. Il. Ti. *Et remissiùs haberetur*, Ca. ut mitiùs tractaretur [i]. ¶ *De suis*, Τῶν ἰδίων αὐτοῦ] *Ex ipsius familiaribus*, Be. Pi. sic Er. &c. ad verb. *propriis*, Pi. vel amicis, vel ministris, vel discipulis [k]. Hoc pro dignitate personæ constituit, quia civem Romanum esse intellexerat. L. 1. D. de custod. reorum [l].

24. *Veniens Felix*] Nam exierat ad uxorem accersendam. ¶ *Cum Drusilla uxore sua*] Fuit hæc neptis Antonii & Cleopatræ, teste Tacito, Histor. 5 [m]. filia Herodis Agrippæ [n], cui *Magni* cognomen erat [o], de quo Act. 12. 23 [p]. & soror Agrippæ [q] junioris [*], cujus postea fit mentio, fœmina libidinosissima [r], quæ, relicto contra Legem marito Azizo Emesenorum Rege circumciso, Felicem hominem incircumcisum, sui amore tactum, (ob formæ elegantiam [c],) secuta, nuptias cum eo fecerat, Jo. Annal. 20. 6 [d]. ¶ *Vocavit*, Μετεπέμψατο] *Accersivit*, Be. Pi. *Adduci jussit*, ut suprà v. 2. ¶ *Fidem*, &c.] Ut priorem partem sui in hac re officii exsequeretur [*].

25. *De justitia & castitate*, Καὶ ἐγκρατείας] *Et temperantia*, Er. V. &c. vel, *continentia*, Be. Pi. Camer. Quæ duo, præter Dei cultum, Religio Christiana exigit in summo gradu, Tit. 1. 8, 11, 12 [f]. Appositè loquitur Paulus [g], exemplo Baptistæ coram Herode talia dicentis, minimè deterritus [h]. Erat enim Felix injustus [i], avarus & justitiam venalem habens, v. seq [k]. Et Felix & Drusilla

Margin notes (left column): v Pri. x G. y V. z V. sic G. a G. b La. c G. d Pi. * G. f Pi. g G. ex Be. h Be. i Camer. k G. l Me. m G. n Idem. o Be. p Di. q Be. in Di. r Be. † V. sim. Er. t V. ex Er. sim. Zeg. v Zeg. x Er. y G. z Pri. a Zeg. b Be. c Er. d Be. * Zeg. f Camer. g Ca. h Pi.

Margin notes (right column): i G. k Be. l G. m Be. n G. sim. p Be. o G. p Be. q Er. r Q. in Be. † Q. in Be. t Q. in La. v Q. in Be. x Q. in La. y Be. z La. sim. Be. a Be. b La. c Pi. d Q. in Be. * Be. f G. g G. ex Be. h G. i La. Me. k Er. l G. m Idem. n Cap. o Camer. p Cap. q G. Be. * La. Me. r Be. c Cap. d G. sim. Be. Cap. Camer. * G. f Idem. g La. h T. i E. La. &c. k E.

silla adulteri erant [l]. Infandæ tum erant inter Gentes immunditiæ, fornicatio non reputabatur peccatum [m]. Continentia, inquit Aristot. est ἐπαινετὸν, sed non ἀρετή. Rectiùs Socraticæ disputationes dicunt, *omnem virtutem niti continentiâ*, & *incontinentem* nihil à bellua brutissima differre [n]. ¶ *Judicio futuro*] Etiam in malos, suprà v. 15. ¶ *Tremefactus*] Vel, *Metuens sibi*, si res sic se haberet: conscius sibi vitæ flagitiosæ, ut Tacitus nos docet, Annal. 12. Non erat justi hominis, *servili ingenio*, id est, *per omnem sævitiam ac libidinem, exercere jus regium*; quod de eodem Felice dicit Tacitus, Hist. 5. non erat continentis, à marito nolente uxorem abducere [o]. ¶ *Quod*, &c. Τὸ νῦν ἔχον πορεύου] *Quod nunc habens*, (Impersonaliter, ut, νῦν, ἔχον P. Vel, *Nunc quidem*, Sy. P. sic Camer. *Ad præsens*, Pi. *In præsentia*, Er. Il. Ti. Ca. Camer. V. *Ut nunc se res habent*, G. Be. Camer.) *vade*, Mo. vel, *abi*, P. Be. &c. *abeas*: non vaco nunc ejusmodi dissertationibus [q]. Lucianus, Τὸ δὲ νῦν ἔχον, ἀπίωμεν. Onomast. vetus, *Nunc*, τὸ νῦν ἔχον. Max. Tyrius, Dissert. 6. Ἀλλ' ἀπιέναι τὸ νῦν ἔχον. Tobiæ cap. 7. ἀλλὰ τὸ νῦν ἔχον ἡδέως γίνε [r]. ¶ *Tempore*, &c. Καιρὸν δὲ μεταλαβὼν] *Opportunitatem autem nactus*, &c. Be. Pi. Er. P. Mo. &c.

26. *Sperans quòd pecunia*, &c.] Nempe quia & civem Romanum esse intellexerat, & principem sectæ multorum millium. Pertinebat & hoc ad servile illud ingenium, erátque contrarium tum Hebræis legibus, Exod. 23. 8. Deut. 16. 19. tum & Romanis, Lege 1. l. 3. & 4. D. ad legem Juliam Repetundarum †. ¶ *Loquebatur*, &c. Ὡμίλει αὐτῷ] *Loquebatur* (vel, *Colloquebatur*, P. Be. G. &c.) *ei*, Mo. vel, *cum eo*, Er. P. G. &c.

27. *Biennio —— expleto*] Vel, 1. reatus Pauli [t], sive à captivitate Pauli [v], quam hucusque enarravit Lucas [x]; cujus proinde scopo, sicut & rationi computandi in Scripturis usitatæ, hoc maximè convenit †. Vel, 2. Præfecturæ Felicis in Judæa [y]. At hæc res per multos annos duraverat, suprà v. 10 [z]. Antea quidem præfuerat Trachonitidi, Bataneæ, & Gaulanitidi. Claudius autem sub finem imperii & vitæ eum præfecit Judææ [a]. Vel, 3. Imperii Neronis [b]: ut confirmari possit ex Jo. Antiq. 20. 7. Scriptura non semel ab Epochis tacitis sive non nominatis numerat, ut 2 Sam. 15. 7. 2 Chron. 22. 2. Ezec. 1. 1 [c]. ¶ *Accepit successorem*] Vide Jo. Antiq. 20. 7. & Belli Jud. 2. 24 [d]. Factum hoc videtur sub finem secundi anni Neronis *. [De quo vide Cl. Authorem hîc differentem.] ¶ *Volens*, &c. Θέλων τε χάριτας καταθέσθαι, &c.] *Volens gratificari*, &c. G. vel, *rem gratam facere*, V. sim. Ar. Ca. vel, *gratias* (vel, *gratiam*, Sy. Er. Il. Pi.) *inire*, P. Be. Pi. vel, *præstare*, Er. Il. Mo. Ti. sic Sy. ad verb. *deponere*, Pi. Χάριν καταθέσθαι, locutio est bene Græca, Demostheni quoque usitata & Xenophonti: quales locutiones non paucas habet Lucas, ubi non alios inducit loquentes, sed ipse loquitur, & quidem de rebus ad religionem non pertinentibus [f]. Χάριν καταθέσθαι habes & Act. 25. 9. & apud Herodian. l. 2. & Xenoph. παιδ. 8. Sic, εὐεργεσίας καταθέσθαι, in Herodiano; κλέος καταθέσθαι, in Platone & Herodoto [g]. Hoc fecit, ut innocentis incommodo iras populi redimeret [h]: qua de causa Pilatus quoque Christum supplicio affecit. Multa sæva & iniqua in Judæos patraverat Felix, quorum accusatus apud Neronem, per fratris Pallantis potentiam pœnæ ereptus est, teste Jo. Antiq. 20. 7 [i]. Impius gratiam hominum, quam quærebat, non obtinuit; nam à Judæis accusatus, vinctus missus est ad Neronem à Festo successore [k].

Margin notes (left): l La. — m E. — n Camer. — o G. — p Be. sic Camer. — q G. — r Pri. — † G. — t Idem. — v Me. ex La. sim. Li. chron. 127. ex Bed. Salm. Onuph. — x La. — † Li. ib. — y La. — z Li. in Acta, pag. 135. — a La. — b Baron. Lor. & Scal. in La. sic Li. ib. — c Li. ib. — d G. — * Cap. — f G. — g Pri. — h G. sim. Be. — i G. — k La.

CAP. XXV.

1. CUM, &c. Ἐπιβὰς τῇ ἐπαρχίᾳ] *Susceptâ provinciâ*, Er. Il. Ti. V. i. e. Judæa [a]. *Ingressus provinciam*, P. Mo. Ca. Be. *Cùm pervenisset in provinciam*, ut loquitur Trajanus ad Plinium, 27. *ingressus fines provinciæ*, ut Ulpianus. ¶ *Ascendit Jerosolymam*] Nam & hoc observare debebant Præsides, in quam primùm civitatem venirent vel applicarent. L. observare § ingressus [b].

2. *Adierúntque eum*, Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ] *Indicaverunt illi*, P. Mo. Tre. &c. idque privatim [c]. Vide ad Act. 24. v. 1 [d]. Accusationi in Paulum cœptæ instetere. ¶ *Primi*, &c.] Πρῶτοι hîc qui suprà πρεσβύτεροι. ¶ *Rogabant*, Παρεκάλουν] In Glossario, παρακαλῶ, *oro, obsecro, rogo* *.

3. *Postulantes* (vel, *Petentes*, P. Be. Pi.) *gratiam*] Ità Mo. &c. vel, *favorem*, Er. Il. &c. Judicis [f]. Vel, *beneficii loco*, Ca. sim. Ar. Χάρις hîc est, *beneficium*, ut apud Græcos sæpe; ut, Ἁ χάρις ἁ βραδύπους ἄχαρις χάρις, (*Beneficium serò collatum est beneficium sine beneficio.*) ¶ *Insidias*, &c.] Clandestinâ sicariorum usuri operâ, ità ut auctoritatem possent defugere [g].

4. *Respondit, servari*, &c. ità Mo. Ti. &c. Τηρεῖσθαι] *Ut servaretur*, &c. Er. Il. P. &c. i. e. Bene cum ibi servari, nec quicquam causæ esse cur transferretur, cùm ibi non minùs quam Hierosolymis accusari possit. Romani Præsides non semper in una urbe jus dicebant, sed ubicunque erant. ¶ *Se—profecturum*] Sub. *illuc*, P. Be. Pi. sic Er. Il. Ti. Hierosolymis nempe Cæsaream [h].

5. *Qui*, &c. Οἱ ἐν δυνατοὶ, &c.] *Qui ergò inter vos possunt*, Il. P. Pi. sim. Ca. vel, *potentes sunt*, Er. Ti. Ar. sim Tre. ex Sy. Mo. *primores sunt*, Zeg. quos suprà πρώτους vocavit [i]: qui cæteris honestiores sunt, & auctoritate pollent, ut vox δυνατοὶ sumitur Apoc. c. 6. v. 15. & apud Thucyd. Plut. Jo. Philost. Talibus accusationem permittit, ut quos libentiùs audiret, & quorum allegationibus faciliùs crederet: vel δυνατοὶ, pro δυνάμενοι · supple κατηγορεῖν, q. d. cæteris instructiores ad accusandi munus obeundum: tollit enim faciem ac formam judiciorum incondita multitudo [k]. Vel, istud *poterunt*, Be. ad verb. *possibiles sunt*, pro, *quibus possibile est*. Sic Act. 12. v. 18. *quid Petrus factus esset*, pro, *quid Petro factum esset* [l]. Al. *Quibus commodum erit*, G. ex Sy. sim. Er. V. Be. Sic dici solebat, *Queis commodum est, exsequias, te*: δυνατοὶ [Hebrew illegible] [m]. ¶ *Si*, &c. Εἴ τι ἐστὶν ἄτοπον, &c.] *Si quid est improbum*, &c. Be. Pi. Sic ἄτοπος, pro *improbo*, 2 Thes. 3. 2. & ἀτόπημα de scelere dicitur. Vide & Luc. 23. 41. Idem quod Hebr. נבלה, quod Lxx vertunt ἄσχημον & ἀφροσύνη · specie μειώσεως [n]. Al. *Si quid est*, &c. sub. *facinoris*, Camer. vel, sub. *quod accusare velint*, ex sequentibus. Sic Latinè dicimus, *Si quid habes*. Vox ἄτοπον non est in plerisque Libris, & videtur asscripta ex Glossemate [o]. At legitur in quinque vet. cod. emendatioribus [p].

6. *Demoratus*] Hierosolymis scilicet [q]. ¶ *Dies non*, &c. Οὐ πλείους ἢ δέκα] *Non plures quàm decem*, Pi. sic Be. Alii legunt, οὐ πλείους ὀκτὼ ἢ δέκα · quod verum puto: Ità enim legunt MS. Lat. & Sy. & Ar [r]. & tres cod. Græci †. Solemus sic loqui ubi ad numerum exactè definiendum notitia, aut memoria, non suppetit. Sic ὡσεὶ sæpe usurpant sancti Scriptores; ut Matt. 14. 21. Luc. 9. 14. & 21. 41. & 23. 44, &c [t]. Reliqui Codices Græci habent πλείους ἢ δέκα, omisso ὀ · quomodo & Chrysost. legit. Sy. Ar. & Æth. nec ὀ nec πλείους legunt, sed pro eo habent *octo*, hoc modo, *Et quum mansisset ibi dies octo aut decem*: quæ commodissima est lectio [v]. ¶ *Sedit pro* (vel, *in*, Be. Pi.) *tribunali*, Ἐπὶ τοῦ βήματος] Erant quæ de plano fieri poterant; majora non nisi pro tribunali. Hæc enim inter se opponuntur apud Suetonium, Paulum, & Papinianum [x]. ¶ *Jussit adduci*, Ἀχθῆναι] *Ad se duci*, G.

7. *Circumsteterunt eum*, Περιέστησαν] *Circumstetere*, G. sic Be. Pi. sub. *eum*, Be. vel, sub. *tribunal*, G. ¶ *Qui*, &c.] Legati à Senatu. ¶ *Multas & graves causas*, &c. Αἰτιάματα φέροντες] Rectè sic, non, ut alii Libri habent, αἰτιώματα. Dicitur αἰτίαμα eâ formâ quâ δίαιτα, ἀκέσματα, & similia [y]. *Crimina* (vel, *Criminationes*, Be. Pi. *Accusationes*, P. Mo. Tre. *Postulationes*, Camer.) *intendentes*, Er. Il. Ti. vel, *impingentes*, Ca. *inferentes*, vel *adferentes*, Camer. Be. Pi. sic Mo. Tre. P. ¶ *Non poterant probare*, Ἀποδεῖξαι] *Demonstrare*, Pi. Camer. &c. id est, plana facere [z]: quod παραστῆσαι, Act. 24. 13. Vetus est dictum, *Si accusâsse sufficiet, quis innocens erit?*

8. *Paulo*, &c. Ἀπολογουμένου αὐτοῦ Ὅτι] Illud ὅτι hîc abundat, Hellenistarum more: sequitur enim directa oratio. ¶ *In legem*] Quam perpetuò observavi. ¶ *In Templum*] Quod piè adii, nec quenquam in eo induxi alienigenam. ¶ *In Cæsarem*] Non docui rebellionem: nihil feci dixíve contra Cæsaris imperium [a].

9. *Volens gratiam*, &c. Χάριν καταθέσθαι] *Gratificari Judæis*,

Margin notes (right): c V. — d Be. G. — * G. — f Era. — g G. — h Idem. — i Camer. — k Pri. — l Di. — m G. — n Be. — o G. — p Be. — q G. — r Idem. — † Be. — t G. — v Di. — x G. — y Idem. — z Camer. — a G.

Margin notes (left, Cap. XXV): a V. — b G.

Judæis, Er. Ca. &c. *Gratiam inire à Judæis*, Be. Pi. *Gratiæ aliquid deponere apud Judæos*, Camer. *Beneficium fœnerari*, &c. Tre. ex Sy. [de quo vide Di.] Eadem locutio quæ Act. 24. 27. ¶ *Respondens Paulo*] i. e. Alloquens Paulum: nam sic ἀποκρίνεσθαι sæpe ponitur. Vide Act. c. 3. v. 12 [b]. ¶ *Vis — ascendere*] Nutare cœpit Præses, & Judæis indulgere [c]: Non tamen jubet, sed rogat [d], ne videretur iniquior in civem Romanum [*], in accusatorum gratiam locum judicii mutando. Alioquin & Hierosolymis jus dicebant Præsides, nec penès reos erat locum judicii deligere [f]. ¶ *Et ibi de his judicare apud me*, Ἐπ' ἐμοῦ] *Sub me*, Pi. In meo tribunali [g]. Vel, à Synedrio *me præsente?* Sic ἐπὶ & infrà sumitur 26. 2. Habebat Synedrium jurisdictionem quandam in Judæos, sed civitatis Romæ jus validius erat jure Synedrii: itaque invitus cogi non poterat illos agnoscere Judices. Solebant Præsides interdum adesse ordini civitatis, L. 1. § sed etsi [h].

10. *Dixit*, &c.] Et Judices illos, & Urbem, & iter ipsum, reformidans [i]. ¶ *Ad tribunal Cæsaris sto*] i. e. Decrevi stare, h. e. Romæ, ut hactenus Cæsareæ steti coram tuo tribunali [k]. Ἑστώς εἰμι] *Constitutus sum*. Est hîc Metonymia. Ubique enim Gentium erat jurisdictio Cæsaris [l]. Cæsar suum tribunal, quod tu nunc ejus vice occupas, habet hîc Cæsareæ, tanquam in metropoli provinciæ: ibi me oportet judicari, non Hierosolymis [m]. Rectè *Tribunal Cæsaris* vocat id quod Procurator habebat nomine ac mandatu Cæsaris. Vide ad Matth. 27. 2. Ulpianus, L. 1. D. de officio Procur. Cæs. *Quæ acta gestáque sunt à Procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobantur atque si à Cæsare gesta sint* [n]. ¶ *Ibi*, &c. Οὗ με δεῖ, &c.] *Ubi oportet me judicari*, Pi. Nam de cive Romano Præsidum Romanorum erat cognoscere [o]. ¶ *Judæis non nocui*] Vel, *injuriam feci*, Pi. Ideo judicium tuum non reformido, quia certus sum nihil à me læsos Judæos; iniquè eos de me queri. ¶ *Sicut tu meliùs nôsti*] Scil. *quàm ut opus sit me ea de re te docere*. Scis id ex Felice, & ex eis qui Felici in cognitione adfuerunt [p]. Κάλλιον, &c.] Sic 2 Tim. 1. 18. βέλτιον σὺ γινώσκεις [q]. *Pulchre*, Be. Pi. ad verb. *pulchriùs*, Pi. vel, *optimè*: ut sit comparativus pro superlativo [r].

11. *Si enim nocui*] Si id institutum quod sequor Judæos injuriâ afficit. ¶ *Aut dignum morte*, &c.] Et si ea injuria talis est quæ secundùm leges Romanas mortem mereatur †. ¶ *Non*, &c. Οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν] *Non recuso* (vel, *deprecor*, Sy.) *mori*, Er. P. Mo. Be. Pi. &c. vel, *quo minùs moriar*, Ca. Sincerum & intrepidum animum ostendit [t], & causæ fiduciam. Sic Philetas apud Curtium, lib. 6. *Si insidiatus, pœnam non deprecor*. In Aristoph. Acharn. Dicæopolis, Μηδὲν μ' ἀντιβολήσητε... ubi Scholia, Οὐ τὸ θάνατον παραιτοῦμαι, ἀλλὰ πρῶτον ἀκοῦσαι ἀξιοῦ, ἤ τότε, ἐὰν ᾖ δίκαιον, ἀποθανεῖν [v]. Simile illud Demetrii apud Livium, l. 50. *Ego, si quid impiè in te, pater, si quid sceleratè in fratrem, admisi, nullam deprecor pœnam* [x]. ¶ *Si*, &c. Εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν, &c.] *Si verò nihil est* (sub. *eorum*, sive *ex iis*, Er. P. Ca. Be. Pi. &c. ὧν, pro, ἐκείνων ἅ [y]: & sub. *in me*, G.) *quorum*, vel *de quibus*, *isti me accusant*, Er. P. Be. Ca. Mo. &c. ¶ *Nemo potest* (salvo jure scilicet, cujus Romani sunt observantissimi [z]: δύναται) enim hîc ad *facultatem legitimam* refertur [a].) *me illis donare*; sic Be. Er. Ti. Ar. Χαρίσασθαι] *Condonare*, Il. Ca. Pi. Æth. vel, *Gratificari*, P. Mo. *Dono dare*, Tre. ex Sy. Ut pro suo arbitratu in me sæviant [b]. Præsidem tacitè perstringit, &c [c]. *Nemo jus habet ut me illis donet*. Sic Herodes apud Jo. Belli Jud. 2. 5. accusatur, τὸ τῆς Ἰουδαίας αἷμα κεχαρίσθαι τοῖς ἔξωθεν δήμοις. Philo eundem sensum sic eloquitur, ... ὁ τυχὼν τινὶ παρὰ τοῦ δωρεᾶς· μεῖζον δ' ἀγαθὸν οὐδὲν αὐτῇ παρέξεις, ἢ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκδίδως ... *Donat reum inimicis qui eum ipsorum judicio tradit* [d]. ¶ *Cæsarem* (vel, *Cæsaris protectionem*, Tre. ex Sy.) *appello*; ità Er. Pi. Mo. Ca. Be. Pi. &c. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι] *Ad Cæsarem provoco*, Camer. Licebat hoc Romanis legibus in tali casu [*]. Nam ante sententiam appellari potest, si quæstionem in civili negotio habendam Judex interlocutus sit, vel in criminali contra leges hoc faciat. L. Ante D. de Appellationibus recipiendis. Erat autem contra leges Romanas civem Romanum provincialibus hominibus judicandum tradere, & id nolentem. Plinius in Epistola de Christianis, *Fuerunt alii similis amentiæ, quos, quia cives Romani erant, annotavi in Urbem remittendos*. [Hoc vult Paulus, qu. d.] *Si vis me Synedrio judicandum tradere*, (id enim videbatur agere Festus) *ad Cæsarem Neronem appello* [f]. Hoc fecit tum ex monitu oraculi, Act. 23. 11. tum ut & vitæ salutique suæ, & Ecclesiæ, consuleret; tum ut Neronem sibi & Christianis conciliaret, &c [g].

12. *Cum concilio*] Malim *consilio*, G. i. e. Cum suis consiliariis [h], judicibus, qui sibi assidebant [i]; vel, cum membris Synedrii Judaici [k]. Mos erat Romanis Præsidibus agere res magnas de Concilii sententia. Vide ad Matt. 27. 19. ¶ *Cæsarem appellâsti?* &c.] Meliùs sine interrogatione, *Cæsarem appellâsti*, i. e. quandoquidem ad Cæsarem provocâsti, *ad Cæsarem ibis*. Provocatio non erat simpliciter facta, sed sub conditione. Verùm Festus libenter arripiebat occasionem quâ se ab hac molestia & invidia liberaret [b].

13. *Cùm dies*, &c.] Eadem locutio Marc. c. 16. v. 1. Act. 27. 9 [b]. *Agrippa*] Josepho dictus *Agrippa junior* [c], filius Herodis Agrippæ, de quo Act. 12 [d]; sive *Agrippæ Magni*, ut Josepho dicitur; sive *Herodis*, ut simpliciter in Act. Apost. dicitur [*], frater Drusillæ & Bernices [f]. Hujus meminit & Talmud. Hierosf. Fuit hic Rex Chalcidis primùm, deinde Batanææ, Trachonitidis, Gaulonitidis, quibus addidit Nero Abilam, Juliada, Tarichæas, & Tiberiada. Josephus, Belli Jud. 1. 21, 22. ¶ *Et Bernice*, Βερνίκη] Est nomen Macedonicum, pro φερενίκη· nam Macedones φ in β mutabant. Sic & Βρύγας dicebant pro Φρύγας. Ità quæ *Berenice* Valer. Max. 8. 6. eadem Plinio *Pherenice*, 7. 41 [g]. Fuit hæc soror Agrippæ minoris, sive junioris [h], nupta (quod per legem non licebat) patruo suo dicto Herodi, &, post mortem ejus, Polemoni, Ciliciæ Regi [i]. Vide Jo. Antiq. 19. 7. & Belli Jud. 2. 26, 28. Fuit hæc fœmina infamis in fratre, ut nos docet Josephus 20. 5. eóque referendum illud Juvenalis, ——*Deinde adamas notissimus, & Berenices In digito factus pretiosior: hunc dedit olim Barbarus incestæ dedit hunc Agrippa sorori*. Falluntur enim Scholiastæ, qui aliò hæc trahunt [k].

14. *Festus regi indicavit*, Ἀνέθετο] *Exposuit*, Be. Pi. Camer. *Retulit*, Camer. V. Be. G. Verbum hoc sensu non sumitur apud Authores linguæ Græcæ [l]. Græca vox facta ad modum Latinæ. Hebræi dicerent הגיד [m]. Significat, amicè & familiariter commemorare alicui quod jure non teneris [n]. ¶ *De Paulo*; ità Be. Æth. Τὰ κατὰ Παῦλον] *Causam*, vel *negotium*, *Pauli*, Er. Tre. Ca. Camer. V. &c. *Quæ ad Paulum*, P. Mo. Pi. sub. *pertinebant*, Pi. sic P. Quæ erga Paulum acta essent [o].

15. *Adierunt*, Ἐνεφάνισαν] *Accusationem attulere*. Vide suprà v. 2. & Act. 24. 1 [p]. ¶ *Postulantes* (vel, *Petentes*, Be. Pi.) *adversùs illum damnationem*; sic P. Mo. Be. Pi. Δίκην] *Supplicium*, Camer. sic Ca. id est, juris exsecutionem [q]. Postulabant ut fictâ specie cognitionis Paulus videretur jure damnatus, ut docent verba seq. *Sententiam*, Er. Il. Ti. vel, *Cognitionem*. Nam *damnationem* quis postulat à Judice indictâ causâ †? Imò Judæi id olim postulârunt in Christum, nunc in Paulum. Δίκη tria significat; 1. actionem coram Judice: 2. Judicis cognitionem: 3. cognitionis executionem, ut h. l. Ut igitur κρίνω, κρίσις, accipiuntur pro κατακρίνω, κατάκρισις [t], ità δίκη hîc pro καταδίκη [v], ex collat. v. seq [x]. quomodo scriptum in duobus Codicibus [y], & in MS [z]. Δίκη, inter alia multa, *ultionem*, sive *pœnam*, significat, ut Hesiod. ἔργ'. 237. τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται· & v. 275. Hinc διδόναι δίκην, sive δίκας, *pœnas dare*, id est, puniri; sic & τίνειν, vel ἀποτίνειν, δίκην, eodem sensu ||.

16. *Non*, &c. Οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαι — εἰς ἀπώλειαν] *Non esse Romanis* (neque Judæis, ut in Sanhedrin legitur [a]; neque aliis populis; est enim juris naturæ & gentium [b]:) *morem quempiam concedere* (vel, *donare*, Mo. *ut dedant*, P. *condonare*, Ca. *ob gratiam dare*, Er. Il. Ti. V. sub. *alteri*, G.) *perdendum*, Be. Pi. vel, *ad pœnam*, P. *ad necem*, Ca. *ad perditionem*, Mo. Pi. sim. Zeg. G. Val. Er. nempe indictâ causâ, ut mox explicat [c]. Idem de Romanis observant Appian. & Philo, [verbis à G. productis.] Attulimus plura huc pertinentia ad titulum Digestorum de requirendis, vel absentibus damnandis. Χαρίζεσθαι suprà vidimus, v. 11. Est autem curtata h. l.

[b] G. [c] T. [d] La. [*] T. [f] Le. [g] T. [h] G. [i] Idem. [k] T. [l] Camer. [m] Me. [n] G. [o] G. sim. Ham. [p] G. [q] Pri. [r] Le. † G. [t] La. [v] Pri. [x] G. [y] Pi. [z] Sch. [a] G. [b] Me. [c] La. Me. [d] G. [*] G. sim. Camer.

[f] G. [g] La. [h] Me. [i] Pi. [k] Ham. [b] G. [b] G. [c] Cap. [d] G. sim. Cap. La. Me. [*] Cap. [f] Me. ex La. [g] G. [h] Cap. T. ex La. sic G. D. &c. [i] G. sim. Be. [k] G. [l] Camer. [m] G. [n] Be. [o] V. [p] G. [q] Camer. † Er. [t] Be. [v] Be. Pi. [x] Be. [y] G. || Sch. [a] Di. [b] Me. ex La. [c] Be.

h. l. locutio [d]. ¶ *Præsentes* (vel, *In conspectu*, P. Be. Pi. G. ità לפני vertitur Exod. 30. 6 *. *Ad conspectum*, Mo.) *habeat*; ità Er. Il. Ti. sic Ca. Κατὰ πρόσωπον ἔχοι] Vide Cicer. Verrin. 3 [f]. ¶ *Locúmque*, &c. Τόπον τε ἀπολογίας λάβοι] *Et locum* (vel, *tempus*, Ar. vel, *copiam*, G.) *defensionis* (vel, *defendendi*, Er. Il. Ca. &c. nempe *sui*, Ca. vel, *ad dicendam defensionem*, Tre. ex Sy. vel, *causæ pro se dicendæ*, vel, *defendendi illatum crimen*, Camer.) *accipiat*, P. Mo. Be. Pi. &c. Τόπος hîc non est *locus physicus*, sed *concessio*, *potestas*, dato spatio temporis se ad Apologiam præparandi [g].

17. *Sine*, &c. Ἀναβολὴν, &c.] *Absque ulla dilatione*, Be. Pi. &c. Ἀναβολὴν ποιεῖν est aliquoties apud Plutarchum pro, *moram interponere* [h].

18. *Cùm*, &c. Σταθέντες] *Stantes*, Mo. *Cùm stetissent*, Er. Il. Ti. vel, *adstarent*, Il. P. Ti. Be. Pi. *præstò essent*, Ca. ¶ *Nullam*, &c. Οὐδεμίαν αἰτίαν ἐπέφερον ὧν ὑπενόουν ἐγὼ] *Nullum crimen objiciebant* (vel, *intentabant*, Er. *intendebant*, V. *proferebant*, vel, *in medium afferebant*, Pi.) *eorum* (vel, *super his rebus*, Ti.) *quæ* (vel, *de quibus*, Ti.) *ego suspicabar*, Be. Pi. &c. vel, *cujusmodi opinatus eram*, Ca. v. g. de delicto capitali aut maleficio [i]: de rebellione, de vi armata, de seditione [k]. Αἰτίαν ἐπιφέρειν inter locutiones melioris Græciæ est, usurpata à Plutarcho, & Eunapio. Sic legimus ἐπιφέρειν & ἐγκλήματα, in Dione; & ζημίαν, in Philone; & θλίψιν, Phil. 1. 16 *.

19. *Quæstiones*——*quasdam*] Vide Act. 23. 29. ¶ *De sua superstitione*] Sic Quintil. 3. 8. *Primus Judaicæ superstitionis auctor.* Sic Ulpianus in lege qui ad tempus D. de Decurionibus, *Eis qui Judaicam superstitionem sequuntur Divi Severus & Antoninus honores adipisci permiserunt: sed & necessitates eis imposuerunt, quæ superstitionem eorum non læderent* [l]. Impiè loquitur profanus homo de veri Dei cultu, nihil etiam Agrippæ Regis præsentiam veritus [m]. ¶ *Vivere*] Id est, Resuscitatum esse [n].

20. *Hæsitans*, &c. ità Er. Il. Mo. Ἀπορούμενος, &c.] *Dubitans*, &c. Pi. Ca. *Incertus*, &c. Be. ¶ *De*, &c. Εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν] *In eam quæ de hoc quæstionem*, Mo. *De*, vel *Super*, *ejusmodi quæstione*, P. Ca. Be. sic Pi. Εἰς ζήτησιν, pro, ἐν ζητήσει. Vel, *Quod ad quæstionem de hac re attinet*: ut subaudiatur ἀναβλέπων, *respiciens* [o]. MS. non habet εἰς· & solet ἀπορέω sæpè construi cum Accusativo. Cùm ego in rei istius inquisitione hærerem, ignarus scilicet disputationum quæ sunt inter Judæos, & ex quibus normis eæ sunt dijudicandæ [p]; & dubitans num à me, an verò à Synedrio Judaico, causa hæc dijudicanda esset [q]. Hîc peccatum suum tegit. Cur enim reum non absolvebat, in quem nihil probaretur [r]? ¶ *Et ibi judicari*] A Synedrio, ut suprà diximus †. Malim verbotenus locum reddere, *Inops autem consilii ego ad quæstionem de hac re*, solvendam nempe & expediendam [t].

21. *Ut*, &c. Ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι, &c.] *Quum appellâsset*, sive *provocâsset*, *ut servaretur* (est ἔλλειψις, pro, εἰς τὸ τηρηθῆναι· *in hoc appellavit ut servaretur* [v]) *cognitioni* (vel, *ad cognitionem*, V.) *Augusti*, Be. Pi. Nempe Cæsaris [x], Neronis [y], quem honoris causâ [z], vel in gratam primorum antecessorum memoriam [a], Σεβαστὸν vocat, quod *venerandum* significat, & instar Numinis sanctè colendum [b]. *Cæsar* & *Augustus* Principatûs vocabula, Tacito Histor. 2 [c]. à duobus primis Imperatoribus [d]. ¶ *Jussi servari*, &c.] Manere debebat Paulus in custodia donec Cæsar cognosceret: nihil enim novandum appellatione interpositâ. Vide quæ ad titulum ejus argumenti in Digestis diximus. Pro τηρεῖσθαι MS. habet, ἀναπέμψω *.

22. *Volebam*, &c. Ἐβουλόμην, &c.] Ellipsis particulæ ἂν, ut Rom. 9. 3. ηὐχόμην, &c [f]. *Velim*, &c. Be. Pi. *Vellem*, Camer. V. Curiositate ducebatur quali olim Herodes, Luc. 23. 8 [g].

23. *Cum multa ambitione*; ità Mo. Φαντασίας] *Fastu*, Ar. Tre. *Strepitu*, Er. Zeg. *Splendore*, Pi. *Apparatu*, Er. Ti. Ca. V. *Apparatûs specie*, Camer. *Ostentatione*, Il. P. Be. Pi. Camer. Utitur hâc voce eodem sensu & Polybius [h], (l. 16. ubi de P. Scipione loquens Romam redeunte, ὥστε τῆς προσδοκίας τῆς πολλῶν ἀκολουθεῖν τῷ μεγέθει τῶν πράξεων, μεγάλην φαντασίαν περὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν τοῦ πλήθους εὔνοιαν πρὸς αὐτὸν γενέσθαι [i]· (*Cujus viri cum ea esset exspectatio quæ par erat tantis rebus gestis, & summam speciem ejus pompa habuit*, &c.)) & Hipparchus, & Chronicon vetus, & Chysostomus aliquoties; Sopater quoque, πομπικῶς καὶ μετὰ πολλῆς φαντασίας. Bardesanes apud Eusebium de Bactrorum mulieribus, ὑπηρετούμεναι ὑπὸ παιδίσκων καὶ νεανίσκων——μετὰ πολλῆς φαντασίας ἐφίππιοι, κοσμηθεῖσαι πολλῷ χρυσῷ, &c [k]. Aristot. Rhet. 3. *Cuncta ista sunt* φαντασία, *species & pompa.* Hippocrates, *Fieri nihil vult curiosè neque* μετὰ φαντασίης, *ostentatoriè.* Athenæus l. 5. de Athenione, *Cùm nè Romanorum quidem quisquam* ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ, *tanto apparatu delicias faceret* [l]. Laertius de Dione, φαντασίαν ἐπιτεχνώμενος, &c. *Hoc excogitavit ut magnum haberet comitatum, nautis habitum Discipulorum induit*, &c [m]. Φαντασία idem quod ἐπιπομπή, 1 Mac. 9. 37. pompa & exterior apparatus [n]. Hîc propriè est *Apparentia*, speciosus videlicet pompæ ac magnificentiæ Regiæ splendor [o]. Hinc φαντασιοσκοπεῖν, Sir. 4. 33 [p]. Physici vocant φαντασίαν vim facultatémque visorum, in animis apparentium, & specie quâdam imaginibúsque sese ostendentium; & φαντάσματα, illa visa [q]. Hanc pompam opponere videtur vinculis Pauli, quibus Christo conformis evasit, Phil. 3. 10 [r]. ¶ *In auditorium*; ità Be. Pi. &c. Ἀκροατήριον] Jurisconsultorum verbum pro loco ubi sedent Judices, &c †. Græca vox facta ad exemplum Latinæ. Est enim in Jure Romano frequens hoc sensu vox *auditorii.* Syrus bene vertit, בית דינא [t]. ¶ *Cum tribunis*, Χιλιάρχοις] *Præfectis cohortium*, G. ¶ *Principalibus*, &c. Τοῖς κατ' ἐξοχὴν οὖσι, &c.] Pro, τοῖς ἐξόχοις· quomodo, τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, 1 Tim. 2. 2 [v]. [Sic vertunt, *Eminentibus* (vel, *Excellentibus*, Ca. *Primoribus*, Tre. ex Sy. sim. Æth. *Dignitate præstantibus*, Camer. Ad verb. *Qui secundùm eminentiam*, sive *excellentiam*, *erant*, Pi. sic Mo.) *ejus urbis*, &c. Be. Pi. *Primis Cæsareensium*, G. Hi sunt quos vulgò vocamus, *Gens d'estat* [x].

24. *De quo* — *interpellavit* (vel, *compellavit*, Be. Pi. *adiit*, vel *convenit*, Er. V.) *me*; ità Er. P. Mo. Ca. Tre. Ti. G. Ἐνέτυχόν μοι] Bene ἐνέτυχον. Hesychius, Ἔντευξις, ἀπάντησις κατὰ τῶν πλημμελησάντων, δέησις εἰς ἐκδίκησιν· Vide suprà v. 1. Sic & 1 Macc. 8. 32. & 11. 25. ἐντυγχάνειν occurrit [y]. Glossa, ἐντυγχάνω, *interpello* [z]. Al. *Contra hunc virum* — *occurrit mihi*, Di. ex Sy. id est, hunc virum accusavit apud me. Ità sumitur & vox Syriaca קבל, & Græca ἐντυγχάνειν, hîc & Rom. 8. 33. & 11. 2. quibus locis valet, *occurrere alicui*, sive *contra aliquem*, i. e. accusare [a].

25. *Comperi*, Καταλαβόμενος] *Cùm comperissem*, Be. Pi. Καταλαμβάνειν, & Atticè καταλαμβάνεσθαι, inter alia est, *invenire*, *deprehendere*. Ità Act. 4. 13. & 10. 34. ¶ *Judicavi*, Ἔκρινα] *Constitui*, ut κρίνειν sumitur Act. 20. 16 [b]. *Decrevi*, Be. Pi.

26. *Domino*, Τῷ κυρίῳ] Id est, Cæsari [c]. *Domini* nomen ab Augusto & Tiberio recusatum [d], ut titulum nimis sublimem atque gloriosum *, posteriores Imperatores recepere [f]; ut docent Plinii ad Trajanum epistolæ [g]. ¶ *Produxi*, Προήγαγον] *In publicum produxi*, ut Act. 12. 6 [h]. ¶ *Maximè ad te*, (id est, ad cognitionem tuam, sive judicium [i],) *Rex Agrippa*] Judaicarum legum ac quæstionum non ignare, ut ex te audiam quid sit illud de Jesu Nazareno quod ei pro crimine objiciebatur, & ut aliquid certi exploratíque possim scribere [k]. ¶ *Ut*, &c. Ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης] *Ut re disquisitâ*, Ca. *Ut habitâ*, sive *factâ*, *quæstione*, Be. vel, *inquisitione*, P. Pi. *examinatione*, Er. Il. Ti. *interrogatione*, Mo. *Ut cùm inquisita fuerit causa ipsius*, Tre. ex Sy. Ἀνάκρισις hîc est, *prævia quædam inquisitio*, *non judicandi*, *sed Judicis edocendi*, *causâ.* Sumitur eo sensu à Marciano L. Divus Hadrianus, &c. Hanc ἀνάκρισιν *elogium* appellat Marcianus eâdem lege, & Tertul. ad Scapulam: *notoria*, lex ab accusatione D. ad SC. Turpillianum, &c. & Augustinus, epist. 159. & 160. Marcianus etiam, *interrogationes* [l].

27. *Sine ratione*, &c. Ἄλογον, &c.] *Præter* (vel, *Contra*, V.) *rationem* Be. Pi. &c. *Absurdum*, Camer. G. *Iniquum*, Er. V. *Stultum*, Zeg. ¶ *Et*, &c. Μὴ καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας, &c.] *Nec &* (vel, *Non etiam*, Be. Pi.) *eas quæ contra eum* (vel, *crimina in eum* collata, Be. Pi. *crimina ipsi objecta*, G. sim. Er. V. &c. Αἰτίας hîc dixit quod suprà v. 7. αἰτιάματα [m]) *significare*, Mo. &c.

CAP.

CAP. XXVI.

1. *Permittitur tibi*, &c.] Ut suprà 24.10 [a]. ¶ *Extensâ manu*] Ut solent dicturi [b], & ut innocentiæ suæ conscius [c]; vel, silentii causâ [d].

2. *Æstimo*, &c. Ἥγημαι] Pro ἡγοῦμαι [*]. ¶ *Apud te*; ità Be. Pi. &c. Ἐπὶ σοῦ] *Te præsente*. Non enim Judex erat Agrippa. Vide Act. 25.9 [f].

3. *Maximè te sciente*, &c. Γνώστην ὄντα σε, &c.] *Cognitorem existentem te*, &c. Mo. *Te gnarum esse*, &c. Il. P. Be. Pi. *Cùm tu gnarus* (vel, *peritus*, Ca.) *sis*, &c. Er. Ti. Ca. Est σολοικοφανὲς. Accusativus pro Genitivo, &c [g]. Sed nulla hîc est σολοικοφάνεια, cùm sic loquantur Græci Scriptores probatissimi, ut Sophocles Ajace, σὲ μὲν εὖ πράσσοντα ἐπιχαίρω, pro, σοῦ εὖ πράσσοντος [h]. Sic Halicarnassæus, ὡς δὴ ἀκινδύνων αὐτοῖς τοὔργον ἐσόμενον, pro, ὡς ἀκινδύνου, &c. *quasi res illis sine periculo esset futura*. Et apud Aristotelem, ὥσπερ οὐκ αὐτῷ χώραν τινὰ οὖσαν, *quasi ei non esset aliqua regio*. Sic rectè capi potest illud Eph. 1. 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς, &c. *illuminatis oculis mentis vestræ* [i]. Attici pro Genitivis absolutè positis usurpant Accusativos [k]. Frequens id apud Thucydidem [l]. Ità hoc loco, γνώστην ὄντα σε, pro, γνώστου ὄντος σου [m]. Al. *Quòd te sciam versatum*, &c. Sy. In uno enim Codice hîc additur εἰδὼς [n], in altero ἐπιστάμενος ità plana fit constructio [o]. Sed hæc constat addidisse audaculos aliquos, constructionem Græcam hîc hiare arbitrantes [p]. ¶ *Consuetudines*, &c. Ἐθῶν, &c.] *Rituum*, &c. Be. *Institutorum*, Camer. *Consuetudinum* (id est, rituum & ceremoniarum [q]: An gentes teneantur nostris institutis [r].) & *quæstionum*, Pi. vel, placitorum religionis [†]: ut de Divino afflatu, de Resurrectione, de Messia [t].

4. *Vitam*, Βίωσιν] *Vitam actam*, Be. Pi. q. d. *victionem*, Pi. Vitæ actus & mores [v].

5. *Præscientes*, &c. Προγινώσκοντές με ἄνωθεν, &c.] *Ut qui antea* (vel, *priùs*, Er. V. Idem est ἄνωθεν quòd modò ἀπ' ἀρχῆς, מאז [x].) *à longo tempore*, Di. ex Sy. propriè, *à superiori tempore*, id est, à multis hinc retrò elapsis annis. Hesychius, Ἄνω, inquit, *de superiori loco & tempore usurpatur* [y].) *noverint me*, &c. Be. Pi. ¶ *Si velint*, &c.] Si modò quod nôrint testari velint. ¶ *Secundùm*, &c. Κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν] Vide ad Act. 22.3 [z]. *Secundùm exquisitissimam* (vel, *exactissimam*, sive *diligentissimam*, Er. V. *certissimam*, Vulg. *verissimam*. Sic Gloss. ἀκριβέστατος, *verissimus* [a]. Loquitur ex opinione adversariorum, qui hanc pro sanctissima & religiosissima habent [b]. Hæc secta eruditior fuit ac rigidior quàm illa Sadducæorum, proximéque ad verum accedens [c]. Non dicit hoc loco *veram*, sed *exquisitam* [d]. Allusio est ad nomen *Pharisæi*, à פרש, quod non quamlibet *segregationem* significat, sed *accuratam* quandam & *exactam*, quæ fit subtili quâdam ratione [*].) *Sectam*, Be. Pi. ¶ *Nostræ religionis*; ità Camer. Pi. Θρησκείας] *Religiosi cultus*, Be. Θρησκεία significationem habet venerationis & cultûs Divini, & ceremoniarum [f]. Vox hæc à Thracibus venit, ut nos docet Plutarchus [g], ἀπὸ τῶν Θρᾳκῶν qui sunt & Θρῆσκες. Sacros autem ritus Orphea tradunt Græcos docuisse, cùm ex Thracia advenisset [h]. Est autem significatio hujus vocis media, Coloss. 2. 18. Jac. 1.26,27 [i].

6. *Et nunc in*, &c. Ἐπ' ἐλπίδι, &c.] *Ob spem* (vel, *De spe*, Er. V. vel, *fretus spe*, V.) *promissionis patribus* (scilicet nostris, ut innuit articulus [k],) *factæ*, &c. Pi. Be. Intelligit spem Resurrectionis [l], ut Act. 23.6. & 24.15. Promisit Deus *se futurum Deum Abrahami, Isaaci, & Jacobi*: illi autem in hac vita nihil supra cæteros habuere, nec res soli possederunt, præterquam ad sepulturam: indè colligebatur majora illis bona post hanc vitam reservari. Vide dicta ad Matth. 22.32 [m]. Al. *Spes* hîc metonymicè accipitur pro re sperata, id est, pro justitia & salute per Christum parta, quæ fuit objectum spei Patrum, quibus ejus promissio fuit facta [n]: ob quam prædicatam Paulus à Judæis accusatus fuit [o]. ¶ *Sto*, &c. Ἕστηκα κρινόμενος] *Sto* (ad verb. *Steti*) *reus*, Pi. vel, *in judicium vocatus*, Be. Pi. q.d. Ob id reus sum; ut Act. 23.6. *Stare* est reorum [p].

7. *In*, &c. Εἰς ἣν] *Ad*, vel *In*, *quam*, Be. Pi. V. intelligere vel promissionem, vel spem; id est, rem speratam [q]. ¶ *Duodecim tribus*; ità Be. Pi. Τὸ δωδεκάφυλον] Græcâ libertate novam vocem finxit Lucas, concinnè admodum; quomodo & δωδεκάσκηπτρον de re eadem dixit in epistola Clemens. Josephi tribum bipartitum pro una Paulus sumpsit, nè præteritos putemus Levitas [r]. Dices, Decem Tribus longè fuisse deportatas, neque cum Judæis è Babylone rediisse. *Resp.* 1. Non paucos ab Assyr. Rege in terra relictos fuisse constat ex 2 Chron. 34.7,9. & 35.3,17. Horum verò posteri licèt per multos annos non Judæis, sed Samaritanis, quoad religionis cultum se conjunxissent, tamen postmodum sub Assamonæis, subactâ non modò totâ terrâ Canaan, sed ipsâ quoque Idumæâ, & Templo Samaritanorum everso, certum est plerosque eorum adjunctos fuisse Judæis in religione, uno atque altero seculo ante Christum natum. 2. Etsi decem Tribus non redierint φυλαδὸν in terram Israel, multos tamen ex iis, Judæis commixtos, diversis temporibus rediisse verisimile est. 3. Decem Tribus non omnino defecisse ad Ethnicismum ex eo liquet, quòd *pro numero tribuum* oblati leguntur 12 hirci, Esd. 6. 17. & 12 juvenci, Esd. 8. 35 [†]. ¶ Ἐν ἐκτενείᾳ] *Assiduè*, Be. Ti. Ca. Er. sim. P. Mo. *Incessanter*, Ar. *Acriter*, Er. *Instanter*, Er. Il. Ti. V. *Intentè*, vel *Cum intentione*. Periphrasis adverbii Hebr [t]. *Precibus assiduis*, Tre. & Boder. ex Di. vel potiùs, *studiosis*, sive *incitatis*, sive *intensis*. Ἐν ἐκτενείᾳ non ad temporis extensionem, sed ardoris intensionem, retulit [v]. ¶ *Sperant devenire*, Καταντῆσαι] *Pervenire*, ut Act. 16.1. & 18. 19, 24. & 20. 15. & 21. 7. & 25. 13. Est vox apud Polybium frequens [x]. *Se occursuras*, Be. *Se perventuras*, Er. P. Ti. Ca. Pi. &c.

8. *Quid?* &c. Τί; ἄπιστον κρίνεται, &c?] Ità rectè distinguunt Græca scholia. Totam Judaici cultûs rationem ad spem immortalitatis ferri ostenderat: nunc conclusionem subjungit, quâ viam parat dicendis de Christi resurrectione [y]. *Quid? incredibile judicatur*, &c? Be. Pi. Camer. Al. *Cur?* (Τί; pro, διὰ τί; Ellipsis usitatissima [z].) *incredibile*, &c? V. מה פלא. Habes id loquendi genus apud Zach. 8.6 [a]. Εἰ hîc pro כי [b], ad modum Hebræi אם, Gen. 47.9. Num. 3.30. Psal. 63.7. & 139.10. Esa. 4.5 [c]. Sic Æschines, Ἐπιτιμᾷς δέ μοι εἰ μὴ [pro ὅτι] μὴ συνεχῶς —— προσέρχομαι [d].

9. *Existimaveram*, &c. Ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα] *Statueram* (vel, *Decreveram*, Camer. *Existimabam*, V. *Videbar*, G.) *apud me* (Ἐμαυτῷ construunt cum ἔδοξα, quasi pro, παρ' ἐμαυτῷ, ponatur [*]: vel, *mihi*, G.) *adversus nomen* (vel, *religionem*. Ὄνομα pro religione habuimus aliquoties [f]. Vel, *ad celebritatem nominis*, id est, adversùs prædicationem [g]) *Jesu Nazareni multa oportere me* (vel, *debere*, G.) *contraria* (vel, *hostilia*, G.) *facere*, Be. Pi. Al. *Existimabam me multa adversus nomen —— multa repugnando facturum*, Er. Ità ἐμαυτῷ construitur cum δεῖν. Non spernendum. Etsi enim usitatiùs diceretur, ἔδοξα ἐμαυτὸν δεῖν, &c. est tamen ubi Dativus usurpatur, ut in Aristot. problem. δεῖ τῷ πυρὶ διελθεῖν τοὺς ἅλας, *necesse est ignem subire sales* [h].

10. *Et multos*, &c.] Act. 9.2. & 22.5 [i]. ¶ *Detuli*, &c. Κατήνεγκα ψῆφον] *Tuli* (vel, *Detuli*, Er. Ti. Mo.) *suffragium*, Il. P. Be. Pi. Mo. vel, *sententiam*, Er. Ti. vel, 1. ut Judex, meo suffragio damnans Christianos [k]. *Meâ sententiâ damnavi*, Ca. *Sententiam in eos ferebam*, Ar. Vel, 2. ut minister aut executor [l], qui Judicum decretum *defert* [m]. At id ἀποφέρειν dicitur, non καταφέρειν [n]. Vel, 3. sententiam à Judæis judicibus latam in Christianos detuli ad Præsidem Romanum, ut is eam confirmaret [o]; & deinde ad officiales, sive ministros, quorum erat eam executioni mandare [p]. Καταφέρειν hîc ponitur pro φέρειν ut καταφέρειν ψῆφον sit, *calculum apponere*, h. e. assentiri & comprobare, quod συνευδοκεῖν, Rom. 1. 32 [q]. Quid si κατὰ hîc convenientiam significat, quasi dixisset, κατ' αὐτὸ ἤνεγκα ψῆφον, *secundùm id ipsum tuli suffragium*; id est, confirmavi suffragium: quod Sy. & Ar. dixerunt, *associavi me iis qui condemnarunt eos* [r]. Ad verb. *Detuli calculum*, id est, approbavi: Confer Act. 22.20 [†]. Approbavi assentiendo cædes illorum [t]. Ψῆφον φέρειν per κατάχρησιν etiam Æschines usurpat pro *comprobare*, à re fori ad alias translato significatu. Hoc dicit, Se Stephani interfectionem toto animo, verbis gestisque,

ftiſque, approbâſſe. Vide Act. 22.20. Et eſt plurale [αὐτῶν] pro ſing. ut ſæpe. Vide ad Matth. 9. 8 [v]. Al. Κατὰ hîc conſtrui poteſt cum [præcedente] αὐτῶν, acſi ſcriptum eſſet, ἤνεγκα ψῆφον κατ' αὐτῶν [x]. Etſi autem elegans hoc ſit apud Græcos dicendi genus, hîc tamen non probo [y]. ¶ *Puniens eos*; ità Be. Pi. &c. Τιμωρῶν αὐτοὺς] *Faciens eos flagris cædi*, ſuprà 22. 19 [z]. Vox hoc loco capitalem pœnam non ſignificat, quippe cujus poteſtas penès Judæos tunc non erat [a]. ¶ *Compellebam* (ſuppliciorum atrocitate [b]) *blaſphemare*, Βλασφημεῖν] *Maledicere*, Camer. G. vel, 1. Chriſto [c]; ut dicerent eum non eſſe Meſſiam [d], ſed juſtè à Pontificibus damnatum [*]: ad Chriſtum non ſimpliciter abnegandum, ſed exſecrandum, ut conſtat ex his Plinii verbis ad Trajanum, *Omnes — deorum ſimulacra venerati ſunt, & Chriſto maledixerunt* [f]. Vel, 2. Deo [g]. ¶ *Inſaniens* (vel, *Furens*, P. Be.Ca.Pi.) *in eos*; ità Er.Ar.&c. vel, *iis*, Mo. *adverſus eos*, P. Be. Pi. Ἐμμαινόμενος αὐτοῖς] Effrænem & furioſum impetum denotat [h]. *In eos velut furore accenſus*, G. ¶ *In exteras civitates*, Ἐἰς τὰς, &c.] Pro ἐν ταῖς, &c. *In urbibus extra Judæam*; qualis erat Damaſcus [i].

12. *In*, &c. Ἐν οἷς] *Inter quæ*, Be. Pi. *In his verſans, & hæc agens*, Er. V. vel, *Quarum rerum ſtudio*, Er. Il. Ti. V. *Quo tempore*, P. *Propter quæ*, Sy. & Ar. in Di. Vide Act. 24. 18 [k]. ¶ *Cum poteſtate & permiſſu*; ità Er. Ti. Tre. ex Sy. Ἐπιτροπῆς] *Procuratione*, P. Mo. Pi. In Gloſſario, ἐπιτροπή, πραγμάτων ἐφορίς, *procuratio* [l]. *Mandato*, Ar. Be. Hinc ἐπίτροπος, *tutor*, & ἐπίτροποι, *Procuratores* provinciarum [m].

13. *Supra ſplendorem ſolis*] Si Chriſti in terris agentis vultus ut Sol luxit, Matth. 17. 2. æquum fuit magis eum lucere jam in cœlo regnantis. Et ſi *juſti ut Sol ſplendebunt*, Dan. 12. 3. Matth. 13. 43. quantò magis omnium juſtorum Princeps [n]?

14. *Hebraicâ linguâ*] Sume ut Act. 21. 40. & 22. 2. ¶ *Durum*, &c.] Pleniùs hiſtoriam recitat quàm ſuprà cap. 9. recitata fuerat. Proverbium autem hoc, de his qui res ſibi malè ceſſuras moliuntur, ad Judæos à Græcis venerat. Primus [eo uſus eſt] Æſchylus, deinde Euripides, item Zenobius, Julianus. Secuti Latini, Terentius, Ammianus Marcellinus: [quorum omnium verba quære in G.] Hebræi dicerent, בעט על קטב. Syrus hîc, למבעטו לעוקסא [o].

16. *Sta*, &c.] Ut Dan. 10. 11 [p]. ¶ *Ut*, &c. Προχειρίσασθαί σε, &c.] Id eſt, ἵνα σε προχειρίσω. Vide Act. 22. 14 [p]. *Ut deſignarem* (vel, *præpararem*, Er. V. *conſtituam*, Er. Il. Ca. &c) *te*, P. Be. Pi. ¶ *Eorum quibus*, &c. Ὧν τε ὀφθήσομαί σοι] *De quibus*, vel *Ad quæ*, (vel, *Eorum per quæ*, V. G. *Eorum in quibus*, Be. Pi. vel, *Quorum causâ*, Me. ex La.) *tibi apparebo*, Camer. V. Be. G. &c. vel, *exhibebo me conſpiciendum*, Camer. ut ſcilicet ea te doceam [q]. Reſpiciuntur viſa Pauli plurima, Act. 18. 9. & 23. 11. 2 Cor. 12. 2 [r]. Hinc liquet, Chriſtum ſæpiùs apparuiſſe Paulo, multáque ei revelâſſe [†].

17. *Eripiens* (vel, *Eruens*, Be. Pi. *Eximens*, P. *Liberans*, Æth.) *te de populis*, &c.] Vel, *de populo*, Mo. Ti. Ca. vel, *ex hoc populo*, Il. Be. Pi. &c. *ex populo Judæorum*, Sy. τὸ *Judæorum* in 2 cod. hîc additur [t]. Ἐξαιρούμενός σε ἐκ τοῦ λαοῦ, &c.] Præſens pro Futuro, id eſt, *Exempturus te manibus Judæorum & Gentium*. Ità verbum hoc habuimus Act. 7. 10, 34. & 12. 11 [v]. ¶ *In*, &c. Ἐις οὓς, &c.] *Ad quos* (ſub. *populos*, V. εἰς οὓς, pro, εἰς ἅ. Syntaxis refertur non ad vocem, ſed ad ſenſum [x].) *nunc te mitto*, Be. Pi. vel, *ablego*, i. e. ablegatus ſum [y].

18. *Aperire oculos*] Mentis [z], ut Deum cognoſcant [a], & omnes officii ſui partes [b]. Præſtabis in ipſis ſpiritualiter quod tibi corporaliter eveniet [c]. Opus hoc eſt Dei, qui tamen honorem ſuum ad miniſtros transfert, ob Spiritûs ſui per ipſos efficaciam [d]. ¶ *Ut*, &c. Καὶ ἐπιστρέψαι] *Et convertas* eos, Be. Pi. Tranſitivè accipiunt, ut Luc. 1. 16, 17. Jac. 5. 19, 20. In reliquis omnibus N. T. locis intranſitivè accipitur pro *reverti*, *converti*, *convertere ſe*: atque ità Sy. Ar. Vulg. & Er. quos ſequor, nè Ellipſin ſtatuere ſit opus [†]. ¶ *A tenebris ad lucem*] Quod illo Chriſti fulgore ſignificatur [*]. Significat mentis noſtræ renovationem [f]. ¶ *De poteſtate Satanæ*] Sic vocat Idololatriam [g], vide Luc. 10. 18 [h]; & omnia vitia [i].

¶ *Remiſſionem*, &c.] Vide Act. 10. 43. Significat peccata ipſorum priora, quamvis gravia, nihil obſtitura ipſorum ſaluti. ¶ *Et*, &c. Καὶ κλῆρον ἐν τοῖς, &c.] *Et jus ad vitam æternam cum piis cæteris*: ἐν pro *inter*, ut Matth. 20. 26. ¶ *Per fidem*, &c.] Per quam purgantur corda [k]. Referendum hoc vel, 1. ad ἡγιασμένοις [l], vel, 2. ad λαβεῖν, ut oſtendit diſtinctio in vet. cod. poſt ἡγιασμένοις [m].

19. *Non fui incredulus*, Ἀπειθής] *Inobediens*, V. *Rebellis*, Be. Pi. *Non obſtiti contumaciter*, G. ex Sy. Reſpicitur locus Eſa. 50. 5. Tam potens illa vocatio tamen non adimebat ei obſiſtendi potentiam. Deus libera vult obſequia, non coacta [n]. ¶ *Cæleſti viſioni*] Vel, *illi apparitioni*, Be. Pi. cùm ſcilicet Chriſtus in ſplendidiſſima illa luce appareret [o]. Ὀράσει Θεοῦ, Ezec. 8. 3. Nam *cœlum* pro *Deo* poni notum eſt. Danielis interpres Theodotion ubique ponit ὀπτασίαν, alii ὅραμα, aut ὅρασιν [p].

20. *Converterentur ad Deum*] Rectè: nam Gentes falſos coluerant deos; Judæi verum Deum, ſed non ſicut oportebat. ¶ *Digna*, &c. Ἄξια τῆς μετανοίας] Vide Matth. 3. 8 [q]. *Convenientia reſipiſcentiæ*, Be. Pi. *Quæ decerent pœnitentiam*, V. ſim. Pi. ex Sy.

21. *Volentes*, &c. Ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι] *Tentârunt interimere*, Camer. ſic Er. P. Tre. ex Sy. Ca. Mo. &c. ut διαχειρίσασθαι ſumitur apud Herod. & Plutarchum [r]. [Verba vide in Camer.] Vel, *manibus* ſuis *interficere*, Be. Pi. vel, *violentâ* (vel, *injectâ*, Er.) *manu violare*, V. Er. non jure, ſed vi me tollere, & quidem in loco ſancto [†], ut antè Dominum, Act. 5. 30. ubi idem verbum [t].

22. *Auxilio*, &c. Ἐπικουρίας οὖν τυχών, &c.] *Sed* (vel, *Igitur*, Er. Mo. &c.) *auxilium nactus*, &c. Il. Be. Pi. Er. Ti. Mo. &c. *Sed divino præſidio*, Ca. Vide Pſal. 18. 18 [v]. ¶ *Teſtificans*, &c. Μαρτυρούμενος μικρῷ, &c.] *Teſtificans* iſta *tum parvis*, *tum magnis*, Be. Pi. id eſt, tum plebeiis, tum illuſtribus, perſonis [x]. Inſtituens omnis generis homines. Genus loquendi Hebraicum, Deut. 1. 17. 1 Sam. 5. 8. & 30. 2, 19, &c. ¶ *Nihil extra* (vel, *aliud*, P. Me. T.) *dicens*, &c.] Vide Luc. 24. 27 [y]. Quare illi me culpare nequeunt. Addit, *& Moſes*, non quòd Moyſes non fuerit Propheta, ſed ut ipſius excellentiam ſignificet ſupra reliquos Prophetas: q. d. & Moyſes, qui Judæis legiſlator, &c [z]. Eſt hîc in Græco trajectio & Græciſmus, ἐκτὸς ὧν, &c. pro, ἐκτὸς ἐκείνων ἃ μελλόντων γίνεσθαι, ἃ οἱ τε προφῆται ἐλάλησαν καὶ Μωσῆς [a].

23. *Si*, &c. Ἐι παθητὸς ὁ Χριστὸς] *Si paſſibilis Chriſtus*, Mo. Vulg. Sed παθητὸς hoc loco declarat non eum qui patibili ſit naturâ, ſive pati potuerit [b], de quo non dubitabant Judæi [c]; quippe qui Meſſiam & verum & merum hominem fore credebant [d]: ſed eum qui paſſurus fuerit [*], & pœnis noſtris ferendis deſtinatus [f]. *An* (vel, *Quòd*, Il. Nempe *quòd*, P. Tre. ex Sy. ſic Be. Pi. Ar.) *paſſurus fuerit*, ſive eſſet, *Chriſtus*, Er. Ti. Il. P. Tre. Be. Pi. &c. quòd paſſurus & moriturus eſſet, &c [g]. ignominioſâ ſcilicet crucis morte, &c. in eo enim Judæi ſcandalum patiebantur [h]. Duplex hîc improprietas: 1. Παθητὸς pro *eo qui debebat pati*, ut apparet Luc. 24. 27. Vide Dan. 9. 2. Tryphon Judæus, cum Juſtino diſputans, planè agnoſcit quòd nunc Judæi negant: ait enim, παθητὸν μὲν τὸν Χριστὸν, ὅτι αἱ γραφαὶ κηρύσσουσι, φανερόν ἐστι [i]. 2. Ei pro ὅτι [k], ut ſuprà v. 8 [l]. & apud probatos autores; quod docent Budæus & H. Stephanus [m]. Porrò, εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, mihi poni videtur pro, εἰ παθητὸν τῷ Χριστῷ, *quòd patiendum eſſet Chriſto*, ut Act. 25. 5. οἱ δυνατοὶ, pro, οἷς δυνατὸν [n]. ¶ *Si primus* (vel, *Ac primus*, P. ſic Be. Pi.) *ex reſurrectione*, &c.] *Primus reſuſcitatus ad vitam immortalem*. Ideo dictus *primogenitus ex mortuis*, Col. 1. 18. Apoc. 1. 5. ¶ *Lumen annunciaturus*, &c.] Ex Eſa. 42. 6 [o]. *Lux* eſt doctrina apertiſſima ad ſalutem [p], Luc. 2. 32 [q]. An ipſe eſſet *lux vera*, ut dicitur Joh. 1. 19 [r].

24. *Inſanis*] Emotæ mentis es, abſurda paſſionis Filii Dei & reſurrectionis deliramenta nobis obtrudens, idque tanto animi ardore & impetu [†]. Ea ſemper fuit eritque hominum impiorum & carnalium opinio de piis & ſpiritualibus, ut eos inſanos putent. Vide 2 Reg. 9. 11. Marc. 3. 21. Joan. 10. 20 [t]. ¶ *Multa* (vel, *Multa*, Tre. vel, *Nimiæ*, Ca.) *te literæ* (vel, *doctrina*, Tre. *ſcriptura*, Ar.) *ad inſaniam convertunt*; ità Er. P. Mo. &c. Περιτρέπει] *Redigunt*, Ca. *Adigunt*, Pi. ſic Tre. *Propellunt*, Be. Sic Theognetus Comicus, Ἐπαρίσεν ἐμα-

ὦ καῦλε, ὦ πανῦρε, γράμματα· Ἀντέςραφέν σε τ̃ βίον τὰ βίβλια. Eruditus erat Paulus non in Lege tantùm, sed & in Traditionibus, quæ resurrectionem & bona vitæ alterius apertiùs docebant. Nôrat linguas Hebræam, Syriacam, Græcam, Latinam: legerat & Poetas [v]. Pertinax studium melancholiam subindè inducit, indéque phrenesin & maniam, teste Aristotele [x].

25. *Optime*, Κράτιστε] Ut suprà 24. 3 [y]. *Potentissime*, V. ¶ *Sed*, &c. Ἀλλ' ἀληθείας καὶ σωφροσύνης, &c.] *Sed vera* (vel, *veritatis*, Vulg.) *ac sobria* (vel, *sobrietatis*, Er. Il.Mo.&c. *rectitudinis*, Tre. ex Sy. *sana*, Ca. Camer. *sanæ mentis*, Be. *salutaria*, Camer.) *verba eloquor*, Pi. P. &c. vel, *Profero hæc verè & modestè*. Refutat objectæ vesaniæ vitium [z]. *Quæ dico ea dico & sincerâ fide & bene animi compos*. Sic Homerus, Ἀλλὰ σαοφροσύνῃσι νοήματα πατρὸς ἔκλεψεν, (*Sed prudenter cogitationem patris occultabat.*) Et convenit origo: nam σώφρων est, ὁ σώζων τ̃ φρένα [a].

26. *Scit enim de his*, &c.] De miraculis factis per Jesum & Discipulos ejus. ¶ *Neque enim in angulo*] Id est, in locis occultis, ut hîc interpretatur Syrus. Sic Terentius Adelphis, *Interea in angulum aliquò abeam* [b]. ¶ *Quicquam horum gestum est*, &c.] Christi nimirum mors, resurrectio, &c [c].

27. *Credis—Prophetis?*] q. d. Crede ergò & Christo, de quo hæc prædixerunt Prophetæ [d]. Non oratores tantùm, sed & Paulus, hunc habent morem, ut sæpe alios interrogent, & mox sibi respondeant [*]. Hâc Apostrophe Paulus acrem stimulum infixit cordi Regis [f].

28. *In*, &c. Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι] *In parvo* (vel, *Modico sermone*, Ar. *Minimo negotio*, Sy. *In modico*, Il.V. i. e. paucis verbis, vel aliquantulùm [g]: Heb. כמעט; disertiores Græci dicerent, παρ' ὀλίγον [h]. Vel, ἐν ὀλίγῳ, pro, δι' ὀλίγου, sub. χρόνου, q. d. brevi temporis spatio: vel, sub. λόγῳ, i. e. brevi sermone [i]: vel, sub. μέρει [k]. *Modica ex parte*, Er. Ti. *Propemodum*, Tre.P.Ca.Be.Pi.) *me* (vel, *mihi*, P.Ca.Be.&c.) *suades* (vel, *persuades*, Er. Tre. P.Be.V.&c. *persuaderes*, Sy. *persuadebis*, Ar.) *Christianum fieri*, Mo. &c. *Parum abest quin mihi persuadeas ut fiam Christianus*. Est locutio bene Græca: nam & Plato dixit in Apologetico, ἔγνων ἐν καὶ περὶ τ̃ ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦτο. *Propè idem de Poetis cognovi*. In MS. Χριστιανὸν ποιῆσαι, *ut me Christianum facias* [l]. Sed vix crediderim, Agrippam in tali loco & conventu talem confessionem effundere velle [m], præsertim cùm Festus Paulum insaniæ arguisset. Mallem ergò sensum esse, q.d. Ad momentum me astringis; vis ut tantillo spatio Christianus fiam: ἐν ὀλίγῳ, nempe χρόνῳ· neque πείθειν *persuadere* est, sed *suadere* [n]. Dictum hoc ironicè [o], & cum irrisione; q.d. Falleris, ô Paule, qui me brevi oratione putas adduci ad Christianismum [p]: Christianum me nimis citò fieri vis [q].

29. *Opto*, &c. Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ] *Optârim* (vel, *Votum facerem*, Val. *Optârim utique*, Mo.) *à Deo*, Er.P.Tre. Be. Pi. V. &c. vel, *apud Deum*, Val. vel, *Deo*, Mo. Val. Opto mihi hoc à Deo concedi [r]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ] *Et paucis & multis verbis*, V. *Sive parum sive multum abest*, Val. *Et propemodum & admodum*, Be. Pi. *Et in pauco & in multo*, i.e. omnino, vel omni ex parte †. *Ut & parum absit & valde fiat*, Camer. *Non solùm aliquantulùm, sed etiam multùm*, V.Er. Et in infimo & in summo gradu [t]. *Non propemodum tantùm, sed planè*. Ideo addit, ἐν πολλῷ, quia alter, ἐν ὀλίγῳ, dixerat: servat enim idem dicendi genus. In MS. ὀλίγῳ καὶ μεγάλῳ, sine ἐν. ¶ *Exceptis vinculis his*] Omnia illis opto quæ in me sunt præter incommoda. *Vincula* autem vocat custodias sibi circumdatas. Popularis enim sermo *vincula* non tam strictè sumit quàm Jurisconsulti, L. Verum est D. de verborum signif. Tale est illud Virgilii, *Et fluvium vinclis innaret Clœlia ruptis: non enim obsides unquam ligantur*, ait Servius [v].

30. *Præses*] Festus. Vide Act.23.24. ¶ *Qui assidebant eis*] Consilium Præsidis, Act. 25. 12 [x]. Adsessores eorum, de quibus Act.25.23 [y].

31. *Et*, &c. Καὶ ἀναχωρήσαντες] *Et quum secessissent*, Be. Pi. vel, *in suas domos se recepissent*, G. vel potiùs, in cubiculum aliquod Tribunali adjunctum [z]. ¶ *Nihil morte*, &c.] Intellige, secundùm Romanas leges tunc latas: postmodum verò Nero capitale hoc fecit, &c [a]. ¶ *Fecit*; ità P. Πράσσει] *Facit*, Be. Pi. *Agit de vitæ instituto*. Tale & illud suprà 25. 11. εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ [b].

32. *Dimitti* (vel, *Absolvi*, Camer. G.] *poterat*] Ità Be. Pi. vel, *potuisset*, G. ¶ *Si non*, &c.] Nam appellatione potestas Judicis, à quo appellatum est, cessare incipit ad absolvendum non minùs quàm ad condemnandum. Crimina enim integra servanda sunt cognitioni Superioris [c].

Marginalia: v G. — x T. ex La. sim. Me. — y G. — z Camer. — a G. — b G. — c Me. — d T. ex La. — * G. — f T. ex La. — g V. — h Be. — i Q. in Be. — k Er. in Be. — l G. — m Heins. sim. San. — n Heins. — o Pri. — p San. — q Tri. — r Me. — † Glas. rhet. 2.3. 534. — t Ham. — v G. — x G. — y Pri. — z Pri. — a Ham. — b G. — c G.

CAP. XXVII.

1. UT, &c. Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν, &c.] *Ut autem decretum* (vel, *constitutum*, Er.G. ut Act.20.16. & 25. 25 [a]. *judicatum*, Vulg.) *fuit* (à Festo [b], cum Agrippa, &c [c].) *ut nos navigaremus*, &c. Be. sic Pi. Constructio (τοῦ κρίνειν cum Genitivo [d]) qualis suprà 3. 12 [*]. & 1 Cor. 2. 2 [f]. ¶ *Tradi*, &c.] Παρεδίδουν, &c.] *Tradiderunt*, nimirum οἱ περὶ τ̃ Φῆστον [g], Festus & qui ab eo mandatum acceperant. Frequens est apud Hebræos subaudire Nominativum verbo congruentem. At MS. παρεδίδου· ut ad unum *Festum* se referat oratio [h]. ¶ *Custodiis*, Δεσμώτας] Aliàs δεσμίοις [i]. *Vinctos*, Be.Pi. *Custodias*, Val. sic Camer. Bene admodum. Sic vocem *custodiæ* usurpant Suetonius Domitiano, Paulus in L.Carcer, & Venuleius L. Nè quis, &c. ¶ *Centurioni*] Vide Act. 10. 1. ¶ *Nomine Julio*] Liberto, credo, Juliæ domûs. Vide quæ ad Lucam. Sic Earinus dictus *Flavius*. In MS. tamen infrà est Ἰουλιανός. ¶ *Cohortis Augustæ*] Ità G. Nempe *ex legione Augusta*: quomodo illa Cornelii *ex legione Italica*, suprà 10. 1. Nam *Augusta* nomen legionis in antiquo lapide apud Lipsium ad Taciti secundum Historiarum [k].

2. *Navem Adrumetinam*, Ἀδραμυττηνῷ] Urbs hæc erat, vel, 1. Africæ [l], teste Plinio; vel, 2. Asiæ, in Æolide [m], sive Mysia [n], teste Stephano [o]; penè è regione Mitylenes: unde sinus ipse *Adramyttenus* dicitur [p]. Vox est Punica, חצרמות, Hebræi dicerent חצרמות, qu. d. *Ditis*, vel *Mortis, atrium*, vel, *Plutonis atrium*; forsan ob pestilentem aerem illius oræ: מות, *Pluto* [q]. Multæ sunt urbes dictæ חצר מות, Ἀδραμύττιον, Ἀδραμύτιον, Ἀτραμύττιον, Ἀδραμύττειον· nam tot modis hoc nomen scribitur apud Stephanum & apud alios. Celeberrima omnium est urbs Africæ maritima, de qua Procop. Vandalic. 2. de qua h. l. Navis hæc videtur Africanas merces in Syriam, deinde Syriacas in Lyciam, portâsse, ut ibi acciperet *Vina Syrâ reparata merce*, ut loquitur Horatius. Sic solebant Athenis ire naves primùm Menden aut Scionen, deinde in Bosporum. Idque etiam nunc fieri solet, ut onera bis térve, aut sæpiùs, mutentur [r]. ¶ *Incipientes*, &c. Μέλλοντες πλεῖν τοὺς κατὰ τ̃ Ἀσίαν τόπους] *Navigaturi* (vel, *Futuri navigare*, Mo. *Incipientes navigare*, V. Quod tamen iter non tenuerunt, sed tenere instituerant †. MS. μέλλοντι πλεῖν.) *juxta*, vel *secundùm*, (vel, *circa*, Mo.) *loca* (vel, *regiones*, Il.P.Be.Pi.) *Asiæ*, Er. Ti.&c. propriè sic dictæ, confinis ipsi Mysiæ [v]. Ab Africa veniebat navis; legebat oram Asiæ, & urbes quasdam maritimas negotiorum suorum causâ adibat. Πλεῖν τόπους, quomodo Virgilius,—*Tyrrhenum navigat æquor*. Sic, πλεῖν θάλασσαν, Demosth. Τόπους, i.e. μέρη, (*partes*;) maris nempe. ¶ *Sustulimus*, Ἀνήχθημεν] Ut Act. 16. 11. & 18. 21. & 20. 3. &c [x]. *Provecti sumus*, Be. *Solvimus*, V. Zeg. ¶ *Aristarcho*] Hic Christianus factus Paulum ex Macedonia in Judæam usque comitatus fuerat, Act. 19. 29. & 20. 4. Idem Paulum jam custodiæ datum ex amore in ipsum & veritatem comitari sponte voluit, Romæque primùm adjutor ejus, Philem. 24. deinde vinculorum particeps fuit, Col. 4. 10 [y].

3. *Sidonem*] Quæ satis propinqua Cæsareæ. Apparet id ex Ptolemæo. ¶ *Humanè*] Exemplo Felicis, Act. 24.23. ¶ *Permisit—ire*] Cum milite. ¶ *Curam*, &c. Ἐπιμελείας τυχεῖν] *Cum cura haberi*. Sic ἐπιμέλειαν σώματος dixit Galenus [z]. *Curam sui nancisci*, Mo. *Qui ejus curam gererent*, Ca. *Ut ab illis refocillaretur*, Be. Tre. vel, *curaretur*, Er.Il.Ti.P.Pi. Ad verb. *curationem eorum consequeretur*, i. e. officia humanitatis ad corpus curandum pertinentia ab iis perciperet [a].

4. *Subnavigavimus*, &c. ità Mo. Er. Ti. Ca. Ὑπεπλεύσαμεν,

Marginalia: a G. — b La. Me. Be. sic Er. — c La. — d Be. — * G. ex Be. — f G. — g Camer. — h G. — i Pi. — k G. — l Er. & G. ex Hi. La. Me. T. — m La. T. — n La. T. D. Be. — o D. ex Er. — p Be. — q D. — r G. — † Be. — t G. — v Be. — x G. — y Idem. — z G. — a Pi.

μεν,&c.] *Sublegimus*, &c. Il. P.Be. Pi. *Prætervecti sumus*, &c. Camer. *Circuivimus juxta Cyprum*, &c. Tre. ex Sy. *Navigavimus infra*, sive *subter*, *Cyprum*, Camer. Ca. Di. ὑπὸ, *sub*, i.e. infrà. Si ventus tulisset, direxissent iter rectò ferè cursu Sidone Myram supra insulam Cyprum, relictâ insulâ ad dextram. Jam verò obliquare cursum, & infra insulam declinare, debuerunt, relictâ eâ ad sinistram; adeóque insulam quodammodo circuire. Sic nautæ etiamnum dicuntur, supra rem in mari objectam navigare, quum rectâ viâ prætervehuntur; & infra eam, quum declinare & circuitu uti coguntur. Prius ὑπερπλεῖν, alterum ὑποπλεῖν dicitur [b]. Accuratè admodum totam hanc navigationem describit Lucas, *Navigavimus*, inquit, *ità ut à Cypro non longè abessemus. Non quòd rectum iter eò ferret, sed quòd ventus adversus cogeret & sinus & iter obliquare.* Sic & infrà v. 7 [c].

5. *Et*, &c. Τό, τε πέλαγος] Πέλαγος hìc significat *altum mare quod procul à terra est*, ut & Matth. 18. 6. & 2 Macc. 5. 21 [d]. ¶ *Ciliciæ*, &c. Τὸ κατὰ τὴν Κιλικίαν, &c.] *Quod est secundùm* (vel, *contra*, Er.) *Ciliciam*, &c. Be. Pi. i.e. quod Ciliciam alluit [*]. ¶ *Venimus*, Κατήχθημεν] *Descendimus*, V. Κατάγειν est, *appellere*, Luc. 5. 11. Act. 9. 30. & 21. 3. & 28. 12. In Glossario, Καταγωγὴ, *advectio*: Κατάγω, *advehor* [f]. ¶ *Lystram*, &c. Εἰς Μύρα τῆς Λυκίας] *Myra* (*urbem*, Be. sim. Er.) *Lyciæ*, Be. Pi. MS. & alii Λύστρα. Vox utraque corrupta, videlicet pro Λίμυρα· quod nomen & amni & urbi ad amnem sitæ in Lycia. Myra interiùs jacet, Lystra in Lycaonia est [g]. *Myra* numerat Strabo inter præcipuas Lyciæ urbes [h].

6. *Navem Alexandrinam*, &c.] Multæ naves ex Alexandria Italiam petebant, advehebántque frumentum ab Ægypto & Persicas Indicásque merces. Ideo soli jus habebant ad oram appellere non demissis supparis. Appellebant autem plerumque Puteolos. Et ad Pharum Puteolanam reficiendam fovendámque Alexandrina civitas contulit, ut ex Inscriptionibus discimus. Classis Alexandrina *Niliacus cataplus*, Martiali. ¶ *Transposuit*, &c. Ἐνεβίβασεν, &c.] Ἐμβιβάζειν est vox bene Græca: & Platoni etiam in Epistolis usitata, pro, *imponere in navem* [i]. *Imposuit nos*, &c. Er. Mo. Be. Pi. &c. Effecit ut ascenderemus [k].

7. *Cùm tardè* (vel, *graviter*, Tre. ex Sy.) *navigaremus*; ità Er. Il. P. Be. Pi. Βραδυπλοοῦντες] Vel, 1. ob multum onus [l]. Vel, 2. ob defectum venti [m]. Vel, 3. ob ventos adversos [n]. ¶ *Contra* (vel, *Secundùm*, Be. Pi.) *Gnidum*, Τὴν Κνίδον] Urbem [o], aut promontorium Asiæ, Cretæ insulæ objectum [p]. Al. oppidum in cornu peninsulæ Cariæ, ut testantur Pomponius Mela & Ptolemæus [q]. Al. Insulam Cariæ objectam [r], & Veneris simulacro & cultu nobilem [†]. ¶ *Prohibente nos vento*; ità Il. Ti. Pi. Μὴ προσεῶντος, &c.] *Non admittente*, &c. Er. vel, *sinente*, sive *permittente*, &c. G. Be. sic Tre. &c. sub. *appellere*, P. vel, sub. εὐθυδρομεῖν, *rectum tenere cursum* [t]. ¶ *Juxta Salmonem*] Cretæ vel urbem maritimam [v], vel promontorium Orientale [x]. *In eam partem in qua vicus est Salmone*: unde promontorium *Salmonium* Straboni & Ptolemæo. Vide & Dionys. Periegetem [y], [ejúsque verba in G.]

8. *Et*, &c. Μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτὴν] *Et illam vix prælegentes*, Be. Pi. Verbum nauticum est [z]. *Cùm difficulter locum eum præternavigâssemus*. Μόλις difficultatem sæpe significat, ut 1 Pet. 4. 18. Sirac. 26. 24. Παραλέγεσθαι hìc & infrà v. 13. est, *prætervehi*. Virgilius, — *& crebris legimus freta concita terris*, i. e. præterimus, ait Servius [a]. ¶ *Boni*, &c. Καλοὺς λιμένας] Manet hodiéque id nomen [b]. Stephano est, καλὴ ἀκτὴ, *pulcrum littus* [c], eodem sensu. Nam *bona ora* nautis dicitur ea quæ est portuosa [d]. ¶ *Thalassa*; ità Æth. in Di. Λασαία] *Lasæa*, Be. Pi. Sy. & Ar. in Di. Nulla, quod sciam, hujus mentio apud Geographos [*]. In MS. est Ἄλασσα. Et puto hanc veram esse lectionem, nec aliter legisse Arabem & Latinum, quanquam in illo *Alasia*, in hoc *Thalesta*, mutatione non multum à recto abeunte, legitur [f].

9. *Non esset tuta navigatio*, Ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοός] *Periculosa navigatio*, Er. P. Ca. Be. Pi. sim. Sy. [de qua Versione vide Di.] ¶ *Eò quòd*, &c. Διὰ τὸ καὶ τὴν νηστείαν ἤδη παρεληλυθέναι] *Quòd* (vel, *Eò quòd*, Er.) *jam etiam jejunium* (vel, *jejunii tempus*, Er. Il. Ar. Æth.) *præteriisset*, Be. Pi. P. &c. Sed quid hìc agit καί? Indicat navigationem duplici nomine fore periculosam, & quòd tempestas urgeret, & quòd instaret tempus per se incommodum navigationi [g]. Al. *Ob id quoque quòd ultra tempus sustinuissent inediam*, Ti. sic V. Non placet: 1. Quî inedia esse poterat, cùm essent in portu & insula amplissima, & pòst dicantur *navem exonerare frumento*? 2. Non quadrat verbum παρεληλυθέναι· oportet enim inediam non præteriisse, sed instare [h]. 3. *Inedia* dicitur ἀσιτία, at νηστεία ferè pro *religioso jejunio* usurpatur. 4. Articulus τὴν, ante νηστείαν, non quodvis jejunium, sed notum ac celebre, nobis designat [i]. Al. *Jejunium* hìc ponitur pro tempore jejunii [k]. Sed hoc neque nauticæ rei convenit, neque quicquam ad rem, h. e. ad navigandi periculum, facit [l]. Et quid Centurioni & nautis cum jejuniis Judaicis [m]? [Plerique tamen sic accipiunt:] Articulus τὴν innuit certum aliquod jejunium hìc denotari [n], vel, 1. Jejunium Judæorum [o]: quibus erat *jejunium* [mensis] *quarti, quinti, septimi, & decimi*, Zach. 7. Cùm autem h. l. *jejunium* absolutè dicitur, indubiè *magnum* erat hoc jejunium [p]. Intelligit hìc diem כפרים, ἱλασμῶ, sive diem expiationum [q], decimâ [die] mensis Tisri [r], Levit. 16. 29 [†]. Vide & Levit. 23 [t]. Tisri partim cum Septembri, partim cum Octobri, congruit [v]. Quo tempore nautæ omnes mare procellosum esse observant [x]. Hoc tempore Pleiades occidunt & mare tempestuosum reddunt [y]. Instabat jam November [z]. *Mense* [autem] *Novembri claudi maria* notat Vegetius [a]. Vel, 2. Jejunium Christianorum hyemale, quatuor temporum, quod est post medium Decembris [b]. Al. Suspicor h. l. non νηστείαν, sed νηνεμίαν, legendum esse; h. e. *à ventis tranquillitatem* [c]. ¶ *Consolabatur eos*, Παρῄνει, &c.] *Admonebat* (vel, *Hortabatur*, Camer. Er. V. sic Pi. *Consulebat*, Tre. ex Sy. *Consolatus est*, Æth. sub. *eos*, P. Ti. Be. &c. vel, *iis*, Tre.) *Paulus*, Mo. A Deo monitus [d], nè discederent [*]; vel, de non navigando [f].

10. *Video*, &c. Θεωρῶ ὅτι μετὰ ὕβρεως —— μέλλειν, &c.] *Video* (non tam ex naturæ prognosticis quàm spiritu prophetico [g],) *cum injuria* (vel, *molestia*, Tre. ex Sy. *detrimento*, Ca. *labore*, Ar.) *multóque damno* (Hæc duo conjuncta & infrà habentur v. 21. ὕβρις ad personam, ζημία ad res magis, refertur. Et est καταχρηστικῶς satis elegans: quomodo Latini dicunt *cœli injuriam* [h].) *non solùm oneris*, (φόρτε, i. e. γόμε. Nοῦς φόρτον dixere Athenagoras & Eustathius: *onus* Latini. Unde illud Juliæ inverecundum, *Nunquam nisi nave plenâ tollo vectorem. Plenâ*, supple *oneris* [i].) *sed etiam capitum* (ad verb. *animarum*, Pi. i. e. *vitæ* [k].) *nostrorum*, (i. e. personarum, quæ magnis malis affectæ. Sic hoc nomen habetur infrà v. 37. & Act. 2. 41 [l].) *futuram navigationem*, Be. Pi. vel, *quòd futura sit navigatio*, V. Est oratio ἀκατάλληλος, sive μέλλειν, ut vulgò, sive μέλλει, quod alicubi reperitur, legas [m]. Μέλλειν, pro μέλλει est σολοικοφανές. Dico ergò, ὅτι non hìc est εἰδικὸν, *quòd*, sic enim dixisset μέλλει sed σημαντικόν, sic ut redundet. Hellenistis post verba *dicendi, audiendi, videndi*, &c. redundat ὅτι, ad designandum tantùm id quod dictum, auditum, visúmque est; & posset verti, *nempe*, ut Matth. 26. 72. *Juravit* —— ὅτι οὐκ οἶδα, &c. *nempe non novi hominem*: & Marc. 12. 19. *Scripsit* ὅτι ἐάν —— ἵνα λάβῃ· ubi constructio est, ἔγραψε ἵνα λάβῃ, pro quo rectè etiam dicas, ἔγραψε λαβεῖν intervenit ὅτι ad innuendum quid scripserit. Ità quoque h. l. constructio est, θεωρῶ μέλλειν, intervenit tantùm ὅτι, ad indicandum quid viderit, *nempe futuram navigationem*. Vel ὅτι, ut Heb. כי, est particula affirmativa, valens ὄντως, ut 1 Joh. 3. 20. *video utique futuram navigationem*, &c. Id maximè arridet [n].

11. *Gubernatori & nauclero*] Κυβερνήτης est, *qui navem gubernaculo regit*: Ναύκληρος verò in Glossario rectè vertitur *navicularius*, quâ voce aliquoties utitur Cicero, Græcam Plautus retinuit. Latiùs patet *Navicularii* nomen quàm *Magistri*. Nam *magister* is demum est quem exercitores navi præfecere; *Navicularius* etiam qui suæ navi præest. *Gubernator* suas conjecturas sequebatur; hujus auctoritatem *Navicularius* [o]. Credendum quidem peritis in sua arte. Cùm autem Centurio Paulum sciebat miraculis & sanctitate celebrem fuisse, hunc potiùs quàm illos audire debuit, &c [p].

12. *Et cùm*, &c. Ἀνευθέτου δὲ τοῦ λιμένος ὑπάρχοντος πρὸς παραχειμασίαν] *Et cùm appositus* (vel, *aptus*, Er. Tre. &c. *commodus*, G. Camer. Sy. sic Pri. Ca. *idoneus*, Camer. G. ut

Marginal notes, left column: [b] Di. [c] G. [d] G. [*] Be. [f] G. [g] Idem. [h] Be. [i] G. [k] Pi. [l] G. ex Sy. [m] L. [n] Pri. [o] La. [p] La. Me. T. [q] Er. [r] G. sim. Hi. & Beda in Er. [†] G. [t] G. ex Sy. [v] Er. ex Hi. [x] Be. Me. [y] G. [z] Camer. [a] G. [b] G. ex Be. [c] Er. Be. G. [d] G. [*] Be. [f] G.

Marginal notes, right column: [g] Er. [h] Ca. [i] Er. [k] Pi. [l] Ca. [m] Er. [n] Pi. [o] San. T. ex Oecum. E. Be. [p] Heins. [q] G. D. sim. Ee. Camer. Pi. Zeg. E. Ham. Heins. [r] G. Ham. [†] Ham. [t] G. [v] G. sim. Ham. Be. D. [x] Ham. [y] D. [z] Be. [a] G. sic. Be. [b] T. ex I a. [c] Ca. [d] G. [*] Val. sim. Er. [f] Me. [g] La. Me. [h] G. [i] Idem. [k] Pi. La. Me. V. [l] G. [m] Camer. [n] Di. [o] G. [p] E.

ut εὔθετ☉ significat Psal. 32. 6. Luc. 9. 62. & 14. 32[q].) *portus non esset ad hybernandum*, Be. Pi. P. &c. vel potiùs, *ad vitandam tempestatem*, G. Heinſ. Χειμάζεσθαι est, *jactari tempestatibus* [r]: παραχειμάζεσθαι, *vitare tempestates* †. Χειμασία, inquiunt veteres, est, ζάλη, ταραχή· παραχειμασία ergò nihil aliud est quàm mora quâ tempestas vitatur, quam παράκλησιν τῦ χειμῶν☉ alii dixerunt. Quòd si ei propositum fuisset ut in via hyemem ageret, cur captivos navi Alexandrinæ imposuit ut in Italiam citò perveniret [t]? ¶ *Phœnicem*] Non illam Syriæ regionem [v], cujus caput est Tyrus & Sidon [x]; sed urbem & portum Cretæ [y], in Australi ejus littore [z], versùs Meridiem & Occasum [a]. Habet in Austrino Cretæ latere Ptolemæus urbem *Phœnica*, portum *Phœnicunta* [b]. ¶ *Respicientem ad*, &c. Κατὰ λίβα κ) κτ) χῶρον] *Ad Africum & ad Corum*, Er. Il. P. Ca. &c. Ventorum nomina sunt [c]. Hi duo venti sunt Occidentales, *Africus* ad occasum Meridionalem, *Corus* ad Borealem [d]. λίψ, *Africus*, flat ab occasu brumali, *Corus* ab æstivo, aut, ut alii volunt, solstitiali [*]. χῶρ☉ vox est non Græca origine, sed Latina, *Corus*, vel *Caurus*, Græcis ἀργέστης [f]. Qu. Quomodo hic portus duos hos ventos respexit? Resp. Portus fuit sinuosus ac flexuosus, qui, si totum in se spectes, Meridiem rectà respexit; sin finus & usum ejus, spectabat Africum, i. e. illud Occidentis meridionalis punctum ubi Africus Coro in rectâ linea opponitur [g]. Portus iste in angulo situs duo mari ventisque diversis objiciebat cornua [h].

13. *Aspirante*, &c. ità Er. Il. Ti. Ca. Mo. sic P. Be. Pi. &c. Ὑποπνεύσαντ☉, &c.] *Cùm autem flaret* (vel, *leniter flaret*: nam ὑπὸ sæpe in compositione rem imminuit, ut in ὑπόκωφος, ὑποκρέκω, ὑπολαλέω, & similibus [i].) *ventus Australis*, Tre. ex Sy. i. e. Cùm leniter cœpisset spirare, ità ut navis posset cursum tenere: nam alioquin ex Oriente in Occidentem contendebat. Itaque cùm Notus partim puppim, partim sinistrum navis latus, feriret, non sinebat eos à Creta discedere [k]. ¶ *Æstimantes*, &c. Δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι] *Æstimantes* (vel, *Arbitrati*, Ca. *Visi sibi*, Be. Pi. *Rati, se*, Er. P. &c.) *propositum* (vel, *propositi*, Er. P. Be. &c. sub. *sui*, Be.) *tenere*, Mo. vel, *se tenere*, Vulg. *se assecutos*, Ca. *compotes*, P. sic Er. P. Be. &c. Nautæ scilicet: κρατεῖν προθέσεως est, *voto potiri*. Id ideo existimabant quia Australe Cretæ littus legere volentibus Auster obtigerat [l]. ¶ *Cùm*, &c. Ἄραντες ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην] *Cùm solvissent*, Il. P. Be. Pi. Zeg. G. (nempe à Phœnice aut Phœnicunte portu [m]: vel, *Progressi*, sive, *Cùm promovissent*. Sic Thucyd. l. 4. Lacedæmonii, inquit, ἄραντες, &c. *progressi*, sive, *copiis expeditis*, &c. Αἴρειν sign. *tollere*, *auferre*, *admovere* [n]. Αἴρειν dicitur & de exercitu castra movente, & de navi ex portu discedente, quod Latini *solvere* dicunt, quia discedentes retinacula solvunt [o].) *propiùs prælegebant* (vel, *de prope legendo prætervecti sunt*, Camer.) *Cretam*, Be. Pi. Il. P. Camer. vel, *quàm proximè oram Cretæ legebant*. קרדיקרסא, hîc Syrus: non metuentes scilicet nè in littus impingerentur, ideo quòd lenis admodum esset Auster, ut ex antedictis cognovimus. Non repetam multis quod alii rectè hîc ostenderunt, malè à nonnullis putatum nomen hoc esse proprium loci, *Asson* [p]: qui error pudendus est: quia nulla talis urbs est in Creta [q]. *Assos* est urbs Asiæ [r], urbs maritima Lyciæ †, urbs Troadis [t], cujus mentio Act. 20. 13. at hæc centum milliaribus aberat [v]. Malim hîc intelligi *Asum*, sive *Assum*, oppidulum Cretæ [x], cujus meminere Plinius & Stephanus [y], unde Jupiter *Asius* dictus est [z]. At urbs illa erat mediterranea, teste Plinio 4. 12 [a]. hæc indubiè maritima [b]. [Alii tamen ut nomen proprium vertunt, hoc modo,] *Solventes* (vel, *Cùm solvissent*, Er. Ti. *Prætervecti*, Ca. *Cùm sustulissent*, Vulg. Æth. scil. antennas, & anchoras [c]) *Asson*, Sy. Er. Ti. Ca. (vel, *ab Asson*, Vulg. Æth. Sed si Ἆσσον fuisset urbis nomen, dicendum fuerat vel, ἀπὸ τῆ Ἄσσυ· vel, ἐπὶ, vel εἰς, vel κτ), τὴν Ἄσσον· neque omitti potuit præpositio [d].) *legebant* (vel, *prælegebant*, Er. Ti. *prætervehebantur*, Ca.) *Cretam*, Sy. &c. Aureus hîc est Bezæ Commentarius, cui nihil addo, nisi quòd omnes Græcæ editiones, præter Bezæ, etiam Chrysostomus, Ἆσσον jungunt cum ἄραντες, & per comma distinguunt à sequentibus [*]. Ἆσσον h. l. est adverbium, valens *propiùs*, sive *propinquiùs* [f]. Obj. At ἆσσον, eo sensu, Poetarum proprium est [g]. Resp. Imò etiam Prosæ scriptores usurpant [h], ut Herodotus [i]: At Herod. Thucyd. ac Xenoph. vocibus Poeticis non rarò utuntur [k]. Ἆσσον, πλησίον, inquit Hesychius: sed hoc Poeticum est, neque hîc congruit, quippe junctum voci παρελέγοντο [l]. Forsan pro ἆσσον legendum θᾶσσον [m], quod idem cum ταχίον, à ταχύς, *velox* [n].

14. *Misit se*, &c. Ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς] *Impegit* (vel, *Coortus est*, Er. P. &c. *Erupit*, Tre. ex Sy. *Flavit*, Ar. *Misit*, Mo. *Irruit*, V. Pi. Metaphora ab irruptione hostili in bello [o]:) *in* (vel, *contra*, Er. P. Tre. Ar. &c.) *eam* (nempe Cretam, à cujus littoribus propterea abrepta fuit navis [p],) *ventus turbulentus*, P. Be. Pi. vel, *vehemens*, Ar. *Typhonicus*, Er. Il. Ti. Mo. Tre. ex Sy. &c. *tempestuosus*, ac Typhonis quodammodo æmulus [q]: unus hic erat è ventis subitis nomine *Typhon* [r], qui est, ait Aristot. Meteor. 3. spiritus ex nube detrusus, in orbem circumactus, secum omnia rapiens, &c. dictus à τύφω, *incendo*, sive *inflammo*, *infumigo* †. At Lucas non repentinum quendam turbinem, qualis est Typhon, sed diuturnam tempestatem, h. l. describit [t]. Τυφῶν quid sit supra notavimus ex iis qui Meteora descripsere. At Judæis Hellenistis τυφῶν est, *quævis violentior procella*. Nam sic Interpretes quidam vertunt in Psa. 148. 8. רוח סערה, ubi aliis, πνεῦμα καταιγίδος, *ventus procellosus*. Sicut & idem nomen, סערה, vertitur καταιγὶς, Psal. 55. 8. & 88. 15. & 107. 29. Esa. 29. 6. & 40. 24. & 41. 16. alibi κλύδων, ut Jonæ, 1. 4. 11, 12 [v]. ¶ *Qui vocatur Euroaquilo*; ità Er. Il. Ti. Ca. vel, *Euroclydon*, P. Mo. Tre. ex Sy. Be. Pi. Εὐροκλύδων] Id est, Eurus procellas ciens [x]. MS. Εὐρακύλων, haud obscurâ commutatione λ. in δ. quarum literarum perquam vicini sunt ductus in Manuscriptis [y]. Forsan legendum, levi mutatione, εὐρακύλων [z]. Vera lectio est, quam secutus est Latinus Interpres, Εὐρακύλων. Pari modo dicitur *Euronotus* & *Eurocercius* apud Vitruvium. Nec novum, vocabula Græcæ originis cum Latinis coalescere. Talia sunt, *biclinium*, *epitogium*, *Anticato*, notata Quintiliano, 1. 9. quod multò faciliùs procedit ubi vox illa Græca in Latium adoptata est, ut *Eurus*. Non frustrà autem Lucas, non contentus dixisse *coortum ventum procellosum*, adjicere voluit unde is flaret, quòd nullus esse posset *Euroaquilone* magis adversus Italiam petentibus. Dici poterat, vento tam procelloso flante ab Ortu & Septentrione, id quod apud Lucanum est, *Nec ratis Hesperias tanget neque naufragus oras* [a].

15. *Cùmque*, &c. Συναρπασθέντ☉, &c.] *Cùmque abreptum*, sive *correptum*, *esset*, &c. P. Ca. Be. Pi. sic Er. Mo. &c. nempe à Cretâ [b], à vento Typhonico [c]. ¶ *Non posset conari*, &c. Ἀντοφθαλμεῖν, &c.] Egregia translatio: ἀντοφθαλμεῖν propriè est, *contrà tueri*; impropriè, *obniti*: ut cùm Plutarchus negat Demosthenem potuisse ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀργυρίῳ [d], & cùm Polybius non uno loco negat hos aut illos potuisse hostibus ἀντοφθαλμεῖν [*]· quo sensu occurrit & Sirach 12. 14. Sic & ἀντιβλέπειν usurpat Jo. Antiq. 6. & contra App. 2. [Verba habet G.] Syrus rectè vertit, *vento obsistere* [f]. [Verba sic reddunt,] *Nec posset vento* (vel, *adversùs ventum*, Camer.) *obniti*, Er. P. Il. Be. Pi. &c. vel, *tendere*, Ca. *sustinere*, Camer. *obtueri*, Mo. *occurrere*, Zeg. *resistere*, Tre. ex Sy. sic Ham. i. e. obversâ prorâ luctari, q. d. adverso vultu ac oppositâ fronte intueri. Metaphoræ origo indè est, quòd pars quædam proræ ὀφθαλμὸς dicitur, ut testatur Pollux, 1. 9[g]. ¶ *Datâ*, &c. Ἐπιδόντες ἐφερόμεθα] *Concedentes* (vel, *Cedentes*, G. vel, *Datâ*, sub. *nave*, Er. Il. Ti. sic P. Be. &c. & sub. ἀνέμῳ quod nomen præcessit [h], quódque in confinio situm utrique respondeat, & τῷ *obniti*, & τῷ *datâ* [i]. Sub. *ventis*, sive *flatibus*, Er. P. Be. &c. vel, *Tradentes*, supple, navem ventis ac fluctibus. Syrus, *Dedimus manum illius*, nempe navis; ut manum dare dicimus pro, victum se tradere [k].) *ferebamur*, Mo. P. Be. &c. vel, atque ità *ferebamur*, Ca. Amotis velis ibamus secundùm flatum venti [l]. Sic & Ovidius tempestatem describit, 1 Trist. 3. *Navita —— Jam sequitur victus, non regit arte, ratem. Sic non quò voluit, sed quò rapit impetus undæ*, &c [m].

16. *In*, &c. Νησίον δέ τι ὑποδραμόντες] *Cùm propè insulam* (vel, *infra parvam quandam insulam*, Be. Pi.) *venissemus*: quo sensu verbum ὑποπλεῖν habuimus supra v. 4. & 7[n]. Vel, *devecti essemus*, V. vel, *cursu delati essemus*,

semus, Be. Pi. ¶ *Clauda*, Κλαύδην] Quæ Κλαύδος Ptolemæo°, insula vicina Cretæ versùs Africum[p]; in Meridiem & Occidentem[q], quò magis consentaneum est huc depulsos fuisse flatu Euroaquilonis[r]; Κλαυδίον Athenæo †: in Syro est קודא, sed creditur scriptum pro קודא †. Nam Γαυδὸν eandem, ut creditur, insulam dixit Strabo; & Suidas Καυδὼ legit hoc loco. *Gaudon* Plinius, Solinus, Stephanus, Procopius, nominant: quam hanc ipsam esse censent eruditi variante, ut solet, pronunciatione[v]. *Post Melitam alia est insula*, inquit Diodorus, *Gaulos nomine*; quomodo etiam vocatur in Mela, Plin. Solin. Procop. Steph. &c. vel *Gaudos*, ut vocatur Straboni, & Callimacho. Hanc autem sive Gaulon, sive Gaudon, viri magni gravi errore confundunt cum Gaudo Cretica, de qua Mela, 2. 7. Plin. 4. 12. Eadem Suidæ *Caudo*, & Ptolemæo *Claudos* [x]. ¶ *Potuimus vix obtinere* (vel, *apprehendere*, Tre. ex Sy. *tenere*, Ca.) *scapham*; sic Er. Il. Ti. &c. Περικρατεῖς γενέσθαι τῆς σκάφης] Pro, κρατεῖς τινός [y]. *Scaphæ compotes fieri*, P. Mo. Be. Pi. *Scapham ex mari in navem attollere*. Vide infrà v. 30. Factum id nè scapha incussa navi eam læderet[z].

17. *Quâ*, &c. Ἣν ἄραντες] *Quâ admotâ*, Camer. ad v. 13. vel, *subductâ*, Be. Pi. G. *sublatâ*, sub. *in navim*, V. Contraria sunt, αἴρειν σκάφην, & χαλᾶν[a]. ¶ *Adjutoriis* (vel, *Auxiliis*, Er. *Adjumentis*, Be.) *utebantur*] Ità Il. Ti. Mo. &c. Βοηθείας hîc vocat, vel, 1. catenas, uncos, funes, aliàque instrumenta[b]: vel, 2. quas Latini vocant *ministeria*. Ea enim vox plebem navalem significat. Utitur sic Germanicus in Capricorno, ubi à nobis dicta videant siqueis vacat[c]: Intelligit milites & vectores in navi[d]. Βοηθεῖας χρῆσθαι in mari nautæ dicuntur, cùm ea quæ ab uno fieri non possunt, collatis plurium operis fiunt*. ¶ *Accingentes*, &c. ità Mo. Ὑποζωννύντες, &c.] *Navim succingentes*, Er. Ti. Ca. Pi. Camer. &c. sic P. Be. i.e. corroborantes, sive firmantes[f]: vel, *funibus ligantes*, G. funibus utrinque sub fundum navis adductis, & ità utraque navis latera adstringentibus[g], nè vi ventorum & fluctuum dissiliret[h]. Vel, *muniebamus*, Tre. ex Sy. Malim, *cingulis constringebamus & firmabamus*, Di. ex Sy. ¶ *Timentes nè*, &c. Μὴ εἰς τὴν Σύρτιν ἐκπέσωσι] *Nè inciderent* (vel, *Nè navis unà cum ipsis impingeretur*, G.) *in Syrtim*, Er. P. Mo. Ca. Pi. G. &c. ἀπὸ, pro τινα, σύρτιν, i. e. *in syrtin aliquam*, h. e. locum arenosum & vadosum, qui naves ei appulsas veluti σύρει, *trahit*, & retinet, & denique absorbet[i], ex mari profundo scilicet in brevia[k]. Al. *Nè exciderent*, nempe ex nave quasi præcipitati, vi tempestatis eos evomente: ut ἐκπεσεῖν vehementius quiddam significet quàm ἐμπεσεῖν, ut infrà v. 26, 29[l]. *Syrtis* vocantur loca omnia vadosa[m], arenosa[n], & vorticosa°, à duobus in Africa arenosis sinibus dictis hoc nomine[p], quorum alter *Syrtis major*, alter *minor*, dicitur: de quibus vide Dionysium Periegetem, v. 198. Melam. 1. 7. Solinum, 27. Plin. 5. 4. &c[q]. [eorùmque verba in Gua.] ¶ *Summisso*, &c. Χαλάσαντες τὸ σκεῦος] Τὸ σκεῦος, *vas*, latissimè quodvis *utensile* significat. Sic Athen. l. 14. inter σκεύη numerat *Tripodem*, *Lucernam*, *Scamnum*, *Spongiam*, *Cultrum*, *Acum*[r]. [Hinc variant:] *Scaphâ demissâ*, P. Ca. vel, *submissâ*, V. *Demisso vase*, Er. Ti. *Submittentes vas*, Mo. *Submisimus antennam*, Tre. ex Sy. *Laxato armamento*, i. e. velis †: *Demissis*, vel *Summissis*, (vel, *Laxatis*, Camer.) *velis*, Be. Il. Pi. ut fit in vento procelloso[t]. *Demisso malo*. Nam malus hîc κατ' ἐξοχὴν dicitur σκεῦος· ut observatum Heraldo. Sic & Syrus accepit[v]. Solet dimitti malus, aut etiam in repentino periculo abscindi, nè ventus eâ parte navem urgeat[x]. *Vela tempestati subducere* dixit Petronius. Seneca, *Quoties ventus increbuit — antenna dimittitur*[y]. *Arborem dejicere* dixit Papinianus L. Cùm arbor D. ad legem Rhodiam[z]. Σκεῦος hîc appellat, vel, 1. vela cum rudentibus & antennis[a]: vel, 2. anchoras, proprium navis & nautarum instrumentum[b]: vel, 3. ipsam navim, ejùsque ventrem & fundum; q. d. Navim depressimus in mare per anchoras, saxa, aliàque pondera, ut ipsa submissior esset minùsq; vim venti exciperet[c]. ¶ *Sic ferebantur*] Nempe, *sine malo*. Similis usus voculæ οὕτως, Joh. 4. 6[d].

18. *Validâ*, &c. Σφοδρῶς δὲ χειμαζομένων ἡμῶν] *Cùm autem vehementi* (vel, *vehementer*, Er. Mo.) *tempestate jactaremur*, Il. P. Be. Pi. &c. Χειμάζεσθαι est, ut modo diximus, *tempestate jactari**. ¶ *Jactum* (vel. *Jacturam*, Il. P. Be. Pi &c.) *fecerunt*] Ità Er. Ti. G. &c. Nautæ scil[f]. mercium & sarcinarum in mare[g]; nè navis fluctibus jactata, & pondere pressa, subsideret[h]. Ἐκβολὴ, *jactus*, in Glossario: & sic sumitur Jonæ 1. 5. Vox utraque propria hujus rei. Vide titulum Digestorum ad legem Rhodiam de jactu. *Jactum facere*, Harmenopulus vertit, ἐκβάλλειν, ἀποβάλλειν, ῥίπτειν. Fit id *levandæ navis gratiâ*, ut loquitur lex prima dicto titulo. Solet autem hic ordo servari, quem & in hac historia habemus. Primum jaciuntur merces, ut hoc loco; deinde armamenta, ut statim sequitur; postremò & cibaria, ut infrà v. 38[i].

19. *Suis*, &c. Αὐτόχειρες] *Nostris* (vel, *Ipsi nostris*, P. Be. Pi.) *manibus*, Er. Il. Mo. Ca. &c. ¶ *Armamenta*, &c. ità Er. P. Ti. Ca. Mo. &c. Τὴν σκευὴν] *Vasa*, Tre. ex Sy. *Instrumenta*, Ar. Ἡ σκευὴ est, *id quo res quæque instruitur*. Bene h. l. Latinus vertit, *armamenta*. In Glossario, *Armamenta*, ἄρμενα. Utuntur hâc voce eo sensu non Poetæ tantùm, sed & Historici; ut ecce Tacitus Hist. 5. *Armamenta Liburnicis solita*, Julianus Jurisconsultus L. Navis D. de lege Rhodia[k]. Ἡ σκευὴ est omne id quo navis erat instructa, armata, aut onerata[l]. ¶ *Projecerunt*, Ἐῤῥίψαμεν] *Abjecimus*, Be. Pi. &c. Ἐῤῥίψαν habet MS. ille, nec aliter Latinus legit[m].

20. *Neque sole*, &c.] Solennis descriptio graviorum tempestatum. Sic apud Virgilium, Lucanum, & Statium: [quorum verba vide in G.] De verbo ἐπιφαίνειν vide quæ ad Matth. 28. 1[n]. ¶ *Et*, &c. Χειμῶνός τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου] *Et tempestas non parva immineret*, Vulg. in Be. vel, *incumberet*, Be. Pi. G. i.e. nos cœlitus urgeret, quasi capitibus nostris incumbens°: vel *incubaret*, quomodo Virgilius, —— *Ponto nox incubat atra*. Et alibi —— *Venti velut agmine facto, Quà data porta, ruunt, & terras turbine perflant: Incubuere mari*. Quintilianus l. 5. *Cùm magna vis venti in mare incubuit*[p]. *Quùmque duraret tempestas dies multos*, Tre. & Di. ex Sy. Tempestatem intellexit hîc Syrus non imminentem, quæ adhuc exspectaretur & timeretur; sed præsentem, quæ super ipsos quasi jaceret, & actu premeret: sicut ἐπικεῖσθαι dicuntur & turba Christo, Luc. 5. 1. & lapis sepulchro Lazari, Joan. 11. 38. & piscis prunæ, Joh. 21. 9[q]. Χειμὼν interdum *hyems*, interdum *tempestas*, ut hîc, & Mat. 16. 3. Id imitantes Latini Poetæ *hyemis* vocem [usurpant] pro *tempestate*[r]. ¶ *Jam*, &c. Λοιπὸν περιῃρεῖτο, &c.] *Reliquùm* (vel, *Jam*, Er. P. Pi. &c. *Prorsus*, Tre. ex Sy. *In posterum*, Be.) *ablata erat* (vel, *abscissa*, G. ex Sy.) *spes*, &c. Mo. &c. Dictum hoc κατὰ φάσιν, *secundùm id quod videbatur*; qualia multa & in communi, & in Sacro, sermone †.

21. *Cùm multa jejunatio*, &c. Ἀσιτίας, &c.] *Inedia*, &c. Be. Pi. Non quòd alimenta deessent, ut mox videbimus, sed quòd ingens illa jactatio omnem adimat appetitum, ac contrà cibi fastidium pariat[t]; quòd periculum imminens cogitationem & appetentiam cibi adimeret[v], & ob continuas occupationes[x], & ad placandum Deum[y]. ¶ *Audito me*, Πειθαρχήσαντάς μοι] *Obediendo* (vel, *Audientes*, V.) *mihi*, Be. Pi. id est, monito meo, v. 10[z]. *Mihi*, nempe nihil hac in re non Divinitus dicenti. ¶ *Non*, &c. Μὴ ἀνάγεσθαι &c.] *Non solvere*, &c. G. V. &c. Vide suprà v. 2, 4, 12[a]. ¶ *Lucrique facere*, &c. Κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν, &c.] *Et lucrifacere*, sive *lucrari*, (vel, *vitare*, Be. P. Pi. vel potiùs, *evitare*, *effugere*, Di. vel, *Nec accersere*, Er. Ti. *sine causâ*: id enim *lucrifacere* h. l. sonat[b]: ut repetatur negans particula μὴ[c]: quod vellem exemplo confirmari[d]. [Sed non deesse exempla negationis ex præcedenti membro repetitæ, in Synopsi nostra non semel antè ostensum.] Illud, ἔδει μὲν, ad utrumque Infinitivum, ἀνάγεσθαι & κερδῆσαι, eodem respectu refertur, *Non oportebat à Creta navem provexisse, & accersisse nobis hoc damnum**.) *hanc vim* (vel, *injuriam*, Er. Be. Pi. &c. i. e. maris & cœli tempestatem[f], jactationem, vexationem, & periculum[g]:) *& detrimentum*, Camer. sim. Pri. G. Ham. vel, *damnum*, Be. Pi. ejectionis scil. mercium, & confractionem navigii[h]. Locutio bene Græca. Nam simili modo loquuntur Epigrammatici Græci & Lucianus. Sic, *quam ille injuriam lucrifecit*, Plin. 7. 39. Sic *lucrationem malorum* dixit Tertul. Tale & illud, *Lucri fac censoriam notam*[i]. Valerianus Cimeliensis, *Minoris rixæ lucrum facit, qui manus suas alio feriente continuit*. Apuleius 8. *Sed quid morâ temporis*

temporis dignum cruciatum lucraris [k]? Himerius in Declamatione contra Epicurum, Ὀυ διὰ τοῦ λόγυς κερδανεῖς τὴν δίκην, &c. *Neque oratione tuâ lucraberis*, i. e. effugies, *pœnam*, &c. Philemon, Πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά, *Pauper omnis lucratur*, i. e. evadit, *mala magna*. Donatus in Terent. And. *Ut corporis impulsionem lucrifaciam*, i. e. vitem [l]. Causa loquendi indè[m], quòd *lucrum facere* videtur & qui damnum evitat [n], teste Aristotele [o]. *Lucrari* vel pro *accersere* [p], vel pro *vitare*, per Meton. effecti, i. e. vitando injuriam lucrum facere [q]. De vocibus ὕβρεως & ζημίας vide suprà v. 10 [r]. Al. *Et non comparasse hanc procellam*, sive *tempestatem*. Ὕβρις, παρὰ τὸ ὕειν βαρέως, eò quòd pluat pondus, seu *graviter*. Pollux in Onomastico, ὑβριστὴς ἄνεμος, *procellosus ventus* †.

22. *Amissio*, &c. ità Be. Ἀποβολή, &c.] *Jactura nulla erit*, &c. Pi. Er. P. Mo. &c. nempe, *si me audiatis*: quæ conditio ex superiori oratione satis intelligitur. Tales passim in S. Scripturâ sunt locutiones, quæ tacitam in se conditionem habent, ex antecedentibus & consequentibus, aut ex ipsa rei natura, intelligi facilem: 1 Sam. 2. 30. & 13. 13, 14 [t]. ¶ *Præterquam navis*, Πλὴν τοῦ πλοίου] *Sed tantùm navis*, Be. Pi. Præcisa sive elliptica locutio, qualis Gal. 2. 16. q. d. *Jactura enim nulla erit cujusquam ex vobis*, (sub. *hoc est*, *Jactura nulla erit*) *præterquam navis* [v]. Particula exceptiva loco adversativæ, ut Luc. 23. 28. Joh. 8. 10. 1 Cor. 11. 11. Phil. 1. 18. & 3. 16. & 4 12. Apoc. 2. 25 [x].

23. *Cujus sum*, &c.] Multò rectiùs hoc de se Paulus potuit dicere quàm in simili periculo Jonas, 1. 9. Et propterea Jonæ comites servati sunt eo ejecto, Pauli comites per eum retentum. ¶ *Cæsari te oportet assistere*, Παραστῆναι] Verbum judiciale est, *stare*, Rom. 14. 10. pro quo suprà, ἑστὼς εἰμι, 25. 10. Activum παρέστησαν, Act. 23. 33. Horatius,—*Dispeream si Aut valeo stare, aut novi civilia jura*. Ubi Scholiastes, *Si habeo vires ut stem in judicio*. Δεῖ hîc sume ut Act. 23. 33 [y].

24. *Donavit*, &c. Κεχάρισται, &c.] *Gratificatus est*, &c. Be. *Condonavit tibi*, &c. Camer. Sensu contrario hîc habemus χαρίζεσθαι ei qui Act. 25. 11, 16. ibi, *in perniciem tradere*; hîc, *in vita servare* [z]. *Tibi dat*, i. e. tui causâ eos servat [a]. Unus interdum navim perdit; unus interdum navim servat: Idem contingit in Republica [b].

25. *Bono animo estote*; ità Be. Pi. Ἐυθυμεῖτε] Ut suprà v. 22. Hoc est quod alibi dicitur θαρσεῖν, ut suprà 23. 11. ¶ *Credo enim*, &c.] Fidem Deus etiam ad consequenda hujus vitæ beneficia sæpe requirit, ut ostendat eam multò magis ad consequendam [vitam] æternam esse necessariam [c].

26. *In insulam*, Εἰς νῆσον] Non τινα, qualis Claude; sed justam insulam, qualis Melite [d].

27. *Navigantibus*; ità Er. Ti. Il. Διαφερομένων, &c.] *Perlatis nobis*, &c. Mo. *Abrepti fueramus*, &c. Tre. ex Sy. *Discurrentibus nobis*, &c. Ar. *Differremur*, P. *Jactaremur*, vel *Agitaremur*, Be. Pi. Ca. Διαφέρεσθαι (quomodo etiam *differri* Latinis *) pro, *huc & illuc ferri*, usurpavit & Plutarchus [f], qui verbum illud cum ἐλαύνεσθαι junxit, lib. de fortuna [g]. Διαφέρειν interdum sign. *in diversas partes ferre*. Æschylus Choëph. p. 230. Δυσαλγὴς ἄτη διαφέρει τὸν αἴτιον, &c. *Graviter lædens noxa* (i. e. cædes) *distrahit & quasi dilacerat reum*, &c. Ubi Scholiastes διαφέρειν exponit per διασπαράσσειν. Horat. Epod. 5. *Pòst insepulta membra different*. Virgil. Georg. 3. v. 197. *Aquilo nubila differt*, i. e. dissipat, ut exponit Servius. Sic in Horat. Epod. 10. *Differre remos*, i. e. in diversas partes agitare [h]. ¶ *In Adria*, Ἐν τῷ Ἀδρίᾳ] Non in sinu Adriatico [k], qui cum Illyrico desinit [l]: sed in mari Adriatico [k], sic dicto ab *Adria*, veteri oppido & portu ad Padum fluvium, teste Plinio [l]: quod mare subindè latè sumitur, nec tantùm sinum Venetum, sed & mare Siculum & Ionium, complectitur, ait Strabo, cujus ferè ævo hæc contigerunt [m]. Quod notârunt hîc viri eruditi ex Strabone, Ovidio, Statio, & Ptolemæo, *Adriam* cœpisse dici pro toto *Ionio*, verum est. Itaque Procopius mare à Methone ad Siciliam, & alibi à Cephalenia ad Calabriam, *Adriam* vocat; & alio loco partem *Adriæ* facit sinum; & disertè Vandalicorum primo tam Gaulon quàm Meliten in *Adria* locat [n]. Hesychius, *Ionium mare quod nunc Adria*. Ptolemæus Siciliam ab ortu, Epirum & Achaiam à meridie, Peloponnesum, adeòque Cretam, ab occasu, definit Adriatico pelago. *Adriam*, sive Adriaticum mare, ab Ægeo dividit Isthmus Corinthiacus, testibus Ovid. l. 4. Fastorum, & l. 1. Trist. Eleg. 10. Philost. in Apollon. 4. 8. & l. 2. Imaginum. Quid quòd Adriaticum mare ad Africam usque extendunt Æthicus, Orosius, & Hieronymus. Sed ad rem id maximè est quòd Procop. Vandal. 1. *Insulæ*, inquit, *Gaulus & Melita Adriaticum & Tuscum pelagus disterminant*. Scitè igitur Lucas & ex Geographorum usu è Creta Melitam delatos jactari dicit in Adria [o]. ¶ *Apparere*, &c. ità Er. Il. Ti. Προσάγειν, &c.] *Accedere* (vel, *Appropinquare*, P. Be. Pi. Tre. ex Sy. *Afferri*, Mo. Ad verb. *Adducere*, scil. seipsam. Hypallage, pro, *se accedere* [p].) *sibi terram aliquam*, G. sic Er. Ca. Ità solent nautæ loqui. Tale illud Æneid. 3. *Provehimur portu: terræque urbésque recedunt* [q]; & illud, *Quarto terra die primùm se attollere contrà Visa*—; & alibi,—*Quanquam secreta parentis Anchisæ domus, arboribúsque obtecta, recessit*: ubi Servius, *Speciosa translatio quoties rei mobilis ad immobilem, vel è contrà, officium transfertur*. Et illud Achillis Tatii, 2. Τὴν ἑωρῶμεν ὑπὸ τῆς νεὼς κατὰ μικρὸν ἀναχωροῦσαν, ὡς αὐτὴν πλέουσαν [r].

28. *Et*, &c. Καὶ βολίσαντες] *Et bolisantes*, Mo. *Et demisso perpendiculo nautico*, Ca. *Et jacto funiculo mensorio*, Ar. *Et demissâ bolide*, Er. Il. P. Be. Pi. sic Tre. ex Sy. Βολὶς (quæ nautis nostris *plumbum* appellatur †) quæ καταπειρατηρία Herodoto Euterpe [t], funis cum plumbo quo dejecto nautæ maris altitudinem explorant [v]; quod βολίζειν dicitur. *Catapiraten* dixit Lucilius illis versibus qui corrupti apud Isidorum, 19. 14. *Hinc catapiraten puer eodem deferat unctum Plumbi pauxillum, raudus, linique metaxam*: ubi vocem nauticam non omnibus notam exposuit verbis popularibus [x]. ¶ *Passus*; ità Er. P. Be. Pi. &c. Ὀργυιάς] *Ulnas*, Tre. & Di. ex Sy. Ca. Camer. *Ulna* est spatium 4 cubitorum [y]. Ad verb. *Staturas*, Di. ex Sy. Æth. *viri*, Æth. Ὀργυιὰ est quantum patent passæ manus, unde *passui* nomen [z]: est mensura tam longa atque est spatium duorum brachiorum utrinque extensorum [a], testibus Hesych. Eustath. & Suid [b]. [quorum verba vide in Di.] Hâc mensurâ uti nautæ solent [c]. ¶ *Viginti*] Scil. usque ad alveum, seu fundum maris [d]. ¶ *Quindecim*] Id signum erat propiùs accedere terram. Omnia hæc navalia accuratè & nitidè describit Lucas *.

29. *In aspera loca*] i. e. Saxosa, ut hîc rectè explicat Syrus, qualia multa esse circa insulas solent: χοιράδας dicunt alii [f]. In scopulos dictos olim *aras*, quòd in mari eminerent, &c [g]. ¶ *Anchoras quatuor*] Sic Virgilius, *Ancora de prora jacitur*. Pluribus autem opus ancoris ubi sævit mare. ¶ *Optabant diem*] Ut faciliùs despicere possent ubi essent locorum [h].

30. *Cùm misissent* (vel, *demisissent*, Be. Pi.) *scapham*, &c.] Quam anteà in navim subduxerant, v. 17 [i]. Nimirum ut in eam delapsi, derelictâ navi, saluti suæ consulerent, ut ille apud Ciceronem, 2. De Inventione [k]. ¶ *Sub*. &c. Προφάσει ὡς, &c.] *Obtentu quasi*, &c. Mo. *Quasi qui*, &c. Ca. *Per occasionem quòd*, &c. Tre. ex Sy. *Sub prætextu*, vel, *Sub obtentu*, (vel, *Specie*, G. fingentes se in scapham descendere, non fugiendi causâ, sed [l]) *velut è prora anchoras extensuri*, Be. Pi. sim. Val. Er. G. &c. Hoc utebantur prætextu, velle se scaphâ uti ut ancoras longiùs à prora figerent fune eousque prolato. Nota locutionem, προφάσει μελλόντων ἐκτείνειν ἀγκύρας [m].

31. *Nisi hi* (Dixit hoc, nautas digito monstrans [n]:) *in navi manserint*] Qui peritiam habent regendi navis [o]. ¶ *Non potestis*] Quomodo hoc non pugnet cum iis quæ dicta suprà v. 22. vide illo loco [p]. Promissum illud erat conditionatum, si scilicet ordinariis mediis, quæ ad manum sunt, uterentur [q]. Nec tamen Divinarum promissionum efficacitas à mediis causis pendet, cùm hæ potiùs ab illa ordinentur: sed qui ordinarias causas negligit, Deum tentat, non illi fidem habet [r].

32. *Passi sunt eam excidere*] Vel, *perire*, V. La. vel, *auferri*. Ἐκπίπτειν hîc dicitur respectu navis; suprà bis respectu maris. Sic, ἐκπίπτειν τῆς ἀγορᾶς, ἐκπίπτειν τῆς πόλεως, apud Plutarchum †.

33. *Et*, &c. Ἄχρι δὲ οὗ ἔμελλεν ἡμέρα γίνεσθαι, &c.] *Usquequo autem* (vel, *Porrò cùm*, P. *Et cùm*, Er. Il. *Usque dum*, Tre. ex Sy. sim. Mo. Ar. *Interea dum*, Ca. *Interim autem dum*, Be. Pi.) *dies inciperet apparere*, &c. V. sim. Ham. vel,

[k] Pri. [l] Ham. [m] G. [n] G. sim. Be. D. Camer. Cas. [o] G. sim. Cas. [p] La. [q] Pi. [r] G. † Kn. [t] G. [v] Pi. [x] G. [y] G. [z] G. [a] G. sim. Camer. Me. Pi. [b] G. [c] G. [d] G. * Be. [f] G. Pri. [g] Pri. [h] Sch. ad Mat. 6. 26. [k] EC. 1. 26. 553. [l] La. ex Sy. Me. T. Camer. EC Fe. [m] T. ex La. [m] La. [n] G.

[o] EC. ib. [p] Pi. [q] G. [r] Pri. † Be. [t] G. sic Be. [v] G. sim. Er. V. Be. Camer. [x] G. [y] Camer. [z] G. [a] Di. sim. Be. [b] Di. [c] G. [d] La. * G. [f] G. [g] Be. [h] G. [i] Be. [k] G. [l] T. ex La. [m] G. [n] G. [o] Me. [p] G. [q] T. [r] Be. † G.

vel, *oriretur*, Be. Pi. vel, *futura jam esset*, Val. sic Er. i.e. instaret & non longè abesset[t]; i. e. Totâ nocte non destitit hortari, &c[v]. ¶ *Jejuni permanetis*; ità Er. P. Ca. Be. Pi. Ἄσιτοι, &c.] Sic dictum quomodo 1 Macc. 3. 17. ἐκλελύμεθα ἀσιτοῦντες σήμερον. Id ità intelligendum, *quòd vix quicquam alimenti cœpissent plerique*; rectè notatum aliis[x]: non quòd nihil comedissent[y], sed quòd perparum, & obiter[a]: exiguo cibo usi[b]. Sic & Tzetzes exponit illud Hesiodi, ——— ἐδίετε σῖτον ἤδιον, quòd non vacarent prandio vel cœnæ, sed armati comederent, &c*. Ità h. l. intermissum tantùm quotidianum cibi usum notat. Hyperbole usitatissima †. Al. Ἄσιτος hîc est, qui nihil toto die comedit; (ut μονόσιτος est, qui semel in die comedit,) & sic explicatur, μηδὲν προσλαβόμενοι. Sensus itaque loci (sine ullo miraculo jejunii 14 dierum) colligendus est ex verbis præcedentibus, Τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν προσδοκῶντες, *diem decimumquartum, qui hodiernus est*, qui vobis criticus atque extremus futurus videtur, cujus proinde successum spectatis, *jejuni permanetis*, nihil eo die comedentes præ metu, &c[c].

34. *Accipere cibum*] Nempe ut firmiores essent ad perferendos labores quibus erat opus. Vide 1 Sam. 14. 28, 29. ¶ *Nullius—capillus*, &c.] Proverbialis locutio[d]. q. d. Nè hilum quidem vobis nocebitur*: multò minùs vitam quisquam amittet[f]. Vide Luc. 21. v. 18. Intellige hoc rursus sub conditione, *si consilia mea sequamini*[g].

35. *Gratias egit*] Vide Matth. 15. 36. Marc. 8. 6. Joh. 6. 11. ¶ *In conspectu omnium*] Exemplum dans quod imitarentur. ¶ *Cùm fregisset*] Ut Mat. 14. 19. & 15. 36. Marc. 8. 6, 19. Luc. 24. 30. ¶ *Cæpit manducare*] i. e. Edit, ut Act. 1. 1[h].

36. *Animæquiores*, &c. Εὔθυμοι, &c.] *Bono animo*, &c. Er. Pi. *Recreatis jam animis*, &c. Er. Ex ista tam seria Pauli, viri non levis, asseveratione[i].

37. *Animæ*] i. e. Personæ, ut suprà v. 10, 22. & Act. c. 2. v. 41[k].

38. *Satiati cibo*] i. e. *Postquam exempta fames epulis*; ut Virgil. loquitur. ¶ *Alleviabant*, &c. Ἐκούφιζον, &c.] *Levaverunt navem*, ut loquuntur Paulus Jurisconsultus & Callistratus[l]. ¶ *Jactantes triticum*, &c.] Sim. Be. Pi. vel, *Jactando cibaria*, &c. nam & hoc fieri solet. Vide L. Si laborante, &c. Hic tertius fuit jactus, ut modò observavimus[m].

39. *Terram*, &c.] *Nesciebant terra* esset continens, an insula, & quæ[n]. ¶ *Sinum*] i. e. Mare intra terras[o]. Κόλπος, & *sinus*, modò de terra, modò de mari, dicitur, ut hîc: distinguitur enim à littore. ¶ *Considerabant*, Κατενόουν] *Conspexere*, Act. 7. 31[p]. *Animadverterunt*, Be. Pi. Er. P. &c. ¶ *Habentem littus*; ità Be. Pi. &c. Αἰγιαλὸν] *Portum*, Ham. Non frustrà hoc additur. Sunt enim sinus quidam maris qui littus non habent, sed præruptis rupibus cinguntur[q]. ¶ *Ejicere navem*, &c. Ἐξῶσαι] *Expellere*, Il. Mo. Pi. vel, *Extrudere*, Be. *Impellere*, Tre. ex Sy. *Impingere*, Er. P. *Appellere*, Ar. Ti. Ca. G. Utitur sic Thucydides[r].

40. *Et cùm anchoras sustulissent*, Περιελόντες] *Sublatis*, Be. Pi. nempe è mari in navem †. *Ancoris undique sublatis*. Id verò ideo dixit quia plures erant, suprà v. 29. Volebant vento uti, quod non poterant nisi sublatis ancoris[t]. Meliùs Syrus, *Et amputàrunt anchoras à navi*: ut apud Xenoph. dicitur, περιαιρεῖσθαι ἄμπελον, *amputata vitis*: est enim περιαιρεῖν, *separando rem auferre*. Vide suprà v. 20. 2 Cor. 3. 16[v]. ¶ *Committebant*, &c. Εἴων εἰς, &c.] Est brevis locutio[x]: *Permiserunt*, vel *Siverunt*, (sub. *eam*, Be. Pi. vel, *navem*, & sub. *ire*, G.) *mari*, Be. Pi. vel, *in mare*, illud scilicet quod inter locum in quo defixa fuerat navis & littus intererat[y]. Meliùs Syrus, *laxaverunt eas*, nempe anchoras, in mare. Sed anchoræ fundo maris infixæ, ubi à navi, resecto fune, abscinduntur, non laxantur, sed relinquuntur ubi sunt. Verto ergò, *Et reliquerunt eas in mari*: ut sit εἰς pro ἐν. Sicut apud Hebræos הפריה non tantùm est, *laxavit*, *remisit*, sed & *dimisit*, *sivit*, *reliquit*: unde usitatum הרף, *sine*, similiter & apud Syros[z]. ¶ *Simul laxantes juncturas*, &c. ità Mo. Ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων] *Laxatis* (vel, *Solutis*, Tre. ex Sy.) *vinculis* (vel, *scalmis*, Ca. vel, *juncturis*, Er. Il. P. Tre. ex Sy. G.) Sic in Glossario, Ζεῦξις, *junctura*[a]. Euripides, ζεύγλας dixit, Πηδάλια τε ζεύγλαις παραδέδετο[b].) *gubernaculorum*, Be. Pi. Er. P. &c. Sing. pro plur. cùm unius navis plura non sint gubernacula[c]. Resp. 1. Non respicit hîc singulare illud istius navis gubernaculum, sed quum plures res, etiam in navibus, habeant suas juncturas, addidit discriminis causâ, *gubernaculorum*, ut intelligerentur ejusmodi juncturæ quæ gubernaculis continendis & firmandis adhiberi solebant[d]. 2. In antiquis navibus bina erant gubernacula*, suum cuique lateri: ut ostendimus in Imaginibus Arateis. Cratinus,—Odys. Ὡς ἂν μᾶλλον τοῖς πηδαλίοις ἡ ναῦς ἡμῖν πειθαρχῇ[f]. De Carthaginensium navibus disertè id asserit Ælian. Var. 9. 40. *duo*, inquit, *gubernacula habent*, & *duos rectores*. Unde Heliod. Æthiop. 5. *Theagenes & Chariclea, Tyriâ nave vecti, appellunt*, τῶν πηδαλίων θάτερον ἀποβαλόντες, *altero clavo amisso*. Hyginus quoque de *Argo* navi, *Hæc*, inquit, *habet ad singula gubernacula*; *ad primum stellas* 5, *ad alterum* 4. Germanicus de eadem, *à gubernaculis usque ad malum*. Apud Apul. Asin. 2. *Navis ipsa——utroque regimine*, i. e. utroque clavo, *amisso——— demersa est*. Et *gubernacula* navis in plurali dicit Petronius sæpe, sic & Oppianus Halieut. l. 1[g]. Ea [porrò] gubernacula vinculis quibusdam annectebantur navi, quæ hîc ζευκτηρίαι. Cùm laxantur ea vincula, tunc gubernacula multùm in aquas descendunt, & pondere suo navem retinent quominus à ventis avertatur[h]. Gubernaculum hîc adstrinxerant, ut fortiùs resisterent maris impetui[i]. Solverunt vincula quibus firmatur clavus navigii, ut expeditiùs clavo uterentur ad dirigendam navem in vicinum littus*: priùs enim videntur alligâsse, nè jactatione tempestatis frangeretur, aut avelleretur †. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἐπάραντες τὸν ἀρτέμωνα τῇ πνεούσῃ] *Et sublato* (vel, *levato*, Vulg. vel, *oblato*, i. e. converso atque directo[k],) *artemone* (vel, *velo*, Ca.) *ad venti*, sive *auræ*, *flatum*, Er. Il. P. Be. Pi. &c. vel, *ad flatum*, Ca. vel, *flanti*, Mo. *ad ventum qui flabat*, Tre. ex Sy. *flanti auræ*, Camer. Ad illud, τῇ πνεούσῃ, subintellige αὔρᾳ[l], vel πνοῇ[m], quæ *ventum* significat Act. c. 2. v. 2[n]. Nec magis mirum dici πνοιῶν πνεῖν, quàm, πλόον πλεῖν[o]. [Sed quærendum hîc quid sit *artemo*?] Resp. *Artemo adjectamentum potiùs quàm pars navis est*, ait Jurisconsultus Javolenus, sive Jabolenus, L. Malum D. de verborum signif[p]. Est machina quâ onera levantur, teste Vitruv. Architect. 10. 3[q]. *Artemonem* vocat Lucas, vel, 1. machinam in navi[r], trochleam quâ funes trahuntur †: vel, 2. antennam[s]; ut accipiamus carbasa oppansa flatibus, antennâ in altum subrectâ, quò magis venti arbitrio navis ferretur in littus[v]: vel potiùs, 3. certum veli genus[x], ab ἀρτάω, *suspendo*[h]; parvum arctùmque velum[i], velum illud proræ proximum, quod *dolona* Pollux vocat, & Livius duobus locis[k]. Eo uti solent nautæ ubi metuunt nè vela majora plus satis venti concipiant navémque nimis urgeant[l]. Erat autem id hîc eò magis necessarium quòd arborem dejectam jam suprà audivimus[m]. Puto autem ἀρτέμωνα esse vocem Latinam, quales multas habet Lucas[n]: scribendum autem ἀντέμωνα, *antemonem*. Est autem *Antemon* velum quod potest faciliùs obliquari, & quo nautæ in summo discrimine utuntur[o]. ¶ *Tendebant ad littus*; ità Be. Pi. Er. Il. &c. Κατεῖχον, &c.] Sub. τὴν ναῦν[p]. Verbum nauticum est[q], quod non tantùm aliquò versùs navem dirigere[r], sed & *appellere*, significat †. Sic in Sophocle, προσέσχες τὴν δὲ γῆν, *appulisti ad hanc terram*: & alibi, τίς σε προσέσχε, *quis te, mi fili, appulit*[t]. Κατέχειν pro *tendere* usurpant & Herod. & Plutarchus[v].

41. *Cùm*, &c. Περιπεσόντες, &c.] *Cùm incidissent in locum bimarem*, Be. Pi. Er. &c. *Tæniam* intelligit, quales multæ solent esse non procul à littore, ità tamen ut inter eas & littus mare interluat[x]. Solum eminens intelligit[y], sive Isthmum[z], qui utrinque mari alluitur[a]. ¶ *Impegerunt navem*; ità Er. Il. Ti. Be. Vulg. Bene. Sic Lucanus, ————*Labórque Fortunæ quòd te nostris impegit arenis*[b]. Ἐπώκειλαν, &c.] *Illiserunt*, &c. P. Mo. Ca. Pi. ¶ *Prora fixa*, &c. Ἐρείσασα ἔμεινεν ἀσάλευτος] *Infixa* (i. e. arenoso loco impacta[c]. *Cùm hæsisset* in tænia, G.) *manebat immota*, Be. Pi. sic Er. P. &c. vel, *inconcussa*: vide Sirac. 29. 21. ¶ *Solvebatur*, Ἐλύετο, &c.] *Dissoluta est à fluctibus puppis*, quia in terram subvehi non potuerat. Simile de Argo canit Lucanus,

Raptâ puppe minor subducta est montibus Argo [d].

42. *Militum consilium*, &c.] Βουλὴ dicit voluntatem, quod statim βούλημα. Sic & bello captos in simili periculo trucidatos sæpe legimus. ¶ *Nequis—effugeret*] Nempe è navi in littus non longè absitum [*].

43. *Volens servare Paulum*] Ut civem Romanum. ¶ *Qui possent natare*] Ut nautæ, & si qui alii nare didicerant. ¶ *Emittere se*, Ἀπορρίψαντας, &c.] Dejectis è navi in mare corporibus [f]. *Abjicientes*, Mo. *Jacerent* (vel, *Abjicerent*, Er. P. Be. &c.) *se*, Ca.

44. *In tabulis*] Ità Er. P. Ca. Pi. &c. Cicero 2. Officiorum, *Si tabulam de naufragio arripuerit*: & ad Atticum, *Hæc una me ex hoc naufragio tabula delectat* [g]. ¶ *Quosdam super*, &c. Ἐπί τινων, &c.] *In quibusdam navis*, Er. Be. Pi. V. &c. nempe fragmentis [c], quæ scilicet è navi discindebantur [d], tignis, vasis, sarcinis [*]; vel potiùs, instrumentis nauticis [f], abreptis remis [g], antennis, foris [h], doliis, aliísque quæ in navi ferebantur [i].

[a] G. [*] Idem. [f] Idem. [g] Idem. [c] Er. V. Pi. [d] La. [*] La. Me. [f] Zeg. [g] G. sic Zeg. [h] Zeg. [i] [illegible]

CAP. XXVIII.

1. Melita, Μελίτη] Duæ autem sunt insulæ dictæ *Melitæ* [a], una obscuri nominis, in Adriatico mari [b], quæ pertinet ad Illyricum [c], Corcyræ vicina, teste Plin. 4. 26 [d]. altera in mari Libyco, ait Strabo, l. 6 [*]. vicina Siciliæ [f], inter Africam & Siciliam [g], quæ hodie *Malta* dicitur [h]. Intelligunt h. l. vel, 1. Meliten Illyricam; ità Constantinus Porphyrogenneta [i]: vel, 2. Africanam [k]: quod multa probant. 1. Quòd huc à Creta navem hanc impulit *Euroclydon*, qui ventus in Austrum inclinavit, ut ostendit metus ille nè in Africæ Syrtim inciderent, Act. 27. 17. 2. Quòd ibi hyemavit Centurio cum reliquis 276 per tres menses: quod quis crediderit de Melite Illyrica, quæ 4000 tantùm passibus à continenti distabat, & Epidaurum in conspectu habebat, portum commodissimum? 3. Quòd navis Alexandrina, Puteolos petens, hîc hyemavit, Act. 28. 11. quæ, si hæc Illyrica esset, toto cœlo erravit [l]. 4. Quòd hinc Lucas Paulum deducit Syracusas, & indè Rhegium [m], viâ rectissimâ ex Africana, &c [n]. Est tamen quod objiciunt. 1. Quòd navis hæc jactaretur in Adria, Act. 27. 27 [o]. Resp. Adriam latè sumi ibi probatum [p]. 2. Quòd Africanam Græci pridem incolerent, cùm hujus incolæ sint Barbari, Act. 28. 2, 4 [q]. Resp. Barbaros ibi vocat Pœnos, quorum reliquiæ in agris hæserant [r].

2. *Barbari*] Quales hi erant linguâ & moribus [†]: Afri, qui mari potentes vicinas insulas tenuere [t]. ¶ *Non*, &c. οὐ τὴν τυχοῦσαν, &c.] *Non vulgarem humanitatem*, Er. P. Be. Mo. Ca. &c. Vide ad Act. 19. 11 [v]. ¶ *Accensâ enim pyrâ*] Ità Be. Pi. &c. i. e. lignorum strue [x]. ¶ *Reficiebant*, &c. Προσελάβοντο, &c.] *Acceperunt*, Be. Pi. *Receperunt*, V. sic Er. Camer. sub. *ad se*, Camer. אספו, *hospitio excepere*. Id enim sic verti solet, ut & לקח & similia [y]. ¶ *Propter imbrem qui*, &c. Ἐφεστῶτα] *Urgentem*, Be. Pi. i. e. qui ingruerat [z], & nos premebat [a]. *Præsentem*; Camer. *Qui supervenerat*. Post ingentes ventos solent imbres sequi. ¶ *Et frigus*] Frigus & ex anni tempore aderat, & vento atque imbribus augebatur. Et non poterunt non frigere qui per mare nataverant. Vide Plautum [b].

3. *Cùm*, &c. Συστρέψαντος, &c.] *Cùm congregâsset*, &c. Er. P. Mo. Il. Ti. vel, *collegisset*, Ca. *convertisset*, Be. *converrisset*, Camer. Pi. *convolvisset*, vel, ut in fascem colligeret, vel, ut jam collecta ad pyram admoveret [c]. ¶ *Sarmentorum*, &c. Φρυγάνων πλῆθος] *Multitudinem* (vel, *Fasciculum*, Æth. *Copiam*, Camer. *Nonnihil*, P. Be. Pi.) *sarmentorum*, Er. Mo. Ti. &c. vel, *festucarum*, Camer. *ramorum*, Tre. ex Sy. *viticularum*, Æth. In MS. φρυγάνων τι πλῆθος, *cùm virgulta quædam collegisset*, nempe quæ in proximo parata jacebant [d]. *Sarmenta* propriè *superflua luxuriantis vitis ligna sunt*. Sed generalius est φρύγανα [*], à φρύγω, *uro*, & significat *virgulta quævis arida, quæ facilè ignem concipiunt*; uno verbo *cremia* [f]. Φρύγανον, *fomes*, in Glossario. *Fomes* est quicquid ignem alit [g]. Πλῆθος bene Græcè etiam de inanimis dicitur. Πλῆθος legimus & ἐλαίου & ἀργυρίων, in Plut. & χρημάτων in Plut. Herodian. &c. & τροφῆς, in Josepho, & ἀργυρίου in Athenæo [h]. ¶ *Vipera*, &c. Ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης] In Glossario, θέρμη, *calor*, *æstus*. Utitur sic Thucydides in Pestilentiæ descriptione. In MS. est, ἀπὸ τῆς θέρμης· quod clarius. Sic, ὑπὸ τῆς ἰῆς, ἀπὸ τῆς λύπης, in Causæ significatu sæpe apud Græcos [i]. [Verba sic reddunt,] *Vipera* (Serpens venenatus, sic dictus [k], vel, quòd vi pariat, crasâ per fœtum alvo matris [l]; vel potiùs, quasi *vivipara*, quòd sola inter Serpentes pariat vivum fœtum, non ovum, testibus Theophrast. & Ælian [m].) *è colore*, Er. P. Mo. Be. &c. vel, *præ calore*, Sy. *ob calorem*, Ar. sic Ca. vi caloris [n], eliciente calore [o]. Sensu caloris vel modico recreata, vel nimio exasperata, quæ antea torpebat frigore, ideóque convolventem virgulta non attigit [p]. ¶ *Cùm*, &c. Ἐξελθοῦσα] *Prodiens*, Be. *Prorepens*, Pi. sic Camer. Alicubi est, διεξελθοῦσα, *cùm perrependo prodiisset* [q], nempe ex pyra illa [r]. Ignis calorem ut senserat, effugere volebat [†]. Ex sarmentis & virgultis passim erumpere Serpentes, satis notum est. Exempla habemus in Palladii Lausiacis, cap. 20. Luciani Philopseude, Damir, Thuano [t]: [quorum verba vide in BA.] ¶ *Invasit manum ejus*; ità Er. Il. Ti. P. Mo. Ca. Καθῆψε, &c.] Ad verb. *Attigit*, &c. Pi. *Afflixit manum*, vel, *Adhæsit ad manum*, Camer. Multi reddunt, *invasit*, quasi καθῆψε, vel καθήψατο, sit idem quod ἥψατο. Certè ἅπτεσθαι ἀνθρώπου est, *hominem invadere*, ut ex Plat. Thucyd. Plut. probat Stephanus. Sy. & Ar. &c. *momordit*, quasi legerint καθήψατο· nam καθάπτεσθαί τινος est, *aliquem mordere*, non tamen *dentibus*, sed *cavillis*, & *dicteriis*. Sed repugnat v. 5. Deinde, non καθάπτειν, sed simplex ἅπτειν, *mordere* significat. Æthiops, & alii, *pependit è manu*, ex collat. v. 4. & quia ἀφάπτειν, & ἐξαρτᾶν, est, *appendere*, aut *suspendere*. Malim vertere, *illigavit se manui*: nam id *ligare* dicitur Serpens quod spiris suis complectitur, Plutarcho, Ælian. histor. 6. 21. Macrob. Saturnal. 1. 19. Ciceroni, &c. [verbis à BA. productis.] Ut simplex ἅπτειν *illigare* significat, ità & καθάπτειν, Xenoph. Cyneget. Anthol. 4. 12. & συγκαθάπτειν est, *circumalligare*, Dioscor. l. 5. & καθαπτὸς est, *ligatus*; ut apud Hesychium, καθαπτὰ λύεις, vel, ut alii, λύεις ἅμματα, *ligata*, vel *nodos*, *solvis*. Ità hoc loco, *illigavit se*, &c. nempe ut infenso dente morderet, sed eam cohibuit Deus, sicut Leones illos Dan. 6. 22 [v].

4. *Pendentem bestiam*; ità Er. P. Mo. Be. &c. Τὸ θηρίον] Vox hæc non modò *bestiam* in genere significat, sed & *serpentem* [x], sive *venenatam bestiam* [y], in quibus excellunt Viperæ [z]. Sic sumitur in Sirach. 12. 17. Dioscor. l. 1. cap. de Vitice, θηρία διώκει, quæ Plinius 24. 9. reddit, *fugant venenata*. Hinc passim in Medicorum libris θηριόδηγμα, & θηριοδηκτος, de eo *qui à Serpente morsus est*; & θηριακὰ φάρμακα, *quæ venenatis prosunt* [a]: hinc & θηριακὴ ἀντίδοτος nomen habet [b]. Sic Æthiopia dicitur θηριοτρόφος, quia multos alit Serpentes, Jo. Antiq. 2. 5. & Marsi Galeno, θηριοτρόφοι, *quia vescuntur serpentibus* [c]. Sic & *bestiæ* voce utitur Cicero, Tuscul. 5 [d]. Ambrosius in Hexaemero, *Vipera, nequissimum genus bestiæ*: indè, *Vipeream inspirans animam*— apud Virgilium [*]. ¶ *Homicida est*] i. e. Cædis, aut alius gravis criminis, reus. Species pro genere, quomodo Furiarum una Τισιφόνη dicitur ἀπὸ τοῦ τίειν τοὺς φόνους, quamvis & cædium & aliorum criminum vindex fuerit [f]. Putabant convictum criminis ob quod custodiæ erat datus [g]. Forsan pœna homicidæ ibi, ut apud Judæos interdum, erat morsus Serpentis [h]. ¶ *Ultio* (vel, *Fas*, Ca. *Justitia*, Tre. ex Sy. V. *Justa pœna*, Camer. *Ultio* divina, Il. *Ultio* sanguinis, Æth.) *non sinit eum vivere*] Sic Er. P. Mo. &c. Malim, *sivit vivere*: de exitio loquuntur tanquam certo acsi jam evenisset [i]. Sic in Epigrammate Græco Sarapis dicit homicidæ, Εἰ μὴ νῦν σε μεθῆκα θανεῖν, θάνατον μὲ ἄλυπον Νῦν ἔφυγες· σταυρῷ δ' ἴσθι φυλασσόμενος [k]. Rectè statuunt, scelestos pœnam haudquaquam effugere, quod & notatum Platoni, Horatio, &c. sæpe & à Viperis puniri, Ecclus. 39. v. 35. (al. v. 38.) Ælian. 10. 31. In eo tamen peccant; 1. quòd pœnas ab impiis in hac vita semper reposci putant: 2. quòd virtutem & perversitatem ex rebus prosperis & adversis metiuntur: 3. quòd, eventu non exspectato, præceps hîc judicium ferrent [l]. Ἡ δίκη, &c.] Δίκη hic *Divina ultio*: de qua illud vetus, —ὁρᾷ γὰρ ἐν χρόνῳ Δίκη τὰ πάντ' ἀγαθοὺς εἰς φάος βροτοῖς· & alia multa apud Stobæum, De rerum natura, titulo 7. Hesiodus, —Δίκη δ' ὑπὲρ

[a] Be. sic La. BC. [b] Be. [c] BC. 1. 26. 551. sim. La. [d] Be. [*] Ham. [f] La. [g] Fe. Nebrissquinquag. c. 29. [h] Be. La. [i] La. [k] Be. La. Nebriss. Ham. BC. Er. T. G. [l] BC. ib. 552. [m] Be. BC. [n] BC. 553. [o] Q. [p] BC. [q] Q. [r] BC. 554. [†] La. Me. [t] G. [v] Idem. [x] Zeg. Gua. G. [y] G. [z] Pi. [a] Pi. sic Be. [b] G. [c] BA 2. 3. 2. 368. [d] G. [*] BA. ib. [f] BA. ib. sim. Di. [g] G.

[h] Pri. [i] G. [k] Me. [l] Q. in T. sic Me. [m] T. ex La. [n] Pi. [o] Camer. [p] BA. ib. 369. [q] Camer. [r] Pi. [†] G. sim. Me. [t] BA. ib. [v] BA. ib. 370. [x] BA. 371. [y] BA ib. sim. Be. G. [z] G. [a] BA. ib. [b] G sic Be. [c] BA. ib. [d] Be. [*] G. [f] BA. ib. [g] G. [h] Heins. [i] Be. [k] G. [l] BA. ib. 373.

δ' ὡσπερ ὕβρεως ἵξει Ἐς τέλος ἐξελθοῦσα[m] · Δίκη, καθ' εἰδολοποιίαν, *Justitiæ numen*[n]. Ἡ Δίκη est, *Justitia* Dea: quæ *virgo est, Jove prognata, veneranda diis ——— quæ, cùm quis ipsam læserit prava perpetrando, statim Jovi narrat*, &c. Hesiod. in Operibus, v. 254. Sic Orpheus Argonaut. v. 349. *Hujus* (juramenti) *testes sint* Ἰθυντειρα Δίκη, &c. *rectrix Dice, & Furiæ ultrices.* Sic Euripid. Medea, v. 1389. Iason Medeæ imprecatur, *Sed te perdat Erinnys*, Φονία τε Δίκη —— *& cædis vindex Dice.* In Orphei Hymno in Horas, *Dice* una est *filiarum Themidis & Jovis regis.* Hujus picturam graphicè descriptam vide in Gellio, 14. 4. In Plut. lib. De sera Numinis vindicta, sceleratos, quia in hac vita pœnas non dant, *eos post obitum*, inquit, Δίκη ὁ δαίμων παραδίδωσι, *Dæmon Dice tradit* graviùs puniendos. Nec mirum, Græcæ Deæ famam ad Melitenses devenisse, cùm, ante Romanos, inter Græcos & Phœnices alternaverit hujus insulæ imperium[o].

5. *Nihil mali passus est*] Ità impleta promissio Christi, Marc. 16. 18[p]. & Luc. 10. 19. Confer & Psal. 91. v. 13[q].

6. *Existimabant*, &c. Προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι] *Exspectabant* (id est, exspectantes putabant. Ex consequente intelligitur antecedens[r].) *eum inflammari*, sive *incendi*, Er. G. vel, *futurum ut incenderetur*, Er. V. sim. Camer. Di. ex Æth. BA. ex Ar. & Ca. vel, *fore ut intumesceret*, BA. Pi. Boder. ex Sy. vel, *consumeretur*, Tre. ex Sy. vel, *tabesceret*, Di. ex Sy. id est, colliquesceret & dissolveretur †, nempe ex veneno Viperæ[t]. Πίμπρασθαι sign. & *uri* & *intumescere*[v]; propriè est, *ardere* & *exuri*, deinde, *præ ardore inflari*, & *intumescere*, teste Hesychio. Symptoma est morsûs Viperæ, quòd demorsa pars statim intumescit, ut docent Dioscor. lib. 6. Nicand. Ther. v. 240. ——— φλύκταιναι ἀραιαί, Οἷα πυρικμήτοιο χροὸς, κλαδάωσιν ὕπερθεν, *tumores noxii, ac si corpus sit igne ambustum, supernè ebulliunt*: Paulus Ægineta, Ætius, Avicenna[x]. ¶ *Aut*, &c. Ἢ καταπίπτειν, &c.] *Aut concideret repentè mortuus*, Be. Pi. sic Camer. &c. Huic opponi possit illud Avicennæ, quòd *à vipera morsi tertiâ, interdum verò septimâ, die pereunt*[y]. Resp. Venenum Viperæ quibusdam in locis valde rapidum est[z], & acrius fit pro loci aut alimenti ratione, & si jejuna mordet Vipera, & æstivis diebus, & priùs provocata, bilique accensa. Quædam etiam corpora, vel etiam corporis partes, veneno minùs obsistunt. Hinc aut lentiùs, aut citiùs, perimit. Ætius τοὺς ἐχιοδήκτους ait intra septem horas plerumque mori: & Scytharum sagittæ, viperinâ sanie tinctæ, *mortem illico afferunt levi tactu*, teste Plin. 11. 53. & alius in Pausaniæ Bœoticis, à Vipera afflatus mox obiit[a]. Galenus, l. De theriaca, c. 8. *Aspides*, inquit, *velociter interficiunt, quod sæpe expertus sum in condemnatis, quos, aspidibus pectori admotis, brevi perimunt: quod & Cleopatræ exemplo constat*, &c †. ¶ *Diu*; ità Er. Pi. &c. Ἐπὶ πολύ] *In multo*, Mo. *Multum* tempus, P. Be. sic Tre. ex Sy. *Ad multam*, sub. *partem temporis*, Pi. ¶ *Nihil*, &c. Μηδὲν ἄτοπον, &c.] *Nihil mali*, &c. Vulg. vel, *absurdum*, vel *mirum*, Camer. vel, *novi*, sive *insoliti*, Di. Hesychius enim & Suidas reddunt per παράδοξον, ξένον καὶ θαυμάσιον, quod *insolens, novum & admirandum est.* In Thucyd. lib. 3. opponuntur τὰ ἄτοπα καὶ τὰ εἰωθότα, *insolita & solita*[b]. Vel, *incommodi*, Be. Pi. G. Sic ἄτοπον sumitur apud LXX, Job. 4. 8. & Theophrast. 4. 15[c]. & Herodian. l. 4. οὐδὲν μὴ ἄτοπον πεπραδοκῶτες[d]. Ἄτοπον de malo morali, sive culpæ, usitatè dicitur, ut Luc. 23. v. 41. 2 Thes. 3. 2. de malo autem physico, sive pœnæ, raró. At est ubi pro *re turpi & infami* accipiatur; ut apud Platonem, ἀτόπῳ, &c. *infami ac turpi victoriâ vincere.* Ità Syrus hîc accepisse videtur, cùm vertit, *nihil odibile*, &c. Mentem ejus explicat Arabs, *nihil turpe*, i. e. nullum incommodum turpe & ignominiosum, unde criminis alicujus, prout suspicati fuerant, reus haberi possit *. ¶ *Convertentes se*, Μεταβαλλόμενοι] *Mutati*, P. Be. Ca. Mo. *Mutatâ mente*, sive *sententiâ*, Er. Ti. V. Camer. Pi. G. ut mos vulgi[f], ——*sequitur fortunam, ut semper, & odit Damnatos*[g]. ¶ *Esse Deum*] Herculem, puto, ἀλεξίκακον, qui in Melite insula colebatur[h], & quidem ὀφιοκτόνον, cujus primum facinus, Serpentes domiti, quos in cunis peremit. Hercules porrò Θεὸς excellenter dicitur passim in antiquis Inscriptionibus[i]. Alii eum fecerunt Mercurium, Act. 14. 18[k].

[m] G. [n] Camer. [o] BA. ib. 372. [p] BA 373. [q] BA. 2. 4. 29. 644. [r] Pi. † Di. [t] Pi. sic Di. [v] Di. [x] BA. 374. [y] BA. ib. [z] G. [a] BA. ib. † La. [b] Di. [c] G. [d] Pri. * G. [f] G. sic [g] A. 375. [h] G. sic Heinf. [i] Heinf. [k] La.

7. *In*, &c. Ἐν τοῖς περὶ τὸν, &c.] *In locis illis*, Vulg. Er. & Ar. in Di. *Circa locum illum*, Be. Pi. ad verb. *in iis quæ erant circa locum istum*: ubi, τοῖς περὶ τὸν τόπον, ponitur pro, τῷ τόπῳ, ut Act. 13. 13. οἱ περὶ τὸν Παῦλον, pro, ὁ Παῦλος[l]. *In loco illo*, vel, *regione illa*, Di. ex Sy. ¶ *Erant prædia*, &c. Χωρία τῷ πρώτῳ, &c.] *Prædia* (Domus & agri[m]) *primario insulæ illius nomine Publio*, Be. Pi. Romani divites in provinciis fundos habebant, maximè in Africa. Fortè hîc libertus fuerit Augusti: nam & Syrus ille Mimus, itidem libertus, dictus *Publius* sine alio nomine. Est autem πρῶτος Μελιταίων nomen Magistratûs[n], sive ejus quem Romani huic insulæ præfecerunt: ut hinc liquet[o], & ex veteri Inscriptione in insula Melite reperta, Λ. Κ. ΚΙΟΣ. [BC. legit ΥΙΟΣ.] ΚΥΡ. ΙΠΠΕΥΣ. ΡΩΜ. ΠΡΩΤΟΣ. ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. —ΘΕΩ ΑΥΓΟΥΣΤΩ P. L. Ca. *Filius Cyr. eques Romanorum, Primus Melitensium—Deo Augusto.* Sic antea Præfecti Carthaginienses dicebant linguâ Punicâ הרושנים, *primi.* Sic Dan. 10. 13. Michael dicitur unus principum *primorum.* Hinc & h. l. pro *primo* Sy. & Ar. habent *caput*[q]. ¶ *Qui*, &c. Ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς] *Qui nos exceptos*, Be. Pi. Nempe jussos transire ex diversorio publico in suam domum[r]. ¶ *Benignè*, &c. Φιλοφρόνως ἐξένισεν] *Libenter* (vel, *Gaudenter*, Di. ex Sy. & Ar. nam & Hesychius φιλοφρονοῦμαι exponit, *dextro & prompto animo excipio* †. Vel, *Amicè*, Mo. Er. V. *Peramicè*, Be. *Benignè*, Er. II.) *excepit*, Sy. vel, *hospitio excepit*, sive *tractavit*, Ar. Be. Er. II. *hospitatus est*, Er. Jam tum πνευματικὸς εἰς ζωὴν αἰώνιον, & umbras quasdam habens virtutum Christianarum. Vide Matt. 25. 33[t].

8. *Et*, &c. Καὶ δυσεντερίᾳ] *Et dysenteriâ*, Be. Pi. vel, *torminibus*, Val. Zeg. Gua. G. *intestinorum*, Gua. ut vocem vertit Celsus, 4. 15[v]. exulceratione intestinorum[x], frequentíque ventris profluvio[y], dejectionibus ramentosis, cruentis & dolorificis[z]. *Dolore viscerum*, Sy. in Gua. morbis urinæ & torminum, ut reddit Cicero[a]. Is morbus [dysenteria] si duret, plerumque & febres adfert[b]. ¶ *Vexatum*, &c. Συνεχόμενον κατακεῖσθαι] *Detentus* (vel, *Laborans*, Ca. *Vexatus*, Er. II. &c. Vide Luc. 4. 38. & Matt. 4. 24[c]. ubi συνέχεσθαι est, *constringi*, *colligari.* Sic & Ammianus *ægritudine colligatum* dixit, l. 14. &, *constricti rapidis febribus*, l. 26[d]. Utitur hâc locutione & Galenus: rectè: nam συνέχειν est, *vincire*, & morbi *vincula* quædam, Luc. 13. 16*.) *decumberet*, P. Be. Pi. vel, *cubat*, i. e. ægrotat, Scholiastes ad illud Horatii, ———*Cubat hic in valle Quirini.* ¶ *Et imposuisset*, &c.] Vide Matt. 9. 18. & 19. 13. Marc. 6. 5. & 7. 32. &c[f].

9. *Qui habebant infirmitates*] Ut Luc. 13. 11, 12. Joh. 5. 5. & 11. 4[g].

10. *Multis honoribus*] i. e. Amplâ mercede[h]. ¶ *Et*, &c. Καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο, &c.] *Et quum proveheremur* (vel, *solventibus nobis*, V.) *imposuerunt* (in navim scilicet[i]) *ea quæ opus*, vel *usui*, (sub. *nobis*, Be. Pi.) *erant*, Be. Pi. G. cibaria scilicet. In MS. τὰ πρὸς τὰς χρείας, pluraliter, ut Act. 20. 34. Permiscuit h. l. locutiones de navigantibus & de navi, ut fieri solet: nam ἀναγομένοις ad navigantes, ἐπέθεντο ad navim, pertinet[k].

11. *Quæ*——*hyemaverat*; ità Be. Pi. Παρακεχειμακότι] *Quòd tempestatem vitaverat*, ut Act. 27. 12. nam hyems nondum exierat[l]. ¶ *Cui*, &c. Παρασήμῳ Διοσκούροις] *Cui erat insigne Castorum*, Vulg. Val. Er. &c. Erudita Versio. Sic Plin. 10. 43. *Supra Castorum ædem.* Tertul. *Phantasmata Castorum.* Simil. Arnob. Cyprian. Minutius[m]. [Vide G.] *Castorum*, id est, Castoris & Pollucis, qui erant gemini fratres, quorum senior, Castor, juniori, Polluci, nomen suum communicavit[n], dicti Διόσκουροι, i. e. *Jovis filii*[o], utpote nati ex Jove & Leda[p]: qui putabantur præesse tempestatibus[q], & navigantibus favere[r]; & à nautis, tanquam dii maris, invocabantur; sive, quia stellæ sunt, serenitatis indices; sive Argonautæ fuerunt, &c †. Sic solebant naves denominare à signis quibus earum proras ornabant[t]. Virgil. Æneid. 10. ——*æratâ Princeps secat æquora Tigri.* Hinc abreptus Poetis dicitur Ganymedes ab *aquila*, & Europa à *tauro*, i. e. navibus sic dictis[v]. Solebant nautæ in puppi gestare deos tutelares, sive eorum effigies[x]. Hos Phœnices *Pataecos* vocant, teste Hesychio[y], & Suidâ, & Herod. Eos Herod. in prora collocat, Hesych. & Suid. in puppi, quippe qui

[l] Di. [m] Ham. [n] G. [o] BC. 552. [p] G. sic BC. [q] BC. ib. [r] G. † Di. [t] G. [v] G. sim. Gua. [x] Zeg. Gua. [y] Zeg. [z] Gua. [a] Camer. [b] G. [c] G. sim. Pri. [d] Pri. * G. [f] Idem. [g] Idem. [h] Ham. [i] Pi. sic G. [k] G. [l] Idem. [m] Idem. [n] La. [o] Val. Er. &c. [p] La. sic Er. &c. [q] Val. [r] V. sim. Er. Zeg. Gua. † La. [t] Be. sic Ham. [v] Ham. [x] La. ex San. [y] La. LE.

Line numbers in central gutter: 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

qui locus erat tutelæ, Græcis & Romanis. Persius Sat. 6. *Ingentes de puppe dii.* Ubi Glossa vetus, *Navium tutelam dicit, quam in puppibus pingunt* [z]. Sed aliud *tutela*, aliud ἐπίσημον, vel παράσημον· *tutela* in puppi [a], ut Minerva in Argo [b]; παράσημον, sive *insigne*, in prora [c]. Sic in navi quâ vectus Ovidius, tutela erat Minerva, insigne Cassis, & inde nomen; quomodo *Pistrix*, *Centaurus* [d].

12. *Mansimus ibi*] Nempe ad exponendas merces quasdam Alexandrini navigii [*].

13. *Circumlegentes*; ità Er. P. Be. Pi. &c. Περιελθόντες] *Circuivimus*, Tre. ex Sy. sim. Mo. Ca. *Circumflexo cursu*, nempe ad Pachynum Siciliæ promontorium [f]. ¶ *Rhegium*, Ῥήγιον] Ῥήγνυον scribunt Græci, & populum Ῥηγινοὺς· addúntque omnes originem esse nominis quòd ibi ab Italiæ latere *abscissa* esset Sicilia. *Regium* verò Latino nomine, oppidum est Galliæ Cisalpinæ [g]. *Rhegium*, Calabriæ portus & urbs objacens (& vicina [h]) Siciliæ [i]. ¶ *Secundâ die*; ità P. Be. Pi. &c. Δευτεραῖοι] q. d. *Biduani*, ut Joh. 11. 39. τεταρταῖος, *quatriduanus* [k]. *Secundantes*, Mo. Locutio bene Græca, quâ & Herod. & Xen. utuntur. Tribuitur personæ quod est rei. Tale illud, *Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius & pernox*, apud Gellium, 2. 1 [l]. ¶ *Puteolos*, Ποτιόλους] Civitatem Campaniæ juxta Neapolim [m]. Puteolos enim apellere solebant naves Alexandrinæ: docet id nos Seneca Epist. 77. & decretum in Gruteri Inscriptionibus. Statius,—*modò nam trans æquora terris Prima Dicharcheis Pharium gravis intulit annum.* Puteolis enim vetus nomen Δικαιάρχεια· unde Poetæ faciunt *Dicarchæam* [n].

14. *Ubi inventis fratribus*] Christianis [o]. Ergò non Romæ tantùm, sed & Puteolis, jam erant Christiani [p]. ¶ *Rogati*, &c. Παρεκλήθημεν ἐπ' αὐτοῖς, &c.] *Recreati* (vel, *Consolati*, Ar.) *sumus*, vel, *Consolationis facti participes, apud eos, cùm ibi mansissemus*, Camer. *Rogati* (vel, *Exorati*, Ca.) *sumus* (sic hoc verbum sumitur Act. 16. 15. & 21. 12. & 25. 2 [q].) *ut permaneremus apud eos*, Be. Pi. sim. Er. P. Mo. Di. &c. Ἐπὶ hîc pro παρὰ, *apud*; quod rarum, non tamen insolens: ut passim, ἐπὶ ταῖς θύραις, *ad fores, apud januam*; & apud Thucyd. l. 3. ἦν ἐπὶ ποταμῷ, situs *erat apud fluvium*. Vel sic vertas, *ut ipsorum causâ maneremus*: ἐπὶ enim sæpe valet *propter, causâ, gratiâ*; ut, ἐπὶ τῷ κέρδει, *lucri causâ*, hoc fecit [r]. Duo cod. legunt παρ' αὐτοῖς· & quidem rectiùs †. ¶ *Sic venimus*, &c. Ἤλθομεν, &c.] *Contendimus Romam*, Be. Pi. id est dedimus nos in viam [t]. *Ivimus*, vel, *Profecti sumus*, D. & G. ex Sy. Permutantur *venio* & *eo*, ut Jon. 1. 3. *navem* באה, *venientem*, id est, euntem. Contrà Gen. 15. 15. *Venies*, &c. LXX ἀπελεύσῃ, Hier. *ibis* [v]. Judæi Hellenistæ בוא, modò per πορεύεσθαι, modò per ἔρχεσθαι, vertunt promiscuè [x]. Ἔρχεσθαι hîc idem quod ἰέναι vel πορεύεσθαι, ut Joh. cap. 6. ver. 17. & in Il. α'. ἔρχεσθον κλισίην [y].

15. *Ad*, &c. Ἄχρις Ἀππίου φόρου] *Usque ad Appii forum*, Be. Pi. locum in agro Setino, teste Plin. 14. 6 [z]. juxta Pontinas paludes [a], distantem Româ 51 mil. passuum [b]. Sic dictum ab Appio Claudio, auctore viæ Appiæ, cujus statua hîc erat. Romani enim loca, in quibus Principum statuæ positæ erant, *fora* vocabant; ut, Forum Cornelii, Claudii, Julii, &c [*]. ¶ *Ac*, Καὶ τριῶν ταβερνῶν] *Et Tres tabernas*, Be. Pi. id est, πανδοχεῖα, *diversoria* [f]. Sed nomen hoc proprium est [g]. *Trestabernæ*; vulgò *Cisterna*, urbecula est juxta *Velitras*, patriam Augusti [h], 33 mil. pass. Româ dissita [i]. [*Sensus loci*,] *Alii obviàm venerunt ad Forum Appii, alii ad Tres Tabernas*; illi priùs, hi seriùs: nam Tres Tabernæ propiores Romæ, ut apertum fit ex tabulis & epistola Ciceronis ad Atticum, 2. 11 [k]. & 2. 29. *Emersimus*, inquit, *commodè ex Antio in Appiam, ad Tres tabernas* [l], & 2. 10, 13. *Ab Appii foro horâ quartâ, dederam aliam paulò antè à Tribus Tabernis* [m]. —*Indè forum Appi*, est in Horat. Serm. 1. 5 [n]. Multa tum loca in Romano Imperio habebant nomen alia *fori*, alia *tabernæ*: *fori*, ab omnium rerum mercatu; *tabernæ*, quòd ibi vinum & esculenta venum proposita essent [o].

16. *Cùm—venissemus*; ità Be. Pi. Ἦλθομεν] MS. εἰσήλθομεν, quod planius [p]. ¶ Ὁ ἑκατόνταρχος, &c.] Vulg. Sy. & Ar. & Chrysost. hoc membrum non legunt: reliquæ autem editiones Græcæ constanter legunt, ut & Æth [q]. ¶ Τῷ στρατοπεδάρχῃ] *Tribuno*, Zeg. *Præfecto castrorum*, Mo. Ca. *Principi exercitûs*, Ti. Er. V. Zeg. sic Be. Pi. Præfecto Prætorio [r], Burro. Nam à Tiberii temporibus Prætorianus miles in castris habitus, teste Tacito Annal. 4. Et sub hujus cura fuisse reorum custodias multis ejusdem Taciti locis evincitur †. ¶ *Manere* (vel, *Ut habitaret*, Be. Pi.) *sibimet*, Καθ' ἑαυτὸν] *Seorsim*, Be. Pi. *Per se*, Camer. ad verb. *Secundùm se*, Pi. *Apud semetipsum*, id est, solum & sine reliquis captivis [t]; privatim extra carcerem [v]; in domo privata [x]; sine aliis. Ità vertitur לבדו, Gen. 30. 40. & 43. 32. Zach. 12. 12, 13, 14. quod alibi vertitur κατὰ μόνας [y]. Glossarium, Καθ' ἑαυτὸν, *in se, secum*: Hesychius, *ipse per se*. At Sy. Ar. & Æth. qui verterunt, *ubi vellet*, acceperunt pro, *secundùm se*, id est, secundùm animi sui sententiam [z]. ¶ *Cum custodienti se milite*] Ex more Romano. Scholiastes Juvenalis *castrensem carcerem* dici ait quando captivi traduntur catenati. Sed intellige ità ut eadem catena & militem constringeret, testibus Josepho, 18. Senec. Epist. 5. & De Tranquil. 1. 10. & Athen. [quorum verba vide in G.] Hæc est *catena*, cujus mox meminit eam monstrans Paulus, v. 20. & Eph. 6. 20. Cùm catena longa fuerit quæ & militem & Paulum tenebat, facilè jam intelligimus quomodo Paulus, quanquam vinctus, huc illuc ambulare poterit. Hoc est quod δεσμῶν nomine Paulus intelligit, Phil. 1. 7, 13, 14, 16. Col. 4. 18. 2 Tim. 2. 9. Philem. v. 10, 13 [a].

17. *Primos Judæorum*] Id est, vel, eminentiores; neque enim Synagogam Romæ videntur habuisse Judæi eo tempore [b]: vel, Præfectos consistorii Judaici eo loco [c]. ¶ *Ab Jerosolymis*] *Avectus* scilicet. Similis ἔλλειψις suprà 7. 9. ¶ *Traditus sum*, &c.] A Judæis apud Felicem accusatus. Vide ad Act. 21. 11 [d].

18. *Cùm*, &c. Ἀνακρίναντές με] *Cùm examinâssent* (vel, *interrogâssent*, Tre. ex Sy.) *me*, Er. Il. Ti. *Quæstione de me habitâ*, P. Be. Pi. Prævio quodam examine. Vide Act. 25. 26. ¶ *Voluerunt*, &c.] Nempe nisi appellâssem. Similis locutio Matth. 26. 39. ubi de ea diximus. ¶ *Quòd nulla*, &c.] Act. 25. 25. & 26. 31. Sic servus, non minùs quàm Dominus, ab incredulis testimonium retulit suæ innocentiæ [*].

19. *Contradicentibus*, &c.] Cùm illi hoc agerent ut me ad Synedrii cognitionem traherent, videreturque Festus illis velle gratificari. ¶ *Coactus sum*, &c.] Nempe nè hoc fieret [f]. ¶ *Non quasi*, &c. Οὐχ ὡς, &c.] *Non* (sub. *tamen*, Be. Pi. ut Matth. 2. 6 [g].) *quasi—accusem*, Be. Pi. &c. Accusor, non accuso: nec contra totam gentem ulla lis mihi est [h]. Non constitui eam criminari apud Cæsarem, sed tantùm Christi causam meámque innocentiam nullo hostium incommodo tueri [i].

20. *Alloqui*, Προσλαλῆσαι] *Loqui ut cum amicis*, G. ¶ *Propter spem Israel*] Vel, 1. Propter fidem resurrectionis [k], ut Act. 23. 6. & 24. 15. & 26. 6, 7 [l]. Vel, 2. Propter Messiam quem sperant & exspectant Israelitæ [m], tot jam seculis, quia illum prædico [n]: vel, ut eum Israelitis qui Romæ sunt annunciarem [o]. ¶ *Catenâ hâc*, &c.] Vide suprà v. 16 [p]. Sic liber erat ut tamen captivitatis signa, id est, catenam, circumferret, alligato sibi milite [q].

21. *Neque literas*, &c.] Nempe quæ de te nominatim agerent, & nos monerent ut tibi adversaremur. ¶ *Aliquis fratrum*, &c.] id est, de gente nostra. Judæi enim alii alios *fratres* vocabant. Vide Act. 7. 2, 37. & 13. 26, 38. & 23. 1, 5, 6 [r].

22. *Rogamus*, Ἀξιοῦμεν] *Volumus*, Er. Ti. P. *Velimus*, Il. Ca. Be. Pi. *Cupimus*, Ar. sim. Tre. ex Sy. *Digni sumus*, Mo. *Volumus rectum*, Æth. *Æquum censemus*, Be. ¶ *De secta hac*] Christi & Christianorum †, vel Nazaræorum, Act. 24. 5. cujus scilicet sectæ te esse profiteris. ¶ *Notum est nobis*] Nimirum propter literas istas scriptas à Synedrio paulò post Christi abitum ex terris: de quibus diximus ad Matth. 27. 63. Aiunt Judæi earum literarum exemplum asservari apud Synagogam vetustissimam quæ est Borbetomagi Vangionum [t].

23. *In*, &c. Εἰς τὴν ξενίαν] *In hospitium*, Be. Pi. *Domum in qua divertebat.* Utitur sic voce ξενίας & Josephus [v]. ¶ *Exponebat*, &c. Ἐξετίθετο διαμαρτυρόμενος τὴν, &c.] *Exponebat* (subaud. *scripturas*,) *testificans*, &c. id est, multis testimoniis & argumentis ostendens regnum

Marginal notes (left): [z] BC. 2. 3. 79. [a] BC ex Scal. G. [b] G. [c] PC. G. [d] G. [*] G. [f] Camer. [g] G. [h] La. Me. [i] T. sic La. Me. [k] Camer. [l] G. [m] La. Me. T. [n] G. [o] Me. [p] G. [q] Idem. [r] Di. † Be. [t] Idem. [v] D. [x] G. [y] Be. [z] La. Me. [a] La. T. [b] La. ex Baron. Ham. T. [*] La. [f] Ibid. in Ham. [g] Ham. [h] T ex La. [i] T. ex La. Ham. [k] G. [l] La. [m] Ham [n] Er. Zeg. [o] G. [p] G. [q] Di.

Marginal notes (right): [r] Be. G. † G. [t] Er. V. [v] V. [x] Ham. sic Be. [y] G. [z] Di. [a] G. [b] G. [c] Ham. [d] G. [*] G. [f] G. [g] Be. [h] G. [i] Be. [k] G. sic Pi. [l] G. [m] T. sic La. Me. V. [n] T. [o] V. [p] G. [q] Be. [r] G. † La. sic L. Me. T. [t] G. [v] G.

Line numbers (right column): 10, 20, 30, 40, 50, 60, 70

regnum

regnum Dei esse inchoatum, nec ampliùs exspectandum esse Messiam [x]. *Cum testificatione*, sive *attestatione*, *exponebat*, Be. Pi. id est, probans Regnum Dei advenisse. Vide Luc. 16. 28 [y]. Exponebat futurum Dei Regnum, adhibitis probationibus, tum ex S. Literis, tum ex iis quæ in Domino Jesu erant conspecta. Ità διαμαρτύρεσθαι habuimus Act. 10. 42. & alibi. Pro διαμαρτυρόμενος in MS. est παρακαλῶν quomodo Act. cap. 17. ver. 3 [z]. ¶ *Suadens*; ità Be. Πείθων] *Studens eis persuadere*, Pi. nec frustrà [a]. Πείθειν hîc de conatu sumitur [b], ut Act. 19. 8. In Glossario, *Suadeo*, προτρέπω, πείθω, συμβουλεύω [c]. ¶ *De Jesu*, &c.] Hunc esse illum Christum promissum [d]. Ostendebat omnes res Jesu prædictas aut præfiguratas à Mose & Prophetis, Luc. 24. 27. Act. 3. 18, 24. & 13. 27. & 15. 15. & 22. 14. & 26. 22 [e].

24. *Quidam credebant —— quidam non*, &c.] Ut plerumque evenit, ut Act. 14. 4. & 17. 34. & 19. 9 [f].

25. *Cùmque*, &c. Ἀσύμφωνοι, &c.] *Cùm autem discordes essent*, Be. Ca. Pi. sim. Er. P. Mo. &c. id est, inter se litigarent, ut v. 29 [g]. ¶ *Discedebant*; ità Er. Ca. Il. sic P. Tre. ex Sy. *ab eo*, Tre. ex Sy. Ἀπελύοντο] *Digressi sunt*, Be. Pi. Animo scil. non revertendi, nisi resipiscerent [h]. Ἀπολύεσθαι, pro *discedere*, est locutio Polybiana. Invenitur & Exod. 33. 11. ¶ *Dicente Paulo unum verbum*, Ῥῆμα ἓν] Id est, *Abeuntibus hoc unum dixit* [i]: dictis istud adjecit [k]: breviter atque summatim [l]. Εἷς pro τὶς, ut sæpe; vel potiùs pro τοῦτο emphaticè, quia hæc maximè verba eos commoverunt [m]. *Unum verbum*, id est, appositum & insigne. Sic de Fabio Max. Ennius, *Unus* (id est, insignis & eximius) *homo nobis cunctando restituit rem* [n]. Sic & Dio in Excerptis, Καὶ τέλος ἓν τοῦτο εἰπὼν, &c [o].

26. *Aure audietis*, &c.] qu. d. Audietis prophetias & de captivitatibus atque calamitatibus vestris, & de Messia; & non credetis: quod etiam nepotibus vestris accidet. Hîc enim prædicitur cæcitas irroganda patribus & nepotibus [p].

27. *Incrassatum est*, &c. ità Er. Il. Mo. Tre. ex Sy. Ἐπαχύνθη γὰρ, &c.] Sequitur Lucas LXX Esa. 6. 10. ut solet: tantùm post τοὺς ὀφθαλμοὺς addidit αὐτῶν. De sensu vide ad Matth. 13. 15. Quantum verò induruerint Judæi post rejectum Evangelium, vide ad Rom. cap. 11 [q]. *Torpet*, &c. Ca. *Obduratum est*, &c. Ar. *Pinguefactum est*, &c. P. Ti. Mo. Be. Pi. Per futurum vertendum, cùm sit Prophetia; q.d. Pinguedine obducetur & exstinguetur mens eorum; auribus iniquissimis audient Prophetias & leges meas [r]. ¶ *Graviter audierunt*; ità Er. P. Mo. Be. Pi. &c. Βαρέως] *Surdè*, Æth. *Obtusè*, Ca. ¶ *Compresserunt*, Ἐκάμμυσαν] *Conniverunt*, Be. Pi. id est, videre se dissimulârunt quod vel inviti cernebant, atque adeò noluerunt hoc videre, Matth. 13. 15 [†]. ¶ *Sanem eos*] Id est, condonem illis peccata [t].

28. *Hoc Salutare Dei*, &c. Τὸ σωτήριον, &c.] *Hæc salus à Deo*, &c. V. vel, *Dei*, &c. Be. Pi. scil. Christus Salvator [v]. In MS. τοῦτο τὸ σωτήριον. Σωτήριον substantivè est Hellenistica vox, ut Esa. 12. 3. & 26. 1. & 38. 11. & 60. 6, 18. &c. Refertur interdum ad personam, ut Luc. 2. 30. modò ad rem, ut hîc ad sermonem Evangelii. Potuerat Deus ad Gentes eum sermonem mittere, etiamsi nihil peccâssent Judæi: sed omnem illis querelam præcidit, cùm id non fecit, nisi postquam Judæi plurimi id beneficium sibi oblatum contempserant. Vide Act. 13. 46. & 18. 6 [x]. ¶ *Et*, &c. Αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται] *Et illi audient*, Vulg. Er. sim. Be. Malim, *Illi etiam audient*, Di. ex Sy. sic Pi. datâ operâ videtur Lucas, emphaseos gratiâ, καὶ postposuisse [y]. *Ipsi non audient tantùm*, *sed & obedient*. Nam ἀκούειν *obediendi* sensu hîc ponitur, ut שמע sæpissimè apud Hebræos, quod modò per ἀκούειν, modò per ὑπακούειν, vertitur. Sic ἀκούειν habemus cum Accusativo, Matth. 11. 4. alibi cum Genitivo, ut Matth. 18. 15, 16. Luc. 6. 47. Joh. Epist. 1. 4. 6. Quod expertus erat Paulus in multis Asiæ & Europæ urbibus, ut apud Gentes sermonis felicior esset seges, idem & nunc futurum prospiciebat [z].

29. *Exierunt*, &c.] Totum hunc versum Sy. & Ar. non legunt [a], nec legit vetus ille MS. ¶ *Multam habentes inter se quæstionem*, Συζήτησιν] *Disputationem*, alio defendente quod alius accusabat: ζήτησις sic sumitur 1 Tim. 1. 4. & 6. 4. 2 Tim. 2. 23. Tit. 3. 9. quod συζήτησις, Act. c. 15. v. 2, 7 [b]. *Altercationem*, Be. *Disceptationem*, Pi.

30. *Biennio*, Διετίαν] Hanc vocem habuimus & Act. 24. 27. & τριετίαν, Act. cap. 20. ver. 31. Utuntur & alii [c]. ¶ *In*, &c. Ἐν ἰδίῳ μισθώματι] *In proprio* (vel, *suo*, Camer. Zeg. G.) *conducto*, Be. Pi. &c. id est, privatis ædibus quas conduxerat [d]. *Suum* dicitur ratione usûs. *Conducti* vox in hoc sensu est in L. 1. § *Si filius familiâs*, & § *Habitare*, &c. Sic in lege Cornelia verbum *domûs suæ* Ulpianus extendit ad conductum. L. *Lex Cornelia*, D. De Injuriis: quod sequuntur Institutiones, tit. De injuriis § *Sed & lex*. Sic & hospitium *domus alicujus* dicitur L. 1. § 2. De agnoscendis liberis. Et *domus sua* est omne domicilium, L. *Nec in ea*, D. ad legem Juliam de adulteriis, § *Jus*. ¶ *Suscipiebat omnes*, &c.] Neminem excludebat, Dei exemplo [e].

31. *Prædicans regnum Dei*] Regnum illud quod adveniet fine seculorum. ¶ *De Domino*, &c.] Ut suprà v. 23. *de Jesu*; Miracula ejus, & Præcepta, & Mortem, & Resurrectionem, & Missionem Spiritûs Sancti, per quæ certi fiebant homines de Regno illo cœlesti [f]. ¶ *Cum—fiducia* Παῤῥησίας] *Libertate*, Pi. *Libertate dicendi*, Be. *Animo intrepido*, G. ¶ *Sine*, &c. Ἀκωλύτως] *Improbibitè*, Mo. G. ex Gloss. *Sine impedimento*, Ca. *Nemine prohibente*, Er. P. Be. Pi. &c. Multósque ad Christum convertit, Phil. 1. 13. & 4. 22 [g]. Evenit hoc primo Neronis quinquennio, intra quod Principem egit probabilem [h].

Marginal notes: [x] V. [y] Be. [z] G. [a] Be. [b] G. sic Be. [c] G. [d] V. [e] G. [f] G. [g] Ham. [h] Be. [i] G. [k] V. [l] Camer. [m] Be. [n] La. [o] Pri. [p] V. [q] G. [r] V. [†] Be. [t] V. [v] La. Mc. [x] G. [y] Di. [z] G. [a] Di. ex Be. sic G. [b] G. [c] G. [d] V. [e] G. [f] G. [g] Cap. 3890. [h] G.